HISTORIA
JURIS ROMANO-
JUSTINIANEI CHRONOLOGICA

QUÆ

LEGUM ROMANARUM ORIGINES JURISQUE
ROMANI MUTATIONES ET HARUM CAUSAS AC
MODUM IN COMPENDIO ENARRAT,

ATQUE

ULTRA D. JUSTINIANI TEMPORA AD PROXIMAM
NOBIS ÆTATEM PROGREDITUR.

EAM EXCIPIT

CHRONOLOGIA LEGUM ET JURIS

IN QUA

TEMPORA LEGUM, SENATUSCONSULTORUM, CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM, JURECONSULTORUM SUCCESSIONES, NOMINA, SCRIPTA ET LEGES EXCERPTÆ, TAM DIGESTORUM, QUAM CODICIS LEGIBUS NEC NON NOVELLIS CONSTITUTIONIBUS AD SUÆ ORIGINIS ANNOS RELATIS, FASTISQUE CONSULARIBUS EMENDATIS RECENSENTUR

ITA

UT AD LEGUM JUSTINIANEARUM INTERPRETATIONEM
EGREGIE INSERVIRE POSSIT.

PRÆMONITIO
DE UTILITATE EX SUBSEQUENTI CHRONOLOGIA JURIS CAPIENDA.

Leges romanas intelligere, easque rite interpretari non leve negotium est, sed magnum ingenii acumen, & ingentem litterarum ac inprimis historicæ notitiæ apparatum requirit. Quam misere lapsi sint, & in quæ devia aberraverint, qui his luminibus destituti legum romanarum pelagum ingressi sunt, docent vasta Jureconsultorum scripta, qui primi in Italia & aliis occidentalis plagæ regionibus surgentis juris romani codices exceperunt, quorumque ferream diligentiam, ingeniique subtilitatem admirantes, jejunas & a veritate abludentes interpretationes ridere solemus. Ea tamen seculi istius erat infelicitas, ut fontes adhuc laterent, omnia densissimis tenebris immersa essent, & ita gravissimus mediorum, quæ ad interpretanda jura romana faciebant, esset defectus. De hoc querendi nulla seculo nostro relicta est causa: protracta sunt omnis antiquitatis monumenta & in illustri loco posita, ut leviori opera eorum notitia haberi possit. Non excusanda igitur hodie illorum est negligentia, qui ad legum sacra illotis adhuc manibus accedunt, & crassissima rei romanæ ignorantia laborantes, legum sensus excutere deque illis magna cum fiducia disserere audent. Sunt tamen proletaria sua scientia ita inflati & turgidi, ut antiquitatum & historiæ solidiorem cognitionem, tanquam rem otiosam intuiti, ex solo ingenio sapere & legum sensus ex illo effingere, imo aliquando dictatoria quadam autoritate aliis obtrudere non erubescant. Hos suo sensu abundare permittimus, cum non desint alii, qui saniora principia amplexi, æstimare noverint media, quæ historia juris ad genuinam legum interpretationem suppeditat. Quis enim non intelligit, quantum in indaganda sententia alterius prodesse possit notitia conditionis & ut loqui solemus circumstantiarum, in quibus loquens fuit constitutus. An res se aliter in legum explicatione haberet, ubi primaria interpretationis pars est, scire, quis legis fuerit autor, ad quem directa, qua de causa lata, quæ si dicere possis, omnem lapidem movisti. Unde autem hanc scientiam haurire possumus, quam ex historia juris & legum, quæ legislatoris conditionem, intentionem, legis originem, scopum mutationemque, detegere & clarissime exhibere solet. Sed non est, cur multa hic congeram & prolixe historiæ juris utilitatem commendem, cum Virorum doctissimorum admonitiones in publicum prostent, & eorum scripta sufficienter eam loquantur. Id dicam, quid in præsenti Codicis juris editione, respectu historiæ juris fuerit præstitum. Mens fuit legum studiosos, quorum plerumque prima cura esse solet, ut Corpus Juris Civilis sibi comparent, statim ab istius fronte monere, ut ab historia legum studium ordiantur, cum historia continuent & ex illa optimum bonæ interpretationis præsidium petant. In eorum igitur favorem JURIS HISTORIAM CHRONOLOGICAM ex diversis iisque optimis autoribus collectam præmisimus. Fundamenti loco fuit, doctissimi Jurisconsulti Bituricensis *FRANCISCI BROEI brevis chronologica juris historia, quam* expositionibus in Imp. Justiniani Institutionum Libros IV. *addidit. Ea enim, cum se sua brevitate, elegantia & animadversionum doctarum copia commendet, digna nobis visa, ut plurium commodis inserviret: hinc huc translata, & ex junioribus JCtorum observationibus emendata, auctaque, nec non ad sublevandam memoriæ imbecillitatem in periodos distincta est. Certi sumus, illos, qui breviorem hanc historiam sibi familiarem reddiderint, prolixiora legum volumina non absque insigni facilitate tractaturos esse. Hanc excipit CHRONOLOGIA LEGUM ET JURIS i. e. omnis historiæ juris & legum compendium, quod ex* Labitti, Antonii Augustini, Freymonii, Contii, Giphanii, Freheri *aliorumque scriptis compilatum & in eum ordinem redactum est, ut tempus legum latarum, magistratuum introductorum, Jureconsultorum, quo vixerunt, nec non Legislatorum ævum, primo quasi intuitu in oculos incurrant. Fasti consulares, quos* Onuphrius Panvinius, Pighius, Sigonius, Norisius, Baronius, Pagius, Relandus, *aliique Viri in antiquitatibus versatissimi exhibuerunt, ex illorum observationibus emendati sunt. Rem forte non inutilem fecimus &, ut speramus iis gratam, qui ex sententia summorum Virorum in explicandis legibus, plerumque ad statum reipublicæ & ad specialia quandoque facta absque historiæ lumine interpreti incognita, se referentibus, hoc filo ariadneo uti volunt. Patet ex his tabulis jurium & legum progressus, earum mutatio & ab antiquissimis institutis ad recentissimas constitutiones profectio. Multas enim jurisprudentia romana æque ac respublica passa est vicissitudines. Jacta legum sunt fundamenta sub regibus, qui dominorum & parentum potestatem in præjudicium imperantium nimis extendentes posterioribus legislatoribus materiam sanciendarum legum, quibus effrenæ plane potestates continerentur, amplissimam dederunt. Ejectis regibus, non exoleverunt regia instituta, quæ quoad maximam partem totius populi consensu introducta erant & quasi in ejus naturam abierant. Premebant incommoda juris consuetudinarii hoc tempore Romanos, qui republica in partes divisa, potestateque legislatoria admodum dubia, legum curam non quidem neglexerunt, magna tamen bonarum legum ferendarum impotentia laborabant. Leges, quæ rogabantur, magis ad jus publicum, quam privatum pertinebant, cujus fons erant Leges XII. Tabb. de quarum justitia & prudentia ipsi Romani,* teste Gellio, *diversissimas fovebant sententias. Jus privatum jureconsultorum sententiis & Magistratuum edictis acquiescebat, quorum illi sub miti & modesto interpretationis, hi jurisdictionis titulo sensim legislatoriam autoritatem occupabant & negotia privatorum innumeris subtilitatibus involvebant.*

Ruente tandem republica sub Imperatorum potestatem, leges privatæ mirum in modum mutatæ sunt: terrebant primi Imperatores statuendo graviores pœnas in crimina, quæ in rebuspublicis liberis leviter puniri solent: terminos potestatum, quas cives romani in liberos & servos exercebant, angustiores reddebant: magistratuum jurisdictionem circumscribebant, & Jureconsultorum autoritatem enervabant. Hæc pedetentim fiebant, retenta primis temporibus antiqui status specie aliqua. Hadrianus apertius loqui incipiebat, qui quoque Prætorum edictis & antiquo juri prope fatalis fuit. Præiverat suo exemplo successoribus, qui imperatorii tituli memores, novas constitutiones quotidie effundebant. Insignem juri romano mutationem attulit christiana religio, quæ non solum abolitionem juris, quod paganismo infectum erat, urgebat, verum etiam aliquanto mitius efficiebat: aderant quoque Clerici, qui ædificium judicii ecclesiastici ex ruinis jurisdictionis veteris excitare laborabant. Theodosius Junior aliam plane faciem, Codicem suum compilando, induit jurisprudentiæ, qui quoque primus pene de minuendis testamentorum, contractuum atque judiciorum solennitatibus, quæ dimidiam juris romani partem conficiebant, serio meditatus est. Sed expectabant adhuc jura & leges romanæ JUSTINIANUM, Principem gloriæ cupidissimum, alterum Romanorum Numam, cujus circa jurisprudentiam romanam suscepti conatus ex vastissimis voluminibus, quæ ad nostram ætatem non sine maxima Justinianei nominis gloria pervenerunt, abunde constant. Hic tribus libris vagam & incertam romanorum jurisprudentiam inclusit. Parturiverant tot secula, quæ Justinianeum ævum præcesserant, hoc opus, quod innumeras leges, innumera volumina, innumeras constitutiones in aliquot libros redegit, quo ordine, quo successu jam dicere locus non est. Exercuerunt hi libri aliquot adhinc seculis viros ingenii perspicacissimi & stupendæ eruditionis, qui tamen non raro in egregio litterarum apparatu, quo instructi fuerunt, de magnis difficultatibus conquesti sunt. Confluxit in hoc corpore omne jus romanum, quod ea confusione coaluit, ut antiqua novis, nova antiquis fuerint mixta, respiciente adhuc jurisprudentia novissima ad antiquiora juris principia. Operæ igitur pretium est, ut hæ romanorum sanctiones ad sua tempora reducantur, quo illarum natales, autores & finem contemplari, ab hac autem consideratione bonæ interpretationis subsidia acquirere possimus. Et ita non inutilis præsens esse poterit juris chronologia. Docet illa, quando in republica insignis aliqua mutatio acciderit, quando & quo autore lex, plebiscitum, senatusconsultum fuerit latum, quando novum jus constitutum, celebriores prudentes vixerint, quorum sententiæ vel in Digestis recensentur, vel ex eorum scriptis a juris collectoribus excerptæ sunt. JACOBI LABITTI legum indice usi sumus, quem in quibusdam locis correximus, quædam supplevimus. Usum ipsius Labitti *verbis describamus.* Primus, *inquit, in his illius usus erit, quod ex singulorum ejusdem inscriptionis capitum diligenti & accurata comparatione singulorum librorum comprehensio & summa quædam colligi, & eorum quæstio in universum velut oculis subjici, tum ex iis multarum legum genuina interpretatio peti poterit.* Secundus *hic erit, quod propter inscriptionum & quæstionum similitudinem, quæ divisa, & in varios titulos digesta sunt, legum capita pleraque recte & commode rursus conjungentur, & ita continuata quæstionis quædam tractatio percipietur. Nonnunquam vero & si commode conjungi non poterunt, id tamen inscriptionum similitudo præstabit, ut alia ex aliis propemodum pendere dignoscantur, & locum atque interpretationem capiant. His & hunc* tertium *addimus, quod non parum quandoque juvabit, omnia singulorum Jurisconsultorum fragmenta, in unum collecta cernere, quæ, qui seorsim legat, qua singuli juris tractandi ratione usi fuerint, quem in edictis, legibus, Senatusconsultis interpretandis, quem in respondendo de jure ordinem ac methodum servaverint, quam loquendi rationem sibi propriam atque familiarem usurparint, quam perpetuo sibi constiterint, quam sæpe in eadem quæstione tractanda, cum aliis consenserint, quam sæpe etiam & in quibus dissenserint facile intelliget. Ad eum vero usum & loci omnes, quibus alii aliorum sententias adferunt, sunt revocandi, quos accuratissime, ne dicam fastidiose, nullo, quantum fieri potuit, omisso notamus. Quanquam & horum locorum præcipuus atque adeo Indicis nostri* quartus *hic usus erit, ut, quod ab uno jurisconsulto aliquo legis capite scriptum est, idem ab alio vel iisdem omnino, vel diversis verbis nonnunquam clarioribus & apertioribus aut notato loco, aut autore tantum laudato, relatum esse deprehendatur, ut ita loca quam plurima inter se conferri possint, & obscura illustrari & depravata emendari. Nec vero vel ejusdem autoris verba eadem repetita legere, vel sententiam eandem varie explicatam plerumque videre aut inutile erit aut injucundum. Ea porro omnia, quæ diximus, legum, quæ cum aliis pugnare videntur, vera atque facilis conciliatio sæpe consequetur. Hactenus Labittus. Eadem ratione Codicis leges ex Principum constitutionibus decerptas exhibuimus, easque ad tempora cujusvis Imperatoris indicantibus illud in- & sub-scriptionibus legis retulimus, quem laborem* Freymonius in Symphonia juris, Jac. Gothofredus in immortali opere ad Codicem Theodosianum, & Hadrianus Relandus in nitidissima Fastorum Consularium editione *juverunt. Finivimus cum Imperatoris Justiniani morte: hic enim jurisprudentia romana, quæ in oriente ab Imperatoribus usque ad excidium urbis constantinopolitanæ perpetuis mutationibus vexata fuit, in occidente substitit.*

HISTORIA
JURIS ROMANI CHRONOLOGICA.

I. JURISPRUDENTIA ROMANA ANTE JUSTINIANUM.

I. PER. COMPLECTENS TEMPORA REGUM.

LEgum origo a ROMULO est, qui urbis juxta ac civitatis conditor est; urbs ait *Nonius* constat ædificiis, civitas legibus & incolis. Is vero non tantum pomœrium constituit, & mœnia urbis construxit, sed præclaris institutis Reipublicæ primordia stabilivit, primo solus, post Ilium captum anno CCCCXXXII. Olymp. VII. Octavo vere ab urbe condita *Titus Tatius* Sabinorum rex inito fœdere in consortium & regni societatem admissus est a Romulo, quorum uterque in hac societate (quæ quinquennis fuit) leges rogavit. *Romulus* non omnem reipubl. administrationem retinuit, sed majorem & quæ majoris ponderis erat, quæque tribus capitibus versabatur, populo communicavit, Dion. Halicar. *lib. 2. antiquit. Roman.* τῷ δὲ δημοτικῷ πλήθει τρία ταῦτα ἐπέτρεψεν ἀρχαιρεσιάζειν τε καὶ νόμους ἐπικυροῦν καὶ περὶ πολέμου διαγινώσκειν. Populo tria commisit 1) *magistratus creare,* 2) *legem sancire,* 3) *de bello decernere.* Primus legem rogavit, cæterique reges rogarunt, populus scivit quæ a Pomponio *Curiatæ* dictæ sunt *l. 2. in pr. ff. de orig. juris.* quia populus in curias primum divisus, & in eum ordinem convocatus leges ferebat. §. 2. Postea *Servius Tullius* pro cujusque censu populum in classes & centurias distribuit, & ab eo per eosdem ordines convocato plerasque *leges* rogavit, quæ etiam *Centuriatæ* dictæ sunt, atque de iis comitiis breviter statim quædam capita attingam, quantum ad legum originem & progressum spectant. §. 3. Leges tum Romuli & Titi Tatii cæterorumque regum collegerat *Sextus Papirius,* qui vixit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius ex principalibus viris fuit. Eæque conscriptæ extabant in libro Papirii tempore Pomponii, quæ *jus civile Papirianum* appellabantur, non quia Papirius de suo quidquam ibi adjecit, sed quod leges latas in unum composuit. *d. l. 2. in pr. de or. jur.*

§. 4. Harum verba ipsa & fragmenta pauca reperiuntur. Romuli quidem unica cum Festi Pompeji cæteris pariter fragmentis periculum effugit & ad nos pervenit. *Sei nurus plorassit sacer diveis parentum esto,* & hoc quidem unicum fragmentum magna ex parte mancum laxatumque est. Sententiæ quidem ipsæ legum quas aliquando rogatas a Romulo & a populo scitas esse constat, apud historicos occurrunt, & passim reperiuntur: ex quibus *Lipsius* post *Balduinum* regia & decemvirali potestate absumpta veterem verborum flexum imitatus, verbis ad nutum effictis instar decemvirorum quasi redivivas & ab interitu excitatas expressit. Quæ si Balduino credimus in libro, quem de legibus Romuli scripsit, ex columna quadam ænea in Capitolio erecta, & ex illorum temporum (si diis placet) archaismo scripta reperiuntur: sit fides penes autorem. Supersunt legum *Numa* fragmenta quædam fide & diligentia Fulvii Ursini collecta, ad quem vel ad Festum & Plinium te remitto propter varias lectiones, variasque emendationes. Is quidem a quibusdam Romanarum legum autor circumfertur. *Virgilius* ejus est sententiæ *lib. 6. Æn.*

Quis procul ille autem ramis insignis olivæ
Sacra ferens? nosco crines incanaque menta
Regis Romanis primus qui legibus urbem
Fundavit.

Unde *Suidas* Numam ἀπὸ τῶν νόμων dictum putat. Verum utrique legum origo adscribitur, Romulo rerum humanarum, Numæ divinarum. Numa sacra & ceremonias, omnemque cultum Deorum docuit, & ex his magnam famam retulit. *Dio Chrysostomus oratione* 25. leges, Deos & Rempubl. constituit & omnis autor fuit ejus quæ postea consecuta est felicitatis. Cui (omisso Tullo Hostilio, Anco Martio, & Prisco Tarquinio, qui nullas pene leges rogarunt aut ipsi sanxerunt) successit *Servius Tullius* insignis studio & consilio, non tantum urbis fundamenta prima, seu vetus pomœrium retulit, sed etiam civitatis, id est Reipublicæ instituta a retro regibus feliciter inchoata ampliavit. Cessit tandem sub *L. Tarquinio superbo* ejus successore regia potestas consulari, & hæc fuit prima ætas P. R. & quasi infantia, quam habuit sub regibus septem CCXLIV. annis.

II. PERIOD. SUB REPUBLICA LIBERA.

§. 5. Regibus urbe exactis anno V. C. CCXLIV. consularis potestas Rempublicam tenuit libertate *Junio Bruto* vindice & duce comparata, & ut ait Livius *lib. 2. imperia legum potentiora quam hominum esse cœperunt.* Respublica populum convocandi morem per curias & centurias a regibus institutum retinuit & statim a Junio Bruto usurpatus, Dionys. *lib. 4. in f.* ταύτην εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἐστὶ τὴν γνώμην εἶναι κυρίαν διαστάντες κατὰ φρήτρας ψῆφον ἐπενέγκατε. *Hanc sententiam si ratam esse vultis, per curias ferte suffragia.* Populum etiam per Centurias, quas Tullius instituerat, convocavit, hinc *centuriata* comitia quæ Arnob. *lib. 2. advers. Gentes* militaria vocat, quod populus more militari & romana gloria incensus eo ordine res gravissimi ponderis tractaret. Cic. *in orat. post reditum.* ut consensum populi extollat, quo revocatus est ab exilio, ait, se centuriatis comitiis revocatum, *quo die nos comitiis centuriatis &c.* Leges, quæ his comitiis latæ sunt, *centuriatæ* dictæ: & a Livio *lib. 3.* & a Cicerone ubique consulares, quia consules tantum hæc convocabant. Iisdem *leges Valeriæ* a P. Valerio Publicola de provocatione (libertatis insigni nota) latæ sunt. Valerius Maximus *lib. 4. c. 1.* Iisdem latæ leges XII. Tab. Livius *lib. 3.*

§. 6. His comitiis hoc peculiare erat, quod antequam populi suffragiis quid committeretur, id prius in senatu agitaretur & patres autores fierent. Dion. *lib. 9.* differentiam hanc statuit inter curiata & centuriata comitia. Primis quidem temporibus, habitis comitiis centuriatis, patres autores fiebant, hoc est, ea quæ populus suis suffragiis jussisset, confirmabant. Qua in re insignis senatus potestas eminebat, sed id jus senatui ereptum & lege a *P. Philone* dictatore lata anno CCXV. cautum fuit, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferendæ erant, patres autores fierent, ut scribit Livius *lib. 8.* & antequam comitia haberentur, patres autoritatem adhiberent futuro comitiorum decreto. Curiatis & Centuriatis comitiis plebe tumultuante *tributa* addita sunt C. Sempronio & Q. Mutio Conss. anno CCLXIII. Tum demum curiata sensim evanuerunt, & auspiciorum tantum causa remanserunt, ita ut curiatis non crearentur, sed confirmarentur magistratus qui aliis comitiis creati fuerant, teste Cicerone *orat. 2. in Rullum* & Livio *lib. 9.* de L. Papirio quem consul dictatorem dixerat, atque ei legem curiatam de imperio &c. Leges, quæ tributis comitiis ferebantur, *Tribunitiæ* dictæ sunt, quas Tribuni pl. rogabant, plebs sciscebat, aliquando tamen etiam Tribunitiæ dictæ, quod potestatis tribunitiæ stabiliendæ causa latæ fuissent, Ita *Liv.* usurpat *l. 5.* Priori sensu tribunitiæ quod tributis comitiis a plebe latæ essent: secundo quod in centuriatis ab omni populo de Tribunorum potestate editæ essent. Illæ a magistratu, qui rogabat, hæ de magistratu, qui confirmabatur, Tribunitiæ appellabantur, illæ plebiscita, hæ proprie leges dicuntur.

§. 7. Hac in re observanda est religio Justiniani, qui sejunxit plebiscita a legibus §. 1. *I. de jur. natur.* quamvis Capito utrumque commiscuisset apud Gellium *lib. 10. c. 20.* & hac definitione comprehendisset: Lex est generale jussum populi ac plebis. Capito movebatur, quod consulentibus ipsum, tam ex mente legum quam plebiscitorum respondebat, cum non minus plebiscita quam leges, omnes tenerent, eisque omnes cives obnoxii essent; Qua in re magna inter legem & plebiscitum similitudo, inde factum ut *lex Aquilia,* quæ a Gallo Aquilio Tribuno plebis rogata est, ex sententia Capitonis collegæ ejus, sic dicta sit. Econtrario Justinianus variis de causis utrumque distinxit, alius est enim autor legis, alius plebisciti. Alibi lex, alibi plebiscitum constituebatur; autor legis populus, autor plebisciti plebs. Lex in centuriatis comitiis, plebiscitum in tributis, in quibus cum plebe tantum agebant Tribuni plebis teste Gellio *lib. 15. c. 26.* Tribuni plebis neque advocant patricios, neque ad eos referre de ulla re possunt. Non poterant convocare patricios, neque in quibuscunque comitiis de ulla re referre, nisi permittente majore magistratu. Ideo Livius *lib. 6.* autor est tribunum plebis accusasse T. Manlium apud populum centuriatis convocatum, ubi recte Sigonius ait, *permittente consule,* ut idem ex Livio *lib. 26.* colligit. Cum enim apud populum Tribuni plebis erant aliquid rogaturi, petendus erat dies centuriatis comitiis a majore magistratu, absente Consule a prætore urbano. Livius *lib. 23. & 43.* ait, Tribunum plebis Sempronium & Rutilium, postquam perduellionis judicium reis pronunciaverunt, diem comitiis a Prætore Urbano petiisse, hoc sensu puto Gellium *lib. 13. c. 14.* dicere, aliud esse cum populo agere, aliud ad populum loqui. Ad populum Tribuni loquebantur, cum populo majores tantum magistratus agebant. Tribuni ergo, ait Gellius *lib. 13. c. 24.* *Neque advocant patricios, neque ad eos referre de ulla re possunt.* Ita nec leges proprie sed plebiscita appellantur. Stante republ. quicquid a populo decernebatur legis nomine dicebatur, quia legis vigorem habebat, ut de quolibet principis placito dicitur. Livius *l. 5.* decretum, quo Camillus ab exilio revocatus est, legem curiatam vocat, & arrogatio, quæ in comitiis a populo fiebat, teste Gellio *l. 5. c. 19.* *lege fieri* dicitur. Adoptio hac ratione a Cicerone *pro domo sua P. Clodii* facta dicitur, per quam plebejus factus est. Livius *lib. 1.* judicium Horatii perduellionis accusati lege curiata factum ait, & bellum a populo lege decernebatur, lege fieri dicebatur, quia populi potestas æqualis erat in rebus specialibus & generalibus, eaque spectata, quicquid populus decernebat, lex erat.

§. 8. Jurisconsulti vero (qui commune præceptum, quo jus cuique restitui præscribitur, spectant) strictius legis nomen usurpant eoque comprehendunt, quæ generaliter de rebus omnibus vel personis constituta sunt, ideo lex definitur, *commune præceptum l. 1. ff. de leg.* Eodem sensu Aristoteles *lib. 1. Rhet. c. 1.* Legislatoris officium esse ait non de rebus singularibus aut præsentibus, sed de futuris aut universalibus statuere, ὅτι ἡ μὲν τοῦ νομοθέτου κρίσις οὐ κατὰ μέρος οὔτε περὶ τῶν παρόντων, ἀλλὰ περὶ μελλόντων τε καὶ καθόλου ἐστί. Gellius *lib. 10. c. 20.* ea quæ

juris

juris consultorum sunt tractans a legis usurpatione rejicit ea, quæ de re aut persona speciali cauta sunt. Ut quod de Imperio C. Pompeji, de reditu Marci Ciceronis, de cæde P. Clodii. Polybius etiam & Dion. Halicarn. propriam legis usurpationem comprehenderunt, cum hæc tria distinguunt, magistratus creare, leges condere, bellum indicere. Aliud est legem condere, aliud *lege aliquid facere*; lege magistratus creabantur; lege bellum indicebatur. Lex vero fiebat, cum aliquid generaliter in privatorum utilitatem constituebatur, id unum jurisconsulti, qui extincta republica floruerunt, interpretandum susceperunt, omissis quæ ad reipublicæ administrationem spectant, cum hæc arbitrio principis relicta sint.

§. 9. Generale vero & commune verbum erat *rogatio*, quo de decreto sive generali, sive speciali constituendo populus rogabatur, & quicunque magistratus quacunque de re Comitia habebat, rogabat, id est populum aut plebem consulebat. Festus *in verbo rogat*, rogat id est consulit populum & petit ab eo, ut sciscat quod ferat, unde nos quoque in consuetudine habemus pro petere, & orare. Cato in dissuasione, ne lex Rabia rogaretur, ait: *Hoc potius agam, quod hic rogat*; & populus, qui per curias aut Centurias respondebat, aut plebs per tribus, si legi ferendæ annuebat clara voce, postquam lex Gabinia tabellaria lata, *uti rogas* conclamabat. Sed & Calpurnio Pisone & M. Popilio Lenate Coss. anno DCII. tabulæ dari cœperunt, in quarum una scriptum erat, *uti rogas*, in altera, *antiquo*. Illam dabat, qui annuebat legi ferendæ, hanc vero qui intercedebat & legislationem impediebat, ideo rogatio generaliter sumitur apud Jurisconsultos. Apud alios vero pro privilegio, ut apud Festum, *rogatio est, cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat*, & de una pluribusve rebus de quibus non de omnibus sanciatur. Nam quod *in omnes homines resve scivit populus*, *lex appellatur*.

HISTORIA LEGUM XII. TABULARUM.

§. 10. Cum breviter quædam capita de legibus populi romani & earum rogandarum ritu, quantum locus patitur, attigerim, nunc occurrunt leges duodecim tabularum, quæ cæteris legibus autoritate & splendore præstant. Ideo a variis autoribus *legis* nomine κατ' ἐξοχὴν appellantur, appellativo proprii nominis officium explente, atque harum peculiaris esse debet consideratio tum propter insignem reipublicæ status mutationem, quæ iis legibus ferendis contigit, tum propter earum in duodecim tabulis expressionem, quæ ideo *Jurisprudentiæ Romanæ initium* dederunt & ejus fundum & fundamentum constituerunt. Anno ab V. C. CCC. coss. Spurio Tarp. & Autternio missi sunt legati Athenas jussique inclytas leges Solonis describere, & aliarum Græciæ civitatum instituta, mores juraque noscere: deinde anno CCCII. cum rediissent legati cum Atticis Legibus, de decemviris creandis populus consulitur, & anno ab V. C. CCCIII. creantur decemviri, datumque est eis jus eo anno summum in civitate, uti leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur. Extabant integræ Diodori Siculi temporibus ἡ δὲ γραφεῖσα νομοθεσία βραχέως καὶ ἀπερίττως συγκειμένη διέμεινε θαυμαζομένη μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν. *Hæc legum descriptio brevis & omnis apparatus expers ad hæc tempora durat.* Imo *D. Cypriani* tempore lectitabantur & adhuc superstites per omnium manus volitabant, ut scribit ad Donatum *lib.* 2. *Epist.* 2. Integras etiam Gellius habuit, ut colligere est ex *lib.* 20. *c.* 1. Sed eodem casu perierunt quo desideranda varia opera: fragmenta vero aliquot supersunt, quia ab omnibus, qui literas Romæ amplectebantur & libros scribebant, frequenter usurpabantur & memoriæ mandabantur, ut Cicero *lib. de legibus*. Discebamus pueri duodecim tabulas ut carmen necessarium, quas jam nemo discit. Et ex iis tanquam ex communi penu multa eliciebantur, atque integris bibliothecis præponebantur, ut Crassus apud Ciceronem in Oratore, qui tanti operis nobis augeat desiderium his verbis: *Fremant omnes licet, dicam quod sentio, bibliothecas omnium mehercule Philosophorum unus mihi videtur* 12. *Tabularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit & autoritatis pondere & utilitatis ubertate superare.* Hæc vero fragmenta, quæ apud Varronem, Plinium, Gellium, Festum & Jurisconsultos nostros reperiuntur, nec instituti nec loci referre. Exhibet illa præsens juris civilis Romani volumen, cui in fine adjecta sunt. Restituit illa ordini suo, una cum eorum Historia, Probationibus, Notis & Glossario Jureconsultus immortalis nominis Jacobus Gothofredus in Fontibus Quatuor Juris Civilis. §. 11. In his legibus jacta sunt prima Jurisprudentiæ fundamenta, & in his principiis omnium interpretationum cardo vertebatur, eoque majori studio expendebantur, quo paucis exceptis, quæ ad jus sacrum & publicum spectant, omnes pene singulorum tranquillitati & utilitati providerent: Primæ enim obligationibus necessitatem, juri patrio & connubiis pondus & autoritatem, hereditatibus & tutelis certas & statutas regulas constituerunt, dominiis, & possessionibus securitatem, delictis pœnas certas & legitimas, judiciis denique ordinem præscripserunt, ut vel ex ipsorum fragmentis multorum diligentia collectis conjicere est, ex quibus non tantum quid statuatur, sed quæ statuenda sint, possunt elici, cum omnia comprehendi non potuerint legibus *l.* 7. *ff. de leg.*

HISTORIA JURISCONSULTORUM.

§. 12. Præmissa breviter legum origine & earum ferendarum ratione, sequitur dicere de *Jurisconsultis*, de ipsorum responsis & interpretationibus, quæ solent legibus latis desiderari & *Prudentum autoritate indigere*, *d. l.* 2. *§. iis legibus*. Et ante omnia responsa Jurisconsultorum a legibus distinguenda sunt. Leges sunt fontes & capita juris civilis, ex quibus deinde propagata est jurisprudentia. Responsa Jurisconsultorum *sunt regulæ & principia juris, quæ jurisconsulti constituerunt, cum legislatorum mentem attingere conati sunt & genuinum legum sensum elicere:* atque multiplici regularum collectione facta & præceptorum delectu habito *jus civile* fundarunt *l.* 2. *§. post hos.* Leges per se juris civilis scientiam constituere non poterunt, & potius fontes & capita juris quam partes ejus dicendæ sunt. Ut enim nemo recte Solonem, Lycurgum, Numam Jurisconsultos dixerit, sed legislatores, ita nemo proprie dixerit leges esse simpliciter artem boni & æqui, ideo Aristoteles *lib.* 5. *Nicomacheorum* 6. Jus lege consistere ait, id est, ex legibus elici & colligi κατὰ νόμον γὰρ ἦν (δίκαιον τὸ πολιτικὸν) καὶ ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος. *Jus lege constare in iisque locum habere apud quos legem esse communem patitur natura.* Eodem recidere videtur illud Gratiani rescriptum in *l.* 1. *C. ne fidejuss. dot. dentur.* si ita id emendaveris, ut vere emendandum est, *sive ex lege, sive ex consuetudine jus proficiscitur.* Nam jus ut ex lege ita ex consuetudine proficiscitur. *l.* 32. *ff. de legib.* & Cic. *lib.* 1. *de orat.* his verbis leges a jure distinguit: *Neque legum aut juris civilis scientia negligenda est*, & alibi passim, Jurisconsulti cum singulas juris partes enumerant, propriis nominibus designant leges, Senatusconsulta, plebisscita, edicta Prætorum, constitutiones principum, at responsa seu interpretationes Prudentum non peculiari, sed communi nomine jus civile nominant *d. l.* 2. *§. his legibus. versic. hæc disputatio.* A Jurisconsultis omnes superiores partes interpretationibus excultæ & exornatæ sunt, & ex iis velut lapidibus & cæmentis Jurisprudentia composita, quam Justinianus Templum vocat *l.* 1. *§. ne autem C. de vet. jur. enucl.*

§. 13. Jurisconsultorum ætas, respondendi ratio & autoritas non eadem & æqualis fuit, ideo *generales* atque etiam speciales *distinctiones* observandæ. *Generalis* sumenda ab insigni reipubl. mutatione, quæ contigit, cum populi potestas Imperatoribus cessa est, qua præcipua leges ferendi forma mutata est, atque in locum legum, quas populus sciscebat, constitutiones principum suffectæ sunt & imposterum Jurisconsulti non verbo, sed scripto, non propria, sed principali autoritate responderunt.

§. 14. *Primi* stante republica varia forma jus tractarunt, & omnes Jurisconsulti habiti, at eos proprie Jurisconsultos intelligo, qui jus profiteri & responsa dare cœperunt, qui fiducia studiorum suorum freti, proprio arbitrio propriaque autoritate juris disciplinam excoluerunt, & perspectis Romanorum legibus & moribus & rerum judicatarum rationibus perpensis ex cognitione juris & tritura forensi comparata responsa dederunt. Neque responsa signata dabant, sed plerumque judicibus ipsis scribebant aut testabantur, qui illos consulebant *d. l.* 2. *§. post hunc. versic. Massurius.* Cumque verbo tenus fierent & singula singulis controversiis adhiberentur atque iis decisis evanescerent, juri scripto non adnumerantur *d. l.* 2. *§. his legibus*, sed moribus tribuuntur, qui si moribus populi romani congruebant, admittebantur, si populo displicebant rejiciebantur: ut enim leges ex populi suffragio & ejus acclamationibus ferebantur; ita & consuetudo tacita ex ejus voluntate sensim confirmabatur.

§. 15. Præposita generali Jurisconsultorum divisione, nunc distinguendi sunt specialiter primi, qui a cunabulis tum reipublicæ tum jurisprudentiæ fuerunt, qui in *quatuor* partes dividi possunt. *Prima pars* est eorum, qui non tam jus interpretati sunt, quam vel leges regias collegerunt, vel actiones ediderunt, aut eas in vulgus promulgarunt, quales sunt *septem* illi qui a Pomponio numerantur *d. l.* 2. *§. juris scientiam. Sext. Papirius sive P. Papirius, A. Claudius Crassinus Decemvir, A. Claudius Cæcus, C. Flavius, P. Sempronius Sophus, C. Scipio Nasica, Q. Mutius:* hi septem potius Nomographi, quam Jurisconsulti, cum a nemine de jure consulti fuerint, multo minus publice sunt professi. Postea sequuntur hi, qui publice juris scientiam profiteri cœperunt, quos in tres reliquas partes distinguo. *Prima* est eorum, quorum simpliciter mentionem faciunt sequentes autores. *Secunda* est eorum, quorum & mentionem faciunt & verba aut scientiam referunt. *Tertia* eorum, qui vel referuntur, vel eorum scripta selecta, & in hos libros digestorum sparsa sunt sub eorum nomine. *Primo* hi simpliciter referuntur: *Tiberius Coruncanius, qui primus jus publice profiteri cœpit, S. Ælius Catus, P. Ælius Pætus, P. Attilius, M. Porcius Cato Pater, M. Cato Filius, P. Mutius Scævola, M. Junius Brutus, M. Manilius, P. Rutilius Rufus, Virginius Paulus, Q. Ælius Tubero Stoicus, S. Pompejus, L. Cælius Antipater, L. Licinius Crassus, Mucianus.* *Secundo* sequuntur hi, quorum verba ab aliis Jurisconsultis referuntur, *C. Aquilius Gallus, Lucilius Balbus, Sext. Papirius Juventius, Serv. Sulpitius Rufus, C. Anlius Ofilius, Titus Cæsius, Aufidius Tucca, Aufidius Namusa, Flavius Priscus, Accius Pacuvius, Antistius Labeo pater Cinna, Pub. Gellius, Cornelius Maximus, C. Trebatius Testa, Q. Mucius Volusus, A. Casellius, Q. Ælius Tubero, Attejus Capito.* *Tertio* loco ii sunt quorum scripta extant in digestis. Primo *Q. Mutius Scævola*, quem veteres Q. Moucium P. F. Scævolam Pont. Max. dixerunt; *Ælius Gallus* a Marc. Varrone laudatus, *Alfenus Varus* Servii Sulpitii Rufi discipulus; *Qu. Antistius Labeo* C. Trebatii Testæ discipulus.

§. 16. Secunda Classis Jurisconsultorum est eorum, qui sub imperatoribus fuerunt, quæ incipit a *Massurio Sabino* ad postremos usque, qui ad inclinantis & senescentis imperii tempora pervenerunt. Horum autem vel nomina vel sententiæ simpliciter referuntur, vel propria ipsorum scripta in digestis extant: hi & illi non propria autoritate, sed annuente principe de jure responderunt, idcirco Justinianus horum scripta juri scripto annumerat *§. constat I. de jure nat.* Cum hæc responsorum diversitas & Jurisconsultorum distinctio ex reipublicæ mutatione orta sit, quæ sub Julii Cæsaris dictatura contigit, eam prætereundam non putavi, sed antequam ad Jurisconsultos posteriores accedam, erit inter eos & illos quod dextræ sinistræque tibiæ inter unum alterumque actum.

PER. III. JURISPRUDENTIA ROMANA SUB IMPERATORIBUS.

SECT. I. AB AUGUSTO USQUE AD HADRIANUM.

§. 17. Reipubl. liberæ status extinctus est *Julii Cæsaris dict.* victoria parta contra C. Pompejum, a qua dictaturam non semestrem more majorum sed continuam suscepit. Diei pugnæ Pharsalicæ nemo historicorum (quod mirum est) meminit. Propterea initium *a die prima secundi Consulatus* computamus, a quo usque ad diem cædis, nempe ad Idus Martias, summam potestatem & re ipsa regiam usurpavit eamque nominibus reipublicæ liberæ *Dictatoris* scil. *Imperatoris Consulis Tribuni* adumbravit; atque eo velamento tacito senatus & populi Romani consensu retinuit. Eandem secuti Imperatores per vim & metum conservarunt, ut Dio scribit lib. 53. ὥστε τὰ τῶν βασιλέων πλὴν τοῦ φορτικοῦ τῆς προσηγορίας αὐτῶν ἔχειν, *regiam potestatem usurpant nisi quod invidiam nominis vitant.* Ideo Julius passus est teste eodem *lib.* 42. statuam juxta Reges, qui quondam Romæ imperarunt, collocari & apud eundem Augustus *Romulum* se dici cupiebat, sed ne eo nomine in regni affectati suspicionem incideret, Augustus dictus est, quo prætextu reliqui usque ad Vespasiani tempora remp. tenuerunt. Vespasianus *lege regia* recentata palam potestatem regiam usurpavit, hujus legis pars ultima in æde sancti Johannis Lateranensis legitur, quam refert Onufrius *in fastis.* Hæc autem tabula ænea ex dicto templo Gregorii XIII. jussu in capitolium vel *palazzo dei conservatori* translata est. Legis regiæ tribus temporibus meminere historiæ aut inscriptiones indicant. *Primo* cum Romulo reliquisque regibus potestas regni data est, ejusque rogationis & promulgationis multa capita fuerunt, unius meminit *l.* 2. *ff. de mort. infer.* *Secundo* eadem renovata est a L. Val. Flacco, qua cautum, ut quicquid egisset Sylla dictator, id ratum esset, de qua Cic. *lib.* 1. *de legibus.* *Tertio* & postremo renovata sub Vespasiani temporibus, cujus vi summam potestatem attribuit, aliter quam ii, qui eam præcesserunt, qui ea palam usi non sunt, sed tacite potestate a populo in eos translata neque omni statim recepta. Nam comitia, quæ erant præcipua reipubl. liberæ insignia, sub Julio habita sunt, a quo & a cæteris magistratibus leges variæ veteri ritu rogatæ sunt

& ab

& ab ejus nomine quædam *Juliæ* dictæ, ut variæ inscriptiones in Digestis & Codice testantur. Suet. *in Julio c.* 41. ait, *Ad creandos magistratus comitia cum populo partitum fuisse*, sed idem *in Augusto c.* 40. autor est, *ab ejus filio Augusto comitiorum jus pristinum reductum fuisse.* Denique sub illis duobus primis nutabat popularis potestas, & comitiorum usus incertus erat, at sub Tiberio penitus extincta sunt. Cornel. Tacit. *lib.* 1. *annal. Tum primum e campo Martio comitia ad patres translata sunt &c.*

§. 18. Sublatis vero comitiis desierunt leges a populo fieri & in earum locum successerunt primo *Senatusconsulta*, deinde principum constitutiones, quas imposterum Jurisconsulti interpretandas susceperunt, quæ legibus antiquis non cedunt, sive æquitatem naturalem, sive subtiles juris rationes, quæ in eis elucent, spectaveris, quæ non ex mero principum arbitrio, sed ex juris consultorum consilio quibus examinandis adhibebantur editæ sunt. Suetonius *in Aug. c.* 35. ait Augustum consiliarios adhibuisse *ad res examinandas quæ ad senatum referendæ erant.* Severus apud Lamprid. *Negotia & causas prius a scriniorum principibus & doctissimis jurisperitis & sibi fidelibus, quorum tunc primus Ulpianus fuit, tractari ordinarique atque ita referri ad se præcepit, leges de jure populi & fisci moderatas & infinitas sanxit, neque ullam constitutionem sancivit sine viginti jurisperitis &c.* Ad jurisconsultos Magistratus gerentes condendi juris causa rescribebant principes. Rescripsit Antoninus Caracalla ad Clodium, Tripho. in *l.* 1. *C. de Judæis*, Severus & Antoninus ad eundem *l.* 4. *C. de neg. gest.* Idem Caracalla ad Venulejum Saturninum *l.* 1. *C. de excusat. vet.* Alexander in *l.* 1. *C. quibus non objic.* Et alii qui Jurisconsultos consulebant vel Jurisconsulti principes, qui mutua & amice conjuranti in jure constituendo opera non tantum jurisprudentiam veterem illustrarunt, sed etiam variis principiis & regulis exornarunt.

§. 19. Jurisconsulti ipsi orta æmulatione sectisque constitutis, & in diem crescentibus studiis omnia, quæ responsuri erant, ex regulis juris exacte examinabant & perpensa ad amussim ratione expendebant. Ita ut veteres, qui ante Augustum floruerunt, jus fundasse dictum sit *d. l.* 2. *§. post hos*; recentiores vero præsidia stabilitatis & ornamenta dignitatis huic disciplinæ adjecerunt, Jus in artem boni & æqui redegerunt. Sic definit Celsus *in l.* 1. *ff. de just. & jur.* Nondum ars tempore Ciceronis poterat dici. Gellius *lib.* 1. *c.* 20. citat librum Ciceronis de jure Civili in artem redigendo. Interim dissensiones inter JCtos in dies crescentes non poterant non perturbare jurisprudentiam. Primi diversarum factionum principes fuerunt ATTEJUS CAPITO & ANTISTIUS LABEO. De his Pomponius: *Capito*, inquit, *in his, quæ ei tradita erant, perseverabat, Labeo ingenii qualitate & doctrinæ fiducia, quia & cæteris operis sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituit.* Erant dissimillimi ingenii. *Labeo* vitæ severæ & ad Stoicam austeritatem compositæ, *Capito* Principum auræ velificatus plus quam vernili adulatione famam suam nomenque defœdavit. *Labeo* Stoicis addictus immodica libertate in principes utebatur. Hinc ejus successores Stoicæ Philosophiæ amatores extiterunt. *Labeo* oblatos honores repudiabat: *Capito* affectabat. Componit eorum ingenia Tacit. *Annal. lib.* 3. *c.* 75. Quilibet sectatores habuit, quos sequenti schemate exhibemus.

ATTEJUS CAPITO		ANTISTIUS LABEO
|	Sub Tiberio.	|
MASSURIUS SABINUS, unde SABINIANI		NERVA PATER
|	Sub Claudio Nerone	|
C. CASSIUS LONGINUS l. 19. ff. de recept. qui arbitr. a quo CASSIANI		PROCULUS a quo PROCULEJANI
		NERVA FIL.
|	Sub Vespasiano	PEGASUS a quo PEGASIANI
CÆLIUS SABINUS		
|	Sub Traj. Adr. & Ant. Pio	|
PRISCUS JAVOLENUS		CELSUS P.
ALBURNIUS VALENS		CELSUS F.
TUSCIANUS v. rectius VOLUS:		PRISCUS NERATIUS
MÆCIANUS		ATILICINIUS
SALVIUS JULIANUS		ARISTO
Q. CERVIDIUS SCÆVOLA		ULPIUS MARCELLUS
S. CÆCILIUS AFRICANUS		TITUS CAJUS
TERENTIUS CLEMENS		URSEJUS FEROX
MINICIUS NATALIS		
VINDIUS		

Durasse videntur hæ sectæ usque ad Antonini Pii tempora, ortumque novum JCtorum genus, quod relicta utriusque dissentientis familiæ opinione media incessit via, unde ERCISCUNDI fuerunt dicti.

§. 20. Cæterum hæc mutatio reipublicæ sub Imperatoribus facta JCtis aliam de jure respondendi legem præscripsit. Nam imposterum de jure respondendi autoritas a principe impetrata est. Primus D. Augustus, ut major juris autoritas haberetur, id constituit. Primus *Masurius Sabinus* a Tiberio venia impetrata publice respondit *d. l.* 2. *§. Masurius.* Eos autem qui ab Augusto ad Adrianum floruerunt, quique a Pomponio postremo loco referuntur, in duas partes divido. *Primo* referuntur, quorum simpliciter JCti faciunt mentionem. *Masurius Sabinus* Capitonis Atteji discipulus 2) *C. Cassius Longinus* Tuberonis Nepos, Servii Pronepos 3) *Cassius Longinus* major 4) *Cœlius Sabinus* 5) *Tuscianus* Javoleni discipulus 7) *Coccej.* Nervæ filius 8) *Pegasus* Proculi discipulus 9) *P. Juventius* Pater. Hi vero quorum scripta relata extant in digestis sunt *Sempronius, Proculus* 2. *P. Juventius Celsus Filius* 3. *Neratius Priscus* 4. *Javolenus Priscus* 5. *Alburneus Valens* 6. *Julius Aquila* Gallus.

SECT. II. AB HADRIANO USQUE AD CONSTANTINUM MAGNUM. EDICTUM PERPETUUM.

§. 21. A *Juliano*, qui sub Adriano vixit anno Christi CXX. altera periodus jurisprudentiæ Romanæ constituenda est, sub quo jus civile quodam temporis interstitio parum exercitatum majori quam antea studio florere & a multis Jurisconsultis celebrari & exornari cœpit. *Salvius Julianus* Jurisconsultus Mediolanensis edicta omnium prætorum, quæ erant annua, perpetuæ jurisdictionis facturus, collegit, & ab eo *perpetuum edictum* denominatum est. Eutropius *l.* 8. *in Salvio Juliano*, quod Adriani & Senatus imperio comprobatum est, ut ex eo jus imposterum diceretur. Justinianus ipse *edicti perpetui ordinatorem* eum prædicat. *l. pen. C. de condict. causa dat.* Quamvis idem epistola latina ad Senatum & omnes populos compositionem tribuat Adriano, cujus scilicet imperio collectum & ejus autoritate comprobatum fuit.

§. 22. Ad hanc edicti collectionem, ut majorem & potiorem jurisprudentiæ Romanæ partem, illustrandam sequentes Jurisconsulti omne suum studium & laborem converterunt exemplo *Servii Sulpitii*, Q. Mucii discipuli, qui in edicta commentarios scripserat. *Paulus* libros octoginta, *Ulpianus* libros 83. in eam peculiariter scripserunt, cessitque tantum sub his, & aliis Jurisconsultis jurisprudentiæ postrema ætas. Eaque contigit sub Alexandro Severo anno Christi CCXXIV. qui & jus civile & Jurisconsultos majori quam ullus retro principum studio complexus est. Lampridius in Severo Jurisconsultos enumerat. *Ut scias*, inquit, *qui Viri in ejus consilio fuerint. Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius Cato temporis sui, Domitius Ulpianus jurisprudentissimus, Ælius Gordianus Gordiani Imp. Pater & ipse revera vir insignis, Julius Paulus jurisprudentissimus, Claudius Venatus Imperator amplissimus, Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Calistratus, Hermogenes, Venulejus, Triphoninus, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, hi omnes juris professores, qui discipuli fuerunt splendidissimi Papiniani, & Alexandri consiliarios nominat.* Sed ex veteribus Membranis regiæ bibliothecæ, quas diligenter ad hunc locum examinavit Casaubonus, cæteros post Pomponium expungendos putat. Idem Cujac. observavit *lib.* 7. *observ. c.* 2. Reliquos diligenter collegit Labittus, eorum fragmenta relegit & in propriam sedem & propriam autorum seriem retexuit in indicibus juris, qui ea de re adeundus est. Rem operæ pretium nos facturos esse credidimus exhibentes in subsequentibus paginis, sub titulo chronologiæ juris, JCtorum nomina & ex illorum scriptis excerptas leges sub loco, tempore, quo vixerunt, annotato.

§. 23. Inclinante imperio & ad mutationem præcipiti Gothis Italiam incursionibus & assiduis bellis vastantibus, atque imperatorum sensim resecta & diminuta ditione, Jurisconsulti desierunt, & responsa, quæ instar oraculorum erant, obmutuerunt. Quod circa *Gordiani* tempora contigit anno Christi 242. ad quem pervenit *Modestinus arg. l.* 6. *C. ad exhib.* qui pene Jurisconsultorum postremus fuit, ab eodem tempore disciplinæ pene emortuæ jacuerunt, ingruente in dies barbarie & latini sermonis sedem occupante.

SECT. III. A CONSTANTINO M. USQUE AD THEODOSIUM JUNIOREM.

§. 24. Tandem *Flavius Constantinus* anno Christi 329. Byzantium delegit, ubi veteri Romæ æmulam excitaret, quam suo nomine Constantinopolim dixit, ad quam jura & arma imperii orientis migrarunt, ad quam posteriores Imperatores, excurrentibus quotidie ferocissimis nationibus & Italiam vastare perseverantibus, se receperunt, quia ab iis remoti erant. Ubi non minus pacem quam bellum meditantes & utriusque gloriam copulantes, deficientibus aliis partibus juris, constitutiones retro principum collegerunt. Constitutiones vero cum imposterum frequentiores factæ atque adeo eæ tantum editæ sint & solæ vim legis habuerint, distinguendæ sunt & in duas partes distribuendæ, in eas quæ *ab Augusti temporibus ad Constantinum* editæ sunt, & quæ a *Constantino ad Justinianum.* Earum, quæ ab Augusti temporibus factæ sunt, antiquiores non reperiuntur, quam Adriani: vel quod ante Adrianum leges antiquæ observabantur, vel si jura de novo condebantur Senatus Consultis, quorum pleraque hujus ætatis in jure occurrunt, præmissa principis oratione constituebantur, postea sub Antoninis jurisprudentia in dies crescente (ut crescere dicitur *l.* 11. *§. ergo de leg.* 3.) variæ constitutiones cum variis Jurisconsultorum responsis editæ sunt, quibus controversiæ, quæ inter Jurisconsultos movebantur, decisæ sunt.

§. 25. Quædam a Constantino ad Justinianum partim in Italia partim in Thracia editæ sunt, pleræque omnes latinæ, priores ab Hermogeniano & Gregoriano Jurisconsultis collectæ sunt, nulla, ut opinor, principis autoritate, sed animi gratia. Horum Codicum reliquiæ quædam hodie supersunt, manu Aniani mutilatæ. Hinc illorum historia valde anceps. De collectoribus parum constat. Gregorium sub Constantino M. an. 336. vixisse & Præfectum Prætorio fuisse, quidam autumant. Hermogeniani ætatem ad Diocletiani tempora refert Guilielmus Grotius *in vit. JCtor.* Gothofredus eum sub Constantini M. liberis vixisse asserit. Quorumnam Imperatorum constitutiones his codicibus fuerint contentæ, iterum disputatur. Verosimile est, constitutiones ab Hadriani ævo exhibuisse. In Valeriano & Gallieno desiisse, opinatur Cujacius. Sed vel ipse fragmenta & Diocletiani & Maximiani constitutiones in iis fuisse quærendas, evincunt. An uterque Codex unam, eandemque epocham sibi proposuerit, quæritur. Affirmat Gothofredus, tradens, alterum alterius operæ aliquid adjecisse, velut æmuli viderentur. Negat doctissimis argumentis politissimus Jureconsultus Anton. Schultingius *in Jurispr. Antejust. p.* 684. Publicam hos codices autoritatem habuisse, asserunt pene omnes. Justinianus cum Theodosiano Codice contulit, & ex illis leges hoc anteriores hausit.

SECT. IV. A THEODOSIO JUNIORE USQUE AD JUSTINIANUM.

§. 26. Theodosius Imperator an. Christi CCCCXXXV. die 15. Kal. Martii Imperatorum Christianorum constitutiones collegit & in Codicem redegit, qui ab ejus nomine *Theodosianus* dictus est, mandavitque Valentiniano filio, ut jubeat promulgari *Novell.* 1. *ad Valentinian.* Hujus Codicis fragmenta, quæ plerisque locis sparsa erant, non simul eodem tempore; sed successive per partes ad nos pervenerunt virorum eruditorum cura & solicitudine. Primo V. C. Charpinus *l.* 7. & 8. Constitutionum, Loisellus novellas Majoriani exhibuit *Johannes Tilius* & *Johannes Sichardus* reliquos octo libros protulerunt: Postremo *Jac. Cujacius* libros 16. quos hodie habemus cum novellis Valentiniani & Majoriani edi curavit. Omnium tamen operam circa hunc Codicem superavit JCtus excellens *Jacobus Gothofredus*, qui per triginta annos immortali suo operi insudans morte præventus editionis curam *Antonio Marvillio* Antecessori Primicerio in universitate Valentina reliquit, qui illud post decennium ferme a morte Autoris Lugduni An. MDCLXV. in publicam lucem ire jussit. Collectus fuit hic Codex A. D. 438. ab octo viris nobilibus, quorum in sua constitutione de Codicis autoritate meminit Theodosius. Erat Imperatoris mens, ut Antecessorum leges ab oblivione vindicaret, a mendis purgaret, & qua fieri posset brevitate in unum corpus colligeret. Mutandi licentiam collectoribus dedit. Hi ordinem

Gregoriani

Gregoriani Codicis sunt secuti, qui ipse ad ordinem edicti perpetui compositus fuisse videtur. In XVI. Libros divisus est, qui manus Aniani Referendarii in aula regis Alarici non effugerunt. Post Theodosium multæ constitutiones ab ejus successoribus sancitæ sunt, quarum accuratiorem & auctiorem editionem ex vetustissimo MSto Ottoboniano pollicitus est Leonhardus Adamus Volsiniensis.

§. 27. Codici Theodosiano adjectus est incertus, qui cum Mosis legibus Romanas contulit. Quidam Licinium Rufinum fuisse conjiciunt. Quisquis sit, is Theodosii Junioris temporibus vixisse creditur & post consulatum ipsius XV. quo demum codex editus legitur. Ex quo hic unam retulit constitutionem de *impudicis*. Sed ex Theodosiano pleniorem recitat quam hodie in corpore ipso extet *in l. 6. C. Theod. de adult.* Inde aliisque locis conjicere est, non superesse codicem hunc, quem Theodosius edi curavit, sed fragmenta quædam ab *Aniano* collecta. Aniano enim Alaricus Gothorum rex, qui Italiæ imperabat, mandavit, ut partim ex codice Theodosiano, Caji institutionibus, Pauli sententiarum libris 5. aliisque codicem constitutionum conficeret, quas usus fori aut ratio temporis aut mores gentis exigebant, ut ex ejus subscriptione colligere est.

II. JURISPRUDENTIA ROMANA SUB JUSTINIANO.

§. 28. Tandem Justinianus jurisprudentiam Romanam Roma & pene tota Italia exclusam in Græciam revocavit, ut ea quasi Palladio & felici fortunatoque simulachro jus imperii occidentis conservaret. Cum autem & leges, plebiscita & constitutiones Imperatorum innumeræ essent, & imprimis Jurisconsultorum responsa per varios autores fusa & dispersa, quibus præcipue ars juris constat, in immensam molem assurgerent: Corpus justum & membris congruentibus constans conficere tentavit utiliorum delectu habito & superfluis detractis atque ex hoc veluti juris antiqui latifundio divite & amplo messem auream manu plena collegit. Plerique ante idem consilium iniverant. Julius Cæsar *apud Sueton. c. 44.* Jus civile ad certum modum redigere cogitaverat atque ex immensa diffusaque legum *copia in paucissimos conferre libros constituerat*, ut ante eum Crassus, Tullius, Pomponius eandem cogitationem susceperant. M. Tullius librum peculiarem scripserat *de jure civili in artem redigendo*, teste Gellio *lib.* 1. *c.* 22. at Justinianus non tentavit, sed peregit & feliciter colophonem imposuit atque instar sanctissimæ justitiæ templum extruxit, ut ipsemet ait in *l. 2. §. ne autem. C. de jur. vet. enucl.* Hujus autem laboris hic est ordo chronicus.

§. 29. Anno salut. DXXIX. Imperii Justiniani secundo Decio consule Indictione 7. 16. Kal. Maji *novus Codex* a Justiniano editus est, ex tribus aliis ejusdem argumenti codicibus compositus Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, qui tres postea perierunt, demptis ex Theodosio fragmentis, quæ supersunt ex illo codice, quem Anianus selegerat & ex Theodosiani constitutionibus composuerat. Qui quod iis tantum constaret, non Theodoricianus a Theodorico Gothorum rege, sed Theodosianus dictus est a Theodosio juniore. Datum id negotii fuerat anno superiori delectis ad hoc viris clarissimis, ut ejusdem Imperatoris constitutio edita *Idibus Februarii ad Senatum Constantinopolitanum* anno superiori sub consulatu ejusdem Imperatoris secundo declarat. Absoluto vero opere hoc anno septimo Idus Febr. ad Mennam Præfectum prætorio de confirmando eodem Codice constitutionem edidit sub consulatu Basilii; ad hoc curandum opus decemviratus constitutus est, & ab eodem Imperatore delecti Joannes Patricius vir consularis & exquæstor, Leontinus magister militum expræfecto prætorio, Phocus magister militum & Patricius, Basilides expræfecto prætorio orientis, Thomas exquæstor sacri Palatii, Tribonianus magister officiorum, Constantinus Comes sacrarum largitionum, Theophilus comes sacri Consistorii, Dioscorus & Presentinus togati judices sacri Prætoriani.

§. 30. Sequenti vero anno Christi DXXX. Lampadio & Oreste Coss. Indictione 8. 18. Kal. Junii exiit mandatum ad Tribonianum de componendis *pandectis*, ut patet ex inscriptione *l. 1. in f. C. de vet. jur. enucl.* Tertio anno & post Lampadii & Orestis primo Indict. 9. Tribonianus sibi imposito operi operam dat. Hoc autem anno tam oriens quam occidens sine Coss. fuerat. *Quarto* post Lampadii & Orestis consulatum (hic quoque annus sine Consulibus fuit) indictione 10. præfati antecessores Theophili, Dorotheus & Tribonianus, persequuntur compositionem pandectarum ad exitum perducere. Jus autem civile collegerunt dispersum per tot volumina, quot Jurisconsultorum opera extabant, quorum singuli peculiari methodo & propria inscriptione, singulari sententia de jure scripserant. Duæ tamen præcipuæ Sabinianorum & Proculianorum sectæ vigebant, quæ in quibusdam capitibus sibi invicem adversabantur & propriæ sententiæ laude gloriabantur; hinc varia inter eos dissidia & perpetuæ quasi hereditario & societatis jure opinionum dissensiones. Ex his vero pandectæ compositæ suppressis reliquiis autorum, quæ in delectu posthabitæ & neglectæ tanquam λείψανα evanuerunt.

§. 31. Quinto deinde anno Justiniano tertium consule Indictione 12. primum in lucem exierunt hi quatuor *Institut. libri* 2. Kal. Decembr. ut patet ex subscriptione sequentis constitutionis.

§. 32. Eodem anno, sequenti vero mense 15. *Kal. Januar.* emissæ sunt pandectæ, ut ex duabus constitutionibus eodem die scriptis & ex earum subscriptione discitur, quarum prior Græce extat in limine pandectarum.

§. 33. Aliud quidem corpus legum Laurentius edidit teste Athenæo *lib.* 1. Dipnos. ἔτι δὲ νόμων συναγωγὴν, addit ὡς ἔτι διδάσκουσι. Quæ verba Casaubono suspecta sunt propter particulam ἔτι. Non enim sic locutus fuisset Athenæus de opere non olim facto. Tribuit ergo abbreviatori, qui putavit paulo post Justinianum hoc corpus legum, de quo hic agimus, a Laurentio compositum fuisse, sed si quod Laurentius edidit, in quibusdam bibliothecis delituit & periit non sine magno damno juris civilis.

§. 34. Novissime 6. anno Justiniani 4. & Theodoro Paulo Coss. Indictione 13. 4. Kal. Jun. prodiit posterior *codicis* editio *ex repetita prælectione veteris codicis*, & hic est ordo hujus triplicis operis Justinianei, quod vivus ex Jure Civili Romanorum edi & servari voluit ab omnibus populis.

§. 35. Has tres juris partes secutæ sunt *constitutiones* ab eodem Imperatore editæ quæ *Novellæ* dictæ sunt. De ratione hujus nominis non satis constat. Cedrenus putavit Novellas dictas quod nova atque a veteribus, dissidentia jura constituantur, ut innuere videtur his verbis: τοὺς παλαιοὺς νόμους πάντας ἀνανεώσας, ποιήσας νομοβιβλίον ὃ καὶ νεαρὰς διατάξεις ἐκάλεσε. Quinimo sic dictæ sunt quod novissime sint promulgatæ post Codicem repetitæ prælectionis. Nam & sæpissime a Græcis interpretibus appellantur νεαραὶ μετὰ τὸν κώδικα *Novellæ post Codicem.* Et ab ipso Justiniano *Novellæ* 67. & *in constitutione de novo codice faciendo* & pariter Theodosii, Valentiniani, Martiani, Leonis, Mauriani, Severi, constitutiones non aliam ob causam, Novellæ appellatæ sunt, quam quod post codicem Theodosii editæ fuissent, & aliæ quædam Leonis Philosophi, Nicephori, Michaelis Romani, Alexii quod post βασιλικῶν libros promulgatæ essent, quin & Justiniani constitutiones *quæ in l. 1. §. sed cum novellæ. C. de emend. cod. & l. si quis filium in f. C. de inoff. test.* vocantur novellæ. Nondum enim retractato codice hanc appellationem meruerant, editæ cum essent post primam codicis editionem. Retractata vero repetitave jam codicis editione eam appellationem amiserunt. Nec enim novellæ sunt, quæ in corpus unum codicis repetitæ prælectionis justum constitutionum corpus referri meruerant, sed quæ post codicem illum emerserunt.

§. 36. His adjacent formæ præfectorum Præt. quædam sive ἐπάρχικα & novellæ, Justin. Tiberii easque sequuntur etiam edicta tredecim, quæ a novellis non sunt separanda, cum inter novellas reperiantur edicta & inter edicta novellæ, & ex illis tredecim quæ ad Armeniam, Phœnicem Libani, Ponticam, Hellespontum, Ægyptum, Alexandriam, edicta proprie non sunt. Edicta enim sunt generales leges, quæ omnes populos & provincias tenent *l. 3. C. de leg.*

§. 37. Novellas græce scriptas *Julianus* Antecessor Constantinopolitanus Latinas fecit, procemiis & perorationibus sublatis singulorum capitum sententiam paucis & dilucide explicuit. De hoc autem Novellarum Epitomatore satis non constat, quia eadem ætate plures Juliani fuerunt. *Alciatus* in Parergis & consularem, & patricium appellat. Putavit enim illum esse cui Priscianus opus sic inscripsit *Juliano Consuli & Patricio*; sed huic conjecturæ refragatur, quod Prisciani libri descripti ab ejus discipulis extant anno 527. ultimo imperii Justini Mavortio Consule, cujus consulis annus præcedit collectionem novellarum quinquaginta pene annis. Nam novellæ Justinianeæ collectæ sunt post ejus mortem. Et ita inter hunc Julianum & Novellarum collectionem totum Justiniani imperium & quod excurrit intercedit. *Alius* ejusdem nominis fuit præfectus prætorio, ad quem aliquot Græcæ constitutiones Lampadio & Oreste Coss. scriptæ extant; sed nec is noster est tum propter rationem temporum, tum quod hunc nec Patricium nec consulem fuisse advertimus. Nam in antiquo exemplari talis inscriptio est *Juliani Antecessoris.* Neque audiendi sunt qui putant a temporibus Irnerii scripsisse, quos refellunt libri veteres & plurima antiquorum scriptorum testimonia præsertim *Ivonis Carnotensis*, qui ejus pleraque verba refert. Certum exploratumque est usum fuisse hoc libro Irnerium, Bulgarum, Azonem, Joannem, Accursium & cæteros interpretes. Fuit ergo juris professor, qui statim post Justinianum vixit.

§. 38. Cur autem novellarum constitutionem volumen *Authentici* nomine appellarint interpretes, ratio videtur esse, quod *Irnerius* & etiam ante illum diversi JCti constitutionibus codicis Justinianei capita quædam adjecerint non ex Juliani epitome, sed ex barbarica translatione κατὰ πόδα prompta, quæ fusior prolixiorque erat. Irnerium secuti sunt cæteri & Accursius has glossis illustravit & ad discrimen cæterarum versionum, quæ ab iis Interpretibus electa fuit, dicta Authentica seu Authenticæ constitutiones. Authenticum, quod est verum & approbatum, hoc verbum est recentiorum Græcorum. Nam αὐθέντης apud veteres Græcos qui se manu conficit ac necat. Thucyd. *schol. lib.* 3. τοὺς δὲ νῦν αὐθέντας καὶ δεσπότας. Nunc autores dominos vocant & potestatem habentes.

§. 39. Primus superiori ætate *Gregorius Haloander* nova illa laudatissima editione Græce & Latine hunc Novellarum librum restituendum putavit; postea *Henricus Scrimgerus* multis constitutionibus auctum Græce edidit, exemplum secutus Veneti lib. Bessarionis Cardinalis. Novissime *Joh. Frid. Homberg zu Vach Jur. in Acad. Marburg. Prof.* ex græco in latinam novellas convertit & notis illustravit.

§. 40. His novellis non minor autoritas quam Pandectis, Codici & Institutionibus Justinianeis tribuitur. Hoc tamen triplex opus, quod ex latinis autoribus haustum, latine se vivo edi curavit, præcepit ubique doceri, sed imprimis in scholis Constantinopolitana & Berytensi, & ex iis pensum singulis annis tum ab antecessoribus docendum, tum ab auditoribus juris discendum præscripsit, ut colligere est ex *epist. quam ad Antecessores misit.* Et ut opus latine scriptum extabat, ita latina non vernacula in Græciæ Asiæque scholis exponebatur, atque hoc tempore tota pene Græcia Latine loquebatur. Neque abrogatum illud quod antea obtinebat, ut edicta, rescripta, decreta nonnisi latine etiam in provinciis proponi possent *l. decreta ff. de re jud.* quod profectum erat ab illa lege P. R. ut magistratus Græcis, cæterisque nonnisi latine responderent. Justinianus vocat πατρῴαν φωνὴν *linguam patriam*, adeo ut cum permisit jus græce verti, id ea lege permisit, ut κατὰ πόδα verbum verbo redderetur, eoque consilio latina utebatur, ut omnes populi, qui quondam imperio Romano parebant, uterentur.

§. 41. Sed consilio exitus defuit. Nam nec Romam, nec in integram Italiam latinæ quidem linguæ propriam sedem, verosque penates, nec vivo Justiniano nec multo post Pandectæ pervenerunt. Sed dum jurisprudentia Justinianea, aut postea Basilii Imperatoris in Græcia aliisque regionibus imperii orientis in scholis docebatur, & in foro observabatur: Romæ & in Italia partim Gothorum leges, partim quædam jurisprudentiæ Romanæ fragmenta in controversiis disceptandis servabantur.

III. JURISPRUDENTIA ROMANA POST JUSTINIANUM.

Huic primæ parti Chronologicæ historiæ terminum statuit opus Justinianeum suis omnibus partibus absolutum, quod ex jurisprudentiæ Romanæ fragmentis conflatum, fundum & fundamentum ejus continet. Nunc gradum facio ad alteram partem, in qua agitur de interpretibus & eorum commentariis tam latinis quam græcis, quibus Constitutiones Græcas annumero, quod ad Justinianei operis interpretationem adhibeantur, cum ex eo sint excerptæ.

FATA JURIS JUSTINIANEI IN ORIENTE.

§. 42. Anno Christi DCCCLXVII trecentis circiter annis post Justinianum *Basilius Macedo*, qui captivus inter venales Constantinopolim adductus Imperator factus est, atque filii ejus Constantinus & Leo Philosophus vel Justinianeæ gloriæ æmuli vel nominis comparandi causa Justiniani opus supprimere conati sunt, eoque consilio Basilius pater edidit epitomen quandam juris i. e. textum Codicis & Digestorum compendiosiorem, multis scil. detractis,

quæ

quæ inutilia eſſe putavit eamque πρόχειρον vocavit. Baſilio patri *Leo* filius ſuccedens promulgavit hos libros *Baſilικῶν ſexaginta* qui primo βασιλικαὶ διατάξεις, deinde a latinis in ſubſtantivo Baſilicon libri dicti ſunt. Solent enim latini ex quibusdam nominibus græcis adjectivis ſubſtantiva facere, quale eſt Epitaphium græce ἐπιτάφιος λόγ☉ *ſermo funebris*.

§. 43. Eodem tempore *Photius* epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui etiam Bibliothecam conſignavit, ex iis conſtitutionibus quasdam collegit, iisque Canones Eccleſiaſticos admiſcuit, ideo ejus collectio utroque jure conſtans dicta eſt *Nomocanon*, & in quatuordecim libros diſtributa, quam poſtea *Theodorus Balſamon* Scholiis illuſtravit anno Chriſti M CXLIII. At ipſe Balſamon in ſua præfatione ſecum pugnare videtur, dum Leonem Conſtantinum porphyrogenetam quaſi auctorem Baſilicon laudat. Verum obſervare eſt, non compoſitionem ſed ἀνακάθαρσιν i. e. emendationem ſeu repetitionem non tantum Leoni, ſed etiam Conſtantino tribuere, & modo ſub Leonis Imperatoris tantum, modo ſub Leonis & Conſtantini ſimul nomine extare in Bibliotheca Palatina & in jure Græco-Romano. Ut autem JCtis latinis mos fuit opera, quæ ſibi prolixiora videbantur, in compendium redigere, & ut vulgariter loquar *epitomare*, ut colligitur ex variis librorum inſcriptionibus, quæ in Digeſtis aliisque locis occurrunt, qualis eſt illa *de Alfeni reſponſis a Paulo Epitomatis*. Ita Græcis familiare fuit excerpere ex antiquioribus conſtitutionibus, eas quæ uſui forenſi utiliores & aptiores eſſe videbantur & ex his codicem efficere, adeo ut ex libris Juſtinianeis *epitomes* tres compoſitæ ſint: *Prima* eſt illa, quæ *Baſilio Macedoni* tribuitur, quia tamen in ea latam legum comprehenſionem inſtituit, eam τὸ πλάτ☉ τῶν νόμων & nonnunquam τὸ πλάτ☉ τῶν βασιλικῶν appellari adverto, eosque libros vulgo ἑξηκοντάβιβλον nuncuparunt, quod ſint LX. iique diviſi in τεύχη ἕξ i. e. *ſex Volumina*, quorum ſingula decem libros continent: ex his quidam tantum editi ſunt opera *Gentiani Herveti*, qui ad eum pervenerunt beneficio *Antonii Auguſtini* de jurisprudentia bene meriti, quos quidem latinos *Hervetus* fecit, reliquos omnes penes *Jacobum Cujacium* fuiſſe fama eſt, quorum ipſe ſexageſimum latine vertit, eoque mortuo ad *Petrum Fabrum* Saniorianum præſidem Tholoſanum perveniſſe creditur. Exiſtimarunt quidam, Cujacium contra bonam fidem in libris βασιλικῶν fuiſſe verſatum, eosque corrupiſſe, ut furta ſua laterent. Abſterſit magno Cujacio hanc maculam Fabrotus. Cæterum libri βασιλικῶν non integri ad nos pervenerunt, ſed libri tantum XLI. perierunt libri XIX. & XXXI. usque ad XXXVIII. & XLIII. XLIV. & a XLIX. usque ad LX. Pleniſſimam hujus operis editionem CAROLUS ANNIBAL FABROTUS *Antecesſorum Aquiſextienſium Decanus* ex Bibliotheca regis Chriſtianiſſimi nobis a. MDCXLVII. dedit.

§. 44. Altera ex libris compendioſior facta eſt, quæ reſpectu prioris dicitur *Ecloga* ſive *Synopſis*, quod ex priori ea, quæ magis uſui videbantur, excerpta ſint, ἐκλέγειν nihil eſt aliud quam excerpere, & eclogarii homines dicti ſunt apud Ciceronem *ad Attic.* 11. olim, qui quicquid fere legebant excerpere ſolebant & in breviarium conferre; ſic eclogæ reperiuntur e Diodoro, e Polybio, e Cteſia, e Theophraſto, e Strabone. Hinc & poemata imitata eclogæ dicuntur, ut Bucolica Maronis e Theocrito. Apollinaris Horatii poemata eclogas nominant. Sic Synopſis Baſilicῶν ecloga dicitur, quod a Baſilicis excerpta ſit, ut & Harmenopulo promptuarium (a quibus etiam hauſtum eſt) eodem nomine appellare poſſis: hæc autem Synopſis, quam hodie habemus, debetur *Joanni Sambuco Pannonio*, eo nomine de jurisprudentia bene merito, qui eam *Tarenti* apud Calabros, dum per eam regionem peregrinaretur, reperit. Nemini vero mirum eſſe debet, quod in hac regione talia Græcorum monumenta reperiantur. nam hæc quæ magna olim Græcia dicebatur una cum Sicilia, quæ ei vicina eſt, ſub ditione Conſtantinopolitana diu duravit, etiam poſtquam exarchatus Ravennat. a Longobardis & Francis ex ditione orientis ſublatus eſt, ea poſtremo a Normannis uſurpata. Præterea in eadem regione pandectæ antea inventæ fuerant, ut poſtea dicemus. Synopſim vero hanc latine vertit & edi curavit Joannes Leunclaius Tomo II. Juris Græco-Romani.

§. 45. Eſt & alia *Synopſis Attaliatæ*, quæ juſſu Michaelis Ducæ Imperatoris, qui anno Chriſti 1077. imperabat, facta eſt, quæque ſuperiori brevior. Ideo autor ipſe in præfatione vocat compendium compendii σύνοψιν ὡσανεὶ συνόψεως, καὶ συντομίας ἀκριβεστάτης ὑπόθεσιν quæ *in tomum 2. juris Græco-Romani* relata eſt.

§. 46. Superiores conſtitutiones ſive integræ ſive epitomatæ Conſtantinopoli & in totius imperii orientalis ditione obſervabantur, ſuppreſſis Juſtinianeis operibus, quod linguæ vernaculæ uſu tandem obtinuiſſe videtur. Ut enim Juſtiniani latina opera ab Italis ultro ſuſcepta, ut poſtea dicemus, quod tum linguæ quamvis corruptæ, tum moribus, a quibus profecta erant, congruerent, ita conſtitutiones hæ a Græcis, neglectis Juſtinianeis, ultro admiſſæ. Et ut in Italia plerique ſtudium & operam converterant ad exponendum & illuſtrandum Juſtiniani opus: ſic in Græcia ſuperioribus conſtitutionibus illuſtrandis varii ſeſe accinxerunt, quos ne omittam, in duas Claſſes divido. *Alii* ſcholia & gloſſas ad ſuperiores libros Baſilicῶν ſcripſerunt, quæ ut gloſſæ Accurſii juris corpori, ita græcæ oræ & margini horum librorum adjectæ nec ſejunctæ reperiuntur. *Alii* ſed pauci reperiuntur, qui promptuaria aliaque ex his libris hauſerunt. Primo referam nomina illorum: deinde paucis de eorum docendi & ſcribendi ratione agam. Nomina ſunt *Stephanus, Nicæus, Thaleleus, Iſidorus, Euſtathius, Eudoxius, Calocyrus, Sextus, Caliſtratus, Leo, Phocas, Modeſtinus, Domninus, Gobidas, Chumnus, Joannes, Hagio Theodoretus, Doxapater, Gregorius, Patzus, Garidas, Beſtes, Baphius, Theophilus*. His non annumero Anonymum Baſilicum, Enantiophanem, quibus tamen quaſi autoribus hæc nomina ut propria dantur, ſed Anonymus ſic dictus, quod Interpres incertus ſit, Baſilicus vero eſt contextus ipſe Baſilicῶν Enantiophanes locorum, qui inter ſe pugnare videntur, collatio & deciſio, cujus forſitan autor Photius, qui in nomocanone ſe περὶ ἐναντιοφανῶν libellum ſcripſiſſe refert. Superioribus adjectus eſt νομοφύλαξ & κωδικεύτης & Romani πεῖρα vulgo praxis. Horum alii latam & amplam juris comprehenſionem inſtituerunt, quam τὸ πλάτος τῶν νόμων vocarunt, diffuſum legum indicem, ut Dorotheus & Cyrillus, ſed Dorothei uſitatior eſt. *Alii* breves quasdam velut periochas ad libros & capita adjecerunt, *alii* μεταφραστικῶς aut παραφραστικῶς ſcripſerunt, *alii* ſecuti eam rationem, quam Juſtinianus κατὰ πόδα vocavit, qui verbis autorum religioſe hæſerunt. Anxia interpretatio quaſi calculatrix verborum. *Alii* κατὰ τὸ παλαιὸν antiquioris latini contextus veſtigia ſubtiliter perſecuti ſunt. *Alii* παραπόμπας adjecerunt, i. e. locorum ſimilium & diſſimilium indicationes vel ut ita dicam remiſſiones, quas alii male annotationes dici putarunt, alias ἔξωθεν i. e. *intrinſecas & interlineares*, alias ἔσωθεν κειμένας *extrinſecas* ad marginem & oram Codicis ſcriptas. Horum alii a Baſilicῶν libris diſtincti & ex iis quidam editi, ut Theophilus Harmenopulus. Sed a ſuperioribus omnibus *Theophilus*, harum inſtitutionum paraphraſtes eruditiſſimus, eſt diſtinguendus, quod hic non libris Baſilicῶν, ſed Juſtinianeis operibus hæſerit, unde colligere eſt, ante Baſilium fuiſſe eumque Juſtiniano coætaneum vel non longe poſt ipſum vixiſſe. Neque aſſentior iis, qui putant, ab Accurſii gloſſis, quædam ſumpſiſſe. Ut enim nec Theophilus Accurſium vidit, cum eo antiquior ſit, ita nec Accurſius Theophilum, quem nullum ex Græcis vidiſſe aut intellexiſſe puto.

§. 47. *Harmenopulus* vero judex Theſſalonicenſis, isque non Juſtinianeis, cum poſt promulgationem βασιλικῶν in oriente non obtinerent, ſed Baſilicis conſtitutionibus hæſit, ex quibus *promptuarium* ſuum compilavit & ad *Emanuelis Comneni Porphyrogenetæ* imperatoris ætatem pervenit, qui imperavit anno Chriſti MCXLV. Nam ipſe novellas principum, qui ad hæc usque tempora imperarunt, allegavit. Non omittam tres paratitulorum libros, qui a *Joanne Leunclajo* latini facti ſunt, quos ex ſuperioribus libris excerptos puto, in quibus non oratione perpetua explicantur quæ ad ſingulos libros pertinent, ſed in ſingulis adnotantur, quæ in aliis titulis & gloſſis ad illum titulum pertinentibus reperiuntur. Atque ita jurisprudentia, quæ imprimis a *Baſilii* temporibus græca lingua uſurpari & doceri cœpit, ad *Conſtantinum decimum tertium palæologum*, ultimum græcorum imperatorem, producta eſt, capta Conſtantinopoli anno Domini 1445. a Mahomete Othomano, & Corinthio in ſuam ditionem redacta. hoc omne jus cum imperio extinctum eſt. Hactenus de jurisprudentia Græco-Romana. De qua ſi plura ſcire velis, adeas Epiſcopi Vaſionenſis JOSEPHI MARIÆ SUARESII Notitiam Baſilicorum ad Urbanum IIX. Pontif. Max. directam, quam Cardinalis Barberini Fabroto Baſilicorum editori communicavit.

FATA JURIS JUSTINIANEI IN OCCIDENTE.

§. 48. Redeamus ad Occidentem barbaris gentibus repletum, inter quas Franci caput extulerunt. Nondum extincta hic juris Romani memoria, quam ipſe Alaricus Rex Gothorum conſervare tenebatur. Cæſo Alarico Clodovæus victor, jus Romanum illibatum reliquit. Carolus M. Codicem Theodoſianum reſtituit, ut docent poſtrema verba, quæ adjecta ſunt Commonitorio Alarici, præfixo Codici Theodoſiano: *Et iterum anno 20. regnante Carolo Rege Franc. & Longobard. & Patritio Romano.* A Carolo Calvo obſolevit lex Theodoſiana & Juſtinianea ſucceſſit. Hincmarus Rhemenſis *Ep. 7. Et ſacri*, inquit, *Africæ Provinciæ Canones &* LEX JUSTINIANA *decernunt, ut clerici de judicii ſui cognitione, cum cogantur in publico dicere teſtimonium.* vid. Alteſerr. *rer. Aquitanic. lib. 3. p. 212.* In Italia Theodoricus Romani expugnator imperii legi Romanæ pepercit. Idem fecerunt Longobardi: permiſit quoque Carolus M. ut Romani ſua lege viverent. Tandem langueſcente imperio rurſumque tyrannis laborante Italia, jus Romanum barbarie obſitum & pene inauditum jacuit, donec imperante Lothario Saxone, reſtitutum. Rem varie narrant. Vulgaris fabula hæc eſt, Sexcentis annis a Juſtinianei operis promulgatione expulſis Longobardis a Lothario anno 1136. (quos demum Fridericus fugavit anno 1158.) ab eodem ductu Innocentii ſecundi, Melphi ſeu ut alii volunt Amalphi civitate Apuliæ expugnata, repertum pandectarum antiquiſſimum illud exemplum, quod ut Palladium ex alto lapſum eſſe videtur, e ſitu & pulvere, in quo poſt omnem memoriam jacebat blattis tineisque depugnans, revocatum eſt, & luci reſtitutum. Idque Piſanis a Lothario & Innocentio Papa donatum, quod utrumque adverſus Normannorum Rogerum juviſſent diuque Piſis aſſervatum eſt, donec per *Guinum Coponium* anno 1406. Piſis in poteſtatem redactis in ditionis Symbolum ad ſe tranſtulerunt, ut poſt Volaterranum, Taurellus in *præfatione harum pandectarum* affirmat. Quod quidem exemplar antiquiſſimum eſt, ipſius non quidem Triboniani prototypus in ipſa Græcia ſcriptus & in eam Italiæ partem, ut quidam volunt, delatus ab aliquo hanc regionem Juſtinianeo nomine adminiſtrante. Id certum, ea enim Italiæ pars diu poſt cæteras in poteſtate Græcorum Imp. duravit, in qua etiam Synopſis Baſilicon reperta aliaque Græcorum Magiſtratuum veſtigia occurrunt. Hæc ergo Juſtinianea opera e tenebris excitata Lothario Imperatori deberi olim credebantur, qui præterea Irnerii ejus ætatis viri celeberrimi conſilio juſſiſſe in Gymnaſ. doceri & in foro obſervari commotus, referente Abbate Urſpergenſi, precibus Matildis Comitiſſæ fingitur. Comitiſſam Tuſciæ intelligo quæ ſua omnia bona Eccleſiæ Romanæ donavit, cum plures fuerint ejusdem nominis ejusdemque ætatis illuſtres fœminæ, ut obſervavit Baronius an. 1072. Ab eo tempore jus idem paulo poſt aliis Gymnaſiis atque etiam extra Italiam conſtitutis communicatum eſt.

§. 49. *Pandectarum* vero obſervanda eſt vetus & nova diſtinctio & uſus notarum in iis aliisque libris allegandis a Juriſconſultis introductus. Pandectæ cum repertæ ſunt duobus voluminibus comprehendebantur, quorum *primum* a Tit. *de juſt. & jure* ad Tit. *qui teſt. fac. poſſunt* porrigitur. Secundum *ab hoc tit. ad finem*. Sed cum ab Irnerio, Pyleo, Dino, Cypriano aliisque primis interpretibus gloſſæ & ſcholia in ora & margine addita ſunt, utraque pars non potuit commode duobus voluminibus comprehendi & ex duobus tria facta ſunt, ſic dicta *vetus, infortiatum & novum*, Nomina non longe accerſita, ſed ex ordine nullo labore petita, cum vetus novo antiquius non ſit. Infortiati etymologiam aliqui in barbariei luto ſe volutantes, inquirunt, quod partim ex primo & poſtremo compoſitum, aliisque quæ deerant auctum *infortiatum* ſit, ſed puræ locutionis amans ſtatim ab hac & ſimili inepta deductione avertitur, eaque vocabula ut meras notas ſpectat, ut apud Dialecticos *barbara celarent &c.*

§. 50. Ne autem crebra & frequens repetitio in allegandis Pandectis aliisque libris ſcribentibus tædio eſſet, notarum uſus ab interpretibus græcis & latinis inductus eſt, neglecto edicto Juſtinianeo. Juſtinianus *in l. 1. in fin. C. de vet. jure enucl.* notarum & ſiglorum uſum vetat. *Ne autem per ſcripturam aliqua fiat impoſterum dubitatio: jubemus non per ſiglorum captiones & compendioſa ænigmata ejusdem codicis textum conſcribi, etiamſi numerus librorum ſignificatur aut aliud quidquam.* Prævaluit tamen uſus, atque digeſta per D. majusculum, veru curvo confixum vel linea recta, ut in nummis viſuntur, Pandectæ per literam π deſignabantur, poſtea imperitia Librariorum pro litera π quæ accentu circumflexo notata erat, hæc nota ff. quæ hodie ſervatur formata eſt.

§. 51. Vetus exemplar pandectarum libris quidem, titulis, capitibus diſtinctum erat. Capita generali verbo *legis* appellantur. Lex enim generaliter Senatusconſulta, edicta Prætorum, reſponſa Juriſconſultorum comprehendit, quia hæ omnes juris ſcripti partes ab imperatore, qui eas ſimul conjunxit, ejusdem autoritatis & poteſtatis factæ ſunt, & omnes pariter dicuntur νόμοι ἔγγραφοι ad differentiam conſuetudinis, quæ neque juri ſcripto neque legis verbo comprehenditur. In his vero allegandis conſuetudo quædam, quæ

ab

ab Hebræis vel ab ipſis Romanis profecta eſt, fuit uſurpata. Quemadmodum enim Hebræi a primo vocabulo librum Geneſeos nominant *In principio*, librum Exodi *nomina*, Levitici *vocavit*, Numerorum *locutus eſt*, Devteronomii *verba*; & apud Romanos quædam lex regia autore Feſto a primo verbo nominata *parens* & lex 12. tab. a M. Tullio lib. 2. de leg. *Si in jus vocat atque eat:* Sic ſingula capita legum ab initiali verbo deſignata ut *l. lecta l. frater l. pacta.* Et autores noſtri librum vel edictum a primis verbis indicant: *ſi certum petatur. Uti poſſidetis.* Præterea in veteri exemplari hæc capita uno tenore continuoque ſpiritu ſcripta quamvis longiſſima, nulla nota interciſa erant, propter magnitudinem ab iisdem interpretibus diſtincta ſunt ſectionibus, ut inquirentibus facilius occurrerent. Sectionum autem notæ *paragraphi* dictæ. *Paragraphus,* ait Iſidorus *l. 1. c. 20. ponitur ad ſeparandas res a rebus, quæ in connexu occurrunt.* Nota autem capitis eſt litera L. quæ ante Irnerium & alios duplici litera pingebatur hoc modo lg. ut refert *Magno* in libello, quem de hoc argumento conſcripſit & Carolo Magno inſcripſit his verſibus.

Hæc juris σημεῖα lubens rex accipe Carle,
Offert devotus quæ tibi Magne tuus.

Græci vero ſingula legum capita *digeſta* vocabant, ſic interpretes in Baſilicis hæc laudant. Balſamon in Photii canones κεφάλαια, ſectiones vero ſeu paragraphos θέματα ſeu θεματεῖα, utrumque exprimere ſolebant per ſigla hujusmodi, ſeu ſingularias literas δ & θ. Unde Anonymus quidam interpres Joannis a Porta in libellum de occultis literarum notis, non ex π. ſed ex θ confictam eſſe neotericam illam notam ff, quod tamen vel ex eo refellitur, quod latini interpretes alias Græcorum notas non uſurparunt, quia vel libros non viderunt, aut nihil ex iis collegerunt, quod commercium linguæ græcæ eis eſſet infrequens.

§. 52. Eodem tempore, quo jus reſtitutum, cæteræ etiam ſcientiæ jacentes & pene extinctæ exſuſcitatæ ſunt. Petrus Lombardus cognomento Magiſter ſententiarum Epiſcopus Pariſienſis anno Chriſti 1160. primus Latinorum Theologiam per antiquorum libros ſparſam in certam methodum artemque redegit, æmulatione Joannis Damaſceni, qui ante quingentos annos idem Græcis Syris præſtiterat. *Gratianus* Bononienſis Monachus eodem tempore Rapſodiam Decretorum, quam ipſe abſolverat, ſummo Pontifici confirmandam obtulit & ſtatim Joannes Semeca Teutonicus gloſſas in ea edidit. Petrus Trecenſis cognomento Comeſtor autor hiſtoriæ Scholaſticæ extitit, iique tres Gratianus, Lombardus, Comeſtor, ſi quibusdam credimus, fratres naturales ex concubina nati.

§. 53. Jure civili tandem primo Italiæ reſtituto, deinde aliis Europæis nationibus communicato ejusque exercitatione ab Irnerio inchoata, ab ejus Schola prodierunt diſcipuli, qui exemplo ejus id docuerunt & novas interpretationes & cogitationes adjecerunt. *Joannes Boſianus, Martinus Ceſias,* aut *Geſias,* ambo Cremonenſes, eodem tempore Bononiæ floruerunt & duas opinionum ſectas ſeu duas, ut *Volaterranus* ait, *factiones* ſtatim conſtituerunt. Item *Bulgarus, Piſanus, Hugolinus & Placentinus,* hic quidem primus in Gallia in Monſpelienſi Academia jus docere cœpit & teſtimonio *Baldi* maximum lumen legibus attulit, atque Placentino in eadem Academia jus profitenti ſucceſſit. Ex quorum omnium diſciplina & doctrina *Odofredus* & Accurſius multum profecerunt, ita ut partim ex Odofredi commentariis & Azonis lecturis, gloſſæ ab Accurſio excerptæ ſint.

§. 54. Accurſius, cum jam pene quadragenarius eſſet, cœpit Bononiæ huic ſcientiæ operam dare, in qua adeo profecit, ut Odofredum inſignis eruditionis autorem longe ſuperaverit. Deinde relictis publicis prælectionibus in ſolitudinem ſe recepit, ubi libros juris gloſſematis annotavit. Septennium conſumpſit in elaborandis gloſſis Pandectarum & Avthenticorum, ut ipſemet profitetur *in avth. ut proponatur,* in verbo *Indictionis:* Deinde Codici operam dedit circa annum Chriſti 1227. imperante Friderico II, ut ipſe teſtatur *in l. 2. C. de accuſ.* Deceſſit vero anno vitæ 78. ſalutis ut quidam putant 1229. relicto Franciſco Accurſio, qui etiam Doctor inſignis fuit & quædam ſcriptis patris addidit. Poſtremo *Vivianus* ſingulis pene legibus hypotheſes addidit, quibus velut vivis rerum imaginibus eorum ſententias oculis ſubjicit.

§. 55. Quanto autem in pretio ejus gloſſæ habitæ ſint, ex eo colligere licet, quod perpetuo oræ & margini librorum juris ſint adjectæ, adeo ut contextui coaluiſſe & unitatem feciſſe videantur. In his intima jurisprudentiæ doctrina elucet, & mirabilis collatio omnium pene locorum ſibi invicem congruentium atque brevis perſpicuaque diſſidentium conciliatio, ita ut nihil deſiderandum videatur in eo, quam ut feliciori vixiſſet ætate, in qua cultior puriorque latinus ſermo fuiſſet; ſed exterarum gentium inundatio & velut generale effluvium totam Europam occupaverat & commixtione linguarum facta ſua barbarie infecerat, verumque literarum cultum extinxerat. Eademque barbarie ſequentibus ſeculis graſſante multa jurisprudentiæ aliisque diſciplinis Gothicam & peregrinam gentem redolentia ſparſa ſunt, quæ potius ætati, in qua vivebat, quam ſibi imputanda videntur. Propterea ei condonanda ſunt aut compenſanda cum recta & exacta juris doctrina, in qua inſignis labor & obfirmatum in jure judicium obſervatur.

§. 56. Et ne aliquid intactum reliquiſſe videatur eorum quæ ad inſtitutionem novi Juſtinianei ſpectant (cujus cauſa hanc prælusionem conſignaſſe ab initio profeſſus ſum) quædam generaliter de *gloſſographia* delibabo, ne hoc verbum, cujus crebra & frequens recurrit allegatio, ſuſpenſum teneat adoleſcentem. Gloſſa pro lingua, pro dictione, pro dictionis interpretatione ſumitur: hæc poſtrema uſurpatio ei, de qua agamus, convenit. Gloſſa eſt ſcribendi & docendi ratio antiqua non jurisprudentiæ peculiaris, ſed omni ſcientiæ & arti communis, & quæ non olim etiam Ariſtoteli interpretando adhibita. Varii in variis ſcientiis antiqui gloſſographi obſervantur, qui a *Suida, Heſychio, Athenæo* citantur & ab iis ſuas gloſſas hauſerunt. *Primi* illi mihi proprie gloſſographi dicendi videntur, quorum ſinguli ſcientiæ vel arti incubuerunt & interpretandæ ſtuduerunt, ſequentes vero lexicographi dicendi, qui indiſtincte, & ſine delectu omnes omnino cujusque ſcientiæ & artis voces collegerunt. Gloſſæ plerumque ad oram libri ſcribuntur, λέξικα κατὰ στοιχεῖον ſecundum dictionum alphabeticum ordinem. Gloſſæ etiam ſecundum quosdam peregrina & obſoleta verba continent. Quint. *lib. 1. Inſt. c. 2. & 14.* gloſſemata voces minus uſitatas, λέξεις proprias voces eſſe ait. Denique gloſſographi alicujus ſcientiæ vel artis obſcuriores & ſecretiores voces exponunt. At non ita vocibus addicti ſunt, quin fuſiores interpretationes adjiciant, cum res exigit: Ut antiquorum illorum Clidemi & Anticlidis gloſſis mores priſci, inſtituta & ritus admixti reperiuntur. Primi interpretes, *Irnerius, Pileus, Cyprianus, Rogerius* & alii antiquiores Accurſio annotationes breves ſcripſerunt, in quibus voces, quas obſcuriores putabant, explicuerunt, additis locorum ſimilium & diſſimilium indicationibus & plerumque diſſidentium conciliationibus adjectis. Neque ſunt auſi initio Juſtinianea opera longis commentariis onerare propter ſanctionem illam, *Nullis juris peritis impoſterum audentibus commentarios illi applicare d. l. 1. §. noſtram C. de vet. jur. enucl.* Ante Accurſium *Odofredus* & *Azo* tractatus ediderunt, quos *lecturas* dicunt, ſed illos ſecutus eſt, ex quorum gloſſematis ita profecit quibusdam additis vel detractis, ut viam ſequentibus præcluſerit gloſſas ſcribendi, qui exhauſta occupataque hac ſcribendi methodo, ſibi interpretandi operam relictam tantum putarant.

§. 57. Ideo qui poſt eum jus profeſſi ſunt aliam ſcribendi viam aggreſſi ſunt, neglectoque edicto Juſtinianeo commentarios fuſos Juſtinianeis operibus applicuerunt, ut ex magna ſcriptorum turba videre eſt & ingenti commentariorum mole. In iis non tantum verba legum examinant & poteſtatem earum expendunt, in qua juris ſcientia conſiſtit *l. ſcire 17. ff. de leg.* ſed gloſſam ipſam quam pari pene pretio, quo textum habent, excutiunt. Ideo in partes quasdam concepta arte dividunt & diviſam per ſuas partes ita religioſe aſſumunt, ut flagitio ſit particulam intactam relinquere.

§. 58. Sed hæc docendi ratio a recentioribus jurisperitis non omnino probata & a florentioribus Galliæ Academiis mutata, quod præ ſtudio gloſſæ & antiquorum interpretum fide, textus negligeretur, ſpuria multa pro veris intruderentur & ſenſim per librariorum, mox typographorum culpam & aliorum imperitiam, ita verba autorum mutarentur, ut ſi longius depravatio progreſſura fuiſſet, non magis Papinianus, Ulpianus, & reliqui Jurisconſulti ſe in ea agnoviſſent quam Euphorbus apud Pythagoram. Nam hæc erat ſuperioris ætatis calamitas & Philologiæ contemptus, ut limpida quælibet turbarentur cœno, & barbarie inficerentur, omni puræ veræque lectionis cura poſthabita, atque adeo nullo pene doctrinæ interpretum examine habito. Tantaque erat autoritas eorum, ut ſententiæ non expenderentur, ſed numerarentur. Haloander *in præf. in Codicem* ſua ætate obſervavit, pleroſque omnes eorum, qui juri operam navabant, adeo textum neglexiſſe, ut comparata ingenti commentariorum ſupellectili, Juris corpus non haberent, cum per ſummam inſcitiam putarent abolitos eſſe libros Juſtinianeos, qui præ interpretibus nugæ, eoque conſilio plerique omnem laborem impenderunt in inveſtiganda interpretum ſerie & ætate, qui ea de re adeundi, & poſt eos, Valentinianus Foſterus.

§. 59. Felicior eluxit dies ceſſitque ætas, qua libertas literis & literatis reſtituta, delectus antiquæ hujus doctrinæ habitus eſt, qua ſuppreſſa numerandi ſententias conſuetudine, licuit ſubtiles & quæ æquitati congruebant quæ multæ occurrunt, eligere, ineptas rejicere, tandem graviſſimorum virorum autoritate, faſcini illud genus quod ingenia obligata tenebat, & interpretibus addicebat, depugnatum eſt, variique literaturæ purioris ſtudioſi rivulis impuris corruptisque neglectis ad fontes redierunt & ex iis limpidam jurisprudentiam haurire cœperunt. Nec non aggreſſi ſunt multa, quæ in juris textu depravata erant, emendare. *Politianus, Beroaldus, Sabellicus, Bartholinus Nebricenſis, Pius Egnatius, Budæus, Alciatus, Zaſius, Viglius & cæteri,* qui viam ſecutis recentioribus præiverunt, qui innumera æroſa & adulterina Lydio lapide damnata ex juris corpore, quæ omnem ſenſum evertebant aut abſurdum inducebant, rejecerunt.

§. 60. Imprimis *Gregorio Haloandro* bene de jurisprudentia merito laus magna debetur, qui vetuſtis exemplaribus undique conquiſitis juris textum integrum multis maculis ſublatis in lucem edidit circa annum MDXLI. Et poſt eum *Antonius Auguſtinus* vir ad miraculum eruditus, ſed imprimis Critices gloria præſtans, Pandectis Florentinis adjutus aliisque exemplaribus collatis multos nævos & maculas fœdiſſimas ex jure ſuſtulit, & Pandectas imprimis expurgavit & quaſi pumice exornavit. Poſtea *Lælius Taurellus* & *Franciſcus* ejus filius ipſas Pandectas ſumma cura Florentiæ adſervatas in publicum evulgari & elegantibus typis cudi obtinuit anno MDLIII. Cujacium nominaſſe ſat eſt. Squalidam ille & ſordidam Themidi laneam togam ademit, & auream impoſuit. Multis otium fecit, qui ex ejus ſcriptis ſæpiſſime ſapiunt: ſuperiorem nondum invenit, cultores autem multos & clariſſimos JCtos, qui forte non fuiſſent, niſi fuiſſet Cujacius. Hic ut ſemper habeat ſuos admiratores, qui ejus ſcriptis delectentur, ejusque veſtigia premant, e re jurisprudentiæ romanæ eſſe, arbitramur & in legitimæ ſcientiæ emolumentum vovemus.

CHRONOLOGIA LEGUM ROMANARUM ET TOTIUS JURIS ROMANI,

IMMIXTI SUNT FASTI CONSULARES.

A PRIMIS ROMÆ INITIIS USQUE AD JUSTINIANI IMPERATORIS MORTEM.

Olymp. 7. *ann.* 1. *P. R. C. A.* 1. ROMULUS Romanorum Rex Urbis conditor omnia manu sua gubernavit, *leges curiatas* tulit, populum distribuit, Senatum equitum ac plebis ordines legit, tribus & curias constituit, & Parilia XI. Kal. Maj. qui est dies natalis urbis primus celebravit.

39. NUMA POMPILIUS Pontificem Maximum, Flamines, Feciales, Vestales, Augures, Rubigalia & pleraque sacra primus instituit.

82. TULLUS HOSTILIUS Quæstores Parricidii sive rerum capitalium instituit: disciplinam militarem formavit.

110. al. 114. ANCUS MARCIUS Numæ leges tabulis inscriptas in foro omnibus cognoscendas proposuit, & multa de jure fecialium disposuit.

138. L. TARQUINIUS PRISCUS imperii insignia & ornamenta triumphalia invenit.

175. SERV. TULLIUS primus Rex injussu populi, censum instituit, populum agrumque per tribus divisit, leges varias dedit, inter quas 50. de contractibus & delictis: æs primus signavit.

219 TARQUINIUS SUPERBUS omnia sua manu rexit, libertati gentis insidias struens urbe exactus est.

SEXT. PAPYRIUS JCtus, qui leges regias in unum liberum congessit, sub hoc Rege vixisse creditur.

244 Regia dominatione sublata duo Consules [1] L. JUNIUS [2] BRUTUS & L. TARQUINIUS COLLATINUS [3] creati.

Leges regiæ, quæ regni erant propriæ, lege Tribunicia abrogatæ, salvo usu reliquarum.

245	P. Valerius Poplicola II.	L. Lucretius Tricipitinus
246	P. Valerius Poplicola III.	M. Horatius Pulvillus II. [4]
247	Sp. Lartius Flavus [5].	T. Herminius Aquilinus
248	M. Valerius.	P. Postumius Tubertus II.
249	P. Valerius Poplicola IV.	T. Lucretius Tricipitinus II.
250	P. Postumius Tubertus II.	Agrippa Menenius Lanatus
251	Opiter Virginius Tricostus	Sp. Cassius Viscellinus
252	[6] Postumus Cominius Auruncus	T. Lartius Flavus [7]
253	[8] Serv. Sulpitius Camerinus	M. Tullius Longus [9]

Origo Dictaturæ, quam primus gessit T. Lartius.

254	T. Æburius Helva	P. Vetusius Geminus
255	L. Lartius Flavus II.	Q. Clœlius Siculus
256	[10] A. Sempronius Atratinus	M. Minucius Augurinus [11]
257	A. Postumius Albus [12] Regillensis	T. Virginius Tricostus
258	[13] Appius Claudius	P. Servilius Priscus

Magna seditio plebis ob nexos.

259	A. Virginius Cœlimontanus	T. Veturius Geminus [14]
260	Postumius Cominius Auruncus II.	Sp. Cassius Viscellinus II.

Prima secessio plebis in montem sacrum autore L. Sicinio.

Tribuni plebis creati duo, in quorum favorem *lex sacrata* ferebatur. Eodem tempore duo *Ædiles Plebis* constituti.

261	T. Greganius Macerinus [15]	P. Minucius Augurinus [16]

Icilia lex de concionibus plebis.

262	M. Minucius Augurinus II.	A. Sempronius Atratinus II.

Mænia lex de ludis.

263	Q. Sulpitius Camerinus Cornutus	Sp. Lartius Flavus
264	C. Julius Julus	P. Pinarius Mamercinus
265	Sp. Nautius Rutilus	Sex. Furius Fusus
266	C. Aquilius Tuscus	T. Tricinius Sabinus
267	Proculus Virginius Tricostus	Sp. Cassius Viscellinus III.

Consul primam legem Agrariam tulit, nunquam deinde sine magnis rerum motibus agitatam.

268	[17] Q. Fabius Vibulanus	Ser. Cornel. Maluginensis
269	R. Fabius Vibulanus	L. Aimilius Mamercus
270	M. Fabius Vibulanus	L. Valerius Potitus Volusus
271	Q. Fabius Vibulanus II.	C. Julius Julus
272	[18] R. Fabius Vibulanus II.	Sp. Spurius Fusus
273	M. Fabius Vibulanus II.	Cn. Manlius Cincinnatus [19]
274	R. Fabius Vibulanus III.	T. Virginius Tricostus Rutilus
275	L. Aimilius Mamercus II.	C. Servilius Structus Ahala.

Imperia ac provinciæ extra ordinem primum.

276	C. [20] Oratius Pulvillus	T. Menenius Lanatus [21]
277	A. Virgilius Rutilus	Sp. Servilius Structus
278	C. [22] Nautius Rutilus	P. Valerius Poplicola
279	L. Furius Medullinus	A. Manlius Vulso
280	L. Aimilius Mamercus III.	Vopiscus Julius Julus
281	L. Pinarius Mamercinus	P. Furius Fusus
282	App. Claud. Sabinus	T. Quinctius Capitolinus

Lex Publilia de Tribunorum potestate primo anno rogata sed impedita, altero fertur.

283	[23] L. Valerius Potitus II.	T. Aimilius Mamercinus
284	T. Numicius Priscus	H. Virginius Cœlimontanus
285	T. Quinctius Capitolinus II.	Q. Servilius Priscus
286	T. Aimilius Mamercinus II.	Q. Fabius Vibulanus
287	Q. Servilius Priscus II.	Sp. Postumius Albus Regillensis
288	T. Quinct. Capitolinus III.	Q. Fabius Vibulanus II.
289	A. Postumius Regillensis	Sp. Furius Medullinus Fusus

Senatusconsultum ultimæ necessitatis primum, quod absolvebatur formula: VIDERENT. NE. QUID. RES. PUBLICA. DETRIMENTI. CAPERET. A. Postumio Cos. latum.

290	P. Servilius Priscus	L. Æbutius Helva
291	T. Lucretius Tricipitinus	Sp. Veturius Crassus

Lex Terentia de potestate consulari circumscribenda primum proposita.

292	P. Volumnius Amintinus Gall.	Ser. Sulpitius Camerinus
293	P. Valerius Poplicola II.	C. Claudius Sabinus
294	Q. Fabius Vibulanus III.	L. Cornelius Maluginensis
295	L. Minutius Augurinus	C. Nautius Rutilus [24]

Lex Virginia de decem Tribunis creandis, bini ex singulis classibus.

296	C. Oratius Pulvillus II.	Q. Minutius Augurinus [25]
297	M. Valerius Maximus	Sp. Virginius Cœlimontanus

Primum celebrati sunt Ludi seculares.

298	Tit. Romulus Vaticanus	C. Veturius Cicurinus
299	Sp. Tarpejus Capitolinus	A. Atterius Fontinalis

Lex Tarpeja Æternia de multis vel æquando jure magistratuum lata. Sp. Postumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius in Græciam ad describendas leges missi.

300	[26] P. Tergeminus Curiatius	Sex. Quinctilius Varus
301	[27] T. Menenius Lanatus	P. Sextius Capitolinus.

302 [28] App. Claudius Crassinus. T. Genutius Augurinus [29] Conss. ejurarunt Consulatum, creatis Decemviris consulari potestate sine provocatione legum ferendarum causa: fuerunt autem: App. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Julius Julus, A. Manlius, Ser. Sulpitius Camerinus, Sp. Postumius, Alb. P. Oratius, [30] T. Romilius Vaticanus.

Decem Tabulas Legum condunt.

303 Decemviri: App. Claudius II. L. Minucius Augurinus, M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Pætilius, T. Antoninus Merenda, Cæso Duillius, Sp. Oppius Cornicen, M. Rabulejus.

Duas addunt tabulas: inde origo Legum XII. Tabb.

304 Decemviri propria autoritate continuant Magistratum: sed ob Appii Claudii facinora abdicantur. Rursus ad Consules recidit respublica, electique

M. Oratius Barbatus	L. Valerius Potitus.

Secessio plebis secunda in Aventinum, Lex Horatia patricios etiam plebiscitis subjicit. Lex Duilia.

305	Lar. Herminius Exquilinus	T. Virginius Cœlimontanus Tricostus

Lex Trebonia de comitiis tribunitiis.

1 *Fœdus* 1. *cum Pœnis.* 2 *Kal. Junii iniit: hinc mensis Junius ab eo dictus.* 3 Eusebius *manuscript. Chron. Romanorum Reges septem imperaverunt annis* 240, *sive, ut quibusdam placet* 244. *& pulsis Regibus vix usque ad quintumdecimum lapidem Romani imperium tenebant. Anno autem ab urbe condita* 244. *primos Romæ Consules creatos probat* Sigonius *ex Capitolinis tabulis, Messala, Orosio, Rufo, Eutropio, Jornande, Solino.* 4 *Hi duo vitio librariorum apud Livium omissi sunt.* 5 *Al.* Rufus. 6 *Nono anno post Reges exactos,* DICTATOR, *T. Lartius, magister equitum, Sp. Cassius Euseb. Alii autem anno* 12. *factum ajunt.* 7 *Al.* Rufus frater Sp. Lartius, *de quo supra.* 8 *Poplicola adeo hoc anno pauper moritur, ut sumptu publico sepeliatur.* Euseb. 9 *Meminit* Cicero *in Bruto, & ait eum anno* 10. *post Reges exactos fuisse consulem.* 10 *Bellum Latinum.* 11 *Censa sunt* 120. *millia hominum. Euseb. manuscript.* 12 Idem DICTATOR. 13 *Al.* Appius. 14 M. Valerius DICTATOR. 15 *Oros.* Gessonium *vocat.* 16 *Pestilentia, & fames.* Oros. 17 *Latini anno* 268. *rebellant.* Euseb. 18 *Trecenti nobiles Fabiæ familiæ a Vejentibus cæsi.* Euseb. Oros. 19 *Onufr.* Vulsionem *vocat.* 20 *Al.* M. 21 *Trecenti Fabii cæsi.* Onufr. 22 *Pompilia virgo Vestalis ob stuprum viva defossa.* Euseb. Oros. *ait id factum anno* 275. 23 *Sunia Vestalis ob stuprum viva defossa.* Euseb. 24 *Decem Tribuni plebis primi* Onufr. 25 L. Quinctus Cincinnatus DICTATOR, & L. Tarquitius Flaccus, magister equitum. *Sigon. sed Eusebius multo ante etiam collocavit.* 26 *Onufr.* 27 *Al.* L. 28 *Trecentesimo secundo anno ab urbe condita,* DECEMVIRI *creati composuerunt leges in decem tabulis, & sequenti anno duas alias tabulas addiderunt, atque ita leges duodecim tabularum appellatæ. Eas leges editas esse anno urbis* 304. *scribit* Euseb. 29 *Hi abdicarunt, ut designarentur legum ferendarum causa Decemviri Consulares, qui per duos annos præfuerunt reip.* 30 *Pro* Oratius, *Onufr. edit.* Curiatius.

P.R.C.

306	M. Geganius Macerinus	Claud. [1] Julius Julus
307	T. Quinctius Barb. Capitolinus	Agrippa Furius Fusus

Quæstores primum populi suffragio creati.

308	M. Genutius Augurinus	C. Curtius Philo

Canulea lex de connubiis plebejorum cum Patriciis. Lex de communicando plebi consulatu moveri cœpta est.

309 Primi *Tribuni Militum* consulari potestate numero tres eliguntur L. Atilius Longus, T. Clœlius Siculus, A. Sempronius Atratinus.

Sed bis abdicare jussis denuo Consules creati.

	L. Papyrius Mugillanus	L. Sempronius Atratinus
310	M. Geganius Macerinus II.	T. Quinctius Capitolinus V.

Censura novus Magistratus instituitur.

311	M. Fabius Vibulanus	P. Æbutius Helva Cornicen.
312	C. Furius Pacillus	M. Papyrius Crassus
313	Proculus Geganius Macerinus	L. Menenius Lanatus II.
314	[2] T. Quinctius Capitolinus VI.	Agrippa Menenius Lanatus [3]
315	TRIB. MIL. M. Aimilius Mamercinus	L. Quinctius Cincinnatus L. Julius Julus (pellatus [4]
316	M. Geganius Mamercinus III.	L. Sergius in hoc honore Fidenas ap-
317	M. Cornelius Maluginensis	L. Papyrius Crassus
318	C. Julius Julus II.	L. Virginius Tricostus [5]
319	C. Julius Julus III.	L. Virginius Tricostus II [6]

Æmilia lex de censuræ tempore contrahendo.

320	TRIB. MIL. Fabius Vibulanus	M. Fossius Flaccinator L. Sergius Fidenas
321	TRIB. MIL. L. Pinarius Mamercinus	L. Furius Medullinus Sp. Postumius Albus

Lex prima de ambitu contra togas candidas lata.

322	T. Quinctius Pennus Cincinnatus	C. Julius Mento [7]
323	Papyrius Crassus II.	L. Julius Julus

Lex de multarum æstimatione a consulibus lata.

324	L. Sergius Fidenas II.	Hostus Lucretius Tricipitinus
325	T. Quinct. Pennus Cincinnatus II.	A. Cornelius Cossus

Leges de peregrina religione rejicienda comprobatæ.

326	L. Papyrius Mugillanus II.	C. Servilius Axilla [8] Structus
327	TRIB. MIL. T. Quinctius Pennus Cincinnatus [9] M. Postumius	C. Furius Pacillus A. Cornelius Cossus
328	TR. MIL. A. Sempronius Atratinus L. Quinctius Cincinnatus II.	L. Furius Medullinus L. Oratius Barbatus
329	TR. MIL. Appius Claudius Crassus [10] Sp. Nautius Rutilus	L. Sergius Fidenas Sex. Julius Julus
330	C. Sempronius Atratinus	Q. Fabius Vibulanus
331	TRIB. MIL. L. Manlius Capitolinus Q. Antonius Merenda	L. Papyrius Mugillanus L. Servilius Structus
332	N. Fabius Vibulanus	T. Quinctius Capitolinus Barbatus
333	TR. M. T. Quinctius Cincinnatus II. M. Manlius Capitolinus (tus	L. Furius Medullinus III. A. Sempronius Atratinus II.
334	TR. MIL. Agrippa Menenius Lana- P. Lucretius Tricipitinus	Sp. Nautius Rutilus II. C. Servilius Axilla
335	TRIB. MIL. L. Sergius Fidenas II.	C. Servilius Axilla II. M. Papyrius Mugillanus
336	TR. M. P. Lucretius Tricipitinus [11] Agrippa Menenius Lanatus II.	L. Servilius Structus II. Sp. Veturius Crassus
337	TR. MIL. A. Sempron. Atratinus III. Q. Fabius Vibulanus	M. Papyrius Mugillanus Sp. Nautius Rutilus II.
338	TR. MIL. P. Cornelius Cossus C. Valerius Potitus	Quinctius Cincinnatus N. Fabius Vibulanus
339	TR. MIL. Q. Fabius Vibulanus II. Cn. Cornelius Cossus	L. Valerius Potitus P. Postumius Regillensis
340	L. Furius Medullinus	M. Cornelius Cossus
341	Q. Fabius Ambustus	C. Furius Pacillus
342	M. Papyrius Mugillanus	C. Nautius Rutilus
343	M. Æmilius Mamercinus	C. Valerius Potitus Volusus
344	Cn. Cornel. Cossus	L. Furius Medullinus II.

SC. de tribunis militum creandis ad plebejos quoque extensum.

345	TR. MIL. C. Julius Julus	P. Corn. Cossus C. Servilius Ahala [12]
346	TR. MIL. C. Valerius Potitus II. L. Furius Medullinus II.	C. Servilius Ahala II. N. Fabius Vibulanus II.
347	TR. MIL. P. Cornelius Cossus Cn. Cornelius Cossus	L. Valerius Potitus II. N. Fabius Ambustus
348	TR. MIL. C. Julius Julus II. M. Æmilius Mamercinus T. Quinctius Capitolinus	L. Furius Medullinus II. Q. Quinctius Cincinnatus A. Manlius Vulso
349	TR. MIL. P. Cornel. Maluginensis Sp. Nautius Rutilus III. Cn. Cornelius Cossus II.	C. Valerius Potitus III. K. Fabius Ambustus II. M. Sergius Fidenas
350	TR. MIL. Aimilius Mamercin. III. M. Furius Fusus App. [13] Claudius Varus	L. Julius Julus M. Quinctilius L. Valerius Potitus III.

Stipendia militibus ex publico decreta.
Ad matrimonia censorio edicto primum coactus populus Romanus.

351	C. Servilius Ahala III. Q. Servilius Fidenas A. Manlius II.	Q. Sulpitius Cornutus L. Virginius Tricostus M. Sergius Fidenas II. TR. M.
352	M. Furius Camillus II. L. Valerius Potitus IV. Cn. Cornelius Cossus	L. Julius Julus M. Aimilius Mamercinus III. K. Fabius Ambustus II. TR. M.
353	L. Publius Volscus L. Titinius Sp. Furius Medullinus	P. Mælius Capitolinus P. Mælius P. Licinius Calvus primus ex plebe TRIB. MIL.
354	M. Pomponius C. Duillius Volero Publilius Philo	L. Atinius Longus N. Veturius Cicurinus Cn. Genutius Aventinensis TR. MIL.
355	L. Valerius Potitus V. M. Valerius Maximus Q. Servilius Fidenas II.	L. Furius Medullinus III. M. Furius Camillus II. Q. Sulp. Camer. Cornutus II. TR. MIL.
356	L. Julius Julus II. L. Furius Medullinus IV. P. Cornel. Maluginensis	L. Sergius Fidenas [14] A. Postumius Regillensis A. Manlius Capitolinus TR. MIL.
357	Cn. Genutius Aventinensis II. L. Titinius II. P. Menius II.	P. Mælius Capitolinus II. P. Licinius Calvus L. Atinius Longus TR. MIL.
358	P. Cornelius Cossus P. Cornelius Scipio K. Fabius Ambustus III.	L. Furius Medullinus V. M. Valerius Maximus II. Q. Servil. Fidenas III. TR. MIL.
359	M. Furius Camillus III. L. Furius Medullinus VI. Sp. Postumius Albinus	L. Valerius Poplicola C. Aimilius Mamercinus P. Cornelius Scipio II. TR. M.
360	[15] L. Lucretius Flavus	Ser. Sulpitius Camerinus
361	L. Valerius Potitus	M. Manlius Capitolinus
362	L. Lucretius Flavus Ser. Sulpit. Camerinus Agrippa Furius Fusus	M. Aimilius Mamercinus L. Furius Medullinus VII. C. Aimilius Mamercinus TR. MIL.
363	[16] Q. Sulpit. Longus K. Fabius Ambustus Q. Servilius Fidenas IV.	Q. Fabius Ambustus C. Fabius [17] Ambustus Ser. Cornelius Maligunensis TR. MIL.

364 [18] M. Furius Camillus per annum Dictator, & L. Valerius Magister equitum reipublicæ constituendæ & seditionis impediundæ causa Magistratum continuarunt.

365	[19] L. Virginius Tricostus L. Valerius Poplicola II. A. Manlius Capitolinus	L. Postumius Albinus P. Cornelius Cossus L. Aimilius Mamercinus TR. MIL.

Hi Tribuni fœderum ac legum regiarum & decemviralium tabulas, quæ urbis clade perierant, conquiri & reparari jusserunt. De diebus etiam religiosis vel atris Senatum consuluerunt, notatique ex autoritate collegii pontificum dies cladibus Romanis infames, quibus quidquam divinæ vel humanæ rei constituere nefas postea fuit habitum.

366	T. Q. Cincinnatus Q. Servilius Fidenas V. L. Lucretius Tricipitinus II.	L. Aquilius Corvus L. Julius Julus Ser. Sulpitius Rufus TR. MIL.
367	L. Papyrius Cursor C. Sergius Fidenas L. Valerius Poplicola III.	L. Menenius Lanatus L. Aimilius Mamercinus II. C. Cornelius Cossus TR. MIL.
368	Ser. Cornelius Maluginensis II. M. Furius Camillus IV. L. Oratius Pulvillus	T. Quinctius Cincinnatus Q. Servilius Fidenas VI. P. Valerius Potitus Poplicola TR. MIL.
369	[20] A. Manlius Capitolinus L. Quinctius Capitolinus P. Cornelius Cossus	T. Quinctius Capitolinus L. Papyrius Cursor II. C. Sergius Fidenas TRIB. MIL.
370	M. Furius Camillus V. Ser. Cornelius Maluginensis III. C. Papyrius Crassus	Ser. Sulpitius Rufus II. P. Valerius Potitus Poplicola II. T. Quinctius Cincinnatus TR. MIL.
371	L. Valerius Poplicola IV. L. Aimilius Mamercinus III. Ser. Sulpitius Rufus III.	M. Trebonius Flavus A. Manlius Capitolinus III. L. Lucretius Tricipitinus II. TR. MIL.
372	Q. Servilius Priscus Fidenas L. Papirius Crassus Ser. Sulpitius prætextatus	Sp. Papyrius Crassus L. Aimilius Mamercinus IV. Ser. Cornelius Maluginensis IV. TR. M.
373	L. Lucretius Tricipitinus III. L. Furius Medullinus M. Fabius Ambustus TR. MIL.	M. Furius Camillus VI. A. & L. Postumii Regillenses
374	L. Valerius Poplicola V. C. Sergius Fidenas III. Sp. Papyrius Cursor	P. Valerius Potitus Poplicola III. L. Menenius Lanatus II. Ser. Cornel. Maluginensis V. TR. MIL.
375	P. Manlius Capitolinus C. Manlius Capitolinus L. Antistius	M. Albinus L. Julius Julus II. C. Sextilius TRIB. MIL.
376	Q. Servilius Fidenas II. Sp. Furius Medullinus M. Oratius Pulvillus	P. Clœlius Siculus C. Licinius Calvus L. Geganius Macerinus TR. MIL.

1 *Al.* Cajus C. 2 *Sp. Mælius regnum affectans, occisus.* 3 L. Quinctius Cincinnatus iterum DICTATOR. 4 Aimilius Mamercinus DICTATOR. 5 Q. Servilius Priscus DICTATOR. 6 M. Aimilius II. DICTATOR. 7 A. Postumius Tubertus DICTATOR. 8 Ahala. *Onufr.* 9 M. Aimilius Mamercinus III. DICTATOR. 10 *Pro* Crassus *Onufr. edit* Crassinus. 11 Q. Servilius Priscus Fidenas DICTATOR II. 12 P. Cornelius Rutilus Cossus DICTATOR. 13 *Onufr.* P. Claudius Crassinus, *edit.* 14 Camillus DICTATOR *vide Symmachum in epistolis.* 15 CONSULES. 16 *Bellum Gallicum Senonicum.* 17 Camillus II. DICTATOR. *quo anno de Gallis triumphavit.* 18 *Urbs a Gallis capta.* 19 *Anno* 365. Camillus III. DICTATOR, *de Volscis triumphat.* 20 *Anno* 369. A. Cornelius Cossus DICTATOR

377 L.

P.R.C.

377 L. Aimilius Mamercinus V.   L. Quinctius Cincinnatus II.
C. Quinctius Cincinnatus   P. Valerius Potitus Poplicola IV.
Ser. Sulpitius prætextatus II.   C. Veturius Crassus Cicurinus TR. M.

L. Sextius & C. Licinius Tribuni plebis multas leges, de ære alieno minuendo, de modo agrorum, de consularibus comitiis &c. tulerunt, continuantes tribunatum per decem annos. Hæ leges Sextæ Liciniæ sunt appellatæ.

378 L. Sextio. Sextio. f. N. n. Sextino. Laterano & C. Licinio C. f. P. n. Cal-
379 vo tribunis plebis comitia per intercessiones tollentibus quadriennio
380 magistratuum curulium solitudo fuit in urbe. Nec ante inter nobilita-
381 tem & plebem dissensiones sublatæ sunt, quam IX. inde anno, quo M. Furius Camillus Dict. FACTUS EST. Qui reconciliatis demum ordinibus Concordiæ ædem ex SC. posuit & dedicavit.

382 L. Furius Medullinus II.   P. Valerius Potitus Poplicola V.
C. Valerius Potitus   Ser. Cornelius Maluginensis VI.
A. Manlius Capitolinus IV.   Ser. Sulpitius prætextatus III. TR. M.
383 Q. Servilius Fidenas III.   M. Cornelius Maluginensis
A. Cornelius Cossus   C. Veturius Crassus Cicurinus
Q. Quinctius Cincinnatus   M. Fabius Ambustus II. TR. MIL.

Lata fuit lex Sextia Licinia de Decemviris sacrorum.

384 [1] L. Quinctius Capitolinus   Sp. Servilius Structus
Ser. Cornelius Maluginensis VII.   L. Papirius Crassus
Ser. Sulpitius prætextatus IV.   L. Veturius Crassus Cicurinus TR. M.
385 Hoc anno Dictatores & Magistri equitum fuerunt
M. Furius Camillus IV. Dict.   L. Æmilius Mamercinus Mag. Eq.

Post illorum abdicationem

P. Manlius Capitolinus Dict.   C. Licinius Calvus primus e plebe Mag. Eq. seditionis sedandæ & rei gerundæ causa.

386 [2] A Cornelius Cossus II.   L. Veturius Crassus Cicurinus II.
M. Cornel. Maluginensis II.   P. Valerius Potitus Poplicola VI.
P. Manlius Capitolinus II.   M. Geganius Macerinus TR. MIL.

Leges tribunitiæ Sextii & Licinii de decemviris sacrorum partim de plebe creandis, de plebejo consulatu, fœnore & agrorum modo perlatæ.

Consules e plebe post multas turbas primum creari cœpti.

387 [3] L. Aimilius Mamercinus   L. Sextius Lateran. primus e plebe cos.

Hoc anno duo novi magistratus instituti Prætura & Ædilitas Curulis, unde lex Pletoria de jure & officio novi Prætoris.

388 L. Genutius Aventinensis   Q. Servilius Ahala [4]

Ædilitas curulis plebi primum communicari cœpit.

389 C. Sulpitius [5] Peticus   C. Licinius Calvus
390 L. Aimil. Mamercinus   Cn. Genutius Aventinensis
391 Q. Servilius Ahala II.   L. Genutius Aventinensis II.
392 C. Sulpitius Peticus II.   C. Licinius Calvus II.
393 M. Fabius Ambustus   C. Pœtelius Libo Visolus
394 M. Popilius Lænas   Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus
395 C. Fabius Ambustus   C. Plautius Proculus

C. Pætillius Tribunus plebis legem Petilliam de ambitu tulit, qua novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire soliti erant, compressit.

396 Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus II.   C. Martius Rutilus

Lex Manlia de vicesima manumissorum. Lex tribunitia de non sevocando populo. Duilia Mænia de unciario tantum fœnore accipiendo.

397 M. Fabius Ambustus II.   M. Popilius Lænas II.
398 C. Sulpitius Peticus III.   M. Valerius Poplicola
399 M. Fabius Ambustus III.   T. Quinctius Barbatus [6] Capitolinus Crispinus
400 C. Sulpitius Peticus IV.   M. Valerius Poplicola II. [7]
401 P. Valerius Poplicola   C. Marcius Rutilus II.

Quinque viri mensarii rem fœnebrem moderantur.

402 C. Sulpitius Peticus V.   T. Quinctius Cincinnatus

C. Marcius Rutilus primus e plebe censor. Lex Oviniæ de Senatu curiatim legendo per Censores.

403 M. Popilius Lænas III.   L. Cornelius Scipio
404 L. Furius Camillus   P. [8] Claudius Crassus
405 [9] M. Popilius Lænas IV.   M. Valerius Corvus
406 T. Manlius Torquatus   C. Plautius Venno Hypsæus
407 M. Valerius Corvus II.   C. Pœtilius Balbus Libo Visolus II.
408 M. Fabius Dorso   Ser. Sulpitius Camerinus
409 C. Marcius Rutilus III.   T. Manlius Torquatus II.
410 [10] M. Valer. Corvus III.   A. Cornelius Cossus Arvina
411 M. Marcius Rutilus IV.   Q. Servilius Ahala II.

L. Genucius TRIB. PL. legem tulit, ne fœnerare liceret. Lata quoque lex de magistratibus non repetendis intra decennium.

412 C. Plautius Hypseus II.   L. Aimilius Mamercinus, Privernas postea dictus
413 T. Manlius Torquatus III.   P. Decius Mus, qui se devovit
414 T. Aimilius Mamercinus   Q. Publius Philo. Idem post eodem anno Dictator

Q. Publiliæ leges, duæ de plebiscitis, tertia de plebeja censura.

415 L. Furius Camillus   C. Mænius Nepos
416 C. Sulpitius Longus   P. Ailius Pætus
417 L. Papirius Crassus.   K. Duillius Nepos

Q. Publilius Philo primus de plebe Prætor.

418 M. Valerius Corvus IV.   M. Atilius Regulus
419 T. [11] Veturius Calvinus   Sp. Postumius Regillensis Albinus
420 Annus sine COSS.

Pighius tamen nominat L. Papirium Cursorem & C. Pœtelium Libonem Visolum.

421 Cn. Domitius Calvinus   A. Cornelius Cossus Arvina II.
422 L. [12] Valerius Potitus Flaccus   M. Claudius Marcellus
423 L. Papirius Crassus II.   L. Plautius Venno
424 L. Aimilius Mamercinus Privernas II.   C. Plautius Decianus
425 P. Plautius Proculus   P. Cornelius Scipio Scapula
426 L. Cornelius Lentulus   Q. Publius Philo II.
427 C. Pœtelius Libo Visolus II.   L. Papirius Cursor primus Procos.

Pœtelia Papiria lex de nexu.

428 L. Furius Camillus II.   D. Junius Brutus Scæva [13]
429 L. Papirius Cursor Dictator, sine COSS.
430 C. Sulpitius Longus   Q. Aulius Cerretanus
431 [14] Q. Fabius Maximus Rullian.   L. Fulvius Curvus
432 T. Veturius Calvinus II.   Sp. Postumius Albinus II.
433 L. Papirius Cursor II.   Q. Publicus Philo III.
434 L. Papirius Cursor III.   Q. Aulius Cerretanus II.
435 L. Plautius Venno   M. Fossius Flaccinator.
436 Q. Aimilius Barbula   C. Jun. Brutus Bubulcus
437 Sp. Nautius Rutilus   M. Popilius Lænas
438 L. Papirius Cursor IV.   Q. Publius Philo IV.
439 M. Pœtilius Libo   C. Sulpitius Longus III.
440 L. Papirius Cursor V.   C. Jun. Brutus Bubulcus II.

Ap. Claudius ædilis curulis funebres sumptus coarctavit.

441 M. Valerius Maximus   P. Decius Mus

Lex Attilia Marcia de tribunis militum comitiatis. Lex Decia de duumviris navalibus.

442 Cn. Jun. Brutus Bubulcus III.   Q. Aimilius Barbula II.
443 [15] Q. Fab. Max. Rullianus II.   C. Martius Rutilus, Censorinus postea dictus [16]
444 Hoc anno DICTATOR & Magister equitum sine COSS. fuerunt.
L. Papirius Cursor II. Dict.   C. Jun. Bubulcus Brutus II. MAG. EQ.
445 Q. Fab. Max. Rullianus III.   P. Decius Mus II.
446 App. Claudius Cæcus   L. Volumnius Flamma Violensis

Viæ per agros impensis publicis primum factæ.

447 [17] P. Cornelius Arvina   Q. Martius Tremulus
448 L. Postumius Megellus   T. Minutius Augurinus

Minutius in prælio occisus est, in ejus locum suffectus est

M. Fulvius Curvus Pætinus

449 P. Sempronius Sophus   P. Sulpitius Saverrio

Cn. Flavius cum ingenti Senatus nobiliumque indignatione publicat fastos.

Papiria lex de locis publice consecrandis.

450 L. Genutius Aventinensis   Ser. Cornelius Lentulus
451 M. Livius Denter   M. Aimilius Paulus
452 Q. Fabius Maximus Dictator   M. Aimilius Paulus Mag. eq. M. Valerius Corvus II. Dict. & P. Sempronius Sophus Mag. eq.
453 M. Valerius Corvus V.   Q. Apuleius Pansa

Valeria lex de provocatione tertium renovata. Ogulnia lex de sacerdotiis

454 M. Fulvius Pætinus   T. Manlius Torquatus

Mortuo Manlio successit

M. Valerius Corvus VI.

455 L. Cornel. Scipio   C. Fulvius Centumalus

Curia lex de Magistratuum Comitiis.

456 Q. Fab. Max. Rullianus IV.   P. Dec. Mus III. qui postea se devovit
457 App. Claudius Cæcus II.   L. Volumnius Flamma Violensis
458 Q. Fab. Max. Rullianus V.   P. Decius Mus IV. qui se devovit
459 L. Postumius Megellus II.   M. Atilius Regulus
460 L. Papirius Cursor   Sp. Carvilius Maximus

Lex Atilia de Tutelis a M. Atilio hujus anni Prætore lata videtur T. Coruncanius JCtus primum jus Romæ profiteri cœpit.

461 Q. Fab. Max. Gurges   D. Jun. Brutus Scæva.
462 L. Postumius Megellus III.   C. Junius Brutus Bubulcus
463 M. Curius Dentatus   P. Cornelius Rufinus
464 M. Valerius Corvinus VI.   Q. Cæditius Noctua

L. Papirius TR. PL. legem de treviris capitalibus quotannis a Prætore creandis tulit.

465 Q. Martius Tremulus II.   P. Cornelius Arvina

1 *Anno* 385. M. Furius Camillus IV. DICTATOR. 2 *An.* 386. Camillus v. DICTATOR. 3 *Hoc anno duo novi magistratus instituti sunt: Prætura & Ædilitas. Liv.* 4 *Mors Camilli.* 5 Pythicus *corrupte legitur in Fabio Quintiliano lib.* 1. 6 *Pro* Barbatus, *Onufr. habet* Pennus. 7 C. Julius Julus DICTATOR. 8 *Onufr.* App. Claud. Crassinus Regill. 9 *Fœdus* II. *cum Pœnis.* 10 *Bellum Samniticum.* 11 *Al.* Ti. 12 C. *Onufr.* 13 L. Papirius Cursor DICTATOR. 14. *Caudina pax.* 15 *Bellum Etruscum & Samniticum.* 16 *Anno* 443. *lata est lex Attilia de dandis tutoribus.* 17 *Fœdus* III. *cum Pœnis.*

P.R.C.		
466	M. Claudius Marcellus	C. Nautius Rutilus

Secessio plebis a patribus tertia

Leges Hortensii Dictatoris de plebiscitis & de nundinis. leges tribunitiæ de fœnore ac ære alieno. Lex Mænia de patrum autoritate in comitiis approbandis.

467	M. Valerius Maximus	C. Ailius Pætus
468	C. Claudius Canina	M. Aimilius Barbula
469	C. Servilius Tucca	L. Cæcilius Metellus
470	P. Cornel. Dolabella	Cn. Domitius Calvinus
471	Q. Aimilius Papus	C. Fabricius Luscinus
472	[1] L. Aimilius Barbula	Q. Martius Philippus
473	P. Valerius Lævinus	Tib. Coruncan. Nepos
474	P. Sulpitius Saverrio	P. Decius Mus
475	[2] Q. Aimilius Papus II.	C. Fabricius Luscinus II.
476	P. Cornel. Rufinus II.	C. Jun. Brut. Bubulcus II.
477	Q. Fabius Gurges II.	C. Genutius Clepsina
478	M. Curius Dentatus II.	L. Cornelius Lentulus
479	M. Curius Dentatus III.	Ser. Cornelius Merenda
480	C. Fabricius Luscinus	C. Claudius Canina
481	L. Papirius Cursor II.	S. Carvilius Maximus II.
482	C. Quintius Claudus	L. Genutius Clepsina
483	C. Genutius Clepsina II.	Cn. Cornelius Blasio
484	L. Quinctius [3] Gulo	C. Fabius Pictor [4]
485	P. Sempronius Sophus	App. Claudius Crassus
486	M. Attilius Regulus	L. Julius Libo
487	D. Junius Pera	M. Fabius Pictor
488	M. Valerius Maximus	Q. Mamilius Vitulus

Titia lex de provinciis quæstoriis.

489	[5] App. Claudius Caudex	M. Fulvius Flaccus
490	M. Valerius Maximus II.	M. Otacilius Crassus
491	L. Postumius Megellus	Q. Mamilius Vitulus II.
492	L. Valerius Flaccus	T. Otacilius Crassus
493	Cn. Cornel. Scipio Asina	C. Duellius
494	L. Cornelius Scipio	C. Aquilius Florus
495	A. Atilius Calatinus	C. Sulpitius Paterculus
496	C. Atilius Regulus	Cn. Cornelius Blasio
497	Q. Cæditius	L. Manlius Vulso Longus
498	Ser. Fulvius Nobilior	M. Æmilius Paulus
499	Cn. Corn. Scipio Asina II.	A. Atilius Calatinus II.
500	Cn. Servilius Cæpio	C. Sempronius Blæsus
501	C. Aurelius Cotta	P. Servilius Geminus
502	L. Cæcilius Metellus	C. Furius Pacilus
503	C. Atilius Regulus II.	L. Manlius Vulson.
504	P. Claudius Pulcher	L. Junius Pullus

Lex Papia de virgine Vestali sortienda.

505	C. Aurelius Cotta II.	P. Servilius Geminus II.
506	L. Cæcilius Metellus II.	M. Fabius Buteo
507	M. Otacilius Crassus II.	M. Fabius Licinus
508	M. Fabius Buteo II.	C. Atilius Bulbus
509	A. Manlius Atticus	C. Sempronius Blæsus II.
510	C. Fundanius Fundulus	C. Sulpitius Gallus
511	C. Luctatius Catulus	A. Postumius Albinus

Q. Valerius Falto primus prætor peregrinus fuit creatus.

512	Q. Luctatius Cereo	A. Manlius Atticus II. [6]
513	C. Claudius Centho	M. Sempronius Tuditanus
514	C. Mamilius Turinus	Q. Valerius Falto
515	T. Sempronius Gracchus	P. Cornelius Falto
516	L. Cornelius Lentulus Caudinus	Q. Fulvius Flaccus [7]
517	P. Cornelius Lentulus Caudinus	C. Licinius Varus
518	[8] C. Atilius Bulbus II.	T. Manlius Torquatus
519	L. Postumius Albinus	Sp. Carvilius Maximus
520	Q. Fabius Verrucosus	M Pomponius Matho

Hoc tempore lex Æbutia de legis actionibus centumviralium causarum lata fuisse videtur.

Centumviri ac Decemviri litibus judicandis hoc tempore primum creari cœpti.

521	M. Aimilius Lepidus	M. Poplicius Malleolus

C. Flaminius TR. PL. legem agrariam de Picente Gallicoque plebi viritim dividundo tulere.

522	M. Pomponius Matho II.	C. Papirius Maso
523	M. Aimilius Barbula	M. Junius Pera
524	L. Postumius Albinus II.	Cn. Fulv. Centumalus [9]
525	Sp. Servilius Maximus II.	Q. Fabius Verrucossus II.
526	P. Valerius Flaccus [10]	M. Atilius Regulus
527	L. Apustius Fullo	M. Valerius Messala
528	L. Æmilius Papus	C. Atilius Regulus

Prætores quatuor primum creati.

529	Q. Fulvius Flaccus II.	T. Manlius Torquatus II.

Lex Pupia de legitimis Senatus diebus.

530	C. Flaminius Nepos	P. Furius Philus
531	M. Claudius Marcellus	Cn. Cornelius Scipio Calvus
532	P. Cornelius Asina	M. Minutius Rufus

Vitio facti abdicarunt: in eorum locum facti sunt

	M. Æmilius Lepidus II.	M. Valerius Lævinus

Lex Metilia de Fullonibus, de poliendarum scilicet vestium ratione.

533	L. Veturius Philo	C. Luctatius Catulus
534	L. Æmilius Paulus	M. Livius Salinator
535	[11] P. Cornelius Scipio	T. Sempronius Longus

Lex Claudia de quæstu, ac navium Senatoriarum modo.

536	C. Flaminius II.	Cn. Servilius Geminus

Lex Metilia de æquando magistri equitum & Dictatoris imperio.

537	L. Aimilius Paulus II.	C. Terentius Varro [12]

Minutia lex nummaria de Triumviris mensariis creandis, qui pecuniam publicam curarent.

538	T. Sempronius Gracchus	L. Postumius Albinus III.

Ab aliis designantur L. Postumius Albinus III. qui in Gallia antequam consulatum iniret, occisus est, in ejus locum factus M. Claudius Marcellus II. sed vitio fact. abd. in ejus loc. fact. est Q. Fabius Maxim. Verrucoss. III.

Lex Oppia de mundo ac sumptu muliebri superfluo.

539	Q. Fabius Maxim. Verrucosus IV.	M. Claudius Marcellus III.
540	Q. Fabius Max.	T. Sempronius Gracchus III.

Edictum Atilianum ex SC. de religione peregrina ex urbe pellenda. Improborum librorum inquisitio.

541	App. Claudius Pulcher	Q. Fulvius Flaccus III.
542	P. Sulpitius Galba Maximus	Cn. Fulvius Centumalus II.
543	M. Claudius Marcellus IV.	M. Valerius Lævinus II.
544	Q. Cæcilius Metellus [13]	Q. Fulvius Flaccus
545	M. Claudius Marcellus V.	T. Quintius Crispinus
546	M. Livius Salinator II.	C. Claudius Nero
547	Q. Cæcilius Metellus	L. Veturius Philo
548	P. Cornel. Scipio Africanus	P. Licinius Crassus Dives
549	M. Cornelius Cethegus	P. Sempronius Tuditanus

M. Cincius Alimentus TR. PL. tulit legem de donis & muneribus, ne quis ea ob causam orandam acciperet.

550	C. Servilius Cæpio	C. Servilius Nepos
551	[14] T. Claudius Nero	M. Servilius Pulex Geminus
552	Cn. Cornelius Lentulus	P. Ælius Pætus
553	[15] P. Sulpitius Galba Maxim. II.	C. Aurelius Cotta
554	C. Cornelius Lentulus	P. Villius Tapulus
555	T. Quinctius Flaminius	Sext. Ælius Pætus Catus
556	C. Cornelius Cethegus	Q. Minutius Rufus

Sex jam Prætores facti. Lex Atinia de usucapionibus furtorum. Portia lex de provocatione & libertate civium.

557	L. Furius Purpureo	M. Claudius Marcellus
558	L. Valerius Flaccus	M. Portius Cato
559	P. Cornelius Scipio Africanus II.	T. Sempronius Longus
560	L. Cornelius Merula	Q. Minutius Thermus

Lex Sempronia fœnebris contra fraudem.

561	L. Quinctius Flaminius	Cn. Domitius Ænobarbus
562	M. Attilius Glabrio	M. Cornel. Scipio Nasica
563	L. Cornel. Scipio Asiaticus	C. Lælius Nepos
564	Cn. Manlius Vulso	M. Fulvius Nobilior

Lex Terentia de civitate Romana.

565	C. Livius Salinator	M. Valerius Messala
566	M. Æmilius Lepidus	C. Flaminius Nepos
567	Sp. Postumius Albinus	Q. M. Philippus
568	App. Claudius Pulcher	M. Sempronius Tuditanus
569	P. Claudius Pulcher	L. Portius Licinus
570	P. Q. Fabius Labeo	M. Claudius Marcellus
571	L. Æmilius Paulus	Cn. Bæbius Tamphilus
572	P. Cornelius Cethegus	M. Bæbius Tamphilus

Lex Orcia sumptuaria de numero convivarum. Lex Aquilia de damno injuria dato.

573	A. Postumius Albinus	C. Calphurnius Piso

Piso in Magistratu mortuus est, in ejus locum factus est Q. Fulvius Flaccus. Villia lex annalis, quot annos nati, quemque magistratum peterent caperentque. Prætores quatuor ex lege Bæbia creati sunt.

574	Q. Fulvius Flaccus	L. Manlius Accidinus Fulvian.
575	M. Junius Brutus	A. Manlius Vulso

Lex Papiria Nummaria.

576	C. Claudius Pulcher	T. Sempronius Gracchus
577	Q. Pætilius Spurinus	Cn. Cornelius Lævinus
578	Q. Mutius Scævola	M. Æmilius Lepidus II.
579	Sp. Postumius Paullulus	Q. Mucius Scævola
580	L. Postumius Albinus	M. Popilius Lænas
581	C. Popilius Lænas	P. Ælius Ligus

Lex Marcia de Statelleis Liguribus in libertatem restituendis.

582	P. Licinius Crassus	C. Cassius Longinus
583	[16] C. Hostilius Mancinus	C. Atilius Serranus
584	Q. Martius Philippus II.	Cn. Servilius Cæpio

Lex Voconia de coercendis mulierum hereditatibus.

585	L. Æmilius Paulus II.	C. Licinius Crassus

1 *Bellum Tarentinum.* 2 *Fœdus 4. cum Pœnis.* 3 *Onufr.* Q. Ogulvius Gallus. 4 *Hoc primum anno 484. quinque annis ante primum bellum Punicum argentum Romæ signatum est. Plin. lib. 33. c. 3.* 5 *Bellum Punicum primum.* 6 *Pax cum Pœnis facta.* 7 *Bellum Ligusticum.* 8 *Pace populo Romano terra marique parta, iterum Janus clausus est.* 9 *Bellum Illyricum.* 10 *Bellum Gallicum Cisalpinum.* 11 *Bellum Punicum secundum.* 12 *Cannensis pugna.* 13 *Alii:* Q. Fabius Max. Verrucoss. 14 *Pax iterum cum Pœnis.* 15 *Bellum Philippicum.* 16 *Bellum Persicum.*

586 Q. Ælius

P.R.C.

586	Q. Ælius Pætus	M. Junius Pennus
587	C. Sulpitius Gallus	M. Claudius Marcellus
588	T. Manlius Torquatus	Cn. Octavius Nepos

Lex Mamilia de Limitibus.

589	A. Manlius Torquatus	Q. Cassius Longinus
590	T. Sempronius Gracchus II.	M. Juventius Thalna
591	P. Scipio Nasica	C. Martius Figulus
592	M. Valerius Messala	C. Fannius Strabo

Lex Fannia sumptuaria de ludis.

593	L. Anicius Gallus	M. Cornelius Cethegus
594	Cn. Cornelius Dolabella	M. Fulvius Nobilior
595	M. Æmilius Lepidus	C. Popilius Lænas II.
596	Sext. Julius Cæsar	L. Aurelius Orestes
597	L. Cornelius Lentulus	C. Martius Figulus II.

Ælia & Fusia leges de Comitiis.

598	P. Cornelius Nasica II.	M. Claudius Marcellus II.
599	Q. Opimius Nepos	L. Postumius Albinus

Albino in Magistratu mortuo in ejus locum suffectus est M. Acilius Glabrio

600	Q. Fulvius Nobilior	T. Annius Luscus [1]
601	M. Claudius Marcellus III.	L. Valerius Flaccus

Lex Scatinia de illicita contra naturam Venere.

602	L. Licinius Lucullus	A. Postumius Albinus
603 [2]	T. Quinctius Flaminius	M. Acilius Balbus
604	L. Marius Censorinus	M. Manilius Nepos

Calpurnia lex de repetundis prima.

605	Sp. Postumius Magnus	L. Calphurnius Piso Cæsonius
606	P. Scipio Africanus Æmilianus	C. Livius Drusus
607	Cn. Cornelius Lentulus	L. Mummius, qui post Achaicus dictus est [3]
608	Q. Fab. Maximus Æmilius	L. Hostilius Mancinus
609	Ser. Sulpitius Galba	L. Aurelius Cotta
610	App. Claudius Pulcher	Q. Cæcilius Metellus Macedonicus

Tidia lex sumptuaria.

611	L. Metellus Calvus	Q. Fabius Maximus Servilianus
612	Cn. Servilius Cæpio	Q. Pompejus Nepos
613	C. Lælius Sapiens	Q. Servilius Cæpio [4]

Memmia lex de accusatione, reis faciundis, calumniæque pœna.

614	Cn. Calphurnius Piso	M. Popilius Lænas

Gabinia tabellaria lex prima discordiarum fomes.

615	P. Scipio Nasica Serapio	Decius Junius Brutus

Q. Ælius Tubero magnus Philosophus & JCtus.

616 [5]	M. Æmilius Lepidus Porcina	C. Hostilius Mancinus

Cassia Lex tabellaria secunda de judiciis. L. Cæcilius historicus & Jurisconsultus insignis.

617	P. Furius Philus	Sext. Atilius Serranus
618	S. Fulvius Flaccus	C. Calphurnius Piso
619	P. Scipio Africanus	C. Fulvius Flaccus
620 [6]	P. Mutius Scævola	L. Calphurnius Piso Frugi

T. Sempron. Gracchus TR. PL. legem agrariam tulit.

621	P. Popilius Lænas	P. Rupilius
622	P. Licinius Crassus Mutianus	L. Valerius Flaccus [7]

Papiria lex tabellaria tertia in jubendis vel vetandis legibus observanda. Pinnaria lex annalis.

623	C. Claudius Pulcher	M. Perpenna Nepos.

C. Atinii lex de Tribunorum plebis jure Senatorio.

624	C. Sempronius Tuditanus	M. Aquilius Nepos
625	Cn. Octavius	T. Annius Luscus
626	L. Cassius Longinus	L. Cornelius Cinna
627	M. Aimilius Lepidus	L. Orelius Orestes

Lex Junia de peregrinis urbe prohibendis.

628 [8]	M. Plautius Hypsæus	M. Fulvius Flaccus
629	C. Cassius Longinus	Cajus Sextius Calvinus
630	Q. Cæcilius Metellus, Balearicus postea dictus	T. Quintius Flaminius [9]

C. Sempron. Gracchus autor legum Sempronianarum, quæ erant agrariæ, viariæ, frumentariæ, horreæ, de militum commodis, de libertate civium, de comitiis & ordine suffragiorum.

631	Cn. Domitius Ænobarbus	C. Fannius Strabo

Leges novæ C. Sempronii Gracchi imprimis judiciariæ: aliæ M. Livii Mamiliani Drusi TR. PL. Q. Rubrii Varronis. M. Bæbii Tamphili.

632	L. Opimius	Q. Fabius Maximus, Allobrogicus postea dictus

Lex Minucia de non restauranda colonia & abrogandis Gracchi legibus.

633	P. Manilius	C. Papirius Balbus

Lex Octavia frumentaria.

634	L. Cæcilius Metellus	L. Aurelius Cotta

Lex Maria de suffragiis: lex Tribunitia frumentaria. P. Virginius Rutilus Jurisconsultus celebris.

635	M. Porcius Cato Nepos	Q. Martius Rex

Cato in magistratu mortuus est, in ejus locum factus est Q. Ælius Tubero. C. Annius Bellienus Jurisconsultus.

636	L. Cæcil. Metell. Dalmaticus	Q. Mutius Scævola.
637	C. Licinius Geta	Q. Fabius Maximus
638	M. Aimilius Scaurus	M. Cæcilius Metellus

Æmiliæ leges sumptuariæ & de libertinorum suffragiis.

639	M. Acilius Balbus.	C. Portius Cato [10]

Lex Aufidia contra SC. de feris Africanis.

640 [11]	C. Cæcil. Metellus Caprarius	Cn. Papirius Carbo
641	M. Livius Drusus	L. Piso Cæsonianus
642 [12]	P. Scipio Nasica	L. Calphurnius Bestia

Q. Mucius Scævola Jurisconsultus eximius, de quo in Digestis citantur leges & quidem ex libro singulari ΟΡΩΝ.

l. 64. de acquir. rer. dom.	l. 75. de evict.
l. 8. de aqua cott. & æstiv.	l. 3 de tutel.
Citatur	l. 35. de hered. instit.
l. 3. de pen. leg.	l. 29. de legat. lib. 3.
l. 27. de aur. arg. mund. leg.	l. 7. de ann. leg.
l. 55. de legat. lib. 3.	l. 9. de opt. leg.
l. 30. pro soc.	l. 19. 33. 34. de aur. arg. mund. leg.
l. 2. de orig. Jur.	l. 1. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 4. de usu & habit.	l. 29. 39. de statulib.
l. 1. si quadr. paup.	l. 23. de liber. caus.
l. 31. ad l. Aquil.	l. 3. de acq. poss.
l. 5. commod.	l. 1. 5. quod vi aut clam.
l. 48. mand.	l. 115. de verb. oblig.
l. 11. pro soc.	l. 76. de furt.
l. 59. 66. de contr. empt.	l. 17. de legation.
l. 13. de in diem addict.	l. 25. 98. de verb. sign.

643	M. Minutius Rufus	Sp. Postumius Albinus

Lex Licinia sumptuaria.

644	Q. Cæcilius Metellus	M. Junius Silanus
645	Ser. Sulpitius Galba	M. Æmilius Scaurus
646	L. Cassius Longinus	C. Marius

Cassius in prælio occisus est, in ejus locum succedit M. Æmilius Scaurus II. Cœlia lex tabellaria quarta. Thoria lex agraria.

647	C. Atilius Serranus	Q. Servilius Cæpio
648	P. Rutilius Rufus	C. Manilius Maximus
649	C. Marius II.	C. Flavius Fimbria

Cassiæ leges ad minuendam nobilitatis potentiam. Domitii TR. PL. leges de sacerdotiis. Servilia lex de judiciis & de repetundis. Marcia lex agraria.

650	C. Marius III.	L. Aurelius Orestes
651	C. Marius IV.	Q. Luctatius Catulus

Apuleja lex de majestate.

652	C. Marius V.	M. Aquilius

Lex de parricidio novam hujus delicti pœnam continens. Acilia lex de pecuniis repetundis.

653 [13]	C. Marius VI.	L. Valerius Flaccus [14]

L. Appulejus Saturninus II. TRIB. PL. multas leges violenter tulit.

654	M. Antonius	A. Postumius Albinus
655	Q. Cæcilius Metellus	T. Didius Vivius

Lex Cæcilia Didia de legumlatione trinundinum. Valeria lex de civitate sacerdotis Cereris. Lex Plautia vel Plotia agraria.

656	Cn. Cornelius Lentulus Clodianus	P. Licinius Crassus
657	C. Domitianus Ænobarbus	C. Cassius Longinus
658	L. Licinius Crassus	Q. Mutius Scævola

Lex celeberrima Lucinia & Mucia lata.

659	C. Cælius Caldus	L. Domitius Ænobarbus [15]
660	C. Valerius Flaccus	M. Herennius
661	C. Claudius Pulcher	M. Perpenna Nepos
662 [16]	L. Martius Philippus	Sex. Julius Cæsar

Livia lex judiciaria, nummaria, de coloniis, seditioni occasionem præbent.

663	L. Julius Cæsar	P. Rutilius Lupus
664 [17]	Cn. Pompejus Strabo	L. Porcius Cato

L. Jul. Cæsar Censor legem de civitate sociorum tulit. Lex Plotia de judiciis, de vi.

665 [18]	Cornelius Sulla, qui postea Felix appellatus est	Q. Pompeius Rufus in mag. occisus est [19]
666	Cn. Octavius	L. Cornelius Cinna

Cinnæ abdicare coacti locum occupavit L. Cornelius Merula Flamen.

667	C. Marius VII.	L. Cornelius Cinna II.

Marius in Magistratu mortuus est: in ejus locum factus est L. Valerius Flaccus. Lex Valeria de ære alieno. Maria lex nummaria.

668	L. Cornelius Cinna III.	Cn. Papirius Carbo
669	L. Cornelius Cinna IV.	Cn. Papirius Carbo II.
670	L. Corn. Scipio Asiaticus	C. Junius Norbanus

1 *Bellum Celtibericum.* 2 *Bellum Punicum tertium.* 3 *Bellum Viratinum.* 4 *Bellum Numantinum.* 5 *Bellum servile primum.* 6 *Seditio Gracchana prior.* 7 *Bellum Asiaticum.* 8 *Bellum Allobrogicum.* 9 *Bellum Balearicum.* 10 *Bellum Thracicum.* 11 *Bellum Cymbricum & Teutonicum.* 12 *Bellum Jugurthinum.* 13 *Seditio Appulejana.* 14 *Bellum servile secundum.* 15 *Fœdus primum cum Parthis ictum.* 16 *Seditio Drusiana.* 17 *Bellum Marsicum.* 18 *Bellum civile Marianum.* 19 *Bellum Mithridaticum.*

671. Cn.

P.R.C.

671 [1] Cn. Papirius Carbo III. occisus — C. Marius in mag. occisus est.
672 M. Tullius Decula — Cn. Cornelius Dolabella

L. Sulla Dictator reipublicæ statum constituit ex arbitrio suo, legesque tulit Cornelias dictas de proscriptione, de sacerdotiis, de magistratibus, de judiciis, de falsis ponderibus, de sicariis & veneficis, de injuriis, de repetundis, sumptuarias, de provinciis, agrariam, & de Tribunorum plebis potestate imminuenda.

673 L. Cornelius Sulla Felix II. — Q. Cæcilius Metellus Pius
674 [2] P. Servilius Varia Isauricus — App. Claudius Pulcher
675 M. Æmilius Lepidus — Q. Luctatius Catulus
676 M. Æmilius Mamercus — D. Junius Brutus
677 Cn. Octavius — C. Scribonius Curio
678 C. Aurelius Cotta — L. Octavius
679 L. Licinius Lucullus — M. Aurelius Cotta
680 [3] C. Cassius Longinus — M. Terentius Varro Lucul.
681 L. Gellius Poplicola — Cn. Cornelius Lentulus
682 P. Cornelius Lentulus Sura — Cn. Aufidius Orestes
683 Cn. Pompejus Magnus — M. Licinius Crassus
684 Q. Hortensius — Q. Cæcilius Metellus Creticus
685 [4] L. Cæcilius Metellus Creticus in mag. mortuus — Q. Martius Rex
686 C. Calpurnius Piso — M. Acilius Glabrio

Calpurnia lex de ambitu renovata. Gabinia lex. Roscia lex. Lex Cornelia de ambitu. Lex Cornelia, ut Prætores ex edictis perpetuis jus dicerent: alia, de Testamentis eorum, qui postea ab hostibus caperentur, ut rata manerent. Lex Manilia de Libertinis.

687 [5] M. Aimilius Lepidus — L. Volcatius Tullus
688 P. Cornelius Sulla — P. Antonius Pætus [6]

Lex Papia de peregrinis urbe pellendis.

689 L. Julius Cæsar — C. Martius Figulus

Lex Servilia agraria.

690 M. Tullius Cicero — C. Antonius
691 D. Junius Silanus — L. Licinius Muræna
692 M. Pupius Piso — M. Valerius Messalla Niger

Lex de ambitu ab Aufidio TR. PL. lata.

693 L. Afranius — Q. Cæcilius Metellus Celer [7]

Lex Cæcilia de portoriis. Lex agraria L. Flavii.

694 C. Julius Cæsar — M. Calpurnius Bibulus

Leges Juliæ de majestate, de provincialibus Magistratuum sumptibus &c. Vatinii lex judiciaria.

695 [8] Calpurnius Piso Cæsoninus — A. Galbinius Nepos

P. Clodius Pulcher Tribunus Plebis multarum legum autor fuit, quæ ab eo Clodiæ appellantur.

696 P. Cornel. Lentulus Spinther — Q. Cæcilius Metellus Nepos
697 Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus — L. Martius Philippus
698 Cn. Pompeius Magnus II. — M. Licinius Crassus II.
699 [9] L. Domitius Ænobarbus — App. Claudius Pulcher
700 C. Domitius Calvinus — M. Valerius Messala
701 Cn. Pompeius Magnus III. & solus — Q. Cæcilius quinque mensibus extremis solus.

Pompejæ leges a C. Pompejo III. Cos. latæ, egerunt de provinciis, de vi, ambitu, & forte illa de parricidiis. Q. Metellus Scipio legem Censoriam tulit, qua Clodium abrogavit.

702 Ser. Sulpitius Rufus — M. Claudius Marcellus
703 L. Aimilius Paulus — C. Claudius Marcellus
704 [10] C. Claudius Marcellus — Cn. Cornelius Lentulus

Eodem anno C. Jul. Cæsar DICTATOR Magist. equit.

Julius Cæsar varias hoc anno leges tulit, de fœnore atque pecuniis creditis.

An. C.

705 | 1 [11] C. Julius Cæsar II. [12] — P. Servilius Varia Isauricus [13]

Leges a M. Cælio Rufo Prætore promulgatæ de usuris & mercede habitationum.

706 | 2 C. Fusius Calenus — P. Vatinius [14]
707 | 3 C. Julius Cæsar III. [15] — M. Aimilius Lepidus.

Novæ leges Juliæ, Judiciaria, de provinciis, de annona. l. 2. D. ad l. Jul. de ann. de libertatibus. l. 14. D. de manumiss. de terminis motis l. 3. D. de term. mot.

Jurisconsulti, qui paulo ante vel sub Julio Cæsare vixerunt.

I. *Aquilius Gallus* citatur in

l. 2. de orig. jur.
l. 6. si servit. vind.
l. 17. de act. empt.
l. 29. de liber. & posth.
l. 74. de hered. instit.
l. 33. de vulg.
l. 30. de leg. lib. 1.
l. 32. de aur. arg. mund. leg.
l. 39. de statulib.
l. 7. quod vi aut clam.
l. 18. de acceptil.
l. 77. de verb. signif.
§. 2. l. quib. mod. toll. obl.

II. *Servius Sulpitius* citatur

l. 2. de or. jur.
l. 21. de negot. gest.
l. 1. de dolo.
l. 26. ex quibus caus. man.
l. 40. de recept.
l. 80. de judic.
l. 6. si servit. vindic.
l. 17. quemadm. serv. am.
l. 1. si quadr. paup. fec.
l. 5. de his, qui effud. vel dej.
l. 3. de condict. tritic.
l. 2. de lege Rhodia.
l. 9. 17. de pecul.
l. 52. 65. pro socio.
l. 80. de contrah. empt.
l. 15. 19. 35. loc.
l. 69. de evict.
l. 8. de naut. fœn.
l. 79. de jure dot.
l. 66. solut. matrim.
l. 3. de tutel.
l. 4. de fidejuss. & nom. tut.
l. 25. qui testam. fac. poss.
l. 17. 45. de hered. instit.
l. 28. de cond. & dem.
l. 30. 57. 62. de leg. 3.
l. 6. de dot. præleg.
l. 12. 15. 16. de instr. vel instr. legat.
l. 3. de pen. leg.
l. 7. de sup. leg.
l. 4. 19. 27. 39. de aur. arg. mund. leg.
l. 40. de cond. & demonstr.
l. 1. de ventr. in poss. mitt.
l. 1. de bon. libert.
l. 8. de grad. affin.
l. 24. de damn infect.
l. 35. 48. de manum. testam.
l. 3. 39. de statulib.
l. 24. de liber. caus.
l. 26. de acq. rer. dom.
l. 2. pro empt.
l. 2. pro hered.
l. 3. uti possid.
l. 3. de rivis.
l. 4. 5. 7. 13. quod vi aut clam.
l. 23. de act. & oblig.
l. 67. de solut.
l. 76. de furt.
l. 11. de capt. & postlim.
l. 25. 30. 77. 237. de verb. sign.
l. 5. de inst. act.
l. 8. de cond. caus. dat.
l. 2. 30. pro soc.
l. 3. de pen. legat.
l. 1. de aqua pluv. arc.
§. 1. l. de tut.
§. 2. l. de sociel.

III. *A. Ofilius* cit.

l. 55. de legat. 3.
l. 3. de pen. leg.
l. 234. de verb. sign.
l. 2. de or. jur.
l. 11. de jurisd.
l. 1. ne quis eum, qui in jus voc.
l. 1. si ex nox. caus. agat.
l. 2. de eo per quem fac. er.
l. 6. de minor.
l. 21. de recept.
l. 9. ad L. Aquil.
l. 16. famil. herc.
l. 1. de exerc. act.
l. 2. de lege Rhod.
l. 17. de pecul.
l. 22. de mand.
l. 8. 10. 17. 38. de ædil. edict.
l. 65. de furt.
l. 19. solut. matrim.
l. 3. de act. rer. amot.
l. 4. de autor. tut.
l. 39. de vulg. & pupill.
l. 30. 45. de leg. lib. 1.
l. 29. 100. de leg. 3.
l. 6. de dote præl.
l. 7. de trit. vin. ol. leg.
l. 25. 26. de fundo instr.
l. 10. de supell. leg.
l. 39. de aur. arg. mundo leg.
l. 40. de condit. & dem.
l. 1. ut leg. s. fideic. serv.
l. 1. 2. 3. 11. de aq. pluv. arc.
l. 40. de manum. testam.
l. 39. de statuliber.
l. 1. de acq. poss.
l. 2. ne quid in loc. publ.
l. 1. de aq. quot. & æstiv.
l. 1. 3. de rivis.
l. 2. de cloac.
l. 4. de doli mali except.
l. 6. de stipul. serv.
l. 21. de furt.
l. 5. 23. de injur.
l. 27. de capt. & postl. rev.
l. 180. de verb. signif.

IV. *Aufidius Namusa* cit.

l. 2. de or. jur.
l. 5. de commod.
l. 52. pro soc.
l. 20. de opt. leg.
l. 40. de condit & dem.
l. 2. de aqua pluv. arc.

V. *Publicius Cæcilius* cit.

l. 2. de or. jur.
l. 50. de leg. 1.
l. 51. de condit. & dem.
l. 2. ad SC. Tertyll.

VI. *Cinna* cit.

l. 2. de or. jur.
l. 6. de ritu nupt.
conf. l. 15. de condit. & demonstr. l. 30. de nuptiis.
l. 40. de condit. & demonstr.

VII. *C. Trebatius Testa* cit.

l. 2. de or. jur.
l. 1. de off. quæst.
l. 10. de pact.
l. 21. de recept.
l. 33. de rei vind.
l. 9. de usufr.
l. 5. de his, qui effud. vel dejec.
l. 6. comm. divid.
l. 14. de relig. & sumpt.
l. 1. 21. depos.
l. 22. mand.
l. 15. 79. de contrah. empt.
l. 1. de peric. & comm. rei vend.
l. 13. 17. 21. de act. empt.
l. 6. 12. 14. de ædil. ed.
l. 56. de evict.
l. 64. de donat. inter vir. & ux.
l. 66. solut. matr.
l. 33. de test. tut.
l. 13. 59. 69. de hered. inst.
l. 39. de vulg. & pup.
l. 11. de jur. del.
l. 5. 30. de leg. 1.
l. 49. de leg. 2.
l. 29. 30. 100. de leg. 3.
l. 17. de ann. leg.
l. 31. de usu & usufr. leg.
l. 7. 15. 16. de trit. vin. & ol. leg.
l. 4. 12. 25. 26. de instr. vel instrum. legat.
l. 22. de pecul. leg.
l. 3. de pen. leg.
l. 11. de supell. leg.
l. 14. de reb. dub.
l. 8. 40. de cond. & dem.
l. 10. de grad. affin.
l. 9. 24. 25. de damn. inf.
l. 1. 3. 11. de aq. pluv. arc.
l. 3. 39. de statulib.
l. 5. 16. 41. de acq. rer. dom.
l. 3. de acquir. poss.
l. 2. pro empt.
l. 3. pro don.
l. 4. pro suo.
l. 1. de aq. quot. & æst.
l. 2. de cloac.
l. 1. 22. quod vi aut clam.
l. 4. de hom. lib. exhib.
l. 20. de except. rei jud.
l. 21. de furt.
l. 1. arb. furt. cæsar.
l. 17. de injur.
l. 27. de capt. & postlim.
§. 1. l. de codicill.

VIII. *Aulus Cascellius* cit.

l. 2. de or. jur.
l. 39. de vulg. & pupill.
l. 29. 100. de leg. 3.
l. 6. de dote præleg.
l. 7. de trit. vin. & ol. leg.
l. 4. 26. de instr. vel instr. leg.
l. 10. de supel. leg.
l. 39. de aur. arg. mund. leg.
l. 40. de condit. & dem.
l. 1. de aq. pluv. arc.
l. 1. quod vi aut clam.
l. 158. de verb. sign.

IX *Q. Ælius Tubero* cit.

l. 2. de or. jur.
l. 2. de usu & habit.
l. 5. 6. 7. de pecul.
l. 77. de contr. empt.
l. 13. de act. empt.
l. 29. l. 43. de leg. 3.
l. 7. de trit. vin. & ol. leg.
l. 25. de instr. vel. instr. leg.
l. 7. de sup. leg.
l. 32. de aur. arg. mund. leg.
l. 1. de aq. & aqu. pluv. arc.
l. 72. de verb. obligat.

X. *Ælius Gallus*.

Ex lib. 1. de verbor. signif. cit. l. 157. de V. S.
l. 19. de usur.

XI. *T. Cæsius*. XII. *Aufidius Tucca*. XIII. *Flavius Priscus*. XIV. *Visellius Varro*. XV. *Lucullus*. XVI. *Q. Corn. Maximus*. XVII. *Lucillius Balbus*. XVIII. *Sext. Pompej.* XIX. *C. Juventius*. XX. *A. Ofilius*. XXI. *Pacuvius Labeo*. XXII. *Fabius Mela*. XXIII. *M. Tullius Cicero*.

1 *Decem Prætores facti.* 2 *Bellum Sertorianum.* 3 *Bellum contra Spartbacum servile.* 4 *Bellum Creticum.* 5 *Bellum Piraticum.* 6 *Hi posteaquam designati sunt, ambitu damnati non inierunt: in eorum locum facti sunt L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus.* 7 *Ad hunc annum pertinet lib. 2. Jul. Cæsar. de bello Gallico.* 8 *Bellum Gallicum C. Cæsaris.* 9 *Bellum Parthicum.* 10 *Bellum civile Cæsaris & Pompeji.* 11 *Imperium Cæsaris ab hoc anno incipit, & durat annos 4. mens. 11. dies 15.* 12 Idem DICTATOR. 13 Cæsar II. DICTATOR, cum Antonio Magistr. equit. 14 Cæsar III. DICTATOR. 15 *Ex hoc anno honorarii Consules creari cœpti.*

P.R.C.A.J.

708 4 [1] C. Julius Cæsar sine Collega IV. abdicavit, & sibi suffecit Q. Fabium Maximum, C. Trebonium. Maximus extremo anni die moritur, cui Caninius Rebil. sufficitur [2]

709 5 [3] Julius Cæsar V. COS. M. Antonius COS. & Magister equitum & pro eo M. Aimilius Lepidus II. Magister equitum, & pro eo C. Octavius Mag. equitum, & pro eo Cn. Domitius Calvinus Mag. equit.

710 In Julii Cæsaris Idibus Martiis XXIII. vulneribus in curia Pompeji occisi locum P. Cornelius Dolabella COS. suffectus est.

An. Aug. *Cæsar Prætores instituit. Aediles primum sex creati*
OCTAVIANUS AUGUSTUS.

711 1 A. Hirtius in prælio occisus. — C. Vibius Pansa.
His COSS. [4] ad Mutinam occisis, occupato omni exercitu, ante legitimam ætatem per vim adacto Senatu, C. Cæsar Octavianus [5] se cum Q. Pedio herede Cæsaris ex quadrante, COS. & ad x. diem Kalendas Octobris constituit [6].

TRIUMVIRATUS.

712 2 M. Æmilius Lepidus II. — L. Munatius Plancus [7]
713 3 P. Servilius Isauricus II. — L. Antonius Pictus
714 4 [8] C. Domitius Calvinus II. — C. Asinius Pollio.

Abdicarunt consulatum. In eorum locum facti sunt. L. Cornelius Balbus, P. Canidius Crassus. P. Falcidius TR. PL. legem de testamentis tulit, qua defalcat legata.

715 5 L. Portius [9] Censorinus — C. Calvisius Sabinus
716 6 App. Claudius Pulcher — C. Norbanus Flaccus
717 7 M. Vipsanius Agrippa — L. Caninius Gallus

Caninius abd. in ejus locum factus est T. Statilius Taurus.

718 8 Gellius Poplicola. — M. Coccejus Nerva.

Abdic. in eorum locum facti sunt: L. Munatius Plancus II. P. Sulpicius Quirinus.

719 9 [10] L. Cornificius — Sext. Pompeius
720 10 [11] L. Scribonius Libo — M. Anton. abdicatus. in ejus locum [12] L. Sempronius Atratinus [13]
Ex Kal. Jul. Paul. Æmilius Lepidus
Ex Kal. Nov. M. Herennius

721 11 C. Cæsar Octavianus II.
K. Jun. abdic. in ejus loc. factus est — L. Volcatius Tullus
P. Autronius Pætus
Ex Kal. Maj. L. Flavius nepos
Ex Kal. Jul. C. Fontejus Capito — M. Acilius Aviola.
Ex Kal. Sept. L. Vinucius nepos
Ex Kal. Oct. L. Laronius nepos.

722 12 Cn. Domitius Ænobarbus — C. Sosius Nepos
Ex Kal. Jul. L. Cornelius
Ex Kal. Nov. N. Valerius.

723 13 C. Cæsar Octavianus III. — M. Valerius Messala Corvinus [14]
Ex Kal. Maj. M. Titius
Ex Kal. Oct. Cn. Pompejus.

Prælium Actiacum, principatus Augusti initium.

724 14 C. Cæsar Octavianus IV. — M. Licinius Crassus
Ex Kal. Jul. C. Antistius Vetus
Ex eid. Sept. M. Tullius Cicero
Ex Kal. Nov. L. Sænius Nepos.

725 15 [15] C. Cæsar Octavianus V. — Sext. Appulejus
Ex Kal. Jul. Potit. Valerius Messala

Imperatoris perpetui nec non Augusti nomen Octaviano datum.

726 16 C. Cæsar Octavianus VI. [16] — M. Vipsanius Agrippa II. [17]
727 17 C. Cæsar Octavianus VII. — M. Vipsanius Agrippa III.
728 18 C. Cæsar Octavian. A. VIII. — T. Statilius Taurus II.
729 19 [18] C. Cæsar Octavian. A. IX. — M. Junius Silanus
730 20 C Cæsar Octavianus August. X. — C. Norbanus Flaccus
731 21 C. Cæsar Octavian. Augustus XI. abd. in ejus loc. factus est L. Sestius VIBI nepos — Terentius Varro Murena in Mag. mortuus est. in E. L. F. E. Cn. Calpurnius Piso [19]

Dictaturam recusat Augustus tribunitia dignitate usurus.

732 22 M. Claudius Marcellus — L. Arruntinus Nepos

Ædilibus curulibus incendiorum extinguendorum curam demandavit Augustus, sexaginta servis, quorum ad hoc uterentur opera, assignatis.

733 23 M. Lollius nepos — Q. Aimilius Lepidus
734 24 M. Apuleius — P. Silius Nerva [20]
735 25 [21] C. Sentius Saturninus — Q. Lucret. Vispillo
736 26 Cornelius Lentulus — P. Cornelius Lentulus Marcellin.
737 27 C. Furnius — P. Junius Silanus [22]

738 28 L. Domitius Ænobarbus — P. Cornelius Scipio
739 29 M. Livius Drusus Libo — L. Calpurnius Piso
740 30 M. P. Licinius Crassus — Cn. Cornelius Lentulus Augur.
741 31 Claudius Tiberius Nero — P. Quintilius Varus

Augustus Pontificatum maximum suscepit.

742 32 P. M. Valerius Messala II. — P. Sulpitius Quirinus
743 33 Q. Ælius Tubero — Paulus Fabius Maximus
744 34 Julius Antoninus — Q. Fabius Maximus
745 35 Nero Claud. Drusus — T. Quinctius Crispinus
746 36 C. Martius Censorinus — C. Asinius Gallus
747 37 Claud. Tiberius Nero II. — Cn. Calpurnius Piso II.
748 38 D. Lælius Balbus — C. Antistius Vetus
749 39 C. Cæsar Octavianus A. XII. — L. Cornelius Sulla
750 40 Calvisius Sabinus II. — L. Passienus Rufus
751 41 L. Cornelius Lentulus — M. Valerius Messalinus

SCtum Calvisianum de nuptiis quinquagenariæ Ulp. tit. 16.

752 42 [23] C. Cæsar Octavianus Augustus XIII. — M. Plautius Silvanus

Lex Furia Caninia de manumissionibus lata à Furio Camillo & Caninio Coss. suffectis.

753 43 Cossus Cornelius Lentulus: postea Isauricus — L. Calpurnius Piso Augur.
754 44 Cajus Cæsar — Æmilius Paulus

Anni Christi.

1 [24] HIS COSS. DEI FILIUS JESUS CHRISTUS NASCITUR.

755 45 2 P. Vinutius — P. Alfinius Varus.

Alfenus non incelebris JCtus, cujus nomen in Digestis sæpius occurrit. Citatur

Ex Alfeni libr. XL. Digest.
Ex lib. II. l. 25. qui test. poss.
l. 17. si servitus vind.
l. 5. si quadr. paup. fec.
l. 52. ad L. Aquil.
l. 26. comm. divid.
l. 16. de servo corr.
l. 16. de in rem vers.
l. 11. de peric. & comm. rei vend.
l. 26. de act. empti.
l. 27. locat.
l. 43. de dam. inf.
l. 14. de except.
l. 20. de obl. & act.
l. 202. de verb. sign.
Ex lib. IV. l. 6. de manumiss.
l. 14. de statuliber.
Ex lib. V. l. 42. ex quib. caus. maj.
l. 44. de hered. instit.
l. 14. de pec. leg.
l. 2. de his, quæ pro non script.
l. 27. de cond. & demonstr.
Ex lib. VI. l. 76. de judic.
l. 57. de rei vind.
Ex lib. VII. l. 50. de recep.
l. 29. locat.
l. 18. de aur. arg. mund. leg.
l. 26. de oper. libert.
l. 15. de publican.
l. 7. de manumiss.
l. 203. de verb. signif.
cit. ex lib. XXXIX. l. 21. de negot. gest.
l. 106. de leg. 1.
l. 60. de leg. 3.
l. 22. de ann. leg.
l. 12. de usu & usufr. leg.
l. 16. de instr. vel instr. leg.
l. 15. de pec. leg.
l. 35. de solut.
Ex lib. III. l. 30. loc.
l. 23. de præscript. verb.
l. 19. de pact. dot.
l. 8. de fundo dot.
l. 38. de donat. inter vir.
l. 6. de sup. leg.
Ex lib. IV. l. 45. de evict.
l. 24. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 38. de acq. rer. dom.
l. 57. de furt.
Ex lib. V. l. 31. loc.
Ex lib. VI. l. 62. de re jud.
Ex lib. VIII. l. 61. de leg. 3.
l. 40. de usu & usufr. leg.

Ex Alfeni Digestorum a Paulo epitomatorum libris sumptæ leges.
Ex lib. I. l. 34. de usurp. & usuc.
l. 3. de interd. & releg.
Ex lib. II. l. 44. de evict.
l. 45. de her. inst.

Citatur Alfenus non notato nomine librorum.
l. 2. de orig. jur.
l. 5. de rei vind.
l. 8. si servit. vind.
l. 20. ad l. Aquil.
l. 65. pro socio.
l. 18. de contrah. empt.
l. 74. de leg. 2.
l. 29. de leg. 3.
l. 60. de dote præleg.
l. 12. de instr. vel instr. leg.
l. 9. de damn. infect.
l. 2. de aqua & aqua pluv. arc.
l. 10. de liber. caus.
l. 67. de solut.
l. 77. 87. 239. de verb. signif.

756 46 3 L. Ailius Lamia — M. Servilius Geminus
757 47 4 [25] Sext. Ailius Catus — C. Sentius Saturninus

Lex Ælia Sentia de manumissionibus lata ab his Coss. de qua Pand. lib. 40. tit. 9.

758 48 5 Cn. Cornel. Cinna Magnus — L. Valerius Messala Volusus
759 49 6 M. Aimilius Lepidus — L. Arruntius Nepos
760 50 7 Q. Cæcilius Metellus — A. Licinius Nerva Silanus
761 51 8 M. Furius Camillus — Sex. Nonius Quinctilianus
762 52 9 Q. Sulpitius Camerinus — C. Popæus Sabinus
763 53 10 P. Cornelius Dolabella — C. Junius Silanus
764 54 11 M. Aimilius Lepidus — T. Statilius Taurus II.

Lex celeberrima Papia Poppæa a Papio Mutilo & Q. Poppæo qui suffecti Coss. lata autore Octaviano.

765 55 12 T. Julius Germanicus Cæs. — C. Fonteius Capito
766 56 13 L. Munatius Plancus II. — C. Silius Nepos
767 57 14 Sextus Pompeius Nepos — Sextus Apuleius [26]

Mors Augusti XIV. *Kal. Sept. hora diei nona* LXXVI. *ætatis anno.*

1 *Anno 708. duodecim Prætores facti.* 2 DICTATOR IV. 3 *Bellum civile Mutinense.* 4 *Augustus post lustra decem sex prorogat annos.* 5 *Cum M. Antonio & M. Lepido, qui eum fugientem, in Gallia receptaverat, reconciliatus.* 6 *Hoc eodem anno Cæsar, Lepidus, Antonius, Triumviratum ineunt reip. constituendæ causa* v. *Kalend. Decemb. ut pridie Kalend. Januarias* v. *post anno abdicarent.* 7 *Anno 711. Imp. Octaviani Cæsaris Augusti imperium initium sumit apud Eusebium. Olympiadis* CLXXXIV. *primum annum eo anno numerat.* 8 Triumviri. 9 *Onufr.* Marcius. 10 *Sallustius diem obit.* 11 *Bellum Illyricum.* 12 *Bellum Marsicum.* 13 *Varus Poëta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.* 14 *Ab hoc anno, id est, post victum hoc anno ad Actium Antonium, quidam Augusti imperium computant annorum 48.*

15 *Pace terra marique parta Ianus tertio clausus.* 16 *Quidam ab hoc anno primum annum Augusti Monarchiæ supputant, quo & Augustus ipse, & mensis quoque Sextilis dicti sunt; quamvis hanc appellationem cum 7. Consulatu adeptum alii dicant.* 17 *725. Augustus plurimas Romæ leges statuit. Euseb.* 18 *Hoc anno nova dignitas & magistratus, id est, præfectura urbis creata, & Messala Corvinus primus præfectus urbi, sexta die se abdicavit, incivilem potestatem contestans.* 19 *Hunc suffectum ait Onufr. ordinarium autem adscribit A. Terentium Varronem Murenam.* 20 *Pax cum Parthis signis receptis.* 21 *Bellum Pannonicum.* 22 *Ludi seculares Quincti ex senatusconsulto facti.* 23 *42. Anno Augusti.* 24 *751. Nascitur Christus. Eusebius.* 25 *Ab his, Lex Ælia Sentia, hoc anno videtur lata ex Dione, lib. 55.* 26 *Moritur Augustus 14. Kal. Septemb.*

LEGES

.R.C: A.J: P.C.N.

LEGES ab AUGUSTO LATÆ.

De maritandis ordinibus. *v. l. 6. C. de operib. lib. l. 6. §. 4. ff. de jur. patron. Ulp. tit. ib. de ritu nupt. l. 19. de ritu nupt.*, De testamentis. *Paul. Sent. l. 4. l. 6. l. 4. ff. de fideic. libert. l. 96. §. 1. de leg.* 1. De judiciis *l. 3. de accus. l. 12. eod. l. 4. de test. l. 2. §. 1. de judic. l. 9. de arbit. l. 41. eod.* De sumptibus. De manumissionibus, de cessionibus bonorum *l. 4. C. qui bon. ced. poss.* De prædio dotali. *tit. Inst. quib. alien. lic.* De delictis, & quidem de adulterio & stupro *Lib. ff. 48. tit. 5. C. 9. tit. 9. de ambitu l. un. ff. ad L. Jul. de amb. l. 9. tit. 26. de vi publica ff. 48. tit. 6. Cod. 9. tit. 12. privata. ff. 48. tit. 7.* Peculatus & de sacrilegiis & residuis. *ff. 48. tit. 13.* De crimine Majestatis *ff. 48. tit. 4. C. 9. tit. 8.* Mentio quoque fit Augusti *l. 9. ad L. Rhod. l. 2. ad SC. Vell. l. 14. de manumiss. l. 21. de manumiss. vind. l. 23. de lib. caus. l. 8. de quæst. l. 1. de cadav. pun. l. 12. de re mil. §. 1. l. quib. non est perm. fac. test. §. 1. fin. de fideicom. hered. §. 1. l. de Cod. §. antep. de adopt.*

Jurisconsulti, qui sub Augusto vixerunt.

I. *Q. Ælius Tubero.*

Varii memorantur Tuberones. Familiæ caput fuit Q. Ælius Tubero, cuius supra ad annum 615. facta est mentio. Vir optimus & magnæ in republica autoritatis, sed tenui patrimonio. Gracchianæ factionis infensissimus hostis. Pervenit Tubero noster usque ad Augusti ætatem.

II. *Attejus Capito cit.*

l. 2. de or. jur.
l. 13. de servitut. præd. urb.
l. 29. de ritu nupt.
l. 79. de jure dot.
l. 30. de leg. 3.
l. 39. de auro, arg. mund. leg.
l. 2. de aqua pluv. arc.

III. *Antistius Labeo.*

Ex libris VIII. Pithanon.

Lib. I. l. 53. de act. empt.
l. 62. loc.
l. 29. de instr. vel instr. leg.
Ex lib. II. l. 34. depos.
l. 25. de hered. vel act. vend.
l. 54. de act. empt.
Ex lib. III. l. 42. de statulib.
Ex lib. V. l. 42. de auct. tutor.
cit. l. 246. de verb. sign.

Ex Labeonis libr. x. posteriorum sumptæ.

l. 42. de liber. caus.
cit. l. 13. 17. de hered. instit.
cit. l. 3. de pen. legat.
cit. l. 37. in l. 9. de dol.
cit. & lib. 38. in l. 9. ad leg. Jul. pecul.
citatur libris posteriorum. l. 2. de usu & habit.
l. 6. de cond. indeb.
l. 65. pro soc.
l. 45. de contr. empt.
l. 47. de dam. inf.
l. 21. de statulib.

Ex libris Pithanon Labeonis a Paulo epitomatorum hæ sumtæ sunt.

Ex lib. I. l. 21. si servit. vind.
l. 10. de leg. Rhod.
l. 35. de pignor.
l. 31. de legat. lib. 3.
l. 13. de dot. præl.
l. 5. de instr. vel instr. leg.
l. 51. de bon. libert.
l. 41. de statulib.
Ex lib. II. l. 67. de donat. int. vir. & ux.
l. 91. de furt.
Ex lib. III. l. 20. de vi & vi arm.
Ex lib. IV. l. 78. de rei vind.
l. 12. de supel. leg.
l. 28. de capt. & de postlim.
l. 244. de verb. sign.
Ex lib. V. l. 9. de naut. fœn.
l. 49. de usurp. & usucap.
l. 29. de acceptil.
Ex lib. VI. l. 79. de rei vind.
l. 84. de jur. dot.
l. 65. de acq. rer. dom.
l. 23. de exception.
l. 91. de solut.
l. 29. de capt. & de postlim.
Ex lib. VII. l. 28. de probation.
Ex lib. VIII. l. 30. de capt. & de postl.

Ex libris posteriorum Labeonis a Javoleno epitomatis hæ sumptæ sunt.

Ex lib. I. l. 2. qui testam. fac. poss.
l. 9. de vulg. & pup. subst.
Ex lib. II. l. 20. de cond. instit.
l. 29. 30. de legat. lib. 3.
l. 17. de ann. legat.
l. 31. de usu & usufr. legat.
l. 6. de dot. præleg.
l. 20. de opt. legat.
l. 22. de pecul. legat.
l. 31. de aur. arg. mund. legat.
l. 14. ut in poss. legat.
Ex lib. III. l. 30. quand. dies leg. ced.
Ex lib. IV. l. 19. de servitut.
l. 78. de contr. empt.
l. 24. de hered. vel act. vend.
l. 50. de act. empt.
l. 28. 58. locat.
Ex lib. V. l. 80. de contr. empt.
l. 51. de act. empt.

l. 60. locat.
l. 14. quib. mod. pig. vel hyp. sol.
Ex lib. VI. l. 43. de negot. gest.
l. 33. depos.
l. 84. pro soc.
l. 79. de Jur. dot.
l. 65. de don. inter vir. & uxor.
Citatur Labeo libro I. Prætoris urbani in l. 19. de verb. sign.
Cit. lib. 30. Prætoris peregrini in l. 9. de dol.
cit. lib. I. ad edictum in l. 1. de fugit.
cit. libris epistolarum in l. 30. de usurp. & usucap.
cit. lib. 2. sine nomine libri, in l. 7. de recept.
citatur Labeo his locis non notato nomine librorum. l. 2. de orig. Jur.
l. 34. de adoption.
l. 7. de senator.
l. 6. de jurisd.
l. 1. si quis jus dic. non obtem.
l. 4. 11. de in jus voc.
l. 1. si ex nox. caus. agat.
l. 2. 9. si quis caut.
l. 1. 4. 6. de edend.
l. 2. 7. 25. 27. de pact.
l. 1. de postuland.
l. 1. 4. 8. de his qui not. infam.
l. 33. 43. de procur.
l. 3. 6. 10. 19. de negot. gest.
l. 9. 14. quod met. caus.
l. 1. 7. 11. 13. 20. 21. de dolo.
l. 13. 14. 16. 45. de minor.
l. 9. 13. 17. 22. 26. 28. ex quib. caus. maj.
l. 3. 15. 17. 19. 25. 27. de recep.
l. 1. 3. naut. caupon.
l. 19. de judic.
l. 18. de hered. pet.
l. 1. si pars hered. pet.
l. 13. 15. 19. de rei vind.
l. 7. 12. 13. 15. 21. de usufr.
l. 13. quib. mod. usufr. amitt.
l. 1. si usufr. pet.
l. 10. 12. 13. de usu & habit.
l. 10. 24. de servit. præd. rust.
l. 2. 4. 6. si servit. vind.
l. 17. quemad. servit. amit.
l. 2. 5. 7. 9. 23. 27. 29. ad l. Aquil.
l. 5. 6. de his qui effud.
l. 24. 26. de noxal. act.
l. 4. 22. fam. erc.
l. 4. 6. 19. com. divid.
l. 7. 11. 15. ad exhib.
l. 8. 14. 32. de relig. & sump.
l. 42. de reb. cred.
l. 41. de jurejur.
l. 15. de cond. caus. dat.
l. 4. de cond. ob turp. caus.
l. 2. de eo quod cert. loc.
l. 3. 27. de constit. pecun.
l. 1. 5. 17. commod.
l. 3. de pigner. act.
l. 2. de leg. Rhod.
l. 5. de institor. act.
l. 5. 7. 9. de tributor. act.
l. 3. 6. 7. 43. de pecul.
l. 1. quand. de pecul.
l. 1. 3. 7. de in rem vers.
l. 1. quod jussu.
l. 13. de compensat.
l. 1. depos.
l. 8. 10. 22. mand.
l. 60. 65. pro soc.
l. 21. 34. 50. 77. 79. de contr. empt.
l. 13. 14. de in diem addict.
l. 2. de hered. vel act. vend.
l. 1. 17. 42. de peric. & com. rei vend.
l. 11. 13. 19. 57. locat.
l. 30. 17. 19. 20. de præscr. verb.
l. 1. 17. 47. 64. de ædil. edict.
l. 5. 51. de evict.
l. 2. de naut. fœn.
l. 9. de jur. & fac. ign.
l. 9. de sponsal.
l. 18. 41. 80. de jur. dot.
l. 29. 32. 64. de don. int. vir. & uxor.
l. 18. 22. 64. 66. sol. matr.
l. 1. de imp. in res dot. fac.
l. 13. 19. de act. rer. amot.
l. 23. de testam. tutel.
l. 5. de legit. tutor.
l. 1. de tut. & ration. distr.
l. 3. de contr. tut. & util. act.
l. 2. 9. quod fal. tutor.
l. 25. qui testam. fac. poss.
l. 6. de lib. & post.

l. 9. 13. 17. 20. 21. 29. 59. 64. de hered. inst.
l. 39. de vulg.
l. 7. 11. de jur. delib.
l. 28. 60. 62. 73. de acq. hered.
l. 1. si quis omiss. caus.
l. 1. de SC. Silanian.
l. 5. 12. 30. 36. 47. de leg. lib. 1.
l. 11. 49. de legat. lib. 2.
l. 29. 43. 52. 65. 85. 86. 100. de legat. lib. 3.
l. 17. de ann. legat.
l. 30. 41. de usu & usufr. leg.
l. 7. 16. de trit. vin. ol. leg.
l. 4. 12. 25. 26. de instrum. vel instr. legat.
l. 8. de pecul. legat.
l. 3. 4. de pen. legat.
l. 7. 10. 11. de supellect. legat.
l. 32. 39. de aur. arg. mund. legat.
l. 6. 8. 39. 40. 69. de cond. & dem.
l. 12. 22. quand. dies leg. ced.
l. 3. de bonor. poss.
l. 8. de bonor. poss. contr. tab.
l. 1. de ventr. in poss. mitten.
l. 9. de Carbon. edic.
l. 10. de jur. patron.
l. 8. 36. de oper. libert.
l. 1. und. cogn.
l. 6. de grad. & affin.
l. 3. 20. 21. de oper. nov. nunciat.
l. 9. 13. 15. 24. 30. 47. de dam. inf.
l. 1. 2. 3. 4. 5. 10. 19. de aqu. & aq. pluv. arc.
l. 4. de publican.
l. 18. 19. 35. de donation.
l. 26. de manumission.
l. 41. de manum. testam.
l. 3. 8. 29. 39. de statulib.
l. 22. de lib. caus.
l. 19. 26. 28. de acq. rer. dom.
l. 1. 3. 6. 30. 51. de acq. poss.
l. 4. 8. 32. de usurp. & usuc.
l. 4. de re judic.

l. 7. quib. ex caus. in poss. eat.
l. 12. 15. de reb. auct. jud. poss.
l. 6. 10. 25. quæ in fraud. cred.
l. 3. de tab. exhib.
l. 2. ne quid in loc. pub.
l. 1. de fluminib.
l. 1. ne quid in flum. pub.
l. 1. ut in flum. pub. navig.
l. 1. de vi & vi arm.
l. 3. uti possid.
l. 3. de itin. act. priv.
l. 1. de aq. cottid. & æstiv.
l. 2. 3. de rivis.
l. 1. 2. de cloac.
l. 1. 5. 7. 11. 13. 15. 22. quod vi aut clam.
l. 8. 22. de precar.
l. 1. de arb. cædend.
l. 3. de hom. lib. exhib.
l. 1. de migrand.
l. 15. de divers. temp. præscript.
l. 4. de dol. mal. except.
l. 67. 137. de verb. obl.
l. 20. de stip. servor.
l. 19. 95. de solution.
l. 8. de acceptil.
l. 8. 15. rat. rem hab.
l. 1. 23. 25. 31. 50. 52. 53. 90. de furt.
l. 1. 3. si is qui testam. lib. ess.
l. 6. si fam. furt. fec. dic.
l. 1. 3. arb. fur. cæs.
l. 2. 3. 4. vi bon. rapt.
l. 3. de incend. ruin. nauf.
l. 1. 5. 7. 13. 15. 17. 27. 44. de injur.
l. 3. de sepul. viol.
l. 1. de prævaric.
l. 23. ad l. Jul. de adult.
l. 4. ad l. Jul. de vi priv.
l. 1. de jur. fisc.
l. 27. de capt. & de postlim.
l. 5. ad municip.
l. 5. 14. 29. 38. 43. 45. 53. 60. 116. 194. 245. 246. de verb. sign.
§. 1. l. de codicill.

	An. Tib.	An. Chr.	
		[1] Hucusque historia Livii ab urbe condita: hinc Annales Cornelii Taciti sumunt exordium [2].	
767		[3] Eodem anno CLAUDIUS [4] TIBERIUS CÆSAR.	
768	1	15 Drusus Cæsar	C. Norbanus Flaccus
769	2	16 Sisenna Statilius Taurus	L. Scribonius Libo
		Usus Græcæ linguæ in Senatu vetitus. SC. Libonianum, ne quis sibi legatum adscribat in testamento alieno scribendo l. 1. 10. 14. 17. 22. §. 1. D. Ad l. Corn. de falsis. idem SCtum a Principe dicitur Claudianum.	
770	3	17 L. Pomponius Flaccus	C. Cælius Rufus
771	4	18 Claud. Tiberius Nero Cæs. III.	Germanicus Cæsar II.
772	5	19 M. Junius Silanus	L. Norbanus Balbus
		Lex Junia Norbona de libertinis lata bis Coss. 2. Ulpian. in frag. Nov. 78. §. 4. 1. de succ. libert. Gravibus Senatus decretis libido fœminarum coercita, & occasione Vistillæ *cautum, ne quæstum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus eques Rom. fuisset.*	
773	6	20 M. Valerius Messala	M. Aurelius Cotta
774	7	21 Claud. Tiberius Nero Cæsar IV.	Drusus Cæsar II.
775	8	22 D. Haterius Agrippa	C. Sulpitius Galba
776	9	23 C. Asinius Pollio	C. Antistius Vetus
		Histriones urbe exturbavit, atque ut illa arte nunquam uterentur interdixit Tiberius. Dio. l. 57. 617.	
777	10	24 Sext. Cornelius Cethegus	L. Visellius Varro
		Lex Visellia de Libertinis v. tit. C. ad l. Visell.	
778	11	25 M. Asinius Agrippa	Cossus Cornelius Lentulus
779	12	26 Cn. Lentulus Getulicus	C. Calvisius Sabinus
780	13	27 M. Licinius Crassus	L. Calpurnius Piso
781	14	28 App. Junius Silanus	P. Silius Nerva
782	15	29 C. Rubellus Geminus	C. Fusius Geminus
783	16	30 M. Vinutius Quartinus	C. Cassius Longinus Jurisconf.
784	17	31 Claudius Cæsar v. & solus, licet postmodum collegam adsumpserit L. Ælium Sejanum.	
785	18	32 Fur. Camil. Aruntius Scribonianus	Cn. Domitius Ænobarbus [5]
786	19	33 Ser. Sulpitius Galba	L. Cornelius Sulla
787	20	34 L. Vitellius Nepos	P. Fabius Persicus
788	21	35 C. Cestius Gallus	M. Servilius Rufus Nonianus
789	22	36 Sextus Papinius Gallienus	Quin. Plautius Plautianus
790	23	37 Cn. Acerronius Proculus	C. Pontius Nigrinus

[6] XVII. Kalend. April. moritur Tiberius.

JCTI, QUI SUB TIBERIO VIXERUNT, SUNT

I. *Atejus Capito*, quem Tacitus Ann. 3. A. P. R. C. 774. mortuum dicit. II. *Antistius Labeo*, ex quibus duæ sectæ ortæ, quæ nomina sua acceperunt a discipulis. *Masurius Sabinus* Capitonis Sectator *Coccejus Nerva* Labeonis discipulus fuit.

III. *Masurius Sabinus.*

Ex lib. III. Juris civil.
Lib. II. Resp. in l. 4. de l. Rhod.
Lib. V. ad edict. Præt. l. 18. de oper. lib.
L. Memorialium. l. 144. de V. S.
lib. ad Vitellium in l. 45. de leg. lib. 3.
l. 8. 12. de instr. vel instr. leg.
l. 3. de pen. legat.

1 *Olympiadis* CXCVIII. *anno primo.* Euseb. 2 Auson. *Versus, addidit Augustum diva matura senectus.* 3 *Et ter septenis geminos, Nero Claudius addit, id est, regnat 23. annis.* 4 *Al.* Tiberius Julius Cæsar Germanic. *regnat annis* 23. 5 784. *Anno Tiberii* 18. *Christus secundum prophetias ad passionem venit. Nam in Evangelio Joannis scribitur post quintum decimum annum Tiberii, tribus annis Dominum prædicasse.* Euseb. 6 *Sera senex Capreis, exul Nero fata peregit.*

l. 19. de

P.R.C. A.J. P.C.N.

l. 19. de aur. arg. mund. leg.
l. 22. de his quæ ut ind.
citatur non notato nomine librorum
l. 2. de orig. Jur.
l. 8. de divis. rer.
l. 11. de jurisd.
l. 4. si ex nox. caus.
l. 2. de eo per quem fac. er.
l. 10. 17. de pact.
l. 4. de his qui not. inf.
l. 45. de procur.
l. 19. de negot. gest.
l. 29. 39. de dol.
l. 19. 29. de recept.
l. 28. de judic.
l. 13. 36. de hered. petit.
l. 9. 23. 35. 68. de usufr.
l. 10. quib. mod. usufr. am.
l. 5. de usufr. ear. rer.
l. 6. 12. de usu & habit.
l. 4. 9. de servit.
l. 19. de servit. urban.
l. 19. si servit. vind.
l. 2. 12. quemad. servit. am.
l. 27. 36. ad leg. Aquil.
l. 15. 21. 31. de nox. act.
l. 12. fam. erc.
l. 6. 25. com. divid.
l. 9. ad exhib.
l. 14. de serv. corrupt.
l. 22. 31. de reb. cred.
l. 4. 6. de cond. ob turp. caus.
l. 2. de cond. trit.
l. 36. de pign. act.
l. 3. 42. 47. de pecul.
l. 11. 14. depos.
l. 9. 29. 38. 47. 52. 63. pro soc.
l. 1. 20. 27. 35. 57. de contr. empt.
l. 4. 9. 11. 13. de in diem addic.
l. 6. de resc. vend.
l. 6. de serv. export.
l. 6. 11. 24. de act. empt.
l. 13. 19. 59. locat.
l. 17. de præsc. verb.
l. 1. 9. 14. 20. de ædil. edict.
l. 9. 75. de evict.
l. 38. de usur.
l. 3. de jur. & fac. ign.
l. 33. de jur. dot.
l. 7. de don. int. vir. & ux.
l. 2. 17. 22. 25. 59. sol. matr.
l. 11. de impens. in res dot. fac.
l. 1. 8. de act. rer. amot.
l. 3. de tutel.
l. 37. de adm. & per. tutor.
l. 3. quand. ex fac. tut.
l. 1. de contr. tut. & util. ac.
l. 8. quod fals. tut. auc.
l. 3. de lib. & post.
l. 9. 17. de hered. instit.
l. 71. de acq. hered.
l. 1. de SC. Silanian.
l. 14. de jur. codic.
l. 26. 50. 80. 104. 122. de legat. lib. 1.
l. 50. 52. 63. 70. de legat. 3.
l. 4. de annuis legat.
l. 9. 13. de trit. vin. & ol. leg.
l. 18. de instr. vel instr. leg.
l. 8. de pecul. legat.
l. 4. de pen. leg.
l. 6. 14. 71. de cond. & dem.
l. 1. 49. ad leg. Falcid.
l. 12. quand. dies leg. ced.
l. 10. ut leg. nom. cav.
l. 18. de op. liber.
l. 10. de grad. & aff.

l. 13. 15. 18. 37. 40. de dam. inf.
l. 1. 6. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 18. 57. de manum. test.
l. 34. de fideic. libert.
l. 20. de statuliber.
l. 30. de liber. caus.
l. 7. 28. de acq. rer. dom.
l. 1. 3. de acq. poss.
l. 4. 10. 35. de usurp. & usuc.
l. 2. pro empt.
l. 4. de cess. bon.
l. 9. quæ in fraud. cred.
l. 4. de interdict.
l. 1. ut in flum. publ. navig.
l. 1. de vi & vi arm.
l. 3. 19. quod vi aut clam.
l. 8. de precar.
l. 1. 8. 83. 105. 115. 137. 138. de verb. obl.
l. 17. de duob. reis.
l. 14. 32. de stipul. serv.
l. 93. de solut.
l. 8. rat. rem hab.
l. 1. 17. 21. 36. 42. 43. 53. de furt.
l. 7. arb. furt. cæs.
l. 5. de injur.
l. 12. de capt. & de postlim.
l. 13. 14. 215. de verb. sign.
l. 1. de div. reg. Jur.

In Codice citatur.

l. 10. C. de impub. & al. subst.

In Institutionibus.

§. 2. de Empt. & vend.
§. 8. de Mandato.

IV. *Coccejus Nerva, Pater.*

l. 2. de orig. jur.
l. 5. de rei vind.
l. 3. de usufr. ear. rer.
l. 1. si usufr. pet.
l. 12. de usu & habitat.
l. 6. comm. divid.
l. 9. 11. de reb. cred.
l. 7. de cond. caus. dat.
l. 11. de pecul.
l. 32. depos.
l. 45. mandat.
l. 1. 57. de contrah. empt.
l. 14. de in diem add.
l. 9. in quibus caus. pig. vel hypoth.
l. 13. qui potiores in pign.
l. 29. de evict.
l. 56. de jure dot.
l. 36. de donat. inter vir. & ux.
l. 44. sol. matr.
l. 1. de act. rer. amot.
l. 26. de leg. 1.
l. 19. 52. de leg. 3.
l. 14. de ann. leg.
l. 16. de pec. leg.
l. 16. de libert. leg.
l. 49. ad L. Falcid.
l. 7. de acq. rer. dom.
l. 2. ne quid in loco publ.
l. 3. quod vi aut clam.
l. 4. de doli mali except.

V. *Coccejus Nerva fil.*

l. 2. de orig. jur.
l. 1. de postul.
l. 2. de his, qui not. infam.
l. 13. de usufr.
l. 3. de pecul.
l. 25. de manum. vind.
l. 1. 3. de acquir. poss.
l. 21. de acceptil.
l. 47. de acq. poss.

C. CÆSAR CALIGULA.

791	1	38	M. Aquilius Julianus	P. Nonius Asprenas Torquat.
792	2	39	C. Cæsar Caligula II.	L. Apronias Cæsianus
793	3	40	C. Cæsar Caligula III. & solus.	
794	4	41	C. Cæsar Caligula IV. [1]	Cn. Sentius Saturninus [2]

TIB. CLAUDIUS CÆSAR V.P.R. IMP.

	1			
795	2	42	Tiber. Claudius [3] Cæsar II.	C. Licinius Cæcinna Largus

SC. Largianum de bonis libertorum §. ult. de success. libert.

796	3	43	Tiberius Claudius Cæsar III.	L. Vitellius II.
797	4	44	Quinctius Crispinus II.	T. Statius Taurus II.
798	5	45	M. Vinutius Quartinus II.	M. Statilius Corvinus
799	6	46	C. Valerius Asiaticus II.	M. Junius Messala

SC. de Adsignatione libertorum l. 1. D. de adsign. lib.

SC. Claudianum de navium & negotiorum præmiis. l. 3. D. de inc. ruin. nauf.

SC. Macedonianum hoc quoque Principe factum videtur. Tacitus Annal. 11.

800	7	47	Tib. Claudius Cæsar IV.	L. Vitellius III.
801	8	48	A. Vitellius Nepos	L. Vipsanius Poplicola
802	9	49	Q. Verannius	C. Pompejus Gallus
803	10	50	C. Antistius Vetus	M. Suillius Rufus Servillianus
804	11	51	Tib. Claudius Cæsar V.	Ser. Cornel. Scipio Orphitus
805	12	52	Faustus Sylla	L. Salvius Otho

De Mathematicis Italia pellendis factum Senatusconsultum atrox. Oratio ad Patres de pœna fœminarum, quæ servis conjungerentur.

806	13	53	D. Junius Silanus	Q. Haterius Antoninus
807	14	54	Asinius Marcellus	M. Acilius Aviola.

Mors Claudii. Hujus Imperatoris in Digestorum libris fit mentio l. 3. de minor. xxv. ann. l. 5. de jure patron. l. 2. qui sine manumiss. ad libert. perv. l. fin. ne de statu defunctor. l. 15. ad l. Corn. de fals.

E JCtis in hanc ætatem incidit

C. *Cassius Longinus.*

l. 2. de or. jur.
l. 25. §. 5. de acq. hered.
l. 2. de collat. *cit. lib. VII. Jur. civ.*
Cit. lib. VIII. l. 7. 9. 23. 70. de usufr.
cit. lib. X. l. 70. de usufr.
cit. apud Ulp. in l. 12. §. 11. de instr. vel instr. leg.
cit. ap. Ursej. l. 10. quibus modis ususfr. amitt. l. 3. de tutel.
cit. absque nomine librorum.
l. 8. de rer. divis.
l. 2. de Senat.
l. 11. de jurisdict.
l. 4. 10. de in jus vocando.
l. 4. de his, qui not. inf.
l. 19. 40. de recept. qui arb.
l. 24. 28. de judiciis.
l. 13. 31. 40. de hered. petit.
l. 23. de rei vind.
l. 12. 17. 60. 70. de usufr.
l. 3. de usufr. ear. rer.
l. 12. de usu & habit.
l. 3. de servitut.
l. 4. de servitut. præd. urb.
l. 2. quemadm. servit. amitt.
l. 15. l. 31. de noxal. act.
l. 44. famil. ercisc.
l. 31. de reb. cred.
l. 26. 28. de jurejur.
l. 2. de cond. sine caus.
l. 4. de condict. tritic.
l. 1. commod.
l. 18. 29. de pignor. act.
l. 5. de instit. act.
l. 3. 42. de pecul.
l. 16. ad SC. Vellej.
l. 11. 14. depos.
l. 29. 52. 6. depos.
l. 1. 35. 37. de contr. empt.
l. 11. 24. de act. empt.
l. 19. 32. loc.
l. 17. 65. de ædil. edict.
l. 38. de usur.
l. 3. de juris & facti ign.
l. 22. sol. matr.

l. 1. de act. rer. amot.
l. 37. de admin. & per. tut.
l. 3. 6. de liber. & posthum.
l. 21. de adquir. hered.
l. 14. de jure Codicill.
l. 5. 26. 37. 104. de leg. 1.
l. 52. 65. de leg. 3.
l. 18. de instr. vel instr. leg.
l. 5. de pen. leg.
l. 8. 19. 21. de aur. arg. mundo leg.
l. 78. de libert. leg.
l. 6. 43. 72. de cond. & dem.
l. 1. 31. 49. ad Leg. Falcid.
l. 12. quando dies leg. ced.
l. 1. de suis & leg.
l. 10. 15. 24. 28. de damn. infect.
l. 1. 2. 11. de aqua pluv. arc.
l. 57. de manum. test.
l. 35. de fideic. libert.
l. 3. 4. 28. de statu liber.
l. 30. de liber. caus.
l. 7. 27. de acquir. rer. dom.
l. 1. 3. de acqu. poss.
l. 4. 10. de usurp. & usuc.
l. 1. pro donato.
l. 1. pro dote.
l. 4. de cess. bon.
l. 2. de curat. bon. dand.
l. 11. quæ in fraud. cred.
l. 1. de flumin.
l. 1. de vi & vi armata.
l. 3. uti possid.
l. 3. 11. quod vi aut clam.
l. 4. de doli mal. except.
l. 1. quar. rer. act. non dat.
l. 35. de act. & oblig.
l. 17. de duob. reis.
l. 6. 9. 25. 28. de stipul. serv.
l. 17. de solut.
l. 5. 43. de furt.
l. 215. de verb. signif.
§. 2. I. de empt. & vend.
§. 4. I. de locat. cond.
§. 8. I. de mandato.

[4] CL. DOMITIUS NERO CÆSAR.

808	1	55	Claudius Nero Cæsar	L. Antistius Vetus
809	2	56	Q. Volusius Saturninus	P. Cornelius Scipio
810	3	57	Claudius Nero Cæsar II.	L. Calpurnius Piso
811	4	58	Claudius Nero Cæsar III.	M. Valerius Messala
812	5	59	Vipsanius Apronianus	L. Fontejus Capito
813	6	60	Claudius Nero Cæsar IV.	Cossus Cornelius Lentulus

SCtum Neronianum apud Paul. lib. 3. tit. 5. Sentent. *dicitur etiam Pisonianum.*

814	7	61	Cæsonius Pætus	Petr. Sabinus Turpilianus.

Lex Junia Patronia de servis v. l. 2. ff. de manumiss.

815	8	62	P. Marius Celsus	L. Asinius Gallus

Suffecti sunt hoc anno L. Ann. Seneca & Trebellius Maximus, quorum consulatu SC. Trebellianicum factum est 8. Cal. Sept. v. §. 4. I. de fideicom. hered.

1 *Tertia finit hiems grassantia tempora Caji.*
2 *Terdecies periit, repetito vulnere Cajus, defuit unus.*
3 *Claudius hebdomadem duplicem trahit: & Nero dirus Tantundem: summæ Consul, sed*
4 *Claudius ambiguo conclusit fata veneno.*

P.R.	C.A.J.	P.C.N.		
816	9	63	Memmius Regulus	Paulus Virginius Rufus
817	10	64	C. Lecanius Bassus	M. Licinius Crassus Frugi
818	11	65	Silius Nerva	Atticus Vestinus
819	12	66	C. Suetonius Paulinus	L. Pontius Telesinus
820	13	67	C. Fonteius Capito	C. Julius Rufus
821	14	68	[1] M. Galerius Trachalus Turpillianus	Silius Italicus Poëta [2]

SC. Turpillianum de accusationibus desertis. v. tot. tit. ff. *Ad SC. Turpillianum.*

SER. SULPICIUS GALBA CÆS. imperavit menses VII. dies VII. atque in medio urbis Romanæ foro capite truncatus est.

822		69	[3] Ser. Galba Augustus II.	T. Junius Rufinus.

Trucidato Galba [4] novæ tempestates & cædes in republ. extiterunt, donec rerum potiretur Flavius Vespasianus pater, qui reipubl. statum pristinum, & orbi pacem restituit, nam neque M. Sylvius Otho [5] ultra menses III. dies V. neque A. Vitell. [6] ultra menses VIII. dies V. imperavit.

1 FLAVIUS VESPASIANUS PATER.

823	2	70	Fl. Vespasianus Augustus II.	Titus Cæs. [7]
824	3	71	[8] Fl. Vespasianus Aug. III.	Cocceius Nerva
825	4	72	Fl. Vespasianus August. IV.	T. Vespasianus filius Cæs. II.
826	5	73	Fl. Domitianus II.	Valerius Messalinus

Suffecti sunt his Consulibus Pegasus & Pusio, a quibus SCtum Pegasianum factum. §. 5. I. de fideic. hered.

827	6	74	Fl. Vespasianus Aug. V.	Tit. Vespasianus Cæsar III.
828	7	75	Fl. Vespasianus August. VI.	Tit. Vespasianus Cæsar IV.
829	8	76	Vespasianus Aug. VII.	Tit. Vespasianus Cæsar V.
830	9	77	Fl. Vespasianus Aug. VIII.	Fl. Domitianus VI. [9]
831	10	78	Commodus Verus	C. Cornelius Priscus
832	11	79	Fl. Vespasianus Aug. IX.	T. Vespasianus Cæsar VII. [10]

Decretum Vespasiani refertur in l. 7. de jure patron. l. 18. ff. de mun. & hon.

JCTI QUI A TIBERII ÆTATE USQUE AD VESPASIANI TEMPORA FLORUERUNT.

I. *Licinius Proculus.*

Ex Libris VIII. Epist. Proculi sumptæ sunt.

Ex lib. I. l. 16. quemad. serv. amit.
Ex lib. II. l. 31. de dol.
l. 13. de servit. præd. urb.
l. 69. de hered. instit.
l. 15. de trit. vin. ol. leg.
l. 55. de acq. rer. dom.
l. 113. de verb. obl.
l. 124. de verb. sign.
Ex lib. IV. l. 12. de off. præs.
Ex lib. V. l. 36. de pact.
l. 13. si servit. vind.
l. 76. 78. 80. pro soc.
l. 82. de jur. dot.
l. 60. sol. matr.
l. 46. de leg. 2.
l. 86. de leg. 3.
l. 6. de trit. vin. ol. leg.
l. 11. de aur. arg. mund. leg.
l. 27. de acq. poss.
l. 82. de solution.
l. 125. de verb. sign.
Ex lib. VI. l. 68. de contr. empt.
l. 47. de leg. 2.
l. 126. de verb. sign.
Ex lib. VII. l. 53. de cond. indeb.
l. 67. de jur. dot.
l. 84. de solution.
Ex lib. VIII. l. 44. de adoption.
l. 48. de leg. 2.
l. 56. de acq. rer. dom.
l. 7. de capt. & de postlim.

Ex libro XI. Epistol.

l. 69. de contr. empt.
l. 12. de præscr. verb.
l. 17. de pact. dotal.

Ex libro III. ex posterioribus Labeonis.

l. 16. de trit. vin. ol. legat.

Citatur Proculus non notato nomine librorum.

l. 2. de orig. jur.
l. 7. de senator.
l. 11. de jurisd.
l. 21. 27. de pact.
l. 11. 18. de neg. gest.
l. 35. ex quib. caus. maj.
l. 21. 23. de recept.
l. 11. 36. 40. de hered. pet.
l. 27. de rei vind.
l. 19. de usufr.
l. 3. de ususfr. ear. rer.
l. 4. 12. de usu & habit.
l. 7. usufr. quem. cav.
l. 10. de servit.
l. 19. de servit. præd. urb.
l. 5. 24. de servit. præd. rust.
l. 7. 11. 27. 29. ad leg. Aquil.
l. 52. fam. erc.
l. 5. com. divid.
l. 18. de interrog. in jur. fac.
l. 14. de relig. & sumpt.
l. 9. 11. de reb. cred.
l. 3. 15. de cond. caus. dat.
l. 5. de cond. ob turp. caus.
l. 17. de instit. act.
l. 4. quod cum eo.
l. 17. 30. 47. de pecul.
l. 32. depos.
l. 4. 22. mand.
l. 38. 65. 67. pro soc.
l. 1. de contr. empt.
l. 6. 8. de per. & com. rei vend.
l. 38. de act. empt.
l. 3. 15. locat.
l. 13. qui pot. in pig.
l. 17. de ædil. edict.
l. 13. 16. de evict.
l. 19. de usur.
l. 48. de jur. dot.
l. 31. 64. de don. inter vir. & uxor.
l. 10. 17. sol. matr.
l. 1. 3. de act. rer. am.
l. 10. 33. de testam. tutel.
l. 6. de lib. & post.
l. 9. 11. 59. de hered. inst.
l. 60. 62. de acq. hered.
l. 14. de jur. codic.
l. 12. 15. 26. de legat. 1.
l. 20. 49. de legat. 2.
l. 49. 79. 100. de legat. 3.
l. 3. de pen. legat.
l. 3. 19. 32. de aur. arg. mund. leg.
l. 14. 40. 43. 58. de cond. & dem.
l. 1. 45. ad leg. Falc.
l. 10. 17. de jur. patr.
l. 20. de oper. libert.
l. 26. de dam. inf.
l. 11. de aq. & aqu. pluv. arc.
l. 7. qui & a quib.
l. 7. 21. 26. 27. 28. de acq. rer. dom.
l. 3. de acq. poss.
l. 4. 31. de usurp. & usuc.
l. 2. pro derelict.
l. 6. 7. 25. quæ in fraud. cred.
l. 1. de vi & vi arm.
l. 8. 21. 112. 138. de verb. obl.
l. 28. de stipul. serv.
l. 93. de solution.
l. 11. de injur.
l. 4. 116. de verb. sign.
Citatur in notis apud Labeonem, in
l. 10. de negot. gest.
l. 69. de cond. & dem.
§. 2. I. de emptione & vend.

II. *Cælius Sabinus.*

Cit. l. 2. de orig. jur.
l. 14. 17. 20. 38. 65. 72. de ædilitio edicto.

III. *Pegasus.*

Cit. l. 2. de or. jur.
l. 7. de Senator.
l. 11. de jurisd.
l. 2. de his, qui not. inf.
l. 18. de neg. gest.
l. 21. de recept.
l. 1. si pars hered. pet.
l. 9. de rei vind.
l. 9. 12. 15. de usufr.
l. 5. 7. ad L. Aquil.
l. 4. de cond. ob turp. caus.
l. 1. de exerc. act.
l. 30. de pecul.
l. 1. quando de pec. actio ann.
l. 19. de hered. instit.
l. 43. de leg. 2.
l. 12. de leg. 3.
l. 12. de instr. vel instr. leg.
l. 6. 8. 18. de pecul. leg.
l. 19. de donat.
l. 27. 41. de acquir. rer. dom.
l. 115. de verb. oblig.
l. 95. de solution.

IV. *Sextus Pedius.*

Cit. lib. 1. *de stipul.* l. 6. de reb. cred.
l. 6. de non. poss.
l. 6. de neg. gest.
l. 7. quod metus causa.
l. 1. de dolo.
l. 4. de al. jud. mut. caus.
l. 7. 13. de recept.
l. 1. de tribut. act.
l. 7. de pec.
l. 13. de legibus
l. 10. de in jus voc.
l. 3. ne quis eum, qui in jus voc.
l. 8. qui satisd. cog.
l. 1. 7. de pact.
l. 32. de recept.
l. 7. de rei vind.
l. 33. ad L. Aquil.
l. 30. de jurejur.
l. 3. de constit. pec.
l. 1. de exercit. act.
l. 7. de tribut. act.
l. 3. 9. de pecul.
l. 1. de rer. permut.
l. 12. 14. 19. 23. 25. 30. 31. 44. de ædil. edict.
l. 36. de donat. inter vir. & ux.
l. 63. ad L. Falcid.
l. 3. si cui plus quam per L. Falcid.
l. 1. de ventr. in poss. mitt.
l. 5. de op. novi nunc.
l. 8. de usurp. & usuc.
l. 1. 3. uti poss.
l. 1. quod vi aut clam.
l. 5. de doli mali except.
l. 83. de verb. oblig.
l. 50. de furt.
l. 7. arbor. furt. cæs.
l. 16. de injur.
l. 13. de verb. signif.

V. *Octavenus* JCtus Sabinianus.

l. 12. ff. de usu & habit.
l. 16. ff. de hered. petit.

VI. *Campanus.*

l. 47. de op. libert.

VII. *Vivianus.*

l. 33. f. ff. ex quibus caus. maj.
l. 21. §. 10. ff. de recept. qui arbitr.
l. 17. §. 2. ff. de ædil. edict.
l. 14. ff. de jure codic.

VIII. *Atilicinus.*

l. 17. ff. de pact. dot.

IX. *Ursejus Ferox.*

l. 27. §. 1. ff. ad L. Aquil.
l. 11. ff. de aqua & aqua pluv.
l. 10. ff. quib. mod. ususf. amit.
l. 1. Quarum rerum actio non det.

1 TITUS VESPASIANUS FILIUS [11].

833	2	80	T. Vespasianus August. VIII.	Flavius Domitianus VII.
834	3	81	Sex. Annius Silvanus	T. Verus Pollio [12]

Ex Idib. Septemb. FL. DOMITIANUS imperat ANN. XIV. dies VI.

835	1	82	Fl. Domitianus Aug. VIII.	T. Flavius Sabinus [13]
836	2	83	Fl. Domitianus Aug. IX.	Q. Petilius Rufus II.

Imp. Domitiani lex, qua vetuit, ne quis aliquem in orbe Romano libidinis vel promercii causa castret.

837	3	84	Fl. Domitianus Aug. X.	App. Junius Sabinus

SC. Junianum de collusione detegenda l. 1. ff. de collus. detegenda.

838	4	85	Fl. Domitianus Aug. XI.	T. Aurelius Fulvus
839	5	86	Fl. Domitianus Aug. XII.	Ser. Cornelius Dolabella
840	6	87	Fl. Domitianus Aug. XIII.	A. Volusius Saturninus
841	7	88	Domitianus Aug. XIV.	L. Minucius Rufus
842	8	89	T. Aurelius Fulvus II.	A. Sempronius Atratinus
843	9	90	Fl. Domitianus A. XV.	Coccejus Nerva II.
844	10	91	M. Acilius Glabrio, in mag. occisus	M. Ulpianus Trajan. Crinitus
845	11	92	Flavius Domitianus Aug. XVI.	A. Volusius Saturninus II.
846	12	93	Pompeius Conlega	Cornelius Priscus
847	13	94	Nonius Asprenas	M. Arricinius Clemens
848	14	95	Fl. Domitianus Aug. XVII.	T. Flavius Clemens
849	15	96	C. Antistius Vetus	C. Fulvius Valens

Variæ leges a Domitiano Catæ memorantur, de morum correctione, de licentia theatrali coercenda, contra scripta famosa &c.

Imp. COCC. NERVA imperat annum I. mens. IV. dies IX.

1 *Matriquecida Nero proprio se perculit ense.* 2 *Nero semet interficit.* 3 *Galba senex periit sævo prostratus Othone: Mox Otho famosus, clara, sed morte potitus. Prodiga succedunt perimendi sceptra Vitellii.* 4 *Galba senex, Otho lascive, & famose Vitelli, Tertia vos Latio regnantes nescíit æstas: Interitus dignos vita properante probrosa.* 5 *Otho propria manu occubuit.* 6 *Vitellius a Vespasiani ducibus occisus, in Tiberim projicitur.* 7 *Implet fatalem decadem sibi Vespasianus.* 8 *Secundo anno imperii Vespasiani Titus filius Vesp. Aug. Ierosolyma subvertit sexcentis millibus virorum interfectis.* 9 *Hic suffectus fuit: ordinarius autem Tit. Vesp. Cæs.* VI. 10 *Laudatum imperium, mors levis Vespasiano.* 11 *Ostensus terris Titus est brevitate bienni.* 12 *At Titus orbis amor rapitur florentibus annis.* 13 *Sera gravem perimunt, sed justa piacula fratrem.*

1 Imp.

P.R.C.	A.J.	P.C.N.		
850	1	97	[1] Imp. Nerva Augustus III.	T. Virginius Rufus II. in magistratu mortuus est.
851	2	98	Imp. Nerva Augustus IV.	Nerva Trajanus Cæsar II. [2].

Edictum Nervæ conscripsit, quo concessa a Cæsaribus beneficia possessoribus servabat. Refertur quoque lex Agraria Nervæ l. 3. *ff* de term. moto. *Et edictum in* l. fin. ff. de statu defunct. *ejus mentio quoque fit.* §. 1. l. quib. non est perm. fac. testam.

	1	TRAJANUS OPTIMUS A. imperat an. XIX. mens. VI. dies XV.

852	2	99	A. Cornelius Palma.	C. Sossius Senecio II.
853	3	100	Ulp. Trajanus August. III.	M. Cornelius Fronto III.
854	4	101	Ulp. Trajanus A. IV.	Sex. Articulejus Pætus

SCtum Articulejanum factum de fideicommiss. libertatibus l. 51. §. 5. *ff.* de fideicomm. libert.
Eodem anno suffectis Coss Rubrio Gallo & Cœlio Hispione SC. Rubrianum de fideicommissariis libertatibus l. 26. 33. 1. 36. *ff.* de fid. lib.

855	5	102	C. Sossius Senecio III.	L. Licinius Sura II.
856	6	103	Ulp. Trajanus A. V.	Q. Maximus II.
857	7	104	Surranus II.	P. Neratius Marcellus II.
858	8	105	C. Julius Candidus II.	T. Numidius Quadratus II.
859	9	106	L. Ce.on. Commodus Verus	L. Tutius Cerealis
860	10	107	C. Sossius Senecio IV.	L. Licinus Sura III.
861	11	108	App. Ann. Trebon. Gallus	M. Atilius Metilius Bradua
862	12	109	Cornelius Palma II.	C. Calvisius Tullus II.
863	13	110	Clodius Crispinus	Solenus Orfitus
864	14	111	L. Calpurnius Piso	Vetrius Rusticus Bolanus
865	15	112	Ulp. Trajanus A. VI.	C. Jul. Africanus
866	16	113	L. Publius Celsus	C. Clodius Crispinus
867	17	114	Manlius Vopiscus	Q. Ninnius Hasta
868	18	115	Valerius Messala	C. Popilius Carus Pedo
869	19	116	Æmilius Ælianus	L. Antistius Vetus
870	20	117	Quinctius Niger	T. Vipsanius Apronianus.

Citantur in Digestis variæ constitutiones Trajani *l. 9. de feriis l. 12. de admin. & peric. tut l. 17. de excus. tut. l. 5. §. 20. de his, quibus ut indign. l. 130. §. fin. ad SC. Trebell. l 5. si a parente quis man. l. 4. ad l. Jul. pecul. l. ult. de requ. reis. l. 1. de quæst. l. 5. de pœn. l. 1. de interdict. & rel. l. 13. de jure fisci l. 16. eod. l. 4. in pr. de re milit. l. 14. de pollicit. l. 1. de cens. §. 1. I. quib. non est perm. fac. test. §. fin. I. de success. libert.*

JCTI, QUI TRAJANI ÆVO VIXERUNT.

I. *Neratius Priscus.*
Ex XV. Libr. Regul.

Ex lib. III. l. 18. de tutel.
l. 2. de confirm. tutor.
Ex lib. IV. l. 2. de servit. præd. rust.
Ex lib. V. l. 15. de acq. rer. dom.
l. 40. de usurp. & usuc.
Ex lib. VI. l. 13. de acq. rer. dom.
Ex lib. X. l. 118. de legat. 1.

Ex Membranarum libris

Ex lib. X. l. 53. ad leg. Aquil.
l. 4. in quib. caus. pig. vel hyp.
l. 9. de cur. fur.
l. 54. de hered. instit.
l. 64. de furt.
l. 4. de vac. & excus. mun.
Ex lib. II. l. 14. si quis caution.
l. 8. de cond. caus. dat.
l. 18. depos.
l. 15. de imp. in res dot. fact.
l. 59. de acq. hered.
l. 3. de servit. præd. rust.
Ex lib. III. l. 58. de pact.
l. 17. de Publ. in rem act.
l. 44. de usufr.
l. 54. fam. ercisc.
l. 31. de act. empt.
l. 53. de jur. dot.
l. 17. de statulib.
l. 6. de aq. cottid. & æst.
l. 15. Judic. sol.
l. 9. ad municip.
l. 3. de servit. præd. rustic.
Ex lib. IV. l. 21. de exception.
l. 11. de doli mal. except.
l. 11. rem pupil. sal. for.
l. 7. de usufr.
l. 12. quemad. servit. amit.
Ex lib. V. l. 35. mandat.
l. 5. de leg. com.
l. 2. de jur. & fac. ignor.
l. 44. de don. int. vir. & ux.
l. 124. de legat. lib. 1.
l. 14. de acq. rer. dom.
l. 5. pro suo.
l. 41. de injur.
Ex lib. VI. l. 21. de legib.
l. 41. de condict. indeb.
l. 48. de evict.
l. 16. de imp. in res dot. fac.
l. 9. de Carbon. edic.
l. 47. de dam. infect.
l. 13. de hered. petit.
Ex lib. VII. l. 57. de hered. petit.
l. 18. de in rem ver.
l. 39. mandat.
l. 13. ut legat. seu fideic. ser. caus.
l. 41. de usurp. & usucap.
l. 27. de except. rei jud.
cit. *libris Membranarum* in l. 3. de cond. caus. dat.
l. 12. de cond. furt.
l. 17. solut. matr.
l. 49. de oper. libert.

Ex III. lib. Respons.

Ex lib. I. l. 55. de pecul.
l. 50. depos.
l. 6. de præsc. verb.
l. 52. de admin. & per. tutor.
l. 5. de oper. libert.
l. 43. de mor. caus. don.
l. 83. de furt.
cit. l. 3. de usufr. accresc.
l. 7. de SC. Macedon.
l. 43. de cond. & dem.
l. 22. ad SC. Treb.
Ex lib. II. l. 61. de usufr.
l. 24. de legat. lib. 3.
l. 23. de instr. vel instr. legat.
l. 22. 24. de stipul. ser.
l. 8. de incend. ruin. nauf.
cit. l. 7. de SC. Maced.
l. 9. de pecul.
l. 11. de act. empt.
cit. l. 19. de in rem vers.
cit. *libris ex Plautio*, in l. 5. de servit. præd. rustic.
cit. *ejusd. lib. 4. Epist.* in l. 12. de instr. vel instr. leg.

Citatur Neratius non notato nomine librorum.

l. 2. de orig. jur.
l. 4. de adoption.
l. 27. de pact.
l. 11. de his qui not. infam.
l. 27. de procur.
l. 18. de negot. gest.
l. 19. de dol.
l. 15. ex quib. caus. maj.
l. 9. de Publ. in rem act.
l. 33. de usufr.
l. 3. de usufr. accresc.
l. 23. de usu & habit.
l. 19. de servit. præd. urb.
l. 2. si servit. vind.
l. 9. 23. 27. ad l. Aquil.
l. 21. de noxal. act.
l. 18. 20. fam. ercisc.
l. 7. com. divid.
l. 3. 5. 9. ad exhib.
l. 9. 11. de ser. corrup.
l. 20. de relig. & sumpt.
l. 63. de cond. indeb.
l. 11. 32. de pecul.
l. 4. de compensat.
l. 1. depos.
l. 12. 22. 26. mand.
l. 52. 62. pro soc.
l. 57. de contr. empt.
l. 4. de leg. commissor.
l. 6. 11. 13. de act. empt.
l. 19. locat.
l. 3. in quib. caus. pig. vel hypoth.
l. 25. de ædil. edict.
l. 27. de evict.
l. 5. 26. de jur. dot.
l. 5. 13. 26. de donat. int. vir. & uxor.
l. 9. de tutel. & rat. distr.
l. 9. 55. de hered. instit.
l. 13. 45. de legat 1.
l. 67. de legat. 2.
l. 18. de opt. legat.
l. 12. 13. 18. de instr. vel instr. leg.
l. 32. de aur. arg. mund. leg.
l. 8. de liberat. legat.
l. 6. 7. 37. de cond. & dem.
l. 82 ad leg. Falc.
l. 5. si a par. quis manum.
l. 9. de damn. infect.
l. 1. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 7. de manum. test.
l. 5. de statulib
l. 3. 7. de acq. possess.
l. 8. de usurp. & usuc.
l. 3. pro suo.
l. 21. de re judic.
l. 7. ex quib. caus. in poss. eat.
l. 7. quod vi aut clam.
l. 9. 11. de except. rei jud.
l. 4. de dol. mal. except.
l. 43. de furt.
l. 1. 7. de injur.
l. 85. de verb. sign.
l. 191. de divers. reg. jur.

II. *Javolenus Priscus*
Ex Libr. XV. ex Cassio.

Ex lib. I. l. 5. de lib. & post.
l. 14. 63. de hered. instit.
l. 37. de legat. 2.
Ex lib. II. l. 38. de legat. 2.
l. 84. de legat. 3.
l. 14. de opt. legat.
l. 11. de instr. vel instr. leg.
l. 17. de pecul. legat.
l. 6. de alim. vel cib. legat.
l. 54. 68. de cond. & dem.
Ex lib. III. l. 48 de heredit. pet.
l. 39. de legat. 2.
l. 34. de bon. libert.
Ex lib. IV. l. 64. de jur. dot.
l. 1. de pact. dotal.
Ex lib. V. l. 24. de testam. tutel.
l. 22. de reb. dub.
Ex lib. VI. l. 16. de adoption.
l. 2. de jurisd.
l. 21. 23. de oper. lib.
l. 28. de statulib.
l. 12. de muner.
l. 111. de verb. sign.
Ex lib. VII. l. 36. mand.
l. 63. de contr. empt.
l. 16. de per. & com. rei vend.
l. 18. de act. empt.
l. 21. de acq. poss.
l. 5. 7. pro legat.
Ex lib. VIII. l. 28. de neg. gest.
l. 37. locat.
Ex lib. IX. l. 14. de interrog. in jur. fac.
l. 51. mand.
Ex lib. X. l. 12. de servit. præd. urb.
l. 13. de servit. præd. rust.
l. 4. com. præd.
l. 14. quemadm. servit. am.
l. 18. de aqu. & aq. pluv. arc.
l. 2 de via pub. & itin. ref.
Ex lib. XI. l. 39. de recept.
l. 58. de acq. rer. dom.
l. 104. de verb. obl.
l. 78. de solution.
l. 112. de verb. sign.
Ex lib. XII. l. 33. 35. de pecul.
l. 2. 9. de in rem vers.
Ex lib. XIII l. 22. de acq. poss.
l. 5. de tab. exhib.
l. 198. de divers. reg. jur.
Ex lib. XIV. l. 37. ad leg. Aquil.
l. 60. ad leg. Falc.
l. 24. de donation.
l. 113. de verb. sign.
Ex lib. XV. l. 8. quod cujuscunque univers. nom.
l. 34. ex quib. caus. major.
l. 34. de judic.
l. 9. de in lit. jur.
l. 14. de compensat.
l. 71. 73. de furt.
l. 12. arb. furt. cæs.
l. 13. de muner. & honor.
l. 114. de verb. sign.

Ex Epist. lib.

Ex lib. I. l. 36. de reb. cred.
l. 52. mand.
l. 40. de legat. lib. 2.
l. 23. de acq. poss.
l. 19. de usurp. & usucap.
l. 28. de reb. auct. jud. poss.
Ex lib. II. l. 53. de usufr.
l. 5. com. præd.
l. 12. si servit. vind.
l. 15. quemad. serv. amit.
l. 18 com. divid.
l. 15. de compensat.
l. 64. de contr. empt.
l. 15. de opt. legat.
l. 105. de verb. obl.
Ex lib. III. l. 54. de usufr.
l. 35. de bon. libert.
l. 12. si quid in fraud. patr.
Ex lib. IV. l. 12. de servit.
l. 15. de injust. rupt.
l. 76. de acq. hered.
l. 61. ad leg. Falc.
l. 20. de usurp. & usuc.
l. 74. de furt.
l. 115. de verb. sign.
Ex lib. V. l. 3. de eo qui pro tutor.
Ex lib. VI. l. 6. de liber. legat.
l. 25. de donation.
l. 21. de usurp. & usuc.
l. 106. de verb. obl.
l. 199. de divers. reg. jur.
Ex lib VII. l. 11. 64. de hered. instit.
l. 11. si quis omiss. caus.
l. 41. de legat. 2.
l. 23. de oper. nov. nunc.
l. 22. de usurp. & usuc.
l. 14. de divers. temp. præscr.
l. 116. de verb. sign.
l. 200. de divers. reg. jur.
Ex lib. VIII. l. 36. de bon. libert.
l. 107. de verb. obl.
Ex lib. IX. l. 38. ad leg. Aquil.
l. 4. de servit. leg.
l. 23 de usurp. & usuc.
l. 21. de injur.
l. 11. de jur. fisc.
l. 117. de verb. signif.
Ex lib. X. l. 35. de judic.
l. 101. de verb. obl.
l. 42. de fidejussor.
l. 79. de solution.

1 *A Nerva sequentium temporum historiam exorsus erat Ammianus Marcellinus, ut ipse ait lib.* 31. 2 *Nerva moritur* VI. *Kal. Febr.*

P.R.C: A.J: P.C.N.

l. 201. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XI. l. 65. de contr. empt.
l. 21. 51. locat.
l. 20. de don. int. vir. & ux.
l. 42. de legat. 2.
l. 67. de cond. & dem.
l. 46. ad SC. Trebell.
l. 44. de fidejuſſor.
l. 202. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XII. l. 65. de hered. inſtit.
l. 55. de obl. & act.
Ex lib. XIII. l. 3. de conſtit. princ.
l. 10 de præſcr. verb.
l. 50. de don. int. vir. & ux.
l. 55. de cond. & dem.
l. 20. de fidejuſſor.
Ex lib. XIV. l. 56. de cond. & dem.
l. 24 de acq. poſſ.
l. 36. de ſtipul. ſerv.

Ex libris V. ad Plautium.

Ex lib. I. l. 44. de heredit. petit.
l. 10. de cond. cauſ. dat.
l. 58. de evict.
l. 57. de jur. dot.
l. 10. de legat. 2.
l. 77. de legat. 3.
Ex lib. II. l. 45. de cond. indeb.
l. 19. de in diem addict.
l. 8. 10. de hered. vel act. vend.
l. 60. de evict.
l. 4. pro empt.
l. 34. de ſtip. ſerv.
Ex lib. III. l. 9. quemad. ſerv. amitt.
l. 2. de duob. reis.
Ex lib. IV. l. 46. de cond. indeb.
l. 16 de uſurp. & uſuc.
Ex lib. V. l. 83. de verb. ſign.

Ex libris ex poſterioribus Labeonis.

Ex lib. I. l. 53. de ædil. edict.
l. 39. de vulg. & pup. ſub.
l. 60. 62. de acq. hered.
l. 39. de cond. & dem.
l. 217. de verb. ſign.
Ex lib. II. l. 64. de acq. hered.
l. 100. de legat. 3.
l. 30. 41. de uſu & uſufr. leg.
l. 7. de trit. vin. ol. leg.
l. 4. 25. de inſtr. vel inſtr. leg.
l. 39. de aur. arg. mund. leg.
l. 17. de liberat. leg.
l. 40. de cond. & dem.
l. 242. de verb. ſign.
Ex lib. III. l. 24. quib. mod. uſufr. (amitt.
l. 49. de uſur.
l. 10. de ſupel. leg.
l. 28. de reb. dub.
l. 72. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 77. de contr. empt.
l. 11. de jur. delib.
l. 26. de manumiſſion.
l. 39. de ſtatulib.
Ex lib. V. l. 20. de ſervit.
l. 79. de contr. empt.
l. 59. locat.
l. 25. qui teſtam. fac. poſſ.
l. 42. de uſu & uſufr. leg.
l. 26. de inſtr. vel inſtr. leg.
l. 51. de acq. poſſ.
Ex lib. VI. l. l. 57. ad leg. Aquil.
l. 80. 83. de jur. dot.
l. 32. de pact. dot.
l. 18. de fund. dot.
l. 64. de don. int. vir. & ux.
l. 66. ſol. matr.
Ex lib. VIII. l. 33. de teſtam. tut.
Ex lib. IX. l. 57. locat.
l. 90. de furt.

l. 44. de injur.
l. 27. de capt. & de poſtlim.
Ex lib. X. l. 11. de ſupellect. leg.
l. 46. de fidejuſſor.

Cit. non notato numero librorum.

l. 2. de or. jur.
l. 20. de interr. in jure fac.
l. 2. de hered. vel act. vend.
l. 46. de ritu nupt.
l. 6. de lib. & poſth.
l. 19. de hered. inſt.
l. 15. de ann. leg.
l. 15. de aur. arg. mund. leg.
l. 5. de manum. vind.
l. 42. de liberal. cauſ.

III. *T. Ariſto.*

l. 99. de acq. hered.
l. 10. de rer. diviſ.
l. 7. 58. de pact.
l. 16. de minor.
l. 7. 17. de uſufr.
l. 40. de recept.
l. 3. de uſufr. accreſ.
l. 6. 14 de uſu & hab.
l. 8. ſi ſervit. vind.
l. 2. de relig. & ſumpt. fun.
l. 9. de reb. cred.
l. 12. de condict. furt.
l. 39. mand.
l. 29. 62. pro ſoc.
l. 5. de lege comm.
l. 1. de reſcind. vend.
l. 19. loc.
l. 2. de rer. permut.
l. 14. 16. de præſcr. verb.
l. 3. quæ res pign. vel hyp.
l. 30. de ædil. edict.
l. 40. de ritu nupt.
l. 20. de jure dot.
l. 44. ſolut. matr.
l. 11. de imp. in rem dot. fac.
l. 6. de act. rer. am.
l. 1. de ventr. inſp.
l. 61. de adm. & per. tut.
l. 1. quando ex fac. tut.
l. 9. 17. 19. de hered. inſtit.
l. 5. de jure delib.
l. 28. de acq. hered.
l. 9. de jure Codicill.
l. 14. 28. 45. 88. de leg. 1.
l. 95. de leg. 3.
l. 22. de uſu & uſufr. leg.
l. 17. de fund. inſtr. vel inſtr. leg. 1.
l. 3. de pen. leg.
l. 25. de aur. arg. mun. leg.
l. 7. de cond. & dem.
l. 1. ad L. Falcid.
l. 1. 3. 19. 21. 27. ad SC. Trebell.
l. 13. ut leg. ſ. fideic. ſerv. cauſ.
l. 5. ſi a par. quis manum.
l. 4. de oper. libert.
l. 18. 28. de damn. inf.
l. 18. de donat.
l. 2. 46. de manum. teſt.
l. 20. de fideicomm. libert.
l. 5. 11. 29. de ſtatuliber.
l. 16. qui & a quib. man.
l. 19. de acq. rer. dom.
l. 2. ne quid in loc. publ.
l. 1. de aq. quot. & æſtiv.
l. 3. de rivis.
l. 1. 3. 5. 11. quod vi aut clam.
l. 83. de verb. oblig.
l. 16. de ſolut.

IV. *Servilius.*

l. 10. ff. de jure patr.

Ex III. Id. Auguſt. TRAJANUS HADRIANUS imperat an. xx. menſ. x. dies xxix.

871	1	118 Imp. Hadrianus A. II.	Fuſcus Salinator
872	2	119 Imp. Hadrianus A. III.	Q. Junius Ruſticus
873	3	120 Catilius Severus II.	T. Aurel. Fulvus
874	4	121 M. Annius Verus II.	L. Augur.
875	5	122 M. Acilius Aviola	C. Cornelius Pauſa

His Coſſ. latum eſt SCtum, quo negotiandi cauſa ædificia demoliri & marmora detrahere vetitum eſt. l. 2. C. de ædif. priv. & l. 41. ff. de leg. 1.

876	6	123 Q. Arrius Petinus	C. Ventidius Apronianus
877	7	124 M. Acilius Glabrio	C. Bellicius Torquatus
878	8	125 P. Cornel. Scipio Aſiatic. II.	Qu. Vettius Aquilinus
879	9	126 Veſpronius Candidus Verus III.	Varius Ambibulus
880	10	127 Cælius Titianus	Gallicanus
881	11	128 Aſprenas Torquatus	M. Annius Libo
882	12	129 Juventius Celſus II.	Q. Julius Balbus

SC. de pretiis rerum hereditariarum & uſuris a poſſeſſore diſtractarum. l. 20. ff. de petit. hered.

883	13	130 Q. Fabius Catulinus	M. Flavius Aper
884	14	131 Ser. Octavius Lenas Pontianus	M. Antonius Rufinus
885	15	132 Sentius Augurinus.	Arrius Severianus

Salvius Julianus EDICTUM PERPETUUM *compoſuit.* l. ult. C. de condict. indeb.

886	16	133 Hiberus	Junius Silanus Siſenna
887	17	134 Julius Servianus III.	L. Vibius Varus
888	18	135 Pompeianus Lupercus	Atticus Acilianus
889	19	136 L. Cejonius Commodus	Sex. Vetulenus Livica Pompeianus
890	20	137 Ælius Cæſar II.	P. Cælius Balbin. Vibull. Pius
891	21	138 Niger	Q. Sulpitius Camerinus

CONSTITUTIONES HADRIANI.

l. 1. C. de teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur.
l. 18. de ſtatu homin.
l. 10. §. 2. de offic. proconſ.
l. 8. de poſtul.
l. 37. 48. de judiciis
l. 5. §. fin. l. 20. 22. de petit. hered.
l. 3. ſi pars hered. pet.
l. 22. de uſu & habit.
l. 4. de condic. indeb.
l. 3. §. 2. de teſtibus.
l. 7. §. 2. in f. de don. int. vir. & ux.
l. 8. de divort. & rep.
l. 12. §. 2. de admin. & per. tut.
l. fin. §. 2. de ſuſp. tut.
l. 6. §. fin. l. 15. §. fin. de excuſ. tut.
l. 1. §. 2. de magiſt. conven.
l. 6. §. 7. de inj. rupto & irr. teſt.
l. 12. eod. tit.
l. 83. de hered. inſtit.
l. 1. ad SC. Silan.
l. 1. §. 1. ſi quis aliq. teſt. prohib.
l. 14. de aliment. & cib. leg.
l. 8. 10. de reb. dub.
l. 30. §. fin. ad SC. Treb.
l. 50. 74. ad SC. Treb.
l. 8. de ventr. in poſſ. mitt.
l. 8. 23. de jure patron.
l. 7. de oper. lib.
l. 5. de fideic. libert.
l. 20. de ſtatu libertor.
l. 23. de liber. cauſ.
l. 2. ſi libert. ingen. eſſe dic.
l. 1. ne de ſtatu defunct.
l. 33. de re judic.
l. 7. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
l. 27. de fidejuſſ.
l. 19. in fin. de accuſ.
l. 6. 12. de cuſt. & exhib. reor.
l. 6. ad L. Jul. de adult.
l. 1. 4. 14. ad L. Cornel. de Sicar.
l. 5. & 9. ad l. Pompej. de parricid.
l. 21. ad l. Cornel. de falſ.
l. 4. in f. ad L. Jul. pecul.
l. 6. ad l. Flav. de plag.
l. 14. ad SC. Turpill.
l. 1. 12. 17. 21. de quæſt.
l. 5. 15. 35. de pœn.
l. 2. 6. 7. de bon. damnat.
l. 3. de bon. eor. qui ante ſent.
l. 1. a quib. appell. non lic.
l. 2. §. 1. l. 3. 13. 15. de jure fiſci.
l. 5. & 6. de re mil.
l. 13. 19. de pecul. caſtr.
l. 37. ad municipal.
l. 14. fin. de muner. & honor.
l. 5. de jure immunit.
l. 4. de leg.
l. 5. de decreto ab ord. fac.
l. 14. de pollicitat.
l. 1. de cenſib.

In Inſtitutionibus mentio ejus fit

§. 39. I. de rer. div.
§. 7. I. de teſtam.
pr. I. quibus non eſt perm. fac. teſt.
§. 5. I. de hered. qual. & diff.
§. 25. I. de Legatis.
§. 2. I. de SC. Tertyll.
§. 4. I. de fidejuſſ.

JURISCONSULTI, QUI SUB HADRIANO FLORUERUNT.

I. Salvius Julianus.

Ex libris XC. Digeſtorum.

Ex lib. I. l. 8. de off. præſ.
l. 5. de juriſdict.
l. 25. 27. de judic.
l. 19. commod.
cit. l. 2. de judic.
Ex lib. II. l. 3. de eo per quem fact. erit.
l. 200. de verbor. ſignif.
Ex lib. III. l. 75. de procur. & defenſ.
l. 6. 30. de neg. geſt.
cit. l. 35. de procur. & defenſ.
l. 9. quod met. cauſ.
l. 3. de except. rei jud.
Ex lib. IV. l. 47. 49. de recept.
l. 15. de obl. & act.
cit. l. 9. 11. quod met. cauſ.
l. 11. de minor.
l. 26. ex quib. cauſ. major.
l. 17. 19. 21. 27. de recept.
l. 25. de hered. petit.
l. 2. de except. rei judic.
Ex lib. V. l. 3. de off. ejus cui mand.
l. 74. de judic.
l. 79. de legat. 1.
l. 60. de re jud.
Ex lib. VI. l. 54. de hered. petit.
l. 62. de diverſ. reg. jur.
cit. l. 16. 20. 31. de hered. petit.
l. 17. de rei vind.
l. 2. de hered. vel act. vend.
Ex lib. VII. l. 34. de rei vind.
l. 3. ſi uſuſf. pet.
l. 32. 37. de ſerv. præd. urb.
l. 27. de ſerv. præd. ruſt.
l. 16. ſi ſervit. vind.
l. 22. de act. empt.
l. 25. de uſur.
l. 12. de ſtatulib.
cit. l. 7. 9. de Publ. in rem act.
l. 5. ſi uſuſfr. pet.
l. 10. de per. & com. rei vend.
Ex lib. VIII. l. 7. ſi pars hered. pet.
l. 9. fin. reg.
l. 51. fam. erciſc.
l. 24. com. divid.
l. 3. de cond. ſin. cauſ.
cit. l. 37. de rei vind.
l. 4. de reſcind. vend.

Ex. IX

P.R.C: A.J: P.C.N.

Ex lib. LXXXIX. l. 17. de fidejuss.
Ex lib. XC. l. 11. de legib.
l. 2. de compensat.
l. 18. de fidejuss.
l. 32. de legib.

Ex libris VI. ad Minicium Natalem.

Ex lib. I. l. 67. de usufr.
l. 105. de legat. 1.
l. 11. de usu & usufr. leg.
l. 1. de servit. legat.
l. 12. de opt. legat.
l. 30. de cond. & dem.
l. 27. de oper. libert.
Ex lib. II. l. 22. 34. de serv. præd. urb.
l. 31. de servit. præd. rust.
l. 8. de leg. Rhod.
l. 10. depos.
l. 39. de acq. poss.
l. 8. 10. pro empt.
l. 7. pro derelict.
l. 62. de verb. obl.
Ex lib. III. l. 39. de acq. rer. dom.
l. 21. de obl. & act.
l. 59. de furt.
l. 10. arb. furt. cæs.
Ex lib. IV. l. 22. de reb. cred.
l. 33. mand.
l. 29. de act. empt.
l. 32. locat.
l. 50. de ædil. edict.
l. 5. de aq. cottid. & æst.
l. 19. de fidejuss.
Ex lib. V. l. 76. de procur. & defens.
l. 49. de jur. dot.
l. 39. de don. int. vir. & ux.
l. 25. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 30. de liber. caus.
l. 23. rat. rem hab.
Ex lib. VI. l. 56. de pact.
l. 59. 61. de rei vind.
l. 18. si servit. vind.
l. 26. de usur.
l. 206. de verb. sign.
cit. l. 11. de act. empt.

Ex libris IV. ad Urseium Ferocem.

Ex lib. I. l. 35. de usufr.
l. 32. de vulg. & pupil. sub.
l. 45. de acq. hered.
l. 104. de legat. 1.
l. 63. de legat. 3.
l. 29. de cond. & dem.
l. 25. de bon. libert.
l. 20. de mort. caus. don.
l. 36. de solution.
Ex lib. II. l. 41. de nox. act.
l. 52. fam. erc.
l. 5. comm. divid.
l. 48. de jur. dot.
l. 32. de pact. dot.
l. 32. 59. sol. matr.
l. 8. de hered. instit.
l. 21. de mort. caus. don.
l. 6. de manum. vind.
l. 18. de manum. test.
l. 7. qui & a quib. man.
l. 61. de verb. obl.
l. 37. de solution.
Ex lib. III. l. 5. de cond. ob turp. caus.
l. 37. de cond. indeb.
l. 20. commod.
l. 32. mand.
l. 41. de cont. empt.
l. 13. de peric. & comm. rei vend.
l. 28. de act. empt.
l. 19. de manum. testam.
l. 35. de usurp. & usuc.
l. 9. pro empt.
l. 14. de stip. servor.
Ex lib. IV. l. 47. de procur. & defens.
l. 34. de nox. act.
l. 18. de interrog. in jur. fac.
l. 16. ad SC. Velleian.
l. 15. de exception.
l. 58. de furt.
l. 10. locat.

Ex Juliani libro singulari de ambiguitatibus.

l. 31. de vulg. & pup. sub.
l. 62. de legat. 3.
l. 13. de reb. dub.

Ex libris ad edictum.

l. 1. de his qui not. infam.
cit. *lib.* III. in l. 8. de neg. gest.
lib. IV. in l. 7. de dol.
l. 17. ex quib. caus. major.
lib. VII. in l. 17. de rei vind.
lib. X. in l. 9. de reb. cred.
lib. XI. in l. 3. commod.
lib. XII. in l. 3. 9. de SC. Maced.
l. 13. de pecul.
lib. XIII. in l. 24. mand.
lib. XV. in l. 4. de in diem addict.
l. 13. de act. empt.
l. 14. ad SC. Trebellian.
lib. XVI. in l. 25. de usufr.
lib. XX. in l. 8. de testam. tutel.
lib. XXX. in l. 23. de usufr.
l. 15. de hered. instit.
lib. XXXV. in l. 12. 23. de usufr.
lib. XXXVII. in l. 1. de dot. præleg.
lib. XXXIX. in l. 22. de furt.
lib. XLIII. in l. 21. de evict.
lib. XLVI. in l. 11. de minor.
lib. LXI. in l. 29. de usufr.
lib. LXXV. in l. 15. de assign. liber.
lib. LXXXVI. in l. 2. de nox. act.

Citatur Julianus, non notato nomine librorum.

l. 2. de orig. jur.
l. 6. de his qui sui vel al. jur.
l. 15. de jurisdict.
l. 3. quod quisque jur.
l. 8. de in jus voc.
l. 11. qui satisd. cog.
l. 2. si ex nox. caus.
l. 4. 10. si quis caut.
l. 4. 7. 10. 15. 21. 25. 28. 30. 34. de pact.
l. 8. 27. 31. 37. 39. 40. 45. 76. de procur.
l. 10. 13. de neg. gest.
l. 12. 14. quod met. caus.
l. 19. 20. de dol.
l. 33. de minor.
l. 9. 11. 27. 32. 35. de recept.
l. 16. 17. 18. 24. 36. de judic.
l. 13. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 41. de hered. pet.
l. 21. 33. 62. de rei vind.
l. 11. de Publ. in rem act.
l. 15. 33. de usufr.
l. 5. de usufr. accr.
l. 1. quand. dies ususfr. leg. ced.
l. 5. 13. quib. mod. ususfr. amit.
l. 5. de usufr. ear. rer.
l. 5. de oper. servor.
l. 9. si servit. vind.
l. 5. 11. 15. 21. 23. 27. ad l. Aquil.
l. 2. 24. 31. de nox. act.
l. 16. 44. fam. erc.
l. 4. 6. 7. com. divid.
l. 3. 5. 9. 12. ad exhib.
l. 9. de interrog. in jur. fac.
l. 9. 11. de serv. corrupt.
l. 24. de relig. & sumpt. fun.
l. 9. 12. 18. 23. 29. 31. de reb. cred.
l. 13. 28. 42. de jurejur.
l. 14. de cond. caus. dat.
l. 2. de cond. ob turp. caus.
l. 6. 38. de cond. indeb.
l. 19. de cond. furt.
l. 2. de eo quod cert. loc.
l. 5. 7. de constit. pecun.
l. 13. 31. de pigner. act.
l. 1. de exerc. act.
l. 13. de instit. act.
l. 7. 9. 13. 18. 19. de SC. Maced.
l. 7. 27. 32. 47. 50. 57. de pecul.
l. 1. quand. de pecul.
l. 1. 13. de in rem ver.
l. 16. 19. ad SC. Velleian.
l. 10. de compensation.
l. 19. depos.
l. 8. 10. 22. 29. 33. 47. mand.
l. 47. 52. 63. 65. pro soc.
l. 45. de contr. empt.
l. 2. de in diem addict.
l. 3. de rescind. vend.
l. 8. de peric. & comm. rei vend.
l. 11. 43. 45. de act. empt.
l. 19. 41. locat.
l. 5. de præscr. verb.
l. 14. 21. de pignor.
l. 23. 29. 31. de ædil. edict.
l. 51. de evict.
l. 2. de except. rei vend.
l. 18. de probation.
l. 7. 9. de sponsal.
l. 12. 45. 51. de ritu nupt.
l. 5. 20. 41. 78. de jur. dot.
l. 11. 17. 19. 21. 28. 32. de don. int. vir. & ux.
l. 11. de divort.
l. 22. sol. matr.
l. 17. de act. rer. amot.
l. 1. 3. de agnosc. & alend. lib.
l. 1. si mul. vent. nom.
l. 3. de tutel.
l. 9. 23. de adm. & per. tut.
l. 6. quod fals. tut.
l. 1. de magistr. conven.
l. 10. de cur. fur.
l. 3. 6. 9. 29. de lib. & posth.
l. 5. de injust. rupt.
l. 1. 3. 4. 6. 20. 72. 76. de her. inst.
l. 2. 6. 48. de vulg.
l. 4. 16. de cond. instit.
l. 17. de testam. mil.
l. 20. 21. 26. 30. 74. de acq. hered.
l. 26. si quis omiss. caus.
l. 20. de jur. codic.
l. 10. 11. 34. 39. 68. 75. de legat. 1.
l. 11. 53. 60. 61. 66. de legat. 2.
l. 5. 6. 94 de legat. 3.
l. 2. de dot. præleg.
l. 6. 8. 21. de pecul. legat.
l. 1. 5. de liberat. legat.
l. 3. de adm. vel transfer. leg.
l. 5. de reb. dub.
l. 7. 45. 62. 64. 86. de cond. & dem.
l. 1. 30. 32. ad leg. Falc.
l. 1. si cui plus quam per leg. Falc.
l. 1. 3. 6. 9. 11. 16. 63. ad SC. Trebel.
l. 6. 12. 14. quand. dies leg. ced.
l. 5. ut in poss. legat.
l. 5. de legat. præstand.
l. 1. 2. de collation.
l. 1. 3. de conjung. cum em. lib.
l. 1. 3. 6. de Carbon. edict.
l. 2. 5. 11. de bonor. poss. sec. tab.
l. 1. si a parent. quis man.
l. 6. 16. 17. de jur. patron.
l. 22. 37. de oper. libert.
l. 10. 16. 37. 43. 47. de bon. libert.
l. 8. de assig. libert.
l. 1. de success. edict.
l. 1. de suis & legit.
l. 1. ad SC. Tertyllian.
l. 7. 9. 10. 13. 15. 18. 40. de damn. inf.
l. 4. 11. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 8. 12. 31. 37. de mort. caus. don.
l. 13. 40. 57. 61. de manum. testam.
l. 20. de fideicom. libert.
l. 2. 4. 20. 22. 27. 31. de statulib.
l. 6. 15. 21. 24. 30. 31. qui & a quib.
l. 10. de liberal. caus.
l. 23. 33. 57. de acq. rer. dom.
l. 1. 43. de acq. possess.
l. 8. 15. 31. de usurp. & usuc.
l. 2. pro empt.
l. 1. pro don.
l. 2. pro derelict.
l. 1. pro dot.
l. 38. de re judic.
l. 3. de confess.
l. 3. quib. ex caus. in poss. eat.
l. 6. de reb. auct. jud. poss.
l. 6. 10. quæ in fraud. cred.
l. 1. ne vis fiat ei qui in poss. miss.
l. 1. 3. 19. de vi & vi arm.
l. 1. 3. de itin. act. priv.
l. 7. 11. 13. quod vi aut clam.
l. 1. de remiss.
l. 6. de precar.
l. 3. de liber. exhib.
l. 7. 9. 11. de except. rei jud.
l. 4. 7. de dol. mal. except.
l. 5. de obl. & act.
l. 2. 91. 131. de verb. obl.
l. 12. 15. de duob. reis.
l. 7. 9. 11. 18. 21. 28. de stip. serv.
l. 5. 8. 34. 37. de fidejuss.
l. 38. 58. 59. 98. 103. de solution.
l. 2. de prætor. stipul.
l. 7. judic. sol.
l. 12. 14. 17. 19. 24. 53. 66. 68. rat. rem hab.
l. 1. 5. 17. de injur.
l. 43. ad l. Jul. de adult.
l. 14. 22. ad l. Corn. de fals.
l. 3. 35. de jure fisci.
l. 12. de captiv. & postl.
l. 7. de admin. rer. ad civit. pert.
l. 9. 25. 77. 142. de verb. signif.

In Codice citatur.

l. 1. de vet. jure enucl.
l. 24. de neg. gest. act.
l. 15. de usufr.
l. 10. de cond. ind.
l. 5. de bon. quæ lib.
l. 1. de comm. serv. manum.

In Instit.

§. 6. de Nupt.
§. 5. de susp. tut. vel cur.
§. 9. 16. 18. 20. de legatis.
§. 2. de assign. libert.
§. 3. de obligat. quæ quasi ex del. nasc.

In Novell.

Novell. 87. in princ.

II. *Plautius.*

l. 61. de procurat.
l. 44. de cond. & demonstr.
l. 22. de damn. infect.

III. *P. Juventius Celsus.*

Ex Libr. XXXIX. Digest.

Ex lib. I. l. 33. de pact.
l. 9. de probation.
l. 47. de don. int. vir. & ux.
l. 25. de novation.
Cit. l. 27. ad municip.
Ex lib. II. l. 28. de minor.
l. 37. de recept.
l. 51. de acq. rer. dom.
Cit. l. 3. de minor.
l. 26. ex quib. caus. ma.
l. 17. 21. de recept.
Ex lib. III. l. 17. de off. præsid.
l. 12. de transact.
l. 38. de rei vind.
l. 16. de cond. caus. dat.
l. 39. de re judic.
l. 51. de oblig. & act.
l. 26. de novation.
Ex lib. IV. l. 45. de hered. petit.
l. 13. 18. de hered. petit.
Ex lib. V. l. 4. de legib.
l. 9. de servit.
l. 6. quemad. servit. am.
l. 32. de reb. cred.
l. 11. de re judic.
l. 86. de verb. sign.
l. 9. de interrog. in jur. fac.
l. 3. de don. int. vir. & ux.
Ex lib. VI. l. 42. de reb. cred.
l. 47. 48. de cond. indeb.
l. 6. de pecul.
l. 17. de probation.
l. 15. de legat. 2.
l. 13. de re jud.
Cit. l. 26. de cond. indeb.
l. 5. commod.
l. 5. de pecul.
l. 67. de verb. obl.
Ex lib. VII. l. 48. mand.
l. 11. de precar.
l. 184. de divers. reg. jur.
Cit. l. 6. 16. mand.
l. 52. 58. pro soc.
Ex lib. VIII. l. 59. de contr. empt.
l. 38. de act. empt.
l. 2. de præscr. verb.
l. 185. de divers. reg. jur.
Cit. l. 13. de in diem addic.
l. 13. de act. empt.
l. 9. locat.
Ex lib. IX. l. 24. de legib.
l. 48. de donat. int. vir. & ux.
l. 79. de legat. lib. 3.
Cit. l. 4. de hered. vel act. vend.
Ex lib. X. l. 6. de collation.

cit.

P.R.C:A.J:P.C.N.

cit. l. 7. de jur. dot.
l. 5. de donat. int. vir. & ux.
Ex lib. XI. l. 32. depos.
l. 11. de probation.
l. 60. de jur. dot.
l. 11. de tutor. & cur. dat.
l. 7. de magistr. conven.
cit. l. 9. de hered. instit.
Ex lib. XII. l. 15. de cond. furt.
l. 30. de oper. libert.
l. 67. de furt.
l. 186. de divers. reg. jur.
cit. l. 1. de oper. nov. nunc.
l. 1. qui & a quib. man.
l. 14. 43. de furt.
Ex lib. XIII. l. 7. de collation.
l. 189. de divers. reg. jur.
Ex lib. XIV. l. 50. ad leg. Falc.
Ex lib. XV. l. 75. pro soc.
l. 22. de rit. nupt.
l. 27. qui testam. fac. poss.
l. 43. de legat. 3.
l. 6. de censib.
cit. l. 3. de donat. int. vir. & uxor.
l. 51. de hered. instit.
l. 76. de acq. hered.
Ex lib. XVI. l. 24. 26. 59. de hered. instit.
l. 21. de cond. instit.
l. 25. si quis omiss. caus.
l. 16. de legat. 2.
l. 187. de divers. reg. jur.
cit. l. 2. 17. de hered. instit.
l. 6. si quis omiss. caus.
Ex lib. XVII. l. 5. de legib.
l. 12. de probation.
l. 63. de legat. 1.
l. 18. de legat. 2.
l. 53. ad leg. Falc.
l. 188. de divers. reg. jur.
Ex lib. XVIII. l. 49. de rei vind.
l. 2. de usufr.
l. 10. de servit.
l. 19. de legat. 2.
l. 14. de usu & usufr. leg.
l. 88. de verb. sign.
cit. l. 7. 9. de usufr.
l. 1. de usufruct. accr.
l. 5. de usufr. ear. rer.
l. 3. 11. de usu & habit.
Ex lib. XIX. l. 58. de jur. dot.
l. 20. de legat. 2.
l. 13. 25. de pecul. legat.
l. 7. de supel. legat.
l. 3. de aur. arg. mund. leg.
l. 93. de verb. sign.
cit. l. 12. de instr. vel instr. leg.
l. 19. de aur. arg. mund. leg.
Ex lib. XX. l. 18. de jur. codic.
l. 21. de legat. 2.
l. 32. ad SC. Trebellian.
l. 87. de solution.
l. 94. de verb. sign.
cit. l. 13. de usufr.
l. 1. 2. de dot. præl.
l. 33. ad SC. Trebellian.
Ex lib. XXI. l. 22. de legat. 2.
l. 2. ad SC. Trebellian.
Ex lib. XXII. l. 17. de adim. vel transfer. leg.
l. 25. de reb. dub.
l. 49. de cond. & dem.
l. 23. de statulib.
Ex lib. XXIII. l. 39. de legib.
l. 12. quemadm. serv. amit.
l. 18. de acq. poss.
cit. l. 24. de fideicom. libert.
Ex lib. XXIV. l. 3. de cur. bon. dand.
l. 69. de solution.
l. 190. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXV. l. 2. de eo qui pro tutor.
l. 13. de re judic.
l. 7. de itin. act. priv.
l. 18. quod vi aut clam.
l. 12. de precar.

l. 6. de censib. al. est ex lib. XV.
l. 96. 158. de verb. signif.
Ex lib. XXVI. l. 17. de legib.
l. 26. de reb. dub.
l. 97. de verb. obl.
l. 70. de solution.
Ex lib. XXVII. l. 31. de judic.
l. 11. de servit. præd. rust.
l. 12. de act. empt.
l. 10. 62. de evict.
l. 71. de solution.
Ex lib. XXVIII. l. 5. de adoption.
l. 7. de suis & legit.
l. 21. de donation.
Ex lib. XXIX. l. 18. de legib.
l. 19. de stat. hom.
l. 60. de hered. instit.
l. 19. de manum. vind.
Ex lib. XXX. l. 13. de probation.
l. 23. de rit. nupt.
Ex lib. XXXII. l. 97. de verb. signif.
cit. l. 29. de usufr.
Ex lib. XXXIII. l. 19. de legib.
l. 191. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXXIV. l. 27. de legat. 2.
Ex lib. XXXV. l. 80. de legat. 3.
l. 1. de Regul. Catonian.
Ex lib. XXXVI. l. 29. de legat. 2.
Ex lib. XXXVII. l. 30. de legat. 2.
l. 11. de custod. & exhib. reor.
l. 21. de pœn.
Ex lib. XXXVIII. l. 50. mand.
l. 99. de verb. obl.
l. 193. de divers. reg. jur.
cit. l. 72. de verb. oblig.
Ex lib. XXXIX. l. 7. de adoption.
l. 3. ne quid in loc. publ.
l. 98. de verb. sign.
cit. l. de minor.

Cit. libro XII. Quæst. l. 9. de hered. instit.

Lib. XIX. in l. 19. de aur. arg. mund. leg.

Cit. libr. VII. comment. in l. 19. de aur. arg. mund. leg.

Celsus citatur notato tantum numero librorum.

Lib. 4. l. 7. de SC. Maced.
Lib. 6. l. 3. de pecul.
Lib. 12. l. 15. de oper. libert.
Lib. 15. l. 2. de statulib.
Lib. 18. l. 3. de usufr. accresc.
Lib. 20. l. 51. de pact.
Lib. 34. l. 27. de usurp. & usuc.

Citatur Celsus non notato nomine librorum.

l. 1. de justit. & jur.
l. 2. de orig. jur.
l. 8. de in jus voc.
l. 3. si quis in jus voc. non ier.
l. 29. de pact.
l. 4. de his qui not. infam.
l. 10. de negot. gest.
l. 23. de recept.
l. 2. 61. de judic.
l. 16. de hered. petit.
l. 19. si servit. vind.
l. 7. 11. 13. 19. 21. 27. 49. ad leg. Aquil.
l. 2. de noxal. act.
l. 18. fam. erc.
l. 5. ad exhib.
l. 11. de interr. in jur. fac.
l. 20. 22. de relig. & sumpt.
l. 1. de reb. cred.
l. 3. de cond. caus. dat.
l. 4. 6. de cond. ob turp. caus.
l. 6. 17. 19. de cond. indeb.
l. 2. 3. de cond. tritic.
l. 18. de constit. pecun.
l. 7. 13. commod.
l. 4. quod cum eo.
l. 7. de pecul.
l. 1. deposit.
l. 47. pro soc.

l. 6. de contr. empt.
l. 14. de pignor.
l. 29. de eviction.
l. 1. de except. rei vend.
l. 10. de pact. dotal.
l. 28. de don. int. vir. & uxor.
l. 21. sol. matr.
l. 3. de tutel.
l. 12. de tutor. & curat. dat.
l. 27. de hered. instit.
l. 2. de cond. instit.
l. 14. de legat. 1.
l. 30. de legat. 2.
l. 65. de legat. 3.
l. 3. de trit. vin. vel. ol. legat.
l. 12. de instr. vel instr. legat.
l. 6. de pecul. legat.
l. 19. de aur. arg. mund. leg.
l. 2. de liberat. legat.
l. 30. ad leg. Falc.
l. 12. quand. dies legat. ced.
l. 7. de oper. libert.
l. 9. 15. damn. infect.
l. 6. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 29. de statulib.

l. 30. de acq. rer. dom.
l. 34. de acq. possess.
l. 2. pro empt.
l. 4. de re judic.
l. 7. quib. ex caus. in poss. eat.
l. 2. de curat. bon. dand.
l. 1. de fluminib.
l. 7. quod vi aut clam.
l. 8. de precar.
l. 11. de except. rei jud.
l. 4. de dol. mal. except.
l. 14. 81. 91. de verb. obl.
l. 38. de stipul. servor.
l. 8. de novation.
l. 98. de solution.
l. 7. 14. 25. 50. de furt.
l. 3. de incend. ruin. nauf.
l. 2. de sepulc. viol.
l. 1. ad municip.
l. 13. de divers. reg. jur.

In Codice citatur.

l. 10. de cond. ind.
l. 10. qui test. fac. poss.

In Institut.

§. 12. I. de legat.

A. AUREL. ANTONINUS PIUS imperat ann. XXII, mens. VII, dies XXVI.

892	1	139	T. Antoninus Pius A. II.	Brutius Præsens
893	2	140	T. Antoninus Pius A. III.	M. Ælius Aurelius Cæsar
894	3	141	M. Peducæus Syloga Priscinus	T. Hœnius Severus
895	4	142	Cuspius Rufinus,	L. Statius Quadratus
896	5	143	Torquatus	T Claud. Atticus Herodes
897	6	144	Lollianus Avitus	C. Gavius Maximus
898	7	145	T. Antoninus Pius A. IV.	Ælius Aurelius Cæsar II
899	8	146	Sextus Erucius Clarus II.	Cn. Claudius Severus
			l. 1. C. de impub. & al. substitut.	
900	9	147	Largus	Messalinus
			l. 1. C. si adversus cred.	
901	10	148	Lucius Torquatus III.	C. Julianus Vetus
902	11	149	Serg. Scipio Orfitus	Q. Nonius Priscus
903	12	150	Gallicanus	Vetus
			l. 1. C. de procuratoribus.	
904	13	151	Quintilius Condianus	Quintilius Maximus
905	14	152	M. V. Acilius Glabrio	M. Valerius Homullus
906	15	153	C. Bruttius Præsens	A. Junius Rufinus
907	16	154	L. Ælius Aurelius Commodus	T. Sextius Lateranus
908	17	155	C. Julius Severus	M. Rufinus Sabinianus
			l. 1. C. de edendo.	
909	18	156	M. Cejonius Silvanus	C. Serius Augurinus
910	19	157	Barbarus	Regulus
911	20	158	Tertullus	Claudius Sacerdos

His Consulibus factum est SCtum Tertullianum. Non contrariatur §. 2. I. de SCto Tertull. qui illud D. Hadriani temporibus factum esse asserit. Antoninus Pius enim adoptionis jure Hadrianus dictus est.

912	21	159	Plautus Quintillus	Statius Priscus

His Coss. de Adulteriis lex renovatur, ne maritus adulterii accusare posset uxorem, si impudicam ipse vitam ageret.

913	22	160	T. Clodius Vibius Varus	App. Annius Atilius Bradua
914	23	161	M. Aurelius Cæsar III.	Lucius Aurelius Commodus.

Mors Pii Antonini. Inducta ab hoc Imperatore quarta bonorum arrogatoris danda arrogato, quæ idcirco Quarta sive quadrans D. Pii dicitur.

Constitutiones Codici insertæ ex subscriptione dubiæ.

l. 1. C. de usur.
l. 1. C. de hered. instituend.
l. 1. C. de impub. & al. substit.
conf. §. 2. I. de vulg. substit.
l. 1. C. de legatis
l. 54. C. ut in possess. legat.
l. 1. C. de pœnis.

In Digestis autem hujus Imperatoris mentio fit.

l. 8. de statu hom.
l. 13. de officio præsid.
l. 3. de offic. proc. Cæs.
l. 10. de pact.
l. 8. de postul.
l. 3. §. 1. negot. gest.
l. 2. de judic.
l. 5. 7. de petit. hered.
l. 12. de Publ. in rem act.
l. 16. de servit. præd. urb.
l. 2. fam. ercisc.
l. 3. 5. de servis fugit.

l. 5. de jurejur.
l. 3. de condict. ind.
l. 2. 4. ad SC. Vellej.
l. 32. de usur.
l. 59. de ritu nupt.
l. 1. de legit. tutor.
l. 2. 12. de tutor. & curat. datis ab his.
l. 2. de admin. & per. tut.
l. 6. §. 1. §. 3. de excus. tut.
l. 4. de vulg. & pupil.
l. 85. de acq. hered.
l. 77. de leg. 1.
l. 11. de leg. 3.
l. 3. de aliment. & cib. leg.
l. 17. de reb. dub.
l. 3. de reg. Cat.
l. 3. de his, quibus ut indignis.
l. 5. §. 1. eod.
l. 47. 49. de cond. & demonst.
l. 2. ad SCt. Trebell.
l. 31. 35. 55. §. 2. eod.
l. 7. de leg. præst.

l. 3. de

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 3. de Carbon. ed.
l. 16. §. 9. de public. & vectigal.
l. 26. de manum. test.
l. 30. 42. 51. de fideicomm. libert.
l. 15. de re jud.
l. 7. §. 19. quib. ex caus. in poss. eatur.
l. 1. de separat.
l. 4. de incend. ruin. naufr.
l. 3. de cust. & exhib. reor.
l. 38. ad l. Jul. de adult.
l. 6. ad l. Jul. de vi priv.
l. 1. ad l. Cornel. de sicar.
l. 31. ad l. Cornel. de fals.
l. 1. 9. 10. 15. de quæstion.
l. 7. de bon. damn.
l. 3. de bon. eor. qui ante sent.
l. 2. de interdict. & releg.
l. 1. 5. 14. de appellat.
l. 1. §. 2. l. 2. §. 15. l. 3. §. 4. l. 13. §. 7. l. 22. §. 2. de jure fisci.
l. 13. de re milit.
l. 11. ad l. municip.
l. 11. de muner. & honor.
l. 5. de jure imm.
l. 4. de legat.
l. 15. de pollicitat.
l. 4. de var. & extraord. cognit.
l. 5. de censib.
l. 240. de verb. signif.
l. 29. de reg. jur.
§. 2. l. de vulg. subst.

JCTI QUI SUB HOC IMPERATORE FLORUERUNT.

I. *Vindius Verus.*
l. 2. si ex nox. caus. ag.
l. 7. de pact.
l. 5. de judic.
l. 32. ad L. Falcid.

II. *Ulpius Marcellus.*
l. 10. de cond. indeb.
l. 1. comm. serv. manum.
§. 5. l. de usu & habitat.

III. *Arrianus.*
l. 11. de hered. petit.
l. 19. de hered. instituend.
l. 5. de grad. affin.
l. 1. quor. legat.
l. 47. de act. & oblig.

IV. *Tertullianus.*
l. 7. de curat. furios.

914 1 161 Imperatores CC. M. AURELIUS ANTONINUS PHILOSOPHUS & L. ÆLIUS AURELIUS VERUS ANTONINUS DIVI FRATRES. AA. simul imperarunt.

l. 2. C. de alend. liber. ac parent.
l. 2. C. de procurat.

915 2 162 Junius Rusticus — C. Vettius Aquilinus
l. 3. C. de alend, lib. ac parent.
916 3 163 L. Ælianus — Pastor.
917 4 164 M. Pompeius Macrinus — P. Juventius Celsus
l. 3. ff. de his quæ in test. delent.
918 5 165 L. Arrius Pudens — M. Gavius Orfitus
919 6 166 Q. Servilius Pudens — L. Fufidius Pollio
920 7 167 Imp. Lucius Aurel. Verus III. — Quadratus
921 8 168 T. Junius Montanus — L. Vettius Paullus

Factum est hoc tempore SCtum Apronianum, cujus mentio fit in l. 26. ff. ad SC. Trebell.

922 9 169 Q. Sosius Priscus — P. Cælius Apollinaris
l. 1. C. de necess. serv. hered. inst.
Moritur Verus Antoninus. Solus DIVUS MARCUS.
923 10 170 M. Cornelius Cethegus — C. Erucius Clarus.

l. 1. C. de petit. hereditat. *Inscriptio hujus legis vitiosa notetur. Legendum Imp. M. Aurelius Antoninus.*

924 11 171 Septimius Severus II. — L. Alfidius Herennianus
925 12 172 Maximus — Orfitus
926 13 173 M. Aurelius Severus II. — T. Claudius Pompejanus
927 14 174 Gallus — Flaccus
928 15 175 Calpurnius Piso — M. Salvius Julianus
929 16 176 T. Vitrasius Pollio II. — M. Flavius Aper II.
930 17 177 L. Aurelius Commodus — Quintillus

M. AURELIUS Pater Aurelium *Commodum* filium creat Augustum & in imperii consortium assumit.

931 18 178 Julianus Rufus — Gavius Orfitus

His Consulibus factum est Senatusconsultum Orfitianum.

932 19 179 L. Aurelius Commodus Aug. II. — T. Annius Aurelius Verus II.
933 20 180 L. Fulvius Bruttius Præsens II. — Sex. Quint. Condianus.
Moritur Marcus.

CONSTITUTIONES DIVORUM FRATRUM IN PANDECTIS.

l. 13. 14. de offic. præsid.
l. 18. de inoffic. test.
l. 39. de relig. & sumpt. fun.
l. 8. Mandati
l. 9. Locati
l. 29. de probat.
l. 58. de ritu nupt.
l. 24. de tut. & curat. dat.
l. 6. §. 4. de excus. tut.
l. 7. eod.
l. 29. de milit. test.
l. 11. de leg. 3.
l. 17. de jure patron.
l. 1. de suis & legit. hered.
l. 16. de public. & vect.
l. 26. de manum. testam.
l. 30. de fideicomm. libert.
l. 27. de liber. caus.
l. 15. de privileg. cred.
l. 4. de curat. bon. dand.
l. 19. de accusat.
l. 9. ad l. Pomp. de parr.
l. 31. ad l. Cornel. de fals.
l. 1. 16. de quæst.
l. 27. 33. de pœn.
l. 7. de interdict. & releg.
l. 1. 14. §. 2. de appellat.
l. 1. An per al. caus. appell.
l. 1. eum, qui appell. in prov. def.
l. 2. 3. 13. de jure fisci.
l. 3. §. 2. de decur.
l. 6. de muner. & honor.
l. 5. de jure immun.
l. 4. de legat.
l. 8. de pollicitat.

CONSTITUTIONES MARCI ANTONINI.

l. 2. de off. jur.
l. 1. 2. 7. de feriis.
l. 10. 46. de pact.
l. 8. de transact.
l. 7. 13. de eo quod metus causa
l. 11. de minor.
l. 25. de petit. hered.
l. 52. pro socio.
l. 17. de usur.
l. 16. de ritu nupt.
l. 3. §. fin. de legit. tut.
l. 29. de tutor. & cur. datis ab his.
l. 1. §. 1. de adm. & per. tut.
l. 8. 13. de excus. tut.
l. 14. l. 44. eod. tit.
l. 51. 84. de hered. instituend.
l. 3. in fin. de mil. test.
l. 11. de leg. 3.

ORATIONUM hujus Imperatoris fit mentio

l. 60. de ritu nupt.
l. 16. de ritu nupt.
l. 16. de sponsal.
l. pen. ad SC. Tertull. & Orfit.
l. 22. §. 3. de inoff. test.
l. 8. de transact.
l. 7. de feriis.
l. 1. §. 1. ne de stat. def.

CONSTITUTIONES in quibus MARCI ANTONINI & AURELII COMMODI mentio fit.

l. 21. de reb. dub.
l. 5. de his quib. ut indign.
l. 11. ad L. Falcid.
l. 54. 74. ad SC. Trebell.
l. 9. de collat. dot.
l. 3. de suis & legit. hered.
l. 20. de manum. vind.
l. 1. de manum. quæ serv. ad univers. pertin.
l. 50. de man. test.
l. 4. de fideicommiss. libert.
l. 30. §. 17. eod.
l. 1. l. 6. qui sine manum. ad liber. perv.
l. 17. qui & a quib. man.
l. 38. de liber. caus.
l. 1. §. 3. ne de statu defunct.
l. 2. de collus. deteg.
l. 10. quæ in fraud. cred.
l. 4. ad L. Cornel. de fals.
l. 17. de quæstion.
l. 1. quando appell. sit.
l. 7. de jure fisci.
l. 11. de muner. & honor.
l. 6. de oper. publ.
l. 226. de verb. signif.
§. 1. §. 6. l. de excusat. tut.
§. fin. l. de usucap.
§. 1. l. de eo cui libert. caus.

JCTI QUI HOC ÆVO FLORUERUNT.

I. *Papirius Fronto.*
l. 220. de V. S.
l. 114. §. 5. ff. de leg. 2.

II. *Paconius.*
l. 3. si a par. quis man.

III. *Puteolanus.*
l. 12. ff. de pactis.

IV. *T. Cajus.*
Ex Caji libr. XXXII. ad Edict. prov.
Ex lib. I. l. 8. 11. de jurisd.
l. 4. quod quisq. jur. in al.
l. 3. 5. qui satisd. cog.
l. 1. si quis caution.
l. 10. de edend.
l. 18. 20. 28. 30. de pact.
l. 2. de postuland.
l. 3. de his qui not. inf.
l. 4. de judic.
l. 6. de damn. inf.
l. 3. de exception.
l. 29. ad municip.
l. 11. de verb. sign.
l. 107 de divers. reg. jur.
Ex lib. II. l. 8. de judic.
l. 1. de nox. act.
l. 111. de divers. reg. jur.
Ex lib. III. l. 7. de postul.
l. 18. de his qui not. inf.
l. 9. 12. 21. 34. 46 48. de procur.
l. 1. quod cujuscunq. univers.
l. 2. 22. de neg. gest.
l. 5. de interr. in jur. fac.
l. 41. mand.
l. 13. de curat furios.
l. 39. de obl. & act.
l. 16. de verb sign.
l. 113. de divers. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 4. 6. de calumniat.
l. 6. 10. 19. quod met. caus.
l. 6. 8. 23. 26. 28. de dol. mal.
l. 12. 15. 25. 27. de minor.
l. 1. 8. de cap. minut.
l. 25. ex quib. caus. major.
l. 1. 3. 7. de alien. jud. mut. caus.
l. 28. de constit. pecun.
l. 26. de act. rer. amot.
l. 10. quod fals. tutor. auct.
l. 9. de usurp. & usuc.
l. 22. de verb. signif.
Ex lib. V. l. 1. 9. qui satisd. cog.
l. 6. 20. 35. de recept.
l. 2. 5. naut. caup. stab.
l. 1. 21. 27. de jurejur.
l. 40. locat.
l. 30. de fidejussor.
l. 53. de solution.
l. 122. 125. de divers. reg. jur.
Ex lib. VI. l. 4. si ex nox. caus. ag.
l. 1. 3. 10. 15. 17. 21. 35. 39. 41. de hered. petit.
l. 2. si pars hered. pet.
l. 2. de possessor. hered. pet.
l. 2. 7. de his qui effud. vel dejec.
l. 15. 23. 25. 27. 29. de nox. act.
l. 15. de serv. corrupt.
l. 1. pro empt.
l. 24. de verb. sign.
Ex lib. VII. l. 13. de judic.
l. 18. 20. 24. 28. 30. 36. 40. 76. de rei vind.
l. 8. 13. de Publ. in rem act.
l. 6. 39. 45. 74. de usufr.
l. 5. de usufr. accresc.
l. 19. 30. quib. mod. usus vel ususfr. (am.
l. 2. 7. de usufr. ear. rer.
l. 3. de oper. servor.
l. 1. 13. de usu & habit.
l. 5. de servit.
l. 2. 6. 8. de servit. præd. urb.
l. 8. de servit. præd. rust.
l. 3. com. præd.
l. 1. 3. quemadm. serv. amitt.
l. 3. si quadr. paup. fec.
l. 2. 4. 8. 32. ad l. Aquil.
l. 20. de noxal. act.
l. 3. fin. regund.
l. 1. 3. 5. 17. 19. 26. 28. fam. ercisc.
l. 2. 11. com. dividund.
l. 49. de evict.
l. 7. testam. quemad. aper.
l. 43. 45. de acq. rer. dom.
l. 30. de verb. sign.
l. 132. de divers. reg. jur.
Ex lib. VIII. l. 1. 3. de grad. & affin.
l. 31. de mort. caus. don.
l. 74. de verb. obl.
l. 26. de fidejussor.
l. 133. de divers. reg. jur.
Ex lib. IX. l. 4. 3. de cond. tritic.
l. 1. 3. de eo quod cert. loc.
l. 18. commod.
l. 10. 12. de pigner. act.
l. 2. de exercit. act.

l. 2. de

P.R.C.A.J.P.C.N.

l. 2. 8. 10. de instit. act.
l. 11. de tribut. act.
l. 1. quod cum eo
l. 13. de SC. Maced.
l. 10. 27. 29. de pecul.
l. 4. 12. de in rem vers.
l. 5. 13. ad SC. Velleian.
l. 5. 8. de compensat.
l. 14. depos.
l. 27. mand.
l. 9. de pignor.
l. 2. quib. mod. pig. vel hyp. sol.
l. 5. de curat. fur.
l. 42. de divers. reg. jur.
Ex lib. X. l. 13. mand.
l. 2. 22. 24. 66. 68. pro soc.
l. 35. de contr. empt.
l. 12. 15. de hered. vel act. vend.
l. 9. de per. & com. rei vend.
l. 6. 25. 34. loc.
l. 22. de præscr. verb.
l. 6. de evict.
l. 49. de furt.
l. 46. de divers. reg. jur.
Ex lib. XI. l. 8. de sponsal.
l. 17. 53. 55. de ritu nupt.
l. 42. de jur. dot.
l. 15. de pact. dot.
l. 4. de fund. dot.
l. 6. 8. 10. 30. 42. 61. de don. int. vir. & ux.
l. 2. de divort.
l. 27. sol. matr.
l. 32. de acq. rer. dom.
Ex libr. XII. l. 16. de tutel.
l. 1. de testam. tutel.
l. 9. de legit. tutor.
l. 5. de tutor. & cur. dat.
l. 13. de adm. & per. tut.
l. 9. de auct. & consen. tut.
l. 14. de tutel. & rat. distr.
Ex libr. XIII. l. 13. de nox. act.
l. 11. ut leg. seu fideic. ser. caus. cav.
l. 13. de publican. & vect.
l. 2. 8. 51. 54. de furt.
l. 2. si is qui testam. lib. esse juss.
l. 9. arb. fur. cæs.
l. 34. de injur.
Ex libr. XIV. l. 11. de bon. possess.
l. 7. 9. 12. de bon. poss. contr. tab.
l. 2. de dot. collat.
l. 5. de vent. in poss. mit.
l. 19. 22. de oper. libert.
Ex lib. XV. l. 11. de auct. & consens. tut.
l. 22. de vulg. & pup. sub.
l. 2. 17. de testam. mil.
l. 64. de legat. 1.
l. 2. si a par. quis manu.
l. 5. 7. de bon. libert.
l. 51. de diver. reg. jur.
Ex lib. XVI. l. 2. unde cogn.
l. 196. de verb. sign.
Ex lib. XVII. l. 6. de transact.
l. 56. de usufr.
l. 6. 8. qui testam. fac. poss.
l. 30. de lib. & post.
l. 31. de hered. instit.
l. 1. 3. testam. quemad. aper.
l. 13. 15. 17. 19. si quis om. causa test.
l. 9. 25. de SC. Silanian.
Ex lib. XVIII. l. 22. de cond. instit.
l. 66. 68. 70. de legat. 1.
l. 2. 4. de pecul. legat.
l. 18. de cond. & dem.
l. 73. 77. 79. 81. ad leg. Falc.
l. 57. de divers. reg. jur.
Ex lib. XIX. l. 5. 7. 9. 13. 29. de relig. & sump. fun.
l. 20. de dam. inf.
Ex lib. XX. l. 26. de liberali caus.
Ex lib. XXI. l. 28. de reb. cred.
l. 20. de act. empt.
l. 2. de publ. & vectig.
l. 1. 5. de usurp. & usuc.
l. 5. vi bonor. rapt.
l. 2. 5. de incend. ruin. naufr.
l. 41. de verb. sig.
Ex lib. XXII. l. 50. de procurat.
l. 26. qui testam. fac. poss.
l. 12. 19. de injur.
l. 4. de leg. Fabia de plag.
l. 44. de verb. sign.
Ex lib. XXIII. l. 6. de jur. delib.
l. 57. de acq. hered.
l. 1. 3. 7. 13. de reb. auct. jud. poss.
l. 51. de verb. sig.
Ex lib. XXIV. l. 16. 21. de reb. auct. jud. poss.
l. 58. de verb. sign.
l. 147. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXV. l. 9. de acq. poss.
l. 2. de superficieb.
l. 3. de precar.
Ex lib. XXVI. l. 15. de acq. poss.
l. 5. quæ in fraud. cred.
l. 9. de precar.
l. 2. de migrand.
l. 62. de verb. sig.
l. 158. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXVII. l. 39. de dol. mal.
l. 16. ut leg. seu fideic. ser. caus. cav.
l. 6. rem pup. sal. for.
l. 7. jud. sol.
Ex lib. XXVIII. l. 53. de contr. empt.
l. 54. de evict.
l. 2. 29. 32. de dam. inf.

Ex lib. XXIX. l. 8. si quis caution.
l. 44. de rei vind.
Ex lib. XXX. l. 31. de jurejur.
l. 15. 17. de except. rei jud.
l. 6. de dol. mal. except.

Ex libris XV. al. ad leg. Jul. & Papiam.

Ex lib. I. l. 17. de sponsal.
l. 29. de pœn.
Ex lib. II. l. 30. de rit. nupt.
Ex lib. III. l. 5. de vulg. & pup. sub.
l. 63. de cond. & demonst.
Ex lib. IV. l. 5. de testib.
Ex lib. V. l. 8. de ann. legat.
l. 23. de reb. dub.
Ex lib. VI. l. 7. de censib.
Ex lib. VIII. l. 46. de rit. nupt.
l. 4. de bonor. poss.
l. 148. de verb. sig.
Ex lib. IX. l. 150. de verb. sig.
Ex lib. X. l. 13. de suis & legit. hered.
l. 55. de legat. lib. 2. al. ex lib. 12.
l. 149. 152. de verb. sign.
Ex lib. XI. l. 11. testam. quemadm. aper.
l. 14. de jur. fisc.
Ex lib. XII. l. 73. de hered instit.
l. 55. de legat. 2.
l. 18. de manumissio.
Ex lib. XIII. l. 73. de hered. instit.
l. 69. de cond. & demonst.
l. 14. de suis & legit. hered.
l. 31. de statulib.
Ex lib. XIV. l. 53. de acq. hered.
l. 56. 58. de legat. 2.
Ex lib. XV. l. 10. de his quæ ut ind.

Lib. 10. ad Edict. Urb.

l. 5. de adim. vel transfer. leg.

Libr. VII. Aureorum.

Ex lib. I. l. 4. de mort. caus. don.
l. 7. de manu. vind.
l. 24. de manu. testam.
l. 10. qui & a quib. manu.
Ex lib. II. l. 5. de divis. rer.
l. 3. de usufr.
l. 11. de usu & habit.
l. 16. com. præd.
l. 2. 4. mand.
l. 72. pro soc.
l. 2. 15. de per. & com. rei vend.
l. 2. locat.
l. 28. de usur.
l. 1. 3. 5. 7. 9. de acq. rer. dom.
l. 36. 38. de usurp. & usuc.
l. 1. de oblig. & action.
Ex lib. III. l. 4. 5. de oblig. & act.
l. 6. de extraord. cog.

Ex VI. ad L. XII. Tabb.

Ex lib. I. de orig. jur.
l. 18. 20. 22. de in jus voc.
l. 6. si quis caution.
l. 2. arb. fur. cæs.
l. 233. de verb. sig.
Ex lib. II. l. 234. de verb. sig.
Ex lib. III. l. 48. de pact.
l. 43. ad leg. Jul. de adult.
l. 235. de verb. sig.
Ex lib. IV. l. 13. fin. reg.
l. 9. de inc. ruin. naufr.
l. 4. de colleg. & corpor.
l. 236. de verb. sig.
Ex lib. V. l. 237. de verb. sig.
Ex lib. VI. l. 19. de usur.
l. 3. de litigios.
l. 238. de verb. sig.
l. 4. arb. fur. cæs.

Ex Libr. IV. Institut.

Ex libr. I. l. 9. de just. & jur.
l. 1. 3. 6. de stat. hom.
l. 1. 3. de his qui sui vel alien. jur.
l. 2. 28. de adoption.
l. 7. de legit. tutor.
Ex lib. II. l. 1. de divis. rer.
l. 4. qui testam. fac. poss.
l. 13. de injust. rupt.
l. 10. de acq. rer. dom.
l. 37. de usurp. & usuc.
Ex lib. III. l. 2. de obl. & act.

Lib. III. de Verb. Obligat.

Ex lib. I. l. 4. commod.
l. 70. de fidejussor.
l. 232. de verb. sig.
Ex lib. II. l. 141. de verb. oblig.
l. 15. de duob. reis const.
l. 106. de solution.
Ex lib. III. l. 39. de neg. gest.
l. 16. de duob. reis const.
l. 28. de stip. ser.
l. 72. de fidejussor.
l. 34. de novation.
l. 22. de acceptil.

Lib. III. de manumiss.

Ex lib. I. l. 17. de curator. furios.
l. 25. de manumission.
l. 25. de manum. vind.
l. 29. qui & a quib. manum.
Ex lib. III. l. 57. de manum. testam.

Lib. II. fideicomm.

Ex lib. I. l. 2. 14. de legat. 3.
l. 29. de usu & usufr. leg.
l. 5. 7. de reb. dub.
l. 88. 90. de cond. & dem.

Ex lib. II. l. 40. fam. ercisc.
l. 96. de legat. 3.
l. 10. 41. 63. ad SC. Trebellian.

Ex Libro de casibus.

l. 63. de cond. indeb.
l. 88. de hered. instit.
l. 107. de cond. & dem.
l. 22. de jur. patron.
l. 49. de oper. libert.
l. 37. de statulib.
l. 8. de stipul. servor.

Ex Libro Regularum.

l. 21. de adoption.

Ex libro de formula hypothecaria.

l. 4. 15. de pignor.
l. 2. quæ res pign. vel hypoth.
l. 11. qui potior. in pign.
l. 7. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.
l. 4. de fid. instr.

Ex Libr. ad edictum ædilium curulium.

Ex lib. I. l. 3. 13. 18. 20. 22. 24. 26. 28. 45. de ædil. edict.
Ex lib. II. l. 32. de ædilit. edict.
l. 57. de evict.

Ex libr. ad edict. præt. urbani tit. de prædiatoribus.

l. 54. de jur. dot.

Ad tit. de publicanis.

l. 19. de act. empt.
l. 5. de publican. & vectig.

Ad tit. de liberali causa.

l. 13. ad exhib.
l. 2. 4. 9. 11. 13. 25. de liberal. caus.

Ex lib. II. ad tit. de liberali caus.

l. 30. de bon. libert.
l. 1. de collusion. deteg.
l. 10. de vi & viarmat.

Ad tit. de aquæ pluviæ arcenda.

l. 13. de aq. & aq. pluv. arcend.

Ad tit. de damno infecto.

l. 30. de noxal. act.
l. 8. 19. de dam. inf.

Ad tit. de re judicata.

l. 2. de act. rer. amot.
l. 7. de re judic.

Ad tit. de operis novi nunciatione.

l. 9. de oper. nov. nunc.

Ad tit. qui neque sequantur neque ducantur.

l. 48. de verb. signif.

Ad tit. de testamentis.

Ex lib. I. l. 32. de hered. instit.
l. 16. de cond. & dem.
Ex lib. II. l. 33. de hered. instit.
l. 14. 16. 18. si quis omiss. caus.
l. 55. de divers. reg. jur.

Ad tit. de legatis.

Ex lib. I. l. 65. 67. de legat. 1.
Ex lib. II. l. 69. de legat. 1.
l. 15. de dot. præleg.
l. 17. de cond. & dem.
l. 3. qui & a quib.
Ex lib. III. l. 73. de legat. 1.
l. 8. de usu & usufr. leg.
l. 72. 74. 76. 78. 80. ad leg. Falc.
l. 11. de donation.
l. 56. de divers. reg. jur.

Ad Ed. Prætor. urbani.

l. 6. de liberal. caus.
l. 139. de divers. reg. jur.

Ex lib. de tacitis fideicommissis.

l. 23. de his quæ ut indig.

Ex libro ad SC. Tertyllianum.

l. 8. ad SC. Tertyllian.

Ex libr. ad SC. Orficianum.

l. 9. ad SC. Tertyllian.

Ex libr. ad legem Glitiam.

l. 4. de inoff. test.

Ex libris regularum.

Ex lib. I. l. 100. de divers. regul. jur.
Ex lib. III. l. 43. de injur.
cit. l. 54. de cond. & demonst.
l. 59. solut. matr.
l. 39. de stip. servor.
l. 78. de solution.

V. Cervidius Scævola.

Ex libris LX. Digestorum.

Ex lib. I. l. 47. de pact.
l. 3. transact.
l. 12. de legation.
l. 6. de decret. ab ord. fac.
Ex lib. II. l. 32. de dol.
l. 39. de minor.
l. 44. de recept.
l. 24. ad munic.
Ex lib. III. l. 58. de hered. pet.
Ex lib. IV. l. 20. si servit. vind.
l. 22. de interrog. in jur. fac.
l. 9. de resc. vend.
l. 56. de adm. & per. tut.
Ex lib. V. l. 67. de cond. indeb.
l. 31. de constit. pecun.
l. 43. de pignor. act.
l. 20. de institor. act.
l. 58. de pecul.
l. 21. de in rem vers.
l. 80. ad SC. Trebellian.
l. 88. de solution.

Ex lib. VI. l. 62. mand.
l. 10. in quib. caus. pig. vel hyp.
l. 14. de distr. pig.
l. 15. quib. mod. pig. vel hyp. sol.
l. 27. de instr. vel instrum. leg.
l. 45. de fidejussor.
Ex lib. VII. l. 81. de contr. empt.
l. 8. de leg. commissor.
l. 10. de rescind. vend.
l. 10. de serv. export.
l. 52. de act. empt.
l. 61. locat.
Ex lib. VIII. l. 85. de jur. dot.
Ex lib. IX. l. 47. de usurp.
l. 29. de probat.
l. 66. de donat. int. vir. & ux.
Ex lib. X. l. 34. de testam. tutel.
l. 57. de adm. & per. tutor.
l. 20. de auct. & consens. tutor.
Ex lib. XI. l. 58. de adm. & per. tutor.
Ex lib. XIII. l. 26. de injust. rupt.
Ex lib. XIV. l. 32. de legat. 3.
l. 18. de annu. legat.
l. 31. de adim. vel transfer. leg.
l. 31. quand. dies leg. ced.
Ex lib. XV. l. 33. de legat. 3.
l. 32. de usu & usufr. leg.
l. 14. de dot. præleg.
l. 23. de pecul. legat.
l. 13. 15. de aur. arg. mund. leg.
Ex lib. XVI. l. 34. 101. de legat. 3.
l. 6. de instr. vel instrum. leg.
l. 28. de liberat. legat.
Ex lib. XVII. l. 35. 102. de legat. 3.
l. 19. de ann. legat.
l. 33. de usu & usufr. leg.
l. 22. de option. leg.
l. 15. de alim. vel cib. leg.
l. 40. de aur. arg. mund. leg.
Ex lib. XVIII. l. 37. de legat. 3.
l. 20. de ann. legat.
l. 34. de usu & usufr. leg.
l. 16. de alim. vel cib. leg.
l. 16. de aur. arg. mund. leg.
l. 29. de reb. dub.
l. 75. ad SC. Trebellian.
l. 243. de verb. sign.
cit. l. 36. de legat. 3.
Ex lib. XIX. l. 38. de legat. 3.
l. 17. de alim. vel cib. leg.
l. 108. de cond. & dem.
l. 76. ad SC. Trebell.
Ex lib. XX. l. 4. de insp. vent.
l. 11. de confirm. tutor.
l. 39. de legat. 3.
l. 18. de alim. vel cib. leg.
l. 30. de adim. vel transfer. leg.
l. 109. de cond. & dem.
l. 77. ad SC. Trebellian.
l. 17. de dol. mal. except. al. ex lib. 27.
l. 20. judic. sol.
Ex lib. XXI. l. 40. de legat. 3.
l. 94. 95. ad leg. Falc.
l. 78. ad SC. Trebellian.
cit. l. 17. de fideic. liber.
Ex lib. XXII. l. 48. de usur.
l. 41. de legat. 3.
l. 21. de ann. leg.
l. 35. de usu & usufr. leg.
l. 21. de option. legat.
l. 47. de instr. vel instrum. leg.
l. 19. de alim. vel cib. leg.
l. 18. de aur. arg. mund. leg.
l. 24. ad L. Corn. de fals.
Ex lib. XXIII. l. 28. de instr. vel instr. leg.
l. 29. 59. de manum. testam.
l. 18. de fideic. libert.
Ex lib. XXIV. l. 60. de manum. test.
l. 19. de fideicom. liber.
l. 40. de statulib.
Ex lib. XXV. l. 36. de usu & usufr. leg.
l. 14. pro empt.
l. 3. pro dot.
l. 64. de re judic.
l. 28. de appellat.
Ex lib. XXVI. l. 59. de peric. & com. rei vend.
l. 21. de auct. tutor.
l. 98. de acqu. hered.
l. 90. de solution.
Ex lib. XXVII. l. 34. de pignor.
l. 21. qui potior. in pign.
l. 17. de dol. mal. except.
Ex lib. XXVIII. l. 61. de obl. & act.
l. 122. de verb. obl.
Ex lib. XXIX. l. 18. ut leg. seu fid. serv. caus. cav.
l. 89. de solution.
Lib. XXX. cit. l. 25. de his quæ ut ind.
Ex lib. XXXI. l. 35. de donation.
Ex lib. XXXII. l. 23. quæ in fraud. cred.
Ex lib. XXXIII. l. 27. de probat.
l. 42. de legat. 3.
l. 37. de usu & usufr. leg.
Ex lib. XXXIV. l. 26. de SC. Silanian.

Ex lib. XX. Quæstion.

Ex lib. I. l. 9. 35. de neg. gest.
l. 38. de reb. cred.
l. 19. ad municipal.
cit. l. 1. quæ res pign. vel hyp.
Ex lib. II. l. 20. de inoff. test.
l. 46. de relig. & sumpt. fun.
l. 4. 6. de SC. Maced.
l. 51. de pecul.
l. 22. de compens.

l. 69. de

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 69. de evict.
l. 43. ſol. matr.
cit. l. 25. de uſufr.
l. 23. de acq. rer. dom.
Ex lib. III. l. 31. de pact. dotal.
l. 56. de don. int. vir. & ux.
l. 16. ad leg. Falc.
Ex lib. IV. l. 18. de cond. furt.
l. 31. de teſtam. tutel.
l. 44. de oper. libert.
l. 69. de furt.
l. 6. ſi fam. furt. fec. dic.
Ex lib. V. l. 18. de injuſt. rupt.
l. 10. de collation.
l. 6. de conjung. cum em. lib.
l. 7. ſi quid in fraud. patr.
l. 127. de verb. obl.
l. 88. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. VI. l. 29. de lib. & poſt.
l. 19. de injuſt. rupt.
l. 17. ad leg. Falc.
Ex lib. VIII. l. 14. de jur. codic.
l. 10. de dot. præleg.
l. 21. de pecul. leg.
l. 80. de cond. & dem.
l. 19. ad leg. Falc.
Ex lib. IX. l. 20. ad leg. Falc.
cit. l. 10. de vulg. & pup. ſubſt.
cit. l. 10. de uſurp. & uſuc.
l. 26. de verb. ſign.
Ex lib. XII. l. 37. fam. erciſc.
l. 45. de dam. inf.
l. 129. de verb. obl.
Ex lib. XIII. l. 7. quand. ex fact. tutor.
l. 89. de acq. hered.
l. 18. de option. legat.
l. 131. 133. de verb. oblig.
l. 19. de ſtipul. ſervor.
l. 4. rat. rem haberi.
cit. l. 11. de minor.
Ex lib. XV. l. 82. de hered. inſtit.
l. 29. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 23. de pecul. legat.
l. 23. ad leg. Falc.
cit. l. 2. de eo quod cert. loc.
Ex lib. XVI. l. 7. qui & a quib. man.
Ex lib. XVIII. l. 83. de hered. inſt.
l. 57. de fidejuſſor.
Ex lib. XIX. l. 47. ſol. matr.

Ex Libr. VI. Reſponſ.

Ex lib. I. l. 70. de procurat.
l. 47. de minor.
l. 43. de recept.
l. 67. de rei vind.
l. 41. de ſervit. præd. urb.
l. 39. fam. erciſc.
l. 30. com. dividund.
l. 26. de conſtit. pecun.
l. 7. quod cum eo.
l. 54. de pecul.
l. 20. de in rem verſ.
l. 28. ad SC. Vellejan.
l. 28. depoſ.
l. 60. mand.
l. 31. de pignor.
l. 18. qui potior. in pig.
l. 11. de diſtr. pign.
l. 13. de uſur.
l. 30. de probation.
l. 27. de uſu & uſufr. leg.
l. 80. de acq. rer. dom.
l. 21. quæ in fraud. cred.
l. 30. de obl. & act.
l. 60. de fidejuſſor.
Ex lib. II. l. 14. de tranſact.
l. 6. de leg. commiſſor.
l. 22. de hered. vel act. vend.
l. 8. de reſc. vend.
l. 48. de act. empt.
l. 12. de eviction.
l. 6. 31. de probation.
l. 29. de pact. dotal.
l. 58. de don. int. vir. & ux.
l. 50. ſol. matr.
l. 26. de tutor. vel cur. dat.
l. 47. de adm. & per. tut.
l. 37. de excuſat.
l. 85. de hered. inſtit.
l. 47. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 14. de Carb. edict.
l. 45. de oper. libert.
l. 48. de bon. libert.
l. 10. und. cogn.
Ex lib. III. l. 13. de inoff. teſtam.
l. 58. de uſufr.
l. 88. de legat. 2.
l. 93. de legat. 3.
l. 17. 38. de uſu & uſufr. leg.
l. 12. 17. de dot. præleg.
l. 20. de inſtr. vel inſtrum. leg.
l. 26. de pecul. legat.
l. 7. de pen. legat.
l. 20. de alim. vel cib. leg.
l. 36. 38. de aur. ar. mund. leg.
l. 31. de liberat. legat.
l. 85. de cond. & demonſt.
l. 27. quand. dies leg. ced.
Ex lib. IV. l. 89. de legat. 2.
l. 13. de ann. legat.
l. 13. de alim. vel cib. legat.
l. 26. de liber. legat.
l. 25. ad leg. Falc.
l. 62. ad SC. Trebellian.
l. 28. quand. dies leg. ced.
l. 18. de jur. patron.
l. 26. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 54. de manum. teſtam.
l. 41. de fideic. libert.
l. 26. qui & a quib. manum.
Ex lib. V. l. 44. de pact.
l. 61. de cond. indeb.
l. 32. de pignor.
l. 19. qui potior. in pig.
l. 8. quand. ex fact. tutor.
l. 26. ad leg. Falc.
l. 32. de donation.
l. 13. pro empt.
l. 5. pro donat.
l. 44. de re judic.
l. 22. quæ in fraud. cred.
l. 4. ne quid in loc. publ.
l. 4. de fluminib.
l. 15. de dol. mal. except.
l. 135. de verb. obl.
l. 62. de fidejuſſor.
l. 102. de ſolution.
l. 5. rat. rem hab.
l. 24. de appellat.
l. 92. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. VI. l. 5. de naut. fœn.
l. 39. de uſu & uſufr. leg.
l. 27. ad leg. Falc.
l. 3. de natal. reſtit.
l. 63. de fidejuſſor.

Ex Libr. IV. Reg.

Ex lib. I. l. 45. ex quib. cauſ. major.
l. 20. 22. 24. quemad. ſerv. amitt.
l. 54. de rit. nupt.
l. 22. de excuſat.
l. 5. de muner. & honor.
l. 5. de legation.
Ex lib. II. l. 7. de aſſig. libert.
Ex lib. III. l. 3. de vac. & excuſ. mun.
Ex lib. IV. l. 8. de teſtib.
l. 7. de grad. & affin.
l. 38. de injur.
l. 4. ad leg. Jul. majeſt.
l. 14. ad leg. Jul. de adult.
l. 2. ad leg. Jul. de vi publ.
l. 2. ad leg. Jul. de vi priv.
l. 2. de leg. Pompon. de par.
l. 2. de leg. Jul. repet.
l. 2. de appellat. recip.

Ex libro ſingulari quæſtionum publice tractatarum hæ ſumpta ſunt.

l. 65. ſol. matr.
l. 48. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 103. de legat. 3.
l. 96. ad leg. Falc.
l. 79. ad SC. Trebellian.
l. 24. quæ in fraud. cred.
l. 14. de diverſ. temp. præſc.
l. 93. de ſolution.
l. 21. judic. ſolv.

Ex Not. ad Libr. XXII. Dig. Juliani.

l. 54. de pact.

Cit. in notis ad lib. VII. Dig. Jul.

l. 10. de per. & com. rei vend.

Cit. in not. apud Marcellum.

l. 11. de donat. int. vir. & ux.
l. 56. ad leg. Falc.

Citatur non notato nomine librorum.

l. 2. de his qui ſui vel al. jur.
l. 27. de pact.
l. 19. de negot. geſt.
l. 24. de minor.
l. 49. de judic.
l. 50. de uſufr.
l. 1. quand. dies uſusfr. leg. ced.
l. 17. de reb. cred.
l. 1. quand. de pecul.
l. 12. de diſtr. pign.
l. 12. 43. 56. de jur. dot.
l. 13. de fund. dot.
l. 11. de donat. int. vir. & ux.
l. 7. ſolut. matrim.
l. 13. 32. de excuſat.
l. 3. 19. de lib. & poſt.
l. 38. de vulg.
l. 1. 3. ad SC. Silanian.
l. 114. de legat. 1.
l. 16. de dot. prælegat.
l. 18. de inſtr. vel inſtr. leg.
l. 32. 56. de aur. arg. mund. leg.
l. 35. ad leg. Falc.
l. 22. ad SC. Trebellian.
l. 1. de conjung. cum em. lib.
l. 10. de bon. poſſ. ſec. tab.
l. 18. de jur. patron.
l. 59. de fideic. libert.
l. 33. de acq. rer. dom.
l. 6. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 47. de ſolution.
l. 1. ſi is qui teſtam. lib. eſſe.
l. 6. ſi fam. furt. fec. dic.
l. 4. de capt. & de poſtlim.
l. 19. de caſtr. pecul.

VI. *Sextus Pomponius.*

Ex libr. XXXIX. Lection. ad Quint. Mucium.

Ex lib. I. l. 66. de hered. inſtit.
l. 20. de adim. vel transfer. leg.
Ex lib. II. l. 21. de lib. & poſt.
l. 16. de injuſt. rupt.
l. 67. de hered. inſtit.
l. 26. de cond. inſtit.
l. 85. de legat. 2.
l. 118. de verb. ſign.
Ex lib. III. l. 9. de teſtam. tutel.
l. 43. de legat. 2.
l. 1. de cond. & dem.
l. 4. de dot. coll.
l. 109. de verb. obl.
l. 37. de ſtipul. ſervor.
l. 119. de verb. ſign.
Ex lib. IV. l. 31. quib. mod. uſusfr. vel uſ. am.
l. 49. de pecul.
l. 3. quand. de pecul. act.
l. 44. de legat. 2.
l. 33. de aur. arg. mund. leg.
l. 26. de donation.
l. 110. de verb. obl.
l. 80. de ſolution.
Ex lib. V. l. 22. de uſu & habit.
l. 50. de cond. indeb.
l. 65. de jur. dot.
l. 51. de donat. int. vir. & ux.
l. 10. de aur. arg. mund. leg.
l. 22. quand. dies leg. ſeu fid. ced.
l. 111. de verb. obl.
l. 38. de ſtipul. ſerv.
l. 120. de verb. ſign.
Ex lib. VI. l. 22. quib. mod. uſusfr. vel uſ. am.
l. 51. de cond. indeb.
l. 81. de ſolution.
l. 121. de verb. ſign.
Lib. VII. l. 68. de hered. inſtit.
Ex lib. VIII. l. 66. de jur. dot.
l. 77. de acq. hered.
l. 145. de legat. 2.
l. 7. de ann. legat.
l. 20. de uſu & uſufr. leg.
l. 122. de verb. ſign.
l. 203. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. IX. l. 34. de aur. arg. mund. leg.
l. 57. de cond. & dem.
Ex lib. X. l. 13. de off. proconſ.
l. 11. de ſuis & legit. hered.
Ex lib. XI. l. 14. de recept.
Ex lib. XII. l. 28. de liberal. cauſ.
Ex lib. XIII. l. 4. de ſolution.
Ex lib. XIV. l. 13. de ſervit.
l. 19. de aq. & aq. pluv. arc.
Ex lib. XV. l. 112. de verb. obl.
Ex lib. XVI. l. 9. de his qui ſui vel alien. jur.
l. 4. de eo qui pro tutor.
Ex lib. XVII. l. 39. ad leg. Aquil.
Ex lib. XVIII. l. 29. de ſtatulib.
Ex lib. XX. l. 43. de adoption.
l. 56. de obl. & act.
Ex lib. XXI. l. 11. de negot. geſt.
l. 29. de rei vind.
l. 23. commod.
l. 22. de re judic.
l. 75. de furt.
Ex lib. XXII. l. 45. de uſurp.
l. 34. de oper. libert.
l. 39. de ſtipul. ſervor.
Ex lib. XXIII. l. 25. de acq. poſſ.
l. 3. pro hered.
l. 12. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.
Ex lib. XXIV. l. 24. de uſurp. & uſuc.
l. 3. pro donat.
Ex lib. XXV. l. 22. qui & a quib. man.
Ex lib. XXVI. l. 55. de uſufr.
l. 23. quib. mod. uſusfr. vel uſ. am.
l. 7. de ſervit. præd. urb.
l. 36. de religioſ. & ſumt. fun.
l. 26. de acqu. poſſ.
l. 123. de verb. ſig.
Ex lib. XXVII. l. 52. de cond. indeb.
Ex lib. XXVIII. l. 204. de div. reg. jur.
Ex lib. XXX. l. 12. de ſuis & legit.
l. 19. de duob. reis al. eſt ex lib. 37.
Ex lib. XXXI. l. 15. de ſervit. præd. ruſt.
l. 12. 19. 66. de contr. empt.
l. 17. de peric. & com. rei vend.
l. 14. 16. 40. de act. empt.
l. 52. locat.
Ex lib. XXXII. l. 29. de ſervit. præd. urb.
l. 14. de ſervit. præd. ruſt.
l. 21. de aq. & aq. pluv. arc.
Ex l. XXXIII. l. 13. de precar.
l. 40. de ſtip. ſervor.
Ex lib. XXXV. l. 78. de acqu. hered.
Ex lib. XXXVI. l. 57. de obl. & act.
Ex lib. XXXVII. l. 19. de duob. reis.
l. 3. 5. de capt. & de poſtlim.
l. 17. de legation.
Ex lib. XXXVIII. l. 16. de cond. furt.
l. 76. de furt.
Ex lib. XXXIX. l. 67. de contr. empt.
l. 11. de præſcr. verb.
l. 205. de diverſ. reg. jur.

Ex XXXV. Libr. ad Sabinum.

Ex lib. I. l. 10. de teſtib.
l. 8. 10. de lib. & poſt.
l. 21. 23. de hered. inſtit.
l. 13. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 1. de manum. vind.
l. 3. de manum. teſt.
l. 3. de novation.
l. 1. de accuſat.
Ex lib. II. l. 80. de judic.
l. 14. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 8. de legat. 1.
l. 44. de legat. 3.
l. 9. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.
l. 4. de manum. teſtam.
l. 9. de verb. obl.
l. 162. de verb. ſign.
Ex lib. III. l. 15. de publ. in rem act.
l. 18. quib. mod. uſusfr. vel uſ. am.
l. 3. de jur. & fact. ign.
l. 4. de rit. nupt.
l. 2. de tutel.
l. 27. de hered. inſtit.
l. 16. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 11. 23. 27. 29. 36. de acq. hered.
l. 3. ſi quis omiſſ. cauſ.
l. 9. 12. de legat. 1.
l. 4. 6. de cond. & dem.
l. 9. de bon. poſſ.
l. 5. de manum. teſtam.
l. 19. de acq. rer. dom.
l. 10. de verb. obl.
l. 14. de capt. & de poſtlim.
l. 7. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 5. de rit. nupt.
l. 17. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 13. de legat. 1.
l. 16. de bonor. poſſ. contr. tab.
l. 4. de oper. libert.
l. 2. de bon. libert.
l. 5. ſi tab. teſtam. nul. ext.
l. 5. und. cogn.
l. 4. de ſuis & legit. hered.
l. 1. de interd. & releg.
l. 8. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. V. l. 14. de adoption.
l. 10. 19. 28. 69. 73. de uſufr.
l. 6. 14. quib. mod. uſusfr. vel uſ. amit.
l. 2. ſi uſusfr. pet.
l. 7. 16. de uſu & habit.
l. 15. de relig. & ſumpt. fun.
l. 6. 8. commod.
l. 2. de pecul.
l. 8. de rit. nupt.
l. 3. de tutel. & rat. diſtr.
l. 29. de hered. inſtit.
l. 7. de cond. inſtit.
l. 37. de acq. hered.
l. 16. 20. 22. 24. 26. de legat. 1.
l. 1. de ann. legat.
l. 14. de aur. arg. mund. leg.
l. 2. de adim. vel transfer. leg.
l. 8. de cond. & dem.
l. 69. ad leg. Falc.
l. 8. de manum. teſtam.
l. 12. 14. de verb. obl.
l. 165. de verb. ſign.
l. 11. 14. de diverſ. reg. jur.
cit. l. 12. de uſufr.
l. 14. de uſu & habit.
l. 19. de aur. arg. mund. leg.
Ex lib. VI. l. 42. fam. erciſc.
l. 4. ad exhib.
l. 2. de pigner. act.
l. 36. 38. 45. 48. de legat. 1.
l. 74. de legat. 3.
l. 2. de ann. legat.
l. 6. 8. de opt. leg.
l. 2. 14. de trit. vin. ol. leg.
l. 15. de inſtr. vel inſtrum. leg.
l. 1. de ſuppellect. leg.
l. 1. 21. de aur. arg. mund. leg.
l. 2. 8. de liberat. leg.
l. 13. quand. dies leg. ced.
l. 3. de oper. libert.
l. 16. de verb. obl.
l. 9. de furt.
l. 89. 166. de verb. ſign.
l. 18. de diver. reg. jur.
cit. l. 52. de legat. 3.
l. 4. de pen. leg.
Ex lib. VII. l. 4. 22. de pecul.
l. 54. de legat. 3.
l. 7. 10. de pecul. leg.
l. 11. de manum. teſtam.
l. 44. de fideicom. libert.
l. 20. de diver. reg. jur.
Ex lib. VIII. l. 8. com. præd.
l. 54. de legat. 1.
l. 14. de cond. & dem.
l. 8. de oper. liber.
l. 5. 8. de ſtatulib.
l. 11. de ſolution.
cit. l. 6. com. præd.
l. 6. de ſtatulib.
l. 21. de furt.
Ex lib. IX. l. 61. de pact.
l. 3. de mort. infer.
l. 7. de cond. indeb.
l. 25. de pecul.
l. 6. pro ſoc.
l. 4. 6. 8. 13. 16. 18. 20. de contr. empt.
l. 5. 12. 15. de in diem addict.
l. 1. de hered. vel act. vend.
l. 6. de peric. & com. rei vend.
l. 3. 6. de act. empt.
l. 3. locat.
l. 16. de evict.
l. 55. de legat. 1.
l. 23. de verb. oblig.
l. 17. de ſtip. ſerv.
l. 4. de acceptil.
cit. l. 4. de in diem addict.
Ex lib. X. l. 18. de ſervit. præd. urb.
l. 9. com. præd.

l. 7. de

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 7. de act. empt.
l. 20. de evict.
l. 18. de verb. obl.
cit. l. 14. de furt.
Ex lib. XI. l. 13. commod.
l. 27. 29. de evict.
l. 21. de acq. rer. dom.
l. 25. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XII. l. 59. pro soc.
Ex lib. XIII. l. 9. quod cujuscunq. univerf. nom.
l. 45. fam. ercisc.
l. 20. com. divid.
l. 1. de quib. reb. ad eund. jud. eat.
l. 15. 18. 37. 39. 54. 60. 62. pro soc.
l. 4. de jur. & fact. ign.
Ex lib. XIV. l. 33. de nox. action.
l. 14. ad exhib.
l. 6. 15. 18. de jur. dot.
l. 29. 31. de don. int. vir. & uxor.
l. 9. sol. matr.
l. 56. de legat. 1.
l. 11. de statulib.
Ex lib. XV. l. 26. 28. 30. de relig. & sumpt.
l. 16. de cond. indeb.
l. 1. de rescind. vend.
l. 24. de jur. dot.
l. 7. de pact. dot.
l. 1. 4. 10. sol. matr.
l. 6. de usu & usufr. leg.
l. 10. 12. de oper. libert.
l. 7. de obl. & act.
l. 19. 21. de verb. obl.
l. 16. de solution.
l. 9. rem pupil. sal. for.
cit. l. 14. sol. matr.
Ex lib. XVI. l. 51. de rei vind.
l. 2. de cond. furt.
l. 4. locat.
l. 5. de sponsal.
l. 32. de jur. dot.
l. 9. de pact. dot.
l. 11. 16. 18. sol. matr.
l. 4. 8. 10. de act. rer. amot.
l. 20. de except. rei jud.
l. 8. de oblig. & act.
l. 171. de verb. sign.
l. 27. de diverf. reg. jur.
cit. l. 3. de tutel.
l. 10. de testam. tutel.
Ex lib. XVII. l. 40. pro soc.
l. 26. de contr. empt.
l. 5. de tutel.
l. 13. de testam. tutel.
l. 17. de adm. & per. tutor.
l. 4. 6. de auct. tutor.
l. 1. de fidejussor. & nominat. tutor.
l. 4. de donation. al. est Pauli.
l. 28. de usurp. & usucap.
cit. l. 14. de præscr. verb.
l. 17. de furt.
Ex lib. XVIII. l. 18. de nox. act.
l. 15. ad exhib.
l. 15. de inter. in jur. fac.
l. 3. de pigner. act.
l. 46. de ædil. edict.
Ex lib. XIX. l. 43. ad leg. Aquil.
l. 5. de pigner. act.
l. 30. de evict.
l. 17. de solution.
l. 35. 37. 44. de furt.
cit. l. 7. de furt.
l. 3. arb. furt. cæs.
Ex lib. XX. l. 9. de act. empt.
l. 16. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 25. de verb. obl.
l. 6. arb. furt. cæs.
Ex lib. XXI. l. 47. fam. ercisc.
l. 14. de cond. indeb.
l. 26. de præscr. verb.
l. 39. 41. de damn. infect.
l. 19. de solution.
Ex lib. XXII. l. 51. de reb. cred.
l. 15. de cond. causa data.
l. 7. de cond. ob turp. causam.
l. 19. 22. de cond. indeb.
l. 6. de eo quod cert. loc.
l. 12. depos.
l. 31. de contr. empt.
l. 16. de præscr. verb.
l. 21. ad SC. Trebellian.
l. 29. de usurp. & usucap.
l. 3. pro suo.
l. 27. de verb. obl.
l. 2. de fidejussor.
l. 20. de solution.
l. 175. de verb. sign.
l. 33. de diverf. reg. jur.
cit. l. 25. de aur. arg. mund. leg.
Ex lib. XXIII. l. 25. de pecul.
l. 16. 36. 48. de ædil. edict.
l. 17. de precar.
Ex lib. XXIV. l. 2. de resc. vend.
l. 31. de verb. obl.
l. 4. de duob. reis.
l. 7. de novation.
l. 23. de solution.
Ex lib. XXV. l. 3. de legib.
l. 3. de compensat.
l. 33. de verb. obl.
Ex lib. XXVI. l. 10. de pact. dot.
l. 10. ut leg. seu fideic. ser. caus. cav.
l. 5. de verb. obl.
l. 6. de stipul. serv.
l. 9. de fidejussor.

l. 10. 12. de acceptil.
l. 12. judic. sol.
l. 18. rat. rem hab.
Ex lib. XXVII. l. 3. de reb. cred.
l. 3. de hered. vel act. vend.
l. 34. de evict.
l. 15. 40. 42. de verb. obl.
l. 15. de acceptil.
l. 36. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXIX. l. 60. 70. de rei vindic.
l. 1. quand. ex fact. tutor.
l. 14. de vi & vi arm.
l. 21. quod vi aut clam.
l. 5. 15. de precar.
l. 12. de obl. & act.
l. 38. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXX. l. 57. de legat. 3.
l. 27. de acq. rer. dom.
l. 30. de usurp. & usuc.
l. 1. de loc. & itin. publ.
l. 180. de verb. sign.
Ex lib. XXXI. l. 53. de rei vind.
l. 21. de except. rei jud.
l. 25. de solution.
Ex lib. XXXII. l. 19. quem. servit. amit.
l. 31. 33. de acq. poss.
l. 32. de usurp. & usuc.
l. 6. pro empt.
l. 1. pro hered.
l. 4. pro don.
l. 5. pro derel.
l. 6. pro legat.
l. 4. pro suo.
l. 2. de aq. cottid. & æstiv.
l. 16. de precar.
l. 39. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXXIII. l. 32. de usufr.
l. 15. de servit.
l. 21. 23. 25. 27. de servit. præd. urb.
l. 20. 22. 24. de serv. præd. rust.
l. 11. com. præd.
l. 14. si servit. vind.
l. 22. com. divid.
l. 33. de contr. empt.
l. 11. de testib.
l. 9. de donation.
l. 28. de acq. rer. dom.
Ex lib. XXXIV. l. 25. de servit. præd. rust.
l. 20. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 30. de acq. rer. dom.
l. 2. de fluminib.
l. 3. de aq. cottid. & æst.
l. 2. de arb. cædend.
l. 40. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXXV. l. 6. 8. de pigner. act.
l. 2. de leg. commiss.
l. 4. qui potior. in pig.
l. 26. de solution.
l. 181. de verb. sign.

Ex lib. XXXVI. ad Sabinum:

l. 20. de capt. & de postlim.

Ex Libr. XX. Epist.

cit. l. 124. de diverf. reg. jur.
Ex lib. V. l. 105. de cond. & dem.
Ex lib. VI. l. 8. de trit. vin. ol. leg.
l. 14. de pollicit.
Ex lib. VII. l. 20. de fideic. libert.
cit. l. 29. de instr. vel instrum. legat.
Ex lib. VIII. l. 43. de nox. act.
l. 60. de adm. & peric. tutor.
cit. l. 18. de cond. furt.
l. 3. de trib. act.
l. 21. de pecul.
Ex lib. IX. l. 50. de minor.
l. 46. de legat. 1.
l. 110. de cond. & demon.
l. 62. de solution.
Ex lib. X. l. 55. de act. empt.
l. 245. de verb. sign.
Ex lib. XI. l. 111. de cond. & dem.
l. 61. de manum. testam.
l. 3. quib. ad liber. procl. non lic.
l. 35. de jur. fisc.
Ex lib. XII. l. 112. de cond. & dem.
l. 12. de assig. liber.
cit. l. 32. de usur.
Ex lib. XVI. l. 246. de verb. sign.
Ex lib. XVII. l. 18. de recept.
l. 64. de ædil. edict.
Ex lib. XVIII. l. 42. de jurejur.
Ex lib. XX. l. 67. sol. matr.
l. 61. de admin. & peric. tutor.
Cit. lib. *Epist.* l. 7. qui satisd. cog.
l. 19. de aur. arg. mund. leg.

Ex Libr. XV. Lection. Variar.

Ex lib. I. l. 47. ad SC. Trebellian.
l. 6. de capt. & de postlim.
Ex lib. II. l. 11. de divis. rer.
cit. l. 9. de distr. pign.
Ex lib. IV. l. 18. de donat. int. vir. & uxor.
l. 23. qui & a quib.
cit. l. 7. de donat. int. vir. & ux.
cit. l. 43. de acq. poss.
Ex lib. VI. l. 14. de pollicitat.
Ex lib. VII. l. 19. de SC. Maced.
l. 46. de manum. testam.
l. 30. de statulib.
l. 30. de re judic.
l. 43. de fidejussor.
Ex lib. IX. l. 50. de minor.
l. 206. de diverf. reg. jur.
Ex lib. X. l. 58. de cond. & dem.

l. 22. de aq. & aq. pluv. arc.
Ex lib. XI. l. 40. de recept.
l. 1. quib. mod. usus vel ususfruct. am.
l. 17. quemadm. servit. amit.
l. 3 quib. ad liber. procl. non lic.
Ex lib. XII. l. 4. de senator.
l. 34. de pecul.
l. 41. de hered. instit.
Ex lib. XIII. l. 7. in quib. caus. pig. vel hyp. tac.
l. 77. de furt.
cit. l. 5. in quib. caus. pig. vel hyp. tac.
Ex lib. XIV. l. 83. de solution.

Ex lib. XVII. epistol. & variarum lectionum.

l. 18. de recept.
Cit. lib. XXV. *lect.* l. 1. de rei vind.
cit. lib. XXXIV. *lect.* l. 21. de rei vind.
cit. lib. XLI. *lection.* l. 8. si servit. vind.
cit. *libris lectionum* in l. 7. de pact.

Ex libris VII. ad Plautium.

Ex lib. I. l. 22. de eviction.
l. 13. de manumission.
l. 21. de novation.
l. 65. de solution.
Ex lib. II. l. 62. de procur.
l. 59. de eviction.
l. 2. de except. rei vend.
Ex lib. III. l. 11. 47. mand.
l. 2. de naut. fœn.
l. 90. de verb. obl.
l. 23. de novation.
l. 16. rat. rem hab.
Ex lib. IV. l. 40. de rit. nupt.
l. 24. de re judic.
Ex lib. V. l. 47. 65. de usufr.
l. 40. de manum. testam.
l. 9. de re judic.
l. 10. de precar.
l. 18. de duob. reis const.
l. 24. de novation.
Ex lib. VI. l. 10. de divis. rer.
l. 8. 12. de reb. cred.
l. 50. de acq. rer. dom.
l. 11. de vi & vi arm.
l. 66. de solution.
l. 5. de sepulchr. viol.
Ex lib. VII. l. 49. de usufr.
l. 11. 13. de legat. 2.
l. 4. de liberat. legata
l. 41. de manum. testam.
l. 8. de fideicom. liber.
l. 21. de statulib.
l. 50. de obl. & act.

Ex V. libr. fideicommiss.

Ex lib. I. l. 16. 18. de legat. 3.
l. 21. de instruct. vel instr. leg.
Ex lib. II. l. 31. ad leg. Falcid.
l. 70. ad SC. Trebellian.
Ex lib. III. l. 34. de fideicom. liber.
Ex lib. IV. l. 72. ad SC. Trebellian.

Ex libr. V. SCtorum.

Ex lib. I. l. 32. ad SC. Vellejan.
l. 99. de acq. hered.
Ex lib. II l. 10. ad SC. Tertyllian.
Ex lib. III. l. 43. de liberal. causa.
Ex lib. IV. l. 2. 4. 13. de assig. libert.
Ex lib. V. l. 20. de SC. Maced.
l. 3. si ingen. ess. dic.

Ex Libro Regularum.

l. 17. de servit.
l. 41. de jurejur.
l. 16. qui testam. fac. poss.
l. 35. de cond. & dem.
l. 24. de obl. & act.
l. 10. de castr. pecul.
cit. l. 63. de acq. vel om. hered.

Ex Libr. II. Enchirid.

Ex lib. I. l. 8. de grad. & affin.
Ex lib. II. l. 13. de tutel.
l. 107. de solution.

Ex libr. sing. Enchir.

l. 2. de just. & jur.
l. 2. de orig. jur.
l. 239. de verb. sign.
Cit. libris ad edictum lib. VI. in l. 7. de pact.
Lib. VII. in l. 13. de pignor.
Lib. XXV. in l. 39. de pignor.
Lib. XXXIII. in l. 11. de recept.
Lib. XXXIX. in l. 21. de rei vind.
Lib. LXIII. in l. 11. locat.
Lib. LXIIX. in l. 3. de adm. & peric. tut.
Lib. LXIX. in l. 1. de tutel.
Lib. LXXIX. in l. 1. de collation.
l. 1. de Carbon. edict.
Cit. lib. V. Digestorum in l. 44. solut. matr.

Libr. VIII. de stipulat.

l. 5. de usufr. ear. rer.

Cit. his locis notato numero lib.

Lib. V. in l. 12. de usufr.
l. 1. de usufr. pet.
l. 4. 8. de usu & habit.
l. 73. de legat. 3.
Lib. VIII. in l. 5. de constit. pecun.
Lib. IX. in l. 8. de peric. & com. rei vend.
Lib. X. in l. 9. de jurisdict.

l. 49. de contr. empt.
Lib. XI. in l. 9. de pecul.
Lib. XXIV. in l. 1. 39. de procurator.
Lib. XXVI. in l. 6. 15. de neg. gest.
Lib. XXVII. in l. 9. de dolo.
Lib. XXVIII. in l. 7. 9. 12. quod met. caus.
l. 1. de dolo
l. 7. 11. 13. 16. de minor.
Lib. XXX. in l. 1. 7. quod fal. tutor. auct.
Lib. XXXI. in l. 17. ex quib. caus. man.
l. 9. quod fals. tutor. auct.
Lib. XXXIII. in l. 7. 9. 11. 17. 21. de recept.
Lib. XXXIV. in l. 1. 3. naut. caup.
l. 27. de constit. pec.
Lib. XXXVI. in l. 8. de rei vindic.
Lib. XXXVII. in l. 4. de rei vind.
l. 36. de re jud.
Lib. XL. in l. 11. de publ. in rem act.
l. 5. si usufr. pet.
l. 5. de servit. præd. urb.
Lib. XLI. in l. 4. si servit. vind.
Lib. LX. in l. 5. 9. de tribut. act.
l. 3. de in rem vers. al. lib. 61.
Lib. LXI. in l. 1. quand. de pecul.
l. 1. de in rem vers.
l. 3. eod. al. lib. 60.
Lib. LXXXIII. in l. 1. si quid in fraud.

Citatur non notato nomine librorum.

l. 3. de off. prætor.
l. 7. de jurisd.
l. 3. quod quisq. jur. in alt.
l. 4. 10. de in jus voc.
l. 1. 4. ne quis eum qui in jus.
l. 2. 7. qui satisd. cog.
l. 2. si ex nox. caus. ag.
l. 10. si quis caution.
l. 9. de edend.
l. 7. 17. de pact.
l. 1. 3. de postul.
l. 2. 4. 11. de his qui not. inf.
l. 37. 39. 40. de procurator.
l. 5. quod cujuscunque univers. nom.
l. 6. 9. de negot. gest.
l. 1. de calumniat.
l. 3. 14. 21. quod met. caus.
l. 7. 21. de dolo.
l. 3. 11. 14. de minor.
l. 26. 28. ex quib. caus. maj.
l. 11. 13. 21. 25. de recept.
l. 1. 6. naut. caupon. stab.
l. 5. de judic.
l. 16. 36. de heredit. petit.
l. 3. 5. 33. de rei vind.
l. 7. de publ. in rem act.
l. 3. 8. de usufr. accresc.
l. 29. quib. mod. usus vel usufr. am.
l. 9. usufr. quem. cav.
l. 2. 4. si servit. vind.
l. 41. ad leg. Aquil.
l. 7. 31. de nox. action.
l. 4. fin. regund.
l. 6. 8. 16. 18. 22. 25. 35. fam. ercisc.
l. 19. 29. com. dividund.
l. 3. 7. 9. ad exhibend.
l. 1. de aleator.
l. 3. 5. 7. si mens. fals. mod.
l. 3. 14. de religios.
l. 9. 28. de jurejur.
l. 9. de cond. ob turp. caus.
l. 13. 23. de cond. indeb.
l. 3. 11. 14. 18. 19. de const. pecun.
l. 17. commod.
l. 36. de pigner. act.
l. 1. de exercit. act.
l. 17. de instit. act.
l. 5. de tribut. act.
l. 7. 19. 36. de pecul.
l. 1. 3. 5. 8. 10. de in rem vers.
l. 4. quod jussu.
l. 22. ad SC. Vellejan.
l. 4. de compensat.
l. 1. 5. 11. depos.
l. 19. 40. mand.
l. 14. 23. 47. 57. 63. pro soc.
l. 15. 45. de contr. empt.
l. 4. 6. de in diem addict.
l. 5. 32. de act. empt.
l. 9. locat.
l. 17. de præscr. verb.
l. 12. de pignor.
l. 6. in quib. caus. pig. vel hyp. tac. cont.
l. 4. 6. 21. 23. 31. 33. 38. de ædil. edict.
l. 3. 44. de rit. nupt.
l. 20. de jur. dot.
l. 6. de pact. dotal.
l. 5. 28. de don. int. vir. & ux.
l. 7. sol. matr.
l. 5. de imp. in res dot. fac.
l. 6. de tutel.
l. 10. 16. de testam. tutel.
l. 17. de tutor. & cur. dat.
l. 15. de auctor. tutor.
l. 9. de lib. & post.
l. 1. de his quæ in testam. del.
l. 19. 41. de hered. instit.
l. 3. de testam. mil.
l. 22. 26. 30. de acq. hered.
l. 4. 32. de legat. 1.
l. 13. de option. leg.
l. 34. de aur. arg. mund. leg.
l. 1. 3. si cui plus quam per leg. Falc.
l. 3. ad SC. Trebellian.
l. 12. 21. quand. dies leg.

l. 1. de

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 1. de bon. poss. contr. tab.
l. 1. de collation.
l. 1. de bonor. poss. sec. tab.
l. 37. de oper. libert.
l. 3. de assig. libert.
l. 2. quis ord. in poss. ser.
l. 4. 18. 40. de dam. inf.
l. 1. de publ. & vectig.
l. 18. de donation.
l. 3. 4. de statulib.
l. 44. 48. 49. de acq. rer. dom.
l. 6. 10. 13. de acq. poss.
l. 4. de usurp. & usuc.
l. 2. pro empt.
l. 7. quib. ex caus. in poss. eat.
l. 1. 4. 5. 6. de vi & vi arm.
l. 3. 4. uti possid.
l. 2. de rivis.
l. 1. de cloac.
l. 1. 20. quod vi aut clam.
l. 4. de dol. mal. except.
l. 37. de oblig. & act.
l. 2. 91. de verb. obl.
l. 27. 56. de fidejussor.
l. 7. 8. de solution.
l. 13. rat. rem hab.
l. 2. de priv. delict.
l. 12. 15. 21. 36. 41. 46. de furt.
l. 3. arb. furt. cæs.
l. 9. 13. 18. de injur.
l. 15. 23. ad leg. Jul. de adult.
l. 27. de verb. signific.

VII. *Volusius Mæcianus.*

Ex Lib. XVI. fideicommissorum.

Ex lib. I. l. 9. de legat. 3.
l. 28. ad leg. Falc.
l. 18. de castr. pecul.
l. 93. de divers. reg. jur.
Ex lib. II. l. 13. 15. 95. de legat. 3.
l. 91. de cond. & dem.
l. 55. de manum. testam.
l. 31. de obl. & act.
l. 103. de solution.
Ex lib. III. l. 6. de reb. dub.
l. 86. de cond. & dem.
l. 58. manum. testam.
cit. l. 72. de usufr.
Ex lib. IV. l. 62. de cond. indeb.
l. 14. de testam. mil.
l. 18. si quis omiss. caus.
l. 7. 64. ad SC. Trebellian.
Ex lib. V. l. 65. ad SC. Trebellian.
Ex lib. VI. l. 5. ad SC. Trebellian.
cit. l. 16. ad SC. Trebellian.
Ex lib. VII. l. 86. de hered. instit.
l. 42. de fideicom. liber.
cit. l. 16. ad SC. Trebellian.
Ex lib. VIII. l. 45. de relig. & sumpt. fun.
l. 30. ad leg. Falc.
l. 69. ad SC. Trebellian.
l. 104. de solution.
Ex lib. IX. l. 32. ad leg. Falc.
Ex lib. X. l. 8. si cui plus quam per leg. Falc.
l. 71. ad SC. Trebellian.
Ex lib. XII. l. 9. si cui plus quam per leg. Falc.
l. 12. ut in poss. legat.
l. 90. de divers. reg. jur.
Ex lib. XIII. l. 23. de SC. Silanian.
l. 73. ad SC. Trebellian.
Ex lib. XV. l. 32. 35. de fideic. libert.
Ex lib. XVI. l. 36. 54. de fidei-com. liber.

Ex XIV. Libris Publicorum.

Ex lib. V. l. 8. ad L. Jul. de vi publ.
Ex lib. X. l. 11. de publ. judic.
Ex lib. XI. l. 14. de SC. Silanian.
Ex lege Rhodia, l. 9. de leg. Rhod.
citatur non notato nomine librorum.
l. 86. de acq. hered.
l. 3. quib. mod. usus vel usufr. am.
l. 6. de servit. præd. rustic.
l. 44. de vulg.
l. 11. de legat. lib. 3.
l. 20. ad leg. Falc.
l. 1. 16. ad SC. Trebellian.
l. 17. de jur. patron.
l. 6. de L. Pomp. de parricid.

VIII. *Junius Mauricianus.*

Ex Libris VI. ad Leges.

Ex lib. II. l. 57. de legat. 2.
l. 23. de usu & usufr. leg.
Ex lib. III. l. 15. de jur. fisc.

Ex Lib. II. de pœnis.

l. 3. de edendo.
citatur non notato nomine librorum
l. 7. de pact.
l. 25. de usufr.
l. 36. de hered. petit.
l. 35. de rei vind.
l. 3. de lib. & post.
l. 1. pro suo.

IX. *Terentius Clemens.*

Ex Libr. XX. ad Leges.

Ex lib. II. l. 5. de jur. & fact. ign.
l. 146. de verb. sign.
Ex lib. III. l. 16. de probation.
l. 21. de rit. nupt.
l. 61. de jur. dot.
l. 52. de legat. 2.
l. 147. de verb. sign.
Ex lib. IV. l. 72. de hered. instit.
l. 6. de vulg. & pup. subst.
l. 53. de legat. 2.
l. 62. de cond. & dem.
l. 67. ad leg. Falc.
Ex lib. V. l. 25. de don. int. vir. & uxor.
l. 64. de cond. & dem.
l. 31. qui & a quib. man.
l. 151. de verb. sign.
Ex lib. VIII. l. 48. de rit. nupt.
l. 14. de oper. liber.
l. 32. qui & a quib. man.
Ex lib. IX. l. 10. de jur. patron.
l. 38. de bon. libert.
l. 24. qui & a quib.
Ex lib. X. l. 39. de bon. libert.
Ex lib. XI. l. 153. de verb. sign.
Ex lib. XII. l. 21. de liber. leg.
l. 40. de bon. libert.
l. 10. de assig. libert.
Ex lib. XIII. l. 54. de legat. 2.
Ex lib. XV. l. 59. de legat. 2.
l. 16. de option. leg.
Ex lib. XVI. l. 82. de acq. hered.
Ex lib. XVII. l. 22. de lib. & post.
l. 17. de option. leg.
Ex lib. XVIII. l. 5. de oper. serv.
l. 1. de adempt. liber.
cit. l. 21. de statulib.

X. *Africanus.*

Ex Libr. IX. Quæst.

Ex lib. I. l. 46. de acq. hered.
l. 10. si quid in fraud. patr.
l. 22. de mort. caus. don.
l. 20. de manum. testam.
Ex lib. II. l. 23. de reb. cred.
l. 46. de hered. instit.
l. 33. de vulg. & pup. subst.
l. 15. de jur. codic.
l. 107. de legat. 1.
l. 25. de aur. arg. mund. leg.
l. 31. 42. de cond. & dem.
l. 26. de bon. liber.
l. 23. de mort. causa don.
Ex lib. III. l. 77. de judic.
l. 8. de eo quod cert. loc.
l. 18. de in diem addict.
l. 8. qui & a quib. man.
l. 22. de obl. & act.
l. 10. rem pup. sal. for.
l. 6. ad L. Cornel. de fals.
l. 3. de legation.
l. 207. de verb. sign.
Ex lib. IV. l. 56. de hered. petit.
l. 17. 19. ad SC. Vellejan.
l. 14. 16. de lib. & post.
l. 47. de hered. instit.
l. 34. de vulg. & pup. subst.
l. 21. de testam. mil.
l. 47. 49. 51. de acq. hered.
l. 14. de bonor. poss. cont. tab.
l. 18. de legat. præst.
l. 4. de collation.
l. 8. de Carb. edict.
l. 27. de bon. libert.
l. 21. de manum. testam.
l. 4. de liber. exhib.
l. 208. de verb. sign.
Ex lib. V. l. 36. de usufr.
l. 29. de usufr. accresc.
l. 17. de usu & habit.
l. 35. de vulg. & pup. subst.

l. 108. de legat. 1.
l. 4. de dot. præleg.
l. 5. de option. leg.
l. 16. de pecul. leg.
l. 88. ad leg. Falc.
l. 13. de bonor. poss.
l. 19. de legat. præst.
l. 7. de confess.
l. 24. rat. rem hab.
Ex lib. VI. l. 78. de procurat.
l. 32. de servit. præd. rust.
l. 28. de noxal. act.
l. 34. de ædil. edict.
l. 24. 46. de evict.
l. 109. de legat. 1.
l. 64. de legat. 3.
l. 28. ad SC. Trebellian.
l. 63. de verb. obl.
l. 15. judic. sol.
l. 25. rat. rem hab.
Ex lib. VII. l. 18. de jurisd.
l. 46. de negot. gest.
l. 4. de minor.
l. 29. 43. ex quib. caus. maj.
l. 37. de usufr.
l. 9. com. dividund.
l. 16. depos.
l. 20. de hered. vel act. vend.
l. 23. de pact. dotal.
l. 33. sol. matr.
l. 40. de acq. rer. dom.
l. 40. de acq. poss.
l. 11. pro empt.
l. 23. de obl. & act.
l. 64. de verb. obl.
l. 21. de fidejussor.
l. 38. de solution.
l. 60. de furt.
Ex lib. VIII. l. 48. de negot. gest.
l. 41. de reb. cred.
l. 4. de cond. sine caus.
l. 21. commod.
l. 31. de pigner. act.
l. 7. de exercit. act.
l. 38. de pecul.
l. 17. de in rem vers.
l. 20. ad SC. Vellejan.
l. 34. 37. mand.
l. 30. 44. de act. empt.
l. 33. 35. locati.
l. 24. de præscr. verb.
l. 9. qui potior. in pig.
l. 51. de ædil. edict.
l. 47. de evictione.
l. 27. de usur.
l. 50. de jur. dot.
l. 9. 11. de fund. dot.
l. 34. sol. matr.
l. 23. de act. rer. am.
l. 23. de testam. tutel.
l. 110. de legat. 1.
l. 39. de solution.
l. 61. de furt.
Ex lib. IX. l. 33. de serv. præd. rust.
l. 38. de cond. indeb.
l. 32. de cond. & demon.
l. 15. de oper. nov. nunc.
l. 44. de damn. inf.
l. 24. de mort. caus. don.
l. 22. de manum. testam.
l. 49. de fideicom. libert.
l. 15. de statulib.
l. 16. 18. de exception.
l. 26. de except. rei jud.
l. 6. de divers. temp. præscr.

Ex Libro Quæstionum.

l. 1. de his quæ pœnæ causa rel.
Cit. Lib. XX. *Epist.* in l. 39 de legat. 1.
Cit. his locis, l. 45. de act. empt.
l. 2. ad SC. Tertyllian.

XI. *Marcellus.*

Ex Libr. XXXI. Digest.

Ex lib. I. l. 30. de judic.
l. 12. de cur. fur.
l. 15. de appellat.
l. 31. ad municip.
l. 85. de verb. sign.
Ex lib. II. l. 10. de re jud.
cit. l. 7. §. 16. de pact.

l. 3. de negot. gest.
l. 3. 11. de minor.
l. 4. quod cum eo.
Ex lib. III. l. 2. de senator.
l. 7. de in integr. restit.
l. 3. 5. 10. de inoff. test.
l. 10. de probation.
l. 37. de re judic.
l. 9. de exception.
l. 94. de verb. obl.
l. 183. de divers. reg. jur.
cit. l. 7. qui satisd. cog.
l. 11. de judic.
Ex lib. IV. l. 10. de servit. præ-dior. urb.
l. 11. quemadm. ser. amittan.
l. 12. de re judic.
cit. l. 13. 25. de hered. petit.
l. 3. de rei vindic.
l. 1. quand. dies usufr. leg. ced.
Ex lib. V. l. 35. de religios. & sumpt. fun.
l. 16. commod.
l. 22. depos.
l. 27. de pignor.
l. 95. de verb. obl.
cit. l. 25. de heredit. petit.
l. 41. ad L. Aquil.
l. 13. de cond. causa dat.
l. 10. de in rem vers.
l. 4. de in diem addict.
l. 3. quib. mod. pig. vel hyp. sol.
Ex lib. VI. l. 11. si servit. vind.
l. 49. mand.
l. 60. de contr. empt.
l. 47. locati.
l. 2. de divers. temp. præscr.
cit. l. 10. de in jus voc.
l. 6. com. prædior.
l. 16. de pigner. act.
l. 1. depos.
l. 23. 26. pro soc.
l. 9. de contr. empt.
l. 2. de hered. vel act. vend.
l. 9. locat.
l. 5. de jur. dot.
Ex lib. VII. l. 59. de jur. dot.
l. 49. de don. int. vir. & ux.
l. 57. sol. matr.
l. 29. de act. rer. am.
l. 10. de Carb. edict.
l. 1. si ingen. esse dic.
cit. l. 63. pro soc.
l. 5. 7. 45. de donat. int. vir. & uxor.
l. 1. 3. de agn. & alend. lib.
l. 3. de concubin.
l. 18. de jur. fisc.
Ex lib. VIII. l. 8. de in lit. jur.
l. 48. locati.
l. 61. de evict.
l. 28. 29. de adm. & per. tutor.
l. 68. 70. de furt.
l. 5. si fam. furt. fec. dic.
cit. l. 21. de dolo.
l. 4. de pact. dotal.
l. 11. de act. rer. am.
l. 9. de adm. & per. tutor.
l. 1. de tut. & rat. distr.
Ex lib. IX. l. 75. de acq. hered.
l. 9. de jur. codic.
l. 52. ad leg. Falcid.
l. 25. de legat. præst.
l. 3. de conjung. cum em. lib.
l. 4. si a par. quis man.
l. 31. de bon. libert.
l. 5. quis ord. in posseff. ser.
cit. l. 20. de vulg. & pup. subst.
l. 8. de bon. poss. contr. tab.
l. 6. de bon. libert.
Ex lib. X. l. 8. 29. de testam. mil.
l. 17. de legat. 2.
l. 32. de bon. libert.
cit. l. 20. qui testam. fac. poss.
l. 13. de testam. mil. al. lib. 11.
Ex lib. XI. l. 24. de reb. dub.
cit. l. 13. de test. mil. al. lib. 10.
Ex lib. XII. l. 23. de cond. in-stit.
l. 5. 7. si quis omiss. causa test.
l. 16. de SC. Silanian.
l. 96. de verb. obl.
l. 87. de verb. sign.

cit.

P.R.C:A.J:P.C.N.

cit. l. 1. de SC. Silanian.
l. 114. de legat. 1.
l. 3. de his quæ ut indig.
Ex lib. XIII. l. 20. de usu & habit.
l. 31. de testam. milit.
l. 83. de legat. 1.
l. 23. de legat. 2.
l. 15. de usu & usufr. leg.
l. 2. de servit. leg.
l. 67. de solution.
Ex lib. XIV. l. 19. de jur. codic.
l. 47. de cond. & demon.
l. 95. de verb. sign.
Ex lib. XV. l. 25. de legat. 2.
l. 48. de cond. & demon.
l. 54. ad leg. Falc.
l. 44. ad SC. Trebellian.
l. 22. de oper. nov. nunc.
l. 9. de fideicom. liber.
cit. l. 24. de fideicom. liber.
Ex lib. XVI. l. 26. de legat. 2.
l. 42. de manum. testam.
l. 10. de fideicom. liber.
l. 24. de statulib.
l. 68. de solution.
cit. l. 55. de fideicom. libert.
Ex lib. XVII. l. 71. de usufr.
l. 13. quemadm. servit. amit.
l. 19. de acq. poss.
l. 17. de usurp. & usuc.
cit. l. 7. de publ. in rem act.
Ex lib. XVIII. l. 12. quæ in fraud. cred.
cit. l. 7. de pact.
Ex lib. XIX. l. 20. de acq. poss.
l. 12. de vi & vi arm.
l. 19. de except. rei jud.
Ex lib. XX. l. 61. de contr. empt.
l. 55. ad leg. Falc.
l. 98. de verb. obl.
l. 38. de fidejussor.
l. 72. de solution.
cit. l. 26. de cond. indeb.
l. 5. de solution.
Ex lib. XXI. l. 34. 36. ad leg. Aquil.
l. 30. de admin. & per. tut.
l. 5. si cui plus quam per L. Falc.
l. 17. rat. rem hab.
cit. l. 2. de adm. & per. tut.
Ex lib. XXII. l. 6. de his quæ ut indig.
l. 2. 56. ad leg. Falc.
l. 20. de donation.
l. 2. pro donat.
l. 1. de capt. & de postlim.
Ex lib. XXIII. l. 15. de manumission.
Ex lib. XXIV. l. 4. de ser. export.
l. 2. quib. ad lib. procl. non lic.
Ex lib. XXV. l. 12. ad L. Jul. pecul.
Ex lib. XXVI. l. 18. 20. 38. de adopt.
l. 41. de rit. nupt.
l. 57. ad leg. Falc.
Ex lib. XXVIII. l. 2. de mort. infer.
l. 10. de jur. delib.
l. 50. de legat. 2.
l. 34. de mort. caus. don.
Ex lib. XXIX. l. 3. de his quæ in testam. del.
l. 28. de legat. 2.
l. 3. de servit. legata.
l. 192. de diversf. reg. jur.
Ex lib. XXX. l. 73. de solution. al. ex lib. 31.
l. 26. ad leg. Cornel. de fals.
Ex lib. XXXI. l. 73. de solution. al. ex lib. 30.
Ex lib. XXXIX. l. 2. de capt. & de postlim.

Ex Lib. VI. ad leges.

Ex lib. I. l. 32. 49. de rit. nupt.
l. 8. de agn. & alend. lib.
l. 38. de mort. causa don.
Ex lib. III. l. 33. 50. de rit. nupt.

Ex Libr. Respons.

l. 24. de constit. pec.
l. 34. de pigner. act.
l. 38. mand.
l. 38. sol. matr.
l. 21. de admin. & per. tutor.
l. 53. de hered. instit.
l. 25. de testam. mil.
l. 123. de legat. 1.
l. 69. de legat. 3.
l. 6. de aur. arg. mund. leg.
l. 36. de cond. & demon.
l. 3. de obseq. par. & patr.
l. 28. de mor. causa don.
l. 56. de fideic. libertat.
l. 24. de fidejussor.
l. 48. de solution.

Ex Lib. II. Public.

l. 22. de his qui not. infam.

Ex Lib. I. de offic. Præsid.

l. 43. de minor.

Ex Lib. V. de off. Cons.

l. 2. ne de stat. defunct. post quinq.

Ex Not. ad Dig. Juliani.

ad lib. XI. l. 14. de in rem vers.
ad lib. XXVII. l. 20. de cond. & demon.
ad lib. XXIX. l. 3. de hered. instit.
ad lib. XXXII. l. 80. de legat. 1.
ad lib. XL. l. 75. ad leg. Falc.
ad lib. XLII. l. 34. ad leg. Falc.

Ex not. ad Pomp. lib. sing. reg.

l. 63. de acq. hered.

Citatur in notis apud Julianum.

l. 9. quod met. causa.
l. 11. de minor.
l. 41. ex quib. caus. major.
l. 75. de judic.
l. 13. de heredit. pet.
l. 25. de usufr.
l. 1. si usufr. petet. lib. 8.
l. 4. si servit. vind.
l. 2. de eo quod cert. loc.
l. 7. 16. de pecul.
l. 8. ad SC. Vellejan.
l. 1. depos.
l. 23. de act. empt.
l. 44. de jur. dot.
l. 12. de auct. tutor.
l. 35. 39. de hered. instit.
l. 42. de acq. hered.
l. 53. 82. de legat. 1.
l. 1. de pen. leg.
l. 3. 5. de liberat. leg.
l. 3. 25. 27. ad SC. Trebellian.
l. 13. 15. de mor. caus. don.
l. 3. ex quib. caus. in poss. eat.
l. 8. de fidejussor.
l. 22. rat. rem hab.
l. 9. de verb. sign.
l. 66. de diversf. reg. jur.

Citatur in notis ad Pomponium, in

l. 29. quib. mod. usus vel ususfr. am.
l. 16. qui test. fac. poss.

Citatur non notato nomine librorum.

l. 7. de pact.
l. 27. 39. de procurator.
l. 8. de neg. gest.
l. 23. de minor.
l. 2. de judic.
l. 25. de rei vind.
l. 12. 30. de usufr.
l. 11. 27. ad leg. Aquil.
l. 2. de nox. act.
l. 20. 22. fam. ercisc.
l. 9. ad exhib.
l. 27. de relig. & sumpt.
l. 9. 14. de reb. cred.
l. 3. 13. 34. de jurejur.
l. 6. de cond. causa dat.
l. 4. de cond. ob turp. caus.
l. 18. de constit. pecun.
l. 1. de instit. act.
l. 6. quod cum eo.
l. 3. 9. 19. de pecul.
l. 1. quand. de pec.
l. 1. quod jussu.
l. 1. 19. 31. depos.
l. 6. 12. 14. 41. mand.
l. 7. qui potior. in pig.
l. 31. 66. de ædil. edict.
l. 1. de except. rei vend.
l. 11. de usur.
l. 12. de jur. dot.
l. 11. 19. de don. int. vir. & ux.
l. 5. de imp. in res dot. fac.
l. 5. de agn. & alend. lib.
l. 19. de testam. tutel.
l. 1. 3. de legit. tutor.
l. 16. de admin. & per. tut.
l. 9. de lib. & post.
l. 6. de injust. rupt.
l. 1. 2. 9. 39. de hered. instit.
l. 4. de cond. instit.
l. 26. 40. 56. de acq. hered.
l. 10. si quis omiss. causa.
l. 14. 39. 43. 49. 53. 82. 92. 113. 114. de legat. 1.
l. 24. de legat. 2.
l. 7. 11. de legat. 3.
l. 9. de pecul. leg.
l. 1. 3. ad leg. Falc.
l. 1. si cui plus quam per leg. Falc.
l. 1. ut leg. seu fideic. ser. caus. cav.
l. 5. ut in poss. legat.
l. 17. de bon. poss. cont. tab.
l. 1. de ventr. in poss. mit.
l. 1. 8. de assig. liber.
l. 1. si tab. testam. nul. ext.
l. 11. 13. de dam. inf.
l. 1. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 20. de manum. vind.
l. 28. de fideicom. libert.
l. 34. de acq. poss.
l. 10. 15. de usurp. & usuc.
l. 10. quæ in fraud. cred.
l. 1. de itin. act. priv.
l. 1. de aq. cottid. & æst.
l. 6. de precar.
l. 4. 5. de dol. mal. except.
l. 4. 8. 28. 38. 25. de verb. obl.
l. 8. 14. de novation.
l. 20. de acceptil.
l. 7. 11. de injur.
l. 14. ad leg. Cornel. de Fals.
l. 5. de bon. damnat.
l. 21. de jur. fisc.
l. 12. de capt. & de postlim.
l. 9. 10. de castrens. pecul.
l. 27. ad municip.
l. 160. de verb. sign.

Citatur notato tantum librorum numero.

lib. VII. in l. 12. de cond. furt.
lib. X. in l. 1. de suis & legit.
lib. XIII. in l. 7. de usufr.
lib. XX. in l. 3. de cond. tritic.
l. 4. de leg. commissor.
l. 33. de acq. rer. dom.
lib. XXVIII. in l. 28. de legat. 1.

XII. Florentinus.

Ex Lib. XII. Instit.

Ex lib. I. l. 3. de just. & jur.
l. 14. de adim. vel transf. leg. al. ex lib. 11.
Ex lib. III. l. 1. 3. de sponsal.
l. 24. de pact. dot.
Ex lib. VI. l. 3. de divis. rer.
l. 2. 4. 6. 16. de acq. rer. dom.
l. 26. de capt. & de postlim.
Ex lib. VII. l. 42. de relig. & su npt.
l. 17. depos.
l. 36. locati.
Ex lib. VIII. l. 57. de pact.
l. 35. de pigner. act.
l. 43. de contr. empt.
l. 54. de acq. hered.
l. 65. de verb. obl.
l. 7. de duob. reis.
l. 15. de stip. serv.
l. 22. de fidejussor.
l. 16. de novation.
l. 2. de solution.
l. 18. de acceptil.
l. 211. de verb. sign.
Ex lib. IX. l. 4. de stat. hom.
Ex lib. X. l. 24. qui testam. fac. poss.
l. 17. de lib. & post.
l. 49. de hered. instit.
l. 37. de vulg. & pup. sub.
l. 17. de cond. instit.
l. 24. de testam. mil.
l. 28. de bon. libert.
l. 209. de verb. sign.
Ex lib. XI. l. 42. de usufr.
l. 39. de pecul.
l. 116. de legat. 1.
l. 2. de supell. leg.
l. 29. de aur. arg. mund. leg.
l. 14. de adim. vel transfer. leg.
l. 34. de cond. & demonstr.
l. 90. ad leg. Falcid.

XIII. Aburnius Valens.

Ex Libr. VII. fideicommiss.

Ex lib. I. l. 12. de legat. 3.
l. 22. de adim. vel cib. leg.
l. 87. 89. de cond. & dem.
l. 29. quand. dies leg. ced.
Ex lib. II. l. 10. 94. de leg. 3.
l. 25. de annuis leg.
l. 4. de admin. rer. ad civit. per.
Ex lib. III. l. 67. ad SC. Trebellian.
Ex lib. IV. l. 68. ad SC. Trebellian.
Ex lib. V. l. 19. de legat. 3.
l. 28. de adim. vel transfer. leg.
l. 46. de oper. libert.
l. 43. de jur. fisc.
Ex lib. VI. l. 33. de minor.
l. 37. ad leg. Falc.
l. 47. de oper. libert.
Ex lib. VII. l. 15. de ann. legat.

Ex lib. VII. action.

l. 15. ut in possess. legat.

Citatur sine nomine librorum.

l. 2. de orig. jur.
l. 82. de legat. 2.
l. 78. de legat. 3.
l. 25. de fideicom. libert.

COMMODUS A. SOLUS.

934	1	181	Imp. Aurelius Commodus A. III.	L. Antistius Burrus.
935	2	182	C. Petronius Mamertinus.	Cornelius Rufus.

His Coss. factum est SCtum cujus fit mentio l. 28. §. 4. ff. de fideicommiss. libert. Juncianum dicitur in l. 51. §. 8. ff. eod. *ab Hottomanno Æmilianum.*

936	3	183	Imp. L. Aurelius Commodus Aug. IV.	Victorinus II.
937	4	184	L. Eggius Marullus.	Cn. Papirius Ælianus.
938	5	185	Maternus.	Bradua.
939	6	186	Imp. Aur. Commodus Aug. V.	Glabrio II.
940	7	187	Crispinus.	Ælianus.
941	8	188	C. Allius Fuscianus II.	Duillius Silanus II.
942	9	189	Junius Silanus.	Q. Servilius Silanus.
943	10	190	Imp. L. Aurelius Commodus Aug. VI.	M. Petronius Septimianus.
944	11	191	Cassius Apronianus.	Bradua.

Ab hoc Aproniano SCtum Apronianum nomen sumpsisse quibusdam videtur, Confer. a. 168. supra. Ad hunc forte annum quoque respicit l. 16. de susp. tut.

945	12	192	Imp. L. Aurelius Commodus Aug. VII.	P. Helvius Pertinax.

Vitiosa inscriptio l. 1. C. ad SC. Maced. quæ habet Imp. Ælius Pertinax. A. Atilio. pro Imp. Helvius Pertinax. A. Atilio.

Occiditur Commodus. Ab hoc Imperatore nullæ in Codice constitutiones, in Digestis autem sequentes leguntur.

P.R. C.A.J.P.C.N.

l. 3. de jure annul.
l. 31. de jure fisci.
l. 16. de sponsalib.
l. 14. de offic. præsid.
l. 2. ad SC. Vellej.
l. 16. §. 6. de publican. & vectig.
l. 32. §. 1. l. 38. ad L. Jul. de adulter.

JCti, qui sub Commodo vixerunt.

I. *Papirius Justus.*

Ex libr. XX. Constitut.

l. 14. de servit. præd. urb.
l. 17. de servit. præd. rust.
l. 71. de cont. empt.
l. 30. de reb. aut. jud. poss.
l. 4. de curat. bon. dando.
l. 3. de leg. Jul. de annon.
l. 18. ad SC. Turpill.
l. 21. de appellat.
Ex lib. II. l. 37. de pact.
l. 7. de public. & vect.
l. 35. de re judic.
l. 38. ad municip.
l. 13. de decurion.
l. 9. de adm. rer. ad civit. pert.
l. 13. de pollicitat.
Ex lib. VIII. l. 60. de pact.

II. *Tarruntenus Paternus.*

Ex Lib. IV. de re milit.

Ex lib. I. l. 6. de jure immunit.
Ex lib. II. l. 7. de re milit.
citatur l. 12. de re milit.

III. *Hermogenianus.*

Ex Lib. VI. Epitom.

Ex lib. I. l. 5. de just. & jure.
l. 35. de legib.
l. 2. 13. de stat. hom.
l. 16. de transact.
l. 8. 17. 35. de minor.
l. 53. de judic.
l. 48. de adm. & per. tutor.
l. 94. de cond. & dem.
l. 38. ad leg. Falc.
l. 24. de manumission.
l. 23. de manum. vind.
l. 27. qui & a quib. man.
l. 53. de re judic.
l. 6. rat. rem hab.
l. 36. 42. de pœn.
l. 16. 23. ad municip.
l. 8. de decurion.
l. 1. 17. de muner. & honor.
l. 11. de vacat. & excus. mun.
Ex lib. II. l. 10. de off. præsid.
l. 45. de pact.
l. 52. de hered. petit.
l. 2. de cond. caus. dat.
l. 5. de leg. Rhod.
l. 23. 25. mand.
l. 75. de contr. empt.
l. 7. de leg. commissor.
l. 23. de hered. vel act. vend.
l. 19. de peric. & com. rei vend.
l. 49. de act. empt.
l. 12. 23. locati.
l. 74. de evict.
l. 60. 62. de don. int. vir. & ux.
l. 51. sol. matr.
l. 16. de act. rer. amot.
l. 7. de confir. tutor.
l. 10. de legit. tutor.
l. 27. de tutor. & cur. dat.
l. 50. de adm. & peric. tutor.
l. 41. 43. de excusat.
l. 10. de trit. vin. vel ol. legat.
l. 48. de oper. libert.
l. 6. pro donat.
l. 42. de re judic.
l. 32. de oblig. & act.
l. 64. de fidejussor.
l. 5. expilat. hered.
l. 26. de appellat.
l. 222. de verb. sign.
Ex lib. III. l. 87. de hered. instit.
l. 12. de cond. instit.
l. 94. 96. de acq. hered.
l. 30. si quis omiss. caus. test.
l. 20. de his quæ ut indig.
l. 2. 18. de bon. poss. contr. tab.
l. 23. de legat. præst.
l. 3. de ventr. in poss. mitt.
l. 15. de Carb. edict.
l. 21. de jur. patron.
l. 6. und. legit.
l. 2. ne quid in loc. fac.
l. 97. de divers. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 22. de legat. 3.
l. 95. de cond. & demonst.
l. 40. ad leg. Falc.
l. 14. ad SC. Trebellian.
l. 11. ut in possess. legat.
l. 98. de divers. reg. jur.
Ex lib. V. l. 74. de jur. dot.
l. 25. de tutel. & ration. distr.
l. 10. de publican. & vectigal.
l. 40. de liberal. caus.
l. 5. de collusion. deteg.
l. 50. de acq. possess.
l. 46. de usurp. & usucap.
l. 9. pro legat.
l. 45. de injur.
l. 9. ad leg. Jul. majest.
l. 27. de appellat.
l. 2. si tutor vel curat. magistrat. creat. appell.
Ex lib. VI. l. 3. de except. rei vend.
l. 33. de donation.
l. 3. ne de stat. defunct.
l. 61. de acq. rer. dom.
l. 2. de liber. exhib.
l. 24. de exception.
l. 13. de divers. temp. præscr.
l. 16. de dol. mal. except.
l. 65. de fidejussor.
l. 11. rat. rem hab.
l. 10. de accusat.
l. 10. ad leg. Jul. majest.
l. 20. ad leg. Corn. de fals.
l. 7. de leg. Fab. de plagiar.
l. 46. de jur. fisc.

Lib. IV. fideicommiss.

l. 14. ad SC. Trebellian.

P. HELVIUS PERTINAX post alterum mensem occiditur.

946 193 Q. Sosius Falco. — C. Julius Erucius Clarus.
l. 1. C. de inofficioso testam.
l. 1. C. ad SC. Macedon.
l. 2. C. de necess. serv. hered. institut. In Digestis fit mentio Pertinacis l. 12. §. 2. de fideicom. libert. Legem quoque tulit Pertinax, ut testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent; neve ob hoc fiscus aliquando succederet. *Lampr.*
Inter suffectos Consules fuit Fabius Cilo, cujus frequens in jure mentio *l. 1. ff. de offic. Præf. urb. l. 4. ff. de off. Præf. vigil. l. 8. §. 5. ff. de pœnis.*
DIDIUS JULIANUS per II. menses & V. dies imperium tenuit.
PESCENNIUS NIGER annum imperavit, qui non numeratur in fastis.

L. SEPTIMIUS SEVERUS.

947 1 194 Imp. L. Septimius Severus II. — D. Clodius Albinus Cæs. II.
l. 1. C. de pign. & hypoth.
l. 1. C. si alien. res pign. dat. sit.
l. 1. C. de edendo.
l. 2. C. de fidejuss. minor.
l. 1. C. de furt. & serv. corrupt.

948 2 195 Scapula Tertullus. — Tinejus Clemens.
l. 1. C. de his qui accus. non poss.
l. 1. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. v. cura sunt, horum consulum meminit, & Orationis Severi sive SC. de prædiis rusticis pupilli &c. non alienandis.

949 3 196 Hoc anno CARACALLA a SEVERO in Imperii consortium assumptus.
C. Domitius Dexter II. — L. Valerius Messala Priscus.
l. 1. C. an serv. pro suo fact.
l. 1. C. de probation.
l. 1. & 2. C. quod cum eo, qui in alien. pot.
l. 1. Cod. Gregor.
l. 1. C. de negot. gest.
l. 1. C. ub. de crimin. ag.
l. 2. C. de inoffic. test.
l. 1. C. de edicto D. Hadriani toll.
l. 3. C. ut in possess. leg.
l. 1. C. de quæstion.
l. 1. C. si omiss. caus. testam.
l. 1. C. de acquir. & ret. poss.

950 4 197 App. Claudius Lateranus. — Rufinus.
l. 2. & 3. C. ex quib. caus. infam. irrog.
l. 2. C. de negot. gest.
l. 1. C. si advers. libert.
- - de restitut. milit.
- - ub. caus. fiscal.
l. 3. C. de inoffic. test.
l. 1. C. fam. ercisc.
- - quand. fisc. vel priv.
- - de non numer. pec.
- - solut. matrim.
l. 4. C. de alend. liber.
l. un. C. si contr. matr. volunt.
l. 1. C. de hered. tutor.
l. 2. C. de legat.
l. 1. C. de condition. insert.
- - ad SC. Trebell.
l. 1. & 2. C. ad L. Falc.
l. 1. C. de fideicommiss. libert.
- - quor. bonor.
- - quæ res pign. obl.
- - qui pot. in pign.
- - si pignor. convent.
- - ad L. Jul. de adult.

951 5 198 Ti. Saturninus. — C. Gallus.
l. 4. & 5. C. quib. caus. infam. irrog.
l. 1. C. si minor. ab hered. se abstin.
l. 2. & 3. C. ad SC. Macedon.
l. 1. C. quando dies legator.

952 6 199 P. Cornelius Anulinus II. — M. Aufidius Fronto.
l. 3. C. de negot. gest.
l. 1. C. de usufr. & habitat.
l. 1. C. de instit. & substit.
l. 2. C. ad L. Jul. de adult.

953 7 200 Ti. Claudius Severus. — C. Aufidius Victorinus.
l. 1. C. de pactis.
l. 1. C. si advers. delict.
l. 1. C. si advers. fisc.
l. 2. C. de petit. hered.
l. 1. C. de contrah. & comm. stipul.
l. 1. C. de evictionibus.
- - de fidejussoribus.

Vitiosæ harum legum subscriptiones, cum Severum faciant Augustum.

954 8 201 L. Annius Fabianus. — M. Nonius Mucianus.
l. 4. C. de negot. gest.
- - ad SC. Maced.
l. 1. C. de contrar. judic. tut.
l. 1. C. de jure dot.

955 9 202 Imp. L. Septimius Severus Aug. III. — Imp. M. Aur. Antoninus Aug.
l. 3. C. de edendo.
l. 2. & 3. C. de pact.
l. 1. C. de litis contest.
l. 1. C. si advers. transact.

956 10 203 P. Septimius Geta. — L. Fulvius Plautianus II.
l. 2. §. 47. ff. ad SC. Tertull.
l. 6. C. ex quib. caus. infam. irrog.
l. 5. C. de negot. gest.
l. 1. C. de ordin. judicior.
l. 3. C. de petit. hered.
l. 1. C. de dolo malo.
l. 2. C. q. admitt. ad bonor. poss.

957 11 204 L. Fabius Septimius Cilo II. — Flavius Libo.
l. 3. C. de procurat.
l. 1. C. si sæp. in integr. rest. pet.
l. un. C. ub. fideicomm. pet.
l. 1. C. si cert. petat.
l. 1. C. de dot. caut. non numer.
l. 1. & 2. C. de excusat. tut.
l. un. C. qui ætat. se exc.
l. 2. C. de furt. & serv. corrupt.
l. 1. C. de oper. libert.
l. 2. C. de impuber. & al. subst.
l. 1. C. de liber. præter.
- - de his quib. ut indign.
l. 2. & 3. C. quand. dies legat.
l. 2. C. de pignor.
- - de quæstion.

958 12 205 Imp. M. Aurelius Antoninus Aug. II. — P. Septimius Geta.
l. 1. C. de mod. multar.
l. 7. & 8. C. ex quib. caus. inf. irrog.
l. 1. C. de judic.
l. 4. C. de inofficios. testam.
l. 2. C. de usufr. & habit.
l. 1. C. de in lit. jurand.
l. un. C. q. numer. tutelar.
l. 2. C. de oper. libert
l. 2. C. de condit. insert.
l. 2. C. ne de statu defunct.
l. 3. C. de pignor. & hypoth.
l. 2. C. si alien. res pign. dat. sit.
l. 1. C. de remiss. pign.
l. 2. C. de eviction.
l. 1. C. ad L. Jul. de vi publ.
l. 1. C. de crim. expil. hered.
l. 1. C. de suis & legitim. liber.
l. 1. Cod. Greg. si deb. persolv. instr. ap. cred.
l. 1. C. quando decret. opus non est.
l. 2. C. de his, qui accus. non poss.

959 13 206 Nummius Albinus. — Fulvius Æmilianus.
l. 32. ff. de donat. int. vir. & ux.
l. 4. C. de pactis.
l. 1. C. de admin. tutor.
l. 3. C. de oper. libert.
l. 1. C. de execut. rei jud.
l. 1. C. de luition. pign.
l. 3. de excusat. tutor.

960 14 207 Aper. — Maximus.
l. 4. C. de procurat.
l. 6. C. de negot. gest.
l. 2. C. ubi caus. fisc.
l. 1. C. de pignorat. act.
l. 2. C. solut. matrim.
l. 1. C. de testam. tut.
l. 2. C. de administ. tut.
l. 2. C. quæ res pignor. oblig. poss.
l. 1. C. debitor. vendit. pignor. imped. non poss.
l. 1. C. de litigiosis.
l. 2. C. de fidejuss. & mandator.

961 15 208 Imp. M. Aurelius Antoninus Aug. III. — P. Septimius Geta Cæsar II.
l. 9. & 10. C. ex quib. caus. inf. irrog.
l. 4. C. quand. dies legat.
- - de pignorib. & hypoth.
l. 2. C. de remiss. pignor.
l. 3. C. de fidejuss. & mandator.
l. 2. C. de his quib. ut indign.
l. 1. C. de sentent. & interlocut. omn. judic.

962 16 209 Civica Pompejanus. — Lollianus Avitus.
l. un. C. de privil. dot.
l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. succ.

963 17 210 MV. Acilius Faustinus. — Triarius Rufinus.
l. 1. C. de bonis libert.
l. 2. C. de contrah. & comm. stipul.
l. 3. C. de evictionibus.
l. 1. C. de donation.
l. 2. C. de judiciis.
l. 1. C. de rei vindicat.

964 18 211 Q. Epidius Rufus Lollianus Gentianus. — Pomponius Bassus.
l. 4. C. Gregor. tit. incerti.
l. 1. C. de transact.
l. 2. C. de dol. mal.
l. 5. C. de inoff. test.
l. 1. C. de servitut. & aqua.
l. 1. comm. utr. judic.
l. 1. C. ad SC. Vellej.
l. 3. C. de legat.
l. 1. C. de his, quæ sub mod. leg.
l. un. C. de confess.
l. 1. C. de requir. reis.

965 19 212 M. Pompejus Asper II. — C. Julius Asper.
l. 1. C. de jur. & fact. ignor.
l. 1. C. quib. ex caus. maj.
l. 6. C. de inoffic. test.
l. 1. C. de institutor. & exercitor. act.

l. 1.

P.R.C. A.J. P.C.N.

l. 1.&4. C. de donat. inter vir. & ux.
l. 2. C. de testament. tut.
l. 3. de administrat. tut.
l. 1. C. de suspect. tutor.
l. 1. C. de arbitr. tutel.
l. 2. C. de in lit. jurand.
l. 2. C. de contrar. judic. tut.
l. 1. C. de præd. & al. reb. min.
l. 1. C. de magistrat. conven.
l. 4. & 5. C. de oper. libert.
l. 1. C. de testam. milit.
l. 2. C. de hered. instituend.
l. 1. C. de fideicommiss.
l. 2. C. de usur. & fruct. legat.
l. 1. C. de pœn. judic. q. mal. judic.
- - C. de liber. exhibend.

l. 5. C. de pignoribus & hypoth.
l. 2. C. qui potior. in pign.
l. 1. C. de except. s. præscript.
l. 1. C. de solut. & liberat.
l. 1. C. Gregor. de petit. hered.
l. 5. C. de procurator.
l. 3. C. si alien. res pign. data sit.
l. 1. C. de acceptilat.
l. 4. & 5. C. de evictione.
l. 1. C. ad L. Cornel. de falsis.
l. 1. C. de his, qui sibi adscrib.
l. 1. C. de bon. eor. qui mort. sibi consciv.
l. un. C. de sentent. advers. fisc. lat.
l. 4. C. de edendo.

Moritur SEVERUS.

Constitutiones, quarum subscriptiones incertæ.

l. 1. C. si adversus transact. vel divis.
l. 4. C. de fundo dotali.
l. 1. C. quando decreto opus non est.
l. 2. C. qui admitti ad bon. possess. poss.
l. 1. C. si omissa sit causa test.
l. 4. C. de testament. manumiss.
l. 1. C. de acquir. & ret. poss.
l. 3. &4. C. de execut. rei jud.
l. 2. C. de his qui accus. non poss.
l. 2. C. ad L. Jul. de adulter.
l. 1. C. de quæstionibus.
l. 1. C. de contrar. judic. tutelæ.

Constitutiones sine Consule.

l. 1. C. ex quib. caus. inf. irrog.
l. 2. 3. 4. 5. C. de usuris.
l. 1. 2. 3. C. Mand. vel contra.
l. 1. C. de hered. vel act. vend.
l. 1. C. rem alien. gerent. non interdici.
l. 1. 2. C. si serv. export. ven.

l. 1. 2. 3. C. de vectigal. & comm.
l. 1. 2. C. vectig. nov. inst. non posse.
l. 1. C. de donat. ante nupt. vel propt.
l. 1. 2. 3. C. de nuptiis.
l. 1. C. de interd. matrim.
l. 1. C. qui admitt. ad bon. poss.
l. 1. C. de hered. instit.
l. 1. & 2. C. de testament. manumiss.
l. 1. 2. 3. C. de servo pign. dato manum.
l. 1. C. qui non poss. ad libert. perv.
l. 1. C. ne de statu defunct.
l. 1. C. de præscript. longi temp.
l. 1. C. de sententia, quæ sine certa.
l. 2. C. de execut. rei judic.
l. 1. C. si ex falsis instr. vel test. judic.
l. 1. C. de ædif. priv.
l. 1. C. de postlim. revers.
l. 1. C. de mun. & honor. non contin.
l. 1. C. de filiisfamil. quemadm. pro his pater ten.
l. 1. C. qui militare poss. vel non poss.

Constitutionum horum Principum mentio fit in Digestis.

l. 6. de offic. proconf. & leg.
l. 3. de offic. procur. Cæs.
l. 11. de jurisdict. omn. judic.
l. 37. de pact.
l. 3. de transact.
l. 13. de servit. urb. præd.
l. 17. de servitut. rustic. præd.
l. 29. ad L. Aquil.
l. 17. de pignor. act.
l. 2. ad SC. Vellejan.
l. 46. de contrah. empt.
l. 16. de in diem addict.
l. 19. 20. de ritu nupt.
l. 1. 17. de suspect. tut.
l. 2. de excusat. tut.
l. 4. §. 1. 2. l. 6. l. 8. 10. 13. 15. de excusat. tut.
l. 13. de reb. eor. qui sub tut. sunt
l. 2. §. fin. ad SC. Trebell.
l. 6. 16. de publican. & vectig.
l. 15. de donat.
l. 52. de manum. test.
l. 35. de re judic.
l. 1. de separat.
l. 5. de solution.
l. 4. de extraord. crim.
l. 3. de crim. expil. hered.
l. 20. de accusat.
l. 5. ad L. Jul. majest.
l. 13. ad L. Jul. de adulter.
l. 3. ad L. Jul. repet.
l. 5. 11. ad L. Jul. pecul.
l. 3. ad L. Fabiam.
l. ult. ad SC. Turpill.
l. 1. & ult. de req. reis.
l. 2. de bon. eor. qui ante sent.
l. 2. de cadav. punitor.
l. 21. de appellation.
l. unic. si pendente appell. mors interv.
l. 18. 22. 30. 34. de jure fisci.
l. 9. 26. de captiv. & postlimin.
l. 1. §. 1. & l. 9. 13. de re milit.

l. 18. l. 21. §. 6. l. 24. 38. ad municip.
l. penult. de decur.
l. 11. de muner. & honor.
l. 4. de legat.
l. 8. de legat.
l. ult. de admin. rer. ad civit. pertin.
l. 9. 13. de pollicitat.
l. fin. de censib.

In Institutionibus.

§. fin. de excusat.
§. 3. & §. 9. de susp. tut.
§. 7. de testam.
§. 1. de hered. instit.
§. 3. de vulg. & pupill.
§. 3. §. fin. quib. mod. test. infirm.
§. 12. & §. 5. de legat.

Severi Patris tantum meminit

l. 24. de his, qui not. infamia
l. 2. l. 3. §. 1. l. 11. de minor.
l. 20. de petit. hered.
l. 12. mand.
l. 16. de in diem addict.
l. 40. de jure dot.
l. 2. §. 1. qui pet. tut.
l. 1. 2. 6. §. 4. 9. 10. de excus. tut.
l. 10. de reb. eor. qui sub tut.
l. 12. de acquir. vel omitt. hered.
l. 78. de leg. 2.
l. 37. §. 2. ad SC. Trebell.
l. 40. de injur. & famos. libel.
l. 2. ad L. Jul. de adult.
l. 1. de quæstionibus
l. 6. de interd. & releg.
l. 2. 25. 27. de jure fisci
l. 9. de decur.
l. 7. de mun. & honor.
l. 8. de vacat. & excus. mun.
l. 7. de pollicitat.
l. 1. de variis & extraord. cognit.
l. 1. de censibus
l. 17. de quæstionibus.

ANTONINUS CARACALLA Aug.

P. SEPTIMIUS GETA imperarunt simul.

966 2 213 Imp. M. Antoninus Aug. IV. D. Cælius Balbinus II.
Suff. ex Kal. Mart.
M. Antonius Gordianus.

l. 1. C. Gregor. de pact. & transact.
- - - de Judæis & cœlic.
l. 5. 6. & 7. C. de pactis.
l. 2. C. de transaction.
l. 1. C. de advocat. fisci
- - - de recept. arbitr.
l. 4. & 5. C. de petit. hered.
l. 2. C. de rei vindicat.
l. 3. C. de usufr. & habit.
l. 1. C. comm. divid.
- - - de relig. & sumpt. fun.
- - - de reb. credit.
l. 1. & 2. C. de condict. indeb.
l. 1. C. de fide instrument.
l. 2. & 3. C. ad SCt. Vellej.
l. 2. C. de jure dot.
l. 2. C. de pact. conv.
l. 2. & 3. C. de donat. inter vir. & ux.
l. 1. C. de fund. dot.
- - - in quib. caus. tut. vel cur. hab. tut. v. cur. det.

l. 4. C. de adminift. tut.
l. 1. C. quando ex fact. tut.
l. un. C. ne tut. v. curat. vectig. conduc.
l. 2. C. arbitrar. tutel.
l. 2. & 3. C. de heredit. tutor. v. curat.
l. 1. C. de usur. pupillaribus.
- - - quando tutor v. curator esse desin.
l. 2. & 3. C. de testam. milit.
l. 2. C. de instit. & substitut.
l. 1. C. de posth. hered.
l. 4. & 5. C. de legatis.
l. 10. C. de usuris.
l. 1. C. de verb. & rer. signif.
- - - de fals. caus. adject.
- - - de usucap. pro emptor.
- - - de re judicat.
- - - comminat. epistol. programm.
- - - quor. appellat. non recip.
l. 2. & 3. de privileg. fisci.
l. 1. C. de revoc. his, quæ in fraud. cred.

l. 6. C. de pignor. & hypoth.
l. 1. C. in quib. caus. pign. v. hyp. tac. contrah.
l. 4. C. qui potior. in pignore.
l. 1. C. si in caus. judicat. pign. capt. sit
l. 2. C. de except. seu præscript.
l. 4. C. de fidejuss. & mandatorib.
l. 3. C. ad L. Jul. de adult.
l. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. v. priv.
l. 1. & 2. C. ad L. Fab. de plag.

l. 2. C. de his qui sibi adscrib.
l. 1. C. de fide & jur. hast. fiscal.
l. 1. C. de advocat. divers. judic.
l. 2. C. de ordin. judic.
l. 1. C. de in lit. dand. tut. v. curat.
l. 1. C. de his qui a non domin. manumitt.
l. 2. C. Gregor.
l. 1. C. de excusat. veteranor.
l. 2. C. qui numer. liber. se excus.

967 3 214 Silius Messala. Sabinus.

l. 1. C. de jurisdict. omn. judic.
l. 2. C. si cert. pet.
l. 4. C. quod cum eo q. in alien. pot.
l. 1. & 2. C. qui petant tut.
- - - de curator. furios.
- - - de libert. & eor. liber.
l. 1. C. de jure delib.
- - - de repud. vel abstin. hered.
l. 2. C. de liberal. causa.

l. 3. C. de execut. rei judic.
l. 2. C. de liberal. causa.
l. 3. C. de execut. rei jud.
l. 2. C. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contrah.
l. un. C. si commun. res pign. dat. s.
l. 5. & 6. C. de fidejuss. & mandator.
l. 6. de pœnis.

968 4 215 Lætus II. Cerealis.

l. 3. C. Greg. tit. incerti.
l. 1. C. de condict. ob caus. dator.
l. 2. C. de condict. ob turp. caus.
l. 3. & 4. C. qui pet. tut. v. curat.
l. un. C. ub. petant. tut. v. curat.
l. 5. C. de administr. tut.
l. 2. C. de suspect. tut.
l. 1. C. de aliment. pupill. præst.
l. 3. C. arbitr. tutel.
l. 3. C. de in lit. jurand.
- - - de furt. & serv. corrupt.
l. 2. C. de repud. v. abstin. hered.
l. 6. & 7. C. de legatis.
l. 2. & 3. C. de fideicommissis.
l. 3. C. de condition. insert.
l. 4. C. ut in possess. legator.
- - - de testament. manumiss.
- - - de privileg. fisci
l. 3. C. quæ res pignori obligari poss.
- - - qui potior. in pignore.

l. 1. C. de inutil. stipulat.
l. 7. C. de fidejussor. & mandator.
l. 2. C. de patria potest.
- - - si reus v. accus. mort. fuer.
l. 1. C. ad l. Corn. de sicar.
l. 2. C. de crimin. expil. hered.
l. 1. C. de general. abolit.
l. 2. C. an serv. pro suo fact.
- - - de probationibus.
l. 3. C. quod cum eo, qui in al. pot.
- - - solut. matrimon.
l. 1. C. de usucap. pro hered.
l. 2. C. de re judic.
l. 1. C. si tut. v. cur. interven.
- - - ubi & ap. quem cognit. in integr.
l. 2. C. ex quib. caus. major.
l. 3. C. ub. caus. fiscal.
l. 7. C. de inofficios. testam.
l. 2. de servitut. & aqua.

969 5 216 G. Atius Sabinus II. Cornelius Anulinus.

l. 1. C. de postulando.
l. 8. C. de legatis.
l. 2. C. de his, qui in prior. credit. loc.
l. 7. C. de negot. gest.

l. 3. C. de institut. & substit.
l. 3. C. si reus v. accus. mort. fuer.
l. 3. C. de crimin. expil. her.
l. 3. & 4. C. de quæstion.
l. 1. C. de fiscalib. usur.

970 6. 217 M. Bruttius Præsens. T. Messius Extricatus II.

l. 9. C. de negot. gest.
l. 3. C. de contrah. & committ. stipulat.

CARACALLA occiditur.

Constitutiones Anton. Caracallæ quarum inscriptiones & subscriptiones incertæ.

l. 8. C. de pactis, ad Alexandri tempora spectat.
l. 4. C. de excusat. tutor. & curator. suspectam subscriptionem habet.
l. 1. de necess. hered. instit. Ex subscriptione videtur M. Antonini Philosophi esse.

Constitutiones, quæ nullum habent vel diem vel Consulem.

l. 1. C. de reputat. quæ fiunt
l. 2. & 3. C. famil. erciscundæ
l. 2. C. quando fiscus vel priv. deb.
l. 2. 3. 4. C. de non numer. pec.
l. 1. & 2. C. de compensation.
l. 6. 7. 8. 9. 10. 11. C. de usuris
l. 1. & 2. C. de hered. vel act. vend.
l. 1. C. si propter publ. pensitat.
l. 1. C. si quis alteri v. sibi sub alt.
l. 1. C. de pact. int. emt.
l. 1. C. de ædilit. act.
l. 1. 2. 3. de loc. & cond.
l. 1. C. de liber. caus.
l. 2. C. de sentent. & interloc.

l. 3. C. de re judic.
l. 1. C. de usur. rei judic.
l. 1. C. de bon. aut. jud. poss.
l. 1. C. de privil. fisci.
l. 2. 3. C. de exception. s. præscription.
l. 1. C. de Malef. & Mathemat.
l. 1. C. ad SCt. Turpillianum.
l. 2. 3. 4. 5. C. de pœnis.
l. 1. C. de bon. proscript. s. damn.
l. 1. & 2. de sentent. pass. & rest.
l. 1. C. de incol. & ubi quis domicil. hab. vid.
l. 1. & 2. de muner. patrimon.
l. 1. C. de his qui spont. publ. mun.
l. 1. C. de his q. num. lib. vel paup.
l. 2. C. de Professor. & Medic.
l. 1. C. de his, qui non impl. stip.
l. 8. C. de infamibus.
l. 1. C. de his, qui in exil. dat.
l. 1. 2. C. de filiisfam. quemadm. pr. his pat.
l. 1. C. de potior. ad mun. nomin.
l. 1. & 2. C. de jure reipubl.
l. 1. de vend. reb. civit.
l. 1. C. de debit. civit.
l. 1. C. de per. eor. q. pro Magist. interv.
l. 1. C. quo quisque ord. conven.
l. 1. C. de his, qui ex offic. qu. admin. conv.

JURISCONSULTI QUI SUB HIS IMPER. FLORUERUNT.

I. Æmilius Papinianus.
Ex Libr. XXXVII. Quæst.

Ex lib. I. l. 5. de off. proconf.
l. 1. de off. ejus cui mand. est.
l. 33. de recept.
l. 74. de divers. reg. jur.
Ex lib. II. l. 15. si quis caution.
l. 38. de pact.
l. 17. de transact.
l. 8. de postul.
l. 25. de his qui not. infam.
l. 2. de quib. reb. ad eund. Jud.
l. 54. de cond. indeb.
l. 7. de præscr. verb.
l. 1. de usur.
l. 35. de adm. & per. tutor.
l. 33. de statulib.
l. 115. de verb. obl.
l. 33. de pœn.
l. 11. 13. ad municip.
l. 5. de decurion.
l. 6. de vacat. & excus. mun.
Ex lib. III. l. 8. de stat. hom.
l. 48. de neg. gest.
l. 30. de minor.

l. 19. ex quib. caus. maj.
l. 39. de judic.
l. 49. de hered. petit.
l. 16. de compens.
l. 1. de probation.
l. 36. de adm. & per. tutor.
l. 12. de vulg. & pup. subst.
l. 49. ad SC. Trebellian.
l. 8. de collation.
l. 18. de oper. nov. nunc.
l. 42. de usurp. & usuc.
l. 12. de dol. mal. except.
l. 36. ad l. Jul. de adult.
l. 75. de divers. reg. jur.
cit. l. 7. qui satisd. cog.
l. 5. de petit. hered.
l. 21. §. 5. de recept.
l. 20. §. 14. de hered. petit.
l. 6. §. 4. si servit. vind.
l. 28. mand.
Ex lib. IV. l. 40. de judic.
l. 51. de legat. 1.
l. 116. de verb. obl.
Ex lib. V. l. 39. de pact.
l. 14. de inoff. test.
l. 8. de stip. prætor.

l. 37. ad

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 37. ad l. Jul. de adult.
cit. l. 8. de inoff. teſt.
l. 3. de his quæ ut ind.
Ex lib. VI. l. 50. de hered. petit.
l. 10. ſi pars hered. pet.
l. 62. de rei vind.
l. 55. de cond. indeb.
l. 2. de uſur.
l. 8. ut in poſſ. legat.
l. 47. de manum. teſtam.
cit. l. 14. de publ. in rem act.
Ex lib. VII. l. 5. de uſufr.
l. 4. de ſervit.
l. 36. de ſervit. præd. urb.
l. 34. de ſervit. præd. ruſt.
l. 17. com. præd.
l. 13. 31. fam. erciſc.
l. 28. com. divid.
l. 64. de evict.
l. 7. ad l. Falc.
Ex lib. VIII. l. 19. de interrog. in jur. fac.
l. 43. de relig. & ſumpt. fun.
l. 56. 66. de cond. indeb.
l. 9. 25. de conſtit. pecu.
l. 1. de præſcr. verb.
l. 1. qui potior. in pign.
l. 65. de evict.
l. 81. de jur. dot.
l. 94. de ſolution.
l. 78. de furt.
l. 10. de ſepul. viol.
cit. l. 13. §. 1. 2. de reb. cred.
l. 17. de præſcr. verb.
Ex lib. IX. l. 66. de procur.
l. 50. de pecul.
l. 7. ad SC. Vellejan.
l. 8. 24. depoſ.
l. 186. d. V. S.
l. 53. mand.
l. 81. pro ſoc.
l. 11. de legat. 1.
l. 47. de fidejuſſ.
l. 79. de furt. conf. l. ſeq.
cit. l. 22. de pigner. act.
l. 4. quod cum eo.
l. 3. de pecul.
l. 10. de in rem ver.
l. 6. 8. ad SC. Vellejan.
Ex lib. X. l. 17. de cond. furt.
l. 58. 72. de contr. emp.
l. 5. 7. de ſer. export.
l. 68. de jur. dot.
l. 52. de donat. int. vir. & ux.
l. 48. de manum. teſtam.
l. 48. de fidejuſſ.
cit. l. 5. de jur. dot.
l. 32. §. 27. de don. int. vir. & ux.
Ex lib. XI. l. 41. de judic.
l. 5. de cond. ſin. cauſa.
l. 39. 61. ſol. matr.
l. 5. 30. de act. rer. am.
l. 5. de confir. tutor.
l. 13. de tutor. & cur. dat.
l. 37. de admin. & per. tutor.
l. 24. de excuſat.
l. 50. ad SC. Trebellian.
l. 5. ſi a par. quis man.
cit. l. 7. ſol. matr.
Ex lib. XII. l. 63. de rei vind.
l. 14. de tutor. & cur. dat.
l. 38. de adm. & per. tut.
l. 10. de ſuſp. tutor.
l. 23. de lib. & poſt.
l. 75. de hered. inſtit.
l. 41. de bon. liber.
l. 117. de verb. obl.
l. 12. rem pup. ſal. for.
l. 80. de furt.
cit. l. 7. §. pen. de adm. & per. tut.
l. 8. §. 7. de bon. poſſ. cont. tab.
l. 12. de furt.
Ex lib. XIII. l. 20. ex quib. cauſ. maj.
l. 28. de conſt. inſtit.
l. 14. de bon. poſſ.
l. 21. de legat. præſt.
l. 11. de Carb. edict.
l. 11. de bon. poſſ. ſec. tab.
l. 42. de bon. libert.
cit. l. 1. de collation.
Ex lib. XIV. l. 15. de inoff. teſt.
l. 3. qui teſt. fac. poſſ.
l. 34. de teſtam. mil. al. eſt Pauli.
l. 8. ad leg. Falc.
l. 12. de Carb. edict.
l. 43. de bon. liber.
l. 12. de caſtr. pecul.
cit. l. 15. §. fin. de teſtam. mil.
l. 1. §. pen. l. 3. pr. ſi quid in fraud. patr.
Ex lib. XV. l. 76. de hered. inſtit.
l. 10. de jur. codic.
l. 64. de legat. 2.
l. 3. de reg. Caton.
l. 11. de his quæ ut indig.
l. 24. ad SC. Trebel.
l. 1. de bonor. poſſ. fur. inf.
l. 14. ad municip.
Ex lib. XVI. l. 15. de cond. inſtit.
l. 84. de acq. hered.
l. 26. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.
l. 65. de legat. 2.
l. 5. de ſervit. legat.
l. 12. de his quæ ut indig.
l. 70. de cond. & dem.
l. 4. ad leg. Falc.
l. 13. de caſtr. pecul.

cit. l. 1. §. 6. ad SC. Tertyllian.
Ex lib. XVII. l. 33. de uſuf. l. 66. §. 6. de leg.
l. 2. quib. mod. uſuſtr. am.
l. 8. de uſufr. ear. rer.
l. 77. de hered. inſtit.
l. 66. de legat. 2.
l. 2. de uſu & uſufr. legat.
l. 12. de aur. arg. mund. leg.
l. 71. de cond. & dem.
l. 51. ad SC. Trebellian.
cit. l. 3. quib. mod. uſuſfr. am.
l. 3. §. 9. de adim. vel transf. leg.
Ex lib. XVIII. l. 87. 90. de legat. 1.
l. 7. de dot. præleg.
l. 24. de his quæ ut ind.
l. 72. 99. de cond. & dem.
l. 25. quand. dies leg. ced.
cit. l. 10. de uſu & habit.
Ex lib. XIX. l. 7. de jur. & fac. ign.
l. 35. de teſtam. mil. al. eſt Pauli.
l. 11. 13. de jur. codic.
l. 67. 69. de legat. 2.
l. 22. de liber. leg.
l. 73. de cond. & dem.
l. 9. ad leg. Falc.
l. 52. 54. ad SC. Trebellian.
l. 9. ut in poſſ. legat.
l. 21. de fideic. libert.
cit. l. 4. de uſu & habit.
l. 14. de legat. 1.
Ex lib. XX. l. 64. de rei vind.
l. 3. de pignor.
l. 3. de uſur.
l. 26. de probation.
l. 3. quand. ex fac. tut.
l. 70. 72. de legat. 2.
l. 10. 93. ad leg. Falc.
l. 12. 53. 55. ad SC. Trebellian.
l. 40. de oper. libert.
l. 118. de verb. obl. al. eſt ex lib. 27.
l. 218. de verb. ſig. al. eſt ex lib. 27.
Ex lib. XXI. l. 34. de ſtatulib.
Ex lib. XXII. l. 12. de jur. codic.
l. 22. de fideic. libert.
l. 4. ſi ingen. eſſ. dicet.
l. 43. de uſurp. & uſuc.
Ex lib. XXIII. l. 73. de legat. 2.
l. 44. 46. de acq. poſſ.
l. 44. de uſurp. & uſuc.
l. 3. 8. pro legat.
Ex lib. XXIV. l. 42. de judic.
l. 76. de diver. reg. jur.
Ex lib. XXV. l. 18. de tutel. & rat. diſtr.
l. 2. de ſeparation.
Ex lib. XXVI. l. 1. de diſtr. pign.
l. 47. de acq. poſſeſſ.
l. 18. quæ in fraud. cred.
l. 18. de vi & vi arm.
Ex lib. XXVII. l. 43. de judic.
l. 54. mand.
l. 6. 8. de ſer. export.
l. 8. de præſc. ver.
l. 4. de uſur.
l. 74. de legat. 2.
l. 3. de ſeparation.
l. 28. de excep. rei judic.
l. 27. de oblig. & act.
l. 118. de verb. obl. al. eſt ex lib. 20.
l. 9. de duob. reis.
l. 18. de ſtipul. ſervor.
l. 49. de fidejuſſ.
l. 14. de caſtr. pec.
l. 218. de verb. ſig.
Ex lib. XXVIII. l. 3. de cond. indeb.
l. 66. de evict.
l. 5. de uſur.
l. 40. ſol. matr.
l. 8. de tutel. & rat. diſtr.
l. 2. 5. ut leg. ſeu fid. ſervand. cauſ. cav.
l. 4. ut in poſſeſſ. legat.
l. 95. de ſolut.
l. 1. rat. rem hab.
l. 77. de diver. reg. jur.
Ex lib. XXIX. l. 6. de uſur.
l. 40. de vulg. & pup. ſub.
l. 11. ad leg. Falc.
l. 7. ſi tab. teſt. nul. ext.
l. 15. de ſuis & legit. hered.
l. 27. de donat.
l. 40. de mor. cauſa don.
l. 10. de capt. & de poſtlim.
Ex lib. XXX. l. 85. de acq. hered.
l. 12. ad leg. Falc.
l. 19. de manumiſſion.
l. 78. de diver. reg. jur. al. eſt ex lib. 31.
Ex lib. XXXI. l. 9. de ſtat. hom.
l. 32. de adoption.
l. 11. de capt. & de poſtlim.
l. 78. de diver. reg. jur.
cit. l. 18. de ſervit.
Ex lib. XXXII. l. 61. de rit. nup.
l. 13. de his quæ ut indig.
l. 74. de cond. & dem.
l. 79. de diver. reg. jur.
Ex lib. XXXIII. l. 14. de his quæ ut indig.
l. 80. de diver. reg. jur.
Ex lib. XXXIV. l. 75. de cond. & demon.
Ex lib. XXXV. l. 15. de caſtr. pecul.
Ex lib. XXXVI. l. 13. de adoption.
l. 119. de verb. oblig.
l. 38. ad l. Jul. de adult.
l. 14. ad l. Jul. pecul.
l. 7. de vacat. & excuſ. mun.
Ex lib. XXXVII. l. 19. de dol.
l. 54. ad leg. Aquil.

l. 41. ſol. matr.
l. 13. ad leg. Falc.
l. 120. de verb. obl.
l. 10. de duob. reis.
l. 50. de fidejuſſ.
cit. l. 19. de legat. 1.

Ex Lib. XIX. Reſponſor.

Ex lib. I. l. 20. de off. præſ.
l. 6. de off. adſeſſ.
l. 14. de in jus voc.
l. 40. de pact.
l. 9. de poſtul.
l. 20. de his qui not. infam.
l. 17. de compenſat.
l. 55. mand.
l. 1. de jur. aur. anul.
l. 81. de furt.
l. 1. de crim. ſtellion.
l. 12. 15. 17. ad municip.
l. 6. de decurion.
l. 8. de vacat. & excuſ. mun.
l. 7. 13. de legation.
l. 3. de adm. rer. ad civit. pertin.
Ex lib. II. l. 67. de procur.
l. 31. de neg. geſt.
l. 42. de recept.
l. 44. de judic.
l. 16. de inoff. teſt.
l. 51. de hered. petit.
l. 48. 65. de rei vind.
l. 4. de ſervit. præd. ruſtic.
l. 11. fin. regund.
l. 32. 57. fam. erciſ.
l. 2. de diſtr. pig.
l. 7. de uſur.
l. 20. de tutel. & rat. diſtr.
l. 6. de fidejuſſ. & nomin. tut.
l. 20. de SC. Silanian.
l. 41. de mor. cauſa don.
l. 22. de appellat.
l. 21. de verb. ſign.
cit. l. 7. 20. de minor.
l. 8. de inoff. teſt.
l. 25. de adm. & per. tut.
Ex lib. III. l. 68. de procur.
l. 32. de neg. geſt.
l. 45. de judic.
l. 17. de relig. & ſump. fun.
l. 57. de cond. indeb.
l. 40. 42. de pigner. act.
l. 19. de inſtit. act.
l. 27. ad SC. Vellejan.
l. 18. de compenſat.
l. 25. depoſ.
l. 7. 56. mand.
l. 82. pro ſoc.
l. 73. de contr. emp.
l. 20. de in diem addic.
l. 18. de peric. & com. rei vend.
l. 41. de act. emp.
l. 2. de pignor.
l. 2. qui potior. in pign.
l. 3. de diſtr. pign.
l. 4. de naut. fœn.
l. 15. de fund. dot.
l. 7. de fidejuſſ. & nomin. tut.
l. 28. de donation.
l. 51. de fidejuſſor.
l. 27. de novation.
l. 36. de jur. fiſc.
l. 81. de diverſ. reg. jur.
cit. l. 10. mand.
l. 52. pro ſoc.
l. 4. de leg. com.
l. 1. de ſer. export.
l. 13. de act. emp.
l. 12. qui potior. in pig.
l. 4. de evict.
l. 113. de legat. 1.
Ex lib. IV. l. 9. de ſenator.
l. 4. de off. adſeſſor.
l. 54. de ædil. edict.
l. 15. 34. 62. de rit. nup.
l. 31. 69. de jur. dot.
l. 26. de pact. dot.
l. 53. de don. int. vir. & ux.
l. 42. ſol. matr.
l. 27. de act. rer. am.
l. 26. 28. de teſtam. tutel.
l. 44. ad L. Jul. de adult.
cit. l. 15. 19. locat.
l. 21. 32. de don. int. vir. & ux.
Ex lib. V. l. 6. de confir. tutor.
l. 39. de admin. & per. tutor.
l. 5. quand. ex fact. tut.
l. 11. de ſuſp. tutor.
l. 28. 30. de excuſat.
l. 14. de cur. fur.
l. 17. de injuſt. rup.
l. 22. de legat. præſt.
l. 9. de collation.
l. 5. de dot. collat.
l. 41. de oper. libert.
l. 25. qui & a quib.
l. 15. de muner.
cit. l. 60. de rit. nup.
l. 5. de admin. & per. tut.
l. 13. de reb. eor.
l. 16. quæ in fraud. cred.
Ex lib. VI. l. 10. de jur. & fac. ign.
l. 35. de rit. nup.
l. 40. de adm. & per. tut.
l. 4. de his quæ in teſt. del.
l. 70. 78. 80. de hered. inſtit.
l. 7. 15. 23. 41. de vulg. & pup. ſub.

l. 24. de cond. inſtit.
l. 12. 27. de teſtam. mil.
l. 36. 43. eod. al. eſt Pauli.
l. 86. de acq. hered.
l. 27. ſi quis om. cauſa teſt.
l. 4. 21. de SC. Silanian.
l. 75. de legat. 2.
l. 22. de adim. vel transf. leg.
l. 15. de his quæ ut ind.
l. 76. de cond. & dem.
l. 6. de dot. collat.
l. 8. ſi tab. teſt. nul. ext.
l. 9. und. cogn.
l. 2. de ſucceſſ. edict.
l. 49. de manum. teſtam.
cit. l. 18. de jur. fiſc.
Ex lib. VII. l. 57. de uſufr.
l. 11. uſufr. quem. cav.
l. 33. fam. erc.
l. 8. de uſur.
l. 41. de admin. & per. tut.
l. 5. de jur. codic.
l. 76. de legat. 2.
l. 91. de legat. 3.
l. 9. de ann. legat.
l. 24. de uſu & uſufr. leg.
l. 6. de ſervit. legat.
l. 8. de dot. prælega.
l. 2. de inſtr. vel inſtrum. leg.
l. 19. de pecul. legat.
l. 9. de ſupellec. legat.
l. 8. de alim. vel cib. leg.
l. 23. de liberat. leg.
l. 23. de adim. vel transf. leg.
l. 1. de reb. dub.
l. 77. 100. de cond. & demon.
l. 56. ad SC. Trebellian.
cit. l. 10. de uſu & habit.
l. 12. de inſtr. vel inſtrum. leg.
Ex lib. VIII. l. 34. fam. erc.
l. 54. de don. int. vir. & ux.
l. 71. 77. de legat. 2.
l. 10. de ann. legat.
l. 25. de uſu & uſufr. leg.
l. 9. de dot. præleg.
l. 3. de inſtr. vel inſtrum. leg.
l. 9. de alim. vel cib. legat.
l. 24. de liberat. legat.
l. 24. de adim. vel transf. leg.
l. 16. de his quæ ut ind.
l. 93. 101. de cond. & dem.
l. 5. ad leg. Falc.
l. 57. ad SC. Trebellian.
cit. l. 17. ad SC. Trebellian.
Ex lib. IX. l. 31. de minor.
l. 58. de cond. indeb.
l. 3. de probation.
l. 58. 61. de legat. 1.
l. 78. de legat. 2.
l. 10. de alim. vel cib. leg.
l. 25. de adim. vel transfer. leg.
l. 2. de reb. dub.
l. 78. 102. de cond. & dem.
l. 14. ad leg. Falc.
l. 58. ad SC. Trebellian.
l. 26. quand. dies leg. ced.
l. 42. de oper. libert.
l. 50. de manumiſſ. teſt.
l. 23. de fideicom. libert.
l. 35. de ſtatulib.
l. 8. qui ſin. manum. ad lib.
l. 35. de liberali cauſa.
l. 82. de diver. reg. jur.
cit. lib. in l. 92. de cond. & dem.
Ex lib. X. l. 8. de pact.
l. 33. de neg. geſt.
l. 57. mand.
l. 1. in quib. cauſ. tac. pig. contr.
l. 67. de evict.
l. 87. de acq. hered.
l. 29. de donat. al. eſt ex lib. 12.
l. 20. de manumiſſion.
l. 5. ſi ingen. eſſe dic.
l. 48. de acq. poſſ.
l. 45. de uſurp. & uſuc.
l. 12. pro emp.
l. 40. de re judic.
l. 37. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 19. 37. de jur. fiſc.
Ex lib. XI. l. 41. de pact.
l. 19. de compenſ.
l. 53. locat.
l. 9. de præſ. ver.
l. 1. de pignor.
l. 3. qui potior. in pig.
l. 4. de diſtr. pig.
l. 1. quib. mod. pig. vel hyp. ſol.
l. 68. de evict.
l. 9. de uſur.
l. 79. de legat. 2.
l. 8. de dot. collat.
l. 19. quæ in fraud. cred.
l. 29. de except. rei jud.
l. 121. de verb. obl.
l. 11. de duob. reis conſt.
l. 52. de fidejuſſor.
l. 96. de ſolution.
l. 2. rat. rem hab.
l. 20. de jur. fiſc.
cit. l. 11. de pignor.
l. 12. qui potior. in pign.
l. 41. de legat. 1.
l. 18. de jur. fiſc.
Ex lib. XII. l. 35. fam. erc.
l. 55. de ædil. edict.

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 16. de ſuis & legit. hered.
l. 29. 31. de donat. al. eſt ex lib. 10.
l. 36. de liberal. cauſ.
l. 4. de ſeparation.
l. 3. rat. rem hab.
Ex lib. XIII. l. 20. de compenſ.
l. 17. de his quæ ut ind.
l. 15. ad leg. Falc.
l. 11. de obſeq. par. & patr.
l. 8. de publican.
l. 42. de mort. cauſ. don.
l. 21. de manumiſſ.
l. 10. de diverſ. temp. præſc.
l. 8. ad leg. Jul. majeſt.
l. 12. ad leg. Cornel. de falſ.
l. 38. de jur. fiſc.
Ex lib. XIV. l. 25. de his quæ ut ind.
l. 11. de aſſign. libert.
l. 3. de manum. quæ ſer. ad univer.
l. 51. de manum. teſtam.
l. 2. ne de ſtat. defunct.
l. 13. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.
Ex lib. XV. l. 29. de teſtam. tutel.
l. 3. ſi quis aliqu. teſtar. prohib.
l. 18. de his quæ ut indign.
l. 23. de manumiſſion.
l. 2. de jur. aur. anul.
l. 53. de fidejuſſor.
l. 13. de publ. jud.
l. 21. de accuſat.
l. 39. ad leg. Jul. de adult.
l. 13. ad leg. Corn. de falſ.
l. 9. de leg. Jul. repet.
l. 4. ad SC. Turpillian.
Ex lib. XVI. l. 2. de veteran. & milit. ſucceſſ.
l. 14. de publ. jud.
l. 22. de accuſat.
l. 17. de quæſtion.
l. 34. de pœn.
l. 3. de ſent. paſſ.
l. 39. de jur. fiſc.
cit. l. 1. de req. vel abſ. damn.
l. 3. de bon. eor. qui ant. ſent.
Ex lib. XVII. l. 42. de pact.
Ex lib. XIX. l. 3. de leg. Rhod.
l. 43. de oper. libert.
l. 23. de appellat.
l. 15. de re milit.
l. 16. de caſtr. pecul.
l. 5. de cenſib.

Ex Libr. II. Definit.

Ex lib. I. l. 1. de legib.
l. 5. de transact.
l. 37. 39. de reb. cred.
l. 74. de contr. empt.
l. 8. de jur. & fact. ign.
l. 63. de rit. nupt.
l. 27. de pact. dotal.
l. 42. de admin. & pericul. tut.
l. 21. de tutel. & ration. diſtr.
l. 1. de injuſt. rupt.
l. 34. 79. de hered. inſtit.
l. 42. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 80. de legat. 2.
l. 79. de cond. & dem.
l. 28. de oblig. & act.
l. 123. de verb. obl.
Ex lib. II. l. 7. de juſt. & jur.
l. 11. de uſufr. accr.
l. 59. de cond. indeb.
l. 6. quand. ex fact. tutor.
l. 22. de manumiſſion.
l. 36. de ſtatulib.
l. 45. 49. de acq. poſſ.
l. 11. de diverſ. temp. præſcr.
l. 124. de verb. obl.
l. 28. de novat.
l. 97. de ſolution.
l. 10. de publ. jud.
l. 41. de pœn.
l. 17. de caſtr. pec.
l. 83. de diverſ. reg. jur.

Ex Libr. II. de Adulter.

Ex lib. I. l. 13. de teſtib.
l. 12. de fund. dot.
l. 7. de divort.
l. 41. de ſolution.
l. 2. de accuſat.
l. 2. de cuſtod. & exhib. reor.
l. 6. 20. 22. ad L. Jul. de adult.
Ex lib. II. l. 9. de calumniat.
l. 8. de divort.
l. 8. 10. ad L. Jul. de adult.
l. 8. 10. ad SC. Turpillian.
l. 6. de quæſtion.
l. 4. de bon. damn.
cit. l. 7. ad leg. Jul. de adult.

Ex Libr. ſing. de adulter.

l. 14. de teſtib.
l. 11. ad leg. Jul. de adult.
l. 11. ad SC. Turpillian.

Ex τȣ̃ Αςυνομικȣ̃ μονοϐίϐλȣ τȣ̃ Παπινιανȣ̃
L. 1. de via publ. & ſi quid in ea.

Citatur abſque nomine librorum.

l. 7. de pact.
l. 9. de minor.
l. 23. ex quib. cauſ. maj.
l. 6. de inoff. teſt.
l. 13. de hered. petit.
l. 3. quib. mod. uſusfr. amit.
l. 18. 20. 22. 24. fam. erc.
l. 6. com. divid.
l. 6. de relig. & ſumpt.
l. 40. de reb. cred.
l. 7. de in lit. jur.
l. 19. de pecul.
l. 10. 12. mand.
l. 12. de diſtr. pign.
l. 9. de ſponſal.
l. 2. de pact. dot.
l. 7. 23. de don. int. vir. & ux.
l. 4. de ſuſp. tut.
l. 1. de tutel. & rat. diſtr.
l. 35. de hered. inſtit.
l. 18. de cond. inſtit.
l. 20. 97. de acq. hered.
l. 15. de SC. Silanian.
l. 34. de legat. 1.
l. 43. ad SC. Trebellian.
l. 15. de oper. libert.
l. 1. de libert. univerſ.
l. 14. de furt.
l. 15. de injur.
l. 1. ad SC. Turpillian.
l. 4. de quæſtion.
l. 10. de appellat.
l. 28. 50. de jur. fiſc.
l. 2. de decur.

In Codice cit.

l. 10. de condict. indeb.
l. 22. §. 3. de furt. & ſerv. corr.
l. 6. 9. de inſtitut. & ſubſtit.
l. 10. pr. de acquir.
l. 13. de ſententiam paſſis.
l. 14. de ſententiis & interlocut.
l. 35. §. 1. C. de inoffic. teſt.
l. 8. C. de inſtitut. & ſubſtit.
l. 16. 30. de fideicommiſſis.
l. 3. de acquir. poſſeſſione.
l. 12. de legatis.
l. 14. de prædiis & aliis rebus.

In Inſtitution.

§. 2. de excuſat. tutor.
§. 7. de ſuſpect. tut.
§. 8. de rerum diviſione.
§. 4. de uſucapion.
§. 5. de teſtam. ord.
§. 14. de legatis.
§. 7. de fideicom. hered.
§. 1. de Codicillis.

II. *Claudius Tryphoninus.*

Ex Lib. XXI. Diſputat.

Ex lib. I. l. 5. de fugitiv.
l. 6. de in rem verſ.
l. 225. de verb. ſign.
Ex lib. II. l. 46. de pact.
l. 38. de negot. geſt.
l. 54. de adm. & peric. tutor.
l. 44. de excuſ.
l. 11. de SC. Silanian.
l. 13. de legat. præſt.
l. 48. de re jud.
l. 42. ad leg. Jul. de adult.
Ex lib. III. l. 37. de minor.
Ex lib. IV. l. 19. de quæſtion.
l. 12. de capt. & de poſtlim.
Ex lib. V. l. 11. de poſtul.
l. 22. de his quæ ut ind.
Ex lib. VI. l. 29. de jurejur.
l. 75. de jur. dot.
l. 9. de dot. collat.
Ex lib. VII. l. 62. de uſufr.
l. 64. de cond. indeb.
l. 52. ſolut. matr.
l. 63. de acq. rer. dom.
l. 33. de novation.
Ex lib. VIII. l. 23. de pigner. act.
l. 57. de pecul.
l. 33. de pignor.
l. 20. qui potior. in pign.
l. 12. de diſtr. pign.
l. 13. quib. mod. pign. vel hyp. ſol.
l. 45. de jur. dot.
l. 27. de liberat. legat.
Ex lib. IX. l. 31. depoſ.
l. 8. locat.
l. 67. de rit. nupt.
l. 76. de jur. dot.
l. 69. de fidejuſſor.
l. 86. de furt.
Ex lib. X. l. 15. de ſtat. hom.
l. 77. de jur. dot.
l. 30. de pact. dot.
l. 16. de don. int. vir. & ux.
l. 39. de pœn.
Ex lib. XI. l. 78. de jur. dot.
l. 16. de fund. dot.
l. 29. de act. rer. amot.
Ex lib. XII. l. 53. ſol. matr.
l. 50. 52. de re jud.
Ex lib. XII. l. 4. qui pet. tut. vel cur.
l. 39. 45. de excuſat.
l. 16. de cur. fur.
Ex lib. XIV. l. 27. de teſtam. tutel.
l. 8. 10. de confirm. tutor.
l. 55. de adm. & per. tutor.
l. 6. ubi pupil. educ. vel mor. deb.
Ex lib. XV. l. 37. de noxal. act.
l. 20. de cond. furt.
l. 19. de bon. poſſ. contr. tab.
l. 23. de jur. patron.
l. 19. de vi & vi arm.
Ex lib. XVI. l. 7. 24. de legat. præſt.
l. 7. de conjung. cum emanc. lib.
Ex lib. XVII. l. 22. de inoff. teſtam.
l. 10. de obſeq. parent. & patr.
l. 15. 50. de bon. libert.
Ex lib. XVIII. l. 18. 41. de teſtam. mil.
l. 19. de caſtr. pecul.
Ex lib. XIX. l. 20. de bon. poſſ. cont. tab.
Ex lib. XX. l. 28. de lib. & poſt.
Ex lib. XXI. l. 90. de hered. inſtit.
l. 9. de reb. dub.

Ex notis apud Scævolam lib. XVIII. Digeſt.

l. 36. de legat. 3.
Ex lib. XXI. l. 17. de fideic. libert.
cit. l. 10. de ſerv. export.
l. 58. de adm. & peric. tutor.
l. 88. de legat. 2.
l. 37. 38. 41. de legat. 3.
l. 32. de uſu & uſufr. legat.
l. 15. 16. de alim. vel cib. legat.
l. 16. de aur. arg. mund. leg.
l. 28. de liberat. legat.
l. 25. de his quæ ut indig.
l. 109. de cond. & dem.
l. 77. 78. 80. ad SC. Trebell.
l. 59. de manum. teſtam.
l. 88. de ſolut.
l. 20. judic. ſolv.
cit. l. 50. de jur. fiſc.

III. *Calliſtratus.*

Ex Libr. VI. de cognit.

Ex lib. I. l. 9. 19. de off. præſid.
l. 3. de in jus voc.
l. 36. de judic.
l. 26. de pœn.
l. 37. ad municip.
l. 11. de decurion.
l. 14. de muner. & honor.
l. 5. de jur. immunit.
l. 5. de extraord. cogn.
Ex lib. II. l. 31. de re judic.
l. 5. de decret. ab ord. fac.
l. 7. de operib. publ.
Ex lib III. l. 16. de ſerv. præd. ruſt.
l. 14. de ſupellect. legat.
l. 3. qui ſin. manum. ad libert.
l. 32. de re judic.
l. 2. de term. mot.
l. 31. ad leg. Corn. de falſ.
l. 2. de nundin.
Ex lib. 4. l. 3. de teſtib.
l. 33. de adm. & per. tutor.
l. 6. de ſuſp. tutor.
l. 17. de excuſation.
l. 6. ſi cui plus quam per leg.
l. 3. de colluſ. deteg.
l. 127. de verb. ſign.
Ex lib. V. l. 13. quod met. cauſ.
l. 37. de judic.
l. 2. de SC. Silanian.
l. 33. de re judic.
l. 3. de term. mot.
l. 19. de accuſat.
l. 12. de cuſtod. & exhib. reor.
l. 7. ad leg. Jul. de vi priv.
l. 15. de quæſtion.
l. 27. de pœn.
Ex lib. VI. l. 3. de off. procur. Cæſ.
l. 2. de fugitiv.
l. 3. de abig.
l. 13. de cuſtod. & exhib. reor.
l. 14. ad leg. Corn. de ſicar.
l. 6. de lege Fab. de plagiar.
l. 7. 28. de pœn.
l. 2. de bon. damnat.
l. 12. de jur. fiſc.
l. 12. de decurion.

Libr. VI. Edict. Monitor.

Ex lib. I. l. 2. in jus vocat. ut eant.
l. 12. de edend.
l. 4. de in integ. reſtit.
l. 45. de minor.
l. 41. de recept.
l. 58. de obl. & act.
l. 85. de ſolut.
l. 6. de incend. ruin. naufr.
Ex lib. II. l. 2. 4. 9. 11. 14. ex quib. cauſ. major.
l. 50. de rei vindic.
l. 32. de noxal. act.
l. 1. de inter. in jur. fac.
Ex lib III. l. 29. de neg. geſt.
l. 18. de teſtam. tutel.
l. 13. ut in poſſ. legat.
l. 38. de oper. libert.
Ex lib. IV. l. 63. de legat. 2.

Ex Libr. IV. de jure fiſci.

Ex lib. I. l. 27. de SC. Silan.
l. 4. ne de ſtat. defunct.
l. 1. de bon. damnat.
l. 1. de jur. fiſc.
Ex lib. II. l. 2. 23. de jur. fiſc.
Ex lib. III. l. 3. de jur. fiſc.

Ex Lib. III. Inſtit.

Ex lib. II. l. 29. de adoption.
l. 41. de relig. & ſumpt. fun.
l. 12. 25. de acq. rer. dom.
Ex lib. III. l. 21. ad SC. Vellejan.

Ex Libr. II. Quæſtion.

Ex lib. I. l. 38. de legib.
l. 47. de judic.
l. 10. de in lit. jur.
l. 64. pro ſoc.
l. 15. ad leg. Corn. de falſ.
l. 35. de pœn.
Ex lib. II. l. 4. de leg. Rhod.
l. 72. de evict.
l. 5. de fid. inſtrum.
l. 64. de rit. nupt.
l. 8. de jur. dot.
l. 48. ſolut. matr.
l. 82. de cond. & dem.
l. 37. de liberal. cauſ.
l. 59. de acq. rer. dom.
l. 20. quæ in fraud. cred.
l. 7. de incend. ruin. naufr.
l. 220. de verb. ſign.

IV. *Arrius Menander.*

Ex Lib. IV. Militar.

Ex lib. I. l. 29. de liberal. cauſ.
l. 2. 4. de re milit.
Ex lib. II. l. 5. de re milit.
Ex lib. III. l. 6. de re milit.
l. 1. de veteran.
cit. l. 1. de veter. & milit. ſucceſſ.
l. 14. de pœn.
l. 13. de re milit.

M. OPILIUS MACRINUS imperat ann. I. menſ. I. dies XXIII.

971 1 218 Imp. Antoninus Elagabalus Aug. — Q. M. Coclatinus Adventus II.
l. un. C. Greg. de patria poteſt. — l. 8. C. de negot. geſt.

M. ANTONINUS ELAGABALUS *ſeu* Heliogabalus Imper.

972 2 219 Imp. Antoninus Elagabalus Aug. II. — Sacerdos II.
973 3 220 Imp. Antoninus Elagabalus Aug. III. — Eutychianus II.
974 4 221 Gratus Sabinianus. — Claudius Seleucus.
975 5 222 Imp. Antoninus Elagabalus Aug. IV. — M. Aurel. Sev. Alexander Cæſar.

l. 2. & 3. C. de pignorat. action.
l. 3. C. de jur. dot.
l. 6. C. Gregor. tit. in c.
l. 1. & 2. ad exhibend.
l. 3. C. an ſerv. pro ſuo fact.
l. 1. C. qui dar. tut. v. cur. poſſ.
l. 4. C. arbitr. tutel.
- - - de furt. & ſerv. corrupt.
l. 10. C. de oper. libert.
l. 4. C. de teſtam. mil.
l. 1. C. ſi quis aliquem proh. vel coeg.
l. 3. C. de his quib. ut indign.
l. 2. C. de falſ. cauſ. adj.
l. 3. & 4. C. ad L. Falcid.
l. 4. C. de ſerv. pign. dat.
l. 1. C. quib. res judic. non noc.
l. 1. C. quand. prov. non eſt neceſſ.
l. 1. & 2. C. ſi pend. appell. mors interven.
l. 2. C. de ædific. priv.
l. 4. C. de hered. v. act. vend.
l. 1. & 2. C. ſi vendit. pignor. agat.
l. 6. 7. 8. 9. C. de eviction.
l. 3. 4. 5. C. de his qui accuſ. non poſſ.
l. 1. & 2. C. de accuſat.
l. 1. C. de injuriis.

P.R.C:A.J:P.C.N.

Mors HELIOGABALI.

M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER. I.

P.R.C.	A.J.	P.C.N.	
976	2	223 L. Marius Maximus II.	L. Roſcius Ælianus.
		l. 5. C. de edendo.	l. 2. C. de jure deliber.
		l. 3. C. de transaction.	l. 1. C. quemadm. teſt. aperiant.
		l. 11. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.	l. 2. C. de edict. D. Hadr. toll.
		l. 6. 7. 8. C. de procurator.	l. 4. C. de his qui ut indign.
		l. 1. C. de his quæ vi metusv. cauſ.	l. 9. C. de legatis.
		- - - de in integr. reſtit. minor.	l. 4. C. de fideicommiſſ.
		l. 2. C. ſi tut. vel curat. interv.	l. 3. C. de falſ. cauſ. adj.
		l. 3. C. de reſtit. milit.	l. 5. & 6. C. ad L. Falcid.
		l. 8. 9. 10. C. de inoff. teſtam.	l. 1. C. de legitim. hered.
		l. 3. & 4. C. de ſervitut. & aqua.	l. 1. C. de ordinand. cognit.
		l. 1. C. de noxal. action.	l. 3. C. de ſentent. & interlocut. omn. jud.
		l. 3. C. ad exhibend.	l. 1. C. ſi a non competent. jud. judic. eſſe dic.
		l. 3. & 4. C. de religioſ. & ſumpt. fun.	l. 2. C. commin. epiſt. progr.
		l. 2. C. de reb. cred.	l. 1. C. qui bonis ced. poſſ.
		l. 2. C. de teſtib.	l. 3. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contr.
		l. 2. & 3. C. de fide inſtrument.	l. 4. C. ſi alien. res pign. dat.
		l. 4. C. de pignerat. act.	l. 2. C. ſi in cauſ. judic. pign. capt. ſ.
		l. 5. C. quod cum eo qui in al. poteſt.	l. 1. 2. 3. C. de diſtract. pign.
		l. 4. C. ad SC. Vellejan.	l. 3. C. ſi vendit. pign. agat.
		l. 3. C. de hered. vel act. vend.	l. 4. C. de exception. ſ. præjudic.
		l. 4. C. de jure dot.	l. 2. C. de inutil. ſtipulat.
		l. 3. C. de teſtam. tutel.	l. 8. & 9. C. de fidej. & mandator.
		l. 5. C. qui petant tut. vel curat.	l. 1. C. de novat. & delegat.
		l. 6. & 7. C. de adminiſtr. tut.	l. 10. C. de eviction.
		l. 1. C. ub. pupill. educ. deb.	l. 1. C. creditorem evict. pign. non debere.
		l. 2. C. de alim. pupill. præſt.	l. 1. C. de donat. mort. cauſa.
		l. 1. C. ſi tutor vel curat. non geſſ.	l. 3. C. de accuſat. & inſcript.
		l. 1. C. ſi tutor vel curat. falſ. alleg. excuſ. ſit.	l. 5. 6. 7. C. ad L. Jul. de adult.
		l. 5. C. de furt. & ſerv. corrupt.	l. 2. C. ad L. Corn. de falſis.
		l. 1. & 2. C. de obſeq. patron. præſt.	l. 3. C. de his, qui ſib. adſcrib.
		l. 1. C. de bonor. poſſ. ſec. tab.	l. 1. C. de delatoribus.
		l. 1. C. de bonor. poſſ. contra tab. quam Pr.	l. un. C. de reis poſtulat.
		l. 1. C. de ſucceſſorio edicto.	l. 1. & 2. C. Greg. de inoff. teſtam.
		l. 3. C. de hered. inſtituend.	l. 1. C. ad L. Jul. majeſtat.
		l. 3. C. de impuberib. & al. ſubſtit.	l. 2. C. de ordin. cognition.
977	3	224 Julianus II.	Criſpinus.
		l. 11. C. de inoffic. teſt.	l. 6. & 7. C. de excuſ. tut. vel curat.
		l. 3. C. commun. divid.	l. 4. C. de obſeq. patron. præſt.
		l. 5. & 6. C. de religioſ. & ſumpt. fun.	l. 2. C. de bonor. poſſ. contra tab. quam Pr. lib. pollic.
		l. un. C. pœn. fiſcal. credit. præferr.	l. 1. C. unde legitimi.
		l. 2. C. de fiſcal. uſur.	l. 1. & 2. C. de collationib.
		l. 1. C. quib. non objic. long. temp. præſcript.	l. 4. C. de inſtitut. & ſubſtitut.
		l. 2. C. de calumniat.	l. 5. C. de his quib. ut indign.
		l. 2. C. de poſtul.	l. 5. & 6. C. de fideicommiſſ.
		l. 12. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.	l. 3. C. de uſur. & fruct. leg.
		l. 3. C. de judic.	l. 5. C. ut in poſſeſſ. legat.
		l. 6. C. de petit. hered.	l. 2. C. de uſucap. pro emptor.
		l. 5. C. de pignerat. act.	l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum. vel teſt. judic. ſit.
		l. 5. C. ad SC. Vellej.	l. 1. C. de interdictis.
		l. 4. C. de teſtam. tut.	l. 3. C. de ædific. privat.
		l. 1. C. de confirm. tut.	l. 3. C. de his qui in prior. credit. loc. ſucc.
		l. 6. C. qui pet. tut. vel curat.	l. 1. C. de infant. expoſit.
		l. 1. C. quand. mul. tut. offic. fung.	l. 6. C. de his qui accuſ. non poſſ.
		l. 2. C. de in lit. dand. tutor.	l. 2. C. ad L. Jul. majeſtat.
		l. 2. C. ſi tut. vel curat. non geſſ.	l. 8. & 9. C. ad L. Jul. de adult.
		l. 2. C. de uſur. pupillar.	l. 3. C. de L. Fab. de plagiariis.
		l. 1. C. de fidejuſſ. tutor.	l. 1. C. quæ ſit long. conſuet.
			l. 5. C. de quæſtionib.
978	4	225 Fuſcus II.	Dexter.
		l. 2. C. qui dare tutor. v. curat. poſſ.	l. un. C. ub. conv. qui cert. loc. dar. promiſ.
		l. 2. C. de fidejuſſ. tutor.	l. 6. C. de pigneratit. action.
		l. 6. C. de teſtam. milit.	l. 4. C. ſolut. matrimon.
		l. 2. C. de teſtamentis.	l. 8. C. de excuſat. tut.
		l. 4. C. de impub. & al. ſubſtitut.	l. 8. & 9. C. de oper. libert.
		l. 2. C. de liberis præterit.	l. 7. C. de fideicommiſſ. libertat.
		l. 7. & 8. C. de fideicommiſſ.	l. 3. C. de liber. cauſa.
		l. 6. & 7. C. ut in poſſeſſ. legat.	l. 5. C. de privil. fiſci.
		l. 1. C. ad SCt. Orfitianum.	l. 4. C. de diſtract. pignor.
		l. 4. C. quæ res pign. obl. poſſ.	l. 10. C. ad L. Jul. de adult.
		l. 4. & 5. C. de his qui ſib. adſcrib.	l. un. C. de vendit. rer. fiſcal.
		l. 1. C. de quæſtion. rectius ad A. 196. refertur.	l. 1. C. ſi omiſſa ſit cauſ. teſt.
		l. 7. & 8. C. de edendo.	l. 1. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.
			l. 7. C. Gregor. tit. incerti.
979	5	226 Imp. M. Aurelius Severus Alexander Aug. II.	C. Marcius Quintilianus II.
		l. 1. C. de diverſ. reſcript.	l. 8. & 9. C. de pactis.
		l. 4. C. de transaction.	l. 5. C. de jure dot.
		l. 10. C. de negot. geſtis.	l. 2. C. de confirm. tutor.
		l. 2. C. de his, quæ vi metusve cauſ.	l. 1. & 2. de pericul. tut.
		- - - ſi adverſ. fiſc.	l. 7. C. de teſtam. mil.
		- - - ſi ſæp. in integr. reſtit. poſtul.	l. 4. C. de condit. inſert.
		- - - de reſtitut. milit.	l. 7. C. ad L. Falcid.
		l. 1. C. de uxorib. mil.	l. 5. C. quand. dies leg. v. fideic. ced.
		l. 3. C. de rei vindicat.	l. 1. C. commun. de uſucap.
		l. 4. & 5. C. de uſufr. & habit.	l. 11. C. ad leg. Juliam de adult.
		l. 1. C. ad L. Aquil.	l. 3. C. de bon. proſcriptor.
		l. 2. C. commun. divid.	l. 2. C. de bon. eor. qui mort. ſibi conſciv.
		l. 2. C. de inſtitor. & exercit. action.	
980	6	227 L. Albinus.	Max. Æmilius Æmilianus.
		l. 8. C. Gregor. tit. inc.	l. 1. C. de patr. pot.
		l. 10. C. de pact.	l. 3. & 4. C. ad L. Cornel. de falſis.
		l. 1. C. de error. advocat.	l. 5. C. de transaction.
		l. 10. C. de procurator.	l. 4. C. ſi reus v. accuſ. mort. fuer.
		l. 11. C. de legatis.	l. 1. C. de pact. conv.
		l. 3. Cod. commin. epiſt. programm. &c.	l. 10. C. de pactis.
		- - - de remiſſion. pignor.	
981	7	228 Ti. Manilius Modeſtus.	Sergius Calpurnius Probus.
		l. 2. C. de modo multar.	l. 7. C. de furt. & ſerv. corrupt.
		l. 4. C. de judic.	l. 4. C. ne de ſtatu defunct.
		l. 6. C. ad SCt. Vellejan.	l. 3. C. ſi pendent. appell. mors interv.
		l. 3. C. de confirm. tutor.	l. 1. C. ne fiſc. rem quam vend. evinc.
		l. 2. C. in quib. cauſ. tut. v. cur. hab.	l. 1. §. 2. ff. de fugitiv.
		l. 9. C. de excuſat. tutor.	
982	8	229 Imper. M. Aurelius Severus Alexander Aug. III. Suff. M. Anton. Gordian. II.	Caſſius Dio II.
		l. 11. de procurator.	l. 8. C. de adminiſtr. tut.
		l. 1. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.	l. 3. C. de ſuſpect. tutor.
		l. 12. C. de inoff. teſtam.	l. 4. C. de hered. tutor. v. curator.
		l. 4. C. de probation.	l. 10. C. de excuſat. tutor.
		l. 6. C. de compenſationib.	l. 6. C. de his quib. ut indign.
		l. 1. C. ſine cenſ. v. reliq.	l. 1. C. de jur. domin. impetr.
		l. 3. C. de compenſat.	l. 11. C. de fidejuſſor. & mandator.
		l. 2. C. de dot. caut. non numer.	l. 11. C. de pactis.
		l. 6. C. de donat. inter vir. & ux.	l. 4. C. de ſentent. & interlocut. omn. judic.
		l. 1. C. de repud. & judic. de mor.	l. 13. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.
		- - - rer. amotar.	
983	9	230 L. Virius Agricola.	Sex. Catius Clementinus.
		l. 1. C. Greg. quod cum eo, qui in al. pot.	l. 1. C. ſi antiq. credit. pign. vendider.
		l. 1. C. de officio præfect. prætor. orient.	l. 1. C. de part. pignor. & omn. cauſa.
		l. 1. C. de in jus vocando.	l. 12. C. de pactis.
		l. 12. C. de negot. geſt.	l. 6. C. de transaction.
		l. 6. C. de uſufr. & habitat.	l. 3. C. de his, qui a non domino manum.
		l. 4. C. ad exhibend.	l. 12. C. de fidejuſſor. & mandator.
		l. 3. C. de inſtit. & exercit. act.	l. 7. C. de his, qui accuſ. non poſſ.
		l. 5. C. ad SC. Macedon.	l. 5. C. ad L. Corn. de falſis.
		l. 9. & 10. C. de adminiſtrat. tut.	l. 2. C. de injuriis.
		l. 3. C. de collationib.	
984	10	231 Civica Pompejanus.	Pelignianus.
		l. 1. C. ſi adverſ. rem judicat.	l. 11. C. de excuſat. tutor.
		l. un. C. etiam per procurat. cauſ. in integr. reſt.	l. 8. C. de furt. & ſervo corrupto.
		l. 1. C. ubi cauſ. ſtat. agi deb.	l. 11. C. de legatis.
		l. 3. C. de probation.	l. 5. C. de diſtract. pignor.
		l. 1. C. de dotis promiſſion.	l. 11. C. de evictionibus.
		l. 3. C. in quib. caſ. tut. v. cur. hab.	l. 1. Cod. de crimine ſtellionat.
985	11	232 Lupus.	Maximus.
		l. 1. C. ut lit. pend. v. poſt provocat.	l. 3. C. de teſtament.
		- - - qui & adv. quos in integr. reſt. non poſſ.	l. 7. C. de his quib. ut indign.
		l. 7. C. de donat. int. vir. & ux.	l. 2. C. de ſolution. & liberat.
			l. 2. C. de revocand. his quæ in fraud. credit.
986	12	233 Maximus.	Paternus.
		l. 4. C. de ſuſp. tut.	l. un. C. ſi adverſ. dot.
		l. 8. C. ad L. Falcid.	l. 1. C. ſi minor ſe major. dix.
		l. 5. C. quæ res pign. oblig. poſſ.	l. 4. C. ubi cauſ. fiſc.
		l. 5. C. qui potior. in pignor.	l. 8. C. de donat. inter vir. & uxor.
		l. 1. C. de codicillis.	
987	13	234 Maximus II.	C. Cælius Urbanus.
		l. 14. C. de negot. geſt.	l. 1. Cod. de officio rector. provinc.
		l. 1. C. ſi mat. indemn. promiſit.	

235 Severus

P.R.C:A.J:P.C.N.

988 | 14 | 235 Severus. Quintianus.

l. 2. C. de offic. præf. præt. orient.

Mendosam hujus legis subscriptionem notat Pagius in Critica ad Baron. ad ann. 987.

Mors ALEXANDRI SEVERI IMPERATORIS.

Constitutiones, quarum ætas dubia,

Sequentes XXXV. Alexandrum autorem inscriptum habent: collata autem subscriptione cum inscriptione Antonino Heliogabalo adscribendæ videntur. Reperiuntur autem hæ constitutiones

Lib. 9. tit. 1. l. 3. lib. 8. tit. 45. l. 6. lib. 7. tit. 64. l. 1. lib. 8. tit. 38. l. 4. lib. 8. tit. 45. l. 7. lib. 6. t. 35. l. 3. lib. 5. t. 51. l. 4. lib. 3. t. 42. l. 1. lib. 7. tit. 56. l. 1. lib. 7. t. 8. l. 4. lib. 9. t. 1. l. 4. lib 9. t. 2. l. 1. lib. 8. t. 30. l. 1. lib. 4. t. 14. l. 3. lib. 6. t. 2. l. 4. lib 4. t. 24. l. 1. lib. 9. tit. 1. l. 5. lib. 6. t. 49. l. 3. lib. 8. tit. 16. l. 4. lib. 5. t. 34. l. 1. lib. 6. t. 3. l. 6. lib. 6. t. 44. l. 2. lib. 6. t. 21. l. 4. lib. 3. tit. 42. l. 2. lib. 9. t. 92. l. 2. lib. 9. t. 35. l. 1. lib. 7. t. 66. l. 2. lib. 8. tit. 45. l. 8. lib. 4. t. 24. l. 2. lib. 5. t. 12. l. 3. lib. 6. t. 34. l. 1. lib. 8. t. 10. l. 2. lib. 8. t. 45. l. 4. lib. 9. t. 30. l. 2. Reliquæ constitutiones dubiæ. Lib. 1. t. 26. l. 2. lib. 2. t. 4. l. 5. lib. 2. t. 25. l. 2. tit. 28. l. 1. lib. 7. t. 27. l. 1. tit. 58. l. 3. tit. 66. l. 1. t. 68. l. 1. lib. 8. t. 28. l. 5. lib. 9. tit. 6. l. 3. tit. 9. l. 12. & l. 13.

Constitutiones sine die & Consule.

Lib. II. tit. 13. l. 9. L. III. t. 36. l. 4. & 5. L. IV. t. 30. l. 5. 6. 7. 8. tit. 31. l. 3. 4. 5. 6. 7. t. 32. l. 12. 13. 14. t. 34. l. 1. tit. 35. l. 4. & 5. tit. 39. l. 3. 4. 5. 6. t. 44. l. 1. tit. 48. l. 1. 2. 3. t. 50. l. 2. 3. t. 51. l. 1. tit. 54. l. 2. 3. 4. t. 55. l. 3. 4. 5. t. 56. l. 1. 2. 3. t. 57. l. 1. 2. 3. tit. 65. l. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Lib. V. tit. 3. l. 2. 3. t. 4. l. 4. 5. t. 5. l. 1. tit. 6. l. 2. 3. t. 39. l. 2. t. 62. l. 5. Lib. VI. t. 6. l. 3. L. VII. t. 2. l. 5. t. 4. l. 3. 4. 5. 6. 8. 9. t. 8. l. 5. 6. t. 10. l. 2. t. 11. l. 2. 3. 4. 5. t. 14. l. 1. t. 16. l. 4. 5. t. 19. l. 3. t. 21. l. 3. t. 26. l. 3. 4. t. 28. l. 1. t. 32. l. 2. t. 35. l. 1. t. 46. l. 2. t. 55. l. 1. t. 62. l. 2. t. 64. l. 2. t. 68. l. 2. Lib. IX. t. 1. l. 1. l. 10. L. X. t. 3. l. 1. t 4. l. 5. t. 5. l. 1. t. 8. l. 2. t. 9. l. un. t. 11. l. 11. t. 38. l. 1. t. 39. l. 2. t. 41. l. 3. t. 43. l. 2. t. 53. l. 1. t. 58. l. 1. t. 61. l. 1. t. 66. l. 1. t. 68. l. 1. t. 69. l. 1. Lib XI. t. 29. l. 3. tit. 39. l. 1. Lib. XII. tit. 1. l. 2. tit. 34. l. 2. tit. 36. l. 4. tit. 37. l. 1. 2. 3.

JURISCONSULTI QUI SUB HOC IMPERATORE FLORUERUNT.

I. *Martianus.*

* *Ex Libr. XVI. Institut.*

Ex lib. I. l. 8. 12. de just. & jur.
l. 2. de legib.
l. 5. de stat. hom.
l. 2. de off. proconf.
l. 42. de contr. empt.
l. 22. de bon. libert.
l. 23. de manum. testam.
l. 9. qui & a quib. manum.
l. 3. de jur. aur. anul.
l. 2. de natal. restit.
l. 17. de pœn.
Ex lib. II. l. 57. de rit. nupt.
l. 14. de testam. tutel.
l. 21. 29. de excusat.
l. 111. 128. de legat. 1.
l. 3. de jur. patron.
l. 5. de manumission.
l. 7. ad leg. Corn. de fals.
l. 1. de leg. Jul. de annon.
l. 5. de quæstion.
l. 4. de interd. & releg.
Ex lib. III. l. 2. 4. 6. de divis. rer.
l. 11. de off. præsid.
l. 23. de in jus voc.
l. 38. 40. de usufr.
l. 4. quib. mod. usufr. vel us. am.
l. 39. de religios. & sumpt. fun.
l. 9. de tutel.
l. 15. de donation.
l. 8. 11. de acq. rer. dom.
l. 39. de usurp. & usuc.
l. 7. de divers. temp. præsc.
l. 40. de solution.
l. 7. de sepul. viol.
l. 1. expilat. hered.
l. 1. de colleg. & corpor.
l. 30. de jur. fisc.
l. 9. de re milit.
l. 4. de pollicitat.
Ex lib. IV. l. 2. 30. de inoff. testam.
l. 13. qui testam. fac. poss.
l. 48. de hered. instit.
l. 36. de vulg. & pup. subst.
l. 14. 16. de cond. instit.
l. 22. de testam. milit.
l. 52. de acq. hered.
l. 29. ad SC. Trebellian.
l. 31. de jur. fisc.
Ex lib. V. l. 4. de jur. patron.
l. 9. de suis & legit. hered.
Ex lib. VI. l. 21. de probat.
l. 88. 112. de legat. 1.
l. 23. de ann. legat.
l. 18. de pecul. legat.
l. 13. de adim. vel transf. leg.
l. 14. de reb. dub.
l. 2. de his quæ pœn. caus.
l. 1. de his quæ ut indig.
l. 33. de cond. & dem.
l. 20. quand. dies legat. ced.
Ex lib. VII. l. 41. de usufr.
l. 12. de usufr. ear. rer.
l. 18. de cond. instit.
l. 6. de jur. codic.
l. 113. de legat. 1.
l. 65. 67. de legat. 3.
l. 17. de instr. vel instr. leg.
l. 20. de pecul. legat.
l. 89. ad leg. Falc.
l. 12. ut leg. seu fideic. ser. caus.
l. 6. de assig. libert.
l. 50. de fideicom. libert.
l. 210. de verb. sign.
Ex lib. VIII. l. 51. de judic.
l. 39. de cond. indeb.
l. 19. de cond. instit.
l. 114. de legat. 1.
l. 24. de ann. legat.
l. 2. de alim. vel cibar. legat.
l. 30. 33. ad SC. Trebellian.
Ex lib. IX. l. 9. de tutor. & curat. dat.
l. 31. ad SC. Trebellian.
l. 29. de bon. libert.
l. 1. 25. de mort. caus. don.
l. 51. de fideic. libert.
Ex lib. X. l. 28. de rit. nupt.
l. 35. sol. matr.
l. 7. ad leg. Jul. de adult.
Ex lib. XI. l. 3. de his quæ pro non scr.
l. 2. de his quæ ut indign.
Ex lib. XII. l. 3. de concubin.
l. 4. de legation.
Ex lib. XIII. l. 117. de legat. 1.
l. 91. ad leg. Falc.
l. 5. de jur. patron.
l. 8. de manumission.
l. 9. de manum. vind.
l. 11. qui & a quib. man.
l. 19. de exception.
l. 4. de pœn.
l. 2. de interd. & releg.
Ex lib. XIV. l. 12. de alien. jud. mut. caus.
l. 15. de SC. Maced.
l. 29. de usur.
l. 2. de Carb. edict.
l. 11. de incend. ruin. naufr.
l. 37. de injur.
l. 6. de publ. jud.
l. 3. ad leg. Jul. majest.
l. 1. 3. 5. ad leg. Jul. de vi publ.
l. 1. ad leg. Jul. de vi priv.
l. 1. 3. ad leg. Corn. de sicar.
l. 1. 3. 5. de leg. Pomp. de parricid.
l. 1. ad leg. Cornel. de fals.
l. 1. de leg. Jul. repetund.
l. 4. ad leg. Jul. pecul.
l. 32. de jur. fisc.
l. 25. de capt. & de postlim.
Ex lib. XV. l. 9. de cession. bonor.
Ex lib. XVI. l. 19. de rit. nupt.

Ex Libr. V. Regul.

Ex lib. I. l. 119. de legat. 1.
l. 26. de manum. testam.
l. 4. de extraord. crim.
l. 5. de interd. & releg.
Ex lib. II. l. 36. de dol. mal.
l. 46. ex quib. caus. major.
l. 51. de recept.
l. 15. de auct. & consens. tut.
l. 32. de liber. & posth.
l. 39. de hered. instit.
l. 55. de acq. hered.
l. 7. de jur. cod.
l. 15. de reb. dub.
l. 34. ad SC. Trebellian.
l. 26. de mort. caus. donat.
l. 7. de separation.
l. 44. de solution.
l. 11. de re milit.
l. 3. de veteran.
Ex lib. III. l. 1. de servit.
l. 35. de servit. præd. urb.
l. 13. de cond. caus. dat.
l. 40. de cond. indeb.
l. 44. de contr. empt.
l. 25. de præscr. verb.
l. 52. de jur. dot.
l. 25. de act. rer. am.
l. 51. de heredib. instit.
l. 121. de legat. 1.
l. 5. de dot. præleg.
l. 2. de pen. legat.
l. 16. 18. de reb. dub.
l. 7. ut in poss. legat. al. est Modestini.
l. 2. si quid in fraud. patr.
l. 10. de manum vind.
l. 43. de acq. poss.
l. 10. de dol. mal. except.
l. 46. de solution.
Ex lib. IV. l. 8. de divis. rer.
l. 52. de recept.
l. 16. ad leg. Aquil.
l. 17. de servo corrupt.
l. 5. de in lit. jur.
l. 32. de pigner. act.
l. 45. de contr. empt.
l. 52. de ædil. edict.
l. 32. de usur.
l. 58. de rit. nupt.
l. 20. de legat. præst.
l. 14. de manum. vind.
l. 53. 55. de fideicom. libert.
l. 23. de fidejussor.
l. 47. de solution.
l. 62. de furt.
Ex lib. V. l. 31. 33. de adoption.
l. 19. si servit. vind.
l. 3. de aleator.
l. 40. de pecul.
l. 10. de tutor. & cur. dat.
l. 27. de excusat.
l. 3. de his quæ ut indign.
l. 15. de bon. poss. cont. tab.
l. 27. de mort. caus. don.
l. 5. qui sin. manu. ad liber. per.
l. 34. de reb. auct. jud. possid.
l. 9. de divers. temp. præscr.
l. 4. ad L. Jul. majest.
l. 5. ad L. Jul. pecul.

Ex Libr. II. de Appellat.

Ex lib. I. l. 5. 7. de appellat.
Ex lib. II. l. 1. de libel. dimissor.
l. 2. eum qui appel. in provinc. defend.

Ex Libr. II. Publ.

Ex lib. I. l. 15. de off. præsid.
l. 2. de off. adsessor.
l. 9. de publ. judic.
l. 13. de accusat.
l. 28. 33. ad L. Jul. de adulter.
l. 4. de L. Pomp. de parricid.
l. 11. ad L. Corn. de fals.
l. 10. ad L. Jul. pecul.
l. 3. de L. Fab. de plagiar.
l. 8. ad municip.
l. 4. de decurion.
l. 2. de decret. ab ord. fac.
l. 214. de verb. sign.
Ex lib. II. l. 2. de serv. export.
l. 4. de obseq. parent. & patr.
l. 1. de receptator.
l. 2. de furib. balnear.
l. 3. expilat. heredit.
l. 3. de colleg. & corpor.
l. 6. de custod. & exhib. reor.
l. 1. 3. de requir. vel absent. damn.
l. 9. de quæstion.
l. 11. de pœn.
l. 8. de interd. & releg.
l. 2. de cadaver. punit.
l. 7. de muner. & honor.

Ex libr. singul.

Ex lib. de delatorib. l. 46. de contr. empt.
l. 15. de SC. Silanian.
l. 48. de damn. infect.
l. 16. de public. & vectig.
l. 30. de donation.
l. 1. ne de stat. defunct.
l. 3. de bonis eor. qui ant. sentent.
l. 18. 22. 24. de jur. fisc.
l. 10. ad municip.

Ex libr. ad hypothecariam formulam.

l. 17. 19. 33. de pigner. act.
l. 5. 11. 13. 16. de pignor.
l. 2. 5. in quib. caus. pign. vel hypoth.
l. 1. quæ res pig. vel hyp.
l. 12. qui potior. in pign.
l. 5. 7. de distract. pign.
l. 5. 8. quib. mod. pig. vel hyp. solv.
l. 23. de probat.
l. 12. de reb. eor. qui sub tutel.
l. 6. qui sin. manu. ad lib. perv.
l. 37. de acq. poss.
l. 35. de reb. auct. jud. poss.
l. 49. de solution.

Ex Lib. ad SC. Turpill.

l. 1. ad SC. Turpillian.

Ex Lib. VII. Digest.

l. 17. de fund. dot.
cit. l. 57. de rit. nupt.
l. 7. ad L. Jul. de adult.
l. 8. usufruct. quemadm. cav.
l. 5. qui testam. fac. poss.
l. 7. ad L. Jul. de vi privat.

II. *Julius Gallus Aquila.*

Libr. Responsor.

l. 34. de adm. & per. tut.
l. 12. de susp. tutor.

III. *Æmilius Macer.*

Ex Libr. II. de re militari.

Ex lib. I. l. 12. de re milit.
Ex lib. II. l. 26. de testament. mil.
l. 92. ad L. Falc.
l. 1. de veter. & milit. success.
l. 14. de pœn.
l. 13. de re milit.
l. 11. de castr. pecul.

Ex Libr. II. de judic.

Ex lib. I. l. 8. de sepul. viol.
l. 2. de concussion.
l. 2. de abig.
l. 3. de prævaric.
l. 1. de publ. judic.
l. 18. 24. 32. ad L. Jul. de adult.
l. 3. ad L. Jul. de vi priv.
l. 10. ad L. Corn. de fals.
l. 3. 5. 7. de L. Jul. repetund.
Ex lib. II. l. 14. de off. præsid.
l. 63. de furt.
l. 40. de injur.
l. 9. de sepulchr. viol.
l. 4. de prævaricat.
l. 7. de publ. jud.
l. 8. 11. de accusat.
l. 9. 15. ad SC. Turpillian.
l. 2. 4. de requir. vel absent. damn.
l. 10. de pœn.
l. 2. de bonis eor. qui ant. sentent.
l. 34. de jur. fisc.

Ex Lib. II. de Off. Præsid.

Ex lib. I. l. 1. 16. de off. præsid.
l. 4. de off. ejus cui mand.
l. 3. de off. adsessor.
l. 61. de acq. heredit.
Ex lib. II. de custod. & exhib. reor.

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 12. de pœn.
l. 5. de vacat. & excus. muner.
l. 3. de oper. publ.

Ex Lib. II. ad leg. vic. hered.

Ex lib. I. l. 13. de transact.
l. 37. de religios. & sumpt.
l. 7. qui testam. fac. poss.
l. 154. de verb. sign.
Ex lib. II. l. 68. ad L. Falc.

Ex Lib. II. de appellat.

Ex lib. I. l. 15. qui satisd. cog.
l. 2. 4. de appellation.
l. 2. quand. appell. sit.
l. 4. de appell. recip.
Ex lib. II. l. 8. de in integr. restit.
l. 63. de re judic.
l. 9. de appellat.
l. 3. quand. appel. sit.
l. 6. de appel. recip.
l. 1. quæ sent. sin. appell.
l. 2. an per al. caus. appell.
l. 1. si pendent. appell.

IV. *Venulejus Saturninus.*

Ex XIX. Stipul. Libr.

Ex lib. I. l. 137. de verb. obl.
l. 21. de stip. servor.
l. 9. de stipulat. prætor.
Ex lib. II. l. 18. de SC. Maced.
l. 12. de duob. reis const.
Ex lib. III. l. 13. de duob. reis c.
l. 31. de novation.
Ex lib. IV. l. 138. de verb. obl.
Ex lib. VI. l. 51. de adm. & per. tutor.
l. 139. de verb. obl.
l. 17. judic. solvi.
Ex lib. VII. l. 7. fam. ercisc.
l. 224. de verb. sign.
Ex lib. IX. l. 19. judic. sol.
Ex lib. XI. l. 21. de acceptil.
Ex lib. XII. l. 4. usufr. quemadm. cav.
l. 25. de stip. servor.
l. 99. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XIII. l. 6. ad L. Falc.
Ex lib. XV. l. 8. rat. rem hab.
Ex lib. XVI. l. 75. de evict.
Ex lib. XVII. l. 76. de evict.
l. 6. vi bonor. rapt.

Ex Libr. X. action.

Ex lib. IV. l. 21. de precar.
Ex lib. V. l. 65. de ædilit. edict.
Ex lib. VII. l. 44. de liber. caus.
Ex lib. VIII. l. 11. de stipul. prætor.
Ex lib. X. l. 43. de usu & usufr. leg.
l. 32. de adim. vel transfer. leg.

Ex lib. IV. de Offic. Proconf.

Ex lib. I. l. 2. si ingen. esse dicet.
l. 9. de custod. & exhib. reor.
l. 6. ad L. Corn. de sicar.
l. 15. de pœn.
Ex lib. II. l. 11. de off. proconf.
l. 12. de testib.
l. 20. de cust. & exhib. reor.
l. 2. quis & a quo appel.

Ex libr. III. de publ. jud.

Ex lib. I. l. 23. de testib.
Ex lib. II. l. 20. de testib.
l. 13. de SC. Silanian.
l. 39. de injur.
l. 5. de prævaric.
l. 12. de accusation.
l. 5. de custod. & exhib. reor.
l. 6. ad L. Jul. majest.
l. 7. ad L. Jul. pecul.
Ex lib. III. l. 4. 6. de L. Jul. repet.
l. 8. ad L. Jul. pecul.

Ex libr. VI. interd.

Ex lib. I. l. 52. de acq. poss.
l. 4. de itin. act. priv.
l. 4. de rivis.
l. 2. de cloac.
Ex lib. II. l. 2. 4. 8. 10. 12. 22. quod vi aut clam.
Ex lib. III. l. 7. 22. de precar.
Ex lib. IV. l. 2. 4. de hom. lib. exh.
l. 5. de lib. exhib.
Ex lib. V. l. 53. de acq. poss.
l. 15. de diverf. temp. præscr.

Ex lib. VI. l. 66. de acq. rer. dom.
l. 8. 11. 25. quæ in fraud. cred.

Ex Lib. VII. Disputat.

l. 18. judic. sol.
cit. l. 1. de senator.
l. 1. de abig.
l. 1. de effractor.
l. 14. de custod. & exhib. reor.

V. *Domitius Ulpianus.*

Ex Lib. XXXIII. lib. ad Edict.

Ex lib. I. l. 4. de jurisdict.
l. 1. si quis jus dic. non obtemp.
l. 1. si quis in jus voc. non ier.
l. 1. de fugitiv.
l. 6. de magistrat. conveniend.
l. 1. 4. de damn. inf.
l. 22. de injur.
l. 3. 8. de popul. act.
l. 25. ad municip.
l. 6. de adm. rer. ad civit. pert.
l. 1. de verb. sig.
l. 102. de diverf. reg. jur.
Ex lib. II. l. 3. de off. præf. urb.
l. 13. de off. proconf.
l. 3. de feriis.
l. 1. de judic.
l. 55. fam. erc.
l. 10. de reb. cred.
l. 17. de cond. indeb.
l. 9. commod.
l. 32. pro soc.
l. 39. loc.
l. 10. de tutel.
l. 76. de legat. 3.
l. 1. de except. rei jud.
l. 36. de obl. & act.
l. 67. de verb. obl.
l. 8. rem pup. salv. for.
l. 1. de sepulchr. viol.
l. 1. 27. ad municip.
l. 3. de verb. sig.
l. 104. de diverf. reg. jur.
Ex lib. III. l. 7. 10. de jurisd.
l. 1. 3. quod quisq. jur. in alt.
l. 2. de judic.
l. 3. 5. 7. de nox. act.
l. 18. de pœn.
l. 6. de verb. sig.
Ex lib. IV. l. 30. de legib.
l. 1. 4. 6. 8. 13. de edend.
l. 1. 5. 7. 10. 12. 14. 16. 22. 26. 29. de pact.
l. 11. de transact.
l. 2. de recept.
l. 3. de judic.
l. 6. de pact. dot.
l. 1. de except.
l. 37. de oblig. & act.
Ex lib. V. l. 2. 4. 10. 24. de in jus voc.
l. 1. 3. 5. ne quis eum qui in jus voc.
l. 2. qui satisd. cog.
l. 2. de feriis.
l. 5. 16. de judic.
l. 1. si pars hered. pet.
l. 41. locat.
l. 8. de manum. vind.
l. 2. ex quib. caus. in poss.
l. 9. de verb. sig.
Ex lib. VI. l. 1. 3. 6. de postul.
l. 2. 4. 6. 8. 11. 13. 24. de his qui not. infam.
l. 6. de judic.
l. 18. de sponsal.
l. 2. de re judic.
l. 69. de verb. obl. al. ex lib. 7.
l. 1. de prævaric.
l. 32. de pœn.
l. 4. de jur. fisc.
l. 1. de re milit.
l. 10. 12. de verb. sign.
Ex lib. VII. l. 1. 3. si ex nox. caus. ag.
l. 1. de eo per quem fact. er.
l. 5. 7. de procur.
l. 7. de judic.
l. 11. de noxal. act.
l. 44. locat.
l. 69. de verb. obl. al. ex lib. 6.
l. 25. ad L. Corn. de fals.
l. 13. de verb. sign.

Ex l. VIII. l. 15. 17. 19. 23. de his qui not. infam.
l. 8. 10. 13. 15. de procur.
l. 2. 5. quod cujuscunq. univerf.
l. 7. de in lit. jur.
l. 17. de novation.
Ex lib. IX. l. 5. de postuland.
l. 1. 3. 17. 19. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 35. 37. 39. 40. de procur.
l. 3. quod cujuscunq. univerf.
l. 9. de judic.
l. 17. de tutor. & cur. datis.
l. 2. 4. 23. de adm. & per. tutor.
l. 41. de acq. rer. dom.
l. 9. rat. rem hab.
Ex lib. X. l. 7. quod cujusc. univ.
l. 1. 3. 5. 8. 10. 12. 14. 20. de neg. gest.
l. 1. 3. 5. de calumniat.
l. 6. 21. de minor.
l. 10. de judic.
l. 1. de relig. & sumpt.
l. 27. de reb. cred.
l. 16. de jurejur.
l. 4. quod jussu.
l. 37. de usur.
l. 5. de eo qui pro tutor.
l. 5. 7. de obseq. par. & patr.
l. 17. de re judic.
l. 4. de vi & vi arm.
l. 15. 17. de verb. sign.
Ex lib. XI. l. 1. de in integr. restit.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 12. 14. 16. 20. quod met. caus.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 21. 24. 30. de dol.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 16. 18. 20. 22. de minor.
l. 36. de pigner. act.
l. 42. mandat.
l. 50. de contr. empt.
l. 32. de act. empt.
l. 6. de usurp. & usuc.
l. 5. de vi & vi arm.
l. 70. de verb. obl.
l. 25. de fidejussor.
l. 8. de munerib. & honor.
l. 19. de verb. sign.
l. 116. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XII. l. 2. de cap. minut.
l. 1. 3. 5. 7. 10. 12. 15. 17. 21. 23. 26. 28. ex quib. caus. major.
l. 10. de alien. judic. mut. caus.
l. 11. de judic.
l. 42. de pecul.
l. 1. 3. 5. 7. 9. quod fals. tut. auct.
l. 15. qui testam. fac. poss.
l. 1. pro derelict.
l. 1. quib. ex caus. in poss. eat.
l. 20. de verb. sign.
l. 118. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XIII. l. 6. de in integ. restit.
l. 19. de minor.
l. 2. 4. 6. de alien. jud. mut. caus.
l. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 21. 23. 25. 27. 29. 31. de recept.
l. 25. de adm. & per. tutor.
l. 16. de oper. nov. nunc.
l. 2. de except. rei jud.
l. 71. de verb. obl.
l. 3. si is qui testam. lib.
l. 119. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XIV. l. 7. qui satisd. cog.
l. 1. 3. naut. caup.
l. 1. 6. 8. de inoff. testam.
l. 5. 7. de hered. petit.
l. 1. si serv. vindic.
l. 27. de constit. pecun.
l. 28. mandat.
l. 4. de his quæ ut indig.
l. 42. ad L. Falc.
l. 2. de bonor. poss.
l. 1. de fideicom. libert.
l. 19. de statulib.
l. 52. de solution.
l. 7. de stipul. prætor.
l. 9. judic. sol.
l. 14. de appellat.
l. 1. de castr. pecul.
l. 23. de verb. sign.
l. 123. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XV. l. 1. de off. præfect. August.

l. 2. 9. 11. 13. 16. 18. 20. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 37. de heredit. petit.
l. 4. si pars hered. pet.
l. 1. de possessor. hered. pet.
l. 17. de pignor.
l. 34. de usur.
l. 4. ut leg. seu fideic. serv. caus.
l. 1. pro suo.
l. 3. de except. rei jud.
l. 24. de injur.
l. 126. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XVI. l. 9. de legib.
l. 1. de off. procur. Cæs.
l. 1. 3. de fideicom. hered. petit.
l. 1. 3. 5. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 22. 72. 75. de rei vind.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 14. de publ. in rem act.
l. 10. de curat. furios.
l. 37. 39. ad SC. Trebellian.
l. 10. de usurp. & usuc.
l. 5. de jur. fisc.
l. 26. de verb. sign.
Ex lib. XVII. l. 37. 39. 41. 73. 77. de rei vind.
l. 10. de usufr. accresc.
l. 5. si ususfr. pet.
l. 2. de oper. serv.
l. 2. de servit.
l. 5. de servit. præd. urb.
l. 3. 5. de servit. præd. rust.
l. 2. com. præd.
l. 2. 4. 6. 8. si servit. vind.
l. 19. depos.
l. 45. de don. inter vir. & ux.
l. 29. de mort. caus. don.
l. 1. de cession. bonor.
l. 60. de obl. & act.
l. 27. de verb. sign.
Ex lib. XVIII. l. 12. de jurisd.
l. 7. naut. caup.
l. 1. si quadr. pauper.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23. 25. 27. 29. 35. ad L. Aquil.
l. 2. 6. 14. de noxal. act.
l. 7. de interrog. in jur. fac.
l. 34. de act. empt.
l. 14. de evict.
l. 25. de injur.
l. 2. de sepulchr. viol.
l. 10. ad L. Cornel. de sicar.
l. 31. de verb. sign.
l. 130. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XIX. l. 2. fin. regund.
l. 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 20. 22. 24. fam. erc.
l. 4. 6. com. divid.
l. 43. ad L. Falc.
l. 30. de manum. testam.
l. 44. de acq. rer. dom.
Ex lib. XX. l. 7. com. divid.
l. 41. pro soc.
l. 5. de itin. act. priv.
l. 60. 72. de verb. obl.
l. 3. de sepul. viol. al. ex lib. 25.
l. 7. de L. Pomp. de parricid. al. ex lib. 29.
l. 137. de diver. reg. jur. al. ex l. 25.
Ex lib. XXI. l. 15. de judic.
l. 19. de pignor.
l. 30. de hered. instit.
l. 44. ad L. Falc.
l. 30. de mort. caus. don.
l. 2. de cession. bonor.
l. 42. de obl. & act.
l. 33. de verb. sign.
l. 134. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXII. l. 17. de stat. hom.
l. 17. de judic.
l. 2. 4. 6. 9. 11. 21. de interrog. in jur. fac.
l. 3. 5. 7. 9. 11. 13. de jurejur.
l. 43. ad SC. Trebellian.
l. 75. de verb. obl.
l. 27. de fidejussor.
Ex lib. XXIII. l. 18. de judic.
l. 1. 3. 5. de his qui effud. vel dejec.
l. 21. de nox. act.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. de ser. corrupt.
l. 1. de aleator.
l. 43. mand.
l. 33. de act. empt.

l. 8. de

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 8. de adm. & peric. tutor.
l. 31. de fidejuſſor.
l. 13. de vacat. & excuſ. muner.
l. 36. de verb. ſign.
l. 135. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXIV. l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. ad exhib.
l. 1. 3. 5. 7. ſi menſ. falſ. mod. dix.
l. 1. de inſpic. ventr.
l. 16. de acq. hered.
Ex lib. XXV. l. 7. de diviſ. rer.
l. 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. 20. 22. 24. 27. 31. de relig. & ſumpt.
l. 50. de evict.
l. 9. de tutel. & rat. diſtr.
l. 3. de ſepulch. viol.
l. 6. de popular. act.
l. 38. de verb. ſign.
l. 137. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXVI. l. 51. de pact.
l. 61. de judic.
l. 1. 7. 9. 11. 13. de reb. cred.
l. 18. 19. 23. 25. 34. de jurejur.
l. 1. 3. de cond. cauſ. dat.
l. 2. 4. de cond. ob turp. cauſ.
l. 1. 26. de cond. indeb.
l. 7. de uſu & uſufr. leg.
l. 48. de verb. obl.
l. 41. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXVII. l. 36. de jurejur.
l. 8. de cond. furt.
l. 1. 3. de cond. tritic.
l. 2. 4. de eo quod cert. loc.
l. 1. 3. 5. 7. 11. 14. 16. 18. de conſtit. pecun.
l. 56. de re judic.
l. 5. de confeſſ.
l. 11. de novation.
l. 182. de verb. ſign.
Ex lib. XXIIX. l. 1. 3. 5. 7. commod.
l. 9. 11. 15. de pigner. act.
l. 1. de exercit. act.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. de inſtit. act.
l. 7. de compenſat.
l. 43. pro ſoc.
l. 5. locat.
l. 17. de præſcr. verb.
l. 27. de ſolution.
l. 183. 185. de verb. ſign.
l. 43. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXIX. l. 14. de reb. cred.
l. 4. de exerc. act.
l. 1. 3. 5. 7. 9. de tribut. act.
l. 2. 4. quod cum eo.
l. 1. 3. 7. 9. 11. de SC. Maced.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 30. de pecul.
l. 1. quand. de pecul.
l. 1. 3. 5. 7. 10. 13. de in rem verſ.
l. 1. quod juſſu.
l. 2. 4. 6. 8. 10. ad SC. Vellejan.
l. 11. de pecul. leg.
l. 16. de vi & vi arm.
l. 7. de L. Pomp. de parricid.
l. 1. de appellation. recip.
l. 44. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXX. l. 35. de dol.
l. 3. de in lit. jur.
l. 9. de cond. furt.
l. 22. 24. de pigner. act.
l. 1. 5. 7. depoſ.
l. 3. de leg. commiſſor.
l. 18. de præſcr. verb.
l. 17. de act. rer. am.
l. 3. de bon. damn. al. ex lib. 33.
l. 2. de proxenetic. al. ex lib. 31.
l. 186. de verb. ſign.
l. 45. 47. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXXI. l. 15. de reb. cred.
l. 25. de pigner. act.
l. 3. depoſ.
l. 6. 8. 10. 12. 14. 16. mand.
l. 5. 20. 24. 26. 33. 44. 49. 52. 58. 61. 63. pro ſoc.
l. 19. de præſcr. verb.
l. 6. de tutel. & rat. diſtr.
l. 2. de proxenetic. al. ex lib. 30.
Ex lib. XXXII. l. 23. com. divid.
l. 2. de cond. ſin. cauſ.
l. 11. de compenſat.
l. 69. pro ſoc.

l. 30. de contr. empt.
l. 6. de in diem addict.
l. 4. de leg. commiſſor.
l. 4. 11. de hered. vel act. vend.
l. 1. de ſerv. export.
l. 11. 13. 15. 17. de act. empt.
l. 9. 11. 13. 15. 17. 19. locat.
l. 1. de æſtim. act.
l. 20. de præſcr. verb.
l. 4. 37. de evict.
l. 187. de verb. ſign.
Ex lib. XXXIII. l. 37. de jurejur.
l. 39. de jur. dot.
l. 22. 24. 62. ſolut. matr.
l. 11. 13. de act. rer. amot.
l. 11. de adm. & per. tutor.
l. 59. de legat. 1.
l. 8. ad L. Corn. de ſic.
l. 3. 5. de bon. damn. al. ex lib. 30.
l. 7. de caſtr. pecul.
Ex lib. XXXIV. l. 10. de ſenator.
l. 65. de judic.
l. 21. 23. de uſur.
l. 14. 40. de jur. dot.
l. 11. de pact. dot.
l. 35. de donat. int. vir. & ux.
l. 5. de divort.
l. 15. 19. de act. rer. amot.
l. 1. 3. de agn. & alend. lib.
l. 1. ſi mul. vent. nom. in poſſeſſ.
l. 1. ubi pupil. educ. vel mor. deb.
l. 41. de cond. & demonſtr.
l. 27. de jur. fiſc.
l. 190. de verb. ſign.
Ex lib. XXXV. l. 22. de legib.
l. 6. ne quis eum qui in jus voc.
l. 17. de neg. geſt.
l. 49. de minor.
l. 9. de ſponſal.
l. 3. 17. 19. de teſtam. tutel.
l. 5. de legit. tutor.
l. 2. de tutor. & curat. dat.
l. 1. 3. 5. 7. de adm. & peric. tut.
l. 1. 3. de ſuſpect. tutor.
l. 19. de excuſation.
l. 7. 11. 13. de tutel. & rat. diſtr.
l. 11. quod falſ. tutor.
l. 3. de fidejuſſor. & nomin. tutor.
l. 1. 3. 5. 7. de reb. eor. qui ſub tutel.
l. 3. rem pupil. ſalv. for.
l. 49. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXXVI. l. 4. de in lit. jur.
l. 3. de tutor. & curat. dat.
l. 6. 9. de adm. & per. tutor.
l. 2. ubi pupil. educ. vel mor. deb.
l. 1. de tutel. & rat. diſtr.
l. 1. 3. de contr. tut. & util. act.
l. 1. de eo qui pro tutor.
l. 4. de fidejuſſor. & nomin. tutor.
l. 1. de magiſtr. conveniend.
Ex lib. XXXVII. l. 8. 36. 38. 42. de noxal. act.
l. 16. de interr. in jur. fac.
l. 26. ad SC. Vellejan.
l. 12. de teſtib.
l. 50. 52. de furt.
l. 1. de tign. junct.
l. 9. ad L. Cornel. de ſicar.
l. 192. de verb. ſign.
Ex lib. XXXVIII. l. 17. de interr. in jur. fac.
l. 6. 10. 12. de cond. furt.
l. 13. de pigner. act.
l. 2. 13. 15. de oper. libert.
l. 12. de publican. & vectig.
l. 6. ſi ingen. eſſe dic.
l. 12. de exception.
l. 13. de novation.
l. 29. de ſolution.
l. 92. de furt.
l. 1. ſi is qui teſtam. lib. eſſe.
l. 1. furt. adverſ. naut. caup. ſtab.
l. 1. 3. ſi fam. furt. fec. dic.
l. 7. arb. furt. cæſar.
l. 1. de ſentent. paſſ.
l. 193. de verb. ſign.
Ex lib. XXXIX. l. 8. de off. proc.
l. 4. de off. præſid.
l. 14. de juriſd.
l. 62. de judic.
l. 4. de cond. cauſ. dat.
l. 22. qui teſtam. fac. poſſ.

l. 1. 3. 5. de bonor. poſſeſſion.
l. 2. de bonor. poſſ. furioſ. inf.
l. 1. 3. de bon. poſſ. contr. tab.
l. 1. de bon. poſſ. ſecund. tab.
l. 6. ſi tab. teſtam. nul. ext.
l. 2. de quæſtion.
l. 4. ad municipal.
Ex lib. XL. l. 38. de procur.
l. 8. de uſufr.
l. 8. 10. de bon. poſſ. contr. tab.
l. 1. 3. 5. 8. 10. 12. 14. de legat. præſt.
l. 1. de collation. bonor.
l. 1. de dot. collation.
l. 1. de conjung. cum emanc. lib.
Ex lib. XLI. l. 21. de vulg. & pup. ſubſt.
l. 1. 6. de ventr. in poſſ. mittend.
l. 1. 3. 5. de Carbon. edict.
l. 2. de bonor. poſſ. ſec. tab.
l. 3. de bon. libert.
Ex lib. XLII. l. 4. de bonor. poſſ. ſec. tab.
l. 1. de bon. libert.
Ex lib. XLIII. l. 36. de contr. empt.
l. 17. de hered. vel act. vend.
l. 38. de acq. hered.
l. 6. 8. de bon. libert.
l. 4. ſi quid in fraud. patr.
l. 194. de verb. ſign.
Ex lib. XLIV. l. 10. 12. de bon. libert.
l. 1. 3. ſi quid in fraud. patr.
l. 1. ſi tab. teſtam. nul. ext.
l. 52. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XLV. l. 22. de teſt. tutel.
l. 9. qui teſtam. fac. poſſ.
l. 1. 11. 13. 15. 42. 44. de teſtam. milit.
l. 1. ſi a parent. quis manum.
l. 1. de bonor. poſſ. ex teſtament. mil.
l. 14. 16. de bon. liber.
l. 6. und. cog.
l. 8. de caſtr. pecul.
Ex lib. XLVI. l. 11. de injuſt. rupt.
l. 39. de acq. hered.
l. 23. ſi quis omiſſ. cauſ.
l. 2. und. legit.
l. 1. und. cognat.
l. 2. de gradib. & affin.
l. 5. de ſuis & legit.
l. 195. de verb. ſign.
l. 54. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XLVII. l. 7. de ventr. in poſſ. mit.
l. 17. de bon. libert.
l. 1. und. vir & ux.
Ex lib. XLVIII. l. 1. ſi quis aliq. teſt. prohib.
l. 12. de bonor. poſſeſſ.
l. 2. de pœn.
Ex lib. XLIX. l. 63. de judic.
l. 10. de adm. & per. tutor.
l. 1. de libert. univerſ.
l. 1. de ſucceſſor. edict.
l. 1. ut ex legib. ſenatusve conſ. bonor. poſſ. det.
l. 2. quis ord. in poſſ. ſerv.
Ex lib. L. l. 1. de transact.
l. 6. de ſid. inſtrum.
l. 8. de cond. inſtit.
l. 2. 4. 6. 8. teſtam. quemadm. aper.
l. 1. 4. 6. 8. 10. 12. ſi quis om. cauſ.
l. 1. 3. 5. 24. de SC. Silanian.
l. 12. de manum. teſtam.
l. 50. de verb. obl.
l. 3. de quæſtion.
l. 45. de verb. ſign. al. ex lib. 58.
Ex lib. LI. l. 68. de rei vind.
l. 64. de uſufr.
l. 9. uſufr. quemadm. cav.
l. 71. de legat. 1.
l. 51. de verb. obl.
l. 30. de ſolution.
Ex lib. LII. l. 1. 3. 5. ut in poſſ. legat.
l. 1. 3. 5. 7. de oper. nov. nunc.
Ex lib. LIII. l. 9. de ſervit. præd. urb.
l. 10. ſi ſervit. vind.

l. 7. 9. 11. 13. 15. 77. de damn. infect.
l. 1. 3. 4. 6. 8. 10. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 165. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LIV. l. 1. 3. 5. 7. de liberal. cauſ.
l. 12. de quæſtion.
l. 7. de jur. fiſc.
Ex lib. LV. l. 6. de oper. ſerv.
l. 1. 3. de public. & vectig.
l. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 20. 22. de liber. cauſ.
l. 163. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LVI. l. 2. 4. vi bon. rapt.
l. 1. 3. de incend. ruin. nauf.
l. 1. 3. 5. de injur.
l. 15. de accuſat.
l. 40. de verb. ſign.
l. 140. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LVII. l. 12. de in jus vocand.
l. 18. de liber. & poſt.
l. 56. de acq. hered.
l. 19. quod vi aut clam.
l. 7. 9. 11. 13. 17. de injur.
l. 19. de pœn.
l. 42. de verb. ſign.
Ex lib. LVIII. l. 4. in jus voc. ut eant.
l. 17. de donation.
l. 4. de re judic.
l. 2. de confeſſ.
l. 3. de ceſſion. bonor.
l. 43. 45. de verb. ſign.
Ex lib. LIX. l. 5. de re judic.
l. 4. de ceſſion. bonor.
l. 3. 5. 7. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.
l. 4. ad L. Jul. de vi publ.
l. 46. 49. de verb. ſign.
Ex lib. LX. l. 51. 53. de procur.
l. 19. de judic.
l. 1. 3. 7. de jur. delib.
l. 69. de acq. hered.
l. 2. 4. de fideicom. libert.
l. 8. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
l. 5. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 1. de vi & vi arm. al. ex lib. 69.
Ex lib. LXI. l. 36. de uſur.
l. 18. de tutor. & curat. dat.
l. 8. de ſuſp. tutor.
l. 4. 8. de jur. delib.
l. 20. 66. 71. de acq. hered.
l. 8. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 55. de ſolution.
l. 30. ad municip.
l. 50. 52. de verb. ſign.
Ex lib. LXII. l. 1. de ſenator.
l. 5. de feriis.
l. 44. mand.
l. 46. de uſur.
l. 9. 11. 15. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 54. 56. de verb. ſign.
l. 143. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LXIII. l. 44. de pecul.
l. 10. de compenſat.
l. 20. de pignor.
l. 3. de jur. dot.
l. 23. de damn. inf.
l. 7. de fideicom. liber.
l. 16. de re judic.
l. 17. 19. 22. 24. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 6. de jur. fiſc.
Ex lib. LXIV. l. 2. de SC. Maced.
l. 12. de compenſat.
l. 4. quand. ex fact. tut.
l. 15. de liber. legat.
l. 29. de oper. libert.
l. 6. de ceſſ. bon.
l. 25. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 1. de ſeparation.
Ex lib. LXV. l. 55. de procur.
l. 32. de manum. teſtam.
l. 3. de fideicom. libert.
l. 46. de acq. rer. dom.
l. 2. de curat. bon. dand.
Ex lib. LXVI. l. 56. de procur.
l. 9. de cond. indeb.
l. 13. de compenſat.
l. 9. de obſeq. parent. & patr.
l. 6. 18. de re judic.

P.R. C:A.J: P.C.N.

l. 1. 3. 6. quæ in fraud. cred.
l. 145. de diverf. reg. jur.
Ex lib. LXVII. l. 12. 42. de hered. petit.
l. 1. de legat. 1.
l. 4. de acq. poffeff.
l. 1. de interdict.
l. 1. quor. bonor.
l. 1. quod legator.
l. 2. de caftr. pecul.
l. 149. de diverf. reg. jur.
Ex lib. LXVIII. l. 9. de divif. rer.
l. 45. de rei vind.
l. 33. de relig. & fumpt. fun.
l. 1. de mort. infer.
l. 42. de cond. indeb.
l. 3. ne vis fiat ei qui in poff.
l. 1. 3. de tab. exhib.
l. 1. ne quid in loc. facr.
l. 2. ne quid in loc. publ.
l. 1. de loc. publ. fruend.
l. 1. de via pub. & itin. pub. ref.
l. 1. de fluminib. ne quid in flum.
l. 1. ne quid in flum. publ. fiat.
l. 1. ut in flum. publ. navig. lic.
l. 1. de rip. muniend.
l. 10. ad leg. Jul. de vi publ.
l. 11. ad leg. Jul. pecul.
l. 59. de verb. fign.
l. 150. de diverf. reg. jur.
Ex lib. LXIX. l. 46. locat.
l. 10. de acq. poff.
l. 3. de interd.
l. 4. ne vis fiat ei qui in poff.
l. 2. 3. de vi & vi arm. al. ex lib. 60.
l. 1. 3. uti poffid.
l. 5. ad leg. Jul. de vi priv.
l. 60. de verb. fign.
l. 152. de diverf. reg. jur.
Ex lib. LXX. l. 21. de judic.
l. 25. de rei vind.
l. 3. fi fervit. vind.
l. 35. de act. empt.
l. 5. de jur. delib.
l. 2. 6. 12. de acq. poff.
l. 4. uti poffid.
l. 1. de fuperfic.
l. 1. 3. de itin. act. priv.
l. 1. de aq. cottid. & æftiv.
l. 1. 3. de rivis.
l. 1. de font.
l. 5. quod vi aut clam.
l. 2. de Salvian. interd.
l. 79. de verb. obl.
l. 1. de ftipul. prætor.
l. 154. 156. de diverf. reg. jur.
l. 157. eod. al. ex lib. 71.
Ex lib. LXXI. l. 12. com. divid.
l. 14. locat.
l. 20. de oper. nov. nunc.
l. 18. de donation.
l. 1. de cloac.
l. 1. 3. 7. 9. 11. 13. 15. quod vi aut clam.
l. 1. de remiffion.
l. 2. 4. 6. 8. de precar.
l. 1. de arb. cædend.
l. 1. de gland. legend.
l. 1. 3. de lib. hom. exhib.
l. 1. 3. de liber. exhibend.
l. 63. de verb. fign.
l. 157. de diverf. reg. jur. al. ex lib. 70.
Ex lib. LXXII. l. 46. de donat. int. vir. & ux.
l. 13. de acq. poff.
l. 1. ne vis fiat ei qui in poff.
l. 1. utrubi.
l. 4. de except. rei jud.
l. 65. de verb. fign.
Ex lib. LXXIII. l. 6. 8. 10. 14. 21. de pignor.
l. 3. 6. in quib. cauf. pign. vel hyp. tac.
l. 6. qui potior. in pig.
l. 4. 6. quib. mod. pig. vel hyp. folv.
l. 16. de acq. poff.
l. 2. 10. quæ in fraud. cred.
l. 1. de migrand.

Ex lib. LXXIV. l. 2. 4. fi quis caution. in judic. fiftend.
l. 2. de tranfact.
l. 57. de procur.
l. 59. de ædil. edict.
l. 16. de tutel. & rat. diftr.
l. 2. de exception.
l. 5. de except. rei jud.
l. 1. de diverf. temp. præfcr.
l. 80. de verb. obl.
l. 14. de legation.
l. 66. de verb. fign.
Ex lib. LXXV. l. 11. qui fatisd. cog.
l. 6. de heredit. petit.
l. 13. com. divid.
l. 3. pro empt.
l. 7. 9. 11. 13. de except. rei jud.
Ex lib. LXXVI. l. 1. de except. rei vend.
l. 46. ad leg. Falc.
l. 3. 19. de donation.
l. 32. de mort. cauf. don.
l. 17. de acq. poff.
l. 2. 4. 7. de dol. mal. & met. except.
l. 1. quar. rer. act. non dat.
l. 1. de litigiof.
l. 32. de fidejuffor.
l. 67. de verb. fig.
l. 160. de diverf. reg. jur.
Ex lib. LXXVII. l. 12. qui fatisdar. cog.
l. 9. fi quis caution. in jud. fiftend.
l. 6. de feriis.
l. 36. de recept.
l. 8. de naut. fœn.
l. 26. de re judic.
l. 81. de verb. obl.
l. 33. de fidejuffor.
l. 57. de folution.
l. 20. de acceptil.
l. 3. 5. judic. folvi.
l. 25. de injur.
l. 68. de verb. fign.
l. 161. de diverf. reg. jur.
Ex lib. LXXVIII. l. 82. de verb. obl.
l. 6. judic. folv.
l. 69. de verb. fign.
Ex lib. LXXIX. l. 10. de ufufr. ear. rer.
l. 1. 3. 5. 7. ufufructuar. quemadm. cav.
l. 47. ad leg. Falc.
l. 1. 3. fi cui plus quam per leg. Falc.
l. 1. 3. 14. ut leg. feu fideicom. ferv. cauf. cav.
l. 2. ut in poff. legat.
l. 5. de collation. bonor.
l. 86. de verb. obl.
l. 3. de ftipulat. prætor.
l. 2. 4. rem pupil. falv. for.
l. 71. de verb. fign.
Ex lib. LXXX. l. 61. de ædil. edict.
l. 28. 51. de evict.
l. 21. de oper. nov. nunc.
l. 18. de except. rei jud.
l. 58. de folution.
l. 10. 12. rat. rem hab.
l. 73. de verb. fign.
Ex lib. LXXXI. l. 52. de evict.
l. 24. 26. 28. 30. de damn. inf.
l. 10. quib. ex cauf. in poff. eat.

Ex LI. Lib. ad Sabinum.

Ex lib. I. l. 10. de ftat. hom.
l. 9. de adoption.
l. 2. de contr. empt.
l. 1. de auct. tutor.
l. 1. de curat. furiof.
l. 18. 20. qui teftam. fac. poff.
l. 1. 3. 15. de liber. & pofth.
l. 1. de hered. inftit.
l. 4. de teftam. mil.
l. 5. de acq. hered.
l. 7. de bonor. poff.
l. 1. qui & a quib. manum.
l. 17. de acq. rer. dom.
l. 6. de verb. obl.
l. 159. de verb. fign.
l. 2. de diverf. reg. jur.
Ex lib. II. l. 2. de teftam. tutel.
l. 21. qui teftam. fac. poff.
l. 2. de injuft. rupt.
l. 2. de hered. inftit.
l. 3. de teftam. mil.
l. 1. de option. leg.
l. 160. de verb. fign.
Ex lib. III. l. 8. de legib.
l. 22. de don. int. vir. & ux.
l. 4. 6. de lib. & poft.
l. 3. 5. de injuft. rupt.
l. 3. de hered. inftit.
l. 4. de acq. hered.
l. 4. qui fin. manu. ad liber. perv.
l. 2. qui & a quib. manum.
l. 3. de diverf. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 4. 6. de hered. inftit.
l. 8. 10. de vulg. & pup. fubft.
l. 5. de teftam. mil.
l. 2. de acq. vel om. hered.
l. 3. de legat. 1.
l. 1. de manum. teftam.
l. 2. de ftatulib
l. 18. de acq. rer. dom.
l. 2. de ftipul. fervor.
Ex lib. V. l. 9. 28. de hered. inftit.

l. 1. de cond. inftit.
l. 6. de teftam. mil.
l. 4. de legat. 1.
l. 2. de cond. & dem.
l. 1. de manum. quæ fer. ad univerf. pert. impon.
l. 2. de manum. teftam.
l. 3. de ftipul. fervor.
l. 4. de novat.
Ex lib. VI. l. 33. de jur. dot.
l. 23. de donat. inter vir. & ux.
l. 5. qui teftam. fac. poff.
l. 2. de vulg. & pup. fubft.
l. 2. de cond. inftit.
l. 3. 6. de acq. hered.
l. 3. de cond. & dem.
l. 1. de manumiffion.
l. 7. de verb. obl.
l. 5. de caftr. pecul.
l. 4. de diverf. reg. jur.
Ex lib. VII. l. 13. 15. 17. 19. de hered. inftit.
l. 8. 10. 13. 15. 17. 21. 24. de acq. her.
l. 2. fi quis omiff. cauf.
l. 8. de mort. cauf. don.
l. 161. de verb. fign.
l. 6. de diverf. reg. jur.
Ex lib. VIII. l. 4. de cond. inftit.
l. 25. 28. 30. 32. 34. de acq. hered.
l. 3. fi tab. teftam. nul. ext.
l. 13. de vi & vi arm.
l. 2. ftellionat.
l. 1. de legation.
Ex lib. IX. l. 6. de his qui fui vel alien. jur.
l. 12. de liber. & poft.
l. 6. de cond. inftit.
l. 7. 9. de teftam. mil.
l. 35. de acq. hered.
l. 1. de legat. 2.
l. 30. de furt.
Ex lib. X. l. 10. com. præd.
l. 11. qui teftam. fac. poff.
l. 6. 7. de injuft. rupt.
l. 4. de reg. Caton.
Ex lib. XI. l. 8. de injuft. rupt.
l. 10. de teftam. mil.
Ex lib. XII. l. 1. de fuis & legit. hered.
l. 1. ad SC. Tertyllian.
l. 11. de obl. & act. al. eft Pauli.
l. 15. de capt. & de poftlim.
Ex lib. XIII. l. 2. de fuis & legit. hered.
l. 2. ad SC. Tertyllian.
l. 16. de capt. & de poftlim.
Ex lib. XIV. l. 12. de adoption.
l. 18. de fervit. præd. ruft.
l. 1. de legit. tutor.
l. 1. de affign. libert.
l. 3. 5. eod. al. ex lib. 15.
l. 3. de fuis & legit. hered.
l. 2. de manum. quæ fer. ad univerf.
l. 3. de pœn.
Ex lib. XV. l. 19. de relig. & fumpt. fun.
l. 5. de teftam. tutel.
l. 1. de his quæ in teft. del.
l. 14. 17. 19. 21. de legat. 1.
l. 18. ad SC. Trebellian.
l. 2. quand. dies leg. ced.
l. 9. de ventr. in poff. mit.
l. 5. de oper. libert.
l. 3. de affign. libert. al. ex lib. 14.
l. 164. de verb. fign.
l. 9. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XVI. l. 2. 5. de cond. indeb.
l. 18. 20. de vulg. & pup. fubft.
l. 70. ad leg. Falc.
Ex lib. XVII. l. 2. fi ager vect. id eft emph.
l. 7. 9. 12. 21. 23. 68. 70. 72. de ufufr.
l. 1. 3. 6. 8. 12. de ufufr. accr.
l. 1. quand. dies ufusfr. leg. ced.
l. 1. 3. 5. 8. 10. 12. 29. quib. mod. ufusfr. vel ufus am.
l. 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. de ufu & habit.
l. 2. de manumiffion.
l. 114. de verb. obl.
Ex lib. XVIII. l. 13. 15. 17. 20. 22. 25. 27. 29. de ufufr.
l. 15. quib. mod. ufusfr. vel ufus am.
l. 1. 3. 5. 11. de ufufr. ear. rer.
l. 1. fi ufusfr. pet.
l. 12. ufufruct. quemad. cav.
l. 6. de cond. ob turp. cauf.
l. 1. de cond. furt.
l. 2. de cond. tritic.
l. 4. de ufu & ufufr. leg.
l. 7. de cond. & demon.
l. 2. de manum. vind.
l. 6. de manum. teftam.
Ex lib. XIX. l. 2. de pact. dotal.
l. 28. 30. de legat. 1.
l. 1. de dot. præleg.
l. 20. ad SC. Trebellian.
l. 4. quand. dies leg. ced.
l. 7. de manum. teftam.
l. 13. de verb. obl.
l. 25. de jur. fifc.
l. 13. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XX. l. 32. de legat. 1.
l. 71. 73. 75. de legat. 3.
l. 2. de option. leg.
l. 1. de trit. vin. vel ol. legat.

l. 8. 10. 12. de inftr. vel inftr. legat.
l. 19. de aur. arg. mund. leg.
l. 9. de cond. & dem.
l. 5. 7. quand. dies leg. ced.
Ex lib. XXI. l. 34. 37. 39. 41. 43. de leg. 1.
l. 17. de aur. arg. mund. leg.
l. 1. de liberat. legat.
l. 9. quand. dies leg. ced.
l. 4. de ftipul. ferv.
l. 2. de muner. & honor.
l. 16. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXII. l. 44. 47. de legat. 1.
l. 45. 47. 49. 70. de legat. 3.
l. 3. de pen. legat.
l. 22. de aur. arg. mund. leg.
l. 5. de regul. Caton.
Ex lib. XXIII. l. 49. de legat. 1.
l. 50. de legat. 3.
l. 3. de option. leg.
l. 3. 9. 11. 13. de trit. vin. vel ol. legat.
l. 3. 5. 7. de liberat. legat.
l. 10. de cond. & demonftr.
l. 10. 12. quand. dies legat. ced.
l. 17. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXIV. l. 8. de teftam. tutel.
l. 2. de auct. tutor.
l. 50. de legat. 1.
l. 52. de legat. 3.
l. 3. de ann. legat.
l. 1. de pen. legat.
l. 9. de liber. legat.
l. 3. 7. de adim. vel transfer. leg.
l. 12. de cond. & demonftr.
l. 8. 14. quand. dies leg. ced.
l. 10. de mort. cauf. don.
l. 9. de manum. teftam.
l. 9. de folution.
l. 2. de acceptil.
l. 19. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXV. l. 7. de his qui fui vel alien. jur.
l. 53. de legat. 1.
l. 55. de legat. 3.
l. 6. 8. de pecul. legat.
l. 19. de reb. dub.
l. 3. ad municip.
l. 167. de verb. fign.
Ex lib. XXVI. l. 8. de his qui fui vel alien. jur.
l. 15. 17. 19. 22. de adoption.
l. 1. de off. prætor.
l. 3. de off. proconf.
l. 2. de off. præfid.
l. 1. de offic. juridic.
l. 24. de pecul.
l. 9. 12. de rit. nupt.
l. 4. de divort.
l. 6. de oper. libert.
Ex lib. XXVII. l. 18. 24. de ftat. hom.
l. 3. 6. de ftatulib.
l. 7. de ufurp. & ufuc.
l. 90. de verb. fign.
l. 21. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXVIII. l. 45. de recept.
l. 6. com. præd.
l. 3. 7. 9. 11. 14. 22. 24. de contr. empt.
l. 2. 4. 6. 9. 11. 13. de in diem addict.
l. 1. de leg. commiffor.
l. 1. 4. de peric. & com. rei vend.
l. 1. de act. empt.
l. 1. de evict.
l. 7. de oper. libert.
l. 9. de ftatulib.
l. 17. de verb. obl.
l. 2. de cenfib.
l. 22. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXIX. l. 3. 15. 17. de fervit. præd. urb.
l. 10. 12. commod.
l. 47. 49. de contr. empt.
l. 17. 19. 21. 23. 25. de evict.
l. 20. de acq. rer. dom.
l. 26. de ufurp. & ufuc.
l. 10. 12. 14. de furt.
l. 23. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXX. l. 56. de judic.
l. 43. fam. erc.
l. 3. 21. com. divid.
l. 6. de compenf.
l. 7. 9. 11. 14. 16. 19. 21. 23. 29. 31. 35. 45. 47. 51. 53. 55. 57. pro foc.
l. 4. 13. de præfcr. verb.
l. 5. fol. matr.
l. 29. de acq. poff.
l. 12. 14. de folution.
l. 173. de verb. fign. al. ex lib. 39.
l. 26. de diverf. reg. jur.
Ex lib. XXXI. l. 5. 7. 9. de jur. dot.
l. 4. de pact. dot.
l. 7. de don. int. vir. & ux.
l. 7. fol. matr.
l. 3. de curat. furiof.
l. 27. de ufurp. & ufuc.

l. 1.

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 1. pro dot.
l. 26. de jur. fisc.
Ex lib. XXXII. l. 1. 3. 5. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. de don. int. vir. & ux.
l. 5. de donation.
l. 2. 7. de mort. caus. don.
l. 6. de castr. pecul.
Ex lib. XXXIII. l. 34. de jur. dot.
l. 32. de don. int. vir. & ux.
l. 57. de legat. 1.
l. 4. de adim. vel transfer. leg.
l. 11. de mort. caus. don.
l. 3. de loc. & itin. publ.
l. 170. de verb. sign.
Ex lib. XXXIV. l. 4. de reb. cred.
l. 25. de contr. empt.
l. 13. de rit. nupt.
l. 10. 12. 16. 19. de jur. dot.
l. 9. de oper. libert.
l. 20. de verb. obl.
l. 5. de novation.
l. 5. de acceptil.
l. 28. de injur.
l. 27. de jur. fisc.
Ex lib. XXXV. l. 11. de cond. indeb.
l. 4. de sponsalib.
l. 6. de rit. nupt.
l. 21. 23. de jur. dot.
l. 2. solut. matr.
l. 15. de cond. & dem.
l. 17. de bonor. poss. contr. tab.
l. 3. de publ. judic.
l. 18. de capt. & de postlim.
Ex lib. XXXVI. l. 5. de his qui sui vel alien. jur.
l. 49. de pact.
l. 6. de sponsal.
l. 27. 29. de jur. dot.
l. 33. de donat. int. vir. & ux.
l. 12. 14. 19. solut. matr.
l. 1. 3. 5. 7. 9. 11. de impens. in res dot. fact.
l. 7. de act. rer. am.
l. 10. de testam. tutel.
l. 28. de testam. mil.
l. 28. 30. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXXVII. l. 3. 14. de tutel.
l. 11. de testam. tutel.
l. 2. de legit. tutor.
Ex lib. XXXVIII. l. 20. de stat. hom.
l. 3. de off. prætor.
l. 6. 15. de tutel.
l. 12. 15. de testam. tutel.
l. 3. de legit. tutor.
l. 4. de curat. furios.
l. 172. de verb. sign.
Ex lib. XXXIX. l. 2. de off. juridic.
l. 6. 16. de testam. tutel.
l. 1. de tutor. & curat. dat.
l. 2. de fidejuss. & nomin. tutor.
l. 1. de fidejussor.
l. 17. de furt.
l. 173. de verb. sign. al. ex lib. 30.
Ex lib. XL. l. 1. de pigner. act.
l. 18. mand.
l. 5. 7. de auct. & consens. tutor.
l. 22. de acq. rer. dom.
l. 19. 21. de furt.
l. 15. eod. al. ex lib. 41.
Ex lib. XLI. l. 57. de judic.
l. 41. ad leg. Aquil.
l. 35. de nox. act.
l. 4. de cond. furt.
l. 4. de pigner. act.
l. 11. depos.
l. 28. de contr. empt.
l. 14. de præscr. verb.
l. 18. de solution.
l. 1. 3. 5. 7. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 36. 39. 41. 43. 45. de privat. del.
Ex lib. XLII. l. 50. de pact.
l. 34. de dol.

l. 20. 44. ad leg. Aquil.
l. 7. de cond. furt.
l. 15. de præscr. verb.
l. 31. de eviction.
l. 33. 35. 37. de damn. infect.
l. 6. de donation.
l. 26. de verb. oblig.
l. 46. 48. de furt.
l. 2. de tign. junct.
l. 3. arb. furt. cæsar.
l. 30. 32. de injur.
l. 1. de proxenet.
l. 174. de verb. sign.
l. 31. de divers. reg. jur.
Ex lib. XLIII. l. 23. de cond. indeb.
l. 1. de cond. sine caus.
l. 41. de pecul.
l. 19. mand.
l. 29. de contr. empt.
l. 34. de donat. inter vir. & uxor.
l. 5. de tutel. & rat. distr.
l. 24. de pecul. legat.
l. 40. de damn. inf.
l. 23. de acq. rer. dom.
l. 3. de fidejussor.
l. 1. 3. 5. 7. de solut.
l. 2. de privat. delict.
l. 32. de divers. reg. jur.
Ex lib. XLIV. l. 37. de dol.
l. 32. de contr. empt.
l. 9. de ædil. edict.
l. 23. 25. 27. de aur. arg. mund. leg.
l. 7. de donation.
l. 12. de mort. caus. donat.
l. 1. ad leg. Jul. pecul.
Ex lib. XLV. l. 42. de negot. gest.
l. 42. pro soc.
l. 10. de oper. nov. nunc.
l. 36. de reb. auct. jud. poss.
l. 4. de fidejussor.
l. 22. de solution.
l. 176. de verb. sign.
l. 34. de divers. reg. jur.
Ex lib. XLVI. l. 4. de transact.
l. 24. de cond. indeb.
l. 10. de act. empt.
l. 32. de evict.
l. 29. de verb. obl.
l. 5. de fidejussor.
l. 1. 6. 8. de novation.
Ex lib. XLVII. l. 3. si quis in jus voc. non ier.
l. 5. si ex noxal. caus. ag.
l. 11. si quis caution.
l. 18. 25. de cond. indeb.
l. 9. 21. de eo quod cert. loc.
l. 35. de jur. dot.
l. 10. de oblig. & act. al. est Pauli.
l. 30. 32. de verb. obl.
l. 3. de duob. reis.
l. 6. 8. de fidejussor.
l. 9. de novation.
l. 24. de solution.
l. 6. de acceptil.
l. 177. de verb. sign.
Ex lib. XLVIII. l. 24. de inoff.
l. 14. commod.
l. 36. 38. de jur. dot.
l. 8. de auctor. & consens. tutor.
l. 8. ut leg. seu fideic. ser. caus. cav.
l. 1. 34. 36. de verb. obl.
l. 5. 7. 9. 11. 13. de stipul. serv.
l. 2. de novation.
l. 8. de acceptil.
l. 35. de divers. reg. jur.
Ex lib. XLIX. l. 2. de hered. vel act. vend.
l. 3. 38. de verb. oblig.
l. 178. de verb. sign.
Ex lib. L. l. 47. ad leg. Aquil.
l. 12. de adim. vel transf. leg.
l. 41. 43. 45. 47. de verb. obl.
l. 7. 13. de acceptil.

Ex lib. LI. l. 13. de jurisd.
l. 6. de cap. minut.
l. 59. de judic.
l. 1. de in lit. jur.
l. 33. de evict.
l. 55. de re judic.
l. 179. de verb. sign.
l. 37. de divers. reg. jur.

Ex Libr. XX. ad Leges.

Ex lib. I. l. 25. de stat. hom.
l. 5. 7. de senator.
l. 43. de rit. nupt.
l. 62. ad leg. Falc.
l. 6. de jur. aur. anul.
l. 4. de collus. deteg.
l. 128. de verb. sign.
l. 207. de divers. reg. jur.
Ex lib. II. l. 1. de concubin.
l. 79. de acq. hered.
l. 130. de verb. sign.
Ex lib. III. l. 16. de sponsal.
l. 27. 29. 45. de rit. nupt.
l. 11. de divort.
l. 4. de jur. aur. anul.
l. 131. de verb. sign.
Ex lib. IV. l. 10. de his qui sui vel alien. jur.
l. 46. de adoption.
l. 23. quand. dies leg. ced.
l. 9. de capt. & de postlim.
l. 133. 135. de verb. sign.
l. 209. de divers. reg. jur.
Ex lib. V. l. 14. de jur. patron.
l. 6. de grad. & affin.
l. 136. de verb. sign.
Ex lib. VI. l. 36. 38. ex quib. caus. major.
l. 31. de rit. nupt.
Ex lib. VII. l. 64. sol. matr.
l. 139. de verb. sign.
Ex lib. VIII. l. 51. de legat. 2.
l. 61. de cond. & demonstr.
l. 36. de mort. caus. don.
l. 15. ad leg. Corn. de sicar.
l. 3. de castr. pecul.
l. 141. de verb. sign.
Ex lib. IX. l. 4. de tutor. & curat. dat.
l. 143. de verb. sign.
Ex lib. X. l. 11. 16. de jur. patron.
l. 145. de verb. sign.
Ex lib. XI. l. 17. de jur. patron.
l. 36. de oper. libert.
l. 37. de bon. libert.
Ex lib. XIII. l. 31. de legib.
l. 7. de servitut.
l. 81. de acq. hered.
l. 10. 12. testam. quemadm. aper.
l. 4. de his quæ pro non script.
l. 59. de cond. & dem.
l. 64. ad leg. Falc.
Ex lib. XIV. l. 9. de his quæ ut indig.
Ex lib. XV. l. 22. de usu & usufr. legat.
l. 37. de mort. caus. don.
Ex lib. XVI. l. 60. de legat. 2.
Ex lib. XVIII. l. 6. de jur. & fact. ign.
l. 83. de acq. hered.
l. 61. de legat. 2.
l. 66. ad leg. Falc.
l. 16. de jur. fisc.
Ex lib. XIX. l. 2. de minor.
Ex lib. XX. l. 14. de offic. proconf.
l. 18. de excusation.

Ex Libr. X. Disput.

Ex lib. I. l. 24. de adoption.
l. 1. de off. proconf.
l. 28. de procur.
l. 64. de judic.
l. 17. de reb. cred.

l. 15. de tutel. & ration. distr.
l. 13. de obl. & act.
l. 20. rat. rem hab.
l. 2. ad municip.
l. 2. de decurion.
l. 2. de pollicitation.
Ex lib. II. l. 14. 66. de judic.
l. 25. de inoff. test.
l. 49. fam. erc.
l. 5. de cond. caus. dat.
l. 29. de cond. indeb.
l. 6. quod cum eo.
l. 32. 36. de pecul.
l. 15. 26. de in rem vers.
l. 21. de præscr. verb.
l. 38. de evict.
l. 7. de tutel.
l. 57. de re jud.
l. 58. de divers. reg. jur.
Ex lib. III. l. 6. de cond. caus. dat.
l. 26. de pigner. act.
l. 3. quod cum eo.
l. 37. de contr. empt.
l. 5. 7. qui potior. in pign.
l. 10. de sponsal.
l. 56. de rit. nupt.
l. 43. de jur. dot.
l. 21. 29. sol. matr.
l. 5. de susp. tutor.
l. 2. 4. de magistr. conven.
l. 12. de donation.
l. 4. qui & a quib.
l. 23. de except. rei jud.
l. 5. de divers. temp. præscr.
l. 55. de furt.
l. 26. ad leg. Jul. de adult.
l. 4. de quæstion.
l. 28. de jur. fisc.
l. 59. de divers. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 23. qui testam. fac. poss.
l. 4. 12. de injust. rupt.
l. 2. de his quæ in testam. del.
l. 35. de hered. instit.
l. 24. de vulg. & pup. subst.
l. 19. de testam. mil.
l. 40. 42. de acq. hered.
l. 20. si quis omiss. caus.
l. 1. de jur. codic.
l. 74. de legat. 1.
l. 58. de legat. 3.
l. 16. de legat. præscr.
l. 3. de dot. collat.
l. 5. de bonor. poss. sec. tab.
l. 19. de bon. libert.
l. 3. de manum. vind.
l. 33. de acq. rer. dom.
l. 3. ad leg. Cornel. de fals.
l. 9. de castrens. pecul.
l. 3. de pollicitation.
Ex lib. V. l. 16. quib. mod. ususfr. vel usus am.
l. 75. 77. de legat. 1.
l. 2. de dot. præleg.
l. 9. de adim. vel transf. leg.
l. 19. de cond. & dem.
l. 22. ad SC. Trebellian.
l. 3. 15. quand. dies leg. ced.
l. 13. de manum. testam.
l. 45. de fideic. libert.
Ex lib. VI. l. 16. de statu hom.
l. 44. de neg. gest.
l. 67. de judic.
l. 18. de probation.
l. 10. de reb. dub.
l. 35. ad leg. Falc.
l. 4. de manumission.
l. 46. de fideicom. libert.
l. 1. pro legat.
l. 14. quæ in fraud. cred.
Ex lib. VII. l. 7. de transact.
l. 44. de procur.
l. 18. de reb. cred.
l. 29. mand.
l. 38. de contr. empt.
l. 8. qui potior. in pign.
l. 19. de probat.

l. 13.

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 13. de donation.
l. 35. de acq. rer. dom.
l. 34. de acq. poss.
l. 58. de re judic.
l. 14. de obl. & act.
l. 52. de verb. obl.
l. 10. de fidejussor.
l. 14. de novation.
l. 31. de solution.
l. 16. de acceptil.
l. 13. judic. solv.
Ex lib. VIII. l. 68. 70. 72. de judic.
l. 26. de inoff. testam.
l. 10. de per. & com. rei vend.
l. 3. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.
l. 49. de ædil. edict.
l. 36. de hered. instit.
l. 10. de cond. instit.
l. 78. de legat. 1.
l. 9. de usu & usufr. leg.
l. 82. ad leg. Falc.
l. 6. de bonor. poss. sec. tab.
l. 14. de publican. & vectig.
l. 14. de manum. testam.
l. 5. de publ. judic.
l. 2. 11. ad leg. Jul. majest.
l. 2. 4. ad leg. Jul. de adult.
l. 8. de leg. Pompej. de parricid.
l. 4. ad leg. Corn. de fals.
l. 7. ad SC. Turpillian.
l. 1. de pœn.
l. 1. de bon. eor. qui ant. sent.
l. 10. de appellation.
l. 29. de jur. fisc.
l. 8. de re milit.
Ex lib. IX. l. 49. ad leg. Aquil.
Ex lib. X. l. 30. de condict. indeb.
l. 1. de admin. rer. ad civit. pert.
l. 60. de diversf. reg. jur.

Ex Libr. X. Protribunal.

Ex lib. I. l. 4. de offic. prætor.
l. 5. de offic. præs.
l. 7. de tutor. & cur. dat.
l. 2. 4. 7. de susp. tutor.
l. 3. ubi pupil. educ. vel mor. deb.
l. 6. de curat. fur.
Ex lib. II. l. 15. de jurisd.
l. 5. de fund. dot.
l. 6. 8. de reb. eor.
l. 31. de reb. auct. jud. poss.
l. 198. de verb. sign.
Ex lib. III. l. 2. de off. ejus cui mand.
l. 16. de jurisd.
l. 35. de injur.
l. 11. de appellation.
Ex lib. IV. l. 1. de fer. & dilat.
l. 69. 71. 73. de judic.
l. 59. de re jud.
Ex lib. V. l. 8. de transact.
l. 1. de alim. vel cib. leg.
l. 35. de acq. poss.
l. 6. de confess.
Ex lib. VIII. l. 6. 8. de tutor. & curat. dat.
l. 1. de extraord. cogn.
l. 3. de proxenetic.
l. 199. de verb. sign.
Ex lib. IX. l. 17. ad exhib.
l. 38. de relig. & sumpt.

Ex Lib. X. de Offic. Proconf.

Ex lib. I. l. 33. de legib.
l. 4. 6. 9. de off. proconf.
l. 70. de diversf. reg. jur.
Ex lib. II. l. 7. de off. proconf.
l. 42. de minor.
l. 25. de excusation.
l. 1. quib. ad lib. procl. non lic.
l. 3. de priv. delict.
l. 6. de accusat.
l. 1. de custod. reor.
l. 71. de diversf. reg. jur.
Ex lib. III. l. 12. de tutor. & curat. dat.
l. 5. ubi pupil. educ. vel mor. deb.
l. 11. de reb. eor.
l. 3. de decurion.
l. 1. de alb. scrib.
Ex lib. IV. l. 34. de legib.
l. 4. de veteran.
l. 6. de muner. & honor.
l. 2. de jur. immun.
l. 6. de legation.
cit. l. 6. de excusation.
Ex lib. V. l. 79. de judic.
l. 20. de adm. & per. tutor.
l. 5. de extraord. crimin.
l. 7. ad municip.
l. 3. de jur. immunit.
l. 6. de pollicitat.
Ex lib. VI. l. 8. de cur. fur.
l. 35. ad SC. Trebellian.
l. 11. 13. de manum. vind.
l. 2. de colleg. & corpor.
Ex lib. VII. l. 13. de off. præs.
l. 9. de fer. & dilat.
l. 3. de fugitiv.
l. 7. de accusat.
l. 3. de custod. & exhib. reor.
l. 1. ad leg. Jul. majest.
l. 6. ad leg. Jul. de vi publ.
l. 4. ad leg. Cornel. de sic.
l. 8. ad leg. Cornel. de fals.
l. 6. ad leg. Jul. pecul.
l. 14. ad SC. Turpillian.
l. 5. de pœn.
Ex lib. VIII. l. 2. de his qui sui vel alien. jur.
l. 19. de testib.
l. 12. de incend. ruin. nauf.
l. 5. de extraord. crim.
l. 1. de abig.
l. 1. de furib. balnear.
l. 1. de effractor.
l. 3. de stellionat.
l. 7. ad leg. Jul. de vi publ.
l. 6. ad leg. Pomp. de parricid.
l. 9. ad leg. Corn. de fals.
l. 1. de quæstion.
Ex lib. IX. l. 1. de jur. patron.
l. 7. 8. 9. 10. de extraordinar. crimin.
l. 2. de prævar.
l. 2. expilat. hered.
l. 4. de custod. & exhib. reor.
l. 2. de leg. Jul. de annon.
l. 2. de plagiar.
l. 6. 8. de pœn.
l. 6. de interd. & releg.
l. 1. de cadaver. punitor.
Ex lib. X. l. 10. de officio proconf.
l. 9. de pœn.
l. 6. de bon. damn.
l. 7. 9. de interd. & releg.

Ex Libr. VII. Regul.

Ex lib. I. l. 10. de just. & jur.
l. 1. de jurisd.
l. 67. de acq. hered.
l. 8. de diversf. temp. præscr.
l. 1. de leg. Fab. de plagiar.
l. 213. de verb. sign.
Ex lib. II. l. 20. ad exhib.
l. 43. de solution.
l. 19. de acceptil.
Ex lib. III. l. 33. de reb. auct. jud. poss.
Ex lib. IV. l. 25. de manum. test.
l. 16. de statulib.
l. 42. de acq. poss.
Ex lib. V. l. 14. de imp. in res dot. fac.
l. 24. de act. rer. am.
Ex lib. VI. l. 2. de liber. & post.
l. 25. 50. de hered. instit.
l. 4. und. cogn.
Ex lib. VII. l. 43. de usufr.

Ex Fideicommiss. Lib. VI.

Ex lib. I. l. 2. 93. 95. de legat. 1.
l. 1. 3. 5. 7. de legat. 3.
l. 14. de liberat. leg.
Ex lib. II. l. 40. 42. de legat. 1.
l. 24. de legat. 2.
l. 11. de legat. 3.
l. 14. de ann. leg.
l. 14. 21. de alim. vel cib. legat.
l. 17. ad SC. Trebellian.
l. 94. de diversf. reg. jur.
Ex lib. III. l. 1. 3. ad SC. Trebellian.
Ex lib. IV. l. 2. de constitut. princip.
l. 4. 6. 9. 11. 13. 16. ad SC. Trebellian.
Ex lib. V. l. 29. si quis omiss. caus.
l. 92. de cond. & dem.
l. 24. 26. 28. 30. de fideicom. libert.
Ex lib VI. l. 8. de senator.
l. 19. de jurisd.
l. 50. 52. de judic.
l. 20. de legat. 3.
l. 6. ut leg. seu fideic. ser. caus.
l. 37. de fideicom. libert.
l. 15. quib. ex caus. in poss. eat.
l. 2. de litigios.
l. 43. de jur. fisc.
l. 95. de diversf. reg. jur.

Ex opinion. Libr. VI.

Ex lib. I. l. 6. de off. præsid.
l. 17. de jurisd.
l. 2. de pact.
l. 9. de transact.
l. 5. de mort. infer.
l. 31. de cond. indeb.
l. 8. de tutel.
l. 2. quand. ex fact. tutor.
l. 2. de jur. patron.
l. 1. de obseq. par. & patron.
l. 21. rat. rem hab.
l. 10. de incend. ruin. naufr.
l. 2. de extraord. cogn.
Ex lib. II. l. 12. de appellation.
l. 6. ad municipal.
l. 1. de decurion.
l. 2. de alb. scribend.
l. 3. de muner. & honor.
l. 1. de vac. & excus. mun.
l. 2. de legation.
l. 1. de oper. publ.
Ex lib. III. l. 7. de off. præs.
l. 2. de veteran.
l. 4. de muner. & honor.
l. 2. de vac. mun.
l. 1. de jur. immunit.
l. 2. de adm. rer. ad civit. pert.
l. 1. de decret. ab ord. fac.
l. 2. de oper. publ.
l. 61. de diversf. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 53. de pact.
l. 74. de procur.
l. 45. de negot. gest.
l. 8. de calumniat.
l. 33. de dol.
l. 2. de extraord. crim.
Ex lib. V. l. 27. de stat. hom.
l. 25. de adoption.
l. 23. quod met. caus.
l. 38. de dol.
l. 40. 44. de minor.
l. 40. ex quib. caus. major.
l. 11. de alien. judic. mut. caus.
l. 81. de judic.
l. 29. de inoff. testam.
l. 26. de reb. cred.
l. 9. de reb. eor. qui sub cur.
l. 1. de concussion.
l. 2. de sentent. pass.
l. 21. de capt. & postlim.
l. 3. de extraord. cogn.
Ex lib. VI. l. 27. de inoff. test.
l. 6. si pars hered. pet.
l. 54. de rei vind.
l. 13. com. præd.
l. 15. si servit. vind.
l. 50. ad leg. Aquil.
l. 8. fin. regund.
l. 50. fam. ercisc.
l. 18. ad exhib.
l. 27. de pigner. act.
l. 10. de reb. eor. qui sub cur.

Ex Libr. V. de adulteriis.

Ex lib. I. l. 1. 12. 16. 21. 23. ad leg. Jul. de adult.
l. 2. ad leg. Cornel. de sicar.
l. 3. ad leg. Jul. pecul.
l. 112. de verb. sign.
Ex lib. II. l. 4. de accusat.
l. 3. 13. 15. 17. 19. 25. ad leg. Jul. de adult.
l. 12. ad SC. Turpillian.
Ex lib. III. l. 3. de extraord. crim.
l. 5. de accusat.
l. 27. ad leg. Jul. de adult.
l. 7. de quæstion.
Ex lib. IV. l. 12. 14. qui & a quib. al. ex lib. 5.
l. 9. 29. ad leg. Jul. de adult.
Ex lib. V. l. 2. 6. 13. de fund. dot.
l. 12. qui & a quib. al. ex lib. 4.

Ex Libr. IV. de appellat.

Ex lib. I. l. 13. de pœn.
l. 1. 3. de appellat.
l. 1. a quib. appellar. non lic.
l. 1. quis & a quo appellat.
l. 1. quand. appelland. sit.
Ex lib. II. l. 6. de appellat.
Ex lib. III. l. 3. de decr. ab ord. fac.
Ex lib. IV. l. 8. de appellat.
l. 5. de appellat. recip.
l. 1. nihil innov. appellat. interp.
l. 1. an per al. caus. appellat.
l. 1. eum qui appell.
l. 1. apud eum a quo appellat.

Ex Libr. III. de Offic. Consul.

Ex lib. I. l. 7. de fer. & dilat.
l. 32. 82. de judic.
l. 11. de servit. præd. urb.
l. 50. de cond. & demonstr.
l. 27. de reb. auct. jud. poss.
l. 99. de verb. sign.
Ex lib. II. l. 1. de off. consf.
l. 14. de probat.
l. 5. de agn. & alend. lib.
l. 3. de alim. vel cib. legat.
l. 20. de manum. vind.
l. 27. de liberal. caus.
l. 2. de collus. deteg.
l. 16. de accusat.
l. 100. de verb. sign.
Ex lib. III. l. 39. de adoption.
l. 17. de tutel. & ration. distr.
l. 15. de re judic.
l. 1. si tut. vel cur. mag.
l. 9. de muner. & honor.
l. 8. de pollicitat. al. est Pauli.

Ex Libr. II. Institut.

Ex lib. I. l. 1. 4. 6. de just & jur.
l. 1. de constit. princip.
l. 4. de his qui sui vel alien. jur.
l. 28. sol. matr.
l. 1. de precar.
l. 24. de capt. & de postlim.
Ex lib. II. l. 41. de legib.
l. 1. de serv. præd. rustic.
l. 1. com. præd.
l. 115. de legat. 1.
l. 5. de mort. caus. donat.

Ex Libr. Regul.

l. 17. de testib.
l. 25. de obl. & act.

Ex Libr. VI. de censibus.

Ex lib. I. l. 1. de censib.
Ex lib. II. l. 12. de senator.
l. 3. de censib.
Ex lib. III. l. 4. de censib.
Ex lib. IV. l. 34. de acq. rer. dom.
l. 7. de prævar.

l. 52. de

P.R.C.A.J.P.C.N.

Ex lib. V. l. 26. de oblat. & act.

Ex Libr. II. Respons.

Ex libr. I. l. 10. de transact.
l. 73. pro soc.
l. 10. qui pot. in pig.
l. 31. de usur.
l. 22. de probat.
l. 25. de pact. dotal.
l. 19. de adm. & per. tutor.
l. 19. de tutel. & ration. distr.
l. 5. de contr. tut. & util. act.
l. 12. quod fals. tutor.
l. 68. de legat. 3.
l. 52. de fideicom. libert.
l. 31. de liberal. caus.
l. 8. de duob. reis.
l. 45. de solution.
l. 10. de stipul. prætor.
l. 33. de jur. fisc.
l. 5. de pollicit.
Ex lib. II. l. 53. fam. erc.
l. 4. de mort. infer.
l. 3. quod jussu.
l. 51. de jur. dot.
l. 40. de donat. int. vir. & uxor.
l. 37. sol. matr.
l. 23. de excusation.
l. 120. de legat. 1.
l. 16. de donation.
l. 1. de natal. restit.
l. 20. de precar.
l. 13. de appellat.

Ex libro de sponsal.

l. 2. 12. de sponsal.

Ex libro de officio præfecti urbi.

l. 1. de off. præf. urb.
l. 4. de off. præf. vig.

Ex lib. de officio præfecti vigil.

l. 2. de off. præf. vig.

Ex lib. sing. de officio curat. Reipublicæ.

l. 33. de usur.
l. 4. de decr. ab ord. fac.
l. 5. de oper. publ.
l. 1. 15. de pollicitat.

Ex lib. sing. de officio prætor. tutel.

l. 3. 5. 9. de excusation.
cit. l. 6. de excusation.

Ex lib. sing. de officio quæstoris.

l. 1. de off. quæstor.

Ex Libr. II. ad Ed. Ædil. Curul.

Ex lib. I. l. 13. de legib.
l. 31. de pact.
l. 1. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 17. 19. 21. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 35. 37. 63. 65. de ædil. edict.
Ex lib. II. l. 38. 40. 42. de ædil. edict.
l. 55. de eviction.

Ex Libr. ad leg. Æliam Sentiam.

Ex lib. I. l. 216. de verb. sign.
Ex lib. II. l. 12. 16. de manum. vind.
Ex lib. IV. l. 30. qui & a quib. man.

Ex libro de officio consularium.

l. 25. de reb. cred.
Ex libr. II. de officio quæstoris.
l. 3. de jurisd.
Ex Pandect. lib. sing. l. 24. de reb. cred.
l. 34. de liber. caus.
Ex libro sing. excusation. l. 7. de excusation.
cit. l. 15. de excusation.
Ex Lib. XLVIII. Digest. l. 2. de loc. & itin. publ.
Ex lib. XXVI. l. 8. de cession. bonor.

Cit. Ulpianus non notato nomine librorum.

l. 15. qui satisd. cogant.
l. 43. de act. empt.
l. 2. qui pet. tutor.
l. 2. 6. 8. 10. 12. 13. de excusation.
l. 68. ad L. Falc.
l. 5. de vacat. & excus. muner.
l. 3. de admin. rer. ad civit. pert.
Cit. in notis ad Papinianum l. 31. de negot. gest.
l. 5. de admin. rer. ad civit. pert.
Cit. in notis ad Aristonem in l. 9. de jur. codic.

Cit. in notis ad Marcellum.

l. 27. de pignor.
l. 28. de admin. & per. tutor.

In Codice citatur

l. 36. de inofficios.
l. 10. de cond. indeb.
l. 25. 28. de nupt.
l. 9. de institut. v. substitut. sub cond. fact.
l. 11. de impub. & aliis substit.
l. 6. de cond. insert.
l. 7. ad SCt. Trebell.
l. 15. de testam. manum.
l. 4. de liber. præter. v. exhered.
l. 1. de emend. Cod.
l. 14. de hered. institut.
l. 3. de indict. vid. & L. Jul. misc. toll.
l. 11. de quæstion.
l. 1. de commun. serv. manum.
l. 4. de contrah. stipul.
l. 13. de sentent. pass. & restit.
Nov. 97. in fine.

VI. *Julius Paulus.*

Ex Lib. XXC. ad Edictum.

Ex lib. I. l. 20. de jurisd.
l. 19. 21. de in jus voc.
l. 2. si quis in jus voc. non ier.
l. 1. in jus voc. ut eant.
l. 4. de fer. & dilat.
l. 4. de heredit. petit.
l. 5. de damn. inf.
l. 35. de obl. & act.
l. 2. de popular. act.
l. 26. 28. ad municip.
l. 7. de admin. rer. ad civitat. pert.
l. 2. 4. de verb. sign.
l. 103. 105. de divers. reg. jur.
Ex lib. II. l. 12. de off. proconf.
l. 6. de jurisd.
l. 1. de recept.
l. 4. de usufr.
l. 1. de oper. servor.
l. 6. depos.
l. 6. de rescind. vend.
l. 15. de tutor. & cur. dat.
l. 68. de verb. obl.
l. 5. 7. de verb. sign.
l. 106. de divers. reg. jur.
Ex lib. III. l. 9. de jurisd.
l. 2. quod quisq. jur. in alt.
l. 2. 5. 7. 9. de edend.
l. 2. 4. 6. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23. 25. 27. de pact.
l. 40. ad L. Aquil.
l. 4. de nox. act.
l. 14. de jurejur.
l. 7. de naut. fœn.
l. 22. de adm. & per. tutor.
l. 38. de oblig. & act.
l. 4. de popular. act.
l. 8. de verb. sign.
Ex lib. IV. l. 1. 5. 7. 9. 11. de in jus voc.
l. 3. in jus voc. ut eant.
l. 2. 4. ne quis eum qui in jus voc.
l. 4. qui satisdar. cog.
l. 23. de injur.
l. 108. de divers. reg. jur.
Ex lib. V. l. 4. de postuland.
l. 5. 7. 9. 12. 14. de his qui not. infam.
l. 13. de sponsal.
l. 109. de divers. reg. jur.
Ex lib. VI. l. 16. qui satisdar. cog.
l. 2. si ex nox. caus. ag.
l. 2. de eo per quem fact. erit.
l. 6. de procur.
l. 6. de rei vind.
l. 12. de noxal. act.
l. 15. de jurejur.
l. 17. de auct. & consens. tutor.
l. 110. de divers. reg. jur.
Ex lib. VII. l. 5. de in integ. restit.
l. 9. ad L. Jul. de vi publ.
l. 14. de verb. sign.
Ex lib. VIII. l. 10. 16. de his qui not. infam.
l. 2. 4. 11. 14. 16. 20. 22. 24. 26. 32. 36. 42. de procur.
l. 86. de solution.
l. 1. 5. de popul. act.
l. 112. de divers. reg. jur.
Ex lib. IX. l. 41. 43. 45. de procurat.
l. 4. 6. quod cujuscunq. univers.
l. 7. 13. 15. 18. 21. de negot. gest.
l. 40. mandat.
l. 24. de adm. & peric. tutor.
l. 41. ad leg. Falc.
l. 51. de solution.
l. 18. de verb. sign.
l. 114. de divers. reg. jur.
Ex lib. X. l. 2. 7. de calumniat.
l. 8. de obseq. parent. & patr.
l. 115. de divers. reg. jur.
Ex lib. XI. l. 4. 8. 15. 21. quod met. caus.
l. 2. 4. 10. 12. 14. 16. 18. 20. 22. 25. 27. 29. de dol.
l. 10. 14. 23. 26. de minor.
l. 3. 5. 7. 9. de cap. min.
l. 5. de alien. jud. mut. caus. fact.
l. 7. de rei vind.
l. 6. de obseq. par. & patr.
l. 42. de acq. rer. dom.
l. 40. de oblig. & act.
l. 21. de verb. sign.
l. 117. de divers. reg. jur.
Ex lib. XII. l. 6. qui satisd. cog.
l. 6. 13. 16. 18. 22. 24. 27. 30. ex quib. caus. major.
l. 8. de alien. judic. mut. caus.
l. 8. de rei vind.
l. 2. 4. 6. 8. quod fals. tutor.
l. 8. de usurp. & usuc.
l. 120. de divers. reg. jur.
Ex lib. XIII. l. 4. 8. 10. 12. 16. 19. 22. 24. 26. 28. 30. 32. 34. de recept.
l. 4. naut. caup. stab.
l. 12. de constit. pecun.
l. 42. locat.
l. 36. ad SC. Trebellian.
l. 121. de divers. reg. jur.
Ex lib. XIV. l. 8. qui satisd. cog.
Ex lib. XV. l. 2. de publ. jud.
Ex lib. XVI. l. 8. de heredit. petit.
l. 124. de divers. reg. jur.
Ex lib. XVII. l. 12. de re judic.
l. 3. 12. de inter. in jur. fac.
l. 9. depos.
l. 3. 36. 38. de judic.
l. 6. de vi & vi arm.
l. 35. de verb. sign.
Ex lib. XVIII. l. 22. 24. 26. de nox. act.
l. 2. 4. 8. 10. 17. 20. 22. 26. 28. 30. de jurejur.
l. 20. depos.
l. 14. de act. rer. am.
l. 7. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 5. de exception.
l. 76. de verb. obl.
l. 29. de fidejussor.
l. 136. de divers. reg. jur.
Ex lib. XIX. l. 2. 4. 6. 10. 12. de publ. in rem act.
l. 4. 6. de his qui eff. vel. dejec.
l. 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. de serv. corrupt.
l. 2. 4. 6. de aleator.
l. 6. de jurejur.
l. 18. de pignor.
l. 11. de usurp. & usuc.
l. 26. de injur.
l. 128. de divers. reg. jur.
Ex lib. XX. l. 23. de neg. gest.
l. 14. 19. 22. 24. 26. 28. 30. 32. 34. 36. 38. 40. de hered. petit.
l. 2. de fideicom. hered. pet.
l. 38. 40. 42. ad SC. Trebellian.
l. 2. quor. bonor.
l. 4. de exception.
l. 1. vi bonor. raptor. al. ex lib. 22.
l. 127. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXI. l. 2. 4. 10. 12. 14. 16. 21. 23. 27. 31. 33. 35. 74. de rei vindic.
l. 1. 3. si ager vectig. id est emphyt.
l. 6. si usufr. pet.
l. 3. 6. de servitut.
l. 1. de servit. præd. urb.
l. 7. de servit. præd. rustic.
l. 5. 7. 9. si servit. vind.
l. 2. quemadm. servit. am.
l. 2. ad exhib.
l. 51. de contr. empt.
l. 43. locat.
l. 12. de usurp. & usuc.
l. 25. 28. de verb. sign.
l. 129. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXII. l. 6. naut. caup.
l. 2. 4. si quadr. pauper.
l. 6. 10. 14. 22. 24. 26. 30. ad L. Aquil.
l. 10. 17. 19. de noxal. act.
l. 8. de inter. in jur. fac.
l. 22. commod.
l. 45. locat.
l. 41. de obl. & act.
l. 11. arb. furt. cæs.
l. 1. vi bonor. rapt. al. ex lib. 20.
l. 131. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXIII. l. 1. 4. 6. fin. regund.
l. 9. 11. 15. 21. 23. 25. 27. 29. 56. fam. erc.
l. 1. 8. 10. com. divid.
Ex lib. XXIV. l. 24. de neg. gest.
l. 6. si mens. fals. mod. dix.
l. 29. de constit. pecun.
l. 26. de adm. & per. tutor.
l. 10. de auctor. & consens. tutor.
l. 7. de vi & vi arm.
l. 73. de verb. obl.
l. 1. rem pup. salv. for.
l. 1. judic. sol.
l. 32. 34. de verb. sign.
Ex lib. XXV. l. 2. 4. si mens. fals. mod. dix.
l. 28. de fidejussor.
Ex lib. XXVI. l. 42. de rei vind.
l. 10. 12. ad exhib.
l. 6. de in lit. jur.
l. 31. de manum. testam.
l. 37. de verb. sign.
Ex lib. XXVII. l. 25. de neg. gest.
l. 43. de rei vind.
l. 4. quemadm. servit. am.
l. 3. 11. 21. 23. 25. 32. de relig. & sumpt. fun.
l. 27. de injur.
l. 4. de sepulchr. viol.
l. 138. de divers. reg. jur.
Ex lib. XXVIII. l. 2. 6. de reb. cred.
l. 24. 35. de jurejur.
l. 27. de cond. indeb.
l. 5. 7. de eo quod cert. loc.
Ex lib. XXIX. l. 4. 8. 10. 13. 15. 17. 19. 21. de constit. pecun.
l. 2. 15. 17. commod.
l. 14. 16. 18. 20. de pigner. act.
l. 3. 5. de exercit. act.
l. 16. de instit. act.
l. 36. de evict.
Ex lib. XXX. l. 41. de negot. gest.
l. 4. 6. 17. de instit. act.
l. 2. 4. 6. 10. de tribut. act.
l. 5. quod cum eo.
l. 8. 10. 12. de SC. Maced.
l. 20. 26. 31. 43. de pecul.
l. 2. quand. de pecul. act. annal.

l. 8.

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 8. 11. de in rem verſ.
l. 2. quod juſſu.
l. 1. 3. 11. ad SC. Vellejan.
l. 2. de æſtim. act.
l. 22. de except. rei jud. al. ex lib. 31.
l. 184. de verb. ſign.
Ex lib. XXXI. l. 2. 15. depoſ.
l. 31. de acq. rer. dom.
l. 22. de except. rei jud. al. ex lib. 30.
l. 12. de novation.
Ex lib. XXXII. l. 42. de negot. geſt.
l. 16. de reb. cred.
l. 28. de cond. indeb.
l. 9. de compenſat.
l. 1. 3. 5. 9. 22. 26. mand.
l. 1. 3. 13. 65. 67. pro ſoc.
l. 7. locat.
l. 1. de rer. permut.
l. 71. ad leg. Falc.
l. 9. de dol. mal. except.
Ex lib. XXXIII. l. 70. pro ſoc.
l. 1. 17. 34. de contr. empt.
l. 8. de in diem addict.
l. 5. 9. 14. 16. de hered. vel act. vend.
l. 3. de reſc. vendit.
l. 8. de pericul. & commod. rei vend.
l. 21. de act. empt.
l. 5. de evict.
l. 188. de verb. ſign.
Ex lib. XXXIV. l. 2. de leg. Rhod.
l. 1. 20. 22. 24. locat.
l. 189. de verb. ſign.
Ex lib. XXXV. l. 6. 23. de adoption.
l. 7. de ſponſal.
l. 2. 10. 14. 16. de rit. nupt.
l. 41. de jur. dot.
l. 12. 14. 16. 20. de pact. dot.
l. 1. 3. de divort.
l. 191. de verb. ſign.
l. 48. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XXXVI. l. 1. 3. de fund. dot.
l. 36. de donat. int. vir. & ux.
l. 23. 25. ſol. matr.
l. 4. 10. de imp. in res dot. fact.
Ex lib. XXXVII. l. 38. de jurejur.
l. 22. 24. de uſur.
l. 26. ſol. matr.
l. 9. 21. de act. rer. amot.
l. 2. ſi ventr. nom. mul.
l. 49. de verb. obl.
l. 4. de publ. jud.
Ex lib. XXXVIII. l. 1. de tutel.
l. 20. de teſtam. tut.
l. 6. 8. de legit. tutor.
l. 12. de admin. & peric. tutor.
l. 5. de fidejuſſ. & nomin. tut.
l. 28. de ſolution.
Ex lib. XXXIX. l. 48. ad leg. Aquil.
l. 9. de nox. act.
l. 11. 13. de cond. furt.
l. 3. de manumiſſion.
l. 1. 53. de furt.
l. 8. arb. furt. cæſar.
l. 50. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XL. l. 10. uſufructuar. quemadm. cav.
l. 16. 18. 20. de oper. libert.
Ex lib. XLI. l. 11. de ſenator.
l. 62. de legat. 1.
l. 6. de bonor. poſſ.
l. 4. 6. 11. de bon. poſſ. cont. tab.
l. 9. 11. 15. de legat. præſt.
l. 2. 12. de collation. bonor.
l. 2. de conjung. cum emanc. lib.
l. 2. 4. de ventr. in poſſ. mittend.
l. 6. 16. de Carbon. edict.
l. 3. de bonor. poſſ. ſec. tab.
l. 7. de popul. action.
Ex lib. XLII. l. 4. 9. de bon. libert.
l. 5. ſi quid in fraud. patr.
l. 53. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XLIII. l. 16. de teſtament. milit.
l. 18. de bon. libert.
l. 3. und. legit.
Ex lib. XLIV. l. 1. de jur. & fact. ign.
l. 2. ſi quis aliq. teſt. prohib.
l. 3. quis ord. in poſſ. ſervet.
Ex lib. XLV. l. 9. de cond. inſtit.
l. 9. teſtam. quemadm. aper.
l. 9. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.
l. 16. de injur.
l. 5. ad municip.
Ex lib. XLVI. l. 6. 8. de SC. Silanian.
Ex lib. XLVII. l. 66. de uſufr.
l. 26. de ſervit. præd. ruſt.
l. 3. de dam. infect.
Ex lib. XLVIII. l. 31. de ſervit. præd. urb.
l. 10. de inter. in jur. fac.
l. 72. de legat. 1.
l. 17. ut legat. ſeu fideic. ſerv. cauſ. cav.
l. 4. 8. de oper. nov. nunc.
l. 10. 12. 14. 16. al. ex lib. 60. 18. de damn. inf.
l. 5. de ſtipul. prætor.
l. 166. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XLIX. l. 10. de ſerv. præd. ruſt.
l. 2. 5. 9. 11. 14. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 77. de verb. ſign.
l. 167. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. L. l. 54. de procur.
l. 56. de contraſi. empt.
l. 3. de ſerv. export.
l. 12. de manumiſſion.
l. 17. de manum. vind.
l. 35. de manum. teſtam.
l. 23. de liberal. cauſ.
l. 47. de acq. rer. dom.
l. 6. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. al. ex lib. 57.
l. 2. 4. de injur.
l. 75. de verb. ſign.
Ex lib. LI. l. 15. 17. 19. 24. de liberal. cauſ.
l. 76. de verb. ſign.
l. 164. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LII. l. 4. de publican. & vectigal.
Ex lib. LIII. l. 31. ex quib. cauſ. major.
l. 42. de eviction.
l. 39. de verb. ſign.
Ex lib. LIV. l. 14. de legib.
l. 49. de procur.
l. 52. de contr. empt.
l. 4. de aur. arg. mund. leg.
l. 1. 3. 7. de acq. vel amit. poſſ.
l. 2. 4. de uſurp. & uſuc.
l. 2. pro empt.
l. 1. pro donat.
l. 2. pro derelict.
l. 2. 4. pro legat.
l. 2. pro dot.
l. 2. pro ſuo.
l. 2. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 8. de vi & vi arm.
l. 3. vi bonor. rapt.
l. 4. de incend. ruin. naufr.
l. 8. de L. Jul. repetund.
l. 141. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LV. l. 6. 8. 10. 18. de injur.
l. 4. ad L. Jul. de vi priv.
Ex lib. LVI. l. 1. de confeſſ.
l. 5. de ceſſion. bonor.
l. 54. de ſolution.
l. 47. de verb. ſign.
l. 142. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LVII. l. 52. 77. de procurat.
l. 35. de uſur.
l. 57. de hered. inſtit.
l. 2. de jur. delib.
l. 70. de acq. hered.
l. 17. de oper. nov. nunc.
l. 5. de fideic. libert.
l. 6. 9. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. al. ex lib. 50.
l. 4. de reb. auct. jud. poſſid.
l. 1. de cur. bon. dand.
l. 18. de novation.
Ex lib. LVIII. l. 20. de judic.
l. 9. de jur. delib.
l. 4. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
l. 6. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 77. de verb. obl.
Ex lib. LIX. l. 19. de acq. hered.
l. 10. 13. 14. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 2. ne vis fiat ei qui in poſſ.
l. 53. 57. de verb. ſign.
Ex lib. LX. l. 46. de pecul.
l. 21. depoſ.
l. 28. pro ſoc.
l. 2. de jur. dot.
l. 24. ſi quis omiſſ. cauſ.
l. 45. ad leg. Falc.
l. 16. de dam. inf. al. ex lib. 48.
l. 6. de fideicom. libert.
l. 25. de re judic.
l. 18. 20. 23. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 6. quod vi aut clam. al. ex lib. 67.
l. 56. de ſolution. al. ex lib. 62.
Ex lib. LXI. l. 45. de pecul.
Ex lib. LXII. l. 9. de pact.
l. 74. pro ſoc.
l. 4. de ann. legat.
l. 65. de cond. & dem.
l. 7. 9. quæ in fraud. cred.
l. 78. de verb. obl.
l. 56. de ſolution. al. ex lib. 60.
l. 144. 146. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LXIII. l. 5. de acq. poſſ.
l. 2. de interd.
l. 2. quod legat.
Ex lib. LXIV. l. 34. de relig. & ſumpt. fun.
l. 11. de manumiſſion.
l. 2. de tab. exhib.
l. 1. ne quid in loc. publ.
l. 151. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LXV. l. 8. 11. de acq. poſſ.
l. 2. 9. de vi & vi armat.
l. 2. uti poſſid.
l. 61. de verb. ſign.
l. 153. 155. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LXVI. l. 5. quemad. ſerv. am.
l. 2. 5. de itin. act. priv.
l. 2. de rivis.
l. 29. de verb. ſign.
Ex lib. LXVII. l. 4. de interdict.
l. 6. 16. quod vi aut clam.
l. 64. de verb. ſign.
Ex lib. LXVIII. l. 7. 12. de pignor.
l. 15. qui potior. in pignor.
l. 14. de acq. poſſ.
l. 4. 13. quæ in fraud. cred.
Ex lib. LXIX. l. 3. 5. 7. ſi quis caution.
l. 60. de ædil. edict.
l. 2. de probat.
l. 4. de tab. exhibend.
l. 17. quod vi aut clam.
l. 19. de novation.
l. 211. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LXX. l. 17. de exception.
l. 6. 12. 14. de except. rei judic.
l. 3. de dol. mal. excep. al. ex lib. 71.
l. 159. 162. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. LXXI. l. 58. de procur.
l. 14. de don. int. vir. & ux.
l. 6. de exception.
l. 1. de dol. mal. except.
l. 3. 5. eod. al. ex lib. 70.
l. 2. quar. rer. act. non det.
l. 2. judic. ſolv.
Ex lib. LXXII. l. 43. de obl. & act.
l. 83. de verb. obl.
l. 29. de ſtipul. ſervor.
l. 34. de fidejuſſor.
l. 20. de novation.
Ex lib. LXXIII. l. 16. de tut. & cur. dat.
l. 2. de ſtipul. præt.
l. 70. de verb. ſign.
Ex lib. LXXIV. l. 46. mand.
l. 34. de manum. teſtam.
l. 44. de obl. & act.
l. 84. de verb. obl.
l. 8. 11. judic. ſolv.
Ex lib. LXXV. l. 10. 13. qui ſatisdat. cog.
l. 2. 6. 8. uſufr. quemadm. cav.
l. 2. de legat. 2.
l. 2. 4. ſi cui plus quam per leg. Falc.
l. 15. ut leg. ſeu fid. ſerv. cauſ. cav.
l. 85. 87. de verb. obl.
l. 4. de ſtipul. prætor.
Ex lib. LXXVI. l. 9. de evict.
l. 73. de fidejuſſor.
l. 5. rem pup. ſalv. for.
l. 13. rat. rem hab.
l. 72. de verb. ſign.
Ex lib. LXXVII. l. 53. de evict.
Ex lib. LXXVIII. l. 25. 27. 31. de damn. inf.

Ex Libr. XXVI. Quæſtion.

Ex lib. I. l. 37. de legib.
l. 15. de in jus voc.
l. 34. de negot. geſt.
l. 17. quod met. cauſ.
l. 32. de minor.
l. 21. de compenſat.
l. 56. de ædil. edict.
l. 88. de acq. hered.
l. 18. ad municip.
l. 14. de decurion.
Ex lib. II. l. 46. de judic.
l. 17. 19. de inoff. teſtam.
l. 66. de rei vind.
l. 38. de ſervit. præd. urb.
l. 36. fam. erciſc.
l. 29. com. divid.
l. 20. de interrog. in jur. fac.
l. 42. de act. empt.
l. 10. de uſur.
l. 14. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.
l. 125. de verb. obl.
Ex lib. III. l. 40. 44. de relig. & ſumpt. fun.
l. 40. de reb. cred.
l. 8. de cond. ob turp. cauſ.
l. 21. 60. de cond. indeb.
l. 41. de pigner. act.
l. 5. de SC. Maced.
l. 28. de pignor.
l. 3. quæ res pig. vel hyp.
l. 16. qui potior. in pign.
l. 9. de diſtr. pign.
l. 10. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolv.
l. 25. de probat.
l. 126. de verb. obl.
l. 54. de fidejuſſor.
l. 21. de jur. fiſc.
l. 84. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 26. de legib.
l. 36. de negot. geſt.
l. 10. de eo quod cert. loc.
l. 18. 52. de pecul.
l. 19. de in rem verſ.
l. 58. mand.
l. 77. 79. pro ſoc.
l. 59. ad SC. Trebellian.
l. 71. de fidejuſſor.
Ex lib. V. l. 43. de pact.
l. 6. de hered. vel act. vend.
l. 7. de reſcind. vend.
l. 9. de ſerv. export.
l. 43. 45. de act. empt.
l. 5. de præſcr. verb.
l. 57. de ædil. edict.
l. 70. de evict.
l. 36. de rit. nupt.
l. 28. de pact. dot.
l. 10. de fund. dot.
l. 44. ſol. matr.
l. 44. de bon. libert.
l. 9. qui ſine manum. ad lib.
Ex lib. VI. l. 70. de jur. dot.
l. 55. de don. int. vir. & ux.
l. 45. ſoluto matr.
l. 18. 28. de act. rer. am.
l. 30. de teſtam. tut.
l. 31. de excuſation.
l. 85. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. VII. l. 43. de adm. & per. tut.
l. 32. 34. de excuſation.
l. 30. 37. de teſtam. mil.
l. 5. de legat. 2.
l. 10. de ventr. in poſſ. mit.
l. 12. de bon. poſſ. ſec. tab.
l. 92. de verb. ſign.

l. 86.

P.R. C:A.J:P.C.N.

l. 177. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XV. l. 20. quib. mod. uſusfr. vel uſus am.
l. 8. de ſervit.
l. 6. 35. de ſervit. præd. ruſtic.
l. 8. 10. quemadm. ſervit. amit.
l. 17. de aq. & aqu. pluv. arc.
l. 15. de uſurp. & uſuc.
l. 4. de confeſſ.
l. 178. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XVI. l. 78. de judic.
l. 11. de legit. tutor.
l. 19. de tutor. & curat. dat.
l. 45. de cond. & dem.
l. 14. de manumiſſion.
l. 18. de manum. vind.
l. 39. de manum. teſtam.
l. 20. de ſtatulib.
l. 18. qui & a quib.
l. 48. de obl. & act.
l. 1. 179. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XVII. l. 6. de legib.
l. 24. 26. 28. de judic.
l. 3. 5. ſi pars hered. pet.
l. 47. de rei vind.
l. 31. de reb. cred.
l. 9. de cond. cauſ. dat.
l. 65. de cond. indeb.
l. 48. de pecul.
l. 39. de mort. cauſ. donat.
l. 91. de verb. obl.
l. 37. de fidejuſſor.
l. 180. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. XVIII. l. 5. de off. ejus cui mand. eſt jur.
l. 8. de probation.
l. 49. de oblig. & act.
l. 92. de verb. oblig.
l. 20. de pœn.
cit. l. 28. de don. int. vir. & ux.

Ex Lib. XVI. ad Sabinum.

Ex lib. I. l. 9. de teſtib.
l. 3. de rit. nupt.
l. 7. 9. de lib. & poſth.
l. 10. de hered. inſtit.
l. 11. de vu g. & pup. ſubſt.
l. 3. de cond. inſtit.
l. 7. de acq. hered.
l. 5. de legat. 1.
Ex lib. II. l. 10. de adoption.
l. 11. de capit. minut.
l. 44. ex quib. cauſ. major.
l. 15. mand.
l. 11. 31. de liber. & poſt.
l. 9. de injuſt. rupt.
l. 12. 20. de hered. inſtit.
l. 5. de cond. inſtit.
l. 1. 9. 14. 18. 22. 26. 31. 65. de acq. vel om. hered.
l. 7. 10. de legat. 1.
l. 5. de cond. & demonſt.
l. 1. quand. dies leg. ced.
l. 10. de bonor. poſſ.
l. 4. ſi tabul. teſtam. nul. ext.
l. 8. 11. de verb. obl.
l. 13. 17. de capt. & de poſtlim.
l. 163. de verb. ſign.
l. 5. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. III. l. 14. 16. 18. 26. 30. de uſufr.
l. 7. de uſufr. accreſc.
l. 9. 11. 13. quib. mod. uſusfr. vel uſ. am.
l. 5. 9. 15. de uſu & habit.
l. 14. de cond. cauſ. dat.
l. 4. 6. de cond. indeb.
l. 4. de compenſat.
l. 5. de act. empt.
l. 3. de pact. dotal.
l. 7. de teſtam. tutel.
l. 15. 23. 25. 31. 35. de legat. 1.
l. 1. 3. 5. de uſu & uſufr. legat.
l. 4. de option. legat.
l. 20. de aur. arg. mund. leg.
l. 1. de adim. vel transfer. leg.
l. 19. ad SC. Trebellian.
l. 6. quand. dies legat. ced.
l. 1. ſi tab. teſtam. extab.
l. 9. de mort. cauſ. donat.
l. 16. de diverſ. temp. præſc.
l. 2. ad L. Corn. de falſ.

l. 10. 12. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 3. 11. de adoption.
l. 2. de off. prætor.
l. 8. de pecul.
l. 52. de legat. 1.
l. 48. 51. 53. 56. 72. de legat. 3.
l. 4. 12. de trit. vin. vel ol. leg.
l. 1. 9. 13. de inſtr. vel inſtr. leg.
l. 1. 3. 5. 9. de pecul. legat.
l. 4. 5. de pen. leg.
l. 3. 5. de ſupellect. leg.
l. 11. de cond. & dem.
l. 10. de manum. teſtam.
l. 43. de fideic. libert.
l. 8. de confeſſ.
l. 6. de obl. & act.
l. 10. de ſolution.
l. 3. de acceptil.
l. 168. de verb. ſign.
l. 15. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. V. l. 7. com. præd.
l. 11. commod.
l. 5. 10. 15. 21. 23. 48. de contr. empt.
l. 1. 3. 7. 14. de in diem addict.
l. 3. 5. 7. de peric. & comm. rei vend.
l. 2. 4. 8. de act. empt.
l. 2. 13. 15. 18. 26. de evict.
l. 13. de cond. & demonſtr.
l. 1. 4. 7. 10. de ſtatulib.
l. 13. 15. de furt.
l. 169. de verb. ſign.
l. 24. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. VI. l. 19. de ſerv. præd. urb.
l. 19. de ſervit. præd. ruſt.
l. 44. fam. erciſc.
l. 10. com. divid.
l. 8. de cond. indeb.
l. 8. 10. 12. 17. 25. 27. 30. 36. 38. 46. 48. 50. 56. pro ſoc.
l. 52. de rit. nupt.
l. 4. de jur. dot.
l. 16. de admin. & peric. tut.
l. 15. de ſolution.
Ex lib. VII. l. 36. de legib.
l. 46. fam. erciſc.
l. 10. 12. de cond. indeb.
l. 17. mand.
l. 11. 17. 20. 22. 25. 28. 30. de jur. dot.
l. 5. 8. de pact. dot.
l. 2. 12. 24. 26. 28. de donat. int. vir. & uxor.
l. 3. 6. 8. 13. 15. 17. 20. ſolut. matr.
l. 2. 6. 8. 12. de imp. in res dot. fac.
l. 1. 3. 6. de act. rer. am.
l. 3. 6. de mort. cauſ. donat.
l. 16. de furt.
Ex lib. VIII. l. 27. de contr. empt.
l. 4. 17. de tutel.
l. 3. de auct. & conſenſ. tut.
l. 2. 4. de tutel. & rat. diſtr.
l. 29. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. IX. l. 3. 5. de cond. furt.
l. 9. de obl. & act.
l. 22. 24. de verb. obl.
l. 4. 6. 11. 18. 20. 22. 24. 26. 28. 32. 34. 38. 40. 42. 47. de furt.
l. 1. 5. arb. furt. cæſ.
Ex lib. X. l. 40. de negot. geſt.
l. 53. de hered. petit.
l. 46. de rei vind.
l. 24. 31. de uſufr.
l. 12. 18. 28. 31. 45. ad leg. Aquil.
l. 16. ad exhib.
l. 1. 3. de cond. ob turp. cauſ. al. ex lib. 20.
l. 13. 15. de cond. indeb.
l. 3. de evict.
l. 6. de pen. legat.
l. 34. 36. 38. de damn. infect.
l. 28. de verb. obl.
l. 8. 21. 50. de ſolution.
l. 29. 31. 33. de injur.
Ex lib. XI. l. 6. ſi ex noxal. cauſ. ag.
l. 12. ſi quis caution.
l. 20. mandat.
l. 5. 7. 11. 15. 47. de ædil. edict.
l. 24. 26. de aur. arg. mund. leg.
l. 11. de oper. nov. nunc.
l. 10. de novation.
l. 2. ad leg. Jul. pecul.
Ex lib. XII. l. 46. de recept.
l. 48. fam. erciſc.
l. 20. de uſur.
l. 37. de jur. dot.
l. 9. ut leg. ſeu fideic. ſerv. cauſ. cav.
l. 11. de obl. & act. al. eſt Ulpiani.
l. 2. 4. 35. 37. 39. 44. 46. de verb. obl.
l. 9. 11. 14. de acceptil.
Ex lib. XIII. l. 3. de off. præſ.
l. 8. de fer. & dilat.
l. 58. de judic.
l. 69. 71. de rei vind.
l. 2. de in lit. jur.

l. 12. de oper. nov. nunc.
l. 5. de interd.
l. 15. de vi & vi arm.
l. 20. quod vi aut clam.
l. 14. de precar.
l. 19. rat. rem hab.
Ex lib. XIV. l. 11. de juſtit. & jur.
l. 60. de judic.
l. 6. ad exhib.
l. 1. de jur. dot.
l. 24. 26. de acq. rer. dom.
Ex lib. XV. l. 14. de ſervit.
l. 20. 24. 26. 28. 30. de ſerv. præd. urb.
l. 21. 23. de ſervit. præd. ruſt.
l. 12. com. præd.
l. 18. quemadm. ſervit. amit.
l. 5. fin. regund.
l. 8. 10. de donation.
l. 30. 32. de acq. poſſ.
l. 4. pro derelict.
Ex lib. XVI. l. 12. 15. 23. de aq. & aq. pluv. arc.
l. 29. de acq. rer. dom.
l. 5. ne quid in loc. publ.
l. 3. de fluminib.
l. 19. de capt. & de poſtlim.
Ex lib. XVII. l. 4. de donat. al. eſt Pomponii.
Ex lib. XX. l. 1. de cond. ob turp. cauſ.
Ex lib. XXXII. l. 31. de uſurp. & uſucap.
Ex lib. XLVII. l. 10. de obl. & act. al. eſt Ulpiani.

Ex Libr. X. ad Leges.

Ex lib. I. l. 44. de rit. nupt.
l. 129. de verb. ſign.
Ex lib. II. l. 6. de ſenator.
l. 4. de teſtib.
l. 47. de rit. nupt.
l. 63. ſolut. matr.
l. 63. ad leg. Falc.
l. 35. 37. de oper. libert.
l. 134. 137. de verb. ſign.
Ex lib. III. l. 45. de adoption.
l. 35. 37. ex quib. cauſ. major.
l. 8. de capt. & de poſtlim.
l. 132. de verb. ſign.
l. 208. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 87. de legat. 3.
l. 138. de verb. ſign.
Ex lib. V. l. 28. de legib.
l. 71. de hered. inſtit.
l. 68. 80. de acq. hered.
l. 20. de jur. codic.
l. 49. de legat. 2.
l. 88. de legat. 3.
l. 6. de adim. vel transfer. legat.
l. 4. pro hered.
l. 29. de reb. auct. jud. poſſ.
Ex lib. VI. l. 12. de cond. cauſ. dat.
l. 29. de legat. 1.
l. 89. de legat. 3.
l. 29. de liberat. legat.
l. 65. ad leg. Falc.
l. 24. quand. dies leg. ced.
l. 35. de mort. cauſ. donat.
l. 140. 142. de verb. ſign.
Ex lib. VII. l. 90. de legat. 3.
l. 21. de uſu & uſufr. leg.
l. 60. de cond. & dem.
l. 7. ſi cui plus quam per leg.
l. 13. de jur. fiſc.
Ex lib. VIII. l. 15. de jur. patron.
Ex lib. IX. l. 5. de jur. aureor. anul.
Ex lib. X. l. 13. ſi quid in fraud. patron.
l. 144. de verb. ſign.
Ex lib. XII. l. 2. de concubin.

Ex Libr. VII. Regul.

Ex lib. I. l. 30. de adoption.
Ex lib. II. l. 14. qui teſtam. fac. poſſ.
l. 52. de heredib. inſtit.
l. 58. de acq. heredit.
Ex lib. III. l. 59. de pact.
l. 33. 122. de legat. 1.
Ex lib. IV. l. 16. de ſtipul. ſervor.
Ex lib. VI. l. 9. 22. ad SC. Vellejan.
l. 32. de liberal. cauſ.

Ex Libr. Regular.

l. 10. de poſtul.
l. 38. locat.
l. 30. de uſur.
l. 43. de don. int. vir. & ux.
l. 9. de manumiſſion.
l. 32. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 3. de appellat. recip.
l. 10. de re milit.

Ex Libr. V. Sentent.

Ex lib. I. l. 5. de offic. adſeſſor.
l. 6. 17. de in jus voc.
l. 15. de transact.
l. 30. 71. de procurat.
l. 37. 47. de neg. geſt.
l. 2. de in integr. reſtit.
l. 2. 22. quod met. cauſ.
l. 24. 34. 48. de minor.
l. 39. ex quib. cauſ. maj.
l. 54. de judic.
l. 9. de ſervit. præd. ruſt.
l. 4. de fugitiv.

l. 19. de jur. patron.
l. 46. de dam. infect.
l. 45. 54. de re judic.
l. 38. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 3. de via publ. & itin. publ. ref.
l. 11. de extraord. crim.
l. 41. ad leg. Jul. de adult.
l. 3. 6. ad SC. Turpillian.
l. 22. de quæſtion.
l. 37. de pœn.
l. 3. de cadaver. punit.
l. 44. de jur. fiſc.
l. 22. ad municipal.
l. 7. de decurion.
l. 16. de muner. & honor.
l. 10. 12. de vacat. & excuſ. mun.
l. 10. de legation.
l. 5. de adm. rer. ad civitat. pert.
Ex lib. II. l. 37. de adoption.
l. 56. ad leg. Aquil.
l. 34. de reb. cred.
l. 6. 30. de pecun. conſtit.
l. 7. de pigner. act.
l. 1. de leg. Rhod.
l. 17. de SC. Maced.
l. 30. ad SC. Vellejan.
l. 29. depoſ.
l. 24. mand.
l. 55. locat.
l. 8. in quib. cauſ. pig. vel hypoth. tac. cont.
l. 7. de probat.
l. 1. de fid. inſtrum.
l. 38. 66. de rit. nupt.
l. 73. de jur. dot.
l. 59. de don. int. vir. & ux.
l. 4. de agnoſc. & alend. lib.
l. 5. de concubin.
l. 15. 49. de adm. & per. tutor.
l. 38. 40. de excuſation.
l. 24. de tutel. & ration. diſtr.
l. 8. de reb. dub.
l. 82. de furt.
l. 223. de verb. ſign.
Ex lib. III. l. 59. de uſufr.
l. 15. de teſtib.
l. 15. de curat. fur.
l. 10. 17. 30. qui teſtam. fac. poſſ.
l. 26. de liber. & poſt.
l. 93. de acq. hered.
l. 17. de jur. codic.
l. 66. de legat. 3.
l. 19. de option. legat.
l. 22. de inſtruct. vel inſtr. legat.
l. 29. de adim. vel transfer. leg.
l. 39. ad leg. Falc.
l. 10. ut in poſſ. legat.
l. 16. de bonor. poſſ.
l. 20. de jur. patron.
l. 49. de bon. libert.
l. 28. qui & a quib. man.
l. 7. rat. rem hab.
l. 18. ad leg. Corn. de falſ.
Ex lib. IV. l. 14. de ſtat. hom.
l. 95. de acq. hered.
l. 4. 21. de legat. 3.
l. 9. de grad. & affin.
l. 4. de natal. reſtit.
Ex lib. V. l. 2. de off. proc. Cæſar.
l. 10. de fer. & dilation.
l. 36. de minor.
l. 60. de uſufr.
l. 21. 23. 25. quemadm. ſervit. amit.
l. 5. quæ res pig. vel hypoth.
l. 2. de fid. inſtrum.
l. 16. 24. de teſtib.
l. 31. qui teſtam. fac. poſſ.
l. 91. de hered. inſtit.
l. 23. de legat. 3.
l. 21. de his quæ ut ind.
l. 9. 11. de public. & vectig.
l. 34. de donation.
l. 39. de liberal. cauſ.
l. 47. de re judic.
l. 39. de reb. auct. jud. poſſ.
l. 3. ne quid in loc. fac.
l. 2. de loc. publ. fruend.
l. 7. de aq. cottid. & æſtiv.
l. 136. de verb. obl.
l. 42. de injur.
l. 1. de extraord. crim.
l. 11. de ſepulchr. viol.
l. 9. de accuſation.
l. 11. ad leg. Jul. de vi publ.
l. 17. ad leg. Corn. de ſicar.
l. 19. ad leg. Corn. de falſ.
l. 18. de quæſtion.
l. 38. de pœn.
l. 45. de jur. fiſc.
l. 16. de re milit.

Ex Libr. IV. ad Vitell. Sabin.

Ex lib. I. l. 19. de lib. & poſt.
l. 10. de injuſt. rupt.
l. 18. de hered. inſtit.
l. 181. de diverſ. reg. jur.
Ex lib. II. l. 12. de legat. 2.
l. 46. 78. de legat. 3.
l. 16. de dot. præleg.
l. 14. 18. de inſtructo vel inſtrum. leg.
l. 32. de aur. arg. mund. leg.
l. 21. quand. dies leg. ced.
l. 84. de verb. ſign.
Ex lib. III. l. 1. 50. de uſufr.
l. 3. 19. de uſu & habit.

l. 11. de

P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 11. de tutel.
l. 46. de cond. & dem.
l. 22. de statulib.
l. 93. de verb. obl.
l. 182. de diverf. reg. jur.
Ex lib. IV. l. 58. de hered. instit.
l. 14. de legat. 2.

Ex Libr. IV. ad Nerat.

Ex lib. I. l. 26. quib. mod. usufr. vel uf. am.
l. 4. 9. de ufufr. ear. rer.
l. 23. de ufu & habit.
l. 31. ad SC. Vellejan.
l. 25. de legat. 3.
l. 96. de cond. & demonft.
l. 38. de statulib.
l. 66. de fidejuffor.
l. 32. de novation.
l. 6. expilat. hered.
Ex lib. II. l. 19. de negot. geft.
l. 56. de pecul.
l. 61. mand.
l. 26. de legat. 3.
l. 97. de cond. & dem.
l. 24. de manum. vind.
l. 84. de furt.
Ex lib. III. l. 19. de cond. furt.
l. 63. de don. int. vir. & ux.
l. 27. de lib. & poft.
l. 16. de ann. leg.
l. 24. de inftruct. vel inftr. leg.
l. 98. de cond. & dem.
l. 47. de ufurp. & ufuc.
l. 140. de verb. obl.
l. 67. de fidejuffor.
Ex lib. IV. l. 23. de alim. vel cib. legat.

Ex Libr. III. fideicommiff.

Ex lib. I. l. 6. 8. de legat. 3.
l. 56. de manum. teftam.
Ex lib. II. l. 29. ad leg. Falc.
l. 8. 15. 66. ad SC. Trebellian.
l. 91. de verb. fign.
Ex lib. III. l. 33. 36. ad leg. Falc.
l. 25. 27. 29. 31. 33. de fideic. libert.
l. 17. ad leg. Corn. de falf.

Ex Libr. Decret. v. Imperial. Sentent.

Ex lib. I. l. 38. de minor.
l. 41. fam. ercifc.
l. 8. quod cum eo.
l. 13. de diftr. pign.
l. 16. de ufur.
l. 92. de hered. inft.
l. 81. ad SC. Trebellian.
l. 24. de jur. patr.
l. 87. de furt.
l. 47. de jur. fifc.
l. 9. de decurion.
l. 240. de verb. fign.
Ex lib. II. l. 28. de tutor. & cur. dat.
l. 53. de adm. & peric. tutor.
l. 27. 97. de legat. 3.
l. 113. de cond. & dem.
l. 74. ad SC. Trebellian.
l. 10. de manumiffion.
l. 48. de jur. fifc.
Ex lib. III. l. 24. de compenfat.
l. 97. de acq. hered.
l. 38. de fideicom. libert.
l. 33. de obl. & act.
l. 68. de fidejuffor.
l. 20. de quæftion.
l. 40. de pœn.
l. 50. de jur. fifc.

Ex III. Libr. de adulter.

Ex lib. I. l. 8. de ventr. in poff. mitt.
l. 30. ad leg. Jul. de adult.
Ex lib. II. l. 18. de teftib.
l. 9. de divort.
l. 36. folut. matr.
l. 31. ad leg. Jul. de adult.
l. 8. de quæftion.
Ex lib. III. l. 14. de fund. dot.
l. 13. qui & a quib. manum.
l. 42. de folution.
l. 3. de accufat.
l. 13. ad SC. Turpillian.

Ex Lib. III. Manual.

Ex lib. I. l. 72. de procur.
l. 10. quod cujuscunq. univerf.
l. 27. quib. mod. ufusfr. vel uf. am.
l. 39. de fervit. præd. urb.
l. 38. de fervit. præd. ruftic.
l. 18. com. præd.
l. 83. pro foc.
l. 48. de acq. hered.
l. 44. de mort. cauf. donat.
l. 26. de ftip. fervor.
l. 226. de verb. fign.
Ex lib. II. l. 89. de hered. inftit.
l. 7. ut leg. feu fideic. ferv. cauf. cav.
l. 51. de oper. libert.
l. 62. de acq. rer. dom.
l. 48. de ufur. & ufuc.
l. 49. 51. de re judic.
l. 14. de duobus reis con.
l. 27. de ftip. fervor.
l. 168. de folution.
l. 85. de furt.
l. 227. de verb. fig.

Ex Libr. II. Inftitut.

Ex lib. I. l. 41. de acq. poff.
Ex lib. II. l. 4. de fervit. præd. urb.
l. 3. de obl. & act.

Ex Libr. II. de offic. Proconf.

Ex lib. I. l. 2. de curat. fur.
l. 7. de pollicitat.
Ex lib. II. l. 14. de accufation.
l. 5. ad leg. Corn. de ficar.
l. 11. de quæftion.

Ex Libr. III. ad leg. Æl. Sentiam.

Ex lib. I. l. 16. de auct. & conf. tutor.
l. 43. 55. de hered. inftit.
l. 15. de manum. vind.
l. 27. de manum. teftam.
Ex lib. II. l. 6. de jur. patron.
Ex lib. III. l. 11. fi quid in fraud. patron.
l. 16. qui & a quib.
l. 66. de verb. obl.

Ex Libr. II. ad leg. Juniam.

Ex lib. I. l. 15. qui & a quib. manum.

Ex Libr. II. de jure fifc.

Ex lib. I. l. 5. de his quæ ut indig.

Ex Libr. II. de cenfibus.

Ex lib. II. l. 8. de cenfib.
Ex lib. fingul. de pœnis paganorum. l. 89. de furt.
l. 2. de receptator.
l. 23. ad leg. Corn. de falf.
l. 21. de quæftion.
Ex lib. fingul. de pœnis milit. l. 3. de furib. balnear.
l. 8. de cuftod. & exhib. reor.
l. 14. de re milit.
Ex lib. fingul. de pœnis omn. leg. l. 10. de leg. Pomp. de parricid.
l. 2. ad SC. Turpillian.
Ex lib. fing. de ufuris. l. 17. de ufur.
Ex lib. fing. de grad. & adfin. l. 10. de grad. & adfinib.
Ex lib. fingul. de jure codicillorum. l. 8. de jur. codic.
l. 127. de legat. 1.
l. 16. de adim. vel transfer. legat.
l. 38. de cond. & dem.
l. 28. de manum. teftam.
Ex lib. fing. de excufation. tutel. l. 4. de confirm. tutor.
l. 11. 26. de excufation.
Ex lib. fing. ad reg. Caton. l. 20. de caftr. pecul.
Ex lib. fing. ad SC. Orfitian. l. 6. 7. ad SC. Tertyllian. & Orphit.
l. 230. de verb. fign.
Ex lib. fingul. ad SC. Tertyllianum. l. 28. de legat. 3.
l. 5. 7. ad SC. Tertyllian.
l. 231. de verb. fign.
Ex lib. fing. ad SC. Silanianum. l. 7. 10. 12. de SC. Silanian.
Ex lib. fing. ad SC. Vellejan. l. 23. ad SC. Vellejan.
Ex lib. fing. ad SC. Libonian. feu Claudian. l. 5. quib. ad liber. procl. non lic.
l. 22. ad leg. Corn. de falf.
Ex libr. fingul. de officio præfecti vigil. l. 1. 3. de off. præfect. vig.
l. 56. locat.
l. 9. in quib. cauf. pign. vel hyp. tac.
l. 2. de effractor.
Ex lib. fingul. de officio præf. urbi. l. 2. de off. præfect. urb.
Ex lib. fing. de public. judic. l. 6. de prævaric.
l. 8. de publ. judic.
l. 7. ad leg. Corn. de ficar.
l. 9. ad leg. Jul. pecul.
Ex lib. fing. de inoffic. teftam. l. 18. 23. 32. de inoff. teftam.

Ex lib. fing. VIIviral. judic.

l. 7. 28. 31. de inoff. teftam.
Ex lib. fingul. de jure fing. l. 16. de legib.
l. 63. de ufufr.
l. 54. folut. matr.
Ex lib. fing. de fecund. tab. l. 56. de heredib. inftit.
l. 38. de vulg. & pup. fubft.
l. 126. de legat. 1.
Ex lib. fing. ad oration. Divi Severi. l. 2. 4. 13. de reb. eor. qui fub cur.
Ex lib. fingul. ad orat. Divi Severi & Commodi. l. 20. de rit. nupt.
Ex lib. fing. ad orat. Divi Antonini & Commodi. l. 60. de rit. nupt.
Ex lib. ad leg. Cinciam. l. 29. de legib.
Ex lib. ad leg. Falcid. l. 7. de rit. nupt.
l. 6. de legat. 2.
l. 1. 3. ad leg. Falcid.
l. 105. de folution.
Ex lib. de tacito fideicomm. l. 49. de jur. fifc.
l. 229. de verb. fign.
Ex lib. fing. de portion. quæ liberis damnat. conced. l. 7. de ftat. hom.
l. 7. de bon. damnat.
Ex lib. fing. de juris & facti ignor. l. 9. de jur. & fact. ign.
Ex lib. fing. de adult. l. 16. ad SC. Turpillian.

Ex lib. fing. de inftructo & inftrum. l. 99. de legat. 3.
l. 4. de fupellect. legat.
Ex lib. fingul. de appellat. l. 2. a quib. appell. non lic.
l. 7. de appellat. recip.
Ex lib. de jure libell. l. 11. de legation.
Ex lib. fingul. de jure patron. l. 9. de agnofc. & alend. lib.
l. 17. 28. de oper. libert.
Ex lib. de concurrent. action. l. 34. de obl. & act.
l. 88. de furt.
Ex lib. de interceff. fœm. l. 24. ad SC. Vellejan.
Ex lib. de libert. dand. l. 18. de ftatulib.
l. 7. qui fin. manum. ad libert. perv.
l. 17. qui & a quib.
Ex lib. de Senatusconfultis. l. 26. ad SC. Trebellian.

Ex Libr. ad Edict. Ædil.

Ex lib. I. l. 9. de alien. jud. mut. cau. fac.
l. 54. de contr. empt.
l. 2. 30. 39. 43. de ædil. edict.
Ex lib. II. l. 55. de contr. empt.
l. 41. 44. de ædil. edict.
l. 35. 41. 56. de evict.
l. 48. ad leg. Falc.
l. 74. de verb. fign.
Ex lib. ad SCtum Turpill. l. 68. de rit. nuptiar.
l. 12. ad leg. Jul. de vi publ.
l. 21. ad leg. Cornel. de falf.
Ex lib. de affign. libert. l. 59. de rit. nupt.
l. 14. de injuft. rupt.
l. 30. de aur. arg. mund. legat.
l. 15. de adim. legat.
l. 69. de diverf. reg. jur.
Ex lib. de offic. adfeff. l. 21. de off. præfid.
l. 1. de off. adfeffor.
l. 73. de procur.
l. 55. de judic.
Ex libr. de var. lect. l. 18. de inftit. act.
l. 1. de oper. libert.
l. 22. de exception.
Ex Pauli lib. fing. de cogn. l. 9. de confirm. tutor.
l. 29. de tutor. & curat. dat.
l. 42. 46. de excufat.
l. 5. de veteran.
l. 228. de verb. fign.
l. 101. de diverf. reg. jur.
Ex lib. de forma teftam. l. 98. de legat. 3.
Ex libr. de conception. formul. l. 20. de exception.
Ex libro de dotis repetitione. l. 68. de diverf. reg. jur.
Ex lib. ad leg. Fuf. Canin. l. 37. de cond. & dem.
l. 215. de verb. fign.
Ex libr. de liberali caufa. l. 33. de liberal. cauf.
Ex lib. de artic. liber. caufæ. l. 41. de liberal. cauf.

Ex Epitomar.

Ex lib. I. l. 15. commun. præd.
Ex lib. II. l. 11. de ufufr.
l. 16. de fervit. præd. urb.
l. 20. de fervit. præd. ruft.
l. 28. de cond. & dem.
l. 204. de verb. fign.
Ex lib. III. l. 9. fi pars hered. petat.
l. 58. de rei vind.
l. 27. commun. divid.
l. 7. de leg. Rhod.
l. 71. pro foc.
l. 12. 14. de per. & com. rei vend.
l. 27. de act. empt.
Ex lib. IV. l. 30. de ferv. præd. ruft.
l. 19. ad exhib.
l. 40. de contr. empt.
l. 205. de verb. fign.
Ex lib. V. l. 33. de fervit. præd. urb.
l. 36. de condict. indeb.
l. 30. de pigner. act.
Ex lib. 3. de offic. Conf. l. 8. de pollicitat.
Ex not. ad lib. X. quæftion. l. 16. de publ. in rem act.
Ad lib. 31. quæftionum. l. 18. de fervit.
Ex notis ad lib. V. Refponf. Papinian. l. 16. quæ in fraud. cred.
cit. l. 1. de off. ejus cui mand. eft.
l. 72. de contr. empt.
l. 1. de ufur.
l. 4. de iis quæ in teft. del.
l. 9. de annuis legat.
l. 42. de bon. libert.
l. 116. de verb. obl.
l. 8. de prætor. ftip.
Ex notis ad lib. 4. Digeft. Julian. l. 11. quod met. cauf.
Ex notis ad lib. 8. Digeft. Julian. l. 4. de refcind. vend.
Cit. in not. Julian. l. 75. de judic.
l. 3. de collat.
l. 15. de mort. cauf. don.
l. 4. de manum. vind.
Cit. in notis ad Scævolam l. 13. de inoff. teft.
l. 26. qui & a quib. man.
Citatur Paulus his locis non notato nomine librorum, l. 9. de inoff. teftam.
l. 14. de in rem verf.

l. 6. 13. de excufation.
l. 60. de acq. hered.
l. 18. de SC. Silanian.
l. 13. de option. leg.
l. 5. de inftr. vel inftr. leg.
l. 3. de collation.
l. 42. 51. de bon. libert.
l. 1. de veter. & milit. fucceff.
l. 15. de mort. cauf. don.
l. 23. de manumiffion.
l. 4. de manum. vind.
l. 26. qui & a quib.
l. 65. de acq. rer. dom.
l. 49. de ufurp. & ufuc.
l. 116. de verb. obl.
l. 23. de acceptil.
l. 91. de furt.
l. 2. quand. appelland. fit.
l. 28. 29. 30. de captiv. & de poftlim.
l. 13. de re milit.
l. 244. de verb. fign.

In Codice citatur.

l. 5. de recept.
l. 10. de adoption.
l. 29. de jure deliber.
l. 6. de nupt.
l. 14. de præd. & al. reb. minor.
l. 1. de comm. ferv. man.
l. 14. de legit. heredit.
l. 6. ad L. Jul. majeftatis.
l. 13. de fentent. paff. & reftit.

In Inftitutionibus.

§. 1. de hered. inftitut.

VII. *Aurelius Arcadius.*

Lib. fing. de teftibus.

l. 1. 21. 25. de teftib.
l. 10. de quæftion.

Ex lib. fing. de off. præf. præt.

l. 1. de off. præf. præt.

Ex libr. fing. de munerib. civilib.

l. 18. de muner. & honor.

VIII. *Licinius Rufinus.*

Libr. XII. Regul.

Ex lib. I. l. 51. de rit. nupt.
l. 32. de ftatulib.
l. 25. de ufurp. & ufucap.
Ex lib. II. l. 6. de teftib.
l. 74. de hered. inftit.
l. 210. de diverf. reg. jur.
Ex lib. III. l. 15. de off. proconf.
Ex lib. IV. l. 38. de judic.
l. 62. de legat. 2.
l. 21. de adim. vel transfer. legat.
Ex lib. V. l. 16. de fideic. libert.
Ex lib. VI. l. 41. de donat. int. vir. & ux.
Ex lib. VII. l. 155. de verb. fign.
Ex lib. VIII. l. 70. de contr. empt.
l. 59. de obl. & act.
Ex lib. X. l. 156. de verb. fign.
Ex lib. XIII. regul.
l. 34. de re judic.
cit. l. 4. quib. ad lib. procl. non lic.

IX. *Anthus feu, Furius Anthianus.*

Lib. V. ad Edict.

Ex lib. I. l. 62. de pact.
l. 40. de dol.
l. 80. de rei vindic.

X. *Ex Rutilio Maximo ad legem Falcidiam.*

l. 125. de leg. 1.

XI. *Herennius Modeftinus.*

Ex lib. XIX. Refponf.

Ex lib. I. l. 26. de negot. geft.
l. 12. de jur. patron.
l. 27. de re judic.
l. 36. ad municip.
l. 10. de decurion.
l. 10. de pollicitation.
Ex lib. II. l. 35. de pact.
l. 27. de neg. geft.
l. 29. de minor.
l. 16. de excufation.
Ex lib. III. l. 11. de inoffic.
l. 35. de reb. cred.
l. 41. de ufur.
Ex lib. IV. l. 39. de pigner. act.
l. 26. de pignor.
l. 9. quib. mod. pig. vel hyp. fol.
l. 28. ad leg. Corn. de falf.
Ex lib. V. l. 39. de act. empt.
l. 63. de eviction.
l. 26. de rit. nupt.
l. 62. de jur. dot.
l. 7. de agnofc. & alend. lib.
l. 102. de verb. obl.
Ex lib. VI. l. 30. fam. erc.
l. 32. de adm. & per. tutor.
l. 8. de magiftr. conven.
l. 76. de folution.
Ex lib. VII. l. 72. de furt.
Ex lib. VIII. l. 25. de legib.
l. 47. de heredit. petit.
l. 61. de hered. inftit.
l. 27. de condit. inftit.

Ex lib. IX. l.33. de legat. 2.
l. 16.18. de usu & usufr. legat.
l. 8. 13. de supell. legat.
Ex lib. X. l. 34. de legat. 2.
l. 83. de legat. 3.
l. 5. de ann. legat.
l. 4. de alim. vel cib. leg.
l. 20. de liberat. legat.
l. 66. de cond. & dem.
l. 44. de manum. testam.
l. 14. de fideic. libert.
Ex lib. XI. l. 42. de usur.
l. 6. de ann. legat.
l. 5. de alim. vel cib. legat.
l. 19. de adim. vel transfer. leg.
l. 105. de verb. sign.
Ex lib. XII. l. 22. de stat. hom.
l. 15. de probation.
l. 28. de re judic.
l. 10. de exception.
l. 20. de injur.
Ex lib. XIII. l. 11. de exception.
l. 41. de fidejussor.
Ex lib. XIV. l. 8. und. cogn.
Ex lib. XV. l. 23. de donation.
Ex lib. XVI. l. 35. de legat. 2.
Ex lib. XVII. l. 18. de accusat.
l. 5. de leg. Fab. de plagiar.
l. 17. ad SC. Turpillian.
l. 18. de appellation.
l. 9. de jur. fisc.
Ex lib. XVIII. l. 43. de usur.

Ex lib. XII. Digest.

Ex lib. I. l. 23. de stat. hom.
l. 11. de his qui sui vel alien. jur.
l. 42. de adoption.
l. 4. de capit. minut.
l. 13. de jur. patron.
l. 21. de manum. vind.
l. 27. de statulib.
l. 21. qui & a quib. man.
Ex lib. II. l. 1. qui testam. fac. poss.
l. 20. de liber. & post.
l. 62. de hered. instit.
l. 1. de vulg. & pup. subst.
l. 7. de cession. bonor.
Ex lib. III. l. 36. de legat. 2.
l. 5. und. legit.
l. 15. de fideic. libert.
l. 107. de verb. sign.
Ex lib. IV. l. 25. de testam. tutel.
l. 23. de tutor. & curat. dat.
l. 9. de magistr. conveniend.
l. 10. judic. sol.
l. 108. de verb. sign.
Ex lib. V. l. 19. qui testam. fac. poss.
l. 3. de usurp. & usucap.
l. 103. de verb. obl.
l. 109. de verb. sign.
Ex lib. VI. l. 1. de compensat.
l. 21. de bonor. poss. contr. tab.
l. 4. de conjung. cum emancip. lib.
l. 32. de oper. libert.
l. 1. quis ord. in poss. servet.
l. 110. de verb. sign.
Ex lib. VII. l. 1. 29. de re judic.
l. 77. de solution.
Ex lib. VIII. l. 3. de in integr. restit.
l. 19. de Sc. Silanian.
Ex lib. IX. l. 59. ad leg. Falc.
l. 9. de assign. libert.
l. 11. de pollicitat.
Ex lib. X. l. 3. de in jus vocand.
l. 18. de procurat.
l. 7. fin. regund.
l. 33. de reb. cred.
l. 50. locat.
l. 44. de usur.
l. 1. de naut. fœnor.
l. 5. pro empt.
Ex lib. XI. l. 24. de pœn.
l. 11. de muner. & honor.
l. 4. 6. de operib. publ.
l. 12. de pollicitat.
Ex lib. XII. l. 4. de grad. & affin.
l. 7. ad leg. Jul. majest.
l. 13. ad leg. Corn. de sicar.
l. 9. de leg. Pomp. de parricid.
l. 30. ad leg. Cornel. de fals.
l. 5. de requir. vel absent. damn.
l. 25. de pœn.

Ex libr. Digest.

l. 45. de manum. test.

Ex libr. X. Regul.

Ex lib. I. l. 7. 40. de legib.
l. 1. 24. de rit. nupt.
l. 26. de jur. dot.
l. 10. de divort.
l. 31. de legat. 2.
l. 27. de reb. dub.
l. 31. de oper. libert.
l. 16. de manumission.
l. 19. qui & a quib. man.
l. 34. ad leg. Jul. de adult.
Ex lib. II. l. 1. 4. 8. 41. de adoption.
l. 21. de usu & habitat.
l. 25. de rit. nupt.
l. 52. de obl. & act.
l. 1. de duobus reis.
l. 39. de fidejussor.
l. 1. de acceptil.
Ex lib. III. l. 11. de edend.
l. 3. de pact.
l. 64. de procur.
l. 33. de judic.
l. 49. de cond. indeb.
l. 4. pro soc.
l. 23. de pignor.
l. 7. de testib.
l. 7. ut in poss. legat. al. est Marciani.
l. 53. de obl. & act.
l. 40. de fidejussor.
l. 74. de solution.
l. 4. de capt. & de postlim.
l. 34. ad municipal.
l. 1. de nundin.
Ex lib. IV. l. 48. de recept.
l. 8. de distr. pign.
l. 40. de usur.
l. 3. de naut. fœnor.
l. 24. de probation.
Ex lib. V. l. 18. de off. præsid.
l. 34. de pact.
l. 62. de contr. empt.
l. 24. de pignor.
l. 18. de usurp. & usuc.
l. 54. de obl. & act.
l. 13. de quæstion.
l. 8. de jur. fisc.
Ex lib. VI. l. 3. de senator.
l. 38. de recept.
l. 8. de jure patron.
l. 7. und. cog.
l. 17. de manumission.
l. 2. qui sin. manu. ad libert. perv.
l. 7. rem pupil. salv. for.
l. 11. ad leg. Corn. de sicar.
l. 4. de jur. immunit.
Ex lib. VII. l. 21. de stat. hom.
l. 27. de donat. int. vir. & ux.
l. 5. de natal. restit.
l. 52. de acq. rer. dom.
l. 35. de stip. servor.
l. 14. de vacat. & excus. muner.
l. 15. de legation.
l. 102. de verb. sign.
Ex lib. VIII. l. 25. de pignor.
l. 6. de distr. pig.
l. 2. de testib.
l. 17. de SC. Silanian.
l. 3. ad SC. Tertyllian.
l. 100. de verb. obl.
l. 75. de solution.
l. 1. de term. mot.
l. 35. ad leg. Jul. de adult.
l. 6. ad leg. Jul. de vi privat.
l. 12. ad leg. Corn. de sicar.
l. 27. ad leg. Corn. de fals.
l. 14. de quæstion.
l. 23. de pœn.
l. 17. de appell.
l. 3. quis & a quo appell.
l. 16. de legation.
l. 8. de adm. rer. ad civit. pert.
l. 103. de verb. sign.
l. 196. de diverf. reg. jur.
Ex lib. IX. l. 32. ex quib. caus. major.
l. 52. de usufr.
l. 17. commun. divid.
l. 28. qui testam. facere poss.
l. 25. de cond. instit.
l. 32. de testam. milit.
l. 18. de Sc. Silanian.
l. 9. 32. de legat. 2.
l. 82. de legat. 3.
l. 9. de aur. arg. mund. leg.
l. 19. de liberat. legat.
l. 8. de his quæ ut indig.
l. 58. ad leg. Falc.
l. 9. de jur. patron.
l. 4. ad Sc. Tertyllian.
l. 13. de fideic. libert.
l. 26. de statulib.

Ex lib. IX. Different.

Ex lib. I. l. 40. de adoption.
l. 38. de pigner. act.
l. 3. de vulgar. & pup. subst.
l. 11. de fideic. libert.
l. 22. de pœn.
Ex lib. II. l. 23. depos.
l. 20. de re judic.
Ex lib. III. l. 21. quib. mod. usufr. vel us. am.
l. 32. de jurejur.
Ex lib. IV. l. 14. de sponsal.
l. 4. de legitim. tutor.
l. 32. ad municip.
l. 9. de pollicitat.
Ex lib. V. l. 51. de cond. & demonstr.
l. 10. de muner. & honor.
Ex lib. VI. l. 63. de procur.
l. 46. de hered. petit.
l. 11. de servitut.
l. 7. de his quæ ut indig.
l. 5. de conjung. cum emancipat. lib.
l. 10. de suis & legit. hered.
l. 3. pro derelict.
l. 3. de diverf. temp. præscr.
l. 17. de accusat.
l. 16. de appellation.
l. 194. de diverf. reg. jur.
Ex lib. VII. l. 22. de pignor.
l. 4. de testam. tutel.
l. 20. de tutor. & curat. dat.
l. 1. qui pet. tutor. vel cur.
l. 52. de cond. & dem.
l. 8. de assig. liber.
l. 195. de diverf. reg. jur.
Ex lib. VIII. l. 10. de capit. minut.
l. 32. de rei vindic.
l. 62. de ædilit. edict.
l. 18. de adim. vel transfer. leg.
l. 22. de donation.
Ex lib. IX. l. 51. de usufr.
l. 12. de servit. rustic.
l. 39. de usur.
l. 81. de legat. 3.
l. 25. de statulib.
l. 101. de verb. sign.

Ex Libr. VI. Excusat.

Ex lib. I. l. 21. de tutor. & cur. dat.
l. 2. qui pet. tutor. vel cur.
l. 31. de adm. & peric. tutor.
l. 1. de excusation.
l. 35. ad municip.
Ex lib. II. l. 4. de constit. princ.
l. 2. 4. 6. de excusation.
l. 104. de verb. sign.
Ex lib. III. l. 8. 10. 12. de excusation.
Ex lib. IV. l. 13. de excusation.
Ex lib. V. l. 22. de tutor. & curator. dat.
l. 14. de excusation.
Ex lib. VI. l. 49. locat.
l. 1. de confirm. tutor.
l. 15. de excusation.

Ex libr. IV. de pœn.

Ex lib. I. l. 25. de in jus voc.
l. 21. de liberal. caus.
l. 32. ad leg. Corn. de fals.
l. 30. de pœn.
Ex lib. II. l. 6. de publ. & vectig.
l. 20. de accusat.
l. 8. ad leg. Jul. de vi privat.
l. 13. ad leg. Jul. pecul.
l. 1. de leg. Jul. ambit.
l. 17. de jur. fisc.
Ex lib. III. l. 4. stellionat.
l. 12. de publ. judic.
l. 16. ad leg. Corn. de sicar.
l. 33. ad leg. Corn. de fals.
l. 16. de quæstion.
l. 31. de pœn.
Ex libr. IV. l. 14. de custod. & exhib. reor.
l. 3. de re milit.

Ex libr. de præscript.

l. 12. de inoff. testam.
l. 20. de appellat.
l. 10. de jur. fisc.
l. 106. de verb. sign.

Ex lib. de inoffic. testam.

l. 9. de inoff. testam.

Ex lib. de manumiss.

l. 6. de agnosc. & alend. lib.
l. 7. de jur. patron.
l. 33. de bon. libert.
l. 43. de manum. testam.
l. 12. de fideicom. libertat
l. 33. ad municip.

Ex lib. de euremat.

l. 65. de procurat.
l. 25. ad SC. Vellejan.
l. 63. de jur. dot.
l. 58. sol. matr.
l. 9. de suspect. tutor.
l. 4. de vulg. & pup. subst.
l. 50. de acq. hered.
l. 19. de usu & usufr. leg.
l. 53. de cond. & dem.
l. 45. ad SC. Trebellian.

Ex lib. de enucleatis casibus.

l. 33. ex quib. caus. major.
l. 15. de sponsal.
l. 20. qui & a quib. man.
l. 29. ad leg. Corn. de Fals.
l. 19. de appellation.

Ex lib. de differ. dotis.

l. 13. de jur. dot.

Ex lib. de ritu nupt.

l. 42. de rit. nupt.
l. 197. de diverf. reg. jur.

Ex libr. IV. de præscript.

l. 101. de verb. obl.

Ex lib. XIV. ad Q. Mucium.

l. 53. de acq. rer. dom.

Ex lib. XXXI. ad Q. Mucium.

l. 54. de acq. rer. dom.
cit. l. 52. de furt.
l. 18. de muner. & honor.

In Codice citatur

l. 36. de inoffic.
l. 5. ad exhib.

JCTI QUORUM NOMINA IN DIGESTIS ALLEGANTUR, QUI AD CERTAM ÆTATEM REFERRI NON POTUERUNT.

Antæus l. 14. de aq. & aq. pluv. arc.
Aulus l. 17. de hered. institut.
Balbus Lucilius l. 2. de or. jur.
Blæsus l. 31. de usu & usufr. leg.
Brutus l. 2. de orig. jur.
Cajus Scipio Nasica l. 2. de orig. jur.
Campanus l. 47. de oper. libert. l. 34. de fideicommiss. libertat.
Cartilius l. 5. commod. §. 13. l. 69. de her. institut.
Cato l. 2. de orig. jur.
l. 10. de ædilit. edict.
l. 44. solut. matr.
l. 44. de verb. obl.
l. 98. de verb. sign.
Cornelius Maximus l. 2. de orig. jur.
l. 16. de instr. vel instr. leg.
Drusus l. 38. de act. empt.
Flavius Priscus l. 2. de orig. jur.
Fufidius lib. II. Quæst. l. 5. de aur. arg. mund. legat.
cit. l. 25. de manum. vind.
l. 29. de reb. auct. jud. poss.
Gracchanus Junius lib. 7. de potest. tit. l. 1. de off. quæstor.
Gran. Flacc. libr. de jure Papir. l. 144. de verb. sign.
Junius l. 1. de off. quæst.
Juventius l. 12. de usu & habit.
Lælius l. 43. de hered. petit.
l. 3. si pars hered. pet.
Longinus l. 2. de origin. jur.
Lucius Crassus Mucianus l. 2. de orig. jur.
Manilius l. 2. de orig. jur.
l. 3. de acq. poss.
Marcus Porcius Cato l. 2. de orig. jur.
Mela l. 2. de judic.
l. 6. de oper. servor.
l. 11. 27. ad leg. Aquil.
l. 4. com. divid.
l. 14. de religios. & sumpt.
l. 5. commod.
l. 21. de pecul.
l. 7. de in rem vers.
l. 22. 26. mandat.
l. 52. pro soc.
l. 17. de act. empt.
l. 13. 19. locat.
l. 20. de præscr. verb.
l. 12. de pact. dotal.
l. 24. solut. matr.
l. 3. de act. rer. am.
l. 1. de tutel. & rat. distr.
l. 14. de ann. legat.
l. 1. de dot. præleg.
l. 14. de alim. vel cib. leg.
l. 24. de liberal. caus.
l. 25. quæ in fraud. cred.
l. 1. ut in flum. publ. navig. lic.
l. 1. de cloac.
l. 39. de solution.
l. 52. de furt.
l. 15. 17. de injur.
l. 207. de verb. sign.
Messius l. 50. de jur. fisc.
Minicius l. 6. de act. empt.
Paconius l. 3. si a par. quis manum.
Papirius Fronto l. 220. de verb. sign.
l. 4. de leg. Rhod.
l. 40. de pecul.
l. 114. de legat. 1.
Paulus Verginius l. 2. de orig. jur.
Plautius l. 61. de procur.
l. 44. de cond. & demonstr.
l. 22. de damn. inf.
Priscus l. 10. de usu & habit.
l. 112. de cond. & demon.
l. 21. de mort. caus. donat.
l. 1. de acq. poss.
l. 2. pro empt.
Priscus Fulcinius l. 29. de relig. & sumpt.
l. 13. de cond. furt.
l. 29. de don. inter vir. & ux.
l. 1. de imp. in res dot. fac.
l. 3. 6. de act. rer. am.
l. 49. de legat. 2.
l. 43. de mort. caus. donat.
l. 8. de vi & vi arm.
l. 79. de verb. sign.
Publicius l. 50. de legat. 1.
l. 51. de cond. & dem.
l. 2. ad SC. Tertyllian.
Publicius Gellius l. 2. de orig. jur.
Publius Ælius l. 2. de orig. jur.
Publius Atilius l. 2. de orig. jur.
Publius Mucius l. 2. de orig. jur.
l. 17. de legation.
Publius Rutilius Rufus l. 2. de orig. jur.
l. 10. de usu & habit.
l. 3. de pen. legat.
l. 1. de arb. cæd.
Puteolanus cit. *lib. I. adsessor.* l. 12. de pact.
Quintus Mucius qui ad Carthaginenses missus legatus fuit, l. 2. de origin. jur.
Quintus Mucius Volusii auditor, l. 2. de orig. jur.
Quintus Saturninus lib. X. ad edictum l. 19. de aur. arg. mund. leg.
l. 13. de jurejur.
Sempronius Σοφὸς l. 2. de orig. jur.
Sextus l. 1. de SC. Silanian.

l. 32. de

P.R.C.A.J.P.C.N.

l.32. de legat. 1.
Sextus Ælius l.2. de orig. jur.
l.38. de act. empt.
Sextus Cæcilius l.1. quand. de pecul. act. annal. est.
l.14. de ædil. edict.
l.2.64. de donat. int. vir. & uxor.
l.3. de pen. legat.
l.71. de cond. & dem.
l.36. ad leg. Falc.
l.12. qui & a quib. man.
l.13. 27. ad leg. Jul. de adult.
Valerius Severus l.4. de in jus voc.
l.8. de procur.
l.30. de negot. gest.
l.1. de aq. cottid. & æstiv.
Varius Lucullus l.19. de acq. rer. dom.
Vindius l.2. si ex nox. caus. ag.
l.7. de pact.
l.5. de judic.
l.32. ad leg. Falc.
Vitellius l.34. de acq. poss.

Citantur hi Jurisconsulti & Jurisconsultorum libri in Codice Justinianeo.

Salvius Julianus l.1. de veter. jur. enucl.
l.24. de neg. gest. act.
l.15. de usufr.
l.10. de condict. indeb.
l.5. de bon. quæ liber.
l.1. de commun. serv. manum.
Æmilius Papinianus l.10. de cond. indeb.
l.22. de serv. & serv. corrupt.
l.9. de instit. vel substit. sub cond. fact.
l.10. de adoption.
l.13. de sentent. pass. & rest.
Ejusd. resp. cit. l.35. de inoff.
l.8. de instit. vel substit. sub cond. fact.
l.16.30. de fideicom.
l.3. de acq. poss.
Sabinus l.10. de impub. & al. substit.
Sabiniani libri l.17. de usufr.
l.14. de servit. & aq.
l.3. de posth. hered. instit.
Juventius Celsus l.10. de cond. indeb.
l.10. qui testam. fac. poss.
Marcellus l.10. de cond. indeb.
Idem cit. in notis ad libros Digestorum Juliani l.1. de com. serv. manum.

1 JUL. MAXIMUS cum Filio MAXIMO.

989 2 236 Imp. C. Julius Maximus Aug. — Julius Africanus.

Subdiaconi & Notarii a Fabiano Pontifice instituti.

l.13. C. de pactis.
l.6. C. de jur. dot.

990 3 237 Perpetuus. — Cornelianus.

Gordianus creatur Imperator. Imperium abrogatur Maximino. Maximus & Balbinus dicuntur Imperatores. Imperarunt unum annum. Anno enim CCXXXVIII. dum ludi Capitolini celebrabantur, a Prætorianis interficiuntur. *Vide Capitolinum.*

Erronea igitur videtur esse subscriptio l.2. C. de in jus voc.

A. Gord.

991 1 238 An. Pius. — Pontianus Proculus.

l.2. C. de in integr. restitut. minor.
l.2. C. de filiofamilias minor.
l.2. C. si advers. rem judicat.
l.1. C. si utomiss. hered. v. bonor. poss.
l.5. C. de judiciis.
- - - si reus v. accusat. mort. fuer.
l.2. C. de delatorib.
l.2. *C. Gregor.* de postulando.
- - - de pact. & transaction.
l.8. C. de transaction.

Hæc lex Gordiani ita signata est P. P. X. Kal. Jan.

l.14. C. ex quib. caus. infam. irrog.
l.3. C. de his quæ vi metusve caus.
l.1.2.3. C. de tempor. in integr. restit.
l.4. C. de rei vindicat.
l.1. C. ne filius pro patre.
l.4. C. an serv. pro suo fact. post man. ten.
l.7. & 8. C. ad SCt. Vellejan.
l.3. C. de dotis promiss.
l.7. C. de jure dot.
l.9. C. de donation. int. vir. & uxor.

l.6. C. de susp. tutor.
l.5. C. de arbitr. tut.
l.4. C. de in lit. jurando.
l.12. C. de excusat. tutor.
l.2. C. de curator. furiosor.
l.1. C. si quis ignor. rem minor. esse.
l.1. & 2. C. si maj. fact. alien. fact. sin. decr.
l.3. C. de magistrat. conven.
l.11. C. de oper. libert.
l.8. & 9. C. de testam. milit.
l.4. C. de heredib. instituend.
l.9. C. de fideicommiss.
- - - ad leg. Falcidiam.
l.1. C. de precar. & Salv. interd.
l.2. C. de bonis aut. jud. poss.
l.7. C. de pignor. & hypoth.
l.1. C. si pign. pignor. dat. sit.
l.6. & 7. C. de distract. pignor.
l.2. C. de jur. domin. impetr.
- - - de novat. & delegat.
l.3.4.5. C. de solution. & liberation.
l.8. C. de his qui accus. non poss.
l.2. C. quomodo & quand. jud. sentent. prof.

GORDIANUS Junior.

992 2 239 Imp. M. Anton. Gordianus Aug. — M. Acilius Aviola.

l.3. C. de mod. multar.
l.2. C. de in jus voc.
l.7. C. de transaction.
l.15. C. ex quib. caus. infam. irrog.
l.13. C. de procuratorib.
l.15. C. de negotiis gest.
l.4. & 5. C. de his quæ vi metusve causa.
l.un. C. in integr. restit. postul.
l.4. C. de restitut. milit.
l.6. C. de judiciis.
l.1. C. qui legit. person. stand. in judic.
l.13. & 14. C. de inoffic. testam.
l.5. & 6. C. de rei vindicat.
l.2. C. de leg. Aquil.
- - - de noxal. action.
l.5. C. ad exhibend.
l.3. C. si cert. pet.
l.4. C. de fide instrument.
l.9. C. ad SCt. Vellejan.
l.8. C. de nuptiis.
l.3. C. de pact. conv.
l.7. C. qui pet. tut. v. curat.
l.11. C. de administr. tut.
l.3. C. quand. ex fact. tutor.
l.13. & 14. C. de excusat. tutor.
l.1. C. si tut. v. curat. reip. caus. abes.
l.2. C. de excusat. veteranor.
l.3. C. de curator. furios. v. prodig.
l.2. C. de præd. & al. reb. minor.
l.1. C. de bonor. posess. c. tab. libert. q. patron.
l.4. & 5. C. de collation.
l.4. C. de testament.

l.8. C. de his quib. ut indign.
l.10. C. de fideicommiss.
l.4. C. de usur. & fructib. legator.
l.2. C. de legitim. heredit.
l.1. C. quib. ad libert. proclam. non lic.
l.4. C. de ordin. cognition.
l.3. C. quom. & quand. jud. sentent. prof. deb.
l.8. & 9. C. de pignorib. & hypothec.
l.3. C. si in caus. judicat. pign. capt. sit.
l.4. C. de remiss. pignor.
l.un. C. etiam ob chirogr. pecun. pign. ten. poss.
l.8. C. de distract. pignor.
l.2. C. debitor. vendit. pignor. imp. non posse.
l.14. C. de fidejussor. & mandatorib.
l.3. & 4. C. de novat. & delegat.
l.6. C. de solut. & liberat.
l.12. 13. 14. C. de eviction.
l.1. C. de adoptionib.
l.2. C. de donat. mort. caus.
l.9. & 10. C. de his, qui accus. non poss.
l.6. C. si reus v. accus. mort. fuerit.
l.14. C. ad leg. Jul. de adulter.
l.4. C. ad leg. Fab. de plagiar.
l.2. C. de crim. stellion.
l.3. C. de injuriis.
l.2. & 3. C. de fid. & jur. hast. fiscal.

subscrib. *Gordiano A. & Aviola Conss.*

l.15. C. de fidejussor. & mandatorib.

993 3 240 Sabinus II. — Venustus.

l.2. *C. Gregor.* si amiss. v. debitor. reddit. instr.
l.1. C. offic. ej. qui vic. alic. jud. v. præf. obt.
l.3. C. de postulando.
- - - de dolo malo.
l.5. C. de fide instrumentor.
l.7. C. de suspect. tutorib.
l.1. C. de sepulchr. violat.

Sabino & Venusto Conss.

l.4. *C. Gregor.* de pactis.
l.16. C. ex quib. caus. infam. irrog.
l.5. C. de restitut. milit.
l.3. C. quand. fisc. v. privat.

l.5. C. de obseq. Patron. præstand.
l.12. C. de legatis.
l.4. C. de fals. caus. adject.
l.2. C. de his quæ sub mod. legat.
- - - de ingen. manumiss.
l.4. C. si vendit. pignor. agat.
l.2. C. creditor. eviction. pign. non deb.
l.12. C. ad leg. Jul. de adulter.
l.3. C. de dot. promission.
l.8. C. de jur. dot.
l.4. C. de pact. convent.
l.6. C. de privileg. fisc.
l.2. C. de luition. pignor.
l.6. C. de quæstionib.

994 4 241 Imp. M. Anton. Gordianus Aug. II. — Civica Pompejanus.

l.3. *C. Gregor.* de pactis.
l.14. C. de pactis.
l.9. C. de transactionib.
l.14. C. de procuratorib.
l.1. C. ne fisc. v. resp. procur. alic.
- - - de filiofam. minor.
l.2. C. si advers. libertat.
- - - si min. ab hered. se abstin.
l.3. C. de leg. Aquil.
l.7. C. de religios. & sumpt. funer.
l.1. de hereditar. actionib.
l.7. C. de pignerat. action.
l.11. C. de donat. int. vir. & uxor.
l.2. C. de fund. dotal.
l.12. C. de administr. tutor.
l.1. C. de divid. tutel.
l.2. C. si tut. v. curat. reip. caus. aber.
- - - si quis ignor. rem minor. ess. sin. decr.

l.5. C. de heredib. instituend.
l.3. C. de jur. deliberand.
l.1. C. de indict. viduitat.
l.11. C. de fideicommiss.
l.10. C. ad leg. Falcid.
l.5. C de remiss. pignor.
l.16. C. de fidejussorib. & mandatorib.
l.2. C. de postlimin. revers.
- - - de donationib.
l.4. & 5. de accusationib.

Gordiano A. II. & Pompejano conss.

l.5. C. comminat. epist. progr. &c.

Gordiano A. V. & Pompejano conss.

l.3. C. de delatorib.

Gordiano A. II. & Pontiano conss.

l.2. C. si advers. creditor.

995 5 242 C. Vettius Atticus. — C. Asinius Prætextatus.

l.1. *C. Gregor.* de rei vindicat.
l.17. C. ex quib. caus. infam. irrog.
l.1. C. de pedan. judicib.
- - - de obligat. & actionib.
l.4. C. de magistratib. conveniend.
l.6. C. de obseq. patron. præstand.
l.2. C. de bonor. possess. secund. tabul.

l.5. C de execut. rei judicat.
l.17. C. de fidejussorib. & mandatorib.
l.13. & 15. C. ad leg. Jul. de adulter.
l.4. C. de crimin. expilat. hered.
l.1. C. de vi bonor. raptor.
l.3. C. de crimin. stellionat.

Constitutiones Gordiani, quæ nullum subscriptum habent vel diem vel consulem, reperiuntur

Libr. III. tit. 36. l.6.7.8.9.10. Libr. IV. tit. 31. l.8. & 9. tit. 32. l.15.16. tit. 34. l.2.3.4. tit. 35. l.6.7. tit. 45. l.1. t. 48. l.4. tit. 51. l.2. t. 54. l.5. tit. 57. l.4. & 5. tit. 58. l.2. tit. 64. l.1. tit. 65. l.10. Libr. V. tit. 3. l.4. tit. 4. l.6.7.8. Libr. VII. tit. 2. l.6.7. tit. 8. l.7. tit. 9. l.1.2. tit. 21. l.5. tit. 26. l.5. tit. 36. l.1. tit. 46. l.3. & 4. tit. 48. l.2. tit. 55. l.2. tit. 56. l.2. tit. 57. l.4. tit. 64. l.3. tit. 66. l.4. & 5. tit. 72. l.2. & 3. Libr. VIII. tit. 41. l.13. Libr. IX. tit. 16. l.3. tit. 45. l.2. tit. 47. l.11. tit. 49. l.4. tit. 51. l.6. Lib. X. tit. 11. l.2.3. tit. 2. l.1. tit. 3. l.2.3. tit. 11. l.2.3. tit. 38. l.2. tit. 40. l.2. tit. 45. l.1. tit. 50. l.1. tit. 52. l.2. tit. 59. l.2. tit. 67. l.1. tit. 69. l.2. Libr. XI. tit. 30. l.1. tit. 33. l.1. tit. 35. l.2. & 3. Libr. XII. tit. 1. l.3. tit. 36. l.5.6.7. tit. 63. l.1.

996 6 243 Arianus. — Papus.

l.1. *C. Gregor.* de famil. hercisc.

Ariano & Papo conss.

l.2. C. de jur. & fact. ignor.
l.7. C. de usufr. & habitat.

Ariano & Pappo conss.

l.5. C. an serv. pro suo fact.
l.10. & 12. C. de donat. int. vir. & uxor.

l.13. C. de administr. tutor.
l.15. C. de excusat. tutor.
l.1. C. qui testam. fac. poss.
l.6. C. de accusat & inscript.
l.2. 6. C. ad leg. Cornel. de sicar.

Arriano & Pappo conss.

l.11. C. ad leg. Falcid.

A. Phil.

997 1 244 Marcus Julius PHILIPPUS Imper. — Peregrinus Æmilianus.

l.un. C. quand. non petent. part.
l.6. C. de collationib.

l.7. C. de accusat. & inscript.

Hæ leges sunt Imp. Gordiani: quæ vero sequuntur Philippi sunt.

l.3. C. de jur. & fact. ignor.
l.10. C. de transactionib.

l.3. C. si sæp. in integr. restit. postul.
l.6. C. ad exhibend. *

* *Hæc lex data a Philippo 2. Id. Mart. uti & l. 10. C. de transact. prid. Kal. April. Sed ex eo non inferri potest Gordianum jam eo tempore fuisse occisum. Philippus quidem cum Gordiano regnavit, sed cum inter illos non conveniret, quilibet in particulari leges emittebat.* Reland.

l.8. C. de religios. & sumpt. funer.
l.10. & 11. C. ad SCt. Vellejan.
l.3. & 4. C. qui dar. tutor. v. curat. poss.
l.8. C. de suspect. tutorib.
l.16. C. de excusat. tutor.
l.2. C. de codicillis.
l.12. C. de fideicommiss.
l.2. C. ad SCt. Trebellian.

l.18. C. de fidejussorib. & mandatorib.
l.7. C. de solutionib. & liberationib.
l.11. C. de his qui accusar. non poss.
l.4. C. de crimin. stellionat.

Peregrino & Æmiliano Conss.

l.4. C. quomod. & quand. jud.

Peregrino & Æliano Conss.

998 2 245 Imp. M. Julius Philippus Aug. — Junius Titianus.

l.un. *C. Gregor.* si maj. fuer. probat.
l.3. *C. Gregor.* de rei vindic.
- - - si advers. rem judicat.
l.15. C. de inofficios. testam.
l.1. C. de inofficios. donationib.
l.7. C. de rei vindicat.
l.9. C. de religios. & sumpt. funer.
l.5. & 6. C. de probationib.
l.6. C. ad SCt. Macedonian.
l.3. & 4. C. de pericul. tutor.
l.un. C. ut caus. post pubert. ads. tut.
l.2. C. si tut. v. curat. fals. alleg. excus.

l.2. C. si omiss. sit caus. testam.
l.4. C. de ædific. privat.
l.8. C. de solutionib. & liberat.
l.6. C. ad leg. Cornel. de fals.
l.5. C. de crimin. expilat. heredit.

Philippo A. & Titiano Conss.

l.14. C. de administr. tutor.

Philippo A. II. & Titiano Conss.

l.2. C. qui bon. ceder. poss.

Philippo A. & Retiano Conss.

999 3 246 Præsens. — Albinus.

l.8. C. de rei vindicat.
l.5. C. de servitut. & aqua.
l.4. C. si cert. petat.
l.8. C. de pignerat. action.
l.2. C. si mater indemn. promiss.

l.un. C. qui morb. se excus.
l.7. C. de collationib.
l.10. 11. 12. C. de testament. milit.
l.6. C. de heredib. instituend.
l.13. C. de fideicommiss.

Constitutiones Philippi Patris, quæ carent *die & consule.*

Libr. IV. tit. 32. l.17. usque ad 25. tit. 65. l.11. & 12. Libr. V. tit. 6. l.4. Lib. VII. tit. 14. l.3. tit. 26. l.6. tit. 30. l.3. Lib. IX. tit. 49. l.5. tit. 51. l.7. Libr. X. tit. 11. l.4. tit. 38. l.3. tit. 32. l.3. tit. 62. l.1. Libr. XI. tit. 1. l.4. tit. 36. l.8.

Philippus Imp. IV. & Philippus Jun.

P.R.C: A.J: P.C.N.

1000 4 247 Imp. M. Julius Philippus Aug. II. | M. Julius Philippus Cæsar.

Filium suum Cæsarem dicit. Leges de meritoriis extinguendis sancit.

l. 2. *C. Gregor.* de rei vindicat.

Constitutiones Philippi Patris & Philippi Cæs. filii, quæ carent *die & consule.*

Libr. III. tit. 36. l. 11. Libr. V. tit. 6. l. 5. tit. 63. l. 3. Libr. VII. tit. 2. l. 8. tit. 26. l. 7. 8. 9. tit. 45. l. 5. tit. 53. l. 6. tit. 57. l. 6. tit. 62. l. 4. Libr. X. tit. 51. l. 2. 3. Libr. XI. tit. 33. l. 2.

1001 5 248 Imp. M. Julius Philippus Aug. III. | Imp. M. Julius Philippus August. II.

A. Dec.

Occiso Philippo DECIUS Imperat.

1002 1 249 M. Æmilianus II. | Junius Aquilinus.

l. 1. C. de revocand. donationib. | l. 6. C. de crimin. expil. heredit.

Hæ duæ leges sunt Philippi; quæ vero sequitur a Decio lata est: nam eodem hoc anno Philippi imperarunt, & postquam perierunt, Decius successit. Hæc lex XIV. Kal. Novembr. a Decio data est, aliæ Philipporum sunt, datæ X. Kal. Mart. & XV. Kal. Jul. adeoque mense Octobr. Imperator jam fuit Decius.

l. 2. C. de hereditar. actionib. | l. 3. C. de annon. & tribut. *hujus loci non est: pertinet enim ad annum* 286. *ubi vide.*

Æmiliano & Aquilino Conss.

1003 2 250 Imper. C. Messius Quintus Trajanus Decius Aug. II. | Annius Gratus.

Consules hoc anno suffectos nominant Gallum & Ulpianum.

l. 2. C. ub. caus. stat. ag. deb. | l. 4. C. de jur. deliber.
l. 3. C. de acquir. & retin. possess. | l. 3. C. de legitim. heredit.
l. 9. C. de jur. dot. | l. 3. C. de donationib.

1004 3 251 Imp. C. Messius Quintus Trajan. Decius Aug. III. | Q. Herennius Etruscus Messius Decius Cæsar.

Mors Decii funesta. Valerianus ex SCto fit Censor, quod censuræ veteris ultimum fuit exemplum.

GALLUS, HOSTILIANUS, VOLUSIANUS.

1005 1 252 Imp. C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II. | Imp. C. Vibius Volusianus Cæsar.

l. 16. de negot. gest.

A. Val. & Gall.

VALERIANI & GALLIENI IMPP.

1006 1 253 Imp. C. Vibius Volusianus Aug. II. | M. Valerius Maximus.

1007 2 254 Imp. P. Licinius Valerianus Aug. II. | Imp. P. Licinius Gallienus Aug.

l. 2. C. de advocat. fisci. | l. 6. C. de restitut. milit.

1008 3 255 Imp. P. Licinius Valerianus Aug. III. | Imperat. P. Licinius Gallienus Aug. II.

l. 3. C. de testibus. | l. 14. C. de fideicommissis.
l. 13. C. de testam. milit. | l. 11. C. de transaction.
l. 5. C. de testamentis.

1009 4 256 Valerius Maximus II. | Glabrio.

l. 2. C. de inoff. donation. | l. 15. C. de fideicommiss.
- - - quemadm. testam. aperiant. | l. 16. C. ad leg. Jul. de adulter.

1010 5 257 Imp. P. Licinius Valerianus Aug. IV. | Imp. P. Licin. Gallienus Aug. III.

l. 3. C. de inoff. donat. | l. 1. C. si un. ex plurib. hered. credit. & deb.
- - - de condict. ob caus. dator. | l. 17. C. ad leg. Jul. de adulter.
l. 5. C. de instit. & substit.
- - - de jure deliber.

1011 6 258 Memmius Tuscus. | Bassus.

l. 2. C. in quib. caus. in integr. rest. nec. n. est. | l. 18. C. ad l. Jul. de adulter.
l. 16. C. de inoffic. testam. | l. 7. C. ad l. Cornel. de fals.
l. 12. C. ad SC. Vellejan. | l. 3. C. ad SC. Turpill.
l. 3. C. de præd. & al. reb. min. | l. 1. C. de requirend. reis. *Referenda* videtur ad annum 211. & Consulatum Gentiani & Bassi.
l. 1. C. de donation. quæ sub mod.

1021 7 259 Æmilianus. | Bassus.

Valerianus a Persis captus.

l. 15. C. de pactis. | l. 4. C. de injuriis.
l. 12. de transaction. | l. 1. *C. Gregor.* si advers. donat. spons. fact.
l. 4. de condict. ob caus. dator. | - - - si sub alter. nom. res empt. sit.
l. 6. quod cum eo, qui in aliena potest. | l. 5. *C. Gregor.* de pactis.
l. 2. de repudiis. | l. 4. C. de patria potestat.
l. 5. solut. matrimon.
l. 1. de tutor. vel curator. qui sat. non ded.
l. 7. de privileg. fisci.
l. 5. ad leg. Fab. de plagiar.
l. 8. ad leg. Cornel. de falsis.

Æmiliano & Basso II. Conss.

l. 1. C. de decurion. & fil. eor.

Constitutiones Valeriani & Gallieni, quæ omni carent die & consule.

Lib. IV. tit. 22. l. 1. tit. 34. l. 5. tit. 38. l. 1. tit. 62. l. 3. Lib. V. tit. 6. l. 6. Lib. VII. tit. 4. l. 9. & 10. t. 10. l. 4. t. 12. l. 2. t. 43. l. 6. tit. 44. l. 1. tit. 71. l. 3. Lib. IX. tit. 51. l. 8. Lib. X. tit. 16. l. 1. tit. 31. l. 1. t. 41. l. 4. t. 63. l. 1. Lib. XI. t. 31. l. 2. tit. 36. l. 1. Lib. XII. tit. 1. l. 5.

A. Gall.

GALLIENUS IMPERATOR solus.

1013 8 260 Cornelius Secularis II. | Junius Donatus.

l. 6. C. ne de stat. defunctor. | l. 5. C. de testament. tutel.
l. 2. C. de interdictis. | l. 4. C. in quib. caus. tut. vel curat. hab. t. v. c.
- - vi bonor. raptor. | l. 2. C. de tutor. vel curat. qui sat. non ded.
l. 4. C. ad Sct. Turpill. | l. 6. C. qui potior. in pignor.
l. 2. C. de annon. & tribut.
l. un. C. ub. de heredit. agat.
l. 2. C. de obligat. & actionib.
l. 18. C. ex quib. caus. infam. irrog.
l. 3. C. si advers. libertat.

Seculare II. & Donat. Conss.

l. 2. *C. Gregor.* de famil. herciscund.

Quamvis nonnullæ leges Valeriani nomen adhuc ferant, falsæ tamen inscriptiones, cum Valerianus fuerit captus.

1014 9 261 Imp. P. Licinius Gallienus Aug. IV. | L. Petronius Taurus Volusianus.

1015 10 262 Imp. P. Licinius Gallienus Aug. V. | Faustinus.

l. 3. C. de ordin. judicior. | l. 2. *C. Gregor.* si debit. persol. instr. ap. cred.

Gallieno A. V. & Faustino Conss.

1016 11 263 Albinus II. | Maximus Dexter.

1017 12 264 Imp. P. Licin. Gallienus Aug. VI. | Saturninus.

1018 13 265 P. Licinius Valerianus II. | L. Cæsonius Mater Lucillus Rufinianus.

l. 17. C. de excusat. tutor.

Valeriano II. & Luciano Conss. | *Valeriano & Luciano Conss.*

l. 3. C. de in lit. dand. tutor. | l. 4. C. ad leg. Corn. de sicar.

1019 14 266 Imper. P. Licinius Gallienus VII. | Sabinillus.

l. 7. C. de probationibus.

1020 15 267 Paternus. | Arcesilaus.

l. 4. C. de in lit. dand. tutor. vel curat.

Constitutiones Valeriani & Gallieni Augg. & Valeriani junioris carent *tum die tum consule.*

Lib. IV. tit. 35. l. 8. tit. 49. l. 2. t. 50. l. 4. t. 65. l. 13. 14. 15. 16. Lib. VII. tit. 16. l. 6. tit. 64. l. 4. Lib. X. tit. 63. l. 2.

Cl.

Gallieno interfecto CLAUDIUS creatur Augustus.

1021 1 268 Paternus II. | Marinianus.

1022 2 269 Imp. M. Aurelius Claudius Aug. II. | Paternus.

l. 6. C. de servitut. & aqua.

A. Aur.

Mors Claudii. Quintillus frater succedit, quo extincto VALERIUS AURELIANUS.

1023 1 270 Antiochianus. | Orfitus.

l. 2. C. de divers. rescript.

1024 2 271 Imper. Valerius Aurelianus Aug. II. | Cejonius Virius Bassus II.

1025 3 272 Quietus. | Voldumianus.

1026 4 273 M. Claudius Tacitus. | Placidianus.

1027 5 274 Imper. Valerius Aurelianus Aug. III. | C. Julius Capitolinus.

l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetrav.

A. Tac.

Interficitur Aurelianus. AURELIANUS TACITUS succedit.

1028 1 275 Imp. Valer. Aurelianus A. IV. | T. Nonius Marcellinus.

A. Prob.

Interfic. Tacitus. Elig. AURELIUS PROBUS.

1029 1 276 Imp. M. Claudius Tacitus Aug. II. | Æmilianus.

1030 2 277 Imp. Aurel. Valer. Probus Aug. | M. Aurel. Paullinus.

l. 2. C. de revoc. donation.

1031 3 278 Imp. Aurel. Valer. Probus Aug. II. | Lupus.

l. 1. C. ut nem. lic. sin. jud. auct. sign. reb.

1032 4 279 Imp. M. Aurel. Valer. Probus Aug. III. | Paternus.

1033 5 280 Messala. | Gratus.

l. 4. C. de donation.

Interfic. Probus. Succedit M. AUR. CARUS.

1034 6 281 Imp. M. Aurel. Valer. Probus Aug. IV. | Tiberianus.

Car.

1035 1 282 Imp. M. Aurel. Valer. Probus Aug. V. | Victorinus.

CARUS. CARINUS. NUMERIANUS.

1036 2 283 Imper. M. Aurelius Carus Aug. II. | M. Aurelius Carinus Cæsar.

Caro adscribit Baronius l. 8. C. de SS. Eccl. sed rectius ad Theodosium Juniorem refertur.

l. 9. C. de rei vindicat. | l. 4. C. de calumniatoribus.
l. 4. C. de testibus. | l. 9. *C. Gregor.* tit. incert.
l. 6. & 7. de præd. & al. reb. minor. | l. 2. C. de recept. arbitr.
l. 16. de fideicommiss. | l. 6. C. de sentent. aut interlocut. omn. judic.
l. 4. C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contr. | l. 5. C. quand. provocar. non est necess.

A. Dioc.

Numeriano occiso VALERIUS DIOCLETIANUS fit AUGUST. Maximianus fit Cæsar.

1037 1 284 Imp. M. Aurel. Carinus II. | M. Aurelius Numerianus II.

Suffecti ad hunc annum. Diocletianus, Annius Bassus. M. Aurel. Val. Maximianus & M. Junius Maximus.

l. 19. C. ex quib. caus. infam. irrog. | l. 5. C. de donationib.
l. 17. C. de inofficios. testam. | l. 3. C. de revocand. donationib.
l. 2. C. de dividend. tutel. | l. 9. C. ad leg. Cornel. de fals.

Hæ leges sunt Carini & Numeriani: quæ vero sequitur, Diocletianum auctorem agnoscit.

l. un. C. ut nem. invit. ager. vel acc. cog.

Ex hujus legis subscriptione discimus die XV. Octobr. jam imperasse Diocletianum. Errarunt igitur Scaliger & Contius.

l. 4. C. de delatorib.

Carino & Numeriano AA. Conss.

Inscriptio hujus legis mendosa videtur, quæ Imp. Carum memorat. Hic enim anno præterito circa finem, vel saltem in initio præsentis anni, decessit. Certe diem 3. Kal. Sept. quo hæc lex data est, non

P.R.C:A.J:P.C.N.

non attigit. Rescribe itaque, Imp. Carinus & Numerianus AA. idque argumento omnium legum hoc anno latarum.

1038 2 285 Imp. C. Aurelius Valerius Diocletianus II. — Aristobulus.

Mors JULIANI & CARINI.

l. 7. C. de heredib. instituend.
l. 2. si quis aliq. testar. prohib. vel coeg.
l. 10. C. ad leg. Corn. de fals.
l. 3. & 4. de decurionib. & fil. eor.
add. l. 2. C. eod. arg. ordinis.

Diocletiano A. II. & Aristobulo Conss.

l. 1. C. si advers. donat.
l. 3. & 4. C. quib. ex caus. major.
l. 8. & 9. C. de præd. & al. reb. minor.
l. 6. C. de testament.

Diocletiano A. & Aristobulo Conss.

1039 A.D. 3 Max. 1 286 M. Junius Maximus II. — Vettius Aquilinus.

MAXIMIANUS Augustus creatur.

l. 2. C. Gregor. si sub alter. nom. res empt. sit.
l. 18. C. de inoffic. testam.
l. 4. 5. 6. 7. C. de inoffic. donat.
l. 7. C. de servitut. & aqua.
- - ad exhibend.
l. 3. C. de reb. credit.
- - de obligat. & actionib.
l. 2. C. ne filius pro patr.
l. 5. C. de testib.
l. 6. 7. C. de fid. instrum.
l. 10. C. de jur. dot.
l. 13. C. de donat. int. vir. & uxor.
l. 1. C. de serv. fugitiv.
l. 7. C. de obsequ. patron. præstand.
l. 3. C. qui admitt. ad bonor. possess. poss.
l. 1. C. unde liberi.
l. 13. & 14. C. de legatis.
l. 17. C. de fideicommissis.
l. 8. C. de liberal. caus.

l. 2. C. de præscript. long. temp. 10. vel 20. annor.
- - quibus non objic. long. temp. præscr.
l. 5. C. si alien. res pign. data sit.
l. 4. C. de his qui in prior. cred. loc. succ.
l. 6. C. de remission. pignor.
l. 1. C. de duob. reis stipul. & promitt.
l. 9. C. de solut. & liberationib.
l. 2. & 3. C. de adoptionib.
l. 6. de donationibus.
l. 2. de donat. quæ sub mod.
- - - de general. abolit.
l. 5. C. de decurionib.
l. 4. C. Gregor. de rei vindicat.
l. 3. C. si tut. vel curat. intervener.
l. 4. C. si advers. rem judicat.
l. 7. C. de quæstionib.
l. 16. & 17. C. de pact.
l. 3. C. de annon. & tribut.
l. 12. C. Gregor. tit. incert.

1040 Dioc. 4 Max. 2 287 Imp. C. Aurelius Valerius Diocletianus Aug. III. — Imp. M. Aur. Valer. Maximianus Aug.

l. 5. C. Gregor. de rei vindicat.
l. un. C. Gregor. quib. res judic. non noc.
l. 18. C. de pact.
l. 1. & 2. C. ne uxor pro marit.
l. 8. C. de fid. instrument.
l. 15. C. de administr. tutor.
l. 3. C. de tutor. v. curat. qui sat. non ded.
l. 7. C. de remission. pignor.
l. 9. C. de distraction. pignor.

l. 2. C. de duobus reis stipul. & promitt.
l. 5. C. de patr. potest.
l. 3. C. de postlimin. revers.
l. 7. C. ad leg. Fab. de plagiar.
l. 11. C. ad leg. Cornel. de fals.
l. 3. C. de in jus vocand.
l. 2. C. de fidejussorib. minor.
- - - si minor se major. dixer.
l. 6. C. ad Sct. Turpill.
l. 1. C. ne lic. potent. patrocin. litig.

Rescriptum, quod Baronius ex libro VII. Codicis Gregoriani citat, quo Manichæi præscribuntur, subditum est. Basnage in Annal. Eccles. Tom. II. p. 452.

1041 Dioc. 5 Max. 3 288 Imp. M. Aur. Val. Maximianus Aug. II. — Pompon. Januarius.

l. 6. C. de patria potestat.

Hanc legem Samuel Petitus Comm. in leges Atticas mendum in consulis nomine habere scribit, & rescribendum censet P. P. XVII. Kal. Dec. Maximo II. & Januar. Conss. refutatus a Pagio.

1042 Dioc. 6 Max. 4 289 Bassus II. — Quinctianus.

l. 9. C. de accusat. & inscript.

l. 8. C. de probationib.

1043 Dioc. 7 Max. 5 290 Imp. C. Aur. Valer. Diocletianus Aug. IV. — Imp. M. Aur. Valer. Maximianus Aug. III.

l. 4. C. de jur. & fact. ignor.
l. 1. C. si contra jus v. utilit. publ.
l. 10. Cod. de religios. & sumptib. funer.
l. 1. C. de collusion. detegend.
l. 13. 14. 15. C. de transactionib.
l. 10. C. de rei vindication.
l. 4. C. commun. utriusque judic.
l. 11. 12. C. de religios. & sumpt. funer.
l. 4. 5. C. de reb. credit.
l. 5. C. de condiction. ob caus. dator.
l. 3. C. de condiction. ob turp. caus.
l. 1. C. de legitim. tutel.
l. 5. C. de pericul. tutor.
l. 6. C. arbitr. tutel.
l. 7. 8. 9. C. de testament.
l. 8. C. de heredib. instituend.
l. 5. C. de impuber. & al. substit.
l. 6. C. de jur. deliberand.
l. 3. C. de Codicillis.
l. 15. C. de legatis.
l. 18. 19. 20. C. de fideicommiss.
l. 12. C. ad leg. Falcid.
l. 2. C. de suis & legitim. hered.
l. 4. C. de legitim. hered.
- - - de acquir. & retin. possess.
l. 3. C. quib. non objicit. long. temp. præscr.

l. 9. C. quomod. & quand. jud. sentent. prof.
l. 3. C. de revocand. his quæ in fraud.
l. 1. C. unde vi.
l. 5. C. de ædific. privat.
l. 10. C. de pignorib. & hypothec.
l. 2. C. si pignus pignor. dat. sit.
l. 8. & 9. C. de remission. pignor.
l. 10. C. de distract. pignor.
l. 3. C. de inutilib. stipulat.
l. 16. & 17. C. de evictionib.
l. 4. C. de adoptionib.
l. 1. C. de emancipat. liberor.
l. 4. & 5. C. de postlimin. revers. &c.
l. 7. & 8. C. de donationib.
l. 3. C. de donationib. quæ sub mod.
l. 10. C. de accusat. & inscriptionib.
l. 20. 21. 22. 23. C. ad leg. Jul. de adult.
l. 5. C. ad leg. Cornel. de sicar.
l. 8. C. ad leg. Fab. de plagiar.
l. 6. de his qui sib. adscrib.
l. 5. & 6. C. de injuriis.
l. 9. 10. 11. C. de quæstionib.
l. 4. C. de fid. & jur. hast. fiscal.
l. 19. C. de pactis.
l. 1. C. de precib. imper. offer.
l. 8. C. de donationib.
l. 10. C. Gregor. tit. incert.

1044 Dioc. 8 Max. 6 291 Tiberianus — Cassius Dio.

l. 6. C. de reb. credit.
l. 8. C. qui petant tutor. v. curat.
l. 1. C. ad Sct. Tertullian.
l. 10. C. quom. & quand. jud. sentent. prof.
l. 5. C. de adoptionib.
l. 2. C. de emancipat. liberor.
l. 6. 7. 8. C. de postlim. revers.

l. 4. C. de donationib. quæ sub mod.
l. 25. C. ad leg. Jul. de adulter.
l. 12. C. de quæstionib.
l. 15. & 16. C. de donation. int. vir. & ux.
l. 9. C. de his quib. ut indign.
l. 1. C. de assessorib.
l. 4. C. de pedan. judicib.

1045 Dioc. 9 Max. 7 292 Hannibalianus. — Asclepiodotus.

Constantius & Galerius creati Cæsares.

l. 3. C. de divers. rescript.
l. 3. C. ub. de ratiocin. tam publ. quam priv. ag.

l. 4. C. quib. non objicit. long. temp. præscr.
l. 11. C. de accusat. & inscript.
l. 1. C. de bon. vacant.

1046 Dioc. 10 Max. 8 293 Imp. C. Aur. Valer. Diocletianus Aug. V. — Imp. M. Aur. Valer. Maximianus Aug. IV.

l. 5. C. de jur. & fact. ignorant.

Inscribe hanc legem hoc modo: Iidem AA. & Constantius & Maximianus Nobilissimi Cæs. Martiali.

l. un. C. ut quæ des. part. advoc. jud. supp.
l. 20. C. de pactis.
l. 16. & 17. C. de transactionib.
l. 4. C. si advers. libertat.

l. 7. C. quomod. & quand. jud. sent. prof.
l. un. C. Hermog. de instrument.
l. 17. C. de procuratorib.

1047 Dioc. 11 Max. 9 294 Fl. Valerius Constantius Chlorus Cæsar. — C. Galerius Valerius Maximianus Cæsar.

l. 6. C. de jur. & fact. ignor.

l. 1. C. Hermog. de calumniatorib.

1048 Dioc. 12 Max. 10 295 Tuscus. — Anulinus.

l. 25. C. famil. ercisc.
l. 17. C. de nuptiis.
l. 23. C. de excusat. tutor.

l. 15. C. de collationib.
l. 28. C. ad leg. Jul. de adulter.

Tusco & Anulino Conss.

l. 2. C. Hermog. de calumniatorib.

1049 Dioc. 13 Max. 11 296 Imp. C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. VI. — Fl. Valer. Constantius Chlorus Cæsar II.

l. 11. C. Gregor. tit. incert.

add. l. 3. C. commun. utr. judic. quæ desumpta est ex d. l. 11.

1050 Dioc. 14 Max. 12 297 Imp. M. Aurel. Valer. Maximianus Aug. V. — C. Galerius Val. Maximianus Cæsar II.

l. 3. C. si a non compet. judic.

1051 Dioc. 15 M. 13 298 Anicius Faustus II. — Severus Gallus.

l. 21. C. de pactis.

1052 Dioc. 16 M. 14 299 Imp. C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. VII. — Imp. M. Aurel. Val. Maximianus Aug. VI.

l. 22. & 23. C. de pactis.

1053 Dioc. 17 M. 15 300 Fl. Valerius Constantius Chlorus Cæsar III. — C. Galerius Valerius Maximianus Cæsar III.

l. 7. C. de jur. & fact. ignor.

l. 24. & 25. C. de pactis.

1054 Dioc. 18 M. 16 301 Titianus II. — Nepotianus.

l. 25. C. de inoffic. testam.

l. 4. C. ne uxor pro marit.

1055 Dioc. 19 Max. 17 302 Fl. Valer. Constantius Cæsar IV. — C. Galerius Val. Maximianus Cæsar IV.

l. 8. C. de jur. & fact. ignor.

l. 2. C. de long. temp. præscript. quæ pro libert.

1056 Dioc. 20 Max. 18 303 Imp. C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. VIII. — Imp. M. Aur. Valer. Maximianus Aug. VII.

l. 28. C. de pactis.

1057 Dioc. 21 Max. 19 304 Imp. C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. IX. — Imp. M. Aur. Valer. Maximianus Aug. VIII.

l. 24. C. de donationib.

l. 18. C. de his qui accus. non poss.

Constitutiones DIOCLETIANI & MAXIMIANI, quæ carent die & Consule.

Lib. IV. Tit. 30. l. 9. 10. 11. 12. Tit. 31. l. 10. 11. 12. 13. Tit. 33. l. 1. 2. 3. 4. Tit. 34. l. 6. 7. 8. 9. 10. Tit. 35. a l. 9. usque ad 21. Tit. 37. l. 1. 2. 3. 4. 5. Tit. 38. l. 2. usque ad 14. Tit. 39. l. 7. 8. Tit. 43. l. 1. Tit. 44. l. 2. usque ad 15. Tit. 45. l. 2. Tit. 46. l. 2. Tit. 48. l. 5. & 6. Tit. 49. l. 3. usque ad 17. Tit. 50. l. 5. 6. 7. 8. 9. Tit. 51. l. 3. 4. 5. 6. Tit. 52. l. 7. & 8. Tit. 54. l. 6. Tit. 57. l. 3. & 4. Tit. 58. l. 2. usque ad 8. Tit. 64. l. 17. Tit. 65. l. 30. Lib. V. Tit. 1. l. 1. T. 3. l. 8. usque ad 15. T. 4. l. 10. usque ad 18. T. 5. l. 2. Lib. X. Tit. 1. l. 4. 5. T. 2. l. 3. Tit. 3. l. 4. Tit. 10. l. 1. Tit. 16. l. 2. Tit. 31. l. 2. usque ad 13. Tit. 32. l. 1. Tit. 38. l. 4. Tit. 39. l. 3. usque ad 7. Tit. 40. l. 3. Tit. 41. l. 6. 7. Tit. 42. 6. 7. Tit. 46. l. 3. Tit. 47. l. 1. usque ad 7. Tit. 49. l. 1. 2. 3. Tit. 50. l. 2. 3. 4. Tit. 51. l. 4. 5. Tit. 52. l. 4. 5. Tit. 54. l. 2. 3. Tit. 55. l. 1. Tit. 56. l. 1. Tit. 60. l. 3. 4. Tit. 63. l. 3. Lib. XI. Tit. 29. l. 4. Tit. 30. l. 2. Tit. 35. l. 4. Tit. 36. l. 2. Tit. 41. l. 1. Tit. 54. l. 1. Lib. XII. Tit. 1. l. 6. 7. 8. 9. 10. Tit. 34. l. 3. Tit. 37. l. 5. Tit. 63. l. 2. 3. 4.

1058 A. Const. & Gal. 1 305 Fl. Valer. Constantius Cæsar V. — C. Galer. Valer. Maximianus Cæsar V.

Diocletianus & Maximianus abdicant imperium, CONSTANTIUS & GALERIUS AA. Orbem Romanum dividunt. Hinc alii fuere consules in Italia, ubi Maxentius imperabat, alii in reliquo orbe Romano.

l. 9. C. de jur. & fact. ignor.

Suspecta inscriptio. Hæc lex forsitan referenda ad ann. 302.

l. 5. C. de tutor. vel curat. qui sat. non ded.

l. 7. C. qui admitt. ad bonor. possess. poss.

Mors Constantii. CONSTANTINUS Imperio potitur. Maxentius creatur Augustus.

1059 G. C. 2 1 306 Imp. Fl. Valer. Constantius Aug. VI. — Imp. C. Galer. Val. Maximianus Aug. VI.

Suffecti ad hunc annum P. Corn. Anulinus, Maximinus & Severus.

l. 10. C. de jur. & fact. ignor.

l. 7. C. comment. epist. progr. &c.

Est hæc lex Constantii non Constantini, licet ita in titulo appelletur: & lex præcedens inscripta est iidem AA. & CC. ii sunt Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & Constantinus & Maximianus Nobilissimi Cæsares. *Sed liquet ex dictis ad ann. 305. hoc anno non fuisse Diocletianum & Maximianum Augustos. Nec Cæsares erant Constantius & Maximianus hoc anno quando VI. Coss. erant. Ergo vel subscriptio vel superscriptio falsa est.*

LICINIUS creatur Augustus & etiam MAXIMINUS.

1060 G. 3 C. 2 Max. & Lic. 1 307 M. Aurel. Valer. Maximianus IX. — Fl. Valerius Constantinus.

A. Licinio nullæ leges latæ inveniuntur.

P.R.C:A.J:P.C.N.

1061 G. 4 C. 3 M.L. 2 | 308 M. Aurel. Valer. Maximianus X. — Imp. C. Galer. Val. Maximianus Aug. VII.

Post consulatum

1062 G. 5 C. 4 M.L. 3 | 309 M. Aur. Val. Maximiani X. — C. Galer. Val. Maximiani VII.

II. Post consulatum

1063 G. 6 C. 5 L.M. 4 | 310 M. Aur. Val. Maximiani X. — C. Galerii Val. Maximiani VII.

Maxentius III. solus in Italia Consul, in aliis orbis Romani partibus ea formula adhibebatur, anno II. post consulatum decimum & septimum Maximiani scilicet & Galerii.

1064 C. 6 L.M. 5 | 311 Imp. C. Galerius Valerius Maximianus Aug. VIII.

Mors Galerii.

ΙΝΔΙΚΤΙΟΝΩΝ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΙΑΝΩΝ ΕΝΘΕΥΘΕΝ ΑΡΧΗ. Sic Fasti Græci ad hunc annum annotant.

Ind.P.R.C:C.L:P.C.N.

1 | 1065 | 7. 6. | 312 Imp. Fl. Val. Constantinus Aug. II. — Imp. P. Valer. Licinianus Licinius Aug. II.

Rescriptum Constantini pro Christianis.

Hoc anno indictiones institutæ. Constantinus enim debellato Maxentio novas Italiæ indictiones imposuit. Prima harum mentio reperitur in Epiphanii Anchorato p. 64.

l. 21. C. de procurator. *Hic scribitur Licinius II. consul, quia primus consulatus suffectus omittitur.*

l. 3. C. sentent. rescind. non posse.

2 | 1066 | 8. 7. | 313 Imp. Fl. Valer. Constantinus Aug. III. — Imp. P. Valer. Licinianus Licinius Aug. III.

Mors MAXIMINI. Rescriptum Constantini & Licinii pro Christianis apud Eusebium & Lactantium. Clericis variæ immunitates concessæ.

l. 3. C. si contr. jus vel utilitat. publ.

Ex Codice Theodosiano.

l. 1. de testimon. ex tribun.
- - de petition. & ultr. dat.
- - de relation.
- - de appellat. & pœn. ear.
- - de decurionib.
l. 2. de cens. sive adscript. *Hanc legem Gothofredus ad a. 314. refert. Nonisius idem asserit. Pagius autem nihil mutat, quem vide ad h. a.*
l. 1. de episcop. eccles. & cler.
l. 1. de cens. civ. adscript. *add. l. 1. C. de cens. & censitor.*
l. 1. de actor. & procurat.
l. 1. de bonis vacantibus.

Ex Codice Justinianeo.

l. 14. de decurion. & fil. eor.
l. 2. de bonis vacant.

3 | 1067 | 9. 8. | 314 C. Cejonius Rufus Volusianus II. — Annianus.

Ex Codice Theodosiano.

l. 1. de dilationibus.
l. un. de ingen. qui temp. tyr. serv.
l. 1. de privileg. eor. q. in S. Palat.
l. un. ad leg. Jul. Majest.
l. 1. de pœnis.
l. 2. de appellat. & pœn. ear.
l. 1. quor. appellat. non recip.
l. 1. de curatorib. Kalend. & fidej.
l. 1. de naviculariis.
l. 1. de administrat. & peric. tut.
l. 1. ad SC. Claudian.

Ex Codice Justinianeo.

l. 8. de judiciis.
l. 2. de dilation.
l. 20. de administr. tut.
l. 3. de long. temp. præsc. quæ pro lib.
l. 10. de acquir. & ret. poss.
l. 12. de appellat. & consult.
l. 3. ad leg. Jul. Maj.
l. 16. de pœnis.
l. 3. de debitor. civitat.
l. 1. de privileg. eor. qui in S. pal. mil.

4 | 1068 | 10. 9. | 315 Imp. Fl. Val. Constantinus Aug. IV. — Imp. P. Valer. Licinianus Licinius Aug. IV.

Ex Codice Theodosiano.

l. 1. de diversis rescript.
l. 1. de pignoribus. *add. l. 7. C. J. quæ res pignor. oblig. poss. Est enim eadem lex.*
l. 1. & 2. de cohortalib. princ. cornic.
l. 1. de curs. public. angar.
l. 1. de divers. offic. & apparitor.
l. 1. de concuss. advocat.
l. un. ad leg. Fabiam.
l. 2. de pœnis.
l. 1. de jure fisci. Inscriptio legis est. *Imp. Constantinus A. & Cæsar ad populum. Cæsaris nomine intelligitur Licinius.*
l. 1. si petition. soc. sin. hered. defec.
l. 1. de advocatis fisci.
l. 1. de thesauris.
l. 1. & 2. de annon. tribut.
l. 1. de exactionib.
l. 1. de alim. quæ inop. parent.
l. 3. & 4. de appellat. & pœn. ear.
l. 2. quor. appell. non recip.
l. 2. de decurionib.
l. 2. de navicularii.
l. 1. de centonar. & dendrofor.
l. un. de frument. Carthagin.
l. 1. de Judæis, cœlic. & Samarit.
l. 2. de privileg. eor. qui in S. palat.

Ex Codice Justinianeo.

l. 3. de Judæis & cœlicol.
l. 17. de pœnis. *adde l. un. C. de offic. proconf. & legat. argumento inscriptionis, junct. l. 1. C. de exactorib. tribut. l. 1. C. de lucr. advocat. l. 2. C. Theod. de annon. & tribut. nisi referre malis ad annum 326. arg. l. 3. C. Theod. quor. appellat. non recip.*
l. un. si liberal. imper. soc. sine hered. decess.
l. 4. de annon. & tribut.
l. 1. de exactorib. tribut.
l. 1. de cohortalib. princip. cornicul.
l. 1. de lucris advocat.
l. 3. de advoc. fisci.
l. 1. de fund. patrimonialib.
l. 1. ad leg. Fab. de plagiar.

5 | 1069 | 11. 10 | 316 Sabinus. — Rufinus.

Ex Cod. Theodosiano.

l. 1. de tempor. curs. & reparat.
l. 1. de pact. & transact.
l. 2. de administr. & peric. tut.
l. 1. de long. temp. præscript.
l. 2. de curs. publ. angar. &c.
l. 1. 2. 3. de donationib.
l. 1. ad leg. Cornel. de fals.
l. 5. & 6. de appell. & pœn. ear.
l. 3. de decurionib.
l. 1. de offic. jud. comm.

Ex Cod. Justinianeo.

l. 1. de his, qui in eccles. manum.
l. 1. de legibus & constit. princ.
l. 21. de administr. tutor. vel curator.
l. 1. de bon. matern. & matern. gener.
l. 13. de appellation.
l. 26. de donation.
l. 21. ad leg. Cornel. de falsis.
l. 15. de decurionibus.
l. 1. de curs. publ. & ang. & parang.
l. 2. ut lit. pend. vel post provocat.
l. 1. de offic. diversor. judic.

6 | 1070 | 12. 11 | 317 Ovinius Gallicanus. — Bassus.

Suffecti Coss. Adrianus Sabinus & Rufinus.

Ex Codice Theodosiano.

l. 2. ad SC. Claudian.
l. 3. de cohortal. princip. cornicul.
l. 1. de accusat. & inscript.
l. 1. & 2. ad l. Jul. de vi publ. vel priv.
l. un. si quis solid. circul. ext. incid.
l. 1. de Cæsarianis.
l. un. de his qui se defer.
l. 1. de murilegul. & gynæciar.
l. 7. de appellat. & pœn. ear.
l. 4. & 5. de decurion.

Ex Cod. Justinianeo.

l. 1. C. ubi senator. vel clariss.
l. 15. de fide instrument.
l. 4. de serv. fugitiv.
l. 14. de appellat. & consult.
l. 6. ad l. Jul. de vi publ. vel priv.
l. un. de his qui se defer.
l. 1. de murilegul. & gynæciar.

Lex dura contra Donatistas lata teste Augustino.

7 | 1071 | C. 13 L. 12 | 318 Imp. P. Valer. Licinianus Licinius Aug. V. — Fl. Julius Crispus Cæsar.

l. 1. C. Theod. de veteranis. vid. *Petav. in doctr. temp. libr. 11. c. 43.*
l. un. C. Theod. de parricidiis.
l. 9. C. de judiciis.
l. 4. C. Theod. de dilationibus.
l. un. C. de his qui par. vel liber. occid.
l. 3. C. de dilationib.

8 | 1072 | C. 14 L. 13 | 319 Imp. Fl. Val. Constantinus Aug. V. — Licinius Cæsar.

Ex Codice Theodosiano.

l. 2. de divers. rescript.
l. un. de dolo malo.
l. 2. de sponsal. & ante nupt. don.
l. un. de his qui a non dom. man.
l. un. de bon. decurion.
l. 3. de privileg. eor. qui in S. pal.
l. 1. de filiis militar. appar. &c.
l. 1. de numerar. actuar. &c.
l. 4. de donationib.
l. 1. & 2. de matern. bon. & mat. gen.
l. 3. ad l. Jul. de vi publ. vel priv.
l. 1. de malef. & mathemat.
l. 1. de fals. monet.
l. 1. de famos. libell.
l. 1. de abolitionib.
l. 2. & 3. de jur. fisci.
l. 2. de bonis vacant.
l. 2. de petit. & ultr. dat.
l. 1. sine cens. vel reliq. fund. *Gothofredus h. l. putat transferendam ad annum 312. Pagius autem ad ann. 313. refert.*
l. 2. de relationib.
l. 8 & 9. de appellationib.
l. 6. de decurionib.
l. 3. de navicularii.
l. 1. de itiner. muniend.
l. 2. de episcop. eccles. & cler.
l. 2. de accusat. & inscript.
l. 1. de denuncian. vel edit. rescript.
l. 2. de tempor. curs. & reparat.
l. 1. de contrah. empt.
l. 1. de tutor. & curat. creand. add. l. 11. C. *qui dare tut. vel curat. poss. quæ ex hac lege sumpta est.*
l. 1. de re judicat.
l. 1. de emendat. servor.
l. 2. de malefic. & mathemat.
l. 3. de pœnis.
l. 1. de extraord. sive sord. mun.
l. 1. de inoffic. testament.
l. 1. de sponsalib. *Gothofredus ad ann. 352. refert hanc legem.*
l. 2. de exaction.
l. 1. de pistorib. & catabolens.

Ex Codice Justinianeo.

l. 8. de dolo malo.
l. 27. de inofficios. testam. *add. l. 1. C. Theod. de inoffic. testam.*
l. 2. sin. cens. vel reliq. fund. comp. non p.
l. 2. si ex plurib. tut. v. curat. omn.
l. 5. de serv. fugitiv.
l. 2. de pœn. judic. qu. mal. judic.
l. 2. de privil. eor. qui in S. pal. milit.
l. 7. de his qui a non dom. manum.
l. un. de his qui parent. v. lib. occid.
l. 2. de requirend. reis.
l. 2. quæ sit long. consuetud.
l. 15. de appellat. & consultat.
l. 15. de donation. ante nupt.
l. 1. de relationib.
l. 7. ad leg. Jul. de vi publ. vel priv.
l. 3. de malefic. & mathemat.
l. 2. de abolitionib.
l. 2. de collation. fund. patrimon.
l. 22. de procurator.
l. 1. de bon. matern. & matern. gen.

9 | 1073 | C. 15 L. 14 | 320 Imp. Fl. Valerius Constantinus Aug. VI. — Fl. Val. Constantinus Cæsar.

Ex Codice Theodosiano.

l. un. de commiss. rescind. *add. l. 3. C. de pact. pignorat.*
l. 1. de prætorib. & quæstorib.
l. 15. de privileg. eor. qui in S. palat.
l. 2. & 3. de veteranis.
l. un. de infirm. pœn. cœlibat.
l. 1. de custodia reor.
l. 1. de rapt. virgin.
l. 2. & 3. de famos. libell.
l. 3. de exactionib.
l. 10. de appellationib.
l. 8. de decurionib.
l. 3. de episc. eccles. & cleric.
l. un. de error. advocat.
l. 1. de metall. & metallar.
l. 4. de jure fisci.
l. 1. de operib. public.

Ex Codice Justinianeo.

l. 2. de adsessorib. & domestic.
l. un. de concubinis.
l. 1. de tempor. & reparationib.
l. 3. pro quib. caus. serv. pro præm. lib.
l. 2. de exactorib. arbitror.
l. 1. de castrens. omn. palatinor. pecul.
l. 1. de veteranis.
l. 1. de infirm. pœn. cœlib. *Hac lege, Papia in cœlibes nimis dura fuit abrogata.*

10 | 1074 | C. 16 L. 15 | 321 Fl. Jul. Crispus Cæsar II. — Fl. Val. Constantinus Cæsar II.

Ex Codice Theodosiano.

l. 1. de honorar. codicill.
l. 1. de privileg. eor. qui in S. Palat.
l. 2. de fals. monet.
l. 1. de bonis proscript.
l. un. de sentent. pass. & restit.
l. 11. de appellationib.
l. un. si pendent. appell. mors interv.
l. 3. de Jud. cœlic. & Samar.
l. 1. de pagan. sacrif. & templ. *Hæc lex Constantinum Paganismi suspectum facit, cum illa potestatem haruspices consulendi concedat. In ejus excusationem facit l. 1. de maleficiis.*
l. 1. de feriis.
l. 1. de judiciis.
l. 1. de famil. hercifcund.
l. un. de manumiss. in eccles.
l. 1. de collat. fund. patrimon.
l. 2. de operib. publ.
l. 1. de legit. hered.
l. 4. de episcop. eccles. & cleric.
l. 1. de suscept. præpos. & arcar.
l. un. de vectig. & commiss.
l. 3. de tempor. cursu.
l. 1. de medicis & professor.
l. un. de his qui ven. ætat. impetr.
l. 2. de inoffic. testam.
l. 3. de malefic. & mathemac.

Ex Codice Justinianeo.

l. 2. pro quib. caus. serv. pro præm. libert.
l. 6. si pendent. appellat. mors interven.
l. 1. de fals. monet.
l. 13. de sentent. pass. & restituend.
l. 1. de SS. eccles. *Hac lege licentia data capiendi legata.*
l. 2. de his qui in eccles. manum.
l. 3. de feriis. *Prima hæc est lex de die dominica.*
l. 16. de appellat.
l. 6. de ædific. privat.
l. 2. de his qui ven. ætat. impetr.
l. 28. de inoffic. testam.
l. 26. famil. ercifcund.
l. 6. de professorib. & medic.
l. 24. de donation. int. vir. & uxor.
l. 4. de malefic. & mathemat.

11 | 1075 | C. 17 L. 16 | 322 Petronius Probianus. — Anicius Julianus.

Ex Codice Theodosiano.

l. 1. de constit. princip.
l. 2. de denuntiat. vel edit. rescript.
l. 1. de liberal. causa.
l. 3. de accusationib.
l. 1. de indulgent. crimin.
l. 2. de alim. quæ inop. parent.

Ex

Ind. P.R.C.A.J.P.C.N.

Ex Codice Justinianeo.

l. 4. de diversf. rescript. — l. 5. de dilationib.
l. 2. de offic. rector. provinc. — l. 18. de præd. & al. reb. min. sin. decr.

12 1076 C. 18 L. 17 — 323 Acilius Severus. — Vettius Rufinus.

Ex Codice Theodosiano.

l. 2. de liberal. caus. — l. 12. de appellationib.
l. 1. de re milit. — l. 8. de decurionib.
l. 1. de commeatu. — l. 5. de episc. eccles. & cleric.
l. 1. de distr. pignor. quæ trib. caus. — l. 2. de administr. & per. tut.
l. 2. de extraord. sive sord. munerib.

Ex Codice Justinianeo.

l. 1. de magistratib. municip. — l. 25. de donation.
l. 3. quib. ad libert. proclam. non lic. — l. 9. de re militar.
l. 10. de patr. potest. — l. 1. de commeatu.

Licinio ejecto CONSTANTINUS solus imperat.

13 1077 C. 19 — 324 Fl. Julius Crispus Cæsar III. — Fl. Valer. Constantinus Cæsar III.

l. 1. *C. Theod.* de infirmand. his quæ sub. — l. 3. - - de extraord. siv. sord. muner.
l. 9. - - de decurionib. — l. 2. - - de his qui numer. liberor.
l. 4. - - de navicular. — l. 16. C. de decurion.
l. 6. C. de his, qui numer. lib.

14 1078 C. 20 — 325 Paulinus. — Julianus.

l. 3. *C. Theod.* de divers. rescript. — l. 2. - - de infirmand. his quæ sub tyr.
l. 1. - - de usuris. — l. 2. C. de precibus imperat. offerend.
l. 1. - - de erogation. milit. annon. — l. 5. C. de postuland.
l. 4. - - de veteranis. — l. 10. C. de judiciis.
l. 4. - - de accusationib. — l. 5. C. de municip. & originar.
l. 1. - - de fid. test. & instrument. — l. 1. C. de susceptorib. præpos. & arcar.
l. 10. 11. 12. - - de decurionib. — l. 1. C. de ponderatorib. & aur. illat.
l. 2. - - de suscept. præpos. & arcar. — l. 1. C. de his quæ ex public. collat. illat. f.
l. 1. - - de ponderatorib. & aur. illat.
l. 1. - - de his quæ ex publ. coll. ill. f. — l. 1. C. de gladiatorib. penit. tollend.
l. 1. - - de gladiatorib. — l. 2. *C. Theod.* de judiciis.

15 1079 21 — 326 Imp. Fl. Valerius Constantinus Aug. VII. — Fl. Julius Constantius Cæsar.

l. 2. *C. Theod.* de fil. militar. — l. 3. - - de fals. monet.
l. 3. 4. 5. 6. - - de curs. publ. — l. 5. - - de jur. fisci.
l. 2. - - de divers. offic. — l. 3. - - de bonis vacantib.
l. 5. - - de accusationib. — l. 3. - - quor. appellat. non recip.
l. 2. - - de custod. reor. — l. 13. & 14. - - de decurionib.
l. 1. & 2. - - ad leg. Jul. de adulter. — l. 2. - - de medic. & professorib.
l. un. - - si quis eam cuj. tut. fuer. corrup. — l. 5. - - de navicular.
l. 2. - - de suar. pecuar. & suscept.
l. un. - - de mulierib. quæ se propr. serv. — l. 3. - - de operib. public.
l. 3. 4. - - de infirm. his quæ sub tyr.
l. 2. - - ad leg. Cornel. de fals. — l. 3. C. - - de pact. pignor.

Codex Theodos. in l. un. de commiss. rescind. hanc refert ad an. 320.

l. un. C. de mulier. quæ se propr. serv. junx. — l. un. C. si quis eam cuj. tut. fuer. corrup.
l. 22. C. ad leg. Cornel. de fals. — l. 7. C. de jur. fisc.
l. 17. C. de decurionib. — l. 18. 19. C. de decurionib.
l. 2. C. de curs. publ. — l. 13. *C. Theod.* de appellationib.
l. 29. C. ad leg. Jul. de adulter. — l. 17. C. de appellationib.
l. un. *C. Theod.* de hereditat. petition. — l. 22. C. de administrat. tutor.
l. 1. *C. Theod.* de in integr. restitut.
l. 2. - - de tutorib. & curat. creand. — l. 1. - - de testament.
l. 3. - - ad SC. Claudian. — l. 2. - - de emendat. servor.
l. 1. - - unde vi. — l. 1. - - quemad. muner. civil. indic.
l. 1. & 2. - - de hæreticis. — l. 6. - - de episcop. eccl. & cleric.
l. 1. C. de hæreticis. — l. 1. C. si per vim v. al. mod. absent. perturb.
l. 4. C. quando decret. opus non est.
l. 30. C. ad leg. Jul. de adulter. — l. 2. C. de fals. monet.

1 1080 22 — 327 Fl. Valer. Constantinus. — Maximus.

l. 18. C. de appellationib. — l. 2. *C. Theod.* de prætorib. & quæstor.
l. 6. C. de tempor. in integr. restit. — l. 2. - - fin. cens. v. reliq. fund. comp.
l. 2. *C. Theod.* de dilationib.
l. 1. C. de capiend. & distrah. pign. tribut. caus. — l. 4. - - de exactionib.
l. 14. - - de appellationib.
l. 2. *C. Theod.* de famil. hercisc. — l. 11. - - de decurionib.

2 1081 23 — 328 Januarius. — Justus.

l. 5. *C. Theod.* de privileg. eor. qui in S. Palat. — l. 4. *C. Theod.* de extraord. siv. sord. muner.
l. 5. - - de veteranis. — l. un. - - de mens. olear.
l. 6. - - de accusationib. — l. 2. - - de veteranis.
l. 4. - - de famos. libell. — l. 1. C. de agricol. & censit.

3 1082 24 — 329 Imp. Fl. Valer. Constantinus Aug. VIII. — Fl. Valer. Constantinus Cæsar IV.

l. 15. *C. Theod.* de appellationib. — l. 16. *C. Theod.* de decurionib. *add. l.* 18. *C. de decurionib.*
l. 4. - - de fals. monet.
l. 17. & 18. - - de decurionib. *add. l.* 19. *C. de decurionib.* — l. 2. - - de in integr. restitut. *add. l.* 5. *C. de temp. in integr. rest.*
l. 1. - - de his qui sanguinolent. — l. 31. C. ad leg. Jul. de adulter.

Subscripta Constantino VIII. & Constantio Cæsar. IV. coss. videtur pertinere ad annum 339. *v. l.* 3. *C. Theod. ad leg. Jul. de adult. ubi eadem lex at diversimode subscripta.*

4 1083 25 — 330 Gallicanus. — Symmachus.

l. 1. & 2. *C. Theod.* fin. regundor. — l. 12. C. de jur. & fact. ignor.
l. 3. - - de sponsal. — l. 3. 4. C. fin. regundor.
l. 1. - - de aquæduct. — l. 5. C. unde vi.
l. 7. - - de episcop. eccles. & cleric. — l. 1. C. de aquæductu.
l. 2. - - de Judæis, cœlicol. & Samar.

5 1084 26 — 331 Annius Bassus. — Ablavius.

l. un. *C. Theod.* de offic. præf. prætor. — l. 1. - - de his qui per met. judic.
l. 1. - - de offic. rector. provinc. — l. 19. & 20. - - de decurionib.
l. 3. - - fin. regundor. — l. 4. - - de Jud. cœlic. & Samar.
l. 1. - - de repudiis. — l. 3. C. de offic. rector. provinc.
l. un. - - de litigiosis. — l. 19. C. de appellationib.
l. 3. - - de liberal. caus. — l. 3. C. ut lit. pendent. v. post provoc.
l. 1. - - de exposit. — l. 4. C. de jurisdict. omn. judic.
l. 3. - - de fil. militar. appar. &c. — l. 2. C. ubi in rem act. exerc. deb.
l. 2. - - de numerar. actuar. &c. — l. 2. C. de litigiosis.
l. 16. & 17. - - de appellationib. — l. 1. C. de filiis official. milit. &c.

6 1085 C. 27 — 332 Pacatianus. — Hilarianus.

l. 3. *C. Theod.* de inoffic. testam. — l. 4. *C. Theod.* de fil. militar. apparitor. &c.
l. 4. - - de sponsalib. — l. 2. C. de sponsalib.
l. 4. - - de liberali causa. — l. 6. C. de serv. fugitiv.
l. 1. - - de libert. & eor. liber. — l. 7. C. de codicillis.
l. 1. - - de fugit. colon. & inquil.

7 1086 28 — 333 Fl. Dalmatius. — Zenophilus.

l. 4. *C. Theod.* de divers. rescript. — l. 5. *C. Theod.* de fil. militar. apparit. &c.
l. 3. - - de administr. & peric. tutor.
l. 3. - - de medicis & professoribus. — l. 3. - - de numerar. actuar.
l. 4. C. si contr. jus v. utilit. public. — l. 5. - - de donationib.
l. 27. C. de donationib. — l. 2. - - de fid. test. & instrum.

8 1087 29 — 334 L. Acontius Optatus. — Anicius Paullinus.

l. 2. *C. Theod.* de offic. judic. omn. — l. 6. & 7. *C. Theod.* de naviculariis.
l. 4. - - de numerat. actuar. scriniar. — l. 1. - - de suariis, pecuar. & suscept.
l. 2. - - de iis qui adminìst. v. off. publ. — l. un. C. quand. imper. int. pupill. v. vid.
l. 9. C. de testibus.
l. 3. - - de matern. bon. — l. 15. C. de testament. milit.
l. 2. - - de Advocat. fisc. — l. 1. C. de numerar. actuar. scriniar.
l. 3. - - de fid. test. & instrum. — l. 1. *C. Theod.* commun. dividund.
l. 1. - - de excusat. artific. — l. 11. C. commun. utriusque judic.

9 1088 30 — 335 Julius Constantius. — Cejonius Rufius Albinus.

l. 1. *C. Theod.* de lucris officior. — l. 4. C. de offic. rector. provinc.
l. 3. - - de petit. & ultro dat. — l. 5. C. de delatorib.
l. 21. - - de decurionib.

10 1089 31 — 336 Fl. Popilius Nepotianus. — Facundus.

l. 5. *C. Theod.* de sponsalibus. — l. 1. *C. Theod.* ne Christian. mancip. Jud. hab.
l. 3. - - de annon. & tribut.
l. 22. - - de decurionib. — l. 4. C. de ordin. judicior.
l. 8. - - de navicular. — l. 1. C. de naturalib. liber.
l. 5. - - de Judæis, cœlic. & Samarit. — l. 16. C. de de donationib. ant. nupt.

Constitutiones Constantini magni quæ omni subscriptione carent.

Lib. I. tit. 3. l. 1. 2. 3. 4. tit. 10. l. 1. tit. 18. l. 11. tit. 22. l. 34. tit. 23. l. 4. tit. 35. l. 1. tit. 40. leg. 1. Lib. III. tit. 12. l. 4. tit. 26. l. 6. 7. Lib. IV. tit. 32. l. 25. tit. 35. l. 21. tit. 42. l. 1. tit. 43. l. 2. Lib. V. tit. 16. l. 24. tit. 71. l. 18. Lib. VI. tit. 21. l. 15. Lib. VII. tit. 16. l. 42. tit. 18. l. 3. tit. 19. l. 7. tit. 32. l. 10. tit. 37. l. 1. tit. 57. l. 7. tit. 65. l. 2. Lib. VIII. tit. 54. l. 26. 27. Lib. X. tit. 1. l. 6. 7. tit. 14. l. 1. tit. 31. l. 19. 20. 21. tit. 36. l. 1. tit. 37. l. 1. tit. 39. l. 8. tit. 41. l. 8. tit. 47. l. 8. 9. tit. 52. l. 6. tit. 63. l. 4. tit. 71. l. 1. tit. 76. l. 1. Lib. XI. tit. 5. l. 1. tit. 7. l. 1. 2. tit. 9. l. 1. 2. tit. 10. l. 1. 2. tit. 16. l. 1. 2. tit. 32. l. 2. tit. 40. l. 1. t. 42. l. 1. tit. 47. l. 1. 2. tit. 49. l. 1. tit. 61. l. 12. tit. 65. l. 1. tit. 67. l. 1. 2. tit. 74. l. 1. tit. 76. l. 1. Lib. XII. tit. 31. l. 1. tit. 36. l. 9. 10. tit. 37. l. 6. tit. 38. l. 1. tit. 42. l. 1. tit. 47. l. 1. 2. 3. tit. 48. l. 1. tit. 50. l. 1. tit. 51. l. 2. tit. 52. l. 1. tit. 56. l. 1. tit. 58. l. 1. tit. 59. l. 2. tit. 60. l. 1. 2. tit. 62. l. 12.

Constantinus M. in fata concesfit XI. Kal. Jul. Interregnum usque ad IX. Sept. quo durante omnia edicta Constantini nomine inscribebantur. Filii ejus CONSTANTINUS, CONSTANTIUS & CONSTANS *nuncupantur Augusti.*

11 1090 CCC 1 — 337 Felicianus. — Ti. Fabius Titianus.

l. 2. *C. Theod.* de contrah. empt. — l. 7. C. de repud. & judic. de morib. sublat.
l. 4. - - de annon. & tribut.
l. 2. - - de distrah. pignor. q. trib. — l. 1. C. de excusationib. artific.
l. 2. - - de excusat. artific. — l. 2. C. de omn. agr. desert.
l. 3. Cod. si propt. public. pensitat. — l. 5. C. ubi caus. fiscal.
l. 2. *C. Th.* quemad. muner. civ. indic.

12 1091 2 — 338 Ursus. — Polemius.

l. 4. *C. Theod.* de tempor. curs. *Lex est Constantini & Constantis.* — l. 4. *C. Theod.* de petit. & ultr. dat.
l. 23. 24. 25. - - de decurionib. *sunt Constantii.*
l. 26. - - de decurionib.
l. 5. - - de oper. publ. *sunt Constantii & Constantis.* — l. 1. C. de operib. public. *est Constantii & Constantis.*
l. 2. - - de honorar. codicill. — l. 7. *C. Theod.* de accusationib. *est Constantii.*
l. 5. - - de famos. libell.

13 1092 3 — 339 Imp. Fl. Constantius A. II. — Imp. Fl. Constans Aug.

l. 3. *C. Theod.* de prætor. & quæst. *est Constantii.* — l. 4. *Cod. Theod.* quor. appellat. n. rec. *est Constantii & Constantis.*
l. 27. & 28. - - de decurionib. *falsa harum legum inscriptio notata a Gothofr.* — l. 8. - - qui admitt. ad bon. poss. *est Constantii.*
l. 1. C. de infirm. pœn. cœlib. *est Constantini, Constantii & Constantis. vide supra sub a.* 329. — l. 21. C. de legatis. *est Constantini, Constantii & Constantis.*
l. 4. *C. Theod.* de prætor. & quæst. — l. 6. *C. Theod.* de Judæis &c. *est Constantii.*
l. 4. - - de matern. bon.
l. 5. - - de annon. & tribut. — l. 2. C. si advers. vendit. *est Constantini, Constantii & Constantis.*
l. 18. & 19. de appellationib.
l. 5. C. de annon. & tribut. *sunt Constantii.* — l. 3. *C. Theod.* ad L. Jul. de adulter.
l. 15. C. de testamentis. *est Constantini.* — l. 31. C. ad L. Jul. de adulter.

CONSTANTIUS ET CONSTANS.

14 1093 4 — 340 Acindinus. — L. Aradius Valerius Proculus.

Constantinus Junior occiditur mense Aprili, hinc vitium inest legibus, quæ ejus nomen præferunt.

l. 6. C. de dilationib. *est Constantini, Constantii & Constantis.* — l. 3. *C. Theod.* de honor. codic.
l. 3. - - de custod. reor.
l. 1. - - de sepulchr. viol.
l. 3. *C. Theod.* de dilationib. *est Constantini & Constantis.* — l. 5. - - de petit. & ultr. dat.
l. 3. - - de advoc. fisc.
l. 1. - - de immun. conc. — l. 2. C. de sepulchr. violat.
l. 3. C. de custod. reorum. *sunt Constantini.* — *sunt Constantii.*
l. 21. *C. Theod.* de appellat. — l. 1. *C. Theod.* de falsam. hosp. n. pr. *Inscriptio falsa. lege. Impp. Constantius & Constans A. A.*
l. 29. & 30. - - de decurionibus.
l. 20. & 21. C. de decurionibus. *sunt Constantii & Constantis.* — l. 5. & 6. *C. Th.* de prætorib. & quæst.
l. 20. - - de appellationibus.

15 1094 5 — 341 Marcellinus. — Probinus.

l. 20. C. de appellationib. — l. 1. *C. Theod.* de tabular. &c.
l. 6. *C. Theod.* de donationib. — l. 2. - - de pagan. sacrif.
l. 5. - - quor. appell. n. recip. — l. 1. C. de tabular. scrib.
l. 31. & 32. - - de decurionib.

Ind. P.R. C. A.J. P.C.N.

1 1095 6 342 Imp. Fl. Constantius A. III. Imp. Fl. Constans Aug. II.

l. 33. & 34. *C. Theod.* de decurionib.
est Constantii & Constantis.
l. 1. C. de formul. & impetr. act. subl.
est Constantii.

l. 6. *C. Theod.* de petit. & ultr. dat.
est Constantii.
l. 6. - - quor. appell. n. recip.
est Constantii & Constantini.
Huc referri debet l. 3. C. Theod.

2 1096 7 343 M. Mœcius Memmius Romulus. Furius Placidus.

l. 1. *C. Theod.* de lenonib.
l. 1. C. de episcop. & cleric.
l. 1. de privileg. dom. Aug.
vide de his supra ad ann. 340.
l. 22. *C. Theod.* de appellat.
est Constantii & Constantis.
l. 2. - - de fals. monet.
l. 5. - - de extraord. s. sord. muner.

l. 8. *C. Theod.* de episc. eccles. & cleric.
sunt Constantii.
l. 35. & 36. - - de decurionib.
l. 4. C. de legationib.
sunt Constantii & Constantis.
Ad hunc annum refert Gothofredus l. 6. C. ub. caus. fisc.

1097 8 344 Leontius. Sallustius.

l. 7. *C. Theod.* quor. appell. n. recip.
l. 3. - - de excusat. artific.
l. 2. C. quor. appell. n. recip.
l. 2. C. de excusat. artific.
sunt Constantii & Constantis.

l. 2. *C. Theod.* de concuss. advoc.
est Constantii.
l. 37. - - de decurionib.
est Constantii & Constantini.
l. 2. C. de lucr. advocat.
est hæc lex Constantii non Constantini.

3 1098 9 345 Amantius. Albinus.

l. 7. *C. Theod.* de petit. & ultr. dat.
l. 5. - - de exactionib.

l. 3. C. de exactor. tributor.
sunt Constantii.
l. 23. *C. Theod.* de appellat.

1099 10 346 Imp. Fl. Constantius A. IV. Imp. Fl. Constans Aug. III.

l. 6. *C. Theod.* de extraord. s. sord. mun.
l. 4. - - de fid. test.
l. 38. - - de decurionib.
l. 1. C. de Palatin. S. largit.
sunt Constantii & Constantis.

l. 3. *C. Theod.* de pagan. sacrif. &c.
est Constantii.
l. 4. - - de bonis vacantib.
l. 18. C. de pœnis.
est Constantii.
l. 4. *C. Theod.* de pagan. sacrif. &c.
est Constantii.

Hæc lex directa est ad Taurum P. P. & data Constantio IV. & Constante II. A. A. coss. sed quum Taurus a. 353. præfectus prætorio tantum esse cœperit, referenda est ad a. 353. & legendum Constantio VI. & Constante Coss.

l. 1. C. de pagan. sacrif. & templ.

l. 1. *C. Theod.* ne conlat. translat.
est Constantii & Constantis.

5 1100 11 347 Rufinus. Eusebius.

l. un. *C. Theod.* de bonis milit.
l. 2. C. de hereditat. decurion.

l. 8. *Cod. Theod.* quor. appell. n. recip.

6 1101 12 348 Fl. Philippus. Fl. Salia.

l. 24. *C. Theod.* de appellat.
l. 6. - - de jur. fisc.

l. 2. *Cod. Theod.* si petit. soc. fin. hered.

7 1102 13 349 Limenius. Aco Catullinus.

l. 2. & 3. *C. Theod.* de re milit.
l. un. - - de præb. salar.
l. 1. & 2. - - de revoc. donat.
sunt Constantii & Constantis.
l. 3. - - de suscept. præpos.
l. 6. - - de filiis militar.
l. 4. - - de cohort. princip.
l. 3. - - de divers. offic.
l. 5. - - de matern. bon.
l. 2. - - de sepulchr. viol.
l. 6. - - de fals. monet.
l. 2. - - de rapt. virgin.
l. 6. - - de exactionib.
l. 9. - - de episcop. eccles.
l. 4. C. de exactorib. tributor.
sunt Constantii.

l. 39. *C. Theod.* de decurion.
l. 11. *C. Theod.* de jurisdict.
l. un. C. de præbend. salar.
l. 10. C. de re militar.
l. 7. C. de revocand. donat.
l. 2. *C. Theod.* de long. temp. pr.
l. 6. - - de operibus public.
sunt Constantii & Constantis.
l. 2. C. de operib. public.
l. 3. C. unde liberi.
l. 15. C. de jur. deliber.
l. 3. C. de heredit. decur.
l. 3. C. de sepulchr. violat.
sunt Constantii.
l. 1. *C. Theod.* de dotib.

8 1103 14 350 Sergius. Nigrinianus.

Constans occiditur, CONSTANTIUS solus.

l. 4. *C. Theod.* de re militar.

9 1104 15 351 Post consulatum Sergii. Nigriniani.

10 1105 16 352 Imp. Fl. Constant. Aug. V. Fl. Constantius Gallus Cæsar.

l. 5. C. qui testam. facer. poss.
l. 2. C. de libert. & eor. liber.

l. 5. *C. Theod.* de infirm. his quæ sub tyr.
l. 6. *C. Theod.* de veteran.

In aliis editionibus legitur Constante II.

l. 2. C. de capiend. & distr. pignor.

11 1106 17 353 Imper. Fl. Constantius Aug. VI. Fl. Constantius Gallus Cæsar II.

l. 7. *C. Theod.* de veteran.
l. 2. - - de testim. ex trib.
l. 3. C. de veteran.
l. 5. *C. Theod.* de pagan. sacrif.

l. 40. - - de decurionib.
l. 7. - - de exactionib.
l. 10. - - de episcop. eccles. & cleric.
l. 8. - - de petit. & ultro dat.

Gothofredus putat huic legi datæ Simio male subscribi Constantio A. VI. eo quippe anno in Italia erat Constantius, & illam refert ad annum 352. uti & l. 3. C. Theodos. de privil. eor. qui in sacr. palat. & l. 1. C. Theod. de sponsalib. *ad hunc annum refert.*

l. 9. *C. Theod.* quor. appell. n. recip.
l. 1. - - de tironib.

l. 7. *C. Theod.* de prætor. & quæstor.
l. 41. *C. Theod.* de decurionibus.

Gothofredus hanc legem collocat inter leges datas anno 353. sed adjicit, malim hanc referre ad annum sequentem. Notetur: Constantium Gallum Cæsarem a quibusdam Constantem dici, & propterea hunc annum non confundendum esse cum a. 320. qui in subscriptionibus legum dici solet Constantio A. VI. & Constantino Cæs. Coss.

12 1107 18 354 Imper. Fl. Constantius Aug. VII. Fl. Constantius Gallus Cæsar III.

Gallus occiditur. Constantius iterum solus.

l. 1. C. de hereditat. decurion.

In quibusdam editionibus τὸ III. abest.

l. 6. *C. Theod.* de annon. & tribut.

Tollendum est AA. Cæsar enim erat, non Augustus, consul posterior & Augustus nunquam fuit, nam hoc anno occisus est.

l. 42. *C. Theod.* de decurionib.
l. 4. - - de divers. offic.
l. 6. - - de divers. offic.

l. 1. *C. Theod.* de agentib. in reb.
l. 2. - - de indulgent. crimin.

Hanc Gothofredus refert ad ann. 353.

l. 10. *C. Theod.* quor. appell. n. recip.
l. 1. - - de rapt. v. matrim. sanctim.

l. 11. *C. Theod.* de episcop. eccles. & cleric.
l. 3. C. ad SC. Tertullian.

A Gothofredo refertur ad ann. 353.

l. 5. C. *Theod.* de divers. offic.
l. 7. - - de curs. public.

l. 1. *C. Theod.* de præd. navicul.

13 1108 19 355 Arbetio. Mavortius Lollianus.

Julianus Cæsar creatur.

l. 2. *C. Theod.* de jurisdict.

Gothofr. in Cod. Theod. ad hanc legem observavit, Juliano emendandum esse in Lolliano.

l. 2. *C. Theod.* de incest nupt.
l. 1. - - de curiosis.
l. 2. - - de erogat. milit. annon.
l. 7. - - de donationib.
l. 3. - - de revocand. donationib.
l. 6. - - de famos. libell.
l. 8. - - de exactionibus.
l. 25. & 26. - - de appellationib.

l. 2. *C. Theod.* de his q. per met. judic.
l. 11. & 12. *C. Theod.* quor. appellat. n. rec.
l. 43. - - de decurionib.
l. 1. - - de legat. & decret. legat.
l. 2. - - de pistorib. & catabolens.
l. 13. - - de episcop. eccl. & cleric.
l. 8. C. ubi caus. fiscal.

Malo inscribitur Constantinus pro Constantius, quæ nomina sæpissime confunduntur.

l. 21. & 22. C. de appellationib.

l. 8. C. de revocand. donat. *

** Huic male inscribitur Constantinus & Constantius, vel iidem, quod ad illos refertur.*

l. 1. C. de curios. & station.

Hæc inscribitur Imp. Constantinus perperam.

l. 6. C. qui testam. facer. poss.

14 1109 20 356 Imper. Fl. Constantius Aug. VIII. Fl. Claudius Julianus Cæsar.

l. 3. *C. Theod.* de sepulchr. violat.

Gothofredus hanc legem collocat a. 356.

l. 1. *C. Theod.* si quis pecun. conflav.
l. 2. - - de bonis proscriptor.
l. 7. - - de extraord. siv. sord. muner.
l. 2. - - de legat. & decret. legation.
l. 6. - - de pagan. sacrif. & templ.

l. 8. & 10. *C. Theod.* de prætorib. & quæstor.
l. 9. *C. Theodos.* de prætor. & quæstorib.
l. 5. *C. Theod.* de divers. rescript.

15 1110 21 357 Imper. Fl. Constantius Aug. IX. Fl. Claudius Julianus Cæsar II.

l. 11. *C. Theod.* de prætor. & quæstor.
l. 2. - - de curiosis.
l. 5. - - de numerar. actuar.
l. 8. & 9. - - de curs. public.
l. 4. - - de malefic. & mathemat.
l. 8. - - de extraord. siv. sord. mun.

l. 27. *C. Theod.* de appellat.
l. 1. - - de lustral. conlat.
l. 9. - - de navicular.
l. 3. - - de censu siv. adscript.
l. 2. - - de gladiatorib.
l. 13. & 14. *C. Th.* de episc. eccl. & cler.

Gothofredus ait ad a. 356. legem esse referendam.

l. 7. *C. Theod.* de Judæis, cœlic. & Samar.
l. 2. *C. Theod.* de episcop. & cler.
l. 1. C. de apostatis.

l. 2. C. de agricol. & censit.
l. 2. C. de curiosis.
l. 6. C. de malefic. & mathem.
l. 1. *C. Theod.* de decur. urb. Rom.

Hanc ad a. 360. refert Gothofredus.

l. 3. *C. Theod.* de bonis proscriptor.
l. 3. *C. Theod.* de erogat. milit. annon.
l. 7. - - de jur. fisc.
l. 5. C. de malefic. & mathemat.
l. 8. C. de excusat. muner.
l. 5. *C. Theod.* de malefic. & mathem.

l. 4. C. de sepulchr. violat.
l. 3. C. de curs. public.
l. 3. *C. Theod.* de jurisdict.
l. 2. - - qui petant &c.
l. 4. - - de sepulchr. violat.
l. 3. C. de navicular.

1 1111 22 358 Post consulatum Constantii A. IX. & Juliani Cæs. II.

l. 10. *C. Theod.* de curs. public.

Ti. Fabius Datianus. Neratius Cerealis.

l. 4. *C. Theod.* de erogat. milit. annon.
l. 6. - - de cohortal. princip.
l. 7. - - de divers. offic.

l. 4. *C. Theod.* de revocand. donation.
l. 6. *C. Theod.* de malefic. & mathemat.

Hujus legis subscriptionem sollicitat A. Valesius ad Ammian. Marcell. l. 19. p. 173.

l. 4. *C. Theod.* de bonis proscriptor.
l. 2. - - de murilegul.
l. 13. - - quor. appell. n. recip.
l. 44. 45. 46. de decurionibus.

l. 2. C. de cohortalibus princip. &c.
l. 1. *C. Theod.* de inoffic. dotib.
l. 1. C. de inofficios. dotib.
l. 7. C. de malefic. & mathem.

2 1112 23 359 Flavius Eusebius. Fl. Hypatius.

l. 14. 15. 16. *C. Theod.* de prætorib. & quæstoribus.
l. 3. 4. 5. *C. Theod.* de curiosis.
l. 5. - - de erogat. milit. annon.
l. 9. - - de extraordin. siv. sord. munerib.

l. 28. *C. Theod.* de appellationib.
l. 47. - - de decurionib.
l. 1. *C. Theod.* de calc. coctor. urb. Rom.
l. 1. C. de offic. prætor.
l. 3. C. de curiosis.

3 1113 24 360 Imper. Flav. Constantius Aug. X. Flav. Claudius Julianus Cæsar III.

l. 1. *C. Theod.* de patrocin. vicor.
l. 2. - - de lustral. conlat.
l. 11. - - de episcop. eccles. &c.
l. 3. C. de episcop. & cleric.

l. 1. C. de erogat. militar. annon.
l. 2. *C. Theod.* de inoffic. dotib.
l. 6. *C. Theod.* de erogat. milit. annon.

4 1114 25 361 Flavius Taurus. Flavius Florentinus.

l. 4. *C. Theod.* de inoffic. testam.
l. un. - - de inoffic. donation.
l. 12. & 13. *C. Theod.* de prætorib. & quæstoribus.
l. 1. *C. Theod.* de metatis.
l. 7. - - de cohortalib. princ.
l. 7. - - de annon. & tribut.
l. 1. - - de public. comparat.
l. 1. - - de protostasia.

l. 14. *C. Theod.* quor. appellat. non recip.
l. 48. & 49. *C. Theod.* de decurionib.
l. 3. *C. Theod.* de lustral. conlat.
l. 7. - - de operib. public.
l. 16. - - de episcop. eccles. & cler.
l. 14. C. de episcop. & cleric.
l. 9. C. de inofficios. donationib.
l. 7. C. de dignitatib.

Constantius morbo corripitur, JULIANUS solus.

5 1115 *Jul.* 1 362 Mamertinus. Nevitta.

l. 1. *C. Theod.* de domin. rei quæ posc.
l. 14. - - ad SCt. Claudian.
l. 1. - - de domestic. & protector.
l. 7. - - de erogat. milit. annon.
l. 6. & 7. *Cod. Theod.* de numerar. actuar. &c.

l. 12. 13. 14. *C. Theod.* de curs. public.
l. 1. *C. Theod.* de exhibend. v. transmitt. reis.
l. 5. *C. Theod.* de bon. proscriptor.
l. 1. - - de locat. fundor. jur. emphyt.

l. 2. C.

Ind: P.R.C: A.J: P.C.N.

l. 2. C. *Theod.* de immunit. concess.
l. 10. - - de extraord. siv. sord. munerib.
l. 2. - - de conlat. fundor. patrim.
l. 2. - - de protostasia.
l. 29. & 30. - - de appellation.
l. 5. *C. Theod.* de fid. test. & instrum.
l. 50. 51. 52. 53. 54. *C. Theod.* de decurionib.
l. 1. *C. Theod.* de auro coronar.
l. 4. *C. Theod.* de lustral. conlat.
l. 4. & 5. *C. Th.* de medic. & profess.
l. 9. & 10. *C. Theod.* de operib. public.
l. 4. C. de oper. publ. *

* *Male inscribitur Constantius & Constans AA. inscribenda est Julianus A.*

l. 22. & 23. de decurionib.
l. 7. C. de professorib. & medic.
l. 8. C. de dignitatib.
l. 4. C. de curs. public.
l. 8. *C. Theod.* de erogat. milit. annon.
l. 1. *Cod. Theod.* de proxim. comit. disposit.
l. 1. *C. Theod.* si cert. petat. de suffrag.
l. 3. - - de contrah. empt.
l. 5. C. de pedan. judicib.
l. 1. de consortib. ejusd. lit.
l. 2. C. de his qui per met. judic. non appell.
l. 3. C. de collat. fundor. patrim.

Mors Juliani. JOVIANUS Imperator.

6 | 1116 | *Jov.* I | 363 Imp. Fl. Claudius Julianus Aug. IV. Secundus Salustius.

l. 2. *C. Theod.* de cognitor. & procur.

Apud Gothofr. legitur Juliano A. III.

l. 2. *C. Theod.* de dotibus.
l. un. - - de long. consuetud.
l. 2. - - de agentib. in reb.
l. 8. - - de numerar. actuar. &c.
l. 15. & 16. *C. Theod.* de curs. public.
l. 5. *C. Theod.* de sepulchr. violat.
l. 2. - - de metall. & metallar.

Hæc lex falso tribuitur Juliano, qui jamjam VI. Kal. Jul. ex vulnere obierat. Quare Joviano adscribenda, cujus nomen cum Juliani solet confundi.

l. 3. & 4. *C. Theod.* fin. cens. v. reliq. fund.
l. 1. *C. Theod.* de conlat. donatar.
l. 1. *C. Theod.* de indulgent. debitor.
l. 31. - - de appellationib.
l. 55. & 56. *C. Theod.* de decurionib.

l. 56. data XII. Kal. Jun. & inscripta Julianus peccat in uno vel altero.

l. 2. *C. Theod.* de ponderatorib. & aur. illat.
l. 3. - - de suar. pecuar. &c.
l. 2. - - de itiner. muniend.
l. 23. C. de procuratorib.
l. 3. C. fin. cens. vel reliquor. fund. comp.
l. 5. C. de sepulchr. violat.
l. 24. C. de decurionib.
l. 7. C. de ædific. privat. *

* *Hæc lex a Juliano jamjam mortuo non potuit dari VI. Kal. Nov.*

l. 12. C. de except. seu præscript.
l. 2. C. de ponderatorib. & aur. illat. *

* *Hæc data legitur Salone a Juliano VIII. Kal. Maj. Sed Julianus ibi esse non potuit.*

Obitus Joviani. VALENTINIANUS Imper. qui assumit socium fratrem VALENTEM.

7 | 1117 | *Val.* I | 364 Imp. Fl. Jovianus Aug. Fl. Varronianus N. P.

N. P. id est Nobilissimus Puer: *erat enim, teste Ammiano, admodum parvulus, usque adeo, ut vagitu suo pertinaciter reluctaret, ne in curuli sella veheretur ex more.*

l. 2. C. de consortib. ejusd. lit.

Jovianus mortuus erat, ideo additur Divo.

l. 2. *C. Theod.* de rapt. v. matrimon. sanctim.
Add. l. 5. C. de episc. & cleric.
l. 2. *C. Theod.* de offic. rector. provinc.
l. 4. - - de jurisdict.
l. 7. - - de pact. & transact.
l. 2. - - de cognitorib. & procur.
l. 2. 3. - - de domestic. & protector.
l. 6. - - de privileg. eor. qui in S. palat.
l. un. *C. Theod.* de equestr. dignitat.
l. 5. - - de re militar.
l. 10. 11. 12. *C. Theod.* de erogat. militar. annon.
l. 8. *C. Theod.* de veteranis.
l. un. - - de privileg. apparit. &c.
l. 8. - - de cohortalib. princip.
l. 17. 18. 19. 20. 21. *C. Theod.* de curs. public.
l. 1. *C. Theod.* ne quid public. lætit. nunt.
l. 3. *C. Theod.* de iis quæ ad minister. v. offic.
l. 7. *C. Theod.* de malefic. & mathem.
l. 1. & 2. - - quib. equor. us.
l. 5. 6. 7. - - de pœnis.
l. 6. - - de bonis proscriptor.
l. 8. - - de jur. fisci.
l. 2. - - de Cæsarianis.
l. 9. - - de petitionib. & ultr. dat.
l. 8. - - de annon. & tribut.
l. 9. - - de exactionib.
l. 1. *C. Theod.* de condit. in public. horr.
l. 3. *C. Theod.* de conlat. fund. patrim.
l. 2. - - de conlat. donat. v. relev.
l. 32. 33. 34. *C. Theod.* de appellat.
l. 1. *C. Theod.* de reparat. appell.
l. 15. 16. *C. Theod.* quor. appell. non recip.
l. 57. 58. 59. 60. 61. 62. *C. Theod.* de decurionib.
l. 3. 4. 5. *C. Theod.* de legat. & decret. legation.
l. 5. 6. *C. Theod.* de lustral. conlat.
l. 6. *C. Theod.* de medic. & Professor.
l. 10. - - de navicular.
l. 1. - - de privileg. corporator.
l. 3. 4. 5. 6. 7. *C. Theod.* de pistorib. & Catabolens.
l. 2. *C. Theod.* de calc. coctorib. urb. Rom.
l. 1. *C. Theod.* de canon. frum. urb. Rom.
l. 1. 2. *C. Theod.* de annon. civic.
l. un. - - de naut. Tiberin.
l. un. - - de saccar. urb. Rom.
l. 11. 12. 13. *C. Theod.* de operibus public.
l. un. - - quor. us. interd. est.
l. 17. - - de episcop. eccles. & cleric.
l. 1. C. de commerc. & mercator.
l. 24. C. de appellat.*

* *Hæc lex legitur data prid. non. Febr. ab Impp. Valentiniano & Valente AA. Sed Jovianus adhuc illo tempore vivebat.*

l. 5. C. de operib. public.
l. 1. C. de condit. in public. horr.
l. 25. C. de decurionib.
l. un. C. de naut. Tiberin.
l. un. C. ut armor. us. insc. princip. interd.
l. 3. C. de erogat. milit. annon.
l. 1. C. de apparitorib. magist. militar. &c.
l. 9. *C. Theod.* de erogat. milit. annon.
l. 2. C. de condit. in public. hor.
l. 2. C. de erogat. milit. annon. *

* *Inscriptio hujus legis falsa est. Jovianus enim mense Februario jamjam erat mortuus.*

l. 2. *C. Theod.* de auro coronar.
l. un. C. de equestr. dignitat.

8 | 1118 | 2 | 365 Imp. Fl. Valentinianus Aug. Imp. Fl. Valens Aug.

l. 5. *C. Theod.* de jurisdict.
l. un. - - de nupt. gentil.
l. un. - - de colon. insc. dom. s. alien.
l. 28. - - de prætorib. & quæstoribus.
l. un. - - de stratorib.
l. 6. 7. 8. *C. Theod.* de re militar.
l. 13. 14. de erogat. milit. annon.
l. 1. - - de militar. vest.
l. 1. 2. *C. Theod.* de pascuis.
l. 2. *C. Theod.* de metatis.
l. 2. - - de tironib.
l. 1. - - de desertorib. & occult.
l. 7. - - de filiis militar.
l. 9. 10. 11. de numerar. actuar. &c.
l. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. *C. Theod.* de curs. public.
l. 1. *C. Theod.* de tractor. & station.
l. 8. - - de divers. offic. & apparitor.
l. 1. - - de executorib. & exactionib.
l. 2. - - ne quid publ. lætit. nunt.
l. 4. & 5. - - de iis quæ administr. v. offic.
l. 2. - - de exhib. v. transmitt. reis.
l. 4. - - de custod. reor.
l. 3. 4. - - quib. equor. us. concess. est.
l. 7. & 8. - - de famos. libell.
l. 8. & 9. - - de pœnis.
l. 9. & 10. - - de jur. fisc.
l. 2. & 3. - - de actorib. & procurator.
l. 10. - - de petitionib. & ultro dat.

Forte referenda est ad ann. 370. In quibusdam codicibus nulli Consules sunt subscripti, & inscriptio Impp. Valent. Theod. & Arcad. A. A. A. ostendit ad hunc annum eam non pertinere.

l. 1. & 2. *C. Theod.* si vag. petat. mancip.
l. 1. - - de fisc. debitorib.
l. 3. - - de metall. & metallar.
l. 3. & 4. - - de murilegul. & gynæc.
l. 1. - - de his qui compensator.
l. 9. 10. 11. 12. *C. Theod.* de annon. & tribut.
l. 1. 2. *C. Theod.* tribut. in ips. specieb. inferr.
l. 10. 11. - - de exactionib.
l. un. *C. Theod.* ne dam. provinc. inflig.

Gothofredus hanc legem ad ann. 368. vel 370. refert & numerum II. vel III. addit.

l. 3. *C. Theod.* de immunitat. concess.
l. 11. - - de extraord. siv. sordid. munerib.
l. 3. - - de relationib.
l. 35. - - de appellationib.
l. 2. 3. - - de reparat. appellat.
l. un. - - de secund. lapsu.
l. 17. 18. - - quor. appell. n. recip.
l. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. *C. Th.* de decurionib.

Vide Gothofredum, qui numeros Consulatibus adscribendos putat. Legem 63. & 64. refert ad ann. 373. 65. ad 365. 66. ad 368. 67. & 68. & 69. & 70. ad 365.

l. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *C. Theod.* de susceptor.
l. 3. - - de aur. coronor.
l. 11. *C. Theod.* de navicular.
l. 4. - - de cens. siv. adscript.

Quia data est ad Viventium P. P. Galliarum, quum hoc anno esset Germinianus, referenda est ad an. 368. vel 370.

l. 8. 9. 10. 11. 12. *C. Theod.* de pistorib. & Catabolens.
l. 3. *C. Theod.* de calc. coctorib. urb. Rom.
l. un. - - de jur. Ital. urb. Constantinopl.
l. 3. & 4. *C. Theod.* de annon. civ. *Referenda ad an. 368.*
l. 15. 16. *C. Theod.* de operib. public.
l. 1. - - de fid. Catholic.
l. 18. & 19. - - de episcop. eccles. & cleric.
l. 1. C. de episcop. audien.
l. 4. C. de Judæis & cœlicol.
l. 5. C. de precib. Imper. offer.
l. 1. & 2. C. de defensor. Civitat.
l. 9. C. ubi caus. fiscal.
l. 6. C. de vectigalib. & commiss.
l. 2. C. de præscript. 30. & 40. annor.
l. 2. C. de relationib.
l. 3. C. quor. appellat. n. recip.
l. 1. C. de exhibend. & transmitt. reis.
l. un. C. de emendat. propinq.
l. 8. C. de malefic. & mathemat.
l. un. C. de famos. libell.
l. 19. C. de pœnis.
l. 8. C. de jur. fisc.
l. 6. C. de fid. & jur. hast. fiscal. *

* *Hujus legis inscriptio vel subscriptio falsa est. Hæc enim memorat Gratianum Augustum, qui hoc anno Augustus nondum erat.*

l. 1. C. de his qui ex publ. rationib. mut. pecun.
l. 6. C. de annon. & tribut.
l. 26. & 27. de decurionib.
l. 9. C. de excusat. muner.
l. 2. 3. de susceptor. præposit. &c.
l. 1. C. de metallar. & metall.
l. 3. & 4. C. de murilegul.
l. 3. C. de agricol. & censit.
l. 2. C. ne rustican. ad ull. obseq.
l. 1. C. de pasc. public. & privat.
l. 3. C. de fund. patrimonialib.

Huic etiam legi in Codd. quibusdam consules adscripti non sunt.

l. un. C. de stratorib.
l. 1. C. de militar. vest.
l. 2. 3. C. de numerar. actuar. &c.
l. 3. C. de curs. publ.
l. 1. C. de apparitorib. præf. prætor.
l. 3. C. de cohortalib. princip. *

* *Ex inscriptione hujus legis tolli debet nomen Gratiani, qui hoc anno Augustus nondum erat.*

l. 3. 4. 5. 6. de pact. & transact.
l. 2. *C. Theod.* de postuland.
l. 5. - - ad SC. Claudian.
l. 17. - - de postuland.
l. 3. - - de offic. rector. provinc.
l. 2. - - de militari veste.
l. un. - - de emendat. propinquor.
l. un. - - de mancip. thermar. urb.
l. 14. & 17. - - de operib. public.

Ad hunc annum Gothofredus refert etiam l. 2. C. Theod. de pact. & transact. licet nulla consulum nomina sint adscripta.

Ad hunc annum referenda quoque sunt

l. 16. *C. Theod.* de erogat. militar. annon.
l. 7. - - de metall. & metallar.
l. 2. - - de fid. & jur. hast.
l. 8. - - de annon. civ.
l. 5. C. de erogat. militar. annon.

Sunt enim datæ ad Probum P. P. (Illyrici, l. un. Cod. Theod. ne damn. provinc. inflig. l. 2. C. ne rustican. ad ull. obseq.) cujus præfectura in hunc annum incidit, secundum l. 9. Cod. Theod. de cohortal. princip. &c. l. 28. Cod. Theod. de curs. publ. l. 5. Cod. Theod. de iis q. administr. l. 1. 2. C. Theod. si vag. petat. manc. l. 1. Cod. Theod. de his q. c. dispens. l. 3. Cod. Theod. de aur. coronar. l. 2. C. de defensorib. civit. l. 1. C. de his qui ex publ. ration. Gothofredus & præfecturam Probi & consequenter leges ei inscriptas ad ann. 368. refert, quem vide.

9 | 1119 | 3 | 366 Post consulatum Valentiniani & Valentis AA.

l. 13. *C. Theod.* de annon. & tribut.

Fl. Gratianus N. P. Fl. Dagalaiphus.

l. 6. *C. Theod.* ad SC. Claudian.
l. 9. - - de veteranis.
l. 11. & 12. - - de susceptor. præpos. &c.

l. 12. habet Degalaifo, uti editum est in Gothofredo.

l. 2. C. de magistrat. municipalib.
l. 9. *C. Theod.* de divers. offic.
l. 15. - - de annon. & tribut.
l. un. C. ubi de possess. agi oport.
l. 1. *C. Theod.* de postlimin.
l. 10. - - de pœnis.

Pagius inscriptionem legendum vult. ad Viventium P. V.

l. 14. *C. Theod.* de annon. & tribut.

Gothofredus hanc legem ad an. 371. referendam credit.

l. 2. *Cod. Theod.* de canon. frument. urb. Rom.
l. 1. C. de canon. frument. Urb. Rom.*

* *Inscriptio hujus legis mendosa est. Gratianus hoc anno nondum erat Augustus.*

l. 4. C. de agricol. & censit.
l. 19. C. de postlim. revers. &c. *

* *Hæc lex inscripta habet nomina* IMPP. GRATIANI, VALENTINIANI, THEODOSII AUGG. *quum tamen Augusti hoc anno fuerint Valentinianus & Valens.*

l. 8. *C. Theod.* de accusat. & inscript.
l. 9. *C. Theod.* de accus. & inscript.

Ind. P·R.C: A.J: P.C.N.

Constitutiones VALENTINIANI & VALENTIS, quæ nullum habent diem vel consulem.

Lib. I. tit. 28. l. 1. & 2. Lib. IV. tit. 60. l. 1. Lib. VII. tit. 38. l. 1. Lib. X. tit. 1. l. 8. tit. 31. l. 25. 28. 29. 30. tit. 41. l. 9. tit. 70. l. 1. 2. 3. 4. 5. Lib. XI. tit. 12. l. 1. tit. 47. l. 5. 18. tit. 50. l. 1. tit. 58. l. 3. tit. 61. l. 3. 4. tit. 64. l. 4. tit. 65. l. 2. tit. 69. l. 5. Lib. XII. tit. 17. l. 1. tit. 38. l. 1. 2. 3. 4. 5. tit. 51. l. 5. 6.

10 1120 Val. 4 Gr. 1 367 Post consulatum Gratiani N P. & Dagalaiphi.

GRATIANUS *creatur Augustus IX. Kal. Sept.*

l. 3. *C. Theod.* de ponderat. & aur. illat.	l. 16. *C. Theod.* de annon. & tribut.
Fl. Lupicinus.	Fl. Valens Jovinus.
l. 7. *C. Theod.* de privileg. eor. q. in S. palat.	l. 13. & 14. - - de susceptorib. præposit. &c.
l. 9. 10. - - de re militar.	l. 1. - - si curial. relict. civit.
l. 3. & 4. - - de tironib.	l. 4. & 5. - - de præd. navicular.
l. un. - - de ingrat. liber.	l. 5. - - de cens. siv. adscript.
l. 3. - - ad leg. Cornel. d. fals.	l. 4. - - de suar. pecuar. &c.
l. 4. - - de advocat. fisc.	l. 2. C. de bonis libertor.
l. 1. - - de equor. conlat.	l. un. C. de ingrat. liber.

Hæc lex data legitur XII. Kal. Sept. & inscriptionem habet Valentiniani, Valentis & Gratiani A. A. sed mendosa est, quia Gratianus demum IX. Kal. Sept. Augustus factus est.

l. 5. C. de susceptorib. præpos. & arcar.	l. 1. C. de præd. & omnib. reb. navicul.
	l. 2. C. de mancip. & colon. patrimon.

In quibusdam codd. consules subscripti non sunt huic legi. Hanc legem illustrat Petitus in Comm. ad leges AA. & ostendit Gratianum nondum dici potuisse Augustum: hocque rescriptum non fuisse datum Romæ, Valentiniano in Galliis morante.

l. 3. *C. Theod.* de indulgent. crimin.	l. 4. - - de metall. & metallar.
l. 11. - - de pœnis.	l. 2. C. de metallar. & metall.
l. 11. - - de jur. fisc.	

11 1121 V. G. 5. 2. 368 Post Consulatum Luciani & Joviani.

l. 29. *C. Theod.* de curs. public.

Imp. Fl. Valentinianus Aug. II.	Imp. Fl. Valens Aug. II.
l. 30. *C. Theod.* de curs. publ.	l. 6. C. de postuland.
l. 4. - - de indulgent. crimin.	l. 4. C. quor. appell. non recip.
l. 19. quor. appell. n. recip.	l. 28. & 29. C. de decurionib.
l. 1. C. de offic. comit. rer. privat.	l. 4. C. de fund. patrimonialib.
l. 3. C. de defensorib. civitat.	l. 5. *C. Theod.* de tironib.

Ita etiam describitur l. un. C. Theod. ne damn. provincial. inflig.

12 1122 V. G. 6. 3. 369 Valentinianus N. P. — Victor.

l. 4. & 5. *C. Theod.* de offic. rector. provinc.	l. 6. - - de fid. test. & instrumentor.
l. 1. *C. Theod.* de fructib. & lit. expens.	l. 15. - - de susceptorib. præpos. &c.
l. 2. - - de legitim. heredib.	l. 7. - - de lustral. conlat.
l. 8. - - de privileg. eor. q. in S. Palat.	l. 7. - - de medic. & professor.
l. 15. - - de erogat. milit. annon.	l. 12. & 13. - - de navicular.
l. 10. - - de veteranis.	l. 13. - - de pistorib. & catabolensib.
l. un. - - de obligat. equor.	l. 2. - - de centonar. & dendrofor.
l. 10. - - de divers. offic. & apparit.	l. 5. - - de annon. civic. & pan. gradil.
l. 3. - - ne quid publ. lætit. nunt.	l. 2. - - de aquæductu.
l. 7. - - de fals. monet.	l. 2. C. de episcop. audient.
l. 1. - - de quæstionib.	l. 2. C. de fructib. & lit. expens.
l. 2. - - de abolitionib.	l. 3. C. de relationib.
l. 7. - - de bon. proscriptor.	l. 4. C. ad leg. Jul. majestat.
l. 1. - - de incorporat.	l. 3. C. de abolitionib.
l. 11. - - de petition. & ultr. dat.	l. 7. C. de bon. proscriptor.
l. 2. - - de fisc. debitorib.	l. 4. C. de conveniend. fisc. debitor.
add. l. 7. C. de vectigalib. & commiss.	l. 5. C. de fid. & jur. hast. fiscal.
l. 1. *C. Theod.* de fid. & jur. hast.	l. 3. C. de bon. vacantib.
l. 5. & 6. - - de metall. & metallar.	l. un. C. ne oper. a collatorib. exig.
l. 1. - - de vestib. olober. & aurat.	l. 1. C. de discussorib.
l. 1. - - ne oper. a conlat. exig.	l. 8. de professorib. & medic.
l. 1. - - de discussorib.	l. 1. C. de vestib. holober. & aurat.
l. 4. - - de reparat. appellat.	l. 4. C. de erogat. milit. annon.
l. 20. - - quor. appellat. n. recip.	l. 5. C. de feriis.
	l. un. *C. Theod.* de classic.

Add. l. 2. C. Theod. de legitim. heredib. l. 15. C. Theod. de erogat. milit. annon. quæ hoc anno latæ eandem habent inscriptionem.

13 1123 V. G. 7. 4. 370 Imp. Fl. Valentinianus Aug. III. — Imp. Fl. Valens III. Aug.

l. 6. *C. Theod.* de tironib.	l. 1. - - de stud. liberal. urb. Rom.
l. 2. - - de tabular. logograph. & censual.	l. 20. - - de episcop. eccles. & cler.
l. 31. - - de curs. public.	l. 7. de postulando.
l. 2. - - ne oper. a conlator. exig.	l. 9. & 10. de professorib. & med.
- - - de patrocin. vicor.	l. 1. C. de tironib.
l. 71. & 72. - - de decurionib.	l. 73. *C. Theod.* de decurionib.
l. 8. - - de lustral. conlat.	l. 16. *C. Theod.* de erogat. militar. annon.
l. 8. 9. 10. - - de medic. professorib.	
l. 6. - - de cens. sive adscript.	

Confer annum 365. ad quem hæ leges relatæ.

l. 2. - - de fid. & jur. hast.	l. 5. C. de erogation. militar. annon.
l. 7. - - de metall. & metallar.	*l. 6. C. de fid. & jur. hast. fiscal.*
l. 6. - - de annon. civic. & pan. gradil.	

Pagius l. 63. C. Th. de decurion. ad hunc annum refert, Gothofredus autem ad ann. 373.

14 1124 V. G. 8. 5. 371 Imp. Fl. Gratianus Aug. II. — Sept. Anicius Petronius Probus.

l. 3. *C. Theod.* de denuntiat. v. edit. rescript.	l. 11. - - de divers. offic. & apparit.
l. 1. - - de nuptiis.	l. 9. & 10. - - de malefic. & mathemat.
l. 1. - - de natur. fil. & mater. eor.	l. 5. - - de indulgent. crimin.
l. 32. - - de curs. public.	

v. Pagi dissert. hypat. h. l. & Gothof. Chronolog. Cod. Theod. ad a. 371.

l. 5. - - de murilegul.	l. 7. C. qui testam. fac. poss.
l. 17. - - de annon. & tribut.	l. 3. C. de general. abolit.
l. 1. - - de conlat. aëris.	l. 31. C. de decurionib.
l. 74. 75. 76. - - de decurionib.	l. un. C. de colon. Illyrican.
l. 14. - - de naviculariis.	l. 4. C. de omn. agr. desert.
l. 7. - - de cens. siv. adscript.	l. 6. C. de curs. public.
l. 1. & 2. - - de scenicis.	l. 1. C. de divers. offic.
l. 1. - - de equis curilib.	l. 7. C. de serv. fugitiv.
l. 21. - - de episcop. eccles. & cleric.	l. 5. C. Theod. de custod. reor.
l. 18. C. de nuptiis.	l. 4. C. de custod. reor.
l. 13. C. de oper. libertor.	l. 2. C. de sentent. ex peric. recitand.

15 1125 V. G. 9. 6. 372 Domitius Modestus. — Arintheus.

l. 19. 20. 21. *C. Theod.* de prætorib. & quæstorib.	l. 6. 7. - - de murilegul.
l. 1. *C. Theod.* de præfect. prætor. s. urb.	l. un. - - de conlocat. per logogr.
l. 1. - - de quæstor. magistr. officior.	l. 77. 78. - - de decurionib.
l. un. - - de magistr. scrinior.	l. 9. - - de lustral. conlat.
l. 1. - - de comitib. rei militar.	l. 6. - - de præd. navicular.
l. 4. - - de honorar. codicill.	l. 1. - - de naufrag.
l. 11. - - de re militar.	l. 14. - - de pistorib. & catabolensib.
l. 8. - - de filiis militar. apparitor.	l. 2. - - de stud. liberal. urb. Rom.
l. 12. - - de cohortalib. princip. cornic.	l. 7. - - de annon. civic. & pan. gradil.
l. 12. 13 - - de divers. offic.	l. 1. - - de spectaculis.
l. 2. - - de locat. fundor. jur. emphyt.	l. 22. - - de episcop. eccles. & cler.
	l. 3. *C. Theod.* de hæreticis.

Hæc lex tribuitur Impp. Valentiniano & Valenti data Coss. Modesto & Arintheo id est Anno Christi 372. at quia Gratianus anno U. C. 1120. Ch. 367. a patre Valent. Augustus fuit appellatus ante diem XIII. Kal. Sept. Ambianis, hujus nomen in fronte legis non fuit omittendum.

l. 2. C. de naufragiis.	l. 4. C. de cohortal. princip. & cornicul.
l. 5. C. de murilegulis.	l. 5. C. de offic. rector. provinc.
l. 1. C. de præfect. prætor. s. urb.	
l. 1. C. de comitib. rei militar.	

1 1126 V. G. 10. 7 373 Imp. Flor. Valentinianus Aug. V. — Imp. Fl. Valens Aug. IV.

l. 22. & 23. *C. Theod.* de prætorib. & quæstor.	l. 11. *C. Theod.* de veteranis.

Gothofredus mallet hanc legem referre ad a. 368. v. 370. licet, ut scribit, consulatus hic diserte huic legi subnotatus sit.

l. 10. & 11. *C. Theod.* de accusat. & inscript.	l. 73. *C. Theod.* de decurionib. *referenda videtur ad annum 370. arg. ordinis.*
l. 5. & 6. *C. Th.* de reparat. appell.	l. 63. *C. Theod.* de decurionib. *subscripta Valentiniano & Valente A. A. Coss. licet annis 365. 368. 370. & 373. simul consulatum &c. gesserint, ad hunc annum refertur a Gothofredo.*
l. un. *C. Theod.* ne præfect. exactor. v. curios.	
l. 1. *C. Theod.* ne S. Bapt. iteret. *Hanc etiam l. Gothofredus mallet ad a. 370. referre.*	
l. 2. C. de apparitor. præfect. prætor.	

2 1127 V. G. 11. 8 374 Imp. Fl. Gratian. Aug. III. — C. Æquitius Valens.

l. 1. *C. Theod.* de sentent. ex peric. recit.	l. 1. - - de his qui latron. v. al. crim.
l. 33. - - de curs. public.	l. 8. - - de murilegul.
l. 12. - - de accusationib.	l. 1. - - de fabricensib.
l. 1. - - ad L. Cornel. de sicar.	l. 5. - - de relationibus.
l. 8. *C. Theod.* de falsa moneta. *referrem huc l. 2. Cod. de commerc. & mercatorib. nisi obstaret legislator Theodosius.*	l. 36. - - de appellationib.
	l. 21. & 22. - - quor. appellat. n. recip.
	l. 10. - - de lustral. conlat.
l. 3. *C. Theod.* de rapt. virgin.	l. 4. - - de excusat. artific.

Chilo vicarius Africæ dicitur in hac lege: sed mendosa est inscriptio, ut innumeris in locis Codicis Theod. scribendumque est Chiloni proconsuli Africæ, ut patet ex inscriptione legis 7. Cod. Theod. de præd. navicul. Valesius ad Ammianum XXVIII. 1.

l. 18. *C. Theod.* de operib. publ.	l. 19. C. de his qui accus. n. poss.
l. 3. C. de sentent. ex peric. recitand.	l. 8. C. ad leg. Cornel. de sicar.
l. 2. C. de infantib. exposit.	l. 1. C. de his qui latr. v. al. crim. r. occult.

Constitutiones VALENTINIANI, VALENTIS ET GRATIANI, quæ carent die & consule.

Lib. I. tit. 39. l. 1. & 2. Lib. VI. t. 61. l. 7. Lib. X. tit. 2. l. 5. tit. 3. l. 6. tit. 26. l. 2. tit. 41. l. 10. tit. 70. l. 6. Lib. XI. tit. 2. l. 2. tit. 5. l. 2. tit. 7. l. 5. tit. 8. l. 1. tit. 47. l. 6. 7. 8. 9. 10. Lib. XII. tit. 4. l. 1. tit. 17. l. 2. 3. tit. 38. l. 3. 4. tit. 51. l. 8. tit. 55. l. 1. tit. 56. l. 2.

Moritur Valentinianus. VALENTINIANUS Junior creatur Imperator.

VALENS, GRATIANUS, VALENTINIANUS.

3 1128 V. G. 12. 9 375 Post consulatum Gratiani Aug. III. & Æquitii.

l. 7. *C. Theod.* de tironib.	l. 2. C. de præd. & omnib. reb. navicul.
l. 79. - - de decurionib.	l. 5. C. de cohort. princ. & cornic.
l. 7. de præd. navicular.	l. 16. *C. Theod.* de susceptor. præpos. &c.
l. 6. C. de susceptorib. præpos. &c.	

376 Imp.

Ind.	P.R.C.	A.J.	P.C.N.	
4	9	Val. 13 Grat. 10 Val. 1	376 Imp. Fl. Valens Aug. V.	Imp. Fl. Valentinian. (Junior.) Aug.
			l. un. *C. Theod.* ne in sua causa quis jud.	l. 23. - - de episcop. eccles. & cleric.
			l. 1. C. h. t. hanc legem refert ad ann. 378.	l. 23. C. ad leg. Cornel. de fals.
			l. 13. - - de accusat. & inscript.	l. 16. C. de quæstionib.
			l. 1. & 2. - - de præt. crim. maj. serv.	l. 1. C. de spectaculis.
			l. 2. - - de quæstionib.	l. 24. *C. Theod.* de prætorib. & quæstorib.
			l. 8. - - de metall. & metallar.	l. 3. C. de offic. præf. urb.
			l. 11. - - de medic. & professor.	l. 24. C. de probationib.
			l. 19. - - de operib. public.	l. 10. C. de testib.
			l. 3. - - de scenicis.	l. 4. *C. Theod.* ad l. Corn. de fals.
				l. 4. *C. Theod.* de hæreticis.
5	1130	Val. 14 Grat. 11 Val. 2	377 Imp. Fl. Gratianus Aug. IV.	Merobaudes.
			l. 6. *C. Theod.* de offic. rector. provinc.	l. 2. - - ne S. baptism. iteret.
			l. 1. - - lib. VI. tit. 2.	l. 1. C. ne S. baptism. iteret.
			l. 17. - - de erogat. milit. annon.	l. 5. C. de conveniend. fisc. debitor.
			l. 3. - - de militar. vest.	l. 5. C. de fund. patrimonialib.
			l. 34. - - de curs. public.	l. 10. & 11. C. de dignitatib.
			l. 14. - - de divers. offic. & apparit.	l. 2. C. de Palatin. S. largition.
			l. 3. - - de quæstionib.	l. 2. C. de militar. vest.
			l. 3. - - de fisc. debitorib.	l. 7. C. de curs. public.
			l. 3. - - tribut. in ips. specieb. inferr.	l. 8. C. de ædific. privat.
			l. 15. - - de pistorib. & catabol.	l. 6. C. de erogat. militar. annon.
				l. 24. *C. Th.* de episcop. eccl. &c.
				l. 5. & 6. C. de episcop. & cleric.*

** Pertinet hæc lex ad annum 364, ubi vide. Est eadem, quæ extat in l. 2. C. Theod. de rapt. v. matrim. sanctimon. Perperam hinc subscribitur in Codice Justinianeo Gratiano A. III. imo IV. & Merobaude coss. quum debeat subscribi, uti in C. Theodos. Joviano & Varroniano Coss.*

Mors Valentis. GRATIANUS & VALENTINIANUS.

Ind.	P.R.C.	A.J.	P.C.N.	
6	1131	Grat. 12 Val. 3&4	378 Imp. Fl. Valens Aug. VI.	Imp. Fl. Valentinianus Aug. II.
			l. 35. *C. Theod.* de curs. publ.	l. 37. - - de appellat. & pœnear.
			l. un. - - vict. civilit. crimin. ag. poss.	l. 23. 24. 25. quor. appellat. n. recip.
			l. 12. - - de pœnis.	l. 7. - - de fid. test. & instrum.
			l. 1. - - de domib. ad rem priv. pertin.	l. 1. C. ne quis in sua caus. judic.
			l. 9. - - de metall. & metallar.	

l. un. C. Th. eod. hanc legem ad annum 376. refert. Quum dies V. Id. Aug. ultimus fuerit, quo Valens Aug. apparuit, male in inscriptione hujus legis dat. Kal. Dec. legitur adhuc nomen Valentis, uti & in seq. data prid. Kal. Jan.

l. un. C. quand. civil. act. crimin. præjud.	l. 2. C. de advocat. diversor. judicior.*

** Hæc lex XV. Kal. Sept. data legitur, adeoque male habet inscriptum nomen Valentis, qui mense Augusto jam obierat, aut alias anterioris mensis Kalendæ deberent substitui.*

l. 5. C. quor. appellat. n. recip.

Gratianus collegam sibi adsciscit THEODOSIUM.

Ind.	P.R.C.	A.J.	P.C.N.	
7	1132	Grat. 13 Val. 4&5 Th. 1	379 Decimus Magnus Ausonius.	Q. Clodius Hermogenianus Olybrius.
			l. 1. & 2. *C. Theod.* de Palatin. S. largit.	l. 3. & 4. - - de Palatin. S. largit.
			l. 12. *C. Theod.* de jur. fisc.	l. 2. - - de desertorib. & occultat. eor.
			l. 5. *C. Theod.* de hæretic.	l. 2. - - de executorib. & exactionib.
			l. 2. C. de hæretic.	l. 6. - - de matern. bon.
			l. 1. C. de sportul. & sumptib.	l. 7. - - de reparat. appellat.
			l. 4. C. quemadm. testam. aperiant.	l. 26. - - quor. appellat. n. recip.
			l. 6. C. quor. appellat. n. recip.	l. 4. - - de aur. coronar.
			l. 5. C. de divers. præd. urban. (in textu.)	l. 11. - - de lustral. conlat.
			l. 3. & 4. C. de Palat. S. largit.	l. 12. - - de medic. & profess.
			l. 2. *C. Theod.* de re judicat.	l. 15. - - de navicular.
			l. 1. - - qui bon. ex l. Jul. ced. poss.	l. 4. C. si a non compet. judic.
			l. 1. *C. Th.* de princ. agent. in reb.	l. 2. C. de commeatu.
8	1133	Grat. 14 Val. 6 Th. 2	380 Imp. Fl. Gratianus Aug. V.	Imp. Fl. Theod. Aug.
			l. 6. *C. Theod.* de sponsalib.	l. 3. - - de desertorib. & occult. eor.
			l. un. - - si provinc. rect. v. ad eum pert.	l. 9. 10. 11. - - de filiis militar. apparitor.
			l. un. - - si quacunque prædit. potest.	l. 3. - - de tabular. logogr. &c.
			l. un. - - de usur. rei judicat.	l. 6. - - de iis quæ admin. v. off.
			l. 2. - - de præfect. prætor. s. urb.	l. 3. - - de exhibend. v. transmitt. reis.
			l. 2. *C. Theod.* de quæstor. magistr. officior.	l. 6. - - de custod. reor.
			l. 1. - - de primicer. & notar.	l. 1. 2. - - ad l. Jul. repetund.
			l. 3. - - de agentib. in reb.	l. 8. - - de bonis proscriptor.
			l. 9. & 10. - - de privileg. eor. qui in S. Palat.	l. 3. - - de locat. fundor. jur. emphyt.
			l. 8. & 9. - - de tironib.	l. 12 - 15. - - de petit. & ultr. dat.
			l. 2. - - de thesauris.	l. 3. C. de litigios.
			l. 12. - - de extraord. s. sord. muner.	l. 2. C. de exhibend. v. transmitt. reis.
			l. 38. - - de appellationib.	l. 5. C. de custod. reor.
			l. 80. 81. 82. - - de decurionib.	l. 1. C. de crimin. sacrileg.
			l. 7. - - de legatis & decret. legation.	l. 8. C. de bon. proscriptor.
			l. 16. - - de naviculariis.	l. 1. C. de bonor. sublat.
			l. 16. & 17. - - de pistorib. & catabolens.	l. 32. C. de decurionib.
			l. 8. - - de annon. civic.	l. 12. C. de dignitatib.
			l. 20. & 21. - - de operib. public.	l. 2. C. de præfect. prætor. s. urb.
			l. 5. - - de scenicis.	l. un. C. de quæstorib. & magist. offic.
			l. 2. - - de fid. catholic.	l. 3. *C. Theod.* de naufrag.
			l. 25. - - de episcop. eccles. & cleric.	l. 3. C. de naufrag.
			l. 1. de summ. Trinitat.	l. 2. *C. Theod.* de princip. agent. in reb.
			l. 4. C. de mod. multar.	l. 9. - - de bonis proscriptor.
			l. 3. C. de sponsalib.	l. 4. - - de desertor. & occultat. eor.
			l. un. C. si rect. provinc. v. ad eum pert.	l. 4. - - de quæstionib.
			l. un. C. si quacunque prædit. potest.	l. 1. C. de desertorib. & occultat. eor.
			l. 1. C. de secund. nupt.	l. 4. *C. Theod.* de scenicis.
			l. 16. C. de testamentis.	l. 83. - - de decurionib.
			l. 4. ad SC. Tertullian.	l. 9. & 10. - - de murilegul.
			l. 25. de appellationib. & consultat.	l. 6. & 7. C. de murileg.
9	1134	Grat. 15 V. 7. Th. 3	381 Flavius Syagrius.	Flavius Eucherius.
			l. 2. & 3. *C. Theod.* de primicer. & notar.	l. 11. - - de privileg. eor. qui in S. Palat.
			l. 5. 6. - - de honorar. codicill.	l. 10. - - de tironib.
			l. 2. - - de proxim. comitib. dispos.	l. 5. - - de desertorib. & occult. eor.
			l. 36. - - de curs. public.	l. 6. - - de sepulchr. violat.
			l. 15. - - de divers. offic. & apparit.	l. 2. & 3. - - de his qui cum dispens. contrax.
			l. 6. - - de indulgent. crimin.	l. 85. 86. 87. - - de decurionib.
			l. 18. - - de annon. & tribut.	l. 1. - - de censitorib. peræquatorib. &c.
			l. 39. - - de appellationib.	l. 6. 7. 9. - - de scenicis.
			l. 8. - - de fid. testium & instrum.	l. 3. - - de fide catholic.
			l. 84. - - de decurionib.	l. 26. - - de episcop. eccles. & cler.
			l. 8. - - de scenicis.	l. 6. 7. 8. - - de hæreticis.
			l. 2. - - de equis curulib.	l. 7. - - de pagan. sacrif. & templ.
			l. 1. - - de apostat.	l. 40. C. de transactionib.
			l. 7. C. de episcop. & cleric.	l. 1. C. ne fidejussor. v. mandat. dot. dent.
			l. 2. C. de secund. nupt.	
			l. 1. *Cod. Theod.* de secund. nupt.	
			l. 6. - - de curiosis.	

Hæc lex vel Cynegio PP. perperam inscribitur, ut qui nonnisi anno 384. factus fuerit P. P. vel annus emendandus ibi est. Gothofred. in Chronologia C. Theod. ad ann. 381.

Ind.	P.R.C.	A.J.	P.C.N.	
			l. 12. C. qui dar. tutor. vel curator. poss.	l. 2. C. de cens. & censitorib.
			l. 2. C. de his qui ex publ. rat. mut. pecun.	l. 3. C. de privileg. eor. qui in S. palat. milit.
			l. 33. C. de decurionib.	l. 2. *C. Theod.* unde vi.
			l. 2. & 3. de spectacul.	l. 2. C. de summ. Trinit.
				l. 2. C. d. SS. eccles.
10	1135	G. V. 16. 8 Th. 4	382 Antonius.	Afranidus Syagrius.
			l. 6. *C. Theod.* de divers. rescript.	l. 6. - - de desertorib. & occult. eor.
			l. 3. - - de cognitor. & procurator.	l. 12. & 13. - - de numerar. actuar.
			l. 2. - - de secund. nupt.	l. 13. - - de cohortal. princip.
			l. 3. - - de sentent. ex peric. recit.	l. 37. - 42. - - de curs. publ.
			l. un. - - de consulib. præf. mag. milit.	l. 2. - - de lucr. officior.
			l. 3. - - de proxim. comit. disp.	l. 2. - - de iis quæ admin. v. off. publ.
			l. 4. - - de agentib. in reb.	l. 3. & 4. - - ad leg. Jul. repetund.
			l. 11. - - de tironib.	l. 3. & 4. - - de abolitionib.
				l. 13. - - de pœnis.

De hac lege disputatur, an fuerit eadem cum lege a Theodosio lata occasione cædis Thessalonicensis factæ anno 390. Affirmat Gothofredus, qui ex titulo legis nomen Gratiani expungit & consules male subscriptos esse scribit; sed Pagius in Critica annal. ad an. 390. refutat Gothofredum.

l. 16. & 17. *C. Theod.* de petitionib. & ultr. dat.	l. 14. & 15. - - de extraord. s. sordid. munerib.
l. 10. - - de metall. & metallar.	l. 90. 91. 92. 93. - - de decurionib.
l. 2. - - de vestibus holober. & aurat.	l. 2. - - de his qui ex publ. collat.
l. un. - - de superindict.	l. 9. - - de legat. & decret. leg.

l. 4. de

Ind.P.R. C:A.J:P.C.N.

l. 4. - - de calc. coctorib. urb. Rom.	l. 2. C. de tyronib.
l. 1. - - de habit. quo ut. oport. intr.	l. 4. C. de numer. actuar. &c.
l. un. - - de mendic. n. invalid.	l. 9. & 10. C. de curs. public.
l. 3. - - de aquæduct.	l. 2. *C. Theod.* de sentent. ex peric. recit.
l. 9. - - de hæreticis.	l. 3. C. de secund. nupt.
l. 8. - - de pagan sacrif. & templ.	l. 24. C. de procuratorib.
l. 4. C. de precib. imper. offerend.	l. 6. C. unde vi.
l. 1. & 4. C. ad l. Jul. repetund.	l. 34. C. de decurionib.
l. 9. C. de calumniatorib.	l. 2. C. de his quæ ex publ. collat.
l. 20. C. de pœnis.	l. 2. C. de vestib. holober.
l. 6. C. de delatorib.	l. 13. *C. Theod.* de extraordinar. s. sord. munerib.
l. un. C. de superindict.	l. 88. 89. - - de decurionib.
l. 11. & 12. C. de excusat. muner.	l. 8. - - de legatis & decret. legat.
l. 3. C. de metallar. & metall.	l. 10. C. de excus. mun.
l. un. C. de mendicantib. valid.	

Constitutiones GRATIANI, VALENTINIANI & THEODOSII, quæ omni subscriptione carent.

Lib. I. tit. 4. l. 2. t. 32. l. 1. t. 44. l. 6. Lib. IV. t. 40. l. 1. 2. t. 61. l. 8. 9. t. 63. l. 2. Lib. V. t. 1. l. 3. Lib. VII. t. 13. l. 4. Lib. X. t. 16. l. 6. tit. 23. l. 1. tit. 31. l. 39. tit. 47. l. 10. tit. 70. l. 8. Lib. XI. tit. 6. l. 4. tit. 7. l. 6. 7. 8. 9. tit. 8. l. 2. t. 10. l. 3. tit. 15. l. 1. tit. 19. l. 1. tit. 25. l. 1. tit. 40. l. 2. 3. tit. 57. l. 2. 3. tit. 61. l. 6. 7. 8. tit. 62. l. 3. 4. tit. 63. l. 5. 6. t. 67. l. 4. Lib. XII. tit. 10. l. 1. tit. 19. l. 1. tit. 24. l. 3. 4. 5. 6. 7. 8. tit. 29. l. 3. 4. tit. 36. l. 11. tit. 46. l. 1. tit. 50. l. 2. 3. tit. 54. l. 1. tit. 64. l. 1.

Gratianus occiditur, ARCADIUS fit Imperator nec non MAXIMUS.

11 1136 *Val.* 9 *Th.* 5 *Arc.* 1

383 Fl. Merobaudes.	Fl. Saturninus.
l. un. *C. Theod.* de mandat. princ.	l. 40. & 41. - - de appellationib.
l. 3. - - de offic. judic. omn.	l. 27. & 28. - - quor. appellat. n. recip.
l. 5. - - de inoffic. testam.	l. 94. - 104. - - de decurion.
l. 4. - - de contrah. empt.	l. 18. & 19. - - de susceptor. præpos. &c.
l. 3. - - de legitim. heredib.	l. 8. - - de censu siv. adscript.
l. 2. - - lib. 6. tit. 2.	l. 22. - - de operib. public.
l. 1. - - ut dignit. ord. servet.	l. 10. 11. 12. - - de hæreticis.
l. 7. - - de honorar. codicill.	l. 3. - - de apostatis.
l. 5. - - de palatin. S. largit.	l. 2. C. de apostatis.
l. 12. - - de privileg. eor. qui in S. pal.	l. 5. C. de Judæis & cœlicol.
l. 1. - - quid. prob. deb. ad quamc. milit.	l. 1. C. de mandat. princip.
l. 7. 8. - - de desertorib. & occult. eor.	l. 4. C. de advocat. fisc.
l. 14. - - de cohortalib. princip. &c.	l. 15. C. de rescind. vendit.
l. 4. - - ne quid publ. lætit. nunt.	l. 4. C. ad SC. Orsitian.
l. 14. - - de accusat. & inscript.	l. 6. C. de operib. public.
l. 5. - - ad L. Jul. repetund.	l. 13. C. de accusat. & inscript.
l. 2. - - de his qui latron. v. al. crim.	l. 3. C. ad L. Jul. repetund.
l. 1. - - de calumniatorib.	l. 1. C. de canon. largition. titul.
l. 10. - - de bonis proscriptor.	l. 1. C. de immunit. nemin. conced.
l. 4. - - de locat. fundor. jur. emphyt.	l. 35. 36. 37. C. de decurionib.
l. 18. - - de petitionib. & ultr. dat.	l. 2. C. de agricol. & censit.
l. 12. - - de exactionib.	l. 6. C. de omn. agr. desert.
l. un. - - si per obrept. fuer. impetr.	l. 5. C. de palatin. S. largition.
	l. 1. C. publ. lætit. v. consul. nuntiat.
	l. 2. *C. Theod.* de apostatis.
	l. 17. *C. Theod.* de susceptorib. &c.
	l. 7. C. de susceptorib.

Nota leges hoc anno datas post diem VIII Kal. Septemb. quarum multæ Gratiani nomen præferunt, mendosas esse, quia Gratianus tunc desiit esse in vivis.

12 1137 *Val.* 10 *Th.* 6 *Arc.* 2

384 Fl. Ricimer.	Fl. Clearchus.
l. 3. *C. Theod.* lib. VI. tit. 3.	l. 1. - - de expens. ludor.
l. 25. - - de prætorib. & quæstorib.	l. 13. - - de hæretic.
l. 2. - - ut dignitat. ord. servet.	l. un. C. de SCtis.
l. 7. - - de palatin. S. largit.	l. 2. C. de offic. diversor. judic.
l. 12. - - de re militar.	l. 5. C. de mod. multar.
l. 3. - - de metatis.	l. 7. C. de operib. public.
l. 4. - - de tabular. logogr. &c.	l. 3. C. de crimin. sacrileg.
l. un. - - de his q. pleb. aud. cont.	l. 1. C. de seditiosis.
l. 7. - - de indulgent. crimin.	l. 38. C. de decurionibus.
l. 11. - - de metall. & metallar.	l. 2. C. de tabulariis.
- - - de murilegul.	l. un. C. de aur. coronar.
l. 19. - - de annon. & tribut.	l. 8. C. de murilegulis.
l. 4. - - tribut. in ips. spec. inferr.	l. 6. C. de fund. patrimonialib.
l. 2. - - de public. comparat.	l. 1. C. ut dignitat. ord. servet.
l. 42. 43. 44. - - de appellation.	l. 7. C. de palatin. S. largit.
l. 9. - - de fid. test. & instrumentor.	l. 11. C. de re militar.
l. 105. 106. 107. 108. - - de decur.	- - - de curs. public.
l. 5. - - de aur. coronar.	l. 44. & 45. *C. Theod.* de curs. publ.
l. 12. & 13. - - de lustral. conlat.	l. 4. - - de sentent. ex peric. recit.*
l. 23. - - de operib. publ.	

* *Hac lex data est Mediolani Kal. Dec. & l. 44. de appellat. data pariter Mediolani sub consulibus Clearcho & Ricimere anno 384. quanquam non repugnat missam esse ad L. Aurelium Avianum Symmachum urbis etiam præfectum.*

l. 5. *C. Theod.* de contrah. empt.	l. 6. - - de palatin. S. largit.
l. 43. - - de curs. public.	l. 6. C. de palatin. S. largition.

13 1138 *Val.* 11 *Th.* 7 *Arc.* 3

385 Imp Fl. Arcadius Aug.	Bauto.
l. 6. *C. Theod.* de diverſ. rescript.	l. 9. - - de pagan. sacrific. &c.
l. 6. - - de jurisdict.	l. 3. C. de episcopal. audient.
l. 4. - - de denuntiat. v. edit. rescr.	l. 5. C. de divers. rescript.
l. 4. - - fin. regundor.	l. 26. C. de appellationib.
l. 8. 9. - - de palatin. S. largition.	l. 7. C. quor. appellat. n. recip.
l. 2. - - quid probar. deb. ad quamc.	l. 8. C. de operib. public.
l. 15. - - de cohortalib. princip.	l. 32. C. ad leg. Jul. de adulter.
l. 46. & 47. - - de curs. public.	l. 4. C. de crimin. sacrileg.
l. 16. 17. - - de divers. offic. & apparitorib.	l. 1. Cod. ut intr. cert. temp. crimin. quæst. term.
l. 15. - - de accusationib.	l. 8. C. de calumniatorib.
l. 4. - - ad leg. Jul. de adulter.	l. 21. C. de pœnis.
l. 1. - - ut intr. ann. crim. quæst.	l. 7. & 8. C. de annon. & tribut.
l. 8. - - de indulgent. crimin.	l. 13. C. de excusat. muner.
l. 2. - - de calumniatorib.	l. 9. C. de murilegulis.
l. 14. - - de pœnis.	l. 1. C. de fund. limitroph. &c.
l. 13. - - de jur. fisc.	l. 8. C. de palatin. S. largit.
l. 4. - - de fisc. debitorib.	l. 5. C. de numerar. actuar. & chartul.
l. 12. - - de murilegulis.	l. 12. C. de curs. public. &c.
l. 20. & 21. - - de annon. & tribut.	l. 6. C. de cohortalib. princip. cornic.
l. 16. & 17. - - de extraord. s. sordid. munerib.	l. 2. C. de pagan. & sacrif. & templ.
l. 2. - - ne conlat. translat. post.	l. 3. C. de offic. præf. prætor. orient.
l. 45. 46. - - de appellationib.	l. 4. C. de defensorib. civit.
l. 29. 30. - - quor. appell. n. recip.	l. 3. C. ubi in rem act. exerc. deb.
l. 10. - - de fid. test. & instrum.	l. 10. C. ubi caus. fiscal. v. divin. dom.
l. 109. & 110. - - de decurionib.	l. 14. C. de accusationib.
l. 10. - - de legat. & decret. legat.	l. 8. C. de episcop. & cleric.
l. 14. - - de lustral. conlation.	l. 1. C. de apparitor. præf. urb.
l. 24. - - de operib. public.	l. 10. *C. Theod.* de palatin. S. largit.
l. 10. - - de scenicis.	l. 3. - - de religion.

Nota omnes leges Codicis Theodosiani & Justinianei, quæ hoc anno Gratiani nomen habent inscriptum, esse mendosas, quia Gratianus jam obierat.

14 1139 *Val.* 12 *Th.* 8 *Arc.* 4

386 Fl. Honorius N. P.	Evodius.
l. 2. *C. Theod.* qui bon. ex leg. Jul. ced. poss.	l. un. - - de honorator. vehicul.
l. 2. - - de fugitiv. colon. &c.	l. 2. - - de spectaculis.
l. 4. - - de proxim. comit. dispos.	l. 4. - - de fide catholica.
l. 5. - - de agentib. in reb.	l. 1. - - de his qui relig. contend.
l. 3. - - de princip. agent. in reb.	l. 3. C. de S. S. ecclesiis.
l. 11. - - de palatin. S. largit.	l. un. C. de his qui ad stat. confug.
l. 13. - - de privileg. eor. qui in s. al.	l. 7. & 8. C. de offic. rector. provinc.
l. 43. - - de curs. publ.	l. 14. C de religios. & sumptib. funer.
l. 18. - - de divers. offic.	l. un. C. si de moment. possess. fuer. app.
l. 3. 4. - - de exsecutorib. & exact.	l. 6. C. qui bonis ced. poss.
l. 16. - - de accusationib.	l. 4. C. ad leg. Jul. repetundar.
l. 6. - - de sepulchr. violat.	l. 9. C de annon. & tribut.
l. 6. - - ad leg. Jul. repetundar.	l. 39. C. de decurionib.
l. 9. - - de famos. libell.	l. 1. C. de prædiis decurion.
l. un. - - de his qui ad stat. confug.	l. 4. 8. 9. de susceptorib.
l. un. - - de petitorib. & desist.	l. un. C de honorator. vehicul.
l. 22. - - de annon. & tribut.	l. 3. C. de censib. & censitorib.
l. 13. - - de exactionib.	l. 7. & 8 C. de fund. patrimonialib.
l. 47. - - de appellationib.	l. 2. C. de fugitiv. colon patrimon.
l. un. - - si de moment. fuer. appell.	l. 1. C. de proxim. sacr. scrinior.
l. 111. - 115. - - de decurion.	l. 1. C. de principib. agent. in reb.
l. 1. - - de præd. & mancip. curial.	l. 2. & 3. C. de divers. offic. & apparitor. judic.
l. 20. 21. 22. - - de susceptorib. præposit. &c.	l. 1. *C. Theod.* de defensorib. civitat.
l. 2. - - de curatorib. Kalendar.	l. 5. C. de ædilit. actionib.
l. 11. - - de legat & decret. legation.	l. 2. *C. Theod.* de usuris.
l. 15. - - de lustral. conlat.	l. un. - - de ædilit. actionib.
l. 17. - - de naviculär.	l. 5. *C. Theod.* de sentent. ex peric. recit.
l. 2. - - de censorib. peræquator.	l. 4. C. de privileg. eor. q. in S. palat. milit.
- - - de decur. urb. Rom.	
l. 18. - - de pistorib. & catabolensib.	

15 1140 *Val.* 13 *Th.* 9 *Arc.* 5

387 Imp. Fl. Valentinianus Aug. III.	Eutropius.
l. 3. *C. Theod.* de domestic. & protect.	l. 13. & 14. *C. Theod.* de medic. & professor.
l. 4. - - de princip. agent. in reb.	l. 3. - - de itiner. muniend.
l. 19. - - de petit & ultr. dat.	l. 1. C. de domestic. & protectorib.
l. 3. - - ne conlat. translat. postul.	l. 2. C. ne rei domin. v. templ. vindic.
l. 48. - - de appellationib.	l. 40. 41. C. de decurionib.
l. 116. 117. 118. - - de decurion.	
l. 6. - - de aur. coronar.	

1 1141 *Val.* 14 *Th.* 10 *Arc.* 6

388 Imp. Fl. Theodosius A. II.	Cynegius.
l. 5. *C. Theod.* ad leg. Jul. de adulter.	l. 14. 15. 16. *C. Theod.* de hæreticis.
l. 2. - - de fabricensib.	l. 6. C. de Judæis & cœlicol.
l. 119. - - de decurionib.	l. 1. C. de fabricensib.
l. 6. & 7. - - de infirm. his quæ sub tyr.	l. un. *C. Theod.* de privat. carcer.
l. 2. - - de his qui relig. contend.	l. 2. - - de nuptiis.
	l. 6. C. de mod. multar.

2 1142 *Val.* 15 *Th.* 11 *Arc.* 7

389 Fl. Timasius.	Fl. Promotus.
l. 5. *C. Theod.* de denunt. v. edict. rescr.	l. 3. *C. Theod.* de decur. urb. Rom.
l. 2. - - de feriis.	l. 5. & 6. - - de suar. pecuar. &c.
l. 3. - - de tutorib. & curat. creand.	l. 9. - - de annon. civic.
l. 2. - - de testam. & codicill.	l. 25. - - de operib. public.
l. 4. - - de legitim. hered.	l. 4. & 5. - - de aquæductu.
l. 5. - - de proxim. comit. dispos.	l. 8. - - de infirm. his quæ sub tyr.
l. 16. & 17. - - de cohortal. princip.	l. 17. 18. 19. - - de hæreticis.
l. 49. - - de curs. publ.	l. 3. C. de offic. diversor. judic.
l. 5. - - ne quid publ. lætit. nunt.	l. 7. C. de feriis.
l. 11. - - de malefic. & mathemat.	l. 1. C. de tutorib. v. curator. illustr. v. clar. pers.
l. 9. - - de fals. monet.	l. 8. C. de serv. fugitiv.
l. 5. - - de quæstionib.	l. 9. C. de suis & legit. liber.
- - - tribut. in ips. specieb. inf.	l. 7. C. unde vi.
l. 49. - - de appellationib.	l. 9. C. de malefic. & mathemat.
l. 120. - - de decurionibus.	l. 24. ad leg. Corn. de fals.
l. 23. - - de susceptor. præpos. &c.	l. 10. C. de susceptor. præpos. & arcar.
l. un. - - de mancip.	

l. 1. C.

Ind:P.R.C:A.J:P.C.N.

l. 1. C. de curialib. urb. Rom.
l. 1. C. de suar. & suscept. vin.
l. 2. & 3. C. de aquæductu.
l. 2. C. de proxim. S. scrinior.
l. 7. C. de cohortal. princip. cornicul.
l. 3. *C. Theod.* unde vi.

3 1143 *Val.* 16 *Th.* 12 *Arc.* 8 — 390 Imp. Fl. Valentinianus Aug. IV. Neoterius.

l. 4. *C. Theod.* de exhibend. v. transmitt. reis.
l. 6. - - ad L. Jul. de adulter.
In legis hujus subscriptione Gothofredus edidit Neotherico.
l. 4. *C. Theod.* ad L. Jul. de vi publ. v. priv.
l. 7. - - ad L. Jul. repetundar.
l. 3. - - de thesauris.
l. 3. - - de fabricensib.
l. 18. - - de extraord. s. sord. muner.
l. 121. 122. - - de decurionib.
l. 18. & 19. - - de navicular.
l. 26. & 27. - - de operib. publ.
l. 27. & 28. - - de episcop. eccles. & cler.
l. 1. - - de monachis.
l. 9. C. de episcop. & cleric.
l. 2. C. quand. mulier tut. offic.
l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ.
l. 5. C. ad L. Jul. repetundar.
l. 2. C. de fabricens.
l. 4. *C. Theod.* de tutorib. & curat. creand.
l. 6. - - de agentib. in reb.
l. 7. - - de curiosis.
l. 12. - - de Palat. S. largit.
l. 15. - - de curs. publ.
l. 28. - - de operib. public.
l. 3. C. de exhibend. & transmitt. reis.
l. 17. *C. Theod.* de accusat. & inscript.
l. 15. C. de accusat. & inscript.
l. 13. C. de curs. publ.
l. 2. C. ubi senator. v. clariss.
l. 8. C. de incol. & ubi quis domicil.
l. 9. C. de offic. rector. provinc.

4 1144 *Val.* 17 *Th.* 13 *Arc.* 9 — 391 Tatianus. Qu. Aurelius Symmachus.

l. 2. *C. Theod.* de constitut. princ. & edict.
l. un. - - de patrib. qui fil. distrax.
l. 13. - - de re militar.
l. 2. - - ad L. Cornel. de sicar.
l. 5. - - sin. cens. v. reliq. fund.
l. 19. - - de extraord. s. sordid. mun.
l. un. - - de possess. ab eo qui bis provoc.
l. 11. - - de fid. test. & instrument.
l. 123. - - de decurionib.
l. 2. - - de privil. corpor. urb. Rom.
l. 20. - - de hæreticis.
l. 4. & 5. - - de apostatis.
l. 10. & 11. *C. Theod.* de pagan. sacrif. & templ.
l. 3. C. de apostatis.
l. 12. C. de jur. & fac. ignor.
l. 1. C. quand. lic. unicuique sin. judic. s. vind.
l. 14. C. de contrah. emption.
l. 14. C. de excusationib. muner.
l. 4. C. de naufragiis.
l. un. C. de privileg. corporat. urb. Rom.
l. 6. C. *Theod.* de contrah. empt.
l. 4. - - de naufrag.

Constitutiones VALENTINIANI II. THEODOSII & ARCADII die & consule carentes.

Lib. I. tit. 28. l. 4. tit. 31. l. 2. tit. 38. l. 1. Lib. V. tit. 5. l. 4. 5. Lib. X. tit. 16. l. 7. Lib. XI. tit. 52. l. 1. tit. 58. l. 8. tit. 59. l. 9. tit. 60. l. 1. tit. 63. l. 1. 2. tit. 66. l. 1. l. 67. l. 5. Lib. XII. tit. 24. l. 9.

Hujus Constitutionis referuntur interdum autores Theodosius pater, Arcadius & Honorius Filius AAA.

Tit. 38. l. 6.

Hic Gratianus pro Valentiniano aliquando legitur.

Tit. 40. l. 1. tit. 50. l. 4. 5. tit. 58. l. 7.

5 1145 *Th.* 14 *Arc.* 10 — 392 Imp. Fl. Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus.

Valentinianus periit Id. Maj. & Eugenius imperat occidenti ann. II. mens. IV. dies XIII.

l. 2. 3. *C. Theod.* de defensorib. civitat.
l. un. - - de fidejussorib. tot.
l. 51. - - de curs. public.
l. 2. - - de tractor. & statio.
l. 7. - - ad L. Jul. de adulter.
l. 1. - - de crimin. peculat.
l. 15. - - de pœnis.
l. 20. - - de petition. & ultr. dat.
l. 12. - - de metall. & metallar.
l. 8. - - de reparat. appellat.
l. 31. - - quor. appellat. n. recip.
l. 124 - 129. *C. Theod.* de decurion.
l. 12. & 13. *C. Theod.* de legat. & decret. legation.
l. 20. & 21. *C. Theod.* de naviculariis.
l. 10. *C. Theod.* de annon. civic.
l. 2. - - de monachis.
l. 3. - - de his qui relig. contend.
l. 8. - - de Judæis, cœlicol. & Samarit.
l. 12. - - de pagan. sacrif. & templ.
l. 5. & 6. C. de defensorib. civit.
l. 25. C. de procuratorib.
l. 8. C. de feriis.
l. 5. & 6. C. fin. regundor.
l. un. C. si secund. nupser. mul.
l. 33. C. ad L. Jul. de adulter.
l. 42. C. de decurionib.
l. 5. C. de legationib.
l. 5. C. de metallar. & metall.
l. 1. C. de annon. civilib.
l. 13. C. de dignitatib.
l. 14. C. de curs. public.
l. un. C. de tractator. & stat.
l. 7. *C. Theod.* de jurisdict.
l. 5. - - fin. regundor.
l. 2. C. de incol. & ub. quis domicil.
l. 128. *C. Theod.* de decurionib.
l. 21. - - de hæreticis.
l. 3. *C. Theod.* de fid. & jur. hast. fiscal.
l. 16. C. de rescind. vendit.

HONORIUS creatur Augustus. THEODOSIUS, ARCADIUS, HONORIUS.

6 1146 *Th.* 15 *Arc.* 11 *Hon.* 1 — 393 Imp. Fl. Theodos. Aug. III. Abundantius.

l. 3. *C. Theod.* de constit. princip. & edict.
l. un. - - de offic. judic. militar.
l. 4. - - de cognitor. & procurat.
l. un. - - de Carbon. edict.
l. 5. - - de liberal. caus.
l. 4. - - lib. VI. tit. 2.
l. 1. - - de prædiis senator.
l. 26. - - de prætorib. & quæstorib.
l. 5. - - de domestic. & protectorib.
l. 1. - - quis ingrat. præfer.
l. 18. 19. 20. *C. Theod.* de erogat. milit. annon.
l. 4. *C. Theod.* de metatis.
l. 3. - - de salg. hosp. non præbend.
l. 52. - - de curs. public.
l. 5. - - de revocand. donat.
l. un. - - si quis imperat. maledic.
l. 8. 9. - - ad L. Jul. de adulter.
l. 10. - - de fals. monet.
l. 11. 12. 13. *C. Theod.* de bonis proscriptor.
l. 13. & 14. *C. Theod.* de metall. & metallar.
l. 14. *C. Theod.* de exactionib.
l. un. - - de quadrimestr. brevib.
l. 50. 51. 52. *C. Theod.* de appellation.
l. 130 -- 138. *C. Theod.* de decurionib.
l. 15. *C. Theod.* de medic. & professor.
l. 22. & 23. *C. Theod.* de navicular.
l. 3. & 4. *C. Theod.* de censitor. peræquator. &c.
l. 11. & 12. - - de annon. civic.
l. 29. & 30. - - de operib. publ.
l. 11. - - de scenicis.
l. 19. - - de Jud. cœlic. & Samar.
l. 4. C. de offic. præf. prætor. orient.
l. 2. C. de tutor. v. curat. illustr.
l. 9. C. de operib. public.
l. un. C. si quis imperat. maledix.
l. 34. C. ad L. Jul. de adulter.
l. 3. C. de fals. monet.
l. 43. & 44. C. de decurionib.
l. 6. C. de metallar. & metall.
l. 4. & 5. C. de censib. & censitor.
l. 1. C. de metat. & epidemetic.
l. 7. C. de Judæis & cœlicol.
l. 1. C. de offic. militar. judic.
l. 2. C. de Carbonian. edict.
l. 23. *C. Theod.* de annon. & tribut.
l. 5. C. de exactorib. tribut.
l. 7. C. de erogation. milit. annon.
l. 1. C. de his qui a princ. vacat. acc.
l. 4. *C. Theod.* de constit. princip.
l. 5. - - de cognitor. & procurat.

7 1147 *Th.* 16 *A.* 12 *H.* 2 — 394 Imp. Fl. Arcad. Aug. III. Imp. Fl. Honorius Aug. II.

l. 2. *C. Theod.* si cert. petat. de suffrag.
l. 18. - - de cohort. princ. corn. &c.
l. 139. - - de decurionib.
l. 31. - - de operib. public.
l. 12. - - de scenicis.
l. 22. 23. 24. *C. Theod.* de hæreticis.
l. 14. - - de re militar.
l. un. C. de suffragio.
l. 10. C. de operib. public.
l. 4. C. de spectacul.
l. 9. C. de omni agro deserto.
l. 8. C. de erogat. milit. annon.

Cod. Theodos. hanc legem refert ad annum 396. vid. l. 23. C. Theod. de erogat. milit. annon.

Obitus Theodosii. ARCADIUS & HONORIUS, quorum ille Orienti, hic Occidenti præfuit.

8 1148 *Arc.* 13 & 1 *Hon.* 3 & 1 — 395 Anicius Hermogenianus Olybrius. Anicius Probinus.

l. 6. *C. Theod.* de cognitor. & procur.
l. 5. - - lib. VI. tit. 2.
l. 6. - - de domestic. & protector.
l. 7. - - de agentib. in reb.
l. 5. - - de princip. agent. in reb.
l. 8. - - de curiosis.
l. 13. - - de Palatin. S. largit.
l. 3. - - de commeatu.
l. un. - - de obligat. votor.
l. 53. & 54. *C. Theod.* de curs. public.
l. 5. 6. 7. *C. Theod.* de executorib. & exactionib.
l. 7. *C. Theod.* de matern. bon.
l. un. - - de greg. dominic.
l. 2. - - de incorporat.
l. 24. - - de annon. & tribut.
l. 20. - - de extraord. s. sordid. muneribus.
l. 3. - - de patrocin. vicor.
l. 2. - - de indulgent. debitor.
l. 53. & 54. - - de appellationib.
l. 140 -- 150. *Cod. Theod.* de decurionib.

Lex 140. *subscripta est Olybrio Probino Coss.*

l. 24. & 25. C. de navicular.
l. un. - - ne quid oner. publ. impon.
l. 32. & 33. *C. Theod.* de operib. publ.
l. 6. - - de aquæductu.
l. 9. 10. 11. 12. *C. Theod.* de infirm. his quæ sub tyr.
l. 29. *C. Theod.* de episcop. eccles. & cleric.
l. 25. 26. 27. 28. 29. *C. Theod.* de hæreticis.
l. 41. C. de transactionib.
l. 16. C. de jur. deliberand.
l. 2. C. de bon. matern.
l. 27. C. de appellation.
l. 3. C. quor. bonor.
l. 8. C. unde vi.
l. 11. C. de operib. publ.
l. 45. 46. 47. de decurionib.
l. 15. C. de excusat. muner.
l. un. C. ne quid oner. publ. impon.
l. 3. C. de aquæduct.
l. 3. C. de divers. præd. urban.
l. un. C. de greg. dominic.
l. 2. C. de princip. agent. in reb.
l. 4. C. de curios. & stationar.
l. un. C. de oblat. votor.
l. 15. C. de curs. public.
l. 1. & 2. C. de executorib. & exactoribus.
l. 8. *C. Theod.* de jurisdict. *

** Hæc lex Arcadii & Honorii data esse scribitur VIII. Id. Jan. Mediol. Olybrio & Probino Coss. At cum Theodosius ante XVII. Kal. Febr. iisdem Coss. obierit: nomen Theodosii eidem legi simul præfigendum est: vel certe in subscriptione τὸ Januarii mutandum in Junii, quorum mensium nomina sæpissime permutari a notariis observavi. Reines. epist.* 27. *ad Rupert. p.* 116.

l. 8. *C. Theod.* de pact. & transact.
l. un. - - quor. bonor.
l. 27. - - de prætor. & quæstor.
l. 13. - - de pagan. sacrif. & templ.
l. 2. - - si quis pecun. conflav.
l. un. C. de abigeis.

9 1149 *Arc.* 14 & 2 *Hon.* 4 & 2 — 396 Imp. Fl. Arcadius Aug. IV. Imp. Fl. Honorius Aug. III.

l. 8. *C. Theod.* de divers. rescript.
l. 7. - - de contrah. empt.
l. 3. - - de incest. nupt.
l. 4. - - de administ. & peric. tut.
l. un. - - unde liberi.
l. 3. - - de testament. & codicill.
l. 5. - - de legitim. heredib.
l. 2. & 3. - - de prædiis senator.
l. 28. 29. 30. - - de prætorib. & quæstorib.
l. 6. 7. 8. - - de proxim. comitib. disposit.
l. 9. & 10. - - de agentib. in reb.
l. 14. - - de palatin. S. largition.
l. 15. - - de re militar.
Add. l. 8. C. de erog. militar. annon.
l. 4. - - de militar. vest.
l. 9. - - de desertorib. & occult. eor.
l. 3. - - de testim. extribun. &c.
l. 19. - - de cohortal. princip. &c.
l. 55. & 56. - - de curs. public.
l. 1. - - de jur. liberor.
l. 18. - - de accusationib.
l. 9. - - de indulgent. crimin.
l. 14. 15. - - de bon. proscriptor.
l. 15. - - de jur. fisci.
l. 21. - - de petition. & ultr. dat.
l. 2. - - de collation. aëris.
l. 3. 4. - - de protostasia.
l. 55. & 56. - - de appellationib.
l. un. - - de dilationib. ex consens.
l. 32. - - quor. appellat. non recip.
l. 151. & 152. - - de decurionib.
l. 2. - - si curial. relict. civit. rus hab.
l. 5. & 6. - - de censitorib. peræquat.
Legem 5. Gothofredus refert ad a. 394.
l. 19. *C. Theod.* de pistor. & catabolens.
l. 13. - - de annon. civic. & pan. gradil.
l. 1. - - de Alexandr. pleb. primat.
l. 34. & 35. - - de operib. public.
l. 1. - - de majuma.
l. un. - - de usu sellar.
l. 30. 31. 32. - - de hæreticis.
l. 6. - - de apostatis.
l. 10. 11. - - de Judæis, cœlicol. &c.
l. 5. C. de episcopal. audient.
l. 3. C. de hæreticis.
l. 9. C. de Judæis & cœlicol.
l. 1. C. quand. libell. princ. dat.
l. 3. C. de advocat. diversor. judicior.
l. 11. C. de petition. hereditat.
l. 24. C. de administrat. tutor.
l. 28. C. de appellationib.
l. 8. C. quor. appellat. non recip.
l. 12. C. de operib. public.
l. 9. C. de bonis proscriptor.
l. un. C. de collat. æris.
l. un. C. si curial. relict. civit. rus habit. mal.
l. un. C. de majuma.
l. 2. C. de fund. & saltib. rei domin.
l. 3. C. de proxim. S. scrinior.
l. 3. C. de militar. vest.
l. 8. C. de cohortalib. princip.
l. 17. C. de testamentis.
l. 6. C. de incest. & inutilib. nupt.
l. 14. *C. Theod.* de pagan. sacrif. & templ.
l. 8. - - de agentib. in reb.
l. 4. - - unde vi.
l. 3. C. ne rei domin. v. templ. vind.
l. 12. *C. Theod.* de fid. test. & instrum.
l. 7. - - de censitor. peræquatorib.
l. 6. C. de cens. & censitor.
l. 24. C. de excusat. tutor. v. curator.
l. 2. *C. Theod.* de condit. in publ. horr.
l. 26. - - de navicular.
l. 4. C. de naviculariis.

10 1150 *Arc.* 15 & 3 *Hon.* 5 & 3 — 397 Clodius Hermogen. Cæs. Atticus.

l. 9. *C. Theod.* de jurisdict.
l. 3. - - de usuris.
l. 4. - - de testam. & codicill.
l. 5. - - unde vi.
l. 6. 7. 8. 9. - - lib. VI. tit. 2.
l. 4. - - de prædiis senator.
l. 31. 32. - - de prætorib. & quæstor.
l. 2. - - de comit. rei militar.
l. 9. 10. 11. - - de proxim. comitib. disposit.
l. 12. 13. 14. - - de tyronib.
l. 57. - - de curs. public.
l. 19. - - de divers. offic. & apparit.
l. 8. - - de iis quæ administ. v. offic. publ.
l. 3. - - ne præter. crim. majest. serv.
l. 3. - - ad L. Cornel. de sicar.
l. 1. - - ad L. Jul. de ambitu.
l. 2. - - de his q. ad eccles. confug.
l. 14. - - de jur. fisc.

Lex 14. *Cod. Theodos. de jur. fisci Impp. Grat. Valent. & Theodosio tributur & data tamen est* 16. *Kal. Jan. Cæsario & Attico Coss. anno Christi* 397. *atqui Gratianus ante anno IV. Theodosius ante biennium obierat, & Impp. tum Arcadius & Honorius,*

Ind: P.R. C: A.J: P.C.N.

Honorius, quorum tituli præfigendi propterea sunt. Reinesius epist. 27. ad Rupert.

l. 1. *C. Theod.* de superexactionibus.
l. 3. - - de condit. in publ. horr.
l. 21. & 22. *C. Theod.* de extraordinar. s. sord. munerib.
l. 153. 154. 155. *C. Theod.* de decurionibus.
l. 3. - - quemadm. muner. civil. indic.
l. 24. - - de susceptorib. præpos. &c.
l. un. - - de argent. pret. quod thesaur. inf.
l. 27. - - de navicular.
l. 6. - - de naufragiis.
l. 3. - - de privileg. corporat. urb. Rom.
l. 7. - - de suariis, pecuar. &c.
l. 1. - - de collegiatis.
l. 2. - - de habit. quo uti oport. int. urb.
l. un. - - quib. militant. ad urb. n. lic.
l. un. - - de camp. Martio urb. Rom.
l. 3. - - de canon. frum. urb. Rom.
l. 36. - - de operib. public.
l. 7. - - de aquæductu.
l. 3. - - de gladiatorib.
l. 30. - - de episcop. eccles. & cler.
l. 33. *C. Theod.* de hæreticis.
l. 12. & 13. *C. Theod.* de Judæis, cœlicol. & Samar.
l. 1. C. de his qui ad eccles. confug.
l. 1. C. de offic. Comit. S. Palat.
l. 5. C. de jurisdict. omn. judic.
l. 1. C. ubi quis decurial. v. cohortal.
l. 18. C. de testament.
l. 11. C. de acquir. & retin. possess.
l. 12. C. de sentent. & interlocut.
l. 2. C. si per vim v. al. mod.
l. 20. C. de his qui accusar. n. poss.
l. 5. C. ad L. Jul. majestat.
l. 3. C. de condit. in public. horr.
l. 48. & 52. C. de decurionib.
l. un. C. de arg. pret. quod thesaur. infert.
l. 2. C. de canon. frum. urb. Rom.
l. 4. C. de aquæductu.
l. 156. *C. Theod.* de decurion.

11 1151 *Arc.* 16 & 4 *Hon.* 6 & 4 — **398 Imp. Fl. Honorius Aug. IV. — Fl. Eutychianus.**

l. 9. *C. Theod.* de divers. rescript.

Nomen Theodosii in titulo hujus legis inducendum, quia Theodosius junior eo anno natus nondum erat & Honorius cum Arcadio imperabat.

l. 10. *C. Theod.* lib. VI. tit. 2.
l. 16. 17. - - de re militar.
l. 24. & 25. - - de erog. mil. annon.
l. 3. - - de pascuis.
l. un. - - de burgariis.
l. 12. - - de filiis mil. apparitor. &c.
l. 14. - - de numerar. actuar. &c.
l. 58. - - de curs. public.
l. 3. - - de calumniatorib.
l. 16. - - de pœnis.
l. 3. - - de his qui ad eccles. confug.
l. 2. - - de dom. ad rem priv. pertin.
l. un. - - q. conduct. rei priv. fidei exig.
l. 22. - - de petitionib. & ultr. dat.
l. 4. - - de fabricensib.
l. 25. - - de annon. & tribut.
l. 4. - - de conlation. fundor. patrim.
l. 57. - - de appellationib.
l. 157. - 160. - - de decurionib.
l. 8. - - de censor. & peræquator. &c.
l. 20. - - de pistorib. & catabolens.
l. 4. - - de canon. frument. urb. Rom.
l. un. - - de pretio panis Ostiens.
l. 37. 39. 40. - - de operib. publ.
l. 32. - - de episcop. eccles. & cler.
l. 34. - - de hæreticis.
l. 11. & 12. C. de episcop. & cleric.
l. 6. & 7. C. de episcop. audient.
l. 8. C. de Judæis & cœlicol.
l. 1. C. de stat. & imaginib.
l. 29. C. de appellationib.
l. 14. & 15. C. de operib. publ.
l. 10. C. de annon. & tribut.
l. 6. C. de exactorib. tributor.
l. 49. & 50. C. de decurion. & fil. eor.
l. 3. C. de fabricens.
l. 10. C. de omn. agr. desert.
l. 2. C. de pascuis publicis.
l. 9. C. de fund. patrimonialib.
l. 13. C. de re militari.
l. 9. C. de erogat. militar. annon.
l. 6. C. de numerar. actuar. &c.
l. 17. C. de curs. public.
l. 5. *C. Theod.* de metatis.
l. 13. C. de operib. public.
l. 4. C. de metat. & epidemetic.
l. 10. & 11. *C. Theod.* de jurisdict.
l. un. - - si secund. nupser. mul.
l. 7. - - ad SCt. Claudian.
l. 10. C. de erogat. milit. annon.
l. 38. *C. Theod.* de operib. public.
l. 31. - - de episc. eccles. & cler.
l. 10. C. de episcop. & cleric.

Subscriptio hæc consulatus tertii Honorii nunc legitur in notatis legibus: sed olim ibi legebatur Honorio IV. uti & esse debet. Hoc apparet, quod ita citentur in Gregorii I. Papæ epistolis.

l. 33. *C. Theod.* de episcop. eccl. & cleric.

12 1152 *Arc.* 17 & 5 *Hon.* 7 & 5 — **399 Eutropius. — Fl. Manlius Theodorus.**

Eutropii nomen ex fastis erasum ipseque in magistratu occisus est. Quæ causa, quod ejus nomen in plurimis legibus non appareat.

l. 7. C de dilationib.
l. 22. C. de pœnis.
l. 4. *C. Theod.* de dilationib.
l. 8. - - de contrah. empt.
l. un. - - de comitib. consistor.
l. 11. & 12. - - de agentib. in reb.
l. 6. - - de princip. agent. in reb.
l. 15. 16. 17. - - de palatin. S. largit.
l. 1. - - de excoct. & transl. annon.
l. un. - - de saturian. & subafrens.
l. 5. - - qui equor. usuf. concess.
l. 6. - - de quæstionib.
l. 17. & 18. - - de pœnis.
l. 16. - - de bon. proscriptor.
l. 16. - - de jur. fisc.
l. 26. - - de annon. & tribut.
l. 15. - - de exactionib.
l. 4. & 5. - - de patrocin. vicor.
l. 58. - - de appellationib.
l. 161. 164. 165. - - de decurionib.
l. 25. - - de susceptorib. præpos. &c.
l. 16. & 17. - - de lustral. conlation.
l. 28. - - de navicular.
l. 8. - - de prædiis navicular.
l. 1. - - de navib. n. excusand.
l. 9. - - de censitor. peræquator. &c.
l. 3. - - de habit. quo uti oport.
l. 5. & 6. - - de canon. frument. urb. Rom.
l. 8. - - de aquæductu.
l. 4. - - de itiner. muniend.
l. 2. - - de majuma.
l. 34. de episcop. eccles. & cler.
l. 35. & 36. - - de hæreticis.
l. 14. - - de Judæis, cœlicol. &c.
l. 15. 16. 17. 18. - - de pagan. sacrif. & templ.
l. 1. - - de religione.
l. 13. C. de episcop. & cleric.
l. 4. & 3. C. de pagan. & sacrif. & templ.
l. 17. C. de rescind. vendit.
l. 30. C. de appellationib.
l. 17. C. de quæstionib.
l. 51. C. de decurionib. & fil. eor.
l. 3. C. de præd. & omnib. reb. navic.
l. 3. C. de canon. frument. urb. Rom.
l. 1. C. de comitib. consistorian.
l. 1. C. de excoct. & translat. milit. annon.
l. 162. & 163. *C. Theod.* de decurion.
l. 3. - - de his q. ex publ. conlat. ill.
l. un. - - de centurionib.
l. 3. C. de his q. ex publ. collat. ill.
l. 10. C. de fund. patrimonialib.
l. 5. C. de collat. fundor. patrimonial.
l. 59. *C. Theod.* de appellationibus.

13 1153 *Arc.* 18 & 6 *Hon.* 8 & 6 — **400 Fl. Stilicho. — Aurelianus.**

l. 8. *C. Theod.* de metatis.
l. 59. 60. 61. - - de curs. publ.
l. 10. - - de indulgent. crim.
l. 5. - - de locat. fundor. jur. emphyt.
l. 27. & 28. - - & annon. & tribut.
l. 2. - - de superexactionib.
l. 3. - - de conlat. donatar. v. relev. poss.
l. 2. - - de discussorib.
l. 60. & 61. - - de appellationib.
l. 166. - - de decurionib.
l. 26. & 27. - - de susceptor. præpos. & arcar.
l. 1. 2. 3. - - de his qui condit. propr. reliq.
l. 18. - - de lustral. conlation.
l. 29. & 30. - - de navicular.
l. 11. - - de patron. horreor. portuens.
l. 9. - - de aquæduct.
l. 35. - - de episcop. eccl. & cler.
l. 37. - - de hæretic.
l. 14. C. de episcop. & cleric.
l. un. C. de his qui potent. nom. tit. præd.
l. un. C. ad L. Jul. de ambitu.
l. un. C. de superexactionib.
l. 2. C. de discussorib.
l. 11. & 12. de susceptorib. præpos. & arcar.
l. 5. C. de naviculariis.
l. 13. C. de agricol. & censit.
l. 11. C. de omni agro deserto.
l. 6. C. de fund. rei privat.
l. 14. C. de re militari.
l. 3. & 4. C. de metatis & epidemetic.
l. 18. C. de curs. publ.
l. 3. C. de lucris advocator.
l. 18. *C. Theod.* de re militar.
l. 6. & 7. - - de metatis.
l. 10. - - de desertor. & occultat. eor.
l. 12. - - de veteran.
l. 3. - - de concussionib. advocat.
l. 1. - - de assessorib. domest.
l. 2. - - ad l. Jul. de ambit.
l. un. - - de consularib.
l. un. - - utrum vi.
l. un. - - de his qui potentior. nom.

14 1154 *Arc.* 19 & 7 *Hon.* 9 & 7 — **401 Vincentius. — Fl. Fravitta.**

l. 12. *C. Theod.* de proxim. comitib. disposit.
l. 26. - - de erogat. milit. ann.
l. 63. *C. Theod.* de curs. publ.
l. 17. 18. *C. Theod.* de bonis proscriptor.
l. 28. - - de petitionib. & ultr. dat.
l. 1. - - de indictionib.
l. 16. - - de actionib.
l. 2. 3. - - de quor. conlat.
l. 3. - - de indulgent. debitor.
l. 41. - - de operib. public.
l. 11. C. de annon. & tribut.
l. 7. C. de exactionib. tributor.
l. 3. C. de tabular. scrib. logo-
graph. &c.
l. un. C. quib. ad conduct. prædior. fiscal.
l. 11. C. de erogat. militar. ann.
l. 6. *C. Theod.* de locat. fundor. jur. emphyteut.
l. 5. *C. Theod.* de tabular. logograph. &c.
l. 62. - - de curs. public.
l. 29. - - de annon. & tribut.
l. 11. *C. Theod.* de senator. & de glebal. &c.
l. 28. *C. Theod.* de susceptoribus præposit. & arcar.
l. 36. *C. Theod.* de episcop. & cleric.

15 1155 *Arc.* 20 & 8 *Hon.* 10 & 8 — **402 Imp. Fl. Arcadius Aug. V. — Imp. Fl. Honorius Aug. V.**

l. 15. *C. Theod.* de tironib.
l. 15. - - de annon. civic. & pan. gradil.

1 1156 *Arc.* 21 & 9 *Hon.* 11 & 9 — **403 Imp. Fl. Theodosius Aug. — Fl. Rumoridus.**

l. 13. *C. Theod.* de agentib. in reb.
l. 11 - 14. - - de desertor. & occultat. eor.
l. 64. - - de curs. publ.
l. 3. - - ad L. Jul. de ambit.
l. 29. - - de suscept. præpos. &c.
l. 19. - - de lustral. conlat.
l. 21. - - de pistorib. & catabolens.
l. 2. C. de desertorib. & occult. eor.
l. 19. C. de curs. publ.
l. 10. C. de Judæis & cœlicol.
l. 2. C. quand. lic. unicuique sin. judic.

2 1157 *Arc.* 22 & 10 *Hon.* 12 & 10 — **404 Imp. Fl. Honorius Aug. VI. — Aristænetus.**

l. 14. *C. Theod.* de agentib. in reb.
l. 2. - - de exact. & transl. annon.
l. 65. - - de curs. public.
l. 5. - - de fabricensib.
l. 4. - - de decur. urb. Rom.
l. 42. - - de operib. public.
l. 4. 5. 6. - - de his q. relig. contend.
l. 15. 17. - - de Judæis, cœlicol. &c.
l. 4. C. de assessorib. & domestic.
l. 15. C. de episcop. & cleric.
l. 2. C. de decurial. urb. Rom.
l. 1. C. de agentib. in reb.
l. 2. C. de excoct. & transl. mil. annon.
l. 31. *C. Th.* de navicular.
l. 37. - - de episcop. eccles. & cler.
l. 16. - - de Judæis & cœlicol.

3 1158 *Arc.* 23 & 11 *Hon.* 13 & 11 — **405 Fl. Stilicho II. — Anthemius.**

l. 18. *C. Theod.* de Palat. S. largit.
l. 1. - - ne quis in Palat. man.
l. 19. - - de bon. proscript.
l. 24. - - de petit. & ultr. dat.
l. 62. 63. - - de appellat.
l. 43. - - de operib. publ.
l. 38. 39. - - de hæretic.
l. 2. C. de naturalib. liber.
l. 9. C. de Palatin. S. largition.
l. 5. C. de offic. præf. prætor. orient.
l. 7. C. de defensorib. civitat.
l. 19. C. de nuptiis. *

* *De hac lege extat Sirmondi disquisitio in libro cui titulum dedit, quæstio triplex. ibi examinat Contii & Brissonii opiniones de illa, & observat dici his Coss. datam illam ad Eutychianum præfectum prætorio, quum tamen eo anno Anthemius ipse esset præf. prætorio, & in antiqq. codd. eam legem non extare, sed videri a Triboniano fabricatam, qui alia tam multa in legibus omnium consensu interpolarit, nec esse relatam illam in Codicem Theodosianum, in quem relatæ sunt leges Arcadii & Honorii, atque ita relatæ, ut quæ in eo non sint, falsitatis nota damnentur ex novella prima Theodosii.*

l. un. *C. Theod.* de mensorib.
l. 3. 4. - - ne S. baptism. iteret.
l. 2. - - de religion.
l. 2. de episcopal. judic.
l. 4. *C. Theod.* de usuris.
l. 24. C. de agricol. & censit.
l. un. C. de mensorib.
l. 5. *C. Th.* ne S. baptism. iteret.

4 1159 *Arc.* 24 & 12 *Hon.* 14 & 12 — **406 Imp. Fl. Arcadius Aug. VI. — Anicius Probus.**

l. 6. *C. Theod.* de nuntiat. vel edit. rescr.
l. 27. 28. de erogat. militar. annon.
l. 1. - - ne comit. & trib. lavacr. pr.
l. 16. & 17. - - de tyronib.
l. 15. - - de desertor. & occultat. eor.
l. 10. - - de famos. libell.
l. 13. - - de murilegulis.
l. un. - - de privileg. dom. Aug.
l. 30. - - de annon. & tribut.
l. 33. - - quor. appell. non recip.
l. 167. - - de decurionib.
l. 10. - - de censitorib. peræquatorib.
l. 44. 45. 46. - - de operib. publ.
l. un. C. ne rei milit. comit. vel trib.
l. 4. C. de interdict.
l. 9. C. de ædific. privat.
l. 10. C. de murilegulis.
l. 12. C. de erogat. militar. annon.
l. 16. C. de operib. publ.
l. 1. C. de navib. non excus.
l. 2. *C. Theod.* de navib. non excus.
l. 3. C. de desertor. & occultator. eor.

5 1160 *Arc* 25 & 13 *Hon.* 15 & 13 — **407 Imp. Fl. Honorius A. VII. — Imp. Fl. Theod. junior Aug. II.**

l. 13. 14. *C. Theod.* de proxim. comit. disposit.
l. 29. - - de erogat. milit. annon.
l. 2. - - ne quis in palat. man.
l. 20. - - de cohortalib. princip. &c.
l. 66. - - de curs. public.
l. 8. - - de bon. matern.
l. 4. - - de immunit. concess.
l. 5. - - de decur. urb. Rom.
l. 38. - - de episcop. eccles. & cleric.
l. 40. 41. - - de hæreticis.
l. 4. C. de hæreticis.
l. un. C. de offic. com. S. largition.
l. 2. C. ne lic. potentiorib. patroc. litig.
l. 4. C. de proxim. S. scrinior.
l. 20. C. de curs. public.
l. 10. C. de cohortalib. princip. &c.
l. 1. - - de terr. limitan.
l. 18. - - de tyronib.
l. 17. de jur. delib.

Constitutiones ARCADII & HONORII, quæ die & consule carent.

Lib. IV. tit. 40. l. 3. tit. 61. l. 10. 11. Lib. X. tit. 16. l. 9. 10. tit. 19. l. 6. tit. 31. l. 49. 50. 51. tit. 47. l. 16. tit. 70. l. 13. Lib. XI. tit. 3. l. 1. tit. 13. l. 2. tit. 16. l. 2. tit. 22. l. 2. tit. 47. l. 11. 12. 13. tit. 49. l. 2. tit. 51. l. 1. tit. 58. l. 11. tit. 60. l. 2. tit. 61. l. 9. 10. tit. 64. l. 5. tit. 69. l. 4. tit. 73. l. 1. 2. 3. tit. 74. l. 2. tit. 77. l. 1. Lib. XII. tit. 2. l. 1. 2. tit. 5. l. 1. tit. 19. l. 4. tit. 23. l. 2. tit. 24. l. 11. tit. 25. l. 1. tit. 61. l. 1.

Moritur

Ind:P.R.C:A.J:P.C.N.

Moritur Arcadius 1. Kal. Maj. HONORIUS & THEODOSIUS JUNIOR.

6 | 1161 | Hon. 16 & 14 Th. 7 & 1 | 408 Annicius Baſſus. — Fl. Philippus.

l. 7. *C. Theod.* de off. rector. provinc.	l. 30. - - de ſuſceptor. præpoſ. &c.
l. 1. - - de off. judic. civil.	l. 14. - - de legat. & decret. legat.
l. 19. - - de palatin. ſ. largit.	l. 8. - - de ſicar. pecuar. &c.
l. 19. - - de tyronibus.	l. 15. - - de annon. civic. & pan. grad.
l. 1. - - de litor. & itiner. cuſtod.	l. 39. - - de epiſc. eccleſ. & cleric.
l. 4. - - de teſtimon. extribun. &c.	l. 42. 43. 44. 45. - - de hæretic.
l. 7. de quæſtionib.	l. 18. - - de Judæis, cœlicol. &c.
l. 19. 20. - - de pœnis.	l. 19. - - de pagan. ſacrif. & templ.
l. 20. 21. 22. - - de bon. proſcriptor.	l. 8. C. de epiſcopal. audient.
l. 25. - - de petit. & ultr. dat.	l. 11. C. de Judæis & cœlicol.
l. 17. - de exactionib.	l. 11. C. de offic. rector. prov.
l. 4. - - de equor. conlat.	l. 1. C. de offic. civil. judic.
l. 4. - - de indulgent. debitor.	l. 1. C. ut nemo privat. titul. *

* *Rubenius pag. 87. in vit. Theod. hanc legem refert ad annum 431. arg. inſcriptionis & l. 36. C. Theod. de annon. Gothofredus etiam in chronologia legum Codicis Theodoſiani hanc legem ad hunc annum refert.*

l. 10. C. de feriis. Confer. *Petitus in comment. ad leges Atticas p. 53.*	l. 1. C. de quib. muner. v. præſt. nem. lic. excuſ.
l. 16. C. ſi cert. pet.	l. 13. C. de ſuſceptorib. præpoſ. &c.
l. 2. C. de canon. largition. titulor.	l. 2. C. de ſuar. ſuſcept. vin. &c.
	l. 3. C. de tyronib.

7 | 1162 | Hon. 17 & 15 Th. 8 & 2 | 409 Imp. Fl. Honor. Aug. VIII. — Imp. Fl. Theod. jun. Aug. III.

l. 7. *C. Theod.* de denunciat.	l. 16. C. de epiſcop. & cleric.
l. 3. - - de feriis.	l. 9. 10. 11. de epiſcop. audient.
l. un. - - ſi nupt. ex reſcript. pet.	l. 12. C. de Jud. cœlic. &c.
l. 2. - - de poſtlim.	l. 2. C. de offic. civil. Judic.
l. 2. - - quis in grad. præferat.	l. 8. 9. C. de defenſ. civitat.
l. 30. 31. - - de erogat. mil. annon.	l. 1. C. ſi nupt. ex reſcr. pet.
l. 9. - - de metatis.	l. 11. C. ſolut. matrim.
l. 13. - - de veteranis.	l. un. C. ſi dos conſtant. matrim. ſolut. fuer.
l. 8. - - de executorib. & exactorib.	l. 13. C. q. dar. tutor. v. cur. poſſ.
l. 5. - - de exhib. v. transmitt. reis.	l. 17. C. de operib. public.
l. 12. - - de maleficis & mathemat.	l. 20. C. de poſtlim. reverſ.
l. un. - - de paſtorib. dent. fil. nutr.	l. 1. C. de Nili aggerib. non rumpend.
l. un. - - de Nil. agger. n. corrump.	l. 2. C. ut intr. cert. temp. crimin. quæſt. term.
l. 2. - - ut intr. ann. crim. q. term.	l. un. C. de aur. publ. perſecut.
l. 4. - - de abolitionib.	l. un. C. de Irenarch.
l. 18. - - de exactionib.	l. 6. 7. de navicular.
l. 5. - - de ſuperexactionib.	l. 6. C. de naufragiis.
l. un. - - q. a præb. tiron. & equor. exc.	l. 5. C. de ſpectacul.
l. 4. - - ne conlat. translat. poſtulet.	l. 11. C. de fund. patrimonialib.
l. 5. - - de indulgent. debitor.	l. 13. C. de erogat. milit. annon.
l. 168. 169. 170. 171. *C. Theod.* de decurionib.	l. 12. C. de his q. vi metusv. cauſ.
l. un. *C. Theod.* de aur. publ. profec.	l. 13. C. de Judæis & cœlicol.
l. un. - - de hirenarchis.	l. 13. *C. Theod.* de fid. teſtament. & inſtrum.
l. 32. 33. - - de naviculariis.	l. 11. C. de teſtibus.
l. 11. - - de cenſitor. peræquat. &c.	l. 7. *C. Theod.* de cuſtod. reor.
l. 6. - - de frument. urb. Conſtantin.	l. 46. - - de hæreticis.
l. 47. - - de operib. publ.	l. 4. C. de SS. eccleſiis.
l. 3. - - de ſpectacul.	l. 6. *C. Theod.* de exhibend. v. transmitt. reis.
l. 2. - - de expenſ. ludor.	
l. 47. - - de hæreticis.	
l. 19. - - de Judæis, cœlicol. &c.	

8 | 1163 | Hon. 18 & 16 Th. 9 & 3 | 410 Fl. Varana. — Tertullus.

l. 11. 12. *C. Theod.* de indulg. crimin.

Videatur de his legibus Pagius in Crit. annal. Baron. ad hunc annum, ubi Gothofredum refutat, oſtenditque, Romam anno præcedenti prædæ datam.

l. 5. *C. Theod.* ne conl. transl. poſtul.	l. 7. *C. Theod.* de princ. agent. in reb.
l. 6. - - de indulgent. debitor.	l. 20. - - de tyronib.
l. 172. 173. - - de decurionib.	l. 2. - - de litor. & itiner. cuſtod.
l. 34. - - de naviculariis.	l. 21. - - de cohortal. princip. &c.
l. 2. C. de infirmand. pœn. cœlibat.	l. 2. 3. - - de jur. liberor.
l. 1. C. de jur. lib.	l. 20. - - de luſtral. conlat.
l. 1. C. de apoch. public.	l. 48. 49. 50. 51. *C. Theod.* de hæret.
l. 8. C. de navicul.	l. 15. *C. Theod.* de proxim. comil. diſpoſ.
l. 3. C. de princip. agent. in reb.	

9 | 1164 | Hon. 19 & 17 T. 10 & 4 | 411 Imp. Theodoſius junior Aug. IV.

l. 48. *C. Theod.* de operib. public.

Gothofredus ad hunc annum etiam l. un. de luſoriis Danuvii (de qua vide ad ann. 412. & l. ult. de decurion. ab a. 401) huc retrahit.

10 | 1165 | Hon. 20 & 18 Th. 11 & 5 | 412 Imp. Fl. Honorius Aug. IX. — Imp. Fl. Theodoſius Junior Aug. V.

l. 10. *C. Theod.* de diverſ. reſcript.	l. 31. - - de ſuſceptorib. præpoſ. &c.
l. 2. - - de expoſit.	l. 35. 36. 37. de naviculariis.
l. un. - - de comitib. vacantib.	l. 6. - - de naufragiis.
l. 9. 10. - - de curioſis.	l. 12. - - de cenſitorib. peræquat. &c.
l. 17. - - de deſertorib. & occultat. eor.	l. 2. - - de collegiat.
l. 22. 23. 24. 25. *C. Theod.* de cohortalib. princip. cornicul.	l. 1. - - de frument. Alexandr.
l. 4. - - de concuſſionib. advocator.	l. 49. 50. - - de operib. public.
l. 4. - - de jur. liberor.	l. 5. - - de itiner. muniend.
l. 21. *C. Theod.* de pœnis. *Hanc legem Gothofredus recte refert ad ann. 413. & mutat ſubſcriptionem.*	l. 13. - - de infirmand. his qui ſub tyr.
l. 6. *C. Theod.* de fabricenſib.	l. 40. 41. - - de epiſcop. eccleſ. & cler.
l. 32. - - de annon. & tribut.	l. 52. 53. - - de hæreticis.
l. 19. 20. 21. de exactionib.	l. 20. 21. - - de Judæis &c.
l. 23. - - de extraord. ſiv. ſord. munerib.	l. 5. C. de SS. eccleſ.
l. 64. - - de appellat.	l. 14. C. de Judæis.
l. 174. 175. - - de decurionib.	l. 12. C. de offic. rector. provinc.
	l. 53. C. de decurionib.
	l. 16. C. de excuſat. muner.
	l. 24. C. de ſuſc. præpoſ. & arcar.
l. 5. C. de naufrag.	l. 12. C. de omn. agr. deſert.
l. 4. C. de fabricenſib.	l. 15. *C. Theod.* de agentib. in reb.
l. 1. C. de frument. Alexandrin.	l. 32. - - de erogat. milit. ann.
l. 3. *C. Theod.* de ſecund. nupt.	l. 4. *C. Theod.* de privileg. corporat. Urb. Rom.
l. 1. - - de annon. & tribut.	l. 1. *C. Theod.* de luſoriis Danuvii.
l. 2. C. de immunit. nemin. conced.	

11 | 1166 | Hon. 21 & 19 Th. 12 & 6 | 413 Lucius. — Heraclianus.

Heracliani nomen poſtea ex faſtis eraſum eſt. l. 13. C. Theod. de infirmand. his quæ ſub tyrann.

l. un. *C. Theod.* de comitib. & tribun. Scholar.	l. 6. C. de juriſdict. omn. judic.
l. 3. *C. Theod.* de comit. rei militar.	l. 18. C. de operib. public.
l. un. - - de comit. qui in luſtr. agent. adſid.	l. un. C. de comitib. & tribun. ſcholar.
l. un. - - de comit. & arch. S. Palat.	l. 2. C. de comitib. rei militar.
l. un. - - de comit. qui provinc. reg.	l. un. C. de comitib. & archiatr. S. Palat.
l. un. - - de comit. ord. prim. art. diverſ.	l. un. C. de comitib. qu. provinc. reg.
l. 16. - - de proxim. comitib. diſpoſit.	l. 5. C. de proxim. S. ſcrinior.
l. 16. - - de agentib. in reb.	l. 20. *C. Theod.* de palat. ſacr. largit.
l. 7. - - de indulgent. debitor.	l. 10. - - de metatis.
l. 177. - - de decurionib.	l. 16. - - de deſertorib. & occult. eor.
l. un. - - de pretio piſcis.	l. 176. - - de decurionib.
l. 51. - - de operibus publ.	l. 13. - - de ſcenicis.
l. 6. 7. - - ne ſanct. baptiſm. iter.	l. 5. C. de metatis &c.
l. 2. C. ne ſanct. baptiſm. iteret.	l. 6. *C. Theod.* de inoff. teſtam.
	l. 19. C. de teſtament.
	l. 10. C. de palatin. S. largit.
	l. 3. de commeatu.

12 | 1167 | Hon. 22 & 20 Th. 13 & 7 | 414 Fl. Conſtantius. — Fl. Conſtans.

l. 6. *C. Theod.* unde vi.	l. 6. C. de re judicat.
l. 12. - - lib. VI. tit. 2.	l. 23. C. de pœnis.
l. 11. - - de curioſis.	l. 11. C. de profeſſor. & medic.
l. 33. 34. - - de erogat. milit. annon.	l. un. C. de venation. ferar.
l. 11. 12. - - de metatis.	l. 14. C. de erogat. militar. ann.
l. 22. - - de pœnis.	l. 6. C. de metatis.
l. 8. 9. - - de indulgent. debitor.	l. 8. C. quæ res pignor. obl. poſſ.
l. 16. 17. - - de medic. & profeſſorib.	l. 13. C. de omn. agr. deſert.
l. 38. *C. Theod.* de naviculariis.	l. 2. C. de offic. Comit. S. palat.
l. 1. - - de venation. ferar.	l. 3. C. q. legitim. perſ. ſtand. in judic.
l. 54. 55. - - de hæreticis.	l. 2. C. de his q. ad eccleſ. confug.
	l. 8. C. de in integr. reſtit. minor.

13 | 1168 | Hon. 23 & 21 Th. 14 & 8 | 415 Imp. Fl. Honorius Aug. X. — Imp. Fl. Theodoſ. junior Aug. VI.

l. 9. *C. Theod.* de contrah. empt.	l. 3. - - ne Chriſt. mancip. Jud. hab.
l. 4. - - de inceſt. nupt.	l. 20. - - de pagan. ſacrif. &c.
l. 17. - - de agentib. in reb.	l. 5. C. de paganis.
l. 12. - - de curioſis.	l. 13. C. quod cum eo q. in al. poteſt.
l. 4. 5. - - de paſcuis.	l. 13. C. de exceptionib. ſ. præſcript.
l. 15. - - de numerar. actuar. ſcriniar.	l. 9. C. ad l. Jul. de vi public.
l. 26. - - de cohortalib. princip. &c.	l. un. C. de crimin. peculat.
l. 20. - - de diverſ. offic. & apparitor.	l. 14. C. de omn. agr. deſert.
l. 8. - - de donationib.	l. 3. C. de paſcuis public.
l. 2. - - de crimin. peculat.	l. 1. C. de ſilentiariis &c.
l. 26. 27. - - de petit. & ultr. dat.	l. 2. C. de agentib. in reb.
l. 6. - - de patrocin. vicor.	l. 11. C. de cohortalib. princip. &c.
l. 10. - - de indulgent. debitor.	l. 5. C. de diverſ. offic. & apparitorib.
l. 65. - - de appellationib.	l. 5. C. de aſſeſſorib. & domeſt.
l. 178. 179. - - de decurionib.	l. 1. *C. Theod.* de decurionib. & ſilentiar.
l. 56. 57. 58. - - de hæreticis.	
l. 22. - - de Judæis &c.	

14 | 1169 | Hon. 24 & 22 Th. 15 & 9 | 416 Imp. Fl. Theodoſius junior Aug. VII. — Junius Quartus Palladius.

l. 8. 9. *C. Theod.* de domeſtic. & protect.	l. 15. - - de legat. & decret. legation.
l. un. *C. Theod.* de præpoſit. lab.	l. 13. - - de cenſitor. peræquator.
l. 17. - - de proxim. comit. diſpoſit.	l. 4. - - de habit. quo ut. oport. intr. urb.
l. 18. - - de agentib. in reb.	l. 14. - - de infirmand. his qui ſub tyrann.
l. 21. - - de Palatin. S. largit.	l. 42. - - de epiſc. eccleſ. & cler.
l. un. - - de decanis.	l. 23. - - de Judæis.
l. 4. - - de ſalgam. hoſpit. n. præb.	l. 21. - - de paganis.
l. 21. - - de tironib.	l. 17. C. de epiſcop. & cleric.
l. 9. - - de executor. & exact.	l. 6. C. de precib. imperat. offerend.
l. 4. - - ad l. Jul. de ambit.	l. 2. C. de offic. militar. judic.
l. 23. - - de pœnis.	l. 20. C. de teſtament.
l. 2. - - de indictionib.	l. 24. C. de pœnis.
l. 11. - - de indulgent. debitor.	l. 1. C. de indictionib.
l. 6. - - de relationib.	l. 6. C. de legationib.
l. 147. 180. 181. 182. *C. Theod.* de decurionib.	

Ind. *P.R.* *C.A.J.* *P.C.N.*

l. 1. C. de frument. urb. Conſtantinop.
l. un. C. de præpoſit. labor.
l. 6. C. de proxim. S. ſcrinior.
l. 11. C. de palatin. S. largition.
l. 1. C. de decanis.
l. 3. C. de executorib. & exactorib.
l. 54. C. de decurionib.
l. 1. *C. Theod.* de caſtrenſian.
l. 1. C. de caſtrenſian. & miniſterian.
l. 5. *C. Theod.* de teſtament. & codicill.
l. 2. *C. Theod.* de frum. urb. Conſtantinop.

15 | 1170 | *Hon.* 25 & 23 *Th.* 16 & 10 | 417 Imp. Fl. Honorius Aug. XI. — Fl. Conſtantius II.

l. 13. *C. Theod.* lib. VI. tit. 2.
l. 19. - - de agentib. in reb.
l. 2. - - ne comit. & trib. lavacr. præſt.
l. 16. - - de numerar. actuar. &c.
l. 9. - - de donationib.
l. 7. - - de locat. fundor. jur. emphyt.
l. 9. - - de præd. naviculario r.
l. 14. 15. 16. - - de cenſitorib. peræquator. &c.
l. 22. - - de piſtorib. & catabolenſi.
l. 9. - - de ſuar. pecuar. &c.
l. 2. - - de venation. ferar.
l. 4. - - ne Chriſtian. mancip. Jud. hab.
l. 6. C. de aſſeſſorib. & domeſtic.
l. 28. C. de donationib.
l. un. C. de venation. ferar.
l. 15. C. de omn. agr. deſert.
l. 7. C. de cenſib. & cenſitor. &c.
l. 1. C. ne Chriſtian. mancip. Jud. v. hæretic. &c.
l. 2. C. de apparitor. præf. urb.

1 | 1171 | *Hon.* 26 & 24 *Th.* 17 & 11 | 418 Imp. Fl. Honorius Aug. XII. — Imp. Fl. Theodoſius junior. Aug. VIII.

l. 3. *C. Theod.* de incorporat.
l. 28. - - de petitionib. & ultr. dat.
l. 12. - - de indulgent. debitor.
l. 183. - - de decurionib.
l. 21. - - de luſtral. conlation.
l. 24. - - de Judæis.
l. 15. C. de Judæis.
l. 6. *C. Theod.* de teſtament. & codicill.
l. 18. C. de Epiſcop. & cleric.
l. 43. *C. Theod.* de epiſcop. eccleſ. & cler.

2 | 1172 | *Hon.* 27 & 25 *Th.* 18 & 12 | 419 Monaxius. — Plinta.

l. 22. *C. Theod.* de Palatin. S. largit.
l. 24. - - de pœnis.
l. 66. - - de appellationib.
l. 10. - - de ſuar. pecuar. &c.
l. 25. C. de pœnis.
l. 5. *C. Theod.* de calc. coctorib. urb. Rom.
l. 16. C. de agricol. & cenſit.
l. un. *C. Theod.* de inquilin. & colon.

3 | 1173 | *Hon.* 28 & 26 *Th.* 19 & 13 | 420 Imp. Fl. Theodoſius jun. Aug. IX. — Fl. Conſtantius III.

l. 3. *C. Th.* de litor. & itin. cuſtod.
l. un. C. de litor. & itiner. cuſtod.
l. 3. *C. Theod.* de rapt. v. matrimon. ſanctim.
l. 17. *C. Theod.* de jur. fiſc.
l. 9. C. de jur. fiſc.
l. 44. *C. Theod.* de epiſcop. eccleſ. & cleric.
l. 19. C. de epiſcop. & cleric.
l. 6. *C. Theod.* de legitim. hered.
l. 10. C. de ædific. privat.

4 | 1174 | *Hon.* 29 & 27 *Th.* 20 & 14 | 421 Euſtachius. — Agricola.

l. 23. *C. Theod.* de bon. proſcriptor.
l. 30. - - de petit. & ultr. dat.
l. 45. - - de epiſcop. eccleſ. &c.
l. 6. C. de SS. eccleſiis.
l. 10. C. de jur. fiſc.
l. 4. C. de bonis vacantib.
l. 1. C. de privileg. urb. Conſtantinopol.
l. 29. *C. Theod.* de petit. & ultro dat.
l. un. *C. Theod.* ſi cert. petat. de chirog.
l. 2. *C. Theod.* de repudiis.
l. 1. *C. Theod.* de quinquenn. præſcript.
l. 35. C. ad l. Jul. de adulter.
l. 3. C. de requirend. reis.

5 | 1175 | *Hon.* 30 & 28 *Th.* 21 & 15 | 422 Imp. Honorius Aug. XIII. — Imp. Fl. Theodoſius junior Aug. X.

l. 2. *C. Theod.* de aſſeſſorib. domeſt. &c.
l. 3. - - de poſtuland.
l. un. - - de actionib. ad potent. translat.
l. un. - - de pecun. ſequeſtr. prohib.
l. 2. - - de pignorib.
l. un. - - de juſſu.
l. un. - - de peculio.
l. 7. - - de ſponſalib.
l. un. - - de præpoſit. S. cubicul.
l. 23. - - de Palatin. S. largit.
l. 2. - - de caſtrenſianis.
l. 13. - - de metatis.
l. 27. - - de cohortalib. princip. &c.
l. 10. - - de executorib. & exactorib.
l. 31. - - de petitionib. & ultr. dat.
l. 13. - - de indulgent. debitor.
l. 7. C. de aſſeſſorib. & domeſtic.
l. 4. C. de advocat. diverſ. judicior.
l. un. C. de prohibit. ſequeſtr. pecun.
l. 4. C. de ſponſalib.
l. 4. C. de ſecund. nupt.
l. 8. C. ſi alien. res pignor. dat. ſit.
l. 17. C. de agricol. & cenſit.
l. 1. C. de præpoſit. S. cubicul.
l. 2. C. de caſtrenſian. & miniſterian.
l. 7. C. de metatis &c.
l. 4. C. de executorib. & exactorib.
l. 3. *C. Theod.* de dotib.

6 | 1176 | *Hon.* 31 & 29 *Th.* 22 & 16 | 423 Aſclepiodotus. — Fl. Avitus Marinianus.

Moritur die XVIII. Kal. Sept. Honor.

l. 3. *C. Theod.* de aſſeſſorib. domeſt. &c.
l. 12. - - de juriſdict.
l. un. - - de rei vindicat.
l. 2. - - de fructib. & lit. expenſ.
l. 2. - - de decurion. & ſilentiar.
l. 14. - - de privileg. eor. q. in S. palat.
l. 35. - - de erogat. militar. annon.
l. 5. - - de militar. veſt.
l. 2. - - de terr. limitan.
l. 28. - - de cohortalib. princ.
l. 19. - - de accuſationib.
l. 4. - - ne præt. crim. majeſtat. ſerv.
l. 4. - - de conlation. donatar.
l. 14. - - de indulgent. debitor.
l. 67. - - de appellationibus.
l. 9. - - de reparationibus appellat.
l. 184. - - de decurionib.
l. 2. - - de præd. & mancip. curial.
l. 10. - - de præd. navicular.
l. 6. - - de itiner. muniend.
l. 59. 60. 61. - - de hæreticis.
l. 25. 26. 27. - - de Judæis.
l. 5. - - ne Chriſt. mancip. Judæus hab.
l. 22. 23. 24. - - de pagan. ſacrific. & templ.
l. 7. C. de SS. eccleſ.
l. 6. C. de pagan. & ſacrif.
l. 8. C. de adſeſſorib. & domeſt.
l. 3. C. de fructib. & lit. expenſ.
l. 11. C. de ædific. privat.
l. 10. C. de calumniatorib.
l. 4. C. de privileg. dom. Aug.
l. 15. C. de erogat. milit. annon.
l. 4. C. de militar. veſt.
l. 12. C. de teſtib.
l. 3. C. de libert. & eor. liber.
l. 2. C. de his q. latron. &c. occultav.
l. 2. *C. Theod.* de libert. & eor. liber.
l. 31. C. de appellationib.
l. 17. C. de accuſationib.
l. 2. C. de fund. limitroph.
l. 21. C. de his q. accuſ. n. poſſ.

Conſtitutiones HONORII & THEODOSII, quæ die & Conſule deſtituuntur.

Lib. I. tit. 3. l. 16. usque ad 20. tit. 29. l. 2. tit. 36. l. 1. Lib. IV. tit. 40. l. 4. tit. 61. l. 12. tit. 63. l. 3. 4. 5. 6. Lib. V. tit. 4. l. 20. tit. 9. l. 4. Lib. VIII. t. 12. l. 18. Lib. X. tit. 5. l. 2. tit. 22. l. 1. tit. 25. l. 2. Lib. XI. tit. 5. l. 6. tit. 20. l. 1. tit. 47. l. 15. 16. 17. tit. 58. l. 13. 14. 15. 16. tit. 59. l. 2. tit. 60. l. 3. tit. 61. l. 11. tit. 63. l. 3. tit. 70. l. 3. & 4. tit. 74. l. 3. & 4. Lib. XII. tit. 1. l. 17. tit. 11. l. 1. tit. 15. l. 1. tit. 16. l. 1. 2. tit. 19. l. 5. tit. 30. l. 2. tit. 40. l. 4. tit. 41. l. 5. tit. 45. l. 1. tit. 47. l. 4. tit. 51. l. 4. tit. 58. l. 6. tit. 60. l. 5.

THEODOSIUS ſolus.

7 | 1177 | *Th.* 23 & 17 | 424 Caſtinus. — Victor.

l. 1. & 2. C. de offic. quæſtor.
l. 7. *C. Theod.* de cognitorib. & procurat.
l. 7. - - de inoff. teſtam.
l. 7. - - de teſtam. & codicill.
l. 36. - - de erogat. militar. annon.
l. 15. - - de metall. & metallar.
l. 14. - - de murilegulis.
l. 3. - - de veſtibus holoberis.
l. 33. - - de annon. & tribut.
l. 5. - - de conlation. donatar.
l. 3. - - de conlation. æris.
l. 4. - - de relationib.
l. 52. *C. Theod.* de operib. public.
l. 4. - - de ſpectaculis.
l. 8. C. de SS. eccleſiis.
l. 8. C. de codicillis.
l. 19. C. de operib. public.
l. 7. C. de metallar. & metallis.
l. 11. C. de murilegulis.
l. 4. C. de veſtib. holober. & aurat.
l. 12. C. de annon. & tribut.
l. un. *C. Theod.* de actionib. cert. temp. finiend.
l. 3. C. de præſcript. 30. v. 40. annor.

THEODOSIUS & VALENTINIANUS.

8 | 1178 | *Th.* 24 & 18 *Val.* 1 | 425 Imp. Fl. Theodoſius Junior Aug. XI. — Fl. Placidius Valentinianus Cæſar.

l. 4. *C. Theod.* de primicer. & notar.
l. un. - - de profeſſorib. q. in urb. Conſtant.
l. 8. - - de honorar. codicill.
l. 24. - - de palatin. S. largit.
l. un. - - ne ſin. juſſ. princ. cert. jud. lic. conf.
l. 32. - - de petit. & ultr. dat.
l. 15. - - de murilegulis &c.
l. 3. - - de ſtud. liberal. urb. Rom.
l. 53. - - de operib. public.
l. un. - - de imaginib. imperial.
l. 5. - - de ſpectaculis.
l. 46. 47. - - de epiſcop. eccleſ. & cler.
l. 62. 63. 64. - - de hæreticis.
l. 2. C. de legib. & conſtit. princ.
l. 2. C. de ſtatuis & imaginib.
l. un. C. ne ſin. juſſ. princip. cert. jud. lic. conf.
l. 12. C. de murilegulis &c.
l. 1. C. de ſtud. liberal. urb. Rom.
l. 1. C. de profeſſorib. q. in urb. Conſtant. doc.
l. 4. C. de libert. & cor. liber.
l. 5. C. *de commerc. & mercatorib. omni ſubſcriptione caret, quam tamen huc referendam eſſe ſuadet ipſa legis inſcriptio arg. l. 2. C. de ſtat. & imaginib. & l. 1. Cod. Theod. de ſtatuis imperialib.*

9 | 1179 | *T.* 25 & 19 *V.* 2 | 426 Imp. Fl. Theodoſius Junior Aug. XII. — Imp. Fl. Placidius Valentinianus II. Aug.

l. un. *C. Theod.* de cretion. v. bonor. poſſ.
l. 3. - - de libert. & eor. liber.
l. 7. - - de legitim. heredib.
l. 14. - - lib. VI. tit. 2.
l. 18. de proxim. comitib. diſpoſ.
l. 20. 21. de agentib. in reb.
l. 21. 22. 23. - de diverſ. offic. & apparitor.
l. 6. - - de revocan. donation.
l. 9. 10. - - de matern. bon. & matern. gen.
l. un. - - de bon. q. fil. & matrim. acq.
l. 24. - - de bon. proſcriptor.
l. 33. - - de petit. & ultr. dat.
l. 16. - - de murilegulis.
l. 1. 2. - - de conductorib. & hom. dom. Aug.
l. 16. *C. Theod.* de legat. & decret. legation.
l. 7. C. de apoſtatis.
l. 3. C. de legib.
l. 5. C. de advocat. diverſor. judicior.
l. 18. C. de jur. deliberand.
l. 5. C. ad SC. Tertullian.
l. 1. C. de bonis quæ liber.
l. 10. C. de bonis proſcriptor.
l. 13. C. de murilegulis.
l. un. C. de conductor. & procur. ſ. act. præd.
l. 7. C. de numerar. actuar. &c.
l. 6. C. de diverſ. off. & apparit.

l. 5. C. ſi

Ind.	P.R.C.	A.J.	P.C.N.	
			l. 5. C. si contr. jus v. utilit. publ. l. 25. *C. Theod.* de paganis. l. 4. C. de apostatis. l. 7. C. de precib. imperat. offer.	l. 8. *C. Theod.* de legitim. heredib. l. 28. - - de Judæis. l. un. - - de respons. prudent.
10	1180	*Th.* 26 & 20 *Val.* 2 & 3	427 Hierius. l. un. C. nemin. licer. sign. salvat. l. 2. C. de offic. ej. q. vic. alicuj. judic. l. un. C. und. vir & uxor. l. 15. C. de murilegulis. l. 10. *C. Theod.* de domestic. & protectorib.	Ardaburius. l. 17. - - de murilegul. l. 18. - - de medic. & professorib. l. 8. C. de metatis &c. l. 14. *C. Theod.* de metatis &c. Nov. Theod. tit. 2.
11	1181	*Th.* 27 & 21 *Val.* 3 & 4	428 Fl. Felix. l. un. *C. Theod.* de omiss. action. impetr. l. 3. - - de nuptiis. l. 4. - - de dotibus. l. 15. - - lib. VI. tit. 2. l. 22. - - de tironibus. l. 29. - - de cohortalib. princip. cornicul. l. un. - - de imponend. lucrat. descript. l. 19. - - de medic. & profess. l. 2. - - de leonibus. l. 65. - - de hæreticis. l. 12. C. de episcop. audient. l. 5. C. de hæreticis. l. 3. C. ne S. baptism. iteret. l. 2. C. de formul. & impetrat. act. sublat.	Taurus. l. 22. C. de nuptiis. l. 6. C. de dot. promission. l. 11. C. de heredib. instituend. l. 2. C. de bonis q. liber. in potest. patr. constit. l. 29. C. de donationib. l. 2. C. de præd. decurion. l. 1. C. quand. & quib. quart. pars deb. ex bon. l. 6. de spectaculis. l. 8. *C. Theod.* de sponsalib. l. 2. - - de naturalib. fil. l. 9. - - de legitim. heredib. l. 22. - - de agentib. in rebus. l. 17. C. de donationibus ante nupt.
12	1182	*Th.* 28 & 22 *Val.* 4 & 5	429 Florentinus. l. 29. *C. Theod.* de Judæis, cœlicol. &c. l. 17. C. de Judæis. l. 4. C. de legibus. l. 8. C. de precib. Imp. offerend. l. 4. C. de hereditat. decurion. l. 34. 35. *C. Theod.* de annon. & tribut.	Dionysius. l. 68. *C. Theod.* de appellationib. l. 185. 186. - - de decurionib. l. 32. - - de susceptorib. præpos. &c. l. 2. C. de apoch. public. l. 15. C. de susceptorib. præpos. & arcar. l. 17. C. de omn. agr. deserto.
13	1183	*Th.* 29 & 23 *Val.* 5 & 6	430 Imp. Fl. Theodosius Junior Aug. XIII. l. 6. *C. Theod.* de conlat. donat. l. 10. C. de suis & legitim. liber. l. 3. C. de bonis matern. &c. l. 9. C. de revocand. donationib. l. 23. *C. Theod.* de agentib. in reb.	Imp. Fl. Placidius Valentinianus Aug. III. l. 15. C. de metatis. l. 34. *C. Theod.* de petit. & ultr. dat. l. 38. - - de susceptorib. præpos. &c.
14	1184	*T.* 30 & 24 *V.* 6 & 7	431 Bassus. l. 36. *C. Theod.* de annon. & tribut. l. 5. C. de privileg. dom. August.	Fl. Antiochus. l. 4. 5. *C. Theod.* de his q. ad eccles. confug. l. 3. C. de his q. ad eccles. confug.
15	1185	*T.* 31 & 25 *Val.* 7 & 8	432 Aëtius. l. 3. *C. Theod.* de decurion. & silentiar. l. 3. C. de silentiariis &c. l. 2. C. de domestic. & protectorib.	Valerius. l. 11. *C. Theod.* de domestic. & protector. l. 4. C. de his q. ad eccl. confug. l. 6. *C. Theod.* de his q. ad eccles. confug.
1	1186	*T.* 32 & 26 *Val.* 8 & 9	433 Imp. Fl. Theodosius Junior Aug. XIV. l. 17. *C. Theod.* de numerar. actuar.	Petronius Maximus. l. 16. - - de indulgent. debitor. l. 9. C. de assessorib. & domestic.
2	1187	*T.* 33 & 27 *Val.* 9 & 10	434 Ariovindus. l. 20. C. de episcop. & cleric. *Vide Gothofredum ibid. in not.* l. un. *C. Theod.* de bonis cleric. &c.	Asper. l. 3. *C. Theod.* de frument. urb. Constantin. l. 15. - - de indulgent. debitor.
3	1188	*T.* 34 & 28 *V.* 10 & 11	435 Imp. Fl. Theodosius Junior Aug. XV. l. 6. C. de hæreticis &c. l. 5. C. de apostatis. l. 11. C. de suis & legitim. liber. l. 8. *C. Theod.* de princip. agent. in reb. l. 10. - - de metatis.	Imp. Fl. Placidius Valentinianus Aug. IV. l. 5. *C. Theod.* de bonis vacantib. l. 66. - - de hæreticis. Novell. Theodos. tit. 1. l. 5. C. de bonis vacantib. l. 4. C. de princip. agent. in reb. Novell. Theod. tit. 4.
4	1189	*T.* 35 & 29 *V.* 11 & 12	436 Fl. Anthemius Isidorus. l. 30. *C. Theod.* de cohortalib. princip. &c. l. 18. - - de murilegulis. l. 37. - - de annon. & tribut. l. 3. 4. - - de indictionib. l. 17. - - de indulgent. debitor. l. 187 - 192. - - de decurionib.	Senator. l. 2. - - d. frument. Alexandr. l. 2. - - de Alexand. pleb. primat. l. 21. C. de episcop. & cleric. l. 2. C. de indictionib. l. 55. 56. 57. 58. 59. C. de decurionib. &c. l. 5. C. de vestib. holober.

Ind.	P.R.C.	A.J.	P.C.N.	
			l. 2. C. de frument. Alexandr. l. un. C. de Alexandr. primatib.	l. 12. C. de cohortalib. princip. &c.
5	1190	*T.* 36 & 30 *V.* 12 & 13	437 Aëtius II. l. 1. C. ut nem. ad suum patrocin. &c.	Sigisbuldus. l. 4. *C. Theod.* de decurionib. & silentiar.
6	1191	*T.* 37 & 31 *V.* 13 & 14	438 Imp. Fl. Theodosius Junior Aug. XVI.	Faustus.
			Codex Theodosianus conditur ex Rescriptis Principum ab anno Constantini M. VII. ad usque Theodosii Junioris XXXI. hoc est ab anno Domini CCCXII. ad usque CCCCXXXVIII. De Novellis post Codicem Theodosianum a Theodosio, Valentiniano & Majoriano latis vide, quæ habet Henr. Brencmannus *in epist. de Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio ap.* Reland. *in fast. Consul. p.* 859.	
			l. 7. C. de hæreticis.	l. 5. C. de fabricensib.
7	1192	*T.* 38 & 32 *V.* 14 & 15	439 Imp. Fl. Theodosius Junior Aug. XVII. l. 10. C. de SS. eccles. l. 22. C. de episcop. & cleric. l. 19. C. de Judæis. l. 5. 6. C. de legibus &c. l. 3. C. de statuis & imaginib. l. 6. & 7. C. de advocat. diversor. judicior. l. 2. C. ut nem. privat. tit. præd.	Festus. f. v. alien. l. un. C. in quib. caus. milit. for. præsc. l. 8. C. de testament. tutel. l. 21. C. de testamentis &c. l. 10. C. de legitim. heredib. l. 3. C. de bonis quæ liber. l. un. C. de sentent. præf. præt.
			Huic legi præponuntur nomina Imp. Diocletiani & Maximiani AA quum tamen hic annus sit 134. *post abdicatum ab iis imperium.*	
			l. 20. C. de operib. public. l. 6. C. in quib. caus. pign. v. hyp. tacit. contrah. l. 6. C. ad l. Jul. repetundar. l. 13. C. de fund. patrimonialib. Novell. Theod. tit. 6. 7. 8. 9. 12. l. 9. C. de SS. ecclesiis. l. 16. C. de Judæis. l. 10. C. de adsessorib. & domest.	l. un. C. de annon. & capitat. ad minister. l. 2. C. de navib. non excusand. l. un. C. de collegiat. & chartoprat. l. 6. C. ad SC. Tertullian. Novell. Theodos. tit. 5. l. 5. C. de secund. nupt. Novell. Theodos. tit. 3.
8	1193	*T.* 39 & 33 *V.* 15 & 16	440 Imp. Fl. Placidius Valentinianus Aug. V. l. 11. C. de SS. eccles. l. 7. C. de legibus. l. 8. C. de advocat. diversor. judicior. l. 3. C. de alluvionib.	Anatolius. l. 2. C. de tempor. & repar. app. l. 21. C. de operib. public. Novell. Theodos. tit. 10. l. un. C. q. pro sua jurisd. jud. dar. l. 7. C. de fund. rei privat. &c.
9	1194	*T.* 40 & 34 *V.* 16 & 17	441 Cyrus. l. 10. C. de defensorib. civitat. l. 2. C. ubi quis decurial. v. cohortal. &c. l. 1. C. ut nem. ad s. patrocin. &c.	l. 1. C. de privileg. scholar. l. 3. 5. C. de apparitorib. magistr. milit.
10	1195	*T.* 41 & 35 *V.* 17 & 18	442 Eudoxius. l. 9. C. de advocat. divers. judicior. l. 3. C. de naturalib. liber. l. 3. C. de discussorib.	Dioscorus. l. 2. C. quando & quib. quart. pars debet. l. un. C. de imponend. lucrativ. descript. Novell. Theodos. tit. 11. l. 2.
11	1196	*T.* 42 & 36 *V.* 18 & 19	443 Petronius Maximinus II. l. 4. C. de offic. magistr. officior.	Paternus. l. 3. C. de offic. militar. judic. l. 3. C. de fund. limitroph.
12	1197	*T.* 43 & 37 *V.* 19 & 20	444 Imp. Fl. Theodosius Junior Aug. XIIX. l. 4. C. de statuis & imaginib. l. 11. C. de adsessor. & domest. l. 2. C. de petitionib. bonor. sublat. l. un. C. de collat. donator.	Albinus. l. 16. C. de omn. agro desert. l. 1. C. de magistr. S. scrinior. Novell. Theodos. tit. 17. Novell. Valentin. tit. 1.
13	1198	*T.* 44 & 38 *V.* 20 & 21	445 Imp. Fl. Placidius Valentinianus Aug. VI. Novell. Valentin. tit. 3. Novell. Valentin. tit. 2.	Nonius. l. 2. C. de quib. muner. v. præstat. nem. lic. s. excus.
14	1199	*T.* 45 & 39 *V.* 21 & 22	446 Aëtius III. l. 8. C. de legibus &c. Nov. Valentin. tit. 4. l. 1.	Q. Aurelius Symmachus. Nov. Valentin. tit. 4. l. 2.
15	1200	*T.* 46 & 40 *V.* 22 & 23	447 Callypius. Novell. Valentin. tit. 6.	Ardaburius. Novell. Valentin. tit. 5.
			Hoc anno editus est liber Novellarum D. Theodosii, ut indicat præfatio Theodosii in eum librum.	
1	1201	*T.* 47 & 41 *V.* 23 & 24	448 Rufius Prætextatus Postumianus. Novell. Valentin. tit. 13.	Fl. Zeno.
2	1202	*T.* 48 & 42 *V.* 24 & 25	449 Protogenes. l. 8. C. de repudiis &c.	Asterius. Novell. Valentin. tit. 8. - - - - tit. 14.

Constitutiones THEODOSII JUNIORIS ET VALENTINIANI III. sine die & consule.

Lib. X. tit. 12. l. 2. t. 17. l. 2. tit. 19. l. 8. tit. 22. l. 2. tit. 48. l. 1. tit. 30. l. 3. tit. 31. l. 59. tit. 33. l. 2. tit. 34. l. 1. tit. 18. l. 2. tit. 49. l. 4. Lib. XI. tit. 3. l. 2. t. 7. l. 14. t. 9. l. 5. t. 17. l. 1.

Ind:P.R.C:A.J:P.C.N.

tit. 18. l. 1. tit. 21. l. 1. tit. 42. l. 5. 6. 7. tit. 47. l. 18. tit. 58. l. 5. 6. 7. tit. 59. l. 3. tit. 61. l. 12. 13. tit. 65. l. 7. tit. 67. l. 6. tit. 70. l. 5. tit. 77. l. 2. Lib. XII. tit. 1. l. 14. & 15. t. 3. l. 1. tit. 5. l. 2. tit. 8. l. 2. tit. 9. l. 1. tit. 19. l. 6. tit. 20. l. 1. 2. tit. 22. l. 4. 5. 6. tit. 24. l. 12. 13. 14. tit. 27. l. 2. tit. 39. l. 2. tit. 41. l. 6. 7. 9. tit. 43. l. 2. tit. 51. l. 7. tit. 55. l. 2. tit. 60. l. 9. 10. tit. 61. l. 3.

Mortuo Theodosio MARCIANUS fil. Imperator.

3 1203 V. 25 & 26 Mar. 1 — 450 Imp. Fl. Placidius Valentinianus Aug. VII. — Gennadius Avienus.
Novell. Martian. tit. 1. — l. 6. C. de apostatis.
- - - tit. 2. — l. 1. C. de prætorib. & honor. prætur.
l. 2. C. de offic. prætor.
l. 4. C. de fructib. & lit. expens. — l. un. C. de his q. ant. apert. tabul. hered. transmitt.
Novell. Valentin. tit. 7.

4 1204 V. 26 & 27 Mar. 1 & 2 — 451 Imp. Fl. Marcianus Aug. — Adelphius.
l. 7. C. de paganis &c. — l. 5. C. de diverf. præd. urban.
l. 5. C. de his q. ad eccl. confug. — Novell. Martian. tit. 3.
l. 2. C. ne fisc. rem quam vend. evinc. — Valentin. Novell. tit. 9. 10. 11.

5 1205 V. 27 & 28 Mar. 2 & 3 — 452 Asporacius. — Fl. Herculanus.
l. 2. C. de consulib. & n. spargend. ab his pecun. — l. 23. C. de episcop. & cler.
Novell. Valentin. tit. 12.
l. 10. C. de advocat. diversor. judicior. — - - - tit. 13.

6 1206 V. 28 & 29 Mar. 3 & 4 — 453 Vincomalus. — Opilio.
7 1207 V. 29 & 30 Mar. 4 & 5 — 454 Aëtius. — Audius.
l. 12. C. de SS. eccles. — l. 7. C. de incest. & inutilibus nupt.
Novell. Martian. tit. 4.

Occiso Valentiniano 16. Kal. April. MARCIANUS SOLUS.

8 1208 Mar. 5 & 6 — 455 Imp. Fl. Placidius Valentinianus Aug. IIX. — L. Anthemius.

Iterum hoc anno caput imperii, Roma, in prædium & direptionem fuit exposita, sed Vandalis, qui præter id, quod urbem post homines natos potissimam spoliarunt, imperialia etiam ornamenta & insignia duce Genserico secum in Africam transtulerunt, scribente id Justiniano C. de off. P. P. Africæ.

l. 13. C. de SS. ecclesiis. — *vide Cujac. obs. XII. 31.*
l. 9. C. de legib. — Novell. Martian. tit. 5.

9 1209 Mar. 6 & 7 — 456 Varanes. — Johannes.
l. 25. C. de episcop. & cleric. — l. 3. C. de apochis public.
l. 13. C. de episcopal. audient.

Marcianus moritur *pridie Kalendas Februarias*. Succedit LEO in Occidente MAJORIANUS.

10 1210 Leon. 1 — 457 Fl. Constantinus. — Rufus.
l. 8. 9. C. de hæreticis.

11 1211 Leon. 1 & 2 Maj. 1 & 2 — 458 Imp. Fl. Leo Aug. Imp. — Fl. Julius Majorianus Aug.
Novell. Majorian. tit. 1. — l. 15. C. de re militar.
- - - tit. 8. — Novell. Majorian. tit. 3.
- - - tit. 6. — - - - tit. 5.
- - - tit. 7. — - - - tit. 4.

12 1212 L. 2. 3 Maj. 2 & 3 — 459 Patricius. — Fl. Ricimer.
l. 4. C. de summ. Trinit. — l. 30. C. de donationib.

13 1213 Leon. 3 & 4 Maj. 3 & 4 — 460 Magnus. — Apollonius.
l. 11. C. de advocat. diversor. judicior. — Novell. Majorian. tit. 2.

14 1214 Leon. 4 & 5 — 461 Severinus. — Dagalaiphus.

A Richomero Majorianus occiditur.

LEO ET SEVERUS.

15 1215 Leon. 5 & 6 — 462 Imp. Fl. Leo, Aug. II. — Imp. Fl. Libius Severus Aug.
1 1216 Sev. 1 & 2 — 463 Fl. Cæcina Basilius. — Vivianus.
l. 12. C. de advocat. diversor. judicior.
Novell. Sever. tit. 1.

2 1217 Leon. 6 & 7 — 464 Rusticus. — Fl. Anicius Olybrius.
3 1218 S. 2. 3 Leon. 7 & 8 — 465 Herminericus. — Fl. Basiliscus.

Moritur Severus Imperator.

S. 3. 4 L. 8. 9 — Novell. Sever. tit. 2. — l. 3. C. de his q. spont. public. muner. sub.

4 1219 Leo 9 & 10 — 466 Imp. Fl. Leo Aug. III. — Tatianus.
l. 6. C. de his q. ad eccles. confug.

5 1220 L. 10 & 11 — 467 Pusæus. — Joannes.
l. 17. C. de collationib.

LEO ET ANTHEMIUS.

6 1221 L. 11 & 12 Ant. 1 — 468 Imp. Fl. Anthemius Aug. II.
l. 15. C. de episcop. audient. — l. 8. C. de exactorib. tributor.
l. 10. C. de legibus. — l. 3. 4. C. de canon. largitional. titulor.
l. 9. C. de pact. convent.
l. 4. C. de bon. matern. — l. 1. C. ut nem. ad suum patroc.
l. 10. C. ad l. Jul. de vi publ. v. privat. — l. un. C. non lic. habitat. metrocom.

7 1222 L. 12 & 13 Ant. 2 & 3 — 469 Fl. Marcianus. — Zeno.
l. 31. C. de episcop. & cleric. — l. 4. C. de bonis q. liberis.
l. 16. C. de episcopal. audient. — l. 22. C. de operibus public.
l. 13. C. de jur. & fact. ignorant. — l. 11. C. q. potior. in pignor.
l. 42. C. de transactionib. — l. 10. C. de contrahend. & committ. stipulat.
l. 5. C. de sponsalib.
l. 6. C. de secund. nupt. — l. 3. C. quæ sit long. consuetud.
l. 3. C. de legitim. tutel. — l. 14. C. de advoc. diverf. jud.
l. 12. C. de heredib. instituend. — l. 11. C. de feriis.

8 1223 L. 13 & 14 Ant. 3 & 4 — 470 Jordanes. — Severus.
l. 14. C. de SS. eccles. — l. 4. C. de naturalib. liber.
l. 6. C. de diverf. rescript. &c.

9 1224 L. 14 & 15 Ant. — 471 Imp. Fl. Leo Aug. IV. — Anicius Probianus.
l. 13. C. de offic. rector. provinc. — l. 29. C. de episcop. & cleric.

10 1225 4 & 5 & 16 — 472 Festus. — Marcianus.

Anthemius a Richomere extinguitur.

l. 15. C. de Advocat. diversor. judicior.

Constitutiones LEONIS & ANTHEMII quæ sine die & consule reperiuntur.

Lib. I. tit. 2. l. 14. & 15. tit. 11. l. 8. t. 55. l. 1. Lib. II. tit. 7. l. 13. Lib. V. tit. 6. l. 8. Lib. XI. tit. 9. l. 6. Lib. XII. tit. 51. l. 9. 10. 11.

11 1226 L. 15 L. 16 & 17 — 473 Imp. Fl. Leo Aug. V.

Leo junior coronatur.

l. 5. C. de bonis quæ liber. &c.

Constitutiones LEONIS omni subscriptione carentes.

Lib. I. tit. 3. l. 26. 27. Lib. IV. tit. 42. l. 2. tit. 65. l. 31. Lib. X. tit. 15. l. 1. tit. 23. l. 3. 4. tit. 31. l. 61. 62. 63. tit. 43. l. 3. tit. 48. l. 3. Lib. XI. tit. 23. l. 7. tit. 29. l. 3. tit. 47. l. 1. Lib. XII. tit. 3. l. 2. tit. 4. l. 2. tit. 5. l. 4. tit. 7. l. 1. tit. 12. l. 1. tit. 19. l. 9. & 10. tit. 22. l. 7. tit. 34. l. 4. tit. 36. l. 15. 16. tit. 38. l. 15. tit. 41. l. 11. tit. 46. l. 2. & 3. tit. 50. l. 7. & 8. tit. 51. l. 12. 13. 14. tit. 53. l. 1. 2. tit. 58. l. 13.

Moritur Leo. LEO JUNIOR & ZENO ISAURICUS.

12 1227 Zen. 1 — 474 Imp. Fl. Leo junior Aug.
l. 11. C. de legib. — l. un. C. de thesauris.
l. 16. C. de advocat. diverf. judicior. — l. 2. C. de seditiosis.

13 1228 1 & 2 — 475 Imp. Fl. Zeno Aug. II.
l. un. C. ut omn. judic. tam civ. quam militar. &c. — l. 29. C. de inoffic. testam.

14 1229 2 & 3 — 476 Fl. Basiliscus II. — Armatus.
l. 28. C. de jur. dot. — l. 16. C. d. SS. eccles.
l. 5. C. de naturalib. liber.

15 1230 3 & 4 — 477 Post Consulatum Basilisci II. & Armati.
l. 9. C. unde vi. — l. 7. C. de diverf. rescript.

1 1231 4 & 5 — 478 Illus.
l. 11. C. de injur. — l. 31. C. de donat.
l. 7. C. de secund. nupt.

2 1232 5 & 6 — 479 Imp. Fl. Zeno Aug. III.
l. 11. C. qui petant. tutor.

3 1233 6 & 7 — 480 Basilius junior.
l. 9. C. de in integr. restit. minor. — l. 22. C. de testament.
l. 6. C. de magistratib. conveniend.

4 1234 7 & 8 — 481 Placidius.
5 1235 8 & 9 — 482 Severinus junior. — Trocondus.
6 1236 9 & 10 — 483 Faustus solus.
7 1237 10 & 11 — 484 Theodoricus. — Venantius.
l. 10. C. unde vi.
8 1238 11 — 485 Q. Aurelius Symmachus.
9 1239 & 12 — 486 Decius. — Longinus.
12 & 13 — l. 17. C. de advocat. diversor. judicior. — l. 14. C. de testib.
l. 1. C. de privat. carcerib.

10 1240 13 & 14 — 487 Fl. Boëthius.

Non confundendus hic Consul cum Anicio Manlio Severino Boëtio.

l. 5. C. de fructib. & lit. expens.

11 1241 14 & 15 — 488 Claudius Dynamius. — Sifidius.
12 1242 15 & 16 — 489 Annicius Probinus. — Eusebius.
l. 6. C. ad SCt. Trebellianum.

13 1243 16 & 17 — 490 Flavius Faustus junior. — Longinus II.

Constitutiones Zenonis omni subscriptione carentes.

Lib. I. tit. 29. l. 3. Lib. III. tit. 24. l. 3. Lib. IV. tit. 59. l. 1. tit. 65. l. 32. tit. 66. l. 1. Lib. V. tit. 3. l. 18. tit. 5. l. 8. t. 8. l. 2. Lib. VII. t. 37. l. 2. Lib. VIII. t. 13. l. 1. Lib. X. tit. 31. l. 64. Lib. XI. tit. 42. l. 8. 9. 10. t. 50. l. 1. tit. 68. l. 1. tit. 69. l. 6. Lib. XII. tit. 3. l. 3. 4. tit. 13. l. 1. tit. 14. l. 1. tit. 16. l. 4. tit. 21. l. 1. tit. 22. l. 1. tit. 26. l. 4. tit. 28. l. 1. tit. 36. l. 17. tit. 43. l. 3. tit. 50. l. 10 & 11. t. 51. l. 15. 16. 17. 18. 19. t. 55. l. 5. tit. 57. l. 1. tit. 58. l. 12. 13. tit. 61. l. 4.

Moritur Zeno. succedit ANASTASIUS.

14 1244 Ana. 1 & 2 — 491 Olybrius junior.
l. 4. C. de præscript. 30. v. 40. annor.
l. 1. C. ut nem. lic. in empt. specier. se excus.
l. 14. C. de fund. patrimonial.

15 1245 1 & 2 — 492 Imp. Fl. Anastasius Aug. — Rufus.
l. 3. C. de offic. quæstor.

1 1246 2 & 3 — 493 Eusebius II. — Albinus.
2 1247 3 & 4 — 494 Turcius Rufus Apronianus Asterius — Præsidius.
3 1248 4 & 5 — 495 Fl. Viator. — Æmilianus.
l. 2. C. de bonor. poss. contr. tab. libert.

4 1249 5 & 6 — 496 Paulus.
l. 16. C. de testament. milit. — l. 13. C. de annon. & tribut.
l. 32. C. de donationib. — l. 9. C. de exactorib. tributor.

5 1250 6 & 7 — 497 Imp. Fl. Anastasius Aug. II.
l. 1. C. de advocat. diverf. judic. — l. 9. C. de repudiis &c.

6 1251 7 & 8 — 498 Johannes Scytha. — Paulinus.
l. 4. C. de legitim. tutel.

7 1252 8 & 9 — 499 Johannes Gibbus. — Asclepio.
l. 25. C. de excusat. tutor. — l. 5. C. de silentiar.

8 1253 9 & 10 — 500 Patricius. — Hypatius.

Theodericus Rex Romam ingreditur.

l. 43. C. de transactionib. — l. 2. C. de advocat. diverf. judic.

9 1254 10 & 11 — 501 Pompejus. — Rufius Magnus Faustus Avien.
10 1255 11 & 12 — 502 Probus. — Rufius Magnus Faustus Avienus junior.
l. 18. C. de collationib. — l. 5. C. de emancipat. liberor.
l. 11. C. de legitim. heredib.

503 Dexi-

Ind: P.R.C: A.J: P.C.N.

11 1256 Anast. 503 Dexicrates. Volusianus.
12 1257 12 & 13 504 Cethegus.
13 1258 13 & 14 505 Sabinianus. Manlius Theodorus.
14 & 15 l. 19. C. de episcop. audient. l. 3. C. de advoc. diverſ. judicum.
14 1259 15 & 16 506 Areobindus. Ennodius Meſſala.
l. 4. C. de advocat. diverſ. judicum.
15 1260 16 & 17 507 Imp. Fl. Anaſtaſ. Aug. III. Venantius.
1 1261 17 & 18 508 Venantius. Celer.
2 1262 18 & 19 509 Importunus.
3 1263 19 & 20 510 Anicius Manlius Severinus Boethius. Eutharius.
l. 10. C. de hæreticis.
4 1264 20 & 21 511 Secundinus. Fl. Felix.
5 1265 21 & 22 512 Muſchianus. Paulus.
6 1266 22 & 23 513 Clementinus. Anicius Probus.
l. 14. C. de offic. rector. provinc.
7 1267 23 & 24 514 Aurelius Caſſiodorus Senator.
8 1268 24 & 25 515 Anthemius. Florentinus.
9 1269 25 & 26 516 Petrus.
10 1270 26 & 27 517 Imp. Fl. Anaſtaſ. Aug. IV. Flavius Agapetus.
l. 6. C. de naturalib. liber. l. 21. C. ad SCt. Vellejan.
l. 5. C. de advoc. diverſ. judicum.

Conſtitutiones ANASTASII ſubſcriptione diei & conſulis carentes.
Lib. I. tit. 29. l. 4. Lib. III. tit. 13. l. 7. Lib. IV. tit. 35. l. 22. Lib. V. tit. 5. l. 9. tit. 70. l. 5. Lib. VII. tit. 39. l. 5. 6. tit. 51. l. 5. Lib. X. tit. 27. l. 1. tit. 31. l. 65. Lib. XI. tit. 9. l. 7. tit. 61. l. 14. Lib. XII. tit. 5. l. 5. tit. 9. l. 1. tit. 12. l. 2. tit. 17. l. 4. tit. 21. l. 2. tit. 22. l. 2. 8. tit. 30. l. 3. tit. 36. l. 18. tit. 38. l. 16. tit. 44. l. 3. tit. 50. l. 12. tit. 51. l. 21. tit. 53. l. 3. tit. 58. l. 14. tit. 61. l. 5.

Justin.
11 1271 1 518 Magnus.
Alii addunt Agapetum II. alii Florentinum.
Moritur Anaſtaſius: ſuccedit JUSTINUS.
12 1272 2 519 Imp. Fl. Anicius Juſtinus Auguſtus. Eutharius Amalus.
l. 7. C. de naturalib. liber. l. 6. C. de Adv. diverſ. judicum.
13 1273 3 520 Vitalius. Ruſticus.
14 1274 4 521 Fl. Anicius Juſtinianus. Valerius.
l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ.
15 1275 5 522 Q. Aurelius Anicius Symmachus. Anicius Manlius Severinus Boethius.
1 1276 6 523 Fl. Anicius Maximus.
2 1277 7 524 Imp. Fl. Anic. Juſt. Aug. II. Opilio.
l. 7. 8. C. de Advocat. diverſ. judicum.
Conſtitutiones hæ falſo nomen Juſtiniani habent: nam Juſtinus tunc imperabat. Sed frequenter nomen Juſtini & Juſtiniani confunditur, unde etiam factum eſt, quod Juſtinianus dicatur ἀναλφάβητος fuiſſe, quod de Juſtino Procopius tradidit & Suidas. Cauſa confuſionis eſt, quod Juſtinus ſenior uſus fuerit monogrammate conſtante ſolis quatuor literis JUST.
l. 23. C. de teſtament. l. 41. C. de epiſcop. & cleric.
3 1278 8 525 Fl. Theodor. Philoxenius. Fl. Anicius Probus junior.
l. 7. C. de præſcript. 30. v. 40. annor.
4 1279 9 526 Flavius Anicius Olybrius junior.
Justin.
l. 6. C. de ſepulch. violat.
5 1280 1 527 Vettius Agorius Baſilius Mavortius.
Juſtinianus Juſtini Collega fit Kal. April. menſe Auguſto moritur Juſtinus. Theodora Auguſta Thathio Lazorum Regi fert ſuppetias. Epiſcopi ab urbe regia arcentur.
l. 5. C. de offic. magiſtr. officior.

FLAVIUS ANICIUS JUSTINIANUS.

6 1281 2 528 Imp. Fl. Anicius Juſtinianus Aug. II.
Idib. Febr. datum X. viris mandatum de Codice componendo.
Kal. Juniis editæ leges aliquot, & abrogata Lex Fuſia Caninia.
Præfat. Codic. conſtit, 1.
l. 42. 43. C. de epiſcop. & cler.
l. 21. C. de epiſcopal. audient.
l. un. C. de contractib. judic.
l. 30. 31. C. de inoffic. teſtam.
l. 17. C. ſi cert. petat.
l. 17. 18. C. de teſtib.
l. 17. C. de fid. inſtrumentor.
l. 14. C. de numerat. pecun.
l. 8. C. de ſecund. nupt.
l. 3. C. de dot. caut. non numerat.
l. 25. C. de donationib. int. vir. & uxor.
l. 10. 11. C. de repudiis.
l. 8. 9. C. de naturalib. liber.
l. 19. C. de collationib.
l. 24. 25. 26. C. de teſtament.
l. 9. C. de impuber. & al. ſubſtit.
l. 22. C. de legat.
l. 12. C. de ſuis & legitim. liber.
l. 27. C. de pignorib. & hypothec.
l. 9. C. quæ res pign. oblig. poſſ.
l. 11. C. de contrah. & committ. ſtipul.
l. 33. C. de donationib.
l. un. C. de rapt. Virgin.
l. 4. C. de apochis public.
l. 3. C. quand. & quib. quart. pars deb.
l. 2. C. de jur. liberor.
l. 23. C. de SS. eccleſiis &c.
l. un. C. de his q. pœn. nomin.
l. 7. ad SCt. Tertullian.
l. 11. C. de præſcript. long. tempor.
l. un. C. de l. Fuſ. Canin. toll.
l. 26. C. de uſuris.
l. 1. C. de offic. præf. præt. Afr.
l. 8. C. de præſcript. 30. v. 40. annor.

7 1282 3 529 Decius junior.
Codicem decem viri Imperatori offerunt, qui referente Chronico Alexandrino, Decio Conſule abſolutus publica autoritate promulgatur XVI. Kalend. April. Error igitur Chronologicus in Marcellino, qui ad ann. Dom. DXXXI. hæc habet: Poſt Conſulatum Lampadii & Oreſtis Codex Juſtinianus orbi promulgatus eſt.
Præfat. Codic. conſtit. 2.
l. 44. de epiſcop. & cler.
l. 22. 23. 25. C. de epiſcopal. audient.
l. 12. C. de legib.
l. 2. C. quand. libell. princip. dat.
l. 14. C. de adſeſſorib. & domeſtic. &c.
l. 3. C. de his q. ven. ætat.
l. 8. C. de reſtitut. milit.
l. 4. C. de recept. arbitr.
l. 1. C. de jurejur. propt. calumn.
l. 32. 33. C. de inoffic. teſtament.
l. 11. 14. C. de reb. cred.
l. 18. 19. de fid. inſtrumentor.
l. 9. 10. C. de ſecund. nupt.
l. 30. C. de jur. dot.
l. 10. C. de pact. convent.
l. 26. C. de donationib. int. vir. & uxor.
l. 10. C. de natural. liber.
l. 5. C. de legit. tutel.
l. 3. C. quand. tutor. & curator. eſſ. deſin.
l. 3. C. ſi major fact. alienat. fact. ſin. decr. rat. hab.
l. 3. C. de bonis libertor.
l. 20. C. de collationibus.
l. 13. C. de teſtam. milit.
l. 13. C. de heredib. inſtituend.
l. 19. C. de jur. deliber.
l. 30. C. de fideicommiſſ.
l. 1. C. commun. de legat.
l. 5. C. ad SCt. Orfitian.
l. 11. C. commun. de ſucceſſionib.
l. 6. C. de bonis q. liber.
l. 8. C. quib. non objic. long. temp. præſcr.
l. 2. C. de uſur. rei judic.
l. 5. C. de tempor. & reparat. appell.
l. 10. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.
l. 1. C. de prætor. pignor.
l. 12. C. de contrah. & committ. ſtipul.
l. 3. C. de infantib. expoſit.
l. 34. C. de donationibus.
l. 18. C. de quæſtionib.
l. 3. C. de fiſcalib. uſur.
l. 20. C. de agricol. & cenſit.

8 1283 4 530 Poſtumus Lampadius. Oreſtes.
Romani Perſas delent. fruſtranea de pace conſilia. Juſtinianus jubet eccleſias reſtaurari & noſocomia & Deiparæ eccleſiam. Perſequitur Hæreticos, Samaritas & Gentiles.
XVIII. Kal. Januar. editum mandatum de Pandectis componendis ac datum Triboniano & Collegis XV.
l. 26. C. de SS. eccleſ.
l. 45. 46. 47. de epiſcop. & cler.
l. 24. 27. C. de epiſcopal. aud.
l. 19. C. de hæretic.
l. 1. C. de veter. jur. enucleand.
l. 24. C. de negot. geſt.
l. 4. C. de his qui ven. ætat.
l. 5. 6. C. de recept. arbitr.
l. 13 – 18. de judiciis.
l. 3. C. de ſportul. & ſumpt.
l. 3. C. de plus petitionib.
l. 34. 35. C. de inoffic. teſtam.
l. 12. C. de petition. heredit.
l. 12 – 16. C. de uſufr. & habitat.
l. 12. C. commun. utr. judic.
l. 10. 11. C. de condict. indeb.
l. 19. 20. C. de teſtibus.
l. 20. 21. C. de fid. inſtrumentor.
l. 2. 3. C. per quas perſon. cuiqu. acquir.
l. 7. C. ad SCt. Macedon.
l. 7. C. de dotis promiſſion.
l. 31. C. de jur. dot.
l. un. C. de rei uxor. action.
l. 11. C. de pact. convent.
l. 27. C. de donation. int. vir. & uxor.
l. 2. C. ne fidejuſſor. v. mandat. dot. dent.
l. 11. 12. C. de naturalib. liber.
l. 4. C. de confirmand. tutor.
l. 3. C. quand. mulier. tutel. off. fung. pot.
l. 13. C. arbitr. tutel.
l. 6. 7. C. de curator. furioſ. v. prodig.
l. 20. 21. 22. C. de furt. & ſerv. corrupt.
l. 21. C. de collationib.
l. 9. C. qui teſtam. facer. poſſ.
l. 27. 28. C. de teſtament.
l. 6. C. de inſtitut. & ſubſtit.
l. 4. C. de neceſſ. ſerv. her. inſt.
l. 3. 4. C. de poſthum. heredib. inſtit.
l. 23. C. de legatis.
l. 3. C. de verbor. & rer. ſignif.
Mirum eſt eodem die Kal. Mart. (niſi mendum ſit) extare reſcripta ad Julianum & Johannem P.P. l. 3. C. de verb. ſign. l. 29. C. de teſtam. Alemannus in not. ad Procopii anecdota p. 160.
l. 7. C. ad SCt. Trebell.
l. 6. C. ad SCt. Orfitian.
l. 7. C. de bon. q. liber.
l. 14. 16. C. de fideicomm. libert.
l. 1. C. commun. ſerv. manum.
l. 1. C. commun. de manumiſſ.
l. 1. C. de annal. exception.
l. 14. C. de ſentent. & interloc. omn. judic.
l. 39. C. de appellat.
l. 2. C. de prætor. pignor.
l. 3. C. de jur. domin. impetr.
l. 13. C. de contrah. & committ. ſtipulat.
l. 26. C. de fidejuſſorib.
l. 8. C. de novationib.
l. 10. 11. C. de adoptionib.
l. 35. C. de donationib.
l. 10. C. de revocand. donat.
l. 4. C. de donation. cauſ. mort.
l. 26. 29. C. de epiſcopal. audient.

9 1284 5 531 Poſt Conſulatum Lampadii & Oreſtis.
Componuntur Pandectæ. Actio receptitia ſublata.
l. 2. C. de conſt. pec.
Differentia legati & fideicommiſſi ſingul. ſublata.
l. 2. C. comm. de leg.
Lex Julia Miſcella ſublata.
l. 2. C. de indic. vid. toll.
Edictum D. Hadriani ob viceſimam hereditatum ſublatum.
l. 3. C. de Ed. D. Hadr. toll.
Differentia ſexus in exheredatione ſublata.
l. 48. C. de epiſcop. & cleric.
l. 31. C. de epiſcop. audient.
l. 21. C. de hæretic.
l. 29. 30. C. de pactis.
l. 5. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. nec. n. eſt.
l. 2. C. qui & adverſ. quos in int. reſt. n. poſſ.
l. 3. C. ub. & apud quem cognit. in int. reſt.
l. 7. C. de tempor. in integr. reſt.
l. 36. C. de inoffic. teſtam.
l. 11. 17. C. de uſufr. & habitat.
l. 13. 14. C. de ſervitut. & aqua.
l. 13. C. de reb. credit.
l. un. C. ut action. & ab hered. & contr. hered. incip.
l. 2. 3. C. de conſtitut. pecun.
l. 7. C. pro ſocio.
l. 25. 26. 27. 28. C. de admin. tutor.
l. 4. 5. C. de auctorit. præſtand.
l. 10. 11. 12. C. q. teſtam. facer. poſſ.
l. 29. 30. C. de teſtamentis &c.
l. 14. C. de heredib. inſtituend.
l. 7. 8. 9. C. de inſtitut. & ſubſtitut.
l. 10. 11. C. de impub. & al. ſubſtit.
l. 5. 6. C. de neceſſar. ſerv. her. inſt.
l. 3. 4. C. de liberis præterit.
l. 20. 21. 22. C. de jur. deliberand.
l. 3. C. de edicto D. Hadrian. toll.
l. 11. C. de his quib. ut indign.
l. 24. 25. C. de legatis.
l. 4. C. de verbor. & rer. ſignif.
l. 2. 3. C. de indict. viduit.
l. 31. C. de fideicommiſſ.
l. 2. 3. C. commun. de legatis.
l. 3. C. de conditionib. inſert.
l. 18. C. ad L. Falcid.
l. 14. C. de legitim. heredib.
l. 3. C. commun. de manumiſſionib.
l. un. C. de uſucap. transformand.
l. 3. C. de quadrienn. præſcript.
l. 3. C. de annal. exception.
l. un. C. de ſentent. q. pro eo quod intereſt.
l. 7. C. q. bonis ceder. poſſ.
l. 13. C. de ædific. privat.
l. 12. C. qui potior. in pignor.
l. 14. C. de contrah. & committ. ſtip.
l. 5. C. de duob. reis ſtipuland. & promitt.

Ind: P.R.C: A.J: P.C.N.

l. 27. 28. C. de fidejuſſorib.
l. 9. C. de emancipat. liberor.
l. 36. C. de donationib.
l. 22. C. de agricol. & cenſit.
l. 30. C. de epiſcopal. audient.

10 | 1285 | 6 | 532 Poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis.

Graviſſima ſeditio in urbe, ob quam & Tribonianus quæſtura, Johannes Cappadox Præfectura Prætorii juſſi abdicarunt.

l. 50. 53. C. de epiſcop. & cleric.
l. 22. C. de hæreticis.
l. 37. de inoffic. teſtam.
l. 18. C. de teſtam. milit.
l. 6. C. de repud. v. abſtin. heredit.
l. 12. C. de his quib. ut indign.
l. 26. C. de legatis.
l. 5. C. de verbor. & rer. ſignific.
l. 7. C. de conditionib. inſert.
l. 8. C. de Sct. Trebellian.
l. 19. C. ad L. Falcid.
l. 12. 13. C. de legitim. hered.
l. 10. C. de bonis auctorit. judic. poſſ.
l. 11. C. unde vi.
l. un. C. de nov. oper. nuntiat.
l. 7. C. in quib. cauſ. pign. & hypoth. tacit. contr.
l. 11. C. de remiſſion. pignor.
l. 4. C. de litigioſ.
l. 15. C. de contrah. & committ. ſtipulat.
l. 36. C. ad L. Jul. de adulter.

11 | 1286 | 7 | 533 Imp. Fl. Anicius Juſtinianus Aug. III.

INSTITUTIONES Juris editæ XI. Kal. Decembr.

DIGESTA ſ. PANDECTÆ editæ XVII. Kalend. Januar.

l. 6. C. de ſumm. Trinit.
l. 54. C. de epiſcop. & cleric.
l. 2. 3. C. de veter. jur. enucleand.
l. 4. C. de ſportulis & ſumptib. &c.
l. 2. C. ubi & apud quem cognit. in integr. reſt. &c. hujus loci non eſt, cum ſit lata a Diocletiano & Maximiano.
Procem. Inſtitut.

12 | 1287 | 8 | 534 Imp. Fl. Anicius Juſtinianus Aug. IV. — Fl. Theodorus Paulinus Junior.

Hic Paulinus fuit ultimus Conſulum veteris Romæ, nam poſt hunc nulli creati ſunt obſtante ſcilicet bello Gothico.

Codex Juſtiniani iterum editus XVII. Kal. Decembr.

Præfat. Cod. Conſtit. 3.
l. 8. C. de ſumm. Trinit.
l. 57. C. de epiſcop. & cleric.
l. 34. C. de epiſcop. audient.
l. 2. C. de jurejur. propt. calumn. dand.
l. 31. C. de teſtament.
l. 15. C. de legitim. heredib.
l. 2. §. 22. C. de offic. præf. prætor. Afric.
l. 33. C. de epiſcop. audient.
l. 29. C. de nuptiis.
l. un. C. de caduc. tollend.
l. 1. C. de latin. libertat. toll.

13 | 1288 | 9 | 535 Fl. Beliſarius.
Juſtinian. Nov. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 32. 35. 102. 110. 121. 135. 157.
Juſtinian. Novell. 5.
Juſtinian. Novell. 39.
Juſtinian. Novell. 155.

14 | 1289 | 10 | 536 Poſt conſulatum Beliſarii V. C.
Juſtinian. Novell. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 40. 41. 42. 45. 49. 50. 58. 105. 122.
Juſtinian. edict. 6.

15 | 1290 | 11 | 537 Poſt Conſulatum Beliſarii V. C. Anno II.
Juſtin. Novell. 44. 46. 47. 48. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 60. 62.

1 | 1291 | 12 | 538 Fl. Joannes.
Juſtinian. Novell. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 76.
Joanne V. C. Conſ.
Juſtinian. Novell. 57.
Poſt Conſulatum Beliſarii V. C. Anno III.

2 | 1292 | 13 | 539 Fl. Appion.
Juſtinian. Novell. 89. 90. 91. 94. 95. 96.
Appione V. C. Conſ.
Juſtinian. Novell. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 97. 99. 100. 101. 133. 162.
Arione V. C. Conſ.

3 | 1293 | 14 | 540 Juſtinianus Junior.
Juſtinian. Novell. 98. — Juſt. Sanct. Pragm.

4 | 1294 | 15 | 541 Fl. Baſilius Junior.
Juſtinian. Novell. 107. 108. 109. 111. 112. 113. 115. 117. 119. 120. 123. 124. 125. 128. 129. 131. 132. 134. 136. 137. 142.

5 | 1295 | 16 | 542 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno I.
Poſt hunc Baſilium nemo privatus conſul fuit.

6 | 1296 | 17 | 543 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno II.

7 | 1297 | 18 | 544 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno III.
Juſtinian. Novell. 118. 147. 149.

8 | 1298 | 19 | 545 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno IV.
Juſtinian. Novell. 130. 148.

9 | 1299 | 20 | 546 Poſt Conſulatum Baſil. V. C. Anno V.
Novell. 115.

10 | 1300 | 21 | 547 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno VI.
Juſtinian. edict. 8.

11 | 1301 | 22 | 548 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno VII.
Juſtiniani Novell. 38. 127.

Theodora Juſtiniani uxor moritur VI. Id. Jul. cum annos unum & viginti menſemque tertium in Imperio peregiſſet.

12 | 1302 | 23 | 549 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno VIII.

Romam Totilas ab Iſauris militibus proditam capit & inſtaurat.

13 | 1303 | 24 | 550 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno IX.
14 | 1304 | 25 | 551 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno X.
15 | 1305 | 26 | 552 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XI.
1 | 1306 | 27 | 553 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XII.
Juſtiniani Novell. 145. 146.
2 | 1307 | 28 | 554 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XIII.
3 | 1308 | 29 | 555 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XIV.
4 | 1309 | 30 | 556 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XV.
5 | 1310 | 31 | 557 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XVI.
6 | 1311 | 32 | 558 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XVII.
7 | 1312 | 33 | 559 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XVIII.
Juſtiniani Novell. 141.
1313 | - - - edict. XI.
8 | 1314 | 34 | 560 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XIX.
9 | 1315 | 35 | 561 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XX.
10 | 1316 | 36 | 562 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XXI.
11 | 1317 | 37 | 563 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XXII.
12 | 1318 | 38 | 564 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XXIII.

Conſtitutiones Juſtiniani, quibus in pleriſque exemplaribus nec conſul nec dies ſubſcriptus eſt.

Lib. I. tit. 2. l. 16. 17. 18. 19. tit. 3. l. 37. 38. 39. 40. 41. 42. tit. 4. l. 21. tit. 26. l. 1. 2. Lib. II. tit. 7. l. 26. tit. 55. l. fin. Lib. III. tit. 22. l. fin. tit. 43. l. fin. Lib. IV. tit. 29. l. 22. 23. 24. 25. tit. 30. l. 14. 15. 16. tit. 31. l. fin. tit. 32. l. 26. 27. 28. tit. 34. l. 11. & 12. tit. 35. l. fin. tit. 37. l. penult. & fin. tit. 38. l. fin. tit. 39. l. fin. tit. 51. l. fin. tit. 54. l. fin. tit. 65. l. fin. tit. 66. l. 2. & fin. Lib. V. tit. 3. l. fin. tit. 4. l. 23. 24. 25. 26. 27. Lib. VI. tit. 42. l. fin. tit. 60. l. fin. Lib. VII. tit. 2. l. fin. tit. 3. l. fin. tit. 4. l. 15. 16. & fin. tit. 5. l. 1. tit. 6. l. 1. tit. 7. l. 1. & fin. tit. 15. l. 1. & fin. tit. 17. l. 1. & fin. tit. 24. l. 1. tit. 25. l. 1. tit. 31. l. 1. t. 32. l. fin. tit. 33. l. fin. tit. 35. l. fin. tit. 37. *ſine die.* tit. 39. l. 8. & fin. tit. 40. l. 1. 2. & fin. tit. 45. l. 13. 14. & fin. tit. 47. l. 1. tit. 54. l. 4. & fin. tit. 62. l. 34. 35. & 36. tit. 63. l. 3. & 4. & fin. tit. 64. l. fin. tit. 67. l. fin. tit. 70. l. 1. tit. 71. l. 7. & fin. tit. 72. l. 10. Lib. VIII. tit. 54. l. fin. Lib. IX. tit. 44. l. fin. Lib. X. tit. 8. l. 3. tit. 22. l. 4. tit. 31. l. 66. tit. 34. l. 3. tit. 43. l. 4. tit. 71. l. 2. Lib. XI. tit. 11. l. 1. tit. 42. l. 11. tit. 47. l. 19. 20. 21. 22. & 23. tit. 53. l. 2. tit. 68. l. 2. Lib. XII. tit. 1. l. 18. tit. 3. l. 5. tit. 7. l. 2. tit. 10. l. 2. tit. 16. l. 5. tit. 19. l. 13. 14. 15. tit. 32. l. 1. tit. 33. l. 1. tit. 34. l. 5. 6. 7. tit. 35. l. 1. tit. 51. l. 23. tit. 61. l. 6.

Novellæ Juſtiniani ſine die & Conſule.

Nov. 126.
- - 130.
- - 137.
- - 138.
- - 139.
- - 140.
- - 143.
- - 144.
- - 148.
Nov. 149.
- - 150.
- - 151.
- - 152.
Cal. Jun.
Nov. 154.
- - 155.
Cal. Febr.
Nov. 156.
Nov. 158.
Prid. Id. Jul.
Nov. 159.
- - 160.
- - 161.
- - 163.
- - 164.
- - 165.

13 | 1319 | 565 Poſt Conſulatum Baſilii V. C. Anno XXIV.

Annus hic Juſtiniano ſupremus fuit. Victor quidem Tununenſis & Johannes Biclarienſis mortem ejus ad annum DLXVI. referunt. Sed oſtendit Noriſius ex inſcriptione, quam Romæ legit, hoc anno Juſtinianum eſſe mortuum. Corruit cum hoc Imperatore juris romani autoritas, occidente a barbaris gentibus occupata, in oriente novis indies ſurgentibus legiſlatoribus, qui tamen ad gloriam Juſtiniani non acceſſerunt. Superſunt hodie hujus juris orientalis fragmenta a Bonefidio, Cujacio, Haloandro, Leunclavio, Frehero, Fabrotto aliiſque luci publicæ expoſita, quæ quoque in interpretandis legibus Juſtiniani multum inſervire poſſunt, quod ſummus JCtus Jacobus Cujacius multis exemplis teſtatur. De his hic dicendi locus non eſt, cum præſens Chronologia ſaltem ad jurisprudentiam romano-juſtinianeam reſpiciat.



D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS
INSTITUTIONUM
JURIS
LIBRI QUATUOR
COMPOSITI
PER TRIBONIANUM
VIR. MAGN. ET EXQUÆSTOREM SACR. PALAT.
NEC NON
THEOPHILUM ET DOROTHEUM
V. V. ILLUSTRES ET ANTECESSORES.

INSTITUTIONUM RUBRICÆ SEU TITULI ET EORUM INDEX.

I. SECUNDUM LIBROS ET MATERIAM.

Proœmium de Confirmatione Institutionum.

LIBER I. JUS.

LIBER II. RES.

LIBER III.

LIBER IV.

II. SECUNDUM ORDINEM ALPHABETI.

Prior numerus librum, alter titulum significat.

INDEX

INDEX PARAGRAPHORUM
QUATUOR LIBRORUM INSTITUTIONUM,

In quo prior numerus ipsum Paragraphum, alter Titulum, postremus vero Librum significat.

DE RATIO-

DE RATIONE ORDINIS
IN
LIBRIS INSTITUTIONUM
A
JURIS-CONSULTO SERVATI.

Proœmium, sive constitutio, has Institutiones confirmans.

LIBER PRIMUS.

De justitia & jure, 1. Quid Justitia & Jurisprudentia, 2. de methodo Juris discendi & docendi, item 3. de præceptis & 4. objectis juris seu de publico & privato.

Species,

De jure naturali, gentium, & civili, 2. jus naturale est omnium animalium 2. gentium, omnium hominum: civile non omnium sed Romanorum vel alicujus civitatis 3. quod est vel scriptum vel non scriptum 4. scripti species sunt lex, quæ ab universo populo; Plebiscitum quod a plebe 5. Senatusconsultum quod a Senatu 6. Constitutiones Principum quæ a Principe 7. Edicta quæ vel a Prætore vel ab Ædilibus curulibus constituuntur 8. Responsa prudentum 9. non scriptum ex longo usu venit 10. 11. naturalia omnium gentium non mutantur: civilia jura aut tacito aut expresso consensu mutari possunt.

Objecta.

Personæ. §. fin.

Servæ,

De jure personarum 3. hic agit de servis: omnes liberi sunt vel servi, quid libertas 1. quid servitus 2. ἔτυμον servi 3. causæ servitutis 4. servorum idem status. 5.

Liberæ.

De ingenuis 4. Ingenuus est, qui ut natus est liber est 1. nec officit igitur ei in servitute & manumissum fuisse. 1.

De libertinis 5. Libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi 1. multis modis acquiritur 2. quolibet loco vel tempore 3. hodie omnes libertate donati cives fiunt Romani, & eadem, qua qui manumittunt, fruuntur libertate, sublata Dedititiorum, & Latinorum conditione, de quibus dicitur Lib. 7. Cod. t. 5. & 6.

Qui & ex quibus causis manumittere non possunt 6. alii legunt *non licet*. Non licet autem in fraudem creditorum manumittere 1. ei licet, qui solvendo non est, servum heredem instituere, ut ejus potius quam defuncti nomine creditoribus satisfiat, distractis scil. ejus servi bonis non defuncti 2. nec requiritur ad hoc ut sit liber, fieri libertatis mentionem 3. in fraudem manumittit, qui animum fraudandi habuit 4. item minori annis viginti non licet inter vivos manumittere servos, nisi apud Consilium ex justis causis 5. 6. 7. Testamento vero ei, qui 18. ætatis annum attigerit, *fin.*

De leg. Fusia Caninia tollenda 7. morientibus licet integram familiam manumittere.

De his, personis quæ sui vel alieni juris sunt 8. Hic tractat de servis, & his, qui sunt alieno & dominorum juri subjecti: hodie sublata est vis ac potestas vitæ & necis dominorum in servos, etiam atrox in eos injuria.

De personis, quæ alieno juri, parentum scil. subjecti sunt, ut liberi.

De patria potestate 9. Jus patriæ potestatis ac parentum in filios, Romanis in quibusdam casibus peculiare erat Fit autem quis pater in causis, quæ sequuntur.

De nuptiis 10. hic explicat inter quas personas prohibitæ sunt nuptiæ, & 13. quomodo oblatione curiæ & legitimatione jus patriæ potestatis consequamur.

De adoptionibus 11. Ejus species Arrogatio & Adoptio 1. 2. 3. Hic tractat de effectibus adoptionum 10. 13. quando arrogatio fieri debeat, qua ætate quis adoptare possit 4. in cujus locum 7. 8. cujus consensus requiratur 9. qui adoptare 11. 12. & adoptari possint, *fin.*

Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur 12. morte patris, deportatione, relegatione non item: servitute pœnæ, dignitate, captivitate non amittitur, sed est in suspenso propter jus postliminii: emancipatione, quæ ut fiat hic explicatur: adoptione.

De pupillis & eorum tutoribus, & curatoribus.

Species

Testamentaria.

De tutelis 13. Hic explicatur definitio 1. & etymon Tutelæ & Tutoris 2. Cæterum testamento pater tutores dare solet liberis in potestate, & impuberibus 3. posthumis 4. & emancipatis 5.

Qui testamento tutores dari possunt 14. pater vel filiusfamilias 1. servus proprius 2. furiosus & minor viginti quinque annis & quomodo 3. quousque, pure, conditionaliter, & quando 4. Dantur autem non causæ & rei, sed personæ 5. Tutor autem filiabus vel filiis datus posthumis: liberis vero, nepotibus etiam: posteris, omnibus descendentibus censetur datus.

Legitima.

De legitima agnatorum tutela 15. Agnati sunt cognati per virilis sexus personas nobis conjuncti.

De capitis diminutione 16. Hic explicatur quid sit capitis diminutio, id est, mutatio. Caput hic libertatem, jus civitatis & familiæ, significat non membrum ac partem corporis 1. Maxima, & civitatem & libertatem 2. Media civitatem tantum 3. Minima neutrum, sed statum solum tollit 4. Caput autem non minuitur manumissione 5. dignitatis mutatione 6. Cæterum ad proximioris gradus agnatos tutela pertinet 7.

De legitima patronorum tutela 17. patroni & eorum liberi consequuntur suorum libertorum tutelam.

De legitima parentum tutela 18. parentes filiorum emancipatorum tutelam consequuntur.

De fiduciaria tutela 19. fratrum emancipatorum & impuberum fratres majores natu tutelam consequuntur, qui fiduciarii Tutores appellantur 1.

Dativa.

De Atiliano tutore & eo qui ex leg. Julia & Titia dabatur 20. his scilic. quibus nullus tutor erat 1. aut erat quidem sed conditionis & diei eventus, quo datus erat, pendebat: vel quia nondum hereditas fuisset adita 2. aut tutor datus captus erat ab hostibus 3. dari tamen tutores vel curatores solent ex inquisitione, interdum cautione exacta rem salvam pupillis fore, alias periculo suo magistratus eos dederit 4. 5. 6. Finita vero tutela tutor rationem reddere cogetur 7.

De autoritate tutorum 21. sine tutore obligari pupillus non potest: etsi obligare alios sibi potest 1. non tamen hereditatem, bonorum possessionem, fideicommissum quamvis lucrosum adire & suscipere potest 2. tutorque in ea interponenda præsens esse debet 3. hujus tamen autoritas non requiritur in judicio quod habiturus est cum pupillo.

Contraria.

Quibus modis tutela finitur 22. pubertate pupilli 1. capitis diminutione 2. eventu conditionis 3. morte 4. maxima capitis diminutione tutoris 5. tempore finito, ad quod datus est tutor 6. quoties tutor ab ea vel remotus est vel excusatus.

Affinia.

De curatoribus 23. dantur puberibus minoribus 3. furiosis & prodigis majoribus 4. mente captis, surdis, mutis, & perpetuo morbo laborantibus 5. pupillis si eorum legitimus tutor non sit idoneus.

De satisdatione tutorum vel curatorum 24. satisdare de indemnitate pupilli coguntur omnes præter testamentarios & datos ex inquisitione, 1. inter testamentarios tamen, & datos ex inquisitione qui satisdationem offeret, cæteris præferetur ad administrandum: si nullus eorum satisdationem offerat, quem major pars tutorum elegerit, is geret: si dissentiunt in electione, Prætor eliget 2. & in tutores & in eos qui satisdationem accipiunt, pupillis datur actio, id est, in magistratus 4. excepto Præfecto urbi, Prætore & Præside 3. nisi vero caverint tutores, pignus dare tenentur.

De excusationibus tutorum vel curatorum 25. aliquis excusatur a tutela gerenda numero trium vel quatuor liberorum, naturalium tamen & superstitum, nisi in bello ceciderint 1. si res fisci administrat 2. si Reip. causa abest 3. potestate seu imperio vel munere publico 4. si litem cum pupillo habeat 5. tribus oneribus tutelæ vel curæ 6. propter paupertatem 7. & adversam valetudinem 8. imperitiam literarum pingendarum vel legendarum 9. si a testatore tutelæ periculosæ per inimicitias datus sit 11. item si testatori nondum reconciliatus 12. si ab eodem status controversiam passus fuerit 13. si major septuaginta vel minor vigintiquinque annis 14. si miles 15. si Grammaticus, Rhetor & Medicus in patria 18. si tutelam pupilli gesserit, a cura ejusdem excusari potest 19. ut maritus ab uxoris cura 20. *non excusabitur*, etsi is asserat patri pupilli se ignotum 10. & pollicitum tutelæ administrationem 16. intra quinquaginta dies si intra centesimum lapidem fuerint & sciverint se tutores datos excusationem proponent, si ultra, vide §. 16. Falsa allegatione excusatus non liberatur a tutela 20. & datus, universo patrimonio datus esse creditur 17.

De suspectis tutoribus vel curatoribus 26. Suspecti crimen ex leg. XII. tabul. descendit 1. de quo Prætor, Præses, Legatus & Proconsul cognoscunt 2. omnesque fieri suspecti possunt 3. & ab omnibus suspecti postulari, etiam mulieribus, & quidem externis si modo propensæ pietatis cognoscantur 4. non tamen a suis impuberibus tutores possunt postulari 5. & suspectus is est qui non ex fide tutelam gerit 6. ob solum dolum remotus fit famosus 7. suspecti postulatus, non administrabit 8. quod crimen morte finitur 9. si tutor absit, quominus pupillo alimenta decernantur, pupillus in possessionem bonorum ejus mittetur, quæ & distrahi poterunt, eoque nomine etiam removebitur a tutela 10. punitur etiam si falso dicat alimenta deesse & si pecunia ministerium tutelæ acquisivit 11. ut libertus fraudulenter tutelam administrans 12. hi omnes etiam si satis offerant removendi: paupertas vero non facit suspectum.

LIB. II.

Res.

De rerum divisione, & acquirendo, jure gentium, *ipsarum dominio* 1. res aliæ sunt in nostro patrimonio, aliæ extra 1. ut ea quæ naturali jure communia sunt; veluti aër, mare &c. 2. ut ea quæ publica, qualia sunt flumina, &c. 3. 5. & litus 4. & ripæ 6. ut, quæ universitatum sunt communia 7. ut, quæ nullius sunt, veluti res divini juris 8. quæ vel sacræ 9. vel religiosæ 10. vel sanctæ sunt 11. singulorum autem fiunt & nostri patrimonii, jure gentium vel civili 12. gentium, feræ, bestiæ, volucres, pisces, quæ nullius sunt, & fiunt primi occupantis 13. nec sufficit feram fuisse vulneratam 14. apes etsi feræ, nostræ non sunt priusquam alveo includantur, & si examen ex nostro evolaverit, si tamen in conspectu non sit, fiet occupantis 15. pavones, columbæ, cervi, & animalia quæ ex consuetudine abire & redire solent, si revertendi consuetudinem deseruerint, fiunt occupantium 16. aliud in gallinis & anseribus: qui enim lucrandi animo ea animalia detinebit furtum committet 17. item jure gentium sunt in nostro patrimonio, ea quæ ex hostibus capimus 18. quæ in litore invenimus 19. quæ ex nostris animalibus nascuntur 20. quod agro nostro per alluvionem adjectum 21. non quod vi fluminis ex alterius prædio allatum, nisi radices in nostro egerit 22. Primi quoque occupantis erit insula in mari nata: fluvialis vero si in medio fuerit confinium communis pro rata erit: sin citra, proximiorum erit, nisi flumen agrum ipsum insulam effecerit 23. Idem jus est in alveo fluminis exsiccato, quod in insula diximus 24. ager autem alicujus a flumine in alveum mutatus, publicus est, recessu fluminis confinium: meus tamen manebit ager, qui tantum erit inundatus 25. Qui ex aliena materia & sua, speciem novam fecerit, si species ad priorem materiam reduci potest, ad suum dominum materia revertetur: sin minus, ejus qui fecit, erit 26. Purpura quoque vestimento cedit, cui intexta est: furto tamen & condictione tenebitur qui hoc fecit 27. Materiæ similes aut diversæ dominorum voluntate aut fortuito confusæ, ut liquida & metalla, eorum sunt communes 28. idem jus est si consensu mutuo res commixtæ sint, ut aridæ: si casu, non item 29. quod de purpura diximus, locum habet in eo, qui ex aliena materia in suo solo ædificavit 30. vel ex sua in alio sciens, seu bona fide, sumtus enim repetet 31. Quod & locum habet si aliena planta in meo, vel mea in alieno posita radices egerit: cedit enim solo 32. In satis idem dici oportet 33. Et in iis, quæ in aliena charta & membrana scripta sunt 34. aliud omnino erit in tabula, quæ etsi alienæ picturæ & ei qui pinxit cedit: pictor tamen domino tabulæ tenebitur 35. si emptor vel possessor bonæ fidei, fructus perceptos lucratur: malæ fidei non item 36. sed usufructuarius tantum perceptos fructus lucratur 37. Partus autem ancillæ fructuum appellatione non continebitur 38. fructuarius vero ad instar boni patrisfamilias in locum demortuæ, ovis, vineæ, arboris aliam substituet 39. Thesaurus cedit ei qui in suo vel sacro & religioso fortuito tamen invenit, si in alieno qualicunque & fortuito, dimidium tantum ejus consequetur 20. Traditione quoque a domino facta animo transferendi res nobis acquiruntur 41. & seqq quod si ante ex alia causa translata, ut puta deponendi animo, sive traditione & nuda voluntate, ut puta si quis donare velit, res acquiretur 45. sic traditione clavium transfertur proprietas mercium in horreo repositarum 46. acquirimus quoque missilia, etsi domini in incertam personam collata sit voluntas 47. & rem pro derelicto habitam, id est, ea mente abjectam a domino, ut in numero rerum suarum non esset: 48. pro derelicto autem non censetur quod in tempestate levandæ navis causa ejicitur, aut de rheda currente non intelligentibus dominis cadit.

De rebus corporalibus, quæ sui natura tangi possunt, *& incorporalibus* 2. quæ tangi non possunt ut jura & servitutes.

De servitutibus rusticorum & urbanorum prædiorum 3. Jus rustici prædii consistit in itinere, actu seu facultate agendi jumentum vel vehiculum, via & aquæ ductu 2. & quorundam opinione, aquæ haustu, pecoris ad aquam appulsu, jure pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ 1. Jus vero urbani prædii ædificiis inhæret, sive urbanis, sive villaticis, ut Tigni in parietem vicini immittendi, &c. 3. Prædiorum jura vocantur quia sine prædiis

prædiis constitui non possunt 4. & pactione, stipulatione vel testamento constituuntur.

De usufructu 4. qui jus est rebus alienis utendi fruendi salva earum substantia, quibus sublatis perit 1. a proprietate differt. pacto & stipulatione acquiri 2. & rerum omnium esse potest, etiam earum, quæ usu consumuntur, & pecuniæ, quibus duobus casibus usufructuarius cavere tenetur de iis restituendis 3. finitur morte usufructuarii, maxima & media capitis diminutione, si per modum eo quis non utatur, si tempus sub quo relictus est, finitum: si acquiratur proprietas, aut si proprietario cedatur: interitu rei 4. & finito usufructu res ad proprietarium redibit.

De usu & habitatione 5. Usus, ut ususfructus acquiritur & finitur 1. minus tamen juris in usu quam in usufructu fundi 2. ædium 3. servi & jumenti 4. & pecorum 5. habitatio vero nec usus est, nec ususfructus, sed quasi proprium aliquod jus.

Quibus modis legitimo & civili jure res acquiruntur. §. *fin.* servitutes reales & personales, de quibus diximus, vel teste Justiniano, pactis vel testamento & stipulationibus acquiruntur, quæ ratione formæ juris sunt civilis. Potuissent igitur vel commode in hunc tractatum rejici. Acquiruntur igitur

Res singulæ his modis,

De usucapionibus & longi temporis præscriptionibus 6. res mobiles per triennium, immobiles decennio inter præsentes, viginti annis inter absentes, ubique usucapiuntur; & earum dominium juste acquiritur 1. nisi res fuerit extra commercium, ut res divini juris, & servus fugitivus, 2. nisi res furto vel vi possideatur, & ab hujusmodi possessore, sciente tamen transferatur, quod locum non habet in eo, qui loci vacantis possessionem sciens propter absentiam aut negligentiam domini aut defectum heredis sine vi nactus est, & alteri tradidit &c.

De donationibus 7. quæ sunt vel mortis causa vel non 1. illæ fiunt propter mortis suspicionem, legatis per omnia comparatæ 2. Donatio vero quæ non mortis causa fit & quæ inter vivos appellatur, si perfecta sit, id est, si donator scripto aut sine, voluntatem suam manifestaverit, temere revocari non potest, immo tradendi necessitas incumbit donatori, nisi ob vitium ingrati. Cæterum donatio non excedens quingentos solidos sine insinuatione valebit 3. genus quoque inter vivos donationis est ea quæ olim ante nuptias, hodie propter nuptias vocatur, quæ etiam constante matrimonio augeri & minui potest.

De Jure accrescendi, quo communis servus ab uno dominorum manumissus alterius domini fiebat, nec libertatem consequebatur, hoc jus sublatum est, si tamen alteri domino pretium servi secundum partem dominii datum sit servus liberatur. *fin.* §.

Quibus alienare licet vel non licet 8. maritus res soli uxoris alienare neque obligare potest etiam uxore consentiente 1. 2. Sed voluntate debitoris creditor pignus alienare poterit 3. pupillo nec alienare nec mutuum dare, nec solvere licet, sine tutoris autoritate, at si ei solutum erit pecuniamque salvam apud se habuerit, aut ex ea locupletior factus, si debitum petierit, doli exceptione submovebitur.

Per quas personas cuique acquiritur 9. Si filius in potestate quid ex re patris acquisiverit, totum, si ex alia causa solus ususfructus patri acquiritur 1. 2. si vero emancipatus, pater, pro tertia parte dominii in rebus acquirendis ab emancipato, quam olim retinere poterat, dimidiam non dominii rerum, sed ususfructus retinebit 3. per servos quoque nostros ex qualibet causa etiam insciis nobis acquiritur 4. per usufructuarios vero id tantum quod vel suis operis, vel ex re nostra acquisiverint 5. & per servum alienum aut liberam personam bona fide a nobis possessam 6. & per procuratorem.

Hic dicendum erat de legatis & fideicommissis quibus res singulæ nobis acquiruntur, quorum tractationem in tit. 20. & 23. rejicit. §. ult.

Per universitatem.

De testamentis ordinandis, id est, quæ observari oporteat ut valeat testamentum 10. Testamentum mentis testatio est 1. olim quædam fiebant Calatis comitiis in pace: in procinctu vero, cum in prælium exituri essent; & per æs & libram, imaginaria quadam venditione & emancipatione 2. Postea jure Prætorio septem testium signa suffecerunt ad testamenti probationem: 3. hodie uno contextu testamentum fieri debet & subscribi a testatore & septem testibus 4. nomen quoque heredis manu vel testatoris vel testium exprimi: 5. uno autem etiam alieno annulo omnes testes signare possunt 6. & testes adhiberi quibus testamentum facere licet 7. sufficitque tempore testamenti pro libero habitum qui servus erat 6. & plures ex eadem domo testes licet adhiberi 9. si modo non sint in potestate testatoris 8. vel heredes vel heredis pater, filius, vel frater 10. legatariis tamen & fideicommissariis testibus esse licebit 12. nec interest qua ex materia testamentum fiat 13. pluribusne Codicibus an uno 14. in testamento non scripto, sed nuncupativo septem testes tantum requiruntur.

De militari testamento 11. de cujus jure & solennitatibus hic agitur.

Quibus non est permissum facere testamentum 12. filiofamilias, nisi militi & veterano, & de castrensi peculio 1. impuberi, capto ab hostibus, furioso, nisi tempore lucidi intervalli, aut ante furorem, 5. aut ante captivitatem 2. prodigo & in fin. ei, cui bonis interdictum est 3. omnino muto & surdo & 4. cæco, nisi eo quem Justinianus præscripsit modo.

De exheredatione liberorum 13. Omnes hodie sive sui sive emancipati sint vel heredes instituti vel nominatim exheredari debent, alias præteriti testamentum patris infirmabunt 1. 2. 3. 4. 5. 6. silentium tamen militis pro exheredatione habetur 7. ut matris, vel avi materni, & cæterorum per matrem ascendentium; querendi tamen de inofficioso potestatem habebit præteritus.

De heredibus instituendis 14. possunt institui heredes liberi vel servi, servus proprius hodie sine libertatis mentione instituitur, eo excepto quem domina adultera instituerit 1. 2. alienus vero jussu domini sui adibit 3. plurium vero unicuique dominorum pro portione dominii acquiret 4. Cæterum plures heredes facere licet 5. hereditas vero vel in XII. vel in plures uncias dividi potest 8. & in dupondium 9. heres pure & sub conditione institui potest: ex certo tempore aut ad certum tempus non æque 10. quod si conditio sit impossibis, pro non scripta habetur 11. si sub pluribus conditionibus conjunctim, utrisque parendum est, si separatim alterutri 12. is quem nunquam testator vidit institui potest.

De vulgari substitutione 15. potest quis in testamento suo plures gradus heredum facere, & alios aliis sufficere, ut uno herede non existente alius hereditatem consequatur.

De pupillari substitutione 16. pater non solum liberis suis impuberibus quos habet in potestate, substituere potest, ut si heredes filii non extiterint alius sit heres: sed eo amplius ut si heredes ei extiterint & adhuc impuberes mortui fuerint, sit ei aliquis heres.

Quibus modis testamenta infirmantur 17. rumpitur testamentum adoptione filii quasi agnatione sui heredis 1. 2. posteriore testamento, 5. capitis diminutione.

De inofficioso testamento 18. datur hæc querela liberis & parentibus sine causa exheredatis vel omissis, fratri vero & sorori, turpibus personis scriptis heredibus.

De heredum qualitate & differentia 19. heres necessarius dicitur qui sive velit sive nolit heres esse tenetur, ut servus a domino est institutus, qui facultates suas suspectas habet 1. 2. suus & necessarius is est, qui in potestate morientis fuit, ut liberi in infinitum: quibus tamen prætor volentibus permittit abstinere ab hereditate 3. 4. extraneus qui testatoris juri subjectus non est 5. cui licet adire hereditatem facto prius inventario ut in tantum teneatur quantum valent bona hereditatis, ut ex hac causa jus deliberandi ut olim non sit ei necessarium 6. 7. sitque heres si pro herede se gerat, id est, si rebus hereditariis tanquam heres utatur vel si nuda voluntate hereditatem suscipiat, & iisdem modis hereditatem repudiare potest.

Hereditatis diminutio.

De legatis 20 Legatum est donatio a defuncto relicta ab herede præstanda 1. 2. si testator his verbis utebatur, HABE VENDICA, Vendicationis seu per vendicationem legatum erat: sin his verbis HERES MEUS DAMNAS ESTO DARE, per damnationem: sin ita, HERES SINAT LUCIUM SUMERE ILLAM REM, sinendi modo: sin his verbis LUCIUS ILLAM REM PRAECIPITO, per præceptionem legatum erat: hodie his omnibus explosis legatario competit actio personalis, in rem & hypothecaria 3. ut & legata fideicommissis exæquata 4. Cæterum legari potest res aliena 5. & pignorata 7. & quæ in rerum natura non est si modo futura est 8. & eadem res duobus 10. res legatarii 13. liberatio 14. & debitum creditori interdum 15. & dos uxori 18. grex 19. domus 20. peculium 21. res corporalis & incorporalis 22. aliquid in genere 23. & optio 24. Legari autem non potest his quibus testamenti factio non est 25. ut olim incertis personis 26. 28. & alieno posthumo, 27. quæ duo postrema hodie correcta sunt 29. Error in nomine si de persona constet 30. falsa demonstratio 31. falsa causa, nisi conditionaliter enunciata sit, legatum non vitiabit 34. ante heredis institutionem legari potest 35. & post mortem heredis vel legatarii 36. & pœnæ nomine.

De ademptione legatorum & translatione 21 quæ sc. eodem testamento fieri potest, vel codicillis.

De leg. Falcidia 22. qua modus legatis impositus est & licentia universi patrimonii legatis erogandi coarctata per legem Falcidiam qua cavetur, ne plus legare liceat quam dodrantem totorum bonorum 1. &c.

De fideicommissariis hereditatibus, & ad SC. Trebellianum 23. fideicommissum est cum aliquis recto jure testamento heres institutus, rogatus est: ut alii hereditatem restituat 1. 2. 3. 4. Senatusconsulto vero Trebelliano cautum erat, ut omnes actiones ei & in eum darentur cui ex fideicommisso restituta esset hereditas 5. Senatusconsulto vero Pegasiano cautum fuit, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam retinere atque ex legatis Falcidiam retinere conceditur 7. quorum SC. vis hodie conjuncta est.

De singulis rebus per fideicommissum relictis 24. quas per fideicommissum relinquere licet 1. & proprias aut heredis aut legatarii aut fideicommissarii, aut cujuslibet alterius 2. libertatem quoque per fideicommissum relinquere concessum est 3. cujus verba hæc solennia erant, PETO, ROGO, MANDO, FIDEI TUAE COMMITTO.

De Codicillis 25. de quorum origine 1. efficiente 2. materia 3. numero & solennitate hic agit.

De hereditatibus quæ ab intestato deferuntur 26. nam superius dixit de hereditatibus, quæ testamento deferebantur. Intestatorum autem hereditates primum ad suos heredes pertinent 1. 2. Si autem heredes existimantur liberi qui in defuncti potestate fuerunt 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. nam emancipatis datur a Prætore bonorum possessio unde liberi 10. &c.

De legitima agnatorum successione 27. quæ locum habet si nemo suus heres vel eorum quos inter suos heredes Prætor, vel constitutiones vocat, existat 1. ad 7. in quibus successionibus servatur id quod diximus 6. Cod. 16. de successorio edicto 8. &c.

De SC. Tertylliano 28. quo mater ingenua vel libertina succedit filiis, cæterisque personis legitimis anteponitur excepta fratris & sororis persona 1. &c.

De SC. Orficiano 29. quo liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur 1. 2. 3. etiam vulgo quæsiti 4.

De successione cognatorum 30. quos prætor post suos & agnatos vel quasi ad successionem vocat. 1. &c.

De gradibus cognationum 31.

De servili cognatione 32. Justiniani lege, nati ex servis si manumissis parentibus superstites sunt, jus cognationis consequuntur, ut scil. succedant patri vel matri jure patronatus in hac parte sopito.

De successione libertorum 33. id est, ut succedunt patroni suis libertis.

De assignatione libertorum 34. si defunctus uni ex liberis libertum assignaverit, is solus patronus liberti habebitur, cæteris nihil juris in eo habentibus.

De bonorum possessionibus 35. de quibus satis diximus in Pandectis lib. 37. & Cod. lib. 6. tit. 11. &c.

De eo cui libertatis causa bona defuncti domini scilicet *addicuntur* 36. qui libertatem acceperunt a domino in testamento ex quo non aditur hereditas vel volunt bona sibi addici, libertatum conservandarum causa audiuntur.

De successionibus, quæ fiebant per bonorum debitoris scil. *venditiones sublatis*, nam hodie explosis ambagibus hujusmodi venditionum tantummodo creditoribus datur bona debitoris officio judicis possidere, ut non sit necessaria eorum emptio ex jure veteri, *& ex SC. Claudiano* 37. quo scil. libera mulier servi amore bacchata ipsam libertatem, & cum libertate substantiam amittebat.

LIB. III.

Secuti ſumus hanc librorum partitionem, quæ in multis Codicibus ita habet, ut liber 3. incipiat a tit. proximo.

De obligationibus 1. Obligatio ab obligando, hinc juris vinculum dicitur, quo quis aſtringitur alicujus rei ſolvendæ 1. Eſtque vel civilis, quæ a legibus aut conſtituta aut comprobata eſt: vel prætoria ſeu honoraria, quam prætor ex ſua Jurisdictione inſtituit 2. eſtque vel

Ex contractu. §. *fin.* qui conſtat vel

Re.

Quibus modis re contrahitur obligatio 2. mutuo 1. indebiti ſolutione 2. commodato 3. depoſito 4. pignore 5. de quibus diximus in Pandectis libro 12. 13. 14. 15. 16. & Cod. libro 4. titul. 1. 23. 24. 34.

Verbis, quibus conſtare dicitur hæc obligatio propter certam eorum formulam & ſolennitatem, qua hic contrahentes utuntur, interrogatione ſcil. & reſponſione.

De verborum obligationibus 3. de quibus diximus in Pandectis lib. 45. tit. 1.

De duobus reis ſtipulandi & promittendi 4. Vid. 45. *ff.* 2.

De ſtipulatione ſervorum 5. Vide 45. *ff.* 3.

De diviſione ſtipulationum 6. Vide 46. *ff.* 5.

De inutilibus ſtipulationibus 7. in ſtipulationem deduci poſſunt res omnes dominio noſtro ſubjectæ 1. Inutilis autem erit, ſi quis ſtipuletur rem quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt 2. rem divini juris, publicam, & ſuam, liberum hominem 3. alterum daturum vel facturum 4. alteri, quam ei, cujus juri ſubjectus ſit, dari, non tamen ſolvi 5. item ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat 6. vel ab eo ſtipuletur qui ſuo juri ſubjectus eſt 7. mutus quoque & ſurdus qui omnino non audit, nec ſtipulari nec promittere poteſt 8. nec furioſus 9. nec infans, infantiæ autem proximus & impubes ſi in poteſtate parentis ſit, ne autore quidem patre obligabitur: ſi autem pupillus fuerit, tutoris autoritas neceſſaria erit ut poſſit obligari 10. ſed & impoſſibilis conditio, cui natura impedimento eſt, ſtipulationi adjecta inutilem reddit ſtipulationem 11. & abſentia: nam inter præſentes ſtipulatio fieri debet, de qua per ſcripturam ſi conſtiterit, credendum erit partes præſto fuiſſe: licebit tamen reo probare toto eo die quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel adverſarium ſuum in aliis locis fuiſſe 12. item ſi quis ſtipuletur ſibi dari poſt mortem vel ſuam vel ejus qui promittit, ſtipulatio inutilis erit 13. &c.

De fidejuſſoribus 8. Qui ſolent obligari pro eo qui promittit, dum curant homines, ut diligentius ſibi cautum ſit 1. in omnibus obligationibus adhiberi poſſunt 2. heredem ſuum relinquunt obligatum 3. nec intereſt, quis fidejuſſerit ante vel poſt obligationem 4. ſi plures obligati ſint, creditor a ſingulis qui ſolvendo ſunt litis conteſtatæ tempore partes petere tenetur, idque ex epiſtola Divi Adriani, ante quam creditori liberum erat a quocumque is voluiſſet ſolidum petere 5. non poſſunt autem fidejuſſores obligari, ut plus debeant quam principalis, ut minus tamen debeant, poſſunt 6. datur autem fidejuſſori qui pro reo ſolvit, adverſus reum mandati actio.

Literis.

De literarum obligationibus 9. Intra biennium non numeratæ pecuniæ adverſus ſyngrapham exceptio opponi poteſt.

Conſenſu, *De obligationibus ex conſenſu* 10.

De emptione & venditione 11., vid. 18. *ff.* 4. C. 38. *tit. ad fin.* 63.

De locatione & conductione 12. Utraque emptioni & venditioni proxima eſt & iiſdem regulis juris conſiſtit, & contrahi intelligitur, ſi merces conſtituta ſit, competitque locatori actio locati, conductori conducti 1. ſed ſi merces alieno arbitrio permiſſa fuerit, neutra actio dabitur, ſed præſcriptis verbis. Quemadmodum ſi rem aliquam utendam tibi aliquis dederit & invicem a te fruendam aliam acceperit 3. locationi & conductioni, immo emptioni & venditioni proxima eſt emphyteuſis, quæ contractus proprii habet naturam. Fit autem emphyteuſis, cum prædia perpetuo fruenda quibuſdam dantur ea lege, ut quamdiu penſio ſive reditus pro his domino præſtabitur, emphyteuticario prædia auferre non liceat 5. Conductor autem ſecundum legem conductionis omnia facere tenetur & ſi quid in ea prætermiſſum fuerit, id ex æquo & bono præſtare 6. eo mortuo intra tempora conductionis heres in conductione ſuccedet.

De ſocietate 13. Societas aut omnium aut quorundam bonorum eſſe poteſt 1. 2. 3. ſi lucri partes expreſſæ ſint, hæ ſervabuntur: ſi non expreſſæ, ſocii æquales & in lucro & in damno erunt 4. ſolvitur ſocietas ſi ei renuntietur 5 ſocii morte 6. ſi finis negotio impoſitus 7. ſi univerſa bona ſocii publicentur, ceu diſtrahantur 8. ſi ſocius bonis ſuis ceſſerit 9. Cæterum alter alteri tenetur de dolo & culpa, quæ non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt: ſufficit enim talem diligentiam a ſocio in communibus rebus adhiberi, qualem in ſuis rebus adhibere ſolet.

De mandato 14. Mandatum contrahitur vel mandantis tantum gratia & utilitate 1. 2. vel mandantis & mandatarii 3. vel alterius tantum 4. vel mandantis & alterius 5. vel mandatarii & alterius 6. vel mandatarii tantum, quod potius conſilium eſt quam mandatum & ob id non eſt obligatorium 7. quemadmodum etiam ſi contra bonos mores erit 8. mandatarius vero non debet excedere fines mandati 9. quod ſi re integra revocatum erit, evaneſcet 10. morte tamen mandantis non ſemper ſolvitur 11. ad mandatum autem ſuſcipiendum nemo tenetur: ſuſceptum vero conſummandum eſt aut quamprimum renuntiandum, niſi juſta cauſa interceſſerit, aut non renuntiandi, aut intempeſtive renuntiandi.

Ex quaſi contractu, *De obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur* 15. ita appellantur, quia neque ex contractu, neque ex maleficio vel quaſi, ſuam ſubſtantiam capiunt: ſequitur ergo ut ſint ex quaſi contractu 1. ut eſt negotiorum abſentis geſtio 2. tutela 3. hereditatis communio 4. ejuſdem aditio 5. nam heres legatorum ſolvendorum nomine legatariis ex quaſi contractu tenetur 5. & ſolutio indebiti 6.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur 16. per noſmetipſos & per eas perſonas quæ in noſtra poteſtate ſunt, de quibus etiam diximus §. lib. 2. tit. 9.

Quibus modis tollitur obligatio 17. ſolutione ejus quod debetur aut alterius rei, ex conſenſu creditoris 1. 2. acceptatione 3. novatione 4. contrario conſenſu.

Ex delicto, *De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur* 18. in quibuſdam Codicibus ab hoc titulo liber 4. incipit: ſed hic obligationum tractatus videtur quam optime contineri libro 3. ut eo integra obligationum natura finiatur. Cæterum hic agit

De furto 19.

De vi bonorum raptorum 20. hæc actio locum habet non ſolum in mobilibus, quæ rapi poſſunt, ſed etiam in invaſionibus, quæ circa res ſoli fiunt.

De lege Aquilia 21.

De injuriis 22. Injuria committitur facto, vel convitio & ſcripto 1. 2. eamque patimur non ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per liberos & uxorem 3. 4. 5. 6. & per ſervos 7. pœna injuriæ creſcit aut minuitur ſecundum gradum dignitatis & vitæ honeſtatem 8. item ſi domum ſuam quis vi introitam eſſe dicat 9. atrox autem æſtimatur injuria, vel ex facto vel ex loco, in quo vel in quem illata erit, vel ex perſona 10. De injuria agi poteſt criminaliter, vel civiliter 11. Et de injuria is tenebitur etiam, qui procuravit ut fieret 12. tollitur autem diſſimulatione, cum quis injuriæ ultionem dereliquit.

Ex quaſi delicto, *De obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur* 23. ex quaſi delicto tenetur Judex qui litem ſuam fecit 1. 2. is ex cujus cœnaculo dejectum effuſumve aliquid eſt, ita ut alicui noceret 3. & exercitor navis aut cauponæ aut ſtabuli de dolo aut furto quod in navi aut caupona aut ſtabulo factum erit.

LIB. IV.

Actiones.

Actor.

De actionibus 1. Actio eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur 1. Actionum I. diviſio eſt, ut aliæ ſint *in rem* civiles, ut vindicatio rei corporalis 2. & incorporalis, quæ vel confeſſoria vel negatoria dicitur 3. Prætoriæ vero ex cauſa uſucapionis 4. quæ proſunt ei, qui ex juſta cauſa rem aliquam per traditionem accepit, cujus rei ſi poſſeſſionem amiſerit, ad rem repetendam Publiciana utetur 5. proſunt quoque ei qui vel hoſtium captivus vel apud eos Reip. cauſa erat, adverſus eum, qui rem ejus eo tempore uſucepit reſciſſa hujusmodi uſucapione 6. & creditori cui Pauliana actio datur ad reſcindendam venditionem & traditionem rei a debitore ſuo factam 7. & domino fundi, qui Serviana experitur ad res coloni revocandas, quæ pignoris jure pro mercede fundi ei tenentur: & creditori, cui quaſi Serviana datur ad rem pignori vel hypothecæ ſibi datam perſequendam 8. In perſonam vero Civiles dantur adverſus eum, qui nobis eſt obligatus vel ex contractu vel ex maleficio. Prætoriæ autem ſunt *in perſonam* hæ, quæ ſequuntur: de conſtituta pecunia, qua adverſus eum, qui pro ſe vel alio ſoluturum ſe conſtituit, experimur 9. de peculio, qua actione pater vel dominus ex contractu filii vel ſervi peculio tenus condemnatur 10. in factum ex jurejurando, quæ datur ei, qui poſtulante adverſario juravit deberi ſibi pecuniam quam petebat, non tamen ei ſolvitur 11. & pœnales 12. præjudiciales vero in rem ſunt 14. 15. Actiones in rem, vocantur vindicationes: in perſonam condictiones. II. Diviſio actionum. aliæ rei perſecutoriæ ſunt 16. 17. aliæ pœnæ perſecutoriæ 18. aliæ mixtæ ex utriſque 19. 20. III. Diviſio. Aliæ ſunt in ſimplum 21. 22. in duplum 23. in triplum 24. in quadruplum 25. 26. 27. IV. Diviſio. Aliæ bonæ fidei, aliæ ſtricti juris 28. quatuordecim illis actionibus quæ in præcedenti §. numeratæ ſunt, additur ea quæ olim rei uxoriæ, hodie ex ſtipulatu actio dicitur 29. in quibus bonæ fidei judiciis libera poteſtas judici permittitur, ut ex bono & æquo æſtimet, quantum actori reſtitui debeat 30. quibus arbitrariæ actiones affines ſunt, quæ ſcilicet ex arbitrio Judicis pendent 31. V. Diviſio. In aliis vel plus vel minus petitur: plus petitur quatuor modis: re, tempore, loco & cauſa 32. 33. 34. 35. VI. Diviſio. In aliis ſolidum interdum perſequimur, interdum minus: nam ſi non minus in peculio ſit, quam petimus, in ſolidum dominus paterve condemnabitur: ſi vero minus inveniatur, eatenus condemnat Judex quatenus in peculio ſit 36. ſic in Judicio de dote, maritus uxori condemnabitur, quatenus facere poſſit ſeu quatenus ejus facultates patiantur 37. idem erit ſi quis cum parente vel patrono vel ſocio agat, vel ſi quis ex donatione ſua conveniatur 38. Item petitioni ſolidi juſte opponitur compenſatio 39. quemadmodum is qui bonis ceſſit & aliquid poſtea acquiſivit, non in ſolidum ſed in id quod facere poteſt condemnandus eſt. *fin.* §.

De actionibus quæ nobis competunt ex facto eorum, qui ſunt in alterius poteſtate.

Quod, id eſt, ſi aliquod *cum eo qui in aliena poteſtate eſt*, ut filius & ſervus, *negotium geſtum eſſe dicitur* 2. & patris vel domini juſſu contractum erit: dabitur in eos Quod juſſu actio in ſolidum 1. 2. ut in exercitorem, qui magiſtrum navi, & in eum qui inſtitorem tabernæ præpoſuit 3. & in patrem vel dominum ſi eorum ſervus & filius in peculiari merce negotiatus fuerit, dabitur Tributoria actio, ut quicquid in his mercibus erit, id inter creditores & ipſum dominum vel patrem ſi quid eis debebitur, pro rata portione diſtribuatur 4. quod ſi neutrius voluntate cum hujusmodi perſonis aliquid contractum erit, ſi in rem patris vel domini aliquid verſum erit, id totum præſtare tenebitur actione de in rem verſo: ſi nihil in rem eorum verſum, id eatenus præſtare tenebuntur, quatenus peculium patitur, actione de peculio 5. 6. quod ſi filiotam. mutua pecunia

data

data ſit, SC. Macedoniano denegabitur creditori actio 7. &c.

De noxalibus actionibus 3. Noxa eſt ipſum corpus quod nocuit, id eſt, ſervus, hinc noxalis actio ea eſt quæ nobis competit ob maleficium aliquod a ſervo alterius factum, qua actione dominus litis æſtimationem ſufferre cogitur, aut ipſum ſervum noxæ, id eſt, pro maleficio dedere, id eſt, &c. hæ actiones ex ſolis ſervorum maleficiis proponuntur §. *fin.*

Si quadrupes, 4. contra naturam ſcil. ſuam non ex genitali feritate, *pauperiem*, pauperies eſt damnum ſine injuria facientis datum, nec enim poteſt animal injuriam feciſſe dici, quod ſenſu caret, *feciſſe dicatur* 4. per laſciviam, pavorem aut feritatem. ſi dominus eam noxæ dederit, illi proficiet ad liberationem 1. Cæterum Ædilitio edicto prohibemur feras illic habere, qua iter fit §. *fin.*

De iis, per quos agere poſſumus 5. per procuratorem, tutorem, curatorem 1. 2. &c.

De ſatisdationibus 6. quas præſtant, qui alieno nomine agunt aut conveniuntur. Satisdatio autem eſt cautio pro eo quod a nobis petitur.

De perpetuis & temporalibus actionibus & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt 7.

Reus. *De exceptionibus* 8. quæ ſunt comparatæ eorum gratia cum quibus agitur 1. cauſæ exceptionum hæ ſunt ſi de metu & dolo excipiamus 2. non numeratam item pecuniam 3. pactum 4. jusjurandum 5. rem judicatam 6. & cæt. hujusmodi 7. Exceptionum aliæ ſunt legitimæ, aliæ Prætoriæ 8. aliæ perpetuæ & peremptoriæ 9. 10. aliæ temporales & dilatoriæ 11. 12.

Actor & Reus. *De replicationibus* 9. Replicatio dicitur, quia per eam replicatur atque reſolvitur jus exceptionis 1. quæ replicatio ſi iniqua fuerit, duplicatione quæ rei adjuvandi gratia comparata eſt, eliditur 2. quæ ſi iniqua quoque reperiatur, actori conſulitur triplicatione, qua actor adjuvatur 3. &c.

De interdictis 10. ſeu actionibus, quæ eorum loco exercentur. Interdicta erant formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri aut fieri prohibebat: tunc maxime cum de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur quorum prima diviſio eſt, ut alia ſint prohibitoria, quibus Prætor vetat aliquid fieri: reſtitutoria, quibus reſtitui aliquid jubet; exhibitoria, per quæ jubet exhiberi 1. Secunda diviſio eſt ut alia ſint 2. adipiſcendæ 3. 4. retinendæ 5. recuperandæ poſſeſſionis 6. Tertia diviſio Interdictorum, alia ſunt ſimplicia, in quibus ſcil. alter Actor, alter Reus eſt: alia duplicia, quia par utriusque litigatoris in his conditio eſt, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur 7. hodie interdictis non agitur, nam extra ordinem jus dicitur, judicaturque ſine interdictis ac ſi utilis actio ex cauſa interdicti reddita fuiſſet.

De pœna temere litigantium 11. qui interdum pecunia, modo jurisjurandi religione, modo infamiæ metu coërcentur 1. 2. is autem qui litigare temere non cupit, adverſarium in jus vocare, id eſt, ad eum qui jus dicturus ſit, debet: 3. item ſcire quas perſonas non poſſit in jus vocare ſine Prætoris permiſſione, quales ſunt parentes & patroni. *fin.*

Judex. *De officio judicis* 12. Judex illud imprimis obſervare debet ne aliter judicet, quam legibus, aut conſtitutionibus aut moribus proditum eſt 1. Non igitur ignorabit, quæ ſint partes judicantis in Judicio noxali 2. actione reali 3. ad exhibendum 4. familiæ erciſcundæ 5. communi dividundo 6. Finium regundorum 7. & adjudicationibus.

De publicis Judiciis 13. quæ neque per actiones ordinantur (de quibus ſupra) neque omnino quicquam ſimile habent cum cæteris judiciis, de quibus locuti ſumus: magnaque diverſitas eorum eſt & in inſtituendo & in exercendo 1. Publica autem dicta ſunt quod cuivis ex populo executio ſeu accuſatio plerumque datur 2. quorum alia ſunt capitalia alia non capitalia, quæ vel infamiam irrogant, aut damnum pecuniarum inferunt 3. Publica ea ſunt: crimen læſæ majeſtatis 4. adulterii 5. homicidii 6. parricidii 7. falſi 8. vis publicæ & privatæ 9. peculatus, & concuſſionis 10. plagii 11. ambitus, repetundarum, annonæ, & de reſiduis 12. Cætera latius exponuntur 48. ff. & 9. Cod.



INSTITU-

INSTITUTIONUM,
SEU
ELEMENTORUM D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS,
PROOEMIUM [1].

De uſu armorum, & legum. 1. *De bellis & legibus Juſtiniani.* 2. *De compoſitione Codicis & Pandectarum.* 3. *De tempore, auctoribus, fine & utilitate compoſitionis Inſtitutionum.* 4. *Diviſio Inſtitutionum.* 5. *Quid in Inſtitutionibus contineatur.* 6. *Ex quibus libris compoſitæ ſint Inſtitutiones, earumque recognitio & confirmatio.* 7. *Adhortatio ad ſtudium Juris.*

[[2] IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. [3]]

Imperator Cæſar, Flavius, JUSTINIANUS, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator, ſemper Auguſtus, cupidæ legum juventuti. [S. D.]

IMPERATORIAM majeſtatem non ſolum armis [4] decoratam [5], ſed [6] etiam legibus oportet eſſe armatam [7]: ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, recte poſſit gubernari: & princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus præliis victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites [8] calumniantium [9] iniquitates expellat [10]: & fiat [11] tam juris religioſiſſimus [12], quam victis hoſtibus triumphator [magnificus]. §. 1. Quorum utramque viam cum ſummis vigiliis, ſummaque providentia, annuente Deo, perfecimus. † Et bellicos quidem ſudores noſtros Barbaricæ gentes ſub juga noſtra redactæ cognoſcunt: & tam Africa, quam aliæ innumeræ provinciæ, poſt [13] tanta temporum ſpatia, noſtris victoriis a cœleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtroque additæ imperio, proteſtantur. † Omnes vero populi legibus tam a nobis promulgatis, quam compoſitis, reguntur.

§. 2. Et cum ſacratiſſimas [14] conſtitutiones, antea confuſas, in luculentam ereximus conſonantiam: tunc noſtram extendimus curam ad immenſa [15] veteris prudentiæ volumina: & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cœleſti favore jam adimplevimus. §. 3. Cumque hoc, Deo propitio, peractum eſt: Triboniano viro magnifico, Magiſtro [16], & Exquæſtore ſacri palatii noſtri, [& Exconſule [17]], necnon Theophilo, & Dorotheo, viris illuſtribus, Antecesſoribus [18] (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras juſſiones fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis, mandavimus ſpecialiter, ut ipſi noſtra auctoritate, noſtriſque ſuaſionibus *Inſtitutiones* componerent: ut liceat vobis prima legum [19] cunabula [20] non ab [21] antiquis fabulis [22] diſcere, ſed ab imperiali ſplendore appetere: & tam aures, quam animi veſtri, nihil inutile, nihilque perperam poſitum, ſed quod in ipſis [23] rerum obtinet argumentis, accipiant: & quod priore tempore [24] vix poſt quadriennium [prioribus] contingebat [ut tunc *Conſtitutiones* imperatorias legerent], hoc vos a primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaque [25] reperti felicitate, ut & initium vobis & finis legum eruditionis a voce principali procedat. §. 4. Igitur poſt libros [26] quinquaginta Digeſtorum, ſeu Pandectarum (in quibus omne jus antiquum collectum [27] eſt, quod per eundem virum excelſum, Tribonianum, nec non cæteros viros illuſtres, & facundiſſimos confecimus) in quatuor libros eaſdem Inſtitutiones partiri juſſimus, ut ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa.

§. 5. In quibus breviter expoſitum eſt, & quod antea obtinebat, & quod [28] poſtea deſuetudine inumbratum, imperiali remedio illuminatum eſt.

§. 6. Quas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus, & præcipue ex commentariis Caji noſtri, tam Inſtitutionum, quam rerum quotidianarum, aliiſque multis commentariis, compoſitas, cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognovimus, & pleniſſimum noſtrarum conſtitutionum robur eis accommodavimus [29]. §. 7. Summa [30] itaque ope, & alacri ſtudio has leges noſtras accipite: & vosmetipſos ſic eruditos oſtendite, ut ſpes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernari. D. CP. XI. Kal. Decemb. D. JUSTINIANO P. P. A. III. CONS. 533.

1 ἡ διάταξις ἡ βεβαιοῦσα τὰ Ἰνςιτοῦτα, conſtitutio Inſtitutiones confirmans, *Theoph.* 2 Perpetuo hic notandum; quod in textu his [ ] notis incluſum eſt, additum eſſe ultra quam in pandectis Florentinis, aut aliis manuſcriptis legebatur. 3 Deeſt hæc inſcriptio apud *Theph.* Quamvis extet in pandect. Florent. & omnibus manuſcript. Vide Cujacium *lib.* 14. *obſervat.* 24. S. L. Invocatio nominis divini non eſt de ſubſtantia Inſtrumenti, niſi conſuetudine aliter ſit receptum. Idem eſt de ſigno Crucis: eſt enim levis ſolennitas, cujus omiſſio non vitiat actum. *arg. l.* 1. *§. fin. ff. de ventr. inſpiciend.* Bart. *ad l.* 2. *§. prius.* 4. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Alciat. *lib.* 9. *parerg. cap.* 6. Idem *ad rubric. de nov. oper. nunciat.* Schneidwin. *hic, num.* 1. Covarr. *pract. quæſt.* 20. *num.* 1. Non obſt. *l.* 22. *§.* 2. *C. de Jure delib. Novell.* 90. Quia ibi ſic moris fuiſſe, conſtat apud Conſtantinopolitanos. Vaſq. *de Succeſſ. lib.* 1. *§.* 9. *n.* 12. *circa fin.* Anſ. 4 Χιασμὸς eſt. Nam armis decor, legibus arma hic tribuuntur. 5 Adde *Novell.* 24. *c.* 2. & Ariſtotelem 2. *Politic. l.* 3. & 5. & *lib.* 7. *c.* 9. 6 Legibus non minus, quam armis reſpublica defenditur. *l.* 14. *C. de advoc. diverſ. jud.* 1. 7 Tacitus *de claris oratorib.* Quid tutius eſt, quam exercere artem, qua ſemper armatus præſidium amicis, opem alienis feras? Sic Cicero *pro domo*, magiſtratus Deorum religione armari ſcribit. Jure etiam noſtro, Advocati patrocinio ſuo velut armis Rempublicam defendunt. *l.* 14. *C. de advoc. diverſ. jud.* 1. iidem militare & quaſi caſtrenſe peculium habere dicuntur. 8 *Trames* Gloſſis, vel tramis, δίοδος. 9 Calumniantur, qui ſcientes volentes delinquunt. *l.* 19. *ff. ad exhibend.* qui leges ipſas calumnioſe interpretantur. *l.* 5. *C. de legib.* 10 Docendo, *l.* 8. *l.* 9. *C. de legib.* & puniendo, *l.* 13. *ff. de pœnis.* 11 *Expellens: fiat, Vet.* 12 *l.* 67. *in fin. ff. de legat.* 2. 13 Africa poſt 95. annos. *l.* 1. *C. de off. præf. prat. Afric. Procop.* Italia poſt 60. *Goth.* Hotoman. & Weſenb. *hic.* D Iſ. Mynſinger. qui numerat annos 150. *Anſ.* 14 Priorem Codicem, qui hodie non extat, intelligit. *Goth.* qui ex tribus libris conſtabat, puta *C. Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano*, quem poſtea vocavit *C. Juſtinianeum*, edit. Ann. 529. Imp. ſui 2. *Anſ.* 15 2000 librorum, 3000000 verſuum, vide *Conſt. ad magnum Senatum.* 16 Alibi dicitur magiſter officiorum. *l.* 2. *ff. de vet. jur. enucl.* Ruſſard. 17 Abeſt ab omnibus, & *Theoph.* tametſi exſtet *l.* 2. *ff. de vet. jure enucl.* 18 *Antecesſores* Græcis προηγηταὶ καὶ προηγούμενοι. Quæ vox Tertulliano doctoris ac magiſtri loco eſt: hic præceſſorem ſignificat. Huc referri poſſunt variæ jurisprudentum appellationes. Interdum enim Jurisprudentes, Conditores juris, Legumlatores, Juriſconſulti, νομοδεῖκται, & Juris ſtudioſi dicuntur. *Goth.* Al. Anteſeſſoribus. An ſit legendum *Aſſeſſoribus*, vide Cujac. 12. *obſerv.* 40. Alciat. 3. *diſp.* 12. Anſ. 19 *Cunabula juris* appellat Inſtitutiones; haud nove. Sextum enim Ælium legimus librum Tripartita juris compoſuiſſe, quo veluti cunabula juris continebantur. *l.* 2. *§.* 38. *ff. de origine juris.* Theophilus cunabula juris vertit, τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια. Imperator *in l. un. C. de nudo jure Quiritum*, cunabula juris appellat, & primam legum audientiam. 20 Alibi totius legitimæ ſcientiæ prima elementa. *§.* 4. *infra eod.* alibi leges. *§. ultim. infra eod.* alibi inſtitutiones. *§.* 3. *eod.* Theoph. Ἰνςιτοῦτα ἤτοι εἰσαγωγὰς τῶν νόμων vocat. 21 *v. l. unic. C. de nudo jure Quiritum.* & quæ ſcripſi ad Theophilum *hoc loco.* 22 Jure ab uſu rejecto. *Theoph.* Intelligit Inſtitut. Caji & Ulpiani, in quibus multa antiqua & obſoleta explicantur. *Hot.* hic. Aliter explicat Rævard. *Conjectan. lib.* 3. *cap.* 2. Anſ. 23 Quod in uſu verſatur. *Theoph.* 24 Vide *Conſtit. ad anteceſſ.* 25 Al. repleti. 26 Confectos, nondum tamen editos. Anſ. 27 Πανδέκται enim dicuntur, ἐκ τοῦ τὸ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι quod omne jus in unum velut corpus collectum contineant. 28 Huc referri poteſt titulus *de lege Fuſia Caninia tollenda.* J. & *tit. de ſucc. ſublatis.* J. *eod.* Anſ. 29 Ann. 534. 30 Ita Craſſus, *lib.* 1. *de orat.* Pergite, ut facitis adoleſcentes, atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & Reip. emolumento eſſe poſſitis.

LIBER PRIMUS.

TIT. I.
DE JUSTITIA ET JURE.

Definitio Juſtitiæ. 1. *Jurisprudentiæ.* 2. *Methodus juris tradendi, & principia.* 3. *Præcepta.* 4. *Objecta.*

JUSTITIA eſt [1] conſtans & perpetua [2] voluntas jus ſuum cuique [3] tribuendi [4]. §. 1. Jurisprudentia, eſt divinarum atque [5] humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia. §. 2. His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere jura populi Romani: ita videntur poſſe tradi commodiſſime, ſi primo levi ac ſimplici [6] via [7], poſt deinde diligentiſſima atque exactiſſima interpretatione ſingula tradantur: alioqui, ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum [8] animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum oneraverimus, duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore [9], ſæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque juvenes avertit) ſerius ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia, maturius perduci potuiſſet.

§. 3. Juris præcepta ſunt hæc: *honeſte vivere, alterum* [10] *non lædere, ſuum* [11] *cuique tribuere.* §. 4. Hujus ſtudii [12] duæ ſunt [13] poſitiones, publicum [14] & privatum. Publicum [15] jus eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Privatum, quod ad ſingulorum utilitatem. Dicendum eſt igitur de jure privato, quod [16] tripartitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

TIT. II.
DE JURE NATURALI, GENTIUM, ET CIVILI.

De jure naturali. 1. *Diſtinctio juris gentium & civilis, a definitione & etymologia.* 2. *Ab appellatione & effectibus.* 3. *Diviſio juris in ſcriptum, & non ſcriptum. Subdiviſio juris ſcripti.* 4. *De lege & plebiſcito.* 5. *De Senatusconſulto.* 6. *De conſtitutionibus.* 7. *De jure honorario.* 8. *De reſponſis prudentum.* 9. *De jure non ſcripto.* 10. *Ratio dictæ diviſionis in jus ſcriptum, & non ſcriptum.* 11. *Alia juris diviſio in immutabile & mutabile.* 12. *De objectis juris.*

JUS naturale eſt, quod [17] natura omnia animalia docuit: nam jus iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium [18] animalium, [quæ in cœlo [19],] quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris atque fœminæ conjunctio [20], quam nos matrimonium [21] appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc [22] educatio: videmus etenim, cætera

1 Ut in ſe eſt; nam ut in homine, conſideratur juſtitia non niſi cum quodam temperamento. vide *l.* 18. *§.* 1. *ff. de ædil. edicto.* 2 Βούλησις *Theoph.* ἕξις *Ariſt.* 3 Deo, *l.* 2. *ff. eod.* proximo, *l.* 31. *D. depoſiti. l.* 14. *D. de condict. indeb.* Imo & ſibi. *l.* 3. *ff. de bon. eor. qui mortem ſibi conſciverunt.* 4 Duplici id Juſtitia perficitur: vel commutativa, vel diſtributiva: prior in contractibus; altera in pœnis & præmiis & honoribus verſatur. 5 Jus enim aliud divinum, aliud humanum: utrumque Pontificibus olim commiſſum. *l.* 2. *§. deinde. ff. de orig. jur.* 6 *Simplex via* non eſt indiligens aut incurioſa; ſed quæ ad hæc juris elementa adcommodata eſt, & diſcreta plane ab operoſiore illa, qua non tyrones, ſed milites ipſi juris exercentur. Huic enim ἁπλῷ τρόπῳ Juſtinianus opponit ἀκριβεστάτην καὶ λεπτοτάτην ἐξήγησιν. 7 Τρόπον dixit Theophilus: qui nihil aliud quam μέθοδος: de qua plenius aliquando dicemus. 8 Al. *Infirmum & adhuc rudem.* 9 Al. *labore ejus.* 10 *v. l.* 1. *§. merito. ff. ne quid in loco.* 11 *v. l.* 31. *§.* 1. *ff. depoſiti.* Goth. vide Cujac. *lib.* 26. *obſerv.* 40. & 5. *feud.* 14. 12 Tertium tamen objectum, nempe jus ſacrum, addit Auſonius *Eidyl.* 15. 13 Θέσεις *Theoph.* Objecta, ἀντικείμενα, *Cont.* & male. 14 Τὸ ἑνὶ καὶ πόλει ἀγαθόν. Ariſt. 1. *Ethic.* 2. *in fin.* Goth. 15 Τὸ πόλει ἢ ἔθνει ἀγαθόν, Ariſtoteles *illo loco* τὸ κοινῇ συμφέρον. 3. *Politic.* 8. 16 Τριμερῆς *Theoph.* & quibusdam manuſcript. *tripartite collectum.* 17 Τὸ κατὰ πάντων ζώων ἐπεκτεινόμενον. *Theoph.* 18 Saltem inclinatione, idque citra jus & injuriam, *l.* 1. *D. ſi quadrupes pauperiem.* 19 i. e. aëre. unde ἐναέρια dicuntur *Theoph.* Lucretius: Cœli, quod dicitur aër. 13. Iſid. 4. Cicer. 3. *de natura deor.* apud Nonium *cap.* 4. Uti craſſo cœlo atque concreto. 20 Al. *conjugatio.* 21 Hinc collige, concubinatum de jure Civili eſſe prohibitum. vid. *not. in cap. unic. l.* 2. *feud. tit.* 29. Anſ. 22 *v. Tit. C. de alendis liberis ac parentibus.* Goth. Expoſitio infantium eſt igitur contra naturam. Hot. *hic. l.* 4. *ff. de agnoſc. lib.*

quoque animalia iſtius juris peritia [1] cenſeri. §. 1. Jus autem civile [2] a jure gentium diſtinguitur: quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quisque populus ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſius proprium civitatis eſt, vocaturque jus civile, quaſi jus proprium ipſius civitatis: quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes [3] peræque cuſtoditur, vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utantur. Et populus itaque Romanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quæ ſingula qualia ſint, ſuis locis proponemus. §. 2. Sed jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Athenienſium: nam ſi quis velit Solonis, vel Draconis leges appellare jus civile Athenienſium, non erraverit: ſic enim & jus, quo Romanus populus utitur, jus civile Romanorum appellamus; vel jus Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim [a Romulo 4,] Quirites a Quirino [5] appellantur. Sed quotiens non addimus nomen, cujus ſit civitatis, noſtrum jus ſignificamus [6]: ſicuti cum Poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur.apud Græcos egregius 7 Homerus, apud nos Virgilius. † Jus autem gentium omni humano generi commune eſt. nam uſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ [jura] quædam ſibi conſtituerunt: Bella etenim orta ſunt, & captivitates ſequutæ, & ſervitutes, quæ ſunt naturali juri contrariæ. 8. Jure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc jure gentium omnes [9] pene contractus introducti ſunt, ut emptio [&] venditio, locatio [&] conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alii innumerabiles. §. 3. Conſtat autem jus noſtrum quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto [10]: ut apud Græcos τῶν νόμων [11] οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, id eſt, *legum aliæ (ſunt) ſcriptæ, aliæ non ſcriptæ*. Scriptum autem jus eſt lex, plebiſcitum, Senatuſconſultum [12], Principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum. §. 4. Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante (veluti Conſule) conſtituebat [13]. † Plebiſcitum [14] eſt, quod plebs plebejo magiſtratu interrogante (veluti Tribuno) conſtituebat. Plebs autem a populo eo differt [15], quo ſpecies [16] a genere: nam appellatione populi, univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus: plebis [17] autem appellatione ſine patriciis & ſenatoribus cæteri cives ſignificantur. Sed & plebiſcita, lege Hortenſia [18] lata, non minus valere, quam leges cœperunt. §. 5. Senatusconſultum eſt, quod Senatus jubet, atque conſtituit. Nam cum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, ut difficile eſſet in unum eum convocari legis ſanciendæ cauſa: æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli. §. 6. Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: quum lege [19] Regia, quæ de ejus imperio lata eſt, populus [20] ei & [21] in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedat. Quodcunque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. hæc ſunt, quæ *Conſtitutiones* appellantur. Plane ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum [22] trahuntur: [quoniam non hoc Princeps vult.] Nam quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi quam pœnam irrogavit, vel ſi cui ſine exemplo ſubvenit, perſonam non [23] transgreditur. Aliæ autem, quum generales ſint, omnes proculdubio tenent. §. 7. Prætorum quoque edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium [24] ſolemus appellare: quod qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic juri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibusdam cauſis, quod & ipſum juris honorarii portio eſt. §. 8. Reſponſa [25] *prudentium* ſunt *ſententiæ* [26] *& opiniones* eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere [27]. Nam antiquitus conſtitutum erat, ut eſſent, qui jura publice interpretarentur, quibus a Cæſare jus reſpondendi datum eſt, qui Juriſconſulti appellabantur: quorum omnium ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere a reſponſis eorum non liceret, ut eſt conſtitutum. §. 9. Sine ſcripto [28] jus venit, quod uſus approbavit: nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati, legem [29] imitantur. §. 10. Et non ineleganter in duas ſpecies jus civile diſtributum eſſe videtur: nam origo ejus ab inſtitutis duarum civitatum, Athenarum ſcilicet, & Lacedæmoniorum, fluxiſſe videtur: In his enim civitatibus ita agi ſolitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis [30] ea, quæ pro legibus obſervabant, memoriæ mandarent: Athenienſes vero ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent. §. 11. Sed naturalia [31] quidem jura, quæ apud omnes gentes peræque obſervantur, divina quadam providentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent: ea vero, quæ ipſa ſibi quæque civitas conſtituit, ſæpe [32] mutari ſolent [33], vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata. §. 12. Omne autem jus [34] quo utimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res [35], vel ad actiones. Et prius de perſonis videamus: nam parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.

TIT. III.
DE JURE [36] PERSONARUM.

Perſonarum diviſio prior. 1. Definitio libertatis, 2. & ſervitutis. 3. Etymologia ſervi & mancipii. 4. Quibus modis ſervi conſtituuntur. 5. Subdiviſio.

SUmma itaque diviſio de jure perſonarum hæc eſt: quod omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſervi [37]. §. 1. Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi [38], ſi quid vi [39] aut jure prohibetur. §. 2. Servitus autem eſt conſtitutio [40] juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur.

§. 3. Servi autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captivos vendere [41], ac per hoc ſervare [42], nec occidere [43] ſolent: qui etiam mancipia dicti ſunt, [eo] quod ab hoſtibus manu capiuntur. §. 4. Servi autem [44] aut naſcuntur, aut fiunt: naſcuntur ex ancillis noſtris: fiunt aut jure gentium, id eſt, ex captivitate; aut jure [45] civili, cum liber homo major XX annis ad [46] pretium participandum [47] ſeſe venundari paſſus eſt [48]. §. 5. In ſervorum conditione nulla eſt differentia: in liberis autem multæ: aut enim ſunt ingenui, aut libertini.

TIT. IV.
DE INGENUIS.

Definitio ingenui. 1. De ſervitute & manumiſſione facti.

INgenuus eſt is, qui ſtatim [49] ut natus eſt, liber eſt: ſive ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſive ex libertinis duobus, ſive ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & ſi quis ex matre naſcitur libera, patre vero ſervo, ingenuus nihilominus naſcitur: quemadmodum qui ex matre libera [50] & incerto patre natus eſt, quoniam vulgo conceptus eſt. Sufficit autem liberam fuiſſe matrem eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla conceperit. Et e contrario [51], ſi libera [52] conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit, eum qui naſcitur, liberum naſci: quia non debet [53] calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt. Ex his illud quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta pepererit: liberum, an ſervum pariat? Et Martianus probat, liberum naſci: ſufficit enim ei, qui in utero eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe, [ut liber naſcatur:] Quod & verum eſt.

§. 1. Cum [54] autem ingenuus aliquis natus ſit, non officit ei in ſervitute [55] fuiſſe, & poſtea manumiſſum eſſe: ſæpiſſime enim conſtitutum eſt: natalibus [56] non officere manumiſſionem.

TIT. V.
DE LIBERTINIS.

Definitio & origo libertinorum, & manumiſſionis. 1. Quibus modis, 2. vbi & quando manumitti poteſt. 3. De libertinorum differentia ſublata.

LIbertini ſunt, qui ex [57] juſta ſervitute manumiſſi ſunt. Manumiſſio autem eſt de manu [58] datio. nam quamdiu aliquis in ſervitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: & manumiſſus, liberatur poteſtate [59]. Quæ res a jure gentium originem ſumpſit: utpote cum jure naturali [60] omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, cum ſervitus eſſet incognita. Sed poſtquam jure gentium ſervitus invaſit, ſequutum eſt beneficium manumiſſionis. & cum uno communi nomine omnes *homines* appellarentur [61], jure gentium tria [hominum] genera eſſe cœperunt: liberi, & his contrarium ſervi, & tertium genus libertini, qui deſierant eſſe ſervi. * §. 1. Multis autem modis manumiſſio procedit: aut enim [62] ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis [63] eccleſiis, aut vindicta [64], aut inter amicos, aut per epiſtolam [65], aut per teſtamentum [66], aut per aliam quamlibet [67] ultimam voluntatem.

1 Εν τοῖς τιμῶσι τοῦτον τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα. *Theoph.* Pro *peritia*, mavult Cujac. *perita*. 2 In quibusdam eſt: *vel gentium ita dividitur*, Cont. 3 Exempla: pœnæ in delictis, fides in contractibus, honor erga ſuperiores. *Theoph.* 4 Deſunt in omnibus & Theoph. Recte, quia rationem reddere voluit, non cur Romani appellarentur, ſed *Quirites*: quam lectionem ſequitur *Cont.* 5 Id eſt Romulo, qui ſe Marte progenitum jactabat: Mars autem *Quirinus* appellatur. Theoph. & Dionyſ. ex Varrone *lib.* 2. Livius a *Curibus* Sabinorum urbe dictos mavult. *Cont.* 6 Sic urbs abſolute, pro Roma. *l.* 1. *ff. de offic. præf. urbi.* 7 Ita Cicero in Topicis. vide *l.* 16. §. 8. *ff. de pœnis.* 8 §. 2. *Inſtit. de jure perſon.* & §. 2. *Inſt. de libertin.* Anſ. 9 i. e. exceptis legitimis. *l.* 6. *ff. de pact.* *Goth.* Ita explicatur *l.* 5. *ff. de juſt. & jure.* Pac. 10 Ita *l.* 6. *ff. de juſt. & jure.* tametſi in omnibus legitur: *ex non ſcripto.* ut & infra §. 9. *Pac.* 11 Plato 8. *de Rep.* 12 In omnibus & Th. & *l.* 7. *ff. eod. plebiſcita, ſenatusconſulta.* 13 Sic & hodie ſtatuta condita a populo, ſeu conſilio aliquo populum repræſentante, re ipſa jus civile ſunt & pro lege ſervantur. Vivius *deciſ.* 221. Anſ. 14 *V.* Feſtum *in* ſcita plebis. 15 Sic creditum a mutuo differt, ut ſpecies a genere, *l.* 2. §. 3. *ff. de reb. credit.* 16 Melius dixiſſet, quo pars a toto: plebs enim pars populi eſt, non ſpecies. 17 *v. l.* 238. *D. de verb. ſign.* 18 Poſt Horatium 2. Gell. 25. & 16. Plin. 10. Vid. etiam Auguſtin. *lib.* 3. *de Civit. Dei cap.* 17. Liv. 3. Epitome Flori *lib.* 11. 19 *v. l.* 1. §. 7. *C. de veter. jur. enucl.* 20 De Principe ſic loquitur Th. Οὐ μόνον τῆς ἡμετέρας περιουσίας, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν σωμάτων ἐστὶ Κύριος. non ſolum noſtrorum bonorum, ſed & noſtrorum corporum dominus eſt. 21 *v.* §. 4. & §. 6. *ver. ſed ſi recuſabat.* *J. de fideicommiſſ. heredit.* & *l.* 1. §. 2. *ff. ad Sc. Trebell. in eum,* id eſt, *in ſe.* Duaren. *lib.* 1. *diſput. cap.* 19. Reciprocum pro demonſtrativo. Ut in *l.* 41. *ff. ex quib. cauſ. major.* §. *ult. inſt. de empt. vend.* *l.* 2. §. *ſolet. de hered. vel act. vend.* Th. *hic.* Sed probabilior interpretatio eſt: ſi accipiamus *in eum*, id eſt, ut populus nullam habeat in eum poteſtatem, quam ante eam legem habebat. *Charond.* 22 *V. l.* 28. *D. de legat.* 2. & ibi Notat. 23 *l.* 2. *C. de legib.* Quando privilegia perſonam egrediantur, vide Zaſ. *Reſp. lib.* 2. *cap.* 4. Anſ. 24 *v. l.* 52. §. 6. *ff. de obligat. & act.* 25 Quorum extant elegantes formulæ *l.* 12. *ff. de ſervit. urb.* *l.* 27. *D. qui Teſtam.* 26 *v. l.* 4. §. 14. *in fin. D. de doli mali & metus except.* Goth. Ad hunc §. vid. Marium Salomonium, *pag.* 55. *verſ.* 56. Anton. Merend. *contr. lib.* 2. *c.* 4. Anſ. 27 Al. *Jura condere.* 28 Al. *ex non ſcripto.* 29. ὡς μιμητὴν τοῦ ἀγράφου νόμου. *Th.* 30. Recte hæc particula addita eſt, nam & ſcriptæ quædam leges Lacedæmoniis fuere. *Plutarchus* in Lycurgo, *Pauſanias, Xenophon, Juſtinus*: ut & Athenienſibus, jus non ſcriptum, Hermogenes, 3. περὶ εὑρέσεως, *cap.* περὶ ἐπιχειρημάτων. Vixerunt vero Lycii ſolis moribus, ut refert Heraclides libro de Politiis: quod etiam de Scythis videtur referre Juſtinus *lib.* 2. 31 Al. *Gentium.* Theoph. Haloand. 2. Ruſſard. Cont. Ut & ſanguinis, *v. l.* 8. *ff. de reg. jur.* Livius 31: Naturæ, quæ ſemper durat, hoſtes ſunt, at homines mutantur & intereunt. Sic Dionyſius matri iniqua petenti reſpondit, jus civitatis mutare eum quidem poſſe, naturæ non poſſe. Plut. *in* ἀποφθ. Jus naturæ immutabile eſſe, tradit quoque Ariſtoteles, 5. *Ethic.* & *lib.* 1. *Rhetor. ad Theodectem.* Cicer. *lib.* 2. *de inventione.* Horat. 1. *epiſt.* 10. Senec. 2. *de ira.* 20. *in fine.* Atqui illo loco Ariſtoteli jus naturæ quoddam mutabile eſt! Sic ſane, ſi non naturam, ſed homines ipſos ſpectes, ut illo loco explicat Euſtathius. Idem Acron monet ad illum verſum Horatii, *Mobilibusque decor naturis dandus & annus.* 32 Ut Spartanorum ξενηλασία ab ara miſericordiæ Athenienſium, ut vectigalia frumentaria Alexandriæ, ſolo fertili ab immunitate Attica, ſolo ſterili. *Th.* 33 Jus civile mutabile eſſe teſtatur Q. Rhemnius Fannius libro de ponderibus & menſuris: cuncta non fœdere certo Naturæ, ſed lege valent. Adde quæ narrat *L. Valerius apud Livium* 34. Ariſt. 2. *Politic.* 60. Plaut. *in Trinummo.* 34 Ex *l.* 1. *ff. de Statu hom.* Haloander & Theoph. transferunt hunc §. ad tit. ſeq. 35 Atqui rei appellatione omnia continentur. *l.* 23. *ff. de Verb. Signif* Dic quod hic in anguſtiori ſignificatu ſumatur pro eo quod in judicio petimus, quæ ſunt res noſtræ, vel nobis debitæ. §. 1. *Inſtit. de Act.* *l.* 25. *ff. de Obl. & Act.* Anſ. 36 i. e. ſtatu & conditione. *lib.* 1. *ff.* 5. 37 Sunt & ſtatuliberi, *ff. de ſtatuliberis*: ſunt & alia perſonarum genera hodie in uſu. de quibus dixi plenius meis in Pandectis Practicis civilibus. *l.* 1. *tit. de ſtat. hominum.* 38. 5. *Feudorum* 14. 39 Potentioris, & quidem ſi libertatis actum ſpectes, non ſi jus. *l.* 22. *ff. de adq. vel amitt. poſſ.* 40 *l.* 64. *ff. de condict. indeb.* *Nov.* 74. *c.* 1. *Nov.* 89. *c.* 1. 41 Alii, *vendere jubent.* 42 *l.* 239. §. 1. *ff. de verb. ſignif.* 43 Imo ſæpe occidere ſolebant, vel ipſos hoſtium duces & Imperatores. Cic. 5. *Verrina, ſeu de ſuppliciis.* Qui triumphant, inquit, diutius vivos hoſtium duces ſervant, ut ſic per triumphum ductis, pulcherrimum ſpectaculum, fructumque victoriæ P. Romanus percipere poſſet: tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent: idemque dies & victoribus imperii, & victis vitæ finem facit. *Hæc Cicero.* Quid, quod jus vitæ & necis in ſervos dominis competit? de quo, ut ſatis comperto, plura nunc non dicenda. 44 Confer *l.* 5. *ff. de ſtat. hom.* 45 Senatuſc. Claudiano. *l.* 3. *ff. quibus ad liber.* 46 *v. l.* 6. §. *irritum. ff. de injuſt. rupt.* idque ſolo momento, *arg. l.* 77. *ff. de adq. vel omitt. heredit.* 47 Id abrogatum Conſtit. Leonis 59. 48 Plures ſunt libertatis amittendæ modi. §. 1. *Inſtit. de capit. diminut.* *l.* 4. *ff. de Re Milit.* Anſ. 49 *v. l.* 8. *C. eod.* 50 *l.* 3. *C. ſol. matr.* 51 Contra in §. *pen. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Ubi tempus conceptionis & intermedium conſideratur. Anſ. 52 *v. l.* 4. *C. de pæn.* 53 Imo nocet, §. 28. *Inſtit. de legat.* Anſ. 54 Paul. 5. *ſent.* 1. §. 2. 55 Aliud eſt ſervum eſſe, quam in ſervitute eſſe, qui poteſt dici ſervus putativus vel injuſtus. *Vult.* hic. Anſ. 56 τῇ εὐγενείᾳ, *Th.* Natales, ſtatus, quem quisque ſortitur naſcendo. 57. Non juſta eſt, quoties quis ignarus ſuæ conditionis ſervit. *Th.* *l.* 6. *ff. de ſtatu homin.* 58 v. *Nov.* 81. *in pr.* 59 Al. *a domini poteſtate.* 60 v. *l.* 32. *ff. de re jud.* 61 in Dionyſ. & al. eſt, *appellaremur.* 62 Haloander expunxit, *enim*, ſed male. 63 In locum cenſus. *v. l.* 1. & 2. *C. de his, qui in eccl. manumitt.* Goth. De quo manumiſſionis modo vide Cujac. *lib.* 17. *obſerv.* 26. 64 Vindicta manumittebantur apud magiſtratum, velut Prætorem, Conſulem, Proconſulem. Ulp. 1. §. 7. 65 Quotiens abſenti epiſtola miſſa, jubebat eum dominus ut liberum vivere, Theoph. *hic.* 66 Ulp. 1. §. 9. §. 10. 67 legatum, fideicommiſſum, *v. l.* 24. *ff. de man. teſt.*

Sed

Sed & [1] aliis [2] multis modis libertas servo competere potest, qui tam ex veteribus, quam ex nostris constitutionibus introducti sunt. §. 2. Servi [vero] a dominis [3] semper manumitti solent: adeo, ut vel in [4] transitu manumittantur, veluti cum prætor, aut præses, aut proconsul [5] in balneum, vel in theatrum eant. §. 3. Libertinorum autem status tripertitus [6] antea fuerat. Nam qui manumittebantur, modo majorem & justam libertatem consequebantur, & fiebant *cives* [7] *Romani*: modo minorem, & *Latini* [8] ex lege Junia [9] Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia [10] Sentia *dedititii* [11]. Sed quoniam dedititiorum quidem [12] pessima [13] conditio jam ex multis temporibus in desuetudinem abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque nostra pietas omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus [14] constitutionibus hoc emendavit, & in pristinum statum reduxit: quia & a primis urbis Romæ cunabulis una atque simplex libertas competebat, id est, eadem, quam habebat manumissor; nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dedititios [15] quidem per constitutionem [16] nostram expulimus, quam promulgavimus inter nostras decisiones: per quas, suggerente nobis Triboniano viro excelso, quæstore [nostro], antiqui juris altercationes placavimus. Latinos autem Junianos, & omnem quæ circa eos fuerat [17] observantiam [18], alia constitutione [19] per ejusdem quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ætatis manumissi, nec domini [20] manumittentis, nec in manumissionis modo discrimine habito (sicut jam antea observabatur), civitate Romana decoravimus: multis modis additis, per quos possit libertas servis cum civitate Romana, quæ sola est in præsenti, præstari.

TIT. VI.
QUIBUS [21] EX CAUSIS MANUMITTERE NON LICET.

Prius caput legis Æliæ Sentiæ. Regula de manumittente in fraudem creditorum. 1. Exceptio de servo instituto cum libertate, 2. vel sine libertate. 3. Quid sit in fraudem creditorum manumittere. 4. Alterum caput legis Æliæ Sentiæ, de minore viginti annis. 5. Quæ sint justæ causæ manumittendi. 6. De causa semel probata. 7. Abrogatio.

NOn tamen cuicunque volenti manumittere licet. Nam is, qui in [22] fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia [23] lex Ælia Sentia impedit libertatem. §. 1. Licet [24] autem domino, qui solvendo non est, [in testamento] servum suum cum libertate heredem [25] instituere, ut liber fiat, heresque ei [26] solus & necessarius: si modo ei nemo alius ex eo testamento heres extiterit: aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia provisum est: & recte. Valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus [27] alius heres extiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias servi [28] nomine vendant, ne injuria [29] defunctus afficiatur. §. 2. Idemque juris est, & si sine libertate servus heres institutus est. Quod nostra constitutio non solum in domino, qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione: ut ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur: quum non sit verisimile [30], eum, quem heredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, & neminem sibi heredem fore [31]. §. 3. In fraudem [32] autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore quo manumittit, solvendo non est: vel qui datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur (nisi [33] animum quoque fraudandi manumissor habuerit) non impediri libertatem, quamvis bona [ejus] creditoribus non sufficiant: sæpe [34] enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id est, & consilio [35] manumittentis, & ipsa re, eo quod ejus bona non sunt suffectura creditoribus. §. 4. Eadem [36] lege Ælia Sentia domino [37] minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium, justa [38] causa manumissionis adprobata, fuerint manumissi. §. 5. Justæ [39] autem manumissionis causæ hæ sunt: veluti si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres sororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat: aut servum, procuratoris habendi gratia: aut ancillam [40], matrimonii [habendi] causa: dum tamen intra sex menses in uxorem ducatur: nisi justa causa impediat, & [servus,] qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis [41] manumittatur. §. 6. Semel [42] autem causa adprobata, sive vera [43] sit, sive falsa, non retractetur [44]. §. 7. Cum ergo certus [45] modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam constitutus esset: eveniebat, ut qui quatuordecim annos expleverat, licet testamentum facere [46], & in eo sibi heredem instituere, legataque relinquere posset: tamen si adhuc minor esset viginti annis, libertatem servo dare non posset. Quod non erat ferendum: nam cui totorum suorum bonorum in testamento dispositio data erat [47]: quare non [48] similiter ei, quemadmodum alias res, ita de servis suis in ultima voluntate disponere [49], quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis possit præstare? Sed cum libertas [50] inæstimabilis [51] res sit, & propter hoc ante XX ætatis annum antiquitas libertatem servo dare prohibebat [52]: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare servo suo concedimus [53], nisi decimum septimum annum impleverit, & decimum octavum attigerit. Quum enim antiquitas hujusmodi ætati, & pro aliis postulare [54] concesserit: cur non etiam sui judicii stabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam servis suis possint pervenire?

TIT. VII.
DE LEGE [55] FUSIA CANINIA TOLLENDA.

LEge Fusia Caninia certus [56] modus constitutus erat in servis testamento manumittendis: quam, quasi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam esse censuimus: cum satis fuerat inhumanum, vivos quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa impediat libertatem: morientibus [57] autem hujusmodi licentiam adimere.

TIT. VIII.
DE [58] HIS, QUI SUI, VEL ALIENI JURIS SUNT.

Personarum divisio posterior. 1. 2. De jure gentium & civium Romanorum in servos.

SEquitur de jure personarum alia divisio. Nam quædam personæ sui juris sunt, quædam alieno juri [59] subjectæ. Rursus earum, quæ alieno juri subjectæ sunt, aliæ sunt in potestate parentum, aliæ in potestate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno juri subjectæ sunt. nam, si cognoverimus, quæ istæ personæ sunt: simul [60] intelligemus, quæ sui juris sunt. ac prius inspiciamus de his, quæ in [61] potestate dominorum sunt. §. 1. In potestate itaque dominorum sunt servi, quæ quidem potestas, juris gentium est. nam apud [62] omnes peræque gentes animadvertere possumus, dominis in servos [63] vitæ necisque potestatem fuisse: & quodcunque per servum adquiritur, id [64] domino adquiri. §. 2. Sed [65] hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt, licet sine [66] causa legibus cognita, in servos [supra modum] sævire. Nam ex constitutione divi Antonini, *qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam si alienum servum occiderit.* Sed & major asperitas dominorum ejusdem principis constitutione coercetur: nam [Antoninus] consultus a quibusdam præsidibus provinciarum de his servis, qui ad ædem sacram, vel ad statuam principum confugiunt [67], præcepit, *ut si* [68] *intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogantur servos suos bonis* [69] *conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur.* & recte: expedit [70] enim reipublicæ, ne sua re quis male utatur [71]. Cujus rescripti ad Ælium Martianum emissi verba sunt hæc: *Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi* [72]: *sed dominorum* [73] *interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juste deprecantur. Ideoque* [74] *cognosce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad statuam confugerunt, & si vel durius habitos, quam æquum est, vel infami* [75] *injuria adfectos esse cognoveris: venire jube, ita ut in potestatem domini non revertantur. Quod si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciat hoc me admissum severius executurum.*

1 Censu quoque manumittebantur, qui lustrali censu Romæ jussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur, Ulp. 1. §. 8. Th. *h. t.* 2 v. *l.* 4. *C. de præp. sac. cub.* 3 *Semper*, id est, quovis tempore, & loco, *l.* 7. *l.* 8. *ff. de man. vin.* omni die. vid. *l. fin. C. de feriis.* 4 Procedente magistratu, citra tribunal. Th. *l.* 7. *ff. de manum. vind.* 5 *l.* 7. *ff. de man. vind.* 6 Libertinorum alii cives, alii Latini, alii Dedititii. 1. Caj. 1. §. 1. 7 *Cives* fiebant, qui vindicta, censu, aut testamento manumittebantur, Ulp. 1. §. 6. vel (ut Caji epitome 1. *Tit.* 1. §. 2. continet) qui aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumittebantur. Hi testamenta facere, & ex testamento succedere poterant. Cajus *ibid.* §. 5. 8 *Latini* fiebant, si aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittebantur. Cajus *illo loco.* §. 3. Hi neque testamentum facere, neque ex testamento succedere poterant: secunda tamen manumissione cives fieri poterant. Caj. §. 5. 9 *Nov.* 78. Ulp. 1. §. 10. 10 Non Augusti, ut velle videtur Suetonius, Brisson. 1. *se'ect.* 9. 11 *Dedititii* fiebant, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publice pro criminibus cæsi, aut in quorum facie, vel corpore quæcunque indicia igne, vel ferro sic erant impressa, ut deleri non possent. 1. *Cajus* 1. §. 4. qui pœnæ causa vincti a domino, quibus vestigia scripta, qui propter noxam forte, nocentesque inventi, quive traditi erant, ut ferro, aut cum bestiis depugnarent, vel in custodiam conjecti fuissent, Ulpianus 1. §. 11. adde *l.* 43. *ff. de fideicom. libert.* Paul. 4. *sent.* 12. §. 4. 5. 6. 7. 8. 12 *De conditione dedititiorum* v. *l. un. C. de dedit. lib. toll.* 13 Hi neque testamentum facere, neque ex testamento capere, neque cives fieri poterant. Cajus §. 5. *ibid.* 14 *l. un. C. de dedit. libert. toll. l. unic. C. de Lat. libert. toll.* 15 Dedititios exemplo peregrinorum vectigalium, qui rebelles victi a Romanis turpiter se dediderant, nominatos refert Theophilus *hoc tit.* 16 *L. unic. C. de dedit. libert. tollend.* ubi plura dixi de dedititiis, adde *l.* 7. §. 7. *ff. de do'o.* 17 de qua v. *l. unic.* §. *sancimus. C. de Latin. libertat.* 18 De *Junianorum* statu, & quemadmodum liberi vivebant, servi moriebantur, & illis succedebant patronorum liberi, & de lege Junia, Senatusc. Largiano, & edicto D. Trajani circa Junianos, v. Theophilum ꝉ *titul. de successione libertorum.* 19 *l. unic. C. de Latin. libert. tollend.* 20 ὅτε περὶ δεσποτείας *Th.* alias obstat §. 4. ꝉ *tit. prox.* Theophili sententiam juvat Anton. Augustin. qui existimat *domini* positum, pro *dominii*, ut sæpe in istis genitivis alterum *i* omittitur. *Ruffard.* Idem probat Grot. *Flor. Spars.* hic: quod olim alii plene essent domini servorum, alii eos tantum in bonis habuerint. S. L.
21 40. *ff.* 9. & *Lib.* 7. *C.* 11. & 12. 22 *l.* 10. *l.* 16. §. 2. *ff. qui, & a quibus.* 23 Non tam auctoritas in disputando, quam rationum momenta quærenda. Cic. *de natur.* Argumentandi vero hoc genus ductum est a lege. 24 Ulp. 1. §. 14. 25 *l.* 6. *C. de necess. serv.* 26 Ex lege Ælia, quæ μέχρι ἑνὸς τὴν οἰκέτην [illegible] νομοθετεῖν, Theoph. *l.* 42. *ff. de her. inst.* 27 Injuriæ *ut* ꝉ *eod.* inopiæque species est, heredem non habere, *l.* 26. *ff. de fidej.* 28 Cui, licet ignominioso, jucunda est libertas. *Theoph.* 29 Ejus cineribus, & ossibus inurenda. *Th.* olim juris, *arg. l.* 28. *ff. de reb. auct.* hodie facti, *l.* 11. *ff. ex quib. causis. in fin.*

30 Verisimilitudo in argumentis attenditur. 31 *l.* 5. §. *cum igitur. C. de necessar. serv.* text. *in* §. 1. *Instit. qui test. tut. dar. poss. l.* 32. §. 2. *ff. de test. tut.* Ans. 32. 1. Cajus 1. §. 6. Ulpian. 1. §. 15. 33 *V. l.* 23. *ff. qui, & a quibus.* 34 Imo quilibet præsumitur rerum suarum justum scire pretium, *l.* 15. *C. de rescind. vend.* 35 *l.* 1. *C. qui manum. non poss.* Ans. 36 Ulp. 1. §. 13. 37 *V. Nov.* 119. *c.* 2. *l.* 9. §. 2. *ff. de aut. tutorum.* 38 *V. l.* 1. *ff. de man. vind.* 39 *V. l.* 11. & *seqq. D. de man. vind.* 1. Cajus 1. §. 8. 40 *V. l.* 21. *D. qui & a quib.* 41 Major 17 annis procurator esse potest, *hic.* Nec distinguit text. an ad lites, an ad negotia constitutus sit. At jure canonico distinguitur inter negotia & judicia, ut ad illa possit deputari procurator major 17 annis, ad hæc non possit. *cap. qui generaliter.* 5. §. *ult. de procurator. in* 6. Ans. 42 *l.* 9. §. 1. *ff. de man. vind.* 43 i. e. justa, idonea, sufficiens. 44 Vide *l.* 17. *C. de testib.* Ans. Imo retractatur *l.* 26. §. 8. *D. de fideicom. lib.* v. quæ ibidem diximus. Goth. 45 Ulp. 1. §. 24. 1. Cajus 2. *titul. de numero servorum. testam. manum.* 46 *l.* 5. *ff. qui testam. fac. poss.* Ans. 47 Al. hunc locum ita legunt: *Quod non erat ferendum: si is cui totorum bonorum in testamento dispositio data erat, uni servo libertatem dare non permittebatur*, in omn. & Theoph. 48 In al. *quare nos.* 49 Imo quibusdam tantum. *l.* 5. *C. de fid. lib.* 50 *l.* 106. *l.* 176. *ff. de reg. jur. l.* 7. *C. de Relig. & sump. fun.* 51 Imo libertas est æstimabilis, potest enim liber homo vendi. *l.* 70. *D. de contrah. emp.* & æstimari, *l. ult. D. de his, qui effuderint.* 52 Al. *prohibebat.* 53 Hodie potest, qua ætate testari ei permittitur, *Nov.* 119. *c.* 2. 54 *l.* 1. §. 2. *D. de post.* 55 7. C. 3. Furia. Ulp. 1. *cap.* Φούριος Κανίνιος. 5. *Th.* 1. Fussia *Contio.* In Pand. Flor. ad *l.* 37. *ff. de Condit. & Demonstrat.* & *l.* 215. *ff. de Verb. Signif.* legitur *Fufia.* sive *Fussia.* S. L. 56 *De quo* v. Ulp. 1. *Inst.* & Caj. 1. *Inst.* 2. 4. Paul. *sen.* 14. §. *ultimo.* & *l.* 1. *si Judæi. C. Th. de Jud.* 57 Vid. Nicol. Everhard. *a contract. ad ult. volunt. loco.* 36. quod quidem procedit, quando ratio est similis in utroque, *l. fin. C. de legat.* secus, quando est dissimilis. *l.* 37. *ff. de legat.* 1. Ans. 58 Ulp. 4. 1. D. 6. 59 Hujusmodi subjectio ὑπεξούσιος Theoph. 60 *v. l.* 7. *C. de religiosis & sumpt.* 61 Quæ ἄκρα ἐξουσία. Theoph. 62 *Gen.* 16. *Exod.* 21. 63 *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* 64 Cur ita? *v. l.* 1. §. 6. *in fin. ff. de adquir. vel amitt. possess.* 65 *l.* 1. §. 2. *ff. ad L. Corn. de sicar.* 66 *V. l.* 96. *ff. de verb. oblig.* 67 *l.* 1. §. 27. *ff. de quæst.* adde casum in *l. ult. ff. si quis a parent. manumiss.* De jure Canonico dominus tenetur de servi impunitate cavere, priusquam ex ecclesia extrahi possit. *c.* 6. *extr. de immunitat. Eccles.* Ans. 68 *V. l.* 11. §. *servo. ff. ad L. Corn. de sicar.* 69 Ne, si servo quascunque conditiones domino liceat imponere, servus nunquam distrahatur. *Theoph.* 70 V. Guid. Papæ *quæst.* 91. 71 Imo licet alicui re sua abuti. *l.* 25. §. 11. ubi Goth. *ff. de petit. heredit.* Ans. 72 *Lib.* 5. *feud. tit.* 14. imo detrahitur, *l.* 12. §. 1. *ff. qui & a quib. manumiss.* Ans. 73 Quippe vel aufugere, vel se ipsos interficere possunt. *Th.* & sæpius læsa patientia fit furor. 74 Nec enim servis temere credendum; nam servus natura domini hostis est. *Th.* Totidem hostes, quot servi. Senec. 6. *epist.* 47. Arist. 2. *Poli.* 9. Fest. Quot servi, tot hostes. 75 *V. l.* 12. *C. de epist. aud.*

TIT. IX.
DE PATRIA POTESTATE.

Summa tituli. 1. *Definitio nuptiarum.* 2. *Cui competat?*

IN potestate nostra sunt liberi [1] nostri, quos ex [2] justis nuptiis procreavimus. §. 1. Nuptiæ autem, sive matrimonium, est viri & mulieris [3] conjunctio, individuam [4] vitæ consuetudinem continens. §. 2. Jus autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium [5] est [6] civium Romanorum: nulli [7] enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus. §. 3. Qui igitur ex te & uxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & uxore ejus nascitur, id est, nepos tuus & neptis [8], æque in tua sunt potestate [9], & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum [10].

TIT. X.
DE NUPTIIS [11].

Qui possunt nuptias contrahere. 1. *Quæ uxores duci possunt vel non. De parentibus & liberis.* 2. *De transversalibus. De fratre & sorore.* 3. *De fratris vel sororis filia vel nepte.* 4. *De consobrinis.* 5. *De amita, matertera, amita magna, matertera magna.* 6. *De affinibus. De privigna vel nuru.* 7. *De socru vel noverca.* 8. *De comprivignis.* 9. *De quasi privigna, quasi nuru, quasi noverca.* 10. *De servili cognatione.* 11. *De reliquis prohibitionibus.* 12. *De pœnis injustarum nuptiarum.* 13. *De legitimatione.*

JUstas autem nuptias inter se [12] cives Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coëunt, masculi quidem puberes [13], fœminæ autem [14] viripotentes, sive patresfamiliarum sint, sive filiifamiliarum: dum tamen si filiifamiliarum sint [15], consensum [16] habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & [17] civilis & [18] naturalis ratio suadet: in tantum, ut jussus parentis præcedere debeat [19]. Unde quæsitum est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius uxorem ducere possit. Cumque super filio variabatur, nostra processit [20] decisio, qua permissum est ad exemplum filiæ furiosi, filium quoque [furiosi] posse & sine patris interventu [21] matrimonium sibi copulare, secundum datum ex nostra constitutione modum.

§. 1. Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. nam a quarundam nuptiis abstinendum est. Inter eas enim personas, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem, vel matrem & filium, vel aviam & nepotem, & usque in [22] infinitum. Et si tales personæ inter se coierint: nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hæc adeo vera sunt, ut quamvis per [23] adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio jungi: in tantum, ut etiam dissoluta adoptione, idem juris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia vel neptis esse cœperit, non [24] poteris uxorem ducere, quamvis eam [25] emancipaveris. §. 2. Inter eas quoque personas, quæ ex transverso gradu cognationis junguntur, est quædam similis observatio, sed non tanta. Sane enim inter [26] fratrem sororemque nuptiæ prohibitæ sunt, sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, sive ex altero [27] eorum. Sed si qua [28] per adoptionem soror tibi esse cœperit: quamdiu [29] quidem constat adoptio, sane inter te & eam nuptiæ consistere non possunt: cum vero per emancipationem adoptio sit dissoluta, poteris eam uxorem ducere. [30] Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideo constat, si quis [31] generum adoptare velit, debere eum antea filiam suam emancipare: & si quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium suum emancipare. §. 3. Fratris vero vel [32] sororis filiam uxorem ducere non licet: sed nec neptem fratris vel sororis quis ducere potest, quamvis quarto gradu sint: cujus enim filiam uxorem ducere non licet, neque ejus neptem permittitur. Ejus vero mulieris, quam pater tuus adoptavit [33], filiam non videris impediri uxorem ducere: quia neque naturali neque civili jure tibi conjungitur. §. 4. Duorum autem fratrum vel sororum [34] liberi, vel fratris & sororis, conjungi [35] possunt [36]. §. 5. Item amitam [37], licet adoptivam, ducere uxorem non licet, item nec materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnam quoque amitam, & materteram magnam prohiberi uxorem ducere. §. 6. Adfinitatis quoque veneratione a quarundam nuptiis abstinere necesse est [38]: ut ecce privignam [39] aut nurum [40] uxorem ducere non licet: quia utræque filiæ loco sunt. Quod ita scilicet accipi debet, si fuit nurus aut privigna tua. Nam si adhuc nurus tua est, id est, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione uxorem eam ducere non poteris: quia eadem [41] duobus nupta esse non potest. Item si adhuc privigna tua est, id est, si mater ejus tibi nupta est, ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet. §. 7. Socrum quoque & novercam [42] prohibitum est uxorem ducere: quia matris [43] loco sunt. Quod & ipsum dissoluta demum adfinitate procedit: alioquin si adhuc noverca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est: communi jure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia ejus tibi nupta est, ideo impediuntur tibi nuptiæ, quia duas uxores habere non potes. §. 8. Mariti tamen filius ex alia uxore [44], & uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt: licet habeant fratrem sororemve ex matrimonio postea contracto natos. §. 9. Si uxor [45] tua post divortium ex alio filiam procreaverit: hæc non est quidem privigna tua: sed Julianus ab hujusmodi nuptiis abstineri debere ait. nam constat, nec sponsam filii [46] nurum esse, nec patris sponsam novercam esse: rectius tamen & jure facturos eos, qui ab hujusmodi nuptiis abstinuerint [47]. §. 10. Illud [48] certum est, serviles [49] quoque cognationes impedimento nuptiis esse: si forte pater & filia, aut frater & soror [50] manumissi fuerint. §. 11. Sunt & aliæ personæ, quæ propter diversas rationes nuptias contrahere prohibentur: quas in libris [51] Digestorum, seu Pandectarum, ex veteri jure collectarum, enumerari permisimus. §. 12. Si [52] adversus ea, quæ diximus, aliqui coierint: nec [53] vir, nec uxor, nec nuptiæ [54], nec [55] matrimonium, nec [56] dos intelligitur. Itaque ii, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt (quantum ad patriam potestatem pertinet) quales sunt ii, quos mater vulgo concepit. Nam nec hi patrem habere intelliguntur, cum & his pater incertus sit. unde solent spurii appellari [57] παρὰ τὴν σπορὰν, id est *a satione*, & ἀπάτορες, quasi sine patre filii. Sequitur ergo, ut dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ sacris constitutionibus continentur.

§. 13. Aliquando autem evenit, ut liberi, qui statim, ut nati sunt, in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris: qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea [58] curiæ datus, potestati patris subjicitur: nec non is, qui a muliere libera procreatus, cujus matrimonium minime legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione dotalibus [59] instrumentis compositis [60], in potestate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio præbuit.

TIT. XI.
DE [61] ADOPTIONIBUS.

Scopus & nexus. 1. *Divisio adoptionis.* 2. *Qui possunt adoptare filiumfamilias vel non.* 3. *De impuberibus.* 4. *De ætate adoptantis & adoptati.* 5. *De adoptione in locum nepotis, vel neptis, vel deinceps.* 6. *De adoptione filii alieni in locum nepotis, vel nepotis in locum filii.* 7. *De adoptione in locum nepotis, & de nepote in adoptionem dando.* 8. *Qui dari possunt in adoptionem.* 9. *De his, qui generare non possunt.* 10. *De fœminis.* 11. *De liberis adrogati.* 12. *De servo adoptato vel filio nominato a domino.*

NOn solum autem naturales liberi, secundum ea, quæ diximus, in potestate nostra sunt: verum etiam [62] ii, quos adoptamus. §. 1. Adoptio autem duobus [63] modis fit, aut principali rescripto, aut imperio magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos easve, qui quæve sui juris sunt. quæ species adoptionis dicitur [64] adrogatio. Imperio magistratus adoptamus eos easve, qui quæve in potestate parentum sunt: sive primum gradum liberorum obtineant: qualis est filius, filia: sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. §. 2. Sed hodie ex nostra [65] constitutione, cum filiusfamilias a patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, jura patris [66] naturalis minime dissolvuntur [67], nec quicquam ad patrem adoptivum transit, nec in potestate ejus est: licet ab intestato jura successionis ei a nobis tributa sint. Si vero pater naturalis non extraneo, sed avo filii sui materno, vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo vel proavo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt in unam personam & naturalia, & adoptionis jura, manet stabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum [68]: ut & in familia, & in potestate hujusmodi patris adoptivi sit. §. 3. Cum autem impubes per principale rescriptum [69] adrogatur, causa cognita adrogatio fieri permittitur, & exquiritur causa adrogationis an honesta sit, expediatque pupillo. Et cum quibusdam conditionibus adrogatio fit, id est, ut caveat adrogator [70] personæ publi-

1 Quibus βασιλικῶς, καὶ πολιτικῶς, non δεσποτικῶς, imperamus. 2 Secus in injustis. §. pen. J. tit. prox. 3 v. l. 1. ff. de ritu nupt. 4 Secus in concubina. adde 27. q. 2. c. beata, & seqq. 5 Inde a Romuli temporibus. Halic. 2. quo ἀπόλιδες, & peregrini privantur, §. cum autem. 3. infra, de adoption. 6 l. 3. ff. de his qui sui vel alien. jur. S. L. Proprium hoc, secundo modo proprium est: convenit enim soli speciei, non tamen omnibus. Goth. 7 Imo Judæi. Gen. 38. 24. & 42. 37. Iob. 1. Num. 11. 12. 15. & omnes ex jure divino eam potestatem habere videntur; l. 10. §. 1. C. de adopt. Vide not. ad d. l. 3. ff. de his qui sui vel alien. jur. & plura alibi de patria potestate, & an communis sit, an propria Romanorum. 8 Sed quum hodie patria potestas matrimonio solvatur, nepos ex filio natus in avi sui potestate non est. Grœneweg. hic. & ibi D D. S. L. 9 Quia in avi familia nascuntur. Ans. 10 Vid. omnino Hottomann. hic. & pr. Instit. de nupt. filia enim non patri, sed marito filium parit. l. familiæ, 196. ff. de V. Sign. Ans.

11 23. D. 1. & 2. 5. C. 4. Nov. 22. 12 Ulp. 5. §. 1. 13 i. e. duodecim aut quatuordecim annorum, pr. Instit. Quib. mod. tut. fin. circa fin. l. fin. C. quand. tut. vel curat. esse desin. Ans. 14 v. l. 19. vers. sed enim. D. de condit. & demonst. 15 Vel tacitum. v. l. 5. ff. de spons. 16 In contrahendo, & redintegrando matrimonio. v. l. 18. D. de ritu nupt. 17 Quiritum propria potestas. Hotom. illust. 9. 18 Pietas parentibus debita. Con. 1. lect. 4. ita ut ortum a natura sumpserit potestas patria, incrementum vero a jure civili, Hotom. h. t. Ans. 19 Concordat Carol. V. edict. 4. Octob. 1540. Vide Peck. de Testam. conjug. lib. 1. cap. 5. Joan. a Sande lib. 2. tit. 1. defin. 2. Vinn. hic. S. L. 20 l. 25. C. eod. 21 Curatore tamen furiosi, & judicis interventu. l. 25. C. de nupt. 22 v. l. 53. D. de rit. nupt. Goth. etiam inter cognatos. l. 56. C. eod. Ans. 23 v. l. 55. ff. de ritu nupt. l. 14. §. 1. D. eod. 24 Quamvis emancipatione cessent reliqua adoptionum jura. v. l. penult. §. sin autem. 2. C. de adopt. 25 Propter honestatem in nuptiis requisitam. l. 4. C. eod. Vid. tamen l. 55. C. de nupt. Ans. 26 v. l. 17. C. eod. 27 Alii, sive ab alterutro. 28 v. l. 17. in pr. ff. de ritu nupt. 29 Secus ea dissoluta. v. l. 35. §. 1. D. de verb. oblig. 30 l. 9. §. fin. ff. de lib. & posthum. Ans. 31 l. 67. §. 2. D. eod. 32 v. l. 39. ff. de ritu nupt. 33 Ut & sororem patris adoptivi. l. 12. in fin. ff. de ritu nupt. & novercæ filiam. 34 i. e. consobrini. v. l. 19. C. eod. 35 Οὐ δύνανται, non possunt. Th. v. Con. 2. Lect. 1. & 1. Caj. 4. Tacit. 12. 36 v. l. 3. ff. de ritu nupt. Jure Canonico non possunt. cap. non debet. extr. de consanguin. & affin. S. L. 37 l. 17. §. 2. D. de ritu nupt. l. 17. C. de nupt. 38 Quod ad eosdem affinitatis gradus, in cognatione prohibitos, extendi, nec tantum in linea recta, sed & in transversali obtinere, communis est doctrina. per l. 5. pen. & ult. C. de incest. nupt. facit Levit. cap. 18. v. 16. Vide Carpzov. defin. Consist. lib. 2. tit. 6. defin. 92. S. L. 39 l. 17. C. eod. Imo licet, Exod. 6. v. 19. 40 Etiamsi maritum ejus emancipavero. l. 14. D. de ritu nupt. 41 v. l. 18. in pr. C. ad Leg. jul. de adult. 42 Etiam apud gentes. 1. Cor. 5. l. 4. §. hos itaque. D. de gradib. & affin. 43 Etiam in pœnalibus. §. 6. infr. de pub. jud. 44 l. 34. §. inter compriv. D. de rit. nupt. 45 l. 12. §. si uxor. ff. de ritu nupt. l. 134. ff. de Verb. Oblig. 46 Imo nurus est. l. 6. l. 8. D. de grad. & affin. l. 4. ff. ad L. Pomp. de parricid. 47 l. 42. ff. h. t. Ans. 48 Hic omisit prohibitionem nuptiarum in affinitate collaterali. v. l. 5. C. de incest. & inutil. nupt. 49 v. l. 14. §. 2. D. de ritu nupt. 50 Puta cognationes in servitute quæsitas. Hæc enim verba significare videntur ante manumissionem impedimento non esse. l. ult. §. 5. ff. de gradib. Sed quum natura refragetur, ut pater filiam &c. uxorem ducat. l. 14. ff. h. t. Videtur quoque regulam l. 42. eod. hic esse servandam, si sint in servitute. Ans. 51 Præsertim d. l. 14. 52 v. l. 6. in pr. C. de incest. & inutil. nupt. 53 l. 52. D. de ritu nuptiarum. 54 Nuptiæ magis ad solennitatem quam ad conjugium ipsum pertinent. Vide can. 8. nec illud. c. 30. q. 5. Et tit. ff. de Ritu nupt. id est, Solennitate Nuptiarum. Ans. 55 Videtur abrogari sententia, quæ apud Paulum extat 2. sent. 19. §. 2. ubi dicitur, eos, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonium jure non contrahere, & contractum tamen non dissolvi. Contemplationem enim publicæ utilitatis (hoc est, nuptiarum) privatorum commodis præferri. adde c. 30. q. 5. can. nec illud. can. si quis. 56 l. 1. ff. unde vir, & uxor. 57 l. 23. D. de statu hom. 58 v. Nov. 89. c. 2. 59 v. Nov. 12. c. 4. Nov. 74. Nov. 89. c. 8. adde & eum, qui legitimatur principis rescripto. Nov. 89. c. 9. 60 Imo & sine dotalibus instrumentis consistunt hæ nuptiæ. vide quæ notavi ad l. 4. §. 4. Cod. de advoc. divers. jud. 2.

61 1. D. 7. Lib. 8. C. 48. 62 Adde l. 13. & l. 14. C. de probat. 63 Adde tertium ex testamento. 7. Valer. 9. Dion. 55. 64 Cujus solennitates notavi l. pen. in fin. C. eod. 65 l. 10. C. eod. 66 Alii legunt: jura potestatis patris. quod confirmat Th. 67 Propter incommodum, quod est in §. 14. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. pr. Inst. de excusat. tut. Ans. 68 Al. constrictum: ita in lib. Dionys. Charond. 69 D. Pii. Ulp. tit. 8. §. 2. tit. eod. olim nisi Vesticeps, id est, is, cui prima vestis, seu lanugo erat, adrogari non poterat. 5. Gell. 19. v. Forner. 1. select. 19. 70 Ταβουλαρίῳ, Theoph.

ca,

eæ[1], si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem ejus venturi essent. Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi causa cognita dignus emancipatione fuerit, & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedens pater[2] cum exheredaverit, vel vivus sine justa causa emancipaverit: jubetur[3] quartam partem ei bonorum suorum[4] relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptivum transtulit, & quorum commodum ei postea acquisivit. §. 4. Minorem natu, majorem[5] non posse adoptare placet. adoptio enim naturam imitatur: & pro[6] monstro est, ut major sit filius, quam pater. Debet itaque is, qui sibi filium per adoptionem vel adrogationem facit, plena[7] pubertate, id est, decem & octo annis præcedere. §. 5. Licet[8] autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamvis[9] filium quis non habeat. §. 6. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quam nepotem in locum filii. §. 7. Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex filio, quem habet jam adoptatum; vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: eo[10] casu & filius consentire debet, ne ei invito suus heres adgnascatur. Sed ex contrario, si avus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire[11]. §. 8. In plurimis autem causis adsimilatur[12] is, qui adoptatus vel adrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio[13] natus est: & ideo si quis per Imperatorem, vel apud prætorem, vel præsidem provinciæ non extraneum adoptaverit[14], potest eundem in adoptionem alii dare. §. 9. Sed[15] & illud utriusque adoptionis commune est, quod & ii, qui generare non possunt (quales sunt spadones[16]), adoptare possunt: [castrati[17] autem non possunt.] §. 10. Fœminæ[18] quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent: sed ex indulgentia[19] principis ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt. §. 11. Illud proprium est adoptionis illius, quæ per sacrum oraculum fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subjicitur, sed etiam liberi ejus in ejusdem fiunt potestate tanquam nepotes. Sic[20] etenim divus Augustus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptasset: ut protinus, adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse. §. 11. Apud[21] Catonem bene scriptum refert antiquitas, servos, si a domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari. Unde & nos eruditi, in nostra[22] constitutione etiam eum servum, quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverat[23], liberum esse constituimus: licet hoc ad jus filii accipiendum non sufficiat[24].

TIT. XII.

QUIBUS[25] MODIS[26] JUS PATRIÆ POTESTATIS SOLVITUR[27].

Scopus & nexus. De morte. 1. *De deportatione.* 2. *De relegatione.* 3. *De servitute pœnæ.* 4. *De dignitate.* 5. *De captivitate, & postliminio.* 6. *&* 7. *De emancipatione.* 8. *De adoptione.* 9. *De nepote nato post filium emancipatum vel in adoptionem datum.* 10. *An parentes cogantur liberos suos de potestate dimittere.*

VIdeamus nunc, quibus modis ii, qui alieno juri sunt subjecti, eo jure liberentur. Et quidem quemadmodum liberentur servi a potestate dominorum, ex iis[28] intelligere possumus, quæ de servis manumittendis superius exposuimus. Hi vero qui in potestate parentis sunt, mortuo eo[29] sui juris fiunt. Sed hoc distinctionem recipit. Nam mortuo patre, sane omni modo filii filiæve sui juris efficiuntur. Mortuo vero avo, non omnino nepotes neptesque sui juris fiunt: sed ita[30], si post mortem avi in potestatem patris[31] sui recasuri non sunt. Itaque si moriente avo pater eorum vivit, & in potestate patris sui est, tunc post obitum avi in potestate patris sui fiunt. Si vero is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus est, aut [per[32] emancipationem] exiit de potestate patris: tunc ii, qui in potestatem ejus cadere non possunt, sui juris fiunt. §. 1. Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur[33], civitatem amittit: sequitur, ut[34] qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde[35] ac si[36] eo mortuo, desinant liberi in potestate ejus esse. Pari ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit[37] esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia principis[38] restituti fuerint, per omnia pristinum statum recipiunt. §. 2. Relegati[39] autem patres in insulam, in potestate liberos retinent. Et ex contrario liberi relegati, in potestate parentum[40] remanent.

§. 3. Pœnæ servus[41] effectus, filios in potestate habere[42] desinit. Servi autem pœnæ[43] efficiuntur, qui in[44] metallum damnantur, & qui bestiis[45] subjiciuntur. §. 4. Filiusfamilias[46] si militaverit, vel si senator, vel consul factus fuerit, remanet in potestate patris: militia enim, vel consularis dignitas de patris potestate filium[47] non liberat. Sed ex constitutione nostra summa[48] Patriciatus dignitas illico, imperialibus codicillis præstitis, filium a patria potestate liberat. Quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare: imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate? §. 5. Si[49] ab hostibus captus fuerit parens, quamvis servus hostium fiat, tamen[50] pendet jus liberorum propter jus postliminii[51]: quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina jura recipiunt. idcirco reversus etiam liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit[52], eum, qui captus est, in civitate semper fuisse. Si vero ibi decesserit, exinde, ex quo captus est pater, filius sui juris fuisse videtur. Ipse quoque filius, neposve, si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus, propter jus postliminii jus quoque potestatis parentis in suspenso esse. Dictum[53] est autem postliminium a limine, & post. Unde eum, qui ab hostibus [captus est, &] in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum, recte dicimus. Nam limina sicut in domo finem quendam faciunt: sic[54] & imperii finem esse limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus. ab eo postliminium dictum est, quia ad idem limen revertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

§. 6. Præterea emancipatione[55] quoque desinunt liberi in potestate parentum esse. sed emancipatio antea quidem vel per antiquam[56] legis[57] observationem procedebat, quæ per imaginarias[58] venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali[59] rescripto. Nostra autem providentia etiam hoc in melius per constitutionem[60] reformavit: ut fictione pristina explosa, recta via ad competentes judices, vel magistratus parentes intrent: & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, a sua manu dimittant. Et tunc ex edicto prætoris in bonis hujusmodi filii, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, qui quæve a parente manumissus, vel manumissa fuerit, eadem jura præstantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti[61]. Et præterea si impubes sit filius, vel filia, vel cæteri: ipse parens ex manumissione[62] tutelam ejus nanciscitur. §. 7. Admonendi[63] autem sumus, liberum arbitrium esse ei, qui filium, & ex eo nepotem vel neptem in potestate habebit: filium quidem de potestate dimittere, nepotem vero vel neptem retinere. & e converso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero vel neptem manumittere, vel omnes sui juris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepte dicta esse intelligantur. §. 8. Sed & si pater filium, quem in potestate habet, avo vel proavo naturali secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit: id est, si hoc ipsum actis[64] intervenientibus apud competentem judicem manifestaverit, præsente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo [præsente], qui adoptat: solvitur quidem jus potestatis patris naturalis: transit[65] autem in hujusmodi parentem adoptivum, in cujus persona & adoptionem esse plenissimam antea diximus[66]. §. 9. Illud autem scire oportet, quod si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaveris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru[67] tua; nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur. Quod si post emancipationem vel adoptionem conceptus fuerit: patris sui emancipati, vel avi adoptivi potestati subjicitur. §. 10. Et quidem neque naturales liberi[68] neque adoptivi ullo pene[69] modo possunt cogere parentes, de potestate sua eos dimittere.

TIT. XIII.

DE TUTELIS[70].

De personis sui juris. 1. *Definitio tutelæ.* 2. *Definitio & Etymologia tutoris.* 3. *Quibus testamento tutor datur. De liberis in potestate.* 4. *De posthumis.* 5. *De emancipatis.*

TRanseamus nunc ad aliam divisionem personarum. Nam ex his personis, quæ in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur. Videamus ergo de his, quæ in tutela vel in curatione sunt. Ita enim intelligemus cæteras personas, quæ neutro jure tenentur. Ac prius dispiciamus de his, quæ in tutela sunt.

§. 1. Est autem tutela (ut Servius definivit) vis ac[71] potestas in capite[72] libero ad tuendum[73] eum, qui propter ætatem se defendere nequit, jure civili data ac permissa[74]. §. 2. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, exque ipsa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores: sicut æditui[75] dicuntur, qui ædes tuentur.

§. 3. Permissum[76] est itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in[77] potestate habent, testamento tutores[78] dare. Et hoc in filios filiasque procedit omnimodo; nepotibus vero neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit, nepotes [ex] eo non poterunt ex testamento tuo tutores habere, quamvis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuo te, in potestatem patris sui recasuri sunt.

§. 4. Cum autem in compluribus aliis causis posthumi[79] pro jam natis habeantur, & in hac causa placuit non minus posthumis[80], quam jam natis testamento tutores dari posse: si modo in ea causa sint, ut si vivis parentibus nascerentur, sui [heredes,] & in potestate eorum fierent. §. 5. Sed & si emancipato filio tutor a patre[81] datus fuerit testamento, confirmandus est ex sententia præsidis omni modo, id est, sine[82] inquisitione.

1 Id est, magistratui. §. 5. *Inst. de Atil. tut.* Ans. 2 Scilicet adrogator. *Ans.* 3 Quæ D. Pii appellatur. Ulp. *l.* 1. §. 21. *ff. de collat.* 4 Scil. omnium bonorum. *l. fin. ff. si quid in fraud. patron. l.* 2. *C. de adopt.* Ans. 5 *l.* 15. *l.* 16. *l.* 40. *ff. eod.* Rationem hujus arg. vid. apud. Rainal. Cors. *indagat. jur. l.* 2. *c.* 15. Ans. 6 Filius patre major ætate fingi non potest. 7 *Plena pubertas* octodecim annis finitur. 8 *l.* 43. *ff. eod.* 9 *l.* 37. *D. eod.* 10 *l.* 6. *l.* 11. *ff. eod.* 11 Quia nepos ex filio in avi sui potestate est. §. 3. *Inst. de patr. pot.* Ans. 12 Similitudo adoptati filii, & ex legitimis nuptiis suscepti. 13 §. 4. *J. de exhered. lib. & ibi not.* Ans. 14 *l.* 8. *C. eod.* 15 *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* 16 V. hic Theophil. *de spadonibus.* 17 Qui nec pro conjugibus, nec parentes ulla spe esse possunt, *l.* 39. *ff. de jure dot. l.* 6. *ff. delib. & posth.* Id circo abrogatur Leonis Nov. 26. *Goth.* An Hermaphroditus possit, vid. *l.* 10. *ff. de patr. potest.* Ans. 18 *l.* 5. *C. eod.* 19 *Nov. Leonis* 27. sine indulgentia. 20 Suet. *in Tiber.* Tacit. 12. 21 De quo *l.* 4. §. *Cato. ff. de verbor. obligat.* 22 *l. unica.* §. *similique. C. de Lat. libert. toll.* 23 Nominare servum filium, & eum adoptare, paria. vide quæ scripsi ad *Novell.* 89. *c.* 11. *in fin.* Goth. Confer *Nov.* 117. *cap.* 2. *l.* 1. §. 3. *ff. de quæst.* Ans. 24 Adoptioni servorum interdictum est. *l.* 15. §. *fin. ff. de Adopt.* Ans.

25 Paul. 2. *sent.* 25. *tit.* *Quemadmodum filii sui juris efficiuntur.* 26 Certis modis patria potestas hic dissolvi dicitur: sane Nuptiis non dissolvitur. *l.* 2. *J. ad SC. Tert. l.* 7. *C. de nuptiis l.* 5. *C. de condit. insertis. l.* 12. *C. de coll.* ut nec militia, *l.* 7. *C. de patria potestate. l.* 3. *C. de castrensi peculio.* 27 Vide *Nov.* 81. 8. *C.* 49. 28 Contrariorum eadem est ratio. 29 *l.* 15. *ff. quando dies legati. l.* 239. *ff. de verb. signif.* Ulp. 10. §. 2. 30 *l.* 5. *ff. de his, qui sunt sui.* 31 *v. l.* 56. §. 2. *ff. de jure dotium.* 32 *l.* 41. *ff. de adopt.* 33 *l.* 1. *C. de her. inst.* 34 Quæ de toto, eadem & de parte intelligenda sunt, *l.* 76. *ff. de rei vind.* 35 *l.* 63. *in fin. ff. pro socio.* 36 Alii: quasi. 37 *l.* 17. *ff. de pœn.* 38 *Toto tit. ff. & C. de sent. pass.* 39 Hodie banniti dicuntur. *Contius.* olim, aqua & igni interdicti. 10. *Ulp.* 3. *l.* 2. *ff. de pœn.* 40 *l.* 4. *l.* 7. *ff. de interdictis, & releg.* 41 Quando fiat, vide §. 1. *Inst. de cap. diminut.* Ans. 42 *l.* 29. *ff. de pœn.*

43 Hodie nemo servus pœnæ. v. *Novel.* 22. *c.* 8. 44 His hodie comparari possunt, qui ad remos, & opus publicum damnantur. 45 *l.* 3. §. *pen. ff. ad L. Corn. de sicar.* 46 Idem in servo, per *Not.* S. *de libert. & Nov.* 81. *pr. cit. fin.* 47 *l.* 3. *ff. de adopt.* 48 Non gradu, (Consulatus enim major est,) sed duratione, quia perpetua. *Contius.* vide *l. ult. C. de Coss.* Goth. vid. Rævard. *conjectan. l.* 3. *cap.* 7. Ans. 49 10. *Ulpian.* 4. 50 Ut ita captivitas non tam solvat, quam suspendat potestatem, *l. penult. de suis & leg. hered.* jus illud suspensivum, primum caput legis Corneliæ est. 51 Quid sit, vid. *l.* 19. *ff. de captiv. & postlim.* Ans. 52 Jus illud fictitium alterum est caput legis Corneliæ. 53 Etymon postliminii, vid. Ciceronem *in Topicis in loco ex notatis.* 45 Vide Festum *in Limites.* 55 *l.* 5. *Cod. de dolo* 10. *Ulp.* 1. 56 De qua vide Ulp. *d.* §. 1. 57 Quæ extabat in quarta 12. Tab. *Hal.* 2. Ulp. *tit.* 10. adde *tit. de testam. infra* Ulp. 3. §. 3. 58 Vide *l. ult. C. de adopt.* 59 Anastasii *l.* 5. *C. de emanc. lib.* 60 *l. ult. C. de emancip.* ut Justinianea emancipatio a legitima, & Anastasii differat. 61 *l.* 1. *ff. si a par. manum.* 62 *J. de leg. par. tut.* 63 *l.* 28. *ff. de adopt.* 64 *l. ult. C. de adopt. l.* 11. *ff. de fide instrum.* Ans. 65 *l. pen. in princ. ver. si vero. C. de adopt.* 66 §. 2. *Inst. de Adopt.* Ans. 67 Vid. *supra de ingen. & l. fin. ff. de acq. rer. domin.* Ubi tempus conceptionis non consideratur. Ans. 68 Vide *l.* 4. *C. de emancip.* 69 Vide *l.* 6. *C. de spectac. l.* 11. adde *l.* 16. *in fin. ff. de curatore furios. &c.* Goth. Vide etiam *l.* 32. *ff. de adopt. l.* 12. *Cod. de episcop. aud. l.* 3. §. *si quis minor. ff. de minor. l.* 5. *ff. si quis a par. man. l.* 92. *ff. de cond. & demonstrat.* Ans.

70 26. *D.* 1. 71 δίκαιόν τι, i. e. jus quoddam. *Theoph.* 72 id est, homine. Ulp. 11. & 5. Gel. 19. 73 Vide *l.* 4. §. *ult. ff. rem pupill.* 74 Hæc definitio non competit tutelæ dativæ. non enim est ex jure civili, id est, ex l. 12. tabul. *l. fin. ff. de bon. damnator.* sed ex l. Atilia. *Ans.* 75 *l.* 77. §. 26. *ff. de leg.* 2. 76 *l.* 1. *ff. de test. tutela.* 77 *l.* 73. §. 1. *infr. de reg. jur.* 78 An & substituere? vide *l. pen. ff. de test. tut. l.* 120. *ff. de verb. sign.* 79 *l.* 231. *ff. de verb. signif.* 80 *l.* 1. §. 1. *ff. de test. tutela.* 81 secus si a matre. *l.* 2. *ff. de confirm. tut.* 82 *l.* 6. *ff. de confir. tut.* Formam inquisitionis vide *d. tit. l.* 7. *in fin.*

TIT. XIV.
QUI TESTAMENTO TUTORES DARI POSSUNT [1].

Qui tutores dari possint. De patre vel filiofamilias. 1. *De servo.* 2. *De furioso vel minore viginti quinque annis.* 3. *Quibus modis.* 4. *Et cui dantur tutores.* 5. *De filiorum, filiarum, liberorum, nepotum appellatione.*

DAri autem tutor potest testamento non solum paterfamilias, sed [2] etiam filiusfamilias. §. 1. Sed & servus proprius testamento [3] cum libertate recte tutor dari potest. Sed sciendum est, eum & sine libertate tutorem datum, tacite [4] libertatem directam [5] accepisse videri, & per hoc recte tutorem esse. Plane si per [6] errorem, quasi liber, tutor datus sit, aliud dicendum est. Servus autem alienus pure inutiliter [7] testamento datur tutor: sed [8] ita, *cum liber erit*, utiliter datur: proprius autem servus inutiliter [9] eo modo tutor datur. §. 2. Furiosus vel minor viginti quinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum [10] compos mentis, aut major [11] vigintiquinque annis fuerit factus. §. 3. Ad certum tempus [12], vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante heredis institutionem [13] posse [14] dari tutorem, non dubitatur. §. 4. Certæ autem [15] rei vel causæ tutor dari non potest: quia personæ, non causæ, vel rei [tutor] datur.

§. 5. Si quis *filiabus suis* vel *filiis* tutores [16] dederit, etiam [17] posthumæ [vel posthumo] dedisse videtur: quia filii vel filiæ appellatione [18] & posthumus & posthuma continentur: Quod si nepotes sint, an appellatione filiorum & ipsis tutores dati sint [19]? Dicendum est, ut & ipsis quoque dati videantur: si modo *liberos* dixerit: Cæterum si *filios*: non [20] continebuntur: aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Plane si *posteris* [21] dederit, tam filii posthumi, quam cæteri liberi continebuntur [22].

TIT. XV.
DE LEGITIMA ADGNATORUM TUTELA [23].

Summa. 1. *Qui sint adgnati.* 2. *Quis dicatur intestatus.* 3. *Quibus modis adgnatio & cognatio finitur.*

QUibus autem testamento tutor datus non est: his ex lege duodecim tabularum adgnati sunt tutores, [24] qui vocantur legitimi [25].

§. 1. Sunt [26] autem adgnati [cognati] per virilis sexus cognationem conjuncti, quasi [27] a patre cognati: veluti frater [ex] eodem patre natus, fratris filius neposve ex eo: item patruus, & patrui filius neposve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione junguntur, adgnati non sunt: sed alias naturali jure cognati. Itaque amitæ tuæ filius non est tibi adgnatus, sed cognatus: & invicem tu illi eodem jure conjungeris: quia qui [ex ea] nascuntur, patris [28], non matris familiam sequuntur. §. 2. Quod autem [*lex duodecim tabularum*] *ab intestato vocat ad tutelam adgnatos*: non [29] hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare, sed [30] si quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit: quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, vivo testatore decesserit [31]. §. 3. Sed adgnationis quidem jus omnibus modis capitis deminutione plerumque [32] perimitur: nam adgnatio juris [civilis] nomen est: cognationis vero jus non omnibus modis commutatur: quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia vero non [33] utique.

TIT. XVI.
DE [34] CAPITIS DEMINUTIONE.

Definitio & divisio. 1. *De maxima.* 2. *De media.* 3. *De minima.* 4. *De manumissione.* 5. *De mutatione dignitatis.* 6. *Interpretatio §. ult. sup. tit. proximo.* 7. *Ad quos adgnatos tutela pertineat.*

EST autem capitis deminutio, status mutatio. Eaque [35] tribus modis accidit [36]. Nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor, (quam quidam mediam vocant) aut minima. §. 1. Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & civitatem & libertatem amittit. quod accidit in his, qui servi [37] pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ: vel libertis, ut ingratis erga [38] patronos condemnatis: [vel his] qui se ad pretium participandum [39] venundari passi sunt. §. 2. Minor, sive media capitis deminutio est, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur [40]. quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit: vel ei, qui in insulam deportatus est. §. 3. Minima capitis deminutio est, cum civitas retinetur & libertas, sed status hominis commutatur. quod accidit in his, qui cum sui juris fuerint, cœperunt alieno juri subjecti esse, vel contra [veluti si filiusfamilias a patre emancipatus fuerit, est capite deminutus [41].] §. 4. Servus autem manumissus, capite non minuitur: quia nullum caput [42] habuit. §. 5. Quibus autem dignitas magis, quam status permutatur, capite non minuuntur: & ideo, a senatu motos capite non minui [43] constat. §. 6. Quod autem dictum est, manere cognationis jus etiam post capitis deminutionem: hoc ita est, si minima capitis deminutio interveniat. manet enim cognatio. nam si maxima capitis deminutio interveniat: jus quoque cognationis perit, ut puta servitute alicujus cognati: & [44] ne quidem si manumissus fuerit, recipit cognationem. Sed & si in insulam quis deportatus sit, cognatio solvitur.

§. 7. Quum autem ad adgnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet; sed ad eos tantum, qui [45] proximiores gradu sunt: vel si plures ejusdem gradus sunt, ad [46] omnes [pertinet: veluti si plures fratres sunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur].

TIT. XVII.
DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

EX eadem lege duodecim tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quæ & ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim [in] ea lege de hac tutela caveatur: sed quia perinde accepta est per interpretationem [47], ac si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso, quod hereditates libertorum libertarumque, si intestati decessissent, jusserat lex ad patronos liberosve eorum pertinere; crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & adgnatos, quos ad hereditatem [lex] vocat, eosdem & tutores esse jusserit: quia plerumque ubi [48] successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus *plerumque*: quia si a fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, quum alius sit [49] tutor.

TIT. XVIII.
DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

EXemplo [50] patronorum recepta est & alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. nam si quis filium aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipaverit: legitimus eorum tutor erit.

TIT. XIX.
DE FIDUCIARIA [51] TUTELA.

EST & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur: nam [52] si pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps, impuberes manumiserit: legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo [53] defuncto, si liberi [ejus] virilis sexus existant, fiduciarii [54] tutores [55] vel fratris vel sororis [56] efficiuntur. Atqui [57] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset a vivo patre emancipatus, post obitum ejus sui juris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, ideoque nec in tutelam: Libertus autem si servus mansisset, utique eodem jure apud liberos domini post mortem ejus futurus esset. † Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis [58]: quod nostra constitutio in omnibus tutelis, & curationibus observari generaliter præcepit.

TIT. XX.
DE ATILIANO TUTORE [59] ET EO QUI EX LEGE JULIA ET TITIA DABATUR.

Jus antiquum, si nullus sit tutor. 1. *Si spes sit futuri tutoris testamentarii.* 2. *Si tutor ab hostibus captus sit.* 3. *Quando & cur desierint ex dictis legibus tutores dari.* 4. *Jus novum.* 5. *Jus novissimum.* 6. *Ratio tutelæ.* 7. *De tutelæ ratione reddenda.*

SI [60] cui nullus omnino tutor fuerat: ei dabatur in urbe quidem, a prætore urbano, & majore [61] parte tribunorum plebis, tutor ex lege [62] Atilia: in provinciis vero a præsidibus provinciarum ex lege Julia & Titia.

§. 1. Sed & si in testamento tutor sub conditione, aut ex die certo datus fuerat: quamdiu [63] conditio aut dies pendebat, ex eisdem legibus tutor dari poterat [64]. Item si pure datus fuerat: quamdiu ex testamento nemo heres existebat, tamdiu ex eisdem legibus tutor petendus erat: qui desinebat esse tutor, si conditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat. §. 2. Ab [65] hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in civitatem reversus fuerat. nam reversus recipiebat tutelam jure [66] postliminii. §. 3. Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primo consules [67] pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione [68] dare cœperunt, deinde prætores ex constitutionibus. Nam supradictis legibus neque de cautione a tutoribus exigenda, rem salvam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ administrationem, quidquam cavebatur. §. 4. Sed hoc jure utimur, ut [69] Romæ quidem præfectus urbi, vel prætor secundum [70] suam jurisdictionem: in provinciis autem præsides [71] ex inquisitione tutores crearent, vel magistratus jussu [72]

1 26. *D.* 2. *Lib.* 5. *C.* 28. 2 *l.* 67. §. 2. *ff. de ritu nupt.* an & quatenus pro gestione ejus teneatur, vid. *l.* 7. *ff. de tut.* Ans. 3 Aliud in codicillis, & alia ultima voluntate: & ita cessat antinomia. *l.* 9. *C. de fideicommiss. libert.* 4 Vide *l.* 5. *C. de necessariis serv. hered.* imo non tacite. vide *l.* 28. §. 1. *D. eod.* 5 Non, ut olim, fideicommissariam. vide *l.* 9. *in pr. C. de fid. lib. l.* 10. *in fin. ff. eod.* Goth. Concordat *l.* 32. §. 2. *ff. de test. tut.* Vide Donell. 3. *comm.* 5. Ant. Fab. 6. *conject.* 16. Ans. 6 Vide *l.* 22. *ff. de test. tut.* 7 Non inutiliter. *l.* 10. §. 4. *D. eod.* 8 *l.* 10. §. 4. *ff. eod.* 9 Cur ita? vide *l.* 21. *ff. de condit. inst.* 10 *l.* 32. *in fin. D. eod. l.* 12. *D. de excusat. tut.* 11 *l.* 32. *in fin. D. eod.* 12 *l.* 11. *D. de Tutel.* Goth. §. 2. & §. 5. *Inst. quib. mod. tutel. finit.* Ans. 13 Mox tamen facienda. *l.* 9. *D. eod.* 14 §. 1. *infr. de Atiliano tut. l.* 8. §. 1. §. 2. *ff. qui testam.* Imo non potest. *l.* 6. §. 1. *ff. de tutelis. l.* 77. *ff. de reg. jur.* Solve, potest a testatore; a magistratu non potest. Id autem ex ipsis titulorum inscriptionibus, hoc scilicet titulo, & *de tutelis*, evincitur. adde *l.* 16. *ff. de in diem addict.* 15 *l.* 12. 13. 14. *ff. eod. l.* 164. *ff. de V. Sign.* Ans. 16 Filiorum recte meminit propter *l.* 45. *ff. de leg.* 1. & *l.* 81. *de leg.* 3. Ans. 17 *l.* 5. 6. 16. *ff. eod.* 18 vide *l.* 164. *D. de verb. sig.* 19 Vid. *l.* 84. *ff. de verb. sign.* 20 Adde *l.* 220. *ff. de verb. sign. l.* 16. *ff. hoc titul.* 21 Posthumis. 22 Regulariter: secus *in l.* 1. *in fin. ff. de jure immunit.*

23 26. *D.* 4. *Lib.* 5. *Cod.* 30. 24 Cur ita? vide *l.* 11. *in pr. ff. de test. tut.* 25 Hodie etiam proximi cognati tutelam obtinent. *Nov.* 118. *c.* 5. 26 *l.* 7. *ff. de leg. tut.* 27 *d. l.* 7. 28 *l.* 196. *in fin. ff. de verb. sig.* 29 *l.* 6. *ff. eod.* 30 *l.* 6. *ff. de leg. tut.* 31 Hic. §. *ult.* Tituli sequentis commodiss. inseri potest. *Hot.* 32 Propter §. 1. *Instit. de successione cognat.* Ans. 33 *v. l.* 8. *ff. de cap. dimin.* Goth. *Utique*, id est, *omnimodo*. Charond.

34 4. *D.* 5. 35 In al. est, *status prioris mutatio*, in al. *status permutatio.* 36 Et definitur, libertate, civitate, familia. 37 Hodie id abrogatum. *Nov.* 22. *c.* 2. 38 v. *l.* 2. *C. de libertis & eor. lib.* 39 Hodie id abrogatum per *Novell. Leon.* 59. 40 Imo non retinetur, sed amittitur. *l.* 5. *ff. de extraord. l.* 1. *ff. ad Sc. Tertul.* vide Duarenum 1. *disp.* 10. 41 In al. est *capitis deminutio.* 42 Juris, non corporis. Wes. *l.* 3. *in fin. ff. eod.* 43 *l.* 3. *ff. de senator.* 44 *l.* 7. *ff. unde cognati.* 45 *Nov.* 118. *c.* 5. 46 *l.* 9. *ff. de legit. tut.*

47 *l.* 6. *in fin. ff. de verb. sign.* 48 v. *l.* 65. *in fin. ff. pro socio.* 49 v. *l. ult. ff. de tutelis. Nov.* 118. *c.* 5.

50 v. *l.* 1. §. 1. & 2. *ff. si quis a parente. l.* 5. *C. de dolo*, huc pertinet *l.* 3. §. *ult. ff. de legitim. tutor.*

51 *Fiduciaria* tutela, quæ πιστευομένη dicitur Theophilo *hic.* Goth. Vid. Donel. 3. *Comment. c.* 6. *circa med.* sic dicta, propter fiduciam diligentiæ & fidei fraternæ. *l.* 31. §. *pen. ff. de Negot. gest.* Ans. 52 Legitimus est tutor liberis emancipatis pater: quoniam manumissor liberi capitis, exemplo ejus, qui ex vera servitute manumisit, hoc est, patroni manumissoris, ad tutelam emancipati vocatur. *Theoph.* 53 Frater fratris a patre emancipati impuberis, patre mortuo, non legitimus sed fiduciarius est tutor. 54 *l.* 4. *ff. de legit. tut.* 55 In al. est, *tutores filiorum suorum*: quam lectionem communiter probant. *S. L.* 56 Al. *sororis & cæterorum.* 57 Objectio: Patronorum liberi, libertorum impuberum patroni legitimi sunt tutores: Igitur fratres a patre emancipatorum impuberum fratrum legitimi tutores dicendi, non fiduciarii. 58 *Nov.* 118. *c.* 5.

59 26. *D.* 5. *Lib.* 5. *C.* 34. & 36. 60 Vide *l.* 27. *ff. de testamentaria tutela.* vide Ulpianum *tit.* 11. §. 18. 61 i. e. Lex, *Cujacius.* 62 a L. Atilio Tribuno plebis, anno urbis 443. *Goth.* Sensus est: Non jure magistratus, sed speciali legis concessione. *Ans.* 63 *l.* 11. *ff. de testam. tut.* 64 Quidam curatorem pendente tutela dari putant. Vid. Treutl. *de tutel. th.* 3. *lit. h.* Ans. 65 *l.* 15. *ff. de tutelis.* 66 *l.* 8. *ff. de tut. & rat.* 67 Facit *l.* 11. §. 1. *ff. de confirmando tutore.* 68 Al. *jurisdictione.* Charond. *ex Th.* 69 *l. pen.* §. *Roma. ff. de exc. tut. Nov.* 118. *c.* 5. 70 Adde *l. ult. ff. de jurisd.* 71 *l.* 1. *ff. de tutorib. & cur. datis ab his.* 72 Jussus non pro delegatione, sed excitatione & monitione capitur. *l.* 1. §. 6. *ff. de magistr. conv. l.* 46. §. 6. *ff. de administr. tutor.* Ans.

præsi-

præsidum, si non sint magnæ pupilli facultates. §. 5. Nos autem per constitutionem [1] nostram hujusmodi difficultates hominum resecantes, nec exspectata jussione præsidum disposuimus: si facultates pupilli vel adulti usque ad quingentos solidos valeant, defensores [2] civitatum una cum ejusdem civitatis religiosissimo antistite, vel alias publicas personas, id est, magistratus, vel juridicum Alexandrinæ [3] civitatis, tutores vel curatores creare; legitima cautela [4] secundum ejusdem constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt. §. 6. Impuberes autem in tutela esse, naturali [5] juri conveniens est: ut is, qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur. §. 7. Quum ergo pupillorum pupillarumque tutores negotia gerant: post pubertatem tutelæ judicio [6] rationem reddunt.

TIT. XXI.
DE AUCTORITATE [7] TUTORUM.

In quibus causis sit necessaria. 2. Quomodo interponi debeat. 3. Quo casu interponi non possit.

AUctoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria. ut ecce, si quid dari sibi stipulentur [8]: non est necessaria tutoris auctoritas. quod si aliis promittant pupilli, necessaria est tutoris auctoritas. Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate: deteriorem vero non aliter, quam [cum] tutoris auctoritate [9]. unde in his causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, ut in emptionibus, venditionibus [10], locationibus, conductionibus, mandatis, depositis: si tutoris auctoritas non interveniat: ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur: at invicem pupilli non obligantur. §. 1. Neque tamen [11] hereditatem adire, neque bonorum possessionem [12] petere, neque hereditatem ex fideicommisso [13] suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate (quamvis [illis] lucrosa [14] sit), ne [15] ullum damnum habeant. §. 2. Tutor autem statim in ipso negotio [16] præsens debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit: post tempus vero, vel per epistolam interposita auctoritas nihil agit [17]. §. 3. Si inter tutorem pupillumque judicium agendum sit; quia ipse tutor in [18] rem suam auctor esse non potest: non prætorius tutor (ut olim) constituitur, sed curator [19] in locum ejus datur: quo [curatore] interveniente judicium peragitur, & eo peracto, curator esse desinit.

TIT. XXII.
QUIBUS [20] MODIS TUTELA FINITUR.

De pubertate. 1. De capitis deminutione. 2. De eventu conditionis. 3. De morte. 4. De capitis deminutione. 5. De tempore. 6. De remotione & excusatione.

PUpilli pupillæque, cum puberes esse cœperint, [a] tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non solum ex annis, sed etiam [21] ex habitu corporis in masculis æstimari volebant [22]. Nostra autem majestas dignum esse castitate nostrorum temporum [existimans,] bene putavit: quod in fœminis etiam antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideo [nostra] [23] sancta constitutione promulgata, pubertatem in masculis post decimum quartum annum completum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in fœminis bene positam, [in] suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos viripotentes esse credantur. §. 1. Item finitur tutela, si [24] adrogati sint adhuc impuberes, vel [25] deportati: item si in servitutem pupillus redigatur, vel [si] ab hostibus captus fuerit. §. 2. Sed & si usque ad certam conditionem [26] datus sit [tutor] testamento: æque evenit, ut desinat esse tutor existente conditione. §. 3. Simili modo finitur tutela morte [27] vel pupillorum, vel tutorum. §. 4. Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel civitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione [28] tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantum [29] tutela perit, cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio licet minima sit, omnes tutelas tollit. §. 5. Præterea qui ad certum tempus testamento dantur tutores [30], finito eo, deponunt tutelam. §. 6. Desinunt etiam tutores esse, qui vel removentur a tutela ob id quod [31] suspecti visi sunt: vel qui ex justa causa sese excusant, & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundum ea, quæ inferius proponemus.

TIT. XXIII.
DE [32] CURATORIBUS. [33]

De adultis. 3. De furiosis, prodigis. 4. Mente captis, surdis, perpetuo morbo laborantibus. 5. De pupillis. 6. De impedim. tutor.

MAsculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes, usque ad vicesimum quintum annum [34] completum curatores accipiunt: quia [35] licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint. §. 1. Dantur autem curatores ab [36] eisdem magistratibus, a quibus & tutores. Sed curator testamento non [37] datur: datus tamen confirmatur [38] decreto prætoris vel præsidis. §. 2. Item inviti [39] adolescentes, curatores non accipiunt, præterquam in litem [40]. curator enim & ad certam causam dari potest. §. 3. Furiosi quoque & prodigi, licet [41] majores viginti quinque annis sint: tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed solent Romæ præfectus urbi vel prætores, & in provinciis præsides ex inquisitione [42] eis curatores dare. §. 4. Sed & mente captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia [43] rebus suis superesse non possunt,) curatores dandi sunt. §. 5. Interdum autem & pupilli curatores accipiunt: ut puta, si legitimus tutor [44] non sit idoneus: quoniam habenti [45] tutorem, tutor dari non potest. Item si testamento datus tutor, vel a prætore, aut præside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei curator adjungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed [46] ad tempus a tutela excusantur, solent curatores dari. §. 6. Quod si tutor adversa valetudine, vel alia necessitate impediatur, quo minus negotia pupilli administrare possit: & pupillus vel absit, vel infans sit, quem velit actorem [47], periculo ipsius tutoris, prætor, vel qui provinciæ præerit, decreto constituet [48].

TIT. XXIV.
DE [49] SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

Qui satisdare coguntur. 1. Quatenus satisdatio in iis, qui satisdare non coguntur, locum habeat. 2. Qui tenentur ex administratione tutelæ, vel curationis. 3. Si tutor vel curator cavere nolit. 4. Qui dicta actione non tenentur.

NE tamen pupillorum pupillarumve, & eorum qui quæve in curatione sunt, negotia a curatoribus, tutoribusque consumantur, vel deminuantur: curet prætor, ut & tutores, & curatores eo nomine [50] satisdent. Sed hoc non est perpetuum. nam tutores testamento dati [51] satisdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata est. item ex inquisitione tutores vel curatores dati, satisdatione non [52] onerantur: quia idonei electi sunt. §. 1. Sed si ex testamento vel inquisitione duo pluresve dati fuerint: potest [53] unus offerre satisdationem [54] de indemnitate pupilli vel adolescentis, & contutori suo vel concuratori præferri, ut solus administret: vel [55] ut contutor [aut concurator] satis offerens præponatur ei, ut & ipse solus administret. Itaque per se non potest petere satisdationem a contutore suo vel concuratore: sed offerre debet, ut electionem det concuratori [56] vel contutori suo, utrum velit, satis accipere, an satisdare. Quod si nemo eorum satis offerat: si quidem adscriptum fuerit a testatore, quis [57] gerat [58]: ille gerere debet. Quod si non fuerit adscriptum, quem [59] major pars elegerit, ipse gerere debet. ut edicto prætoris cavetur. Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligendum eum, vel eos, qui gerere debent: prætor partes [60] suas interponere debet. Item & in pluribus ex inquisitione datis comprobandum est: id est, ut major pars eligere possit, per quem administratio fiat. §. 2. Sciendum autem est, non solum tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæterisque personis ex administratione rerum teneri: sed etiam [61] in eos, qui satisdationem accipiunt, subsidiariam actionem esse: quæ ultimum eis præsidium possit adferre. Subsidiaria autem actio in eos datur, qui aut omnino a tutoribus vel curatoribus satisdari non curaverunt [62], aut non idonee passi sunt caveri. Quæ quidem tam ex prudentium responsis, quam ex constitutionibus imperialibus etiam [63] in heredes eorum extenditur.

§. 3. Quibus constitutionibus & illud exprimitur, ut nisi caveant tutores & curatores [64], pignoribus captis coërceantur. §. 4. Neque autem [65] præfectus urbi, neque prætor, neque præses provinciæ, neque quisquam alius, cui tutores dandi jus est, hac actione tenebitur: sed hi tantummodo, qui satisdationem exigere solent.

TIT. XXV.
DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM [66] VEL CURATORUM.

De polypædia. 1. De administratione rei fiscalis. 2. De absentia reip. causa. 3. De potestate. 4. De lite. 5. De tribus oneribus tutelæ vel curæ. 6. De paupertate. 7. De adversa valetudine. 8. De literarum imperitia. 9. De datione propter inimicitias: & de tutore qui testatori consensit. 10. De ignorantia testatoris. 11. De inimicitiis capitalibus. 12. De status controversiam passo. 13. De ætate. 14. De militia. 15. De grammaticis, rhetoribus & medicis. 16. De tempore & modo proponendi excusationes. 17. De excusatione pro parte patrimonii. 18. De excusationibus propriis curatorum. De tutelæ gestione. 19. De marito. 20. De falsis allegationibus.

EXcusantur autem tutores & curatores variis ex causis [67]: plerumque tamen [68] propter liberos, sive in potestate sint, sive emancipati. Si enim tres liberos superstites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque: a tutela vel cura potest excusari, exemplo cæterorum munerum. nam & tutelam & curam placuit publicum [69] munus esse. Sed

1 *l. 30. C. de Episc. aud.* 2 Donationes. *l. 19. ff. de tutoribus datis.* Goth. Veram solidi æstimationem vide J *de donat. §. 2. in not.* 3 *l. 2. ff. de officio jurid.* 4 *l. 2. 3. ff. de magistratibus conveniendis.* 5 *l. 1. ff. de minor.* 6 *l. 1. §. 3. ff. de tut. & ration.* 7 *Lib. 26. D. 8. Lib. 5. C. 59.* 8 Vide *l 1. C. eod.* 9 *l. 28. in pr. ff. de pactis.* 10 *l. 5. §. 1. ff. eod.* 11 Vide *l. 9. §. 3. ff. eod.* 12 *l. 11. ff. eod.* 13 *l. 9. §. 4. ff. eod.* 14 Propter *l. 189. ff. de R. J. & l. 9. ff. de acq. hered.* Ans. 15 Quæri potest, quemadmodum quis damnum habere possit, lucrosam hereditatem adeundo? Frustra Accursius hoc loco laborat: legendum est ex Theophilo, *nec ullum damnum habeat*, & ita Cajus *in l. oblig. 9. ff. eod.* unde hic locus desumptus est. 16 *l. 9. §. pen. ff. eod.* 17 Vide Notata ad *l. 9. §. pen. ff eod.* 18 Vide *l. 1. ff. eod.* 19 Vide *l. 1. C. de in litem dando tut.* 20 *Lib. 5. C. 60.* 21 Al. *ex habitudine.* Vide *l. 32. ff. de minor. l. 3. C. si minor se majorem.* 22 Al. *solebant.* 23 *l. ult. C. eod.* 24 *l. 5. in fin. C. de auctor. præstand.* 25 *l. 14. ff. de tutel.* 26 Vide *l. 14. §. 3. & 5. in fin. ff. de tutelis.* 27 Vide *l. 4. ff. de leg. tut.* vide Sebastianum Medicem *tractatu, Mors omnia solvit.* Ratio est, quia sublato jure successionis, solvitur quoque tutela. arg. vers. *quia plerumque Inst. de legit. patr. tutel.* Ans. 28 Vide *l. 7. in pr. D. de capit. min.* 29 Abrogatum *Novell. 118 c. 4.* Ans. adde Vinn. *ad §. ult. Inst. de legit. agnator. succ.* S. L. 30 *l. 14. §. 3. D. de tutel. §. 3. supr. qui testam. tut. dant.* 31 *l. 14. §. 4. D. de tutelis.* 32 *Lib. 27. D. 10. L. 5. C. 70.* 33 Tutelæ & Curæ nomina & jura moribus plane sunt confusa. unaque in alteram transiit. vid. Montan. *de Tutel. c. 37.* Gail. 2. 96. *num.* 1. Christin. 3. *Decis.* 148. *num.* 14. S. L. 34 *l. 3. §. minorem. D. de minor.* 35 Vide *Nov. Leon. 28.* 36 De quibus *l. 3. D. de tut. & curat.* 37 Vide *l. 1. in fin. l. 2. §. 1. D. de confirm. tut.* 38 Vide *l. 1. in fin. D. de confirm. tut. l. 6. C. de negotiis. l. 7. C. de testam. tut.* 39 Imo inviti. *arg. l. 7. §. 2. de minor. l. 2. §. 4. D. qui petant tutores. l. 3. §. 2. D. de tut.* Goth. Quod & mores ubique probant. *Vinn. Baro, Fons. & Groeneweg. hic.* S. L. 40 Et solutionem. *l 7. §. 2. D. de minorib.* 41 *l. 16. D. de curatore furiosi &c.* 42 Vide *Lib. 27. D. 10. & 5. C. 70.* 43 *l. 2. ff. eod.* 44 *l. 13. D. de tutoribus.* 45 Vide *l. 27. D. de testam. tut. & ibi Not.* 46 Ut §. 3. J *de excus. l. 10. §. qui primipilum. D. de excus.* 47 Vide *l. 24. ff de adm. tut.* 48 Datur etiam matri. *l. 8. ff. de curat. furiosi.* Ventri & bonis. *titul. de curatore bonis dando.*

49 *5. C. 42.* 50 *l. 1. D. qui satisdare. l. 7. D. rem pupilli.* Goth. Loquitur de dativis sine inquisitione. *in fin. h. t. l. 4. C. in quib. caus. in integr. l. 3. C. de post im. revers. l. 27. vers. itaut. C. de episcop. aud. l. fin. §. 5. vers. sin autem. C. de Curat. fur.* Ans. 51 Vide *l. 17. ff. de test. tut.* 52 Vide *l. 8. ff. de cur. fur.* 53 Vide *l. 17. in pr. ff. de testam. tut.* 54 Al. offerre satis. Ut in *§. ult. Instit. & l. 5. ff. de suspect. tutor.* & passim. Russard. & Duaren. 55 *l. 38. §. 20. ff. de verb. obl.* 56 Velut reo. *l. 10. in fin. ff. de jure dotium.* 57 Vide *l. 14. §. 1. ff. de solutionib.* 58 Vide *l. 3. §. 1. ff. de adm. tut.* 59 *l. 14. §. 1. ff. de solution. l. 3. §. 5. ff. judicatum solvi.* 60 Ut *l. 17. in fin. ff. de test. tut.* adde *l. 1. §. 3. de inspic. ventre l. 3. §. 5. ff. judicatum solvi.* 61 Vide *l. 1. ff. de magistratib. conven. & ibi notat.* 62 *l. 1. §. 11. ff. de magist. conveniendis.* 63 Vide *l. 2. C. d. magist. conven.* 64 *l. 3. in princ. C. de suspect. l. 4. §. 2. ff. de dam. l. 9. in fin. ff. ad l. Jul. pec.* 65 *l. 1. §. 1. D. de magistr. conven.*

66 *27 D. 1. & 5. C. 62. ad 70.* 67 Excusationes tutorum hodie arbitrariæ sunt, & magistratus prudentiæ committuntur. S. L. 68 Vide *l. 1. C. qui num. lib.* Adde *l. 7. §. 3. ff. de bon. damnatorum.* Ans. 69 Imo reipublicæ munus non est. *l. 6. §. tutela. 15. ff. eod.*

adoptivi liberi non prosunt. in adoptionem autem dati, naturali patri prosunt. Item nepotes ex filio prosunt ut in locum patris sui succedant: ex filia non prosunt. Filii autem superstites tantum ad tutelæ vel curæ muneris excusationem prosunt: defuncti autem non prosunt. Sed si [1] in bello amissi sunt: quæsitum est, an prosint? Et constat eos [2] solos prodesse, qui in acie amittuntur: *hi enim, qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere* [3] *intelliguntur.* §. 1. Item Divus Marcus in Semestribus [4] rescripsit, eum [5] qui res fisci administrat, a tutela vel cura, quamdiu administrat, excusari posse.

§. 2. Item qui [6] Reipublicæ causa absunt, a tutela vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores vel curatores [dati], deinde reipublicæ causa abesse cœperint, a tutela vel cura excusantur, quatenus reipublicæ causa absunt: & interea curator [7] loco eorum datur: qui si reversi fuerint, recipiunt onus tutelæ. nam nec anni [8] habent [9] vacationem, ut Papinianus libro quinto Responsorum scripsit. nam hoc spatium habent ad novas tutelas vocati. §. 3. Et qui [10] potestatem aliquam habent, se excusare possunt, ut divus Marcus rescripsit: sed susceptam tutelam deserere non possunt. §. 4. Item propter [11] litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excusari non potest: nisi forte de omnibus bonis, vel hereditate [12] controversia sit.

§. 5. Item [13] tria onera tutelæ non adfectatæ [14], vel curæ, præstant vacationem, quamdiu administrantur: ut tamen plurium pupillorum tutela vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur. §. 6. Sed [15] & propter paupertatem excusationem tribui, tam divi fratres, quam per se divus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri injuncto possit docere.

§. 7. Item propter [16] adversam valetudinem, propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet. §. 8. Similiter eos, qui literas [17] nesciunt, esse excusandos, divus Pius rescripsit: quamvis [18] & imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere. §. 9. Item si propter [19] inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum [20] promiserant. §. 10. Non esse autem admittendam excusationem ejus, qui hoc solo utitur, quod [21] ignotus patri pupillorum sit, divi fratres rescripserunt. §. 11. Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales [22] fuerunt, nec reconciliatio intervenit, a tutela vel cura solent excusare. §. 12. Item is, qui status controversiam [23] a pupillorum patre passus est, excusatur a tutela.

§. 13. Item major [24] septuaginta annis a tutela & cura se potest excusare. minores autem viginti quinque annis, olim quidem excusabantur: nostra [25] autem constitutione prohibentur ad tutelam vel curam adspirare: adeo, ut nec excusatione opus sit. Qua constitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: cum sit incivile, eos [26] qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam subire. §. 14. Idem & [27] in milite observandum est, ut nec volens ad tutelæ onus admittatur. §. 15. Item Romæ [28] grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, a tutela & cura habent vacationem. §. 16. Qui autem vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probaverit, aliis [29] uti intra tempora [constituta], non prohibetur. Qui autem excusare se volunt, non [30] appellant: sed intra quinquaginta [31] dies continuos [32], ex quo cognoverint se esse tutores vel curatores datos, se excusare debent, cujuscunque generis [33] sint, id est, qualitercunque dati fuerint tutores: si [34] intra centesimum [35] lapidem sunt ab eo loco, ubi tutores dati sunt. Si vero ultra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum: qui tamen (ut Scævola dicebat) sic debent computari, ne minus sint, quam quinquaginta dies. §. 17. Datus autem tutor, ad [36] universum patrimonium datus esse creditur. §. 18. Qui tutelam alicujus gessit [37], invitus curator ejusdem fieri non compellitur: in tantum, ut licet paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adjecerit, se eundem curatorem dare, tamen invitum eum curam suscipere non cogendum, divi Severus [38] & Antoninus rescripserunt. §. 19. Iidem rescripserunt, maritum [39] uxori suæ curatorem datum, excusare se posse, licet [40] se immisceat. §. 20. Si quis autem falsis [41] allegationibus excusationem tutelæ meruerit, non est liberatus onere tutelæ.

TITULUS XXVI.

DE SUSPECTIS [42] TUTORIBUS, VEL CURATORIBUS.

Unde suspecti crimen descendat. 1. *Qui de hoc crimine cognoscunt.* 2. *Qui suspecti fieri possunt.* 3. *Qui possunt suspectos postulare.* 5. *Quis dicatur suspectus.* 6. *De effectu remotionis.* 7. *De effectu accusationis.* 8. *De morte accusati.* 9. *Si tutor copiam sui non faciat.* 10. *Si neget alimenta decerni posse. Si tutelam redemerit.* 11. *De liberto fraudulenter administrante.* 12. *Si suspectus satis offerat.* 13. *Quis dicatur suspectus.*

SCiendum est, suspecti crimen ex [43] lege duodecim tabularum descendere. §. 1. Datum [44] est autem jus removendi tutores suspectos Romæ prætori, & in provinciis præsidibus earum, & legato [45] proconsulis.

§. 2. Ostendimus [46], qui possint de suspecto cognoscere: nunc videamus, qui suspecti fieri possint. Et possunt quidem omnes tutores fieri suspecti, sive sint [47] testamentarii, sive non sint, sed alterius generis tutores. Quare & si legitimus fuerit tutor, accusari poterit. Quid, si patronus? Adhuc idem erit dicendum: dummodo meminerimus [48], famæ patroni parcendum esse, licet ut suspectus remotus fuerit. §. 3. Consequens [49] est, ut videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciendum est, quasi [50] publicam esse hanc accusationem, hoc est, omnibus patere [51]. Quinimo & mulieres [admittuntur ex rescripto divorum Severi & Antonini:] sed eæ solæ, quæ pietatis necessitudine [52] ductæ, ad hoc procedunt: ut puta mater, nutrix quoque, & avia. potest & soror. sed & si qua alia mulier fuerit, quam prætor propensa [53] pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientem, sed pietate productam, non sustinere injuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

§. 4. Impuberes [54] non possunt tutores suos suspectos postulare. puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere: & ita divi Severus & Antoninus rescripserunt. §. 5. *Suspectus* autem est, qui [55] non ex fide tutelam gerit, licet [56] solvendo sit, ut Julianus quoque scripsit. Sed & ante [57] quam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum removeri, idem Julianus scripsit: & secundum eum constitutum est.

§. 6. Suspectus autem remotus, si quidem [58] ob dolum, famosus est: si ob culpam, non æque [59]. §. 7. Si quis autem suspectus postulatur; quoad cognitio finiatur [60], interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est.

§. 8. Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit: posteaquam tutor vel curator [61] decesserit, extinguitur suspecti cognitio. §. 9. Si quis tutor copiam sui non faciat; ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epistola divorum Severi & Antonini, ut in [62] possessionem bonorum ejus pupillus mittatur: & quæ mora deteriora futura sunt, dato curatore distrahi jubentur. Ergo ut suspectus removeri poterit, qui [63] non præstat alimenta. §. 10. Sed si quis præsens negat propter inopiam alimenta posse decerni: si hoc per mendacium dicat: remittendum eum esse ad præfectum urbi puniendum placuit: sicut ille remittitur, qui data [64] pecunia ministerium tutelæ [65] adquisierit, vel redemerit. §. 11. Libertus [66] quoque si fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni gessisse probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus.

§. 12. Novissime autem sciendum est, eos, qui fraudulenter tutelam administrant, etiamsi satis offerant, removendos esse a tutela: quia [67] satisdatio tutoris propositum malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat. §. 13. Suspectum etiam [68] eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. Enimvero tutor vel curator, quamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, removendus non est quasi [69] suspectus.

1 *l.* 18. *ff. eod.* vide *l. ult. ff. de vacat. munerum.* 2 Vide *l. ult. in pr. D. de vacat. muner.* 3 Et omnium beatissimi. Cicero *in somnio* 1. *& Tusculan.* 1. Herodotus, *l.* 1. *ubi de Tello loquitur.* Ammian. *lib.* 23. 31. honore digni, ut alimenta liberis eorum constituenda sint ex publico. *Solon apud Laërt.* Athenis publice sepulti & quotannis laudati. Plato. *in Menex. Epitaphium Demosthenis.* Pericles *apud Thucydid.* 2. Plutarch. *in Isocrate:* Polyb. 6. Cic. *de oratore.* Quinimo & matronæ post mortem decreto senatus laudatæ, quæ aurum in belli usum contulissent. *Livius* 5. Hujusmodi mors dulcis, decora ac præclara. Horat. 3. *carm.* Cic. *Tuscul.* 1. Valer. Max. Porro quæ & quibus ex causis patriæ nos & nostra debeamus, ostendit Theosophistes & Hierocles in exemplis τῶν προγυμνασμάτων, Goth. In tantum ut filius mortui præferatur in successione majoratus suo patruo. Georg. Cabed. *decis.* 147. Val. *cons.* 148. *num.* 37. quem vide, & adde Georg. Acac. *de privileg. milit. lib.* 2. *cap.* 3. Ans. 4 Semestria quæ dicantur, dixi ad Theophilum *hoc loco.* 5 Vide *l.* 10. *C. eod.* 6 *Lib.* 5. *C.* 64. *& l.* 41. §. 2. *ff. eod.* 7 Imo tutor. *l.* 12. *ff. de tutelis. l.* 3. §. 10. *ff. de suspectis. l.* 9. *ff. de tut. & rationibus distrahend.* 8 De quo *l.* 10. §. 1. *ff. eod.* 9 Imo habent. *l.* 10. *in princ. &* §. 1. *D. eod.* 10 Id est, imperium. *l.* 215. *ff. de verb. sign. l.* 2. *ff. de jurisd.* secus in minoribus magistratibus. *l.* 17. §. *is qui.* 4. *ff. eod.* 11 *l.* 16. *C. eod. & l.* 21. *ff. eod.* 12 Al. *aut plurima parte eorum* Ruff. 13 Vide *lib.* 5. *C.* 69. *& l.* 2. §. *ult. l.* 3. §. 4. 5. 6. *ff. eod.* Goth. Item una, si sit tam magna, ut pro pluribus cedat. *l.* 31. §. 4. *ff. h. t.* Ans. 14 Vide *l.* 21. §. *semper.* 6. *ff. de tutorib. datis.* De affectandi verbo dixi ad *l.* 8. *in fin. ff. ad l. Aqu.* 15 *l.* 7. *ff. eod.* 16 Vide *lib.* 5. *C.* 67. 17 Pingere sc. *l.* 6. *in fin. ff. eodem.* Cur autem? vide *l.* 8. *D. de adm. tut.* 18 Hic non confirmat præcedentia, sed restringit: & idem est ac si dixisset, Nisi; quomodo significationem ejus particulæ non uno in loco inveni, ut in *l.* 7. §. *si quis ff. ad exhib. l.* 2. §. *si certum pet. ff. de præt. stip. l.* 75. §. 6. *ff. de Verb. Oblig.* Ans. 19 Vide *Lib.* 10. *C.* 66. 20 Adde *l.* 29. *ff. de test. tut.* 21 Ignotus ita potest heres institui. *l.* 11. *C. de hered. inst.* Ignotus potestne esse testis? vide *Nov.* 90. *c.* 1. 22 *l.* 6. §. 17. *ff. eod.* 23 Adde *d. l.* 6. §. *pen.*

24 Vide *Lib.* 5. *C.* 68. 25 *l. fin. C. de leg. tut.* 26 *Nov.* 118. *c.* 5. 27 *l.* 4. *C. qui dare tut. l.* 8. 9. 10. *ff. h. t.* 28 *l.* 6. §. 1. *ff. eod.* 29 *l.* 21. §. 1. *ff. eod.* Cur? vide *l.* 8. *D. de except.* 30 *l.* 2. *C. de decurion.* Imo appellant. *arg. l.* 60. §. *fin. ff. de ritu nupt.* vide *l.* 4. *ff. hoc tit.* 31 *l.* 13. §. 1. *D. eod.* 32 *l.* 13. §. 9. *D. eod.* 33 *l.* 1. 4. *C. de legit. tut.* Hot. Schneid. *hic. l.* 13. *ubi Gloss. ff. h. t. verb. necess. l.* 6. *C. de Testam. tut.* Ans. 34 Vide *l.* 13. *ff. eod.* 35 Dixi ad *l.* 21. §. 3. *ff. de excusat. tut.* 36 *l.* 21. §. 2. *ff. eod.* 37 *l.* 20. *C. eod.* 38 hoc rescriptum hodie non extat. *Goth.* simile tamen est Diocl. & Max. in *l. curator. C. eod.* Ruff. 39 Vide *l.* 1. *in fin. ff. eod. l.* 4. *C. eod. l.* 14. *ff. de curat. furios. l.* 2. *C. qui dare tutores.* adde 17. *Gell.* 6. 40 *l.* 2. *C. qui dar. tut. vel cur.* Ans. 41 Vide *lib.* 5. *C.* 63.

42 *Lib.* 26. *D.* 10. *& Lib.* 5. *C.* 43. 43 *l.* 1. §. 2. *D. eod.* Cic. 3. *offic.* 44 *d. l.* 1. §. 3. 45 *d. l.* 1. §. 4. 46 *d. l.* 1. §. 5. 47 Vide *l.* 4. *C. eod.* 48 *l.* 11. *ff. de dolo mal.* 49 *l.* 1. §. 6. *D. eod.* 50 *l.* 1. §. 6. *D. eod. l.* 6. *C. eod. l.* 1. §. *suspecti. D. ad SC. Turpil.* 51 *l.* 1. § 6. *ff. & l.* 6. *C. h. t.* Ans. 52 Adde *l.* 5. §. 2. *ff. quibus ex causis in possessionem l.* 1. §. 7. *ff. de suspectis.* 53 In Florentin. est *perpensa.* 54 *l.* 6. *in fin. C. eod. l.* 7. *ff. eod.* 55 *l.* 3. §. 5. *ff. eod.* 56 *Arg. l.* 5. *in pr. ff. eod.* licet etiam satisdederit. *l.* 5. *l.* 6. *ff. eod.* 57 *l.* 3. §. 5. *vers. quod si quid admisit. ff. eod.* 58 Vid. *l. ult. C. eod.* 59 Vid. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *ff. eod.* Alii & Th. *nequaquam.* al. *non adeo, non similiter.* Cont. legit, *nullo modo.* Charond. 60 Vide *l.* 7. *C. eod. l.* 14. §. 2. *in fin. ff. de sol.* 61 Vel esse desierit. *l. pen. ff. eod.* 62 *l.* 7. §. 2. *D. eod.* 63 *l.* 3. §. *tutor. ff. eod.* 64 *l.* 3. §. 15. *D. eod. l.* 1. §. *solent. ff. de offic. præf. urb.* 65 Cujac. legit, *ministeriis tutelam.* 66 *l.* 2. *ff. eod.* 67 Vid. *l.* 5. 6. *ff eod.* 68 Al. enim. *Ans.* 69 *l.* 17. §. 4. *ff. de adopt.* Goth. Ergo boni mores præferuntur divitiis. Adde *l.* 21. §. 5. *ff. de tut. & cur. dat. l.* 77. §. 4. *ff. de Adopt.* Lauterb. *tr. de Arm. & lib. num.* 88. Ans.

INSTITU-

INSTITUTIONUM, SEU ELEMENTORUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, LIBER SECUNDUS.

TIT. I.

DE [1] RERUM DIVISIONE, [ET [2] ADQUIRENDO IPSARUM [3] DOMINIO.]

Continuatio, duplex rerum divisio. 1. *De aëre, aqua profluente, mari, littore & ædificiis in littore positis.* 2. *De fluminibus & portubus.* 3. *Definitio littoris.* 4. *De usu & proprietate riparum.* 5. *Littorum.* 6. *De rebus universitatis.* 7. *De Nullius.* 8. *Sacris.* 9. *Religiosis.* 10. *Sanctis.* 11. *Et Singulorum.* 12. *De occupatione ferarum.* 13. *De vulneratione.* 14. *De apibus.* 15. *De pavonibus & columbis, & cæteris animalibus mansuefactis.* 16. *De gallinis & anseribus.* 17. *De captis ab hostibus.* 18. *De inventis in littore.* 19. *De fœtu animalium.* 20. *De his, quæ ad flumen vel mare pertinent. De alluvione.* 21. *De vi fluminis.* 22. *De insulis.* 23. *De alveo.* 24. *De inundatione.* 25. *De specificatione.* 27. *De confusione.* 28. *De commixtione.* 29. *De his, quæ solo cedunt. De ædificatione in suo solo, ex aliena materia.* 30. *Vel in alieno solo, ex sua materia.* 31. *De plantatione.* 32. *De satione.* 33. *De his, quæ quasi solo cedunt.* 34. *De scriptura.* 35. *De pictura.* 35. *De fructuum perceptione.* 36. *De fructibus a solo separatis.* 37. *In pecudum fructu quænam?* 38. *De fœtibus in locum demortuorum submittendis.* 39. *De thesauris.* 40. *De traditione.* 44. *De quasi traditione. De traditione præcedente ex alia causa.* 45. *De traditione clavium.* 46. *De missilibus.* 47. *De habitis pro derelicto.* 48. *De jactis in mare levandæ navis causa. De his, quæ de rheda currente cadunt.*

SUperiore libro de jure personarum exposuimus: modo videamus de rebus: quæ vel in nostro patrimonio, vel extra patrimonium [4] nostrum habentur. Quædam [5] enim naturali jure communia sunt omnium, quædam publica, quædam universitatis, quædam nullius, pleraque singulorum, quæ ex variis causis cuique adquiruntur, sicut ex subjectis apparebit. §. 1. Et quidem naturali jure communia sunt omnium hæc: aer [6], aqua profluens, & mare [7], & per hoc littora maris [8]. Nemo [9] igitur ad littus maris accedere prohibetur [10]: dum tamen a villis, & monumentis, & ædificiis [11] abstineat. quia non sunt juris gentium, sicut est mare.

§. 2. Flumina autem omnia [12], & portus publica [13] sunt. ideoque jus piscandi [14] omnibus commune est in portu fluminibusque. §. 3. Est autem littus [15] maris, quatenus hybernus [16] fluctus maximus excurrit.

§. 4. Riparum quoque usus [17] publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis. itaque [18] naves ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare. sed proprietas earum illorum est [19], quorum prædiis hærent. qua de causa arbores quoque in iisdem natæ, eorundem sunt. §. 5. Littorum quoque usus publicus est, & [20] juris gentium, sicut & ipsius maris, & ob id cuilibet liberum est casam [21] ibi ponere, in quam se recipiat: sicut retia siccare, & ex [22] mari deducere. Proprietas autem eorum potest intelligi nullius esse: sed ejusdem juris esse, cujus & mare, & quæ subjacet mari terra vel arena.

§. 6. Universitatis sunt, non singulorum, quæ in civitatibus sunt, theatra, stadia, & si qua alia sunt [23] communia civitatum. §. 7. Nullius [24] autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ. quod enim divini juris est, id [25] nullius in bonis est. §. 8. Sacræ res sunt [26], quæ rite per pontifices Deo consecratæ sunt: veluti ædes sacræ, & donaria, quæ rite ad ministerium Dei dedicata sunt: quæ etiam per nostram [27] constitutionem alienari & obligari prohibuimus: excepta [28] causa redemptionis captivorum. Si quis autem auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto [29] ædificio sacer adhuc [30] manet, ut & Papinianus scripsit. §. 9. Religiosum [31] locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum [32] infert in locum [33] suum. [In communem autem locum purum invito [34] socio inferre non licet.] in commune vero sepulcrum etiam invitis cæteris [35] licet [inferre.] Item si alienus ususfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente [36] usufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum consentiente domino licet inferre: & licet postea ratum [non] habuerit [37], quam illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit. §. 10. Sanctæ quoque res, veluti muri & [38] portæ [civitatis,] quodammodo divini juris sunt: & ideo nullius in bonis sunt. Ideo [39] autem muros sanctos dicimus, quia pœna capitis constituta est in eos [40], qui aliquid in muros deliquerint. Ideo [41] & legum eas partes, quibus pœnas constituimus adversus eos [42], qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus.

§. 11. Singulorum autem hominum multis [43] modis [44] res fiunt. quarundam enim rerum dominium nancíscimur jure naturali, quod (sicut diximus) appellatur jus gentium: quarundam [vero] jure civili [45]. Commodius est itaque a vetustiore jure [46] incipere: palam est autem, vetustius esse jus naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Civilia autem jura tunc esse cœperunt, cum & civitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt. §. 12. Feræ igitur bestiæ, & volucres, & pisces, & [omnia] animalia, quæ mari, cœlo [47] & terra nascuntur: simulatque ab aliquo capta fuerint, jure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim [48] ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. nec interest [49], feras bestias & volucres, utrum in suo fundo quis capiat, an [50] in alieno. Plane qui alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest [51] a domino, si is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur, donec [52] tua custodia coërcetur. Cum vero tuam evaserit custodiam, & in libertatem naturalem sese receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis sit ejus [53] persequutio. §. 13. Illud quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, ut capi possit, statim tua esse intelligatur? [Et] quibusdam placuit, statim esse tuam: & eousque tuam videri, donec eam persequaris. quod si desieris persequi: desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alii vero putaverunt, non aliter tuam esse, quam si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quod multa accidere soleant, ut eam non [54] capias. §. 14. Apium quoque fera natura est. Itaque [apes,] quæ in arbore tua consederint, antequam a te alveo [55] includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. ideoque si alius eas incluserit: is earum dominus erit. Favos quoque, si quos effecerint, eximere quilibet potest. Plane integra re, si [56] præviderís ingredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur. Examen quoque, quod ex alveo tuo evolaverit, eousque intelligitur esse tuum [57], donec in conspectu tuo est, nec difficilis persequutio ejus est, alioquin occupantis fit. §. 15. Pavonum [58] quoque & columbarum fera [59] natura est: nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine evolare & revolare solent. nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. † Cervos quoque quidam ita mansuetos habent, ut in sylvam ire, & redire soleant; quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo negat. † In iis autem animalibus quæ ex consuetudine abire & redire [60] solent, talis regula comprobata est, ut eousque tua esse intelligantur, donec animum [61] revertendi habeant: nam si revertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Revertendi autem animum videntur desinere habere tum, cum revertendi consuetudinem [62] deseruerint. §. 16. Gallinarum [63] autem & anserum non est fera natura. idque ex eo possumus intelligere, quod aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus: item alii sunt anseres, quos feros appellamus. Ideoque si anseres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati turbatæve evolaverint: licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui tuæve esse intelliguntur: & qui lucrandi animo [64] ea animalia detinet, furtum [65] committere [66] intelligitur. §. 17. Item ea [67], quæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiunt: adeo quidem, ut & liberi homines in servitutem

1 *L.* 1. *D.* 8. 2 *L.* 41. *D.* 1. 3 Vid. Ulp. *tit.* de dominiis & adquisitionibus rerum 19. ubi varias species adquirendi dominii refert ex antiquo & veteri Romanorum jure. Adde Cajum *l.* 2. *tit. de reb.* 1. 4 *Δεσποτείαν καὶ περιουσίαν vertit Th.* Datur tertium ex *l.* 1. *ff. de Usufr. legat.* sed loquitur de servitute nondum constituta. per *l.* 4. *ff. de Usufruct.* Ans. 5 *l.* 2. *ff. eod.* 6 §. τὸ ὕδωρ τὸ ἀέναον *Theoph.* 7 *l.* 13. *in fin. D. de injur.* 8 Tanquam accessorium. *l.* 2. *ff. h. t.* Ans. 9 *l.* 4. *D. eod.* 10 Al. addunt, *piscandi causa.* 11 Imo ædificare potest. *l.* 1. §. *antepen. ff. de novi oper. l.* 14. *l.* 50. *ff. de adq. rer. dom.* 12 In aliis, *flumina pene omnia.* 13 *l.* 4. *l.* 5. *ff. eod. l.* 3. *ff. de fluminib.* 14 Vide *l.* 1. §. *si quis. ff. ne quid in loco pub.* 15 *l.* 96. *l.* 102. *D. de verb. sign.* 16 2. Harmenop. 2. 17 Vide *l.* 30. §. 1. *ff. de adq. rer.* 18 Vide *l. un.* §. 1. *ff. ut in flumine.* 19 *l.* 1. §. 6. *ff. ne quid in flum. publ.* Ans. 20 *l.* 4. *D. ne quid in loco publ.* 21 *l.* 5. *l.* 6. *D. eod. l.* 14. *D. de adq. rer. dom.* Quid casa, vide *l. pen. D. de usufruct.* 22 *l.* 5. *D. eod.* 23 Vide *l.* 122. *in pr. ff. de legat.* 1. 24 *ἀδέσποτα Theoph.* fiunt autem hujusmodi vel destinatione, vel natura, vel eventu, vel tempore, vel facto. *Mynsing.* 25 Vide *l.* 83. §. *sacram. ff. de verb. obl. l.* 182. *D. de reg. jur.* 26 His etiam continentur res sanctæ. *l.* 2. *ff. Ne quid in loc. sac.* Ans. 27 *l.* 21. *C. de sacros. eccl.* 28 *l.* 21. *C. de sacros. eccl.* 29 *l.* 73. *ff. de cont. empt.* 30 Nisi sit hostium. *l.* 36. *D. de relig. & sumpt.* 31 Imo sacrum facit: & quidem ex leg. 12 Tab. unde mortuos *sacros* appellat Plutarchus *in Numa.* Plin. *lib.* 2. inde etiam factum, ut in sepulchris thesauri conderentur. Plaut. *Pseud.* Apul. *Metamorph.* 4. Ex sepulchris initium templa sumpsisse refert Euseb. Lact. Clemens Alexand. *l.* 9. *Protreptici.* Plura de sepulturis v. in titulo *de religiosis & sumpt.* ubi dixi. 32 Non ad tempus *l.* 4. *ff. de rel. & sumpt. fun.* Ans. 33 Id est, non alienum. *l.* 1. §. 2. *ff. de relig. & sumpt.* 34 *l.* 2. *C. de relig. & sumpt.* 35 Quoniam sepulchro ad hoc utimur. *l.* 2. §. 2. *l.* 6. *in pr. ff. de relig. & sumpt.* 36 Quia alias tollere mortuum debet, aut loci pretium præstare. *l.* 7. *ff. de relig. & sumpt.* Ans. 37 Ita omnes manuscript. & *Haloander.* Sed Pand. Florent. *in l.* 6. §. 4. *ff. eod.* unde hæc desumpta sunt, hic negativam non admittunt. Quæ lectio magis probatur; ut sit sensus, ratihabitionem æquari mandato. *l.* 152. *ff. de Reg. Jur. l. ult. C. ad SC. Macedon. l.* 12. *in fin. ff. de solut.* Anton. Cont. Russard. Charond. & Pac. Vid. Ant. Augustin. *Emendat. l.* 1. *c.* 2. S. L. 38 Imo portæ non sunt sanctæ. vide Plutar. *in Romanis quæst. & in Romulo.* Quin in *l. sanctum.* 8. *l. sacra.* 9. *l. ult. ff. de rer. divis.* portarum non fit mentio, tametsi in *l.* 2. *ff. ne quid in loco sacro.* Pandectæ Florentinæ portas faciunt sanctas: ubi tamen vulgata editio sacras facit. 39 Aliam rationem v. hic apud Theoph. 40 *v. l.* 2. *ff. ne quid in loco sacro. l.* 3. §. 17. *ff. de re milit.* 41 Adde Festum in *verb. sanctum ff. de R. D.* 42 *l.* 41. *ff. de pœn.* 43 Octodecim *Wes.* quas ad tres referre soleo. *L. G.* 44 Id est multis ex causis, & titulis, seu formis justificandi dominii. *Mynsing.* 45 ἀκριβεῖ καὶ πολιτικῷ λόγῳ, τουτέστι τῶν Ῥωμαίων. *Th.* 46 Quod antiquius est, præfertur. fac. *l. Semper. ff. de Jur. Immun.* Ans. 47 Id est, aëre. 48 *l.* 3. *ff. de adq. rer. dom.* 49 Al. Nec interest, quoad feras; ut in *l.* 3. §. 1. *ff. de adq. rer. dom.* unde hæc desumpta sunt. *S. L.* 50 Hinc venationis, aucupii, & piscationis jus ad jus gentium referri colligitur. 51 *v. l.* 16. *ff. de servit. rustic.* 52 *v. l.* 3. *in fin. ff. de adq. rer. dom.* 53 *l.* 5. *in pr. l.* 44. *ff. de adq. rer. dom.* 54 Atque ita conatus ab actu perfecto distinguitur, & aliud persecutio, quam ipsa occupatio erit. 55 Σύμβλοις, id est, receptaculo & vase apum, Græci κυψέλην vocant. *Th.* vid. *l.* 26. *ff. de furt.* Ans. 56 *v. l.* 13. *in fin. ff. de injuriis.* 57 Quia licet evolaverit, tamen possidemus adhuc *l.* 3. §. 16. *ff. de acq. vel amit. poss.* Idem de Columbis dicitur, *d. l. & l.* 8. §. 1. *ff. famil. ercisc.* Ans. 58 *v. l.* 37. *ff. de furt.* 59 Imo pavonum fera non est natura: nam Varro 3. *de re rust.* 5. rem tanquam miram refert, pavonum greges agrestes esse in Samo, & Planasia insula; & Q. Curtius refert, fuisse juxta flumen Hydratem nemus agrestium pavonum: unde colligas, pavones natura feros non esse, quod quidam agrestes dicantur. Nam & ita argumentatur Justinianus §. 16. *J. eod.* gallinas esse mansuetas, ex quo sunt aliæ feræ: & Sigebertus Gemblacensis, anno 1086, scribit, domesticas aves, pavones & anseres e domibus evolantes, feros evasisse. 60 *l.* 8. §. 1. *ff. fam. ercisc.* 61 *Λογισμὸν Th.* Et qui eas dum pastum volant, occidunt, furti tenentur. *l.* 37. *ff. de furt. l.* 8. §. 1. *ff. famil. erciscund.* Ans. 62 Ut ita ex consuetudine intermissionis, non redeundi, Judex id arbitretur. 63 Rerum vilissimarum apud veteres, quæstiones quoque in jure admissæ, puta de ave, pisce, gallina, glande, & quinque pedibus, & similibus. *l.* 5. *C. finium reg.* adde *N.* 69. §. 1. ubi *gallina* fit mentio. Ex rebus tamen minimis non est captanda litigandi occasio. *N.* 73. *c.* 8. *in fin.* 64 Veluti propter pennas vel ova. *Ans.* 65 Utcumque res minimi momenti sit, *l.* 1. §. *illud. ff. de conjung. cum emancip. l.* 22. *in fin. pr. ff. de dam. inf.* 66 Atqui de dolo actio ob rem modicam non datur, *l.* 9. 10. 11. *ff. de dolo.* 67 Mobilia sc. *l.* 20. §. 1. *ff. de captiv. & postlim.* Ans. *Vid.* Bus. *ad l.* 5. *ff. de acq. rer. dom.* Grot. *de Jure belli lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 13. Ant. Merend. *lib.* 2. *controvers. cap.* 22. Imo nec mobilia omnia; sed ea tantum quæ quis in dimicatione singulari, & no-

nostram [1] deducantur. qui tamen, si evaserint nostram potestatem & ad suos reversi fuerint: pristinum statum [2] recipiunt. §. 18. Item lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inveniuntur [3], jure naturali statim inventoris fiunt.

§. 19. Item ea, quæ ex animalibus dominio tuo subjectis nata sunt, eodem jure tibi adquiruntur. §. 20. Præterea quod per [4] alluvionem agro tuo flumen adjecit, jure gentium tibi adquiritur. Est autem alluvio incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento [5] adjiciatur.

§. 21. Quod si vis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prædio attulerit, palam est eam tuam permanere. Plane si longiore tempore fundo vicini tui hæserit, arboresque, quas secum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo adquisitæ [6] esse.

§. 22. Insula, quæ in mari nata est, (quod raro [7] accidit) occupantis fit. nullius enim esse creditur. At insula in flumine nata, (quod frequenter accidit) siquidem mediam partem fluminis tenet, communis [8] est eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo [scilicet] latitudinis cujusque fundi, quæ prope ripam sit. Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident. Quod si aliqua parte divisum sit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam insulæ redegerit, ejusdem permanet is ager, cujus & fuerat. §. 23. Quod si naturali alveo in universum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alveus eorum est, qui prope ripam ejus prædia possident: pro modo scilicet latitudinis cujusque agri, quæ prope ripam sit: novus autem alveus ejus juris esse incipit, cujus & ipsum flumen est, id est, [9] publicus. Quod si post aliquod tempus ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam ejus prædia possident. §. 24. Alia sane causa est, si cujus totus ager inundatus fuerit: neque enim [10] inundatio fundi speciem commutat: & ob id, si recesserit aqua, palam est eum fundum ejus manere, cujus & fuit. §. 25. Quum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo, quæri solet, quis eorum naturali ratione dominus sit: utrum is, qui fecerit, an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? ut ecce, si quis ex alienis uvis, aut olivis, aut spicis, vinum, aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino & melle mulsum [11] miscuerit: vel ex medicamentis alienis emplastrum aut collyrium composuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis [12] navem, vel armarium, vel subsellia fabricaverit. Et post multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem, placuit media [13] sententia existimantium, si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit: si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit [14]: ut ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci. Vinum autem, vel oleum, aut frumentum, ad uvas, vel olivas, vel spicas reverti non potest. at ne mulsum quidem ad vinum & mel resolvi potest. Quod si partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis: veluti ex suo vino & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum aut collyrium, aut ex sua lana & aliena vestimentum fecerit: dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit: cum non solum operam suam dederit, sed & partem ejusdem materiæ præstiterit. §. 26. Si [tamen] alienam purpuram vestimento suo quis intexuerit: licet pretiosior sit purpura, tamen accessionis [15] vice cedit vestimento: & qui dominus fuit purpuræ, adversus eum, qui subripuit, habet furti actionem, & condictionem: sive ipse sit, qui vestimentum fecit, sive alius: nam extinctæ [16] res, licet vindicari non possint, condici [17] tamen a furibus, & quibusque [18] aliis possessoribus possunt. §. 27. Si duorum materiæ ex [19] voluntate dominorum confusæ sint, totum id corpus, quod ex confusione fit, utriusque commune est: veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri conflaverint [20]. Sed & si diversæ materiæ sint, & ob id propria species facta sit: forte ex vino & melle mulsum, aut ex auro & argento electrum [21], idem juris est [22]: nam & hoc casu communem [23] esse speciem non dubitatur. Quod si fortuitu, & non voluntate dominorum, confusæ fuerint, vel ejusdem generis materiæ, vel diversæ: idem juris esse placuit.

§. 28. Quod si frumentum Titii frumento tuo mistum fuerit: si quidem ex voluntate vestra, commune est: quia singula corpora, id est, singula grana, quæ cujusque propria fuerunt, ex consensu vestro communicata sunt. Quod si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur [24] commune esse: quia singula corpora in sua substantia durant. Sed nec magis istis casibus commune fit frumentum, quam grex intelligitur esse communis, si pecora [25] Titii tuis pecoribus mista fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur: in rem [26] quidem actio pro modo frumenti cujusque competit: arbitrio autem judicis [27] continetur, ut ipse æstimet, quale cujusque frumentum fuerit. §. 29. Cum in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur dominus ædificii: quia omne, [28] quod solo inædificatur, solo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, desinit dominus ejus esse: sed tantisper neque vindicare eam potest [29], neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem [30] duodecim tabularum, qua cavetur, *ne quis tignum alienum ædibus suis junctum, eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet per actionem, quæ vocatur de tigno juncto.* Appellatione [31] autem tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo provisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quod si aliqua ex causa dirutum [32] sit ædificium, poterit materiæ dominus, si non fuerit duplum jam consequutus, tunc eam vindicare, & ad exhibendum de ea re agere. §. 30. Ex diverso, si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificaverit, illius fit domus, cujus & solum est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem ejus amittit [33]: quia voluntate ejus intelligitur esse alienata, utique si non ignorabat se in alieno solo ædificare, & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non [34] potest. Certe illud constat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec solvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum: posse eum per [35] exceptionem doli mali repelli [36]: utique si bonæ fidei [37] possessor fuerit, qui ædificavit. Nam scienti alienum solum esse, potest objici culpa, quod ædificaverit temere in eo solo, quod intelligebat alienum esse [38]. §. 31. Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diverso si Titius suam plantam in Mævii solo posuerit, Mævii planta erit: si modo utroque casu radices egerit. ante enim quam radices egerit, ejus permanet, cujus fuerat. Adeo autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas ejus commutatur: ut si vicini arbor ita terram Titii presserit, ut in ejus fundum radices egerit, Titii effici arborem dicamus: ratio enim [39] non permittit, ut alterius arbor esse intelligatur, quam cujus in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, [40] communis fit.

§. 32. Qua ratione autem plantæ, quæ terræ coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Cæterum sicut is, qui in alieno solo ædificavit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali secundum ea, quæ diximus: ita ejusdem [41] exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa [bona fide] consevit. §. 33. Literæ quoque, licet aureæ sint, perinde chartis membranisve [42] cedunt, ac solo cedere solent ea, quæ inædificantur, aut inseruntur. ideoque si in chartis membranisve tuis carmen, vel historiam vel orationem Titius scripserit: hujus corporis non Titius, sed tu dominus esse videris. Sed si a Titio petas [43] tuos libros tuasve [44] membranas, nec impensas scripturæ solvere paratus sis: poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, utique si earum chartarum membranarumve possessionem bona fide nactus est. §. 34. Si quis in aliena tabula [45] pinxerit, quidam [46] putant tabulam picturæ cedere: aliis [47] videtur, picturam, qualiscunque sit, tabulæ cedere: sed nobis videtur melius [48] esse, tabulam picturæ cedere [49]. Ridiculum est enim picturam Apellis [50], vel Parrhasii [51], in accessionem [52] vilissimæ tabulæ cedere. Unde si a domino tabulæ imaginem possidente, is, qui pinxit, eam petat, nec solvat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoveri. At si is qui pinxit, [eam] possideat, consequens est, ut utilis actio domino tabulæ adversus eum detur: quo casu si non solvat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli, utique [53] si bona fide possessor fuerit ille, qui picturam imposuit. Illud enim palam est, quod sive is, qui pinxit, subripuit tabulas, sive alius: competit domino tabularum furti actio. §. 35. Si quis a non domino, quem dominum esse crediderit [54], bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet justa causa æque bona fide acceperit: naturali ratione placuit fructus, quos percepit, ejus esse pro cultura & cura [55]. Et ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Ei vero, qui alienum fundum sciens [56] possederit, non idem concessum est: itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere. §. 36. Is vero, ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam [57] si ipse eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen per-

liberis excursionibus capit: quæ in actu bellico & ministerio publico capiunt milites, fisco & toti Reipub. cedunt. *arg. l. pen. ff. ad leg. Jul. pecul.* quorum quædam tantum inter eos, qui in comitatu & periculo fuerunt, pro præmio distribuuntur; nisi iis, ut tanto alacriores reddantur, omnis præda fuerit promissa, ut quandoque accidit. *Vide* Eguinar. Baro. & Vinn. *hic.* Georg. Tholosan. *Syntagm. lib.* 10. *cap.* 415. Grot. *de jure belli lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 12. *& seqq.* S. L.

1 Hoc inter Christianos fieri negat Alciatus, *l.* 118. *ff. de verb. signif.* 2 Alii libertatem 3 Et apprehenduntur. *l.* 1. §. 1. *ff. de acq. vel amitt. poss.* alias nudus conspectus nihil facit. Ambar in litore maris inventum, Regis est. Georg. de Cabedo. *part.* 2. *decis.* 48. Ans. 4 *v. l.* 1. *C. de alluv.* 5 Momentum hic sumitur pro atomo. *l. placet. ff. de acq. vel omitt. hered.* alias pro hora. *l.* 3. *ff. de minorib. l. In Usucapionib. ff. de Usucap.* Ans.

6 Adde *l.* 9. §. 1. *&* 2. *ff. de damno infect.* 7 *v. l.* 64. *ff. de reg. jur.* 8 Imo est publica. *l. pen. in fin. ff. de adq. rer. dom.* 9 Cur ita? collige *ex l.* 50. §. 3. *ff. de adq. rer. dom. l.* 30. §. 3. *ff. de adq. vel amitt. possess.* 10 *l.* 23. *l.* 24. *ff. quib. mod. ususfruct. amit.* 11 Οἰνόμελι, de quo *l.* 9. *ff. de tritic. vino.* 12 *l.* 61. *ff. de rei vindic.* 13 V. *Edict. Just.* 7. *c.* 2. §. 1. Quibusdam *media* sententia hic videtur, quæ gravioribus & melioribus rationibus nititur. Sic inter diversas sententias, media sententia dicitur. Liv. 26. 31. 36. Diod. 13. Huc referendum, quod apud Livium est *l.* 26. Media similia veri esse. 14 Suo nomine sc. *l.* 7. §. *cum quis. ff. de adq. rer. dom.* & bona fide: alioquin nostrum erit, quod ex re nostra constat. *l.* 49. §. 1. *ff. de rei vind. l.* 12. §. 13. *ff. ad exhib.* Goth. Ratio est, quia quod factum est, antea nullius erat. *d. l.* 7. §. *cum quib. ff. de acq. rer. dom.* Ans. 15 *l.* 19. §. *perveniamus. ff. de auro & argent. l.* 25. §. 5. *ff. de Rei Vind.* Ans. 16 Mutatione formæ. *v. l.* 13. §. 1. *ff. de verb. sign.* 17 *l. pen. ff. de cond. triticiaria. l.* 1. §. 34. *ff. de vi, & vi armat. l.* 11. §. *ult. l.* 32. *ff. de reb. cred.* 18 *Ant. Cont.* legit, *quibusdam*, quem sequitur *Pacius* in Analysi. Sed a vulgata lectione, quæ etiam *Theophili* est, non recedendum probat *Arn. Vinn.* hic. S. L.

19 *v. l.* 5. *in pr. ff. de rei vind.* 20 Si separari non possint. *l.* 5. §. 1. *ff. de rei vindicat.* Ans. 21 *Electrum* aurum est, in quo quinta est argenti portio, 33. *Plin.* 4. vel tres auri, una argenti; 16. *Isid.* 23. 22 Hotomannus 4. *obs.* 21. legit *non idem Juris* quo nihil ab hujus loci sententia alienius est. Id & superiora, sequentiaque satis indicant, cum primis vox *commune esse, & sed & si.* Goth. Cujus lectionis error ex eo esse videtur, quod apud *Theoph.* legatur ὁ τὸ αὐτὸ γενήσεται, id est, non idem erit: Ubi tamen librariorum incuria Τ omissum communiter putant, & rectius legendum, ταὐτὸ αὐτό. Sic ut non Theophili, sed librarii lapsus sit. *Cont.* quem sequuntur *Ruffard. Char. & Pac. S. L.* 23 Non pro dimidia parte, proportione arithmetica: sed pro rata ejus, quod quisque contulit; proportione geometrica. *Wesemb.* 24 Imo est *l.* 78. *ff. de Solut.* Sed hoc in creditore cui suum debitum solvitur, *Ans.*

25 *v. l.* 30. *in fin. ff. de usucap.* 26 *l.* 23. *in pr. ff. de rei vind.* 27 *v.* §. 2. *J. de off. judic.* 28 Immobile, *l.* 7. §. *cum in suo. ff. de adqu. rer. dom.* secus in mobili. *l.* 60. *d. t.* 29 *l.* 23. §. *pen. ff. de rei vind.* 30 *l.* 1. *ff. de tigno junct.* 31 *v. l.* 7. *in princ. ff. ad exhib.* 32 *v. l.* 2. *C. de rei vind.* 33 *l.* 7. §. *pen. ff. de adq. rer. dom.* vide quæ notavi ad *l.* 38. *ff. de pet. her.* Sed quamvis ædificium fundo cedat, fundi tamen dominus condemnari solet ut eum duntaxat recipiat, reddito sumptu quo pretiosior factus est, aut super fundo atque ædificio pensio imponatur ex meliorationis æstimatione, si maluerit. Bugnon. *de legib. abrogat. l.* 1. *Sat.* 202. Ans. Adde *Grœneweg.* hic, & ibi *DD.* eoque jure utimur in prædiis locatis, ut ædificium a conductore prædii impositum finita locatione, refuso tantum justæ æstimationis pretio, domino locatori cedat. *S. L.* 34 Maxime, si donandi animo ædificaverit, *l.* 2. *in fin. C. de rei vind.* 35 *v. l.* 14. *ff. de except. doli.* 36 Arg. *l.* 14. *ff. de condict. indeb.* Ans.

37 Quod malæ fidei possessor non possit impensas imputare, ex stricto & summo jure est: secus erit, si jus benignum inspiciamus. *l.* 38. *ff. de petit. hered.* Ans. 38 Omnes tamen expensas non amittit. *v. l.* 37. *ff. de rei vind.* In Institutionibus regulæ juris proponuntur, quæ omnes sunt ex summo jure, ut & rudimenta: in Digestis vero juris incrementa, & ad æquitatem res exactæ diligentius. Hic ergo suadet aliud æquitas. Cujacius 8. *ad Afric. & initio decimi observationum.* 39 Quæ jus soli dicitur, *l.* 25. *ff. de usuris.* 40 Et eo alatur, *l.* 6. *in fin. ff. arb. furt. cæsar.* 41 *v. l.* 48. *ff. de rei vind.* 42 *v. l.* 23. §. *sed & id.* 3. *ff. de rei vind.* 43 Rei vindicatione, aut ad exhibendum, *l.* 3. §. *pen. ff. ad exhib.* 44 *v. l.* 52. *ff. de legat.* 3.

45 Quid, si in marmore? si solæ litteræ, cedunt marmori; si forma hominis insculpta, marmor cedit formæ. 46 Cajus *l.* 9. §. 2. *ff. de adq. rer. dom.* 47 Paulo *in d. l.* 23. §. 3. *ff. de rei vind.* & Cajo juniori, 2. *Inst.* 1. 48 Et ita abrogantur *dd. ll.* 49 An quia tabula reduci ad pristinam formam potest, charta nequaquam, ut Raynerius putat? An quia tota charta non occupatur sicut tabula, ut Jac. Raven. & Bart.? An quia olim scriptura vilior charta, ut Accurs.? An quia in scriptura pretium non spectatur, quod difficulter a charta segregari potest, ut Albericus? An quia qualitas paulo pretiosior non cedit substantiæ, ut Jo. Plat.? An potius, quod qualitas multo pretiosior superat substantiam, ut censet Angelus? 50 Hic non Judæus, ut censet Jo. Faber: sed Græcus, ex Coo insula: unde *Cous* Ovid. 4. *de Ponto.* 51 Hic Ephesius fuit. de quo v. Plin. 35. *c.* 10. 52 Plerumque enim pluris est cultus, atque forma manu addita, quam ipsa natura: vide quæ scripsi ad *l.* 13. §. 1. *ff. de verb. sign.* 53 *l.* 38. *ff. de pet. hered.* 54 Bonæ fidei duas causas observa, Errorem, & justum titulum. v. *Wes.* 55 Cui cedant fructus, v. *l.* 22. *C. de rei vind.* Quid? fructus cedunt ne hic ad modum tantum, & finem culturæ? vide quæ notavi ad *l.* 48. *ff. de adq. rer. dom.* 56 Ab initio, non ex post facto, *l.* 25. *in fin. ff. de usuris.* 57 *v. l.* 8. *ff. de annuis. l.* 61. §. 8. *in fin. ff. de furt.*

ceptis,

ceptis, decesserit, ad heredes ejus non pertinent, sed domino proprietatis adquiruntur. Eadem fere [1] & de colono dicuntur. §. 37. In pecudum [2] fructu etiam fœtus est, sicuti lac, pilus, & lana. itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli [3] & suculi statim naturali jure dominii fructuarii sunt. Partus vero ancillæ in fructu non [4] est: Itaque ad dominum proprietatis pertinet. absurdum enim videbatur [5], hominem in fructu esse: cum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparaverit. §. 38. Sed si gregis usumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius summittere debet (ut & Juliano visum est): & in vinearum demortuarum [6] vel arborum locum alias [7] debet substituere. recte enim colere, & quasi bonus paterfamilias uti debet. §. 39. Thesauros, quos quis in loco suo [8] invenerit, divus Hadrianus, naturalem æquitatem [9] sequutus, ei concessit, qui [eos] invenerit. Idemque statuit, si quis in sacro [10], aut religioso loco fortuito casu invenerit [11]. At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuito invenerit: dimidium domino soli concessit, & dimidium inventori. Et convenienter, si quis in Cæsaris loco [12] invenerit, dimidium inventoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conveniens est, [ut] si quis in fiscali loco, vel publico, vel [civitatis] invenerit, dimidium ipsius esse [debeat] & dimidium fisci vel civitatis. §. 40. Per traditionem [13] quoque jure naturali res nobis adquiruntur: nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem [14] domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi, & ideo cujuscunque generis sit corporalis res, tradi potest, & a domino tradita alienatur. Itaque stipendiaria quoque & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem stipendiaria & tributaria prædia, quæ in provinciis sunt, inter quæ, nec non & Italica prædia, ex nostra constitutione [15] nulla est differentia. sed si quidem ex causa donationis aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferuntur. §. 41. Venditæ vero res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quam [16] si is venditori pretium solverit, vel [17] alio modo ei satisfecerit: veluti expromissore aut pignore [18] dato. Quod quanquam cavetur ex lege XII. tabularum, tamen recte dicitur, & jure gentium, id est jure naturali, id effici. sed si is, qui vendidit, fidem emptoris sequutus fuerit, dicendum est, statim rem emptoris fieri. §. 42. Nihil autem interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem suam, an voluntate ejus alius, [cui ejus rei possessio permissa sit.] §. 43. Qua ratione, si cui [19] libera universorum negotiorum administratio permissa fuerit a domino, isque ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit: faciet eam accipientis. §. 44. Interdum etiam sine traditione [20] nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam: veluti si rem, quam tibi aliquis commodaverit, aut locaverit, aut apud te deposuerit, [postea aut vendiderit [21] tibi] aut donaverit, [aut dotis nomine dederit.] Quamvis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit: eo tamen ipso, quod patitur tuam esse, statim tibi adquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine tibi tradita fuisset. §. 45. Item si quis merces in horreo depositas vendiderit, simul atque [22] claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem. §. 46. Hoc amplius, interdum & in incertam personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce, prætores & consules, cum missilia [23] jactant in [24] vulgus, ignorant [25] quod eorum quisque sit excepturus: & tamen quia volunt quod quisque acceperit, ejus esse, statim eum dominum efficiunt. §. 47. Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto a domino habitam occupaverit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abjecerit, ut id [in numero] rerum suarum esse nolit: ideoque statim dominus ejus esse desinit [26]. §. 48. Alia sane causa est earum rerum, quæ in tempestate [27] levandæ navis [28] causa ejiciuntur. hæ enim dominorum permanent [29]; quia palam est eas non [30] eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quo [31] magis cum ipsa navi maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit. Nec longe videntur discedere ab his, quæ de rheda [32] currente non intelligentibus dominis [33] cadunt.

TIT. II.
DE REBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBUS.

Quædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales.

§. 1. Corporales hæ sunt, quæ tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles.

§. 2. Incorporales autem sunt, quæ tangi [34] non possunt: qualia sunt ea, quæ in jure [35] consistunt: sicut hereditas [36], ususfructus, usus [&] obligationes quoquomodo contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia. nam ipsum jus hereditatis, & ipsum jus utendi fruendi, & ipsum jus obligationis incorporale est. §. 3. Eodem numero sunt jura prædiorum urbanorum, & rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur.

TIT. III.
DE SERVITUTIBUS [37] PRÆDIORUM.

De servitutibus rusticis. 1. *De servitutibus urbanis.* 2. *De reliquis servitutibus rusticis.* 3. *Qui servitutem debere vel acquirere possunt.* 4. *Quibus modis servitus constituitur.*

Rusticorum [38] prædiorum jura sunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter est jus eundi, ambulandi [39] hominis [40], non etiam jumentum [41] agendi [vel vehiculum]. Actus [42] est jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet: qui actum habet, & iter habet, [eoque uti potest] etiam sine jumento. Via est jus eundi [43] & agendi & ambulandi: nam & iter & actum via [44] in se continet. Aquæductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum. §. 1. Prædiorum urbanorum servitutes sunt hæ, quæ ædificiis inhærent [45]: ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam [46] ædificia omnia, urbana prædia appellamus, etsi in villa ædificata sint. Item urbanorum prædiorum servitutes sunt, ut vicinus onera vicini sustineat: ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere: ut stillicidium vel flumen recipiat quis in ædes suas, vel in aream, vel in cloacam [47]; ne altius quis tollat ædes suas [48], ne luminibus vicini officiat. §. 2. Inter rusticorum prædiorum servitutes quidam computari recte putant aquæ haustum [49], pecoris ad aquam adpulsum [50], jus pascendi [51], calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. §. 3. Ideo autem hæ servitutes prædiorum appellantur, quoniam [52] sine prædiis constitui non possunt. nemo enim potest servitutem adquirere urbani vel rustici prædii [53], nisi qui habet prædium, nec quisquam [54] debere, nisi qui prædium habet. §. 4. Si quis velit vicino aliquod jus constituere, pactionibus atque stipulationibus [55] id efficere debet. Potest [56] etiam testamento quis heredem suum damnare, ne altius tollat ædes suas: ne luminibus ædium vicini officiat: vel ut patiatur eum tignum in parietem suum immittere, stillicidiumve adversus eum habere: vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

TIT. IV.
DE USUFRUCTU [57].

Definitio. 1. *Quibus modis;* 2. *Et quibus in rebus constituitur.* 3. *Quibus modis finitur.* 4. *Si finitus sit.*

Ususfructus est jus [58] alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. Est autem jus in [59] corpore: quo sublato [60], & ipsum tolli necesse est. §. 1. Ususfructus a proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit: ut ecce, si quis usumfructum alicui legaverit; nam heres nudam habet proprietatem, legatarius vero usumfructum: & contra, si fundum legaverit deducto [61] usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero [62] usumfructum: item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine [63] testamento [vero] si quis velit usumfructum alii constituere, pactionibus & stipulationibus id efficere debet. Ne [64] tamen in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu: placuit certis modis extingui usumfructum, & ad proprietatem reverti.

§. 2. Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo & ædibus, verum etiam in servis, & jumentis, & ceteris [65] rebus: [exceptis iis, quæ ipso usu consumuntur;] nam hæ res neque naturali ratione, neque civili recipiunt usumfructum; quo [in] numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta [66]: quibus proxima est pecunia numerata, namque ipso usu assidua permutatione [67] quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa senatus [68] censuit, posse etiam earum rerum usumfructum constitui: ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur [69]. Itaque si pecuniæ ususfructus legatus sit, ita datur legatario, ut ejus fiat, & legatarius satisdet heredi de [70] tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minuetur. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, ut ejus fiant: sed æstimatis his, satisdatur [71], ut si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint [æstimatæ.] Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum (nec enim poterat), sed per cautionem [72] quasi [73] usumfructum constituit. §. 3. Finitur [74] autem ususfructus morte [75] usufructuarii, & duabus [76] capitis diminutionibus, maxima & media, &

1 Num per omnia, & cur? v. *l.* 10. *C. locati.* Theoph. hic putat τὰ fere παρέλκειν falso: Nec enim eadem omnino ratio coloni & usufructuarii. 2 *l.* 28. *ff. de usur.* 3 *l.* 14. §. 15. *ff. de furt.* 4 vide *l.* 27. *ff. de petit. hered. l.* 48. §. 5. *ff. de furt.* 5 *l.* 68. *ff. de usufr.* 6 Non vento eversarum, *l.* 59. *ff. de usufr.* 7 *l.* 7. *in fin. l.* 18. *de usufr.* 8 Sine magica arte, *l. unic. C. de thesauris.* Ans. Vide Grot. *de jure belli.* 2. 8. *num.* 7. Christin. *Vol.* 5. *decis.* 16. 17. Eguinar. Bar. *hic.* & Tholosan. *Syntagm.* 3. 11. *num.* 6. Arnold. Vinn. & Grœneweg. *hic.* Schultz. *ibid.* & Carpzov. *defin. forens. part.* 2. *Constit.* 53. *defin.* 4. 5. S. L. 9 Quæ & Dei beneficium, *l. unic. C. de thesauris.* 10 Vide *l.* 3. §. *pen. ff. de jure fisci. Cap. unic. Quæ sint Regal.* 11 Ac si quis, Forner. 2. *select.* 26. 12 Nov. Leonis 51. *Ans.* 13 Vide *l.* 20. *C. de pact.* 14 Vide *l.* 5. *ff. pro derelicto.* 15 *l. un. C. de usucap. transformanda.* 16 *l.* 5. §. 18. *ff. de tributor. act.* 17 *l.* 19. *l.* 53. *ff. de cont. empt.* 18 Vide *l.* 7. *ff. de stip. prat.* 19 *l.* 58. *l.* 59. *ff. de procur.* 20 Atqui non pactis, sed traditionibus dominium transferri, dicitur, *l.* 20. *C. de pactis.* 21 Vide *l.* 62. *in pr. ff. de evictionibus.* 22 *l.* 1. §. *pen. ff. de adq. vel amitt. possess.* 23 Vide *Nov.* 105. *c.* 2. §. 1. 24 *l.* 1. *l.* 2. *C. de Consulib.* 25 Al. quid eorum, & rectius *Russard. Charond. Pac.* S. L. vide *l.* 8. *ff. de contrah. empt.* Goth. 26 *vid. l.* 2. *in fin. ff. pro derelicto.* Ans. 27 *v. l.* 5. *ff. pro derel.* 28 *vid. l.* 7. *ff. pro derelict.* Ans. 29 Ut & alia bona naufraga, *l.* 1. *C. Naufrag. l. ult. ff. de incend. ruin. & naufrag. Auth. Navigia. C. de furt.* Vide Argentr. *ad consuetud. Brit.* 36. *gloss.* 1. *num.* 45. Rebuff. *ad Constit. Reg. proœm. gloss.* 5. *n.* 74. Selden. *Mare claus. lib.* 1. *cap.* 7. Grot. *de jure belli* 2. 7. *num.* 1. Gail. 1. 18. *num.* 6. Constit. Criminal. Carol. V. *art.* 218. S. L. 30 Imo eo animo. *l.* 43. §. 11. *ff. de furt.* 31 *l.* 2. *in fin. l.* 8. *ff. ad l. Rhodiam. l.* 9. §. *alia. ff. hoc tit. l.* 21. §. 1. *ff. de adqu. poss.* 32 *l.* 3. *ff. de incend. ruin. & naufrag.* 33 & jacent, *l.* 43. §. *qui alienum. ff. de furt.*

34 An tradi possunt? vide quæ notavi ad *l.* 43. §. 1. *ff. de adqu. rer. dom.* 35 Hujus distinctionis beneficio una res, & eadem corpore, uni: juris vero interventu, alteri utilis esse potest. de quo vide Oldend. *Classe* 3. *actione* 6. *in pr.* 36 *l.* 119. *l.* 178. §. 1. *ff. de verb. signif.* Ulp. 19. §. 15.

37 8. *D.* 1. *Lib.* 3. *C.* 34. 38 Quomodo ab *urbano* differat *rusticum*, vide *l.* 16. *C. de prædiis & aliis rebus.* 39 Et equitandi, *l.* 12. *ff. de serv. rusticor. præd.* 40 *l.* 1. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de serv. rust.* 41 Vide *l.* 157. *in fin. ff. de verb. sign.* 42 Quid sit, *v. l.* 38. §. 4. 5. *ff. de ædilit. Edict.* Ans. 43 Donell. 11. *Comm.* 6. legit, *vehundi.* Ans. 44 Quomodo differant actus & via, vid. *l.* 7. *ff. de Servit. rustic. præd.* Ans. 45 *l.* 1. *ff. com. præd.* 46 *l.* 198. *ff. de verb. signif.* 47 Vel non recipiat, & ne quis altius, &c. Rober. 2. *recept. lect.* 23. 48 Alias sine servitute utrumque licet. *l.* 8. *l.* 9. *C. de Servit. & Aq.* 49 In fluvio ejus qui confinem fundum habet. *Ans.* 50 Omnes quadrupedes continet, *l.* 2. *in fin. ff. ad leg. Aquil.* Ans. 51 Hodie ubique licet pecus pascere prope viam. *t. unic.* §. *fin. Feud. de pace tenend.* Ans. Nisi ubi hoc expresse est prohibitum, ut passim apud nos. S. L. 52 *l.* 1. *ff. commun. præd.* Goth. Obj. *l.* 23. §. 1. *ff. de servit. urban. prædior. l.* 10. *ff. de servit. præd. rusticor. l.* 25. §. 10. *ff. famil. erciscund. l.* 46. §. *si per. ff. de evict.* Resp. Bronchorst. *centur.* 1. *assert.* 96. Ans. 53 In aliis & Theoph. *Nec quisquam debet nisi qui habet.* S. L. 54 Quæ sequuntur desunt, ut *Duarenus* & vetusta exempl. certe ea ut adulterina rejecerunt, *Æm. Ferr.* & *Franc. Balduinus:* Habent tamen Theoph. & alia Exempl. 55 Et consuetudine, seu loci statuto, *l.* 1. §. *ult. ff. de aqua pluvia:* & usucapione, *l.* 10. *ff. si serv. vind.* quod olim non erat, *l.* 4. *in fin. ff. de usucap.* 56 *l.* 16. *ff. comm. præd.*

57 7. *D.* 1. *Lib.* 3. *C.* 33. 58 *l.* 5. *in pr. D. si ususfr. pet.* 59 i. e. Corpori inhærens, & rei, *l.* 5. §. 2. *D. quibus mod. ususfr.* 60 §. 3. *Instit. h. t. in fine.* Ans. 61 *l.* 14. *C. de usufr.* 62 Qui formalis ab interpretibus dicitur. sui enim ipsius forma est, non alterius accessio. 63 *l.* 3. *D. de usufr. & quemadmodum quis utatur fruatur.* 64 *d. l.* 3. §. 2. 65 Mobilibus, *l.* 93. *D. de verb. sig. l.* 28. *l.* 41. *D. de usufr.* 66 Vestimentorum videtur esse verus ususfructus, quia perpetuo durant, *l.* 25. *ff. de pecul.* Tessaur. *decis.* 8. Ubi vide, quomodo legato usufructu, heredi caveatur, & alia quædam ad hanc materiam. *Ans.* 67 Permutatio cum pecunia signata esse potest, ut hic, *l. ult. D. de condict. causa data. l.* 8. §. *si cui.* 24. *ff. de transf. l.* 26. *D. de jure dotium. l.* 21. *D. de pact. dotal.* 31. Plin. 8. sic olim emptio sine nummo fuit. 68 *l.* 24. *D. de usufr. legato.* 69 *v. l.* 7. *D. de usufr. earum.* 70 Ejusdem qualitatis, *d. l.* 7. 71 Datis fidejussoribus, *l.* 1. *D. qui satisdare.* 72 Ad quam implicatis in rebus recurritur, *l.* 5. 57. *D. soluto matrim.* 73 *v. l.* 2. *in fin. D. de usufr. ear. rer.* 74 Ususfructus quinque modis amittitur, capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in jure cessione, dominii comparatione. Paul. 3. *sent.* 6. §. 28. *in fin* finitur & apud eundem autorem, §. 33. tempore, quoties ad certum tempus datus est, puta ad tempus biennii aut triennii. 75 *l.* 3. *in fin. D. quib. mod. ususfr. vel usus amitt.* Paul. *ibid.* & §. 33. 76 Deportatione, pœna metalli, adrogatione, adoptione. Paul. 3. *sent.* 6. §. 29.

non [1] utendo per modum & tempus [2]: quæ omnia nostra [3] statuit constitutio. Item finitur ususfructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur: [nam cedendo extraneo nihil [4] agitur] vel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei adquisierit: quæ [5] res consolidatio appellatur. † Eo amplius constat, si [6] ædes incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio suo corruerint: extingui usumfructum [7], & ne areæ [8] quidem usumfructum deberi. §. 4. Cum [9] autem finitus fuerit totus usufructus: revertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

TIT. V.
DE USU, ET [10] HABITATIONE.

Communia de usufructu, & usu. 1. *Quid intersit inter usumfructum & usum fundi.* 2. *Vel ædium.* 3. *Vel servi vel jumenti.* 4. *Vel pecorum.* 5. *De habitatione.* 6. *Transitio.*

Isdem [11] illis modis, quibus usufructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet: iisdemque illis modis finitur, quibus & usufructus desinit.

§. 1. Minus autem juris est in usu, quam in usufructu. nam is, qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, & lignis ad usum quotidianum utatur [12]: in eoque fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit [13], neque iis, per quos opera rustica fiunt, impedimento: nec ulli alii jus, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis [14] concedere potest, [quum [15] is, qui usumfructum habet, possit hæc omnia facere.] §. 2. Item is, qui ædium usum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipse tantum inhabitet, nec hoc jus ad alium transferre potest, & vix receptum esse videtur, ut hospitem ei recipere liceat: & cum uxore, liberisque suis, item libertis, nec non personis aliis liberis, quibus non minus, quam servis utitur, habitandi jus habeat. Et convenienter, si ad mulierem usus ædium pertineat, cum marito ei habitare [16] liceat.

§. 3. Item is, ad quem servi usus pertinet, ipse tantum opera atque ministerio ejus uti potest: ad alium vero nullo modo jus suum transferre ei concessum est. Idem scilicet juris est & in jumento. §. 4. Sed & si pecorum, vel ovium usus legatus sit: neque lacte, neque agnis, neque lana utetur usuarius: quia ea in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest.

§. 5. Sed si cui habitatio legata, sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur [17], neque usufructus, sed quasi [18] proprium aliquod jus: quamquam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam nostra [19] decisione promulgata permisimus non solum in ea degere, sed etiam aliis [20] locare. §. 6. Hæc de servitutibus, & usufructu, & usu, & habitatione dixisse sufficiat. De hereditatibus autem & obligationibus, suis locis proponemus. Exposuimus summatim, quibus modis jure gentium res adquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo & [21] civili jure adquiruntur.

TIT. VI.
DE USUCAPIONIBUS [22] ET [23] LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBUS.

Summa. 1. *Quæ usucapi possunt, vel non. De his, quæ sunt extra commercium, & de servo fugitivo.* 2. *De rebus furtivis, & vi possessis.* 8. *De vitio purgato.* 9. *De re fiscali. De bonis vacantibus.* 10. *Regula generalis.* 11. *De errore falsæ causæ.* 12. *De accessione possessionis.* 14. *De his qui a fisco, aut ab Imperatoris Augustave domo aliquid acceperunt.*

Jure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliave quavis justa causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubique uno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucaperet: ne [24] rerum dominia in incerto essent. Et cum hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas res suas præfata tempora: nobis melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur. & ideo constitutionem [25] super hoc promulgavimus, qua cautum est, ut res quidem mobiles per triennium: immobiles vero per longi temporis possessionem, [id est inter [26] præsentes decennio, inter absentes viginti annis] usucapiantur: & his modis non solum in Italia, sed etiam in omni terra, quæ nostro imperio gubernatur, dominia rerum, justa causa possessionis præcedente, adquirantur. §. 1. Sed aliquando etiam si maxime quis bona fide rem possederit: non tamen illi usucapio ullo tempore procedit: veluti si quis liberum [27] hominem, vel rem sacram [28], vel religiosam, vel servum [29] fugitivum possideat. §. 2. Furtivæ quoque res, & quæ vi [30] possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona [31] fide possessæ fuerint, usucapi possunt: nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum, & lex [32] Atilia [33] inhibent usucapionem: vi possessarum, lex Julia & Plautia [34]. §. 3. Quod autem dictum est, furtivarum & vi possessarum rerum usucapionem per leges prohibitam esse: non eo pertinet, ut ne ipse fur, quive per vim possidet, usucapere possit; [nam his alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possident;] sed ne ullus alius, quamvis ab [35] eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, usucapiendi jus habeat [36]. Unde in rebus mobilibus non facile procedit, ut bonæ fidei possessoribus usucapio competat. Nam qui [sciens] [37] alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum ejus committit. §. 4. Sed tamen id aliquando aliter se habet: nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, usucapere possit, dubium non est: quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: quum utique heres [38], qui bona fide tanquam suam alienaverit, furtum non committat. §. 5. Item si is, ad quem ancillæ usufructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donaverit, furtum non committit. furtum enim sine affectu furandi [39] non [40] committitur. §. 6. Aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut a possessore usucapiatur.

§. 7. Quod autem ad eas res, quæ solo continentur, expedit [41], jus ita procedit, ut si quis loci vacantis [42] possessionem propter absentiam aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi nanciscatur: quamvis ipse mala fide possideat [quia [43] intelligit se alienum fundum occupasse]: tamen [44] si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res adquiri: quia neque furtivum, neque vi possessum acceperit. Abolita est enim quorundam [45] veterum sententia, existimantium etiam fundi locive furtum fieri, & eorum utilitati, qui res soli possident, principalibus constitutionibus [46] prospicitur, ne cui longa & indubitata possessio debeat auferri. §. 8. Aliquando etiam furtiva, vel vi possessa res usucapi potest. veluti si [47] in domini potestatem reversa fuerit. tunc enim vitio rei purgato, procedit ejus usucapio. §. 9. Res fisci nostri usucapi non potest [48]. Sed Papinianus scripsit [49] bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, bonæ fidei emptorem traditam sibi rem ex his bonis usucapere posse, & ita divus Pius, & divi Severus & Antoninus rescripserunt. §. 10. Novissime sciendum est, rem talem esse debere, ut in se non habeat vitium [50], ut a bonæ fidei emptore usucapi possit, vel qui ex alia justa causa possidet. §. 11. Error autem falsæ causæ usucapionem [51] non parit: veluti si quis cum non emerit, emisse se existimans, possideat: vel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat. §. 12. Diutina possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & heredi [52] & bonorum possessori continuatur, licet ipse sciat prædium [53] alienum esse. quod si ille initium justum non habuit: heredi & bonorum possessori licet [54] ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra constitutio [55] similiter & in usucapionibus observari constituit, ut tempora continuentur. §. 13. Inter [56] venditorem quoque & emptorem conjungi tempora, divi Severus & Antoninus rescripserunt.

§. 14. Edicto divi Marci cavetur, eum qui a fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum [57] rei exceptione repellere. Constitutio autem divæ memoriæ Zenonis [58] bene prospexit iis, qui a fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid: ut ipsi quidem securi [59] statim fiant, & victores existant, sive experiantur, sive conveniantur. Adversus autem sacratissimum ærarium usque ad quadriennium liceat iis intendere, qui pro dominio vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ sunt, putaverint sibi quasdam competere actiones. Nostra [60] autem divina constitutio, quam nuper promulgavimus, etiam de iis, qui a nostra, vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ constitutionis continentur.

TIT. VII.
DE [61] DONATIONIBUS.

De donatione. 1. *mortis causa.* 2. *vel simplici inter vivos.* 3. *vel propter nuptias.* 4. *De jure accrescendi.*

Est & aliud genus adquisitionis [62], donatio. Donationum autem duo sunt genera: mortis causa & non mortis causa. §. 1. *Mortis* [63] *causa donatio* est, quæ propter mortis fit suspicionem: cum quis ita donat, *ut si quid humanitus* [64] *ei contigisset, haberet is, qui accepit. sin autem supervixisset: is, qui donavit, reciperet, vel* [65] *si eum donationis pœnituisset: aut prior decesserit is, cui donatum sit.* Hæ mortis causa donationes ad [66] exemplum legatorum redactæ sunt per omnia: nam cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis an legati instar eam obtinere oporteret, & utriusque causæ quædam ha-

1 *l. 16. C. de usufr. l. 13. C. de servitutib.* Non utendo autem usufructus amittebatur jure antiquo, si possessione fundi biennio fructuarius non utebatur: rei mobilis, anno. Paul. *ibid.* §. 30. 2 *l. 10. ff. Quemadmod. servit. amitt.* Ans. 3 *l. 16. C. de usufr. l. ult. C. de serv.* 4 *l. 66. D. de jure dotium.* Imo aliquid agitur. potest enim fructus cedi, *l. 63. D. de usufr. l. 11. §. 2. D. de pign.* 5 Συνέρευσις. v. *l. 3. D. de usufr. accresc.* 6 *l. 5. §. 2. D. quib. mod. usufr. vel usus amitt.* Rei mutatione amittitur usufructus, rei incendio aut ruina, etiamsi postea restituatur. Paul. 3. *sent. 6. §. 31.* 7 Quia est jus in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, *pr. h. t.* Confer §. 17. *Instit. de legat.* Ans. 8 Quæ est locus sine ædificio. *l. 211. D. de verb. signif.* 9 Usufructus amissus ad proprietatem recurrit. Paul. 3. *sent. 6. §. 28.*

10 7. *D. 8. Lib. 3. C. 33.* 11 *l. 1. D. eod.* 12 Sed & horto, aqua, foliis, oleo, frumento, frugibus, ad victum sibi, suisque, id est, convivis & hospitibus, etiam in oppido. *l. 12. §. 4. D. eod.* 13 *l. 11. D. eod.* 14 *d. l. 11. in fin. l. 8. D. eod.* 15 *v. l. 67. D. de usufruct.* 16 Quia viri & uxoris una domus est. *l. 1. §. si vir. D. ad Syl.* vide *l. 4. 5. 6. 7. D. hoc tit.* 17 Quia usus in jure, habitatio in facto consistit. *l. pen. ff. de cap. deminut.* Usus commodari non potest, habitatio potest, *l. 1. ff. commod.* Usus non utendo amittitur, habitatio secus. *l. 10. ff. de usu & habit.* Ubi dicit Ulpian. Effectu tamen eadem esse. *Ans.* 18 Imo idem jus, *l. 32. ff. de usufruct.* 19 *l. 13. C. eod.* vide Hotom. 3. *obs. 23.* 20 In eo differt igitur ab usu. *l. 8. in pr. ff. hoc tit.* 21 *Et*; pro, id est.

22 41. *D. 3. Lib. 7. C. 31. 33.* Et Paul. 5. *Sent. 2.* 23 Usucapere, & diuturno usu adquirere, differunt, dixi ad *l. 10. ff. si servit. vindicetur.* a præscriptione uti differat, dixi ad *C. de usuc. transformanda.* Differt etiam a consuetudine, Consuetudo consensu populi, præscriptio sine consensu adversarii perficitur. Ex consuetudine jus *publico* oritur: ex præscriptione, privatis personis. In consuetudine contra jus non requiritur titulus, in præscriptione requiritur. Mala fide potest induci consuetudo, at non præscriptio. In præscriptione probanda est scientia & patientia adversarii, in consuetudine id non requiritur. Consuetudo extendenda ut favorabilis, præscriptio restringenda velut odiosa. Consuetudo ad mores & usum, præscriptio rerum est, & ad res pertinet. Præscriptio comparata est ad tollendum dominium, consuetudo ad id de novo inducendum: vide Bald. *tractat. de præscr. 1. quæst. ult.* 24 *l. 1. D. eod.* 25 *l. 13. C. de servit. & aqua.* 26 Longi temporis præscriptio inter præsentes continuo decennii spatio, inter absentes vicennii spatio comprehenditur, Paul. 5. *sent. 2. §. 3.* atque ita in omni fere jure longum tempus accipitur. Paul. 5. *sent. 5. §. 7.* adde l. 13. *C. de servitutibus.* 27 Vide *l. 9. ff. eod. l. ult. C. de long. temp. pr. quæ pro lib.* 28 *l. 83. §. sacram. 5. D. de verb. oblig.* 29 Vide *l. 1. C. de serv. fug.* 30 *l. ult. D. vi bonorum raptorum.* 31 *l. 24. ff. eod.* 32 *l. 33. in pr. & §. si dominus. 2. D. de usurpat. & usucap.* 33 Atinia. *l. 33. ff. de usurp. & 17.* Gell. 7. 34 *l. 33. §. 2. D. de usurpat.* 35 Secus si a bonæ fidei possessore, *d. l. 33. §. si dominus.* 36 Nisi post 30 vel 40 annos, *arg. l. 3. & 4. C. de præsc. 30. vel 40. annor.* Mynsing. 37 Vide *l. 6. C. de furt.* 38 *l. 36. D. eod.* 39 Vide *l. 37. ff. eod.* 40 Imo committitur. *l. 77. ff. de furt.* 41 alias: *expeditius, ita.* Sic Cujacius. 42 *l. 37. ff. eod.* 43 *l. ult. C. unde vi.* 44 *l. 38. ff. eod* 45 Sabini, apud Gel. 11. *c. 18.* vide *l. 38. ff. eod.* 46 *d. l. ult. in fin.* 47 *l. 4. §. 6. D. eod* 48 Vide *l. 2. C. com. de Usucap.* 49 Et Modestinus, *ad l. 18. ff. eod.* 50 Vide *l. 11. C. de adq. vel amitt. poss.* 51 Vide *l. 1. in princ. D. pro donat.* Goth. Nisi sit probabilis ignorantia. *l. 11. ff. pro emptore.* Ans. 52 Vide *l. 14. §. 1. ff. de diversis temp. præscript.* 53 Pertinet enim ad immobilia. v. *l. 4. D. de div. temp. præscript.* 54 *l. 4. §. heres. ff. eod.* 55 *l. un. C. de usuc. transf.* 56 *l. 2. §. 20. ff. pro empt.* 57 Non minorem certo casu. *l. ult. C. si advers. fiscum.* 58 *l. 2. C. de quadr. præsc.* 59 19. *Ecl. 8. c. 74. l. 2. C. de commun. rer. alienat.* 60 *l. 3. d. t. C. de quadr. præscript.* adde *l. 5. C. de restit. maj.*

61 39. *D. 5. 6. Lib. 3. C. 29. 5. C. 3. 8. C. 54. 55. 56. 57.* 62 Civile, respectu suæ formæ. *Myns.* 63 Mortis causa donat, qui cum ad bellum proficiscitur, & cum navigaturus est, donat, ea conditione, ut si reversus fuerit, sibi restituatur; si perierit, penes eum remaneat, cui donavit. Paul. 3. *sent. 7. §. 1.* Idem, 2. *sent. 23. §. 1.* Mortis causa donatio est, quæ impendente metu mortis fit, ut valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli, Goth. Vide *l. 2. de mort. caus. donat.* Ubi triplicem statuit mortis causa donationem. *Ans.* 64 Hoc verbo mors intelligitur, *l. 26. in pr. D. depositi. l. 30. §. ult. ff. de adim. vel transf. legat. l. 162. ff. de Verb. Signific.* 65 Donatio mortis causa, cessante valetudine & secuta sanitate pœnitentiaque, revocatur. Morte enim tantummodo convalescit. Paul. 3. *sent. 7. §. 2.* 66 *l. 15. in fin. ff. de mortis causa donat.*

bebat insignia, & alii ad aliud genus eam retrahebant: a nobis constitutum est [1], ut per omnia fere [2] legatis connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formavit. † Et in summa, mortis causa donatio est, cum [3] magis se quis velit habere quam eum, cui donat: magisque eum, cui donat, quam heredem suum. sic & apud Homerum [4] Telemachus donat Piræo.

Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσαι τά δ' ἔργα,
Εἴκεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ', ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶν δέ.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

id est:

Piræe, incertus quoniam rerum exitus harum est,
Si tacita incautum stolidi me forte necare
Morte proci poterunt, & opes vexare paternas:
Hæc ego te malo, quam illorum quempiam habere,
Sin ego eos justa meritos affecero clade,
Tum mihi tu læto reddas illa omnia lætus.

§. 2. Aliæ autem donationes sunt, quæ sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas *inter vivos* appellamus [5]: quæ non omnino [6] comparantur legatis. quæ si fuerint perfectæ, temere [7] revocari non possunt. Perficiuntur autem, cum donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestaverit. Et ad exemplum venditionis nostra constitutio [8] eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit: ut [9] etiamsi non tradantur, habeant plenissimum & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbat donatori. Et cum retro principum dispositiones insinuari [10] eas actis intervenientibus volebant, si majores fuerant ducentorum solidorum, constitutio [11] nostra eam quantitatem usque [12] ad quingentos solidos [13] ampliavit [14], quam stare etiam sine insinuatione statuit: sed & quasdam [15] donationes invenit, quæ penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem. † Alia insuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus: quæ omnia ex nostris [16] constitutionibus quas super his exposuimus, colligenda sunt. Sciendum est tamen, quod etsi plenissimæ sint donationes, si tamen ingrati [17] existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam præstitimus certis ex causis [18] eas revocare: ne illi, qui suas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur injuriam vel jacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra modos. §. 3. Est & aliud genus inter vivos donationis, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a junioribus divis Principibus [19] introductum est, quod ante nuptias vocabatur: & tacitam in se conditionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium esset insequutum. Ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem D. Justinus [20] pater noster, cum augeri dotes & post nuptias fuerat permissum, si quid tale eveniret, & ante nuptias augeri donationem, & [21] constante matrimonio, sua constitutione permisit: sed tamen nomen inconveniens remanebat; cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes constituimus [22], ut tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, sed propter [23] nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæquentur, ut quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur, & constituantur. §. 4. Erat olim & alius modus civilis adquisitionis per jus adcrescendi [24], quod est tale: Si communem servum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit vel vindicta, vel testamento, eo casu pars ejus amittebatur [25], & socio [26] adcrescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplo, & libertate servum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, sævioribus autem dominis lucrum accedere, hoc quasi invidia plenum, pio remedio per nostram [27] constitutionem mederi necessarium duximus: Et invenimus viam, per quam & manumissor, & socius ejus, & qui libertatem accepit, nostro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente, (cujus favore antiquos legumlatores multa etiam contra [28] communes regulas statuisse manifestum est,) & eo, qui eam libertatem imposuit, suæ liberalitatis stabilitate gaudente: & socio indemni conservato, pretiumque [29] servi secundum [30] partem dominii, quod nos definivimus, accipiente.

TIT. VIII.

QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON.

Summa tituli. de Marito. 1. *De Creditore.* 2. *De Pupillo.*

Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alienare non possit: & contra, qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat. † Nam dotale prædium maritus [31] invita muliere per Legem Juliam [32] prohibetur alienare [33], quamvis ipsius sit, dotis causa ei datum: quod nos, Legem Juliam corrigentes, in meliorem statum deduximus. Cum enim Lex in solis tantummodo rebus locum habeat [34], quæ Italicæ fuerant: & alienationes inhibebat, quæ invita muliere fiebant, hypothecas autem earum rerum, etiam volente ea: utrique remedium imposuimus, ut etiam in eas res [35], quæ in provinciali solo positæ sunt, interdicta sit alienatio [36] vel obligatio: ut neutrum eorum neque consentientibus [37] mulieribus procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum convertatur. §. 1. Contra autem creditor pignus ex pactione, quamvis [38] ejus ea res non sit, alienare [39] potest. Sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, quia ab initio contractus pactus est, ut [40] liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur. Sed ne creditores jus suum persequi impedirentur, neque debitores temere suarum rerum dominium amittere viderentur: nostra [41] constitutione consultum est, & certus modus impositus; per quem pignorum distractio possit procedere: cujus tenore utrique parti, creditorum & debitorum satis abunde provisum est. §. 2. Nunc admonendi sumus, neque pupillum, neque pupillam ullam rem sine tutoris auctoritate alienare posse [42]. Ideoque si mutuam [43] pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahit obligationem: quia pecuniam non facit [44] accipientis: ideoque vindicari nummi possunt, sicubi extant. Sed si nummi, quos mutuo minor dederit, ab eo qui accepit, bona fide consumpti sunt, condici [45] possunt; si mala fide, ad exhibendum de his agi potest. At ex contrario, omnes res pupillo, & pupillæ sine tutoris auctoritate recte dari [46] possunt [47]. Ideoque si debitor pupillo solvat [48], necessaria est debitori tutoris auctoritas, alioqui non liberabitur. Sed hoc etiam evidentissima ratione statutum est in constitutione, quam ad Cæsarienses advocatos [49] ex suggestione Triboniani viri eminentissimi, quæstoris sacri palatii nostri, promulgavimus: qua dispositum est, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius judicialis sententia sine omni damno celebrata, hoc permittat [50]: quo subsequuto, si & judex pronunciaverit, & debitor solverit, sequatur hujusmodi solutionem plenissima securitas. Sin autem aliter quam disposuimus, solutio facta fuerit; pecuniam autem salvam habeat pupillus, aut ex ea locupletior [51] sit, & adhuc eandem pecuniæ summam petat: per exceptionem [52] doli mali poterit submoveri. Quod si male consumpserit, aut furto, [aut vi] amiserit: nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus condemnabitur: quia temere sine tutoris auctoritate, & non secundum nostram dispositionem solverit. Sed ex diverso, pupilli vel pupillæ solvere sine tutoris auctoritate non possunt: quia id, quod solvunt, non fit [53] accipientis: cum scil. nullius rei alienatio eis sine tutoris auctoritate concessa sit.

TIT. IX.

PER QUAS [54] PERSONAS CUIQUE ADQUIRITUR.

Summa. 1. *De liberis in potestate.* 2. *De emancipatione liberorum.* 3. *De servis nostris.* 4. *De fructuariis & bona fide possessis.* 5. *De reliquis personis.* 6. *Transitio.*

Adquiritur [55] vobis non solum per vosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habetis: [item per servos, in quibus usumfructum habetis:] item per homines liberos, & per servos alienos quos bona [56] fide possidetis, de quibus singulis diligentius dispiciamus. §. 1. Igitur liberi [57] vestri utriusque sexus, quos in potestate habetis, olim [58] quidem, quicquid ad eos pervenerat (exceptis videlicet castrensibus peculiis) hoc parentibus suis adquirebant sine ulla distinctione: & hoc ita parentum fiebat, ut etiam esset eis licentia, quod per unum vel unam eorum adquisitum esset, alii filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocumque modo voluerant, applicare. Quod nobis inhumanum visum est: & generali constitutione [59] emissa, & liberis pepercimus & patribus [60] honorem debitum reservavimus. Sancitum etenim a nobis est, ut si quid ex [61] re patris ei obveniat, hoc secundum antiquam observationem totum parenti adquiratur. Quæ enim invidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reverti? Quod [62] autem

1 Vid. *l. ult. in fin. C. de mortis causa donat.* 2 Differunt in multis. Vid. *Hotomann.* hic. 3 *l. 1. ff. de mortis causa donat.* 4 *Od. 17. in princ.* 5 Et directas, *l. 25. C. eod.* 6 Omnino non comparantur. *Cont.* neque natura & propriis, neque forma & effectu. *Wesenb.* 7 Nam ex justis causis possunt. *l. 9. C. de mortis causa donat.* 8 *l. 35. in princ. C. eod.* 9 *Nov. 162. c. 1.* 10 Quis possit vel debeat facere insinuationem, donans vel donatarius, discutit Sarmient. *Select. lib. 6. cap.* 17. Ans. 11 *l. 34. l. 36. in fin. C. eod.* 12 Vide *Nov. Leonis* 162. 13 Hungaricos. Wesenbec. *ff. de donat. num. 6.* Goed. ad *l. 23. ff. de verb. signif.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 39. num.* 2. Ans. Quæ quamvis communior videatur opinio; quanti tamen valuerint, aut quantam summam eorum quingenti nostro ære conficerent, inter DD. non convenit: Quos ad concordiam vocari posse putem, si Constitutionum tempora bene distinguantur. Hi quidem ante Constantini Magni tempora pauciores erant & pondere graviores, quorum 4, unciam; 48, auri libram faciebant. Qui primum eorum pondus imminuit, numerumque adauxit, in tantum ut eorum 84, libram effecerint, quorum septem, scrupulorum quatuor, singulas uncias conficiebant. vid. *l. 1. Cod. Theodos. de ponderat.* Unde desumpta est *l. 1. C. eod.* Quod deinde a Valentiniano Seniore mutatum, qui, augescente auri pretio, ipsum libræ pondus imminuit, & extrinsecam aureæ monetæ æstimationem in tantum adauxit, ut eorum septuaginta duo, ejusdem ponderis, auri libram conficerent, eorumque sex in unciam accepto ferri voluit. *l. 13. Cod. Theodos. de Susceptor.* Unde desumpta est *l. 5. Cod. eod.* quo sensu interpretanda est *l. 2. Cod. de Vet. Numism. potest.* Quæ si bene distinguantur, facilis erit computatio quid valeat ære nostro aureus Romanus. Qui si Justinianeum spectemus, non erit Aureus Anglicus, ut Bodin. *lib. 3. cap. 6. de Republ.* æstimat. Neque Hungaricus, ut vulgo est receptum, sed coincideret cum æstimatione duorum Franciæ Scutatorum, sive Coronatorum, ut recte notat Grot. *flor. spars.* hic. & post Mornac. Grœneweg. *ad l. 5. Cod. de Susceptor.* Sed quum ejusmodi nummus nusquam in specie extet, & ipso Jure Romano ex currentibus nummis aureis, pro temporum ratione subinde auctis, & diminutis, fuerit æstimatus, tandem pro eo, ut communiori & receptiori nummorum aureorum specie, ducatum aureum, sive Hungaricum supponi receptum est, quorum quingenti secundum valorem modernum efficiunt mille Thaleros Imperiales sive bis mille & quingentos florenos Carolinos. Ut in Frisia judicatum. Joann. a Sand. *lib. 5. tit. 1. defin.* 3. & in Germania receptum testatur Carpzov. *Respons. Jure Elect. tit. 7. Resp.* 56. S. L. 14 Cum id piis tantum in causis esset. *l. 34. §. aliàs. 1. C. eod.* 15 De quibus vide *d. l. 36. §. 1. Nov. 52. c. 2. l. 34. C. eod.* 16 *l. 33. 34. 35. 36. C. eod.* 17 Ingratitudinis causa revocatur donatio. 18 Quinque sc. *l. ult. C. de revoc. don.* 19 Aurel. Diocl. Max. *Ferreto.* Constantinus & sequentes, *Contio.* 20 *l. 19. C. de don. ante nupt.* 21 Hæc particula Cujacio abundat. 22 *l. 20. C. de don. ante nupt. Nov. 97. c. 1. cap. 2. & Nov. 119.* 23 Rectius *propter dotem* vocasset, quomodo & a Græcis ἀντίφερνα dicitur. 24 Ulp. *tit. 1.* Paul. 4. *f. 12. §. 1.* 25 Et ita abrogatur sententia, quæ extat apud Ulpianum, *tit. 1. §. 18. &* Paul. 4. *sent. 12. §. 1.* 26 Paul. 3. *sent. 6. §. 4.* 27 *l. 1. C. de communi servo.* 28 *l. 24. §. si quis servo. ff. de fid. lib.* 29 Quod 20 solidorum fuisse videtur. *l. ult. Cod. de com. serv. man.* 30 Adde *l. 16. D. ad SC. Silan.* 31 §. Et sponsus *l. 2. ff. de fundo dotali.* Goth. Confer *tit. de fundo dotal.* ubi Wesenb. *Ans.* 32 De qua *l. un. §. pen. C. de rei uxor.* 33 His addit Ant. Cont. (*Obligare vero, ne illa quidem volente*) ut plena fiat l. Juliæ recitatio; quod tamen ad hunc locum non pertinet. Ut rectius notat *Ant. Ruffard.* hic. *S. L.* 34 *In aliis Edit.* habebat. 35 Inæstimatas, secus est in æstimatis, vide *l. ult. in pr. ff. de pact. dot. l. unic. §. pen. ver. licet. C. de rei uxor.* & mobilibus. vide *Nov. 61. in fin.* 36 *l. 2. C. de fundo dot.* Goth. *Nov. 61. cap. 1.* Nisi post biennium consenserit. *d. Novell. c. 1. §. 1. & 3.* Ans. 37 Aliud esse traditur si juraverint. *cap. 28. ext. de jurejur. c. 2. de jurejur. in 6.* aliud etiam si secundum consensum præstiterint. vide *Nov. 61.* 38 Vide *l. 9. C. de pignorat. act. l. si convenerit. 4. in fin. ff. de pign act.* 39 Vide *l. 46. ff. de adq. rer. dom.* 40 Hæc conventio in pignoribus usitata. *l. 4. C. de pignorat. act.* 41 Vide *l. ult. C. de jure dominii impetr.* 42 *l. 5. §. 1. l. 9. §. 1. ff. de aut. tutor.* Nec jurare, *l. 17. §. 1. ff. de jurejur.* 43 Adde *l. 9. in pr. ff. de autor. tut.* 44 *l. 14. in fin. ff. de solut.* 45 *l. 19. §. 1. ff. de reb. creditis.* 46 Immo non possunt, *l. 15. ff. de solut.* 47 Non tamen obligatur: atque ita recte hic adjicitur particula, *Ideoque.* 48 *l. 15. D. de solutionibus.* 49 Et Joannem PP. *l. 25. C. de admin. tut.* 50 Interdum sine decreto potest, *l. 27. C. de adm. tut.* 51 *l. 4. §. 4. ff. de doli except.* 52 *l. 15. D. de solut.* 53 *l. 14. in fin. ff. de solut.* 54 4. C. 27. 55 Dominium aut possessio sc. *§. 5. in fin. Inst. de Tutel.* nam de obligatione acquirenda agitur *J. per quas person. nobis oblig.* 56 *l. 10. ff. de aiqu. rer. dom. & 2.* Cajus 1. *§. 9. in pr.* 57 *v. l. 1. C. de rei vind.* 58 adde 2. Cai. 1. *§. 9. in pr.* 59 Nam postea Constantinus excepit bona materna, *l. 1. C. de bonis mater.* Arcadius bona materni generis, *l. 2. d. tit.* Theodosius ex matrimonio obvenientia, *l. 1.* Leo ex sponsalibus, *l. 5. in fin.* Justinianus omnia adventitia. *l. 6. C. de bonis, quæ liber.* 60 Et sic utrique parti consulit, ut in simili fecit *§. fin. J. de donat. in fin. & in §. 2. h. t.* Ans. 61 *d. l. 6.* 62 Peculium id profectitium.

ex alia causa sibi filiusfamilias adquisivit; hujus usumfructum patri quidem adquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei suis laboribus vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium perveniens, luctuosum ei procedat.

§. 2. Hoc quoque a nobis dispositum est & in ea specie, ubi parens emancipando (liberos suos) ex rebus, quæ [1] adquisitionem effugiebant, sibi tertiam partem retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus [2] constitutionibus habebat, quasi [3] pro [4] pretio quodammodo emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte [tertia] defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quod sui juris effectus esset, hoc per rerum diminutionem decresceret. Ideoque statuimus [5], ut parens pro tertia parte dominii, quam retinere poterat, dimidiam non dominii rerum, sed ususfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia dimidia potiturus. §. 3. Item [6] vobis adquiritur [7], quod servi vestri ex traditione nanciscuntur: sive quid stipulentur, sive ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia causa [8] adquirant. Hoc enim vobis ignorantibus & invitis [9] obvenit. Ipse enim servus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere [10] potest. Sed si heres institutus sit, non alias nisi [11] vestro jussu hereditatem adire potest. Et si vobis jubentibus adierit: vobis hereditas adquiritur, perinde ac si vos ipsi heredes instituti essetis. Et convenienter scilicet vobis legatum per eos adquiritur. † Non [12] solum autem proprietas per eos quos in potestate habetis, vobis adquiritur, sed etiam possessio. Cujuscunque enim rei possessionem adepti fuerint, id vos possidere videmini. Unde etiam per eos usucapio, vel longi temporis possessio vobis accidit. §. 4. De [13] iis autem servis in quibus tantummodo usumfructum habetis, ita placuit, ut quicquid ex re vestra, vel ex operis suis adquirant [14], id vobis adjiciatur: quod vero extra eas causas consequuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si is servus heres institutus sit, legatumve quid ei, aut donatum fuerit: non usufructuario, sed [15] domino proprietatis adquiritur. † Idem [16] placet & de eo qui a vobis bona fide possidetur, sive is liber sit, sive alienus servus. Quod enim placuit de usufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore. Itaque quod extra istas duas causas adquiritur: id vel ad ipsum pertinet, si liber est: vel ad dominum, si servus est. † Sed [17] bonæ fidei possessor cum usuceperit servum (quia eo modo dominus fit) ex omnibus causis per eum sibi adquirere potest. Fructuarius vero usucapere [18] non potest: primum quia non possidet, sed habet jus utendi fruendi: deinde, quia scit servum alienum esse. Non solum [19] autem proprietas per eos servos, in quibus usumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quæ bona fide vobis servit, vobis adquiritur: sed etiam [20] possessio. Loquimur autem in utriusque persona secundum distinctionem, quam proxime exposuimus: id est, si quam possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint. §. 5. Ex his itaque apparet, per [21] liberos homines, quos neque vestro juri subjectos habetis, neque bona fide possidetis: item per alienos servos, in quibus neque usumfructum habetis, neque [22] possessionem justam: nulla ex causa vobis adquiri posse. Et hoc est, quod dicitur, per extraneam personam [23] nihil adquiri posse: excepto eo, quod per liberam personam, veluti [24] per procuratorem, placet, non solum scientibus, sed & [25] ignorantibus vobis adquiri possessionem, secundum divi Severi [26] constitutionem: & per [27] hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuerit, qui tradidit: vel usucapionem, aut longi temporis præscriptionem, si dominus non sit. §. 6. Hactenus tantisper admonuisse sufficiat, quemadmodum singulæ res vobis adquirantur: nam legatorum jus, quo & ipso singulæ res vobis adquiruntur: item fideicommissorum, ubi singulæ res vobis relinquuntur: opportunius inferiore loco [28] referemus.

† Videamus itaque nunc, quibus modis per universitatem res vobis adquirantur. Si cui ergo heredes facti sitis, sive cujus bonorum possessionem petieritis, vel si quem adrogaveritis, vel si cujus bona libertatum conservandarum causa vobis addicta fuerint; ejus res omnes ad vos transeunt. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex conditio est: nam vel ex testamento, vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est ut de his dispiciamus, quæ ex testamento vobis obveniunt, qua in re necessarium est, initium de ordinandis testamentis exponere.

TIT. X.
DE [29] TESTAMENTIS ORDINANDIS [30].

TEstamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis sit [31]. §. 1. Sed ut nihil antiquitatis [32] penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo [33] genera testamentorum in usu fuisse: quorum altero in pace & otio utebantur, quod calatis [34] comitiis appellabant; altero, cum in prælium exituri essent, quod procinctum dicebatur [35]. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs [36] & libram: scilicet quod per emancipationem [37], id est [38], imaginariam [39] quandam venditionem agebatur, quinque testibus & libripende [40] civibus Romanis puberibus præsentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt: quod vero per æs & libram fiebat, licet diutius permanserit, attamen partim [41] & hoc in usu esse desiit. §. 2. Sed prædicta quidem nomina testamentorum ad jus civile referebantur: postea vero ex edicto prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. Jure enim honorario nulla emancipatio desiderabatur: sed septem testium [42] signa sufficiebant, cum jure civili signa testium non essent necessaria. §. 3. Sed cum paulatim tam ex usu hominum, quam ex constitutionum emendationibus cœpit in unam consonantiam jus civile & prætorium jungi, constitutum est [43], ut uno eodemque tempore, (quod jus civile quodammodo exigebat) septem testibus [44] adhibitis, & subscriptione testium (quod ex constitutionibus inventum est, & ex edicto prætoris) signacula testamentis imponerentur: Ita, ut hoc jus tripertitum esse videatur: & testes [45] quidem & eorum præsentia, uno [46] contextu testamenti celebrandi [47] gratia, a jure civili descendant: subscriptiones [48] autem testatoris & testium, ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur: signacula autem, & testium numerus ex edicto prætoris. §. 4. Sed his omnibus a nostra constitutione [49] propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, ut per manus testatoris vel testium [50] nomen heredis exprimatur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant. §. 5. Possunt autem omnes testes & uno annulo [51] signare testamentum: quid enim si septem annuli una sculptura fuerint, secundum quod Papiniano visum est? Sed & alieno [52] quoque annulo licet signare [testamentum [53]]. §. 6. Testes autem adhiberi possunt ii, cum quibus testamenti factio [54] est. Sed neque mulier [55], neque impubes, neque servus [56], neque furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is cui bonis interdictum est, neque ii, quos leges jubent improbos intestabilesque esse, possunt in numerum testium adhiberi [57]. §. 7. Sed cum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea autem servus apparuit, tam divus Hadrianus Catoni [58], quam postea divi Severus & Antoninus [59] rescripserunt, subvenire se ex sua liberalite [60] testamento: ut sic habeatur [firmum], ac si ut oportebat factum esset: cum eo tempore [61] quo testamentum signaretur, omnium consensu [62] hic testis liberi loco fuerit: neque quisquam esset qui status ei quæstionem moveret. §. 8. Pater, necnon is qui in potestate ejus est, item duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, utique testes in uno testamento fieri possunt [63]: quia nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negotio [64] adhiberi. §. 9. In testibus autem non debet esse, is qui in potestate testatoris est. † Sed si filiusfamilias de castrensi peculio post missionem faciat testamentum: nec pater ejus recte adhibetur testis, nec is, qui in potestate ejusdem patris est: reprobatum est enim in ea re [65] domesticum testimonium.

§. 10. Sed neque heres scriptus [66], neque is, qui in potestate ejus est, neque pater ejus, qui eum habet in potestate, neque fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt; quia hoc totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie [67] inter testatorem & heredem agi. † Licet autem totum jus tale conturbatum fuerat: & veteres quidem familiæ emptorem, & eos qui per potestatem ei conjuncti fuerant, a testamentariis testimoniis repellebant; heredi [autem], & iis qui per potestatem ei conjuncti fuerant, concedebant testimonia in testamentis præstare, licet ii, qui id permittebant, hoc jure minime abuti eos debere suadebant; tamen nos eandem observationem corrigentes, & quod ab illis suasum est, in legis neces-

1 Peculium id adventitium. 2 Ut bona materna & lucra nuptialia. 3 Id est, lege Constantiniana. *l. 6. §. 3. C. de bonis, quæ liberis.* 4 Nec enim æstimari potest emancipatio: unde hic quasi pretium, non autem simpliciter pretium dicitur. *l. 6. §. 3. C. de bonis quæ lib.* 5 Vel præmio, *l. 3. C. de bon. mater.* 6 *d. l. 6. §. 3.* 7 *l. 10. §. 1. ff. de adq. rer. dom.* 8 Jure civili. Nam hoc titulo agitur de causis adquirendi jure civili. *l. 6. §. 2. in fin. ff. de Usufr.* 9 *l. 86. §. 2. ff. de leg. 1. & l. 32. D. de adq. rer. dom.* 10 *d. l. 32. in pr.* & vetantibus, *l. 62. ff. de verb. obl.* 11 *l. 79. ff. de adq. hered.* ne quidem peculium, cum illud pendeat ex nutu domini. 12 *l. 6. ff. de adq. her.* 13 *l. 10. §. 2. ff. de adq. rer. dom.* 14 *l. 10. §. 3. l. 19. ff. de adq. rer. dominio. & 2.* Cajus 1. §. *ult. vers. Hi vero servi.* 15 *l. 21. D. de usufr. & l. 49. D. de adqu. vel amitt. possess. l. 10. §. 3. in fin. ff. de adquir. rer. dom.* 16 *l. 10. §. 4. l. 19. D. de adqu. rer. dom.* 17 *d. l. 10. in fin. D. de adq. rer. dom.* 18 *d. l. 10. in fin. l. 8. C. de usufr.* 19 *d. l. 10. §. 2.* 20 *l. 1. C. eod. l. 10. §. 2. D. de adq. rer. dom.* 21 Paul. 5. *sent.* 2. §. 2. 22 Imo potest *l. 14. in fin. D. de furtis.* 23 v. *l. 11. §. pen. D. de pign. act.* 24 Paulus *d. §. 2.* Per procuratorem nobis adquiri possessionem, utilitatis causa receptum est. 25 *l. 47. D. de usuc.* 26 *l. 1. C. de adqu. vel amitt. poss.* 27 Dominium seu usucapiendi conditio per possessionem adquiritur. *l. 1. l. per procuratorem. 8. C. de adq. vel amitt. poss. l. 1. C. per quas personas.* 28 *tit. 20. 21. 22. 23. 24. J.*

29 V. *Valerium.* 30 & eorum solennitate 28. *D.* 1. *Lib. 6. C. 23.* 31 Et sic allusione quadam, 6. *Gell.* 12. quam Grammatici παρονομασίαν· Rhetores πάρισον appellant, in quo sola nominum conformitas spectatur, quæ non ad vocis originem, sed ad soni similitudinem refertur, Quintiliano teste *l. 9. c. 3.* Hoc autem melior est allusio, quo propius veritatem rei notat. Nam in testamentis mens potissimum spectatur & dominatur. Proinde Valla frustra ridet Jurisconsultum: quasi mens nihilo plus operetur in testamento, quam in calceamento, vestimento, & similibus. Porro testamenti definitio est *in l. 1. D. eod.* 32 De qua v. Theophilum *hic*, ad quem dixi. 33 Imo tria. *inf. hoc §. vers. accessit.* Ulp. 20. §. 1. Fuit & quartum genus, prætorium; sed & quintum, civili jure. *Goth.* Vide Vacon. 1. *Declar. 16. per tot.* Aul. Gell. *lib. 15. cap. 27.* & Arnold. Vinn. hic. *S. L.* 34 Id est, in concione populi per cornicinem convocati, 15. *Gell. 27.* 35 Et in procinctu Gell. *d. loco.* Ulp. *tit. 20. dixi ad* Theoph. *hic & l. 43. D. de militari test. & ad* Festum *in procinctam classem.* 36 Quod & *raudus* dicebatur, quo emptor libram feriebat. *de quo scripsi ad leges XII. tab. lib. 2. tit. 13. §. 3.* 37 Vel mancipationem: quæ species erat alienationis, dixi ad *l. 77. D. de reg. jur.* Ulp. 19. §. 3. *& l. ult. C. de adopt.* 38 *v. l. ult. C. de adopt. l. 36. 38. D. de contr. empt. §. 6 Instit. quib. mod. jus patr. potestatis:* Ulp. 19. §. 3. 39 *De qua scripsi ad l. 6 C. de emancip. &* Ulp. 19. §. 3. 40 *Libripens* erat is qui stateram tenebat. Idem antestatus dicebatur. 1. Cajus 6. §. 4. Porro libræ adhibendæ solennitas ex eo profecta, quod veteres infectum argentum solebant appendere, non numerare. Nam P. Romanus argento signato non usus est ante Pyrrhum regem devictum, *v. Plin.* 3. Inde libralis (unde libella) & dupondius appellatur assis. Inde quoque impensæ & expensæ, dependere in rationibus, libripendia & libripendes. Eadem pendendi consuetudine utebantur in rerum mancipi venditionibus: cujus rei vestigia ad sua usque tempora mansisse in æde Saturni, refert Varro 4. *de lingua sub fin.* in qua trutina propter pensationem posita extabat. 41 Manent enim testes ficta emptione sublata. *Vigl.* 42 De quibus *l. 12. C. eod.* 43 Formam scripti Testamenti observa. 44 Jure Canonico, coram parocho & duobus testibus. *cap. 10. Extr. de Testam.* Quod mores ubique fere ad Notarium sive actuarium publicum & duos testes masculos, majores & fide dignos, extendunt. vide Grœneweg. *hic.* S. L. 45 *l. 14. D. de reb. dub.* iique septem, *ut hic:* pauciores *ex Novell. 41. Leonis. & c. 10. & 11. extr. eod.* 46 *l. 21. in fin. D. eod.* 47 Ad hoc rogati *d. l. 21. §. pen.* 48 *v. Nov. Leon. 42.* 49 *l. 29. in pr. C. eod.* 50 Hodie cujuslibet. *Nov. 119. c. 9.* 51 Non alio signo. Ulp. *in l. 22. §. signum. ff. eod.* a quo dissentit Accurs. Bart. Fab. & alii. 52 Alienus est etiam qui ab ipso testatore testi datur. *l. 22. §. 2. ff. eod.* 53 Modo subscriptione alienum constet. Spec. §. *videndum. tit. de probat.* 54 Active, vel passive *Th.* 55 *l. 20. §. 6. & seq. ff. eod.* 56 Et peregrinus: arcentur enim a solennibus. aliud ergo erit in Testamento non solenni, militari, ad pias causas, inter liberos, *Novell. 107.* donatione causa mortis, & Codicillis. *Vigl.* 57 *l. 26. ff. eod.* dixi *ad leges XII tab. tit. de test.* 58 *l. 1. C. eod.* 59 Quorum rescriptum non exstat. 60 De jure itaque testamentum est injustum, *l. 1. C. de Testam.* sed benignitate Imperatorum confirmatum, nec ex hoc §. recte colligitur communem errorem jus facere. De quo vide Morla, Emp. Jur. *p. v. tit. 2. quæst.* 26. Zichard. *ad l. 1. C. de Test. num. 5. 6.* Non enim error, sed imperium potestasque Cæsarum hoc jus peperit, quum alioqui testamentum injustum esset. *Ans.* 61 *l. 22. §. 1. ff. & d. l. 1. C. eod.* eo exemplo dici potest, morte testis tabulas testamenti non decidere. *v. l. 4. C. quemadm. testamenta aper.* 62 Huc quidam referunt casum testis impuberis, qui testamenti faciendi tempore pubes habebatur, postea impubes fuisse compertus est; quasi communis error & testamentorum favor etiam, hoc vitium suppleat: eoque adducunt text. *l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætor.* Quod, quum hodie testamentorum solennitas ad ordinariam facti (duorum sc. testium) probationem sit redacta, cui, ut de eo constet, nihil amplius demi potest, & impuberem ipsius naturæ & judicii defectus a dicendo testimonio repellat, ad exemplum trahi minime potest. *S. L.* 63 *l. 22. in pr. ff. eod.* 64 Secus in suo, *l. 10. ff. de testib.* 65 Et aliis. *l. 2. C. de testib.* 66 *l. 20. ff. eod.* 67 Et olim. *l. 20. in pr. ff. eod.* Ulp. 20. §. 3. sed innuit hodie abolitum testamentum per æs & libram: in quo, quia negotium peragebatur inter testatorem & emptorem, heres testis esse poterat. Ulp. *tit. 20.*

ſitatem transferentes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris, merito nec heredi (qui imaginem vetuſtiſſimi familiæ emptoris obtinet), neque aliis perſonis, quæ ei (ut dictum eſt) conjunctæ ſunt, licentiam concedimus, ſibi quodammodo teſtimonia præſtare. ideoque nec ejusmodi veteres conſtitutiones noſtro Codici inſeri permiſimus. §. 11. Legatariis autem & fideicommiſſariis, quia non juris [1] ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis conjunctis teſtimonium non denegamus [2]: imo in quadam noſtra conſtitutione [3] & hoc ſpecialiter eis conceſſimus [4]. Et multo magis iis, qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habent in poteſtate, hujusmodi licentiam damus. §. 12. Nihil autem intereſt, teſtamentum in tabulis [5], an in chartis, membranisve, vel in alia materia fiat. §. 13. Sed [6] & unum teſtamentum pluribus codicibus [7] conficere quis poteſt, ſecundum obtinentem tamen obſervationem omnibus factis: quod interdum etiam neceſſarium eſt, veluti ſi quis navigaturus & ſecum ferre, & [domi] relinquere judiciorum ſuorum conteſtationem velit, vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſſitatibus imminent.

§. 14. Sed hæc quidem de teſtamentis, quæ ſcriptis conficiuntur [ſufficiunt]: ſi quis autem ſine [8] ſcriptis voluerit ordinare jure civili teſtamentum, ſeptem teſtibus adhibitis, & ſua voluntate coram eis nuncupata, ſciat hoc perfectiſſimum teſtamentum jure civili, firmumque conſtitutum.

TIT. XI.
DE [9] MILITARI TESTAMENTO.

Supra dicta diligens obſervatio in ordinandis teſtamentis, militibus propter nimiam imperitiam [10] eorum, conſtitutionibus [principalibus [11]] remiſſa eſt. Nam quamvis ii neque legitimum numerum teſtium adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolennitatem obſervaverint; recte [12] nihilominus teſtantur, videlicet cum in expeditionibus occupati ſunt: quod merito noſtra [13] conſtitutio introduxit. Quoquo [14] enim modo voluntas ejus ſuprema inveniatur, ſive ſcripta ſive ſine ſcriptura; valet teſtamentum ex voluntate ejus. Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem in aliis locis vel ſuis ædibus [15] degunt, minime ad vendicandum tale privilegium adjuvantur: ſed teſtari quidem, etſi filii familiarum ſint, propter militiam conceduntur: jure tamen communi eadem obſervatione & in eorum teſtamentis adhibenda, quam in teſtamentis paganorum proxime expoſuimus.

§. 1. Plane de teſtamentis militum divus Trajanus Catilio [16] Severo ita reſcripſit: Id privilegium quod militantibus datum eſt, ut quoquo modo facta ab his teſtamenta rata ſint, ſic intelligi debet, ut utique prius conſtare debeat, teſtamentum factum eſſe; quod & ſine ſcriptura, & a non militantibus quoque fieri poteſt. Si ergo miles, de cujus bonis apud te quæritur, convocatis ad hoc [17] hominibus, ut voluntatem ſuam teſtaretur, ita loquutus eſt, ut declararet, quem vellet ſibi heredem eſſe, & cui libertatem tribueret; poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus, & voluntas ejus rata habenda eſt. Cæterum ſi (ut plerumque ſermonibus fieri ſolet) dixit alicui, ego te heredem facio, aut bona mea tibi relinquo; non oportet hoc pro teſtamento obſervari. Nec [18] ullorum magis intereſt, quam ipſorum, quibus id privilegium datum eſt, ejusmodi exemplum non admitti. Alioqui non difficulter poſt mortem alicujus militis teſtes exiſterent, qui adfirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona cui viſum ſit, & per hoc vera judicia ſubverterentur. §. 2. Quinimo & mutus & ſurdus [19] miles teſtamentum facere poteſt [20]. §. 3. Sed hactenus hoc illis a principalibus conſtitutionibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. Poſt miſſionem vero veterani, vel extra caſtra, [alii] ſi faciant adhuc militantes teſtamentum; communi omnium civium Romanorum jure id facere debent. Et quod in caſtris fecerint teſtamentum non communi jure, ſed quomodo voluerint, poſt miſſionem intra annum tantum valebit. Quid ergo ſi intra annum quis deceſſerit: conditio autem heredi adſcripta, poſt annum exstiterit? an quaſi militis teſtamentum valeat? Et placet valere, quaſi militis. §. 4. Sed & ſi quis ante [21] militiam non jure fecit teſtamentum, & miles factus & in expeditione degens reſignavit illud, & quædam adjecit, ſive detraxit; vel alias manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volentis: dicendum eſt valere hoc teſtamentum, quaſi ex nova militis voluntate. §. 5. Denique & ſi in [22] adrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus eſt, teſtamentum ejus quaſi ex nova militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri. §. 6. Sciendum tamen eſt, quod cum ad exemplum caſtrenſis peculii, tam anteriores [23] leges, quam principales conſtitutiones [24] quibusdam [25] quaſi caſtrenſia dederant peculia, & horum quibusdam permiſſum fuerat, etiam in poteſtate degentibus teſtari: noſtra [id] conſtitutio [26] latius extendens, permiſerit omnibus in hujusmodi peculiis teſtari quidem, ſed jure communi [27]. Cujus conſtitutionis tenore perſpecto licentia eſt, nihil eorum, quæ ad præfatum jus pertinent, ignorare.

TIT. XII.
QUIBUS [28] NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

Non tamen omnibus licet facere teſtamentum. Statim enim ii, qui [29] alieno juri ſubjecti ſunt, teſtamenti faciendi jus non habent: adeo quidem, ut quamvis parentes eis permiſerint, nihilo magis jure teſtari poſſint [30]: exceptis iis, quos antea enumeravimus, & præcipue militibus, qui in poteſtate parentum ſunt; quibus de eo quod in caſtris adquiſierunt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus [31] principum teſtamentum facere. Quod quidem jus ab initio tantum militantibus datum eſt, tam ex auctoritate D. Auguſti, quam Nervæ, nec non optimi Imperatoris Trajani: poſtea vero ſubſcriptione D. Hadriani, etiam dimiſſis a militia, id eſt, veteranis conceſſum eſt. Itaque ſiquidem fecerint de caſtrenſi peculio teſtamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerunt: ſi vero inteſtati deceſſerint, nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus, ad parentes eorum jure communi [32] pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus: quod in caſtris adquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patris creditores id vendere [33], vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune [34] eſſe: ſed ſcilicet proprium ejus eſſe, qui id in caſtris adquiſierit, quanquam jure civili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac ſervorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex ſacris conſtitutionibus & præcipue noſtris propter diverſas cauſas non adquiruntur. Præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium vel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filiusfamilias teſtamentum fecerit, inutile eſt, licet ſuæ poteſtatis [35] factus deceſſerit.

§. 1. Præterea [36] teſtamentum facere non poſſunt [37] impuberes [38]: quia nullum eorum animi judicium eſt. † Item furioſi [39]: quia mente carent. Nec ad rem pertinet, ſi impubes, poſtea pubes: aut furioſus, poſtea compos mentis factus fuerit, & deceſſerit. Furioſi autem, ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus [40] eſt, jure teſtati eſſe videntur [41]: certe eo, quod ante furorem fecerint, teſtamento valente: Nam neque teſtamentum recte factum, neque ullum aliud negotium recte geſtum, poſtea furor interveniens perimit. §. 2. Item prodigus [42], cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta [43] eſt, teſtamentum facere non poteſt [44]: ſed id, quod ante fecerit, quam interdictio bonorum ſuorum ei fiat, ratum eſt. §. 3. Item ſurdus [45] & mutus non ſemper teſtamentum facere poſſunt. Utique autem de eo ſurdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tarde exaudit: nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tarde loquitur. ſæpe enim etiam literati & eruditi homines variis caſibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. Unde noſtra [46] conſtitutio etiam his ſubvenit, ut certis caſibus & modis ſecundum normam ejus poſſint teſtari, aliaque facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis poſt teſtamentum factum, adverſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit; ratum nihilo minus manet ejus teſtamentum. §. 4. Cæcus autem non [47] poteſt [48] facere teſtamentum, niſi per obſervationem quam lex [49] D. Juſtini patris noſtri introduxit. §. 5. Ejus, qui apud hoſtes eſt [50], teſtamentum, quod ibi fecit, non [51] valet, quamvis redierit: ſed quod dum in civitate fuerat, fecit: ſive redierit, valet jure poſtliminii: ſive illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia.

TIT. XIII.
DE EXHEREDATIONE [52] LIBERORUM.

Non tamen ut omnino valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſervatio, quam ſupra expoſuimus: ſed qui filium in poteſtate habet, curare debet, ut eum heredem inſtituat [53], vel exheredem eum nominatim faciat [54]: alioqui ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur [55]: adeo quidem, ut ſi vivo patre filius mortuus ſit, nemo heres ex eo teſtamento exiſtere poſſit: quia ſc. ab [56] initio non conſtiterit teſtamentum. † Sed non ita de filiabus & aliis per virilem ſexum deſcendentibus liberis utriusque ſexus antiquitati fuerat obſervatum: ſed ſi non fuerant ſcripti heredes ſcriptæve, vel exheredati exheredatæve: teſtamentum quidem non infirmabatur, jus tamen adcreſcendi eis ad certam portionem præſtabatur: ſed nec nominatim eas perſonas exheredare parentibus neceſſe erat, ſed licebat inter cæteros hoc facere.

§. 1. Nominatim autem quis exheredari videtur, ſive ita exheredetur, *Titius*

1 Univerſi, ſed particularis tantum. Non ſunt etiam principaliter ſucceſſores, ſed ex conſequentia & per alium tantum, id eſt, per heredem. Mercede quoque nonnulla legatarii fuerunt provocandi, ne alioquin paſſim tabulæ teſtibus deſtituerentur. Vigl. *in l. 14. ff. de reb. dub.*
2 Loquitur de teſtamento ſcripto. §. 5. 10. & 14. *h. t.* Anſ. Etiam in Nuncupativo. *Vigl.* Moribus tamen indiſtincte eorundem teſtimonia reprobari recte notat *Græneweg.* hic. *S. L.*
3 Quæ fuit in priori Codice. 4 Confirmata *l. 20. in pr. ff. eod. l. 22. C. eod.* forte ob interpretum calumnias idem ſæpius inculcari oportuit. *Vigl.* 5 *v. l. 15. in fin. C. eod.* an & notis? *v. Nov. 107. c. 1.* 6 *l. 24. ff. eod.* 7 *l. 47. ff. de leg. 2.* 8 Per nuncupationem: de quo v. *l. 21. §. per nuncupationem. C. de teſt.*

9 *Lib. 29. D. 1. Lib. 6. C. 21.* 10 Tacit. *in Agricola.* 11 Julii, Titi, Domitiani, Nervæ, Trajani, *l. 1. ff. eod.* 12 Rite *Cujac.* 13 *l. pen. C. eod.* 14 *v. l. 1. in pr. ff. eod.* 15 Sedibus vel ſedetis. *v. l. 18. C. de Epiſc. aud.* 16 *l. 24. ff. eod.* 17 Duobus ſaltem. *l. 12. ff. de teſt. junct. l. 1. §. 2. ff. eod.* An hoc neceſſitatis eſt? negat contra communem Viglius, niſi conſtet militem convocatis hominibus teſtari voluiſſe, *ut hic:* alioquin ſufficere, ſi teſtetur vel uno teſte præſente. Th. *hic in pr.* 18 *l. 24. in fin. ff. eod.* 19 Simul: non autem natura, ut Accurſ. putat (ob id enim dimittebatur, *l. 4. ff. eod.* ut ſacramenti præſtandi, imperii, claſſici audiendi, atque petendæ factionis teſtamenti a principe incapax:) ſed ex accidenti, & quidem ſcribendi ignarus. 20 Nutu vel ſignis miles teſtari ex hac conſtitutione poteſt: reliqui non milites hoc beneficium ſpecialiter a Principe tenentur petere. *l. 7. D. qui teſt.* 21 *l. 9. in fin. l. 25. D. eod.* 22 *v. l. 22. D. eod.* 23 *v. l. 1. §. 6. D. ad Treb.* 24 *v. l. 7. C. de adſeſſ.* 25 De quib. v. *l. ult. C. de inoffic. Teſtam.* 26 *d. l. ult. C. de inoffic. teſtam.* 27 Intelligit eos qui non ſunt in expeditione ſed in hybernis vel aliis locis. §. 1. 2. 3. 4. *&c. h. t.* ſi enim ſunt in expeditionibus, poſſunt teſtari quomodo velint. *l. 1. in fin. ff. h. t.* Anſ.

28 *Lib. 28. D. 1. Lib. 6. C. 22.* 29 *l. 6. l. 16. D. eod. 3. C. eod.* 30 Cur magis donare poſſunt? *l. 25. D. de mortis cauſa donat.* An quod teſtamentum magis ſolenne, ac publici juris eſt, & ideo ex alieno arbitrio pendere non debet? An quod filiifamilias nullam hereditatem nullamve familiam habeant, quam transferant? aut potius quod hereditatem pacto transferri ſit incivile, donare patris juſſu non æque? 31 Filiusfamilias jure civili nulla de re teſtari poteſt, ſed conſtitutionibus. 32 Olim quaſi peculium, *l. 2. ff. de caſtrenſi.* hodie jure ſucceſſionis, *Nov. 118. c. 2.* 33 *C. ne filius pro patre.* 34 *v. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bon.*
35 Si tamen ſuæ poteſtatis factus, illud teſtamentum, quod de aliis rebus quam de caſtrenſibus vel quaſi, fecit, approbaverit, valebit. §. 4. *S. de militari teſtam. l. 20. §. 1. ff. h. t.* Anſ.
36 Teſtamentum facere impuberes ſeu pupilli non poſſunt. *ut hic. & l. 5. ff. eod.* quod olim remiſſum pupillis Tribunis militum, *l. ult. C. de teſtam. milit.* & pupillis cœlibatum profitentibus, *teſte Sozomeno & Niceph.* 37 *v. l. 5. ff. eod.* 38 Impuberes autem hic eſſe deſinunt maſculi poſt completum 14, fœminæ poſt 12 annum completum. *l. 5. ff. eod.* ubi dixi.
39 *v. l. 16. ff. eod. 2.* Cajus 2. §. 4. Paul. 3. *ſent.* 4. §. 5. Goth. Quia hic tempus teſtamenti facti, non mortis teſtatoris, inſpicitur. *l. 18. ff. de teſtam.* contra quam in §. 4. *Inſtit. de hered. qual. & differ.* Anſ. 40 *v.* quæ ſcripſi *ad l. 1. §. 10. ff. ſi quadrupes.* 41 In teſtamento Tuditani inſani Centumviri, magis quid ſcriptum eſſet, quam quis ſcripſiſſet, ſpectarunt. 7. *Valer.* 8.
42 *v. l. 15. ff. eod.* 43 Interdictionis formam v. *apud* Paul. 3. *ſent.* 4. §. 6. 44 Hoc jus quodammodo mutatum eſt conſtitutione *Leon.* 39. 45 *l. 6. §. 1. l. 7. ff. eod.*
46 *l. 10. C. eod.* 47 Ut olim. 3. Paul. 4. §. 4. v. *quæ not. ad Nov. Leon. 69.*
48 Poteſt autem: quia accire poteſt adhibitos teſtes, & audire ſibi teſtimonium perhibentes. Paul. *illo loco.* 49 *l. 8. C. eod.* 50 Obſidis, vel captivi, non legati. *l. 8. l. 11. l. 13. §. 1. ff. eod.* Paul. 3. *ſent.* 4. §. 8. 51 Valet ex *Novell. Leon.* 40.

52 *Lib. 28. D. 2. Lib. 6. C. 28. 29. Et ejus cauſis. Nov. 115. cap. 3. 2.* Caj. 3. 53 Quamvis ex minima parte. *Cont.* 54 Ea exheredatio differt ab abdicatione. *l. 6. C. de pat. poteſt.*
55 Etiam quoad legata & fideicommiſſa, & reliqua omnia. *l. 1. ff. de injuſt. rupt. l. 5. l. 30. ff. de lib. & poſthum. l. 30. §. 1. ff. de inoff. teſt. l. ult. in fin. C. de lib. præter.* Sed matris præteritio pro exheredatione eſt, quæ non niſi per inofficioſi querelam reſcinditur, manentibus legatis, & reliquis præter inſtitutionem articulis. §. *ult. Inſt. h. t. l. 1. ff. de legat. præſtand. contra tab. bon. poſſ. petita. Nov. 115. cap. 3.* S. L. Atqui ſuus præteritus petens bonorum poſſeſſionem contra tabulas, illud reſcindit? Non reſcindit: vel ideo, quod qui non petit, tacite parentis teſtamentum probat: & de parente modeſtius ſentit, quam ſi ejus teſtamentum nullum affirmaret. *Bart. Vigl. Goth.* 56 *v. l. 29. & 201. ff. de reg. juris.*

filius

filius meus exheres eſto: ſive ita, *filius meus exheres eſto*; non adjecto proprio nomine, ſcilicet, ſi alius filius non exſtet [1]. † Poſthumi quoque liberi, vel heredes inſtitui debent, vel [2] exheredari [3]. Et in eo par omnium conditio eſt, quod & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, ſive fœminini ſexus ſive maſculini, præterito, valet quidem teſtamentum, ſed poſtea adgnatione [4] poſthumi ſive poſthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideoque ſi mulier, ex qua poſthumus aut poſthuma ſperabatur, abortum fecerit: nihil impedimento eſt ſcriptis heredibus ad hereditatem adeundam. Sed fœminini quidem ſexus perſonæ, vel nominatim, vel inter [5] cæteros exheredari ſolebant: dum tamen, ſi inter cæteros exheredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ eſſe per oblivionem. Maſculos vero poſthumos, id eſt, filios & deinceps, placuit non aliter recte exheredari, niſi nominatim exheredarentur: hoc ſcil. modo, *quicunque mihi filius genitus fuerit, exheres eſto*. §. 2. Poſthumorum [6] autem loco ſunt & hi, qui in ſui heredis locum ſuccedendo, quaſi agnaſcendo fiunt parentibus ſui heredes: ut ecce, ſi quis filium, & ex eo nepotem neptemve in poteſtate habeat, quia filius gradu præcedit, is ſolus jura ſui heredis habet, quamvis nepos quoque & neptis ex eo in eadem poteſtate ſint. Sed ſi filius ejus vivo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate ejus: incipit nepos neptiſve in ejus locum ſuccedere: & eo modo jura ſuorum heredum quaſi adgnatione nanciſcitur. Ne ergo eo modo rumpatur ejus teſtamentum: ſicut ipſum filium vel heredem inſtituere, vel nominatim exheredare debet teſtator, ne non jure faciat teſtamentum: ita & nepotem neptemve ex filio neceſſe eſt ei vel heredem inſtituere, vel exheredare: ne forte eo vivo, filio mortuo ſuccedendo in locum ejus nepos neptiſve quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idque lege Julia Velleja [7] proviſum eſt, in qua ſimilis exheredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur. §. 3. Emancipatos liberos jure civili neque heredes inſtituere, neque exheredare neceſſe eſt: quia non ſunt ſui heredes. Sed Prætor omnes, tam fœminini ſexus, quam maſculini, ſi heredes non inſtituantur, exheredari jubet: virilis ſexus nominatim, fœminini [8] vero inter cæteros: quia ſi neque heredes inſtituti fuerint, neque ita (ut diximus) exheredati, permittit eis Prætor contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem. §. 4. Adoptivi liberi, quamdiu ſunt in poteſtate patris adoptivi, ejusdem juris habentur, cujus ſunt juſtis nuptiis quæſiti [9]: itaque heredes inſtituendi, vel exheredandi ſunt, ſecundum ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emancipati vero a patre adoptivo, neque jure civili, neque [eo] jure quod ad edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, ut ex diverſo (quod ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem ſunt in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur: ut eos neque heredes inſtituere, neque exheredare neceſſe ſit: cum vero emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi a naturali patre emancipati fuiſſent. §. 5. Sed hæc quidem vetuſtas introducebat. Noſtra [10] vero conſtitutio inter maſculos & fœminas in hoc jure nihil intereſſe exiſtimans: quia utraque perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio fungitur, & lege antiqua [XII. tabularum] omnes ſimiliter ad ſucceſſionem ab inteſtato vocabantur, quod & Prætores poſtea ſecuti eſſe videntur: ideo ſimplex ac ſimile jus, & in filiis, & in filiabus & in cæteris deſcendentibus per virilem ſexum perſonis, non ſolum jam natis, ſed etiam poſthumis introduxit: ut omnes ſive ſui, ſive emancipati [11] ſint, vel heredes inſtituantur, vel nominatim exheredentur: & eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda, & hereditatem auferendam, quem filii ſui vel emancipati habent, ſive jam nati ſint, ſive adhuc in utero conſtituti, poſtea nati ſint. Circa adoptivos autem [filios] certam induximus diviſionem, quæ in noſtra conſtitutione [12] quam ſuper adoptivis tulimus, continetur. §. 6. Sed ſi in expeditione occupatus miles teſtamentum faciat, & liberos ſuos jam natos, vel poſthumos nominatim non exheredaverit, ſed [ſilentio] præterierit, non ignorans, an habeat liberos: ſilentium ejus pro exheredatione nominatim facta valere, conſtitutionibus [13] Principum cautum eſt. §. 7. Mater, vel avus maternus, neceſſe non habent liberos ſuos aut heredes inſtituere, aut exheredare [14]: ſed poſſunt eos ſilentio omittere [15]. nam ſilentium matris, aut avi materni, & cæterorum per matrem aſcendentium, tantum facit, quantum exheredatio patris. Neque enim matri filium filiamve, neque avo materno nepotem neptemve ex filia, ſi eum eamve heredem non inſtituat, exheredare neceſſe eſt: ſive de jure civili quæramus, ſive de edicto Prætoris, quo [Prætor] præteritis liberis contra tabulas bonorum poſſeſſionem promittit: ſed aliud eis adminiculum [16] ſervatur: quod paulo poſt vobis manifeſtum fiet.

TIT. XIV.
DE HEREDIBUS [17] INSTITUENDIS [18].

HEredes inſtituere permiſſum eſt tam liberos homines, quam ſervos [19]: & tam proprios, quam alienos. Proprios autem olim quidem ſecundum plurium ſententias non aliter, quam cum libertate recte inſtituere licebat: hodie vero etiam ſine libertate, ex noſtra [20] conſtitutione heredes eos inſtituere permiſſum eſt. Quod non per innovationem induximus, ſed quoniam æquius erat, & Attilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſurium Sabinum, quam ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſervus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem teſtator habet, alio uſumfructum habente. † Eſt tamen caſus, in quo nec cum libertate utiliter ſervus a domina heres inſtituitur, ut conſtitutione divorum Severi & Antonini cavetur, cujus verba hæc ſunt: Servum adulterio maculatum [21] non jure teſtamento manumiſſum ante ſententiam [22] ab ea muliere videri, quæ rea fuerat ejusdem criminis poſtulata, rationis eſt [23]. Quare ſequitur, ut in eundem a domina collata heredis inſtitutio, nullius momenti habeatur [24]. † Alienus ſervus etiam is intelligitur, in quo uſumfructum teſtator habet. §. 1. Servus autem a domino ſuo heres inſtitutus, ſi quidem in eadem cauſa manſerit, fit ex teſtamento liber heresque ei neceſſarius. Si vero a vivo teſtatore manumiſſus fuerit; ſuo arbitrio adire hereditatem poteſt; quia non fit heres neceſſarius, cum utrumque ex domini teſtamento non conſequatur. Quod ſi alienatus fuerit; juſſu novi domini adire hereditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit heres: nam ipſe alienatus, neque liber, neque heres eſſe poteſt, etiamſi cum libertate heres inſtitutus fuerit: deſtitiſſe enim a libertatis datione videtur dominus, qui eum alienavit [25]. Alienus quoque ſervus heres inſtitutus, ſi in eadem cauſa duraverit, juſſu [26] ejus domini adire hereditatem debet. Si vero alienatus fuerit ab eo, aut vivo teſtatore, aut poſt mortem ejus, antequam adeat; debet [27] juſſu novi domini adire. At ſi manumiſſus eſt vivo teſtatore, vel mortuo antequam adeat, ſuo arbitrio adire poteſt hereditatem. §. 2. Servus etiam alienus poſt domini mortem recte heres inſtituitur: quia & cum hereditariis ſervis eſt teſtamenti factio. Nondum [28] enim adita hereditas perſonæ vicem ſuſtinet, non heredis futuri, ſed defuncti [29]: cum etiam ejus, qui in [30] utero eſt, ſervus recte heres inſtituatur. §. 3. Servus [autem [31]] plurium, cum quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo inſtitutus heres, unicuique dominorum, cujus juſſu adierit, pro portione dominii adquirit hereditatem. §. 4. Et unum hominem, & plures usque in [32] infinitum, quot quis heredes velit, facere licet. §. 5. Hereditas [33] plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad aſſem, ut puta hæc: ſeſcunx [34], ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Non autem utique [ſemper] duodecim uncias eſſe oportet. nam tot unciæ aſſem efficiunt, quot teſtator [35] voluerit: & ſi unum tantum quis ex ſemiſſe (verbi gratia) heredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit. Neque enim idem [36], ex parte teſtatus & ex parte inteſtatus decedere poteſt: niſi ſit [37] miles, cujus ſola voluntas in teſtando ſpectatur. Et e contrario poteſt quis in quotcunque voluerit plurimas uncias ſuam hereditatem dividere [38]. §. 6. Si plures inſtituantur heredes: ita demum in hoc caſu partium diſtributio neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus heredes eſſe: ſatis enim conſtat, nullis partibus nominatis ex æquis [39] partibus eos heredes eſſe [40]. Partibus autem in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit: ſi quidem aliqua pars aſſi deerit: ex [41] ea parte heres fit. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt, omnes in eandem partem concurrunt [42]. Si vero totus as completus ſit: ii, qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam partem vocantur: & ille, vel illi omnes in alteram dimidiam [43]. Nec intereſt [44], primus, an medius, an noviſſimus ſine parte heres ſcriptus ſit: ea enim pars data intelligitur [45], quæ vacat. §. 7. Videamus, ſi pars aliqua vacet, nec tamen quisquam ſine parte ſit heres inſtitutus, quid juris ſit: veluti ſi tres ex quartis partibus heredes ſcripti ſunt. Et conſtat, vacantem partem ſingulis tacite pro hereditaria parte accedere [46], & perinde haberi, ac ſi ex tertiis partibus heredes ſcripti eſſent. Et ex diverſo, ſi plures heredes ſcripti in portionibus ſint, tacite [47] ſingulis decreſcere [48]: ut ſi (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus heredes ſcripti ſint, perinde habeantur, ac ſi unusquisque ex quarta parte heres ſcriptus fuiſſet [49]. §. 8. Et ſi plures unciæ quam duodecim diſtributæ ſint: is, qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio deeſt, habebit. Idemque erit [50], ſi dupondius expletus ſit. Quæ omnes partes ad aſſem poſtea revocantur, quamvis ſint plurium unciarum. §. 9. Heres & pure & ſub [51] conditione inſtitui poteſt: ex certo tempore, aut ad certum tempus non poteſt [52]: veluti, *poſt quinquennium quam moriar*: vel *ex calendis illis*, vel *usque ad calendas illas heres eſto*. Denique diem adjectum haberi pro ſupervacuo [53] placet: & perinde eſſe, ac ſi pure heres inſtitutus eſſet. §. 10. Impoſſibilis [54] conditio in inſtitutionibus & legatis, nec non in fideicommiſſis & libertatibus pro non ſcripta habetur [55]. §. 11. Si plures conditiones in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt, ſi quidem conjunctim, ut puta *ſi illud & illud factum fuerit*, omnibus parendum eſt; ſi ſeparatim, veluti *ſi illud aut illud factum erit*, cuilibet [56] [conditioni] obtemperare ſatis eſt. §. 12. Ii, quos nunquam [57] teſtator vidit, heredes inſtitui poſſunt: veluti ſi fratris filios peregrinantes [58], ignorans qui eſſent, heredes inſtituerit: ignorantia enim teſtantis inutilem inſtitutionem non facit.

1 *l. 2. D. de liberis & poſthumis.* vel aliter, ut *l. 24. D. de manum. teſtam.* 2 Hodie liberi non poſſunt exheredari ſine cauſa, quæ in poſthumo nulla eſſe poteſt. *arg. Nov.* 118. *c.* 1. *& Nov.* 115. *c.* 3. 3 Alioqui teſtamentum nullum eſt ipſo jure, non ex æquo & bono, *l. 17. ff. de injuſto rupt. & irrit.* v. quæ ſcripſi ad *l. ult. C. de bon. poſſeſſ. cont. tab.* 4 *l. 3. §. 6. ff. de injuſto rupt. & irrit.* Cic. *pro Cæcinna.* 5 Non nominatim & ἀορίστως. *Theoph.* Veluti ſi quibusdam inſtitutis ita ſubjungat teſtator, *cæteri exheredes ſunto. l. 25. in pr. ff. de lib. & poſthum.* 6 *l. 13. ff. de injuſto rupt. & irrit.* 7 Hic §. ita accipiendus eſt: Lege 12. tab. poſthumi alieni heredes inſtitui non poterant; Præteritis ergo ſimiles rumpebant ipſo jure teſtamentum avi. Quod ne fieret, dedit Prætor poſthumis bonorum poſſeſſionem ventris, & ſecundum tabulas. Ne eo nomine Prætor ſemper eſſet adeundus, Gallus Aquilius vel lege, vel interpretatione induxit, nepotem poſt mortem avi ex filio præmortuo naſciturum inſtituendum: poſtea Julius Vellejus, ut idem eſſet ſi vivo avo naſceretur, conſtituit, eamque legem Scævola poſtea interpretatus eſt. *l. 29. ff. de lib. & poſth.* 8 In nepotibus exheredandis alia ſunt jura civilia, alia prætoria. v. *l. ult. C. de liberis præterit.* 9 *l. 15. l. 27. l. 45. ff. de Adopt. l. 13. C. de probat. l. 1. ff. de bonor. poſſ. contra tab. §. 8. ̃s de Adopt.* Quod verum eſt, ſi pater adoptivus decedat antequam filium emancipet; alioquin civilis adoptionis actus contraria emancipatione ſolvitur. *l. 14. ff. de Adopt.* Anſ. 10 *l. 4. C. de lib. præt.* 11 Et extraneo in adoptionem adſciti. *l. 10. verſ. omnia igitur. C. de Adopt.* Anſ. 12 *l. pen. C. de adopt.* 13 *l. 9. cum ſeq. C. de teſtam. milit.* 14 Ut nec liberi parentes. *l. 17. C. de inoffic.* 15 Ut ita *l. 4. C. de lib. præt.* ad paterna tantum teſtamenta pertineat. 16 Inofficioſi querela. *l. 13. C. de inoffic. teſtam.* Anſ.

17 *Lib. 28. D. 5. Lib. 6. C. 24.* & ſeqq. 18 Id eſt, qui & qualiter heredes fieri poſſint. 19 *l. 3. l. 31. ff. eod.* 20 *l. pen. C. de neceſſar. ſerv. hered.* 21 ἔνοχον ὄντα τῇ μοιχείᾳ. ſed alibi accuſatum. *l. 48. §. 2. ff. eod.* Goth. Vid. *l. 12. §. 1. ff. Qui & a quib. manum.* Et ſic detrahitur alicui jus quæſitum. *§. fin. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Anſ. 22 Id eſt, cognitionem finitam, *l. 12. §. pen. ff. qui & a quibus.* 23 An aliud, ſi abſolutus ſit? hoc putat Viglius *arg. l. 77. §. 4. ff. de leg. 2.* 24 Pœna capitalis in utrumque conſtituta eſt hodie. *l. unic. C. de mulier. quæ ſe prop. ſerv. junx.* 25 *Novell. 162. cap. 1. §. 12. Inſtit. de legat.* Anſ. 26 Ne oneroſæ hereditati invitum dominum obliget. *Vig.* 27 *l. 62. in fin. ff. de adq. her.* 28 *v. l. 31. in fin. ff. eod.* 29 Id enim utilius eſt: quid enim ſi non poſſit futurus heres inſtitui? *Vigl.* 30 *l. 64. ff. eod.* 31 *l. 79. ff. de adq. her.* 32 Modo non vagetur voluntas ſub incerta dinumeratione. *v. l. 1. §. ſi autem. D. ad SC. Treb.* & præſertim *§. incertis. Inſtit. de leg.* 33 *v. l. 13. §. 1. & l. 50. in fin. D. eod.* 34 Hæc ſeſcunx. alii uncia. *Goth.* De hiſce Veterum computandi formulis vide Anton. Auguſtin. *lib. 2. Emendat. cap. 8. &* Duaren. *lib. 2. diſput. 36.* Sed præterea hereditas in partes naturales dividitur; veluti in duas dimidias, tres tertias, & quatuor quartas, & ſex ſextas. *l. 2. §. 7. ff. de collat. §. 7. J. h. t. l. 76. ff. de acq. vel omitt. hered.* Quod & moribus fere convenit, quibus rarior in teſtamentis aſſis aut unciarum diſtributio. *S. L.* 35 *v. l. 2. §. 2. D. de bon. poſſ. ſecund. tab. l. 13. §. 1. D. eod.* Adde *l. 17. & l. 58. §. 1. ff. eod.* 36 Paganus, *l. 7. D. de reg. jur.* Goth. Hodie quilibet paganus pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedit, adeoque ſi quis ex certa re inſtitutus ſit, nullo dato coherede, tota hereditas ei accreſcit. Grœneweg. hic. & ibi alleg. *S. L.* 37 *l. 6. in fin. ff. de teſt. milit.* Imo alius quam miles, *l. 15. D. de inofficioſo teſtam.* 38 *l. 9. §. 12. ff. eod.* 39 *v. l. 17. ff. eod.* 40 *v. l. 9. §. hered. D. eod.* & gravatos, *l. 124. D. de leg. 1.* 41 *l. 17. in pr. D. eod.* 42 Æqualiter. 43 Videtur enim teſtator ad dupondium deſcendiſſe. *d. l. 17. §. 5. ff. eod.* 44 *v. l. 20. D. eod.* 45 *l. 78. §. 2. D. eod.* 46 *l. 13. §. 2. D. eod.* 47 *d. l. 13. §. 3.* 48 *l. 13. §. 4. D. eod.* 49 Niſi expleto aſſe teſtator ipſe ſcripſerit: *ex reliqua parte Sejus heres eſto.* tunc enim nihil capiet, quia nihil ſupereſt. *l. 17. §. 3. ff. h. t.* Anſ. 50 *v. l. 17. in fin. D. eod.* 51 *Tot. Tit. de cond. inſt.* 52 Sed vitio temporis ſublato, manet inſtitutio. *l. 34. D. eod.* 53 Ut utile per inutile non vitietur. 45 Paul. 3. *ſent. 4. §. 14.* 55 Id eſt, non vitiat ſed vitiatur, quia non præſumitur teſtator inteſtatus decedere voluiſſe. *Weſ.* aliud in ſtipulatione & contractibus. v. *l. 31. de obl. & §. 11. Inſtit. de inut. ſtipul.* 56 Id eſt, alterutri. v. *l. 13. D. de reb. dub.* 57 *l. 11. C. eod.* 58 Sic vertit Theoph. οἷον ἐάν τις ἀδελφῶν ἐπὶ ξένης διάγοντα ἐπαιδοποιήσεν ἔτος. aliud in peregrinis. *l. 1. C. eod.*

TIT.

TIT. XV.
DE VULGARI [1] SUBSTITUTIONE.

Poteſt autem quis in teſtamento ſuo plures [2] gradus heredum facere: ut puta: *Si ille heres non erit, ille heres eſto:* & deinceps, in quantum velit teſtator, ſubſtituere [3] poteſt; ut noviſſimo loco in ſubſidium vel ſervum neceſſarium heredem inſtituere [poſſit.] §. 1. Et plures in unius locum poſſunt ſubſtitui, vel unus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel invicem ipſi, qui heredes inſtituti ſunt. §. 2. Et ſi [4] ex diſparibus partibus heredes ſcriptos invicem ſubſtituerit, & nullam mentionem in ſubſtitutione partium habuerit: eas videtur [5] in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit. (& ita D. Pius reſcripſit.) §. 3. Sed [6] ſi inſtituto heredi, coherede ſubſtituto dato, alius ei ſubſtitutus fuerit; divi Severus & Antoninus ſine diſtinctione [7] reſcripſerunt, ad utramque partem ſubſtitutum admitti.

§. 4. Si [8] ſervum alienum quis patremfamilias arbitratus, heredem ſcripſerit; & ſi heres non eſſet, Mævium [9] ei ſubſtituerit; iſque ſervus juſſu domini adierit hereditatem: [Mævius] ſubſtitutus, in partem admittitur. Illa enim verba, *ſi heres non erit*, in eo quidem, quem alieno juri ſubjectum eſſe teſtator ſcit, ſic accipiuntur, Si neque ipſe heres erit, neque alium heredem effecerit: in eo vero, quem patremfamilias eſſe arbitratur, illud ſignificant, Si hereditatem ſibi, vel ei, cujus juri poſtea ſubjectus eſſe cœperit, non adquiſierit [10]. Idque Tiberius [11] Cæſar in perſona Parthenii [12] ſervi ſui conſtituit.

TIT. XVI.
DE PUPILLARI [13] SUBSTITUTIONE.

Liberis ſuis impuberibus [14] quos in poteſtate quis habet [15], non ſolum ita, ut ſupra diximus, ſubſtituere poteſt, id eſt, ut ſi heredes ei non exſtiterint, alius ſit ei heres; ſed eo amplius, ut ſi heredes ei exſtiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliquis heres: veluti ſi quis dicat hoc [16] modo, *Titius filius meus heres mihi eſto. Et, ſi filius meus heres mihi non erit* [17]: *ſive heres erit, & prius moriatur quam in ſuam* [18] *tutelam venerit: tunc Seius heres eſto:* quo caſu, ſi quidem non exſtiterit heres filius; tunc ſubſtitutus patri fit heres, ſi vero exſtiterit heres filius, & ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio fit heres ſubſtitutus: nam moribus [19] inſtitutum eſt, ut quum ejus ætatis filii ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant.

§. 1. Qua ratione excitati etiam conſtitutionem [20] poſuimus in noſtro Codice, qua proſpectum eſt, ut ſi qui mente captos [21] habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cujuſcunque ſexus vel gradus, liceat eis, & ſi puberes ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, certas perſonas ſubſtituere [22]: ſin autem reſipuerint, eandem ſubſtitutionem infirmari [23]; & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ, poſtquam pupillus adoleverit, infirmatur.

§. 2. Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecundum præfatum modum ordinata, duo [24] quodammodo ſunt teſtamenta: alterum patris, alterum filii, tanquam ſi ipſe filius ſibi heredem inſtituiſſet: aut certe unum teſtamentum eſt duarum cauſarum, id eſt, duarum hereditatum. §. 3. Sin [25] autem quis ita formidoloſus ſit, ut timeat, ne filius ſuus pupillus adhuc, ex eo, quod palam ſubſtitutum acceperit, poſt obitum ejus periculo inſidiarum ſubjaceat: vulgarem quidem ſubſtitutionem palam facere, & in primis teſtamenti partibus [ordinare] debet: illam autem ſubſtitutionem, per quam, ſi heres exſtiterit pupillus & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur; ſeparatim in inferioribus partibus [26] ſcribere debet, eamque partem proprio lino [27], propriaque cera conſignare: & in priore parte teſtamenti cavere, ne inferiores tabulæ vivo filio & adhuc impubere aperiantur [28]. Illud palam eſt, non ideo minus valere ſubſtitutionem impuberis filii, quod in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque heredem inſtituiſſet: quamvis pupillo hoc periculoſum ſit. §. 4. Non ſolum autem heredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, ut ſi heredes eis exſtiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis heres is, quem ipſi voluerint: ſed etiam exheredatis [29]. Itaque eo caſu, ſi quid [exheredato] pupillo ex hereditatibus, legatiſve, aut donationibus propinquorum atque amicorum adquiſitum fuerit: id [30] omne ad ſubſtitutum pertinebit.

† Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum vel heredum inſtitutorum, vel exheredatorum, eadem etiam de poſthumis [31] intelligimus.

§. 5. Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & [32] ſibi faciat: nam pupillare teſtamentum, pars [33] & ſequela eſt paterni teſtamenti; adeo ut ſi patris teſtamentum non valeat, nec filii quidem valebit.

§. 6. Vel [34] ſingulis liberis, vel ei, qui eorum noviſſimus impubes morietur, ſubſtitui poteſt: ſingulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum decedere voluerit; noviſſimo, ſi jus legitimarum hereditatum integrum inter eos cuſtodiri velit. §. 7. Subſtituitur autem impuberi aut nominatim, veluti *Titius:* aut generaliter, ut [35], *quiſquis heres mihi erit*. Quibus verbis vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi, qui & ſcripti ſunt heredes, & exſtiterunt, & pro qua parte heredes facti ſunt [36]. §. 8. Maſculo igitur uſque ad quatuordecim [37] annos ſubſtitui poteſt: fœminæ uſque ad duodecim annos: & ſi hoc tempus exceſſerint, ſubſtitutio evaneſcit [38]. §. 9. Extraneo [39] vero, vel filio puberi heredi inſtituto, ita [40] ſubſtituere nemo [41] poteſt, ut ſi heres exſtiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit heres: ſed hoc ſolum permiſſum eſt, ut eum per fideicommiſſum teſtator obliget, alii hereditatem ejus, vel totam, vel pro parte reſtituere; quod jus quale ſit, ſuo loco [42] tradēmus.

TIT. XVII.
QUIBUS [43] MODIS TESTAMENTA INFIRMENTUR.

Teſtamentum jure [44] factum uſque eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat. §. 1. Rumpitur autem teſtamentum, cum in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti jus vitiatur. Si quis enim poſt factum teſtamentum [45] adoptaverit ſibi filium per Imperatorem, eum, qui eſt ſui juris; aut per Prætorem ſecundum noſtram conſtitutionem, eum, qui in poteſtate parentis fuerit: teſtamentum ejus rumpitur, quaſi adgnatione ſui heredis. §. 2. Poſteriore quoque teſtamento quod [46] jure perfectum eſt, ſuperius [47] rumpitur [48]: nec intereſt, exſtiterit aliquis heres ex eo, an non: hoc enim ſolum ſpectatur, an aliquo caſu exiſtere potuerit. Ideoque ſi quis aut noluerit heres eſſe; aut vivo teſtatore, aut poſt mortem ejus, antequam hereditatem adiret, deceſſerit; aut conditione, ſub qua heres inſtitutus eſt, defectus ſit: in his caſibus paterfamilias inteſtatus moritur. Nam & prius teſtamentum non valet, ruptum a poſteriore: & poſterius æque nullas habet vires, cum ex eo nemo heres exſtiterit. §. 3. Sed & ſi [49] quis priore teſtamento jure perfecto, poſterius æque jure fecerit: etiamſi ex certis [50] rebus in eo heredem inſtituerit, ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſſe, divi Severus & Antoninus reſcripſerunt: cujus conſtitutionis verba [& hic] inſeri juſſimus, quum aliud quoque præterea in ea conſtitutione expreſſum ſit. Imperatores Severus & Antoninus Cocceio Campano: Teſtamentum ſecundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres ſcriptus ſit, perinde jure valere [51], ac ſi rerum mentio facta non eſſet: ſed & teneri heredem ſcriptum, ut contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege Falcidia [52], hereditatem reſtituat his, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta fideicommiſſi verba, quibus ut valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt, dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo efficitur. §. 4. Alio autem modo teſtamenta jure facta infirmantur: veluti cum is, qui fecit teſtamentum, capite [53] deminutus ſit; quod quibus modis accidat, primo libro retulimus.

§. 5. Hoc autem caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant; & ea, quæ ſtatim ab initio non jure fiunt, irrita ſunt: ſed & ea, quæ jure facta ſunt, & poſtea per capitis deminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſane commodius erat, ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui [54]: ideo quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi, vel irrita fieri. §. 6. Non tamen per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio jure facta, per capitis deminutionem irrita facta ſunt: nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt, poteſt ſcriptus heres [55] ſecundum tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere: ſi modo defunctus & civis Romanus & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit. Nam ſi ideo irritum factum ſit teſtamentum, quia civitatem, vel etiam libertatem teſtator amiſit; aut quia in adoptionem ſe dedit, & mortis tempore in adoptivi patris poteſtate ſit: non poteſt ſcriptus heres ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem petere [56]. §. 7. Ex eo autem ſolo non [57] poteſt infirmari teſtamentum, quod poſtea teſtator id noluerit valere: uſque adeo, ut & ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſterius facere cœperit, & aut mortalitate præventus, aut quia eum ejus rei pœnituit, id non perfecerit, divi Pertinacis Oratione [58] cautum ſit, ne alias tabulæ priores jure factæ, irritæ fiant, niſi ſequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint: nam imperfectum [59] teſtamentum ſine dubio nullum eſt. §. 8. Eadem oratione expreſſit, non admiſſurum ſe hereditatem ejus, qui litis [60] cauſa Principem reliquerit heredem: neque tabulas non legitime factas, in quibus ipſe ob eam cauſam heres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nuda voce heredis nomen admiſſurum: neque ex ulla ſcriptura, cui juris auctoritas deſit, aliquid adepturum. Secundum hoc divi Severus & Antoninus ſæpiſſime reſcripſerunt. Licet enim (inquiunt) legibus ſoluti ſimus, attamen [61] legibus vivimus.

TIT. XVIII.
DE [62] INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Quia plerumque parentes ſine cauſa [63] liberos ſuos exheredant, vel omittunt: inductum eſt, ut de inofficioſo teſtamento agere poſſint liberi, qui queruntur, aut inique ſe exheredatos, aut inique præteritos; hoc [64] colore, quaſi non ſanæ mentis fuerint, cum teſtamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quaſi vere furioſus ſit, ſed recte quidem fecerit teſtamentum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi vere furioſus ſit [65], nullum teſtamentum eſt. §. 1. Non autem liberis tantum permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare: verum etiam liberorum parentibus [66].

1 *L. 28. D. 6. L. 6. C. 25. 26.* Vulgaris ſubſtitutio dicitur ὅτι ἐπὶ παντὸς ἁρμόζει τοῦτο μὲν ἐξωτικοῦ, τοῦτο δὲ καὶ παιδός. Theoph. *J. tit. prox.* vel quod a quocunque, de quocunque, in quemcunque caſum concipi poſſit, nihil ſpeciale habens. *Bart.* 2 *l. 36. D. h. t. in pr.* 3 *abundant:* ſubſtituere poteſt. 4 *l. 24. ff. eod.* 5 Præſumptionis hoc genus obſerva. 6 *l. 27. ff. eod.* 7 Hujus diſtinctionis mentio fit in *l. 41. ff. h. t.* Anſ. 8 *l. 40. ff. de hered. inſt.* 9 Mævium coheredem, *Cantiuncula hic.* 10 *l. 40. ff. de heredib. inſtituend.* 11 Al. *Tit. Veſpaſ.* Alc. 2. *diſpunct.* 2. adde *Sueton. Dionem, Martialem.* 12 Hujus meminit Martialis variis locis.

13 Quæ fit liberis a patre, cujuſque vis confertur in id tempus, quo pupilli futuri ſunt, id eſt, poſt mortem patris. *L. 28. D. 6. & 6. C. 26.* 14 Id eſt, ſi intra pubertatem deceſſerint. *l. 7. C. de Impub. & aliis ſubſtit.* 15 His verbis excluduntur emancipati, ſpurii, & naturales (niſi ſub conditione legitimationis,) & matres. *Vigl.* 16 Adde *aliam formulam ex* 2. Caji 4. §. 3. 17 Hanc formam ſubſtituendi, Βουλγαροπουπιλλαρίαν vocat Theophilus. 18 Id eſt, ſi moriatur durante tutela. *l. 9. §. 1. ff. de admin. tut.* atque ita impubes. 19 *l. 2. ff. eod.* nam vulgaris eſt ex *lege* 12. *tab. l.* 162. *ff. de verb. ſign.* 20 *l. 9. C. eod.* 21 ἤγουν παραφρονοῦντας. Theoph. 22 Exemplaris hæc ſubſtitutio eſt, de qua hic & duobus locis in jure. *l. ex facto.* 43. *ff. de vulgari. l. 9. C. de impub.* 23 alii addunt: *ſancimus.* 24 Principale & pupillare ſcilicet, *dixi ad l. pen. ff. teſt. quemad.* & tamen unum. *l. 20. ff. eod.* 25 2. Cajus 4. §. 3. 26 Id eſt, ima cera, Sueton. *in Julio c.* 15. in extrema pagina, 2. Cajus 4. §. 3. 27 *v.* Paul. 5. *ſent.* 25. §. 5. 28 Sed cum pubes obierit. Talis eſt cautio *in l. ult. ff. ad SC. Treb.* 29 *l. 1. §. 2. ff. h. t.* Ulp. 23. §. 8. Theoph. *hic.* 30 Imo id ſolum quod a teſtatore profectum eſt. *l. 41. §. pen. ff. de milit. teſt.* 31 *l. 2. §. 4. in fin. ff. h. t.* 32 *l. 1. in fin. & l. 2. §. prius* 4. *ff. eod.* non tamen converſa ſcriptura nocebit: ſi modo ſubſtitutioni conjunctim hæreat inſtitutio: quippe inter conjuncta ἀμέσως pene nihil præcedere vel ſequi videtur. *Vigl.* 33 *l. 38. in fin. ff. eod. l. pen. ff. h. teſtam. quem. aper.* 34 *l. 37. ff. h. t.* 35 *l. 3. l. 5. l. 8. §. 1. l. 10. in pr. ff. eod.* 36 *l. 24. ff. eod.* 37 *v. l. 7. ff. eod.* 38 Non poteſt enim liberam teſtandi facultatem filio eripere. *tot. tit. C. ſi quis aliq. teſt. proh.* ac ne princeps quidem id facere poteſt. *l. 43. ff. h. t.* Anſ. 39 Extraneus non erit, ſi eum adoptet. *l. 2. ff. eod.* 40 Id eſt, poſt pubertatem. 41 Niſi miles. *l. 15. ff. eod.* 42 *l. 41. §. 2. ff. h. t.* Anſ.

43 *L. 28. D. 3.* 44 Id eſt, rite. *l. 6. in pr. ff. ad leg. Corn. de falſ.* 45 *l. 8. D. eod.* 46 Non alias. *§. pen. Inſt. eod.* Goth. Vid. *l. 2. de injuſt. rupt.* Quando teſtamentum poſterius, etiam imperfectum, tollat prius, *l. 31. §. 3. C. de Teſtam. & ibi* Sichard. *Anſ.* 47 Cur ita? *v. l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* 48 Ipſo jure: ut ſuperflua ſit Notariorum cautio, qui prioris teſtamenti revocationem ſecundo ingerunt. *Vigl.* hic num. 1. & 2. *Goth.* Sichard. *l. 21. §. 3. Verſ. Unde ſi quis. C. de Teſtam.* Anſ. 49 *l. 29. D. ad SC. Treb.* 50 In quibus teſtatorem tantum derogaſſe priori teſtamento, quis arbitrari poſſet. *Vigl.* 51 *l. 1. §. 4. l. 10. D. de her. inſt.* 52 Lex Falcidia ad fideicommiſſa ex Pegaſiano: ad donationes cauſa mortis, ex conſt. D. Severi: ad Codicillos, & inteſtati cauſam, ex conſtit. Antonini producitur, *Cujac.* 53 *l. 6. §. irritum D. de inj. rup. teſt.* 54 *vid. §. 29. J. de leg.* Anſ. 55 *l. 12. D. de inj. rup.* 56 Quæ negatur ei, qui jus teſtandi non habet. *l. 1. §. 8. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* 57 Imo poſſe videtur. *l. 29. D. de teſtam.* 58 Hujus orationis meminit Capitolinus *in Pertinace.* 59 Imperfectus actus nihil operatur. Imperfecta jure pro nullis habentur. *l. 6. de his qui ſatisd. cog.* 60 *l. ult. D. qui teſtam. l. 91. D. de her. inſt.* 61 *l. 3. C. de teſtam.*

62 *5. D. 2. Lib. 3. C. 28.* 63 Id eſt, ex injuſta, cui non aſſentiendum. *l. 4. D. h. t.* 64 *l. 2. D. eod.* quia nulla impugnandi ejus teſtamenti cauſa commodior: ceſſat enim injuriarum poſt mortem. 65 *l. 16. in fin. D. qui teſtam. fac.* 66 *l. 1. l. 15. ff. h. t.*

Soror autem & frater [1] turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus prælati sunt. Non ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra [2] fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere. §. 2. Tam autem naturales [3] liberi, quam secundum nostræ constitutionis [4] divisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si [5] nullo alio jure ad defuncti bona venire possint. Nam qui ad hereditatem totam vel partem ejus alio jure veniunt, de inofficioso agere non possunt. Posthumi quoque, qui nullo alio jure venire possunt, de inofficioso agere [6] possunt. §. 3. Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus a testatoribus testamento relictum est, quod nostra [7] constitutio ad verecundiam naturæ introduxit. Sin vero quantacunque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescente, id, quod eis deest, usque ad quartam legitimæ partis [8] repleatur [9]: licet non fuerit adjectum, boni viri [10] arbitratu debere eam compleri [11]. §. 4. Si tutor nomine pupilli, cujus tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum a patre suo: nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere [12]. §. 5. Sed si e contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse [tutor,] quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non [13] amittit. §. 6. Igitur quartam [14] quis debet habere, ut de inofficioso agere non possit: sive jure hereditario, sive [15] jure legati, vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter vivos: in iis tantummodo casibus, quorum mentionem facit nostra constitutio; vel aliis modis, qui [in nostris] constitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum est: ut sive unus fuerit, sive plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, una quarta eis dari possit, ut ea pro rata eis distribuatur [16].

TIT. XIX.
DE HEREDUM QUALITATE, ET DIFFERENTIA.

Divisio heredum. 1. *De heredibus necessariis.* 2. *De suis heredibus.* 3. *De extraneis. Qui sunt heredes extranei.* 4. *De testamenti factione.* 5. *De jure deliberandi, & beneficio inventarii.* 6. *De acquirenda vel amittenda hereditate.*

HEredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui & necessarii, aut extranei. §. 1. Necessarius heres est servus heres institutus. Ideoque sic appellatur, quia sive velit [17], sive nolit, omnino post mortem testatoris protinus liber & necessarius heres fit. Unde qui facultates suas suspectas habent, solent servum suum primo, aut secundo, aut etiam ulteriore gradu heredem instituere; ut si creditoribus satis non fiat, potius ejus heredis bona, quam ipsius testatoris a creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos dividantur. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum præstatur, ut ea, quæ post mortem patroni sui sibi adquisierit, ipsi reserventur. Et quamvis bona defuncti non sufficiant creditoribus: [iterum] tamen ex ea causa res ejus, quas sibi adquisierit, non veneunt. §. 2. Sui [18] autem & necessarii heredes sunt, veluti filius, filia, nepos, neptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in potestate [19] morientis modo fuerint. Sed ut nepos neptisve sui heredes sint, non sufficit eum eamve in potestate avi mortis tempore fuisse: sed opus est, ut pater ejus vivo patre suo desierit suus heres esse, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus a patris potestate: tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, & vivo quoque patre quodammodo [20] domini existimantur. Unde etiam si quis intestatus moriatur, prima [21] causa est in successione liberorum [22]. Necessarii vero ideo dicuntur, quia omnino, sive [23] velint, sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento [ex lege duodecim tab.] heredes fiunt: sed his Prætor [24] permittit [25] volentibus abstinere hereditate, ut potius parentis, quam ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur.

§ 3. Cæteri, qui testatoris juri subjecti non sunt, extranei [26] heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti, extranei heredes nobis videntur. Qua de causa, & qui heredes a matre instituuntur, eodem numero sunt: quia fœminæ in potestate liberos non habent [27]. Servus quoque heres a domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur. §. 4. In extraneis heredibus illud observatur [28], ut sit cum eis testamenti factio, sive heredes ipsi instituantur, sive hi, qui in potestate eorum sunt: & id duobus [29] temporibus inspicitur; testamenti quidem [facti] tempore, ut constiterit institutio; mortis vero testatoris, ut effectum habeat. Hoc amplius, & cum adit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure, sive sub conditione heres institutus sit: nam jus heredis eo [30] maxime tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio juris non [31] nocet heredi: quia (ut diximus) tria tempora inspici debent. Testamenti autem factionem non solum is habere videtur, qui testamentum facere potest: sed etiam qui ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alii adquirere, licet non possit facere testamentum [32]. Et ideo furiosus & mutus [33], & posthumus [34], & infans, & filiusfamilias, & servus alienus testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento vel sibi vel alii acquirere possunt. §. 5. Extraneis [35] autem heredibus deliberandi potestas est [36] de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed sive is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit [37] se bonis hereditatis; sive extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit: postea relinquendæ hereditatis facultatem non [38] habet, nisi minor [39] sit xxv. annis. Nam hujus ætatis hominibus, sicut in cæteris omnibus causis deceptis, ita & si temere damnosam hereditatem susceperint, prætor succurrit. §. 6. Sciendum est tamen, D. Hadrianum etiam majori xxv. annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc quidem D. Hadrianus cuidam speciali beneficio præstitit [40]: divus autem Gordianus postea militibus tantummodo hoc concessit. Sed nostra benevolentia commune omnibus subjectis imperio nostro hoc beneficium præstitit: & constitutionem [41] tam æquissimam, quam nobilissimam scripsit; cujus tenorem si observaverint homines, licet eis adire hereditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hereditatis contingit: ut ex hac causa neque deliberationis auxilium sit eis necessarium, nisi omissa observatione nostræ constitutionis, & deliberandum existimaverint, & sese veteri gravamini aditionis supponere maluerint. §. 7. Item extraneus heres testamento institutus, aut ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus, potest aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate suscipiendæ hereditatis heres fieri. † Pro herede autem gerere quis videtur [42], si rebus hereditariis tanquam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo locandove, & quoquo modo voluntatem suam declaret vel re, vel verbo de adeunda hereditate: dummodo sciat eum, cujus in bonis pro herede gerit, testatum intestatumve obiisse [43], & se ei heredem esse. Pro [44] herede enim gerere, est pro domino gerere: veteres enim heredes pro dominis appellabant. † Sicut autem nuda voluntate extraneus heres fit: ita contraria [45] destinatione statim ab hereditate repellitur [46]: Eum [47], qui surdus vel mutus natus, vel postea factus est, nihil prohibet pro herede gerere, & adquirere sibi hereditatem: si tamen intelligit, quod agit [48].

TIT. XX.
DE [49] LEGATIS.

Continuatio. 1. *Definitio.* 2. *De antiquis generibus legatorum sublatis.* 3. *Collatio legatorum & fideicommissorum.* 4. *De re legata, de re testatoris, heredis, aliena, cujus non est commercium.* 5. *De re pignerata.* 6. *De re aliena post testamentum a legatario acquisita.* 7. *De his, quæ non sunt in rerum natura.* 8. *De eadem re duobus legata.* 9. *Si legatarius proprietatem fundi alieni sibi legati emerit & ususfructus ad eum pervenerit.* 10. *De re legatarii.* 11. *Si quis rem suam quasi non suam legaverit.* 12. *De alienatione vel oppigneratione rei legatæ.* 13. *De liberatione legata.* 14. *De debito legato creditori.* 15. *De dote uxori legata.* 16. *De interitu & mutatione rei legatæ.* 17. *De interitu quarundam ex pluribus legatis.* 18. *De grege.* 19. *De ædibus.* 20. *De peculio.* 21. *De rebus corporalibus, & incorporalibus.* 22. *De legato generali.* 23. *De optione legata.* 24. *Quibus legari potest.* 25. *Jus antiquum de personis incertis.* 26. *& de posthumo alieno.* 27. *Jus novum de personis incertis, & posthumo alieno.* 28. *De posthumo alieno herede instituto.* 29. *De errore in nomine legatarii.* 30. *De falsa demonstratione.* 31. *De falsa causa.* 32. *De servo heredis.* 33. *De domino heredis.* 34. *De modo & ratione legandi. De ordine Scripturæ.* 35. *De legato post mortem heredis, vel legatarii.* 36. *Si pœnæ nomine relinquatur, adimatur, vel transferatur.*

POst hæc videamus de legatis, quæ pars juris extra propositam quidem materiam videtur: (nam loquimur de iis juris figuris [50], quibus per universitatem [51] res nobis adquiruntur) sed cum omnino de testamentis, & de heredibus qui in testamento instituuntur, loquuti simus: non sine causa sequenti loco potest hæc juris materia tractari. §. 1. Legatum itaque est [52] donatio quædam a defuncto relicta, ab herede præstanda. §. 2. Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor [53]: per vindicationem [54], per

1 Utrinque conjunctus, non uterinus, *l. 27. C. h. t.* 2 *l. 21. C. eod.* 3 Legitimi tamen. v. quæ not. ad *Nov. 89. c. ult.* 4 *l. pen. C. de adopt.* 5 Est enim subsidiaria. *l. 4. §. scimus. C. de lib. præt.* 6 Posthumi præteriti agnatione rumpunt testamentum, exheredari non possunt, cum nulla sit in eis ingratitudinis suspicio, v. §. 1. ℑ. *de exhered.* 7 *l. 30. C. h. t.* 8 Singulis sua portio in quadrante vel triente vel semisse legitimæ partis relinquenda est. 9 Condictione ex *d. l. 30. & l. 36. C. eod.* quæ vulgo actio ad supplementum legitimæ vocatur. 10 Quod olim adjici, vel intelligi necessarium erat, *l. 36. in pr. C. eod.* 11 Nec enim prohiberi aut gravari potest. *l. 35. 36. C. eod.* 12 *v. l. 22. ff. de his, quæ ut indign. v. l. 30. ff. h. t.* 13 *d. l. 22. ff. de his, quæ ut indignis.* 14 Quæ hodie ut aucta sit, *v. Nov. 18. c. 1. 22. c. 48. 39. c. 1.* 15 Hodie jure institutionis quarta relinquenda est. *Nov. 115. c. 3. in pr. & c. 5.* 16 Addendum hanc condictionem ad supplementum non quinquennio (instar querelæ) sed 30 annis præscribi. Jas. *l. 34. C. h. t.* Dec. *cons.* 303. Vigl. Myns. *contra Bar.* addendum etiam quoad institutionem heredis (filio injuste præterito vel exheredato) irritum esse testamentum, legata vero & cætera firma manere. *Auth. Ex causa. C. de liber. præt. Nov. 115. c. 3. §. si autem. §. si vero.*

17 *l. 12. ff. qui testam.* quod in aliis non est. *l. 16. C. de jur. delib. l. 85. ff. de acq. vel omitt. her.* 18 *l. 1. §. suos. ff. de suis.* 19 *l. 12. in fin. ff. qui testam.* 20 *l. 11. ff. de liber. & posth. v. l. 6. §. 5. ff. de adq. vel omitt. her.* Hereditas (ut recte scribit Cassiodorus *in Psal. 2. 15. 77.*) ab hero dicta, id est a domino, quod eam jure legitimo dominus possideat. Nec quis interea miretur, quod quæ in heres syllaba producitur, in hero corripiatur, *v. Gell. 12. c. 3.* adde Cuj. 5. *obs. 16. in fin.* 21 *v. l. 1. §. 1. & 5. ff. si tabulæ testam. nullæ extabunt. ubi dixi.* 22 *§. 1. ℑ. de hered. quæ ab intest. l. 1. in pr. ff. si tabulæ testam.* 23 *v. l. 12. ff. qui test.* 24 Jus abstinendi, legibus 12. tabb. introductum non fuisse, hinc colligitur, quia jure 12. Tabb. liberi erant necessarii. ℑ. *eod.* sed jure prætorio, *ut hic.* quod & confirmatum est jure civili Digestorum. *l. 12. ff. de vulgari & pupill.* & novissimo *C. & Nov. l. ult. C. de jure delib.* & ita communiter tenetur, licet alii *in l. unica C. quando non petentium partes.* putent, jus abstinendi juris esse civilis præcise, v. Pyrrhum *disputat. 10. sub finem Comment. in consuet. Aurelianens.* 25 *l. 57. in pr. ff. de acq. vel omitt. her.* 26 *l. 12. ff. qui testam.* 27 Et per consequens nec suos, *l. 4. §. 2. ff. de bon. poss. contra tab.* 28 *l. 49. ff. de hered. instit.* 29 *d. l. 49. §. 1. ff. de hered. inst.* 30 *l. 62. in princ. ff. de hered. inst. l. 52. ff. de leg. 2.*

31 *l. 6. §. solemus. ff. de hered. inst.* 32 Ut sit duplex testamenti factio, una ejus faciendi: altera ex eo capiendi. *l. 16. ff. qui test.* 33 *l. 1. §. 2. ff. de hered. inst.* 34 *l. 4. ff. de liberis & posth.* 35 Et suis, *Cantiuncula.* Goth. *l. 7. ff. & l. ult. §. 2. 12. 13. C. de jure delib.* Ans. 36 Deliberandi potestas data a Prætore: olim pro arbitrio. *l. 1. ff. de jur. delib.* hodie intra certum tempus. *l. ult. §. sed quia. C. de jur. delib.* 37 Immiscere se hereditati sui & necessarii dicuntur: quemadmodum extranei adire. *l. 3. §. scio. l. 7. §. non solum. ff. de minor. l. 14. §. plerique. ff. de religios. l. 1. §. qui sunt. ff. si quis omissa. l. 57. ff. de adq. vel omitt. hered. l. 5. in fin. ff. quod cum eo. l. 6. §. sed &. ff. ad SC. Treb. l. pen. ff. de sepul. l. 8. l. 10. C. de jure delib. l. 1. C. si minor se ab hered.* Ideoque immiscere, & abstinere separantur. *l. 7. §. restitutus. ff. de minor. l. 6. §. si filius. ff. de bon. libert.* Porro quod ad jus se immiscendi attinet, notandum est, semper non esse perpetuum, ut Jason putat, sed tamen perpetuum dici, ut annis triginta finiatur, *Tit. Instit. de perpetuis & temporalib. act.* ℑ. *& l. ult. C. de præscr. 30. annor.* & ita intelligenda est Glossa *in l. un. C. quando non petentium.* v. Pyrrhum *superiore loco.* Baldum 4. *de præs. 4. q. 19.* 38 Paul. 3. *sent. 4. §. ult. l. 3. §. 2. ff. de lib. & posthum.* 39 Cui impuberi, abstentionis: puberi vero, restitutionis in integrum beneficium datur, v. *l. ult. C. de repud. her.* 40 Ex generali clausula, *Si qua mihi justa causa, l. 1. ff. ex quib. caus. major.* 41 *v. l. fin. C. de jure delib.* quæ de inventario conficiendo & ejus utilitate tractat, & quæ ibidem notavi. 42 *l. 20. in princ. ff. de adq. vel. omit. hered. v. l. 1. C. de repud. hered.* 43 *v. l. 1. ff. pro her.* 44 *v. l. 20. ff. de adqu. vel omit. hered.* 45 *v. l. 6. in princ. ff. ad SC. Treb. l. 13. ff. de adq. hered.* 46 Omnino si extraneus: secus si suus. *l. ult. C. de repud.* 47 *v. l. 5. D. de adq. vel omitt. hered.* 48 Secundum distinctionem §. 3. *Inst. Quib. non est permissum facere testam.*

49 *L. 30. 31. 32. 33. 34. D. 6. C. 37.* 50 Causis, speciebus, formis & modis. *l. 31. in pr. D. de mortis causa.* 51 *v. l. 37. D. de adq. vel omitt. her.* 52 *l. 36. D. de leg. 2.* adde *l. 116. in pr. D. de legat. 1. &* Ulp. *tit. 24. §. 1.* 53 Vid. Ant. Fabr. 6. *Conj. 5.* qui duo tantum legatorum genera fuisse putat: damnationis, & vindicationis. cætera autem differentias potius quam distincta genera. Arum. *Exerc. Justin. 9. th. 2.* Ans. 54 Paul. 3. *sent. 6. §. 7.* Per vindicationem ita legatur: Do, lego, capito, sumito sive habeto, Ulp. 24. §. 3. ubi §. 7. vide quæ res per vindicationem legari poterant. ibidem quoque §. 12. differentiam facit res per vindicationem disjunctim, an conjunctim legetur.

damna-

damnationem [1], sinendi [2] modo, per præceptionem [3]: & certa quædam verba cuique generi legatorum adsignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur. Sed ex constitutionibus divorum Principum [4] solennitas hujusmodi verborum penitus sublata est. Nostra autem constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis, sed voluntatibus eorum faventes, disposuit, ut omnibus legatis una sit natura, & quibuscunque [5] verbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales [6], sed etiam per in rem, & per hypothecariam [7]. Cujus constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est. §. 3. Sed non usque ad eam constitutionem standum esse existimavimus. Cum enim antiquitatem invenimus legata quidem stricte concludentem; fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare [8], ut nulla sit inter ea differentia; sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum; & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne, in primis legum cunabulis permistim de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem: operæ pretium esse duximus, interim separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractare, ut natura utriusque juris cognita facile possint permistionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere. §. 4. Non solum autem [9] testatoris vel heredis [10] res, sed etiam aliena [11] legari potest: ita, ut heres cogatur redimere eam, & præstare: vel si eam [12] non potest redimere, æstimationem ejus dare. Sed si talis sit res, cujus commercium non est, [vel adipisci non potest:] nec æstimatio ejus debetur: veluti si campum [13] Martium, vel basilicas, vel templa, vel quæ publico [14] usui destinata sunt, legaverit: nam nullius momenti [tale] legatum est. † Quod autem diximus, alienam rem posse legari: ita intelligendum est [15], si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat [16]. Forsitan enim, si scivisset alienam rem esse, non legasset. & ita D. Pius rescripsit. Et verius [17] est, ipsum qui agit, id est, legatarium probare oportere, scivisse alienam rem legare defunctum; non heredem probare oportere, ignorasse alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi [18], qui agit. §. 5. Sed si rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres [eam] [19] luere [20]. Et [in] hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena: ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse. & ita D. Severus & Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit, non debet heres eam luere. §. 6. Si res aliena legata fuerit, & ejus rei vivo testatore legatarius dominus factus fuerit: siquidem ex causa emptionis [21], ex testamento actione pretium consequi potest. Si vero ex causa lucrativa [22], veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest. nam traditum est, duas lucrativas causas in eundem [23] hominem, & eandem rem concurrere non posse. Hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur, interest [24], utrum rem, an æstimationem ex testamento consequutus sit: nam si rem habet, agere non potest, quia habet eam ex causa lucrativa [25]; si æstimationem, agere potest. §. 7. Ea quoque res, quæ in rerum natura non est, si modo futura [26] est [27], recte legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. §. 8. Si eadem res duobus legata sit, sive conjunctim, sive disjunctim: si ambo perveniant ad legatum, scinditur [28] inter eos legatum: si alter deficiat (quia aut spreverit legatum, aut vivo testatore decesserit, vel alio quoquo modo defecerit [29]) totum ad collegatarium pertinet. Conjunctim autem legatur, veluti si quis dicat, *Titio & Seio hominem Stichum do, lego* [30]: Disjunctim ita, *Titio hominem Stichum do, lego: Seio hominem Stichum do, lego.* Sed & si expresserit eundem hominem Stichum, æque disjunctim legatum intelligitur. §. 9. Si cui fundus alienus legatus sit, & [31] emerit proprietatem deducto usufructu, & ususfructus ad eum pervenerit, & postea ex testamento agat: recte eum agere, & fundum petere, Julianus ait: quia ususfructus in petitione, servitutis locum obtinet [32]. Sed officio judicis continetur, ut deducto usufructu, jubeat æstimationem præstari [33]. §. 10. Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile est legatum [34]: quia quod proprium est ipsius, amplius ejus fieri non potest: & licet alienaverit eam, non debetur [35] nec ipsa res, nec æstimatio ejus. §. 11. Si quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum: nam plus [36] valet quod in veritate [37] est, quam quod in opinione [38]. Sed & si legatarii esse [39] putavit, valere constat: quia exitum voluntas defuncti habere potest. §. 12. Si rem suam legaverit testator, posteaque eam alienaverit [40]: Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi. Idemque divi Severus & Antoninus rescripserunt. † Iidem rescripserunt [41] eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri: & ideo legatarium cum herede [ejus] agere posse, ut prædia a creditore luantur. † Si vero quis partem rei legatæ alienaverit, pars, quæ non est alienata, omnino debetur: pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit [42]. §. 13. Si quis debitori suo liberationem legaverit, legatum utile est: & neque ab ipso debitore, neque ab herede ejus potest heres petere, neque ab alio, qui heredis loco sit. Sed & potest a debitore conveniri, ut liberet [43] eum. Potest etiam quis vel [44] ad tempus jubere, ne heres petat. §. 14. Ex contrario, si debitor creditori suo quod debet, legaverit: inutile est legatum, si [45] nihil plus est in legato, quam in debito: quia nihil amplius per legatum habet. Quod si in diem [46], vel sub conditione debitum ei pure legaverit: utile [47] est legatum, propter repræsentationem [48]: Quod si [49] vivo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus scripsit, utile esse nihilominus legatum, quia semel constitit. quod & verum est. Non enim placuit sententia existimantium [50], extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenerit, a qua incipere non potest.

§. 15. Sed si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum: quia plenius [51] est legatum, quam de dote actio. Sed si [52] quam non accepit dotem legaverit: divi Severus & Antoninus rescripserunt, siquidem simpliciter legaverit [53], inutile esse legatum: si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut [54] instrumenta dotis in prælegando demonstrata sunt, valere legatum. §. 16. Si res legata sine [55] facto heredis perierit [56], legatario decedit. Et si servus alienus legatus sine facto heredis [57] manumissus fuerit: non tenetur heres. Si vero heredis servus legatus sit [58], & ipse eum manumiserit: teneri ipsum Julianus scripsit: nec interest, sciverit [59], an ignoraverit, a se eum legatum esse. Sed & si alii donaverit servum, & is, cui donatus est, eum manumiserit: tenetur heres, quamvis ignoraverit, a se eum legatum esse. §. 17. Si quis ancillas [60] cum suis natis legaverit, etiamsi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. † Idem est, & si ordinarii servi [61] cum vicariis legati fuerint: quia licet mortui sint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt. † Sed si servus fuerit cum peculio legatus: mortuo servo, vel manumisso, vel alienato, peculii legatum extinguitur [62]. † Idem est, si fundus instructus, vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur [63]. §. 18. Si grex legatus fuerit, & postea [64] ad unam ovem pervenerit: quod superfuerit, vindicari potest. Grege autem legato, etiam [65] eas oves, quæ post testamentum factum gregi adjiciuntur, legato cedere, Julianus ait. Est autem gregis unum [66] corpus ex distantibus capitibus, sicut ædium unum corpus est, ex cohærentibus lapidibus. §. 19. Ædibus denique legatis, columnas & marmora, quæ [67] post testamentum factum adjecta sunt, legato [dicimus] cedere. §. 20. Si peculium legatum fuerit: sine dubio quicquid peculio accedit, vel decedit vivo testatore, legatarii lucro vel damno est [68]. Quod si post mortem testatoris ante aditam hereditatem [aliquid] servus adquisierit: Julianus ait [69], si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hereditatem adquisitum est, legatario cedere: quia hujusmodi legati dies ab adita hereditate cedit: sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium. † Peculium autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur [70]. quamvis si vivus manumiserit, sufficit, si non adimatur: & ita divi Severus & Antoninus rescripserunt. † Iidem rescripserunt, peculio legato, non videri id relictum [71], ut petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit [72]. † Iidem rescripserunt, peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber esse jussus est, & ex eo reliqua inferre. §. 21. Tam [73] autem corporales [74] res legari possunt, quam incorporales: & ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari [75], ut actiones suas heres legatario præstet: nisi exegerit [76] vivus testator pecuniam. nam hoc casu legatum extinguitur. † Sed [77] & tale legatum valet, *damnas esto heres meus domum illius reficere* [78]: vel *illum ære alieno liberare*. §. 22. Si generaliter servus vel res alia legetur: electio legatarii est [79], nisi aliud testator dixerit.

§. 23. Optionis legatum, [id est], ubi testator ex servis suis, vel aliis rebus optare legatarium jusserat, habebat olim in se conditionem: & ideo, nisi ipse legatarius vivus optasset, ad heredem legatum non transmittebant [80]: sed ex constitutione [81] nostra & hoc in meliorem statum reformatum est: & data est [82] licentia heredi legatarii optare [servum], licet vivus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione additum est: sive plures legatarii extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant

1 V. Paul. *ibi.* §. 6. Per damnationem his verbis legatur; Heres meus damnas esto dare, dato, facito. Heredem meum dare jubeo. Ulp. 24. §. 4. ubi §. 8. & 9. v. res, quæ legari poterant per damnationem: ibidem quoque §. 13. differentiam facit, res per damnationem legetur pluribus conjunctim, an disjunctim. 2 Paul. *ibi.* §. 11. Sinendi modo ita legatur: heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibique habere. Ulp. 24. §. 5. ubi §. 10. refert quæ poterant legari sinendi modo. 3 Per præceptionem ita legabatur: Lucius Titius illam rem præcipito. Ulp. 24. §. 6. ubi §. 11. recenset quæ res legari poterant per præceptionem. 4 Constantini, Constantis, & Constantii, *l.* 21. *C. de legat.* 5 *l.* 2. *C. comm. de leg.* 6 *l.* 1. *C. comm. de legat.* 7 Duæ priores simul non possunt proponi. *l.* 1. *C. de furt.* sed altera alteram elidit. *l.* 76. §. *pen. ff. de legat.* 2. 8 *l.* 1. *de leg.* 1. 9 §. 11. *Instit. h. t. l.* 67. §. *si rem. de leg.* 2. 10 *v. l.* 25. *C. de fideic.* 11 *v. l.* 10. *C. de fideic.* 12 *v. l.* 40. *de leg.* 1. *l.* 11. §. 16. *de leg.* 3. Goth. Quia dominus forte aut omnino nolit, aut immodico pretio vendere velit. *l.* 14. §. *ult. ff. de leg.* 3. Ans. 13 *l.* 39. §. 9. *de legat.* 1. 14 *v. l.* 34. §. 1. *de contr. empt.* 15 *v. l.* 10. *C. de legat.* 16 Fallit in cognatis, *l.* 10. *C. de legat.* & in uxore, *d. l.* 10. *l. C. h. t. l.* 38. §. 1. *ff. de Donat. inter vir. & uxor.* ubi licet sciverit defunctus, rem esse alienam, valet legatum. *Ans.* 17 *l.* 21. *ff. de prob.* 18 *l.* 4. *C. de edend.* 19 *v. l.* 6. *C. de fideic.* Adde *l.* 57. *ff. de legat.* 1. 20 Paul. 3. *sent.* 6. §. 8. 21 Id est, ex causa non lucrativa, *l.* 108. §. 4. *de leg.* 1. Goth. Idem est si cui res propria legata sit sub conditione, qua existente legatarius eam habere desierat. *l.* 31. *ff. de V. O.* Ans. 22 *v. l.* 21. §. 1. *de leg.* 3. 23 *v. l.* 34. §. 1. *de leg.* 1. *l.* 17. *l.* 19. *in fin. ff. de oblig. & act.* 24 *v. l.* 48. *in fin. ff. de furtis.* 25 Nec enim potest amplius nostrum fieri, quod jam nostrum est. §. 14. *Instit. de act. l.* 7. *l.* 10. *ff. de hered. vel act. vendita.* 26 Futura recte legamus. *l.* 24. *ff. de leg.* 1. 27 Certo, Paul. 3. *sent.* 6. §. 13. 28 *v. l.* 85. *de leg.* 1. Goth. Et quidem ex æquis partibus. §. 6. *Inst. de hered. instit.* Ans. 29 *l.* 1. §. *pen. de usufr. adcresc.* 30 *v. l.* 142. *de verb. sign.* 31 *l.* 82. §. 2. *ff. de leg.* 1. 32 Id est, qui hic petitur, ususfructus est formalis, non causalis: vel legati tempore a proprietatis causa separatus erat. 33 Ejus, quod legatario abest: abest autem solius proprietatis pretium. *d. l.* 82. §. 2. *de leg.* 1. 34 *v. l.* 13. *C. eod. l.* 1. *de Reg. Caton. l.* 29. *ff. de R. J.* 35 Imo debetur *l.* 1. *in fin. de Reg. Caton.* 36 Imo plus non valet. v. *l.* 15. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 37 *v. l.* 9. §. 4. *ff. de juris & facti ignor.* 38 Imo aliud, *l.* 15. *de adq. vel omitt. her.* 39 Al. *rem testator putavit.* 40 Puta necessitate, *l.* 11. §. 12. *ff. de leg.* 3. nam si voluntarie alienavit, perimit legatum. *Gothof.* ibid. Confer §. 1. *Inst. de hered. instit. Novell.* 162. §. 1. Ans. Idem, si pignori, vel fiduciæ dederit. Ex eo enim voluntatem mutasse non præsumitur. Paul. 3. *sent.* 6. §. 16. *l.* 3. *C. de legatis.* Goth. 41 *l.* 3. *C. eod.* 42 Confer *l.* 43. *ff. de fid. libert.* Ans. 43 Pacto, vel acceptilatione, vel redditione instrumenti, reus multo magis exceptione tutus erit, *l.* 3. §. 3. *ff de lib. leg.* 44 *l.* 8. §. 1. *ff. de lib. leg.* 45 *v. l.* 28. *in fin. l.* 29. *ff. de leg.* 1. 46 *v. l.* 13. 14. *ff. de lib. leg.* 47 Imo inutile, *l.* 82. *ff. de leg.* 2. *l.* 5. *D. ad l. Falc. ubi dixi.* 48 Id est, quia debitor vult de præsenti solvi. 49 *l.* 5. *in fin. ff ad l. Falcid.* 50 Pauli, *l.* 82. *de legat.* 2. & *l.* 140. §. 2. *ff. de verb. oblig.* Marcelli, *l.* 98. *de verb. oblig.* 51 *l.* 1. §. 2. *de dote præleg.* Goth. Actione dotis non plus quam maritus facere potest exigitur, ne alias egeat. *l.* 18. *ff. solut. matrimon.* at legatum hoc sola lege Falcidia minuitur. *l.* 2. *ff. de dote præleg.* 2. dos soluto matrimonio annua, bima, trima die debetur, legatum statim ab adita hereditate. v. *l. unic.* §. 7. *vers. exactio. C. de Rei Uxor. act.* Ans. 52 *v. l.* 21. *in fin. ff. de verb. oblig.* 53 Potest enim vel minimus nummus dos esse, *l.* 69. §. 4. *ff. de jure dot.* Goth. Simpliciter, id est, non expressa quantitate. *Ans.* 54 *l.* 3. *C. de falsa causa.* Goth. Quia tunc non tam dotem, quam pecuniam legavit. *l.* 6. *ff. de dote præleg.* Ans. 55 *v. l.* 26. §. 1. *de leg.* 1. 56 Legato fataliter sine culpa heredis interempto, legatarii damnum est. Paul. 3. *sent.* 6. §. 9. 57 *l.* 35. *de leg.* 1. 58 *l.* 112. §. 1. *de leg.* 1. 59 *v. l.* 91. §. 2. *ff. de verb. oblig.* 60 *v. l.* 62. *de leg.* 1. 61 *l.* 4. *de pecul. leg.* 62 *l.* 1. *de pecul. leg.* Goth. Confer §. 3. *Instit. de usufr.* arg. *l. cum principalis. ff. de Reg. Jur.* Ans. 63 *l.* 1. *l.* 5. *de instructo vel instrumento.* Imo non extinguitur, *l.* 5. *ff. de instructo vel instrumento.* 64 *l.* 22. *de leg.* 1. 65 *l.* 21. *de leg.* 1. 66 *v. l.* 30. *ff. de usuc.* 67 *l.* 41. §. *pen. l.* 44. §. *si area. de leg.* 1. 68 Ut ita augeatur & minuatur. *l.* 65. *in princ. de leg.* 2. 69 Tempus, quo dies legati cedit, spectari; si extraneo, mortis tempus. *l.* 8. *in fin. de pec. leg.* 70 *v. l. un. C. de peculio ejus, qui libert. meruit.* 71 *v. l.* 6. §. *pen. de pec. leg.* 72 Atque ita videtur abrogari *l.* 23. §. 1. *de pec. leg.* 73 Paul. 3. *sent.* 6. §. 11. 74 *v. l.* 41. *in pr. de leg.* 1. 75 *l.* 39. §. 3. *de leg.* 1. 76 *l.* 75. §. 2. *de leg.* 1. §. 12. *Inst. h. t.* 77 Paul. 3. *sent.* 6. §. 10. 78 *v. l.* 108. J. *de leg.* 1. *l.* 49. *in fin. de leg.* 2. 79 *v. l.* 2. §. 1. *de opt. l.* 25. §. 17. *ff. familiæ.* Goth. *l.* 108. §. 2. *ff. de leg.* 1. ubi rationem vide. Adde quod favore ultimarum voluntatum inductum videatur. *arg. l.* 12. *ff. de R. J.* Testator enim ad legatarium verba dirigens, hanc electionem illi dare videtur. Secus in contractibus, ubi in obligatione generali, debitoris electio est. *l. plerumque. in fin. ff. de jure dot.* Ans. 80 Hinc apparet, a Triboniano detractam negationem, *l.* 19. *de opt.* 81 *v. l.* 3. *C. com. de leg. dies.* 82 *l. ult. C. com. de leg.*

in corpore eligendo: sive unius legatarii plures heredes [sint], & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra benevolentiam introducebant) fortunam [1] esse hujus optionis judicem, & sorte [2] hoc esse dirimendum, ut ad quem sors pervenerit, illius sententia in optione præcellat. §. 24. Legari autem illis solum potest, cum quibus [3] testamenti factio est. §. 25. Incertis vero personis neque legata, neque fideicommissa olim [4] relinqui concessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, ut D. Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subjiciebat: veluti si quis ita dicat: *Quicunque [5] filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato.* Illud quoque quod iis relinquebatur, *qui post testamentum scriptum primi consules designati essent* [6], æque incertæ personæ legari videbatur: & denique multæ aliæ hujusmodi species sunt [7]. Libertas [8] quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat nominatim [9] servos liberari. Sub certa vero demonstratione, [10] id est, ex certis personis incertæ personæ recte legabatur: veluti, *ex cognatis meis, qui nunc sunt, si* [11] *quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato.* Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta [12], repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat. §. 26. Posthumo quoque alieno inutiliter [13] [antea] legabatur. Est autem alienus posthumus, qui natus inter suos, heres testatori futurus non est. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat posthumus avo. §. 27. Sed nec hujusmodi species penitus est sine justa emendatione relicta: quum in nostro Codice [14] constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis: quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus [15] dari debet: quia certo judicio debet quis pro tutela suæ posteritati cavere. §. 28. Posthumus autem [16] alienus heres institui & ante poterat [17], & nunc potest: nisi in utero ejus sit, quæ jure nostro uxor esse non potest. §. 29. Si quidem [18] in nomine, cognomine, prænomine, [agnomine] legatarii testator erraverit: cum de persona constat, nihilominus valet legatum. Idemque in heredibus servatur: & recte. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. §. 30. Huic proxima est illa juris regula, falsa [19] demonstratione legatum non perimi: veluti si quis ita legaverit, *Stichum servum meum vernam do, lego:* licet enim non verna, sed emptus sit: si tamen de servo constat, utile est legatum. Et convenienter, si ita demonstraverit, *Stichum servum, quem a Seio emi*, sitque ab alio emptus: utile est legatum, si de servo constat. §. 31. Longe magis legato falsa [20] causa [adjecta] non nocet: veluti cum quis ita dixerit, *Titio, quia me absente negotia mea curavit, Stichum do, lego.* vel ita: *Titio, quia patrocinio ejus capitali crimine liberatus sum, Stichum do, lego.* Licet enim neque negotia testatoris unquam gesserit Titius, neque patrocinio ejus liberatus sit, legatum tamen valet. Sed si [21] conditionaliter enunciata fuerit causa, aliud juris est, veluti hoc modo: *Titio, si negotia mea curaverit, fundum meum do, lego.* §. 32. An [22] servo heredis recte legemus, quæritur: & constat, pure inutiliter legari, nec quicquam proficere, si vivo testatore de potestate heredis exierit: quia quod [23] inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, hoc non debet ideo valere, quia diutius testator vixerit. Sub [24] conditione vero recte legatur [servo], ut requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

§. 33. Ex diverso: herede instituto servo, quin domino recte etiam sine conditione legetur, non dubitatur [25]. Nam etsi statim post factum testamentum decesserit testator: non tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedere intelligitur: cum hereditas a legato separata sit: & possit per eum servum alius heres effici, si prius, quam jussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit: vel manumissus ipse heres efficitur; quibus casibus utile est legatum. Quod si in eadem causa permanserit, & jussu legatarii adierit: evanescit legatum.

§. 34. Ante [26] heredis institutionem inutiliter antea legabatur: scil. [27] quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat [28]. Sed quia incivile esse putavimus [29] scripturæ ordinem quidem sequi (quod & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum) sperni autem testatoris voluntatem: per nostram constitutionem [30] & hoc vitium emendavimus: ut liceat & ante heredis institutionem, & inter [31] medias heredum institutiones legatum relinquere, & multo magis libertatem, cujus usus favorabilior est. §. 35. Post mortem quoque heredis aut legatarii simili modo inutiliter legabatur [32]: veluti si quis ita dicat, *cum heres meus mortuus fuerit, do, lego.* Item: *Pridie* [33] *quam heres aut legatarius morietur.* Sed simili modo & hoc correximus [34], firmitatem hujusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deterior causa legatorum, quam fideicommissorum inveniatur. §. 36. Pœnæ quoque nomine inutiliter [antea] legabatur [35], & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur [36], quod coërcendi heredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat: veluti si quis ita scripserit: *Heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocaverit:* vel ex diverso, *si non collocaverit, dato decem aureos Seio:* aut si ita scripserit, *Heres meus si servum Stichum alienaverit:* vel ex diverso, *si non alienaverit, Titio decem aureos dato.* Et in tantum hæc regula observabatur, ut quam [37] plurimis principalibus constitutionibus significaretur, nec Principem agnoscere, quod ei pœnæ nomine legatum sit. nec ex militis quidem testamento talia legata valebant, quamvis aliæ militum voluntates in ordinandis testamentis valde observabantur: quinetiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat. eo amplius nec heredem pœnæ nomine adjici posse, Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat, *Titius heres esto. Si Titius filiam suam in matrimonium Seio collocaverit, Seius quoque heres esto.* Nihil enim interérat, qua ratione Titius coërceretur, utrum legati datione, an coheredis adjectione. Sed hujusmodi scrupulositas nobis non placuit: & generaliter ea quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata: nihil distare a cæteris legatis constituimus [38], vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis, quæ impossibilia sunt, vel legibus interdicta, aut alias probrosa [39]. Hujusmodi enim testamentorum dispositiones valere, secta meorum temporum non patitur.

TIT. XXI.

DE ADEMPTIONE [40] LEGATORUM [41].

De ademptione. 1. *De translatione.*

ADemptio legatorum (sive [42] eodem testamento adimantur, sive [43] codicillis) firma est: sed & sive contrariis verbis [44] fiat ademptio; veluti si quis ita quid legaverit, *do, lego*, ita adimatur, *non do, non lego:* sive non contrariis, sed [45] aliis quibuscunque verbis. §. 1. Transferri [46] quoque legatum ab alio ad alium potest: veluti si quis ita dixerit: *Hominem Stichum, quem Titio legavi, Seio do, lego:* sive in eodem testamento sive in codicillis hoc fecerit: quo casu simul [&] Titio adimi videtur, & Seio dari.

TIT. XXII.

DE LEGE [47] FALCIDIA.

Scopus & nexus, ratio hujus legis. 1. *De pluribus heredibus.* 2. *Quo tempore spectatur quantitas patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur.* 3. *Quæ detrahuntur ante Falcidiam.*

SUperest, ut de lege Falcidia [48] dispiciamus, qua modus novissime legatis impositus est. Cum enim olim lege [49] duodecim tabularum libera erat legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare (quippe [cum] ea lege ita cautum esset: *uti quisque* [50] *legasset suæ rei, ita jus esto*) visum est hanc legandi licentiam coarctare: idque ipsorum testatorum gratia provisum est, ob id quod plerumque intestati moriebantur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo [51] lucro hereditates adire. Et cum super hoc tam lex Furia [52], quam lex Voconia [53] latæ sint, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur, novissime [54] lata est lex Falcidia, qua cavetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem totorum bonorum: id est, ut sive unus heres institutus sit, sive plures, apud eum eosve pars [55] quarta remaneat.

§. 1. Et cum quæsitum esset: duobus heredibus institutis (veluti Titio & Seio) si Titii pars aut tota exhausta sit legatis, quæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata; a Seio vero aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem ejus dumtaxat in partem dimidiam minuant: an, quia is quartam partem totius hereditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta sunt, retinere liceat, ut quartam partem suæ partis salvam habeat? Placuit, posse retinere: etenim [56] in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ ponenda est. §. 2. Quantitas autem patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis [57] tempore spectatur [58]. Itaque (verbi gratia) si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legaverit: nihil legatariis prodest [59], si ante aditam hereditatem per servos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit hereditati, ut centum [aureis] legatorum nomine erogatis, heres quartam partem hereditatis habiturus sit: sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diverso, si septuagintaquinque legaverit, & ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona (incendiis forte [60], aut naufragiis, aut morte servorum) ut non amplius, quam septuagintaquinque [aureorum substantia,] vel etiam minus relinquatur, solida legata debentur [61]. Nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem: quæ res efficit, ut sit necesse legatariis, ne destituto testamento nihil consequantur, cum herede in portione pacisci. §. 3. Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur,

1 Id est, sortem. 2 *d. l. ult. in pr.* Theophilus hic κλήρῳ ἤτοι λαχμῷ, id est, sorte & micatione. Est enim Glossis λαχμὸς *micatio:* ut hunc locum referas ad digitorum micationem. 3 *l. 101. in fin. de leg. 1.* 4 Ulp. *tit. 24. §. incerta.* Paul. 3. *sent. 6. §. legat. 13. l. 69. §. 4. ff. de jure dot.* hodie aliud est, *l. 1. C. de incertis personis.* 5 Aliud est in legato pauperum, *v. l. 24. C. de episc.* 6 Al. *erunt.* 7 Incertus dicitur, quem ignoramus, *l. 39. in fin. de verb. sign.* 8 Libertas nominatim testamento relinquenda, dixi *ad* Ulp. 1. *§. ult.* 9 *l. 24. ff. de manum. test.* 10 Hæc duo verba, *id est*, desunt apud Theoph. 11 Adde casum, *l. 5. de reb. dub.* 12 Utque debita naturaliter, v. *l. 9. C. ad l. Falc.* 13 Imo utiliter, *l. pen. ff. de leg. 1.* 14 Id est, veteri: consentaneum est, ea Constitutione fuisse inductum, ut & incertæ personæ & alieno posthumo legari possit. *Goth.* Hic Codex hodie non exstat. Wesenb. Mynsing. & al. *hic.* Codex enim qui Institutionum tempore extabat, jussu Justiniani abolitus est, & novus compositus: ut constat. *tit. C. de emendat. C. incipit:* Cordi nobis est. Donell. *l. 5. ff. de reb. dub.* Cujac. *tr. 2. ad Afric. l. 108. §. hujusmodi. ff. de leg. 1.* Ans. 15 *l. 20. l. 30. de test. tut.* 16 *Non alienus* Alciat. 1. *par. 9.* reprehensus a Rob. 1. *recepta.* 1. 17 Jure Prætorio, non civili, Cujac. 18 *v. l. 4. C. de testam.* 19 *v. l. 33. de cond. & dem.* 20 *v. l. 72. §. falsam. ff. de cond. & dem.* 21 *v. l. 17. §. pen. ff. de cond. & dem.* 22 *l. 20. ff. ad leg. Falc.* 23 *l. 1. de regul. Caton.* 24 *l. 86. ff. de cond. & demon.* 25 Adde *l. 25. de leg. 1.* 26 Paul. 3. *sent. 6. §. 2.* 27 *l. 1. in fin. ff. de vulgari & pupillari subst. l. ult. de jure cod.* 28 Ulp. 1. §. 20. 29 *v. l. 6. de solutionibus.* 30 *l. 24. C. de testamentis.* 31 Et ita abrogatur quod apud Ulp. 1. §. 2. 32 Id est, ne ab herede heredis legari videatur. Ulp. 24. *§. post mortem.* Paul. 3. *sent. 6. §. 6. Post mortem.* 33 Paul. 3. *sent. 6. §. 6.* 34 *l. 11. C. de contr. stip. l. un. C. ut act. ab hered.* 35 Ulp. *tit. 24. §. pœnæ causa.* 17. sic enim libertas alterius videbatur minui. *arg. l. 71. §. 2. de cond. & dem.* sed & legata heredis odio dari, minime consentaneum, sed nec ab eo pendere. *Theoph.* Vide Vigl. *§. impossibilis. Instit. de hered. instit. n. 3.* Ans. 36 Hujus legati extat exemplum apud Horat. 2. *serm. 3.* 37 Quæ non extant. 38 Vide *l. un. C. de his, quæ pœna.* 39 Quale est in virgine, ne nubat, & in vidua, ne unquam nubat. *vid. Auth. Cui relictum. C. De indicta viduit.*

40 Adde, & translatione legatorum. Agitur enim hoc titulo de utrisque, hoc est, ademptione & translatione, *§. 1. J. h. t.* & ita quoque apud autorem Eclogæ titulus conceptus est 64. *tit. 17.* 41 *Lib. 34. D. 4.* 42 Ulp. 24. §. 29. 43 *l. pen. §. 1. ff. h. t.* 44 Et nuda voluntate, *l. 3. in fin. ff. eod.* 45 Olim eodem modo adimenda erant legata, Ulp. *illo loco.* 46 *l. 5. ff. eod.*

47 *Lib. 35. D. 2. Lib. 6. C. 50.* Ulpian. 24. §. 32. Paul. 3. *sent. 8. & 2.* Cajus 6. 48 Lata a Falcidio Trib. pleb. sub Augusto adhuc Triumviro. *App. Dion, Euseb.* 49 Lege 12. Tabularum liberrima erat legandi facultas. Post lege Furia cautum fuit, ut ne quis plus 100 aureis legaret. Dein lege Voconia, ut ne plus legatario relinqueretur, quam heredi. Postremo lege Falcidia constitutum, ut ne legatario ultra novem uncias relinqui posset. Theoph. *hic.* 50 Uti quisque paterfamilias, *Cornificius. v. l. 120. de verb. sign.* 51 Minimum seu exiguum lucrum pro nihilo est. Minima enim non curat prætor. *l. 4. ff. de restit. in integr. & ibi notat.* Verum ad quantam summam, mensuram, valorem, aut numerum exiguitatis æstimatio redigenda sit, ut nihilo æquiparetur, aut ejus non admodum ratio habeatur! Verius est, modicam rem pro quæstionis cujusque ratione & circumstantiis, arbitrio judicis æstimandam esse. Gloss. & Bart. *in l. omnino. verb. modicas. de impens. in res dotal.* Pin. *l. 1. part. 2. num. 72. C. de bon. matern.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. Centur. 2. cas.* 145. Ans. 52 Ulpian. *tit.* 1. *§. 6. tit. 28. §. 7.* 53 Cicer. *Verr.* 3. 54 Anno urb. 714. Calvino & Pollione Coss. 55 *v. l. 73. in fin. ff. h. t.* 56 *l. 77. ff. eod.* 57 *l. 56. in princ. l. 73. in princ. ff. eod.* 58 Præterquam in conditionali & rei alienæ legato. *Mins.* 59 Nisi testator jusserit fructus in Falcidiam imputari, vel nisi fructus sati vel maturi erant mortis tempore. *Schneidw.* 60 Res perit domino, *l. 9. C. de pignoratitia.* 61 Nisi specialia, id est, speciei legata fuerint.

ante

ante [1] deducitur [2] æs alienum [3], item funeris [4] impensa, & [5] pretia [6] servorum manumissorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur [7], ut ex eo quarta pars apud heredem remaneat [8], tres vero partes inter legatarios distribuantur, pro rata scil. portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque si fingamus, quadringentos aureos legatos esse, & patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse; quarta pars legatariis singulis debet detrahi. Quod si trecentos quinquaginta legatos fingamus; octava debet detrahi. Quod si [9] quingentos legaverit; initio quinta, deinde quarta detrahi debet [10]. Ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis [11] apud heredem remanere oportet.

TIT. XXIII.

DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS,

[ET AD SENATUS CONSULTUM [12] TREBELLIANUM.]

Continuatio. 1. *Origo fideicommissorum.* 2. *De fideicommisso heredis scripti.* 3. *De effectu restitutionis.* 4. *De SC. Trebelliano.* 5. *De SC. Pegasiano.* 6. *Quibus casibus locus est SC. Trebelliano, vel Pegasiano.* 7. *Pegasiani in Trebellianum transfusio.* 8. *In quibus heredibus, & in quibus fideicommissariis supradicta locum habeant.* 10. *De fideicommisso heredis ab intestato.* 11. *De fideicommisso relicto a fideicommissario.* 12. *De probatione fideicommissi.*

NUnc transeamus ad fideicommissa: sed prius est, ut de hereditatibus fideicommissariis videamus. §. 1. Sciendum itaque est, omnia fideicommissa primis [13] temporibus infirma fuisse: quia nemo invitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus [14] enim non poterant hereditatem, vel legata relinquere [15], si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant [hereditatem]. Et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Postea divus Augustus primus, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiam, jussit Consulibus auctoritatem suam interponere. Quod quia justum videbatur, & populare erat: paulatim conversum est in assiduam jurisdictionem: tantusque eorum favor factus est, ut paulatim etiam [16] Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret, quem fideicommissarium appellabant. §. 2. In primis igitur sciendum est, opus esse, ut aliquis recto jure testamento heres instituatur; ejusque fidei committatur, ut eam hereditatem alii restituat [17]: alioqui inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur [18]. Cum igitur aliquis scripserit, *Lucius Titius heres esto:* potest adjicere, *rogo te Luci Titi, ut, cum primum poteris hereditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, restituas.* † Potest autem quisque & de [19] parte restituenda heredem rogare. † Et liberum est, vel pure [20] vel sub [21] conditione relinquere fideicommissum, vel ex certo die [22].

§. 3. Restituta autem hereditate, is quidem, qui restituit, nihilominus heres permanet [23]: is vero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarii loco habetur [24]. §. 4. Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo & Annæo Seneca Consulibus [25], SC. factum est [26]: quo cautum est, ut si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones, quæ jure civili heredi, & in heredem competerent, ei & in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas [27]. Post quod SC. Prætor utiles actiones ei, & in eum, qui recepit hereditatem, quasi heredi, & in heredem dare cœpit. §. 5. Sed quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem, aut pene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum vel minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso & Pusione Consulibus [28], Senatus censuit: ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. † Post quod SC. ipse heres onera hereditaria sustinebat: Ille autem, qui ex fideicommisso recipiebat partem hereditatis, legatarii partiarii loco erat, id [29] est ejus legatarii, cui pars bonorum legabatur: quæ species legati, partitio [30] vocabatur: quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem. Unde quæ solebant stipulationes inter [31] heredem & partiarium [legatarium] interponi [32], eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recepit hereditatem, & heredem, id est [33], ut lucrum & damnum hereditarium pro [34] rata parte inter eos commune esset. §. 6. Ergo si quidem non plus, quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere: tunc ex Trebelliano SC. restituebatur hereditas, & in utrumque actiones hereditariæ pro rata parte dabantur: in heredem quidem jure civili; in eum vero, qui recipiebat hereditatem, ex SC. Trebelliano tanquam in heredem. At si plus, quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus esset: locus erat Pegasiano SC. & heres, qui semel adierat hereditatem (si modo [35] sua voluntate adierat) sive retinuerat quartam partem, sive retinere noluerat: ipse universa onera hereditaria sustinebat. Sed quarta quidem retenta, quasi partis & [36] pro parte stipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium & heredem: si vero totam hereditatem restitueret, emptæ & venditæ hereditatis stipulationes interponebantur. Sed si recusabat scriptus heres adire hereditatem ob id, quod diceret eam sibi suspectam esse, quasi damnosam: cavebatur Pegasiano SC. ut desiderante eo, cui restituere rogatus esset, jussu Prætoris adiret [37], & restitueret hereditatem; perindeque ei & in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darentur, ac juris est ex Trebelliano SC. quo casu nullis stipulationibus est opus: quia simul & huic, qui restituit, securitas datur, & actiones hereditariæ ei & [38] in eum transferuntur, qui recepit hereditatem, utroque SC. in hac specie concurrente.

§. 7. Sed quia stipulationes ex SC. Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt, & quibusdam casibus captiosas [39] eas homo excelsi ingenii Papinianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas [40], quam difficultas placet: ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quam differentiis utriusque SC. placuit exploso SC. Pegasiano, quod postea supervenit, omnem auctoritatem Trebelliano SC. præstare, ut ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur: sive habeat heres ex voluntate testatoris quartam [41], sive plus, sive minus, sive nihil penitus: ut tunc quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra auctoritate retinere, vel repetere solutum [42], quasi ex Trebelliano SC.: pro rata portione actionibus, tam in heredem, quam in fideicommissarium competentibus [43]: si vero totam hereditatem sponte restituerit, omnes hereditariæ actiones fideicommissario, & adversus eum competant. Sed etiam id, quod præcipuum Pegasiani SC. fuerat, ut quando recusaret heres scriptus sibi datam hereditatem adire, necessitas [44] ei imponeretur, totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hoc transposuimus ad SC. Trebellianum, ut ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si ipso nolente adire, fideicommissarius [45] desideret restitui sibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente. §. 8. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus, aut totam [46] hereditatem, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem observari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus. §. 9. Si quis una [47] aliqua re deducta, sive præcepta, quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re) rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano SC. restitutio fiet, perinde ac si quarta parte retenta, rogatus esset reliquam hereditatem restituere [48]. Sed illud [49] interest, quod altero casu, id est, cum deducta sive præcepta aliqua re restituitur hereditas, in solidum ex eo SC. actiones transferuntur; & res, quæ remanet apud heredem, sine ullo onere hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei adquisita: altero vero casu, id est, cum quarta parte retenta rogatus est heres restituere hereditatem & restituit, scinduntur [50] actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud heredem. Quinetiam licet una re aliqua deducta, aut præcepta, restituere aliquis hereditatem rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis contineatur: æque in solidum transferuntur actiones: & secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem sc. interveniunt, & si duabus pluribusve deductis præceptisve rebus, restituere hereditatem rogatus sit. Sed & si certa summa deducta præceptave, quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere: idem juris est. Quæ [autem] diximus de eo, qui ex asse institutus est, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte heres scriptus est. §. 10. Præterea intestatus [51] quoque moriturus, potest rogare eum, ad quem bona sua, vel legitimo jure vel honorario, pertinere intelligit: ut hereditatem suam totam, partemve ejus, aut rem aliquam (veluti fundum, hominem, pecuniam,) alicui restituat: cum alioqui legata, nisi ex testamento, non valeant. §. 11. Eum quoque cui aliquid restituitur, potest rogare, ut id rursum alii aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat. §. 12. Et quia prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent & tam nomen, quam substantiam acceperint: ideo D. Augustus ad necessitatem juris ea retraxit. Nuper & nos eundem Principem superare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentissimus [52] Exquæstore sacri palatii suggessit, constitutionem [53] fecimus: per quam disposuimus, si testator fidei heredis sui commisit, ut vel hereditatem, vel speciale fideicommissum, restituat, & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicommissis legitimus esse noscitur) possit

1 In hereditate defuncti nihil esse dicitur, nisi deducto ære alieno & funeris impensa. 2 Creditor præfertur legatario, *l. 6. C. ad L. Fal. l. 39. §. 1. de verb. sign.* 3 Creditores præferuntur omnibus legatariis defuncti. 4 *l. pen. ff. de relig. & sumpt.* doti uxoris præferenda. Bart. *l. 1. ff. solut.* 5 *l. 33. h. t.* 6 Libertatis datio minuit patrimonium defuncti: unde a simili colligunt, Falcidiam non detrahi ex piis legatis.
7 Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur; propter periculum plus petendi. officio judicis omnibus æstimatis, quarta facienda est, quæ apud heredem remaneat: aut certe exigenda est cautio a legatario, ut quod plus dodrante perceperit, restituatur. Paul. 3. *sent.* 8. §. 2.
8 Et legata ad pias causas. *Novell.* 131. *c.* 12. 9 Legata, quæ excedunt summam bonorum, non fiunt nulla, sed pro rata minuuntur. 10 Falcidia tamen non detrahitur ex legato ad pias causas, ut & ex dotis prælegato: & rursus ex legato vetito alienari a legatario ejusve successoribus: si miles testatus: si testator prohibuit detrahi: si heres defuncto id pollicitus: si sciens integra legata solvit: si inventario non confecto hereditatem adiit. 11 Etiam ex fideicommisso particulari, *l. 2.* legato principis, *l. 4.* donatione causa mortis, *l. 5.* inter vir. & uxor. *l. 12.* mortis capione, *l. pen. C. ad L. Fal.*

12 *L. 36. D. 1. L. 6. C. 49.* Ad intellectum hujus Rubr. vide Bellon. *supput. l. 3. cap.* 19. Ans. 13 Id est, ante Augustum, *v. 1. 25. J. h. lib.* 14 Per fideicommissa legib. illudebant, Hieronymus *ad Nepotianum.* 15 Puta incapacibus. 16 *v. l. 2. §. capta. 32. ff. de orig. jur.* 17 Secus, si tantum codicillos facere voluit testator, §. 10. *J. eod.* 18 Vide *l. 14. C. de test.* 19 *v. l. 16. §. 4. eod.* 20 *l. 19. ff. ad SC. Treb.* 21 *l. 13. ff. ad SC. Treb.* 22 Heres autem ex certo die institui non potest. §. 9. *Instit. de hered. instit.* Ans. 23 Cur ita? vid. *l. 88. in fin. ff. de hered. instit.* 24 Siquidem universale sit fideicommissum, rogatusque heres totum assem restituere, heredis locum obtinebit; sin particulare, legatarii. *Ans.* 25 Suffectis ex Kal. Juliis anno urbis 814. Nec enim Seneca ordinarius consul, Ausonius *in Panegyr.* 26 *l. 1. §. 1. ff. ad SC. Treb.* 27 Ne restituenti fides sua damnosa fieret. Paul. 4. *sent.* 2. 28 Quos suffectos esse constat, cum non reperiantur in fastis.

29 Partiarius legatarius dicebatur is, cui pars bonorum legabatur. 30 v. Ulp. 25. §. 15. de partitionis legato, vide *l. 164. §. 1. de V. S.* 31 v. Ulp. *illo loco.* 32 Alioquin is, qui heres non est mero jure, ad onera hereditatis non tenebatur. 33 Partis & pro parte stipulationes hæ dicebantur, quæ de lucro & damno communicando solebant interponi inter heredem & legatarium, Ulp. *illo loco.* quod postea extensum est ad heredes & fideicommissarios, *ut hic.* Paul. 4. *sent.* 3. §. 1. id ita exprimit: inter heredem, inquit, & fideicommissarium, cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partis & pro parte stipulatio interponitur: ut heredi instituto pro quarta actiones, pro cæteris vero portionibus, fideicommissario competant.
34 Paul. 4. *c. 3. §. 1. l. 2. C. ad SC. Treb.* 35 Id est, sponte, *l. 45. ff. eod.* 36 Id est, quæ de damno & lucro communicando interponebantur. 37 *l. 4. in princ. ff. eod. l. 17. ff. si quis omissa.* 38 *l. 27. §. qui ex Treb. ff. ad SC. Treb.* 39 Creditoribus scil. sed heredi præsertim, qui post stipulationes interpositas inter eum & fideicommissarium a creditoribus & legatariis conveniebatur. *l. 2. l. debitor. Cod. de pactis. l. 2. Cod. de hereditat. & act. vendita* adde, *N. v.* 1. *c.* 1. & 39. *in pr.* 40 §. 3. *J. de legit. adgnat. success.* 41 Variæ sunt quartæ: ut legitima, Falcidiana, Trebellianica; filii arrogati concubinæ (de qua *Novell.* 74. *c.* 5.) Uxoris pauperis, in bonis mariti locupletis. *Nov.* 117. *c.* 5. 42 Ignorantia facti. *l. 68. in fin. ff. ad SC. Treb. l. 9. C. ad l. Falcid.* Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, repetere eam non potest. Nec enim indebitum solvisse videtur, qui plenam fidem defuncto præstare maluit. Paul. 4. *sent.* 3. §. *ult.* 43 Post hereditatem restitutam retenta quarta, nondum ære alieno soluto. 44 *l. 11. §. 3. ff. de leg.* 3. 45 Capax fideicommissi & quidem universalis, qui cavet heredi de sarciendo ei damno aditæ hereditatis. 46 Ulp. 25. §. 11. 47 *v. l. 13. l. 14. ff. si quis omissa.* 48 *v. l. 30. §. multum interest. ff. ad SC. Treb.* 49 *l. 3. Cod. de sent. passis. l. pen. Cod. de heredib. inst. l. si legatus.* 30. §. *multum.* 3. *ff. ad SC. Treb.*
50 Interdum tamen in solum fideicommissarium datur actio. *l. 13. §. idem erit. ff. de petit. her.*
51 Etiam ab intestato fideicommissa relinqui possunt. *l. 1. §. hoc autem. l. 78. in pr. ff. ad SC. Treb. l. 3. C. eod.* Ulp. 25. §. 4. *l. 13. D. de inoffic. l.* 114. §. 2. *de leg. l.* 89. §. *Lucius. de leg.* 2. *l. 4. C. de codicill.* §. 1. *in pr. J. de codicillis.* 52 Al. Excelsus. 53 *l. ult. C. de fideicomm.*

tes

res manifestari, sed vel pauciores quam quinque, vel nemo penitus testis intervenerit: [1] tunc sive pater heredis, sive alius quicunque sit, qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliquid voluerit: si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsecutam, si fideicommissarius jusjurandum ei detulerit [2], cum prius ipse de calumnia juraverit: necesse eum habere vel jusjurandum subire, quod nihil tale a testatore audiverit, vel recusantem ad fideicommissi vel universalis, vel specialis solutionem coarctari, ne depereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa. Eadem observari censuimus, & si a legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quod si is a quo relictum dicitur, [postquam negaverit,] confiteatur quidem aliquid a se relictum esse, sed ad legis subtilitatem recurrat, omnino solvere cogendus est.

TIT. XXIV.

DE SINGULIS REBUS PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.

Summa. 1. quæ relinqui possunt. 2. De libertate. 3. De verbis fideicommissorum.

POTEST tamen quis etiam singulas res per fideicommissum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, vestem, [&] pecuniam numeratam: & vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium [3], quamvis a legatario legari non possit [4]. §. 1. Potest autem non [5] solum proprias res testator per fideicommissum relinquere: sed & heredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cujuslibet alterius. Itaque & legatarius [6] & fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam de alia, sive ipsius, sive aliena sit.

† Hoc solum observandum est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere [7], quam ipse ex testamento ceperit: nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. † Cum [8] autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei [9] qui rogatus est, aut ipsam redimere & præstare, aut æstimationem [10] ejus solvere. §. 2. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest: ut heres eum rogetur manumittere [11], vel legatarius, vel fideicommissarius. Nec [12] interest, utrum de suo proprio servo testator roget, an de eo, qui ipsius heredis, aut legatarii, vel etiam extranei sit. Itaque & alienus servus redimi & manumitti debet. Quod si dominus eum non vendat, si modo [13] nihil ex judicio ejus, qui reliquit libertatem, perceperit [14]: non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur, quia possit, tempore procedente, ubicunque occasio servi redimendi fuerit, præstari libertas. Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris servus sit, sed [15] ejus qui manumittit. At is qui directo ex testamento liber esse jubetur, ipsius testatoris libertus fit; qui etiam Orcinus [16] appellatur. Nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui [17] utroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. Directo autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio servum manumitti rogat; sed [18] velut ex suo testamento libertatem ei competere vult.

§. 3. Verba autem fideicommissorum hæc maxime in usu habentur: *Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo* [19]: quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

TIT. XXV.

DE [20] CODICILLIS.

Origo. 1. efficiens. 2. materia. 3. numerus & solennitas.

ANTE Augusti tempora constat Codicillorum [21] jus in usu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus (ex cujus persona etiam fideicommissa [esse] cœperunt) Codicillos introduxit. Nam cum decederet, in Africa scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid. Et cum D. Augustus voluntatem ejus implesset: deinceps reliqui ejus auctoritatem secuti, fideicommissa præstabant: & filia Lentuli legata, quæ jure non debebat, solvit. Dicitur autem Augustus convocasse sapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cujus tunc auctoritas maxima erat, & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonans a juris ratione Codicillorum usus esset: & Trebatium suasisse Augusto, quod diceret utilissimum & necessarium [22] hoc civibus esse, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent, ubi si quis testamentum facere non posset, tamen Codicillos posset. Post quæ tempora, cum & Labeo Codicillos fecisset: jam nemini dubium erat, quin Codicilli jure optimo admitterentur. §. 1. Non tantum autem testamento facto potest quis Codicillos facere [23], sed [&] intestatus quis decedens fideicommittere Codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum Codicilli facti erant, Papinianus ait, non aliter vires habere, quam si speciali postea voluntate confirmentur. Sed Divi Severus & Antoninus rescripserunt: ex iis Codicillis [24], qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti: si appareat, eum qui testamentum fecit, a voluntate quam in Codicillis expresserat, non recessisse [25]. §. 2. Codicillis autem hereditas neque dari, neque adimi potest: ne confundatur jus testamentorum & Codicillorum: & ideo nec exheredatio scribi. Directo [26] autem hereditas Codicillis neque dari, neque adimi potest: nam per fideicommissum hereditas Codicillis jure relinquitur. Nec conditionem heredi instituto Codicillis adjicere, neque substituere [27] directo [quis] potest. §. 3. Codicillos autem etiam plures [28] quis facere potest, & nullam [29] solennitatem ordinationis desiderant.

1 His verbis omnibus ultimarum voluntatum juribus derogare videtur, quæ requirunt quam minimum quinque testes. *l. ult. in fin. C. de codicill.* 2 Jusjurandum qui defert, prius jurare debet de calumnia. *l. 34. §. 4. de jurejur.*
3 *l. 5. §. 1. de leg. 3.* 4 Jure veteri: hodie secus, *v. l. 2. in fin. C. com. de l.*
5 Tam nostras res quam alienas per fideicommissum relinquere possumus. Paul. 4. *sent.* 1. §. 7. Alienas, id est, ipsius heredis, legatarii, extranei. 2. Caj. 8. §. 5. 6 *l. 50. ff. de leg. 2.*
7 Vide *l. 1. §. si is, qui. ff. ad SC. Treb.* 8 2. Cajus. 7. §. 7. Res nostræ per fideicommissum relictæ, statim: alienæ, æstimatæ aut redemptæ præstantur. Paul. 4. *sent.* 1. §. 7.
9 Hoc est, ei vel legatario. Cajus *d. §. 7.* 10 Id est, pretium ejusdem rei, quantum æstimata fuerit. *d. §. 7.* 11 Vide *l. 12. §. 1. ff. de fideic. liber.* 12 Vide *l. 16. ff. de fideic. liber.* 13 Vide *l. 5. §. 4. ff. de his quæ ut indig.* 14 aliis *recepit.*
15 Manumissus ex fideicommisso, fit libertus manumittentis. Ulp. 2. §. 8. 16 Id est, orci seu defuncti, 1. *Gel.* 24. χαρωνιανός. Theoph. Ulp. *illo loco.* 17 *l. 35. de manum. testam.*
18 *l. 19. de manu. testam.* 19 *l. 2. C. comm. de legat.* Ulp. 24. §. 2. adde Deprecor, Injungo. Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. Opto des, Credo te daturum, *l. 115. D. de leg.* 1. Cupio des. *d. l. 115. d. §. 6.* Desidero uti des. *§. 6. l. 118. D. de legat.* 1. Exoro uti des. Volo hereditatem meam Titii esse. Scio hereditatem meam restituturum te Titio, *l. & eo modo.* 118. *D. de leg.* 1. An Relinquo? negat Paul. *illo loco:* quod tamen non videtur, ex *l. 78. ff. ad SC. Treb.* Quid Jubeo? videtur directum. *l. 2. C. comm. de leg.* sed verius est precarium esse. *l. 28. §. pen. D. de liber. legat.* Quid Commendo? non est precarium, Paul. *illo loco: l. 11. §. 2. D. de leg. 2. l. 12. C. de fideic. liber.*
20 *Lib. 29. D. 7. Lib. 6. C. 36.* 21 Codicilli ex tabulis cera illitis fiebant, breviores codicibus: unde sinu gestari poterant. Testamenta vero tabulis grandioribus scribebantur.
22 Propter civium Romanorum (qui in Testamentis testes requiruntur) penuriam. 23 *l. 8. l. 16. D. de jure Codicill. l. 4. C. h. t.* 24 De quo *l. 22. §. 6. de falsis.* 25 Vide *l. 5. D. de jure Codicill.* 26 *l. pen. §. ult. ff. de cond. instit.* 27 *l. 6. §. 1. D. de jure Codicill.* 28 Etiam diversos: sesi sint contrarii, tunc enim prius, per posterius rumpitur. *l. 3. ff. eod.* Ans. 29 Differunt in eo Codicilli a Testamentis: tanquam non solenne a solenni. *Goth.* Et quod Codicillis hereditas adimi non possit, nec dari. §. 2. *Instit. h. t.* Ans. *Nullam solennitatem*, talem scilicet, qualis in testamento requiritur, non absolute, sed comparative. *S. L.* Subsignatio sc. testatoris non requiritur, *l. 6. §. 1. ff. h. t.* & sufficit testes etiam non rogatos adesse. *l. fin. in fin. Cod. eod.* Qui tamen uno tempore adesse de jure Codicill. debent & subscribere. *d. l. fin. in fin.* Ans.

INSTITUTIONUM,
SEU
ELEMENTORUM D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS,
LIBER TERTIUS.

TIT. I.

DE HEREDITATIBUS [1] QUÆ AB INTESTATO DEFERUNTUR.

Definitio intestati. 1. primus ordo succedentium ab intestato. 2. qui sint sui heredes. 3. Quomodo sui heredes fiant. 4. De filio, post mortem patris ab hostibus reverso. 5. De memoria patris damnata ob crimen perduellionis. 6. De divisione hereditatis inter suos heredes. 7. Quo tempore suitas spectatur. 8. De nato post mortem avi, vel adoptato a filio emancipato. 9. De liberis emancipatis. 10. Si emancipatus se dederit in adoptionem. 11. Collatio filiorum naturalium & adoptivorum. 12. De bonorum possessione contra tabulas. 13. Unde cognati. 14. Emendatio juris antiqui de adoptivis. 15. & descendentibus ex fœminis.

INTESTATUS decedit [2], qui aut omnino testamentum non fecit: aut non jure fecit: aut id quod fecerat, ruptum [3] irritumve [4] factum est: aut si ex eo nemo heres extiterit [5]. §. 1. Intestatorum autem hereditates ex lege duodecim tabularum, primum ad suos heredes pertinent [6]. §. 2. Sui autem heredes existimantur (ut supra diximus) qui in potestate morientis fuerint; veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, ex filio nato prognatus, prognatave. Nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi. Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem [nuptiis vel] matrimoniis non sunt progeniti, Curiis [7] tamen Civitatum dati secundum Divalium constitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorem, [heredum] suorum jura nanciscuntur: necnon eos, quos nostræ amplexæ sunt constitutiones [8]: per quas jussimus, [ut] si quis mulierem in suo contubernio [9] copulaverit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere conjugium, & ex ea liberos sustulerit; postea vero affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit, non solum eos liberos, qui post dotem editi sunt, justos & in potestate patris esse; sed [10] etiam anteriores, qui & iis qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterunt. Quod obtinere censuimus, & si non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti. Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si [11] præcedens persona desierit in potestate parentis esse: sive morte id acciderit: sive alia ratione, velut emancipatione [12]. Nam si per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate ejus sit: nepos ex eo suus heres esse non potest [13]. Idque & in cæteris deinceps liberorum personis dictum [esse] intelligimus. Posthumi [14] quoque, qui si vivo parente nati essent, in potestate [ejus] futuri forent,

1 *Lib. 38. D. 16. & 6. C. 55. Nov. 118. & 2.* Cajus 8. Ulp. 26. Paul. 4. *sent.* 8. 2 Quatuor modis, ut hic. 3 Agnatione posthumi, & altero testamento, §. 1. 2. 3. Ʒ. *quibus modis test.* 4 Capitis diminutione. §. 4. 5. Ʒ. *quibus modis testam.* querela inofficiosi probata. *Auth. ex causa. C. de lib. præterit.* 5 Sed & qui tutores non dedit, *l. 6. ff. de leg. tutor.* 6 Æqualiter, ut succedant in capita, si eodem gradu sunt. §. 3. *in fin.* Ʒ. *de success. libert.* & Ʒ. *de adsignat. libert. in princ.* adde *l. 3. l. 4. C. de naturalibus liberis. & titt. de decurionibus.* 7 Vide §. *ult.* Ʒ. *de nuptiis.* 8 *l. 10. l. 11. C. de natur. liber.* 9 Vide *l. 1. C. de incestis.*
10 Legitimatio interdum ad anteriores liberos retrotrahitur. *l. 57. in fin. D. de rit. nupt.*
11 Vide *l. 5. in pr. D. si tabula.* 12 Vide Ʒ. *quib. mod. jus patr.* 13 Adde §. 7. *in fin.* Ʒ. *h. t.* 14 Vide *l. 3. §. utique. D. de suis.*

sui heredes sunt. §. 3. Sui autem heredes fiunt etiam ignorantes; & licet furiosi sint, heredes possunt existere: quia quibus [1] ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest. Et statim morte parentis quasi [2] continuatur dominium: & ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis; cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas; nec curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso jure [3]. §. 4. Interdum autem, licet in potestate [4] [parentis] mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: veluti [si] ab hostibus quis reversus fuerit post mortem patris [sui:] jus enim postliminii hoc facit. §. 5. Per contrarium [autem hoc] evenit, ut licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater judicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria ejus damnata fuerit: suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedat [5], sed potest dici ipso [quidem] jure suum heredem esse, sed desinere. §. 6. Cum filius filiave, & ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hereditatem [avi] vocantur: nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit. Æquum enim esse videtur, nepotes neptesve in patris sui locum succedere [6]. Pari ratione & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur [7]. Et quia placuit nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in parentis sui locum succedere: conveniens esse visum est, non in capita [8], sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hereditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filiis nepotes neptesve existant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad unum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

§. 7. Cum autem quæritur, an quis suus heres existere possit: eo tempore quærendum est, quo certum est aliquem sine testamento decessisse; quod accidit, & [9] destituto testamento. Hac ratione [10], si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio mortuo postea certum fuerit heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit; nepos avo suus heres existet: quia, quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos [11]. & hoc certum est.

§. 8. Et licet post mortem avi natus sit: tamen [12] avo vivo conceptus, mortuo patre ejus, posteaque deserto avi testamento, suus heres efficitur. Plane si & conceptus & natus fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, desertoque postea avi testamento, suus heres avo non existet: quia nullo jure cognationis patrem sui patris attigit. Sed nec [13] ille est inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptavit. Hi autem, cum non sint sui (quantum ad hereditatem) liberi: neque bonorum possessionem petere possunt quasi proximi cognati. Hæc de suis heredibus. §. 9. Emancipati autem liberi, jure civili nihil juris habent, (neque enim sui heredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt) neque ullo alio jure per legem XII. tabularum vocantur: sed [14] Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem Unde liberi: perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent: sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato uno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit, sane quidem is, qui in potestate fuit, solus jure civili heres est, & solus suus heres: sed cum emancipatus beneficio [15] Prætoris in partem admittitur, evenit, ut suus heres pro parte heres fiat. §. 10. At hi [16], qui emancipati a parente in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quasi liberi: si modo, cum is moreretur, in adoptiva familia fuerint. Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec unquam in adoptiva familia fuissent. Et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortem vero naturalis patris emancipati [17] ab adoptivo patre, & quantum ad hunc adoptivum patrem pertinet, æque extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilomagis liberorum gradum nanciscuntur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptivi [18], ad quos bona naturalis patris pertineant, utrum ad liberos ejus, an ad agnatos. §. 11. Minus ergo juris habent adoptivi [filii] quam naturales: namque naturales emancipati, beneficio [19] Prætoris gradum liberorum retinent [20], licet jure civili perdant; adoptivi vero emancipati, & jure civili perdunt gradum liberorum, & a Prætore non admittuntur: & recte. Naturalia [21] enim jura civilis ratio perimere non potest. nec, quia desinunt sui heredes esse, possunt desinere filii filiæve, aut nepotes neptesve esse: adoptivi vero emancipati, extraneorum loco incipiunt esse; quia jus nomenque filii filiæve, quod per adoptionem consequuti sunt, alia civili ratione [22], id est, emancipatione perdunt. §. 12. Eadem hæc observantur, & in ea bonorum possessione, quam [23] contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis, id est, neque heredibus institutis, neque ut oportet exheredatis, Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos vero, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus [24], quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona ejus [non] admittit, quia desinunt [in] numero liberorum [ejus] esse [25].

§. 13. Admonendi tamen sumus, eos qui in adoptiva familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte Edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur [26], alia tamen parte vocari, scilicet qua cognati defuncti vocantur [27]. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstent, neque adgnatus quidem ullus interveniat [28]. Ante enim Prætor liberos vocat, tam suos heredes, quam emancipatos; deinde legitimos heredes; deinde proximos cognatos. §. 14. Sed ea omnia antiquitati [quidem] placuerunt: aliquam autem emendationem a nostra constitutione [29] acceperunt, quam super iis personis composuimus, quæ a patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii & naturalium parentum successionem propter adoptionem amittebant, & adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia jura ita servari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsequuta: nisi in hoc tantummodo casu, ut [30] possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem ab eo facto, neque jure civili, neque prætorio, ex hereditate ejus aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta: cum nec necessitas patri adoptivo imponatur, vel heredem eum instituere, vel exheredatum eum facere, ut pote nullo vinculo naturali copulatum, neque si ex Sabiniano Senatusconsulto ex [31] tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in ejusmodi casu, neque quarta ei servatur, neque ulla actio ad ejus persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit. Utroque enim jure tam naturali, quam legitimo in hanc personam concurrente, pristina jura tali adoptioni servamus, quemadmodum si paterfamilias sese dederit adrogandum: quæ specialiter & singulatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

§. 15. Item vetustas [32] ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes vel neptes, qui [quæve] ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & jure [33] adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus [34] nati sunt, & pronepotes ex neptibus cognatorum loco connumerans, post adgnatorum lineam eos vocabat tam in avi vel proavi materni, quam in aviæ vel proaviæ, sive paternæ, sive maternæ successionem. Divi autem Principes [35] non passi sunt talem contra naturam injuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotis & pronepotis nomen commune sit utrisque, tam qui ex masculis, quam qui ex fœminis descendunt: ideo eundem gradum & ordinem successionis eis donaverunt. Sed ut amplius aliquid sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris juris suffragiis muniuntur: portionem nepotum vel neptum, vel deinceps (de quibus supra diximus) paulo minuendam esse existimaverunt: ut minus tertia parte acciperent, quam mater eorum, vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel avus paternus, sive maternus, quando fœmina mortua sit, cujus de hereditate agitur iisque (licet soli sint) adeuntibus adgnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex [36] XII. tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes in locum patris sui [37] ad successionem avi sui vocat: ita & principalis dispositio in locum matris suæ vel aviæ, eos cum jam designata partis tertiæ deminutione vocat.

§. 16. Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes, quartam partem substantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cujusdam constitutionis auctoritate: memoratam quidem constitutionem a nostro Codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra [38] autem constitutione promulgata, toti juri ejus derogatum est: & sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps superstitibus adgnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare: ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto jure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem & tempora, & nunc sancimus: ita tamen, ut quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas statuit [39], non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem fieri jubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes & alias deinceps personas: ut utraque progenies, matris vel patris, aviæ vel avi portionem sine ulla deminutione consequatur: ut si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

TIT. II.

DE LEGITIMA [40] ADGNATORUM [41] SUCCESSIONE.

Secundus ordo heredum legitimorum. 1. *De adgnatis naturalibus.* 2. *De adoptivis.* 3. *De masculis & fœminis.* 4. *De filiis sororum.* 5. *De proximis vel remotis.* 6. *quo tempore proximitas spectatur.* 7. *De successorio Edicto.* 8. *De legitima parentum successione.*

SI nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætor, vel Constitutiones vocant, existat, qui successionem quoquomodo amplectatur: tunc ex Lege [42] XII. tab. ad [43] adgnatum proximum pertinet hereditas. §. 1. Sunt autem [44] adgnati [45] (ut primo quoque libro tradidimus) [cognati] per virilis sexus personas cognatione conjuncti, quasi a patre cognati: itaque [ex] eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur [46]: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi adgnatus est. Eodem numero sunt fratres

1 *l. 24. in princ. de obl. & act.* 2 Vide *l. 11. ff. de lib. & posth. l. 8. Cod. de jur. delib.* 3 Secus in hereditate extranei. *l. 9. §. 3. ff. de aut. tutor. §. 1. Instit. eod.* secus in possessione, *l. 1. §. 3. de adq. vel amitt. poss.* præsertim feudali. Zas. *consil. 20. num. 8. 9. 13.* 4 In solidum in eo crimine. *l. ult. ad l. Jul. majest. l. 5. C. ad l. Jul. majest.* in aliis pro dimidia, jure veteri, *l. ult. C. de bon. proscr.* jure novo, in nulla. *Novell. 17. cap. 12.* 5 *l. 31. l. 34. D. de vulg.* 6 Vide *l. 2. 3. C. de suis.* 7 Hinc colligunt, jus repræsentationis in linea recta non habere locum in infinitum, sed tantum ad pronepotes, per *h. §. & l. 23. §. 1. de bon. lib.* Sed contra vide Arum. *exerc. Justin. 11. th. 5.* ex *l. 7. §. 3. si Tab. test. ext.* ibi: *liberos.* ergo & eos qui sunt post nepotes, *l. 220. ff. de Verb. Signif.* Item ex *l. unic. C. de his qui ante apert. tab.* Ubi pronepos transmittit hereditatem a suo proavo relictam in liberos suos: Ergo multo magis eum repræsentabunt: quum repræsentatio facilius inducatur, quam transmissio. *l. 3. C. de suis & legitim.* vide Forster. *de success. lib. 4. c. 20.* Treutl. *de hered. ab intest. th. 1. litt. h.* Ans. 8 *§. ult. J. eod. Nov. 118. cap. 1. in fin.* adde *l. 2. §. 7. D. de excus. tut.* 9 *l. ult. in fin. de cond. instit.* 10 *l. 1. §. sciendum. D. de suis.* 11 Al. *Nepos suus heres esse* S. L. 12 *l. 6. l. 7. D. eod.* 13 *l. 26. de adopt.* 14 Quis enim patiatur jura filii naturalis, nexu divino copulata, ludibrio defraudari? *l. 10. in princ. C. de adopt.* adde *§. 11. J. eod.* vide *l. 15. §. cum igitur prætorem. 1. C. de leg. her.* 15 *l. 5. C. de cond. indeb.* 16 *l. 4. ff. unde lib.* 17 *l. pen. §. 2. C. de adopt.* 18 Et arbitrio alieno; huc facit *l. 32. l. 70. D. de her. instit.* 19 *l. 3. C. de legit. her.* 20 *Novell. 118. c. 1. in fin.* 21 *§. ult. S. de legit. agn. l. 8. de reg. jur.* 22 Id est, alio civili actu, *l. 77. de reg. jur.* 23 *l. 1. §. 1. de bon. poss. contra tab.* 24 *l. pen. in pr.* ibi, *si enim post patris obitum. C. de adopt.* 25 Ut autem quis admitti possit, ex liberis eum esse oportet. *l. 1. §. 3. §. & sui. l. 3. §. 2. ff. de bonor. possess. contra tab.* 26 *l. 4. ff. unde liberi.* 27 *l. 1. §. cognationem. ff. unde cognati.* 28 *l. 1. D. quis ordo in bon. poss.* 29 *l. pen. C. de adopt.* 30 *§. 2. S. de adopt.* 31 Vide *l. ult. in fin. C. de decur.* 32 Et jus divinum, *Num. 25.* hoc tamen jus succedendi Justinianus barbarum vocat. *Nov. 21. in princ.* 33 Al. *Juri agnatorum.* S. L. 34 Quæ familiæ suæ & caput & finis sunt. *l. 195. in fin. de verb. sign.* 35 Valent. Theod. Arcad. *l. 9. C. de suis.* 36 *l. 17. C. de collat.* Ans. 37 *l. 3. C. de suis.* 38 *l. ult. C. eod.* 39 Vide *§. 6. S. eod.*

40 *L. 38. D. 16. L. 6. C. 58. Nov. 118. cap. 3.* Ulp. *tit. 26.* 41 Hodie adgnati non differunt jure a cognatis, vide *Nov. 118. c. 4. & quæ ibidem notavi.* 42 Quam vide *apud* Ulp. *tit. 25. §. 1.* 43 *l. 1. 2. D. eod.* 44 Vide *l. 5. D. unde legit.* 45 Agnatis cognati continentur. Patruus & agnatus est & cognatus: Avunculus, cognatus tantummodo. Paul. *4. sent. 8. §. 1.* 46 Vide *l. 1. §. pen. D. eod.*

patrue-

patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt [1], qui etiam conſobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis pervenire poterimus. † Ii [2] etiam, qui poſt mortem patris naſcuntur, jura conſanguinitatis nanciſcuntur. † Non tamen omnibus ſimul adgnatis dat lex hereditatem: ſed iis, qui tunc proximiores [3] gradu ſunt, cum certum eſſe cœperit aliquem inteſtatum deceſſiſſe. §. 2. Per adoptionem [4] quoque adgnationis jus conſiſtit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptavit. Nec dubium eſt, quin improprie conſanguinei appellentur. Item ſi quis ex cæteris adgnatis [tuis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu eſt, adoptaverit aliquem: adgnatus inter ſuos [5] heredes eſſe non dubitatur.

§ 3. Cæterum inter maſculos quidem adgnationis jure hereditas etiamſi longiſſimo gradu [6] ſint, ultro citroque capitur. † Quod ad fœminas vero attinet, ita placebat, ut ipſæ [7] conſanguinitatis jure, tantum capiant hereditatem, ſi ſorores ſint: ulterius non capiant. Maſculi autem ad earum hereditates, etiamſi longiſſimo gradu ſint, admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat: tua vero ad illas non pertinebat. Quod ideo ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur ita jura conſtitui, ut plerumque hereditates ad maſculos confluerent. † Sed quia ſane iniquum erat, in univerſum eas quaſi extraneas repelli: Prætor eas ad bonorum poſſeſſionem admittit, ea parte, qua [8] proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur: ex qua parte ita ſc. admittuntur, ſi neque adgnatus ullus, neque proximior cognatus interveniat. † Et hæc quidem Lex XII. tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem [9] legibus amicam amplexa, ſimili [10] modo omnes adgnatos, ſive maſculos, ſive fœminas [11], cujuscunque gradus, ad [12] ſimilitudinem ſuorum invicem ad ſucceſſionem vocabat. Media autem jurisprudentia [13], quæ erat quidem Lege XII. tabularum junior, imperiali autem diſpoſitione anterior: ſubtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas a ſucceſſione adgnatorum repellebat: omni alia ſucceſſione incognita, donec Prætores paulatim aſperitatem juris civilis corrigentes, ſive quod deerat implentes, humano propoſito, alium ordinem ſuis Edictis addiderunt: & cognationis linea, proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem eas adjuvabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ *unde cognati* appellatur. † Nos vero Legem XII. tab. ſequentes, & ejus veſtigia in hac parte conſervantes: laudamus quidem Prætores ſuæ humanitatis, non tamen eos in plenum [huic] cauſæ mederi invenimus. Quare etenim uno eodemque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, tam in maſculis, quam in fœminis æqua lance conſtitutis, maſculis quidem dabatur ad ſucceſſionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus; niſi ſoli ſorori ad adgnatorum ſucceſſionem patebat aditus. Ideo [nos] in plenum omnia reducentes, & ad jus XII. tab. eandem diſpoſitionem exæquantes, noſtra conſtitutione [14] ſancimus, omnes legitimas perſonas, id eſt, per virilem ſexum deſcendentes, ſive maſculini generis, ſive [15] fœminini ſint, ſimili modo ad jura ſucceſſionis legitimæ ab inteſtato vocari ſecundum [16] ſui gradus prærogativam: nec ideo excludendas, quia conſanguinitatis jura, ſicut germanæ, non habent. §. 4. Hoc etiam addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a jure cognationis in legitimam ſucceſſionem: ut non ſolum fratris filius & filia (ſecundum quod jam definivimus) ad ſucceſſionem patris ſui vocentur: ſed etiam germanæ conſanguineæ, vel ſororis uterinæ filius & filia ſoli, & non deinceps perſonæ una cum his ad jura avunculi [17] ſui perveniant: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filiis, avunculus autem ſororis ſuæ ſoboli: ſimili modo ab utroque latere ſuccedant, tanquam ſi omnes ex maſculis deſcendentes, legitimo [18] jure veniant, ſc. ubi frater & ſoror ſuperſtites non ſunt. His etenim perſonis præcedentibus & ſucceſſionem admittentibus: cæteri gradus remanent penitus ſemoti [19], videlicet hereditate non in ſtirpes, ſed in capita dividenda. §. 5. Si plures ſint gradus adgnatorum: aperte Lex XII. tab. [20] *Proximum* vocat. Itaque ſi (verbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. Et quamvis ſingulari numero uſa Lex [XII. tabular.] *proximum* vocet, tamen dubium non eſt, quin ſi plures ſint ejusdem gradus, omnes [21] admittantur [22]. Nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen non dubium eſt, quin licet unus ſit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hereditas.

§. 6. Proximus autem, ſiquidem nullo teſtamento facto quisquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cujus de hereditate quæritur [23]. † Quod ſi facto teſtamento quisquam deceſſerit: per hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum ex teſtamento heredem extiturum, tunc enim proprie quisque inteſtatus deceſſiſſe intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo ſpatio temporis ſæpe accidit, ut proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore non erat proximus. §. 7. Placebat [24] autem, in eo genere percipiendarum hereditatum ſucceſſionem non eſſe: id eſt, ut quamvis proximus, qui ſecundum ea quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut ſpreverit hereditatem, aut antequam adeat, deceſſerit: nihilo magis legitimo jure ſequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto jure corrigentes, non in totum ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote adgnationis jure eis recluſo. Sed nos nihil perfectiſſimo juri deeſſe cupientes, noſtra conſtitutione [25], quam de jure patronatus, humanitate ſuggerente protulimus, [ſancimus] ſucceſſionem in adgnatorum hereditatibus non eſſe eis [26] denegandam: cum ſatis abſurdum erat, quod cognatis a Prætore apertum eſt, hoc adgnatis eſſe recluſum: maxime cum in onere quidem tutelarum & primo gradu deficiente ſequens ſuccedit, & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum. §. 8. Ad legitimam ſucceſſionem nihilominus vocatur [27] etiam parens, qui contracta [28] fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat: quod ex noſtra conſtitutione [29] omnino inducitur, ut emancipationes liberorum ſemper videantur quaſi contracta fiducia fieri: cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet.

TIT. III.

DE SENATUSCONSULTO TERTYLLIANO [30].

De lege XII. *Tabb. & jure Prætorio.* 1. *De conſtitutione Divi Claudii.* 2. *Ad SC. Tertull. de jure liberorum.* 3. *Qui præferuntur matri vel cum ea admittuntur.* 4. *Jus novum. De jure liberorum ſublato.* 5. *Quibus mater præponitur, & quibuscum admittitur.* 6. *De tutore liberis petendo.* 7. *De vulgo quæſitis.*

LEx XII. tabularum ita ſtricto jure utebatur, & præponebat maſculorum progeniem: & eos qui per fœminini ſexus neceſſitudinem ſibi junguntur, adeo [31] expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret: niſi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem bonorum poſſeſſione, *unde cognati*, accommodata, vocabant. §. 1. Sed hæ juris anguſtiæ poſtea emendatæ ſunt. Et primus quidem Divus Claudius [32] matri ad ſolatium liberorum amiſſorum, legitimam eorum detulit hereditatem. §. 2. Poſtea autem SC. Tertylliano, quod D. Hadriani [33] temporibus factum eſt, pleniſſime de triſti [34] ſucceſſione matri [35], non etiam aviæ, deferenda cautum eſt: ut ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor ad bona filiorum filiarumve admittatur inteſtato mortuorum, licet in poteſtate parentis ſit [36]: ut ſcil. cum alieno juri ſubjecta eſt, juſſu ejus adeat [hereditatem] cujus juri ſubjecta eſt. §. 3. Præferuntur [37] autem matri liberi defuncti, qui ſui ſunt, quive ſuorum loco ſunt, ſive primi gradus, ſive ulterioris. Sed & filiæ ſuæ mortuæ filius, vel filia præponitur ex conſtitutionibus matri defunctæ, id eſt, aviæ ſuæ. Pater vero utriusque, non etiam avus & proavus matri [38] anteponitur [39], ſcil. cum inter eos ſolos de hereditate agitur. Frater autem conſanguineus tam filii quam filiæ excludebat [40] matrem [41]: ſoror autem conſanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed ſi fuerant frater & ſoror conſanguinei, & mater liberis onerata: frater quidem matrem excludebat; communis autem erat hereditas ex æquis partibus [42] fratribus & ſororibus. §. 4. Sed nos conſtitutione, quam in Codice noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubveniendum eſſe exiſtimavimus: reſpicientes ad [43] naturam, & puerperium [44], & periculum, & ſæpe mortem ex hoc caſu matribus illatam. Ideoque impium eſſe credidimus, caſum fortuitum in ejus admitti detrimentum: ſi enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immerito [45] defraudabatur ſucceſſione ſuorum liberorum: quid enim peccavit, ſi non plures ſed paucos peperit? Et dedimus jus legitimum plenum matribus (ſive ingenuis ſive libertinis), & ſi non ter enixæ fuerint vel quater, ſed eum tantum vel eam qui quæve morte intercepti ſunt, ut ſic vocentur in liberorum ſuorum legitimam ſucceſſionem.

§. 5. Sed cum antea conſtitutiones [46] jura legitimæ ſucceſſionis perſcrutantes, partim matrem adjuvabant, partim eam prægravabant, nec in ſolidum eam vocabant, ſed in quibusdam caſibus tertiam ei partem abſtrahentes, certis legitimis dabant perſonis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis viſum [47] eſt recta & ſimplici via matrem omnibus perſonis legitimis [48] anteponi, & ſine ulla deminutione filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere: excepta fratris & ſororis perſona, ſive conſanguinei ſint, ſive ſola cognationis jura habentes: ut quemadmodum eam toti alii ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres, & ſorores, ſive legitimi ſint, ſive non, ad capiendas hereditates ſimul vocemus: ita tamen, ut ſi quidem ſolæ ſorores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint [49]: dimidiam quidem mater [50], alteram vero dimidiam partem omnes ſorores habeant. Si vero matre ſuperſtite & fratre, vel fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus, ſive legitimis, ſive ſola cognationis jura habentibus, inteſtatus quis vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur ejus hereditas. §. 6. Sed quemadmodum nos matribus proſpeximus, ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere: ſciturис eis, quod ſi tutores [51] liberis non petierint, vel in locum remoti vel excuſati, intra annum petere neglexerint; ab eorum impuberum morientium ſucceſſione merito repellentur. §. 7. Licet autem vulgo quæſitus [52] ſit filius filiave: poteſt tamen ad bona ejus mater ex Tertylliano Senatusconſulto admitti.

1 *l. ult. §. quarto gradu.* 15. *ff. de gradibus.* 2 *l. ult. D. unde legitimi. l.* 1. *§.* 10. *in fin. D. de ſuis & legit.* 3 *l.* 2. *§.* 2. 4. *D. de ſuis & legit.* 4 *l.* 2. *§.* 3. *D. de ſuis & legit.* 5 Hotomann. & Pac. leg. *Inter ſuos* deleta voce, *heredes.* Al. *inter tuos.* S. L. 6 Puta decimo. *§. fin. infra de ſucceſſ. cognat.* an & ultra decimum? negat ibidem *Minſ.* ait itaque agnatis præferri vel virum vel uxorem vel Eccleſiam vel fiſcum: ab eo tamen diſſentit *Weſenbecius.* 7 Fœminæ ad hereditatem legitimam ultra conſanguineam vel ultra conſanguinearum gradum ad ſucceſſiones: item ad legitimam hereditatem non admittebantur, jure civili Voconiana rogatione Paul. 4. *ſent.* 1. *§.* 3. Ulp. 26. *§.* 6. 8 De qua *J. prox. tit. in princ.* & *J. in pr. de ſervili cognat. l.* 3. *l.* 4. *ff. unde cognati.* 9 *§.* 7. *J. de fideic. heredit.* 10 Paul. 4. *ſent.* 8. *§.* 5. *Nov.* 118. 11 Ulp. 26. *§.* 1. 12 Hoc falſum eſſe videtur. *J. ad SC. Tertull.* 13 Intelligit legem Voconiam (de qua Paul. *d. loco.* & Ulp. *tit.* 26. *§.* 6.) per quam fœminæ, ultra conſanguineorum gradum, ab hereditatibus legitimis arcebantur. 14 *l. pen. & ult. C. de legit. hered.* 15 *Novell.* 21. *in pr.* & 118. *c.* 4. 16 Ut priore loco conſanguinei, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre: poſt reliqui, adgnati proximi, & ex iis deſcendentes etiam fœminæ, ſervato ſemper gradu ſuo. 17 Patrui ſui, *l. pen. in fin. C. de leg. her.* 18 Et ſuccedant inter ſe in capita. *J. eod. d. l. pen.* Zaſ. 1. *reſpon.* 7. Minſ. 3. *obſ.* 94. idem Carolus V ſtatuit. Cajus 2. *Inſtit.* 8. 19 Hodie non ſunt ſemoti ob introductum jus repræſentationis. *Novell.* 127. quo liberi defuncti fratris cum patruo ſuccedunt in ſtirpes. *Auth. ceſſante. C. de leg. her.* 20 *l.* 195. *§.* 1. *de verb. ſign.* 21 Singulari numero continetur pluralis. *l.* 17. *§.* 1. *de leg.* 1. 22 Non in ſtirpes, ſed in capita, *l.* 2. *§.* 2. *ff. de ſuis.* 23 Defuncto proximus quis cenſetur ab inteſtato mortis tempore: ex teſtamento, eo deſtituto, vide *l.* 2. *§.* 6. *ff. eod.* 24 In hereditate legitima olim non erat ſucceſſio. Nam fratre decedente antequam adiret, aut repudiaret hereditatem, fratris filius admitti non poterat: quia omnis ſucceſſio proximiori deferebatur. Paul. 4. *ſent.* 8. *§.* 4. 25 Quæ non extat. 26 Proximis ſcil. adgnatis: ſiquidem olim proximo moriente aut ſpernente ante aditam hereditatem, ſequentes non admittebantur. *l.* 2. *in pr. ff. eod.* 27 *Nov.* 118. *cap.* 2. 28 1. Cajus 6. & ita pater heres erat filii emancipati ex contracta fiducia. Atqui patri adquiri hereditatem non poſſe, dicitur *l.* 4. *C. de inutilib. ſtipul. l.* 61. *ff. de verb. oblig. l.* 34. *C. de transact. l.* 25. *C. de pact.* 29 *l. ult. C. de emancip.*

30 *L.* 38. *D.* 17. *L.* 6. *C.* 56. Ulp. *tit.* 26. *§. ult.* Paul. 4. *ſent.* 9. Tertulliano Senatusconſulto cavetur, quemadmodum liberis matres ſuccedant. 31 Imo idem in maſculis & fœminis eadem lex ſtatuebat, *l.* 14. *in pr. C. de legit. her.* 32 Suet. *in Claudio, c.* 19. 33 Id eſt, D. Pii (eam enim appellationem ſortitus eſt adoptionis jure) Tertullo & Sacerdote Coſſ. *Cujac.* 34 Vide *l. ult. C. de inſt. & ſubſt.* 35 Hodie etiam avia ſuccedet ſuo gradu. *Nov.* 118. *c.* 2. *in princ.* 36 Vide *l.* 12. *in pr. C. de collat.* 37 Vide *l.* 2. *§. liberi.* 6. *ff. l.* 2. *C. h. t.* 38 *l.* 2. *C. eod. l.* 2. *§. objicitur.* 15. *D. eod.* 39 Hodie non anteponitur pater matri, *l. ult. §. pen. C. eod.* 40 *l.* 4. *C. eod.* 41 Hodie frater defuncti, ejus matrem non excludit. 42 *l. ult. C. de jure liberorum.* 43 Liberorum ſucceſſiones matribus delatæ quatuor potiſſimum de cauſis. 44 Vide *l. ult. C. qui potiores.* 45 *l.* 2. *C. de jure liberorum.* 46 Conſtantini, *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de legit. hered.* 47 *l. ult. C. eod.* 48 Id eſt, agnatis. *pr. Inſtit. de ſucceſſ. cognator.* 49 *l. ult. in fin. C. eod.* 50 Hodie mater cum fratribus & ſororibus defuncti ſuccedit in virilem portionem, *Nov.* 22. *cap.* 47. *in fin.* Vide *Nov.* 118. *cap.* 2. 51 Vide *l.* 2. *§.* 1. *ff. qui petant tut.* 52 *l.* 1. *in pr. ff. unde cognati.*

TIT.

TIT. IV.
DE SENATUSCONSULTO ORPHITIANO [1].

Origo & ſumma Senatusconſulti. 1. *De nepote & nepte.* 2. *De capitis deminutione.* 3. *De vulgo quæſitis.* 4. *De jure accreſcendi inter legitimos heredes.*

PEr contrarium autem liberi [2] ad bona matrum inteſtatarum admittuntur ex Senatusconſulto Orphitiano [3], quod Orphitio & Ruſo Conſulibus effectum eſt divi Marci temporibus: & data eſt tam filio, quam filiæ legitima hereditas, etiamſi [4] alieno juri ſubjecti ſint: & præferuntur conſanguineis & adgnatis defunctæ matris. §. 1. Sed cum ex hoc SC. nepotes [& neptes] ad aviæ ſucceſſionem legitimo jure non vocarentur, poſtea hoc conſtitutionibus principalibus [5] emendatum eſt, ut ad ſimilitudinem filiorum filiarumque & nepotes & neptes vocentur. §. 2. Sciendum autem eſt, hujusmodi ſucceſſiones, quæ ex Tertylliano & Orphitiano Senatusconſultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua novæ hereditates legitimæ capitis [6] deminutione non pereunt, ſed illæ ſolæ, quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur. §. 3. Noviſſime ſciendum eſt, etiam illos liberos qui vulgo quæſiti ſunt [7], ad matris hereditatem ex hoc Senatusconſulto admitti. §. 4. Si [8] ex pluribus legitimis heredibus quidam omiſerint hereditatem, vel morte, vel alia cauſa impediti fuerint, quominus adeant: reliquis, qui adierint, adcreſcit illorum portio: & licet ante deceſſerint, ad heredes tamen eorum pertinet.

TIT. V.
DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

Tertius ordo ſuccedentium ab inteſtato. 1. *Qui vocantur in hoc ordine. De adgnatis capite minutis.* 2. *De conjunctis per fœminas.* 3. *De liberis datis in adoptionem.* 4. *De vulgo quæſitis.* 5. *Ex quoto gradu adgnati, vel cognati ſuccedunt.*

POſt ſuos heredes, eosque quos inter ſuos heredes Prætor & conſtitutiones vocant, & poſt legitimos (quo numero ſunt adgnati, & hi, quos in locum adgnatorum tam ſupradicta Senatusconſulta, quam noſtra erexit [9] conſtitutio) proximos cognatos Prætor vocat. §. 1. Qua parte naturalis cognatio ſpectatur: nam adgnati capite deminuti, quique ex his progeniti ſunt, ex lege XII. tabularum inter legitimos non habentur, ſed a Prætore tertio ordine vocantur: exceptis ſolis tantummodo fratre & ſorore emancipatis (non etiam liberis eorum) quos lex Anaſtaſiana [10] cum fratribus integri [11] juris conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem ſive ſororis: non æquis tamen partibus, ſed cum aliqua deminutione, quam facile eſt ex ipſius conſtitutionis verbis colligere. Aliis vero adgnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem paſſi non ſunt, tamen anteponit eos, & procul dubio cognatis. §. 2. Eos etiam qui per fœminini ſexus perſonas ex transverſo cognatione junguntur: tertio gradu proximitatis nomine Prætor ad ſucceſſionem vocat. §. 3. Liberi quoque [12], qui in adoptiva familia ſunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu [13] vocantur. §. 4. Vulgo quæſitos [14], nullos habere adgnatos, manifeſtum eſt: cum adgnatio a patre ſit, cognatio a matre: hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe: quia conſanguinitatis [15] jus ſpecies eſt adgnationis. Tantum ergo cognati ſunt ſibi, ſicut & matri cognati ſunt. Itaque omnibus [iſtis ex] ea parte competit bonorum poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati vocantur. §. 5. Hoc loco & illud neceſſario admonendi ſumus: adgnationis quidem jure [16] admitti aliquem ad hereditatem [17], etſi decimo [18] gradu ſit: ſive de lege XII. tabularum quæramus, ſive de edicto, quo Prætor legitimis heredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. † Proximitatis [19] vero nomine iis ſolis Prætor promittit bonorum poſſeſſionem, qui usque ad [20] ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo ſobrino ſobrinaque nati natæve.

TIT. VI.
DE GRADIBUS COGNATIONUM. [21].

Continuatio, diviſio cognationis. 1. *Gradus Primus.* 2. *Secundus.* 3. *Tertius.* 4. *Quartus.* 5. *Quintus.* 6. *Sextus.* 7. *Septimus, & reliqui.* 8. *De gradibus adgnationis.* 9. *De graduum deſcriptione.*

HOc loco neceſſarium [22] eſt exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi ſumus, cognationem [23] aliam ſupra numerari, aliam infra, aliam ex transverſo, quæ etiam a latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum: inferior liberorum: ex transverſo fratrum ſororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur, & convenienter patrui, amitæ, avunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio, a primo gradu incipit: at ea, quæ ex transverſo numeratur, a ſecundo. §. 1. Primo gradu eſt ſupra, pater, mater: infra filius, filia [24]. §. 2. Secundo [gradu] ſupra avus, avia: infra nepos, neptis: ex transverſo frater, ſoror [25]. §. 3. Tertio [gradu] ſupra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis: ex transverſo fratris ſororisque filius, filia, & convenienter patruus, amita, avunculus & matertera [26]. Patruus eſt frater patris, qui Græce πατράδελφος appellatur; Avunculus eſt frater matris, qui Græce μητράδελφος dicitur: & uterque promiſcue θεῖος appellatur. Amita eſt patris ſoror, [quæ Græce πατραδέλφη appellatur] Matertera vero matris ſoror, [quæ Græce μητραδέλφη dicitur]: & utraque promiſcue θεία appellatur. §. 4. Quarto [27] gradu ſupra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex transverſo fratris ſororisque nepos, neptisve, & convenienter patruus magnus, amita magna, id eſt, avi frater & ſoror. item avunculus magnus, & matertera magna, id eſt, aviæ frater & ſoror: conſobrinus, conſobrina, id eſt, qui quæve ex ſororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam recte conſobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerantur, quaſi conſororinos: eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcuntur, ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore progenerantur, amitinos proprie dici [putant]. Amitæ tuæ filii conſobrinum te appellant, tu illos amitinos. §. 5. Quinto [28] gradu ſupra atavus, atavia: infra adnepos, adneptis: ex transverſo fratris ſororisque pronepos, proneptis, & convenienter, propatruus, proamita, id eſt, proavi frater & ſoror. [& proavunculus & promatertera, id eſt, proaviæ frater & ſoror]. Item fratris patruelis, vel ſororis patruelis, conſobrini & conſobrinæ, amitini & amitinæ filius, filia: propius ſobrino, propius ſobrina. Hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. §. 6. Sexto [29] gradu ſupra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex transverſo fratris ſororisque abnepos, abneptis, & convenienter abpatruus, abamita, id eſt, abavi frater & ſoror: abavunculus, abmatertera, id eſt, abaviæ frater & ſoror. [item propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius, filia. item propius ſobrino ſobrinave, filius filia]: item ſobrini, ſobrinæ, id eſt, qui quæve ex fratribus vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur [30]. §. 7. Hactenus oſtendiſſe ſufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam eſt intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata perſona gradum adjicit [31], ut longe facilius ſit reſpondere, quoto quisque gradu ſit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare. §. 8. Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur. §. 9. Sed cum [32] magis [33] veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigatur [34]: ideo neceſſarium duximus poſt narrationem graduum, eos etiam præſenti libro inſcribi, quatenus poſſint & auribus & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimam graduum doctrinam adipiſci.

TIT. VII.
DE SERVILI COGNATIONE.

De ſervili cognatione. 1. *Collatio ordinum & graduum.*

ILlud certum eſt, ad ſerviles cognationes illam partem Edicti, qua [35] proximitatis nomine bonorum poſſeſſio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur [36]. Sed noſtra [37] conſtitutione, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus usque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum & undique confuſum fuerat), & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus, ut ſi quis in ſervili conſtitutus conſortio liberum, vel liberos habuerit, ſive ex libera, ſive ex ſervilis conditionis muliere: vel contra ſerva mulier ex libero, vel ſervo habuerit liberos cujuscunque ſexus: & ad libertatem his pervenientibus, ii, qui ex ſervili ventre nati ſunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant ipſi in ſervitute eos habuerint, & poſtea ad libertatem pervenerint: ut hi omnes ad ſucceſſionem patris vel matris veniant [38], patronatus jure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolum in ſuorum parentum ſucceſſionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſſionem mutuam vocavimus, ex illa lege ſpecialiter eos vocantes: ſive ſoli inveniantur, qui in ſervitute nati & poſtea manumiſſi ſunt: ſive una cum aliis, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt: ſive ex eodem patre ſive ex eadem matre, ſive ex aliis [39] nuptiis ad ſimilitudinem eorum, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt [40]. §. 1. Repetitis itaque omnibus, quæ jam tradidimus, apparet non ſemper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eoque

1 *L.* 38. D. 17. *L.* 6. C. 57. Ulp. tit. 26. §. 7. Paul. 4. tit. 10. 2 *l.* 1. *in pr. ff. h. t. l.* 1. *C. eod.* 3 Non ex lege 12. Tabb. quia fœminæ ſuos heredes non habent. Ulp. *tit.* 26. §. 7. 4 *l.* 9. *D. eod.* 5 Theodoſii & Arcadii, *l.* 4. *C. Theodoſ. de legitimis heredibus.* 6 *l.* 1. §. *capitis. D. h. t.* 7 Paul. 4. *ſent.* 10. §. 1. *l.* 1. §. 2. *D. eod.* 8 *l.* 9. *D. de ſuis & legit.*

9 *l. pen. C. de legit. hered.* 10 Ejus fit mentio *l.* 4. *C. de legit. tut. l. ult. C. de leg. hered.* 11 Id eſt, capitis diminutionem vivo parente non paſſis. 12 *l.* 1. §. *cognationem. D. unde cognati.* 13 Scilicet cognatorum. *l.* 1. §. 3. *ff. unde cognat.* Anſ. 14 *l.* 4. *D. unde cognati. l.* 4. §. *ſciendum. ff. de gradib. & affin.* 15 Conſanguinitatis jus ſpecies adgnationis, nihil aliud eſt quam fraternitas, diſtincta autem a cognatione naturali, vide Cujac. 11. *obſerv.* 26. & quæ ſcripſi *ad l.* 1. *D. de tut. dat. & in notis ad Accurſium ad d. l.* 1. 16 Forte quia adgnati, quia familiam conſervabant, digniores erant cognatis. *Anſ.* 17 Ut & ad feudum, 2. *feud.* 50. 18 Qui longiſſimus dicitur. *v.* §. 3. *in pr. ſ. de legit. agn. ſucceſſ.* multo magis octavo, *l.* 9. *ff. unde cognati.* Goth. Sumitur hic numerus certus pro incerto, eo quod admodum rarus ſit gradus decimus; hinc communis pragmaticorum error, qui hunc locum ſtrictius & ſecundum literam excluſive intelligendo, putarunt fiſcum propter decimi gradus defectum, tanquam in bona vacantia, ad ſucceſſionem admitti. Qui eo ſolo caſu ſuccedit, quo (ſublata agnationis & cognationis differentia), nemo, vel remotiſſimus ſuperſit, text. eſt in *l. un. C. unde vir & uxor. junct.* §. 3. *Inſtit. de legit. agnat. ſucc.* §. *ult. Inſtit. de ſervil. cognat. & l.* 2. §. 1. *ff. de ſuis & legitimis.* Junct. *Novell.* 118. *cap.* 3. *in fin.* Vide *Arn. Vinn.* hic. Quod & mores ubique probant. Vide *Eguin. Baron.* hic. Choppin. *de doman.* Franc. *lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 7. *in fin.* Carpzov. *Jurisp. Forenſ. part.* 3. *conſtit.* 18. *defin.* 31. Gudelin. *de jure Noviſſ. l.* 1. *cap.* 15. *verſ. ſciendum.* Zyp. *Not. jur. Belg. rubr. unde liberi.* contra Grot. *Introd. Jurispr. Batav. lib.* 1. *cap.* 30. & eum ex putativa juris recepti relatione ſecutos *Vinn. & Græneweg.* hic. S. L. 19 Id eſt, ut cognatus, nemo admittebatur decimo gradu, Theoph. *hic.* 20 Hodie jus cognatorum agnationis juri exæquatum eſt, atque ita cognati eodem gradu ſuccedunt. *Novell.* 118.

21 *L.* 38. *D.* 10. Paul. 4. *ſent.* 11. 22 Id eſt, utile propter matrimonia, hereditates, tutelas, teſtimonia, bonorum poſſeſſiones. *l.* 10. *in pr. D. h. t.* 23 *l.* 1. *D. eod.*

24 Et ita quatuor perſonæ. l. 10. §. *primo gradu.* 12. *D. eod.* 25 Hæ perſonæ dupliciter intelligendæ, ut ſint duodecim. *d. l.* 10. §. *ſecundo gradu.* 13. 26 Paul. *in d. l.* 10. §. *tertio gradu.* 14. enumerat 32. perſonas. 27 Et in *d. l.* 10. Paulus §. *quarto gradu.* 15. enumerat 80 perſonas. 28 Idem Paulus *in* §. *quinto gradu.* 16. enumerat 184 perſonas. 29 Idem ſcil. tradit, hoc gradu contineri 448 perſonas in *d. l.* 10. *ſexto gradu.* 17. 30 Idem Paulus notat in ſeptimo gradu contineri 1024 perſonas, *d. l.* 10. §. *ſeptimo gradu.* 18. quæ omnes ſimul conjunctæ efficiunt 1784 perſonas. Ultra ſeptimum gradum cognatorum nomina non reperiuntur, & vix ultra ſeptimum gradum cognatorum vita ſubſiſtit, *l.* 4. *in pr. D. eod.* in hoc gradu continetur ſobrino & ſobrina natus. *l.* 1. §. 3. *D. unde cognat.* 31 Si quidem gradus nihil aliud eſt, quam generatio, ut quavis quæſtione propoſita, quot inter utramque perſonam generationes extiterint, totidem gradus ſint conſtituendi. 32 Horat. *in arte: Segnius irritant animos demiſſa per aurem, Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, & quæ Ipſe ſibi tradit ſpectator.* & apud Herodotum 1. & Lucianum *libello de ſaltatione: Aures hominibus perſuadent minus quam oculi:* ſic Plautus *Truculento, Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.* & Horatius, *Certior aure eſt oculus.* Inde a quibusdam receptum, ut teſti de auditu non credatur. *Demoſthen.* Orat. πρὸς Εὐβουλίδην. Eſt & alioqui acutiſſimus ſenſus, & qui ad ſtellas usque protenditur, cum nullus ſenſus id, quod mille paſſibus diſtet, ſentire poſſit. Varro 2. *de lingua.* Huc addendum, oculis portam corneam (ut qui duriores ſint in ſenſibus & frigori non obnoxii) ori eburneam a poëtis attribui: ut indicarent, vera nos oculis haurire; falſa loqui poſſe. Servius 6. *Æneid.* Cicero *de Natura.* 33 Imo minus in diſciplinis: plus enim ibi in auribus, quam oculis ſitum eſt. Lactant. 3. *Inſtit.* 34 ὄψις κατ' αὐτὴν, inquit Ariſt. *Lib.* περὶ αἰσθήσεως· ἀκοὴ δὲ κατὰ συμβεβηκός. viſus per ſe eſt, auditus per accidens.

35 De qua vide §. 3. *ſ. de legit. agnat. ſucc.* 36 Servilis tamen cognatio impedimento nuptiis eſſe dicitur, §. 10. *ſ. de nupt.* adde *l.* 1. §. 2. *ff. unde cognati. l. ult.* §. *non parcimus.* 5. *ff. de gradib.* 37 Quæ non extat: extant tamen fragmenta in *l.* 4. *C. de bon. libert.* 38 Et ita recipiant cognationem: abrogata *l.* 7. *ff. unde cognati. l.* 6. *C. de ſuis, & legit. hered.* 39 Sive ex aliis, qualicunque copulatione, nati ſint ad ſimilitudinem, &c. *Cujac. Hotom.* 40 Jure civili ſervi non dicuntur contrahere matrimonium, ſed contubernium. *l.* 3. *C. de inceſtis & inutil.* jure Pontificio ſecus. *c.* 1. *extr. de conjug. ſervor.*

amplius, ne eum quidem qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse. Cum enim prima causa sit suorum heredum, & eorum, quos inter suos heredes enumeravimus: apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem esse, quam fratrem aut patrem matremque defuncti: cum alioqui pater quidem & mater (ut supra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an non, quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo sexu propagatus est. Amotis quoque suis heredibus, & quos inter suos heredes vocari diximus: adgnatus, qui integrum jus habet adgnationis, etiamsi longissimo gradu sit, plerumque potior habetur, quam proximior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel materteræ præfertur. Totiens igitur dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quotiens neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis [jure], aliquis præferri debeat, secundum ea quæ tradidimus: exceptis fratre & sorore, emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur cæteris ulterioris gradus adgnatis.

TIT. VIII.

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM [1].

Qui succedunt ex XII. *Tabb.* 1. *Jure Prætorio.* 2. *Ex lege Papia.* 3. *Ex constitutione Justiniani.* 4. *Quibus libertinis succeditur.*

NUnc de libertorum bonis videamus. Olim [2] itaque licebat liberto patronum suum impune testamento præterire: nam ita demum Lex XII. Tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum [3], si intestatus mortuus esset libertus, herede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset; patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela: si vero adoptivus filius fuisset, aperte iniquum erat, nihil juris patrono superesse. §. 1. Qua de causa postea Prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata est: sive enim faciebat testamentum libertus, jubebatur ita testari, ut patrono partem [4] dimidiam bonorum suorum relinqueret; & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio: sive intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptivo, dabatur æque patrono contra hunc suum heredem, partis dimidiæ bonorum possessio. † Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum [5] naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modo ex aliqua parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto [Prætorio] petierant: nam exheredati nullo modo repellebant patronum. §. 2. Postea [vero] lege [6] Papia adaucta sunt jura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim, *ut ex bonis ejus qui sestertium centum millium patrimonium* [7] *reliquerat, & pauciores, quam tres liberos habebat, sive is testamento facto, sive intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur.* Itaque cum unum [quidem] filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiave intestatus [8] decessisset: cum [vero] duos duasve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus. §. 3. Sed nostra [9] constitutio, quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita hujusmodi causam definivit, ut siquidem libertus vel liberta minores centenariis [10] sint, id est, minus [11] centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro [12] mille sestertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto: tunc patronatus jus (quod erat ex lege XII Tabularum) integrum reservavit. Cum vero majores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum sive plures cujuscunque sexus vel gradus: ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, siquidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus: si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, (cum nullos liberos haberent, vel habentes, eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta), tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam (ut antea) sed tertiam partem bonorum liberti consequantur; vel quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet: multis aliis casibus a nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perspeximus, ut tam patroni patronæque, quam liberi eorum, necnon qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum libertarumve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est: & si ejusdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocetur successionem, & in capita [13] non in stirpes dividatur successio: eodem modo & in iis, qui ex transverso latere veniunt, servando. Pene enim consonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus [14] fecimus. §. 4. Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt: cum nec sint alii liberti, simul & Dedititiis [15] & Latinis sublatis; cum Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant, quia licet ut liberi vitam suam peragebant [16], attamen ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, & quasi servorum, ita bona eorum jure quodammodo peculii ex lege [17] Junia [Norbana] manumissores detinebant. Postea vero SC. Largiano [18] cautum fuerat, *ut liberi manumissoris non nominatim exheredati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur.* Quibus etiam supervenit divi [19] Trajani Edictum, quod eundem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem Romanam venire ex beneficio Principis festinarat, faciebat quidem vivum civem Romanum, Latinum vero morientem. Sed nostra constitutione propter hujusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Juniam, & SC. Largianum [20], & Edictum divi Trajani in perpetuum deleri censuimus: ut omnes liberti civitate Romana fruantur: & mirabili modo quibusdam adjectionibus [21] ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad civitatem Romanam capiendam transposuimus.

TIT. IX.

DE ADSIGNATIONE [22] LIBERTORUM.

IN summa (quod ad bona libertorum [attinet]) admonendi sumus, censuisse Senatum [23], ut quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejusdem gradus sunt [24], æqualiter bona libertorum pertineant: tamen licere parenti, uni ex liberis adsignare [25] libertum, ut post mortem ejus solus [26] is patronus habeatur, cui adsignatus est; & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona nulla adsignatione interveniente pariter admitterentur, nihil juris in his bonis habeant, sed ita demum pristinum jus recipiant, si is cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relictis. §. 1. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, & non tantum filio, nepotive, sed etiam filiæ neptive adsignare permittitur. §. 2. Datur autem hæc adsignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit, ut eis quos in potestate habet, adsignare libertum libertamve liceat. Unde quærebatur, si eum cui adsignavit, postea emancipaverit: num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere [27], quod & Juliano & aliis plerisque visum est. §. 3. Nec [28] interest, [an] testamento quis adsignet, an sine testamento: sed etiam quibuscunque verbis patronis hoc permittitur facere, ex SC. quod Claudianis temporibus factum est, Sabellio [29] Rufo & Asterio Scapula consulibus.

TIT. X.

DE BONORUM [30] POSSESSIONIBUS [31].

Ratio & effectus. 1. *De speciebus ordinariis. Jus vetus.* 2. *Jus novum.* 3. *Species extraordinaria.* 4. *De petenda bonorum possessione. De tempore.* 5. *De jure accrescendi & successorio edicto.* 6. *Explicatio dicti temporis.* 7. *Quomodo peti debet.*

JUs bonorum possessionis introductum est a Prætore emendandi veteris juris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus jus eo modo Prætor emendavit, sicut supra dictum est: sed in eorum quoque qui testamento facto decesserint. Nam si alienus posthumus heres fuerit institutus: quamvis hereditatem jure civili adire non poterat, cum institutio non valebat: honorario tamen jure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a Prætore adjuvabatur. Sed & is a nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi & jure civili non incognitus. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis confirmandi gratia [Prætor] pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui recte testamento facto heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos heredes, & adgnatos ad bonorum possessionem vocat. Sed & remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas jure civili. † Quos autem solus vocat Prætor ad hereditatem, heredes quidem ipso jure non fiunt [32]; nam Prætor heredem facere non potest [33], per legem enim tantum, vel similem juris constitutionem heredes fiunt, veluti per SC. & Constitutiones principales: sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores. Adhuc autem & alios complures gradus Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis [34] finibus constitutum per Legem XII Tabularum jus percipiendarum hereditatum, Prætor ex bono & æquo [35] dilatavit. §. 1. Sunt autem [36] bonorum possessiones ex testamento quidem hæ. Prima, quæ præteritis liberis datur, vocaturque contra tabulas. Secunda, quam omnibus jure scriptis heredibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur secundum tabulas. Et cum de testatis [37] prius

1 Id est, ut patroni succedant libertis. Huc refer L. 38. D. 2. Lib. 6. Cod. 4. Ulp. 27. 29.
2 Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet, deinde ad eos quorum liberti sunt, veluti patronum, patronam, liberosve patroni. Ulp. 27. §. 1. 3 *v. l. 17. ff. de bonis libert.* 4 *l. 1. in fin. D. de bonis libert.* 5 *l. 3. in princ. ff. de suis.*
6 De qua Ulp. 29. §. 3. 5. 6. *l. 1. §. pen. D. si cui plus quam per legem Falc.* 7 Sic pauperiores dicuntur qui minus 50 aureorum in bonis habent. *l. 10. de accus.* Ans. 8 *Testatus decessisset.* Cujac. *hic. &* 3. *obs.* 13. *Contius:* (cui Græca *Theophili* paraphrasis consentit ibi ἐπὶ διαθήκῃ) reprehensus a Roberto 2. *recept. lect.* 24. 9 Quæ non extat, vide tamen ejus fragmentum *in l. 4. C. de bonis libertorum.* Cuj. 20. *obs.* 34. 10 *l. 16. D. de jur. patr. l. 26. D. de bon. libert.* 11 Minus mille aureis. *Hotom.* 12 Pro centum sestertiis. *Hotom.* movetur Hotomannus, quod Suetonius in Othone, unius aurei mentionem faciat, & eundem aureum Tacitus (idem commemorans) centenis sestertiis exæquet. Contius vero hic notat recte solidum æstimari mille sestertiis, quia in *l. 49. soluto matrimonio.* decem solidi paulo post vocantur decem millia: utut sit, pauperes vocantur, qui minus quam 50 habeant. *l. 10. de accus.* non igitur male locupletiores liberti hic dicentur, qui centum millium sestertium, id est, centum aureos patrimonium reliquerint. Erat autem hæc summa pœna popularis actionis. *l. 25. in fin. ad SC. Silan.* & ambitus, *l. un. §. 1. & ult. ff. ad l. Juliam de ambitu.* Cæterum de aurei æstimatione vide Cujac. 19. *obs.* 31. 13 Libertorum hereditas in capita non in stirpes dividitur: & ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones habebunt, Paul. 3. *sent.* 2. §. 3. dixi ad Th. *hoc loco.* Ulp. 27. §. 4. 14 Et aliis, puta matrimoniis. *Nov. 78. c. 3.* 15 *C. de latina & dedititia libertate.* 16 *v. ad hunc locum Timotheum 3. ad Ecclesiam.* 17 *v. §. tit. de libert. §. 3.* 18 *Nov. 78.* 19 *l. un. C. de latina libertate.* 20 *d. Nov. 78.* 21 Id est, modis, *Accursius:* Alciatus vero hanc vocem ad familiarum adjectiones refert: sed Cujacius ad modos manumittendi per Epistolam, & inter amicos, quibus olim tantum latini, hodie cives fiunt manumissi, 18. *obs.* 21. qua de re dicemus plenius ad *l. un. C. de latina libertate.*
22 *Lib. 38. D. 4.* 23 De quo *l. 1. ff. h. t.* 24 *§. 3. in fin. §. tit. prox.* 25 *l. 107. ff. de verb. sign.* 26 *l. 30. §. ult. ff. qui & a quibus.* 27 Imo non evanescit, sed tenet *l. 19. ff. h. t.* 28 *l. 1. §. 3. l. 7. l. 13. ff. h. t.* 29 Vellejo Ruso & Hosterio Scapula Coss.
30 *L. 37. D. 1.* Ulp. 28. Bonorum possessio hic non significat nudam rei possessionem a dominio abstractam: sed ipsum quasi rerum dominium, quod successione Prætoria per universitatem adjicitur, ex quo oritur bonorum possessoria hereditatis petitio, quæ datur ei cui jure Prætorio patrimonium defuncti defertur. *l. 1. l. 2. ff. de possessor. hered. petit.* 31 An hodie bonorum possessiones abrogatæ aut non necessariæ sint, v. *§. ult. J. eod.* 32 Ad intellect. hujus §. vid. Bellon. *supput. lib. 1. cap. 10.* Ans. 33 Hinc etiam in dominio pignoris addicendo, autoritate principis opus est. *l. 24. ff. de pignor. act. l. debitor. ff. ad Senat. Trebell.* Et in acquirendo ejus rei dominio quam prætor possidere jussit, usucapione opus est, *l. prætoris. l. his qui. l. si finita. §. Julianus. & §. si de vectigal. D. de damn. infect.* Ans. 34 Excludebat enim emancipatos natos, & filias, & matres. *Hotom.* 35 *l. 6. §. 1. ff. h. t.* Lex 12. Tabb. gentis & familiæ: Prætor sanguinis & naturæ rationem habuit. *Hot.* 36 Vide Vigl. *de inoffic. testam. §. quia plerumque. num. 5.* Ans. 37 Al. habent, *de testamentis. h. t.*

loquutus

loquutus est, ad intestatos transitum fecit. Et primo loco suis heredibus, & iis, qui ex edicto Prætoris inter suos heredes connumerantur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur unde liberi. Secundo legitimis heredibus. Tertio, decem personis, quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ hæ: Pater, mater, avus, avia tam paterni, quam materni; item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia: frater, sororve, consanguinei vel uterini. Quarto, cognatis proximis. Quinto, tanquam ex familia. Sexto, patrono patronæque liberisque eorum & parentibus. Septimo, viro & uxori. Octavo, cognatis manumissoris. §. 2. Sed eas quidem Prætoria introduxit jurisdictio: a nobis tamen [1] nihil incuriosum prætermissum est, sed nostris constitutionibus omnia corrigentes, contra tabulas quidem & secundum tabulas bonorum possessiones admisimus, utpote necessarias constitutas: necnon ab intestato unde liberi & unde legitimi bonorum possessiones. Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, unde decem personæ: eam pio proposito, & compendioso sermone supervacuam ostendimus. Cum enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo manumissori: nostra constitutio [2], quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemque manumissoribus contracta fiducia manumissionem facere dedit: ut ipsa manumissio eorum hoc in se habeat privilegium, & supervacua fiat supradicta bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum ejus sextam antea bonorum possessionem induximus: & quintam fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur. Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio, tanquam ex familia, & octavo, unde patroni patronæque & liberi ac parentes eorum: utramque per constitutionem nostram, quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus [3], quas usque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus (ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia), sufficit eis tam contra tabulas bonorum possessio, quam unde legitimi, & unde cognati; ex quibus possunt sua jura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta. Aliam vero bonorum possessionem, quæ unde vir & uxor appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore servavimus & altiore loco, id est, sexto eam posuimus: decima quoque bonorum possessione, quæ erat, unde cognati manumissoris, propter causas enumeratas merito sublata: ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant, suo vigore pollentes. §. 3. Septima [4] eas secuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt. Novissime enim promittitur Edicto iis etiam bonorum possessio, quibus ut detur [5] Lege, vel SC. vel Constitutione comprehensum est: quam neque bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque iis, quæ ex testamento sunt, Prætor stabili jure connumeraverit: sed quasi ultimum & extraordinarium auxilium (prout res exegit) accommodavit, scil. iis qui ex legibus, SC. Constitutionibusve Principum, ex novo jure, (vel ex testamento, vel ab intestato) veniunt. §. 4. Cum igitur plures species successionum Prætor introduxisset, easque per ordinem disposuisset: & in unaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ: ne [6] actiones creditorum differrentur, sed haberent, quos convenirent, & ne facile in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent: ideo petendæ bonorum possessioni [7] certum tempus præfinivit. Liberis itaque & parentibus, tam naturalibus, quam adoptivis in petenda bonorum possessione anni [8] spatium, cæteris [autem adgnatis, vel cognatis,] centum dierum dedit. §. 5. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit: ejusdem gradus personis adcrescit [9]: vel si nullus sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto pollicetur, ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset. Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit [10], non quo usque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur [11]: sed statim cæteri ex eodem edicto admittuntur. §. 6. In petenda autem bonorum possessione dies utiles [12] singuli considerantur. §. 7. Sed bene [13] anteriores [14] Principes & huic causæ providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet [15]: sed quocunque modo admittentes eam [16] judicium (intra statuta tamen tempora) ostenderit: plenum habeat earum beneficium.

TIT. XI.

DE ADQUISITIONE [17] PER ADROGATIONEM.

EST & alterius generis per universitatem successio, quæ neque lege XII. Tabularum neque Prætoris edicto, sed eo jure, quod consensu [18] receptum est, introducta est. §. 1. Ecce enim cum paterfamilias sese in adrogationem dat, omnes res ejus corporales & incorporales, quæque ei debitæ sunt, adrogatori antea quidem pleno jure adquirebantur: exceptis iis, quæ per capitis deminutionem pereunt, quales sunt operarum obligationes, & jus adgnationis: usus etenim & ususfructus licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit nostra constitutio [19]. §. 2. Nunc autem nos eandem adquisitionem, quæ per adrogationem fiebat, coarctavimus ad similitudinem naturalium parentum: nihil enim aliud, nisi [20] tantummodo ususfructus tam naturalibus parentibus, quam adoptivis per filiosfamiliarum adquiritur in iis rebus, quæ extrinsecus filiis obveniunt, dominio eis integro servato. Mortuo autem filio adrogato in adoptiva familia, etiam dominium [rerum] ejus ad adrogatorem pertransit: nisi supersint aliæ personæ, quæ ex constitutione nostra patrem, in iis quæ adquiri non possunt, antecedant. §. 3. Sed ex diverso, pro eo quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem jure adrogator non tenetur, sed nomine [21] filii convenitur: & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus, bona, quæ ejus cum usufructu futura fuissent, si se alieno juri non subjecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

TIT. XII.

DE EO CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

Continuatio. Summa. 1. *Rescriptum divi Marci.* 2. *Ejusdem utilitas.* 3. *In quibus casibus locum habeat. De libertate in testamento vel in codicillis relicta.* 4. *Si certum sit, vel incertum, an successor existet.* 5. *De in integrum restitutione.* 6. *Si libertates datæ non sunt.* 7. *De speciebus additis a Justiniano.*

ACcessit novus casus successionis ex Constitutione [22] divi Marci. Nam si ii, qui libertatem acceperunt a domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatum [23] conservandarum causa: audiuntur. §. 1. Et ita divi Marci rescripto [24] ad Pompilium Rufum continetur. Verba rescripti ita se habent: Si Verginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona [ejus] esse cœperunt, ut venire debeant: is cujus de ea re notio est, aditus rationem desiderii tui habebit, ut libertatum tam earum, quæ directo, quam earum, quæ per speciem fideicommissi, relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi: si idonee [25] creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. Et ii quidem, quibus [26] directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset. Ii autem, quos heres manumittere rogatus est, a te libertatem consequentur: ita autem ut si non alia conditione velis tibi bona addici, quam ut [ii] etiam, qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, si ii, quorum de statu agitur, consentiant, auctoritatem nostram accommodamus. Et ne hujus rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat: si [27] fiscus bona agnoscere voluerit: & ii, qui rebus nostris attendunt, sciant [28], commodo pecuniario præferendam esse libertatis causam: & ita bona cogenda, ut libertas iis salva sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento adita esset. §. 2. Hoc rescripto subventum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum a creditoribus possideantur & veneant [29]. Certe si fuerint hac de causa bona addicta: cessat bonorum venditio: existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui de solido [30] creditoribus cavet. §. 3. In primis hoc rescriptum totiens locum habet, quotiens testamento libertates datæ sunt. Quid ergo si quis intestatus [31] decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hereditas? [an] favor constitutionis debebit locum habere? Certe si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, nemini dubium est.

§. 4. Tunc [enim] constitutioni locum esse verba ostendunt, cum nemo successor ab intestato existat. Ergo quamdiu [32] incertum erit, utrum existat, an non: cessabit constitutio. Si vero certum esse cœperit, neminem existere; tunc erit constitutioni locus. §. 5. Si [33] is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit hereditate: an quamvis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri? Quid [34] ergo si post addictionem libertatum conservandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Utique non erit dicendum revocari libertates: quia [35] semel competierunt.

§. 6. Hæc constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ: cessat [hæc] constitutio [36]. Quid ergo si vivus dederit libertates, vel mortis causa: & ne de hoc quæratur, utrum in fraudem creditorum, an non, factum sit, idcirco velint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est, ut audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis.

§. 7. Sed cum multas divisiones ejusmodi constitutioni deesse perspeximus: lata est a nobis plenissima constitutio [37], in qua multæ species collatæ sunt, quibus jus hujusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.

TIT. XIII.

DE SUCCESSIONIBUS [38] SUBLATIS, QUÆ FIEBANT PER BONORUM [39] VENDITIONES, ET EX SENATUS CONSULTO [40] CLAUDIANO [41].

ERant ante prædictam [42] successionem olim & aliæ per universitatem successiones, qualis fuerat bonorum emptio [43], quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages [44] fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando judicia ordinaria [45] in usu fuerant. Sed cum extraordi-

1 Observandum ex his quæ sequuntur, lege Justiniani tantum has septem bonorum possessiones hoc ordine ex undecim Prætoriis receptas: nempe contra tabulas, secundum tabulas, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor, & ex legibus ex jure prætorio: sublatis quinta, unde decem personæ; septima, tanquam ex familia; octava, unde patroni, &c. decima, unde cognati manumissoris. 2 *l. ult. C. de emancip. liberorum.* 3 *§. 3. in fin. S. de success. libert.* 4 Vide Bellon. *lib. 1. supputat. 15.* Ans. 5 *l. 3. §. fin. ff. de pet. hered. l. 1. in pr. ff. ut ex legib.* 6 *v. l. 1. in pr. ff. de successor. edicto.* 7 *v. l. 69. in fin. de adq. vel omitt. hered.* 8 *l. 1. §. Largius. ff. de successorio.* 9 *l. un. C. Quando non pet. part. pet. accresc.* Ans. 10 Id enim potest, *l. 13. de adq. vel omitt. hereditate.* 11 *v. l. 13. in pr. ff. de adq. vel. omitt. hered.* 12 *l. 2. ff. quis ordo in bonor. possess.* 13 Vide Bellon. *lib. 3. supput. cap. fin.* Ans. 14 *l. ult. C. qui admitti ad bon. possess.* 15 Hodie nemo adstringitur ad petendam bonorum possessionem ab ipso prætore ex priscis formulis (sic enim restringenda est *l. ult. §. nos itaque. C. de curat. furios.* quæ paulo generalius tradit sublatas a Constantino bonorum possessiones, *l. 17. C. de jure delib*) cogi tamen quisque videtur, suam amplectendæ hereditatis voluntatem apud aliquem judicem contestari. *l. ult. C. qui admitti.* utut sit, unde vir & uxor hic a Justiniano probatur. S. §. 4. v. Cujac. 17. *obs.* 19. 16 Indicium, *Cujac. & Cont.*

17 *§. ult. S. per quas personas nobis adquiritur. l. 22. ff. de inofficioso testam.* 18 Id est, quod primum sine scripto, dein longius per usum productum, postremo a prudentibus confirmatum. *Theoph.* 19 *l. 16. C. de usufr.* 20 *v. l. 6. §. 1. C. de bonis, quæ liber.*

21 *l. 42. ff. de peculio.*

22 Hereditas enim jure civili: Bonorum possessio prætorio: per arrogationem vero successio moribus & consuetudine adquiritur. 23 *v. l. 6. 15. C. de testam. manu. l. 2. in fin. ff. de fideic. libert.* 24 *l. 2. ff. de fideicomm. libert. l. ult. C. de manum. test.* 25 Fidejussore vel pignore, vel si ei fides habita, *l. 4. §. addici. ff. de fideic. libertat.* 26 *l. 4. §. 12. ff. de fideic. libert.* 27 *l. 4. §. eadem. ff. de fideic. libert.* 28 Hinc fit, ut servos in successionibus fisco prælatos videamus. *Nov. 1. c. 1.* 29 Id enim turpe. *§. 1. S. quib. ex caus. man.* 30 *l. 4. §. de solido. ff. de fideic. libert.* 31 *l. 2. ff. de fideic. libert.* 32 *l. 4. in princ. ff. de fideic. libert.* 33 *l. 4. §. 1. ff. de fideic. lib.* 34 *d. l. 4. §. 2.* 35 Libertas semel data, non revocatur. *l. 1. C. si adversus libertatem.* 36 Causa finali cessante, dispositio cessat. *c. cum cessante. de appell.* vid. Tiraquellum, *tractatu, Cessante causa cessat effectus.* 37 *l. ult. C. de test. manum.*

38 Duabus nimirum. 39 *Subaudi*, debitoris: & quidem per creditores. id. *hic* Theoph. 40 7. *C.* 24. 41 Quo libera mulier se servo conjungens libertatem & substantiam amittebat. 42 De qua S. *tit. prox.* 43 Infamis, quæ & in locum sectionis creditorum in partes, Lege 1[illegible]. Tabb. introductæ, successerat. Tertull. *in Apolog. c. 4. de qua l. 60. de pact. l. 9. §. 5. de jure. l. 29. de rebus aut. jud.* Interea quidam hic notant, emptionem sumi pro venditione: atque ideo unum vocabulum pro altero sumi. *l. 19. ff. de act. empt.* quod tamen fallit. *l. 2. C. de locat.* 44 An quia creditor proponens actionem, & in syllaba errans, causa cadebat? 45 Usitata ante Constantinum, *l. 1. C. de formul. subl.*

nariis[1] judiciis posteritas usa est: ideo cum ipsis ordinariis judiciis etiam bonorum venditiones exspiraverunt, & tantummodo creditoribus datur officio judicis bona possidere,[2] & prout utile eis visum est ea disponere, quod ex latioribus Digestorum libris[3] perfectius apparebit. §. 1. Erat & ex Senatusconsulto Claudiano miserabilis per universitatem adquisitio[4]: cum libera mulier servili amore bacchata[5], ipsam libertatem per Senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiam: quod indignum nostris[6] temporibus esse existimantes, & a nostra civitate deleri, & non inseri nostris Digestis concessimus.

TIT. XIV.
DE OBLIGATIONIBUS[7].

NUnc[8] transeamus ad obligationes[9]. Obligatio[10] est juris vinculum[11] quo necessitate[12] adstringimur alicujus rei[13] solvendæ, secundum[14] nostræ civitatis jura. §. 1. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur: namque aut Civiles sunt, aut Prætoriæ. Civiles[15] sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua jurisdictione[16] constituit, quæ etiam honorariæ vocantur. §. 2. Sequens divisio in quatuor species dividitur. Aut enim ex[17] contractu sunt, aut quasi[18] ex contractu: aut ex maleficio aut quasi ex maleficio. Prius est, ut de iis, quæ ex contractu sunt, dispiciamus. Harum æque quatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu[19]. De quibus singulis dispiciamus.

TIT. XV.
QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

De mutuo. 1. De indebito soluto. 2. De commodato. 3. De deposito. 4. De pignore.

RE contrahitur obligatio[20], [veluti] mutui datione. Mutui autem datio in iis rebus consistit, quæ pondere, numero, mensura constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant. Et quoniam nobis non eædem res, sed aliæ ejusdem naturæ & qualitatis redduntur[21], inde etiam mutuum appellatum est, quia ita a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur condictio. §. 1. Is quoque[22] qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem solvit, re[23] obligatur: daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei condici potest[24], si apparet eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Unde pupillus, si[25] ei sine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione: non magis, quam mutui[26] datione. Sed[27] hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cum is, qui solvendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere[28], quam contrahere. §. 2. Item is, cui res aliqua utenda datur, id est, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione[29]. † Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longe distat: namque non[30] ita res datur, ut ejus fiat: & ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet[31] fortuito casu amiserit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hostiumve incursu, nihilominus obligatus remanet. At is, qui utendum accepit, sane quidem exactam[32] diligentiam custodiendæ rei præstare jubetur: nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterat eam rem custodire. Sed propter majorem vim majoresve casus non tenetur, si[33] modo non ipsius culpa is casus intervenit: alioqui si id, quod tibi commodatum est domi, peregre[34] tecum ferre malueris, & vel incursu hostium prædonumve, vel naufragio amiseris: dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis. † Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta, [res] tibi utenda data est: alioqui mercede interveniente, locatus tibi usus rei videtur. † Gratuitum enim debet esse commodatum. §. 3. Præterea & is, apud quem res aliqua[35] deponitur, re obligatur, (teneturque actione[36] depositi:) quia & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur[37]. † Sed is ex eo solo tenetur[38], si quid dolo commiserit: culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ, non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti[39] amico rem custodiendam tradit, [non ei,] sed suæ facilitati id imputare debet. §. 4. Creditor quoque qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipse de ea re quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia[40]. Sed quia pignus utriusque[41] gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhibeat: quam si præstiterit, & aliquo[42] fortuito casu rem amiserit: securum esse, nec impediri creditum petere[43].

TIT. XVI.
DE VERBORUM[44] OBLIGATIONIBUS.

Summa. 1. De verbis stipulationum. 2. De puritate. 3. De die. 4. De conditione. 5. De loco. 6. De conditione ad tempus præsens vel præteritum relata. 7. Quæ in stipulatum deducuntur.

VErbis[45] obligatio contrahitur[46] ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur, ex qua duæ proficiscuntur actiones, tam condictio (certi[47]) si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu[48], si incerta sit: quæ hoc nomine inde utitur, quod stipulum apud veteres[49] firmum appellabatur, forte[50] a stipite descendens. §. 1. In hac re olim talia verba tradita fuerunt, *Spondes? spondeo. Promittis? promitto.* [*Fide promittis? fide promitto.*] *Fidejubes? fidejubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam.* Utrum autem Latina, an Græca[51], vel qualibet alia lingua[52] stipulatio concipiatur, nihil interest: scil. si uterque stipulantium intellectum ejus linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua utrumque uti: sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia verba olim quidem in usu fuerunt: postea autem Leoniana[53] constitutio lata est, quæ solennitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, quibuscunque[54] tandem verbis expressum est. §. 2. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit. Pure, veluti, *quinque aureos dare spondes?* Idque[55] confestim peti potest. In diem: cum adjecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit: veluti, *decem aureos primis Kalendis Martiis dare spondes?* Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur[56]: sed peti prius quam dies venerit, non potest. At[57] ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet. Neque enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, prius quam is præterierit. §. 3. At si ita stipuleris, *decem aureos annuos, quoad[58] vivam, dare spondes?* & pure facta obligatio intelligitur, & perpetuatur: quia ad tempus non potest deberi: sed[59] heres petendo, pacti exceptione summovebitur. §. 4. Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur[60] obligatio: ut si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, *Si Titius Consul fuerit[61] factus, quinque aureos dare spondes?* Si quis ita stipuletur, *Si[62] in Capitolium non[63] ascendero, dare*

1 V. quæ scripsi ad *l. ult. §. 3. ff. quod metus causa.* Alii notant, ordinarium judicium dici dupliciter, respectu materiæ, in judice: & formæ, in judiciis requisitæ. 2 Olim universa. *l. 1. in fin. ff. quib. ex caus. in poss.* hodie pro mensura debiti. *Nov. 53. c. 4. in fin.*
3 *Lib. 42. D. tit. 4. quib. ex caus. in poss. & tit. 5. de reb. autor. judicis poss. & lib. 7. C. 72.*
4 De qua vid. *l. un. C. de SC. Claud.* Ulp. *tit. 11. §. 11.* Tacit. 12. *annal.* 5 Huc referri potest, quod alibi dicitur, furore amoris nihil esse vehementius, *Novella, quibus modis naturales. 89.* 6 Hodie igitur libera mulier potest nubere impune homini servo. *l. ult. C. de agric.* ita ut hujusmodi nuptiis libertatem non amittat, sed ejus conditionem plane liberi sequantur.
7 *L. 44. D. 7. L. 4. C. 10.* 8 De personis & rebus dixit. Dicturus consequenter de actionibus præmittit tractatum de obligationibus. Est enim obligatio actionis mater. *l. 42. §. 2. ff. de procuratorib.* Hic Hotomannus initium facit *lib. 3. Instit.* qui jure reprehenditur a Cont. 1. *Subcisiv. lect. c. 1.* Ans. 9 Ex quibus personalis: ut ex dominio realis actio nascitur.
10 Naturalis & Civilis simul, seu mixta, ex qua actio jusque exigendi oritur. Quippe Naturalis tantum obligatio (cujus causa est vel contractus, vel delictum factum, vel consensus) destituta civili approbatione, exceptionem quidem habet, sed actionem (veluti inter patrem & filium in potestate, dominum & servum, creditorem & pupillum mutuum sine tutoris auctoritate accipientem) non parit: *l. 7. §. 4. l. 27. §. 2. ff. de pactis.* Habet & alios effectus: impedit enim soluti repetitionem. *l. 16. §. 4. ff. de fidejuss.* Accedere ei potest pignus & fidejussor qui naturaliter & civiliter obligatur. *J. de fidejussor. in pr.* compensationem admittit. *l. 6. ff. de compensat.* Civilis tantum, actionem quidem parit, sed vim exigendi non habet: quia civiliter tantum obligatus, tutus est exceptione, puta, vel nudi pacti, vel metus illati, vel pecuniæ sibi non numeratæ *l. in contractib. 14. C. de non numerata pecunia.* Potest ei pignus & fidejussor accedere. *l. 16. §. 3. ff. de fidejuss.* Neutra vero obligatio nascitur, quando lex nominatim factum improbat: veluti contractum inter tutorem & pupillum, donationem inter conjuges, & similia. 11 Unde adstringere dicitur. *l. 99. ff. de verb. oblig.* 12 *v. l. 108. ff. de verb. sign.* ut hinc colligas, hic non definiri obligationem, quæ exceptione eliditur. *l. 13. ff. de reg. jur. l. 42. in fin. ff. de oblig.*
13 Vel facti. *l. 1. ff. de reb. cred. l. 3. in princ. ff. de oblig.* 14 An hæc verba referenda ad verbum *obligatio*, ut hic de obligatione civili agatur. an ad verbum *vinculum*: an potius ad verbum *solvendum*, vid. quæ scripsi ad *l. 2. ff. de reb. cred. l. 3. §. 1. ff. commodati.* 15 Civiles obligationes vim habent, sive quia usu receptæ, sive quia jure quodam civili comprobatæ.
16 Per jurisdictionem intellige totum prætoris officium, cujus pars est edictum, alias enim ex jurisdictione prætoris non nascitur obligatio. *l. 27. ff. de Oblig. & Act.* Jurisdictio autem est edicti executio. Ans. 17 Contractus est facti. *l. consil. 7. §. ult. ff. de curat. furios.* ex eo obligatio quæ juris. *l. 2. C. si certum.* Ex obligatione actio. *l. 42. §. 2. ff. de procurat.* 18 Contractus proprie est, qui utrinque contrahentes obligat: improprie, in quo unus magis improprie, distractus, *l. 19. ff. de verb. sign.* 19 Addi potest, contractuum alios esse nominatos vel innominatos: alios bonæ fidei vel stricti juris, & in iis quædam ut substantialia & formalia (veluti in venditione pretium) quædam ut solennia (puta ut minor rem cum decreto vendat) quædam ut naturalia & adminicula ac tacite intellecta (ut est in venditione evictio), quædam ut accidentalia ac minime necessaria (veluti ut mihi venditori fundum ad certum tempus loces) spectari. v. Hotom. *qu. 35.*
20 Re dicitur contrahi obligatio, quoties præter consensum rem actu ipso intervenire necesse est. *l. 52. §. 1. ff. de oblig. & act.* utcunque inter nos conveniat de mutuo dando, obligatio tamen ex mutuo non nascitur. Cur? Aliud est contractus, aliud de contrahendo facta promissio.
21 In eodem ac non diverso genere: eodem, inquam, & similitudine & utilitate: vel aliter: non eædem res in individuo, sed in specie, redduntur: sed tamen res aliæ solvi possunt volenti. Quod si ab initio convenit, ut res aliæ solvantur, alius erit contractus, quam mutui.
22 Solvens id quod civiliter tantum vel naturaliter & civiliter debuit (quod petitum tamen poterat elidere dubii eventus, vel perpetua eademque favorabili exceptione, puta Vellejani) is solutum repetit. At qui debitum vel naturaliter tantum, vel naturaliter & civiliter (quod tamen elidere potuisset exceptione perpetua favorabili, ut Macedoniani): item qui indebitum vel ratione diei vel confidejussorum (veluti cum potuisset uti Epistola D. Hadriani) solvit, is solutum non repetit. Cessat quoque hæc actio, quoties quis vel sciens, vel rei judicatæ, aut pietatis intuitu, aut transactionis, aut jurisjurandi autoritate solvit. Idem si alienum debitum, si ex ea causa, unde lis inficiando crescit, solverit. Mins. 23 *l. 5. §. 3. ff. de obl. & act.*
24 Imo tenetur ex quasi contractu. *§. 6. Instit. de oblig. quæ quasi ex contr.* Declarationem hujus vers. vide apud Rainald. Cors. *indagat. jur. lib. 1. cap. 32.* Ans. 25 Pupillus non obligatur indebitum accipiendo. 26 Pupillus non obligatur mutuum accipiendo. 27 Indebitum qui accipit, non proprie ex contractu, sed quasi ex contractu obligatur. 28 Solutio distractus est magis, quam contractus. Nam qui solvit, magis distrahit, quam contrahit.
29 *v. l. 1. §. 3. ff. de O. & A.* 30 *v. l. 8. l. 9. ff. commodati.* 31 *v. l. 11. C. si cert. petatur.* 32 Hotomannus legit *exactissimam*: ad Instit. hic, quem omnino vide. ex *l. 1. § 4. ff. de oblig. & act. l. contractus. ff. de Reg. Jur §. 16. Inst. de furt.* Ans. 33 *v. l. 1. C. de commod.*
34 *v. l. 1. §. 4. ff. de obligat. & action.* 35 Simpliciter & custodiæ causa, ut hic, vel debita. *l. 19. C. de usuris.* vel litigiosa. *l. 6. ff. depositi.* 36 *v. l. 1. §. 5. ff. de obl. & act.*
37 Etiam latroni, *l. 31. ff. depositi.* nec petere potest compensationem, *l. ult. C. de compens.* non potest etiam opponere exceptionem dominii. *l. pen. C. depositi.* 38 *v. l. 20. ff. depos.*
39 *v. l. 1. §. 5. ff. de obligat. & act.* 40 *v. l. ult. C. de luitione pignoris.* 41 *l. 5. §. 2. in fin ff. commodati* 42 *v. l. 6. C. de pignorat. act.* 43 Obiter hic observandum, pignorari non posse res quæ sunt extra commercium, *l. 3.* liberos homines, *l. 6.* instrumenta ad culturam agrorum deputata, *l. 8. C. quæ res pignor.* res pupillares sine decreto. *l. 1. in pr.* litigiosas, *d. l. 1. §. 2. in med. ff. quæ res pign.* alienas, *l. 1. §. 1. ibid.* servitutes urbanas, *l. 11. §. 3. de pignor. & hypothec.* cæteræ possunt.

44 45. *D. 1. Lib. 8. C. 38.* 45 Quæ verbis est obligatio, verbis omnimodo contrahitur. Potest tamen, & quæ consensu est, ut & pactum, verbis contrahi. *l. 7. §. 12. ff. de pact. l. 1. §. 6. ff. de const. pec.* 46 *l. 1. §. 7. verbis. l. 52. §. 2. verbis. ff. de oblig. & act.* 47 *l. 9. in princ. de reb. cred. l. 74. ff. h. t.* 48 *l. 75. in princ. ff. h. t.* Cur non actio ex stipulatione dicitur quæ ex certa stipulatione, cum ea competat pro dote (quæ ut sæpius certa est) *l. un. C. de rei uxoria act.* & pœna promissa certa. *l. 1. §. si reus. D. de eo, per quem factum. l. 21. in fin. ff. de arbitris. l. 28. de act. emp. l. 68. D. de verb. obl.* Ad hæc, certi condictio ex incerto contractu competit. *l. 9. D. de reb. cred.* & incerti pro re certa. *l. 3. D. de condict. sine causa.* verum dici potest Tribonianum has actiones distinxisse, ut & Ulpianum *in l. 24. ff. de reb. cred.*
49 Paul. 5. *sent. 7. §. 1.* 50 Stipulatio a stipite seu fuste in terram defixo. *l. granaria. 18. ff. de act. empt.* Festus *in stipes.* qualis figebatur in confinibus ad finium custodiam firmandam. Ovid. 2. *Fastor. ubi de Termino.* 12. Gell. 6. at paulo ante a stipulo, quod firmum significat, dicitur. Varro, 4. *de lingua in fin.* a stipando, id est, componendo. Festus in *stipem*, stipulatorem eum ait qui stipem, id est, æs stipuletur. Idem *in stipatores*, stipam, idem quod firmum interpretari videtur. Isidor. 5. *c. 24.* stipulationem a stipula deducit: quod veteres, quoties sibi aliquid promittebatur, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes, stipulationes suas agnoscebant. Alciat. 1. *parerg. 39.* a σύζω, quod est adstringere. 51 *l. 1. §. 6. D. h. t.*
52 Ut & hodie sententiæ. *l. 12. C. de sent. & interl.* 53 *l. 10. C. de verb. obl. adde notat. ad l. 1. §. 2. ff. eod.* 54 *l. 1. §. 2. D. eod. l. 10. C. de cont. & committ. stip.* 55 *v. l. 41. in fin. D. h. t.* 56 *v. l. 46. in pr. D. eod.* 57 Imo eo ipso die. *l. 118. §. pen. D. eod.*
58 *v. l. 56. §. 4. D. eod.* 59 *l. 52. in fin. D. de pact.* 60 Incertum & futurum, *l. 54. D. de verb. sig.* Conditionem nihil aliud esse quam dilationem debiti in aliquem casum, hinc collige. 61 Conditio casualis. 62 Conditio potestativa. *v. l. 115. §. 1. & 2. h. t.* 63 *l. 115. §. 1. D. de verb. obl.*

spondes?

ſpondes? perinde erit ac ſi ſtipulatus eſſet, cum moreretur ſibi dari. Ex conditionali ſtipulatione tantum ſpes [1] eſt debitum iri: eamque ipſam ſpem in heredem transmittimus [2], ſi prius quam conditio extet, mors nobis contigerit. §. 5. Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti *Carthagini dare ſpondes?* Quæ ſtipulatio licet pure fieri videtur: tamen re ipſa habet tempus adjectum, quo promiſſor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo, ſi quis Romæ ita ſtipuletur [3], *hodie Carthagini dare ſpondes?* inutilis [4] erit ſtipulatio: cum impoſſibilis ſit repromiſſio. §. 6. Conditiones, quæ [5] ad præſens vel præteritum tempus referuntur, aut ſtatim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, veluti, *Si Titius conſul fuit*, vel ſi *Mævius vivit, dare ſpondes?* Nam ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio: ſin autem ita ſe habent, ſtatim valet. Quæ enim per rerum naturam ſunt certa: non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint. §. 7. Non ſolum res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam [6] facta: ut ſi ſtipulemur aliquid fieri vel non fieri, & in hujuſmodi ſtipulationibus optimum [7] erit pœnam ſubjicere, ne quantitas ſtipulationis in incerto [8] ſit, ac neceſſe ſit actori probare, quid ejus interſit. Itaque ſi quis, ut fiat aliquid, ſtipuletur: ita [9] adjici pœna debet, *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?* Sed ſi quædam fieri, quædam non fieri, una eademque conceptione ſtipuletur quis: clauſula hujuſmodi erit adjicienda, *Si adverſus ea factum erit, ſive quid ita factum non fuerit: tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?*

TIT. XVII.
DE DUOBUS [10] REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

Quibus modis duo rei fieri poſſunt. 1. De effectu hujuſcemodi ſtipulationum. 2. De puritate, die, conditione.

Et ſtipulandi & promittendi [11] duo, pluresve rei fieri poſſunt. Stipulandi ita, ſi poſt omnium interrogationem promiſſor reſpondeat, *ſpondeo:* utputa, cum duobus ſeparatim ſtipulantibus ita promiſſor reſpondeat, *Utrique veſtrum dare ſpondeo.* Nam ſi prius Titio ſpoponderit, deinde alio interroganti ſpondeat, alia [12] atque alia erit obligatio, nec credentur duo rei ſtipulandi eſſe. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt, *Mævi decem aureos dare ſpondes? & Sei eoſdem decem aureos dare ſpondes?* [ſi] reſpondeant [13] ſinguli ſeparatim, *ſpondeo.* §. 1. Ex hujuſmodi obligationibus, & ſtipulationibus ſolidum ſingulis debetur, & promittentes [14] ſingulis in ſolidum [15] tenentur. In utraque tamen obligatione una res vertitur: vel alter debitum accipiendo, vel alter ſolvendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.

§. 2. Ex [16] duobus reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt: nec impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus eſt, petatur.

TIT. XVIII.
DE STIPULATIONE [17] SERVORUM.

An ſervus ſtipulari poſſit. 1. Cui acquirat: De perſona, cui ſtipulatur: & de ſtipulatione imperſonali. 2. De ſtipulatione facti. 3. De ſervo communi.

Servus ex perſona domini jus ſtipulandi habet. Sed & hereditas in pleriſque perſonæ defuncti [18] vicem ſuſtinet: ideoque quod ſervus hereditarius ante aditam hereditatem ſtipulatur, adquirit [19] hereditati, ac per hoc etiam heredi poſtea facto adquiritur. §. 1. Sive autem domino, ſive ſibi, ſive [20] conſervo ſuo, ſive [21] imperſonaliter ſervus ſtipuletur: domino adquirit. Idem juris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis adquirere poſſunt. §. 2. Sed cum factum in ſtipulatione continebitur, omnimodo perſona ſtipulantis continetur: veluti ſi ſervus ſtipuletur, ut [22] ſibi ire agere liceat: ipſe enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus ejus. §. 3. Servus communis ſtipulando, unicuique dominorum pro [23] portione dominii adquirit: niſi [24] juſſu unius eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt: tunc enim ſoli ei adquiritur. Quod ſervus communis ſtipulatur [25], ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt: ſolidum alteri adquiritur, veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, unius domini ſit.

TIT. XIX.
DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

Diviſio. 1. De ſtipulationibus judicialibus. 2. De prætoriis. 3. De conventionalibus. 4. De communibus.

Stipulationum [26] aliæ [ſunt] judiciales [27], aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes tam prætoriæ, quam judiciales.

§. 1. Judiciales ſunt duntaxat, quæ a mero [28] judicis [29] officio proficiſcuntur [30]: veluti de dolo cautio, [vel de [31] perſequendo ſervo, qui in fuga eſt: reſtituendove pretio]. §. 2. Prætoriæ [32] [ſunt], quæ a mero Prætoris officio proficiſcuntur [33], veluti damni infecti, [vel legatorum].

† Prætorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, ut in his etiam contineantur ædilitiæ [34]: nam & hæ a juriſdictione [Prætoris] [35] veniunt.

§. 3. Conventionales ſunt, quæ ex conventione (utriusque partis [36]) concipiuntur, [hoc eſt, neque juſſu judicis, neque juſſu Prætoris, ſed ex conventione contrahentium,] quarum totidem genera ſunt, quot (pene dixerim) rerum contrahendarum. §. 4. Communes ſunt [37]: velut rem ſalvam fore pupillo: Nam [38] & Prætor jubet [39] rem ſalvam fore pupillo, caveri, & interdum judex, ſi aliter hæc res expediri non poteſt: vel de rato ſtipulatio.

TIT. XX.
DE [40] INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

De his quæ ſunt in commercio. 1. De his quæ non ſunt in rerum natura. 2. De his quæ non ſunt in commercio. 3. De facto vel datione alterius. 4. De eo in quem conferatur obligatio, vel ſolutio. 5. De interrogatione & reſponſione. 6. De his qui ſunt vel habent in poteſtate. 7. De muto vel ſurdo. 8. De furioſo. 9. De impubere. 11. De conditione. 12. De abſentia. 13. De tempore in quod confertur ſtipulatio. 14. De præpoſteratione. 15. De ſtipulatione collata in tempus mortis. 16. De ſtipulatione poſt mortem alterius. 17. De promiſſione ſcripta in inſtrumento. 18. De pluribus rebus. 19. De pœna adjecta ſtipulationi alii dari. 20. Si interſit ejus, qui aliis ſtipulatur. 21. De pœna adjecta promiſſioni facti alieni. 22. De re ſtipulantis futura. 23. De diſſenſu. 24. De turpi cauſa. 25. De morte contrahentium. 26. Quando agi poteſt ex ſtipulatione.

Omnis res, quæ dominio noſtro ſubjicitur, in ſtipulationem deduci poteſt: ſive mobilis ſit, ſive ſoli. §. 1. At ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut [41] eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit: veluti Stichum [42], qui mortuus ſit, quem vivere credebat; aut hippocentaurum [43], qui eſſe non poſſit [44]: inutilis erit ſtipulatio. §. 2. Idem juris eſt [45], ſi rem ſacram aut religioſam, quam humani juris eſſe credebat: vel rem publicam, quæ uſibus populi perpetuo expoſita ſit, ut forum, vel theatrum: vel [46] liberum hominem, quem ſervum eſſe credebat, vel cujus commercium non habuerit: vel rem [47] ſuam dari quis ſtipuletur. Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id, quod publica res in privatum deduci, & ex libero ſervus fieri poteſt [48], & commercium adipiſci ſtipulator poteſt, & res [ſua] ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt: ſed protinus [49] inutilis eſt [50]. Item contra, licet initio utiliter res in ſtipulatum deducta ſit: ſi [tamen] poſtea [51] in aliquam eorum cauſam, de quibus ſupra dictum eſt, ſine facto promiſſoris devenerit, extinguitur ſtipulatio [52]. At nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, *Lucium Titium* [53], *cum ſervus erit, dare ſpondes?* & ſimilia: quæ enim natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt [54].

§. 3. Si quis [55] alium daturum, facturumve [56] quid promiſerit, non obligabitur [57]: veluti ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quod ſi effecturum ſe, ut Titius daret, ſpoponderit, obligatur. §. 4. Si quis alii, quam [58] ei, cujus juri ſubjectus ſit, ſtipuletur: nihil agit [59]. Plane ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur, *Mihi aut Seio dare ſpondes?* ut obligatio quidem ſtipulatori adquiratur, ſolvi [60] tamen Seio, etiam invito eo, recte poſſit, ut liberatio ipſo jure contingat: ſed ille adverſus Seium habeat [61] mandati actionem. † Quod ſi [62] quis ſibi & alii, cujus juri ſubjectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: valet quidem ſtipulatio: ſed utrum totum debeatur [ſtipulatori] quod in ſtipulationem deductum eſt, an vero pars dimidia, dubitatum eſt: ſed placuit, non plus quam dimidiam partem ei adquiri. † Ei [vero], qui juri tuo ſubjectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris: quia vox [63] tua, tanquam filii ſit: ſicuti & filii vox, tanquam tua intelligitur in [64] iis rebus, quæ tibi adquiri poſſunt. §. 5. Præterea inutilis [65] eſt ſtipulatio, ſi [quis] ad ea quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat [66]: veluti [67] ſi quis decem aureos a te dari ſtipuletur, tu quinque promittas, vel contra: aut ſi ille pure ſtipuletur, tu [68] ſub conditione promittas, vel contra: ſi modo ſcil. id exprimas, id eſt, ſi cui ſub conditione, vel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, *præſenti* [69] *die ſpondeo.* Nam ſi hoc ſolum reſpondeas, *promitto:* breviter videris in eandem diem vel conditionem ſpopondiſſe. Neque enim neceſſe eſt, in reſpondendo eadem omnia [70] repeti, quæ ſtipulator expreſſerit.

§. 6. Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo juri ſubjectus eſt [71], vel ſi is a te ſtipuletur. Sed ſervus quidem non ſolum domino ſuo obligari non poteſt, ſed ne [72] quidem ulli alii: filii vero familiarum aliis [73] obligari poſſunt. §. 7. Mutum [74] neque ſtipulari, neque promittere poſſe, palam eſt [75]: quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is qui ſtipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba ſtipulantis audire debet: unde apparet non de eo nos loqui, qui tardius exaudit [76]: ſed de eo, qui omnino non audit.

§. 8. Furioſus nullum negotium gerere poteſt: quia non intelligit quod

1 *l.54. in fin. de verb. ſignif.* 2 *l.57. ff. h.t.* 3 *l.2. §. qui ita.6. ff. de eo quod certo loco.* 4 Non tamen ſemper. *v. l. 141. §.4. ff. h.t.* 5 *v. l.37. de reb. cr.* 6 *l.2. in princ. ff. h.t.* 7 *l. ult. ff. de præt. ſtipul.* 8 *l.68. l.80. ff. h.t.* 9 *l.71. l.137. §. pen. ff. eod.*

10 *Lib.45. D.2. Lib.8. C.40. Nov.99.* 11 *l.1. ff. de duob. reis conſt.* 12 Imo alia non erit. *l.3. ff. eod.* 13 *l.4. ff. eod.* 14 *v. l.2. ff. eod.* 15 Hodie neceſſaria eſt diſcuſſio. *Nov.99. c.1.* 16 *l.7. ff. eod.* 17 *Lib.45. D.3.* 18 *v. l.31. in fin. ff. de her. inſt.* 19 *l.16. ff. de obl. & act.* 20 *l.1. §.3. ff. h.t.* 21 *l.15. ff. eod.* 22 *l.38. §. hi qui ſunt. ff. de verb. obl.* 23 *l.7. §.1. l.27. ff. h.t.* 24 *l.33. ff. eod.* 25 *l.25. §. quæſtionis. ff. de uſufructu.* 26 *l.5. ff. de verb. obl.* ſive dividuæ, ſive individuæ: ſive dandi, ſive faciendi ſint. *l.5. ff. de verb. obl.* 27 Judicialium ſtipulationum auctor eſt judex, a Prætore datus: Prætoriarum ipſe Prætor. 28 Merum judicis officium appellat, quod interponitur ſine juſſu prætoris, ſine conventione partium. 29 Subaudi, a Prætore ſpecialiter dati inter litigantes. 30 Judiciales ſtipulationes ſunt, quæ nunquam apud Prætorem, ſed tantum apud judicem interponuntur. *l.4. §. duas. ff. de damno.* 31 Hæc verba ad §. Prætoriæ. hic abundant: deſunt in *l.5. ff. de verb. obl.* 32 *v. tit. D. de ſtip. prætoriis. & l.5. D. de verb. obl.* 33 Prætoriæ ſtipulationes ſunt quæ nunquam niſi apud Prætorem aut eos qui loco Prætorum ſunt, puta Ædiles & Præſides, interponuntur; & quidem certa formula. *l.52. ff. de verb. obl.* 34 Ædilitiæ ſtipulationes, ſunt cautiones de morbis & vitiis venalium rerum. 35 Hoc verbum deeſt Theophilo: deeſt etiam *d. l.5.* & alioquin Jus ædilitium honorarium eſt, prætorium nunquam. Et hæ veniunt non ab edicto Prætoris, ſed Ædilium. 36 Vel utriusque contrahentium. Contrahentes dicuntur *in l.3. in fin. ff. de obl. l.52. l.115. §.2. ff. de verb. obl.* 37 Et ita communis dicitur, quia apud Prætorem. *l.2. ff. rem pupilli.* & apud judicem. 38 Communes ſunt quæ jubente Prætore (vel Ædili,) & interdum officio judicis interponuntur.

39 Hæc prætoria dicitur in *l.1. ff. de ſtipul. præt.* & tamen interdum judicis officio interponitur. Theoph. *hic.* 40 *L.8. C.39.* 41 *v. l.31. ff. de obl. & act. l.35. ff. de verb. obl.* 42 *v. l.69. de V.O.* 43 Vide *l.97. ff. de verb. oblig.* 44 Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die interiiſſe, Plin.7.c.3.refert. 45 *l.83. §. ſacram. ff. de verb. obl.* 46 *v. l.103. de V.O.* 47 *v. l.82. de verb. obl.* idque dominio, non poſſeſſione. 48 Quia id ſpectari neque civile, neque naturale eſt. *d. l.83. §. ſacram. in fin.* 49 ἐξ ἀρχῆς. Theoph. *hic.* id eſt, ab initio. Poteſt & hoc dici, cum τὸ protinus ei opponatur, quod ſuperius dixit in pendenti, eo verbo inſtans tempus notari, ut apud Senec. illo loco, Omnia in incerto jacent, protinus vive, id eſt, fruere inſtanti. 50 Quia de his recte ſtipulamur, quæ dominio noſtro ſubjici ſtatim poſſunt. *d. §. ſacram.* 51 *v. l.98. pr. l.140. §. ult. de verb. obl.* 52 An ad æſtimationem teneatur, *v. §.4.6. Inſtit. de legat.* S.L. 53 *d. §. ſacram.* verb. *ſed hæc.* 54 & e contra *l.34. §.1. ff. de contr. empt.* 55 *v. l.38. in princ. ff. de verb. oblig.* 56 Vid. §.21. *J. h.t.* 57 Niſi habere licere, niſi factum heredis, niſi ſub pœna vel cum juramento promiſerit. 58 *v. l.38. §. alteri.17. ff. de verb. obl.* 59 Niſi mea interſit, niſi juraveris, niſi ſub pœna promiſeris, niſi conſuetudo contraria ſit, niſi piis locis vel procuratori ſtipulatus ſim. 60 *l.10. l.12. §. pen. ff. de ſolut.* 61 *l.98. §. qui ſtipulatus. in fin. 5. de ſolut.* 62 *l.110. ff. de verb. obl.* 63 Adde *l.42. ff. de damno infect.* 64 *l.130. ff. de verb. obl.* 65 Imo in decem erit contracta. *l.1. §. ſi ſtipulanti.4. ff. de verb. obl.* 66 *§.1. S. de verb. oblig.* Vide Arum. *Exercit. Juſtin. 13. th.5.* Anſ. 67 Imo hoc caſu utilis eſt ſtipulatio in quinque. *l.1. §.4. ff. de verb. oblig.* Imo non eſt utilis. *l.58. ff. de verb. oblig.* 68 *l.1. §.3. ff. de verb. obl.* 69 Ei quod majus eſt, & minus ineſt. 70 *l.65. l.134. §.1. de verb. obl.* 71 *l.2. ff. de contrah. empt.* Anſ. 72 *v. l.14. ff. de obl. & act.* 73 *v. l.39. de obl. & act.* 74 *l.1. ff. de verb. obl.* 75 Poteſt tamen muta voce, ſeu literis obligari, *arg. l.38. ff. de obl. & act.* 76 *§.3. S. Quibus non eſt permiſſum fac. teſtam.*

agit [1]. §. 9. Pupillus omne negotium recte gerit: ita tamen, ut ubi tutoris auctoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti ſi ipſe obligetur: nam alium ſibi obligare [2] etiam ſine tutoris auctoritate poteſt. §. 10. Sed quod diximus de pupillis, utique de iis verum eſt, qui jam habent aliquem intellectum: nam [3] infans, & qui infantiæ proximus eſt [4], non multum a furioſo diſtant: quia hujuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, benignior juris interpretatio facta eſt: ut idem juris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes [5], ne auctore quidem patre obligatur. §. 11. Si impoſſibilis conditio [6] obligationibus adjiciatur; nihil valet ſtipulatio [7]. Impoſſibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti ſi quis ita dixerit: *Si* [8] *digito cœlum attigero, dare ſpondes?* At ſi ita ſtipuletur: *Si digito cœlum non attigero, dare ſpondes?* pure facta obligatio intelligitur, ideoque ſtatim peti poteſt. §. 12. Item verborum obligatio inter [9] abſentes concepta, inutilis eſt. Sed cum hoc materiam litium contentioſis hominibus præſtabat, forte poſt tempus tales allegationes opponentibus, & non præſentes fuiſſe vel ſe vel adverſarios ſuos contendentibus: ideo noſtra conſtitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes advocatos ſcripſimus: per [10] quam diſpoſuimus, tales ſcripturas, quæ præſto eſſe partes indicant, omnino eſſe credendas [11]: niſi is qui talibus utitur improbis allegationibus, manifeſtiſſimis probationibus vel per ſcripturam [12], vel per teſtes idoneos adprobaverit, toto eo die, quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel adverſarium ſuum in aliis locis fuiſſe. §. 13. Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat: non magis, quam poſt ejus mortem, a quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicujus poteſtate eſt, poſt mortem ejus ſtipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur. Sed & ſi quis ita ſtipuletur, *pridie quam moriar*, vel *pridie quam morieris, dare ſpondes?* inutilis erit ſtipulatio. Sed cum (ut jam dictum eſt) ex conſenſu contrahentium ſtipulationes valeant, placuit nobis etiam in hunc juris articulum neceſſariam inducere emendationem [13], ut ſive poſt mortem, ſive pridie quam moriatur ſtipulator, ſive promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, ſtipulatio valeat. §. 14. Item ſi quis ita ſtipulatus erat, *ſi navis [cras] ex Aſia venerit* [14] *hodie dare ſpondes?* inutilis erat ſtipulatio, quia præpoſtere concepta eſt. Sed quum Leo inclytæ recordationis [15] in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non [16] eſſe rejiciendam exiſtimaverit: nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, ut non ſolum in dotibus, ſed etiam in omnibus valeat hujuſmodi conceptio ſtipulationis [17]. §. 15. Ita autem ſtipulatio concepta, veluti ſi Titius dicat, *cum* [18] *moriar, dare ſpondes?* vel *cum morieris?* & apud veteres utilis erat, & nunc [19] valet. §. 16. Item poſt [20] mortem alterius recte ſtipulamur. §. 17. Si [21] ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem: perinde habetur [22] atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.

§. 18. Quotiens plures res una ſtipulatione comprehenduntur, ſiquidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat, *dare ſpondeo*, propter omnes tenetur [23]. Si vero unam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit: obligatio [24] in iis, pro quibus ſpoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim ſtipulationibus una, vel quædam videntur eſſe perfectæ: ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus. §. 19. Alteri [25] ſtipulari (ut ſupra dictum eſt) nemo poteſt. Inventæ enim ſunt hujuſmodi [ſtipulationes vel] obligationes ad hoc, ut unuſquiſque adquirat ſibi, quod ſua intereſt. Cæterum ſi alii detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Plane ſi quis velit hoc facere, pœnam ſtipulari conveniet: ut niſi ita factum ſit, ut eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei, cujus nihil intereſt. Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit ejus, ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. Ergo ſi quis [ita] ſtipuletur, *Titio dari*, nihil agit: ſed ſi adjecerit pœnam, *niſi dederis, tot aureos dare ſpondes?* tunc committitur ſtipulatio. §. 20. Sed [&] ſi quis ſtipuletur alii, cum [26] ejus intereſſet, placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtrationem contutori [27] ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſalvam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cum obligatus futurus ſit pupillo, ſi male res geſſerit) tenet obligatio. Ergo & ſi quis *procuratori* [28] *ſuo dari* ſtipulatus ſit: habebit vires ſtipulatio. Et ſi *creditori ſuo* [quis ſtipulatus ſit], quod ſua intereſt, ne forte vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant, valet ſtipulatio. §. 21. Verſa vice, qui [29] *alium facturum* promiſit, videtur in ea eſſe cauſa, ut non teneatur, niſi pœnam ipſe promiſerit. §. 22. Item nemo rem ſuam futuram [30], in eum caſum, quo ſua ſit, utiliter ſtipulatur.

§. 23. Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum a te quis ſtipulatus fuerit [31], tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris. §. 24. Quod turpi [32] ex cauſa promiſſum eſt; veluti ſi quis homicidium vel ſacrilegium ſe facturum promittat: non valet.

§. 25. Cum quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit, licet ante conditionem deceſſerit: poſtea exiſtente conditione heres ejus agere poteſt [33]. † Idem eſt & ex promiſſoris parte. §. 26. Qui hoc anno [34], aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt: niſi [35] omnibus partibus anni vel menſis præteritis, non recte petet. §. 27. Si fundum dari ſtipuleris vel hominem: non poteris continuo agere, niſi [36] tantum ſpatium prætererit, quo [37] traditio fieri poſſit.

TIT. XXI.
DE FIDEJUSSORIBUS [38].

Cur accipiuntur. 1. *Et in quibus obligationibus.* 2. *De herede.* 3. *Si fidejuſſor præcedat, vel ſequatur obligationem.* 4. *De pluribus fidejuſſoribus.* 5. *In quam ſummam obligatur fidejuſſor.* 6. *De actione fidejuſſoris adverſus reum.* 7. *Si fidejuſſor Græce accipiatur.* 8. *Si ſcriptum ſit, aliquem fidejuſſiſſe.*

PRo [39] eo, qui [40] promittit, ſolent alii obligari, qui fidejuſſores appellantur: quos homines accipere ſolent, dum curant, ut diligentius ſibi cautum ſit. §. 1. In [41] omnibus autem obligationibus adſumi poſſunt; id eſt, ſive [42] re, ſive verbis, ſive literis, ſive conſenſu contractæ fuerint. At nec illud quidem intereſt, utrum civilis [43], an naturalis ſit obligatio, cui adjicitur fidejuſſor: adeo quidem, ut pro ſervo quoque obligetur, ſive extraneus ſit, qui fidejuſſorem a ſervo accipiat, ſive ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debetur. §. 2. Fidejuſſor non tantum ipſe obligatur, ſed etiam [44] heredem relinquit obligatum. §. 3. Fidejuſſor & [45] præcedere obligationem, & ſequi poteſt. §. 4. Si plures ſint fidejuſſores: quotquot erunt numero, ſinguli in ſolidum tenentur [46]. Itaque liberum eſt [47] creditori, a quo velit, ſolidum petere. Sed ex epiſtola [48] divi Hadriani compellitur creditor a ſingulis, qui [49] modo ſolvendo ſunt, litis conteſtatæ tempore, partes petere [50]. Ideoque ſi quis ex fidejuſſoribus eo tempore ſolvendo non ſit; hoc cæteros onerat. Sed ſi ab uno fidejuſſore creditor totum conſequutus fuerit: hujus ſolius detrimentum erit, ſi is, pro quo fidejuſſit, ſolvendo non ſit [51]: & ſibi imputare debet, cum potuerit juvari ex epiſtola divi Hadriani, & deſiderare, ut pro parte in ſe detur actio. §. 5. Fidejuſſores ita obligari non poſſunt [52], ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in principali re. At ex diverſo, ut minus debeant, obligari poſſunt: itaque ſi reus decem aureos promiſerit, fidejuſſor in quinque recte obligatur: contra vero obligari non poteſt. Item ſi ille pure [53] promiſerit, fidejuſſor ſub conditione promittere poteſt: contra vero non poteſt. Non ſolum autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus [54] intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt, poſt tempus dare [55]. §. 6. Si quid autem fidejuſſor pro reo ſolverit [56]: ejus recuperandi cauſa habet cum eo mandati judicium [57]. §. 7. Græce [58] etiam fidejuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. id eſt, *mea fide jubeo ego:* [ſed & ſi dixerit] θέλω ſive βούλομαι. id eſt, volo, ſed & φημὶ, id eſt, *affirmo.* pro eo erit, ac ſi dixerit λέγω, id eſt, *dico.* [59].

§. 8. In ſtipulationibus fidejuſſorum ſciendum eſt, hoc generaliter accipi: ut quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum. Ideoque conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fidejuſſiſſe: videri [60] omnia ſolemniter acta.

TIT. XXII.
DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS [61].

OLim ſcriptura [62] fiebat obligatio, quæ nominibus [63] fieri dicebatur, quæ nomina [64] hodie non ſunt in uſu. Plane ſi quis debere ſe ſcripſerit [65], quod ſibi numeratum non eſt [66]: de pecunia minime numerata [67] poſt multum temporis exceptionem opponere non poteſt: hoc enim ſæpiſſime conſtitutum eſt. Sic fit, ut & hodie, dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur: & ex ea naſcatur condictio, ceſſante ſcil. verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus uſque ad quinquennium procedebat: ſed ne creditores diutius poſſint ſuis pecuniis forſitan defraudari, per conſtitutionem [68]

1 *l. 70. §. ſi a furioſo. ff. de fidejuſſ. & mandat. l. 5. l. 40. de reg. jur.* 2 *v. l. 7. C. de cont. ſtip.* 3 *v. l. 70. ff. de verb. obl.* 4 Id eſt, ſeptennis: hucque referenda eſt *l. 70. ff. de verb. oblig.* ſeptennio major poteſt, quo referenda eſt *l. 6. ff. rem pupilli.* Goth. Quis ſit infantiæ aut pubertati proximus, docet Hotoman. *hic*, quem vide. *Anſ.*
5 Quid pubes? *v. l. 7. C. de contr. ſtip.* 6 *l. 7. ff. de verb. oblig.* natura & jure affirmative concepta. *v. l. 31. ff. de oblig. & act.* negative concepta non ſuſpendit, nec contractum vitiat, ſed pro non appoſita habetur: quia eſt certa & neceſſaria & jam exiſtit, *ut hic.*
7 Secus in ultima voluntate §. 10. *Ӡ. de her. inſt.* & matrimoniis. *c. fin. ext. de cond. appoſit.*
8 Cicero: Noſtri principes digito ſe cœlum putant attingere. Ovid. Tanquam vertice cœlum. Horat. Sublimi feriam ſidera vertice. Symmachus, Nec ego, ut ajunt, ſupra convexa tetigiſſem.
9 Verborum obligatio inter præſentes, non inter abſentes contrahitur. Paul. 5. *ſent. 7. §. 2. in pr. l. 8. ff. de duob. reis.* 10 *l. 14. C. de contrah. ſtip.* 11 Præſumitur enim pro inſtrumento. 12 Ut ita contra præſentiam ſcriptura conteſtatam, admittatur probatio abſentiæ, & negativa, quæ directo probari nequit, *l. 23. C. de probat.* per obliquum probari poſſit.
13 *l. 11. l. ult. C. de contr. ſtip.* 14 Adde *l. 64. de verb. obl.* 15 *l. 25. C. de teſtamentis.*
16 Præpoſteri vitium non nocet ſtipulationi, *l. præpoſteri. 25. C. de teſtam.* hoc eſt, nihil officit ſtipulationi, quod contractui ſit inſerta ante alia pacta vel poſt, ut *l. petens 27. C. de pactis.* Non officit idem quoque, quod quis hodie ſtipuletur dari, ſi navis ex Aſia venerit, *ut hic.* officeret tamen præpoſteratio reſponſionis & interrogationis. Ideoque ſi promiſſio præcedit, interrogatio ſequitur, nudum pactum eſt, non ſtipulatio. 17 *l. 24. C. de teſtamentis.* Anſ.
18 *l. 45. §. 1. ff. de verb. oblig.* 19 Adde *l. ult. C. de contr. ſtipul.* 20 *d. l. 45. §. 2.*
21 Paul. 5. *ſent. 7. §. 2. in fin.* 22 *V. §. ult. Ј. tit. prox. v. l. 134. §. 2. ff. de verb. obl.*
23 Cur ita? *v. l. 29. l. 86. ff. de verb. obl. l. 32. & 72. ff. de Evictionib.* 24 *l. 83. §. diverſa. ff. de verb. obl.* 25 *v. l. 38. §. alteri. ff. de verb. obl.* 26 *v. l. 3. in pr. Cod. h. t.*
27 *l. 38. §. 20. ff. de verb. obl.* 28 *d. l. 38. §. 23.* 29 *d. l. 38. in pr.*
30 *l. 87. ff. de verb. obl.* 31 *l. 137. §. 1. ff. de verb. obl.* 32 *l. 123. ff. de verb. obl. l. 5. in fin. C. de cond. ob turp.* 33 Conditionali in legato, morte heredis ante conditionis eventum legatum non extinguitur. *l. 65. de cond. & demonſt.* morte legatarii extinguitur, nec ad ejus heredem transmittitur. *l. 57. ff. de verbor. obl. l. unic. §. ſin autem. C. de cad. toll.* In ſtipulationibus vero neque morte promiſſoris, aut ſtipulatoris, ſtipulatio extinguitur, ut hic & *l. 57. ff. de verb. obl. l. unic. C. ut action. & ab her. §. 4. verſ. ex conditionali. Ӡ. de verb. obl.* 34 *§. 2. Ӡ. de verb. obl. §. 33. verſ. tempore. Ј. de Action.* Anſ. 35 *l. 57. ff. de verb. obl.*

36 *l. 73. in princ. ff. de verb. obl.* 37 *v. l. 73. ff. de verb. obl. l. 105. ff. de ſol.*
38 *46. D. 1. L. 8. C. 41. Nov. 4.* 39 Fidejuſſio hac parte differt a conſtituto. §. 9. *Ј. de act.*
40 *l. 1. §. 8. ff. de obl. & action.* 41 *l. 1. l. 2. l. 8. §. 1. ff. h. t.* 42 *l. 8. §. 1. ff. eod.*
43 *l. 6. in fin. l. 16. §. 3. ff. eod.* 44 *v. l. 4. §. 1. ff. eod.* 45 *v. l. 50. in fin. ff. de pecul. l. 4. l. 6. §. 2. ff. h. t.* 46 *v. Nov. 99.* 47 *v. l. 3. l. 5. C. h. t.*
48 De qua dixi ad *l. 26. ff. eod.* 49 *v. l. 28. ff. eod.* 50 Compellitur quoque creditor principalem præſentem prius convenire: aut eo abſente, præſtituere fidejuſſori certum tempus, intra quod principalem ſiſtat, *Nov. 4. c. 1.* 51 Niſi ceſſas habeat actiones a creditore, *v. l. 11. C. h. t.* 52 *l. 8. §. illud commune. l. 16. §. qui certo. l. 38. l. 42. in pr. ff. eod. v. l. 8. C. de non num. pec.* 53 *l. 6. §. 1. l. 8. §. 7. ff. h. t.* 54 *§. ſi quis agens 33. verſ. plus. Ј. de act. l. 58. ff. de ſolut. l. 12. ff. de verb. ſign.* 55 Dies enim pars eſt ſtipulationis, *l. 1. §. editiones. ff. de edendo.* 56 Ut tamen non ſolverit, interdum agere poteſt, puta, ſi principalis debitor bona ſua prodigit ac profundit: ſi profectionem longinquam parat: ſi liberam fidejuſſori agendi poteſtatem fecit: ſi diu in obligatione ſtetit, (quod arbitrio judicis finitur) ſi tempus ſolutionis inſtet: ſi ipſe fidejuſſor ad ſolutionem condemnatus eſt. 57 Quomodo? *v. l. 10. in fin. ff. mandat.* Niſi pro invito, aut pro eo, qui mandare non potuit; niſi donandi & nunquam agendi animo fidejuſſit. 58 *l. 8. ff. h. t.* vide quæ notavi ad *l. 11. ff. de leg. 3.*
59 Adde *l. 12. C. h. t. l. 8. ff. eod.* 60 *§. 16. Ӡ. tit. prox. l. 30. l. 134. §. pen. ff. de verb. oblig. l. 1. C. de contrah. ſtip.*

61 Et earum ſpeciebus & effectu vide quæ notavi ad *Nov. 73. in pr.* 62 Scriptura hic, ſcriptura eſt menſæ argentariæ, *l. 4. ff. de pign. l. 38. ff. de oblig. l. 27. ff. de furt. & in fin. princ. tit. Ј. de empt. l. 35. in fin. ff. de verb. obl.* 63 Hoc fieri dicitur, quum pecunia præſens non numeratur, ſed tantummodo in tabulas refertur quod nobis debetur. Hotom. *hic.* Anſ. Vid. Ciceron. *pro Roſc. Comœd.* Salmaſ. *de uſur. cap. 6. & ad jus Attic. cap. 29.* Goth. *Idem, ad l. 1. ff. de ann. legat.* S. L. 64 *l. 9. ff. de pact. l. 1. ff. de ann. legatis. l. 1. ff. de SC. Maced.*
65 Privatim vel publice, ſi modo in hujuſmodi publica cautione numerationis non ſit facta mentio: alias auctoritas inſtrumenti publici, onus probandi in negantem transferret, *l. 18. C. de probat. §. 12. in fin. Ӡ. de inutil. ſtip. Nov. 73. cap. 2. 3. 4. 5.* 66 Hanc exceptionem Juſtinianus vocat ἀναργυρίαν. adde 2. Harm. 2. §. 1. 56. *Ecl. 8. §. 30.* 67 An hæc exceptio locum habeat in ſolo mutuo, *v. l. 5. C. de non num. pec.* 68 Adde *§. 2. Ј. de except.*

noſtram

noſtram tempus coarctatum eſt, ut ultra [1] biennii metas hujuſmodi exceptio [2] minime [3] extendatur [4].

TIT. XXIII.
DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

Conſenſu [5] fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis. §. 1. Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu [6] contrahi: quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodo opus eſt: at nec dare quicquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt, conſentire. §. 2. Unde inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel per nuncium. §. 3. Item [7] in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet [8], [cum alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur, alius promittat [9].]

TIT. XXIV.
DE EMPTIONE ET [10] VENDITIONE.

De emptione pura. De pretio, conventione, arrhis, & ſcriptura. 1. *De pretio certo, vel incerto, vel in arbitrium alienum collato.* 2. *In quibus pretium conſiſtat. Differentia emptionis & permutationis.* 3. *De periculo & commodo rei venditæ.* 4. *De emptione conditionali.* 5. *De emptione rei, quæ non eſt in commercio.*

Emptio & venditio contrahitur [11] ſimulatque de pretio convenerit: quamvis nondum pretium numeratum ſit, ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum [12] eſt emptionis & venditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus quæ [13] ſine ſcriptura conſiſtunt, obtinere oportet: nam nihil a nobis in hujuſmodi emptionibus & venditionibus innovatum eſt: in [14] iis autem, quæ ſcriptura conficiuntur, non aliter perfectam eſſe venditionem conſtituimus, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, a contrahentibus autem ſubſcripta [15]; & ſi per tabellionem fiunt, niſi & completiones acceperint, & fuerint partibus abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex his [16], & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor vel venditor ſine pœna recedere ab emptione [& venditione]. Ita tamen impune [eis recedere] concedimus [17], niſi jam arrharum nomine aliquid fuerit datum: hoc enim ſubſecuto, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis, venditio celebrata eſt: is, qui recuſat adimplere contractum [18], ſi quidem eſt emptor, perdit quod dedit: ſi vero venditor, duplum reſtituere compellitur, licet ſuper arrhis nihil expreſſum eſt. §. 1. Pretium autem conſtitui oportet: nam nulla emptio ſine [19] pretio eſſe poteſt [20]. † Sed & [21] certum eſſe pretium debet: alioqui ſi inter aliquos ita convenerit, ut quanti Titius rem æſtimaverit, tanti ſit empta: inter veteres ſatis abundeque hoc dubitabatur (conſtaretne venditio, an non). Sed noſtra [22] deciſio ita hoc conſtituit, ut quoties ſic compoſita ſit venditio, *quanti ille æſtimaverit*, ſub hac conditione ſtaret contractus: ut ſi quidem ille, qui nominatus eſt, pretium definierit: [tunc] omnimodo ſecundum ejus æſtimationem, & pretium perſolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex [23] empto actione, venditore ex [24] vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus eſt, vel noluerit, vel non potuerit [25] pretium definire: tunc pro nihilo eſſe venditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. Quod jus cum in venditionibus nobis placuit: non eſt abſurdum, & [26] in locationibus, & [in] conductionibus trahere. §. 2. Item pretium in [27] numerata pecunia conſiſtere debet. Nam in cæteris rebus, an pretium eſſe poſſet, valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium eſſe poſſet? [Et] Sabinus & Caſſius etiam in alia re putabant [28] pretium poſſe conſiſtere: unde illud eſt, quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi: eamque ſpeciem emptionis & venditionis vetuſtiſſimam eſſe: argumentoque utebantur Græco poëta Homero, qui aliquam partem exercitus Achivorum vinum ſibi comparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus, his verbis:

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Id eſt:

Hinc ſibi certatim gentis de more comati
Vina parant Graii ære dato, fulgenteque ferro,
Tergoribuſque, bobus ſed & ipſis, mancipiiſque.

Diverſæ ſcholæ auctores [29] contra ſentiebant: aliudque eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res veniſſe, & quæ pretii nomine data eſſe: nam utramque videri & veniſſe, & pretii nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſententia, dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus a venditione ſeparatam, merito prævaluit: cum & ipſe aliis [30] Homericis verſibus adjuvabatur, & validioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores divi Principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latius ſignificatur. §. 3. Quum autem emptio & venditio contracta ſit (quod effici diximus [31], ſimul atque de pretio convenerit), cum ſine ſcriptura res agitur, periculum rei venditæ ſtatim [32] ad emptorem pertinet, tametſi [33] adhuc ea res emptori tradita non ſit. Itaque [34] ſi homo mortuus ſit, vel aliqua parte corporis læſus fuerit, aut ædes totæ vel aliqua ex parte incendio [35] conſumptæ fuerint: aut fundus vi fluminis [36] totus vel aliqua ex parte ablatus ſit, ſive etiam inundatione [37] aquæ aut arboribus turbine [38] dejectis longe minor [39] aut deterior eſſe cœperit: emptoris damnum eſt, cui neceſſe [40] eſt, licet rem non fuerit nactus, pretium ſolvere. Quidquid enim [41] ſine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt. Sed & ſi poſt emptionem fundo aliquid [42] per alluvionem acceſſerit, ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum ejus eſſe debet, cujus periculum eſt. Quod ſi fugerit homo, qui veniit, aut ſubreptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa venditoris intervenerit: animadvertendum [43] erit, an cuſtodiam ejus uſque ad traditionem venditor ſuſceperit. Sane enim ſi ſuſceperit, ad ipſius periculum is caſus pertinet: ſi non ſuſceperit, ſecurus eſt. Idem & in cæteris animalibus, cæteriſque rebus intelligimus. Utique tamen vindicationem rei & condictionem exhibere [44] debebit emptori: quia ſane, qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt. Idem etiam eſt de furti & de damni injuriæ actione [45].

§. 4. Emptio [46] tam ſub conditione [47], quam pure contrahi poteſt [48]: ſub conditione, veluti, *Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot* [49]. §. 5. Loca ſacra vel religioſa, item publica (veluti forum, baſilicam) fruſtra quis [50] ſciens emit: quæ tamen ſi pro profanis vel privatis, deceptus a venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod [51] non habere ei liceat, ut conſequatur [52], quod ſua intereſt eum deceptum non eſſe. Idem juris eſt, ſi [53] hominem liberum pro ſervo emerit.

TIT. XXV.
DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE [54].

Collatio emptionis & locationis. De mercedis conventione. 1. *De mercede collata in arbitrium alienum.* 2. *In quibus rebus conſiſtit.* 3. *De emphyteuſi.* 4. *De forma alicui facienda ab artifice.* 5. *Quid præſtare debet conductor.* 6. *De morte conductoris.*

Locatio & conductio proxima [55] eſt emptioni & venditioni, iiſdemque juris regulis conſiſtit. Nam ut emptio & venditio ita contrahitur, ſi de pretio convenerit: ſic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, ſi merces conſtituta ſit: & competit locatori quidem locati actio, conductori [56] vero conducti. §. 1. Et quæ ſupra diximus, ſi alieno arbitrio pretium promiſſum fuerit: eadem & de locatione & conductione dicta eſſe intelligimus, ſi [57] alieno arbitrio merces promiſſa fuerit. Qua de cauſa ſi fulloni polienda curandave, aut ſarcinatori ſarcienda veſtimenta quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed poſtea tantum daturus, quantum inter eos convenerit: non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, ſed eo nomine actio præſcriptis [58] verbis datur. §. 2. Præterea ſicut vulgo quærebatur, an permutatis [59] rebus emptio & venditio contraheretur? ita quæri ſolebat de locatione & conductione: ſi forte rem aliquam utendam ſive fruendam tibi aliquis dederit [60]: & invicem a te utendam ſive fruendam aliam [rem] acceperit. Et placuit, non eſſe locationem & conductionem: ſed proprium genus contractus: veluti [61] ſi cum unum bovem quis haberet, & vicinus ejus unum, placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent, & apud alterum [alterius] bos perierit: neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum [62]: verum præſcriptis verbis agendum eſt. §. 3. Adeo autem aliquam familiaritatem [63] inter ſe videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio: ut in quibuſdam cauſis quæri ſoleat, utrum emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio? ut ecce, de prædiis, quæ perpetuo [64] quibuſdam fruenda traduntur: id eſt, ut quamdiu [65] penſio ſive reditus pro his domino

1 *l.* 14. *C. de non num.* 2 Et condictio. *l.* 7. *C. de non num.* 3 Niſi a minore. *l. ult. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. neceſſ.* An & intra biennium major interdum eam non opponet? Sic ſane, puta ſi eam ſummam vel teſtamento vel inter vivos ſemel atque iterum, vel poſt dotalia inſtrumenta confecta confeſſus eſt, ſi partem debiti inferre cœpit, ſi de vectigalis illatione agatur. *Mynſ.* Quid ſi juramento huic exceptioni renunciatum fuerit? *v. l. ult. C. de non num.* Quid ſi hypotheca præter ſyngrapham data? Ne his quidem juvabitur creditor. *l.* 4. *d. t.*
4 Quid ſi debitor ea falſo uſus eſt? dupli pœna punietur. *v. Nov.* 19. *cap.* 4.

5 Sumptus hic integer titulus eſt ex *l.* 2. *ff. de obl. & action. l.* 35. *in fin. ff. de verb. obl.*
6 Nudo: at non tacito; licet interdum tacito convaleſcat, ut in relocatione diximus, *l.* 13. *in fin. l.* 14. *ff. locati*, & ex una tantum parte tacito conſenſu poſſint conſtare. *l.* 35. *in fin. ff. de verb. obl.* 7 *d. l.* 2. *§. fin. ff. de oblig. & act.* 8 Etiamſi lingua non ſit nuncupatum. v. *l.* 6. *§.* 1. *in fin. de cont. empt.* 9 Id eſt, cum in ſtipulationibus obligatio eatenus naſcatur & ſententia feratur, quatenus lingua nuncupatum eſt. *l.* 99. *in pr. ff. de verb. obl.*

10 *L.* 18. *D.* 1. & 19. *D.* 1. & 4. *C.* 38. adde 2. Paul. *ſent.* 17. & 3. *Conſt. Harm.* 3. 11 *v. l.* 9. *C. de cont. empt.* 12 *l.* 35. *ff. de cont. empt.* 13 Poſſunt enim ita fieri, *v. l.* 12. *C. de cont. empt.* 14 *v. l.* 17. *C. de fide inſtr.* 15 Vid. *l.* 20. *C. de donat.* Subſcribens, totam cenſetur facere ſcripturam. *l.* 6. *§.* 1. *ff. de Edendo.* Anſ. 16 *l.* 6. *in fin. ff. de cont. empt.* 17 *d. l.* 17. *in fin.* 18 Vide *l. contractus. C. de fide inſtrumentorum. l.* 2. *C. Quando liceat ab empt. reced.* Vide omnino Weſenb. *ff. de contr. empt. num.* 9. *per tot.* & Anton. Fab. *ad C. tit. de fid. inſtrument. defin.* 14. Anſ. 19 *v. l.* 2. *in fin. ff. de cont. empt.* 20 Olim ſine pretio emptio eſſe potuit, nummis nondum priſco ſeculo inventis, quæ dixi *ad l.* 1. *§.* 1. *ff. de cont. empt.* 21 *l.* 7. *in fin. d. t.* 22 *l. ult. C. de contr. empt.* 23 *l.* 2. *pr. l.* 11. *pr. ff. eod. & C. tit. de contr. empt.* 24 *l.* 13. *§. ex vendito.* 19. *ff. de act. empt.* 25 *v. l.* 75. *ff. pro ſocio.* 26 *l. ult. in fin. C. de cont. empt.* 27 *v. l. pen. C. de permutat.* 28 Et male, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de contrah. empt.* 29 Nerva & Proculus. *d. §.* 1. & *l.* 5. *§. & ſi quidem. ff. de praſc. verb.*
30 Orator & Juriſconſultus inſtructus eſſe debet exemplorum etiam a Poëtis petitorum varietate & copia, adde 2. *Quintil.* 4. Sic Athenienſes Homero teſte uſi ſunt, de Salamina contendentes: & Tenedii adverſus Sygeos: & Leophron contra Critiam Solonis uſurpavit elegias. Ariſt. 1. *Rhetor.* 15. Laërt. Ita Philomelus verſibus Homeri perſuaſit Phocenſibus, ne Amphictyonum judicio ſtarent, quod antiquitus Delphicum oraculum in eorum poteſtate fuiſſet. Diod. *lib.* 6.

31 *in pr. §. eod.* 32 *v. l.* 1. *C. de peric. & comm.* 33 *l.* 62. *in fin. C. de cont. empt. l.* 35. *ff. de act. empt. l.* 8. 12. 13. 14. *ff. de peric. & comm. l.* 14. *in princ. ff. de furt. l.* 4. *C. de peric. & comm.* 34 *v. l.* 18. *ff. de peric. & comm.* 35 *l.* 11. *ff. & l.* 5. *C. de peric. & comm.* 36 *l.* 7. *l.* 10. *in fin. ff. de per. & comm.* 37 *d. l.* 10. 38 *l.* 9. *ff. de peric. & comm.* 39 *v. l.* 70. *ff. de evict.* 40 Imo non eſt neceſſe. *l.* 33. *ff. loc.* cum ei competat liberatio: imo & dati repetitio. adde *l.* 14. *ff. de per. & comm. l. ult. ff. de condict. cauſa data. l.* 78. *ff. de ſolut.* Dic, in his inſtitutionibus regulas juris breves, & ſtricti juris contineri: in Digeſtis æquiores. Sic his Inſtitutionibus, *§.* 30. *verſ. certe. §. de rer. div.* malæ fidei poſſeſſor non repetit ſumptus, quos Digeſtorum jura ei concedunt. 41 *l.* 5. 16. *ff. de per. & comm.* 42 *l.* 7. *in pr. d. tit.* 43 *l.* 35. *§. ſi res vend. ff. de cont. emp.* 44 Cedere, *l.* 80. *ff. de furt.* 45 *v. l.* 40. *de act. emp.* 46 At non mancipatio. *l.* 77. *ff. de reg. jur.* 47 *l.* 20. *ff. locati.* 48 Et in diem. *l.* 80. *§. ſylva cædua. ff. de contr. empt.* 49 Adde *tit. de l. commiſſoria, &, de in diem addictione.* 50 *l.* 4. 5. 62. 70. *ff. de cont. empt. l.* 33. *ff. de liberali. l. ult. ff. quibus ad libertatem.* 51 Formula actionis ex empto. 52 Adde caſus elegantes *l.* 39. *ff. de act. empt. & l. penult. ff. de falſis.* 53 *l.* 4. *ff. quib. ad libert. proclamare.*
54 *L.* 19. *D.* 2. *Lib.* 4. *C.* 65. & 11. 70. 2. Paul. *ſent.* 18. & 3. Harm. 8. 55 *l.* 2. *ff. h. t.* 56 *l.* 15. *in pr. ff. eod.* 57 *l.* 25. *in pr. ff. eod.* 58 *l.* 22. *in fin. ff. de praſ. verb.* Goth. Dicitur præſcriptis verbis eo quod prætor hanc formulam non ex edicto ſuo ſumebat; ſed litigatores verba ei præſcribebant, ſecundum quæ judicium dabatur, quæ etiam vocatur actio in factum, quod ex facto concipiatur. *Anſ.* 59 Permutatis rebus ſine pecunia olim conſiſtebat emptio & venditio, *ut hic.* per contrarium permutatio, cum pecunia eſſe poteſt, *l.* 25. *ff. de jur. dot.* dixi ad *l. ult. ff. de condict. cauſa data.* 60 *v. l.* 1. 5. *ff. de praſ. verb.* 61 *l.* 17. *§. ſi cum bovem.* 3. *ff. de praſc. verb.* 62 *§.* 2. *§. quib. mod. re cont. oblig.* Anſ. 63 *l.* 19. *l.* 20. *de act. emp. v. l.* 2. *§.* 1. *ff. h. t.* 64 Quod tempore Juſtiniani in Gothicis & Vandalicis bellis crebro uſu venire neceſſe fuit, unde perpetua conductio, *l.* 10. *C. eod.* & jus perpetuarium appellatum, *l.* 1. *C. de off. Com. ſac. pal. l.* 1. 2. 3. *C. de locat. præd.* ad longum tamen tempus fieri poteſt, *l. ult. ſi ager vectig. l.* 1. *§. quia autem. ff. de ſuperficieb. l.* 1. *ff. ſi ager vectigal.*
65 In rebus eccleſiaſticis biennio, *c. potuit. ext. de loc.* in privatis triennio, *l.* 3. *C. de jure emphyt.* Quid ſi eo tempore elapſo dominus penſionem recepit, poteritne emphyteutam dejicere? non poterit, niſi jus id ſibi exceperit: vel niſi Emphyteuta rem deteriorem reddidit vel alienavit. *Schneid.*

præſtetur,

præſtetur, neque ipſi conductori, neque heredi ejus, cuive conductor heresve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienaverit, auferre liceat? Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & a quibusdam locatio, a quibusdam venditio exiſtimabatur: lex Zenoniana [1] lata eſt, quæ emphyteuſeos contractus propriam ſtatuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, ſed ſuis [2] pactionibus fulciendam: & ſi quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac ſi naturalis eſſet contractus: ſin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc ſi quidem totius rei interitus acceſſerit, ad dominum ſuper hoc redundare periculum; ſin autem particularis, ad emphyteuticarium hujusmodi damnum venire. Quo jure utimur [3]. §. 4. Item quæritur, ſi cum [4] aurifice Titius convenerit, ut is ex auro ſuo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: utrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Caſſius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi: operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantum emptionem & venditionem contrahi. Quod ſi ſuum aurum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta: dubium non eſt, quin locatio & conductio ſit. §. 5. Conductor [autem] omnia ſecundum [5] legem conductionis facere debet [6], & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare [7]. Qui pro uſu aut veſtimentorum, aut argenti, aut jumenti, mercedem aut dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus [8] paterfamilias ſuis rebus adhibet: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu [fortuito [9] eam] rem amiſerit, de reſtituenda ea non tenebitur.

§. 6. Mortuo conductore intra tempora conductionis, heres ejus eodem [10] jure in conductione [11] ſuccedit [12].

TIT. XXVI.
DE SOCIETATE [13].

Diviſio a materia. 1. *De partibus lucri & damni.* 2. *De partibus inæqualibus.* 3. *De partibus expreſſis in una cauſa.* 4. *Quibus modis ſocietas ſolvitur. De renunciatione.* 5. *De morte.* 6. *De fine negotii.* 7. *De publicatione.* 8. *De ceſſione bonorum.* 9. *De dolo & culpa a ſocio præſtandis.*

SOcietatem coire ſolemus aut [14] totorum [15] bonorum, quam Græci ſpecialiter *κοινωνίαν* [16] appellant: aut unius [17] alicujus negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique. §. 1. Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim convenerit: æquales [18] ſc. partes & in lucro & in damno ſpectantur. Quod ſi expreſſæ fuerint [partes]: hæ ſervari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat conventio, ſi duo inter ſe pacti ſint, ut ad unum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia. §. 2. De illa ſane conventione quæſitum eſt, ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant [19], damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conventio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis [20] talem pactionem eſſe exiſtimavit, & ob id non eſſe ratam habendam. Servius Sulpitius (cujus ſententia prævaluit) contra ſenſit [21]: quia ſæpe [22] quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, ut eos juſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nam & ita [23] coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat [24], alter non conferat: & tamen lucrum inter eos commune ſit: quia ſæpe opera alicujus pro [25] pecunia valet. Et adeo contra Quinti Mutii ſententiam obtinuit, ut illud quoque conſtiterit, poſſe convenire, ut quis lucri partem ferat, de damno [26] non teneatur: quod & ipſum Servius convenienter [ſibi] fieri exiſtimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit: compenſatione facta, ſolum, quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe. §. 3. Illud expeditum eſt, ſi in una cauſa pars fuerit expreſſa, veluti in ſolo lucro vel in ſolo damno: in altera vero omiſſa; in eo quoque, quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſervari. §. 4. Manet autem ſocietas eo usque, donec [27] in eodem conſenſu [28] perſeveraverint. At cum aliquis renunciaverit ſocietati, ſolvitur ſocietas. Sed plane ſi quis callide in hoc renunciaverit ſocietati, ut obveniens aliquod lucrum ſolus habeat, veluti ſi totorum bonorum ſocius, cum ab aliquo heres eſſet relictus, in hoc renunciaverit ſocietati, ut hereditatem ſolus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucrifaciat, quod non captaverit: ad ipſum ſolum pertinet. Ei vero, cui renunciatum eſt, quidquid omnino poſt renunciatam ſocietatem adquiritur, ſoli [29] conceditur. §. 5. Solvitur adhuc ſocietas etiam morte [30] ſocii [31]: quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit: ſed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit, morte unius ſocii ſolvitur, etſi plures ſuperſint, niſi in coëunda ſocietate aliter convenerit. §. 6. Item ſi alicujus rei contracta ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus eſt; finitur ſocietas. §. 7. Publicatione [32] quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt: ſcilicet ſi univerſa bona publicentur. Nam cum in ejus locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur. §. 8. Item ſi quis ex ſociis mole debiti prægravatus, bonis ſuis ceſſerit [33], & ideo propter publica aut privata debita ſubſtantia ejus veneat [34], ſolvitur ſocietas: ſed hoc caſu, ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, nova videtur incipere ſocietas.

§. 9. Socius ſocio utrum eo nomine tantum teneatur pro ſocio actione [35], ſi quid dolo commiſerit, ſicut is, qui deponi [36] apud ſe paſſus eſt: an etiam culpæ, id eſt, deſidiæ atque negligentiæ nomine, quæſitum eſt? Prævaluit tamen etiam [37] culpæ [38] nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere [ſocium] qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Nam qui parum diligentem ſocium ſibi adſumit; de ſe queri, ſibique hoc imputare debet.

TIT. XXVII.
DE MANDATO [39].

Diviſio a fine. 1. *Si mandantis gratia mandetur.* 2. *Si mandantis & mandatarii.* 3. *Si aliena.* 4. *Si mandantis & aliena.* 5. *Si mandatarii & aliena.* 6. *Si mandatarii.* 7. *De mandato contra bonos mores.* 8. *De executione mandati.* 9. *Quibus modis mandatum ſolvitur. De revocatione.* 10. *De morte.* 11. *De renunciatione.* 12. *De die & conditione.* 13. *De mercede.*

MAndatum contrahitur quinque [40] modis: ſive ſua tantum gratia aliquis tibi mandet, ſive ſua & tua, ſive aliena tantum, ſive ſua & aliena, ſive tua & aliena. At ſi tua tantum gratia mandatum ſit, ſupervacuum eſt mandatum: & ob id [41] nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio naſcitur. §. 1. Mandantis [[42] tantum] gratia intervenit mandatum: veluti ſi quis tibi mandet [43], ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo ſponderes. §. 2. Tua gratia & mandantis: veluti ſi mandet tibi, ut pecuniam ſub uſuris crederes ei, qui in rem ipſius mutuaretur, aut ſi volente te agere cum eo ex fidejuſſoria cauſa, mandet tibi [44], ut cum reo agas, periculo mandantis, vel ut ipſius periculo ſtipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat. §. 3. Aliena autem [tantum] cauſa intervenit mandatum: veluti ſi tibi aliquis mandet, ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emeres [45], vel ut pro Titio ſponderes. §. 4. Sua & aliena, veluti ſi de communibus ſuis & Titii negotiis gerendis tibi mandet, velut ſibi & Titio fundum emeres, vel ut pro eo & Titio ſponderes.

§. 5. Tua & aliena; veluti ſi tibi mandet, ut Titio ſub uſuris crederes: quia ſi ſine uſuris pecuniam crederes, aliena tantum gratia intercedit mandatum.

§. 6. Tua [46] tantum gratia intervenit mandatum; veluti ſi tibi mandet, ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quam fœneres: vel ex diverſo, ut pecunias tuas fœneres potius, quam in emptiones prædiorum colloces. Cujus generis mandatum, magis conſilium, quam mandatum eſt [47]: & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio mandati obligatur [48] etiamſi non expediat ei, cui mandabatur: cum liberum cuique ſit apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emeres, vel eam crederes: quamvis non expediat eam tibi emiſſe vel crediſſe, non tamen tibi mandati tenetur [49]. Et adeo hæc ita ſunt, ut quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut pecuniam Titio fœnerares? ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum: quia [50] non aliter Titio crediſſes, quam ſi tibi mandatum eſſet. §. 7. Illud quoque mandatum non eſt obligatorium, quod [51] contra bonos mores eſt: veluti ſi Titius de furto, aut [de] damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi: licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris, non tamen ullam habes adverſus Titium actionem [52]. §. 8. Is, qui exequitur mandatum, non [53] debet excedere fines mandati [54]. Ut ecce, ſi usque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres, vel ut pro Titio ſponderes: neque pluris emere debes, neque [55] in ampliorem pecuniam fidejubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeo quidem, ut Sabino & Caſſio placuerit, etiamſi usque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. [Sed] diverſæ ſcholæ auctores recte usque ad centum aureos te acturum exiſtimant, quæ ſententia ſane benignior eſt [56]. Quod ſi minoris emeris, habebis ſc. cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, ut ſibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandaſſe intelligitur, ut minoris (ſi poſſit) emeretur.

§. 9. Recte quoque mandatum contractum, ſi dum [57] adhuc integra res ſit, revocatum fuerit, evaneſcit. §. 10. Item ſi adhuc integro mandato, mors [58] alterutrius interveniat, id eſt, vel ejus qui mandaverit, vel illius, qui mandatum ſuſceperit, ſolvitur [59] mandatum. Sed utilitatis cauſa receptum eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mandaverat, tu [60] ignorans [61] eum deceſſiſſe, executus fueris mandatum: poſſe te agere mandati actione. Alioqui juſta & probabilis ignorantia tibi damnum adferret. Et huic ſimile eſt, quod placuit, ſi

1 *v. l. 1. C. de jure Emphyt.* 2 *l. 2. d. t.* 3 *l. 2. C. de jure Emphyt.* Anſ. 4 *l. 2. §. 1. ff. h. t. & l. 20. 65. de cont. empt.* 5 *l. 25. §. conductor. ff. h. t. l. 19. C. eod.* Goth. adde *l. 9. §. 2. l. 11. §. 4. ff. locat.* Anſ. 6 Poteſt autem rem alteri locare. *l. 6. C. h. t.* 7 *l. 17. C. h. t.* Anſ. 8 *l. 25. §. pen. ff. locat. §. 16. Inſtit. de oblig. quæ ex delict.* Quod ſingulare eſt & contra *l. contractus. ff. de reg. jur. & l. 1. ff. naut. caupon. ſtab.* Anſ. 9 *l. 28. C. h. t.* 10 Quamvis conductor non ſit. *l. 60. §. 1. D. locati.* 11 *l. 10. C. eod.* 12 An, quando, quibus ex cauſis, & a quibus conductor ante finitum tempus locationis expelli poſſit, *v. l. 3. C. eod.* An invito locatore impune migrare, *v. l. 27. in fin. ff. eod.* An & quomodo ob cauſam ſterilitatis, peſtis, belli & ſimilium, remiſſionem penſionis petere poſſit, *v. l. 15. §. 2. verſ. Labeo. 5. l. 25. §. 6. ff. eod.*

13 Lib. 17. D. 2. Lib. 4. C. 37. Paul. 2. *ſent.* 16. & 3. Harmen. 10. 11. 14 *l. 5. ff. h. t.* 15 Hæc ſocietas jus fraternitatis inducit. *l. 63. in prin. D. eod.* 2. Cajus 9. §. 17. 16 Al. *κοινοπραξίαν.* 17 Hanc venaliciarii ineunt. *l. 65. in fin. princ. D. pro ſocio. l. 44. §. 1. D. de ædil. edict.* 18 *l. 29. in pr. ff. h. t.* 19 Et ita inæquales, *l. 30. D. eod.* 20 Quæ jus quoddam fraternitatis in ſe habet. *l. 63. in pr. D. eod.* 21 Imo idem, *d. l. 30.* ſic igitur reſtituo: *Et ob id non eſſe ratam habendam Serv. Sulpitius ſenſit, cui ſententia contraria prævaluit, quia ſæpe, &c.* Weſenb. tamen ſic interpretatur: *contra ſenſit*, inquit, non in genere & quoad regulam: ſed in ſpecie, quoad exceptionem. 22 Non eſt captioſa aut iniqua ſocietas, ubi alter corpus, alter diſciplinam in ſocietatem confert. Cicero *pro Roſcio Amerino.* 23 *l. 1. C. eod.* 24 *l. 1. C. eod. l. 5. §. 1. l. 52. §. utrum. 2. ff. eod.* 25 Pecuniæ ſc. a ſocio collatæ, cum ſatis ei ſit, operas ſuas perdere: quod locum non habebit in eo, qui pecunias conferret. v. Andr. Gail. 2. *obſerv.* 34. 26 Quæ pars in lucro damnove definita eſt, eadem & in altero definita eſſe intelligitur, *Hotom.* 27 *l. 4. l. 63. §. ſocietas l. 65. §. diximus. 3. D. eod. l. 5. C. eod.* 28 Societas ſolvitur voluntate, nimirum quoties ſocii renunciant, aut ſeparatim ſibi quisque negotiari incipit. 3. Harm. 11. §. 4. adde 2. Cajum. 9. §. 18.

29 *l. 65. §. item & l. 9. qui ſocietatem. 6. ff. eod.* 30 Societas ſolvitur perſonis intereuntibus, veluti uno ſociorum mortuo vel damnato, vel relegato, vel publicato. Harm. *d. loco.* 31 *l. 4. 59. 60. 63. 65. §. morte. D. eod.* 32 Societas ſolvitur rebus intereuntibus, hoc eſt, aut nullis relictis, aut conditione earum mutata, utpote conſecratis vel publicatis, Harm. *ibi. l. 63. l. 65. §. publicatione. 12. ff. eod. l. 1. in pr. D. de bonis damnatorum.* 33 *l. 4. §. 1. in verb. egeſtate. l. 65. §. 1. ff. h. t.* Item ſi quis fuit inſolvendo. Vid. Benven. Strach. *de Decoctorib. §. Circa tertiam. num.* 47. 48. Anſ. 34 *l. 65. §. 1. D. eod.* 35 De qua *l. 31. 34. 72. D. eod.* 36 *§. 3. Ṡ. Quib. mod. re contrah. obl.* Anſ. 37 *l. 52. §. utrum. 2. l. 72. D. h. t.* 38 Non tantum doli & furti, *l. 45. l. 51. ff. eod.*

39 *Lib. 17. D. 1. Lib. 4. C. 35.* & Paul. 5. *ſent.* 15. 40 *l. 2. ff. h. t.* 41 *l. 47. D. de reg. jur.* 42 *l. 2. §. 1. D. h. t.* 43 *l. 42. §. ea. D. de proc.* 44 *v. l. 22. §. 2. ff. h. t.* 45 *l. 6. §. 4. ff. eod.* 46 *l. 2. in fin. D. eod.* 47 Mandatum pars quædam imperii eſt: conſilium rem arbitrio conſultoris permittit. *Hotom.* 48 *§. 11. Inſtit. de oblig. quæ ex delict.* Anſ. 49 Ut qui id faciat, cum ſtultitia ſua potius lædatur, quam alieno conſilio, ſibi non alii id imputare debeat. *§. ult. Ṡ. de ſocietate.* 50 *l. 6. §. plane. l. 32. ff. h. t.* 51 *l. 6. §. rei turpis. l. 22. §. qui ædem. ff. eod. l. 35. §. veneni mali. 2. D. de contr. empt.* 2. Cajus 9. §. 19. ibi: *dummodo honeſtum. Nam ſi contra bonos mores. l. 12. §. 11. ff. h. t.* 52 *l. 22. §. 6. ff. eod.* Anſ. 53 *l. 5. in pr. D. eod.* 54 Ut & formæ in mandato. 2. Cajus 9. *§. ult.* 55 *l. 3. 4. D. eod.* 56 Quippe majori ſummæ minor ineſt. *§. 5. Ṡ. de inutil. ſtipul.* l. 1. *§. 4. de verb. oblig.* 57 *l. 12. §. ſi mandavero. l. 15. D. h. t.* 58 *v. l. 26. in pr. ff. eod.* 59 Fallit, ſi mandatum fuit alicui, ut dotem ſolveret. *arg. l. 9. §. 1. D. de jur. dot.* aut aliquid ad piam cauſam pertinens. Bald. *in l. mandatum. 15. C. mandati.* v. Franciſcum Cremenſem, *ſingul.* 143. idem, ſi mandator neceſſitate cogebatur mandatum exequi. Marſil. *ſingular.* 44. 60 *v. l. 58. in pr. ff. h. t.* 61 *v. l. 12. §. 2. D. de ſolutionib.*

debitores manumiſſo diſpenſatore Titii, per [1] ignorantiam liberto ſolverint, liberari eos, cum alioqui ſtricta juris ratione non poſſent liberari, quia alii ſolviſſent, quam cui ſolvere debuerint. §. 11. Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt; ſuſceptum autem [2] conſummandum eſt, aut quamprimum renunciandum, ut per ſemetipſum aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuncietur, ut integra cauſa mandatori reſervetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio [3] locum habet; niſi juſta cauſa [4] interceſſerit, aut non renunciandi, aut intempeſtive renunciandi.

§. 12. Mandatum & in diem [5] differri, & ſub conditione fieri poteſt.

§. 13. In ſumma ſciendum eſt, mandatum, niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotii cadere. Nam mercede conſtituta, incipit locatio & conductio eſſe. Et (ut generaliter dicamus) quibus caſibus ſine [6] mercede ſuſcepto officio, mandati ſive depoſiti contrahitur negotium; iis caſibus interveniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo ſi fulloni polienda curandave quis dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede conſtituta, neque promiſſa, mandati competit actio.

TIT. XXVIII.

DE OBLIGATIONIBUS, [QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR].

Continuatio. 1. *De negotiorum geſtione.* 2. *De tutela.* 3. *De rei communione.* 4. *De hereditatis communione.* 5. *De aditione hereditatis.* 6. *De ſolutione indebiti.*

POſt genera contractuum enumerata, diſpiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non proprie naſci ex contractu intelliguntur, ſed tamen, quia non ex maleficio ſubſtantiam capiunt, quaſi ex contractu naſci videntur. §. 1. Igitur cum quis [7] negotia abſentis geſſerit: ultro citroque inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur negotiorum geſtorum: ſed domino quidem rei geſtæ adverſus eum, qui geſſit, directa [8] competit actio: negotiorum autem geſtori contraria. Quas ex nullo contractu proprie naſci, manifeſtum eſt: quippe ita naſcuntur iſtæ actiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis gerendis ſe obtulerit. Ex qua cauſa ii, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque utilitatis [9] cauſa receptum eſt: ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregre profecti eſſent, deſererentur negotia, quæ ſane nemo curaturus eſſet: ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui utiliter geſſit negotia, dominum habet obligatum negotiorum geſtorum: ita & contra iſte quoque tenetur, ut adminiſtrationis reddat rationem. Quo caſu ad exactiſſimam quiſque diligentiam compellitur reddere rationem, nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modo alius diligentior [eo] commodius adminiſtraturus eſſet negotia. §. 2. Tutores quoque, qui tutelæ judicio tenentur, non [10] proprie ex contractu obligati [eſſe] intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur) ſed quia ſane non ex maleficio tenentur, quaſi ex contractu teneri videntur. Hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: ſed & contra tutor cum pupillo habet contrariam [11] tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro [12] eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus ejus obligaverit. §. 3. Item ſi inter aliquos communis res ſit ſine [13] ſocietate: veluti quod pariter eis legata donatave eſſet, & alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo judicio, quod ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quod ſocius ejus ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit: non intelligitur ex contractu proprie obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe contraxerunt: ſed quia ex maleficio non tenetur: quaſi ex contractu teneri videtur. §. 4. Idem juris eſt de eo, qui [14] coheredi familiæ erciſcundæ judicio ex his cauſis obligatus eſt. §. 5. Heres [15] quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur: (neque [16] enim cum herede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius geſſiſſe proprie dici poteſt) & tamen quia ex maleficio non eſt obligatus, quaſi ex [17] contractu debere intelligitur. §. 6. Item [18] is, cui quis per errorem non debitum ſolvit, [quaſi ex contractu debere videtur]. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus [eſſe], ut ſi certiorem rationem ſequamur, magis (ut ſupra diximus) ex diſtractu, quam ex contractu poſſit dici obligatus eſſe: nam qui ſolvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut diſtrahat potius negotium, quam contrahat. Sed tamen perinde is, qui accepit, obligatur, ac ſi mutuum ei daretur: & ideo condictione tenetur. §. 7. Ex quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt, quod per errorem non debitum ſolutum ſit: ſic namque definierunt veteres, ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex his cauſis non debitum ſolutum repeti non [19] poſſe: veluti [20] ex lege Aquilia, item ex legato [21]. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa conſtituta, per damnationem cuique legata fuerant: noſtra autem conſtitutio [22], cum unam naturam omnibus legatis & fideicommiſſis indulſit [23], hujuſmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommiſſis extendi voluit: ſed non omnibus legatariis hoc præbuit, ſed tantummodo in iis legatis & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis Eccleſiis & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quæ, ſi indebita ſolvantur, non repetuntur.

TIT. XXIX.

PER QUAS PERSONAS [24] NOBIS OBLIGATIO [25] ADQUIRITUR [26].

De his, qui ſunt in poteſtate. 1. *De bona fide poſſeſſis.* 2. *De ſervo fructuario, [vel uſuario.]* 3. *De ſervo communi.*

EXpoſitis generibus obligationum, quæ ex contractu vel quaſi ex contractu naſcuntur: admonendi ſumus, adquiri nobis non ſolum per [27] noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt: veluti per ſervos, & filios noſtros: ut tamen, quod per ſervos [noſtros] nobis adquiritur [28], totum noſtrum fiat: quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit adquiſitum, hoc dividatur ſecundum imaginem rerum proprietatis, & uſusfructus, quam noſtra decrevit conſtitutio [29]: ut, quod ab actione commodum perveniat, hujus uſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſervetur, ſcilicet patre actionem movente ſecundum Novellæ noſtræ [30] conſtitutionis diviſionem [31]. §. 1. Item per liberos homines, & alienos ſervos, quos bona fide poſſidemus, adquiritur nobis: ſed tantum ex duabus cauſis: id eſt, ſi quid ex operis [32] ſuis, vel ex re noſtra adquirant. §. 2. Per eum quoque ſervum, in quo uſumfructum [vel uſum] habemus, ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis adquiritur. §. 3. Communem ſervum pro [33] dominica parte dominis adquirere, certum eſt: excepto eo, quod nominatim uni ſtipulando, aut per traditionem accipiendo illi ſoli adquirit: veluti cum ita ſtipulatur, *Titio domino meo dare ſpondes?* Sed ſi domini unius juſſu ſervus fuerit ſtipulatus: licet antea dubitabatur, tamen poſt noſtram deciſionem [34] res expedita eſt, ut illi tantum adquirat, qui hoc ei facere juſſit, ut ſupra dictum eſt.

TIT. XXX.

QUIBUS MODIS TOLLITUR [35] OBLIGATIO.

De ſolutione. 1. *De acceptilatione.* 2. *De Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione.* 3. *De novatione.* 4. *De contrario conſenſu.*

TOllitur autem omnis obligatio [36] ſolutione ejus, quod debetur: vel ſi quis conſentiente creditore, aliud pro alio [37] ſolverit. Nec intereſt, quis [38] ſolvat: utrum ipſe, qui debet, an [39] alius pro eo: liberatur enim & alio ſolvente; ſive ſciente, ſive ignorante debitore, vel [40] invito [eo] ſolutio fiat. Item ſi [41] reus ſolverit: etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, ſi fidejuſſor ſolverit: non enim ipſe ſolus liberatur [42], ſed etiam reus. §. 1. Item per [43] acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria [44] ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, ſi id velit Titius remittere, poterit [45] ſic fieri, ut patiatur hæc verba debitorem dicere: *Quod ego tibi promiſi, habeſne acceptum?* & Titius reſpondeat, *habeo.* † Sed & Græce [46] poteſt acceptilatio fieri: dummodo ſic fiat, ut Latinis verbis ſolet [exigi], ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών, id eſt, *tot denarios acceptos habes? acceptos habeo.* Quo genere (ut diximus) tantum eæ ſolvuntur obligationes, quæ ex verbis conſiſtunt, non etiam cæteræ. Conſentaneum enim viſum eſt, verbis factam obligationem, aliis poſſe verbis diſſolvi. Sed & id, quod alia ex cauſa debetur [47], poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolvi. Sicut autem quod debetur, pro parte recte ſolvitur [48]: ita in [49] parte debiti acceptilatio fieri poteſt. §. 2. Eſt [autem] prodita ſtipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur [50], per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, & a Gallo Aquilio ita compoſita eſt: *Quidquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, oportebitve, præſens, in diemve: quarumcumque rerum mihi tecum actio eſt: quæque adverſus te petitio, vel adverſus te perſecutio eſt, eritve [51]: quodve tu meum habes, tenes, poſſides [52], [dolove malo feciſti, quo minus poſſideas], quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius: Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberetne a ſe acceptum, Numerius Nigidius Aulum Agerium rogavit, Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.* §. 3. Præterea novatione tollitur obligatio, veluti ſi id, quod tibi Seius debebat, a Titio dari ſtipulatus ſis. Nam interventu novæ [53] perſonæ nova [54] naſcitur obligatio, & prima tollitur, translata in poſteriorem: adeo, ut interdum, licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima novationis jure tollatur: veluti ſi id, quod tu Titio debes, a pupillo [55] ſine tutoris autoritate ſtipulatus fuerit: quo caſu res amittitur: nam & prior debitor [56] liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt. Non [57] idem juris eſt, ſi a ſervo quis fuerit ſtipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus fuiſſet. Sed ſi eadem perſona ſit, a qua poſtea ſtipuleris: ita demum novatio fit, ſi quid in poſteriore ſtipulatione novi ſit; forte ſi [58] conditio aut dies, aut fidejuſſor adjiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, ſi conditio adjiciatur, novationem fieri: ſic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem [59], ſi conditio extiterit: alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri novationem [60], cum novandi animo in ſecundam obligationem itum fuerat; per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alii in aliis caſi-

1 *l. 11. in fin. ff. depoſ.* 2 *l. 5. 22. §. ult. l. 27. §. qui ſuſcepit. ff. h. t. l. 17. §. ſicut D. commodati.* 3 Directa: de qua *l. 22. in fin. D. h. t.* de contraria, *l. 10. §. idem Labeo. l. 12. in fin. D. eod.* 4 *Ut in l. 23. 24. 25. ff. eod.* Anſ. 5 *l. 1. §. 3. D. eod.* 6 *l. 22. D. de præſcriptis verb.* Goth. Imo licet mandatum non ſit gratuitum, non idcirco deſinit eſſe mandatum. *l. 24. l. 26. §. 1. ff. depoſiti. l. 6. ff. h. t.* Poſſunt enim unius rei plures eſſe fines, ſed ſubordinati. Weſenb. *ff. de pact. num.* 8. Anſ. 7 *l. 5. in pr. ff. de oblig. & act.* 8 *l. 2. ff. de negot. geſt.* 9 *l. 1. ff. de neg. geſt. l. 5. in princ. verſ. ideo autem. D. de oblig. & act.* 10 *l. 5. §. tutela. ff. de oblig. & act.* 11 *l. 1. §. præterea. l. 6. ff. de cont. tut. l. 2. C. de in litem dando.* 12 *l. ult. ff. de contraria tutela.* 13 Ut quos conjunxit ad ſocietatem non conſenſus, ſed res. *l. 25. §. non tantum. l. 16. in fin. ff. famil. erciſ. l. 15. in pr. ff. de peculio.* 14 Cum coherede non contrahimus, ſed in eum incidimus. *l. 25. §. 16. ff. familiæ erciſ.* 15 *l. 5. §. heres. ff de obl. & act.* 16 *l. 5. §. 2. ff. de obligat. & action.* 17 Quia adiit, *l. 20. ff. de adqu. vel omitt. hered. l. 3. in fin. ff. quib. ex cauſis in poſſeſſ. l. 6. in fin. ff. de ſeparat.* 18 *d. l. 5. §. is quoque ff. de oblig. & action.* 19 *l. 4. C. de condict. indebiti.* 20 *l. 4. C. de lege Aquilia.* 21 Ad pias cauſas, & depoſito. *§. ſed furti. 26. J. de act.* 22 Quæ extat *l. 2. C. comm. de legat.* 23 *l. 1. 2. C. comm. de legat. l. 1. ff. de leg.* 1. 24 Univerſim non ſpecie, ut *lib. 3. tit.* 18. S. 25 Non dominium, ut *lib. 2. tit.* 9. S. 26 *Lib. 4. C. 27.* 27 *v. §. 1. S. per quas perſonas.* 28 *v. l. 41. ff. de peculio.*

29 *l. 6. C. de bonis, quæ lib.* 30 *l. ult. C. de bonis, quæ liber.* quæ ideo ſic dicitur, quod lata fuit priore Codice edito; poſtea vero inſerta fuit poſteriori Codici. 31 *v. l. 1. C. de rei vindicat.* 32 Ulp. *tit. 19. §. 20.* 33 *v. l. 45. ff. de adquir. rer. dom.* 34 *l. ult. C. per quas perſonas.*

35 *Lib. 46. D. 3. 4. Lib. 8. C. 43. 44.* 36 *l. 107. ff. de ſolution.* Goth. Quibus modis tollatur obligatio, vide apud Joan. Modinam, *tract. de reb. reſtit. quæſt.* 3. Anſ. 37 Puta pecora, res, operas, *v. l. 17. C. de ſolut.* alias non eſt cogendus creditor, alia forma nummos excipere. *l. 99. ff. de ſolut.* 38 *l. 104. ff. de verb. obl.* 39 *l. 56. 64. 66. ff. de ſol. l. 5.* l. 17. *C. de ſolut.* 40 *v. l. 22. ff. de ſolut.* 41 *l. 38. §. de peculio. ff. de ſolut.* 42 *l. 36. de fidejuſſor.* 43 *l. 1. ff. d. acceptil.* 44 *l. 5. ff. de accept.* 45 *v. l. 8. §. acceptum. & §. ult. ff. de acceptil.* 46 *l. 8. in fin. ff. de acceptilat.* 47 *v. l. ult. C. de acceptilat.* 48 *v. l. 9. ff. de acceptil.* Vide Zanger. *de except. part. 3. c. 2. n.* 15. 49 *d. l. 9. & l. 10. ff. de acceptilat.* 50 *v. l. 18. §. 1. ff. de acceptilat.* 51 In diem vel ſub conditione, *l. 16 ff. de ſolut. l. 13. de acceptilat.* 52 *Habere* generale verbum eſt: *Tenere* facti: *Poſſidere* juris. *l. 38. in pr. ff. de verb. obl.* 53 *l. 1. ff. de novat.* 54 Id eſt, delegatione, v. *l. 2. C. de novat.* 55 *l. 20. in fine. ff. de novat.* 56 *v. l. 19. ff. de reg. jur.* 57 *d. l. 30. §. pen. ff. de pactis.* 58 *v. l. 14. ff. de novationibus.* 59 *v. l. 14. in pr. ff. de novat.* 60 *v. l. 8. §. 1. ff. de novat.*

bus introducebant: ideo noſtra [1] proceſſit conſtitutio, quæ apertiſſime definivit, tunc ſolum novationem prioris obligationis fieri [2], quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere, ut maneat ex utraque cauſa obligatio ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertius cognoſcere.

§. 4. Hoc amplius, eæ obligationes, quæ conſenſu contrahuntur [3], contraria [4] voluntate diſſolvuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, ut fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum ſecuta [5], id eſt, neque pretio ſoluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos ut diſcederetur ab ea emptione & venditione: invicem liberantur.

† Idem [6] eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex conſenſu deſcendunt, ſicut jam dictum eſt [7].

1 *l. 8. ſeu ult. C. de novat.* 2 Hodie igitur ſtipulatæ uſuræ pacto ſimplici non differentur: quod tamen extat in *l. 40. in fin. ff. de reb. cred.* 3 *v. l. 3. ff. de reſcind. vendit. & l. 80. ff. de ſolution.* excipe matrimonium. 4 *v. l. 35. ff. de reg. jur.* 5 *l. 2. ff. de reſcindenda vendit.* 6 *v. l. 80. in fin. ff. de ſolut.*

7 Adde ultra ſuperiores quinque modos tollendæ obligationis ipſo jure, compenſationem, *§. in bonæ fid. 30. J. de act.* confuſionem hereditatis, *l. 50. ff. de fidejuſſ.* oblationem, depoſitionem, & conſignationem pecuniæ, *l. 19. C. de ſolut.* deportationem, *l. 47. ff. de fidejuſſ.* Chirographi redditionem, *l. 7. ff. de pactis.*

INSTITUTIONUM,
SEU
ELEMENTORUM D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS,
LIBER QUARTUS.

TIT. I.
DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX DELICTO [1] NASCUNTUR.

Continuatio & diviſio obligationum ex delicto. 1. De furto. Ejus definitio. 2. Etymologia. 3. Diviſio. 4. De furto concepto, oblato, prohibito, & non exhibito. 5. Pœna. 6. Quomodo furtum fit. De contrectatione. 7. De affectu furandi. 8. De voluntate domini. 9. Quarum rerum furtum fit. De liberis hominibus. 10. De re propria. 11. Qui tenentur furti. De eo cujus ope, conſilio furtum factum eſt. 12. De his qui ſunt in poteſtate: & ope, ac conſilio extranei. 13. Quibus datur actio furti. 14. De pignore ſubrepto creditori. 15. De re fulloni, vel ſarcinatori, vel bonæ fidei emptori ſubrepta. 16. De re commodata. 17. De re depoſita. 18. An impubes furti teneatur. 19. Quid veniat in hanc actionem, & de affinibus actionibus.

QUum ſit expoſitum ſuperiore [2] libro de obligationibus ex contractu, [& quaſi ex contractu]: ſequitur, ut de obligationibus ex maleficio, [& quaſi ex maleficio] diſpiciamus. Sed illæ quidem (ut ſuo loco tradidimus) in quatuor genera dividuntur: hæ vero unius generis ſunt: nam omnes ex re naſcuntur [3], id eſt, ex ipſo maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, injuria. §. 1. Furtum eſt contrectatio [4] fraudulosa [5], lucri [6] faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve, quod lege naturali [7] prohibitum eſt admittere. §. 2. Furtum autem vel a furvo, id eſt, nigro [8] dictum eſt, quod clam & obſcure fiat, & plerumque nocte: vel a fraude: vel a ferendo, id eſt, auferendo: vel a Græco ſermone, quod φῶρας appellant fures. Imo & Græci a ferendo φῶρας dixerunt.

§. 3. Furtorum autem duo ſunt [9] genera, manifeſtum & nec manifeſtum. Nam conceptum & oblatum, ſpecies potius actionis ſunt furto cohærentes, quam genera furtorum, ſicut inferius apparebit. † Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ [10] appellant: nec [11] ſolum is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo [furtum] fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus januam deprehenſus fuerit; & qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quamdiu in eo oliveto aut vineto deprehenſus fuerit. Imo ulterius furtum manifeſtum eſt extendendum, quamdiu eam rem fur tenens viſus vel deprehenſus fuerit: ſive in publico, ſive in privato: vel a domino, vel ab alio, antequam [12] eo perveneri, quo deferre [13] vel deponere deſtinaſſet. Sed ſi pertulit, quo deſtinavit, tametſi deprehendatur cum re furtiva, non eſt manifeſtus fur. † Nec manifeſtum furtum quid ſit, ex iis quæ diximus intelligitur [14]: nam quod manifeſtum non eſt, id ſcil. nec manifeſtum eſt. §. 4. Conceptum [15] furtum dicitur, cum apud aliquem teſtibus præſentibus furtiva res quæſita [16] & inventa ſit: nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamvis fur non ſit, quæ appellatur concepti. † Oblatum [17] furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta ſit: utique ſi ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum qui dedit, conciperetur [18]: nam tibi apud quem concepta ſit, propria adverſus eum qui obtulit, quamvis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati. † Eſt etiam prohibiti furti actio adverſus eum, qui furtum quærere teſtibus præſentibus volentem prohibuerit [19]. † Præterea pœna conſtituitur Edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti adverſus eum, qui furtivam rem apud ſe quæſitam & inventam non exhibuit.

† Sed hæ actiones, ſcilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti in deſuetudinem abierunt. Cum enim requiſitio [20] rei furtivæ hodie ſecundum veterem [21] obſervationem non fiat: merito ex conſequentia etiam præfatæ actiones ab uſu communi receſſerunt: quum manifeſtum ſit, quod omnes, qui ſcientes rem furtivam ſuſceperint [22], & celaverint, furti nec manifeſti obnoxii ſunt. §. 5. Pœna manifeſti furti, quadrupli [23] eſt, tam ex ſervi, quam ex liberi perſona: nec manifeſti, dupli. §. 6. Furtum autem fit, non ſolum cum quis intercipiendi cauſa rem alienam amovet: ſed generaliter cum quis alienam rem invito domino contrectat. Itaque ſive creditor [24] pignore, ſive is, apud quem res depoſita eſt, ea re utatur: ſive is, qui rem utendam accepit, in alium uſum eam transferat, quam cujus gratia ei data eſt, furtum committit: veluti ſi quis argentum utendum acceperit, quaſi amicos ad cœnam invitaturus, & id peregre ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi longius [25] aliquo duxerit: quod veteres [26] ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum perduxiſſet. §. 7. Placuit tamen, eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint, ita furtum committere: ſi [27] ſe intelligant id invito domino facere, eumque, ſi intellexiſſet, non permiſſurum: at ſi permiſſurum credant, extra crimen videri, optima ſane diſtinctione: quia furtum ſine [28] affectu furandi non committatur.

§. 8. Sed & ſi credat aliquis invito domino ſe rem commodatam ſibi contrectare [29], domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. † Unde illud quæſitum eſt, cum Titius ſervum Mævii ſolicitaverit, ut quaſdam res domino ſubriperet, & ad eum perferret, & ſervus eas ad Mævium pertulerit: Mævius [autem] dum vult Titium in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſervo quaſdam res ad eum perferre: utrum furti, an ſervi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudentium ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibuſdam neque furti, neque ſervi corrupti actionem præſtantibus, quibuſdam furti tantummodo: nos hujuſmodi calliditati obviam euntes, per noſtram deciſionem [30] ſancimus, non ſolum furti actionem, ſed & ſervi corrupti contra eum dari. Licet enim [is] ſervus deterior [a ſolicitatore] minime factus eſt, & ideo non [31] concurrant regulæ quæ ſervi corrupti actionem introducunt: tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſervi introductum eſt, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam [ſi] re ipſa fuiſſet ſervus corruptus: ne ex hujuſmodi impunitate & in alium ſervum, qui facile poſſet corrumpi, tale facinus a quibuſdam perpetretur. §. 9. Interdum [32] etiam liberorum hominum furtum fit: veluti ſi quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit. §. 10. Aliquando autem etiam ſuæ rei furtum quis committit: veluti ſi debitor rem [33] quam creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit.

§. 11. Interdum [quoque] furti tenetur qui ipſe furtum non fecit; qualis eſt is, cujus [34] ope & conſilio furtum factum eſt. In quo numero eſt, qui [35] tibi nummos excuſſit, ut alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, ut alius rem tuam exciperet, aut oves tuas, vel boves fugaverit, ut alius eas acciperet: & hoc veteres ſcripſerunt de eo, qui panno rubro fugavit [36] armentum. Sed ſi quid eorum per laſciviam [37], & non data opera, ut furtum admitteretur, factum eſt: in [38] factum actio dari debet. At ubi ope Mævii Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. Ope [39], & conſilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas forte feneſtris ſupponit: aut ipſas feneſtras vel oſti-

1 Hic de furtis agit, 47. *D.* 2. *L.* 6. *C.* 2. Paul. 2. *ſent.* 31. 2 Ex his verbis conſtat, initium quarti libri Inſtitutionum hic inchoari. 3 Seu pecato, *l. 4. & l. 25. §. 1. ff. de oblig. & act.* Goth. Excipe injuriam quæ verbis fit. *l. aut facta. ff. de pœnis.* Anſ. 4 *l. 1. in fin. D. de furt.* Goth. Et quidem corporalis, *l. 75. ff. de furt.* & mobilis, *§. 7. Inſtit. de uſucap.* Anſ. 5 Mente & facto, *l. 41. in fin. ad leg. Aqu. l. 50. §. recte. 2. l. 53. de furtis. princ. l. 5. C. de injur.* 6 Invito domino. *l. 48. §. 2. D. de furt.* 7 *l. 1. in fin. eod. l. 42. D. de verb. ſignif.* 8 Vide *l. 1. in pr. D. de furtis.* 9 *v. l. 2. D. de furt.* Immo quatuor: manifeſtum, nec manifeſtum, conceptum, oblatum. Paul. 2. *ſent.* 31. §. 2. 10 *l. 3. in pr. ff. eod.* 11 Manifeſtus fur eſt, qui in ipſo furto deprehenſus, vel qui non quidem in ipſo furto, ſed intra terminos ejus loci unde rem ſubripuit; vel qui deprehenſus eſt, antequam ad eum locum, quem deſtinaverat, perveniret. 12 *l. 3. in fin. l. 4. & 5. D. eod.* Paul. 2. *ſent.* 31. §. 2. 13 Id eſt, quo deſtinavit eo die manere cum furto, *d. l. 4.* 14 Paul. 2. *ſent.* 31. §. 2. *in fin.* ita definit: Nec manifeſtus fur eſt, qui in faciendo quidem deprehenſus non eſt, ſed eum furtum feciſſe negari non poteſt. 15 Concepti furti actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum & inventum. Is vero concepti agit, qui rem concepit & invenit. Paul. 2. *ſent.* 31. §. 3. & 5. 16 Id eſt, concepta ſeu quærendo apprehenſa, licet fur non ſit. 17 Oblati furti actione tenebatur qui rem furtivam alii obtulerat, ne apud ſe inveniretur. Is vero agebat penes quem res concepta & inventa. Paul. *d.* §. 3. & 5. ejus pœna tripli erat & ipſius rei repetitio, Paul. *illo loco*, §. 13. 11. Gell. 18. adde *l. 3. ff. qui ſatisdare cogant.* 18 id eſt, inveniretur. 19 *l. 1. §. 2. D. de fugitivis.* 20 *v. l. 1. §. 2. ff. de fugitiv.* Anſ. 21 Id eſt, per lancem & licium, 11. Gell. *ult.* quia qui furtum quærebat in domo aliena, licio cinctus (quod ex Platone 12. *de legib.* ſumptum videtur: & vero lictores, qui magiſtratibus apparebant, licio ſeu lino cinctos fuiſſe, conſtat *ex* 12. *Gellii* 13.) intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrumfam. & virginum pudorem. *Feſtus.* Alii quod ſacerdotes licio cincti panem aëtite lapide (qui κλεπτέλεγχος & fures deprehendit, *teſte Dioſcoride*) conditum, in lance ceremoniæ cauſa deferentes, ei qui furti ſuſpectus fiebat offerre ſoliti eſſent. Alii, quod is ritus eſſet furti quærendi, ſicuti in emptionibus æs & libra ſolenniter adhibebatur. Alii (*Mari. Tat. Alpinus & Balduinus*) furto per lancem & licium ſignificari putant furtum rerum ad ſacrificia collectarum, quod eum in finem miniſtri ſacrorum licio cincti, lancem ad eas comportandas geſtarent. 22 Vide *l. 14. C. de furt.* 23 *l. 1. §. 3. D. de publican. & vectig.* Goth. Et eſt totum quadruplum pœna, non rei perſecutorium. *§. fin. hic. pr. Inſtit. tit. ſeq. §. 14. verſ. plane odio & §. 18. J. de action.* 24 *l. 54. in princ. ff. de furt.* 25 *l. 48. ff. eod.* Goth. *l. 40. l. 76. ff. de furt. l. 5. §. 8. ff. commod.* Anſ. 26 Scævola & Brutus apud 7. *Gell.* 15. & 8. *Valer.* 2. 27 Vide *l. 46. §. recte. D. de furt.* 28 Vide *l. 53. in pr. D. de furtis.* 29 *d. l. 46. §. pen.* 30 *l. 21. C. eod.* 31 Non concurrunt, quia ſervus non fuit revera corruptus. *l. 1. D. de ſerv. corrupto.* 32 Nec enim mater filii ſubrepti actionem habet, ſed pater: vide *l. 37. 38. D. de furt.* ut pater ſc. *l. 14. §. 13. D. de furtis.* 33 *v. l. 66. in pr. D. eod.* Paul. 2. *ſent.* 31. §. 16. 34 *l. 50. §. ope. D. eod.* Paul. 2. *ſent.* 31. §. 10. 35 Vide *l. 52. §. ſi quis de manu. 13. D. eod.* 36 *l. 50. in fin. D. de furtis.* Taurum color rubicundus excitat. Seneca 2. *de Ira*, 30. & 2. *de Ira*, 11. Theophylact. *in epiſtolis:* Plutarchus *de Alexandri fortuna:* Cicero 2. *de divinatione*, 37 Vel luſum pernicioſum, qui impunitus eſſe non debet, vide *l. 10. ff. ad l. Aqu.* 38 Vide *l. 52. §. 20. de furtis.* 39 *l. 50. §. 1. ff. de furtis.*

um [1] effringit [2] ut alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cujus rei gratia commodaverit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum [3] consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti. §. 12. Ii qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis subripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtivam causam cadit (nec ob id ab ullo usucapi potest [4], antequam in domini potestatem revertatur) sed furti actio [5] non nascitur: quia nec ex [6] alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope & consilio alterius, furtum factum fuerit: quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope [7] & consilio ejus furtum factum esse. §. 13. Furti autem actio ei competit, cujus [8] interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus intersit rem non perire.

§. 14. Unde constat, creditorem [9] de pignore subrepto furti [actione] agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat: quia expedit [10] ei pignori potius incumbere, quam in personam agere: adeo quidem, ut quamvis [11] ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

§. 15. Item si fullo [12] polienda curandave, aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa [constituta] acceperit, eaque furto amiserit: ipse furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil interest [13] eam rem non perire, quum judicio locati a fullone aut sarcinatore rem suam persequi possit. Sed & bonæ [14] fidei emptori subrepta re, quam emerit, quamvis dominus non sit [15], omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni vero & sarcinatori non aliter furti actionem competere, placuit, quam si solvendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem solvere possint. Nam si solvendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit: ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse. Idem est, & si in parte solvendo fuerit fullo, aut sarcinator. §. 16. Quæ de fullone & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui [16] commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus [17] emendavit: ut in domini voluntate sit: sive commodati actionem adversus eum, qui rem commodatam accepit, movere desiderat: sive furti adversus eum qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum [18] non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. Sed si quidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit, penitus liberari: sin autem commodator veniat adversus eum qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem: ita tamen, si dominus sciens rem esse [19] subreptam adversus eum, cui res commodata fuerit, pervenit: sin autem nescius & dubitans rem esse subreptam, apud eum commodati actionem instituerit, postea autem re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem pervenire; tunc licentia ei conceditur & adversum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum fuerit: tunc enim omnino furem a domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiamsi ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transierit; omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcumque causæ exitum dominus adversus furem habuerit: eadem definitione obtinente, sive in parte, sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam acceperit. §. 17. Sed is [20], apud quem res deposita est, custodiam non præstat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo [21] malo fecerit. Qua de causa si res ei subrepta fuerit: quia restituendæ ejus rei nomine depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem salvam esse, furti agere non potest; sed furti actio domino competit. §. 18. In summa sciendum est, quæsitum esse, an impubes [22] rem alienam amovendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu [furandi] consistit [23], ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere. §. 19. Furti [24] actio, sive dupli sive quadrupli, tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando [25] aut condicendo potest auferre. Sed rei vindicatio quidem adversus possessorem est; sive fur ipse possidet, sive alius quilibet: condictio autem adversus furem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit.

TIT. II.

DE VI BONORUM RAPTORUM [26].

Origo hujus actionis, & quid in eam veniat. 1. *adversus quos.* 2. *& quibus datur.*

Qui res alienas rapit, tenetur [27] quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui vi rapit? ideoque recte dictum est, eum [28] improbum furem esse): sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum: & est intra annum quadrupli [29], post annum simpli: quæ actio utilis est, etiamsi quis unam [30] rem, licet minimam [31], rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est [32], sicut in actione furti manifesti diximus, sed in quadruplo inest & rei persecutio: ut pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. Ridiculum enim [33] esset, levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet. §. 1. Ita tamen competit hæc actio, [34] si dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem [35] suam esse existimans, & imprudens juris, eo animo rapuerit, quasi [36] domino liceat etiam per vim rem suam auferre a possessoribus, absolvi [37] debet. Cui scilicet conveniens est, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via, per quam raptores impune suam exerceant avaritiam: melius Divalibus [38] constitutionibus pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem vel se moventem, licet suam eandem rem existimet: sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio cadere: sin autem aliena [res] sit, post restitutionem ejus, etiam æstimationem ejusdem rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt: sed etiam [in] invasionibus quæ circa res soli fiunt, ut ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

§. 2. Sane in [39] hac actione non utique expectatur, rem in bonis actoris esse: nam sive in bonis sit, [40] sive non: si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare sive [41] locata, sive commodata, sive etiam pignorata, sive deposita sit [res] apud Titium, sic ut intersit ejus eam rem [per vim] non auferri (veluti si in deposita re culpam quoque promisit), sive bona fide possideat, sive usumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut intersit ejus non rapi: dicendum est, ei competere hanc actionem, non ut dominium accipiat, sed illud solum [quod] ex bonis ejus, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur. Et [42] generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex eisdem causis omnes habere hanc actionem.

TIT. III.

DE LEGE [43] AQUILIA.

Summa. Caput primum. 1. *De quadrupede quæ pecudum numero est.* 2. *De injuria.* 3. *De casu, dolo, culpa.* 4. *De jaculatione.* 5. *De putatione.* 6. *De curatione relicta.* 7. *De imperitia medici.* 8. *De imperitia aut infirmitate mulionis aut equo vecti.* 8. *Quanti damnum æstimatur, & de heredibus.* 10. *Quid æstimatur.* 11. *De concursu hujus actionis, & capitalis.* 12. *Caput secundum.* 13. *Caput tertium. Quod damnum vindicatur.* 14. *De dolo, & culpa.* 15. *Quanti damnum æstimatur.* 16. *De actione directa, utili, & in factum.*

Damni injuriæ actio [44] constituitur per legem Aquiliam [45], cujus primo capite cautum est, *ut si quis alienum hominem [46] alienamve quadrupedem, quæ pecudum numero sit, injuria occiderit: quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.* §. 1. Quod autem non præcise de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cavetur: eo pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, quæ [gregatim] proprie pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, capræ. † De suibus [47] quoque idem placuit. Nam & sues [48] pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim pascuntur. Sic denique & Homerus in Odyssea [49] ait (sicut Ælius Martianus in suis institutionibus refert.)

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ. id est,

Sectantem videas, qui errant per pascua porcos
Ad Coracis saxum, juxta fontemque Arethusam.

§. 2. Injuria autem occidere intelligitur [50], qui nullo jure occidit. Itaque qui [51] latronem [insidiatorem] occiderit: non tenetur, utique si aliter periculum [52] effugere non potest. §. 3. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui [53] casu occidit, si modo culpa ejus nulla inveniatur: nam alioqui non minus ex dolo quam ex culpa quisque hac lege tenetur. §. 4. Itaque si quis dum [54] jaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem servum tuum trajecerit, distinguitur. Nam si id a milite in eo campo, ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa ejus intelligitur: si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. Idem juris est de milite, si in alio loco quam qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit. §. 5. Item si putator ex arbore dejecto [55] ramo servum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam [56] aut vicinalem [57] id factum est, neque proclamavit [58], ut casus evitari posset, culpæ

1 Imo non tenetur furti, præsertim si meretricis ostium libidinis causa effregit, *l.* 39. Utcunque injuriæ causa effregerit, & alius res amoverit, *l.* 53. *in princ.* Utcunque ferramenta sciens commodaverit ad effringendum, vel scalas ad ascendendum, *l.* 54. *§. pen. D. h. t.* 2 *l.* 54. *§. 4. ff. de furtis.* 3 *l.* 36. *l.* 67. *D. de furtis.* Consilium enim non obligat. *§. 7. Inst. mandat.* Ans. Nisi fuerit fraudulentum, *l.* 47. *ff. de reg. jur. juncta l.* 12. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 36. *l.* 52. *ff. de furt. l.* 3. *§.* 1. *& §.* 4. *ff. ad l. Corn. de sicar.* Vid. Ant. Math. *de criminib. cap.* 1. *n.* 7. *& seqq.* S. L. 4 *v. l.* 84. *D. h. t.* 5 *v. l.* 16. *D. eod.* 6 Vide *l.* 4. *D. de Judiciis.* 7 *v. l.* 36. *§.* 1. *D. de furtis.* 8 *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *D. eod. l. ult. in princ. C. eod.* 9 *d. l.* 12. *§. sed si res.* 10 *l.* 25. *ff. de reg. jur.* 11 Vide *l.* 66. *in pr. D. h. t.* 12 Vide *l.* 48. *§. si ego. ff. eod.* 13 Nisi fullo solvendo non sit, *l.* 12. *ff. eod.* 14 *l.* 20. *§.* 1. *l.* 52. *§.* 10. *l.* 72. *ff. eod. l.* 5. *C. eod.* 15 Et directa in rem actione uti non possit, *§. 4. J. de act.* 16 *v. l.* 68. *in fin. h. t.* 17 *v. l. ult. in pr. C. de furt.* 18 Quoties duæ competunt ejusdem rei actiones; unius electio alteram consumit, *l.* 9. *§.* 1. *D. de tributoria act.* nisi quis sibi unicam competere per errorem fuerit arbitratus, *l.* 4. *in fin. D. quod cum eo.* 19 In aliis est, *non esse*, sic & *l. ult. C. de furt.* Hotom. Et Cujac. qui ita legit: *rem surreptam non esse apud eum, commodati actionem instituit: postea autem re comperta voluit remittere.* S. L. 20 *l.* 14. *§. is autem apud quem.* 3. *D. eod.* 21 *§. pen. §. quib. modis re.* & lata culpa quæ dolo fraudeve non caret: quam ob id Bartolus dolum præsumptum vocat: vide *l.* 223. *l.* 226. *D. de verb. signif.* 22 *v. l.* 23. *ff. h. t.* 23 Ut non factum quæratur, sed causa faciendi, *l.* 39. *ff. eod.* 24 Furti manifesti actio, præter pœnam quadrupli ipsius rei persecutionem genere vindicationis & condictionis continet, Paul. 2. *sent.* 31. *§.* 12. h. e. extra pœnam est rei persecutio, quam aut vindicando aut condicendo dominus potest auferre. 25 *v. l.* 54. *§.* 3. *ff. eod.*

26 *Lib.* 47. *D.* 8. *Lib.* 9. *C.* 33. 27 *l.* 2. *§. pen. ff. h. t.* 28 *l.* 2. *§. caterum. ff. eod.* 29 *v. l.* 3. *C. eod.* 30 *l.* 2. *§.* 11. *ff. eod.* 31 *l.* 2. *§.* 24. *ff. eod. Nov.* 63. *c.* 1. 32 In hac prætoria actione scil. nihilominus tamen etiam furti in eum agi potest, *§. eod.* & criminaliter, *l.* 6. *in fin. C. ad l. Jul. de vi public.* furti vero pecuniaria pœna est. 33 Hæc vox refertur ad illa superiora: *sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non.* non ad illa: *non totum pœna est, sicut in actione furti*, ac si diceret, cum non distinguatur in hoc delicto, sicut in furto, sitne manifestum necne, raptorem gravius fure puniri constat. *v. hic* Theoph. 34 *l.* 2. *§.* 2. *§.* 8. *ff. h. t.* 35 *l.* 2. *§.* 18. *ff. eod. l.* 21. *§.* 3. *D. de furt.* 36 *v. l. si quis in tantam. C. unde vi.* 37 Vide quæ notavi ad *l.* 1. *in fin. D. de furtis.* 38 *l.* 7. 10. *C. unde vi. l.* 13. *D. quod metus causa.* 39 *l.* 2. *§. in hac actione. ff. h. t.* 40 Hoc quid sit, *v. l.* 52. *ff. de acquir. rer. dom.* 41 De causa bonorum, *v. l.* 1. *§.* 10. *ff. si is, qui testam.* 42 *l.* 2. *§. & generaliter* 23. *ff. h. t.*

43 *L.* 9. *D.* 2. *L.* 3. *C.* 35. 44 Id est, actio damni culpa aliqua dati, quo alteri injuria infertur. 45 Seu plebiscitum Aquilianum, *l.* 1. *ff. h. t.* 46 Id est, servum aut ancillam, *l.* 2. *l.* 3. *ff. eod.* 47 Vide *l.* 65. *§.* 4. *ff. de leg.* 3. 48 *l.* 65. *§.* 4. *ff. de leg.* 3. 49 *l.* 13. 50 *l.* 5. *l.* 49. *§. quod dicitur. ff. h. t. l.* 1. *§. interdum. D. de injuriis.* 51 *l.* 4. *l.* 5. 45. *§. pen. ff. eod.* 52 Hodie nemo tenetur ad fugam. *l.* 1. *C. Quando cuique sine judice. In verb. resistendi.* Ans. Christiano tamen, ad arcendam alapam, contumeliam magnam, aut ne fugiatur, interfectionem licitam non esse, recte defendit Grot. *de Jure belli, lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. Vide porro DD. *ad l. ut vim.* 3. *ff. de Just. & Jure.* S. L. 53 Adde *l.* 52. *ff. h. t.* 54 *l.* 9. *§. ult. ff. h. t.* 55 *l.* 31. *D. eod. l.* 7. *D. ad l. Corn. de sicar.* 56 Quæ & militaris & βασιλική. Theoph. 57 Vide *l.* 3. *D. de locis & itineribus.* ἡ ἐπὶ κώμας ἄγουσα. Vicus γὰρ ἡ κώμη. Theoph. 58 Ergo clamandum, ut omnes sibi caveant. Vide Wames. *centur.* 2. *con-*

reus est: sed si proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator. Æque extra culpam esse intelligitur, si seorsum a via forte, vel in medio fundo cædebat: licet non proclamavit: quia [in] eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi. §. 6. Præterea si [1] medicus qui servum tuum secuit [2], dereliquerit curationem [ejus], & ob id mortuus fuerit servus, culpæ reus erit.

§. 7. Imperitia quoque [3] culpæ adnumeratur: veluti si medicus [ideo] servum tuum occiderit, quia male eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. §. 8. Impetu quoque mularum, quas mulio propter [4] imperitiam retinere non potuit, si servus tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio: Sed & si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior retinere eas potuisset, æque culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit. §. 9. His autem verbis legis, *quanti [5] id eo in anno plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur, ut si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit, non tanti teneatur, quanti [6] hodie erit: sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est pœnalem esse hujus [7] legis actionem: quia non solum tanti quisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris. Ideoque constat in heredem eam actionem non transire [8], quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur. §. 10. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit: non solum perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea quæ diximus: sed eo amplius quicquid præterea perempto eo corpore, damni vobis illatum fuerit: veluti si [9] servum tuum heredem ab aliquo institutum, ante [10] quis occiderit, quam is, jussu tuo hereditatem adierit: nam hereditatis quoque amissæ rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel [11] ex comœdis unus servus occisus fuerit: non solum occisi fit æstimatio, sed eo amplius, id quoque computatur, quanti depretiati sunt qui supersunt. §. 11. Liberum autem est ei cujus servus occisus fuerit, & ex judicio privato legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis criminis [12] [eum reum facere]. §. 12. Caput secundum legis Aquiliæ in usu non est [13]. §. 13. Capite tertio de omni cætero damno cavetur. † Itaque, si quis servum vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero est, vulneraverit: sive eam quadrupedem, quæ pecudum numero non est, veluti canem aut feram bestiam [14] vulneraverit, aut occiderit; hoc capite actio constituitur. † In cæteris [15] quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus [16], quæ anima carent, damnum per injuriam datum hac parte vindicatur. Si quid enim ustum aut ruptum aut fractum fuerit: actio ex hoc capite constituitur, quanquam poterat sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere. † Ruptum enim intelligitur [17], quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum fracta, aut usta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. † Denique responsum est, si [18] quis in alienum vinum aut oleum, id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis [Aquiliæ] eum teneri. §. 14. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa ejus homo aut quadrupes occisus occisave fuerit: ita ex hoc capite [19], de dolo aut culpa, [&] de cætero damno quemque teneri. † [Ex] hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed [20] quanti in diebus xxx proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit. §. 15. At nec [21] plurimi quidem verbum adjicitur. Sed Sabino recte placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte plurimi verbum adjectum fuisset. nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuisse, [22] quod prima parte eo verbo usa esset. §. 16. Cæterum placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipue [23] corpore suo damnum dederit. † Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles [24] actiones dari solent: veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut [25] fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit [26], ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitaverit, ut præcipitaretur [27]: aut si quis alieno servo persuaserit, ut in [28] arborem ascenderet, vel in puteum [29] descenderet, & is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit: utilis actio in eum datur. † Sed si quis alienum servum [aut] de [30] ponte aut de ripa in flumen dejecerit, & is suffocatus fuerit: eo quod projecit, corpore suo damnum dedisse, non difficulter intelligi potest: ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. † Sed si [31] non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit: sed alio modo alicui damnum contigerit: quum non sufficiat, neque directa, neque utilis [32] legis Aquiliæ actio, placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti si quis misericordia [33] ductus, alienum servum compeditum [34] solverit, ut fugeret [35].

TIT. IV.
DE INJURIIS [36].

Verbum injuria quot modis accipitur. 1. *Quibus modis fit injuria.* 2. *Qui & per quos injuriam patiuntur. De parente & liberis, viro, uxore, socero & nuru.* 3. *De servo.* 4. *De servo communi.* 5. *De servo fructuario.* 6. *De eo qui bona fide servit.* 7. *Pœna injuriarum ex L.* XII. *Tab. & ex jure Prætorio.* 8. *ex L. Cornelia.* 9. *De æstimatione atrocis injuriæ.* 10. *De judicio civili & criminali.* 11. *Qui tenentur injuriarum.* 12. *Quomodo tollitur hæc actio.*

GEneraliter injuria dicitur [37] omne, quod non jure fit: specialiter, alias [38] contumelia, quæ a contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant: alias culpa, quam Græci ἔγκλημα [39] dicunt, sicut in lege Aquilia damnum injuria datum accipitur, alias iniquitas & injustitia, quam Græci [ἀνομίαν καὶ] ἀδικίαν vocant: cum enim Prætor vel Judex non [40] jure [41] contra quem pronunciat, injuriam accepisse dicitur. §. 1. Injuria [42] autem committitur, non solum cum quis [43] pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed & si [44] cui convicium factum fuerit, sive cujus bona [45] quasi debitoris, qui nihil deberet [46], possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicujus libellum [47] aut carmen, [aut historiam] scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit quo quid eorum fieret [48]: sive quis matremfamilias aut prætextatum, [49] prætextatamve [50] adsectatus [51] fuerit: sive cujus pudicitia attentata [52] esse dicetur, & denique aliis plurimis modis admitti injuriam manifestum est.

§. 2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, sed [53] [etiam] per liberos suos [54], quos in potestate habet: itemque per [55] uxorem suam: id enim magis prævaluit. Itaque si filiæ alicujus, quæ Titio nupta est, injuriam feceris: non solum filiæ nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque & mariti nomine. Contra autem, si viro injuria facta sit: uxor [56] injuriarum agere non potest. Defendi [57] enim uxores a viris, non viros ab uxoribus, æquum est. Sed & socer nurus nomine, cujus vir in [ejus] potestate est, injuriarum agere potest. §. 3. Servis autem ipsis quidem nulla injuria fieri intelligitur [58], sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis quibus etiam per liberos & uxores: sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit [59], & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum servum [atrociter] verberaverit: & in hunc casum actio proponitur. At si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit: nulla in eum actio domino competit. §. 4. Si communi [60] servo injuria facta sit: æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri: sed ex dominorum persona [61]: quia ipsis fit injuria. §. 5. Quod si usufructus in servo Titii est, proprietas Mævii, magis Mævio [62] injuria fieri intelligitur. §. 6. Sed [63] si libero [homini], qui tibi bona fide servit, injuria facta sit; nulla tibi actio dabitur: sed suo nomine is experiri poterit: nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tunc enim competit & tibi injuriarum actio. Idem ergo est & in servo alieno bona fide tibi serviente: ut totiens admittatur injuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam injuria ei [64] facta sit. §. 7. Pœna autem injuriarum ex lege [65] XII. tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os vero fractum nummariæ [66] pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed [67] postea Prætores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam æstimare: ut judex vel tanti [reum] condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex Lege XII. Tabul. introducta est [68], in desuetudinem abiit: quam [69] autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in judiciis [70] frequentatur. Nam secundum [71] gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio injuriæ, qui gradus condemnationis & in servili persona non immerito servatur: ut aliud in servo actore [72], aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito [73] jus æstimationis constituatur. §. 8. Sed & lex [74] Cornelia de injuriis loquitur, & injuriarum actionem introduxit, quæ competit ob [75] eam rem, quod se pulsatum quis, verberatumve, vel domum suam [76] vi introitam [77] esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive [78] in conducta, sive gratis, sive hospitio receptus sit [79]. §. 9. Atrox [80] in-

sil. civil. 51. *n.* 5. Ans. 1 *l.* 6. §. 3. *D. de offic. præsid.* 2 *l.* 8. *in pr. ff. h. t.* φλεβοτομήσας. *Theoph.* ut ad venæ sectionem hunc locum referas. 3 *l.* 8. §. 1. *l.* 27. §. *si calicem. ff. eod.* vide *l.* 7. *in fin. ff. eod. l.* 13. §. 5. *ff. locati.* Goth. Vide Rainald. Cors. *lib. indagat. jur.* 1. *c.* 24. Ans. 4 Infirmitas culpæ adnumeratur, *l.* 8. §. *mulionem. D. eod.* Goth. Vide *l.* 36. §. 1. *ff. de rei vind.* Ans. 5 *l.* 21. *in pr. l.* 23. §. *idem Julianus scribit æstimationem. D. h. t.*

6 Al. *quanti is hodie.* S. L. Intellectum hujus §. vide apud Hartmann. Pistor. *qu.* 27. *n.* 6. Ans.

7 *l.* 23. §. 8. *D. eod.* 8 Quia ex maleficiis pœnales actiones in heredem non competunt, nisi lite cum defuncto contestata, & herede locupletiore facto, vide §. 1. J. *de perpetuis & tempor.* 9 *l.* 23. §. 1. *D. h. t.* 10 *l.* 23. *D. eod. l.* 8. *D. de eviction.* Imo si ante occiderit, non tenetur, *l.* 63. *D. ad l. Falcid.* 11 *l.* 22. §. 1. *D. h. t.* 12 *l.* 23. §. *si dolo.* 9. *D. eod. l.* 3. *C. eod.* 13 *l.* 27. §. *hujus legis.* 4. *D. eod.* fuisse autem videtur non de damno rei nostræ, sed de quovis alio damno, veluti intercepta nobis utilitate quadam: quemadmodum apud Plinium est casus singularis, 9. *c.* 59. 14 Aprum, leonem. *l.* 29. §. *ex hoc.* 6. *D. eod.* 15 Ut avibus, *d.* §. *ex hoc.* 6. 17 Fune, retiis, nave, tecto, aqua, & similibus, *d. l.* 29. §. 5. *ff. & l.* 2. *C. eod.* 17 *l.* 27. §. *inquit lex.* 13. §. *rupisse.* 17. *D. eod.* 18 *d. l.* 27. §. *cum eo.* 15. *eod.* 19 *l.* 30. §. *in hac.* 3. *D. eod.* 20 *d. l.* 27. §. *tertio autem.*

21 *l.* 29. *in fin. ff. eod.* 22 *v. l.* 134. *in fin. de verb. obl.* 23 *l.* 52. *ff. h. t.*

24 *l.* 4. *D. de servo corrupto.* 25 *l.* 9. §. *si quis hominem. l.* 29. §. *pen. D. h. t. l.* 5. *C. eod.* 26 *l.* 39. 53. *D. eod. l.* 51. *D. de fur.* 27 *l.* 53. *ff. de fur.* 28 *l.* 3. *D. de servo corrupto.* 29 *v.* Quintil. *declamat.* 350. Cujac. 15. *obs.* 26. *in fin.* 30 *l.* 7. §. *sed si quis de ponte. ff. h. t.* 31 Si corpore, directa: si alio modo quam corpore corpori damnum datum sit, utilis Aquiliana datur: si vero neque corpore, neque corpori damnum datum sit, in factum actio datur. *hoc* §. 32 Quia nec a corpore, nec in corpus damnum datum est.

33 *l.* 7. §. *idem Labeo. ff. de dolo. v. l.* 14. §. 2. *ff. de cust. reor.* 34 Solebant enim servi ut sæpius in villis & possessionibus compediti esse, uti ostendi *ad l.* 7. §. 7. *ff. de dolo.*

35 Adde casum *l.* 27. §. 21. *ff. h. t.* de eo qui de manu nummos excussit.

36 *L.* 47. *D.* 10. & 9. *C.* 35. 36. Paul. 5. *sent.* 4. 37 *l.* 1. *in pr. ff. h. t.* 38 *l.* 5. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* 39 Al. ἀδίκημα. S. L. Arist. 5. *Ethic.* 40 Secus si ad vindictam magistratus. *l.* 32. & 33. *D. h. t.* 41 Imo & jus dicit, etiam cum inique decernit *l. pen. ff. de just. & jure.* 42 Injuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus & illatione stupri. Extra corpus conviciis & famosis libellis: quod ex affectu uniuscujusque patientis & facientis æstimatur. Paul. 5. *sent.* 4. §. 1. 43 *l.* 5. *in pr. ff. h. t.* 44 *l.* 1. §. 1. *l.* 15. §. *convitium. l.* 42. *ff. eod.* 45 *v. l.* 20. *D. eod.* 46 In vet. manusc. erat: *quasi debitoris possideantur ab eo.* &c. quod magis probat Cujac. 47 *v. l. un. C. de famosis libellis.* 48 Aut cantaretur, Paul. 5. *sent.* 4. §. 15. 49 Vide quæ scripsi ad *l.* 3. *in fin. ff. de liber. exhib.* 50 Puellæ quoque prætexta utebantur. Cicer. *in Verr.* at non peregrini. 1. *Macr.* 6. 51 *v. l.* 15. §. *aliud. D. h. t.* 52 *d.* §. *aliud. l.* 9. *in fin. l.* 10. *D. eod.* 53 Patimur injuriam per liberos, uxores & liberorum uxores: ideoque eo nomine injuriarum agemus, si modo is qui fecit, in injuriam nostram id fecisse doceatur. Paul. 5. *sent.* 4. §. 3.

54 Idque per consequentias. *l.* 1. §. *item aut. l.* 41. *D. eod.* 55 *v. l.* 2. *C. eod.*

56 *l.* 2. *ff. eod.* multo minus ulteriores adgnati: quod tamen de causis tantum civilibus non criminalibus intelligendum est. 57 *Novell.* 117. *c.* 9. 58 Facta tamen punitur. *l.* 1. *C. eod. l.* 2. *ff. de his qui sunt sui.* 59 Adversus bonos mores & injussu domini. *l.* 15. §. *Prætor. D. h. t.* 60 *l.* 15. *in fin. l.* 16. *D. eod.* 61 Qualitate, dignitate & conditione: ut pluris æstimetur injuria facta senatori domino quam plebeio. 62 Proprietario scil. *l.* 15. §. *antepen. D. eod.* 63 *l.* 15. §. 48. *D. eod.* 64 Servo scil. Doctores idem statuunt, si subdito, vasallo, monacho, civi, famulo, procuratori & ministro, in contumeliam eorum quibus hi subjecti sunt, facta sit injuria. 65 Injuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto jure introducta est lege XII. Tabb. erat de famosis carminibus, membri rupti, & ossibus fractis. Paul. 5. *sent.* 4. §. 6. 66 Id est, vigintiquinque asses librales, 20. Gell. 1. Festus *in verbo, Grave as:* 18. Plin. 3. 67 Hæc actio injuriæ honoraria infra dicitur: & moribus introducta a Paul. 5. *sent.* 4. §. 7. quoties nimirum factum pro qualitate sui arbitrio judicis æstimatur, & congruenti pœna supplicii vindicatur. 68 Id est, talionis: 20. Gell. 1. *de qua Exod.* 21. 69 Hanc honorariam paulo post vocat. & §. a prætoribus introductam, quamque Paulus moribus introductam appellat, ut ante diximus. 70 Extra ordinem, *l. ult. D. eod.*

71 *l.* 17. §. 3. *D. eod.* 72 Actor servus erat, qui pecuniis domini credendis & exigendis præerat. *l.* 24. *in princ. D. depositi.* 73 Solebant enim domini servos fugæ suspectos nervo vincire, de quo plenius dixi *ad l.* 7. §. 7. *D. de dolo.* 74 Hæc actio injuriarum, mixto jure ex lege Cornelia constituta dicitur, a Paulo 5. *sent.* 4. §. 8. 75 Id est, his tribus de causis. *l.* 5. *in princ. ff. h. t.* 76 Vide *l.* 23. *D. eod. l.* 7. *ff. de extraord. criminib.* 77 *Subaudi*, ab his qui directarii appellantur, in quos extra ordinem animadvertitur. Paul. *illo loco.* 78 *l.* 5. §. *domum.* 2. *D. h. t.* 79 Non momentaneo, sed ad longius aliquod tempus, puta domicilio. vide *l.* 1. §. 2. *vers. domum. D. de aleatoribus.* 80 Paul. 5. *sent.* 4. §. 10. Atrox injuria æstimatur loco (ut si in publico); tempore (ut si interdiu); persona, ut si senatori, equi-

juria

juria æstimatur [1] vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus. Vel ex loco: veluti si cui in theatro: vel in foro [2], vel in conspectu Prætoris, injuria facta sit. Vel ex persona: veluti si Magistratus [3] injuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti [4] patronove fiat a liberis vel libertis. Aliter enim Senatoris & parentis patronique, aliter extranei & humilis personæ injuria æstimatur. † Nonnunquam & locus vulneris atrocem injuriam facit: veluti si [5] in oculo quis percussus fuerit. Parvi autem refert, utrum patrifamilias an filiofamilias talis injuria facta sit: nam & hæc atrox injuria æstimabitur. §. 10. In summa sciendum est, de omni injuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter [6] agere, vel civiliter [7]. Et si quidem civiliter [8] agitur: æstimatione [9] facta secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter: officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur. † Hoc videlicet observando, quod Zenoniana [10] constitutio introduxit, ut viri illustres, quique super eos sunt, & per [11] procuratores possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi vel suscipere, secundum ejus tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet. §. 11. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id est, qui percussit: verum [12] ille quoque tenetur, qui [13] dolo fecit [injuriam], vel qui procuravit, ut cui [14] mala pugno percuteretur.

§. 12. Hæc actio dissimulatione [15] aboletur, & ideo si quis injuriam dereliquerit, hoc est, statim [16] passus ad animum suum non revocaverit: postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolere.

TIT. V.
DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ QUASI EX DELICTO NASCUNTUR [17].

Si judex litem suam fecerit. 1. De dejectis, vel effusis, & positis, vel suspensis. 2. De filiofam. habitante seorsim a patre. 3. De damno aut furto, quod in nave, aut caupona, aut stabulo factum est.

Si judex [18] litem suam fecerit: non proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri; & in quantum de ea re æquum religioni judicantis videbitur, pœnam sustinebit. §. 1. Item is [19], ex cujus cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis [20] habitat, dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter [21] fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest (si ceciderit) alicui nocere: quo casu pœna decem aureorum constituta est. De eo vero, quod dejectum effusumve est, dupli, quantum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem vero liberum occisum, quinquaginta [22] aureorum pœna constituitur. Si vero vivat, nocitumque ei esse dicatur: quantum ob eam rem æquum judici videtur, actio datur. Judex enim computare debet mercedes medicis [23] præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operas quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est. §. 2. Si filiusfamil. seorsim a patre habitaverit, & quid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve fuerit, sive quid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est: Juliano placuit in patrem nullam [24] [esse] actionem, sed cum ipso filio [25] agendum esse. Quod & in filiofamilias judice observandum est, qui litem suam fecerit. §. 3. Item exercitor [26] navis, aut cauponæ, aut stabuli, de dolo aut furto, quod in navi aut caupona aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicujus eorum [27], quorum opera navem aut cauponam, aut stabulum exercet. Cum enim neque ex maleficio, neque ex contractu sit adversus eum constituta hic actio, & aliquatenus [28] culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur: ideo quasi ex maleficio teneri videtur. † In his autem casibus in factum actio competit: quæ heredi quidem datur, adversus [29] heredem autem non competit.

TIT. VI.
DE ACTIONIBUS [30].

Continuatio & definitio. 1. Divisio prima in actiones reales & personales. 2. De actione confessoria, & negatoria. 3. De actionibus prætoriis realibus. 4. De Publiciana. 5. De rescissoria. 6. De Pauliana. 7. De Serviana & quasi Serviana seu hypothecaria. 8. De actionibus prætoriis personalibus. 9. De constituta pecunia. 10. De peculio. 11. De actionibus in facto & jurejurando. 12. De actionibus pœnalibus. 13. De præjudiciis. 14. An res sua condici possit. 15. De nominibus actionum. 16. Divisio secunda. 17. De rei persecutoriis. 18. De pœnis persecutoriis. 19. De mixtis, hoc est, rei & pœnæ persecutoriis. 20. De mixtis, id est, tam in rem quam in personam. 21. Divisio tertia. 22. De actionibus in simplum. 23. in duplum. 24. in triplum. 25. in quadruplum. 26. Subdivisio actionum in duplum. 27. Subdivisio actionum in quadruplum. 28. Divisio quarta de actionibus bonæ fidei. 29. De rei uxoriæ actione in ex stipulatu actionem transfusa. 30. De potestate judicis in judicio bonæ fidei: & de compensationibus. 31. De actionibus arbitrariis. 32. De incerta quantitatis petitione. 33. De pluris petitione. Quinta divisio. 34. De minoris summæ petitione. 35. Si aliud pro alio petatur. 36. Divisio sexta de peculio. 37. De repetitione dotis. 38. De actione adversus parentem, patronum, socium, donatorem. 39. De compensationibus. 40. De eo qui bonis cessit.

Superest, ut de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quam jus [31] persequendi [32] in judicio, quod sibi debetur [33]. §. 1. Omnium autem actionum quibus inter aliquos apud judices [34] arbitrosve de quacunque re quæritur, summa divisio in duo genera deducitur: aut enim in rem sunt [35] aut in personam [36]. † Namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit adversarium ei dare aut facere oportere, & aliis quibusdam modis [37]. Aut cum eo agit, qui nullo [38] jure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam: quo casu proditæ actiones in rem sunt: veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum ejus se esse dicat [39]; nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est. §. 2. Æque si agat [quis], jus sibi esse fundo forte vel ædibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio est. † Ejusdem generis est actio de jure prædiorum urbanorum, veluti [40] si [quis] agat jus sibi esse altius ædes suas tollendi prospiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. † Contra quoque de usufructu, & de servitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum urbanorum, invicem quoque proditæ sunt actiones: ut [41] si quis intendat jus non esse adversario utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi prospiciendive, vel projiciendi, immittendive: istæ quoque actiones in rem sunt, sed negativæ. † Quod [42] genus actionis in controversiis rerum corporalium proditum non est. Nam in his is agit, qui non possidet [43]: ei vero, qui possidet [44], non est actio prodita, per quam neget rem actoris esse. Sane uno [45] casu qui possidet, nihilominus [is] actoris partes obtinet, sicut in latioribus Digestorum libris opportunius apparebit. §. 3. Sed istæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & si quæ sunt similes, ex legitimis & civilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt, quas Prætor [46] ex sua jurisdictione comparatas habet tam in rem, quam in personam, quas & ipsas necessarium est exemplis ostendere: [ut] ecce, plerumque ita permittit [Prætor] in rem agere, ut vel [47] actor dicat se quasi usucepisse, quod non usuceperit: vel ex diverso possessor [48] dicat adversarium suum non usucepisse quod usuceperit. §. 4. Namque si cui ex justa causa res aliqua tradita fuerit (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & necdum ejus rei dominus effectus est: si ejus rei possessionem casu amiserit, nullam habet in rem directam [49] actionem ad eam persequendam: quippe ita proditæ sunt jure civili actiones [50], ut quis dominium suum vindicet. Sed quia sane durum erat, eo casu deficere actionem: inventa est a Prætore actio, in qua dicit is, qui possessionem amisit, eam rem se usucepisse, quam usu non cepit, & ita vindicat suam esse: quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primum a [51] Publicio Prætore in Edicto proposita est.

§. 5. Rursus ex diverso, si quis [52] cum Reip. causa abesset, vel [53] in hostium potestate esset, rem ejus, qui in civitate esset, usuceperit: permittitur domino, si possessor Reip. causa abesse desierit, tunc intra annum rescissa usucapione eam petere: id est, ita petere, ut dicat possessorem usu non cepisse, & ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam & aliis simili æquitate motus Prætor accommodat, sicut ex latiore Digestorum seu Pandectarum volumine intelligere licet. §. 6. Item si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis ejus a creditoribus possessis ex sententia Præsidis: permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione eam rem petere [54], id est, dicere eam rem traditam non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse.

§. 7. Item Serviana & quasi Serviana (quæ etiam hypothecaria vocatur) ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. Serviana [55] autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris jure [56] pro mercedibus fundi ei tenentur. † Quasi Serviana autem est, qua [57] creditores pignora hypothecasve persequuntur [58]. † Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest: nam de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata: utraque hac appellatione continetur: sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis [59] sit. At [60] eam, quæ sine traditione, nuda conventione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus. §. 8. In personam quoque actiones ex sua jurisdictione propositas habet Prætor: veluti [61] de

ti, decurioni, vel alias spectatæ autoritatis viro illata sit. 1 *l.* 7. §. *atrocem. l.* 8. *l.* 9. *ff. h. t. l.* 4. *C. eod.* Paul. 5. *sent.* 4. §. 10. 2 Sic injuria augetur ratione loci. *l. aut facta* 16. §. 4. *ff. de pœn.* Ans. 3 Huc pertinet oratio Demosth. curatoris ludorum Bacchi, cæsi in mala a Midia. 4 *l.* 8. §. *omnia. D. de pœnis.* 5 *l.* 8. *ff. h. t.* 6 Extrordinario, *ut hic:* seu privato judicio. *l.* 7. *l. ult. C. eod.* 7 *l.* 37. *in fin. D. eod.* 8 Injuriarum civiliter damnatus, ejusque æstimationem inferre jussus, famosus efficitur, Paul. 5. *sent.* 4. §. 9. 9 Vide *l.* 21. *D. eod.* 10 *d. l. ult.* 11 Vide *l.* 11. §. 2. *l.* 17. §. 19. *D. eod.* 12 *l.* 37. *in fin. ff. eod.* 13 Id est, cujus ope, consiliove factum dicitur. Paul. 5. *sent.* 4. §. 19. 14 *l.* 11. *ff. eod.* 15 Unius anni lapsu, *l.* 5. *C. eod.* pacto, transactione, jurejurando, vide *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* morte, vide *l.* 10. §. 2. *ff. si quis cautionib.* 16 Hinc colligunt, Dominum, canonem post triennium recipientem, remisisse injuriam emphyteutæ suo videri vel præsumi.

17 *L.* 9. *D.* 3. & 4. *L.* 4. & 47. *D.* 9. 18 *v. l. ult. ff. de var. & extr. cognit.* 19 *l.* 5. §. *is quoque ff. de obl. & act. & toto tit. D. de his, qui dejecerint.* 20 *l.* 5. §. 2. *ff. de his, qui dejecerint.* 21 *l.* 1. §. 2. *l.* 5. §. 9. *D. de his, qui dejecer. l.* 31. *D. ad leg. Aquil.* 22 *l.* 1. *in princ. &* §. 5. *ff. de his qui dejec.* 23 *l. ult. D. de his, qui dejec.* 24 Cur ita? *l.* 1. §. 7. *d. t. & v. l.* 58. *D. de reg. jur.* 25 *v. l.* 39. *in not. ff. de obl. & act.* Ans. 26 *l.* 5. §. *ult. D. de obl. & act.* 27 *l.* 1. §. 5. *& ultim. D. nautæ, caup. l. un. ff. furti advers. naut.* 28 *l.* 5. *in fin. D. de obl. & action.* 29 *l.* 16. *D. de judic. d. l. ult.* §. *hac jud. l.* 5. §. *hac autem act.* 5. *d. tit. de his, qui effud.*

30 *L.* 44. *D.* 7. 31 Id est, formula apud pedaneos judices agendi: nam in jure actione non utimur. Cujac. v. *l.* 51. *D. de oblig. & action.* 32 An & excipiendi, v. *l.* 1. *ff. de except.* 33 Hæc definitio tam personali, quam reali actioni competit, vide Hotom. *lib.* 3. *obs.* 17. Ans. 34 *l.* 15. *in pr. D. de re jud.* 35 *v. l.* 25. *in pr. ff. h. t.* 36 *l.* 25. *ff. h. t.* Ans. 37 Puta, ne quid fiat (quo pertinent quædam interdicta) vel ut fiat, vel ne fiat, *l.* 5. *C. de ingen. man.* 38 Forte legendum, *qui neutro jure.* 39 Id est, contra vindicet (id enim olim erat usitatum, teste Boëtio *in Topic.*) saltem verbo tenus, Cont. 1. *disp.* 12. 40 *l.* 2. *D. si serv. vind.* 41 *l.* 5. *D. si ususfr. pet.* 42 Sensus hujus versiculi talis est: fundi possessor, quique ab eo servitutem deberi negat, actione negative concepta juvatur, & obtinere potest. At in controversia rei corporalis actor, si nude rem possessoris non esse dixerit, non eo solo juvabitur: ut cui necesse sit ulterius progredi, ac fundum ipsum, quem non possidet, vindicare. 43 Charond. *verisim. lib.* 3. *cap.* 2. Ans. 44. Alias non ultro datur actio possessori, *l.* 1. §. 6. *D. uti possid.* 45 Baro legit, *in hoc casu*, id est, actionibus negatoriis servitutum. Ferretus vero, *non in uno casu:* qui ob id a Roberto reprehenditur, 1. *recept.* 18. Ad tria judicia mixta Accursius refert illum unum casum. Faber, ad *l.* 14. *ff. de probatio.* Corrasius *miscell.* 23. ad interdictum uti possidetis, cui favet *l.* 1. §. 6. *ff. uti possidetis.* Contius 1. *Subcesivarum* 1. ad *l.* 15. *de novi operis nunc.* Minsinger. *hic*, ad præjudiciales in rem actiones. Charondas ad *l.* 9. *ff. de rei vind.* recte Hotomannus hic ait: torquere illud esse, non docere: interea, dum apertius loquatur Imperator, sibi videri ait legendum *sane illo casu:* ut superior significetur. 46 Actionum aliæ civiles, aliæ honorariæ. *l.* 25. *in fin. D. de obl. & act.* 47 Hi duo casus proxime exponuntur. §. 4. & 5. 48 Ex diverso possessorem dicat. Bald. *hic.* §. 5. *J. eod.* 49 Quia dominus non est. §. 15. *S. de obl. ex delict.* 50 *l.* 23. *de rei vind.* 51 *l.* 1. *D. de public. in rem.* 52 *v. l.* 1. §. 1. *l.* 31. *ff. ex quib. caus. major.* 53 *v. l.* 14. 15. *d. tit.* 54 Pauliana vel in factum actione, *l.* 1. §. 2. & *l.* 14. *ff. quæ in fraud. cred.* ut & patrono Faviana, *l.* 1. *D. si quid in fraud. patr.* utrique Calvisiana: minori (in casu *l.* 96. *in princ. D. de solut.*) Interdicto, vel Edicto fraudatorio. 55 Quæ prætoria dicitur, quod a prætore sit approbata. *D D. hic. l.* 19. *C. de usur.* 56 *v. l.* 4. *ff. in quibus caus. pign.* Hic interim nota, pignus prætorium ob contumaciam ante sententiam; judiciale, ad executionem sententiæ; legale, vi legis, & quidem tacite; conventionale, partium consensu contrahi. *Goth.* Vide Moz. *de pignor. cap.* 2. *num.* 24. Ans. 57 Vide *l.* 16. §. 3. *l.* 17. *ff. de pign. & hypoth.* dicitur etiam hypothecaria. 58 Et vindicant. *l.* 10. *in fin. C. de pignorat.* 59 *l.* 238. §. 2. *ff. de verb. signif.* 60 Differunt ea ratione tituli de pignoribus & de pignoratitia actione. 61 Est igitur de constituto actio prætoria. *l.* 1. *ff. de pecunia const.* alias jure civili, non est actio ex nudo pacto.

pecunia constituta: cui similis videbatur receptitia. Sed ex nostra constitutione (cum [&] si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est) [&] ea quasi supervacua, jussa est cum sua auctoritate a nostris legibus recedere. † Item prætor proposuit actionem de peculio servorum, filiorumque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor juraverit? & alias complures. §. 9. De constituta autem pecunia cum omnibus agitur [1] quicumque pro se vel pro alio soluturos se constituerint: nulla scil. stipulatione interposita: nam alioqui si stipulanti promiserint, jure [2] civili tenentur.

§. 10. Actiones autem de peculio ideo adversus patrem [3] dominumve [4] comparavit Prætor: quia licet ex contractu filiorum servorumve ipso jure non tenentur [5]: æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum) condemnari eos. §. 11. Item si quis postulante adversario juraverit, deberi sibi pecuniam quam peteret, neque ei solvatur: justissime accommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur [6], sed an juraverit. §. 12. Pœnales quoque actiones Prætor multas ex sua jurisdictione introduxit: veluti adversus eum, qui quid ex albo ejus [7] corrupisset: & in eum, qui patronum, vel parentem [8] in jus vocasset, cum id non impetrasset: item adversus eum [9], qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cujusve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.

§. 13. Præjudiciales actiones [10] in rem esse videntur: quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber [11] an libertus [12] sit, vel de partu agnoscendo [13]. Ex quibus fere una illa legitimam causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit: cæteræ ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt.

§. 14. Sic itaque discretis actionibus, certum est, non posse actorem suam rem ita ab aliquo petere, Si apparet eum dare oportere [14]. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: scilicet quia [15] dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fiat. Nec res quæ [jam] actoris est [16], magis ejus fieri potest. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione [17] teneantur, Si appareat eos dare oportere: quamvis sit adversus eos etiam [hæc] in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

§. 15. Appellamus autem, in rem quidem actiones, vindicationes [18]: in personam vero actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere [19] enim est denunciare prisca lingua: nunc vero abusive dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.

§. 16. Sequens illa divisio est, quod quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ sunt.

§. 17. Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. † Earum vero actionum, quæ in personam sunt, eæ quidem quæ ex contractu nascuntur, fere [20] omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. † Plane si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit: in duplum actionem Prætor reddit: si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede ejus de dolo ipsius agitur, quo casu mista est actio. §. 18. Ex maleficiis vero proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt: aliæ tam pœnæ, quam rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam tantum persequitur quis actione furti [21]: sive enim manifesti agatur, quadrupli: sive non manifesti, dupli: de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens: sive fur ipse eam rem possideat, sive alius quilibet. † Eo amplius adversus furem etiam condictio est [rei] [22]. §. 19. Vi autem bonorum raptorum actio mista est: quia in quadruplo rei persecutio continetur: pœna autem tripli est. † Sed & legis Aquiliæ actio de damno injuria [dato], mista est, non solum si adversus inficiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat: veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni pretii fuerit: tanti enim damnatur, quanti [23] is homo eo in anno plurimi fuerit, secundum jam traditam divisionem. † Item mista est actio [24] contra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint, usque adeo, ut etiam in judicium vocarentur. tunc enim & ipsam rem vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideo in duplum ejus fit condemnatio.

§. 20. Quædam actiones mistam [25] causam obtinere videntur, tam in rem quam in personam: qualis est familiæ erciscundæ actio, quæ competit coheredibus de dividenda hereditate [26]. † Item communi dividundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune [27] est, ut id dividatur. † Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent [28]. In quibus tribus judiciis permittitur [29] judici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adjudicare: & si unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare. §. 21. Omnes autem actiones, vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum; ulterius autem nulla actio extenditur [30]. §. 22. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, & mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato: & denique ex aliis quamplurimis [31] causis. §. 23. In duplum agimus, veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam causis [32]. Item servi corrupti [33]: quæ competit in eum, cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato quod [34] venerabilibus locis relictum est, secundum ea quæ supra diximus. §. 24. Tripli vero [agimus], cum quidam majorem vera æstimatione quantitatem in libello conventionis inserunt, ut ex hac causa viatores [35], id est executores litium [36], ampliorem summam sportularum nomine exigerent. tunc enim id quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, [in] triplum ab actore consequetur: ut in hoc triplo etiam simplum, in quo damnum [37] passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice [38] fulget, quam [39] proculdubio certum est ex lege condictitia emanare. §. 25. Quadrupli autem agitur, veluti furti [40] manifesti. Item de [41] eo quod metus causa factum sit, deque ea pecunia quæ in hoc data sit, ut is cui datur, calumniæ [42] causa negotium alicui faceret, vel non faceret. † Item [43], ex lege condictitia nostra constitutio oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra nostræ constitutionis normam a reis quicquam exegerint. §. 26. Sed furti quidem nec manifesti actio, & servi corrupti, a cæteris, de quibus simul [44] locuti sumus, eo differunt, quod hæ actiones omnimodo dupli sunt: at illæ, id est, damni injuriæ ex lege Aquilia, & interdum depositi, inficiatione duplicantur, in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa quæ de his competit, quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solum inficiatione duplicatur [45], sed etiam si distulerit relicti solutionem usque quo jussu magistratuum nostrorum conveniatur. In confitentem vero, ante quam jussu magistratuum conveniatur solventem, simpli redditur. §. 27. Item actio de eo quod metus causa factum sit, a cæteris de quibus simul locuti sumus, eo differt, quod ejus natura tacite continetur, ut qui judicis jussu ipsam rem actori restituat [46], absolvatur: quod cæteris casibus non est ita: sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur, quod est & in furti manifesti actione. §. 28. Actionum autem quædam [47] bonæ fidei sunt, quædam stricti juris. Bonæ fidei [48] sunt hæ: ex empto, vendito [49], locato, conducto [50], negotiorum gestorum [51], mandati [52], depositi [53], pro socio [54], tutelæ [55], commodati [56], pignoratitia [57], familiæ erciscundæ [58], communi [59] dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato [60] proponitur, & ea quæ ex permutatione [61] competit, & hereditatis [62] petitio. Quamvis enim usque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei judicia connumeranda hereditatis petitio esset, an non, nostra tamen constitutio [63] aperte eam esse bonæ fidei disposuit. §. 29. Fuerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei judiciis: sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem invenientes, omne jus quod res uxoria antea habebat, cum multis divisionibus in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus: merito rei uxoriæ actione sublata, ex stipulatu [actio] quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei judicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonæ fidei sit. [Sed] & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri autem aliis creditoribus [64] in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur: cujus solius providentia hoc induximus. §. 30. In bonæ fidei judiciis libera potestas permitti videtur judici ex bono & æquo æstimandi quantum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti juris judiciis ex rescripto D. Marci opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio [65] easdem compensationes, quæ jure aperto [66] nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure minuant, sive in rem, sive in personam, sive alias quascunque: excepta [67] sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sane iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur. §. 31. Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est, ex arbitrio judicis pendentes, appellamus, in quibus, nisi arbitrio judicis is cum quo agitur, actori satisfaciat: veluti rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat: condemnari debeat. Sed istæ actiones, tam in rem, quam in personam inveniuntur: In rem, veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur quod [68] [vi] aut metus causa, aut [69] dolo malo factum est. Item cum id [70], quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum quoque actio, ex arbitrio judicis pendet [71]. In his enim actionibus & cæteris similibus permittitur judici ex bono & æquo secundum cujusque rei, de qua actum est, naturam æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat [72].

§. 32. Curare [73] autem debet judex, ut omnino quantum possibile ei sit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat: etiamsi de incerta quantitate apud

l. 7. D. de pact. 1 Constitutoria actione, *l. 5. §. 2. l. 21. ff. l. 2. C. de constit. pecun.* 2 *v. l. 8. in fin. ff. de acceptilat.* 3 *v. l. 1. C. ne filius pro patre.* 4 *v. l. 12. C. quod cum eo.* 5 Vide tamen *l. 39. cum not. ff. de Oblig. & Act.* Ans. 6 *v. l. 5. §. dato. ff. de jurejurando.* 7 Quo Edictum perpetuum continebatur, *l. 7. in princ. ff. de jurisd.* 8 *v. l. 4. ff. de in jus vocando.* 9 *l. 1. l. pen. & tot. tit. ff. ne quis cum eo qui in jus.* 10 De natura actionum præjudicialium vide Vultei. *discept. cap. 3.* Ans. 11 Hæc datur domino in servum, *l. 26.* & contra. *l. 24. de liberali causa.* 12 Hæc datur patrono in libertum, & e contra. *l. 14. ff. de prob.* 13 Hac quæritur, an ex marito mulier prægnans sit, *l. 1. in fin. ff. de lib. agnosc.* adde interdictum de liberis exhibendis, vindicationem liberorum jure Quiritum adversus tertios, *l. 1. §. 1. de rei vind.* actionem pro rebus piis, *l. 9. l. pen. ff. de obseq. parent. & Patron.* & alimentis parenti exhibendis, *l. 5. in pr. ff. de lib. agnosc.* & contra. 14 Formula actionis personalis. 15 *v. l. 167. ff. de reg. jur.*

16 *v. §. 6. & 20. Ĩ. de legatis.* 17 Id est, condictione furtiva, quoties rem non possident. *l. 1. & tit. de condict. furtiva.* 18 *v. l. 25. ff. de obl. & act.* 19 Vide Festum *in Condicere.* 20 Nam depositi, tumultus causa, actio mixta est, *ut hic Ĩ. eod.* & legati ad pias causas, *§. 19. Ĩ. eod.* ex quasi contractu. 21 *l. 54. §. cum furti. ff. de furtis.* aliud vero persequitur aliis actionibus. 22 Furtiva, sed & ad exhibendum, & vindicatio. *l. 7. §. 1. ff. de condict. furt.* 23 *l. 23. §. 3. ff. ad l. Aquil.* 24 *§. 23. in fin. Ĩ. eod.* 25 *l. 37. §. 1. ff. de obl. & act.* 26 *l. 22. §. pen. ff. fam. erci͡sc.* 27 Citra hereditatis causam. *l. 4. §. 3. ff. comm. divid.* 28 *l. 1. 2. 3. 4. ff fin. regund.* 29 *l. 2. §. 1. fin. reg. l. 52. §. 2. ff. fam. ercisc. l. 1. comm. divid.* 30 Lege tamen Mosis furtum bovis quintuplo puniebatur. *Exod. 22.* 31 Id est, realibus. 32 Puta incendii & naufragii. *l. 1. §. 1. ff. depositi.* 33 *l. 10. l. 14. ff. de serv. corrup.* 34 *l. 46. §. 1. C. de episc. & cler.* 35 Quibus interdum magistratus arbitrium committit. *l. ult. ff. de judic.* 36 Ac sententiarum. *v. l. 12. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* 37 *v. Nov. 53. cap. 3. in fin.* 38 Priori scil. 39 Ex qua proculdubio est ex lege condictitiam emanare. Cujac. *ita legit.* 40 *Ĩ. vi bon. rap.* 41 *l. 14. §. 10. ff. quod met. caus.* 42 *l. 1. ff. de calumniatorib.* 43 Item lex condictitia extra constitutionem oritur. 44 Supra locuti. 45 Id est, hæc actio duplatur & inficiatione & mora. v. *§. 1. Ĩ. de pæna temere.* 46 *v. l. 14. §. 1. D. quod met. caus.* 47 Quarum aliæ generales, aliæ speciales. *l. 38. D. pro socio.* 48 Cur ita dicantur, v. *§. 30. Ĩ. eod.* 49 *l. 1. l. 11. ff. de act. empt.* 50 *l. 17. C. de loc. & cond.* 51 *l. 5. D. de obl. & act. l. 7. D. de negotiis gest.* 52 *l. 2. & l. 5. D. de obl. & act. l. 3. in fin. l. 10. §. 3. l. 35. ff. mandati.* 53 *l. 1. §. 19. D. depositi: l. 7. ff. de eo, quod certo loco.* 54 *l. 52. §. 1. ff. pro socio.* 55 *l. 1. §. 1. ff. de tutela & rationib. distr.* 56 *l. 3. §. 2. ff. commodati.* 57 *l. 7. D. de pign. l. 6. C. de pignorat.*

58 *l. 9. C. fam. ercisc.* 59 *l. 4. §. 2. l. 13. §. 1. D. comm. divid.* 60 *l. 1. D. de æstimatoria.* 61 *l. 1. D. de rer. permut. l. 2. C. eod.* 62 *l. ult. in fin. C. de her. petit.* 63 *l. ult. C. de her. pet.* 64 An anteriorem & expressam habentibus? vide *Nov. 109. c. 1. l. assiduis. 12. C. qui potiores.* an & creditoribus posterioribus quorum pecunia empta militia, empta aut reparata fuerit navis aut domus? v. *Novell. 97. c. 3. 4.* 65 *l. ult. C. de compens.* 66 Id est, liquidi ad liquidum. 67 *v. l. ult. C. depos.* 68 *l. 14. §. 1. ff. quod met. caus.* 69 *l. 18. ff. de dol.* 70 *l. 2. ff. quod cer. loc.* 71 *l. 3. §. 2. D. ad exhib.* 72 Quid? arbitrariæ actiones num bonæ fidei erunt ex ratione *§. 30. Ĩ. eod?* Wesenb. tradit, natura sua stricti juris esse: ex accidenti vero (quia incerta quantitas & æstimatio vel jurejurando in litem vel arbitrio judicis petita postea certa taxatur. *§. 32. Ĩ. eod.*) arbitrarias esse. 73 Sententia certam summam continere debet. v. *C. de sent. quæ sine certa quantitate profertur.*

eum

eum actum est. §. 33. Si quis agens, [in] intentione sua plus [1] complexus fuerit quam ad eum pertineat, a causa cadebat [2], id est, rem amittebat: nec facile in integrum restituebatur a Prætore, nisi minor erat XXV. annis. Huic enim sicut in aliis causis, causa [3] cognita, succurrebatur, si lapsus juventute fuerat: ita & in hac causa succurri solitum erat. Sane [4] si tam magna causa justi [5] erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset [6], etiam majori XXV, annis succurrebatur; veluti si quis totum legatum petierit: post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint, quæ efficiebant, ut plus petiisse videretur petitor, quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur [7]. † Plus autem quatuor [8] modis petitur: re, tempore, loco, [&] causa. † Re: veluti si quis pro decem aureis qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is cujus ex parte res est, totam eam, vel majorem partem suam esse intenderit. † Tempore: veluti si quis [9] ante diem vel ante conditionem [10] petierit. Qua enim ratione qui tardius [11] solvit, quam solvere deberet, minus solvere intelligitur, eadem ratione qui præmature petit, plus petere videtur. † Loco plus petitur: veluti cum quis id quod certo loco sibi [dari] stipulatus est, alio loco petit, sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia, si is, qui ita stipulatus fuerit, *Ephesi dare spondes?* Romæ pure intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia utilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solveret, adimit ei pura intentione. Propter quam causam, alio loco petenti arbitraria actio proponitur [12]: in qua scil. ratio habetur utilitatis, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solveret (quo se soluturum spopondit.) Quæ utilitas plerunque in mercibus [13] maxima invenitur: veluti vino, oleo, frumento, quæ per singulas regiones diversa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non [14] in omnibus regionibus sub eisdem usuris fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo ut sibi detur stipulatus est: pura [15] actione recte agit: idque etiam Prætor monstrat: scil. quia utilitas solvendi salva est, promissori. † Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is qui causa plus petit: ut ecce, si quis ita a te stipuletur, *hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes?* deinde alterum petat, veluti hominem tantum aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur: quia in eo genere stipulationis promissoris [16] est electio, utrum pecuniam [17], an hominem solvere malit. Qui igitur pecuniam tantum vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem adversario: & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, adversarii vero [sui] deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere: id est, ut eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea, si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem adversario tollit, cui stipulationis [18] jure liberum fuit, aliud solvere, quam quod peteretur. Quin etiam licet vilissimum sit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud solvere, quod majoris pretii est [19]. Sed hæc quidem antea in usu fuerant; postea vero lex Zenoniana [20] & nostra [21] rem coarctavit. Et, siquidem tempore [22] plus fuerit petitum: quid statui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur constitutio: sin autem quantitate [23] vel alio modo plus fuerit petitum: [in] omne, si quod forte damnum ex hac causa acciderit ei contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione (sicuti supra diximus) puniatur [24]. §. 34. Si minus [25] in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti si cum ei decem [aurei] deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut [si] cum totus fundus ejus esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine [26] periculo agit: in reliquum enim nihilominus judex adversarium in eodem judicio [27] ei condemnat ex constitutione divæ memoriæ Zenonis.

§. 35. Si quis aliud pro alio intenderit: nihil eum periclitari placet, sed in eodem judicio, cognita veritate, errorem suum corrigere [28] [ei] permittitur: veluti si is qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur.

§. 36. Sunt præterea quædam actiones quibus non [semper] solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modo solidum persequimur, modo minus: ut ecce, si in peculium filii servive agamus. Nam si non minus in peculio sit, quam persequimur: in solidum dominus paterve condemnatur: si vero minus inveniatur: eatenus [29] condemnat judex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus [30].

§. 37. Item si de dote [in] judicio mulier agat: placet eatenus maritum [31] condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates ejus patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates ejus, in solidum damnatur: si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem [32] quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas in res dotales factas, marito [quasi] retentio concessa est: quia ipso jure [33] necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet. §. 38. Sed & si quis cum parente suo [34] patronove agat [35]: item si socius [36] cum socio, judicio societatis agat: non plus actor consequitur, quam adversarius ejus facere potest. † Idem est, si quis ex [37] donatione sua conveniatur. §. 39. Compensationes quoque oppositæ plerumque efficiunt [38], ut minus quisque consequatur, quam ei debeatur. Nam [39] ex bono & æquo habita ratione ejus, quod invicem actorem ex eadem causa præstare oportet, in reliquum eum cum quo actum est, [condemnat] [40]: sicut jam dictum est. §. 40. Cum eo quoque qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro in id quod facere potest, creditores [41] experiuntur: inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis in solidum damnari.

TIT. VII.

QUOD CUM EO [42], QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.

Scopus & nexus. 1. De servis quod jussu. 2. De exercitoria & institoria actione. 3. De tributoria. 4. De peculio & in rem verso. 5. De concursu dictarum actionum. 6. De filiisfamilias. 7. De SC. Macedoniano. 8. De actione directa in patrem vel dominum.

QUia [tamen] superius [43] mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorum familiarum servorumque agitur: opus est, ut de hac actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia sive cum servis negotium gestum sit, sive cum his, qui in potestate parentum sunt, eadem fere jura servantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem [44] intellecturi de liberis quoque & parentibus quorum in potestate sunt. Nam si quid in his proprie servetur, separatim ostendemus.

§. 1. Si igitur jussu domini cum servo negotium gestum erit: in solidum [45] Prætor adversus dominum actionem pollicetur: sc. quia is qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur. §. 2. Eadem ratione Prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria [46], altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis servum [47] suum magistrum navi præposuerit, & quid cum eo ejus rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet [48]. Institoria tunc locum habet [49], cum quis tabernæ forte, aut cuilibet negotiationi servum suum præposuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur [50]. Istas tamen duas actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum servum navi aut tabernæ aut cuilibet negotiationi præposuerit: sc. quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interveniat. §. 3. Introduxit & aliam actionem [51] Prætor, quæ tributoria vocatur. Namque si servus in peculiari merce, sciente [52] domino, negotietur, & quid cum eo ejus rei causa contractum erit: ita Prætor jus dicit, ut [53] quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro [54] rata portione distribuatur: & [ideo tributoria vocatur,] quia ipsi domino distributionem Prætor permittit. Nam si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur. §. 4. Præterea introducta est actio de peculio, deque eo quod in rem domini versum erit: ut quamvis sine voluntate [55] domini negotium gestum erit, tamen sive [56] quid in rem ejus versum fuerit, id totum præstare debeat: sive [57] quid non sit in rem ejus versum, id eatenus præstare debeat: quatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessario in rem ejus impenderit servus: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus ejus solverit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem puta aureis, quos servus tuus a Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos solverit, reliquos vero quinque quolibet modo consumpserit: pro quinque [quidem] in solidum damnari debes: pro cæteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo sc. apparet si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint: totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim una est actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculii æstimationem transit, quam aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum. Cum autem quæritur, quantum in peculio sit? Ante [58] deducitur, quicquid servus domino, eive qui in potestate ejus sit, debet: & quod superest, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet servus, qui in potestate domini sit, non deduci-

1 *v. C. de plus petit.* ubi dixi. 2 Plus debito petens in quam pœnam incidat, vid. Tessaur. *decis.* 231. Ut tamen plus petens causa cadat, requiruntur quatuor, quæ vide apud Capyc. *decis.* 49. *num. fin.* Ita fallit, casu quo quis in sua conclusione clausulam salutarem adhibuerit: qua eo casu in majori summa minor inest, Joseph. Ludovic. *decis.* 51. *p.* 1. *in fin.* Hodie tamen hæc pœna amissionis causæ cessat, & solummodo restat actio ad reparationem ejus damni, quod quis ratione plus petitionis passus est. Wames. *vol.* 2. *consil.* 64. Ans. Adde Mornac. Autumn. & Francis. Zyp. *ad tit. C. de plus petit.* Christin. *decis. Belg.* 1. 66. & *vol.* 2. 158. *num.* 10. *S. L.* 3 *l.* 1. *l.* 11. *§. sciendum. ff. de minor.* v. Paul. 1. *sent.* 10. Cujac. 7. *obs.* 27. & *Nov.* 15. *c.* 4. & *C. de plus petit.* & *ext.* 2. *tit.* 11. 4 Ex justa causa datur restitutio. 5 Error justus esse potest. 6 Constantissimus quisque labi potest. 7 *l.* 1. *D. quod leg. l. pen. C. ad l. Falc.* 8 Plus quatuor modis petitur. 9 *l. unic. in fin. D. quando dies usufr. l.* 1. *ff. de eden. l.* 44. *ff. de obl. & act. l.* 38. *§. inter. l.* 41. *l.* 137. *§.* 2. *de verb. obl.* 10 Etiam tacitam. *v. l.* 21. *ff. de jur. dot.* 11 *l.* 12. *in fin. D. de verb. sign.* 12 Et proponi potest, quia summa in stipulationem deducta restricte & definite non petitur, sed hoc demum, quod æquius melius arbitrio videbitur. *l.* 1. *ff. quod certo loco.* 13 Et earum pretio. *l.* 63. *ff. ad l. Falc.* 14 *l.* 1. *in pr. D. de usur. l.* 3. *in fin. l.* 4. *quod cert. loc.* 15 Id est, sine arbitrii mentione. *l.* 4. *in princ. D. quod certo.* 16 *v. l.* 34. *§. pen. D. de contr. empt. l.* 10. *in fin. ff. de jure dot. l.* 95. *in pr. ff. de solut.* 17 Id est, sub alternatione, quemadmodum stipulatus est, utque talis sit actio, qualis stipulatio. *l.* 75. *§. illud. §. qui illud. ff. de verb. obl.* 18 Generalis, æque ac alternativæ, *l.* 32. *in fin. ff. de condict. indeb.* 19 Nec enim æstimatio ad rem, sed ad utilitatem debitoris referenda est: quin etiam, quod invito fit, ei melius fieri videri non potest. *v. l. ult. ff. de usu & habit.* 20 De qua §. 10. Ĵ. *de except.* 21 Quæ desideratur. 22 *l.* 2. *in pr. C. de plus petit.* 23 *d. l.* 2. *§. ult.* 24 Excipe legem 1. *D. de condict. ex lege.* 25 *d. l.* 2. 26 Et ita libellum emendare potest. *l.* 3. *C. de edend.* 27 Si residuum petitum sit, *v. l.* 18. *ff. comm. divid.*

28 Usque ad sententiam. v. *l. ult. C. de error. advoc.* porro quando emendare & mutare libellum quis possit, *v. Doctores in l. edita. C. de edendo.* 29 *l.* 47. *§.* 2. *D. de pecul.* 30 Ĵ. *tit. prox.* 31 Et e contra mulierem, *l.* 17. *l.* 20. *ff. de re judic.* 32 Impensarum nomine, *l.* 5. & *tot. tit. de impensis in res dotal.* 33 *l.* 1. *l.* 5. *d. t. l.* 56. *§.* 2. *ff. de jure dot.* 34 Id est, omnibus ascendentibus. *l.* 16. *in fin. ff. de re judic.* 35 *l.* 17. *ff. de re judic.* 36 *d. l.* 16. 37 *l.* 12. *D. de donat.* 38 *l. ult. C. de compens.* 39 *v. l.* 5. *C. de compens.* 40 *Novell.* 135. *v. l.* 4. *D. de cess. bon.* 41 Vid. exceptiones apud Socinum *reg.* 47.

42 *Lib.* 14. *D.* 5. & *Lib.* 4. *C.* 25. 26. 43 §. 36. S. *tit. prox.* 44 §. 6. Ĵ. *eod.* 45 *v. l.* 1. *in pr. D. quod jussu.* 46 *v. lib.* 14. *D.* 1. & 4. *C.* 25. 47 Et alium quemvis, Ĵ. *eod.* 48 *l.* 1. *§. exercitorem. ff. de exercitoria.* 49 *l.* 3. 4. 5. *in pr.* & 18. *ff. de institor.* 50 Qui certæ rei aut facto institores, *l.* 5. *§. idem ait. D. eod.* 51 Quia actione de peculio conventus dominus vel pater ante omnes creditores suum debitum præcipit. *l.* 9. *§.* 2. *ff. de pecul.* 52 Id est, non prohibente: ut non sit necesse dominum velle: sufficiat autem nolle. *l.* 1. *§. scientiam. ff. de tributoria.* 53 *l.* 1. *in pr. D. de tribut.* 54 *l.* 5. *in fin. de tributor.* 55 De in rem verso actio non nititur domini voluntate, sed utilitate. 56 *l.* 1. *D. de in rem verso.* 57 Ex superioribus collige, ex jussu domini generali dari actionem *quod jussu:* ex speciali, *exercitoriam*, si navi, *Institoriam*, si tabernæ, *Quasi institoriam*, si certæ rei servum aut quemvis præposuit: ex gesto servi patiente domino, *Tributoriam:* eo ignorante, actionem de *in rem verso*, si quid versum est, vel si ratum dominus habuit: *de peculio*, si nihil versum est; adversus parentem aut dominum actionem tribui. Et hæc de contractibus hujusmodi personarum, siquidem *prox. tit.* de illarum delictis, ut & *tit.* 9. de pauperie facta ab animalibus dicetur. 58 Idque privilegio parentum & dominorum singulari. *l.* 9. *§.* 2. *D. de pecul.*

tur ex peculio: veluti si is in ipsius peculio sit: quod eo pertinet, ut si [1] quid vicario suo servus debeat, id ex peculio ejus non deducatur. §. 5. Cæterum dubium non est, quin is quoque qui jussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit, de peculio, deque eo quod in rem domini versum est, agere possit. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillime solidum ex contractu consequi possit: se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere servum peculium, & tantum habere ut solidum sibi solvi possit. Is quoque cui tributoria actio competit, æque de peculio & de in rem verso agere potest. Sed sane huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua [2] non est, id est, quod domino debetur, non deducitur: sed ejusdem juris est dominus, cujus & cæteri creditores. At in actione de peculio ante [3] deducitur, quod domino debetur: & in id quod reliquum est, creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo [4] expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur: at in tributoria ejus tantum, quo negotiatur. Et potest quisque tertia forte parte peculii, aut quarta, vel etiam minima negotiari: majorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certe qui potest probare, in rem domini versum esse: de in rem verso agere debet [5].

§. 6. Quæ diximus de servo & domino, eadem [6] intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre avove, cujus in potestate sunt.

§. 7. Illud proprie servatur in eorum persona, quod SC. Macedonianum [7] prohibuit mutuas pecunias dare eis qui in potestate parentis sunt: & ei qui crediderit, denegatur actio tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve (sive adhuc in potestate sint, sive morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint) quam adversus patrem avumve: sive eos habeat adhuc in potestate, sive emancipaverit. Quæ ideo Senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur [8]. §. 8. Illud in summa admonendi sumus, id quod jussu patris, dominive contractum fuerit, quodque in rem ejus versum erit: directo [9] quoque posse a patre dominove condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque qui exercitoria vel institoria actione tenetur, directo posse condici placet: quia hujus quoque jussu contractum intelligitur.

TIT. VIII.

DE NOXALIBUS [10] ACTIONIBUS.

De servis. Summa. 1. *Quid sit noxa & noxia.* 2. *Ratio harum actionum.* 3. *Effectus noxæ deditionis.* 4. *De origine harum actionum.* 5. *Qui conveniuntur noxali actione.* 6. *Si servus domino noxiam commiserit: vel contra.* 7. *De filiisfam.*

EX maleficiis servorum [11], veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut injuriam commiserint: noxales actiones proditæ sunt, quibus [12] domino damnato permittitur [13], aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere. §. 1. Noxa [14] autem est [ipsum] [15] corpus quod nocuit, id est servus: noxia [16] ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria. §. 2. Summa autem ratione permissum est, noxæ deditione fungi. Namque erat iniquum, nequitiam eorum ultra [17] ipsorum corpora dominis damnosam esse. §. 3. Dominus noxali judicio servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur [18]: nec minus in perpetuum ejus servi dominium a domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est [servus] resarcierit quæsita pecunia: auxilio Prætoris invito domino manumittetur [19]. §. 4. Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti furti [20] ex Lege XII tabularum, damni injuriæ ex lege Aquilia. Edicto Prætoris: veluti injuriarum [21], & vi bonorum raptorum. §. 5. Omnis [22] autem noxalis actio caput [23] sequitur. Nam si servus tuus noxiam commiserit: quamdiu in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem pervenerit: cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit: directo ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit [24]. Nam si liber homo noxiam commiserit, & is servus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus effici, primo [25] libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset.

§. 6. Si servus domino noxiam commiserit: actio nulla nascitur. Namque inter [26] dominum & eum qui in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque & si [27] in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit: neque cum ipso, neque cum eo cujus nunc in potestate sit, agi potest. Unde si alienus servus noxiam tibi commiserit, & is [28] postea in potestate tua esse cœperit, interdicitur [29] actio: quia [30] in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque licet exierit de tua potestate, agere non potes: quemadmodum si dominus in servum suum aliquid commiserit: nec si manumissus aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest. §. 7. Sed veteres quidem hoc in filiisfamiliarum masculis & fœminis admisere: nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem [31] recte respuendam esse existimavit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur filium suum, & maxime filiam, in noxam alii dare: ut pene per [filii] corpus pater magis [32] quam filius periclitetur: cum in filiabus etiam pudicitiæ favor hoc bene excludat? Et ideo placuit, in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus sæpius dictum, ipsos [33] filiosfamiliarum pro [34] suis delictis posse conveniri.

TIT. IX.

SI QUADRUPES [35] PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

De actione si quadrupes, ex leg. XII. *tab.* 1. *De actione ædilitia concurrente cum actione de pauperie.*

ANimalium nomine, quæ ratione carent [36], si [37] qua lascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem [38] fecerint: noxalis actio Lege XII. tab. prodita est. (Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita Lex XII. tabularum scripta est), ut puta, Si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus, [cornu] petierit. Hæc autem actio in iis quæ contra naturam [39] moventur, locum habet. Cæterum si genitalis [40] sit feritas; cessat actio. Denique si ursus fugerit a domino, & sic nocuerit; non potest quondam dominus conveniri: quia desiit dominus esse, ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum. Nec enim potest animal injuriam fecisse dici, quod [41] sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem. §. 1. Cæterum sciendum est, ædilitio edicto [42] prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum, leonem ibi habere, qua vulgo iter fit, & si adversus ea factum erit, & nocitum libero homini esse dicatur: quod bonum & æquum judici videtur, tanti dominus condemnetur, cæterarum [vero] rerum, quanti damnum datum sit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, præsertim pœnales de eadem re concurrentes, alia [43] aliam consumit.

TIT. X.

DE IIS PER QUOS AGERE POSSUMUS.

Per quos agere licet. 1. *Quibus modis Procurator constituitur.* 2. *Quibus modis tutores vel curatores constituuntur.*

NUnc [44] admonendi sumus agere posse quemlibet hominem aut suo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio; cum olim in usu fuisset, alterius nomine agere non [45] posse, nisi pro populo, pro libertate [46], pro tutela [47]. Præterea lege Hostilia permissum [48] erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicæ causa abessent, quive in eorum cujus tutela essent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno homine, neque agere, neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus [49], & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ causæ sæpe hominibus impedimento sunt quo minus rem suam ipsi exequi possint.

§. 1. Procurator neque certis verbis, neque præsente [semper] adversario, imo plerumque eo ignorante [50] constituitur. Cuicumque enim permiseris rem tuam agere aut defendere: is tuus procurator intelligitur.

§. 2. Tutores & curatores quemadmodum constituantur, primo libro expositum est.

TIT. XI.

DE SATISDATIONIBUS [51].

Jus antiquum de judicio reali. 1. *De judicio personali.* 2. *Jus novum de reo.* 3. *De procuratore actoris.* 4. *De procuratore rei præsentis.* 5. *vel absentis.* 6. *Unde hæc forma discenda.* 7. *Unde hæc forma observanda.*

SAtisdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisdare possessor [52] compellebatur: ut si victus [esset], nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem: potestas esset petitori, aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus, quæ satisdatio appellatur, judicatum solvi. Unde autem sic appelletur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod fuisset judicatum. Multo magis is qui in rem actione conveniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine judicium accipiebat [53]. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator vero si in rem agebat, satisdare jubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores [vero] & curatores eodem modo quo & procuratores satisdare debere, verba [54] Edicti faciebant: sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur. Hæc ita [erant] si in rem agebatur. §. 1. Si vero in personam: ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agitur. Ab ejus vero parte cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniret, omnimodo satisdaret: quia nemo defensor in aliena re

1 *v. l.* 17. *ff. de pecul.* 2 *l.* 1. *ff. de tributoria.* 3 *v.* §. 4. *in fin.* S. *eod.* 4 *v. l.* 11. *D. de tributoria.* 5 *l.* 5. §. 2. *ff. de in rem verso.* 6 S. *eod. in pr.* 7 *l.* 1. *ff. ad SC. Maced. & C. eod. tit.* 8 *l.* 1. *l.* 3. *vers. nam pecunia. ff. ad SC. Maced.* 9 Id est, suo nomine. *l.* 1. *de in rem verso. l.* 1. *quod jussu.* 10 *Lib.* 9. *D.* 4. & 3. *C.* 41. 11 Dictum est enim superiori tit. de eorum contractibus. 12 Servus qui furtum fecerit, damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxæ dedi potest. Paul. 2. *sent.* 31. §. 7. 13 Ad sententiæ executionem usque *l.* 20. §. 5. *ff. de petit. her.* & sic intelligenda est *lex* 1. *ff. de noxal.* 14 Noxam a noxia hic distinguit Tribonianus, quod Grammatici notant: & male. Noxa enim a nocendo. Noxiam vero pro maleficio usurpat Plautus Bacchidibus, Careo noxia. sic noxa pro noxia apud Virgil. 15 Noxa caput sequitur. *l.* 20. *ff. de noxalib. act. l.* 1. §. 2. *ff. de priv. delict.* S. L. 16 *l.* 238. *ff. de verb. sign.* 17 *l.* 7. §. 1. *D. de damn. infect. l.* 1. §. 15. *ff. de vi & vi.* 18 *l.* 2. *C. h. t.* 19 Quia actor non plenum jus potestatis adeptus erat. *arg. l.* 2. *in fin. D. si ex noxali causa.* 20 Accursius subaudit, non manifesti, ut eo sensu constituat furti manifesti actionem prætoriam: verum hæc vox de furto quoque manifesto intelligenda est, quia generalis est. Deinde ex ipsis legib. 12. Tab. constat furti manifesti quoque actionem descendere. Neque pugnat quod J. *in princ. de perpetuis & temporalibus actionibus.* actio furti manifesti dicitur esse Prætoria. Pœnam enim pecuniariam Tribonianus illo loco spectavit, quæ a Prætore est inventa, & ita quoque Theophilus ibidem scriptum reliquit. 21 *v. l.* 17. §. 4. *ff. de injur.* 22. Servus si furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest. Noxa enim caput sequitur, Paul. 2. *sent.* 31. §. 8.

23 *l.* 1. *in fin. ff. de privat. delict.* 24 Quoties scil. qui liber deliquit, servus factus est. 25 *v.* §. *servi autem.* S. *de jure person.* 26 *l.* 1. *in fin. C. h. t.* 27 *l.* 11. *in princ. vers. sed & ff. de minorib.* 28 *l.* 37. *D. h. t.* 29 *l.* 37. *D. eod.* alias intercidit, ἀποσβέννυται. *Theoph.* 30 *v. l.* 16. *D. ad l. Aquil.* 31 Ut noxæ dedantur sc. *l.* 33. 34. 35. *D. h. t.* 32 *l.* 8. *in fin. D. quod met. caus.* 33 Furti directa actio hodie in ipsos filiosfam. datur, a patre non defensos, *ut hic. & l.* 33. *l.* 34. *D. de noxalib. act.* Olim in eos tantum emancipatos directa erat. Paul. 2. *sent.* 31. §. 9. 34 *l.* 57. *D. de judiciis. & l.* 39. *D. de oblig. & act.* 35 *Lib.* 9. *D.* 1. 36 Nam rerum inanimatarum nomine alia actione agitur. 37 *l.* 1. *ff. h. t.* 38 Olim de pastu dabatur. Paul. 1. *sent.* 15 39 Id est, contra suam qualitatem naturalem, v. quæ scripsi *ad l.* 1. §. 7. *ff. eod.* 40 Naturalis, *d. l.* 1. §. 10. 41 *v. l.* 33. *in fin. C. de inoff. testam.* 42 *l.* 40. 41. 42. *ff. de ædil. edict.* 43 *l.* 60. *D. de obl. & act. l.* 130. *D. de reg. jur.* 44 Forte hoc addidit, ut intelligeremus priscis temporibus suo tantum nomine agere licuisse, idque mero jure, ut dixi *ad l.* 123. *D. de regul. jur.* Nunc vero utilitatis causa necesse esse, lege agere, etiam alieno nomine. 45 Adeo ut senibus non daretur etiam excusatio. *I. Gell.* 20. 46 Ne servus egisse cognosceretur; assertores & vindices constituti erant. *Hot.* 47 Quia minor per ætatem se defendere nequit. 48 Permissum fuerat agere. *Hot.* 49 *l.* 1. §. *usus. D. de procur.* 50 Et absente. *l.* 1. *l.* 65. *D. de procur.* 51 *Lib.* 2. *D.* 8. *Lib.* 2. *C.* 57. 52 *l.* 33. *in pr. ff. de fidejuss. l.* 8. *ff. jud. solvi. l.* 2. *C. uti possid.* 53 Nam & de rato cavebat. *l.* 40. §. *sed & is. D. de proc.* 54 Quæ extant *l.* 33. §. *pen. D.*

sine [1] satisdatione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis judicium accipiebat in personam: judicatum solvi, satisdare non cogebatur. §. 2. Sed hodie hæc aliter observantur. Sive enim quis in rem actione convenitur, sive personali suo nomine: nullam satisdationem pro litis æstimatione dare compellitur: sed pro sua tantum persona, quod in judicio permaneat [2] usque ad terminum litis, vel committitur [3] suæ promissioni cum [4] jurejurando (quam juratoriam cautionem vocant) vel nudam promissionem [5], vel satisdationem pro qualitate personæ suæ dare compellitur. §. 3. Sin autem per procuratorem lis vel infertur, vel suscipitur: in actoris quidem persona si non mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus litis in judicio procuratoris sui personam confirmaverit [6], ratam [7] rem dominum habiturum satisdationem procurator dare compellitur: eodem observando, & si tutor, vel curator [8], vel aliæ tales personæ quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium inferunt. §. 4. Si vero aliquis convenitur: siquidem præsens procuratorem dare paratus est: potest vel ipse in judicium venire, & sui procuratoris personam per judicatum solvi (satisdationem [9] solenni stipulatione) firmare, vel extra judicium satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fidejussor existat pro omnibus judicatum [10] solvi satisdationis clausulis. Ubi & de hypotheca suarum rerum convenire compellitur: sive in judicio promiserit, sive extra judicium caverit: ut tam ipse, quam heredes [11] ejus obligentur. Alia insuper cautela, vel satisdatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiæ recitandæ (in judicium) veniet: vel si non venerit, omnia dabit fidejussor, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum. §. 5. Si vero reus præsto ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem ejus subire: nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere: ita tamen, ut satisdationem judicatum solvi pro litis æstimatione præstet. Nemo enim secundum veterem regulam (ut jam dictum est) alienæ rei sine [12] satisdatione defensor idoneus intelligitur. §. 6. Quæ omnia apertius & perfectius a quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent. §. 7. Quam formam non solum in hac regia Urbe, sed [etiam] in omnibus nostris Provinciis (etsi propter imperitiam forte aliter celebratur) obtinere censemus: quum necesse sit, omnes Provincias, caput omnium nostrarum civitatum, id est, hanc regiam Urbem, ejusque observantiam sequi.

TIT. XII.

DE PERPETUIS ET [13] TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUÆ AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEUNT.

De perpetuis & temporalibus actionibus. 1. *De actionibus quæ in heredes transeunt, vel non.* 2. *Si pendente judicio reus actori satisfecerit.*

Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quæ ex lege, Senatusve consulto, sive ex sacris Constitutionibus [14] proficiscuntur, perpetuo solere antiquitus competere, donec sacræ constitutiones, tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt [15]: eas vero quæ ex propria Prætoris jurisdictione pendent, plerumque [16] intra annum vivere: nam & ipsius Prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, usque ad finem ex constitutionibus introductum: quales sunt eæ, quas bonorum possessori, cæterisque qui heredis loco sunt, accommodat [17]. Furti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius Prætoris jurisdictione proficiscatur: tamen perpetuo datur: absurdum enim esse existimavit, anno eam terminari. §. 1. Non autem omnes actiones quæ in aliquem aut ipso jure [18] competunt, aut a Prætore dantur: & in heredem æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima [19] juris regula, ex maleficiis [20] pœnales actiones in heredem [rei] non competere: [veluti] furti [21], vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Sed heredibus hujusmodi actiones competunt [22], nec denegantur: excepta injuriarum actione, & si qua alia similis inveniatur. Aliquando [23] tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit: veluti [24] cum testator dolose versatus sit, & ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenit. † Pœnales autem actiones quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ [25], & heredibus dantur, & contra heredes transeunt [26]. §. 2. Superest, ut admoneamus, quod si ante rem judicatam, is cum quo actum est, satisfaciat actori: officio judicis convenit eum absolvere, licet in ea causa fuisset judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet: & hoc est quod antea vulgo dicebatur, omnia judicia absolutoria esse.

TIT. XIII.

DE EXCEPTIONIBUS [27].

Continuatio. Ratio exceptionum. 1. *Exempla, quod metus causa, de dolo, in factum.* 2. *De non numerata pecunia.* 3. *De pacto.* 4. *De jurejurando.* 5. *De re judicata.* 6. *De cæteris exceptionibus.* 7. *Divisio prima.* 8. *Divisio secunda.* 9. *De peremptoriis.* 10. *De dilatoriis.* 11. *De dilatoriis ex persona.*

Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendendorum [28] eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, justa sit; tamen iniqua sit adversus eum cum quo agitur. §. 1. Verbi gratia, si metu coactus [29], aut dolo inductus [30], aut errore [31] lapsus, stipulanti Titio promisisti, quod non debueras [promittere]; palam est, jure civili te obligatum esse: & actio qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum [32], composita ad impugnandam actionem. §. 2. Idem juris est, si quis [quasi [33]] credendi causa pecuniam a te stipulatus fuerit, neque numeravit. Nam eam pecuniam a te petere posse eum, certum est: dare enim te oportet: quum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione [34] pecuniæ non numeratæ te defendi debere: cujus tempora [35] nos (secundum quod jam superioribus [36] libris scriptum est) constitutione nostra coarctavimus. §. 3. Præterea debitor si pactus fuerit cum creditore, ne [37] a se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto convento obligationes non omnino [38] dissolvuntur: qua de causa efficax est adversus eum actio quam actor intendit, Si apparet eum dare oportere. sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conventi [39]. §. 4. Æque si debitor creditore deferente juraverit, nihil se dare oportere: adhuc obligatus permanet [40]: sed quia iniquum est de perjurio quæri; defenditur [41] per exceptionem jurisjurandi. † In iis quoque actionibus, quibus in [42] rem agitur, æque necessariæ sunt exceptiones, veluti si petitore deferente possessor juraverit eam rem suam esse, nihilominus petitor eandem rem vindicet: licet enim verum sit, quod intendit, id est, rem ejus esse: iniquum tamen est possessorem condemnari. §. 5. Item si in judicio tecum actum fuerit, sive in rem, sive in personam: nihilominus obligatio durat: & ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest: sed debes per exceptionem [43] rei judicatæ adjuvari. §. 6. Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Alioqui, quam ex multis variisque causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest. §. 7. Quarum quædam ex legibus vel ex iis [44] quæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. §. 8. Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. §. 9. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur, perimunt: qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pecunia peteretur. §. 10. Temporales atque dilatoriæ sunt [45], quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conventi: cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium: nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ii, quibus intra certum tempus agere volentibus objicitur exceptio aut pacti conventi, aut alia similis; differre debent actionem, & post tempus agere: ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint, objectaque sit exceptio: neque eo judicio quicquam consequebantur, propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant: cum temere rem in judicium deducebant, & consumebant: qua ratione rem amittebant. Hodie autem non ita stricte hoc procedere volumus: sed eum qui ante tempus [46] pactionis vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ [47] constitutioni subjacere censemus: quam sacratissimus Legislator de iis qui tempore plus petierint, protulit: ut & inducias quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit: in duplum habeant ii qui talem injuriam passi sunt: & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur observare. §. 11. Præterea etiam ex persona sunt dilatoriæ [48] exceptiones, quales sunt procuratoriæ. Veluti si per militem aut mulierem [49] agere quis velit. Nam militibus [50] nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex sacro Rescripto procuratorio nomine experiri conceditur: suis vero negotiis superesse sine offensa [militaris] disciplinæ possunt. † Eas vero exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam [51] vel dantis [52] vel ipsius [53] procuratoris opponebantur, cum in judiciis frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus: ne dum de iis altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

TIT. XIV.

DE REPLICATIONIBUS.

De replicatione. 1. *De duplicatione.* 2. *De triplicatione.* 3. *De cæteris exceptionibus.* 4. *Quæ exceptiones fidejussoribus prosunt, vel non.*

Interdum evenit, ut exceptio, quæ prima facie justa videtur, [tamen] inique noceat: quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris gratia: quæ [54] replicatio vocatur: quia [55] per eam replicatur, atque resolvitur jus exceptionis. veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat [56]: deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio. Convenit enim ita: namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sunt: sed quia iniquum est creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento. §. 1. Rursus interdum evenit, ut replicatio quæ prima facie justa est, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia quæ [57] duplicatio vocatur. §. 2. Et

de procur. 1 *v. l. 46. §. 2. l. 53. D. de procur.* 2 *v. Nov. 112. c. 2.* Hodie non est id in usu apud Gallos. v. Rebuff. *in proœm. constit. reg. gloss. 5. n. 3.* 3 *v. Nov. 112. cap. 2.* 4 *v. l. 12. C. de prox. sac. scrin. lib. 12.* 5 *v. l. 6. in fin. D. ut legator. s. fideicomm. servand.* 6 *v. Nov. 113. c. 3.* vel literas adversario direxerit de rato. *v. l. 65. D. de procur.* 7 Vid. tit. Digestorum, Ratam rem haberi. 8 *l. 2. §. 2. C. de jurejur.* 9 *l. 2. §. 2. C. de consortibus ejusdem litis.* 10 Vide titulum Digestorum, Judicatum solvi. Hujusmodi stipulatio hodie apud Gallos non est in usu. 11 *l. 5. in pr. ff. qui satisdare cog.* 12 *§. 1. S. eod. l. 110. §. 1. ff. de reg. jur.* 13 *L. 44. D. 3.* 14 *l. 3. l. 4. C. de præscr. 30. ann.* 15 Ut & rerum usucapionibus. Cur? boni publici causa. *l. 1. ff. de usurpationibus.* 16 Cur ita? *v. l. 35. ff. de obl. & action.* 17 *l. 2. ff. de possess. her. pet.* 18 Ex legibus. 19 Civilis constitutio. *l. 1. ff. de privatis delictis.* adde *l. 111. §. 1. ff. de reg. jur. l. 2. in fin. ff. vi bon. rapt.* 20 adde *§. 9. S. de l. Aquil.* 21 Furti manifesti, concepti, & oblati actio heredi competit. Sed in heredem non datur. Paul. 2. *sent. 31. §. 6.* 22 *l. 1. §. 44. ff. de vi & vi arm.* 23 Regulariter contra. *l. 12. l. 49. ff. de obl. & action.* 24 Hæc particula delenda. v. Cujac. *ad l. 121. in fin. ff. de verb. oblig.* 25 *v. l. 26. ff. de obl. & action.* 26 Idem dicendum, si heres factus est locupletior, tunc enim actio transit, quantum ad ipsum pervenit, *l. 23. §. hanc actionem. ff. ad l. Aquil. l. un. C. ex delict. defunct.* 27 *L. 44. D. 1. L. 8. C. 36.* 28 *v. l. 2. in pr. ff. h. t.* 29 *v. l. 9. C. de cont. stipul. l. 4. §. pen. ff. de doli mali except.* 30 *v. l. 5. C. de inutil. stip.* 31 *v. l. 57. ff. de obl. & action.* 32 *l. 2. §. & generaliter. l. 4. §. adversus. ff. de doli mali except.* 33 *l. 2. §. 3. ff. de doli mali.* 34 *v. S. de literar. obl.* 35 Biennium. 36 *Tit. S. de literar. oblig.* 37 *l. 2. §. 4. ff. de doli mali & metus except.* 38 Id est, ipso jure. *l. 27. §. pactus. 2. ff. de pact.* 39 *l. 7. §. sed cum nulla. ff. de pact.* 40 An quia jusjurandum non est modus tollendæ obligationis jure civili? an ex alia causa? 41 *v. l. 40. ff. de jurejur.* 42 *l. 3. §. 1. ff. de jurejur.* 43 *v. l. 7. §. & generaliter. ff. de except. rei jud.* 44 *l. 3. in pr. ff. eod.* 45 *l. 27. §. si cum. 1. ff. de pact. v. l. 19. C. de prob. l. 12. C. de except.* 46 Potest tamen creditor ante tempus cautionem exigere; casu quo animadvertit debitorem sua dilapidare, ne postea inanis fiat actio. *l. 41. ff. de judic. l. inter omnes. ff. qui satisd. cog. l. quod si in diem. §. 1. ff. de petit. heredit. l. 2. ff. de Evict.* Ans. Adde *l. 14. ff. de pignor.* & ibi Bart. Bald. Costal. Caccialup. *in tract. de debitore suspecto.* Moss. *de contract. Rubr. de pignorib. vers. qua actio. num.* 12. 13. Menoch. *de Arbitr. jud. lib. 1. cent. 1. cas.* 87. S. L. 47 De qua *§. 33. in fin. S. de act.* 48 *l. 2. in fin. ff. h. t.* 49 *l. 41. ff. de procuratoribus.* 50 *l. 7. l. 9. C. de procur. l. 31. C. de locato. l. 8. §. 2. ff. de procurat.* 51 Eorum scilicet, & utilitatem 52 Est enim honor, per procuratorem litigare. *l. ult. C. de injuriis. l. 19. §. 2. ff. de probat.* 53 *l. 19. §. 2. ff. de probat. ubi dixi.* Goth. Infamis procurator esse potest, *hoc §.* secus Jure Canonico, *can. 1. & 2. & ibi Gloss. qu. 7. caus. 3.* quod tanquam honestius hodie servatur. Andr. Gail. vid. *l. 21. ff. de accusat. & l. 6. C. de procurat.* Ans. 54 *l. 10. C. de except.* 55 *l. 2. §. 2. & 3. l. 22. ff. de except. d. l. 10. C. de except.* 56 *l. 27. §. pactus, ne peteret. ff. de pact.* 57 *l. 2. §. sed & contra. ff. de except.*

si rursus ea prima facie justa videatur, sed propter aliquam causam actori inique noceat; rursus alia allegatione opus est, qua actor adjuvetur: quæ dicitur triplicatio. §. 3. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introducit, quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est agnoscere. §. 4. Exceptiones autem quibus debitor defenditur, plerumque adcommodari solent, etiam [1] fidejussoribus ejus, & recte: quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati judicio redditurus est eis quod [ii] pro eo solverint. Qua ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit; placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce [2] enim debitor [3], si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, si [4] bonis cesserit. Sed hæc exceptio fidejussoribus non datur: ideo scilicet quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligavit, suum consequi.

TIT. XV.
DE INTERDICTIS [5].

Continuatio & definitio. 1. *Divisio prima.* 2. *Divisio secunda.* 3. *De interdictis adipiscendæ.* 4. *De interdictis retinendæ.* 5. *De retinenda vel acquirenda possessione.* 6. *De interdicto recuperandæ, & affinibus remediis.* 7. *Divisio tertia.* 8. *De ordine, & vetere exitu seu ritu.*

SEquitur, ut dispiciamus de interdictis, seu actionibus quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maxime fiebat, cum de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur. §. 1. Summa autem divisio interdictorum hæc est [6]: quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. † Prohibitoria sunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti vel mortuum inferenti [7], quo ei jus erat inferendi, vel in sacro loco ædificari, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur. † Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid jubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum quæ quis pro herede aut pro possessore possidet [ex ea hereditate]: aut cum jubet ei, qui vi de possessione fundi dejectus sit, restitui possessionem. † Exhibitoria sunt, per quæ jubet exhiberi: veluti eum cujus de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos, qui in potestate ejus sunt. † Sunt tamen, qui putent proprie interdicta ea vocari quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denunciare & prohibere: restitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur. §. 2. Sequens divisio [8] interdictorum hæc est, quod quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. §. 3. Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur, *Quorum bonorum* [9], ejusque vis & potestas hæc est: ut quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat: id ei cui bonorum possessio data est, restituere debeat. † *Pro herede* autem possidere videtur, qui [10] putat se heredem esse. *Pro possessore* [11] is possidet qui nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. † Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum: quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est. † Interdictum quoque quod appellatur *Salvianum* [12], adipiscendæ possessionis causa comparatum est: eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. §. 4. Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta *uti possidetis* & *utrubi*: cum [13] ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit: & [14] ante quæratur, uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat? Namque nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui: quia & civilis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius a possidente petat [15]. Et quia longe [16] commodius est [& potius] possidere, quam petere: ideo plerumque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum [17] autem possidendi in eo est, quod etiamsi ejus res non sit, qui possidet: si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet [in] suo loco possessio: propter quam causam cum obscura sunt utriusque jura, contra petitorem judicari solet. † Sed [18] interdicto quidem *uti possidetis*, de fundi vel ædium possessione contenditur: *utrubi* vero interdicto de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam *uti possidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem: etiam [19] si alium vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem, ut sibi possidere liceret: *utrubi* vero interdicto is vincebat, qui [20] majore parte ejus anni, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata [21] est: ut ille vincat [&] in re soli, & in re mobili, qui [22] possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatæ tempore detinet. §. 5. Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed [23] & si ejus nomine aliquis in possessione sit, licet is ejus juri subjectus non sit, qualis est colonus & inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commodaverit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur retinere possessionem posse aliquem per quemlibet, qui ejus nomine sit in possessione. † Quin etiam animo quoque solo [24] retineri possessionem placet: id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius: tamen si non relinquendæ possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videatur. † Adipisci vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro [25] exposuimus. Nec ulla dubitatio est, quin animo solo [26] adipisci possessionem nemo possit. §. 6. Recuperandæ [27] possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum *unde vi*, per quod is qui dejecit, cogitur ei restituere possessionem: licet is ab eo qui vi dejecit, vi, vel clam, vel precario possideat [28]. Sed ex Constitutionibus sacris (ut supra diximus), si quis rem per vim occupaverit, siquidem in bonis ejus est [29], dominio ejus privatur: si aliena, post ejus restitutionem, etiam æstimationem [rei] dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim dejecerit: tenetur lege Julia de vi privata [30], aut de vi publica: sed de vi privata, si sine armis vim fecerit: sin autem cum armis eum de possessione vi expulerit, de vi publica [tenetur.] Armorum [31] autem appellatione non solum scuta, & gladios, & galeas: sed & fustes, & lapides significari intelligimus. §. 7. Tertia divisio interdictorum hæc est, quod aut simplicia sunt [32], aut duplicia. † Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus [est [33]]: qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. Nam actor [34] is est qui desiderat aut exhiberi, aut restitui. Reus autem is est a quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri [35]. Nam actor est qui desiderat ne quid fiat: reus est qui aliquid facere conatur. † Duplicia [36] sunt, veluti *uti possidetis* interdictum, & *utrubi*. Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur: sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet. §. 8. De ordine & vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem jus dicitur (qualia sunt [37] hodie omnia judicia) non [38] est necesse reddi interdictum: sed perinde judicatur sine interdictis, ac si utilis actio [39] ex causa interdicti reddita fuisset.

TIT. XVI.
DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

De pœnis in genere. 1. *De jurejurando, & pœna pecuniaria.* 2. *De infamia.* 3. *De in jus vocando.*

NUnc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qui jura sustinebant [40], ne facile homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam agentium quam eorum cum quibus agitur, modo pecuniaria [41] pœna [42], modo jurisjurandi religione [43], modo infamiæ [44] metu coërcetur. §. 1. Ecce enim jusjurandum omnibus qui conveniuntur, ex Constitutione [45] nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius juraverit, quod putans se bona instantia uti, ad contradicendum pervenit. At adversus inficiantes ex quibusdam causis dupli [vel tripli] actio constituitur: veluti [46] si damni injuriæ, aut [47] legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur [48]. Statim autem ab initio pluris quam simpli est actio: veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli. Nam ex his & aliis quibusdam causis (sive quis neget, sive fateatur) pluris quam simpli est actio. † Item actoris quoque calumnia coërcetur. Nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex nostra Constitutione [49]. † Utriusque etiam partis Advocati jusjurandum subeunt, quod alia [50] nostra constitutione comprehensum est. † Hæc autem omnia pro veteri calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit: quia in [51] partem decimam litis actores multabat, quod nusquam factum esse invenimus: sed pro his introductum est [&] præfatum jusjurandum, & ut improbus litigator [&] damnum, & [52] impensas litis inferre adversario suo cogatur. §. 2. Ex quibusdam judiciis damnati, ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo [53], item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus [54]. Item pro socio, quæ ab utraque parte directa est: & ob id quilibet ex sociis eo judicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed [55] & pacti: & recte. Plurimum enim interest [56], utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit. §. 3. Omnium autem actionum instituendarum principium [57], ab ea parte Edicti proficiscitur, qua Prætor edicit de in jus vocando. Utique enim in primis adversarius in jus vocandus est: id est, ad eum vocandus qui jus dicturus sit [58]. Qua parte Prætor parentibus [59] & patronis [60], item parentibus liberisque [61] patronorum & patronarum hunc præstat honorem: ut non aliter liceat liberis libertisque eos in jus vocare, quam si id ab ipso Prætore postulaverint, & impetraverint. Et si quis aliter vocaverit: in eum pœnam solidorum quinquaginta [62] constituit.

1 *l. 7. l. 19. ff. l. 11. C. de except. l. 16. l. 49. ff. de fidejuss. & mandat.* 2 De quo prædicatur species, de eodem & genus prædicatur. 3 *l. 3. C. de bonis autoritate judicis. l. 17. in pr. D. de recept. qui arbitr.* 4 *Al. nisi &* Basilica. *ad l. 3. C. de bon. autor.* ἀλλ' ἐὰν μὴ ἐξέστιν. & ita legendum apud Theophilum, non ἔξεστιν.

5 *L. 43. D. 1. L. 8. C. 1.* 6 Summa dicitur ab officio interdictorum. *l. 1. §. interdictor. ff. h. t.* 7 *l. 1. §. prætor. D. de mortuo infer.* 8 Hæc divisio ab interdictorum fine sumitur. *l. 2. §. hæc autem. D. h. t.* 9 *D. & C. quorum bonorum.* 10 *l. 11. in pr. de petit. her. l. 33. §. 1. ff. de usucapion.* 11 *v. l. 11. §. 1. l. 12. 13. §. 2. ff. de pet. her.* 12 *l. 2. §. adipiscenda. 3. in med. D. h. t. & l. 2. D. de Salviano interdicto.* 13 *v. l. 37. in fin. D. de oblig. & act.* 14 *v. l. 3. C. h. t.* 15 *l. 62. ff. de judic.* Sarmient. *lib. 1. cap. 2. n. 1. & 2.* Ans. 16 *l. 1. §. 1. ff. de superficiebus.* 17 *l. fin. ff. de adq. vel amitt. poss. l. fin. C. de rei vind. vide l. 128. ff. de reg. jur.* 18 *l. 1. §. hoc interdictum. ff. uti possidetis.* 19 *v. l. 1. §. fin. ff. uti possidetis.* 20 *l. 1. ff. utrubi. v. l. 156. ff. de verb. sign.* 21 *l. un. ff. utrubi.* 22 *l. 1. §. 1. perpetuo. ff. uti possidetis.* Goth. Qui hodie antiquiorem possessionem edocet tanquam justiorem habens causam, prævalet. *cap. Licet. de probat.* Ans. 23 *l. 9. ff. de adq. possess.* 24 *v. l. 8. l. 44. in fin. ff. de adq. vel amitt. poss.* 25 *Titulo per quas personas.* 26 *v. l. 3. §. 1. D. de adquir. vel amitt. poss.* 27 *l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi. l. 2. C. unde vi. c. redintegranda. 3. q. 1.* 28 Et prædo sit. *c. 5. extra. de restit. spol.* 29 *v. l. 7. C. unde vi.* 30 De qua *l. 13. ff. de vi & vi arm. l. 32. ff. de pœnis.* 31 *v. l. 3. §. 2. ff. de vi & vi.* 32 *l. 2. in princ. ff. h. t.* Sumpta est autem hæc divisio ab interdicendi forma. 33 Id est, in quibus prætor non utrumque litigatorem (*ut in Uti possidetis*) sed alterum tantum alloquitur, *ut Unde tu illum dejecisti.* 34 *l. 13. ff. de judiciis.* 35 Cum unum tantum alloquitur prætor. *l. 2. in pr. ff. ne quid in loco publico. l. 1. in pr. ff. de fluminib.* 36 *v. l. 3. §. 1. ff. uti possidetis.* 37 *§. 1. S. de success. sublat.* 38 *v. l. 3. C. h. t.* 39 *l. 49. ff. de negotiis gest.*

40 Id est, Jurisconsultos, Prætores, Principes. *v. l. 2. C. de jurejur. propter calum.* 41 Decima litis in libello comprehensæ. *§. 1. J. eod. & Nov. 112. c. 2.* 42 In inficiantes sc. *§. 1. J. eod.* 43 *l. 44. §. 4. ff. familia.* Porro sacramentum pecunia erat litis causa ab utroque deposita, sic ut victi consecraretur, victori sua restitueretur. Varro 5. *de lingua:* Pithœus 1. *subcesivarum* 18. 44 *§. 1. J. eod.* 45 *l. 14. §. 1. C. de judiciis. l. 2. C. de jurejurando propter calumn.* 46 *v. l. 4. C. ad leg. Aquil.* 47 *§. 26. S. de act.* 48 Altera pecuniaria pœna est causæ amissio, *l. 1. C. de pœna jud.* & ad expensas condemnatio. *l. 79. ff. de judiciis.* 49 *l. 2. C. de jurejur. propter cal.* Goth. Al. addunt (*quod non calumniandi animo litem movisset, sed existimando, se bonam causam habere.*) Ut explicetur formula qua actor de calumnia jurat. S. L. 50 *l. 2. C. de jurejur. propter.* 51 Hoc quemadmodum sublatum sit, aut ignoratum a Justiniano, prudens lector dijudicabit, *ex Nov. 112. c. 2. in princ. v. Edictum 7. Justiniani. c. 5.* 52 *v. l. 4. C. de defructib. & lit. exp.* 53 *v. l. 4. in fin. ff. de his, qui notantur.* 54 Cur non contrariis? *v. l. 6. in fin. ff. de his, qui notantur.* 55 *l. 6. §. pactusve. d. t.* 56 *l. 7. d. t.* 57 *l. 1. ff. de in jus vocando. l. 13. in fin. ff. de judiciis.* 58 De forma vocationis v. quæ notavi *ad d. l. 1.* 59 *l. 3. C. de in jus.* 60 *l. 4. ff. de in jus.* 61 *l. 2. C. de in jus.* 62 Alias 500. *l. 12. 24. 25. ff. de in jus.* v. Pith. 1. *subcesivarum* 18.

TIT. XVII.
DE OFFICIO JUDICIS.

De officio Judicis in genere. 1. *De judicio noxali.* 2. *De actionibus realibus.* 3. *De actione ad exhibendum.* 4. *Familiæ erciscundæ.* 5. *Communi dividundo.* 6. *Finium regundorum.* 7. *De adjudicatione.*

Superest, ut de Officio Judicis dispiciamus. Et quidem in primis illud observare debet Judex, ne aliter judicet [1], quam legibus aut constitutionibus, aut moribus proditum est. §. 1. Ideoque si noxali judicio aditus est, observare debet, ut si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, *Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.* §. 2. Et si in rem actum sit [coram Judice]: sive contra petitorem judicaverit, absolvere debet possessorem: sive contra possessorem, jubere ei debet, ut rem ipsam restituat [2] cum fructibus. Sed si possessor neget in præsenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum [3] est ei: ut tamen de litis æstimatione caveat [4] cum fidejussore, si intra tempus quod ei datum est, non restituerit. Et si hereditas petita sit: eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos [5] culpa sua possessor non perceperit: [sive illorum] quos perceperit: in utraque actione eadem ratio pene habetur, si prædo fuerit [6]. Si vero bonæ fidei possessor fuerit; non habetur ratio [neque] consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum [fructuum] ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt [7]. §. 3. Si ad exhibendum actum fuerit: non sufficit, si exhibeat rem is cum quo actum est; sed opus est, ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si, cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset [8]. Ideoque si inter moras [exhibendi] usucapta sit res a possessore: nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medii temporis, id est, ejus quod post acceptum ad exhibendum judicium, ante rem judicatam intercesserit, rationem habere debet Judex. Quod si neget reus cum quo ad exhibendum actum est, in præsenti se exhibere posse, & tempus [9] exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur: dare ei debet, ut tamen caveat se restituturum: quod si neque statim jussu Judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id quod actoris intererat, si ab initio res exhibita esset. §. 4. Si familiæ erciscundæ [judicio] actum sit; singulas res singulis [10] heredibus adjudicare debet: & si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio; debet hunc invicem coheredi certa pecunia (sicut jam dictum est) condemnare. Eo quoque nomine coheredi [11] quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit [12], aut consumpserit. Quæ quidem similiter inter plures quoque, quam duos coheredes, subsequuntur. §. 5. Eadem interveniunt, & si communi dividundo de pluribus rebus actum sit. Quod si de una re, veluti de fundo; siquidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat: partes [13] ejus singulis adjudicare debet: & si unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quod si [14] commode dividi non possit, veluti si homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus [15] uni adjudicandus est, & is invicem alteri certa pecunia condemnandus est. §. 6. Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet judex, an necessaria sit adjudicatio: quæ sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari: quo casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. † Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc judicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit: verbi gratia, quia lapides finales [16] furatus est, vel arbores finales excidit. † Contumaciæ quoque nomine quisque eo judicio condemnatur: veluti si quis jubente Judice metiri agros passus non fuerit. §. 7. Quod autem istis judiciis alicui adjudicatum fuerit: id statim ejus fit, cui adjudicatum est [17].

TIT. XVIII.
DE PUBLICIS JUDICIIS [18].

Differentia a privatis. 1. *Etymologia.* 2. *Divisio.* 3. *Exempla de læsa majestate.* 4. *De adulteriis.* 5. *De sicariis.* 6. *De parricidiis.* 7. *De falsis.* 8. *De vi.* 9. *De peculatu.* 10. *De plagiariis.* 11. *De ambitu, Repetundis, Annona, Residuis.* 12. *Excusatio.*

Publica judicia neque per actiones ordinantur [19], neque omnino quicquam simile habent [cum] cæteris judiciis [20], de quibus locuti sumus: magnaque diversitas eorum est & in instituendo [21], & in exercendo [22]. §. 1. Publica autem dicta sunt, quod cuivis ex populo executio [23] eorum plerumque [24] datur. §. 2. Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia [25] dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt [homines], vel [etiam] aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario: hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia. §. 3. Publica autem judicia hæc sunt: lex Julia [26] majestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel Rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Cujus pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur.

§. 4. Item lex Julia de adulteriis coërcendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio [27] punit, sed & eos [28] qui cum [29] masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Julia etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi [30] vel virginem, vel viduam honeste viventem stupraverit. Pœnam autem eadem lex irrogat stupratoribus [31], si honesti sunt, publicationem partis [32] dimidiæ bonorum: si humiles, corporis coërcitionem cum relegatione. §. 5. Item lex Cornelia [33] de sicariis [34] quæ homicidas ultore ferro persequitur, vel eos qui hominis occidendi causa cum [35] telo ambulant. Telum [36] autem (ut Caius noster ex interpretatione legum XII. Tab. scriptum reliquit) vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed & omne significat quod manu cujusque jacitur: sequitur ergo, ut lignum & lapis, & ferrum hoc nomine contineatur: dictum ab eo quod in longinquum mittitur, [a] Græca voce τῆλε [37] figuratum. Et [sic] hanc significationem invenire possumus & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. Admonent [38] nos epigrammata in Xerolopho urbis faustissimæ scripta, *καὶ τὰ βέλη ὁμῶς ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι.* id est, *Et hujusmodi tela simul ab eis ferebantur, lanceæ, spicula, fundæ, plurimi autem & lapides.* Sicarii autem appellantur a sica [39], quod significat ferreum cultrum. Eadem lege & venefici [40] capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint. §. 6. Alia deinde lex asperrimum crimen nova pœna persequitur, quæ Pompeia de parricidiis [41] vocatur: qua cavetur, ut si quis parentis aut filii, aut omnino adfinitatis ejus quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparaverit [42] (sive clam, sive palam id ausus fuerit) [necnon is cujus dolo malo id factum est, vel conscius [43] criminis existit, licet extraneus sit,] pœna parricidii puniatur, & neque gladio neque ignibus, neque ulli alii solenni pœnæ subjiciatur [44], sed insutus culleo cum Cane, & Gallo gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas ferales angustias comprehensus (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, [&] terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione [45] vel adfinitate personas conjunctas necaverit: pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit. §. 7. Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui testamentum [46], vel aliud instrumentum falsum scripserit [47], signaverit, recitaverit, subjecerit: vel signum [48] adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo. Ejusque legis pœna in servos, ultimum supplicium est (quod etiam in lege de sicariis & veneficis servatur): in liberos vero deportatio [49]. §. 8. Item lex Julia de vi publica seu privata, adversus [50] eos exoritur qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed siquidem armata vis arguatur; deportatio [51] ei ex lege Julia de vi publica irrogatur: si vero sine armis, in tertiam [52] partem bonorum [suorum] publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus [53] virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ii qui opem [huic] flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qua hoc apertius possibile est scire. §. 9. Item lex Julia [54] peculatus eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem sacram [55], vel religiosam furati fuerint. Sed siquidem ipsi judices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint; capitali [56] animadversione puniuntur: & non solum hi, sed etiam [57] qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. Alii vero, qui in hanc legem inciderint: pœnæ deportationis subjugentur. §. 10. Est & inter publica judicia lex Fabia de plagiariis [58], quæ interdum [59] capitis pœnam ex sacris Constitutionibus irrogat, interdum leviorem. §. 11. Sunt præterea publica judicia, lex Julia de ambitu [60], lex Julia repetundarum [61], & lex Julia de annona [62], & lex Julia de residuis [63], quæ de certis capitulis loquuntur: & animæ quidem amissionem non irrogant: aliis autem pœnis eos subjiciunt, qui præcepta earum neglexerint.

§. 12. Sed de publicis judiciis hæc exposuimus, ut vobis possibile sit summo [64] digito, & [65] quasi per indicem [66] ea tetigisse: alioqui diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo [67] propitio adventura est.

1 *l. 40. ff. de judiciis. l. 1. §. sed & si quis. ff. de falsis. l. 2. C. de pœna judicis. Nov. 5. c. 1. Nov. 15. c. 1. in fin. Novell. 24. c. 2. Novell. 82. cap. 13. Nov. 149. cap. 1. Nov. Leonis. 1. Auth. præsides. C. de episcopali audientia.* 2 *l. 17. §. 1. vers. idem Julianus ait. ff. de rei vind. l. 5. l. 17. C. de rei vind.* 3 *l. 21. ff. de judiciis.* 4 *l. 11. ff. de rei vind.* 5 *v. l. 22. C. de rei vind.* 6 Ut prædo fructus restituat, v. quæ not. *ad l. 22. C. de rei vind.* 7 Ut bonæ fidei possessor fructus restituat. v. quæ scripsi ad *d. l. 22.* 8 *l. 9. §. quantum ad hanc actionem. 5. D. ad exhib.* 9 *l. 5. §. fin. l. 12. §. si justa. ff. ad exhib.* 10 *v. l. 22. §. familiæ. 1. in fin. l. 51. ff. familiæ.* 11 *l. 19. d. t.* 12 *l. 3. l. 19. ff. famil.* 13 *l. 54. in pr. ff. de verb. obl.* 14 *l. 55. ff. familiæ.* 15 *l. 11. in fin. ff. de jurisd. l. 2. in fin. l. 3. ff. finium. l. 55. ff. familiæ. l. 3. §. cum autem. C. comm. divid.* 16 *v. l. 4. §. si dicantur termini. ff. finium.* 17 Hinc adjudicatio inter modos adquirendi numeratur ab Ulp. *t. 19. §. 16.* Porro an judex petitum officium alicui possit impertiri, vid. quæ not. *in l. 4. §. antepen. ff. de damn. infect.*

18 *L. 48. D. 1.* 19 Sed per accusationes, & inquisitiones. 20 Sive ex contractu, sive ex maleficio oriantur. 21 Privata judicia apud judices datos: publica apud quæsitorem instituebantur. 22 Hæc ab uno judice aut tribus recuperatoribus in comitio fiebant. Publica vero in foro, palam, sub dio, vel ab ipsis prætoribus (sex lictoribus coram tribunal circumstantibus) sive quæsitoribus, pro tribunali, in sella curuli sedentibus (quibus aderant judices in subselliis sedentes 50 vel 60) exercebantur. Vide hic Hotom, adde ordinem veterem usu desiisse, *l. 8. D. de accusat.* formam accusationis, *v. l. ult. C. de accus.* 23 Id est, persecutio, *l. 11. in pr. D. de accus. l. 1. §. 1. ff. de privat. delict. l. 7. ff. de injur.* 24 *l. 43. §. 10. ff. de ritu nupt. & C. qui accusare. & l. 8. 9. ff. de accus.* 25 *l. 2. ff. h. t.* 26 *v. l. 3. ff. & tot. tit. C. ad l. Jul. majest.* 27 Hoc ut verum sit, *v. l. 5. ff. de quæst.* 28 Vide *Novell.* 143. 29 *v. Nov.* 141. 30 *v. l. 4. C. de furt. & servo corrupt. & tot. tit. ff. & C. de serv. corrupto.* Ans. 31 *v. l. 6. §. lex stuprum. ff. ad L. Jul. de adult.* 32 Imo capitaliter puniuntur. *l. 1. in fin. ff. de extraord. criminib.* 33 Lata a L. Cornelio Sylla dictatore. 34 *l. 1. ff. ad L. Corn. de sicar.* 35 *l. 7. C. ad L. Corn. de sicar.* 36 Vid. *l. 11. §. telorum. D. ad L. Jul. de vi publ. l. 233. §. 2. ff. de verb. sign.* 37 V. Festum *in Arma & Tela.* 38 Admonet nos Xenophon, nam ita scribit, 5 ἀναβάσεως scil. Ant. Aug. 4. *Emend.* 5. 39 Sica a secando: est autem brevissimus culter recurvus & inflexus, Persici acinacis longitudine, teste Josepho, 20 *antiquit.* 1. Ideo Suidas appellari sicas τὰ ἐπικάμπη ξίφη ait. Tranquillus apud Isidorum 18. *c.* 16. etiam ostendit levissimum cultrum fuisse. Nam cum gladiatoris in ludum emissi recurvus factus fuisset gladius & ad eum corrigendum alius venisset, respondit gladiator, sica pugnabo. Brevissimam quoque sicam fuisse indicio est, quod vel a pueris (ut Cicero refert) vibraretur: ac proinde cædibus media in turba perpetrandis sica aptissima erat, ut etiam veste occultaretur. His adjungendus est Josephus, 2. *de bello Judaico* 12. & 20. *antiq.* 2. Hac autem lege improprie tenentur, qui cædem alio telo admiserunt 10. *Quint.* 1. Adde superioribus Brissonium 2. *Selectar.* 11. 40 *v. l. 3. in pr. ff. ad L. Corn. de sicar.* 41 *v. l. un. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt.*

42 *Al.* properaverit. Vopiscus *in Probo*, Fatalem properavit necessitatem. Seneca *in Hercule furente*, Quid juvat durum properare fatum? *Petronius*, Ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape. Cujac. *hic.* 43 *l. 2. ff. ad leg. Pomp. de parricidiis.* 44 *l. 9. in princ. ff. ad l. Pompeiam de parr.* 45 *d. l. 9. §. 2.* 46 *l. 14. C. ad L. Corn. de fals.* 47 Scriptor falsi punitur, *v. l. 5. §. 9. ff. de injur.* 48 *l. 30. ff. ad L. Corn. de fals.* 49 *l. 3. §. pen. ff. ad L. Corn. de sic.* 50 *l. 152. ff. de reg. jur.* 51 Quæ successit in locum interdictionis aquæ & ignis. *l. 10. in fin. tit. ad L. Jul. de vi publ.* 52 *l. 1. in pr. l. ult. ff. ad l. Jul. de vi privata.* 53 *v. l. un. C. de rapt. virg.* 54 *l. 1. ff. ad l. Jul. pec.* Goth. Al. legunt: *prædicatoribus.* Vide Menoch. *de Arbitr. Jud. lib. 2. cent. 3. cas. 288. num.* 10. 11. Ans. 55 *l. 1. ff. eod.* 56 Deportatione. *l. 3. 10. ad l. Jul. pecul.* 57 *v. l. un. C. de crim. pecul.* 58 *l. 13. C. ad l. Fabiam de plagiariis.* 59 Est enim extraordinaria. *l. ult. ff. ad l. Fabiam de plag.* 60 *v. ff. & C. ad l. Jul. de ambitu.* 61 *v. ff. & C. ad l. Jul. repet.* 62 *v. ff. de annona.* 63 *v. l. 2. ff. ad l. Jul. pecul.* 64 Summo digito attingere non est longiori aut medio digito attingere, ut hic somniat Accursius. Theophil. ἄκρῳ γεύσασθαι τῷ δακτύλῳ dixit; ut metaphora sumpta videatur a coquis, summo digito condimenta sua & intinctum attingentibus; ac post degustantibus: sic Cicero *pro M. Cælio* dixit, primoribus labris gustare, & extremis digitis attingere. 65 Hæc desunt Theophilo. 66 Per indicem attingere, metaphoricῶς, nihil aliud quam summatim. 67 Deo propitio dixit, more loquendi satis usitato. Quibus enim prosperum successum, iisdem & Deos propitios & faciles precabantur. Livius 39. Seneca 1. *epist.* 17. & 15. *epist.* 111. Terentius *Phormione, act. 4. scena* 3. ut & contrariis, iratos, Plaut. *Amphitr. act. 4. scena* 2 Quæ duo cum mihi occurrunt, meos ad jus civile commentarios, cæteros denique ad alios autores, quos ad hunc usque 39 ætatis scripsi, spectanti, moveor ipse, ut quæ in illis errata mihi exciderint, irato mihi juste numini, quæ secus, Deo plane propitio & facili, lingua, pariter, & manu menteque tribuam, cui laus in perpetuum sit & gloria.

E P I T O M E
INSTITUTIONUM.
DE JURE.

JUstinianus Imperator superatis multis hostibus [1], priore Codice, qui non extat, Digestis seu Pandectis editis [2], composuit per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum has Institutiones [3], easque libris quatuor partitus est: in quibus totius legitimæ scientiæ prima elementa breviter explicat [4], quibus desumptis ex veterum Institutionibus, maxime Caii [5], robur legum atque constitutionum tribuit [6].

JUstitia est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi [7]. Quæ justitiam docet scientia, Jurisprudentia est [8]. Ea primo levi ac simplici via, post diligentissima interpretatione tradenda est [9]. Docet autem honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere [10]. Refertur ad publicam utilitatem, vel singulorum seu privatam [11]. Collecta est vel ex naturali, vel gentium, vel civili jure [12]. † Jus naturale omnium animalium [13]: Civile cujusque civitatis proprium est [14]: Gentium, omni humano generi commune est, eoque omnes pene contractus introducti [15]. † Civile, aut scriptum est aut non scriptum [16]. Scripti species, Lex quæ ab universo populo: Plebiscitum, quod a plebe [17]: Senatusconsultum quod a Senatu [18]: Principum placita quæ a Principe vel per epistolam, vel per decretum, vel edictum, personaliter vel generaliter sunt constituta [19]: Edicta quæ vel a Prætoribus vel Ædilibus curulibus [20]: Responsa prudentum, sunt opiniones eorum quibus permissum erat de jure respondere [21]. Non scriptum jus est, quod usus approbavit [22]: hoc Lacedæmonii, illo Athenienses utebantur [23]. Civilia jura tacite, vel expresse mutari possunt, naturalia non item [24]. Civilis juris objecta personæ, res, actiones [25].

De personis.

Personarum prima divisio est in liberas & servas [26]: Libertas a natura [27]: Servitus a jure gentium procedit [28]. Servi dicuntur quod captivi servari, nec occidi solent [29]. Nascuntur ex ancillis, fiunt jure gentium, si capiuntur: civili, si liber seipsum vendit [30]. Liberi sunt ingenui aut libertini [31]. Ingenuus est, qui statim ut natus est, liber est [32], cui non officit in servitute fuisse, & postea manumissum esse [33]. † Libertini, qui ex justa servitute manumissi [34]. Manumissio fit aut in Ecclesiis, aut vindicta apud Prætorem, aut inter amicos, aut Epistola, aut ultima voluntate, aut aliis modis [35]: quocunque tempore & loco [36]. Manumissi hodie cives fiunt Romani [37]. † In fraudem creditorum non licet manumittere [38]. In fraudem non manumittit, qui licet solvendo non sit, servum suum cum libertate in testamento heredem instituit [39] vel sine libertate [40]. In fraudem manumittit: qui non tantum cum solvendo non est, manumittit, sed qui animo fraudandi [41]. Non licet quoque minori XXV annis, nisi causa cognita [42]: qui tamen XVII annum implevit, & XVIII attigit, manumittere potest [43]. † Potest & is, ut & quivis alius, omnes servos testamento manumittere [44]. Secunda personarum divisio: Personarum quædam alieni juris sunt, vel sui [45]: alieni ut servi, ut filii. Servi dominis acquirunt, quicquid acquirunt [46]. Non tamen in eos jus vitæ & necis habent domini, nisi causa cognita: quin eos durius tractare non licet [47].

† Liberi vero variis modis patri adquiruntur. Primo si ex justis nuptiis procreati sunt, in potestate sunt parentum [48]. † Nuptiæ, sunt viri & mulieris conjunctio, cum individua vitæ consuetudine [49]. Talis potestas Romanorum est propria [50]. Liberos hic intellige, qui ex te & uxore, filio ejusve uxore, non qui ex filia tua nascuntur [51]. † Justæ nuptiæ dicuntur quas cives puberes, filiifamilias cum consensu parentum [52], & omnes, intra gradus a lege definitos, contraxerunt. Huc pertinet quod dicitur, ratione consanguinitatis vel honestatis inter parentes & liberos, etiam servos [53], etiam adoptivos (quantumvis dissoluta sit adoptio [54]) nuptias non posse contrahi: item inter fratres & sorores, etiam adoptivos, (nisi dissoluta sit adoptio [55]). Non possumus quoque ducere fratris vel sororis filiam vel neptem (neptis non est quæ nata est ex sorore tua adoptiva [56]) amitam, materteram, etiam magnam, etiam adoptivam [57], (non idem est in duorum fratrum vel sororum liberis [58]), affinitatis ratione privignam, nurum [59], socrum, novercam [60] (non idem est in comprivignis [61]). Privignæ loco habetur, quam uxor tua post divortium ex alio procreavit. Nurus loco habentur, filii sponsa, socrus, sponsa patris [62]. Alia impedimenta nuptiarum vide in Digestis [63]. Si a quoquam adversus ea præcepta contractæ sunt nuptiæ, vir, uxor, nuptiæ, matrimonium, dos, potestas patria, dotis, donationisque exactio nulla est, & alias etiam pœnas patitur [64]: & hoc quidem primo modo liberi parentibus adquiruntur. Secundo per oblationem Curiæ. Tertio, legitimatione in parentum suorum liberi potestatem rediguntur [65]. † Quarto adoptione [66]. Quoties adoptamus eos qui sui juris sunt, Principis autoritate, Adrogatio: quoties imperio Magistratus, eos easve qui quæve in potestate parentum sunt, Adoptio dicitur: Hic titulus plura capita continet, sed quod hodie parum sit in usu, prætermittetur. † Nunc videndum est quibus modis jure patriæ potestatis quis solvatur. Solvitur patria potestas morte patris [67], deportatione ejusdem [68] (non relegatione [69]) servitute pœnæ [70] (hic tamen casus hodie est abrogatus Nov. 22. cap. 8). Patriciatus (non tamen militia, non senatoria vel consulari) dignitate [71], captivitate patris jus patris suspenditur [72], emancipatione patria potestas solvitur. Fit autem emancipatio recta via apud competentem Judicem [73], non invito patre [74]. Reliqua non sunt ita magni momenti in hoc titulo [75]: & hæc de personis alieni juris. † Quæ sui juris sunt, vel in tutela, vel in curatione sunt [76]. † Tutela est potestas in caput liberum, ad tuendum eum qui se defendere nequit, jure civili data & permissa [77]. Tutor est qui eam potestatem habet [78]. Tutelæ variæ sunt species. † Prima Testamentaria: est enim permissum parentibus, liberis impuberibus quos in potestate habent, ac non in alterius potestatem recasuris, testamento tutores dare [79], ut & posthumis [80], & emancipatis: sed hoc casu tutor confirmandus est sententia Præsidis sine inquisitione [81]. † Dari tutor testamento potest paterfamilias, filiusfamilias [82], servus proprius, etiam sine libertate: servus alienus, cum liber erit [83]: furiosus, cum compos mentis: minor, cum major XXV annis factus fuerit [84]: ad certum tempus, ex certo tempore, sub conditione, ante heredis institutionem [85], non certæ rei vel causæ [86]. Filiabus vel filiis tutor datus, posthumo vel posthumæ, non tamen nepotibus, liberis, posteris & posthumis & natis [87] datus intelligitur. † Secunda tutelæ species est Legitima ab intestato, eaque multiplex, veluti adgnatorum proximorum [88], id est, cognatorum per virilem sexum: adgnatio autem omnibus modis capitis minutione plerumque perimitur [89]. † Item patronorum, per quam libertorum & libertarum tutela ad patronos eorumque liberos pertinet [90]. † Item parentum, per quam parentes filiorum suorum ac deinceps emancipatorum tutelam habent [91]. † Item fratrum, quæ & Fiduciaria dicitur [92]. † Tertia species [93], Dativa quæ deficiente Testamentaria, & Legitima locum habet. Dantur tutores Romæ a Præfecto urbi, vel Prætore: in provinciis a Præside: vel si facultates pupilli quingentos solidos non excedant, vel a defensoribus civitatum una cum Antistite civitatis, vel a Magistratibus, vel Juridico Alexandrino exacta cautione [94]. † Porro post pubertatem, tutelæ judicio tutores rationem reddere coguntur [95]: constante vero tutela, autoritatem pupillis interponent præsentes: statim, non post tempus, aut per epistolam [96]. Nec enim sine tutore pupilli obligari possunt (quamvis alios possint obligare), vel mutuo aliquo contractu [97], vel hereditatem adeundo, vel bonorum possessionem, vel fideicommissum petendo [98]. Quod si inter tutorem pupillumque judicium agendum sit, ipse quidem tutor in rem suam actor esse non potest: ideoque curator pupillo dabitur ad judicium peragendum: eoque peracto, curator esse desinet [99]. † Tutela finitur pubertate in masculis post XIV annum completum: in fœminis post XII. [100] si pupilli adrogati, vel deportati, vel in servitutem redacti, vel ab hostibus capti [101], conditione sub qua datus erit [102], vel tempore ad quod tutor datus erit, existentibus [103], morte vel pupillorum vel tutorum [104], maxima & media tutorum capitis minutione, omni vero pupillorum [105], si tutores remoti vel excusati [106]. † Interea sciendum est, utcumque tutela finiatur pubertate, puberes tamen usque ad XXV annum curatores accipere [107], ab iisdem magistratibus a quibus & tutores accipiunt: testamento non accipiunt, datus tamen confirmatur decreto Prætoris [108]. Non accipiunt etiam inviti, præterquam in litem [109]. Nec tantum eis solis curator datur, sed & furiosis & prodigis, licet majoribus XXV annis [110]: sed & mente captis, surdis & mutis, & perpetuo morbo laborantibus [111]. Quin etiam ipsi impuberes interdum curatorem accipiunt, si tutore idoneo careant [112]. † Ad tutores & curatores pertinet tutelæ nomine satisdare de indemnitate pupilli, adeo, ut nisi caveant, pignoribus captis coërceri possint [113], nisi testamento, vel ex inquisitione dati sint [114]: eo tamen casu pluribus datis, potest unus contutori vel curatori offerre, vel ab eo exigere satisdationem, ut ab uno tantum tutela administretur: quod si nemo eorum satis offerat, is gerat quem testator adscripserit: si nullus adscriptus sit, quem major pars elegerit: si dissensio circa eligendum sit, Prætor partes suas interponet [115]. Quod si indemnes pupilli vel puberes esse non possunt, puta, quia tutores non sunt solvendo, subsidiaria eis dabitur actio in eos eorumve heredes (excipe Prætorem, Præsidem provinciæ & alios quibus tutores dandi jus est [116]) qui (cum satisdationem exigere debeant) aut omnino non, aut non idonee a tutoribus vel curatoribus satisdari curaverunt [117]. † Antea diximus tutores curatores esse desinere, quoties vel removentur, vel excusantur: de utroque videndum est. Excusantur ergo Romæ propter tres liberos superstites (tales sunt etiam in bello mortui) in Italia propter quatuor, in provinciis propter quinque. Liberos intellige etiam nepotes ex filio & adoptatos a patre naturali [118]. Excusatur pariter quis quamdiu res fisci administrat [119], quamdiu reipublicæ causa abest [120], qui potestatem aliquam habet [121], qui litem de omnibus bonis vel hereditate cum pupillo vel adulto habet [122], quamdiu quis tria onera tutelæ non affectatæ, vel curæ habet [123], propter paupertatem [124], adversam admodum valetudinem [125], si literas pingere vel legere nesciat [126], si propter inimicitias testamento tutor datus sit [127] (inimicitias intellige capitales, non reconciliatas [128]) si status controversiam a pupillorum patre passus est [129], major LXX annis, minor XXV [130] miles, adeo ut nec volens ad tutelæ onus admittatur [131]. qui Grammaticam vel Medicinam vel Rhetoricam Romæ, vel in patria sua exercet [132]. Intra quod tempus tutores dati excusare se debeant, vide §.16. Non justa excusatio est in eo qui hoc solo utitur, quod patri pupilli fuerit ignotus [133]. Datus tutor, ad universum patrimonium datus intelligitur [134]: invitus curator esse non compellitur [135], quemadmodum & maritus uxoris [136], falsa allegatione excusatus, non plene liberatur onere tutelæ [137]. Et hæc de excusationibus. † Removentur autem tutores suspecti [138], a judicibus ordinariis [139], suspecti, in-

1 *Proœmio Instit. in pr.* §.1. 2 §.2. 3 §.3. 4 §.4. 5 §.5. 6 §.6. 7 *Lib. I. Tit. I. De justitia & jure.* 8 §.1. 9 §.2. 10 §.3. 11 §.4. 12 *d.* §.4. 13 *Tit. 2. De jure naturali, gentium & civili.* 14 §.1. 15 §.2. 16 §.3. 17 §.4. 18 §.5. 19 §.6. 20 §.7. 21 §.8. 22 §.9. 23 §.10. 24 §.11. 25 §.*ult.* 26 *Tit. 3. De jure personarum.* 27 §.1. 28 §.2. 29 §.3. 30 §.4. 31 §.*ult.* 32 *Tit. 4. De ingenuis.* 33 §.1. 34 *Tit. 5. De libertinis.* 35 §.1. 36 §.2 37 §.*ult.* 38 *Tit. 6. Quibus ex causis manumittere non licet.* 39 §.1. 40 §.2. 41 §.3. 42 §.4. 5.6. 43 §.*ult.* 44 *Tit. 7. De lege Fusia Caninia tollenda.* 45 *Tit. 8. De his qui sui vel alien. juris sunt.* 46 §.1. 47 §.*ult.* 48 *Tit. 9. De patria potestate.* 49 §.1. 50 §.2. 51 §.*ult.* 52 *Tit. 10. De nuptiis.* 53 §.10. 54 §.1. 55 §.2. 56 §.3. 57 §.5. 58 §.4. 59 §.6. 60 §.7. 61 §.8. 62 §.9. 63 §.11. 64 §.12. 65 §.*ult.* 66 *Tit. 11. De adoptionibus.* 67 *Tit. 12. Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.* 68 §.1. 69 §.2. 70 §.3. 71 §.4. 72 §.5. 73 §.6. 74 §.*ult.* 75 §.7.8.9. 76 *Tit. 13. De tutelis.* 77 §.1. 78 §.2. 79 §.3. 80 §.4. 81 §.*ult.* 82 *Tit. 14. Qui testamento tutores dari possunt.* 83 §.1. 84 §.2. 85 §.3. 86 §.4. 87 §.*ult.* 88 *Tit. 15. De legit. agnatorum tut.* 89 §.1.2. & §.*ult.* adde *de capitis deminutione, & Tit. 16. ubi agitur de speciebus capitis minutionis.* 90 *Tit. 17. De legitima patronorum tutela.* 91 *Tit. 18. De legitima parentum tutela.* 92 *Tit. 19. De fiduciaria tutela.* 93 *Tit. 20.* §.1.2.3.4. *De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur.* 94 §.5. 95 §.7. 96 *Tit. 21.* §.2. *De autoritate tutorum.* 97 *d. Tit. 21. in pr.* 98 §.1. 99 §.*ult.* 100 *Tit. 22. Quibus modis tutela finitur.* 101 §.1. 102 §.2. 103 §.5. 104 §.3. 105 §.4. 106 §.*ult.* 107 *Tit. 23. de curatoribus.* 108 §.1. 109 §.2. 110 §.3. 111 §.4. 112 §.5. *& ult.* 113 *Tit. 24.* §.3. *De satisdatione tutorum vel curatorum.* 114 *d. tit. 24. in pr.* 115 §.1. 116 §.4. *seu ult.* 117 §.2. *& ult.* 118 *Tit. 25. de excusationibus tutorum vel curatorum.* 119 §.1. 120 §.2. 121 §.3. 122 §.4. 123 §.5. 124 §.6. 125 §.7. 126 §.8. 127 §.9. 128 §.11. 129 §.12. 130 §.13. 131 §.14. 132 §.15. 133 §.16. 134 §.17. 135 §.18. 136 §.19. 137 §.*ult.* 138 *Tit. 26. De suspectis tutoribus vel curatoribus.* 139 §.1.

quam,

quam, tutores sive testamentarii, sive alterius generis, sive patroni, dum tamen eorum famæ ignoscatur [1]. Postulantur suspecti etiam a quavis muliere, verecunda tamen & pietate producta [2], ab ipsis puberibus consilio necessariorum [3]. Porro suspectus est, qui non ex fide tutelam gerit, vel gerere potest, licet sit solvendo [4]: qui moribus talibus est, ut suspectus sit [5]: qui sui copiam non facit, & absens non præstat alimenta: tunc enim in bonorum possessionem ejus pupillus mittitur [6]: si præsens mendaciter id dicit, punitur a judice, quemadmodum & is qui data pecunia ministerium tutelæ adquisivit vel redemit [7], ut libertus fraudulenter tutelam filiorum patroni administrans [8]: remotus ob dolum famosus est [9]: quoad cognitio suspecti finiatur, interdicitur tutori administratio [10]: suspecti cognitio extinguitur morte tutoris [11], fraudulenter tutelam administrans etiamsi satis offerat, removendus est [12]. De personis dictum est.

De rebus & earum adquirendarum modis.

Sequitur ut de rebus, earum divisione & adquisitione videamus. Quarum aliæ in nostro patrimonio, aliæ extra sunt [13]. Et hæ quidem sunt, vel naturali jure communes (ut aër, mare, maris littora [14]) vel publicæ (ut flumina, portus [15], & ripæ, usu tamen: nam proprietas riparum illorum est quorum prædiis hærent [16]) vel nullius, ut littora, quæ usu publica sunt, proprietate nullius [17], (ut res sacræ quæ per Pontifices Deo consecratæ [18]: religiosæ, veluti locus in quem mortuus est illatus [19], sanctæ, ut muri, portæ civitatis, leges [20]) vel universitatis, ut theatra, stadia, communia civitatum [21]. † Singulorum vero res fiunt multis modis. Primum jure naturali seu gentium [22], idque multifariam. Siquidem feræ bestiæ, ut volucres, & pisces, & alia fera animalia quoties capiuntur, & nostra custodia coërcentur, nostra fiunt [23]: capta non sunt, quæ tantum vulnerata [24], quæ in arbore nostra tantum nidum fecerunt, quæ ex alveo nostro evolarunt apes [25], quæ revertendi animum seu consuetudinem non habent [26]. Aliud est in cicuribus animantibus, puta gallinis & anseribus: licet enim ea animalia conspectum nostrum effugerint, nostra tamen manent: & qui ea animo lucrandi detinet, furtum committit [27]: Eodem jure gentium, quæcunque ex hostibus capimus, nostra fiunt [28]: ut & ea quæ in littore invenimus [29], quæ ex animalibus nostris nascuntur [30], quæ per alluvionem seu incrementum latens, agris nostris flumen adjecit [31]: quæ vi fluminis prædiis nostris adjecta longiore tempore hæserunt, & radices egerunt [32]. De Insula hoc tenendum: in mari natam fieri occupantis: in medio flumine, confinium, pro modo latitudinis agri sui citimam ejus qui ab ea parte prædia possidet: nasci non dicitur insula, si ager meus in formam insulæ redactus est [33]. Idem est jus in alveo fluminis derelicto, nisi quod ager meus, alveus factus, fit publicus [34]. Quod si meus ager inundatus fuerit, meus manebit: inundatio namque fundi speciem non commutat [35]. Ad hæc eodem jure gentium, quam ex aliena materia speciem feci, mea est, si ad priorem materiam reduci non potest: multo magis si ex mea & aliena speciem fecero [36]. Eodem modo quam purpuram meo vestimento intexui, mea fit [37]. Res aliena meæ confusa, vel fortuito, vel mea voluntate, fit communis [38]: mixta fortuito, mea manet: voluntate, fit communis [39]. Quæ (etiam alterius) in meo fundo (quamvis a me ædificata fuerit) mea fit [40]: ex contrario, rem meam amitto quam in alieno fundo ædificavi [41], vel plantavi [42], vel sevi [43], vel in aliena charta scripsi. Non idem est in pictura: picturæ namque tabula cedit [44]. Eodem jure gentium, bonæ fidei possessor fructus suos facit, malæ fidei possessor nullos [45]. Bonæ fidei possessori assimilis est usufructuarius & colonus [46]. Fœtus pecudum sunt in fructu: ancillæ non sunt [47]. Usufructuarii officio incumbit in locum demortuorum animalium alia submittere: demortuarum vinearum vel arborum, alias substituere [48]. Eodem quoque jure gentium, quem in meo (etiam sciens) vel sacro, vel religioso (fortuito tamen) thesaurum inveni, fit meus: quem in alieno, etiam Cæsaris, fisci, publico, vel civitatis, (fortuito tamen,) dimidio tenus [49]. Eodem etiam jure res nostræ fiunt, quoties nobis traduntur a domino [50] vel ejus procuratore, seu alio ejus voluntate [51]. Nuda etiam voluntate, sine traditione, res nostræ fiunt, puta patientia [52], clavium traditione [53]. Nostræ etiam res fiunt quæ cum in vulgus missæ essent [54], vel pro derelicto habitæ, a nobis occupatæ sunt [55]. Derelictæ non censentur quæ in tempestate, levandæ navis causa, sunt ejectæ, vel quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, ceciderunt [56]. † Hic dicendum erat de modis rerum acquirendarum jure civili: sed quia Tribonianus hic interseruit alteram rerum divisionem præter eam de qua superius dictum est, ea nobis consideranda est. Sit igitur hæc alia rerum divisio, Rerum alias esse corporales, alias incorporales [57]. Illæ innumerabiles, tangi possunt [58]: hæ non possunt, & in jure consistunt: sicut hereditas, usus, ususfructus, obligationes [59], jura seu servitutes prædiorum urbanorum & rusticorum [60]. Rusticorum prædiorum jura sunt, iter, actus, via, aquæductus [61] & secundum quosdam, aquæ haustus, pecoris ad aquam adpulsus, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ [62]: urbanorum vero jura ædificiis inhærent, suntque plurima, veluti servitus oneris sustinendi, tigni immittendi, stillicidii vel fluminis recipiendi, altius non tollendi, luminibus non officiendi [63], acquiruntur autem hujusmodi servitutes pactionibus, stipulationibus, testamento [64]. † Sic ususfructus adquiritur [65]. Hoc jure possumus alienis rebus uti salva earum substantia [66]: non tamen in æternum: si quidem certis modis extinguitur & ad proprietarium revertitur [67]: constituitur vero in omnibus rebus etiam iis quæ usu consumuntur, ut tamen earum nomine caveatur [68]. † Usus iisdem modis constituitur & finitur, quibus & ususfructus [69]: & minus juris est in usu, quam in ususfructu [70]: habitatio, neque usus est, neque ususfructus, sed proprium aliquod jus [71]. † Hic dicendum erat de hereditatibus & obligationibus: Tribonianus tamen transire ad modos rerum acquirendarum jure civili maluit [72]. Hoc interim varie res acquirimus, puta usucapione [73], donatione [74], & quodam speciali jure accrescendi, testamento [75], ab intestato, jure civili [76] vel Prætorio [77], per adrogationem [78], bonorum addictionem [79], & olim per bonorum possessionem & ex SC. Claudiano [80]; olim vero & hodie obligationibus [81]. † De Usucapionibus primo loco videndum est, de quibus hoc constitutum est: Res mobiles per triennium; immobiles inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis usucapi, & nostras fieri ubicunque sitæ sint [82]: qualescumque sint: libero homine, re sacra, religiosa, servo fugitivo [83], rebus fisci [84], furtivis, vi possessis, exceptis: quæ neque a fure, neque ab alio (nisi ipso domino, idque quantum ad res furtivas & vi possessas attinet [85]) quamvis bonæ fidei possessore, usucapi possunt [86]: res tamen alienas mobiles, si bona fide eas nostras existimemus, alienare possumus [87]. Fiscus & Imperator in eadem causa sunt: quas res enim alienas vendit, vel donat, vel quocunque titulo transfert, statim facit accipientis: quo casu adversus fiscum vel Imperatorem intra quadriennium dominis ipsis vel hypothecariis competit actio [88]. Immobiles vacantes propter absentiam vel negligentiam domini, alii bona fide accipienti tradere possumus: etiam in præjudicium fisci (si modo sequatur usucapio [89]) ut eas longæva possessione adquirere possit. Nec enim earum, utpote immobilium, furtum fit: cum furtum sine affectu furandi non committatur: idque utilitas eorum qui longa & indubitata possessione muniti sunt, exposcit [90]. Ad hæc, ut res a bonæ fidei possessore usucapi possit, res vitio carere debet [91]: qui usucapit, errore falsæ causæ carere [92]. Diutina bonæ fidei possessoris vel usucapio, vel possessio, ad heredem qualemcunque continuatur [93], veluti emptorem [94]. † Sequitur Donatio, secundus acquirendi jure civili modus: est autem vel mortis causa, vel inter vivos [95]. illa fere per omnia legatis connumeratur [96]: hæc non item, perfectaque temere revocari non potest; perficitur scripto, vel non scripto: nec requiritur in ea traditio. Quæ si 500 solidos non excedit, insinuatione non indiget [97]: quemadmodum & quæ fit vel pro redemptione captivorum, vel a magistris militum ipsis militibus, vel a quovis iis quorum domus incendio vel ruina corruptæ sunt [98]. Revocari possunt donationes ob ingratitudinem donatarii & aliis ex causis [99]. Tertium genus donationis olim ante nuptias, hodie propter nuptias vocatur, dotibus exæquatum. Potest enim ante vel post matrimonium fieri [100]. † Tertius acquirendi modus olim jure civili fuit jus accrescendi, de quo vide paragraphum ultimum [101].

† Hic dicendum erat de testamentis: sed Tribonianus hic interseruit tractatum de personis alienantibus & acquirentibus. Quod ad personas alienantes attinet, hoc tenendum, Maritum res dotales, etiam consentiente uxore, alienare non posse, quamvis sit earum dominus [102]: Creditorem pignus ex pactione alienare posse: quamvis non sit ejus dominus [103]: Pupillos nullam rem sine tutoris autoritate alienare, mutuum dare, in solutum (nisi de judicis mandato) accipere, ac solvere posse [104]. Quod ad personas vero adquirentes attinet: Acquiritur nobis per nosmetipsos [105], per liberos nostros, utriusque sexus, quos in potestate habemus: totum, si ex re nostra: usufructu tenus, si aliunde quæsierint [106], adquirimus per emancipatos dimidiam ususfructus tantum, non dominii [107]. Per servos quos in potestate habemus etiam ignorantes & inviti (nisi forte heredes instituti sint: tunc enim nisi nostro jussu, hereditatem adire non possunt) adquirimus dominia, possessiones, usucapiones, præscriptiones: quodcumque denique traditione, stipulatione, donatione, legato, testamento, vel ex alia causa ab iis acceptum fuerit [108]. Per servos usufructuarios & bona fide possessos, quod ex re nostra vel operis suis acquisiverint [109]: Per alienos servos, & per liberos homines (excepto tamen procuratore) nobis nil acquiritur [110]. † Nunc dicendum est de quarto acquirendi modo, jure civili: Tale est Testamentum quod hic definitur esse mentis testatio [111]: hujus olim diversæ formæ ac genera (quæ nunc desueta sunt) fuerunt. Unum pacis, quod calatis comitiis: alterum belli, quod procinctum: tertium per æs & libram vocabatur [112]. Hodie in testamentis paganorum qui milites non sunt, scriptis [113], quæ sequuntur, necessaria sunt. Uno & eodem tempore ac contextu fieri debent, septem testibus adhibitis, subscribere testes oportet, eorum signacula testamento imponenda [114], per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimendum est [115]: possunt omnes testes uno etiam alieno annulo signare [116]. Testes in testamento esse non possunt mulier, impubes, servus, furiosus, mutus, surdus, bonis interdictus, infamis, & is cum quo testamenti factio non est [117]: servus (nisi eo tempore quo testamentum signabatur omnium consensu, liberi loco habebatur [118].) Pater, ac ejus liberi [119] (nisi in alieno negotio [120]) heres defuncti ejusdemque heredis pater, liberi, & fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes esse non possunt [121]. Legatarii & fideicommissarii, & personæ illis conjunctæ testes esse possunt [122]. Et hæc de testibus. Testamentum in quacunque materia fieri potest [123] & pluribus codicibus [124]. & hæc de forma scripti testamenti dicta sint. In eo quod sine scriptis fit, seu nuncupativo, sufficit septem testibus adhibitis nostram voluntatem coram eis nuncupare [125]. Et hæc testandi forma hodie passim apud omnes gentes usitata est. † Supra dicta diligens observatio testium & solennitatum in ordinandis testamentis paganorum, in testamento militis, dum in expeditione occupatus est, quatenus militat & in castris degit, (non post missionem [126]: nisi, quod ad veteranos attinet, intra annum testati sint,) non observatur [127]. Testamentum fecisse dicitur, non si simpliciter dixit, Te heredem facio, sed tunc demum, cum id dixerit in præsentia testium ad id convocatorum [128]. E contrario testamentum militis censetur, cui ante expeditionem facto, posteave constante militia resignato, aliquid detractum vel adjectum est [129]. Singularia & hæc sunt, quod filiusfamilias miles testari possit [130], mutus & surdus [131], quod milite adrogato, vel emancipato, testamentum ejus irritum non fiat tanquam capitis minutione [132]. Quod dictum est de militari testamento, ad eos quoque qui quasi militant, extenditur ratione

1 §.2. 2 §.3. 3 §.4. 4 §.5. 5 §.*ult.* 6 §.9. 7 §.10. 8 §.11. 9. §.6. 10 §.7. 11 §.8. 12 §.*ult.* 13 *Lib. 2. tit. de rerum divisione, & acquirendo ipsarum dominio.* 14 §.1. & 3. 15 §.2. 16 §.4. 17 §.3.5. 18 §.8. 19 §.7.9. 20 §.10. 21 §.6. 22 §.11. 23 §.12. 24 §.13. 25 §.14. 26 §.15. 27 §.16. 28 §.17. 29 §.18. 30 §.19. 31 §.20. 32 §.21. 33 §.22. 34 §.23. 35 §.24. 36 §.25. 37 §.26. 38 §.27. 39 §.28. 40 §.29. 41 §.30. 42 §.31. 43 §.33. 44 §.34. 45 §.35. 46 §.36. 47 §.37. 48 §.38. 49 §.39. 50 §.40. 41. 51 §.42. 43. 52 §.44. 53 §.45. 54 §.46. 55 §.47. 56 §.*ult.* 57 *Tit. 2. De rebus corporalibus & incorporalibus.* 58 §.1. 59 §.2. 60 §.*ult.* 61 *Tit. 3. in princ. & §. 3. de servitutibus rusticorum & urbanorum prædiorum.* 62 §.2. 63 §.1. 64 §.*ult.* 65 *Tit. 4. de usufructu.* 66 *d. Tit. 4. in princ.* 67 *d.* §.1. *in fin.* §.3. & *ult.* 68 §.2. 69 *Tit. 5. De usu & habitatione.* 70 §.1.2.3. & 4. 71 §.5. 72 §.*ult.* 73 *Tit. 6. de usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.* 74 *Tit. 7.* 75 *Tit. 10. & seq.* 76 *lib. 3. tit. 1. & seq.* 77 *lib. 3. tit. 10.*

78 *lib. 3. tit. 11.* 79 *lib. 3. tit. 12.* 80 *lib. 3. tit. 13.* 81 *lib. 3. tit. 14. usque ad tit. de act.* 82 *d. tit. 6.* 83 §.1. 84 §.9. 85 §.3. 86 §.4. 87 §.4. *vers. sed tamen:* §.5. *vers. item si is. & seq.* 88 §.*ult.* 89 §.4. 90 *d.* §.7. *vers. quod autem. & sequentibus.* 91 §.5. 92 §.6. 93 §.7. 94 §.8. 95 *Tit. 7. De donationibus.* 96 §.1. 97 §.2. *in pr.* 98 §.2. *vers. sed & quasdam donationes. juncta l. 36. C. de donat.* 99 §.2. *vers. sciendum.* 100 §.3. 101 §.*ult.* 102 *Tit. 8. Quibus alienare licet vel non licet.* 103 §.1. 104 §.*ult.* 105 *Tit. 9. Per quas personas cuique acquiritur.* 106 §.1. 107 §.2. 108 §.3. 109 §.4. 110 §.5. 111 *Tit. 10. De testamentis ordinandis.* 112 *pr.* 113 §.*ult.* 114 §.3.4. 115 *d.* §.4. 116 §.5. 117 §.6. 118 §.7. 119 §.8. 120 §.9. 121 §.10. 122 §.11. 123 §.12. 124 §.13. 125 §.*ult.* 126 *Tit. 11.* §.3. *De militari testamento.* 127 *d. tit. 11. in pr.* 128 §.1. 129 §.4. 130 *d. tit. 11. in pr.* 131 §.2. 132 §.5.

peculii quaſi caſtrenſis [1]. † Longe ab hujusmodi privilegio abſunt filiifamilias, quibus etiam permittente patre, teſtari non licet, (niſi, ut antea diximus, de caſtrenſi vel quaſi peculio [2]) ut & impuberibus & furioſis conſtante furore [3]: ſed & interdictis bonis, & prodigis [4], ſurdis & mutis (niſi beneficio principali [5]), cæcis (niſi ſecundum obſervationem D. Juſtini [6]), captis ab hoſte [7]. Eſt & hæc obſervatio, præter ſuperiores, in teſtamentis obſervanda, ut pater (aliud eſt in matre & avo materno [8], aliud in milite patre quod ad poſthumos [9]) liberos, cujuscunque ſexus ſint, natos & poſthumos, de quibus v. §. 1. 2. 6. [10] tam ſuos quam emancipatos, heredes inſtituat, vel nominatim exheredet. Alioquin, ſi eos ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur, adeo quidem, ut ſi vivo patre filius ita præteritus mortuus ſit, nemo heres ex eo teſtamento poſſit exiſtere: quia ſcilicet ab initio teſtamentum non conſtitit [11]. De adoptivis vide paragraphum quartum & quintum in fine [12]. De emancipatis paragraphum tertium, & quartum in verſ. emancipati [13]. † Porro de extraneis heredibus inſtituendis, hoc tenendum eſt, nobis permiſſum eſſe inſtituere tam liberos homines qaum ſervos, & tam proprios quam alienos [14]: & unum hominem & plures usque in infinitum [15], quinetiam eos quos nunquam vidimus [16], & hereditatem dividere in plures uncias quam duodecim [17], quin vel in nullas, vel partim in quasdam, partim in nullas. Quod cum accidit, quid juris ſit, vide §. 6. 7. 8. [18] Heredem pure & ſub conditione (non tamen impoſſibili, talis enim pro non ſcripta habetur [19]) quin & ſub diverſis conditionibus (quæ ſi conjunctæ, omnibus: ſi ſeparatæ, cuilibet obtemperandum erit) inſtituere poſſumus [20]. Ex certo tempore, aut ad certum tempus non poſſumus: quo caſu dies habetur pro ſupervacuo: & perinde eſt ac ſi pure heres ſcriptus fuerit [21]. † Poſſumus quoque in teſtamento plures gradus heredum facere [22], & plures in unius, vel unum in plurium, vel ſingulos in ſingulorum locum, vel invicem ſubſtituere [23]. Poſſumus & ex diſparibus partibus heredes ſcriptos invicem ſubſtituere, & nullam mentionem in ſubſtitutione partium facere, quo caſu videmur eas in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſimus [24]. Poſſumus quoque & inſtituto heredi coheredem ſubſtitutum dare, & alium ei ſubſtituere: quo caſu ad utramque partem ſubſtitutus admittitur [25]. Item poſſumus heredi ſub hac conditione, Si heres non erit, ſcripto, alium ſubſtituere, de quo quid juris ſit, vide §. ult. [26]. † Poſſumus præterea liberis impuberibus & furioſis (quo caſu ad exemplum pupillorum eis ſubſtituimus [27]) quos in poteſtate habemus, non ſolum ita, Si heredes nobis non extiterint, alius ſit eis heres, ſed eo amplius, Si (inſtituti vel exheredati liberi etiam) poſthumi [28] heredes nobis extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, alius (puta Seius) ſit eis heres [29]. Talis ſubſtitutio vocatur pupillaris: eaque & ſibi & filio pater teſtamentum facit [30]: hocque illius eſt ſequela: illud ſi non valet, hoc etiam non valebit [31]. Poſſumus etiam ſingulis liberis, vel ei qui ultimus impubes morietur, ſubſtituere [32], ſpecialiter, id eſt nomine expreſſo, vel generaliter [33]: maſculo ad decimum quartum, fœminæ ad duodecimum annum [34]. Extraneo vel puberi filio ita non poſſumus ſubſtituere: eos tamen gravare per fideicommiſſum poſſumus, ut hereditatem alii totam, vel pro parte reſtituant [35]. Quomodo parens ſubſtitutione pupillari vitæ filii periculum creare non poſſit, vide §. 3. [36]. † Valent ergo ſuperioribus modis teſtamenta: quæ interdum accidit infirmari, rumpi vel irrita fieri [37]. Rumpitur adgnatione ſui heredis [38], poſteriore teſtamento [39]. Prius teſtamentum non valide revocatur, ſi ſimpliciter dixerimus nolle nos id valere: item, ſi poſterius facere tantum cœpimus [40]: & ita quidem, ut his duobus caſibus Princeps non capiat [41]. Fit irritum capitis minutione [42]. Utcunque autem tanta nobis teſtantibus competat poteſtas, non poſſumus tamen inique liberos vel parentes exheredare aut inique præterire [43]: ſed nec fratres & ſorores, turpibus perſonis ſcriptis heredibus poſtponere: Et univerſum teſtamentum reſcindere poſſunt: nam ſi quid eis relictum fuerit, quarta eis ſupplenda fuerit: alias hujusmodi perſonæ de inofficioſo defuncti teſtamento agere poſſunt [44]. Quod ſi hujusmodi perſonæ quartam, vel jure legati, vel fideicommiſſi, vel mortis cauſa, vel inter vivos, vel aliis modis habuerint, de inofficioſo agere non poterunt. Nam ſi quid eis relictum fuerit, quarta eis ſupplenda fuerit [45]. Quartam ita intellige, ut ſive unus fuerit, ſive plures, quibus agere de inofficioſo permittitur, una quarta eis detur, quæ pro rata eis diſtribuatur [46].

† Cæterum hic notandum eſt, noſtrorum heredum eſſe differentiam, eorumque alios eſſe nobis neceſſarios (ut ſervos [47]) alios ſuos & neceſſarios (veluti filios [48]) alios extraneos [49]. Extraneis deliberandi de adeunda hereditate, vel non adeunda, ſuis & neceſſariis abſtinendi poteſtas datur [50]. Extraneus heres hereditatem adit vel nuda voluntate vel pro herede gerendo. Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam heres utitur: Utitur, qui vendit, qui colit, qui locat [51]. † Et hæc omnia non tantum poſſumus, ſed etiam legandi nobis poteſtas data eſt [52]. Legatum eſt donatio a defuncto relicta, ab herede præſtanda [53]. Olim variis generibus legabatur, veluti per vindicationem, damnationem, ſinendi modum & præceptionem. Sed hodie omnium iſtorum legatorum una eſt natura, & quibusvis verbis legare licet, actione perſonali, in rem, & hypothecaria legatariis data [54]. Olim etiam legata fideicommiſſis ſtrictiora erant, hodie exæquata [55]. Videndum eſt de rebus quas legare poſſumus. Legare poſſumus res noſtras, heredis, rem alienam (ſcientes tamen, & in commercio poſitam; hoc ultimo caſu cogitur heres eam rem redimere, vel æſtimationem dare [56], niſi legatarius ex cauſa non oneroſa, ſed lucrativa, puta donationis, eam rem vivo teſtatore fuerit conſecutus [57]) rem obligatam creditori [58], quod futurum eſſe poteſt [59]: rem noſtram quaſi alienam [60], rem noſtram eamque poſtea alienare (totam ſcil. vel in parte) ac pignori dare (quo caſu non videmur legatum adimere [61]: aliud erit ſi res legata ſine facto heredis perierit: tunc enim res legatario decedit [62]): debitori noſtro liberationem [63]: creditori vero pure legare poſſumus: quod in diem & ſub conditione ei debemus (alias ſi nihil eſt plus in legato quam in debito, legatum erit inutile [64]): dotem uxori (plenius enim eſt legatum, quam de dote actio [65]) ancillas cum ſuis natis, ordinarium ſervum cum vicariis, ſervum cum peculio, fundum cum inſtrumento: ſed hoc caſu, mortua ancilla, & ordinario partus & vicarius debetur: mortuo ſervo, fundo alienato peculium & inſtrumentum non debetur [66]. Gregem quoque legare poſſumus, cujus quod ſuperfuerit, etiam minimum, puta una ovis, a legatario vindicari poterit [67]. Ædibus legatis, quæcunque poſt teſtamentum teſtator eis adjecerit, ædibus cedunt [68]. Legare etiam poſſumus peculia ſervorum [69], res corporales & incorporales [70], optionis facultatem [71]. Rem legatarii ei legare non poſſumus [72]: & hæc de rebus. Illis ſolum legare poſſumus cum quibus teſtamenti factio eſt [73], incertis perſonis [74], alieno poſthumo (poſthumus alienus dicitur, qui natus inter ſuos heres teſtatori futurus non eſt [75], qui & olim & hodie heres inſtitui poteſt, niſi in utero ejus mulieris ſit, quæ jure noſtro uxor eſſe non poteſt [76]. Non idem eſt in tutore, qui incertus dari non debet [77]). & hæc de perſonis. Videndum eſt, qua forma legare poſſumus. Poſſumus vero legare conjunctim vel disjunctim [78], & generaliter, puta ſervum, ut eo caſu electio ſit legatarii [79]. Poſſumus in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarii errare, (ſufficit enim ſi de perſona ejus conſtet [80]): poſſumus eundem falſo demonſtrare [81], eique falſa cauſa legare [82], ſub conditione, ſervo heredis [83], ante heredis inſtitutionem, & inter medias heredum inſtitutiones [84], poſt mortem heredis aut legatarii [85], pœnæ nomine [86]. † Poſſumus quoque adimere legata (ſive eodem teſtamento, ſive codicillis, ſive contrariis verbis, ſive aliis quibuscunque [87]) transferre ab alio ad alium [88]. † Poſſumus quoque univerſa bona legatis erogare: ſed tamen ea poteſtas primum per legem Furiam, dein per legem Voconiam, tandem per Falcidiam eſt reſtricta, qua cavetur ne plus legare, quam dodrantem totorum bonorum liceat, id eſt, ut ſive unus heres inſtitutus ſit, ſive plures, apud eum eosve pars quarta remaneat [89]. Ea lex in ſingulis heredibus locum habet, tam iis quorum pars legatis onerata eſt, quam illis quorum pars non eſt onerata [90]. Quantitas patrimonii mortis tempore ſpectatur: ideoque, quæ mortuo teſtatore hereditati ante aditam hereditatem adjunguntur vel adimuntur, ad lucrum vel damnum heredum pertinent [91]. Falcidiæ ratio ponitur, ære alieno, funeris impenſa, & pretiis ſervorum manumiſſorum deductis [92]. † Nunc transeamus ad fideicommiſſa, ſeu fideicommiſſarias hereditates [93]. Fideicommiſſa primum eo fini reperta fuerunt, ut quibus hereditas vel legatum relinqui non poſſet, ii per alium utrumque caperent. Ea D. Auguſtus, iſtis rationibus motus, confirmavit: confirmata paulatim in aſſiduam jurisdictionem verſa ſunt, Prætore ad id peculiariter creato, qui fideicommiſſarius dicebatur [94]. Eſt autem fideicommiſſum, quoties heredem inſtitutum rogamus, ut hereditatem alii reſtituat [95]: eaque reſtituta nihilominus eſt heres [96]: quamquam olim ei & in eum [97] darentur omnes actiones, cui ita erat reſtituta hereditas. Poſtea permiſſum fuit SC. Pegaſiano, heredi perinde quartam retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur: quo ſubſecuto, ipſe heres onera hereditaria pro rata parte ſuſtinebat: alter, legatarii partiarii loco erat, id eſt, ejus cui pars bonorum legata eſt, eaque ſpecies legati Partitio vocabatur: qua cum herede Partiarius partiebatur hereditatem [98]: atque ita in heredem, jure civili; in eum qui recipiebat hereditatem, ex SC. Trebelliano actiones pro rata parte dabantur [99]. Hodie heres in ſolidum vel pro parte [100], teſtamentarius vel legitimus vel honorarius [101], quin & is cui aliquid reſtitui mandavimus, & a nobis rogatus ut id, aut totum, aut parte tenus, alii reſtituat [102], hereditatem reſtituere debet, quartamque vel quod quartæ deeſt, retinere & repetere poteſt pro rata portione, actionibus tam in eum, quam in fideicommiſſarios, competentibus, niſi hujusmodi perſonæ volentes ſcientes totam reſtituerint, vel noluerint adire: tunc enim ſoli fideicommiſſarii tenentur [103]. Fideicommiſſa coram quinque teſtibus relinquere poſſumus: quin coram ſolo herede: quo caſu fideicommiſſarius heredi jusjurandum deferre poteſt, heresque cogitur vel jurare, ſe nihil tale a teſtatore audiviſſe, aut, ſi recuſat jurare, fideicommiſſum præſtare [104]. † Nec tantum autem univerſam hereditatem per fideicommiſſum relinquere poſſumus [105], ſed & res ſingulas, propriam heredis, legatarii, fideicommiſſarii, aut cujuslibet alterius [106], libertatem [107]: iis verbis potiſſimum; peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo; quæ perinde ſingula firma ſunt, ac ſi in unum congeſta ſint [108]. † Poſſumus quoque non tantum per teſtamentum ſolenne, de quo antea diximus, ſed & codicillis vel uno vel pluribus (qui minorem ſolennitatem requirunt [109]) relinquere [110] fideicommiſſum vel quid aliud: non tamen hereditatem directo, licet per obliquum. Per obliquum relinquimus, quoties fideicommittimus [111]. Ante vel poſt teſtamentum fieri poſſunt fideicommiſſa: adeo ut ex iis fideicommiſſum peti poſſit, ſi appareat, teſtatorem a voluntate, quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe [112]. Et hæc de teſtamentis. † Sequitur quintus acquirendi modus jure civili, nempe ab inteſtato. Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non jure, cujus teſtamentum ruptum, irritumve, aut ex quo nemo heres extitit [113]. Inteſtati hereditas primum ad ſuos heredes pertinet [114]. Sui heredes ſunt jure civili liberi, qui in poteſtate poſiti defuncti cum moritur, (cum iis etiam ſuccedunt filii emancipati jure Prætorio [115]: emancipati, inquam, licet ab aliis ſint adoptati, idque Conſtitutione Juſtiniani [116], exploſo ea in parte veteri jure [117]) ſive legitimi, ſive naturales, ſive legitimati, ſive adoptivi, ſive nati, ſive poſthumi ſint [118]: Ii heredes fiunt, etiam ignorantes: & in eos, morte parentis, continuatur dominium ipſo jure [119]. Suorum numero continetur & is, qui ab hoſtibus revertitur poſt mortem patris [120]. Suus eſt etiam cujus pater perduellionis damnatus, ac memoria damnata: ſed ſuus eſſe deſiit, quia bona parentis ad fiſcum deferuntur [121]. Filii & filiæ æqualiter parentibus ſuccedunt. Cum iis nepotes ex altero filio mortuo concurrentes ſuccedunt, non in capita,

1 §. *ult.* 2 *Tit.* 12. *Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.* 3 §. 1. 4 §. 2. 5 §. 3. 6 §. 4. 7 §. *ult.* 8 *Tit.* 13. §. 1. 2. 6. *De exheredatione liberorum.* 9 §. *ult.* 10 §. 6. 11 *d. Tit.* 13. *in pr. &* §. 5. 12 §. 4. *&* 5. *in fin. l. pen. C. de adopt.* 13 §. 3. *&* 4. *verſ. emancipati.* 14 *Tit.* 14. *in princ.* §. 1. 2. 3. *De heredibus inſtituendis.* 15 §. 4. 16 §. 12. 17 §. 5. 18 §. 6. 7. 8. 19 §. 10. 20 §. 11. 21 §. 9. 22 *Tit.* 15. *De vulgari ſubſtitutione.* 23 §. 1. 24 §. 2. 25 §. 3. 26 §. *ult.* 27 *Tit.* 16. §. 1. *De pupillari ſubſtitutione.* 28 §. 4. 29 *d. Tit.* 16. *in pr.* 30 §. 2. 31 §. 5. 32 §. 6. 33 §. 7. 34 §. 8. 35 §. *ult.* 36 §. 3. 37 *Tit.* 17. *Quibus modis teſtamenta infirmentur.* 38 §. 2. 39 §. 2. 3. 40 §. 7. 41 §. *ult.* 42 §. 4. 5. 6. 43 *Tit.* 18. *De inofficioſo teſtamento.* 44 §. 1. *&* 2. 45 §. 3. 46 §. *ult.* adde *& caſus* §. 4. 5. 47 *Tit.* 19. *in pr. &* §. 1. *de heredum qualitate & differentia.* 48 §. 2. 49 §. 3. 4. 50 §. 5. 51 §. *ult.* 52 *Tit.* 20. *De legatis.* 53 §. 1. 54 §. 2. 55 §. 3. 56 §. 4. 57 §. 6. *&* 9. 58 §. 5. 59 §. 7. 60 §. 11.

61 §. 12. 62 §. 16. 63 §. 13. *&* §. 21. *in fin.* 64 §. 14. 65 §. 15. 66 §. 17. 67 §. 18. 68 §. 19. 69 §. 20. 70 §. 21. *in pr.* 71 § 23. 72 §. 10. 73 §. 24. 74 §. 25. 75 §. 26. 76 §. 28. 77 §. 27. 78 §. 8. 79 §. 22. 80 §. 29. 81 §. 30. 82 §. 31. 83 §. 32. 33. 84 §. 34. 85 §. 35. 86 §. *ult.* 87 *Tit.* 21. *De ademptione legatorum, & translatione.* 88 §. *ult.* 89 *Tit.* 22. *De lege Falcidia.* 90 §. 1. 91 §. 2. 92 §. *ult.* 93 *Tit.* 23. *De fideicommiſſariis hereditatibus & ad SC. Trebellianum.* 94 §. 1. 95 §. 2. 96 §. 3. 97 §. 4. 98 §. 5. 99 §. 6. 100 §. 7. 101 §. 8. 102 §. 8. *&* 9. 103 §. 7. 104 §. *ult.* 105 *Tit.* 24. *De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.* 106 §. 1. 107 §. 2. 108 §. *ult.* 109 *Tit.* 25. *in pr. &* §. *ult. De codicillis.* 110 §. 1. 111 §. 2. 112 §. 1. 113 *Lib. III. Tit.* 1. *De hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.* 114 §. 1. 115 §. 9. 116 §. 14. 117 §. 10. 11. 12. 13. 118 §. 2. 7. 8. 119 §. 3. 120 §. 4. 121 §. 5.

ſed

sed in stirpes: nec eo casu qui gradu proximior est, posteriorem excludit [1]. Nepotes vero & deinceps liberi ex filia concurrentes cum superius enumeratis personis, minus tertia parte accipiunt, quam mater eorum vel avia acceptura fuerat [2]. Concurrentes cum agnatis transversalibus eos excludunt [3]. Ubi vero nulli sui sunt, vel quasi sui, hereditas ab intestato ad proximum adgnatum olim pertinebat [4]: sed hodie agnatis cognati, quoad successiones, sunt exæquati [5]. Agnati sunt cognati per viriles personas conjuncti [6]. Succedunt sibi invicem agnati, etiamsi gradu (de gradibus vide Tit. 6.) longissimo sint [7], puta decimo [8]. Sed hodie soror cum fratre fratri succedit, veteri jure exploso [9]: hereditate, non in stirpes, sed in capita dividenda [10]. † Olim frater & soror defuncti, filios & filias alterius defuncti excludebant [11]: sed hodie non sunt semoti, propter eis concessum jus repræsentationis [12], quo casu cum patruo suo succedunt in stirpes, non in capita [13]. Olim etiam cum fratribus defuncti mater non succedebat, sed cum solis sororibus [14]: eo etiam casu pater defuncti matrem ejus excludebat [15]: sed hodie ex SC. Tertylliano etiam cum masculis fratribus utroque etiam parente conjunctis defuncti pater ac mater concurrit æqualiter [16], ut tantum percipiat, quantum unusquisque fratrum defuncti [17]. Cum iis etiam concurrunt filii fratris defuncti: fratris, inquam, qui defuncto fratri ex utroque parente jungebatur. Nov. 127. c. 1. Ubi vero agitur de successione agnati vel cognati sine liberis, vel parentibus vel fratribus aut sororibus mortui: soli fratrum vel sororum liberi, ac deinceps cognati relicti, patruo suo ab intestato succedunt, non in stirpes, sed in capita [18]. Hinc constat, magnum judicium adhibendum esse in legendo tit. 2. 3. 4. 5. hujus libri [19]. Et quidem quarto ostenditur quemadmodum filii, filiæ, nepotes, neptes matri & aviæ succedant ex SC. Orphitiano: item de jure adcrescendi. Quinto cognatus cognato ut succedat. Sexto de gradibus cognationum. † De servili cognatione, vide tit. 7. [20] de successione libertorum, tit. 8. & 9. [21]. † Quod ad bonorum possessiones attinet, quæ jure Prætorio conceduntur, notandus est ordo qui sequitur, eas scil. dari vel ex testamento, vel ab intestato. Ex testamento dupliciter: contra tabulas liberis præteritis: secundum tabulas scriptis heredibus. Ab intestato, hoc ordine: unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor, & ex legibus, exploso veteri ordine [22]. † De sexto adquirendi modo jure civili per adrogationem, vide tit. 11. [23]. † De septimo per bonorum addictionem, vide tit. 12. [24]. † De aliis modis, qui fiebant per bonorum venditiones, & ex SC. Claudiano sublatis, vide tit. 13. [25]. † Qui nunc sequitur adquirendi modus utilissimus est: constat autem obligatione [26]: Obligatio vero nihil aliud est, quam juris vinculum quo necessitate adstringimur, alicujus rei solvendæ causa, secundum civitatis Romanæ jura [27]. Obligationum prima divisio hæc est: obligationum aliæ Civiles sunt, aliæ Prætoriæ, seu honorariæ. Hæ ex Prætoris jurisdictione: illæ, aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobatæ [28]. Altera divisio in quatuor species deducitur. Aliæ enim sunt ex contractu vel quasi: aliæ ex delicto vel quasi. Quæ sunt ex contractu: aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu contrahuntur [29]. † Re, veluti mutui [30], indebiti [31], commodati [32], depositi [33], pignoris acceptione [34]. Harum obligationum nomine competit nobis condictio mutui, indebiti, commodati, depositi, pignoris [35]. In mutuo semper dominium transfertur: in commodato, deposito, & pignore nunquam [36]: in indebito interdum. In mutuo ab accipiente casus fortuiti præstantur: in commodato, & pignore, exacta diligentia, ac consueta observari a bono patrefamilias [37]: in deposito solus dolus præstatur [38]. Hinc colligere possis, quid juris sit in indebito. † Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione & responsione, quoties aliquid dari fierive (in hujusmodi stipulationibus quæ factum continent, optimum est pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit: ac necesse sit actori probare quid ejus intersit [39]) stipulamur: certum, unde condictio certi: vel incertum, unde ex stipulatu actio descendit. Stipulatio a stipulo, id est, firmo, vel a stipite dicitur [40]. Et hæc de definitione, effectu & etymo stipulationis. Olim solennia stipulationum verba hæc fuerunt, Spondes? promittis? fideipromittis? fidejubes? dabis? facies? responsionis vero verba superioribus respondentia. Hodie quibuscunque verbis fit. Fit stipulatio omni lingua: sufficit congruenter ad interrogata respondere [41]. Fit etiam pure, aut in diem, aut sub conditione. Priori modo, confestim peti potest res promissa [42]. Duobus postremis, postquam dies venerit, vel conditione impleta [43]. Qui stipulatur annua quoad vivet, heredem suum non juvat [44]. Quoties sub conditione stipulamur, in casum seu factum differtur obligatio: ex ea spes est, debitum iri, eamque ipsam spem ad heredem transmittimus, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit: si ita stipulamur, Dabis si non fecero? perinde est ac si stipulati essemus, Cum moriemur [45]. Conditiones ad præsens, vel ad præteritum tempus relatæ, aut statim infirmant obligationem, puta si falsæ sint; aut omnino non differunt, puta si veræ sint. Nam quæ per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint [46]. Loca interdum inseruntur stipulationibus, veluti Carthagini dabis? talis stipulatio re ipsa, seu tacite habet tempus adjectum, quo promissor Carthaginem ire poterit: ideoque qui Romæ ita stipulatur, Hodie Carthagini dabis? nil agit: est enim inutilis repromissio [47]: & hæc de forma stipulationis dicta sint. † Stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt [48]. Rei simul quoties vel plures stipulantur, vel promittunt [49]: utrovis modo solidum debetur, a quovis eorum solidum præstatur & accipitur [50]. Eorum unus pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest. Nec impedimento erit dies aut conditio quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur [51]. † Quod liberi in potestate positi [52], & servi etiam hereditarii, quovis modo stipulantur, domino acquirunt [53]: nisi factum in stipulatione contineatur [54]. Communis servus unicuique dominorum pro portione dominii acquirit: nisi aut uni nominatim, aut unius jussu stipulatus sit: aut alter dominus adquirendi capax non sit: tunc enim ei soli adquiritur [55], & hæc de personis. † Stipulationum divisiones hæ sunt. Aliæ Judiciales, quæ a mero judicis officio proficiscuntur: Prætoriæ & Ædilitiæ, quæ a mero Prætoris officio descendunt [56]: Communes, id est, partim Prætoriæ, partim judiciales [57]: Conventionales, quæ ex conventione utriusque partis concipiuntur [58]. Aliæ inutiles vel utiles, de quibus hoc primum tenendum est. Res omnes mobiles, vel soli, dominio nostro subjectas in stipulationem deduci posse [59]. Contra non possumus stipulari utiliter rem, quæ in rerum natura non est, aut esse non potest [60], rem sacram, religiosam, publicam, liberum hominem, rem nostram [61], etiam eo casu quo nostra erit [62], factum turpe, vel ob turpem causam [63], factum alienum seu alium facturum vel daturum [64], alii, cui dari nostra non interest (nisi pœnam stipulemur, quo casu ita factum non erit [65]: vel citra stipulationem pœnalem, nisi ei cujus juri subjecti sumus, stipulemur: nisi in extraneam personam solutionem conferamus: nisi eis qui juri nostro subjecti sunt stipulemur; hoc enim ultimo casu nobis acquirimus [66]: nisi pupillo vel procuratori; tunc enim nostra interest eis dari [67]) vel ab eo qui nostro juri subjectus est, vel ab eo cujus juri subjecti sumus [68]. Inutilis est etiam stipulatio, si ad interrogata non fuerit responsum [69]. Exemplo sit is qui de una re interrogatus, de alia respondit [70]. Mutus [71], furiosus, neque stipulari, neque promittere possunt [72]. Pupillus, sine tutore stipulari potest: at non promittere [73]. Pupillum intelligimus, qui proximus est infantiæ, non infantem [74]. Sub conditione impossibili (qualis est, cui natura impedimento est, quo minus existat) si stipulati fuerimus, perinde est, ac si pure stipulatio facta esset: ideoque statim peti potest [75]. Inter absentes concepta stipulatio inutilis est. Absens fuisse non intelligitur, quem præsentem fuisse scriptura seu instrumentum testatur (hoc enim casu scripturæ creditur & præsumitur pro instrumento): sed tamen reus potest manifestissimis probationibus vel per scripturam, vel per testes idoneos probare, toto eo die quo conficiebatur instrumentum, se vel adversarium suum in aliis locis fuisse [76]. Post mortem, sive pridie quam moriamur, dari, stipulari, vel promittere possumus [77]: sed & ita, cum moriar, vel ita cum morieris [78], post mortem alterius [79]. Possumus etiam præpostere stipulationem concipere, puta hoc modo, Si navis ex Asia venerit, hodie dabis [80]? Item plures res una stipulatione comprehendere: quo casu si ad omnes promissor responderit, ad omnes tenebitur [81]. Præterea sub conditione, cujus spem ad heredes nostros, & in heredes promissoris transmittimus [82]. Postremo, hoc anno, hoc mense: tunc autem, nisi omnibus anni vel mensis partibus præteritis, non recte petitur [83]. Si fundum dari stipulatus fueris, vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit [84]. † Stipulationum promissionibus solent fidejussores adjici [85], in omni contractu [86]: heredem relinquunt obligatum [87]. Obligationem præcedere possunt & subsequi [88]. Quovis idiomate obligari possunt [89]. Si plures sint, epistolæ D. Hadriani seu divisionis beneficium habent, de qua vide §. 4. [90]. Non possunt obligari, ut plus debeant, quam principalis: ut minus debeant, possunt. Minus intelligimus re vel tempore [91]. Si quid rei principalis nomine solverint, pro eo recuperando mandati habent judicium [92]. Quem fidejussisse constat, eum solenniter & maturo consilio fidejussisse præsumimus [93]. Et hæc de obligatione, quæ verbis perficitur. † Literis sive scriptura quæ constat obligatio, promissorem obligat: sed tamen intra biennium exceptionem pecuniæ non numeratæ objicere potest [94]. Et hæc de literarum obligationibus. † Restant quæ fiunt consensu: in quibus neque scriptura, neque præsentia, neque rei traditione opus est. Sufficit ut qui contrahunt, consentiant, etiam absentes per epistolam vel nuncium. In his etiam alter alteri ex æquo & bono obligatur [95]. † Ejus generis est emptio & venditio, quæ simulatque de pretio conventum est, contrahitur: quamvis nondum pretium numeratum sit: ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis contractæ, non ipsa emptio. Pretium igitur in venditione constitui oportet: nam sine pretio nulla emptio esse potest [96]. Certum pretium esse debet (certum illud etiam existimamus, quod tertius existimaverit [97]) & in numerata pecunia (qua in re emptio a permutatione differt [98].) Venditione ita contracta, periculum & commodum rei venditæ statim ad emptorem pertinet: tametsi res emptori tradita non sit [99]. Emptio sub conditione, & pure contrahi potest [100]. Rem sacram, religiosam, publicam, frustra quis sciens emit: ignarus si emerit, habet actionem ex empto adversus venditorem, ut consequatur quod sua interest non fuisse deceptum [101]. Præter superius genus emptionis, aliud est quod scriptura perficitur, quod tunc demum perfectum intelligitur, cum instrumenta venditionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio scripta, & a contrahentibus subscripta, vel a tabellione completa & absoluta. Donec aliquid ex his deest, pœnitentiæ locus est. Potest alteruter contrahentium sine pœna recedere a contractu, nisi arrha data sit: tunc enim pœnitens emptor, arrham: venditor, duplum arrhæ restituere compellitur [102]. † Et hæc de venditione & emptione: cui proxima est, locatio & conductio. Utraque contracta intelligitur si merces constituta est [103], etiam alieno arbitrio. Merces in pecunia esse debet. Nam si invicem rem utendam accipimus: non ex locato & conducto, sed præscriptis verbis agimus [104]. Si aurum meum dedi aurifici, ut annulos conficeret, mera locatio: si is & aurum, & operas præstitit, auri ratione emptio & venditio: operarum vero, locatio & conductio intelligitur [105]. † Locare possumus alteri prædia perpetuo fruenda, ea lege, ut quamdiu pensio pro his præstabitur, conductor ejusve heres, aut qui ab eo causam habet quocunque modo, expelli non possit: quod genus contractus Emphyteusim vocamus. Particularia hujusmodi prædii damna colonus patitur: universalia, ipse prædii dominus [106]. Cæterum conductor legem conductionis ser-

1 §. 6. 2 §. 15. 3 §. *ult.* 4 *Tit.* 2. *de legitima agnatorum successione.* 5 *Nov.* 117. *cap.* 4. 5. 6 §. 1. 2. 7 §. 3. 8 *Tit.* 5. §. *ult.* 9 *d.* §. 3. 10 §. 4. *in fin.* 11 *d.* §. 4. *in fin.* 12 *Nov.* 127. 13 *Auth. Cessante. C. de legit. heredib.* 14 *Tit.* 3. *De Senatusconsulto Tertyllian.* 15 *Tit.* 3. §. 3. 16 *Nov.* 127. *in fin. princ.* 17 *Nov.* 42. *c.* 47. *in fin. Nov.* 117. *cap.* 2. 18 *Caius lib.* 2. *instit. c.* 8. eamque opinionem, uti æquiorem, defendit Zasius, 1. *Resp.* 7. Minsingerus 3. *obs.* 94. Carolus V. quoque Imperator idem statuit. 19 *Tit.* 2. 3. 4. 5. 6. unde agitur de gradibus cognationum, *De Senatuscons. Orphitiano. De successione cognatorum. De gradibus cognationum.* 20 *Tit.* 7. *De servili cognatione.* 21 *Tit.* 8. 9. *De successione libertorum.* 22 *Tit.* 10. *De bonorum possessionib.* 23 *Tit.* 11. *De adquisitione per adrogationem.* 24 *Tit.* 12. *De eo, cui libertatis causa bona addicuntur.* 25 *Tit.* 13. *De successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano.* 26 *Tit.* 14. *De obligationibus.* 27 *d. tit.* 14. 28 §. 1. 29 §. *ult.* 30 *Tit.* 15. *Quibus modis re contrahitur obligatio.* 31 §. 1. 32 §. 2. 33 §. 3. 34 §. *ult.* 35 *Toto titulo.* 36 §. 2. 37 §. 2. *& ult.* 38 §. 3. 39 *Tit.* 16. *De verborum obligationibus.* §. *ult.* 40 *Tit.* 16. *in pr.* 41 §. 1. 42 §. 2. 43 §. 2. *&* §. 4. 44 §. 3. 45 §. 4. 46 §. 6. 47 §. 5. 48 *Tit.* 17. *De duobus reis stipulandi & promittendi.* 49 *d. Tit.* 17. 50 §. 1. 51 §. *ult.* 52 *Tit.* 18. §. 1. *De stipulatione servorum.* 53 *Tit.* 18. *in pr. & d.* §. 1. 54 §. 2. 55 §. *ult.* 56 *Tit.* 19. *in pr. &* §. 1. 2. *De divisione stipulationum.* 57 §. 4. *in pr. &* §. 1. 58 §. 3. 59 *Tit.* 20. *De inutilibus stipulationibus.* 60 §. 1. 61 §. 2. 62 §. 22. 63 §. 24. 64 §. 3. 65 §. 19. 21. 66 §. 4. 67 §. 20. 68 §. 6. 69 §. 5. 70 §. 23. 71 §. 7. 72 §. 8. 73 §. 9. 74 §. 10. 75 §. 11. 76 §. 12. 77 §. 13. 78 §. 15. 79 §. 16. 80 §. 14. 81 §. 18. 82 §. 25. 83 §. 26. 84 §. *ult.* 85 *Tit.* 21. *De fidejussoribus.* 86 §. 1. 87 §. 2. 88 §. 3. 89 §. 7. 90 §. 4. 91 §. 5. 92 §. 6. 93 §. *ult.* 94 *Tit.* 22. *De literarum obligationibus.* 95 *Tit.* 23. *De obligationibus ex consensu.* 96 *Tit.* 24. *in pr. De emptione & venditione.* 97 §. 1. 98 §. 2. 99 §. 3. 100 §. 4. 101 §. *ult.* 102 *In pr. hoc tit.* 103 *Tit.* 25. *De locatione & conductione.* 104 §. 1. 105 §. 4. 106 §. 3.

vare debet, eamque ex æquo & bono supplere. Qui accepta pecunia, rem custodire promisit: custodiam diligentissimi patrisfamilias debet, de casu fortuito non tenetur [1]. Mortuo conductore intra tempus conductionis, heres ejus eodem jure in conductionem succedit [2]. Locatori, locati: conductori, conducti actio datur [3]. † Sequitur societas, quæ aut totorum bonorum: aut unius alicujus negotiationis est [4]. Partes lucri & damni expressæ, servandæ sunt: si non expressæ, æquales erunt [5]. Coire ita societatem possumus, ut ego lucri duas partes, damni tertiam feram: tu duas damni, lucri tertiam habeas: quia mea opera ita pretiosa esse potest in societate, ut justum sit me in societatem conditione meliore admitti. Potest etiam conveniri, ut ego pecuniam conferam, tu non conferas, & tamen lucrum sit commune, si modo opera tua pro pecunia valet: ut lucri partem feras, de damno non tenearis, si modo in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit [6]: ut compensatione facta quod superest solum intelligatur in lucro esse. Si in una causa (puta lucro) pars expressa est, in altera (puta damno) omissa: in eo quod omissum est, eadem pars servabitur [7]. Solvitur societas dissensu legitimo, non fraudulento [8]: morte unius socii, nisi in coëunda societate aliter convenerit [9]: finito rei negotio [10]: publicatione omnium bonorum unius socii [11]; vel cessione [12]. Socius socio culpæ tenetur & diligentiæ; diligentiam intellige non exactissimam, sed qualem socius in rebus suis adhibere solet [13]. † Sequitur mandatum [14] quod fit, vel ut mea tantum [15], vel ut mea & tua [16], vel ut alterius [17], vel ut mea & socii [18], vel ut tua & alterius [19], vel ut tua tantum geras negotia: cujus generis mandatum magis consilium est quam mandatum: ob id non est obligatorium, ut & illud quod contra bonos mores est omnimodo [20]. Qui mandatum accepit, non debet excedere fines mandati [21]. Mandatum revocari potest re integra [22]. Intelligitur revocatum morte mandantis, si modo mandatarius mortem ejus intellexit [23]. Mandatum non suscipere liberum est: susceptum consummandum est, aut renunciandum [24]. In diem differri, & sub conditione fieri potest [25]: gratuitum esse debet. Et hæc de obligationibus quæ ex contractu fiunt, dicta sint. † Sequitur ut videamus quæ obligationes ex quasi contractu nascuntur [26]. Inter negotiorum gestorem & eum cujus negotia gesta sunt [27], inter tutorem & pupillum [28], inter eos qui communem rem habent [29], inter heredem & legatarios [30], inter eum qui per errorem non debitum solvit, accepit, ultro citroque nascuntur obligationes ex quasi contractu [31]. † Hic dicendum erat de obligationibus ex delicto vel quasi: sed quia Tribonianus interserit tractatum de personis obligationem acquirentibus, & de contrariis obligationibus, utrumque caput considerandum nobis erit. Acquirimus obligationem per nos, per servos, per filios in potestate [32], per liberos homines, & per alienos servos quos bona fide possidemus [33], per servum usufructuarium & usuarium [34] & communem [35]. Tollitur vero obligatio solutione ejus quod debetur [36], acceptilatione seu imaginaria solutione [37], novatione seu interventu novæ personæ [38], contraria voluntate [39]. † Sequuntur obligationes ex delicto, vel quasi: illæ nascuntur ex re, id est, ex ipso maleficio, veluti furto, rapina, damno, injuria [40]. † Furtum est contrectatio fraudulosa rei alienæ lucri faciendi causa [41]. Dicitur a furvo, id est, nigro (fit enim clam) vel a ferendo [42]. Manifestus fur est, qui in ipso furto deprehenditur, vel in eo loco quo furtum fit: quique ibi furtivam rem tenet: Non manifestus est ei contrarius [43] (de concepti, oblati, prohibiti furti antiquis actionibus v. §. 4. [44]) manifestus quadrupli, non manifestus dupli tenetur [45]. Qui pignore, aut deposito utitur, furtum committit: ut & commodatarius rem utendam acceptam in alium usum transferens [46]: modo intelligat id se invito domino facere [47], nisi domino volente id faciat. Si servum meum, a te de furto mihi faciendo solicitatum, permisi quasdam res mihi surripere ut te in ipso delicto deprehenderem, furti & servi corrupti nomine mihi teneris: utcunque me volente, eo casu videaris rem meam contrectasse [48]. Furtum committit, qui liberum hominem surripit [49]: qui creditori suo pignus datum subtrahit [50]: sed & is cujus ope & consilio furtum factum est, veluti qui tibi nummos excussit, ut alius eos raperet: qui tibi obstitit, quominus furem adprehenderes: qui boves tuos fugavit, ut alius eos acciperet: qui scalas fenestris supponit, aut sciens commodat ferramenta ad effringendum: vel qui ostium effringit, ut alius furtum faciat. Qui tantum consilium dedit, furti non tenetur [51]. Servi dominis, liberi parentibus furti non tenentur [52]. Furti actio competit ei, cujus interest rem salvam esse [53]; ideoque & creditori, ob pignus subreptum [54]: & fulloni, ob vestimenta subrepta: & bonæ fidei emptori [55]: & certis casibus ei, qui rem commodatam accepit [56]: non idem est in depositario [57]. Impubes proximus pubertati furti teneri potest [58]. Rem nobis subreptam a quovis possessore vindicare possumus: eam vero ipsi furi condicimus, & præterea dupli, vel quadrupli pœnam exigimus [59]: & hæc de furto. † Rapina, furto deterior: cujus nomine intra annum, quadrupli; post annum, simpli actio nobis competit [60] adversus eum qui non errore ductus, sed dolo malo rapuit. Sed tamen qui rem suam ab ejus possessore per vim rapit, ejus dominio privatur: qui suam existimans, alienam tamen rapit, eam cogitur restituere: præterea ejus æstimationem præstare: quod & in immobilium invasionibus locum habet [61]: & hæc de vi & rapina. † Damni injuriæ actio constituitur per legem Aquiliam: cujus primo capite de servo & quadrupede (quæ pecudum numero sit, quæque gregatim pasci dicitur [62]) alterius occisis agebatur [63]. Non injuria occidit qui insidiatorem [64], vel qui casu occidit. Contra, hic injuria occidit, qui culpa [65], vel imperitia [66]. Reus eo casu tenetur de occiso, quanti eo anno plurimi fuit [67]: & in id quod præterea perempto illo corpore damni illatum fuit [68]. Idem etiam teneri potest lege Cornelia [69]. Cap. 2. leg. Aquil. non est in usu. Forte in eo agebatur de intercepta nobis utilitate per injuriam ab alio [70]. Tertio capite agebatur de servo & quadrupede vulneratis, de feris occisis, de damno dato rebus inanimatis: ut si quid in eis ustum, ruptum, fractum, corruptum, scissum, collisum, effusum, mixtum fuerit [71]. Reus tenebatur eo nomine, non quanti eo anno res plurimi fuisset: sed quanti in diebus triginta proximis [72]. Porro ex lege Aquilia directa actio datur in eum qui corpore suo damnum dedit. Utilis in eum qui non corpore, sed tamen in corpus aliquod damnum dedit: veluti si hominem, vel pecus inclusit, ut fame necarentur: jumentum egit, ut præcipitaretur: servo persuasit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, ut læderetur. In factum, si neque corpore, neque in corpus damnum datum est ab aliquo: veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solvit, ut fugeret [73]. Et hæc de damno. † Injuria generaliter dicitur, quod non jure fit: specialiter, ut contumelia [74]. Injuriam facit, qui pugno pulsat, fustibus cædit, aut qui verberat. Convicium quis facit, vel voce, vel scripto [75]: item is qui procurat injuriam fieri [76]. Nihil interest nobis, an liberis, aut uxori fiat injuria [77]. Si servis nostris in nostri contumeliam injuria facta est, injuriæ actio nobis competit: non si eis simpliciter convicium factum, aut pugno tantum sint percussi [78]. Servum nostrum intelligimus, & quem cum alio habemus communem [79], cujus sumus proprietarii [80], qui bona fide nobis servit (si modo in nostri contumeliam ei injuria facta sit [81].) Qui injuriam intulit, arbitrio judicis punitur pro circumstantiis personarum [82], & rei, & facti atrocitate [83]. Civiliter, quanti injuriam passus æstimaverit: vel minoris, prout judici visum erit. Criminaliter, pœna extraordinaria [84]. Hæc actio dissimulatione aboletur [85]: & hæc de obligationibus ex delicto. † Quasi ex delicto obligatur judex, cum litem suam facit [86]: is ex cujus cœnaculo dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceretur [87]: exercitor navis, aut cauponæ, aut stabuli, de damno, aut furto, quod in navi aut caupona, aut stabulo factum erit [88]: & hæc de personis & rebus dicta sint.

De Actionibus privatis & publicis.

Sequuntur actiones, tertium juris objectum. † Actio nihil aliud est, quam jus persequendi in judicio quod sibi debetur [89]. Actionum aliæ in personam sunt (quæ & condictiones:) aliæ in rem (quæ vindicationes dicuntur) corporalem, vel incorporalem ut servitutes [90]. Et hæ quidem legitimæ sunt & civiles. Prætoriæ vero in rem & personam sunt variæ. In rem, veluti Publiciana, qua experitur is, cui ex justa aliqua causa res aliena tradita fuit, cujusque possessionem amisit, antequam eam usucaperet: perinde enim eam rem vindicat, ac si usucepisset [91]. Rescissoria datur captivo, aut absenti Reip. causa, ad usucapionem suorum bonorum factam rescindendam [92]. Pauliana est, qua creditores rescindunt in sui fraudem alienationem factam a suis debitoribus [93]. Serviana vero, qua locator de rebus coloni experitur. Quasi Serviana qua creditores pignora, & hypothecas persequuntur [94]. † Præjudiciales sunt per quas quæritur, An aliquis liber, An libertus, vel De partu agnoscendo [95]. In personam, veluti de pecunia constituta [96]: constituit autem quicunque pro se, vel pro alio citra stipulationem se soluturum promittit [97]. De peculio adversus patrem & dominum [98]. Ex jurejurando [99]. Pœnales, in albi corruptorem & alios [100]. Secunda actionum divisio. Actionum aliæ sunt rei persequendæ [101]. (ut omnes in rem, & fere omnes in personam [102]) aliæ pœnæ persequendæ seu pœnales (puta ex maleficiis [103]) aliæ mixtæ. Mixtæ sunt quibus vel rem & pœnam persequimur [104], vel quas in rem & personam dirigimus [105]. Tertia divisio. Actionum aliæ in simplum [106] (veluti ex stipulatione, mutuo, empto, locato, & similibus [107]) in duplum [108], in triplum [109], in quadruplum sunt [110]. Quarta divisio. Actionum aliæ bonæ fidei sunt, quædam stricti juris [111], quædam arbitrariæ [112]. Quinta divisio. Quibusdam actionibus solidum persequimur, quibusdam minus solido [113]. De sexta divisione infra dicemus tit. 12. In actionibus danda est opera, ne plus quam oportet, petatur. Plus petitur quatuor modis, re, tempore, loco & causa [114]. † Non tantum actione utimur in eum qui ipsemet contraxit, vel deliquit: quod ipse vel contraxerit, vel deliquerit: sed quia ejus servus filiusve nobis vel ex contractu, vel delicto obligatus est. Ex contractu [115], puta si jussu patris vel domini cum filio vel servo contraxero, pater & dominus tenetur etiam directo [116] in solidum [117]. Uterque jussisse intelligitur, si navi (hinc exercitoria) vel tabernæ (hinc institoria [118]) vel peculio seu peculiari merci (hinc tributoria [119]) personas sibi subjectas quocunque modo præposuerit [120]. Interdum etiam hujusmodi personæ tenentur, licet filios vel servos non præposuerint: puta si filii vel servi rem quam nobiscum gesserunt, in rem, & utilitatem patris vel domini necessario, vel utiliter, verterunt: tunc enim datur nobis de in rem verso actio [121]. Nunquam vero in patrem ignorantem datur actio, ob mutuum filio ejus datum, propter Senatusconsulti Macedoniani autoritatem [122]. Ex delicto vero servi datur in dominum actio noxalis, per quam ipse dominus servum dedere tenetur, aut litis æstimationem sufferre [123]. Ex delicto liberorum pater filium filiamve noxæ dedere non potest. Id enim naturalis amor & pudicitia filiarum non admittit. Conveniuntur ergo ipsimet liberi, si deliquerint [124]. Ex delicto seu pauperie animalium, ipsi domini etiam tenentur, si quid lascivia, aut pavore, aut feritate damni dederint: sed tamen liberabitur dominus si ea animalia noxæ dederit [125], nisi canem, verrem, aprum, leonem, ursum ibi habeat, qua vulgo iter fit: tunc enim tanti dominus condemnatur, quanti judex arbitratus fuerit [126]. Et hæc de dominis & parentibus. † Possumus quoque per procuratorem, tutorem, curatorem legitimum agere, quia morbus, ætas, & hujusmodi causæ id requirunt [127]. Procurator dicitur, cui rem nostram agere permisimus [128]. † Rei præsentis onus est (hic omittimus observationes juris veteris) ut vel juret, vel promittat, vel etiam satisdet (si id qualitas ejus personæ exigat) quod in judicio permanebit usque ad terminum litis [129]. Absentis vero, satisdare nomine sui procuratoris, judicatum solvi, & tempore recitandæ sententiæ, se in judicium venturum [130]. Quod si absens est omnino, & nesciat litem sibi moveri, quivis potest ejus defensionem subire, satisdatione prius, judicatum solvi, præstita [131]. & hæc de reo. Procurator vero actoris, carens mandato domini expresso, vel insinuato, cavere debet rem ratam dominum habiturum [132]. Sequitur sexta actionum divisio superioribus annectenda. Actionum aliæ temporales, aliæ perpetuæ ac in heredes dantur [133]. † Et his quidem actionibus actores utuntur. Exceptionibus vero rei [134]. Excipiunt autem de metu, dolo, errore [135], de pecunia non numerata [136], de pacto convento ne petatur [137], de re juramento decisa [138], de judicata [139], & similibus [140]. Earum exceptionum quædam ex legibus, quædam ex iis quæ legis vicem obtinent, quædam ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt [141]. Aliæ perpetuæ, quæ semper obstant agentibus [142]. Aliæ temporales, quæ ad tempus nocent, & temporis [143] vel personæ dilationem tribuunt [144]. † Exceptionibus opponuntur replicationes, quibus replicatur atque resolvitur jus exceptionis [145]. Ipsas replicationes elidit duplicatio [146]: duplicationem, triplicatio [147]: de quibus latius in Digestis tractatur [148]. Quæ debitoribus principalibus exceptiones prosunt, plerumque accommodari solent etiam fidejussoribus: quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur: ut qui mandati judicio redditurus est iis, quod ii pro eo solverint [149]. Actiones, de quibus supra diximus, proprietatis causam definiunt. † Interdicta vero proponuntur maxime, quoties de possessione, aut quasi, agitur [150]. Suntque prohibitoria, restitutoria, exhibitoria [151], possessionis adipiscendæ [152], retinendæ [153], recuperandæ [154], simplicia (in quibus alter actor, alter reus) duplicia (in quibus unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet [155]). Possidere dicimur, si ipsi possidemus, vel alii nostro nomine [156]. Interdicta hodie non sunt ita in magno usu [157]. † Actorum temeritas olim vel pecuniaria pœna, vel jurisjurandi religione, vel infamiæ metu coërcebatur [158]. Siquidem actor jurare solebat se non calumniandi animo actionem intendere: Reus se bona instantia uti. Advocati etiam jurabant [159]. Ex quibusdam judiciis damnati ignominiosi fiunt [160]. Omnium actionum instituendarum principium, ab in jus vocatione sumitur [161]. † In iis omnibus, puta noxalibus [162], in rem [163], ad exhibendum [164], familiæ erciscundæ [165], communi dividundo [166], finium regundorum [167], judiciis & actionibus, judicis officium late patet [168]. † Sequuntur publica judicia [169], ita dicta, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur [170]. Horum quædam mortem inferunt, quædam infamiam cum damno pecuniario [171]. Publica judicia sunt crimen majestatis [172], adulterii [173], homicidii [174], parricidii [175], falsi [176], de vi publica, privata, & de raptu [177], peculatus (quo tenentur qui pecuniam publicam, rem sacram, vel religiosam, furati sunt [178]), plagii (in quod incidunt, qui liberos homines surripiunt [179],) ambitus, repetundarum, de annona, de residuis [180]. Et hæc de jure in his Institutionibus comprehenso paucis dicta sint [181].

1 §. 5. 2 §. *ult.* 3 *in pr. hoc tit.* 4 *Tit. 26. De societate.* 5 §. 1. 6 §. 2 7 §. 3. 8 §. 4. 9 §. 5. 10 §. 6. 11 §. 7. 12 §. 8. 13 §. *ult.* 14 *Tit. 27. De mandato.* 15 §. 1. 16 §. 2. 17 §. 3. 18 §. 4. 19 §. 5. 20 §. 6. 7. 21 §. 8. 22 §. 9. 23 §. 10. 24 §. 11. 25 §. 12. 26 *Tit. 28. De obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.* 27 §. 1. 28 §. 2. 29 §. 3. *&* 4. 30 §. 5. 31 §. 6. *& ult.* 32 *Tit. 29. Per quas personas nobis obligatio acquiritur.* 33 §. 1. 34 §. 2. 35 §. *ult.* 36 *Tit. 30. Quibus modis tollitur obligatio.* 37 §. 1. 2. 38 §. 3. 39 §. *ult.* 40 *Lib. IV. Tit. 1. De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.* 41 §. 1. 42 §. 2. 43 §. 3. 44 §. 4. 45 §. 5. 46 §. 6. 47 §. 7. 48 §. 8. 49 §. 9. 50 §. 10. 51 §. 11. 52 §. 12. 53 §. 13. 54 §. 14. 55 §. 15. 56 §. 16. 57 §. 17. 58 §. 18. 59 §. *ult.* 60 *Tit. 2. De vi bonorum raptorum.* 61 §. 1. 2. 62 *Tit. 3.* §. 1. *De lege Aquilia.* 63 *d. Tit. 3. in pr.* 64 §. 2. 65 §. 3. 4. 5. 6. 66 §. 7. 8. 67 §. 9. 68 §. 10. 69 §. 11. 70 §. 12. 71 §. 13. 72 §. 14. 15. 73 §. *ult.* 74 *Tit. 4. De injuriis.* 75 §. 1. 76 §. 11. 77 §. 2. 78 §. 3. 79 §. 4. 80 §. 5. 81 §. 6. 82 §. 7. 83 §. 8. 9. 84 §. 10. 85 §. *ult.* 86 *Tit. 5. De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.* 87 §. 1. 2. 88 §. *ult.* 89 *Tit. 6. De actionibus.* 90 §. 1. 2. 14. 15. 91 §. 3. 4. 92 §. 5. 93 §. 6. 94 §. 7. 95 §. 13. 96 §. 8. 97 §. 9. 98 §. 10. 99 §. 11. 100 §. 12. 101 §. 16. 102 §. 17.

103 §. 18. 104 §. 19. 105 §. 20. 106 §. 21. 107 §. 22. 108 §. 23. 109 §. 24. 110 §. 25. 26. 27. 111 §. 28. 29. 30. 112 §. 31. 32. 113 §. 36. 37. 38. 39. 40. *seu ult.* 114 §. 33. 34. 115 *Tit. 7. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.* 116 §. *ult.* 117 §. 1. 118 §. 2. 119 §. 3. 5. 120 §. 6. 121 §. 4. 122 §. 7. 123 *Tit. 8. in pr.* §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. *De noxalibus actionibus.* 124 §. *ult.* 125 *Tit. 9. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* 126 §. 1. 127 *Tit. 10. De iis, per quos agere possumus.* 128 §. 1. *& ult.* 129 *Tit. 11. in pr.* §. 1. 2. 6. *& ult. de satisdationibus.* 130 §. 4. 131 §. 5. 132 §. 3. 133 *Tit. 12. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes transeunt.* 134 *Tit. 13. De exceptionibus.* 135 §. 1. 136 §. 2. 137 §. 3. 138 §. 4. 139 §. 5. 140 §. 6. 141 §. 7. 142 §. 8. 9. 143 §. 10. 144 §. *ult.* 145 *Tit. 14. De replicationibus.* 146 §. 1. 147 §. 2. 148 §. 3. 149 §. *ult.* 150 *Tit. 15. De interdictis.* 151 §. 1. 152 §. 2. 3. 153 §. 4. 154 §. 6. 155 §. 7. 156 §. 5. 157 §. *ult.* 158 *Tit. 16. De pœna temere litigantium.* 159 §. 1. 160 §. 2. 161 §. *ult.* 162 *Tit. 17.* §. 1. *De officio judicis.* 163 §. 2. 164 §. 3. 165 §. 4. 166 §. 5. 167 §. 6. 7. 168 *In pr. hoc tit.* 169 *Tit. ult. De publicis judiciis.* 170 §. 1. 171 §. 2. 172 §. 3. 173 §. 4. 174 §. 5. 175 §. 6. 176 §. 7. 177 §. 8. 178 §. 9. 179 §. 10. 180 §. 11. 181 §. *ult.*

DIGESTORUM

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI
PRINCIPIS PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBRI XII.

IMPERATORUM NOMINA,

Quorum Constitutiones duodecim libris Codicis sunt insertæ.

HADRIANUS.
Antoninus Pius.
Divi fratres, sive M. Antoninus & Verus.
M. Ælius Antoninus solus.
Ælius Pertinax.
Severus & Antoninus Caracalla.
Antoninus Caracalla solus.
Antoninus Heliogabalus.
Alexander.
Maximinus.
Gordianus.
Philippus.
Decius.
Gallus & Volusianus.
Valerianus & Gallienus.
Gallienus & Valerianus Junior.
Gallienus solus.
Claudius.
Aurelianus.
Probus.
Carus, Carinus & Numerianus.
Carinus & Numerianus.
Diocletianus.
Diocletianus & Maximianus Herculius.
Constantius & Maximianus Galerius.
Constantinus Magnus.
Constantinus Junior, Constantius & Constans.
Constantius & Constans.
Constantius solus.
Constantius & Julianus.
Julianus.
Jovinianus.
Valentinianus & Valens.
Iidem & Gratianus.
Valens, Gratianus & Valentinianus II.
Gratianus & Valentinianus II.
Iidem & Theodosius.
Valentinianus II. Theodosius & Arcadius.
Theodosius & Arcadius.
Iidem & Honorius.
Arcadius & Honorius.
Iidem & Theodosius Junior.
Honorius & Theodosius Junior.
Theodosius Junior solus.
Idem & Valentinianus III.
Valentinianus III. solus.
Idem & Martianus.
Martianus solus.
Leo.
Idem & Anthemius.
Leo Junior & Zeno.
Zeno solus.
Anastasius.
Justinus.
Justinus & Justinianus.
Justinianus solus.

LITERARUM NOTÆ,

Quæ per duodecim Libros Codicis, vel in Constitutionum inscriptionibus, vel temporum denotationibus hinc inde visuntur, ne cui forte caliginem objiciant, ad hunc modum legi debent.

A.	*Augustus.*
AA.	*Augusti.*
A. & C.	*Augustus & Cæsar.*
AA. & CC.	*Augusti & Cæsares.*
Accept.	*Accepta.*
C.	*Cæsar vel Clarissimus.*
CC.	*Cæsares vel Clarissimi.*
CC. Coss.	*Clarissimis Consulibus.*
Cæs.	*Cæsar.*
Cæss.	*Cæsaribus.*
Civitat.	*Civitatis.*
Cl. Cæs.	*Clarissimus Cæsar.*
Com.	*Comes.*
Com. R. P. vel rer. priv.	*Comes rerum privatarum.*
Com. s. l. vel sacr. larg.	*Comes sacrarum largitionum.*
Cos.	*Consule.*
Coss. vel Conss.	*Consulibus.*
Cons.	*Consularis.*
Const. vel CP. vel Const. vel Constantinopo.	*Constantinopoli.*
Correct.	*Correctori.*
D.	*Data vel dicta.*
Dat.	*Data.*
D. S.	*Data subscripta.*
D. PP.	*Data proposita.*
DN.	*Domino vel Domino nostro.*
Dix.	*Dixerunt.*
Emiss.	*Emissa.*
Fl.	*Flavius.*
G.	*Gesta.*
Gen. P.P.	*Gennadio Præfecto Prætorio.*
Id.	*Idus vel Idibus.*
Imp.	*Imperator.*
Impp.	*Imperatores.*
In for. Tr.	*In foro Trajani.*
IV.	*Quarto.*
Kal.	*Kalendas vel Kalendis.*
L. Jul.	*Legem Juliam.*
Lect.	*Lecta s. apud acta.*
Mag.	*Magistro.*
Magist. mil.	*Magistro militum.*
Mag. off.	*Magistro officiorum.*
N.	*Nobilissimo.*
N. Cæs.	*Nobilissimo Cæsare.*
NN. Cæss.	*Nobilissimis Cæsaribus.*
Non.	*Nonas vel Nonis.*
N. P. vel Nob. P.	*Nobili vel Nobilissimo puero.*
Off.	*Officiorum.*
P. vel Pr.	*Præsidi.*
Præs. Prov.	*Præsidi Provinciæ.*
P. P.	*Proposita, vel perpetuo, vel Præfecto Prætorio.*
Pf.	*Præfecto.*
P P.G.	*Proposita gesta.*
P. U.	*Præfecto urbi vel vigilum.*
P. vig.	*Præfecto vigilum.*
P. U. R.	*Præfecto urbis Romæ.*
P. vel Pf. Aug.	*Præfecto Augustali.*
Pp. emiss.	*Proposita emissa.*
P.P. Gal.	*Præfecto Prætorio Galliarum vel prætoriorum Gallianorum.*
P. A.	*Perpetuus Augustus, vel Perpetuo August.*
Pet.	*Petita.*
Pleb.	*Plebis.*
Præf. ann.	*Præfecto annonæ.*
Præt.	*Prætoribus.*
Pr. vel prid.	*Pridie.*
Prop. vel propst. vel propos.	*Proposita.*
Procons.	*Proconsuli.*
Proconss.	*Proconsules.*
Publ. judic.	*Publicis judiciis.*
Quæst.	*Quæstori.*
R. P.	*Rerum privatarum.*
R. P. orient.	*Rerum privatarum orientis.*
S.	*Salutem, vel scripta, vel subscripta, vel supposita.*
S. D.	*Saluten dicit, vel dicunt, vel subscripta data.*
Subscr.	*Subscripta.*
S. L.	*Sacrarum largitionum, vel sacrarum literarum.*
Sacr. lit.	*Sacrarum literarum.*
S. pet.	*Subscripta petita.*
S. P.	*Supposita.*
S. PP.	*Subscripta proposita.*
Supp. vel suppos. vel supposit.	*Supposita.*
S. petit.	*Subscripta petita.*
Tit.	*Titulo.*
Trib. pleb.	*Tribunus plebis.*
V.	*Viro.*
V. C.	*Viro clarissimo.*
VV. CC.	*Viris Clarissimis.*
Vic. vel vicar.	*Vicario.*
K. N.	*Karissimo nobis.*

TITULI CODICIS, D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

REPETITÆ PRÆLECTIONIS

CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

primat rebus alienis, 17. Ne fiscus vel respublica procurationem alicui patrocinii causa in lite præstet, 18. De negotiis gestis, 19.

Restitutiones in integrum.

De his, quæ vi metusve causa gesta sunt, 20. De dolo malo, 21. De in integrum restitutione minorum [xxv. annis] 22. De filiofamilias minore, 23. De fidejussoribus minorum, 24. Si tutor vel curator intervenerit, 25. Si [in] communi eademque causa in integrum restitutio postuletur, 26. Si adversus rem judicatam [restitutio postuletur.] 27. Si adversus venditionem, 28. Si adversus venditionem pignorum, 29. Si adversus donationem, 30. Si adversus libertatem, 31. Si adversus transactionem vel divisionem, [in integrum minor restitui velit.] 32. Si adversus solutionem a tutore vel a se factam, 33. Si adversus dotem, 34. Si adversus delictum, 35. Si adversus usucapionem, 36. Si adversus fiscum, 37. Si adversus creditorem, 38. Si minor ab hereditate se abstineat, 39. Si ut omissam hereditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud adquirat, 40. In quibus causis restitutio in integrum necessaria non est, 41. Qui & adversus quos in integrum restitui non possunt, 42. Si minor se majorem dixerit, vel [major] probatus fuerit, 43. Si sæpius in integrum restitutio postuletur, 44. De his qui veniam ætatis impetraverunt, 45. Si major factus ratum habuerit, 46. Ubi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit, 47. De reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis, 48. Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse, 49. In integrum restitutione postulata, ne quid novi fiat, 50. De restitutione militum, & eorum, qui Reip. causa absunt, 51. De uxoribus militum, & eorum qui Reipublicæ causa absunt, 52. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum & aliarum personarum, quæ restitui possunt, quam etiam heredum eorum, 53. Quibus ex causis majores in integrum restituantur, 54. De alienatione mutandi judicii causa facta, 55.

Arbitria & Judicia.

De receptis arbitris, 56. De satisdando, 57. De formulis & impetrationibus actionum sublatis, 58. De jurejurando propter calumniam dando, 59.

LIBER III.

DE judiciis, 1. De sportulis & sumptibus in diversis judiciis faciendis, & de executoribus litium, 2. De pedaneis judicibus, 3. Qui pro sua jurisdictione judices dare darive possunt, 4. Ne quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat, 5. Qui legitimam personam [standi] in judiciis habeant vel non, 6. Ut nemo invitus agere vel accusare cogatur, 7. De ordine judiciorum, 8. De litis contestatione, 9. De plus petitionibus, 10. De dilationibus, 11. De feriis, 12. De jurisdictione omnium judicum: & de foro competenti, 13. Quando imperator inter pupillos & viduas, vel (alias) miserabiles personas cognoscat, & ne exhibeantur, 14. Ubi de criminibus agi oporteat, 15. Ubi de possessione agi oporteat, 16. Ubi fideicommissum peti oporteat, 17. Ubi conveniatur qui certo loco dare promisit, 18. Ubi in rem actio exerceri debeat, 19. Ubi de hereditate agatur, & ubi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant, 20. Ubi de ratiociniis tam publicis quam privatis agi oportet, 21. Ubi causa status agi debeat, 22. Ubi quis de curiali, vel cohortali aliave conditione conveniatur, 23. Ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur, 24. In quibus causis militantes fori præscriptione uti non possunt, 25. Ubi causæ fiscales, vel divinæ domus hominumque ejus agantur, 26. Quando liceat unicuique sine judice se vindicare, vel publicam devotionem, 27.

Vindicationes.

De inofficioso testamento, 28. De inofficiosis donationibus, 29. De inofficiosis dotibus, 30. De petitione hereditatis, 31. De rei vindicatione, 32. De usufructu & habitatione, & ministerio servorum, 33. De servitutibus, & aqua, 34.

Damni injuriæ actio.

De lege Aquilia, 35.

Mixtæ seu divisoriæ actiones.

Familiæ erciscundæ, 36. Communi dividundo, 37. Communia utriusque judicii tam familiæ erciscundæ, quam communi dividundo, 38. Finium regundorum, 39. De consortibus ejusdem litis, 40.

Noxales actiones.

De noxalibus actionibus, 41. Ad exhibendum, 42. De alearum lusu & aleatoribus, 43. De religiosis, & sumptibus funerum, 44.

LIBER IV.

Condictiones.

DE rebus creditis, & jurejurando, 1. Si certum petatur, 2. De suffragio, 3. De prohibita sequestratione pecuniæ, 4. De condictione indebiti, 5. De condictione ob causam datorum, 6. De condictione ob turpem causam, 7. De condictione furtiva, 8. De condictione ex lege, & sine causa, vel injusta causa, 9.

Obligationes & Actiones.

De obligationibus & actionibus, 10. Ut actiones & ab heredibus, & contra heredes incipiant, 11. Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur, 12. Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel servus pro domino conveniatur, 13. An servus pro suo facto post manumissionem teneatur, 14. Quando fiscus, vel privatus debitoris sui debitores convenire possit, vel debeat, 15. De actionibus hereditariis, 16. Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur, 17. De constituta pecunia, 18.

Probationes.

De probationibus, 19. De testibus, 20. De fide instrumentorum, & amissione eorum, & de apochis & antapochis faciendis: & de his, quæ sine scriptura fieri possunt, 21. Plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur, 22.

Condictiones quædam.

De commodato, 23. De actione pignoratitia, 24. De exercitatoria actione & institoria, 25. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur; vel de peculio, seu quod jussu, vel de in rem verso, 26. Per quas personas nobis adquiratur, 27.

Exceptiones quædam.

Ad senatusconsultum Macedonianum, 28. Ad senatusconsultum Vellejanum, 29. De non numerata pecunia, 30. De compensationibus, 31.

Usuræ.

De usuris, 32. De nautico fœnore, 33. Depositi vel contra, 34.

Obligationes ex consensu.

Mandati vel contra, 35. Si servus extero se emi mandaverit, 36. Pro socio, 37. De contrahenda emptione & venditione, 38. De hereditate vel actione vendita, 39. Quæ res venire non possunt, & qui vendere vel emere vetantur, 40. Quæ res exportari non debeant, 41. De eunuchis, 42. De patribus, qui filios suos distraxerunt, 43. De rescindenda venditione, 44. Quando liceat ab emptione discedere, 45. Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata, 46. Sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse, 47. De periculo & commodo rei venditæ, 48. De actionibus empti & venditi, 49. Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit, 50. De rebus alienis non alienandis: & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca, 51. De communium rerum alienatione, 52. Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienatione, 53. De pactis inter emptorem & venditorem compositis, 54. Si servus exportandus veneat, 55. Si mancipium ita venierit, ne prostituatur, 56. Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur vel contra, 57. De ædilitiis actionibus, 58. De monopoliis, & conventu negotiatorum illicito, vel artificio ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis, & pactionibus illicitis, 59. De nundinis & mercationibus, 60. De vectigalibus & commissis, 61. Vectigalia nova institui non posse, 62. De commerciis & mercatoribus, 63. De rerum permutatione, & præscriptis verbis, 64. De locato & conducto, 65. De jure emphyteutico, 66.

LIBER V.

Nuptiæ.

DE sponsalibus & arrhis sponsalitiis & proxeneticis, 1. Si rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitia dederint, 2. De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis, 3. De nuptiis, 4. De incestis & inutilibus nuptiis, 5. De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem seu curatorem filiosque eorum, 6. Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum jurisdictioni suæ aspirare tentaverint nuptias, 7. Si nuptiæ ex rescripto petantur, 8. De secundis nuptiis, 9. Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquit, 10. De dotis promissione & nuda pollicitatione, 11. De jure dotium, 12. De rei uxoriæ actione in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus præstita, 13. De pactis conventis, tam super dote, quam super ante nuptias donatione, & paraphernis, 14. De dote cauta non numerata, 15. De donationibus inter virum & uxorem, & a parentibus in liberos factis, & de ratihabitione, 16. De repudiis, & judicio de moribus sublato, 17. Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur, 18. Si dos constante matrimonio soluta fuerit, 19. Ne fidejussores, [vel mandatores] dotium dentur, 20 Rerum amotarum, 21. Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur, id est, in solutum dentur, 22. De fundo dotali, 23. Divortio facto, apud quem liberi morari, vel educari debeant, 24. De alendis liberis, ac parentibus, 25. De concubinis, 26. De naturalibus liberis, & matribus eorum, & quibus ex causis, justi efficiantur, 27.

Tutelæ.

De tutela testamentaria, 28. De confirmando tutore, 29. De legitima tutela, 30. Qui petant tutores, vel curatores, 31. Ubi petantur tutores, vel curatores, 32. De tutoribus, vel curatoribus illustrium, vel clarissimarum personarum, 33. Qui dare tutores, vel curatores possunt, & qui dari non possunt, 34. Quando mulier officio tutelæ fungi potest, 35. In quibus casibus tutorem, vel curatorem habenti tutor, vel curator dari potest, 36. De administratione tutorum, vel curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda, 37. De periculo tutorum, vel curatorum, 38. Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere vel conveniri possunt, 39. Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel unus agere pro minore, vel conveniri possint, 40. Ne tutor vel curator vectigal conducat, 41. De tutore, vel curatore, qui satis non dedit, 42. De suspectis (tutoribus vel curatoribus,) 43. De in litem dando tutore vel curatore, 44. De eo, qui pro tutore negotia gessit, 45. Si mater indemnitatem promisit, 46. Si contra matris voluntatem tutor datus sit, 47. Ut causæ post pubertatem tutor adsit, 48. Ubi pupilli educari debeant, 49. De alimentis pupillo præstandis, 50. Arbitrium tutelæ, 51. De dividenda tutela, & pro qua parte quisque tutor conveniatur, 52. De in litem jurando, 53. De heredibus tutorum vel curatorum, 54. Si tutor vel curator non gesserit, 55. De usuris pupillaribus, 56. De fidejussoribus tutorum vel curatorum, 57. De contrario judicio tutelæ, 58. De autoritate præstanda, 59. Quando tutores, vel curatores esse desinant, 60. De actore a tutore, seu curatore dando, 61. De excusationibus (tutorum & curatorum) & temporibus earum, 62. Si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit, 63. Si tutor vel curator Reipublicæ causa aberit, 64. De excusatione veteranorum, 65. Qui numero liberorum se excusant, 66. Qui morbo se excusant, 67. Qui ætate se excusant, 68. Qui numero tutelarum. 69. De curatore furiosi vel prodigi, 70. De prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis, sive obligandis, 71. Quando decreto opus non est, 72. Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit, 73. Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit, 74. De magistratibus conveniendis, 75.

LIBER VI.

Servi & Liberti.

DE servis fugitivis, & libertis, mancipiisque civitatum, artificibus, & ad diversa opera deputatis & ad rem privatam, vel dominicam pertinentibus, 1. De furtis, & servo corrupto, 2. De operis libertorum, 3. De bonis libertorum & jure patronatus, 4. Si in fraudem patroni a libertis alienatio facta sit, 5. De obsequiis patrono præstandis, 6. De libertis, & eorum liberis, 7. De jure aureorum annulorum, & de natalibus restituendis, 8.

Bonorum possessiones.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt; & intra quod tempus, 9. Quando non petentium partes petentibus accrescant, 10. De bonorum possessione secundum tabulas, 11. De bonorum possessione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur, 12. De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis, liberisque eorum datur, 13. Unde liberi, 14. Unde legitimi, & unde cognati, 15. De edicto successorio, 16. De Carboniano edicto, 17. Unde vir & uxor, 18. De repudianda bonorum possessione, 19. De collationibus, 20. De testamento militis, 21.

Testamenta vel quasi.

Qui testamenta facere possunt, vel non, 22. De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur, 23. De heredibus instituendis, & quæ personæ heredes institui non possunt, 24. De institutionibus, & substitutionibus, & restitutionibus sub conditione factis, 25. De impuberum & aliis substitutionibus, 26. De necessariis [servis] heredibus instituendis, vel substituendis, 27. De liberis præteritis, vel exheredatis, 28. De posthumis heredibus instituendis, vel exheredandis, vel præteritis, 29. De jure deliberandi, & adeunda, vel adquirenda hereditate, 30. De repudianda, vel abstinenda hereditate, 31. Quemadmodum testamenta aperiantur, describantur, & inspiciantur, 32. De edicto divi Hadriani tollendo & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur, 33. Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coëgerit, 34. De his, quibus ut indignis hereditates auferuntur: & ad Senatusconsultum Silanianum, 35. De codicillis, 36.

Legata.

De legatis, 37. De verborum & rerum significatione, 38. Si omissa sit causa testamenti, 39. De indicta viduitate & lege Julia Miscella tollenda, 40. De his, quæ pœnæ nomine in testamentis, vel codicillis [scribuntur vel] relinquuntur, 41. De fideicommissis, 42. Communia de legatis & fideicom. & de in rem missione tollenda, 43. De falsa causa adjecta legato, vel fideicommisso, 44. De his, quæ sub modo legata, vel fideicommissa relinquuntur, 45. De conditionibus insertis, tam in legatis quam in fideicommissis, & libertatibus, 46. De usuris & fructibus legatorum, seu fideicommissorum, 47. De incertis personis, 48. Ad senatusconsultum Trebellianum, 49. Ad legem Falcidiam, 50. De caducis tollendis, 51. De his, qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt, 52. Quando dies legati, vel fideicommissi cedit, 53. Ut in possessionem legatorum, vel fideicommissorum servandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat, 54.

Intestati successio.

De suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus, 55. Ad senatusconsultum Tertyllianum, 56. Ad senatusconsultum Orfitianum, 57. De legitimis heredibus, 58. Communia de successionibus, 59. De bonis maternis, & materni generis, 60. De bonis, quæ liberis in potestate patris constitutis, ex matrimonio, vel alias adquiruntur: & eorum administratione, 61. De hereditatibus decurionum, [naviculariorum, cohortalium militum, & Fabricensium,] 62.

LIBER VII.

Manumissiones.

DE vindicta, [libertate,] & apud concilium manumissione, 1. De testamentaria manumissione, 2. De lege Fusia Caninia tollenda, 3. De fideicommissariis libertatibus, 4. De dedititia libertate tollenda, 5. De Latina libertate tollenda, & per certos modos in civitatem Romanam transfusa, 6. De communi servo manumisso, 7. De servo pignori dato manumisso, 8. De servis Reipublicæ manumittendis, 9. De his, qui a non domino manumissi sunt, 10. Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur, 11. Qui non possunt ad libertatem pervenire, 12. Pro quibus causis servi pro præmio libertatem accipiunt, 13. De ingenuis manumissis, 14. Communia de manumissionibus, 15. De liberali causa, 16. De adsertione tollenda, 17. Quibus ad libertatem proclamare non licet; & de rebus eorum qui ad libertatem proclamare non prohibentur, 18. De ordine cognitionum, 19. De collusione detegenda, 20.

Præscriptiones & usucapiones.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur, 21. De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, non adversus libertatem opponitur, 22. De peculio ejus, qui libertatem meruit, 23. De senatusconsulto Claudiano tollendo, 24. De nudo jure Quiritum tollendo, 25. De usucapione pro emptore, vel transactione, 26. De usucapione pro donato, 27. De usucapione pro dote, 28. De usucapione pro herede, 29. Communia de usucapionibus, 30. De usucapione transformanda & sublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi, 31. De adquirenda & retinenda possessione, 32. De præscriptione longi temporis, decem, vel viginti annorum, 33. In quibus causis cessat longi temporis præscriptio, 34. Quibus non objicitur longi temporis præscriptio, 35. Si adversus creditorem præscriptio opponatur, 36. De quadriennii præscriptione, 37. Ne rei dominicæ, vel templorum vindicatio temporis præscriptione submoveatur, 38. De præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, 39. De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diversis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus earum, 40. De alluvionibus & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis, 41.

Sententiæ.

De sententiis præfectorum prætorio, 42. Quomodo & quando judex sententiam proferre debeat præsentibus partibus, vel una parte absente, 43. De sententiis ex periculo recitandis, 44.

De sententiis & interlocutionibus omnium judicum, 45. De sententia, quæ sine certa quantitate profertur, 46. De sententiis, quæ pro eo quod interest, proferuntur, 47. Si a non competente judice judicatum esse dicatur, 48. De pœna judicis, qui male judicavit, vel ejus qui judicem, vel adversarium corrumpere curavit, 49. Sententiam rescindi non posse, 50. De fructibus & litium expensis, 51. De re judicata, 52. De executione rei judicatæ, 53. De usuris rei judicatæ, 54. Si plures una sententia condemnati sunt, 55. Quibus res judicata non nocet, 56. Comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, auctoritatem rei judicatæ non habere, 57. Si ex falsis instrumentis, vel testimoniis judicatum sit, 58. De confessis, 59. (Res) inter alios acta, vel judicata aliis non nocere, 60. De relationibus, 61.

Appellationes.

De appellationibus & consultationibus, 62. De temporibus & reparationibus appellationum, seu consultationum, 63. Quando provocare non est necesse, 64. Quorum appellationes non recipiuntur, 65. Si pendente appellatione mors intervenerit, 66. De his, qui per metum judicis non appellarunt, 67. Si unus ex pluribus appellaverit, 68. Si de momentanea possessione fuerit appellatum, 69. Ne liceat in una eademque causa tertio provocare, vel post duas sententias judicum, quas definitio præfectorum roboraverit, eas retractare, 70. Qui bonis cedere possunt, 71. De bonis auctoritate judicis possidendis, seu venundandis, & de separationibus bonorum, 72. De privilegio fisci, 73. De privilegio dotis, 74. De revocandis his, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, 75.

LIBER VIII.

Interdicta.

De interdictis, 1. Quorum bonorum, 2. Quorum legatorum, 3. Unde vi, 4. Si per vim, vel alio modo absentis perturbata sit possessio, 5. Uti possidetis, 6. De tabulis exhibendis, 7. De liberis exhibendis seu deducendis, & de libero homine exhibendo, 8. De precario & Salviano interdicto, 9. De ædificiis privatis, 10. De operis novi nuntiatione, 11. De operibus publicis, 12. De ratiociniis operum publicorum, & patribus civitatum, 13.

Pignora, & Hypothecæ.

De pignoribus & hypothecis, 14. In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur, 15. Si aliena res pignori data sit, 16. Quæ res pignori obligari possunt, vel non: & qualiter pignus contrahatur, 17. Qui potiores in pignore habeantur, 18. De his, qui in priorum creditorum locum succedunt, 19. Si antiquior creditor pignus vendiderit, 20. Si communis res pignori data sit, 21. De prætorio pignore: & ut in actionibus debitorum missio prætorii pignoris procedat, 22. Si in causa judicati pignus captum sit, 23. Si pignus pignori datum sit, 24. De partu pignoris, & omni causa, 25. De remissione pignoris, 26. Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri posse, 27. De distractione pignorum, 28. Debitorem venditionem pignoris impedire non posse, 29. Si vendito pignore agatur, 30. De luitione pignoris, 31. Si unus ex pluribus heredibus creditoris, vel debitoris partem suam debiti solverit, vel acceperit, 32. Si pignoris conventionem numeratio pecuniæ sequuta non fuerit, 33. De jure dominii impetrando, 34. De pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda, 35.

Exceptiones quædam.

De exceptionibus seu præscriptionibus, 36. De litigiosis, 37.

Stipulationes.

De contrahenda & committenda stipulatione, 38. De inutilibus stipulationibus, 39. De duobus reis stipulandi & promittendi, 40. De fidejussoribus & mandatoribus, 41. De novationibus & delegationibus, 42. De solutionibus & liberationibus, 43. De acceptilationibus, 44. De evictionibus, 45. Creditorem evictionem (pignoris) non debere, 46.

Patria potestas.

De patria potestate, 47. De adoptionibus, 48. De emancipationibus liberorum, 49. De ingratis liberis, 50. De postliminio reversis, & de redemptis ab hostibus, 51. De infantibus expositis liberis & servis, & de his, qui sanguinolentos nutriendos acceperunt, 52.

Consuetudo.

Quæ sit longa consuetudo, 53.

Donationes.

De donationibus, 54. De donationibus quæ sub modo, vel conditione, vel certo tempore conficiuntur, 55. De revocandis donationibus, 56. De mortis causa donationibus, 57. De infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatis, & (de) decimariis sublatis, 58. De jure liberorum, 59.

LIBER IX.

Judicia publica.

De his, qui accusare non possunt, 1. De accusationibus & inscriptionibus, 2. De exhibendis, & transmittendis reis, 3. De custodia reorum, 4. De privatis carceribus inhibendis, 5. Si reus, vel accusator mortuus fuerit, 6. Si quis imperatori maledixerit, 7. Ad legem Juliam majestatis, 8. Ad legem Juliam de adulteriis & stupro, 9. Si quis eam, cujus tutor fuerit, corruperit, 10. De mulieribus quæ se servis propriis junxerunt, 11. Ad legem Juliam de vi publica, vel privata, 12. De raptu virginum, seu viduarum, nec non sanctimonialium, 13. De emendatione servorum, 14. De emendatione propinquorum, 15. Ad legem Corneliam de sicariis, 16. De his, qui parentes, vel liberos occiderunt, 17. De maleficis & mathematicis, & cæteris similibus, 18. De sepulchro violato, 19. Ad legem Fabiam de plagiariis, 20. Ad legem Viselliam, 21. Ad legem Corneliam de falsis, 22. De his, qui sibi adscribunt in testamento, 23. De falsa moneta, 24. De mutatione nominis, 25. Ad legem Juliam de ambitu, 26. Ad legem Juliam repetundarum, 27. De crimine peculatus, 28. De crimine sacrilegii, 29. De seditiosis & his, qui plebem contra Rempub. audent colligere, 30. Quando civilis actio criminali præjudicet, & an utraque ab eodem exerceri possit, 31. De crimine expilatæ hereditatis, 32. De vi bonorum raptorum, 33. De crimine stellionatus, 34. De injuriis, 35. De famosis libellis, 36. De abigeis, 37. De Nili aggeribus non rumpendis, 38. De his, qui latrones, vel aliis criminibus reos occultaverint, 39. De requirendis (reis,) 40. De quæstionibus, 41. De abolitionibus, 42. De generali abolitione, 43. Ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur, 44. Ad senatusconsultum Turpillianum, 45. De calumniatoribus, 46. De pœnis, 47. Ne sine jussu principis certis judicibus liceat confiscare, 48. De bonis proscriptorum, seu damnatorum, 49. De bonis eorum, qui mortem sibi consciverunt, 50. De sententiam passis & restitutis, 51.

LIBER X.

Fiscalia.

De jure fisci, 1. De conveniendis fisci debitoribus, 2. De fide & jure hastæ fiscalis, & de actionibus, 3. De venditione rerum fiscalium cum privatis communium, 4. Ne fiscus rem quam vendidit, evincat, 5. De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt, 6. Pœnis fiscalibus creditores præferri, 7. De fiscalibus usuris, 8. De sententiis adversus fiscum latis retractandis, 9. De bonis vacantibus, & de incorporatione, 10. De delatoribus, 11. De petitionibus bonorum sublatis, 12. De his, qui se deferunt, 13. Si liberalitatis imperialis socius sine herede decesserit, 14. De thesauris, 15. De annonis & tributis, 16. De indictionibus, 17. De superindicto, 18. De exactoribus tributorum, 19. De superexactionibus, 20. De capiendis & distrahendis pignoribus tributorum causa, 21. De apochis publicis, & de descriptionibus curialibus, & de distributionibus civilibus, 22. De canone largitionalium titulorum, 23. Ne operæ a collatoribus exigantur, 24. De immunitate nemini concedenda, 25. De conditis in publicis horreis, 26. Ut nemini liceat in emptione specierum se excusare, & de munere sitocomiæ, 27. De collatione donatorum, vel relevatorum, aut translatorum, seu adæratorum, 28. De collatione æris, 29. De discussoribus, 30.

Curiæ, Civitatum Munera, & eorum excusationes.

De decurionibus & filiis eorum: & qui decuriones habeantur: & quibus modis a fortuna curiæ liberentur, 31. Si servus, aut libertus ad decurionatum aspiraverit, 32. De prædiis decurionum sine decreto non alienandis, 33. Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum: & de modo distributionis eorum, 34. De imponenda lucrativa descriptione, 35. De præbendo solario, 36. Si curialis relicta civitate rus habitare maluerit, 37. De municipiis [&] originariis, 38. De incolis & ubi quis domicilium habere videtur, & de his, qui studiorum causa in alia civitate degunt, 39. De honoribus & muneribus non continuandis inter patrem & filium, & de intervallis, 40. De muneribus patrimoniorum, 41. Quemadmodum civilia munera indicuntur, 42. De his, qui sponte publica munera suscipiunt, 43. De his, qui a principe vacationem acceperunt, 44. De vacatione publici muneris, 45. De decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda, 46. De excusationibus munerum, 47. De quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare, 48. Qui ætate vel professione se excusant, 49. Qui morbo se excusant, 50. De his, qui numero liberorum, vel paupertate excusationem meruerunt, 51. De professoribus & medicis, 52. De athletis, 53. De his, qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt, 54. Quibus muneribus excusantur hi qui post impletam militiam, vel advocationem per provincias suis commodis vacantes commorantur, & de privilegiis eorum; & de conductoribus vectigalium fisci, 55. De libertinis, 56. De infantibus, 57. De reis postulatis, 58. De his, qui in exilium dati, vel ab ordine moti [sunt,] 59. De filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur, 60. De periculo successorum parentis, 61. De mulieribus, & in quo loco munera sexui congruentia, vel honores agnoscant, 62. De legationibus, 63. De excusationibus artificum, 64. De potioribus ad munera nominandis, 65. Si propter inimicitias creatio facta sit, 66. De sumptuum recuperatione, 67. Si post creationem quis decesserit, 68. De tabulariis, scribis, logographis, & censualibus, 69. De susceptoribus, præpositis, & arcariis, 70. De ponderatoribus & auri illatione, 71. De auri publici prosecutoribus, 72. De his, quæ ex publica collatione illata sunt, non usurpandis, 73. De auro coronario, 74. De irenarchis, 75. De argenti pretio, quod thesauris infertur, 76.

LIBER XI.

Patrimonialia.

Hic agitur de navigiis vid. t. 1. ad 5. Monetis, t. 6. Vestibus, t. 7. 8. armis, t. 9. Nummis t. 10. Frenis, sellis, baltheis & simili sumptu, t. 11. Classicis, t. 12. Corporibus & collegiis, universitatibus, civitatibus, t. 13. ad 21. Frumento & annonis t. 22. ad 28. Municipiis, rebus publicis, t. 29. ad 39. Spectaculis, ludis, aquæductibus, gladiatoribus, venatione, majuma, armorum usu, t. 40. ad 46.

De naviculariis, seu naucleris publicas species transportantibus, & de tollenda lustralis auri collatione, 1. De prædiis & omnibus rebus naviculariorum, 2. De navibus non excusandis, 3. Ne quid oneri publico imponatur, 4. De naufragiis, 5. De metallariis & metallis, & procuratoribus metallorum, 6. De murilegulis & gynæciariis, & procuratoribus gynæcii: & de monetariis, & de bastagariis, 7. De vestibus holoberis & auratis, & de intinctione sacri muricis, 8. De fabricensibus, 9. De veteris numismatis potestate, 10. Nulli licere in frenis & equestribus sellis, & in baltheis margaritas & smaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis, 11. De classicis, 12. De decurialibus urbis Romæ, 13. De privilegiis corporatorum urbis Romæ, 14. De pistoribus, 15. De suariis & susceptoribus vini, [& cæteris corporatis,] 16. De collegiatis, & chartopratis, & nummulariis, 17. De studiis liberalibus urbis Romæ & Constantinopolitanæ, 18. De honoratorum vehiculis, 19. De privilegiis urbis Constantinopolitanæ, 20. De metropoli Beryto, 21. De canone frumentario urbis Romæ, 22. De frumento urbis Constantinopolitanæ, 23. De annonis civilibus, 24. De mendicantibus validis, 25. De nautis Tiberinis, 26. De frumento Alexandrino, 27. De Alexandriæ primatibus, 28. De jure Reipublicæ, 29. De administratione rerum publicarum, 30. De vendendis rebus civitatis, 31. De debitoribus civitatum, 32. De periculo nominatorum, 33. De periculo eorum, qui pro magistratibus intervenerunt, 34. Quo quisque ordine conveniatur, 35. Ne quis liber invitus actum reip. gerere cogatur, 36. Sumptus injuncti muneris ad omnes collegas pertinere, 37. De his, qui ex officio quod administraverunt, conveniuntur, 38. De solutionibus & liberationibus debitorum civitatis, 39. De spectaculis & scenicis, & lenonibus, 40. De expensis publicorum ludorum, 41. De aquæductu, 42. De gladiatoribus penitus tollendis, 43. De venatione ferarum, 44. De majuma, 45. Ut armorum usus inscio Principe interdictus sit, 46.

Agricolæ, coloni, censiti.

De his t. 47. ad 49. Colonis & rusticanis, t. 50. & deinceps. Agris, fundis, pascuis, saltibus, prædiis, eorum mancipiis, conductoribus, procuratoribus, exactoribus, t. 58. & deinceps. Domo principis & Augustæ, grege, palatiis & hortis, t. 71. ad finem usque.

De agricolis, & censitis & colonis, 47. De capitatione civium censibus eximenda, 48. In quibus causis coloni censiti dominos accusare possint, 49. De colonis Palæstinis, 50. De colonis Thracensibus, 51. De colonis Illyricianis, 52. Ut nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, vel vicos eorum, 53. Ne rusticani ad ullum obsequium devocentur, 54. Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, 55. Ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur, 56. De censibus, & censitoribus & peræquatoribus, & inspectoribus, 57. De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur, 58. De fundis limitrophis, & terris, & paludibus & pascuis & limitaneis, vel castellorum, 59. De pascuis publicis, vel privatis, 60. De fundis patrimonialibus & saltuensibus & emphyteuticis, & conductoribus eorum, 61. De mancipiis, & colonis patrimonialium, & saltuensium, & emphyteuticorum fundorum, 62. De fugitivis colonis patrimonialibus saltuensibus & emphyteuticis, 63. De collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticariorum, 64. De fundis rei privatæ, & saltibus divinæ domus, 65. De fundis & saltibus rei dominicæ, 66. De agricolis & mancipiis dominicis, vel fiscalibus reipublicæ vel privatæ, 67. De prædiis tamiacis, & de his, qui ex colonis dominicis, aliisque liberæ conditionis procreantur, 68. De diversis prædiis urbanis, & rusticis templorum, & civitatum, & omni reditu civili, 69. De locatione prædiorum civilium, [vel] fiscalium, sive templorum, sive rei privatæ, [vel] dominicæ, 70. De conductoribus & procuratoribus sive exactoribus prædiorum fiscalium, domus Augustæ, 71. Quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet, 72. De collatione fundorum fiscalium, vel rei privatæ, vel dominicæ, vel civitatum, vel templi, 73. De privilegiis domus Augustæ, vel rei privatæ, & quarum collationum excusationem habent, 74. De grege dominico, 75. De palatiis & domibus dominicis, 76. De cupressis ex luco Daphnensi, vel Perseis per Ægyptum non excidendis, vel vendendis, 77.

LIBER XII.

Palatina:

Seu de personis, quæ sunt in dignitate, t. 1. Senatoriæ (illustres, t. 2. ad 6. Spectabiles, t. 8. ad 15. Clarissimæ, t. 16. ad 31., Equestris, tit. 32. Perfectissimæ, t. 33. Militares, t. 34. ad 52. Apparitoriæ, seu aliis apparentes, t. 53. ad finem.

De dignitatibus, 1. De prætoribus & de honore præturæ, & collatione, & gleba, & folli, & septem solidorum functione sublata, 2. De consulibus & non spargendis ab his pecuniis: & de Præfectis & Magistris militum, & Patriciis, 3. De præfectis prætorio, sive urbi, & magistris militum in dignitatibus exæquandis, 4. De præpositis sacri cubiculi, & de omnibus cubiculariis, & privilegiis eorum, 5. De quæstoribus & magistris officiorum, & Comitibus sacrarum largitionum, & rei privatæ, 6. De primicerio, secundicerio, & Notariis, 7. Ut dignitatum ordo servetur, 8. De Magistris sacrorum scriniorum, 9. De comitibus consistorianis, 10. De Comitibus & tribunis scholarum, 11. De Comitibus rei militaris, 12. De Comitibus & Archiatris sacri palatii, 13. De Comitibus, qui provincias regunt, 14. De Professoribus, qui in urbe Constantinopolitana docentes, ex lege comitivam meruerunt, 15. De silentiariis & decurionibus eorum, 16. De domesticis & protectoribus, 17. De præpositis laborum, 18. De proximis sacrorum scriniorum, cæterisque qui in sacris scriniis militant, 19. De agentibus in rebus, 20. De præpositis agentium in rebus, 21. De principibus agentium in rebus, 22. De Curiosis & stationariis, 23. De Palatinis sacrarum largitionum, & rerum privatarum, 24. De Stratoribus, 25. De Castrensianis & ministerianis, 26. De Decanis, 27. De Mensoribus, 28. De privilegiis eorum, qui in sacro palatio militant, 29. De privilegiis scholarum, 30. De castrensi omnium palatinorum peculio, 31. De equestri dignitate, 32. De perfectissimatus dignitate, 33. Qui militare possunt, vel non possunt, & de servis ad militiam, vel dignitatem adspirantibus: & ut nemo duplici militia, vel dignitate & militia [simul] utatur, 34. Negotiatores ne militent, 35. De re militari, 36. De castrensi peculio militum, & præfectianorum, 37. De erogatione militaris annonæ, 38. De excoctione & translatione militarium annonarum, 39. De militari veste, 40. De metatis & epidemeticis, 41. De salgamo hospitibus non præstando, 42. De commeatu, 43. De tyronibus, 44. De littorum, & itinerum custodia, 45. De desertoribus & occultatoribus eorum, 46. De veteranis, 47. De filiis officialium militarium, qui in bello moriuntur, 48. De oblatione votorum, 49. De numerariis, & actuariis, & chartulariis, & adjutoribus scriniariis, & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorumque judicum, tam civilium, quam militarium, 50. De cursu publico, angariis, & parangariis, 51. De Tractatoriis & stativis, 52. De Apparitoribus præfectorum prætorio, & privilegiis eorum, 53. De Apparitoribus præfecti urbis, 54. De Apparitoribus magistrorum militum, & de privilegiis eorum, 55. De apparitoribus proconsulis & legati, 56. De apparitoribus comitis Orientis, 57. De cohortalibus, principibus cornic
ulariis, ac primipilaribus, 58. De apparitoribus præfecti annonæ, 59. De diversis officiis, & apparitoribus judicum, & probatoriis eorum, 60. De executoribus & exactoribus, 61. De lucris advocatorum, & concussionibus officiorum, sive apparitorum, 62. De primipilo, 63. Publicæ lætitiæ, vel consulum nuntiatores, vel insinuatores constitutionum, & aliarum sacrarum, vel judicialium literarum, ex descriptione, vel ab invitis ne quid accipiant immodicum, 64.

INDEX

INDEX
TITULORUM CODICIS
ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS.

Prior numerus librum, posterior titulum indicat.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

De Re

I N D E X
OMNIUM LEGUM ET AVTHENTICARUM TOTIUS CODICIS,
ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS.

Ad pro-

O.

P.

Q.

Quisquis

Si contra

Si Patro-

T.

V.

Z.

DE RATIONE ORDINIS
A
JURISCONSULTO IN CODICE SERVATI.

P*Roœmia*, quæ ad constitutionum compositionem pertinent.

De novo codice faciendo 1. in Gregoriano Codice continebantur leges ab Adriano ad Valerianum: in Hermogeniano a Claudio ad Diocletianum: in Theodosiano a Constantino ad Theodosium: Aliæ quoque erant leges latæ a Theodosio ad tempora Justiniani. Hac constitutione Justinianus declarat sibi curæ esse, ut hæ omnes constitutiones in unum Codicem (quem novum & Justinianeum vocari jubet) redigantur, & in titulos disserantur.

De Justinianeo Codice confirmando 2. Hæc constitutio lata est anno circiter 531.

De emendatione Codicis Justinianei 3. Hac constitutione lata anno 536. circiter, jubet Codicem novum repurgari; atque is est, quo nunc utimur, qui ideo repetitæ prælectionis seu lectionis vocatur.

LIBER PRIMUS.

Objecta constitutionum sunt jus publicum vel privatum.

De jure publico, quod consistit vel in

Sacris, in quibus consideramus

Jus ipsum divinum, vel ipsam fidem & doctrinam.

De summa trinitate, & fide Catholica, & ut nemo de ea publice contendere audeat 1. id est, an unus Deus sit in tribus personis: item an Filius sit Patri ὁμοούσιος.

Res sacras.

De sacrosanctis Ecclesiis, id est, ædibus Deo consecratis, quæ & Dominica vocantur & de [*Rebus &*] *privilegiis earum* 2.

Personas, seu ministros veræ Ecclesiæ.

De Episcopis, a vigilantia sic dicti sunt, *& Clericis* a sorte qua antiquitus eligebantur, *& Orphanotrophis*, qui scilicet Orphanos substantiis destitutos aiunt; *Brephotrophis*, qui infantes; *Ptochotrophis*, qui pauperes & mendicos alunt; *Xenodochis* qui advenas egentes & debiles; *Asceteriis*, mulieribus scil. quæ totæ divinis meditationibus deditæ, *& Monachis & privilegiis eorum & castrensi peculio*, imitatione eorum qui in castris militant, sic dicto: *& de redimendis captivis*, ab iis scil. quibus ob eam causam aliquid relictum est, *& de nuptiis*, secundis scil. *Clericorum vetitis seu permissis*, 3. ante scil. Clericatum.

De Episcopali audientia, id est, notione Episcopi: neque enim jurisdictionem nec apparitorem, nec executionem habet, *& diversis capitulis, quæ ad jus*, quo in concilium adhibentur, *curamque* Clericorum, pauperum, captivorum, infantium expositorum & alimentorum, nuptiarum, testamentorum implendorum habent, *& reverentiam*, ut scil. ab iis appellari non possit, *pertinent Pontificalem* 4.

De ministris falsæ Ecclesiæ.

De Hæreticis, quorum hic multas species enumerat: ita dicti sunt a pertinaci electione opinionis. Est enim Hæresis pertinax in articulis fidei error, quos extirpare ad curam veri ministri pertinet, quique ab Ecclesiæ privilegiis ita alieni esse debent, ut & silentium illis imponi, loca adimi, eorum cœtus non Ecclesiæ, sed conventicula appellari debeant, *& Manichæis*, qui inter cætera Christo corpus phantasticum & veris humanitatis proprietatibus destitutum tribuebant, *& Samaritis* qui mixti erant ex Judaismo & Paganismo 5.

Ne sanctum baptisma iteretur 6. qui Baptismum iterant, Anabaptistæ dicuntur.

De Apostatis 7. hi sunt, qui penitus e Christiana religione defecerunt in aliam, quæ Christum aperte negat, qualis est Judæorum, Ethnicorum & Turcarum. Hoc epitheton Juliano Imperatori a scriptoribus Ecclesiasticis ob eam causam datum est.

Nemini licere signum, id est, effigiem (quidam signum crucis interpretantur) *Salvatoris Christi humi, vel in silice, vel in marmore, aut insculpere aut pingere* 8.

De Judæis, quibus id. synagogas permittunt, *& cælicolis* 9. possunt hi esse, quorum Prophetæ meminerunt, qui reginæ & militiæ cœli serviebant. Hier 44. Soph.

Ne Christianum mancipium, id est, servum *Hæreticus, vel Judæus, vel Paganus habeat vel possideat, vel circumcidat* 10.

De Paganis. Pagani dicuntur, qui quasi ex agrestium locorum compitis & pagis alieni sunt a civitate Dei, suntque hi, qui Gentilium sacra retinent, quæ in pagis diutius quam in urbibus custodita, quia rudiores difficilius a falsis abducuntur, utpote Juris ignari, *& sacrificiis*, eorum scil. tollendis, *& templis* eorum claudendis, *simulachris* 11. eorum tollendis & confiscandis.

De his, qui ad Ecclesiam confugiunt, ob æs alienum scil. vel delictum, *vel ibi exclamant*, quales sunt ii, qui tumultu quietem turbant, *& ne quis ab Ecclesia extrahatur*. 12. fruuntur enim jure Asylorum.

De his, qui in Ecclesiis manumittuntur 13. hæc manumissio introducta, quia non omnibus æque facile erat Romam ad comitia proficisci, & quacunque manumissione eam libertatem consequi.

Legibus.

De legibus, quarum ferendarum jus olim fuit penes populum Rom. de quibus in genere hic agit, & de earum observatione, ne Imperatore quidem excepto, & de fraude in eas commissa, & benigna & levi interpretatione non ad præterita negotia extendenda, *& constitutionibus Principum*, quarum condendarum jus a populo in Imperatores translatum est, *& edictis* 14.

De mandatis Principum 15.

De Senatusconsultis 16.

De veteri jure, Jus vetus appellat libros prudentum, quibus potestas de jure respondendi ab Imperatoribus data est, *enucleando*, id est, in ordinem redigendo, sublatis desuetis similibus & contrariis, utilibus in certos quosdam titulos redactis, *& de autoritate Juris prudentium, qui in Digestis referuntur* 17. æquata scil. ut Papiniani autoritas aliis non sit potior. Lex 1. hujus tit. refert propositum Justiniani de Jure enucleando: lex 2. juris jam emendati narrationem.

De Juris, de cujus speciebus variis supradictum est, *& facti*, id est, rei gestæ *ignorantia*. illius, ut certi ignorantia non excusat, hujus excusat 18.

De precibus, quas in proximo tit. vocat libellum, *Imperatori offerendis*, etiam a servo homine qui laudabili exemplo fidei mortem domini vendicare cupit, *& de quibus rebus supplicare liceat*, nempe pro dilatoria debiti solvendi, non peremptoria, præstita tamen cautione de solvendo ab impetrante, non autem de damnosis fisco, & semel tantum, nec contra sententiam Præfecti Prætorio, nec refert, a quo fiat impetratio, dum Juri non sit contraria, *vel non* 19.

Quando libellus Principi datus litis contestationem faciat 20.

Ut lite pendente, lis pendet jure civili a contestatione, Jure canonico post oblatum libellum, *vel post provocationem*, omissam scil. quia cum a sententia provocatur, nec rescriptum postea secutum retrahet ea, quæ judicata sunt, *aut de finitivam sententiam*, quæ non est appellatione rescissa scil. *nulli liceat Imperatori supplicare* 21.

Si contra jus vel utilitatem publicam vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel impetratum 22.

De diversis rescriptis: quibus scil. Princeps libellis supplicibus rescribit, quibus contraria est subreptio, & obreptio & incivilis petitio: diversa autem hic dicit, quia quædam jus non faciunt, quædam personalia & temporalia perpetua: valida, invalida, *& pragmaticis sanctionibus* 23. vel jussionibus scil. in quibus Princeps difficilius precibus respondet consilio adhibito ad relationem Judicum, neque ad preces singulorum & in privatis, sed civitatum & provinciatum.

De statuis & imaginibus 24. quæ interdum Imperatori, interdum Judicibus erigebantur.

De his, qui ad statuas confugiunt Principum scil. Ad statuas enim Imperatoris qui confugiunt, videntur Principi supplicare & auxilium petere contra violentiam alterius 25.

Magistratibus, qui sunt viva vox Juris civilis & legis, quorum tractatio considerari potest

In specie, suntque vel

Illustres

In provinciis.

De officio Præfecti prætoriorum, duo enim erant, *Orientis*, qui in Asia, & *Illyrici*, qui in Europa 26.

De officio Præfecti prætorio Africæ, quam Justinianus a Vandalis, qui eam occupaverant, recuperaverat, *& de omni ejus diœceseos statu* 27. qui status in septem provincias divisus erat. In lege 2. hujus Tit. mandat Justinianus Belisario, ut in trajectu Africæ, qui est contra Hispaniam, milites collocaret, qui observarent ea quæ in partibus Galliæ sive Francorum agerentur, ut mirum sit, cum Gallia Justiniano non paruerit, qui fiat ut in Galliis provinciæ reperiantur, quæ utantur hoc Jure a Justiniano conscripto, nisi si repetere libeat ab Alexandri Severi temporibus, sub quo Paulus scribit Gallos Lugdunenses, Viennenses, & Narbonenses juris esse Italici 30.

In urbe.

De officio Præfecti urbi 28. Constantinopoleos scil. neque enim meminit Romanæ: huic Præfecto cura urbis & centesimus ab ea lapis commissus erat, ultra centesimum Præfecti præt. erat.

In castris.

De officio Magistri militum 29. qui scil. in milites & eorum duces id poterat, quod Præfectus Prætorio in provinciales, & Præsides.

In aula.

De officio Quæstoris 30. Quæstor a quærenda pecunia primum dictus: Principes postea iis usi sunt ad orationes & epistolas & libellos in Senatu recitandos, quorum demum autoritas ita crevit, ut non tantum recitarent, sed componerent edicta & leges vice Principis. Quidam putant hac voce significari eum, quem Cancellarium vocamus.

De officio Magistri officiorum 31. aulicorum scil.

De officio Comitis sacrarum largitionum 32. Comes dictus a comitando sive sequendo. sacrarum largitionum dicitur, qui olim Præfectus ærario, deinceps Procurator fisci vocatus est.

De officio Comitis rerum privatarum 33.

De officio Comitis sacri palatii 34.

Spectabiles, quæ dignitas media est inter illustres & clarissimos.

De officio Proconsulis, qui in certas provincias mittebatur cum Imperio Consulari, *& legati*, qui Proconsuli dabatur 35. Proconsul & legatus cognoscebat de civilibus & criminalibus causis: item (*De officio Comitis sacri patrimonii*).

De officio comitis Orientis 36. Wesenbecius hic notat, hunc comitem Jurisdictionem non habuisse, sed Magistratuum actus & provincialium querelas observare, easque referre ad Principem solitum, ut ita differat a Præfecto Prætorio Orientis.

De officio Præfecti Augustalis 37. ita dicti, quod ab Augusto in Ægypto fuerit constitutus, hujus sedes erat Alexandria.

De officio Vicarii 38. Præfecto prætorio scil. hic vicarius in civilibus causis comitibus militum anteferebatur, in militaribus iisdem postponebatur.

Clarissimi.

Ordinarii.

In urbe. *De officio Prætoris* 39.

In provincia. *De officio Rectoris provinciæ* 40. is de falso cognoscebat, & ejus incidentibus & de causa proprietatis, de contumacibus ad Præfectum prætorio vel ad Imperatorem referebat. iidem si boni ut laudari, ita officio non fungentes accusari. De officialibus Præfectorum delinquentibus cognoscere debent.

Ut nulli patriæ suæ administratio, sine speciali permissu Principis permittatur 41.

De quadrimenstruis brevibus 42.

Extraordinarii.

De officio Præfecti vigilum 43.

De officio Præfecti annonæ 44.

In genere quos consideramus vel

In urbe scil. Constantinopoli & Romæ.

In Provincia & diœcesibus.

De officio civilium Judicum 45. quales sunt Præfecti urbis, Prætor, qui vel inter privatos vel inter militem actorem & privatum reum Jurisdictionem habent.

In Militia.

De officio militarium Judicum 46. quales sunt Comites, Magistri equitum & peditum, qui inter privatum actorem & militem reum cognoscunt.

Ne rei militaris comitibus vel tribunis lavacra præstentur 47.

Permixtim.

De officio diversorum Judicum 48. ne scil. jubeant matremfamilias de domo sua in publicum protrahi.

Ut omnes Judices tam civiles, quam militares post administrationem depositam L. dies in civitatibus vel certis locis permaneant 49. publice, & ante omnium, quos gubernaverunt, ora, ut pateat omnibus facultas libera, eorum furta atque etiam eorum crimina accusandi.

De officio ejus, qui vicem alicujus Judicis vel Præsidis obtinet 50.

De assessoribus, quorumcunque Judicum, scil. quales sunt ii, qui Judicibus assident ad consilia Judicibus danda, qui &

ideo Consiliarii vocantur, [*&*] *domesticis*, id est, uxore, liberis & familia, *& Cancellariis Judicum* 51. id est, scribis, actuariis, notariis, apparitoribus, lictoribus, satellitibus.
De annonis, Annona ab anno dicta annuam veluti alimoniam significans: hic pro rebus, quæ ad victum & vestimentum pertinent, sumitur, *& capitatione*, quidam legunt *capitu*. Est autem capitatio tributum, quod pro numero jugerum seu capitum, quæ erant in jugo, imponebatur: hic pro pabulis jumentorum & mulorum sumitur, *administrantium & eorum assessorum, aliorumve publicas solicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas consequuntur dignitates* 52.
De contractibus Judicum vel eorum, qui sunt circa eos & inhibendis donationibus in eos faciendis; & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent [*sine sanctione pragmatica*] 53. id est, nisi specialiter hoc concessum sit a Principe.
De modo multarum, Multa est pecuniaria coërcitio arbitrio Judicis irrogata, *quæ a Judicibus infliguntur* 54.
In Municipiis & singulis civitatibus.
De defensoribus civitatum 55. hi similem potestatem Tribunis pleb. consequebantur, erantque vulgi defensores & tenuiorum, & ex plebe sumebantur.
[*De Magistratibus municipalibus*] 56. qui ut plurimum erant Duumviri, & ex ordine Decurionum sumebantur. Horum quam defensorum, major erat potestas.
De officio Juridici Alexandriæ 57. Civitatis.

LIB. II.

DE JURE PRIVATO, quod in Judiciis redditur. Judiciorum alia sunt Civilia, alia criminalia. De civilibus ab initio hujus libri ad finem octavi dicetur: nono de criminalibus. Judicia constant tribus personis, Judice, Actore & Reo: de Judicibus multa superiori libro diximus, quædam de iisdem dicturi initio libri 3. de actoris & rei partibus antequam in ipso judicii actu versentur, videamus.

Actor.
De edendo 1. id est, de actione reo edenda & demonstranda, qua adversus eum in lite futura uti volumus. Hic titulus De edendo præponitur titulo de in Jus vocando contra quam in Pandectis, & melius: neque enim Judicia incipere debent a violenta in jus vocatione, sed potius ab editione actionis.
De in jus vocando 2. id est, adversario, ad Judicem, apud quem persecuturi sumus jus nostrum, hodie fieri consuevit per apparitores.

Reus & Actor.
De pactis 3.
De transactionibus 4.
De errore calculi 5. id est, rationum. Error sæpe committitur in pactis & transactionibus.
De postulando 6.
De advocatis diversorum Judiciorum 7. *de advocatis diversorum Judicum* 8.
De advocatis fisci 9.
De errore advocatorum vel libellos seu preces concipientium 10. id est, libellionum & referendariorum.
Ut quæ desunt advocatis partium, quod fit scil. quoties ab advocatis aliquid de jure ejus, cujus causam agit, omissum est, *Judex suppleat* 11. atque ita judicet.
Ex quibus causis infamia irrogatur 12. Infames non possunt esse advocati.
De procuratoribus 13. qui cum mandato aliena negotia gerunt & alienis causis, ii incumbunt solicitudine & operis ut advocati voce & consilio; nec infamia impedit, ut quis sit procurator, quod non idem est in advocatis.
De calumniatoribus, etsi infra titulo 59. seu ultimo hujus libri dicetur de Jurejurando propter calumniam dando: tamen hi tituli sequentes videntur impedire, ne reus ab adversario alterius patrocinium emendicante & ementiente veluti calumnia quadam in jus rapiatur.
Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare vel actiones in se transferre 14.
De his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt vel eorum nomina in litem prætendunt 15.
Ut nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia, id est, principis vel ejus liberorum *suspendat* 16. alias prædium vendicabitur fisco.
Ut nemini liceat sine Judicis autoritate, id est, propria autoritate, *signa rebus imponere, quas alius tenet* 17. id est, possidet.
Ne fiscus aut Respubl. procurationem alicui patrocinii causa in lite præstet 18.
De negotiis aliorum gestis 19. in Judicio vel extra ab eo qui mandatum non habuit.
De restitutionibus in integrum. Restituere est retro statuere seu revocare in pristinum statum id, quod cum aliqua læsione gestum fuit. Restitutio enim reponit & revocat omnia, quæ abstulit læsio. Hæ nobis competunt
Jure actionis, etsi nonnulli has duas sequentes restitutionis causas referunt ad officium Judicis.
De his, quæ vi metusve causa, metus est instantis vel futuri periculi causa trepidatio, *gesta sunt* 20.
De dolo malo 21. Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita.
Officio Judicis.
Minorum hæc ætas multis captionibus supposita est, cujus ideo Prætor tutelam suscepit.
In genere. *De in integrum restitutione minorum* [*25. annis*] 22.
An quæ restitutio minori data est, aliis personis prodesse possit.
De filiofamilias minore 23. Restitutio minori concessa non prodest ejus patri.
De fidejussoribus minorum 24. Restitutio minori concessa non prodest ejus fidejussori.
Si tutor vel curator intervenerit 25. & sit circumscriptus, restitutionem in integrum petet, ut res illi restituatur, eique dabitur personalis contra tutorem actio.
Si [*in*] *communi eademque causa in integrum restitutio postuletur* 26. Restitutio minori concessa non prodest majori cum pupillo rem, ob quam minor petiit restitutionem, communem habenti.
Causæ ex quibus restitutio datur, & personæ adversus quas minor restitutionem petit.
Si adversus rem judicatam restitutio postuletur 27.
Si adversus venditionem 28.
Si adversus venditionem pignorum 29.
Si adversus donationem 30.
Si adversus libertatem 31.
Si adversus transactionem vel divisionem [*in integrum minor restitui velit*] 32.
Si adversus solutionem a tutore, alii legunt a debitore, vel a se factam 33.
Si adversus dotem 34. ut quia dotem ultra vires sui patrimonii dedit.
Si adversus delictum 35.
Si adversus usucapionem, id est, eum, qui rem ejus usucepit, restitutio postuletur 36.
Si adversus fiscum 37. sive a fisco emerit vel ei vendiderit.
Si adversus creditorem 38.
Si minor, petierit scilicet, *ab hereditate se abstineat* 39. id est, illi liceat ab ea hereditate abstinere, cui se temere permiscuit.
Si (minor petat) *ut omissam hereditatem, vel bonorum possessionem vel quid aliud acquirat* 40.
In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est 41.
Qui minores, & *adversus quos in integrum restitui non possunt* 42. quando scilicet diligentes patresfamilias fuerunt & in actibus publicis se industrios docuerunt. Item contra parentes vel patronos.
Si minor se majorem dixerit [*vel major*] *probatus fuerit* 43.
Si sæpius, id est, si postquam repulsam passi sunt a petita in integrum restitutione *in integrum restitutio*, a minoribus scil. *postuletur* 44. non admittentur, nisi ex nova causa restitutionem petant.
De his, qui veniam ætatis impetraverunt 45.
Si major factus ratum habuerit 46.
Ubi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit 47.
De reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis 48. Restitutio minori concessa omnia in pristinum statum restituit: sed si minor fundum a se venditum cum fructibus sibi restitui petat, non audietur, nisi pretium, quod accepit & usuras pretii item sumptus meliorati fundi restituat, quorum omnium reputatio fieri debet in Judicio restitutionis in integrum. Reputationibus igitur minuitur judicium in integrum restitutionis.
Etiam per procuratorem causam restitutionis in integrum agi posse 49.
In integrum restitutione postulata, a minore scil. *ne quid novi fiat* 50. atque ita omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur, sicut & alias pendente lite, quo tempore sententia non poterit executioni mandari.
De restitutionibus militum & eorum qui reip. causa absunt 51. quibus dari solet restitutio ob damni qualitatem dimidiam justi pretii excedentis.
De uxoribus militum & eorum, qui reip. causa absunt 52. quorum uxoribus, si eos secutæ fuerint, & per absentiam damnum passæ sint, solet dari restitutio in integrum.
De temporibus in integrum restitutionis tam minorum, & aliarum personarum, quæ restitui possunt, quam etiam heredum eorum 53.
Quibus ex causis majores in integrum restituantur 54. si legatione fungebantur, si in carcere aut captivitate erant tunc, cum damnum passi sunt, vel si læsi sunt.
De alienatione Judicii mutandi causa facta 55. Talis alienatio debet rescindi.
De receptis arbitris 56. Id est, compromissariis. Officium boni Judicis est facere, ut lites arbitrio potius definiantur quam in Judicium veniatur. Titulus Digestorum plenior est, in quo legimus de receptis arbitris, & ut sententiam dicant.
De satisdando 57. Procurator cavere tenetur de causa defendenda & Judicato solvendo.

Actor.
De formulis & impetrationibus actionum sublatis 58. olim impetrari solitæ erant, antequam Judex adiretur. Potuisset hic titulus commodissime subjungi titulo de edendo *supra*.
De Jurejurando propter calumniam dando 59. ab actore scil. se non animo calumniandi litem intendere.

LIB. III.

Judex & de ipsis Judiciis.

Judex.
De judiciis 1. seu de officio Judicum, quod versatur in ipso Judicii actu.
De sportulis, hoc est salariis personarum forensium, *& sumptibus in diversis judiciis faciendis*, & *de executoribus litium* 2.
De pedaneis Judicibus 3. sic dicti, quod non pro tribunali (quod eminens erat) sed de plano stantes aut sedentes judicarent, quibus singulæ causæ a magistratibus cognoscendæ delegabantur. Alii dictos ita putant, quod ad pedes tribunalis in minoribus subselliis jus dicerent.
Qui pro sua Jurisdictione Judices dare, hi scilicet, qui Jurisdictionem ordinariam habent, *darive possunt* 4.
Ne quis in sua causa judicet, *vel Jus dicat* 5. definiendo vel arbitrando, vel interloquendo.

Actor & Reus.
Qui legitimam personam [*standi*] *in Judiciis habeant vel non* 6. Pupillus & servi nisi in quibusdam casibus &c.

Actor.
Ut nemo invitus agere, in civilibus scil. *vel accusare*, in criminalibus, *cogatur* 7. hac tamen exceptione uti non poterit actor, negans se compelli ad litem persequendam.

Reus & quædam ejus exceptiones, quas reo solet opponere.
De ordine Judiciorum 8. Is ordo in Judiciis observatur, ut de causis præjudicialibus, majoribus, criminalibus, directis, possessionum prius cognoscatur: cumulari tamen interdum possunt.
De litis contestatione 9. quæ est principium & exordium Judiciorum formale, fitque litis contestatio non simplici causæ narratione, citatione, aut postulatione: sed rei negatione & contradictione.
De plus petitionibus 10. oppositis Actori: pluris enim petitio ut inepta olim jactura causæ constabat.
De dilationibus 11. a Judice datis, quæ sæpissime a Reo petuntur, ut vel instrumenta suasque rationes proferat, personas etiam exhibeat.
De feriis 12. quæ sunt dilationes a lege datæ.
De Jurisdictione omnium Judicum, *& de foro competenti* 13. Judicis incompetentis Jurisdictionem reus invitus non cogitur subire. Causæ, quæ forum competens afficiunt, sunt, Lex, consuetudo, partium conventio, Judicis præventio, negligentia & justitiæ denegatio, origo propria vel paterna, domicilium, privilegium, contractus.
Quando Imperator inter pupillos, vel viduas, vel miserabiles personas cognoscat & ne exhibeantur 14. id est, avocentur a suo foro, suaque provincia, etsi tales personæ possint extra suum forum adversarios extrahere.
Ubi de criminibus agi oporteat 15. ibi scil. ubi vel crimen est commissum, vel causa inchoata, vel ubi deprehenditur reus habere domicilium.
Ubi de possessione agi oporteat 16. Ubi ea sita est: is, qui vi dejectus est agere potest.
Ubi fideicommissum peti oporteat 17. Ubi relicta est hereditas, ibi fideicommissum peti debet.
Ubi conveniatur, qui certo loco dare promisit 18.
Ubi in rem actio exerceri debeat 19.
Ubi de hereditate agatur, vel ubi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant 20. Ubi res sunt sitæ, Judicium ibi possessorium agitatur: petitorium in loco domicilii heredis & ejus, qui convenitur.
Ubi de ratiociniis, id est, de administrationibus & negotiis *tam publicis quam privatis agi oporteat* 21. eo loco scil. quo administratio gesta est cum propter instructionem sufficientem tum notitiam testimoniorum.
Ubi de causa status agi debeat 22.
Ubi quis de curiali, Curiales sunt, qui alicui curiæ obnoxii. Curia autem in municipiis erat locus in quo concilium publicum habebatur, *vel cohortali*. Cohortales erant officia & apparitores Præsidis in provinciis, *aliave conditione conveniatur* 23.
Ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur 24.
In quibus causis militantes, de quacunque militia hoc intelligit, *fori præscriptione*, qua forum ut incompetens declinant, *uti non possunt* 25.

Ubi

Ubi causæ fiscales, vel divinæ domus, id est, Principis, *hominumque ejus agantur* 26.
Quando liceat unicuique sine judice se vindicare, quoties vis illi infertur, *vel publicam devotionem* 27. vindicare. Publicam devotionem vocat privatam cujusque defensionem, quam permitti ex Jure publico, & omnium votis interest.

De Actionibus. Omnium actionum, quibus inter aliquos Judices arbitrosve de quacunque re quæritur, hæc summa seu præcipua genera esse possunt, sunt enim vel

Vindicationes, quibus agimus adversus eum, qui nullo jure nobis obligatus est ex contractu, delicto vel quasi, movemus tamen ei de aliqua re controversiam, & in rem actiones vocantur, nobisque competunt quoties dominium rei nobis asserimus, cujus possessio apud alium sit, suntque vel

Universales, seu universitatis.

De inofficioso testamento 28. Officium dicitur ab efficiendo vel officiendo, quod unusquisque efficere debeat, vel ut nulli officiat, servata honestate loci, temporis & personarum. Huic contrarium est inofficiosum censeri: quoties igitur parentes liberos suos legitimos sine causa (possunt enim id facere, deliniti novercalibus odiis vel furore) exheredant aut prætereunt, permittitur liberis de inofficioso testamento agere, quod judicium accusatio non vocatur, sed querela, quæ vox modestiæ causa usurpata est.

De inofficiosis donationibus 29. factis a parentibus inter vivos in fraudem liberorum, ideoque si liberi nascuntur donatoribus postquam suas facultates exhauserunt donationibus, tum non penitus rescinditur donatio, sed pars bonorum donatorum, & quantum sufficit ad legitimam portionem hereditatis consequendam repetitur. Quidam tamen volunt penitus revocari, cum non sit verisimile patrem alienas successiones suorum necessitatibus anteponere.

De inofficiosis dotibus 30. a matre scil. marito datis, quæ dodrantem excedunt, aut consumunt omnia bona materna, ut liberis postea non sit salva legitima.

De petitione hereditatis 31. hæc actio introducta est, quia defunctorum bona plerunque injuste occupantur, vel ab his, qui causam testamenti vel ab intestato prætendunt, vel a prædonibus, estque in rem & personam. Competit ei, qui heres est ex testamento eo jure facto, vel ab intestato, & heredi heredis adversus eum, qui pro herede vel possessore possidet rem hereditariam etiam minimam: pro herede possidet qui putat se heredem vel justum possessorem, adversus denique quemcumque possidentem competit.

Rei singularis, suntque res vel

Corporales, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum & aliæ innumerabiles.

De rei vindicatione 32. si rem corporalem possideas quam meam esse affirmem, & te ejus dominum asseras, in rem actio erit.

Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea quæ in jure consistunt, sicut ususfructus, usus hereditatis & jura prædiorum urbanorum & rusticorum quæ servitutes vocantur, suntque vel

Personarum.

De usufructu & habitatione, & ministerio servorum 33. ususfructus est jus alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. minus juris est in usu quam in usufructu, differtque a proprietate.

Prædiorum, quæ & reales, quia rei a re debentur.

De servitutibus, & aqua 34. προθύσιρον hic notat Cujacius. Cæterum servitutes prædiorum aliæ sunt urbanæ vel rusticæ. Prædia urbana sunt ædificia ad usum familiarem extructa sive in urbe sive in agro: neque enim locus sed usus facit urbanum prædium. Harum servitutum aliæ affirmativæ, quæ potestatem faciendi conferunt, ut tigni in vicini parietem immittendi: aliæ negativæ, quibus nobis competit Jus prohibendi, ne talia in prædiis urbanis fiant, utputa, ne vicinus ædes suas altius tollat. Rustica vero prædia non sunt ædificium, sed fundus rebus rusticis, & agriculturæ idoneus, quorum servitutes sunt iter, actus, via, aquæductus &c.

Noxales, de quibus titulus *infra* legitur.

De lege Aquilia 35. hæc lex persequitur damnum datum injuria, id est, culpa: per quam alterum etiam lædi iniquum est, etiam si dolus absit: hujus primum caput pertinebat ad damnum injuria datum alterius servo, quadrupedi, vel pecudi: tertium caput ad damnum cæteris rebus datum. Cæterum improprie Aquilia lex dicitur, est enim Plebiscitum.

Actiones mixtæ in rem & personam.

Familiæ erciscundæ 36. Familiæ vocabulum significat res, quæ ad substantiam patrimonii pertinent. Erciscere ab ἐρκίζω, id est, divido, deducitur, ideoque hæc actio competit heredibus pro dividenda hereditate, seu potius coheredi adversus coheredes, estque rei persecutoria in simplum, universalis, bonæ fidei, nasciturque post aditam hereditatem, quo tempore incipit esse communio.

Communi dividundo 37. Hæc actio inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut scil. illud dividatur, ne alias quis invitus in communione detineatur: differt a Judicio familiæ erciscundæ, quod heredibus tantum, & ex sola causa successionis & ad res universales petendas competit. Communi dividundo vero Judicio res singulæ & ex quacunque alia causa, quam successionis, ut puta ex contractibus petuntur.

Communia utriusque Judicii tam familiæ erciscundæ quam communi dividundo 38. In his duobus judiciis & sequenti, Judici permittitur rem uni litigatorum ex bono & æquo adjudicare, & si unus pars prægravata videbitur, cum certa pecunia alteri condemnare.

Finium regundorum 39. quo Judicio inter eos agitur qui confines agros habent. Regere hic discernere & constituere significat, vocaturque limitis & finalis actio, quæ id præstat, ut quis suis limitibus fruatur, nec alienos attingat. Proderit igitur ad imponendos & retinendos cum vicino fines, vel a venditore consequendos.

De consortibus ejusdem litis 40. huic tit. respondet titulus Digestorum, *De quibus rebus ad eundem Judicem eatur.*

De noxalibus actionibus 41. Noxa est ipsum servi caput, quod nocuit. Noxia est ipsum maleficium. Ex maleficiis servorum noxales actiones propositæ, quibus domino condemnato permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere: iniquum enim esset nequitiam servorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse. Quare noxæ deditione liberabitur.

Præparatoriæ.

Ad exhibendum 42. prodita est hæc actio explorandi causa, an de re, quam petimus nobis exhiberi, agere expediat, cum definire non possumus, an eadem sit, necne quam petere volumus, nisi ejus videndæ & contrectandæ potestas nobis fiat; & ne rei transformandæ facultas reo permittatur. Est autem Exhibere rei spectandæ copiam facere, & ad res mobiles proprie pertinet. Hac petere possumus nobis exhiberi liberos, servos, tabulas, testamenta, & instrumenta.

De [aleatoribus &] aleæ lusu 43. Quidam legunt de aleatoribus, alii utrunque: alii item conjungunt hunc titulum superiori, alii præponunt, alii subjungunt. Hic tit. videtur esse positus loco non suo. Usus autem aleæ ultra unum solidum hic non permittitur. Pecuniæ ludo amissæ præscriptio 50. annorum est. Blasphemiæ & perjuria circa aleam commissa vetantur.

Edictum de rebus sacris.

De religiosis & sumptibus funerum 44.

LIB. IV.

Conditiones, & earum species, quibus agimus cum eo, qui nobis obligatus est, vel ex contractu vel maleficio, quibus etiam intendimus adversarium nobis debere aut facere oportere. Competunt igitur nobis condictiones vel ex

Contractibus (de quasi contractibus a Titulo 28. sequentis libri dicetur) ex quibus variæ obligationes contrahuntur. Horum contractuum vis & natura hoc libro & sequenti ad finem usque Tituli 27. explicabitur.

Re. In specie: Constant autem

Re contrahi dicuntur, non quod consensu destituantur, sed quod re præcipue contrahantur, adeo ut absque re ne stipulatione quidem, non consistat hujusmodi obligatio, neque ad plus obligari possimus, quam re ipsa acceperimus.

De rebus creditis, hæc pars rejicitur in titulum sequentem, *& de Jurejurando* 1. de quo hic agitur. Cæterum si quis postulante adversario juraverit sibi deberi pecuniam, quam petit, neque ei solvatur, justissime ei accommodabitur talis in factum actio ad similitudinem Judicati, vel utilis, neque prætextu perjurii causa juramento rescissa retractabitur, nisi specialiter hac lege excipiatur. Jurisjurandi autem delatio ob inopiam probationum inventa est.

Si certum petatur 2. certum hic vocamus res, quæ pondere, numero, mensurave constant: his enim rebus constat mutui datio: Mutuumque dictum est quod ex meo tuum fiat, quod ita datur ut fiat accipientis, utque nobis non eædem res sed aliæ ac ejusdem naturæ & qualitatis reddantur.

De suffragio 3. Suffragium hic significat mercedem ob intercessionem & patrocinium alicui præstitum promissam, ad quam consequendam ei competit actio, cui promissa erit adversus eum, qui promisit.

De prohibita sequestratione pecuniæ 4. quam fieri actor a debitore petit eo instanti quo primum incipit ex aliquo contractu ab eo pecuniam postulare: est enim iniquum eam prius peti, quam debitor sit convictus. Sequestratio autem est rei litigiosæ depositum, sic dicta quod occurrenti aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur, vel quod ejus, qui electus est, fidem sequantur litigantes.

De condictione indebiti 5. is qui non debitum accepit ab eo, qui ei per errorem solvit, re obligatur, ac si mutuum accepisset, & in eum condictitia actio datur.

De condictione ob causam datorum 6. ob causam damus, quæ præterita est, vel quæ speratur: solet eo casu causa non secuta id, quod datum est, condici.

De condictione ob turpem causam 7.

De condictione furtiva 8. qua tenentur fures ex rebus a se subreptis.

De condictione ex lege & sine causa vel injusta causa 9. sine causa apud te est meum chirographum, si nihil credideris, vel si quod credidisti, tibi persolvero. Ex injusta causa apud te est, quod ex pacto injusto (ut puta ob dolum & vim) tenes.

Hic dicendum erat de commodato, deposito & pignore, contractibus, qui re perficiuntur: horum tamen tractatio rejecta est in tit. 23. 24. & 34. hujus lib.

In genere.

De obligationibus & actionibus 10.

Objecta obligationum, seu an ex alterius contractu & facto quis obligetur.

Ut actiones & ab heredibus & contra heredes incipiant 11.

Qui non tenentur.

Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore vel mater pro filio conveniatur 12.

Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono conveniatur 13.

An servus ex facto suo post manumissionem teneatur 14. hoc ideo quæsitum est, quia servus post manumissionem videtur esse alius ab eo qui fuit ante libertatem consecutam, quem ideo teneri non placet, nisi connexum id sit cum eo, quod post libertatem gessit.

Qui tenentur.

Quando fiscus vel privatus debitoris sui debitores convenire possit vel debeat 15. tunc scil. cum debitor condemnatus solvendo non est.

De actionibus hereditariis 16. quibus heres tenetur pro defuncto, ut successor juris universi: unde ut utilitates omnes hereditatis, ita & ejusdem onera & incommoda sustinere debet.

Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur 17. Quando lis est contestata vel defunctus judicatus.

De constituta pecunia 18. de constituta pecunia cum omnibus agitur, quicunque vel pro se vel pro alio se soluturos constituerint ac promiserint, nulla stipulatione interposita: nam alioqui si stipulanti promiserint, jure civili tenentur.

Adminicula quibus constat de obligatione.

De probationibus 19.

De testibus 20.

De fide instrumentorum & amissione eorum, qui allegat perditum instrumentum, tenetur probare, [*& de apochis*,] Apocha est, quæ debitori datur a creditore, quam vulgo Quitantiam vocamus, estque cautio in qua creditor se pecuniam a debitore accepisse testatur, *& antapochis, faciendis.* Antapocha datur a debitore creditori, qua fatetur debitor se pecuniam creditori persolvisse, idque introductum, ne debitor præscriptionem pensionum annuarum, quas debet, possit objicere: potest enim, si id faciat, vel suo scripto suaque antapocha convinci, *& de his, quæ sine scriptura fieri possunt* 21. In multis enim rebus scriptura tanquam substantialis requiritur, in aliis non æque. Ex contractu autem in scriptis nisi completa scriptura munda scilicet sine vitio & forma consueta observata fit, non dabitur actio.

Plus valere, quod agitur, id est, veritatem rei gestæ, *quam quod simulate concipitur* 22. quam scriptura, quæ simulata esse potest, ideoque qui subscripsit instrumento quod non relegit, existimans eo contineri vel quod mandavit, vel quod illi persuasum fuit, sibi nullum affert præjudicium.

Nunc redit ad duas alias species obligationum, quæ re perficiuntur, quas a tit. 9. hujus lib. in hunc locum distulerat.

De commodato 23. Is, cui res aliqua datur utenda, id est, commodatur, re obligatur, teneturque commodati actione. In commodato res non ita datur ut fiat accipientis, eamque ob causam is, qui rem accipit, tenetur de ipsa restituenda, nisi si aut vi majore, aut casu & sine sua culpa res illi ablata sit.

De pignoratitia actione 24. Creditor, qui pignus accepit, re obligatur, teneturque actione pignoratitia ad rem (quam in pignus accepit) debitori restituendam.

Hic quoque dicendum erat de deposito, cujus titulus in 34. hujus lib. rejectus est.

Objecta. Redit ad intermissum tractatum obligationum ex aliorum facto & contractibus descendentium, an scil. quis ex alterius contractu vel facto obligetur vel obligari potest.

De institoria & exercitoria actione 25. hæ duæ actiones dantur in solidum. Institor is est, qui negotiationibus & tabernæ præponitur. Taberna autem a Tabulis dicitur, estque locus, in quo res ad usum hominum necessariæ divenduntur, ut ab officio Officina in qua artifices operas suas exercent. Inde dictus est Institor, quod hujusmodi negotiis instet & in iis gerendis versetur. Exercitor autem is appellatur, ad quem quæstus, obventiones & reditus navis pertinent. Magister vero navis, cui totius navis anchora ab exercitore mandata est, cum hujusmodi magistris propter necessitatem navigandi, & Institoribus propter usum commerciorum sæpe contrahimus, ignari cujus sint conditionis, eoque nomine, si quid cum institore vel navis magistro aut eo, qui a magistro præpositus est

est, contraxerimus, datur nobis actio adversus eum, qui institorem tabernæ, Exercitorem vero qui navi magistrum præposuit.

Quod, si aliquid scil. *cum eo*, *qui in aliena* utpote patris vel domini *potestate est*, *negotium gestum esse dicetur*, actiones quæ sequuntur, nobis competunt, *vel de peculio*; Peculium erat priscis temporibus particula quædam gregis: nam a pecore peculium dicitur, quam parentes suis filiis, domini suis servis industriæ exercendæ causa concedebant: nunc vero summa quædam est pecuniæ eadem de causa concessa & a paternis dominicisque rationibus sejuncta, *sive quod jussu*, *aut de in rem verso* 26. Itaque si cum filio aut servo sine voluntate patris aut domini eorum aliquod negotium gessero, nihilque in res parentis aut eorum domini necessarias versum erit seu impensum, mihi dabitur in patrem vel dominum, de peculio actio, ut scilicet ab eo debitum eatenus consequar, quatenus peculium patitur: neuter vero mihi tenebitur ultra vires peculii. Si vero aliquid in rem eorum versum erit, id totum præstare tenebuntur actione de in rem verso, sed & in solidum adversus eos actio dabitur, si eorum jussu cum eorum vel filio vel servo contraxero: quoties enim ita contraho, fidem eorum secutus videor, & directo ab illis condici poterit, ac si principaliter cum illis negotium gestum esset.

An ut per alios obligari, ita per eosdem, alios obligare possumus.

Per quas personas nobis acquiratur 27. per nosmetipsos, per eos, quos in potestate habemus, servos usufructuarios & bona fide a nobis possessos &c.

Contraria seu exceptiones quædam adversus obligationes & condictiones, quæ ipsas obligationes aut enervant aut minuunt.

Ad SC. Macedonianum 28. quo quis prohibetur mutuum dare filiofam. ne filii onerati ære alieno, & creditis pecuniis, quas sæpissime in luxurias consumunt, vitæ parentum insidientur, ideoque hujus SC. exceptione cum ipse filius tum ejus parens adversus creditorem mutuum condicentem, defenduntur.

Ad SC. Velleianum 29. cujus exceptione utitur mulier (& ejus heres) adversus creditorem, cui se pro alio ream fecit. Mulieris tamen heres in quibusdam casibus Velleiano non juvatur.

De non numerata pecunia 30. sæpissime contingit cautiones scriptas creditoribus spe futuræ numerationis (quæ tamen postea facta non sit) dari: ideoque quoties id evenit, vel obligationem condicere vel exceptionem opponere de non numerata pecunia possumus.

De compensationibus 31. quæ oppositæ plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur quam ei debeatur, nostraque potius intereit debitum compensari quam solvi, estque compensatio debiti & crediti inter se contributio. Habet locum in iis tantum obligationibus, quæ constant pondere, numero & mensura.

Accessiones seu incrementa obligationum.

De usuris 32. terrenis. In solo mutuo consistunt usuræ.

De nautico fœnore 33. quod majus est terreno, propter incertum maris periculum, quod in se recipit trajectitiæ pecuniæ creditor.

Hic redit ad aliam speciem contractus, qui re perficitur, de quo post nonum hujus lib. Titulum commodius dixisset.

Depositi vel contra 34. is apud quem res deposita est, re obligatur, tenerturque actione depositi ad rem, quam accepit, restituendam.

Consensu. Contractus, quos diximus re constare, non subsistunt nisi res interveniat. His autem, de quibus dicturi sumus, solus sufficit consensus, ex quo etiam nascuntur: etsi autem consensus fit de natura omnium contractuum, per se tamen ac solus nusquam sine alio adminiculo parit & obligationem & actionem, quam in iis, quæ sequuntur. In quibus neque scriptura neque præsentia opus est, ac ne dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio.

Mandati vel contra 35.

Si servus extero se emi mandaverit 36.

Pro socio 37.

De contrahenda emptione & venditione 38.

Quæ res vendi possunt, & non.

De hereditate vel actione vendita 39.

Quæ res venire non possunt, & qui vendere vel emere vetantur 40.

Quæ res exportari non debeant 41. ad Barbaros scil.

De Eunuchis 42. quos vendere & emere non licet.

De patribus, qui filios suos distraxerunt 43. ob nimiam paupertatem, alias vendi non possunt.

Contraria, & pugnantia.

De rescindenda venditione 44. altero contrahentium invito, cujus rescissionis multæ causæ hic enumerantur.

Quando liceat ab emptione discedere 45. ex mutua scilicet contrahentium voluntate.

Si propter publicas pensitationes, id est, tributa, *venditio*, bonorum debitoris, *fuerit celebrata* 46. & minus justo pretio, in debitorum fraudem confecturum fuerit, rescinditur venditio, oblata fisco pensione debita.

Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse 47. alias si quis fundum censum debentem emat aut vendat ea lege, ne onus census emptorem sequatur, rescissa venditione emptor pretium, venditor fundum amittet, utroque in ærarium redacto, ut ex Cod. Theod. notavit doctiss. Cujac.

De periculo & commodo rei venditæ 48. ad quem pertineat? scil.

De actionibus empti & venditi 49.

Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia emerit 50. Cui scilicet & acquiratur & actio dabitur?

De rebus alienis non alienandis & de prohibita rerum alienatione, vel hypotheca 51.

De communium rerum alienatione 52.

Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienatione 53.

De pactis inter emptorem & venditorem compositis 54. quæ solent legem dare emptionibus. suntque vel

Expressa.

Si servus exportandus veneat 55. id est, ut aliquo ex ea urbe vel provincia ubi venit, moveatur.

Si mancipium ita venierit, ne prostituatur 56. & prostitutum fit contra venditoris voluntatem, venditor mancipium revocare potest: si vero consenserit, mancipium libertatem consequetur.

Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur vel contra 57.

Tacita.

De ædilitiis actionibus 58. Duæ sunt actiones, quæ emptori competunt; Redhibitoria, qua agit emptor ad rescindendam venditionem ob morbum vitiumve latens rei venditæ, quod nesciebat: vel quia res empta, alia est tradita quam dicta & promissa cum veniret, & quanto minoris, qua emptor petit ut venditor ei solvat id, quanto minoris res valuerit cum eam emeret.

De monopoliis & conventu negotiatorum illicito vel artificio ergolaborum, hi sunt qui opus conducunt faciendum, *nec non balneatorum prohibitis & pactionib. illicitis* 59.

De nundinis & mercationibus 60.

De vectigalibus, propter merces solvendis, *& commissis* 61. id est, confiscandis rebus venalitiis, quarum professio apud publicanum facta non erit.

Vectigalia nova institui non posse 62. civitatis decreto sine Principis autoritate.

De commerciis. Commercium est onus mercatorum pro facultate exercendi commercii, portorium est onus mercium, *& mercatoribus* 63. alii legunt mercibus ab omnibus solvendis etiam ab iis, qui sunt ex domo Imperatoris.

De rerum permutatione & præscriptis verbis 64. Sic dicta, quia datur ex conventione, uti præscripta est.

De locato & conducto 65.

De jure emphyteutico 66. quod veluti medium est inter emptionem & locationem, estque contractus, quo domus vel fundus desertus & incultus datur colendus sub annua quadam & certa pensione.

LIB. V.

Nuptiæ, sive matrimonium, & de omnibus conventionibus inter maritum & uxorem & earum conventionum accessoriis.

De sponsalibus, & arrhis sponsalitiis, & proxeneticis 1. id est, de modo præmii imposito iis, qui nuptias conciliant.

Si rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitias dederint arrhas 2.

De donationibus ante nuptias, olim ita vocabantur, *vel propter nuptias*, quæ hodie ita dictæ sunt, *& sponsalitiis* 3. muneribus scil. quæ a sponso sponsæ vel contra dabantur.

De nuptiis 4.

De incestis & inutilibus nuptiis 5.

De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem seu curatorem filiosque eorum 6.

Si quacunque præditus potestate vel ad eum pertinentes ad suppositarum jurisdictioni suæ aspirare tentaverint nuptias 7. puniuntur pœnis hoc tit. comprehensis.

Si nuptiæ ex rescripto Principis petantur 8. ab iis, qui alias nec parentum consensum nec puellæ habent, bonorum amissione & pœna deportationis puniuntur.

De secundis nuptiis 9. ad quas si mulier intra annum luctus convolat, fit infamis.

Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquit 10. usumfructum mittet, quem liberis restituere cogetur, & in rebus illi donatis ante nuptias solum usumfructum consequetur.

De dotis promissione & nuda pollicitatione 11.

De jure, id est, obligatione, natura, causa, conditione *dotium* 12. quod competit marito ad ipsam dotem condicendam, retinendam, tuendam.

De rei uxoriæ actione, ita apud veteres vocabatur, *in ex stipulatu actionem*, qua sola hodie utitur uxor vel ejus pater pro dote repetenda ac recipienda, *transfusa & de natura dotibus præstita* 13. Doti bona mariti tacite obligantur, & ad eam restituendam condemnari debet in quantum facere potest, quæ actio in heredes uxoris transit. Qua de re infra tit. 18. quædam dicturus est.

Exceptiones marito competentes ad dotem integram non reddendam.

De pactis conventis tam super dote quam super donatione ante nuptias, & paraphernis 14. Parapherna sunt ea, quæ præter dotis causam ab uxore ad maritum deferuntur.

De dote cauta, quam scil. maritus confessus est sibi numeratam, *non numerata* 15.

De donationibus inter virum & uxorem, constante matrimonio fieri prohibitis, *& a parentibus in liberos factis*, in potestate scil. *& de ratihabitione* 16. earum donationum in testamento facta, quæ tunc valere incipiunt.

De repudiis & judicio de moribus sublato 17. quo scil. olim agebatur de moribus ejus, qui causam divortio dedisset.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur 18. supra inceperat tractare de dotibus, quarum explicationem hic persequitur.

Si dos constante matrimonio soluta, id est, refusa uxori a marito sine causa legitima, *fuerit* 19. non valebit refusio, quinimo maritus eam cum fructibus repetet.

Ne fidejussores [*vel mandatores*] *dotium*, qui scil. fidejubeant dotem a marito bene conservandam, *dentur* 20.

Rerum amotarum 21. uxori post divortium dotem repetenti maritus res quasdam sibi ab eadem fuisse amotas objicere potest, quo nomine maritus earum compensationem petet.

Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur id est in solutum dentur 22.

De fundo, æstimato scil. *dotali* 23. Si fundus in dotem æstimatus marito datus sit, uxor vel fundum vel ejus æstimationem eliget.

Divortio facto apud quem liberi morari vel educari debeant 24.

De alendis liberis ac parentibus 25. quoties unus eorum versatur in summa paupertate, alter vero dives est.

De concubinis 26.

De naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus causis justi efficiantur 27.

Ex quasi contractibus: cum antea dixerimus de Jure publico & juris privati civilis præparatoriis & actionibus quæ in judiciis privatis exercentur, eas actiones quoque esse vel vindicationes vel condictiones, has item constare ex contractibus: superest altera species quasi contractuum explicanda, ex quibus condictiones etiam competunt. Sed quia interruptus ordo materiarum in sequentibus apparet (ut lectori commodius consulatur) hac quasi contractuum specie omissa, in hæc, quæ sequuntur capita futuras sequentium librorum quæstiones sic distinximus.

De Tutorum, Curatorum, & Pupillorum mutuis negotiis gestis, cum eorum accessoriis.

Species Tutelæ & Tutorum.

De testamentaria tutela 28.

De confirmando tutore 29. Testamento quidem dato, sed non jure ut a patre filio emancipato, aut a matre vel extraneo.

De legitima, quæ scil. a lege defertur, *tutela* 30. agnatorum.

Qui petant, id est, petere possunt, *tutores vel curatores* 31. a Prætore, vel a Præside? quando cum pupillo vult litigare creditor, libertus patris pupilli, mater ejusdem, & ea negligente cognati.

Ubi petantur tutores vel curatores 32. Ubi pupillus trahit originem, vel majorem partem facultatum habet, vel domicilium.

De tutoribus & curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum 33. id est, qui tutores dare & dari hujusmodi personis possunt.

Qui dare, in genere & omnibus pupillis, *tutores vel curatores possunt & qui dari non possunt* 34.

Quando mulier, id est, mater & avia, *tutelæ officio fungi potest* 35.

In quibus casibus tutorem vel curatorem habenti tutor vel curator dari potest 36. quando scil. unus bonis pupilli administrandis sufficere non potest, aut cum tutor reip. causa abest, vel cum remotus est vel relegatus.

Administratio tutorum.

De administratione tutorum vel curatorum & pecunia pupilli fœneranda vel deponenda 37.

De periculo tutorum vel curatorum 38. id est, quarum rerum teneantur tutores vel curatores ob tutelam curamque gestam.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri possunt 39.

Si (an) *ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel unus agere pro minore vel conveniri possit* 40. quando alii negligentes sunt, unus agere potest, administratione autem divisa a testatore vel Judice, non debet unus pro rebus ad alterius administrationem pertinentibus conveniri.

Ne tutor vel curator vectigalia conducat 41. cum scil. tutelam exercet vel nondum redditis rationibus, ne scil. pluribus in solidum bona sua obliget (quod est species falsi.)

De tutore vel curatore qui satis non dedit 42. cum satisdare teneretur, is removetur ab administratione aut ad satisdandum compellitur.

De suspectis [*tutoribus vel curatoribus*] 43. qui ab administratione removentur ex causis hoc tit. enumeratis.

De in litem, ut eam administret, *dando tutore*, olim enim dabatur, *vel curatore* 44. quo jure hodie utimur.

De eo, qui pro tutore negotia gessit 45. pro tutore negotia gerit, qui tutor non utiliter nominatus est.

Si mater indemnitatem promisit 46. id est, periculum administrationis in se recepit, ejus tutoris, quem filiis suis dari postulavit, an & quomodo teneatur.

Si contra matris voluntatem testamentarium tutor datus sit 47. filio, a tutela removebitur.

Ut causæ post pubertatem adsit tutor 48. Ut eam scilicet defendat, nisi si curatori instrumenta reddiderit.

Ubi

Ubi pupilli educari debeant 49. apud matrem, nisi ad secunda vota transierit, alias Judex arbitrabitur.

De alimentis pupillo præstandis 50. a tutore etiam si de statu ejus pendeat quæstio, quorum taxatio a Judice peti potest: quæcunque autem tutor juste eo nomine impenderit, imputabit.

Actiones ex causa tutelæ provenientes.

Arbitrium tutelæ 51. id est, de actione tutelæ, appellatur autem arbitrium, quod hujus judicii potestas sit in arbitrio judicantis, qui excussis tutelæ rationibus, ex bona fide statuat, quid tutorem pupillo præstare aut restituere oporteat.

De dividenda, a Judice vel divisa a defuncto, *tutela*, *& pro qua parte quisque tutorum conveniatur* 52.

De in litem, id est, in id quod sua interest, *jurando* 53. a pupillo, etiam in heredem tutoris.

De heredibus tutorum vel curatorum 54. conveniendis a pupillo & quatenus ei teneantur.

Si tutor vel curator non gesserit 55. tutelam vel curam, quomodo, quando & quo nomine conveniatur.

De usuris pupillaribus 56. pupillo a tutore solvendis ex ejus pecunia, quam in usus suos convertit.

De fidejussoribus tutorum vel curatorum 57. a pupillo actione ex stipulatu conveniendis.

De contrario judicio tutelæ 58. quo tutori pupillus tenetur.

Quid liceat pupillo sub tutoribus.

De autoritate, a tutoribus, *præstanda* 59. iis, quæ a pupillis aguntur: nam sine tutore non possunt actionem remittere, esse in Judicio criminali, & ita vendere, ut emptor præscriptionem acquirat, ut autem autoritas præstita censeatur, sufficit, unum ex tutoribus eam præstitisse.

Quando tutores vel curatores esse desinant 60. si is, cui quis adjunctus datus est, tutor esse desinat, non voluntate pupilli.

De actore a tutore seu curatore dando 61. pro rebus scil. pupilli petendis.

De excusationibus [*tutorum & curatorum*] *& de temporibus earum* 62.

Si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit 63.

Si tutor vel curator reip. causa aberit 64.

De excusationibus veteranorum 65.

Qui numero liberorum se excusant 66.

Qui morbo se excusant 67.

Qui ætate se excusant 68.

Qui numero tutelarum 69.

De curatore furiosi vel prodigi 70. licet majoris.

De prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis 71.

Quando decreto, Prætoris vel Principis, *opus non est*, 72.

Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit 73.

Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit 74.

De magistratibus, idem dicendum est de æstimatoribus patrimonii pupilli, *conveniendis* 75. in eos pupilli habent regressum, excussis tamen prius tutoribus, collegis & fidejussoribus.

LIB. VI.

De jure Dominorum in servos.

De servis fugitivis & libertis, mancipiisque civitatum, artificibus & ad diversa opera deputatis, & ad rem privatam vel dominicam pertinentibus 1.

De furtis & servo corrupto 2.

De jure patronorum in libertos, de quo latius *infra lib.* 7. dicetur.

De operis libertorum 3.

De bonis libertorum, & jure patronatus 4.

Si in fraudem patroni a libertis alienatio facta sit 5.

De obsequiis patrono præstandis 6.

De libertis & eorum liberis 7.

De jure annulorum aureorum, & de natalibus restituendis 8.

De jure successorum in bona defuncti, suntque successores vel

Prætorii, qui bonorum possessores dicuntur.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt & intra quod tempus 9.

Quando non petentium partes petentibus accrescant 10. quoties unus ex iis quibus bonorum possessio defertur, vel tempore vel repudiando excluditur a bonorum possessione, ejus pars aliis accrescit.

Species.

Ex testamento.

De bonorum possessione secundum tabulas 11. defuncti scil. si modo justæ ac legitimæ fuerint, quæ datur a Prætore omnibus scriptis heredibus.

De bonorum possessione contra tabulas, quam Prætor liberis pollicetur 12.

De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis liberisque eorum datur 13.

Ab intestato.

Unde liberi 14. dabatur emancipatis, quos Prætor ad patris hereditatem admitti voluit, cum illis, qui in patria potestate manserant.

Unde legitimi, id est adgnati, *& unde cognati* 15.

De successorio edicto 16. Si primi gradus agnati vel cognati omittunt vel repudiant hereditatem, eam transmittunt ad subsequentes.

De Carboniano edicto 17. quo liberis a patre in testando præteritis, & quibus fit controversia status, bonorum possessio datur contra tabulas, dilata status eorum controversia in pubertatis tempus.

Unde vir & uxor 18.

De repudianda bonorum possessione 19.

De collationibus 20. emancipati & alii liberi a patre in testamento præteriti bonorum possessionis partem a cæteris liberis & suis & scriptis avocant. An autem cogantur conferre ea bona, quæ patre communi moriente habuerunt, hic explicatur.

Ex jure civili qui heredes dicuntur, suntque heredes vel

Ex testamento.

De testamento militis 21. qui scil. testatur jure quodam singulari, cum alii, de quibus mox dicetur, jure communi testentur.

Qui testamenta facere possint vel non 22.

De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur 23.

De heredibus instituendis, & quæ personæ heredes institui non possunt 24.

De institutionibus & substitutionibus & restitutionibus sub conditione factis 25.

De impuberum & aliis substitutionibus 26.

De necessariis [*servis*] *heredibus instituendis vel substituendis* 27.

De liberis præteritis vel exheredatis 28.

De posthumis heredibus instituendis vel exheredandis vel præteritis 29.

De jure deliberandi & de adeunda vel acquirenda hereditate 30.

De repudianda vel abstinenda hereditate 31.

Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur, & describantur 32. id est, insinuentur.

De edicto D. Adriani tollendo, quo cavebatur, ut is qui se in possessionem mitti vellet, tricesimam hereditatis reipublicæ daret, & *quemadmodum scriptus heres hodie in possessionem mittatur* 33.

Ex quibus causis hereditas alicui aufertur.

Si quis aliquem testari prohibuerit vel coëgerit 34.

De his, quibus ut indignis hereditates auferuntur, quales sunt ii, qui non vindicarunt mortem defuncti, quæ res minoribus tamen non nocet, *& ad SC. Silanianum* 35. quo cavetur ne ejus hereditas adeatur, qui interfectus est antequam habita sit quæstio de servis, qui sub eodem tecto morantes domino vel periclitanti vel interfecto auxilium non præstiterunt.

Ex Codicillis.

De Codicillis 36.

Ex quibus causis hereditas minuitur.

De legatis 37. legatum est donatio quædam a defuncto facta, ab herede præstanda.

De verborum, ad legata scil. pertinentium, *& rerum significatione* 38.

Si, in succedendo, omissa sit causa testamenti 39. ab herede qui ab intestato vel alio modo hereditatem possidere maluit, ut ita evitaret onera legatorum: adversus eum dabitur utilis actio perinde ac si ex testamento adiisset.

De indicta viduitate & lege Julia Miscella, quæ legata ex ea causa comprobat, *tollenda* 40.

De his, quæ pœnæ nomine in testamento vel codicillis [*scribuntur vel*] *relinquuntur* 41. quoties Testator heredem rogat, ut quid cui det, fidei committere dicitur. Et fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur.

De fideicommissis 42.

Communia de legatis & fideicommissis & de in rem missione tollenda 43. ut hodie sufficiant legatariis actiones personales, in rem, & hypothecariæ.

De falsa causa adjecta legato vel fideicommisso 44.

De his, quæ sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur 45.

De conditionibus insertis tam in legatis quam in fideicommissis & libertatibus 46.

De usuris & fructibus legatorum seu fideicommissorum 47. quibus legata & fideicommissa augeri solent.

De incertis personis 48.

Ad SC. Trebellianum, quo legata universalia minuuntur 49.

Ad legem Falcidiam 50. qua legandi potestas, quæ leg. 12. Tabularum infinita erat, imminuta est, caveturque ne plus legare liceat, quam dodrantem bonorum, ut sive unus heres instituatur sive plures apud eos easve pars quarta remaneat, & quidem hac lege particularia legata minuuntur.

De caducis tollendis 51. Caduca legata sunt, quæ jure quidem relicta sunt & quidem personæ capaci, sed quæ post mortem testatoris ab eo ob aliquam causam in fiscum cadunt, unde caduca dicta sunt, quod fisco cedant.

De his liberis in infinitum scil. *qui ante apertas tabulas* patris testatoris defuncti *hereditatem transmittunt* 52. in posterum, ita ut talis hereditas non fit caduca: nam lex Papia volebat diem legatorum cedere, non a morte testatoris sed ab apertis tabulis. Ideoque lege Papia qui inter mortem testatoris & apertas tabulas decedebat, ejus legatum caducum fiebat.

Quando dies legati vel fideicommissi cedit 53.

Ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat 54.

Ab intestato. Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id quod fecerat ruptum irritumve factum est: aut si ex eo nemo heres extiterit. Ex qua causa jure civili hereditates deferuntur iis personis, quæ sequuntur.

De suis & legitimis liberis, Sui heredes existimantur, qui in potestate morientis & vivente patre quasi domini rerum hereditariarum fuerunt, *& ex filia nepotibus ab intestato venientibus* 55.

Ad SC. Tertyllianum 56. quo nunc aviæ & matres etiamsi ter enixæ non sint aut quater, ad liberorum etiam vulgo quæsitorum legitimam successionem vocantur, post fratres & sorores defuncti filii.

Ad SC. Orphitianum 57. quo liberi matribus & aviæ ab intestato succedunt.

De legitimis heredibus 58. post suos heredes aut quasi suos leg. 12. tabul. ad agnatum proximum pertinet hereditas. Sunt autem agnati cognati per virilis sexus personas quasi a patre connati.

Communia de successionibus 59. quæ jure Prætorio & civili deferuntur. Fratri autem emancipato alter emancipatus cum altero non emancipato succedit. Privigno autem vitricus novercæ privignus, ancillæ cum qua contubernium fecit dominus, educato is qui educavit, non succedunt. Advenis peregrinis, scripti ab iis heredes, vel ab intestato proximi, non eorum hospites: si desint proximi, Episcopis tradantur, ut in pias causas erogentur.

De bonis maternis, a matre scilicet filio suo datis vel relictis, *& materni generis* 60. quæ ab avo & avia, proavo & proavia maternis ad eum, qui est in potestate patris, deferuntur: in iis pater habet solum usumfructum, eaque in Judicio persequi potest.

De bonis, quæ liberis in potestate patris constitutis ex matrimonio vel alias acquiruntur & eorum administratione 61. patri competente.

De hereditatibus decurionum, qui si ab intestato moriuntur nullis relictis heredibus, fiscus illis non succedet, sed curia in qua erant [*naviculariorum*, quibus corpus naviculariorum, *cohortalium militum*, erant Prætidis Provinciæ officiarii, quibus cohortales ejusdem provinciæ *& Fabricensium*] 62. qui versabantur in publicis fabricis, quibus alii collegæ fisco excluso succedebant.

LIB. VII.

De jure Dominorum in servos & Patronorum in libertos, de quo nonnulla superius dixit libro superiori a tit. 3. ad finem octavi. In hac quæstione explicanda consideramus

Manumissionem ipsam.

Species.

De vindicta [*libertate*], apud prætorem & præsidem, *& apud concilium* Principis *manumissione* 1.

De testamentaria manumissione 2.

De lege Fusia Caninia tollenda 3. qua certus modus servis manumittendis constitutus erat, hodie vero cuique licet omnes servos testamento libertate donare, cum & hoc quisque inter vivos facere possit.

De fideicommissariis libertatibus 4. his verbis fieri poterat, ROGO TE HERES UT STICHUM SERVUM MEUM MANUMITTAS.

Effectus.

De deditita libertate tollenda 5. Olim non omnes qui manumittebantur, cives Rom. fiebant; non eam quam manumittentes libertatem consequebantur, ut Dedititii ex lege Sentia.

De Latina libertate tollenda. qui ita manumittebantur ex lege Julia Norbana, liberi quidem vitam suam peragebant, ipso tamen ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, & quasi servorum ita bona eorum manumissores detinebant. Dicebantur Latini & Juniani, *& per certos modos in civitatem Romanam*, ut nunc eadem manumisso libertas competat quam habet manumissor, fiatque civis Romanus, *transfusa* 6.

Objecta.

De communi servo manumisso 7. servus plurium seu communis, si ab uno dominorum manumittitur, non ut jure antiquo, alteri domino accrescit, nec libertatem ab altero domino acquisitam amittit: alteri tamen domino pars ejus pretii dari debet, atque ita servus plene manumitti.

De servo pignori dato manumisso 8. an & quomodo manumitti hujusmodi servus possit.

De servis Reipubl. manumittendis 9.

De his, qui a non dominis manumissi sunt 10. hi non consequuntur libertatem tali manumissione.

Qui manumittere non possunt & ne in fraudem creditorum manumittatur 11.

Qui non possunt ad libertatem pervenire 12. damnati ad perpetua vincula, & prohibiti a testatore ne manumitterentur.

Pro quibus causis servi pro præmio libertatem accipiunt 13. quoties scilicet necem Domini vindicarunt, falsitatem monetæ, raptum virginis, militiæ desertorem detulerunt.

De ingenuis manumissis 14. non sunt libertini: natalibus enim non officit manumissio.

Communia

Communia de manumissionibus 15. quæ fiunt vel à proprietario vel usufructuario, & quo modo ita manumissus libertatem consequitur.

Ipsam actionem liberalem.

De liberali causa 16. quæ status & præjudicialis dicitur, per quam quæritur, an aliquis liber vel servus.

De assertione tollenda 17. si quis ex servitute in libertatem proclamaverit per se, ipse Dominum sese potest asserere, non tamen procuratorem dare. Qui autem ex libertate in servitutem, utrumque facere potest, neuter eorum tamen tenetur hodie aliquem proferre, a quo in libertatem asseratur, propter assertoris reperiendi difficultatem.

Quibus ad libertatem proclamare non licet & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur 18. His, qui se vendi passi sunt ad pretium participandum, servi effecti propter delictum insigne, & qui descendunt ex latronum familia.

De ordine cognitionum 19. Quæstioni status interdum alia quæstio adjungitur, quod cum evenit, de statu servi prius quam de crimine, quod objicit, & de libertate prius quam de hereditate cognosci debet.

De collusione detegenda 20. de quo dixi in Digestis, *lib.* 40. *tit.* 16.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur 21.

De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate & non adversus libertatem opponitur 22.

De peculio ejus, qui libertatem meruit 23. inter vivos manumissus peculium suum acquirit si non sit ademptum, testamento manumissus non acquirit nisi nominatim datum fuerit.

De SC. Claudiano, quo mulier libera servi alicujus cupidine & amore capta e natalium suorum ingenuitate in servitutem deducebatur, *tollendo* 24. neque enim quod ab hostium ferocitate contra libertatem naturalem inductum est, ad libidinem nequissimorum hominum inferri placet.

De nudo jure Quiritum tollendo 25. apud quosdam dominos nudum jus Quiritum vel tantum in bonis reperitur. Qui servi usucapti, in jure cessi, mancipati erant, ex jure Quiritum servi erant, & manumittendo cives Romani fiebant: qui vero traditi ex causa emptionis non mancipati vel cessi, ii erant in bonis emptoris, venditoris vero ex jure Quiritum, quia servi emptori acquirebant ex omnibus causis, ut hic notavit Cujacius.

De jure acquirendi per usucapionem.

Causæ usucapionum.

De usucapione pro emptore vel pro transactione 26.
De usucapione pro donato 27.
De usucapione pro dato 28.
De usucapione pro herede 29.
Communia de usucapionibus 30. colonus quia non sibi sed domino possidet, non præscribit, res fisci usucapi non potest, mala fides defuncti nocet successori.

Formæ.

De usucapione transformanda, melius dixisset reformanda, *& de sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi* 31. usucapionem tantum in Italicis soli rebus veteres admittebant, & eam quidem biennii spatio: mobilium vero anno: in provincialibus vero excludebant. Hanc primam partem reformat Justinianus, nec patitur rem ullam immobilem vel soli præscribi nisi decennio, vicennio, tricennio, mobilem vero nisi triennio, idque in provincia quoque, si modo bona fides adfuerit.

De acquirenda & retinenda possessione 32. id est, per quas personas & quomodo acquiratur.

De præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum 33.
In quibus causis cessat longi temporis præscriptio 34.
Quibus non objicitur longi temporis præscriptio 35.
Si adversus creditorem præscriptio, longi temporis scilicet, *opponatur* 36.

De quadriennii præscriptione 37.

Ne rei dominicæ, id est, Cæsaris, Reip. *vel templorum vindicatio temporis præscriptione*, quantumvis longi temporis scil. *submoveatur* 38. id est, impediatur.

De præscriptione triginta vel quadraginta annorum 39.

De annali exceptione Italici contractus, quem circa multæ altercationes oriebantur, *tollenda & de diversis temporibus & exceptionibus & præscriptionibus & interruptionibus earum* 40. olim personales actiones in provinciis perpetuæ erant, nec præscribebantur: in Italia anno præscribi poterant. Hodie anno tricesimo præscribi debent, non tamen interrupto.

De jure acquirendi per alluvionem.

De alluvionibus & paludibus & pascuis ad alium statum translatis 41.

De jure acquirendi per sententiam, per quam etiam mittimur in possessionem, quæque inter genera possessionum numeratur. *Sententiæ* autem sunt earum personarum, quæ sequuntur.

De sententiis Præfectorum Prætorio 42.

Quomodo & quando Judex sententiam proferre debeat, præsentibus partibus vel una parte absente 43.

De sententiis ex periculo, alii legunt ex breviculo, *recitandis* 44. non enim sufficit sententiam describi, nisi legatur, periculum hic significat libellum aut tabellam in qua sententia præscripta erat.

De sententiis & interlocutionibus omnium Judicum 45.

De sententia quæ sine certa quantitate profertur 46.

De sententiis, quæ pro eo quod interest proferuntur 47. in omnibus casibus qui certam habent quantitatem, hoc quod interest, dupli quantitatem non debet excedere: in iis qui incertam, non licet in infinitum computationem reducere, sed Judex requiret quod revera damnum fit: nam hæ pœnæ tantum modo exigi debent, quæ & moderatæ sunt & legibus comprehensæ, quæ discretio in lucro æstimando habenda est.

Si a non competente judice judicatum esse dicatur 48.

De pœna Judicis, qui male judicavit vel ejus, qui Judicem vel adversarium corrumpere curavit 49.

Sententiam, in qua ea quæ in sententia esse debent, servata sunt, *rescindi non posse* 50.

De fructibus & litium expensis 51.

De re judicata 52. & ejus effectibus.

De executione rei judicatæ 53.
De usuris rei judicatæ 54.
Si plures una sententia condemnati sunt 55. quomodo fiat in eos sententiæ executio.
Quibus res judicata non nocet 56.
Comminationes, epistolas, programmata, id est, edicta Judicis contra latitantem proposita, *subscriptiones autoritatem rei judicatæ non habere* 57.
Si ex falsis instrumentis vel testimoniis judicatum sit 58.
De confessis 59. qui habentur pro judicatis.
Inter alios acta vel judicata, extra judicium, *aliis non nocere* 60.

De relationibus 61. a Judice ad Principem faciendis, si quis Judicum dixerit esse referendum ante sententiam ad Principem, nihil pronunciabit.

De appellationibus & consultationibus 62. Appellatio est Jurisdictionis inferioris Judicis per invocationem superioris rite facta suspensio, sitque corrigendæ iniquitatis aut imperitiæ in Judicio causa; interdum etiam ad opponendum quod oppositum non fuit, & ad probandum quod non probatum fuit, impeditque executionem primæ sententiæ: consultatio vero hic significat relationem Judicis ad Principem, ut quid statui velit, definiat.

De temporibus & reparationibus appellationum seu consultationum 63. Reparatio hic significat instaurationem lapsi & amissi temporis.
Quando provocare non est necesse 64.
Quorum appellationes non recipiuntur 65.
Si pendente appellatione mors intervenerit 66.
De his, qui per metum Judicis non appellarunt 67.
Si unus ex pluribus appellaverit 68. sententia in causa appellationis lata pro uno, aliis prodest.
Si de momentanea possessione fuerit appellatum 69.
Ne liceat in una eademque causa tertio provocare, vel post duas sententias Judicum, quas definitio Præfectorum roboraverit, eas retractare 70.

Qui bonis cedere possunt 71. Ut condemnatis per appellationem subveniri potest, ita per bonorum cessionem.

De bonis autoritate Judicis possidendis seu venundandis & de separationibus bonorum 72. petunt enim sæpissime creditores hereditarii bona defuncti sui debitoris separari a bonis heredis adversus creditores ejusdem heredis.

De privilegio fisci 73. Fisci privilegium est, ut bona secum contrahentis tacite ei sint obligata, & cæteris creditoribus sæpissime præferatur.

De privilegio dotis 74. circa hypothecam scil.

De revocandis his quæ in fraudem creditorum alienata sunt 75.

LIB. VIII.

Prætoris.

De interdictis 1. Interdicta erant formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maxime fiebat, cum de possessione aut quasi possessione, veluti usufructu, servitute, & alio jure corporali agebatur.

Redduntur autem interdicta vel ex causa

Privata, suntque vel

Adipiscendæ possessionis.

Quorum bonorum 2. est adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatum bonorum possessori, id est, ei, qui declaravit apud Magistratum se talem esse, qui posset ac vellet jure Prætorio amplecti hereditatem, cujus vis ac potestas hæc est, ut quod ex iis bonis, quorum possessio alicui data est, quisque pro herede aut pro possessore possideat, id ei, cui bonorum possessio data est, restituere debeat. Pro herede autem possidet, qui facto se heredem putat: pro possessore vero, qui nullo jure aut titulo temere occupat hereditatem defuncti. Hoc igitur interdictum mihi competet ad adipiscendam nunc primum possessionem. Quorum bonorum, ex edicto Prætoris mihi possessio data est.

Quorum legatorum 3. Datur hoc interdictum heredi adversus eum, qui sua autoritate rem sibi testamento relictam occupavit sine voluntate aut ratihabitione heredis vel bonorum possessoris, quorum interest non ita occupari legata propter detrahendam ex iis Falcidiam.

Recuperandæ.

Unde vi 4. est recuperandæ possessionis interdictum, quod quidem datur ei qui ex possessione fundi vel ædium vi dejectus est: & appellatur, Unde vi, quia his verbis significatur causa propter quam interdictum redditur.

Si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio 5

Retinendæ.

Uti possidetis 6. est retinendæ possessionis interdictum, datur cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia fit: & in eo Prætor decernit, ut unusquisque possideat, uti possedit, donec de jure possessionis definiatur. Datur pro rebus fundi vel immobilibus, *Utrubi* pro mobilibus.

Exhibitoris.

De tabulis exhibendis 7.
De liberis exhibendis, seu deducendis & de libero homine exhibendo 8.
De precario, quo dominus rem suam utendam concedit, alteri ejus usum precibus petenti, eique datur adversus eum, qui rem precario datam habet, ut scilicet res precario data restituatur, *& Salviano interdicto* 9. quo dominus prædii pro conservando jure suo & ne defraudetur pensione, vult adipisci possessionem earum rerum, quæ illi obligatæ penes conductorem multis argumentis suspectum tutæ non sunt, vel quas ad alios jam transtulit. Ob eam causam proposita quoque est actio Serviana, qua quis de rebus coloni, quæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur, experitur, utilius tamen est Salviano uti, quod solum possessorium est adipiscendæ possessionis neque exigit ullam probationem, de jure debitoris, qui rem obligavit: cum alioqui in Serviana docere oporteat rem pignoratam fuisse in bonis debitoris.
De ædificiis privatis 10.
De novi operis nuntiatione 11.

Publica.

De operibus publicis 12.
De ratiociniis operum publicorum, & de patribus civitatum 13. cura hujusmodi rationum ad curatorem Reipub. sive patrem civitatis pertinet: non ad Præsidem provinciæ.

De Jure quod in rebus alienis habemus.

De pignoribus & hypothecis 14. pignora autem contrahuntur vel conventione tacita vel expressa, vel ex aliis causis.

In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur 15.
Si aliena res pignori data sit 16.
Quæ res pignori obligari possunt, vel non, & qualiter pignus contrahatur 17.
Qui potiores in pignore habeantur 18. jure suo, ut mulier, prior tempore, Respubl. &c.
De his, qui in priorum creditorum locum succedunt 19. qui alterius beneficio potiores censentur.
Si antiquior creditor pignus vendiderit 20. & ab eo pignus emero, a posteriori creditore conveniri non possum.
Si communis res pignori data sit 21. non potest pignus tenere nisi pro una parte.
Quomodo ex aliis causis quam ex conventione partium pignus contrahatur.
De Prætorio pignore & ut in actionibus debitorum missio prætorii pignoris procedat 22.
Si in causa judicati pignus captum sit 23.
Si pignus pignori datum sit 25.
De partu pignoris, id est, ancillæ pignoratæ, *& omni causa* 25.
De remissione pignoris 26.
Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri posse 27.
De distractione pignorum 28.
Debitorem venditionem pignoris impedire non posse 29.
Si vendito pignore agatur 30.
De luitione pignoris 31. Luere est soluta pecunia liberare. Unus heredum debitoris partem suam solvens, non liberat pignus.
Si unus ex pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti solverit vel acceperit 32.
Si pignoris conventionem numeratio pecuniæ secuta non fuerit 33. datur ei, cui pecunia non est numerata, actio ad pignus repetendum.
De jure dominii impetrando 34. id evenit, quoties pignus emptorem non reperit, & creditor ob eam causam pignus sibi adjici postulat.
De pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda 35. Pactum legis commissoriæ est, ut nisi solvatur intra certum tempus creditori pecunia, pignus illi committatur & ejus sit.

De jure quo actiones civiles, de quibus multa superius diximus, excludimus.

De exceptionibus, seu præscriptionibus 36.
De litigiosis 37. quorum nomine nobis competit exceptio.

De jure, quo negotia & civiles actiones confirmamus, vel tollimus: confirmamus his, quæ sequuntur.

De contrahenda & committenda stipulatione 38.
De inutilibus stipulationibus 39.
De duobus reis stipulandi & promittendi 40.
De fidejussoribus & mandatoribus 41.

Tollitur obligatio multis modis, sed his præsertim qui sequuntur.

De novationibus & delegationibus 42. Novatio est cum interventu novæ personæ, nova nascitur obligatio, & prima tollitur in posteriorem translata.
De solutionibus & liberationibus 24. solutione ejus quod debetur, tollitur obligatio.
De acceptilationibus 44. acceptilatio ab acceptum ferendo dicitur, estque imaginaria solutio, qua verbis facta obligatio, aliis verbis dissolvitur.

De evictionibus 45.
Creditorem evictionem [pignoris] non debere 46.
De jure parentum in liberos.
De patria potestate 47.
De adoptionibus 48.
De emancipationibus liberorum 49.
De ingratis liberis 50.
De postliminio reversis & redemptis ab hostibus 51.
De infantibus expositis liberis & servis & de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt 52.
De jure non scripto.
Quæ sit longa consuetudo 53. hic de consuetudinis autoritate, vi & effectu traditur.
De donationibus 54.
De donationibus, quæ sub modo vel conditione vel certo tempore conficiuntur 55.
De revocandis donationibus 56.
De donationibus causa mortis 57.
De infirmandis pœnis cœlibatus, pœna cœlibatus olim erat in viris vel mulieribus ex leg. Julia & Papia, ne quid ad eos ex aliorum testamentis transmitteretur, nisi intra 100. dies matrimonium contraherent, orbitatis, orbus liberis ex testamento plus quam semissem capere non poterat, alias fisco cedebat, & [de] decimariis sublatis 58. per legem enim Papiam statutum erat, ut decima pars eorum quæ relinquebantur uxori a viro vel e converso fisco applicaretur, si non essent liberi ex eo matrimonio: hodie si quid alter alteri reliquit, solidum capere poterit æque ac si filium superstitem haberet vel amisisset.
De jure liberorum 59. ut conjuges ex testamento inter se solidum caperent, requirebatur ut liberos sustulissent: postea jus tot liberorum, quot sufficiebant ad obtinendam aliis capacitatem, a principibus peti & impetrari solitum fuit per eos, qui neque liberos haberent neque amisissent, ut ita solidum conjugum alter ab altero consequeretur: quod jus omnibus hoc tit. concessum est, ut a nemine post hac jus liberorum peti debeat.

LIB. IX.

De criminalibus judiciis: nam superius lib. 2. de civilibus egimus.
De his qui accusare non possunt 1.
De accusationibus & inscriptionib. 2. Jura civilia nolunt quemquam admitti ad accusandum de crimine, nisi prius se obstrinxerit ad subeundam pœnam, cui accusatus victus subjicietur, si succumbat Judicio. Quæ obstrictio vocatur inscriptio. incumbere autem est accusationi subscribere, suumque nomen libello accusationis adscribere: item nisi datis fidejussoribus de lite prosequenda caverit: quod hodie non ita observatur. Inquisitio vero fit, quando Judex ex suo officio de crimine alicujus inquirit.
De exhibendis & transmittendis reis 3. ut sc. exhibeantur, quo accusari & lis contestari cum his possit, & remittantur ad proprium forum, in quo crimen admiserunt.
De custodia reorum 4.
De privatis carceribus inhibendis 5.
Si reus vel accusator mortuus fuerit 6. pendente accusatione: accusatio tamen non est abolita quoad cæteros, qui ejusdem criminis postulati sunt.
Species.
Si quis Imperatori maledixerit 7.
Ad leg. Juliam majestatis 8. Majestatis rei sunt, qui & Principis & reipublicæ & aput & statum labefactare conantur.
Ad leg. Juliam de adulteriis & stupro 9.
Si quis eam, cujus tutor fuerit, corruperit 10.
De mulieribus, quæ se propriis servis junxerunt 11.
Ad leg. Juliam de vi publica & privata 12.
De raptu virginum, viduarum, necnon sanctimonialium 13.
De emendatione servorum 14.
De emendatione propinquorum 15.
Ad leg. Corneliam de sicariis 16.
De his, qui parentes vel liberos occiderunt 17.
De maleficis & mathematicis & cæteris similibus 18. appellatione mathematicorum non sunt accipiendi, qui siderum motus, positiones, & qui ex illis sequantur effectus & influxus inquirunt: sed qui præscientiam futurorum sibi atrogant ex observationibus potius superstitiosis quam probabilibus: quales sunt magiæ professores.
De sepulchro violato 19. sepulchrum violat, qui illud deformat aut ex eo aliquid surripit.
Furtorum genera.
Ad legem Fabiam de plagiariis 20. Plagiarii sunt, qui sine vi, dolo malo scientes abducunt ingenuos aut liberos homines, & vendunt pro servis aut supprimunt, vel qui servos aliorum subducunt, & fugam persuadent, aut fugitivos celant: hujus pœna est capitalis.
Ad leg. Juliam Viscellam 21. qua libertinæ conditionis homines prohibentur honores & dignitates ingenuorum usurpare, nisi jus aureorum annulorum a Principe impetraverint.
Ad leg. Corneliam de Falsis 22. Falsarius is est, qui imitatione veri compendium suum alterius dispendio per dolum quærit.
De his, qui sibi adscribunt in testamento 23.
De falsa moneta 24. nam & ipsarum rerum depravatione falsum committitur. Cæterum monetam corrumpentis pœna est concrematio.
De mutatione nominis 25. in alterius fraudem.
Ad legem Juliam de ambitu 26. qua coërcetur eorum ambitio, qui pecunia suffragia sibi comparant ad obtinendas dignitates.
Ad legem Juliam repetundarum 27. qua puniuntur hi, qui prætextu publicæ potestatis amplius quiddam quam illis jure debetur per comminationem extorquent: quæ pecuniæ ab iis repeti possunt, & Concussores appellantur.
De crimine peculatus 28. quo tenentur qui publicas pecunias surripuerunt.
De crimine sacrilegii 29. hujus pœna capitalis.
De seditiosis, & de his, qui plebem contra Rempub. audent colligere 30.
Quando civilis actio criminali præjudicet, & an utraque ab eodem exerceri possit 31.
De crimine expilatæ hereditatis 32. id est, rei quæ sine domino est, pœna arbitraria est.
Vi bonorum raptorum 33.
De crimine stellionatus 34. quo tenetur is, qui rem aliquam pluribus pignorat & cæt. hoc crimine notantur delinquentes, ubi specialis titulus criminis deficit: hujus pœna est extraordinaria.
De injuriis 35. quidquid in alterius contemptum fit, injuriam vocamus. fit autem injuria, re, verbis, literis, affectu: æstimatur, & crescit pro ratione personarem: dissimulatione tollitur.
De famosis libellis 36. si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, vel dolo malo fecerit, quo quid eorum fieret, injuriam fecisse dicitur.
De abigeis 37. quo crimine tenetur is, qui ex pascuis animalia abigit vel surripit.
De Nili aggeribus non rumpendis 38. quia Nilo flumine agros suos irrigant Ægyptii; pœna ustulationis in eum lata est, qui Nili aggeres ruperit.
De his qui latrones, vel aliis criminibus reos occultaverint 39. pari pœna puniuntur criminis rei eorumque receptores.
De requirendis reis 40. absentibus scil. qui si citati non comparent, bona eorum annotabuntur.
De quæstionibus 41.
De abolitionibus 42. Abolitio est venia omittendæ accusationis, quam petit accusator a Judice, in cujus officio accusationem instituit: alias accusatores ab accusatione desistentes incidunt in Turpillianum: alii ita definiunt, ut sit Abolitio accusationis institutæ per sententiam interlocutoriam peremptio.
De generali abolitione 43. quæ scil. fit vel a Principe vel ratione cujusdam solennitatis, abolitione non infamia criminis tollitur, sed pœna.
Ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur 44.
Ad SC. Turpillianum 45. quo tenetur is, qui non cunctatione aut negligentia, sed quadam animi destinatione ab accusatione destitit.
De Calumniatoribus 46. Calumniator is est, qui falsa crimina scienter alicui objicit.
De pœnis 47.
Ne sine jussu Principis certis Judicibus liceat confiscare 48.
De bonis proscriptorum seu damnatorum 49.
De bonis eorum qui sibi mortem consciverunt 50.
De sententiam passis & restitutis 51.

PRÆFATIONES CODICIS TRES.
IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,
D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER PRIMUS.

DE NOVO [1] CODICE [2] FACIENDO.

Imperator Justinianus Augustus ad Senatum urbis Constantinopolitanæ.

HÆc, quæ necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est: in præsenti rebus donare communibus auxilio Dei omnipotentis censuimus, & prolixitatem litium amputare: multitudine quidem constitutionum, quæ tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano [3], atque Theodosiano [4] continebantur, illarum etiam quæ post eosdem codices a Theodosio divinæ recordationis, aliisque post eum retro Principibus, & a nostra etiam clementia positæ sunt, resecanda: uno autem codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, quam [5] novellas post eos positas constitutiones oportet. §. 1. Ideoque ad hoc maximum, & ad ipsius reipublicæ sustentationem respiciens opus efficiendum, elegimus tanto fastigio laborum, tantæque sollicitudini sufficientes, *Joannem* virum excellentissimum exquæstore sacri nostri palatii, consularem atque patricium: *Leontium* virum sublimissimum magistrum militum expræfecto prætorio, consularem atque patricium: *Phocam* virum eminentissimum magistrum militum, consularem atque patricium: *Basilidem* virum excellentissimum expræfecto prætorio Orientis, atque patricium: *Thomam* virum gloriosissimum, Quæstorem sacri nostri palatii & exconsule: *Tribonianum* virum magnificum, magisteria dignitate *inter agentes* decoratum: *Constantinum* virum illustrem, comitem sacrarum largitionum inter agentes, & magistrum scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum: *Theophilum* virum clarissimum, comitem sacri nostri consistorii, & juris in hac alma urbe doctorem: *Dioscorum*, & *Præsentinum*, disertissimos togatos fori amplissimi prætoriani. §. 2. Quibus specialiter permisimus (resecatis tam supervacuis quantum ad legum soliditatem pertinet, præfationibus, quam similibus, & contrariis, præterquam si juris alia divisione adjuventur: illis etiam quæ in desuetudinem abierunt) certas & brevi sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus, & novellis constitutionibus leges componere, & congruis titulis subdere, adjicientes quidem & detrahentes, imo & [6] mutantes verba earum ubi hoc rei commoditas exigeret: colligentes vero in unam sanctionem, quæ variis constitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorem efficientes: ita tamen, ut ordo temporum earum constitutionum non solum ex adjectis diebus consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat, primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis: & si quæ earum sine [7] die & consule in tribus veteribus codicibus, vel in quibus novellæ constitutiones receptæ sunt, inveniantur: ita his ponendis nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda, sicut & illas vim generalis constitutionis obtinere palam est,

1 Ad differentiam Gregoriani, Hermog. & Theodosiani, est tamen vetus, habita ratione ad eum, quo nunc utimur, de quo J. 2 Prudentes responsa sua chartis aut membranis solebant conscribere, Constitutiones vero & rescripta Codicibus & pugillaribus chartaceis, ligneis, æneis, vel eburneis moris erat perscribi, quæ postea in scriniis memoriæ & dispositionum servabantur. Eo factum est, ut liber constitutionum potius Codicis, quam membranarum nomen obtinuerit. *Cujac.* 3 Hi duo Codices nominantur ab autore, prior Codex ab Adriano ad Valerianum, secundus a Claudio ad Diocletianum latas leges continebat. 4 A Theodosio Imp. in eo Codice leges Constantini ad Theodosium erant. 5 Constitutiones a Theodosii temporibus ad suum seculum latas intelligit. 6 Contius 1. *lect.* 9. non verba, sed autores legum mutatos notat, quum a Justiniano eversam Theodosii legem, de interdictis consobrinarum nuptiis: & Arcadio falso adscribi *l.* 19. *C. de nupt.* tradit. adde quæ de facinoribus Triboniani scripsi ad *l.* 5. §. 2. *ff. de præscr. verb.* 7 Vid. quæ notavi ad *l.* 4. *C. de divers. rescript.*

quæ ad certas personas rescriptæ, vel per pragmaticam [1] sanctionem ab initio datæ, eidem novo Codici propter utilitatem sanctionis insertæ fuerunt.

§. 3. Hæc igitur ad vestram notitiam ferre properavimus, ut sciatis quanta nos diuturna super rerum communi utilitate cura sollicitet, studentes certas & indubitatas, & in unum codicem collectas esse de cætero constitutiones: ut ex eo tantummodo sub felici nostro nomine nuncupando Codice, recitatio constitutionum in omnibus ad citiores litium decisiones fiat judiciis. Datum Idib. Febr. CP. DN. JUSTINIANO PP. A. II. CONS. An. Christi 528.

DE JUSTINIANEO [2] CODICE CONFIRMANDO.

Imperator JUSTINIANUS *Pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Mennæ præfecto prætorio, expræfecto hujus almæ Urbis C P. ac Patricio.*

SUmma reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum, armorum [3] scilicet, atque legum veniens, vimque suam exinde muniens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari tam præteritis effecit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet: istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit: & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsæ leges armorum præsidio servatæ sunt. Merito igitur ad primam communium rerum sustentationem nostram sententiam, & mentem laboresque nostros referentes, militaria [4] quidem agmina multiplicibus, & omnem providentiam continentibus modis correximus: & tam veteribus ad meliorem statum brevi tempore reductis, quam novis non solum exquisitis, sed etiam recta dispositione nostri nominis, sine novis expensis publicis constitutis, primo servando posita [5], deinde nova [6] ponendo, firmissima subjectis effecimus. §. 1. Sed cum sit necessarium multitudinem constitutionum tam in [7] tribus veteribus Codicibus relatarum, quam post earum confectionem posterioribus temporibus adjectarum, ad brevitatem reducendo, caliginem earum rectis judicum definitionibus insidiantem penitus extirpare: ad hoc commune præstandum beneficium Deo præsule prono animo nos dedimus: & electis viris gloriosissimis, tam doctrina legum, quam experientia rerum, studioque reipublicæ indefesso, & laudabili proposito pollentibus, sub certis finibus magnum laborem commisimus: per quem, tam trium veterum, Gregoriani, Hermogeniani, atque Theodosiani codicum constitutiones, quam plurimas alias post eosdem codices a Theodosio divinæ memoriæ, cæterisque post eum retro principibus, a nostra etiam clementia positas in unum codicem felici nostro vocabulo nuncupandum colligi præcepimus. Tollendis quidem tam præfationibus nullum suffragium sanctionibus conferentibus [8], quam contrariis constitutionibus, quæ posteriore promulgatione vacuatæ sunt: similibus etiam; præter eas, quæ eadem pene sanciendo, divisionem juris aliquam facere noscuntur, ex qua dividendo vetera novum aliquid nasci videtur, multis insuper aliis ad rectam hujus Codicis compositionem pertinentibus, iisdem prudentissimis viris a nostro numine mandatis: & nostro studio pro republica instituto, suum præsidium Deus omnipotens annuit. §. 2. Ad istum enim laborem, & tanti operis consummationem electi, vir excellentissimus exquæstore nostri palatii, consularis atque patricius *Joannes*: & vir sublimissimus expræfecto prætorio consularis atque patricius *Leontius*: vir quoque eminentissimus magister militum, consularis atque patricius, *Phocas*: etiam vir excellentissimus expræfecto prætorio per orientem, & patricius, & nunc præfectus prætorio per Illyricum, *Basilides*: & vir gloriosissimus quæstor sacri nostri palatii, & exconsule *Thomas*, imo & vir magnificus magisteria [9] dignitate inter agentes decoratus, *Tribonianus*: & vir illustris comes sacrarum largitionum inter agentes, & magister [10] scrinii, & libellorum, & sacrarum cognitionum, *Constantinus*: & vir illustris exmagistro, & juris doctor in hac alma urbe *Theophilus*: viri etiam disertissimi togati amplissimi fori tuæ sublimitatis *Dioscorus* atque *Præsentinus* omnia, quæ eis mandavimus, cum sedula & pervigili industria, moderataque digestione, cum Dei auxilio ad prosperum tulerunt terminum, & eundem novum Justinianeum [11] Codicem nobis obtulerunt ita compositum, ut & rebus profuturus esset communibus, & nostro convenisset imperio.

§. 3. Hunc igitur in æternum valiturum judicio tui culminis intimare perspeximus, ut sciant omnes tam litigatores, quam disertissimi advocati, nullatenus eis licere de cætero constitutiones ex veteribus tribus codicibus, quorum jam mentio facta est, vel ex iis, quæ novellæ constitutiones ad præsens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, sed solum eidem nostro Codici insertis constitutionibus necesse esse uti [12], falsi crimini subdendis his, qui contra hoc facere ausi fuerint: cum sufficiat earundem constitutionum nostri Codicis recitatio, adjectis etiam veterum juris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites: nullaque dubitatione emergenda, vel eo quod sine [13] die & consule quædam compositæ sunt, vel quod ad certas personas rescriptæ sunt: cum omnes generalium constitutionum vim obtinere proculdubio est, sed & si quæ earum constitutionum detractis vel additis, vel permutatis certis verbis (quod & ipsum præfatis excellentissimis viris specialiter permisimus) compositæ sunt: nullis concedimus ex libris veterum juris interpretatorum aliter eas habentes recitare, sed solam juris interpretatorum sententiam commendare: ut nunc teneat, cum minime adversetur ejusdem nostri Codicis constitutionibus. §. 4. Si quæ vero pragmaticæ [14] sanctiones, quæ minime in eodem nostro Codice receptæ sunt, civitatibus forte, vel corporibus, vel scholis, vel scriniis, vel officiis, vel alicui personæ impertitæ sunt: eas siquidem aliquod privilegium speciali beneficio indulgent, omni modo ratas manere: si vero pro certis capitulis factæ sunt: tunc tenere cum nulli nostri Codicis adversantur constitutioni, præcipimus. Sed & si qua regesta [15] in tui culminis judicio, vel in aliis judiciis civilibus, vel militaribus, vel apud principia numerorum pro publicis expensis, vel quibuscunque titulis ad publicum pertinentibus posita sunt: ea etiam prout communis rei commoditas exigit, firma esse censemus. §. 5. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua pro innato sibi circa rempublicam nostrasque dispositiones explendas studio, ad omnium populorum notitiam eundem Codicem edictis ex more propositis pervenire faciat: ipso etiam textu Codicis in singulas provincias nostro subjectas imperio, cum nostra divina subnotatione mittendo, ut eo modo ad omnium notitiam ejusdem nostri Codicis constitutiones valeant pervenire, & ut exantibus festis diebus, id est, ex die sextodecimo Kalendarum Maji præsentis septimæ [16] indictionis, consulatu Decii viri clarissimi recitationes constitutionum ex eodem nostro Cod. fiant. Dat. 7. Id. Apr. CP. DECIO V. C. CONS. 529.

DE EMENDATIONE CODICIS DOMINI JUSTINIANI ET SECUNDA [17] EJUS EDITIONE.

Imp. Cæsar, Flavius, Justinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus, Senatui urbis Constantinopolitanæ, S.

COrdi nobis est, patres conscripti, semper nostri animi curas rebus communibus avidissime impendere, ut nihil a nobis inceptum, imperfectum relinquatur. Igitur in primordio nostri imperii sacratissimas constitutiones, quæ in diversa volumina fuerant dispersæ, & quamplurima similitudine, necnon diversitate vacillabant, in unum corpus colligere, omnique vitio purgare proposuimus: & hoc jam per viros excelsos & facundissimos perfectum est, & a nobis postea confirmatum: quod geminæ constitutiones nostræ, quæ ante positæ sunt, ostendunt. §. 1. Postea vero cum vetus jus considerandum recepimus, tam quinquaginta [18] decisiones fecimus, quam alias ad commodum propositi operis pertinentes plurimas constitutiones promulgavimus: quibus maximus antiquarum legum articulus emendatus & coarctatus est, omneque jus antiquum supervacua prolixitate liberum atque enucleatum in nostris Institutionibus & Digestis reddidimus. §. 2. Sed cum novellæ [19] nostræ tam decisiones [20], quam constitutiones, quæ post nostri Codicis confectionem latæ sunt, extra corpus ejusdem Codicis divagabantur, & nostram providentiam, nostrumque consilium exigere videbantur: quippe cum earum quædam ex emersis postea factis aliquam meliore consilio permutationem vel emendationem desiderabant: necessarium nobis visum est per [21] *Tribonianum* virum excelsum magistrum exquæstore & exconsule legitimum operis nostri ministrum, necnon virum magnificum quæstorem & Berytiensium legum Doctorem *Dorotheum*, *Mennam* insuper & *Constantinum* & *Joannem* viros eloquentissimos togatos fori amplissimæ sedis, easdem constitutiones nostras decerpere, & in singula discretas capitula, ad perfectarum constitutionum soliditatem competentibus supponere titulis, & prioribus constitutionibus eas adgregare. §. 3. Supradictis itaque magnificis & prudentissimis viris permisimus hæc omnia facere: & si qua emendatione opus foret, hanc facerent non titubante animo, sed nostra auctoritate freti: constitutiones vero superfluas, vel ex posterioribus sanctionibus nostris jam vacuatas, vel si quæ similes vel contrariæ invenirentur, circumducere, & a proprii Codicis congregatione separare: & tam imperfectas replere, quam nocte obscuritatis obductas, nova elimationis luce detegere: ut undique non solum Institutionum, & Digestorum via dilucida & aperta pateat, sed etiam constitutionum nostri Codicis plenum jubar omnibus clareat: nulla penitus nec simili, nec diversa, nec inusitata relicta [constitutione:] cum nemini venit in dubium, quod repetita prælectio probavit, hoc satis validum, satisque esse formosum. In antiquis etenim libris non solum primas editiones, sed etiam secundas (quas repetitas [22] prælectiones veteres nominabant) subsecutas esse invenimus: quod ex libris Ulpiani viri prudentissimi ad Sabinum scriptis promptum erat quærentibus reperire.

§. 4. His igitur omnibus ex nostra confectis sententia, commemoratus Justinianeus Codex a prædictis gloriosissimis & facundissimis viris purgatus & candidus factus, omnibus ex nostra jussione & circumductis, & additis, & repletis, necnon transformatis, nobis oblatus est: & jussimus (in) secundo eum ex integro conscribi, non ex priore compositione, sed ex repetita prælectione: & eum nostri numinis auctoritate nitentem in omnibus judiciis solum, quantum ad divales constitutiones pertinet, frequentari ex die quarto Kal. Januarii, quarti nostri felicissimi consulatus, & Paulini viri clarissimi: nulla alia extra corpus ejusdem Codicis constitutione legenda: nisi postea varia rerum natura aliquid novum creaverit, quod nostra sanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium est, quod si quid in posterum melius inveniatur: & ad constitutionem necessario sit redigendum, hoc a nobis & constituatur, & in aliam congregationem referatur: quæ Novellarum nomine constitutionum significetur.

§. 5. Repetita itaque jussione nemini in posterum concedimus, vel ex decisionibus nostris, vel ex aliis constitutionibus, quas antea fecimus, vel ex prima Justinianei Codicis editione, aliquid recitare: sed quod in præsenti purgato, & renovato Codice nostro scriptum invenitur, hoc tantummodo in omnibus rebus, & judiciis & obtineat, & recitetur, cujus scripturam ad similitudinem nostrarum Institutionum, & Digestorum [23] sine ulla signorum dubietate conscribi jussimus: ut omne quod a nobis compositum est, hoc & in scriptura, & in ipsa sanctione purum atque dilucidum clareat: licet ex hac causa in ampliorem numerum summa hujus Codicis redacta est. §. 6. Ut igitur, sanctissimi & florentissimi patres, nostri labores vobis manifesti fiant, & per omne tempus obtineant: hanc præsentem legem ad frequentissimum ordinem vestrum duximus destinandam. Dat. XVI. Kal. Dec. *Constantinopoli*, Domino JUSTINIANO, PP. A. IV. & THEODOTO PAULINO Viro Clariss. CONSS. 534.

1 Vid. *l. 7. in princ. & §. 1. C. de div. rescr. & prag. Sanctionib.*
2 Qui & novus etiam dictus est *Const. 6. h. t.* alius ab emendato. *J. de emendat. Cod.*
3 *pr. & §. 1. Inst. proœm.* 4 De constitutionibus ad rem militarem pertinentibus, vid. *tit. 2. C. Theod. 34. ad 50. & 49. ff. tit. 16. 17. 18.* 5 Al. *leges positas.* 6 Al. *novas.* 7 De quibus *constit. 1. in pr. 8. hic.* 8 Pugnat tamen *l. 74. ff. ad SC. Treb.* Antonini Pii cum *l. 48. ff. de cond. & dem.* Antonini Caracallæ & cum *l. 3. Cod. quando dies leg. l. 49. in princ. ff. de leg. 1.* quæ sunt Alexandri. 9 Nota de magistro inter agentes. 10 Qui & ἀντιγραφεύς & princeps scriniorum dicitur, a Lampridio spectabilis, honore comitis ornatus, adsessor quodammodo principis, differens a referendario. Utriusque munus in Gallia magistri requestarum complectuntur. Cujac. *l. 1. C. de magistris Sacr. Scrin.* 11 Et ita decem viri electi sunt ad compositionem veteris codicis Justin. 12 *Constit. ad senatum J. §. hunc igitur & l. 25. l. ult. ff. l. 4. C. ad l. Cornel. de fals.* adde *l. 1. ff. de concussione.* 13 Vid. *l. 4. C. de divers. rescript.* 14 *l. ult. §. ult. C. de diversis rescript.* 15 Vid. in hunc locum Cujac. *15. obs. 37.* 16 Indictiones unde dictæ, & quid significent, explicant Beda *c. 48. de natura rerum.* Cujac. *initio tit. Cod. de indictionibus* & Mat. Beroald. 4. *Chronic.* 4.
17 Hac editione hodie utimur. 18 Quæ ex Consulatu Lampadii & Orestis, & sequentibus dignoscuntur. 19 Vide quæ scripsi ad *Nov. initium.* 20 Harum plerisque jus vetus, quod erat certum, emendavit: illarum vero nonnullis certum fecit, quod erat controversum. Cujac. *hic.* 21 Quinque viri hic præficiuntur emendationi Codicis Justinianei. Decem novo Codici faciendo: septemdecim pandectis: tres institutionibus componendis præfuerunt. 22 Prælectiones erant lectiones, quibus præceptores viva voce aut scripto discipulis vias discendi præmonstrabant. *Cujac.* idem hinc colligit 4. *ad Africanum.* veteres Jurisconsultos variasse, & quidem Papinianum, *l. 6. §. 1. ff. de serv. expor. l. ult. §. 3. C. de furt.* Julianum, *l. 19. in fin. ff. ad SC. Velleianum. &* Scævolam, *l. 25. §. ult. ff. de adq. rer. dom.* 23 Et testamentorum. *l. 6. §. ult. ff. de bon. poss.* *Novell.* 107. *c. 2.* non militarium tamen, *l. 41. ff. de milit. test.* de notis & siglis, vid. Cujac. 3. *obs.* 3. & 12. *obs. ult.*

D. JUSTI-

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,[1]
REPETITÆ[2] PRÆLECTIONIS[3]
LIBER PRIMUS.
INCIPIT FELICITER.
DE[4] SUMMA[5] TRINITATE, ET FIDE[6] CATHOLICA[7], ET U T[8] NEMO DE EA PUBLICE[9] CONTENDERE[10] AUDEAT.

TITULUS PRIMUS[11].

De una deitate & trinitate. 1. *De nomine eorum, qui veram fidem amplectuntur, & de pœnis hæreticorum.*

1. Imperatorum GRATIAN. VALENTIN. & THEOD.[12] AAA. Edictum ad populum urbis Constantinopolitanæ.

CUnctos[13] populos, quos[14] Clementiæ nostræ regit imperium, in tali[15] volumus religione versari, quam divum[16] Petrum[17] Apostolum tradidisse Romanis[18], religio usque adhuc[19] ab ipso insinuata declarat: quamque Pontificem Damasum[20] sequi claret, & Petrum[21] Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: hoc est, ut secundum Apostolicam[22] disciplinam Evangelicamque doctrinam, Patris & Filii & Spiritus sancti unam deitatem sub pari[23] majestate & sub pia Trinitate credamus. §. 1. Hanc legem sequentes, Christianorum Catholicorum[24] nomen jubemus amplecti: reliquos vero dementes[25] vesanosque judicantes, hæretici dogmatis infamiam[26] sustinere[27]: divina[28] primum vindicta, post etiam motus [animi] nostri[29], quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. Dat. 3. Kal. Mart. *Thess.* GRATIANO A. V. & THEODOSIO A. CONSS. 380.

De hæreticorum & fidelium congregationibus. 1. *Summa concilii Nicæni.* 2. *De hæreticis ejiciendis & catholicis episcopis ecclesiæ restituendis.*

2. Iidem AA. Eutropio Præfecto Prætorio.

NUllus[30] hæreticis ministeriorum locus[31], nulla ad exercendam animi obstinatioris[32] dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiamsi quid speciali quodlibet rescripto per fraudem[33] elicito ab hujusmodi hominum genere impetratum sit, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ: unius[34] & summi Dei nomen ubique celebretur. Nicænæ fidei dudum[35] a majoribus traditæ; & divinæ religionis testimonio, atque adsertione firmatæ, observantia semper mansura teneat. §. 1. Is autem Nicænæ adsertor fidei & Catholicæ religionis verus cultor accipiendus est: qui[36] omnipotentem Deum & Christum Filium Dei uno[37] nomine confitetur: Deum[38] de Deo, lumen de lumine: qui Spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente[39] & speramus & accipimus, negando non violat: apud quem intemeratæ fidei sensus viget, & incorruptæ[40] Trinitatis indivisa[41] substantia, quæ Græco[42] verbo ὁμουσία[43] recte credentibus dicitur. Hæc profecto nobis magis probanda, hæc veneranda sunt. §. 2. Qui vero non iisdem inserviunt; desinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen assumere: & suis apertis[44] criminibus denotentur, atque ab omni submoti Ecclesiarum limine penitus arceantur: cum omnes hæreticos illicitas[45] agere inter oppida congregationes vetemus. At si quid eruptio factiosa tentaverit, ab ipsis etiam urbium[46] mœnibus exterminato furore propelli jubemus: ut cunctis orthodoxis Episcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Ecclesiæ toto orbe reddantur. Dat. 4. Id. Jan. CP. FL. EUCH. & FL. SYAGRIO CC. COSS. 383.

Præfatio. 1. *De libris Porphyrii contra Christianam religionem.* 2. *De Nestorianis puniendis.* 3. *De libris Nestorii & similibus comburendis. De synodo Nicæna & Ephesina.* 4. *De Irenæo.* 5. *Epilogus.*

3.[47] Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Hormisdæ P.P.

DEcere[48] arbitramur nostrum Imperium, subditos nostros de religione commonefacere: Ita enim & pleniorem adquiri Dei, ac Salvatoris nostri Jesu Christi benignitatem possibile esse existimamus, si quando & nos pro viribus ipsi placere studuerimus, & nostros subditos ad eam rem instituerimus. §. 1. Sancimus [igitur,] ut omnia, quæcunque *Porphyrius*[49] sua pulsus insania [aut quivis alius] contra religiosum Christianorum cultum conscripsit, apud quemcunque inventa fuerint, igni[50] mancipentur. Omnia enim provocantia Deum ad iracundiam scripta, & pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire volumus. §. 2. Præterea sancimus, ut qui adfectant impiam *Nestorii*[51] opinionem, vel nefariam ejus doctrinam[52] sectantur; si Episcopi aut Clerici sint, ab Ecclesiis ejiciantur: si laici, anathematizentur, [secundum ea, quæ jam a nostra divinitate sunt constituta:] licentiam habituris orthodoxis, quicunque voluerint, secundum nostram legislationem, absque metu, & damno ipsos propalare & accusare. §. 3. Quoniam vero pervenit ad pias nostras aures, quod quidam doctrinas quasdam conscripserunt, & ediderunt ambiguas, & non per omnia ac præcise congruentes expositæ orthodoxæ fidei a Sancta Synodo eorum sanctorum patrum, qui

1 Codicis libri sunt XII. ad imitationem ut quidam putant XII. *tabul.* continet leges 8134. Cont. *lect. subcisiv. cap.* 8. *n.* 2. Editus est 16. Kalend. Decemb. An. Christi 533. vel, ut alii volunt, An. 536. *Anselmo.* 2 Id est, secundæ editionis. §. 3. *de emendatione Codicis Justinianei.* 3 *Prælectionis*, i.e. editionis. Est etiam *prælectio*, præceptoris lectio. 4 1. *Decret.* 1. & 1. *Sext.* 1. & 1. *Clem.* 1. 5 *Summa Trinitas*, de qua tunc maximæ erant in Ecclesia controversiæ: vel quæ humanam cognitionem excedit: vel de summa Dei unitate in tribus personis. Trinitatis epitheton hoc frequens veteribus, ut ἁγία, sancta diceretur. Athanas. *Dialect.* περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. Dicitur pia *l.* 1. *in fin. pr.* J. *h. t.* & incorrupta. *l.* 2. §. 1. J. 6 *L.* 16. *C. Theod.* 1. id est, de præcipuis fidei Catholicæ articulis. 7 *Catholica fides*, quæ semper, quæ ubique, quæ apud omnes: quæ tempore, loco, multitudine, antiquitate, universitate, & consensu, novitati, parti, & paucorum errantium dissensioni præfertur. v. Vincentium Lyrinensem *adversus profanas novationes.* Eadem Apostolica, *l.* 1. J. *h. t.* Tert. *de præscr.* Evangelica, *d. l.* 1. Christiana, *l.* 4. J. *h. t.* 1. *Ecloga* 1. *Actor.* 11. *vers.* 26. Tert. 3. *Apolog.* Euseb. 5. *Histor.* 1. Orthodoxa, *Eclog. ibid.* & Romana, de quo alibi dicam. 8 *L.* 16. *C. Theod.* 4. 9 V. *l. fin.* J. *h. t.* 10 Id est, contentiose disputare. *d. l.* 4. 11 Vide hic Alciatum & Corasium, qui ad hunc titulum ex professo scripsere. Mod. 12 Hujus legis a Theodosio latæ meminit hac eadem sententia Sozomenus 7. *historiæ ecclesiasticæ* 4. *in fin.* 13 Legem hanc fuse satis enarrat Gothofredus, præter quem tamen adi etiam Mercerium *lib.* 2. *opin. cap.* 7. & Waltherum *lib.* 2. *Miscell. c.* 3. Mod. *Cuncti*, omnes quidem, sed conjuncti: *omnes*, etiam locis disjuncti. Fest. *in Cuncti.* 14 Relativum hoc antecedens suum restringit: quippe nec facto, nec jure (semper enim liberi quidam populi, liberæque fuerunt civitates, *l.* 12. §. 10. *ff. de captivis*) Byzantino, vel si mavis, Romano imperio universus orbis ea tempestate paruit: peccant etiam Historiæ cognitione & jure, qui negant imperia suos habuisse limites, & occasus, suaque decrementa, vel ob justam inter plures coheredes divisionem, etiam a parentibus testamento factam (cujus extat exemplum Constantini Magni. 2. *Sozomen.* 32.) vel æquam talionis, & postliminii vicissitudinem: Nullum universi orbis perpetuum imperium, nisi Dei. Majora interire possunt. Romanum interiturum prædixit Sibylla apud Lactant. 7. *c.* 15. *in fine.* Notum est illud Antonini *lib.* 4. *de vita sua*, πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι, ἵνα τεθνήκασι. Notum est & illud, *Latium in Latio requiri:* adde quæ scripsi ad *l.* 20. *ff. quib. mod. usufr. amitt.* Nulla denique perpetua, vel ita constituta, ut ad orbis interitum usque perdurent. Ideoque negant interpretes, Imperatores jurisdictione controversa uti posse extra territorium. v. Rolandum a Valle 1. *Cons.* 88. *num.* 22. adde *l.* 5. *ibi: In Romanum locum.* J. *de hæret. & Manich.* 15 Sic alibi sicut Athanas. Theoph. & Cyrillus credebant. *l.* 8. J. *de hæret. & Manich.* 16 Divinum, *l.* 1. *C. Th. de fide Catholica.* 17 Possis & ipsum Paulum adjicere, *v. Epist. ad Gal. c.* 1. & 2. 18 Apud quos crucifixus fuit. Tertull. *in lib. de præscr.* Felix ecclesia (Romanam intelligit) ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur. 19 Usque ad nunc, *C. Theod.* 20 De cujus electione v. Ammianum, *l.* 27. Ruffin. 2. *c.* 20. Socr. 4. *c.* 24. 21 Successorem Athanasii 2. Ruffinus 3. 4. Socrates 30. Idem *l.* 5. *c.* 3. 7. Sozom. 39. Epiph. *l.* 2. *Tom.* 2. *hæres.* 68. Zonaras *anno* 377. 22 *Apostolica disciplina* dicitur, quæ non modo sub, sed & ab ipsis Apostolis, aut Apostolicis tradita, aut ab iis, qui in eadem fide & consanguinitate doctrinæ fuerunt. Tert. *lib. de præscr.* 23 Sub parili. *l.* 2. *C. Theod. de fide catholica* ἐν ἴσῃ ἐξουσίᾳ 1. *Eclog.* 1. hinc illa: Rapinam non est arbitratus εἶναι ἴσα θεῷ. *Philip.* 2. *v.* 6. ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ. *Joan.* 5, 18. 24 Id est, in eo profitentur se Christianos Catholicos. 25 Ἀτίμους εἶναι καὶ τιμωρίαν προσδέχεσθαι, infames & pœna affici, Sozom. 7. *c.* 4. 26 *V. Authentic. Gazaros.* & *l.* 21. J. *de hæreticis & Manich.* 27 Additur *l.* 2. *C. Theod. de fide Cathol.* nec eorum conciliabula Ecclesiarum nomen accipere. 28 Adde *l.* 2. J. *de reb. cred.* i.e. æterna. Possis etiam intelligere censuram Ecclesiasticam. *v. can.* 63. *Canon. Apost.* 29 Hujusmodi motus, pro ratione magistratuum & provinciarum, sunt diversi: de quibus v. Pap. 1. *Arrest.* 2. Clarum 5. *sent.* §. *hæresis.* 30 Plenior extat hæc lex in *C. Th. tit. de hæret.* & *est lex* 6. *ejus titul. lib.* 16. 31 *l.* 3. *in fin. l.* 5. J. *de hær. & Manich. Nov.* 142. vel *Pontificium*, i. e. potestas Ecclesiæ obtinendæ, *l.* 3. *in fin. C. Theod. de fide Catholica.* vel colligendi (se sc.) copia *l.* 4. *C. Th. ibid.* & *l.* 1. *l.* 11. *l.* 26. *h. t. lib. tit.* 4. 32 *Hæresis* quid est? *obstinatioris animi dementia.* 33 Privilegia per fraudem elicita, nullius sunt momenti. 34 Arianos perstringit, velut filium diversum Deum statuentes a Patre. 35 Sub Constantino Magno. 36 Nota ἐπιτομὴν symboli Nicæni. 37 Id est, pariter. 38 Adde Victorini confessionem de Trinitate huic plane similem *lib.* 1. *adversus Arium:* sed & formulam fidei apud Socratem, *hist.* 1. *cap.* 5. & Cyrilli epistolam ad Nestorium apud Evagrium 2. *cap.* 18. Hac etiam formula utitur Marius Victor. *l.* 2. *in fin.* Deum in Deo, lumen in lumine: & Phœbadius *adversus Arianos*, Deum ex Deo, lumen de lumine. 39 Et filio, nam ab utroque procedit. Datur a patre, *Joan.* 14. *v.* 6. mittitur, *ibid. v.* 26. promittitur, *Lucæ* 24. *v.* 49. *Act.* 1. *v.* 4. ἐκπορεύεσθαι, *Joan.* 15. *vers.* 26. Inde appellatur πνεῦμα θεοῦ. *Rom.* 8. *vers.* 14. τοῦ πατρὸς. *Matth.* 10. *v.* 20. τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν. *Rom.* 8. *v.* 11. dicitur etiam πνεῦμα υἱοῦ *Gal.* 4. *v.* 6. Χριστοῦ. *Act.* 1. *Rom.* 8. *vers.* 9. 11. & a filio accipere. *Joan.* 16. *v.* 14. 15. Hujusmodi emanatio Theologis *processio* dicitur: voce, meo judicio, inventa non tam ad exprimendum modum emanationis, quam ut modus ille distingueretur a generatione filii. Qui plura volet de processione Spiritus sancti, legat *Hugonem Eterianum.* Ad hunc etiam locum vide quædam apud Cujacium, 12. *obs.* 26. 40 Incorruptam Trinitatem appellat, quam Proculus, *epist. ad Arm.* ἀμέριστον τριάδα dixit. 41 Non si tres personæ, tres ideo essentiæ. Male Arius in divinis, a tribus personis ad tres naturas: Male Sabellius, ab una natura ad unam personam: male quoque Eutyches, ab una Christi persona ad unam naturam: male Nestorius a duabus naturis ad duas personas duxerunt argumentum: qua de re v. Vigil. *lib.* 1. *advers. Eutychem.* 42 Marius Victorinus *lib.* 2. *adversus Arianos:* magnum miraculum: Verbum vos hæreticos facit: vel potius sonus verbi quod Græce dicitur, & *post.* Verbum ὁμοούσιον non est obscurum, nam & nos diximus quid significet. Contrarium non est, quia ad substantiam pertinet, quam omnes fatentur. Sed minus aut amplius exprimit? corrigendum potius quam auferendum. Supervacuum non est, quia constat ubi & quomodo dicatur. Est utile, quia excludit hæreticos, maxime Arianos. Sed nuper est positum? quia nuper erupit venenata cohors hæreticorum, probatum vero a patribus in Nicæna civitate, & ab Imperatore. 43 Al. οὐσία, ut habet quoque Codex Theodos. 44 Hæretici vocentur, non Orthodoxi vel Catholici, & vocentur quidem ab autore sectæ suæ *l.* 6. J. *de hæret. & Manich.* 45 V. quæ scripsi *ad l.* 8. §. 3. J. *de hæreticis & Manich.* 46 Adde *l.* 4. *in fin.* J. *h. t.* Goth. Ergo qui modeste se continent, nec scandalum præbent, proscribendi non sunt. *Ans.* 47 Constat hanc legem esse tertiam hujus tituli ex Evagrio 1. *cap.* 12. 48 Magistratus civilis munus est, non tantum Episcoporum, suis legibus divinas confirmare, *l.* 1. §. *h. t.* non tamen novas condere *Act.* 4. *v.* 19. 20. *Gal.* 1. *v.* 10. 49 *Porphyrius*, patria Tyrius, Græcus philosophus, autor Isagoges quæ Porphyriana dicitur, de quo v. Epiphanium *lib.* 1. *tom.* 2. *hæresi* 51. Aug. 10. *de civit.* 21. *ad fin. libri.* Socratem 5. *hist.* 19. Vincentium Lyrinensem *advers. profan. novit.* Ejus tamen encomia v. apud Eunapium *lib. de vitis Sophistarum.* Suidam *in Porphyrius.* 50 Socrates 1. *hist.* 6. *in* 2. *Constantini Epistola v. tom.* 1. *Concil. in Epist. Constantini ad omnes Episcopos, l.* 6. *in fine* J. *de hæreticis & Manich. Nov.* 42. *c.* 1. *in fin.* adde §. 3. J. *h. t.* 51 De Nestorio & Nestorianis, adde §. 4. J. *h. t. l.* 5. §. 2. *l.* 6. §. 2. *l.* 7. §. 1. *l.* 8. §. 1. §. 4. §. 6. *l.* 6. *l.* 8. J. *de hæretic. & Manich. Nov.* 115. *c.* 3. *circa finem.* Rusticum *adversus Acephalos:* Socratem *lib.* 7. *passim:* Evagrium 1. *c.* 6. & *c.* 12. ubi meminit hujus constitutionis: Vigilium 1. & *passim* Suidam *in Nestorius.* 52 Quænam fuerit, dicetur suo loco.

Nicææ [1], & Ephesi [2] convenerunt, & a Cyrillo piæ memoriæ, qui fuerat magnæ Alexandriæ civitatis episcopus: jubemus, facta hujusmodi scripta, sive antea, sive nunc, [potissimum autem ea quæ Nestorii sunt,] comburi [3], & perfectissimo interitui mancipari: ita ut in nullius cognitionem venire possint: his qui talia scripta, aut tales libros habere, aut legere sustinuerint, ultimum [4] supplicium experturis. De cætero nulli patente licentia, præter expositam fidem (ut diximus,) tam Nicææ quam Ephesi, aliud quid vel dicere, vel docere: transgressoribus nimirum hujus nostri divini præcepti, ei pœnæ, quæ continetur lata adversus impiam Nestorii fidem, lege subjiciendis. §. 4. Ut autem omnes re ipsa discant, quantum nostra divinitas aversetur eos, qui impiam Nestorii fidem adfectant: præcipimus *Irenæum* [5] dudum ob hancce [6] causam nostræ indignationi suppositum, & postea (nescimus quomodo) post binas [7] nuptias (ut didicimus) præter apostolicos canones, Tyriorum civitatis Episcopum factum, ex Tyriorum quidem ecclesia dejici, in sua autem duntaxat patria degere quiescentem omnimodo, & schemate atque nomine sacerdotis exutum. §. 5. Hæc igitur tua magnificentia, sequens nostræ religionis scopum, observare & effectui dare studebit. Datum [8] 13. Kal. Mart. 449.

Ne quis de fide publice contendat.

4. Imp. MARCIANUS [9] A. Palladio præfect. præt.

NEmo [10] clericus [11], vel militaris, vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Christiana, publice turbis coadunatis [12], & audientibus, tractare [13] conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam & injuriam [14] facit judicio reverendissimæ [15] Synodi, si quis semel judicata ac recte disposita revolvere & publice disputare contenderit: cum ea quæ nunc de Christiana fide [16] a sacerdotibus, qui Chalcedone [17] convenerunt [18], per [19] nostra præcepta statuta sunt, juxta Apostolicas expositiones, & instituta sanctorum patrum trecentorum decem & octo [in Nicæa,] & centum [20] quinquaginta [in hac Regia [21] Urbe] definita esse noscantur. Nam in contemptores hujus legis pœna [22] non deerit: quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed etiam Judæis & Paganis ex hujusmodi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, [a] consortio clericorum removebitur: si vero militia præditus sit, cingulo [23] spoliabitur: Cæteri autem hujus criminis rei, si quidem liberi sint, de hac Sacratissima Urbe [24] expellentur: pro vigore judiciario etiam competentibus suppliciis subjugandi: [si vero servi, severissimis animadversionibus plectentur.] Dat. [25] 8. Id. Feb. Constant. PATRICIO & RICHIMER. CONSS. 459.

Præfatio. 1. Summa catholicæ fidei. 2. Anathematizantur Nestorius, Eutyches, Apollinaris, & sectatores.

5. [26] Imp. JUSTINIANUS A. *.

CUm recta atque irreprehensibilis fides, quam prædicat sancta Dei Catholica & Apostolica ecclesia, nullo modo innovationem [27] recipiat: nos sequentes sanctorum Apostolorum, & eorum qui post eos in sanctis Dei ecclesiis conversati sunt, dogmata, justum fore existimavimus, cunctis manifestum facere, qualiter de fide, quæ in nobis est, sentiamus, insistentes & adhærentes traditioni & confessioni sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ. §. 1. Credentes enim in Patrem & Filium, & Sanctum Spiritum, unam essentiam in tribus hypostasibus [28], seu subsistentibus personis, adoramus unam deitatem, unam potestatem, trinitatem consubstantialem [29]. In ultimis autem diebus confitemur unigenitum Dei filium, Deum de Deo, Filium ex Deo, ante sæcula & sine tempore ex Patre natum, coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, descendisse de cœlis, incarnatum esse ex Spiritu sancto, & sancta gloriosa, & semper virgine Maria, hominem factum esse, crucem pertulisse, sepultum [30] fuisse, & resurrexisse tertia die, unius & ejusdem miracula & passiones, quas sponte carne sustinuit, agnoscentes. Neque enim alium Deum Verbum novimus, alium Christum: sed unum & eundem consubstantialem patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Mansit namque Trinitas etiam post incarnatum unum ex Trinitate Dei Verbum: neque enim quartæ [31] personæ adjectionem recipit sancta Trinitas.

§. 2. Hæc igitur cum ita se habeant, anathematizamus omnem hæresin, præsertim vero *Nestorium* Anthropolatram [32], dividentem unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, & Deum nostrum; nec diserte & secundum veritatem confitentem sanctam gloriosam semper virginem Mariam theotocon [33] esse, hoc est, Deiparam: sed alium esse dicentem Deum ex Deo patre, alium, qui ex sancta semper virgine Maria natus est: hunc [34] autem gratia, & proximitate, quam habuit cum Deo verbo, Deum factum esse.

† Neque vero Nestorium solum, sed & *Eutychem* [35] mente captum, phantasiam inducentem, negantem autem veram ex sancta semper virgine, & Deipara Maria incarnationem, hoc est nostram salutem: neque confitentem per omnia consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. † Simili modo & *Apollinarem* animicidam, seu psychophthoron [36], dicentem, Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, & Deum nostrum inanimem esse, & confusionem seu perturbationem superducentem inhumanationi unigeniti filii Dei. Sed & omnes, qui idem cum eis sentiunt. Si enim aliqui post hanc nostram præmonitionem, certo & liquido id cognoscentibus & comperientibus locorum Episcopis Deo amantissimis, inventi fuerint posthac in contraria his opinione esse: hi nullius [37] indulgentiæ expectent veniam: Jubemus enim tales tanquam confessos hæreticos competenti animadversioni subjugari [38]. Dat. 528.

Præfatio. 1. Summa catholicæ fidei. 2. Nestorius. 3. Eutyches. 4. Apollinaris, & eorum sectatores anathematizantur.

6. [39] Idem Imp. Constantinopolitanis.

CUm Salvatorem [40], & Dominum omnium Jesum Christum verum Deum nostrum colamus per omnia, studemus etiam (quatenus datum est humanæ menti assequi) imitari [41] ejus condescensionem [42] seu demissionem. Etenim cum quosdam invenerimus, morbo [43] atque insania detentos impiorum Nestorii, & Eutychetis, Dei & sanctæ catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ hostium, nempe qui detrectabant sanctam gloriosam semper virginem Mariam theotocon sive Deiparam appellare proprie [44], & secundum veritatem: illos festinavimus, quæ sit recta Christianorum fides, edocere. Nam hi incurabiles cum sint, celantes errorem suum passim circumeunt, (sicut didicimus) & simpliciorum animos exturbant & scandalizant, ea astruentes, quæ sunt sanctæ Catholicæ ecclesiæ contraria. Necessarium igitur esse putavimus, tam hæreticorum vaniloquia & mendacia dissipare, quam omnibus insinuare, quomodo aut sentiat sancta Dei & catholica & apostolica ecclesia, aut prædicent sanctissimi ejus sacerdotes: quos & nos sequuti, manifesta constituimus ea, quæ fidei nostræ sunt: non quidem innovantes [45] fidem (quod absit) sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cum impiis hæreticis sentiunt. Quod quidem & nos in nostri imperii primordiis pridem satagentes cunctis fecimus manifestum. §. 1. Credimus itaque in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, & in Spiritum sanctum, unam essentiam in tribus [46] hypostasibus sive subsistentibus personis, adorantes unam deitatem, unam potestatem, trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium ex [47] Deo vero Deum verum, ante [48] secula, & [49] sine tempore ex Patre [50] natum: coæternum [51] Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, qui descendit de cœlis, incarnatus de Spiritu Sancto, & sancta gloriosa & semper [52] virgine Maria, & inhumanatus sive homo factus est, & passus crucem pro nobis sub Pontio [53] Pilato, sepultus est, & resurrexit tertio die. Unius ac ejusdem passiones & miracula, quæ sponte pertulit in carne, agnoscentes. Non enim alium Deum Verbum, & alium Christum novimus, sed unum & eundem, consubstantialem Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Ut enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse & perfectus est in humanitate. Nam ejus secundum hypostasim seu secundum personam unitatem suscipimus, & confitemur: Man-

1 *Nicæna* Synodus adversus Arium anno 20. Constantini. Euseb. 4. *de vita Constantini*. 47. Anno Domini 325. 2 Ephesinum concilium intelligit, coactum adversus Nestorium, anno Christi 430. v. *acta concilii Ephesini tom*. 1. *conciliorum*: Socratem 7. *hist*. 33. 3 V. §. 1. *l*. *h. t*. 4 *Ultimum supplicium*, mors, v. *l*. 28. *l*. 29. *ff. de pœnis*. 5 Irenæus hic Nestorianus Tyrius Episcopus. de quo v. Evagrium 1. *c*. 10. Nicephorum 14. *c*. 47. 6 Nestorii sc. Eutychianum tamen fuisse reperio apud Evagrium *d. l*. 7 V. *can*. 16. *Canon. Apost*. 8 Intercidit hujus constitutionis subscriptio: sed videtur edita Asterio, & Protogene Coss. v. hic *Contium*. 9 Extat hæc constitutio in actis concilii Chalcedonensis *act*. 3. & in Synopsi Basilicon 1. *tit*. 1. *c*. 4. Adde huic legi titulum integrum Codicis Theodosiani, *de his qui de religione contendunt*. *l*. 16. *tit*. 4. 10 In Ecclesia Dei tentatio est populi, error magistri: & tanto major, quanto ipse est doctior, qui errat. Vincentius Lyrinensis, *d. l*. 11 Vel monachus 1. *Eclog*. 1. *c*. 4. 12 Adunatis, & advenientibus: *acta concilii Chalcedonens*. 13 Contendere, præsertim publice, de Christiana religione prohibemur, v. ἐπιγραφὴν *hujus tituli*. Contendere plus est quam *tractare*: contendere enim est tumultus, & perfidiæ occasionem requirere ex sua disputatione, *ut hic* turbare populum, *l*. 3. *C. Theod. de iis, qui de religione contendunt*. profanare Judæis, & Paganis mysteria Christiana disputando, *acta Concilii Chalcedonensis ibid*. Hujusmodi disputationes merito reprehenduntur ab Apostolo 1. *ad Timoth*. 4. *v*. 5. quibus adde *l*. 6. §. 1. *J. de hæreticis & Manich*. v. Ammian. *lib*. 23. 14 Et merito. Quisquis enim post veritatem repertam, aliquid ulterius disquirit, mendacium quærit: *acta Concilii Chalcedonensis ibid*. 15 Religiosissimæ, *acta Concilii Chalcedonensis*. 16 Fide statuta sunt ac juxta Apostolicas &c. *acta Concilii Chalcedonensis ib*. 17 Bithyniæ metropoli, in Ecclesia martyris Euphemiæ. v. *acta Concil. Chalcedonensis*. hodie vicus est exiguus sine mœnibus. v. Ortelium *in synonymia Geographica*. 18 Adversus Eutychem, Dioscorum & Nestorium. v. *acta Concilii Constantinopolitani*. v. Evagrium 2. *c*. 3. 4. 19 Synodos antiquitus coactas Imperatorum decreto, hic locus ostendit: idque confirmant acta concilii Chalcedonensis. *act*. 1. & præsertim illa verba apud Evagrium 2. *hist*. 18. modo placuerit divinissimo, sanctissimo nostro Imperatori. 20 Sensus est, Nicæno concilio 318. adfuisse Episcopos: Constantinopolitano 150. Chalcedonensi (de quo hic agitur) 630. 21 Id est, Constantinopoli. 22 Pœnam publice disputantium, & contendentium de religione observa. 23 Τῆς στρατείας ἐκπιπτέτω. *Synops. h. t*. 24 Inter pœnas hæreticis indictas hæc satis usitata fuit, urbibus expelli. v. *l*. 2. *l*. *h. t*. 25 Alia extat subscriptio in actis Concilii Chalcedonensis. *act*. 3. 26 Interpretatio Contii. 27 V. Tertull. *lib. de præscr*. vide Vincent. Lyrinensem *adversus profanas novationes*. 28 Hinc Christus dicitur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός. *Hebr*. 1. *v*. 3. 29 Ὁμοούσιον. 30 Hic omittitur descensus ad inferos, ut & alias in Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi & Romano, & orientalibus symbolis. 31 Trinitati per incarnationem verbi non accessit quarta persona, quod Marcellus & Photinus voluere, teste Mario Victorino *adversus Arium lib*. 1. *fol*. 196. non est quartum in Trinitate. v. Rusticum Diaconum *advers. Acephalos fol*. 745. 758. nullus unquam Christianorum dixit, quia quaternionem colimus aut quinionem, vel senionem, Rusticus *ibidem fol*. 746. τριάδα ὁμοούσιον προσκυνοῦντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπιφέρομεν. Procl. *in epist. ad Arm*. 32 V. *l*. 6. §. 2. *J. h. t*. 33 Χριστοτόκον non θεοτόκον, hoc est, Christi genitricem, non Dei genitricem. Duas enim in Christo personas constituebat Nestorius, Christum, seu hominem, & Deum; negabat autem Mariam Dei genitricem. Erant & alii, qui θεοτόκον hoc sensu admittebant, quod hominem peperisset, qui postea Deus factus esset. *Vincen. Lyrinensis*. 34 Christus non proximitate aut gratia verbi Deus, sed quia ipse verbum. 35 Hic differentiam naturarum; ille unitionem earum abjurabat. Rustic. *d. loco*. 36 Id est negantem animam in Christo fuisse Fulgent. *ad Thrasim*. saltem ratione præditam. Vinc. *adv. profanas novat*. De Apollinari adde Tertull. *lib. de patientia*. *l*. 5. *l*. 8. §. 1. §. 2. §. 3. *& seq. J. de hæretic. & Manich*. Epiph. *l*. 3. *tom*. 2. *hæresi* 76. Ruffinum *l*. 2. *c*. 20. Sozomen. 6. *hist*. 25. *&* 27. Theod. 5. *cap*. 5. 37 Pœnitentem primo admitti, vult Clarus, sed tamen in perpetuos carceres detrudi: relapso non parci, ne quidem pœnitenti. 5. *sent*. §. *hæresis. vers. sed quæro*. 38 Videtur data *Justiniano A. Cons*. quia in sequenti Edicto ait, se in primordio sui Imperii simile Edictum composuisse, *Contius*. 39 Contius hanc constitutionem Latinam fecit. 40 Vide Cujac. *lib*. 12. *observ*. 26. Ans. 41 Ita Paul. 1. *Cor*. 11. μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. 42 Συγκατάβασιν, συγκαταβάσεως autem voce videtur intelligere docendi munus: mox enim sequitur: *Etenim & post illos festinavimus, quæ sit recta Christianorum fides, edocere*. Quanquam scio & hac voce Christi incarnationem intelligi apud Proclum, *epist. ad Armenios*. 43 Hæresis morbus atque insania. 44 Nestorius Christotocon fatebatur, ac si Deus de Maria nasci non potuisset in sacrosancto mysterio: Ἀκέφαλοι Dei genitricem, ac si nihil humanæ naturæ post unionem in Christo remansisset. Rust. *fol*. 610. non alio modo, quam episcopi dicitur, quæ eum, qui episcopus factus est, peperit. Vincent. Lyrinensis *fol*. 652. 45 In Fidei articulis nihil innovandum. 46 Trinitas ex scripturis ita probatur. Filius non solus μόνος *Joan*. 5. *vers*. 16. Sed est præterea Pater *ibid. vers*. 37. Illi duo dicuntur *Jo*. 10. *v*. 7. *Marci* 18. ab utroque spiritus ἄλλος id est, alius. *Joan*. 14. *v*. 16. Hi τρεῖς, id est, tres esse dicuntur 1. *Joan*. 5. *v*. 7. & tamen unum. Augustinus *de vera innocentia*, quum ait, *unum*, Arium percellit: quum ait, *sumus*, Sabellium stravit. Idem 5. *de hæresib*. 7. quod dico *unum*, audiat Arius: quod dico *sumus*, audiat Sabellius: non dividat *unum* Arius, non confundat Sabellius, *sumus*, *Vigil*. 2. dicendo *ego & pater*, discernit quod Sabellius male confundit: addendo *unum*, unit, quod male Arius discernit. 47 V. *l*. 2. §. 1. *l*. *h. t*. 48 Ἐν ἀρχῇ *Joh*. 1. *v*. 1. πρὸ πάντων *Col*. 1. *v*. 17. πρὸ καταβολῆς κόσμου *Ephes*. 1. *vers*. 4. 1. *Pet*. 1. *v*. 20. σήμερον, id est, hodie & semper. *Psal*. 2. *Actor*. 13. *vers*. 33. *Hebr*. 1. *vers*. 5. χθὲς καὶ σήμερον. *Hebr*. 13. *v*. 8. non fuit tempus quando non fuit. Hodie Dei seu in Deo est ipsa æternitas. 49 Fuit enim ante tempora, & ab eodem res omnes creatæ *Joan*. 1. *v*. 3. *Coloss*. 1. *vers*. 16. 17. *Hebr*. 1. *vers*. 10. 50 Eo respectu ἀμήτωρ: ut incarnationis intuitu ἀπάτωρ. Lactant. 4. *cap*. 13. Augustinus 5. *de hæresib*. unus sine conjuge pater, alius sine matre filius. 51 Nunquam Pater sine filio, quia nunquam sine verbo, nunquam sine virtute, nunquam sine sapientia esse potuit. *Eusebius Emissenus*. Nec heri Deus tantum, hodie Deus & Pater, sed semper Deus & Pater, & semper fuit cujus esset Pater. Agnellus *ad Armenium*. 52 Ἀειπαρθένῳ semper virgine, ante partum, in partu, post partum. 53 Pontius Pilatus Procurator Cæsaris in Syria. Tacit. 15. Cujac. 19. *c*. 13. quam opinionem somnio tribuit Robertus 1. *Animadvers*. 21. eo nomine notatus ab Anton. Mercatore 1. *Notar*. 2.

sit

ſit enim Trinitas, & poſt incarnatum unum ex Trinitate Dei verbum: Neque enim quartæ [1] perſonæ adjectionem admittit ſancta Trinitas. §. 2. His ita ſe habentibus, anathematizamus omnem hæreſin, præcipue vero *Neſtorium* anthropolatram [2], & qui eadem cum ipſo ſentiunt, vel ſenſerunt, qui dividunt [3] unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum noſtrum: & qui non confitentur proprie [4], & ſecundum veritatem ſanctam glorioſam, & ſemper [5] virginem Mariam theotocon ſeu Deiparam, id eſt, Dei matrem: ſed qui duos [6] filios dicunt, unum ex Deo Patre Deum verbum, alterum ex ſancta ſemper virgine Deipara Maria, gratia & habitudine, & propinquitate, quam cum Deo Verbo habet, natum eſſe: & qui negant, nec confitentur dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Deum noſtrum incarnatum, & hominem factum & crucifixum, unum eſſe ex ſancta, & conſubſtantiali Trinitate. Ipſe enim ſolus eſt coadorandus & conglorificandus Patri & Sancto Spiritui. §. 3. Anathematizamus inſuper & *Eutychetem* mente captum, & qui cum eo ſentiunt, aut ſenſerunt, qui phantaſiam introducunt, negantque veram nativitatem, ſeu generationem domini, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti ex [7] ſancta virgine & Deipara, hoc eſt, noſtram ſalutem: & qui [8] non confitentur ipſum conſubſtantialem [9] Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. §. 4. Similiter autem anathematizamus, & *Apollinarium* pſychophthoron [10], ſive animicidam, & qui cum eo ſentiunt, vel ſenſerunt, qui dicunt inanimem, hoc eſt animæ humanæ expertem, eſſe dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei & Deum noſtrum, & qui confuſionem, aut conturbationem introducunt, & invehunt in unigeniti Dei Filii inhumanationem ſive humanitatem: & omnes poſtremo, qui eadem cum ipſo ſenſerunt, aut ſentiunt. Dat. Id. Martii, Conſtantin. D. N. *Juſtinian.* PP. A. III. CONS. 533. Scriptum eſt ſuperius Edictum eodem [11] exemplo Epheſiis, item Cæſarienſibus, item Cyzicenis, Amidenis, Trapezuntiis, Hieroſolymitanis, Apameis, Juſtinianopolitanis, Theopolitanis [12], Auguſtanis, Tarſenſibus, Ancyrenis.

Præfatio. 1. Hæreticorum opinio, & anathema. 2. Confeſſio Catholica. 3. De edicto Juſtiniani. 4. De quatuor conciliis. 5. Epilogus.

7. [13] Idem Imp. EPIPHANIO ſanctiſſimo & beatiſſimo Archiepiſcopo regiæ hujus urbis, & Oecumenico Patriarchæ.

COgnoſcere volentes tuam ſanctitatem ea omnia quæ ad eccleſiaſticum ſpectant ſtatum: neceſſarium duximus, hiſce ad eam uti divinis compendiis [14], ac per ea manifeſta eidem facere, quæ jam moveri cœpta ſunt, quanquam & illa eandem cognoſcere ſumus perſuaſi. Cum itaque comperiſſemus quoſdam alienos a Sancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, impiorum Neſtorij & Eutychetis ſequutos deceptionem, divinum antehac promulgavimus Edictum (quod & tua novit ſanctitas) per quod hæreticorum furores reprehendimus, ita ut nullo quovis omnino modo immutaverimus, immutemus, aut prætergreſſi ſimus eum, qui nunc usque coadjuvante Deo ſervatus eſt, Eccleſiaſticum ſtatum (quemadmodum & tua novit ſanctitas) ſed in omnibus ſervato ſtatu unitatis ſanctiſſimarum eccleſiarum cum ipſo [15] SS. Papa [16] veteris Romæ, ad quem ſimilia hiſce perſcripſimus. Nec enim [17] patimur ut quicquam eorum, quæ ad Eccleſiaſticum ſpectant ſtatum, non etiam ad ejusdem referatur beatitudinem: quum ea ſit caput omnium [18] ſanctiſſimorum Dei ſacerdotum: vel eo maxime quod, quoties in eis locis hæretici pullularunt, & ſententia, & recto judicio illius venerabilis ſedis coërciti ſunt. Ideoque ex præſentibus divinis noſtris breviculis [19] ſciet tua ſanctitas quæ a nobis propoſita ſunt quam & quibus ſtudio eſt, peſſime interpretari, quæ a nobis ſtatuta ſunt, comprehendetur. §. 1. Pauci quidam infideles & alieni a ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia contradicere Judaice auſi ſunt adverſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus recte obſervantur, probantur & annunciantur: negantes dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum [20] Filium Dei, & Deum noſtrum incarnatum ex Spiritu ſancto, & ſancta glorioſa, ſemper virgine, & Deipara, & hominem factum & crucifixum, unum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, coadorandum & conglorificandum [21] Patri, & Sancto Spiritui, conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem [22], conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem impaſſibilem Deitate. Recuſantes autem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum filium Dei, & Deum noſtrum fateri, unum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, manifeſte deprehenduntur impii *Neſtorii* ſequi pravam doctrinam, ſecundum gratiam [23] eum dicentes Filium Dei, & alium Deum verbum, & alium [24] Chriſtum dicentes, quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata, eos etiam, qui eadem cum ipſis ſenſerunt aut ſentiunt, ut alienos a ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia. §. 2. Et Reverendiſſimi ſacrorum monaſteriorum Archimandritæ [25] ſequentes ſanctorum patrum traditionem (ea ſcilicet fide, ut nihil omnino antehac immutaverint aut hodie immutent, ab eo qui nunc usque, ſicuti dictum fuit, obtinet eccleſiaſtico ſtatu) unanimiter fatentur, & cum gloria annunciant Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium [26] eſſe, & ſine tempore [27] ex Patre genitum [28] & in noviſſimis [29] diebus deſcendiſſe [30] ex cœlis, & incarnatum ex Spiritu ſancto, & ſancta, glorioſa ſemper virgine, Deipara Maria, & hominem factum, & crucifixum, unum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis: Conſubſtantialem enim ipſum ſcimus Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem impaſſibilem Deitate. Quemadmodum enim eſt in Deitate perfectus, ſic idem in humanitate perfectus. Ideoque eam, quæ eſt ſecundum hypoſtaſin [31], unionem [32] amplectimur, & confitemur: quemadmodum etiam unigenitus Filius verbum Dei ante ſecula & ſine tempore ex Patre genitus. Idem quoque in noviſſimis diebus deſcendit e cœlis, & carnem aſſumpſit [33] ex Spiritu Sancto, & ſancta, glorioſa, & Deipara Maria, & homo factus, id eſt, Dominus noſter Jeſus Chriſtus proprie & ſecundum veritatem Deus eſt, ita & ſanctam, ſemper Virginem Mariam proprie & ſecundum veritatem matrem Dei dicimus, non [34] quod Dei verbum principium ex ipſa ſumpſit, ſed quia noviſſimis diebus deſcendit ex cœlis, & ex ipſa incarnatus, & natus, & homo factus eſt, quem confitemur, quemadmodum dictum eſt, conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem eundem nobis ſecundum humanitatem, ejusdem miracula & paſſiones quas ultro ſuſtinuit carne confitentes. §. 3. Hæc igitur ſunt in quibus per divinum noſtrum Edictum hæreticos coarguimus: cui divino Edicto vel omnes reperti hic veriſſimi Epiſcopi & reverendiſſimi Archimandritæ cum tua ſanctitate ſubſcripſerunt. §. 4. Sequentes in omnibus ſancta quatuor Concilia [35], & quæ ab unoquoque eorum conſtituta, id eſt Nicænum [36] CCCXVIII. patrum. & hujus regiæ [37] CL. & Epheſinum prius, & Chalcedonenſe manifeſte omnibus (qui una nobiscum ſentiunt) fidelibus ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ traditam regulam fidei, hoc eſt, ſanctam formulam, ſeu ſymbolum tenemus, & cuſtodimus a CCCXVIII. ſanctis patribus expoſitam, & illud quod in hac regia urbe CL. ſancti patres apertius expoſuerunt: Non [38] quod defectuoſum eſſet prius, ſed quoniam veritatis hoſtes partim ſubvertere cœperant ſancti ſpiritus Deitatem, partim ex ſancta ſemper Virgine Maria, Deipara, veram incarnationem Dei verbi negaverant. Propterea ſcripturæ teſtimoniis idem ſymbolum ſupradicti CL. ſancti patres apertius expoſuerunt, idque & aliæ omnes ſanctæ ſynodi, id eſt, Epheſina prior, & Chalcedonenſis eandem fidem ſequentes ſuſceperunt & cuſtodierunt, ſanctam, glorioſam, ſemper Virginem [39] Mariam Deiparam publicarunt, & non confitentes eam Deiparam anathemate percelluerunt: ſimiliter anathematizarunt eos, qui aliud ſymbolum, aliamve ſanctam formulam traderent, præter eam quæ a CCCXVIII. ſanctis patribus expoſita eſſet & explicata, & corroborata a CL. ſanctis patribus in hac regia urbe congregatis. Et quidem Epheſinum prius impium *Neſtorium*, & ejus dogma ſuſtulit, & anathematizavit. Ad hæc eos qui cum eo ſenſerunt & ſentiunt, & qui conſenſerunt, & conſentiunt. Chalcedonenſe vero ſanctum concilium damnavit & ejecit e ſanctis Dei Eccleſiis, & anathematizavit impium *Eutychem* ejusque dogmata, & qui eadem cum illo ſenſerunt & ſentiunt, & qui conſenſerunt eidem, & conſentiunt, & omnes hæreticos eorumque dogmata, & qui cum illis ſenſerunt, & ſentiunt anathematizavit: pariter anathematizavit Neſtorium, ſcilicet ejusque dogmata: & eos qui cum eo ſenſerunt & ſentiunt, eosque qui cum eo conſenſerunt, & conſentiunt. Chalcedonenſe vero ſanctum concilium, Magni Procli ad Arme-

1 Vincentius Lyrinenſis, *adverſus profanas novationes.* Anathema Neſtorio, neganti ex virgine Deum natum, aſſerenti duos Chriſtos, & exploſa Trinitatis fide quaternitatem nobis introducenti. Ruſticus Diaconus *adverſus Acephalos:* Nullus unquam Chriſtianorum dixit, quia quaternionem colimus, aut quinionem vel ſenionem. Marius Victorinus 1. *adverſus Arium.* Marcellus & Photinus dicunt eſſe & Deum, & λόγον & ſpiritum, Quartum autem filium, id eſt, hominem, qui ex Maria, quem aſſumſit λόγος, & ut miniſtrum refert. 2 *Hominicola*, qui hominem colit. Ideoque non tanquam hominem cum verbo coadoramus, ne diviſionis ſpecies inducatur. Cyrill. *apud Vigil.* 5. non coadorandus, ut alter alteri, ſed ut unus uni. *Ruſticus.* 3 Naturarum unitionem dividebat: earum differentiam Eutyches negabat. *Ruſticus.* 4 De eo dixi hujus legis initio. 5 Ἀειπαρθένον. 6 Nota dogma Neſtorii. 7 Sed ex cœlo, ut Valens & Marcion. v. Tertull. *adverſ. Marcionem, & adverſ. Valentinianos.* Vigilium *lib.* 3. 8 Nota dogma Eutychetis. 9 Negant conſubſtantialem, qui per unitionem, poteſtate divina, confuſionem naturæ introductam exiſtimant. 10 V. *l.* 3. §. 2. Ꞩ. *h. t.* alio ſenſu *Deicida* appellatur, quod ipſum Deum in carnem converſum, & ita mortuum diceret. *Ruſticus.* 11 Moris erat exempla edictorum ad plures tranſmitti. *Nov.* 6. 12 *Nov.* 42. *cap.* 1. id eſt, Antiochenſibus. *Nov.* 123. *c.* 3. quorum civitas everſa, reſtaurata a Juſtiniano *Theopolis* nomen aſſumpſit. v. Cedrenum 2. *anno Imperii Juſtiniani.* v. Cuj. 8. *obſ.* 21. *& ad Nov.* 7. Ꞩ. 13 Latina interpretatio Græcæ conſtitutionis. 14 Θείαις συλλαβαῖς. *ut &* Ꞩ. *h. t.* συλλαβῶν edicti compendiis: Eſt enim hæc lex quaſi compendium edicti alterius a Juſtiniano promulgati. *Sacri apices* qui ſint, dicam alibi. 15 Joannem intelligit, de quo *l.* 8. Ꞩ. *h. t.* 16 *Papæ* aliarum etiam Eccleſiarum epiſcopi appellati ſunt: hinc Cypriano Papæ presbyteri, & diaconi Romæ conſiſtentes ſalutem, Cyprianus 2. *epiſt.* 7. Sic & Athanaſius *in Apologiis ſynodicis* Papa appellatur: *& apud Epiphanium.* v. quæ notavi *ad Nov.* 123. *c.* 3. Mitto plures autoritates in re notiſſima referre: videndus eſt paſſim Sidonius. 17 Hinc illud Ammiani *lib.* 15. Id enim ille (Conſtantium intelligit) Athanaſio ſemper infeſtus, licet ſciret impletum (id eſt, Athanaſium ſede ſua jam dejectum ab Arianis) tamen autoritate (qua potiores urbis æternæ epiſcopi) firmari deſiderio nitebatur ardenti. 18 Hinc collige, errare eos, qui volunt Imp. Phocam primum pro Gregor. Magn. pontifice, ſententiam tuliſſe contra Johannem Patriarcham Conſtantinopolitanum; quum ex his verbis conſtet tempore Juſtiniani primatum ſummo pontifici donatum fuiſſe: facit etiam *l.* 8. *verſ. reddentes: in fin. h. t.* & *Novell.* 131. *cap.* 2. *in fin.* Anſ. 19 Συλλαβῶν. 20 Μονογενῆ *ut &* Ꞩ. *h. t.* §. 2. Johanni *in Evang.* 1. *verſ.* 14. dicitur etiam πρωτότοκος, *Lucas* 2. *verſ.* 7. *Hebr.* 1. *v.* 6. id eſt, primogenitus, non quod poſt eum alios, ſed quod ante eum, nullum Maria peperit. Sic in legibus *ſupremus* ſeu *primus* dicitur, etiam is, poſt quem nemo, *l.* 9. *ff. de reb. dub.* quem nemo ſequitur, *l.* 92. *ff. de verb. ſign.* & proximus qui ſolus. *l.* 1. §. 2. *ff. unde cognati. leg.* 155. *ff. de verb. ſign.* 21 Συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Impie igitur negant Pneumatomachi, Spiritum ſanctum patri & filio conglorificandum. v. Baſilium *lib. de Spiritu ſancto. c.* 27. 28. Sic alia in cauſa legimus Neſtorium docuiſſe hominem verbo coadorandum, tanquam alterum alteri, non ſicut unum. Ruſticus *contra Acephalos.* 22 Θεότητα. Hinc illud, in quo Chriſto habitat πλήρωμα τῆς θεότητος. *Col.* 2. *verſ.* 9. dicitur etiam de Deo θειότης. *Paul. Rom.* 1. *verſ.* 20.

23 Verbum non ſic filius, quemadmodum nos: Nos adoptione filii: illud natura. Etiam quadam adoptione filius eſt Chriſtus, ſed ſecundum carnem, Mar. Victor. 1. *adverſ. Arian.* 24 Et ſic duæ. 25 *Archimandrita*, Tyrannis primos Chriſtianos coëgit ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, ſpeluncis, διάγειν. Eorum primi ſeu præfecti *Archimandritæ dicti.* Goth. *Archimandrita*, Agminis ſeu gregis princeps, hic pro Paſtore, ſeu Abbate ſumitur, a Græca voce μάνδρα, quæ ſpeluncam ſignificat: ſolent enim monachi ſpeluncis, & cavis montibus habitare. Vide Alciat. *ad l.* 8. *C. h. t. num.* 12. Anſ. 26 Male Arius de Verbo: *fuit tempus, quando non fuit.* 27 Et ita exiſtente, male Arius, ἐκ μὴ ὄντων. 28 Nec filius ingenitus, nec duo ingenita. 29 *Hebr.* 1. *verſ.* 1. ex ſimili voce videntur hauſiſſe errorem ſuum, qui Pauli ætate docebant diem Chriſti inſtare 2. *Theſſ.* 2. *verſ.* 2. *in fin.* noviſſimum diem intelligi, ibi ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. *Gal.* 4. *verſ.* 4. 30 *Epiſt. ad Eph.* 4. *verſ.* 8. 9. & tamen citra mutationem loci. 31 Ὑπόστασις perſona *Hebr.* 1. *verſ.* 3. hinc unio hypoſtatica. Verbum proprie eſt perſona: caro vero adſumpta aliam perſonam ei non adjicit, ſed ei unitur tantum, ac conjungitur. 32 Ἕνωσιν. aliud unitio, aliud unitas: ἕνωσις unio, ſeu unitio, ἑνότης unitas. in Chriſto eſt unitio, non unitas naturarum: Hæc numerum non demonſtrat, ſed illa. 33 *Matth.* 1. *v.* 20. *in fin.* & hic & illic particula ἐκ, virtutem Spiritus ſancti ſignificat, non ſubſtantiam. Et Scholaſtici notant particulam *de*, hic ſignificare cauſam efficientem: reſpectu Mariæ, materialem. 34 Hoc velle videtur, Maria proprie eſt θεοτόκος, non quod Deum ab æterno genuit: non quod hominem nudum peperit, qui poſtea Deus: ſed quod in ejus utero per ſacroſanctum myſterium, unitione naturarum indiviſibili facta hominem ita parere non potuit, quin & Deus quoque ex ea naſceretur. 35 His quatuor, poſtea acceſſerunt tria alia, in Eccleſia Græca, ſeu Orientali: ut ita ſeptem fuerint, quæ commemorantur ab Iſidoro *lib.* 6. *Origin. cap.* 16. Anſ. 36 Nicæna ſynodus Arium ſub Conſtantino: Conſtantinopolitana Macedonium, ſub Theodoſio ſeniore: Epheſina Neſtorium ſub Theodoſio juniore: Chalcedonenſis, Eutychem, Dioſcorum, & ipſum rurſus Neſtorium ſub Marciano, hæreticos damnavit. Hæc quatuor concilia præcipua a veteribus exiſtimata ſunt. vide *acta concilii Chalcedonenſis in princ. Nov.* 115. *c.* 3. §. 14. 37 Conſtantinopolim intelligit. 38 Vincentius Lyrinenſis. Nullusne in Eccleſia Chriſti profectus habebitur religionis? habeatur plane, & maximus: ſed ita ut vere ſit profectus fidei, non permutatio: creſcat in ſcientia, ſed in ſuo duntaxat genere, eodem dogmate, eodem ſenſu, eadem ſententia. & *poſt.* Quid unquam aliud conciliorum decretis eniſa eſt Eccleſia: niſi ut quod ſimpliciter, lentius & ſecurius credebatur, hoc idem poſtea diligentius, inſtantius & ſolicitius crederet? &c. quæ *ibid. vide.* 39 Ἀειπαρθένον ante partum & in partu (ſcriptum eſt enim: *virgo pariet:* ſed & illud, *virum non cognoſco*, & rurſus: *priusquam ipſi convenirent, inventa uterum ferre. Matth.* 1. *verſ.* 18.) adde & poſt partum: nec ferendi ſunt, qui abutuntur illis locis, *non cognovit eam donec peperit primogenitum, ecce mater tua, ecce fratres tui foris ſtant:* & quod Jacobus *frater Domini* dicitur. Placent qui Ezechielis *cap.* 44. huc accommodant: *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quoniam dominus Deus Iſraël ingreſſus eſt per eam.* ut merito eos, qui id negent, ignorantia ſcriptorum labi, Epiphanius ſcripſerit, *lib.* 3. *tom.* 2. *hæreſ.* 78. Et vero partus nihil derogat virginitati, ſed hominis conjunctio.

nios conſcriptam Epiſtolam, (quod oporteat dicere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, & Deum noſtrum unum ſanctæ Trinitatis per propriam [1] relationem), ſuſcepit & confirmavit. Quæ ſupradicta quatuor ſancta concilia, ſi negligimus, aut ea, quæ his conſtituta, damus licentiam damnatis ab iis hæreticis eorumque dogmatibus ſuam peſtem rurſus in ſanctis Dei Eccleſiis oſtendere. Optandum itaque ut quod nondum contigit fieri, hoc aliquando contingat. Idque eo magis quod ſupra dicta quatuor ſancta concilia ſpeciali confeſſione hæreticos, eorumque dogmata damnarunt. Ideoque ſi quis ab uno ſupradictorum ſanctorum Conciliorum diſſentiat, palam eſt, eum amplecti dogmata a ſanctis illis patribus damnata, & anathematizata.

§. 5. Nullus itaque fruſtra nos turbet ſpe vana innixus, quaſi nos contrarium a ſupradictis quatuor Conciliis fecerimus, aut faciamus, aut fieri a quibusdam permittamus, aut aboleri eorundem ſanctorum quatuor Conciliorum piam memoriam ex dictis Eccleſiæ diptychis [2] ſuſtineamus. Omnes enim, qui ab iis damnati & anathematizati ſunt, & damnatorum dogmata, eosque, qui eadem ac ipſi ſenſerunt aut ſentiunt, anathematizamus. §. 6. Itaque bene precetur nobis, & noſtro imperio beatitas tua, omnes de noſtra intentione, & noſtro erga irreprehenſibilem fidem ſtudio, docens & certiores faciens. Dat. 7. Kal. Apr. CP. DN. JUSTINIAN. PP. A. III. CONS. 533.

Epiſtola Joannis [3] *Archiepiſcopi & ſanctiſſimi Patriarchæ urbis Romæ.*

8. Glorioſiſſimo [4] & clementiſſimo filio Juſtiniano Auguſto Joannes Epiſcopus urbis Romæ.

INter claras [5] ſapientiæ ac manſuetudinis veſtræ laudes, Chriſtianiſſime Principum, puriore luce tanquam aliquod ſidus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio edocti eccleſiaſticis diſciplinis, Romanæ ſedis reverentiam conſervatis, & ei cuncta ſubjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus auctorem, hoc eſt, Apoſtolorum primum [6], Domino loquente præceptum eſt, *Paſce oves meas*: Quam eſſe omnium vere eccleſiarum caput [7], & patrum regulæ & principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ reverendiſſimi teſtantur affatus. Patet igitur, in vobis impletum fore, quod ſcripturæ [8] loquuntur: *Per me Reges regnant, & potentes ſcribunt juſtitiam*: Nihil eſt [enim], quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe: Nihil eſt, quod ita nequeat [9] occaſui ſubjacere, quam vera religio: nam cum auctorem vitæ, vel luminis utraque reſpiciant, recte & tenebras reſpuunt, & neſciunt ſubjacere defectui. Quam ob rem, Glorioſiſſime Principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem veſtram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integræ religionis ſtudio, ſine defectu ſui in longiora tempora conſervet: hoc enim & ſanctis credimus eccleſiis expedire. Scriptum [10] eſt enim, *Labiis regit rex*: & iterum, *Cor regis in manu Dei eſt, & ubi voluerit, inclinabit illud.* Hoc eſt enim, quod veſtrum firmat imperium: hoc quod veſtra regna conſervat. Nam pax Eccleſiæ, religionis unitas, auctorem facti in ſublime provectum grata ſibi tranquillitate cuſtodit. Neque enim parva ei viciſſitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis eccleſia diviſa ſecernitur, nullis infectis maculis variatur. Scriptum eſt enim: *Quia cum rex juſtus ſederit ſupra ſedem, non adverſabitur ei quicquam malignum.* Proinde ſerenitatis veſtræ apices, per Hypatium atque Demetrium ſanctiſſimos viros, fratres & coëpiſcopos meos, reverentia conſueta, ſuſcepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis propoſuiſtis Edictum amore fidei pro ſubmovenda hæreticorum intentione, ſecundum Apoſtolicam doctrinam, fratrum & coëpiſcoporum [11] noſtrorum interveniente conſenſu. Quod, quia Apoſtolicæ doctrinæ convenit, noſtra auctoritate confirmamus.

Textus autem epiſtolæ Imperatoris talis eſt.

Præfatio. 1. *De hæreticorum opinione.* 2. *Catholica confeſſio.* 3. *De quatuor conciliis.* 4. *De legatis ad Papam miſſis.* 5. *Petitio.* 6. *Subſcriptio.*

Victor JUSTINIANUS, pius, felix, inclytus, triumphator, ſemper Auguſtus, Joanni ſanctiſſimo Archiepiſcopo almæ urbis Rom. & Patriarchæ [12].

REddentes honorem Apoſtolicæ ſedi, & veſtræ ſanctitati (quod ſemper nobis in voto & fuit, & eſt) & ut decet patrem, honorantes veſtram beatitudinem, omnia quæ ad eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinavimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis: quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium unitatem [13] veſtræ Apoſtolicæ ſedis, & ſtatum ſanctarum Dei eccleſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incommote permanet nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes ſacerdotes univerſi Orientalis tractus, & ſubjicere [14], & unire ſedi veſtræ ſanctitatis properavimus. In præſenti ergo, quæ commota ſunt (quamvis manifeſta & indubitata ſint, & ſecundum Apoſtolicæ veſtræ ſedis doctrinam ab omnibus ſemper ſacerdotibus firme cuſtodita & prædicata) neceſſarium duximus, ut ad notitiam veſtræ ſanctitatis perveniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamvis manifeſtum & indubitatum ſit, quod movetur, ut non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput [15] eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum. Per omnia enim (ut dictum eſt) properamus honorem, & auctoritatem creſcere veſtræ ſedis.

§. 1. Manifeſtum igitur facimus veſtræ ſanctitati, quod pauci quidam infideles, & alieni ſanctæ Dei Catholicæ eccleſiæ, contradicere Judaice atque apoſtatice auſi ſunt adverſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus ſecundum veſtram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur, denegantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium Dei, Deum & Dominum noſtrum incarnatum de ſancto Spiritu, & ex ſancta atque glorioſiſſima ſemper Virgine Dei genitrice Maria hominem factum atque crucifixum, unum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum, & conglorificandum Patri & Spiritui ſancto, conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundemque ipſum impaſſibilem deitate. Recuſantes enim Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium Dei, & Dominum noſtrum fateri unum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis: Videntur Neſtorii malam ſequi doctrinam, ſecundum gratiam [16] dicentis unum filium Dei, & alium dicentis Dei verbum, & alium Chriſtum.

§. 2. Omnes vero ſacerdotes ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ eccleſiæ, & reverendiſſimi Archimandritæ ſanctorum monaſteriorum, ſequentes ſanctitatem veſtram, & cuſtodientes ſtatum, & unitatem ſanctarum Dei eccleſiarum, quam habent ab Apoſtolica veſtræ ſanctitatis ſede, nihil penitus immutantes de eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno conſenſu confitentur & glorificant, prædicantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum Filium, & Verbum Dei, & Dominum noſtrum ante [17] ſecula, & ſine tempore de Patre natum, in ultimis diebus deſcendiſſe de cœlis, & incarnatum de Spiritu ſancto, & [ex] ſancta atque glorioſa virgine, & Dei genitrice Maria natum, & hominem factum, & crucifixum, unum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum, & conglorificandum Patri & Sancto Spiritui: nec [18] enim alium Deum verbum, & alium Chriſtum cognoſcimus, ſed unum atque eundem ipſum conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem ipſum impaſſibilem deitate. Ut enim eſt in divinitate perfectus, ita idem ipſe, & in humanitate perfectus eſt: in una enim ſubſtantia deitatem ſuſcipimus, & confitemur: quod dicunt Græci, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν. Id eſt, *eam, quæ ſecundum perſonam eſt, unitatem confitemur.* Et quoniam unigenitus Filius & Verbum Dei ante ſecula, & ſine tempore de Patre natus, idem ipſe, & in ultimis diebus deſcendens de cœlis incarnatus de Spiritu ſancto, & ex ſancta atque glorioſa ſemper Virgine, & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, proprie & [19] vere Deus eſt: ideo & ſanctam atque glorioſam Virginem Mariam proprie & vere Dei matrem eſſe dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipſa [20] ſumpſerit, ſed quia in ultimis diebus deſcendit de cœlis, & ex ipſa incarnatus, & homo factus, & natus eſt. Quem confitemur & credimus, (ſicut dictum eſt), conſubſtantialem eſſe Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem: ejusdem miracula [21] & paſſiones, quas ſponte in carne ſuſtinuit agnoſcentes. §. 3. Suſcipimus autem ſancta quatuor [22] Concilia: id eſt, trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, qui in Nicæna urbe congregati ſunt: & centum quinquaginta ſanctorum patrum, qui in hac Regia urbe convenerunt: & ſanctorum patrum, qui in Epheſo primo [23] congregati ſunt, & ſanctorum patrum, qui in Chalcedone convenerunt: ſicut veſtra Apoſtolica ſedes docet, atque prædicat. Omnes ergo ſacerdotes ſequentes doctrinam Apoſtolicæ ſedis veſtræ ita credunt, & confitentur & prædicant. §. 4. Unde properavimus hoc ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis per Hypatium, & Demetrium beatiſſimos Epiſcopos, ut nec veſtram ſanctitatem lateat, quæ & a quibusdam paucis monachis male & Judaice ſecundum Neſtorii perfidiam denegata ſunt. §. 5. Petimus ergo veſtrum paternum affectum: ut veſtris ad nos deſtinatis literis, & ad ſanctiſſimum Epiſcopum hujus almæ urbis, & Patriarcham veſtrum fratrem [24]; (quoniam & ipſe per eosdem ſcripſit ad veſtram ſanctitatem, feſtinans in omnibus ſedem ſequi Apoſtolicam beatitudinis veſtræ) manifeſtum nobis faciatis, quod omnes, qui prædicta recte confitentur, ſuſcipit veſtra ſanctitas; & eorum qui Judaice auſi ſunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita circa vos omnium amor, & veſtræ ſedis creſcet auctoritas; & quæ ad vos eſt unitas ſanctarum Eccleſiarum inturbata ſervabitur, quando per vos [25] didicerint omnes beatiſſimi Epiſcopi eorum, quæ ad vos relata ſunt, ſinceram veſtræ ſanctitatis doctrinam. Petimus autem veſtram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis adquirere providentiam.

Item ſubſcriptio talis fuit.

§. 6. Deitas te conſervet [26] per multos annos ſancte ac religioſiſſime pater.

1 Διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς. Hæc verba non reperio in epiſtola Procli ad *Armenios*. Porro hic ſenſus eſt: filius eſt unus ex trinitate non quatenus ſubſtantia aut Deus, ſed quatenus filius. Vox filii relativa ad patrem, vox Deus idem cum Patre: Tertullianus adverſus Praxeam: *Tres non ſtatu, ſed gradu: non ſubſtantia, ſed forma: non poteſtate, ſed ſpecie.* Hinc illæ enunciationes falſæ apud Scholaſticos, Eſſentia eſſentiam, Eſſentia perſonam, Perſona eſſentiam generat: ſed illa vera eſt, perſona perſonam. 2 Διπτύχων legitur dyptichis in *l.* 1. *C. Theod. de expenſ. ludor. lib.* 15. *Actione* 14. concilii Chalcedonenſis: & actione 4. quintæ Synodi. Antiquus etiam interpres Horatii, tabellas interpretatur, epiſtolas diptychas. vide Suidam *in verbo* διπτύχια. De polypticis dicam *ad l.* 2. *J. de diſcuſſor. lib.* 10. *tit.* 30. v. Cujac. 4. *obſ.* 27. 3 Huic Joanni Archiepiſcopo, & Patriarchæ urbis Romæ Juſtinianus primas deferebat in Eccleſia: ideoque Joannis epiſtolam ſuæ fidei profeſſioni idem adjunxit. v. Cujac. 12. *obſ.* 26. 4 Epiſcopus Romanus nomen ſuum hic poſtponit Imperatorio. Alciat. *hic.* 5 Vide Fachin. *lib.* 8. *contr. cap.* 1. *contra* Hottoman. *Anſ.* 6 Petrum intelligit, ante quem tamen Andreas ejus frater a Domino vocatus eſt *Joan.* 1. *verſ.* 40. 41. 42. quem Conſtantinopolitana (Romanæ æmula) ſuæ ſedis ſuæque Eccleſiæ, ſui denique throni autorem facit atque adſerit. 7 V. 40. *diſtinct. can. ult.* & reſcriptum orientalium ad Julium Papam, & epiſtolam concilii Carthaginenſis (cui præfuit B. Auguſtinus) ad Bonifacium & ad Celeſtinum. 8 *Proverb.* 8. 9 Vera religio occaſui non ſubjacet *Eſaias* 40. *Matth.* 5. *verſ.* 18. 1. *Pet.* 1. *verſ. ult.* paucorum quidem hominum 3. *Reg.* 19. *v.* 18. *Rom.* 11. *v.* 3. & locorum eſſe poteſt. *Apoc.* 12. *verſ.* 6. non eſt tamen ſola, ſi Chriſtum in fuga ſemper comitem habet. Cyprianus ad Tiberitanos apud Fulgent. 2. *ad Thraſimund.* 10 *Proverb.* 22. 11 Ad eundem modum Petrus, *Seniores qui in vobis ſunt obſecro* ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυς. 1. *Petr. cap.* 5. *verſ.* 1. 12 Alias Papæ *l.* 7. §. *h. t. Novell.* 131. *cap.* 2. 13 Videtur hic ad Imperatorem pertinere, in ſchismate procurare, ut congregetur concilium: ſed contra, congregatio Synodi ad Pontificem ſpectat. *cap. Synodum. cap. nec licuit. diſtinct.* 17. Vide Dec. *Conſ.* 155. Anſ. 14 Plus eſt ſubjicere quam unire. Phocæ Imperatori idem tribuitur. Viennenſis *in Chronico* 604. Ivo *in Chronico*, Platina *in Bonifacio* III. & Michaeli Palæologo: cujus conſtitutionem *v.* J. Goth. Eccleſias Orientales Juſtinianus univit, & Apoſtolicæ religioni ſubjecit. De Eccleſiarum unione, & unitarum ſeparatione Menoch. *vol.* 5. *Conſil.* 477. Oldrad. *conſil.* 257. 261. & 262. Anſ. 15 V. Gregorium 4. *regiſt. epiſt.* 21. 24. 36. 38. Porro videtur huic legi contraria lex 24. J. *tit. prox.* Huc pertinet Novella 131. *cap.* 2. qua conſtitutum, ut Romanus ante alios ſedeat. 16 Si verbum, Dei filius eſſet per ſolam gratiam non per naturam, non unus ex Trinitate eſſet. 17 Hinc Chriſtus dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως. *Coloſ.* 1. *v.* 15. 18 Is fuit error Neſtorii: contra Chriſtiani, unus Chriſtus, non unum: In Chriſto non eſt alius, & alius, ſed aliud & aliud. At in Trinitate alius eſt, & alius, non aliud & aliud: non unus, ſed unum. 19 Quid dimidias mendacio Chriſtum? totus veritas fuit. Tertull. *lib. de carne Chriſti.* 20 Id eſt, ejus ſubſtantia. Chriſtus enim quatenus ex patre genitus, matrem non habet, quatenus ex matre, patre caret. 21 De miraculis & paſſionibus Chriſti pie & ſancte Vigilius 2. *contra Eutychetem*, hæc mihi viſus eſt comparaſſe; Manichæus, inquit, dum tantarum virtutum miracula reſpicit, quæ Dei filius operatus eſt, non vult eum hominem confiteri: Photinus dum in eo naturam noſtri corporis attendit, Deum eſſe non judicat. Ille, ut ſeminet virtutes, iſte ut infirmitates repleat. Ille deitatis præconia, iſte humanitatis allegat. Illum majeſtas tanti nominis ab humanitatis profeſſione revocat, iſtum humilitas injuriarum, quas Deo cernit indignas, in hominis tantum confeſſione retractat. Illum miracula avocant: iſtum paſſiones retardant. Ille deitate fallitur, iſte humanitate offenditur. Ille dicit, Deus eſt, Iſte dicit, homo eſt. Grande miraculum, ut expugnatione ſui veritas confirmetur, ut verum uterque dicat, dum uterque mentitur. 22 *Novell.* 131. *c.* 1. *l.* 23. J. *de Epiſcop. & cler.* 23 Hoc addidit, ut excluderet Epheſinum ſecundum conciliabulum verius quam concilium. 24 Solet Pontifex Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Cardinales appellare fratres, cæteros omnes filios; Quæ forma niſi ſervata ſit, præſumitur reſcriptum falſum. *can. ſunt igitur.* 15. *c.* 24. *q.* 3. Anſ. 25 Per nos, *Hal.* 26 Data fuit hæc Imperator. epiſt. 5. Januar. 533. Grot. *flor. ſparſ. hic.*

Sequitur

Sequitur residuum epistolæ Papæ.

LIquet igitur, Imperator Gloriosissime (ut lectionis tenor, & legatorum vestrorum relatio patefecit) vos Apostolicis eruditionibus studere, cum de religione Catholicæ fidei ea sapitis, ea scripsistis, ea protulistis, ea populis fidelibus publicastis, quæ (sicut diximus) & sedis Apostolicæ doctrina & sanctorum patrum veneranda decrevit auctoritas, & nos confirmavimus in omnibus. Opportunum est ergo voce exclamare Prophetica [1]: *Jucundetur tibi, & abundet cœlum desuper, & effundant montes jucunditatem, & colles lætitia lætabuntur.* Hæc igitur in tabulis cordis fideliter scribere, hæc ut pupillas oculorum convenit observare. Neque enim quisquam est, in quo Christi charitas fervet, qui tam rectæ, tam veræ confessionis vestræ fidei refragator existat: cum evidenter impietatem Nestorii, Eutychetisque & omnium hæreticorum damnantes, unam [2] veram Catholicam fidem Domini & Dei nostri Salvatoris Jesu Christi magisterio institutam, & propheticis Apostolicisque prædicationibus ubique diffusam, & sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam, & nostræ doctrinæ consentaneam, inconcusse atque inviolabiliter devota Deo & pia mente servatis: Soli etenim professionibus vestris adversantur, de quibus divina scriptura loquitur, dicens [3]: *Posuerunt mendacium spem suam, & mendacio operiri speraverunt:* & iterum qui secundum Prophetam [4] dicunt Domino: *Recede a nobis, vias tuas scire nolumus:* propter quod Salomon dicit: *Per semitas propriæ culturæ erraverunt: colligunt autem manibus infructuosa.* Hæc est igitur vera vestra fides, hæc certa religio: hoc beatæ recordationis, ut diximus, patres omnes, præsulesque Romanæ Ecclesiæ, quos in omnibus sequimur: hoc sedes Apostolica prædicavit hactenus, & inconcusse custodivit: huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum se ipse a [sancta] communione, alienum ab Ecclesia judicabit esse Catholica. † Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana invenimus civitate, qui de Cumitenii [5] monasterio fuit: quos Apostolicis suasionibus ad rectam fidem, & velut oves quæ perierant errantes ad ovile contendimus revocare dominicum, ut agnoscant secundum prophetam linguæ balbutientes loqui, quæ ad [6] pacem sunt. Ad non credentes autem per nos primus Apostolorum Esaiæ [7] prophetæ verbum dicit, *ambulate* [8] *in lumine ignis vestrii & flammæ quam succendistis.* Sed obduratum est cor eorum, ut scriptum est, ut non intelligerent: & pastoris vocem oves, quæ meæ non erant, audire minime voluerunt: in quibus observantes ea, quæ ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minime in nostra communione recipimus, & ab omni Ecclesia Catholica esse jussimus alienos: nisi, errore damnato, doctrinam nostram quantocyus sequi, habita regulari professione signaverint. Æquum quippe est, ut qui nostris minime obedientiam accomodant statutis, ab ecclesiis habeantur extorres. † Sed quia gremium suum nunquam [9] redeuntibus claudit [10] ecclesia obsecro Clementiam vestram, ut si proprio deposito errore, & prava intentione depulsa, ad unitatem ecclesiæ reverti voluerint: in vestram communionem receptis, indignationis vestræ removeatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis. † Deum autem & Salvatorem nostrum Jesum Christum exoramus, quatenus longævis & pacificis vos dignetur custodire temporibus in hac vera religione & unitate, & veneratione Apostolicæ sedis, cujus principatum, ut Christianissimi [11], & pii conservatis in omnibus. † Præterea Serenissime principum laudamus Legatorum vestrorum personas Hypatii & Demetrii fratrum & Coëpiscoporum nostrorum: quos clementiæ vestræ gratos fore ipsa manifestavit electio. Nam tantæ causæ pondus non nisi perfectis in Christo potuisset injungi: tantæ vero pietatis, tantæ reverentiæ plenos affatus, nisi per amantes minime dignaremini destinare. † Gratia Domini nostri Jesu Christi & charitas Dei Patris & communicatio Sancti Spiritus sit semper vobiscum, Piissime fili, Amen. *Item subsciptio:* Omnipotens Deus regnum vestrum & salutem vestram perpetua protectione custodiat gloriosissime & clementissime fili [12] Imp. Auguste. D. *Rom.* VIII. Kal. Apr. D. N. JUSTINIANO PP. A. [IV] & PAULINO V. C. CONSS. 534.

TIT. II.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS [13] ET DE [REBUS, ET] PRIVILEGIIS [14] EARUM.

De relictis Ecclesiæ.

1. Imp. CONSTANTINUS August. ad Populum.

HAbeat [15] unusquisque [16] licentiam [17] sanctissimo Catholico [18], venerabilique concilio [19] decedens bonorum, quod [20] optaverit relinquere [21]: & non sint cassa judicia [ejus]. Nihil enim est quod magis hominibus debeatur; quam ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud [22] velle non possunt, liber [23] sit stylus [24], & licitum [25] quod iterum non redit arbitrium. PP. V. Non. Jul. *Romæ*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. Cæs. CONSS. 321.

De sede Apostolorum & Martyrum.

2. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Pancratio Præfect. urbi.

NEmo Apostolorum vel Martyrum sedem [26] humanis [27] corporibus [28] existimet esse concessam. Dat. 3. Kal. Aug. *Heracleæ*, EUCHARIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De reliquiis Martyrum.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

NEmo Martyres [29] distrahat, nemo mercetur [30]. Dat. 3. Kal. Mart. CP. HONOR. N. P. & EUODIO CONSS. 386.

De Decanis Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

4. Iidem AA. Niceno [31] P. P.

NOn plures, quam nongenti quinquaginta [32] decani [33] sacrosanctæ hujus amplissimæ urbis deputentur Ecclesiæ: nullique his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum substituendi pateat copia: nulli alii corporatorum [34] præter dictum numerum per patrocinia [35] immunitate [36] concessa, negataque omni novationis facultate similia vindicandi, his quæ in honorem vel necessaria obsequia sacrosanctæ Ecclesiæ indulta sunt. Dat. 7. Kalend. Sep. *Eudoxiopoli.* HONOR. A. VIII. & THEOD. Juniore A. VIII. [37] CONSS. 409.

De immunitatibus Ecclesiarum.

5. Iidem AA. Melitio PF. P.

PLacet [38], rationabilis consilii tenore perpenso [39], districta moderatione præscribere, a quibus specialiter necessitatibus singularum urbium Ecclesiæ habeantur immunes [40]. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est; ne prædia [41] usibus cœlestium secretorum dedicata, sordidorum [42] munerum fæce vexentur: nil extraordinarium [43] ab hinc superindictumve [44] flagitetur: nulla translationum [45] sollicitudo signetur: postremo nihil præter [46] canonicam illationem, quam adventitiæ necessitatis sarcina repentina

1 *Ps.* 95. 2 Magna hæc sunt ad commendationem Christianæ fidei, quod una, vera & Catholica; quod instituta Christi magisterio; quod ubique diffusa a Prophetis & Apostolis: quod roborata per totum orbem sanctorum (intelligit martyres) confessionibus: quod adunata patrum atque doctorum sententiis: quod Episcoporum urbis Romæ veterum doctrinæ consentanea: quod ab Imperatore & pio magistratu inconcusse & inviolabiliter Deo devota & pia mente servetur. 3 *Esa.* 28. *vers.* 35. 4 *Job.* 22. *vers.* 17. adde *Jer.* 44. *vers.* 16. 17. *& seqq.* 5 Acumitensi, Græci ἀκοιμήτων. Cujac. 12. *obs.* 26. 6 *Psal.* 28. *vers.* 3. 7 *Cap.* 50. *v. ult.* 8 Bellovisanus torquet hunc locum, ut probet hæreticos esse comburendos 2. *Pract.* 13. *n.* 10. 9 *Novell.* 109. *in fin.* Contriti cordis holocaustum non patitur repulsam, Cypr. *de cœna domini.* In ultimis Dei clementia pœnitentes non excludit: nec ulla hora sera est. cui compunctio districta occurrit, idem *de passione.* Adde ex decreto *distinctionem de pœnitentia.* 10 Confer *caus.* 24. *quæst.* 3. *can. corripiantur.* 17. Ans. Imo claudit Apostatis. *l.* 3. *J. de apost.* 11 Christianissimi epitheton hodie sibi vindicant reges Galliæ, unde & a Pontifice aliisque principibus eis tribuitur passim: ut & Catholici Regibus Hispaniæ. 12 Rerum sacrarum antistites solent ita oves appellare. Paul. 1. *Cor.* 4. 14. *ad Philem. v.* 10.

13 *L.* 16. *C. Th.* 2. *Novell.* 37. 3. *Decretorum.* 48. Ecclesiæ sunt ædes Deo consecratæ. Latini etiam Dominica appellarunt, qua voce etiam Germani utuntur domo, κυριακόν. *Die Kirch.* 14 5. *Eclog.* 3. *Nov.* 46. 131. 15 *l.* 4. *C. Theod. can. futuram.* 15. *c.* 12. *quæst.* 1. in futurum, in posterum scil. nam ante Constantinum forte, aut non licuit, aut parum usitatum fuit: justis vel præceptis, vel exemplis. *Deuteron.* 10. *d. can. futuram. can. videntes.* 16. *can. habebat.* 17. *c.* 12. *quæst.* 1. quin Vestales nihil ex testamento capiebant. 1. Gell. 12. Symmach. 1. *ep.* 40. & Judæorum collegia, *l.* 1. *J. de Judæis*, & breviter collegia illicita, *l.* 8. *J. de hær. instit.* Arcadius postea vetuit Ecclesiasticis quicquam donari etiam testamento, *l.* 20. *l.* 27. *C. Th. h. t.* ad id forte alludit Hieronymus ad Nepotianum 7. *parte* 3. Pudet, inquit, dicere sacerdotes idolorum (*facit l.* 20. *ff. de annuis legatis*) aurigæ, mimi & scortæ, hereditates capiunt: solis clericis & Monachis id lege prohibetur, & prohibetur non a persecutoribus, sed a principibus Christianis (Valentinianum, Valentem & Gratianum perstringit, cujus lex ad Damasum extat, *l.* 20. *C. Theod. de Episc.*) nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruerimus hanc legem: Cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus ut indigeam cauterio? Provida, severaque legis cautio, & tamen nec sic refrenatur avaritia: per fideicommissa legibus illudimus. Apud Gallos novas possessiones, immobilia, feuda & censuales reditus Ecclesiæ sine Regio diplomate nequeunt adipisci, & nisi impetrato morticinii jure vel a rege, vel iis quibus id licet, v. Papon. 1. *Arrest. tit.* 4. *d'amortissement.* Nicephori Phocæ constitutione id videtur Ecclesiis remissum fuisse, v. ejusdem constitutionem infra, *Goth.* Confirmatur hæc lex *Concil. Trid. sess.* 25. *c.* 5. Nota tamen, hujus & sequentis tituli leges, quoad clericos, licet illis favorabiles sint, propter defectum jurisdictionis non valere tanquam leges, sed ut privilegia. Dec. *in l. Senium.* 15. *ff. qui testam. fac.* post Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 64. *num.* 12. Alexander Sperellus *decis.* 10. *num.* 33. Ans. 16 Cui tamen testamentum licet facere. Ideoque furiosus, mutus, surdus, pupillus, damnatus ad mortem, deportandus, & bannitus non possunt pias etiam ad causas testari. An idem in excommunicato? v. super ea re Socin. *regul.* 134. Num & idem est in usurario manifesto, filiofamilias dubitante de suo statu? vide Bald. *hic.* Testandi facultatem numerari inter actus voluntarios, hinc etiam colligunt, v. *Nov.* 134. *c.* 3. 17 Testamenti ad pias causas privilegia ex hac lege colligas, quibuscunque videlicet personis, cuicunque collegio, quantas summas optaverit, quo voluerit stilo relinquere licere, de quo vide Clarum 3. *sent. §. testamentum. quæst* 5. Tiraquellum *tractat. de privileg. piæ causæ*, Grassum *lib.* 20. *sentent. §. testamentum quæst.* 17. 18. 19. 20. 21. 18 Aliud in non Catholico & illicito, *l.* 1. *J. de Judæis.* An spurio? non ultra alimenta, licet pia sit causa. Baldus *hic.* 19 Id est loco. An ad fabricam templi? *d. can. futuram.* 15. *c.* 12. *q.* 1. An templi habitatoribus, puta clericis, monachis? licuit enim gentibus legare sacerdotibus & hierophylacis, *l.* 20. *D. de annuis*, & Diis. *l.* 1. *§.* 5. *ff. ad l. Falcid.* Neque tamen omnibus. Ulpian. *tit.* 22. *§. Deos* 6.

20 Demus res inalienabiles ob piam causam legatas: Num debebitur æstimatio? negat Baldus *hic.* Demus præteritis vel exheredatis injuste liberis, piam causam esse institutam? Augustinum ita respondentem audiamus. Quærat, inquit, alterum qui suscipiat, non Augustinum. Imo Deo propitio, neminem inveniet, qui suscipiat, August. *sermone de vita Clericorum* 17. *quæst.* 4. *§. ult.* ut hinc colligas, in bonis testatoris, testatori propinquiores esse liberos, quam sit Ecclesia: & in hac specie Ecclesiam post liberos esse. 21 Relinquendi verbum non ad donationes inter vivos pertinet, sed ad testamenta, & si quæ similia judicia postrema, *ibi, quam ut supremæ voluntatis.* 22 Mortuus velle non potest. 23 *Novell.* 22. *c.* 2. & tamen adstrictus institutioni heredis, non collatus in arbitrium heredis, munitus solemni testium numero, Baldus *hic.* An pro parte testatus, pro parte intestatus quis ad pias causas mori potest? *Bartolus* ait, *Baldus* negat. 24 De stylo, v. quæ dicam, *J. quæ sit longa consuetudo.* 25 Baldus videtur legisse *liberum*, qua de re v. *Novell.* 22. *cap.* 2. 26 Martyrium *l. ult. C. Theod.* 17. μηδεὶς ἐν ἐκκλησίᾳ θαπτέτω νεκρόν. Nullus in Ecclesia sepeliat mortuum *Syn. Basil.* 3. *tit.* 3. *ex lib.* 5. *tit.* 1. eam etiam templi partem intelligit Baldus, quæ clericis adsignata: cui adesse laico non licet. 27 Sepeliendis 5. *Ecl.* 3. *ex lib* 5. *tit.* 1. *c.* 2. aut humandis *l.* 6. *C. Th.* 9. *tit.* 17. *caus.* 13. *q.* 2. *c. nullus.* 18. *c. non æstimemus.* 19. 28 An collegiis aut contractibus, electionibus magistratuum habendis? an habitationi, in jus vocationi, citationi, prehensioni? *J. de his, qui ad Eccl.* video servum in iis manumitti posse, *J. de his qui in Eccl. manumittuntur.* tutorem dari, *arg. l.* 3. *§.* 3. *D. de tutel.* & jurari, *l.* 13. *in fin. J. de reb. cred.* protestationem fieri, *Nov.* 115. *c. ult.* An sententia, an arbitrium, an examinatio testium fieri? sic puto: dummodo non repugnet usus. 29 Martyrem *l.* 7. 9. *C. Theod.* 17 λείψανα ἁγίων, id est, reliquias sanctorum 1. *Ecl. c.* 5. *fol.* 2. 3. Harmen. 3. *h. t.* περὶ λειψάνων ἁγίων.
30 Cum contractus irritus fuerit, quænam pœna constituta? extraordinaria. *Bald.*
31 Al. *Decio Ruff.* Al. *Cynegio.* Contius. 32 Imo octoginta, *d. Nov.* 59.
33 *Decani*, hic, sunt vespillones, copiatæ, lecticarii, fossarii, Bargenæ aut Bergenæ νεκροφόροι, adde *Novell.* 43. *Nov.* 59. 34 Corporati, ejusdem corporis & collegii, v. *l. unic. J. de collegiatis.* 35 Numerus ubi certus est, non valet impetratio supra numerum, utcunque patrocinio summi viri fiat. 36 Recepti supra numerum non fruuntur privilegio ordinariorum. 37 Vitium est in hac subscriptione. 38 *l.* 40. *C. Theod.* 16. *tit.* 2. Goth. Hæc lex canonizata est. *caus.* 16. *quæst.* 1. *can. placet.* An Ecclesiasticæ personæ teneantur ad solutionem onerum militarium: vid. Cacheran. *decis.* 68. Adde Alciat. *hic.* Ans. 39 Princeps in dubio omnia consilio agere præsumitur. 40 Ecclesiæ habent immunitatem ab omnibus collectis, gabellis & exactionibus. v. *l.* 2. *J. de episc. & cler. & cap.* 1. & *cap. quanquam pedagiorum.* 4. *de cens. exact. & procurat. in 6to. & Clement. præsenti. h. t.* Mod. 41 Omnia scil. ad Ecclesiam pertinentia. 42 Prædia Ecclesiastica a sordidis muneribus immunitatem habent, *Nov.* 131. *c.* 5. de quib. v. *l.* 13. 14. 15. 16. *J. de excus. muner.* 43 Extraordinaria munera sunt, quæ nec certam, nec ordinatam formam præstationis habent, *l.* 10. *§.* 1. *ff de annuis.* eo Ecclesiæ non tenentur, nisi de extraordinario factum sit ordinarium, *l.* 1. *in fin. J. de induct.* 44 Superindictitium, *l.* 40. *C. Theod.* 26. *tit.* 2. v. *J. de superindicto.* 45 V. *J. de coll. don.* 46 Alias, Ecclesiæ tenentur ad ordinarias præstationes, nec licet abuti nomine Ecclesiæ evitandorum canonum causa *Nov.* 37. ordinaria igitur jugatio Ecclesiæ non est remissa, v. *l.* 3. *J. de Episcop. & cler.* Ambrosius de Imperatore loquens, *si tributum petis, non negamus: Agri Ecclesiæ tributum solvunt. c.* 11. *q.* 1. *can. si tributum* 27. Si censum filius Dei solvit, quis tu tantus es, qui non putes esse solvendum? 11. *qu.* 1. *c. magnum* 28. adde *c.* 23. *q.* 8. *can. tributum* 22. De hac tamen re conqueritur Gregorius VII. epist. ad Theodoricum & Theodebertum Francorum reges 114. Sane a tributis immunes fuisse Sacerdotes apud Ægyptios, Judæos, Persas & Gallos, in veterum monumentis legimus, *Genes.* 47. Dion. 2. 1. *Esd.* 7. Xenoph. *de vectig.* Cæsar. 6. *de bell. Gall.* sic in Bœotia agri deorum excepti erant, l. censoria: quam tamen legem publicam ad novos deos subtiliter pertinere negabant: eosve qui aliquando mortales fuissent, Cic. 3. *de nat. deor.* Hoc eodem prætextu iidem publicani prope Caystrum loca quædam Lunæ consecrata ad se rapuerunt. *Strabo* 14.

popu-

poposcerit, ejus functionibus adscribatur. Si quis contravenerit : post [1] debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos [2] [jure] promenda est, exilio deportationis perpetuo subdatur. Dat. 8. Kal. Jul. Rav. HONORIO IX. & THEODOSIO V. AA. CONSS. 412.

De observatione & interpretatione Canonum Ecclesiasticorum.

6. Iidem AA. Philippo Præfecto Prætorio Illyrici.

OMni [3] innovatione [4] cessante vetustatem & canones pristinos Ecclesiasticos, qui [5] usque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici provincias servari præcipimus : ut, si quid dubietatis emerserit, id oporteat (non [6] absque scientia viri reverendissimi sacrosanctæ legis Antistis [Ecclesiæ] urbis Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris [7] prærogativa [8] lætatur [9]) conventui sacerdotali sanctoque judicio reservari. D. Pridie Id. Jul. EUSTATHIO & AGRICOLA CONSS. 421.

De instructionibus itinerum & pontium.

7. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

AD [10] instructiones [11] itinerum [12] pontiumque [13], etiam divinas domos & venerabiles Ecclesias [14] tam laudabili [15] titulo libenter adscribimus : quia [16] non est inter sordida munera numeratum. Dat. 15. Kal. Mart. CP. ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

De capitatione.

8. Imp. CARUS [17] Præsidoro P. P.

SAcrosancta [18] Thessalonicensis [19] civitatis Ecclesia aperte sciat, propriæ tantummodo capitationis [20] modum beneficio nostri numinis sublevandum : nec extraneorum gravamine tributorum Rempublicam ecclesiastici nominis abusione [21] lædendam. Dat. 6. Id. Oct. CP. VICTORE V. C. COS. 424.

De decanis seu collegiatis titulo tenus.

9. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro Præfecto Urbi.

QUi sub prætextu decanorum seu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere, eorum fraudibus credimus esse obviandum : ne quis sub [22] specie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus relevetur : ne argentariorum vel nummulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati vel decani festinant : ideoque si quis eorum sub nudæ [23] appellationis velamine collegiatum seu decanum se appellat ; sciat, pro se alium subrogandum [24], qui prædicto muneri sufficiens approbetur : subrogatione videlicet loco memoratorum, vel eorum, qui moriuntur, primatum ejus, qui subrogatur, admissa [25] judicio ; ab hac dispositione nemine se excusante Sacrosanctarum Ecclesiarum [reverentia]. Dat. X. Kal. Apr. THEOD. XVII. & FESTO COSS. 439.

De navibus & embola.

10. Iidem AA. Florentio P. P.

JUbemus [26], nullam navem [27] ultra duorum millium modiorum capacem ante [28] felicem embolam [29], vel publicarum specierum transvectionem, aut privilegio dignitatis aut religionis intuitu, aut prærogativa personæ [30] publicis [31] utilitatibus subtractam, excusari posse : nec si cœleste [32] contra proferatur oraculum [33], sive annotatio sit, sive divina pragmatica sanctio, providentissimæ legis regulas excusare debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus observari : ut generaliter, si quid hujusmodi contra [34] jus vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat : Quicquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum : id navigii, quod excusatur, publicatione [35] corrigimus. Dat. THEOD. A. XVII. & FESTO COSS. 439.

De angariis, parangariis, & plaustris.

11. Iidem AA. ad Taurum Præfectum Prætorio.

NEminem ab angariis, vel perangariis, vel plaustris, vel quolibet munere excusari præcipimus, cum ad felicissimam expeditionem [36] nostri numinis omnium Provincialium per loca, qua iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi : licet [37] ad sacrosanctas Ecclesias [38] possessiones pertineant. Dat. 13. Kal. Mart. CP. VAL. A. V. & ANATOLIO COSS. 440.

Confirmatio privilegiorum ecclesiis concessorum. 1. Abrogatio sanctionum sacris canonibus adversantium. 2. De salariis, quæ de publico ecclesiis præstantur.

12. Impp. VALENT. & MARCIANUS A. A. Palladio P. P.

PRivilegia [39], quæ generalibus [40] constitutionibus universis sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ religionis retro Principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. §. 1. Omnes sane pragmaticas sanctiones, quæ contra [41] Canones ecclesiasticos interventu gratiæ vel ambitionis elicitæ sunt, robore suo & firmitate vacuatas cessare præcipimus.

§. 2. Et quia humanitatis nostræ est, egenis [42] prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint [43] : salaria [44] etiam quæ sacrosanctis ecclesiis in diversis speciebus de publico hactenus [45] ministrata sunt, jubemus nunc quoque inconcussa, & a nullo prorsus imminuta præstari : liberalitatique huic promptissimæ perpetuam tribuimus firmitatem. Dat. AETIO & STUDIO CONSS. 454.

De statutis, & consuetudinibus contra libertatem ecclesiæ, ejusque personas.

Nova constitutio FRIDERICI [46] Imperatoris.

CAssa & irrita [47] esse denunciari per totam Italiam præcipimus omnia statuta & consuetudines contra libertatem Ecclesiæ ejusque personas, inductas adversus canonicas & imperiales sanctiones, & ea de Capitularibus [48] penitus aboleri mandat nova constitutio : & de cætero similia attentata [49] ipso jure nulla esse decernit : si quid contra fiat : pœnæ quæ statutæ sunt, imminebunt. Sed si per annum hujus novellæ constitutionis aliqui inventi fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium impune ab omnibus occupentur.

De ultima voluntate mulieris Deo dicatæ.

13. Iidem AA. Palladio Præfecto Prætorio.

GEnerali lege [50] sancimus, sive vidua, sive Diaconissa, vel virgo Deo dicata, vel sanctimonialis mulier, sive quocunque alio nomine religiosi honoris, vel dignitatis fœmina nuncupata, vel testamento, vel codicillo suo (quod [51] tamen alia omni juris ratione munitum sit) Ecclesiæ vel martyrio [52], vel Clero, vel Monachio [53], vel pauperibus aliquid, vel ex integro, vel ex parte, in quacumque re vel specie, crediderit relinquendum : id modis omnibus ratum firmumque consistat : sive [54] hoc institutione, sive substitutione, seu legato aut fideicommisso per universitatem seu speciali, sive scripta, sive non scripta voluntate fuit derelictum : omni in posterum in hujuscemodi negotiis ambiguitate submota. Dat. X. Kalend. Maji CP. ANTHEMIO & VALENT. VIII. CONSS. 455.

De Rebus Monachorum.

In AUTHENT. de monachis. §. illud quoque. col. 1. tit. 5. seu Novel. 5. c. 5. & Novel. 76.

INgressi [55] monasteria ipso ingressu se suaque [56] dedicant Deo : Nec [57] ergo de his testantur [58] : utpote nec [59] domini rerum.

In AUTHENT. de sanctissimis Episc. §. si qua. col. 9. tit. 6. al. 15. seu Novel. 123. cap. 38.

SI [60] qua mulier aut vir, liberis non extantibus [61], monasticam [62] vitam elegerit, & monasterium intraverit : monasterio [63], quod intravit, res [64] ejus competere jubemus. Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos [65] disponat, monasterium intret, liceat ei postea inter eos dividere [66], legitima [67] nulli deminuta : & quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem [68] sub-

1 Et ita duabus pœnis afficiuntur : excommunicatione scil. & exilio. 2 Sacrilegium committit, qui immunitatem Ecclesiæ violat. 3 *l. 46. C. Th. de Episcop. l. 16.* Goth. Innovatum contra Canones non subsistit. Vide Goedd. *de Sequestrat. cap. 1. num. 39. & 40. ad 46.* & Alciat. *hic.* Ans. 4 Quæ forte obtinuerat tempore Tyrannidis. *l. 16. J. h. t.* 5 Adde *l. 12. J. h. t. Novell. 6. cap. 1. Nov. 83. c. 1. Nov. 123.* 6 Atqui ad Imperatorem eundum videtur, *l. 1. J. de legib.* 7 *l. 52. in fin. J. de Episc. & cler.* ad differentiam novæ. *l. 4. J. de oper. publ.* est enim duplex Roma. *l. ult. J. in quib. caus. pign. 7. Eclog. 17. c. 13.* Constantinopolim Græci vocant, νέαν ῥώμην. Zonar. *act. concilii Chalced. cap. 22.* 8 *l. 45. C. Theod. 16. tit. 2.* id est, Patriarchatus, *l. 16. J. h. t.* 9 Imo ei antistat. *l. 24. J. h. t.* 10 Pars legis *l. 6. C. Theod. de itinere muniendo lib. 15.* 11 Ecclesiæ a muneribus præsertim sordidis immunes, εἰ μὴ εἰς ἀνανέωσιν γεφύρας καὶ ὁδοστρωτιῶν, hoc est, exceptis pontium & itinerum instructionibus, *Synopsis Basil. 1. c. 5. l. 7. J. de oper. pub. l. 4. J. de priv. domus August. l. 6. C. Theod. de itinere muniendo, Nov. 38. & 149. c. 3.* 12 ὁδοστρωτιῶν 5. *Eclog. 1. c. 5.* 13 Stratum, *l. 6. C. Theod. 15. tit. 6. l. 4. J. de privil. dom. August.* murorum civitatis, putei publici & similium. 14 Locupletes scilicet, non si solæ aut destitutæ reditu. 15 Non sordido *J. h. t.* 16 Pontium & itinerum instructiones non censentur inter munera sordida. 17 Al. *Imp. Theodos. A. Isidoro PP. Illyrici,* ut legitur *in C. Th.* Russard. 18 *Pars legis 33. C. Theod. de annon. & tribut. l. 11.* 19 V. *l. 12. J. de annonis & tribut.* 20 Capitationis voce tributum soli interpretatur Molinæus. 21 Privilegii prætextu illicitum non debet committi, *l. 1. J. ubi senatores.* 22 *Pars l. 1. J. de collegiatis.* 23 *l. 5. ff. de jure immun.* 24 Hæc lex non pertinet ad eum qui se fingit clericum : nec enim se decanum mentienti alius subrogari potest, cum non sit decanus. Sensus est itaque : Non servientem Ecclesiæ privilegio carere, ejusque loco alium subrogari.

25 Admisso. 26 Idem *l. 2. J. de navibus non excus.* 27 V. *l. 2. J. de navibus non excusand.* 28 Quo anni tempore fuerit felix hæc embola, vide *Edictum Justiniani 13. c. 6.* 29 Embola felix transvectio specierum publicarum, v. *Edict. Justin. 13.* 30 Forte militaris. 31 Publica utilitas cuilibet privati privilegio præferenda. 32 Cœleste oraculum quid est? principis dispensatio. 33 Hinc colligit Baldus privilegium generaliter indultum non includere casum utilitati publicæ contrarium, quem sequitur Lud. & Florent. *cons. 437. col. 2.* idemque tradit *in l. id præsens. in fin. C. de privilegiis lib. 11.* Plura autem de hac re vide apud Ludov. Rom. *in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr.* & Felin. *ad c. nonnulli extr. de rescript.* Mod. 34 Rescriptum obreptitium ipso jure nullum. 35 Ecclesiæ nocet factum prælati, v. *c. 76. de reg. in 6. Edict. Just. 13. c. 10.* 36 Ecclesiæ ab oneribus expeditionis non excusantur. *5. Ecl. 1. cap. 7. l. 7. J. de quibus muneribus, l. 21. J. de cursu publico.*

37 Ecclesiæ obnoxiæ sunt angariis & parangariis expeditionis tempore. *Synops. Basil. 5. tit. 1. c. 5. & 7. l. 2. J. de quib. munerib. vel præstationib.* 38 Et alium quemcunque *d. c. 7.* sed nec regiæ domus expeditionis tempore ab angariis & parangariis immunes. *l. 21. J. de cursu publico. Synops. Basil. ib. ex lib. 56. tit. 17. cap. 22.* 39 *l. 21. 22. C. Theod. de sordidis & extraord. munerib. 11. tit. 16. & l. 34. & 38. C. Theod. l. 22. §. 1. J. de Episc. Novell. 131.* 40 Privilegia quædam generalia esse possunt. 41 Canones, ubi agitur de re Ecclesiastica, juri civili præferendi. 42 Optimi principis officium est, egenis prospicere. 43 Hinc colligitur, voto pauperi alimenta, aut quid hujusmodi ususfructus nomine legari posse. 44 Salaria hujusmodi ex vectigalibus suis detracta per singulas civitates Christiani principes alendis Ecclesiæ ministris addixerunt, ut hic, quæ sublata a Juliano Jovianus restituit 4. *Th. 4.* Ad eum modum Numa Vestalibus stipendium de publico statuit. *Liv. 1.* & Ægypti reges sacerdotibus Ægypti tertiam vectigalium. *Diod. 2.* Ita Plato eos, qui reipublicæ præficiuntur, ex publico alendos censet. 45 Eleemosynæ consuetæ præstandæ sunt. Atqui sunt incertæ? non sunt, cum ex consuetudine, quæ & quantæ sint, appareat, *l. 14. §. 1. D. de alimentis vel cibariis legat.* 46 Secundi. *Goth.* Fredericus II. ab Honorio III. Pontifice coronam accepit. Anno 1213. *Ans.* 47 Ipso Jure. *l. 12. §. 1. s. h. t.* 48 *Capitularia,* libri statutorum *c. omnes in fin. 36. caus. 11. quæst. 1.* 49 Attentata alienæ jurisdictionis usurpatio, v. Paponem 19. *arrest. 3. d'attentat.* 50 Quæ hodie immutata duabus authenticis sequentibus. 51 Religiosæ personæ etiam solenniter testari debent. 52 *Martyrium* templum martyrum, *l. 16. J. h. t. l. 7. C. Th. 9. tit. 18.* 53 Id est, cœtui, aut templo monachorum. 54 Relinquimus morientes vel scripto, vel non scripto, idque vel instituendo, substituendo, legando, fidei committendo. 55 Vide ad hanc Novell. Socinum *reg. 180.* 56 Aliud ante ingressum. *Novell. 5. c. 5.* & certo casu post ingressum, v. *Authen. proximam.* Hæc interim authentica non servatur in Gallia, monasterium enim non succedit religioso, sed ab intestato proximi. Quin religiosi non succedunt proximis, nec monasterium eorum loco : nec potest secularis factus successionem revocare : sed nec religiosos liberos patres tenentur hodie heredes instituere, aut legitimam eis relinquere, v. Rebuffum *in proœmio constit. gloss. 5. n. 20. 21. 22. 23. 24.* Putarem tamen casibus istis habendam rationem paupertatis nimiæ, & quæ sæpius accidit mendicitatis. *Goth.* Neque servatur hæc authentica in Belg. ubi monasteriis ad adquirendum principali rescripto opus est. *Edict. 19. Octob. 1520. & lat. introit. art. 14. addit. 2.* Ans. 57 Testari de rebus Deo dicatis non possumus. 58 Hoc ut verum sit, v. *Authenticam proximam.* 59 Testari non possumus de rebus alienis. 60 Hæc authentica non servatur in Gallia, ut dixi in superiore authentica. 61 Vide Johan. Dauth. *de Testam. ad rubr. qui testam. fac. poss. num. 176.* Ans. 62 Monastica vita stringit arctius, quam sacerdotium simplex. 63 An saltem rei alicujus usum & dispositionem excipere, seu reservare sibi possint? Possunt utique : sed permittente tantum suo vel præposito, vel superiore. 64 Omnes : etiam ususfructus commoditatem & emphyteuseos privatæ, immobilia, si modo monasterium ipsum talium sit capax (quod in feudis quæritur) maxime operarum obventiones, lucra futura, ut legata & relicta, v. Paponem 1. *arrest. 8. n. 7.* 65 Non extraneos : hinc Baldus negat, monacho rum licere uxori dotem constituere, aut quasi ab ea quondam receptam cavere, vel de restituendis usuris alicui cavere. 66 Testari monachus potest inter liberos, hoc casu ut ex *Novella Leonis* V. de his, quæ adquisivit post ingressum. Ideoque posse videtur in his substituere. Ad hæc potest testis esse quoque in testamento, & testamenti executor dari : aut si id ei non licet, executori a consiliis esse. Bald. *hic.* 67 Monachus liberis relicturus, quam minus potest legitimam eis relinquit : quam plurimum virilem sibi retinere debet. 68 Jason *hic num. 5.* colligit *ex hoc vers.* Monasterium loco filii haberi. *cap. in præsentia. Extr. de probat.* vide *can. 9. caus. 19. quæst. 9.* Ans.

stantiam

stantiam inter eos filios dividere voluerit, sua persona filiis connumerata, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debet. Sed si post ingressum monasterii moriatur [1], *antequam inter eos dividat; filii legitimam percipient, reliqua substantia monasterio competente* [2].

De alienatione, oppignoratione, emphyteusi rerum Ecclesiæ. De acquisitione prædii sterilis aut onerosi.

14. Impp. LEO [3] & ANTHEMIUS AA. Hanatio [4] Præfecto Prætorio.

JUbemus [5], nulli posthac Archiepiscopo in hac urbe Regia sacrosanctæ [6] orthodoxæ Ecclesiæ præsidenti, nulli Oeconomo, cui [7] res ecclesiastica gubernanda mandatur, esse facultatem fundos, vel prædia sive urbana, sive rustica, res postremo immobiles, aut in his prædiis colonos, vel mancipia constituta, aut annonas civiles [8] cujuscunque suprema, vel superstitis voluntate ad religiosas ecclesias devolutas, sub cujusque [9] alienationis specie ad [10] quamcunque transferre personam: sed ea etiam prædia dividere [11] quidem, colere, augere, & ampliare: nec ulli iisdem prædiis audere cedere: verum sive testamento quocunque jure facto, seu codicillo, vel sola nuncupatione, legato seu fideicommisso, aut mortis causa donatione, aut alio quocunque ultimo arbitrio, aut certe inter viventes habita largitate, sive contractu venditionis, sive donationis, aut alio quocunque titulo quisquam ad præfatam venerabilem Ecclesiam patrimonium suum, partemve certam patrimonii in fundis, prædiis, sive domibus, vel annonis, mancipiis [12], & colonis, eorumque peculiis voluerit pertinere: inconcussa ea omnia sine ulla penitus immutatione conserventur. † Scientes nulla sibi occasione vel tempore, ad vicissitudinem beneficii collocati [13], aut gratiæ referendæ donandi, vel certe hominibus volentibus emere, alienandi aliquam facultatem permissam: nec si omnes cum religioso Episcopo, & Oeconomo clerici in earum possessionum alienationem consentiant: ea enim, quæ ad beatissimæ ecclesiæ jura pertinent, vel posthac forte pervenerint, tanquam ipsam [14] sacrosanctam & religiosam ecclesiam, intacta convenit venerabiliter custodiri: ut sicut ipsa religionis & fidei mater [15] perpetua est, ita ejus patrimonium [16] jugiter servetur illæsum.

§. 1. Sane, si hæc nostræ perennitatis statuta audaci spiritu & mente sacrilega quisquam Oeconomorum, vel hominum temeranda crediderit, ipse quidem, qui protervo ausu Ecclesiastica prædia donationis, vel emptionis seu commutationis [titulo], vel cujuscunque contractus alterius nomine (nisi eo modo, quo nunc [17] statuimus) acquirere [vel habere] tentarit; omnem hujusmodi fructum propriæ temeritatis amittat: & pretia quidem & munera [18], quæ ejus rei gratia data fuerint Oeconomo, sive aliis quibuscunque personis, ecclesiæ lucris & commodis acquirantur [19]: prædia autem, & in his omnibus constituta, ab ipsis clericis [20] & temporalibus œconomis cum fructibus seu pensionibus, vel accessionibus totius medii temporis vindicentur, ut tanquam penitus a nullo empta vel vendita teneantur: quia ea quæ contra leges fiunt, pro [21] infectis habenda sunt. §. 2. Oeconomus autem, qui hoc fecerit, imo fieri passus fuerit [22], vel quacunque prorsus hujusmodi venditione, seu donatione, vel commutatione, [nisi ea, quæ præsenti lege concedimus] postremo in quacunque alienatione consenserit: commissa sibi Oeconomatus administratione privetur [23], deque ejus bonis, quodcunque exinde incommodum ecclesiæ contigerit, reformetur: heredesque [24] ejus, & successores, ac posteri super hoc facto sive consensu, competenti ab ecclesiasticis personis actione pulsentur. §. 3. His tabellionibus, qui hujusmodi contractuum vetitorum [25] ausi fuerint instrumenta conscribere, irrevocabilis [26] exilii animadversione plectendis. §. 4. His quoque judicibus [27], vel jus gestorum habentibus, qui hujusmodi donationum vel contractuum vetitorum gesta confecerint, dignitatis propriæ & bonorum omnium spoliatione damnandis.

§. 5. Sane ne [28] omnis religiosis Oeconomis commodæ provisionis via, & occasio venerandis Ecclesiis profutura videatur exclusa: id, quod utile plerunque judicatur, seu cautelæ observatione necessario procedere concedimus. Si [29] quando igitur vir religiosus œconomus hujus regiæ urbis Ecclesiæ perspexerit [30] expedire, ut desideranti cuiquam certarum possessionum atque prædiorum (urbanorum scilicet sive rusticorum) ad jus Ecclesiasticum pertinentium temporalis ususfructus possessio pro [31] ipsius petitione præstetur: tunc ejus temporis, quod inter utrosque convenit, sive [32] in diem vitæ suæ ab eo, qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat Oeconomus, atque conscribat: per quæ & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur: & manifestum sit, quod quisque acceperit ab invicem [33] hujusmodi beneficii [34] gratia; præstando quidem ecclesiastici prædii pro tempore usumfructum: post statutum autem tempus & placitum [35], ipsorum redituum proprietate ad dominium, & jus ecclesiasticum recurrente firmiter: ita scilicet ut sive completo spatio, quod fuerit inter eos constitutum, sive mortis suæ tempore (si hoc quoque convenerit) is qui possessionem ecclesiasticam & certorum redituum usumfructum habendi gratia interveniente pacto susceperit, non minus quam alterius tantæ quantitatis, quantæ [36] acceperit reditus, cum ipsorum prædiorum dominio & rebus immobilibus, eorumque colonis & mancipiis ecclesiæ derelinquat: Nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere, sed possessionem Ecclesiasticam, tanquam nullo jure transcriptam, in jure ipsius, atque dominio permanere, & ab ecclesiasticis œconomis vindicari. D. CP. JORDANE, & SEVERO COSS. 470.

In AUTHENT. de non alienandis aut permutandis. §. nos igitur col. 2. tit. 1. seu Novel. 7. c. 1. & in auth. de Alienat. & emphyt. §. hoc etiam super ipsis. & §. hoc vero jubemus. col. 9. tit. 3. seu Novell. 120. c. 6. & 7.

H*Oc* [37] *jus porrectum est ad omnem* [38] *venerabilem locum, omneque collegium, quod actio pia constituit: ut nec res eorum pignorentur* [39]. *Et hoc perpetuo servetur in his rebus immobilibus, quæ* [40] *ab imperiali domo prædictis locis applicantur. In cæteris* [41] *eatenus excipitur, si debitum urget.* † *Quod si ex mobilibus solvi non possit: primo* [42] *res immobiles specialiter dentur pignori: quarum fructus creditor sibi reputet tam in sortem, quam in usuras usque ad quartam* [43] *centesimæ.* † *Quod si* [44] *nolit creditor ita accipere: tunc ordinator* [45] *domus apud eum, a quo ordinatur, habitis* [46] *absque dispendio gestis, juret* [47] *(majore parte ibidem servientium* [48] *consentiente), & debitum existere, nec ex mobilibus* [49] *solvi posse: quo subsecuto, per viginti dies rem Ecclesiæ* [50] *venalem esse publice* [51] *notum sit; ut plus offerenti* [52] *detur, pretio* [53] *modis omnibus pro debito dando: aliter* [54] *enim res emptori non conceditur: & hoc inscribatur* [55] nihil esse factum in ea re ad damnum divinæ domus.

† *Emptore vero non invento, res æstimata districte creditori detur in solutum, addita* [56] *in pretio universæ æstimationis decima parte, & accedente consensu ordinatoris, & majoris partis ibidem servientium: Sit tamen ea res mediocris* [57] *inter cæteras, inspecta ipsius qualitate* [58] *& quantitate & onere.* † *Et is* creditor *hic intelligatur, qui, quod credidit, probat in* [59] *utilitatem divinæ domus processisse.*

In AUTHENT. de non alienandis aut permutandis. §. sicut autem col. 2. tit. 1. seu Novell. 7. cap. 12.

S*Icut* [60] *alienatio rerum Ecclesiæ interdicitur: ita prohibetur, ne qua sterilis* [61] *ei detur* [62] *possessio, aut alioqui onerosa, veluti fiscalium nomine vel onere.*

1 Patre monacho ante divisionem bonorum præmortuo, liberi solam legitimam deducunt, quibus ideo monasterium favorabilius videtur. 2 Non jure hereditario, sed cujusdam acquisitionis. Inde negant interpretes, monasterium ad inventarii confectionem adstringi: cum proprie non sit heres, v. Grassum *lib. sent. §. hered. quæst.* 6. 3 Hujus legis mentio fit *Nov.* 7. Goth. De hujus legis materia vide Salicet. Bart. Bald. *h. l.* Tiraquell. *de constit. possess. part.* 3. *limit.* 13. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 172. Guilhelm. Rodian. *tr. de reb. Eccles. non alienand.* confer *l. fin. C. de fund. rei privat. l.* 11. *& ibi notat.* Ans. 4 Armasio, *ut l.* 31. J. *de Episcopis & Cleric.* cujus in Zenone mentionem Ang. Glycas & Constantinus Manasses faciunt. 5 Ad legis hujus pleniorem intellectum vide præter allegata & notata hoc loco opportune a Gothofredo, Tiraquellum *in tract. de jur. constit.* 3. *part.* 13. *limit.* Lapum *cons.* 49. Doct. *ad cap. edoceri. extr. de Rescript.* Oldrad. *cons.* 209. Guid. Papæ *quæst.* 355. Rot. *decis.* 10. *de restit. spoliat.* Alexand. *cons.* 81. *num.* 16. *& seq.* Paris. *ad cap. in præsentia. n.* 105. *extr. de prob.* Pileum *quæst.* 2. Ludov. de Penna *in l. litibus. in* 2. *col. infr. de agric. & censit.* Hostiens. denique *ad cap. cum inter nos. §.* 1. *extr. de verb. sig.* Mod. 6 Id est, majori Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Hoc privilegium postea porrectum est ad reliquas majori subjectas, *l.* 17. J. *h. t.* & tandem ad omnes Ecclesias *Novell.* 7. 7 Oeconomi Ecclesiæ munus id erat, res Ecclesiasticas gubernare, ut hic, quæ cura post Episcopis ipsis demandata. 8 Annonæ, sportulæ, pensiones immobilibus adnumerantur. *Nov.* 7. *in pr. Nov.* 120. *c.* 1. sic in feudis, feudum de camera est, cum ex arca domini certum stipendium solvitur: de cavena, cum ex cellario domini præstantur annonæ 2. *feud.* 1. v. Cujac. 1. *Feud.* 1. *in princip.* 9 Cujuscunque. *Hal.* Alienationis verbo continetur venditio, donatio, permutatio. Interpretes tamen volunt, prælatum posse ecclesiæ præjudicare in adquirendis, non in adquisitis, v. Roland. a Vall. 1. *consil.* 15. *num.* 23. 10 Res Ecclesiasticæ immobiles, aut quasi immobiles a nullo, & in nullum alienari possunt. 11 Puta cum aliena Ecclesia. *Nov.* 94. *c.* 2. vel culturæ gratia: (Hujusmodi divisio non est alienatio, *l.* 38. *D. famil. ercisc. l.* 86. *in fin. D. de leg.* 2.) vel si privatus agit ad divisionem. Necessitas enim probabilem facit divisionem, *l.* 27. *ff. de manumiss. test.* 12 Rusticis scilicet *arg. l.* 6. *§.* 1. J. *de secund. nupt. l.* 4. *§.* 5. *D. de censib.* v. Cujac. *Novell.* 7. 13 Colorati, ita legit Baldus, adde Cujac. *Nov.* 7. color hic pleramque donatione quæritur, ut donari dicatur ἐν ἀντιδώρῳ, id est, remunerandi gratia, *Nov.* 120. *c.* 1. 14 Intelliguntur ipsa templa, vide *Nov.* 7. *c.* 10. 15 Ecclesia fidei mater, *l.* 16. *in fin.* J. *h. t.* 16 Patrimonium Ecclesiæ (quantum fieri potest) perpetuum esse debet. 17 Id est, J. *h. t.* Goth. Adeoque hic Emptor pro malæ fidei possessore habetur: Rationem vid. apud Govar. *Relect. cap. malæ fid. §.* 7. *de errante & dubitante. num.* 10. adde *l.* 7. *C. de agric. & censit. lib.* 11. Ans. 18 Cujacius *d. l.* hoc verbo intelligit ἀντίδωρα. 19 Illicite contrahens, pretii soluti (aliud si nondum solutum est) amissione privatur: quod tamen ei ab Ecclesia remitti potest. 20 Aut eis tacentibus, a quovis, quin ab ipso œconomo, qui alienavit. 21 Contra leges quæ fiunt pro infectis habenda. v. *l.* 5. J. *de legibus.* 22 Agens, & consentiens pari pœna puniuntur. *l.* 13. *ff. de his qui not. infam. l.* 6. *ff. de jure patronat.* Ans. 23 Per sententiam. Unde colligunt verbum præsentis vel præteriti temporis intelligi ipso jure: futuri vero per sententiam, si dicta fuerit sententia: nisi verbo futuri temporis addatur verbum *mox, illico, omnimodo*, vel simile: nisi verbum futuri temporis proferatur a testatore, *Gloss. l.* 16. *in verb. decernimus.* J. *h. t.* Bald. *l.* 1. J. *de his, quæ pœnæ. Gl. in leg. criminali.* 5. J. *de jurisd. l. si quis in tantam.* 7. *C. unde vi. l.* 1. J. *de pedaneis judic.* v. Cremensem *singulari* 7. Romanum *singulari* 1. 24 Ob rem male administratam, datur actio in œconomum, ejusque successores. 25 Scriptor punitur, vide *l.* 5. *§.* 9. *D. de injur. l.* 15. J. *de decurionibus.* Tabellio vetitum instrumentum conficiens irrevocabili exilio puniendus, v. *l.* 16. *ff. ad l. Corn. de falsis.* Bellovis. 1. *c.* 1. *&* 8. *n.* 10. *Nov.* 134. *c.* 11. *&* 2. *feud.* 52. 26 Hoc innuit, non omne exilium irrevocabile. v. Papon. 3. *notar. tit. de Rapeau de ban.* 27 Judices & actuarii, contractui vetito autoritatem præbentes, & privantur dignitate, & omnia bona amittunt. 28 Adde *l.* 24. *D. de minorib. l.* 1. *§.* 12. *ff. de admin. tut.*

29 Hæc verba referuntur *c.* 10. *quæst.* 2. *can. ea enim §. si œconomus.* 30 In alienatione rei Ecclesiasticæ requiritur, ut justa causa subsit: necessitatis scilicet vel utilitatis: ideoque transactio superioribus causis destituta, redderetur inutilis, vide Roland. 1. *consil.* 16. *num.* 16. 31 Id est, prædia Ecclesiastica urbana vel rustica in temporalem usumfructum petenti dari possunt, *Novell.* 7. *cap.* 4. 32 Ususfructus temporalis fit pacto ad certum tempus, vel ad vitam suscipientis. 33 Sic restitue *ad invicem. Hujusmodi beneficii gratia præstando quidem &c.* Porro hæc verba innuunt hic agi de mutuo usu, ut Ecclesia fundum (forte remotum) diviti alicui cui (is proximus est) in usum vitæ dare possit, ea lege, ut vicissim ab eo fundum alium (sibi forte vicinum) fruendum accipiat, *Nov.* 7. *cap.* 4. ibi, ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα κατὰ δεσποτείας δίκαιον ἀντιδιδόναι τῇ ἐκκλησίᾳ. 34 Mutui scil. 35 Placitum temporum proprietate ad dominium &c. *Hal.* 36 Quantam acceperat reditus &c. *Hal.* 37 10. *quæst.* 2. *c. ea enim* 2. Id specialiter Ecclesiarum intuitu concessum fuerat. *l.* 14. J. *h. t. Goth.* De jure Canonico, in alienatione rei Ecclesiæ non requiritur tanta solennitas; sed sufficit utilitas quæ alienationem suadet, accedente tamen consensu & subscriptione Capituli. *cap.* 1. *extr. de his, quæ fiunt a prælat. junct. can. sine exceptione.* 52. *c.* 12. *quæst.* 2. Adeoque solennitates hic relatæ hodie non servantur. Neque illud mutatum: propterea, quod hæ authenticæ *d. caus.* 12. *quæst.* 2. insertæ, & quasi canonizatæ sint, a Gratiano enim privata autoritate insertio illa facta est. v. Canis. *de diff. utr. jur. n.* 20. Ans. 38 Nullus locus religiosus alienari aut pignorari potest. 39 Subaudi, sine solennitate, de qua vid. Socin. *reg.* 110. 40 Ecclesia rem immobilem ab Imperatore acceptam alienare ac pignorare non potest etiam alteri Ecclesiæ, v. *Nov.* 120. *c.* 7. 41 Ecclesia res immobiles a privato acceptas alienare potest, si debitum urget. 42 Adde *l.* 12. *in fin. ff. de relig.* In alienationibus rerum Ecclesiasticarum alia solennitas hodie servatur, vide *Decisiones Rotæ, decis.* 135. Rebuff. *in proœmio const. gloss.* 5. *n.* 25. *& in compendio alienationis rerum Ecclesiastic.* 43 Quarta centesimæ est quadrans usura levissima, ut si solvantur annuatim *trois pour cent.* quadringentesima pars sortis quolibet mense. 44 Sublata spe quæstus, languent commercia *l.* 8. J. *de rescind. vend.* 45 Vel ejus loco procurator specialis, aut cum libera, aut certi negotii. Is enim potest accipere, si negotium aliter explicari non potest. Bald. *hic.* 46 Hodie etiam in Francia scriptura adhibetur ab initio. Rebuffus *in compendio de alienation. rerum Ecclesiastic. num.* 10. 47 Rebuffus negat hodie requiri juramentum ordinatoris *cap.* 1. *de rebus Ecclesiar. non alienand. in* 6. 48 Seu capituli, *d. cap.* 1. vide Rebuffum *ibid. num.* 17. vel episcopi. Cujus? utriusque: & ejus in cujus diœcesi res sita est, & ejus in cujus diœcesi ipsi contrahentes vivunt. Rebuffus *ibid. num.* 22. 49 Quo nomine intelliguntur actiones, & nomina ex re mobili, non immobili provenientia. Bald. *hic.* 50 De cujus utilitate agitur. Interpretes tamen volunt, unitis duabus Ecclesiis fundum unius pro alterius utilitate distrahi posse. v. Bald. *hic.* v. quæ scripsi ad *l.* 12. J. *de prædiis, & aliis rebus minorum.* 51 Subhastationes bonorum Ecclesiæ fieri debent. *arg. l.* 4. J. *de fide & jure hastæ:* per viginti dies, *ut hic:* Rolandus a Val. 1. *consil.* 33. *num.* 13. quas tamen Rebuffus *d. l. num.* 20. negat requiri jure Canonico. 52 Plus licitanti, *au plus offerant & dernier encherisseur*, res addici solet. *l.* 4. J. *de fide & jure hastæ.* 53 Id est, ea lege, ut pretium acceptum creditoribus Ecclesiæ numeretur. 54 Emptor rei Ecclesiasticæ curiosus esse debet, quo pretium vertatur: facit *l.* 3. *§.* 9. *in fin. ff. de in rem verso. l.* 15. *§.* 13. *ff. de reb. cred.* 55 Actuarii vice, ad emptoris securitatem. Puto itaque, sic ubi, maxime scripturam in hujusmodi alienationibus requiri. 56 An id æquum, aut licitum jure poli? vide quæ notavi ad *Novell.* 120. *c.* 6. *in fin.* 57 Quid si alienari prohibita? v. *Nov.* 120. *c.* 9. 58 Rei æstimatio qualitate, quantitate, & onere judicatur. 59 Quod in dubio præsumitur ex confessione Episcopi & Capituli: alias qui emit ab Ecclesia, qui eidem credit, numerationem factam, & conversionem pecuniæ in utilitatem Ecclesiæ probare cogitur. Bald. *hic.* 60 Quid si nuncius Ecclesiæ pecuniam amisit? non est periculum emptoris. *l.* 11. J. *de rebus cred.* 61 Aut damnosa. 62 Fingamus hereditatem damnosam ab Ecclesia aditam, non confe-

In AUTHENT. de non alien. §. quia vero cognovimus. col. 2. tit. 1. seu Nov. 7. c. 11. & in auth. de alien. & emph. §. & quoniam. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 7.

MUlto [1] magis prohibetur ipsius Monasterii alienatio, qua redeat in antiquum statum, & secularem usum.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. si vero non sint. versi. œconomis. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 5.

QUibuscunque [2] modis hoc jus aliis permittitur: interdicitur certis personis, res hujusmodi accipere, ut Oeconomo, ejusque cognatis: alioqui bona eorum & Oeconomorum, & ordinatorum, quibus conjuncti sunt, post mortem eorum pervenient ad Ecclesiam, de qua rem accipiunt.

In AUTHENT. de non alien. aut permut. §. quia vero Leonis. col. 2. tit. 1. seu Nov. 7. c. 5. & col. 9. tit. 3. de alien. & emph. §. Si vero præter hæc. seu Nov. 120. c. 11.

QUi res jam dictas non [3] gratuito alienationis titulo citra [4] formam legis [5] accepit; rem quidem cum omni incremento medii temporis restituat: ejus autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum [6], sed adversus eum [7], qui alienavit, habet. † Donatarius [8] autem & rem cum omni causa, & fructum restituat, & aliud tantundem. † Creditor quoque, restituta re pignorata, crediti actionem contra solum pignoris datorem habeat. † Emphyteusis acceptor, & ab ea cadat: nec quod dedit repetat: immo statim solvat, quod soluturus esset uno quoque anno, si jure contraxisset: sed melius dicitur, omnimodo denegandas esse actiones hujusmodi acceptori.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. si vero quædam sunt, col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 1.

SI quas ruinas habent memoratæ divinæ domus, quas reædificare non valent, & hæ in emphyteusim dentur perpetuam: emphyteuta usuro materia habitationis depositæ domus [9], ut pensio diminuatur, in tertiam partem ab ea, quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur, aut primitus eo reædificante ex adjectis illi per æstimationem pensionibus, medietas detur religiosæ domui: nam priore casu ab initio emphyteusis præstanda est pensio.

In AUTHENT. de non alien. §. quia vero Leonis. col. 1. tit. 2. seu Nov. 7. c. 3. & in auth. de alien. & emph. §. & hoc quidem. ver. licentiam col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 6.

PErpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorum geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege [10]: jurantibus his quorum interest, ex eo contractu nihil ad læsionem divinæ domus effici: *solito reditu ipsius rei, qui fuit cum [11] divino juri dedicaretur, non minuendo nisi in sextam partem: aut, si [12] ob cladem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione in emphyteusim detur. † Quod si res pretiosa [13] quidem est, parum tamen, aut nihil præstat pensionum, res subtiliter æstimanda est, ut ex hac pensio justa constituatur. Ea tamen sola dentur in emphyteusim, quæ ad hoc congrua videntur Oeconomo & aliis gubernatoribus.*

In AUTHENT. de non alien. & permutan. §. Sinimus igitur col. 2. const. 1. seu Novell. 7. c. 2.

SEd & permutare [14] Principi [15] licet pro re majori, meliori, vel æquali, si Respublica hoc exposcit [16], & pragmatica forma super hoc præcedente.

In AUTHENT. constitutio quæ ex adscriptitio §. quia igitur. col. 5. tit. 9. al. 7. seu Nov. 54. c. 2.

ITem sibi invicem recte permutant [17] cum utriusque indemnitate, eorum scil. consensu interveniente, qui [18] supra referuntur.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero quis de prædictis. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 7.

ITem prædium propter onus [19] fiscale inutile alienatur, gestis (ut supra) conficiendis, eodem juramento præstito, id est, quod alia de causa non alienatur, nisi ut immunitas ejusdem venerandæ domus servetur.

Non solvens canonem per biennium vel rem deteriorem faciens, privatur emphyteusi.

In AUTHENT. de alien. & emphyt. §. Si vero quis aut locator col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 8. & de non alien. §. scire col. 2. tit. 1. seu Nov. 7. c. 3. §. 2. & 120. c. 8.

QUi [20] rem hujusmodi conductam vel in emphyteusim, acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biennium [21] non solverit [22], hac lege repelli [23] potest [24]: ut tamen solvat totius temporis pensionem, & id, in quo rem læsit, resarciat: non [25] repetiturus, si quid impendit nomine meliorationis.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero aliquis voluerit col. 9. tit. 3. seu Novell. 120. c. 2.

HÆc usus præstatio locum habet in omni domo religiosa, quo finito, res utraque pleno [26] jure perveniat in domum jam dictam: nec tributis quidem gravata majoribus sit ea res quæ datur invicem, & ejusdem reditus sit.

Si quis donaverit oratorii seu xenodochii aut nosocomii, aut ptochii construendi causa.

15. [27] Imp. ZENO.

SI [28] quis donaverit aliquam rem mobilem vel [29] immobilem vel se moventem [30], aut jus [aliquod] personæ Martyris aut Prophetæ, aut Angeli, tanquam ipsi postea oratorium ædificaturus: & donationem insinuaverit [31], apud quos necesse est, cogitur opus quamvis [32] nondum inchoatum fuerit, perficere per se vel per heredes, & perfecto operi dare ea, quæ donatione continentur. Idem & in Xenodochiis, & Nosocomiis & Ptochiis obtinet, licentia danda Episcopis & œconomis convenire ipsos. His vero adimpletis, administratio secundum ea quæ his, qui libertatem exercuerunt, visa fuerunt, & secundum præscriptos fines fiat.

Rescissio eorum quæ tempore tyrannidis fuerant innovata.

16. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Sebastiano [33] PP.

DEcernimus, ut antiquatis ac infirmatis funditus his, quæ contra ipsum orthodoxæ religionis Deum quodammodo [34] facta sunt, in integrum restituantur [35] universa, & ad suum ordinem revocentur, quæ ante professionem [36] nostræ mansuetudinis de orthodoxæ regionis fide, & sanctissimarum Ecclesiarum & martyriorum statu firmiter obtinebant [37]: his, quæ contra hæc tempore [38] Tyrannidis [39] innovata sunt, tam contra venerabiles ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus Episcopus Patriarcha nostræ pietatis pater Acacius [40], quam contra cæteras, quæ per diversas [41] provincias collocatæ sunt, necnon & reverendissimos earum antistites, seu de jure sacerdotalium creationum, seu de expulsione cujusquam [42] Episcopi a quolibet his temporibus facta, seu de prærogativa in Episcoporum concilio, vel extra concilium ante alios residendi, vel de privilegio Metropolitano vel Patriarchico [43] sub iisdem impiis temporibus, penitus antiquandis: ut cassatis [44], & rescissis, quæ per hujusmodi sceleratas jussiones aut pragmaticas sanctiones aut constitutiones impias sive formas subsecuta sunt, quæ a divæ recordationis retro principibus ante nostrum imperium, & deinceps a nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt, super [45] sanctis ecclesiis

cto inventario? ultra vires hereditarias non tenebitur. *Bald.* 1 Res ad Ecclesiam pertinentes prohibentur alienari, ergo multo magis ipsa Ecclesia. Propter Ecclesiam res vetantur alienari, multo magis non alienabitur ipsa Ecclesia. Potentior enim est prohibitio in causa, quam in causato. 2 Sensus est: certis casibus res Ecclesiasticæ a quovis emi aut conduci possunt, at non ab Oeconomo ejusque cognatis: quin minus ab illo, quam ab ejus cognatis: & merito, nam alienatio facta per prælatum in consanguineos non præsumitur in Ecclesiæ, sed ipsorum consanguineorum utilitatem facta, v. Alc. 1. *præsump.* 29. Et tamen quibus casibus tutori res pupillares licet vendere, easdem eidem emere licet, sed & ejus uxori *l. 5. J. de contrabend. empt.* Baldus addit, Episcopo permitti beneficium conferre adgnatis. 3 Gratuito res non emitur, cum ex forma legis emitur. 4 Res illicite distrahitur, quoties cessat causa vel forma requisita in alienatione. 5 *l. 54. supr. h. t.* 6 Nisi facta sit locupletior. 7 Id est, adversus administratorem. 8 Nota de his actibus præsertim quæri in rebus Ecclesiasticis: de donatione, ut hic, de venditione, *s. h. t.* de mutuo, *vers. cred. J. h. t.* emphyteusi *ver. emphyteusis. J. h. t.* 9 Domus ruinosa Ecclesiæ in perpetuam emphyteusim dari potest. Imo in tertiam generationem tantum, *Nov. 7. c. 3. v. d. c. 3. v. Nov. 120. c. 1. in fin.* 10 *l. 14. s. h. t.* 11 Hic casus referendus est ad res Ecclesiasticas, quarum reditus solo tempore non clade aliqua diminutus est. De analogia justi pretii fundorum & redituum vid. Molinæum *tract. de usur. quæst. 5. n. 113.* 12 Non hic agitur de remittendo colonis reditu ob cladem: agitur potius de locanda re Ecclesiastica, clade aliqua diminuta. 13 Pretiosa prædia interdum parum aut nihil præstant pensionum. 14 Rei Ecclesiasticæ certis casibus dominium permutari potest, ut hic. 15 Id est, cum Imperatore. 16 Vide Salicet. *hic.* Sed & compelli potest Ecclesia, propter publicam utilitatem, ut rem suam vendat. Qua ratione & dominus tenetur agrum suum opportuno loco situm ad erigendum in eo patibulum, figendamve crucem, pro supplicio de facinorosis sumendo, magistratui vendere. Joann. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de execut. sentent.* Hippolit. de Marsil. *in l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. num.* 27. Eandemque ob causam vicinus cogitur vicino vendere viam justo pretio. Boër. *quæst.* 322. *num.* 2. Ans. 17 Ecclesiæ scilicet dominium. 18 Relatum est in referente, adde *c. ult. de reb. Eccles.* 19 Prædia propter onus fiscale Ecclesiæ inutilia alienari possunt. 20 Id est, quicunque, sive privatus, sive alia Ecclesia. 21 Continuum scil. triennium expectandum est inter privatos. *Nov. 7. c. 3.* 22 Quid si læserit? Baldus præsenti usu, non perpetuo privari posse putat. *l. 3. J. de locato.* Læsionem intellige, non modicam, circa proprietatem dolo vel lata culpa datam. Quid si colonus ignoret vivat necne, pensio tamen Ecclesiæ solvatur ab ejus procuratore? Expelli non poterit, nisi probata coloni morte, saltem per famam aut conjecturam: præsumitur enim quis vivere, vide Alciat. 1. *præsumpt.* 44. 23 Qui re male utitur, ea expelli potest: quod in Gallia locum non habet, v. quæ notavi ad *l. 2. J. de jure emphyteutico.* 24 Nisi intra modicum tempus moram purgaverit: modicum, puta diei unius. *Bald.* 25 *l. 2. J. de jure emphyteutico. Nov. 7. c. 3. Novell.* 120. *c.* 8. alias si non fuisset in culpa, repetiturus. *l. 3. J. de jur. emphyt.* 26 Id est, directo. 27 Contii interpretatio. Hanc autem legem edidit Antonius Augustinus. Aliam editionem habet Cujacius 12. *obs.* 28. sumptam *ex 3. Ecl. 3. fol. 35.* 28 Ὁ συστησάμενος δωρεαστικὸν &c. ab eo qui donationis instrumentum confici curavit ad extruendum vel oratorium, vel xenonium, vel nosocomium, promissa per Episcopos & œconomos exigantur: nihilominus tamen arbitratu suo rem administret. *Synopsis Basil. 3. ex tit. 5. c. 8.* 29 Nota hæc rerum genera κινητόν, ἀκίνητον, αὐτοκίνητον, δίκαιον: quibus addi cupio quod scripsi ad *l. 93. ff. de V. Sign.* adde *l. 30. ff. de usurpat. & usucap.* 30 Moventia separantur a mobilibus. Ut in *l. 7. C. de bon. quæ lib.* vid. Joann. Robert. *Recept. lect. 2. cap.* 30. Ans. 31 Instrumentum insinuatæ donationis Græci δωρεαστικὸν, ut ὠνιακὸν instrumentum emptionis, v. Cujac. *d. loco.* 32 Res ita habet: Olim donatio re perficiebatur, hodie vero consensu *l. 10. D. de donationibus,* sine acceptatione non est *l. 8. §. 3. D. de bon. lib.* & in illo loco Terentii, *Dos Pamphile est decem talenta.* Pamph. *Accipio.* Nisi dixisset, *Accipio,* dos non esset, inquit Donatus. Debet igitur donatarius scire rem sibi donatam. Et hoc est, quod Græci dicunt donationem μονομερῶς factam non valere: excepto tamen casu hujusce legis, quo donatio facta (insinuata tamen) valet κατὰ μονομέρειαν ex pollicitatione, vide Cujacium *d. loco.* 33 Vide quæ scripsi ad *l. 9. J. de incestis.* 34 Id est, quocunque modo: vel dic, in Deum factum videri, quod in ejus Ecclesiam factum est. 35 Ad intellectum h. l. vide Cujac. *lib. 3. observ.* 19. Et causam, seu historiam, cur hæc lex fuerit lata, vide Baron. *tom. 6. Annal. ad annum Christi* 472. *fol.* 225. Guidon. Panciroll. *var. lect. lib. 2. cap.* 165. Ans. 36 Profectionem: & recte: intelligit autem suum profugium in Isauriam metu Basilisci. 37 *l. 22. J. de Episcopis & cleric.*

38 Tyrannidis tempore acta adversus Ecclesias antiquantur. *Goth.* Vid. Panormitan. *consil.* 61. Ans. De tyrannis hoc notatu dignum sub Gallieno & Valeriano triginta tyrannos imperium Romanum dehonestasse, & hinc inde discerpsisse, Valeriano ipso bellis Persicis occupato: Gallieno ejus filio abdomini & ventri ita nato, ut dies ac noctes vino & stupris orbem terrarum perderet, ut vel mulieres eo melius imperarent. Trebell. Pollio *in Gallien. & 30. tyrannis.* Aliis etiam temporibus, sui, hoc est, alii quoque tyranni fuere: de quibus v. 2. Evagr. 7. & 16.

39 *l. 6. s. h. t.* Leo intelligit *Basiliscum,* qui fere biennio Orientis imperium tenuit, & in eo Chalcedonense concilium ac Leonis tomum condemnavit, missis ad universos Episcopos litteris, quas συλλαβὰς ἐγκυκλίους, Evagrius & Nicephorus vocant: Acacio Patriarchæ Constantinopolitano multas subditas provincias ademit, parumque abfuit, quin ipsum expelleret. Suidas in voce Βασιλίσκος. quemadmodum multos etiam Episcopos ex variis urbibus expulit: sed opera Hanatii, de quo v. *ad l. 14. s. h. t.* Basilisco expulso Zeno imperium recepit, v. Nicephorum Evagrium scholasticum 2. *c. 3. & seq.* Theodorum anagnostem *l. 2.* Zonaram *in Basilisco,* Procopium, Jordanem, qui hanc legem constituit, qua infirmantur acta Basilisci. De eadem tyrannide Basilisci, adde *l. ult. J. de incestis.* De tyrannide Odenati, v. *l. 4. C. de ingen. manumiss.* Trebell. Poll. *in Odenato & Zenobia.* Avidii & Cassii *l. 7. J. ad l. Jul. majest.* Licinii *l. 1. C. Theod. de infirmandis his, quæ sub tyrannis.* Maximi *l. 7. C. Theod. d. tit.* Herculiani *l. 13. C. Theod. ib.* de Totila adde *pragmaticam Justiniani c. ult.* his adde Bartoli tractatum de tyrannis: & Baldum hic explicantem, qui sint tyranni, v. Cujac. 3. *obs.* 19. 40 Patriarcha Constantinopolitanus, de quo superius dixi. 41 Epistolas, ἐγκυκλίους intelligit, de quibus dixi *supr. h. t.*

42 Id perpetravit Basiliscus apud Antiochiam, Alexandriam, Ephesum, Tharsum, Chalcedonem, Hierapolim, Constantiam, Theodosiopolim, Mopsuestiam. 43 Prærogativam vocat *lex 6. s. h. t.* prærogativa hæc adsidendi & præcedendi ante alios fuit, *J. h. t.* unde προεδρία etiam dicitur. Cedebat uni Romano Constantinopolitanus *Novell. 131. cap. 2.* Differt autem privilegium patriarchæ a privilegio metropolitani. Sunt enim inferiores metropolitani patriarchis sive archiepiscopis: superiores tamen sunt Episcopis, vide Cujac. *hic.* 44 Adde *Authent. cassa & irrita s. h. t.* Hinc Baldus, omnia facta tempore tyrannidis justo dominio adveniente cassari debent. Baldus *hic,* & Rolandus a Valle 1. *consil. 4. num. 24. 25.* negant tyrannum præscribere posse dominium: seu dominium tyrannicum præscribi posse. Eodem modo intrusi nunquam præscribunt beneficium. *c. 12. quæst. 2. can. alienationes.* minus legitime quæsita dignitas vel officium etiam non præscribitur, *l. 55. J. de decurionibus.* adde *l. 11. J. de liberali caus.* 45 Valent tamen emancipationes, donationes insinuatæ, venditiones, sententiæ, arbitria, compromissa, pactiones, professiones, deposita, & similia tempore tyrannidis facta, de quibus v. *l. 9. C. Theod. de infirmand. his quæ sub tyran. &c. lib. 15. tit. 14.* Bald. *hic,* etiam de statutis, processibus, & judiciis, & contractibus, & testimoniis, de electionibus prælatorum factis sub tyrannide agit. Valent etiam præscriptiones: cujus rei extat elegans exemplum apud Cic. 2. *offic.* ubi de Arato Sicionio loquitur: cujus meminit Plutarch. *in*

& max-

& martyriis, & religioſis epiſcopis & clericis aut monachis, inviolata ſerventur. † Sacroſanctam quoque hujus religioſiſſimæ civitatis eccleſiam, & matrem noſtræ pietatis, & Chriſtianorum orthodoxæ religionis omnium, & ejuſdem Regiæ Urbis ſanctiſſimam ſedem, privilegia & honores omnes ſuper epiſcoporum creationibus, & jure ante [1] alios reſidendi, & cætera omnia, quæ ante noſtrum imperium, vel nobis imperantibus habuiſſe dignoſcitur, habere in perpetuum firmiter Regiæ Urbis intuitu judicamus, & ſancimus. Datum 16. Kalend. Jan. ARMATIO V. C. [2] COSS. 476.

De alienatione, oppignoratione & emphyt. rerum eccleſiæ.

17. [3] Imp. ANASTASIUS.

PRivilegia magnæ Eccleſiæ Conſtantinopoleos [4], & ſub ipſa adminiſtratarum & ſuſtentatarum venerabilium domorum cuſtodiuntor. §. 1. Aliæ autem Eccleſiæ & monaſteria & ptochia & xenodochia & orphanotrophia ejuſdem civitatis & confiniorum ejus, & quæ ſub ordinatione Epiſcopi ejuſdem ſunt, quique ab eo ordinantur Metropolitæ, aut qui ab illis, immobile quid aut civiles [5] panes ne alienanto, niſi utilis ſit venditio aut hypotheca, aut permutatio, aut perpetua emphyteuſis. Hoc eſt, quando pretium ejus, quod venditur [6], aut mutuum, quod ſub hypotheca ſumitur, profuturum eſt ad liberationem debiti ex ſucceſſione contracti, aut ad uſus alios neceſſarios loco venerabili impendentes, aut ad aliam magis neceſſariam rem redimendam [7], aut ad imminentem venerabilis domus reſtaurationem: & ſi permutationem [8] faciant, eam faciant cum [9] re magis neceſſaria, & reditum non minorem eo, quod datur, habente, & emphyteuſim [10] quoque [faciant] abſque reditus diminutione, aut de re ſeu poſſeſſione minus idonea [ſeu fœnea [11]]: nam quæ ob ſterilitatem damnoſa ſunt, donari [12] & concedi poſſunt. §. 2. Id vero, quod geſtum erit, non aliter valeat, niſi una ex ſupradictis cauſis in actis manifeſtetur, Byzantii quidem apud Magiſtrum [13] cenſus [14]: in provinciis autem apud defenſores [15] (civitatum) propoſitis ſanctis ſcripturis [16]: & pro Eccleſiis quidem præſentibus Oeconomis [17], & qui in his morantur, clericis: pro [18] monaſteriis autem, præſentia requiritur Abbatum, & cæterorum monachorum: pro ptochiis vero adminiſtratoris, & miniſtrorum, & pauperum: pro xenonibus autem, adminiſtratoris, & omnium, qui invenientur, miniſtrorum gubernationis: & ſimiliter in orphanotrophiis obſervator [19]: ita ut obtineat, quod pluribus [20] placuerit, conſentiente etiam epiſcopo locorum, in quibus conſuetum eſt fieri. Non valente Magiſtro cenſus, aut defenſore ſe excuſare, quominus ſuſcipiant ac comprehendant venerabilem domum, in qua talis conficitur actio indemniter, & defendant ipſam: ſubjiciantur enim, ob prætergreſſionem, pœnæ auri librarum viginti. Et poſt hæc fiant inſtrumenta mentionem facientia cauſarum, & monumentorum confectionis, & appellationis [21] eorum, qui adfuerunt, & apud quem confecta ſunt. §. 3. Si quid autem ſupradictorum prætermiſſum fuerit: tam fœnerator [22], quam emptor excidat ipſa re & credito, & pretio, qui vero in permutationem accepit, & id [23], quod dedit, & id quod cepit, amittat: qui vero in emphyteuſin ſuper [24] propriam vitam accepit, vel donationem, vel conceſſionem prohibitam; reddit quod accepit, & quantitatem alteram, quanti eſt id, quod datum eſt. §. 4. Locum autem habent prædicta, & in futuris Eccleſiaſticis rebus, & in præteritis [25] aut præſentibus.

§. 5. Exiſtentibus autem rebus mobilibus extra [26] ſacra vaſa, & ſufficientibus ad dictas cauſas, ceſſet neceſſariarum immobilium rerum, & panum [27], tam alienatio quam hypotheca.

De reditu eccleſiæ Conſtant. aſſignato, ut exequiæ gratis fiant.

18. [28] Imp. ANASTASIUS [29].

MAgna &c. Conſtitutio adſignat magnæ eccleſiæ Conſtantinopoleos, ſeptuaginta librarum auri reditum, eam ob cauſam, ut ſcilicet exequiæ [30] ſine ſumptu & gratis fiant in urbe Conſtantinopolitana, & uſque ad novos [31] muros, & Blachernas [32]. Nam Sycæ (ſeu Sycorum [33] tranſitus) pars ſunt civitatis. Statuit contra delinquentes pœnam quinquaginta auri librarum.

De inſinuatione donationis.

19. Imp. JUSTINIANUS A. MENNÆ P. P.

ILlud, quod ex veteribus legibus (licet obſcure poſitis) a quibuſdam attentabatur, ut *donationes* [34] ſuper piis [35] cauſis factæ, licet minus in actis intimatæ [36] eſſent, tamen valerent; certo & dilucido jure taxamus: ut in aliis quidem caſibus jura vetera ſuper intimandis donationibus intacta maneant. Si quis vero donationes uſque [37] ad quingentos ſolidos in quibuſcunque rebus fecerit, vel in [38] ſanctam eccleſiam, vel in xenodochium, vel in noſocomium, vel in orphanotrophium, vel in ptochotrophium, vel in gerontocomium [39], vel in brephotrophium, vel in ipſos pauperes, vel in quamcumque civitatem: iſtæ donationes etiam circa [40] actorum confectiones convaleſcant [41], ſin vero amplioris quantitatis donatio ſit (excepta [42] ſcil. imperiali donatione) non [43] aliter valeat, niſi actis [44] intimata fuerit. Nulli danda licentia, quacunque alia cauſa, quaſi pietatis jure ſubnixa, præter [45] eas, quas ſpecialiter [46] expoſuimus, introducenda, veterum ſcita ſuper intimandis donationibus permutare. Dat. 528. [47]. *Cont.*

De annona militari.

20. [48]

NEc [49] ex ſacra forma vel Archiepiſcopi [50] juſſu annona militaris [51] ad oratoria, vel clericos, vel monaſteria transferatur; quaſi deficientibus numero corporibus.

Sequitur alia epitome a Contio in hunc codicem relata.

21. Imp. JUSTINIANUS A.

NEque [52] per ſacras formas, neque per juſſionem Magiſtratuum, licet transferre militares annonas ad pias domos, aut clericos.

De alienatione rei ſacræ.

22. Idem A. DEMOSTHENI Præfecto Prætorio.

SAncimus [53], nemini licere, ſacratiſſima [54] atque arcana vaſa, vel veſtes, cæteraque donaria, quæ ad divinam religionem neceſſaria ſunt, (cum etiam *veteres leges* ea, quæ juris divini ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere: ſed ab his, qui hæc ſuſcipere auſi fuerint, modis omnibus vindicari tam per [55] religioſiſſimos Epiſcopos, quam per Oeconomos, nec non & ſacrorum [56] vaſorum cuſtodes: nulla eis actione relinquenda, vel ſuper recipiendo pretio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt: ſed omnibus hujuſmodi actionibus reſpuendis, ad reſtitutionem eorum omnibus modis coarctari: Sin autem vel conflata ſunt, vel fuerint, vel alio modo immutata vel diſperſa: nihilominus vel ad ipſa corpora, vel [57] ad ipſa pretia eorum exactionem competere ſive per in rem, ſive per condictionem, ſive per in factum actionem: cujus tenor in multis, & variis juris articulis ſæpe eſt admiſſus: Excepta [58] videlicet cauſa captivitatis, [& famis] in locis his, in quibus hoc (quod abominamur) contigerit: Nam ſi neceſſitas fuerit in redemtione captivorum, tunc & venditionem præfatarum rerum divinarum, & hypothecam, & pignorationes fieri concedimus: quoniam non abſurdum eſt, animas [59] hominum quibuſcunque vaſis, vel veſtimentis præferri. Hoc obtinente non ſolum in futuris negotiis, ſed etiam in judiciis pendentibus [60].

In AUTHENT. de alien. & emphyt. §. penult. in fin. col. 9. tit. 3. ſeu Novell. 120. cap. 10.

P*Ræterea ſi habeat Eccleſia ſuperflua* [61] *vaſa, cum debitrix ſit, nec aliunde ſolvere poſſit, ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur: integra ea* (*geſtis habitis coram*

Arato. Alias, quæ tyrannidis tempore geſta ſunt, tyrannide ſublata, nullius ſunt momenti: unde dicendum videtur, civitatem bello captam, ſi libertatem ſuam recuperaverit, recuperare ſua priſtina jura, nomina & actiones ab ipſo tyranno in alium tempore tyrannidis translatas: de quo vide Fabium 5. *c.* 10. Hotom. *quæſt.* 5. 1 Dixi de Patriarchio S. *h. t.* 2 Adde & Baſiliſco, ſed hic in faſtis omittitur ut tyrannus, & quod ejus memoriam damnaverit, Zeno. Quod accidit etiam Eutropio ſub Arcadio & Honorio. *l.* 17. *C. Theod. de pœn.* & Heracliano, ſub Honorio, & Theodoſio. *l.* 13. *C. Theod. de infirm. his, quæ ſub tyrannis geſta ſunt, l.* 21. *C. Theod. de pœnis,* vide Cujac. 3. *obſ.* 19. & 16. *obſ.* 14. 3 Interpretatio Contii. Hujus legis meminit *Nov.* 7. & ſpecialem appellat, directam ſcil. tantum ad Eccleſiam Conſtantinopolitanam, non generalem. 4 V. *l.* 14. *ſupr. h. t. Novell.* 7. *in princ.* 5 Πολιτικὴν σίτησιν. 6 Res Eccleſiaſtica vendi aut pignorari juſtis de cauſis poteſt. 7 Puta captivos *Nov.* 120. *c.* 9. 8 Res eccleſiæ permutari poteſt, ſi id Eccleſiæ utile ſit. 9 Qui rem magis neceſſariam, aut reditus non minoris adquirit, non læditur. 10 Res Eccleſiaſtica in Emphyteuſim dari poteſt. *Novell.* 7. *c.* 3. 11 Η παντελῶς ἀπόρου ὄντος, hinc fœnea poſſeſſio. ἄπορός τις κτῆσις. vide *Nov.* 7. *c.* 2. 12 Res Eccleſiaſticæ interdum donari poſſunt, vel ſaltem non adimi, *Nov.* 7. *c.* 12. 13 De *Magiſtro cenſus,* vide *Nov. Leon.* 44. 14 Inſinuationes fiebant apud Magiſtrum cenſus. 15 Vide T. *de defenſoribus civitatum.* 16 De hac conſuetudine *alibi* dicam. 17 Nota de Oeconomo Abbate, & adminiſtratoribus ptochii, & xenodochii, & orphanotrophii. 18 Abbatis & monachorum præſentia requiritur in alienatione, pignore, & emphyteuſi rei jurisve ad monaſterium pertinentis. 19 Orphanotrophii. 20 Pluribus quod placet, ſequendum. 21 Προσηγορίας. 22 Creditor δανειστής. 23 Adde *l.* 2. §. 4. *ff. de adminiſtrat. tut.* 24 Nota de emphyteuſi accepta ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωήν. 25 Vide *l.* 7. T. *de legibus.* 26 Si res Eccleſiaſticas vendi neceſſe eſt, inchoandum a mobilibus, exceptis vaſis ſacris, aut ſacra ſupellectile. Nec igitur ſacra vaſa poterunt pignorari? Imo poſſunt apud Gallos, etiam a monacho, ignorante & invito Abbate. vide Paponem 1. *Arreſt.* 1. *Arreſt.* 8. 10. 27 Civilium ſcilicet. vide *in princ.* S. *h. t.* 28 Interpretatio Contii. 29 *Novella* 59. 30 Exequiæ ſine ſumptu & gratis fieri debent. vide *Nov.* 59. *c.* 6. *can.* 13. *q.* 2. *can. queſta eſt* 12. *can. poſtquam.* 13. & *ſequent.* vide Tertull. *c.* 13. *Apologet.* 31 De quibus vide *l.* 8. T. *de operibus publicis.* 32 *Blachernæ* novum palatium Conſtantinopolitanum, unde Blachernenſis portus, Blachernenſe templum, Cedrenus *in Michaele Balbo.* Blachernenſe ſuburbium. *Nov.* 159. male apud Willelmum Tyrium 2. *de bello ſacro* 7. Blaſquema. 33 Is locus hodie *Pera* appellatur. vide *Nov.* 59. *c.* 5. 34 Quid, ſi liberatio fiat ſortis, non uſurarum? Quid, ſi remuneratio juris quæſiti, non quærendi? idem dicendum. At non idem in donatione facta ob præmium emancipationis & meritum ſpecialiter expreſſum, & confeſſione judicialiter facta coram judice inſinuationis. Quid, ſi donator renunciavit inſinuationi, vel juravit ratum habiturum donationem, non inſinuatam? Hoc non proderit donatori, nam qui ita jurat vel renunciat, donat. 35 Ut eſt redemptio captivorum, *l.* 36. T. *de donat.* Porro de privilegiis piæ cauſæ vide *hic* Bart. & Bald. Socinum *reg.* 310. *ubi enumerat* 62. *privilegia piæ cauſæ:* Tiraquellum *in tract. piæ cauſæ, ubi plura, hoc eſt,* 167. *privilegia enumerat:* Graſſum *lib. ſent.* §. *teſtamentum, quæſt.* 17. 18. 19. 36 Id eſt, inſinuatæ. 37 Donatio eccleſiæ, vel pauperibus uſque ad 500. aureos facta, valet: etiamſi non inſinuata ſit. Jam fingamus ita donatum: centum ex fundo A. ducenta ex fundo B. trecenta ex fundo C. dono. Hujuſmodi donatio eſtne inſinuanda? Si conjunctas ſummas inſpexeris, erit, ut vult Bartolus & Baldus, inſinuanda: ſin minus, non erit inſinuanda ex Speculatoris ſententia. Prior tamen ſententia verior eſt: propter actus unitatem, & fraudis vitationem, v. Bald. *hic.* Goth. Adde Pariſ. *Conſil.* 77. *vol.* 1. Oldrad. *conſ.* 252. Anton. Merend. *controv. lib.* 1. *cap.* 14. Anſ. 38 Piarum cauſarum genera obſerva. 39 *l.* 22. T. *h. t.* 40 Citra *Hal.* & ita reſtituit Leunclavius ex Baſilicis. adde *l.* 36. T. *de donat.* 41 Niſi in fraudem alterius factæ: poſſunt enim revocari, utcunque ſint inſinuatæ. 42 Vide *l.* 34. T. *de donat.* vide *Novell.* 52. *c.* 2. 43 Donatio facta pauperibus non aliter valet, quam ſi facta ſit præſenti alicui, qui donationem pauperum nomine ratam habeat. vide Socinum *reg.* 107. 44 Judicis ordinarii, ſcil. cujus tamen decretum non eſt neceſſarium. vide. *Nov.* 15. *c.* 3. 45 Adde & donationem factam pro redemptione captivorum, ut & eorum, qui in cuſtodia publica ſunt, quibus facta donatio etiam ultra 500. ſolidos, valet ſine inſinuatione, *l.* 36. T. *de donat.* 46 Jura ſpecialia non debent extendi, niſi ad ſimilia, in quibus aut par, aut major eſt ratio, *l.* 10. §. 6. *ff. de excuſ. tut.* (fallit hoc in odioſis, *l.* 2. T. *de patribus qui filios ſuos*) tunc enim non fit proprie extenſio, ſed ineſſe jure id dicitur. 47 Data videtur Juſtiniano A. 11. Coſ. 48 54. *Synopſis Baſilic.* 7. *ex lib.* 5. *tit.* 1. *c.* 10. 49 Interpretatio Leunclavii. 50 Alii legunt ἀρχόντων. Cujacius legit ἀρχικῆς, 12. *obſ.* 28. 51 Militaris annona ad oratoria, clericos, & monaſteria non transferenda. 52 Interpretatio Contii. 53 Huc referenda eſt ſanctiſſima Ambroſii ſententia, *quæ officiorum liberis continetur, relata in can.* 70. *aurum cauſ.* 12. *quæſt.* 2. Aurum, inquit, habet Eccleſia, non ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adjuvat? & *poſt,* Nonne melius conflat ſacerdos pro alimonia pauperum, ſi aliqua ſubſidia deſunt, quam ſi ſacrilegus, contaminat & aſportat hoſtis? & *poſt,* melius fuerat, ut vaſa viventium ſervares, quam metallorum. Dices, *timuit ne templo Dei ornatus deeſſet?* Aurum ſacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur: ornatus ſacrorum, redemptio eſt captivorum: & *poſt,* in his tribus generibus (alimenta pauperum, captivorum redemptionem, & mortuorum ſepulturam intelligit) vaſa Eccleſiæ etiam initiata (hoc eſt conſecrata) confringere, conflare & vendere licet. Hæc ſanctus Ambroſius. 54 §. 8. *Inſt. de rerum diviſ. l.* 1. T. *de ſepulchro, Nov.* 7. *cap.* 8. 55 Epiſcopus poteſt pro rebus ſacris ſui Epiſcopatus agere. 56 Vaſorum ſacrorum cuſtos κειμηλιάρχης: *Nov.* 40. cui κειμήλια Eccleſiæ commiſſa, Theoph. §. 8. *Inſt. de rerum diviſ.* Locus ubi ea vaſa cuſtodita, κειμηλιαρχεῖον, & κειμηλιοφυλακεῖον. *Nov.* 70. *c.* 4. *in fin. l.* 20. §. 1. T. *de agricolis, & cenſitis.* 57 Libellum obſerva, *Peto rem, ſi extat: alias, ſi non extat, æſtimationem.* 58 D. §. 8. *d. c.* 10. *Nov.* 65. *Nov.* 120. *cap.* 10. adde 12. *qu.* 2. *can. Auguſtino.* 2. *can. Apoſtolicos* 13. *can.* & *ſacrorum* 14. *can. ſacrorum* 15. *can. ſicut* 16. & *can. Aurum eccleſia habet, non ut ſervet &c. Gloria epiſcopi eſt, pauperum inopiæ providere &c.* Ob eam cauſam Socrates 7. *c.* 21. narrat Acacium Amidenum epiſcopum conflaſſe vaſa omnia aurea & argentea, hoc clericis dicto palam, ὁ Θεὸς ἡμῶν οὔτε δίσκων, οὔτε ποτηρίων χρήζει· οὔτε γὰρ ἐσθίει, οὐδὲ πίνει, ἐπεὶ μὴ προσδεής ἐστιν. Cui ſimile eſt illud Alexandri Imperatoris, in ſacris quid facit aurum? Perſius *ſatyr.* 2. *in fin.* vide Cujacium *ad Novell.* 7. Extat & aliud exemplum elegans de venditis vaſis Eccleſiæ, ob famem publicam a Cyrillo Hieroſolymorum epiſcopo, cujus meminit Sozomenus 5. *Trip.* 37. Tradit quoque Victor *lib.* 1. *de perſecutione Vandalorum,* Carthaginenſem epiſcopum, ut captivos a Vandalis & Mauris liberaret, vaſa aurea, & argentea vendidiſſe. Ita Marius & Carbo adverſus Syllam diſſidentes aurea atque argentea templorum ornamenta conflarunt. 7. *Valer.* 6. 59 Animas hominum, vitam, ſc. & corpora, vaſis & veſtimentis quibusvis præferre oportet. 60 V. *l.* 7. T. *de legib.* 61 Vaſa ſuperflua eccleſiæ diſtrahi poſſunt, *ut hic,* & *Novell.* 120. *cap.* 10. Lignea quædam

eo cujus est loci ordinatio) vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alii vendantur, quo magis debitum persolvatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc observationem, eisdem pœnis subjaceat, quæ in rebus immobilibus sunt proditæ.

De lucrativorum inscriptionibus.

23. Idem A. DEMOSTHENI Præfecto Prætorio.

SAncimus, res ad venerabiles Ecclesias, vel xenones, vel monasteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia [1] vel ptochotrophia, [vel nosocomia,] vel brephotrophia, vel denique ad aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curiali [2] liberalitate, sive inter vivos, sive mortis causa, sive in ultimis voluntatibus habita, a lucrativorum [3] inscriptionibus [4] liberas immunesque esse: lege scilicet, quæ super hujusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente: in parte autem Ecclesiastica vel aliarum domuum, quæ hujusmodi piis consortiis deputatæ sunt, vigorem suum, pietatis intuitu, mitigante. Cur enim non faciamus discrimen [5] inter res divinas & humanas? & quare non competens prærogativa cælesti favori conservetur? §. 1. Quam oportet non solum in casibus, quos futurum tempus creaverit, sed etiam in adhuc pendentibus & judiciali termino, vel amicabili compositione necdum [6] sopitis obtinere. §. 2. Recitata Septimo [7] miliario hujus inclytæ civitatis, in novo Consistorio Palatii Justiniani.

De tempore actionis loco pio competentis, de actionibus ex Legatis, vel fideicommissis.

24. Idem A. JULIANO P. P.

UT inter [8] divinum publicumque jus & privata commoda, competens discretio fit: sancimus, si quis aliquam reliquerit hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum, vel donationis titulo aliquid dederit, vel vendiderit, sive sacrosanctis Ecclesiis, sive venerabilibus xenonibus [9], vel ptochotrophiis, vel monasteriis masculorum, vel virginum, vel orphanotrophiis, vel brephotrophiis, vel gerontocomiis, necnon [10] juri civitatum, vel donatorum, vel venditorum, vel relictorum, eis sit longæva exactio [11], nulla temporum solita præscriptione coartanda. † Sed & si redemptionem captivorum quædam pecuniæ, vel res relictæ, vel legitimo modo donatæ sunt: & earum exactionem longissimam esse censemus. † Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis hujusmodi actiones circumcludi: sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum [12] vitæ hominum tempus eligimus, & non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi [13] centum [14] annorum curricula excesserint: tunc enim tantummodo hujuscemodi exactionem evanescere finimus. † Sive itaque memoratis religiosissimis locis vel civitatibus hereditas, sive legatum vel fideicommissum fuerit relictum, sive donatio vel venditio processerit, in quibuscunque rebus mobilibus, vel immobilibus, vel se moventibus, sive pro redemptione captivorum quædam fuerint derelicta, vel donata: sit eorum pene perpetua vindicatio, & ad annos centum (secundum quod jam dictum est) extendatur: nulla alia exceptione temporis inhibenda, sive contra primas personas, sive contra heredes vel successores eorum moveatur. §. 1. In his autem omnibus casibus, non solum personales actiones damus; sed etiam in [15] rem, & hypothecariam, secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ legatariis & fideicommissariis hypothecariam donavit: & supradictis omnibus unum tantummodo terminum [16] humanæ vitæ [17] imponimus, id est, centum metas annorum. §. 2. Hæc autem omnia observari sancimus & in his casibus, qui vel postea fuerint [nati], vel jam in judicium deducti sunt. D. D. N. JUSTINIANO. P. P. A. COSS. 528. Goth. 48.

De præscriptionibus, in auth. de eccles. tit. §. pro temporalibus autem. col. 9. tit. 14. al. 6. seu Novel. 131. cap. 6.

Q*Uas [18] actiones alias decennalis, alias vicennalis, alias tricennalis præscriptio excludit: hæ, si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur: usucapione triennii, vel quadriennii præscriptione in suo robore durantibus: sola [19] Romana ecclesia gaudente centum annorum spatio vel privilegio.*

De prærogativa ecclesiæ Constantinopol. 1. De jure colonario. 2. De magistratu vel œconomo rem ecclesiasticam accipiente. 3. De rei ecclesiasticæ locatione vel emphyt.

25. [20] Imp. JUSTINIANUS.

COnstantinopolitana [21] ecclesia omnium aliarum est caput [22]. §. 1. Jure colonario [23] facta concessio, irrita est in Ecclesiasticis, utpote neque jure cognita. §. 2. Si in actu magistratus Constantinopoleos, per se vel mediam personam a magna ecclesia immobile accepit: id, quod gestum erit, irritum erit & dabit Ecclesiæ æstimationem rei. Similiter & Oeconomus. Si vero & per alium modum persuaserit, aut coëgerit pervenire ad se ecclesiasticam rem: & id, quod gestum fuerit, infirmum sit, & pro illo datum in personam ecclesiæ, restituitur ipsi: & præterea subjicitur pœnæ viginti auri librarum ipse, & ille qui rem dedit, & qui accepit ob eam rem, quod curavit fieri contractum, datum ipsi reddit duplum, & omnia adquiruntur ecclesiæ. §. 3. Ultra [24] viginti annos res immobilis ecclesiæ ne locator. §. 4. Solis locupletibus licet, & oportet Ecclesiasticas res in emphyteusim dare propter restitutionem aspectus. Excedi autem non oportet vitam emphyteusim capientis, & [25] duorum deinceps ejus heredum: neque relevari amplius sexta parte servati canonis in tempore traditionis. Si autem lædatur res instante tempore, expellitur, & damnum sarcit. Si vero negligenter versatus fuerit Oeconomus, aut minus idoneis in emphyteusim dederit, ipse agnoscat damnum.

De chartulariis, & œconomis.

26 [26].

CHartularii [27] ecclesiæ magnæ, neque per intermediam personam possunt accipere rem immobilem ipsius per conductionem, aut emphyteusim, aut alium modum. §. 1. Fiunt Chartularii, præeunte libello, & ferente subscriptionem tam Patriarchæ quam Oeconomi. §. 2. Et si quis ipsorum apparuerit surripuisse, aut transtulisse, aut alias inutilis esse, licet Patriarchæ, & Oeconomis eum expellere de catalogo. §. 3. Fiunt autem ad scrinium Orientis, chartularii, XV. ad Asianæ, XVI. ad Ponti, XV. ad [28] domesticorum, XV. ad Thraciæ, VIII. ad Antiochi, VI ad Calopodii, VI. ad expensarum, X. ad legatorum, IX. §. 4. Et accipiunt ratione consuetudinum pro emphyteuticis quidem instrumentis, quinquagesimas [29]: pro conductionalibus vero, & cæteris contractibus, centesimam. §. 5. Si vero supra [30] præfatum numerum chartularius fiat, ejicitur, & dat ecclesiæ XV. libras: & qui fecit illum, XX. §. 6. Cum inquisitione diligenti œconomi discutiuntor, sententia Patriarchæ, factam impensam ab emphyteutis, & conductoribus, & administratoribus, unoquoque ex Oeconomis inquirente in sibi commissa administratione: reliquarum vero rationem inquirent ex jussione scripta Patriarchæ, qui rationibus subscribet hoc, *Relegi* [31]: & quod extra hanc observationem discussum fuerit, de domo sua Oeconomi præstabunt. §. 7. Imputatæ autem seu accepto latæ impensæ, & illatarum pecuniarum accipiunt Oeconomi [32] centesimas [33]: qui autem plus accipit, & ministerii chartularii, & sacra dignitate excidit. §. 8. Incontinenti oportet Oeconomos singulis mensibus, aut ad summum binis, rationes reddere apud arcarios [34]: sin minus periclitabuntur.

Si quis domino nostro Jesu Christo reliquerit, 1. Aut alicui archangelo vel martyri.

27. Imp. JUSTINIANUS A. JULIANO P.P.

QUoniam in plerisque nuper testamentis invenimus ejusmodi institutiones, quibus ex asse quis scripserat Dominum [35] nostrum Jesum Christum heredem, non [36] adjiciens oratorium, aut templum ullum, aut ipsum Dominum Jesum Christum ex semisse, vel aliis inæqualibus partibus, alium vero quempiam ex dimidia, vel alia portione (jam enim in complura hujusmodi testamenta incidimus) cum videremus multam exinde incertitudinem secundum veteres leges exoriri. Nos hoc etiam emendantes sancimus; si quidem Dominum nostrum Jesum Christum scripsit [37] quis heredem vel ex asse, vel pro parte, manifeste videri ipsius [38] civitatis, vel castelli, vel agri, in quo

olim constat fuisse; de quibus Bonifacius interrogatus, an liceret in vasculis ligneis sacramenta conferre, respondit: Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur: nunc e contrario lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus. v. *acta Concilii Triburiensis, cap.* 18. *& de consecratione, distinct.* 1. *cap.* 44. 1 *l.* 19. *S. h. t.* 2 *Novell.* 131. *c.* 5. *in fin.* 3 Vide *l. un. J. de imponenda lucrat. descript.* Lucrativi tituli sunt, hereditas, legatum, fideicommissum, donatio causa mortis, donatio inter vivos, dos, donatio propter nuptias: non emptio, non permutatio, vide Cujac. *ad d. l. un.* 4 *Descriptionibus.* 5 *l.* 23. *J. h. t.* 6 *l.* 1. *in fin. J. de contract. judic.* adde *Novell.* 115. *c.* 1. 7 *Novell.* 118. *in fin.* Septimum miliarium palatium, quod fuit in suburbio Constantinopoleos, in quo Justinianus juri dicundo novum consistorium extruxerat: quod & simpliciter *Septimum* dicitur. vide Cujac. 20. *obs.* 3. 8 Vide *l.* 22. *S. h. t.* Porro quod Ausonius sic distinguit, jus aliud sacrum, publicum & privatum, ad διχοτομίαν reduci potest: Jus est publicum vel privatum, Publicum aliud sacrum, aliud in magistratibus. vide Cujac. 15. *obs.* 33. 9 *Xenonis* voce non modo peregrinorum hospitia, sed ægrotorum significantur. Imo & quælibet hospitia. Hesych. Pollux 3. & 4. 10 Vide quæ scripsi *ad l.* 16. *ff. de verb. sign.* 11 Cur ita? quia recta, sine traditione, dominium rerum emptarum, donatarum, legatarum, transit in Ecclesiam: dummodo tamen adquisitionem admittat. Potest enim Ecclesia abstinere, & renunciare beneficio hujus legis. vide Molin. 1. *consuet.* §. 22. *n.* 133. 12 *l.* 56. *ff. de Usufruct. l.* 8. *in fin. ff. de usufruct. legato: Nov.* 9. add. §. 1. *J. h. t.* hinc colligunt nonnulli, quemlibet præsumi centum annis vivere: de qua præsumptione v. Alciat. 1. *præsumpt.* 44. Jas. *hic.* Cœpolam *cautela* 118. Contra Decius *in l. ult. J. de edict. D. Adriani, & ibi* Molin. & Menochius 6. *præsumpt.* 49. ubi plenissime explicat, quamdiu homo vivere præsumatur: dixi ad *l.* 5. *J. soluto matr.* Cæterum quando quis præsumatur mortuus, vid. *not. ad l.* 6. §. 2. *ff. de Senatusc. Silaniano.* 13 *Nov.* 19. quæ ad occidentales Ecclesias pertinet, ut hæc ad orientales, hodie sublata est. Huic præscriptioni centum annorum quadraginta annorum præscriptio substituta est, per *Nov.* 111. *c.* 1. & *Nov.* 131. *c.* 6. & ita quæ privatis competunt actiones, excluduntur præscriptione annorum 30. quæ Ecclesiis 40. vide Cujac. *l.* 5. *observ.* 5. & *ad Novell.* 111. An hæc correctio etiam pertinet ad legata captivorum redimendorum causa relicta? Theodorus *in Novell.* 111. negat pertinere: movetur, quod id nominatim non est abrogatum, ut in Ecclesiis: verum id quoque abrogatum esse constat. 3. *Basil.* 5. *c.* 3. vide Cujac. *c.* 34. *de præscr.* 14 Eodem jure gaudet Respublica, & civitas. vide Bart. Bald. & Jasonem, *n.* 10. *hic.* Matth. Afflict. *decis.* 67. Roland. a Valle *de lucro dot. quæst.* 75. *n.* 30. A. Gabriel *tit. de præs. Conclus.* 16. Ans. Causam & historiam cur & qua occasione hæc lex lata sit, post Procopium & Suidam narrat Grot. *flor. spars. hic:* S. L. Cur centum anni vitæ hominis longissimum tempus hic constituuntur? Dioscorides commentitiam hanc rationem adfert, quod cor hominis ad annos 50. crescat duabus drachmis in singulos annos: a 50. ad centesimum annum totidem drachmis decrescat. Inde fieri, ut annum 100. homo non excedat. Eadem fuit opinio Ægyptiorum relata a Plinio, 11. *c.* 37. Varro 5. *de lingua Latina,* seculum 100. annorum spatium, longissimæ vitæ in homine esse refert. Inde in ludis secularibus præco populum ad eosdem ludos vocabat, quos nemo unquam vidisset aut visurus esset. 7. Plin. Festus *in seculares.* Censorinus *de die natali.* Platina *in vita Fabiani.* Trebell. Poll. *in Claudio* dixit 120. annos homini ad vivendum datos: quo loco etiam refert Mosen 125. annis vixisse, idque vitæ spatium ei a numine constitutum. adde *Genes.* 6. Staseas Peripateticus annos 84. vitæ humanæ spatio tribuit, eo abs spatio, extra stadium quasi vitæ homines decurrere. Censorinus *de die natali, c.* 14. unde Varro 12. Hebdomadibus fatalem hominis vitam describit, Plato 81. Solon 70. annos tantum tribuit. Laërt. *in Solone.* Alii 60. *lib. epigram. Græcorum* 3. 15 Vide *l.* 1. 2. *J. comm. de legatis.* Goth. Ergo dominium rei civitati, vel Ecclesiæ, aut in redemptionem captivorum legatæ, aut donatæ, ipso jure sine traditione transit. facit *l.* 23. *ff. de rei vindic.* confirmat Jason *hic num.* 4. 5. 7. *cap.* 2. *extr. de consuetud.* Bald. *lib.* 5. *Consil.* 86. Tiraquell. *de privileg. piæ causæ cap.* 13. 45. 46. & 107. *l.* 1. & *ibi Gloss. Cod. de Donat. quæ sub mod.* adde *l. Titia.* 64. *verb. recta via. ff. de furt.* Ans. 16 Vide *supr. h. t. in princ.*

17 Consule Bartolum *in l. tabularum.* §. *si dubitetur. in prin. ff. quemadm. testam. aper.* Cardinalem *in Clem.* 1. *de reb. eccl. non alienand.* de homine autem centum & viginti annorum vide textum *in Auth. de monach.* §. 1. & ad alia legis capita Ferrandum *explic. lib.* 2. *cap.* 2. & Pileum *quæst.* 133. 18 *C. placuit,* 15. *caus.* 16. *quæst.* 3. & *c. decennii, caus.* 16. *quæst.* 4. *c. nemo, quæst.* 3. *caus.* 16. & *can.* 3. *quæst.* 4. *caus.* 16. Ans. 19 *Novella* 9. Goth. An bene hic excipiat Ecclesiam Romanam: vid. Rittersh. *in expos. Nov. part.* 11. *cap.* 1. *n.* 10. & *seqq.* & *lib.* 4. *cap.* 14. *de differ. jur.* Ans. Adde Balb. *de præscript.* 1. *quint. princip. quæst.* 1. & Pinell. *ad auth. nisi tricennale. C. de bon. matern.* S. L. 20 Epitome interprete Contio. 21 Imo non Constantinopolitana sed Romana, *l.* 8. *ibi: Reddentes honorem. S. de summa Trinitate.*

22 *Aliarum,* id est præter Romanam: *caput,* id est, ordine prima. ex *decret. concil. Constantinopolit. & Chalced. & l. decernimus.* 16. *S.* Vid. Grot. *flor. spars. hic.* S. L. 23 Παροικικῷ δικαίῳ. Jus Colonarium & παροικικὸν *de quo hic. Nov.* 7. *Nov. Leo.* 13. est libellaria alia ab emphyteusi. Libellaria venditio fit scriptura interveniente certo pretio, & hoc amplius, certa pensione constituta in annos singulos, & hac plerunque lege, ut stato condictoque tempore contractus renovetur numerato certo pretio vel arbitrario: Emphyteusis vero non solet renovari, non mutato possessore. Eadem emphyteusis sub lege meliorandi prædii datur. Libellaria non item. Libellaria, in perpetuum: emphyteusis, ad tempus. In libellaria aliqui interpretes volunt commisso locum esse post biennium, sicut in locatione: in emphyteusi post triennium, vide Cuj. 1. *Feud.* 2. *fol.* 480. 24 Imo ultra permittitur, *Authent. perpetua* 7. *post l.* 14. *S. h. t.* 25 Vide *Nov.* 7. *c.* 3. 26 Epitome interprete Contio. 27 De quibus dicam *J. tit. de numerar. actuar. & chart.* 28 Εἰς τὸ ἰνδίκιον. Sed Cujac. legit, εἰς τὸ Αἰγύπτου 12. *observ.* 28. 29 Et alio casu centesimas. *J. h. t.* & §. 7. *J. h. t.* 30 Chartularii supernumerarii esse non debent. 31 Ἀνέγνων, non absimilis subscriptio imperatoria, de qua vide quæ notavi *ad const. Justini de filiis liberarum in Africa.* 32 *Lege* Chartularii. 33 De quibus adde §. 4. *S. h. t.*

34 *Arcarii,* qui, dicam ad *titulum de susceptoribus, præpositis & arcariis. J.* 35 Dii heredes institui sic apud Gentiles poterant, *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falc.* non quidem omnes sed certi. vid. Ulpian. 22. §. *deos.* 6. 36 Hinc ratio dubitandi sumitur. Videtur enim incerta institutio, ideoque nulla; certum enim esse debet consilium testantis. v. Ulp. 22. §. 4. 37 Vide *Nov. Emanuelis Comneni, c.* 2. 38 Piam in rem si quid testator jusserit fieri, non adscripto loco, in ea civitate fiet, in qua testator domicilium habuerit. *l.* 49. §. 2. *J. de episc. & cleric. Nov.* 131. *c.* 9. *l.* 39. *in fin. ff. de cond. & demonstrat.* i. e. in ejus ecclesia, ut vocant, parochiali.

consti-

constitutus erat defunctus, Ecclesiam sanctissimam institutam esse heredem, & hereditatem peti debere per [1] Deo amantissimos ejus Oeconomos ex asse, vel pro parte, ex qua heres institutus est: Eodem obtinente & si legatum, vel fideicommissum relictum sit: ut ipsa competant sanctissimis ecclesiis ad hoc quidem, ut ad pauperum [2] alimoniam conferant. §. 1. Si vero unius ex Archangelis meminerit, vel venerandorum Martyrum, nulla facta ædis mentione: (quod quidem etiam novimus a quodam factum, qui ex Illustribus erat, & in omni verborum, & legum doctrina spectatissimus) si [3] quidem aliquis sit in illa civitate, vel vicinia ejus, venerabilis locus in honorem illius reverendissimi Archangeli, vel Martyris constructus, videri ipsum scriptum esse heredem; si vero nullus talis locus est in illa civitate viciniave ejus, tunc venerabilia loca, quæ in Metropoli ejus sunt, videri instituta: & si quidem in ipsa metropoli inventus fuerit, talis aliquis locus, illi proculdubio videri relictam, vel hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum: si vero illic nullus talis locus apparet, denuo Ecclesias, quæ in illo loco sunt, capere id debere. Sane sanctissimis [4] Ecclesiis omnes aliæ domus cedunt: nisi constet, defunctum aliud nomen sensisse & voluisse adjicere, & aliud dixisse: nam tale quid accidisse, & nos scimus in cujusdam Pontici testamento, & tunc etiam constitutum fuisse, ut contra [5] scriptum veritas obtineret. §. 2. Si autem testator certum locum non apposuerit, multa [6] autem templa ejusdem tituli aut nominis in illa civitate inventa fuerint, vel ejus vicinia, si quidem in aliquo illorum defunctus frequenter [7] versabatur, & majorem erga illud habebat affectionem [8], illi templo videri legatum relictum, si vero nihil tale invenietur, maxime ei templo ex multis ejusdem nominis videatur relictum legatum, vel hereditas, quod [9] est cæteris indigentius, & magis opis & eleemosynæ egens. Dat. 13. Kal. Novemb. CP. LAMPAD. & OREST. VV. CC. CONSS. 530.

TIT. III.

DE EPISCOPIS [10], ET CLERICIS [11], ET ORPHANOTROPHIS [12], ET XENODOCHIS [13], ET BREPHOTROPHIS [14], PTOCHOTROPHIS [15], ET ASCETRIIS [16], ET [17] MONACHIS [18], ET PRIVILEGIIS [19] EORUM, ET CASTRENSI PECULIO [20], ET DE REDIMENDIS [21] CAPTIVIS, ET DE NUPTIIS [22] CLERICORUM VETITIS SEU PERMISSIS.

De novis collationibus. De hospitibus.

1. Imperator CONSTANTINUS A. clericis salutem dicit.

JUxta [23] sanctionem [24], quam dudum meruistis, & [25] vos & mancipia [26] vestra nullus novis [27] collationibus obligabit: sed vacatione gaudebitis: Præterea neque [28] hospites [29] suscipietis. [30]. Datum 6. Kalend. Sept. PLACIDO & ROMULO COSS. 343.

De muneribus sordidis, vel a negotiatoribus præstandis. 2. De muneribus extraordinariis. 3. De parangariis. 4. De clericis, & eorum uxoribus, liberis, ministeriis.

2. Imp. CONSTANTINUS [31] A. [& JUL. CÆS.] Felici episc.

OMnis [32] a clericis indebitæ conventionis injuria, & iniquæ [33] exactionis repellatur improbitas: nullaque conventio sit contra eos munerum sordidorum: Et cum [34] negotiatores [35] ad aliquam præstationem competentem vocantur, ab his universis istiusmodi strepitus conquiescat. Si quid enim vel parsimonia, vel provisione, vel mercatura [36] (honestati tamen consona) congesserint; id in usum pauperum atque egentium ministrari oportet: At id quod ex eorundem ergasteriis [37] vel tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis existiment lucrum. §. 1. Verumetiam hominibus [38] eorundem, qui operam in mercimoniis habent, Divi Principis Genitoris mei statuta multimoda observatione caverunt, ut iidem clerici privilegiis pluribus redundarent. §. 2. Itaque extraordinariorum munerum a prædictis necessitas atque omnis molestia conquiescat. §. 3. Ad parangariam [39] quoque præstationem non vocentur [40] nec eorundem facultates atque substantiæ. §. 4. Omnibus clericis hujusmodi prærogativa succurrat, ut [41] & conjugia [42] clericorum ac liberi eorum quoque, [&] ministeria, id est, mares pariter ac fœminæ, eorumque etiam filii [& filiæ] immunes semper ab hujusmodi muneribus perseverent. Datum 9. Idib. Decemb. *Med.* Lecta 5. Kal. Jan. apud acta, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO CÆS. II. COSS. 357.

De collectis, exactionibus, angariis, parangariis.

Nova constitutio FRIDERICI Imperatoris de statut. & consuet. contra lib. Eccles. col. 10. §. item nulla. pag. 744.

ITem nulla communitas [43], *vel persona publica, vel privata collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, aut invadere Ecclesiastica bona præsumant: quod si fecerint: & requisiti ab* [44] *Ecclesia vel imperio, emendare contempserint, triplum* [45] *refundant: & nihilominus bona imperiali banno* [46] *subjaceant: quod absque* [47] *satisfactione debita nullatenus remittatur.*

De fiscalibus.

3. Idem A. & Cæs. ad Taurum præf. præt.

DE [48] his clericis, qui prædia [49] possident, sublimis auctoritas tua [50] non solum eos aliena juga [51] nequaquam statuet excusare: sed etiam pro his prædiis, quæ ab ipsis possidentur, eosdem ad pensitanda fiscalia [52] perurgeri; Universos namque clericos possessores duntaxat provinciales, pensitationes fiscalium, translationesque [53] faciendas recognoscere jubemus. Data epistola Prid. Kal. Jun. *Med.* CONSTANTIO A. X. & JUL. III. Cæs. CONSS. 360.

De officialibus rationalibus.

4. Idem A. ad Taurum P. P.

OFficiales [54] rationales [55]; si exhibitione cursus seu primipili [56] necessitate neglecta, interversa etiam ratione fiscali, ad clericatus honorem putaverint transeundum, ad priorem conditionem retrahantur. Si vero obnoxii [57] ratiociniis vel necessitatibus non sint: sub notione Judicum, Officiis consentientibus, si probabilis vitæ studium id postulaverit, transferantur, nec cessionem metuant facultatum [58]. Quod si clandestinis artibus putaverint irrependum, duas partes suarum rerum concedant liberis: aut si proles defuerit, propinquis: ex propria substantia portionem tertiam sibimet retenturi. Sin vero propinquorum necessitudo defuerit; geminæ portiones Officiis, in quibus militant, relinquantur: portione tantummodo tertia sibi retenta. Dat. 4. Kal. Sept. TAURO & FLOR. COSS. 361.

De curialibus aut officialibus. De Monachis.

In AUTHENT. de sanctis Episcop. sed neque curialem. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 15.

SEd [59] *neque curialem aut officialem, clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili clero fiat injuria* [60]. *† Si vero tales personæ in clero constituantur, tanquam nec ad ordinationem perductæ, propriæ fortunæ restituantur; nisi monasticam forsitan vitam aliquis eorum non minus quindecim annis impleverit; tales enim ordinari præcipimus, quarta propriæ substantiæ sibi retenta, reliquis partibus curiæ & fisco vindicandis, si in clero constituti monasticam & decentem vitam impleverint. §. 1. Sed si post Clericatus honorem aliquis eorum uxorem, aut concubinam acceperit, propriæ fortunæ reddatur, licet tali Ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem est & in omnibus aliis monachis, licet nulli fortunæ prius subjecti fuerint. Et generaliter quicunque in quolibet Ecclesiastico gradu constitutus, ad secularem* [61] *vitam redierit, honore nudatus, curiali fortunæ propriæ civitatis reddatur.*

Si quis sacratissimam virginem rapuerit, vel attentaverit.

5. Imp. JOVINIAN. [62] A. Secundo Præfecto Prætorio.

SI quis non dicam rapere, sed attentare [63] tantum jungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. Dat. 11.

1 Oeconomis competit actio ad petenda legata Ecclesiæ facta: œconomis respondent Ecclesiarum quæstores, provisores & matricularii, Galli *marguilliers.* 2 Res enim Ecclesiæ ad pauperes, non ad divites pertinent. *caus.* 16. *quæst.* 1. *can. ult.* 3 Ex hoc loco & sequentibus nota legatum *D.* puta *Paulo*, deberi hoc ordine: Primum parochiali, dein urbano potius quam extraneo, aut vicaneo, tum metropolitano. His deficientibus, ecclesiis urbanis alterius cognominis: & ita defectu certi templi, nunquam deficit tale legatum. adde *l.* 20. *infr. de episc. & cleric.* 4 Nota sententiam. 5 Adde *l.* 4. *infr. de testamentis.* 6 Ambiguitas tollenda quantum fieri potest, ut actus sit in tuto, vide *l.* 22. *ff. de rebus dubiis.* 7 Cur ita? Ea quæ sunt consuetudinis & moris, considerari oportet *l.* 31. §. 20. *ff. de ædilitio edict. l.* 50. *in fin. ff. de legat.* 1. 8 Ex frequenti conversatione major affectio colligitur *l.* 4. J. *de cast. pecul.* 9 In dubio favendum pauperiori, *Nov.* 131. *c.* 9. *in fin. l.* 49. §. 5. J. *tit. prox.*

10 *L.* 16. *C. Theod.* 2. *Nov.* 123. Episcopi, primicerii presbyterorum, apices & principes omnium, Optato. adde *l.* 6. J. *tit. prox.* iisdem *sacerdotes* dicuntur 3. *Ecl.* 1. & *l.* 7. *l.* 18. J. *h. t.* Goth. Nomen Episcopi est nomen sollicitudinis & curæ: Ἐπισκοπεῖν enim est speculari vel intendere. Episcopi sunt speculatores morum & religionis populorum. *cap.* 1. *distinct.* 21. Ans. 11 *Synopsis Basilicon* 3. *c.* 1. *Nov.* 123. *cap.* 19. Clerici dicuntur, qui divino cultui ministeria religionis impendunt, *l.* 2. *C. Th. de episc.* quæ lex extat apud Eusebium *lib.* 10. Hujusmodi sunt presbyteri, diaconi utriusque sexus, subdiaconi, archidiaconi, lectores divinæ scripturæ, exorcistæ, ostiarii, psaltæ: & Hermiæ *lib.* 5. ὑποβολεῖς, i. e. monitores vel potius interpretes, ut apud Nicetam, qui omnes etiam ministri divinæ legis in constitutionibus dicuntur: ab iis separantur juvenes, seu acolythi. vide *l.* 6. J. *h. t.* Parabolani, vide Cujac. *Nov.* 3. Qui nullum habent clericorum σχῆμα, plebei appellantur, & laici, *Lays.* Tertullianus *lib. de exhortat. ad castitatem.* Differentiam, inquit, inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas. 12 Orphanotrophiis, Xenodochiis, asceteriis, *Haloand.* & male: nec etiam hic agitur de rebus (de quibus dictum est titulo superiori) sed de personis. Qui sint *orphanotrophi*, vide *l.* 32. J. *h. t.* 13 *Xenodochi*, qui advenas excipiunt, *l.* 49. §. 3. J. *h. t.* 14 *Brephotrophi*, qui infantes recentesque a partu expositos, aut carentes parentibus natos alebant, *l.* 19. *l.* 22. S. *tit. prox. Enfans trouvez.* Plurima in eum finem Lutetiæ loca constituta sunt xenodochia. 15 *Ptochotrophi d. l.* 19. *l.* 22. qui pauperes alunt. 16 *Ascetriæ*, personæ devotæ sacris meditationibus: quod institutum Majorianus *Nov. de sanctim. & viduis* vocat philosophiam: vocatur a Nazianzeno & Hermia μοναχικὴ φιλοσοφία. vide Cujac. *hic.* 17 Monachi alii sunt ab ascetriis, ut asceterium aliud a monasterio *l.* 54. J. *h. t.* 18 De quibus vide *l.* 26. J. *de decurionibus.* 19 *l.* 33. §. 7. J. *h. t.* 20 *l.* 20. *l.* 50. J. *h. t. Novell.* 123. *cap.* 19. 21 *l.* 28. *l.* 46. §. 1. *infr. h. t.* 22 *l.* 2. §. 4. *l.* 19. J. *h. t.* 23 *l.* 7. *C. Theod. h. t. Synopsis Basilicon*, 54. *tit.* 2 *ex lib.* 3. *tit.* 3. *cap.* 5. 24 *l.* 5. S. *tit. prox.* 25 Clerici & eorum mancipia novis collationibus ne graventur: sed nec metata præstent. 26 Id est, familia, de qua vide *hic* Bald. 27 16. *quæst.* 1. *can. generaliter.* 40. §. *novarum.* id est, extraordinariis, *l.* 2. §. 2. *infr. h. t.* 28 Μηδὲ μιτάτα διδότωσαν, *Synopsis ibid.* 29 *cap.* 1. *in fin. extra. de jure immunit.* 30 Id non servatur in Gallia. Buignion *au traicté des loix abrogées lib.* 1. *sat.* 67. Goth. Vide tamen Christin. *vol.* 1. *decis.* 230. Ans. 31 Γρ. *Constantius* ut etiam habet Codex Theod. 32 *l.* 14. *C. Theod.* 16. 2. 33 Illicitæ, 2. *feud.* 53. §. 2. *in fin.* 34 Clerici ab exactionibus & sordidis muneribus, & extraordinariis, licet negotientur, immunes cum conjugibus & liberis sunto. *Syn. d. t.* 35 Hinc colligit Baldus, Clericos immunes a tributis venditioni bonorum impositis. 36 Clerici non removentur a mercatura honesta. 37 Officinis: atqui neutrum clerico habere licet, 44. *distinct. can. nulli* 3. 38 Id est, ministris: Galli *Buticulos* vocant. *Hominum* vocabulo qui intelligantur, vide *l.* 1. J. *de commerciis.* & *l.* 10. *C. Theod. de Episcopis.* 39 De qua alibi dixi. adde *d. l.* 10. 40 Nisi forte ipse Princeps in profectione versetur, quo casu aliud dicendum est, *l.* 11. *supr. tit. prox. l.* 15. & 18. *de ext. & sord. mun. C. Theod.* Mod. 41 Parentibus concessæ immunitates, ad eorum liberos porriguntur. v. *l.* 1. *ff. de jure immunit.* An etiam post mortem patris? negat Baldus hic. 42 Hinc notare licet uxorem gaudere privilegio viri, qua de re vide Tiraq. *in leg. connub. gl.* 2. *n.* 53. *cum seq.* & *n.* 61. *cum seq.* ubi hæc materia late admodum deducitur & deciditur. Mod. Clerici olim conjugati. 43 Communitas delinquere potest. 44 Hinc colligunt, ratione delicti, laicum sortiri forum Ecclesiasticum. 45 Imo, duplum, 2. *feud.* 53. §. 2. *vers. illicitas. circ. fin.* 46 Banniti bona confiscari ut sæpius solent. 47 Ex contrario collige bannitum relaxari posse ex justa causa. 48 *Pars ult. l.* 15. *C. Theod. h. t.* 49 Subaudi, privata & propria. Nam de Ecclesiasticis prædiis dictum est, *l.* 5. *C. de sacr. Eccles.* Est vero hic sensus apud autorem Synopseos *d. cap.* 5. Clericos qui sunt in provinciis, non solum non aliena, sed ne quidem sua prædia excusare τῶν συντελειῶν, a compulsionibus fiscalium, & eorum translatione. 50 Ratione censuum & tributorum personæ Ecclesiasticæ conveniri debent apud judicem laicum. adde *l.* 10. J. *de annonis & trib. l.* 12. J. *de palatinis sacrar. largit.* 51 Id est, jugatione, atque ita clerici non sunt immunes a jugatione: quod ex Ambrosio in superioribus probatum est. 52 Realia scil. non personalia. 53 De quibus alibi dicam. 54 Beneficiarii vel officiales rationalis &c. ita legitur *l.* 7. *C. Theod. de cohort.* v. *cap. un. extr. de obl. ad ratiocin. ordinand.* 55 Καθολικιανοί. *Auctor paratitli communicatus Cujac. a P. Fabro, ut ille testatur ad l.* 5. J. *de jure fisci:* Officiales procuratoris Cæsaris. Nam procurator ipse catholicus sæpe appellatur. v. Cujac. *ibid.* adde *l.* 9. §. 2. *in fin.* J. *de bon. proscr.* 56 Adde *l.* 27. J. *h. t. Novell.* 123. *cap.* 1. 57 Rationibus reddendis obnoxius, inutiliter fit clericus. Goth. 58 Reponunt alii: *nec cessationem metuant facultatum.* sed frustra sunt, non permittebatur enim curiali ad clerum transire, nisi facta cessione facultatum illi curiæ, quam relinquebat, aut alia persona subrogata pro se. *C. Theod. lib.* 12. *tit.* 1. Mod. 59 Hoc non servatur in Gallia: nam & cancellarii sacerdotes esse possunt: quin & Curiales ingressuri monasterium de sua substantia possunt testari, Pet. de Bellapertica, *quæst.* 238. Rebuff. *in proœmio const. gloss.* 5. *num.* 25. 60 Clero fit injuria, si indignus ad clericatum admittatur. 61 Apostata non fruitur beneficio clerici. Bald. 62 Γρ. *Jovianus.* Ante tempora *Joviniani*, imperante Juliano Imperatore, cui Jovinianus successit, impune quidvis in perniciem religionis catholicæ moliri; adeoque vi illata, vel persuasione adhibita, nuptias cum virginibus Deo consecratis contrahere. Vide porro de ratione & causa hujus legis Sozom. *Histor. Tripart. lib.* 7. *cap.* 4. Nicephor. *lib.* 10. *cap.* 39. Ans. 63 Vide *l.* 20. J. *de furtis. l. un.* J. *de raptu Virgin.* hac lege punitur conatus: quod in Gallia non servatur, Rebuffus *d. l. num.* 28. *ad* 31. De ea re dixi *ad l.* 12. *ff. de pœnis.* Fatetur tamen Rebuff. *ibid. num.* 31. conatum puniri mulcta pecuniaria, quin & interdum capitali pœna. adde Bellovisanum 1. *c.* 13. Cujac. 5. *obs.* 25. *l.* 1. *ff. ad leg. Corn. de Sicar.* Goth. Non punitur conatus,

Kalend. Mart. GRATIANO [1] A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

De muneribus perſonalibus.

6. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. ad Cataphronium.

PResbyteros [2], diaconos [3], ſubdiaconos [4], atque exorciſtas [5], & lectores [6], oſtiarios [7], [& acolythos [8]] etiam perſonalium [9] munerum [10] expertes eſſe præcipimus. Dat. 3. Non. Mart. GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

De teſtimonio dicendo.

Pars actorum habitorum in conſiſtorio apud Imperatores Gratianum, Valentinianum, & Theodoſium, conſulatu Syagrii, & Eucherii virorum clariſſimorum, die III. Kal. Januar. Conſtantinopoli in Conſiſtorio.

7. Imp. THEODOSIUS dixit.

NEc [11] honore [12], nec legibus Epiſcopus [13] ad teſtimonium [14] [dicendum] flagitetur. † *Item dixit,* Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti non decet: nam & perſona oneratur [15], & dignitas ſacerdotis [16] exempta confunditur.

In AUTHENT. de ſanctis Epiſcop. §. nulli vero judicum. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 7.

SEd judex mittat ad eos quoſdam de ſuis miniſtris, ut propoſitis [17] *ſacroſanctis evangeliis ſecundum quod decet ſacerdotes, dicant ea quæ noverint, (non tamen jurent)* [18].

Presbyteri occaſione teſtimonii non torquentur, puniuntur tamen, ſi falſum dixerint.

8. Idem A. Paulino Præfecto Auguſtali.

PResbyteri [19] citra injuriam quæſtionis [20] teſtimonium dicant: ita tamen, ut falſa non ſimulent. Cæteri vero clerici [21] qui [22] eum deinde gradum, vel ordinem ſequuntur; ſi ad teſtimonium dicendum petiti [23] fuerint, prout leges præcipiunt, audiantur: [ut] ſalva tamen ſit litigatoribus falſi [24] actio, ſi forte presbyteri, qui ſuo [25] nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem injuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quod nihil metuant, vera ſuppreſſerint: Multo magis [26] enim pœna digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtram juſſionem delatum eſt, occulto inveniuntur in crimine. Dat. 8. Kal. Aug. ARCAD. A. & BAUTONE CONSS. 385.

In AUTHENT. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. reverendiſſimis, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 20.

PResbyteri ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium perhibuiſſe convincantur, ſi quidem in cauſa pecuniaria, a divino miniſterio duntaxat per tres annos ſeparati, monaſteriis pro tormentis tradantur: ſed [27] *ſi in criminali, clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiendi ſunt: Cæteri vero clerici, communi jure ab officio Eccleſiaſtico repulſi, ſine delectu cauſæ veribus coërceantur.*

De ætate Diaconiſſæ.

9. Imppp. VALENTINIANUS, THEODOS. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P.

NUlla [28], niſi emenſis quinquaginta [29] annis, ſecundum præceptum Apoſtoli, ad diaconiſſarum conſortium transferatur. Dat. 11. Kalend. Jul. *Mediolani,* VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

De ætate presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, epiſcopi.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Presbyterum, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 13.

PResbyterum minorem [30] *xxxv. annis fieri non permittimus: ſed neque diaconum, vel ſubdiaconum minorem xxv. annis: neque lectorem minorem annis xviij. Item epiſcopum, minorem annis xxxv. ordinari prohibemus.*

De ætate diaconiſſæ, & ea quæ pervenit ad ſecundas nuptias.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. diaconiſſam vero, coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 13.

DIaconiſſam in ſancta Eccleſia non ordinari præcipimus, quæ minor ſit annis quadraginta [31], *aut ſi ad ſecundas* [32] *pervenerit nuptias.*

De injuria facta ſacerdotibus, & miniſtris, vel ipſi ſacro cultui, locoque.

10. Imperatores ARCADIUS & HONORIUS, AA. Theodoro P.P.

SI [33] quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias catholicas [34] irruens [35], ſacerdotibus [36], & miniſtris vel ipſi cultui [37], locoque [38], aliquid importet injuriæ, quod geritur, a provinciæ rectoribus animadvertatur [39]: atque ita provinciæ moderator, ſacerdotum & catholicæ Eccleſiæ miniſtrorum, loci quoque ipſius, & divini [40] cultus injuriam capitali in convictos, ſeu [41] confeſſos reos ſententia noverit vindicandum: nec expectet, ut Epiſcopus [42] injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis [43] laudabile, factas atroces ſacerdotibus, aut miniſtris injurias, veluti [44] crimen publicum perſequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod ſi multitudo violenta a civilis apparitoris [45] executione & adminiculo ordinum [vel ordinatorum] poſſeſſorumve non poterit flagitari, quod ſe armis aut locorum difficultate tueatur: Præſides provinciarum etiam militari [46] auxilio per publicas litteras appetito, competentem vindictam tali exceſſui imponere non morentur. Dat. 7. Kal. Maji, *Mediolani,* HONORIO III. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De injuria, ut ſupra. De litaniis.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. ſi quis cum ſacra. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 31.

SEd novo jure pro tali injuria verberatur, aut in exilium mittitur. Sed ſi ſacra [47] *miniſteria turbaverit, vel celebrare prohibuerit, capite* [48] *puniatur. Idem eſt, & in litaniis* [49]: *nam pro injuria verberatus exilio traditur: ſi eas concuſſerit, capite plectatur. Laicis* [50] *facere litanias interdicimus ſine clericis: quæ ſine orationibus & cruce fieri non debent.*

Unde & quot clerici eligendi.

11. Iidem AA. Eutychiano P.P.

IN [51] Eccleſiis [52], quæ in poſſeſſionibus (ut fieri adſolet) diverſorum, vicis etiam vel quibuslibet locis ſunt conſtitutæ, Clerici non [53] ex alia poſſeſſione, vel vico; ſed ex eo, ubi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur [54]: ut propriæ capitationis onus ac ſarcinam recognoſcant. Ita ut pro magnitudine, vel celebritate uniuſcujuſque vici, Eccleſiis certus [55], judicio Epiſcopi, clericorum numerus ordinetur. Dat. 3. Kal. Aug. *Minizo.* HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De curialibus.

12. Iidem AA. Eutychiano P.P.

SI [56] quis curialis [57], clericus fuerit ordinatus, nec ſtatim, conventione præmiſſa, priſtinæ conditioni reddatur, is vigore & ſolertia judicantium,

niſi in crimine læſæ majeſtatis. Barbat. *vol. 2. conſil. 23. num.* 17. Farinac. *prax. criminal. quæſt.* 17. *num* 49. *& quæſt.* 30. *num.* 31. *& quæſt.* 28. *n.* 3. Eſt tamen Canoniſata hæc lex *can.* 6. *de pœnitentia, quæſt.* 1. Anſ. 1 Reponendum *Joviniano & Varroniano Coſſ.* ut habetur quoque in Cod. Theod. item addendus locus, unde hæc lex data *Antiochiæ.* ut eodem Cod. Theod. continetur, & habent quoque manuſcripti nonnulli. 2 De quibus dicam ad *l.* 8. ℥. *h. t.* 3 *l.* 24. *C. Theod. epiſcop.* de *Diaconis.* vide Duaren. 1. *de ſacr. Eccleſ. miniſtr.* 12. 4 De *ſubdiaconis.* vide Duar. 1. *de ſacr.* 14. 4 *Exorciſtæ.* de quibus vide Duar. *ibid.* 6 *Lectores,* de quibus vide Duar. *ibid.* 7 *Oſtiarii* Eccleſiæ, de quibus vide Duaren. *d. loc.* Porro hujus loci hæc ſententia eſt; Omnis clericus ad ipſos usque oſtiarios, a perſonalibus muneribus excuſatur. *Synopſ. Baſilicon.* 54. *tit.* 7. *& lib.* 3. *tit.* 3. *cap.* 5. 8 *Acolythi* qui & juvenes, *l.* 10. *C. Theod. h. t.* Corrupte hic junguntur clericis, ut qui ex eorum numero non ſint, *l.* 24. *C. Theod. ibid.* cereos & funalia deferebant: vetantur cerarium exigere ab heredibus defunctorum, *Novell.* 59. De acolythis plura vide apud Duaren. 1. *de ſacris* 14. 9 *l.* 8. *C. Theod. de fide teſtium lib.* 11. 10 *l.* 52. *infr. h. t.* 3. *Eclog.* 1. *cap.* 1. 11 *l.* 1. *C. Theod. de fide teſtium lib.* 11. In Gallia Epiſcopi etiam teſtimonium ferre, ſicuti laici coguntur: non tamen jurant tactis Evangeliis, ſed poſita ad pectus manu. Fieri etiam poſſunt perjuri, vide Rebuffum in *proœm. conſt. gloſſ.* 5. *num.* 27. 12 Hoc falſo additum ab Irnerio notat Contius. 13 Id eſt, nec volens, nec invitus, ſed domum mittitur, ut fit in *l.* 2. §. 1. ℥. *de jure. prop. calumn.* 14 Hoc ſpeciale. Nam reliqui cogi poſſunt, *l.* 7. ℥. *de teſtibus.* 15 Dehonoratur, *C. Theod. de fide teſtium, lib.* 11. 16 Id eſt, Epiſcopi, cui ſacerdotis nomen ſæpius tribuitur, *l.* 18. ℥. *h. t.* interdum clericis & omnibus Chriſtianis, Tertull. *de exhortatione ad caſtitatem:* Nonne & laici *ſacerdotes* ſumus? ſcriptum eſt enim, Chriſtus ſacerdotes nos Deo & patri fecit. vide Cujac. *hic.* 17 Hoc non ſervatur in Gallia, ut ſ. dixi. 18 Hoc falſo additum ab Irnerio exiſtimat Contius: qua ſola, inquit, propoſitione evangeliorum intelliguntur jurare. *l. rem non novam* ℥. *de judic.* Mod. 19 Vide ad hanc legem omnino Joannem Aurpachum *lib.* 1. *ſing. alleg. cap.* 44. Mod. *l.* 10. *C. Theod. de fide teſtium lib.* 11. apud Har. 1. *tit.* 6. §. 16. ἱερεῖς καὶ οἱ περὶ τὴν θείαν λειτουργίαν ἀσχολούμενοι, ſacerdotes & omnes denique divino miniſterio addicti inviti teſtimonium non dicunt, οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, Epiſcopi vero neque ſponte neque inviti: ſi tamen opus ſit eorum teſtimonio, propoſitis ſacris Evangeliis domi interrogantur. *Goth.* Quod in propriis ædibus, non in foro Seculari fieri debet: Salicet. *hic.* Farin. *de teſtib. qu.* 6. *n.* 544. *ad* 573. Maſcard. *de probat. Concluſ.* 1358. vid. *cap.* 36. *cauſ.* 11. *quæſt.* 8. *Anſ.* 20 Presbyteri, ratione teſtimonii, torqueri non debent, 11. *C. Theod.* 39. *l.* 10. 21 Clerici torqueri poſſunt. 22 Presbyteros ſuperiorem inter clericos locum obtinere hinc collige: Apoſtolorum vice ſunt, ut legimus ἐν διαταγαῖς eorundem: eisque non minus quam epiſcopis incumbit jus annunciandi verbi, σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος: & Paulo κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, epiſcopis proximi, *l.* 5. *C. Th. de hæret.* vide Cujac. *ibid.* Video Petrum vocari συμπρεσβύτερον, 1. *Pet.* 5. *verſ.* 1. *Paulus ad presbyteros Epheſios, Act.* 20. *verſ.* 17. 28. *Vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos ad regendam Eccleſiam Dei: & Epiſt. ad Tit.* 1. *v.* 5. *Reliqui te Cretæ, ut oppidatim conſtituas presbyteros &c.* Oportet enim epiſcopum inculpatum eſſe. Presbyteri orabant pro infirmis, ab eis accerſebantur, ungebant eos oleo, *Jac.* 5. *v.* 14. Adverſus eos accuſatio non facile admittebatur, *Paul.* 1. *ad Tim.* 5. *v.* 17. 19. Duarenus exiſtimat Cardinales olim fuiſſe presbyteros, non quosvis, ſed qui in majore Eccleſia, quam cathedralem dicimus, rem divinam cum epiſcopo ſuo faciebant, 1. *de ſacris* 13. 23 Producti, citati, moniti. 24 Presbyteri falſi teneri poſſunt. 25 Sub nomine, *C. Theod.* ſub nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra corporalem injuriam eſt, prætextu & honore dignitatis, ac muneris ſacerdotis cogi teſtimonium dicere, citra injuriam quæſtionis & tormentorum. 26 Quo quisque honoratior, eo gravius punitur, ſi deliquit. Imo mitius, *l.* 28. *in fin. ff. de pœn.* 27 Nota pœnam presbyteri, vel diaconi falſum dicentis. 28 Pars prima. *l.* 27. *C. Theod. de epiſcop. lib.* 16. 29 Paul. ſexaginta, *d. l.* 27. ut & *epiſt.* 1. *ad Tim.* 5. *verſ.* 9. quinquaginda, *ut hic, & Nov.* 6. *cap.* 5. *Chalcedonenſis Synodus c.* 15. *Sexta Synodus in Trullo, c.* 14. hodie quadraginta, *Nov.* 123. *c.* 13. & ſic utraque diſcedit a præcepto Apoſtoli. 30 Hodie id non obſervatur: poteſt enim quis admitti ad ſubdiaconatum anno 18. ad diaconatum anno 20 ad ſacerdotium 25. *Clement. de ætate.* ad epiſcopatum anno 27. Apud Gallos, v. Rebuff. *in proœm. conſt. gloſſ.* 5. *n.* 32. Goth. Varia de hac ætate jura refert Simon Majolus *de Irregularib. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 18. 60. annos deſiderat, *can. juvenculas. quæſt.* 1. *cap. cauſ.* 20 *indemnitatibus.* 43. *pr. de elect. in* 6. 30. anno, *cap. cum in cunctis.* 7. §. *inferiora. de electione.* abbatiſſas 25. annorum admittere videtur. Tandem *Concil. Trid. Seſſ.* 25. *c.* 7. Abbatiſſam ætatis 40. profeſſionem 8. annorum requirit. Anſ. 31 Dixi *ad l.* 9. ſ. *h. t.* 32 De pœnis ſecundarum nuptiarum alibi dicam. 33 *l.* 31. *C. Theod. de Epiſcop. lib.* 16. Goth. Pro intellectu hujus legis vide Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 389. *num.* 3. S.L. 34 *Sub.* cum divina myſteria & alii ſacri cultus peraguntur. *Syn. Baſil.* 60. *tit.* 21. *ex lib.* 5. *tit.* 1. *c.* 43. 35 Præſertim cum divina myſteria & ſacri cultus peraguntur 60. *Eclog.* 31. *& lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 43. 36 Epiſcopo, clericis, & aliis miniſtris, *Syn. Baſil. d. loc.* 37 Vel in ipſo cultu. *Hal.* adde *Nov.* 123. *c.* 31. 38 Tria hic vindicantur, injuria videlicet facta perſonis, actioni, & loco. 39 Βασάνοις ὑποκύπτειν καὶ εἰς ἐξορίαν πεμφθῆναι κελεύομεν, verberari jubemus, & exilio multari. *Syn. Baſil. h. t.* mox tamen hac lege fit mentio capitalis vindictæ: verum ad aliam facti ſpeciem pertinet id genus pœnæ. *Goth.* Pœnam ejus, qui turbat Sacerdotem ſacra facientem, vide apud Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 309. *n.* 3. Anſ. 40 Diverſa hæc facti ſpecies a ſuperiore. Prior pertinet ad eum qui Eccleſiam ingreſſus injuriam intulit Epiſcopo, clericis & aliis miniſtris: Hæc ad eum qui τὰ θεῖα μυστήρια καὶ τὰς θείας λειτουργίας ταράττει qui ipſa divina myſteria & cultus divinos turbat, quem κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι: & κεφαλικὸν κίνδυνον ὑπομένειν, capite puniri jubet lex. Quid ſi non λειτουργίας, id eſt, ſacra myſteria, ſed τὰς λιτὰς, hoc eſt, preces, & ſupplicationes turbaverit, aut ſimpliciter in iis injuria affecerit miniſtrum aliquem Eccleſiaſticum? Injuria verberibus & exilio vindicatur: turbatio ſupplicationis, capite punitur, *Synopſis d. loco.* 41 Convicti, & confeſſi par pœna & conditio. 42 An religioſis non liceat vindictam expoſcere; item an quis cogi poſſit ad injuriam remittendam; denique an peccet offenſus qui pacem denegat. vide Bonifacium *in tract. malefic. in rubr. quis poſſit alium offendere.* Doct. *ad l. ut vim ff. de juſt. & jur.* Alexand. *ad l. qui bona.* §. *ſi quis. n.* 4. *de damn. infect.* Abbat. *ad c.* 1. *in fin. de malef.* Albert. *in tract. ſtatut.* 3. *part.* 4. *qu.* 62. *verſ. de ſecundo articulo col.* 3. Mod. 43 Injuria Eccleſiæ vel miniſtro facta poteſt a quovis in judicium deduci. 44 Injuriam facere miniſtro crimen eſt publicum. 45 Apparitionis. 46 V. *l.* 68. *ff. de rei vind.* 47 Τὰ θεῖα μυστήρια καὶ τὰς θείας λειτουργίας. 48 *Eclog. d. loco.* 49 Ἐν ταῖς λιταῖς, id eſt, ſupplicationibus Litaniæ, *l.* 3. ℥. *de hær. & Man.* δημοσία πρόοδος, *Nov.* 67 Litaniarum uſus a Mamerco in Gallia repertus. 50 Litaniæ olim ut factæ fuerint, obſerva. 51 *l.* 33. *C. Theod. de Epiſcopis, l.* 16. 52 16. *C. Theod.* 2. *l.* 33. 53 Extraneos & peregrinos beneficiorum (eorum præſertim quibus animarum cura connexa eſt) in Gallia non eſſe capaces, hinc Galli colligunt, vid. *conſt. Caroli VII. anno* 1431. Simile eſt illud Innocentii III. *in c. Bonæ* 4. §. *intelleximus de poſtul. Præl.* Ideo, inquit, non poteramus ſalva conſcientia, in alia perſona, quæ de regno Hungariæ originem duceret, congrue providere: nec vellemus ei præferre alienum, adde *c. nullus invitis,* 61. *diſtinct.* adde 71. *diſtinct. & c. quoniam in pleriſque.* 14. *de offic. ordinarii. & c. ult. de cler. peregr. ib. Catholicum præſentem nationibus illis conformem. gloſſ. in proœm. Pragmat. in verbo, exterorum:* Papon. 3. *Notar.* 6. *cap. des lettres de Naturalité.* de quibus, ut & de jure *Albinagii* dicam *ad l. unic.* ℥. *non licere habitat. metrocom.* Poſſis addere hoc hodie non obſervari in Gallia in eum qui Naturalitatis, ut vocant, literas a rege impetravit. 54 V. *diſtinct.* 71. *paſſim & c. nobis. de cler. peregr.* vetat eadem ratione Auguſtinus, *ſermone ad populum in c. hortamur diſtinct.* 71. aliunde venientes presbyteros ſuſcipi, niſi conſecratos a proprio loci epiſcopo, aut commendatitias literas habentes. Eadem diſtinctione, *can. ultim.* ex concilio Antiocheno, peregrinos clericos ſuſcipere nullibi licet absque formata epiſtola: adde *canonem Apoſtol.* 12. 31. & 32. 55 *Novell.* 123. *cap.* 18. 56 Pars legis, 3. *Cod. Theod. de his, qui ad Eccleſias confugiunt, l.* 9. 57 *Novell.* 123. *c.* 1. §. 1. *verſ. curialem.*

ad

ad pristinam sortem, veluti manu injecta, mox revocetur [1]: Clericis enim ulterius legem [2] prodesse non patimur: quæ, cessione [3] patrimonii subsecuta, decuriones clericos esse non vetabat. Datum 6. Kalend. Aug. *Minizo.* HON. A. IIII. & EUTYCHIAN. COSS. 398.

De privilegiis Ecclesiæ.

13. Iidem AA. Fidiano [4] Vicario.

SI [5] venerabilis Ecclesiæ privilegia [6] cujusquam fuerint, vel temeritate violata [7], vel dissimulatione neglecta, commissum [hoc] quinque librarum auri condemnatione plectetur. Datum 7. Kalend. Jul. *Brixiæ*, THEODORO V. C. COSS. 399.

De excommunicatis.

Nova constitutio Friderici de statu & consuet. contra lib. Eccl. §. item quæcunque, coll. x.

ITem quæcunque communitas [8] vel persona, quæ annum in excommunicatione propter libertatem Ecclesiæ fractam & violatam perseveraverit, ipso jure imperiali banno subjaceat: a quo nullatenus extrahatur; nisi [9] prius ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento.

De episcopo exauctorato.

14. Iidem AA. Hadriano P.P.

QUicumque [10], residentibus [11] Sacerdotibus, fuerit episcopali loco, vel nomine detrusus [12], si aliquid contra custodiam vel quietem [13] publicam moliri fuerit deprehensus, rursusque [14] petere sacerdotium, a quo videtur expulsus, procul ab ea urbe, quam conturbaverit, centum millibus vitam agat: nec nostra adeat secreta, nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat: defensoribus [15] etiam eorum [nostram] indignationem subituris. Datum Prid. Non. Febr. *Raven.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

In AUTHENT. de sanct. Episc. §. si quis autem Episcop. coll. 9. tit. 9. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 11.

SI quis episcopus sacerdotio pulsus, præsumpserit ingredi civitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum, in quo degere jussus est, jubemus hunc monasterio in alia regione constituto tradi: ut, quæ in sacerdotio deliquit, in monasterio degens corrigat.

De illicitis conventiculis.

15. Iidem AA. Studio P.U.

COnventicula [16] illicita [17] etiam [18] extra Ecclesiam in privatis ædibus celebrari prohibemus, proscriptionis [19] domus periculo imminente, si dominus ejus in ea clericos nova ac tumultuosa [20] conventicula extra Ecclesiam celebrantes susceperit. Dat. 4. Kal. Sept. CP. HONORIO A. VI. & ARISTÆNETO CONSS. 404.

De censibus.

16. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Anthemio PP.

QUisquis censibus [21] fuerit adnotatus, invito agri domino temperet ab omni Clericatu: adeo, ut etiamsi in [22] eo vico, in quo noscitur mansitare, clericatus fuerit, sub hac lege religiosum adsumat sacerdotium; ut & capitationis sarcinam per ipsum dominum agnoscere compellatur, & in ruralibus obsequiis, quo maluerit, subrogato [23] utatur: ea scilicet immunitate indulta, quæ certæ capitationis venerandis Ecclesiis relaxatur: nullo contra hanc legem unquam valituro rescripto. Dat. ** HONORIO A. VIII. & THEOD. A. III. CONSS. 409.

De publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus & publicis spectaculis.

1. *De Parabolanis.*

17. Iidem AA. Maximo [24] P.P.

PLacet [25] nostræ clementiæ, ut nihil commune Clerici cum publicis actionibus [26], vel ad curiam pertinentibus [cujus corpori non sunt annexi,] habeant. §. 1. Præterea his qui Parabolani [27] vocantur, neque ad quodlibet publicum spectaculum [28], neque ad curiæ locum, neque ad judicium accedendi licentiam permittimus: nisi forte singuli, ob causas proprias & necessitates judicem adierint, aliquem pulsantes lite, vel ab alio ipsi pulsati, vel [in communes totius corporis causas] syndico ordinato: Sub ea definitione, ut, si quis eorum hæc violaverit, & brevibus [29] parabolanis eximatur, & competenti supplicio subjugetur, nec unquam ad eandem sollicitudinem revertatur. Datum 3. Kalend. Octob. CP. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

De ludis & spectaculis.

In AUTHENT. de sanct. Episc. §. Interdicimus. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 10.

INterdicimus sanctissimis Episcopis, & presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & lectoribus, & omnibus aliis cujuslibet ordinis venerabilis collegii aut schematis constitutis, ad [30] tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi [31] gratia venire. † Si quis autem ex his in hoc deliquerit, jubemus, hunc tribus annis a venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium redigi: sed in medio tempore si se pœnitentem ostenderit, liceat sacerdoti sub quo constitutus est, tempus minuere, & hunc priori rursus ministerio reddere.

De parabolanis.

18. Iidem AA. Monaxio P. P.

P*Arabolanos* [32] qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, sexcentos constitui præcipimus: ita [33] ut per [34] arbitrium viri reverendissimi Antistitis Alexandrinæ [35] urbis de his qui antea fuerant, & qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam, sexcenti parabolani ad hujusmodi sollicitudinem eligantur: exceptis videlicet honoratis, & curialibus. † Si quis autem ex his naturali sorte fuerit adsumptus, alter in ejus locum pro voluntate ejusdem [36] sacerdotis (exceptis honoratis & curialibus) subrogetur, ita ut hi sexcenti [37] viri reverendissimi Sacerdotis præceptis ac dispositionibus obsecundent, & sub ejus cura consistant: reliquis, quæ dudum latæ legis forma complectitur, super his parabolanis, vel de spectaculis, vel de judiciis, cæterisque (sicut jam [38] statutum est) custodiendis. Dat. 3. Non. Febr. CP. HONORIO XII. & THEOD. X. AA. CONSS. 418.

Quæ mulieres cum clericis habitare possunt.

19. Iidem AA. Palladio P.Urb.

EUm [39], qui probabilem [40] seculo disciplinam agit, decolorari [41] consortio [42] sororiæ [43] appellationis non decet [44]: Quicunque igitur cujuscunque gradus sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur, extranearum [45] sibi mulierum interdicta consortia cognoscant, hac tantum eis facultate concessa, ut matres, filias, atque germanas [46] intra domorum suarum septa contineant: in his enim nihil sævi criminis existimari [47] fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quæ ante [48] sacerdotium maritorum, legitimum meruere conjugium: neque enim clericis incompetenter adjunctæ sunt, quæ [49] dignos sacerdotio viros sua conversatione fecerunt. Dat. 8. Idib. Maji, *Raven.* DN. THEOD. A. IX. & CONSTANTIO V. C. CONS. 420.

In AUTHENT. de Nupt. §. sed & si quis inter. col. 4. tit. 1. seu Novell. 22. cap. 42.

MUlto magis [50] ergo cessant eorum conjugia: soli enim cantores lectoresque nuptias contrahere permittuntur: aliis autem omnibus penitus interdicimus. Verumtamen si & ipsi ad secundas pervenerint nuptias, nequaquam ad sacerdotis culmen ascendant.

1 *l.* 53. §. 1. J. *h. t.* adde *l.* 16. J. *de decur.* 2 *l.* 56. & 104. *C. Theod. de decur. lib.* 12. 3 *l.* 5. J. *qui bonis cedere.* 4 Sapidiano, ut *C. Theod.* 5 *l.* 34. *C. Theod. h. t.* 6 *l.* 22. J. *h. t.* 7 Pœna violantis privilegia Ecclesiæ 16. *C. Theod.* 2. *l.* 34. 8 Communitas excommunicari potest. 9 Bannum remitti potest. 10 *l.* 35. *C. Th. h. t.* 11 16. *C. Theod.* 2. *l.* 35. id est, in synodo. 12 *Nov.* 123. *c.* 11. *in fin.* 13 Magistratus officium est seditiosos ministros Ecclesiæ increpare: sic Constantinus totam aliquando Tyri synodum non dubitavit reprehendere, quod Athanasio injuriam fecisset: imo & castigare, Socrates 1. *historiæ.* Sozomenus 1. idem Nicomediensem clerum suo jure reprehendit, eique pœnas minatus fuit, si quid turbaret aut misceret, *Theod.* 1. 14 Episcopatu repulsus, sacerdotium rursus petere non potest; Hic locus etiam ostendit, eosdem olim fuisse episcopos & sacerdotes: adde *distinct.* 50. 15 Improbis nulla defensio præstanda. 16 Pars interpolata *legis* 37. *C. Th. de episcopis*, *l.* 5. J. *de hæreticis & Manich.* conventiculas illicitas, Cujac. 2. *Feud.* 53. §. 1. *vers. conventicula.* Baldus legit *conventiculam*, quem vide *hic*, explicantem varias (per singulos locos) argumentandi species, ut Topicorum loco juris studiosis esse possint. 17 Quid licita? potestne sacrum epulum extra Ecclesiam celebrari? Vide *Novellam Leonis* 4. Potestne etiam baptismus extra templum conferri? vide *Novellam Leonis* 15. 18 Ut nullus omnino locus hæreticis pateat, vide *l.* 3. J. *de hæreticis & Manich.* est enim hæc vox *etiam* implicativa. 19 Publicatur domus, in qua fiunt illiciti conventus. 20 *D. l.* 37. *C. Th.* 21 v. *l.* 37. J. *h. t.* 22 *Nov.* 123. *c.* 17. *in fin.* 23 Substituto. *l.* 21. *infr. h. t.* 24 Monaxio. *C. Theod.* 25 Pars legis 42. *C. Theod. h. t.* adde *Novell. Leonis* 86. 26 Clerici non possunt esse advocati, aut procuratores, adde *l.* 26. *l.* 41. *in fin.* J. *h. t. Nov.* 123. *c.* 6. adde *distinct.* 88. 27 De quibus, v. *l.* 18. J. *h. t.* 28 16. *C. Th.* 2. *l.* 42. *Novell.* 123. *c.* 10. Lactantius *in Epit. c.* 6. gladiatorum sceleribus non minus cruore perfunditur qui spectat, quam ille qui facit &c. 29 *Al.* brevibus parabolani, *d. l.* 42. *C. Theod. h. t.* Brevis, hic, matricula est, in qua parabolani inscripti. 30 Ταβλίζειν vide *l.* 34. J. *de episcop. aud.* 31 Dixi *ad l.* 17. *s. h. t.* 32 *l.* 43. *C. Theod. h. t.* adde *l.* 17. *s. h. t.* qui & parabolarii Julio Firmico: paraboli Socrati: parabolani 16. *C. Theod.* 2. *l.* 42. 43. utque inibi notatum est in magine, Parabailani. Cæterum, ita dicti, quod se conjiciunt in magna pericula propter frequentem ægrotorum contactum. v. Cujac. *ad Nov.* 3. Sunt enim Græcis παράβολα summis periculis objecta, *Canon.* 2. *c.* 10. *num.* 5. Turneb. *advers.* 13. Alciat. 4. *disp.* 9. Goth. Parabolanos Accursius vult esse medicos, quem sequitur Tiraquell. *de nobilitate cap.* 31. *n.* 438. Alii deputatos servitio hospitalium, Ecclesiarum, vel Xenodochiorum, qui ut adscriptitii a cultura agrorum, a servitio ægrorum recedere non poterant. Cæl. Rhodigin. *Lect. Antiq. lib.* 28. *cap.* 11. Alciat. *dispunct. lib.* 4. *cap.* 9. Ans. Parabolani qui sint, vide Alciat. 4. *dispunct. cap.* 9. Turneb. *advers. lib.* 13. *cap.* 23. Cujac. *ad Novell.* 3. S. L. 33 Medici tamen constituebantur in municipiis non ab episcopo, aut præside, sed ab ordine, & possessoribus cujusque civitatis, vid. *l.* 1. *ff. de decretis ab ordine faciendis.* 34 Parabolanos medicos arbitrio antistitis Alexandrini electos hic locus apertissimo indicio est, unde parabolanos non simpliciter medicos, aut medicinam exercentes fuisse suspicio est, sed eos potius, qui certo genere voti & quasi religioso, curandis ægrotis pauperibus destinati publice: quales augusta Lutetia, unde mihi origo, paucis abhinc annis instituto sancto (neque dubito quin aliquando largius) ac certo numero constituit. Alias medici eligendi jus civitatum ipsarum fuit, *l.* 1. *ff. de decretis ab ordine faciendis.* 35 De Medicis & studio medicinæ in urbe Alexandrina, hoc scitu dignum refert Ammian. 22. *in fin.* ad commendandam, inquit, artis peritiam, medico pro omni experimento sufficit, si Alexandriæ dixerit se eruditum. 36 Cujus? utique Episcopi, de quo superius facta est mentio. Idem ergo antiquitus fuit sacerdos & episc. 37 Hæc est constans lectio librorum manu exaratorum; alii tamen reponunt satis confidenter ex Theodosiano Codice; *ita ut hi quingenti.* & paulo ante: *quingentos constitui præcipimus.* porro videantur ad pleniorem hujus legis intellectum Decius *ad cap. decernimus. col.* 4. *extr. de judiciis* & Felinus *ad cap.* 1. *de summa Trinit. & fide Cathol.* Mod. 38 *l.* 17. *s. h. t.* 39 *l.* 44. *C. Theod. h. t.* Goth. Vide *Novell.* 123. *cap.* 29. *& ibi notat.* Petr. Bugnon. *de leg. abrog. lib.* 4. *sat.* 98. Ans. Vult autem hæc constitutio, ut clerici, qui nuptias contrahere canonibus vetantur, ἐπείσακτον mulierem domi adscitam, & quasi focariam, & ut eo tempore loquebantur, sororem habeant excepta matre, filia, sorore & similibus, quæ ab omni suspicione immunes; Episcopos vero nullam etiam earum, nisi episcopatu privari velint. 40 Probabilem in seculo disciplinam agit, cujus secta atque conditio honesta est. 41 Id est, dehonestari. 42 Quatenus hæc præsumptio similitudinis morum cum iis, quibus familiariter utaris, se extendat, vide apud Tiraquellum *in Legibus Connubialibus* 5. *part.* 1. *gl. n.* 25. *& part.* 16. *n.* 15. *&* 16. quibus conjunge *l. ædiles.* §. *Pædius. ff. de ædilit. edict. & Auth. de Monach.* §. *cogitandum. in fin.* Mod. 43 Ita solebant quondam clerici συνεισάκτους mulieres, sorores, matres aut filias, appellare, ut propudia sua (sub his videlicet pietatis nominibus) obtegerent. Id quod Hieronymus indicat, *in libro ad Rusticum monachum de vivendi forma: & in libro de vitando suspecto contubernio: & in eodem sermone Joh. Chrysostomus: & Ancyranum Concilium cap.* 18. Goth. Ex consuetudine & familiaritate similis vitæ sumitur præsumptio. Vid. Tiraquell. *de leg. Connub.* 5. *part. gloss.* 1. *num.* 29. Cujac. *lib.* 2. *observ.* 29. 44 Græci ita distinguunt inter presbyteros, diaconos, subdiaconos, & episcopos. Illis licet συνεισάκτους habere: his non æque. *Synops. Basil. tit.* 3. *cap.* 41. 45 §. 1. *tit.* 1. *de presb. & diaconis ne habitent cum mulierib. cap.* 1. *legum Boicariorum:* adde *Novell.* 123. *c.* 29. *Nov.* 133. *c.* 3. *Nov.* 137. *c.* 1. *in fin.* quas Ruffin. Aquilejensis *in cap.* 3. *Nicæni Concilii*, συνεισάκτους interpretatur. Alii vertunt subintroductas, intromissas & adscititias, *can. nullus. c. interdixit*, *dist.* 32. Superinductam vertit interpres *Nov.* 123. *c.* 29. quam ἐπεισάκτους Græci, 3. *Eclog.* 1. *cap.* 41. adde *cap.* 39. *Aquisgranensis Concilii: & cap.* 4. *Arelatensis secundi.* Euseb. 7. *hist.* 30. ubi Rhenanus ex Chrysostomi quodam sermone, quales eæ mulieres fuerint, diligenter interpretatus est, vid. Cujac. 2. *observ.* 29. ut non male jactarent in eos illud Martialis, 12 *epigram.* 20. Quare non habeat, Fabulle, quæris Uxorem, Themison? habet sororem. vid. Cujac. *ad Novell* 6. *in fin.* Tibullus: Hæc tibi vir quondam, nunc frater, casta Mececa Mittit. Seneca *in Phædra*, Me vel sororem, Hippolyte, vel famulam voca. Petronius, Recipies nervos tuos, si triduo sine fratre dormieris. Idem: Concilio tibi, o juvenis, sororem. Martialis, 2. *epigr.* 4. Fratrem te vocat, & soror vocatur. Idem 10. *epigr.* 65. Quare desine me vocare fratrem, Ne te Carmenion vocem sororem. 46 In Nicæno concilio additur θεία. & quælibet hujusmodi necessitudine conjuncta mulier, ut procul absit omnis ab ea suspicio, adde *l.* 7. *ff. de usu, & habit.* 47 Non præsumitur fornicatio, incestus, aut crimen inter consanguineos, *l.* 34. J. *ad leg. Jul. de adult.* vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 34. *l.* 68. *ff. de rit. nupt.* adde Wurms. 1. *pract.* 21. *cap.* 2. 48 Episcopus, sacerdos aut clericus eam quæ uxor ante Sacerdotium fuit, domi habere potest. 49 Videtur alludere ad *vers.* 14. 16. *Epist.* 1. *ad Corinth. c.* 7. 50 Sensus est, Si non permittitur ad tempus alicui mulierem domi habere, multo minus in perpetuum, jus enim illud ma-

In

In AUTHENT. quomodo oportet Episc. §. hæc autem. versic. neque autem. col. 1. tit. ult. seu Novell. 6. cap. 5.

EPiscopo [1] *nullam mulierem secum habere permittitur: sed si habere probetur, ab Episcopatu dejiciatur, quo se fecit indignum.*

De bonis clericorum & monachorum.

20. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Taurum Præfect. P. & Patricium.

SI [2] quis presbyter [3], aut diaconus, aut diaconissa, seu subdiaconus, vel cujuslibet alterius loci clericus, aut monachus, aut mulier, quæ solitariæ vitæ dedita est, nullo condito testamento decesserit; nec ei parentes utriusque sexus, vel liberi, vel qui agnationis cognationisve jure junguntur, vel uxor extiterit; bona quæ ad eum, vel ad eam pertinuerunt, sacrosanctæ [4] Ecclesiæ, vel monasterio, cui [forte] fuerat destinatus, aut destinata, omnifariam socientur: exceptis [5] his facultatibus, quas forte censibus adscripti, vel juri patronatus subjecti, vel curiali conditioni obnoxii clerici, vel monachi, cujuscunque sint sexus, relinquunt. Neque enim justum est; bona, seu peculia [6], quæ aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latæ constitutionis sub certa forma pertinere noscuntur; ab Ecclesiis, aut monasteriis detineri: actionibus videlicet competentibus sacrosanctis Ecclesiis, vel monasteriis reservatis, si quis forte prædictis conditionibus obnoxius, aut ex gestis negotiis, aut ex quibuslibet aliis Ecclesiasticis actionibus obligatus obierit. Dat. 14. Kalend. Jan. ARIOVINDO & ASPERE [7] CONSS. 434.

In AUTHENT. de Monachis. §. illud quoque. col. 1. tit. 5. seu Novell. 5. cap. 5.

NUnc autem cum monachus factus est: hoc [8] *ipso suas res omnes obtulisse monasterio videtur, si prius testatus non sit, & exinde de judicio ejus cessante, lege disponitur: ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus substantiæ monasterio destinatæ detrahatur, ne quid contingat, circa liberos iniquum* [9] *salvo tamen jure uxoris, & aliorum creditorum.*

De muneribus curiæ.

21. Iidem AA. Thomæ Præfecto Prætorio.

AD [10] similitudinem [11] tam episcoporum orthodoxæ fidei, quam presbyterorum & diaconorum, hi, qui honorario titulo [12] illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos [13], periculo [14] suarum facultatum, curiæ muneribus satisfacere non vetentur. Dat. 4. Non. April. CP. ISIDORO & SENATORE COSS. 436.

De accusatione episcopi. 1. De privilegiis ecclesiarum. 2. De literis systaticis.

22. Iidem AA. FLORENTIO P.P.

SI qua per calumniam [15] postulatio super criminalibus causis apud competentem judicem deposita exhibitionis causa fuerit, sacrosanctæ religionis antistiti triginta pondo auri condemnatione [16] publicis calculis inferenda, ut percellatur, præcipimus. §. 1. Quin etiam omnia privilegia [17], quæ sacrosanctis Ecclesiis confugarum, aut clericorum, decanorum, aut aliorum Ecclesiasticorum causa, legibus sunt præstita, intacta atque illibata servari.

§. 2. Præterea, jubemus, ut omnes clerici atque monachi, qui de suis [18] civitatibus ad hanc almam Urbem Ecclesiastici negotii, vel religionis causa proficiscuntur, litteris [19] episcopi [20], cui unusquisque eorum iter faciens obsequitur, muniti adveniant: sciturі, quod si citra hanc fiduciam accesserint, sibimet imputabunt, quod non clerici vel monachi esse putabuntur [21]. D. THEOD. A. XVII. & FESTO COSS. 439.

In AUTHENT. de sanct. episc. §. sed neque pro qualibet. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Nov. 123. c. 8.

NUllus episcopus invitus ad [22] *civilem, vel militarem judicem in qualibet causa producatur, vel exhibeatur, nisi Princeps jubeat: judex autem, qui duci, vel exhiberi imperaverit, post cinguli privationem, viginti libras auri Ecclesiæ illi, cujus episcopus est, persolvat: executore post cinguli privationem verberibus subdendo, & in exilium deportando.*

De Fabiano seu Flaviano & Eutychete.

23. [23] Impp. VALENT. & MARCIAN. AA. Palladio, Præfecto Prætorio.

QUoniam venerabilis recordationis Fabianus [24] hujus almæ Urbis episcopus, cum venerabilis synodi innumerabilium pene sacerdotum, qui Chalcedone [25] convenerunt, tanto & tali decoratus est testimonio, ut Eutyches, qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus uno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnosa memoria [26], Fabiani autem laudabilis recordatio relevetur [27]. Data Constantinopoli, pridie Nonas. Asporatio [28] V. C. & qui fuerit nunciatus CONSS. * [29].

De relicto pauperibus.

24. Iidem AA. Palladio Præfecto Prætorio.

ID, quod pauperibus [30] testamento vel codicillis relinquitur, non ut incertis [31] personis relictum evanescat, sed omnibus modis ratum firmumque consistat.

De foro competenti. 1. De cautione. 2. De sportulis.

25. Imp. MARCIANUS A. CONSTANTINO P. F. P.

CUm clericis in judicium vocatis pateat episcopalis audientia [32]: volentibus [33] tamen actoribus, si actor disceptationem sanctissimi Archiepiscopi noluerit experiri, eminentissimæ tuæ [34] Sedis examen contra catholicos sub viro reverendissimo Archiepiscopo hujus Urbis clericos constitutos, vel contra reverendissimum Oeconomum, tam de suis, quam de Ecclesiasticis negotiis, sibimet noverit expetendum: qui in nullo [35] alio foro, vel apud quemquam alterum judicem eosdem clericos litibus irretire, & civilibus vel criminalibus negotiis tentet innectere. §. 1. Memorati autem reverendissimi clerici orthodoxarum Ecclesiarum, quæ sub viro religiosissimo antistite hujus inclytæ Urbis sunt; in causa, in qua vel ipsi, vel procuratores [36], quos pro se dederint, sententiarum tuarum auctoritate [37] pulsantur; executoribus, per quos cœperint conveniri; fidejussorem, sacratissimæ hujus Urbis Ecclesiæ œconomum, vel defensorem præbeant; qui usque ad quinquaginta libras auri fidejussor existat. Ipse vero reverendissimus œconomus almæ hujus urbis ecclesiæ lite pulsatus, fidejussorem pro se non præbeat: ut [38] pote qui & aliorum [39] clericorum fidejussor futurus est, sed fidei [40] suæ committatur. Quod si lis diversorum (excepto reverendissimo œconomo) clericorum, quæ agitanda sit, memoratam summam videatur excedere: clericus lite pulsatus, det executori pro residua quantitate cautionem suam: cui nullum tamen insertum erit jusjurandum: quia ecclesiasticis regulis, & canone a beatissimis episcopis antiquitus instituto, clerici [41] jurare [42] prohibentur. §. 2. Statuimus autem, ut executoribus idem reverendissimus œconomus, vel alii diversi clerici sub beatissimo Archiepiscopo hujus splendidissimæ civitatis, sententiarum tuarum auctoritate commoniti, duos solidos tantummodo dent pro commonitione sua, & pro institutione procuratoris, si per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diversos apparitores eminentiæ tuæ, in his quæ ex consuetudine præbentur officio, observari in causis prædictorum clericorum jubemus; ut litis sumptus vel expensæ a clericis pauciores humanioresque [43] præstentur. Dat. 8. * April. VARARI [44] & JOANNE COSS. 456.

In AUTHENT. de sanct. Episc. §. sportularum. coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. c. 28.

SEd hodie nulla persona in ecclesiastico officio constituta, in qualibet causa criminali, vel pecuniaria cujuscunque quantitatis, vel diaconissa, vel monachus, vel ascetria, vel monacha amplius quatuor siliquis [45] *permittantur dare: nisi cum ex jussione Principis ad alias provincias vocantur: ubi non ultra unum solidum accipiet executor.* † *Episcopus pro rebus ecclesiæ suæ nihil præstet nomine sportularum: actiones contra ecclesias propositas œconomis suscipientibus, vel illis, qui in eam causam sunt ordinati.* † *Qui contra hoc exegerit, in duplum, quod exactum est, reddet, nudandus cingulo, si miles est: si clericus, a consortio clericorum removendus.*

De sportulis ut supra. De cautione ab actore præstanda.

In AUTHENT. de litigios. §. ad excludendas. col. 8. tit. 13. al. tit. 8. seu Novell. 112. c. 2.

GEneraliter autem judex provideat, libellum pulsato non porrigi, sportulasve ab eo non exigi, nisi prius & in libello actor, per se, aut per tabularios conscribat, & actis

trimonio quis adipiscitur. §. 1. *Instit. de patr. pot.* 1 3. *Eclog. cap.* 41. 2 *l. unic. C. Theod. de bonis clericorum. lib.* 5. *tit.* 3. 3 Clericus: aliud in episcopo. vide Cujac. *ad Nov.* 131. 4 *Nov.* 131. *c.* 13. *in fin.* Goth. Vide Salicet. *hic*, Roman. *Cons.* 296. Tileman. de Benignis *observ.* 40. *fol.* 27. Ans. 5 Post liberos agnatos & cognatos & uxorem, curiam, patronum, & dominum, intestati religiosi bona ad monasterium deferuntur. *Goth.* Vide Gudelin. *de Jure Noviss. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 25. Ans. 6 *l.* 50. 51. *infr. h. t. Novell.* 123. *cap.* 29. 7 18. *C. Theod.* Aspare. 8 Hoc hodie ut verum sit apud Gallos, dixi ad Authenticam Ingressi 13. *supr. tit. prox.* Goth. Confer. *can.* 9. *caus.* 19. *quæst.* 3. Ans. 9 Legitimam auferre filiis iniquum est. 10 Sumpta hæc lex est ex *l.* 187. *C. Theod. C. de decur. lib.* 12. Igitur Curiæ muneribus per substitutos periculo suarum facultatum satisfacere jubentur episcopi, presbyteri, diaconi, illustres. 11 Argumentum ab episcopis ad illustres personas nota, Episcopi similes illustribus, non sunt tamen illustres: aliud in Cardinalibus Baldus existimat. 12 Vid. *l. ult. C. ubi Senat. vel Clariss.* Bald. *hic.* Fr. Mignon. *ad Consuetud. Andegavens. fol.* 121. Ronchegal. *ad l.* 5. *ff. de duob. reis. num.* 29. 32. 33. 34. Ans. 13 Ob dignitatem supervenientem potest quis servire per substitutum. 14 Substituens suo loco aliquem, suo periculo substituit. 15 Pœnam calumniatoris episcopi observa. 16 Τῷ δημοσίῳ, id est, publico aut fisco, *Syn. Basil.* 60. *tit.* 1. *ex lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. 6. Harm. 9. §. 2. ut sit sensus, eum qui in crimine aliquo Episcopum calumniatus fuerit, 30. auri libras fisco pendere. 17 Privilegia ἐκκλησιαστικὰ firma esse debent, *Synopsis ibid.* 18 Clerici peregrini sine literis testimonialibus diœcesani venientes non habentur pro clericis, adde *Nov.* 86. *c.* 1. *in fin.* & Cujac. *ib.* 19 Et quidem signatis, alias non faciunt fidem, de hujusmodi litteris, vide Rebuffum *tom.* 2. *tract. de literis requisitor. num.* 7. 20 Ut ne clericus aut monachus habeatur ὁ συλλαβῶν (alii γραμματῶν) ἐκτὸς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου τὸ κομητάτον (alii τὴν πόλιν) καταλαμβάνων *Synopsis ib.* qui absque litteris seu syllabis epistolis episcopi sui comitatum aut Urbem adierit, συλλαβαὶ igitur epistolæ ac literæ: quæ commendatitiæ ab Augustino: formatæ in actis Concilii Antiocheni dicuntur 71. *dist. c. pen. & ult.* Goth. vid. Bart. *hic. n.* 2. Bald. *part.* 3. *Cons.* 320. Oldrad. *Cons.* 100. Ans. 21 An percutiens ignoranter dominum, vel clericum, incidat in feloniam vel canonem, vid. Molin. 1. *consuet.* 30 *num.* 150. 151. 152. 153. 22 Episcopus non trahitur invitus ad judicium seculare, *Salicet.* Goth. Confer *c.* 8. *caus.* 11. *q.* 1. Quando tamen sine pœna ad Judicem laicum trahi possint, vide Vasq. *illustr. controvers. cap.* 5. *num.* 17. Ans. 23 Hanc constitutionem integram e manuscriptis eruit Leunclavius in notis ad *Synopsin Basil. c.* 98. 24 Flavianus Episcopus Constantinopolitanus: de quo vide Evag. 2. *hist.* 4. De ejusdem rescripto ad Leon. V. tom. 1. Conciliorum: vid. *in Epist. Leon. fol.* 639. Ejusdem rescriptum de fide ad Theodosium. *Acta Concilii Chalcedon. fol.* 716. Ejusdem appellationem a Dioscori sententia, *ibid. Act.* 1. *fol.* 823. Cujus meminit Photius 9. *Nomocanonis* 9. 25 vid. *l.* 4. *supr. de summa Trinit.* 26 Sceleratorum memoria abolenda. * Vid. Decian. *pract. crimin. lib.* 5. *cap.* 57. *fol.* 421. Historiam hujus text. vid. apud Guidon. Panciroll. *var. lect. lib.* 2. *c.* 169. Niceph. *lib.* 14. *cap.* 47. Ans. 27 *Reveletur.* 28 *Sporatio.* 29 452. 30 Pauper, parum: inops, nihil habet. 31 Cur ita? jus & nomen heredis datur episcopis, œconomis, & xenoni. Nomen, ut sint heredes: jus, ut debita exigant, & creditoribus defuncti respondeant, & pauperibus relicta dividant, *l.* 49. §. 1. J. *h. t.* An ut Falcidiam vel Trebellianicam detrahant, quasi legatis aut fideicommisso onerati? non detrahunt, *d. l.* 49. alias non valet legatum, *l.* 18. *in fin. ff. de usufr. legat.* §. 25. *Inst. de leg.* Ulp. 22. §. 4. Incertis tamen de certis legare possumus, *dict.* §. 25. *l.* 4. *ff. de reb. dub.* nisi de libertate agatur, *l.* 31. *ff. de manu. test.* At hic ut sint incertæ personæ, certa tamen sunt subjecta pietatis exercendæ. Pauperes sunt instar collegii quod vicem personæ repræsentat teste Baldo (apud quem hic vide integrum tractatum de executoribus testamentariis) quin & hoc casu, legatum certum dici potest, quia Deo relictum, qui certus est: sed & id privilegio fieri dici potest: vel certos pauperes demonstrari ab executore testamentario vel legitimo, puta episcopo, *l.* 28. §. 1. J. *h. t.* 32 Videtur esse pars legis *Decernimus* 13. J. *de episcopali audientia.* 33 *l.* 13. *in fin. l.* 29. J. *de episcopali audientia.* Hinc collige, Ex pluribus legitimis judicibus electionem permitti actori. Ubi reus habet plura fora jure communi non privilegiato, electio est actoris, *Bald.* 34 Id est, Præfecti Prætorio, *l.* 33. *in fin. infr. h. t.* & ita Clerici Constant. conveniri poterant, vel coram episcopo Constant. vel præfecto. Civiles enim magistratus, initio judices sacerdotum & clericorum fuere. 35 Ubi certi judices delegati nullus alius potest cognoscere. 36 Citatio prima potest incipere a procuratore. vide *l.* 3. *ff. de alimentis & cibar.* 37 In criminalibus (secus in civilibus) sine præcepto judicis reus citari non solet. Hujusmodi commissio est interlocutoria. *Bald.* 38 Sensus est, qui nomine alieno fidejubet, suo cavere non tenetur. 39 Fidejussor clericorum, œconomus, *l.* 33. §. 2. J. *h. t.* 40 Qui fidei suæ committantur, alibi dicam. 41 Juratoriam cautionem clerici non præstant. 42 Ullo modo, ulla in causa. At forte de calumnia jurare tenentur? Cujac. negat. *Nov.* 49. *in fin.* ubi notat illas formulas concisas jurandi: Si Deus, *ex Juliano:* Si valeas, *ex Gregorio Turonensi.* Reperio tamen œconomum jurare cogi, *Authen. Hoc jus porrectum* 14. *post l.* 14. s. *tit. prox. l.* 1. J. *de jurejur. propter calumn.* 43 Hinc colligunt, Humanius agendum cum clerico, quam cum laico, quibus reclamat *lex* 8. *in fin.* s. *h. t.* 44 Varane. 45 Siliqua seu sicilicum, *l.* 21. §. 2. *ff. de ann. & menst.* Græci κεράτιον vicesimaquarta pars nummi sive solidi. Apud Gallos aurifices *Carat*, est vicesimaquarta pars auri puri. vid. Molin. *de usuris, num.* 64. 68. De fili-

inter-

intervenientibus fidejussorem idoneum [1] *periculo competentis officii praestet.* Quod [2] tusque ad finem litis permaneat, eamque vel per se, vel per procuratorem exerceat: &, si convictus fuerit injuste movisse litem, expensarum sumptuumque nomine decimam [3] partem quantitatis in libello comprehensae pulsato restituat: *aut si fidejussorem dare non valet, super iisdem juratoriam exponat cautionem, & tactis* [4] *sacrosanctis evangeliis, adfirmet,* se fidejussorem dare non posse: *poena judicis & ejus officio imminente, si aliter versati fuerint, in denis libris auri: executoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exilium: nisi causa moveatur ex consensu utriusque partis.*

De reliquiis sanctorum.

26. Imp. LEO A. Juliano [5] Praefecto Praetorio.

Decernimus, ut posthac neque monachi, neque quicunque alii cujuscunque status atque fortunae in aedes [6] publicas, vel in quaecunque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem [7] crucem & sanctorum martyrum reliquias illicite inferre [8] conentur, vel occupare [9] audeant ea, quae vel ad publicas causas, vel ad populi oblectamenta constructa sunt. Cum enim religiosae aedes non desint; possunt ibi, consultis prius (ut oportet) religiosissimis Episcopis, reliquias sanctorum martyrum, non quorundam usurpatione, sed arbitrio reverendissimorum Antistitum collocare. Ideo patientiam & modestiam suam, quam leges nostrae & publica disciplina, & ipsorum monachorum nomen [10] exposcit, studiose unusquisque, tam monachus, quam cujuslibet alterius professionis retineat, & perpetuo observare procuret.

De his, qui officia, seu munera expleverunt. De primipilaribus.

27. Idem A. Eutychio P.P.

Quisquis emensis [11] militiae suae stipendiis, expletisque officiis, sive muneribus, quae cuicunque conditione, aut consuetudine, aut lege debebantur, ad [12] consortium se contulerit clericorum, & inter ministros verae orthodoxae fidei maluerit, & elegerit numerari, nullius prorsus sententiae acerbitate revocetur: nec a Dei templis, quibus se consecravit, importunis intentionibus abstrahatur: sed in iisdem beatissimis ministeriis securus permaneat & quietus, ad quae post longi laboris lassitudinem ob reliquae vitae requiem consilio meliore protractus est: his actionibus, si quae contra eum ejusque patrimonium legitima intentione competunt, pro juris ordine responsuris [13]: exceptis primipilaribus [14], quos praeceptis tui culminis, & publicis utilitatibus in perpetuum esse subjectos, sacratissimae constitutionis statuta sanxerunt.

Legatum relictum in redemptionem captivorum valet, non obstante incertitudine personarum.

28. Idem & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P.P.

Nulli licere [15] decernimus, sive testamento heres sit institutus, sive ab intestato succedat, sive fideicommissarius, vel legatarius inveniatur, dispositiones pii testatoris infringere [16], vel improba mente violare, adferendo incertum esse legatum [17], vel fideicommissum, quod [18] redemptioni captivorum relinquitur: sed modis omnibus exactum, pro voluntate testatoris, piae rei negotio proficere. §. 1. Et si quidem testator designaverit, per quem desiderat redemptionem fieri captivorum, is, qui specialiter [19] designatus est, legati vel fideicommissi habeat exigendi [20] licentiam, & pro [21] sua conscientia votum adimpleat testatoris. † Sin autem persona non designata, testator absolute tantummodo summam legati, vel fideicommissi taxaverit, quae debeat memoratae causae proficere: vir reverendissimus [22] Episcopus [23] illius civitatis, ex [24] qua testator oritur, habeat facultatem exigendi: quod hujus rei gratia fuerit derelictum, pium defuncti propositum sine ulla cunctatione, ut convenit, impleturus. §. 2. Cum autem vir religiosissimus Episcopus hujusmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit consecutus: statim gestis [25] intervenientibus, earum quantitatem, & tempus, quo eas susceperit, apud Rectorem provinciae publicare debebit: Post unius vero anni spatium, & numerum captivorum, & data pro his pretia eum manifestare praecipimus: ut per omnia impleantur [tam] piae [26] deficientium voluntates: Ita tamen, ut religiosissimi Antistites gratis [27], & sine ullo dispendio praedicta gesta conficiant: ne humanitatis obtentu relictae pecuniae, judiciorum dispendiis erogentur. §. 3. Quod si testator [28], qui hujusmodi legatum vel fideicommissum non designata persona reliquit, Barbarae sit nationis, & de ejus patria aliqua emerserit ambiguitas, vir reverendissimus Episcopus civitatis ejus, in qua [idem] testator defunctus est, ejusdem habeat legati seu fideicommissi petitionem, defuncti propositum modis omnibus impleturus.

§. 4. Quod si in vico, vel territorio testator mortem obierit, illius civitatis vir reverendissimus Episcopus exactionem habebit, sub qua vicus, vel territorium [29] esse dignoscitur. §. 5. Et ne pium defuncti propositum improba fraudatorum calliditate celetur: quidquid pro hujusmodi causa a testatore relictum fuerit, universi [30], qui id quocunque modo cognoverint, vel in viri clarissimi Rectoris provinciae, vel in urbis Episcopi notitiam deferendi liberam habeant facultatem: nec delatoris [31] nomen suspicionemque formident: cum fides atque industria eorum tam laude, quam honestate, ac pariter pietate non careat, cum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint.

In AUTHENT. de Eccles. tit. §. si quis autem pro redemptione. col. 9. tit. 14. al. tit. 6. seu Novell. 131. cap. 11.

Licet [32] *testator, vel donator interdixerit* [33] *si aliquid ad hoc participium in ea re habere. Idem est in oeconomo.* §. 1. *Sed si hi, qui facere jussi sunt, neglexerint* [34], *semel vel bis ab Episcopo vel Oeconomo admoniti per* [35] *publicas personas amittant lucrum* [36], *quod eis contingebat ex voluntate defuncti: & Episcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum: & illud* [37] *quod distribui debet, distribuere: quod si non fecerit, rationem reddere debet.*

29. [38] Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Zenoni Stratego.

Qui in monasteriis degunt, potestatem inde exeundi ne habento, vel in Antiochensi civitate, seu aliis quibuscunque civitatibus [19] conversandi: exceptis duntaxat apocrisiariis, quibus licentiam damus volentibus, ut apocriseon [40] solarum causa exire possint. † Caveant autem hi qui ita exibunt, ne de religione vel doctrina disputent [41], vel conciliabulis [42] praesint, vel turba concitata simpliciorum animos seducant: sciturі, quod si nostrae pietatis statuta neglexerint, legum austeritati subjicientur. Dat. Kal. Jun. CP. LEONE & PROBIANO CONSS. 466.

30. [43] *De excommunicatione.*

Episcopis interdicimus, ne quem a sacrosancta Ecclesia vel communione segregent nisi [44] justa causa probata sit. Qui vero citra probationem hanc segregat, a sacra communione quoddam ad tempus arcetur.

De electione episcopi.

31. Iidem AA. Armasio [45] Praefecto Praetorio.

Si quemquam vel in hac regia urbe, vel in caeteris provinciis, quae toto orbe diffusae sunt, ad episcopatus gradum provehi Deo auctore contigerit, puris [46] hominum mentibus nuda electionis conscientia, sincero omnium judicio proferatur. Nemo [47] gradum sacerdotii pretii venalitate [48] mercetur: quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, aestimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quae causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur; quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, si auri [49] sacra fames in penetralia veneranda proserpat? quid denique cautum esse poterit, aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus [50] ardor [51] avaritiae, & a sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus: ut quocunque locorum pervenerit, omnia vitae propriae

quarum exactionibus, de oneribus monopolii, aurariae functionis, & siliquatici, vid. Cujac. 16. *obs.* 23. 1 Jure veteri actor non tenebatur satisdare, *pr. instit. de satisd.* vid. Bugn. *de legib. abrog. l.* 1. *c.* 228. Ans. 2 Hodie auditur actor persequens litem, licet de ea prosequenda ad finem usque vel de solvendis expensis non caveat, v. Rebuff. *in prooem. const. gloss.* 5. *num.* 37. Roland. a Valle, 1. *cons.* 71. *num.* 19. Demus eam solennitatem desuetudine non sublatam, omissam esse, num vitiabitur processus? negat Rolandus a Valle *ibid. num.* 25. Cur? ordo judicii non consistit proprie in praeparatoriis, quorum omissio (excepto libello) non vitiat: maxime si non sint petita, *ibid. num.* 26. Merito autem sublata est ea necessitas satisdandi; alioquin egeni suum judicio nunquam recuperarent, utpote satisdatione destituti. 3 Decima haec apud Gallos non praestatur, nisi in Curia parvi sigilli Montispessulani. Rebuff. *d. loco. n.* 17. 4 Vid. quae not. *ad Auth. sed judex. post l.* 7. *h. t.* 5 Viviano.
6 Ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται, in publico loco vel ubi spectacula populo exhibentur. *Syn. Basil.* 1. *tit.* 1. περὶ λειψάνων ἁγίων, *c.* 5. & *c.* περὶ σταυροῦ τιμίου. *c.* 15. adde *l.* 26. §. 4. *de episcop. aud.* 7 1. *Synops.* 1. *tit.* περὶ λειψάνων. *c.* 5. & *tit.* περὶ σταυροῦ τιμίου *cap.* 15.
8 Eadem ratione templa paganorum everti vetant Imperatores, *l.* 3. *de paganis sacrif.*
9 Huc tamen refer dictum Alexandri Severi *ex Lampridio.* Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii dicerent sibi eum deberi, rescripsit, melius esse ut quomodocunque illic Deus coleretur, quam popinariis dederetur. 10 De Monachi etymo & officio, v. *diligenter* 12. *can. placuit omnibus,* 14. *dist.* 12. & *can. placuit communi,* 8. *caus.* 16. *q.* 1. 11 i. e. Impletis. 12 V. *l.* 4. *supr. h. t.* 13 Per procuratorem, *Novell.* 123. *cap.* 27. 14 Primipilariorum causa ita durior est quam aliorum. adde *de primipilo.* 15 Ad intellectum hujus leg. vid. Barbos. *de jure Eccl. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 27. & *seq.* Ans. 16 Summae improbitatis est pia defunctorum judicia infringere.
17 Colligitur hinc vulgo, nec male, propter incertitudinem personarum non vitiari legatum relictum in redemptionem captivorum, ut & ex §. seq. negligentiam executorum efficere, ut episcopo facultas exequendi sit, qui cur ea teneatur observare, quae tenebatur executor, vide apud Jasonem *in l. si eum. §. qui injuriarum. ff. si quis caut.* & an possit alii committere, Decium *cons.* 72. in 2. *col.* sic autem etiam restitutio pro male ablatis per episcopum fit. Felinus *ad cap. cum sit n.* 3. *extr. de jud.* de fructibus vero perceptis per heredem ante constructionem monasterii quid juris sit, item quid de commutatione relicti pro monasterio, an illa sit in episcopi vel Papae tantum manu. vide Bart. *cons.* 58. & 59. *cum seq. lib.* 2. & eundem *ad l. legatum de usufructu legato.* & *ad l. fin. de oper. publ.* rursumque *cons.* 109. *lib.* 2. denique ne episcopus post annum elapsum possit effici executor, vide cautelam Coepol. *caut.* 207. 18 Redimendos ad captivos quod relinquitur, non habetur pro legato incertis personis relicto, *l.* 24. *h. t. l.* 49. §. 2. *h. t.*
19 Executor specialiter est nominandus in testamento. De executoribus testamentorum v. Baldi tractatum *in l.* 24. *supr. h. t.* Bartolum *ad l.* 9. *in princip. num.* 6. *ff. de alim. vel cibar.* Ferrariensem *in forma libelli reddendae rationis tutelae* 35. *in verbo, ac executores* 6. 20 Executor ad pias causas agere potest adversus heredem gravatum. 21 Executorem defuncti testamentarium, vel legitimum non posse alteri officium, & munus suum committere, hinc colligitur. Imo ne quidem ei jus substituendi a testatore dari posse nisi ad pias causas, notant, vid. Tiraquell. *privileg.* 31. *piae causae.* 22 Executor legitimus testamenti ad pias causas, Episcopus. 23 V. *l.* 50. *in fin. ff. de hered. pet.* 24 *Leg.* in qua testator moritur, *ut in* §. 3. *h. t.* 25 Executor testamenti inventarium rerum acceptarum facere tenetur, & rationem reddere. Si ita est, ejus bona tacite subjiciuntur hypothecae. facit *lex* 20. *in fin. supr. h. t.* 26 An impiae, injustae, an superstitiosae? v. *l.* 14. §. 5. & 6. *ff. de religiosis:* adde *l.* 5. §. 9. *ff. de admin. tut. l.* 1. §. 1. *ff. ubi pupilli educar.* 27 Hinc illud, gratis accepistis, gratis date, *Matt.* 10. *v.* 8. 28 Vid. Bugn. *de legib. abrog. l* 5. *sat.* 15. 29 Id est, fundus, adde *l.* 30. *ff. ad municip.* 30 Cuilibet legatum ad pias causas deferre licet.
31 *l.* 2. *in fin. de jure fisci.* 32 Testatore etiam invito, episcopus se pro ejus voluntate exequenda ingerere potest. *Salicet.* 33 Hujusmodi interdictio formam jure communi constitutam mutare non potest. *Bald.* 34 Qui negligit voluntatem defuncti implere, commodo sibi relicto privatur, *l.* 25. *de legatis.* 35 Iterata monitio per publicam personam facta, constituit debitorem in mora. 36 Quid si filius heres moram committat in relictis ad pias causas praestandis, an hereditate privabitur? Non privabitur, aeque ac si in libertate praestanda moram admitteret, *l.* 1. §. *sin autem.* 2. *de comm. servo.* Et ideo hic privari lucro dicitur: hereditas autem liberis quasi debita est. Praeterea si id ita esset, onus legitimae imponeretur a patre, contra *l. quoniam.* 29. *de inoff. testam.* & exheredaretur filius instituta Ecclesia contra consilium Augustini, 17. *quaest.* 4. *can. ult.* Atqui filius moram admittens in relictis ad pias causas praestandis hereditate paterna privari dicitur, *c. licet. ext. de voto?* Nempe quia in illa specie filius juraverat, se votum patris impleturum. Deinde nihil vetat hereditate privari, & tamen legitimam consequi. Et haec aequiora sunt, nimirum, ut ne filius moram admittens in legatis ad pias causas praestandis hereditatem patris amittat, imo nec jus primogeniturae, *arg. l.* 67 §. 1. *D. de leg.* 1. vid. Covarruviam *in c. si heredes. de testam.* 37 Lucrum sc. 38 Interpretatio Contii. 39 Hinc illud, si cupis esse, quod diceris, quid facis in urbe, 16. *quaest.* 1. *can. si cupis,* adde *l.* 53. §. 3. *h. t.* 40 Id est, responsionum. vid. *Nov.* 123. *c.* 25.
41 Adde *l.* 4. *supr. de summa Trin.* 42 *l.* 15. *in fin. sup. h. t.* 43 Interpretatio Leunclavii *ex epitome Basilicon Michaëlis Procons. Ataliensis.* 44 Id est, non levibus de causis, 11. *q.* 3. *c. nullus sacerdotum* 42. & *c. certum est pro his tribus criminibus.* 43. 45 Hanatio, ut *l.* 14. *sup. de sacros. Eccles.* 46 Episcopus mente pura, nuda conscientia, sincero judicio eligendus. *Goth.* Facit *can.* 4. *caus.* 15. *q.* 3. vid. Montan. *de tutel. cap.* 26. *num.* 53. Ans.
47 Episcopatus (ut & beneficii) incapax quis redditur ambitu, seu Simonia, *ut hic, c. nobis de simonia, c. cum clericis. de pact.* ut & alibi ob crimen haereseos, *can. odit.* 62. 1. *q.* 1. schismatis, *c. inter haeres.* 24. *q.* 3. majestatis, *c. felicis. de poenis in* 6. sacrilegii, *c. venerabilem. de elect.* falsi, *c. ad falsariorum. de crimine falsi.* perjurii, *c. querelam. de jurej.* homicidii, *c. occidens. de accus. c.* 7. *ad aures. de aetate & qualitate. c. ult. de temp. ordin.* ita incapax fit infamis, vel apud bonos tantum & graves viros, *can. laic.* 33. *dist. c. ult. de furtis,* delicti postulatus, licet nondum damnatus, *c. ult. de testib. c. omnipotens. de accus.* communione vel officio interdictus, neque restitutus *c. postulatus. ext. de cler. excomm. c. cum bonum. de aetat. & qualitate. c. cum dilectus.* 7. *de consuet.*
48 Simonia quid v. 1. *q.* 1. *Nov.* 6. *c.* 1. §. 9. sed omnino vide ad hunc locum Athalarici epistolam ad Joannem Papam apud Cassiodorum 9. *variar.* 15. De annatis alibi dicam, adde *l. unic. D. ad Leg. Jul. de ambit. Nov.* 123. *cap.* 3. 49 Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames: Virgil. 3. *Aeneid. vers.* 55. 56. 50 Avaritiae ardor profanus.
51 Ardor avaro tribuitur, ut alibi, fervor: ut illo loco, fervet avaritia, miseraque cupidine pectus.

integritate purificet [1]. Nec pretio [2], ſed [3] precibus ordinetur antiſtes. Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut [4] quæratur cogendus [5], rogatus recedat, invitatus effugiat: ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi. Profecto enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus invitus [6]: cum ſane ſi quis hanc ſanctam & venerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interventu ſubiiſſe, aut ſi quis, ut [7] alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur, ad inſtar publici criminis & læſæ majeſtatis accuſatione propoſita a gradu ſacerdotii retrahatur. Nec hoc ſolum deinceps honore privari, ſed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat & æquat [8], utroſque ſimilis pœna comitetur. D. VIII. Id. Mart. *Conſtantinop.* MARCIANO & ZENONE CONSS. 469.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. præ omnibus, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. c. 2.

QUod pro hac cauſa datum eſt, & pretium, quod expenſum eſt, reſtituatur eccleſiæ, cujus ſacerdotium voluit comparare.

De orphanotrophis.

32. Iidem A A. Dioſcoro Præf. Præt.

ORphanotrophos [9] hujus inclytæ Urbis, (nulla ſubtilitate juris obſiſtente) qui [10] quidem pupillorum ſunt quaſi tutores, [11] adoleſcentium vero quaſi [12] curatores, ſine ullo fidejuſſionis gravamine in emergentibus cauſis tam in judicio, quam extra judicium (ut opus exegerit) ad ſimilitudinem tutoris, & curatoris, perſonas & negotia eorum (ſi qua poſſint habere) defendere ac vindicare jubemus: Ita videlicet, ut præſentibus [13] publicis perſonis, id eſt tabulariis [14], aut [15] intervenientibus geſtis in hac quidem inclyta urbe apud virum perfectiſſimum magiſtrum cenſus, in provinciis vero apud moderatores earum, vel defenſores locorum, res eorum eis tradantur, a quibus ſunt cuſtodiendæ: ut, ſi quas earundem rerum, propter fœnus forſitan, vel aliam urgentem cauſam, vel eo quod ſervari non poſſunt, alienandas eſſe perſpexerint, prius habita æſtimatione, liceat eis alienationis inire contractum: ut pretia eorum, quæ exinde colliguntur, ab eiſdem perſonis cuſtodiantur [16].

† Hujuſmodi autem pium atque religioſum officium pro tempore Orphanotrophos ita peragere convenit, ut minime [17] ratiociniis tutelaribus ſeu curationibus obnoxii ſint: Grave enim atque iniquum eſt, callidis quorundam (ſi ita contigerit) machinationibus eos vexari, qui propter timorem Dei, parentibus atque ſubſtantiis deſtitutos minores ſuſtentare, atque velut affectione paterna [18] educare feſtinant.

De foro competenti. 3. *De cautione judicio ſiſti.* 4. *Quis conveniri debeat in cauſis eccleſiaſticis.* 5. *De ſportulis.* 6. *Ne clerici vexentur ab executoribus.* 7. *De privilegiis pior. loc. & muneribus extraordinariis.* 8. *De pulſantibus eccleſiaſticas perſonas ſine juſta cauſa & legitima petitione.*

33. Iidem AA. Eutropio P. P.

OMnes, qui ubique ſunt, vel poſthac fuerint orthodoxæ fidei ſacerdotes & clerici cujuſcunque gradus ſint, monachi quoque, in cauſis civilibus [19] ex nullius penitus majoris minoriſve ſententia Judicis [commonitoria] ad extranea judicia pertrahantur: aut provinciam, aut locum, aut regionem, quam habitant, exire cogantur: Nullus eorum eccleſias, vel monaſteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere [20] miſerabili neceſſitate jubeatur: ſed apud ſuos Judices ordinarios [21], id eſt, provinciarum [22] rectores, in quibus locis degunt, eccleſiarum miniſteriis obſecundent, omniumque contra ſe agentium excipiant actiones: ut his horis ſaltem atque temporibus, quibus religioſos viros a turbulenta obſervatione prætorii vacare contigerit, cumque eos ad tempus petitorum intentio calumnioſa laxaverit, ad ſua ſe monaſteria & venerabiles eccleſias conferentes, ſapienti animo, precatione ſollicita [23], faciliuſque de proximo ſacroſanctis altaribus obſecundent, in ſuis laribus [24] domiciliiſque conſtituti. §. 1. In hac autem regia Urbe, ſi quando cujuſcunque rei cauſa Epiſcopos, vel presbyteros, cæteroſque clericos, qui ſacroſanctis eccleſiis obſequuntur, ſive monachos ex aliis quibuſcunque provinciis contigerit reperiri, quos tamen in litem quiſquam vocare voluerit, in nullo alio ſit licitum memoratos cuiquam pulſare judicio, niſi [25] in tuæ ſublimitatis duntaxat examine, ubi eis & beatitudinis honor [26] debitus reſervetur, & oratorum adfluens in defenſionibus copia large præſtetur. §. 2. Præterea cum in provinciis ex ejus, qui regit provinciam, fuerint ſententia, vel interlocutione conventi: ſive illi ſacerdotes, ſive cujuſcunque gradus clerici, ſive monachi habeantur, dummodo approbentur orthodoxi [27], qui in propriis cauſis contractibuſve pulſantur, non alios quam eccleſiæ propriæ defenſores, ſeu [28] quos *Oeconomos* appellant, fidejuſſores præbeant: ne, dum executoris pertinax [29], & avara protervitas extraneos, & idoneos fidejuſſores flagitat, multiplex innoxiæ [30] paupertati infligatur incommodum. §. 3. In hac autem inclyta Urbe inventi, ex quacunque provincia venientes, cum in tuæ amplitudinis judicio (quod eis ſolum delegavimus [31]) lite pulſati fuerint, reverendiſſimi orthodoxæ fidei ſacerdotes, ſeu certe Oeconomi, aut [32] eccleſiæ defenſores, ſeu clerici in cauſis civilibus ſuis, ſive eccleſiaſtici, nulla præbendi fidejuſſores moleſtentur injuria: ſed aut vicariis [33] fidejuſſionibus contra dantur, quas tamen ſtipulationum ſolennis cautela vallaverit: aut [34] cautioni, & profeſſioni propriæ, aut [35] facultatum ſuarum obligationibus committantur. §. 4. Hoc nihilominus obſervando, ut in cauſis eccleſiaſticis nullum alium [36] conveniri fas ſit: niſi eum, quem diſpenſatorem pauperum, id [37] eſt, œconomum Eccleſiæ, Epiſcopi tractatus elegerit: hunc enim ſine dubio a [38] ſacerdote convenit ordinari: quem tamen conventum defenſoris Eccleſiæ fidei committi præcipimus. §. 5. Executoribus [39] in minoribus quidem judiciis omnibus, in ipſa conventione ſacerdotum, ſeu clericorum, non [40] amplius, quam unum ſemiſſem aut ſperantibus, aut etiam audentibus accipere. Verum ſi apparitor tuæ magnitudinis, ex ſententia tuæ ſedis ampliſſimæ in [41] provincia degentes eos [42] commoverit: jubemus, non amplius eum quam duos ſolidos ſportularum nomine accipere. In hac vero urbe magnifica idem apparitor tuæ magnitudinis uno aureo, ſportularum gratia a provincialibus clericis contentus ſit: quantælibet ſummæ qui conventus fuerit, exponatur obnoxius. §. 6. Præterea nullus executor vexare [43] contumeliis [44] clericos ullos, nullis impulſionibus moleſtare, nullis exprobrare conviciis aut corporalibus [45] injuriis fatigare conetur: his, qui hujuſmodi aliquid aggreſſi fuerint, poſt amiſſionem cinguli & patrimonii ultima protinus animadverſione plectendis. §. 7. Privilegiis [46] ſane ſingulis, quibuſcunque ſacroſanctis Eccleſiis orthodoxæ fidei, xenodochiis, ſive ptochotrophiis, tam generaliter, quam ſpecialiter attributis, perpetuo obſervandis: nullis eas [47], earumque [48] ſacerdotes, aut clericos cujuſcunque gradus ſint, aut monachos, ptochotrophos, aut xenodochos orthodoxæ fidei deputatos, extraordinariis muneribus præcipimus prægravari: Eas etenim ſarcinas oneris, quas pleriſque perſonis diverſa ratione remittimus, imponi beatiſſimis viris noſtro ſeculo inconveniens eſſe judicamus. §. 8. Præterea, ne cui temeritas ſua lucrativa [49] concedatur, & ut impudens calumniantium refrenetur audacia: jubemus, quotiens hi qui ſacerdotes, ſeu clericos ac monachos, cæteroſque ſuperius deſignatos, vel in tuæ magnitudinis examine, vel in provinciali judicio, propoſita actione convenerunt; ſi cauſa cognita convicti fuerint ſine juſta eos cauſa & legitima petitione pulſaſſe; omnes eis legitimas expenſas [50] ſumtuſque, quos ab exordio cœptæ controverſiæ ipſorum vitio toleraſſe eos conſtiterit, redhibere cogantur: ut hac ſaltem cenſuræ juſtiſſimæ formidine revocati, qui improbis aſſidue conflictationibus occupantur, acquieſcant: jamque ſopitis clamoribus jurgiorum, magiſtra deinceps neceſſitate retinere ſe adſueſcant.

De foro competenti.

In AUTHENT. apud quos oportet cauſas dicere monachos. §. 1. collat. 6. tit. 8. al. tit. 6. ſeu Novel. 79. c. 1. & 4.

CAuſa, quæ ſit cum monacho, vel cum muliere qualibet in monaſterio conſiſtente, non [51] apud judicem civilem ventiletur; ſed apud Epiſcopum, qui de perſonæ præſentia, quod convenit, ſtatuet: ſive per Abbatem, vel antiſtitem, vel per alios hoc fieri debeat: qui ſecundum legem rem diſponat, & ſacras regulas, ſalva debita perſonæ reverentia. Si vero contra fiat, pœnæ, quæ ſtatutæ ſunt, imminebunt: Judex enim, qui de his ſententiam proferre præſumpſerit, ab adminiſtratione depulſus tanquam divinitati contumeliam faciens, pœna decem librarum auri, una cum officio ſuo multabitur, ſacratiſſimo noſtro ærario inferenda: executoribus, qui admonitionem facere præſumpſerint ab ipſis ſanctiſſimis Epiſcopis in locis decanicis [52] detrudendis: de cætero nullam exactionem facere permittendis.

In AUTHENT. ut Cler. ap. prop. Epiſc. conv. in pr. verſ. ut ſi quis habet, col. 6. tit. 12. al. tit. 11. ſeu Novel. 83. in pr.

CLericus quoque in lite pulſatus pecuniaria cauſa, prius apud Epiſcopum conveniatur, per quem ſine damno cauſa decidatur. Quod ſi natura cauſæ, vel alia ratio faciat, ut negotium apud eum decidi non poſſit, per civilem procedat judicem, obſervatis clericorum privilegiis: nec mora circa talia fiat. §. 1. Sed in civili crimine civilis [53] præſit judex, ut lis ultra [54] duos non egrediatur menſes: nec tamen puniatur, etiam ſi reus ſit inventus, priusquam per Epiſcopum ſacerdotio ſpolietur. §. 2. Si vero crimen ſit Eccleſiaſticum [55]: Epiſcopalis erit examinatio, & caſtigatio.

1 Non Epiſcopus a loco, ſed locus Epiſcopi vita purificandus eſt, v. ad hunc locum *diſtinctionem* 40. *paſſim.* 2 Epiſcopus non pretio, ſed precibus ordinandus. 3 Sic omnes manuſcripti: Alii legunt, nec precibus. 4 Quæri, cogi, rogari & invitari Epiſcopus, non obtrudi debet. 5 Sic Alexander Severus præfectum urbis a Senatu accepit, alterum prætorio præfecit, qui ne fieret, etiam fugerat, dicens: *Invitos non ambientes in Republica tolerandos eſſe.* vid. Lampridium *in Alexandro Severo.* adde omnino Novellam Martiani, vid. *tit.* 1. *in princ.* Felix reſpublica, ſi a nolentibus & actus publicos repulſantibus adminiſtretur. 6 Magnum eſt, nudæ virtutis præmio reluctantem ad honores promoveri. 7 Vid. *Nov* 6. *cap.* 1. 8 Par ubi delictum, ibi pœna æqualis eſſe debet, *l. ult.* ℑ. *ad leg. Jul. repet.* 9 *Eclog.* 3. *cap.* 12. 10 Orphanotrophi ſunt, qui parentibus atque ſubſtantiis deſtitutos minores ſuſtentant & educant, veluti affectione paterna, *hac l. in fin.* aut quaſi tutores pupillorum, & curatores adoleſcentum. 11 Et patres. 12 Orphanotrophi quaſi tutores & curatores. vid. *Novell.* 131. *cap.* 15. 13 Adde *l.* 24. ℑ. *de admin. tut.* 14 Orphanotrophi inventarium facere tenentur: quinam alii: vide Rolandum a Valle, 1. *conſ.* 49. Eſt ne hic ſatis coram ſolo notario ſine teſtibus inventarium facere? Dixeris: quod in aliorum inventariis non eſt. vid. Cujac. *Nov.* 1. 15 Nihil intereſt, inventarium fiat apud notarium, an apud judicem, ſi tamen apud notarium fiat, judicis confirmantis, & adminiſtrationem concedentis autoritas requirenda erit. 16 Vel alias res pro eis emant, ut huic legi addunt Græci, *Syn. Baſ.* 5. *tit.* 2. *c.* 12. 17 Orphanotrophi non tenentur ad rationes orphanis reddendas, ut hic, ſed Epiſcopo, *Nov.* 123. *cap.* 23. Imo non tenentur reddere rationes, *Nov.* 131. *cap.* 15. ſolve: *d. Nov.* 131. indefinite loquitur: ideoque poteſt ita intelligi, ut orphanotrophi teneantur reddere rationes, non ipſis orphanis, *arg. l. ult.* §. 4. *C. de bon. quæ lib.* ſed Epiſcopo. 18 Educator ei quem educavit, quaſi pater, Theoph. *in fin. princ. Inſt. de ſatiſ. tut. l. cum oportet.* 6. §. *cum autem.* ℑ. *de bon. quæ lib.* 19 16. *C. Theod.* 11. *l.* 23. 20 *l.* 32. §. 4. *D. de arbitr.* 21 *Vid. l.* 6. ℑ. *de modo mulctarum.* 22 Theodorus lector, novo jure monachi, *Nov.* 79. & clerici coram ſuo Epiſcopo conveniuntur, *Nov.* 83. 23 Id eſt, ſolita. 24 Lares & domicilium monachi, monaſterium. 25 *l.* 25. *ſupr. h. t. l.* 13. ℑ. *de Epiſcop. aud. Nov.* 83. Goth. Si vero Epiſcopus differat judicare, reducetur ad ſecularem. *Novell.* 123. *cap.* 21. §. 2. adde *Novell.* 115. *in pr.* Anſ. 26 Clerico, quamvis litiganti honor habendus eſt. 27 Clerici, non orthodoxi, ſortiuntur forum ſeculare.

28 Eccleſiæ defenſor idem, qui œconomus Eccleſiæ, ut hic, & §. 3. ℑ. *h. t.* qui & diſpenſator quoque pauperum. §. 4. ℑ. *h. t.* 29 Ea ſunt vitia executorum. 30 Pauper fidejuſſorem facile reperire non poteſt. adde *Nov.* 88. *c.* 2. §. 1. *in med.* 31 Hæc juris delegatio non eſt proprie delegatio: ſed ordinaria poteſtas. *Bald.* 32 Hæc particula, *aut* pro *id eſt*, ſumitur, *ut* ſ. 33 Id eſt, mutuis. Quoties enim plures conveniuntur, poſſunt vice mutua fidejuſſores eſſe. *l.* 28. *ff. tutorib. datis.* 34 *l.* 25. §. 1. *ſupr. h. t. Nov.* 123. *c.* 21. *in fin.* 35 Utcunque propter inopiam quis fidejuſſorem dare non poſſit, cogitur tamen pati bonorum ſuorum hypothecam. 36 *Nov.* 123. *c.* 28. in cauſis Eccleſiæ conveniendus eſt œconomus. 37 Diſpenſator pauperum eſt œconomus Eccleſiæ. Idem poſtea Vicedominus & major dominus appellatus. *diſt.* 89. *c. Volumus* 2. erat rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrator, procurator Eccleſiæ, minor defenſore & advocato. 1. *q.* 3. *c. ſalvator.* 8. *verſ. nomine vero.* arbitrio ejus Epiſcopium diſponebatur. *c. diaconus.* 3. *diſt.* 89. ex adminiſtratore tandem judex, vilium tamen cauſarum, & quaſi pedaneus. Eam tamen dignitatulam quidam principes non illibenter involarunt poſtea, vel etiam adfectarunt: forte vel pietatis, vel utilitatis alicujus occultæ cauſa; De vicedominis, adde Speculatorem ℑ. *partic.* 3. *rubr. de vicedom.* 38 Id eſt, ab Epiſcopo. 39 De quibus v. *l.* 12. ℑ. *de prox. ſacror. ſcrin.* 40 *l.* 25. §. 2. ſ. *h. t.* adde *Nov.* 123. *c.* 28. 41 Hinc colligunt Bald. & Wurmſ. 1. *obſ.* 6. *l.* 9. citationem verbalem in alieno territorio fieri poſſe. Aliud tamen fore, ſi territoria diverſorum fuerint principum: vel ſi corporalis fiat prehenſio. adde *l.* 2. ℑ. *de off. præf. urb.* vid. Bald. *hic.* 42 Eos conveniri monuerit. *Hal.* 43 Executores vexationi indulgere non licet. 44 Jubet igitur clericos immunes eſſe contumeliis, impulſionibus, convitiis, & corporalibus injuriis executorum: quales ipſi executores inferre debitoribus ſolent in ipſo exequendi officio. 45 Corporales injurias hic vocat, manus injectionem. 46 *l.* 22. *ſupr. h. t.* 47 *l.* 5. *ſupr. de ſacroſanct. Eccl.* 48 *l.* 2. *ſupr. h. t.* 49 Lucroſa. Æquum enim eſt quemque temeritatis ſuæ, non alienæ pœnam pati. 50 Victus victori condemnatur ad expenſas. *l.* 4. ℑ. *de fructibus & litium expenſis. l.* 79. *ff. de judic.* 51 Et ita abrogatur principium legis 35. ℑ. *h. t.* 52 Decanica loca quæ eſſent, dixi *Nov.* 79. *cap.* 4. 53 Hoc abrogatur per authenticam proxime ſequentem. 54 Hoc ſpeciale eſt in clericis: nam in cæteris inſtantia criminalis non excedit biennium. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. ℑ. *ut intra certum tempus.* 55 Criminum alia Eccleſiaſtica: alia ſecularia: alia mixta. Prioris generis, hæreſis ac

De

De his, qui justitiam denegant Ecclesiasticis personis.

Nova constitutio Friderici Imperatoris, de statu & consuet. cont. lib. Eccl. §. item statuimus, ut nullus, col. 10. constit. fin. pag.744.

Statuimus, [1] ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel civili [2] trahere ad judicium seculare præsumat contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. Quod si actor fecerit, a suo jure cadat: judicatum non teneat: & judex ex tunc potestate judicandi privetur. §. 1. Sancimus etiam, ut si quis clericis vel ecclesiasticis personis justitiam denegare præsumpserit, tertio requisitus jurisdictionem [3] suam amittat.

De peculio clericorum.

34. Iidem AA. Eutropio [4] P. P.

Sacrosanctæ orthodoxæ fidei Episcopi atque presbyteri, diaconi quoque, qui, semel probatis moribus integritate castissima, ad hunc gradum meruerint pervenire, ea, quæcunque in eodem clericatus gradu locoque viventes acquirere, & habere potuerint, etiamsi in patris avique aut proavi potestate constituti sint [5], & adhuc superstites habeantur, tanquam [6] bona propria vindicent: de his (si quando eis libitum fuerit) eis testandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera [7] facultate concessa: ut ea bona quoquo tempore [nunquam ad divisionem veniant,] nunquam fratribus vel sororibus aut ex his genitis conferantur: sed ad eorum filios, posteros, & quoscunque extraneos [8] heredes perveniant, nec a patribus, avis, aut proavis, sed ab ipsorum liberis tanquam præcipua vindicentur: [&] certe his lucro cedant, quibus ipsi id peculium, vel inter vivos alienatione habita, vel mortis tempore, ultima & jure cognita voluntate concesserint. Dat. 5. Kal. April.

De solutione patriæ potestatis.

In AUTHENT. const. quæ dign. col. 6. tit. 10. al. tit. 9. seu Novel. 81.

Sed Episcopalis dignitas solvit [9] jus patriæ potestatis: sicut etiam & Consularis, & Præfectura sacrorum prætoriorum, & Urbicaria, & Magisterium militare: & omnis dignitas valens liberare a curia, liberat a patria potestate: cum hoc quodcunque cingulum suæ potestatis præmium honoratis præstet. Ita tamen, ut filii eorum post mortem avorum recidant in potestatem, ac si contigisset eos morte parentum, & non ex præsenti lege suæ potestatis fieri.

De bonis clericorum.

In AUTHENT. de Eccl. tit. §. interdicimus, col. 9. tit. 14. al. tit. 6. seu Novel. 131. c. 13.

Licentiam [10] habeat Episcopus [11], quæcunque ante Episcopatum probatus fuerit habuisse, & quæcunque post episcopatum jure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit, ultima voluntate transmittere: cæteris [12] rebus alio modo acquisitis ab eo, dominio ecclesiæ reservatis: nisi in utilitatem ecclesiæ, vel opera pietatis consumptæ sint. Eadem distinctione habita in administratoribus cujuscunque loci religiosi. §. 1. Item si quis Episcopus aut minister ecclesiæ moriatur sine testamento, & successore legitimo, vel legitima, successio competit ecclesiæ, in qua constituti sunt.

De peculio clericorum.

In AUTHENT. de sanct. Episc. §. presbyteros, col. 9. tit. 6. al. tit. fin. seu Novell. 123. c. 19.

Presbyteros [13], & diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores (quos [14] omnes clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium eorum venientes, habere in sua potestate præcipimus, ad similitudinem castrensium peculiorum: & donare cui volunt secundum leges, & in his testari, licet sub parentum potestate sint: sic tamen, ut [15] horum filii, aut his non extantibus, parentes eorum legitimam ferant partem.

De privilegiis locorum piorum.

35. Iidem A A. Dioscoro P. P.

Omnia privilegia [16], quæ a retro Principibus, aut a nostra Serenitate, vel judiciariis dispositionibus, aut liberalitatibus, pro singulis quibuscunque temporibus, ex consuetudine, [vel constitutione,] sive circa jus metatorum [17], sive in aliis quibuslibet rebus præstita sunt orphanotrophiis, sive asceteriis, vel ecclesiis, aut ptochotrophiis seu xenodochiis, vel monasteriis, atque cæteris omnibus ac [etiam] rebus juris eorum, ad curam Oeconomi [18] viri religiosissimi presbyteri, & orphanotrophi, vel ad eos, qui post eum loco ejus successerint, pertinentibus, ad [19] similitudinem [20] Zotici [21] beatissimæ memoriæ, qui primus hujusmodi pietatis officium invenisse dicitur; per hanc pragmaticam sanctionem firma illibataque in perpetuum custodiri decernimus: Valde etenim hoc videtur esse necessarium: cum exinde sustentatio, vel educatio orphanis, atque egenis, & usibus ecclesiasticis ac ptochotrophiis, vel asceteriis comparetur. Domus etiam aliasque res superius nominatas ad curam memorati [22] viri pertinentes, vel postmodum quolibet modo ad ejus sollicitudinem, vel eorum, qui post eum ad ejusdem orphanotrophii curam vocati fuerint, perventuras: ad instar majoris venerabilis ecclesiæ hujus inclytæ Urbis: omnibus privilegiis, quæ eadem sancta ecclesia vel nunc adipiscitur, vel postea merebitur, perpetuo potiri pietatis intuitu decernimus. Dat. Non. Januar. CP. MARTIANO A. COS. & ZENONE.

De Episcopis, territorio, & jure singulari civitatum.

36. [23].

Unaquæque [24] civitas proprium Episcopum habeto. Et si quis vel per divinum rescriptum civitatem aliquam aut suo Episcopo, aut territorio, aut alio quopiam jure privare audeat; exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomensium [25] Scythiæ civitas: illius enim Episcopus reliquarum [26] etiam civitatum curam gerit: tum etiam Leontopolis Isauriæ subest Episcopo Isauropolitano [27].

De adscriptitiis. 1. De servis. 2. De loco judicii.

37. Iidem AA. Sebast. P.P.

Jubemus, *adscriptitiorum* [28] creationes (secundum veterem constitutionem) nisi [29] dominorum possessionum, unde oriundi sunt, evidens concurrerit consensus, nullius penitus esse momenti: sed eisdem fundorum dominis, qui faciendæ creationi non (sicut dictum est) evidenter consenserint, jus proprium ad similitudinem cæterorum colonorum in suos adscriptitios exercendi, tanquam si nulla creatio intercessisset, tribui facultatem. † Idemque hoc super illis quoque agricolis decernimus observari, qui cum essent adscriptitiæ conditionis nexibus adstricti, solitariam vitam videlicet appetentes, quibuslibet sese monasteriis contra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos. §. 1. Servos sane sociari clericorum consortiis, volentibus atque consentientibus dominis, modis omnibus prohibemus: cum liceat eorum dominis, data [30] prius servis libertate, licitum eis ad suscipiendos honores clericorum iter (si hoc voluerint) aperire. §. 2. Omnes præterea virorum clarissimorum provincias moderantium sententiis absque ulla privilegii differentia, (qui tamen præsidali jurisdictioni subjecti sunt) sive Episcopi, vel quilibet clerici, aut monachi, aut cujuslibet conditionis sint, pariter respondere decernimus: nulla [31] in posterum viris clarissimis provinciarum rectoribus ad loca, in quibus incusatæ personæ consistunt, perveniendi necessitate penitus imponenda: cum non solum legibus, verum etiam naturali quoque juri [32] conveniat, quos res exegerit, judicialibus ad judicium vocari sententiis, non ipsos judices (quod dictu etiam injustum est) ad subjectos deduci, sed per datos ab his judices ad causæ examinationem in locis, ubi incusati degunt, procedere.

De adscriptitiis.

In AUTHENT. de sanct. Episcop. §. adscriptitios. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novel. 123. cap. 17.

Adscriptitios in ipsis possessionibus, in quibus sunt adscripti, clericos etiam præter [33] voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, ut clerici facti, impositam sibi agriculturam adimpleant, subrogato aliquo quem maluerint.

De Servis.

In AUTHENT. de sanct. Episc. §. si servus. col. 9. tit. 6. al. tit. fin. seu Novel. 123. c. 17.

Si servus [34], sciente domino, & [35] non contradicente, in clericum ordinatus fuerit ab Episcopo: ex hoc [36] ipso, quod constitutus est, liber & ingenuus erit. Si vero, ignorante domino, ordinatus fuerit: liceat domino, intra anni unius spatium, & servilem fortunam probare; & servum suum accipere. Si vero servus, sciente vel nesciente domino (sicut diximus) ideo quod in clero constitutus, liber est factus, ministerium ecclesiasticum reliquerit, & ad secularem vitam transierit: suo domino ad serviendum tradatur.

38. Iidem AA. Sebastiano Præfecto Prætorio.

Servis si dominorum fuerint voluntate muniti, solitariam vitam participandi licentia non denegetur: dum tamen eorum domini [37] non ignorent: Quod si servis suis ad monasteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem servorum dominio, donec [38] iidem servi in eodem monachorum habitu duraverint, spoliandos esse censemus: alioqui, si relicta forte vita solitaria,

simonia: secundi, furtum & similia: tertii, adulterium, concubinatus, mollities. v. Clarum 5. *sent. §. 1. quæst. 1. versic. præmittendum.* 1 Ad hanc Friderici constitutionem vide Socinum *cons. 12. col. 5. num. 16. vers. solus enim Episcopus. vol.* 1. Feder. de Sen. *cons.* 99. Rom. *cons.* 396. *n.* 39. Cottam, *in memor. in verb. clerici non possunt.* Mod. 2 Et ita abrogatur §. 1. *Authenticæ superioris.* Is tamen in usum reductus est apud Gallos, hac Authentica Friderici desueta; qua de re valde queritur Rebuff. *in proœm. constitut. gloss.* 5. *num.* 3. Goth. In hanc constitutionem vide Socin. *consil.* 12. & Roman. *consil.* 369. Ans. 3 Hoc item speciale est. In aliis enim causis jurisdictionem non amittit, qui jurisdictione abutitur: sed extra ordinem punitur. *Novell. de mandatis P. P. c. sit tibi* 17. *c.* 3. *Novell. ut litigantes jurent.* 124. *c.* 1. 4 Al. *Bonifacio*, al. *Florentino*, al. *Erytrio*, al. *Enchio.* 5 Hodie ipso jure, Episcopatus filios patria potestate liberat. *Nov.* 81. *c.* 3. *pr.* At non liberat omnimodo a curia. *Novell.* 123. *cap.* 4. 6 *l.* 50. J. *h. t. Nov.* 123. *c.* 19. 7 Servata tamen legitima parentibus. *Authent. presbyteros.* J. *h. t. Novell.* 123. *cap.* 19. *presbyteros.* J. 8 Hodie nonnisi in certis bonis. *Authent. licentiam.* J. *h. t. Novell.* 131. *c.* 13. v. *etiam l.* 42. §. 3. J. *h. t.* 9 Vide Jasonem *ad l. qui se patris. num.* 18. *C. unde liber.* & limita procedere hoc, si sit utile ipsi filio, cujus si ea solutio cederet in detrimentum, aliud dicendum esset. Tiraquell. *in tract. le mort saisit le vif. part.* 7. *declar.* 1. *num.* 2. & *in tract. de nobilit. cap.* 6. *num.* 49. & *cap.* 24. *n.* 7. sed quid si desiit esse episcopus, an reincidet filius in potestatem ejus? respondeo quod non, juxta *l. qui liberatus ff. de adopt.* & Tiraquel. *de legib. connub. gl.* 2. *per totum.* Mod. Et ita abrogatur pars *legis* 34. *supr. h. t. ibi: etiamsi in patris potestate sint.* 10 Baldus hanc licentiam ita explicat: Prælatum regularem non posse testari. Prælatum secularem de propriis posse testari, non de Ecclesiasticis: eandem distinctionem servandam, si de communibus bonis sint quæsita. Quid si incertum est, unde quæsita? Baldus putat in dubio præsumi quæsita ex reditibus ecclesiæ, & ita de his testari non posse. adde Wurmserum 1. *pract.* 39. *n.* 3. 11 Et idem statuendum de clericis, qui etiam de bonis, quæ ante ecclesiasticæ dignitatis promotionem possidebant, vel aliunde durante ea acquisiverunt, testari libere possunt *cap.* 1. & *cap. quia nos. de testam.* Mod. 12 Et ita restringitur pars legis 34. S. *h. t. ibi: & quoscunque extraneos.* 13 Authenticæ hujus explicationem pete a Bartolo *in l. legitimos. §. fin. ff. de legit. tut.* & Abbate *in cap. ex parte. de appel.* Mod. 14 Clericorum appellatione comprehenduntur presbyteri, diaconi, subdiaconi.

15 Et ita restringitur pars *legis* 34. S. *h. t. ibi, alienandi libera facultate.* 16 V. *l.* 22. §. 1. S. *h. t.* 17 Hoc est, hospitum recipiendorum. 18 Niconis, cujus nomen hic deesse satis ostendunt verba sequentia, ad curam memorati viri. 19 Ad similitudinem aliquorum aut alicujus loci, concessa alicui privilegia, si prioris loci augentur privilegia, & hæc augebuntur (nisi ad similitudinem præsentium tantum privilegiorum unius loci, alteri loco privilegia data sint, *arg. l. si ita* 7. *ff. de auro & argent. legat.*) licet, prioris loci deminutis privilegiis hujus privilegia non minuantur. *arg. l.* 10. *in fin. D. de bon. possess. contr. tabul.* de quo tamen dubitari potuit, *arg. l. in testamento.* 27. *D. de cond. & demonst.* 20 Eadem privilegia postmodum attributa sunt Xenoni Samsonis. *Nov.* 59. *cap.* 3. & *Novell.* 131. Procop. *lib.* 1. περὶ τῶν Ιυστινιάνυ κτισμάτων. vid. Cujac. 1. *obs.* 12. 21 Zoticus Constantinopolitani orphanotrophii primus fuit Orphanotrophus, cui non multo post Nicon successit. Procop. *lib. de ædificiis Justiniani.* 22 Id est, Niconis, cujus nomen proprium deerat superius. 23 Interpretatio Contii. 24 Vid. Paul. *ad Tit.* 1. *vers.* 5. 25 Sozomenus legit *Tomiensium*, quorum Episcopatui inter cæteros præfuit Theotin. 7. *histor.* 25. vel Theotimus. 6. *Socrat.* 11. 26 De unione beneficiorum, v. quæ scripsi *ad l.* 40. J. *h. t.* 27 Isauria Ammiano 14. Ptolemæo Ἴσαυρα metropolis quondam Isauriæ. In eadem præcipuæ urbes Seleucia & Claudiopolis. Ammian. *ibid.* 28 Dixi *ad c.* 81. *Apostolorum.* 29 Hodie adscriptitii ad clericatum possunt promoveri invitis dominis: sed per substitutum servire debent. *Auth. prox.* J. *h. t.* 30 Hodie servus consentiente domino in clericum ordinatus ipso jure censetur liber. *Authen. si servus.* J. *h. t.* huc refer *distinct.* 54. 31 *Ut l.* 33. S. *h. t.* 32 Jure convenit litigatores ad judices deduci, non judices ad litigatores: &, ut Baldus jlocaliter scribit, pons ire non debet ad asinum, sed e converso: excipe tamen casus *l.* 15. *ff. de jurej.* & *l.* 2. §. 1. J. *de jurejur. propter calumn.* 33 In eo derogatur *l.* 37. S. *h. t. ibi: nisi dominorum evidens concurrerit consensus.* 34 Vide Gudelin. *de jure Noviss. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 2. Ans. 35 Favore religionis, qui non contradicit, consentire intelligitur. 36 Olim expresse libertas erat conferenda: & ita derogatur *l.* 37. §. 1. S. *h. t. ibi: data prius servis libertate.* 37 Scientibus, nec expressim vetantibus dominis servi solitariam vitam possunt profiteri. 38 Causa finalis commensurata tempori commensurat sibi effectum secundum illud tempus. *Bald.* Vel ita, consensus, favor, privilegium & immunitas concessa alicui contemplatione certæ causæ finalis, tamdiu durare intelligitur, quamdiu causa ipsa finalis perdurat.

taria, ad aliam quamlibet ſeſe conditionem tranſtulerint, certum eſt eos ad ſervitutis jugum, quam monaſticæ profeſſionis cultu evaſerant, reverſuros. Datum Non. Febr.

De ſervis, adſcriptitiis, & curialibus ſeu officialibus.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſcop. §. ſed hæc quidem. col. 9. tit. 6. al. tit. ſin. ſeu Novel. 123. cap. 4.

Epiſcopalis ordo liberat a fortuna ſervili, vel adſcriptitia: ſed non a curiali ſive officiali: nam & poſt ordinationem durat: ita ut per ſubjectam, vel interpoſitam perſonam officium adimpleatur: niſi curiæ, vel officio reſtituatur.

In AUTHENT. de Monachis. §. hinc autem. col. 1. tit. 5. ſeu Novel. 5. c. 2.

Verum & ſi legitimo probatus experimento monachus efficiatur, evadet jugum ſervitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monaſteriis permanere, poſtea vero ſi monachi facti fuerint, liberi erunt.

De monaſteria relinquentibus. 1. *De fructuum oblatione. De angariis, & quibuscunque vexationibus.*

39. [1].

Qui ſua monaſteria relinquunt, non recipiunt, quas attulerunt ad ea, res mobiles, cujuscunque quantitatis ſint: etiamſi non ſint confecta monumentorum geſta ſuper illis. In donationibus autem immobilium, oportet jura ſervari, quando non adimitur ei, qui donavit, evictio [2] (earum). §. 1. Non oportet, Epiſcopos aut clericos cogere [3] quoſquam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare [4], aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare: quamvis uſus ita obtinuerit. † Transgreſſor cadit ab Eccleſia, & adminiſtratione ipſius, & dat decem libras. Hæc vero obtinent in ſola imperatrice (civitate) & territorio ejus, & locis ad eos qui a patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his Epiſcopos.

De monaſteriis, monachis, Abbatibus, Epiſcopis.

40. [5].

Monaſteria [6] degunt (ſeu cenſentur) ſub Epiſcopis territoriorum ſuorum, & Abbatum [7] quidem curam gerunt Epiſcopi: monachorum [8] vero abbates. §. 1. Non [9] ſit vero Abbas [10] duorum [11] monaſteriorum.

Inſinuatio teſtamenti coram quo fieri debeat.

41. Imp. JUSTINUS A. Archelao P. P.

Repetita [12] promulgatione, non ſolum judices quorumlibet tribunalium [13], verum etiam defenſores [14] eccleſiarum hujus Almæ urbis, quos turpiſſimum [15] inſinuandi ultimas deficientium voluntates genus irrepſerat, præmonendos eſſe cenſemus, ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnium, ſecundum conſtitutionum præcepta, præterquam [16] Magiſtro cenſus, competit: Abſurdum etenim clericis eſt, immo etiam opprobrioſum [17], ſi peritos ſe velint [oſtendere] diſceptationum eſſe forenſium [18]: Temeratoribus hujus ſanctionis pœna quinquaginta librarum auri feriendis. Datum 13. Kal. Dec. CP. JUSTINIANO [19] A. II. & OPILIANO COSS. 524.

De electione & rebus epiſcopi. 5. *De œconomis.* 6. *De rebus xenodochi, noſocomi, ptochotrophi, orphanotrophi.* 7. *De his, quæ poſt neceſſariam erogationem ſuperſunt.* 8. *De ſucceſſoribus.* 9. *Ne quis per largitionem ordinetur.* 10. *De pſalmodia.* 11. *Concluſio.*

42. Imp. [20] JUSTINIANUS A. Atarbio Præf. Præt.

Omnem adhibentes providentiam circa ſanctiſſimas eccleſias in honorem, & gloriam ſanctæ, & incorruptæ [21] homouſiæ Trinitatis, per quam & nos, & communem rempublicam ſalvos fore credidimus: inſiſtentes etiam doctrinæ ſanctorum Apoſtolorum, *de creandis irreprehenſibilibus* [22] ſacerdotibus, qui quidem ob id potiſſimum ordinantur, ut [23] ſuis precibus benignitatem humaniſſimi Dei rebus adquirant communibus, præſenti lege ſancimus, ut quoties in qualicumque civitate ſacerdotalem ſedem vacare contigerit, decretum fiat ab his [24], qui eam civitatem incolunt, ſuper tribus [25] perſonis rectæ fidei, & honeſtæ vitæ, aliorumque bonorum, & virtutum teſtimonium [26] habentibus, ut ex ipſis idoneior ad Epiſcopatum promoveatur: ſi enim ſancti & glorioſi Apoſtoli ſacerdotium a Domino Chriſto Deo conſecuti, & qui bonis omnibus terram repleverunt, & ejus doctrinam omnibus impartiti ſunt, neque ipſi vitæ ſuæ, quam in hoc mundo degebant, ſalutis noſtræ cauſa pepercerunt: quomodo æquum non fuerit, ut qui ſubingrediuntur eorum ordinem, & inſtituuntur ſanctiſſimarum eccleſiarum ſacerdotes, purum habeant propoſitum, & pecunias [27] contemnant, omnemque vitam ſuam ad clementiſſimum applicent Deum. §. 1. Convenit igitur hujusmodi eligi, & ordinari ſacerdotes, quibus nec [28] liberi ſint, nec nepotes: etenim fieri vix poteſt, ut vacans hujus quotidianæ vitæ curis [29], quas liberi creant parentibus maximas, omne ſtudium, omnemque cogitationem circa divinam liturgiam, & res eccleſiaſticas conſumant. Nam cum quidam, ſumma in Deum ſpe, & ut animæ eorum ſalvæ fiant, ad ſanctiſſimas adcurrant eccleſias, & eis omnes ſuas facultates adferant, & derelinquant, ut in pauperes, & egentes, & alios pios uſus conſumantur: indecens eſt, Epiſcopos in ſuum illas auferre lucrum, aut in propriam ſobolem, & cognatos impendere. Oportet enim epiſcopum minime impeditum affectionibus carnalium [30] liberorum, omnium fidelium ſpiritualem eſſe patrem. Has igitur ob cauſas [31] prohibemus habentem natos aut nepotes, ordinari epiſcopum. §. 2. De his vero epiſcopis, qui nunc ſunt, vel futuri ſunt, ſancimus, nullo modo habere eos facultatem teſtandi, vel donandi, vel per aliam quamcumque excogitationem [32] alienandi quid de rebus ſuis, quas poſtquam [33] facti fuerint epiſcopi, poſſederint & adquiſierint, vel ex teſtamentis, vel donationibus, vel ex alia quacumque cauſa: exceptis [34] duntaxat his, quas ante Epiſcopatum habuerunt ex quacunque cauſa, vel quas poſt Epiſcopatum a parentibus & theiis, hoc eſt, patruis, vel avunculis [35], & a fratribus ad ipſos pervenerunt, perventuræque ſunt: quæcunque enim poſt ordinationem ex quacunque cauſa extra [36] præfatas perſonas ad ipſos pervenerunt, ea jubemus ad ſanctiſſimam Eccleſiam, cujus Epiſcopatum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari, & evinci: nulla alia perſona poteſtatem habente, ex eo proprium quid auferre lucrum. Quis enim dubitaverit eos, qui ipſis proprias res relinquunt, aut reliquerint, etſi in aliam perſonam transferunt, aut tranſtulerunt, non [37] potius ipſum ſacerdotium contemplantes, quam ejus perſonam, & cogitantes, quia non ſolum ab ipſis relicta pie inſument, ſed & ſuas ipſorum res adjicient, id feciſſe? §. 3. Ab hac autem generali noſtra lege excipimus ea [38] ſola, quæcumque & qualiacumque in hunc usque diem fuerint Epiphanii Archiepiſcopi felicis hujus civitatis, & ſanctiſſimi Patriarchæ. Nam ſuper his, quæ ab hoc tempore ei adquirentur, ea, quæ a nobis conſtituta ſunt, obtinere, & ipſa ad ſanctiſſimam majorem eccleſiam pertinere jubemus. §. 4. Poſt mortem vero Deo amantiſſimorum Epiſcoporum, jubemus, ut pro tempore illarum eccleſiarum Oeconomi rationes [39] reddant earum [40], quæ ab illis relictæ ſunt, rerum: idque ſanctiſſimis eccleſiis proficere, quod ex hac noſtra lege eis debetur.

§. 5. Et ipſos quidem œconomos cum judicio & diligenti diſcuſſione creari præcipimus: ſcientibus ipſis, quod ſingulis [41] annis rationem referent ſanctiſſimo [42] Epiſcopo ſuæ adminiſtrationis: & quacumque in re videbuntur res eccleſiaſticas minuiſſe, vel læſiſſe, vel proprium quæſtum quæſiſſe, hoc eccleſiaſticis rebus reſtituent. Itaque ſi quidem ſuperſtites iſtiusmodi rationes ſubierint, ſiant quæ ſupra dicta ſunt: ſi vero non redditis rationibus defuncti fuerint: tunc ipſorum heredes [43] ſubjiciantur tali diſcuſſioni, & conveniantur pro reſtitutione omnium, quæ ex ea cauſa debere illos conſtiterit.

§. 6. Neceſſarium quoque eſſe credidimus, etiam ſuper his aliquid definire, qui curam ſuſceperunt ſuſcepturive ſunt venerabilium xenonum, & noſocomiorum, & ptochiorum, & orphanotrophiorum, & brephotrophiorum: nam [44] & ipſis omnem licentiam auferimus, de adquiſitis rebus poſt ſuſceptas hujusmodi curationes vel per teſtamentum vel per alium quemlibet modum, vel machinationem quicquam in alias [45] transferendi perſonas: exceptis, quæ prius habuerant, vel poſtea a parentibus vel theiis, vel fratribus ad ipſos pervenerunt. Omnia enim quæcumque ad ſancta pertinent loca, vel quæ ad ipſorum præpoſitos poſt ſuſceptam hujusmodi curam pervenerint, vel perventura ſunt, ad [46] ipſa venerabilia pertinebunt loca: eaque pie in eos diſtribui [47] & erogari volumus, qui in illis locis ſunt, vel curantur. Manifeſtum enim eſt: quod quisquis derelinquit vel donat, ſive in ſcriptis ſive ſine ſcriptis xenodocho, vel noſocomo, vel ptochotropho, vel orphanotropho, idcirco dat, ut pie per ipſum diſpenſetur: ut qui multam [48] de eorum pietate præſumptionem & occaſionem habeat, qui iis locis præfecti ſunt: neque vero juſtum eſt, ipſum ea, quæ ſub prætextu [49] eorum, quæ ſub ejus cura ſunt, accipit, non in ipſos vel pro ipſis impendere, ſed in propriam perſo-

1 Interpretatio Contii. 2 *l. 2. ℑ. de evict.* 3 Nec enim ab aliis coguntur ipſi, *l. 2. ſup. h. t.* 4 Anathematiſmum diſtinguit ab excommunicatione recte: Eſt enim plus anathemate percelli, quam nuda communione privari. 5 Ex nomocanone 1. *c.* 20. 6 Interpretatio Contii. 7 Abbates in Epiſcoporum poteſtate conſiſtunt: & ſi quid extra legem fecerint, ab ipſis corriguntur, *can. abbates.* 16. *can. monaſteria.* 17. *cauſ.* 18. *qu.* 2. 8 Monachi Abbatibus omni obedientia, & devotione ſubjici debent. *d. can. abbat.* 9 Beneficiorum multitudo jure civili prohibita, *ut hic.* & jure Canonico, *c. cum in cunctis. §. cum vero. de elect. cap. poſt electionem. de conceſſione præbendæ:* vide *titulum de præbendis diſt.* 89. *c. ſingula*, id eſt, niſi forte ea ſit doctorum penuria, ut unum pluribus eccleſiis, quam ſingulos ſingulis præfici magis expediat. 70. *diſt. c. ſanctorum.* Quin inventæ ſunt beneficiorum conjunctiones ſeu uniones, ob deſertas civitates, deminutos reditus, & ſimilia. *l. 36. ſ. h. t. c. & temporis.* 48. *c. poſtquam.* 49. 16. *q.* 1. *c. quia monaſterium* 2. *de religioſis domibus. c. eam te.* 4. *de ætate & qualitate.* (Hujusmodi magiſtratuum conjunctiones multæ apud Juſtinianum, *Novell.* 8. 24. 25. 26. 27. 28. 29. ſic populus Albæ, & Romæ in unum coiit. *Livius* 1. *Ovid.* 6. *Faſtor.*) uniones autem iſtæ ſiunt varie: uno modo ut plane unum beneficium ſit, unus Epiſcopus, unaque Eccleſia, *Nov.* 28. *in pr.* altero, ut una ſit ſuperior & principalis, alia inferior & acceſſoria, cui ideo vicarius certus conſtituitur, miniſterii ſacri obeundi cauſa, *cap. extirpandæ.* 30. *§. qui vero. de præbend.* Tertio, ut neutra ſubjiciatur alteri, ſed ambabus ſuum titulum, & gradum retinentibus idem miniſter præficiatur, *c. Novit. ille.* 7. *de offic. & poteſt. jud. del. ne Sede vacante. c. & temporis.* 48 16. *quæſt.* 1. 10 Id in civilibus quoque magiſtratibus conſtitutum: *l. ult. in pr. de adſeſſ. & domeſt. l. 5. in pr. ℑ. qui militare*, adde *l. lecta.* 40. *ff. de reb. cred.* 11 Hic verſiculus hodie non eſt in uſu. Solent enim diſpenſationes ad duo, tria, plurave beneficia obtineri. *cap. de multa.* 28. *de præbendis.* Recte. Duar. 8. *de benef.* 4. non minus, inquit, monſtruoſi videntur, qui tot perſonas in eccleſia ſuſtinent, quam Briareus ille, qui manus centum habuit, ut eſt in fabulis: aut Geryon, quem trium corporum fuiſſe perhibent. *Goth.* Beneficiorum multitudo prohibita hic. Adde *c. cum in cunctis. §. non vero. de elect. cap. poſt electionem de conceſſ. præbend.* Excipe caſum 70. *diſtinct. cap. ſanctorum.* uniones tamen ex cauſa permittuntur. Anſ. 12 *l. 23. in verbo repetita promulgat. ℑ. de teſtament.* 13 Pro tribunali. Cujac. *ad l. 7. in verbo, ſi paciſcar. fol.* 113. *ff. de pact.* 14 De quib. *l. 33. §. 2. ſupr. h. t.* 15 Turpe eſt defenſori eccleſiæ, affectare munus inſinuandi teſtamenti. 16 Apud magiſtrum cenſus teſtamenta inſinuari ſolita. adde *l. 23. ℑ. de teſtam.* 17 Opprobrium, adde *l. 17. ſ. h. t.* 18 Volunt tamen Canones ſacerdotem peritum eſſe ſecularium negotiorum, vide *diſt.* 39. 19 Reponendum Juſtino. 20 Interpretatio Contii. 21 Ἀχράντῳ. 22 Græci ἀνεπιλήπτους *hic: &* 1. *ad Timoth.* 3. *verſ.* 2. ſic Paul. *ad Titum* 1. *verſ.* 7. δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι ὡς Θεοῦ οἰκονόμον. 23 Nota munus Epiſcopi: & ita Petrus *Act.* 6. *verſ.* 4. ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν. adde *l. 34. ℑ. de epiſc. aud. Novell.* 133. *cap.* 5. 24 Hinc illud Leonis: Nulla ratio eſt ut inter Epiſc. habeantur, qui nec a clericis ſunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a provincialibus epiſcopis cum metropolitani judicio conſecrati. vide 62. *diſt. can. nulla ratio.* 1. *diſt.* 63. & Apoſtoli in eligendis diaconis advocata multitudine diſcipulorum, Diſpicite, inquiunt, ex vobis, viros ſeptem, quos præficiamus, placuit hæc oratio toti præſenti multitudini. *Act.* 6. *verſ.* 2. 3. 4. 5. Goth. Imperator Henricus V. jus eligendi Epiſcopos & Abbates ad Clericos & religioſos tranſtulit. Anſ. 25 *Novell.* 123. *cap.* 1. *§.* 1. Cur non duabus? *ut Act.* 1. *v.* 23. 26 1. *ad Tim.* 3. *verſ.* 7. 27 Sic inter cætera Paulus ait, non oportere Epiſcopum eſſe αἰσχροκερδῆ ſed ἀφιλάργυρον. 1. ad *Tim.* 3. *verſ.* 3. 28 *l. 48. ℑ. h. t.* Imo quibus liberi ſint. 1. *ad Tim.* 3. *v.* 4. *& ad Tit.* 1. *verſ.* 6. adde *Nov. Leonis* 2. *&* 3. 29 Quas φροντίδας Græci, Paulus ἀνάγκην. 1. *Corinth.* 7. *verſ.* 26. *& princ. verſ.* 32. volo vos eſſe ἀμερίμνους. *huc refer verſ.* 33. 34. 30 Vide *Novell. Leonis* 3. quos tamen poſſumus ἔχειν ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. 1. *ad Timoth.* 3. *verſ.* 4. poſſunt etiam iidem eſſe fideles, *ad Tit.* 1. *verſ.* 6. 31 Vide *Leon. Nov.* 2. 3. 32 Ἐπίνοιαν. 33 Vide *Novell.* 131. *c.* 1. 34 Epiſcopi poſſunt de propriis bonis teſtari. 35 Ad quartum gradum. *dicto cap.* 13. *in medio.* 36 Adquiſita per Epiſcopum, eo mortuo deferuntur ad eccleſiam: nec in his teſtari poteſt. 37 Nota decidendi rationem, perſonæ extraneæ ſi quid donant aut legant epiſcopo, ejus ſacerdotium potius ſpectant, quam perſonam. 38 Vide quæ ſcripſi *ad Nov.* 38. *in fin.* 39 Oeconomi rationibus reddendis obnoxii. 40 Oeconomi inter cætera munus fuit mortuo Epiſcopo res defuncti Epiſcopi cogere, & earum rationes reddere. 41 Oeconomus Eccleſiæ ſingulis annis rationem reddebat. 42 Oeconomus Epiſcopo rationes reddere tenetur. 43 Rationibus reddendis obnoxius, ſi eas non reddiderit, onus earum reddendarum ad heredes transmittit. v. *l. 12. ℑ. arb. tut.* 44 Piorum locorum adminiſtratores adquiſita poſt ſuſceptam hujusmodi adminiſtrationem, ſive teſtamento, ſive alio modo in alium transferre aut donare alii non poſſunt, ſed ea loco pio, quem adminiſtrant, relinquere coguntur, niſi ea habuerint a parentibus, patruis, vel fratribus. 45 Præpoſiti locorum religioſorum, de adquiſitis teſtari non poſſunt. 46 Loca religioſa in adquiſitis ſuccedunt præpoſito. 47 Donantis pio loco mens eſt ea, ut relicta pie diſpenſentur. 48 Præſumptio maxima juſtæ adminiſtrationis ſumenda eſt pro eo, qui pii loci adminiſtrationi præfectus eſt. 49 Quod prætextu alicujus accipitur in

nam

nam auferre, & proprio [1] lucro applicare timore Dei contempto: Quis enim tali curæ præpositum non existimet idcirco eam suscepisse, ut non solum quæ extrinsecus ad eum pervenient, sed etiam omnia, quæ habere eum contigerit, in eam rem impendat? §. 7. Amplius id quoque jubemus, ut quæcunque post necessariam erogationem in eos, qui eorum curæ commissi sunt, & debitam [2] curationem rerum & ædificiorum superesse contigerit, ea ad redituum comparationem proficiant: undique enim noster scopus nostraque intentio est, ad amplificationem & augmentum adducere res ad pios usus segregatas: sic enim quisquis pro sua anima quidquam facere volet, promptius erogabit; si [3] crediderit, ea quæ ab ipso data fuerint, pie administranda esse. §. 8. Si autem contigerit aliquem ab administratione sua cessare, quam acceperat: sancimus, eum qui in ejus loco constitutus est, cum timore Domini rationum redditioni subjici gestæ sub eo administrationis, sicut divina nostra lege continetur: sciente & eo, qui post ipsum constitutus est, quod Domino Deo pro his rationem reddet. §. 9. Præterea sancimus, (quemadmodum & divinis [4] canonibus definitum est) ne quis episcopus aut chorepiscopus [5], aut [6] visitator [7], sive circuitor [8] aut presbyter, aut alius cujuscunque dignitatis clericus per largitionem ordinetur. Sed nec œconomus, nec ecclesiecdicus [9], nec xenodochus, nec nosocomus, nec ptochotrophus, nec orphanotrophus, nec brephotrophus, nec quisquis ptochio [10] præficiendus est, per talem fiat largitionem: sed per judicium & probationem eorum qui in illis locis sunt, Deo amantissimorum episcoporum. Si vero quis inventus fuerit occasione prædictarum ordinationum & administrationum aliquid dedisse, vel accepisse, sive episcopus sit, sive clericus: & eum qui præbuit, & [11] eum qui accepit, extra sacerdotium & clerum fieri jubemus: ut post hæc Domini Dei subjaceant condemnationi. Si autem quis propter præfecturam dedisse [12] quid compertus fuerit, eum qui ita præfectus factus fuerit, extra clerum esse jubemus: si vero œconomus vel ecclesiecdicus [13] seu defensor vel chorepiscopus, id est, vel periodeuta [14], visitator vel xenodochus, vel nosocomus, vel ptochotrophus, vel orphanotrophus vel ptochio præpositus comperietur præbuisse quid, ut sibi cura illa committeretur, & hunc removeri ab hujusmodi cura, jubemus. §. 10. Præterea sancimus, ut omnes clerici per singulas ecclesias constituti, per seipsos psallant [15] nocturna [16], & matutina, & vespertina, ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant, nomen [17] quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini Dei: Turpe enim est, pro ipsis scriptos, necessitate ipsis inducta psallere. Si enim multi laicorum, ut suæ animæ consulant, ad sanctissimas ecclesias confluentes studiosi circa psalmodiam ostenduntur, quomodo indecens non fuerit clericos ad id ordinatos non implere suum munus? Quapropter omnimodo clericos psallere jubemus, & ipsos inquiri a Deo amantissimis pro tempore episcopis, & duobus presbyteris [18] in singulis ecclesiis, & ab eo [19], qui vocatur archos vel exarchos [20], & ab ecdico, sive defensore cujusque sanctissimæ ecclesiæ: & eos qui inventi non fuerint inculpate in liturgiis perseverantes, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt, vel fundarunt sanctissimas ecclesias pro sua salute & communis reipublicæ: reliquerunt illis substantias, ut per eas debeant sacræ liturgiæ fieri, & ut in illis a ministrantibus piis clericis Deus colatur. † Licentiam autem concedimus omni [21] personæ, quæ quid horum prætermissum esse cognoverit, ea denunciare & publicare. §. 11. Ea vero, quæ a nobis sancita sunt, fini tradi, & ad effectum perduci cum Dei benignitate jubemus: eos vero, qui in suspicionem venerint, aliquid horum ausu temerario prætermisisse, primum [22] quidem ex Domini Dei judicio periculum, ac deinde positas in hac lege pœnas sustinere. Dat. Kal. Mart. CP. DN. *Just.* P.P. A. II. Conf. 528.

Præfatio. 1. *De Episcopis Constantinopolim proficiscentibus.* 2. *Sanctio.* 3. *Epilogus.*

43. [23] Idem A. Epiphanio Archiepiscopo Constantinopolitano & Patriarchæ.

OMnem semper adhibentes providentiam circa sanctissimas ecclesias [24], per quas & nostrum imperium sustineri, & communes res clementissimi Dei gratia muniri credidimus, necnon & nostras, & cæterorum omnium animas studentes salvari, & eam ob rem solliciti assidue, ne commoda sanctissimarum ecclesiarum, in quacunque civitate sint constitutæ, aliqua ratione minuantur: neve quæ in ipsis fiunt, divinæ liturgiæ [25] ex Deo amantissimorum sacerdotum absentia impediantur, aut non convenienter curentur: ac ne etiam sanctissimarum ecclesiarum consumantur res, tam propter itinerum, quam etiam commeantium huc sacerdotum & comitantium clericorum impensas, unde sæpe & sub fœnore accipiendi necessitas emergit, & ex ea re onus ad ipsas sanctissimas ecclesias venit: simul etiam, ne ecclesiasticarum rerum non convenienter procedat administratio per absentiæ Deo amantissimorum episcoporum tempus, his ad tuam beatitudinem divinis apicibus uti oportere existimavimus. §. 1. Per quos ipsi jubemus, fieri omnibus manifestum, per singulas Metropoles uniuscujusque provinciæ ipsi subjectis sanctissimis sacerdotibus; quoniam non decet aliquem ipsorum, aut eorum, qui in aliis provinciarum civitatibus sub metropolitano ordinati sunt, episcoporum, secundum propriam voluntatem absque divina nostra speciali jussione [26], relinquere [27] quidem gubernatam a se sanctissimam ecclesiam, in hanc vero felicem commeare civitatem, qualiscunque emergat res: sed mittere oportere huc unum, aut duos ex sibi subjecto pio clero: & facere manifesta nostræ pietati ea, quibus opus habent aut per se ipsos, aut per intermediam tuam beatitudinem: sicque perfrui justa & compendiaria nostra ope: si enim quippiam eorum, quæ ad nos relata fuerint, tale nobis visum fuerit, ut indigeat ipsorum Deo amantissimorum sacerdotum præsentia, confestim tum proficisci jubemus ipsos: absque vero tali divina jussione, neminem proficisci concedimus. §. 2. Sciente horum transgressore & recte ac pie introductam a nobis pro sanctissimarum ecclesiarum honore observantiam prætereunte, quod non parvam indignationem experietur: sed & sub excommunicatione fiet, si quidem Metropolites sit a tua beatitudine: si vero civitatis sit episcopus, quæ Metropolitæ subjecta sit, ab ipso Metropolita: Pecuniariam namque pœnam definire contra contemnentes divinam nostram dispositionem non necessarium esse putavimus, ne [28] inde ad sanctissimas ecclesias, quod inde eveniret damni, redundet: quarum res ab omni deminutione liberas manere cupimus. §. 3. Hæc igitur ad singulorum notitiam sub ipsa ordinatorum Deo amantissimorum Metropolitanorum Episcoporum perferre tua sanctitas studeat, & ab unoquoque missas responsiones tam per Metropolitas, quam per ipsarum reliquarum provinciæ civitatum Deo amantissimos episcopos de his, quæ hac de re didicerint, ad nostram religionem referre. Dat. 10. Kal. Mart. CP. DN. JUSTINIANO P.P. A. II. COS. 528.

De monachis, & monastriis separandis.

44. [29] Idem A. Menæ P.P.

SAnctissimarum ecclesiarum, & piissimorum monasteriorum decori consulentes, interdicimus omnibus habitantibus monasteria conversari cum [30] mulieribus monastriis, aut occasionem aliquam excogitare, qua communicationem aliquam cum ipsis habeant, (hoc enim justam suspicionem introducit, assidue, aut cum voluerint cum ipsis congrediendi) sed ita segregatos esse, ut nullam [31] participationem ad invicem ob quamcunque causam habeant ipsi, neque excogitari aliquam occasionem, vel illis, vel his mutuæ inter se commorationis: sed soli per se homines in quolibet monasterio degant, a vicinis sibi per quamcunque causam monastriis segregati: Solæ item per se mulieres non commistæ viris: ut omnis suspicio indecoræ [32] conversationis penitus tollatur [33]. Sed si viri fuerint plures, oportet providentia singularum civitatum Episcoporum fœminas in alium convenientem locum transferri, & dari monasterium ipsis, in quo oporteat ipsas in posterum apud se ipsas honeste conversari: sin plures inveniantur fœminæ, aut etiam pari numero: viros quidem transferri, fœminas autem in monasterio manere, ita ut res ipsius monasterii mobiles & immobiles, & se moventes hi, qui exeunt, cum his, qui manent, pro rata dividant. Necessariis autem responsis [34] apud se degentium separatim mulierum, unum senem [35] a Deo amantissimo Episcopo civitatis segregari: ad divinas vero peragendas liturgias, & sancta [36] communione participandas unum presbyterum, & unum diaconum honestæ vitæ dari, qui hæc sola supradicta agere debeant, non etiam convesci & conversari, aut cohabitare cum ipsis. His enim servatis, & ipsis felix vita erit, qui solitariam vitam elegerint, & communis nostræ reipublicæ res paratiorem consequentur a Deo clementissimo opem. Quæ igitur super communibus rebus, & nunc recte habere existimavimus, hujusmodi sunt. Sed & credidimus non parvam hinc visum iri additam esse his ex divina nostra constitutione utilitatem.

§. 1. Sed & observatione & cautela diligenti opus est, ne ullo modo prætereantur hæc: Quod non aliter continget, quam si Deo amantissimi cujusque civitatis Episcopi [37] inspiciant diligenter monachorum degentium in monasteriis sub sua cura ordinatis, conversationes: &, si quid senserint hujusmodi lapsus, omnibus modis compescant tale ipsorum inceptum: & pœnis subjiciant eos, qui post nostram prohibitionem adhuc talia perpetrant: & cogant ut eorum conversationes sint puræ, & separatæ ab omni commercio muliebri. Nam & ipsis Deo amantissimis Episcopis, si hoc recte æstimare voluerint, perspicuum est, quod ex observatione honestæ hujus devotissimorum monachorum conversationis, & si eis contigerit: nihil indecens, aut inhonestum accidere: clemens Deus propitius res communes nostræ reipublicæ secundabit.

§. 2. Sed ne vel ipsi Deo amantissimi Episcopi supervacuum ducant hoc nostrum præceptum, nosse ipsos volumus, quod si quis ipsorum manifestus sit, non cum omni diligentia [38] hæc investigare, aut manifestum lapsum non secundum prædictos modos emendare; obnoxius quidem erit judicio Domini Dei, & nunc in ipsum veniet imperii nostri indignatio, & circa ipsum periclitabitur sacerdotium, neque alia majore opus erit indignatione.

§. 3. Tua igitur excellentia divinam nostram hanc legis positionem manifestam faciat cujuscunque metropoleos Deo amantissimis Episcopis, & clarissimis Præsidibus provinciarum: addens & hoc: quod & ipsi, si opus sit, omne ferant [39] auxilium piissimis civitatum Episcopis ad hujusmodi [lapsus]

ejus utilitatem verti debet. 1 Qui dispensandi facultatem habet, seipsum eligere non potest, *arg. l. 4. ff. de tutor. & curat.* v. Bart. *in l.* 43. *n.* 33. *ff. de vulg.* 2 Reditus ecclesiastici in alimenta personarum, dein ædificia, post hæc in emptionem prædiorum convertuntur, adde *l.* 3. J. *de usur. pupill.* 3 Eo libentius committitur alicui dispensatio, quo fides ejus notior: quo denique speratur, res ita relictas juste ac pie per eum dispensatum iri. 4 *Canone* 28. *Apost.* 5 Damasus *in epistola Laodicensi, c.* 57. Zonaras χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι. adde §. 10. J. *h. t.* ruris aut suburbii episcopi sub ditione episcopi, aut metropolitani: defensores ecclesiæ, ἄρχοντες; iidem qui & archidiaconi vel archipresbyteri fere ut Leo ait, & ut est in synodo Neocæsariana, *c.* 14. adde *cap.* 10. *Antiochenæ Synodi*, Basil. *epist. ad Chorepiscopos*, ὡς συλλειτουργοὶ εἰς τύπον τῶν. Sigebertus, archidiaconi, qui dicuntur chorepiscopi in antiquis monumentis. Abbas d. Irenæi & Justi apud Lugdunenses ita appellatur, v. Cuj. *hic.* Datur chorepiscopus certo vico vel pago ab episcopo urbis. v. *c.* 10. *Synodi Antioch. & c.* 13. *Synodi Neocæsariensis & c.* 13. *Ancyranæ.* Papias regionarios vocat. v. Cujac. *ad l. 6. D. de excus. tut.* dicti quasi χωρικοὶ, id est, rustici. vide Duaren. 1. *de benef.* 9. Video chorepiscopos conferri 72. discipulis 68. *distinct. c. quamvis.* ut merito possis dicere a chorepiscopis cardinales suam dignitatem mutuatos.
6 Idem fuisse videtur χωρεπίσκοπος & περιοδευτής. 7 Περιοδευτής, de quo dicam J. *h. t.*
8 Μήτε χωρεπίσκοπον, μήτε περιοδευτήν, *ut* J. *h. t.* 9 Id est, Syndicus Monasterii, vid. *l.* 34. §. 5. J. *de Episcop. aud. Nov.* 123. *c.* 25. 27. *Nov.* 133. *c.* 4. *Nov.* 153. Ans. 10 ἢ τὸν ἐπὶ τῆς πτωχείας. Is erat generalis mendicorum curator, diversus a ptochotropho & œconomo.
11 Dantem pariter & accipientem damnatio Simonis involvit, *can. quos constiterit.* 1. *q.* 1.
12 Ambitus Ecclesiastici pœna, *l.* 31. S. *h. t.* 13 *Ut sup. eod.* ἐκκλησιέκδικος, defensor ecclesiæ. 14 *Ut 6. sup. h. t.* περιοδευταὶ dicuntur, ἐκ τοῦ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς; ut Zonaras ait, visitatores *c. non debere dist* 80. In locum remotorum Episcoporum substitui solent. Ioannes in epistola ad episcopos Galliæ de Contumelioso episcopo, *ne ejus ecclesia destituta videatur, in ejus locum visitatorem dari decernimus.* v Cuj. *hic*, idem defensor & adjutor episcopi a Papia nulli certo loco deputatus: sed ubique implens absentis episcopi vicem. De periodeutis, adde quæ scripsi, *ad l. 6. §. 1. D. de excus. tut.* ubi vide *Cujac.* 15 Psalmodiæ in templis nocturnæ, matutinæ, vespertinæ. 16 Precum publicarum, aliæ nocturnæ, aliæ matutinæ, aliæ vespertinæ. 17 Nomine tantum sunt clerici, qui clericis bona destinata adsectantur, eaque consumunt, per se autem munia clericorum non implent: eo nomine indigni privilegio clericorum. *l.* 9. S. *de sacrosanctis eccles. l.* 5. §. 12. *ff. de jure immun.* De pseudoclericis, v. Duaren. 1. *de sacris* 17. 18 Καὶ δύο πρωτοπρεσβυτέρων & duobus protopresbyteris, seu primis presbyteris. 19 Καὶ τοῦ καλουμένου ἄρχοντος ἤτοι ἐξάρχου, καὶ τοῦ ἐκδίκου ἑκάστης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. 20 Id est, chorepiscopo: de quo dixi §. 9. *supr. h. t.*
21 Ut sit actio quasi popularis. *l.* 1. *ff. de popular. action.* 22 *V. l.* 2. J. *de rebus creditis.*
23 Interpretatio Contii. 24 Ecclesiæ preces imperia principum sustinent, rempublicam muniunt, & animas omnium servare student. 25 Liturgiæ non impediendæ per absentiam Episcoporum. 26 *Novel.* 6. *cap.* 2. 3. *Novel.* 67. *c.* 3. *Novel.* 123. *c.* 9.
27 Huc refer illud Synesii, χρῆναι τούτοις, ὅσοι τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀπέπταντο πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀποπᾶσθαι.
28 Pœnam alterius peccato alteri infligi, iniquum est. *l. sancimus* 22. J. *de pœnis.*
29 Contii interpretatio. 30 *Nov.* 123. *c.* 29. & 36. & *l.* 19. *supr. h. t.* 31 Adde *Nov.* 133. *c.* 3. 32 *V. l.* 19. S. *h. t.* 33 Quantumvis eos adoptaverint sibi fratrum cognatorum, aut dilectorum loco. 34 Apocrisiarios intelligit, *Nov.* 123. *c.* 36.
35 Suspicionis enim minus est in sene, quam in juvene: & eo magis, si non modo senex sit, sed etiam eunuchus, quod suadet *Nov.* 133. *c.* 5. 36 Sancta communio liturgiam sequi solet, & sic solent communicare, qui liturgiæ adsunt. 37 *Novel.* 133. *c.* 4.
38 Episcopo indigna est negligentia. vid. 84. *dist.* 39 Seculari manu episcopi sunt juvandi. Sic alibi. Judices manu militari utuntur in exequendis sententiis. *l.* 68. *ff. de rei vind.*

coërcenda, quæ tolli jussimus: & si qua negligentia eos usos esse invenerint, manifestam eam nobis proprio facient judicio, ut utique omnes cognoscant, & quænam ab ipsis servari debeant, & ex negligentia [1] definitam [2] pœnam. Curent autem & Deo amantissimi Metropolitæ, etiam aliis reverendissimis civitatum Episcopis ejusdem provinciæ facere manifestam divinam hanc nostram legem, & denunciare omnibus, ut vigili studio hæc custodiant, verentes definitam pœnam. §. 4. Ac ne protrahatur plena observatio divinæ nostræ hujus legis: atque etiam ne ipsi reverendissimi monachi, qui in præsentia conversantur cum monastriis, parvum putent tempus sibi dari ad debitam, & injunctam ipsis separationem faciendam: annale [3] ipsis definimus decretum ab eo [die] quo manifesta divina nostra lex hæc facta fuerit: ita ut post anni curriculum, si appareant ea, quæ ad convictum attinent, in eodem manere schemate, locus sit omnimodo insertis divinæ huic nostræ legi pœnis. Datum 15. Kal. Febr. CP. DECIO [4] V. C. COS. 529.

De filiis presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum.

45. [5] Idem A. Juliano P. P.

SAcris canonibus [6] neque Deo amantissimis presbyteris neque reverendissimis diaconis, aut subdiaconis nuptias contrahere [7] post hujusmodi ordinationem permittentibus, sed solis reverendissimis psaltis, & lectoribus id concedentibus, animadvertimus quosdam despicientes quidem sacros canones, pueros autem generantes ex quibusdam mulieribus, quibus conjungi secundum sacerdotalem censuram non possunt: Quoniam igitur pœna facinoris hujus in sola [8] sacerdotii erat amissione: sacros autem canones non [9] minus, quam leges, valere etiam nostræ volunt leges: sancimus obtinere in illis, & quæ sacris visa sunt canonibus, perinde ac si civilibus inscriptum esset legibus: & omnes istiusmodi homines tam [10] sacerdotio, quam divino ministerio, atque etiam dignitate ipsa, quam habent, nudari: Quemadmodum enim sacris canonibus prohibita sunt talia, sic [11] & secundum nostras leges rem ipsam prohiberi: & præter supradictam excidendi a ministerio pœnam, ne [12] legitimos quidem, aut proprios esse eos, qui ex hujusmodi inordinata constupratione nascuntur, aut nati sunt: sed eam, quæ ex talibus seminibus oritur, participari turpitudinem: tales enim eos esse disponimus, quales quos leges ex incestis aut nefariis natos nuptiis definiunt; ita ut neque naturales, aut nothi seu spurii intelligantur; sed prorsus & undique prohibiti, & successionis genitorum indigni: ac nec donationem [13] ab illis capere possint, neque hi, neque horum matres, ne per interpositas quidem personas, sed omnibus in hos collatis a patribus beneficiis ad sanctam ecclesiam, ex qua sunt, qui talia deliquerunt, revertentibus: Quod enim sacri canones prohibent, id [14] etiam & nos per nostras abolemus leges [15]. Si vero simulata quædam obligatio sub specie mutui, vel alterius contractus instrumenti fiat, quæ obligatum faciat eum, qui hujusmodi constuprationis particeps factus est, hanc etiam infirmam esse volumus: & talium rerum dationem, non ad eam personam, in quam concepta sunt scripta, sed ad sanctissimam ecclesiam pervenire. Data 15. Kal. Nov. CP. LAMP. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De relicto ad pias causas. 9. Annali.

46. [16] Idem A. Juliano P. P.

SAncimus, si quis moriens piam fecerit dispositionem vel per institutionis modum, vel per legatum, aut fideicommissum, aut mortis causa donationem, vel alium quemcunque [modum] legitimum: sive injunxerit pro tempore Episcopo curam agere, ut impleantur, quæ ipse voluit, sive & hoc reticuerit, sive etiam in contrarium prohibuerit: necessitatem [17] habere heredes id, quod ordinatum est, facere & adimplere omnimodo: Quod si id sponte non fecerint, confestim loci Deo amabiles Episcopos, curiosos esse circa hæc, & postulare, ut illi omnia impleant secundum voluntatem defuncti. Sed si quidem ecclesiæ ædificationem injunxerit testator, intra triennium instare eos, ut perficiatur: si vero xenonis ædificationem, intra unum [18] annum duntaxat id fieri cogere: tanquam sufficiente tempore hoc constituto ad perficienda, quæ placuerunt testatoribus: cum sit possibile, & domum conducere, & infirmos illic in lectis sternere, donec opus ædificationis xenonis seu hospitalis compleatur: Si vero quædam dare simul & una præstatione in pias causas damnati fuerint: confestim cogere eos facere, hoc est, post testamenti insinuationem, & post apprehensam [19] hereditatem, vel legatum ab his qui honorati sunt.

§. 1. Sin autem transierit prædictum tempus, ac neque ecclesia, neque hospitale ædificatum fuerit, neque hospitalis aliquis sit, qui hoc ordinet: mox ipsos Deo amabiles Episcopos [20] exigere ea, quæ pro eo ordinata sunt, & in id convenienter quæsita, & facere ædificationes sanctissimarum ecclesiarum, & hospitalium, & gerontocomiorum [21], aut orphanotrophiorum præparationem, aut ptochotrophiorum [22], aut nosocomiorum constructionem, aut captivorum [23] redemptionem, aut aliam quamlibet actionem piam, a testatore ordinatam: designare etiam seu præficere, qui hæc administrent, xenodochos, vel orphanotrophos, vel brephotrophos [24], gerontocomos, vel simpliciter piarum [25] actionum diœcetas [26] & curatores: non amplius valentibus post dicti temporis lapsum & dictam indevotionem his, qui illa non fecerint, immiscere se prædictarum rerum administrationi, aut Deo amabiles Episcopos impedire ab illarum rerum administratione. §. 2. Clarissimis Præsidibus provinciarum necessitatem imponentibus heredibus omnimodo ea perficere: namque & veteribus [27] prædicatum est legibus, necessitatem imponi implere deficientium voluntates eis, qui habere permittuntur, quæ illi reliquerunt. §. 3. Sed Deo amabiles Episcopi, si quidem aliquos diserte hi, qui defecerunt, præposuerint rebus (veluti xenodochos, ptochotrophos, aut nosocomos, aut brephotrophos, aut orphanotrophos aut gerontocomos, aut paramonarios [28], aut œconomos, aut, simpliciter [dicendo,] piarum actionum administratores) illos quidem permittant habere administrationem; ipsi vero non administrent quidem; sed administrationem illorum inspiciant aut observent: & recte quidem habentem laudent: in quibusdam autem aliquid prætergredientem corrigant: pessima autem administratione facta etiam eos expellant, & alios instituant, qui cogitent & animo concipiant magni Dei timorem, & terribilem magni & nunquam finiendi judicii diem, ad quam [29] illos respicientes convenit omnia facere cum ad Deum coordinata mente.

† Si vero neminem diserte hi qui moriuntur, præstituerint administrationi, sed in heredum potestate totum posuerint; hi autem rem neglexerint; continuo ipsi Deo amabiles Episcopi & administrent, & præficiant suprascriptas personas, (ut ptochotrophos, aut nosocomos, & cæteros deinceps, qui etiam magni Dei honorem mente præferant) ut omnimodo & via & artificio ad effectum perducantur, quæ ordinata sunt. §. 4. Supra autem omne tempus quo distulerint facere disposita scripti heredes, eos cogi solvere & fructus [30], & reditus, & omnem legitimam accessionem a tempore ejus qui disposuit, mortis sancimus; non [31] inspecta mora a litis contestatione aut conventione, sed ipso [32] jure intellecta (quod dicitur vulgo) mora præcessisse, & locum habente fructuum & aliarum rerum accessione. §. 5. Hoc eodem obtinente; & si non ab herede, sed a fideicommissario [33] aut legatario relictum fuerit hujusmodi pium legatum, & illud acceperit is, qui legato honoratus est: & mox quidem licentiam esse Deo amabilibus Episcopis poscere tales personas quibusdam rebus honoratas facere disposita. §. 6. Si [34] vero negligentes fuerint locorum Deo amabiles Episcopi id agere, forte gratia corrupti a scriptis heredibus, vel legatariis, vel fideicommissariis: licentia erit, aut Metropolitano provinciæ [35], aut Archiepiscopo illius diœceseos, hæc cognoscenti, inquirere, & cogere, pium opus, aut piam liberalitatem omnimodo impleri: & cuicunque civium idem etiam facere licentia erit: cum sit enim communis pietatis ratio, communes & populares [36] decet etiam affectiones constitui harum rerum executionis: habituro unoquoque licentiam ex nostra hac lege movere ex [37] *lege condictitia* & postulare relicta adimpleri: sciente, qui hæc neglexerit, Deo amabili Episcopo, quod & ipse, præter imminentes e cœlo pœnas, etiam imperialem motum super hujusmodi contemptu experietur.

§. 7. Ut autem adhuc majore metu terreantur heredes morientium, vel harum rerum procurandarum & faciendarum onere gravati; quominus harum rerum effectum differant; & hoc sancimus: ut si impetiti a Deo amabilibus Episcopis, qui his rebus honorati sunt, postea cessaverint, seu distulerint, ita ut Præsidum exactione opus fuerit, confestim non solum ipsi simplum (quod dicitur) exigantur, sed omnino duplum [38]; Si enim apud veteres erant quædam themata, in quibus ex inficiatione [39] dupla condemnationis inducebantur, quomodo utique non etiam hic eos, qui non solum ne sponte fecerint, sed tempus præterea protraxerint, & postremo impetiti a Deo amabilibus Episcopis, ac deinde neque ipsis statim parentes, opus habuerint etiam Præsidiali exactione, dupli exactione non convenit castigari? §. 8. Si vero morientes suos heredes voluerint quando morituri essent ipsi heredes, actionem aliquam implere piam, non autem in ipsorum vita, & hoc custodiri, & non [40] in medio heredes cogi facere quid eorum, quæ testator post ipsorum mortem voluerit fieri: cum vero morientur ipsi, necessitatem habeant omnimodo ista implere: dilatione autem aliqua ab ipsorum heredibus facta, tunc necesse est, illa fieri quæ ante disposuimus. §. 9. Si vero aliqua eorum, quæ vocantur *annalia* [41] *legata*, relicta fuerint aut donata clero forte, aut monasterio, aut ascetriis, aut diaconissis, aut ptochiis, aut xenonibus, aut nosocomiis, aut brephotrophiis, aut sanctissimarum ecclesiarum pauperibus, aut (simpliciter) cœtibus quibusdam piis, aut omnino non prohibitis ex plebe collegiis [42]; velint autem secundum aliquod tempus hi, qui tunc reperiuntur, auro accepto super tali actione transigere [43]; non liceat id agere, neque quod factum fuerit, ratum esto: imo & [44] privationem rerum [45], qui hæc redemit vel transegit, sustineat.

1 Pœna negligentis episcopi. 2 §. 2. *supr. h. t.* 3 Alias tempus tacite inesset huic imperio, *l. 2. §. 6. ff. de eo quod cert. loc. l. 1. in fin. ff. de cond. & demonstr. l. 24. ff. de oper. libert.* 4 Romæ aliquando unus consul fuit, ut hic. Aliquando tres, ut in *l. 1. §. 2. ff. de offic. quæst.* aliquando quatuor, ut in *l. 25. §. 6. ff. de petit. hered.* Ans.
5 Interpretatio Contii. 6 De quibus v. *can. Nicenæ Synod. dist.* 31. 1. *ad Tim.* 3. *vers. 2. & 4. & c. 4. vers. 1. 2. 3 ad Tit. 1. vers. 6. & canonem 50. Apostol. 1. Cor. 7. vers. 7. & c. 9. vers. 5.* 7 Nuptiæ presbyteris, diaconis & subdiaconis, postquam in eos ordines sunt recepti, hic adeo interdictæ sunt: ut contrahentes nuptias hujusmodi ministerio excidant, liberi ex hujusmodi complexu suscepti, fiant spurii. adde *Nov. Leonis* 3. At forte permissu episcopi id fieri potuit, ut Synodus Ancyrana voluit, *c.* 10. Sed *Novel. Justin.* 123. *c.* 14. id vetuit. Rationem v. apud Cujac. *Novell.* 22. *fol.* 383. 8 *V. Nov.* 22. *c.* 42.
9 Hac de re v. *dist.* 10. 10 *Nov.* 123. *c.* 1. 11 Canonibus ab aliquo actu prohibitus, prohibitus quoque intelligitur legibus: ut ita fiat illatio a canonibus ad leges. 12 Verisimile est id novo jure mutatum esse, jubentur enim clerici contrahentes nuptias, suis adhærere uxoribus, *Novell.* 22. *c.* 42. 13 Cujac. *cons.* 2. hinc colligit Legatum a presbytero filiæ suæ factum, pro non scripto haberi: quasi incapaci relictum: Idque verius esse, si eam ex uxore alterius susceperit. Id ita quoque sentit Hotom. *cons.* 16. Res ita est. Novo jure, (hoc est, *Novell. 89. cap. 15. & Nov. 74. cap. 6.*) spurios ex damnato concubitu susceptos usque adeo a progenitorum fortunis arceri, ut etiam parentes eos alere non teneantur. Jure tamen canonico naturali pietate inspecta pater tenetur eos alere: quin ipsis relinquere potest alimenta aut ad ea usque legatum aliquod, non ulterius. *c. cum haberet. 5. extra. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* Eamque communem esse opinionem refert Rolandus a Valle, 1. *cons. 74. num. 31. & seq.* Idem refert Mich. Grassus, *lib. sent. §. legatum quæst. 6.*
14 Leges non dedignantur sacros canones imitari, *Nov.* 83. *c.* 1. 15 Cur ita? *collige ex can. constitutiones. 4. dist.* 10. 16 Interpretatio Contii. 17 *Novell.* 1. *c.* 1.
18 *Novell. 1. c. 1. §. 1. si quis. & cap. 4.* 19 Hereditas, nisi adita, non transmittitur, *l. un. §. 5. C. de caducis toll.* 20 Quorum oneri incumbit, personis ad id specialiter deputatis deficientibus eo nomine agere, *l. 25. §. 1. C. h. t.* 21 *l. 19. l. 22. C. de sacros. ecclesiis.* 22 A πτωχὸς *pauper &* τρέφω *alo.* hujus meminit Imp. in *l. 33. §. 7. l. 35. & l. 49. h. t.* Ans. 23 Captivorum redemptio pias inter causas numeratur, *ut hic, & l. 28. in pr. & §. ult. C. h. t. l. si quis pro redemptione* 36. *C. de donat.* Quinimo legatum ad liberandos carceratos maleficii causa pium dicitur. Bald. *l. quamvis, C. de solut. & Nov.* 131. *c.* 11. & 12.
24 Brephotrophium est locus infantibus exposititiis educandis destinatus, de quo in *l. 19. l. 22. & l. 23. C. de sacrosanct. eccles.* Ans. 25 Diœceta est is qui post regem totius regiæ curationem habet. Alexand. ab Alexand. *Genial. dier. lib. 4. cap.* 43. vid. *l. 5. C. de Episcop. aud.* Ans. 26 Nota de piarum actionum diœcetis & curatoribus, adde §. 3. *C. h. t.*
27 Adde *Nov.* 1. *c.* 1. 28 Παραμονάριος. Hi erant villici sive actores possessionum, ex eorum genere, qui res ecclesiasticas administrant: quamvis alias hi videantur appellari satellites, adseclæ, buccellarii. Est enim Nicetæ παραμονὴ, πελεκυφόρος, βάρβαρος. vid. Cujac. *hic.*
29 Si non amore, terrore saltem ac metu pœnæ homines a vitio abstinere debent. Brevis differentia legis & evangelii, amor, & timor. adde Augustinum 2. *quæstionum in Exodum.*
30 *Nov.* 131. *cap.* 12. *in fin.* 31 Hic casus est specialis. *Nov.* 131. *c.* 11. Aliud enim in aliorum legatis, *l. 23. ff. de leg.* 1. 32 Mora fit interdum ipso jure. vid. *l. 32. ff. de usuris.* 33 Et merito: sunt enim fideicommissa legatis exæquata. *l. 1. ff. de leg.* 1.
34 Episcopi curam gerit Metropolitanus: Metropolitani Archiepiscopus. 35 De metropolitano & archiepiscopo vide *dist. 21. c. cleros.* 1. Cæterum hic Episcopi, Metropolitani, & Archiepiscopi rectis verbis distinguuntur. Episcopi locorum seu singularum urbium: Metropolitani provinciarum: Archiepiscopi, diœceseos totius curam gerebant. 36 *l. 1. & sq. ff. de popularibus action.* 37 Cur ex lege condictitia, collige *ex l. unic. ff. de cond. ex lege.*
38 Piorum legatorum actio, non modo inficiatione duplatur, sed ex mora. 39 *§. 19. §. 23. in fin. Inst. de act.* 40 Nec enim juste agi potest ante conditionis eventum. *l. 5. §. 2. ff. quando dies legati.* 41 Seu annua. v. *tit. ff. de annuis legatis:* adde *l. ult. C. h. t.*
42 Collegio prohibito legari non potest. Quæ sint prohibita, v. *l. 1. ff. quod cujuscunque univers. & l. 1. ff. de collegiis & corp.* 43 Transigere monasterio de annuo legato non licet.
44 Emptor rei vetitæ alienari, rem emptam restituere cogitur: nec datum pretium repetit, quasi indebitum, *ut hic. §. ult. Inst. de obligat. quæ quasi ex contractu.* 45 Χρημάτων.

tineat.

tineat. Quandoquidem necesse erit: his quidem, qui aliqua parte temporis fuerint, esse pecuniarum copiam: his autem, qui futuri sunt, omnimodam relictorum privationem: Sed nec ipsum *Annaliorum* nomen, neque perpetua defuncti memoria, ob quam & annuum hoc reliquit, conservabitur, sed statim extinguetur una cum ipsa relictorum interiens alienatione. Manere igitur perpetuo [1] ipsos obnoxios hujusmodi dationibus sancimus: adeo ut, si qua fiat alienatio, & ipsa irrita sit: & hi, qui quandoque præerunt piis locis, licentiam habeant persequi, & exigere ipsa, nulla temporis præscriptione opponenda ipsis, cum [2] per unumquemque annum talis nascatur actio. † Quinimo hypothecæ subjecta sint ejus, qui reliquit bona hujusmodi legatorum causa: ita ut licentiam habeant, ex ipsis rebus satis piis operibus facere, non solum pro relictis, sed & pro fructibus ipsorum, & reditibus, & omni legitima accessione: temporali (ut dictum [3] est) nulla retinentibus præscriptione convenire queunte, quatumcunque quis numeraverit tempus: Nisi inter hunc [4] annali legato oneratum, & eum, qui secundum sacros canones, & nostras leges præsul constitutus est, istiusmodi exactionis factum fuerit pactum, quo placuerit, *Ut reditus pro annuo legato daretur a gravata persona, semper vigens ac perpetuus, & non multis publicis oneribus obnoxius: sed & accessionem habens, omnino quidem non [5] minorem quarta parte puri reditus, aut amplius quantum scilicet inter eos placuerit:* Si enim tale quiddam in scriptis fiat pactum, & datus fuerit talis reditus & receptus in scriptis, pactionibus & transactionibus, & id manifestum per gesta monumentorum constitutum fuerit: cessare exactionem annui legati contra eum, qui eo oneratus est, sancimus: eum vero reditum pro legato constitui, perpetuo ad id deputatum, & qui alienari a nemine quocunque alienationis modo possit: nullo [6] autem horum subsecuto, subjacere perpetuo (ut antea a nobis dictum est) dationi annuorum legatorum eos, qui his gravati sunt, sancimus: ut & nomen & memoria defuncti, & ut annui reditus in ipsis operibus perpetuo conserventur. Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE COSS. 530.

De electione, 1. Et confirmatione abbatis, 2. Et abbatissæ, 3. Et cæterorum.

47. [7] Idem A. Juliano P.P.

SAcris [8] nostris legibus existimavimus oportere & hanc addi; quæ ex virtute, non [9] autem ex temporibus, religiosas Abbatias [10], seu præfecturas tribuit: ita videlicet, ut in piis monasteriis, aut asceteriis, non omnimodo mortuo abbate, vel abbatissa, is, vel ea, qui, vel quæ tempore antiquior est, aut secundus secundave deinceps eligatur. Consentimus enim naturæ, neque omnes similiter bonos, neque omnes in æquo facienti malos: sed quem utique & vita [11] optima, & mores honesti, & circa pium exercitium constantia, & commune reliquorum monachorum complementum, aut maxima eorum pars idoneum ad hoc putaverit, & sacris evangeliis propositis elegerit, ad præfecturam vocari; ita ut, si quidem primus post defunctum utilis sit, & monachis præesse dignus, ille aliis præferatur: si vero qui post illum est, similiter in ipsum feratur futuri præfecti calculus: si vero nullus horum dignus videatur; confestim is [12], qui ex omnibus idoneus erit, cujuscunque gradus sit, præordinetur Abbas, qui sit videl. & vitæ honestæ, & honestæ conversationis, & qui servare creditos sibi possit; cum sit conveniens, omnem principatum, & omnem hominum præfecturam, non ex temporibus, neque [13] ex sortibus [14], neque ex fortuitis circumstantiis, sed ex electione, & ex eo, quod præstantius est, fieri; & bonum apud omnes testimonium & probationem esse, fieri ordinationi ordinem. §. 1. Manifesta autem hæc fieri Deo amabili episcopo: ut, cum is didicerit eum qui electus est, & hoc se recte habere adprobaverit; consentientem electoribus calculum ferat, & promoveat ipsum ad hujusmodi Abbatis ordinem. Adprobare vero oportet hanc ipsam electionem, & pro tempore Patriarcham, & qui in his locis sunt, Deo amabiles Episcopos, habentes & ipsos judicium Dei, & futuram condemnationem metuentes, si non per electionem, sed ad aliquam passionem [15] seu affectionem respicientes humanam, promotionem fecerint: habituris ipsis, & in hac vita, & in futura a Deo immissam pœnam: videlicet ipsorum negligentia animabus plurimis peccatorum causas præbente.

§. 2. His omnibus & in reverendissimis fœminis aut virginibus, quæ piis monasteriis præsunt, obtinentibus. §. 3. Reliquo omni sacro ordine, sacro ministerio secundum suos gradus præsidente, & nulla in re per præsentem nostram innovato legem. Dat. 15. Kalend. Decemb. CP. LAMP. & ORESTE COSS. 530.

De electione episcopi.

48. [16] Idem A. Joanni P. P.

SAncimus, neminem ad Episcopatum ordinari, nisi & in aliis rebus utilis & optimus sit, & neque mulieri cohabitet, neque [17] liberorum existat pater, sed loco uxoris, adhæreat quidem & continens sit circa sanctissimam ecclesiam: loco [18] vero liberorum, omnem Christianum, & orthodoxum habeat populum: cognoscens, sic ab initio ea, quæ de successione Deo amabilium Episcoporum sunt, nos disposuisse, & cum ejusmodi cogitatione processisse nostram legem: & eos qui præter hæc quid faciunt, aut fecerunt, omni Episcopatu indignos esse: qui enim, post hanc nostram constitutionem, facere aliquos Episcopos præter ejus vim, aut fieri ausi fuerint, neque in Episcopis numerabuntur, neque manebunt in sacris, sed expulsi ab his, aliis dabunt locum ordinationis, cum in primis diligentissimæ, tum etiam Deo per omnia placentis. Dat. 4. Kalend. Sept. CP. post CONSULAT. LAMPAD. & OREST. 531.

De institutione captivorum, aut pauperum.

49. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI quis ad [19] declinandam [20] legem Falcidiam, cum desiderat totam suam substantiam pro redemptione captivorum [21] relinquere, eos ipsos captivos [22] scripserit heredes [23]: ne videatur, quasi incertis [24] personis heredibus institutis, judicium suum oppugnandum reliquisse: sancimus, ejusmodi & talem institutionem pietatis [25] intuitu valere, & non esse respuendam. §. 1. Sed & si pauperes [26] quidem scripserit heredes, & [27] non inveniatur certum ptochotrophium, vel certæ ecclesiæ pauperes, de quibus testator cogitaverit, sed sub incerto vocabulo *pauperes* fuerint heredes instituti, simili modo & hujusmodi institutionem valere decernimus. §. 2. Et si quidem captivos scripserit heredes, civitatis, in [28] qua testator larem [29] fovere ac degere noscitur, Episcopus & œconomus hereditatem suscipiant: & omnimodo in redemptionem captivorum procedat hereditas, sive per annuos reditus, sive per venditionem mobilium [30] seu se moventium rerum sit: nullo penitus ex hoc lucro, vel Oeconomo, vel Episcopo, vel sacrosanctæ ecclesiæ relinquendo. Si enim propter hoc a [31] speciali herede recessum est, ut non Falcidiæ ratio inducatur, quomodo ferendum est, hoc, quod in sacrum [32] venerit, per Falcidiam vel aliam occasionem minui? §. 3. Ubi autem indistincte pauperes scripti sunt heredes: ibi xenonem ejus [33] civitatis omnimodo hereditatem nancisci, & per [34] Xenodochum [35] in ægrotantes fieri patrimonii distributionem, secundum quod in captivis constituimus, vel [36] per redituum annalium erogationem, vel per venditionem rerum mobilium, vel sese moventium, ut ex his res immobiles comparentur, & annuus victus ægrotantibus accedat: Quis [37] enim pauperior est hominibus, qui & inopia tenti sunt, & in xenone repositi, & suis corporibus laborantes, necessarium victum sibi non possunt afferre? §. 4. Licentia omnino danda & in priore, & in secunda specie, & actionem movere, & debita exigere: ut in captivos, vel in ægrotantes consumantur. Si enim heredum [38] eis & jus [39], & nomen dedimus, sine [40] Falcidiæ tamen legis emolumento: necesse est eos debita exigere, & creditoribus respondere. §. 5. Sin autem ampliores in civitate xenones vel ptochotrophia sint, ne incerta videatur pecuniarum datio; tunc ei xenoni vel ptochotrophio, qui pauperior [41] esse dignoscitur, easdem res vel pecunias adsignari censemus: hoc videlicet discutiendo a viro reverendissimo locorum Antistite, & sub eo constitutis clericis.

§. 6. Sin autem nullus xenon in civitate inveniatur: tunc, secundum de captivis sanctionem, pro tempore Oeconomus sacrosanctæ ecclesiæ vel Episcopus hereditatem accipiat: & sine [42] Falcidiæ ratione pauperibus, qui in civitate sunt, vel penitus mendicantibus, vel alia sustentatione egentibus, eædem pecuniæ distribuantur. §. 7. Hæc tamen omnia locum habere sancimus, quando non certi xenonis vel certi ptochotrophii, vel certæ ecclesiæ nominatio a testatore subsecuta est, sed incertus est ejus sensus. † Sin autem in personam certam venerabilemve certam domum respexerit, ei tantummodo hereditatem vel legatum competere sancimus, nulla [43] Falcidia nec in hac parte intercedente. §. 8. In omnibus autem hujusmodi casibus cœlestes iracundias sacrosanctarum rerum administratores expectent, si qualecumque lucrum ex hujusmodi gubernationibus sibimet acquisierint, vel si hoc committi ab alio consenserint, & non gravissima pœna, & interminatione, quod perperam factum est, studeant corrigere.

1 Δημικῶς, hoc verbum intelligendum est pro subjecta quæstione, v. *l.* 1. *ff. pro socio.* Cur perpetuo? collige ex *l.* 20. *ff. de annuis & menstr.* 2 Quarum rerum actio singulis annis nascitur, earum perpetua petitio est, nulla præscriptio. 3 §. 4. *supr. h. t.* 4 Atqui Ecclesiæ concessa est tantum permutatio, vel cum alia Ecclesia, *Nov.* 54. *c.* 2. vel cum principe, *Nov.* 7. *c.* 2. 5 Adde *l.* 8. *in fin. ff. de transact.* 6 Forma juris omissa actum vitiat. 7 Interpretatio Contii. 8 Hujus legis fit mentio in Novellis. 9 Abbatiæ non pro ætate, sed merito vitæ conferendæ sunt. Sic non ætas, sed vita seniorem facit. Hinc illud, Laqueus juvenum omnes vos: & rursus, Maledictus puer centum annorum. 2. *quæst.* 7. *c. Paulus dicit: Seniorem non increpaveris.* 28. 10 Nota formam eligendi Abbatis. 11 Dignitas, aut nomen non facit episcopum, sed vita: non episcopi nomen, sed vita reverentiam meretur. *c. plerumque.* 27. *in fin. c. non omnes.* 20. *c. non omnis.* 30. *caus.* 2. *quæst.* 7. 12 Hinc illa puerorum nænia, apud Horatium 1. *Epist.* 1. Rex eris, ajunt, Si recte facies. Hinc & illud Actii apud Varronem 4. *de lingua:* Qui recte consulat, consul fiat. 13 Atqui forte Matthias electus est, *Act.* 1. *vers. ult.* Certe, quædam sortibus fiunt, de quibus dixi *ad l.* 3. *J. comm. de legatis.* nec inde tamen sortilegi artem suam defendere debent. *caus.* 26. *q.* 2. *c. non statim & seq.* 14 Sic Virgil. *lib.* 2. *Æneid. vers.* 201. Laocoon ductus Neptuni sorte sacerdos. 15 Vide *l.* 31. *supr. h. t.* 16 Interpretatio Contii. 17 *l.* 42. §. 1. *supr. h. t. Novell. Leon.* 2. 3. 1. *Tim.* 3. *vers.* 2. 18 Hinc illud Pauli, Non, ut confundam vos, hæc scribo, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ. 1. *Cor.* 4. *vers.* 14. 19 Id est declinaturus, aut tacite prohibiturus. 20 Sensus est, qui captivos in universum instituit heredes, totam hereditatem eis confert, nulli Falcidiæ subjectam. Qui volunt sua bona nulli Falcidiæ subjici, captivos aut pauperes heredes instituant: sed hoc apertius exponam §. 4. *J. h. t.* 21 Captivi vox est incerta, ideoque videbatur legatum non valere. *J. tit. de incert. person.* 22 Captivi heredes institui possunt. 23 Id est, instituerit. An idem si substituerit? Baldus ait. 24 Captivis quod relinquitur, non relinquitur incertis personis. *l.* 24. *l.* 28. *supr. h. t. Novell.* 131. *cap.* 11. Cur ita? licet stricto jure instituti sint captivi, ac pauperes, quorum singulæ personæ incertæ: pietatis tamen ratio hæc est, ut jus & nomen heredis tribuatur certis pauperum, & captivorum administratoribus. Hi semper certi: nimirum episcopus, œconomus, xenon: licet ipsi pauperes, quibus viritim fiat distributio, incerti sint. 25 Cujus maximus est favor. 26 Captivis concessa, & quæ superius dicta sunt de captivis, eadem locum habent in institutione pauperum. 27 Ratio dubitandi *ex l.* 9. §. 9. *ff. de her. instit.* 28 Vide *l.* 26. *supr. tit. prox.* 29 De lare, vide *l.* 1. §. 2. *ff. de agnosc. & alend.* 30 Vide quæ notavi *ad l.* 93. *ff. de verb. sign.* 31 A speciali herede interdum ita recedere possumus, ut Falcidia non utatur. 32 Captivis, aut pauperibus quod relinquitur, sacro corpori relinqui intelligitur. Inde fit, ut hujusmodi relicta non minuantur per legem Falcidiam. Vetatur enim rerum sacrarum diminutio. 33 Xenonem qui heredem instituit, in dubio suæ civitatis xenonem instituisse intelligitur. Etenim suam quisque magis, quam alienam civitatem diligere præsumitur: & ita recte judicari potest ex præsumpta voluntate testatoris. 34 Xenodochium qui instituit; Xenodochii nomine ægrotos advenas instituere videtur. 35 Xenodochus is est, qui advenas ægrotos, inopes, debiles, invalidos, necessarium sibi victum parare nequeuntes hospitio excipit. 36 Sensus est, Xenones ita solent institui, vel ut certam summam pauperibus semel distribuant, vel ut reditum annuum erogent, vel ut ex mobilium pretio immobilibus emptis annuum victum ægrotantibus præstent. 37 Sensus est, vox *Pauperis* a propria significatione non est detorquenda. Ideoque pauperibus institutis non tam eorum hospes, quam ipsi hospitio excepti ac egentes, instituti videntur. 38 Testamentarius executor actiones movere potest sicut heres. *Bart.* 39 Piorum locorum administratores si quid ipsis piis locis testamento sit relictum, ipsi inquam, administratores, eo casu jus, & nomen heredum sortiuntur ac ferunt: nempe ut debita testatoris exigant, & ejus creditoribus satisfaciant, & creditoribus dimissis, relicta ipsis pauperibus dividant, seu distribuant. Hoc cum fit, videntur comparari heredibus fideicommissi restitutioni obnoxiis. Licet igitur aliquis Trebellianicam, aut Falcidiam ab iis deducit: eo magis quod hac lege jus, & nomen heredum accipiant: sed non ita jus est: alio enim fini heredes instituuntur, nempe non ut lucrum faciant, sed ut integrum relictum distribuant: nullo lucro eis relinquendo. §. 2. *supr. h. t.* sine Falcidiæ ratione §. 6. *J.* nulla Falcidia intercedente. §. 7. *J. h. t.* 40 Sic intelligo, Xenodochum (idem sentiendum in similibus personis) heredem institutum, universam hereditatem pauperibus distribuere teneri: nec ex ea deducere quartam jure institutionis. §. 6. *J. h. t.* Alias nimis generale est, quod ex hac lege colligi solet: Ex relictis ad pias causas non detrahi legitimam: cum legitima jure naturæ debita semper detrahenda sit, licet aliud sit in legitima debita jure institutionis, vid. Wurmser. 1. *Pract.* 39. *cap.* 8. 41 Sensus est, Relictum certo xenodochio, ei deberi. §. 7. *J. h. t.* incerto, civitatis xenoni deberi. §. 3. *supr. h. t.* Quid si plura sint in civitate xenodochia? pauperiori: Quid si nullum sit in civitate xenodochium? Episcopus relictum pauperibus distribuit integrum, nulla deducta quarta. 42 Vide §. 4. *supr. h. t.* §. 7. *J. h. t. Nov.* 131. *cap.* 12. 43 §. 8. *infra h. t.*

De captivis redimendis.

In AUTHENT. ut cum de appell. cog. §. ſi unum de prædictis, col. 8. tit. 16. al. tit. 12. ſeu Novell. 115. c. 3.

SI [1] captivi [2] alicujus liberi ſeu cognati redemptionem ejus neglexerint : non ſolum exheredari poſſunt, ſed etiam lege [3] denegatur eis ſucceſſio : & ſi fuerint ſcripti heredes, tantum valeat teſtamentum in aliis [4] capitulis. Hæc ergo ſucceſſio defertur Eccleſiæ [5] civitatis ejus, expendenda ſcilicet in captivorum redemptionem. Multo [6] magis, ſi extraneos inſtituerit, qui redimere ſuperſedeant. Excipitur minor octodecim annis. † Qui [7] autem redimere ſtudent, ſi proprias non habeant pecunias, ſuper [8] quibuslibet rebus ipſius in eam cauſam recte contrahunt, etiamſi minores vigintiquinque annis ſint, majores tamen octodecim, qui tamen [9] pro majoribus vigintiquinque hic accipiuntur. Et captivi, ſi reverſi fuerint, coguntur [10] habere ratum contractum. † Eadem [11] pœna eſt parentum, ſi redemptionem neglexerint liberorum [12].

De peculio clericorum, & querela inofficioſi.

50. Idem A. Joanni [13] P. P.

CUm lege Leonina viris reverendiſſimis Epiſcopis, & presbyteris & diaconis peculium [14] habere quaſi caſtrenſe conceſſum eſt : eo addito, ut & in ipſo teſtari poſſint : dubitabatur, ſi hujuſmodi teſtamenta debeant de inofficioſo querela expugnari : cum de omnibus perſonis, quæ hujuſmodi peculium meruerunt, eadem fuerat quæſtio exorta ? Sancimus itaque, viris reverendiſſimis Epiſcopis, & presbyteris, & diaconis, qui tale peculium quaſi caſtrenſe poſſident, ſuper his tantummodo rebus, quæ quaſi caſtrenſis peculii ſunt, non ſolum ultima condere ſecundum leges elogia licere ; (quod ex Leonina conſtitutione deſcendit) ſed etiam eorum ultimas voluntates ſuper his tantummodo habitas, de inofficioſo querelæ minime [15] ſubjacere. Dat. Non. Februar. CP. poſt CONS. LAMPADII & ORESTIS, anno II. 532.

De præſcriptione fori, & renunciatione juris ſui.

51. Idem A. Joanni P. P.

SI [16] quis [17] in conſcribendo inſtrumento [18] *ſeſe* confeſſus [19] fuerit *non* [20] *uſurum fori præſcriptione* [21] *propter ſacerdotii* [22] *prærogativam :* ſancimus non licere ei adverſus [23] ſua pacta venire, & contrahentes decipere [24] : cum [25] regula [26] ſit juris antiqui, *Omnes* [27] *licentiam habere his, quæ pro ſe indulta* [28] *ſunt, renunciare.* Quam generalem legem in omnibus caſibus obtinere ſancimus, qui necdum per judicialem ſententiam vel amicabilem conventionem ſopiti ſunt. Dat. Kal. Sept. CP. poſt CONSS. LAMPAD. & ORESTIS VV. CC. 532.

De tutela & cura.

52. Idem A. Joanni P. P.

GEneraliter [29] ſancimus ; omnes viros reverendiſſimos Epiſcopos, necnon presbyteros, diaconos & ſubdiaconos, & præcipue monachos, licet [30] non [31] ſint clerici, immunitatem [32] ipſo jure omnes habere tutelæ [33] ſive teſtamentariæ, ſive legitimæ, ſive dativæ ; & non ſolum tutelæ eos eſſe expertes ; ſed etiam curæ [34] ; non ſolum pupillorum, & adultorum ; ſed & furioſi, & muti, & ſurdi, & aliarum perſonarum, quibus tutores, vel curatores a Veteribus legibus dantur. §. 1. Eos tamen clericos & monachos hujuſmodi habere beneficium ſancimus, qui apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria permanent, non divagantes [35], neque circa divina miniſteria deſides : cum propter hoc ipſum beneficium eis indulgeamus, ut, aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant [36]. §. 2. Et hoc non ſolum in vetere Roma, vel in hac Regia civitate, ſed & in omni [37] terra ubicumque Chriſtianorum nomen colitur, obtinere ſancimus.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. Deo autem amabiles. coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 5.

PResbyteros, diaconos, aut ſubdiaconos, jure cognationis ad tutelam vel curam vocatos, ſuſcipere permittimus [38] : ſi tamen intra quatuor [39] menſes, ex quo vocati ſunt, apud judicem competentem in ſcriptis declaraverint, talem adminiſtrationem propria ſe voluntate ſuſcepiſſe. Si quis autem ſic fecerit, nullum ex hoc præjudicium circa alienam tutelam, vel curam patiatur. §. 1. Epiſcopos autem vel monachos tutelam alicujus perſonæ ſubire non permittimus.

De curialibus & taxeotis. 1. De clericis aut monachis ſuum ordinem deſerentibus & in armatam militiam transeuntibus 2. De ſubſtitutione aut fideicommiſſo ſub conditione defectus liberorum. 3. De ſolutione matrimonii, & dote, ac donatione propter nuptias.

53. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus [40], neminem omnino, neque curialem [41], neque taxeotam, epiſcopum aut presbyterum de cætero fieri : nihil [42] attinente, aut attingente hac lege eos, qui ante eam hujusmodi ſacerdotio digni habiti ſunt : de cætero vero neminem omnino, qui ſupradictæ ſit fortunæ, ad prædictas conſecrationes aſcendere [43] : & maxime ſi & jam antea miniſtraverat, aut taxeoticis ſervierat juſſionibus : eum enim, qui enutritus eſt in executionibus vehementibus (ſeu aſperis), & his, quæ ex ea re accidunt, peccatis ; non utique æquum fuerit, modo [44] quidem & illico eſſe taxeotam, & buleutam, & facere omnium acerbiſſima ; mox autem ſacerdotem ordinari, de humanitate & innocentia exponentem dogmata. † Præterquam ſi [45] ab infantia, & nondum quidem ephebiam excedente ætate, ei contigit inter reverendiſſimos monachos connumerari, & morari in eo ipſo ſchemate [46] : tunc enim permittimus ipſi, & presbyterum fieri, & ad Epiſcopatum venire : cum ſit manifeſtum, ſimulatque tale quid evenerit, & dignus ſacerdotio apparuit ; quod confeſtim licentiam habebit manere in Epiſcopatu, & miniſtrare, dummodo quartam [47] partem ſuæ ſubſtantiæ univerſæ præbeat decurionibus, & fiſco (ſecundum nuper [48] de quarta parte poſitam a nobis legem) aut ſoli fiſco, ſi quidem taxeoticæ fortunæ ei eſſe contigerit. † Si vero, & in reverendiſſimis Archimandritis cenſeatur, & manſerit inter ipſos : & hoc etiam modo damus fortunæ liberationem, quartam & tunc partem ſuæ ſubſtantiæ (ut prædiximus) præbituro : aliter autem neque illi ordinari concedimus, neque ordinaro tale quid agere permittimus. † Sciente tua excellentia, quia hæc obſervari debent ab omnibus Deo amabilibus Epiſcopis, pœnam expectaturis circa ipſum ſacerdotium, ſi quid tale fecerint : præter id, quod etiam nec ipſe ordinatus ſacerdotio fruetur, licet fuerit antea in aliquo gradu ſacerdotii ordinatus, ſed inter privatos redigetur, & miniſteria [49] exequetur, quibus ſubjacebat prius.

† Quæ omnia obtinere in futurum volumus tempus : quoniam tunc primum a nobis inventa ſunt : non pertinente ullo modo hac lege (ut diximus) ad eos, qui ſemel hac dignitate ſacerdotali decorati ſunt : ſed licentiam habentibus ipſis per ſubſtitutos miniſtrare, juxta Theodoſii, & Valentiniani piæ memoriæ conſtitutionem [50], quæ ad Thomam reſcripta eſt. §. 1. Ad hæc & illud juſtum eſſe, & obtinere, & in uſu eſſe ſancimus ; quod poſitum ab initio, & uſu obſervatum, neſcimus quonam modo in diſſuetudinem abiit. Meminimus enim, nos in Arcadii, & Honorii piæ memoriæ conſtitutionem [51] incidiſſe, volentem clericos, ſi neglexerint ſuum ordinem, & in qualemcunque armatam militiam tranſierint ; vel depoſiti a Deo amabilibus Epiſcopis, militare auſi fuerint ; mitti quidem ipſos militia adepta, tradi vero civitatum curiis miniſtraturos in poſterum publico ; quando & Domini Dei ſervitio, quamdiu militarunt, ſe abdicaverunt. † Quæ omnia obtinere ex hac noſtra ſancimus lege, jubentes, ipſos ſtatim & confeſtim civitatis illius, ex qua ſunt, fieri curiales : niſi vehementer curialibus abundet civitas : quo caſu vicinæ [52], vel ulterioris etiam usque ad unam provinciam alteram, ubi maxime curialium conſtituta eſt penuria. Si vero latitantes [53], (ut probabile eſt) fiant : licentiam damus curialibus ſtatim ingredi res eorum, eorum bona detinere, & ſatis ſibi ſecundum legem inde facere. Hæc igitur ſuper reverendiſſimis clericis cujuſcunque gradus obtinere in perpetuum ſancimus ; & in his, quæ jam perpetrata ſunt, obtinere legem eam volentes, quæ & prius erat. † Quoniam autem & quandam conſtitutionem [54] invenimus de monachis differentem, & volentem ipſos non relinquere propria monaſteria, neque turbare civitates, quam & ad quoddam ſancitam eſſe tempus quidam ſuſpicantur : oportere exiſtimavimus occaſionem inde accipientes perfectiorem, & in omne tempus etiam hoc reformare, ita ut nemini de cætero reverendiſſimorum monachorum licentia ſit, tale quid agere, & relinquere quidem monachicum habitum [55], circumcingere autem qualemcunque militiam, aut cingulum, aut dignitatem, aut eorum, qui in judiciis verſantur, ſequi vitam, & Dei ſervitio humanas occupationes præferre aut cognoſcere : illo, qui tale quid fecerit, dando [56] curiæ civitatis illius, aut illius ex qua eſt, aut etiam alterius, ut prædictum

1 Uſus hujus Authenticæ hic eſt apud Gallos. Captivus de ſuis teſtari poteſt, ſi poſtea liberatus moritur inteſtatus, ei ſuccedet, non eccleſia, ſed proximus : quamvis redemptionem captivi neglexerit, quia ipſe ingratitudinem videtur remiſiſſe, ſi non eſt in vita conqueſtus. *l. ult. in fin. J. de revoc. donat.* Quid ſi in ipſa captivitate moritur inteſtatus? Bona ejus poſſe applicari fiſco putat Rebuffus *in prooemio conſtit. gloſſ. 5. num.* 8. 2 *Subaudi*, a latronibus, furibus, hoſtibus, piratis & ſimilibus : quinimo cuſtodia publica clauſi, etiam pro quantitate aliqua pecuniaria : modo non perpetua ſit cuſtodia, aut judicis ſententia definita. Fruſtra namque pro ejusmodi captivo redimendo laboratur. *Goth.* Hæc authentica pluribus in locis in deſuetudinem abiit. Vide *Groeneweg.* hic ad intellectum authent. vide Ludovic. Bolog. *ad l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. num.* 123. Fulgoſ. *conſil.* 81. Tiraquell. *tract. ceſſ. cauſ. in* 1. *parte num.* 25. *& poſt leg. connub. gloſſ.* 8. *num.* 284. S. L. 3 Ipſo jure : neque ſententia judicis requiritur. 4 Legata igitur ad pias cauſas hic præſtantur : licet ex teſtamento non adeatur hereditas. 5 Non proximis. vid. *l. 1. J. de ſecund. nupt.* 6 Hereditas facilius eripitur extraneo heredi, quam conjuncto. 7 Etiam extranei. 8 De re captivi, redimendi ejus cauſa, contrahere etiam extraneus poteſt. 9 Minor vigintiquinque, major octodecim annis pro majore habetur, ut captivi bona, pro eo redimendo poſſit obligare vel vendere, atque ita pietatis cauſa ætas minoris ſuppletur. 10 Etiam inviti captivi redimi poſſunt. *arg. l. 6. ff. de app. l. 3. J. de lib. cauſa, l. 52. §. 10. ff. pro ſocio.* 11 Redimere captivos liberos parentes debent, ut a liberis redimi debent. 12 Quid ſi legitimam captivus conſecutus ſit a patre, vel hoc etiam caſu parens filium liberare cogitur, ne in hujus legis pœnam incidat. Nam ut maxime legitimam filio captivo jam dederit, pietatis tamen officia in filium exercere cogitur. Caſtrenſis *hic.* Quæri hoc utiliter poteſt, utrum quod filii redimendi cauſa pater numeraverit, id in legitimam filii poſſit imputari necne? Bartolus negat recte imputari pietatis favore. *l. liber captus.* 17. *J. de poſtliminio reverſis.* Bart. *in l. Stichus* 16. *in fin. ff. de peculio legato.* Quid ſi filii captivi liberandi nomine ſe pater obligavit, necdum numeravit? ſolida obligatio legitimæ filii non imputabitur, ſi pietate paterna, ſe pater obligavit : ſecus ſi neceſſitate ſtatuti. Bald. *l. filiæ* 18. *n.* 19. *J. familiæ.* 13 Is fuit Joannes Cappadox homo illiteratus, ſed ad avaritiam Imperatoris ingenioſus miniſter, quam dum ſatiaret, non Deum, non hominem penſi habere ſolitus. Ut ex Procop. *Perſic.* 1. notat Grot. hic. *S. L.* 14 Clerici peculium quaſi caſtrenſe habent. *l. 34. ſupr. h. t.* 15 Puto hoc abrogatum eſſe *per Novell.* 123. *c.* 19. & Authenticam, *presbyteros. J. h. t.* 16 *l. 29. J. de pactis.* Hæc lex non ſervatur jure canonico. *c. ſi diligenti.* 12. *extr. de foro compet.* 17 Puta clericus. 18 Puta mutus. 19 Ultro, vel pactis vel per ſtipulationem. 20 Qua alias uti poſſet, niſi ei renunciaſſet. 21 Id eſt, exceptio. Paucis ita habe : Quemlibet foro ſuo renunciare poſſe, ſi modo forum litigatoris favori attributum eſt, non honori judicum. Sic vaſalli, etiam inviti coguntur de feudo apud *pares* Curiæ litigare. Cauſæ domaniales regis Galliæ etiam volentibus partibus apud alios judices quam ſuperiores Curiæ agi non poſſunt. Ad hæc privati jurisdictionem non habentes tribuere eam non poſſunt, v. Bald. *hic.* 22 Sacerdotii enim prærogativa jus fori ſpeciale tribuit. *Authent. ſtatuimus.* 33. *ſupr. h. t.* 23 Renunciare poteſt quis etiam foro ſuo. Hujusmodi renunciationi ſtari oportet, ne alioquin adverſus pacta veniatur, ut *hic.* Hodie clericus foro ſuo renunciare non poteſt. Cur? vid. *c. ſi diligenti* 12. *ext. de foro compet.* 24 Prima ratio decidendi. 25 Altera ratio decidendi. 26 De qua vide quæ notavi ad *l. 29. J. de pact.* 27 Renunciare juri ſuo pro ſe introducto quisque regulariter poteſt, v. tamen exceptiones varias apud Socin. *regula, Renunciare.* 339. *& d. c.* 12. *& c.* 18 *extr. de for. compet.* 28 Al. *inducta* : al. *introducta.* 29 Hæc conſtitutio extat, *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. *can. generaliter.* 40. 30 Clericorum appellatione qui contineantur, vid. *Nov.* 123. *c.* 19. 31 Monachi non ſunt clerici, fieri tamen poſſunt clerici. *l. 2. Cod. Theod. de epiſcop.* 16. *q.* 1. *can. de monachis.* 3. ut Julianus Apoſtata ex monacho factus eſt clericus in Eccleſia Nicomediæ. Aug. *Epiſt.* 76. v. Cujac *Nov.* 6. 32 Clerici inviti tutores non dantur. 33 Quin tutores eos dari concilia vetant, ut Cyprianus ſcribit 1. *epiſt.* 9. 34 Adde Canonem *Apoſt.* 6. & 80. 35 *V. Nov.* 123. *cap.* 9. huc refer Novellam 123. Hieronymus *ad Paulinam*, ſi cupis eſſe quod diceris, id eſt, ſi cupis monachus ſeu ſolus eſſe, quid facis in urbibus : *cauſ.* 16. *q.* 1. *can. ſi cupis.* 5. Eugenius Papa : ſicut piſces ſine aqua carent vita : ita ſine monaſterio monachus, *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. *can. placuit communi.* 8. Duplex eſt opus monachi, aut divinis vacare ſcripturis, aut opera manuaria meditari. *Nov.* 133. *c.* 6. *in pr.* 36 *l. 32. §. 4. ff. de arbit. Nov.* 123. *c.* 6 37 Subaudi, quæ imperatori ſit ſubjecta : alias extra territorium conſtitutio vim non exerit. *l. ult. ff. de jurisdict.* 38 Non tamen inviti accipient. v. Cujac. *Novell.* 123. *cap.* 5. 39 V. Cujac. *cap.* 16. *de præſcript.* 40 Interpretatio Contii. 41 Βυλευτὴν μήτε ταξεώτην *Græci hic.* v. ταξεωτικοὶ, curiales decuriones, curiæ civitatis obnoxii : ταξεωτικὴ τύχη, curialis conditio, *diſtinct.* 51. 53. *Novell.* 123. *c.* 15. 42 Lex ad præteritos caſus in dubio non extenditur. 43 Ιερατείας. 44 Hinc illud Hieronymi *ad Oceanum* : Heri catechumenus, hodie pontifex : heri in amphitheatro, hodie in eccleſia : veſpere in circo, mane in altario : dudum fautor hiſtrionum, nunc virginum conſecrator. adde quæ notavi *ad Nov.* 133. *c.* 1. *in fin. & l. 7. §. 2. ff. de injur.* ibi : Heri ſervus, hodie libertus. 45 *Novell.* 6. *cap.* 1. §. 1. *Nov. Leonis* 6. 46 Id eſt, habitu, Plautus *in Amphitr* Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, Quod ego huc proceſſi, ſic cum ſervili ſchemate. 47 Quartam bonorum decurionis applicandam fiſco obſerva. 48 Id eſt, anno 528. *l. ult. J. quando, & quibus quarta pars.* adde *Novell.* 6. *c.* 1. 49 De quibus *l. ult. J. de decurionibus.* 50 *l. 21. ſup. h. t.* 51 *l. 12. ſup. h. t.* 52 Adde *l. 26. §. 1. ſupr. de ſacroſanct. Eccl.* 53 Pœnam latitantis curialis nota. 54 Forte *l. 29. ſ. h. t.* 55 Μοναχικὸν σχῆμα. 56 *Novell.* 5. *c.* 6. Ex Novella Leo-

eſt-

eft, & fi quidem locuples fit, etiam pecuniaria fubiturus munera: fin minus, corporalia munera, & hic licentia danda curiis, (ut prædiximus) fi invifibiles [1] fiant, occupare bona, & fibi ex his fatisfacere fecundum legem. In omnibus autem cafibus, in quibus accipere ex his curiis jubemus caufis, volumus mediam quidem horum partem curiales fufcipere non in auro, fed immobili poffeffione, vel quæ fubfit, vel quæ fit comparanda fecundum prius a nobis emiffam legem, aliam vero dimidiam generali menfæ tuæ excellentiæ inferri; ut tuus [2] etiam thronus provideat vigilanter, ne quid tale (commisfum) lateat: fed, fimulatque quid factum fuerit, conveniens fuper hoc fiat medela, præterquam fi [3] nunc ipfi ultro & fponte militiam reliquerint, vel fimpliciter quod habent fchema & ad monachicam rurfum ferio & vere revertantur vitam, & inter reverendiffimos clericos connumerari feftinent. Si enim hoc fecerint intra annum unum ab hac lege lata, remittimus eis pœnam, fufficere ipfis ex exercitio putantes emendationem. † Hæc autem obtinere in fequens volumus tempus, neque illos extra dictam relinquentes pœnam, quotquot a noftro principatu monachi facti, tale quid fecerunt: id enim, quod præceffit [4], fimul quidem ob humanitatem, fimul etiam tempus verentes dimittimus, quando nihil diferte ftatutum prius erat. §. 2. Item illud ftatuimus: five pater, five mater, five alius quis ex defectu liberorum reftitutionem aut fubftitutionem [5] induxerit quibusdam five mafculis, five fœminis, hi autem ad nuptias venire propter converfationis non elegerint modum: refcindi tales reftitutiones aut fubftitutiones; & habere ipfos poteftatem, in quem voluerint modum, pium tamen, quæ inde proficifcuntur, confecrare; & aut confumere fuperftites, aut relinquere morientes: ficut & fi fub conditione liberorum fufceptionis [6], ipfis quid relictum fuerit: oportet & hoc ipfum habere eos, liberos fufcipere minime coactos. † Eandem quoque legis pofitionem, & in mulieribus virginitatem [7] profeffis, & uxores ducere omnimodo prohibitis reverendiffimis clericis extendimus & reponimus: & hanc gratiam Deo pro noftris temporibus dignam referimus. §. 3. Ad hæc fancimus: five vir ad folitariam vitam venire voluerit five mulier, viro derelicto ad exercitationem monachicam venerit: ne hoc damni caufam præbeat: fed ut fua omnimodo recipiat: ita ut liceat uxori [&] dotem recipere fuam [8] & propter nuptias donationem ei, qui cum ea cohabitaverat: & quod inde venit lucrum, non fecundum eam, quæ per repudium fit, disjunctionem vindicare, aut manere apud eum, qui non divertit, fed fecundum quod in eafum [9] mortis factum eft pactum; quafi videatur is, qui divertit a communi alterius convictu, mortuus effe in alterius contubernio, cum cohabitanti fit omnino inutilis [10]: quicquid autem in dotalibus inftrumentis receptum fuerit ex pactis in cafum mortis, id debitum intelligatur. † Non audiente muliere ante anni lapfum in aliud refpicere matrimonium, propter [11] generationis (aut feminis) incertitudinem. † Sed fi quid tale futurum fit, ftatim mitti divortium, quod idcirco *bona* [12] *gratia* vocatur, ab ea, quæ converfionem non eligit, perfona, atque ita agat, quod voluerit, lucris (ut ante dictum eft) ad ipfam pertinentibus: Sane eo quod lucrandum effet ex tali caufa omnimodo, fi & in prioribus nuptiis, vel vir vel mulier manfiffent, communibus liberis ex eo matrimonio natis, fi qui fuerint, confervando. Dat. 5. Kalend. Decemb. CP. Poft coss. LAMPAD. & OREST. an. II. 532.

De raptu mulierum Deo dedicatarum.

54. Idem A. Hermogeni magiftro officiorum.

Raptores virginum [13] vel viduarum, vel diaconiffarum quæ Deo fuerint dedicatæ, peffima criminum peccantes, capitis [14] fupplicio plectendos effe decernimus: quod non folum ad injuriam hominum, fed & ad ipfius omnipotentis Dei irreverentiam committitur. Qui itaque hujusmodi crimen commiferint, & qui eis auxilium tempore invafionis præbuerint: ubi inventi fuerint in ipfa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehenfi a [15] parentibus fanctimonialium virginum, vel viduarum, vel diaconiffarum aut earum confanguineis, vel tutoribus, feu curatoribus, convicti interficiantur. Sin autem poft commiffum tam deteftabile crimen, aut potentatu raptor fe defendere, aut fuga evadere potuerit, in hac quidem Regia Urbe tam viri excelfi Præfecti prætorio, quam gloriofiffimus Præfectus urbi: in provinciis autem, tam viri eminentiffimi Præfecti prætorio per Illyricum, & Africam, quam Magiftri militum per diverfas noftri orbis regiones: nec non vir fpectabilis Præfectus Ægypti, & Vicarii, & Proconfules, & nihilominus viri fpectabiles Duces, & viri clariffimi Rectores provinciarum, nec non alii cujuslibet ordinis Judices, qui in locis illis inventi fuerint, fimile ftudium cum magna follicitudine adhibeant, ut eos poffint comprehendere; & comprehenfos in tali crimine, poft legitimas, & juri cognitas probationes, fine [16] fori præfcriptione, duriffimis pœnis afficiant, & mortis condemnent fupplicio. † Bona autem eorum; fi hoc commiffum fuerit in fanctimonialem virginem, quæ vel in afceterio, vel monafterio degit; five eadem virgo diaconiffa conftituta fit, five non, eidem [17] monafterio, vel afceterio, ubi confecrata eft, addicantur: ut ex his rebus & ipfa folatium habeat, dum vivit, fufficiens: & res omnes facrofanctum afceterium feu monafterium pleno habeat dominio: fin autem diaconiffa cujuscunque ecclefiæ fit, in nullo tamen monafterio, vel afceterio conftituta, fed per fe degit: raptoris ejus fubftantia ecclefiæ, cujus diaconiffa eft, adfignetur: ut ex his facultatibus ipfa quidem ufumfructum, dum fupereft, ab eadem ecclefia confequatur; ecclefia vero omnem proprietatem, & plenam poffeffionem earundem rerum noftro habeat beneficio: nemine vel judice vel quacunque alia perfona hæc audente contemnere.

† Pœnas autem, quas prædiximus (id eft, mortis, & bonorum amiffionis) conftituimus non tantum adverfus raptores, fed etiam contra eos, qui hos comitati [18] in ipfa invafione & rapina fuerint. † Cæteros autem omnes, qui confcii [19] & miniftri hujusmodi criminis reperti & convicti fuerint, vel eos fufceperint, vel quamcunque opem eis tulerint; five mafculi, five fœminæ fint; cujuscunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ capitali tantummodo fubjicimus. † Ut huic pœnæ omnes fubjaceant, five volentibus [20] five nolentibus fanctimonialibus virginibus, five aliis fupradictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Dat. 15. Kalend. Decemb. CP. DN. JUSTINIANO P. P. A. III. CONSS. an. 533.

De filiis familias.

55. Idem A.

Ut non [21] liceat parentibus impedire, quominus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant, aut eam ob folam caufam exheredare: fed fi ipfi teftamentum condant, neceffe habento quadrantem illis relinquere: fin autem hoc non fecerint, locus fit ab inteftato. §. 1. Quod fi illi monafteria aut ecclefias relinquerint, atque mundani [22] fiant, omne ipforum jus ad monafterium aut ecclefiam pertinet.

De arrhis fponfalitiis. De dote, & donatione propter nuptias. 1. *De filiisfamilias.* 2. *De his qui fanctimonialem vitam defenunt.* 3. *Ne Judæus vel Paganus vel hæreticus fervos Chriftianos habeat.*

56. Idem A. Joanni P. P.

Deo nobis auxilium præbente, omnia quæ pro honore fanctæ ecclefiæ catholicæ ad Dei placitum fieri properamus, legibus conftituere, & operibus adimplere defideramus. Et jam quidem multa cum ejus auxilio ftatuimus, quæ ecclefiafticæ doctrinæ atque ftatui conveniunt: in præfenti vero hoc pia deliberatione duximus corrigendum, quod hactenus contra Dei timorem fiebat. Cognitum etenim nobis eft: quod fi quis fponfus, vel fponfa, poft datas & acceptas arrhas, voluiffet fe divino [23] deputare fervitio, & a feculari [24] converfatione recedere, ac fanctimonialem vitam vivere, atque in Dei timore permanere; compellebatur vir quidem ea quæ arrharum nomine dederat, amittere; fponfa vero in duplum id quod acceperat reddere: Quod noftræ manfuetudini, religioni contrarium effe vifum eft. Unde per præfentem legem in perpetuum valituram jubemus: Ut fi [25] quis fponfus vel fponfa [defideraverit feculi iftius vitam contemnere, & in fanctimonialium converfatione vivere,] fponfus quidem omnia, quæ arrharum nomine, futuri caufa conjugii dedit, fine ulla deminutione recipiat; fponfa autem non duplum (ficut hactenus) fed hoc tantummodo fponfo reftituat, quod arrharum nomine acceperat, & nihil amplius reddere compellatur, nifi quod probata fuerit accepiffe. Nam & maritis & uxoribus qui feculo renunciant, jam anteriore [26] lege a nobis provifum eft: ut, five maritus five uxor religionis caufa a conjugio recefferit, & folitariam vitam elegerit, unusquisque eorum res fuas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione praftiterat, & hoc tantummodo lucri nomine confequatur ab eo qui folitariam vitam elegerit, quod debuit legitime vel ex pacto per cafum mortis [27] exigere. §. 1. Hoc etiam cognitum nobis correctione noftra dignum effe judicamus: ut, fi quis in parentum poteftate conftitutus vel conftituta, vel forfan hujusmodi jure abfolutus vel abfoluta, elegerit fe monafterio vel clero fociare, & reliquum vitæ fuæ tempus fanctimonialiter degere voluerit; non liceat parentibus eosdem vel easdem quocumque modo abftrahere [28], vel propter hanc tantummodo caufam quafi ingratum [29] vel ingratam a fua hereditate vel fucceffione repellere, fed neceffe fit eis omnimodo, cum ultimam voluntatem fuam five per fcripturam five alio legitimo modo perficiunt, quartam [30] quidem portionem fecundum leges noftras eis relinquere: fin autem & amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin vero ultimam voluntatem parentes neque teftamento neque alio ultimo elogio declaraffe monftrati fuerint; omnem parentum fubftantiam heredes, quibus ab inteftato competit, fecundum leges noftras, fibi defendant: nullo eis impedimento ex fanctimoniali [31] conver-

nis hujusmodi defertor non datur Curiæ, fed ad monachismum revocatur. *Nov. Leon.* 7. 8.
1 Εἰ ἀφανεῖς γίνοιντο, id eft, fi latitent, *l.* 7. §. 1. *ff. quib. ex caufis in poffeff.* alio fenfu illud Lucæ 24. *verf.* 31. ἄφαντος ἐγένετο, accipitur. 2 Præfectum Prætorio alloquitur.
3 Mora purgata non nocet. *l.* 7. *ff. de in integ. reftit. l.* 135. §. 1. *ff. de verb. oblig. l.* 105. *ff. de folut.* 4 *V. l.* 7. *J. de legibus.* 5 Subftitutio precaria facta fub conditione, *fi fine liberis heres inftitutus deceſſerit*, herede tranfeunte in clerum aut monafterium, fit irrita.
6 Demus filio aliquid relictum a patre fub ea conditione, *fi liberos fufceperit.* Demus filium clericum fieri, & ita fpem implendæ conditionis amittere, an debebitur ei legatum? utique. Remittitur enim clericis conditio fufcipiendorum liberorum. Quando legati petitio erit? ftatim ab ingreffu monafterii. Adde *Nov.* 123. *c.* 37. *in fin.* 7 Quod jus eft in conditionibus liberis mafculis religionem aliquam profitentibus appofitis, idem & ad fœminas extenditur. 8 Viro monafterium ingrediente, dos uxori & lucrum ex donatione propter nuptias (de quo convenit in cafum mortis non divortii) redditur, nifi ipfa folitariam vitam profiteatur. 9 Profeffio monachismi, five monachismus, morti magis comparatur, quam divortio: *l.* 56. *in fin. infr. h. t. Novell.* 22. *cap.* 5. ideoque quod pacti funt conjuges in cafum mortis, locum habet in cafum & eventum monachismi. 10 Etiam ratione habitationis, quod non eft in clericis. *l.* 19. *fupr. h. t.* 11 *l.* 11. §. 2. *ff. de his, qui notant.* Goth. Pœnæ nubentis intra annum luctus fublatæ funt jure Canonico. *cap. pen. & ult.* x. *de fecund. nupt. can.* 7. *Euphemium* 2. *quæft.* 3. Quod an ad infamiæ pœnam reftringendum, an vero indiftincte omnes aliæ pœnæ fublatæ fint. Affirm. *Gloff. in l. decreto. in fin. Cod. ex quib. cauf. infam. Archidiacon. ad d. can. Euphemium.* Sed e contra, omnes alias pœnas manere voluit, *Innoc. d. cap. fin.* x. *de nupt. vid.* Afflict. *decif.* 75. Gail. 2. *obf.* 98. *num.* 8. Anf. 12 *Nov.* 22. *c.* 4.
13 Quid fi mulier virum rapiat? Tiraquellus raro quidem fatetur id evenire; idem tamen ftatuendum hic effe putat *de retract.* §. 10. *glof.* 2. *n.* 4. Bald. *hic.* eorum fententiam juvant ea verba *in fin. h. t.* five fint fœminæ. 14 Pœnam raptoris virginum obferva &c. adde *l.* 1. *J. de raptu Virgin.* 15 Rebuffus negat in Gallia id obfervari, neque licere confanguineis puellæ raptorem interficere, in *proœm. conft. gloff.* 5. *num.* 5. 34. Goth. Idem de aliorum moribus. Groeneweg. *& ibi* DD. *hic.* 16 Raptor virginis fori præfcriptione uti non poteft: poteft enim ubique conveniri. v. plures fpecies apud Socinum *reg. delicta* 87. 17 *c.* 27. *quæft.* 1. *can. fi quis rapuerit.* 30. *c. excommunicamus.* 13. *extr. de hæret.* in Gallia id negat fervari Rebuffus, *d. loco num.* 34. fed bona raptoris fifco applicari, refervatis monafterio quibusdam amendis, id eft, multis arbitrio judicum imponendis. Ideoque Gallis parem utilis erit regula, quam ex hoc textu quidam colligunt, poffeffionem raptoris monafterio fine ulla apprehenfione adquiri. 18 Agentes & confentientes puniuntur eadem pœna. 19 Raptus confcii miniftri fufceptores ejus opem ferentes capite puniendi five mafculi five fœminæ.
20 Etiam volenti facta injuria puniri poteft, fi id publice expediet. 21 *Nov.* 123. *c.* 41. vid. Cujac. 12. *obfer.* 26. *in fin.* ubi notat Monachismo deleri ingratitudinem erga parentes, & e contra. Colligi etiam poteft, Invito parente liberos monachismum profiteri poffe, nec eo prætextu quafi ingratos exheredari. 22 Vid. *Nov.* 132. *c.* 42. Id eft, laici, qui & idiotæ. *Nov.* 6. *c.* 1. feculari converfationi dediti. *l.* 56. *J. h. t.* 23 *l.* 60. *in fin. D. de don. int. vir. Nov.* 22. *c.* 5. *Novell.* 117. *c.* 12. *Nov.* 123. *c.* 39. 24. Vid. *Nov.* 6. *c.* 1.
25 Nota regulam. 26 *l.* 53. §. 3. *fupr. h. t. Novell.* 123. *cap.* 39. 27 Monachismus morti comparatur. *l.* 53. §. 3. *s. h. t.* Eft enim mors veluti civilis vita folitaria. 28 Liberi a parentibus inviti e monafterio non funt retrahendi. *Goth.* Adi Gomefium *tom.* 1. *var. refol. cap.* 5. Rainaldum Corfum *l.* 2. *indag. cap.* 23. Berojum *quæft.* 34. Lapum *alleg.* 102. & 109. Rom. *fing.* 37. Tiraq. *in tract. le mort faifit le vif.* 2. *part. declar.* 14. *in fin.* Doct. *in repetit. ad l. Gallus.* §. *& quid fi tantum. ff. deliber. & pofthum.* ubi Fortun. Garz. *num.* 55. Socinus Jun. *num.* 19. Tiraquellus denique *de utroque retractu tit.* 1. §. 1. *gl.* 8. *n.* 19. Mod. 29 Hoc innuit, juftam ingratudinis caufam non effe, folitariam vitam parentibus invitis profiteri, qua de re vid. Alc. 4. *parerg.* 23. & 19. *quæft.* 3. *c. ult. Novell.* 123. *cap.* 41. ubi dixi. 5. Harm. 9. *in fin.*
30 Liberis monachismum profeffis parentes quartam relinquere tenentur; fed hoc non fervatur in Gallia. v. Rebuff. *in proœm. conf. gloff.* 5. *num.* 24. 31 Sanctimoniali vitæ hic opponitur fecularis converfatio. Secularis nomine vitam damnabilem ne intelligas, fed proclivem ad carnis vitia propter frequentem hominum converfationem. Alias verum etiam effe poteft, quod ab Ariftotele dicitur 1. *Politic.* 3. Eum, qui fit absque civitate per naturam, non per fortunam, aut nequam effe, aut potiorem homine, ut ab Homero notatur, velut fine tribu, fine

satione generando, sive [1] soli, sive cum aliis ad successionem vocantur.

§. 2. Hujus autem perpetuæ nostræ legis beneficia eos volumus obtinere, qui in monasterio vel clericatu perseveraverint. Nam si qui eorum, de quibus præsentem legem posuimus, sanctimonialem vitam elegerint, ad secularem autem conversationem postea remeaverint: jubemus [2] omnes eorum res ad jura ejusdem ecclesiæ vel monasterii, a quo recesserint, pertinere.

§. 3. His ita dispositis, repetita [3] lege jubemus, ut nullus Judæus, vel Paganus, vel hæreticus servos [4] Christianos habeat: Quod si inventi in tali reatu fuerint; sancimus servos omnibus modis liberos esse, secundum anteriorem nostrarum legum tenorem. † In præsenti autem hoc amplius decernimus: ut si quis ex prædictis Judæis, vel Paganis, aut hæreticis habuerit servos nondum catholicæ fidei sanctissimis mysteriis imbutos, & prædicti servi desideraverint ad orthodoxam fidem venire; postquam Catholicæ ecclesiæ sociati fuerint; in [5] libertatem modis omnibus ex præsenti lege eripiantur; & eos tam Judices provinciarum, quam sacrosanctæ ecclesiæ defensores, nec non beatissimi Episcopi defendant, nihil pro eorum pretiis penitus accipientibus dominis. Quod si forte posthac etiam ipsi domini eorum ad orthodoxam fidem conversi fuerint, non [6] liceat eis ad servitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam præcesserunt. Sed si quis talia usurpaverit, pœnis gravissimis subjacebit. † Hæc igitur omnia, quæ pietatis intuitu nostra sanxit æternitas, omnes Judices, & religiosissimi antistites, sive Africanæ diœceseos (in qua maxime hujusmodi vitia frequentari cognovimus) sive aliarum provinciarum, gnaviter & studiosissime observari procurent. Nam contemptores non solum pecuniaria multa, sed etiam capitis supplicio ferientur.

De legato annali.

57. [7] Idem A. Joanni P.P.

PRæsens lex in alterius legis scriptæ a nobis refertur mentionem: quam proculdubio, & denuo confirmare cum quadam meliore putavimus oportere adjectione, majorem pœnam contra delinquentes proferendo; non [8] quia augmentis delectemur pœnarum, (nihil enim nobis tam gratum est, quam humanitas) sed ut metu pœnæ eos, qui ad peccandum proclives [9] sunt, a peccando arceamus. Scimus igitur, nos scripsisse legem [10] dicentem nullam esse licentiam sanctissimarum ecclesiarum Oeconomis, aut antistitibus xenonum, aut nosocomiorum, aut ptochiorum, aut monasteriorum sive virorum sive mulierum, aut aliorum talium corporum [11], quorum præfata constitutio meminit, ea quæ in perpetuum illis relicta sunt, quæ Annalia vocant leges, secundum aliquod pactum aut auro distrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modum, & posteris adimere id, quod eis obveniret exinde, solatium: & convenientes legi adjecimus rationes: ut quia non amplius propter tale commentum, nec appellatio quidem annui conservetur, nisi per singulos annos contingat præstari, sed semel repræsentatum [12], postea perfecte pereat. Hanc iterum cum aliqua adjectione renovantes legem sancimus: si quis aut Reverendissimorum Oeconomorum, aut xenodochorum, aut nosocomorum, aut ptochotrophorum, aut gerontocomorum, aut brephotrophorum, aut orphanotrophorum, aut archimandritarum, aut aliorum contentorum [13] priore nostra divina constitutione personarum; id quod in perpetuum relictum est venerabilibus domibus, quibus præsunt, sive in auro, sive in aliis rebus, tentaverit transmutare, ne videatur esse perpetuum, sed transactionibus aut venditionibus, aut quibusdam aliis machinationibus, ut quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentaverit, præter vim a nobis nuper profectæ in hujusmodi rebus divinæ legis: nullam habere ullo modo licentiam hoc facere: sed & si fecerit; irritum esse quod factum fuerit: & licentiam esse ei [14], qui post ipsum eandem suscipiet curam, vel etiam eo negligente (ut fieri potest) cæteros deinceps omnes statim revocare id, quod fuerit factum, & ita infirmum declarare, atque si ab initio non processisset: ut & fructus medii temporis, & usuras, & omnem utilitatem ad pium pertinere omnimodo locum: omnibus quæ medio tempore attentata sunt, quiescentibus. Homini etenim cuique cursus [15] unus [16] est vitæ ab opifice datus, cujus finis est omnino mors [17]: venerabilibus vero domibus, & earum cœtibus, indesinenter a Deo custoditis, non est neque secundum earum possessiones inducere aliquam metam: sed quousque utique permanserint venerabiles domus; (manent [18] autem in perpetuum, & usque ad hujus seculi consummationem, quousque *Christianorum* nomen apud homines erit & coletur) æquum itidem [19] est, manere & in perpetuum relictas erogationes, aut reditus immortales semper piis actionibus nunquam cessaturis servituros. Eum igitur, qui tale quid deliquerit, & transferre rem auro accepto, aut per aliam occasionem præsumpserit, damnum quidem nullum induci (secundum ea, quæ prædicta sunt) his contra quas talia perpetrarunt, domibus: sed illas quidem domos, & aurum, & rem lucrari [20], quam acceperunt; & nihilominus relictum exigere absque ulla quacumque diminutione, tam ab ipso qui hoc egit, quam ab ejus heredibus & successoribus, & illius res, & bona obligari ipsi, qui cum eo contraxit: & ea ipse vindicet, tam contra illius personam, quam bona ipsius, usque ad plenam & competentem ipsi indemnitatem: ne scil. contra venerabilem domum, quam contra fas fraudavit, ullam speret datorum recuperationem, aut ejus quod factum est instaurationem: Quod autem ad ipsum, quo cum contraxit, attinet: omnem habeat a legibus licentiam [21] regredi contra ipsum, & heredes ejus, & ejus res, & quod datum est, si possit, exigere, ut, si minus ob Dei metum, metu saltem propriæ ipsorum substantiæ, & suorum heredum tardiores fiant ad hujusmodi pactiones; quas in confesso est eos nullius boni causa celebrare, sed vel pecuniis corruptos, vel affectionibus quibusdam superatos. Quæ omnia per hanc divinam legem prohibentes & ipsam sacris nostris inscribi legibus sancimus, & offerimus ipsi domino universorum Deo & salvatori nostro Jesu Christo, pulchrum quoddam & conveniens ipsi sacrificium & ipsam adducentes. Datum prid. Id. Septemb. CP. Dn. JUSTINIAN. P.P. A. IV. & PAULINO V.C. CONSS. 534.

TIT. IV.

DE EPISCOPALI [22] AUDIENTIA [23]; ET DIVERSIS CAPITULIS, QUÆ AD JUS [24] CURAMQUE [25], ET REVERENTIAM [26] PERTINENT PONTIFICALEM.

De modo mercandi.

1. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. [27] ad Julianum comitem orientis.

NEgotiatores, [1] qui ad domum nostram pertinent, ne [28] modum [29] mercandi videantur excedere, Christiani [30], (quibus verus cultus est adjuvare pauperes, & positos in necessitate) provideant [episcopi]. Dat. 15. Kalend. Mart. [31] *Constant.* VALENTINIANO [32] & VALENT. AA. CONSS. 368.

De clerico ante definitivam sententiam appellante.

2. Iidem AA. ad Claudium P. P.

SI [33] clericus ante [34] definitivam sententiam, frustratoriæ dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit; multam [35] quinquaginta [36] librarum argenti, quam contra hujusmodi appellatores sanctio [37] generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fisco [38] nostro volumus [39] accedere, sed pauperibus fideliter erogari. Dat. 6. Id. *Jul.* VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 369.

Qui ex carceribus die Paschatis dimittuntur.

3. Imppp. VALENTINIANUS, THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio P.P.

NEmo [40] deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis expectet: exequantur Judices [41], quod indulgere consuevimus [42]: ubi primus dies [43] Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissolvantur. † Sed ab his secernimus eos, a quibus contaminari potius [44] gaudia lætitiamque communem, si dimittantur, animadvertimus: Quis [45] enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero, [vel stupri,] incestive reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem [virginis] in summa quiete, & gaudio communi persequatur instantius? nullam accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit: patiatur [46] tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorque monetæ; homicida, [parricidaque] quod [47] fecit, semper exspectet: reus etiam majestatis [48], de domino [49] adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. † His ergo tali sub adstrictione damnatis, indultum nostræ serenitatis eo præcepti fine concludimus, ut remissionem veniæ crimina nisi [50] semel commissa non habeant: nec in eos liberalitatis Augustæ referatur humanitas; qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini [51], deputaverint. Dat. Kal. [52] Maji, ARCADIO A. & BAUTONE V.C. COSS. 385.

De numero, electione, & officio Prætorum.

[Imperator.

TRes [53] tantummodo Prætores electæ opinionis in hac Urbe per singulos annos judicio Senatus præcipimus ordinari: qui competentes causas & debitos actus integre disceptare, atque retractare debeant.]

De habitu virginum Deo dicatarum.

4. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

MImæ [54], & quæ ludibrio [55] corporis sui quæstum faciunt, publice habitu [56] earum virginum [57], quæ Deo dicatæ sunt, non utantur [58].

jure, sine domo. 1 Monachi parentibus succedunt ab intestato, sive soli sint, sive cum aliis. Sed hoc non servatur in Gallia, nec enim succedunt parentibus tales liberi. vide Rebuff. *ibi num.* 22. 2 Pœnam monasterium suum deserentis, & ad secularem vitam transeuntis observa. 3 Vel de qua sæpius dixit, vel quia superiores emendat. §. 1. *supr. hic.* eo sensu Codex repetitæ prælectionis dicitur. 4 Vid. *l. unic.* J. *ne Christia. mancip.* 5 Christiana professione Judæorum servi & gentilium fiunt liberi: quod ætate Pauli non fuit. *epist. ad Philemonem vers.* 10. 6 Semel impetrata libertas invito & innocenti non potest adimi, videbatur autem res ad causam utilem rediisse. Christiani servos Christianos habere possunt: at non Judæi. 7 Interpretatio Contii. 8 Pœnarum augmentis principes delectari non debent. *l.* 8. J. *de judiciis.* *l.* 90. *l.* 183. *D. de reg. jur.* vid. Senecam 1. *de Clementia* 8. 9 Adde *l.* 9. *D. de extraord. criminibus.* *l.* 16. §. 10. *D. de pœn.* 10 *l.* 45. §. *ult. supr. h. t.* 11 *l.* 46. §. 9. S. *h. t.* 12 Transactio improbatur, quæ fit ideo ut repræsentata pecunia consumatur. *l.* 8. §. 6. *D. de transact.* 13 Προειρημένων, id est, de quibus diximus, *l.* 46. S. *h. t.* 14 An & ei, qui ipse transegit? id videtur: *arg. l. pen. & ult. ff. de postul.* 15 Et quasi cursores vitæ lampada tradunt. *Lucret.* 2. 16 Unus hic vitæ status, quid est status præscriptus, finitus ac certus. 17 Πέρας τοῦ βίου, ὁ θάνατος; *Nov.* 1. *c.* 1. *in fin.* πάντα διαλύων θάνατος. *Nov.* 22 *c.* 20. De morte vid. Sebastianum Medicem *in tractatu, Mors omnia solvit.* 18 Voto saltem: nam interdum diruuntur. *l.* 73. *in pr. ff. de cont. empt.* 19 Perpetua perpetuam causam habent. 20 *Novell.* 7. *c.* 6. Galli *le drap & l'argent.* 21 *Nov.* 6. *c.* 6. 22 De Episcopali judicio, *C. Theod. l.* 16. 23 *l.* 25. S. *tit. prox.* 16. *C. Theod.* 1. *l. ult.* Audientia Episcopalis, non est jurisdictio, ut vult Accursius: non est diœcesis, ut vult Haloander, quia ut foro, ita apparitione & executione carent Episcopi. Audientia, judicium est atque notio, quæ Episcopo in clericos & monachos competit. 24 *l.* 21. *in fin. prin. l.* 31. *in fin. l.* 32. *infr. cognitionem. l.* 8. J. *h. t.* 25 *l.* 8. *infr. h. t. l.* 18. *l.* 46. S. *tit. prox.* & providentiam, *l.* 1. J. *h. t.* officium, *l.* 5. J. *h. t.* 26 *l.* 8. *infr. h. t. l.* 14. *l.* 7. S. *tit. prox.* 27 Secundo P. P. 28 Si modo mercandi videantur exercere solertiam, ita refertur in *l.* 5. *C. Th. de lustrali collat. l.* 13. 29 Episcopalis providentiæ est, ne mercatores carius (quam par sit) merces suas vendant. Est enim servandus modus in pretio & ejus officii pauperes adjuvare. 30 Id est, Episcopi præsertim. 31 Maji. C. Theod. 32 Divo Joviniano & Varroniano Conss. in *C. Th.* 33 Hæc lex interpolata ex *l.* 2. *C. Theod. quorum appellationes non recipiuntur. l.* 11. 34 Appellare frustratorie ante definitivam sententiam non licet. 35 Quæ & præjudicialis dicitur. vid. Cujac. 12. *obs.* 6. 36 *l.* 10. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 30. *C. Theod. l.* 11. *tit.* 36. 37 *L.* 11. *C. Theod.* 56. *l.* 10. non est lex 5. J. *quorum appellationes:* quæ hac posterior est. Est potius lex 10. 15. & 16. *d. tit. Theod.* 38 Quod fit, si laicus frustratorie appellat. 39 Hoc non servatur in jure canonico. Bald. *hic.* 40 *l.* 8. *C. Theod. de indulgentiis criminum lib.* 9 *tit.* 38. *Syn. Bas.* 7. *tit.* 17. *cap.* 16. 1. Harm. 4. §. 10. 41 Convenit etiam Episcopis, id ut fiat, adde 60. *Ecl.* 35. *c.* 12. 42 Ubi jus deficit, ad consuetudinem Principis recurri potest. 43 Qui semper Christianus insignis fuit. adde *l.* 8. *D. ad SC. Turpill.* 44 Hujusmodi liberatio, relaxatio est potius, quam vera dimissio. 45 *l.* 10. J. *de feriis.* adde *l.* 3. *in fin.* J. *de abolitionibus.* adde quæ notavi ad *l.* 7. §. 2. *ff. ad l. Jul. Majestatis.* 46 Quæstio haberi potest die feriato. 47 Pœnam talionis homicida sustinet sine remissione, ut vult Bald. 48 Lex de seditiosis quotidie queri jubet. Cic. *pro M. Cælio.* 49 Id est, a principe, quam appellationem recusavit Augustus. De Principis beneficio desperet, qui in Principem commisit, *arg. l.* 37. §. 1. *D. de minoribus* 20. *annis.* 50 Geminatum delictum venia caret. vid. quæ notavi ad *l.* 15. *in fin. D. ad SC. Turpill. l.* 28. §. 3. *ff. de pœnis*, v. Bellov. 3. *pract. c.* 16 *n.* 7. & *c.* 19. *n.* 10. Pap. 24. *Arrest.* 10. *n.* 8. 51 Qui iterum deliquit post veniam semel impetratam, consuetudinem quandam peccandi habere dicitur. Et tamen ne hinc colligas, consuetudinem ex bino actu generari: agitur enim non de consuetudine juris, sed facti. Bald. *hic,* loquitur ergo ὑπερβολικῶς, nec enim habitus ex uno aut altero actu generatur, v. Cujac. 20. *obs.* 1. 52 V. Kal. Mart. *C. Theod. h. t.* 53 Hæc lex deest in scriptis, & in Haloandri editione. Est autem ultima, *infr. tit. de off. præt.* Et vero quomodo huc pertinere possit, non video. v. & hic Contium. 54 Pars *l.* 12. *C. Theod. de scenicis, lib.* 15. 55 Adde *Nov.* 6. *c.* 6. 56 *Novell.* 123. *c. ult.* vid. Pet. Greg. 38. *syntag. cap.* 5. *in fin.* 57 Ut & matronarum, Tertull. *cap.* 6. *apologetici*, vetantur ab eodem Theodosio, *l.* 11. *C. Theod. de scenicis l.* 15. uti gemmis, sigillatis, sericis & textis, uti auratis. 58 Vetantur etiam uti aliis vestibus, &

De

De archigeron. & diœcetis ergasiotanor.

5. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Gennadio Præfecto Augustali.

ARchigerontes [1], diœcetæque [2] ergasiotanorum [3] nonnisi [4] Christiani dirigantur: quod Officium tuum sollicitis observet excubiis. Dat. Non. Februar. *Constantinop.* PP. *Alexandriæ*, EUTYCHEO, ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

Ne quis damnatum eximat. De appellatione.

6. [5] Iidem AA. Eutychiano.

ADdictos [6] supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos *synoditas* [7] vocant, per [8] vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ sub persecutione [9] pergentes nullus teneat aut defendat. Sed sciat se Cognitor [10] triginta librarum auri multa, & primates Officii, capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista vindicetur. At si tanta clericorum aut monachorum audacia est, ut bellum potius, quam judicium futurum esse existimetur: ad Clementiam nostram commissa referantur, ut arbitrio [11] nostro mox severior ultio procedat. Ad Episcoporum sane culpam (ut cætera) redundabit, si quid forte in ea parte regionis, in qua ipsi populos Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur [12], ex iis, quæ fieri hac lege prohibuimus, a monachis perpetratum esse cognoverint, nec vindicaverint [13]. Quibus in causa [14] criminali, humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus. Dat. 6. Kal. Aug. *Mnyzo.* HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De his, qui ex consensu litigant apud episcopum.

7. Iidem AA. Eutychiano P.P.

SI [15] qui ex consensu apud sacræ [16] legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur: sed experientur illius in civili duntaxat negotio, more [17] arbitri, sponte residentis judicium. Quod his obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conventos, potius abfuisse [18] quam sponte venisse constiterit. Dat. 6. Kalend. August. *Mediolani*, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO COSS. 398.

8. Imppp. ARCADIUS, [19] HONOR. & THEOD. AAA. Theodoro P.P.

EPiscopale judicium ratum sit omnibus, qui se audiri a Sacerdotibus elegerint: eamque [20] illorum judicationi adhibendam esse reverentiam jubemus, quam vestris [21] deferri necesse est potestatibus, a [22] quibus non licet provocare [23]. Per Judicum quoque Officia, ne sit cassa episcopalis cognitio, definitioni [24] executio tribuatur. Dat. Idib. Decembr. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

In AUTHENT. de sanct. Episc. §. si quis autem litigantium. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 21.

SI quis litigantium [25] intra decem dies contradicat [26] his, quæ judicata sunt: tunc locorum Judex examinet causam: & si invenerit judicium recte factum, etiam per sententiam suam propriam hoc confirmet [27], & executioni [28] propria tradat, quæ judicatæ sunt: & non liceat victo iterum in tali causa appellare. Si vero sententia Judicis contraria fuerit; tunc licet a sententia Judicis appellare. Si tamen ex imperiali jussione, aut judiciali [29] præcepto Episcopus judicat inter quascunque personas, appellatio aut ad Principem, aut ad eum, qui transmisit negotium, transferatur.

De custodiis.

9. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P.P.

JUdices [30] Dominicis [31] diebus productos reos de custodia [32] carcerali videant & interrogent, ne his humanitas clausis [33] per corruptos carcerum custodes negetur: victualem substantiam non habentibus faciant ministrari libellis [34] duobus, aut tribus diurnis, vel quot existimaverint Commentarienses [35], decretis [36]: quorum [37] sumptibus proficiant alimoniæ pauperum: quos ad lavacrum sub fida custodia duci oportet. Multa Judicibus viginti librarum auri, & Officiis [38] eorum ejusdem ponderis constituta, Ordinibus quoque trium librarum auri multa proposita, si saluberrima statuta contempserint. Nec deerit Antistitum Christianæ religionis cura [39] laudabilis, quæ ad observationem constituti judicis hanc ingerat monitionem. Dat. 7. [40] Idus Febr. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

De mathematicis.

10. Iidem AA. Cæciliano P.P.

MAthematicos [41], nisi parati sint, codicibus [42] erroris proprii sub oculis Episcoporum incendio concrematis [43] Catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam [44] ad errorem primum redituri; non solum Urbe Roma, sed etiam omnibus civitatibus depelli decernimus. Quod [45] si hoc non fecerint, & contra clementiæ nostræ salubre constitutum in civitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui & professionis insinuaverint, deportationis pœnam excipiant. Dat. Kalend. [46] Februar. *Raven.* HONOR. VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

De reversis ab hostibus.

11. Iidem AA. Theodoro P.P.

CHristianos [47] proximorum [48] locorum volumus solicitudinem gerere, ut Romanos [captivos,] qui reversi fuerint, nemo teneat [49], nemo injuriis aut damnis afficiat. Dat. 3. [50] Idus Decemb. HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

De lenonibus.

12. Impp. THEOD. & VALENT. Florentio P. P.

Inter cæteras, iis quæ crustæ dicuntur, *l.* 11. *C. Theod. l.* 15. *tit.* 7. Cæterum e Codice Theodosiano, *l.* 12. *hoc tit.* supplenda subscriptio: Dat. III. *Kal. Jul. Heracl. Arcad. A.* III. *& Honorio A.* II. *Conss.* id est, a. 394. 1 *l.* 1. *C. Th. de Alexandrinæ plebis primatib. l.* 14. *tit.* 27. Ii, qui & diœcetæ, fuerunt defensores Alexandrinæ urbis: ne alioquin putes cum Accursio archipresbyteros, aut archiepiscopos, aut minores sacerdotes fuisse. Hotomanus legit Archigerontes, quos principes fabrorum, qui regiis ac publicis ædificiis præsunt, interpretatur. Video eos vocari principales Alexandrinos, *l.* 56. *in pr.* J. *de decurionibus.* summates ordinis Alexandrini, *l.* 57. *in pr. d. tit.* Alexandrinæ plebis primates, *l. Archigerontes.* 1. *C. Theod. de Alexandrinæ plebis primatibus.* sane Archigerontes nihil aliud, quam γερουσίας, id est, senatus & curiæ primi: curiæ, inquam, municipalis, seu Senatorum municipalium, principales curiæ. Neque enim raro in jure munera civitatis Alexandrinæ Græcis vocabulis exprimuntur, exemplo sint: χριτολογίω, πειρασοχορηγία, ὡς πρωτεῦσα. *l. ult.* §. 19. *ff. de muneribus.* ὑπομνηματογράφοι, *l.* 59. *C. Theod. de decur.* 2 Hoc est, curatores corporis ergositonorum. Fuerunt enim civitatibus sua corpora, ut & curiæ. His ditiores: illis tenuiores adscripti. Harum primi, Archigerontes, ut paulo ante dictum est, summates & primates, *l.* 57. J. *de decurionibus.* & pro urbis amplitudine interdum pauciores vel plures. Hinc tres primates, *l. de creationibus.* 27. *vers. sin autem* J. *h. t.* quinque summates ordinis, *d. l.* 57. *in pr.* decem primi curiales, *l.* 239. §. 5. *ff. de verb. signif.* corporum vero primi διοικηταί, *hic ut & Nov.* 128. *c.* 16. Curatores corporis, *l.* 3. §. 2. *D. de colleg.* patroni corporum, *l.* 11. *C. Theod. de pistorib. l.* 9. *C. Theod. de suariis*, reliqui corporati, *l. ult. C. Theod. de Alexandrinæ urbis primatibus, lib.* 14. *tit. ultim.* hic itaque sunt ergositonæ: quibus cura præcipua frumenti comparandi injuncta est. Quod si roges, cur hos ex Christianis eligi mandet Imperator, fortassis ea fuerit ratio, quod Alexandrini factiosi, Philo *in Flaccum, Dion.* 39. quos & alias fidei Christianæ contemptu, commercia monasteriorum usurpasse constat ex *Nov.* 7. *cap.* 11. 3 Ergasioctonorum, *Hal.* ἐργασίας ταμείων, Alc. 3. *disp.* 18. quo nomine dispensatores principalis annonæ intelligit. Hotomanus legit, *Ergasticorum.* Ergasticos intelligit operas quæ in operibus publicis conductis ab aliquo, quasi principe & magistro gubernantur. Alii legunt, Ergasiotarum. Ergasiotanorum vocabulo Accursius, [ut est accuratus & felix in vocabulorum difficilium interpretatione], Christianos intelligit damnatos ad Metalla. Sunt enim ei *scotona* metalla. Ego vero legendum puto, diœcetæ Ergositonorum, ac si dicas, Præfectos eorum qui frumentum Alexandriæ comparant, σιτωνὴς namque est curator frumento comparando. *l. ult.* §. 5. *D. de muneribus.* Id munus Justinianus appellat αἰσίας ἐμβολῆς διοίκησιν. *Edict.* 13. *de Alex. in c.* 4. *c* 8. *in fine.* quemadmodum & id quod Alexandria Romam mittebatur αἰσία; ἐμβολῆς σίτου *ibi & cap.* 8 αἰσίαν σιτοπομπίαν. Superiorem etiam sententiam confirmat *l.* 17. J. *h. t.* 4 *V. l.* 9. J. *de divers. offic. & appar. lib.* 12. *tit.* 60. 5 Legis hujus explicationem pete ab Ægidio Bossio *tit. de captura, num.* 15. *& seqq.* de quo & Gothofredus monuit. *Mod.* 6 *Pars legis* 16. *C. Th. de pœnis, l.* 9. *& l.* 57. *C. Theod. de appell. l.* 11. 7 *Lib.* 11. *C. Theod. tit.* 30. *l.* 57. cœnobitas *L.* 9. *C. Theod.* 40. *l.* 16. Gennadius *in Evagrio*, composuit cœnobitis ac synoditis doctrinam aptam vitæ communi. Soc. 4. *hist.* 23. πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίοις μοναχοὺς, Synoditæ & Cœnobitæ sunt, quibus una & eadem domus, & omnia communia sunt. v. Cujac. *ad Novell.* 5.
8 Eam licentiam forte usurparunt clerici exemplo Pontificum: quorum occursus sæpe servabat ductos ad supplicium. Cujac *hic.* Qui ad verbera ducebatur si ad pedes flaminis Dialis provolvisset, eo die verberari piaculum erat. 10. Gell. 15. Plutar. *in Num. ubi de Vestalibus, & problematum* 3. *ubi de flam. Dial.* Quin vinctum, si ædes ejus flamen Dialis introiisset, solvi necessum erat: & ejus vincula per impluvium in tegulas subduci atque inde foras ejici. Gell. *d. l.* id Vestalibus etiam concessum. Plut. *in Numa* 1. v. Alexandrum ab Alexandro 5. *genial.* 12. ut & hodie, communi quorundam opinione, Cardinalibus. Clarus 5. *sent.* 4. §. *ult. quæst.* 98. *vers. ulterius quæro:* eam rationem reddit, quod Cardinales regibus æquiparentur, & in Cardinalibus tota fere majestas Christianæ reipublicæ resideat. Eorundem domibus ac palatiis, idem *lib.* 5. §. *ult. q.* 30. *vers. item adde*, jus asyli tribuit. vid. Corsetum, Marsil. *in singularib.* Cottam, Tiraq. *de pœn. temperandis c.* 55. 9 Persecutione *L.* 9. *C. Th.* 40. *l.* 16. *vers. reos.*
10 Id est judex. 11 Pœna arbitraria punitur is, qui condemnatum eripuit quæ etiam capitalis esse potest. v. Bald. *hic:* & Bossium *tit. de Captura* 3. *n.* 15. 16. 17. *&* 18.
12 Episcopi munus populos Christianæ religionis insinuatione moderari. 13 Delicta monachorum ab episcopis sunt vindicanda. 14 V. *l.* 29. *infr. de appellation.*
15 Sumpta hæc lex videtur ex *l.* 10. *C. Th. de jurisdictione, & ubi quis conveniri debeat lib.* 2. Est enim eorundem imperatorum, & ad eundem Eutychianum: nisi quod illa de Judæis, hæc de Christianis loquitur: illa *Constantinopoli*, hæc *Mediolani* scripta est. Dies etiam variat: nam in *Cod. Theod.* est III. *Non. Febr.* 16 Idem licuit Judæis apud suos Patriarchas, *d. l.* 10. *C. Theod.* 17 In civili negotio laici possunt in episcopum, quasi arbitrum & cognitorem, compromittere: ejusque judicium firmum est: latum tamen adversus solos præsentes.
18 Adfuisse, *Hal. Goth.* quam varietatem recentiores veteresque omnes sibi notandum putarunt, cujus causa hæc est, quod *afui* pro *abfui* scribebant antiqui: ut hodieque probissimæ quæque membranæ attestantur. porro ad rem vide Benedictum Capram *in regulis. in tract. de prorogat. post conclusionem* 153. Mod. 19 Expungendum est *Arcadii* nomen.
20 Episcopus comparatur Præfecto Prætorio *ut hic*, ut & alibi Consuli, *in Auth. sed episcopalis* 34. *supr. tit. prox.* 21 Qui es Præfectus prætorio. 22 A Præfecto Prætorio non appellatur, sed supplicatur. *l. un.* J. *de sententiis præf. præt. l.* 19. J. *de appel.* 23 Prorogatio jurisdictionis si fit, hoc est, si consentitur in judicem, a cujus sententia non appellatur, in causa prorogata appellari non poterit, Bart. *hic.* Ludov. Romanus *singulari* 11.
24 *Quid si ita leges*, definitio executioni tribuatur. 25 De jure Canonico in praxi huic Authenticæ derogatum est: Non enim a sententia Episcopi appellatur ad judicem secularem, sed ad metropoliticum, vel ad Pontificem, *cap. duo. de offic. jud. Ordin. c.* 1. *de offic. del. & can. ad Romanam.* 2. *q.* 6. Nec tantum semel appellare licet, ut hic. sed bis, non tertio. *Clement.* 1. *de Sent. & re jud.* Ans. 26 Contradictio animo appellandi, est species appellationis. *Bald.* 27 Sententia recte lata confirmanda. 28 Ne dicas simpliciter, Eum qui sententiam confirmat, eam exequi. Secundus judex hic sententiam exequitur, quia priori, id est, episcopo nulla competebat executio. Et ita magistratus secularis rogatus ab episcopali magistratu sententiam exequi debet, facit *l.* 5. J. *de jurisdict.* adde Roland. a Valle 1. *cons.* 37. *n.* 1. *Quid? cujus judicis fuerit eam sententiam exequi?* Dic, in criminalibus, ut sæpius remitti reum ad locum delicti. In civilibus absolutoriam sententiam secum trahere executionem: correctoriam executioni mandari a secundo judice: quod ex ea jus oriatur. Confirmata sententia judicio secundo, non utriusque est executio, sed judicis secundi, confirmata tempore, seu desertione appellationis prioris. v. Bald. *hic.* 29 Seculares judices possunt causas episcopis delegare. 30 *Lex* 7. *C. Theod. de custodia reorum lib.* 9. 31 Aliis etiam diebus episcopi tenentur id facere, *l.* 22. J. *h. t.* 32 Diebus dominicis præsides debent custodias invisere & curare, ut commentarienses eos tractent humaniter, eisque (nisi de suo vivant) præbeant & alimonias & lavacra. 33 Forte in intimis tenebris. *l.* 1. J. *de custod. reor.* 9. *C. Th.* 3. *l.* 7. 34 *D. l.* 7. libelli, suntne libræ farris (ut vult lex 12. tabularum. apud Gell. 20. *c.* 1.) aut, ut legi *ibid.* vult Fornerius 1. *select.* 6. selibræ? *Libella* hic suntne liba (a *libo* deducta) ut vult Accursius? An potius vox *Libellis* a *libro* deducitur, ut putat Spigelius? An vero a plurali *libellæ* (*libræ* diminutivo) derivabitur? Hoc Alciatus putat 1. *Parerg.* 17. eo scilicet sensu, ut *chœnix* victualis substantiæ custodiis sit præstandus. An potius cum Forcatulo *c.* 23. *penult. in fin.* dicemus legendum, *Libellis duabus*; in fœminino: & illa voce nummos significari? ut sit sensus: in carcerem conjectis, iisque egenis, *pecuniam ex publico dari*, quanta ad tenuem alimoniam satisfacere possit, eamque custodiis emi a commentariensi, sumptibus *duarum aut trium libellarum.* 35 Ut commentariensi *d. l.* 7. & male: sic lege *commentariensi*, hac sententia: Judices decernant libellas duas vel tres diurnas commentariensi dispensandas pauperibus custodiis. 36 Decretis: quorum &c. *Hal.* decretis quorum &c. *d. l.* 7. *C. Theod.* 37 Si vera est lectio Alciati, & Forcatuli, legendum est *quarum:* nec enim vox *libellis*, *libri* aut *libelli* diminutivum est, sed *libræ*: nisi eo relativo intelligamus ipsos nummos, ut sit sensus: Commentariensi duas aut tres libellas diurnas, pauciores vel plures in usum custodiarum, quæ inopes sunt, decerni. Ego vero ita legendum puto, *quæ proficiant alimoniæ, & sumptibus pauperum, quos ad lavacrum* &c. 38 Id est, ministris.
39 V. *hujus tit. Epigraphen.* 8. Kal. Febr. *C. Theod.* 40 VI. sed male *d. l. C. Theod.*
41 *l. penult. Cod. Theod. de maleficis, & mathematicis, & his similib. lib.* 9. *& Syn. Basil.* 1. περὶ μαθηματικῶν *c.* 17. Mathematici, sunt impostores, qui mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias suas, profitentur se fata cujusque nosse, & natalitias siderum observationes: quibus similes arioli, aruspices, augures, vaticinatores, somniorum interpretes, v. J. *de maleficis.* 42 Id est, libris. 43 V. *l.* 6. J. *de hæreticis & Manich.* 44 Id est, ac jurejurando dato se nunquam in eum errorem relapsuros. 45 Tribonianus hic somniavit. Rectius Græci εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα, id est, si postea: ut sit sensus, Si post hanc legem latam.
46 8. Kal. Febr. *C. Th.* 47 Pars ultima *legis ultimæ C. Th. de postliminio lib.* 5. Porro *Christianorum* voce hic maxime intelligit Episcopos Christianorum. 48 Sensus est: Subditi Romani hostium vicini, operam dare debent, ut captivis Romanis libera sit ad suos redeundi facultas. *L.* 5. *C. Th.* 5. *l.* 2. 49 Sub jure pignoris. 50 *L.* 4. *C. Th.*

SI [1] lenones patres & domini [2] suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint; liceat filiabus & ancillis, & Episcoporum [3] implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi [4]. Dat. [5] Kal. Maji, FELICE & TAURO CONSS. 428.

De clericos lite pulsantibus.

13. Imp. MARCIANUS A. Constantino P. P.

DEcernimus, ut [6] quicunque [7] Catholicarum ecclesiarum, quæ sub viro religioso Archiepiscopo hujus [8] almæ urbis sunt, reverendissimum Oeconomum, (sive de ecclesiasticis, sive de propriis, & ad ipsum solum pertinentibus causis) vel quemcunque alterum earundem ecclesiarum clericum aliqua voluerit lite pulsare: apud [9] memoratum beatissimum Archiepiscopum causam dicat, in negotiis audiendis fidem ac sinceritatem geminam [10] præbiturum, & sacerdotis, & Judicis: Volentibus [11] tamen actoribus pateat Episcopale judicium: ac nullus, qui hujuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias, vel in prædictos clericos actionem, ad religiosissimum Antistitem ducatur invitus. Dat. 8. Aprilis VARARI & JOANNE CONSS. 456.

De lenonibus. 1. *Ne mulier invita conjungatur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro agat.*

14. [12] Imp. LEO ad populum.

NEque servum, neque liberum corpus, sit, qui [13] audeat in meretriciam vitam producere, aut prostare: sive thymelicus [14] fuerit, sive alio pacto scenica persona: ac, si mancipium sit, quod prostat, in libertatem vindicetur a quocunque sine ullis sumptibus apud ejus oppidi magistratum aut Episcopum. §. 1. Quibus curæ erit, ne etiam invitam mulierem liberam, aut ancillam conjungi patiantur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro [15] agere invitam.

De advocatis.

15. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P. P.

NEmo [16] vel in foro magnitudinis tuæ, vel in provinciali judicio, vel apud quemquam judicem accedat ad togatorum consortium, nisi [17] sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. † Sin autem aliquid, quoquo modo, vel quadam etiam machinatione factum, vel attentatum fuerit: Officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri jacturam pro condemnatione sustineat: Idem vero, quicunque ausus fuerit, contra providum nostræ serenitatis decretum, officium advocationis per surreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit, ab advocationis officio remotus, stylum proscriptionis ac perpetui exilii specialiter sustinebit: sciturus etiam provinciarum Rectoribus, quod is, sub cujus administratione aliquid hujusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilii per quinquennium sustinebit. Dat. pridie Kal. Aug. *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. CONSS. 468.

De arrhis sponsalitiis.

16. Iidem AA. Erythrio P. P.

SI legibus prohibitæ [18] non sint speratæ nuptiæ, & post arrhas sponsalitias sponsa conjugium sponsi propter religionis [19] diversitatem [20] recusaverit, si quidem probatum fuerit, ante datas easdem sponsalitias arrhas, hoc idem mulierem vel parentes ejus cognovisse, sibi debeant imputare: si vero horum ignari, sponsalitias arrhas susceperint, vel post datas arrhas talis causa pœnitentiæ intercesserit, iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. Quod simili modo etiam de sponsis super recipiendis, nec non arrhis præstitis, custodiri censemus. Dat. Kal. Jul. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

Περὶ τῶ σιτώνε. id est, *De curatore frumentario.*

17. [21].

ELectione Episcopi & primorum civium Sitonæ [22] fiant ex militaribus ordinibus, aut ex veteranis, aut ex tyronibus, sive militaturis: Qui id transgressus fuerit, triginta libris multetur.

De annonis militum stationariorum.

18. [23].

MIlites qui præsunt, & in custodia consistunt, in suis (ut vocant) sedetis [24] sive stationibus, species ad se pertinentes ex civitatibus, aut ex ejus regionis agricolis ad suas annonas arbitratu Episcopi, aut Magistratus, aut defensoris, si desit magistratus, accipiant. Neque cogatur collator numeratam [25] pecuniam præstare.

De defensoribus civitatum.

19. Imp. ANASTASIUS A. Eustachio P. P.

JUbemus eos tantummodo ad Defensorum [26] curam peragendam ordinari, qui [27] sacrosanctis orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, hæc inprimis sub gestorum testificatione, præsente quoque religiosissimo fidei orthodoxæ Antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos præcidimus ordinari, ut reverendissimorum Episcoporum, nec non clericorum & honoratorum, ac possessorum, & curialium decreto constituantur. Dat. 13. Kal. Maji, SABINIANO & THEODORO CONSS. 505.

In AUTHENT. de defens. civ. §. interim. coll. 3. tit. 2. seu Novell. 15. cap. 1.

PRæsides gentium per unamquamque civitatem præparent homines non vilissimos, sed nobiliores civitatum habitatores, quibus aliqua ratio est bonæ opinionis constituta, nominare defensores per circulum: ut, eo expleto, rursus ad eandem sollicitudinem revertantur: decreto facto cum jurejurando omnium possessorum in ea civitate consistentium: electione facienda a Deo amabili Episcopo, & venerabili clero, & aliis in civitate bonæ opinioni studentibus. † *Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare: alioqui quinque librarum auri pœna coërcebitur, quæ in* [28] *opera civitatis impendetur: & post pœnæ solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogetur, & jurabit,* omnia secundum [29] leges & jus agere. † *Et confirmabitur ex præcepto gloriosissimorum Præfectorum nostrorum.* † *Et in biennio solo administrabit.* † *Et judex potius, quam defensor esse videbitur: ut etiam testamenta & donationes apud hunc insinuentur, & acta apud eum componantur. Et habeat unum exceptorem, & duos officiales ex provinciali Officio.* † *Et judicet in causis pecuniariis usque ad trecentos aureos.* † *Præterea habeat defensor publicam habitationem, in qua momumenta recondat, & unum hominem, qui acta conservet.*

De jurejurando a magistratibus præstando: de exterminandis hæreticis.

Nova constitutio FRIDERICI Imperatoris, de statut. & consuet. contra libert. eccl. §. statuimus etiam. coll. 10. constit. fin. p. 744.

STatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates, consules, sive rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publice juramentum [30], quod de terris suæ jurisdictioni subjectis universos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus suis exterminare studebunt: *Ita ut a modo quandocunque quis fuerit in potestatem seu perpetuam, seu temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum firmare juramento: alioqui neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorumque sententias ex tunc irritas judicamus & inanes.*

De jurejurando a militibus præstando.

20. [31].

NEmo [32] militet, qui non apud acta testificatus cum tribus sit, propositis sacrosanctis evangeliis *se esse Christianum orthodoxum*: fiantque acta ad eum Magistratum, sub quo militaturus est: & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si vero id neglectum sit, dabit libras quinquaginta is Magistratus, ejusque Officium viginti: Qui vero militavit, decem, atque a militia ejicietur: testes, qui pejeraverint, in corpus punientur: Illæ vero multæ Comitis periculo rebus privatis inferentur.

De non numerata pecunia. 1. *de dote.*

21. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI præsens [33] quidem sit, qui pecuniam numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquam [34] vero administrationem in provinciis gerat, ut difficile esse videatur, denunciationem [35] eidem non numeratæ pecuniæ mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios [36] judices adire & per eos ei manifestare, quia exceptionem hujusmodi objicit, factam a se super non numerata pecunia querelam esse. † Quod si non sit [37] alius administrator civilis, vel militaris, vel per aliquam causam ei sit difficile, qui memoratam querelam opponit, eum adire, & ea quæ dicta sunt facere: licentiam damus [38] etiam per virum reverendissimum Episcopum [39] eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere.

§. 1. Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis [40] locum habere, receptum est. Dat. Kal. Jul. *Constantin.* DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De custodia reorum.

22. [41] Imp. JUSTIN. A. Mennæ P. P.

NEminem volumus in custodiam conjici absque [42] jussu gloriosissimorum, vel illustrium, vel clarissimorum magistratuum hujus felicissimæ Urbis, vel provinciarum, aut defensorum civitatum. §. 1. De his autem, quicunque conjecti, aut conjiciendi sunt, Deo amabiles locorum Episcopos jubemus per unam [43] cujusque hebdomadæ diem, id est, feria quarta [44], aut sexta, quæ & *Parasceve* [45] appellatur, eos, qui in custodia habentur, visitare [46]: & diligenter inquirere causam, ob quam detinentur: & sive servi sint, sive liberi, sive pro pecuniis, sive pro aliis criminationibus, sive pro homicidiis conjecti, illustrissimos, & spectabiles, & clarissimos magistratus admonere; tam eos qui sunt in hac felicissima Urbe, quam qui sunt in provinciis, ut ea exequantur circa ipsos, quæ divalis nostra constitutio ad illustres præfectos ea de re emissa præcipit: licentia data Deo charissimis pro tempore Episcopis, si quam negligentiam admissam cognoverint ab illustrissimis, & magnificentissimis

1 Pars legis 2. *C. Th. de Lenonib. lib.* 15. Extat & eadem hæc lex in *l.* 6. *J. de spectaculis l.* 11. *tit.* 40. *Synop. Basil.* 60 *tit.* 38. *c.* 1. 2 Sed & redemptores, *l.* 7. *J. de postlim. reversis.* 3 *l.* 6. *J. de spectaculis lib.* 11. *tit.* 40. *l.* 15. *C. Theod.* 9. *l. ult.* 4 Fiunt sui juris, patria potestate hunc in modum soluta, *d. c.* 1. 5 *Dat.* 11. *Kal. v. l. ult.* 6 Adde *l.* 25. *supr. de episc. & cleric.* 7 Etiam laicus. 8 *l.* 34. §. 3. *supr. de episc. & cler.* 9 *D.* §. 3. hæc lex abrogatur, *l.* 29. *in pr. J. h. t.* 10 Personam duorum sustinere quis interdum potest, sacerdotis & judicis, *ut hic.* 11 V. *l.* 25. *l.* 33. *supr. de episcopis & cleric.* 12 Interpretatio Antonii Augustini. 13 V. *l. ult. J. de nuptiis.* 14 De quo vide *l.* 10. *ff. de pollicitat.* 15 *l.* 33. *J. h. t.* 16 Hæc lex & *l. ult. J. de postulando* sunt eædem. *Novell.* 112. 17 V. *l.* 9. *J. de div. off. & appar.* Non alia ratione Justinianus Gilimeri negavit patriciatus dignitatem, quam quod Arianus esset. *Procopius.* Hinc collige, non alios quam Christianos orthodoxos ad Reipublicæ curam, vel administrationem, vel institutionem admitti. adde *l.* 5. *supr. h. t. l.* 19. *J. h. t. l.* 18. *J. tit. prox. Nov.* 8. *tit.* 3. *Rubric. jusjurand. quod præstatur.* 18 Pars *l.* 5. *in fin. infr. de sponsalib.* 19 Sponsalia dissolvuntur propter religionis diversitatem, *ut hic.* adde *l.* 6. *J. de Judæis.* Harm 4 *tit.* 2. §. 5. Idem Har. 4. *tit.* 1. §. 28. in speciem magis hunc locum refert, vult enim sponsalia solvi, διὰ καινοτάτην θρησκείαν ἀγνοηθεῖσαν καὶ δογμάτων διαφοράν. propter novum aliquod, & ignotum religionis genus, & religionum diversitatem. 20 Hi ἑτερόδοξοι dicuntur *Harm d.* §. 5. 21 Interpretatio Antonii Augustini. 22 V. quæ notavi *ad l.* 5. *supr. h. t.* 23 Interpretatio Antonii Augustini. 24 Σεδέτοις *hic.* adde *Theophilum in* §. ἐν οἷς *in princ. tit. Inst. de milit. testam.* Sedeta erant ædes. *Inst. de milit. testam.* fossata, vel stativa, teste *Suida.* Actus dicuntur, *in l. penult. J. de test. milit. princ. Instit. de milit. test. in pr.* Veget. 1. *c.* 4. Cujac. *consult.* 49. notat, Eum, qui in expeditione fuerit, militem, in castris, in fossato, in hybernis, in stativis, in præsidiis jure militari testari posse. Jure militari, inquam, vel unico teste, ut *Theoph.* scripsit, vel nullo, dummodo aliis probationibus legitimis constare possit demilitis voluntate. 25 Ἀπαργυρισμὸν, id est, *adærationem* seu *pretium adæratum*: ita verti debuit. 26 V. *l.* 8. *infr. de defens. civit.* 27 V. *l.* 9. *infr. de divers. offic. & apparit.* 28 Adde *l.* 26. *infr. in pr. h. t.* 29 V. *Inst. de off. judic. in pr.* 30 Bart. negat hanc Auth. consuetudine receptam, sed aliam formam juramenti introductam esse. 31 Videtur esse hæc lex Justini. *Nov.* 109. *in pr.* 32 *l.* 9. *J. de divers. offic. & apparit.* Hæc lex renovat, quod antea Honorius constituerat, &, ut Zosimus refert, mox mutaverat propter Genericum copiarum Dalmaticarum ducem. v. Cujac. *hic.* 33 Eadem verba extant *in l.* 14. §. 4. *vers. sed si præsens quidem sit. J. de non numer.* 34 Puta magistratum. *l.* 2. *ff. de in jus vocando.* 35 Citationum. Hæc denunciatio manifestationis, & intimationis vim habet. 36 Ordinario, vel episcopo. *Bart.* Ordinario, inquam, judice contractus, apud quem partes sortiuntur forum. *Bald.* 37 Aut sit suspectus. Potest enim quis suspectum judicem habere συνακροατὴν τῆς δίκης λαμβάνειν τὸν ἐπίσκοπον. Quod si monitus ab Episcopo judex non obtemperaverit, episcopus rem omnem ad Imperatorem deferre debebit. 3. *Eclog.* 3. *ex lib.* 6. *tit.* 22. 38 Addunt ex hoc loco propter absentiam judicis episcopum adiri eique actorum confectionem permitti. 39 Hinc colligunt, adiri episcopum posse, ubi contractus est usurarius, non ut cognoscat de contractu, sed ut advocet judicem. 40 Numeratur enim inter pias, & favorabiles causas. 41 Interpretatio Contii. 42 *l.* 6. *J. de cust. reor.* 43 Ἑκάστην editio Parisiensis, ἑκάστης ita legit, Cujac. 3. *de præscr.* 44 Quam τετράδα vocant Græci hoc loco 60. *Eclog.* 5. *c.* 21. quartus septimanæ dies est Mercurii: adde *Novell.* 137. *c.* 4. Petrus Alexandrinus *cap.* 15. τετράδι γὰρ καὶ παρασκευῇ νηστεύειν τε μὲν διὰ τῦ Χριςῦ τῆς προσδοσίας συμβόλιον, τῇ δὲ παρασκευῇ διὰ τὸ σωτήριον πάθος. v. Cujac. *ibid.* 45 Id est, die Mercurii, ut superius dixi: idque ob memoriam Christi passionis. 46 Munus est episcopi, custodias visitare, & eorum miseriæ causis

simis atque clarissimis pro tempore magistratibus, vel iis, quæ illis parent Officiis, talem ipsorum negligentiam indicandi, ut conveniens adversus negligentes animi nostri motus insurgat. Dat. 15. Kal. Feb. CP. DECIO CONS. 529.

23. Idem A. Mennæ P. P. [1].

PRivatos [2] carceres modis omnibus in urbibus atque in vicis constitui vetamus [3]: ipsis, qui custodiuntur, Dei amicissimorum loci Episcoporum providentia a detentione remissis. Dat. 12. Kal. Feb. CP. DECIO COS. 529.

De infantibus expositis.

24. Idem A. Demostheni P. P.

NEmini licere volumus, sive [4] ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus, expositus [5] sit, eum puerum in suum dominium vindicare, sive nomine dominii [6], sive adscriptitiæ [7], sive colonariæ [8] conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos sustulerint [9], licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione eos tollere: Sed nullo discrimine habito, hi, qui ab hujusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi acquirant: & in posteritatem suam, vel extraneos heredes omnia, quæ habuerint, quo modo voluerint, transmittant. Hæc observantibus non solum Præsidibus provinciarum, sed etiam viris religiosissimis Episcopis. Dat. *Chalcedone* 8. Kalend. Jul. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De alea seu cottis.

25. [10] Idem A. Demostheni P. P.

QUæ de alea [11] sive (ut vocant) cottis, ac de eorum prohibitione a nobis sancita sunt, ea liceat Dei amicissimis Episcopis [12], & perscrutari, & cohibere, si fiant, & flagitiosos per clarissimos Præsides provinciarum, & Patres defensoresque civitatum ad modestiam reducere. Dat. 10. Kal. Octob. CP. DECIO COS. 529.

De his, quæ singulis annis ad civitates pertinent. 1. De discussoribus, aut ratiocinatoribus, aut exæquatoribus. 2. De sportulis. 3. De formis non emittendis a magistratibus. 4. De locis publicis, seu universitatis. 5. De aquarum distributione. 6. De cautionibus. 7. De sportulis, & descriptione. 8. De officio episcopi. De metatorum exactione. De rapinis.

26. [13] Idem A. Juliano P. P.

DE his, quæ [14] singulis annis ad civitates pertinent (sive civiles reditus sint, sive fructus, ex publicis, aut privatis pecuniis, quæ ab aliquibus eis, aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut instituuntur, sive ad opera [15], sive ad rem frumentariam, sive ad publicos aquæductus, sive ad balneorum calefactionem, sive ad portus, sive ad murorum, aut turrium ædificationem, sive ad pontium atque viarum refectionem, sive ad publicas denique causas pertineant; tam ex publicis, quam ex privatis, ut dictum est, causis) sancimus; ut in unum conveniant religiosissimus Episcopus [16], ac tres bonæ existimationis, & qui cæteris præstant in ea civitate, ac singulis annis inspiciant opera facta; & curent, ut & metiantur, & rationem conficiant, qui ea administrant, aut qui administraverunt, & in monumentorum gestione ostendant impletionem operum, aut administrationem sitonicarum [17] & balneariarum pecuniarum, sive quæ in viis muniendis, aut aquæductibus, aut aliis rebus consumuntur. Quæ omnia nunquam omnino minui volumus. In monumentorum vero gestione appareat; sitne solutus, an obligatus, qui ea administravit: & an, quod debuit, solverit: atque ita erit cautum ei, qui eam curam suscepit. Mittemus enim nos, cum placuerit, quem commodum erit, ut inspiciat [18] rationes ab eis factas: & cum recte factas esse repererit, calculum feret, quo ipsis heredibusque, & successoribus consuletur: neque aliarum rationum, aut controversiarum occasio relinquetur. Omnia vero, propositis sanctis Evangeliis, diligenter fiant: nam inquisitionem nos cum libuerit fieri jubebimus. Oportet itaque studere religiosissimum Episcopum, & qui cum eo rationes conficiunt, ut opera in ingentes sumptus præscripta, singulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus subesse, qui ea administrat, neque ferat sanctissimum ejus loci Episcopum, & illos possessores, qui ad eam rem constituuntur, & qui ad rationes reddendas eum vocant: cogatur [19] id agere per clarissimum provinciæ Præsidem, & cohortem, quæ ei parere solet: ac sine ullo damno compellatur, ut modis omnibus rationes submittat religiosissimo Episcopo, & primis illius civitatis: quodque appareat ab eo deberi, civitati reddatur.

§. 1. Omnem vero libertatem tollimus nostris Præsidibus mittendi in agros discussores [20], aut ratiocinatores, aut exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed si quid hujusmodi nobis ignorantibus fiet, si quidem sacra forma ad aliquos per subreptionem [21] emanaverit, liceat religiosissimo Episcopo ejus civitatis suscipere quidem sacram formam, renunciare tamen nobis ut nos cognoscamus, an ex nostra ad illum Præsidem jussione, an per [22] obreptionem facta sit: ut si per subreptionem facta esse videatur, quod factum sit inutile fiat, & periculum subeat, qui eam quæsivit. Si vero ab aliquo e nostris Præfectis emissum decretum, aut commonitorium sit, aut præceptum aliquod, aut rationum [23] scriptura; & de aliquo ex prædictis capite permittatur; volumus ut modis omnibus non ejus urbis Episcopus, & primi [24] civitatum illis rebus præficiantur, sed liceat provinciæ Præsidi, & ipsis possessoribus, ac civibus jussiones rejicere: ac ne obulum quidem ea de causa præstare. Si vero in ea re sanctissimus Episcopus negligens fuerit; habebit & Dominum Deum nostrum infensum, & imperialem vindictam expectabit, si ea servili [25] silentio, sacerdotalique licentia indigno, præterierit. §. 2. Si quis autem in provincia renunciaverit Magistratuum, aut Consulum processiones [26], sive generales formas gloriosissimorum Præfectorum, aut alicujus alterius e nostris magistratibus, sive constitutionem, sive sacrum commonitorium [27], sive generales literas, sive erectionem Imperialium statuarum [28] indicaverit: non liceat amplius sex [29] nummis aureis in singulas nunciationes, aut in singulas formas, aut constitutiones, aut sacra commonitoria, aut generales literas, aut statuarum erectiones accipere in singulis provinciis, ad quas literas accepit: ac, licet multæ sint in ea provincia Urbes, nihil amplius præstetur, quam illi [30] sex nummi. Si quid vero amplius acceperit, ejus quadruplum restituet: liceatque ejus Urbis Episcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri, & provinciæ Præsidi, & ei subdito Officio, & Episcopo [31] imponitur, si illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint.

§. 3. Nemini [32] enim omnino permittimus nostrorum Magistratuum hujusmodi formas [33] circa provincias emittere de rivorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum a muris, aut stationum, a porticibus, aut eorum, quæ produlia [34] appellantur, aut de ruderum ac dimidiatarum columnarum eversione, aut de imaginibus, aut si quid alio pacto sit excogitatum, aut etiam de civilibus quibuscunque controversiis. Sed liceat Episcopo, & iis [35], qui primi sunt ejus urbis, & præsidibus provinciarum, & possessoribus ac civibus insinuata aliqua forma, ei quidem non deferre, sed prohibere, ac coërcere omnem exactionem, omnemque vim, quæ ex eo eveniat. Eademque pœna afficiat sanctissimos episcopos, nisi id prohibuerint.

§. 4. Sed & oportet Episcopum, ac patrem [36] civitatis, & cæteros bonæ opinionis possessores providere, ne locus aliquis civilis, aut publicus juxta [37] muros urbis, aut in publicis porticibus aut in plateis, aut in quocunque alio loco ab aliquo indebite possideatur, neve publicus locus alicui sine nostra sacra forma tradatur. §. 5. Iidem inquirant de aquarum distributione, quæ sacra aliqua forma cuique pertineat: ut ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competit. §. 6. Neque vero fidejussionis causa, aut supra mandati formam nostros subjectos affici pateremur, sed siquidem immobiles [38] res habeant idoneas, jusjurandum tantum præstent, & conscribatur: sin autem non habeant, usque ad quantitatis æstimationem, fidejussionem sine ullo damno præbeant. Si vero dubitaverint [39] exactores de fidejussorum fide, facultatibus aut cautione: in eundem locum religiosissimus Episcopus, & patres [40] civitatis, ac defensor conveniant, ac decernant, an idoneus esse fidejussor videatur usque ad quantitatem, de qua agitur, & necesse habeat exactor suscipere eum in fidejussorem, qui nihil pro fidejussione, aut sacramento præstabit, præterquam si privata nostra, aut cujusquam Magistratus majoris jussione *personam ducendam esse, fidejussori non esse credendum* decernatur: Tunc enim licebit exactori fidejussorem non accipere, id vero agere sine [41] ullo detrimento. Cæterum eadem multa adversus religiosissimum Episcopum, & clarissimum provinciæ Præsidem imponitur, si quid eorum transgredi passi fuerint, aut si cum transgressum erit, non id statim renunciaverint. §. 7. Neque etiam patiantur, ut plus definita parte a nostra constitutione pro sportulis accipiatur; neve descriptio ob aliquam causam in civitatibus fiat: nisi ob illas tantum, quas supra enumeravimus, renunciationes processionum [42], constitutionum, sacri & generalis commonitorii, aut formæ, aut literarum, & hujusmodi omnium rerum, de quibus antea [43] sanximus: item quæ propter suam conservationem, atque salutem cives facere voluerint ad opera forte publica, vel ad sitoniam, vel ad aliam quamvis causam, quæ omnibus placeat propter urbis honorem [44] fieri, ex quo Resp. adjuvetur: Contra eos vero qui hæc transgredi tentaverint, & si ad nos religiosissimi Episcopi id non retulerint, ea serventur, quæ antea a nobis commonita sunt. §. 8. Atque oportet singularum urbium Dei amantiss. Episcopos, cum omnia cognoverint, quæ a nobis de his rebus disposita sunt, & de metatorum [45] exactione, & de rapinarum prohibitione, ac de cæteris rebus quæ nostra sacra constitutione continentur, quæ de omnibus edita est, finem competentem imponere. Dat. 8. Kalend. Jul. *Chalced.* LAMPAD. CONS. 530.

De curatore furiosi.

27. August. Juliano P. P.

DE creationibus curatorum, qui furiosis utriusque sexus dantur, necessarium nobis visum est constituere, quemadmodum eas celebrari oporteat. Et, si [46] quidem pater curatorem furioso vel furiosæ in ultimo elogio heredibus institutis, vel exheredatis dederit, ubi & fidejussionem cessare [47] necesse est,

fas diligenter inquirere. 1 Interpretatio Anton. Aug. 2 V. *l. un.* J. *de priv. carceribus:* adde 60. *Synops. Basil.* 53. *ex lib.* 55. *c.* 1. 3 Excipe certos casus, de quibus v. quæ notavi *ad l.* 25. *ff. ad L. Jul. de adult.* 4 Hominum alii ingenui, alii libertini, alii servi. 5 Hæc verba extant in *l.* 3. *in pr.* J. *de infant. expos.* 6 Sive ut servum. Hinc colligere possis, Alios revera nobis servire, quia tales sunt: alios agricolationis tantum causa, quales sunt adscriptitii, & coloni, de quibus mox dicetur. 7 Adscriptitii quasi servi sunt, dominum habent ad quem eorum peculium pertinet: cui etiam reddi solent. Inspecto vero fisco, & aliis, liberi sunt & propriorum possessores. v. Cujac. J. *ad tit. de agricol.* 8 Coloni sunt liberi, & res proprias habent, terram tamen dimittere non possunt, dominum non habent. Terra potius coloni domina est, quam persona: colonus redditur terræ. vide titulos *de agricolis, censitis & colonis: de colonis Palæstinis: de colonis Thracensibus: de colonis Illyricianis.* Ii si prædio rustico serviunt, coloni proprie dicuntur: si urbano, inquilini. 9 Alumnis. 10 Interpretatio Ant. Aug. 11 Vide *synops. Basil.* 3. *tit.* 1. περὶ κοττιστῶν ἤτοι κυβιστῶν, *l.* 13. ꝟ. *de episc. Nov. Leon.* 87. *l.* 17. ꝟ. *de episc. & cleric. l. ult.* §. 1. §. 3. J. *h. t. Novell.* 123. *c.* 10. 12 Episcopi munus est in aleatores inquirere, eosque castigare. 13 Interpretatio Antonii August. 14 Hujus legis primum caput repetitum fuit *in l. ult. inf. de oper. pub.* Mod. 15 Cura frumentaria, & ædificiorum, puta aquæductuum, balnearum, portuum, murorum, turrium, pontium, viarum & similium etiam ad episcopum pertinet. 16 V. *Edict. Just.* 2. *c.* 2. Id etiam curæ esse debet præsidibus. *l.* 7. *ff. de off. præsid.* 17 Pecuniæ Sitonicæ sunt pecuniæ frumentariæ. Sitonia est curatio frumento coëmendo, *l.* 2. *ff. de vacat. & immun.* vid. Cujac. 1. *observ.* 35. Ans. 18 Iterata etiam rationum redditio fieri potest. 19 Episcoporum sententias secularis judex exequi solet. 20 Discussores ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτάς. *Græci hic. Nov.* 17. *c.* 4. *Goth.* Discussores sunt cognitores, & disceptatores rationum fiscalium ab aliis tractatarum, *Rub. de discussor. lib.* 10. *l. pen. Cod. Quorum appell. non recip.* Ans. 21 Augustinus *in Josue*, Juris est forensis, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit quod impetraverit. v. *l.* 29. *ff. ad L. Corn. de falsis.* 22 Κατὰ συναρπαγήν. 23 Λογοθέσιον. 24 Hos τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας appellant Græci, *ut hic, &* §. 3. J. *h. t.* 25 Ad eorundem παῤῥησίαν referri potest, *l.* 33. §. 1. J. *h. t. in fin.* 26 Προαγωγὰς, de quibus v. *Nov.* 105. *c.* 1. 27 Κομμονιτωρίων, editio Parisiensis συμβολαίων. *Basil.* apud Cujac. 12. *obs.* 22. 28 Statuarum in civitate ponendarum beneficium a Principe tribuebatur. Hujus sane rei cupiditate summa tenebantur tum civitates. vid. Cujac. J. *de statuis & imagin.* 29 Et sic non immodico pretio. *l. unic.* J. *publicæ lætitiæ.* adde Cujac. 12. *obs.* 22. 30 De quibus superius dictum est. 31 Episcopi multa pecuniaria coërceri possunt. 32 *L. ult.* J. *de operib. publ.* 33 *Novell.* 17. *cap.* 4. 34 Περὶ τῶν καλουμένων προδουλείων. 35 Τοῖς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι, *ut* §. 1. ꝟ. *h. t.* 36 Τοῦτο πατέρα. *Græci hic, ut* §. 6. J. *h. t.* 37 *l. ult. vers. provideant autem.* J. *de discussorib. l.* 9. §. *penult. ff. de rer. div.* 38 *l.* 15. *in pr. ff. qui satisdare.* 39 Exactor & apparitor causæ cognitionem non habet. 40 Τοῦτο πατέρα καὶ ἔκδικον τῆς πόλεως, *ut* §. 4. ꝟ. *h. t.* 41 Id est, impune, sine fraude. 42 De quibus §. 2. *in pr.* ꝟ. *h. t. Nov.* 105. *cap.* 1. 43 Id est, *d.* §. 1. 44 Ædificia ad honorem, & decus urbium pertinent, *l.* 20. §. 10. *in fin. ff. de oper. nov. l.* 2. §. 17. *l. ult. ff. ne quid in loco publ.* 45 Metatores sunt, quibus præparandi hospitii procuratio incumbit. Optat. *lib.* 3. Cum ante venturos milites metatores, ut fieri solet, mitterentur: metata sunt hospitia, quæ militibus provinciales præbent. vide J. *de metatis & epidemet.* 46 Eadem verba extant, *in l.* 7. §. 5. *in pr.* J. *de curat. furios.* Tutor testamentarius non satisdat, ut *hic, & d.* §. 5.

paterno [1] testimonio [2] pro ejus satisdatione sufficiente, ipse, qui datus est, ad curationem perveniat: ita tamen ut in provinciis apud præsides earum, præsente eis tam viro religiosissimo locorum Antistite, quam tribus primatibus, actis intervenientibus, tactis [3] sacrosanctis scripturis, depromat, *omnia se recte & cum utilitate furiosi gerere, neque* [4] *prætermittere, quæ utilia esse furioso putaverit, neque admittere ea, quæ non utilia furioso esse existimaverit*: &, inventario [5] cum omni subtilitate [6] publice [7] conscripto [8], res suscipiat, & secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum & curatorum adulti. † Sin autem testamentum quidem parens non confecerit, lex [9] autem curatorem, utpote agnatum, vocaverit: vel, eo cessante, aut, non idoneo forsitan existente, ex judiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc scil. & in provinciis apud [10] præsides cujuscunque provinciæ, & virum religiosissimum Episcopum civitatis, necnon tres primates creatio procedat: ita ut, si quidem curator substantiam idoneam possidet, & sufficientem ad fidem gubernationis, sine [11] aliqua satisdatione creatio procedat. † Sin [12] autem non talis census ejus inveniatur; tunc & fidejussio in quantum possibile est, ab eo exploretur: creatione omnino, sacrosanctis scripturis propositis, in omni causa, celebranda: ipso autem curatore, cujuscunque substantiæ vel dignitatis sit, præfatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis præstante, & inventarium publice conscribente: & hypotheca [13] rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus res possint furiosi undique utiliter gubernari. Dat. Kal. Septemb. *Constantin.* LAMP. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De liberis furiosi, vel dementis nuptias contrahentibus.

28. Idem A. Juliano P. P.

TAm dementis [14], quam furiosi liberi, cujuscunque [15] sexus, possunt [16] legitimas [17] contrahere nuptias: tam dote, quam ante nuptias donatione a curatore [18] eorum præstanda [19]: æstimatione tamen in hac quidem Regia urbe excellentissimi præfecti [20] urbi, in provinciis autem virorum clarissimorum earum præsidum vel locorum Antistitum, tam opinione [21] personæ, quam dotis moderatione [22], & ante nuptias donationis, statuenda; præsentibus [23] tam curatoribus dementis, quam furiosi, necnon his, qui ex genere [24] eorum nobiliores sunt: ita tamen, ut nulla ex hac causa oriatur, vel in hac Regia urbe, vel in provinciis jactura substantiæ furiosi, vel dementis, vel mente capti: sed gratis [25] omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægravetur.

De his qui parentes 1. *aut liberos furiosos negligunt.*

In AUTHENT. ut cum de appell. cog. §. si quis de prædictis parentibus furiosus. coll. 8. tit. 16. al. 12. seu Novell. 115. c. 3.

LIberi [26] *furiosi, qui curam ejus negligunt præbere, tam exheredatione digni sunt, quam aliis pœnis legitimis. Nam si quis alius, attestatione ad eos missa, cum adhuc negligant, in domum suam eum susceperit, & procuraverit: ex hoc erit ejus successor legitimus, licet testatus esset etiam in liberos forte: manentibus tamen aliis testamenti capitulis.* §. 1. *Eadem pœna parentibus imponenda, si quidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint.*

De foro clerici & episcopi accusati.

29. [27] Idem A. Juliano P. P.

SAncimus, ut nemo venerabilis clericus ab aliquo sive clerico, sive laico ab initio apud beatissimum provinciæ Patriarcham accusetur; sed prius [28] juxta sacra instituta apud Episcopum civitatis, in qua clericus versatur: tum, si is suspectus est, apud Metropolitanum episcopum reum agat: sed si forte ne ei quidem accusatio placuerit, ad sacram ejus regionis Synodum accusatum deducat: & cum Metropolitano tribus convenientibus religiosissimis episcopis qui cæteris propter ordinationem præferuntur, de causa coram tota Synodo cognoscatur: & si quidem ei, quæ judicata erunt, placuerint, ab accusando discedat: Si vero se lædi existimaverit, provocet illius provinciæ beatissimum Patriarcham, atque iis, quæ ipse judicaverit, omnino pareat: perinde ac si eum ab initio judicem esset consecutus: nam [29] contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi a majoribus nostris constitutum est. † Hoc idem servandum est, si Episcopus ab aliquo laico, sive ab aliquo clerico, sive ab altero religiosissimo Episcopo accusatus sit. Nam [30] ut statim accusatio ad sanctissimos Patriarchas deferatur; & ut accusati in aliam provinciam mittantur, omnino prohibemus [31]: præterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quod causa illius regionis religiosissimo episcopo commissa fuerit: quo casu licet ad ipsos quoque sanctissimos Patriarchas deferre accusationem. Literæ tamen conficiantur ad aliquem ex Episcopis eorum locorum, ut is causam audiat, ut antea a nobis dictum est. §. 1. Non vero ei liceat facere, ut descendant in provincias venerabiles clerici, & immodicas sportulas, dum accusantur, inferant, qua in re hucusque peccatum esse cognovimus. Neque enim in singulas reorum personas [32] plus sexta aurei nummi parte pro sportulis dari concedimus iis, qui a sanctiss. Patriarchis ac Metropolitanis mittuntur: aut, si Episcopus missus est, sex tantum aurei ex quacunque quantitate ac causa, neque amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiam teneat, cum ad eos accusatio contra Episcopum, qui sub eo sit, aut ejus provinciæ clericum defertur. Nam si in civilibus judiciis moderari sportularum [33], & sumptuum modum curavimus, eaque ex lege præstari voluimus; multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum servari sancimus. §. 2. Enimvero, si remissa causa ad sanctissimum Patriarcham, aut ad aliquem ex religiosissimis Metropolitanis, aut ad alium Dei amantissimum Episcopum sententia lata sit, quæ alicui parti displiceat, ac provocetur: ad Archiepiscopalem hanc sedem referatur appellatio, in qua (ut adhuc servatum est) lis cognoscatur.

§. 3. Si vero quis ausus fuerit adversus hæc quicquam tentare; is quidem omne, quod accepit, cum altero [34] tanto ei, qui negotium passus est, præstabit, fietque ecclesiasticæ multæ subjectus apud sanctissimum Patriarcham, aut religiosissimum Metropolitanum, qui tunc erit ecclesiasticorum numero ejiciendus. §. 4. Has autem actiones, siquidem ad ecclesiastica negotia pertinent, necesse fore jubemus, ut a solis religiosissimis Episcopis aut Metropolitanis, aut a sacris Synodis, aut a sanctissimis Patriarchis cognoscantur: si vero civilium rerum controversia sit, volentes [35] quæstionem apud Antistites instituere, patiemur, invitos [36] tamen non cogemus: cum judicia civilia sint, si ea adire malint, apud quæ licet etiam de criminibus cognoscere. §. 5. Quoniam vero quidam sunt sanctissimi Patriarchæ, qui in provinciis, in quibus existunt, Metropolitanorum officium gerunt: alii per totam Diœcesim, episcoporum Metropolitanorum, atque aliorum qui sub eis sunt, ordinationes faciunt: ea de causa illud observari sancimus, quod de Metropolitanis antea disposuimus: is enim jure *Metropolitanus* vocatur, qui in episcopos minores [37] ex sacris regulis eam potestatem habet. Dat. 15. Kalend. Nov. CP. LAMP. CONS. 530.

De tutoribus, vel curatoribus dandis.

30. [38] Idem A. Joanni P. P.

SAncimus [39], in curationibus juniorum, sive [40] primæ, sive secundæ sint ætatis, aut alii quidam, quibus lex dat curatores, siquidem usque ad quingentos [41] aureos & solummodo facultates sint juniorum, non Præsidum provinciarum expectare creationem, neque impensis maximis subjici, præsidibus forte neque morantibus in urbibus illis, in quibus prospici curationi contingit, sed apud civitatis illius Ecdicum [42] [defensorem] aut strategum [Magistratum municipalem,] vel in Alexandrina civitate apud ejus Juridicum [43], una cum religiosissimo ejus Episcopo, aut aliis etiam publicis personis, si harum copiam habeat civitas, fieri creationes curatorum seu tutorum; fidejussore secundum mensuram facultatum dato secundum dictarum personarum judicium: & aliis omnibus procedentibus quæcunque super tutorum vel curatorum fidejussione [44] & secundum modum facultatum consueta sunt: sola personarum transmutatione, per quas hæc fiunt propter minorum utilitatem a præsenti sanctione introducta: omnibus videlicet his sub sola duorum numismatum [45] [id est, solidorum] datione conficiendis, præsertim cum hac maxime de causa hæc posita est constitutio, pœna imminente, si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constituere tutelam seu curationem spe majoris lucri: & eo non solum triplum redditturo omne, quidquid acceperit, sed etiam ab ipsa sollicitudine & administratione removendo. Cum autem factæ fuerint tutorum aut curatorum creationes, præsente etiam religiosissimo civitatis Episcopo, in ipsis sanctissimæ ecclesiæ archiis [46] deponi gesta sancimus: ut sit perpetua rei memoria, & non intercidat casibus fortuitis curationis exinde quæsita cautela. His, quæ in magna hac civitate fiunt, tutelis aut curationibus apud solum clarissimum Prætorem faciendis, ut jam sancitum est. Dat. 5. Kalend. Aug. CP. post CONS. LAMP.

1 Hoc videtur innuere, testamentarios non cogi ad satisdationem præstandam. Hoc tamen in Gallia non servatur, ubi omnis tutor ex inquisitione datur. Solent enim consanguinei tutores promittere pupilli indemnitatem, cum omnium bonorum suorum obligatione. Rebuff. *in proœm. const. gloss.* 6. *n.* 39. Neque satisdare solet mater, vel avia, ut & quivis tutor, etiamsi ad paupertatem devenerit. idem Rebuff. *in tract. de sent. provisionalib. art.* 3. *gloss.* 2. *n.* 8. 2 Testimonium patris pro satisdatione sufficit, *ut hic.* ut quo testimonio nullum majus sit, aut esse debeat liberis. *l.* 7. §. 5. C. *de curat. furios.* 3 Exigitur jusjurandum a curatore furiosi. 4 Tutoris officium est & curatoris, utilia non prætermittere, inutilia non admittere. 5 Inventarium exactissimum curator furiosi facere debet. *d.* §. 5. *in fin.* Quod ita verum est, ut præsumatur in dolo versari, si inventarium facere neglexerit. *l.* 7. *in pr. ff. de adm. tut.* v. Roland. a Vall. 1. *cons.* 49. *num.* 55. Curator ad litem ad inventarium faciendum estne obstrictus? Barr. ait. Accursius negat; quem omnes sequuntur: idque ita observari in Camera imperiali, refert Andr. Gayl. 2. *obs.* 108. Cogi tamen ait ad satisdationem rem pupilli salvam fore. Aliud est in curatore. *gloss. l.* 1. *in fin. in verbo Venter, ff. de curat. bon. dando.* 6 Id est, nullis omissis. 7 Nec enim privata conscriptio, aut notatio sufficeret. 8 Scriptura in inventario requiritur: & proinde non auditur tutor testibus bona pupilli sui probaturus. 9 Lege 12. Tabularum adgnatorum tutelam adgnati sortiebantur. dixi ad leg. 12. tab. *tit. de tut. & curat. cap. de curatorib.*
10 Nota personas a quibus dari tutor, aut curator potest. 11 Sufficit enim datum fuisse ex inquisitione. 12 A dativo tutore, cum creatur, exigi justa de causa potest fidejussio.
13 Tutores dativi ad hæc tria coguntur: Jurare rem pupilli salvam fore: inventarium conscribere: bonorum propriorum hypothecam pati, *l. ult.* §. 6. C. *de curat. fur.* 14 Demens alius est a furioso. 15 Nullo discrimine habito inter masculos & fœminas. v. *l.* 25. C. *de nupt.*
16 Sine metu exheredationis. 17 In quibus ætas legitima semper requiritur.
18 Jam sc. constituto, aut si nullus est curator, constitui debet. *l.* 61. *ff. de jur. dot.*
19 Non contrahentium, aut curatoris, sed judicum, & earum personarum, quæ sequuntur arbitrio. 20 Dotis, aut donationis propter nuptias quantitatem faciendæ liberis in furiosi parentis potestate positis judices æstimare debent. 21 Dos & donatio propter nuptias constituenda est, habita ratione mariti, ejusque uxoris. *l.* 60. *ff. de jur. dot.*
22 Nec enim æquum est universa bona in dotem dari. *l.* 12. §. 2. *ff. de admin. tut.*
23 Dotem pupillo constituere solus judex non potest, absente curatore, nisi curator ultro latitet.
24 Dos mulieri quoties constituenda, agnatorum præsentia requiritur, non omnium, sed nobiliorum ac proximiorum. 25 Vix est ut id servetur hodie. 26 Exheredari juste filius potest, si parentis furiosi curam neglexerit: & econtra. v. *Novell.* 115. *c.* 3. §. 12. & *c.* 4. §. 6. quin potest filius patris & matris esse curator. *l.* 1. *in fin.* 2. *in fin. l.* 4. *ff. de cur. fur.*
27 Interpretatio Antonii August. 28 Fori ecclesiastici gradus notent clerici: apud episcopum prima accusatio instituenda: ab eo ad metropolitanum provocatur: ab eo ad Synodum, ab eo ad Patriarcham, a Patriarcha ad nullum: quod notatu dignum est. adde §. 2. C. *hic. Nov.* 6. *cap.* 8. *vers. Si vero hoc non.* Est igitur episcopus clericorum primus Judex. 29 A Patriarcha ad nullum appellatur. 30 Autor tamen Synopseos Basil. 3. *tit.* 1. *cap.* περὶ πατριαρχῶν, scribit posse quem apud Patriarcham primam accusationem instituere, ac petere per literas ejus, dari sibi invicem a locorum episcopis: cujus sententia si recusata fuerit, rursus Patriarcha judicabit. 31 Potest tamen quis, ut jam diximus, etiam apud Patriarcham primam accusationem instituere, ac petere, per literas ejus dari sibi judicem a locorum episcopo. 3. *Eclog.* 1. *c.* 5. & C. *h. t.* 32 Sportularum judicialium a clericis præstandarum quantitatem observa. 33 Sportulis modus adhibendus. *l.* 33. §. 5. C. *de Episc. & cleric.* & *t. tot.* C. *de sport.* 34 Imo, cum triplo. §. 24. *in princ. Instit. de act.* Imo, quadruplo. *l.* 2. C. *de sport.* 35 *l.* 25. *in pr.* C. *de Episc. & cleric.* inter volentes cujusvis judicis consensus est. *l.* 2. *in pr. ff. de jud.* 36 In invitos tamen judicium redditur, sed a suis judicibus.
37 Τῶν ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων, ut sit sensus, Metropolitanus is est, qui potestatem habet in minorum civitatum episcopos. Cui definitioni convenit, *can. cleros.* 1. §. *ordo. vers. metropolit.* 21. *dist.* Metropolis. *l.* 4. §. 5. *in fin. ff. de off. procons.* mater urbium ab Ammiano dicitur: mater & caput provinciæ. *l.* 7. *in pr. ff. de off. procons.* Metrocomia vero mater vicorum. v. Cujac. *ad l.* 8. C. *de exact. tribut.* metropolis gentium. *l.* 6. § 2. *in fin. ff. de excus. tut.* ubi minorum, majorum & maximarum urbium fit mentio. De metropoli plura, v. C. *de metropoli Beryto.*
38 Interpretatio Contii. 39 Hujus constitutionis argumentum recitat Justinianus *Institut. de Atiliano tutore* §. *nos autem.* & Theophilus Græce. *Mod.* 40 Πρώτης ἢτε τῆς δευτέρας ἡλικίας, cum dicit, pupillos & adultos innuit. Prima ætas pupilli: secunda adulti est. Hujus enim constitutionis cum facit mentionem Justinianus, §. *non autem* 5. & *ibid. Theoph. Inst. de Atilian. tutor.* pupilli & adulti meminit, quibus si facultates eorum 500. solidorum fuerint, a defensore civitatis, a magistratibus, a Juridico tutores & curatores creari jubet ascito civitatis Antistite. 41 Qui solidi etiam dicuntur. §. 5. *Inst. de Atiliano tutor.*
42 Pro diversarum provinciarum idiomate, ita judices appellabantur ἔκδικοι, & ita quoque dicuntur, *Novell.* 15. περὶ ἐκδίκων, & *Theoph.* §. 5. *Inst. de Atiliano tut.* Juridici, *ut hic*, στρατηγοὶ, *ut hic*, & 5. Harmen. 11. *c.* 19. ubi interpres perperam pro *stratego* vertit *exercituum duce.* Quemadmodum perperam apud Theoph. illo loco legitur. Defensores civitatum adscito episcopo, & aliis publicis personis, τοῖς στρατηγοῖς ἢ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἰουριδικοῦ, tutores & curatores creare: cum sit sensus potius: Defensores civitatum, ubi ii fuerint adscito Episcopo, tutores & curatores creare, ubi non fuerint, τοὺς στρατηγοὺς ἢ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἰουριδικὸν, hoc est magistratus municipales & Juridicum Alexandriæ. 43 De quo v. C. *h. t.* & *ff. de off. juridici.*
44 *l.* 4. *in fin. l.* 5. 6. 7. *ff. de fidejuss. tut.* & *tit. Instit. de satisdat.* 45 Numismata aurei solidi. 46 De archio dixi *ad l.* 9. §. 6. *ff. de pœn.* de archeotis v. *l.* 18. §. 10. *ff. de*

De

De interruptione præscriptionis.

31. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus, ut si [1] quando absuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, & desideret dominus rei, vel creditor suam intentionem proponere, & non ei licentia sit, absente adversario suo, qui rem detinet, vel infantia, vel furore laborante, & neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto, [eandem rem auctoritate sua usurpare:] licentia ei detur adire Præsidem provinciæ, libellumque ei porrigere, & hæc in querimoniam deducere, & intra constituta tempora interruptionem facere: sin autem nullo poterit modo Præsidem adire: saltem [2] ad Episcopum locorum eat, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Dat. *Constantin.* Kalend. Octob. post CONSULAT. LAMPADII & ORESTIS. VV. CC. COSS. 531.

De emphyteusi.

32. [3] Idem A. *

DIfferente domino recipere emphyteuma, licentiam habet emphyteuta consignare [4] ipsum, & Constantinopoli quidem in fine triennii contestari id ipsum apud hyparchos [seu Præfectos prætorio,] aut apud Præfectum urbis, aut competentem recusantis magistratum, aut Patriarcham, si dominus homo sit potens: in provinciis autem apud Præsidem, aut, eo non morante ibi, apud defensorem, aut Episcopum civitatis, in qua est is qui recusat: & unius ipsorum assumere testationem: ac nisi aut sic acceperit canonem, canon solvitur, & lucratur canonem emphyteuta etiam sequentis temporis: & eousque quo dominus mittat per testationem petitum: exinde etenim, non autem ex præterito tempore accipiet, & post triennium [5] post attestationem ejusmodi indevotum emphyteutam expellere poterit.

De scenicis mulieribus & de nuptiis.

33. [6] Idem A. Ubique terrarum constitutis Episcopis.

SAcram fecimus constitutionem [7], nemini permittentes, neque invitam mulierem ancillam, aut liberam in scenam, aut orchestram pertrahere: neque converti volentem, prohibere eam ejus fidejussores, quasi super hoc ipso certum auri modum promissum repetendo: sed si quid tale factum fuerit prohiberi hæc & a clarissimis provinciarum Præsidibus, & a civitatum religiosissimis Episcopis constituimus, dantes licentiam religiosissimis Episcopis una cum clarissimo provinciæ Præside, etiam invitos [8] trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui mutari, seu converti ab ea actione prohibuerint: & publicam quidem fieri eorum substantiam, ipsos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut a prædicta actione conversionem seu resipiscentiam prohibuerit: damus licentiam, & solos religiosissimos Episcopos adire eam, quæ talia patitur, aut ejus fidejussorem, hunc vero (Episcopum) adversari [9] magistratum habenti, & non permittere injuste agere: aut si minus fuerint ad id exequendum potentes, indicare id nostro Imperio, ut a nobis competens exerceatur pœna, fidejussionibus simul liberandis, & fidejussoribus indemnibus conservandis, licentiam dantes conversis [10] hujusmodi mulieribus liberis & ingenuis existentibus ad matrimonium transire legitimum, etiamsi contigerint honestissimis dignitatibus qui illas duxerint, decorati non amplius indigentibus imperialibus rescriptis, sed sua potestate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirum instrumentis omnimodo inter ipsos factis. Eademque & de filiabus scenicarum constituentes. §. 1. Hanc autem dictam constitutionem, & in quinto [11] libro omnium constitutionum hujus scil. nostræ pietatis cognominis libri, ad civiles magistratus rescriptam, posuimus. Quoniam enim oportebat per præsentem sanctionem & vobis ubique terrarum positis religiosissimis Episcopis hæc facere manifesta, propterea congregantes, quæ ad ipsam pertinent, expositione latiore sancita etiam eandem divinam constitutionem fecimus etiam ad vos, ut sacerdotalem conservantes reverentiam, & continentiæ studiosi, hæc custodiatis: tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, si quid horum prætermiseritis, considerantes. Dat. Kal. Novemb. CP. DN. JUSTIN. IV. & PAULINO CONSS. 534.

De ludis & spectaculis.

34. [12] Idem A. Epiphanio sanctissimo Archiepiscopo hujus felicissimæ urbis, & universali Patriarchæ.

CErtissime credimus, quia sacerdotum puritas [13], & decus, & ad dominum Deum & Salvatorem nostrum, Jesum Christum fervor, & ab ipsis missæ perpetuæ preces [14], multum favorem nostræ Reipubl. & incrementum præbent, per quas datur nobis, & Barbaros subjugare, & in dominium redigere illos, quæ antea non obtinuimus: & quanto plus rebus illorum accedit honestatis & decoris, tanto [15] magis, & nostram remp. augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honestam, & undique irreprehensibilem [16], & reliquum populum instruxerint, ut is ad illorum honestatem respiciens multis peccatis abstineat, planum est, quod inde & animæ omnibus meliores erunt, & facile nobis tribuetur a maximo Deo, & salvatore nostro Jesu Christo clementia conveniens. §. 1. Hæc igitur nobis speculantibus nunciatum est, præter communem rerum fidem, quosdam ex reverendissimis diaconis, itemque presbyteris, (nam eo amplius etiam dicere erubescimus [17], Deo amantissimos, nempe Episcopos) quosdam, inquam, ex his non verentur, alii quidem per seipsos cubos [18], seu tesseras contrectare, & adeo pudendum atque ipsis etiam idiotis [19] a nobis frequenter interdictum spectaculum [20] participare: alii vero talem ludum non accusant, sed vel communicant facientibus, aut sedent spectatores actus indecori: & spectant quidem cum aviditate omnimoda res omnium rerum importunissimas: sermones vero audiunt blasphemos [21], quos in talibus necesse est fieri: polluunt etiam suas manus [22], & oculos, & aures sic damnatis & prohibitis ludis: alii vero neque obscure, aut latenter, aut equorum [23] certaminibus se immiscent: aut etiam invitant aliquos super equorum profligatione aut victoria, vel per seipsos, vel per alios quosdam, ut quia non decenter talia ludant: aut scenicorum, vel thymelitarum [24] spectatores fiunt ludorum, aut earum, quæ in theatris certantium ferarum [25] pugnæ fiunt, neque cogitant, quemadmodum ipsi vel his, qui modo & recens initiati sunt, & adorandis mysteriis dignati, ipsi prædicunt, *Ut abrenuncient adversarii dæmonis* [26] *cultui, & omnibus pompis ejus*, quarum non minima pars talia spectacula fiunt. §. 2. Sæpe quidem ipsis talia custodire debere prædicavimus: videntes autem de his factam nobis relationem, in necessitatem incidimus ad præsentem veniendi legem, tum propter nostrum super religione studium, tum etiam propter sacerdotii ipsius simul, & communis Reipublicæ utilitatem.

§. 3. Et sancimus neminem, neque diaconum, neque presbyterum, & multo magis, neque Episcopum (quod quidem, & incredibile forte videri possit; ut quorum in [27] ordinationibus preces [28] ad Dominum mittuntur Christum Deum nostrum, & invocatio sancti & adorandi fit spiritus, & eorum capitibus [29], aut manibus imponuntur sanctissima [30] eorum, quæ apud nos sunt mysteriorum, ut scil. ipsis sensoria [31] omnia instrumenta pura fiant, & consecrentur Deo) neminem igitur horum audere de cætero, & post divinam nostram legem, aut cubicare [32] [i. e. tesseris, seu aleis ludere,] quocumque aleæ genere, aut ludo, aut ita ludentibus communicare, aut conversari, aut una recreari, aut una cum eis agere, aut eis testimonium perhibere, aut interesse plebeiis hujusmodi spectaculis, quæ prius diximus, aut quid eorum, quæ in his prohibentur, facere, sed omni ad illa participio in posterum abstinere. Quod enim præcessit jam, tametsi [33] etiam inquirere oportuerat, nec participare indecenter oportebat, tamen propter humanitatem [34] indulgemus, præsentis legis observationem omnibus in posterum injungentes tempus. Decet enim ipsos jejuniis & vigiliis [35], & meditationibus, seu exercitationibus in divinis oraculis, & pro omnium salute fundendis vacare precibus: at [36] eos, qui talia non reliquerint, nec cessaverint, omnino polluta & prohibita contrectare. † Idem enim etiam sancimus, & in reliquos clericos, (subdiaconos nempe, & lectores:) quando & ipsi [37] sacræ mensæ [38], & omnis circa sanctiss. ecclesias ornatus constituti sunt ministri & operarii, & sacra contrectantes eloquia: dum sacras nobis ex sacris nostris Bibliis illi [39] quidem legunt scripturas, hi vero hymnos & odas canunt. §. 4. Si vero quis de cætero tale quid faciens deprehensus fuerit, & delatus fuerit id vel in hac felici civitate tuæ sanctitati, vel in provinciis sub ipsa positis, Deo amantissimis Metropolitis & cæteris Episcopis, quorum ordinationem tuæ beatitudinis facit thronus, & talis quædam supervenerit accusatio, aut diacono, aut presbytero, & multo magis Episcoporum Deo amabilium cuidam: tuam hic beatitudinem, & in provinciis positos sub te Deo amantiss. Metropolitas, &, qui sub ipsis sunt, Episcopos, hæc cum diligentia omni secundum ordinationis ordinem quærere, & perscrutari, neque defunctoriam facere inquisitionem, sed & testes fide dignos audire, & per omnem viam procedere ad eruendam veritatem: sicut enim ipsis talia interdicimus, ita & calumniam [40] peti a quibusdam vetamus: & si, undique discussione divinis propositis eloquiis facta, vere se habere accusatio apparuerit, & convictus fuerit diaconus aut presbyter, vel aleator esse, vel aleatorum particeps, aut talibus adsidens vanitatibus, vel prædictis interesse spectaculis, aut etiam forte aliquis Deo amabilium Episcoporum (quod quidem neque eventurum esse confidimus) prorsus talis cujusdam particeps [41] esse spectaculi, aut cum aleatoribus una sedere & disponere ac pacisci, aut sponsiones facere de cætero ausus fuerit: eum mox a tua beatitudine, aut [42] a Metropolita, aut Deo amantissimo Episcopo, sub quo ordinatus est, si quidem aliquis prædictorum sit clericorum, a sacra separari [43] liturgia, imponi autem ipsi canonicam pœnam, & definiri tempus intra quod conveniat ipsum jejuniis & supplicationibus utentem, magnum propitiari Deum super tali transgressione: & si per definitum tempus, qui talem pœnam suscepit, maneat lachrymis & pœnitentia, & jejunio & ad Dominum Deum oratione, remissionem delicti exorans, confestim eum, cui subjectus est, hoc diligenter cognito, & solicite requisito, communem quidem pro ipso orationem fieri curabit, & cum omni diligentia injunget ipsi, ut postea a tali sacerdotii dedecoratione abstineat: & si putaverit ipsum sufficienter ad pœnitentiam venisse, tunc sacerdotali eum restituere [44] dignetur clemen-

mun. & honor. De Ecclesiæ Archivis adde *Nov.* 74. *c.* 4. §. 2. 1 Eadem verba extant in *l.* 2. *in pr.* ℸ. *de annali except.* 2 *l.* 21. 𝔖. *h. t.* 3 Interpretatio Antonii Augustini. 4 Adde *l.* 7. *in fin.* ℸ. *de pact. int. empt. & vendit. l.* 2. *in fin.* ℸ. *de jur. emphyt.* 5 *l.* 2. *vers. sin autem.* ℸ. *de jur. emphyt.* biennii in casu legis 56. *in fin. ff. locati.* 6 Interpretatio Antonii Augustini. 7 *l.* 14. 𝔖. *h. t. l. ult.* ℸ. *de nupt.* 8 De servili silentio episcoporum v. *l.* 26. §. 1. 𝔖. *h. t.* 9 Theatri, scenæ & spectaculorum vitiis episcopos mederi oportet. 10 Mimæ, aut scenicæ mulieres ab hujusmodi vita possunt discedere, eoque facto impune nubere honestis viris. *Novell.* 78. *c.* 3. *Novell.* 117. *c.* 6. & ita abrogari videtur *l.* 7. *in fin.* ℸ. *de incestis & inutil.* 11 *l. ult.* ℸ. *de nupt.* 12 Interpretatio Contii. 13 Puritas animi in Episcopis requiritur. 14 Munus episcopi precari. *l.* 42. *in princ.* 𝔖. *de episc. & cler.* Preces episcopi reipublicæ utiles. 15 *Nov.* 133. *c.* 5. *in fin.* 16 Ἀνεπίληπτον, *ut hic, &* 1. *Tim.* 3. *v.* 2. ἀνέγκλητον ad *Tit.* 1. *vers.* 6. 7. 17 Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major qui peccat habetur. 18 Cubi, tesseræ, & aleæ clericis, & episcopis interdicuntur. *l.* 17. *auth. Interdicimus.* 𝔖. *de episc. & cler. l.* 25. 𝔖. *h. t. Novell.* 123. *c.* 10. *in med. Nov. Leon.* 87. *& can. apost.* 41. *&* 42. Iidem ταβλίζειν, id est, tabulis ludere prohibentur. 3. *Syn. Basil.* 1. *c.* 16. περὶ ταβλιζόντων ἐκκλησιαστικῶν προσώπων, ταβλόδοχος aleatorum susceptor. v. Cujac. *Nov.* 123. *c.* 10. *Goth.* Adde *cap. clerici extr. de vita & honest. cleric. cap.* 1. *extra. ne cler. vel monach.* Villagut. *pract. criminal. lib.* 3. *tit. de Inquisit. cap.* 8. *conclus.* 6. Ans. 19 Id est, privatis, & laicis. 20 Ecclesiasticis personis non modo alea non licet ludere, sed nec ludentes spectare. 21 Blasphemiæ aleam consequi solent, *l.* 2. *vers. non licere. l. ult. in pr.* ℸ. *de aleatoribus.* 22 Ludus nefarius, in quo & manus, & oculi & aures hominum polluuntur. 23 De quibus vid. *l.* 3. ℸ. *de spectaculis.* 24 De *thymelicis* alibi dixi. 25 Multo magis eorum in quibus homines interficiuntur. Hæc omnia non modo ad beatam vitam nihil conferunt, sed etiam nocent plurimum. vid. Lactant. 6. *cap.* 20. v. Tert. *lib. de spectaculis*, Lipsium *lib. de gladiat.* 26 Spectacula gentilium dæmonum cultus, & pompæ: quo nomine detestanda. Tertullianus *ex Davide d. l.* concilia impiorum, viam peccatorum, & cathedram pestium appellat, illis respondens, qui negabant nullibi in scriptura reperiri, Non in circum ibis, non in theatrum: agonum munus non spectabis. adde *dist.* 23. *c. his.* 3. 27 Episcopi præeunte oratione eligendi. *Act.* 1. *v.* 24. 28 Fiunt etiam jejunia. *dist.* 75. 29 Adde *dist.* 23. *c. episcopus.* 30 Ἁγιώτατα τῶν παρ' ἡμῖν μυστηρίων. oleum intelligit & unctionem. 31 Αἰσθήρια, sensus. 32 Κυβεύειν. 33 Præteritis delictis facilius indulgetur, quam futuris: sed & præteriti delicti pactio admittitur, futuri non æque. *l.* 27. §. 4. *ff. de pact.* 34 *Nov.* 6. *cap.* 8. *in pr.* 35 Adde *Nov.* 133. *c.* 6. alii legunt ἀγρυπνίαις. 36 Ita vertere debuit, at non hæc relinquentes. 37 Id est, subdiaconi, nota subdiaconi officium. 21. *dist. c. cleros.* 1. *vers. hypodiaconi.* adde Duar. 1. *de sacris* 14. 38 Ἱερᾶς τραπέζης. huc refert visionem Antonii magni, qua Ἱερὰν τράπεζαν a multis subverti vidisse scribitur, teste Sozomeno 6. *hist.* 5. *in fin.* 39 Lectio est corrupta. Loquitur autem περὶ ἀναγνωστῶν de lectoribus; id itaque vult, Lectoris officium in Ecclesia fuisse, & ex Bibliis scripturas legere, & hymnos & odas canere. Eo munere Julianus cognomento Apostata, quondam functus est. Theodor. 3. *c.* 2. Et lectoris quidem videtur generalis appellatio: proprie sumpta, pronunciatorem significat: alias, modulatorem, qui cantor: ab eo præcentores, succentores, concentores. 21. *dist. c. cleros. vers. lectores. & seq.* post id munus ad subdiaconos translatum videtur. 7. Isidor. 4. *c. cler. dist.* 21. vel hoc Justinianus vult: subdiaconos sacra biblia etiamsi nolint legere: lectores vero hymnos canere. 40 V. *l.* 1. ℸ. *de calumniatoribus.* adde & 2. *quæst.* 8. 41 Aleæ particeps censetur qui non modo ludit, sed qui cum aleatoribus sedet, qui paciscitur, qui sponsiones facit. 42 Clericus aleator potest deponi vel a Patriarcha, vel a metropolitano, vel ab Episcopo. 43 Pœna Ecclesiastica, privari liturgia. 44 Clericus exauctoratus justa de causa re-

tiæ:

tiæ: si vero & post excommunicationem inventus fuerit neque vera pœnitentia usus, & alias etiam aspernatus eam rem, & manifeste ab adversario diabolo mente inescatus, ipsum quidem sacerdos, sub quo degit, sacris eximat catalogis, omnino eum deponens: ille autem non amplius ullo [1] modo licentiam habeat ad sacerdotalem venire gradum: sed si quidem habeat facultates, civitatis illius curiam, in qua consecratus est primum, aut si non habeat curiam ea civitas, alia curia provinciæ, quæ maxime indiget curiali, accipiet illum in posterum curiæ [2] cum suis facultatibus serviturum: si vero facultates non habet, officialis in posterum fiat provincialis officii pro [3] eo, quod ante fuit sacratus, & eam ob rem quod Dei officium dereliquit, erit officialis provincialis, hanc sibi turpitudinem pro pristino honore imponens. §. 5. Hæc igitur omnia sancimus in hac quidem felici civitate tuam custodire sanctitatem, & singularum Ecclesiarum defensores & œconomos quibus curæ erit hæc inquirere, & denunciare, & convictos privare datæ eis a sanctis Ecclesiis annonæ erogatione: in provinciis autem, qui sub tua ordinati sunt beatitudine, Deo amantissimi Metropolitæ; ad hæc etiam, qui illis subsunt religiosissimi episcopi, & eorum Ecclesiecdici [4] & œconomi [5] & ipsi ad eundem modum qui prædictus est, re utentes, & sacram venerationem undique irreprehensibilem & inculpabilem custodientes, conservabunt quidem ista: ut & gloriosissimi sacrorum nostrorum prætoriorum præfecti (dicimus [6] autem orientis cum subditis gentibus eorum jurisdictioni, item Illyrici, atque etiam Afrorum præeminentes diœcesi) & parentia eis officia & clarissimi provinciarum præsides & civitatum defensores: ipsi quidem, qui maximos magistratus gerunt indignationem nostram subverentes, officia autem non obsecundantia ipsis, decem auri librarum expertura pœnam: præsides vero provinciales majores pariter & minores, & obtemperantia ipsis officia & insuper civitatum Defensores quinque auri librarum pœnam metuentes, si hæc cognoscentes, non adnunciaverint & ipsi sacerdotibus, (id est, aut Deo amabilibus episcopis, aut sanctissimis Metropolitis, aut uniuscujusque diœceseos sanctissimis patriarchis, secundum suam cuique regionem, ut ipsi hæc intelligentes, secundum quod antea definitum est, omnibus se opponant & resistant) & postquam ab eis, is qui harum rerum convictus fuerit, depositus fuerit, non curiæ [7] civitatis aut officio eum tradi curaverit: & gloriosissimus præfectus hujus felicis civitatis hæc custodiet, siquidem in hac peccetur regia nostra civitate, una cum obediente ipsi officio, ipse quidem indignationem nostram subveritus, ipsius autem officium decem librarum auri metuens pœnam. §. 6. Verum ista quidem nos legislationis modo confecimus. Illud vero in confesso est: quia nobis quidem consecrata sunt Deo pro sacerdotum ipsius honestate. Si vero ipsi transgressi fuerint ea, quæ sunt ordinata, & dissimulent, & non vindicent: sed quadam videlicet humanitate non laudabili capti fuerint, præter cœlestes [8] pœnas habebunt & illinc condemnationem quæ illis in ipso Dei repræsentabitur tribunali, quæ indecentem dissimulationem arguet & vindicabit. Si vero & aliquis civilium magistratuum majorum, aut minorum officialium, aut defensorum, aut cum hæc didicerit, non judicaverit, aut cum vindicare liceret, neglexerit, aut rem mercede prodiderit, sciat, quod præter interminatas a nobis pœnas habebit & a maximo Deo nostro pœnam sequentem, & obnoxius erit execrationibus omnibus, quæ sacris continentur libris. §. 7. Sicut autem hæc nobis ob nihil aliud, quam ob Domini sancita sunt cultum, sic & hoc addimus, ut inquisitiones cum summa diligentia fiant, & ne [9] quis calumniator insurgat in aliquos aut falso accusaturus, aut falsum testimonium laturus his de rebus: sicut enim sacerdotibus, si quid tale egerint, tales imposuimus pœnas, ita & his, qui calumniari ipsos tentarint, ex cœlo & legibus nostris pœnas imminere volumus, si accusatione cœpta, seu adnunciatione aut persequi noluerint, aut perseverare in hujusmodi accusationibus non quiverint. D. Pr. Non. Nov. CP. JUSTINIANO P. P. A. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534.

TIT. V.
DE HÆRETICIS [10] ET MANICHÆIS [11] ET SAMARITIS [12].

De privilegiis & muneribus.

1. Imppp. [13] CONSTANTIN. [CONSTANTIUS & CONSTANS] ad Dracilianum [Præfect. [14] Urbi.]

PRivilegia [15], quæ contemplatione religionis indulta sunt, Catholicæ tantum legis observatoribus prodesse oportet. Hæreticos non solum ab his privilegiis alienos esse volumus, sed etiam diversis muneribus constringi & subjici [16]: P. P. Kal. Septemb. *Generasto*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO CONSS. 326.

In AUTHENT. de privileg. dot. hæ. mul. §. quæ igitur. vers. quia enim dedimus. coll. 8. tit. 10. al. 5. seu Nov. 119. c. 1.

ITem privilegium [17] dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, nec non de tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus a lege data, clauduntur his, quæ Catholicam non participant communionem.

Ut omnes hæreses perpetuo quiescant. 1. Qui dicuntur hæretici.

2. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Hesperium PF. P.

OMnes [18] vetitæ legibus divinis & imperialibus constitutionibus hæreses perpetuo quiescant. † Nemo [19] ulterius conetur, quæ repererit profana præcepta vel docere [20], vel discere: Nec Antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam [21] non habent [22]: nec ministros creare, qui non sunt. Nec per conniventiam Judicantium, omniumque quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, ejusmodi audacia negligatur, & crescat.

§. 1. *Hæreticorum* [23] autem vocabulo continentur, & latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui [24] vel levi argumento [a] judicio [25] catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare. Dat. 3. Non. August. *Mediolani*, AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

De locis. 1. De litaniis.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Clearcho Præfecto urbi.

CUncti [26] hæretici proculdubio noverint omnia sibi loca adimenda [27] esse: sive sub *ecclesiarum* nomine teneantur, sive *diaconica* [28] appellentur, vel etiam *decanica* [29]: sive in privatis ædibus, vel locis hujusmodi cœtibus copiam præbere videantur: his ædibus, vel locis privatis, ecclesiæ [30] Catholicæ vindicandis. §. 1. Ad hoc interdicatur his omnibus, ad litanias [31] faciendas nocte, vel [32] die prophanis coire conventibus: statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuæ: [vel Præsidiale, quinquaginta,] si quid hujusmodi fieri vel in publico, vel in privatis ædibus concedatur. Dat. 5. Non. Martii ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De legibus & moribus. 1. De publico crimine. De publicatione bonor. 2. De liberalitate & successione. 3. De donatione & contractibus. 4. De morte & memoria rei. 5. De ultima voluntate. 6. De liberis, de pœnitentia. 7. De his, qui hæreticos recipiunt. 8. De servis hæreticorum.

4. Iidem & THEOD. AAA. ad Senatorem P. Urb. 33.

MAnichæos [34] seu Manichæas vel Donatistas [35] meritissima severitate persequimur. Huic itaque hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus commune sit cum cæteris [36]. §. 1. Ac primum quidem volumus esse publicum [37] crimen: quia quod in religionem [38] divinam committitur in omnium fertur injuriam: quos bonorum etiam [omnium] publicatione [39] persequimur. §. 2. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate [40] & successione quolibet titulo veniente. §. 3. Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi cuiquam convicto relinquimus facultatem. §. 4. In [41] mortem quoque inquisitio [42] extendatur: Nam [43] si in criminibus Majestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito & hic debet subire [tale] judicium. §. 5. Ergo & suprema illius scriptura irrita sit [44]: sive testamento, sive codicillo, sive [45] epistola: sive [46] quolibet [47] alio genere reliquerit voluntatem, qui Manichæus fuisse convincitur. §. 6. Sed nec filios heredes eis existere, aut adire permittimus, nisi [48] a paterna pravitate discesserint: Delicti enim veniam pœnitentibus damus.

§. 7. In [49] eos etiam auctoritatis nostræ aculei dirigantur, qui eos domibus [50] suis damnanda provisione defendunt. §. 8. Servos insuper extra noxam esse volumus; si dominum sacrilegum evitantes, ad Ecclesiam Catholicam servitio fideliore transierint. Dat. 8. Kal. Mart. *Romæ* HONORIO VII. & THEODOSIO II. AA. CONSS. 407.

Si dominus temporalis terram suam purgare neglexerit ab hæretica pravitate.

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statut. & consuet. §. si vero dominus. collat. x. constitut. fin. pag. 744.

SI vero dominus temporalis requisitus [51] & admonitus ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab hæretica pravitate post annum a tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus Catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis absque ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent: salvo jure domini principalis, dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominus lege observata contra eos, qui non habent domos principales.

stitui potest. 1 Clerici in perpetuum clericatu privari possunt. 2 Id videtur abrogari *Nov. Leon.* 7. & 8. 3 Mutari militia Ecclesiastica, seu sacra in civilem potest. 4 Ecclesiecdici, de quibus adde *l.* 42. §. 9. *in pr.* C. *de Episc. & cleric.* 5 1. *quæst.* 3. *c. salvator.* 8. 6 V. ff. *de off. præf. præt. Orientis & Illyr. & tit. de off. præf. præt. Afric.* 7 §. 4. *in fin.* C. *h. t. & Nov. Leon.* 8. *in fin.* 8 Solent imperatores Episcopis cœlestes pœnas primum, deinde humanas proponere ac minari. 9 V. 2. *q.* 8. 10 16. *C. Th.* 2. 5. *Decr.* 7. 5. *Synops. Basil.* 2. *c.* περὶ αἱρετικῶν. 4. & 6. Harm. 11. adde *Nov.* 45. *Nov.* 109. *Nov.* 132. 1. Papo. *Arrest.* 2. Clar. 5. *sent.* §. *hæresis.* Boss. *tit.* 27. Goth. Vide etiam Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 372. Brun. *tract. de hæret.* S. L. 11 1. *Ecl.* 1. *c.* 25. περὶ μανιχαίων. 12 *Novell.* 45. *in pr.* 129. 144. 13 Imperatori Constantino M. sc. tribuenda, *ut C. Th.* 14 Id abest a C. *Theod.* 15 *l.* 1. *C. Theod. de hæreticis lib.* 16. Ecclesiasticis data privilegia ad hæreticos non pertinent. *Novell.* 109. *c.* 1. 16 Sic alibi, *Novell.* 42. hæreticos odio prosequimur. 17 De quo in *l.* 12. ff. *qui potiores.* adde *Nov.* 109. 18 Sumpta ex initio *l.* 5. *C. Theod. h. t. ad Hesperum.* 19 Sumpta ex *l.* 24. *C. Theod. h. t. ad Rufinum præf. præt.* 20 Eadem culpa est, prohibita discere ac docere. *l.* 8. ff. *de malefic. & math.* 21 Nemo fidem annunciare potest, quam non habet. Nemo creare episcopum potest, qui ipse episcopus non est, 16. *C. Th.* 5. *l.* 22. *l.* 24. 22 Hinc consequi volunt glossographi denarium falsum non esse denarium: vide Doctor. *in l. eleganter.* §. *sed qui reprobus. ff. de pignor. act.* atque ita etiam decidit Bartolus *in l. lecta. in princ. ff. si cert. petat.* reprobam pecuniam non liberare solventem. *Mod.* 23 Lex est 28. *C. Theod. ad Aurel. procons. Asiæ.* 24 Hæreticus est, qui levi argumento a judicio & tramite Catholicæ religionis deviat: ut hic, omnis non orthodoxus, vid. *l.* 12. *in pr.* ff. *h. t.* aliam definitionem vid. *in Novell.* 109. *in pr. vers. hæreticos, caus.* 24. *quæst.* 3. *c. hæresis* 27. *& seq.* Certe a pertinaci spiritu & opinione singulari hæretici dicuntur. v. Tert. *lib. de præscr.* His affines schismatici: inter utrosque tamen aliquid interest 1. *caus.* 24. *quæst.* 3. *c. inter hæresim.* 26. 25 Ab articulis fidei, vel a decretis & canonibus conciliorum. 26 *l.* 3. *C. Theod. h. t.* adde *Nov.* 37. & 132. *l.* 2. C. *de sum. Trin.* 27 16. *Theod.* 5. 30. *l.* 15. C. *de Episc. & cler. l.* 5. ff. *de pagan. & Samarit. Novell.* 37. §. *nulla. Novell.* 131. *c.* 14. *Nov.* 132. 28 C. 1. Synodi Laodicenæ ἐν τῷ διακονικῷ. In decanicis habentur conventus, & in ea etiam conjici solent res pretiosæ, vid. Cujac. *ad Nov.* 79 *c.* 3. 29 Decanonica *l.* 20. *C. Theod. l.* 16. *tit.* 5. De decanicis vid. quæ scripsi ad *Nov.* 79 *c.* 3. *in fin.* 30 Fisco nostro adcorporandis; ita legitur *d. l.* 20. 31 Litaniam faciendam *d. l.* 20. Litaniæ sunt preces, quæ vel die vel nocte fiunt. *Nov.* 123. *c.* 32. vel processus sacri. 32 Vel interdiu. *d. l.* 20. 33 *I. P. C. Theod.* 34 *l.* 40. *C. Th. h. t.* Manichæi a Manete velut nova & inopinata prodigia in hunc mundum de genere Persico prodierunt. *Dioclet. & Maxim. in C. Greg.* Fulgentius 1. *ad Trasim.* Manes in Christo carnis phantasiam credere maluit, quam naturam: de Manichæis vid. August. 10. Epiphan. 2. *tom.* 2. *hær.* 66. 35 vid. August. *tom.* 2. *advers. Donatistas.* 36 Etiam hæreticis. 37 Manetis hæresis & Donati publicum crimen est. 38 Religioni illata injuria ad omnes pertinet. 39 Ceduntne fisco? non cedunt, sed proximis ad secundum usque gradum. *d. l.* 40. idem quoque extare in Basilicis refert Cujac. 12. *obs.* 30. Solos liberos postea excipi animadverti in *l.* 15. ff. *h. t.* 40 Manichæi & Donatistæ donationum & successionum incapaces. De Donatistis vid. August. contra 1. epist. Parmeniani, *l.* 54. *C. Th. de hæreticis.* 41 Id est, post mortem. 6. *Harmen.* 11. Goth. Licet ordinarie crimina mortalitate extinguantur, tamen hic est casus, quo post mortem accusatio institui potest. Adde *l. ult. ff. ad leg. Jul. majest. l. ex judiciorum. ff. de accusat. l. ult.* ff. *Si reus vel accusator. l. Apostat.* ff. *de Apostat.* De jure Canonico vide *can. ult. caus.* 33. *q.* 2. *cap. si quis.* 5. *extr. de hæretic. can. ne quid. dist.* 88. *can. placuit.* 24. *q.* 4. *can. si Episcopum.* 17. *q.* 7. Ans. 42 Excommunicantur etiam nonnulli post mortem. 24. *q.* 2. *can. sane profertur.* 6. 43 Argumentum a majestate terrena ad cœlestem sumptum observa. 44 Dummodo defuerint proximi ad secundum gradum. v. Cujac. 12. *observ.* 30 45 *l. ult.* ff. *familiæ ercisc.* 46 Ultimæ voluntatis plures sunt species, vid. Manticam 1. *de conjecturis ultimarum voluntatum.* 47 Quod nomine proprio non possit exprimi. 48 Et ita forte intelligenda est lex 15. ff. *h. t.* Solet enim pœnitenti ignosci. ff. *h. t.* 4. *q.* 3. *c. si habes. l.* 28. ff. *de appell.* 49 Plenior extat hic locus, *l.* 40. *C. Theod. h. t.* 50 Qui sciens Donatistam & similes domo excipit, punitur. 51 Ex hac Authentica Fridericum Imperatorem fuisse destructum a Papa refert Baldus hic. Ex hac namque authentica Papam regnum Siciliæ Carolo Andegavensi donasse.

De credentibus, receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus hæreticorum.

Nova conſtitutio Friderici Imp. de ſtatut. & conſuet. §. credentes. collat. x. conſt. fin. p. 744.

CRedentes præterea, receptatores[1]*, defenſores & fautores hæreticorum damnamus, firmiter ſtatuentes, ut ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annum, ex tunc ipſo jure ſit infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur, neque ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi forte judex extiterit: ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si vero fuerit advocatus: ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio: inſtrumenta per ipſum confecta nullius penitus momenti cenſeantur.*

Ne hæretici in loco Romano conveniendi morandive facultatem habeant. De Manichæis pellendis, & ultimo ſupplicio tradendis. Confirmatio legum contra hæreticos latarum. De donationibus. De ultimis voluntatibus. De ædificiis. De procuratore. De auxilio civili, militari, curiarum, defenſorum, judicum. De militia, & variis pœnis. De beneficio adverſus leges impetrato.

5. Impp. [2] THEOD. & VALENTINIANUS C. Florentio P.P.

ARiani, & [3] Macedoniani [4], Pnevmatomachi [5], Apollinariani [6], Novatiani [7], ſeu Sebatiani [8], Eunomiani [9], Tetraditæ, ſeu Teſſareſcædecaditæ [10], Valentiniani [11], Pauliani [12], Papianiſtæ, Montaniſtæ [13], ſeu Priſcillianiſtæ [14], vel Phryges [15], vel Pepuzitæ [16], Marcioniſtæ [17], Borboritæ [18], Meſſaliani [19], Euchitæ [20], ſive Enthouſiaſtæ [21], Donatiſtæ [22], Audiani [23], Hydroparaſtatæ [24], Taſcodrogitæ [25], Batrachitæ [26], Hermogeniani [27], Photiniani [28], Paulinianі, Marcelliani [29], Ophitæ [30], Encratiſtæ [31], Carpocratitæ [32], Saccophori, & qui ad imam usque ſcelerum nequitiam pervenerunt Manichæi [33], nusquam in Romanum [34] locum conveniendi morandique habeant facultatem: Manichæis etiam de civitatibus pellendis, & ultimo ſupplicio tradendis: quoniam his nihil relinquendum loci eſt, in quo ipſis etiam elementis fiat injuria.

† Cunctis quoque legibus quæ contra eos cæteroſque, qui noſtræ fidei refragantur, olim diverſiſque temporibus latæ ſunt, ſemper viridi obſervantia valituris, ſive de donationibus in hæreticorum conventicula (quæ ipſi audacter Eccleſias nuncupare conantur) factis, ſive ex ultima voluntate rebus qualitercumque relictis, ſive de privatis ædificiis, in quæ domino permittente vel connivente convenerint, venerandæ nobis catholicæ Eccleſiæ vindicandis: ſive de procuratore, qui hoc neſciente domino fecerit, decem librarum auri multam, vel exilium, ſi ſit ingenuus, ſubituro: metallum vero poſt verbera, ſi ſervilis conditionis ſit. † Ita ut nec in publicum convenire locum, nec [35] ædificare ſibi quaſi [36] Eccleſias, nec ad circumſcriptionem legum quicquam meditari valeant, omni civili & militari, curiarum etiam, & defenſorum, & judicum ſub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio. Illis etiam omnibus in ſua manentibus firmitate, quæ de militia pœniſque variis, deque diverſis ſunt hæreticis promulgata: ut nec ſpeciale quidem beneficium adverſus leges valeat impetratum. Dat. *Conſtantinop.* 3. Kalend. Jun. FELICE & TAURO CONSS. 428.

De nominibus hæretic. 1. De lib. Neſtorii. De diſputationibus. De conventicul. ſanctio.

6. Iidem A A. ad Leontium P. Urbi.

DAmnato [37] portentoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio nota congrui [38] nominis ejus inuratur gregalibus, nec Chriſtianorum appellatione abutantur: ſed quemadmodum Ariani ab [39] Ario, lege divæ memoriæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis: Porphyriani a Porphyrio [40] nuncupantur: ſic ubique participes nefariæ ſectæ Neſtorii, Neſtoriani vocentur: ut cujus ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, ejus vocabulum jure eſſe videantur ſortiti.

§. 1. Nec vero impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorii adverſus venerabilem orthodoxorum ſectam decretaque ſanctiſſimi cœtus antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos habere, aut legere, aut deſcribere [41] quiſquam audeat, quos diligenti ſtudio requiri ac publice comburi [42] decernimus, ita ut nemo in religionis diſputatione [43] aliquam ſupradicti nominis faciat mentionem: aut quibusdam eorum habendi concilii gratia, in ædibus aut villa aut ſuburbano ſuo, aut quolibet alio loco conventiculum clam aut aperte præbeat: quos omnes cœtus celebrandi licentia privari ſtatuimus. Scientibus univerſis, violatorem hujus legis publicatione bonorum eſſe coërcendum. Dat. 3. Kal. [44] Auguſt. *Conſtantinop.* THEODOSIO XV. & VALENTINIANO IV. AA. CONSS. 435.

De muneribus.

7. Iidem AA. Florentio P.P.

CUriales [45] omnium civitatum oneroſis, quinetiam militiæ, ſeu diverſis officiis facultatum & perſonalium munerum obligatos, ſuis ordinibus cujuscunque ſectæ [46] ſint, inhærere cenſemus, ne videamur hominibus execrandis contumelioſo ambitu immunitatis beneficium præſtitiſſe, quos volumus hujus conſtitutionis auctoritate damnari. Dat. Prid. Kal. Febr. THEODOSIO A. XVI. & Feſto CONSS. 439.

De Apollinariſtis ſeu Eutychianiſtis.

8. Impp. VALENT. & MARCIANUS AA. Palladio P.P.

QUicunque in hac ſacra [47] urbe, vel Alexandrina, vel in omni Ægyptiaca diœceſi, diverſiſque aliis provinciis Eutychetis profanam perverſitatem ſequuntur, & ita non credunt, ut trecenti decem & octo ſancti Patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicæna civitate fundantes: centum quoque & quinquaginta alii venerabiles Epiſcopi, qui in alma urbe Conſtantinopolitana poſtea convenerunt: & ſicut [48] Athanaſius, & Theophylus, & Cyrillus ſanctæ recordationis epiſcopi Alexandrinæ civitatis credebant, quos etiam Epheſina ſynodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorii error expulſus eſt) in univerſis ſecuta eſt, quos & nuper venerabilis Chalcedonenſis ſynodus eſt ſecuta, prioribus conciliis ſacerdotum ex omni prorſus parte conſentiens, nihilque adimens ſacroſancto ſymbolo, neque adjiciens, ſeu Eutychetis dogmata funeſta condemnans: ſciant ſe eſſe hæreticos [Apollinariſtas:] Apollinaris enim facinoroſiſſimam ſectam Eutyches & Dioſcorus [49] mente ſacrilega ſunt ſecuti. §. 1. Ideoque hi homines, qui Apollinaris vel Eutychetis perverſitatem ſequuntur, illis pœnis, quæ divorum retro Principum conſtitutionibus contra Apollinariſtas, vel ſerenitatis noſtræ poſtmodum ſanctiones contra Eutychianiſtas, vel hac ipſa Auguſtiſſima lege contra eoſdem decretæ ſunt, noverint ſe eſſe plectendos. §. 2. Idcirco Apollinariſtas, hoc eſt, Eutychianiſtas (quibus etſi eſt in appellatione diverſitas, tamen eſt in hæreſis pravitate conjunctio, & diſpar quidem nomen, ſed idem [50] ſacrilegium) ſive in hac alma urbe, diverſiſque provinciis, ſive in Alexandrina civitate, ſive intra Ægyptiacam diœceſin ſunt, [&] neque ita credunt, ut prædicti venerabiles Patres credebant, neque viro reverendiſſ. Alexandrinæ urbis antiſtiti Procerio [51] fidem orthodoxam tenenti communicant, Epiſcopos, & presbyteros, alioſve clericos creare, & habere prohibemus: ſcientibus tam his Eutychianiſtis, & Apollinariſtis, qui auſi fuerint cuiquam epiſcopi, vel presbyteri, vel clerici nomen imponere, quam his qui paſſi fuerint impoſitum ſibi nomen ſacerdotale retinere, pœnam exilii cum facultatum ſuarum amiſſione ſe ſubituros.

§. 3. Univerſi præterea Apollinariſtæ vel Eutychianiſtæ non eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant, paraſynaxes [52], & conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant [53]: neque ad domum vel poſſeſſiones cujusquam neque ad monaſterium vel quemcunque alterum locum operaturi ſectæ funeſtiſſimæ congregentur. Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe domino volente conſtiterit: poſt rem in examine judicis approbatam, domum [54] vel poſſeſſionem ejus in qua convenerint, vel monaſterium ejus civitatis orthodoxæ eccleſiæ, in cujus territorio eſt, jubemus addici. Si vero ignorante domino, ſciente vero eo qui penſiones domus exigit, vel actore [vel conductore] prædii paraſynaxes, & conventicula interdicta collegerint, conductor vel procurator, ſive actor, vel quicunque eos in domum vel poſſeſſionem, vel monaſterium receperint, ac paſſi fuerint illicitas paraſynaxeis [55] conventusque celebrari, ſi vilis & abjectæ ſint conditionis, fuſtibus [56] publice & in pœnam ſuam, & in aliorum coërceantur exemplum: ſi honeſtæ vero ſint perſonæ, decem libras auri, multæ nomine fiſco noſtro cogantur inferre. §. 4. Nullum præterea Apollinariſtam vel Eutychianiſtam ad aliquam jubemus aſpirare militiam. Et ſi inventi fuerint militari cingulo ſoluti: honeſtorum hominum & palatii communione priventur. Nec in aliqua nec in qua nati ſunt civitate, vel vico, aut regione verſentur. Si qui vero in hac alma urbe nati ſunt, tam ſacratiſſimo comitatu, quam omni per provincias metropolitana civitate pellantur.

§. 5. Nulli inſuper Eutychianiſtæ vel Apollinariſtæ publice vel privatim convocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico diſputandi [57], ac perverſitatem facinoroſi dogmatis adſerendi tribuatur facultas. † Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonenſem Synodum liceat aliquid, vel dictare vel ſcribere, vel edere, atque emittere, aut aliorum dicta vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo hujusmodi habere libros [58], & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſervare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui diſcendi [59] ſtudio adierint de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarum auri, quæ fiſco noſtro inferen-

1 Confer *tit. ff. de receptatorib.* puniuntur enim eadem pœna, qua ii, qui recepti ſunt. Anſ. 2 Sumpta & interpolata eſt hæc lex ex *l.* 65. *C. Theod. h. t.* 3 De quibus v. Epiphanium 2. *tom.* 3. *hæreſ.* 69. De Seminariis v. etiam eundem 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 73. 4 De Macedonio vide Theodorum 2. *hiſt.* 6. 5 De quibus vide Epiphan. *l.* 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 73. 6 De Apollinariorum libris v. Euſeb. 4. *hiſt.* 26. 7 De Novatianis v. Euſeb. 7. *hiſt.* 7. 8 Qui & Sabatiani a Sabatio Novatianorum presbytero. Socrat. 7. *hiſt.* 5. Sozom. 7. *cap.* 18. 9 De Eunomianis, v. Rebuff. 1. *hiſt.* 25. Theod. 4. *hiſt.* 29. Sozom. 5. *c.* 27. 10 De quibus vide Epiphan. 2. *tom.* 1. *hæreſ.* 50. & 24. *q.* 3. *can. quidam* 39. §. *Teſſareſcædecaditæ.* 11 V. Tertull. *adverſ. Valent.* & de iisdem Epiphanium 1. *tom.* 2. *hæreſ.* 31. quos Gnoſticos vocat. 12 *A Paulo Samoſateno* 24. *q.* 3. *can. quidam* 39. §. *Pauliani.* de quibus v. Epiphan. 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 65. 13 A Montano dicti *can. quidam.* §. *Montani.* iidem Phryges ſeu Phrygaſtæ & Cataphryges *d. can. quidam.* §. *Cataphrygis.* v. Epiph. 2. *tom.* 1. *hæreſ.* 48. 14 A Priſcilla, quam ut Prophetiſſam jactabant, cum Maximilla, Epiphan. *dicto loco, & hæreſ.* 49. 15 *s. dixi.* 16 A Pepuza urbe, in qua Priſcilla, *de qua ſupra dixi*, aut (ut alii volunt) Quintilla ſuas prophetias inchoavit. v. Epiph. 2. *tom.* 1. *hær.* 49. 17 *d. can. quidam.* §. *Marcioniſtæ.* adde Tertull. *adverſus Marcionem:* Epiph. *tom.* 3. *hær.* 42. Iidem Marchioniſtæ *in l.* 65. *hæret.* 16. *C. Th.* 5. 18 Qui & Borbotiani 16. *C. Th. l. hær.* 65. vel ut alii Codices habent 56. Coddiani, Stratiotici, Phibionitæ, Zoaclei, Barbolitæ etiam appellati ſunt. v. Epiphan. 1. *tom.* 2. *hær.* 36. *Goth.* Βορβορῖται ſunt hæretici dicti quaſi cœnoſi, βόρβορος enim ſignificat ſordes vel cœnum ſive lutum. Hi homines deliciis ſæculi, & concupiſcentiis fœminarum dediti, non credebant futurum judicium extremum. Anſ. 19 Iidem Meſſaliani, de quibus v. Epiphanium 3. *tom.* 2. *hæreſ.* 80. forte legendum, Meletiani: de quibus v. Epiph. 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 68. 20 Iidem qui & Meſſaliani, quaſi dicas precatores. v. Epiph. *d. l.* 21 Enthyſiaſtæ *d. l.* 65. *C. Th.* & male: Enthouſiaſtæ dicti, quod ſe correptos numine fingerent. Theod. 4. *hiſt.* 11. 22 *V. l.* 4. *s. h. t.* qui & Donatiani, Epiph. 2. *t.* 1. *hær.* 59. *in fin.* 23 Qui & Odiani, Epiphan. 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 70. adde Theod. 4. *hiſt.* 10. 24 Hydroparaſtatæ aquam pro vino ad communionem exhibebant: iidem Aquarii. 25 Taſcodrogitæ, qui & Taſcodrugitæ. Epiphan. 2. *tom.* 1. *hær.* 48. quaſi diceres Perticonaſati, aut Perticoroſtrati, *ib.* Iidem Aſcodrogitæ, *in l.* 18. *J. h. t.* 26 Forte legendum Hydracitæ, de quibus v. Epiphanium 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 67. 27 Hermogeniani, v. Tertull. *adverſus Hermogenem d. cap. quidam.* §. *Hermogeniani.* 28 De quibus vid. Epiphan. 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 71. a Photino Gallogræciæ Epiſcopo: *d. c. quidam.* §. *Photiniani.* 29 De Marcellianis v. Epiphan. 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 72. 30 De Ophitis, v. Epiph. 1. *tom.* 3. *hæreſ.* 37. 31 Qui & Encratitæ, de quibus vid. Epiphan. 1. *tom.* 3. *hæreſ.* 46. & 2. *tom.* 1. *hæreſ.* 47. 32 De quibus vide Epiphanium 1. *tom.* 2. *hæreſ.* 27. male apud Haloandrum legitur, *Apotactitæ.* 33 De Manichæis v. Epiphanium 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 66. 34 Romano loco. Extra ſuum territorium Imperator nihil juris habet. adde *l.* 1. *s. de ſumma Trinit.* 35 V. Molinæum *de uſuris quæſt.* 20. *num.* 214. 36 *V. l.* 8. §. 3. *J. h. t.* 37 *l. ult. C. Th. h. t.* adde *c. fraternitatis* 4. *in fin. extr. de hæret.* 38 Neſtoriani a Neſtorio ſuo autore dicuntur. 39 Hæretici a ſuis ſectæ auctoribus denominantur: quod merito fuit conſtitutum. Nullum enim genus exortum eſt errorum, quod ita ſit repertum Chriſtianæ religioni adverſari, ut non affectaverit atque ambiverit Chriſti nomine gloriari. Auguſt. *tom.* 4. *lib. de fide inviſibili.* Adde Tertull. *c.* 3. *Apologetici, & Novellam* 109. 40 *Nov.* 42. *c.* 1. §. 2. 41 De deſcriptione, v. *l.* 5. §. 9. *ff. de injur.* 42 *l.* 8. §. *ult. l.* 16. §. 2. *J. h. t. l.* 3. §. 1. *ſupr. de ſum. Trin. l.* 10. *in pr. s. de Epiſc. aud.* §. 21. *s. conſt. ad Magnum Senatum. l.* 4. §. 1. *ff. famil. erciſc.* Adde *Act.* 19. *verſ.* 18. Livium 29. Paul. 5. *ſent.* 23. §. 12. Adde eundem *lib.* 5. *tit.* 2. §. *ult. l.* 5. *J. de maleſ. Nov.* 42. *c.* 1. §. 2. & *c.* 59. *Apoſtolorum.* 43 Vid. *s. de ſumma Trinit.* 44 *Non. C. Theod.* 45 Sumpta hæc lex eſt ex Novell. Theodoſii *de Judæis, Samaritanis, hæreticis & paganis* 3. §. & *quon. decet.* 46 *l.* 6. *J. h. t.* & ſuperſtitionis. *l.* 12. *J. h. t. l.* 49. *de decurion. Nov.* 45. *ubi* v. Cuj. *ad Nov.* 109. *c.* 1. 47 Id eſt, Conſtantinopolitana. 48 Adde *l.* 3. §. 3. *s. de ſumma Trinit.* 49 *Nov.* 109. *in princ.* 50 Hoc videtur innuere utroſque carnis Chriſti veras proprietates ſuſtuliſſe. 51 Proterio. 52 Hæretici Eccleſias non habent, ſed quaſi *l.* 5. *in fin. s. h. t.* non συνάξεις, ſed παρασυνάξεις, *ut hic, & J. h. t.* non baptiſmata, ſed parabaptiſmata, *l.* 14. *J. h. t. Nov.* 37. *verſ. Hæreticus. & Nov.* 132. exiſtimantur, ſed non ſunt eccleſiæ: congregationes eorum illicitæ dicuntur, *l.* 2. *in pr. s. de ſumma Trinitate.* adde *Cujac.* 53 Id eſt, non habeant, vel ut mox ſequitur, non colligant. 54 Domus in qua conventicula illicita habita ſunt, monaſterio addici ſolita, ut hic, & *l.* 3. *s. h. t. l.* 10. *J. h. t. Novell.* 38. *cap.* 6. *verſ. curiales, &* 131. *c.* 8. *Gloſſ. diſtinct.* 30. *c. ſi quis extra Eccleſiam.* 11. 55 Vide *s. h. t.* 56 Hæreticos non ſemper capitali ſupplicio affectos fuiſſe, hinc poſſis colligere. 57 Vid. *l.* 4. *ſupr. de ſumma Trinit.* 58 Vide *l.* 6. §. 1. *ſupr. h. t.* 59 Diſcens illicita punitur.

dæ ſunt, jubemus ſubire diſpendium. Ultimo etiam ſupplicio coërceantur, qui illicita docere [1] tentaverint. Omnes vero hujuſmodi chartæ, ac libri, qui funeſtum Eutychetis [ſcil.] & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur: ut facinoroſæ perverſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Æquum namque eſt, ut immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. † Scientibus moderatoribus provinciarum, eorumque apparitoribus, defenſoribus etiam civitatum: quod ſi ea, quæ legis hujus religioſiſſima ſanctione cuſtodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiſerint temeritate violari, denarum librarum auri multam fiſco [noſtro] inferre cogantur: inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt. Dat. *Conſtant.* Id. Aug. CONSTANTIO & RUFO CONSS. 457.

De ſepultura.

Hanc conſtitutionem edidit Cujac. lib. 12. *obſ. cap.* 30. *Notatur in Nomocan. tit.* 8. *cap.* 7. *eſſe hujus tit. conſt.* 8. *al.* 9. *in qua caveatur, ut qui inopia premuntur hæretici, ἀξιωματικὰ non accipiant a judiciis, vel Eccleſiis.*

9. Imp. [2] MARTIANUS.

HUmanum & pium hoc arbitrati hæreticos permittimus [3] ſepeliri [4] legitimis ſepulchris. Dat. *Conſtantinop.* Id. Auguſt. CONSTANT. & RUFO CONSS. 457. [5].

Epitome ſuperioris conſtitutionis ex Nomocan. tit. 12. *cap.* 2.

HÆretici legitimo modo, ut cæteri [6], ſepeliuntor.

De his, quæ in hæreticos conferuntur, de templis.

10. Imp. ANASTAS. A. Erythrio. P.P.

SI qui orthodoxæ religionis, emptione vera, vel fictitia aut quocunque alio jure, vel titulo prædia, vel poſſeſſiones, resque immobiles, in quibus orthodoxæ fidei Eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, in [7] hæreticæ ſectæ, & contrariæ orthodoxæ fidei ſentientem quamcumque perſonam transferre voluerint: nullam hujuſmodi vel inter vivos habitam vel ſecreto judicio compoſitam valere volumus voluntatem, etiamſi ab orthodoxæ fidei venditore, vel quocunque modo alienatore commentitio ſub qualibet occaſione fuerint aſſignata: ſed irrita omnia hujuſmodi documenta, & tanquam nec penitus ſcripta eſſe cenſemus. Hæc enim prædia & poſſeſſiones, quæ in hæreticas perſonas quocunque modo translatæ fuerint vel collatæ, fiſci noſtri juribus decernimus vindicari. Sive enim apud dominos poſſeſſoresve orthodoxos ea prædia maneant, ſive ad fiſci [8] noſtri jura pervenerint: neceſſe eſt in his eccleſias & oratoria conſtituta diligentius & ſolicitius inſtaurari. Noſtræ etenim ſerenitatis undique ad hunc exitum providentia ducit, ut omnipotentis Dei templa [in quibus noſtræ fidei inſtituta perdurant] cultu aſſiduo per omnia ſecula reditiva [9] ferventur. Nec enim dubitari poteſt: ſi in hæreticos tales veniant poſſeſſiones, in quibus veræ fidei Eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, & integritas colitur: omnimodo ab his deſeri, atque deſtitui, [&] omni cultu vacare, omnibus ſacris & ſolitis viduari myſteriis, omni ſplendore privari, [nullis populorum conventionibus,] nullis clericorum obſervationibus celebrari, & ex hoc fine dubio easdem eccleſias perire, ruere, & complanari. Nec enim de earum inſtauratione hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus eſſe nolebant. Quæ omnia reſecantes ad præſentem legem pervenimus. Dat. 5. Id. Auguſt. BOETIO V. C. & EUTHERICO CONSS. 511.

De Manichæis ſupplicio afficiendis.

11. *Græca conſtitutio* ANASTASII *aut* JUSTINIANI. *ejus epitome.*

UBicunque Manichæi inveniantur, capite [10] damnandi ſunt.

Alia epitome ex Eclog. βασιλ. lib. 1. *tit. περὶ Μανιχαίων, cap.* 25.

MAnichæo [11] in loco Romano degere deprehenſo caput amputator.

De Manichæis capite puniendis. De dignitatibus & militiis. De Gothis. 1. *Si parentes diverſæ fidei & religionis ſunt.*

12. [12] *Græca conſtitutio* JUSTINI [13] A. *Ejus epitome ex collatione Græca conſtitutionum Eccleſiaſticarum.*

MAnichæi undique expelluntor, & capite puniuntor. † Reliqui autem hæretici (hæreticus [14] eſt omnis non orthodoxus) & Græci [ſeu pagani] & Judæi, & Samaritæ prohibentur magiſtratum gerere, & dignitatem habere, aut jus dicere, aut defenſores [15], aut patres civitatum fieri, (ne habeant licentiam vexare, aut judicare Chriſtianos, aut Epiſcopos.) Item militare [16] quoque prohibentur, præterquam ſi ex genere cohortalinorum [17] ſunt: hi enim manent, onera [18] quidem ſuſtinentes: non offendentes autem, neque in orthodoxos quid exequentes in publicis, vel privatis cauſis. Qui autem tentaverit quid horum facere, præterquam quod factum pro infecto erit, dabit etiam XX. libras, & qui publicis ipſos deſcriptionibus inſerere conati fuerint, etiam XX. & præſides quinquaginta: & omnes hæ privatis rebus inferuntur. † Excipiuntur [19] Gotthi, qui fiunt Fœderati, & aliter prout viſum Imperatori fuerit, honorantur.

Alia ejusdem pars ex Theodoro Hermopolita.

§. 1. Parentibus [20] diverſæ fidei exiſtentibus & religionis, illius ſententia prævaleat, qui ad orthodoxam illos elegerit [21] perducere fidem: & quamvis pater ſit, qui contradicit: ne exinde ſuccenſendi materiam captans, neceſſariis eos privet alimentis, aut aliis neceſſariis expenſis.

De filiis orthodoxis patrum non orthodoxorum.

13. [22] Græca conſtitutio Juſtini vel Juſtiniani. ejus epitome.

HÆretici patres nihil habentes legitimum quo accuſent orthodoxos filios, coguntur præter facultates [23] ſuas etiam alimenta erogare illis, & reliqua neceſſaria, & conjungere (in matrimonium) orthodoxis & dare dotes & antenuptiales donationes, providentia Præſidum & Epiſcoporum. §. 1. Orthodoxi filii hæreticorum, qui [24] nihil deliquerunt in parentes, illibatum accipiunt, & indeminutum quod eis ab inteſtato competit, & adverſus hæc facta ultima voluntas infirmatur: conſervatis libertatibus, niſi aliqua lege prohibeantur. Si vero quid deliquerint in parentes, accuſantur, & puniuntur. Habent autem, & cum deliquerint, quartam facultatum ipſorum [partem,] teſtamento facto. §. 2. Eadem & in Judæis & Samaritis obtinent.

Quæ interdicuntur hæreticis.

14. [25] Græca conſtitutio ejusdem Imperatoris. Epitome ex Græca collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum, & Nomocan. tit. 12. c. 2.

HÆretici ſynacteria, ſeu collectas facere non poſſunt, aut paraſynaxes [26] aut ſynodos, aut ordinationes, aut baptiſmata [27], aut Exarchos habere, aut paternitates ſeu abbatias aut defenſiones inſtituere, aut curare ſeu adminiſtrare villas per ſeipſos, aut per interpoſitas perſonas, aut quid prohibitorum facere. Qui transgreſſus hæc fuerit, ultimum [28] ſupplicium luit.

De Manichæis habentibus liberos orthodoxos.

15. [29] Græca conſtitutio. Epitome ex indice Baſilicorum κατασιχείων.

MAnichæi [30] liberos [31] quidem habentes orthodoxos [32], in eos & ſolos ab inteſtato transmittant: nulli autem alii viventes aut morientes alienanto, [ſeu per inſtitutionem, ſeu per legatum, ſeu per donationem,] omnimodo eorum facultatibus ad fiſcalem rediturus rationem.

De Manichæis, 2. *& eorum libris manifeſtandis.*

16. Græcæ conſtitutionis epitome ex collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum.

EX Manichæo factus orthodoxus, ſi inventus fuerit ea quæ [priſtini] erroris erant, facere, aut ſaltem una degere duntaxat, & converſari cum Manichæis, nec confeſtim prodiderit illa competenti judici, ultimo [33] ſupplicio punitur. §. 1. Idem qui in dignitatibus & militiis ſunt, ſollicite eos, qui in ſuo conſortio ſunt ejusmodi, inquirant, & prodant: quia ſi comprehenſus Manichæus dixerit ſciri ſe, & noſci talem a quibusdam, congrue illi puniuntur, ut qui eadem deliquerint, tametſi non ſint tales: eadem enim delinquere videntur ſcientes quidem delinquentem, non facientes autem illum manifeſtum. §. 2. Qui habet libros Manichaicos, & non manifeſtat eos ut comburantur [34], punitur.

De ſynagogis, 1. *Succeſſionibus, donationibus & aliis alienationibus Samaritanorum.*

17. [35] Græcæ conſtitutionis Juſtin. epitome ex eadem collectione.

SAnctæ &c. Samaritanorum [36] ſynagogæ deſtruuntur: &, ſi alias tentent facere, puniuntor. §. 1. Non [37] poſſunt ſucceſſores habere ex teſtamento, vel ab inteſtato, præter [38] orthodoxos: neque donant, aut aliter alienant hi qui non ſunt orthodoxi: ſed fiſcus ipſa vindicat providentia Epiſcoporum & præſidum.

Productio ſuperioris legis de Samaritis ad alios hæreticos.

18. [39] Græcæ conſtitutionis ejusdem Juſtiniani epitome ex eadem collectione.

QUæ de Samaritis lege ſtatuta ſunt [40] circa ſynagogas & ſucceſſiones: obtinent, & in Montaniſtis [41], & Aſcodrogitis [42], & Ophitis [43]. Soli enim orthodoxi ſuccedunt ipſis ex teſtamento, & ab inteſtato & legata capiunt: cæteri autem hæretici, id eſt, qui non ſunt orthodoxi, & Græci, ſeu pagani & Samaritæ non militant [44], neque ulla dignitate decorantur, neque publicam adipiſcuntur curam, neque docent, neque advocationibus funguntur. Si vero quis ad ea obtinenda ſimulet ſe orthodoxum, & appareat uxorem habens, aut liberos hæreticos, & non adducat ipſos ad orthodoxiam, ejicitur. Si vero etiam lateat, non poteſt quid ſuarum rerum donare, aut aliter alienare hæretico, ſed hæc & hæreticam delatam ipſius ſucceſſionem vindicat [45] fiſcus: In univerſum enim qui participes ſunt militiæ, aut dignitatis, aut advocationis, aut publicæ liberalitatis, aut applauſus, ſolos orthodoxos habet ſucceſſores, & res ipſorum quocunque modo ad hæreticum delatas fiſcus vindicat. §. 1. Si alter conjugum orthodoxus ſit, & alter hæreticus, oportet [46] fieri liberos eorum orthodoxos: Quod ſi ex his alii orthodoxi fiant, alii hæretici maneant, ſoli ſuccedunt utrique parenti orthodoxi. Si vero omnes ſint hæretici, cognati orthodoxi ſuccedunt, aut iis non exiſtentibus fiſcus. §. 2. Habet (conſtitutio) diverſas pœnas contra neglectores, & non perſequentes aut indicantes præſides & officia civilia, vel militaria, & Epiſcopos, qui quidem & de neglectoribus præſidibus referunt principi: pœnæ vero fiſco applicantur.

1 Docens illicita punitur. adde *l.* 2. *J. de malefic. & mathem.* 2 Interpretatio Contii. 3 Vid. tamen *c. Sacris.* 12. *extr. de ſepultura.* 4 Sepulturæ jus non ademptum eſt hæreticis: hac enim lege hæreticus in familiare & gentilitium ſepulchrum inferri poteſt. Igitur ab orthodoxo inferri in id genus ſepulchri non prohibetur.
5 Aliam ſubſcriptionem habet Cujac. 12. *obſ.* 20.
6 Quidam hic addunt negativam ex nomocanone. adde *cap. ſi Eccleſia. ult. extr. de conſecratione.* 7 *Novell.* 131. *cap.* 14. 8 Hodie Eccleſiæ, *Nov.* 131. *cap.* 14. neque id novum: plerumque enim novæ conſtitutiones dant Eccleſiæ, quod veteres fiſco. vide Cujac. *ad d. Novell.* 131. *in fin.* 9 *Rediviva.* Reditiva tamen ſecula accipe, quæ ſemper nova redeunt & perpetua ſunt. 10 *l.* 12. *J. h. t.* 11 *Synopſ. Baſil.* 1. *tit.* 1. *ex Nov.* 4. *c.* 4. adde *l.* 5. *ſupr. l.* 12. *l.* 16. *l.* 21. *J. h. t.* 12 Interpretatio Contii. 13 *Novell.* 109. *in pr.* 14 *Hæreticus quis?* v. *l.* 2. §. 1. *ſupr. h. t.*
16 Ἢ ἔκδικοι ἢ πατέρες πόλεων. 16 *l.* 18. *in pr. J. h. t.* 17 Κορτιαλίνων.
18 Vid. *l.* 3. *in fin. ff. de decur. l.* 15. §. 6. *D. de excuſ. tut.* 19 Gothorum enim plerique Ariani erant: ſed & leges civiles exteros non tenent. 20 Parens orthodoxus alteri parenti non orthodoxo præferendus. 21 *l.* 18. §. 1. *J. h. t.* 22 Interpretatio Contii. 23 Orthodoxis liberis plus præſtare coguntur hæretici patres, quam hæreticis. *Nov.* 115. *c.* 2. 24 *l.* 4. §. 6. §. 2. *s. h. t.* adde *l.* 15. *J. h. t.* 25 Interpretatio Contii. 26 *l.* 8. §. 3. *s. h. t.* v. *Novell.* 132. 27 *Nov.* 37. *verſ. Hæreticus.* Baptiſmi jus interdictum videtur hæreticis, *hac lege.* 28 *l.* 20. *J. h. t.* 29 Interpretatio Contii. 30 Synopſ. Baſil. 1. *tit.* 1. *c.* περὶ μανιχαίων. *Ecl.* 1. *c.* 27.
31 Et ita reſtringenda eſt lex 4. §. 6. *ſupr. h. t.* 32 *d.* §. 6. & *l.* 13. §. 1. *ſupr. h. t.*
33 Gravior pœna contumaci hic imponitur, quam in *l.* 10. *ſupr. de epiſcop. aud.*
34 *l.* 6. *s. h. t.* 35 Interpretatio Contii. 36 Samaritanorum fit mentio *in Novell.* 129. 144. *Edict. Juſtiniani* 9. *cap.* 2. apud Epiphan. *tom.* 1. *hæreſ.* 9. Horum variæ ſectæ, alii namque Eſſeni, *ibid. hæreſ.* 10. Sebuæi, *hæreſ.* 11. Gottheni, *hæreſ.* 12. Doſithei, *hæreſ.* 13. Doſithei: meminit Tertullianus *in lib. de præſcr. circa fin.* 37 Hoc abrogatur *Nov.* 129. *in pr.* revocatur per *Novell.* 144. 38 *l.* 15. *ſupr. h. t.* 39 Interpretatio Contii.
40 *l.* 17. *s. h. t.* adde *d. c.* 2. 41 De quibus lex 5. *s. h. t.* Epiphan. 2. *tom.* 1. *hæreſ.* 48. *c. quidam. cauſ.* 24. *q.* 3. §. *Montani.* Tertull. *in lib. de jejunio adverſus Pſychicos in pr. & in libro adverſus Praxeam.* 42 Qui & Taſcodrogitæ. *l.* 5. *in pr. s. h. t. l.* 19. *in fin. J. h. t.*
43 *l.* 5. *verſ. cunctis. s. h. t. l.* 19. *in fin. J. eod. d. q.* 3. *can. quidam.* §. *Ophitæ.* de quibus vid. Tert. *in l. de præſc. circa fin.* Auguſtinum *de hæreſ. ad Quod vult deum:* Epiph. 1. *tom.* 3. *hær.* 37.
44 *l.* 20. *in pr. s. tit. prox.* 45 *Nov.* 144. *c.* 1. 46 *V. l.* 12. *in fin. s. h. t.*

De

De parentibus non orthodoxis habentibus, vel non habentibus liberos orthodoxos.

19. Idem A. Juliano P. P.

COgnovimus multos esse orthodoxos liberos, quibus nec pater, nec mater orthodoxæ sunt religionis. Et ideo sancimus: ut non tantum in casu, ubi alter [non] orthodoxæ religionis est; sed etiam in his casibus, in quibus uterque parens alienæ sectæ sit, id est, pater & mater: hi tantummodo liberi ad eorum successionem, sive ex [1] testamento [2], sive ab intestato vocentur, & donationes, seu aliæ liberalitates his accedere possint, qui [3] orthodoxorum venerabili sunt nomine decorati: cæteris liberis eorum, qui non Dei omnipotentis amorem, sed paternam, vel maternam impiam affectionem secuti sunt, ab omni [4] beneficio [5] repellendis. † Liberis autem orthodoxis non existentibus, ad [6] agnationem, vel cognationem eorum (orthodoxos tamen) easdem res, vel successiones pervenire. † Quod si [nec] agnatio vel cognatio recta inveniatur; tunc easdem res fisci [7] nostri juribus vindicari.

§. 1. Sed ne videamur morientibus quidem genitoribus, liberis providere; viventibus autem nullam inferre providentiam (quod etiam ex facto nobis cognitum est) necessitatem [8] imponimus talibus genitoribus orthodoxos liberos secundum vim [9] patrimonii alere; & omnia eis præstare, quæ ad quotidianæ vitæ conversationem sufficiant: sed [10] & dotes [11] pro filiabus & neptibus dare, & [12] ante nuptias donationes pro filiis, vel nepotibus perscribere, in omni casu secundum [13] vires patrimonii hujusmodi liberalitatibus æstimandis: ne propter divini amoris electionem, paterna, vel materna sint liberi provisione defraudati. † Omnibus videlicet, quæ nostræ constitutiones de pœnis Paganorum [14], & Manichæorum [15], & Borboritarum [16], & Samaritarum, Montanistarum, & Tascodrogitarum, & Ophitarum, cæterorumque hæreticorum jam constituerunt, ex hac nostra lege confirmandis, & in perpetuum valituris. Dat. *Const.* 10. Kal. Decembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. Ut cum de app.cog. §. generalem. collat. 8. tit. 16. al. tit. 11. seu Novell. 115. cap. 3. §. 14.

IDem est [17] de Nestorianis & Acephalis [18]: quia si quis ex his liberos habet ecclesiæ sanctæ communicantes, his solis ex testamento vel ab intestato hereditatem transmittere potest. Si vero permixti sunt, portio infidelium interim resideat penes orthodoxos: ipsis, si conversi fuerint, restituenda quidem, sed absque ratione fructuum & administrationis. Permanebit autem apud orthodoxos, si ipsi perseverent in nequitia. Si autem omnes liberi perversi sint, vocentur agnati rectæ fidei. Quibus non inventis, si clericus fuerit, ab ecclesia intra annum admittatur: quo transacto si non fuerit clericus, succedat fiscus.

De pœnis hæreticorum. 1. De suspectis.

In AUTHENT. De statut. & consuetud. §. Gazaros. coll. 10. constit. fin. p. 744.

GAzaros [19], Patarenos [20], Leonistas, Speronistas [21], Arnoldistas [22], Circumcisos, & omnes hæreticos utriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: censentes, ut omnia bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur: ita quod filii [23] eorum ad successionem eorum pervenire non possint, cum longe gravius sit, æternam, quam temporalem offendere majestatem. §. 1. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles: nisi ad mandatum Ecclesiæ juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint: tanquam infames & banniti [24] ab omnibus habeantur: ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc omnes tanquam hæreticos condemnamus.

De his, quæ interdicuntur hæreticis.

20. Const. Græcæ epitome ex ead. collectione.

HÆretici [25] communicantes, aut synaxes [26], aut baptismata facientes puniuntur, ut qui leges transgrediuntur: & qui domos [27] ipsis ad hoc præbent jam sancitis pœnis subjiciuntur. §. 1. Soli orthodoxi intra sacra septa habentes ergasteria utuntur privilegiis, non item hæretici, qui nec intra sacra septa negotiantur, ne divina audiant mysteria. §. 2. Montanistæ, [28] vero neque commorantur cum his, qui ex his orthodoxi facti sunt: & qui dicuntur ex ipsis episcopi, aut clerici, expelluntur urbe Constantinopolitana. §. 3. Vetantur [29] mercari mancipia, neque erogationes percipiunt, qui ex his egentes sunt, eas quæ dicuntur honoraria ex judiciis, vel Ecclesiis: & qui tribuit eis irrationabilem præfecturam, decem libris multatur, & decem quoque libris Præsides ex neligentia, & Comes privatarum, & Officium eorum.

De testimoniis. De hæreticis, quibus omnibus legitima conversatio interdicitur.

21. Idem A. Joanni P. P.

QUoniam multi judices in dirimendis litigiis nos interpellaverunt, nostro indigentes oraculo, ut eis referetur quid de testibus [30] hæreticis statuendum sit, utrumne accipiantur eorum testimonia, an respuantur, sancimus, contra [31] orthodoxos quidem litigantes nemini hæretico, vel his etiam qui Judaicam [32] superstitionem colunt, esse in testimonia communionem: sive utraque pars orthodoxa sit, sive altera. Inter [33] se autem hæreticis, vel Judæis, ubi litigandum existimaverint, concedimus fœdus permixtum, & dignos litigatoribus etiam testes introducere: exceptis scil. his, quos vel Manichaicus furor, (cujus partem & Borboritas [34] esse manifestum est) vel Pagana superstitio detinet: Samaritis nihilominus, & qui illis non [35] absimiles sunt, Montanistis, & Tascodrogitis [36] & Ophitis; quibus pro reatus similitudine omnis legitimus [37] actus interdictus est. Sed his quidem, id est, Manichæis, Borboritis, & Paganis, necnon Samaritis, & Montanistis, & Tascodrogitis, & Ophitis omne testimonium, sicut & alias legitimas conversationes sancimus esse interdictum. Aliis vero hæreticis tantummodo judicialia [38] testimonia contra orthodoxos, secundum quod constitutum est, volumus esse inhibita. Cæterum testamentaria testimonia eorum, & [39] quæ in ultimis elogiis, vel in contractibus consistunt, propter [40] utilitatem necessarii usus eis sine ulla distinctione permittimus, ne probationum facultas angustetur. Dat. 5. Kal. Aug. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 532.

De testamentis militum.

22. Idem A. Joanni P. P.

DIvinam nostram sanctionem, per quam jussimus neminem errore constrictum hæreticorum, hereditatem [41], vel legatum, vel fideicommissum accipere, etiam in ultimis [42] militum voluntatibus locum habere præcipimus, sive communi jure, sive militari testentur. Dat. Kal. Septemb. post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. ann. secundo [Imperii JUSTINIANI] 532.

TIT. VI.

NE [43] SANCTUM BAPTISMA ITERETUR.

1. Imppp. VALENT. [44] VALENS & GRAT. AAA. ad Flavianum vicarium Africæ.

ANtistitem [45], qui [46] sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminaverit [47], sacerdotio indignum esse censemus. † Eorum [48] enim condemnamus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incestant [49], lavacri nomine polluentes. Dat. 16. Kal. Nov. *Constant.* GRATIANO A. IIII. & MEROBAUDE CONSS. 377.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI [50] quis rebaptizare quempiam de ministris catholicæ sectæ fuerit detectus, una cum eo, qui piaculare crimen commisit, (si tamen criminis per ætatem capax sit) & hic cui persuasum sit [51], ultimo supplicio percellatur. Dat. 12. Kal. Aprilis, *Constant.* LUCIO V. C. CONS. 413.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

NUlli [52] hæreticorum [53] danda licentia est, vel ingenuos, vel servos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysteriis ad suum rursus baptisma deducendi, necnon illos, quos emerint, vel qualitercunque habuerint, necdum suæ superstitioni conjunctos, prohibendi catholicæ sequi religionem ecclesiæ. Quod qui fecerint, vel, cum sit ingenuus, in se fieri passus sit, vel factum non detulerit, exilio, ac decem librarum auri multa damnabitur: testamenti [54] & donationis faciendæ utrisque deneganda licentia. Quæ omnia ita custodiri decernimus, ut nulli judicum liceat delatum ad se crimen minori, aut nulli coërcitioni mandare: nisi ipse idem pati velit, quod aliis dissimulando concesserit. Dat. 3. Kal. Jun. *Constantinopoli*, FELICE, & TAURO CONSS. 428.

1 Testamentum inter liberos orthodoxos hæreticus pater facere potest. 2 Hæretici non succedunt patri ab intestato, vel ex testamento. 3 Patri hæretico soli liberi Christiani succedunt. *l.* 15. *l.* 18. §. 1. S. *h. t.* 4 Inter vivos vel ultimo: ita ut ex testamento vel ab intestato non succedant. 5 Etiam dotis. 6 Liberis non orthodoxis, hæreticis, agnati orthodoxi in successione ab intestato adquirenda præferuntur: & post agnatos fiscus. 7 Secus si defunctus foret clericus, *Novell.* 115. *cap.* 3. §. 14. *vers. si vero liberi.* vide Gudelin. *de jure noviss. lib.* 2. *cap.* 17. sed neque hæc locum habent in locis, quibus quilibet sectarii tolerantur, ut in Gallia, Germania aliisque locis. *Ans.* Adde Grœneweg. *hic.* S. L. 8 Hæretici parentes liberos orthodoxos coguntur alere. 9 Expensæ ad instar patrimonii semper redigendæ. 10 Argumentum ab alimentis ad dotem observa. 11 Quarum causa semper favorabilis. 12 Tales enim donationes exaquatæ dotibus. 13 Dotes pro ratione patrimonii paterni, filiabus constituendæ *l.* 60. *ff. de jur. dot.* 14 De quibus dicam J. *de paganis seu sacrific.* 15 De his omnibus dixi S. *ad l.* 5. *& l.* 18. 16 De Borboritis adde *l.* 5. S. *h. t.* ubi dixi, *& l.* 21. J. *h. t.* 17 Ex hac Authentica illud colligitur. Restitutum ad bona in alium alienata, non per hoc recuperare fructus: qua de re sane utili & quotidie in quæstionem incidente vide Jasonem *ad l. Gallus.* §. *& quid si tantum. num.* 64. *& seq. ff. de liber. & posthum.* Decium *ad Reg. in conditione.* §. 1. *num.* 2. *de Reg. jur.* Fortun. Garziam *ad d. l. Gallus.* §. *& quid si tantum. num.* 250. rursus Jasonem *ad l. fin. ff. de Constit. Princ. n.* 17. Jo. Crot. *cons.* 127. *num.* 9. Mod. 18 Qui & Acephalitæ, *c. quidam. caus.* 24. *quæst.* 3. §. *Acephalitæ.* v. Rusticum Diaconum *advers. Acephalos.* Iidem Severitæ & Julianistæ (a Juliano) & Contobabditæ & Angelitæ, ut ait Damascenus. Acephali dicti, quod nullos haberent episcopos, nullos presbyteros, nullos conventus. 18. Nicephor. 45. 49. *& l.* 17. *c.* 7. 8. & sic sine capite. 19 Quos Gregorius Catharos appellat, *c. excommunicamus* 15. *extr. de hæret.* & recte τὸ θ in ζ mutato, ut & D. mutatur in Z. Ziabulus pro diabolus. 20 Patharenos, *d. c.* 15. Alii, Patharinos: alii Patrinos: *d. c. excommunicamus.* ita legitur: Catharos, Patarenos, pauperes de Lugduno, Passaginos, Tossepinos, Arnaldistas, Speronistas. 21 *d. c.* 15. 22 Arnaldistas, *d. c.* 15. ab Arnaldo, Sigonius 11. *regni Italici*, Bernard. 2. *epist.* 195. Sabellicus 9. *ennead.* 9. 23 Etiam catholici. v. quæ dixi *ad Novell.* 115. *c.* 3. §. 14. Clarum 5. *sent.* §. *hæresis. vers. Et scias.* 24 Banniti, exules. 25 Interpretatio Contii. 26 *l.* 14. S. *h. t.* 27 *l.* 15. S. *de episc. & cler.* 28 In quorum etiam errorem Tertullianus incidit. v. Vincentium Lyrinensem *adversus prophanas novationes.* 29 *Nov.* 144. *c.* 2. *vers. porro nullus.* 30 Vid. *Nov.* 45. *c.* 1. *Synops. Basil.* 21. *tit.* 1. *c.* 43. 3. Harmenop. 6. 31 Contra orthodoxos, hæreticus aut Judæus testis esse non potest; excipe casus infra enumeratos. 32 Vid. *l.* 3. *in fin. ff. de decur.* Goth. Qui apud quos testari possint ut plenius intelligas, adi præter Gothofredum hic Felinum *ad capit. judæi. de testibus.* Afflictum *decis.* 214. Cravet. *consil.* 73. *num.* 18. Mars. *sing.* 41. *Judæus.* Alber. *in tracta. de testibus* 1. *part. sub rubr. Quando testes repelluntur ratione criminis. num.* 5. Nat. Asten. *cons.* 394. *num.* 16. Mod. 33 Hæreticus (excipe hic enumeratos) hæretico testis esse potest. 34 Vid. *l.* 5. *l.* 19. *in fin.* S. *h. t.* Græcis Βορβορῖται, 11. *Ecl.* 1. *cap.* 43. 35 Samaritæ non absimiles paganis. Vide *Novell.* 129. 36 Qui & ἀσκοδρουγῖται, *d. c.* 43. 37 An hic agitur de iis actibus legitimis, quorum fit mentio in *l.* 77. *ff. de reg. juris.* Hotomanus putat 32. *Illust. fol.* 219. Cujacius negat, 15. *obs.* 16. hisce vocabulis intelligit conversationem forensem. 38 Hæreticus adversus orthodoxum judicio testis esse non potest. *Goth.* Potest igitur in testamentis & contractibus rite testis adhiberi. unde nota mihi, facilius aliquem adhiberi in testamentarium testem, quam in Judicialem. *Mod.* 39 Orthodoxo hæreticus testis esse potest testamentarius, & in contractibus. vid. Oldend. *c.* 4. *de testib. n.* 17. 40 Χάριν τῶν ἀποδείξεων, quo amplior sit probationum facultas. *Synops. d. l.* Vid. *l.* 5. *&* 19. S. *h. t.* v. *l.* 1. *ff. de testib.* 41 Hæreticus incapax est hereditatis, legati & fideicommissi, & consequenter donationis causa mortis, de quibus vide Cujacium *consult.* 32. 42 Vid. *l.* 5. J. *de testam. milit.*

43 *L.* 16. *C. Theod. tit.* 6. Baptisma iterari non debet. 44 Reponendum *Valens, Gratianus & Valentinianus.* 45 *l.* 1. *C. Th. h. t. quæ est ad Julianum proconsulem Africæ:* atqui episcopi jubentur deponi, nisi pollutum ab hæreticis rebaptizarint? *can. episcopum.* 45. *in canonibus Apost.* Pollutum intellige non baptizatum in Trinitate. Idem dicendum, si dubitatur de aliquo, sit baptizatus necne. Nam in dubio non præsumitur baptizatus. v. Alciat. 2. *præsumpt.* 4. *cap. de quibus* 2. *extra. de baptismo.* 46 Odio contrariæ religionis id fiebat a quibusdam. *c. ult. extr. de baptismo.* 47 Jam lotum non revocamus ad fontem: absit ut iteremus quod semel est: aut duplicemus quod unum est. Optat. *de Donat.* nec in ipsis hæreticis baptisma commune rescinditur. August. *de hæres.* In modum semel nati hominis, baptisma semel conceditur a Deo. *l.* 58. *C. Th. de hæret.* 48 *l.* 4. *C. Theod. h. t.* 49 Qui rebaptizat, id aufert, quod geminat, *l.* 5. *C. Theod. de hæret.* Secundus baptismus non est purificatio, sed incestus. 50 *Pars legis* 6. *C. Theod. h. t.* 51 In hoc casu scil. alias pecuniariter, *l. ult.* J. *h. t.* 52 Pars ultima *l.* 65. *C. Theod. de hæreticis: Synops. Basil. tit.* 1. *c.* 1. περὶ αἱρετικῶν. 53 Et merito, quod enim Christiano non licet, *l.* 1. S. *h. t.* id multo minus hæretico permittitur. 54 Anabaptistæ testamenti faciendi aut inter vivos donandi jus non habent. An idem in reliquis hæreticis? vid. *l.* 21. *in fin. supr. de hæreticis.*

TIT. VII.
DE APOSTATIS [1].

De publicatione bonorum.

1. Impp. CONSTANT. & JULIAN. C C. ad Thalaſſium P. P.

SI [2] quis lege venerabili conſtitutus, & ex Chriſtiano Judæus effectus, ſacrilegis cœtibus aggregetur: cum accuſatio fuerit approbata, facultates ejusdem dominio fiſci [3] jubemus vindicari. Dat. 5. Non. Jul. *Mediol.* CONSTANTIO A. IX. & JULIAN. Cæſ. II. CONSS. 357.

De accuſatione defuncti.

2. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P.

SI [4] quis defunctum [5] violatæ [6], atque deſertæ Chriſtianæ religionis accuſat, eumque vel ad ſacrilegia templorum, vel ad ritus Judaicos tranſiſſe contendit, eaque gratia teſtari [7] minime potuiſſe confirmat: intra [8] juge [9] quinquennium, quod [de] inofficioſis actionibus conſtitutum eſt, proprias exigat actiones, futurique judicii hujuscemodi ſortiatur exordium. Dat. XII. Kal. Jun. *Patavi*, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De teſtimonio, teſtamenti factione, ſucceſſione, reſtitutione, pœnitentia.

3. Imppp. THEOD. VALENT. & ARCAD. Flaviano P. P.

HI [10], qui ſanctam fidem prodiderunt [11], & ſanctum [12] baptiſma hæretica ſuperſtitione profanarunt, a conſortio omnium ſegregati ſint, a teſtimoniis alieni, teſtamenti (ut ante jam ſancimus) non habeant factionem: nulli in hereditate [13] ſuccedant, a nemine ſcribantur heredes [14]. Quos etiam præciperemus procul abjici, ac longius amandari, niſi [15] pœnæ viſum fuiſſet eſſe majoris, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis. † Sed nec unquam in ſtatum priſtinum revertantur: nec flagitium horum obliterabitur pœnitentia [16]: neque umbra aliqua exquiſitæ defenſionis, aut muniminis obducetur: quoniam quidem eos [17], qui fidem, quam Deo dedicaverant, polluerunt, & prodentes divinum myſterium in profana migraverunt; tueri ea quæ ſunt commentitia & concinnata, non poſſunt. Lapſis etenim & errantibus ſubvenitur: perditis vero, hoc eſt, ſanctum baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, (quæ ſolet aliis criminibus adeſſe) ſuccurritur [18]. Dat. 5. Id. Maji, *Concordiæ*, TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

De præſcriptione temporis. De teſtamentis, donationibus, venditionibus.

4. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Baſſo P. P.

A*Poſtatarum* [19] ſacrilegum nomen, ſingulorum vox continua accuſatione inceſſet, & nullis [20] finita temporibus hujuscemodi criminis arceatur indago. Quibus quamvis præterita interdicta ſufficiant, tamen etiam illud iteramus, ne [21], poſtquam a fide deviaverint, teſtandi aut donandi quippiam habeant facultatem. Sed nec venditionis ſpecie [22] facere legi fraudem ſinantur, totumque ab inteſtato Chriſtianitatem ſectantibus propinquis potiſſimum deferatur. † In tantum autem contra hujuscemodi ſacrilegia perpetuari volumus actionem; ut univerſis ab inteſtato venientibus, etiam [23] poſt mortem peccantis, abſolutam vocem inſimulationis congruæ non negemus. Nec id patiemur obſtare, ſi nihil in conteſtatione prophano dicatur vivente productum. † Sed ne hujus interpretatio [24] criminis latius in incerto vagetur errore: eos præſentibus inſectamur oraculis, qui nomine *Chriſtianitatis* induti, ſacrificia [25] ſacrilega vel fecerint, vel facienda mandaverint: quorum etiam poſt mortem comprobata perfidia, hac ratione plectenda eſt, ut donationibus teſtamentisque reſciſſis, hi quibus hoc deferret legitima ſucceſſio, hujusmodi perſonarum hereditate potiantur. Dat. 7. Idib. April. *Ravennæ*, THEODOSIO XII. A. & VALENTINIANO A. II. CONSS. 426.

De eo, qui alium in nefandam ſectam ritumve transduxit.

5. Iidem AA. Florentio P. P.

EUm [26] qui ſervum ſive ingenuum invitum [27], ſeu ſuaſione plectenda, ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam [28] ritumve transduxerit, cum diſpendio fortunarum capite puniendum eſſe cenſemus. Dat. Prid. Kal. Febr. THEODOSIO XV. [29] & VALENTINIANO IV. AA. CONSS. 435.

De clericis, vel monachis Apollinariſtis, vel Eutychianis.

6. Impp. VALENT. & MARTIAN. AA. Palladio P. P.

EOs [30], qui catholicarum eccleſiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi [31], relicto vero orthodoxæ religionis cultu, Apollinaris, vel Eutychetis hæreſim, & dogmata abominanda ſecuti fuerint; omnibus pœnis, quæ prioribus legibus adverſus hæreticos conſtitutæ ſunt, jubemus teneri, & extra ipſum quoque Romani imperii ſolum repelli, ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt. Dat. Kal. Aug. VALENTINIANO A. VII. & AVIANO CONSS. 450.

TIT. VIII.
NEMINI [32] LICERE [33] SIGNUM [34] SALVATORIS CHRISTI, HUMI, VEL IN SILICE, VEL IN MARMORE, AUT INSCULPERE, AUT PINGERE.

1. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Eudoxio P. P.

CUm ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni Numinis religionem tueri: ſignum Salvatoris Chriſti nemini licere vel in ſolo, vel in ſilice vel in marmoribus humi [35] poſitis inſculpere, vel pingere: ſed quodcunque reperitur tolli, graviſſima pœna multando eo, qui contrarium ſtatutis noſtris tentaverit, ſpecialiter imperamus. Dat. 12. Kal. Jun. HIERIO & ARDABURIO CONSS. 427.

TIT. IX.
DE JUDÆIS [36], ET COELICOLIS [37].

De legatis.

1. Imp. ANTONIN. A. Claudio Triphonino.

QUod Cornelia Salvia Univerſitati [38] Judæorum, qui in Antiochienſium civitate conſtituti ſunt, legavit [39], peti non poteſt. Dat. Prid. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De feſtivitatibus.

2. Græcæ conſtitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomocan. tit. 7. cap. 4. & Euſtathio de temporibus.

IN feſtivitatibus aut Sabbatis ſuis Judæi corporalia [40] munera non obeunt, neque quicquam faciunt, neque propter publicam privatamque cauſam in jus vocantur, aut ipſi Chriſtianos in jus vocant.

De his, qui converſos ad Chriſtianiſmum injuria afficiunt.

3. Imp. CONSTANT. A. ad Euagrium P. P.

JUdæis [41], [& Cœlicolis,] & Majoribus [42] eorum, & Patriarchis volumus intimari, quod, ſi quis poſt hanc legem, aliquem, qui eorum feralem [43] fugerit ſectam, & ad Dei cultum reſpexerit, ſaxis [44], aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognovimus) auſus fuerit attentare, mox flammis [45] dandus eſt, & cum omnibus ſuis participibus concremandus. Dat. 15. Kal. Nov. *Murgillo*, CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

De militibus velut hoſpitii merito irruentibus in ſynagogam Judaicam.

4. Impp. VALENT. & VALENS AA. Remigio magiſtro offic.

IN ſynagogam [46] Judaicæ legis, velut hoſpitii [47] merito, irruentes milites jubeas emigrare: quos privatorum domus, non religioſarum loca habitationum merito convenit attingere. Dat. Prid. Non. Martias [48] VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De muneribus.

5. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS & THEOD. AAA. Hypatio P. P.

JUſſio [49], qua ſibi Judaicæ legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur immunitas [50], reſcindatur. Dat. 18. Kal. Maji, *Mediolani*, MEROBAUDE & II. SATURNINO CONSS. 383.

De nuptiis.

6. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

1 16. *C. Th.* 2. *Synopſis Baſil.* 60. *tit.* 54. 6. Harm. 11. qui ſunt, v. *l.* 4. *J. h. t.*
2 *l.* 3. *C. Th.* 10. de Judæis, Cœlicolis & Samaritanis, *lib.* 1. Qui ex Chriſtiano factus erit Judæus δημευέσθω, proſcribitor, ſeu bona ejus publicantor. *Synopſis Baſilic.* 60. *tit.* 54. *c.* 20. 6. Harm. 11. §. 1. 3 Apoſtatæ bona confiſcantur. *Salic.* 4 Pars ultima *l.* 3. *C. Th. de apoſtatis.* 5 Mortuus deſertæ religionis accuſari poteſt, *l.* 4. §. 4. *S. de hæret.* Quod ad inſtantiam, id eſt, petitionem Regis Franciæ factum fuiſſe adverſus Bonifacium Papam refert Clarus 5. *ſent.* §. *hæreſi. verſ. item de crimine.* 6 Crimen violatæ aut deſertæ religionis. 7 Apoſtatæ non licet teſtari. 8 Poſt quinquennium de religione defuncti non eſt quærendum. Adde & ſimiles caſus, *l.* 5. *J. ad L. Juliam de adult. l.* 17. §. 6. *ff.* & *l.* 5. *J. de injur. l.* 7. *ff. ad L. Juliam peculatus* & Titulum *ff. ne de ſtatu defunct. poſt quinquen.* Suetonius *in Veſpaſ.* vetuit inter cætera quæri de cujusquam defunctorum ſtatu ultra certos annos. 9 Id eſt, continuum, ut in *l.* 22. *J. ad ſenat. Vellejan. l.* 1. *J. ſi quacunque prædit. poteſt. in med.* S. L. 10 *l.* 4. *C. Theod. h. t.* 5. Harm. 11. §. 5. 11 Οἱ ἀποστάντες. *d.* §. 5. 12 Ὁ προδιδοὺς ἅγιον βάπτισμα &c. Qui ſanctum baptiſma prodidit, teſtimonium non dicit, nec teſtamentum facit, nec alii ſuccedit. Nam eſſe apoſtatam intelligitur *Synopſ. Baſil.* 60. *tit.* 54. *cap.* 21. & 22. 13 *Sub.* ab inteſtato, 6. Harmen. 12. §. 5. Teſtamenti factionem activam, vel paſſivam non habent. 14 Vel legatum, aut mortis cauſa donationem accipiant. Cujac. *conſult.* 32. 15 Pœnæ ſummum genus, verſari inter homines & eorum ſuffragiis, id eſt, commerciis carere. 16 Alii: *nec flagitium morum oblitterabitur.* quo pacto habet & Cod. Theod. ut lubet: dum memineris hanc partem non eſſe poſitam in Baſilicis: ſed ut duriorem & inhumaniorem omiſſam, qua de re vide Theodoretum *in Nomocanone.* Mod. Pœnitentibus alias parcitur, *l.* 4. §. 6. *S. de hær. l.* 4. *l.* 41. *C. Theod. h. t. l.* 8. *circa fin. S. de ſumma Trinitate,* præterquam Apoſtatæ, *ut hic.* 17 Hoc innuit, Qui fidem prodidit, tueri commentitia non poteſt: ſed quo tandem ſenſu? ſic reſtitue, eos qui f. q. D. d. p. & p. d. m. i. p. m. tueri non poſſumus. 18 Fidem hæretico datam non ſervare, num licet? Clarus negat ei ſervandam a privato, 5. *ſent.* §. *hæreſis. verſ. præterea.* quod certe durum: eſt enim grave fidem fallere. *l.* 1. *in pr. ff. de pecun. conſt.* Clarus *ibid.* & *in verſ. ulterius.* negat contumaci præſtari patronum, aut procuratorem. 19 *l.* 7. *C. Th. de apoſt.*
20 Quamdiu vivunt. *l.* 2. *S. h. t.* adde alios caſus, *l.* 12. *l.* 19. *in fin. ff. ad leg. Cornel. de falſis. l.* 13. *ff. de Silaniano. l. ult. ff. ad l. Pompeiam de parricid.* 21 50. *Eclog.* 54. *c.* 23.
22 Venditionis ſpecies eſt, venditio εἰκονικῶς εἰς ἀπάτην τοῦ νόμου contracta *d. c.* 23. v. *l.* 6. *ff. de reg. juris.* 23 Intra quinquennium tamen. *l.* 2. *ſupr. h. t.* 24 Apoſtatæ definitionem obſerva. Adde *l.* 60. *Eclog.* 54. & 6. Harm. 11. Iidem dicuntur Margaritæ. Cujac. *hic.*
25 Harm. *d. loco.* 26 Pars Novellæ Theodoſii de Judæis, Samaritanis, hæreticis & paganis, 3. §. *his adjicimus.* videtur etiam hæc lex interpolata ex *l.* 18. *in fin. C. de Judæis.*
27 Pœnam cogentis Chriſtianum ad apoſtaſiam faciendam obſerva. 28 De Judæo mentem Chriſtianam corrumpente adde 6. Harm. 11. §. 3. 29 17. Cos. & qui fuerit nuntiatus: in Novellis Theodoſii. Recte. id eſt, [illegible] 439. 30 Novella Martiani, quæ extat in actis concilii Chalcedonenſis. 31 Pœnam clerici & monachi in hæreſim prolapſi, nota.

32 Hic titulus non obſervatur in Gallia. *Autor legum in Gallia abrogatarum.*
33 Vide Peckium *in præfat. libri de ſacroſanct. & Cathol. eccleſ. reparand. num.* 5. Waltherum *l.* 2. *Miſcell.* & *textum in c. ſi canonici ext. de offic. ordin. l.* 6. Mod. 34 Σταυρὸν τίμιον 1. *Eclog.* 1. *c.* 15. venerabilem crucem, *l.* 26. *S. de epiſc. & cleric.* Cur ſignum dicitur? dicam *ad Novell. Leonis* 72. 35 V. *c.* 73. *Synodi in Trullo.* Paulum Diaconum *in Tiberio.*

36 *Synopſ. Baſil.* 1. *tit.* 1. *c.* 11. 16. *C. Theod.* 8. Adde *Novell.* 137. περὶ Ἑβραίων. Adde 5. *Decret.* 6. & 5. *Clem.* 2. & 5. *Extr.* 2. *de Judæis & Saracenis:* & *Extrav. Joannis* 22. *tit.* 8. *de Judæis & Saracenis.* hic titulus abrogatus *Nov. Leonis* 55. 37 De Cœlicolis vid. *l.* 12. *J. h. t.*
38 Vid. Cujac. 7. *obſ.* 30. 39 Judæorum univerſitati legari non poteſt. *Goth.* Quia collegium eſt illicitum *l.* 20 *ff. de reb. dub.* Anſ. 40 Judæis erant hierei, archiſynagogi & patres ſynagogarum, presbyteri, patriarchæ, apoſtoli ad exigendum aurum, *l.* 1. *l.* 2. didaſcali, *l. Hiereos* 8. *l.* 14. *l.* 23. *C. Theod. de Judæis.* ἔξαρχοι & proceres. *l.* 9. *J. h. t.* primates, *l.* 17. *J. h. t.* 41 Pars prior, *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 42 Cœlicolis erant majores & Patriarchæ. vid. quæ notavi *ad l.* 12. *J. h. t.* 43 Feralis ſecta ignis ſupplicio digna. v. *l.* 6. *in fin. J. de maleficis & mathem.* 44 16. *C. Th.* 8. *c.* 5. 1. *Synopſis Baſilicon* 1. *cap.* 11. *ex lib.* 54. *cap.* 19. 45 De pœna Judæi in neophytum ſeditionem moventis. Hic tamen notandum, neophytum non liberari Chriſtianiſmi profeſſione a delictis anterioribus. Vide Clar. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 51. *verſ. ult. quæro. l.* 2. *C. Theod. de metatis.* 46 Synagogæ Judæorum immunes ab hoſpitatura. 47 Adde quædam ex *l.* 21. *in fin. J. de operibus public.* His addenda lex Francica 1. *c.* 144. qua cautum fuit, ut nullus presbyter annonam, vel fœnum in eccleſiam mittat, adde *Nov. Theod.* 2. 48 Maji. *C. Theod.* 49 *l.* 99. *C. Theod. de decur. lib.* 12. 50 *l.* 10. *J. h. t.* Judæi non ſunt a curiæ muneribus immunes. Hinc collige ſectam Judæorum non prohiberi. Circumciſio eis permittitur, *l.* 11. *ff. ad l. Corn. de ſicar. Eclog.* 1. *c.* 11. *ex lib.* 60. *tit.* 39. *c.* 11. decuriones fieri poſſunt, *l.* 3. *in fin. ff. de decur.* munera

Ne

NE [1] quis Christianam mulierem [2] in [3] matrimonium [4] Judæus accipiat: neque Judææ Christianus conjugium sortiatur, nam si quis aliquid hujusmodi admiserit, adulterii [5] vicem commissi hujusmodi crimen obtinebit: libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. Dat. Prid. Idib. Mart. *Thessalonicæ*, THEODOSIO A. II. & CYNEGIO CONSS. 388.

Nuptiæ inter Christianos prohibitæ, etiam inter Judæos prohibentur, ipsorum lege cessante.

7. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Infantio Comiti Orientis.

NEmo Judæorum morem [6] suum in conjunctionibus retineat, nec juxta legem suam [7] nuptias sortiatur, nec in diversa [8] sub uno tempore conjugia conveniat. Dat. 3. Kal. Jan. THEODOSIO A. III. & HABUNDANTIO CONSS. 393.

De judiciis & arbitris.

8. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano.

JUdæi [9] communi Romano jure viventes [10], in his causis, quæ tam ad superstitionem eorum, quam ad forum & leges ac jura pertinent, adeant solenni more judicia, omnesque Romanis legibus conferant, & excipiant actiones. † Si [11] qui vero ex his communi pactione ad similitudinem arbitrorum apud Judæos [12] in civili duntaxat negotio putaverint litigandum; sortiri eorum judicium jure publico non vetentur. Eorum etiam sententias Judices exequantur, tanquam ex sententia cognitoris arbitri dati fuerint. Dat. 6. Non. Febr. HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De pretio rerum venalium.

9. Iidem AA. ad Judæos.

NEmo [13] exterus [14] religionis Judæorum, Judæis pretia statuet, cum venalia proponunt: Justum [15] est enim sua cuique committere. Itaque Rectores provinciarum vobis nullum discussorem [16] aut moderatorem esse concedent. Quod si quis sumere sibi curam (præter vos, proceresque [17] vestros) audeat: eum velut aliena appetentem, supplicio coërcere festinent. Dat. 4. Kal. Mart. *Const.* ARCADIO IV. & HONORIO III. A.A. CONSS. 396.

De curiæ obnoxiis.

10. Iidem AA. THEODOSIUS A. Eutychiano P. P.

QUicunque [18] ex Judæis obnoxii curiæ [19] comprobantur, curiæ mancipentur. Dat. 3. Kal. Jan. THEOD. A. I. & RUMORIDIO CONSS. 403.

De solemnibus. De sancta cruce.

11. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

JUdæos [20] quosdam [21] festivitatis suæ solemnia [22] ad pœnæ quondam recordationem [23] incendere [24], & sanctæ [25] crucis adsimulatam speciem in contemptum Christianæ fidei sacrilega mente exurere, provinciarum Rectores prohibeant: neve locis suis fidei nostræ signum immisceant, sed ritus suos citra contemptum Christianæ legis [26] retineant: amissuri sine dubio permissa hactenus, nisi ab illicitis temperaverint. Dat. 4. Kal. Jun. *Const.* BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

De cœlicolis, & eorum ædificiis.

12. Iidem AA. Jovio P. P.

COelicolarum [27] nomen inauditum quodammodo novum crimen superstitionis vindicavit. Hi nisi ad Dei cultum venerationemque Christianam conversi fuerint, his legibus, quibus præcipimus hæreticos adstringi, se quoque noverint adstringendos. † Ædificia autem eorum, quæ nescio cujus novi dogmatis conventus habent, ecclesiis vindicentur. Certum [28] enim est, quidquid a fide Christianorum discrepat, legi Christianæ esse contrarium. Dat. Kalend. April. *Ravennæ*, HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

De festivitatibus.

13. Iidem AA. Jovio P. P.

DIe [29] Sabbati ac reliquis sub tempore, quo Judæi cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere aliquid, aut ulla ex parte conveniri [30] debere præcipimus: ita [31] tamen, ut nec illis detur licentia eodem die Christianos orthodoxos convenire, ne Christiani forte ex interpellatione Judæorum ab officialibus, præfatis diebus, aliquam sustineant molestiam: cum fiscalibus commodis, & litigiis privatorum constet reliquos dies posse sufficere. Dat. 8. Kal. A. *Ravennæ*, DD. NN. HONORIO VIII. & THEOD. Aug. III. CONSS. 409.

Ne Judæi lædantur, & ne insolescant.

14. Iidem AA. Philippo P. P. per Illyricum.

NUllus [32] tanquam Judæus, cum sit innocens [33], obteratur, nec expositum eum ad contumeliam religio qualiscunque perficiat [34]: non passim eorum Synagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam sine ulla ratione lædantur: cum alioquin, etiam si sit aliquis sceleribus implicitus, idcirco tamen judiciorum vigor, jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. Sed ut in hoc personis Judæorum volumus esse provisum: ita id quoque monendum esse censemus, ne Judæi forsitan insolescant, elatique sui securitate, quicquam præcipites in Christianam reverentiam ultionis admittant. Dat. 8. Idib. Aug. *Constantin.* HONORIO IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

civilia obire coguntur. l. 15. §. 6. ff. de excus. tut. Cives Romani sunt. 1 l. 2. C. Theod. de nuptiis l. 3. l. 4. C. Theod. ad leg. Jul. de adult. lib. 9. 2 Etiam si publica & vulgaris sit mulier. vid. Covar. in epitom. 4. decret. 2. part. 6. §. 11. num. 3. Gomez. in c. mulieres, num. 12. de Judæis in 6. 3 Judæus neque Christianam ducere: nec Christiana Judæo nubere legitime potest, quin adulterii vicem id crimen obtinet, J. h. t. Eadem prohibitio locum habet in aliis etiam sectis; ut sic catholici cum impiis connubium non habeant. Genes. 6. vers. 2. Exod. 34. v. 15. 16. Deut. 7. v. 2. 3. 4. Judic. 3. v. 6. 1. Reg. 3. v. 1. & cap. 11. vers. 2. Ezræ 9. v. 1. 2. & cap. 10. v. 2. 18. Nehem. 10. v. 30. & c. 13. v. 23. 24. 25. 26. 27. 2. Cor. 6. v. 14. 15. 16. Goth. Adde l. 16. ꝟ. de Episcopal. aud. l. pen. in fin. J. de Sponsal. Pr. Instit. de Nupt. l. 17. ff. de statu homin. Mozz. de Contrahend. matrim. n. 25. Treutler. de Spons. th. 1. litt. a. Ans. In hanc legem vide etiam Alciat. 2. Parerg. c. 22. Menoch. de arbitr. jud. cas. 290. Covarruv. in epit. ad lib. decret. 2. part. cap. 6. §. 11. num. 3. Boër. decis. 316. num. 5. S. L. 28. quæst. 1. can. cave. 15. can. non oportet. 16. vid. Concilium Laodicenum, c. 31. Chalcedonense c. 14. & Carthaginense c. 21. Tertull. 2. ad uxor. Cyprian. 3. ad Quirinum, August. 1. de adult. conjug. Demus sponsalia contracta esse? etiam contracta rescindi debent, l. pen. vers. Sin vero. J. de sponsalib. Demus non orthodoxos inter se matrimonium re ipsa contraxisse? utique constabit matrimonium; habent enim hæretici sua conjugia, ut & Turcæ & Ethnici. Demus alterum conjugatorum orthodoxum fieri? demus e contrario, unum ex duobus orthodoxis in hæresim labi? vetat Paulus fidelem ab infideli discedere: si tamen discedat, manere innuptum jubet. 1. Corinth. 7. vers. 10. 11. 12. Potest ergo fidelis sola thalami sive thori ratione separari, dicto vers. 11. idque Gregorius IX. etiam voluit, cap. ult. extr. de convers. conjugator. Hinc constat, propter hæresim matrimonii vinculum non separari. vide synodum Tridentinam, sessione penultima. Quod cum ita sit, abrogatur Canon. 76. Synodi sextæ Constantinopolitanæ habitæ in Trullo. qui jubet hujusmodi matrimonium ἄκυρον ἡγεῖσθαι, καὶ ἄθεσμον διαλύεσθαι, id est, irritum fieri, atque illicitum dissolvi. Redeamus ad thori separationem. Eane ultro fieri a fideli potest? An vero judicium Ecclesiæ requiritur? Urbanus negat requiri præcise, cogi tamen eo casu mulierem reverti ad virum pœnitentem: quæ alias invita non cogeretur, si judicio ecclesiæ divertisset. c. de illa. 6. extr. de divortiis. Jam demus orthodoxum cum infideli (nunc enim non loquor de Judæo, Saraceno, Pagano & similibus, sed hæretico) qui Christum invocat, scienter contraxisse, ac mox pœnitere velle: num audietur? dicetur alibi. 4 Etiam si illa sit meretrix, & corpore quæstum faciat. Didacus Covarruv. in Epitom. ad 4. lib. Decret. 2. part. cap. 6. §. 11. num. 3. contra Gomesium ad cap. mulieres. num. 12. de judic. in 6. sed quid si alioqui rem cum Christiana habeat Judæus? qua tum pœna plectendus erit? anne arbitraria, ut Oldradus voluisse videtur, cons. ult. ubi etiam dicit vidisse se hoc nomine cujusdam Judæi virilia publice suspensa, & exposita, an potius capitali, ut pluribus visum est? super hac quæstione vide plene Decium ad l. 1. col. 2. num. 20. de ser. fugit. Gand. in tract. malefic. in Rubr. de raptu. num. 7. Barbar. cons. 63. lib. 4. Bertac. in verb. Judæus. Cornel. cons. 114. lib. 1. iterum Decium ad cap. 1. n. 17. de constit. Boerium decis. 316. Menochium in tract. de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 3. cas. 290. n. 2. Mod. 5 Et ita capitale crimen erit. Quærit Alciatus 7. Parerg. 123. quo supplicio afficiendus sit, qui cum Judæa rem habuerit? notat autem ut adulterum puniri, si animo contrahendi matrimonii: sin minus, extraordinaria pœna, qua de re vide alia quædam apud Clarum 5. sententiar. §. fornic. 5. vers. cum Judæis. 6 Non omnem tamen, nam & apud eos vetitæ sunt nuptiæ inter ascendentes, & descendentes, sed & inter collaterales certis gradibus: morem itaque intellige eum qui sequitur: possis & addere jus suscitandi seminis fratri mortuo, Genes. 39. Deut. 25. v. 5. 7 Sed juxta leges communes, Synopsis Basilicon 1. tit. 1. ex lib. 60. tit. 39. ex cap. 33. 34. 35. 8 Novell. 89. cap. 12. §. 5. 6. Harmen. 4. cap. περὶ τῶν ἐχόντων δύο γυναῖκας, l. 5. J. de donat. ante nupt. Duæ sunt polygamiæ species. Prior, quoties duæ uno tempore habentur uxores. Altera, quoties priore mortua, altera ducitur. De priore specie hic agitur, de qua si quæras Jure divino num admitti debeat? Respondeo, non admitti. At, inquies, nullibi prohibitam. Dices etiam dilectæ & exosæ uxoris, Deut. 21. vers. 15. & plurium uxorum, 2. Sam. 12. vers. 8. mentionem fieri: Patriarchis quoque veteris testamenti plures uxores fuisse? Genes. 4. v. 19. & cap. 22. v. 24. Judic. 8. v. 30. 1. Chronic. 3. v. 9. 2. Chron. 13. v. 21. Polygamiam in ecclesia Christiana receptam arg. 1. Timoth. 3. v. 8. & ab Atheniensibus, 15. Gell. 20. Polygamiam non repugnare necessariis ad salutem: usitata divortia ejus beneficio evitari: non inconveniens esse, ut uni capiti plura sint membra? Respondeo. In rebus controversis ad initia recurrendum. Matth. 19. v. 8. ab initio ita non fuisse constat evidentissime. Nota sunt enim hæc, Erunt duo in carne una, Genes. 2. vers. 24. Matth. 19. v. 5. Luc. 16. v. 18. Nov. Leonis 30. in fin. suam quisque uxorem & proprium quæque virum habeat. 1. Cor. 7. v. 2. Quin si naturæ rationem quærimus, ipsa generatio non perficitur, nisi ex duobus: si amorem conjugalem, solidus inter duos tantum esse potest: nec sic erit individua vitæ conjunctio, si utrique pluribus adhærere permissum est. Ad hæc, si spectabimus id quod homo per se potest, unus pluribus non ita possit sufficere: si æquitatem, plures mariti uxori permittendi essent: si liberorum & familiarum certitudinem, si parentibus honorem debitum, tollendus maritorum aut uxorum ille numerus: si jurisprudentes, & eos quidem vel Ethnicos in consilium adhibueris, Polygamiam non probabunt. l. 1. in fin. ff. de his qui notant. si Imperatores, iidem Polygamiam vetuerunt, ut hic. l. 2. J. de incestis & inutil. l. 18. in pr. J. ad L. Jul. de adult. Nov. 18. cap. 5. vers. sicut enim quis legitime uxori conjunctus. Constat igitur, nec eandem duobus nuptam esse posse, nec eidem licere eodem tempore duas uxores habere. §. 6. Inst. de nupt. l. 15. §. 4. ff. de manumiss. vindicta. ut jam duæ Jacobi uxores, gregesve concubinarum Salomonis ad Christianos non pertineant. Quid quod uxorem habenti concubinam apud Romanos habere non licuit, l. unic. J. de concubinis. Paul. 2. sent. 20. §. unic. & quod magis mirere, unicam tantum concubinam, non plures. vid. Cujac. ad Novell. 18. cap. 5. Nov. 89. cap. 12. §. 5. 9 l. 10. C. Th. de Jurisdictione, & ubi quis conveniri debeat lib. 2. tit. 1. Judæi secundum jura communia vivant & conveniantur. Synops. Basil. 1. περὶ Ἰουδαίων. c. 36. 10 Judæi ligantur legibus, constitutionibus & statutis loci. immunitasque concessa hominibus alicujus loci certi, extenditur etiam ad Judæos ibidem habitantes: ut & salvus conductus datus alicui cum sociis, pertinet etiam ad Judæos, qui in comitatu ejus sunt, habent enim Judæi, quæ sunt civium Romanorum. Felinus cap. 1. 10. col. vers. fallit. 5. de constit. Angelus ad l. utimur. ff. de sepulchro violato. Bald. in l. Spadones. §. tam autem. de excus. tutor. Alexand. cons. 75. fol. 1. vers. Item hac parte adduco. Paris. late cons. 2. in pr. lib. 4. Decius in l. fugitivi. de ser. fugit. Corn. cons. 114. lib. 1. Gosad. consil. 24. col. penult. Ferra. caut. 24. Rom. consil. 155. ad finem. Jason. ad l. 3. §. in earum. num. 10. ff. de jurejur. Afflict. dec. 151. iterum Decius ad cap. 1. n. 90. extr. de probat. Mod. 11 Judæi, si pactione communi apud Judæos in negotio pecuniario, vel civili litigabunt, valebit sententia, tanquam legitimi cognitoris & arbitri dati, eamque judices exequantur, Synopsis Basil. d. c. 36. 12 Archisynagogi Judæorum, arbitri inter suos esse possunt. huc refer l. 7. supr. de episc. aud. 13 l. 10. C. Th. de Judæis lib. 16. 14 Puta Christianus idemque privatus officialis. l. nemo 16. C. Theod. de Judæis. 1. Eclog. 11. c. 37. At non præses. in fin. J. h. t. l. 1. §. 4. ff. de offic. præf. urb. 15 Suæ rei quisque justus est moderator & arbiter. l. 70. ff. de rei vind. l. 21. J. mandati. l. 9. ff. rer. amot. l. 2. ff. si a parent. quis manumiss. l. 13. §. ult. ff. de injur. l. ult. ff. de annona, l. 9. §. 3. ff. de acquir. rerum dom. §. 40. Inst. de rerum divis. hinc colligunt, heredem prohiberi non posse a testatore, ne res proprias distrahat. vid. quæ notavi ad l. 55. ff. de leg. 1. 16 Discussoris munus inter cætera fuit rebus venalibus pretia statuere. 17 ἐξάρχους vocat autor Synopseos Basilic. 1. tit. 1. περὶ Ἰουδαίων, c. 37. 18 l. 165. C. Th. de decurionib. l. 12. 19 l. 5. ꝟ. h. t. 20 l. 18. C. Th. de Judæis, lib. 16. 21 Quodam l. Judæis C. Th. h. t. 22 Solenni Aman. ita legitur in C. Th. l. Judæos titul. de Judæis. de qua solennitate, vid. hist. Esther, c. 11. vers. 21. & Joseph. 11. 23 Sumptæ scil. de Amano. 24 Puto legendum, incedere, ut speciem quandam ambarvalium demonstret. 25 Sensus est, Judæi in memoriam crucifixi Amanis, annuatim crucem ligneam contumeliæ causa vicatim præferebant, eamque postea exurebant: inde quidam ex Judæis irridendæ passionis, & mortis Domini occasionem arripiebant. 26 Invocatio enim divini nominis ab homine religionis alterius & sectæ diversæ videtur fieri in contemptum. vide Bart. ad Rubric. 1. constitut. de C. instit. num. 1. 2. ubi infert, Et quando Judæus contra fecerit, a quo sit judice puniendus, seculari ne an ecclesiastico. Guid. Papæ q. 63. Felin. ad cap. postulasti. num. 4. & sequen. ext. de Jud. Hipp. Rim. inter consil. divers. ad caut. ult. volunt. consil. 165. vol. 1. & præter hos Constantium Landum prætermiss. cap. 12. & Jacobum Cujacium observ. lib. 12. cap. 30. Mod. 27 Cœlicolarum nomen inauditum & superstitiosum, ut hic, & in Epigraphe hujus tituli, & l. 3. ꝟ. h. t. Adde l. 19. C. Th. de Judæis in pr. lib. 16. Horum dogma novum appellant Imperatores ut hic. Synopsis Basilicωn lib. 1. cap. περὶ αἱρετικῶν eos appellat σεβομένους τὸν οὐρανὸν, cœlum colentes, Sophonias reprehendit quosdam ex Judæis, qui militiam cœli colerent: ad quos Juvenalis videtur allusisse, Sat. 14. vers. 92. Nil præter nubes & cœli numen adorant: & Petronius in Catalectis loquens de Judæo: Et cœli summas advocat auriculas: sed hi ad Christianorum hæreticos non pertinent. Augustinus epist. 163. refert majorem cœlicolarum novi apud Donatistas baptismi autorem fuisse: erant enim cœlicolis majores. l. 3. ꝟ. h. t. v. hic Cujac. Constat tamen ex hac lege, Cœlicolarum nomen Honorii & Theodosii tempore inauditum, & quodammodo novum fuisse, & novi dogmatis conventus habuisse hac lege, suos esse, item majores & patriarchas. l. 3. ꝟ. h. t. An Judæorum Christiani fuerint & Essenorum portio: & ab eis Messaliani profecti, & Cœlicolæ dicti, quod eorum προσευχαὶ essent ἐν ἀέρι καὶ αἰθρίῳ τόπῳ, in Commentariis ad hunc locum nostris, plenioribus olim, Deo dante dicemus. 28 Qui non est mecum, contra me est. Accurs. 29 l. 3. C. Theod. de feriis, lib. 2. Adde Novell. Leon. 83. 30 Die sabbathi Judæi nec conveniri, nec convenire alios possunt: Cujac. 3. de præs. 31 l. 1. in pr. ff. quod quisque juris. 32 Lex 21. C. Th. de Judæis. Nemo Judæos nihil delinquentes violet: aut synagogas eorum, aut habitacula concremet: Quod si quid deliquerunt, apud judicem accusantor. Non tamen ulli Judæo fas esto quidquam contra reverentiam Christiani cultus insolenter admittere. Synopsis Basil. ibid. c. 39. & 40. 33 Judæi innocentes non sunt offendendi. adde l. 6. J. de pagan. & sacrif. 1. Ecl. 1. περὶ Ἰουδαίων cap. 31. fol. 2. 34 Ad hunc locum volunt proprie quidam pertinere illam quæstionem, an sit licitum Principibus Christianis infidelibus bellum religionis ergo

De judice competenti.

15. Iidem AA. Aureliano P. P.

SI [1] qua [2] inter Christianos & Judæos sit contentio, non a Senioribus Judæorum, sed ab Ordinariis [3] judicibus dirimatur. Dat. 13. Kal. Novemb. HONOR. XII. [4] & THEOD. VIII. AA. CONSS. 418.

De circumcisione.

16. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

JUdæi & bonorum [5] proscriptione, & perpetuo exilio damnabuntur, si nostræ fidei hominem circumcidisse [6] eos, vel circumcidendum mandasse constiterit. Dat. prid. [7] Kalend. Februar. THEODOS. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De anniversario canone.

17. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Joanni Comiti sacrarum largitionum.

JUdæorum [8] primates, qui in utriusque Palæstinæ synedriis [9] dominantur, vel in aliis provinciis degunt, periculo suo anniversarium canonem de synagogis omnibus, Palatinis compellentibus, exigant, ad eam formam, quam Patriarchæ quondam coronarii [10] auri nomine postulabant: & hoc, quod de Occidentalibus Patriarchis conferri consueverat, nostris largitionibus inferatur. Dat. 3. Kalend. Jun. *Constantinop.* FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

De Judæo Christianum ad suam religionem traducente.

18. Idem * Græca constitutio ex lib. 60. Basil. titul. 54. cap. 31. & Nomocan. titul. 9. cap. 25.

JUdæus, qui eum qui Judaicæ religionis non esset, contraria doctrina ad suam religionem traducere [11] præsumpserit, bonorum proscriptione damnetur, miserumque in modum puniatur.

Eadem constitutio Græce & Latine ex Basil. lib. 1. ex lib. 60. tit. 54. cap. 31.

SI [11] Judæus pertrahere Christianum ad religionem suam ausus fuerit, proscribitur, & sanguinis pœnam sustinet.

De administrationibus & dignitatibus. 1. De synagogis.

19. Iidem AA. Florentio P. P.

HAc valitura in omne ævum lege sancimus, neminem [13] Judæorum, quibus omnes [14] administrationes & dignitates interdictæ sunt [15], nec Defensoris civitatis fungi saltem officio, nec patriæ [16] honorem arripere concedimus: nec adquisiti sibi officii auctoritate muniti, adversus Christianos, & ipsos plerunque sacræ religionis Antistites, veluti insultantes fidei nostræ, judicandi, vel pronunciandi quamlibet habeant potestatem. §. 1. Illud etiam pari consideratione rationis arguentes, præcipimus, ne [qua] Judaica synagoga in novam fabricam surgat [17]: fulciendi [18] veteres permissa licentia, quæ ruinam minantur [19]. §. 2. Quisquis igitur, vel infulas acceperit, quæsitis dignitatibus non potiatur: vel [si] ad officia vetita irrepserit, ab his penitus repellatur: vel [si] Synagogam extruxerit, compendio Catholicæ Ecclesiæ noverit se laborasse. Et qui ad honores [& dignitates] irrepserit, habeatur, ut antea conditionis extremæ, etsi honorariam [illicite] promeruerit dignitatem. Et qui Synagogæ fabricam cœperit, non studio reparandi, cum damno [20] quinquaginta librarum [auri] fraudetur ausibus suis. Cernat præterea bona sua proscripta, mox pœnæ sanguinis destinandus, [quasi] qui fidem alterius expugnavit perversa doctrina. Dat. Prid. Kal. Febr. THEODOS. A. XVII. & [FESTO [21]] CONSS. 439.

TIT. X.

NE [22] CHRISTIANUM MANCIPIUM HÆRETICUS, VEL JUDÆUS, VEL PAGANUS HABEAT, VEL POSSIDEAT, VEL CIRCUMCIDAT.

1. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Monaxio P. P.

JUdæus [23] servum Christianum nec comparare debebit, nec largitatis, vel alio quocunque titulo consequetur. Quod si aliquis Judæorum mancipium, vel Christianum habuerit, vel sectæ alterius, seu nationis crediderit ex quacunque causa possidendum, & id circumciderit: non solum mancipii damno multetur, verum etiam capitali [24] sententia puniatur [25]: ipso servo pro præmio libertate donando. Dat. 4. Idib. April. *Constantinop.* HONOR. A. XI. & CONSTANTIO V. C. II. CONSS. 417.

2. *Constitutionis Græcæ epitome ex lib. 60. βασιλ. ex indice κατασειχείων & ex collectione Græca constitutionum ecclesiasticarum, & aliis auctoribus.*

GRæcus [26] [seu Paganus] & Judæus, & Samaritanus [27], & alius hæreticus, id est, non existens orthodoxus non potest Christianum mancipium habere, neque catechumenum [28] circumcidere [29]: quia & ipsum mancipium Christianum ad libertatem pervenit, & qui possidet, dat privatis, [largitionibus] triginta libras.

TIT. XI.

DE PAGANIS [30], ET SACRIFICIIS, ET TEMPLIS.

De templis Paganorum claudendis. 1. De sacrificiis prohibitis. 2. Sanctio.

1. Imp. CONSTANTIUS ad Taurum P. P.

PLacuit [31] omnibus locis, atque urbibus universis claudi [32] protinus templa, & accessu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. §. 1. Volumus etiam cunctos sacrificiis [33] abstinere. §. 2. Quod si aliquid forte hujusmodi perpetraverint, gladio [34] ultore sternantur, facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari, & similiter puniri [35] Rectores provinciarum, si facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Decembr. CONSTANTIO IV. [36] & CONSTANTE AA. CONSS. 342.

De sacrificiis prohibitis.

2. Imppp. THEOD. GRAT. & VALENT. [37] AAA. Cynegio P. P.

NE [38] quis mortalium ita faciendi sacrificii [39] sumat audaciam, ut inspectione jecoris, extorumque [40] præsagio vanæ spem promissionis accipiat, vel (quod est deterius) futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicii cruciatus ei, qui contra vetitum, præsentium vel futurarum rerum explorare tentaverit veritatem. Dat. 7. [41] Kal. Jun. ARCAD. & BAUTONE CONSS. 385.

De sacrificiis, de publicorum operum ornamentis

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Macrobio P. P. Hispaniarum & Procliano Vicario quinque provinciarum.

SIcut [42] sacrificia templorum prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta [43] servari. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere, si quod rescriptum, si qua lex forte prætenditur: abreptæ hujusmodi chartæ ex eorum manibus ad nostram scientiam referantur. Dat. 4. Kal. Febr. *Raven.* THEOD. V. C. CONS. 399.

De ritibus & festis.

4. Iidem AA. Apollodoro Proconsuli Africæ.

UT [44] profanos ritus jam salubri lege submovimus, ita festos conventus civium & communem omnium lætitiam non patimur submoveri. Unde absque ullo sacrificio [45], atque ulla superstitione damnabili, exhiberi populorum voluptates, secundum veterem consuetudinem, ministrari etiam festa convivia, quando exigunt publica vota, decernimus. Dat. 13. Kal. Sept. *Patavii*, THEOD. V. C. CONS. 399.

De veteribus templis.

5. Impp. HONOR. & THEOD. AA. populo Carthaginiensi.

OMnia [46] loca, quæ sacris error veterum deputavit, nostræ [47] rei jubemus sociari. Quod autem ex eo jure ubicunque ad singulas quascunque personas vel præcedentium Principum largitas, vel nostra majestas voluit pervenire, id in eorum patrimoniis æterna [48] firmitate perduret. Ea vero quæ multiplicibus constitutis ad venerabilem Ecclesiam voluimus pertinere, Christiana sibi merito religio vindicabit. Dat. 3. Kal. Septembr. *Ravenna*, HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 415.

indicere: de qua vide Oldradum *consil.* 72. *in tit. de Judæis & Sarac.* Mod. 1 Pars quædam *legis* 22. *C. Theod. de Judæis.* 2 *l.* 22. *l.* 78. *C. Th. h. t.* 3 Judæus actor vel reus forum Christiani sortitur. *Sal.* 4 Pars ultima legis 26. *C. Theod.* de Judæis. 5 In Cod. Th. *Honorio X. & Theodosio VI. AA. Conss.* id est, A. 415. Recte. 6 *l.* 28. *C. Th. h. t.* 1. *Eclog.* 1. *cap.* περὶ Ἰουδαίων 41. 42. *ex lib.* 20. *tit.* 39. 40. 7 In Cod. Th. V. *Id. Apr. Constant. Asclepiodoto & Mariniano Coss.* id est, A. D. 423 Recte. 8 *l. ult. C. Th. h. t.* 9 Vid. *l. ult. ff. de decretis ab ordine faciend.* 10 Vid. *l.* 1. *J. de auro coronario.* 11 *Eclog. d. loco cap.* 31. 12 Interpretatio Leunclavii. vid. *d. c.* 31. 13 Pars Novellæ Theodosii *de Judæis, Samaritanis, hæreticis & Paganis* 3. 14 Judæi arcentur ab honoribus. 15 De publicis non dubium: sed an etiam privatæ administrationes? vide Jas. *ad Rubr. ff. de Justit. & Jur. col.* 2. Afflict. *super constit. reg. in pri. oper.* Felinum & alios *ad c. fin. ext. de Judæis.* Jas. *ad rubr. de nov. oper. nunciat. col.* 2. Cravettam *cons.* 73. *n.* 26. Mod. 16 Nec patris honorem, Cujac. 12. *obs.* 30. vetantur enim Judæi esse ἔκδικοι πόλεως ἢ πατέρες. Patres civitatis sunt curatores civitatis. *l.* 3. *vers. si quis vero. J. de his, qui spont. publ. munera.* ubi vid. *Cujac.* Græcis etiam ἀγόνομος teste Ulpiano *in Demosthenem.* 17 Judæi novas sibi ædificare synagogas prohibentur. vid. Cujac. 16. *obs.* 3. 18 Vid. Cassiodorum *in rescripto quodam Theodorici ad Judæos* 2. *lib. variar.* 19 Quid si penitus collapsæ, an restaurari poterunt? Gregorius permisit. *c. consuluit* 7. *extr. de Judæis.* & æquo jure: restauratæ namque non novæ, sed eædem ædes intelliguntur, secus stricto jure. *l.* 20. §. 2. *ff. de serv. præd. urb.* 20 *Magistratus arcent quantum possunt homines a falsis religionibus: sed religio imperari non potest: nihil ea magis est voluntarium.* Lactant. 21 *Et qui fuerit nunciatus* in Nov. ipsi Theodos.

22 16. *C. Theod.* 7. Ne Christianum mancipium Judæus habeat Viglius vero *in lib.* 1. *ff. si cert. pet. num.* 14. ita legit: Ne Christianum mancipium, hæreticum, vel Judæum Paganus habeat &c. 23 *l.* 4. *C. Theod. h. t. lib.* 16. Judæus Christianum mancipium ne habeto, nemo sua religione docendo imbutum circumcidito. Nec item quivis alius hæreticus mancipium Christianum habeto. *Synops. Basil.* 1. *tit.* 1. περὶ Ἰουδαίων *c.* 59. 24 Pœnam circumcidentis Christianum observa. Adde 6. Harmen. 1. *Ecl.* περὶ Ἰουδαίων *c.* 41. 42. 25 Hinc notant plurimi pœnæ capitalis appellatione venire exilium, Doct. *ad l. imperium ff. de Jurisd. omn. Jud.* Boer. *decis.* 254. *num.* 10. *& seq.* Jason *ad l. si quis iniquum.* §. *hæc pœna. num.* 3. *ff. quod quisque jur.* Paul. de Castr. *ad l. præsente num.* 2. *Cod. de his, qui ad eccles. confug.* & plene *ad l.* 2. *ff. de publ. jud.* quare cum judex condemnat ad mortem: addit, ut caput a collo separetur, aut jubet laqueo, igne, aqua puniri reum, ita ut mors consequatur. vide Fulgos. *ad l.* 1. *de his, qui ad ecclesiam confugiunt.* & Felinum *ad c. qualiter.* §. *ad corrigen.* per totum, præsertim *num.* 52. *de accusat.* Coras. *lib.* 3. *miscellaneor. cap.* 17. Maran. *de ordin. judic.* 4. *part.* 1. *distinct. n.* 47. & 2. *distinct. n.* 12. *& seq.* Mod. Ancon. *in tract. de merc.* 4. *n.* 18. *& seq.* Contra autem hæc, vide diserta verba textus *in l. cum autem.* §. *excipitur. ff. de ædilit. edict.* ubi dicitur: *capitalis fraus est, propter quam quis capite punitur,* de quo Afflict. *decis.* 404. *n.* 14. Mod. 26 Interp. Contii. 27 *Nov.* 129. 144. 28 *Catechumeni* sunt adjutores baptismo designati. 29 Vid. Greg. *epist.* 3. *cap.* 21. *Nov.* 144. *c.* 2. *in fin.*

30 *L.* 16. *C. Th.* 10. περὶ ἑλλήνων 1. *Syn. Basil.* 1. *c.* 3. περὶ ἑλληνιζόντων 6. *Harmen.* 11. id est, de Græcis. ita dictos opinor, quod initio nascentis Ecclesiæ inter cæteras gentes, Græci obstiterint Evangelio; Pagani vero quasi in pagis viventes, alieni a civitate Dei, *Optat.* Puto paganos ob contemptum vocatos fuisse, quasi diversos a Christianis Christo militantibus, & Christianis ignobiliores. Nam & in jure, pagani militibus opponuntur; Gentiles vero Ethnicos, & nationes dictos opinor, comparatione habita ad Christianos, qui numero erant paucissimi: vel ita Christiani cum initio pauci essent, Idololatras Gentiles, & Nationes appellarunt: cum eos autem in ordinem redegissent, paganos nuncuparunt quasi in pagis non in urbibus, ut olim viventes. 31 *l.* 4. *C. Theod. h. t.* adde Alciat. 1. *parerg.* 13. ubi elegantem recitat locum ex Cassiodoro. 32 Constantinus templa Paganorum claudi jubet. 8. Niceph. 18. & 25. 26. *C. Th.* 10. *c.* 4. 33 6. Harm. 11. *d. cap.* 4. Adde *l.* 2. *l.* 7. *J. h. t.* vid. quæ notavi de vetitis sacrificiis ad *l.* 13. *ff. ad l. Corn. de sicar.* adde *l. un. J. de thesaur.* Paul. 5. *sent.* 3. §. 9. 34 Pœna Gentilismi & sacrificantium: & ita deterior conditio Paganorum quam Judæorum, quorum secta prohibita non est. 35 Rector provinciæ negligentiæ punitur. 36 In C. Theod. *Constantio III. & Constante II. AA. Conss.* sed neutrum rectum: reponendum enim *Constantio VI.* id est, A. D. 353. *I. G.* 37 Tribuenda hæc lex *Valentiniano, Theodosio, & Arcadio. I. G.* 38 *d. l.* 9. *C. Theod. h. t.* adde Niceph. 18. *c.* 4. 39 *l.* 1. §. 1. *S. h. t.* 40 Extispicina prohibita. 41 8. *C. Theod.* 42 *l.* 15. *C. Theod. h. t.* 43 Qualia sunt in urbibus, nam templa, quæ in agris, aut abditis locis constituta, nulla ornamenta habebant. Patres in Concilio Africano destrui postulant. Eo munere, si quis unquam strenue B. Martinus apud Gallos suo tempore functus est. vid. Sulpit. *in ejus vita.* 44 *l.* 17. *C. Theod. h. t.* 45 Sacrificia superstitiosa Gentilium vetita, at non voluptates, festique conventus & festa convivia in iis observari solita, *ut hic*, ut nec templa eorum ideo eversa, *l.* 3. *S. h. t.* 46 Pars legis *l.* 20. *C. Th. h. t.* 47 Occupabantur plerumque a monachis. *l.* 26. *S. de episc. & clericis.* Igitur ex hoc loco possis colligere Templa Paganorum Principis facta fuisse, non ecclesiæ. 48 Dominium Principis alienari non posse, hinc colligunt: apud Gallos id ita observatur: & merito: nam quæ provinciæ a populo regi adferuntur vel traduntur, dotis publicæ locum obtinent: ideoque, ut mulieris dos alienari non potest, ita

De

De Judæis vel Paganis non lædendis.

6. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

CHristianis [1], qui vere sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus; ut Judæis, ac Paganis quiete [2] degentibus nihilque tentantibus turbulentum, legibusque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint: non ea sola, quæ abstulerint, sed convicti in duplum quæ rapuerint, restituere compellentur. Rectores etiam provinciarum, & Officia, & Principales [3] cognoscant se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri a popularibus hæc permiserint, ut eos, qui fecerint, puniendos. Dat. 6. Id. Jun. *Constantin.* ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

De delubris, simulachris, sacrificiis & ritibus.

7. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P. P.

NEmo [4] venerandi adorandique animo delubra [5], quæ olim jam clausa sunt, reseret. Absit a seculo nostro infandis execrandisque simulachris honorem pristinum reddi, redimiri [6] sertis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in hisdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco existimari sacrilegium. Quisquis autem contra hanc Serenitatis nostræ sanctionem, & contra interdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentaverit: apud publicum Judicem reus tanti facinoris legitime accusetur, & convictus proscriptionem omnium bonorum suorum, & ultimum [7] supplicium subeat. Conscii etiam criminis, ac ministri sacrificiorum eandem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, sustineant: ut hac legis nostræ severitate perterriti, metu pœnæ desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir clarissimus Rector provinciæ post accusationem legitimam & post crimen in cognitione convictum, tantum scelus dissimulaverit vindicare: quinquaginta libras auri ipse Judex, quinquaginta etiam Officium ejus confestim fisco nostro inferre cogatur. Dat. Prid. Id. Novemb. MARTIA. A. & ADELPHIO CONSS. 451.

De his, quæ Paganis interdicta sunt, non pertentandis.

8. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Dioscoro P. P.

NEmo ea quæ sæpius Paganæ superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat pertentare: sciens, quod crimen publicum committit, qui hæc ausus fuerit perpetrare. In tantum autem hujusmodi facinora volumus esse resecanda, ut etiamsi in alieno prædio vel domo aliquid tale perpetretur, scientibus videlicet dominis, prædium quidem, vel domus sanctissimis juribus ærarii addicentur [8]: domini vero pro hoc solo, quod scientes consenserint sua loca talibus contaminari sceleribus, si quidem dignitate, vel militia quadam decorantur, amissione militiæ, vel dignitatis, necnon rerum suarum proscriptione plectentur: privatæ vero conditionis vel plebeiæ constituti, post cruciatus corporis, operibus metallorum, aut perpetuo deputabuntur exilio.

De eo, quod paganis donatur, vel relinquitur. 1. De paganorum impietatibus puniendis.

9. *Græcæ constitutionis epitome ex præfata collectione & Nomocan. tit. 6. cap. 3. & titul. 12. cap. 9.*

SI [9] quid datum fuerit aut relictum locis, aut personis, aut ad constructionem Paganici erroris: urbs illud accipiet [10], in [11] qua personæ habitant, aut sub qua loca subjacent: & expenduntur ad similitudinem imperialium reditiuum. §. 1. Paganorum autem impietates puniunt Præsides; & quæ supra suam potestatem erunt, referent Imperatori.

1. De Baptismo. 4. De sacrificiis. 5. Ne pagani doceant. De publica annona.

10. *Græcæ constitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomocan.* [12] *titul. 4. cap. 4. & titul. 1. cap. 10.*

QUi [13] post sanctum baptismum in errore paganorum manent, ultimo [14] supplicio plectuntur. §. 1. Qui vero nondum sunt baptizati, ipsi cum liberis & conjugibus, & omnibus suis perducant se ad sanctas ecclesias, & suos parvulos [15] liberos sine mora baptizari [16] curent: majores vero prius scripturas secundum canones doceantur. §. 2. Si vero propter militiam, vel dignitatem, vel facultates habendas, fingant [17] baptizari; & liberos, aut conjuges ipsorum, aut domesticos suos in errore reliquerint, & eos qui sibi attinent, & necessitudine juncti sunt: publicantur [18] & competenter plectuntur, & rempubl. non attingunt. §. 3. Si vero non sint baptizati, nec participes erunt in ulla parte reipublicæ, neque domini erunt rerum mobilium, vel immobilium, sed fiscus ipsas vindicabit, & congrue punientur, & exulabunt. §. 4. Si autem apparuerint sacrificantes, aut idololatrantes, ut [19] Manichæi puniuntur. §. 5. Non docent autem pagani qualemcunque doctrinam, neque publica fruuntur annona, nec secundum sacram quidem formam.

TIT. XII.

DE [20] HIS, QUI AD ECCLESIAM [21] CONFUGIUNT [22], VEL IBI EXCLAMANT [23], [ET NE [24] QUIS AB ECCLESIA EXTRAHATUR].

De Judæis.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Archelao P. Augustali.

JUdæi [25] qui reatu aliquo, vel debitis fatigati simulant se Christianæ legi velle conjungi, ut ad Ecclesias confugientes evitare possint crimina [26], vel pondera debitorum, arceantur: nec ante suscipiantur, quam debita universa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati. Dat. 5. Kalend. Jul. *Constantinop.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

Ne confugientes ad sacras ecclesias inde abducantur.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Jovino P. P.

FIdeli devotaque præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere [27]: sub hac videlicet definitione, ut si quisquam contra hanc legem venire tentaverit, sciat se majestatis [28] crimine esse retinendum. Dat. 10. Kal. Apr. CONSTANTIN. & CONST. COSS. 414.

De spatio ad tuitionem confugientium concesso, & de armis.

Extat quidem hæc constitutio Græca integrior in 3. Synodi actis, sed qualem Theodosius, & post eum Just. in suum Cod. retulit, demptis videlicet proœmiis & epilogis, talem ex Cod. Theod. edidimus.

3. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Antiocho P. P.

PAteant [29] summi Dei templa timentibus: nec [30] sola altaria [31] & oratorium [32] templi circumjectum, qui [33] ecclesias quadripartito parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita: sed usque ad extremas fores Ecclesiæ, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram [34] salutis esse præcipimus: ut inter templum, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica; [& [35]] januas primas ecclesiæ, quicquid fuerit interjacens, sive [36] in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere: ne qui hoc ausus sit, cum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipsi quoque confugiant. Hanc autem spatii [37] latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo, & sacrosanctis altaribus [38] confugientium quemquam mane vel vespere cubare, vel pernoctare liceat: ipsis hoc Clericis religionis causa vetantibus: ipsos qui confugiunt, pietatis ratione servantibus. §. 1. Arma quoque in quovis telo, ferro, vel specie, eos qui confugiunt, minime intra ecclesias [39] habere præcipimus: quæ non modo a summi Dei templis [40] ac divinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus. §. 2. Proinde ii qui sine armis ad sanctissimum Dei templum, aut ad sacrosanctum altare, sive usquam gentium, sive in hac alma urbe confugiunt, somnum intra templum, sive ipsum altare, vel omnino cibum capere absque aliqua eorum injuria, ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quæ in Ecclesiasticis septis eorum tuitioni sufficiant, ac docentibus capitalem [41] pœnam esse propositam, si qui eos conentur invadere. Quibus si perfuga non adnuit, neque consentit, præferenda humanitati religio est, & a divinis ad loca quæ diximus turbanda temeritas. §. 3. Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, præmonemus: dein si telis cincti, quovis Ecclesiæ loco, vel ad templi septa, vel circa, vel extra sint: statim eos ut arma deponant, auctoritate Episcopi a solis Clericis severius conveniri præcipimus, data eis fiducia [42], *quod religionis* [43] *nomine melius, quam armorum præsidio muniantur.* Sed si Ecclesiæ voce moniti, post tot tantorumque denunciationes noluerint arma relinquere, jam clementiæ nostræ apud Deum & Episcopum causa purgata, armatis si ita res exegerit, intromissis, trahendos se abstrahendosque esse cognoscant, & omnibus casibus esse subdendos. Sed neque Epi-

nec Regis dominium. Atqui secundo genitis Regum liberis certæ provinciæ adsignantur? Sic sane: sed earum dominium a Corona non abscinditur. Quemadmodum etiam possessiones quædam patrimoniales in privatos transferuntur, autoritate curiæ Parisiensis accedente, salvo tamen semper regis dominio. vid. Papon. 5. *Arrest.* 10. Dominia regnorum inalienabilia ita censentur. Jus tamen belli nonnunquam ab ista regula discedit. 1 *Pars ultima legis* 24. *C. Theod. h. t.* 2 Gentilismus simplex capitis supplicio non punitur, sed certis tantum casibus, vide *l. 1. §. 2.* S. *h. t. l. 7. vers. Quisquis.* J. *& l. 10.* J. *h. t.* 3 *Subint.* Curiarum, de quibus dixi *l. 5.* S. *de episc. audient.* 4 *Syn. Basil. 1. tit. 5.* περὶ θυσιῶν *c.* 12.
5 Paganorum superstitio hic funditus tollitur: Jubentur enim delubra claudi. Prohibentur etiam honores simulachris reddi, postes templorum sertis redimiri, ignes aris accendi, thura in aris adoleri, victimæ cædi, vina pateris libari. Prohibet etiam hæc constitutio religionem vocari eorum sacrilegium, & pœnam mortis in eum, qui secus fecerit, indicit.
6 Nota ceremonias, & cultus simulachrorum. 7 *l. 1. §. 2.* S. *h. t.* 8 Fiscus bonorum Principum non tantum spoliis hostium, sed & gentilium sacerdotum damnis augetur.
9 Interpretatio Contii. 10 Hinc illa Symmachi querela: Oro vos, justitiæ sacerdotes, ut urbis vestræ sacris reddatur privata successio, dictent testamenta securi, & sciant sub Principibus non avaris stabile esse quod scripserint &c. 11 Vide *l. 16. in fin. ff. de usufr. leg.*
12 Exstat apud autorem Synopseos 1. *tit. 1. cap.* περὶ ἑλλήνων. 13 Interpretatio Contii.
14 Apostatæ ultimo supplicio puniuntur, vid. *l. 5.* S. *de apostatis*, *l. 5.* 15 Pædobaptismus hic probatur. 16 Baptismus gentilibus imperatur. 17 Adde *l. 18. in pr. vers. Si vero.* S. *de hæreticis.* 18 Pœna recusantis baptismum, adde *parag.* 3. 19 Id est, summo supplicio, *l. 11. 12.* S. *de hæreticis.*
20 v. *Synops. Basil. 5. 9. C. Th. 34. c. eos. 6. dist. 87. quæst. 4. c. reum. 9. 2. Harm. 9.* hic titulus non est in usu apud Gallos. Solent etiam delinquentes, & debitores in Ecclesiis capi salvo jure redintegrandi, si recte confugerint. vid. Lucium 1. *Placit.* 2. Papon. *Arrest.* 1. *num.* 17. 18. 19. *ad* 24. Rebuff. *in proœm. constit. gl. 5. n.* 40. Idem *in tractatu immunitatis ecclesiasticæ, t.* 2. differit de immunitatis etymo, causis, locis, personis, pœnis, judice, & effectu.
21 Ecclesias. *C. Theod. eod.* Hal. 22 Confugæ hi dicuntur, *l. 22. §. 1.* S. *de episcop. & cleric.* refugæ, *l. 6. §. 1.* J. *h. t.* 23 Vid. *l. 5. in pr.* J. *h. t.* 24 Asyli jus tributum Ecclesiis hoc titulo: de templorum violatione vid. Damhouderium *in praxi Criminali, cap.* 106.
25 *l. 2. C. Theod. h. t.* 26 Judæi criminum rei, vel debitores, jure asyli non fruuntur.

27 An debitor in loco sacro arrestari possit, vid. Peckium *cap. 6. de jure sistendi, num.* 1. 2. Goth. Huc adde, confugientem ad sacerdotem deferentem corpus Christi minime posse capi. qua de re vide Hostiens. *in cap. sane. ext. de celebr. mis.* Alexand. *ad rubric. ff. de nov. oper. nunt. col.* 4. Joan. Fabrum *in §. filium. Instit. de his, qui sui vel alien. jur.* Alciatum *lib. 2. parerg. cap.* 24. & Guidon. Papæ *q.* 121. Mod. 28 Confugam qui ex ecclesia abducit, tenetur majestatis; alibi verberatus, & detonsus deportatur. *l. 2.* J. *de crimine sacrilegii: Synopsis Basil. 5. tit. 5. ex lib. 60. tit. 45. c. 17.* 29 *l. 4. C. Theod. h. t. Synopsis Basil. 5. tit. 5. c. 11. 2. Harm. 9.*
30 Templi Constantinopolitani descriptionem observa. 31 Θυσιαστήρια.
32 Καὶ τὸν ἐυκτήριον ναὸν. Lex Græca, 5. *C. Theod. h. t.* alias τὸν εὐκτήριον ναὸν. vid. Cuj. 2. *obs.* 29.
33 Hoc innuit quatuor parietibus septum fuisse oratorium templi. 34 *Novell.* 17. *c.* 7. ἐλέου βωμὸν, id est, misericordiæ: quale fuit Athenis. Theophil. *Instit. de jure natur. §. 1. in fin.* Pausanias *in Atticis.* Alibi etiam fit mentio aræ salutis. Theod. & Valentin. imperatores, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασι, ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε. huc refer illud Euripidis *in Andromach.* ἔχει γὰρ καταφύγην θὴρ μὲν πέτραν, δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν. Chremes apud Terentium *Heautontim. act. 5. scena* 2. Nec tu aram tibi, neque precatorem pararis. De aris plura vide apud Ferrandum 2. *explic.* 14. 35 Hæc particula superest. 36 Εἴτε ἐν οἰκίαις ἢ κήποις, ἢ αὐλαῖς, ἢ λουτροῖς, ἢ ἐν στοαῖς, ut hinc constet templi Constantinopolitani eam fuisse faciem: Priorem altaribus, & oratoriis destinatam eamque quadruplici muro distinctam a posteriore. de qua mox: Posteriorem vero occupatam cellulis, sive domibus eorum, qui Ecclesiæ ministrabant, sed & eorum hortulis, balneis, areis & porticibus. Hanc posteriorem rursus partem fores & januas habuisse. quæ hic extremæ fores Ecclesiæ, & januæ primæ Ecclesiæ versus loca publica dicuntur. Fuerit igitur (ut veterem illam rationem templi cum nostris conferamus) pars illa prior ea, quam nostri appellant, *l'Eglise, & le temple.* Posterior, quam nos vocamus *le Cloistre.* In utramvis partem rei confugerant, ad Ecclesiam confugisse dicebantur: & confugii seu asyli jure fruebantur. 37 Supradicti: alterius fit mentio, puta triginta passuum a foribus Ecclesiæ *in can. definivit. 35. caus. 17. quæst. 4. & ibid. can. id constituimus* 36. domibus Episcopalibus idem concessum. 38 Θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζειν, id est, in altaribus manere, vesci, cubare, vel pernoctare. Græci ita legunt in eccles. ἐσθίειν ἢ ὑπνοῦν. 5. *Ecl. 5. cap.* 11. 39 Arma a templis prohibentur.
40 Sed apud episcopos deponant. *Eclog. d. loco.* 41 Pœna confugas invadentium.
42 Ἐλπίδος καὶ ὅρκου. 43 Confugæ religioni magis, quam armis innixi.

scopo

ſcopo inconſulto [1], nec ſine noſtra ſive judicum in hac alma urbe, vel ubicunque juſſione, armatum quempiam ab eccleſiis abſtrahi oportebit, ne ſi multis paſſim hoc liceat, confuſio generetur. Dat. 10. Kal. April. *Conſt.* ANTIOCHO V. C. CONS. & [2] qui fuerit nuntiatus. 431.

De Servis.

4. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Imperio [3] P. P.

SI [4] ſervus [5] cujusquam in Eccleſiam altariave armatus, nullis hoc ſuſpicantibus, inopinatus irruerit, exinde protinus diſtrahatur, vel continuo domino, vel ei, unde eum tam furioſa formido proripuit, indicetur, eique mox abſtrahendi copia non negetur. Sed ſi armorum fiducia reſiſtendi animos inſania impellente, conceperit, abripiendi [6] extrahendique eum domino, quibus id poteſt efficere viribus concedatur. Quod ſi illum etiam configi [7] in [8] concertatione pugnaque contigerit, nulla erit ejus noxa, nec conflanda criminationis relinquetur occaſio, ſi is, qui ex ſtatu ſervili in hoſtilis, & homicidæ conditionem tranſiliit, fit occiſus. Dat. 5. Kal. April. VALERIO, & [AETIO [9]] CONSS. 432.

De ſeditione, conclamationibus, tumultu, impetu, conventiculis.

5. Imp. MARCIANUS A. ad populum.

DEnunciamus vobis omnibus: ut in ſacroſanctis Eccleſiis, & in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum [10] pace & quiete vota competit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione: nemo conclamationibus [11] utatur: nemo moveat tumultum, aut impetum committat, vel conventicula [12] collecta multitudine in qualibet parte civitatis, vel vici, vel cujuscumque loci colligere ac celebrare conetur. Nam ſi quis aliquid contra leges a quibusdam [ſibi] exiſtimet perpetrari, liceat ei adire Judicem, & legitimum poſtulare præſidium. Sciant ſane omnes: quod ſi quis contra hujus Edicti normam aut agere aliquid, aut ſeditionem movere tentaverit, ultimo ſupplicio ſubjacebit. Dat. 3. Id. Jul. ipſo MARTIANO A. & ADELPHIO CONSS. 451.

Ne quis de Eccleſia pellatur, vel trahatur: de rebus victualibus & veſtibus & quiete. 1. De monitione judicis, 2. Et de eo, qui latet intra fines eccleſiæ, repræſentando. 3. Si monitus reſpondeat, 4. vel non. 5. 6. De officio œconomi, vel defenſoris eccleſiæ.

6. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

PRæſenti [13] lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac Urbe Regia, in qua nos divinitate propitia degentes, quoties uſus exegerit, invocati, ſingulis cauſis atque perſonis præſentanea conſtituta præſtamus) nullos penitus, cujuscunque [14] conditionis ſint, de ſacroſanctis Eccleſiis, orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas [15], nec [16] pro his venerabiles Epiſcopos, vel religioſos Oeconomos exigi, quæ ab ipſis debeantur: his, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda [17] ſaltem cogitatione atque tractatu auſi fuerint tentare, capitali [18], & ultimi ſupplicii animadverſione plectendis. Ex his ergo locis eorumque finibus, quos anteriorum legum præſcripta ſanxerunt, nullos expelli aut ejici aliquando patimur: nec in ipſis Eccleſiis reverendis ita quemquam detineri atque conſtringi, ut ei aliquid victualium [19] rerum, aut veſtis negetur, aut [20] requies. §. 1. Sed ſi quidem ipſi refugæ appareant in Eccleſia publice, & ſe in ſacris locis offerant, quærentibus conveniendos, ipſis ſervata locis reverentia, Judicum, quibus ſubjacent, ſententiis moneantur, reſponſum daturi, quale ſibi quisque perſpexerit convenire.

§. 2. Quod ſi in finibus Eccleſiaſticis latitant, religioſus Oeconomus, ſeu defenſor Eccleſiæ, vel certe quem his negotiis commodiorem [21] auctoritas Epiſcopalis elegerit, reconditam latentemque perſonam decenter ſine ullo incommodo monitus intra fines Eccleſiæ, ſi invenitur, præſentet. §. 3. Cum autem monitus [22] fuerit in publico privatoque contractu actione civili [23]: in ejus ſit arbitrio [24], ſive per ſe, ſive (ſi magis elegerit) inſtructo ſolenniter [25] procuratore directo, in ejus Judicis, cujus pulſatur ſententiis, examine reſpondere. §. 4. Sed ſi hoc facere detrectet, aut differat: judiciorum legumque ſolitus ordo ſervetur. Itaque ſi res immobiles [26] poſſidet, poſt edictorum [27] ſolennium citationem, ex ſententia judicantis [28] usque ad modum debiti, bonorum ejus ſive prædiorum traditio, ſive venditio celebretur: Quod ſi res mobiles habet, easque extra terminos occultat Eccleſiæ, ſententia judicantis, & executoris ſollicitudine perquiſitæ, quocunque loco occultentur, erutæ, pro æquitatis tramite, modoque debiti publicis rationibus privatisque proficiant. Sane ſi intra fines habentur Eccleſiæ, vel apud quemlibet ex clericis abſconditæ, ſive depoſitæ, fuiſſe firmantur: ſtudio & providentia hæ quolibet modo ad ſacroſanctam Eccleſiam pervenientes, proferantur: ut pari æquitatis ordine, iisdem ex bonis fiſco [29], vel Reipublicæ, ſive creditoribus, & quibuscunque juſtis petitoribus ad [30] modum debiti conſulatur. Sicubi depoſitæ vel commodatæ dicuntur, inquirendi talem volumus eſſe cautelam: ut ſi ſola [31] ſuſpicione apud aliquem adſerantur abſconditæ, de ſua [32] etiam conſcientia ſatisfacere auctoritate venerabilis Antiſtitis jubeatur: adjicientes, quod ea, quæ [33] de principalibus perſonis decrevimus; [in cauſis] fidejuſſorum, ſive mandatorum, ſeu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium, & ſociorum, ſeu participum, & omnino in iisdem cauſis obnoxiorum perſonis præcipimus obſervari: ſcilicet ſi ipſos quoque ſecum confugæ intra Eccleſiarum terminos habere voluerint: ut eorum quoque bonis publica [34] debita privataque ſolvantur, & per eos rerum, ubicunque depoſitæ ſunt, procedat inquiſitio. Et hæc quidem de ingenuis liberisque perſonis. §. 5. Sane, ſi ſervus, aut colonus, vel adſcriptitius, familiaris [35], ſive libertus, & hujusmodi aliqua perſona domeſtica [36], vel conditioni ſubdita, conquaſſatis [37] rebus certis aut ſe ſubtractis, aut ſeipſum furatus [38], ad ſacroſancta ſe loca contulerit: ſtatim a religioſis Oeconomis ſive defenſoribus, ubi primum hoc ſcire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipſis præſentibus, pro Eccleſiaſtica diſciplina & qualitate commiſſi, aut ultione competenti, aut interceſſione humaniſſima procedente remiſſione veniæ [39], & ſacramenti [40] interventione ſecuri ad locum ſtatumque proprium revertantur: rebus, quas ſecum habuerint, reformandis [41]: diutius enim eos in Eccleſiis non convenit morari, ne patronis ſeu dominis per ipſorum abſentiam obſequia juſta denegentur, & ipſi per [42] incommodum Eccleſiæ egentium & pauperum [43] alantur expenſis.

§. 6. Inter hæc autem quæ ſedulo ad religioſi Oeconomi ſive defenſoris Eccleſiæ ſollicitudinem curamque reſpiciunt, erit etiam illud obſervandum, ut ſingulorum intra Eccleſias confugientium perſonas [44], cauſasque inceſſanter conquirant: deinde judices, vel eos, ad quos cauſæ & perſonæ pertinent, inſtantius inſtruant; & æquitati convenientia diligentius exequantur. Dat. Prid. Kal. Mart. LEONE A. III. CONS. 466.

De magiſtratibus adeundis, & Eccleſiis non turbandis. De Imperatore per Archiepiſcopum inſtruendo.

7. Græcæ conſtitutionis epitome ex Græca collectione Eccleſiaſticarum conſtitutionum.

QUi [45] habet actionem aut controverſiam cum aliquo, ne turbet [46] Eccleſias per ſe aut alium, ſed adeat magiſtratus. Si vero Imperatore in criminibus opus habeat, per Archiepiſcopum ipſum inſtruat. Adverſus hæc faciens caſtigatur.

De exclamatione. 1. De eo, qui propter potentem perſonam ad Eccleſiam confugit.

8. Græcæ conſtitutionis epitome ex eadem collectione.

QUi [47] Imperatore ad magnam Eccleſiam in feſto procedente exclamatione [48] uſus fuerit: excidet re ſperata, & per præfectum ejectus caſtigabitur. §. 1. Qui vero propter potentem perſonam ad Eccleſiam confugit: doceat imperatoriam majeſtatem per Archiepiſcopum & Eccleſiæ defenſores.

1 Qua cautione confugæ extrahi poſſunt. 2 Et *Baſſo.* & *in C. Theod.* 3 *Hierio. P. P. C. Theod.* 4 Pars legis 16. *C. Th. eod. Synopſ. Baſil.* 5. *tit.* 5. *c.* 11. *ex l.* 6. *tit.* 3. *c.* 17. §. 4. *l.* 6. §. 5. *J. h. t.* 5 v. Alciat. 2. *parerg.* 45. & Othon. Friſingenſem 4. *Chronic.* 6 Captura, ut fieri & cujus juſſu fieri debeat, qui capi poſſunt, vid. Boſſium *tit. de cap.* 3. Papon. 2. *not.* 7. *c. Forme de proceder au criminel.* Clar. 1. *ſentent. §. ult. q.* 28. Nemo diligentius ea de re Peckio ſcripſit, quem vide paſſim *in tract. de jure ſiſtendi.* 7 Hinc oritur quæſtio, an fugientes reos homines liberos liceat officiali vulnerare: de qua vide late Grammaticum *deciſ.* 41. & de legis hujus origine conſule etiam Alciatum *Parerg. lib.* 2. *cap.* 45. Mod. 8 Qui alicujus corporaliter prehendendi juſtam cauſam habuit, ſi adverſarium reluctantem ac pugnantem, in concertatione interfecerit, impune id fecerit. *ut hic. arg. l.* 29. *§. penult. in fin. ff. ad leg. Aquil. l. ult. J. quando liceat unicuique ſe ſine judice.* Marſil. *l.* 1. *ff. de ſicar. num.* 62. Id ita ſervari refert Clarus 5. *ſent. §. ult. in princ.* addit tamen, apparitori judicis id non permitti, ſi reum poſſit alio modo prehendere: Quin reum impune apparitori reſiſtere poſſe, diploma prehenſionis permiſſæ, aut officii ſui inſignia publica non oſtentanti. Addit etiam judici reſiſti poſſe, quoties ad inſtar privati procedit, *l.* 170. *ff. de reg. jur.* 9 Et qui fuerit nunciatus in *C. Theod.* 10 *Novell.* 123. *cap.* 31. 11 Exclamare in eccleſiis non licet, *l. ult. in pr. J. h. t.* adde *epigraphen tituli*, id enim ad earum venerationem pertinet. adde *quæ ſcripſi ad Feſtum in peſcito linguam.* adde Ambroſium 3. *de velandis virginibus.* Collectanea Benedicti Levitæ, 6. *cap.* 173. & 193. Arrian. 4. Epictet. 3. 12 Cujacius legit *conventiculas. in l. Hac edictali, de Feudis* 2. *tit.* 53. 2. Conventiculæ cœtus illiciti. Conventicula prohibentur. vid. *l.* 2. *ff. de colleg. & corp. l.* 15. *S. de epiſc. & cleric.* 13 V. Jaſ. *in l. vinum, n.* 6. *ff. ſi certum.* Boër. *deciſ.* 109. Guid. Pap. *quæſt.* 121. Alc. 3. *præſum.* 33. Coraſ. 5. *Miſcell.* 23. 14 Etiam publici debitores. v. §. 4. *in fin. J. h. t.* 15 Poſſunt tamen citari in eccleſia & ſi citati non comparuerint per ſe vel procuratorem ſaltem, procedetur contra eos ad primum & ſecundum decretum. Vide Jaſonem *in l. vinum. num.* 6. *ff. ſi cert. petat.* & ibi Decium. Boerium *deciſ.* 109. *cum ſeq.* Guid. Papæ *quæſt.* 121. Alciatum *de præſumpt. Reg.* 33. Coraſ. *lib.* 5. *miſcellan. cap.* 23. Mod. Confugæ ſunt, qui ad eccleſias confugiunt. *l.* 22. §. 1. *S. de Epiſc. & Clericis.* 16 Videbatur enim æquum, locum dari clarigationi, & repreſſaliis. 17 Nuda cogitatio, nudusque tractatus interdum punitur. vid. quæ not. ad *l.* 18. *ff. de pœn.* quod in Gallia præciſe locum non habet, ut ſcripſi *ad l.* 5. *S. de epiſcop. & cleric.* 18 Eccleſiæ immunitatem violans, jure civili ſummo ſupplicio punitur, *ut hic.* Jure canonico, pœna arbitraria. *c. non minus.* 4. *c. adverſus* 7. *extr. de immunitate eccleſ.* 19 Victus verbo quid contineatur, vid. quæ not. ad *l.* 43. *ff. de verb. ſign.* adde Michaëlem Graſſum *l. ſent. §. legatum. quæſt.* 22. ubi inter cætera de alimentis hoc tradit ex communi opinione, Pharmaca alimentorum vocabulo comprehendi: alimentorum legatarium non cogi ad habitandum cum herede: non teneri eidem obſequium domeſticum præſtare. 20 Hoc verbo tectum intelligunt. His enim tribus vita ſuſtinetur, victu, veſtitu, & tecto. 21 Quo commodius actus exerceri poteſt, eo melius. 22 Id eſt, citatus in civili judicio. Citari ſeu vocari in Eccleſia quis poteſt, at non extrahi aut rapi. Vis aſyli hæc eſt, ut inde inviti non extrahantur. Sic invitus nemo domo extrahitur. *l.* 18. *l.* 21. *ff. de in jus.* Si quis tamen aditum ad ſe præbuerit, aut ex publico conſpectus fuerit, in jus vocari poterit. *l.* 19. *d. tit.* 23 In criminali ſecus, *l. pen. §. ult. ff. de publ. jud.* 24 Vid. *l. ult. J. de procurat.* 25 De hac ſolennitate, vid. *Inſtit. de ſatisd.* 26 Diſcuſſis primo mobilibus, *l.* 15. §. 2. *ff. de re jud.* qui tamen ordo apud Gallos non ſervatur, apud quos creditor ab immobilibus inchoare poteſt, ex ſtatuto Curiæ & edicto regis Franciſci I. anno 1539. vid. Guid. Pap. *deciſ.* 218. niſi de re minoris vigintiquinque annis agatur: adeo ut omiſſa illa diſcuſſione, prædium minoris pluris licitanti ſolennibus programmatis propoſitis addictum, ſenatusconſulto ſit ablatum. Lucius 7. *Placit.* 2. *num.* 3. 27 Plura enim requiruntur, vid. *l.* 68. *ff. de jud.* adde Cujac. 20. *obſ.* 11. 28 Olim, fiebat miſſio in univerſa bona: hodie, pro rata debiti. *Nov.* 53. *c.* 4. *in fin.* 29 Vid. tamen *Nov.* 17. *c.* 7. §. 1. Edictum Juſtiniani 13. *c. ult.* §. 3. 30 Eſt enim iniquum alterius incommodo, & jactura quem locupletari. 31 Sola ſuſpicio contrectationis rei alienæ ſufficiens eſſe poteſt, ut quis cogatur jurare. 32 De ſua quisque conſcientia jurare, juſta de cauſa, cogi poteſt, *l.* 6. *J. de proc. l.* 3. *J. de reb. credit. l.* 21. *verſ. ſin autem dicat. J. de fid. inſtrum. l.* 26. *in fin. J. de uſur. l. ult.* §. 10. *J. de jur. delib. l. ult. in fin. J. de bon. auth. l.* 4. §. 3. *ff. de edend.* 33 Jurare ſi perſonæ extraneæ reo principali coguntur, multo magis rei fidejuſſor, mandator, familiaris, ſocius, ejusque particeps. 34 Aſyli jure non tantum privatus, ſed & publicus debitor frui poteſt? (& ita jus illud ad cujuscunque conditionis homines pertinet, *in pr. S. h. t.*) nec eorum nomine epiſcopi convenientur, *§. eod.* qua in re allegatur lex 1. *C. Theod. eod.* in cauſa tamen tributorum aliud omnino eſt, nec ſervatur jus aſyli. Tenetur etiam œconomus & epiſcopus, ſi confugas non exhibuerit, *Nov.* 17. *cap.* 7. §. 1. & *edicto Juſtin.* 10. *c.* 1. & *edict.* 13. In criminalibus cauſis non ſervatur jus aſyli. *d. Novell.* 17. *c.* 7. *in pr.* 37. *verſ. Carthaginienſis.* 117. *cap. ult. §. Quia vero.* Imo ex altari extrahi poſſunt confugæ. *Conſtant. in Nov.* περὶ φονευόντων μετὰ ξίφους. Erant aſyla apud Judæos, ſed iis tantum proderant, qui nolentes ac præter voluntatem ſanguinem alienum effuderant. *Exod.* 21. *v.* 13. *Numer.* 35. *v.* 11. *Deuter.* 4. *v.* 41. & *cap.* 19. *v.* 2. *Joſ.* 19. *v.* 2. 3. *Reg.* 1. *v.* 2. 35 Familiaris, *l.* 20. *J. qui accuſare, l.* 25. §. 2. *ff. de ædil. l.* 1. §. 18. *ff. de vi & vi armata*, id eſt, ſervus. Hi enim antiquitus familiares: ut domini ipſi, patresfamilias, Seneca 6. *epiſt.* 47. Macrob. 1. *Saturn.* 11. i. e. ſuſcepti, Petrus Pith. *in notis Moſaic. c.* 9 de ſuſceptis alibi dixi. 36 Domeſticæ perſonæ cenſentur ſervi, coloni, adſcriptitii, familiares, liberti: qui domeſtici, vid. *l.* 24. *ff. de teſtibus. l.* 11. §. 1. *ff. de pœnis. l.* 3. *J. de teſtib.* 37 Convaſatis, Contius *in editione Pariſienſi.* Aſyli jure fures inſignes non fruuntur, & ita intellige *c. reum.* 9. *cauſ.* 17. *quæſt.* 4. Sane quoque interpretari oportet capitulum *inter alias.* 6. *extr. de immun. eccl.* quo ex Eccleſia prohibetur extrahi quilibet reus, quantacunque gravia maleficia perpetraverit. Paulo poſt enim Innocentius excipit publicos latrones, & nocturnos agrorum populatores. 38 Id eſt, fugitivus. *l.* 1. *ff. de fugitivis.* 39 Vid. quæ not. ad *Novell.* 117. *c.* 14. 123. *c.* 35. 5. *c.* 2. 40 Clerici interdum jurare coguntur. 41 Reſtituendis. 42 Confugas expenſis Eccleſiæ alendos hic locus oſtendit. 43 Bona Eccleſiæ, bona pauperum, *l.* 2. *in pr. S. de Epiſcop. & Cler.* 44 Jus enim variatur pro ratione circumſtantiarum. vid. *l.* 16. §. 1. *ff. de pœnis.* 45 Interpretatio Contii. 46 Vid. *l.* 5. *ſupr. h. t.*
47 Interpretatio Contii.
48 Vid. *l.* 5. *ſupr. h. t.*

TIT.

TIT. XIII.
DE [1] HIS QUI IN ECCLESIIS [2] MANUMITTUNTUR.

Dominus coram antiſtite & plebe poteſt ſervum ſuum manumittere, ſcriptura interveniente. Salic.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Protogenem Epiſcopum.

JAmdudum [3] placuit, ut in Eccleſia [4] Catholica libertatem domini ſuis famulis præſtare poſſint, ſi ſub aſpectu plebis [5] adſiſtentibus Chriſtianorum Antiſtibus id faciant: ut [6] propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiſcunque ſcriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent: unde a vobis quoque ipſis non immerito dandæ & relinquendæ ſunt libertates, quo quiſque veſtrum pacto voluerit, dummodo veſtræ voluntatis evidens appareat teſtimonium. Dat. 6. Id. Jun. SABINO & RUFINO CONSS. 316.

Clericis permittitur inter vivos, & in ultima voluntate ſervos ſuos manumittere, & plenam libertatem conſequuntur. Salic.

2. Idem A. Oſio.

QUi [7] religioſa mente in Eccleſiæ gremio ſervis ſuis meritam conceſſerint libertatem, eandem eo [8] juredonaſſe videantur, quo civitas Romana ſolennitatibus decurſis dari conſuevit. Sed hoc duntaxat his, qui ſub aſpectu Antiſtitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, ut cum ſuis [9] famulis tribuunt libertatem, non ſolum in conſpectu Eccleſiæ ac religioſi populi plenum fructum libertatis conceſſiſſe dicantur, verumetiam cum poſtremo judicio dederint libertates, ſeu quibuslibet [10] verbis dari præceperint; ita ut ex die publicatæ voluntatis ſine aliquo juris teſte, vel interprete competat directa libertas. Dat. Kalend. [11] Maji, CRISPO C. II. & CONSTANTINO C. II. CONSS. 322.

TIT. XIV.
DE LEGIBUS [12], ET CONSTITUTIONIBUS [13] PRINCIPUM [14], ET EDICTIS.

De interpretatione inter æquitatem & jus.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Baſſo, Præfecto Urbi.

INter [15] æquitatem, jusque [16] interpoſitam interpretationem nobis ſolis [17] & oportet & licet inſpicere. Dat. 3. Non. Decemb. SABINO & RUFINO CONSS. 316.

De privilegiis.

2. Impp. THEOD. & VALENT. C. ad Senatum.

QUæ ex [18] relationibus [19] vel ſuggeſtionibus judicantium, vel conſultatione in commune florentiſſimorum ſacri noſtri palatii procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, vel quibuslibet Corporibus, aut Legatis, aut Provinciæ, vel civitati, vel Curiæ donavimus: nec [20] generalia jura ſint, ſed leges [21] faciant his [22] duntaxat negotiis atque perſonis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur [23]: notam infamiæ ſubituro eo, qui vel aſtute [24] ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare reſcripto, nec habituro fructum per ſurreptionem [25] eliciti, & Judice, ſi diſſimulaverit, vel ulterius litigantem audierit, vel aliquid allegandum admiſerit, & ſub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit [26], triginta librarum auri condennatione plectendo. Dat. 8. Id. Novemb. THEODOSIO A. II. & VALENTINIANO Cæſare CONSS. 425.

Species Conſtitutionum.

3. Iidem AA. ad Senatum.

LEges [27] ut [28] generales ab [29] omnibus æquabiliter in poſterum obſerventur, quæ [30] vel miſſæ a nobis ad venerabilem cœtum [31] Oratione conduntur, vel [32] inſerto *Edicti* [33] vocabulo nuncupantur: ſive eas nobis ſpontaneus [34] motus ingeſſerit, ſive [35] precatio, ſive relatio, vel lis mota legis occaſionem poſtulaverit. Nam ſatis eſt *Edicti* eas nuncupatione cenſeri vel per omnes populos judicum programmatibus divulgari: vel expreſſius continere, *Quod Principes cenſuerint ea, quæ in certis negotiis ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum fata* [36] *componere.* † Sed & ſi *Generalis lex* vocata eſt, vel *ad omnes* jura eſt *pertinere*, vim obtineat Edicti: interlocutionibus, quas in uno negotio judicantes protulimus, vel poſtea proferemus, non in commune præjudicantibus: nec his, quæ ſpecialiter quibusdam conceſſa ſunt Civitatibus, vel Provinciis, vel Corporibus, ad generalitatis obſervantiam pertinentibus. Dat. 8. Id. Nov. *Ravennæ*, THEOD. A. XII. & VALENTINIANO A. II. CONSS. 426.

De Principe ſoluto legibus.

4. Iidem AA. ad Voluſianum P.P.

DIgna [37] vox eſt majeſtate Regnantis, *legibus alligatum* [38] *ſe* Principem profiteri [39]. † Adeo de [40] auctoritate juris noſtra pendet auctoritas. Et revera majus [41] Imperio eſt, ſubmittere legibus Principatum. Et oraculo [42] præſentis edicti, quod nobis licere non patimur, [aliis [43]] indicamus [44]. Dat. 3. Id. Jun. *Ravennæ*, FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

De eo, quod eſt contra legem, vel in fraudem legis.

5. Iidem AA. Florentio P.P.

NOn [45] dubium eſt, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem [46]. Nec pœnas inſertas legibus evitabit, qui ſe contra juris ſententiam ſæva [47] prærogativa verborum fraudulenter excuſat. † Nullum [48] enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quam novellas trahi generaliter imperamus: ut legislatori quod fieri non vult, tantum prohibuiſſe [49] ſufficiat: cætera [que] quaſi expreſſa ex legis liceat voluntate colligere: hoc eſt, ut ea, quæ lege fieri prohibentur [50], ſi fuerint facta, non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit *inutile eſſe debere quod factum eſt*: Sed & ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoque caſſum [51] atque inutile [52] eſſe præcipimus. §. 1. Secundum itaque prædictam regulam, qua ubicunque [non] ſervari factum [53] lege prohibente cenſuimus, certum eſt nec ſtipulationem hujusmodi tenere, nec mandatum ullius eſſe momenti, nec ſacramentum [54] admitti. Dat. 7. Id. April. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De interpretatione conſtitutionis favorabilis.

6. Iidem AA. Florentio P.P.

---

1 De manumiſſionibus in Eccleſia, *C. Theod. lib.* 4. *tit.* 7. adde Ulpian. *tit.* 1. §. 8. *l.* 1. *in fin. l.* 2. J. *comm. de manumiſſ.* & Gajum 1. *Inſt.* 1. §. 2. *Concilium Africanum* 1. Theoph. *inſtit. de libertinis* 1. Harm. 18. §. 9. Livium 2. Plutarchum *in Popicola.* 2 4. *C. Th.* 7. Gajus 1. *Inſtit.* 1. §. 2. 3 Hoc tamen genus manumiſſionis tribuitur Conſtantino patri Conſtantii 1. *hiſtor. tripar.* 9. 7. Nicephor. 16. 4 Civitas Romana nonniſi ſolennibus decurſis conferebatur, vel in comitiis Romanis vel in templo Feroniæ Deæ, in quo ſervi capite raſo, pileum libertatis inſigne accipiebant. Servius ad Virgilium 8. *Æneidos.* Id autem valde moleſtum erat. 1. *Harm.* 18. 5 Et antiſtitis. *l. unic. C. Theod. h. t.* manumiſſionis hoc genus conſtat ſucceſſiſſe in locum ejus, quæ per cenſum fiebat. adde *l.* 2. J. *h. t.* §. 1. *Inſt. de libert.* adde Ulpian. 1. §. 8. 6 Senſus eſt, plena & juſta libertas in Eccleſiis conferri poteſt, teſte populo & ſignatore epiſcopo. De ſervorum in Eccleſia manumiſſione, vid. Forn. 1. *ſelect.* 4. 7 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 8 Civitas Romana, quo jure olim certis ſolennitatibus decurſis deferebatur, eodem hodie deferri poteſt in Eccleſia 9 Clerici ſervos habere poſſunt, nec enim pugnat cum libertate Chriſtiana, quæ eſt ſpiritus, ſervitus corporalis. vid. *epiſt. ad Philemonem.* 10 Clericorum ſervi quibuscunque verbis, quacunque ſcriptura, quocunque loco etiam abſente Epiſcopo cives fieri poſſunt. 11 14. *Kalend. C. Theod.* 12 1. *D.* 3. 1. *C. Theod.* 1. *Harm.* 1. 13 1. *D.* 4. περὶ διατάξεων, 2. *Ecl.* 20. *de novis conſtitutionibus*, adde *Nov.* 17. & 66. Conſtitutionum vocabulo intellige reſcripta, ſubſcriptiones, adnotationes pragmaticas, decreta, mandata, interlocutiones, edicta. 14 De conſtitutionibus pontificum vid. 1. *Decret.* 2. 1. *ſext.* 2. *diſt.* 15. de Apoſtolorum canonibus *diſt.* 16. de generalibus conciliis *diſt.* 17. de conciliis epiſcopalibus *diſt.* 18. de epiſtolis decretalibus *diſt.* 18. 19. 20. 15 Vid. *l.* 9. J. *h. t.* 16 Strictum ſcil. 17 Nec decreto opus eſt. Ariſt. 5. *Ethic.* 19. ſenſus eſt, ubi lex negotium quæſitum palam definit, judex eam ſequi debet, quantumvis dura ſit: ſolius Principis eſt eam mitigare, *ut hic l.* 9. 11. 12. J. *h. t. Nov.* 43. *in pr.* & *l.* 12. §. 1. *in fin. D. qui & a quibus manum.* verbis edicti inſervire tutius eſt *l.* 1. §. *licet autem.* 20. *ff. de exercitoria.* ubi vero lex ſcripta palam negotium non definit, judex poteſt ex duarum vel diverſarum legum ſententia, & collectione, una ſcil. ſtricti juris, altera æquitatis plena, argumentum ad facti controverſi deciſionem ducere, & hanc illi præferre. Huc etiam refer, quod de juris & conſtitutionum differentia utiliter Cujacius ſcripſit 7. *obſ.* 20. 18 Ἀναφορὰν μήνυσιν, καὶ κινουμένην δίκην vocat autor Synopſeos Baſil. 2. *tit.* 6. *cap.* 7. relationem, ſuggeſtionem, motam litem. vid. *l.* 3. J. *h. t.* precatio, relatio, lis mota. 19 Id eſt, appellationibus, vid. J. *in pr. de relationib.* 20 Perſonales, aut unius negotii conſtitutiones non ſunt generales. Atqui leges Codicis ſunt hujusmodi, ergo ad omnes non pertinent? ſolve: Hujusmodi reſcripta legem generalem facere poſſunt, ſi animus principalis fuit, τὸ κριθὲν ποιεῖν νομοθέτημα, vel ſi legem edicti nomine nuncupavit. *l.* 3. J. *h. t.* 21 Privilegia ſunt leges ſpeciales. 22 Perſonalia ſuum individuum non egrediuntur. §. 6. *Inſtit. de jure naturali. l.* 1. §. 2. *D. de conſtit. princ. l.* 45. *D. de arbitr. l.* 7. *D. de exceptionibus. l.* 12. *l* 13. *D. ſoluto matrim.* 23 Privilegia ſemel conceſſa Princeps retractare non poteſt. 24 Privilegia Principum benigne interpretanda. *l.* 43. *in pr. D. de vulg.* 25 Privilegium priori contrarium, præſumitur obreptitium, nec a judice audiendum. 26 Judex non impune colorata, id eſt, gratioſa relatione apud Principem utitur. 27 Quarum fit immediate mentio. 28 Etiam in perſonam Principis locum habent οἱ γενικοὶ ἤγουν οἱ καθολικοὶ νόμοι. *Synopſ. h. t. c.* 9. 1. Harm. 1. §. 39. 29 Nota ex hac lege vim, effectum, & notas legum generalium. 30 Leges generales eſſe his ſignis deprehenduntur, ſi ad Senatum miſſæ ut confirmentur: ſi edicti vocabulo nuncupatæ: ſi juſſæ divulgari: ſi ad omnes ſimiles cauſas juſſæ extendi: ſi generales nuncupatæ: adde ſi in corpus juris relatæ. vid. Bald. *hic.* 31 Id eſt, Senatum. Senatus venerabilis cœtus, ut hic, glorioſiſſimus. *l.* 8. *in pr.* J. *h. t.* 32 Id eſt, ſi legem edicti vocabulo nuncupavit. 33 *Edictum* 12. *cap.* 1. 34 Motus ſpontaneus Principis, qui hic dicitur Theophilo ἐξ οἰκείας φύσεως *Inſt. de jure naturali*, recentioribus motus proprius, vid. *l.* 23. §. *ſimiles* J. *de nuptiis*, *l. ult.* J. *de crimine ſacrilegii*, *l.* 1. J. *de petit. bon. ſub. l. ult.* J. *de cohort. princ.* 35 Vid. quæ ſcripſi *ad l.* 1. §. *h. t.* 36 Facta. Haloand. quam lectionem probat Cujac. 16. *obſ.* 9. 37 Proprium Imperatoris legibus vivere, *l.* 3. J. *de teſtament.* principem decet leges ſervare, *l.* 23. *D. de legatis* 3. adde quæ ſcripſi ad *l.* 4. J. *ad l. Falc.* & *Novell.* 105. *cap.* 2. §. 4. *in fin.* 38 Hinc illud Symmachi ad Imperatorem, Plus apud vos juſtitia quam licentia valet, Symmachus *in orat. pro veteri deorum cultu.* Illud certe multo elegantius, Principem legibus ſolutum non eſſe, ſed videri. *l.* 23. *D. de leg.* 3. nam quod legimus legibus ſolutum, *l.* 31. *ff. de legib.* τῶν νόμων ἐπάνω. Chryſoſt. κατὰ νόμους οὐχ ἀνυπεύθυνον. Plato. *Nov.* 105. de pœnis intellige: ἁμαρτήσας γὰρ οὐ κολάζεται. 1. Harm. 1. §. 48. vid. Cujac. 15. *obſ.* 30. 39 Quæro igitur ad hæc: an poſſit Princeps revocare indultum alicui privilegium: an quando, & quatenus Princeps legibus ſubjectus ſit: & quid dicendum ſit de privilegio a principe conceſſo non ſubdito? quærenti autem reſpondent ad hæc pleniſſime Alb. de Roſat. ad hanc ipſam legem. Abbas & alii *ad c. novit. de Jud.* Baldus *in l. nuptæ. ff. de ſenat.* Felinus *in c. quæ in Eccleſ.* 2. *col. de conſtit.* & *in c.* 1. 4. *fallent. ib.* Ferrandus denique *lib.* 2. *explicat. c.* 3. Mod. 40 Principis autoritas a jure dependet, ideoque ſi quid Princeps ſtatuerit, juſta cauſa moveri præſumitur. vid. Alciat. 3. *præſumpt.* 8. 41 Non eſt Princeps ſupra leges, ſed leges ſupra Principem. Plin. *in Paneg. ad Trajan.* 42 Oraculum vocat ſententiam hanc auro dignam & cedro. ut apud Plin. 18. c. 6. 43 An ſucceſſoribus, ut putat Accurſius? An & aliis etiam non ſucceſſoribus, qualescunque illi ſint? quod & æquum eſt. 44 Honeſte. Putemus tamen hoc ſequentibus eſſe exemplo & præcepto. Vice verſa, jus regium cujus fit mentio 1. *Samuel.* 8. *verſ.* 11. bonis regibus, nec præcepto nec exemplo, illic enim oſtenditur, quid acturi ſint reges reprobi, quid vitaturi ſint boni. Greg. 1. *reg.* 10. *expoſit.* 4. 45 Hæc lex ſumpta eſt & interpolata ex Novella Theodoſii, *ne curialis prædium alterius conducat, aut fidejuſſor conductoris exiſtat* 4. *in princip.* adde *cap.* 88. *de regul. jur. in* 6. 46 Pars legis præcipua ejus voluntas: qui contra hanc nititur, in illam committit: voluntas ſententia *l.* 29. *D. h. t. l.* 6. *in fin. D. verb. ſign.* διάνοια. *l.* 30. *D. h. t.* Goth. Ad plenam hujus legis intelligentiam præter Gothofredum videat, qui volet, Jaſonem *in additionibus ad Port. Inſtit. quibus ex cauſ. manumit. non licet.* 2. *col.* & *in* §. *præterea. Inſtit. quibus mod. jus patr. poteſt. ſolvitur.* item *ad l.* 2. §. 1. *num.* 25. *ff. ſolut. matr.* & *ad l.* 1. *num.* 10. *ff. de liber.* & *poſthum.* & *ad l.* 1. *num.* 38. *de ſumm. trinit. ad Auth. Sacramenta puberum. col.* 8. *in princ. verſ. quarto dicunt. ſi adverſ. vend.* Alexandr. *in Authen. Ex cauſa col.* 2. *de lib. præter.* Socinum jun. *conſil.* 47. *n.* 6. *volum.* 3. Mod. 47 Ῥητὸν ſcriptum *d. l.* 30. verba *d. l.* 29. *d. l.* 6. ſæva verborum prærogativa. 48 Paciſci, convenire aut contrahere lege prohibente non poſſumus. *Goth.* Factum contra legem prohibitoriam ipſo jure nullum eſt. *h. l.* Aliud tamen eſt in matrimonio niſi adjectum ſit decretum irritans. Dec. *in cap.* 2. *extr. de teſtib. num.* 2. Zanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 32. Si tamen lex aliam ſpecialem pœnam addit aut imponit, non inducetur nullitas. *l. ſanctio* 41. *ff. de pœnis.* Anſ. 49 Is ſpeciem fieri velle non videtur, qui genus prohibuit. Lex multa fieri non vult, quæ expreſſim non vetuit. Fraus fit legi, ubi id fit, quod lex non vetuit: noluit tamen *d. l.* 30. Fraus fit a re ad aliam, *l.* 3. §. 3. *in fin. l.* 7. §. 3. *D. de SC. Macedon.* a perſona ad aliam, *l.* 5. *D. de don. inter vir.* & *uxor. l.* 26. *in fin.* J. *de uſuris. l.* 5. §. 3. *D. de autorit. tutorum. Novell.* 22. *cap.* 27. *Nov.* 123. *cap.* 2. *circa fin. l.* 1. 3. J. *de pactis pignorum.* a contractu ad alium, *d. l.* 5. §. 5. *l.* 22. *l. ult.* §. 1. J. *mandati.* a modo ad alium, *l.* 8. §. 14. *D. ad SC. Vellej.* de nomine ad aliud nomen, *l. ult. in pr. infr. de aſſeſſoribus.* de tempore ad aliud tempus, *l.* 3. §. 1. *D. de minor. l.* 59. *D. ſoluto.* de quantitate ad aliam quantitatem, *l.* 4. §. 2. *D. de his, qui notant. l.* 16. *D. de jure patron. l.* 26. §. 1. *verſ. Si quis autem* J. *de uſuris.* 50 Prohibita ſi fiant, inutilia & pro infectis habenda, *l.* 102. *ff. de reg. jur.* 51 Caſſum & inutile eſt ipſo jure, quod fit lege interdicente. 52 Minus quam perfecta lex eſt, quæ id, quod vetat, non reſcindit: ut quondam lex Cincia. Ulpian. *tit.* 1. Hodie quælibet lex eſt perfecta, ut *hic.* vid. Cujac. 19. *obſ.* 30. adde *c. quæ contra jus.* 64. *de reg. juris in* 6. adde *Nov.* 14. *c.* 1. *in fin. ubi de lenociniis.* 53 Facere, ſtipulari, mandare & jurare lege prohibente, non poſſumus. 54 *l.* 7. §. 16. *ff. de pactis.* Jure Canonico mulier jurejurando renuncians exceptioni dotis alienatæ non auditur, *c. cum contingat.* 28. *extr. de jurejur. in* 6.

QUod favore [1] quorundam conſtitutum [2] eſt, quibusdam caſibus ad læſionem eorum nolumus inventum videri. Dat. Kal. Aug. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De negotiis præteritis & futuris.

7. Iidem AA. Cyro P.P. & Conſuli deſignato.

LEges [3] & conſtitutiones futuris [4] certum [5] eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari; niſi [6] nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus [7] negotiis cautum ſit. Dat. Non. April. *Conſt.* VALENTINIANO A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

Quæ obſervanda ſunt in lege condenda.

8. Iidem AA. ad Senatum.

HUmanum eſſe probamus, ſi quid de cætero in publica privatave cauſa emerſerit neceſſarium, quod formam generalem, & antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea tam proceribus noſtri palatii, quam glorioſiſſimo [8] cœtu veſtro, patres conſcripti tractari [9]: & ſi univerſis tam judicibus, quam vobis placuerit, tunc legata [10] dictari: & ſic ex denuo collectis omnibus recenſeri: & cum omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro noſtri numinis conſiſtorio recitari: ut univerſorum [11] conſenſus noſtræ ſerenitatis auctoritate firmetur [12]. Scitote igitur, patres [13] conſcripti, non aliter in poſterum legem a noſtra clementia promulgandam, niſi ſupradicta forma fuerit obſervata. Bene enim cognoſcimus, quod cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id [14] ad beatitudinem noſtri imperii, & ad noſtram gloriam redundare. Dat. 16. Kal. Nov. AËTIO III. & SYMMACHO CONSS. 446.

De ſcientia, interpretatione & emendatione legum.

9. Impp. VALENTINIAN. & MARTIANUS AA. ad Palladium P.P.

LEges [15] ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi [16] ab omnibus debent [17], ut univerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Si quid vero in iisdem legibus latum fortaſſis obſcurius [18] fuerit, oportet id [ab] imperatoria interpretatione patefieri, duritiamque legum noſtræ humanitati incongruam emendari. Dat. 6. [19] Id. Febr. ANTHEMIO [20] CONS.

Qui tenentur legibus.

10. [21].

OMnes legibus regantur, etiam ſi ad divinam domum pertineant. Dat. 8. Idib. Febr. ANTHEMIO A. II. CONSS. 455.

Si de novo jure dubitetur.

11. Impp. LEO & ZENO AA.

CUm de novo [22] jure, quod inveterato uſu non [23] adhuc ſtabilitum eſt, dubitatio emergat: neceſſaria eſt tam ſuggeſtio [24] judicantis, quam ſententiæ principalis auctoritas. Dat. 10. Kal. Maji, LEONE Juniore A. CONS. 474.

De ſententia Imperatoris. 1. *De legum interpretatione & legiſlatione.*

12. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P.P.

SI [25] imperialis majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit, & partibus [26] cominus conſtitutis [27] ſententiam dixerit: omnes omnino judices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant hanc [28] eſſe legem non ſolum illi cauſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus [29]. Quid enim majus [30], quid ſanctius [31] imperiali eſt majeſtate? vel quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, ut regalem ſenſum contemnat [32]: cum & veteris juris conditores, conſtitutiones, quæ ex imperiali decreto proceſſerunt, legis vim obtinere, aperte dilucideque definiant? §. 2. Cum igitur & hoc in veteribus legibus invenimus dubitatum, ſi imperialis ſenſus legem interpretatus eſt, an oporteat hujusmodi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam ſubtilitatem [33] tam riſimus, quam corrigendam eſſe cenſuimus. Definimus autem omnem Imperatorum legum interpretationem [34], ſive in precibus, ſive in judiciis, ſive alio quocunque modo factam, ratam & indubitatam haberi: Si enim in præſenti leges condere ſoli [35] Imperatori conceſſum [36] eſt: & [37] leges interpretari ſolo dignum imperio eſſe oportet. Cur [38] autem ex ſuggeſtionibus procerum, ſi dubitatio in litibus oriatur, & ſeſe non eſſe idoneos vel ſufficientes ad deciſionem litis illi exiſtiment, ad nos decurratur? & quare [39] omnes ambiguitates judicum, quas ex legibus oriri evenit, aures accipiunt noſtræ, ſi non a nobis interpretatio mera [40] procedit? vel quis legum [41] ænigmata ſolvere, & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is cui ſoli legiſlatorem eſſe conceſſum eſt? Exploſis itaque his ridiculoſis ambiguitatibus, tam [42] conditor, quam interpres legum ſolus Imperator juſte exiſtimabitur: nihil hac lege derogante veteris juris conditoribus: quia & eis hoc majeſtas imperialis permiſit. Dat. 6. Kal. Nov. DECIO V.C. CONS. 529.

TIT. XV.

DE [43] MANDATIS [44] PRINCIPUM.

An mandata non ſcripta valeant.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Fuſignium P.P.

SI [45] quis [46] adſerat cum mandatis [47] noſtris ſecretis ſe veniſſe; omnes ſciant, nemini quicquam niſi [48] quod ſcriptis [49] probaverit eſſe credendum: nec ullius dignitate terreri, ſive [50] ille Tribuni, ſive Notarii [51], ſive Comitis [52] proferat dignitatem: ſed ſacras noſtras literas eſſe quærendas. Dat. 16. Kal. Jul. *Heracleæ* [53], MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. [383.]

2. Impp. [54] JUSTINUS [55] & JUSTINIANUS AA.

SAncimus [56], ne quis clariſſimorum noſtrorum magiſtratuum maximorum, vel mediorum in ſuis ſententiis adſcribat, nos divino verbo [57] *juſſiſſe aliquem in jus duci aut exhiberi, aut aliquid diverſum judicari ab iis quæ apud ipſos fiunt*: niſi [58] ſi de judicis adſeſſoris datione quæſtio ſit, aut de recte ferenda ſententia. *Id* ſi acciderit, volumus ut judices in ſuis ſententiis mentionem faciant, *ſe non de ſcripto, ſed ore tantum illa aut a nobis accepiſſe, aut a glorioſiſſimo Quæſtore noſtri palatii, aut aliquo ſpectabilium referendariorum.* His tantum caſibus ſine ſcripto aliquo juſſioni noſtræ fidem adhiberi volumus [59].

TIT. XVI.

DE SENATUSCONSULTIS [60].

Senatusconſulta ſunt ſervanda, & contra ea reſcripta non valent, & impetrator punitur. Salyc.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Senatum.

QUamvis Senatusconſultum perpetuam per ſe obtineat firmitatem, tamen noſtris legibus etiam idem proſequimur: adjicientes ut ſi quisquam ſpeciali ſupplicatione eliciendum aliquod reſcriptum tentaverit, ut tranſire ei formam liceat ſtatutorum, tertia patrimonii parte multetur, & damnatus ambitus crimine, maneat infamis. Dat. 7. Kal. Aug. *Heracleæ*, RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

TIT. XVII.

DE VETERI JURE ENUCLEANDO, ET DE AUCTORITATE [61] JURIS PRUDENTIUM [62], QUI IN DIGESTIS [63] REFERUNTUR [64].

Præfatio. 1. *De compoſitione Codicis.* 2. *De conceptione Digeſtor.* 3. *De compoſitoribus.* 4. *Quid, & ex quibus libris colligendum eſt in Pandectarum compoſitione.* 5. *Diviſio, & ordo Pandectarum. De autoritate Juriſconſultorum, & eorum libris emendandis.* 8. *Ut nullæ ſint antinomiæ,* 9. *Vel ſimilitudines.* 10. *De legibus, quæ in deſuetudinem abierunt, prætermittendis.* 11. *De libris juris.* 12. *Nomina hujus operis. De commentariis, paratitis, indicibus.* 13. *Quomodo libri juris ſcribi debent.* 14. *Epilogus.*

1 *L.25. ff.h.t. c. indultum* 17. *c. quod a jure.* 28. *c. quod ob gratiam.* 61. *de reg. jur. in 6.* adde quæ not. *l.2. ff. de lege commiſſ. l.3. §.5. in fin. ff. de Carb. edict.* vid. *l.19. in fin.* J. *de fide inſtrum.* vid. Dynum *ad d. c.61.* 2 Vel lege, vel privilegio, vel contractu.
3 Omnia conſtituta non præteritis calumniam faciunt, ſed futuris regulam imponunt, *l.3. C. Theod. de conſt. pr. lib.* 1. 4 Vid. *l.20.* J. *de uſur. l.12.* J. *de ſuis & legitim. l.23. §.3.* J. *mandati.* adde *ſpecies huic legi ex Nov.* 73. *c.*9. 115. *c.*1. 158. *c.*1. *l. ult. in fin.* J. *de curatore furioſi, l. unic. §.15.* J. *de caducis tollend.* 2. *Feud.* 55. *verſ. nos autem.* 5. *Feud.* 19. Cic. 3. *Verrina. Nov.* 39. 5 Id eſt, ea legum natura eſt, in dubio id legibus ineſſe creditur.
6 Lex nominatim de præterito poteſt diſponere. vid. *l. unic. §.2.* J. *de contract. jud.*
7 Princeps poteſt etiam pendenti negotio novam legem dare. *l.21. in fin.* S. *de ſacroſ. eccleſ.* vid. *Novell.* 19. *circ. medium pr.* 8 Vid. *l.3.* S. *h.t.* 9 Lex primum examinatur, dein ſcribitur, tertio recitatur, ut hic. 10 Legem dictari. 11 Adde *l.2. D. de decret. ab ord.* 12 Leges a Principe confirmandæ ſunt. 13 Hac formula plerumque ipſi Principes edictis ſuis Senatum alloquebantur, ut in *Nov. Theod.* 8. Principium vero reſcripti plerumque ita inchoabat, ſi ex ipſo exercitu mittebatur: *ſi vos liberique veſtri valetis bene eſt: nos exercitusque noſter valemus.* Finis vero: *Manu divina. Optamus vos feliciſſimos ac florentiſſimos noſtrique amantiſſimos, per multos annos bene valere, ſanctiſſimi ordinis P.C.* Ad hunc modum M. Lepidus Imperator ad Senatum reſcribit apud Cicer. 10. *famil.* 34. *Si vos liberique veſtri valetis bene eſt: ego quoque valeo. Deos hominesque teſtor,* P. C. &c. *Goth.* Ad intellectum hujus legis & §. *ſcitote.* & quando legis requiratur expreſſa derogatio, vel actus geſtus contra legem teneat, vid. Sarmient. *lib.3. ſelect. c.14. num.4.* Anſ.
14 Senatus eſt imperii beatitudo & Principis gloria. 15 Hæc lex erat præfatio Novellæ Martiani *de matrimoniis Senatorum:* quæ hodie extat integra in libro Novellarum Martiani, & in breviario Alarici. 16 *l.12.* J. *de jur. & fact. ignor. l.1. §.2. ff. de ædil.* vid. Corraſium 4. *Miſc.* 10. 17 Ideoque præſumuntur ab omnibus ſciri. vid. Alciat. 1. *præſumpt.* 31. v. *Nov. Leonis* 77. Goth. quomodo & quatenus docebunt te Aret. *ad §. ſuſpectus. Inſt. de ſuſpect. tut.* Alex. *ad l.1. §. ſi quis ita. num.9. ff. de verb. oblig.* Jaſon. *ad l. quod te. num.35. ff. ſi cert. pet.* Bartol. *ad l. de quibus. ff. de legibus.* Rip. *ad c. ſæpe. num.92. ext. de reſtit. ſpol. & ad d. l. §. ſi quis ita.* Abbas *ad cap.1. num.9. extr. locati.* Vide etiam Coraſium *lib.4. Miſcell. cap.17.* & Benedictum Capram *in Regul. concluſ.* 3.4. & 14. §.9. Mod. 18 Obſcuram legem Princeps ſolet interpretari. 19 *Prid. Non. April. Conſtantinop. Aëtio & Studio Coſſ.* Ita in ipſis Novellis 1. A. Dat. 454. 20 Hanc ſubſcriptionem Cujac. non probat, 12. *obſ.* 31.
21 Hanc legem Cujac. reſtituit, 12. *obſ.* 31. 22 Novum eſt jus contra rationem juris communis introductum, *l.14.15. D. h.t.* 23 Jus ſingulare uſu inveterato præſcribi poteſt. 24 *l.27. ff. de fideicommiſſ. libert.* 25 Principis ſententia (ἀπόφασις dicitur Græcis) inter duos lata, in ſimilibus vim habet. *Synopſ. Baſilicon,* 2. *tit.*6. *c.*20.
26 Duabus ſcilicet actore & reo. vid. *l.5. §.5.* J. *de temp. appell.* Princeps igitur non poterit ſententiam ferre contra partem non auditam: eo quoque pertinet, quod a quibusdam dicitur, conſtitutionem Principis juſtitiam denegantem nullam eſſe, vid. Antonium Corſetum *in verbo Princeps.* 27 Alias non valent Principis ſententiæ, etiam in notoriis ſine citatione. Wurmſer. 1. *pract.* 22. *num.* 13. adde Oldendorp. *cap.* 30. *de re judic.* 28 Sententia Principis jus dubium declarans, jus facit etiam quoad omnes. 29 *l.3. ſupr. l.12. l.13. D. h. t.* 30 Nihil majus aut ſanctius imperio. 31 Sancti Principes.
32 Notum eſt enim illud τὸν βασιλέα τιμᾶτε, 1. *Petr.* 2. *verſ.* 17. adde *Rom.* 13. 1. *ad Timoth.* 2. *verſ.*2. vid. *Canones Apoſtol. in fin.* 33 Subtilitas vana repudianda, *l.47. §.1. D. de negot. geſt. l.8. §.16. ff. quib. mod. pign. l.7. in fin.* J. *de inſtit. & ſubſtit. l.7.* J. *de SC. Trebell.*
34 Ratæ ſunt & indubitatæ legum interpretationes ab Imperatoribus factæ. 35 Soli Imperatori leges condere permiſſum. Non igitur, Duci, Comiti, Marchioni perpetuam dignitatem & juriſdictionem habenti? Rolandus a Valle licere putat, eorumque decreta jus civile nuncupari poſſe. 1. *conſil.* 86. *num.* 11. 36 Conjunge *l. omnes. ff. de Juſtit. & Jur. §. Jus autem civile. Inſtit. de jur. nat. gent. l. non ambigitur. ff. de legibus.* ad illa autem quæ paulo ante præcedunt, *ſi imperialis ſenſus legem interpretatus eſt,* vide Menochium *de arbitr. Jud. lib.1. quæſt.7. a n.45.* Mod. 37 Legis interpretatio ei tantum eſt permiſſa, cui ſoli jus condendæ legis eſt. 38 Fruſtra conſulitur is cui conſilium dare non licet.
39 Argumentum a facto ad jus obſerva: Fit, ergo jus eſt. 40 Mera interpretatio, id eſt, jus interpretandi. 41 Hinc illud Juvenalis, Satyr. 8. *Veniet de plebe togata, Qui juris nodos & legum ænigmata ſolvat.* 42 Princeps conditor & interpres legum unicus.

43 1. *C. Theod.* 3. 44 *Nov.* 17. Mandata Principum ſunt præcepta, ſive monita, quæ certis perſonis dantur a principe, veluti præfectis & procuratoribus, Dionyſius 2. ἐντολὰς vocat, Græci etiam παραγγέλματα & ὑποθήκας, & *Nov.* 26. ἀποκρίσεις, & *Novell.* 25. 45 *l. un. C. Theod. de mandatis Principum.* 46 Nuntius & quidem abſente Principe.
47 Puta privilegii, dignitatis, delegationis. 48 Pro Juriſdictione delegata a Principe (aliud in privato. Bald. *hic.*) non præſumitur, niſi probetur. 49 Mandatum Principis ſcriptura probandum, *l.5.* J. *de jure fiſci.* Fides non habetur mandatis, quæ ſecreta quis ſe habere adfirmat ex ore Principis ſine ſcripto. 50 Hi extra ordinem in provincias mittebantur, vid. Cujac. *Nov.* 17. 51 Notariatus dignitas eſt: unde colligunt, infamem notarium eſſe non poſſe. *arg. l.1.* J. *de dignitatibus.* Præcipuum notarii munus eſt, fidem publicam facere: quod infamis vix faciet. 52 Conſiſtoriani, vid. *l.25.* J. *de procuratorib.* Cujac. *ad Novell.* 17. & 71. 53 Accepta prid. Kal. Aug. *C. Theod.* 54 Hanc legem Cujac. ex Baſilic. reſtituit, 12. *obſ.* 31. & *Nov.* 124. *c.*4. 55 *Nov.* 124. *c.*4. 56 Latina interpretatio. 57 Id eſt, ore ſine ſcripto. 58 Mandata Principis quibus judex aut collega judici dantur, aut acta celeriter edi, & litem finiri Princeps jubet, non requirunt ſcripturam. 59 In quibusdam editionibus, addita eſt huic titulo *Novella* 17. ſed male: cum ea ſit emiſſa poſt editionem Codicis, Beliſario Conſule.

60 1. D. 3. quæ fieri vetat. *Novella Leonis* 78.

61 Æquali ſcilicet: ut alter altero non ſit potior, & ita abrogatur lex 1. *C. Theod. de reſponſis prudentium.* 62 Adde *d. l.*1. 63 Digeſta ſic dicuntur ut Græcis χρώματα, vel ut ipſe Juſtinianus ait, διῃρέσεως καὶ διατυπώσεως. Digeſta etiam dicuntur, quæ œconomiam habent. Cur digeſta in hunc modum ff. veteres pinxerunt, fruſtra quæritur ab Alciato 3. *diſpunct.* 16. notariorum enim inventum eſt, quod plerumque nullam habet rationem, Cujac. 12. *obſ. ult.*
64 In ipſarum legum non tantum inſcriptionibus, ſed & qui in ipſo legum contextu a recen-

1. Imp.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Triboniano viro eminentiſſimo Quæſtori ſacri palatii.[1]

DEo [2] auctore noſtrum gubernante Imperium, quod nobis a cœleſti Majeſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum Reipublicæ ſuſtentamus: & ita noſtros animos ad Dei Omnipotentis erigimus adjutorium; ut neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducibus, vel noſtro ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam referamus ſummæ providentiam Trinitatis, unde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum [3] diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt. §. 1. Cum itaque * nihil tam ſtudioſum [4] in omnibus rebus invenitur, quam [5] Legum auctoritas, quæ & divinas, & [6] humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit; reperimus autem omnem Legum tramitem, qui ab urbe Roma condita, & Romuleis deſcendit temporibus, ita eſſe confuſum, ut [in] infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur, primum nobis fuit ſtudium a Sacratiſſimis retro Principibus initium ſumere, & eorum Conſtitutiones emendare, & viæ dilucidæ tradere: quatenus in unum Codicem congregatæ & omni ſupervacua ſimilitudine, & iniquiſſima diſcordia abſolutæ, univerſis hominibus promptum ſuæ ſinceritatis præbeant præſidium. §. 2. Hocque opere conſummato, in uno volumine, noſtro nomine præfulgente, coadunato, cum ex paucis & tenuioribus relevati ad ſummam, & pleniſſimam juris emendationem pervenire properaremus, & omnem Romanam ſanctionem & colligere & emendare, & tot auctorum diſperſa volumina uno Codice [7] indita oſtendere; quod nemo alius neque ſperare, neque optare auſus eſt, res quidem nobis difficillima, imo magis impoſſibilis videbatur, ſed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio invocato, eam quoque curam noſtris repoſuimus animis, Deo freti, qui & res penitus deſperatas donare, & conſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt. §. 3. Et ad tuæ ſinceritatis optimum reſpeximus miniſterium: tibique primo & hoc opus commiſimus, ingenii tui documentis, ex noſtri Codicis ordinatione acceptis: & juſſimus, quos probaveris tam ex facundiſſimis anteceſſoribus, quam ex viris diſertiſſimis togatis fori ampliſſimæ ſedis, ad ſociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in noſtrum palatium introductis, nobiſque tuo teſtimonio placitis, totam rem faciendam permiſimus: ita tamen, ut tui vigilantiſſimi animi gubernatione res omnis celebretur. §. 4. Jubemus igitur, vobis antiquorum prudentium [8], quibus auctoritatem conſcribendarum interpretandarumque legum ſacratiſſimi Principes præbuerunt, libros ad jus Romanum pertinentes & legere, & elimare: ut ex his omnis materia colligatur, nulla, (ſecundum quod poſſibile eſt,) neque ſimilitudine, neque diſcordia derelicta: ſed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus ſufficiat. Quia autem & alii libros ad jus pertinentes ſcripſerunt: quorum ſcripturæ a nullis auctoribus receptæ, nec uſitatæ ſunt, neque nos eorum volumina noſtram inquietare dignamur ſanctionem.

§. 5. Cumque hæc materia ſumma noſtri numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quaſi proprium & ſanctiſſimum templum juſtitiæ conſecrare: & in libros quinquaginta, & certos titulos totum [jus] digerere, tam ſecundum Codicis noſtri conſtitutionem, quam Edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius eſſe patuerit: ut nihil extra memoratam conſummationem poſſit eſſe derelictum: ſed his quinquaginta libris totum jus antiquum per mille & [9] quadringentos pene annos confuſum, & a nobis purgatum quaſi quodam muro vallatum, nihil extra ſe habeat: omnibus auctoribus juris æqua [10] dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogativa ſervanda: quia non omnes in omnia; ſed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inveniuntur. §. 6. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt, judicatote, cum poſſit unius [forſitan] & deterioris ſententia & multas & majores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea, quæ antea in notis Æmilii Papiniani ex Ulpiano, & Paulo, nec non Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem ſplendidiſſimi Papiniani, non ſtatim reſpuere: ſed ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationem neceſſarium eſſe perſpexeritis; & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini, ut omnes qui relati fuerint in hunc Codicem prudentiſſimi viri, habeant auctoritatem, tanquam ſi eorum ſtudia ex principalibus Conſtitutionibus profecta, & a noſtro divino fuerint ore profuſa: omnia enim merito noſtra facimus: quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas: nam qui [non] ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus invenit. §. 7. Sed & hoc ſtudioſum vobis eſſe volumus: ut ſi quid in veteribus non bene poſitum libris inveniatis, vel aliquid ſuperfluum, vel minus perfectum, [ſupervacua] longitudine ſemota, & quod imperfectum eſt, repleatis, & omne opus moderatum, & quam pulcherrimum oſtendatis. Hoc etiam nihilominus obſervando: ut, ſi aliquid in veteribus legibus, vel Conſtitutionibus, quas antiqui in ſuis libris impoſuerunt, non recte ſcriptum inveniatis; & hoc [11] reformetis, & ordini moderato tradatis, ut hoc videatur eſſe verum, & optimum, & quaſi ab initio ſcriptum, quod a vobis electum, & ibi poſitum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quaſi vitioſam ſcripturam arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ *Regia* [12] nuncupabatur, omne jus omniſque poteſtas populi Romani in [13] imperatoriam tranſlata ſunt poteſtatem: nos vero ſanctionem omnem non dividimus in alias, & alias conditorum partes, ſed totam noſtram eſſe volumus: quid poſſit antiquitas noſtris legibus abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, cum repoſita ſunt, obtinere: ut, & ſi [14] aliter fuerint apud Veteres conſcripta, in contrarium autem in poſitione [15] inveniantur, nullum crimen ſcripturæ imputetur, ſed noſtræ electioni hoc adſcribatur. §. 8. Nulla [16] itaque in omnibus prædicti Codicis membris antinomia (ſic enim a vetuſtate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem ſibi vindicet locum, ſed ſit una concordia, una conſequentia, adverſario nemine conſtituto. §. 9. Sed & ſimilitudinem, (ſecundum quod dictum eſt,) ab hujuſmodi conſummatione voluminis exulare, & ea quæ ſacratiſſimis conſtitutionibus quas in Codicem noſtrum redegimus, cauta ſunt, iterum poni ex veteri jure non concedimus, cum divalium conſtitutionum ſanctio ſufficiat ad eorum auctoritatem: niſi forte vel propter diviſionem, vel propter repletionem, vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit, & hoc tamen perraro, ne ex continuatione hujuſmodi lapſus oriatur aliquid in tali prato ſpinoſum. §. 10. Sed & ſi quæ leges in veteribus libris poſitæ, jam in deſuetudinem abierunt: nullo modo vobis eaſdem ponere permittimus; cum hæc tantummodo obtinere velimus, quæ vel judiciorum frequentiſſimus ordo exercuit [17], vel longa conſuetudo hujus almæ urbis comprobavit, ſecundum Salvii Juliani ſcripturam, quæ indicat debere omnes civitates conſuetudinem Romæ ſequi, & leges, quæ caput eſt orbis terrarum, non ipſam alias civitates. Romam autem intelligimus non ſolum veterem, ſed etiam regiam noſtram quæ Deo propitio cum melioribus condita eſt [18] auguriis.

§. 11. Ideo jubemus duobus iſtis Codicibus omnia gubernari: uno conſtitutionum: altero juris enucleati, & in futurum Codicem compoſiti, vel ſi quid aliud a nobis fuerit promulgatum inſtitutionum vicem obtinens; ut [19] rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur ſcientiam. §. 12. Noſtram autem conſummationem, quæ a nobis Deo adnuente componetur, Digeſtorum vel Pandectarum nomen habere ſancimus, nullis juris peritis in poſterum audentibus commentarios illi applicare, & verboſitate ſua ſupradicti Codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus temporibus factum eſt, cum per contrarias interpretantium ſententias totum jus pene conturbatum eſt: ſed ſufficiat per indices [20] tantummodo & titulorum ſubtilitatem, [quæ παράτιτλα nuncupantur] quædam admonitoria ejus facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.

§. 13. Ne autem per ſcripturam [21] aliqua fiat in poſterum dubitatio: jubemus non per ſiglorum [22] captiones & compendioſa ænigmata, quæ multas per ſe & per ſuum vitium [23] antinomias [24] induxerunt, ejuſdem Codicis textum conſcribi, etiamſi numerus librorum ſignificetur, aut aliud quicquam; nec enim per ſpecialia ſigna numerorum manifeſtari, ſed per literarum conſequentiam explanari concedimus. §. 14. Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia una cum aliis facundiſſimis viris ſtudeat; & tam ſubtili, quam celerrimo fini tradere: ut Codex conſummatus, & in quinquaginta libros digeſtus offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiæ [25] argumentum, noſtrique imperii veſtrique miniſterii gloriam. Dat. 18. Kal. Januariis, LAMPADIO & ORESTE viris clariſſimis CONSS. 530.

FELICITER.

De bellicis Juſtiniani facinoribus, & juris compoſitione. 1. *De compoſitione Codicis, & pandectar.* 2. *De Prima.* 3. *De Secunda.* 4. *Tertia.* 5. *Quarta.* 6. *Quinta.* 7. *Sexta.* 8. *Septima parte Digeſtor.* 9. *De compoſitor. pandect.* 10. *De nominibus Juriſconſultorum, eorumque libror. & veter. leg. emendat.* 11. *De compoſitione Inſtitutionum.* 12. *Deo gratiæ redduntur. De utilitate compoſitionis Juſtinianeæ.* 13. *De legibus ſimil.* 15. *De contrariis.* 16. *De prætermiſſis.* 17. *Collatio juris antiqui, & juris Juſtinian. De libris ex quibus pandectæ collectæ ſunt.* 18. *De rebus novis conſtituendis.* 19. *De gratiis Deo agendis. De legibus Juſtiniani obſervandis.* 20. *De catalogo librorum ex quibus Digeſta compoſita ſunt, & de autoritate Juriſconſultorum.* 21. *De interpretationibus juris.* 22. *Quomodo libri juris ſcribi debent.* 23. *De legibus Juſtinianeis obſervandis, & manifeſtandis.*

2. Imp. Cæſ. FLAV. JUSTINIAN. A. ad Senatum, & omnes populos.

TAnta circa nos divinæ humanitatis eſt providentia, ut ſemper æternis liberalitatibus nos ſuſtentare dignetur. Poſt bella enim Parthica æterna pace ſopita, poſtque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum ſociatam: & leges antiquas jam ſenio prægravatas, per noſtram vigilantiam præbuit in novam pulchritudinem, & moderatum pervenire compendium: quod nemo ante noſtrum imperium unquam ſperavit, neque humano ingenio poſſibile eſſe penitus exiſtimavit? erat enim mirabile, Romanam ſanctionem ab urbe condita uſque ad noſtri Imperii tempora, quæ pene in mille [26] & quadringentos annos concurrunt, inteſtinis præliis vacillantem, hocque & in imperiales conſtitutiones extendentem, in unam reducere conſonantiam: ut nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in ea inveniatur, & ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ uſquam appareant: namque hoc cœleſtis quidem providentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo poſſibile. Nos itaque more ſolito ad immortalitatis reſpeximus præſidium, & ſummo numine invocato, Deum auctorem & totius operis præſulem fieri optavimus: & omne ſtudium Triboniano viro excelſo, magiſtro officiorum, & exquæſtore ſacri noſtri palatii, & exconſule credidimus, eique omne miniſterium hujuſcemodi ordinationis impoſuimus, ut ipſe una cum aliis illuſtribus & prudentiſſimis viris noſtrum deſiderium adimpleret: noſtra quoque majeſtas ſemper inveſtigando, & perſcrutando ea, quæ ab his componebantur; quicquid dubium & incertum inveniebatur, hoc numine cœleſti erecta emendabat, & in competentem formam redigebat. §. 1. Omnia igitur confecta ſunt, Domino & Deo noſtro Jeſu Chriſto poſſibilitatem tam nobis quam noſtris in hoc ſatellitibus præſtante. Et principales quidem Conſtitutiones duodecim libris digeſtas, jam ante in Codicem [27] noſtro nomine præfulgentem contulimus.

tioribus laudantur, id eſt, allegantur. 1 Al. *quæſtori ſuo. Salutem.* 2 *l.* 1. *C. de veteri jure.* 3 Al. rerum. 4 Id eſt, expetendum. 5 Adde *l.* 1. *l.* 2. *D. de legib. Novell.* 164. *in pr. & Leonis* 36. 6 *l.* 10. *in fin. D. de juſtit. & jur.* olim legum interpretandarum ſcientia ad collegium Pontificum pertinebat, *l.* 2. §. 6. *in fin. D. de orig. jur.* ad quos de divinis omnibus & humanis etiam referebatur, Cicer. 3. *de Orat.* 7 Al. uni Codici, S. L. 8 *l.* 2. §. 47. *verſ. & ut obiter D. de orig. jur.* 9 Atqui Juſtiniani Imperium incipit ab anno 1280. urbis, vid. *conſt. ad ſenat. in princ.* 10 Et ſic abrogata, *l.* 1. *C. Theod. de reſp. prudentum*, Cujac. 11 Livor Græculus gloriæ Romanæ ac juri plus detrimenti attulit, quam Gotthorum incendia & vaſtationes. *Salomonius.* 12 Lex Regia de imperio Principis. §. 6. *Inſtit. de jure naturali.* Goth. Dicitur lex Imperii. *l.* 3. *C. de teſtam.* De lege Regia, vid. Hottomann. *in indic. leg. Roman.* S. L. 13 Vide *l.* 1. §. *ſed & hoc ſtudioſum. hujus* §. *verſ & nemo. Cod. de veteri jure.* 14 Crucis nomen, de quo apud Paulum 5. *ſent.* 17. §. 2. *& tit.* 22. §. 1. Tribonianus in furcæ vocabulum ſic commutavit. *l.* 28. §. 19. *l.* 38. §. 2. *ff. de pœn.* 15 *Al.* compoſitione. 16 Poſt Molinæum Cujacius 8. *ad Africanum, fol.* 176. notat *legem* 11. & 14. *ff. de reb. credit.* nulla ratione conciliari poſſe cum *l.* 34. *ff. mandati*, idem refert, 5. *obſ.* 38. *in fin.* errore Triboniani conflatum eſſe ἐναντίωμα inexplicabile inter legem 7. *in fin. D. de ædil. edict. l.* 7. *ff. de probat. & præſ.* 17 Adde *l.* 34. *l.* 35. *& ſeq. D. de leg.* 18 Conſtantinopolim, quæ alibi urbs æterna appellatur, *l.* 5. *in pr. C. de diverſ. præd. urb. lib.* 11. *tit.* 69. 19 Remi necem ſubinnuit. Hoc ſi Zoſimo credimus Conſtantinus Romulo non erit probior ob uxoris & filii necem. 20 Inſtitutionum ſcopus. 21 Per indicem. §. *ult. Inſt. de publ. Judic.* διὰ συντόμου Theoph. *ibi.* v. Cujac. 5. *obſ.* 25 22 Al. ſignorum. al. ſiglorum. de ſiglis vid. *conſtit. ad anteceſſores.* §. *hæc autem.* al. ſingulorum. 23 Ex eo fonte vitium in *l.* 57. *in fin. ff. de judiciis*, promanare tradit Petrus Faber 1. *Semeſt.* 13. *in fin.* 24 Et obſcuritates in contractibus & teſtamentis. vid. *quæ not. ad Novell.* 47. *c.* 2. *in fin.* 25 *Al.* providentiæ. 26 Vid. *conſtit. ad Tribon.* §. 5. Goth. *Al.* mille & trecentos. *S. L.* 27 Codex.

Poſtea vero maximum opus aggredientes, ipſa vetuſtatis [1] ſtudioſiſſima opera, jam pene confuſa & diſſoluta, eidem viro excelſo permiſimus tam colligere, quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, a præfato viro excelſo ſuggeſtum eſt duo pene millia librorum eſſe conſcripta, & plus quam [2] trecenties decem millia verſuum a veteribus effuſa: quæ neceſſe [eſſet] omnia & legere & perſcrutari, & ex his ſi quid optimum fuiſſet, eligere. † Quod cœleſti fulgore & ſummæ Trinitatis favore confectum eſt, ſecundum noſtra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelſum fecimus: & in quinquaginta libros omne quod utiliſſimum erat, collectum eſt: & omnes ambiguitates deciſæ, nullo ſeditioſo relicto, nomenque libris impoſuimus Digeſtorum, ſeu Pandectarum, quod [3] omnes diſputationes, & deciſiones in ſe habeant legitimas. Nam quod undique fuit collectum, hoc in ſinus ſuos receperunt, in centum quinquaginta pene millia [4] verſuum totum opus conſummantes, & in ſeptem partes eos digeſſimus non perperam, neque ſine ratione: ſed in numerorum naturam & artem reſpicientes, & conſentaneam eis diviſionem partium conficientes. §. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros ſepoſita eſt. §. 3. Secundus autem articulus [5] ſeptem libros habet qui de judiciis appellatur. §. 4. In tertia vero congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus [6], octo libris eis [7] deputatis.

§. 5. Quartus autem locus, qui & totius compoſitionis quaſi quoddam invenitur umbilicum, octo libros ſuſcepit: in quibus omnia quæ ad hypothecam [8] pertinent, repoſita ſunt, ut non a pignoratitia actione in libris de rebus poſita multum diſtarent. Alio [9] libro eodem inſerto volumine, qui ædilitium Edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ ſtipulationem, quæ de evictionibus propoſita eſt, continet: quia hæc omnia titulis emptionum, & venditionum conſentanea ſunt: & prædictæ actiones, quaſi pediſſequæ illarum ab initio proceſſerunt, in vetuſtioris quidem Edicti ordinatione in loca devia, & multo diſtantia devagantes: per noſtram autem providentiam his congregatæ: cum oportuerat ea, quæ de eodem pene loquuntur, in confinio ponere. Alius denique [10] liber poſt duos primos nobis excogitatus eſt de uſuris, & trajectitiis pecuniis, & de inſtrumentis & teſtibus, & probationibus, [necnon præſumptionibus,] & memorati tres ſingulares libri juxta compoſitionem de rebus poſiti ſunt. Poſt hos ſi qua de ſponſalibus, vel nuptiis, vel dotibus legibus dicta ſunt, repoſuimus, tribus [11] librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem, & curationibus geminos [12] libros conſcripſimus. Et memoratam ordinationem octo librorum, mediam totius operis repoſuimus, omnia undique tam utiliſſima quam pulcherrima jura continentem. §. 6. Quintus autem exoritur [nobis] Digeſtorum articulus, in quem de teſtamentis [& [13]] codicillis tam privatorum quam militum, omne quidquid antiquis dictum inveniat quis depoſitum, qui de teſtamentis appellatur. De legatis autem & fideicommiſſis quinque [14] librorum numerus adgregatus eſt. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam (ut) legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommiſſis autem Senatusconſulti Trebelliani, ſingulis libris [15] utrique eorum applicatis tota pars quinta in novem libros coadunata eſt. Solum autem Senatusconſultum Trebellianum ponendum eſſe exiſtimavimus: captioſas etenim, & ipſis veteribus odioſas Pegaſiani Senatusconſulti ambages, & utriusque Senatusconſulti inter ſe tam ſupervacuas quam ſcrupuloſas diverſitates reſpuentes, totum jus ſuper his poſitum Trebelliano Senatusconſulto adjudicavimus. Sed in [16] his nihil de caducis a nobis memoratum eſt: ne cauſa, quæ in rebus non proſpere geſtis, & triſtibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coaleſcens civili, noſtris remaneat temporibus, quæ favor cœleſtis, & pacis vigor firmavit, & [ſuper] omnes gentes in bellicis [victori] periculis ſuperpoſuit [17]: ne luctuoſum monumentum læta ſæcula inumbrare concedatur.

§. 7. Sexta deinde pars Digeſtorum exoritur; in qua omnes bonorum poſſeſſiones poſitæ ſunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos reſpiciunt: ut & jus omne quod de gradibus & adfinitatibus deſcendit, legitimæque hereditates, & omnis ab inteſtato ſucceſſio: & Tertyllianum, & Orphitianum Senatusconſultum, ex quibus mater & filii invicem ſibi heredes exiſtunt, in geminos [18] libros contulimus: bonorum poſſeſſionum multitudinem in compendioſum, & manifeſtiſſimum ordinem concludentes. † Poſt hæc ea quæ de operis novi nunciationibus, damnique infecti, & pro ædificiis dirutis, & eorum inſidiis, & quæ de aqua pluvia arcenda veteribus auctoribus placita ſunt: necnon de publicanis, & donationibus tam inter vivos, quam mortis cauſa conficiendis, cauta legibus invenimus, in librum ſingularem [19] deduximus. † De manumiſſionibus autem, & de liberali cauſa alius [20] liber reſpondit: quemadmodum, & de adquiſitione tam dominii, quam poſſeſſionis, & titulis, qui eam inducunt, multæ & variæ lectiones [21] uni ſunt inſertæ volumini: alio [22] libro deputato his, qui judicati, vel in jure confeſſi ſunt: & de bonorum detentionibus, & venditionibus, & ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Poſtque hæc omnia interdicta glomerata [23] ſunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus: & de obligationibus, & actionibus, liber [24] iterum ſingularis extenditur: ut præfata ſexta pars totius Digeſtorum voluminis octo libris definiatur. §. 8. Septimus autem & noviſſimus articulus Digeſtorum duobus libris formatus eſt: in quo de ſtipulationibus [ſeu] verborum obligationibus, & fidejuſſoribus & mandatoribus, nec non novationibus, & ſolutionibus, & acceptilationibus, & de Prætoriis ſtipulationibus, omne quod jus invenitur [25] gemino volumine inſcriptum eſt, quod in libris antiquis nec numerari poſſibile fuit. Et poſt hæc duo [26] terribiles libri poſiti ſunt de delictis privatis, & extraordinariis necnon publicis criminibus, qui omnem continent ſeveritatem, pœnarumque atrocitatem. Quibus permixta ſunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta ſunt, qui ſe celare conantur, & contumaces exiſtunt: & de pœnis quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur: necnon de eorum ſubſtantiis. Liber autem [27] ſingularis pro appellationibus nobis excogitatus eſt contra ſententias, tam civiles quam criminales cauſas finientes. Cætera autem omnia quæ ad *municipales* [28], vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diverſis cognitionibus [& cenſibus], vel ſignificatione verborum a veteribus inventa ſunt, quæque regulariter definita, in ſeſe recipit [29], quinquageſimus totius conſummationis perfectus.

§. 9. Quæ omnia confecta ſunt per [30] virum excelſum necnon prudentiſſimum magiſtrum, exquæſtore & exconſule *Tribonianum*, qui ſimiliter eloquentiæ, & legitimæ ſcientiæ artibus decoratus, & in ipſis rerum experimentis emicuit; nihilque majus nec carius noſtris unquam juſſionibus duxit, necnon per alios viros magnificos, & ſtudioſiſſimos perfecta ſunt, id eſt, *Conſtantinum* virum illuſtrem, Comitem ſacrarum largitionum, & magiſtrum ſcrinii libellorum, ſacrarumque cognitionum; qui ſemper nobis ex bona opinione & gloria ſeſe commendavit: necnon *Theophilum* virum illuſtrem [31], magiſtrum jurisque peritum in hac ſplendidiſſima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & *Dorotheum* [virum] illuſtrem & facundiſſimum quæſtorium, quem in Berutienſium ſplendidiſſima civitate leges diſcipulis [32] tradentem propter ejus optimam opinionem, & gloriam ad nos deduximus, participemque hujus operis fecimus: ſed & *Anatolium* virum illuſtrem magiſtrum, qui & ipſe apud Berutienſes juris interpres conſtitutus, ad hoc opus allectus eſt, vir ab antiqua ſtirpe legitima procedens, cum & pater ejus Leontius, & avus Eudoxius, [qui poſt Patricium inclytæ recordationis quæſtorium, & anteceſſorem & Leontium virum glorioſiſſimum prætorium, conſularem, atque Patricium filium ejus,] optimam ſui memoriam in legibus reliquerunt, necnon *Cratinum* virum illuſtrem, & comitem ſacrarum largitionum, & optimum anteceſſorem hujus almæ Urbis conſtitutum. Qui omnes ad prædictum opus electi ſunt, una cum *Stephano, Menna, Proſdocio, Eutholmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Jacobo, Conſtantino, Johanne*, viris prudentiſſimis. Qui patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem præfecturæ quæ Orientalibus prætoriis præſidet. Omne autem ſuæ virtutis teſtimonium undique accipientes, & a nobis ad tanti operis conſummationem electi ſunt: & cum omnes in unum convenerunt, gubernatione Triboniani viri excelſi, ut tantum opus nobis auctoribus poſſint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus conſummatum eſt. §. 10. Tanta autem a nobis antiquitati habita eſt reverentia, ut [33] nomina prudentium taciturnitati [34] tradere nullo patiamur modo: ſed unus quisque eorum qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt: hoc tantummodo a nobis effecto: ut ſi quid in legibus eorum vel ſupervacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum viſum eſt: vel adjectionem, vel deminutionem neceſſariam accipiat, & rectiſſimis tradatur regulis, ſed & in multis ſimilibus, vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus poſitum eſt, unaque omnibus auctoritate indulta: ut quidquid ibi ſcriptum eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum: nemine audente comparare ea quæ antiquitas habebat, & quæ noſtra auctoritas introduxit: quia multa & maxima ſunt, quæ propter utilitatem rerum transformata ſunt; adeo ut etſi principalis Conſtitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus: ſed & hoc corrigendum eſſe putavimus: & in melius reſtaurandum: nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & neceſſarium fuerat, hoc noſtris emendationibus ſervavimus: & propter hanc cauſam, & ſi quid inter eos dubitabatur, hoc jam in tutiſſimam pervenit quietem, nullo titubante relicto. §. 11. Sed cum proſpeximus quod ad portandam tantæ ſapientiæ molem non ſunt idonei homines rudes, & qui in primis [35] legum veſtibulis ſtantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam [36] mediocrem emendationem præparandam eſſe cenſuimus, ut ſub ea colorati, & quaſi primitiis omnium imbuti, poſſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis aſpicere [37]. Et ideo Triboniano viro excelſo, qui ad totius operis gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo, viris illuſtribus & facundiſſimis anteceſſoribus accerſitis, mandavimus, quatenus libris quos veteres compoſuerunt, qui prima legum argumenta continebant, *& Inſtitutiones* vocabantur, ſeparatim collectis, quidquid ex his utile & aptiſſimum, & undique fit elimatum, & rebus quæ in præſenti ævo in uſu vertuntur, conſentaneum inveniatur, hoc & capere ſtudeant, & quatuor libris reponere, *& totius* [38] *eruditionis prima fundamenta, atque elementa ponere: quibus juvenes ſuffulti poſſint graviora & perfectiora legum ſcita ſuſtentare.* Admonuimus autem eos, ut memores etiam noſtrarum fiant Conſtitutionum, quas pro emendatione juris promulgavimus, & in confectione inſtitutionum etiam eadem emendatione ponere non morentur: ut ſit manifeſtum, & quid antea vacillabat, & quid poſtea in ſtabilitatem redactum eſt. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatum & relectum eſt, & prono ſuſcepimus animo, & noſtris ſenſibus non indignum eſſe judicavimus: & prædictos *libros Conſtitutionum* vicem habere juſſimus: quod & in oratione noſtra, quam eisdem libris præpoſuimus, apertius declaratur. §. 12. Omni igitur Romani juris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, [id eſt, Inſtitutionum, & Digeſtorum, ſeu Pandectarum, necnon Conſtitutionum,] perfecta, & [39] in tribus annis conſummata; quæ ut primum ſeparari cœpit, neque in totum decennium compleri ſperabatur: omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum ſuſtentationem piis obtulimus animis, uberesque gratias maximæ Deitati reddidimus, quæ nobis præſtitit, & bella feliciter agere, & honeſta pace perpotiri, & non tantum noſtro, ſed etiam omni ævo, tam inſtanti quam poſteriori leges optimas ponere. §. 13. Omnibus itaque hominibus eandem Sanctionem manifeſtam facere, neceſſarium [eſſe] perſpeximus: ut ſit eis cognitum, quanta confuſione & infinitate abſoluti, in quam moderationem & legitimam veritatem pervenerint; legesque in poſterum habeant, tam directas, quam compendioſas, omnibusque in promptu poſitas, & ad poſſidendi libros earum facilitatem idoneas: ut non mole divitiarum expenſa poſſint homines ſupervacuæ legum multitudinis adipiſci volumina [40], ſed viliſſima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus,

1 Pandectæ. 2 Vid. §. 1. J. *conſt. ad magn. Senatum.* 3 *Al.* quia.
4 Hic locus oſtendit verſuum vocabulo leges & paragraphos intelligi non poſſe, ſed potius lineas, vid. Contium 1. *lect.* 8. Duar. 2. *diſp.* 6. 5 *A* 5. *ad finem* 11.
6 Qui a 12. incipientes in 19. finiunt. 7 *Al. ei.* 8 De qua lib. 20.
9 Nempe 21. 10 Liber ſc. 22. 11 Nempe 23. 24. 25. 12 26. 27.
13 Continens lib. 28. *&* 29. 14 Nempe 30. 31. 32. 33. 34. 15 35. ſcilic. & 36. quanquam trigeſimus quintus initium ducat non a Tractatu legis Falcid. ſed a tit. de cond. & demonſt. 16 Contra quam in Codice qui hodie extat. 17 *Al.* poſuit.
18 *L.* 37. 38. 19 *L.* 39. 20 *L.* 40. 21 *L.* 41. 22 *L.* 42. 23 Lib. 43. & 44. a Tit. 1. ad finem 6. 24 Imo non liber ſed Titulus 7. *lib.* 44. 25 *L.* 45. 46.
26 *L.* 47. 48. 27 *L.* 49. 28 Vid. Cujac. 9. *obſ.* 37. 29 *L.* 50. 30 Nota de ſeptemdecim viris, electis ad compoſitionem Digeſtorum. 31 Conſtantinopoli.
32 Eundem anteceſſorem vocavit, *§. conſt. ad anteceſſores circa pr.* ut & Theophilum, legum doctorem. §. 1. *§. conſt. ad Senat.* 33 Quæ ubique prætendit, & ea quidem nonnunquam ſola, licet ex eorum mente ſermoneve ſubſequatur nihil, *Cujac.* & contraria his quæ aliquando ſcripſerunt poſteritati tradat. vide Contium 1. *lect.* 9. 34 Vid. quæ ſcripſi *ad l.* 5. *§.* 2. *ff. de præſ. verb.* 35 De inſtitutionibus compoſitis a Juſtiniano. 36 Inſtitutionum uſus.
37 *Alii:* accipere. 38 Inſtitutionum definitio. 39 Facit ea res, ut merito ſuſpectum Triboniani opus videatur. 40 Eodem modo Flavius laudem meretur, quod cum myſteria Juris a Pontificibus tanquam dies a Chaldæis peti oporteret: jus in penetralibus Pontificum

minime

minimo pretio magna prudentia reparanda. §. 14. Si quid autem in tanta legum compositione quæ ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum existimet: sed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest, hoc inscribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis est: quod & a majoribus dictum est: deinde sciat quod similitudo in quibusdam & his brevissimis adsumpta non inutilis est: & nec citra nostrum propositum hoc subsequutum: aut enim ita lex necessaria erat, ut diversis titulis propter rerum cognationem applicari eam oporteat: aut cum fuerat aliis diversis permixta, impossibile erat [eam] per partes detrahi, ne totum confundatur, & in his partibus in quibus perfectissimæ visiones [1] expositæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat sparsum, hoc dividere ac separare penitus erat incivile: ne tam sensus, quam aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo, si quid principalibus Constitutionibus cautum est, hoc in Digestorum volumine poni nullo concessimus modo: quasi Constitutionum recitatione sufficiente, nisi & hoc raro ex iisdem causis quibus similitudo adsumpta est. §. 15. Contrarium [2] autem aliquid in hoc Codice positum nullum [3] sibi locum vindicabit, nec invenitur: si quis subtili animo diversitatis rationes excutiat, sed est aliquod novum inventum [4], vel occulte positum, quod dissonantiæ querelam dissolvit, & aliam naturam inducit discordiæ fines effugientem. §. 16. Sed & si quid forsitan prætermissum [5] est, quod in tantis millibus quasi in profundo positum latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obscuritate involutum necessario derelictum est: quis hoc reprehendere recto animo possit? primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem: deinde propter ipsius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum, nullam sui ad eruendum præbuit copiam: dein [6] quod multo utilius est, pauca idonea effugere, quam multis inutilibus homines prægravare. §. 17. Mirabile autem aliquid ex his libris emersit, quod *multitudo antiqua præsente brevitate paucior invenitur*: homines etenim, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant positæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscitiam, & [7] voluntate judicum magis, quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In præsenti autem consummatione nostrorum Digestorum e tantis leges collectæ sunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec unquam audiebant, quæ omnia collecta sunt substantia amplissima congregata, ut egena quidem antiqua multitudo inveniatur, opulentissima autem brevitas nostra efficiatur. Antiquæ autem sapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus vir excellentissimus præbuit: in quibus multi fuerant, & ipsis eruditissimis hominibus [8] incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram compositionem pervenit. Sed hujus operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges positæ sunt: sed etiam alia multa, quæ isti, nihil vel utile, vel novum in eis invenientes, quod exceptum nostris Digestis applicarent, optimo animo respuerunt.

§. 18. Sed quia *divinæ quidem res perfectissimæ sunt, humani vero juris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod stare pepetuo possit: multas enim formas edere natura novas deproperat*: non desperamus, quædam postea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non sunt innodata [9]: si quid igitur tale contigerit, augustum imploretur remedium: quia ideo imperialem fortunam rebus humanis Deus præposuit, ut possit omnia, quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere: & hoc non primum a nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia: cum & ipse *Julianus* legum & Edicti perpetui subtilissimus conditor, in suis libris hoc retulerit: ut si quid imperfectum inveniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur, & non ipse solus, sed & Divus Hadrianus in compositione Edicti, & Senatusconsulto, quod eam secutum est, hoc apertissime definivit, *ut, si quid in edicto positum non inveniatur* [10], *hoc ad ejus regulas ejusque conjecturas & imitationes possit nova instruere auctoritas*. §. 19. Hæc igitur omnia scientes patres conscripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summæ divinitati, quæ vestris temporibus, tam saluberrimum opus servavit: quo enim antiquitas digna divino non est visa judicio, hoc vestris temporibus indultum est. Hasce itaque leges adorate [11] & observate omnibus antiquioribus quiescentibus, nemoque vestrum audeat, vel comparare eas prioribus, vel si quid dissonans in utroque est, requirere: quia omne quod hic positum est, hoc unicum & solum observari sancimus. Nec in judicio, nec in alio certamine, ubi leges necessariæ sunt, ex aliis libris, nisi ab iisdem institutionibus nostrisque Digestis, & constitutionibus a nobis compositis, vel promulgatis aliquid, vel recitare, vel ostendere conetur: nisi temerator velit falsitatis [12] crimini subjectus una cum judice, qui [13] eorum audientiam patiatur [14], pœnis gravissimis laborare. §. 20. Ne autem incognitum vobis fiat, ex [15] quibus veterum libris hæc consummatio ordinata est, jussimus, & hoc in primordiis Digestorum nostrorum inscribi: ut manifestissimum sit, ex quibus legislatoribus quibusque libris eorum, & quot millibus hoc justitiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos anteriores piissimi Principes admittere non fuere indignati: omnibus uno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam aliquam [16] prærogativam vindicante: cum enim Constitutionum vicem, & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur: cum una dignitas, una potestas omnibus est indulta?

§. 21. Hoc autem, quod & ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri Deo adjuvante mandabamus, tempestivum nobis videtur, & in præsenti sancire, ut nemo neque eorum qui in præsenti juris peritiam habent, neque (qui) postea fuerint, audeat commentarios [17] hisdem legibus adnectere: nisi tantum si velint eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, eademque consequentia, sub qua & voce Romana positæ sunt: hoc quod Græci [18] κατὰ πόδα dicunt, & si quid forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ Paratitla nuncupantur componere, alias autem legum interpretationes, immo magis perversiones, eos jactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod & in antiquis Edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum, huc atque illuc in diversas sententias producentes (contrahentes) in infinitum distraxerunt, ut pene omnem Romanam sanctionem esse confusam (cerneres.) Quos si passi non sumus, quemadmodum posteritatis admittatur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem falsitatis rei constituantur, volumina autem eorum omnimodo [19] corrumpentur. Si quid vero, ut supra dictum est, ambiguum fuerit visum: hoc ad imperiale culmen per judices referatur, & ex auctoritate Augusta manifestetur, cui [20] soli [21] concessum est leges, & condere & interpretari.

§. 22. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus, & adversus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum [22] obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim, id est, & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros per consequentias literarum volumus, non per [23] sigla manifestari: ita ut, qui talem librum sibi paraverit, in quo sigla posita sunt, in qualemcunque locum libri, vel voluminis, sciat inutilis se esse Codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali Codice in judicium aliquid recitare, qui in quacunque sua parte siglorum habet malitias. Ipse autem librarius qui eas inscribere ausus fuerit, non solum criminali [24] pœna, secundum quod dictum est, plectetur: sed etiam libri æstimationem in duplum domino reddet, si & ipse dominus ignorans talem librum, vel comparaverit, vel confici curaverit: quod & antea a nobis dispositum est, & in Latina Constitutione, & in Græca, quam ad legum professores dimisimus. §. 23. Leges autem nostras, quæ in his Codicibus, id est, Institutionum seu Elementorum, & Digestorum, vel Pandectarum posuimus, suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Januarias, in omne ævum valituras, & una cum nostris Constitutionibus pollentes: &, suum vigorem in judiciis ostendentes in omnibus causis, sive [25] quæ postea emerserint, sive quæ in judiciis adhuc pendent, nec eas judicialis, vel amicalis forma compescuit: quæ enim jam vel judiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita, hæc [26] resuscitari nullo volumus modo. Bene autem properavimus in tertium nostrum consulatum, & has leges edere: quia maximi Dei & Domini nostri Jesu Christi auxilium felicissimum eum nostræ Reipublicæ donavit: cum in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcrevit. Post Europam enim, & Asiam, & tota Libya nostro imperio adjuncta est, & tanto operi legum caput impositum est: & omnia cœlestia dona nostro tertio consulatui indulta.

§. 24. Omnes itaque judices nostri pro sua jurisdictione easdem leges suscipiant [27], & tam in suis judiciis quam in hac regia Urbe habeant, & proponant, & præcipue vir excelsus hujus almæ Urbis præfectus: curæ autem erit tribus excelsis præfectis prætoriis, tam Orientalibus, quam Illyricis, necnon Libycis, per suas auctoritates omnibus, qui suæ jurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Dat. 17. Kal. Jan. JUSTINIANO Domino nostro ter consule. FELICITER 533.

3. IN [28] NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI JESU CHRISTI.

Imperator Cæsar Flav. Justinianus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclitus, victor, triumphator, semper colendus Augustus: ad magnum Senatum & populum, & omnes orbis nostri civitates.

Dedit nobis [29] Deus post pacem cum [30] Persis initam, post Vandalica trophæa, & totam Libyæ adquisitionem, postque nominatissimam Carthaginem nostro iterum Imperio [31] sociatam, ut veterum legum renovationis opus ad optatum finem perduceremus: quod nemo Principum ante nostrum imperium, aut in mentem induci posse, aut humano ingenio possibile esse existimavit. Erat enim mirabile, omnem Romanam sanctionem a condita vetere Roma usque ad nostri imperii tempora, quæ [32] pene in mille & trecentos annos concurrunt, non solum secum in variis suis partibus, sed in imperialibus quoque præsertim sanctionibus inter omnem nutare consonantiam pariter ac discordiam: non tamen id solum quod secum pugnabat, tollere; sed etiam quod idem, aut simile reperiebatur, expellere, variamque ipsius pulchritudinis ideam tribuere, ita ut pro singulis rebus singulæ leges constitutæ viderentur. Quod proculdubio superioris numinis & fluentis inde benignitatis fuit, non humanæ cogitationis, aut incepti, aut potestatis. Nos itaque, more solito manibus ad Deum erectis, eoque, ut nos complecti dignaretur, invocato, & rem aggressi sumus, & omnia tandem conficimus, Triboniano gloriosissimo magistro, & exquæstore sacri nostri palatii, & exconsule ad omne ministerium usi; necnon aliis quibusdam illustribus, & prudentibus viris, inquirentes semper ea quæ ab eis componebantur: & id quod erat dubium perscrutantes, omnibus quoque secundum datam nobis a Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo scientiam & intellectus vigorem imponentes competentem formam. §. 1. Et piissimas igitur constitutiones jam ante in duodecim libris comprehensas, Codicem nostræ pietatis co-

abditum evulgavit Cicer. pro Murena. *Liv.* 9. *Val.* 2. *Plin.* 21. 1 Theoriæ §. 13. J. *const. prox.* vid. *l.* 23. §. 15. *ff. de petit. hered.* al. jussiones. 2 De Antinomiis. 3 Vid. §. 8. *s. const. ad Tribonianum.* 4 Cujacius tradit, leges permultas in concordiam reduci posse: si aliæ ad jus constitutionum benignum, aliæ ad leges veteres, & jus severum referantur. 7. *observ.* 19. eaque dissolvendi lege, idem 8. *obs.* 8. utitur. Huic affine est quod extat in *l.* 26. *ff. de leg. ult. ff. de const. pr.* & §. 19. *infr. ad magnum Senatum.* 5 De Prætermissis. 6 *Al.* Deinde. 7 Adde *l.* 2. §. 3. §. 6. *ff. de orig. jur.* 8 Huc facere potest quod Ammian. *l.* 30. de advocatis loquens, scribit. Hi, inquit, ut altius jura callere videantur, Trebatium loquuntur, & Cæsellium & Alfenum, & Aurumcaurum, Sicanorumque jam diu leges ignotas, cum Euandri matre ab hinc seculis obrutas multis. 9 *Flor. al.* id est, innovata. 10 Adde *l.* 12. *ff. de legib. l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de Jurisdict.* v. *l.* 11. *ff. de præscr. verbis.* 11 Ad laudem scientiæ juris facit *l.* 1. §. 5. *ff. de extraord. cogn.* 12 §. 19. *infr. constit. ad magnum Senatum.* 13 *Al.* eis. 14 Accommodavit.

15 Quibus ex libris Pandect. excerptæ sunt. 16 Adde *constit. ad Tribon. supr.* §. 3. 17 De commentariis legum §. 21. J. *const. prox.* 18 Juxta pedem, perinde ac si diceret, ea lege, ut iisdem vestigiis insistant, & pedetentim subsequantur hoc opus. vid. Alciat. 11. *Parerg.* 6. 19 Adde *l.* 4. §. 1. *in fin. ff. famil. ercisc.* 20 Vid. *quæ not. ad l.* 1. *C. de legib.* 21 Atqui Senatus jus facere potest, *l.* 9. *ff. de legib.* 22 Leges siglis non esse scribendas observa. 23 vid. *const. ad magn. Senat. infr.* §. *illud autem.* 21. 24 *Falsi* §. 21. *infr. const. ad magn. Senatum. arg. l. ult. ff. de falsis.* 25 Adde *l.* 7. *C. de legib.* 26 *l.* 16. *C. de transact.* 27 *Al.* suscipiant.

28 Hæc constitutio Latina facta est ab Antonio Contio. 29 Ad hanc leg. vid. Cont. 1. *lect. successiv.* 7. Augustin. *lib.* 2. *Emend. cap.* 1. Govean. *lib.* 1. *var. lect. cap.* 29. Anton. Rosc. *lib.* 3. *memorab. cap.* 9. S. L. 30 Vid. Procop. de bello Persico. adde §. *pen. infr. hic.* 31 Kalendis Decemb. mensis superioris. Procop. *de bell. Vandalico*, Cedrenus, Paulus Aquilegiensis. 32 Hic numerus annorum emendat §. 5. *supr. constit. ab Trib.*

gnomine fulgentem composuimus: nunc vero omnium veterum juris conditorum sententia ex multitudine, quæ ad duo millia pene librorum, & trecentas [1] myriadas versuum pertingebat, in moderatum & perspicuum collegimus compendium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc sumus cœlesti favore, colligentes omne id quod erat utile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo seditioso relicto. Quos libros Digesta seu Pandectas appellavimus, ex [2] eo, quod legum habeant divisiones [3] & decisiones; itemque ex eo, quod omne in unum congregatum receperint, hanc eis appellationem imponentes: nec ultra quindecim myriadum versuum numerum eis dantes: & in septem eos disponentes tractatus: idque non perperam, neque sine ratione, sed ad numerorum naturam & harmoniam respicientes.

§. 2. Ea igitur quæ apud omnes πρῶτα, id est, primordia [4], nuncupantur, in [5] quatuor libros seposuimus. §. 3. Deinceps [6] ea quæ de judiciis tractant, in alios septem [7] libros. §. 4. Item ea quæ de [8] rebus, non in plures quam octo [9] libros. §. 5. Sequentem vero operis partem, quæ quarta [10] & media μέσον ἐςὶ τῦ πάντος est totius operis, in aliis [11] octo libris deposuimus, in quibus est quidem [12] hypothecaria, non longe admodum a pignoratitia actione distans: est & Ædilitium [13] edictum, & de evictionibus stipulatio: quæ duo accessoria, & consequentia constituta venditionum [14], longe tamen admodum in veteri juris ordinatione ab his devagantia congregavimus propius propter mutuam inter se cognationem; ne, quæ de eodem pene loquuntur, longe a se distarent. Post hæc introduximus post duos illos libros ea, quæ sunt scripta de usuris tam terrestribus, quam trajectitiis seu maritimis, & de probationibus, atque præsumptionibus in unum librum [15]: his autem tribus monobiblis, [singularibus libris] post tractatum de rebus sibi invicem proximis depositis, & rursum ea quæ de sponsalibus, & nuptiis, & de dote legibus dicta sunt congregantes, his etiam [16] tria habere in hac ordinatione volumina concessimus. De tutoribus autem minoris ætatis [17] geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium concidimus memoratam octo librorum ordinationem, & mediam (ut dictum est) hanc partem totius operis confecimus, pulcherrima & utilissima jura in his describentes. §. 6. De testamentis [18] autem, & legatis, & fideicommissis omnia congregavimus in novem librorum numerum: quorum principatum obtinent ea, quæ sunt de testamentis, & codicillis, cum omnium, tum etiam militum qui ea, ut volunt, faciunt [19], duobus libris ordinata, & de testamentis inscripta; quinque [20] autem sequentibus continentur ea, quæ de legatis & fideicommissis, & omni eorum ambiguitate disputata sunt: & quoniam Falcidiæ narratio continens, & consentanea erat legatorum & fideicommissorum proprio tractatui: propterea & ipsam continuo legatorum suppositionem tractationi, libro integro rei applicato, cum brevi quadam adjectione: & rursum quia ad Falcidiæ [21] imitationem (introductum) erat Trebellianum [22] Senatusconsultum in fideicommissis: & huic ultimum hujus ordinationis tribuimus locum, totum jus super his positum, Trebelliano Senatusconsulto attribuentes, & supervacuam esse Pegasiani Senatusconsulti positionem invenientes, & absurdas horum Senatusconsultorum inter se differentias, & communiones: quas sane & veteres perosi, captiosas & damnosas appellarunt: simpliciore quadam narratione, omne hoc schema congregantes, & ad unius Senatusconsulti Trebelliani ordinationem applicantes, & hanc quintam partem totius ordinationis novem his perfecimus libris: in quibus novem libris nihil de quondam [23] caducis dictum a nobis est: quia propter usum quendam non prosperum cum increbuissent in republica, & luctuosum monumentum bellorum civilium essent: non oportebat in his manere temporibus, in quibus & Deus dedit pacem agere domi & foris, &, cum oportuit bellum gerere, facile cum ipsius favore hostes superare & capere.

§. 7. Sequitur deinde & exoritur nobis & sexta [24] pars totius compositionis, octo conclusa libris. Pulchre autem incipit ab his, quæ possessiones nominantur, quas non similiter, ut cætera diligenter considerantes, tam eas quæ ad ingenuos, quam quæ ad libertinos pertinent, ex multa anteriorum temporum confusione & obscuritate in purum deduximus compendium, geminorum [25] illis librorum numerum sufficere arbitrantes. Adplicavimus autem ipsis, & omnes ab intestato appellatas successiones, & ipsos generum ordines, eorum gradibus etiam libro inscriptis, & circa omnium finem, Tertyllianum & Orficianum composuimus senatusconsultum, ex quibus matres & liberi invicem successores fiunt. Procedit autem post hæc alius liber [26], qui de ædificiorum operibus, & de ea quæ ob ruinosa & diruta ædificia (datur) satisdatione, & his qui in his aliquid insidiarum aut fraudis admiserint, & de his qui ex aquarum impetu vicinos læserint, & de publicorum vectigalium coactoribus, atque insuper de donationibus tam indefinitis [seu simplicibus] quam in cogitationem mortis relatis leges ac jura ordinat. Rursum autem quicquid de quacunque manumissione extat, vel de his, quæ super ipsa agitantur causis, & hoc uni [27] traditum est libro. Amplius autem, & ea quæ de possessione, & per ipsam adquisitione, & de causis eam introducentibus sunt, in [28] unum seposuimus tractatum [seu librum.] Et quidquid etiam de judiciariis extat sententiis, & his qui in his aliqua contra seipsos confessi sunt, & de bonorum cessione, & creditorum detentione, & venditione, & de bonorum separatione & curatione, & ne quid patiantur creditores fraudis, & id in [29] unum similiter collatum est librum. Sed & interdictorum modum non pluribus, quam [30] uni dedimus libro. Inde [31] autem & ad præscriptiones [seu exceptiones] & in his ordinata tempora venimus. Et obligationum quidem, & actionum seposuimus modos, & coëgimus omnem hanc partem, cui præsunt possessiones (ut dictum est) octo librorum numero descriptam, sextam hanc partem totius voluminis seponentes. §. 8. Totius autem extrema pars, quæ & septima [32] est totius tractationis, sex librorum numero demandata est, incipiens quidem [33] a stipulationibus, procedens vero ad ea, quæ scripta sunt de fidejussione, & debitorum numeratione, solutione & liberatione ipsorum, & de introductis ex Prætorum jurisdictione stipulationibus: quæ omnia duobus a nobis contracta sunt libris: cum apud veteres nec dici posset, quot essent libri [ea de re.] Procedit & deinceps [34] ad delictorum narrationem: & omnia recenset quæ ad majora delicta pertinent, quæ vocant privata, & item quæ ad ea quæ necdum ordinaria appellant, sed ipsis extraordinariorum appellationem imponunt: descendit etiam & ad publica crimina quæ atrocissima sunt: & magnam sibi advocant pœnam. Duo [35] autem & hic sunt libri qui illa quidem, quæ ad delicta & crimina pertinent, complectuntur: quibus permixta sunt, & ea quæ de reis criminum, qui se celare tamen conantur, scripta sunt, & de eorum bonis, & de ea quæ infligitur condemnatis pœna, vel indulgentia. Initium autem nobis alterius rursum [36] libri fit narratio de appellationibus, quæ communis est profecto ad rescindendas tam pecuniarias [seu civiles] sententias quam criminales. Quæcumque autem de civibus [seu municipibus,] & de decurionibus, & muneribus, & publicis operibus, & nundinis, & redituum pollicitationibus, & variis cognitionibus [seu interrogationibus,] & publica descriptione, veteribus inventa sunt, & quæcunque de verborum extant significatione, & de his quæ pro regulis apud veteres dicta sunt: hæc omnia in sese recipit ultimus liber. Hujus igitur compositionis, cujus initium est a stipulationibus, hic liber est sextus quidem, si ad proprium principium comparetur: sed est quinquagesimus, si conferatur ad totam consummationis perfectionem, [seu harmoniam.] §. 9. Quæ omnia composita sunt, & elaborata peroptime, & ut nostra jussione dignum fuit, per Tribonianum [37] illustrissimum, necnon prudentissimum magistrum, & exquæstorem nostrorum palatiorum, & exconsulem, virum & in ipsis rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus scribendis satis spectatum, & qui nihil unquam nostrarum jussionum contempsit: necnon per alios [viros] qui sub ipso nobis hoc opus elaborarunt, id est Constantinum [38] magnificentissimum comitem sacrarum largitionum, & antigrapharium [seu magistrum] sacri scrinii, & sacrorum libellorum & cognitionum imperialium, qui nobis bonam de se opinionem in omnibus præbuit: necnon Theophilum [39] magnificentissimum magistrum, & leges [seu jura] in regia hac urbe laudabiliter [40], & cum summis vigiliis, & ut magisteria sedulitate dignum est, docentem: & Dorotheum [41] magnificentissimum quæstorem, & Doctorem in legum civitate designatum: dicimus autem verendam & splendidam Berytiensium metropolim, quem de ipso optima opinio & gloria, & ad nos deduxit ipsum, & ut hujus operis participem faceremus, hortata est: sed & Anatolium [42] magnificentissimum magistrum, qui & ipse apud Berytienses ea quæ ex legibus [proficiscuntur,] pulchre docet, vir ex tertia stirpe laudabili juris apud Phœnices interpretum descendens: (refert enim [genus] ad Leontium, & Eudoxium, homines in legibus optimæ memoriæ post Patricium inclytæ recordationis, quæstorium & anticensorem, & Leontium gloriosissimum, expræfecto, & exconsule, atque Patricium ejus filios summæ admirationis viros) & Cratinum [43] magnificentissimum atque prudentissimum comitem sacrarum largitionum, (& optimus quoque est is legum enarrator in regia hac urbe:) & præter hos etiam Stephanum, Mennam, Prosdocium, Eutolmium, Timotheum, Leonidem, Leontium, Platonem, Jacobum, Constantinum, Joannem, viros prudentissimos, qui universi Rhetores [44] quidem sunt gloriosissimorum præfectorum sacrorum nostrorum Prætoriorum, gloriam autem seu laudem apud omnes prudentiæ juste habent, & a nobis merito judicati sunt digni, ut eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digestorum elaborata sunt conscriptionem per jam dictos gloriosissimos viros. §. 10. Tanta autem nobis reverentia antiquitatis fuit, ut neque mutari nomina veterum Jurisconsultorum sustinuerimus, sed uniuscujusque illorum appellationem legibus inscripsimus, mutantes quidem, si quid jam habere visum est non recte, partes vero illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligentes, & unam [atque parem] [45] omnibus præbentes potestatis vim, [seu robur:] ita ut quicquid scriptum est in eo libro, id nostra sit sententia: nemine audente comparare ea quæ nunc facta sunt his quæ prius erant: quia multa & numeratu non facilia transposuimus in melius, etiamsi quid imperiali aliqua antiquorum imperatorum constitutione in aliam dictum fuerat formam. nam nomina quidem veteribus servavimus, legum autem veritatem nostram fecimus. itaque si quid erat in illis seditiosum, (multa autem talia erant ibi reposita) hoc decisum est & definitum, & in perspicuum finem deducta est quæque lex. §. 11. Sed cum oportebat, & aliquam [46] mediocrem [47] isagogem [48] facere in eorum gratiam, qui recenter leges attingunt, nec majorem doctrinam portare possunt: neque hoc extra nostram providentiam reliquimus, scilicet Triboniano gloriosissimo, qui & ad totius operis legitimi gubernationem electus est, necnon Theophilo, & Dorotheo magnificentissimis & prudentissimis anticensoribus accersitis mandavimus: ut seligerent ex his, quæ apud veteres erant isagogarum modo composita, ea, quæ essent aptissima, & in ipsis rerum argumentis obtinentia; utque colligerent, & nobis offerrent, & ut mentionem etiam facerent nostrarum Constitutionum, quas pro emendatione veteris juris promulgavimus: & ita componerent libros quatuor futuros prima elementa totius isagoges, quas vocari instituta visum est, quam sane legitimi operis partem compositam nobis obtulerunt, & nos eam totam consideratam a nobis, & perpensam, recteque habere visam nostris sensibus non indignam esse judicavimus, & [49] pro nostris haberi Constitutionibus, & nostrarum Constitutionum robur habere jussimus: quod & ex his, quæ in *proœmiis* ejusdem voluminis disseruimus, omnibus manifestum fecimus. §. 12. Sic itaque omni Romani juris dispositione ordinata, & in tribus integris & voluminibus, & annis tanto opere perfecto: (quod nobis ab initio omnem spem excedere: circa finem autem, cum jam penetrabilem esse rem docuimus, ne

1 Tricies centena, *§. & antea. ꝟ. const. ad Antecessores*. Trecenties decem millia versuum. §. 1. *vers. sed cum omnia ꝟ. const. ad senatum.* 2 Pandectarum Ἔτυμον. 3 Διαιρέσεις καὶ διατυπώσεις. 4 Prima pars Pandectarum. 5 *Lib.* 4. 6 Pars secunda de judiciis. 7 A 5. ad finem 11. 8 Pars tertia de rebus. 9 A 12. ad finem 19. 10 Pars quarta quæ & hypothecaria. 11 A 20. ad finem 27. 12 Lib. 20. 13 Lib. 21. 14 Proposuerat tamen hunc ordinem sequi, *l. 2. in fin. ff. de statu hominum.* 15 *L.* 22. 16 *L.* 23. 24. 25. 17 *L.* 26. 27. 18 Pars quinta de testamentis. 19 *L.* 28. 29. 20 *L.* 30. 31. 32. 33. 34. 21 Trigesimus quintus tamen liber initium non ducit a tractatu legis Falcidiæ, sed a Titulo de cond. & demonst. 22 i. e. 36. 23 Cur in Codice potius, quam in Digestis caducorum mentionem fecit? 24 Pars sexta. 25 *L.* 37. 38. 26 *L.* 39. 27 *L.* 40. 28 *L.* 41. 29 *L.* 42. 30 *L.* 43. 31 *Lib.* 44. 32 Pars septima. 33 i. e. *Lib.* 45. 46. 34 *Lib.* 47. 35 *Lib.* 48. 49. 50. 36 Pandectarum compositores. 37 Tribonianus. 38 Constantinus. 39 Theophilus. 40 Antecessoris munus. 41 Dorotheus. 42 Anatolius. 43 Cratinus. 44 Ῥήτορες vertendum fuit advocati: nam apud Præfectum P. Illyrici advocatos 150. fuisse constat, *l. 17. in pr. C. de advocat. divers. judicior.* ut & apud Præfect. Urb. 150. *l. 8. l. 11. C. h. t.* ut apud Præsidem Syriæ 30. *l. 5. C. de advocat. divers. jud.* 2. apud Præfectos urb. 80. *l. 7. in pr. C. h. t.* 45 Vid. *§. cumque. in fin. supr. const. ad Trib.* 46 De autoritate Jurisprudentum. 47 De institutionibus compositis. 48 Institutionum usus. Institutiones, μετρία εἰσαγωγὴ, *ut hic*, prima elementa legitimæ scientiæ, *§. 11. vers. & ideo Triboniano. supr. const. ad Senat. & omn. popul.* prima legum argumenta prima fundamenta atque elementa, *supr. constit. ad Senatum §. 11.* 49 Paulo aliter Theophilus, *§. pen.* in

in decem quidem annis totum absolvi posse videbatur) tanta ergo trium [1] annorum celeritate consummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit & pacem agere, & bella feliciter dirigere, & leges ponere præterito, præsenti, & futuro tempori: justum esse putavimus, omnibus hominibus facere manifestum nostrum in his rebus studium simul & providentiam: quomodo nempe priore soluti perturbatione, & confusione, & nullum finem habente juris positione, usuri sint posthac legibus rectis, compendiosis, & omnibus ad manum promptis, & litium compendium adferentibus, & paratis, atque expositis omnibus [volentibus] ad [2] facilem adquisitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, ut illorum inutilium librorum congerant multitudinem: sed vilissima pecunia, tam ditioribus, quam ex tenuiore profectis patrimonio, copiam sui comparandi præbentibus. §. 13. Si quid autem ex multitudine ea, quæ nunc congesta est, & ex tantis myriadibus collecta, videbitur esse simile [& geminatum [3],] (hoc autem putamus rarum esse) attamen humanæ naturæ [imbecillitatem] considerantibus, non extra justam apologiam ne hoc quidem videbitur esse: in nullo enim aberrare, [seu in omnibus inreprehensibilem seu inemendabilem esse,] divinæ utique solius, non autem mortalis est constantiæ, [seu roboris,] quemadmodum & a majoribus dictum est: deinde est, ubi & similium adsumpsimus positionem: vel rebus subjectis id exigentibus, ut oporteret idem pluribus applicari titulis: vel quia cum extraneo loco esset commixtum id, quod simile superiori videbatur, impossibile fuit eam similitudinem detrahi: vel etiam quia sæpe custodienda fuit integra totius theoriæ [4] [seu visionis] continentia, nec [separanda, aut] divellenda mens & intellectus [legentium] per eorum, quæ jam scripta fuerant, ademptionem, quin & hoc sicubi adsumptum est propter rei necessitatem: tamen id breve est, nec ullum fere sui sensum præbens.

§. 14. Hoc etiam ipsum, & in Constitutionibus jam inter imperiales Constitutiones relatis, & jure, quod ex his resultat, observavimus: nam quæ in illis jam cauta erant, ea nec in hoc volumine poni concessimus, nisi ob aliquam interdum circumstantiam similitudinis aliqua causa relicta est.

§. 15. Contrariam [5] autem aliis legibus legem ex his, quæ in hoc volumine positæ sunt, non facile quis repererit, si modo ad omnes contrarietatis fines animum intendere festinet. sed [6] inest aliquid diversum: quod adsumptum alterius generis forte hanc & illam legis positionem apparere faciat.

§. 16. Sed & si quid forte prætermissum [7] est eorum, quæ poni debebant, (forte enim & aliquid tale contigit propter humanæ imbecillitatem naturæ) multo sane melius est nostris subditis multis inutilibus liberari [legibus] dum privantur forte paucis quibusdam, quæ videbantur idonea, myriadibus prope infinitis defossa & deposita, & nemini forte mortalium animadversa.

§. 17. Hanc enim ob causam tot libris [8] (quos antea scribi oportebat,) destituti judices, facilius ex paucissimis juris auctoribus, & libris ad finem litium perveniebant, & judicia decidebant, vel propter inopiam librorum, vel quia non sufficiebant multis laboribus ad invenienda multa utilia necessariis, & viribus erant impares. In præsenti autem consummatione maximus legum obtinentium congestus est numerus ex libris raris, & qui vix inveniri potuerint, & quorum nec nomina nec eruditissimi quidem in legibus complures homines noverant. Quorum sane copiam [seu materiam] nobis uberrimam dictus gloriosissimus Tribonianus præbuit, multorum librorum, & qui vix numerari possunt, suppeditata multitudine: quibus omnibus perfecte lectis, congesta sunt hæc volumina; sed ex horum multis & variis hi, qui a nobis ad hoc congregati erant, cum nihil invenissent idoneum, aut novum ab his quæ jam congregata erant, illationem ex his in hoc opere faciendam optimo animo respuerunt. §. 18. Si vero postea aliquid novi [9] controvertetur, quod non apparebit legibus his inscriptum: (*multa [10] enim novare novit natura) sed Imperium Deus propterea hoc imposuit hominibus, ut emergentia & legis egentia lege definiat, & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus ac regulis: neque hoc nostrum nunc dicimus; sed jam omnium juris conditorum, qui olim claruerunt, prudentissimus Julianus hoc ipsum videtur dixisse, qui & ab imperiali auctoritate implorat fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus & quæstionibus: sed & D. Adrianus piæ memoriæ; quando ea, quæ a prætoribus quotannis edicta fuerant, brevi complexus est libello, adsumpto ad id optimo Juliano; in oratione, quam in commune habuit in seniore Roma, hoc ipsum quoque ait: ut, si quid præter id, quod jam ordinatum est, emerserit: conveniens est, eos qui in Magistratu sunt, illud conari decidere, & remedium imponere secundum eorum, quæ jam ordinata sunt, consequentiam [imitationem.]

§. 19. Hæc igitur omnes (dicimus autem vos, magni Senatus & omnes nostræ reipublicæ homines) cognoscentes, gratiam quidem confitemini Deo, qui nostris temporibus tantum bonum servavit: utimini vero nostris legibus; nulli [11] earum, quæ veteribus libris inscriptæ sunt, attendentes; neque ad ea quæ nunc posita sunt, illas comparantes, quia etsi videantur quædam invicem non consonare, tamen prius [12] illud & vetustius nobis ut imperfectum displicuit, nunc autem hoc visum est debere obtinere. Nam prohibemus, illis in posterum uti: hæc autem sola observari in republica, & obtinere concedimus & sancimus: ita ut qui conatus fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus solis, & Constitutionum [libro] a nobis compositis, vel factis, uti quibusdam legibus vel eas in judiciis legere, vel si quis judicaverit ex his, apud se recitari eas passus: falsi [13] reus erit, & publicorum criminum judicatus, & pœnæ addictus: quod etsi non diceremus, vel ex hoc ipso manifestum esset. §. 20. Sed & hoc optimum fore judicavimus, præponere Digestorum volumini, & veteres juris conditores, & illorum volumina [14], & unde collectio facta sit legum nunc a nobis congestarum: quod & fieri jussimus: & factum est: & simul ea, quæ de his rebus conscripta sunt, supponi huic divinæ nostræ Constitutioni præcepimus: ut omnibus fiat manifestum, & quid prioris inexperientiæ simul, & incertitudinis esset, & quid a nobis sit adinventum. Legislatores autem seu legum interpretes illos congessimus, qui apud omnes probati & recepti erant, & prioribus Imperatoribus placuerant, & qui ab his nominari meruerunt. Si enim aliquis nondum veteribus Legislatoribus cognitus est: nos & huic interdiximus hujus voluminis communicationem. Omnibus sane his positis unum ordinem & dignitatem parem dedimus: nulli cuipiam majore, quam cæteris, data prærogativa. Si enim his, quæ ab illis scripta sunt omnibus imperialium Constitutionum [14] dedimus robur: quid est, quod in his amplius, quodque minus haberi debeat?

§. 21. Illud autem quod statim, cum hanc compositionem legum congregari mandaremus, jussimus: iterum & nunc sancimus illud confirmando: omnibus similiter interdicimus, ne quis audeat hominum qui sunt nunc, aut in posterum erunt, commentarios [16] scribere harum legum: præterquam si velit quis in Græcam linguam hæc transferre, quem etiam volumus sola secundum pedem seu κατὰ [17] πόδα nuncupata uti legum interpretatione: & si quid secundum nominatorum paratitlorum (ut conveniens est) adscribere voluerint usum: aliud autem nihil omnino ne tantillum quidem circa ea facere, nec rursum dare seditionis, & dubitationis, aut infinitæ multitudinis legibus occasionem: id [18] quod antea in antiqui edicti factum est ordinatione: ita ut illud brevissimum constitutum ex differentium commentatiorum differentia seu diversitate in infinitam extenderetur multitudinem. Si quid enim forte ambiguum fuerit visum, vel litium certatoribus, vel his qui rebus judicandis præsunt: hoc Imperator interpretabitur recte: nam hæc facultas illi soli [19] a legibus permissa est. Itaque quisquis ausus fuerit ad hanc nostram legum compositionem commentarium aliquod adjicere, aliter atque nostræ hujus jussionis forma præscribit: is sciat, quod & ipsi falsi reo legibus futuro, & quod composuerit, eripietur, & modis omnibus corrumpetur. §. 22. Eadem pœna imposita & adversus eos, qui notis [20] (seu signis) quibusdam in scriptura utentur, (quæ signa singlas [21] vocant) & qui per ea conturbare scripturam tentaverint, nec per totam consequentiam litterarum numeros, & nomina veterum prudentum, & totam legum positionem scripserint. Sciant etiam librorum ita scriptorum comparatores se inutilis fore libri dominos: neque enim damus licentiam talibus libris in judiciis uti, & aliquid agere: etiamsi contingat librum in ea ipsa parte quæ recitatur, nullum habere tale signum [aut notam] sed in alia quacunque sui parte, quamvis semel tantum id admissum sit. Itaque ipse quidem eum librum pro non scripto prorsus habebit. Is autem, qui eum scripserit, & ignoranti emptori dederit: duplum solvet ejus æstimationis ei, qui ita in quantitate damnum passus fuerit, nihilominus infligenda criminali [22] pœna. Hoc etenim, & in aliis constitutionibus ea de re positis scripsimus, tam his quæ Latina processerunt voce, quam ea quæ Græcorum lingua, quam quidem ad legum professores rescripsimus.

§. 23. Hæc igitur volumina (Institutorum & Digestorum dicimus) ex fine tertii nostri felicissimi consulatus suum robur obtinere sancimus, id est, ex ante tertium Kalendarum Januariarum præsentis duodecimæ Indictionis, in omne ævum valitura, & una cum imperialibus constitutionibus vigorem, & locum habitura tam in his quæ postea [23] emerserint, quam in his quæ in judiciis adhuc pendent, necdum amicalibus tradita sunt transactionibus: * quodcunque enim hactenus, vel judicatum vel transactum est, retractari non sustinemus. Quem quidem consulatum tertium nobis nominatissimum dedit Deus: quando & sub ipso [24] pax cum Persis confirmata est, & hoc tantum legum volumen repositum est: quod a nemine majorum unquam excogitatum fuit: atque ad hæc tertia pars mundi (dicimus autem totam [25] Libyam) nostris adjuncta est sceptris: omnia hæc a summo Deo & Servatore nostro Jesu Christo dona tertio nostro consulatu indulta. §. 24. Omnes itaque laudatissimi nostræ Reipublicæ Magistratus divinam hanc nostram suscipientes constitutionem, ut utantur prædictis nostris legibus, unusquisque in suo procurabit judicio. Præponet autem eam in maxima & regia hac urbe, & ejus gloriosissimus Præfectus. Curæ autem erit excellentissimo & laudatissimo nostro magistro, & gloriosissimis atque beatissimis prætectis [sic] nostrorum Prætoriorum; tam in his quæ ad solem orientem; quam his quæ in Illyride: necnon his etiam quæ in Libya sunt; per sua edicta his qui sub ipsis ordinati sunt, ista facere manifesta, ad omnium nostrorum subditorum inexcusabilem notitiam. Data 17. Kal. Jan. Domino nostro JUSTINIANO perpetuo Augusto III. CONS. 533.

TIT. XVIII.
DE JURIS [26] ET FACTI IGNORANTIA.

De milite.

1. Imp. ANTONINUS A. Maximo Militi [27].

Quamvis, cum causam tuam ageres [28], ignorantia [29] juris propter simplicitatem [30] armatæ [31] militiæ allegationes [32] competentes omiseris:

proœm. Instit. ἐπίγνω δεῖν αὐτοῖς διατάξει τὴν ἰσχὺν φιλοτιμήσασθαι. 1 De triennio felici Justin. 2 §.13. s. *const. ad Senatum, & omnes populos.* 3 De similibus. 4 Visiones. §.14. s. *const. prox.* 5 De Antinomiis. 6 vid. §. 15. *const. ad Senatum.* Sed Goveanus legem 9. *in pr. ff. de Jurisd.* cum lege 32. *in pr. ff. ad l. Aqu.* non potest aliter conciliare, quam si dicat in *d. l. 9.* aliter vel male scriptum fuisse. 7 De prætermissis. 8 De libris veterum Jurisconsultorum. 9 De novis ac futuris quæstionibus, & constitutionibus. 10 *Novell. 7. c. 2.* 11 De abrogatis veterum Imperatorum legibus. 12 vid. §. 19. s. *const. ad Senatum.* 13 *Arg. l. ult. ff. ad leg. Corn. de falsis.* 14 Quænam volumina a veteribus Jurisperitis composita. 15 *Ut* §. 11. s. *h. t.* 16 Quales legum commentarios esse oporteat. §. 21. s. *const. prox.* 17 Κατὰ πόδα videtur idem significare hoc loco quod περιφραστικῶς. 18 Quod vitium videtur Cajus summo studio fugere velle, *l. 1. ff. de orig. jur.* 19 Imo & Senatui, *l. 9. ff. de legib.* & subditis atque judicibus, *l. 12. l. 13. l. 37. 38. ff. de legib.* & episcopis, *l. 6. Cod. de Sacros. eccles.* & populo, *l. 9. circa pr. ff. de justitia & jure.* 20 Libros legum notis non esse describendos. 21 vid. §. 8. s. *const. ad Antecessores.* 22 Falsi, §. 22. s. *const. ad Senatum.* 23 vid. *l. 7. C. de legib.* 24 Procopius, *de bello Persico.* 25 Procopius *de bello Vandalico.* 26 *Lib. 22. D. 6.* νόμν, 3. *Syn. Basil.* 4. 1. *Harmenopul. 1. c.* περὶ ἀγνοίας νόμυ *&c.* Legis vocabulo intellige constitutiones Principum, Senatusconsulta, responsa prudentum & similia. *Goth.* Extant ad hunc titulum commentarii nescio cujus Antonii Mensii. præter quem vide & Constantium Landum *enarrationum in titul. de Justit. & Jur. cap. 4. & 7.* quod autem mox dicetur ignorantiam juris non excusare: verum est, nisi dubium aliquod juris probabile inciderit: hic enim talis error, de quo probabiliter & non sine causa dubitatur, æquiparatur errori facti. qua de re videantur Franc. de Aret. *in l. qui in rerum. §. fin. de leg. 1.* & Felinus *in cap. nam concupiscentiam. 2. colum. de constitut.* Mod. 27 Idem dicendum in rustico, si non potuit consulere peritiores. *l. 9. §. 3. D. h. t.* Goth. Scripsit ad hanc legem Corasius: præter quem vide etiam Mercerium *lib. 2. opin. c. 10.* Mod. 28 Agit etiam, qui excipit. *l. 1. D. de except.* vid. Oldend. *de jure singulari, c. 11. n. 2.* 29 Pro milite hæc tria faciunt, quod miles exceptionem omiserit, quod certet de damno evitando, quod reus sit. Duo contra faciunt, res judicata & juris ignorantia. 30 Id est, ignorantiam, qua destituitur, si peritiores consuluit, aut si ipse peritus juris habetur. Bald. *hic*, vid. *l. 3. infr. de Testam. milit.* 31 Non idem in militia togata, vix est enim, ut in advocato juris ignorantia excusetur. vid. *l. 11. §. 1. infr. de advoc. divers. judicior.* 32 Puta exceptionem peremptoriam, veluti doli, rei judicatæ, pacti de

tamen

tamen si [1] nondum satisfecisti, permitto [2] tibi, si cœperis ex sententia conveniri, defensionibus tuis [3] uti. Dat. 7. Kalend. Maji, duobus ASPERIS CONSS. 213.

De renunciatione hereditatis.

2. Imp. GORDIANUS A. Juvenali.

Cum ignorantia [4] juris facile excusari non possis, si major [5] annis [vigintiquinque] hereditati matris tuæ renunciasti, sera [6] prece subveniri tibi desideras. Dat. 13. Kal. Maji, ARIANO & PAPO CONSS. 244.

De bonorum possessione omissa.

3. Imp. PHILIPPUS A. Marcellæ.

Si [7] emancipata [8] a patre, intra annum bonorum possessionem petere cessasti [9]: prætendere juris ignorantiam nullis rationibus potes. Dat. 16. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De divisione & testamenti vitio.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. Julianæ.

Si post divisionem [10] factam, testamenti vitium in lucem emerserit: ex his quæ per ignorantiam confecta sunt, præjudicium tibi non comparabitur. Ostende [11] igitur hoc apud Correctorem [12] Virum Clarissimum amicum [13] nostrum, testamentum, vel fide veri [14] deficere, vel juris [15] ratione stare non posse: ut infirmata scriptura, quæ testamenti [16] vice prolata est, solidam successionem obtineas. Dat. 8. Id. Jul. DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De falsa responsione.

5. Iidem AA. & CONSTANTINUS & MAXIMIAN. Nobilissimi Cæss. Martiali.

Cum falsa [17] demonstratione mutari substantia veritatis minime possit: respondendo [18] id, quod paternum erat, *ex maternis esse bonis*, nihil [19] egisti. Dat. Prid. Kal. Jan. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA. CONSS. 293.

De promissione indebiti pro parte.

6. Iidem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

Si non transactionis [20] causa, sed indebitam, errore facti, olei materiam [21] vos Archantico stipulanti spopondisse [22] Rector provinciæ animadverterit, reddito [23] quod debetis, residui [24] liberationem condicentes audiet. Dat. 5. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

De causa decisa vel non.

7. Iidem AA. & CC. Zoæ.

Error [25] facti [26], necdum [27] finito [28] negotio, nemini nocet: Nam causa decisa velamento tali [29] non instauratur [30]. Dat. 6. Non. Jul. CC. III. CONSS. 300.

De testamentis.

8. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

Cum testamentum nullo jure [31] constiterit: ex ejus qui ab intestato successit, professione [32] sola, veluti ex testamento libertos per errorem profitentis, orcini [33] vel proprii [34] liberti, si non ipsius accessit judicium (cum errantis [35] voluntas nulla sit) effici non potuerunt. Dat. 5. Kalend. Septemb. CC. IV. CONSS. 302.

De liberali causa.

9. Iidem AA. & CC. Cajo & Anthemio.

Non idcirco minus, quod a vobis veluti [36] a liberis debitam accepisse pecuniam Sanius dicitur (cum nullus [37] sit errantis consensus) movere status quæstionem prohibentur ejus heredes. Dat. 6. Id. Decemb. CC. V. CONSS. 305.

De solutione indebiti.

10. Iidem AA. & CC. Araphiæ.

Cum quis [38] jus ignorans, indebitam pecuniam solverit: cessat repetitio [39]. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere tibi notum est. Dat. 5. Kal. Jan. CC. VI. CONSS. 306.

De sexu & ætate.

11. Imp. CONSTANTINUS A. Valeriano agenti Vicariam præfecturam.

Quamvis [40] in lucro [41] nec fœminis [42] jus ignorantibus subveniri soleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam [43] locum hoc non habere, retro Principum statuta declarant. Dat. 3. [44] Kalend. Maji, GALLICANO & SYMMACHO CONSS. 330.

De constitutionibus Principum.

12. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Flaviano PF. Illyrici & Italiæ.

Constitutiones [45] Principum nec ignorare [46] quemquam, nec dissimulare permittimus. Dat. 6. Kal. Jun. *Vincentiæ*, TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

De mulieribus.

13. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P.P.

Ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare, in his quæ prætermiserint vel ignoraverint: statuimus, si per ignorantiam juris damnum [47] aliquod circa jus vel substantiam suam patiantur, in his tantum [48] casibus, in quibus præteritarum legum auctoritas eis suffragatur, subveniri. Dat. Kal. Julii, MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

TIT. XIX.

DE PRECIBUS [49] IMPERATORI OFFERENDIS: ET DE QUIBUS REBUS SUPPLICARE LICEAT, VEL NON.

De precibus a servis oblatis.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firminæ.

Licet servilis conditio deferendæ precis facile capax non [50] sit: tamen admissi sceleris atrocitas & laudabilis fidei exemplum super vindicanda [51] cæde domini tui, nobis hortamento fuit, ut præfecto prætorio juxta annotationis [52] nostræ decretum demandaremus (quem adire cura) ut auditis his quæ in libello contulisti, & reos investigare, & severissimam vindictam juxta legum censuram exigere curet. Dat. 8. Id. Octob. DIOCLETIAN. IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De exceptionibus.

2. Imp. CONSTANTINUS A. Severo PF. V. [53].

Quoties [54] rescripto nostro moratoria [55] præscripto permittitur [56], aditus supplicanti pandatur. Quod autem totius negotii cognitionem tollit, & vires principalis negotii exhaurit: sine gravi partis alterius dispendio convelli non potest. Nec [57] præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. Dat. 10. Kal. Jun. *Niceæ* [58], PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

De damnosis fisco. De juri contrariis.

3. Idem A. ad populum.

Nec [59] damnosa [60] fisco, nec juri [61] contraria postulari oportet. Dat. Prid. Kal. Octob. CONSTANTIO A. VII. & CONSTANTINO Cæs. IV. CONSS. 354.

De dilatione solutionis.

4. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEOD. AAA. Floriano P.P.

non petendo, §. 9. *Instit. de except.* quod est contra jus commune *l. 2. J. sentent. rescind. non.*
1 Exceptio, quæ non excluditur per sententiam, excluditur per executionem sententiæ.
2 Vid. Socin. *reg.* 132. 3 Id est, allegare juris ignorantiam. *Goth.* Vid. A. Padill. Duaren. & Coras. *hic.* Mercer. *lib. 2. opin. cap.* 10. Vigl. *de militar. test. §. illis autem, num.* 3. Everhard. *consil.* 2. Ans. 4 Tria faciunt contra Juvenalem (de quo hac lege) quod major renunciaverit; quod jus ignoraverit; quod de lucro certet. 5 Minori vigintiquinque annis juris ignorantia prodest. vid. *l. 2. D. h. t.* 6 Seræ non sunt preces, quæ fiunt intra annum. *l. 6. in fin. J. ad Sc. Tertyll.* quo jure? non stricto, sed ex æquo & bono. Bald. *hic.* 7 Tria quoque hic Marcellæ obstant, quod major intra tempus non petierit, quod de lucro certet, quod jus ignoret. 8 Aliud in non emancipata, quia tunc intra triennium. vid. *l. ult. J. de repud. vel abstin. hered.* 9 Cessatio annua petendæ bonorum possessionis commissa ab emancipato tacitam renunciationem inducit. 10 Adversus erroneam divisionem datur restitutio errorem probanti. *Goth.* Quando errorem intervenisse allegatur, eo detecto, judex veritatem sequi debet, *l. 67. §. 3. ff. de condict. indeb. l. 29. in fin. ff. de probat.* Pinell. *ad l. 2. Cod. de Rescind. vend. part. 3. cap. 3. num.* 32. An *l. 2. Cod. de Rescind. vend.* locum habeat in divisione bonorum, vid. Caspar. Roderic. *de redit. ann. lib. 1. quæst.* 11. *num.* 33. Anton. Merend. *contr. jur. lib. 1. cap.* 37. Ans. 11 Præsumitur pro scriptura testamenti. Præterea negationem adseveranti ad scripturam impugnandam, incumbit onus probationis. 12 Rectorem. 13 Hinc illa forte Gallorum regis clausula ad judices, *à nostre aimé & feal.* 14 Probata rei veritate facti error ostenditur. 15 Alias testamentum præsumitur solenne. 16 Id est, quæ pro testamento. 17 *l. 9. J. h. t. l. 15. J. de liberal. caus.* Rerum veritatem gestorum; (ita legit Hotomanus non *gestarum*, 15. *illustr. fol.* 169.) error non vitiat, *l. 6. §. 1. D. de off. præsid.* adde Cujac. 12. *obs.* 19. 18 Responsio quæ justa causa destituitur, non officit respondenti. vel ita: Qui falsam qualitatem rei per errorem attribuit, sibi non nocet. 19 Hinc Molinæus *de usur. num.* 209. Simplex recognitio in feudum vel emphyteusim, licet non semper disponat, tamen inducit probationem: non tantum quoad illum actum vel præteritam solutionem, sed etiam in futurum, donec contrarium probetur. 20 Secus si non animo transigendi, *l. 2. J. de cond. indeb.* 21 Id est, quantitatem. 22 Sponsio per errorem facta spondenti non officit. 23 Soluto, *ut in l. ult. J. ne fiscus vel Respubl. procur.* 24 Quatenus erratum est in promittendo, eatenus promissio revocari potest, adde *l. 7. 8. D. de leg. 2. l. 54. in fin. D. ad Sc. Trebell. l. 21. ff. de verb. oblig.* 25 Adde *l. 9. J. ad leg. Falc.* 26 Demus minorem absque tutore in judicio delictum aliquod confessum esse, poteſtne adversus confessionem ante latam sententiam restitui? posse ait Rolandus a Valle 1. *consil.* 51. *num.* 39. 27 Finitur vero per transactionem, *l. 6. s. h. t.* & rem judicatam & ejus executionem, *l. 1. s. h. t.* 28 Error facti negotiis decisis non prodest. *Syn. Basil. 2. tit. 6. c.* 16. 29 Id est, erroris. 30 Ad hunc locum monent Doct. quod in revocatione erroneæ confessionis sive propriæ sive procuratorum necesse est probare errorem: quod in revocatione confessionis erroneæ advocati aliter se habet: v. *cap. fin. de confes. & c. cum causam. de probat.* ubi idem dicit etiam Hostiens. tu consule & Bossium *in tit. de confess. n. 60. & seq.* Mod. 31 Utpote destitutum solennibus. 32 Qui profitetur Titium testamento manumissum, videtur testamentum agnoscere. Id ita est, si testamentum alias solenne fuit. Alias talis professio, ea, quæ testamento desunt, non supplet. 33 Orcini liberti defuncti: proprii vero heredis. 34 Id est, per errorem confitentis. 35 vid. *l. 9. J. h. t. l. 15. ff. de jurisdict.* 36 Qui velut a liberis pecuniam accepit, liberos quidem fatetur: si tamen vere non sunt liberi, movere eis status quæstionem potest, nocet ei tamen tantisper confessio, donec constet de errore. Molinæus *de usur. quæst.* 20. *num.* 209. 37 *l. 8. s. h. t. l. un. J. de errore calculi, l. 2. J. de errore advoc. l. 13. J. de prob. §. 33. in pr. Inst. de act. l. 37. ff. de auro, argent. l. 57. ff. de obl. & act. l. 116. §. 2. ff. de reg. jur.* 38 Non minor tamen, *l. 29. ff. de cond. indeb.* non mulier. vid. *l. 13. J. h. t.* 39 Imo non cessat. *l. 54. ff. de condict. indeb.* sed dicendum eam legem loqui non tam de solutione facta errore juris, quam ex causa ipso jure nulla, vel quæ effectum non habuit. quo tamen posito adhuc obstabunt huic legi nostræ *l. 7. & l. 8. ff. hoc tit.* ubi respondendum, illas cum generales sunt, accipi debere in alia specie quam in condictione indebiti, de qua agitur in hac lege, ad quam vide Corasium eam explicantem plurib. Ioan. Robertum *lib. 1. Sentent. jur. c. 6. 7. & 8.* & Vitalem *variar. lect. l. 2. c.* 22. Mod. 40 *l. 3. C. Th. de sponsalib. & ante nuptias donat.* 41 Ut si ei accepto latum, aliud in damno. *l. 9. s. h. t. l. 7. 8. ff. h. t. l. 6. J. qui admitti, l. 110. in fin. ff. de reg. jur.* vid. Cujac. 14. *observ.* 39. 42 De majoribus vigintiquinque annis scilicet. 43 Id est, contra minorem. 44 vid. *C. Theod.* 45 *Synops. h. t. d. c.* 21. 1. Har. 1. §. 54. *l. 2. C. Th. de constit. Principum, lib.* 1. 46 Legum ignorantia non excusat, *l. 9. s. de legib.* præsertim in delictis. vid. Clar. 5. *sentent. §. ult. q.* 60. 47 *l. 11. supr. h. t.* 48 Aliud in lucro, *d. l.* 11.

49 2. *Synops. Basilic. c.* περὶ αἰτήσεων βασιλεῖ προσφερομένων, καὶ περὶ τῶν αἰτούντων ἄρχειν ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ. De precibus Imperatori offerendis, & de iis, qui administrationem in sua provincia petunt, eas solent subsequi rescripta, subscriptiones, adnotationes. 50 Est hodie *l. 6. J. h. t.* 51 Indicanda, Cujac. 12. *observ.* 22. & ita legendum esse ait *in l. 7. infr. pro quib. causis servi.* adde *l. 3. §. 13. & 14. D. de Sc. Silan. l. 4. in princ. ff. de bon. libert. l. 197. D. de verb. sign.* 52 De annotation. vid. Duar. 1. *disp.* 8. 53 PF. P. *C. Th.* 54 *l. 3. C. Theod. de divers. rescript. l.* 1. 55 Moratoria præscriptio, dilatoria exceptio. Paponius hanc legem refert ad litteras, quas Galli vocant *lettres de souffrance.* 3. *not.* 7. *c. de lettres de souffrance.* Ibi, *si le Roy peut, & quand par ses lettres de souffrance arrester la saisie de seigneurs feodaux.* An moratoriæ exceptionis vocabulo intelligere hic etiam possumus inducias biennii aut quinquennii, quæ solent tribui egenis debitoribus, quarum fit mentio in *l. 4. J. h. t.* Cujac. 2. *obs.* 10. negat: qui hoc verbo *moratoria*, intelligit pacti conventi exceptionem: puta ne intra quinquennium petatur; cui opponitur peremptoria, ne unquam petatur. Prior creditori a Principe relaxari potest, posterior non potest. Cujac. *ibid.* Goth. vid. Marc. Anton. Euch. *de morator. præscr.* & Gloss. *hic.* Ans. 56 *Al.* petitur. 57 Omnis illegitima rejiciatur exceptio. 2. *Syn. Basil. 6. c. 9. J.* 1. Harm. 1. §. 40. 58 *Nicæ. C. Th.* 59 Nemo quid fisco vel juri damnosum postulet, *Syn. Basil. h. t. 6.* περὶ αἰτήσεων &c. 60 vid. *l. ult. J. si contra jus vel utilit.* vid. Old. *c. 9. except. n. 3. ad 25. q. 2. can. nec damnosa.* 14. 61 *l. 6. in pr. J. de oper. public.* Goth. Facit *cap. 14. caus. 25. q. 2.* Ans.

Universa

UNiverſa [1] reſcripta, quæ in debitorum [2] cauſis ſuper præſtandis dilationibus [3] promulgantur; non aliter valeant, niſi [4] fidejuſſio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur. Dat. 8. [5] Kal. Mart. *Conſtantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De ſententiis præfectorum prætorio.

5. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Voluſianum P. P.

SI quis adverſus Præfectorum Prætorio ſententias duxerit ſupplicandum [6], victusque defuerit [7]: nullam habebit licentiam iterum [8] ſuper eadem cauſa ſupplicandi. Dat. 15. Kalend. Octob. *Romæ*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

In AUTHENT. Ut ſponſal. larg. §. aliud. collat. 9. tit. 2. ſeu Novell. 119. cap. 5.

QUæ ſupplicatio glorioſiſſimis Præfectis, vel eorum conſiliariis, vel cauſas [9] introducentibus intra decem dies poſt ſententiam offerenda eſt. Quo ſubſecuto, ſententia non aliter executioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fidejuſſionem præbuerit tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia reſolvatur. Niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur: executio cauſæ ſine fidejuſſione procedet: retractationis jure illi ſervando, qui ſe gravatum putaverit, ut intra biennium [10] ſupplicare poſſit imperatori.

De eo, per quem preces offeruntur.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Iſidoro P. P. [11].

UNiverſis ſimul hanc obſervantiam remittimus: ut a quocunque liberæ conditionis conſtituto, vel ſervo [12] ſupplicante impetratum fuerit reſcriptum, minime requiratur, per quem [13] preces oblatæ ſint. Dat. 3. Id. Nov. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

De contrariis Juri.

7. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

REſcripta [14] contra [15] jus elicita [16], ab omnibus judicibus refutari [17] præcipimus: niſi forte ſit aliquid, quod non [18] lædat alium, & proſit petenti, vel [19] crimen [20] ſupplicantibus indulgeat. Dat. 8. [21] Id. Novemb. *Ravennæ*, THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De inſtrumentis. Superflua non debent inſeri ſupplicationi.

8. Iidem AA. Florentio P. P.

INſtrumentorum exempla non [22] proſit precibus adjunxiſſe: ſed neceſſe ſit eorum in ſupplicatione vim [23] exprimi, ut reſponſuro Principi vera precatio rem aperiat cognoſcendam: [his] ſolis (cum neceſſitas exegerit) verbis precibus inſerendis, quorum de ſenſu inter partes ita dubitari contigerit, ut etiam merito noſtrum expectetur judicium. Dat. 6. Kal. April. *Conſtantin.* FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

TIT. XX.

QUANDO [24] LIBELLUS [25] PRINCIPI DATUS LITIS CONTESTATIONEM FACIAT [26].

Reſcriptum Principis non ſolum habetur pro libello, ſed pro conteſtat. lit. & tranſit ad heredem. Bald.

1. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Remigio P. P. [27].

DUbium [28] non eſt, conteſtationem [litis] [29] intelligi [30], etiam ſi noſtræ [31] fuerint tranquillitati preces [32] oblatæ: eaſque adverſus heredem quoque ejus, in quem porrectæ ſunt, vel ab herede ejus, qui meruit, exerceri. Dat. 3. Kal. April. CP. ARCADIO IV. & HONORIO AA. III. CONSS. 396.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

TEmporales [33] actiones, quæ per oblationem precum & ad eas reſcriptionem perpetuantur, definire neceſſarium eſſe duximus, ne quis putet ad alias etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodo per oblationem precum, & ad [34] eas reſcripta perpetuari, quæ a Prætore conſtitutæ annali tempore coartatæ ſunt. Dat. Kal. April. *Conſtantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. XXI.

UT LITE PENDENTE [35], VEL POST PROVOCATIONEM, AUT DEFINITIVAM SENTENTIAM, NULLI LICEAT IMPERATORI SUPPLICARE.

De ſententia non retractanda.

1. Imp. ALEXANDER A. Caperio.

LIcet poſtquam ſupplicaſti, prius [36] quam reſcriptum impetrares, Præſes provinciæ vir clariſſimus pronunciaverit: cum tamen a ſententia non provocaveris, reſcriptum quod poſtea [37] ſecutum eſſe ſuggeris, ad retrahenda ea quæ decreto terminata ſunt, non patrocinatur. Dat. Kal. Mart. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De cauſa pendente vel terminata.

2. Imp. CONSTANTIN. A. Probiano ſuo ſalutem.

SUpplicare [38], cauſa pendente non licet, niſi [39] vel actorum [40] communium vel pronunciationis editio denegetur. Qui autem terminatam [41] reſcripto, vel conſultatione quæſtionem, exquiſito ſuffragio, refricare conabitur: in [42] omnem litis æſtimationem adverſario ſuo protinus condemnetur: omni venia deneganda, ſi quis contra hæc ſupplicare tentaverit. Dat. Id. Auguſt. *Arelate:* PP. Id. Octob. *Thebeſte*, SABINO & RUFFINO CONSS. 316.

De provocatione omiſſa.

3. Idem A. ad univerſos Provinciales.

QUi [43] licitam provocationem omiſerit [44], perpetuo ſilere debebit: nec a nobis impudens petere per ſupplicationem auxilium: Quod ſi fecerit, deſiderio ſuo carebit, & ignominiæ [45] pœna notabitur. Dat. Kalend. Aug. PP. Kal. Sept. BASSO & ABLABIO CONSS. 331.

TIT. XXII.

SI CONTRA JUS [46] VEL UTILITATEM PUBLICAM, VEL PER MENDACIUM FUERIT ALIQUID POSTULATUM VEL IMPETRATUM.

De omiſſione.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Gregorio.

NOn idcirco minus is, cui ex noſtro reſcripto cognitio delata eſt [47], judicare poteſt, quod ex geſtis quædam [48] in precibus omiſſa proponis. Dat. 5. Non. Maji, DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De mendacio.

2. Iidem AA. & CONSTANTIUS & MAXIM. CC. Statiæ.

PRæſcriptione [49] mendaciorum [50] oppoſita: ſive [51] in juris narratione mendacium reperiatur, ſive in facti, ſive in tacendi [52] fraude pro tenore

1 *l. 6. C. Theod. de diverſ. reſcriptis.* 2 Dilatio, de qua hic agitur, non habet locum (ut notat Papon. 10. *Arreſt.* 9.) in debitis poſt dilationem datam contractis vel privilegiatis, ſed nec in ſumma ex ſenatusconſulto vel ſententia, a qua non eſt appellatum, debita, vel ex reliquatione rationum, emptione fundi & penſionibus, locum habet in debito ex alimentis præſtitis contracto. Papon. *ib. n. 6. & ſeq.* 3 Biennii puta vel quinquennii. *l. 8. in pr. infr. qui bon. cedere*, vid. Papon. 10. *Arreſt. 9. des reſpits & quinquennelles & 3. Notar.* 80. *c. des lettres de reſpit & quinquennelles:* Rebuff. *t. 2. in tractatu de literis dilatoriis, annalibus, quinquennalib. &c.* Cujac. 2. *obſ.* 10. *ex* Caſſiodoro 2. *variar.* teſtatur idem obſervatum a Theodorico Italiæ & Gothorum rege. adde Wurmſer. *obſ. 1. pract. 28. n. 9.* alias nemo excuſari poteſt a dolo, *l. ult. §. 1. ff. de manumiſſ. teſtament.*
4 Hoc non ſervatur in Gallia, in dilatione annua, vel biennii reus auditur dans fidejuſſorem qualemcunque, ſi id non poteſt, juratoriæ cautioni committitur. Jure olim cogebatur ad pignus dandum. *arg. l. cum debitoris. ℑ. de judic. 7. in verb. pignorum.* hoc etiam non ſervatur in Gallia. Papon. 10. *arreſt. 9. ibi. Debteur impetrant de reſpit ne doit garnir.* Adde Rebuff. *in proœmio Conſt. gl. 5. n. 42.* alias reſcripta fere ſemper ſupplicanti eſſe inutilia. 5 *l. 7. C. Theod.*
6 Supplicatur adverſus ſententiam præfecti prætorio, non appellatur. Non appellatur διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ ὕψος τῆς ἀρχῆς, ut ait Theodorus Hermopolites. Et ita ſupplicatio ſubſidium eſt appellationis. Hujuſmodi ſupplicationem διδασκαλικὸν Græci appellant, *Nov. 119. cap. 5.* adde *l. unic. ℑ. de ſentent. præf. præt.* de remed. ſupplicationis, vid. Oldendorp. *in tract. de re jud.* ubi tractatur de remediis adverſus iniquam ſententiam: *ibi, tertium remedium:* Rebuff. *tom. 1. tractat. de ſupplicationibus ſeu errorum propoſitionibus.* 7 De uno fuerit &c. *Hal.*
8 Semel ſupplicari poteſt. 9 Id eſt, referendariis. 10 In Gallia intra annum. Rebuff. *in proœm. conſt. gl. 5. n. 41.* 11 Al. *P. V.* 12 Et ita pars legis primæ hoc tit. videtur abrogata. 13 Utrum per liberum hominem vel ſervum. 14 *l. 3. ℑ. h. t. Syn. Baſil. 2. tit. 5. c. 71.* Harm. 1. §. 36. 25. *qu. 2. c. reſcripta* 15. 15 Vid. *l. ult. infr. ſi contra jus vel utilitatem.* adde Papon. 3. *Notar. 5. cap. Quand, & comment peut le Prince deroger au droict.* 16 Puta ſi quis impetret reſcriptum per mendacium, & cauſa non aperiatur ut decet, Gloſſ. hic. fac. *cap. 15. cauſ. 22. q. 22.* Anſ. 17 *l. 10. ſupr. de ſacroſ. Eccleſ. l. ult. infr. ſi contra jus vel utilit. l. 4. infr. de emancip. liber.* 18 Princeps an Eccleſiam onerare poſſit, vid. Papon. 5. *Notar. 8. cap. Des lettres pour ſoldats en religion & d'œconomat.*
19 Ἢ ἄνευ ἐγκλήματος χαρίζεται παραχώρησιν, *Syn. d. loco*, id eſt, quoties citra criminis accuſationem veniam indulget. Harmenopulus vero *d. loco ita legit*, ἐὰν ἐγκλήματος χαρίζεται παρὰ χρῆσιν, id eſt, ſi præter conſuetudinem criminis gratiam facit. 20 Durum eſt tamen dici, homicidium dedita opera factum remitti poſſe, ſed ea de re plenius alibi dicetur.
21 7. *C. Theod.* 22 Sic interpretor: non nocet ſupplicanti, ſi integra verba inſtrumenti (quod impugnare non vult, vel non poteſt,) & eorum tenorem ſupplicationi non inſeruerit: ei namque ſufficit ejus articuli, (de quo litigare cupit,) vim & ſummam libello ſuo complecti.
23 Id eſt, ea, quæ in ſe dubitationem habent. *infr. h. t.*
24 Adi eruditiſſimum Barnabam Briſſonium *ſelect. Antiq. lib. 3. c. 7.* Mod. 25 Libellis etiam, qui præſentes erant, interpellabant Imperatorem veteri more, ut hic, & *l. 33. ff. de re judic.* Tacit. 4. Suet. *in Auguſto 55. & in Domitiano 17.* Martial. *lib. 8.* Hinc libellus Principi datur. *l. 15. ff. de in jus vocando. l. 15. §. 29. ff. de injur. l. 5. ff. ad SC. Turpill. l. 7. §. 18. ff. de interdict. & relegat.* His libellis vel ipſe Imperator ſubſcribebat, vel aliis ſubſcribendos dabat, id vim legis habebat. *l. 1. §. 1. ff. de conſtit. princip. l. 32. §. 14. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Aliis inquam, puta Juriſc. Hinc Papinianus libellos egiſſe dicitur, *l. 12. in pr. ff. de diſtract. pign.* Hinc Aurelius Arcadius, magiſter libellorum dicitur in inſcriptione legis 1. *ff. de off. præf. præt.* Porro hæc formula libellorum erat. Factum narrabant ſupplicaturi: rogabant deinde Imperatorem, ut ſupplicationi adnueret: Princeps ſupplicationi adnuens adſcribebat, *fieri placet.* Poſtremo qui præerat libellis promagiſter teſtabatur, ſe tali die, tali Conſule ſubſcripſiſſe: de quo vid. plura apud Briſſonium 3. *ſelect.* 17. 26 *Nov. 82. Nov. 113.* Bugnonius *in tractatu legum abrogatarum*, notat hunc titulum non uſitatum in Gallia. 27 Præfecto Auguſt. *C. Theod.* 28 *l. 8. C. Theod. de reſc.* 29 Etiam criminalis, Bartol. per *l. miles 11. §. ſexaginta. 6. ff. ad L. Jul. de adulter.* Contrarium putat Bald. hic, quem vide.
30 Quod ad evitandam præſcriptionem attinet, *l. 24 D. de liberali cauſ.* & quidem annalem, non alias, vid. *l. 2. ℑ. h. t.* non accuſationem, *l. 5. ff. ad SC. Turpill.* 31 Non idem eſt, ſi datæ fuerint Præfecto Prætorio, *l. 1. ℑ. de off. præf. præt. Orient.* 32 Reſcripto conceditur jus conteſtationis, *l. 33. infr. de donat.* 33 Verbi gratia annales & ſimiles.
34 Libellus Principi datus litis conteſtatione tantum facit in actionibus prætoriis annalibus non civilibus. 35 Bugnonius d. l. negat hunc tit. in Gallia ſervari, in Gallia namque regi ſupplicari, ubicumque ſubeſt æquitas e re nata procedens: Reſcriptum autem ea forma concipi: *Non obſtant l'eſtat du procez inſtruict, couché en droict & conclu, rigueur de droict, uz & couſtumes du pays.* 36 Nota hic tria tempora, ſupplicationis, ſententiæ latæ, reſcripti ad ſupplicationem. 37 Quid ante ſententiam poteſtne utiliter reſcriptum impetrari? poteſt non ad impediendum curſum litis jam conteſtatæ; ſed nondum conteſtatæ. Poteſt etiam reſcriptum pendente lite impetrari, quo mandatur judici, ut ex æquo & vitatis dilationibus & moris judicet, vid. Papon. 3. *Notar. 5. cap. Des lettres incidentes en general, in fin.* Dicendum plenius etiam lite pendente cognitionem ſuſtinendam: humanum enim eſſe dilationem accipi, cognitionemque ad aliquem modum ſuſtineri, *l. 36. in pr. ff. de jud.* Ideoque militia, morbo, legatione, & ætatis imbecillitate occupatis id conceditur. Galli hujuſmodi literas vocant, *lettres d'eſtat*, quia cauſa in eodem ſtatu quo relinquitur quieſcere, & ut ita dicatur, dormire ſolet. Impetratæ ſortiuntur effectum demonſtrato elogio Ducis, Medici, Principis, libris παιδογραφιῶν, de quibus vide Papon. 3. *Notar. 8. cap. Des lettres d'eſtat.*
38 *l. 6. C. Theod. de appell. lib. 11.* 39 *Novell. 113. cap. 2.* 40 Vid. *l. 6. infr. de edendo.* 41 *l. 3. ℑ. de error. advocat. l. ult. ℑ. quomodo & quando judex, l. ult. ℑ. ſentent. reſcind.* 42 Pœnam ſupplicantis adverſus litem ſententia terminatam obſerva.
43 *l. 17. C. Theod. 11. C. de appellationibus.* 44 Vid. *l. 1. ℑ. de his, qui propt. met. jud. l. 3. ℑ. ſentent. reſcind.* 45 Rebuffus negat ſe vidiſſe hoc in Gallia ſervari, *in proœmio conſtit. gloſſ. 1. n. 45.*
46 Naturale gentium & civile. Idem dicendum, ſi contra ſolennitatem juris. vid. Papon. 3. *Notar. 5. cap. Quand, & comment peut le Prince deroger au droict.* Oldendorp. *in tract. de re jud. cap. ſi contra jus, & ſeq. ubi de nullitatibus ſententiarum tractat,* adde *eundem c. 58. de exceptionib. n. 4. & ſeq.* Interdum tamen contra jus poteſt judicari, ut ſi a Principe lex nominatim edatur cum hac clauſula, *Tali lege non obſtante, c. 1. de conſt. princ.* Bart. *Nov. 107. n. 107.*
47 Vide hic Menochium *de arbit. Jud. lib. 1. q. 37.* & Benedictum Capram *in Regul. concluſ. 46. & 47.* Mod. 48 Quæ alias expreſſa fuiſſent a Principe conceſſa. 49 Id eſt, exceptione. Non appellatur a conceſſione reſcripti, *l. 2. l. 15. ℑ. de appellat. & conſultat.* ſed ab ejus executione. vid. Rebuff. *tom. 2. in tract. de reſcriptis in præfationibus, ibi duodecimo:* adde Papon. 3. *Notar. 5. cap. Comme l'on peut appeller des reſcripts.* Oldendorp. *cap. 9. de except. ibi exceptiones adverſus reſcriptum.* Wurmſerum 1. *pract. 8. obſ. 8.* 50 Mendaci mendacium non prodeſt, *l. 5. infr. h. t.* adde *l. 29. ff. ad leg. Corn. de falſis. l. 1. ff. de natalibus reſtituend.*
51 Supplicans aut verum dicit, aut falſum: ſi falſum, aut in jure, aut in facto. In facto dupliciter id accidit, nempe dum factum id eſſe aſſerit, quod factum non eſt, vel e contra: huc res redit, per obreptionem impetrata reſcripta nullius eſſe momenti, vid. Roland. a Vall. 1. *Conſil. 34. n. 5.* adde Papon. 3. *notar. 5. cap. Des lettres non recevables.* 52 Mentiri verita-

veritatis non deprecantis affirmatione datum judicem cognoſcere debere, & ſecundum hoc de cauſa convenit ferre ſententiam. Dat. Kal. Decembr. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si precum falſitas arguatur.

3. Imp. CONSTANTINUS A. ad Baſſum P. P.

PUniri [1] jubemus decem librarum auri multa judices, qui vetuerint precum [2] argui falſitatem. Dat. Kal. Oct. CONSTANTINO A. III. & LICINIO C. III. CONSS. 314.

De eo, cui executio mandatur.

4. Idem A. ad Pompeianum [3] Conſularem Campaniæ.

ET [4] ſi non cognitio [5], ſed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet [6]: ut, ſi fraus intervenerit, de omni negotio cognoſcatur. Dat. 3. Id. Novembr. *Aquis*, DALMATIO & ZENOPHILO CONSS. 333.

De mendacio.

5. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

ET ſi legibus [7] conſentaneum ſacrum oraculum mendax [8] precator attulerit, careat penitus impetratis: & ſi nimia mentientis inveniatur improbitas, etiam [9] ſeveritati ſubjaceat judicantis. Dat. 7. Id. Novembr. THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De his, quæ juri vel utilitati publicæ adverſantur.

6. Imp. ANASTASIUS A. Matroniano P. P.

OMnes cujuscunque majoris vel minoris adminiſtrationis univerſæ noſtræ Reipublicæ judices monemus: ut [10] nullum reſcriptum, nullam pragmaticam [11] ſanctionem, nullam ſacram adnotationem [12], quæ generali juri vel utilitati publicæ adverſa eſſe videatur, in diſceptationem cujuslibet litigii patiantur proferri: ſed generales [13] ſacras conſtitutiones modis omnibus non dubitent obſervandas. Dat. Kal. Jul. *Conſtan.* *

TIT. XXIII.

DE DIVERSIS [14] RESCRIPTIS [15] ET PRAGMATICIS [16] SANCTIONIBUS.

De cauſa communi.

1. Imp. ALEXANDER A. Supero.

SI [17] libellum de communi cauſa, tu fraterve tuus dediſtis: quamvis reſcriptum ad unius [18] perſonam directum ſit, utrique [19] tamen proſpectum eſt [20]. Datum Id. Jul. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De duratione reſcripti.

2. Imp. CLAUDIUS A. Epagato.

FAlſo [21] adſeveratur [22], auctoritatem reſcriptorum devoluto [23] ſpatio anni obtinere firmitatem ſuam non oportere: cum ea, quæ ad jus reſcribuntur, perennia eſſe debeant [24]: ſi modo tempus, in quo allegari vel audiri debent, non ſit comprehenſum. Dat. 7. Kalend. Novembr. ANTIOCHIANO & ORPHITO CONSS. 271.

De originalibus & exemplis.

3. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. Criſpino Præſidi Provinc. Phœniciæ.

SAncimus, ut authentica [25] ipſa atque originalia [26] reſcripta, & noſtra etiam manu ſubſcripta [27], non [28] exempla eorum inſinuentur. Dat. Prid. Kal. April. ANNIBALIANO & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

De beneficiis perſonalibus ſine die & Conſule.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad Lyſitanos.

SI [29] qua beneficia perſonalia ſine [30] die & Conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant. Dat. 5. [31] Kal. Auguſt. *Samariæ* [32], PROBIANO & JULIANO VV. CC. CONSS. 322.

De adminiſtrationibus & dignitatibus.

5. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCADIUS AAA. ad Nicentium præfectum annonæ.

SAcrilegii [33] inſtar eſt, ſuper quibuscumque adminiſtrationibus vel dignitatibus [34] promulgandis [35], divinis obviare [36] beneficiis [37]. Dat. Kalend. Febr. *Mediolani*, ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

De ſacro encauſto.

6. Imp. LEO, A. Hilariano magiſtro officiorum [38] & Patricio.

SAcri affatus, quoscumque noſtræ manſuetudinis in quacumque parte paginarum ſcripſerit auctoritas, non alio vultu penitus, aut colore [39], niſi purpurea tantummodo inſcriptione luſtrentur: ſcilicet ut cocti muricis & triti conchilii [40] ardore ſignentur: Eaque tantummodo fas ſit proferri vel dici Reſcripta in quibuscumque judiciis, quæ in chartis ſive membranis ſubnotatio noſtræ ſubſcriptionis impreſſerit. Hanc autem ſacri encauſti [41] confectionem nulli [42] ſit licitum aut conceſſum habere, aut quærere, aut a quocunque ſperare: eo videlicet, qui hoc aggreſſus fuerit Tyrannico ſpiritu, poſt proſcriptionem bonorum omnium capitali non immerito pœna plectendo. Dat. 6. Kal. April. JORDANE & SEVERO CONSS. 470.

De clauſula, Si preces veritate nitantur. 1. *De pragmaticis ſanctionibus.*

7. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

UNiverſa reſcripta, ſive in perſonam precantium, ſive ad quemlibet Judicem manaverint; quæ vel adnotatio, vel quævis pragmatica ſanctio nominentur, ſub ea conditione proferri præcipimus [43], *Si* [44] *preces veritate nitantur:* Nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licet in judicio adferat veritatem, niſi quæſtio fidei precum imperiali beneficio monſtretur inſerta. Nam & vir magnificus Quæſtor, & viri ſpectabiles Magiſtri ſcriniorum, qui ſine præfata adjectione qualecunque divinum reſponſum dictaverint; & judices qui ſuſceperint, reprehenſionem ſubibunt: Et qui illicite dictata ſcribere auſi fuerint, cujuscunque ſcrinii memoriales, ſeu pragmaticarii, vel adjutores primicerii, amiſſione cinguli feriantur. §. 1. Pragmaticas præterea ſanctiones non [45] ad ſingulorum preces ſuper privatis negotiis proferri: ſed ſi quando corpus, aut ſchola, vel officium, vel curia, vel civitas, vel provincia, vel quædam univerſitas hominum ob cauſam publicam fuderit preces, manare decernimus: ut in his etiam veritatis [46] quæſtio reſervetur. Dat. 10. Kal. Jan. *Conſtant.* poſt conſulatum BASILISCI II. & ARMATII. 477.

De ſubſcriptione Quæſtoris.

In AUTHENT. Ut divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſſ. quæſt. col. 8. tit. 15. al. 10. Novell. 114. cap. 1.

GLorioſiſſimi quoque quæſtoris ſubſcriptio eſt neceſſaria; in qua contineatur, & inter quos, ad quem judicem, & per quem ſacrum dirigatur oraculum: alioqliin a nullo judice ſuſcipiatur: & qui contra fecerit, xx. lib. auri plectatur, & ejus officium ſimili pœna percellatur.

TIT. XXIV.

DE [47] STATUIS [48], ET IMAGINIBUS.

De Judicibus.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Theodoro P. P.

SI quis Judicum acceperit æneas, vel argenteas, vel marmoreas ſtatuas [49], extra Imperiale beneficium, in adminiſtratione poſitus, detegetur: emolumenta, quæ accepit in ea poſitus dignitate, quam polluit, cum extortis titulis, vel præſumptis in quadruplum fiſco noſtro inferat: ſimulque noverit exiſtimationis [50] ſuæ pœnam ſe ſubiturum. † Nec eos ſane a periculo pudoris [51] haberi volumus immunes, qui adulandi ſtudio, aut metu inconſtan-

non tantum dicitur, qui falſum aſſerit, ſed qui verum reticet, qui omittit, *l.* 1. ꝟ. *h.t.* Mendacium denique eſt aut in narrando, aut in tacendo. 1 Pœna judicis non admittentis exceptionem adverſus ſubrepititum reſcriptum. 2 Preces etiam ſubſignatæ ab imperatore mendacii ſeu obreptionis argui poſſunt: nec fit injuria Principi: ut qui falſum jurare nolle præſumatur. 3 Barbarum Pompeianum. 4 *l.* 4. *C. Theod. de reſcr. lib.* 1. 5 Puta evocatio. 6 A quo? ab ipſo judice executionis, qui non tantum facti executor, ſed juris. *Bald.* 7 Conjunge *l.* 7. *ſupr. de precib. Imperat. offerendis:* ita enim faciendum & inſcriptionum & ſubſcriptionum ſimilitudo oſtendit. *Mod.* 8 *l.* 2. *ſupr. h.t.* 9 Pœna mendacii nimii, id eſt, impudentis. adde *l.* 29. *D. ad leg. Corn. de falſ.* adde Paul. 1. *ſent.* 12. §. *penult.* 10 Omne reſcriptum cujuscujusmodi ſit, ad quemcumque judicem irritum eſto, ſi juri generali vel utilitati publicæ nocet. *Syn. Baſil.* 2. *tit.* 5. *c.* 19. *Nov.* 113. *c.* 1. 11 Pragmatica ſanctio fit de conſilii ſententia, *l. ult. verſ. Sed in præſenti. infr. de prox. ſacror. ſcrin.* 12 Adnotatio ſacra fit ad libellum breviter adnotato nomine Principis. 13 Conſtitutiones generales reſcripti potiores.

14 Reſcripta alia jus faciunt, alia non faciunt: ſuntque vel perſonalia, generalia, perpetua, temporaria: alia valent, alia non valent: alia adnotationes & ſubſcriptiones ad libellum breves, alia pragmaticæ ſanctiones. 15 Περὶ βασιλικῶν ἀντιγραφῶν, 2. *Ecl.* 5. 1. *C. Th.* 2. adde ex jure Canonico 1. *decret.* 3. 1. *ſext.* 3. 1. *Clem.* 2. Papon. 3. *Notar.* 5. *fol.* 316. 318. & *ſeq.* Reb. *tom.* 2. *tract. de reſcript. ſeu literis regiis.* 16 *l.* 7. *in princ. infr. h.t.* Princeps in iis adhibito conſilio & tractatu, fuſius reſpondet ad preces, relationem vel ſuggeſtionem judicum, vel aliorum: & aliis quidem reſcriptis preces inſeruntur non pragmaticis. Auguſt. *in collat. tertiæ diei cum Donatiſtis*, vid. Cujac. *hic.* 17 Adde *l.* 1. *infr. ſi unus ex pluribus appellaverit.* 18 Reſcriptum communiter impetratum præſumitur utique conceſſum. Beneficium collatum uni conſortium ad alium etiam pertinet. 19 *l.* 41. *ff. de reg. jur.* 20 Cur ita? præſumuntur in ſubſequentibus repetita, quæ in eorum præfationibus dicuntur, *l. lecta* 40. *ff. de R. C. ſi certum. l. Titia.* 134. §. *idem. D. de verb. oblig.* 21 Reſcripta Principum perpetua ſunt, niſi certum tempus in eis ſpecialiter ſit definitum, *Synopſ. Baſilic.* 2. *tit.* 5. *c.* 21. 22 Jure civili ſcilicet, non Canonico, *cap. Si autem aliquis. de reſcript.* & *Gallico*, Guido *deciſione* 135. Rebuffus tamen *in proœmio conſtitutionum*, *gloſſ.* 5. *num.* 44. addit literas prehenſionis non tolli anno, unde vulgo dicitur, *prinſe de corps ne ſuranne jamais.* 23 Id eſt, exacto. Executio reſcripti perpetua eſt in dubio ut hic. An & ſententiæ executio? vid Concenatium 1. *quæſt.* 6. 24 De qua re late Guido Papæ *quæſt.* 135. Felinus *ad cap. licet undique. col.* 2. *de offic. deleg.* Socinus Jun. *conſ.* 89. *ad fin. volum.* 1. Aret. *ad* §. *præterea. num.* 10. *Inſt. de excep.* rurſum Felinus *ad c. cum acceſſiſſent. num.* 26. *de Conſtit.* Jacobum Menochium denique *de arbitr. Judic. l.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 204. *n.* 2. & *caſ.* 202. *n.* 77. Mod. 25 Per authentica, non per exempla reſcriptum probatur. Authentica in multis aliis cauſis requiruntur, *l.* 8. *ff. famil. erciſc. l. ult. ff. quemadm. teſtam. l.* 2. *ff. de fide inſtrum. l.* 48. *ff. de act. empt.* penes quem eſſe debeant, ſucceſſorem aut heredem, vid. *l.* 4. §. 3. *l.* 5. *ff. familiæ*, creditorem, vid. *l.* 15. *in princ. ff. de reb. autorit. judic.* Quid ſi authentica aut chirographa pupillorum ſunt amiſſa, aut exuſta? debitores ex inventario conveniri poſſunt, *l.* 57. *in pr. ff. de admin. tutor.* 26 Αὐθεντικά. *Synopſ. h. t. c.* 22. 27 *l.* 6. *infr. h. t. c. dicenti. verſ. Sancimus.* 52. *q.* 2. 28 Exempla τὰ ἴσα. *Synopſ. h. t. dict. cap.* 22. unde dicitur exempla inſtrumentorum non probare, niſi citata parte, & judicis commiſſione petita ſint. Caſtrenſ. *hic.* 29 *l.* 1. *C. Theod. de conſtitut. principum.* 30 Non valent reſcripta ſine die & conſule, *c. dicenti* 16. *verſ. Siqua.* 25. *q.* 2. niſi relata ſint in corpus juris. *Conſtit. de novo Codic.* §. 2. & *Conſtit. de Juſtinianeo Codice confirmando* §. 3. Hinc Auguſtinus, *in collatione tertiæ diei cum Donatiſtis.* Evidentiſſime legibus definitum eſt, imperialia conſtituta etiamſi conſules non legantur, in dubium non vocari, vid. Cujac. *hic*: his adde Papon. 3. *Notar.* 5. *cap. De la datte des reſcripts.* Sic dies & conſul in accuſatione & teſtamento inſeruntur, non in editione, vid. quæ not. ad *l.* 3. *ff. de accuſ.* 31 7. *C. Theod.* 32 Sabariæ, *C. Theod.* Recte. 33 Sacrilegii inſtar reſcriptis Principum adverſari, *Synopſ. Baſil. h. t. cap.* 34. adde *l.* 3. *J. de crimine ſacrilegii.* 34 Puta tribunatu militari, centurionatu & ſimilibus: quæ Cicero, Suetonius & Lampridius vocant beneficia ad ærarium delata: & Hygenus adſcripta in libris beneficiorum, vid. Cujac. *hic.* 35 Id eſt, a nobis conceſſis. 36 Vid. *Novell.* 114. ſi judex eas contemnat. 37 Beneficia appellat adminiſtrationes & dignitates a Principe conceſſas. 38 Sub quo ſcrinia: quibus reſervatus Encauſti uſus. *l.* 3. *C. Theod. ad leg. Corn. de falſis.* 39 Et hic color *encautum* appellatur. *J. h. t.* Cauteria legimus ad pictoris inſtrumentum pertinere. *l.* 17. *in pr. ff. de Inſtruct. & Inſtr. leg.* 40 Ita legitur apud Plinium 25. *cap.* 11. Nota formam *encauti* componendi. Sic Palæologus Imperator Conſtantinop. Romæ, in æde Spiritus ſancti, Eccleſiæ Romanæ ſubjectionem jurans Syngrapham, conchylii ſanguine a ſe ſubſcriptam teſtatam relinquit. Epitome Chronicorum Werveronis Leodienſis monachi apud Briſſonium. 41 Encauſtri. *Haloand.* Encauti *Cuj.* Encauti fit mentio in *l.* 4. *C. Th. de extraord. muner. l.* 1. §. 1. *in pr. J. de colleg. l.* 9. *J. de agric. & cenſit.* Rhodig. 7. *c.* 11. Encautum ἐγκεκαυμένων. Græci etiam appellant σεβασμίοις χερσὶ, σεβασμίας καὶ θειώδεις χεῖρας. *Goth.* Encauſti ſunt litteræ, ſeu ſigna, quæ reſcriptis Imperatorum imprimuntur. Padill. *h. l. num.* 8. Adde Panciroll. *Memorab. tit. de Encauſto:* qui dicit encauſtum eſſe atramenti genus quod ex purpura conficitur. Hoc ſoli Impp privilegiis, & litteris ſubſcribendis utebantur. *Anſ.* 42 Facit *l.* 3. *C. Theod. ad l. Cornel. de falſis lib.* 9. 43 Innocentius vult hanc clauſulam, *Si preces veritate nitantur*, etiam ſubintelligi, quamvis non ſit expreſſa *c. ex parte.* 2. *extr. de reſcript.* vid. And. Gailium 1. *obſerv.* 14. 44 Ἐὰν τὰ ἀληθῆ ἐδίδαξεν, *Synopſ. Baſil. h. t. cap.* 20. adde *l.* 4. ꝟ. *ſi contra jus vel utilit. Novellam* 138. *in fin. Novellam* 158. *cap.* 1. *in pr. l.* 5. *in fin. infr. ſi quis alteri vel ſibi.* 45 Πραγματικὸς θεῖος τύπος, *Synopſ. Baſil. h. t. cap.* 27. ſacra pragmatica forma non ad ſingulorum, ſed ad corporis collegii, civitatis & provinciæ preces profertur. 46 Τῆς ἀληθείας καὶ ἐπὶ τούτων σκοπουμένης, *Synopſis ibid.* ſic tamen ut in his quoque ſpectetur veritas.

47 De imaginibus Imperialibus, Cod. Theodoſiano *l.* 15. *tit.* 4. 48 15. *C. Theod.* 4. 49 *l.* 2. *ff. de loco publ. fruendo.* 50 Fit infamis. 51 Id eſt, infamiæ.

tis

tis ignaviæ tranſire, quæ ſunt interdicta, tentaverint. Dat. 12. Kalend. Januar. *Mediolani*, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

Quæ ſervantur in ſtatuis, vel imaginibus Principibus erigendis.

2. Imppp. THEOD. A. & VALENT. C. Aëtio P.P.

SI [1] quando [2] noſtræ ſtatuæ, vel imagines eriguntur; ſive diebus [ut adſolet] feſtis, ſive communibus, adſit Judex ſine adorationis [3] ambitioſo faſtidio: ut ornamentum diei & loco, & noſtræ recordationi ſui probet acceſſiſſe præſentiam. Dat. 3. Non. Maii, THEODOS. A. XI. & VALENTINIANO Cæſare CONSS. 425.

De privata collatione.

3. Iidem AA. & C. Florentio P.P.

IN noſtræ Serenitatis imaginibus, ac ſtatuis erigendis privatæ collationis [4] injuriam propulſari præcipimus, ne quid in eis ſuum collator cognoſcat. Dat. 3. Non. Aprilis THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De ſumptibus.

4. Iidem AA. & C. ad Nonum [5] Comitem, & Magiſtrum officiorum.

ET virtutum præmia [6] tribui merentibus convenit, & aliorum honores aliis [7] damnorum occaſionem fieri non oportet. Idcirco, quoties vel judicibus noſtris, vel cuilibet alii ſtatua fuerit a quocunque collegio, ſeu officio, vel in hac ſacratiſſima civitate, vel in provinciis poſtulata: nequaquam ex deſcriptione ſumptus colligi patimur; ſed ejus [8], cujus ad honorem petitur, expenſis propriis ſtatuam collocari præcipimus. Dat. 5. Kal. April. THEODOS. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

TIT. XXV.
DE HIS QUI AD STATUAS [9] CONFUGIUNT.

Qui confugerunt ad ſtatuas Principis ab omni violentia debent eſſe tuti. Salic.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

QUi [10] ad ſtatuas, [vel] vitandi metus [11], vel creandæ invidiæ [12] cauſa, confugerint, ſi certas habuerint cauſas, quibus confugere ad Imperatoria ſimulachra debuerint: jure ac legibus vindicentur [13]. Sin vero probati fuerint artibus ſuis invidiam inimicis creare voluiſſe: ultrix in eos ſententia proferatur. Dat. Prid. Non. Jul. *Conſtantinop.* HONORIO N.P. & EVODIO CONSS. 386.

TIT. XXVI.
DE OFFICIO [14] PRÆFECTI [15] PRÆTORIO [16] ORIENTIS, ET ILLYRICI.

De libelli datione.

1. Imp. ALEXANDER A. Theodoro.

LIbellus Præfecto Prætorio datus, pro litis conteſtatione haberi non poteſt. Dat. Prid. Kalend. Octobris, AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De formis P. P.

2. Idem A. Reſtituto.

FOrmam [18] a Præfecto Prætorio datam, etſi generalis ſit, minime legibus vel conſtitutionibus contraria; ſi nihil poſtea ex auctoritate mea innovatum eſt; ſervari æquum eſt. Dat. Idib. Auguſt. SEVERO & QUINTIANO CONSS. 236.

De judicibus mutandis, & furibus puniendis, & relatione ad Principem.

3. Imppp. VALENT. THEOD. ARCAD. AAA. Tatiano P.P.

SI quos Judices, vel [19] propter adverſam & longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam [20], aut furtum, vel ſimile aliquod vitium Sublimitas Tua [21] inutiles eſſe repererit: his ab adminiſtratione remotis, & vice eorum aliis ſubrogatis: furibusque pœnis legitimis ſubactis, ad noſtræ Manſuetudinis ſententiam non crimina ſed vindicta referatur. Dat. 5. Id. Decemb. *Cap.* ARCAD. & BAUTONE CONSS. 385.

Cognitio de Judice ordinario.

4. Iidem AA. Addeo Comiti & Magiſtro utriuſque militiæ.

DE ordinario judice ſemper illuſtris eſt cognitio Præfecturæ: licet militari viro ab eo facta fuerit injuria. Dat. Prid. Kal. Jan. *Conſtantin.* THEOD. A. III. & HABUNDANTIO CONSS. 393.

De reſcriptis.

5. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P.P.

SI qui poſthac velut indebitis oneribus gravati, ad preces crediderint convolandum, ſive de naviculariis rationibus, ſive tranſvectionibus: reſcripta, quæ de omnibus his atque hujuſmodi ordinationibus emitti contigerit, ad Sedem ſublimitatis tuæ reſcribantur. Dat. Idib. Decembr. STILICONE II. & ANTHEMIO CONSS. 405.

Quidam libri notant hic deſiderari Græcam conſtitutionem, Ejus epitomen ex Ecl. Baſilicon putat Leunclavius hanc eſſe.

6.

PRæfectorum [22] prima ſit ante univerſos ſedes: poſt eos Senatorum.

TIT. XXVII.
DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIO AFRICÆ, ET DE OMNI EJUSDEM DIOECESEOS STATU.

De judicibus civilium adminiſtrationum & officiis eorum.

In nomine Domini Jeſu Chriſti.

Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, Alamanicus, Gotthicus, Germanicus, Francicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, ſemper Auguſtus, Archelao Præfecto prætorio Africæ.

QUas gratias, aut quas laudes Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto exhibere debeamus, nec mens noſtra poteſt concipere, nec lingua proferre. Multas quidem & antea a Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos ejus beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egiſſe cognoſcimus: Præ omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per nos pro ſua laude, & pro ſuo nomine demonſtrare dignatus eſt, excedit omnia mirabilia opera, quæ in ſeculo contigerunt, ut Africa [23], per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, antea nonaginta quinque [24] annos a Vandalis captivata: qui animarum fuerant ſimul hoſtes, & corporum: nam animas quidem diverſa tormenta atque ſupplicia non ferentes, rebaptizando [25] ad ſuam perfidiam transferebant: corpora vero liberis natalibus clara, jugo barbarico duriſſime ſubjugabant: Ipſas quoque Dei ſacroſanctas Eccleſias ſuis perfidiis maculabant: aliquas vero ex eis ſtabula [26] fecerunt. Vidimus [27] venerabiles viros, qui abſciſſis radicitus linguis ſuas pœnas miſerabiliter loquebantur: Alii vero poſt diverſa tormenta per diverſas diſperſi provincias vitam in exilio peregerunt. Quo ergo ſermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me ultimum ſervum ſuum [28], Eccleſiæ ſuæ injurias vindicare dignatus eſt, & tantarum provinciarum populos a jugo ſervitutis eripere? Quod beneficium Dei anteceſſores noſtri non meruerunt: quibus non ſolum Africam liberare non licuit, ſed & ipſam [29] Romam viderunt ab eiſdem Vandalis captam, & omnia imperialia ornamenta in Africam exinde tranſlata: Nunc vero Deus per ſuam miſericordiam non ſolum Africam, & omnes ejus provincias nobis tradidit, ſed & ipſa imperialia ornamenta, quæ capta Roma fuerant ablata, nobis reſtituit. Ergo poſt tanta beneficia quæ nobis divinitas contulit, hoc de Domini Dei noſtri miſericordia poſtulamus, ut provincias quas nobis reſtituere dignatus eſt, firmas & illæſas cuſtodiat; & faciat nos eas ſecundum voluntatem ſuam ac placitum gubernare: ut univerſa Africa ſentiat [omnipotentis] Dei miſericordiam: & cognoſcant ejus habitatores a quam duriſſima captivitate & jugo barbarico liberati, in quanta libertate ſub feliciſſimo noſtro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes exoramus ſanctæ & glorioſæ ſemper virginis & Dei genitricis Mariæ precibus: ut, quicquid minus eſt reipublicæ noſtræ, per nos ultimos ſervos ſuos reſtituat in ſuo nomine Deus, & dignos nos faciat ſervitium ejus adimplere. §. 1. Deo itaque auxiliante pro felicitate reipublicæ noſtræ per hanc divinam legem ſancimus, ut omnis Africa, quam nobis Deus præſtitit, per ipſius miſericordiam optimum ſuſcipiat ordinem, & propriam [30] habeat præfecturam: ut ſicut Oriens, atque Illyricum: ita & Africa, prætoriana maxima poteſtate ſpecialiter a noſtra clementia decoretur. Cujus ſedem jubemus eſſe Carthaginem [31], & in præfatione publicarum chartarum præfecturis aliis ejus nomen adjungi: quam nunc tuam ex-

1 *L. unic. Cod. Theod. h. t.* 2 15. *C. Th.* 4. *l. un.* 3 Principis ſtatuæ non ſunt adorandæ Ambroſ. 6. *Hexaemer.* Hinc Tiberius, *auctore Suetonio*, ſtatuas inter ornamenta domorum, non inter ſimulachra deorum poni voluit. 4 Collectionis, *Haloand.* 5 Numum, *ut in corpore De limitib.* & Novella inter *Theodoſianas* 31. & 32. 6 Præmia bene meritis tribuenda. 7 Honor unius alterius damno eſſe non debet. 8 Sed ei, cujus. 9 9. *C. Theod.* 44. ſtatuæ initio meritiſſimis poſitæ, tyrannicidis Harmodio & Ariſtogitoni apud Athenienſes 34. *Plinius* 4. *Arrianus* 7. apud Græcos iis qui olympico certamine viciſſent. Excepta deinde res a toto orbe terrarum: nec hominibus modo, ſed & Diis in templis, & mulieribus quoque publicæ poſitæ, 34. *Plin.* 4. 5. 6. Religio porro divinis ſtatuis attributa, Plaut. *in Rudente.* Juſt. 20. *in* 3. *l.* 3. §. 2. *in fin.* ff. *de his qui ad eccleſias.* ut & Principum ſtatuis, Phil. 1. *de vita Apollonii.* 10 *l. unic. C. Theod. h. t.* 11 *l. 2. verſ. ideoque cognoſce. ff. de his, qui ſunt ſui.* 12 Vid. *l. 5. ff. de extraord. criminibus, l.* 28. §. 7. *ff. de pœnis.* 13 *Subaudi*, ab injuria. Cicero 1. *de finibus.* Sapientia ſola nos a libidinum impetu, & formidinum terrore vendicat.

14 De origine, officio, potentia & inſignibus Præfectorum Prætorio, vid. Petrum Fabrum 1. *Sem.* 1. 2. 3. eorum poteſtas dicitur ἀρχὴ δεύτερα μετὰ τὰ σκῆπτρα a Zoſimo, ſecunda ab Imperatore. 15 Rolandus a Valle 1. *conſil.* 70. refert *num.* 16. Præfectis Prætorio exæquari ſenatus & parlamenta. Forcatulus vero Coneſtabilem, *cap.* 17. *Penus juris civilis, num.* 1. Sed Paponius cenſet conferri cum eo quem nunc Cancellarium vocamus. 3. *notar.* 7. *fol.* 495. & male. Præfecti namque Prætorio ad eos magis accedunt, quos olim Galli indigitarunt, *Maiſtres du Palais*, quorum dignitas temporibus Merovingiorum magna fuit. Si fas eſt comparare veterem ſummamque illam dignitatem cum præſenti aliqua: Præfecti Prætorio vicem ſuſtinere hodie videntur, qui ab Hiſpano rege regnis aliquot Præfecti delegantur: quales denique poſſis dicere, Vice reges provinciarum Hiſpanicæ ditionis, Luſitanicos, Neapolitanos, Siculos, Mediolanenſes, Belgicos, Indicos & his ſimiles. 16 Duo in urbe fuerunt tempore Juſtiniani Præfecti Prætorio Orientis, *l.* 54. *verſ. ſin autem*, ff. *de Epiſc. & Cler.* & ſub eorum cura diœceſes quinque Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia: & cujuſque diœceſeos provinciæ variæ, quibus præſidentes dabantur. Fuit & alius Præfectus Prætorio Illyrici, ſub cujus diſpoſitione diœceſes duæ fuerunt Macedonia & Dacia. Fuit etiam quodam tempore ſub Juſtiniano Præfectus Prætorio Italiæ, de quo *Nov.* 69. *cap.* 4. *verſ. Glorioſiſſimi.* & 79. *c.* 2. 17 Aliud ſi Principi. *l.* 1. *ſupr. quando libellus Principi.* 18 Formas Præfectorum Prætorio Græci vocant ἐπαρχικά, de quibus vid. Cujac. 6. *obſ.* 10. adde *l.* 16. ff. *de jud. l.* 27. *in pr.* ff. *de fidejuſſ. & mandator.* 19 Ob adverſam valetudinem, negligentiam vel furtum, judex removeri poteſt. 20 Ergo poteſt negligens judex repelli ab officio, & petente parte alteri debet cauſa committi. Jaſonem vide *ad l.* 2. *ſupr. ut lite pendente.* porro an etiam appellari poſſit a tali judice, vide quæ *ad d. l.* 2. ſcribant idem Jaſon & Baldus, quæque affert Bart. *ad l. fin. ff. de extraord. cognit.* Mod. Adde *l.* 14. *in fin. ff. de offic. præſid.* 21 *l.* 38. *infr. de decur.* 22 Interpretatio Leunclavii: extat autem hæc conſtitutio apud autorem Synopſeos *Baſilic. l.* 6. *tit.* 1. *c.* 12.

23 Africa de Vandalis recepta a Juſtiniano. 24 Quot annis a Vandalis Africa fuerit occupata. 25 Anabaptiſmo Vandali polluti hoc forte didicerant a Donatiſtis. 26 Eccleſias in ſtabula vertere, & ex Eccleſiis ſtabula facere auſi ſunt *Vandali*, ut & Donatiſtæ, vide Optatum *contra Donatiſtas.* 27 Nota Juſtinianum vidiſſe Chriſtianos, quibus *Vandali* linguam exciderant, nec tamen eis loquendi facultatem ademerant. Hac ſævitia Honoricus uſus eſt adverſus Catholicos, cum ab iis impetrare non poſſet, ut Arii doctrinam ſequerentur. Legimus quoque mutum quendam ita natum poſt abſciſſam linguam ſtatim loquutum refutaſſe Arianorum hæreſim, & de fide Chriſtiana veras voces emiſiſſe, quod & ſe vidiſſe Marcellus Comes retulit. Idem ſe vidiſſe in multis refert Æneas Gazeus in Theophraſto, idem viſum fuiſſe Conſtantinopoli refert Procopius *libro de bello Vandalico*, & ex his duos cum ſe ſcortis miſcuiſſent, loqui deſiiſſe. His adde Victorem Uticenſem *libro de perſecutionibus Africæ*, & Paulum Diaconum *in Odoaric*, vid. Cujac. 19. *obſerv.* 6. Forcatulus *in Cupidine juriſperito cap. ult. in fin.* hoc quoque de Argo navi refert ex Valerio Flacco: venturos, inquit, canit errores, canit & Jovis iras vocibus humanis, ſtellati conſcia cœli. Nam quod de aſina Balaami huc profertur *Num. cap.* 22. non magis huc pertinet, quam illud Livii, Bovem in Capitolio locutum. *Goth.* Leo III. in Romana ſede ſublimatus. Cujus ſublimationem propinqui ægre ferentes, cum lætanias majores ageret, contra populo concitato, inſurgentes oculos ei eruerunt, & linguam præſciderunt. Sed Deus ſibi miraculoſe linguam, & viſum reſtituit. Joan. a Leyd. Carmelit. *Chronic. Belg. l.* 4. *c.* 15. Baron. *ad an.* 799. Cæterum, quod Juſtin. hic refert de Chriſtianorum evulſa lingua, nec amiſſis verbis, confirmat Cujac. *l.* 19. *obſerv. cap.* 6. Evagr. *hiſtor. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 14. Anſ. 28 Magiſtratus ſervus Dei. 29 Roma a Vandalis capta. 30 Africa tempore Juſtiniani proprium habuit Præfectum Prætorio. 31 Hæc eſt illa Carthago Romani imperii æmula, Strabo *lib.* 17. *in fin.*

cellentiam gubernare decernimus. §. 2. Et ab ea (auxiliante Deo) ſeptem provinciæ cum ſuis judicibus diſponantur: quarum Tingi [1] & quæ proconſularis antea vocabatur, Carthago & Byzacium [2] ac Tripolis rectores habeant conſulares: reliquæ vero, id eſt, Numidia & Mauritania, & Sardinia a præſidibus cum Dei auxilio gubernentur. §. 3. Et in officio quidem tuæ magnitudinis, nec non pro tempore viri magnifici præfecti prætorio Africæ trecentos nonaginta ſex viros per diverſa ſcrinia & officia militare decernimus. In officiis vero Conſularium ac præſidum quinquaginta homines per ſingula officia eſſe ſancimus. §. 4. Quæ vero emolumenta, ſive magnificentia tua, ſive Conſulares, & præſides, & quod unusquisque ex officio eorum de publico conſequi debeat, notitia ſubter annexa declarat. §. 5. Optamus ergo, ut omnes judices noſtri ſecundum voluntatem & timorem Dei, & noſtram electionem atque ordinationem ſic ſuas adminiſtrationes gubernare ſtudeant; ut nullus eorum, aut cupiditati ſit deditus, aut violentias aliquas vel ipſe inferat, vel judicibus aut officiis eorum, aut quibuscunque aliis collatoribus inferre permittat. Licet enim per omnes provincias noſtras (Deo juvante) feſtinemus, ut illæſos habeant collatores; maxime tamen tributariis diœceſeos Africanæ conſulimus, qui poſt tantorum temporum captivitatem meruerunt, (Deo juvante,) per nos lumen libertatis adſpicere. Ergo jubemus omnes violentias & omnem avaritiam ceſſare, & juſtitiam atque veritatem circa omnes noſtros tributarios reſervari. Sic enim & Deus placabitur: & ipſi poſſunt celerius, ſicut collatores alii noſtræ reipublicæ relevari, atque florere.

§. 6. Sportulas [3] etiam ab officio, tam viri magnifici, præfecti [prætorio] Africani, quam reliquorum judicum ſic exigi jubemus, quomodo in noſtris legibus eſt diſpoſitum; & ab omni republica noſtra cuſtoditur: ut nullus audeat quocumque tempore, vel quocumque modo earum excedere quantitatem. §. 7. Hoc etiam præſenti ſanctione credimus ordinandum, ut non multa diſpendia pro completione chartarum, vel codicillorum, vel in noſtro laterculo, vel in ſcriniis præfecti prætorio per Africam judices ſuſtinere videantur: quia, ſi ipſi diſpendiis læſi non fuerint, nullam habebunt neceſſitatem ejusdem noſtræ Africæ tributarios prægravandi. Jubemus ergo, ut judices diœceſeos [4] Africanæ tam civiles, quam militares in noſtro laterculo pro codicillorum atque chartularum promotionis ſuæ conſuetudinibus nihil ultra ſex ſolidos præbeant: at vero in ſcrinio præfectorum non ultra duodecim ſolidos cogantur inferre. Quem modum ſi quis exceſſerit, ipſe quidem judex triginta librarum auri diſpendio ſubjacebit: officium vero ejus non ſolum ſimile diſpendium, ſed & capitale periculum ſuſtinebit. Nam ſi aliquis ex quacumque parte auſus fuerit juſſiones noſtras excedere, & non feſtinaverit cum Dei timore eas ſervare: non ſolum dignitatis aut ſubſtantiæ periculum ſuſtinebit, ſed etiam ultimo ſupplicio ſubjacebit. §. 8. Et eſt notitia [5] Deo auxiliante. Pro annonis & capitu [6] pro tempore præfecto prætorio per totam Africam, auri libras centum. Pro annonis Conſularium [7], auri libras xx. Pro annonis Cancellariorum [8] auri libras VII. † Item officiis ejus ita. In ſcrinio primo hominibus decem pro annonis XVIII. pro capit. ſol. XII. Fiunt ſol. CXLVIII. Item numerario, pro annonis ſolid. v. & pro capit. ſol. IIII. Fiunt ſol. XLVI. Secundo pro an. III. annuos ſol. v. & pro capit. VII. cap. ſol. v. & pro capit. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. III. vero & IV. ad ann. L. ann. ſolid. v. & ad cap. L. capit. ſolid. IV. Fiunt XXIV. Reliquis III. ad ann. L. ann. ſolid. v. & ad capit. L. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXVIII. In ſcrinio ſecundo, ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio tertio, ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio quarto [9], ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio primi ſcrinii, quod eſt *ſubadjuvæ* [10] hominibus x. ann. XIV. cap. XII. Fiunt ſolid. CXVI. ſcilicet. Ita primi ſcrinio pro ann. III. ann. ſolid. v. & pro cap. II. capitu ſolid. IV. Fiunt ſolidi XXIII. Secundo pro ann. II. ann. ſolidi, ut ſupra ſcriptum eſt, & pro cap. capit. ſolid. ut ſupra ſcriptum eſt, & fiunt ſolidi XVI. Tertio & quarto pro ann. I. annona ſolidorum, ut ſupra ſcriptum eſt, & pro cap. I. cap. ſolidorum, ut ſupra ſcriptum eſt. Fiunt. ſol. XXIII. Reliquis hominibus VI. ad ann. I. annona ſolidi v. & pro capitu capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi LVIII. In ſcrinio *commentarienſis* [11] hominibus XII. ann. XVII. cap. IV. Fiunt ſolidi CLIII. Primo commentarienſi, ann. III. ſolid. v. pro capit. II. capit. ſol. IV. Fiunt ſolidi XXIII. Sequentes homines III. ad ann. II. ann. ſolid. v. pro cap. II. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XLVIII. Reliqui homines VIII. ad ann. I. ann. ſolid. v. & cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXVII. In ſcrinio *ab actis* hominibus x. ann. XIV. cap. XII. ſolid. CXVIII. Ita primo ann. III. pro ann. I. ſolid. VI. cap. II. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXIII. Secundo & tertio ad an. II. ann. ſolid. v. & ad capit. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXII. Reliquis XVII. ad ann. I. ſolid. v. ad capit. I. capit. ſolid. VIII. Fiunt ſolid. LXIV. † In ſcrinio *libellorum* [12] hominibus VII. ann. VI. cap. VI. Fiunt ſolidi v. pro cap. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. Secundo II. pro ann. ſolid. x. pro capit. I. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XII. Reſiquis hominibus IV. ad ann. I. ann. ſol. v. & ad cap. I. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXVI. † In ſchola *exceptorum* [13] hominibus LX. ann. LXXIV. capit. LXII. ſolid. DCXVIII. Ita primo & ſecundo ann. III. pro anno ſolid. v. & ad cap. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLVI. Aliis hominibus VI. ad ann. II. ann. ſolid. v. ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CXVI. Reliquis hominibus x. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CXV. Reliquis hominibus XLIV. ad ann. I. ſolid. v. & ad capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CCCLXXXVI. † In ſchola *ſingularium* [14] hominibus L. ann. III. capit. I. ſolid. CCCCLXXIII. Ita I. ann. II. ann. ſolid. v. capit. I. capit. ſolid. III. Fiunt ſolid. XXXIV. Secundo, tertio & quarto ad ann. v. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis XLVI. ad ann. I. ſolid. v. & cap. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſol. CCCCXVIII. † In ſchola *mittendariorum* [15] hominibus L. ann. LII. S. capit. L. ſolid. CCCCXLII. Ita primo ann. II. ann. ſol. v. & ad capit. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XIV. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis hominibus XLVI. ad ann. I. ann. ſol. v. & ad cap. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CCCXXIV. † In ſchola [16] *curſorum* hominibus XXX. ann. XXII. S. cap. XXX. ſolid. CCXXXII. Ita primo anno ann. ſolid. v. cap. I. cap. ſol. IV. Fiunt ſolidi XVII. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. S. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis hominibus XXVI. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CCXXXIV. † In ſchola *nomenculatorum* [17] hominibus XXII. ann. ſolidi v. capitu XII. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CXV. Ita primo anno ann. ſolid. v. capit. I. S. capit. ſolidos IV. Fiunt ſolid. XVI. Reliquis hominibus XI. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XCIX. † In ſchola *ſtratorum* [18] hominibus VI. ann. VII. capit. VI. ſolid. LIX. Ita primo anno, ann. ſolid. v. cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XIV. Reliquis hominibus v. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLV. † In ſchola *prætorianorum* [19] hominibus decem ann. XII. capit. XI. ſolid. XCVII. Ita primo annonæ pro ann. II. ſolid. v. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. LXXI. † In ſchola *draconariorum* [20] hominibus x. ann. II. cap. x. S. ſolid. CCVI. Ita primo ann. pro ann. ſolid. XIV. capit. I. pro capit. I. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. cap. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſol. LXXX. † In ſcrinio *operum* [21] hominibus XX. ann. XXIV. cap. XXI. ſolid. CCXXIV. Ita primo ann. III. pro ann. ſolid. v. cap. II. pro capit. ſolid. VIII. Fiunt ſolid. XXIV. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. ſolid. v. & ad capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. LXII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. & ad capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſol. XC. † In ſcrinio *arcæ* [22] hominibus XX. ann. XXVIII. capit. XXI. ſolid. CCXXIV. Ita primo anno III. pro ann. ſolid. v. capit. II. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXIII. Reliquis hominibus IV. ad ann. II. pro ann. ſol. v. & ad capit. I. pro cap. ſol. IV. Fiunt ſolid. XLII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. II. ſolid. v. & ad cap. I. pro cap. ſol. IV. Fiunt ſolid. LXVIII. Reliquis aliis hominibus CX. ad ann. I. pro ann. ſol. v. & ad capit. I. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XC. † In ſchola [23] *chartulariorum* [24] hominibus L. ann. LVIII. cap. II. pro capit. ſol. IV. Fiunt ſol. XXIV. Ita primo anno III. pro ann. ſolid. v. cap. II. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſol. XXIII. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. ſol. v. & ad capit. I. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLVIII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. & ad capit. I. pro capit. ſol. IV. Fiunt ſol. XLIX. Reliquis hominibus XL. ad annum primum pro ann. ſol. v. & ad cap. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CCLX. Fiunt homines CCCXCVI. anno CCCCXCIX. ſolid. II. CCCCXC. capit. CCCCXX. Fiunt ſolid. IV. LXXIII. III. DCLXXII. Item pro anno & cap. cenſualium ſolid. CCCCXLVIII. Officiorum ejus ſolid. CLX. poteſt medi hominibus v. ann. XLVIII. capit. XVIII. ſolid. CCCCXVIII. Ita primo ann. pro ann. XV. capit. v. ſol. v. Secundo pro ann. x. capit. v. ſolid. LXX. Reliquis hominibus III. ad ann. VIII. & ad cap. II. ſolid. CL. † *Grammaticis* [25] hominibus II. ad ann. x. & ad cap. II. ad ſolid. LXX. ſortitas. † *Oratoribus* [26] hominibus II. ad ann. x. cap. v. ad ſolid. LXX. §. 9. Hæc igitur, quæ pro diſpendiis, civilibus Judicibus Africæ, eorumque officiis, id eſt, tam ſcriniariis [27] ampliſſimæ ejus Præfecturæ, quam cohortalibus [28], per hanc divinam conſtitutionem ſtatuimus; tua magnitudo cognoſcens, ex Kal. Septemb. futuræ tertiædecimæ Indictionis effectui mancipari, obſervarique procuret, atque edictis publicis omnibus innoteſcat: His ſcilicet, qui ordinati fuerint a tua ſublimitate ſecundum præſentem divinam conſtitutionem, firmitatem ſui ſtatus in perpetuo habituris. Nam Deo juvante de militaribus Judicibus, & de officiis eorum, & de alio noſtro exercitu per aliam ſanctionem ſtatuemus. Dat. *Conſtant.* Domino noſtro Juſtiniano P. P.

De Judicibus militaribus, & officiis eorum.

2. Idem A. Beliſario Magiſtro militum per Orientem.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad omnia conſilia omnesque actus ſemper progredimur: per ipſum [29] enim jura Imperii ſuſcepimus: Per

condita a Dione & colonis Tyriis, Virgil. 1. *Æneidos verſ.* 15. 16. Tertull. *lib. de Monogamia, & Apologetico adverſus gentes*, Strabo *lib.* 17. *in fin.* ſeptuaginta duobus annis ante Romam, ut ex Trogo refert Juſtinus *lib.* 18. *aut* 112. ut vult Joſephus 1. *contra Apionem:* everſa a Scipione 2. *Flor.* 5. reſtaurata ab Auguſto. Strabo *lib. ult.* Pomponius Mela *lib.* 1. *cap. de Africa.* Plin. *lib.* 5. Plutarch. *in Jul. Cæſare:* capta a Vandalis. Procop. 1. *de bello Vandalico.* recuperata a Beliſario Juſtiniani præfecto. Procop. *ibidem.* Princeps olim Africæ, Tertull. *lib. de pallio in princ.* hodie vicus mediocris. Leo 5. *Afric.* 1 Zeugia a qua Zeugitana. 2 A qua Byzacena provincia. *l.* 2. §. 19. *verſ. Idem viro.* §. 23. *circa fin. infr. h. t.* dux Byzacenæ. *l.* 2. §. 1. *infr. h. t.* male Byzancium: corruptius Hieratium apud Sextum Ruffum. 3 *l. ult. infr. de annonis civilibus.* 4 Diœceſis multarum provinciarum adminiſtratio atque complexus. 5 Notitia eſt brevis, aut libellus, in quo deſcriptio ſtatus, adminiſtrationis & diœceſeos alicujus continetur. *l.* 3. §. 3. *l.* 5. §. 3. *C. de advoc. diverſ. judicum. l.* 1. *&* 2. *J. de excuſat. artific. l. penult. & l. ult. J. de diverſ. off. & apparit.* Hinc de ſtatu imperii ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis agens liber, Notitia imperii Romani inſcribitur: adde & aliam Notitiam quæ extat *in l.* 2. §. 2. *J. h. t. in l.* 7. *J. de pal. ſacr. larg. Nov.* 8. *c.* 1. §. 1. 6 Vid. *infr. l. un. de annonis & cap.* 7 Conſiliariorum. 8 Cancellarii judicum ſecretarii. vid. *l.* 3. *l.* 5. *J. de aſſeſſoribus & domeſt. & cancell. jud.* 9 Scrinia quatuor hæc erant, memoriæ, libellorum, epiſtolarum, diſpoſitionum. *l.* 20. *J. de fide inſtrumentorum. l. ult. verſ. Viri etiam. J. de decurionib. l.* 3. *J. de off. quæſt. l.* 3. 4. *&* 11. *J. de proxim. ſacror. ſcrin. l.* 2. *in pr. J. de priv. eorum, qui in ſacro:* interdum ſcrinium diſpoſitionum omittitur. *l.* 5. 6. 10. *de proxim. ſacr. ſcrin. l.* 1. *J. de privileg. eor. qui in ſacr. palat.* Erant & ſcrinia exceptorum, tabulariorum, canonum, numerariorum, mittendariorum. *l. ult. J. de veſtibus holoberis, l.* 7. §. 1. *J. de palatinis ſacr. larg. l.* 10. *J. de murileg. & gynecianiis.* Fabricarum, barbaricariorum. *l.* 1. *in pr. J. de præpoſ. agent. in rebus.* auri ad reſponſ. *dict. l.* 7. *verſ. Scrinii auri ad.* hinc ſcriniarii. *l.* 16. *J. de teſtam. milit. l. ult. J. de caſtrenſ. pecul. l.* 10. *in pr. J. de numerar. actuar. l. ult. de appar. præf. prætor.* Scrinii magiſter Lampridius. 10 Subadjuva, id eſt, adjutoris adjutor, *l. ult. verſ. hujus autem. J. de agentibus in rebus.* cujus munus τῷ βοηθῷ βοηθεῖν. Syneſius *epiſt. ad Heruncianum:* Suidas *l.* 3. *C. Theod. de agentibus in rebus.* Ea forma dicitur ſubcurator, *l.* 30. *D. de negot. geſt.* & ſubdoctor ab Auſonio ad Victorinum ſubdoctorem. Hic Græcis πρόσχολος ordinarii doctoris Vicarius, morum κοσμητής. Joſ. Scalig. *lib.* 1. *lect. Auſonianarum cap.* 15. 11 Commentarienſis, cujus manu actus ſubnotantur. *l.* 45. §. 7. *ff. de jure fiſci.* 12 Nota de ſcrinio libellorum. 13 *l.* 5. *l.* 12. *infr. de prox. ſacrorum ſcrin. l.* 5. *l.* 7. §. 1. *in pr. l. ult. J. de Palat. ſacrar. largit. l. ult.* §. 3. *infr. de re milit. l. ult. de caſtr. pec. l.* 5. *infr. de numerariis actuar.*

14 Singulares ſive ſingularii, qui per ſingula ſive ſingla, id eſt, abbreviaturas ſcribebant. Sic ſingula, ſingla, ſigla, & tandem vigla. Notæ diſtant a ſinglis vel ſiglis. Sigla, vel ſiglæ ſunt ſingulares literæ: notæ, non ſunt literæ. A ſiglis ſingularii, ut a notis notarii dicti ſunt. vid. Cujac. 12. *obſerv. ult.* 15 *l.* 3. *l.* 7. §. 1. *verſ. Scrinii mittendariorum. l.* 8. *J. de Palat. ſacr. largit.* 16 Nota de ſchola curſorum. 17 Alio ſenſu accipitur hic, quam in *l.* 7. §. 5. *ff. de oper. libert.* 18 Stratorum. vid. *infr. de ſtratoribus.* 19 Prætoriani milites præfectorum prætorio Græcis δορυφόροι. vide Petrum Fabrum 1. *ſemeſtr.* 3.

20 Draconarii ferebant ad prælium Draconem ſignum militare cohortis. Primum ſignum totius legionis aquila. Vide Vegetium 2. *cap.* 13. vide elegans exemplum apud Ammianum 20. ubi de Juliano loquitur a militibus in Imperatorem electo. 21 Nota de ſcrinio operum. 22 Hinc arcarii, præpoſiti his ſuſcipiendis, quæ in arcam Præfecti Prætorio inferuntur. vid. *infr. de ſuſceptoribus præpoſ. & arc. lib.* 10. *tit.* 70. 23 Schola, corpus & collegium militantium. Quidam interpretantur locum, in quo militant: meo tamen judicio male. 24 De quibus dicam *infr. de numerariis, actuariis & chartulariis, lib.* 12. *tit.* 50. 25 Adde *l.* 2. *l. ult. infr. de profeſſor. & medic.* 26 *d. l.* 2. *d. l. ult. in pr.*

27 Σκρινιάριος ὁ χαρτοφύλαξ, autor etymologici χαρτουλάριος τοῦ ἐπάρχου. Suidas: memorialis Præfecti Prætorio, magiſtri militum, comitis utriusque ærarii. Proconſul Aſiæ & Caſtrenſis ac Palatii ſuos habuere ſcriniarios. vid. *infr. de numer. act. char. adjutorib. ſcriniariis.*

28 Cohortales, officiales præſidum, conſularium correctorum. vid. *J. de cohortalibus princip.*

29 Ἀναφορὰ figura dictionis, cum in principio multarum orationum idem verbum repetitur.

ipſum

ipsum pacem cum Persis in æternum confirmavimus: per ipsum acerbissimos hostes, & fortissimos Tyrannos dejecimus: per ipsum multas difficultates superavimus: per ipsum Africam defendere, & sub nostrum imperium redigere, nobis concessum est: per ipsum quoque, ut nostro moderamine recte gubernetur, & firme custodiatur, confidimus. Unde per ejus gratiam etiam civilium administrationum Judices, & officia singulis Africanis provinciis constituimus: attribuentes quidem emolumentum, quod unusquisque percipere debeat. Ad ejus igitur providentiam etiamnum animum nostrum referentes, & armatas militias, & duces militum ordinare disponimus.

§. 1. Sancimus itaque, ut *Dux* militum *Tripolitanæ* [1] provinciæ in Leptimagnensi [2] civitate [3] sedes interim habeat. Dux vero *Byzacenæ* [4] provinciæ [&] in Capsa, & altera [5] Lepte civitatibus interim sedeat. Dux vero *Numidiæ* [6] provinciæ in Constantinensi [7] civitate sedes interim habeat. Dux autem *Mauritaniæ* [8] provinciæ in Cæsariensi [9] civitate interim sedeat.

§. 2. Jubemus etiam: ut in trajectu [10], qui est contra Hispaniam, qui *Septa* dicitur, quantos providerit tua magnitudo, de militibus una cum Tribuno suo homine prudente, & devotionem servante Reipublicæ nostræ, per omnia constituas, qui possint & ipsum trajectum semper servare, & omnia, quæcunque in partibus Hispaniæ, vel Galliæ, *seu Francorum* [11] aguntur, viro spectabili Duci denunciare, ut ipse tuæ magnitudini referat. In quo trajectu etiam dromones [12], quantos provideris, ordinari facias. §. 3. In *Sardinia* [13] autem jubemus Ducem ordinari: & eum juxta montes, ubi Barbaricæ gentes videntur sedere, habentem milites pro custodia locorum, quantos & ibi tua magnitudo providerit. §. 4. Et omnes diligenter pro commissis suæ custodiæ provinciis invigilent, & ab omni hostium incursione subjectos nostros tueantur illæsos: & festinent die nocteque [14] Dei invocando auxilium, & diligenter laborando, usque ad illos fines provincias Africanas extendere, ubi ante invasionem Vandalorum, & Maurorum Respublica Romana fines habuerat, & ubi custodes antiqui servabant: sicut ex clausuris [15] & burgis [16] ostenditur: maxime autem civitates, quæ prope clausuras & fines antea tenebantur, cum essent sub Romano imperio constitutæ, auxiliante divina misericordia cum hostes per partes expelluntur, festinent comprehendere, atque munire: & in illis duces & milites per partes accedant, ubi antea fines [17] & clausuræ provinciarum erant, quando integræ Africanæ servabantur sub Romano imperio provinciæ, quod Deo annuente (cujus auxilio nobis restitutæ sunt) speramus cito nostris provenire temporibus; & ut in securitate & pace provinciæ cum antiquis finibus integre serventur, & vigiliis ac laboribus devotissimorum militum, & cura spectabilium pro tempore Ducum custodiantur illæsæ: quoniam ita convenit, ut semper custodes fines provinciæ servent: nec detur hostibus licentia incurrendi aut devastandi loca, quæ nostri subjecti possident. §. 5. Quantos autem milites, sive pedites, sive equites, per unumquemque limitem collocari oportet ad custodiendas Provincias & civitates, tua magnitudo, prout consideraverit ordinet, & nobis referat: ut si præviderimus sufficientem esse ordinationem, confirmemus eam: sin autem perspexerimus, & aliquid amplius fieri, ut eam augmentemus.

§. 6. Quid autem Dux [18] stipendiorum nomine pro se suisque hominibus, & quid ejus officium consequetur; hoc in subdita declaratur notitia.

§. 7. Sicut ergo prædictum est, interim nunc [19] Duces ac milites secundum nostram dispositionem in locis, seu civitatibus, in quibus jussimus, sedeant, donec Deo auxiliante nobis ac Reipublicæ nostræ per labores nostros in illis locis constitui possint, in quibus uniuscujusque provinciæ antiquus limes constitutus erat, quando florente Romana republica memoratæ provinciæ integræ tenebantur. §. 8. Pro *limitaneis* vero ordinandis necessarium nobis esse videtur, ut extra Comitatenses milites, qui [20] per castra sunt, milites limitanei constituantur, qui possint, & castra, & civitatis limites defendere, & terras colere: & ut alii provinciales videntes eos per partes [21], ad illa loca se conferant. Et exemplum [22] fecimus unius numeri limitaneorum: ut secundum exemplum, quod nos misimus, per castra & loca, quæ providerit tua magnitudo, eos ad similitudinem nostri exempli ordinet: sic tamen, ut si inveneris de provinciis idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant; limitaneorum constituas in numero, in unoquoque limite: ut si aliqua forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei [23] sine Comitatensibus militibus, una cum Ducibus suis adjuvare loca, ubi dispositi fuerint non longe limitem exeuntes, nec ipsi limitanei, nec duces eorum; ut nullum etiam dispendium a Ducibus [24], vel ducianis prædicti limitanei sustineant, nec aliquas [25] sibi consuetudines de eorum stipendiis per fraudem ad suum lucrum convertant. Hæc autem non solum in limitaneos volumus observari, sed etiam in Comitatenses milites. §. 9. Et unumquemque Ducem & Tribunos eorundem militum jubemus, ut semper milites ad exercitationem [26] armorum teneant, & non concedant eos divagari, ut, si quando necessitas contigerit, possint inimicis resistere, & nullum audeant Duces aut Tribuni commeatalem [27] de ipsis dimittere: ne dum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquant provincias. Nam si usurpaverint memorati Duces, vel officia eorum, seu Tribuni, commeatalem de militibus relinquere; aut aliquod lucrum de eorum emolumentis sibi acquirere: hoc non solum in quadruplum jubemus publico rependere, sed etiam dignitate eos privari. Magis enim debent, & Duces & Tribuni supra deputata sibi emolumenta secundum labores suos de nostra largitate remunerationem sperare, & non de commeatis [28] militum, aut eorum stipendiis lucrum sibi acquirere: quoniam ideo ordinati sunt milites, ut per ipsos provinciæ vindicentur: præcipue cum sufficienter & ipsis Ducibus, & eorum officiis emolumenta præstitimus, & semper providimus unumquemque secundum labores suos ad meliores gradus, & ad majores dignitates perducere. §. 10. Postquam vero Deo placuerit, & [29] per tuam magnitudinem limes omnis in antiquum statum pervenerit, & bene ordinatus fuerit; tunc ubicunque necessitas emerserit, viri spectabiles Duces invicem sibi, quando usus exegerit, auxilium præbeant: ut provinciæ, seu limites eorum vigiliis & laboribus (Deo juvante) illæsi custodiantur.

§. 11. Sicut autem jubemus audaces & feroces contra inimicos judices ac milites nostros esse: sic volumus eos mites & benevolos circa collatores [30] nostros existere, & nullum damnum, nullamque læsionem in eos efficere. Sin autem quisquam de militibus ausus fuerit, quamcumque læsionem tributariis [31] nostris inferre: periculo viri spectabilis Ducis, seu Tribuni & Principis digna vindicta afficiatur, ut indemnes tributarii nostri custodiantur. §. 12. Si vero pro quibusdam causis interpellatio apud nostros Judices facta fuerit: jubemus non amplius sportularum nomine, quam nostris legibus definitum est, executores accipere, pœnam eisdem legibus insertam ex transgressione formidantes. §. 13. Cum autem Deo annuente Africanæ nostræ provinciæ per tuam magnitudinem [32], secundum nostram dispositionem ordinatæ, & limites in antiquum statum reducti; & omnis Africa sic detenta fuerit, sicut erat: cum ergo hæc omnia (Deo juvante) præsente tua magnitudine, disposita & perfecta fuerint, & per labores tuos [33], [antiquos] fines omnes Africa receperit; & docuerit nos de omni ordinatione totius Africanæ diœceseos: id est, quanti & qui milites, in quibus locis, vel civitatibus constituti sunt, & quanti limitanei, & in quibus locis & militiis collocati sunt: tunc jubemus tuam magnitudinem ad nostram clementiam remeare. §. 14. Interea vero si aliquas civitates, seu castella [34] per limites constituta providerit tua magnitudo nimiæ esse magnitudinis, & propter hoc non posse bene custodiri: ad talem modum ea construi disponat, ut possint per paucos bene servari.

§. 15. Cum autem magnitudo tua, omnibus dispositis, ad nos remeare jussa fuerit; tunc Duces uniuscujusque limitis; quotiens pro componendis civitatibus, aut castris [35], & pro stipendiis suis, aut pro annonis aliquod opus habuerint, celerius ad virum magnificum Præfectum per Africam significent: ut ipse, quæ necessaria fuerint, festinet facere, ne aliqua protractio provinciis noceat. §. 16. Ea vero, quæ ipse fecerit, vel quæ adhuc necessario procuranda sunt postea, & memoratus vir magnificus Præfectus [prætorio] Africæ, & viri spectabiles Duces, & de aliis omnibus, quæ ibi aguntur, frequenter ad nos referant: ut benefacta confirmemus, & quæ opportunius debent fieri, ex nostra dispositione peragantur. §. 17. Hoc etiam decernimus, ut judices, qui ordinandi sunt per Africanos limites, nihil amplius in sacratissimo Palatio [36] cuilibet personæ, aut dignitati, vel in Prætorio [37] per Africam Præfecturæ & Magisteriæ [38] potestati præbeant, nisi quantum subter annexa declarat notitia [39]: nam si quis amplius, quam in subdita notitia taxatum est, usurpaverit, seu acceperit, triginta libras auri multæ dependat nomine, cum quo & periculo indignationis nostræ [serenitatis] subjacebit, nulla alia qualibet persona, aut dignitate, aut officio accipiente aliquid ab eis, præter illos quorum nomina in subjecta notitia continentur. §. 18. Ad hoc jubemus, ut (Deo juvante) unusquisque Dux seu eorum officia [40], secundum quod notitia subterannexa continet, emolumenta sua ex tributis Africanæ Provinciæ ex Kal. Septembris instantis felicissimæ tertiæ decimæ Indictionis percipiant.

§. 19. Et hæc notitia [41], Deo volente, debet delegari Ducibus, & eorum

Goth. Ad hanc leg. vid. Cujac. *lib.* 3. *observ. cap.* 24. S. L. 1 Quæ Orosio & Aëthico Subventana & Arzugum. hodie forte Garegare. vide Ortelium. Quæ hodie Africæ Tripolis nominatur, nova est, ab Africanis extructa circa veterem destructam a Mauris. vide Leon. 5. *in Africa.* 2 Lepti magnæ. Leptis magna hodie Lebida. 3 Magna est in his & similibus lectionum varietas, in qua cum momenta rerum posita non existimem, tacitus eas prætereo, & curiosiori alicui relinquo examinandas accuratius. hic tamen non displicet quod affertur ex libris manu exaratis: *In Leptis magnæ civitate*, quod ut iidem recte monent, civitas hæc sit Tripolitanæ provinciæ, cujus mentio est apud Solinum & Plinium itemque *in l. ult. ff. de censibus.* Mod. 4 Vide *l.* 1. §. 2. ꝟ. *h. t.* 5 Id est, parva, quæ hodie Africa nuncupatur. 6 Quæ hodie Biledulgerid. Joann. Leo *in Africa.* 7 Constantina hæc fuit a Romanis ædificata: de qua vide Leonem *lib.* 5. *Africæ.* 8 Mauritaniæ. *Hal.* Mauritania (Hebræis *Phut.*) duplex Tingitana, quæ etiam Bogudiana, Mauritania, Sitifensis, Hispania Transfretana, Hispania Tingitana, interior Mauritania. Hodie regnum Marrochi nuncupatur, si Cælio Sec. Curioni, regnum Fezzæ, si Nigro credimus. Altera Cæsariensis, quæ Massilia & Massæsylia: hodie regnum Tremessenum. 9 Hanc hodie nuncupari Cabo Figato, refert Pinetus. vid. Procopium *lib.* 8. *de ædificiis Justiniani.* 10 Hic trajectus hodie dicitur, *Estroit de Gibraltar & de Marroch.* Thevetus dicit ab Æthiopibus Gebethon, Gebettharat & Zuchat nuncupari: quæ nomina valde mihi una cum autore suspecta. 11 Franci tempore Justiniani Gallias occupabant: nec iis imperabat Justinianus: ut hic liquet: & se tamen Francicum appellat multis locis, & inscriptionibus: forte quod dux quidam Francorum a Narsete Justiniani exercitus duce prope Tarentum fuerat superatus: cum duobus & viginti antea annis Franci Theodeberto rege duos instructissimos exercitus Justiniani, & Gotthorum (qui in procinctu erant, ut inter se dimicarent de Mediolani possessione) fudissent. vid. Procop. *l.* 1. *de bello Gothor.* 12 Dromones, navigii longioris, & ad cursum expediti genus. Isid. 19. *Etymologiar.* 1. Cassiodor. 5. *variar.* Dromoni contrarius musculus, curtum navigii genus. Zonar. *tom.* 3. *in Mauricio, & Justinian. Rhinotmito.* A Dromone, Dromonarii. Cassiodor. 2. & 4. *variar.* 13 §. 23. §. 19. *in fin.* Ꝟ. *h. t.* 14 Hinc colligunt doctores eum, qui tenetur ad custodiam, teneri etiam ad nocturnam custodiam. vide Bart. & Alex. *ad l. si quis non dicam.* ꝟ. *de Episc. & cler.* Mod. 15 Clausuræ quid? vid. *l.* 4. Ꝟ. *de offic. magist. off.* 16 Burgus a Græca voce πύργος deducitur. Vegetius *lib.* 4. Castellum parvum burgum vocat Paulus Orosius in Valentiniano, crebra per limitem habitacula constituta Burgos vulgo appellat. Eadem vox reperitur in lege penultima Ꝟ. *de fundis rei privatæ, lib.* 11. *tit.* 65. vide Cujac. 3. *observ.* 24. A burgis dicti Burgarii, hoc est, burgorum, qui in limitibus erant, custodes. De burgariis Hispaniæ, vid. *l. unic. Cod. Theod. de Burgariis. lib.* 7. *tit.* 14. Idque satis ostenditur sequentibus titulis 15. 16. 17. quorum hæc est inscriptio, De terris limitaneis, De littorum & itinerum custodia, De lusoriis Danubii. Dictos Burgundiones a Burgis Paulus Luitprandus, & Isidorus existimant. vid. Pithœum 1. *Advers.* 14. 17 Imperatores Romani habuerunt in limitibus τὰ ὀχυρώματα, quæ ipsi *clausuras* appellant. id ab Hadriano videtur institutum. *Spartianus.* Per ea tempora, & alia frequenter in plurimis locis, in quibus Barbari non fluminibus, sed limitibus dividuntur, stipitibus magnis in modum muralis sepis funditus jactis atque connexis Barbaros separavit. *Hæc ille.* Harum clausarum vel clusorum vel clausurarum propugnacula castella (unde castellani milites) & burgi. De ea re alibi dicam. vid. Pithœum *d. loco.* 18 Ducis vocabulum hic nomen dignitatis: hinc dux militum Tripolitanæ provinciæ, Byzacenæ, Numidiæ, Mauritaniæ. §. 1. *supr. h. t.* Sardiniæ, §. 3. *supr. h. t.* 19 Nec enim omnes Comitatenses in castris: sed in aula & comitatu Principis. *l.* 2. Ꝟ. *de privileg. eor. qui in sacr. Palat. l.* 13. §. 1. Ꝟ. *de re milit.* 20 Limitanei milites unde dicti, & eorum munus. 21 Per partes, id est, interdum: aut dispositos in illis partibus. *Partes* enim pro regione usurpavit superius, §. 2. 22 Exemplum possis Gallice interpretari *un estat.* 23 Limitanei a Comitatensibus differunt: illorum proprium munus est, in limite tuendo versari: horum extra ordinem, §. *hoc.* 8. *ibi: qui per castra sunt.* A Comitatensibus Comitatenses legiones, *l.* 7. *in princ.* Ꝟ. *de Palat. sacr. larg.* Comitatenses numeri, *l.* 14. Ꝟ. *de re milit.* 24 Nota de ducibus vel ducianis limitaneorum militum. 25 Aliqua sibi consuetudine de eorum &c. 26 Vid. Veget. *de exercend. tyron.* 1. *de re milit.* 9. *& sequent.* 27 Commeatalis miles est, cui in stipendii partem dantur alimenta ex commeatu, ac alimento publico. 28 Alii legunt *commeatibus.* Commeatus militum vel commeata, sunt cibaria, & alimenta exercitus. 29 Belisarius limitem omnem imperii restituit recteque ordinavit. 30 Collatores, qui postea dicuntur tributarii, conferentes tributa. vid. *Nov. de collatoribus* 128. 31 Qui tributa conferunt. 32 Ex his satis apparet, commentum esse quod Petr. Crinit. de honesta disciplina *lib.* 9. *cap.* 8. tradit, Belisarium ab Imp. Justiniano ex livore occæcatum eumque stipem a viatoribus petiisse his verbis: *Obolum viator Belisario concede, quem livor, non error afflixit.* vid. Alciat. *parerg. lib.* 4. *cap.* 24. Ans. 33 Fuit enim recuperata a Vandalis Africa, duce Belisario. 34 Vid. §. 4. *supr. h. t.* 35 Civitates & castra hic junguntur, ut superius civitates & castella, §. 14. ꝟ. *h. t.* 36 Scrinio sacri laterculi, sive Palatii. Sacro laterculo pro codicillis suarum dignitatum inferebant Duces, de quibus §. 8. *supr. h. t.* 37 Scriniis & officiis Præfecti Prætorio pro codicillis suarum dignitatum præsides inferebant. 38 Militaris scil. Duces militares inferebant pro codicillis suarum dignitatum scriniis magistri militum. 39 Notitia quid sit, vid. *l.* 1. §. 8. ꝟ. *h. t.* Galli *Estat.* Idem quod exemplum *d.* §. 8. ꝟ. *h. t.* 40 Id est, horum homines. 41 Vid. *l.* 1. §. 8. ꝟ. *h. t.*

officiis in Africa conſtitutis pro annonis, & capitu per ſingulos annos præbendis. Ita Clariſſimo *viro Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus ſingulis ſol. v. cap. CLIX. ſingulis cap. ſol. DCCLXXXIII. Adſeſſori Ducis, & officio ac hominibus ejus, XL. ann. XCVI. S. ſing. ann. cap. ſol. VI. Simul fiunt pro ann. & cap. ſol. DCLXXIV. Dividuntur ſic, Adſeſſori in ann. VIII. cap. IV. Primicerio [1] in ann. VIII. cap. II. Ducenariis III. ad ann. VI. ſol. fiunt. ann. capitis fiunt capitum. cap. Centenariis [2] VI. ann. V. ſunt. Fiunt ann. IV. & ad cap. I. fiunt ann. XVI. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. Circitoribus [3] IX. ſemis. Aliis XI. ad ann. I. S. fiunt ann. XIV. ſunt. & ad cap. III. fiunt cap. XI. † Item viro clariſſimo *Duci Byzacenæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. ſingulis in ann. ſol. v. cap. CLVIII. ſingulis cap. ſol. X. Simul fiunt pro ann. cap. ſol. DCLXX. omnes dividuntur ſic, Adſeſſori in ann. VII. cap. IV. Primicerio in ann. V. cap. II. Numerario in ann. VI. cap. III. Ducenario IV. ad ann. III. fiunt cap. III. Centenariis VI. ann. *ann. XV. & cap. I. fiunt cap. VII. Circitoribus IX. ad ann. * fiunt an. XIII. & ad cap. III. fiunt c. VII. Circitoribus IX. ad ann. II. fiunt XVIII. & ad cap. fiunt an. *XIII. *cap. IX. ſemis. Alii XI. ad ann. III. *fiunt an. XIII. S. & ad cap. XI.

† Item viro clariſſimo *Duci Numidiæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. ſingul. ann. ſolid. VIII. cap. CLVIII. ſingulis cap. ſol. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. ſolid. CCCLI. XXXIV. Adſeſſori ducis & officio ejus hominibus XL. ann. & cap. ſolid. v. cap. XLIX. ſinguli cap. ſolid. v. cap. XLVII. II. ſingulis cap. ſol. III. Simul fiunt pro ann. & cap. ſol. CLXIV. S. Dividuntur ſic, Adſeſſori in ann. XIII. cap. VI. Primicerio * ann. cap. III. Numerario [4] in annum IV. *Fiunt ad ann. XVI. & ad cap. v. centenariis ad ann. XI. S. Fiunt duodecim. & ad cap. capita VI. Biarchis VIII. Circitoribus [5] IX. ad an. II. fiunt ann. CXXVII. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. ſemis. Aliis XI. ad ann. II. fiunt ann. XVI. ſunt XV. & ad cap. III. fiunt cap. XI. † Item viro clariſſimo *Duci Mauritaniæ* Provinciæ & hominibus ejus an. CXC. ſingulis an. ſolid. v. cap. ſolid. CC. CLX. XXXV. Adſeſſori Ducis, & officio ejus hominibus XL. an. XCVI. S * III. S. fiunt ſimul pro ann. & cap. ſol. DCLXX. III. S. Dividuntur ſic: Adſeſſori in ann. IX. cap. IV. Primicerio in ann. V. cap. I. Numerario in ann. cap. III. Ducenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. * & cap. III. fiunt cap. II. Centenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. * & cap. III. fiunt cap. II. * [Centenariis IX. ad ann. X. & ad cap. III. fiunt cap. V.] Biarchis [6] VIII. Circitoribus ad ann. VIII. fiunt ann. XVIII. & ad cap. III. fiunt capit. III. fiunt cap. XI. † Item viro clariſſimo *Duci* [7] *Sardiniæ* inſulæ, & hominibus ejus ann. CXC. ſingulis ann. ſolidi CCLXXXII. Adſeſſori Ducis, & officio ejus hominibus XL. ann. XCVI. S. ſingulis ann. ſolid. *cap. XLVIII. ſingulis cap. ſolid. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. CL. CLXXXVI. Dividuntur ſic, Adſeſſori ann. IX. & cap. III. Primicerio in an. II. cap. III. Numerario in an. cap. III. Ducenariis [8] IV. ann. III. ſunt ann. XVI. & cap. III, ſunt & cap. IX. Circitoribus IX. an. III. Fiunt an. XXIX. & cap. III. fiunt cap. IX. Circitoribus IX. ann. III. fiunt ann. IV. cap. IX. ſemiſ. Aliis XI. ad ann. XVI. ſunt & ad capit. III. fiunt cap. XI. §. 20. Notitia conſuetudinum, quas in ſacro laterculo, & in prætorio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magiſtri militum, pro tempore Dux præbere debet uniuſcujuſque militis [9], ſic: In ſacro laterculo ſol. VI. In officio Magiſteriæ militum poteſtatis pro inſinuandis adminiſtrationis ſuæ divinis noſtræ Serenitatis adfatibus ſolid. XII. In officio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam pro inſinuandis ejuſdem chartis, ſolid. XII. §. 21. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam ſanctionem noſtra ſtatuit æternitas, effectui ea mancipari obſervarique præcipiat.

§. 22. Emiſſa lex Idib. Aprilis C P. D. N. Juſtiniano P. P. A. IV. & Paulino V. C. Conſſ. [10]. §. 23. Et hæc notitia, Deo volente, debet delegari Judicibus, & eorum officiis in Africa conſtitutis pro annonis, & capitu per ſingulos annos præbendis. Item viro clariſſimo *Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus anno * nonageſimo ſingula annona ſolidos quinque capit. centum quinquaginta novem ſingulis cap. ſolidos ducentos octoginta duos: adſeſſori ducis, & officio ac hominibus ejus quadraginta annis nonaginta & ſeptem. Item viro clariſſimo *Duci Byzacenæ*, & hominibus ejus ſimiliter. Item viro clariſſimo *Duci Numidiæ*, & hominibus ejus ſimiliter. Item viro clariſſimo *Duci Mauritaniæ* provinciæ & hominibus ejus ſimiliter. Item *Duci Sardiniæ*, & hominibus ejus ſimiliter. §. 24. Item notitia conſuetudinum, quas in ſacro [11] laterculo, & in prætorio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magiſtri militum pro tempore Dux præbere ſolet uniuſcujuſque limitis, ſic: In ſacro laterculo ſex ſolidos. In officiis Magiſterii militum poteſtatis pro inſinuandis divinis adminiſtrationibus, ſeu divinæ ſerenitatis affatibus, ſolidos duodecim: pro officio ampliſſimæ Præfecturæ per Africam pro inſinuandis ejus chartis ſolidos duodecim. §. 25. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam ſanctionem noſtram ſtatuuntur, æternitatis effectui mancipari obſervarique præcipiat.

TIT. XXVIII.
DE OFFICIO PRÆFECTI URBI [12].

De cura annonæ.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Voluſianum Præfectum Urbis.

STudentibus nobis ſtatum Urbis, & annonariam rationem aliquando firmare: in animum ſubiit, ejuſdem annonæ curam non omnibus deferri poteſtatibus. Et ne Præfectura Urbis abrogatum ſibi aliquid putaret, ſi totum ad officium [13] annonarium redundaſſet: eidem [14] Præfecturæ ſollicitudinis neceſſitatem mandamus: ſed non ita ut lateat officium Annonariæ [15] Præfecturæ: ſed ut ambæ poteſtates, in quantum [16] ſibi negotii eſt, tueantur civilem annonam: ſitque ſocietas muneris: ita ut inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat; atque ita ſuperior poteſtas ſe exerat, ut ſciat ex ipſo nomine, quid præfecto debeatur annonæ.

De perſonis advocandis, vel non.

Præfectus urbis in provinciis agentes non evocat, niſi duabus ex cauſis.

2. Iidem AA. ad Ampelium Præfectum Urbi.

QUod promulgatis ſanctionibus tua Sinceritas reſcriptum eſſe non neſcit, etiam ex præcepto noſtro competenter obſervet: nec quaſdam perſonas de provincia exiſtimet advocandas, niſi [17] tantummodo ſuos officiales, & homines populares [18] hujus almæ urbis ſeditioni obnoxios.

Collatio præfecturæ urbis, & aliarum dignitatum.

3. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTIN. AAA. ad Rufinum Præfectum Urbi.

PRæfectura *urbis* [19] cunctis [20], quæ intra urbem ſunt, antecellat dignitatibus, tantum [ex omni [21] parte derivatis,] quantum ſine omni injuria ac detrimento honoris alieni [22] uſurpat. Dat. 6. Kal. Jul. VALENTE A. V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

Qui ſubjiciuntur præfecto urbi.

4. Imppp. THEOD. VALENTINIANUS, & ARCAD. AAA. Severino. Comiti [23] ſacrarum largitionum.

OMnia Corporatorum [24] genera, quæ in Conſtantinopolitana civitate verſantur, univerſos quoque cives, ac populares [25] Præfecturæ urbanæ regi moderamine cognoſcas.

De primicerio.

5. Imp. THEOD. A. Conſtantino Præfecto Urbis.

PRimicerius [26] adjutor tuæ ſedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex conſuetudine priſcæ ordinationis [27] meruit, curam inſuper perſonarum [28], uſurpatione omni, atque ambitione ceſſante, ſuſcipiat: hoc etiam adjecto: ut, ſi quis ex memorato ordine, vel conditionis humanæ ſine præventus, vel alia quacumque ratione, militiæ gradum propriæ amiſiſſe monſtrabitur, ſolitæ ambitionis injuria vacante, locum is, qui juxta [matriculæ] [29] veritatem ſequitur, obtineat.

TIT. XXIX.
DE OFFICIO MAGISTRI MILITUM [30].

De provincialibus. De præfectura.

1. Imppp. VALENT. GRATIAN. & THEOD. AAA. ad Enſignium P. P.

VIri Illuſtres Comites, & Magiſtri peditum, & equitum, in [31] provinciales nullam penitus habeant poteſtatem: nec ampliſſima præfectura in militares viros.

De apparitoribus.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Hypatium Magiſtrum militum per Orientem.

APparitores per Orientem ſtatutos officii [32] tui ad aliud judicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illuſtris magnificentia tua, ſub te, ſive civiliter, ſive criminaliter appetantur, eos litigare debere.

De his, qui ultra ſtatutos militant. De tributariis collationibus.

3. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

EOs, qui [33] ultra ſtatutos in officio Magiſteriæ per Orientem poteſtatis militant, civilium quoque judicum ſententiis ſuper quolibet negotio ſubjacere [præcipimus:] ipſis quinetiam ſtatutis in tributariis collationibus civilium quoque judicum diſpoſitionibus proculdubio parituris.

De translatione militum.

4. Imp. ANASTASIUS A. Joan. Magiſtro militum per Illyricum.

MIlites de locis, in quibus conſiſtunt, ad [34] alia loca ſine ſpeciali noſtræ Serenitatis auctoritate nullatenus transferri, præcipimus: ne eorum expenſæ in locis, in quibus conſiſtunt, minuantur. † Sed ſi forte quædam urgens & neceſſaria cauſa emerſerit, utilitati ac ſecuritati publicæ, tam ampliſſimam Prætorianam præfecturam, quam tuam ſedem ſine ulla procraſtinatione proſpicere protinus oportet, & ſuggeſtiones ad noſtras aures deſtinare, indicantes tam loca, de quibus milites transferendi ſunt, quam ea, ad quæ pervenire eos oportet: nominaque fortiſſimorum numerorum [35], in quibus iidem milites referuntur: nec non quantitatem annonarum; & ante omnia

1 Primicerium Græci definiunt, τὸν πρῶτον τῆς τάξεως, vid. Ͳ. *de primicerio & ſecundicer.* 2 *l.* 1. Ͳ. *de lucris advoc. l.* 4. Ͳ. *de agentibus in reb. l.* 1. Ͳ. *de exact. tribut.* Olim centuriones dicebantur, 2. *Veget.* 13. Centena, ordo & dignitas promotionis. *l.* 1. *C. Theod. de Cæſarianis. l.* 1. *C. Theod. de murilegulis & Gyneciar. lib.* 5. *C. Th. de decur.* 3 Vid. Ͳ. *verſ. Item viro.* 4 Hi tabulariorum munere fungebantur. vid. Ͳ. *de numerariis, actuar.* 5 Circitores vigilias circumibant, & ſi qua emerſiſſet culpa, renunciabant. 3. *Veget.* 8. 6 Biarchi officiales ſunt, victui præfecti, quorum meminit Hieronymus ad *Pammachium*: hinc Biarchia, *l.* 1. Ͳ. *de off. magiſtri off.* 7 De quo §. 3. ẞ. *hic.* 8 Ducenarii qui ducentis ſcholaribus præſunt *l.* 3. Ͳ. *de agentib. in rebus, l.* 1. Ͳ. *de lucris advoc. l.* 1. Ͳ. *de exact. trib. l.* 9. *C. Theod. de exact. tribut.* Cyprianus 1. *epiſt.* 4. Ducenarius potius quam Epiſcopus. Meminit hujus muneris Nicephorus 6. *cap.* 30. Ducenarius eſt Vegetio, qui ducentos homines ducebat, 2. *c.* 8. Hinc ducenaria, *l.* 1. Ͳ. *de off. magiſt. off.* 9 Al. limitis. vide *l.* 4. Ͳ. *de offic. militar. jud.* S. L. 10 Id eſt, anno Chriſti 534. 11 De ſacro laterculo alibi dicam.
12 *L.* 1. *ff.* 12. περὶ ἐπάρχου πόλεως καὶ τάξεως, καὶ προνομίων αὐτοῦ, *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 4. Hic magiſtratus (Præfectus urbi ſcilicer) inſtitutus ab Auguſto, teſtibus Suetonio & Aurelio Victore. 13 Id eſt, ad munus præfecti annonæ, Ͳ. *h. t.* 14 Adde *l.* 1. §. 11. *ff. h. t.* 15 Eadem annonaria poteſtas, *l.* 22. *C. Theod. de piſtoribus.* 16 Vide ad hæc late Grammaticum *deciſ.* 30. *a num.* 2. ubi examinat, utrum jurisdictio competens inferiori dicatur competere privative ad ſuperiorem, an cumulative. Mod. 17 Hinc colligunt, Certis caſibus citationem extra territorium permitti. vid. quæ not. ad *l.* 33. §. 5. ẞ. *de Epiſcop. & Cleric.*
18 Hanc vocem Cujac. *hic*, & 8. *obſ.* 28. refert ad factiones agitatorum quatuor, quæ in urbe erant: Venetam, Praſinam, Albutam, Ruſſatam, quas Græci δήμους vocant. *Nov.* 13. & 17. & *lib.* 5. *Epigramm.* hinc factionarii, *l.* 1. *C. Theod. de equis cur.* adde quæ not. ad *l.* 28. §. 3. *ff. de pœnis.* 19 Etiam Conſtantinopolitanæ, 6. *Synopſ. Baſil.* 4. *c.* 11. adde 6. Harm. 1. §. 7. 20 *Nov.* 27. *c.* 2. *in fin. Nov.* 62. §. 2. Caſſiodorus *in formula præfecturæ urbanæ*, Confidens ſupra omnes conſulares ſententiam primus dicit. 21 *Tantum ex omnium parte derivans.* 22 Ea de cauſa Capitolin. *in Pertinace* dicit, Præfectum urbi cum omnibus participaſſe ſermonem. 23 Comiti R. privat. *l. ult. C. Th. ad L. Jul. rep.* Comiti & Caſtrenſi, *l.* 12. *C. Theod. de Palat.* 8. *I.* 24 Corporati a corporibus. Corpora σωμάτια, 6. *Synopſ. Baſil. c.* 12. 25 Πολῖται dicuntur apud autorem Synopſeos, *h. t. cap.* 12. 26 Id eſt, primus, prior, antiquus adjutor. 27 Non intelligit legem 7. Ͳ. *de adv. diverſ. judicum.* quæ ſcripta eſt de advocatis Præfecturæ prætorianæ non urbicariæ, ſed aliam quandam. vid. Cujac. 13. *obſ.* 1. 28 Curam epiſtolarum, Cujac. *ibid.* nam hæc cura numeratur inter officia præfecti urbi, & dicitur a Caſſiodoro, Cura canonicarum epiſtolarum, *lib.* 12. 29 Alii legunt *materculæ.* De matricula alias dixi.
30 Primus Conſtantinus (auctore Zoſimo) diſciplinam militarem tranſtulit in magiſtros militum a Præfectis Prætorio. 31 Vid. *l.* 2. Ͳ. *de off. milit. jud. Edict. Juſtiniani* 4. *c.* 2. §. 2. 32 Vid. *l.* 72. *ff. de furtis.* 33 *l.* 5. Ͳ. *de apparitoribus magiſt. milit.* 34 *l.* 15. Ͳ. *de re milit.* 35 *Virorum.* Quidam ita legant: non recte meo judicio, nec enim milites

cauſam,

cauſam, ob quam iidem milites transferendi ſunt: ut poſt talem ſuggeſtionem, a noſtra auctoritate competentia procedant.

De Armenia & Ponto Polemoniaco, & gentibus.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Zetæ Viro Illuſtri, Magiſtro militum per Armeniam, & Pontum Polemoniacum, & [cæteras] gentes.

CUm propitia divinitate Romanum nobis ſit delatum imperium: ſollicita cura, cauta diligentia pertractantes perſpeximus oportere etiam partibus Armeniæ [1], & Ponto Polemoniaco [2] & gentibus proprium Magiſtrum militum per hanc legem conſtituere: tuamque magnitudinem, quæ nobis ex ante geſtis optime commendata eſt, idoneam ad talem fore dignitatem confidentes elegimus: certaſque Provincias, id eſt, magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes Anzitenam [3] videlicet, Ingilenam, Aſtyanenam [4], Sophenam [5], Sophonenam [6], in qua eſt Martyropolis [7], Belabitenam [8], & primam [9] & ſecundam [10] Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum ſuis Ducibus commiſimus, comite Armeniæ penitus ſublato: cunctoſque ſubdimus numeros, non modo quos in præſenti novos conſtituimus, ſed etiam de præſentalibus [11], & Orientalibus, & aliis agminibus ſegregatos, non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: ſed quia plures eis addidimus ſine Reipublicæ gravamine: & ſine augmento ſumptuum, aliquantos ſubtraximus: ita tamen, ut poſt hanc ſubtractionem ampliores remanſerint, quam uſque ad noſtra felicia fuerant tempora.

TIT. XXX.
DE OFFICIO QUÆSTORIS [12].

De minoris laterculi cura.

1. Imp. THEODOS. A. Saluſtio Quæſtori.

TOtius minoris [13] laterculi [14] curam ſcias ad tuæ Sublimitatis ſollicitudinem pertinere: ita ut tuo arbitratu, & [15] ſcrinio memoriæ totius minoris laterculi dignitates, hoc [16] eſt, Præfecturæ, omnes Tribunatus, & Præpoſituræ caſtrorum, juxta conſuetudinem priſcam Clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. 6. Kal. Maji, *Conſt.* CASTINO & VICTORE CONSS. 424.

2. Idem A. Helioni Comiti & Magiſtro officiorum.

OMnes minoris laterculi dignitates; quæ ſub cura quidem ac ſollicitudine viri illuſtris Quæſtoris eſſe antea videbantur, poſtea [17] vero, vel univerſæ, vel mediæ ad Magiſtrorum militum poteſtatem, diſpoſitionemque transierant; placuit nunc Clementiæ meæ, vetuſti temporis more revocato, ad priſca deinceps jura revocare. Dat. 3. Kal. Maji ſupraſcriptis CONSS. 424.

De officiis & conditionibus non uſurpandis.

3. Imp. ANASTASIUS A. Euſebio Magiſtro officiorum.

OFficia & conditiones, quæ pertinent ad viros devotos in ſacro ſcrinio memoriæ militantes, nemini liceat ſub quacunque occaſione ſine ulla divinæ ſubſcriptionis liberalitate peragere: eo, quicunque in hoc fuerit poſtea facinore convictus, publicatione bonorum ſuorum multando: Officio quoque rectoris Provinciæ, in qua non allegato ſuper gerenda ſollicitudine ſacro reſcripto aliquis auſus fuerit eandem curam ſibimet uſurpare, trium librarum auri diſpendio feriendo. Dat. Kal. Mart. *Conſt.* ANASTASIO A. & RUFINO CONSS. 492.

TIT. XXXI.
DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORUM [18].

De privilegiis ſervandis. De creationibus.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Agentes in rebus.

PRivilegiis dudum ſcholæ veſtræ indultis, [&] integris reſervatis, ad ducenariam [19], centenariam [20], & biarchiam [21] nemo ſuffragio, ſed labore unuſquiſque perveniat: Principatum vero adipiſcatur matricula [22] decurrente: ita ut ad curas agendas, & curſum illi exeant, quos ordo militiæ vocat [23], & ejus laborum adjutor. Præterea in [24] quo totius ſcholæ ſtatus, & magiſtri ſecuritas conſtituta eſt, idoneus [25] probitate morum ac bonis artibus præditus, noſtris per Magiſtrum obtutibus offeratur, ut noſtro ordinetur arbitrio. PP. *Romæ* in foro Trajani.

De ordine militiæ ſervando.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Patricium Magiſtrum officiorum.

NEmo agentium in rebus ordinem [26] militiæ, atque ſtipendia prævertat, etiamſi noſtri nominis per obreptionem detulerit indultum; ac ſi quis formam admiſſi iſtiuſmodi docebitur obtuliſſe: in locum, ex quo indecenter emerſerat, revertatur: ut is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. PP. *Hadrumeti.*

De ſenatoribus & ducenariis.

3. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Pleitio [27] Comiti, & Magiſtro officiorum.

SCholarium noſtrorum devotio probata a noſtris parentibus, circa maximæ ſerenitatis noſtræ affectionem enituit: Unde quidquid ad fovenda ſervandaque eorum privilegia poſtulatur, ſtatim credidimus admittendum. Ideoque ſuggeſtionem tui culminis approbantes, viris ſpectabilibus Comitibus ſcholarum verberandi, degradandive [28] Senatores & Ducenarios licentiam denegamus: Ea namque, quæ tali commotione digna ſunt, ad tuæ ſublimitatis volumus referri notitiam.

De militum numero, caſtrorumque & clauſurarum cura.

4. Iidem AA. Nomo [29] Magiſtro officiorum.

CUræ tui [perpetui] culminis credimus injungendum: ut ſuper omni limite ſub tua juriſdictione conſtituto, quemadmodum ſe militum numerus habeat, caſtrorumque ac clauſurarum [30] cura procedat, quotannis ſignificare nobis propria ſuggeſtione procuret. Dat. 2. Id. Septemb. *Conſtant.* MAXIMO II. & PATERIO CONSS. 443.

De creandis, 1. *Vel ſubrogandis ſcholaribus.* 2. *De quadrimenſtruis brevibus conſcribendis.*

5. Impp. JUSTIN. & JUSTINIAN. AA. Tatiano Magiſtro officiorum.

JUbemus eum ad militiam devotiſſimorum ſcholarium de cætero pervenire, qui noſtrum meruit judicium: nec licere pro tempore tui culminis adminiſtrationem habenti, ſine hujuſmodi probatoria [31] aliquem inter eoſdem viros devotos ſcholares [32] ſuis referre præceptionibus: ſed ſciat is, qui ſine ſacro reſcripto ad eandem pervenire militiam auſus fuerit, non ſolum ea ſe privari, verum etiam pœnæ viginti librarum auri ſubjici. §. 1. Illud etiam obſervari de cætero volumus: ut ſi quis locus ſtatuſve Scholarium in quacunque ſchola vacaverit, ille ſubrogetur, quem noſtra pietas per ſacrum reſcriptum vacantem ſubire locum præceperit. §. 2. Ad hæc quadrimenſtruos [33] breves eorundem Scholarium curæ tuæ Sublimitatis, & pro tempore viri excellentiſſimi Magiſtri officiorum conſcribi volumus, & eos ſacro ſcrinii laterculi præſtari, ibi deponendos: ut ſemper notitia eorundem Scholarium certa ſit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. 10. Kal. Maji, *Conſtantinop.* MAVORTIO V. C. COS. 523.

TIT. XXXII.
DE OFFICIO COMITIS [34] SACRARUM LARGITIONUM [35].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio [36] Comiti.

PAlatinis hæc cura debet eſſe præcipua, ut, periculo proprio Notariis deſtinatis, ſuper negligentia Judicum (ſi ita res exegerit) conquerantur, ne eorum ſit impunita deſidia. §. 1. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis, quam utilitatibus publicis ſtudere providerint: Breves etiam quadrimenſtruos [37] ad officium palatinum noverint dirigendos: aurumque exactum ad ſacras [38] largi-

referuntur in viris, ſed in numeris, intellige ergo numeros militares. Numerus eſt catalogus militum ſeu breviculum, quo nomina militum continentur, *l.* 4. *l.* 38. §. 1. *l.* 42. *ff. l.* 16. *C. de teſtam. milit.* Numeri fortiſſimi, *Vieilles bandes.* 1 Vid. *Novell.* 31. de deſcriptione quatuor præſidum Armeniæ. 2 De quo vide *Novell.* 28. 3 Anzethenam, *Nov.* 31. *c.* 1. §. 3. 4 Aſteaneam, *dict. cap.* 1. §. 3. 5 Ophenam, *dict. cap.* 1. §. 3. 6 Σοφανὴν, *Arrian.* 7 *dict. cap.* 1. 8 Balabithenam, *dict. cap.* 1.

9 Armenia prima, quæ & minor Leucoſyria Græcis, Hebræis Ararat: hodie Anaduole, ſi credimus Gyravæ: Pegian, ſi fides adhibenda Caſtaldo. 10 Armenia ſecunda, quæ & major, Hebræis Aram, teſte Aria Montano, hodie Turcomania dicitur Mercatori & Gyravæ: Thevetus ſcribit a Meſopotamiis, & Perſis Thoura Aremnoë, id eſt, montes Armeniæ: & a Neſtorianis Zelbicdibes, id eſt, montes a lupis habitatos appellari. Verum mihi ſuſpectus ille ſemper autor eſt. 11 Præſentales militum magiſtri, qui in præſenti erant, *en eſtat, quartier ou ſervice:* hoc eſt, Comitatui Principis juncti. *l. ult.* §. 1. 7. 8. J. *de re milit. l.* 4. J. *de apparitoribus magiſt. milit.* Sic præſentales domeſtici, *l.* 6. §. 3. J. *de advoc. diverſ. judicum. l. ult.* J. *de domeſt. & protectoribus.* Id eſt, obſequio Principis diurno deputati, *l.* 13. J. *de re milit.* Sic præſentales milites, præſentales numeri, *l. ult. in fin.* J. *de re milit.* & præſentes ordines apud Nicephor. 17. *Hiſtor.* 1. & præſentalis curioſus curſus publici, in Notitia Imperii Romani: & στρατηγὸς τῶν πραισεντάλιων, *in Edict.* 14. *Juſtiniani.* vid. *Briſſonium.*

12 J. *lib.* 12. *tit,* 6. 1. *D.* 13. *Nov.* 80. 6. *Eclog.* 6. adde *Nov.* 41. 13 Laterculo minori continebatur notitia minorum dignitatum: in majori majorum. Illi quæſtor: huic primicerius notariorum & tribunorum præerat. Per quæſtorem igitur Principes largiebantur minores dignitates. Per eundem etiam interdum princeps pecunias ſuas largiebatur & majores dignitates. Caſſiodorus *in formulis.* Quemadmodum & Quæſtori non hoc tantum munus fuit: per eum etiam in Senatu orationes, epiſtolæ & libelli Principis recitabantur, & quia ſæpe ex plebe (aliorum litteratorum penuria) aſſumebatur, honor & titulus Quæſtoris ei deferebatur, ut ingredi ſenatum poſſet: lapſu temporis conſiliis Principum quæſtores adfuerunt, & ad preces reſponderunt, leges dictarunt: unde a Symmacho quæſtor dicitur precum arbiter, & legum conditor: & a Caſſiodoro 12. Principis imago, vox & cuſtos legum: & in Novell. Valent. *de homicid. caſu factis.* Juſtitiæ & legum cuſtos, theſaurus famæ publicæ, armarium legum. Idem poſtea μέγας λογοθέτης: noviſſime Cancellarius, Nicetas 7. *Annal.* Quæſtor ipſe a Caſſiodoro, dignitas literarum dicitur, quod literatis tantum deferretur. vid. Cujac. *hic.* de cancellario vid. Lucium 3. *placit.* 7. Papon. 3. *Notar.* 5. *fol.* 523. *& ſequent. &* 4. *Arreſt.* 8. 14 Laterculum dicitur, ducto nomine a quadrata figura: quaſi πλίνθις. Galli, *le petit roule.* vid. Cujac. *hic.* 15 Exque ſcrinio. 16 Nota dignitates ad curam minoris laterculi pertinentes. 17 Munus laterculorum aliquando commiſſum fuit magiſtro militum: hodie quæſtori.

18 *l.* 2. *l.* 3. *in pr.* J. *ubi ſenat. l.* 38. J. *de appellationibus. l.* 2. *verſ. Sin autem* J. *de temporib. & reparat. appellat. l. ult.* J. *de his, qui per metum. l.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. *in Epigraphe. infr. de proxim. ſacror. ſcrin. l.* 1, 2. 3. 4. *in Epigraphe.* J. *de agentibus in rebus. l.* 1. 2. *& in Epigraphe.* J. *de præpoſ. agentibus. l.* 4. 6. *& in Epigraphe.* J. *de princ. agentib. l. ult. & in Epigraphe.* J. *de curioſis. l.* 3. *l.* 4. *in Epigraphe.* J. *de caſtrenſianis.* Ammian. 20. Ambroſ. 7. *epiſt.* 53. Nicephorus 10. *& aliis infinitis locis:* aulicorum ſcilicet τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. Suidas in Theodoſio: ἡγέμων τῶν βασιλικῶν, *Theodoret.* id eſt, miniſtrorum Principis, quorum moribus præerat: miniſtri Principis, miniſteriani, cubicularii, ſilentiarii, decani: & breviter, diſciplina morum ad eum in Palatio pertinebat. Senatores etiam in conſiſtorium Principis inducebat, unde a Caſſiodoro, donator aulici conſiſtorii, quaſi alter lucifer appellatur. Curam præterea gerebat curſus publici. *l.* 9. J. *de curſu publico.* & fabricæ armorum, fabricenſium limitaneorum militum, militum ſupernumerariorum. vid. Cujac. *hic, &* Petrum Fabrum 1. *Semeſtr.* 5. ſi ita eſt is ſolus, plurium Gallicorum magiſtratuum munus ſuſtinuit. 19 Vid. *l.* 1. J. *de exact. tribut.* 20 Vid. *l.* 2. §. 19. S. *de off. præf. præt. Afr.* 21 *dict.* §. 19. *verſ. Item viro.* 22 Matercula, *Hal. l. ult. in fin.* S. *de off. præf. urb.* 23 *Al.* vocat, & labor. Adjutor præterea &c. Cujac. *ad l.* 5. J. *de principibus agentium in rebus: ut in l.* 20. *C. Theod. de agentibus in rebus.* qui militiæ labore atque ordine decurſis, *l.* 4. *C. Theod. de curioſis.* quatenus labore atque ordine ad curſum dirigamini. 24 Securitas ſcholæ in probis ſcholaribus conſiſtit. 25 *l.* 6. J. *ad legem Jul. repetund. Nov.* 8. *c.* 10. §. 2. *verſ. Quapropter. Nov.* 161. *c.* 1. *in princ.* Quis? adjutor. 26 Vid. *l.* 7. J. *de proxim. ſacr. ſcrin.* 27 Al. *Phylegetio.* 28 Regradandi, *Hal. l.* 1. *in pr.* J. *de privileg. ſchol.* 29 Nonio. Cujac. 3. *obſerv.* 24. Quanquam *in Novella Theod.* 31. & 32. editum Numo. 30 Ex hoc verbo Cujac. 3. *obſ.* 24. emendat legem 4. J. *de off. milit. jud. l. ult.* J. *de off. mag. mil.* clauſuræ, cluſuræ, cliſuriæ, κλεισοῦραι, ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων, Suidas. Procopius 3. *de ædif. Juſt.* Anna Imperatoris Alexii, *lib.* 10. Caſſiodor. 2. *variar.* Vopiſcus *in Bonoſo.* Clauſæ, cluſæ, interpoſitiones. Luitprandus 1. *cap.* 2. 5. Ado, Sigebertus, τὰ ἐπικείμενα στρατόπεδα ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν. *Herodian.* Burgi, caſtra, caſtella, *l.* 2. §. 4. S. *de off. præfect. præt. Afr.* Vallum, Caſſiodor. *in Chronico.* Præventuræ, *Ammian.* 14. his adfines luſoriæ naves prohibendis barbarorum incurſionibus idoneæ. *C. Theod. de luſoriis Danubii* vid. Petrum Pithœum 1. *Adverſ.* 14. 31 De probatoria dicam ad *l.* 9. J. *de diverſ. offic. & apparit.* 32 De ſcholaribus dicam J. *de privil. ſcholarum.* 33 De quibus vid. *l.* 1. *verſ. Hoc etiam.* J. *de Apochis public.*

34 Comes ſacrarum largitionum olim præfectus ærario dicebatur. Sed vox Comitis omnibus poſtea magiſtratibus data, qui Principis comitatum obſervarent, & tandem ad omnes præpoſitos. 35 Comes ſacrarum largitionum, Comes Theſaurorum Principis. Largitionum dicitur, quod ex theſauris quiſque liberalitatem Principis expectet, quod ad exercendam liberalitatem deſtinati eſſe debeant. Huic Comiti ſuberant ſpeciales comites largitionum, diffuſi per provincias, comites metallorum, rationales ſummarum, præpoſiti theſaurorum, procuratores monetarum, procuratores Gynecæorum, id eſt, textrinorum ſacrorum, & ſimiles. vid. Cujac. *hic.* ab eo præbebantur pondera auri, argenti, æris. *Novell.* 128. *cap.* 15.
36 *Limenius* hic idem poſtea PP. Galliarum fuiſſe videtur: cujus meminit Roſinus *lib.* 5. *pag.* 808. I. G. Eidem inſcribitur *l.* 10. J. *de off. Rector. prov.* 37 Vid. *l.* 1. *verſ. Hoc etiam,* J. *de apochis publ.* 38 Vid. *l.* 1. J. *de canone largitionalium.*

tiones sine ulla dilatione esse mittendum. Dat. 3. Kal. Maji, HONORIO VII. & THEODOS. II. A. A. CONSS. 407.

TIT. XXXIII.
DE OFFICIO COMITIS [1] RERUM PRIVATARUM [2].

De actis ad officium rei privatæ transmittendis.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Honoratum Consularem Byzantii.

SI quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat, ad Officium rei privatæ tua Gravitas acta transmittat: ut instructione percepta, quid sibimet juris auxilio debeatur, agnoscat. Dat. 6. Kal. Jan. VALENTIN. & VALENTE AA. II. CONSS. 368.

De thesauro. 1. *De cautione præstanda.* 2. *De rebus nunciatis ante sententiam ex scripto latam.*

Lex hæc Græca a Cujacio primum edita ex lib. 60. Basil. & a Contio sub hoc titulo ita restituta.

NEque [3] Comes privati patrimonii, neque quivis alius eorum Magistratuum, qui vel in urbe Constantinopolitana, vel in provinciis sunt, eum qui super [4] thesauro aliquem defert, admittat. §. 1. Sed si super alio fiscali jure nuntiationem quis faciat, sub fidejussione mox non minus quinque librarum [auri] id fiat. §. 2. Et ne quod sigillum, vel descriptio, vel alia ulla innovatio interveniat super rebus nuntiatis ante sententiam ex scripto latam.

TIT. XXXIV.
[DE OFFICIO COMITIS SACRI PALATII] [5].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Minervio Comiti rerum privat.

AD Palatinorum curam, & Rationalium officia, omnium rerum nostrarum, & totius perpetuarii [6], hoc est, emphyteuticarii juris exactio revertatur. Dat. Kalendis Januarii, *Mediolani*, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

2. Iidem AA. Ursatio Comiti rer. privat.

SI quis Judicum vir illustris, vel Præfectus Urbi cognitionem Comitivæ rerum privatarum examini debitam, sibimet vindicandam censuerit, vel tuitionem contra ejusdem statuta sedis præstiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officium ejus teneatur, quam decet in articulo [7] exigi, mansuetudinis nostræ ærario sociandam. Dat. 6. Idib. Aug. *Ravennæ*, CONSTANTIO, & CONSTANTINO [8] CONSS. 414.

TIT. XXXV.
DE OFFICIO [9] PROCONSULIS [10], ET LEGATI [11].

1. Imp. CONSTANT. A. Ælio proconsuli Africæ.

LEgati non solum civiles, sed [12] etiam criminales causas audiant [13]: ita, ut, si sententiam in reos ferendam providerint, ad Proconsules eos transmittere non morentur.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII [14].]

1. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Simplicio Proconsuli Asiæ.

OFficium Hellesponti Consularis, æternæ recordationis patrem Serenitatis nostræ adiit: & expositis suis incommodis, quibus a Vicarianis [15] apparitoribus urgebatur, oravit sub tuæ Sublimitatis agere potestate, cujus allegationes humanæ proclivius pium Principem commoverunt: quod & nos obtinere censemus.

TIT. XXXVI.
DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS [16].

1. Imp. LEO A. Useo [17] P.P.

TItulos qui Alytarchiæ, & [18] Syriarchiæ [19] muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tam viri spectabilis Comitis Orientis, quam viri clarissimi Rectoris provinciæ flagitari præcipimus: Alytarchiæ quidem ludi, cura viri spectabilis Comitis Orientis, & ejus officio: Syriarchiæ vero, sollicitudine viri clarissimi moderantis provinciam [20], ejusque apparitoris exerceantur: Nullique penitus curialium, nec si voluerint, idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur.

TIT. XXXVII.
DE [21] OFFICIO PRÆFECTI [22] AUGUSTALIS [23].

De tributis.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Florentio Præfecto Augustali.

OMnia tributa per Ægyptiacam diœcesim [24] cura, & providentia Claritatis tuæ a moderatoribus provinciarum exigi jubemus. Si qui tamen ex possessoribus, sive militaribus, sive non militaribus, ad inferenda quæ debentur, audaces extiterint, eos per militare etiam auxilium (si opus exegerit) ad solutionem compelli sancimus [25].

De judicibus ordinariis.

2. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

PRæfectus [26] prætorio Augustali Ordinariorum sub se Judicum examinandi flagitia, & super his referendi [27], non amovendi, vel puniendi habeat potestatem.

TIT. XXXVIII.
DE OFFICIO VICARII [28].

Collatio vicariorum & comitum. De dignitate.

1. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIANUS, AAA. Antonio P. P.

IN [29] civilibus causis Vicarios [30] Comitibus militum convenit anteferri: in militaribus negotiis Comites Vicariis anteponi. Quotiens societas in judicando contigerit: priore loco Vicarius ponetur, Comes adjunctus accedat. Siquidem Præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antistet: & Vicaria dignitas ipso nomine ejus se trahere judicet [31] portionem, & sacræ cognitionis habeat potestatem, & judicationis nostræ soleat repræsentare reverentiam.

De relationibus.

2. Iidem AAA. ad Hesperium P. P.

RElationes [32] Vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem referantur: Relationes enim Judicum libenter audimus: ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti profanorum preces a nostris adytis repellamus.

TIT. XXXIX.
DE [33] OFFICIO PRÆTORUM [34].

De jurisdictione.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Senatum.

PRætori [35] defertur hæc jurisdictio, sancientibus nobis, ut liberale negotium ipse disceptator examinet. Sane [36] interponi ab eo decreta [37] convenit; ut sive in integrum restitutio referenda est, probatis dumtaxat causis, ab eodem [etiam] interponatur decretum: [seu] tutoris dandi, seu ordinandi curatoris, impleatur ab eo interpositio decretorum: quippe cum apud [38] eum [39] quoque adipisci debeat patronorum judicio sedula servitus libertatem. Nec sane debita filiorum votis patrum vota cessabunt, ut patenti [40] copia liberos suos exuant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos: cum sese intelligant his obsequii plus debere, [a] quibus se meminerint sacris vinculis exutos. Dat. [41] 6. Kalend. Januar. EUSEBIO & HYPATIO CONSS. 359.

1 Comes rerum privatarum videtur successisse in locum procuratoris rei privatæ seu patrimonii, de quo dixi in *l. 39. in fin. ff. de legatis* 1. Porro fit mentio hujus Comitis *in l. ult. §. 2. vers. Si quis. J. de adsess. l. ult. J. de petit. bonor. sublatis, l. 3. J. de bonis vacantibus. l. 1. J. de advocatis divers. judicum. l. 64. J. de decurionibus. Novell.* 128. *cap.* 25. *Nov.* 117. *cap.* 13. *vers. Porro: circa med. Nov.* 123. *cap.* 43. *in fin. Novell.* 124. *cap.* 3. *vers. ipsam vero.*
2 Additur in editione Haloandri, Sacri palatii, sacrique patrimonii. Sacri patrimonii fit mentio in *l. 13. in pr. J. de vectigalibus.* Res privatæ Principis, suntne separatæ ἐς τὰς ἰδίας χρείας τοῦ βασιλέως, ut volunt interpretes Græci lib. 6. βασιλικῶν? Suntne, quæ dicuntur ἀδέσποτα, id est, res vacantes, ut vult Strabo? Suntne res omnes, quando ita est, omnia censeri vel dici Principis, *l. 3. J. de quadriennii præsc.* Rem ita quidam explicant, Tres fuisse Principis πιεσσίας, Proprias & privatas Principis, *ut hic:* quasi proprias, ut fiscales, (quibus præerat Comes, cujus facta est mentio titulo superiore: fiscales tamen pertinent ad hunc titulum, *l. 1. J. h. t. Novell.* 60. *cap.* 2. *§. 1. circa fin.*) destinatas ad epulas aulicas: hinc Comes sacri patrimonii. Puto id adumbrari quodammodo posse: si dixerimus Comitem, quo de hic aditur, a Gallis appellari, *le Thresorier & receveur du domaine:* eum de quo agitur titulo superiori, *Thresorier de l'Espargne:* eum vero cujus fit mentio, *J. tit. prox. Thresorier de la maison du Roy.* 3 Lex restituta a Cujacio *lib. 60. Basilic.* extat apud autorem Synopseos Basil. 6. *tit. 1. cap.* περὶ καταμηνυόντων *&c.* 4 *l. 7. J. de delatoribus.*
5 In editione Haloandri non distinguitur hic titulus a titulo superiori. Cujacius legit de Officio Comitis sacri patrimonii. Ait tamen hunc titulum nullam habere legem Latinam, Græcam quidem habuisse, sed quæ desideretur. 6 *Al.* perpetuarii vel emphyteuticarii. Cujac. *ad l. J. de locatione præd.* 7 Vid. quæ not. ad *l. 127. ff. de reg. jur.* 8 Et Constante.
9 *L.* 1. D. 16. 6. *Eclog.* 2. adde *Nov.* 30. 103. Post illustres, de quibus superius egit, ad spectabiles descendit. 10 Proconsules mittebantur in provincias cum imperio consulari. *Salic.* 7. Proconsul, quantum ad nomen, proconsul: quantum ad potentiam consul.
11 Legatus proconsulis haberne propriam jurisdictionem? Cujacius ait, 7. *obs.* 21.
12 Idque ordinatione Augusti, *Suetonius, Strabo.* 13 Imo audire non possunt, *l. 2. in fin. ff. h. t. l. 1. §. 4. ff. de suspectis tutoribus.* 14 Hic titulus deest in editione Haloandri: improbatur etiam a Cujacio. 15 Vicarianus a Vicario. Vicarii provinciarum, vices præfectorum prætorio in diœcesibus gerebant. In Oriente tres erant, Asianæ, Ponticæ (de quo hic) & Thraciæ: Potuerunt esse & alii in Occidente, variis temporibus, ut Romæ, Africæ, & Hispaniarum: qua de re alibi dicam in edicto de Vicario Ponticæ. adde *l. 1. & 2. J. de off. vicarii, l. ult. vers. Et est notitia. J. de divers. off. & apparitor.*
16 Sub Orientis Comite erant quindecim provinciæ, Palæstinæ tres, Syriæ duæ, (Optat. tres facit) Ciliciæ duæ, Phœniciæ duæ, Cyprus, Euphratensis, Osroena, Mesopotamia, Isauria, Arabia, *Novell.* 8. 17 Urseo, *Hal.* Puseo, Cujac. 2. *obs.* 23. *al.* Uleo. 18 Liminarchiæ. Cotta *in memorabilibus in voce Liminarcha.* Lyciarchiæ. *Hal.* & male, Quia Lycia (ut ex Notitia constat) non Orientis sed Asianæ erat diœceseos. Neque interim dicas non fuisse Lyciarchem: quum vel ex Strabone lib. 14. constet a Lyciæ civitatibus eligi solitum: quo loco perperam Xylander vertit *Lyciæ Principem.* Porro Alytarcha fuit sacerdos Antiochiæ in Syria: ita dictus, quod in ludis, (qui in honorem deorum fiebant, *J. h. t.*) τοῖς ἀλυταῖς, id est, Mastigophoris præesset. vid. Cujac. 2. *obs.* 13. Alytarchæ fit mentio, *l. ult. J. de cupressis. l. 12. C. Theod. de jure fisci. l. ult. C. Theod. de expens. lud.* 19 *l. 1. J. de naturalibus. l. 6. §. 14. ff. de excusat. tut.* 20 Syriæ salutaris scil. Alytarchia ad Syriæ primæ, seu Antiochiæ præsidem, cujus metropolis Antiochia, Theopolis postea vocata a Justiniano, *Novell. 7. cap. 8. vers. Simili.* 109. *in pr. vers. Hæreticos.* 124. Syriarchia vero ad Salutaris Syriæ præsidem. vid. Cujac. 8. *observ.* 21. adde *eundem ad Novell.* 8. *& lib. 2. obs.* 13. *& ad l. 6. ff. de excus.*
21 *L.* 1. D. 17. 22 Ne dicas proconsulis. Trebellius enim Pollio refert, Fasces consulares Alexandriam (fuit ea sedes præfecti Augustalis) ingredi non licuisse. 23 Id est, ab Augusto primum constituti in Ægypto, provincia facta, *l. 1. J. de postulando. l. 35. §. 3. ff. ex quibus causis major.* Tacit. 12. Dion. 52. Arrian. 3. *de expedit. Alex.* Ægyptii annos etiam numerabant ex suo Augustali, ut ex Chronicis Alexandrinis Cujacius probat *hoc tit.*
24 Sub cura Augustalis præfecti fuerunt sex Provinciæ: Libyæ duæ, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Augustannia. 25 Vid. *l. 6. in fin. J. de exact. trib.* 26 Præfectus Augustalis ordinariorum &c. vid Cujac. 8. *obs.* 21. 27 Suidas tamen de hoc prætore tradit, habuisse eum τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν: Tacitus regis loco fuisse: adde Ammian. 22. *& l. 59. de decurionibus.*
28 Vicarius pro Præfecto Prætorio mittebatur in tractum, vel diœcesim aliquam aliquot in se Provincias continentem. Diœcesis Thraciæ sex. Pontica undecim vel duodecim. Asiana undecim (teste Theodoreto quinque, sed tamen Notitia imperii octo tantum adscribit.) Fuit etiam Macedoniæ, Romæ, Italiæ (sub eo erant decem Provinciæ) Asiæ, Britanniæ (singulis suberant quinque provinciæ) Galliæ, Hispaniarum (singulis suberant septem Provinciæ.) Reliqua vide apud Cujacium *hoc tit.* His adde quæ scripsi ad *l. un. supr. de off. Com. sacr. patrim.* Goth. Vide Alciat. *paradox. lib. 2. cap.* 12. Ans. Adde Corras. *Miscellan. lib. 3. c.* 19. S. L.
29 Vicarii & Comitis militum notio quæ. 30 Hos τοποτηρητὰς Græci appellant *Synops. Basilic.* 2. 6. *tit.* 18. 31 Judicat. *Hal.* 32 Vice sacra vicarii judices dicuntur, *ut hic:* & tamen ab his appellatur, non appellatur autem a Præfectis Prætorio. vid. Cujac. 16. *obs.* 2. ubi probat ab his, qui vice sacra judicant, appellari posse.
33 Adde *tit. C. Th. de Prætorib. lib. 6. tit.* 4. 34 *lib. 12. tit. 2. J. L. 1. ff.* 14. Cujac. legit, *Prætoris.* adde *Nov.* 13. 25. 26. 29. 104. Cujac. putat hic initium duci magistratuum clarissimorum. 35 *L. 16. C. Theod.* 36 *l. 4. J. de vindicta libertat.* 37 Observa causas, de quibus olim prætor cognoscebat. 38 Decretorum interpositio proprie pertinet ad Constantinianum prætorem; de quo vide quæ dicam J. adde Cujac. 7. *obs.* 23.
39 *Ulpian.* 1. §. 7. 40 Patente. 41 3. *C. Theod.*

De

De creatione. De sumptibus.

2. Impp. VALENT. & MART. AA. Tatiano P. P.

TRes [1] tantummodo Prætores electæ opinionis in hac urbe [2] per singulos annos judicio Senatus [3] præcipimus ordinari: qui competentes causas,& debitos actus integre disceptare atque tractare debebunt: ut hi tantum tres ex his, qui proprium larem in [4] hac alma urbe habeant, non ex provinciis eligantur. Nec si quis forte propter alias causas ad hanc urbem de provinciis venerit, ad Præturæ munus efferatur, sed hi tantummodo (ut dictum est) qui hic domicilium fovent: ita tamen, ut nec ipsi sumptus [5] quosdam inferre cogantur inviti [6], sed habeant spontaneum liberalitatis arbitrium. Dat. 15. Kal. Jan. *Constant.* VALENTINIANO VII. & AVIENO CONSS. 450.

TIT. XL.

DE [7] OFFICIO RECTORIS PROVINCIÆ.

De causa falsi, & de proprietate.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

POtest de falso [8] causam cognoscens Præses provinciæ, incidentem [9] proprietatis quæstionem dirimere. Dat. 6. Kal. April. MAXIMO II. & URBANO CONSS. 225.

De potentiorum insolentia.

2. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximianum Præsid. provinc. [10].

PRæsides provinciarum oportet, si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non [11] possunt, aut examinare, aut pronunciare nequeunt; de ejus nomine ad nos, aut certe ad Prætorianæ Præfecturæ scientiam referre: quo provideatur, qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus consulatur. Dat. 5. Kal. Maji, PROBIANO & JULIANO CONSS. 322.

De acclamationibus, & accusationibus judicum.

3. Idem A. ad provinciales.

JUstissimos & vigilantissimos Judices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus [12]: & e contrario injustos, & maleficos querelarum vocibus accusandi, ut censuræ nostræ vigor eos absumat. Nam si veræ voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusæ, diligenter investigabimus: Præfectis prætorio, & Comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* BASSO & ABLAVIO CONSS. 331.

De officialibus præfectorum.

4. Idem A. ad Periclem Præsidem.

IN officiales Præfectorum cursum [13] publicum laniantes, vel prava contra utilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem: ita ut Præfectos de eorum culpa facias certiores. Dat. 10. Kal. Novemb. *Nicopoli,* CONSTANTIO & ALBINO CONSS. 335.

De majoribus & minoribus judicibus.

5. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Apronianum Præf. urbi.

POtioris gradus judicibus ab inferioribus competens reverentia [14] tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etsi [15] minor Judex veritatem investigaverit, nulla majori irrogatur injuria. Sane qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis injuriis existimet adficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur, non declinabit nostræ indignationis aculeos. Dat. 5. Kal. Jun. ARINTHEO & MODESTO CONSS. 372.

De hyematione.

6. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

CIvitas Phodiorum [16] injuriam suam non tam decenter, quam sero conquesta est: Unde inviolabili observatione sancimus, ut quoniam tempore hyemis [17] navigatio sæpe periculosa est, [&] semper incerta: in illis quinque [18] urbibus, quæ [19] potiores esse cæteris afferuntur, vicissim hyemandum sibi Judices recognoscant. Quod si cuiquam tale existat ingenium, ut præcepta nostra contemnat, quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab ejus Officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri juribus inferantur.

De eo, qui ex venturæ delegationis titulis profligavit.

7. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

QUi ordinariam [20] gesserit dignitatem, quicquid ex venturæ delegationis titulis profligaverit: cum dispendio pudoris atque fortunæ de propriis facultatibus intra provinciam positus inferre debebit. Dat. 7. Kalend. Jun. *Constantinopoli,* HONORIO nobiliss. puero & EVODIO CONSS. 386.

De intercessore sive executore tribuendo, vel non.

8. Iidem AAA. Cynegio P. P.

NE quis Judicum in provincia sua Præfectianum [21], vel Palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in hujusmodi officiis fuerint commorati, intercessorem [22], id est, executorem cujusquam litigatoris petitione in quolibet seu privato, seu publico negotio putet esse tribuendum: Nam peccantem contra consulta cœlestia cum officio suo non solum detrimentum famæ, sed etiam patrimoniorum damna comitentur. Dat. Non. Aug. *Constant.* HONORIO N. P. & EUODIO COSS. 386.

De Augustiss. urbe injussu Principis non adeunda.

9. Iidem AAA. Polemio P. P. Illyrici.

NUllus provinciæ moderator augustissimam Urbem [23] sine jussione nostra adire audeat. Nam si patuerit quem contra decreti nostri præcepta venisse, is congrua condemnatione plectetur. Dat. 10. Kal. Jan. *Mediolani,* post Consulatum TIMASII & PROMOTI. 390.

Ut non palatini, sed judices exigant a provincialibus.

10. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio Comiti sacrarum largitionum.

NUllum palatinis tibi obsecundantibus cum provincialibus volumus esse commercium: sed judices scire debent, hoc sibi præcipue esse commissum, ut ipsi a provincialibus exigant, & consueta deposcant: palatinum vero possessor non horreat, qui [24] non sibi, sed judicibus atque officiis præceptus est imminere. Dat. 6. Kal. April. *

De potentum procuratoribus.

11. Imppp. [ARCAD.] HONOR. & THEOD. AAA. Theodoro P. P.

MOderatores [25] provinciarum curam gerere jubemus, ne quid potentum [26] procuratores perperam injusteque committant. Dat. 6. Kal. Decemb. *Ravennæ,* BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

De apparitoribus.

12. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P. P.

OMnes provinciarum apparitores pro inveterata auctoritate juxta motum [27] judicis nudatos, verberibus (si ita res tulerit) subjacere præcipimus: ut & facilis executio rerum publicarum sit, & Officiorum insolentia comprimatur, & Judicum severitati competens reddatur auctoritas. Dat. 6. Kalend. Januar. HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

De cohortalibus.

13. Imp. LEO A. Constantino P. P.

SI quis cohortalibus [28] adhuc obsequiis obligatus, regimen provinciæ, vel cingulum cujuslibet militiæ dignitatisve quoquo modo meruerit: contra licitum usurpatis impetratisve careat: etiam si ultronee a nostra liberalitate jus regendæ provinciæ, vel militiæ, seu dignitatis cujuspiam sibi jactaverit delatum fuisse. Dat. 7. Idib. August. LEONE A. IV. & PROBIANO CONSS. 471.

Ubi rectores provinciarum habitare debent.

14. Idem A. eidem P. P.

NUlli judicum qui provincias regunt, in civitatibus, in quibus sacra palatia, aut prætoria [29] sunt, liceat his relictis privatorum [30] sibi domos ad habitandum veluti prætoria vindicare: sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia, seu prætoria [cogantur] ut hac necessitate compellantur eorum reparationi providere. Ubi autem & palatium est, & prætorium: palatium quidem habitationi præsidis, prætorium autem vel suscipiendis [31] conservandisque speciebus publicis horreorum vice, vel alii necessariæ rei deputetur. Quod si quis aliquando dissimulare tentaverit: protinus eum atque officium ejus quinquaginta librarum auri multam ad reparandum sacrum, quod neglexerit, Palatium solvere sancimus. Dat. 6. Idib. Feb. CLEMENTINO & PROBO COSS. *

TIT. XLI.

UT NULLI [32] PATRIÆ SUÆ ADMINISTRATIO [33] SINE [34] SPECIALI PERMISSU PRINCIPIS PERMITTATUR [35].

1 *L. trestantummodo, l. 3. §. de episc. aud.* pars legis 1. *J. de prætor.* Flavialis, Constantinianus. *l. ult. J. de præd. min.* triumphalis, *l. 5. l. 13. l. 25. C. Th. de Prætor. l. 6.* interdum habuit quatuor, interdum quinque, interdum octo, Constantinianum, Constantianum, Theodosium, Arcadium, Triumphalem, Augustalem, Romanum, Laureatum. *l. 25. C. Th. h. t.* In antiqua Roma primis temporibus fuerunt octodecim, *l. 2. §. 34. ff. de orig. juris.* adde quæ scripsi ad *Theoph. §. 29. Inst. de leg.* 2 Constantinopolitana scil. 3 Olim prætoris designatio, & nominatio Senatoribus erat concessa, *l. 13. 26. 27. C. Th. h. t.* sed hanc legem abrogavit Leo, *Novell.* 47. 4 Extranei ad dignitates non sunt promovendi. vide tamen quæ dicam *J. ut nulli patriæ suæ.* 5 *l. 2. J. de prætorib.* Olim prætores cogebantur ad certos sumptus faciendos, vel in urbis fabricas, vel in populi voluptatem. *l. 5. §. 10. ff. commodati.* Plutarchus *in Bruto*: adde Lipsium *lib. de glad. cap. 9.* 6 Ad hoc olim etiam coacti quæstores. Lamprid. *in Alex. Severo,* Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare. Vid. Lipsium *d. l. fol. 35.* 7 *Lib. 1. C. Th. 61. L. 1. D. 18.* adde *Novell.* 24. 25. 29. 104. 111. Rectores unius provinciæ erant, vel præsides, vel correctores, vel consulares, erant sub cura eorum, quibus plures provinciæ demandabantur, ut Proconsulis, Comitis Orientis, Præfecti Augustalis. Ordinarii & publici judices etiam appellantur, & a Græcis ἰμβαθμοὶ, *Novell. 20. c. 3. & 112. cap. 3. in pr. vers. jubemus.* & fratres interdum ab imperatoribus in subscriptionibus constitutionum ad eos directarum. vid. Cujac. *hic.* 8 Puta instrumento. 9 *l. 1. de ordine jud. l. 26. J. ad Leg. Jul. de adult. alias* reponendum. 10 Malim *Præf. Præt.* 11 Præsidis provinciæ vires interdum seditiosis non sunt pares, exemplum vide apud Ammian. *J. 6.* Brachium, ut ita loquamur, Præfecti Prætorio præses: Præfectus Prætorio Principis invocat. adde *l. qui restituere. 68. ff. de rei vindic.* 12 Prodeuntibus rectoribus provinciarum licuit acclamare. 13 Vid. *J. de cursu publico.* 14 Vide *l. 2. 3. J. de off. divers. judic.* 15 Majoribus judicibus officio suo non fungentibus minores partibus eorum possunt se immiscere. 16 Rhodiorum, *Hal.* Is error natus est ex Græca littera P. accepta pro Latina R. ut in illo Lucilii versu apud Terentianum Maurum. Apes apes Græci ut faciunt: Martialis 9. *epigr.* 12. loquens de Græcis, *& quos* ἄρες ἄρες *decet sonare.* Vide Cujac. 16. *obs.* 6. Simili errore, *Arione* pro *Apione* legitur *in Novell. 78. in fin.* 17 De mense Januario ita præcepit Aratus, μὴ κείνῳ ἔνι μηνὶ περικλύζοιο θαλάσσῃ: Πεπταμένῳ πελάγει κεχρημένος. & Cicero, *Hoc cave te Ponto studeas committere mense.* Et Festus Avienus, *Non tum mihi longa phasellis Æquora tententur, non tum freta turbida ponti, Quis petat.* 18 Cujacius *dicto loco* hoc refert ad quinque metropoles quinque provinciarum, quibus præerat Quæstor exercitus: ut sit sensus, Quæstores exercitus uno anno hybernare in Rhodo, ibique audire causas appellationum: alio in Cypro, & sic deinceps in aliis, quod tamen aliter definitur *Novella* 41. adde *Nov.* 50. 19 *l. 1. J. ut omnes judices, tam civiles,* id est, quæ sunt metropoles: Potiores enim urbium cum dicit, metropoles ostendit, *l. 4. §. 9. ff. de damno infect.* 20 Puta Præsidis, consularis, correctoris. 21 Præfectianus, Præfecti Prætorio apparitor. vid. *l. 2. l. 3. J. de apparitoribus Præfecti Prætorio*: adde *l. unic. C. Theod.* Ne præfectianus exactoris, vel curiosi vel horreorum custodis fungatur officio, *l. 12. tit. 10.* 22 Miles intercessoris, id est, executoris munere fungi non potest, *l. 5. J. de jurisdiction. omn.* de intercessore dixi ad *l. 7. J. quæ res pign.* 23 *Synops. Basil. tit. 6. cap.* 80. Constantinopolim. 24 Palatinus, domesticus Principis, Conan. 4. *c.* 15. *num.* 4. & male. Pertinet enim ad Comitem sacrarum largitionum, vel rerum privatarum, *ut hic.* Ejus partes erant urgere, instare, monere, ne quid adversus chartularios attentaretur. Cujac. *ad l. 2. 3. J. de canon. largition. tribut.* 25 *l. ult. C. Th. h. t.* 26 Potentium. *C. Theod. 1. tit. 6. l. ult.* 27 Id est, indignationem, *ut l. 14. J. de testib. l. 20. ff. communi dividundo*: vide Cujac. 13. *obs.* 29. 28 *l. 12. l. 13. 14. J. de cohortalibus princip.* 29 Prætoria non sunt villæ, ut putat Rhenanus apud Tertullianum *lib. ad Scapulam*, sed domus magnificæ Præsidum, Judicumque causa in urbibus extructæ. *l. 33. in pr. §. de episcop. l. 4. J. de op. publ. l. 3. J. de metat. & epidemet. l. ult. Cod. Theodosian. de off. omn. jud. Novell. 24. in princ.* Vopiscus in *Aureliano*, Forum nominis sui in Ostiensi ad mare fundare cœpit, in quo postea prætorium publicum constitutum. *Prætorium* etiam veteres appellarunt partem villæ latius ædificatam, & patrifamilias habitationi relictam, *l. 12. ff. de usu, l. 2. ff. de servit. rust.* Vide *l. 198. ff. de verb. signif.* 30 *l. 3. J. de metat. & epidemet.* 31 Vide *J. de conditis in publ. horr.* 32 Si quis provincialis a Principe petierit administrationis officium in sua provincia, sacrilegii tenetur: nisi ultro Princeps eum magistratum fecerit. *Synops. Basil. 2.* περὶ αὐτῆς *&c.* adde *l. 14. §. tit. prox. l. ult. J. de crimine sacrileg. & ibi not.* 33 Etiam fiscalis & adsessoria. *l. 10. J. de adsessorib. & domest. l. 1. C. Th. h. t. l. 3. J. de divers. off. & appar.* adde *l. 3. ff. de off. adsess.* 34 *l. 38. ff. ex quib. caus. major.* sic legimus Cassiodorum patriæ suæ Lucaniæ & Brutiorum correctorem fuisse, Cassiodor. 1. *Var.* 35 Ne aut gratiosus, aut ca-

* *Græca constitutio Anastasii* [1] *Imper. ut scribit Jac. Cujac. ad Paul.* lib. 5. sent. tit. 12. *qui tamen putat esse const. ult. tit. De offic. rectoris provinciæ: at nos aliter sentimus, moti & auctoritate librorum veterum, qui novam Rubricam minio scriptam post illum titul. descriptam habent, & Græcorum interpretum consensu, qui ad* leg. ult. inf. de crim. sacrileg. *hunc titul. numerant* 41. *lib.* 1. *Cod. In eadem est etiam nobiscum sententia præstantissimus Ant. Aug. Cæterum crediderim, idem hac constitutione fuisse cautum, quod supradicta* ult. constit. tit. de crim. sacrileg. *continetur.*

TIT. XLII.
DE [2] QUADRIMENSTRUIS [3] BREVIBUS [4].

* *Græca constitutio deest.*

Hunc titulum diserte ita scriptum in veteribus libris, & a nemine adhuc recentiorum animadversum intrepide restitui, ut qui & hoc loco opportune sit insertus. Putat quidem Jacobus Cujac. vir doctissimus, eum fuisse additum tit. De apochis lib 10. *quia & quadrimenstruorum brevium l.* 1. *illius tit. mentio fit, sed idcirco non fuit additus, quia hic jam proprio fuerat loco collocatus. Extat similis tit. lib.* 11. *C. Theodosiani tit.* 25. *De quadrimenst. brevib. & sub eo constit. singul. Theodosii, Arcadii, & Honorii AAA.* Cont.

TIT. XLIII.
DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILUM [5].

1. Impp. THEOD. & ARCAD. AA. Nepthidio Præfecto urbis.

PRæfecti Vigilum hujus urbis nihil de capitalibus causis [6] sua auctoritate statuere debent: sed si quid hujusmodi evenerit, Culmini tuæ potestatis referre: ut de memoratis causis celsiore sententia judicetur.

TIT. XLIV.
DE OFFICIO PRÆFECTI [7] ANNONÆ [8].

Græca constitutio sub hoc tit. miniato deesse notatur in manuscriptis. Hoc igitur pacto restitutis quinque titt. in hoc primo lib. C. qui antea deerant (id est, tit. De offic. Comitis sacri patrimon. tit. De offic. Vicarii, qui in omnibus manuscriptis extat tit. Ut nulli patriæ suæ administratio &c. tit. De quadrimenst. brevib. & tit. De offic. præf. annon.) perpulchre numerus tit. hujus lib. per omnia convenit cum numero Græcorum: quos duos numeros conciliare anxie studuit Ant. Aug. nec tamen præstare potuit. Cont.

TIT. XLV.
DE [9] OFFICIO CIVILIUM [10] JUDICUM.

De honoratis litigantibus.

1. Imppp. ARCAD. THEOD. & HONOR. AAA. Curtio P. P.

HOnorati [11] qui litem habere noscuntur, his horis [vel temporibus [12]] quibus causarum, vel merita, vel fata [13] panduntur [14], residendi [15] cum Judicibus non habeant facultatem. Dat. 3. [16] Non. Febr. *Ravennæ* [17], BASSO & PHILIP. COSS. 408.

De publicis functionibus.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI quis pro publicis functionibus, quæ flagitantur, aliquo se defendere tentet munimine: adeat Judicem, & promat, quæ duxerit adserenda. Quem si Judex (quod non [18] arbitramur) minus audire maluerit [19], ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitor vero ejus quinquaginta feriatur dispendio. Dat. 13. Kal. August. *Constantinop.* HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. COSS. 409.

TIT. XLVI.
DE OFFICIO MILITARIUM JUDICUM [20].

De negotiis privatorum.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Magistris & Comitibus utriusque [21] militiæ.

NUnquam [22] omnino in [23] negotiis privatorum [24] vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. Prid. Id. Febr. *Constantinop.* THEOD. A. III. & HABUNDANTIO COSS. 393.

De foro competente.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P. P.

PRæcipimus, ne [25] quando curiales [26] vel privatæ conditionis homines ad militare exhibeantur judicium [27], vel contra se agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri adversus Comitianum [28] officium proponi decernimus, si quid contra hoc aliquando tentaverit. Dat. 6. Kal. Sept. THEOD. A. VII. & PALLADIO COSS. 416.

De his, qui in virorum spectabilium ducum officiis militaverunt.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Anatolio magistro militum.

NEmo de his qui in virorum spectabilium ducum officiis militaverit, scholæ agentium in rebus quacunque subreptione post completam militiam societur, nec agendi vices viri clarissimi Principis accipiat facultatem. Si quis autem adversus hæc nostræ perennitatis decreta venire conetur: militia spoliatus, proscriptionis pœna pro parte bonorum tertia constringatur. Dat. 5. Kalend. Februarias, *Constantinopoli* MAXIMO II. & PATERIO COSS. 443.

De ducibus militum.

4. Iidem AA. Nomo [29] magistro officiorum.

DUces militum [30] & præcipue, quibus gentes [31], quæ maxime cavendæ sunt, appropinquant, in ipsis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum imminentibus magisteriis potestatibus, diuturnisque eorum exercitationibus inhærere præcipimus. Castrorum quinetiam refectionis [lustrationisque [32]] curam habeant. Quibus cum Principibus castrorum præpositis, pro laborum vicissitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos magisteriæ [33] potestatis arbitrio, deputamus. Dat. 2. Id. Septemb. *Constantinop.* MAXIMO II. & PATERIO COSS. 443.

TIT. XLVII.
NE REI MILITARIS COMITIBUS [34] VEL TRIBUNIS LAVACRA PRÆSTENTUR.

1. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P. P.

OMnem inquietudinem a curiis & civitatibus præcipimus prohiberi, nec ulla privata ab his succendi balnea ad Tribunorum, vel ducum, aliorumve [35] militarium comitum usus: nec adærationem aliquam pro hac causa profligari. Illustribus enim tantummodo viris comitibus ac magistris militum (si tamen id voluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli pœna violatoribus hujus sanctionis imminente. Dat. 5. Kal. Decembr. ARCADIO A. VI. & PROBO COSS. 406.

TIT. XLVIII.
DE OFFICIO DIVERSORUM [36] JUDICUM.

De mulieribus.

1. Imp. CONST. A. ad Domitium Celsum Vicarium.

NEmo [37] judex [aliquem] officialem ad eam domum, in qua materfamilias [38] degit [39], cum aliquo præcepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat: cum certum sit debita ejus, quæ intra domum considerato sexu semet contineat, domus ejus vel cujuscunque rei habita distractione, publicis [40] necessitatibus posse servari. Quod si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat. 4. Id. August. SABINO & RUFFINO COSS. 316.

In AUTHENT. ut nulli jud. §. necessarium. col. 9. tit. 17. al. 9. seu Novell. 134. cap. 9.

lumniosus apud suos esse videatur. Paul. 5. *sent.* 12. §. 5. Idem constitutum fuerat a Philippo Pulchro anno 1302. & Carolo V. an. 1366. Gallorum regibus: adeo ut ex eorum Constitutione, multi privarentur senatorio munere, quod Parisienses essent. Vid. Papon. 3. *notar.* 8. *cap. des provisions d'office, fol.* 604. id tamen hodie non observatur, videtur autem niti *l.* 17. §. 4. *ff. ad municipal.* quæ vult in dignitatibus conferendis originarium præferri. Cæterum extraneus dignitatis non est capax, *l. ult.* ꝭ. *de offic. præt.* Hoc ita est, si modo omnino extraneus sit: quales utique non sunt, qui eidem Principi sunt subjecti.
1 Ante Anastasium vetustissima lex reperitur Antonini apud Xiphilinum, *μηδένα ἐν τῷ ἔθνει ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἐστὶν ἄρχειν.*
2 Adde *l. unic. C. Theod. de privil. domus Augustæ lib.* 10. *tit.* 25.
3 *l.* 1. *vers. Hoc etiam* ꝭ. *de apochis public.* Vide *l.* 1. ꝭ. *de off. com. sacrar. larg. l. pen. C. de canon. larg. tribut.* Quadrimenstrui dicuntur, quod quarto quoque mense conficiuntur. Tribus enim pensionibus anni cujusque indictiones solvebantur. *l. ult.* ꝭ. *de annonis & tribut. l.* 15. *l.* 16. *C. Theod. h. t. tit.* Cassiodorus, ut trina illatione devotus possessor suam compleat functionem. Idem 12. *variar.* Expensarum fidelem notitiam quatuor mensibus comprehensam. Hi breves a chartulariis conficiebantur, & ad officia Palatini, aut Præfecti Prætorio transmittebantur. vid. Cujac. *de apochis.*
4 Breves, brebia, *βρέβια*, brevicula. Zonar. *in concil. Carthag.* Anna Alexand. 6. Julianus *epist. ad commun. Judæorum. l. ult.* ꝭ. *de conveniendis fisci debitoribus, l.* 1. ꝭ. *de apochis publ.* sunt chartulæ breves.
5 *Lib.* 1. *ff.* 15. *περὶ τῶν πραιτώρων τοῦ δήμου ἤτοι νυκτεπάρχων*, *Nov.* 13. *περὶ νυκτεπάρχου ἤτοι πραίτωρος δήμου.* 6. *Ecl.* 5. Ideo dicitur obscurus judex, arbiter silentiosus, incendiariorum & furum indagator. Eleganter Cassiodorus 7. *variarum* 7. de præfecto vigilum, Furta eum facere in furibus, dum illos noctu circumvenit.
6 Gravioribus scilicet & in liberos. vid. *Novell.* 13.
7 Præfectus annonæ extra ordinem pro tempore & necessitate exigente constituebatur.
8 Præfectus annonæ inter cætera per officinas pistorum discurrebat, pensumque & munditiam panis exigebat. Cassiodorus 6. *variar.* 18. Cognoscebat etiam criminaliter de his quæ ad annonam pertinebant. vide Cujac. *in hunc tit.*
9 Extat Cod. Theod. 1. *tit.* 7.
10 Civiles judices opponuntur militaribus: de quibus ꝭ. *tit. prox.* adde *l.* 1. *C. Th. h. t.*
11 *l.* 1. *C. Th. h. t.*
12 Nec enim omnibus temporibus judices adiri poterant, puta meridianis horis, *l. un. C. Th. h. t.* Idem autem constituerant Valens, Gratianus, & Valentinianus, *ibid.* Ne quis domum judicis ordinarii postmeridiano tempore ex occasione secreti ingredi familiariter affectet. Hujusmodi leges judiciarias Augustus tulit, quas *edicta* Macrobius vocat 1. *Saturn.* 10. in iis inter cætera cautum erat, ne reus vel accusator domum judicis ingrederetur. Idem observatum fuisse in actore Cujacius existimat 6. *observ.* 34. ubi tractat de legibus judiciariis.
13 Facta. vide Cujac. 16. *obs.* 9.
14 Penduntur. *l. unic. C. Theod. h. t.*
15 Vide quæ dicam ad *l.* 3. *ibid.* Sedendi quoque in alia secretarii parte ꝭ. *ubi senatores, vel clariss.*
16 4. *C. Theod.*
17 Romæ *Cod. Th.* rectius.
18 Præsumitur pro judicis fide: de qua præsumptione, v. Alciat. 3. *præs.* 9.
19 Nota non præsumi aliquem facere aliter quam deberet, quod & *l. incredibilem. de pœnis* attestatur. Atque ita voluntas principis talis esse præsumitur, qualis esse debet: Baldus *ad initium ff. in verb. l. Augustus & ad l. omnes populi. in vers. ulterius. ff. de Just. & Jur.* Paris *in tractat. de Synd.* Item quando aliquid factum est, præsumitur ab eo factum, qui id facere debebat. Bartolus *ad l. nomina.* ꝭ. *arbitr. tutel.* Baldus *in l.* 1. ꝭ. *de aliment. præst.* Rursus si non apparet, uter ex duobus præcesserit: is præsumitur præcessisse, qui præcedere debuit. Felinus *ad cap. pastoralis.* 4. *colu. vers. ad impletionem. ext. de rescript.* Denique cum quis accipit pecuniam expendendam in re necessaria, præsumitur in eam illam expendisse. Bartolus & alii ad *l. fin.* ꝭ. *de pignor. & ad l. fin.* ꝭ. *ad SC. Macedonian.* Mod.
20 1. *C. Th.* 8. Militares judices opponuntur civilibus, de quibus dictum est tit. superiore.
21 *l. un. Cod. Theod. h. t.* videtur intelligere comites militum Orientis: quorum unus in Ægypto, alter per Isauriam. *l.* 1. ꝭ. *de off. vicar. l.* 6. ꝭ. *de adsessorib. & domest. & tit. prox.* ꝭ. *ne rei milit. comitib.*
22 *l. un. C. Th. h. t.*
23 *l.* 2. ꝭ. *h. t. l.* 8. ꝭ. *de offic. rect. provin.* 1. Harmen. 4.
24 Vide *pragmaticam Justiniani cap.* 23. *l.* 2. ꝭ. *si a non competente judice.*
25 Id est, ne unquam omnino, *l. unic. C. Th. h. t.*
26 Id est, adscripti curiis civitatum.
27 Id est, forum, ut sit sensus: Paganum non cogi in foro militari litigare. *l.* 1. ꝭ. *h. t. l.* 1. *de off. magist. milit. l.* 42. ꝭ. *de decur. Novell.* 145.
28 Comitianum officium hic, id est, comites militum, de quibus dixi in epigraphe *l.* 1. ꝭ. *h. t.* officiales.
29 Nonio. vid. *l.* 4. ꝭ. *de off. magist. off.*
30 *Al.* limitum, ut in *l.* 2. §. 20. ꝭ. *de offic. præf. præt. Afric.* pro limitis *legitur* militis.
31 Ut Sophonenæ, Balbitenæ, & aliæ: de quibus vid. *l. ult. supr. de offic. magist. milit.*
32 Quidam legunt *lustriarum*: alii, *luxuriarum*: Cujacius vero 3. *obs.* 24. *clusuriarum. ex l.* 4. ꝭ. *de offic. magist. officior.* Goth. *Lusoriarum* censet legendum Salmasius, teste Grot. *Flor. Spars.* hic. S. L.
33 *l.* 6. ꝭ. *de jurisd. l. ult.* ꝭ. *ubi quis de curiali. l.* 3. *in pr.* ꝭ. *ubi senatores vel clariss. l.* 20. ꝭ. *de fide instrum. l.* 33. *l.* 38. ꝭ. *de Appellat.* Goth. Adde *l.* 2. §. 17. & §. 24. ꝭ. *de offic. præf. præt. Afric. l.* 19. ꝭ. *de agricol. & censit. l.* 17. 18. ꝭ. *de re militari & l.* 57. *ff. de verb. signif.* S. L. Magisterium militare, *l.* 25. ꝭ. *de procuratorib.* Suid. *μαγιστερίαν ἀρχήν.*
34 Dixi ad epigraphen legis 1. ꝭ. *tit. de offic. milit. jud.*
35 Aliorumve comitum &c. *l.* 2. *C. Theod. h. t.* vid. Cujac. *hic.*
36 Id est, & civilium & militarium omnium, 1. *C. Theod.* 9.
37 *l.* 1. *C. Theod. h. t.*
38 Vide ad hunc locum Socinum *reg.* 259. Mares carcerem patiuntur. Mulieres invitæ ab apparitore domo abstrahi, & in publicum educi non possunt. In causa criminali fidejussoribus committuntur, vel juratoriæ cautioni: vel si grave crimen intentetur, custodiæ mulierum. vid. *Novell.* 134. *cap.* 9. *& ibi* Cujac. Ad hæc, e sua patria non trahendæ in sacrum comitatum. vid. *l. un.* ꝭ. *quando Imperator.* hoc hodie desuetum.
39 Ad plenum hujus legis & sequentis Authenticæ intellectum, limitationem, & declarationem vide Jasonem *ad l. ad egregias. num.* 9. *ff. de jurejur. & ad l. plerique. ff. de in jus vocand.* Hippolit. *singul.* 248. & 279. Philipp. Franc. *ad c. mulieres. de Jud. lib.* 6. Socinum *in Reg.* 229. 2. *fallent.* Decium *in reg. fœminæ. n.* 72. *ff. de reg. jur.* Alexand. *in apost. ad Bartolum. ad Auth. matri & aviæ.* ꝭ. *quando mulier tutor. offic. fung. pot.* Mod.
40 Quid si fisco debeat. vide *Authenticam proximam* ꝭ.

Sed

Sed hodie novo jure pro fiſcalibus vel privatis debitis nulla mulier debet includi: ſed ad judicem veniet per ſe vel per procuratorem ſuum: vel mittat unum vel alterum, quatenus negotium legitime exequantur. Si contra factum fuerit, majores judices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis cingulo ſpoliabuntur, & pœnis ſubjacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

De honore viris celſioribus deferendo.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Principium P. V.

Singuli quique judices ſciant, celſioribus viris, & his quorum nonnunquam judicio provehuntur, honorificentiam [1] debitam eſſe præſtandam, nec in proſcriptionibus ſuis [2] fratres audeant nominare: apparitione multanda, cujus hæc eſt cura. Dat. Id. Feb. RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

3. Iidem AAA. Conſtantino [3] P. P. Galliarum.

Sciant principes, & cornicularii [4] & primates [5] officiorum, & judices etiam, ternas libras auri a ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis [6] viris (quibus etiam conſiſtorium [7] noſtrum ingrediendi facultas præbetur) ſecretarii judicum non patuerit ingreſſus, aut reverentia [8] non fuerit in ſalutatione delata, aut ſedendi cum judice ſocietas denegata. Dat. 5. Id. Novemb. *Tyberiade*, [9] TIMASIO & PROMOTO COSS. 389.

TIT. XLIX.

UT [10] OMNES JUDICES TAM CIVILES QUAM MILITARES POST ADMINISTRATIONEM [11] DEPOSITAM QUINQUAGINTA DIES IN CIVITATIBUS [12] VEL CERTIS LOCIS [13] PERMANEANT.

1. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

Nemo ex viris clarisſimis Præſidibus provinciarum, vel Conſularibus, aut Correctoribus, vel qui adminiſtrationis majoris inſulas [14] meruerint [15], id eſt, Viri ſpectabiles [16] Proconſules, aut Præfectus Auguſtalis, aut Comes Orientis, aut cujuslibet tractus Vicarius, aut quicunque Dux, vel Comes cujuslibet [17] militis, vel divinarum [18] Comes domorum, poſtquam ſibi ſucceſſum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexisſe noſcitur, antequam quinquaginta dierum conſtitutus numerus finiatur: Sed per id tempus Præſides quidem, & Conſulares, nec non Correctores [19] in metropoli: Spectabiles vero judices tam civiles quam militares in civitatibus adminiſtratæ diœceſeos illuſtrioribus [20], publice, non domi, vel intra ſacroſanctos [21] terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, ſed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernaverant, ora verſentur: ut pateat omnibus facultas libera ſuper furtis, aut criminibus querimoniam commovendi: ita ut ab omni defenſus injuria, proviſione poſt eum adminiſtrantis, ac periculo Officii, nec minus curialium, & defenſoris civitatis, juratoriæ tantum cautioni commiſſus, poſtquam fuerit in querimoniam devocatus, pulſare volentibus (ut dictum eſt) pro legum ratione reſpondeat. Nec ullam ante præfinitum tempus de provincia diſcedendi excuſationem ei tribuat vel divinæ [22] vocis copia, vel codicilli alterius adminiſtrationis oblati, vel præceptum Amplisſimæ tuæ Sedis, ut alterius provinciæ moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfatæ, vel alterius civilis vel militaris cujuscunque poteſtatis, ut quandocunque ſollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut poſtremo cujuslibet artis aſtutia, cujuscunque occaſionis excogitata calliditas excludatur: ut modis omnibus, quæ pro univerſarum provinciarum ſalute ſancimus, ſortiantur effectum. Quod ſi quis temeritate punienda ſaluberrimam legem circumſcribendam vel violandam crediderit, licet & majeſtatis reus non immerito judicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: Simili pœna plectendo [eo,] qui poſt eum adminiſtratione ſuſcepta minime eum curaverit honeſte retinendum, aut ſuper ejus fuga protinus referendum. §. 1. Adminiſtrationem autem deponere non volumus deceſſorem, antequam [23] ſucceſſor ad provinciæ fines pervenerit: licet literis ad eum, ſeu programmate, vel Edicto ad Officium, & provinciales uſus fuerit. §. 2. Ipſe autem, qui præſentem fugiens [24] non obſervaverit legem, ubicunque repertus fuerit, licet in hac florentisſima civitate, ad provinciam ſine ullo penitus obſtaculo, præceptione tui Culminis, cura etiam viri clarisſimi Rectoris provinciæ, in qua repertus fuerit, deducetur, per ſex [25] menſium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minime posſint crimina vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore ſervato, non prohibuerit contra legis tenorem diſcedere, triginta librarum auri diſpendio feriatur. §. 3. Quod ſi intra quinquaginta dierum numerum fuerit forte pulſatus, & præfato tempore elapſo necdum finita lis fuerit, civiliter quidem ſuper furtorum ſceleribus pulſatus, dato procuratore inſtructo, poſt quinquaginta dies protinus habeat licentiam diſcedendi: accuſatione vero ſuper criminibus facta, per inſcriptionum laqueos irretitus, usque ad terminum cauſæ ibidem neceſſario perdurabit. §. 4. Sciant autem univerſi Judices, apud quos vel adminiſtrationis jure, vel ex præcepto amplisſimæ tuæ Sedis, hujusmodi controverſiæ civiliter vel criminaliter ventilantur, intra viginti dierum ſpatium debere ſe præfata litigia, poſtquam orta fuerint, terminare: Nam ſi ſuperſederint, ipſos quidem decem [26] librarum auri condemnationem ſubire cenſemus: accuſationem vero ſeu civilem intentionem ſemel in judicium deductam præfato modo legitime terminari. Dat. 5. Id. Octob. *Conſtantinop.* ZENONE A. II. COS. 479.

In AUTHENT. ut judices ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem, col. 2. tit. 2 ſeu Novell. 8. cap. 9.

Si vero, antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur, detineatur & provincialibus, & omne quod datum fuit ea occaſione, furti actione exigatur: præſente tamen Deo amabili Epiſcopo, & cauſam ex non ſcripto examinante.

TIT. L.

DE OFFICIO EJUS QUI VICEM [27] ALICUJUS JUDICIS VEL PRÆSIDIS OBTINET [28].

De cauſis ad Rempublicam ſpectantibus.

1. Imp. GORDIANUS A. Domitio P. P.

In cauſa, quæ ſpectat ad utilitatem Reipublicæ, eum qui vice Præſidis provinciam adminiſtrat, potuiſſe cognoſcere, in dubium non venit. Sane ſi in aliquo captum eſt jus Reipublicæ: juxta ſcita divorum Principum, defenſores Reipublicæ ſi modo adeſſe fiduciam negotio putant, reſtitutionis auxilium poſſunt flagitare. Dat. 3. Non. Novemb. SABINO II. & VENUSTO COSS. 241.

De Juriſdictione.

2. Mandata Impp. THEOD. & VALENT. AA. miſſa Antiocho, cæterisque P. P. per referendarium [29]: quæ ſic habent.

Suggerente magnificentia veſtra, docta imperialis æternitas, debere eos qui [30] præceptione principali [31] ſeu veſtræ Sedis amplisſimæ tueri locum Rectorum provinciarum noſcuntur, auctoritatem habere tutores [32] ſeu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere [33] ad alienandas minorum ſimiliumque eis perſonarum ſeu Curialium [34] facultates, & emancipationes quoque legibus [35] celebrare, & omnia, quæ ad juriſdictionem Rectoris provinciæ pertinent, actitare, præcipere dignata eſt pro diſpoſitione veſtræ Celſitudinis præfatas hujusmodi ſollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. Prid. Id. Oct. *Conſtantinop.* HIERIO & ARDABURIO COSS. 427.

TIT. LI.

DE [36] ADSESSORIBUS [37], [ET] DOMESTICIS, ET CANCELLARIIS [38] JUDICUM [39].

Ut conſiliorum participes ſpe præmiorum provocentur, non metu cogantur.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Paulino.

Studiorum [40] labor meretur, ut hi, qui in publicis adminiſtrationibus conſtituti ſociari ſibi conſiliorum [41] participes cupiunt, ſpe præmiorum [42] atque honorificentia ſua provocent eos, quorum prudentiam ſibi putant eſſe neceſſariam, non metu terribili, & necesſitate incongrua libertati. Dat. Prid. Idib. Jul. TIBERIO & MAXIMO [43] COSS. 291.

De ſubſcriptionibus.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Baſſum P. V.

Præſides non [44] per adſeſſores, ſed per ſe [45] ſubſcribant libellis. Quod ſi quis adſeſſori ſubſcriptionem inconſultis nobis permiſerit: mox adſes-

1 *l.* 3. ℑ. *h. t. l.* 5. ſ. *de offic. rector. provinc.* 2 Superſcriptionibus, 3 Conſtantiano *in Cod. Theodoſ. l.* 8. *de infirm. h. q. ſub tyr. &* 4. *de legit. hered.* At Conſtantio *in l.* 5. *de proximis*, unde deſumpta. 4 Græcis ὑπασπισαὶ, *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 1. *c.* 115. officiales qui adſunt cornibus ſecretarii, vide *l.* 2. ℑ. *de prox. ſacr. ſcrinior.* 5 Οἱ τῆς τάξεως πρῶτοι, *Synopſ. Baſil. ibid.* 6 Hi ἀξιωματικοὶ, *Synopſ. Baſil. ibid.* 7 Honorati conſiſtorium Principis ingrediuntur. Porro conſiſtorium ad συνέδριον Principis refertur, ab eo autem dicuntur Conſiſtoriani, *l.* 1. ℑ. *de comitibus conſiſtor.* Conſiſtoriani, id eſt, comites conſiſtorii. 8 Vid. *l.* 2. *ſupr. h. t.* 9 *Triveris, ut C. Theod.* 10 Idem lege Julia repetundarum cautum eſſe refert Cicero. 11 Επειδὰν κατάθοιντο τὴν ζώνην, poſtquam cingulum depoſuerint, *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 1. *ex tit.* 3. adde *Nov.* 8. *cap.* 9. 12 Εν τῇ ἐπαρχίᾳ, *Syn. Baſil. ibid.* id eſt, in provincia. 13 Εν τῷ θέματι, Euſtathius *lib. de temporibus c.* περὶ μηνῶν ἕξ §. ἐὰν ὁ ἄρχων &c. Provinciam igitur θέμα vocat: & ita Zonaras *in Heraclio*, ἐκ τῶν θεμάτων, id eſt, ex Provinciis. Theodor. Hermopolites 6. *c.* 1. εἰς τὰς ἐπαρχίας ἤγουν εἰς τὰ θεμάτια, & alio loco, δικαιοδοσίαν ἔχει ἐν τοῖς θέμασι, inde apud Harmenopulum 1. *tit.* 4. θεματικοὶ κριταὶ καὶ θεματικοὶ ἄρχοντες, verti dicique debuerunt judices provinciales, non pedanei, aut delegati. vid. Cujac. *c.* 88. *de præſcr.* 14 Inſulas, *Hal.* & male: *Inſulas mereri* eſt honorem adipiſci. 15 *Mereri* hic, ut & veteribus non eſt labore vel opera vel merito adquirere, ſed aliquid adeptum eſſe & obtinuiſſe ſimpliciter. 16 Spectabiles qui ſint obſerva. 17 Cujuslibet limitis. 18 Comes divinarum domorum. 19 Quibus pars provinciarum demandata. *l.* 10. *ff. de off. præſ.* 20 Civitates illuſtriores metropoles. vid. *l.* 6. ſ. *de offic. rector. provinc.* 21 *Subint. Eccleſiæ.* Ita judex in his locis ſedem conſtituere jubetur, in quibus oportet omnibus præſto eſſe rectorem, nec diverticula religioſa ſectari. *l.* 4. *C. Th. de officio rectoris provinciæ.* 22 Divina, revocatoria, vel codicillis alterius adminiſtrationis &c. *Hal.* quam lectionem probat Cujac. *Nov* 8. 23 *l.* 10. *ff. de offic. proconſ. l. un. ff. de offic. Præfect. Aug. l.* 2. *ff. ad l. Jul. majeſt. Novell.* 95. *c.* 1. *in fin.* 24 Φεύγων non eſt fugitivus, ſed reus: ſenſus eſt autem, ut præſes, qui finito magiſtratu contra præcepta legum ante dies quinquaginta provincia exceſſerit, reducatur, & in provincia remaneat per ſex menſes provincialium actiones excepturus. 25 De ſex menſibus, vid. Cujac. *c.* 18. *de præſcript.* 26 Librarum decem auri pœna. 27 Hic incidit illa quæſtio de viceregibus noſtri temporis; de qua vide late Felinum *in cap. cum olim. de offic. delegat.* & alioqui Bellonum *l.* 1. *ſupputat. c.* 12. Mod. 28 Vicem præſidis obtinet quis? qui vicem præſidis obtinet, ad tempus ſcil. idque juſſu Principis vel præfecti prætorio. *l.* 2. ℑ. *h. t.* judice vel præſide defuncto: vel quia ad tempus ei provincia commiſſa eſt. Hoc munere nonnunquam fungebantur procuratores Cæſaris, *l.* 1. ℑ. *de pedan. judic. l.* 3. ℑ. *ubi cauſæ fiſcales, l.* 2. ℑ. *de pœn.* Sic Pontius Pilatus procurator Cæſaris erat, in Syria vice præſidis, Cujac. *hic, &* 19. *obſ.* 15. quod a Roberto non probatur, 1. *animad.* 21. *in fin.* probatur vero ab Antonio Mercatore, 1. *Notar.* 21. Cujac. ad *Nov.* 8. putat derogatum huic titul. vetito præſide τοποτηρητὰς, ſeu vicarios in civitatibus (ſe abſente) conſtituere: utpote eo munere ad defenſorem civitatis translato. Paucis ſic ſentio. Eum de quo hic agitur, vicem judicis vel præſidis obtinuiſſe, *ut hic:* vice præſidis provinciæ adminiſtraſſe. *l.* 1. ℑ. *h. t.* locum rectoris provinciarum tuitum, juſſu Principis vel ipſius præſidis. *l.* 2. ℑ. *h. t.* Unde conſtat, huic vicario, defuncto tantum præſide, locum non fuiſſe *l.* 1. ℑ. *h. t.* τοποτηρητῇ, *Nov.* 8. *c.* 4. Videtur autem hic fuiſſe locorum tantum quorundam, non integræ provinciæ defenſor, ut res eo redeat: a Præſidibus mandari potuiſſe integræ provinciæ adminiſtrationem, ſed & juriſdictionem, non tamen ab eo potuiſſe certis locis ac civitatibus defenſores dari, *l.* 1. *ff. de tutor. datis.* Cæterum vicem præſidis obtinens, hic eſt diverſus a vicario, de quo ſ. *tit.* 38. & legato, eove cui mandata eſt a præſide juriſdictio. 29 Referendarius eſt, qui recitat Principi ſupplicum deſideria, & mandata Principis judicibus inſinuat. *Novell.* 10. *in princ. Novell.* 113. *in princ. Novell.* 124. *cap.* 4. *in pr.* Procop. *de bello Perſico:* Ammian. 4. *c.* 41. Formulam Referendariorum vide apud Caſſiodorum, 6. *Variar.* 17. 30 Vicem judicis vel præſidis quis obtinebat, juſſu Principis vel præfecti prætorio. *Goth.* Vide ad hanc legem Bellon. *Supputat. lib.* 1. *cap.* 2. Anſ. 31 *l.* 1. ſ. *de mandatis Princip. l.* 1. §. 4. *ff. de leg.* 3. 32 *l.* 1. *ff. de tutorib. datis.* 33 Imo, eam facultatem mandare præſes poteſt, *l.* 2. *in fin. ff. de offic. ejus, cui mandata.* 34 Hinc & ex verbo, *Decretum* ſ. *h. t.* colligunt, Non valere venditionem prædiorum curialium, niſi fiat cauſa probata apud acta præſidis. vide Cujac. *ad l.* 1. ℑ. *de præd. curial.* poterat etiam fieri apud acta vicarii, de quo hic agitur. 35 Hinc colligunt, Vicarios conſtitui, ut ea, quæ legibus ſpecialiter Præſidibus data ſunt, exæquantur: vid. Cujac. *ad Novell.* 8. 36 *L.* 1. *ff.* 22. *&* 7. *Eclog.* 1. 37 Vide *l.* 14. ℑ. *h. t.* adſeſſores etiam vocantur 1. *C. Theod.* 11. 38 Vid. *l.* 3. *l.* 8. ℑ. *h. t.* 39 Omnium judicum, *l.* 6. 11. 12. ℑ. *h. t.* 40 Jurisprudentia requiritur in adſeſſore, *ut hic, & l.* 1. ℑ. *h. t. Novell.* 82. *in pr. verſ. Non enim.* At non in eo, cui adſidetur: ideoque adſeſſori imputatur imprudentia, non magiſtratui. *l.* 2. *ff. quod quisque juris.* 41 Ii ſunt jurisprudentes ἀρχόντων σύμπονοι, 7. *Eclog.* 1. *cap.* 1. βοηθοί. Macarius *Homil.* 15. conſiliarii, *l.* 3. 7. 11. 12. 13. ℑ. *h. t.* adſenſores. *C. Theod. h. t.* ubi quidam legunt *adſertores*. Ut differant a judicibus, vide *l.* 2. *&* 13. ℑ. *h. t.* 42 Alexander Severus adſeſſoribus ſalaria inſtituit: ſæpe dicens, ad rempublicam eſſe promovendos, qui per ſe rempublicam gerere poſſent, non per adſeſſores, Spartian. *in Alexand. Sever.* 43 Al. *Tiberiano & Dione.* 44 Adſeſſores non ſunt judices, nec enim poſſunt libellis ſubſcribere. *Nov.* 60. *cap.* 2. 45 Non per adſeſſorem. An cum adſeſ-

ſor, qui ſubſcripſit, exilio puniatur: Præſidis vero nomen ad nos referri jubemus, ut in eum ſeverius vindicetur. Dat. 15. Kal. Septemb. CONSTANTINO A. VIII. & CONSTANTINO C. IV. COSS. 329.

Ut conſiliarii, & cancellarii & domeſtici poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in provincia reſideant.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P.P.

CONſiliarios judicum, & Cancellarios, & eos qui domeſticorum [1] funguntur officio, poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta [2] dies in provinciis reſidere præcipimus. Pro confeſſo autem tenebitur, qui accuſatus hujusmodi perſonam ſubtraxerit [3]: Eaque in quadruplum reſtitui [3] jubemus, quæ docebuntur ablata: ut duplum ſpoliatus accipiat, & [4] duplum noſter fiſcus adquirat. Dat. 6. Kalend. Jan. *Mediolani.* THEODOSIO & RUMORIDIO COSS. 403.

De domeſtico judicis a publicis actibus arcendo.

4. Iidem & THEOD. AAA. ad Cæcilianum Vicarium.

DOmeſticus [5] Judicis a publicis actibus arceatur. Quod ſi neceſſitatibus publicis ſeſe convictus fuerit miſcuiſſe; ſtatim eum ad majoris poteſtatis examen deduci oportet, ut competens in eum vindicta promatur. Dat. 6. Idib. April. HONOR. A. VI. & ARISTENETO COSS. 404.

De miniſteriis non iterandis.

5. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Seleuco P.P.

NEmo in provinciis, qui ſemel domeſtici vel cancellarii [6] miniſterium geſſerit, ad [7] eandem obſervationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. 3. Id. Decembr. *Raven.* AA. X. & VI. COSS. 415.

6. Iidem AA. Vitaliano Duci Libyæ.

NEmo de Domeſticis [8] Ducum vel Comitum militarium, officiis eorum connumeratus, poſt completum ſui temporis actum ad [9] eandem rurſum ſollicitudinem audeat adſpirare; decem librarum auri condemnatione propoſita, ſi quis hanc violare voluerit ſanctionem, eadem pœna officio quoque ejus coërcendo, ſi per ambitionem, vel avaritiam ex his aliquid temerarie conſenſerit. Dat. 8. Kal. Novembr. HONORIO A. XI. & CONSTANTIO II. COSS. 417.

De peculio quaſi caſtrenſi.

7. Iidem AA. Euſtachio P.P.

VElut [10] caſtrenſe peculium filiifam. adſeſſores etiam poſt patris obitum vindicent, qui conſiliis propriis adminiſtratores juvare conſueverunt, ſi quid licitis honeſtiſque lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. *Conſtantinop.* HONOR. XIII. & THEOD. X. AA. Coſſ. 422.

De electione & accuſatione domeſticorum, vel cancellariorum, & de quæſtionibus.

8. Iidem AA. Aſclepiodoto P.P.

NUllus [11] judicum ad provinciam ſibi commiſſam quemquam ſecum ducere audeat, cui domeſtici, vel cancellarii [12] nomen imponat: nec profectum ad ſe undecumque ſuſcipiat, ne famæ nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim Primatum Officii cancellarios ſub fide geſtorum ex eodem officio electos judicibus applicari jubemus: ita ut poſt depoſitam adminiſtrationem, nec militiam deferant, & provincialibus præſentiam ſui exhibeant, quo volentibus ſit accuſandi eos facultas. Si enim idonea cauſa exegerit: ad detegenda judicis flagitia, & quæſtioni eos ſubdi oportet. Dat. Prid. Kal. Jul. ASCLEPIODOTO & MARINIANO COSS. 423.

De domeſticis exhibendis.

9. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Taurum [13].

SI poſt depoſitam adminiſtrationem judicum, præſentiam, vel exhibitionem domeſticorum [14], querimonia provincialium aut curialium, vel aliqua publica neceſſitas poſtulaverit: per eosdem adminiſtratores, quorum domeſtici fuerunt, judicio legibusque tradantur. Dat. 5. Non. Jul. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. XIV. & MAXIMO COSS. 433.

De eo, qui ultra quatuor menſes aſſedit in ſua provincia.

10. Iidem AA. Florentio P.P.

IN [15] conſiliariis obſervari cenſemus, ut in eum, qui in ſua provincia ultra [16] quatuor menſes moderatoribus adſederit adverſus leges antiquas, & divorum retro [17] Principum ſcita, proſcriptio bonorum & accuſatio publici [18] criminis immineat, niſi per cœleſte oraculum, vel ampliſſimæ tuæ ſedis præceptionem ſeſe defendat. Dat. 13. Kalend. Februar. THEODOS. XVII. & FESTO COSS. 439.

De onere indictionis.

11. Iidem AA. Zoilo P.P. Orientis.

NOn minus adſeſſoribus Majorum Magiſtratuum, quam ipſis judicibus noſtræ benevolentiæ liberalitas tribuenda eſt. Ideoque conſiliarios virorum illuſtrium Præfectorum tam prætoriorum, quam hujus inclytæ urbis, eminentiſſimorumque magiſtrorum militum, nec non etiam viri illuſtris Magiſtri officiorum, ſive prædicto officio jam functi ſunt, ſeu fungentur in poſterum, poſt depoſitum etiam officium ab [19] omni indictionis onere ſeu civilium ſeu militarium judicum prorſus immunes eſſe præcipimus: ut nec ab Ampliſſima quidem Sede tui culminis eis ulla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet gravamine penitus injungatur: quinquaginta librarum auri Officio tui culminis condemnatione multando, ſi quid adverſus ſtatuta Clementiæ noſtræ innovari conceſſerit. Datum 5. Kalend. Mart. THEODOSIO A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

De iisdem conſiliariis ſæpius adjungendis.

12. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P.P.

LIceat omnibus judicibus illuſtri præditis poteſtate, conſiliarios ſibi eosdem ſecundo, ac tertio, & ſæpius adjungere: quia qui ſemel [20] recte cognitus eſt, non debet ob hoc ſolum, quod jam probatus eſt, improbari. Dat. VAL. A. ***.

De jure dicendo.

13. [21].

NUnquam [22] ſine [23] judicibus conſiliarii, eorum nomina ponentes, jus dicant.

Ne quis eodem tempore advocatus & adſeſſor ſit: neve duorum magiſtratuum adſeſſor ſit. 2. *Sanctio.*

14. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P.P.

NEmo [24] ex his, qui advocati cauſarum conſtituti ſunt, vel fuerint etiam in hac Regia Urbe, in quocunque judicio deputati, & in aliis omnibus provinciis noſtro ſubjectis imperio, audeat in uno [25] eodemque tempore tam advocatione uti, quam conſiliarii cujuſcunque Magiſtratus, quibus respub. gerenda committitur, curam arripere: cum ſatis abundeque ſufficiat, vel per advocationem cauſis perfectiſſime patrocinari, vel adſeſſoris officio fungi: ne, cum ad utrumque feſtinat, neutrum bene peragat [26]: ſed ſive advocatus eſſe maluerit, hoc cum debita ſolertia implere poſſit: vel, ſi adſeſſionem elegerit, in ea videlicet permaneat: Ita tamen, ut poſt conſiliarii ſolicitudinem depoſitam, liceat ei ad munus advocationis reverti.

§. 1. Nec ſit conceſſum cuiquam duobus Magiſtratibus adſidere, & utriusque judicii curam peragere, (neque enim facile credendum eſt etiam duabus [27] neceſſariis rebus unum ſufficere: nam cum uni judicio adfuerit, alteri abſtrahi neceſſe eſt: ſicque nulli eorum idoneum in totum inveniri) ſed altera adſesſione penitus ſemota, unius Magiſtratus eſſe contentum judicio.

§. 2. Nec callidis machinationibus, hujusmodi legem putet quis eſſe circumſcribendam, etſi non conſiliarii ſignum [28], quod ſolitum eſt, chartis imponat, ſed alias quasdam literas excogitatas adſimulaverit, exiſtimans ei licere fungi quidem memorato officio, ſub hujusmodi tamen umbra latere: cum in legem committant [&] hi qui vigorem ejus ſcrupuloſis, & excogitatis artibus eludere feſtinant. Neque ſibi blandiri quemquam oportet, quod præſentis [etiam] legis aculeos poſſit evadere, quemadmodum & anteriores leges ſuper hac re poſitas deludebat: ſi quis etenim in tali commiſſo fuerit inventus, ſciat ſe de matriculis [29] advocatorum penitus eſſe delendum, & decem [30] librarum auri multam noſtris privatis largitionibus illaturum per virum illuſtrem comitem rerum privatarum exigendam, & aliam majorem Regalis Culminis ſubiturum offenſam: cum nec ipſe judex, qui hoc fieri paſſus eſt, & ſciens prudensque hoc commiſerit, ſine imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidem ſubjiciendo etiam eo, vel eis, qui in his cauſis, quarum patrocinium adepti ſunt, quibusque advocationem ſuam præſtiterunt, adſesſiones cujuſcunque magiſtratus colore audeat, vel audeant vindicare, ne affectionis ſuæ [vel] advocationis memor incorrupti judicis non poſſit nomen perferre. Dat. 5. Kalend. Octob. *Chalcedone,* DECIO V.C. CONS. 529.

TIT. LII.

DE ANNONIS [31] ET CAPITATIONE [32] ADMINISTRANTIUM, ET EORUM ADSESSORUM, ALIORUMVE PUBLICAS SOLLICITUDINES GERENTIUM, VEL EORUM QUI ALIQUAS CONSECUTI SUNT DIGNITATES.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P.

OMnibus [33] tam viris ſpectabilibus, quam viris clariſſimis judicibus, qui per provincias ſive militarem ſive civilem adminiſtrationem gerunt, necnon comiti [34] commerciorum, magiſtro æris, ſive privatæ rei rationali per Ponticam atque Aſianam diœceſim, item & adſeſſoribus judicum ſingulorum in præbendis ſolatiis annonarum hic fixus ac ſtabilis ſervabitur modus, ut ea pro annonis & capite dignitati ſuæ debitis pretia conſequan-

ſore poteſt? *l.* 13. J. *h.t.* 1 Nota qui ſint domeſtici judicum. De domeſtico, adde *l.* 4. 5. 6. 8. J. *h.t.* adde *l.* 1. J. *ad l. Jul. repet.* 2 *l. un. ſupr. ut omnes judices.* 3 *l.* 1. J. *ad leg. Jul. repet.* ceterum τρίτ☉ hic eſt: dixi ad *l.* 3. *C. Th. ad l. Jul. repet.* 4 Senſus eſt: Quadruplum hic dividitur inter fiſcum & ſpoliatum. 5 Vid. *l.* 3. *ſupr. h.t.* 6 Vid. *l.* 8. J. *h.t.* 7 Vid. *l.* 6. J. *h.t.* 8 Vid. *l.* 3. *ſupr. h.t.* 9 *l.* 5. S. *h.t. l. un.* J. *ad l. Jul. de ambitu. l.* 1. *in fin.* J. *de caſtrenſianis, l.* 18. *ff. ad municip. l.* 14. *in fin. ff. de munerib. & honor.* 10 Quod ex lucro legitimo adſeſſionis filius famil. adquiſivit, caſtrenſis peculii privilegiis donatur, 2. *C. Th. h.t. l.* 4. J. *de advocat. diverſ. judicior. l.* 1. §. 16. *ff. de collat.* §. *ult. Inſt. de milit. teſt.* 11 *l.* 2. *C. Th. h.t.* 12 *l.* 3. *l.* 5. S. *h.t. l.* 2. §. 18. S. *de off. præf. Afr. Novell.* 16. *c.* 1. Cancellarii a ſecretis judicum dabant operam ſcribendis & expediendis epiſtolis, juſſionibus, edictis, relationibus, reſponſis, & ſententiis in loco quodam ut conſiſtorio proximo, reticulis ſive cancellis clauſo, ut fit etiam hodie in Curiis. Per eosdem fiebat ad judices admiſſio: dictos ait Agathias lib. 1. ἐκ τῶν κιγκλιδῶν. videntur etiam vocari viri epiſtolares, *l.* 5. §. 2. J. *de temp. & repar. appell.* Cæterum hoc erant judicibus, quod Principibus tribuni & notarii. 13 P.P. 14 Vide *l.* 3. S. *h.t.* 15 Vid. Briſſon. 1. *ſelect.* 12. 16 Adſidere præſidi nemo in ſua provincia poteſt ultra menſes quatuor, ut hic, quod ideo conſtitutum, ut ne quid gratioſe, vel per calumniam in ſuos admittat, *l.* 37. *l.* 38. *ff. ex quib. cauſ. major.* De quatuor menſibus, vid. Cujac. *c.* 16. *de præſcript.* 17 Marci Antonini & Commodi autorum hujus legis, teſte *Zonara:* vel Peſcennini Nigri, teſte *Spart.* 18 Vid. *l. ult.* J. *de crimine ſacrilegii.* 19 Immunitas eorum, qui adſident majoribus magiſtratibus. 20 Semel bene probata non ſunt improbanda. 21 Hæc lex ſumpta eſt ex 7. *Synopſeos Baſilicon* 1. *cap.* 1. 22 Leunclavii interpretatio. 23 Poſſunt ergo cum judicibus, vid. *l.* 2. S. *Novell.* 60. *c.* 2. 24 Adſeſſor pariter eſſe, & advocati munere fungi nemo poteſt, ut nec duobus magiſtratibus eodem tempore operam ſuam præſtare, id ſi quis fecerit ab advocatorum ordine ſubmovebitur, auri decem libras ut hic (apud autorem Synopſeos *d. l. c.* 2. legitur, una auri libra) largitionibus inferet, indignationem Principis ſubiturus. 25 *l.* 5. *ff. h.t.* 26 Plerumque enim, qui duos ſectatur lepores, neutrum capit, & nemo poteſt duobus dominis ſimul apte inſervire *c. diverſis fallaciis. de cler. & cenſ. c. presbyt,* 16. *q.* 1. Baldus *ad l. fin. ff. comm. de leg.* Mod. 27 *Hujus leg. in princ. l.* 9. *verſ. Nec non ff. de pact.* 28 Adſeſſores chartis judicialibus ſigna ſua imponebant, & quidem conſueta. Verum ut fraudem huic legi facerent, quæ vetat quemquam ſimul fungi adſeſſoris, & advocati officio, ſignum aliquod novum chartis judicialibus adſcribebant, ut ipſi actis viderentur non interfuiſſe. 29 Ἐκβαλλέσθω τῶν συνηγόρων. 30 Καὶ λίτρας μιᾶς, *Synopſ. Baſil.* 7. *tit.* 1. *cap.* 1.

31 Annonæ ſunt, quibus vitam noſtram toleramus. 32 Et capitu. *Hal. l.* 1. §. 8. B. *de offic. præf. præt. Afr.* capita ſunt pabula equorum & jumentorum. Heſych. καπητὸν παράβλημα ἀλόγων. pabula jumentorum, quæ vulgo dictitant capita, Ammian. 22. ad equos capitum definitum. Caſſiod. 7. τὰ πεντήκοντα κάπητα *Edict. Juſt.* 13. *c.* 3. 33 Ad legis hujus limitationem vide Socinum *Reg.* 278. & Jaſ. *ad l. principalibus. ff. ſi cert. pet.* Mod. 34 Comiti commerciorum curæ fuit, ne commercia illicita exercerentur. Eidem ſoli a Barbaris comparandi ſerici in uſum Principis jus poteſtasque fuit: & ſine eo cum barbaris ultra

tur,

tur, quæ particularibus delegationibus [1] ſolent contineri. Dat. 3. Kal. Jun. *Conſtantinop.* THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. LIII.

DE [2] CONTRACTIBUS JUDICUM [3] VEL EORUM QUI SUNT CIRCA EOS [4], ET INHIBENDIS DONATIONIBUS IN EOS FACIENDIS: ET NE ADMINISTRATIONIS TEMPORE PROPRIAS ÆDES ÆDIFICENT [SINE SANCTIONE PRAGMATICA].

Prætores & provinciarum rectores non poſſunt per ſe vel per alios contrahere in loco ſibi commiſſo, niſi pro neceſſitate victus & veſtitus. Salic.

1. Imp. JUSTIN. A. Mennæ P. P.

QUicunque [5] adminiſtrationem in [6] hac florentiſſima urbe gerunt, emere [7] quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere non aliter poſſunt, niſi [8] ſpecialem noſtri numinis hoc eis permittentem divinam reſcriptionem meruerint. §. 1. Donationes [9] vero omnimodo recuſent: ſcientes non eſſe validas eas, in quibuscunque rebus, & quacunque æſtimatione, niſi poſt adminiſtrationem depoſitam, vel ſpecialiter in ſcriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale præterierit, in quo nulla querela ſuper iisdem donationibus, vel ab ipſo donato, vel ab ejus ſucceſſoribus facta ſit. §. 2. Provincias [10] vero moderantibus, non ſolum donationes, ſed [11] etiam emptiones quarumcumque mobilium vel immobilium rerum (præter eas, quæ ad alimoniam vel veſtes pertinent) & ædificationes, licet [12] ſacri apices aliquid eorum permiſerint, penitus interdicimus. Nec ratum ſit, quod his donatione, vel venditione datum eſt, licet [13] quinquennale tempus poſt depoſitam adminiſtrationem exceſſerit, vel [14] conſenſus donatoris, vel venditoris poſt eandem adminiſtrationem adjectus ſit. §. 3. Hæc [15] autem etiam ad domeſticos [16] & conſiliarios [17] eorum trahi neceſſarium duximus: illud etiam adjicientes, ut nec per [18] interpoſitam perſonam aliquid eorum ſine periculo poſſit perpetrari.

§. 4. [Quæ etiam ad præterita [19] negotia referri ſancimus, niſi [20] tranſactionibus, vel judicationibus ſopita ſint]. Dat. 5. Idib. Decembr. *Conſtantinop.* D. N. JUSTINIANO A. II. COS. *

TIT. LIV.

DE [21] MODO [22] MULTARUM, QUÆ A JUDICIBUS [23] INFLIGUNTUR.

De fama.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Firmo.

MUlta damnum famæ [24] non irrogat. Dat. 5. Idus Aprilis, ANTONINO A. & GETA utrisque II. COSS. 206.

De procuratore Cæſaris vel rationali.

2. Imp. ALEXAND. A. Decimio P. P.

PRocuratores meos, vel [25] rationales, multæ indicendæ jus non habere [26] ſæpe reſcriptum eſt. Dat. 14. Kal. Septemb. MODESTO & PROBO COSS. 229.

De curatore reipublicæ.

3. Imp. GORD. A. Celeri P. P.

CUrator [27] Reipublicæ (qui Græco vocabulo logiſta [28] nuncupatur) multandi jus non habet. Dat. Id. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA COSS. 240.

De præfectis prætorio.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutrop. P. P.

ILluſtres viros præfectos prætoriis usque ad quinquaginta [29] librarum auri multam, cum peccatum graviſſimum erit, pervenire ſinimus. Dat. 8. Id. Jan. GRATIANO V. & THEODOS. AA. COSS. 380.

Cui quæritur multa.

5. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Prætextatum P. P.

MUltarum ſevera compendia ærario noſtro protinus eſſe quærenda nullus ignoret: niſi [30] ipſe judex id, quod ad pœnam admiſſi facinoris exſculpitur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis ſpecialiter deputaverit. Dat. 5. Idib. Septembr. *Aquileiæ*, RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

De modo multarum.

6. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P. P.

EOs qui ordinario [31] provincias jure moderantur, erga eorum perſonas, quos culpa reddit obnoxios, ultra [32] duarum unciarum auri ſummam condemnare non patimur [33]. §. 1. Proconſularem vero poteſtatem, ſi multandi neceſſitas imminebit, ſenarum unciarum auri ſumma cohibebit: in qua [34] forma etiam Comes orientis, atque præfectus Auguſtalis erit.

§. 2. Cæteri vero ſpectabiles judices, & qui vice [35] noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperint, ultra tres auri uncias ſibi intelligant licentiam denegatam. §. 3. Id quoque obſervandum a moderatore eſſe cenſemus, ut in unius correptione perſonæ (ſi ad id continuatio peccati impulerit) trinæ [36] tantummodo in anno [37] condemnationis ſub præſtituta ſumma ſeveritas exerceatur. §. 4. Quod ſi quis prædictum modum [38] exceſſerit, hujus auctor admiſſi condemnato [39] ad dupli reſtitutionem: fiſco vero noſtro ad inferendam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixerit, tenebitur.

§. 5. Nec [40] tamen ad hujus legis moderationem pertinere ſe credant, qui in peculatibus aut manubiis, id eſt, deprædationibus aut concuſſionibus, furtis, aliisque flagitiis, quæ coërceri ſeverius convenit, fuerint deprehenſi: ſcilicet ut ſcripta [41] per judices memoratos, in cujuslibet fuerit dirigenda diſpendium, ſententia proferatur. §. 6. Nec putent factu facile eſſe [42], ut aut præcipiti perſuaſione condemnent, quem culpa non ingravet, aut erubeſcenda [43] varietate judicii pro arbitrio proprio immutandum eſſe, quod juſſerint: niſi [44] paupertas condemnati hoc perſuaſerit. Dat. 12. Kal. Septemb. THEOD. A. II. & CYNEGIO COSS. 388.

TIT. LV.

DE [45] DEFENSORIBUS [46] CIVITATUM [47].

De quibus cauſis defenſores cognoſcunt.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. Senecæ Defenſori.

SI quis de tenuioribus [48], ac minuſculariis [49] rebus interpellandum te eſſe crediderit, in minoribus cauſis, id eſt, usque ad quinquaginta [50] ſolidorum ſummam, acta judicialia conficiat: ſcilicet, ut, ſi quando quis vel debitum juſtum, vel ſervum, qui per fugam fuerat [51] elapſus, vel quod ultra delegationem dederat, poſtulaverit, vel quodlibet hujusmodi tua diſceptatione reſtituas. Cæteras vero, quæ dignæ forenſi magnitudine videbuntur, Ordinario inſinuato Rectori. Dat. 15. Kal. Jan. *Terici* [52], VALENTINIANO & VALENTE AA. COSS. 365.

Ex quibus eligendi defenſores.

2. Iidem AA. ad Probum P. P.

DEfenſores civitatum, non ex decurionum ſeu cohortalium [53] corpore, ſed ex aliis idoneis [54] perſonis huic officio deputentur. Dat. 3. Non. Novemb. iisdem CONSS. 365.

De ruſticis.

3. Iidem & GRATIANUS AAA. ad Senatum.

fines conſtitutos negotiari non licuit. *l.* 2. *J. quæ res venire non poſſunt.* 1 Delegationes quæ & delegatoriæ, Notitiæ ſunt quæ ſingulis adminiſtratoribus & officiis delegantur: quibus annonæ eis debitæ taxantur, & capita, & pretia eorum: quæ ſumunt vel ex tributis, vel ex publicis horreis. Sunt & aliæ delegationes his contrariæ, quarum meminit *l.* 1. 2. *J. de indictionibus, & Novell.* 128. *cap.* 3.

2 Vid. *ad hunc tit.* Cujac. 16. *obſerv.* 13. Cæterum hic titulus non ſervatur in Gallia, ſed nec apud eas gentes, apud quas perpetui magiſtratus ſunt. Guid. Pap. *dec.* 195. Quin Leo *Nov.* 84. permittit urbanis judicibus negotiari, ædificare & munera capere: vetantur tamen ab eo præſides, *Nov.* 23. in provinciis domeſtica ſponſalia contrahere. 3 Et urbanorum & provincialium. 4 Vid. *l.* 1. §. 3. *J. h. t. l.* 33. *ff. de reb. cred.* 5 *Synopſ. Baſil.* 9. *tit.* 1. *ex tit.* 3. *&* 19. *tit.* 1. *& lib.* 10. *tit.* 2. *c.* 33. *l.* 11. *J. de his, quæ vi metusque cauſa.* 3. Harm. 3. §. 11. 6 6. *Eclog.* 5. *fol.* 45. 7 Vide Cujac. 16. *obſ.* 13. 8 Melior eſt urbanorum in eo conditio, quam provincialium, §. 2. *J. h. t.* Quid ſi paterna eorum bona a fiſco diſtrahantur? utique emere poſſunt, *l.* 62. *in pr. ff. de contr. empt.* 9 Etiam ex teſtamento, extranei tamen, ut ex Theophilo refert Anaſtaſius Bibliothecarius, vid. Cujac. *hoc tit.* 10 *l.* 46. *ff. de contr. empt. l.* 8. *ff. ad leg. Jul. repet. l.* 46. §. 2. *ff. de jure fiſci.* Goth. Adde *l.* 16. *C. ſi certum petatur, l.* 33. *ff. de reb. cred. & ibi Gloſſ.* & Zaſ. *l.* 62. *ff. de contrah. empt.* Anſ. 11 *d. l.* 8. §. 1. 12 In eos durius agitur cum provincialibus, quam cum urbanis, §. 1. *S. h. t.* & merito. Major eſt enim in provinciis graſſandi copia. 13 Abrogatur, *l.* 5. *C. Theod. de his, qui adminiſt. vel off. publ.* 14 Cur ita? collige *ex l.* 29. *D. de reg. jur.* 15 An quæ dicuntur initio hujus legis, an quod §. 2. *S. h. t.* continetur? 16 Sunt enim judicibus ſuppoſitæ perſonæ, *l.* 3. *J. ſi certum, l. un. J. ſi rector. provinc.* 17 Quos Græci συμπόνυς, παρέδρυς, συνέδρυς, συγκαθέδρυς, συμβόλυς, Latini conſiliatores, Lactant. 2. Plin. 4. *epiſt.* conſiliantes, *l.* 12. *C. Theod. de legat.* participes, *l. un. J. ſi rector. provinc.* conſiliares, *l.* 5. *ff. de off. adſeſſ.* adde Cujac. *Nov.* 119. *cap.* 5. 18 *l.* 13. *J. de re milit. l.* 3. *J. de reb. cred.* 19 Leges trahuntur etiam ad præterita, ſi hoc nominatim ſit expreſſum. *l.* 7. *S. de legibus. l. ult. J. de pact. pignor. Nov.* 113. *cap.* 2. *Nov.* 66. *cap.* 1. *Nov.* 115. *cap.* 1. 20 *l.* 22. §. 1. *S. de ſacr. Eccleſ.* adde *Novell.* 115. *cap.* 1. *in fin.*

21 Περὶ προστίμων &c. 43. *Eclog.* 7. 22 Nec enim licet in infinitum, *l. ult. J. h. t. l.* 5. *J. quando provoc. non eſt.* 23 De quibus ſuperioribus titulis dictum eſt, exceptis procuratore Cæſaris, & curatore Reip. *l.* 2. *l.* 3. *J. h. t.* & defenſore plebis, *l.* 5. *J. tit. prox.* dixi plenius ea de re, & ad quos pertineat jus multæ dicendæ in *l.* 131. *ff. de verb. ſign.* adde *l.* 2. *in fin. ff. de judic.* 24 Multa damnum pecuniæ irrogat, non famæ, ut differat a pœna. vid. *l.* 131. §. 1. *ff. de verb. ſign.* 25 Meos id eſt, rationales: quidam ita legunt. 26 Cur ita? vid. *l.* 2. *in fin. ff. de judic.* 27 De quo *l. ult. ff. de off. adſeſſ. l.* 37. *ff. de pact.* adde *l.* 46. §. 1. *ff. de adminiſt. & pericul. tutor.* 28 Curator Reipublicæ, id eſt, cenſor rerum ad civitatem pertinentium. Idem κρατὴς δοκιμασῆς: prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat. *l.* 46. *ff. de damno infect. l.* 3. §. 4. *l.* 5. §. 10. *ff. quod vi aut clam. l.* 2. *l.* 3. *ff. de adminiſt. rer.* cauſas reipublicæ agit, ex decurionibus legebatur. Idem pater civitatis appellabatur, *l. ult. circa fin. J. publicæ lætitiæ.* vid. Cujac. *ad l.* 3. *C. de his, qui ſponte munera:* curator operum, curator civitatis, ἀςυνόμος. vid. Cujac. 12. *obſ.* 30. *in fin.* curator emendi frumenti. *l.* 21. *in pr. ff. ad municipal. l. ult.* §. 5. *ff. de muner. & honor. l. ult.* §. 6. *ff. de adminiſtr. rer.* ut crearetur. vid. *l. ult. J. ut nemini liceat in coëmpt.* collectæ tributorum pecuniæ ad eum deferebantur. *l. ult. in fin. C. publicæ lætitiæ, Novell.* 128. *cap.* 16. Briſſonius tamen 3. *ſelect.* 18. hæc de procuratore Cæſaris accipit.
29 43. *Eclog.* 7. *c.* 3. Ea ſuprema multa eſt præfecto prætorio conceſſa. Caſſiodorus 6. *variar.* 3. magna quantitate multas errantes. 30 44. *Eclog.* 7. *cap.* 3. omnis multa plerumque accedit fiſco: poteſt tamen a judice ſpecialiter deputari publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis, *ut hic. & l.* 2. *in fin. J. de aleat.* vel pauperibus, *l.* 2. *S. de Epiſcop. aud. l.* 20. *C. Theod. quorum appell. non recip.* Caſſiod. 8. quod & Parlamenta Galliæ ſæpius uſurpant. 31 Præſides intelligit: & eos quidem qui ſunt in actu, ἐμπρακτὰς Græci, *Eclog. d. l.* adde *l.* 33. *in pr. S. de Epiſcop. aud. l.* 2. *J. de prox. ſacr. ſcrin. Novell.* 20. *c.* 3. 31. 103. *&* 112. *c.* 2. §. 1. *c.* 2. *pr. verſ. Jubemus*, quaſi infimi ordinis. Sic ordinarii milites, gregales & manipularii, ἐμβαθμοὶ etiam dicuntur. vid. Cujac. *ad l.* 4. *J. de annonis & tribut. & ad tit. de off. rector. provinc. S. h. t.* 32 Judex multam hic definitam excedere non poteſt. vid. Socin. *reg.* 48. 33 Hodie tamen de conſuetudine judices excedunt modum hac lege contentum; vide Jaſonem *in l.* 1. §. *quod prætor. in fin. ff. ne quis eum.* & cæt. Socinum *in Regul.* 305. Rainaldum Corſum *lib.* 1. *Indag. cap.* 7. Ægidium Boſſium denique *in ſuis tract. tit. de mulctis.* Mod. 34 *Eclog. d. l.* 35 Καὶ οἱ ἐν τάξει τῶν ὑπάρχων ὄντες, *Eclog. d. loc. cap.* 3. id eſt, & qui vicem præfectorum gerunt.
36 *Eclog. dict. loc. cap.* 4. 37 Κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν, id eſt, in eodem anno. *Ecl. ibid.*
38 Multarum judicialium modus certus eſſe debet, *ut hic.* quid in ſtipulationibus & pactis? poſſumusne pœnam infinitam ſtipulari? vid. Cujac. 16. *obſ.* 4. adde *l. pœnam.* 44. *ff. de uſur.* Hæc interea regula notanda eſt, Neminem poſſe pœnam ſtipulari, ultra legitimam uſuræ quantitatem. *l.* 15. *J. de uſur.* 44. *Eclog.* 7. *ex l.* 23. *tit.* 3. *c.* 58. 39 Condemnatæ: quidam ita legunt: Græci rem totam expreſſerunt, τὸ δὲ διπλάσιον ἀναδώσει τῷ προστιθέντι: vel ut ibidem alter legit, προστιμηθέντι, ut ſit ſenſus: Eum qui modum in indicenda multa exceſſerit, teneri duabus pœnis, & ipſi condemnato ad dupli reſtitutionem, & fiſco ad parem multam quam indixit. 40 *l.* 1. *J. de ſentent. ex periculo.* 41 Sibi ſcil. Nam ſuperior judex pœnam poteſt remittere. 42 Senſus eſt, modum multarum, de quo hoc titulo agitur, non pertinere ad ſacrilegos, fures & hujusmodi graviorum delictorum reos. 43. *Eclog.* 7. *cap.* 4. Hos enim gravius multari poſſe. 43 Varietas in judice erubeſcenda. vid. *l.* 14. *ff. de re judic. l.* 15. *inf. de pœn.* 44 Judex contrario judicio multam moderari, & remittere poteſt: non paſſim vel abſciſſe: ſed juſta de cauſa: verbi gratia propter inopiam rei, *l.* 6. *in fin. ff. de off. præſid.* Plin. 4. *epiſt.* Prætor Senatori multam dixit, egit ille in Senatu cauſam ſuam ſic, ut deprecaretur: remiſſa eſt multa. Interdum pœna pecuniaria mutatur in corporalem, *l.* 4. *verſ. quod ſi. inf. de ſervis fugit. l.* 1. *in fin. ff. de pœn.* 2. *Feud.* 55. §. *qui vero.*
45 Extat *tit.* 1. *C. Theod.* 10. 46 1. *C. Theod.* 10. *Novell.* 15. περὶ τῶν ἐκδίκων.
47 Defenſores. Hi defenſores erant civitatum ſingularum: ſimiles erant tribunis plebis urbis Romæ. Iidem locorum defenſores, *l.* 3. *J. h. t.* parentes plebis, *l.* 4. defenſores plebis, *l. un. in fin. J. de off. juridici.* defenſores diſciplinæ, *l.* 6. *J. h. t.* vid. *l.* 4. 5. *J. h. t.* adde Alciat. 3. *diſput.* 3.
48 Majores enim remittuntur ad Præſidem, *l.* 7. *J. h. t.* 49 Munuſculariis, *Hal.*
50 Paupertatis hæc ſumma definitur, *l.* 10. *ff. de accuſ. & inſcript.* Hodie eſt trecentorum, ex Novella 15. *cap.* 3. §. 2. 51 *l.* 5. *J. de ſerv. fugit.* 52 Treviri. 53 Id eſt, ex plebe. 54 Quin ne quidem illuſtres & milites hoc munus declinare poſſunt:

UTili ratione perſpectum eſt, ut innocens [1], & quieta ruſticitas peculiaris patrocinii, id eſt, defenſoris locorum beneficio perfruatur, & apud eum in pecuniariis cauſis litigandi habeat facultatem. Dat. 4. Id. Auguſt. *Hierapoli*, VALENTINIANO & VALENTE AA. utriſque II. [2] COSS. 368.

De officio defenſorum.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Theodoro defenſori.

IN defenſoribus [3] univerſarum provinciarum erit adminiſtrationis hæc forma [4], & tempus quinquennii [5] ſpatii metiendum: ſcilicet ut in primis parentis vicem plebi exhibeas: deſcriptionibus ruſticos urbanosque non patiaris adfligi: officialium inſolentiæ, & Judicum procacitati (ſalva reverentia pudoris) occurras: ingrediendi, cum voles, ad Judicem liberam habeas facultatem: ſuperexigendi damna, vel ſpolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquam ultra delegationem ſolitam ab his exigi, quos certum eſt, niſi tali remedio, non poſſe reparari. Dat. 11. Non. [6] Jan. *Conſtantinop.* ARCADIO & BAUTONE CONSS. 385.

5. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Potamio præfecto Auguſtali.

DEfenſores [7] nihil ſibi inſolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis [8] ſui tantum fungantur officio. Nullas infligant multas: Sæviores non exerceant quæſtiones [9]: Plebem vel decuriones ab omni improborum inſolentia, & temeritate tueantur: ut id tantum, quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant. Dat. 3. Non. Mart. *Conſtantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO COSS. 392.

6. Iidem AAA. Tatiano P. P.

PEr [10] omnes regiones, in quibus fera & periculi ſui neſcia [11] latronum fervet inſania, probatiſſimi quique & diſtrictiſſimi defenſores adſint diſciplinæ, & quotidianis actibus præſint, qui non ſinant crimina impunita [12] coaleſcere [13]: removeant [14] patrocinia, quæ favorem reis, & auxilium ſceleroſis impartiendo, maturari ſcelera fecerunt. Dat. 5. [15] Id. April. ARCADIO A. II. & RUFINO COSS. 392.

7. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæciliano P. P.

DEfenſores [16] civitatum oblatos ſibi reos in ipſo latrocinio [17], vel congreſſu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut ſtupro, vel raptu, vel adulterio deprehenſos & actis [18] publicis ſibi traditos, expreſſo crimine cum his, a quibus fuerint accuſati, mox ſub idonea perſecutione [19] ad Judicium dirigant. Dat. Prid. Kalend. Januar. *Mediolani*, STILICONE II. & ANTHEMIO CONSS. 405.

De ordinatione. 1. *De eo, quod fit in læſionem poſſeſſorum.*

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæcilio [20] P. P.

DEfenſores ita præcipimus ordinari, ut ſacris [21] orthodoxæ religionis imbuti myſteriis, reverendiſſimorum Epiſcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium [22] decreto conſtituantur: de quorum ordinatione referendum eſt ad illuſtriſſimam Prætorianam poteſtatem: ut literis [23] ejuſdem magnificæ ſedis eorum ſolidetur auctoritas.

§. 1. Quod ſi quid a qualibet perſona contra publicam diſciplinam in læſionem poſſeſſorum fieri cognoverint defenſores, referendi habeant poteſtatem ad illuſtres, & magnificos viros Præfectos prætoriis, & illuſtres viros Magiſtros equitum & peditum, Magiſtros etiam officiorum, & Comites, tam ſacrarum largitionum, quam rerum privatarum. Dat. 15. [24] Kal. Februar. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

De fraude ſuſceptorum coërcenda. 1. *De actorum confectione injurias ſuas conteſtari cupientibus non deneganda.*

9. Iidem AA. Cæcilio P. P.

JUbemus [25] cura ac ſolertia defenſorum minime poſſeſſores majoribus [26] menſuris [27] & ponderibus a ſuſceptoribus prægravari: ſed eos deprehenſos ad judicium dirigi cum ipſo commiſſæ fraudis indicio [28]. §. 1. Illud etiam fieri permittimus: ut, ſi provincialibus noſtris conteſtari injurias, ſeu læſiones ſuas cupientibus [29], actorum [30] confectio a defenſoribus denegetur, licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum conſcriptum, eo tempore, quo fuerat conteſtandum in frequentioribus [31] civitatum locis proponendi [32], conveniendique ſcribas, tabularios, & cætera officia publica commonendi, per quæ libellum colligi oportebit, atque invitis ſupra memoratis perſonis, ſub actorum confectione ingerendi, quorum quæſtione fides poſſit inquiri: qua probata, in eos quos geſtorum petitam confectionem negaſſe conſtiterit, vigor judiciarius exeratur [33]. Dat. 11. Kal. Februar. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. COSS. 409.

De abdicatione.

10. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro P. P.

NUlli [34] defenſorum licere decernimus, ſi de publica ſollicitudine ſe voluerit liberare, niſi divinos afflatus intimaverit tuæ Sublimitatis judicio: triginta librarum auri pœnam, tam moderatoribus provinciarum, quam cæteris judicibus, vel temeratoribus ſacri noſtri oraculi, ſubituris, ſi neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. 15. Kalend. Septembr. *Conſtantinop.* CYRO V. C. CONS. 441.

TIT. LVI.

[DE MAGISTRATIBUS MUNICIPALIBUS [35]].

De nominatione & excuſationibus.

1. CONSTANTINUS A. ad Florentium P. P.

DEcuriones [36] ad Magiſtratum, vel actionem annonarum ante [37] tres menſes, vel amplius nominari debent, ut, ſi querimonia eorum juſta videatur, ſine impedimento in abſolvendi locum alius ſubrogetur. Dat. Id. April. *Conſtant.* SEVERO & RUFINO COSS. 323.

De actis conficiendis.

2. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. ad Germanianum.

MAgiſtratus [38] conficiendorum actorum [39] habeant poteſtatem. Dat. 13. Kal. Jan. GRATIANO N. P. & DAGALAIPHO COSS. 366.

TIT. LVII.

DE OFFICIO JURIDICI [40] ALEXANDRIÆ.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Alexandro Duci & Præfect. Auguſtali.

JUbemus apud Alexandrinæ duntaxat clariſſimæ civitatis Juridicum licitum & conceſſum eſſe, ſingulis quibuscumque volentibus donationis conſcriptæ ſolenniter inſtrumenta referare, eisdemque robur adjiciat geſtorum ſeries apud eundem confecta, tanquam ſi apud virum clariſſimum Moderatorem [41] provinciæ, vel Magiſtratus, [42] vel Defenſores [43] plebis habita fuiſſe dicerentur.

Nov. 15. c. 1. 1 Ruſticitas innocens & quieta patrocinio indiget. v. Renatum Choppinum *tractat. de privilegiis ruſticorum.* 2 Reponendum puto III. id eſt, A. D. 370. 3 Defenſoribus ſingularum civitatum, *quidam ita legunt, & recte.* 4 Forma defenſoris civitatum, adde aliam ex Caſſiodoro 7. *var.* 11. 5 Hodie biennii. *Nov. 15. cap.* 1. §. 1. 6 Error hic. 7 *l. 2. C. Theod. h. t. lib.* 1. 8 Nomini ſuo reſpondere magiſtratum laus eſt, *ut hic, & l. 2. C. Th. h. t.* Caſſiod. 7. *variar.* 11. *ſeu in formula defenſoris*, nihil venale, nihil improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis. 9 Jus etiam prehenſionis habuerunt, ſicuti tribuni plebis. *l. 22. in pr. S. de Epiſc. aud. Nov. 15. c. 6. §. 1.* quæ illis denegata erat. *l. 5. C. Theod. de exhib. reis.* vid. Cujac. 9. *de præſcript.* 10 *l. 13. C. Theod. h. t.* 11 Latronum vita periculi ſui neſcia. *ut hic. & l. 3. C. Theod. tit.* 10. 12 Impunitate, *l. 3. C. Theod. h. t.* 13 Id eſt, convaleſcere, vel ut quidam legunt, *coleſcere.* 14 Hinc colligunt, Ob delicti qualitatem hæreticis denegari delinquentibus advocatum. Quidam negant hoc in Gallia ſervari. Rebuff. *in proœm. conſt. gl. 5. n. 45.* negare videtur: nec enim moris eſt in Gallia delinquentibus advocatum dari: ut qui ore proprio reſpondere teneantur, quod omnia criminalia extraordinarie expediantur.
15 Vid. *C. Th.* 16 *l. 5. C. Theod. de exhibendis, vel transmittendis reis, l. 9. tit. 2.* 17 *l. 6. S. h. t. l. 8. §. 1. J. eod. Nov. 15. c. 6. §. 1.* 18 Apud defenſores acta edebantur, etiam adverſus potentiores, *l. 9. J. h. t.* qua de cauſa & archivum habebant, ſive ſcrinium & ſcriniarium unum, & exceptorem & officiales duos. Apud eos nemo emancipabatur, aut manumittebatur: hæc enim judices exigunt, apud quos ſit legis actio. Ideoque de his acta non conficiebant. vide Cujac. *ad Novell. 15. in fin.* 19 *Proſecutione C. Theod.* & recte. Inde proſecutores. *l. 7. ff. de cuſtod.* idonea proſecutione mittere: *Faire conduire le criminel avec ſeure & bonne garde.* 20 Cæciliano. 21 Vid. *l. 18. S. de Judæis:* adde *Nov. 15. c. 1. l. 19. S. de epiſc. aud. l. 9. inf. de div. off. & apparit.* 22 *l. 19. in fin. S. de epiſc. aud.* 23 De literis prætoriæ ſedis, vide Cujacium *ad Novell.* 18. 24 XII. reponendum. 25 *l. ult. C. Theod.* 11. *tit.* 8. de ſuperexactionibus. 26 Defenſoris inter cætera fuit, commerciis civitatum providere, ut hoc ex loco poteſt colligi, ſed apertius ex formula ejusdem defenſoris, quæ extat apud Caſſiodorum 7. *Variarum* 11. Commercia, inquit, civibus ſecundum temporum qualitatem æquali moderatione diſpone: quia non eſt labor vendendi ſummas includere, niſi ſtatuta pretia caſtiſſime cuſtodieris. 27 Vid. *l. 9. J. de ſuſceptor. præpoſit. &c.* 28 Id eſt, cum ipſis ponderibus & menſuris. 29 *Nov. 15. cap. 3. §. 1.* 30 Vide quæ notavi *l. 8. S. h. t.* adde *l. 30. J. de donat.* 31 Proſcriptio fit de futura auctione, propoſitis libellis in celeberrimis locis. Cicero *pro Quintio.* Theophil. ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι, *l. ult. §. 5. J. de delator.* 32 Adfingendi. *l. ult. C. Theod.* 11. *tit.* 8. *Novell.* 120. *c. 6. §. 2.* 33 Exerceatur. 34 Defenſor civitatis abdicare publicam ſollicitudinem non poteſt, ſine imperiali permiſſione. adde *l. 20. ff. de off. præſid.* adde *l. 2. J. quando tutores eſſe deſinant.*
35 Magiſtratus municipales ut plurimum erant Duumviri ſimiles duobus conſulibus populi Romani. Sumebantur duumviri ex ordine decurionum: dixi plura in *l. 4. §. 4. ff. de damno infect.* 36 *l. 8. C. Theod. de decurionib. lib.* 12. *tit.* 1. 37 *l. 8. C. Theod.* 12. *tit.* 1. 38 Municipales ſcilicet, quibuscum hoc commune habent etiam defenſores civitatum. *l. 9. §. 1. ſupr. tit. prox.* 39. De actis adde *l. un. J. tit. proxim. & l. 2. J. de edendo.*
40 *Lib. 1. ff. 20.* 41 Id eſt, rectorem provinciæ, *l. 30. J. de donat.* 42 *l. ult. ſupr. tit. prox.* 43 *l. 9. §. 1. ſupr. de defenſoribus civitatum.*



D. JUSTI-

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS,

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER SECUNDUS.

TIT. I. [1]
DE EDENDO [2].

De deposito. De reo rationes exhibere cogendo.

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. Æmilio [3].

IPSE dispice [4], quemadmodum [5] pecuniam, quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes [6]. Nam quod desideras, ut rationes suas adversaria [7] tua exhibeat: id ex [8] causa ad [9] Judicis officium pertinere solet. PP. 4. Kal. Octob. SABIN. II. & SEVERO CONSS. 156.

De actis publicis edendis.

2. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Fausto.

IS [10], apud quem res agitur, acta publica [11], tam civilia quam criminalia [12] exhiberi [13] inspicienda [14] ad [15] investigandam veritatis fidem jubebit. PP. Non. Julii, SEVERO A. & ALBINO COSS. 195.

De emendatione vel mutatione actionis.

3. Iidem AA. Valenti.

EDita actio speciem [16] futuræ [17] litis demonstrat [18]: quam emendari [19], vel mutari licet, prout Edicti [20] Perpetui monet auctoritas, vel [21] jus reddentis decernit æquitas. Dat. 2. Kal. Septemb. SEVERO III. [22] & ANTONINO AA. COSS. 203.

De onere probationis. An reus edere cogatur.

4. Imp. ANTONINUS A. Epaphrodito.

QUi [23] accusare [24] volunt, probationes habere debent [25]: cum neque juris, neque æquitatis ratio permittat, ut [26] alienorum [27] instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non [28] probante: qui convenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit [29]. PP. 5. Idib. Mart. DUOBUS & ASPRIS COSS. 213.

De rationibus privati creditoris.

5. Imp. ALEXAND. A. Valentinianæ.

NOn [30] est novum, eum [31] a [32] quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris [33], ut fides veri constare posit. PP. 7. Id. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO COSS. 224.

De rationibus publicis edendis.

6. Idem A. Uranio.

JUstum est desiderium ejus, a quo pecunia petitur, licet [34] nomine [35] publico, ut rationibus publicis exhibitis constet, quantum [sub] nomine suo solutum sit. PP. 16. Kal. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO COSS. 224.

De instrumentis privatis communibus cum fisco.

7. Idem A. Valenti.

PRocurator privatæ rationis, instrumentorum, quæ communia [36] tibi esse cum fisco dicis, describendorum [37] facultatem secundum morem fieri jubebit: & si quando res exegerit, ad fidem petitionis tuæ apud alium judicem probandam aliquod [38] eorum proferri, desiderante eo qui convenitur, [ut id fiat, præcipiet.] PP. 10. Kal. Mart. FUSCO [39] & DEXTRO CONSS. 226.

Si in aliquo documento alterius documenti mentio fiat.

In AUTHENT. ut sponsalitiæ largitates §. & hoc insuper, coll. 9. tit. 2. seu. Novell. 119. cap. 3.

S*I quis in aliquo documento mentionem* [40] *faciat alterius documenti, nulla* [41] *ex hac memoria fiat exactio: nisi* [42] *aliud documentum* [43], *cujus memoria in secundo facta est, proferatur* [44], *aut alia secundum leges quantitatis debitæ probatio exhibeatur: quia & quantitas, cujus memoria facta est, pro veritate debeatur: Hoc enim & in veteribus legibus invenitur.*

Actor *reo, non* reus *actori edit.*

8. Idem Aug. Floro.

1 Vide Alciatum, Ripam, Cagnolum & Ferrettum in lecturis. Rainaldum Corsum *lib.* 1. *indagat. jur. c.* 2. & *l.* 3. *c.* 6. Mod. 2 *L.* 2. *D.* 13. περὶ ἐκδόσεων 7. *Ecl.* 18. *fol.* 86. De libello oblato 2. *extra* 3. id est, de editione actionis. Quid sit edere, vid. *l.* 3. J. *h. t.* & *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* 3 Manilio. 4 Ad intellectum *h. l.* vid. Bellon. *Supput. lib.* 2. *c.* 11. Purpurat. Fachin. *lib.* 11. *cap.* 85. Leonin. *emendat. lib.* 5. *cap.* 8. Ans. 5 Id est, quo genere probationum, alio tamen ab editione rationum. 6 Deponenti depositi incumbit probatio. 7 Id est, pars tibi adversa, ἐκ τοὺς λόγους τοὺς ἰδίους, ἡ ἀντίδικος παράγουσα. & post, τὰ τῆς ἀντιδίκου σου βρέβια. id est, adversariæ tuæ brevia. Synopsis Basil. 7. *tit.* 18. *c.* 14. Adversarium suum ad album producere *in l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* non id significat rationes tumultuarie confectas in mundum redigere, ut ibidem notavi Alciatum sentire. Possumus domi, absente & ignorante adversario, id facere, nec tamen ei edere. Nec omnis rationum transcriptio est editio. Producere ad album est ἐπιδείξω ἀπὸ τοῦ χάρτου (quidam legunt χαρτίου τὴν ἀγωγὴν) 7. *Ecl.* 18. *c.* 1. *p.* 68. id est, digito demonstrare ex albo Prætoris, qua actione sis usurus. 8 Reus non sine causa ad editionem rationum cogendus est. Causæ ex æquo & bono petuntur a judice. Editionum causæ in æquitate fundantur. vid. Menochium 2. *de arbitr. casu* 175. *num.* 5.
9 Editio fit adversario judicis officio nobili non jure actionis. Qua de re vide Bellon. 2. *Supputat.* 11. 10 Acta facta in uno judicio, in alio fidem non faciunt: vide tamen Socin. *reg.* 4. Goth. Vide Purpurat. & Alciat. *hic.* Bellon. *Supput. lib.* 2. *c.* 12. Ans.
11 Confecta apud publicas personas, quales sunt ipsi judices, actuarii, notarii.
12 Non modo apud se edita in alio judicio, ut vult Zoanetus, sed etiam apud judicem primæ instantiæ. 13 Cui? reo: qualiacunque etiam sint instrumenta. vid. Clar. 5. *sent.* §. *ult. q.* 49. ubi tractat de publicatione processus criminalis: & ipsi actori, etiam criminalia: sed ab actuario, notario & similibus personis, non ab ipso reo. Reus enim actori non tenetur edere acta, sive sint civilia, sive criminalia: Civilia non, *l.* 4. J. *h. t.* nisi justa causa sit, *l.* 1. S. *h. t.* Criminalia non, ne alioquin cogatur cum poëta dicere, *Heu patior telis vulnera facta meis.* At enim dices, delatorem cogi, adversario petente, mandatorem edere, *l.* 2. §. 5. *l.* 24. *ff. de jure fisci?* Et merito: Nam delator partes accusatoris sustinet: ideoque lex illa reo edi, non actori jubet. 14 Nudis enim actuarii, aut notarii, *l.* 40. *in pr. ff. de testam. milit.* verbis non est credendum. Scriptura tabellionis & instrumenti præterea requiritur, aut fit nihil. vid. Papon. 3. *Notar.* 2. *cap. la partie principale de tout notaire, est l'escript.*
15 Vid. Socin. *reg.* 113. 16 Spem, *Hal.* & male. Species, id est, genus actionis, *l. unic.* J. *de lit. contest.* Libellum sine conclusione non valere hinc colligunt. vid. Socin. *reg.* 231.
17 *Editio*, litis indicium est, ut contestatio ejusdem initium. De ordine judiciorum dicam J. *de litis contestatione.* Hic tantum addo: Editionem extrajudicialem, vocationem in jus antecedere, *l.* 13. *ff. de serv. præd. urban.* judicialem subsequi. Est enim incivile & animi ad lites propensi indicium ignorantem & non præmonitum in jus vocare: qui alioquin (edita sibi actione) potuisset sponte actori satisfacere, & ita regulariter ab apparitoribus reo dici solet: *Solve diem, alioqui tibi dico, vel in jus te duco.* Præsenti in judicio reo iterum editur actio: In civilibus causis libelli summarias causas petendi continent. Quod ita verum esse Cæpolla notat *cautela* 34. ut reus (eo ordine neglecto) in judicio ultro debitum confessus, ad expensas condemnari non possit. 18 Unde conficitur libellum sine conclusione regulariter non valere: Doctor. late hic, & *ad c. examinata. de judiciis.* sed vide *fallent.* 7. apud Socinum *in Reg.* 231. & 232. quod autem sequitur libellum ante litem contestatam emendari & corrigi posse, id an & quatenus ita sit, vide eundem Socinum *Reg.* 235. porro adi etiam ad pleniorem intellectum hujus textus Vaconium *lib.* 1. *declarat.* 26. & *lib.* 6. *declar.* 87. *cum duab. seq.* Menochium *de arbit. Jud. cas.* 176. Afflict. *decis.* 44. *num.* 3. Cravettam *cons.* 273. *num.* 7. Tiraquell. *de utroque retract. prima part.* §. 8. *gloss.* 7. *num.* 14. Rævardum *pro tribunalium cap.* 9. alios denique ab aliis hic allegatos. *Mod.* 19 Libellus emendari, aut mutari potest ab actore §. 34. *Inst. de actionibus.* *Emendatio* ejus ad partem: *Mutatio* ad totum refertur. Fit emendatio adjiciendo vel detrahendo: hinc illa clausula libellis inseri solita, *Salvo jure addendi.* An alterutrum actori, reo invito, licet impune? Non licet, *l.* 23. *ff. de judiciis. l.* 3. §. 1. *ff. de accusationibus & inscript.* qua de re vide apud Ferrariensem *tit. de forma libelli in actione reali* 2. *num.* 29. *ibi*, *Salvo jure addendi.* alias si libellus ineptus sit, reo justa exceptio competit. de qua vide Oldendorp. *in tit. de exceptionib. cap.* 21. & *in tractatu de forma libelli.* Libellum ante litem contestatam emendare quis potest. vid. Socin. *reg.* 235. post contestatam non potest. vid. Socin. *reg.* 236. 20 Id est, quemadmodum Edictis prætorum licet.
21 Ubi jus scriptum deest, judex ex æquo supplere solet. 22 IV. 23 Synops. Basil. *eod. c.* 17. Theoph. §. 3. *Inst. de act. l. ult.* J. *de rei vind.* vide ad hunc locum Socin. *reg.* 112.
24 Vel agere: Accusatori, & actori probatio incumbit, *l.* 8. J. *de probationibus.*
25 Vide Menochium *de arbit. Jud. lib.* 2. *cas.* 98. Decium *cons.* 37. *col.* 2. *in* §. *actore. c. fin. de jurejur. c.* 1. *ut. ecclesiast. benefic.* Hippolyt. *ad l. unus.* §. *in causa. ff. de quæst.* Mod. 26 Nemo ex alienis instrumentis, aut probationibus juvari debet litemve suam instruere. 1. Harmen. 2. §. 4. vid. *cap.* 1. *extr. de probat.* 27 Id est, eorum, qui ad id speciali jure non coguntur. Quilibet fisco edere tenetur, *l.* 3. *ff. h. t.* Argentarii privato etiam coguntur edere, *l.* 10. §. 1. *ff. h. t.* Quin reus cogitur exhibere, respondere & interdum jurare, & ita causam adversario edere, *l.* 13. J. *de reb. cred.* In criminalibus etiam causis reus quæstioni subjectus cogitur verum adversus se evulgare, J. *de quæst.* Magna videtur absurditas: Reum non cogi instrumenta adversario prodere; & tamen compelli respondere, exhibere, jurare, verum fateri, & quod eo occultius est, animi secreta in seipsum evulgare, sed ea de re *alibi* dicetur commodius. 28 *l.* 9. J. *de obl & act. l.* 2. J. *de probat. l.* 9. J. *de except.* Fallit in casu *l. ult. C. de fideicomm.* & §. *fin. Inst. h. t.* Ans. 29 Id est, absolvetur definitive vel non definitive: an & ab observatione judicii? vid. Hippolyt. *sing.* 169. & Matthesilanum *sing.* 17. nisi quod limitatur hoc, ut per eundem Hippol. de Marsil. *in singul.* 170. præter quos adi & consule Curtium Jun. *ad l. unic. in fin. de sent. quæ sine certa quantitate.* Speculatorem *in tit. de probat.* §. *probare. num.* 9. & *seq.* Rot. *decis.* 15. Rip. *ad l. admonendi. n.* 65. Cottam *in memoral. in verb. Actore.* Jas. *ad* §. *omnium. n.* 111. *Instit. de action.* Alexandrum *ad l. properandum.* §. & *si quidem inf. de judiciis.* Mod. 30 *Syn. Basil.* 7. *tit.* 18. *c.* 17. *in fin.* 31 Is a quo petitur, reus: vid. *l.* 6. J. *h. t.* 32 Actor suas rationes edere reo tenetur. Expunctarum enim rationum qualitas a reo petitur injuste: nihil itaque reo nocet amissio securitatis, cum solutionis fides ei servari possit ex creditorum rationibus. Cæterum cum dico *creditorem*, fiscum etiam intelligo. vid. *l.* 9. J. *h. t.* 33 De libris argentariorum & mercatorum quam fidem habeant, vide Menochium *de arbitr. Jud. l.* 2. *cas.* 91. 92. & 93. Mod. 34 *l.* 4 J. *de fide instr. l.* 1. J. *de collat. æris:* adde *Nov.* 128. *c.* 4. 35 Sive sit debitum πολιτικὸν sive δημόσιον civitatis vel fiscale. *Syn. eod. c.* 18. 36 Instrumenta rerum earum, quas cum fisco communes habemus, apud fiscum esse debent: ut & regulariter apud digniorem, puta majoris partis heredem, *l.* 4. §. 3. *ff. famil. ercisc. l. ult. ff. de fide instr.* penes heredem, non fideicommissarium, *l.* 24. J. *de fideicom.* penes heredem venditorem, non emptorem, *l.* 48. *ff. de act. empt.* penes eum, quem digniorem creditores duxerint, *l.* 15. *ff. de reb. auct. judic.*
37 Ut scil. privatus habeat exemplum authenticum, *d. l.* 4. *in fin.* 38 Authenticum scil. & originale. *l.* 24. J. *de fideicomm. l.* 43. *ff. de act. pign. l.* 48. *in fin. ff. de act. empt.* vide ad hunc locum elegans Arrestum Parisiense apud Lucium 9. *placitor.* 1. *num.* 1. 39 Ruso.
40 Clausula *motus proprii* inducit probationem, ut etiam aientia verba in rescripto probent. *Albericus.* 41 Exemplum non probat: vide tamen Socinum *reg.* 136. *Goth.* Vide Purpurat. & Alciat. *h. l.* Fachin. *lib.* 12. *cap.* 3. Bellon. *Supput. lib.* 3. *cap.* 17. Ans.
42 Exemplo instrumenti non creditur, sed authentico. Cur ita? In iis tantum notario creditur, de quibus rogatus est: ut & in iis solis quæ tempore instrumenti confecti gesta sunt. Ad hæc, quæ ad aliud referuntur, ex eo ad quod referuntur sunt probanda. Potest etiam falsum argui ex ipsius authentici scriptura & signis. Quid si originale sit amissum, utique exemplo legitime confecto credi poterit, *l.* 37. §. 5. *ff. de leg.* 3. & ita chirographo debitorum pupilli amisso, creditores ex inventario possunt conveniri, *l.* 57. *ff. de admin. tut.* adde *Novell.* 127. *cap.* 2. *l.* 6. *in fin. l.* 7. *ff. de edendo.* ut hinc colligas, exemplo interdum credi: Exemplum instrumenti etiam probare. *ut l.* 45. §. 5. §. 6. *ff. de jur. fisc.* nisi promptum sit, ac descriptum parte non citata, vel citra judicis jussum, *l.* 3. S. *de divers. rescript.* 43 Vid. omnino ad explicationem, extensionem, & limitationem hujus authenticæ Alex. *ad l. sciendum.* 2. *col. ff. de verb. oblig.* & ibid. Bart. *in oppositionem. l.* 2. *ff. de fide instrum. l.* 3. *de divers. rescript.* Bartolum rursus *ad l.* 1. *num.* 26. *ff. si cert. petat.* Afflict. *dec.* 72. *n.* 7. Mod. 44 Fallit, quando in documento exhibito fit alterius documenti mentio cum certa designatione & perfecta declaratione. per Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 923. *num.* 5. 6. & *ibi DD.* Ans.

ET [1] quæ a D. Antonino [2] patre meo, & quæ a [3] me rescripta sunt, eum juris & æquitatis rationibus congruunt: Nec enim diversa sunt, vel discrepantia: quod multum interest, an ex parte ejus qui aliquid petit, quique doli exceptione submoveri ab intentione petitionis suæ potest, rationes promi reus [4] desideret, quibus se posse instruere [5] contendit, quod utique ipsa rei æquitas suadet: an vero ab eo, a quo aliquid petitur, actor desideret rationes exhiberi: quando hoc casu non [6] oportet originem petitionis ex instrumentis ejus, qui [7] convenitur, fundari. PP. Kalend. Octob. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

TIT. II.

DE [8] IN JUS [9] VOCANDO [10].

De uxore patroni.

I. Imp. ALEXAND. A. Throphinio.

SIcut bonis moribus convenit, reverentiam [11] manumissoris uxori [12] præberi: ita re exigente, in jus eam sine permissu Prætoris vocari prohibitum est. PP. 4. Kalend. Aprilis, AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De Patrono, *patrona, eorumque liberis, parentibus & heredibus, absque venia non vocandis.*

2. Imp. GORDIANUS A. Nocturno.

VEnia [13] Edicti non [14] petita patronum, seu patronam, eorumque parentes, & liberos, heredes insuper, etsi extranei sint, a libertis, seu liberis [15] eorum non debere in jus vocari, jus certissimum est: Nec in [16] ea re rusticitati venia præbeatur, cum [17] naturali ratione honor hujusmodi personis debeatur. Cum igitur confitearis patroni tui filium sine permissu Præsidis te in jus vocasse; pœnam Edicto perpetuo præstitutam, rescripto [18] tibi concedi temere desideras. PP. 8. Id. Novemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De parentibus absque venia non vocandis.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Rosanæ.

QUi in potestate patrum agunt, adversus eos [19] experiri non possunt. Si igitur emancipata es, venia [20] Edicti petita, hoc facere non prohiberis. Quod & in Matris [21] persona observandum est. PP. 8. Id. Nov. DIOCLETIANO II. [22] & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

Ne in jus vocatus ad aliud judicium vocetur, & de fori præscriptione.

4. [23].

QUi [24] semel in jus vocavit aliquem in Regia Urbe, vel in provinciis post libellum ei oblatum, amplius eundem reum ex scripto, vel sine scripto ne peragat: hoc est, ne judicem sine scripto adversus eundem adeat, sed apud [25] primum judicem permaneat. §. 1. Qui libellum accepit, etiamsi in aliud officium translatus sit, miles forte, vel clericus factus, respondeat omnino in primo foro, quod secundum primam ejus conditionem censetur competens, nullam habens fori præscriptionem. §. 2. Qui semel in jus vocavit, si post admonitionem [26] reo oblatam eum ad alium [27] judicem ob easdem causas vocaverit, & eum [28] indemnem [29] præstet, & causa cadat, etsi justam habuit actionem.

TIT. III.

DE PACTIS [30].

De fideicommisso conditionali.

I. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Philino.

COnditionis [31] incertum [32] inter fratres non iniquis rationibus [33] conventione finitum est. Cum igitur verbis fideicommissi petitum a patre tuo [34] profitearis, *Ut, si vita sine liberis decederet, hereditatem Licinio Frontoni restitueret:* pactum eo tempore *de sextante* [35] [*Licinio*] *Frontoni dando: cum* [36] *liberos Philinus* [37] *non sustulerit*, interpositum, non idcirco potest iniquum videri [38]: quod facta (sicut placuit) divisione diem suum, te [39] filio ejus superstite, functus esset. P P. 7. Kal. Decemb. SEVERO A. III. & VICTORINO CONSS. 201.

Si actum sit adversus emptores hereditatis.

2. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Claudio.

POst venditionem hereditatis a te factam, si creditores contra emptores [40] actiones suas movisse probare poteris, eosque eas spontanea [41] voluntate suscepisse: exceptione [42] taciti pacti [43] non inutiliter [44] defenderis [45]. PP. Prid. Id. Februar. SEVERO III. [46] & ANTONINO AA. CONSS. 203.

De servo.

3. Iidem AA. Restituto.

SErvus creditoris meliorem [47] causam domini facere potest: in deterius autem reformare novo pacto non potest obligationem recte constitutam. P. P. 8. Kalend. April. SEVERO III. & ANTONINO AA. CONSS. 203.

De litis renunciatione.

4. Iidem AA. Valeriæ.

POstquam [48] liti de prædio motæ [49] renunciasti [50], causam finitam instaurari [posse] nulla ratio permittit [51]. PP. 4. Id. Febr. ALBINO & ÆMILIANO CONSS. 207.

De solutione partis, & pacto de parte non petenda.

5. Imp. ANTONINUS A. Demagoræ.

CReditori tuo si partem pecuniæ exolvisti, de parte vero non petenda inter te & eum convenit ob causas negotiaque ejus tuo patrocinio fideque defensa: ea obligatione partim civili jure [52], partim honorario [53], liberatus es. Nam exceptio perpetua [54] pacti conventi [55], vel doli [56], residui petitionem repellit: cum & solutum [57] per ignorantiam repeti potuisset. PP. 8. Kalend. Aug. *Romæ*, ANT. A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De pactis contra jus, vel bonos mores.

6. Idem A. Basiliæ.

PActa [58] quæ contra [59] leges constitutionesque, vel contra bonos [60] mores fiunt, nullam vim habere, indubitati juris est. P. P. Kal. Aug. iisdem CONSS. 214.

1 Vide Synops. Basil. 7. *tit.* 8. *cap.* 20. 2 *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *supr. h. t.* 3 *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *s̄. h. t.* 4 Reus juste desiderat, ut actor (quem doli mox exceptione submoturus est) rationes edat, *l.* 6. *s̄. h. t.* ut crassius loquar: Originem exceptionis suæ reus in ipsis instrumentis actoris fundare potest. In quibus causis libellus necessario non requiratur, vide Oldendorpium *in tract. de forma libelli.* 5 Vide *l.* 1. *ff. de fide instrum.* 6 Originem petitionis ex adversarii instrumentis adversarius postulare non debet, *cap.* 1. *extr. de probat.* 7 Actor originem petitionis ex instrumentis rei fundare non debet, *l.* 1. 4. *s̄. h. t.* Goth. Sed an ad replicationem fundandam reus exhibere actori instrumenta teneatur. Aff. DD. *h. l.* Sed tamen videtur quod non. Vide Treutler. *vol.* 2. *disput.* 5. *thes.* 4. *litt. a.* Ans. 8 *L.* 11. *D.* 4. §. 3. *Inst. de pœna temere litig.* i. e. de his, qui in jus vocari possunt, 7. *Eclog.* 8. Vid. Cujac. 10. *observ.* 10. Sed liceat nunc illud disquirere, Citatio in quocunque actu necessaria sit, necne? Mynsingerus ex communi sententia doctorum 2. *obs.* 91. negat, quemquam cogi ad eum citandum, qui sit præsens, cui nulla competat defensio, qui dolose latitet, qui absens sit quidem, sed qui actum impedire non posset, si præsens esset: ubi de tributis, collectis & functionibus fiscalibus agitur: vel ubi quis suspectus est de fuga: si periculum in mora: si pro absente pronuncietur in causa criminali: in omnibus actibus, in quibus figura judicii non requiritur, qui expediuntur apud judicem ante citationem partis, in causa principali: qui soli judici concludunt: aut expediuntur secundum solam conscientiam: si pactum si de capiendo debitore, ejusve bonis: Item in relatione agrimensorum: in juramento deferendo super taxatione vel liquidatione rerum vi raptarum: si de absfuturis testibus interrogandis agitur: si prodigo interdicitur bonorum administratione: si actus alium tangit per nudam consequentiam, non principaliter: ideoque negat citandum fidejussorem, si ferenda sententia sit adversus principalem. De citationibus adde Andream Gailium 1. *observ.* 48. *ad fin.* 60. de requisitis libelli vide eundem *ibid. observ.* 61. *ad fin.* 69. 9 Scripsit ad hunc titulum Cujacius quædam *observat. lib.* 13. *cap.* 11. ex professo vero Alciatus: *Mod.* 10 Gravius est in *jus vocare*, quam actionem edere: hoc extra judicium: illud in judicio fit. 11 E contrario, Maritus injuriam patitur, uxore injuria affecta, §. 2. *Instit. de injuriis.* 12 *l.* 4. §. 1. *ff. h. t.* ergo nec maritus patronæ vocari poterit sine venia? non poterit, ut quem patrona colit, colat etiam libertus ac revereatur. Accursius aliud esse putat *ex l.* 6. *ff. de oper. libert.* quæ de operis loquitur, non de honore. v. Cuj. 10. *obs.* 10. 13 Gratia edicti *Hal.* adde *l.* 3. *J. h. t. l.* 10. §. 4. *l. ult. ff. h. t.* Macrobius 7. *Saturnal.* 5. Gratiam edicti facit, qui id permittit, quod Edictum vetat. 14 Aliud si impetratur. 15 Filius liberti patrono paterno acceptam ferre ingenuitatem debet, *l. ult. J. de libert. & eorum.* vide *Novell.* 22. *cap.* 21. 16 Rusticitati alias solet ignosci, vid. Socin. *reg.* 348. 17 *Rusticitas* non excusatur adversus naturam, eave quæ jure naturæ prohibentur. 18 Jus alteri, puta patrono, adquisitum, rescripto Principis remitti non potest. Ideoque male hinc colligunt, Principem generaliter posse remittere omnes pœnas. vide Papon. 2. *Notar.* 7. *fol.* 464. 465. Clar. 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 59. 19 *l.* 4. §. 1. *ff. h. t.* §. 3. *Inst. de pœna temere litigant.* 20 Vid. *l.* 2. *s̄. h. t.* 21 Et merito, nec enim ex jure potestatis, quod jure civili introductum est, hoc jus descendit: sed ex jure naturali & reverentia, quæ debetur parentibus ex æquo. adde Cuj. 10. *obs.* 10. 22 III. 23 Hanc legem restituit Cujacius 13. *observ.* 11. ejus etiam facit mentionem 10. *obs.* 10. *in fin.* 24 Latina interpretatio. 25 Quia post litis contestationem judex recusari non debet. *Novell.* 53. *cap.* 3. *in pr. vers. Quidam vero.* 26 Hanc citationem ὑπόμνησιν Græci appellant. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 8. *cap.* 18. 27 Εἰς ἕτερον δικαστήριον, ad aliud forum. *Synops.* 28 Id est, accusatum. 29 *d. Novell.* 53. *c.* 1. 30 *Lib.* 2. *ff.* 14. 2. *C. Theod.* 9. 1. *Paul. sent.* 1. 11. *Synops. Basil.* 1. §. 3. *Instit. de except.* 1. *extr.* 35. 1. *Sext.* 18. 1. *Harm.* 9. Goth. Ad hunc quoque tit. scripsit Alciatus, Ferrettus, Cagnolus, & Donellus. *Mod.* 31 Conditio hæc fuit, *Si sine liberis decesseris, hereditatem fratri restituito:* Renunciari alias juri futuro simpliciter non potest. vide Socin. *reg.* 338. Goth. Adde Goedd. *de contrah. stipul. cap.* 6. *num.* 15. 16. 17. Purpurat. *h. l.* 15. Ans. 32 Est enim valde incertum, aliquos liberos quis sit habiturus necne. 33 Hæc vide late a Ripa explicata, & adi præterea Corasium *lib.* 2. *Miscell. cap.* 19. Socinum *Reg.* 280. Barbar. *ad l. cum acutissimi*, *J. de fideicomm. n.* 186. 194. & 202. Forcatul. *in Necyomant. jur. dialog.* 51. *num.* 1. Baldum *ad l. pacta quæ contra. J. h. t. & ad l. quamvis. J. de fideicommiss.* rursus Socinum *Reg.* 338. Mod. 34 Fingamus, avum meum a patre meo petiisse, *ut si sine liberis decederet, Titio patruo meo hereditatem restitueret.* 35 Id est, duabus unciis, perinde ac si gravatus heres fideicommissario dixisset, *Si morior sine liberis*, cogor quidem ex testamento paterno hereditatem tibi restituere: sin minus, non cogor: quin, ut conditio eveniat, possum usque ad quadrantis quantitatem retinere, vel alienare. Si tamen illi spei futuræ renunciare volueris, duas uncias ex supradicta hereditate repræsentabo, ut in reliquis portionibus mihi sit libera alienandi facultas, utcunque sine liberis moriar. De hoc inter fratres (patrem videlicet patruumque meum) convenit. Quæritur quid juris sit? Philinus ego Philini filius, patre meo mortuo, pactum id rescindi postulans admitti audirive non debebo. 36 id est, utcunque. 37 Parens meus scil. cujus nomen itidem fero. 38 Mihi scil. id est, Conventionem superiorem factam a patre cum meo patruo non possum improbare. 39 Hinc dubitandi ratio sumitur. Nam & antiquo jure, Rogatis invicem sibi, si *sine liberis decessissent*, hereditatem restituere, altero decedente sine liberis, hereditas ad eum perveniebat, qui supervixisset, nec de eo pacisci poterant contra voluntatem testatoris. Paul. 4. *sentent.* 1. §. 13. Idem in hac specie dicendum videbatur. Præterea: videtur Licinius Fronto pacisci cum fratre vivente de ejus successione, quod prohibitum dicitur, *l. ultim. J. h. t.* 40 Creditor hereditatis, ea vendita, in ejus emptorem experiri potest. *l.* 2. §. 9. *ff. de hered. vel action. vend.* Quæritur, an si neglecto venditore; in emptorem egerit, tacite videatur heredi pactum fecisse de non petendo. 41 Hinc ratio decidendi sumitur, & ex *l.* 14. §. 9. *ff. de ædilitio edict.* 42 An ipso jure qui nostro nomine judicium excipit, nos liberat, quemadmodum is, qui nostro nomine solvit, *l.* 5. *J. h. t.* non ipso jure. Nec enim emptor hereditatis actiones creditoris excipit venditoris nomine, sed proprio. vide Donellum *hic.* 43 Atqui nullum pactum intercessit? Dic, tacitum intervenisse. Unde id colligitur? ex ipsa actione mota in emptorem hereditatis, neglecto ejus venditore: in qua nec ipse emptor autorem suum laudavit, nec creditor ullam in agendo venditoris mentionem fecit. Sponte creditor actiones suas moverat in emptorem, emptor sponte eas suscepit: utique scire debuit venditorem teneri: si id neglexit, facilitati suæ acceptum ferre debet. Demus pactum: negari tamen posse adhuc videtur pacto creditoris, & emptoris exceptionem venditori adquiri, *l.* 1. *in fin. J. per quas personas.* 44 Vide Curtium Jun. *cons.* 97. *ad fin. num.* 7. Jacobum de Alber. *in repetit. ad Rubr. ff. de verb. oblig. num.* 83. *& seq.* Mod. 45 Etiam si emptores non sint solvendo. Atqui tacita minus nocent quam expressa? si ignoranti creditori facta fuisset expressa delegatio, delegato debitore non solvendo in debitorem priorem daretur ei regressus, *argum. l.* 41. §. 3. *ff. de jure dot.* Ergo & hoc casu multo magis, cum creditor errasse deprehendatur. 46 IV. 47 Vide quæ notavi ad *l.* 133. *ff. de reg. jur.* 48 Postquam semel liti motæ renunciatum est, nulla ratio permittit eam ex pœnitentia instaurari, *Synops. Basilic.* 11. *tit.* 1. *c.* 41. *in fin.* 49 Lis nulla est, nisi mota sit: mota censetur etiam si solus actor egerit: contestatur ex actoris intentione, & rei depulsione. Quid liti contestatæ potestne renunciari? Aliud est enim liti renunciare, & rei in litem deductæ, seu causæ. Causa a lite sejuncta est. 50 Expresso vel tacito pacto, ut sit sensus: Non tantum re judicata, jurejurando & transactione litem finiri, *l.* 1. *in fin. ff. ad SC. Tertyll.* sed & pacto. hujusmodi renunciationes fiebant apud acta, *l.* 3. *J. de repudianda vel abstinend. l.* 18. *J. de donat. l.* 11. *J. ad l. Cornel. de falsis.* 51 Qui renunciat liti motæ, renunciare videtur tam instantiæ, quam juri in illud judicium deducto. Capel. Tholos. *decis.* 1. Luchi de Curt. *cons.* 111. *n.* 18. *inter cons. divers.* Ripa *ad l. naturaliter. §. nihil commune. num.* 107. *ff. de acquir. possess.* Tiraq. *ad l. si unquam. num.* 203. in verb. *donatione. J. de revocandis donat.* Baldus postremo *hic* & *ad l.* 1. *s̄. ut lite pend.* Mod. 52 Quia partem pecuniæ re ipsa solvisti. 53 Quia pactum tibi factum est de non petenda altera parte. Pactum autem jure honorario, id est, a prætore defenditur. *l.* 7. §. 7. *ff. h. t.* 54 Perpetua exceptio perpetuam tollit actionem. 55 De non petendo. 56 Quæ facti subsidiaria est. 57 Scilicet quod remissum erat. Vid. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 15. *num.* 20. Ans. 58 *Synops. Basil. eod. cap.* 45. 1. Harmen. 9. §. 27. & stipulationes, *l.* 4. *J. de inutilibus stipulat.* 59 *l.* 7. §. 7. *ff. h. t.* Paul. 1. *sentent.* 1. §. 4. *l.* 30. *J. h. t. l. un.* §. 16. *C. de rei uxor. act.* 60 *Dict.* §. 4. *l.* 4. *J. de inutilibus stipulat. l.* 1. §. 7. *ff. depositi*, *l.* 14. §. 1. *ff. solut. matrim. l.* 26. *ff. de verb. oblig.*

De

De creditore, qui succesſit debitori.

7. Idem A. Julio Maximo.

DEbitori tuo ſi [1] heres extitiſti, actio, quam contra eum habuiſti, adita hereditate confuſa eſt. Sed ſi eam hereditatem, poſteaquam in judicio obtinuiſti, ei [2] tradidiſti, quem ſententia ſuperaveras: ea conditione pactoque, *ut tam cæteris creditoribus* [3], *quam tibi* [4] *in eo, quod tibi deberetur, ſi* [5] *eam hereditatem non adiſſes, ſatisfaceret*, pacti conventionisque fides ſervanda eſt, quæ ſi non ſervatur, ex ſtipulatu [6], ſi modo pacto ſubjecta eſt, dabitur actio: [vel præſcriptis [7] verbis, ſi ſtipulatio non intervenit.] PP. 3. Kalend. Auguſt. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De pecoribus partiariis.

8. Idem A. Mucatraulio 8.

SI paſcenda [9] pecora partiaria [10] (id eſt, *ut fœtus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum & paſtorem dividantur*) Apollinarem ſuſcepiſſe probabitur: fidem pacto præſtare per judicem compelletur [11]. PP. 4. Kalend. Octob. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De dolo.

9. Imp. ALEXAND. A. Dionyſio.

CUm, poſteaquam adverſarius matris tuæ victus eſſet [12], matrem tuam circumvenerit [13], ut ei caveret *nullam ſe controverſiam de ſervis moturam*, id pactum mala fide factum, irritum eſt: & cum ex ea conventione cum [14] matre tua agi cœperit, judex eam liberabit. PP. Prid. Idib. Sept. ALEXAND. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De dote, differentia legis, & pacti nudi.

10. Idem A. Nicæ.

LEgem [15], quam dixiſti, cum dotem pro alumna dares, ſervari oportet. Nec obeſſe tibi poterit, quod dici ſolet, *ex* [16] *pacto actionem non naſci*: tunc [17] enim hoc jure utimur, cum pactum nudum eſt: alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea convenit: utilis eſt condictio. PP. 3. Kalend. Mart. ALBINO [18] & MAXIMO CONSS. 228.

De dote.

11. Idem A. Capitoni.

EX [19] conventione quidem, qua pactam novercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret [20], *Ut creditoribus, quibus fuerant prædia obligata, uſuras ſolveret* [21]: actio tibi adverſus eam competere non poteſt, etſi pactum in ſtipulationem deductum probetur. Sed ſi fundus æſtimatus (ita ut pars inſtrumenti ſignificat) in dotem datus eſt: ex vendito [22] actio, ut placitis ſtetur, competit [23]. PP. Non. Decemb. ipſo A. III. & DIONE II. CONSS. 230.

De prioribus & poſterioribus pactis.

12. Idem A. Flacillæ.

PActa [24] *noviſſima* [25] ſervari oportere, tam juris quam ipſius rei æquitas poſtulat. Quapropter ſi conventione, quæ præceſſit, diverſa pars uſuram ſe non eſſe conſenſit, & maxime [26] ſi (ut proponis) id etiam apud acta Præſidis adſeveravit: actionem, quæ ſuper prima conventione fuerat, exercere non prohiberis. PP. 3. Kalend. Martii, AGRICOLA & CLEMENT. [27] CONSS. 231.

De contractibus bonæ fidei.

13. Imp. MAXIMINUS A. Mario.

IN bonæ fidei contractibus [28] ita demum ex pacto actio [29] competit [30], ſi [31] in continenti [32] fiat: Nam quod poſtea [33] placuit, id non petitionem, ſed exceptionem parit. PP. 5. Idib. Januar. MAXIMINO A. & AFRICANO CONSS. 237.

De pacto pœnali & ſtipulatione ſubjecta.

14. Imp. GORDIANUS A. Cælio militi.

SI [34] pacto [35], quo pœnam adverſarium tuum promiſiſſe proponis, *ſi placito non ſtetiſſet* [36], ſtipulatio ſubjecta [37] eſt; ex ſtipulatu agens, vel [38] id, quod in conventionem devenerat, ut fiat, conſequeris: vel pœnam ſtipulatione comprehenſam more [39] judiciorum exiges: nam bona [40] adverſarii tui in te transferri citra [41] ſolemnem ordinem fruſtra deprecaris. PP. Kalend. April. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De futura ſucceſſione.

15. Impp. VALENT. [42] & GALLIEN. AA. & VALERIANUS Nobiliſſ. Cæſ. Pactumeio.

PActum [43] quod dotali inſtrumento [44] comprehenſum eſt, *Ut, ſi pater vita fungeretur, ex æqua* [45] *portione ea, quæ nubebat, cum fratre heres patris ſui eſſet*: neque ullam [46] obligationem contrahere, neque libertatem [47] teſtamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. PP. 10. Kalend. Martii, ÆMILIANO & BASSO CONSS. 267.

De precaria ſubſtitutione.

16. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Diaphanto.

CUm proponas, filios teſtamento ſcriptos heredes rogatos eſſe, *Ut* [48], *qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hereditatis reſtitueret*: quoniam precariam [49] ſubſtitutionem fratrum conſenſu [50] remiſſam adſeris, fideicommiſſi perſecutio ceſſat. PP. 4. Id. Feb. MAXIMO II. & AQUILIANO CONSS. 286.

De Scriptura.

17. Iidem AA Deximacho.

PActum [51], quod bona fide interpoſitum docebitur, etſi ſcriptura [52] non

vid. *cap.* 58. *de regulis in* 6. 1 *l.* 5. Ĵ. *de her. vel action. vend.* vid. *l.* 95. §. 2. *ff. de ſolutionibus.* 2 Id eſt, tertio alicui, puta heredi defuncti ab inteſtato & legitimo: qui forte teſtamentum injuſtum, aut falſum, aut inofficioſum dicebat. 3 Hereditariis ſcilicet. 4 Qui ejuſdem hereditatis erat creditor. 5 i. e. Perinde ac ſi. Sit hæc hypotheſis: ſolve quod ex hereditate Titii defuncti mihi debetur. *Actio.* Si quæ tibi actio competit, ea ſublata eſt, ſiquidem ſemel defuncto ſucceſſiſti ex ejus teſtamento: aditione ejusmodi tuum debitum ſublatum, confuſione extinctum eſt, *l.* 95. §. 2. *ff. de ſolution. Exceptio.* Hoc ita eſt, ſed eandem hereditatem tibi reſtitui ea lege, ut mihi ſatisfaceres. *Replicatio.* Pacti fides ſervanda. *Deciſio.* Quæ actio eo nomine actori competat? dic *ut* Ĵ. *h. t.*
6 *l.* 14. Ĵ. *h. t.* 7 Stipulatio impedit præſcriptis verbis actionem: quia ſtipulatio ipſa novatio eſt. 8 Mucatraulo. Cujac. adde *l.* 4. Ĵ. *de jure fiſci.* 9 *l.* 13. §. 1. *ff. de præſcript. verb.* 10 *Partiaria pecora* ſunt, de quorum fœtu inter dominum, & paſtorem certis portionibus dividendo convenit, *l.* 25. §. 6. *ff. locati.* Sed Hotomanus hic legit *Partiario* adverbialiter. 11 Ratio dubitandi hinc orta eſt, quod ſaltem non ex locatione teneretur, cum locationis merces regulariter in pecunia numerata conſiſtat, *l.* 1. §. 9. *ff. depoſiti*, *l.* 5. §. 2. *ff. de præſcript. verb.* ſed neque ex ſocietate, quia nulla hic pecoris ſocietas eſt ratione dominii, *l.* 13. §. 1. *ff. de præſcript. verb.* non etiam ex pacto quod pactum nullam pariat actionem, *l.* 27. Ĵ. *de locato.* Quid juris? Donellus hic nudum eſſe pactum negat, cum ſit adjunctum traditioni: Ait, hanc conventionem eſſe ſocietatis. Hotomanus præſcriptis verbis actionem dari putat *hic.* 12 Idque ipſe ſciret. 13 Ei perſuadens nondum eam judicio viciſſe: & nondum in ejus favorem rem judicatam fuiſſe. 14 Hic fingere ſive conſtituere debemus, ſervos (de quibus agebatur) in poteſtate mulieris.
15 Senſus eſt: Rebus certa lege datis ex ea lege actionem dari. Vid. Cujac. 11. *obſerv.* 17. *in fin.*
16 Vide ad hanc ſententiam Socin. *reg.* 9. 17 *l.* 7. §. 4. *ff. h. t. l.* 27. *in fin.* Ĵ. *de locato*, *l.* 1. Ĵ. *de pactis convent. l.* 5. Ĵ. *de contrab. ſtipulat.* Paul. 2. *ſent.* 14. *in fin.*
18 Balbino. 19 Hæc lex extat in *l.* 1. Ĵ. *ſine cenſu vel reliquis.* Goth. Hæc lex, ut & Gothofredus monet, iisdem fere verbis repetitur Ĵ. *in l.* 1. *ſine cenſu vel reliq.* ſed eſt in eo diverſitas: quod hæc lex loquitur de pactione facta de re privata, illa vero de re publica: nempe de tributis. Nota autem hic ſimulatus contractus quo pacto probetur, & Bartolum *hic.* Petrum de Anchor. *conſil.* 2. & *conſil.* 258. Bald. *conſil.* 118. 1. *col.* Feder. de Sen. *conſil. ult.* Paulum de Caſtro *conſil.* 19. Rom. *conſil.* 202. Mod. 20 Tuo patri ſcilicet.
21 Ipſa noverca ſcil. Sit autem hæc hypotheſis: Meus pater, idemque tuus maritus uſuras a te debitas multis annis tuis creditoribus ſolvit: refunde: hæc *Actio.* Fundum ei dotalem dedi obſtrictum ſupradictis uſuris. Ad eum fructus ejus fundi pertinuerunt, onus itaque ejus ſuſtinere debuit, *l.* 13. *ff. de impenſis in res dotal.* hæc *Exceptio*, at *Replicatio.* Fundum dediſti quidem, ſed æſtimatum. Quæ dantur æſtimata, dominium in accipientem transferunt: æſtimatio namque locum venditionis obtinet, *l.* 3. *ff. locati*, *l.* 10. *in princ. ff. de jure dot.* Si quos itaque fructus ex eo percepit, ejus fuerunt, non tui. Ex re enim ſua non tua percepit. Proinde cum uſuras tuis creditoribus ſolverit, tuum negotium geſſit, quo nomine teneri te æquum eſt, eo magis quod cum dictum fundum patri meo venderes, ita conventum eſt, ut debiti tui uſuræ ſolverentur: nam venditor id præſtare debet, quod in venditione ſe præſtiturum promiſit, *l.* 2. *l.* 6. §. *penult. l.* 11. §. 1. *ff. de act. empt. Replicatio.* Notum eſt jam quid judicari debeat. 22 Ex empto, Hotoman. *l.* 13. §. 19. *ff. de act. empt.* 23 Non competit, *l.* 1. *in fin.* Ĵ. *ſine cenſu vel reliq.* & male. 24 Ut & legata, *l.* 6. §. 2. *in fin. ff. de jure codic. l.* 12. §. 3. *ff. de legat.* 1. fideicommiſſa, *l.* 19. Ĵ. *de fideicomm.* heredum inſtitutiones. *l.* 16. *ff. de vulgar. & pupil.* conſtitutiones Principum, *l. ult. ff. de conſt. Princip.* leges. unde illud XII. tabularum, Ut quodcunque poſtremum populus juſſit, id jus ratumque ſit. Liv. 7. & 9. vide *Hotoman.* 25 Id eſt, ultima: adde *l.* 3. *ff. de reſcind. vendit.* adde *l.* 13. Ĵ. *de donat.* 26 Quod apud acta fit, violentius obligat quam quod privatim. Hinc colligunt Teſtamentum, quod alias ſeptem teſtes exigit, donationem cauſa mortis, quæ alias quinque teſtes requirit, valere coram duobus apud Judicem, ſi apud acta inſinuetur. Præſumi namque omnem metum & dolum abeſſe, ubi judex ſuum decretum interpoſuit. Vide Wurmſerum 1. *pract.* 1. *obſ.* 11. 27 Clementino. 28 De quibus vide §. 28. *Inſtit. de actionibus.* An idem eſt in ſtricti juris judiciis? Accurſ. ait, *arg. l.* 27. *l.* 28. Ĵ. *h. t. l.* 40. *verſ. Dicebam*, *ff. de reb. credit.* Idem confirmat Cujac. 10. *obſerv.* 34. Donellus vero negat pacta ſtricti juris judiciis (puta ſtipulatione & mutuo) adjecta parere actionem ſive ante, ſive poſt, ſive in continenti, ſeu in ipſa traditione facta ſint. Movetur, quod ſupra quam datum ſit, re contrahi obligatio non poſſit, *l.* 17. *ff. h. t.* adde *l.* 9. Ĵ. *de non numerata pecunia.* quod pro omiſſo ſit habendum, quidquid in ſtipulatione verbis expreſſum non eſt, *l.* 99. *in princ. ff. de verb. oblig.* Hinc ſequi, pacta ſui natura contractus ſtricti juris non ingredi, multo minus eos pacto informari. Si jus ſpectamus, poſteriorem hanc ſententiam veram puto: ſin uſum, ſublata utpote hodie differentia contractuum ſtricti juris & bonæ fidei, prior vera dici poteſt. 29 Non propria: ſed actio empti, ſi junctum eſt pactum emptioni: locati vero, ſi locationi: idem dicatur in ſimilibus. 30 Id eſt, pactum in continenti adjectum format actionem. *l.* 7. §. 5. *ff. h. t.* 31 Adde 1. *Harm.* 9. §. 21. 32 Ex continenti, *l.* 7. §. 5. *verſ. Sed hoc. ff. h. t.* ſeu tempore contractus, *l. pen.* Ĵ. *de pactis inter empt.* ſtatim, *l.* 27. Ĵ. *h. t.* in ingreſſu contractus, *d.* §. 5. *verſ. Idem Marcellus.* ἐν ἀρχῇ, 11. *Eclog.* 1. *cap.* 5. initio contractus, *l.* 5. Ĵ. *de pact. inter empt.* Id eſt, antequam contractus perficeretur, id eſt, nondum contractu perfecto, non poſt contractum jam perfectum cum nondum lex contractui data eſſet.
33 Pacta ex intervallo pariunt exceptionem. *Ex intervallo* fieri, eſt contractum ſubſequi, fieri μετὰ χρόνον, *Eclog. dict. loc.* re jam contracta, poſt contractum jam perfectum.
34 Si pacto ſubjecta ſit pœnæ ſtipulatio, optio ſtipulatori datur, ut aut ſtipulatione utatur aut exceptione, ſi modo accepto ferat pœnam, deque ea non petenda cautionem interponat. 1. Harm. 9. §. 16. adde *eundem ibid.* §. 10. 35 Pacto pœna promitti poteſt: at, peti non poteſt, niſi ſtipulatio ſit ſubjecta. 36 Ad hujus legis declarationem vide Præpoſitum Ser. *in ſuis quæſtionibus* 4. *caſu* 5. *quæſt.* Decium *ad l. legem. hoc tit.* Alciatum *ad Rubr. de verbor. oblig. n.* 14. Dynum *ad Reg. Non eſt in mora. de Reg. jur. in* 6. Socin. Jun. *ad l. Ita ſtipul. n.* 187. *ff. de verb. oblig.* Mod. 37 Stipulatione pacto ſubjecta, non ex pacto quod anteceſſit ſtipulationem, ſed ex ſtipulatione quæ ſubſecuta eſt agitur, *l.* 27. Ĵ. *h. t.*
38 Et res debita, & pœna ejus loco ſimul peti non poteſt. 39 *Mos judiciorum* quid? qui receptus in ipſis judiciis nec improbatus legibus. 40 Quo jure nitebatur actor ad id poſtulandum? puto conventione pœnali, de qua hic agitur: Ut merito poſſis hinc colligere, neque pacto neque ſtipulatione fieri poſſe, ut creditor propria autoritate bona debitoris in ſe transferat, citra ſolemnem juris obſervationem, idque ea de cauſa conſtitutum, ne via fœneratoribus pateat. In hac quæſtione lex hæc tota prorſus occupata eſt.
41 Id eſt, non ſervato juris ordine, cum nulla ſententia præceſſerit, *l.* 58. *ff. de re judicata.*
42 *Γρ. Valerianus.* 43 Adde *l. pactum dotal.* 4. Ĵ. *de pact. convent. l.* 3. Ĵ. *de collat. l. ult. ff. de ſuis vel legitim.* 44 Pactum hoc veſtitum eſt litteris. 45 Huc res redit: An quis hereditatem ſuam contractu inter vivos, puta dotis vel ſocietatis omnium bonorum, in aliquem, præſertim in liberos, deferre poſſit? vel ita: An ſucceſſiones pactis vel ſtipulationibus poſſint obſtringi? Negatur *ut hic. & l.* 5. Ĵ. *de pactis conventis. l.* 4. Ĵ. *de inutil. ſtip.* Contrarium exſtat in *l. ult.* Ĵ. *h. t. ibi. niſi ipſe forte.* Idem quoque negat Leonis *conſt.* 19. ſed & praxis teſte Maſuerio: & ita judicatum fuiſſe in Senatu Tholozano & Pariſienſi Paponius retulit 20. *Arreſt.* 2. *Arreſt.* 1. Atqui hoc admiſſo licita bonorum omnium donatio fuerit, & ea conceſſa, libertas teſtandi tolletur, quam tolli jus non patitur. Ĵ. *h. t.*? Reſpondeo, libertatem non tolli, ſed reſtringi: ut mox dicetur plenius. 46 Hoc non ſervatur, ut paulo ante diximus. 47 Donatio omnium bonorum, puta præſentium & futurorum, non valere hinc colligunt. *arg. l. ſtipulatio hoc modo concepta* 61. *ff. de verb. oblig.* ſive teſtamento fiat hujusmodi donatio, ſive contractu. vide Clarum 4. *ſent.* §. *donatio.* & Socinum *regula* 108. Non idem eſt ſi quis donavit bona ſua, vel omnia bona ſua mobilia & immobilia. His enim caſibus tenet donatio, quia libertatem de bonis futuris teſtandi ſibi non abſtulit, ſed ea ſibi excepiſſe præſumitur: Quid ſi alieno meam hereditatem donavi? non valet donatio: hoc enim genere teſtandi facultatem mihi abſtuli, quod jus non patitur. Bart. *l. ult.* Ĵ. *h. t.* Clarus *d. loco.* Quid ſi donavi tibi omnia mea bona, & uſumfructum eorum mihi excepi, ut de eo non poſſim teſtari? Non valet donatio. Nam ut donatio omnium bonorum valeat, oportet ut quod donator ſibi reſervat, ejus conditionis ſit, ut de eo teſtari poſſit. de quo Clarus 4. *ſent.* §. *donatio. q.* 19. Et hæc regula ita vera eſt, ut donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non poſſit confirmari juramento. Roland. a Vall. 1. *conſ.* 39. *num.* 1. 2. Goth. Negat Chaſſan. *Rubric.* 7. §. 12. *verb. s' il ne luy c' eſt expreſſement. num.* 5. *usque ad num.* 11. Tholoſan. *deciſ.* 454. & 455. adde Alciat. *h. l.* Anſ. 48 Adde *l.* 1. *ſupr. h. t.*
49 Precaria ſubſtitutio mutuo conſenſu remitti poteſt. *l.* 11. Ĵ. *h. t.* poteſt etiam remitti, non mutuo, *l.* 1. Ĵ. *h. t.* & breviter: Spes futuræ ſucceſſionis, ſeu fideicommiſſum ſub conditione relictum, pendente conditione pacto remitti poteſt, ſi cauſa ſubſit. 50 Solemni tamen. vix enim in Juriſconſultorum libris ulla renunciatio hereditatis reperietur, niſi formalibus & diſertis verbis expreſſa, *ut hic*, & *l.* 2. 3. & 4. Ĵ. *de transact.* vide Hotom. *conſil.* 8.
51 *Synopſ. Baſil. h. t. c.* 58. 52 Pactum non requirit ſcripturam ut hic. 1. *Harm.* 9. §. 8. ut & diviſio hereditatis, *l.* 21. Ĵ. *h. t. l.* 5. Ĵ. *de tranſ.* vide *l.* 9. Ĵ. *de fide inſtr.* pignus. vide *l.* 4. Ĵ. *de fide inſtr.* venditio. *l.* 10. Ĵ. *de fide inſt. l.* 3. Ĵ. *de fide & jure haſtæ.* locatio. *l.* 24. Ĵ. *de locato.* nuptiæ. *l.* 9. Ĵ. *de nuptiis.* emancipatio. *l.* 11. Ĵ. *de fide inſt.* pignus, hypotheca. *l.* 4. *ff. de pignorib. l.* 4. *ff. de fide inſt.* Uſurarum ſtipulatio. *l.* 1. Ĵ. *de uſuris.* ſocietas *l.* 4. Ĵ. *pro ſocio.* & generaliter, Scriptura in nullo actu requiritur. *Nov.* 73. *c.* 8. Eos tamen excipe, in quibus ſcriptura more ac ſolennitate, vel partium conventione neceſſario requiritur. vide *l.* 17. Ĵ. *de*

existente: tamen, si aliis probationibus rei [1] gestæ veritas comprobari potest, Præses provinciæ secundum jus custodiri efficiet. PP. 9. Kalend. Jul. iisdem Conss. quibus supra 286.

De parte accepta ab uno ex correis debendi.

18. Iidem AA. Julio & Æmilio.

SI creditores vestros ex parte debiti admisisse quemquam vestrum pro [2] sua persona solventem probaveritis: aditus Rector provinciæ, pro sua gravitate, ne alter pro altero exigatur, providebit. PP. 7. Idib. Jan. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

De futura successione.

19. Iidem AA. Victoriano militi.

LIcet [3] inter privatos [4] hujusmodi scriptum, quo comprehenditur, *Ut is qui supervixerit* [5], *alterius rebus potiatur*, ne donationis quidem mortis causa gestæ efficaciter speciem ostendat: tamen cum voluntas militum, quæ super ultimo vitæ spiritu, deque familiaris rei decreto quoquomodo contemplatione mortis in scripturam deducitur, vim postremi judicii obtineat: proponasque te ac fratrem tuum ad [6] discrimen prælii pergentes ob communem mortis fortunam invicem [7] esse pactos, *ut ad eum, qui superstes fuisset, res ejus, cui casus finem vitæ attulisset, pertinerent*: existente conditione intelligitur [8] ex fratris tui judicio, (quod principalium constitutionum prompto favore firmatur) etiam rerum ejus compendium ad te delatum esse. PP. 15. Kal. Decemb. *Sirmii*, ipsis XV. & III. AA. CONSS. [9].

De rerum dominio.

20. Iidem AA. & CC. Martiali.

TRaditionibus [10] & usucapionibus [11] dominia [12] rerum, non [13] nudis [14] pactis transferuntur [15]. PP. Kalend. Januar. ipsis V. & IV. AA. CC. CONSS. 293.

De divisione & transactione.

21. Iidem AA. & CC. Eusebio.

CUm proponas, inter vos sine [16] scriptura placuisse *fratrum tuorum successiones æquis ex partibus dividi*, & transactionis causa probari posse hanc intercessisse conventionem: exceptione [17] te tueri potes, si possides: Quod si adversarius tuus teneat [18]: ex hoc placito nullam actionem natam esse [19], si tibi stipulatione non prospexisti, debes intelligere: nec adversario tuo transactione uti [20] concedendum est, nisi [21] ea quæ placita sunt [22], adimplere paratus sit. PP. Kal. Maji, FAUSTO II. & GALLO CONSS. 298.

De tutoribus & curatoribus.

22. Iidem AA. & CC. Archelao.

PActum curatoris [23] *recipere minorem quantitatem* paciscentis, adultæ ætatis suffragium, ne noceat, efficiet: tutores [24] enim & curatores exigentes pupillis & adultis debitum, non etiam remittentes [25] præstant obligationis liberationem. PP. 18. Kal. Decemb. *Sirmii* ipsis VII. & VI. AA. CONSS. 299.

De filio.

23. Iidem AA. & CC. Honorato.

FIlius [26] paciscendo [27], aut debitum accipiendo: nihil detrahit patris obligationi. PP. 17. Kal. Dec. *Sirmii*, ipsis VII. & VI. AA. CONSS. 299.

An pactum cum quibusdam factum aliis prosit.

24. Iidem AA. & CC. Dominæ.

SI actionem legati, vel fideicommissi, quam adversus heredes mariti [28] quondam tui habuisti, te adfectione [29] heredum aliis remisisse probetur, exceptionem pacti contra debitores [30] instituenti actiones, nocere tibi minime posse intelligis [31]. PP. 18. Kalend. Januar. *Sirmii*, CC. III. CONSS. 300.

De pactionibus debitorum.

25. Iidem AA. & CC. Euhemero.

DEbitorum pactionibus [32], creditorum petitio nec tolli, nec mutari potest. S. 4. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. III. CONSS. 300.

De pacto successorum debitoris.

26. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

PActo successorum debitoris ex lege [33] duodecim tabularum æs alienum hereditarium pro portionibus quæsitis singulis ipso jure divisum, in solidum unum obligare creditori non potest: Quod & in honorario succedentibus jure locum habet. De chirographis itaque communibus exhibendis coheredem, vel non perfectis in divisione placitis convenire, quanti tua interest, potes. PP. III. Id. Octob. *Variani*, CC. CONSS. *

De stipulatione pactum confirmante.

27. Iidem AA. & CC. Aurelio Chresimo.

PEtens ex stipulatione, quæ placiti servandi causa secuta [34] est: seu antecessit [35] pactum [36], seu post statim interpositum sit, recte secundum se ferri sententiam postulat. S. 6. Idib. Novemb. *Heracleæ*, CC. CONSS. *

fid. inst. velut in testamento scripto. *l.* 21. J. *de testamentis.* emphyteusi, *l.* 1. J. *de jure emphyteutico.* literarum obligatione: sententia definitiva. *l.* 2. J. *de sent. ex periculo.* in legitimandis per matrimonium liberis in concubinatu susceptis. *l.* 10. 11. *vers. Sufficiat.* J. *de natural. liber.* in nuptiis Senatorum & honestiorum personarum. *Nov.* 74. *c.* 4. idem in hypotheca mutui, ad emendæ militiæ casum, *Nov.* 97. *c.* 4. vel si jus πρωτοπραξίας, seu prior in hypotheca esse affectat. *Novell.* 136. *c.* 3. *l. scripturas* 11. J. *qui potiores*: in arbitrii homologatione. *l.* 4. *in fin. l.* 6. J. *de arb.* in contestatione non numeratæ pecuniæ. *l.* 14. §. 4. J. *de non num. Novell.* 100. *c.* 1. §. 1. *vers. Contestationem.* in emancipatione. *l.* 2. *l. ult. de emancip.* in adoptione. *l. ult.* J. *de adopt.* vide Speculatorem *tit. de inst. edit.* §. *restat autem. vers. Azo vero*; Ferrariensem *in forma productionis testamenti* 13. *in verbo, coram.* 1 Τὰ πρᾶτα, *Synopsis*, id est, venditoris aut rei venditæ. 2 Si uni ex correis debendi sit pro sua persona liberatio, tacite videtur creditor cum eo pactus, *ne pro suorum correorum personis conveniatur*: futurum alioqui, ut si non ea formula liberatus sit, ob reliquos possit conveniri. *l.* 2. 3. J. *de duobus reis.* Goth. Si alter ex duobus reis portionem suam solvat, an & quatenus inde obligationis divisio inducatur, ita ut is pro rata alterius amplius conveniri non possit: Vid. Donell. Gilken. Pac Purpurat. Thoming. *decis.* 47. Hartmann. Pistor. *quæst.* 9. Ronchegal. in *l. ubi duo. ff. de duob. reis.* Leonin. *emendat. lib.* 5. *c.* 4. *num.* 8. Ans. 3 *Synops. Basil. h. t. c.* 60. 1. Harm. 9. §. 30. & 1. *tit.* 16. §. 6. 4 Puta paganos, non milites. 5 Adi Socinum Jun. *cons.* 143. *n.* 46. *lib.* 1. Forcatulum *Necyomant. dialog.* 55. *n.* 6. & Sarmientum *lib.* 2. *select. c.* 5. Mod. 6 Ἐπὶ παράταξιν, ubi in aciem prodeunt. *Synops. Harmenop.* 7 Non valet conventio inter duos facta de mutua successione. *l.* 4. J. *de inutilibus stip.* (eam Græci vocant ἀλληλοκληρονομίαν) vide 1. *Harm.* 9. περὶ ἀλληλοκληρονομίας. nisi inter commilitones. *ut hic.* & *l.* 4. J. *de inutil. stipul.* in ipso procinctu, ἐπὶ παράταξιν ἐξιόντας, 21. *Eclog.* 1. *c.* 60. Harm. *d. loco.* non valet inter virum & uxorem. vide Cujac. 16. *obs.* 39. & *ad l.* 20. *ff. de verb. obl.* Valebit ergo hujusmodi conventio inter solos milites? Paponius 20. *Arrest.* 2. *Arrest.* 1. ait, usu hodie receptum esse in Gallia, præsertim inter nobiles, ut in societate omnium bonorum alter alterum heredem possit instituere: Hotomanus *consil.* 1. scribit, hujusmodi donationes inter vivos reciproce factas valere: præsertim, ut familiæ conserventur, vel si inter cognatos & agnatos fiunt. *fol.* 7. & *fol.* 48. & *seq.* Idem ex communi opinione refert, hanc legem ad paganos extendi communi omnium gentium usu. Hujusmodi confraternitatem in Germania initam & contractam ann. 1373. inter Ducem Saxoniæ & Landgravium Hassiæ: & aliam diverso tempore inter Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgensem: & in Gallia quoque talem donationem initam inter Dominos d'Alegre: in Italia inter Dominos de Molza, & breviter passim valere hujusmodi conventiones refert Cynus, Bald. Castrens. Salicet. ad *l. si pater* 5. J. *de inoff.* Hippolytus *singulari* 150. & 333. Tiraquell. ad *l. si unquam. num.* 10. 11. J. *de revocandis donat.* Mynsingero. 2. *obs.* 33. Dixi ad *l.* 5. J. *de pactis conventis.* 8 Imo pactum mutuæ successionis non valet. *l.* 70. *ff. de hered. instit.* 9 Γρ. ipsis IV. & III. AA. Coss. id est, A. D. 290. 10 Subint. factis a domino ex justa causa: idque jure gentium. *l.* 2. J. *de crimine stellionatus*, *l.* 7. *in fin. ff. pro emptore.* 11. *Ecl.* 1. *c.* 61. Ulp. 7. *l.* 9. J. *de donationibus inter virum & uxorem*, *l.* 13. J. *de distract. pign.* id est, traditione eaque non nuda. Nuda non est quæ causam habet ac titulum non quemvis, sed alienationis causam continentem. *l.* 31. *ff. de adquir. rer. dom.* E contrario, solus titulus dominium non transfert, nisi sequatur traditio, *l.* 15. J. *de rei vindicat.* Ad hæc, Traditio non fit cujusvis rei. *l.* 70. *ff. de contr. empt. l.* 83. §. 5. *ff. de verb. obl. l.* 182. *ff. de reg.* §. 8. *Inst. de rer. divis.* a quavis persona. *l.* 1. *ff. de fundo dotali. l.* 22. J. *de admin. tut. Novell. de non alienandis reb. Ecclesiast.* 7. *c.* 1. & 120. *c.* 7. §. 1. adde *casum legis* 3. *s. h. t.* aut quavis forma, de qua dicam ad *l.* 2. J. *de acquir. & retin. poss.* Effectus traditionis est, In adquirendo dominio tempus traditionis magis considerari quam titulos: qua de re dicetur ad *l.* 15. J. *de rei vindic.* Illud interim adjiciendum, quibusdam casibus dominium transferri & ad nos redire sine traditione: qua de re quoque dicetur *ad l.* 6. J. *quando dies leg.* 11 Si traditio facta sit a non domino, idque sit jure civili. vide *l.* 3. *ff. de usurpat. & usucap.* de quibus dicam J. *de usucapion. transformanda.* Hinc colligunt, Directum dominium præscriptione non transferri, sed utile tantum dominium. de quo vide Socinum *reg.* 97. 12 *Dominium*, est jus de re corporali perfecte disponendi, nisi lex obstet: estque unicum numero & substantia. *l.* 14. §. 2. *ff. de except. rei jud.* habet tamen qualitates diversas. hinc directum, utile, vel quasi dominium. Utile interdum concurrit cum directo ut in Emphyteuta, aut ei repugnat, vide Ferrariensem *in forma libelli actionis realis*, 2. *in verbo jure dominii vel q.* 9. 13 Οὐ μὴν διὰ ψιλῆς συμφώνου, i. e. non nudo pacto, *Synopsis d. c.* 60. οὐ μόνον ψιλοῖς συμφώνοις. *ibid. c.* περὶ ψιλῆς ἐπαγγελίας, *c.* 69. id est, non nudis tantum pactis. 14 *Nuda pacta* hic intellige quæ traditione destituuntur: nuda, ut in *l.* 1. *ff. de pign. act.* §. 44. *Inst. de rer. divis. l.* 8. J. *de action. empt.* Pacta an obligationes dixeris, nihil interest. *l.* 3. *ff. de obligat. & action.* Goth. Quia usus legis hujus latissime patet, ne pigeat ut plenius eam intelligas, adire Duarenum *commentario de pactis fol.* 38. Contium *lib.* 1. *disput. cap.* 8. Zoannettus *rerum quotidianarum cap.* 1. Gomesium *tom.* 2. *variar. resolut. c.* 2. *num.* 5. *in fin.* Decium *ad l. legem. hoc tit.* Tiraquell. *in tract. de utroque retract.* 2. *part.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 6. & 12. Jasonem *ad l. civitas. num.* 6. *ff. si certum pet.* & *ad l. quotiens.* J. *de rei vind.* Corn. *cons.* 237. *num.* 2. 3. & 9. *vol.* 1. Socin. *Reg.* 97. Bartolum postremo *ad l.* 1. & *ad l.* 3. *ex contrario. ff. de acquir. possess.* & *ad l. a Titio. ff. de furt.* itemque *ad l. si tibi homo.* §. *cum servus. ff. de leg.* 3. Mod. 15 Transferuntur etiam aliis modis. Sunt enim alii modi transferendi dominii, quam traditio & usucapio. vid. *l. ult.* J. *quando dies legat.* sed hi modi, de quibus hac constitutione traditur, usitatiores sunt aliis. Verum quæri potest, cur non dominia pactis transferuntur? Dic, quia rerum dominia a naturali possessione cœperunt. vide Cujac. *ad l.* 1. J. *de usucap.* adde *l. obligationum* 3. *ff. de oblig. & action.* 16 Vide *l.* 17. *s. h. t. l.* 9. J. *de fide instrum.* Divisio fit interdum instrumentis interpositis. *l.* 35. *ff. h. t.* 17 Possidenti ex causa transactionis justa competit exceptio. 18 *l.* 36. J. *famil. ercisc.* 19 Nullum enim intervenit præter conventionem negotium, ex quo actio dari possit: quod tamen intervenit *in l. cum mota.* J. *de Trans.* unde constat leges has contrarias non esse. *Mod.* 20 Cur ita? vid. *l.* 45. *ff. h. t.* 21 Cum effectu scil. *l.* 28. J. *de transact.* Nemo mihi imputare potest, sibi promissum non servari, quando primus ipse promissum non servat. vide *c.* 75. *de reg. in* 6. Adversario fidem contractus servare non cogimur, si eam ipsemet non servavit: fides frangenti non servatur: sed nec juramentum, (cui inest tacita conditio, *si ipse fidem servaveris*) quia pœna non committitur ei, qui hac de causa recusavit contractum servare. vide *l. ult.* J. *de non numerata pecunia*, *l.* 14. *ff. pro socio.* Quin quod magis est, ad pœnam contra adversarium potest agere. Plura vide apud Rolandum a Valle 1. *consil.* 57. *num.* 19. *ad* 24. Socinum *regula* 149. Fidem frangenti fides frangatur eidem. 22 Vide *l. si convenerit. ff. pro soc.* & *c. pervenit. de jurejur. c. infidelis.* 26. *q.* 2. fallit tamen hoc, ut per Socinum *Reg.* 293. adi & Tiraq. *in legibus connubialibus part.* 13. *n.* 42. Mod. 23 Idem in patre, qui in præjudicium filii renunciare successioni & hereditati 1200. aureorum, pro summa mille aureorum non potest. *l.* 11. J. *de jure deliberandi. l.* 26. J. *de fideicomm. l.* 10. *ff. de transactionib.* vide Hotom. *consilio* 8. 24 Tutoribus pupilli debitum exigere concessum est: at non remittere. *l.* 28. §. 1. *ff. h. t.* donare, diminuendi causa transigere *l.* 46. *in fin. ff. l.* 28. §. 5. J. *de admin. tut.* pupillum spoliare, *l.* 7. §. 3. *ff. pro emptore*: deteriorem ejus conditionem facere. *l.* 15. 28. §. 1. *ff. hoc tit.* 25 Imo remittere possunt: sunt enim dominorum vice *l.* 56. §. 4. *ff. de furtis.* & *l.* 157. *ff. de reg. jur.* Solve: Sunt domini loco, cum pupillum non spoliant. dicta autem lex 56. agit de transactione litis dubiæ, cujus eventus dubius ac incertus pupillo oneri esse poterat. 26 Adde *l.* 4. J. *si aliena res pignori*, *l.* 30. *ff. h. t. l.* 22. *ff. de solut. & liber.* Idem in affini vel quasi sine mandato, vide Bald. *hic.* 27 Id est, pactum debitoris patris faciens de non petendo. Quid si alimentorum, vel etiam valetudinis causa, vel ut studiis liberalibus erudiretur, vel ut legatione fungeretur, mutuum accepit, num illis casibus pater obligabitur? Sic sane. Hoc ex pietate paterna colligimus. vide *l.* 5. J. *ad SC. Macedonianum*, & ipsa necessitate. Nemo enim vento vivere potuisse intelligitur. *l.* 2. *in fin.* J. *de aliment. pupill.* 28 Maritus uxori legare & fideicommittere potest. 29 Id est, si probaveris te legata remisisse aliis quam veris heredibus, vel si cum tibi mens ea fuisset legata remittendi veris heredibus, tu opinatis ac falsis remiseris: tale pactum veris heredibus non proderit. Cur ita? quia speciali quadam priorum affectione potuisti legatum remittere veris heredibus tibi ignotis, nullaque affectione tibi conjunctis, aut forte inimicis. 30 Id est, contra veros heredes. 31 Unde? superius dixi. 32 Quantumvis debitores inter se paciscantur, creditori nihil deperit. *l.* 39. *ff. de negot. gest.* 33 Sensus est: Lege 12. tabularum singuli heredes pro portionibus, quæ eis sunt quæsitæ, *l.* 1. *in fin.* J. *si cert. pet.* tenentur. Quid si coheredi suo alicui reliqui coheredes onus æris alieni dissolvendi injunxerint, ea lege, ut vicissim nomina hereditaria (chirographis ei traditis) exigat? possunt inter se quidem ita pacisci: non tamen in creditorum necem & fraudem. *l.* 3. *ff. familiæ ercisc.* Quid si heres ille creditoribus non solvit? coheredes in eum agent, partim de chirographis communibus exhibendis, partim in id, quod sua interest. 34 Hic agitur de stipulatione pactum subsequente: ideoque male hinc colligunt, pactum ex continenti adjectum stipulationi inesse ex parte actoris. Hotom. tamen hic legit *facta*. 35 Id est, si in instrumento (*pactum* enim hic sumi oportet pro instrumento pactum continente) pacti narratio stipulationem subsequitur, vel pactum. Quod ut intelligatur, sciendum est eam esse naturam stipulationis & pacti, ut pactum stipulationem inutiliter subsequatur. Stipulatio pacto adjecta obligat, at non e converso. At si scripturæ seu instrumenti ordinem intuebimur, pacti narratio, & antecedere, & subsequi stipulationis narrationem poterit. Natura igitur pactum stipulationem non potest subsequi, sed scriptura. vid. Donellum *hic*: & Cujac. 10. *observ.* 24. In eo tamen sunt diversi, quemadmodum & Hotom. Cujacius *d. loco in medio & fine.* pactum stipulationi adjici posse in continenti tantum ait: idque in solam utilitatem rei, non actoris: Hotomanus vero *q. Illustr.* 34. *fol.* 243. scribit, pactum confestim adpositum contractui stricti juris in adminiculis inesse ex parte actoris: ex intervallo ex parte rei. Donell. vero, utrovis modo, id est, sive ante, sive post adjici inutiliter pro actore existimat *ad l.* 13. *s. h. t. n.* 33. 36 Alciatus *l.* 5. *paradox. c.* 2. Forcatulus *dialog. necyomant.* 90. *num.* 5. Torn. *ad rubr. de verb. obl. num.* 34. & 51. Fern. *ad l. pacta conventa. ff. de contrah. empt.* 2. *c. num.* 30. Mod.

Si certis annis quod convenerat, datum fuerit.

28. Iidem AA. & CC. Leontio.

SI certis [1] annis, quod [2] nudo [3] pacto convenerat, datum fuerit; ad præstandum in posterum indebitum solutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit [4], nisi placitis stipulatio intercesserit. S. 3. Non. Decemb. *Burtodixi*, ipsis VIII. & VII. AA. CONSS. 303.

De fori præscriptione, & juris sui renunciatione.

29. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

SI quis in [5] conscribendo instrumento sese confessus fuerit, *non* [6] *usurum fori* [7] *præscriptione* [8] *propter* [9] *cingulum militiæ* [10] *suæ, vel dignitatis* [11], *vel etiam sacerdotii* [12] *prærogativam*, licet antea dubitabatur [13], si [14] oporteret eandem scripturam tenere: & eum, qui hoc pactus est, non debere adversus suam conventionem venire: vel licentiam ei præstare, discedere quidem ab scriptura, suo autem jure uti: sancimus [15], Nemini licere adversus pacta sua venire, & contrahentes decipere: Si [16] enim & ipso Prætoris Edicto [17], *Pacta conventa, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnimodo observanda sunt:* quare & in hac [18] causa pacta non [19] valeant: cum [20] alia sit regula [21] juris antiqui, *omnes* [22] *licentiam habere, his, quæ pro se introducta sunt, renunciare?* Omnes [23] itaque Judices nostri hoc in litibus observent: & hujusmodi observatio, & ad pedaneos [24] judices, & ad compromissarios, & arbitros electos perveniat: sciturì, quod si neglexerint, etiam litem [25] suam facere intelligantur. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* Post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Pactum de hereditate viventis.

30. Idem A. Joanni P. P.

DE quæstione tali a Cæsariensi [26] advocatione interrogati sumus: Duabus vel pluribus personis spes alienæ hereditatis fuerat ex cognatione forte ad eos devolvendæ: pactaque inter eos inita sunt pro [27] adventu ea hereditate, quibus specialiter declarabatur, *Si ille mortuus fuerit, & hereditas ad eos pervenerit, certos modos in eadem hereditate observari:* vel, *si forte ad quosdam ex his hereditatis commodum pervenerit, certas pactiones evenire.* Et dubitabatur, si [28] hujusmodi pacta servari oporteret. Faciebat autem eis quæstionem, quia adhuc superstite eo, de cujus hereditate sperabatur, hujusmodi pactio processit: & quia non sunt ita confecta, quasi omnimodo hereditate ad eos perventura, sed sub duabus conditionibus composita sunt, *si ille mortuus fuerit*, & *si ad hereditatem vocentur hi, qui hujusmodi pactionem fecerunt.* Sed nobis omnes hujusmodi pactiones odiosæ esse videntur [29], & plenæ tristissimi & periculosi eventus: Quare enim, quodam vivente [30] & ignorante de rebus ejus quidam paciscentes conveniunt? Secundum veteres [31] itaque regulas sancimus, *Omnimodo hujusmodi pacta, quæ contra bonos* [32] *mores inita sunt, repelli*, & nihil ex his pactionibus observari: nisi ipse forte, de cujus hereditate pactum est, voluntatem [33] suam eis accommodaverit, & in ea usque ad extremum vitæ suæ spatium perseveraverit: tunc etenim sublata acerbissima spe, licebit eis illo sciente [34] & jubente hujusmodi pactiones servare: Quod etiam anterioribus [legibus &] constitutionibus [35] non erat incognitum, licet a nobis clarius est introductum. † Jubemus etenim, neque donationes talium rerum, neque hypothecas penitus esse admittendas, neque alium quemquam contractum: cum in alienis [36] rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci, secta temporum nostrorum non patiatur. Dat. Kal. Novemb. *Constantinopoli*, post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. IV.

DE TRANSACTIONIBUS [37].

De pactione vel transactione facta cum quibusdam ex tutoribus vel curatoribus.

1. Imp. ANTONINUS A. Celerio.

NEque pactio, neque transactio cum quibusdam ex curatoribus [38] sive tutoribus facta, auxilio cæteris est in his, quæ separatim communiterve gesserunt, vel gerere [39] debuerunt. Cum igitur tres curatores habueris, & cum duobus [40] ex his transegeris: tertium convenire non [41] prohiberis. Dat. Kal. Maji, GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

De metu litis.

2. Idem A. Luctatio.

CUm te proponas cum sorore tua de hereditate transegisse, & ideo *certam pecuniam ei te debere* cavisse: etsi [42] nulla [43] fuisset quæstio hereditatis, tamen propter timorem [44] litis transactione interposita, pecunia [45] recte cauta intelligitur: ex qua causa si fisco solvisses [46], repetere [47] non posses: & si non [48] solvisses, tamen jure convenireris. PP. 3. Id. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De actione administratæ curæ.

3. Imp. ALEXAND. A. Tulliæ.

AGe cum Geminiano [49], quod pater ejus curator tibi datus negotia tua gesserit: & si apud judicem negabit se hac actione teneri, quoniam [50] transactio & [51] Aquiliana stipulatio [52] interposita est: judex contemplatione [53] judicii quod bonæ [54] fidei est, quæret, de quanta pecunia nominatim transactum sit; &, si apparuerit de minore transactum [55], quantam pecuniam reliquam ex administratione curæ deberi probatum fuerit, solvere eum jubebit [56], quod non in stipulationem Aquilianam obligationis jure tantum deductum est, quanta erat quantitas pecuniæ, quæ debebatur. Dat. Prid. Idib. August. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

4. Idem A. Numidio.

ACtione administratæ curæ ab eo, qui legitimæ ætatis annos complevit, in Aquilianam stipulationem deducta, & per [57] acceptilationem extincta, nullam [58] aliam superesse [59], nisi de dolo intra [60] concessa tempora [61] non

1 Non, si quis quid præstat sæpius, ideo consentire intelligitur, seque in id obligare, ut idem in perpetuum præstet deinceps. *Donel.* vel ita: Onus perpetuæ præstationis pacto vestito etiam aliquot annorum præstatione adquiri non potest, sed stipulatione, *l.* 7. *J. de usuris*, *l.* 31. *ff. de oper. libert.* vel ita, Rei indebitæ per aliquot annos præstatio non obligat ad perpetuam præstationem, nisi præstatio uniformiter continuata est, ut debita (quod hic cessat) & tempore immemoriali: quo casu non est necesse allegare, vel probare aliam causam: quia tanti temporis observatio habet vim constituti: ubi constat de præstatione causali, sufficiunt decem continuorum annorum præstationes, & ita intellige *l.* 6. *ff de usuris:* ne alioquin cum hac dissideat: adde *l.* 1. *J. de agricolis & censitis.* vid. Molinæum *in tract. de usuris, quæst.* 19. *n.* 200. *J. quæst.* 20. *n.* 205. Triennii tamen tempus in casu *l.* 1. *J. de fideicommissis.* sufficit: ut & in reliquis præstationibus quæ causam evidentem habent. 2 Puta quinquaginta aureos. *Synops. Basil.* 11. *tit.* 1. *c.* περὶ ψιλῆς ἐπαγγελίας 76. 3 Χωρὶς ἐπερωτήσεως, sine stipulatione, *Synops. Basil. eod.* 4 Adi præter cæteros Corasium *lib.* 3. *miscell. c.* 15. Molinæum *ad consuet. Paris. tit.* 1. §. 7. *gl.* 1. *num.* 19. Pileum *q.* 21. & 84. Berojum *q.* 14. Mod.
5 Id est, si quis in ipso contractu, aut in continenti contractus. Ex cujusmodi pacto jure civili nascitur actio: jure prætorio exceptio & replicatio. 6 Vide ad hunc locum Socinum *reg.* 339. *Goth.* Quatenus quis renunciare possit favori suo, & legi prohibitoriæ, docebunt te Tiraquellus *in tract. le mort saisit le vif.* 7. *part.* 1. *declar. num.* 1. & 4. Chassaneus *in Cat. glor. mund.* 7. *part.* 13. *consid.* Marsilius *sing.* 361. Felinus *ad cap. cæterum. num.* 10. *cum seq. de Rescript. & ad cap. cum accessissent. num.* 4. *de const.* Socinus Jun. *cons.* 17. *col.* 2. *num.* 1. Guterius 1. *part. resol. c.* 28. *num.* 8. Mod. 7 Foro quisque in suo conveniendus. Forum peculiare sortimur ratione militiæ, dignitatis, sacerdotii. Si alio loco convenimur, competit nobis exceptio. De exceptionibus declinatoriis adversus jurisdictionem, vide Oldendorp. *c.* 6. *Enchiridii*, *except.* 7. 8 Id est, exceptione. Porro fori præscriptioni renunciat, qui hoc adversario largitur, ubi conventus ab eo fuerit, se ad suum forum vel judicem suum litem non revocaturum: majus est expresse consentire in quemvis judicem, quam simpliciter polliceri, se ad eum judicem non iturum, ad quem jure possit revocare. Priore casu in quemvis judicem consentitur: posteriore, non consentitur, sed in eos tantum, quos judices jure communi haberes, si miles non esses. Itaque in hac hypothesi, tametsi miles non possit revocare adversarium ad judices privilegio datos, non ad quosvis tamen trahetur ab adversario, sed ad eos tantum, quorum esset jurisdictio, si donatus privilegio non fuisset. 9 Id est, occasione militum &c. Fori præscriptio, seu exceptio tribus ex causis hic competit, propter militiam, dignitatem, sacerdotium: igitur militi, magistratui, & sacerdoti competit. 10 Milites apud magistrum militum. *l. pen. J. de jurisd. omnium jud.* Clerici apud Præsidem in provinciis, apud P. prætorio in urbe conveniri possunt. *l.* 31. *C. de episc. audient.* 11 Vid. *l.* 7. *J. de jurisd.* 12 *l.* 51. *C. de episcopis & cleric. Nov.* 136. *c.* 1. 13 Forte ex *l. si convenerit* 18. *ff. de jurisd.* Verum ibi licuit ante aditum judicem pœnitere. Alias aditione fit competens. 14 Græca locutio, *Si*, pro *An*, ut *l.* 30. *J.* 15 Pacto renunciare foro possumus. 16 Prima decidendi ratio.
17 Quod proponitur in *l.* 7. §. 7. *ff. de pactis.* 18 Foro possumus renunciare.
19 Imo valere debet, præsertim re integra. *l.* 18. *ff. de jurisd.* Solve: *dicta l.* 18. negat pactum nudum ad fori renunciationem sufficere. Aliud est autem in pacto vestito cohærentia contractus, *ut hic.* 20 Secunda decidendi ratio satis infirma, multis enim casibus renunciare non licet juri suo: puta dotis privilegio. *l.* 2. *ff. de pactis dotalib.* alimentis. *l.* 8. *in pr. ff. de transf.* cautioni ususfructus. *l.* 1. *J. de usufr.* Verum dici potest, quemque juri pro se introducto posse renunciare, lege nominatim id permittente, vel si publica utilitas in eo non vertatur. 21 Eodem pacto ex regulis juris jus a se introductum confirmat Justinian. *l.* 30. *J. h. t.* 22 *l.* 7. §. 14. *l.* 31. *l.* 43. *l.* 46. *in fin. ff. h. t. l.* 4. §. 4. *ff. si quis caution. l.* 41. *ff. de minorib. l.* 24. §. 8. *ff. de damno infect. l.* 21. 27. *ff. de reg. jur.*
23 Nota genera judicum, qui sequuntur Pedanei, compromissarii, arbitri, electi.
24 Judicum alii pedanei, compromissarii, arbitri. 25 *Litem suam facere* quid, vide in *l. ult. ff. de extraord. cogn.* 26 Ne dicas Cæsaris advocatum cum Accursio, sed urbis Cæsareæ Palæstinæ advocatos: unde Palæstina advocatio dicitur, *l.* 12. *J. de legitimis heredibus. l.* 27. *in pr. J. de fidejuss.* 27 Corvina conventio est pacisci de viventis hereditate, eo ignorante, *l.* 2. §. 2. *ff. de vulgar. & pupillar. l.* 1. §. 21. *ff. de collat. bonor.* Goth. De pacto futuræ successionis vide Tessaur. *decis.* 225. Alciat. & Purpurat. *h. l.* & si fiat inscio eo, de cujus bonis agitur, Merend. *l.* 1. *controv. c.* 17. 18. 19. Ans. 28 Id est, an: ut *l.* 29. *C. h. t.*
29 Quomodo & quatenus, disce ex Alexand. *consil.* 28. *volum.* 3. Socino Juniore *consil.* 94. *lib.* 2. Steph. Forcatulo *necyomant. jur. dialog.* 55. *num.* 4. Doct. *ad l.* 1. *C. h. t.* ubi vide Jasonem *num.* 13. Decium *num.* 17. *in fin.* Curt. Jun. *num.* 24. Marsil. *singul.* 333. Cagnol. qui in hanc legem ex professo scripsit. Covarr. *l.* 3. *variar. resol. cap.* 12. Aurpach. *lib.* 3. *epist. cap.* 2. Pil. denique *q.* 67. Mod. 30 Viventis non est hereditas. Ideoque si quis ita emerit, *pro se suisque filiis & heredibus:* vel si quis ita concesserit, *mihi, & filiis, & heredibus:* vel ita heredem instituerit, *me, liberos meos, & heredes*, liberi mecum non concurrunt, quia me vivo heredes non sunt. Aliud erit si quis *me, & filios heredes* instituerit. v. Grass. *lib. sent.* §. *her. quæst.* 4. 31 Ita veteribus regulis suas decisiones confirmat Justinianus, *l.* 29. *C. h. t.*
32 *l.* 6. *C. h. t.* 33 *l.* 46. *ff. de her. inst.* 34 Eo, de cujus successione agitur, sciente, jubente, adde, & ne quidem in mortis articulo revocante, de ejus hereditate, licet viventis pacisci possumus. Imo non possumus, eo etiam permittente; confirmatur enim spes paciscentium, qui nihil non ausuri sunt in eum, ex cujus morte sperant aliquid. Ad hæc, is de cujus successione quis paciscitur, de sua hereditate transferenda paciscens non obligatur, *l.* 15. *C. h. t. l.* 5. *J. de pact. convent. l.* 4. *J. de inutil. stipul.* Ergo nec paciscentibus consentire. Solve: hoc nostro casu, qui consentit hereditatem suam, non promittit absolute, cum ante mortem suam voluntatem mutare possit. 35 *l.* 2. *C. Th. fam. ercisc.*
36 *l.* 1. *ff. de pign. & hypoth. l.* 38. §. 4. *ff. de verb. obl.* Rem alterius donare non possumus.
37 *L.* 2. *ff.* 15. 2. *C. Th.* 9. *C. Gregoriano & Hermogeniano. tit. de pactis, & transf.* περὶ διαλύσεων. 11. *Ecl.* 2. 1. Har. 10. 1. *Extra.* 36. Transigere est causam seu litem, *l.* 16. *J. h. t. l.* 1. *ff. h. t.* controversiam, *l.* 14. *ff. h. t.* vel futuram, *l.* 2. *J. h. t.* vel pendentem, aut motam, *l. ult. J. h. t.* dubiam tamen, *l.* 12. *J. h. t.* incertam, nondum finitam, *d. l.* 1. *ff.* consensu, *l.* 13. *l.* 41. *J. h. t.* certa conditione, *l.* 25. *J. h. t.* certa lege, *l.* 14. *ff. h. t.* id est, aliquo dato, *l.* 6. *l.* 38. *J. h. t. l.* 65. §. 1. *ff. de cond. indeb.* retento, *l.* 21. *l.* 38. *J. h. t.* vel accepto, *l.* 24. *J. h. t.* vel promisso, *l.* 2. *l.* 37. 38. *J. h. t.* finire, *l.* 10. *l.* 16. *l.* 29. *J. h. t. l.* 1. *ff. h. t.* ac decidere. *l.* 7. *l.* 17. *J. h. t.*
38 Idem si cum uno fidejussore. Pactum enim ab altero ex duobus fidejussoribus factum nihil prodest. *l.* 15. §. 1. *ff. de fidejuss. & mandator.* 39 Curatores & Tutores non modo tenentur ex male gestis, sed ex his quoque, quæ debent gerere. Quamquam is etiam *male gerere* dicatur, qui quæ gerere debeat, omittit. 40 Qui transigit cum duobus sibi obnoxiis, tertium tacite liberasse non censetur. *l.* 15. *ff. de tut. & rationib. l.* 3. *ff. h. t. l.* 3. *J. res inter alios acta.* 41 Cur non prohiberis, cum obligentur plures tutores in solidum & in eo sint correi. *l.* 38. *l.* 55. *in pr. ff. de adm. & pericul. tutor. l.* 5. *J. arb. tutel.* & pactum unius correi alteri prosit. *l.* 25. *ff. de pactis*, *l.* 3. §. 2. *ff. de lib. leg.* Pactum fuit personale, quod alteri non prodest. *l.* 25. §. 1. *ff. de pactis.* 42 De lite nondum mota possumus transigere. *l. ult. J. h. t.*
43 Imo non est transactio, nisi rei dubiæ, *l.* 1. *ff. h. t. l.* 22. *ff. de in jus vocando. l.* 2. *ff. si quis caut.*
44 Propter litis metum transactioni locus est. Satis est ad transactionem litis metus. Hoc ipsum quod a lite disceditur, causa videtur esse transigendi. *l.* 65. §. 1. *ff. de cond. indeb.*
45 Pecunia transactionis nomine cauta jure peti potest. 46 Quid? quam summam, num dicemus vicesimam hereditatis, quæ fisco solvebatur, ut vult Cujac. 9. *obs.* 24. Aut vero id quod Luctatius ex transactione dare debuit sorori suæ, cui fiscus jam successerat, ut vult Accurs. & Hot. aut certe qui sorori successisset, ut vult Donellus? 47 *l.* 23. *J. h. t.* Solutum transactionis causa non repetitur. 48 Promissum transactionis causa condici non potest. 49 Herede tui curatoris scil. 50 Prima dubitandi ratio hinc sumitur. Nam lis per transactionem finita prætextu minoris quantitatis instaurari non potest. *l.* 78. *in fin. ff. ad SC. Treb.* 51 Altera dubitandi ratio hinc sumitur. Nam Aquiliana stipulatio actionem perimit. *l.* 4. *ff. h. t.* 52 Id est, acceptilatio. Solet enim Aquilianæ stipulationis verbo acceptilatio, quæ illam sequitur, intelligi. *l.* 5. *l.* 15. *ff. h. t.* & e contra. vide Cujac. 5. *observ.* 36. 53 Decidendi ratio. 54 Negotiorum gestorum actionem intelligit. §. 28. *Inst. de act. l.* 7. *ff. de negotiis gest. l.* 5. *ff. de obl. & act.* 55 Transactum esse quantitatem pecuniæ, quam ex administratione &c. *Hal.* 56 Cur ita? vide *l.* 5. *ff. h. t.*
57 Actio per acceptilationem extingui solet. Extincta semel actio resuscitari non potest altero invito. Atqui dixeris, eum qui accepto tulit, deceptum fuisse? Antiqua ei non restituetur, sed ejus loco dabitur de dolo actio, nisi transigendo dolum quoque remiserit adversario.
58 Cur non tutelæ & curæ? quia subtilitate juris Aquiliana stipulatio, licet dolo malo facta, tutelæ administrationi interposita, ipsius tutelæ actionem extinxit. *l.* 9. §. 2. *ff. h. t. l.* 36. *ff. de verb. obl.* 59 Doli actio subsidiaria est ei, qui dolo inductus reo debitori accepto tulit debitum, *ut hic*, & *l.* 1. §. *si quis. ff. de dolo:* quemadmodum & metus causa actio ei datur, cui acceptilatio metu extorta: *l.* 21. §. *si metu.* 4. *ff. quod metus causa.* 60 Doli actio olim annua: jure novo, biennalis est. *l. ult. J. de dolo.* 61 Biennium. *l. ult. J. de dolo.*

ambigitur: nisi specialiter etiam [1] de dolo transactum sit. PP. 2. Non. Mart. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De transactione cum herede tutoris sine scriptura.

5. Idem A. Evocato.

CUm te transegisse cum herede [2] quondam tutoris tui profitearis, si id post legitimam [3] ætatem fecisti, frustra desideras, ut a placitis recedatur: licet enim (ut proponis) nullum [4] instrumentum intercesserit, tamen si de fide contractus confessione [5] tua constet: scriptura quæ [6] probationem rei gestæ continere solet, necessaria non est. PP. Kal. Mart. ALBINO & ÆMILIANO CONSS. * 7.

De Querela inofficiosi, de actione ex stipulatu, vel præscriptis verbis.

6. Idem A. Pomponiis.

CUm mota inofficiosi querela [8] matrem vestram cum diversa parte transegisse, ita [9], *Ut* [10] *partem bonorum susciperet* [11], *& a lite discederet*, proponatis: instaurari quidem semel omissam [12] querelam per [13] vos, qui matri heredes extitistis, juris ratio non [14] finit: Verum, si fides placitis præstita non est, in [15] id quod interest, diversam partem recte convenietis: Aut [16] enim stipulatio conventioni subdita est, & ex stipulatu actio competit: aut, si omissa verborum obligatio est, utilis actio, quæ præscriptis verbis rem gestam [17] demonstrat, danda est. PP. 8. Idib. Jan. AGRICOLA & CLEMENTE CONSS. 231.

De procuratore.

7. Imp. GORD. A. Junio militi.

TRansactionis [18] placitum ab eo interpositum, cui *causæ actionem* [19], non [20] *decisionem litis* mandasti, nihil [21] petitioni tuæ derogavit. PP. 14. Kal. Jan. GORDIANO & AVIOLA CONSS. 240.

De alimentis.

8. Idem A. Licinio.

DE alimentis [22] præteritis [23], si quæstio deferatur, transigi potest: De futuris autem sine [24] Prætore, seu Præside interposita transactio nulla auctoritate juris censetur. PP. 10. Kal. Jan. PIO [25] & PONTIANO CONSS. 239.

De possessione.

9. Idem A. Agrippino.

SI super [26] possessione, quæ tibi quæsita est, cum quæstionem patereris a fratre uxoris tuæ, pactum conventum, & stipulatio inter vos (ut allegas) interposita est, *Ut, si* [27] *intra diem certum idem adversarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessione ei cederes: vel* [28], *si eam inferre quantitatem non curasset, ulterius quæstionem non patereris*: & is, qui ita spopondit, promisso satis non fecit: consequens est, te, ad quem res pertinet, vim [29] ab eo pati non debere: Cujus [30] rei gratia, Vir Clarissimus præses [31] provinciæ interpellatus, [32] vim [fieri] prohibebit [33]: præcipue cum, etiam si in [34] rem diversæ parti actio competeret, hujusmodi pactione [35] propter utilem exceptionem posset submoveri. PP. 6. Id. April. GORDIANO Aug. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De lite non revocanda.

10. Imp. PHILIPPUS A. Apollophaniæ.

FRatris tui filiis de paterna successione, ac statu etiam nunc contra [36] fidem sanguinis, itemque placitorum, [37] quæstionem inferre parum probe postulas: nullus etenim erit litium [38] finis, si a transactionibus bona fide interpositis cœperit facile discedi. PP. Prid. Kal. Apr. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De fideicommisso reciproco.

11. Impp. VALERIANUS [GALLIENUS] AA. & VALERIANUS *Nobilis Cæsar* Cajano militi.

DE fideicommisso a patre inter te, & fratrem tuum vicissim [39] dato, *si alter vestrum sine liberis excesserit vita*, interposita transactio rata [40] est: cum fratrum concordia [41] remoto captandæ mortis alterius [42] voto improbabili retinetur: & non potest eo casu rescindi, tanquam circumventus sis: cum pacto tali consenseris: neque eam [43], cui subveniri solet, ætatem agere te proponas [44]: nec, si ageres, iisdem illis de [45] causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes. PP. 15. Kal. Decemb. VALERIANO & GALLIENO AA. utrisque II. CONSS. 256.

De administratoribus civitatis.

12. Iidem AA. Primo.

PRæses provinciæ examinabit, utrum de [46] dubia [47] lite transactio inter te & civitatis [48] tuæ administratores facta sit: an ambitiose [49] id, quod indubitate deberi posset, remissum sit: nam priore [50] casu ratam manere transactionem jubebit: posteriore vero casu, nocere civitati gratiam [51] non sinet. PP. 16. Kal. Mart. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

De metu & dolo. De domino & servo.

13. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Probæ.

I*Nterpositas* [52] *metus causa transactiones, ratas non haberi* Edicto [53] perpetuo continetur [54]. Nec tamen quilibet metus ad rescindendum ea, quæ consensu terminata sunt, sufficit: sed talem metum probari oportet, qui salutis [55] periculum, vel corporis cruciatum [56] contineat. † Ad vim tamen, vel dolum arguendum qualitas causæ principalis non [57] sufficit: Unde, si nihil tale probari potest, consensu quæstiones terminatas minime instaurari oportet. Sed quoniam eum, cum quo te transegisse commemoras, ex ancilla [tua] natum, servum tuum esse adseveras: si [58] vera sunt, quæ precibus complexus es, alia ratio pactum reformat: nec enim dubii juris est, dominos cum [59] servis suis paciscentes, ex placitis teneri atque obligari non [60] posse. S. 4. Non. April. *Byzantii*, ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Si a transactione recedatur.

14. Iidem AA. Sopatræ.

SI diversa [61] pars contra placitum agere nititur [62], æquitatis ratio suadet [63], refusa [64] pecunia (cum & [65] tu hoc desideras) causam ex integro agi. PP. 4. Non. Jul. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De Aquiliana stipulatione, & acceptilatione.

15. Iidem AA. Pontio.

UT [66] responsum congruens accipere possis, insere [67] pacti exemplum: ita enim intelligemus, utrum sola conventio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio, nec non & acceptilatio secuta fuerit: quæ si subdita esse illuxerit, nullam [68] adversariæ tuæ petitionem hereditatis, vel in rem specialem competere palam est. PP. 15. Kal. Aug. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De lite non resuscitanda.

16. Iidem AA. & CC. Cæcilio.

CAusas [69] vel lites transactionibus legitimis finitas, Imperiali rescripto [70] resuscitari non [71] oportet. S. 5. Id. Mart. ipsis V. & IV. AA. CONSS. 293.

1 Si de dolo transigendum, specialiter dolum remitti oportet. 2 Heredes tutorum tutelæ tenentur. 3 Transactio legitime facta a majore 25. annis non rescinditur. 4 De eo dixi ad *l.* 17. *s. tit. prox.* adde *l.* 17. *J. de fid. instr.* 5 Confessione adversarii nulla melior & efficacior haberi potest probatio. vide Roland. a Valle 1. *cons.* 21. *n.* 2. Idem præstat & operatur confessio, quod publicum instrumentum. *Bald.* 6 Instrumenta sunt in id inventa, ut probent. 7 Id est, A.D. 207. Quod si ita est, neque error est in Consulibus, tribuenda hæc lex non Alexandro, verum Severo. Atque ita fuerit hæc lex a Triboniano prima omnium hoc titulo constituenda. 8 Conjungenda est *l. si instituta. ff. de inoffic. testam.* & advertendum eam loqui de simplici renunciatione, quæ est nuda pactio vel transactio: in qua scilicet nullum intervenit negotium, ex quo præscriptis verbis actio daretur: ut in hac lege. difficilis autem inprimis hæc lex habetur: quare vide de ea cum cura scribentes ad *rubr. ff. de verb. oblig.* & ibi ante alios Crot. *in prima lect. num.* 40. *col.* 9. *in fin.* & Aret. *num.* 33. Hispa. *ad §. sic itaque. num.* 6. *Instit. de Act.* Fernan. *ad l. pacta conventa.* 3. *cap. num.* 75. *ff. de contrah. empt.* Mod. 9 Solet enim transactio interponi dato aliquo vel retento, *l.* 38. *J. h. t.* 10 Negotium hic quodnam gestum est? Do ut des. Nam actor hic remittit actionem, ut ei pars hereditatis detur. 11 Conciliationem *h. l.* 6. *cum l.* 27. *ff. de inoffic. test.* vide apud Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 10. Ans. 12 De querela inofficiosi potest transigi. 13 Justam defuncti transactionem heredes rescindere non possunt. 14 Imo finit: quoniam transactio inofficiosi querelam integram relinquit. *l.* 27. *in pr. ff. de inoffic. testam.* Dic aliud esse in filio, qui querelam instituit, aliud in ejus herede. *l.* 15. *§.* 1. *l.* 5. *in fin. cum l. seq. de inoffic. testam.* Cur aliud? quia heredi alia actione succurritur: æquum fuit gravem actionem inofficiosi non concedi. Defuncti enim existimationem lædit instituta inofficiosi actio. *l.* 2. *l.* 5. *ff. h. t.* Quod si quæris, quæ sint illæ actiones, quibus heredi succurratur, dic, *ut in vers. verum. J. eod.* 15 Qui injustam transactionem impugnat, tenetur in id quod interest. 16 Ob non servatam nobis fidem transactionis, id quod interest petimus, vel ex stipulatu (si stipulatio transactioni intervenit) aut præscriptis verbis, si stipulatio omissa. 17 Præscriptis verbis actio rem gestam, id est, ipsum factum demonstrare solet. *l.* 2. *J. de revoc. iis, quæ in fraud.* vide quæ notavi *ff. de præsc. verb.* hinc etiam colligunt, Transactionem contractum esse innominatum, cum detur ex ea præscriptis verbis actio. 18 *l.* 2. *C. Gregor. h. t.* 19 Actionis executor, litisve procurator transigere, decidere, solutionem acceptare non potest. *l.* 13. *ff. de pactis. l.* 86. *J. de solut.* 20 Actionem causæ habentis procuratoris, & decisionem litis habentis differentia. Hic, non ille transigere potest. 21 Imo derogare videtur. Nam post litem contestatam, procurator efficitur rei dominus. *l.* 11. *ff. de doli mali except.* Solus procurator, de quo hic agitur, procurator ad negotia gerenda; non ad litis decisionem fuit. 22 De alimentorum transactione hoc paucis notandum: De alimentis testamento, codicillis aut mortis causa donatione relictis, transigere non possumus. *l.* 8. *§.* 2. *ff. h. t.* nisi præterita sint, *ut hic.* Atqui de futuris etiam pacisci possumus. vide *hic* Donellum *n.* 8. ergo & transigere? proniores sunt homines ad transigendum, quam ad paciscendum. Paciscentes donant. *l.* 1. *ff. h. t.* transigentes etiam aliquod modicum præsens accipiunt vel retinent. *l.* 35. *J. h. t.* 23 Cur de præteritis alimentis transigere licet, de futuris non licet? Nemo in præteritum vivit, licet jam vixerit, ea tamen nunquam ad præteritam vitam a defuncto fuerunt destinata, ideoque hoc casu contra testatoris voluntatem recte non transigitur. 24 Cur de alimentis testamento relictis transigere vetatur: non ut non egeat legatarius (id enim falleret in divite, ac præterea alimenta legata potest quis gratis remittere) non ut honos præcise habeatur voluntati defuncti: nunquam enim transactio permitteretur. Dicendum ergo est, prohiberi non præcise, sed causa cognita. 25 Ulpio. 26 De. *Hal.* 27 Transactio fieri potest sub conditione. 28 Quin etiam possidendi causam nobis stipulari possumus. 29 Is, cui transactione libera fundi possessio cessa est, vim pati non debet. 30 Minas aut vim inferentem repellit Prætor officio suo: vel potius interdicto Uti possidetis. *l.* 1. *ff. uti possidetis.* 31 *l. ult. D. quod metus causa. l.* 1. *D. uti possidetis.* 32 Judex officium suum non impertitur nisi rogatus. Vide tamen hic Decium. 33 *l. ult. D. quod metus caus.* 34 Ex hac pactione exceptio datur adversus actionem in rem, *ut hic*, recte: duplex enim retinendæ possessionis via est, aut exceptio, aut interdictum. *l.* 1. *§.* 3. *D. uti possidetis.* 35 Transactio potest fieri sola promissione, hoc est, etiamsi nihil datum sit. 36 Patrui nepotibus ex fratre contra fidem sanguinis quæstionem status, & successionis paternæ movent. 37 De statu & successione transigere licet. 38 *l.* 16. *J. h. t.* 39 Vid. *l.* 16. *s. de pactis, & l.* 1. *h. t.* 40 Et ita abrogatur sententia apud Paul. 4. *sent.* 1. *§.* 13. 41 Quæ, cum rata sit, summopere retinenda. 42 Votum mortis alterius improbandum. 43 Id est, non es minor. 44 Minor non restituitur adversus transactionem. 45 In reciproca remissione minor non restituitur: quia ubi par conventio est, lædi nemo intelligitur. 46 In eo transactio differt a pacto, *l.* 1. *ff. h. t.* 1. Harm. 10. *§.* 14. 47 Dubietas, nota causaque transactionis. *l.* 1. *ff. h. t.* 48 Dubitandi ratio elicitur hoc ex loco: quoniam hic administrator plerumque tutor appellatur, & sicut tutor aut curator domini locum obtinet. *l.* 27. *ff. de admin. & pericul. tutor.* 49 Id est, gratiose. *J. h. t. l.* 4. *in pr. ff. de decretis ab ordin. faciend.* quodcumque fit gratiose in perniciem Reipub. nullius est momenti. 50 Transigere administrator Reip. vel civitatis potest: at non donare. Aliud est enim donatio & administratio. *l.* 7. *ff. de donat. l.* 7. *§. si tutor.* 3. *ff. pro emptore. l.* 2. *§. jus reipublicæ.* 8. *ff. de admin. rerum.* 51 Civitatis administrator transigere potest de re civitatis, at non debitum liquidum remittere. 52 10. *Eclog.* 2. *ex lib.* 11. *tit.* 2. *c.* 21. 53 *l. ult. ff. h. t. l.* 1. *ff. quod met. caus.* 54 In genere, at indefinite: videtur hinc Edictum ad quemcumque metum pertinere. 55 Vide *l.* 8. *J. de rescindend. vendit.* hinc videtur metus reverentialis excludi; ut sit sensus, Transactionem inter patrem & filium habitam valere, nec rescindi metus reverentialis prætextu: cum is tantum metus transactioni sit contrarius, qui salutis periculum &c. inferat: quod in filiabus verum esse negat Hotomanus *consil.* 7. 56 Τιμωρίας, *Synops. Basil. d. loco.* 57 Imo qualitas facti sufficit. *l.* 10. *J. de rescind. vendit.* Solve: facti qualitas, id est, atrocitas sufficit. *l.* 9. *J. de his, quæ vi.* Causa, id est, personarum qualitas non sufficit. *l.* 6. *d. tit. l. ult. ff. quod met. caus.* Qualitas personarum, puta si patronus, *ut hic.* 58 Nec enim falsis precibus Principes indulgent. 59 Transactio inter dominum & servum non consistit. *l.* 6. *J. an servus pro suo. l.* 36. *J. de liberali causa. l.* 4. *ff. de judiciis.* An idem in adscriptitio? vide Cujac. 12. *observ.* 35. 60 Teneri posse videbatur. nam pacto naturalis obligatio constituitur. *l.* 95. *§. naturalis. l.* 4. *ff. de solut.* Est vero servus naturalis obligationis capax. *l.* 13. *l.* 64. *ff. de cond. ind. l.* 14. *ff. de obl. & act.* 61 Id est, adversa, quæ transactionis causa aliquid acceperat. 62 Adde, & sic ipsam non impedias, quominus, transactione irrita, causa ad priorem statum redeat. 63 Imo dissuadet: Nam cum jus transactionis edicto sit confirmatum, publicum videtur: jus autem publicum pacto mutari non potest, *l. jus publicum. l.* 8. *ff. de pactis.* Dic, pacisci nos non posse adversus Edictum jubens aut prohibens. *l.* 7. *§. ait præt. l.* 7. *ff. de pactis.* posse, si Edictum permittat. *l.* 41. *ff. de minorib.* 64 Transactione rescissa mutuo partium consensu, quidquid aut ab uno, aut hinc & inde datum & acceptum fuit, restitui oportet, *l.* 17. *J. h. t.* adde *l.* 40. *J. h. t. l.* 96. *§.* 1. *ff. de solut.* 65 Adversus transactionem utroque consentiente instaurari lis potest. 66 Transactio ipso jure tollitur per acceptilationem ei subjunctam. *l.* 2. *l.* 3. *J. de acceptilat. l.* 4. *l.* 32. *hoc tit.* Quid si non sit subjecta? per exceptionem tolletur: idque Prætoris beneficio. *l.* 28. *J. h. t.* Idem in re judicata est. *l.* 11. *ff. de except. rei judic.* alias transactione, ut re judicata, finiri lites dicuntur, *l.* 20. *J. h. t. l.* 1. *in fin. ff. ad SC. Tertull.* 67 Jus ex facto oritur. 68 Acceptilatio perimit omnem transactionem. *l.* 4. *s. h. t. l.* 32. *J. h. t. l.* 3. *J. de acceptilationib. l.* 10. 13. *s. h. t.* 69 *Synops. Basil.* 11. *tit.* 2. *cap.* 24. 1. Harmen. 10. *§.* 10. 70 v. Papon. *Notar.* 15. *cap. Des rescripts contre transactions.* 71 Cur non oportet, cum capite damnatos restituat, *l.* 27. *ff. de pœnis, l.* 6. *§. pen. ff. de injusto, rupt. & irrit.* Rescriptum illo casu nemini damnosum

Si

Si is, qui quid transactionis causa accipit, de conventione resiliat.

17. Iidem AA. & CC. Marcello.

CUm proponas, ab ea, contra quam supplicas, litem, quam tecum habuit, transactione decisam: eamque acceptis [1] his, qua negotii dirimendi causa placuerat dari, nunc de conventione resiluisse; ac petas, vel pacto stari, vel [2] data restitui: perspicis, siquidem de his reddendis *manente* [3] *transactionis placito*, statim stipulatione, *si contra fecerit*, prospexisti, & vigintiquinque annis major fuerit: quod exceptionem [4] pacti [5], & [6] actionem [7] datorum habeas: Quod si nihil tale convenit: exceptio tibi [8], non etiam eorum, quæ dedisti, repetitio competit, parta securitate. P P. 5. Id. Jun. ipsis AA. v. & IV. CONSS. 293.

De publicis criminibus.

18. Iidem AA. & CC. Valenti.

TRansigere [9] vel pacisci de crimine [10] capitali, excepto [11] adulterio [12], prohibitum non est: in aliis [13] autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet, citra [14] falsi [15] accusationem. S. 3. Kal. Septemb. AA. CONSS. 293.

De instrumentis post transactionem repertis.

19. Iidem AA. & CC. Irenæo.

SUb [16] prætextu instrumenti post reperti transactionem bona fide finitam rescindi, jura non patiuntur [17]. † Sane si per se, vel [18] per alium subtractis instrumentis, quibus veritas argui potuit, decisionem litis extorsisse probetur; siquidem actio superest, replicationis auxilio doli mali, pacti exceptio removetur: si vero jam perempta est, intra constitutum tempus tantum actionem de dolo potes exercere. Dat. 4. Kal. Octobr. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De vi transactionis. De nocte.

20. Iidem AA. & CC. Antistiæ.

NOn [19] minorem [20] auctoritatem transactionum, quam rerum judicatarum esse, recta ratione placuit: si quidem, *Nihil ita fidei* [21] *congruit humanæ, quam ea quæ placuerant, custodiri*: Nec [22] enim ad rescindendum pactum sufficit, quod hoc secunda [23] hora noctis intercessisse proponas: cum nullum tempus sanæ [24] mentis majoris vigintiquinque annis consensum repudiet. S. 4. Kal. Octob. ipsis AA. CONSS. 293.

De simulata emptione.

21. Iidem AA. & CC. Geminiano.

CUm ea, quæ transactionis causa dari [25] aut retineri convenit, velut [26] emptorem eum, quem accipere placuerat, obtinere præscribitur: his, quæ simulate [27] geruntur, pro infectis habitis, frustra ficti [28] pretii postulatur numeratio. S. 5. Non. Octob. ipsis AA. CONSS. 293.

De doli contestatione.

22. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI [29] major transegisti, ad rescindendam transactionem de dolo contestatio [30] non sufficit. S. Kal. Decemb. ipsis AA. CONSS. 293.

De condictione indebiti.

23. Iidem AA. & CC. Tatiano.

NEc intentio [31] creditorum Archimedori [32], cui alios successisse profiteris, si obligatus pro eo non fuisti, tenere te [33] potest: sed hoc integro [34] negotio tractari convenerat: nam cum jam quæstionem transactione decisam, & a te dari placitam, numeratam pecuniam proponas: hujus indebiti soluti prætextu, improbe tibi petitionem decerni postulas: cum [35] etsi tantum in stipulationem fuisset deducta, indebiti promissi velamento defendi non posses. Dat. 8. Mart. CC. CONSS. 294.

De solutione partis.

24. Iidem AA. & CC. Victorino.

SI [36] quidem ex causa transactionis acceptis [his], quæ instrumento continentur, *nihil* [37] *amplius peti*, convenit, adversariam tuam exceptionis auxilio defendi perspicis. † Sin vero certam quantitatem, qua [38] solam ab ea debitam, reddere se debere, sine litis decisione confessa est: tam eam, quam residuam debiti partem petere minime prohiberis. S. 5. Non. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De transactione vel donatione ob spem futuræ successionis facta.

25. Iidem AA. & CC. Marcellæ & Quirillæ.

SI majores viginti quinque annis cum patruo sive avunculo vestro transegistis, vel ei debita donationis causa sine aliqua conditione [39] remisistis: non idcirco [40], quod [41] hoc ejus hereditatis captandæ [42] causa, id est, spe [43] futuræ [44] successionis, vos fecisse proponatis, aliis ei succedentibus instaurari finita debent. S. 2. Id. April. CC. CONSS. 294.

An transactio matris noceat liberis.

26. Iidem AA. & CC. Dionysiadæ.

TRansactione matris, filios ejus non [45] posse servos [46] fieri, notissimi [47] juris est. S. Id. Apr. CC. CONSS. 294.

De ægroto.

27. Iidem AA. & CC. Catoni.

SAnum [48] mente [49], licet [50] ægrum corpore, recte transigere, manifestum

est, alias non admitteretur. *l.* 3. *l.* 7. *C. de precibus*, *l.* 2. *§. merito* 10. *ff. ne quid in loco publico. l.* 12. *in pr. ff. de religios. l. penult. ff. de hered. inst.* Imo transactiones rescindit princeps, *l.* 1. *in fin. C. de abolit.* 1 *l.* 24. *C. h. t.* 2 Alternativæ petitionis genus observa, vel pacto stari, vel datum restitui; adde *l.* 14. *C. b. t.* 3 Possumus hanc clausulam transactioni adjicere, *Si quid contra hanc transactionem feceris, neque audieris, & eo amplius quod a me transactionis causa acceperis, restitues*, *l.* 16. *ff. h. t. Synops. eod. cap.* 27. 4 Ex stipulatione actio: ex clausula exceptio competit. 5 Si adversus transactionem quid molitur. 6 Imo alterutrum tantum competere videtur: quoniam qui a transactione recedit, commodum ex ea percipere non debet: hæc enim repugnant, actum oppugnare, & ex eo commodum quærere. *l.* 8. *§. meminisse* 14. *ff. de inoffic. testam. l.* 13. *§. penult. ff. de jure fisci.* Denique transactione resoluta, datum ejus causa condicitur, *l.* 23. *in pr. ff. de condict. indebiti.* Præterea qui a transactione recedit, fidem & naturalem æquitatem violare videtur, *l.* 1. *ff. de pactis.* 7 Id est, repetitionem. 8 Nolenti scilicet a transactione recedi. Sic itaque distinguendum: Indulges adversario restitutionem? restituere a te pecuniam acceptam tenetur. *l.* 14. *C. eod. l.* 40. *C. h. t.* Non vis transactionem rescindi? dupliciter tibi consultum: habes enim vel exceptionem & datorum repetitionem, si ejus repetitionem stipulatus sis, rata manente transactione: aut si id non sis stipulatus, solam exceptionem. *l.* 23. *§. penult. in fin. ff. de condict. indeb.* Illud amplius est, juratam transactionem oppugnantem, infamia notari, *l.* 41. *C. h. t.* privari dignitate. *l.* 17. *C. de dignitatibus.* stellionatus teneri, ideoque puniri exilio, aut ejus loco pœna pecuniaria, arbitrio judicis. vid. Ferrar. *in forma, ut pacta serventur.* 36. *In verbo Transact.* 7. *n.* 13. *in fin.* 9 *Synops. h. t. c.* 26. 1. Harm. 10. §. 3. 10 Non capitali. Hotomanus 21. *Illustr. fol.* 141. 11 Hæc verba desunt in C. Gregor. Cujac. 6. *obs.* 11. Azo putat maritis hodie permissum transigere, & pacisci cum suis uxoribus adulterii nomine. *Novell.* 134. *c.* 10. Goth. Hæc verba ab imperito interprete addita putat Ant. Fab. *conject.* 2. *conj.* 20. vid. Alciat. & Purpurat. *h. l.* Ans. 12 Tribus quæstionibus res tota definiri potest. Primo, Num adulterii crimen capitale semper fuerit apud Romanos. de quo vid. quæ notavi *ad l.* 39. *in fin. C. de adult.* Deinde, An de adulterio pacisci liceat. Postremo, An de eodem liceat transigere: De utraque quæstione dicam *ad l.* 10. *C. ad Leg. Jul. de adult.* 13 Publicorum criminum alia sanguinis pœnam ingerunt: alia non ingerunt. In illis, pacisci licet: in his, non licet. Cur tam varie? Licet cuique reo quovis modo sanguinem suum redimere. *l.* 1. *ff. de bonis cor.* licet etiam accusatori desistere: quia si non probaverit, puniendus est eadem pœna, qua reus. *l. ult. C. de accus. & inscript.* puniri tamen volunt pœna pecuniaria. *l.* 3. *in fin. ff. de prævaric.* sed & a quovis potest accusari, *l.* 5. *in fin. ff. de vi public.* Hartm. 1. *Pract.* 20. *obs.* Aliud omnino dicendum videtur (& sic admitti hujusmodi transactionem) si justam accusator desistendi occasionem habuerit; potuerunt enim probationes ei deesse; sin justam neglexit, puniri. *l.* 2. *C. de abolitionibus.* v. Alciat. 5. *paradox.* 11. 14 Id est, nisi de falso. 11. *Eclog.* 2. *c.* 26. & 1. Harm. 10. Accurs. *hic.* Bartol. *hic n.* 4. Bald. *hic in pr.* Salic. Alex. *hic.* Cujac. 6. *obs.* 11. & 19. *obs.* 39. Delrio *hic n.* 141. Alii aliter interpretantur, hac nimirum sententia, Neminem de criminibus, quæ pœnam capitalem non ingerunt, posse transigere, quin falsum committat. Alciat. *hic.* quin in falsi accusationem incidat. Donel. *hic. n.* 51. 56. & *seq.* nisi falsi accusationem subire velit, sine falsi crimine. Hotoman. 21. *Illust. fol.* 142. *Sans commettre fausseté*, Imbertus *in Enchiridio in verbis, En quel cas est permis de transiger*, Sans soy sousmettre & estre accusé de faux, Papon. 1. *Notar.* 6. *c. des transactions, fol.* 418. Citra, pro Sine, usurpatur in *l.* 3. *C. de usur. l.* 1. *C. si res alien. pign. l.* 7. *ff. de servis exportandis. l.* 8. *§.* 6. 17. 20. *ff. de transact.* Posteriores notant hoc etiam servari in Gallia, ubi de falso transigere non licet. At forte de jure licuit transigere de falso. Prioris sententiæ interpretes hoc voluerunt: posteriores negant. qua de re dicam suo loco *ad l.* 7. *C. ad Leg. Corn. de falsis.* Quid? pacisci licuitne de falso? Ibidem dicam. Cur potius falsi hic tenetur, qui transigit de crimine non capitali, quam capitali? quia revera falsum committit. Quod falsum seu quam falsi speciem? dum verum dissimulat, prævaricatur: dum desistit ab accusatione, tergiversatur. *l.* 1. *in pr. ff. ad SC. Turp.* & hoc quidem Azo animadvertit *hic*, & Accursius in *l. de crim.* 10. *C. ad L. Jul. de adult.* cujus sententiam video a Donello *hic* defendi *n.* 68. 69. 15 Num omne falsi crimen capitale est? vid. quæ dicam *ad l.* 7. & 16. *C. ad Leg. Corn. de falsis.* 16 *Syn. Basil.* 11. *tit.* 2. *c.* 27. & 1. Harm. 10. §. 14. 17 *l.* 15. *§.* 3. *supr. de re judic.* ubi Goth. *l. Lucius. §. ult. ff. ad SC. Treb.* adde *l.* 2. *ff. de jurejur. l.* 20. *C. h. t.* Pro diff. allegatur *l.* 3. *§.* 1. *ff. de transact. l.* 36. *ff. de V. O. l.* 5. *C. de don. l.* 65. *§.* 1. *ff. de condict. indeb.* nec obst. h. l. per ea quæ tradit Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 15. *num.* 27. vid. Alciat. *h. l.* Ans. 18 Qui per se vel per alium instrumenta adversarii subtraxit, ut cum eo transigeret utilius, transactione non juvatur, *ut hic.* An aliud, si uterque justa ignoratione ductus, vel neuter in dolo? hoc velle videtur *lex* 29. *C. h. t.* & ita forte est intelligenda *l.* 78. *in fin. ff. ad SC. Trebell.* quæ negat dari restitutionem adversus transactiones factas cum herede (cujus justa est ignorantia) gravato fideicommissi restitutione: utcunque quadrupli læsio ea continetur. Imo, ut sit neuter in dolo, si tamen transactum est ex testamento, ac postea reperti sunt codicilli, competet actio ei, qui læsus erit. *l.* 3. *§.* 1. *ff. hoc tit.* Ad hæc, qui sic transegit, de suo jure non visis veris instrumentis decidit. Nulla est autem transactio non visis neque cognitis verbis testamenti. *l.* 6. *ff. h. t. l.* 1. *§.* 1. *in fin. ff. testamenta quemadm.* Solve: inter ignorantes transactio inita tenet, testamentariis causis exceptis, *ut C. reip. l.* 35. *ff. de re jud.* & pupilli. *l.* 3. *C. de jure reip.* Ecclesiæ. Bald. *hic.* Idem in jurejurando a judice inopia probationum delato *l.* 31. *ff. de jurejurando*: in quibus propter instrumenta reperta litis a finitione receditur. 19 Imo minor est: Nam ex re judicata in factum, & ex jurejurando datur actio, *l.* 8. *C. de reb. cred.* non ex transactione. *l.* 27. & *l. seq. D. de jurejur.* 20 An idem si transactio jurejurando firmata? Cajus ait *in d. l.* 31. *in fin.* Rolandus a Valle refert, contrariam sententiam veriorem communi interpretum opinione esse, 1. *consil.* 13. *n.* 27. huc refer Fornerium, 2. *select.* 9. quod ex utraque nascitur exceptio, *l.* 28. *C. h. t. l.* 1. *C. de exception.* Harmenop. ait, transactionis majorem autoritatem esse. 1. *tit.* 10. 21 *l.* 1. *D. de pactis.* Goth. Vide Alciat. *h. l.* Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 18. *num.* 49. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 3. And. Gail. *lib.* 2. *observ.* 70. Arium Pinell. *part.* 1. *cap.* 4. *num.* 12. Ans. 22 Noctu pacta, transactiones, stipulationes fieri possunt, *ut hic.* An & actus civiles, legitimi & legis actiones? Hoc quidam negant, ideoque noctu testamentum fieri non posse, licet noctu signari possit, *l.* 22. *in fin. D. qui testam.* quod non probo. Nam si nocte testamentum signari & subscribi potest, *Synops. Basil.* 25. *tit.* 1. *cap.* 25. 5. Harm. 1. §. 10. igitur & fieri nocte testamentum potest: uno enim & eodem actu testamentum fieri debet. *l.* 28. *C. de testamentis.* 23 Secunda noctis est nobis septima post meridiem. Quæ nobis hora septima post meridiem, ea Romanis secunda hora noctis: huc refer *l.* 8. *D. de feriis*, *l.* 1. *D. de manumiss. l.* 3. *D. de op. libert. l.* 5. *in fin. D. qui test. l.* 2. *D. de annuis legat. l.* 7. *D. de usuc. l.* 2. *in fin. D. de verb. sign.* Transactio noctu fieri potest, si testamentum noctu signari potest. *l.* 22. *§.* 6. *D. de testam.* Potest etiam arbitrium ferri. An sententia? Oldend. negat, *arg. l.* 2. *§.* 3. *C. de orig. jur. l.* 1. *§.* 8. *D. quando appellandum.* adde Soc. *reg.* 359. *Nov.* 82. *c.* 3. v. Oldend. *d. c.* 22. *de re jud.* v. Ripam *tractatu de nocturno tempore.* 24 Hora quavis sanæ mentis hominibus licet transigere. Tempus igitur transactioni non officit, sed mentis imbecillitas. 25 Transactio fieri solet, re aliqua data vel retenta. *l.* 38. *C. h. t.* 26 Sensus est: Quoties in aliquo instrumento, dicis causa, scribitur reum transactionis causa debere, emptionis nomine pretium ab eo peti non potest, quia ficti, id est, simulati pretii, vel simulatæ venditionis nulla petitio est, & ita veritas transactionis prævalet fictæ venditioni. *l.* 55. *D. de contr. empt. l.* 57. *D. de obl. l.* 16. *D. de reg. jur.* Igitur ex transactione cui venditionis nomen accommodatur, venditi actio non competet. 27 Simulata pro infectis habentur. v. *C. plus valere quod agitur.* 28 *l.* 9. *in fin. C. de contrah. empt.* 29 *Synops. Basil.* 11. *tit.* 2. *cap.* 30. & 1. Har. 10. §. 15. 30 *Eclog.* 2. *c.* 30. id est, protestatio facta extrajudicialiter paulo ante vel paulo post cum amicis vel vicinis, absente eo, quo cum transigitur, *leg.* 19. *C. de his, quæ vi.* (paulo post ἅμα τῷ γίνεσθαι τὴν διάλυσιν. *Ecl. ibid.* 1. Harm. 10. *in fin.*) transactioni factæ non obest. 31 Exceptio, non sum heres, opposita creditoribus hereditariis, est exceptio intentionis. Bald. *hic.* intentionis dicitur, quæ in facto versatur. Ea juris exceptioni opponitur, juris exceptio est, quoties æquitas stricto juri opponitur. v. Oldend. *c.* 3. *de except. n.* 5. 32 Artemidori. *Hal.* 33 *Te non potest*, quidam ita legunt, & male: sensus est, non heredem non teneri pacto defuncti, nisi vel pro eo obligatus fuerit: vel nisi ut heres solverit. 34 Id est, nulla quantitate creditoribus defuncti a te numerata. 35 Argumentum observa: cui denegatur indebiti promissi exceptio, multo magis ei denegabitur indebiti soluti repetitio. *l.* 65. *§.* 1. *ff. de cond. indeb.* adde *l.* 3. *ff. de confess. l.* 53. *ff. de reg. jur.* 36 Non præsumitur igitur facta hæc confessio animo transigendi. 37 Cui facta est promissio, *nihil amplius peti.* is debere desinit: debere, inquam, ejus rei nomine, de qua agebatur: non aliarum. *l.* 31. *C. h. t.* igitur partis confessio reliquam debiti partem non extinguit: neque transactionis vim obtinet, ut hic. sic partis solutio in reliquam debiti partem litem non extinguit. dixi, *l.* 7. *C. de except. l.* 6. *C. de solut.* 38 Sit hoc argumentum. Quinquaginta aureos debes, solve, *hæc actio.* Atqui vel chirographum vel mea confessio, qua niteris, nihil aliud arguit, quam me quinque redditurum, *hæc exceptio.* Tua confessio qualitates alias non excludit: *hæc replicatio.* Rei veritas, non opinio debitoris spectanda: *hæc decisio.* 39 Expressa. *l.* 7. *C. de cond. ob caus.* 40 Regulariter enim ob causam datam, causa non secuta, condicitur. *l.* 1. *ff. de cond. caus. data.* 41 Hinc illud interpretum, propositum in mente retentum nihil operatur. *l.* 7. *C. de cond. ob causam dator.* adde 1. Harm. 10. *in fin.* 42 *l.* 11. *C. de test. milit.* 43 Spei alicujus causa datum, spe non secuta, non condicitur. *l.* 3. *§. sed si servus* 7. *ff. de cond. causa data l.* 12. *C. de donat. ante nupt.* 44 Spes hæc inhonesta. *l. pen. C. de pact.* 45 Posse videbatur: quia mater ad liberalem causam exercendam admittitur. *l.* 3. *§.* 2. *ff. de liberali causa.* 46 *l.* 1. *C. inter alios acta*, *l.* 13. *C. de prob. l.* 6. *l.* 10. *C. de liber. caus.* aut spurios. *l.* 29. *in fin. ff. de prob.* 47 Cur notissimi? jus libertatis pacto mutari non potest. *l.* 6. *l.* 10. *C. de liberali causa.* Mater liberorum suorum libertatem transigendo minuere non potest. 48 Adde *l.* 3. *C. l.* 2. *ff. qui test.* 49 Alias mente non sana consentire non potest, qui sentire non posse dicitur. *l.* 8. *ff. de optione legata.* 50 Alias corpore affecto mens affecta minus sana est. *l.* 1. *§. apud Vivianum. l.* 4. *§.* 1. *ff. de ædilitio edict. l.* 2. *ff. qui test.*

eſt: nec poſtulare debueras improbo deſiderio, placita reſcindi valetudinis corporis adverſæ velamento. S. 7. Idus Maji, CC. CONSS. 294.

De actis & ſcriptura.

28. Iidem AA. & CC. Sapparitæ.

SIve [1] apud acta Rectoris provinciæ, ſive ſine [2] actis ſcriptura intercedente vel non [3], transactio interpoſita eſt: hanc ſervari convenit. † Sed quoniam, *Ut* [4] *certum quid accipias*, conveniſſe te, licet ſine [5] ſcriptura, proponis, nec hujus rei cauſa ſtipulationem ſecutam eſſe: quamvis ex pacto non potuit naſci actio, tamen rerum vindicatione [6] pendente, ſi exceptio pacti oppoſita fuerit, doli mali vel in factum replicatione uſa, poteris ad obſequium placitorum adverſarium tuum urgere. Dat. 3. Non. Jul. CC. CONSS. 294.

De Speciebus poſt transactionem repertis: & de Errore.

29. Iidem AA. & CC. Martiæ.

SUb [7] prætextu ſpecierum [8] poſt repertarum: generali [9] transactione finita, reſcindi prohibent jura. Error autem circa proprietatem [10] rei apud alium extra perſonas tranſigentium tempore transactionis conſtitutæ, nihil poteſt nocere. S. 4. Kal. Octob. CC. CONSS. 294.

De dolo.

30. Iidem AA. & CC. Antonino.

TRansactione finita: cum [11] ex partibus tuis magis dolum interceſſiſſe, quam eorum contra quos preces fundis, confitearis, inſtaurari grave, nec non criminoſum tibi eſt [12]. S. 5. Idus Octob. *Crebro* CC. CONSS.

De clauſula, Nihil amplius peti.

31. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI de certa [13] re pacto transactionis interpoſito hoc comprehenſum erat, *nihil* [14] *amplius peti*: etſi [15] non additum fuerat, *eo nomine*, de cæteris tamen quæſtionibus integra permaneat [16] actio [17]. PP. 4. Idus Octobris, *Byzantii*, CC. CONSS. 294.

De re judicata.

32. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

SI [18] cauſa cognita prolata ſententia, ſicut jure traditum eſt, appellationis vel in integrum reſtitutionis ſolennitate ſuſpenſa [19] non eſt, ſuper [20] judicato fruſtra tranſigi, non eſt opinionis incertæ: Proinde [21] ſi non Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione ſubſecuta competentem tibi actionem peremiſti, Præſes provinciæ uſitato more legum rebus pridem judicatis effectum adhibere curabit. S. 8. Kal. Nov. CC. CONSS. 294.

De evictione.

33. Iidem AA. & CC. Euchruſio.

SI pro fundo quem petebas, *prædium certis finibus liberum* [22] *dari* transactionis cauſa placuit, nec eo tempore minor annis vigintiquinque fuiſti, licet [23] hoc prædium obligatum poſt, vel [24] alienum pro parte fuerit probatum: inſtaurari deciſam litem prohibent jura [25]. Ex ſtipulatione ſane, *ſi placita ſervari*, ſecuta eſt: vel, ſi non interceſſerit, præſcriptis [26] verbis actione civili ſubdita, apud Rectorem provinciæ agere potes. Si [27] tamen res ipſas apud te conſtitutas, ob quarum quæſtionem litis interceſſit deciſio, fiſcus vel alius a te vindicavit: nihil petere potes. S. 5. Id. Novemb. *Melantiadæ*, CC. CONSS. 294.

De adminiſtrata tutelæ obligatione. De hereditatis pollicitatione.

34. Iidem AA. & CC. Cyrillo & Ptolomaidi.

CUm donationis, ſeu [28] transactionis cauſa adminiſtratæ tutelæ debiti ſcientes vos obligationem fratri veſtro remiſiſſe proponatis, nec unquam volentibus [29] dolus inferatur: fruſtra de dolo queritmini: Nec ad implendum promiſſum hereditatis propriæ pollicitatione [30] quiſquam adſtringitur. PP. 6. Idus Novemb. CC. CONSS. 294.

De præſentia amicorum & de metu.

35. Iidem AA. & CC. Hammoni.

TRansactionem, quæ dominii translatione vel actione peracta [31] ſeu perempta, finem accipit: cum ea amicis [32] etiam intervenientibus [33] re vera oſtenditur proceſſiſſe, metus velamento reſcindi poſtulantis profeſſio detegit improbitatem. S. 9. Kalend. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

Si quid convenit, nec datum ſit, nec offeratur.

36. Iidem AA. & CC. Achillæ.

SI major annis vigintiquinque tranſegiſti, quamvis dari tibi placita repræſentata [34] necdum probentur, nec offerant hi qui conveniuntur: ne [35] quid amplius ab his exigi poſſit, exceptionis proficit æquitas. S. 6. Id. Decemb. CC. CONSS. 294.

De ſtipulatione pœnali.

37. Iidem AA. & CC. Baſilicæ.

PRomiſſis [36] transactionis cauſa non impletis, pœnam [37] in ſtipulationem deductam, ſi contra factum fuerit, exigi poſſe conſtat. S. 12. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

Quomodo tranſigitur.

38. Iidem AA. & CC. Theodotioni.

TRansactio [38] nullo [39] dato, vel retento [40], ſeu promiſſo minime procedit. S. 8 Kalend. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De pœnitentia.

39. Iidem AA. & CC. Martianæ.

QUamvis [41] eum, qui pactus eſt, ſtatim [42] pœniteat [43], transactio [tamen] reſcindi, & lis inſtaurari non [44] poteſt: & qui tibi ſuaſit, intra certum tempus licere a transactione recedere, falſum adſeveravit. S. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De ſcriptura. De Aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione. De pœna.

40. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

UBi pactum [45] vel transactio ſcripta eſt, atque Aquilianæ ſtipulationis, & acceptilationis vinculis firmitas juris innexa eſt: aut ſubſecutis ſecundum leges accommodandus eſt conſenſus, aut pœna [46] una cum his, quæ data [47] probantur, ante cognitionem cauſæ (ſi adverſarius hoc maluerit) inferenda eſt. Dat. 3. Non. Jun. *Conſtantinop.* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De jurejurando.

41. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Rufino P. P.

SI [48] quis major [49] annis [vigintiquinque] adverſus pacta vel transactiones nullo cogente imperio [50], ſed libero arbitrio, & voluntate confectas putaverit eſſe veniendum, vel [51] interpellando Judicem, vel ſupplicando Principibus, vel non implendo promiſſa: eas autem, *invocato* [52] *Dei omni-*

1 Καὶ ἐν ὑπομνήμασιν καὶ χωρὶς ὑπομνημάτων καὶ ἐγγράφως, καὶ ἀγράφως, id eſt, & apud acta, & ſine actis: & ſcriptura, & ſine ſcriptura transactio facta ſtabilis eſt, *Synopſ. Baſil.* 11. *tit.* 2. *c.* 36. & 1. Harm. 10. §. 2. 2 Transactio extra judicium fieri poteſt. 11. *Ecl.* 2. *c.* 36. 3 Transactio ſcripturam non requirit. *l.* 5. *in fin.* ſ. *h. t.* quæ ſcripturam non exigant, dixi *in l.* 17. ſ. *de pact.* 4 Hoc ſæpe evenit in transactionibus *l.* 37. J. *h. t.* 5 Transactio ſcriptura munita ex ſtipulatu actionem parit. 6 Caſus, Præſta quod transactione te mihi dare oportet, *actio.* Tibi non teneor, pactum enim nudum interceſſit, quod actionem non parit. *Exceptio:* Atqui parum te juvat iſta exceptio, cum dolo facias fidem non adimplens, *replicatio:* Promiſſor tenetur. *Deciſio:* adde *l.* 21. ſ. *de pact. l.* 27. *ff. de inoff. teſtam. l.* 33. J. *h. t.* 7 *Syn. Baſil. h. t. c.* 30. 8 i. e. Inſtrumentorum. 9 Generalis transactio propter inſtrumenta de novo reperta non reſcinditur. Generalis eſt, quoties rerum omnium nomine debitori fit acceptilatio: aliud erit, ſi acceptilatio fit rei certæ ac ſpecialis. *l.* 1. *in fin.* J. *de reb. cred.* aut ſi coactus a judice tibi accepto tuli. *l.* 31. *ff. de jurejur. l. ult.* J. *de reb. cred.* aut ſi inſtrumenta mihi ſubtraxiſti. *l.* 19. ſ. *h. t.* aut ſi ex falſis inſtrumentis ſit transactum. *l. pen.* J. *h. t.* alios caſus addidi *ad l.* 19. hoc addendum, quamvis transactionem juſta de cauſa a Principe reſcindi poſſe. *l.* 27. *ff. de pœn.* adde *l.* 16. ſ. *h. t.* 10 *l.* 18. J. *de rei vind.* 11. *Ecl.* 2. *c.* 36. 11 Qui dolum commiſit, transactionis reſciſſionem petere non debet. *l.* 20. *ff. h. t. l.* 2. §. 3. *ff. ad SC. Velleian. l.* 134. *in fin. ff. de reg. jur.* vid. *l.* 4. J. *de revoc. don.* 12 Turpe enim eſt allegare turpitudinem ſuam. Bartolus *ad l. jusjurandum.* §. *procurator. num.* 3. *ff. de jurejur.* & ibidem Jaſon. *num.* 31. *cum ſeq.* Grammaticus *conſil.* 45. Tiraquel. *de utroque retract. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 67. & *latiſſ. gloſſ.* 18. *num.* 20. 24. 25. & 27. & *gloſſ.* 14. *n.* 46. Decius *conſ.* 14. *col. final.* & *conſil.* 587. *num.* 10. Cravetta *conſ.* 125. *num.* 6. Mod. 13 Περὶ μιᾶς αἰτίας. 14 Id eſt, de una re, *Synopſ. h. t. c.* 39. & 2. Harm. 10. §. 20. ut certum ſit hic idem quod unum. *dixi ad l.* 24. ſ. *h. t.* 15 11. *Ecl.* 2. *c.* 30. 16 Transactio generalis non extenditur ad ea, de quibus veriſimiliter non eſt transactum, *ut hic*, quid enim ſi quis de depoſito transegit, mutui autem actionem habebat. v. 1. Har. 10. §. *ult.* 17 Notant hic Doctor. clauſulam generalem trahi ad ſpecificata. Afflictus *deciſ.* 285. Alexand. *conſil.* 117. *lib.* 1. Jaſon. *ad l. qui Romæ.* §. *duo fratres. ff. de verbor. obligat. num.* 47. Curtius Jun. *conſil.* 101. *n.* 2. Mod. 18 *Syn. Baſ. h. t. c.* 40. & 1. Har. 10. §. 4. *l.* 4. *C. Greg. h. t.* 19 *l.* 7. *in pr. ff. h. t.* aut ignoretur an ſit judicatum. *l.* 11. *ff. h. t.* 20 Super judicato non ſubſequuta appellatione fruſtra tranſigi, non eſt opinionis incertæ. *l.* 4. *C. Greg. h. t.* judicatum eſt res certa. Tranſigitur autem de re dubia: ideoque ſuper judicato non poteſt tranſigi. 11. *Ecl.* 2. *c.* 40. & *l.* 23. §. 1. *ff. de cond. indeb.* poteſt tamen res adjudicata donari. Paul. 1. *ſent.* 1. §. *ult.* 21 Id eſt, quia, Donellus *hic n.* 27. 28. & *ſeq.* 22 Id eſt, non pignoratum. 23 Id eſt, licet is fundus ſit evictus: hinc collige, ratione evictionis non reſcindi transactionem, dari tamen actionem præſcriptis verbis. adde *l.* 38. ſ. *h. t.* vid. omnino Joſ. Ludovicum *deciſ.* 101. 24 Duæ quæſtiones hinc naſcuntur: an ſi prædium, (quod transactionis cauſa datum eſt) vel obligatum vel alienum fuerit, reſolvi poſſit transactio, eo petente, cui talis fundus datus fuerit transactionis cauſa. 25 Adi Alexand. *ad l. naturaliter.* §. *nihil commune. ff. de acq. poſſeſſ.* Cremenſ. *ſingul.* 131. Cœpol. *conſ.* 133. *num.* 81. 1. *part.* Alciatum *lib.* 5. *parad. cap.* 7. Coraſium *lib.* 2. *Miſcell. cap.* 10. porro quod opponitur huic noſtræ legi *l. naturalis.* §. *quod ſi. ff. de præſcript. verbis.* ad hoc reſpondetur: Aut ex facto meo tibi aliquid abeſt, & tunc datur actio præſcriptis verbis: Aut nihil tibi abeſt, & tunc datur de dolo actio. *Mod.* 26 Quia pro fundo quem petebas, fundus tibi promiſſus evictus eſt. Eſt autem contracta hic permutatio. 27 Senſus eſt, Si fundus, quem a Titio petebas, re ipſa tibi reſtitutus, & is poſtmodum ab aliquo ſit evictus, nullum habes regreſſum adverſus eum, qui reſtituit. 28 Liberatio fit interdum donatione, interdum transactione. 29 Sciens & volens non decipitur: ideoque nec de dolo poteſt conqueri. *l.* 1. *in fin. ff. de action. empt. l.* 3. §. 5. *ff. de homine libero.* vid. *l.* 109. *l.* 145. *ff. de reg. jur.* hinc colligunt, venditori ſcienti verum rei ſuæ pretium non competere remedium *l.* 2. J. *de reſcind. vendit.* qua de re vide plura apud Rolandum a Valle 1. *conſil.* 59. *num.* 10. & *ſeq.* 30 Pollicitatione hereditatis nemo adſtringitur. vid. *l.* 30. ſ. *de pact.* adde *l.* 61. *ff. de verb. obl.* adde *l.* 25. ſ. *h. t.* vento paſcit creditorem, qui hereditatem ſuam ei pollicetur. 31 Pacta. *Hal.* 32 Non præſumitur decipi, qui præſentibus amicis transegit, ὅπου φιλία ἐστὶν ὁ βία τρακτάζεται. 1. *Harmen.* 10. §. 13. Amicorum præſentia, ſecuritatis, conſilii ac judicii teſtimonium eſt. De hac præſumptione, vid. Alciat. 1. *præſumpt.* 61. plane ſi unus tantum intervenerit amicus, aliud eſſe dicendum exiſtimat Tiraquellus, *in l. ſi unquam* 8. *in verb. Suſceperit liberos.* J. *de Revoc. don. n.* 238. 33 Hippolytus de Marſil. intelligit hoc locum habere, ubi non agitur de commodo eorum, ſed alterius tertii. Bartolus *ad l. viduæ. C. de nupt.* Cotta *in Memorab. in verb. contractus.* Tiraquel. *poſt leges connub. gloſſ.* 5. *num.* 37. & *ſeq.* porro idem quod amicorum, operatur præſentia honeſtorum virorum, & decretum judicis: Caſtrenſis hic & confirmatio ſuperioris ſupplet defectum formæ, ſolennitatis, perſonæ, & alios defectus ſecundum Baldum *ad l. fin. ff. de teſt. tut.* Hippol. *ſing.* 75. Mod. 34 Id eſt, oblata, *Syn. Baſil. h. t. c.* 44. & 1. Harm. 10. §. 7. 35 In contractum transactionis, tanquam ſtricti juris, non veniunt uſuræ a tempore moræ. *l.* 13. J. *l.* 32. §. 2. *ff. de uſur.* 11. *Syn. Baſil.* 2. *c.* 44. 1. Harm. 10. 36 *Synopſ. Baſil. h. t. c.* 45. *in pr.* 37 Reo transactionis promiſſum non implente, pœna promiſſa poteſt ab eo exigi. Quid ſi pœna non fuit promiſſa? aliud. *l.* 6. *ſupr. h. t. l.* 6. J. *de contr. ſtip.* 38 *Syn. Baſil.* 10. *c.* 45. *in fin.* & 1. Harm. 10. §. 1. 39 *l.* 21. ſ. *h. t. l.* 1. *in fin. ff. h. t.* adde *l.* 3. *in fin.* J. *de repud. vel abſtin.* dixi ſ. *in Epigraphe:* adde 11. *Ecl.* 2. *c.* 45. *in fin.* 1. Harm. 10. *in pr.* 40 Utrumque; unde colligunt transactionem eſſe contractum nominatum, adde quæ ſcripſi *l.* 39. J. *h. t.* 41 *Syn. h. t. c.* 27. 42 Adde *l.* 5. J. *de obl.* & *act. l.* 12. *in fin.* J. *de contr. empt.* 43 11. *Syn. Baſil.* 2. *c.* 47. 1. Har. 10. *in fin.* adde *l.* 3. J. *de reſc. vend.* 44 Transactionem contractum eſſe nominatum hinc colligitur: qui ſi innominatus eſſet, revocari poſſet, *l. dedi.* 3. *ff. de condict. cauſa data, l. ſi quis* 49. *ff. de pact.* adde *l.* 38. ſ. *h. t.* Bartolus hoc eſſe verum exiſtimat: verum ſpeciale liberationis minuendarumque litium favore eſſe ſubjicit. Alii dicunt reum pœnitentem admitti re adhuc integra, *l. ſicut* 5. J. *de obl.* & *act.* adde Coraſ. 1. *Miſcell.* 25. 45 Vid. ad legis hujus intelligentiam Molinæum *in labyrintho de divid* & *individ. part.* 2. *n.* 579. & Menochium *de arbitr. jud. l.* 1. *q.* 16. Mod. 46 *Debita ex ſtipulatione. l.* 37. ſ. *h. t.* 11. *Ecl.* 2. *c.* 48. 47 *l.* 14. ſ. *h. t. l.* 41. J. *eod. l.* 16. *ff. h. t. l.* 23. *in fin. ff. de cond. indeb.* Paul. 1. *ſent.* 1. §. 3. 48 *l.* 8. *C. Theod. de pact.* & *tranſ. l.* 2. 1. Harmen. 11. §. 11. *Syn. Baſil.* 11. *tit.* 2. *c.* 49. hanc legem nimis duram eſſe refert Rol. a Valle 1. *conſ.* 57. *n.* 46. 47. Ideoque vix uſu vel praxi obtinere, aut ſaltem locum non habere, niſi concurrant & verificentur omnia, quæ hic continentur. Requiritur autem ut contraveniens ſit major, ut qualitas ætatis allegetur, ut contractus nullo cogente imperio ſit initus, ut juratus ſit, ut de rei circumventione & dolo conſtet. 49 Hac voce etiam comprehenduntur mulieres. Tiraquell. *de retract. gentilitio* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 213. Idem tamen *in l. ſi unquam.* 8. *in verb. Revertatur. n.* 239. J. *de revoc.* tradit hanc legem locum adverſus tertium non obtinere, ſi unus tranſigentium rem vendiderit. 50 Adi, quia multum hæc aliaque hujus legis controverſa ſunt, Decium *conſ.* 452. Alexand. *conſil.* 131. *lib.* 4. Curt. Sen. *conſil.* 43. *num.* 1. Cephal. *conſil.* 192. *num.* 17. & *conſil.* 265. *num.* 2. Bolog. *conſil.* 28. *num.* 3. Plot. *ad l. ſi quando. num.* 543. *unde vi.* Jaſonem *conſil.* 118. Cravettam *conſ.* 182. *num.* 16. Cornel. *conſil.* 266. Cagnolum *tom.* 1. Portium *lib.* 2. *regul. concluſ.* 10. Contium *ad leg. Jul. Majeſt. pag.* 28. Guterium 1. *part.* 2. *reſol. cap.* 61. *num.* 31. & *ſeq.* Rainaldum Corſum *lib.* 3. *indag. cap.* 9. materiam autem perjurii habes tractatam a Julio Claro §. *perjurium.* Mod. 51 Nota modos, quibus quis peccat in non implenda transactione. 52 Eo nomine datur exceptio jurisjurandi. vid. Olden. *c.* 38. *de except.* juramento excludi facultatem moræ purgandæ hinc colligitur: aliud tamen eſſe jure ca-

potentis

potentis nomine, eo auctore solidaverit: non [1] solum notetur infamia [2], verumetiam actione privatus [3] restituta pœna [4], quæ pactis probatur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione vel transactione illa fuerit consecutus: Itaque omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui intemerata pacti jura servaverint. † Eos etiam hujus legis vel jactura [5] dignos esse jubemus, vel munere [6], qui nomina nostra placitis inserentes, *salutem* [7] *Principum*, confirmationem initarum juraverint esse pactionum. Dat. 5. Idus Octobr. *Constantinop.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De falso. De jurejurando.

42. Impp. LEO & ANTHEM. AA. Acrochirio P.P.

SI [8] ex falsis instrumentis transactiones vel pactiones [9] initæ fuerint, quamvis [10] jusjurandum [11] [de] his interpositum sit, etiam civiliter falso revelato, eas retractari præcipimus: ita demum, ut, si [12] de pluribus causis vel capitulis eædem pactiones seu transactiones initæ fuerint, illa [13] tantummodo [14] causa vel pars retractetur, quæ [ex] falso instrumento composito [15] convicta fuerit: aliis [16] capitulis firmis manentibus [17]: nisi forte etiam de [18] eo, quod falsum dicitur, controversia orta decisa sopiatur. Dat. Kalend. Jul. *Constantinop.* MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

De quæstione super servili vel adscriptitia conditione.

43. Imp. ANASTASIUS A. Thomæ PF.P. per Illyricum.

JUbemus in omnibus litigiis jam motis & pendentibus, seu postea super servili vel adscriptitia [19] conditione movendis, transactiones celebrandas, vel jam celebratas (si non alio juri cognito modo eas vacillare contigerit) vires suas obtinere: nec ob hoc videri tenorem earum titubare, quod pro conditione servili vel adscriptitia confectæ sunt. Dat. 15. Kalend. Decemb. PATRICIO & HYPATIO CONSS. 503.

TIT. V.
DE [20] ERRORE CALCULI [21].

1. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. & CC. Aureliano Quarto.

ERrorem calculi [22], sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non afferre præjudicium, sæpe constitutum est: unde rationes etiam sæpe computatas denuo [23] tractari posse, si res judicatæ [24] non sunt, vel transactio [25] non intervenit, explorati juris est. Sed & si [26] per errorem calculi velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit. Dat. 6. Kal. Mart. AA. CONSS. 287.

TIT. VI.
DE POSTULANDO [27].

De prohibitione judicis.

1. Imp. ANTONINUS A. Artemidoro.

CUm a præfecto Ægypti perpetuo [28] causas agere prohibitus non appellaveris, placitis obtempera. PP. 3. Kalend. Aug. SABINO II. & ANULINO CONSS. 217.

De libertis.

2. Imp. ALEXANDER A. Polydoro.

NEc cæterorum liberti [29], nedum mei quidem, si ita sunt literis eruditi [30], ut patrocinia desiderantibus præstare possint, prohibentur id facere. PP. Non. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si causa, ob quam promissum est, non sequatur.

3. Imp. GORDIANUS A. Flaviano.

SI [31] sub specie honorarii [32], quod advocato usque ad certum [33] modum deberi potuisset, eam quantitatem, quam desiderio tuo complecteris, te daturum cavisti: & quasi mutuam pecuniam accepisses, eam te redditurum promisisti, nec temporis spatio, gesto negotio consensum ac fidem accommodasti: competenti exceptione non numeratæ pecuniæ tutus es, & ex hac causa cautionem interpositam, usitato more potes condicere. PP. 5. Id. Jun. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De absentia patroni.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Theodotioni.

VElamento absentis [34] patroni causæ rursus ad finitas quæstiones redire quis frustra conatur. S. 4. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

Pactum de quota litis.

5. Imp. CONSTANT. A. Helladio.

SI qui advocatorum, existimationi [35] suæ immensa atque illicita compendia prætulisse sub nomine honorariorum ex [36] ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certæ [37] partis cum gravi damno litigatoris & deprædatione poscentes fuerint inventi: placuit ut omnes, qui in hujusmodi sævitate [38] permanserint, ab hac professione penitus arceantur. Dat. 3. Kal. April. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

De officio advocati.

6. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Olybrium præf. urb.

QUisquis [39] vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit advocatus [40] & judex: quoniam aliquem inter arbitros & patronos oportet esse delectum. §. 1. Ante omnia autem universi advocati ita præbeant patrocinia jurgantibus: ut non ultra quam litium poscit utilitas, in licentiam conviciandi [41], & maledicendi temeritatem prorumpant: agant, quod causa desiderat: temperent se ab injuria. Nam si quis adeo procax fuerit, ut non ratione [42] sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur, nec enim conniventia commodanda est, ut quisquam negotio derelicto in adversarii [sui] contumeliam aut palam pergat, aut subdole. §. 2. Præterea nullum [43] cum [44] eo litigatore contractum, quem in propriam recipit fidem, ineat advocatus: nullam conferat pactionem. §. 3. Nemo ex his, quos licebit accipere, vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator. §. 4. Nemo ex industria protrahat [45] jurgium. §. 5. Apud urbem autem Romanam etiam honoratis, qui hoc officium putaverint eligendum, eo usque liceat orare, quousque maluerint, videlicet ut non ad turpe compendium stipemque deformem hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quærantur. Nam si lucro [46] pecuniaque capiantur: veluti abjecti atque degeneres inter vilissimos numerabuntur. §. 6. Quisquis igitur ex his, quos agere permisimus, vult esse causidicus: eam solam quam sumet tempore agendi, sibi sciat esse personam quousque causidicus est: Nec [47] putet quisquam honori suo aliquid esse detractum, cum ipse necessitatem elegerit standi [48], & contempserit jus sedendi. PP. 10. Kalend. Septemb. VALENTINIANO & VALENTE AA. II. CONSS. 368.

De æquitate in advocatis concedendis servanda.

7. Iidem & GRATIANUS AAA. ad Olybrium Præf. urbi.

PRovidendum est, ne [49] hi, quos in foro aut meritum nobilissimos [50] fecerit, aut vetustas, in una parte consistant, aliam a rudibus atque tyronibus necesse sit sustineri: atque ideo si in uno auditorio duo tantum præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior: in judicantis officio sit, ut par causidicorum distributio [51] fiat: & exæquetur partibus auxilium singulorum: & æqua divisio procedat. Si quis vero monitus a judice, ea excusatione, quæ nequeat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegaverit, ca-

nonico. *gloss.* 32. *q.* 1. *c.* 2. Romanus *singular.* 446. 1 Nota recedentem a transactione jurata quatuor pœnis subjici: fieri infamem, actionem amittere, pœnam promissam luere, & accepta restituere. 2 A transactione jurata recedens notatur infamia. 1. *Ecl.* 2. *c.* 49. & 1. Harm. 10. & 2. *C. Th.* 9. 3 Vid. *l.* 1. §. 2. J. *de assertione tollenda.* 4 Vid. *l.* 40. S. *h. t.* 5 Hoc respicit perjurum ipsum. 6 Hoc referendum ad eum, cui pœna & multa ejus, qui pejeravit, lucro cedit. 7 *Per salutem Principum* veteres jurabant, etiam Christiani, nunquam vero per *Principis genium.* Tertullianus *c.* 32. *Apologetici*, sicut non juramus per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ augustior est omnibus geniis. Ita Polycarpum jussum a proconsule per Genium Cæsaris jurare legimus. Euseb. 3. *hist. Eccl.* 14. jurasse quoque veteres per Principum venerationem constat, ex *l.* 2. J. *de reb. cred.* 8 Adde J. *Si ex falsis instrumentis.* 9 Cujacius *lib.* 6. *observat. cap.* 11. Menochius *de arbitr. Jud. l.* 2. *casu* 15. Joann. Aurpachus *l.* 1. *ep. c.* 11. Mod. 10 Transactio ex falsis instrumentis interposito jurejurando confirmari non potest, *ut hic:* adde *l. ult.* J. *de non numerata pecunia.* 11 11. *Syn. Basil.* 2. *c.* 2. *vel* 50. 12 Transigere de pluribus causis & capitulis simul possumus. 13 Vid. *l.* 5. *in fin. supr. de leg. Novell.* 51. *in princ.* 14 Utile per inutile non semper vitiatur. vid. *l.* 20. *ff. de usuris.* 15 A nonnullis codicibus hæc vox abest. 16 Jurata transactio eatenus rescinditur, quatenus prætextu falsorum instrumentorum facta est. 17 Utile per inutile non vitiatur, vid. quæ scripsi ad *l.* 12. J. *de testam.* 18 Hic casus est diversus a superiori, aliud est enim ex falso instrumento transigere, aliud de eo quod falsum dicitur. vid. Cujac. 6. *observ.* 31. 19 Hinc tamen colligit Cujac. 6. *obs.* 11. & 19. *obs.* 39. de falso, jure transigi posse, *l.* 18. S. *h. t.* Hotomanus vero 11. *Illustr.* admittere id videtur, si criminaliter agitur, non si civiliter, *l.* 7. S. *h. t. l.* 15. *l.* 16. *l. pen. l. ult.* J. *ad leg. Corn. de fals.* de ea re dicam *ad l.* 7. J. *ad leg. Corn. de falsis.* vid. plura apud Cujac. 12. *obs.* 35. adde *l.* 3. *in fin. supr. h. t.*

20 11. *Eclog.* 2. *c.* 52. & 53. *tit.* 3. & *lib.* 11. *tit.* 2. *c.* 52. vid. *edict.* 9. *c.* 2. *in fin.* 21 *Syn. Basil.* 11. *tit.* 2. *cap.* 52. 22 Id est, computationis, quæ sæpissime in transigendo accidit. 23 Sæpe computatæ rationes denuo tractari possunt, etiam inter mercatores, quamvis peritos numerandi, quantumvis res sit minima: ut enim rescindantur calculus, non est quærenda læsio ultra dimidium, nisi judicatum sit aut transactum. vid. Molinæum *de usur. quæst.* 14. *num.* 182. Roland. a Vall. 1. *cons.* 49. *num.* 49. alias rationi & calculo stari debet, nisi de errore probetur. Ferrar. *in forma, ut pacta serv.* 36. *ibi, discuss.* 2. *num.* 4. 24 Nec sententia, nec transactio revocatur ob errorem calculi. Imo res judicata revocatur, *l.* 1. §. 1. *ff. quæ sent. sine appell.* Solve: si error calculi in sententia non exprimitur, non potest revocari. vid. Oldendorp. *cap.* 26. *de sententia & re judicata.* vid. *hic* Bald. 25 Imo error impedit transactionis effectum, *l. obligationum* 3. §. 1. *ff. de oblig. & act.* & ita Raguerius putat. Alii valere transactionem errore factam censent: etiamsi error exprimatur: *arg. l. sed & si quis* 4. *in princ. ff. si quis cautionib. l. si quis postquam.* 37. *ff. de fidejuss. & mandat.* & ita Petrus Butrig. & Bart. 26 *Synopsis h. t. cap.* 52. 27 *L.* 3. *D.* 1. 2. *C. Th.* 17. 1. *Extr.* 37. adde 8. *Synops. Basil.* & Lucium 5. *placit.* 1. 28 *l.* 1. §. 13. *ff. de off. præf. urb. l.* 9. *in princ. ff. de pœnis.* 29 Liberti postulare possunt, ut hic, sive Principis, sive privatorum: at non servi. 30 In patrono requiritur eruditio,

l. 7. J. *de profess. & medicis:* adsessore *l.* 2. *ff. de off. adsess.* At in judice, vid. *l.* 1. S. *de off. adsess.* vid. quæ dicam *ad l. pen.* J. *de judic.* huc pertinet illud Ammiani 30. Adversus imperitos advocatos: *E quibus*, inquit, *ita sunt rudes aliqui, ut nunquam se Codicem habuisse meminerint, & si in circulo doctorum autoris veteris inciderit nomen, piscis aut edulii peregrinum nomen arbitrantur.* 31 Qui advocaturo sibi, de iis, quæ advocationis nomine debiturus est, quasi ex mutui causa caverit, non numeratæ pecuniæ exceptione utatur, nisi tempus præterierit, & cautionem suam condicat, *Synops. Basil.* 10. *cap.* 13. 32 Libros a typographo ipsorum auctori pro corollario deberi, hinc Hotomanus colligit *consil.* 3. 33 Id est centum aureos, vid. *l.* 1. §. 12. *in fin. ff. de extraord. cognit.* vid. Lucium 5. *Placitor.* 1. *arrest. ult.* 34 Absentia advocati non vitiat sententiam. dixi ad *l.* 1. J. *de repud. bon. poss.* adde *speciem l.* 6. J. *de revocand. donat.* 35 Existimatio, id est, honor compendio pecuniario præfertur. 36 Τῆς δίκης μοῖραν, hoc est, de accipienda post victoriam certa parte litis. *Synops. h. t. c.* 11. Hi non jure causæ, sed fundorum, pecorum & mancipiorum qualitate, rationeque tractata, clientum præcipua poscere dicuntur coacta pactione, *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 37 Advocato, *ut hic*, *l.* 53. *ff. de pact. l.* 1. §. 12. *ff. de extraordin. cognit.* 8. *Eclog.* 1. *cap.* 15. *l.* 6. §. 2. J. *h. t.* procuratori, *l.* 53. *ff. de pact.* de quota litis pacisci non licet: sunt enim conscelerata hujusmodi pactiones, *l.* 1. *C. Theod. h. t.* De hujusmodi ergolabis litium, vid. Cujac. 8. *obs.* 31. 38 Scævitate. 39 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 40 In eodem negotio meo advocatus & judex, *l.* 14. S. *de adsessor. & domest. l.* 5. *ff. de off. adsess. l.* 17. *ff. de jurisdict.* quod olim prohibitum non fuit, Plin. 3. *epist.* Possis & hoc addere, advocatum meum mihi testem esse non posse. vide Wurmserum 1. *pract.* 4. *obs.* 1. *Synops. Basil. h. t. cap.* 17. 41 Hinc illud Ammiani 30. cum ad inopiam venerunt allegationum, ad effrænatam deflectunt conviciandi licentiam: quo nomine ob assidua in personas honorabiles probra diebus dictis sunt damnati. 42 Ratione, non probris certandum. 43 Nullum neque pactum, neque contractum de lite aut mercede. *Synops. Bas.* 1. *cap.* 18. 44 Μετὰ τοῦ οἰκείου πρόσφυγος, cum confugiente ad suum patrocinium 8. *Syn.* 1. *d. c.* 18. *ut & c.* 15. 45 De his Ammianus 30. per morborum simulationem consulto cessantes, utque pervulgati juris proferatur lectio una, septem vendibiles introitus præparant, dilationum examina longissima contexentes. *Moratores dicebantur.* vid. Cujac. 4. *obs.* 40. 46 Αἰσχροκέρδεια in advocato turpis, ut & alias in Episcopo, 1. *Timoth.* 3. *vers.* 3. *ad Titum* 1. *vers.* 7. in philosopho, *l.* 8. §. 4. *ff. de vacat. mun. l.* 1. §. 5. *ff. de extr. cognit.* 47 Judex honori suo nihil detrahit, cum postulat, & advocati munere apud aliquem judicem fungitur. 48 Stat advocatus, sedet judex, vid. *l.* 3. J. *ubi senatores vel clariss.* Tam est honesta causidicina, ut ea fungi judici non sit inhonestum. 49 Judex causidicos ex æquo partibus tribuat, ut non in una parte eruditi, in altera rudes & inexercitati reperiantur, *Synops. h. t. c.* 22. 50 Advocatos esse nobiles hinc quidam colligunt, quod hic non dicitur. Alii colligunt, scientiæ vetustatem homines nobilitare. Sed verius est has particulas, nobilissimos, præstantissimos, excellentes & primos significare, & ita nobilis & nobilissimus dicitur apud Ciceronem, 1. & 2. *de Oratore.* 2. *de fin.* & *pro Cluentio:* Macrob. 7. *Saturn.* 15. sic nobiles scelere. Cicero *pro Roscio Amerino:* virgo nobilis, Horat. 4. *Carm.* Nobiles agri, Ovid. 3. *Amor.* 2. Nobiles feræ, Claud. 3. *panegyr.* Nobilissima prædia, Cicer. *pro Roscio Amerin.* equulei argentei nobiles, Cicer. 6. *in Verrem.* bellum nobile, Horat. adde Tiraquell. *cap.* 2. *de nobilitate.* 51 *l.* 1. §. 4. *ff. h. t. l.* 9. §. 5. *ff.*

reat

reat [1] foro [2]: sciat etiam nunquam sibi ad agendum copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse [3] cum plurimis, & adversario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam: ostendet proculdubio iniquam a se litem foveri, & auctoritatem judiciariam a se delusam experietur. Dat. Kal. Mart. *Treveris*, VALENTINIANO & VALENTE AA. utrisque III. CONSS. 370.

De eo, qui non est sacrosanctis Catholicæ religionis imbutus mysteriis.

8. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P. P.

NEmo [4] vel in foro Magnitudinis tuæ, vel in provinciali judicio, vel apud quemquam judicem accedat ad Togatorum consortium, nisi [5] sacrosanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum, vel attentatum fuerit: Officium quidem Sublimitatis tuæ centum librarum auri jacturam pro condemnatione sustineat: idem vero, quicumque ausus fuerit contra providum Nostræ Serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit, ab advocationis officio remotus, stylum proscriptionis atque perpetui exilii specialiter sustinebit: scituris etiam provinciarum Rectoribus, quod is, sub cujus administratione aliquid hujusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilii per quinquennium sustinebit. Dat. Prid. Kal. April. *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. COS. 468.

TIT. VII.
DE ADVOCATIS [6] DIVERSORUM JUDICIORUM.

De prævaricatione.

1. Imp. ANTONINUS A. Doloni.

SI patronum causæ prævaricatum [7] putas, & impleveris accusationem, non deerit adversus eum pro temeritate [8] commissi sententia: atque ita de principali causa denuo quæretur. Quod si non docueris prævaricatum: & calumnia notaberis, & rebus judicatis, a quibus non est provocatum [9], stabitur. PP. 3. Kal. Octobr. ANTONINO A. IV. & ALBINO [10] CONSS. 214.

De decurionibus.

2. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTIN. AAA. ad Antonium P. P.

QUi necessario patriæ [11] suæ debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos nolumus evagari [12]: permittentes, ut in negotiis causidicorum fungantur officiis, & in civitatibus propriis subeant munera curialium; ita tamen [13], ut non [14] contra Rempublicam civitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur. Dat. 15. Kal. Septemb. *Ravennæ*, VALENTE VI. & VALENTINIANO III. AA. CONSS. 378.

De provincialibus functionibus.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Africanum P. P.

NE [15] quis ex corpore Togatorum [16] [minime curialibus nexibus illigatus] provinciales [17] suscipiat functiones: scilicet ut ambientibus claudatur ingressus, & invitis necessitas auferatur. Dat. 3. Non. August. *Constantinop.* ARCAD. IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De peculio quasi castrensi.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Eustathio P. P.

FOri [18] tui Culminis, & universorum judiciorum advocati quicquid ex hujusmodi professione, vel ipsius occasione quæsierint, id [etiam] post patris obitum, præcipuum, veluti [19] peculium castrense, ad exemplum militum, proprio dominio valeant vindicare. Dat. 10. Kalend. April. *Constantinop.* DD. NN. HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 424.

De muneribus necnon privilegiis, & immunitatibus.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro Præf. urbi.

QUicquid animi largitate, & munificentia principali præstitimus Togatis per Orientem eminentissimæ præfecturæ reverentia [20] studiorum: id sibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant patroni causarum illustris Urbicariæ præfecturæ. Dat. 7. Kal. Jan. *Constantinop.* THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

6. Iidem AA. ad Florentium P. P.

SAncimus [21], ut advocatis, qui apud tuam Magnificentiam causas acturi sunt, a nullo judice, nec ab ipsa eminentissima præfectura sollicitudo ulla penitus injungatur: Sed nec advocatis provinciarum vel spectabilium judicum quisquam existimet aliquid injungendum. Nulla igitur Togatis inspectio, nulla peræquatio ingeratur, nulla operis constructio, nulla discussio [22], nullum ratiocinium imponatur, nullum denique aliud [23] eis mandetur, præter arbitrium [24] in [25] eodem dumtaxat loco, ubi advocationis exercent officium: quinquaginta [26] librarum auri [pœna] officio feriendo, si legis istius regulas temerare tentaverit. Dat. 8. Kalend. Mart. *Constantinop.* THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

7. Iidem AA. Thalassio P. P. per Illyricum.

ISdem privilegiis, iisdemque immunitatibus potiri togam [27] illustrissimæ per Illyricum præfecturæ, quibus fruitur toga per Orientem Prætorianæ sedis excelsæ, decernimus. Dat. 7. Id. Septemb. *Constantinop.* THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De numero advocatorum. De curiali vel alia viliori conditione. De quasi castrensi peculio.

8. Iidem AA. Cyro P. P. Consuli designato.

CUm advocatio prætoriana centum quinquaginta [28] numero togatis minime vel minuendo, vel augendo concludatur, jubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum pervenerint, a cohortis [29] vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocumque [30] genitis liberos custodiri: postque tale officium depositum, annumque [31] completum, advocatorum consortio abscedere cum Comitiva consistoriana: omneque, quod togatis fori Celsitudinis tuæ quolibet casu, quolibet adquiritur titulo, quasi [32] castrense sibimet vindicare: nec patribus, nec avis paternis earum rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus. His omnibus etiam ad Urbicariæ præfecturæ advocationem trahendis. Dat. 3. Kal. Januar. VALENTINIANO A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

De advocato, qui admistrationem aliquam peregit.

9. Iidem AA. Apollonio P. P.

SI quis de togatis fori Celsitud. tuæ, vel Illyricanæ, seu urbicariæ præfecturæ, sive de his, qui in provincialibus judiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuæ Sedis regendæ provinciæ munus potestatemque susceperit: post peractam integre ac sine ulla opinionis labe administrationem, & ad illud officium, unde abstractus est, & unde sibi vitæ subsidia comparabat, remeandi [33] habeat facultatem: nec causas orare denuo quadam prohibeatur invidia. Dat. 12. Kalend. Septemb. *Constantinop.* EUDOXIO & DIOSCORO CONSS. 442.

De patronis fisci.

10. Impp. VALENTIN. & MARTIANUS AA. Palladio P. P.

BInos [34], qui priores [35] in tui Culminis sede inveniuntur ad patronatum fisci singulis quibuscunque annis accedere, paribus [36] dignitatis & privilegiorum insignibus ambiendos [esse] præcipimus, quibus ante hac utebatur is, qui solus fisci creabatur patronus. Dat. 14. Jul. Kal. *Constantin.* HERCULANO & ASPORATIO CONSS. 452.

De numero & filiis advocatorum. 1. *Quales & quomodo creandi advocati.*

11. Imp. LEO A. Viviano P. P.

NEmini licere sancimus aliquem sub [37] adsidendi colore statutis centum quinquaginta [38] advocatis, quos sibi eminentissima præfectura in consilium assumpserit aggregare. §. 1. Non aliter vero consortio advocatorum tuæ Sedis aliquis societur, nisi [39] prius in examine viri clarissimi Rectoris provinciæ, ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus gesta conficiant, quibus aperte pateat cohortali [40] vitæ ac fortunæ eundem minime subjacere. [Atque hæc fieri volumus] si præsens vir clarissimus Rector provinciæ fuerit in ejus examine: si vero abfuerit, apud defensorem sui oppidi gesta conficiant. Jurisperitos [41] etiam eorum doctores jubemus juratos [42] sub gestorum testificatione depromere, *esse eum, qui posthac subrogari voluerit, peritia juris instructum* [43]. Filios [44] autem togatorum Excellentiæ tuæ, qui vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitaverint, cæteris supernumerariis anteferri. §. 2. Illud insuper decernimus, ut etiam his qui ultra centum quinquaginta advocatos Eminentissimæ tuæ Sedis reperiuntur, liceat & apud Virum spectabilem Proconsulem, vel præfectum Augustalem, vel Comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles Vicarios, & apud Rectores provinciarum negotia perorare. Dat. Kal. Febr. *Constantinop.* MAGNO & APOLLONIO CONSS. 460.

De patrono fisci.

12. Idem A. Eusebio P. P. Illyrici.

SAncimus patronum fisci judicio Celsitudinis tuæ, non jam quotannis [45], sed biennio pro vetere consuetudine finem officii sui sortiri: salvis eidem consortio privilegiis omnibus quæ a retro Principibus meruit, manentibus. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* BASILIO & VIVIANO CONSS. 463.

De advocatis Alexandriæ, & de advocato fisci.

13. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Alexandro Duci Ægyptiaci limitis, & Præfecto Augustali.

PEtitionem virorum disertissimorum advocatorum Alexandrinæ splendidissimæ civitatis, quam de fori seu matricula, & fisci patrono obtulerunt, merito admittentes, hac sanctione decernimus, quinquaginta statutos haberi: eorumque nomina pro tempore matriculæ [46] conficiendæ inscribi: & eos advocationis officium in judicio tam viri spectabilis Præfecti Augustalis, quam viri

de off. procons. 1 Potest quis etiam sub pœna muneris & officii amittendi cogi ad patrocinium præstandum, vid. quæ notavi ad *l.* 156. *in pr. ff. de reg. jur.* adde *Nov.* 17. *c.* 14. 2 De hoc pœnæ genere, ut quis foro abstineat, vid. *l.* 9. §. 4. *ff. de pœn.* Mynsing. 4. *obs.* 32. 3 Paul. 5. *sent.* 25. §. 7. *l.* 38. §. 8. 9. *ff. de pœn.* 4 Hæc lex cum *l.* 15. *ff. de Episc. aud.* est eadem. 5 Hæreticus advocatus esse non potest, *l.* 15. *s. de Episc. aud. Nov.* 144. *c.* 2. *vers. Præterea.* ut & aliæ permultæ personæ. vid. *l.* 9. *J. de divers. off. & apparit.* 6 Advocatus est, qui in consilium advocatur: *patronus*, qui causam agit. *Ascon.* Hodie patroni & advocati causidici etiam dicuntur, & oratores. Tacit. *lib. de oratorib.* sed rhetores & togati: munus eorum *causidicina*, Ammiano, & *l.* 18. *C. Theod. de decur.* ea forma qua juridicina a Tertulliano *in lib. de Pallio &* indicina ab Apuleio 7. adde Cujac. 4. *obs.* 40. 7 8. *Synops. Basil.* 1. *cap.* 24. *l.* 11. *J. de accusat.* *l.* 3. §. 13. *ff. de hom. liber.* *l.* 3. *ff. ad SC. Turp.* adde *l.* 18. §. 1. *ff. de muneribus.* 8 Advocatus prævaricator extraordinarie punitur. vid. Cujac. 6. *obs. ult.* 9 Prævaricatum, quidam ita legunt. 10 Balbino. 11 Adde *l.* 116. *C. Theod. de decur. lib.* 12. 12 Statuti advocati suo foro nunquam excedunt: supernumerarii oberrant per fora omnia. vid. Cujac. *hic.* 13 Et merito, est enim indignum, ut qui magistratum & salarium a Republica accipit, contra rempublicam patrocinio fungatur, *l.* 1. *J. de advocat. fisci.* 14 Imo, contra rempublicam possunt, *l.* 6. *l. penult. ff. de postul.* Solve: possunt pro affine & cognato vel conjuncta persona: pro aliis non possunt. vid. *l.* 13. *J. h. t.* 15 *l.* 52. *C. Theod. de decurionibus*, *lib.* 12. 16 Id est, advocatorum. 17 Advocatum nedum cogi, sed ne volentem quidem admitti ad vectigalia exigenda hinc colligunt. 18 Sumpta *ex l.* 2. *C. Theod. de postulando l.* 2. 19 Quæsita ab advocatis filiisfamilias ad instar quasi castrensis peculii redacta, *l.* 7. *s. de off. adsessor. & domest.* 20 Reverentia literarum contemplatione literatæ militiæ. *Nov. Valent. de postulando.* 21 Hæc lex desumpta ex Theod. & Valent. *Nov. de postulando & perpetuanda advocatione*, quam P. Pithœus integram edidit. 22 Imo sollicitudo potest injungi, *l.* 3. *J. de discuss.* 23 Bald. his verbis etiam innui putat advocatos immunes esse ab excubiis faciendis. 24 Advocati arbitri dari possunt. In Gallia absfuturi præfecti ac judices, regii judicandi munus digniori vel antiquiori advocato solent, imo si nulli consiliarii sint, debent delegare. 25 Extra forum suum advocatus patrocinio fungi cogi non debet. 26 Pœnam observa eorum, qui violant advocatorum privilegia. 27 Id est, togati seu advocati. 28 In unoquoque foro certus erat advocatorum numerus, certaque matricula: adde *l.* 11. *& ult. J. h. t.* 29 *l. ult. J. h. t. l.* 2. *J. tit. proxim.* hinc cohortalis, id est, vilis. 30 Vid. *l.* 66. *J. de decur.* 31 Advocati non erant olim perpetui. Paucitas eorum fecit postea, ut perpetui fierent. qua de re vid. Cujac. 16. *observ.* 22. Annus etiam de quo hic agitur, in biennium mutatus est, *l.* 12. *J. h. t.* 32 *l.* 4. *s. h. t.* 33 Advocatus si ad officium aliquod assumitur, eo finito potest ad advocationis officium redire ac reverti. 34 Duo olim fisci advocati. 35 Fisci advocatio prioribus advocatis decernenda. 36 Quando una dignitas duobus confertur, in solidum confertur. 37 Vetitus consilium dare, adsessor esse non potest. 38 *l.* 8. *supr. h. t.* 39 Adde *l.* 7. *J. de profess. & medic.* 40 Adde *d. l.* 8. 41 Id est, professores. *De Jurisconsultorum appellationibus variis*, vid. Cujac. 7. *obs.* 25. 42 Assertioni doctoris statur de peritia discipuli. *Bald.* 43 Advocatum læsum juris imperitia non restitui hinc colligunt. 44 Togatorum filii non togatorum filiis præferendi, *l.* 13. *J. h. t.* 45 Ut olim, *l.* 8. *s. h. t. l.* 2. *in princ. J. tit. proxim.* 46 Erat certa advocatorum matri-

specta-

ſpectabilis Ducis Ægyptiaci limitis petentibus adhibere: cæteros vero ultra memoratum numerum conſtitutos, apud alios judices ejuſdem Alexandrinæ civitatis perorare: Filiis [1] ſcilicet ſtatutorum in loco deficientium ſupernumerariis anteponendis. Egredientem autem poſt biennium fiſci patronum, contemplatione laborum, exconſularis moderatoris provinciæ dignitate decorari: licentia facultateque ei non deneganda, cum uſus exegerit, tam pro [2] ſe, quam pro filiis, parentibus, & uxoribus, nec non etiam perſonis ex transverſo latere usque ad quartum gradum conſtitutis patrocinium ſuum adhibere. Quando autem fiſci patronum mori contigerit, gradu eum ſequentem ſine ulla dilatione in locum ejus ſubrogari: heredibus defuncti nihil exinde [3] ſibi commodi acquiri poſſe ſperaturis: cunctis privilegiis, quæ hactenus habuiſſe noſcuntur, nec non his, quæ ſuggeſtio tuæ Magnitudinis continet, etiam in poſterum intactis inviolatisque ſervandis: quatenus hujusmodi delato eis liberalitate noſtræ Serenitatis honore poſſint in otio, & tranquillitate reliquum vitæ ſuæ tempus peragere, nulla eis invitis ingerenda ſollicitudine.

Collatio advocatorum & militum.

14. Iidem AA. Callicrati P. P. Illyrici.

ADvocati [4], qui dirimunt ambigua [5] fata cauſarum [6], ſuæque defenſionis viribus in rebus ſæpe publicis ac privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non [7] minus provident humano generi, quam ſi præliis atque vulneribus patriam parentesque ſalvarent. Nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus [8] illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam advocatos: Militant [9] namque [10] cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam, & poſteros [11] defendunt. Dat. 5. Kal. April. *Conſtantinop.* ZENONE & MARTIANO CONSS. 469.

De privilegiis. 1. De ſalario.

15. Imp. LEO A. Dioſcoro P. P.

POſt duos [12] fiſci patronos, qui ex anterioribus conſtitutionibus iisdem beneficiis muniuntur, ſexaginta quatuor [13] togatos, qui in præſenti ſunt, a primo usque ad ſexageſimum quartum imperialibus beneficiis perfrui cenſemus, quibus fiſci patroni liberique eorum honorati ſunt. §. 1. His quoque illud adjiciendum eſſe ſtatuimus: ut, ſi quis patroni fiſci adeptus gradum, fatalem diem obierit, univerſa [14] totius anni ſolatia, ex quo hoc idem officium peragere cœperit, ad heredes ſeu ſucceſſores ſuos, ſive liberi, ſive extranei fuerint, tranſmittendi tam ex teſtamento, quam ab inteſtato liberam habeat facultatem. Dat. 17. Kalend. Januar. *Conſtantinop.* FESTO & MARTIANO CONSS. 472.

De privilegiis.

16. Impp. LEO JUNIOR & ZENO AA. Juſtiniano Præf. urbi.

AD ſimilitudinem ſexaginta quatuor [15] advocatorum fori ampliſſimæ prætorianæ præfecturæ, quindecim tantum ex foro tuæ Magnitudinis; qui in præſenti gradus primos obtinent, poſt fiſci videlicet patronum, eisdem privilegiis noſtræ Manſuetudinis beneficio perfruantur, quibus fiſci patroni liberique eorum muniuntur. Dat. 17. Kalend. April. *Conſtantinop.* LEONE JUNIORE A. CONS. 474.

De advocatis præfecturæ per Illyricum, 1. & eorum privilegiis.

17. Imp. ZENO A. Paulo P. P. per Illyricum.

JUbemus advocationem fori tui Culminis centum quinquaginta [16] (ſicut antea conſtitutum fuerat) advocatis concludi: eundemque numerum, quoties vel profeſſionis fine [17], vel morte, vel quocumque fuerit caſu imminutus, electione magnificæ tuæ Sedis impleri; ita ut in præſenti quidem, & hinc usque ad biennium [18] ad impletionem ſupra definiti numeri ſubrogandi, ſine ulla cohortalis [19] aut cujuslibet deterioris conditionis quæſtione ſuccedant: ſalva videlicet adverſus eos apparitoribus, ſi qua competit, actione, quam certum eſt, poſtquam fiſci patronatum officio impleto exegerint, evaneſcere: poſt lapſum vero biennium, foro tuæ magnificæ poteſtatis inſeri poſtulantes, non aliter, niſi ſub geſtorum confectione minime eos cohortali conditioni ſubjacere patefactum fuerit, admittantur. §. 1. Cuncta ſane privilegia, quæ magnificæ per Orientem præfecturæ advocatis ex divinis retro Principum, ſeu inclytæ recordationis Leonis, vel noſtris ſanctionibus indulta ſunt, tuæ [20] quoque glorioſiſſimæ Sedis cauſidicis absque ulla diſcretione competere, per hanc in æternum valituram legem ſancimus. Dat. 6. Kal. Jan. *Conſtantinop.* DECIO & LONGINO CONSS. 486.

De multis.

18. [21].

NUllus [22] multæ dictionem habeat in eos advocatos, qui intra fori Prætoriani ſtatutum [23] numerum ſunt, præter ipſum Præf. præt.

De lite non protrahenda.

19. [24].

NE [25] ideo lis protrahatur, quod in ea non reperiantur advocati [26] tres, cum duo ſufficiant.

TIT. VIII.

DE [27] ADVOCATIS DIVERSORUM JUDICUM.

De dignitate ejus, qui depoſuit officium advocationis.

1. Imp. ANASTASIUS A. Euſebio Magiſtro officiorum.

SUggeſtionem viri Illuſtris Comitis rerum privatarum [28], & Proconſulis Aſiæ duximus admittendam: per quam noſtræ Serenitatis auribus intimavit, fori ſui advocatos communi petitione magnopere poſtulaſſe, ut, poſtquam advocationis depoſuerint officium, dignitate quadam, noſtra liberalitate, potiantur. Jubeamus itaque poſt depoſitum (ut dictum eſt) præfatum officium, unumquemque eorum, qui in præſenti ſunt, vel poſtea matriculis eorum pro tempore fuerint inſerti, Clariſſimi primi ordinis comitis perfrui dignitate: quatenus & tempore quietis fructum [29] præteritorum laborum conſequantur: proque fide atque induſtria erga clientes ſuos comprobata [a] privatæ conditionis hominum multitudine ſegregati, Clariſſimis merito connumerentur. Dat. 2. Kal. Jan. *Conſtantinop.* ANASTASIO A. II. CONS. 499.

De cohortali, vel deteriore conditione.

2. Idem A. Thomæ P. P. per Illyricum.

ADvocatos [ampliſſimæ] tuæ Sedis, qui pro tempore ad fiſci patroni gradum & officium provehuntur, una cum liberis jam natis, vel poſtea procreandis ab omni cohortalis [30], ſeu cujuslibet deterioris conditionis vinculo immunes ac liberos cum patrimonio ſuo conſervari decernimus: [Cum] conſtet hoc jam pridem tam advocatis ampliſſimæ prætorianæ per [31] Orientem, quam magnificæ Urbicariæ [32] [Præfecturæ] ſacris conſtitutionibus eſſe indultum: & non dubium ſit, non tantum eas, ſed etiam ſublimiſſimæ tuæ Sedis germanas [33] eſſe poteſtates. Dat. 12. Kal. Decemb. PATRICIO & HYPATIO CONSS. 501.

De privilegiis patronorum fori Comitis Orientis & fiſci.

3. Idem A. Conſtantino P. P.

JUbemus pro tempore primatem [34] advocatorum fori viri illuſtris Comitis Orientis per biennium [35] fiſci patroni fungi Officio, & ſolatia ſibi communi conſenſu deputata per idem biennium conſequi: hoc quoque tranſacto, profeſſionem advocationis deponere: conſortio videlicet eorundem advocatorum ad quadraginta tantum viros redigendo: ita ut, ſi qui ſuperflui ſunt, jam eidem conſortio ſociati, de advocationis officio minime rejiciantur: nemine alio eis adjiciendo: ne quadraginta virorum numerum advocatorum conſortium excedere contingat. §. 1. Ad hæc eos, qui (prout ſtatutum eſt) fiſci patroni depoſuerint officium, poſtea quoque non prohiberi ſingulos tam pro [36] ſe, quam pro jugali [37] ſua, & ſocero, & ſocru, nec non genero & nuru, liberisque propriis, colonis, & ſervis ad ſe pertinentibus advocationis fungi officio. §. 2. Nec ædiculas eorum *metatorum* [38] onere moleſtari, ſi tamen in una tantummodo ſuaque domo ſinguli talem prærogativam ſibi vindicare maluerint. §. 3. Pro *ſportulis* præterea modum, quem notitia [39] nobis porrecta declarat, tam pro his, quam pro colonis & eorum ſervis cuſtodiri: neminique præberi licentiam eundem modum circa ſportularum exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cætero quenquam, antequam per ſtatuta [40] tempora legum eruditioni noſcatur inhæſiſſe, ſupradicto conſortio ſociari. §. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali conſtitutorum officio, vel eorum, qui fiſci patronatum depoſuerint, ſuperſtitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis, & ſine ſumptibus ſociari, & ſi ipſi (prout depoſitum eſt) ſolito tempore legum doctrinam meruerint. §. 6. Ut autem his, qui fiſci patroni officium adepti ſunt, vel fuerint, non tantum ſuperſtitibus, ſed etiam morte præventis proſpiciatur: tam ad heredes fiſci patroni, qui ſemel ad talem gradum vocatus ſit, ſolatia [41] ejus tranſire, hisque ſervari: quam ipſos, qui fiſci patronatum jam depoſuerunt, vel poſtea depoſuerint, minime cujuslibet actus publici ſollicitudinem nolentes ſubire compelli, nec exhibitionis ſeu deductionis onere (niſi ſpeciali auctoritate noſtra) moleſtari: & in provincia incuſandos per ſententiam viri ſpectabilis Comitis Orientis, utpote competentis judicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kal. Jul. *Conſtantinop.* SABINIANO & THEODORO CONSS. 505.

De privilegiis patronorum fiſci.

4. Idem A. Euſtathio P. P.

LAudabile [42] vitæque hominum neceſſarium advocationis officium, maxime Principalibus præmiis oportet remunerari. §. 1. Ideoque jubemus, viros clariſſimos fiſci [43] pro tempore patronos fori tuæ Celſitudinis, ſolenni die [44] feſtivitatis Kalendarum Januariarum ipſius tantummodo anni, per quem tale peragunt officium, inter ſpectabiles ſacri noſtri conſiſto-

cula, *l. ult. §. 2. verſ. Si quis. in med. ſupr. de adſeſſoribus & domeſt.* 1 *l. 11. §. 1. ſupr. h. t.* 2 Adde *l. 6. l. penult. ff. de poſtul.* Sanguinis ratione multa permittuntur, quæ alias non permitterentur: qua de re vid. Roland. a Valle 1. *conſ. 46. num.* 46. & ita advocatus fiſci, ſe ſuosque fiſco præferre poteſt: ut privata caritas publica hoc caſu videatur potior. Hinc etiam colligunt, neminem præſumi advocatione ſuſcepta, polliceri officium ſuum adverſus liberos. adde *l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. infr. tit. proxim.* adde quæ ſcripſi *ad l. 8. infr. de locato.* 3 Id eſt, nihil præter ſalarium illius anni, in quo decedit, *l. 15. in fin. infr. h. t.* 4 De militiæ caſtrenſis & quaſi caſtrenſis comparatione vid. Cicer. *Orat. pro Murena.* 5 Facta. *Hal.* utrumque recte, ſunt enim & incidunt in cauſas fata quædam & dies, qui appellantur fatales. Iſocrates adverſus Callimachum: πολλὰ παρὰ γνώμην ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀποβαίνειν, καὶ ὅτι τύχῃ μᾶλλον ἢ τῷ δικαστηρίῳ κρίνεται. fortunæ judicio, *l. 13. ff. de ſtatu hom.* Latinus Pacatus: Nolo miſerorum vel factum onerare vel fatum. Cujac. 16. *obſ.* 9. Huc refer illud Ammiani 30. Id habet cauſidicina cum cæteris metuendum, quod accidentia ſecus in poteſtate eſſe exiſtiment patronorum, & omnes certum exitum iisdem ſoleant adſignare, & non liti rerum &c. *& l. 41. C. Th. de appell.* diſceptationis fata. Adde quæ de fatalibus ſcripſi ad *Nov. 49. cap.* 1. 6 Ferrandus *lib. 2. explicat. c. 6.* Hugo Cynus *in conſ. pro filia ſenat.* vide & Ciceronem *pro Murena.* Mod. 7 Advocati non minus profunt reipublicæ, quam milites. 8 Vide Lapum ad hanc legem *alleg.* 101. *col.* 1. *& c. paratus. in fin. c. noli. c. militare.* 33. *q.* 1. Mod. 9 Non ſoli milites, ſed etiam advocati militant. Nihil tam ſimile bello eſt, quam lis & judicium. 10 In quibus rebus conſiſtat advocatorum militia. 11 Adi ſi lubet Baldum *ad l. ſi tuis nummis. infr. de oper. lib.* Jaſ. *in l. ut vim. 5. col. in gloſ. ibi ſed quid. ff. de juſtitia & jure.* Mod. 12 *l. 10. ſupr. h. t.* 13 *l. 16. infr. h. t.* 14 Adde *l. 13. in fin. ſupr. h. t.* Advocatus fiſci ante annum completum decedens ad heredem tranſmittit ſalaria anni integri: facit *l. 4. ff. de off. adſeſſor. l. 19. in fin. ff. locati.* 15 *l. 15. ſupr. h. t.* 16 *l. 8. l. 11. ſupr. h. t.* 17 Advocatorum finis aliquis legitimus. vid. Cujac. 16. *obſ.* 22. 18 Vid. *l. 12. ſupr. h. t.* 19 *l. 8. ſupr. h. t.* 20 *l. 7. ſupr. h. t.* 21 Latina interpretatio. 22 Cujac. 13. *obſerv.* 2. 23 *l. 8. in princ. l. 11. in pr. ſ.* 24 Latina interpretatio. 25 Cujac. 13. *obſerv.* 2. 26 Plures advocatos ſibi advocare licet, *l. 7. in pr. ſupr. de poſtulando.* Ex frequentia advocationis deprehendebatur, quam quisque gratioſus eſſet: vid. exempla apud Tullium *Oratione pro Quintio & pro Cæcinna.* Curtium *lib. 6.* ubi de Philota; Cæſarem 1. *Commentar.* ubi de Orgentorige. Hæc advocatio Græcis dicebatur παράκλησις, ut παρακλητοὶ, advocati. vid. Polletum 1. *de hiſtoria fori Romani* 1.

27 Hujus tituli inſcriptio in multis codicibus deeſt. 28 De quo vid. *ſupr. de off. comit. rer. privat.* 29 Finis legitimus advocatorum, frui quibusdam privilegiis. vid. Cujac. 16. *obſ.* 22. 30 *l. 8. l. 17. ſ. tit. prox.* 31 *d. l. 17. in fin.* 32 *d. l. 8. in fin.* 33 Præfectura prætoris Orientis, Illyrici, Urbicaria, germanæ poteſtates. 34 Inter advocatos diſcrimen fuit. Nam cum hic *primatis* fiat mentio, diſtinctum primatem a cæteris fuiſſe colligi poteſt. 35 *l. 12. ſupr. tit. prox.* 36 Vid. *l. 13. ſupr. tit. prox.* 37 Id eſt, uxore. 38 *Metatum* quid. vid. *infr. de metatis & epidem.* 39 *Notitia* quid, diximus alibi. 40 *l. 5. §. 4. infr. hic.* olim quadriennium conſtitutum erat, hodie quinquennium. *Conſt. ad anteceſſores. §. 1. in fin.* vid. Cujac. 12. *obſ. ult. in princ.* 41 *l. 5. in fin. infr. h. t. l. 5. in fin. ſupr. tit. prox.* 42 Advocationis officium commendatur, & ipſa honeſtate & neceſſitate. 43 Sic reſtituo, *patronos fori tuæ c. ſ. d. f. Kal. Jan. pro tempore ipſius tantummodo anni.* 44 Kalendarum Januariarum dies ſolennis &

rii Comites divina nostræ Serenitatis manu [1] puncti [2] consequi solatia. §. 2. Et postquam tale deposuerint officium, si quidem filios ingenuos habeant, eos clarissimorum Notariorum inseri consortio, Tribunorum sacras solitas epistolas sine [3] quadam suffragii solutione percepturos. §. 3. Et si quis per sententiam Sublimitatis tuæ monitus, super agnito debito vel agnita causa, quæ ingeritur ei, confessionem exponere paratus sit; eam non arbitro [4] delegato, sed tunc temporis fisci patronis, vel alterutri eorum, si alter adesse non possit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari.

§. 4. Quotiesque de nuptiis [quis] sine [5] dotalibus instrumentis mutuo contrahendi matrimonium [6] animo celebratis, super affectu suo liberis ex hujusmodi conjugio jam extantibus vel necdum procreatis, legitimis allegationibus uti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos, vel alterutrum eorum (ut dictum est) gestis intervenientibus commendari, ita videlicet, ut juri cognitæ allegationes absentibus personis, si quæ competunt, serventur intactæ. §. 5. His insuper, quicunque apud viros gloriosos pro tempore consules [7] mancipia sua libertate donare voluerint: antelatos fisci patronos ad easdem libertates peragendas propriam advocationis vocem accommodare. §. 6. Aliis nihilominus privilegiis, quæ jam pridem memoratis vel fisci patronis, vel adhuc advocationis pro tempore peragentibus officium togatis, diversis modis indulta sunt, ex hac etiam sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. Dat. 12. Kal. Decemb. *Constantinop.* ARIOVINIO, & MESSALA CONSS. 506.

De privilegiis patronorum fori Præsidialis secundæ Syriæ & fisci.

5. Idem A. Sergio P. P.

PEtitiones virorum disertissimorum fori Præsidialis secundæ Syriæ provinciæ advocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas: & jubemus, pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia [8] sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi: hocque transacto professionem advocationis deponere, consortio videlicet eorundem advocatorum ad triginta tantummodo viros redigendo: ita ut si qui superflui sunt, jam eidem consortio sociati, de advocationis officio minime rejiciantur: nemine alio eis adjiciendo, ne triginta virorum numerum advocatorum excedere consortium contingat. §. 1. Ad hæc [eos,] qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro [9] se, quam pro jugali [10] sua, & socero & socru, necnon genero & nuru, liberisque propriis, colonis & servis ad se pertinentibus advocationis fungi officio. §. 2. Nec ædiculas [11] eorum, *metatorum* onere molestari: si tamen in una tantummodo suaque domo singuli talem prærogativam sibi vindicare maluerint. §. 3. Pro *sportulis* præterea modum, quem notitia [12] nobis porrecta declarat, tam pro his, quam pro colonis, & eorum servis custodiri: neminique præbere licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cætero quemquam, antequam per statuta [13] tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. §. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis [14] & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. §. 6. Ut autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt, vel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præventis prospiciatur: tam ad [15] heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia ejus transire, hisque servari: quam ipsos, qui fisci patronatum jam deposuerunt, vel postea deposuerint, minime cujuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in provincia incusandos per sententiam viri clarissimi provinciam, in qua degunt, moderantis, utpote competentis judicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kalend. Decemb. ANATOLIO & AGAPITO CONSS. 508.

De privilegiis patronorum fisci.

6. Imp. JUSTIN. A. Marino P. P.

REstituenda sunt clarissimis eloquentiæ luminibus sexaginta auri libræ, quas sub imperio Zenonis divæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, nec non fidejussorum [16] vires æstimantibus, tamen auferendas credidit præparca posterioris subtilitas Principis, ut jam liberalitate nostri numinis, viri clarissimi fisci patroni præfatam auri summam sine fraude [17] annis singulis consequantur, ab amplissima tua Sede pari lance in utrumque dividendam. Nam universis [18] redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur.

§. 1. Sacras insuper epistolas [19], quibus approbantur viri clarissimi Tribuni prætoriani & Notarii, non unius tantum nomine, sed alterius quoque utrius præstandas perspicimus, sive suos filios, sive alios quosdam duxerint illustrandos. §. 2. Ad hæc, altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur: quos unius solum nomine eisdem viris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente: seu qui ex provinciis suis, vel ex amicis voluerint, in provinciis tamen degentibus. §. 3. Licentiam eis præterea facimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram [20] adoraturos purpuram, statutis inserendos præsentialibus [21] domesticis, unum equitum, alterum scholæ peditum, in vacantem eorum locum, qui diem functi sunt: nullo, dum supererunt, de militia venundanda [22] pacto cum eis interposito, quorum ejusmodi conventiones intersunt: ita tamen, ut iidem viri facundissimi, cum offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis millia, nihilque amplius, noverint dependenda viris magnificis Comitibus dicatissimorum [23] domesticorum: id est, equitum quidem pro eo, qui inter equites meritus est: peditum autem, pro eo, qui inter pedites inserendus est: solitis videlicet statim stipendiis, nec non etiam cæteris solatiis iisdem tyronibus deputandis sine quolibet alio dispendio. §. 4. Aliis etiam privilegiis potiantur, quæ diversis temporibus consecuti sunt, sive per Augustos apices, sive per dispositiones & sententias Amplissimæ tuæ Sedis: nam qui nobis digni judicati sunt, hi multo magis in anterioribus quoque sunt adjuvandi. Dat. Kal. Decembr. *Constantinop.* ipso A. & EUTHERICO CONSS. 521.

De numero advocatorum. 1. *De temporis ordine servando.* 2. *ubi degendum.* 3. *Sanctio.* 4. *De sexcentis aureis.* 5. *De privilegiis olim indultis.* 6. *De sportulis, & sumptibus litis.*

7. Idem A. Theodoro P. P. [24].

PEr hanc legem decernimus, ne antequam in octoginta tantum virorum numerum, fori tui culminis Togatorum collegium deductum fuerit, aspirare quis qualibet arte concedatur, aut possit: nisi vel eorum filii, qui triginta priorum [25] obtinent numerum, facundiæ studiis eruditi, gratis [26] videlicet, & sine ullo suffragio, aut fortasse exteri non ultra duos per annos singulos facundia & ipsi conspicui, taxati fuerint: nullo deinceps, postquam in octoginta virorum numerum redacti fuerint, superare qualibet rursus ambitione vel astutia quantitatem ausuro. §. 1. Interdicenda quoque cunctis licentia prævertendi [27] progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat: &, ut in mercatorum contractibus, loca permutandi: & adhuc tyrones jam interesse veteribus. §. 2. Hoc etiam pronunciandum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta observatione glorificæ tuæ Sedis. Noverint etenim, qui, post nomen impetratum patroni litium, ultra trium [28] annorum spatium ex sacratissima hac urbe morandum duxerint, nec nuncupationem togati, nec privilegia virorum hujusmodi concedenda sibi; ut ne repetitis [29] ex industria prædictæ Sedis auctoritatibus protrahantur, aut multiplicentur peregrinationis excursus. §. 3. Quorum omnium si quid vel minimum quocunque tempore fuerit violatum: viginti primates ejusdem ordinis, & qui pro tempore solicitudinem ab actis [30] in Amplitudinis tuæ gerent officio, adjutores etiam eorum denis singuli libris auri ferientur, quod adversus imperialia consulta Serenitatis nostræ tendentibus non statim objecerint intercessionem legis præsentis, aut non restiterint, & omnino non prohibuerint, ne quid tentaretur contrarium, cum nec in administratores sublimissimæ tuæ Sedis, si non intente custodierint disposita salutaria, &, ut non temerentur, prospexerint, pœna deerit [31] decem auri librarum. §. 4. Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ Celsitudinis, ad exemplum priorum temporum ex arca tui judicii consulatur: ne post decursum [32] celerem [33] advocationis, & labores gloriosos egeni exeant: non (ut sæpe contingit) incerto die præstentur, vel cum [ad] medium [34] iter pervenerint patrocinii rerum fiscalium: id est, Kalendis [35] Octobribus per annos singulos sine cunctatione solventur. §. 5. Quidquid insuper privilegiorum retro Principum sacris affatibus vel auctoritate tribunalis [36], cujus interest, huic eidem [37] ordini datum ostenditur, inviolatum servari. §. 6. Cumque lite quisquam eorum pulsatus fuerit, seu civilis causæ certamine, aut criminalis quæstionis obtentu, hic, vel in provinciis: cum per concessum tempus eorum adesse quenquam evenit, nullas executores sportulas adsequi, nec qui controversiis movendis inserviunt, aut excipiendo, seu præparando, vel officio quolibet alio, quocumque nomine sumptum exigendum censemus. Dat. Id. Februar. *Constantinop.* JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 526.

De privilegiis patronorum fisci.

8. Idem A. Archelao P. P.

NEmo, excepta Menandri fisci patroni persona, speret de cætero [38] permutationum saltibus [39] superiore gradu captato fruiturum se beneficiis, quæ patronis ærarii, seu dum officium exhibent causis fiscalibus, aut post impletum agmen [40] impertita monstrantur. Dat. 12. Kalend. Septemb. JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 526.

Productio §. 2. l. 7. ad advocatos Illyricanos.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

DE constitutione [41] divinæ recordationis Justini patris nostri super togatis amplissimæ tuæ Sedis prolata, Illyricani advocati postulaverunt a nobis, [eis] clarum fieri, si [42] locum etiam circa eos possit habere, sive cum commeatu, sive sine commeatu judicio ejusdem Sublimitatis [tuæ] abfuerint. Sancimus itaque, [talem] legem generaliter etiam in persona eorum valere, ut si quis sine commeatu ultra continuum biennium [43] abfuerit, vel

festivus. Is etiam dies, largitionum dies fuit. 10. Niceph. 23. vid. Cujac. *infr. de canone largition. tit.* 2. 1 Id est, nostra liberalitate. 2 Alii legunt, *puncta solatii*. Alii, *puncta consequi solatia*. Cujac. 13. *observ.* 2. monet legi posse, *pacti solatium*, aut *pacta solatia*. Punctum solatii ferre, possumus interpretari, *punctum* seu mercedem honoris: D. G. verum *Puncti* hic rectum esse, alibi probabo. J. G. 3 Filii statutorum nihil impendunt pro introitu, adde *l. 6. infr. eodem*. Doctorum, id est, Professorum filios gratis promovendos hic colligunt. 4 *Al.* arbitrio. 5 Hinc colligit Cujac. 13. *obs.* 4. per nuptias filios naturales suos, & legitimos fieri posse, etiam sine dotalibus instrumentis, quod repugnat alias *§. ult. Instit. de nupt. Novell.* 12. *cap.* 4. 6 Matrimonii.
7 Vid. *l. ult. infr. de vindicta manum.* 8 *l. 3. in princ. supr. h. t.* 9 *l. 3. §. 1. s. h. t.*
10 Jugalis conjux. 11 *d. l. 3. §. 2.* 12 Quid notitia, vid. *l. 1. §. 8. supr. de off. præf. præt. Afr.* 13 Quinquennium scil. *d. l. 3. §. 4.* 14 Id est, nihil impendunt pro introitu. 15 *d. l. 3. §. ult.* 16 Arbitri olim dabantur ad fidejussores probandos, *l. 9. ff. qui satisdare. l. ult. ff. a quibus appellare non licet. l. 7. §. 3. ff. de minorib. 25. ann.*
17 Id est, sine diminutione. 18 Universis reddi intelligitur, quod eorum primatibus indulgetur: de primatibus advocatorum adde *l. 3. in pr. s. h. t.* ubi dixi. 19 *l. 4. §. 2. s. h. t. l. 45 C. Theod. de decur.* Epistolæ sacræ, de quibus hic, dicuntur instrumenta, *l. 7. J. de fide instrum.* Testimoniales missionis, honorariæ epistolæ, *l. 15. C. Theod. de profess.* Veget. 2. contubernalibus completis stipendiis per testimoniales promovere dimissum. vide Cujac. *ad l. ult. infr. de professorib. & medic.* 20 Adorabatur purpura Principis: de qua adoratione purpuræ imperialis, *alibi* dicam. Quin & Præfectus Prætorio ingressus palatium, consuetudine imperatoris adorabatur. Cassiodorus 6. *Variar.* 3. 21 Præsentibus, *l. ult. J. de domesticis, & protectoribus, lib. 12. tit. 17.* adde *Edictum Justin. 13. c. 2.* 22 Militiæ domesticorum vendi possunt, quædam etiam vendi non possunt. *l. ult. infr. de pign. & hypoth.* Vide quæ not. ad *l. 5. infr. qui milit. possunt vel non.* adde *Nov. 53. cap. 5. & ibi* Cujac.
23 Domestici epitheton nota: hic enim *dicatissimus* appellatur. 24 Præfecto urbi. Cujac. 13. *obs.* 1. 25 Priores advocatorum sunt primicerii & primates, *§. 3. J. h. t. & hac l. in fin. pr. & l. 3. in pr. supr. h. t.* 26 *l. 5. §. 5. supr. h. t.* 27 Ordine suo dignitates adipiscendæ, *l. 8. infr. h. t.* 28 Vide Cujac. *d. loco.* 29 Petitis.
30 Notitia imperii Romani inter officia Præfecti urbi hunc etiam qui dicitur *ab actis* numerat.
31 Decernetur. 32 Discursum. 33 *Al.* celebrem. 34 Salarium solvi doctoribus, & advocatis in medio anni Bald. hinc colligit. Quid pensio domus locatæ? in fine anni, nisi aliter dictum sit, *l. 1. §. 4. ff. de migrando. l. 42. ff. de verb. oblig. l. 9. ff. de reg. jur.* 35 October, medius olim anni mensis: anno ab *Aprili* incipiente, de quo aliquando dicam. 36 Tribunali. 37 Eidem ordinatum ostenditur &c.
38 Id est, in posterum. 39 Saltibus superiores gradus non captandi. Qui per saltum promovetur, non fruitur privilegio. vid. *c. unicum. de clerico per saltum promoto.*
40 Ne dicas officium, cum Accursio. *Agmen*, hic significat numerum,
41 *l. 7. supr. h. t.* 42 Id est, an.
43 Vid. Cujac. 13. *obs.* 1.

cum

cum commeatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum suum vindicare, nec iterum viris disertissimis Togatis ejusdem Sedis adsistere. Perfruantur igitur advocati ejusdem Sublimitatis hac nostra generali sanctione.

TIT. IX.
DE ADVOCATIS FISCI [1].

An contra fiscum patrocinium præstari possit.

1. Imp. ANTONINUS A. Claudio.

CUm te fisci causam agitasse proponas, quamvis [2] te salarium percepisse neges, tamen placitis acquiesce. Eos enim, qui causam fisci egissent, prohibitum [3] est adversus fiscum patrocinium præstare. PP. 13. Kal. Januar. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Qui in una causa fisco præstitit patrocinium, in alia potest contra fiscum postulare. Bald.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Frequentio.

POtes auctoribus nobis adversus [4] fiscum quoque patrocinium exhibere privatis: dum eam scilicet causam, quam tu, cum fisci advocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines. PP. 6. Kal. Mart. VALERIAN. & GALLIENO AA. CONSS. 255.

De commodis fiscalibus non occultandis. De calumniis non movendis.

3. Imp. CONSTANTIN. A. Æliano Proconsuli Africæ, post alia.

FIsci advocatus pœnas metuens, caveat [5], ne fiscalia commoda occultet, neve ullo negotio existente, fisci nomine privatis audeat calumnias [6] commovere. Dat. 6. Id. Novemb. *Triumvir.* [7] CONSTANT. A. IV. & LICINIO CÆSAR. IV. CONSS. 315.

De Rationalibus, & Præfectis ærario.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Ammianum Comitem rerum privatarum.

RAtionales [8], privatæ rei causis, vel sacris ærariis [9] præsidentes, examen præsente fisci advocato [10] suscipiant. PP. 17. Kal. Januar. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

TIT. X.
DE [11] ERRORE ADVOCATORUM, VEL LIBELLOS SEU PRECES CONCIPIENTIUM.

De præsentia principalis litigatoris.

1. Imp. ALEXAND. A. Aureliæ.

EA [12], quæ advocati præsentibus [13] his, quorum causæ aguntur, allegant, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur. PP. Kal. Mart. ALBINO [14] & MAXIMO CONSS. 228.

De errore scripturæ.

2. Imp. GORDIANUS A. Rogato militi.

ERrores [15] eorum, qui desideria, id est, preces scribunt [16], veritati præjudicium afferre non posse, manifestum est. Et ideo si condemnationem, cujus mentionem libello insertam esse proponis, manifeste probare potes non intercessisse: allegationes tuas lædi non oportere, is qui super negotio disceptaturus est, non ignorabit. PP. 10. Kal. Jul. PIO [17] & PONTIANO CONSS. 239.

De præsentia litigatoris, & de sententia lata.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Ulpiæ.

SEntentiis [18] finita negotia, rescriptis revocari non oportet. Nec enim quæ constituta sunt, [id est,] *ut advocatorum error litigatoribus non noceat*, tibi etiam opitulari possunt: cum te præsente [19], neque causæ palam ex continenti [20], id [21] est triduo [22] proximo contradixisse, neque post [23] sententiam appellationis remedio (si tibi hæc displicebant) usam esse proponas. Dat. 6. Kalend. Septembr. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XI.
UT QUÆ DESUNT ADVOCATIS [24] PARTIUM, JUDEX SUPPLEAT [25].

Judex ex officio supplere potest in jure, non in facto. Alex.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. ad Honoratum.

NOn dubitandum [26] est, Judicem, si quid a litigatoribus, vel ab his, qui [27] negotiis adsistunt, minus fuerit dictum, id supplere [28], & proferre [29] quod sciat [30] legibus, & juri publico convenire. S. 16. Kalend. Mart. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA. CONSS. 293.

TIT. XII.
EX [31] QUIBUS CAUSIS INFAMIA [32] IRROGATUR [33].

De carcere, & vinculis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Manilio.

INfamiæ detrimentum minime tibi affertur ob id solum, quod in carcerem [34] conjectus es, vel vincula tibi jussu legitimi Judicis injecta sunt. PP. sine die & consule.

De eo, qui plus debito exegit.

2. Iidem AA. Venerio.

NEque furti, neque vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus intelligi potest, qui, cum plus debito nomine debitorum [35] exegisset, in duplum a Præside condemnatus est. PP. 5. Id. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De eo, qui ad tempus ordine motus est.

3. Iidem AA. ad Metrodorum.

ET si severior [36] sententia dici debuit, tamen [37] cum Proconsul vir clarissimus certis rationibus [38] motus [39] mitiorem [40] sententiam dixerit, & *ordine decurionum* te *biennio abstinere* jusserit, transacto [41] tempore non esse te in numero infamium palam est: eo [42] quod post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus Judex videtur. PP. 10. Kal. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De exilio temporali.

4. Iidem AA. Venustiano.

SI Posidonium in [43] tempus anni relegatum, sententiam non excessisse Proconsulis probaveris, quinque annis exilio temporali damnandum inter infames haberi non oportet: quoniam sententiæ severitas [44] cum cæteris damnis transigere videtur. PP. 6. Kal. Mart. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De fustibus & injuriis.

5. Iidem AA. Ambrosio.

DEcuriones quidem, item filios decurionum fustibus [45] castigari prohibitum est. Verum si *injuriam* [46] *te fecisse* Proconsul vir clarissimus pronunciaverit, ignominia notatus es. PP. Kal. Jul. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De condemnatione in opus publicum ad tempus.

6. Iidem AA. Justo.

AD tempus in opus publicum damnati pristinum quidem statum [47] retinent: sed damno infamiæ post [48] impletum tempus subjiciuntur. PP. 7. Id. Decemb. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De eo, qui bonis paternis abstinuit.

7. Iidem AA. Demetrio.

1 Adde *L.* 49. *ff.* 14. De officio advocatorum fisci. Cæterum hoc notandum est: Fisco suum ac proprium patronum fuisse a M. Antonino primum institutum, si Capitolino credendum. Aderat hic fiscalibus causis, *l. ult.* J. *h. t. l. ult. ff. de jure fisci.* ac liberalibus, quæ eo non interveniente in integrum restituebantur, *l.* 3. §. 9. *in fin. l.* 7. *ff. de jure fisci.* Porro ex advocatione cujusque sedis creabantur singuli vel bini, & interdum biennii munere fungebantur, pro varia cujusque fori consuetudine. Bini in præfectura prætorio Orientis & Illyrici, *l.* 10. S. *de advocat. divers. judicior.* biennales erant in Præfectura Illyrici, *l.* 7. S. *de advocat. divers. judicior.* Hi omnes cum liberis, posterisque liberabantur omni viliore conditione: & comitiva, consistoriana, aliisque honoribus ornabantur, *l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. S. *de advocat. divers. judicior. l.* 4. *l.* 6. S. *de advocat. div. judicum.* utrobique sexaginta quatuor primores advocati, patronorum fisci privilegiis fruebantur, *l.* 15. S. *de advocat. divers. judicior.* Unicus fisci patronus erat, & quidem biennalis Alexandriæ. Exconsulari dignitate decoratus, *l.* 13. S. *de advocat. div. judicior. vers. Egredientem.* Erat etiam unicus & biennalis in foro Præsidiali Syriæ, *d. l.* 13. & in foro Comitis Orientis, *l.* 3. *supr. de advocat. divers. judicum.* adde Brisson. 3. *select.* 13.
2 Prætextu salarii non soluti, advocati causam fiscalem deserere non debent. 3 *l.* 2. J. *h. t. l.* 2. S. *de advocat. divers. judicior.* Excipe casus *l.* 13. S. *de advocat. divers. judicior. l.* 3. §. 1. *l.* 5. §. 1. S. *de advocat. divers. judicum. l.* 2. J. *h. t.* 4 Dixi S. *ad l.* 1. 5 Nota quæ sint cavenda fisci advocatis. 6 Vid. *l.* 6. *supr. de postulat.* 7 Γρ. Treveris.
8 De his vide *l. ult. in fin.* J. *ad leg. Jul. Majest* Procurator Cæsaris, absentibus advocatis fisci, causas rei privatæ, vel ærarii sacri disceptare non debet, *l.* 41. *C. Th. de appell. lib.* 11.
9 Advocati fisci, patroni ærarii, *l. pen.* S. *tit. prox.* Philostratus in Cyrino, fisci advocationem vocat, τὴν τȣ͂ ταμείȣ γλῶτταν, & *Basil.* συνήγορον τȣ͂ ταμείȣ, id est, qui intervenit pro fisco in aula apud Comitem thesaurorum, sacrarum largitionum: in provinciis apud procuratorem Cæsaris: in urbe, apud Præfectum ærarii. vid. Cujac. *hic.* 10 Advocatione, *d. l.* 41. *C. Th.*
11 *L.* 2. *C. Theod.* 11. *l.* 8. 12 7. *Synops. Basil.* 1. *c.* 45. 13 Et tacentibus, *l.* 3. J. *h. t. l.* 79. *ff. de verb. oblig.* 14 *Balbino.* 15 *l. unic. C. Theod. h. t. l.* 9. *supr. de jur. & facti ignor. l.* 92. *ff. de reg. jur.* 16 Scriptores precum sunt libelliones, pragmatici, *l.* 9. §. 4. 5. *ff. de pœn.* diversi ab advocatis. Hi agunt, illi scribunt. 17 *Ulpio.*
18 *l.* 2. S. *ut lit. pend.* vid. *l. ult.* J. *sent. rescind.* 19 Præsentem, *Hal.* adde *l.* 1. S. *h. t.*
20 Nota. *Ex continenti*, id est, triduo. adde *l. ult. vers. Si autem.* J. *de judic.* 21 Hæc verba, *id est, triduo proximo*, desunt apud autorem Synopseos Basil. 8. *tit.* 1. *ex lib.* 51. *tit.* 4. *c.* 47.
22 Sic glans legenda intra triduum, *l.* 1. *ff. de glande legend. l.* 9. §. 1. *in fin. ff. ad exhib.* adde casum *l. ult. infr. de judic.* vid. Cujac. *cap.* 5. *de præscript.* 23 Ante sententiam licet errorem corrigere, *l.* 4. *in fin. ff. de noxalib.* §. *Si quis aliud.* 35. *Instit. de act.*
24 Quidam legunt *advocationi.* 25 Judicem judicare non secundum acta, sed ex conscientia hinc colligunt, de qua quæstione vid. *l.* 6. §. 1. *& ibi DD. ff. de offic. præsid*, Cujac. 11. *obs.* 19. Hotom. 25. *Illustr.* Paucis Harmenopulus 1. *tit.* 4. definit, Omissas rationes juris ab advocato a judice suppleri: at non factum tamen seu negotium. 26 Dubitandum videbatur, quia judex supplendo, patrocinari videtur non judicare, 14. Gel. 2.
27 Hi Συνήγοροι hoc sensu, Quæcunque vel a litigantibus vel ab advocatis omittuntur, a judicibus suppleantur. *Synops. Basil.* 6. *ex lib.* 8. *tit.* 1. *cap.* 48. & 1. Harm. 4. §. 18. 28 *l. ult. in fin. pr.* J. *de appell.* 29 Atqui judex non interponit suum officium nisi imploratus, *l.* 4. §. *hoc autem judicium. ff. de damno infect.* verum est regulariter: sed vide exceptiones 35. apud Socin. *in reg.* 245. incipit: *judex potest.* & ad Benedictum Capram *in regul. conclusione* 17. Mod.
30 Judex rogatus suum interponit officium, non alias. vid. tamen Socin. *reg.* 197.
31 Commode hic titulus subsequitur titulum *de advocatis.* Infames enim postulare prohibentur. Paul. 1. *sentent.* 2. §. 1. 32 Adde *Librum* 10. *infr.* 57. 3. *ff.* 11. & 21. *Syn. Basil.* 2. 6. Harmen. 15. Infamia ab Augustino *diffamia* dicitur *in quæstionibus veteris testamenti*: adde Lamprid. *in Alexand.* Porro *infamia* est læsio dignitatis, status, & damnum famæ: duplex constituitur, juris vel facti. 33 Non irrogatur, ita concipitur titulus in Basilicis, περὶ αἰτιῶν δι᾽ ὧν ἀτιμία τινὶ ȣ̓ προσγίνεται. Cujac. *hic.* Affirmative tamen concipitur in Ecloga.
34 *Carcer*, seu sola vincula, non infamant, *ut hic*: Servis tamen, qui ob delictum pœnæ causa vincti fuissent, vincula nocebant ex lege Ælia Sentia, ut nec Latini, nec cives Romani manumissione fierent, sed dedititiorum numero: qui vilis propemodum, abjectus & infamis numerus erat. Plura vide apud Cujac. 15. *obs.* 7. 35 Tributorum, *Hal.* Sed nil opus: *Debitorum* appellatio pro debitis publicis seu tributis proprie: Sensus, publicanum non ideo fieri infamem, quod in duplum fuerit condemnatus injustæ exactionis causa. *Goth. Debitorem*, emendat Salmasius. Sed Grot. *Flor. Spars. hic*: putat scriptum fuisse, *plus debito nomina exegisset*, ut nomina dicta sint pro ipsis debitoribus, &, *debitorum*, glossema fuerit. S. L.
36 Græci hanc legem ita exponunt, *apud autorem Synopseos* 11. *tit.* 3. *c.* 3. Condemnatio gravior irrogata, ultra pœnam a lege definitam, relevationem infamiæ largitur. 37 Adde quæ dixi *ad l.* 11. *ff. de pœn.* 38 Quid? amicitia, justane judici causa sive ratio est, ut in amicum mitiorem sententiam ferat? Tiraquellus ita censet *tract. de pœnis, causa* 16. & 17. sive amicitia ipsius rei ductus id faciat, sive amicorum ejus. 39 *l.* 31. *ff. de pœnis.* 40 Ex duabus forte legibus. Quid? potestne severiorem sententiam dicere? vid. *l.* 13. §. 7. *ff. h. t. l.* 11. *ff. de pœn.* Ex his colligunt, Judicem in ordinariis criminibus pœnam minuere aut augere non posse: in extraordinariis posse: idque pro qualitate rerum, factorum, personarum. vid. Gandinum *tract. de maleficis, rubr. utrum pœna possit augeri.* 41 Sententia temporalis habet effectum temporalem, *l.* 8. *ff. de postul. l.* 1. J. *de his, qui in exilium.* Imo & ultra tempus vim suam exerit. *l.* 6. J. *h. t.* Hinc etiam collige, infamiam ad tempus inuri posse. *Goth.* Infamia non durat ultra tempus *l.* 4. *h. t. l.* 8. *ff. de postul. l.* 5. *l. generali lege* 54. *ff. de decurion. l.* 13. §. 1. *ff. ad Leg. Corn. de fals.* Ans. 42 Biennii prohibitio sequentium annorum indulgentia est.
43 *Exilium* temporale non infamat. 44 Nec severioris legis sententia infamat, *ut hic*, & *l.* 10. *in fin. ff. de pœn.* nec mitioris, *l.* 3. S. *h. t.* vid. Cujac. 20. *obs.* 38. 45 *l.* 9. J. *l.* 9. §. 12. *ff. de pœn.* 46 Injuriæ nominatim damnatus fit infamis, *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* §. 2. *Inst. de pœna temere litigantium*: adde *l.* 19. J. *h. t.* 47 Id est, libertatem & civitatem. Damnati vero in perpetuum opus, civitatem tantum amittunt, non libertatem, *l.* 17. *in fin. ff. de pœn.* vid. Cujac. 15. *obs.* 12. *in fin.* 48 Damnatio in opus publicum, relegatione in opus gravior. Hæc, tempore finito, non infamat, *l.* 4. S. *h. t.* illa infamat, *ut hic.* Goth. Distingue inter factum quod ipso jure famosum est, in quo infamia etiam post tempus durat,

NEmo ob id quod bonis paternis se abstinuit [1], infamis est. P. P. 5. Id. Januar. ANTONINO A. & GETA II. utrisque CONSS. 206.

De furto, & de eo, apud quem res furtiva inventa est.

8. Iidem AA. Ulpiæ.

SI furti condemnata es, citra verbera quoque [2] fustium, infamiæ damnum subiisti. Quod si res furtiva, quam alter surripuit, apud te ignorantem comperta est: non læsit existimationem tuam durior sententia. P. P. 10. Kal. Mart. ANTONINO A. & GETA utrisque II. CONSS. 206.

De publicis negotiis defensis.

9. Iidem AA. Læto.

NEminem sequitur infamia ob [3] defensa publica negotia patriæ suæ. P. P. 12. Kal. Mart. ANTONINO A. & GETA utrisque III. CONSS. 209.

De injuriis.

10. Iidem AA. Severo.

INjuriarum ex [4] persona quoque servi damnatus, infamia notatur. P. P. 4. Kal. Aug. *iisdem* CONSS. 209.

De cessione & venditione bonorum.

11. Imp. ALEX. A. Herennio.

[DEbitores] qui bonis cesserint [5] licet ex ea causa bona eorum venierint, infames non fiunt. PP. 10. Kalend. Majas, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De expilata hereditate.

12. Idem A. Donato.

SI te expilasse [6] hereditatem, sententia Præsidis constiterit, non ex eo, quod non & alia pœna tibi irrogata est, furti improbioris [7] infamiam evitasti. PP. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De his, quæ pater in testamento, filios increpans scripsit.

13. Idem A. Juventio.

EA quæ pater testamento suo filios increpans [8] scripsit, infames quidem filios jure non faciunt, sed apud bonos & graves opinionem ejus, qui patri displicuit, onerant. 13. Kal. Novemb. *ipso* A. III. & DIONYSIO [9] CONSS. 230.

De fustibus. De quæstione.

14. Imp. GORDIANUS A. Jovino.

NUllam [10] existimationis infamiam avunculus tuus pertimescat ictibus fustium subjectus [ob [11] crimen quæstione habita,] si sententia non præcessit, ignominiæ maculam irrogans. Dat. Kal. Sept. PIO [12] & PONTIANO CONSS. 239.

De luctu.

15. Idem A. Sulpitiæ.

DEcreto Amplissimi Ordinis luctu [13] fœminarum deminuto [14], tristior [15] habitus cæteraque hoc genus insignia mulieribus remittuntur [16]: non etiam intra tempus [17], quo his elugere maritum moris est, matrimonium contrahere permittitur: cum etiam, si nuptias alias intra hoc tempus secuta est, tam ea, quam is qui sciens eam duxit uxorem, etiam si miles sit, perpetuo Edicto labem pudoris contrahat [18]. PP. 17. Kal. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De fustibus cæso, & super dicto ἐσυκοφάντησας.

16. Idem A. Domitiano.

FUstibus cæsum, cui per præconem [19] ita dictum est, ἐσυκοφάντησας [20] [id est, *calumniatus es,*] ut calumniatorem videri notatum, ideoque esse famosum, manifestum est. PP. 3. Kal. Aug. SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De interlocutione Judicis sine causæ cognitione.

17. Idem A. ad Magnum.

VErbum precibus insertum potius verecundiam onerare, quam ullam existimationis maculam videtur aspergere. Etenim cum non [21] causa cognita dictum est ἐσυκοφάντησας [22], sed ad postulatum patroni, interlocutione Judicis responsum sit: nequaquam hoc infamiam irrogat. PP. 8. Kal. Octob. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

De injuriis, de pacto, transactione, jurejurando.

18. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Antiocho.

NOn [23] damnatos quidem duntaxat injuriæ, sed pactos [24] quoque Perpetuum Edictum infamat. Verum *pactos* eos demum, qui ullos adversariis nummos pro mala conscientia ex transactione numerassent, in hac causa placuit intelligi. Cæterum simplex [25] ejus [rei] gratia integram pacti existimationem illibatamque conservat. Quod si jurejurando [26] decisa contentio sit: nemo dubitaverit, quin religionem absolutio judicantis sequatur. PP. 14. Kal. Jan. SECULARE II. & DONATO CONSS. 261.

De interlocutione Præsidis.

19. Impp. CARINUS & NUMERIAN. AA. Aristocrati.

INterlocutio [27] Præsidis, quæ indicta [28] est, infamem eum, de quo quæris, fecisse non videtur, cum non specialiter ob injuriam, vel admissam vim condemnatus sit, sed ita Præsidis verbis gravatus & admonitus, *ut ad melioris vitæ frugem se reformet*. PP. 17. Kal. Febr. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De fœneratoribus.

20. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Fortunato.

IMprobum [29] fœnus [30] exercentibus, & usuras [31] usurarum illicite exigentibus infamiæ [32] macula irroganda [33] est. S. 17. Kalend. Mart. ipsis AA. CONSS. 287.

De minore, qui artem ludicram exercuit.

21. Iidem AA. & CC. Statio.

SI fratres tui minores [34] dumtaxat ætate [in] ludicræ [35] artis ostentatione spectaculum sui populo præbuerunt, inviolatam existimationem obtinent. Dat. 5. Kal. Septembr. *ipsis* AA. CONSS. 287.

Pro socio.

22. Iidem AA. & CC. Domitiano.

FIdem rumpens [36] societatis, cum infamiæ periculo, suo nomine pro socio conventus, ad faciendum satis urgetur. Dat. 6. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 287.

TIT. XIII. DE PROCURATORIBUS [37].

Cautio de rato.

1. Divus ANTONINUS PIUS A. Severo.

CAutio ratihabitionis [38] tunc [39] exigitur a procuratore, quoties [40] incertum [41] est, an ei negotium mandatum sit. PP. 4. Id. Octobr. GALLICANO & VENUSTO CONSS. 151.

De causa appellationis pecuniariæ.

2. Divi FRATRES Sextiliæ.

ut hic & l. 15. ff. ad Municipalem; & inter delictum punitionis arbitrariæ, in quo non durat post tempus: *ut l. 3. 4. h. t.* Ans. 1 Abstinere a bonis paternis infamiam abstinenti non infert. 2 Et furti damnatus, *l. 63. ff. de furtis, & l. 1. vers. qui furti. ff. hoc tit.* & fustigatus fit infamis. vid. *l. 16. J. h. t.* 3 Ob non defensa. *Hal.* & male, Sensus aperte colligi potest ex *l. 4. infr. de delatorib. l. 2. in pr. ff. de jure fisci.* 4 Sensus est, Condemnatum injuriæ factæ etiam vili personæ, notari. adde *l. 5. S. h. t.* 5 Bonorum cessio, eorumque venditio infamiam non infert. *l. 2. l. ult. J. qui bonis cedere:* Id jure quidem verum est: nihilominus tamen bonorum cessio species est quædam ignominiæ. *Nov. 3. 4. 135. in princ.* adde Hotom. 24. *Illustr. in fin.* præsertim si fiat cessio bonis decoctis. Hotom. *ibid.* Cujac. *ad Novell.* 135. 6 Expilatæ hereditatis damnatus fit infamis. 7 Furtum simplex est quid improbum: expilata hereditas, quid improbius. *l. 1. §. 1. ff. de effractoribus.* Baldus adjicit, rapinam esse improbissimum quid. vid. Cujac. *6. obs. 2.* 8 Non ideo infames liberi, quod a patre suo in testamento sunt notati. *l. 3. in pr. ff. de lib. & posthum. l. 29. §. 1. ff. de probat.* vel exheredati: licet exheredatio species sit quædam injuriæ & notæ. *l. 8. in pr. ff. de inoff. testam. l. 132. ff. de verb. oblig. l. 10. infr. de test. milit.* vide Cujac. *ad Novell.* 18. *fol. 367. in fin.* 9 Dione. 10 *Sumpta ex Codice Gregoriano tit. de postul.* 11 *Fustigatio* non infamat, sed causa. *l. 22. ff. h. t.* nisi publice facta sit. *l. 16. infr. h. t.* & inter cædendum præco ita dixerit, *Ne sis adeo vilis, ut sine justa causa accusationem instituas.* 12 Ulpio. 13 *l. 1. vers. qui eam. l. 8. in fin. l. 11. ff. h. t.* 14 De luctu (ut Philosophus) ita loquitur Seneca *epist. 64.* Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant: Lachrymandum est, non plorandum. Duram tibi videor legem ponere, cum Poetarum Græcorum maximus jus flendi dederit in unum duntaxat diem: cum dixerit, etiam Niobem de cibo cogitasse. Per lachrymas argumenta desiderii quærimus, & dolorem non sequimur, sed ostendimus. adde Paulum 1. *ad Thess. 3. vers. 4.* 15 Abstinere a conviviis, ornamentis & alba veste. Paul. 1. *sent. 21. §. 3.* hæc enim lugubria. Dixi *ad l. 8. ff. h. t.* 16 Olim consistebat luctus mulierum etiam in habitu. 17 Tempus luctui mulieribus præstitutum olim erant menses x. nam & hoc fuit legitimum pariendi tempus. Hodie præstituti sunt menses XII. non ob confusionem modo sanguinis, sed ob reverentiam mariti: quandoquidem etiamsi intra annum peperit, annum luctus peragere debet, nisi hoc a Principe vel Senatu impetraverit, ut sibi intra legitimum tempus nubere liceret. Quid si maritus hostis sit patriæ? quid si non mortuus, ab ea tamen divertit? Cum primum peperit, potest nubere: *l. 11. §. 1. ff. h. t.* 4. Harm. 6. ubi tract. de adulterio. Post partum mulier ἐν τῷ πένθει alii non potest nubere: ἐν τῷ πενθίμῳ potest: πένθος est virorum luctu dignorum; πένθιμος, indignorum. 4. Harm. *6. cap. περὶ μοιχείας. Nov. 22. c. 40.* vid. Cujac. *c. 20. de præscr.* Eadem distinctione idem utitur *6. obs. 32.* adde 21. *Eclog. 2. c. 5. & seq.* 18 Nisi infamiam Princeps remiserit. vid. *l. 4. in pr. J. ad SC. Tertull:* Sunt & aliæ pœnæ nubentis intra tempus luctus. Nihil capere potest ex bonis prioris mariti: nihil ex donatione propter nuptias. *l. 2. infr. de sec. nupt.* nihil ab extraneo potest capere: nullo titulo potest in secundum maritum ultra tertiam bonorum transferre, non existentibus liberis. Existentibus non potest ultra virilem, *l. 6. J. de secund. nupt.* non succedit cognatis, nisi usque ad tertium gradum. *l. 1. in fin. J. de secundis nupt.* Sunt & aliæ pœnæ, de quibus vid. Cujac. *ad Nov. 22.* 19 Mos antiquus & a Platone probatus *in leg. lib.* 11. vid. *l. 13. in fin. ff. de jurejur.* Ad rem redeo: quod hic dicitur, *Per præconem*, idem est quod præconis voce. Lamprid. *in Alexandro*, Turium necari jussit, præcone dicente, *Fumo punitur, qui fumum vendidit.* Spartianus *in Severo:* Fustibus eum sub elogio præconis cecidit, *Legatum pop. Rom. homo plebeius temere amplecti noli.* Alia quædam repetita ex antiquitatis flore, vid. apud Cujac. 8. *obs. 7.* ex Zonara *in Valentiniano*, ex Xiphilino *in Jul. & Severo.* ad hæc ex more Vasconum: sed & alia ejusmodi refert, 13. *obs. 3. in fin.* ex Ambrosii *serm.* 90. Petronio: Suida *in Pisistrato:* Josepho *in Machabæis:* Arriano 3. ἀναβάσεως, Niceta. 20 *l. 17. infr. h. t.* Συκοφαντὰς ita legendum monet Cujac. 13. *obs. 3.* 21 *l. 19. J. h. t. l. 13. §. 6. ff. h. t.* 22 Συκοφαντὰς, *Hal.* Cujac. 13. *obs. 3.* Forcatulus *in Sphæra legali, fol.* 17. hinc ex *l. 16. S. h. t. l. 13. in fin. ff. de jurejur. l. 9. §. 8. ff. de pœn.* colligit Romæ Græcis verbis permultas sententias latas fuisse. Cæterum qui jocos hic, & risus audire volet, legat Accursium hanc particulam explicantem. 23 Injuriæ damnatus, aut injuriæ sibi illatæ nomine pecunia data transigens fit infamis. Eam enim ob causam pecuniam dare videtur, quod sibi conscius sit: secus fuerit, si simpliciter & absolute sine pecunia pactus fuero, & injuria adfectus in me injuriarum non egerit: ex hujusmodi namque pacto remissa mihi injuria, infamis non ero, 21. *Synops. 2. extit. 3. c. 16. & 6.* Harm. 15. §. 8. Quid, damnatus injuriæ, an semper infamis est? non fit infamis, si modica sit injuria. vid. Gail. 2. *obs.* 302. 24 Qui paciscitur, pretio accepto scil. *J. h. t.* de injuria sibi illata, fit infamis. *l. 6. §. 3. ff. h. t.* 1. Harm. 10. Transigendi verbo utitur idem Harm. *6. tit.* 15. 25 Gratis possum injuria liberari, at non pretio dato. 26 *l. 6. §. 4. ff. h. t.* 27 *l. 17. supr. h. t. l. 13. §. 6. ff. h. t.* puta generalis. 28 Dicta est. *Hal.* 29 Vid. quædam ad hunc locum apud Cujac. 9. *obs.* 28. 30 21. *Eclog.* 1. *c.* 18. 3. Harm. 7. ubi tractat de usura ecclesiastica, & *6. tit. 15. §. 6.* 31 Usuras usurarum exigere non licet. vid. *l. 28. infr. de usur.* 32 Negat Accursius hic, & Molinæus *n. 46. de usur.* eam infamiam ipso jure fœneratori inuri, nisi usuræ simul cum principali legitimum usurarum modum excedant (licet contra sentiant multi hic, & Geminianus *cons.* 77. Covarr. 3. *resolut.* 3. Clarus 5. *sent. 5. §. usura.*) Apertius *ibid. n.* 614. fatetur ipso jure fœnus improbum infamare. Quæri potest, An usurarius criminaliter sit puniendus? Clarus 5. *§. usuræ. 20. versic. sed quæro*, puniri extra ordinem censet: sed Molinæus *d. l. n.* 156. rejecta Baldi opinione, amplectitur Bulgari, Cornei, Decii, Angeli, Socini opinionem, & criminaliter puniri, & torqueri posse refert, licet id jure non sit cautum: & ita se in Senatu Parisiensi vidisse ait. Idem refert Paponius, 2. *Arrest. 7. num.* 24. Movetur *l. 9. §. 5. in fin. ff. de publican.* ubi qui exigunt aliquid illicitum, extra ordinem puniuntur. 33 Quid, dominium usurarum perceptarum num transit in usurarium? Negant Theologi & Canonistæ, *Summa Sylvestris, in §. usura, quæst.* 6. Covarr. 3. *resolut.* 3. Clarus *d. l.* Potestne usurarius testari, vel mortis causa donare? Negat Clarus *d. l.* nisi præstita cautione de usuris restituendis. Oldendorp. etiam *c. 4. de testib. n. 9. 11. & c. 66. de except. num.* 10. 11. 12. 13. negat testem esse posse. *arg. l. 3. §. 5. l. 21. §. 2. ff. de test.* 34 Aliud, si majores. 35 *l. 2. in fin. ff. h. t.* adde 6. Harm. 15. 36 Condemnatus actione pro socio fit infamis. *l. 1. vers. qui pro socio. ff. h. t. §. 2. Inst. de pœna temere litig.* 6. Harm. 15. *in fin.* 21. *Syn. Basil.* 1. *c.* 20.

37 *L. 3. D. 3. & 2. C. Th.* 12. Paul. 1. *sent.* 3. 8. *Syn. Basil.* 2. *ex lib. 15. t. 4. 1. extra.* 38. 1. *Sexto* 10. & 1. *Clem.* 10. Lucius 5. *Placit.* 2. Papon. 6. *Arrest.* 4. & 5. & *l. 2. Notar.* 2. *c. des procureurs.* 38 Rati cautione procurator fit legitimus. 39 Negatio rem dubiam facit. vid. tamen Socin. *regul.* 275. 40 *l. 39. §. 1. ff. h. t. l. 2. J. de consortib. ejusd. lit. §. 3. inst. de satisd.* Alios casus, vid. apud Socin. *reg.* 318. 41 Ergo a contrario, si certum

Cum

CUm rem pecuniariam esse dicas, potes per [1] maritum tuum solemnibus impletis, appellationi adversariæ tuæ respondere: cum appellationes pecuniariæ [2] etiam per [3] procuratores exerceri ab utraque parte litigantium possint. Accepta 8. Kal. Aug. ipsis II. & III. AA. CONSS. 163.

De fideicommisso.

3. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Pomponio.

EUm, qui res agit heredum, a quibus tibi deberi fideicommissum dicis, evoca [4] ad Prætorem [5] virum clarissimum: qui aut tibi respondere [6] cogetur, aut ab [7] administratione negotiorum secundum formam jurisdictionis prohibebitur. † Deliberabit [8] autem Prætor, si non defendantur heredes, an mittere te in possessionem [9] debeat, secuturus jurisdictionem, quæ exerceri adversus [10] indefensos solet. PP. 10. Kal. Septemb. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De absente. De mulieribus.

4. Iidem AA. Saturnino.

QUia absente te judicatum dicis: æquum est, tibi restitui [11] causæ defensionem. † Nec oberit tibi, quod uxor [12] tua interfuit judicio: aut etiam acquievit sententiæ: cum aliena [13] negotia per mulieres non aliter agi possint, nisi [14] in rem suam, & proprium lucrum mandatæ sint eis actiones. PP. Prid. Non. Jan. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De reconventione.

5. Imp. ANTONINUS A. Pancratiæ.

ACtionem ei, qui absentis nomine agere vult, si [15] non eum defendat, denegari oportere, jam Edicto Perpetuo expressum est. 4. Kal. Mart. DUOB. & ASPRIS CONSS. 213.

De reo criminis.

6. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

REum [16] criminis constitutum, defensionem causæ suscipere non [17] posse, antequam [18] purget innocentiam suam, incognitum non est. 6. Kal. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De milite.

7. Idem A. Macrino.

MIlitem [19] nec [20] pro patre, vel matre, vel etiam uxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri oportet: cum neque defensionem alienam suscipere, vel redimere negotia, vel quasi suffragatorem accedere, utilitate publica permittatur. PP. 8. Id. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

An procurator procuratorem facere possit.

8. Idem A. Mansueto.

QUod quis sibi debitum exigere tibi mandavit, ante [21] litis contestationem, tu alii [22] petendum mandare non potes. PP. 8. Kal. Septembr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De militibus.

9. Idem A. Aufidio.

QUi stipendia merentur, suis negotiis superesse, inoffensa disciplina [23], possunt. Nec potest dici eum, qui honesta & verecunda præcedente causa mandatas [24] sibi actiones exercuerit, alieno negotio fungi: cum, licet contentio ex persona alterius bona fide sumatur, hunc tamen rem suam gerere non ambigatur. Quod militibus meis interdici non modo absurdum, verum etiam iniquum est. *Sine die & consule.*

De finibus mandati. De fraude, vel dolo.

10. Idem A. Castiæ.

SI procurator ad [25] unam [26] speciem constitutus, officium mandati egressus [27] est, id, quod gessit, nullum domino præjudicium facere potuit.

† Quod si plenam [28] potestatem agendi habuit, rem judicatam rescindi non oportet [29]: cum si quid fraude, vel dolo egerit, convenire eum more judiciorum non prohibearis [30]. PP. 3. Kalend. Mart. ALBINO [31] & MAXIMO CONSS. 228.

De pupillis, adultis, & eorum tutoribus, vel curatoribus.

11. Iidem A. Sebastiano.

NEque tutores: neque curatores ex sua persona in rem pupilli, vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed [32] actorem [33] constituere debent. † Pupillus autem, vel pupilla, adultus, vel adulta, tam ad agendum quam ad defendendum, tutore seu curatore interveniente, procuratorem ordinare possunt. Ipsi etiam tutores & curatores post [34] litis contestationem a se factam, ad exemplum [35] procuratorum, qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur. PP. Prid. Id. Maji, ALEX. A. III. & DIONE CONSS. 230.

Qui sine mandato admittuntur. De ætate.

12. Idem A. Frontoni.

EXigendi a filio tuo [36] mandati, qui se defensioni tuæ offerebat, duplici ratione necessitas non fuit; aut quod defendere [37] quis, sive libertus, sive extraneus sit, sine mandato potest, satisdatione [38] tamen pro defensione præstita, & alia proculdubio observatione subjecta: aut quod filius [39] etiamsi ultro actionem patris nomine dirigat, mandatum probare non cogitur. † Sane, quod nec [40] dum legitimam [41] ætatem idem filius tuus compleverit, ob hoc quidem depellere a procurationis officio eum judex non injuste potuit: sed multo justius [42] fuit, hujusmodi [43] defensorem audire, quam te absentem quasi contumacem & indefensum gravi condemnatione afficere. 5. Kal. Octobr. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De præscriptione militiæ.

13. Imp. GORDIANUS A. Luciano militi.

ITa demum super lite persequenda, quam tibi mater mandavit [44], actionem intentare potes, si, cum primum litem contestareris, non est tibi eo nomine opposita præscriptio [45] militiæ [46]: quod nec cum [47] appellatio agitur, tibi objici potest. Nam si integra res est, ratio Perpetui Edicti [48] acceptam tibi non permittit alieno nomine actionem intendere. 3. Idib. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De minore vigintiquinque annis.

14. Idem A. Sabiniano.

NOn eo minus sententia adversus te lata, juris ratione subsistit, quod adversaria tua minor [49] vigintiquinque annis constituta, causam suam marito [50] sine curatore agendam mandavit. Minoribus [51] enim [52] ætas in damnis subvenire: non in rebus prospere gestis obesse consuevit. PP. 3. Non. Octobr. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CC. CONSS. 242.

De redemptione litis.

15. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIM. AA. & CC. Cornificio.

LItem [53] te redemisse [54] contra bonos mores precibus manifeste professus es: cum procurationem quidem suscipere (quod officium gratuitum [55] esse debet) non sit res illicita: hujusmodi autem officia non sine reprehensione suscipiuntur. S. 3. Non. April. CC. CONSS. 294.

De venditione.

16. Iidem AA. & CC. Paconiæ.

PRocuratorem [56], vel actorem prædii [57], si non specialiter distrahendi mandatum accepit, jus rerum dominii vendendi non habere, certum ac manifestum est. Unde, si non ex voluntate domini vendentibus his fundum comparasti, pervides improbum tuum desiderium esse, dominium ex hujusmodi emptione tibi concedi desiderantis. S. Non. April. *Byzantii*, CC. CONSS. 294.

fuerit, de eo non cavebit. vid. Socin. *reg.* 318. 1 Maritus potest esse uxoris procurator ad litem; adde *l.* 2. ℑ. *qui dare tutores.* 2 *d.* §. 3. *l. unic.* ß. *de satisdando. l.* 21. *ff. ratam rem.* At in criminalibus non datur procurator, sed defensor. *l.* 33 §. 2. *ff. h. t.* Paul. 5. *sent.* 16. §. 11. 3 Hinc colligunt, Causam initium posse sumere a citatione administratoris, tutoris, curatoris, & similium. adde *l.* 25. §. 1. ß. *de episc. & cleric.* vid. *l.* 1. §. 2. *ff. de admin. & peric. tut. l.* 3. *ff. de alim. vel cibar. leg.* 4 *l.* 3. ℑ. *quorum appellationes.* 5 Porro quando ex contumacia procuratoris teneatur dominus, vide Socinum *reg.* 394. Felinum *ad c.* 1. *extr. ut lite non contest.* Michaelem Vulcurnum *ad l. si finita. §. Julianus. ff. de damno infect. num.* 67. Mod. 6 Procurator cogitur respondere. 7 Suspectus administrator, vel tutor ob contumaciam potest removeri. 8 Missio ex primo decreto, non fit sine causæ cognitione. 9 Domini scilicet. Ob contumaciam procuratoris fit missio contra dominum, & tamen hinc colligitur, Procuratoris contumaciam regulariter domino non nocere, vid. Socin. *reg.* 321. 10 Reo indefenso, actor in ejus bonorum possessionem mittitur. *l.* 2. *in fin.* ℑ. *ubi in rem actio. l.* 8. *in fin.* ℑ. *quomodo & quando judex, l.* 2. *ff. quibus ex causis in poss.* 11 Non legitime defensus totam ad causam restituitur. 12 Absens non legitime defenditur per uxorem. 13 Nota regulam. 14 Adde *l.* 55. *ff. h. t.* Mulier in rem suam potest esse procuratrix ex cessione mariti. 15 Non admittitur ad agendum absentis nomine, qui eum defendere recusat. *l.* 15. *in fin. l.* 43. §. 4. *ff. h. t.* Datus ad agendum, defendere tenetur: at non e contra: Datus ad defendendum, non cogitur agere. *cap. constitutis.* 12. *extr. de procur.* 16 Accusatus de crimine capitali, non potest esse alterius procurator. Imo potest *l.* 21. *ff. de accusat.* Solve: potest, si ejus crimen suspensum est. 17 *Synops. Basil.* 8. περὶ ἐκδικητῶν, *c.* 79. 18 Vid. quæ notavi *ad l.* 6. §. 4. ß. *de his, qui ad eccl.* 19 Nemo militantium fiat susceptor defensorve causarum: nec ad cognitionem alieni jurgii suffragator accedat. *l.* 6. *C. Th.* ubi interpres: Militantes non permittuntur legibus lites suscipere alienas, nec Procuratores fieri possunt. *l.* 6. *C. Theod. h. t.* Goth. *Hic & l.* 9. ℑ. *h. t.* nisi in rem suam, aut nomine cohortis. *l.* 8. §. 2. *ff. h. t.* Ans. 20 Filius idemque miles, patris procurator esse non potest, etiam ex rescripto principali. *l.* 9. ℑ. *h. t. l.* 8. §. 2. *D. h. t.* §. *ult. Inst. de except.* 21 Ante litem contestatam procurator ad litem alium suo nomine non potest substituere. *l.* 11. *l.* 23. ℑ. *h. t. l.* 8. §. 3. *D. mand. l.* 4. *in fin. D. de appell. & relat.* nisi speciale substituendi ante litem mandatum habeat. v. Wurmf. 1. *pract.* 5. *obs.* 14. Aliud in procuratore ad negotia. *d.* §. 3. & in rem suam. *l.* 33. ℑ. *de donat.* Wurmf. *d. loc. obs.* 1. & 19. Verum *d. l.* 33. loquitur de procuratore in rem suam. 22 Procurator regulariter alium procuratorem suo loco substituere non potest. vid. tamen Socinum *reg.* 319. 23 Sine offensa disciplinæ: *Hal.* militaris scil. 24 Qui mandatas actiones exercet, alieno negotio non fungitur. *l.* 13. ℑ. *h. t. l.* 8. §. 2. *l.* 55. *D. h. t.* 25 Huic mox opponitur procurator plenam potestatem agendi habens. 26 Potest enim ad unam tantum constitui. *l.* 1. §. 1. *D. h. t.* 27 Procurator fines mandati egressus domino non præjudicat. 28 Vel liberam administrationem. *l.* 7. §. 1. *in fin. D. de peculio:* vel ita si datus est, ut id omne agere posit, quod præsens dominus faceret. *l.* 1. *D. de off. procur. Cæsar. l.* 60. *in fin. D. mandati.* 29 In hujusmodi tamen libero mandato non includitur potestas donandi. *l.* 7. ℑ. *de don.* & delegandi. *l.* 6. §. 2. *D. de cond. indeb. l.* 2. *D. de his quæ in fraud. credit.* Paponius 2. *Not.* 2. *c. des procureurs, fol.* 109. *ad* 118. vigintiquatuor casus enumerat, quos negat censeri permissos procuratori cum libera. 30 Quid si procurator non sit solvendo? non dabitur actio interim, nisi is cum procuratore colluserit. *l.* 3. §. 1. *ff. de eo, per quem, l.* 7. §. 9. *ff. de dolo:* aut si quid procuratori subtraxerit. *l.* 12. §. 2. *ff. de furtis.* Hinc constat nullo jure, procuratore non existente solvendo, dominum restitui adversus eum, qui bona fide cum procuratore contraxit, quod tamen non observari refert Gailius 22. *obs.* 45. 31 Balbino. 32 Actoris & Procuratoris differentia. 33 §. *ult. Instit. de curatorib. l.* 13. *ff. de tutelis, l.* 9. *ff. ratam rem.* 34 Dixi *ad l.* 8. ß. *h. t.* Cur ita? quia tunc domini litis facti sunt. 35 *l.* 23. *in fin.* ℑ. *h. t.* 36 Amplia hoc etiam procedere, & servari in usu, in valde amico, Jason *ad l. Titia. num.* 14. *ff. de verb. oblig.* Ægid. *decis.* 143. *in titul. de procur.* Fortun. Garzia *ad l.* 1. *ff. de Justit. & jure n.* 50. Cotta *in Memorab. in vers. conjuncta persona.* quod limita tamen ut in vera non spirituali conjunctione procedat. Felinus *ad c. edoceri. n.* 10. *de Rescript.* Mod. 37 Possumus alium defendere sine mandato. 38 Adde *Nov.* 128. *c.* 10. 39 Filius etiam sine mandato, patris nomine ultro agere potest. Satisdare tamen debet, judicatum solvi. *l.* 35. *ff. h. t. l.* 3. §. 3. *ff. judic. solvi.* 40 Minor vigintiquinque annis, ὡς φροντίσαι ὁ κωλύεται, in rerum alienarum curam non vocatur. 1. Harm. 12. §. 41. 41 Minor vigintiquinque annis, procurator non facile admittendus. *l.* 51. *ff. h. t.* Goth. Legitima ætas ad procedendum in publicum est 17. annorum. *l.* 1. §. 3. *ff. de postulando.* Vide Cujac. 22. *observ.* 16. *in fin.* in aliis 25. annorum est. *l. fin.* ℑ. *de his qui not. infam. l.* 4. *Cod. de Transact.* Ans. 42 E duobus malis minus eligendum. 43 Id est, minorem vigintiquinque annis. 44 *l.* 9. ß. *h. t. l.* 8. §. 2. *ff. h. t.* 45 Id est, exceptio. 46 Vide Joan. Baptist. Ferrettum *consilio* 23. *num.* 8. & amplia hunc textum etiam procedere in religioso. Mathes. *in notab.* 98. Paris. *ad c. pastoralis. n.* 52. *ext. de except.* Felin. *ad c. ad audientiam. extr. de rescriptis.* Benedict. Capra *in regul. conclus.* 57. Mod. 47 Id est, exceptio declinatoria omissa in causa principali, non potest opponi in causa appellationis. *Bald.* vid. Wurmser. 1. *pract.* 8. *observ.* 10. 48 Al. *Exceptio perpetui edicti.* quæ lectio etsi nullis libris manu exaratis & paulo antiquioribus notæque melioris comprobetur, ideo tamen quibusdam non displicet, quia militi agere volenti opponebatur exceptio, quam Justinianus dilatoriam appellat. *Instit. tit. de except.* §. *ult.* Mod. 49 Sententia pro minore etiam indefenso valet. *ut hic:* ita & pro fisco indefenso. *Gl. l.* 3. §. *Divus.* 9. *ff. de jure fisci.* Plateus, *l. si præses* 6. *C. quomodo & quando judex.* ita & pro Ecclesia. *Doctores hic. & d. l. si præses,* Panorm. *in causam de judiciis:* v. Everardum, *loco a minoribus ad fiscum* 64. 50 Minor potest causæ victoriam obtinere, etiam per procuratorem minus legitime constitutum, nec eo prætextu damnatus causam restitui recte postulat. Ex contrario, si procuratorem illegitimum habet, non potest damnari, *l.* 45. §. 2. *ff. de re judic.* 51 *Synops. Basil.* 10. *ex lib.* 8. *tit.* 2. *cap.* 88. 52 Nota regulam. 53 Nemo litem alterius redimat, gratis quidem procurator fiat, qui volet, nec data pecunia actionem suscipiat: ita Græci hunc locum accipiunt apud autorem *Synops. Bas.* 8. *cap.* περὶ ἐντολῶν 89. 54 *l.* 20. ℑ. *mandati, l.* 53. *ff. de pact. l.* 7. *in fin. ff. mandati, l.* 5. ß. *de postulando.* vid. Cujac. 8. *observ.* 31. 55 Hinc colligere possis, vetus procuratoris officium longe diversum fuisse ab eo, quod nostro tempore procuratores exercent: quorum oculatæ manus nihil credunt, nisi quod tenent. 56 Vid. *l.* 19. ℑ. *h. t.* Generalis procurator nisi liberam potestatem habeat, res domini immobiles vendere non potest, *l.* 58. *l.* 63. *ff. h. t.* 57 Generalem scil. vide quæ not. ad

De invito.

17. Iidem AA. & CC. Mardonio.

INvitus [1] procurationem [2] suscipere nemo cogitur [3]: nec eandem ultra, nisi provocationis [4] causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur: cum fidem susceptam implere sufficiat. PP. Non. Jun. *Philippopoli*, DIOCLET. V. & MAX. AA. CONSS. 293.

De fœminis.

18. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

ALienam [5] suscipere defensionem [6], virile [7] est officium, & ultra sexum muliebrem esse constat. Filio itaque tuo, si pupillus est, tutorem pete. S. 14. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si actor pretium in rem domini verterit.

19. Iidem AA. & CC. Firmo.

SI pretium quidem actoribus alienum fundum [8], vel servum citra [9] mandatum domini tibi distrahentibus dedisti, & neque præcessisse, neque secuta contractum domini declaretur voluntas, in rem [10] autem ejus idem pretium processisse, provinciæ Præses causa cognita perspexerit, hoc tibi restitui jubebit [11]. Prid. Idus Mart. CC. CONSS. 294.

De negotii transitu ad personam procuratoris.

20. Iidem AA. ad Verinum Præsidem Syriæ.

NIhil arbitramur interesse [12], utrum ab initio, an cœpta jam lite negotium ad personam procuratoris transitum fecerit. Dat. 10. Kal. Octobr. *Demesso* [13] CC. CONSS.*

De fœminis & de maritis.

21. Imp. CONSTANTINUS A. ad Concilium provinciæ Africæ.

MAritus citra mandatum [14] in rebus uxoris cum [15] solemni satisdatione, & alia observatione intercedendi liberam habeat facultatem: ne fœminæ, persequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris [16] irreverenter irruant, & conventibus virorum, vel judiciis interesse [17] cogantur.

† Sin autem mandatum susceperit [18], licet maritus sit [19], id solum [20] exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. Dat. 4. Id. Mart. *Adrumeti*, CONSTANTINO A. & LICINIO CÆSARE utrisque II. CONSS. 312.

De litis translatione.

22. Idem A. ad Bassum P. Urbi.

PRocuratoribus [21] institutis, & post contestatam litem dominis [22] effectis, hi, qui mandaverant, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales [23] inimicitiæ, vel morbus [24], vel alia [25] necessaria causa intercesserit: tunc enim etiam invitis his, transferri lis potest. Dat. 13. Kal. Jul. CONSTANTIN. A. & LICINIO Cæs. V. utrisque CONSS. 319.

De jure procuratoris effecti domini litis.

23. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

NUlla [26] dubitatio est, post [27] causam in judicio agitatam, utpote dominum [28] litis procuratorem effectum, etiam post excessum [29] ejus, qui agendam, vel defendendam litem mandaverat, posse inchoatam causam jurgiumque finire: quippe cum & procuratorem posse [30] eum instituere, veteris juris voluerint conditores. Lect. 2. Non. Febr. JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De exceptione procuratoria.

24. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Pancratio Præfect. Urb.

LIcet [31] in principio [32] quæstionis persona [33] debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negotium, mandatum a domino litis habeat: si tamen falsus [34] procurator, inveniatur, nec [35] dici *controversiæ* solent, nec potest esse judicium [36]. Dat. 2. Kal. April. *Constantinop.* ANTONINO & SYAGRIO CONSS. 382.

De his, qui per se litigare non possunt.

25. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P.

QUicunque Prætorianæ [37] vel Urbanæ Præfecturæ sublime fastigium, vel Magisterium militare, vel consistorianæ Comitivæ [38] insignia meruerit dignitatis, vel Proconsulare jus dixerit, aut Vicarii fuerit administratione suffultus: si quod ab eo vel infertur jurgium [39], vel refertur, procuratoris personam in negotii sui jura substituat. † Quod si quis sanctionis hujus statuta transgressus, judiciis sese jurgaturus ingesserit, careat ejus litis forte, cujus non per procuratorem expectavit eventum: Judex nihilo minus, qui contra fecerit, noverit a se viginti libras auri, [item] ab Officio quoque suo tantundem ponderis exigendum. Dat. 18. Kal. Octobr. ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

In AUTHENT. ut ab illustr. coll. 5. tit. 26. al. 18. seu Novell. 71. cap. 1. §. 1.

HOc jus stabit usque ad illustres solos: *cæteri enim commune jus amplectuntur.*

De causis pecuniariis.

26. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P. P.

IN [40] pecuniariis controversiis, etsi specialiter hoc præcepti, vel sententiæ minime designat auctoritas, passim unicuique [41] (si [42] tamen ita maluerit) per procuratorem respondendi tribuimus facultatem: nisi forte quosdam, justiores nonnunquam ob causas vehementiores [43], maximi judicis vocabit auctoritas. Dat. Prid. Id. Octob. *

Ne [44] quis in duobus foris procurator sit.

περὶ μετεντάλματος.

27. Imp. ZENO A.

COnstitutio [45] prohibet duorum judiciorum unum [46] eundemque publicum procuratorem esse: sed alios quidem esse in maximis judiciis gloriosissimorum magistratuum procuratores, alios vero qui eloquentissimis judicibus pedaneis ministrent in litibus: ac neque eum qui litem inchoavit procuratorem apud Diætetam, seu pedaneum, eundem ipsum terminare ipsam litem apud gloriosissimum magistratum, sed nec *metentalma*, id est, translationem mandati fieri ab ipso ad alium procuratorem, qui apud gloriosissimum magistratum adsideat: nulla impensa pro permutatione procuratoris facienda in hoc metentalmate [47], neque communi [48] satisdatione pro hoc metentalmate exigenda, sed & judicatum solvi satisdationem, & de ratihabitione cautionem ita ab initio concipi, ut comprehendantur in his & expensæ hujus metentalmatis, ut is a quo exigitur, alterutra harum satisdationum stipuletur, *Quia spondeo me & hunc apud Diætetam procuratorem pro judicatorum solutione aut satisdatione confirmaturum, & si contingat ex relatione diætetæ, aut ex appellatione data contra ipsius sententiam transferri causam ad maximum [49] judicium, cui subest diætetæ: etiam tum ex metentalmate futurum procuratorem in maximo judicio simili modo confirmaturum me spondeo.* Si non hæc omnia observata fuerint, si quidem circa maximum judicium lex hæc transilita fuerit, competenti scrinio quinque auri libras persolvet pœnam. Si vero circa diætetas hæc lex prætermissa fuerit, is, qui litem adimplet, qui apparet eloquentissimo Diætetæ, unius auri libræ exigetur pœnam. Alii vero duo qui ex officio segregati sunt, & attributi diætetæ sive ex scholis, duarum auri librarum exigentur multam: ipse vero procurator, a quo quid peccatum contra hanc legem fuerit, plagis castigetur a magistratu aut Diæteta, interdictus in posterum procuratoris officio fungi in judicio.

De fidejussore. 1. *Si moriatur, aut alias non appareat procurator.*

28. Constitutionis argumentum ex lib. Eustathii, περὶ χρονικῶν διασημάτων.

SI [50] fidejussor procuratoris non definierit tempus, & dixerit forte, *Ego fidejubeo pro ipso*, & si mortuus fuerit, aut amplius non appareat, idque contigerit intra viginti dies, alius fidejussor dandus erit. §. 1. Si moriatur aut alias non inveniatur is, qui ad litem ab aliquo datus est procurator, post vicesimum diem a judiciali decreto super alterius procuratoris datione interposito, sex mensium accessionem seu terminum habebit principalis reus peregre degens in remota provincia, ad alium procuratorem dandum, vel ad veniendum per se in judicium: si enim in proxima, non autem in longinqua provincia absit, tunc judicis arbitrio terminus, sive dilatio definietur.

l. 9. §. 4. ff. de admin. & pericul. rer. 1 *l. 8. §. 1. l. 35. §. 2. in fin. ff. h. t. l. 156. ff. de reg. jur.* 2 Id est, agendi potestatem: potest tamen interdum cogi defendere, *l. 5. ǁ. h. t.* vid. Wurmser. 1. *pract. 5. obs. 6.* 3 Nisi pauperum causa. vid. Mynsing. 4. *obs.* 32. 4 *l. 8. §. 8. ff. mandati.* Cogiturne eam in judicio appellationis prosequi? non tenetur, si ad unam tantum causam datus est. vide Wurmser. 1. *pract. 5. obs. 9.* Potestne appellari ab executione? non potest sine speciali mandato, etiamsi permissum fuerit, appellare ab omni sententia, vel interlocutoria, vel definitiva. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 43. *num.* 11. 5 Nullo pacto fœminæ, aut amplius quam sibi competit agere, aut pro aliis possunt intervenire personis, *l. 5. C. Theod. h. t. l. 2.* 6 Id est, tutelam. Itaque lex hæc fugitiva est. 7 Ideoque non cadit in fœminam, *l. 2. ff. de reg. jur.* adde *l. 4. ǁ. l. 21. ℑ. h. t.* at forte cadit speciali jure *in matrem?* ne id quidem: vel ea pupillo curatorem tenetur petere. vide Bald. *hic.* 8 Servus qui res domini administrat, nec rem mobilem, nec immobilem, quæ est in bonis domini, alienare potest, citra domini voluntatem. Si vero in rem domini pretium processit, emptori pretium restituitur. *Synopsis Basil. 7. tit. 6. ex lib. 8. tit. 2. cap.* 93. 9 Hinc oritur ratio dubitandi. *l. 16. ǁ. h. t.* 10 Decidendi ratio. 11 Vel actione de in rem verso, vel negotiorum actione, vel condictione sine causa, vel officio judicis. 12 Quod ad dandi facultatem. 13 An *Damasco?* an *Edessæ?* 14 Quando hoc procedat, & quando non, docebunt te scribentes hic, & *ad l. fin. de pact. convent.* Socin. Jun. *consil.* 105. *num.* 11. *lib.* 1. Tiraq. *post leges connubial. gloss. 5. n.* 212. item an locum habeat in sponso de futuro, Roland. a Valle *in tractatu de lucro dotis quæst.* 12. *num.* 9. Roman. *consilio* 417. & *in c. constitutus. de procurat.* Mod. 15 Imo non cogitur satisdare. *l. ult. ℑ. de pactis conventis.* Solve: Agitur hic de bonis uxoris, viro non traditis, non de dote, aut paraphernalibus. *Bart. Bald.* 16 Pudoris habenda ratio. 17 *l. ult. ℑ. de recept. arbitris.* 18 Inclusio unius alterius est exclusio. Rip. *lib. 2. Respons. c. 3.* Mod. 19 Id est, quantumvis sit conjuncta persona. 20 *l. 10. ǁ. h. t.* Imo, & ultra potest. *l. 56. l. 62. ff. h. t.* Solve: Potest, sed quod necessario cohæreat mandato. 21 Μετὰ προκάταρξιν ἐντολῆς &c. Procurator post litem contestatam (perperam Leunclavius ita vertit, *Qui post litem contestatam procurator institutus est:* neque enim hic agitur de procuratore instituto post litem contestatam, sed simpliciter de procuratoris jure post litem contestatam) a domino litis ne removeatur, nisi capitalis inimicitia, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit. *Synops. Basil. 8.* περὶ ἐντολῆς, *cap.* 95. 22 Procurator lite contestata, litis, non ipsius rei dominus efficitur. *l. 23. ℑ. h. t.* 23 *l. 8. §. 3. l. 14. l. 21. ff. h. t.* vid. *l. 6. §. 17. ff. de excus. tut.* 24 *l. 20. ff. h. t.* 25 *l. 10. l. 23. ff. h. t.* adde, nisi procuratori consentiatur, ab ipso domino, Bart. *hic.* 26 *l. 1. C. Th. h. t.* 27 *l. 11. l. 22. ǁ. h. t.* 28 *d. l. 22.* 29 Id est, mortem, obitum. Symmachus 1. *epist.* Successit aliud, ut obitu Marcianæ clarissimæ fœminæ, mandatum diceretur extinctum, sed contra venerabilis Juliani sanctio stare jussit procuratorum officia, causarum dominis viventibus inchoata. vide Cujac. 2. *observ.* 31. adde quæ notavi ad *l. 59. in fin. ff. de re judic. c. 1. §. 1. extr. hoc tit.* Sed jam obtinuit, mortuo domino ejus heredes ad causam reassumendam seu continuandam citandos esse. vide Mynsing. 6. *resp.* 51. *num.* 20. *& seq.* 30 Vide *l. 11. ǁ. h. t.* 31 *l. 3. C. Theod. h. t.* interpolata. 32 Quacunque in re quærendum est primo de personis. *l. 4. ff. qui testamenta, l. 4. ff. de jure codicill. & Instit. de jure person. in princ.* 33 Quid enim si mandato careat? quid si mandati seu procurationis incapax, si causæ præsenti, aut certe a constituente non potuit dari? Quid si non cavit de rato? De exceptionibus adversus procuratores, vide Bart. *hic:* Oldendorpium *cap. 3. de except.* Harum quædam ante & post litem contestatam proponi possunt. Ante, ut, *Non cavisti de rato, Tu miles, tu minor, tu mulier:* Post vero, *non habes mandatum, tu furiosus, infans, servus.* vid. Wurmser. 1. *pract. 8. observ. 9.* Si quid horum fuerit, illegitimi procuratoris processus efficitur nullus, vide Roland. a Valle 1. *cons.* 71. *num.* 4. 34 *l. 1. ℑ. quibus res judicata non nocet:* vid. *l. 19. ℑ. de furtis.* *Falsus* dicitur, qui non habet mandatum, aut si habet a non idonea persona, aut revocatum. *Bald.* Goth. Quis dicatur falsus procurator, disputat Joan. de Anan. *cons. 96. consil.* 104. item Alexander *hic.* Mod. 35 Utcunque falsus procurator facto ipso sit admissus, jure non nocet. *Bald.* non valet lata sententia: vid. Oldendorpium *c. 28. de sent. & re judic.* 36 Judicio nullo non præcluditur via exceptioni declinatoriæ. *Bald.* 37 Hæc lex corrigitur per *Novell. 71. cap.* 1. 38 De comitibus vid. *l. 1. ǁ. de mandat. princ.* 39 Pecuniarium: aliud tamen in criminali, vid. *l. 3. infr. ubi senatores vel clariss.* 40 Litigare per se in judicio pecuniario nemo regulariter cogitur: in criminali vero, secus, ut *hic & c. pastoralis* 14. *extr. de jud.* Fallit tamen in quibusdam personis, quæ per alium possunt: ut est magistratus, *l. non solum. 39. ff. de procurat.* episcopus, *5. q. 3. can. quia episcopus.* 3. universitas, *l. 6. ff. quod cujusque univers.* illustris, *arg. hujus legis.* pupillus, furiosus, prodigus & similes, Butr. *in c. pastor. de jud.* excommunicatus, *c. Intelleximus. 7. extr. de judic.* qui custodia publica detinetur, Bald. *in l. eos, 6. §. super his 3. ℑ. de appell. & consult.* adde Soc. *reg.* 245. 41 Vid. *l. 3. ff. quibus ex caus. in poss. l. 6. §. 3. ǁ. de his, qui ad Eccl.* 42 Hinc colligunt in citatione simpliciter facta alterutrum tacite intelligi, ut citatus per se, vel per alium compareat. 43 Negotia gravia quis per se, non per procuratorem tractare debet. *cap. Si pro debilitate. extr. de offic. delegat.* Ans. 44 Hæc lex restituta a Cujacio 13. *obs.* 5. 45 Contii interpretatio. 46 Adde *l. 9. ff. h. t. l. 14. ǁ. de adsessorib. & domest. l. 5. §. 2. ff. de aut. tut. l. 9. ff. de pact.* 47 Μετέντάλμα, est translatio negotii sive mandati. 48 Satisdatio judicatum solvi, vulgaris & solita: non qua forma dicitur in *l. 5. ff. de verb. obligat.* aut in *l. 1. ff. de prætor. stipul.* sed qua, in *l. 4. ff. de separationibus*, quod sit vulgaris, & frequens. 49 *Majus judicium* dicitur, cui adhæret judex pedaneus. Singulis enim judiciis certi adscripti erant judices pedanei. Cujac. 13. *observ. 5. in fin. Novell. 82. cap.* 1. Ii non utebantur propria jurisdictione, nec sententias exequebantur, sed ad eas exequendas sumebant ex cohortalibus, & scholis vel scriniis. vide Cujac. 12. *observ. 1. in fin.* 50 Interpretatio Contii.

TIT.

TIT. XIV.

NE [1] LICEAT POTENTIORIBUS [2] PATROCINIUM [3] LITIGANTIBUS PRÆSTARE, VEL ACTIONES [4] IN SE TRANSFERRE [5].

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Aristobulo salutem.

Divinc admodum constituit D. Claudius [6] consultissimus Princeps, parens noster, ut [7] jactura causæ afficerentur hi qui sibi potentiorum patrocinium [8] advocassent: ut, hoc proposito metu, judiciariæ lites potius suo [9] marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. † Quem [10] palam est in tantum provincialium quæstionibus esse commotum, ut hujus sanctionis Rectores provinciarum custodes, & contemptæ hujus rei vindices fecerit: scilicet, ut in actores seu procuratores in subsidia negotiorum vel usurpatos gratia, vel redemptos [11], severa sententia vindicarent. Quare cum intersit in universum omnium, & præcipue tenuiorum, qui sæpe importunis potentium intercessionibus opprimuntur: inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. † Nec metuas, ne præjudices Clarissimis viris: cum [12] D. Claudius hujus rei Rectorem provinciæ disceptatorem, &, si res postularet, ultorem specialiter fecerit. Dat. 4. Id. Septembr. AA. III. & II. CONSS. 287.

2. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Joanni P.P.

Si [13] cujuscunque modi actiones [14] ad potentiorum fuerint delatæ personas [15], debiti creditores jactura [16] multentur. Aperta enim credentium videtur esse voracitas [17], qui alios actionum suarum redimunt exactores. Dat. 5. Id. Jul. HONOR. VII. & THEODOS. II. AA. CONSS. 407.

TIT. XV.

DE [18] HIS QUI POTENTIORUM NOMINE [19] TITULOS PRÆDIIS AFFIGUNT, VEL EORUM NOMINA IN LITEM PRÆTENDUNT [20].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P.

Animadvertimus [21] plurimos injustarum desperatione causarum, potentium [22] titulos [23], & clarissimæ privilegia dignitatis, his a [24] quibus in jus vocantur, opponere. At ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur [25], & titulis: qui hujusmodi dolo scientes conniverint [26], afficiendi sunt publicæ sententiæ nota. Quod si nullum hac in parte consensum præbuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus, [vel] ædibus affigerentur [27] alienis, eatenus in eos qui fecerint, vindicetur, ut affecti [28] plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputentur. † Quisquis igitur lite pulsatus, (cum ipse & rei sit possessor & juris, & titulum illatæ solenniter pulsationis exceperit) contradictoriis [29] libellis, aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum: ejus possessionis [30], aut causæ, quam sub hac fraude aut retinere, aut evitare tentaverit, amissione multetur [31]: nec repetendæ actionis, etiam [32] si ei probabilis negotii merita suffragantur, habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis litibus inseri patiuntur, cum his neque possessio neque proprietas competat: veluti famæ suæ prodigos, & calumniarum [33] redemptores, notari oportebit. Dat. 15. Kalend. Decembr. *Med.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

TIT. XVI.

UT NEMO PRIVATUS TITULOS PRÆDIIS SUIS, VEL ALIENIS IMPONAT, VEL VELA REGIA [34] SUSPENDAT.

Qui titulum Principis rei suæ imponit, illam perdit: & juris publici illam facit. Bald.

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Flaviano P. P.

Regiæ majestatis est, ut nostræ tantum domus & patrimonia titulorum inscriptione legantur. Omnes igitur intelligant, publico juri esse deputandum id [35], cui nomen dominicum præscribitur. Dat. 3. Kalend. Decemb. *Ravennæ*, BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

Imponens titulum, vel vela regia rebus ab alio juste, vel injuste possessis, si plebeius est, ultimo supplicio punitur: si nobilis, deportatur.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P. P.

Ne quis vela regia suspendere, vel titulum audeat, sine præceptione Judicis competentis, alienis rebus imponere, quas quocunque modo qualiscunque persona possidéat: licet non dominus, licet injustus possessor, vel temerarius invasor, qui possidet, doceatur. † Eum autem, qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, ultimo subdi supplicio: si Clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandumque, non solum civitate Romana, sed etiam libertate privari censemus: executoresque hujus legis omnes Judices esse oportere. † Deponendi autem, vel frangendi [36] titulos, & conscindendi vela, non solum eis, ad quorum præjudicium tale aliquid contra fas contraque leges committitur: sed omnibus tam liberis, quam servis sine metu calumniæ, vel accusatione [37] criminis licentiam ministramus: decernentes, judices eorumque officia tricenis libris auri multari, si talem accusationem vel [38] admittant, vel depositam scribi concedant. Dat. 15. Kal. Jul. THEOD. A. XII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XVII.

UT [39] NEMINI LICEAT SINE JUDICIS AUCTORITATE SIGNA [40] REBUS IMPONERE ALIENIS [41].

Insignia imposita rei meæ sine judicis auctoritate licet mihi propria auctoritate removere. Salic.

1. Imp. PROBUS A. Octavio.

Sæpe rescriptum est, ante sententiam signa rebus quas aliquis tenebat [42] imprimi non oportere. Et ideo ea rebus, aut fructibus apud te constitutis illicite imposita, poteris ipse licite detrahere [43]: ut amotis his, causa, quæ ex officio tibi infertur, terminetur. Dat. 4. Kal. Jul. PROBO A. II. & LUPO CONSS. 278.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Craugasio.

Rebus, quas alius detinet [44], imprimere signa nemini licet, etiamsi suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet [45].

TIT. XVIII.

NE FISCUS [46], VEL RESPUBLICA PROCURATIONEM ALICUI PATROCINII CAUSA IN LITE PRÆSTET.

De prætextu debiti.

1. Imp. GORD. A. Legitimo & aliis.

Reipublicæ juribus adjuvari te sub obtentu [47] quantitatis, quam eidem Reipublicæ debes, contra juris rationem desideras. 3. Id. Januar. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De donatione partis rerum vel actionum.

2. Idem A. Tertull.

Cum allegas, partem [48] rerum vel actionum dimidiam fisco quo magis ejus juribus protegaris, velle te donare [49]: hujusmodi litium donationem admitti temporum meorum disciplina non patitur. Unde jus tuum si quod tibi competit, citra invidiam [50] fisci mei tueri solemniter cura. S. 6. Non. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De prætextu debiti.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Amphioni.

1 Titulus Synops. Basilic. ita conceptus est περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προςασίαν τινῶν δυνατῶν 7. *tit.* 9. 2 Potentiores sunt, qui opibus & gratia valent. Pindarus: χαλεπὰ δ' ἔχεις ἀνθρώποισιν ὁμιλεῖν κρεισσόνων. Hesiod. ἄφρων δ' ὅς κεν ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν. vide Cujac. *hic.* cum hujusmodi hominibus litigare periculosum est. Porro hinc colligitur, argumento per contrarium ducto, cessionem regulariter permitti. de quo vide Socin. *regula* 48.
3 De patrocinio, vide *l.* 1. J. *h. t. Novell.* 17. *cap.* 13. Porro in eo differt hic titulus a *titulo de alienatione judicii mutandi.* Illo enim titulo agitur de re in potentiorem translata, in hoc autem agitur de lite tantum in aliquem translata. 4 *l.* 2. J. *h. t.* 5 De ergolabis, & redemptoribus litium, vid. Cujac. 8. *observ.* 31. 6 Secundus scil. qui M. Aurelius Claudius: cujus & a Zonara recitatur alia constitutio. De petitionibus bonorum sublatis. vid. Cujac. *d. l.* 7 Ad patrocinium potentioris litis causa confugiens causa cadit. *Synopsis* 7. *tit.* 9. *cap.* 1. & 2. *Harmen.* 10. §. 5. 8 Id est, procurationem, non advocationem, *arg. l.* 6. §. 1. *supr. de postul.* quia procuratores magis instant causæ, quam advocati.
9 *Marte suo discurrere*, aut *decurrere* lites dicuntur, cum via solenni, & usitata expediuntur.
10 Qui in patrocinium potens litis causa alium suscipit, κἂν συγκλητικὸς ἐστιν, etiamsi senator sit, ἔξω τῶν διατεταγμένων τιμωρείσθω, extra ordinem punitur. *Synopsis & Harmen. ibid.*
11 Potentiores suscipiunt alienas lites, accepta interdum pecunia, *ut hic*: interdum data. *l.* 15. *s. tit. prox.* Prius ita fit, veluti si mercedem acceperis, ob litem alienam agendam quasi tuam sub pactione tertiæ, vel dimidiæ aut quotæ partis quod leges vetant. Idem dicendum, si mercedem acceperis ut bona aliena, aut agricolas defenderes. vid. Cujac. *d. loco.*
12 Ut hujus constitutionis ac legis disceptatores, & ultores sint provinciarum præsides. *Synopsis ibi.* Atque ita Præses punit sibi æqualem, id est, Clarissimum dignitate, imparem tamen in administratione. 13 *l. unic. C. Th.* de actionibus ad potentes translatis *lib.* 2.
14 Cautiones *d. l. unic.* ut sit sensus, Eum qui mutuum dat, vel alio modo contrahit, si suo nomine recusaverit, ἀσφάλειαν, γραμματεῖον ἢ ἄλλο συμβόλαιον, cautionem, nomen aut aliud instrumentum accipere, & ea in potentem aliquem transtulerit, qui id fecerit, ἐκπίπτειν τοῦ τοιούτου χρέους, tali debito excidere, *Syn. ibid. c.* 2. Harm. *ibid.* §. 6. 15 An & quatenus possit in potentiorem fieri cessio, vide Jasonem *ad l. si ita quis.* §. *ea lege. num.* 13. *ff. de verb. obligat.* Rot. Rom. *decis.* 177. Socin. *in Regul.* 48. Petr. Reb. *ad l. unic. de sentent. quæ pro eo quod interest. num.* 341. & 347. Tiraquel. *ad l. si unquam. in præfat. num.* 53. *infr. de revocand. donat.* Abb. *ad c.* 2. *extr. de feud. in ult. notab.* Mod. 16 Pœnam observa debitum in potentiorem transferentis. 17 Vorare debitorem velle is videtur, qui suas in eum actiones potentiori cedit, *l.* 22. J. *mandat.*
18 Hujus tituli inscriptio est inversa. Sic enim conceptus est Titulus C. Theod. *De his, qui potentiorum nomina in litem prætendunt aut titulos prædiis affigunt.* Cæterum adde huic titulo *Novell.* 17. *c.* 15. & Cassiodorum 5. *variarum* 18. 19 Solius est fisci titulos alienis prædiis imponere. adde Cassiodorum 5. *variar.* 6. Titulos sive signa Græci σήμαντρα. *Edict. Tiber. cap.* 1. *autor Synops. Basil.* 7. *tit.* 10. & *tit.* 11. appellat τίτλους & σφραγῖδας. Huc illud Augustini referri potest ex *Psalm.* 21. Ne domos ipsius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces: ipse vult esse possessor & frontem domus suæ de titulo alieno muniri, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat se ab invasione. vide Cujac. *ad l.* 3. J. *de bon. vac.* 20 Prætendere nomina in litem est ἐπιφημίζειν. 21 *l. unic. C. Theod. h. t. lib.* 2. 22 Puta senatorum. 23 Qui & δόγματα, characteres, *constit. Tib. de div. domib. in c.* 1. 24 Pertinet hæc lex ad reos, qui potentiorum nomine, aut titulo adjuncto actores terrent: & rem cujus nomine conveniuntur, simulant alterius potentioris esse. Horum pœna hæc est, ut affecti plumbo, perpetuis metallorum suppliciis deputentur. hac lege. *Synops. Basil. d. l.* 25 *Nov.* 17. *c.* 15. *Nov.* 164. *cap.* 1. 26 Connivent *d. l.* 1. 27 Adsigantur *d. l.* 1. 28 Ἵνα μολίβδῳ πανταχόθεν περισφιγγόμενος τουτέστι κλοιοφόρων ἢ πλυμβατιζόμενος διηνεκῶς εἰς τὸ μέταλλον ἐκπέμπηται. *Synops. Basil. d. l.* id est, ut undique plumbo constricti, hoc est, metallum gestantes vel plumbari in metallum perpetuo dentur. 29 Ἀντιρρήτοις λιβέλλοις, contradictoriis possessionibus aut titulis. *d. l.* 1. contradictoris possessoris titulis, quidam etiam ita legunt. 30 Τῆς κτίσεως αὐτὸν καὶ τῆς διοικήσεως ἐκπίπτειν. *Synops.* possessione ipsa, & administratione seu actu ejus excidere.
31 Nota pœnam titulum alienum prætendentis. Hinc illud Augustini *in serm. l.* 9. In ipsis deprecationibus suis titulum Christi hæretici posuerunt: ut prædæ ipsorum defenderentur per titulum potentis. Quid facit Christus? ejicit prædatorem, titulum non deponit, sed possidet donium, quia ibi invenit titulum suum. 32 Id est, quamvis in eam justas quasdam allegationes habeant. 33 Ἐργολάβους συκοφαντίας. *Synops.*
34 Vela regalia *Hal.* Ambrosius ea etiam appellat cortinas regias 3. *epist.* 33. Publici tituli ab Athalarico apud Cassiodorum: tituli fisci a Theodorico apud eundem Cassiodorum: fiscales tituli, *l.* 2. J. *de aquæduct. lib.* 11. *tit.* 42. dicuntur, quæ duo postrema pertinere possunt ad *tit.* 18. J. *h. t.* Gregorius ad Constantiam Augustam 4. *Epist.* queritur de Stephano quodam chartulario, quod nomine fisci, loca singulorum invaderet, & titulos imponeret indicta causa. *Goth.* Quæ sint vela Regia, vid. Ræward. *Var. lect. lib.* 5. *c.* 11. & 15. Ans. 35 Huc refer illud Augustini, de quo superius diximus. Hinc interea colligere possis, Urbem imperialem censeri, in cujus portis aut ædificiis publicis, insignia imperatoris longissimo tempore suspensa fuerint, nemine ea evertente. 36 Jure meo refringere possum tabulas, quas alter vi aut clam fixerit ad mearum ædium januas. *l.* 1. J. *tit. prox. l.* 22. §. 2. *ff. quod vi aut clam. Nov.* 28. *c.* 5. *Edict. Tiber. c.* 4. 37 Hoc igitur crimen capitale est, extremique supplicii. v. *Nov.* 164. *in fin.* 38 Adversus eos, qui ejusmodi vela conciderint.
39 Vid. *Nov.* 60. *cap.* 1. *in pr.* 40 Propria scil. *De regiis* dictum est *tit.* 16. *de potentiorum* titulis dictum est *tit.* 15. *s. h. lib.* 41 Alii: imprimere, quas alius detinet: quod ex nigro, & antiquis exemplaribus probat Ræward. *Var. lect. lib.* 5. *cap.* 16. Ans.
42 Forte ut sibi debitam vel obligatam, *l.* 2. J. *h. t.* 43 *l. ult. supr. tit. proxim.*
44 Jure forte pignoris, J. *h. t.* adde *l.* 22. §. 2. *ff. quod vi aut clam.* 45 Nisi velit suis omnibus rebus quasi publicatis titulos fiscales apponi. *Novell.* 17. *c.* 15. *Novell.* 28. *c.* 5. Imo, & extremum supplicium pati. *Novell.* 164. *in fin.* vide Cujac. *hic.*
46 Nec potens privatus *tit.* 14. 15. nec fiscus, nec respublica patrocinium litis alienæ suscipere debet, *ut hic. l.* 22. §. 2. *ff. de jure fisci.* 47 *l.* 3. J. *h. t.* 48 *d.* §. 2.
49 Donationem litis suscipiendæ causa fiscus non admittit. 50 *l. ult.* J. *h. t. l.* 91. *ff. de hered. instit.* Paul. 5. *sentent.* 12. §. 7. 8. adde *l.* 1. J. *qui militare poss.*

Abhorret

ABhorret a seculo nostro, sub prætextu [1] debiti procurationem contra privatos fiscum præstare. Dat. 8. Kal. Jan. *Philippopoli*, CC. CONSS. 294.

4. Iidem AA. & CC. Achilli.

AD fraudem [2] creditoribus faciendam, invidiam [3] fiscalium contra seculi nostri tranquillitatem implorari non decet. Redde [4] itaque quod fisco nostro debes: &, si conventus velut a creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratæ pecuniæ secundum leges uti potes. Dat. 16. Kalend. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XIX.
DE NEGOTIIS [5] GESTIS.

De sumptibus factis affectione materna, vel domestica.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Sopatræ.

CUm tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdemque tutores [seu curatores] peteres, munere [6] pietatis fungebaris: quæ causa non admittit negotiorum gestorum actionem, ut [7] sumptus, quos in ea lite fecisti, repetere possis: cum, etiam si quis pro affectione domestica [8] aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos repetere possit. PP. 3. Non. Octobr. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

De pupillo.

2. Iidem AA. Rufinæ.

COntra impuberes quoque, si negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur: in quantum locupletiores [9] facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum receptum est. Quæ tibi quoque jure decernitur, quod sumptus in pupillum, quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas: si [10] non matertera [11] ejusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. 10. Kal. Februar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De soluto pro coherede.

3. Iidem AA. Hadriano.

SIve pro fratre coherede [12] pecuniam solvisti, negotiorum gestorum actione experiri potes: sive pignoris liberandi [13] gratia debitum universum solvere coactus es, actionem eandem habebis, vel judicio familiæ erciscundæ, si non est inter vos redditum, eam quantitatem assequeris. PP. 8. Kalend. Febr. ANULINO & FRONTONE CONSS. 200.

De pupillæ negotiis tutoris mandato gestis.

4. Iidem AA. Claudio.

QUi pupillæ negotia tutoris mandato [14] suscepit, pro tutore negotia non [15] videtur gessisse, sed negotiorum gestorum actione pupillæ tenebitur. PP. 3. Nonas Decemb. FABIANO & MUTIANO CONSS. 202.

De liberto.

5. Iidem AA. Tryphonio.

OFficio [16] nec minus obsequio liberti [17] functus, negotiorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potest. PP. 13. Kal. Jul. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De curatore dato patris testamento.

6. Iidem AA. Gallo.

CUratorem tibi quidem patris testamento [18] datum dicis, quod [19] non potest videri jure factum: Quod si (ut proponis) administrationi se immiscuit: negotiorum gestorum [20] actio tam adversus eum, quam contra [21] heredes ejus tibi competit. PP. *APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De aditione hereditatis ex parte.

7. Imp. ANTONINUS A. Euphratæ.

SI ab eo qui negotia tua gessit [22], heres ex duabus unciis institutus es [23]: etiamsi adeas hereditatem, in reliquis [24] decem unciis adversus [25] coheredem competit tibi petitio, si quam adversus defunctum habuisti actionem. PP. 6. Id. Mart. *Romæ*, SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De temporis præscriptione.

8. Idem A. & C. Severo.

ADversus eos, qui negotia tua gesserunt, negotiorum gestorum judicio civiliter consiste: nec tibi oberit, si propter occupationes [26] militares eam litem tardius fueris executus: cum hoc genus actionis longi [27] temporis præscriptione excludi non possit. 6. Kal. Aug. ANTONINO & [28] ADVENTO CONSS. 219.

De ratihabitione.

9. Idem A. Sallustio.

SI pecuniam [tuam] a debitore tuo Julianus exegit [29], eamque solutionem ratam habuisti: habes adversus eum negotiorum gestorum actionem. PP. 8. Kalend. Mart. PRÆSENTE & EXTRICATO CONSS. 218.

De eo, qui servum ægrum curavit.

10. Imp. ALEXAND. A. Secundo & aliis.

SI servum alienum non inutilem domino constitutum, ægrum [30] curastis: negotium utiliter gessistis & competenti vobis actione sumptus recuperare potestis. PP. 12. Kalend. Decembr. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De impensis a matre factis.

11. Idem A. Herenniæ.

ALimenta quidem, quæ filiis [31] tuis præstitisti, tibi reddi non justa ratione postulas: cum id exigente materna [32] pietate feceris. Si quid autem [33] in rebus eorum utiliter, & probabili [34] more impendisti: si non & hoc materna liberalitate, sed [35] recipiendi animo fecisse te ostenderis; id negotiorum gestorum actione consequi potes. PP. 12. Kal. Februar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

Si filius pro patre solverit.

12. Idem A. Theophilo.

SI filius pro patre suo debitum solverit, nullam actionem ob eam solutionem habet: sive in potestate patris, cum solveret, fuerit, sive sui juris constitutus: si [36] donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus sui juris constitutus, pro patre suo negotia gerens, non præcedente mandato debitum ejus solvit: negotiorum gestorum agere cum patruis tuis [potes]. PP. Kalend. August. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De impensis in uxorem ægram, vel in funus ejus.

13. Idem A. Aquiliæ.

QUod in uxorem tuam ægram [37] erogasti, non a socero repetere, sed affectioni [38] tuæ [debes] expendere. † In funus [39] sane ejus, si quid eo nomine quasi recepturus erogasti: patrem, ad quem dos [40] rediit, jure convenis. PP. 8. Kalend. Novemb. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De negotiis mariti, & uxoris, mandato mariti gestis.

14. Idem A. Mutiano Rufo.

SI mandatum solius mariti secutus, tam ipsius quam uxoris ejus negotia gessisti, tam tibi, quam mulieri invicem negotiorum gestorum competit actio. Ipsi sane qui mandavit, adversus te mandati actio est: sed [41] & tibi adversus eum contraria, si quid forte supererogasti. PP. 10. Kalend. Mart. MAXIMO II. & URBANO CONSS. 235.

De eo quod vitricus in privignas impendit.

15. Imp. GORD. A. Eutychiano.

SI paterno affectu [42] privignas [43] tuas aluisti, seu mercedes pro his aliquas magistris [44] expendisti: ejus erogationis tibi nulla repetitio est. Quod si [ut] [45] repetiturus ea, quæ in sumptum misisti, aliquid erogasti: negotiorum gestorum tibi intentanda est actio. PP. 6. Id. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De tributis pro sorore solutis.

16. Impp. GALLUS & VOLUSIAN. AA. Eutychiano.

SI negotium sororis [46] tuæ gerens pro ea tributa solvisti, vel mandante ea, vel rogante id fecisti: negotiorum gestorum actione, vel mandati id quod solvisse te constiterit, repetere poteris. PP. 11. Kal. Maji, GALLO & VOLUSIANO CONSS. 253.

1 *l. 1. s. b. t.* 2 Fraus nulli inferenda, ne quidem a fisco. 3 *l. 2. in fin. s. hic.*
4 Id est, solve, *ut l. 6. s. de juris & facti ignor.*
5 *L. 3. D. 5.* Paul. 1. *sent.* 4. 5. Harm. 11. *cap.* περὶ διοικητῶν. adde 8. *Eclog. 2. ex lib. 17. tit. 1.* Negotiorum gestores sunt procuratores voluntarii sine mandato. 6 Sumptus factus ab eo, qui pietatem paternam vel similem debet, in dubio præsumitur factus animo non repetendi, *l. 15. J. b. t. l. 27. in fin. ff. b. t. l. 32. §. 2. ff. de cond. indeb.* ideoque gestor contrarium probare tenetur. *l. 34. ff. b. t.* contrarium autem colligi potest in dubio, ex quantitate impensarum. *l. 47. ff. de donat. int. vir.* ex contraria protestatione gerentis, & facultatibus ejus, cujus negotium geritur. 7 Hæc est contraria actio, negotii gestori competens. *l. 2. 10. 20. ff. hic.*
8 Aut amici, *l. 44. ff. b. t.* aut maritali, *l. 13. J. b. t.*
9 Pupillus factus locupletior obligatur. *l. 6. l. 21. §. 1. l. 34. in fin. l. 37. ff. b. t.*
10 Pupillus non tenetur de negotio gesto, si idem negotium alius gratias facturus erat: Non cuivis tamen id affirmanti temere credi oportet: potest enim id pupilli gratia quivis ad id conductus ementiri, in damnum bonæ fidei gestoris. adde *l. 6. in fin. ff. b. t.* 11 Matertera admittitur ad defensionem negotii. *Bald.* 12 *l. 31. in fin. ff. b. t.* vide *l. 18. in fin. J. familiæ ercisc.* 13 Solutio voluntaria parit negotiorum gestorum actionem, *ut hic:* necessaria parit actionem ex illa causa, ex qua descendit. *J. b. t.* vel utile negotiorum gestorum judicium. *l. 3. §. 10. ff. b. t.* 14 Substitutus a tutore tenetur ei mandati: pupillo negotiorum gestorum. Et ita tutor ad negotia facit procuratorem proprio nomine. *Bald.* Quid si nullo mandato tutoris gessit, sed ne tutor tutelæ teneretur? negotiorum tenebitur. *l. 6. ff. b. t.* 15 Quia nec ignorans, nec sciens se tutorem dicit. *l. 1. §. 2. ff. de eo, qui pro tut.* Paul. 1. *sentent.* 4. §. *ult.* sed simpliciter mandato tutoris gessit. 16 Officium (unde inofficiosum. *l. 1. ff. de jure patron.*) libertus patrono præstat, ut homini: obsequium, ut patrono. *Bald.*
17 Libertus præstans officium & obsequium liberis patroni, negotiorum gestorum actione eos non obligat. 18 Curator testamento non datur: datus tamen confirmari solet. *l. 16. ff. de excus. tut. §. 1. Instit. de cur. l. 1. in fin. ff. de confirm. tut.* Si quid ante eam confirmationem gesserit, negotiorum gestorum actione id servabit. 19 Curatorem pater non potest liberis suis testamento relinquere, *ut hic.* adde 5. Harmen. 11. §. 33. 20 Dixi ad *l. 4. in fin. J. qui dare tut.* 21 *l. 7. l. 17. J. b. t. l. 3. §. 7. ff. b. t.* 22 Quique eo nomine tibi tenebatur. 23 Confusio facta videtur tui crediti cum eo quod tibi debebatur.
24 Sensus est, hereditatis aditionem non confundere debitum, nisi pro hereditaria portione.
25 Heredem tui debitoris, *l. 6. s. b. t.* 26 Negotiorum gestoris: is tacite non videtur debitum remittere, qui propter occupationes militares reum convenire non potuit.
27 Ratio administrationis exigi potest usque ad triginta annos. *Bald.* Actio negotiorum perpetua est. 28 Vid. Cujac. 15. *obs.* 3. 29 Debiti exactio sine domini mandato facta ejus ratihabitione confirmari potest. 30 *l. 10. in fin. ff. b. t.* vid. *l. 2. ff. de impens. in res.* excipe casus *l. 27. §. 17. ff. ad leg. Aquil.* Alexander ipse sumptus restituit in simili. vid. *Lamprid.* 31 Mater si quos sumptus fecit in alendis liberis, ut hic, iisve redimendis. *l. 17. in fin. J. de captiv. & postlimin. revers.* in dubio videtur donasse. vide quæ not. ad *l. 1. s. b. t.* 32 *l. 1. s. b. t.* idem in patre. *l. 15. J. b. t.* 33 Parens sumptus factos in rebus liberorum, ut hic, aut in rebus eis emendis. Bald. *hic:* non videtur donare, ut hic, in dubio tamen si eos aluerit, intelligitur eis donasse alimenta. *s. b. t.* ut & expensas factas in petendo eis curatore vel tutore, *l. 1. s. b. t.* Et ita favorabilior est expensa in persona, quam in rebus. De expensis studiorum, & dote alibi dicemus. *Goth.* Rationem v. in *l. fin. §. 5. J. de bon. quæ liber. l. 1. §. 3. ff. de justit. & jure. l. 15. J. b. t.* Ans. 34 Mos ille vel ex quantitate sumptus, aut personis definitur. 35 Vide quæ notavi ad *l. 14. §. 7. ff. de relig. & sumpt.* Donandi animus non præsumitur. 36 *l. 4. ff. b. t. l. 2. in fin. J. de rei vindic. l. 33. in fin. de leg. 3.* In dubio quid dicendum? quantitas solutæ pecuniæ spectanda. 37 Puta furiosam. vid. *l. 22. §. 8. ff. soluto matrim.* 38 Maritali: qua nulla major esse potest. 39 Maritus expensas factas in funere uxoris repetere potest, adde *l. 14. §. 7. ff. de relig. & sumpt.*
40 Et merito: Nam impensa funeris æs alienum dotis est. *l. 16. ff. de relig. & sumpt.* Hinc etiam collige, maritum impensas uxoris nomine factas ab eo repetere, ad quem dos uxoris rediit. Quid si dos nulla? heredes ab intestato conveniri possunt. Quid si nulli sint? pater defunctæ conveniri potest, funeris nomine. *l. 28. ff. de relig. & sumpt.* Quid si pater non sit solvendo? maritus sumptus a se factos sibi imputabit. *d. l. 28.* Quid si tertius funeravit? maritus in quantum facere poterit conveniendus. *d. l. 28.* Interim hoc mirum videri possit, onus funerandæ filiæ patri magis incumbere, quam marito. 41 Idem actus respectu diversarum actionum diversi generis actiones potest parere. 42 Qui in hujusmodi personis præsumitur, cum eis privigni & privignæ, necnon filii eorum sint liberorum loco. *l. 40. ff. de ritu nupt.* vide Cujac. 9. *observ.* 18. adde quæ notavi ad *l. 4. ff. de gradibus.* Nec tamen tenetur *vitricus* onera privigni alias suscipere. *l. 3. §. 7. ff. de muneribus & honor.* 43 De *vitrico*, adde *l. 1. J. ubi pupill. educari. l. ult. J. de contr. jud. tut.* 44 Hujusmodi expensæ cessante affectu vitrici præsumpto repetuntur. de quibus vide quæ notavi ad *l. 79. ff. de verb. sign.*
45 Adde *l. 34. ff. b. t.* 46 Dictum est de expensis factis a matre. *l. 1. l. 11. filio, l. 12.*

De

De successoribus curatoris.

17. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Claudiæ.

CUratoris etiam successores [1] negotiorum gestorum utili [2] conventos actione tam dolum [3], quam latam culpam præstare debere, nec ad eos officium [4] administrationis transire [5], ideoque [6] nullam alienandi eos res adultæ potestatem habere convenit. Dat. 13. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS. 287.

De bona fide, de gestis ex necessitate.

18. Iidem AA. & CC. Pomponio.

OB [7] negotium alienum gestum, sumptuum factorum usuras [8] præstari bona [9] fides suasit: Quo jure contra eos etiam [10], quorum te necessitate compulsum negotium gessisse proponis, per [11] judicium negotiorum gestorum uteris. Dat. 9. Kal. Januar. AA. CONSS. 287.

De re communi.

19. Iidem AA. & CC. Alexandro.

AB uno herede pro solido re veluti communi [12] venundata, de pretio [13] coheres venditoris negotiorum gestorum [actione] ratam [14] faciens venditionem, agere potest. Dat. Id. Feb. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Collatio tutoris vel curatoris & negotiorum gestoris; de dolo, & culpa: de his, quæ negotiorum gestor exegerit, vel non.

20. Iidem AA. & CC. Octavianæ.

TUtori, vel curatori similis non habetur, qui citra mandatum, negotium alienum sponte gerit: quippe superioribus [15] quidem necessitas muneris administrationis finem: huic autem propria voluntas facit: ac satis [16] abundeque sufficit [17], si cui vel in paucis amici labore consulatur. Secundum quæ super his quidem, quæ nec tutor nec curator constitutus, ultro [18] quis administravit, cum non [19] tantum dolum, & latam culpam, sed & levem præstare necesse habeat: a te conveniri potest, & ea, quæ tibi ab eo deberi patuerit, cum usuris [20] compelletur reddere. De cæteris vero, quæ ab aliis tui constituta juris detenta exacta non sunt, ab hoc, qui nec [21] agendi quidem propter exceptionis [22] obstaculum facultatem habere potuit, exigi non potest: & idcirco adversus eos, quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. Dat. 8. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De manumissione.

21. Iidem AA. & CC. Michræ.

SI cognati tui servos suos manumiserunt: hoc, quod administrasse eos rem tuam contendis, impedimento [23] eorum libertati fieri non potuit. Quin autem ex actu præcedenti, post manumissionem [24], si utriusque temporis administratio non connexa, sed separata sit: conveniri non posse, proculdubio est. Dat. 6. Kal. Octob. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

De casu fortuito.

22. Iidem AA. & CC. Eulogio.

NEgotium gerentes alienum non interveniente speciali pacto, casum [25] fortuitum præstare non compelluntur. Dat. 11. Kalend. Decemb. CC. CONSS. 294.

Utrum hæc actio sit in rem, an in personam.

23. Iidem AA. & CC. Theodoro.

NEgotiis gestis, non in rem [26], sed in personam est actio. Dat. 12. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De prohibitione domini.

24. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

SI quis, nolente, & specialiter [27] prohibente [28] domino rerum, administrationi earum sese immiscuit: apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis, quæ circa res factæ sunt, talis negotiorum gestorum habeat aliquam adversus dominum actionem. Quam quibusdam [29] pollicentibus directam, vel utilem: aliis negantibus (in quibus & Salvius Julianus fuit) hoc decidentes sancimus, si contradixerit [30] dominus, & eum res suas administrare prohibuerit, secundum Juliani sententiam, nullam esse adversus eum [vel directam, vel utilem] contrariam actionem, scilicet post denunciationem, quam ei dominus transmiserit, non concedens ei res ejus attingere: licet [31] res bene ab eo gestæ sint. Quid deinde, si dominus aspexerit ab administratore multas expensas utiliter factas, & tunc dolosa adsimulatione habita eum prohibuerit, ut neque anteriores expensas præstet? Quod nullo modo patimur: sed ex [32] quo [ea] testatio ad eum facta est, vel [33] in scriptis, vel sine scriptis sub testificatione aliarum tamen personarum: ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam [34] ei competere actionem: super anterioribus autem, si utiliter factæ sunt, habere eum actionem contra dominum concedimus sua natura currentem. Dat. 14. Kal. Decemb. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XX.

DE HIS, QUÆ VI [35], METUSVE [36] CAUSA GESTA SUNT [37].

De rei interitu.

1. Imp. ALEX. A. Felici.

PErsecutionem eorum, quæ vi vel furto ablata sunt, etiamsi postea intercciderent [38], integram esse, jure responsum [39] est. PP. 10. Kal. Dec. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, qui cavit, deinde solvit.

2. Idem A. Alexandro.

CUm te non solum cavisse, verum etiam solvisse pecuniam confitearis: qua ratione ut vim passus restitui [40], quod illatum est, postules, perspici non potest: quando verisimile [41] non sit, ad solutionem te properasse omissa querela de chirographo, utpote per vim extorto, nisi & in solvendo vim te passum dicas. PP. 6. Kal. Jul. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De venditione, de herede, de actione in rem, de longæ possessionis præscriptione.

3. Imp. GORD. A. Cajo.

SI vi vel metu fundum avus tuus distrahere coactus est, etiamsi maxime emptor eum alii [42] vendidit: si tamen tu avo tuo heres [43] extitisti, ut tibi reddito [44] a te pretio restituatur, postquam placuit in rem [45] quoque dari actionem secundum formam Perpetui Edicti, adito Præside provinciæ poteris postulare, si [46] modo qui secundo loco comparavit, longæ possessionis præscriptione non fuerit munitus. PP. 6. Id. Aug. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De venditione, de anno, de causæ cognitione, quid veniat in hanc actionem.

4. Idem A. Primo & Euthydico.

SI [47] per vim vel metum mortis, aut cruciatus corporis venditio a vobis extorta est, & non postea eam consensu [48] corroborastis: juxta Perpetui formam Edicti, intra annum quidem agentes, (quo experiundi potestas est) si res non restituatur, quadrupli condemnationem referetis: scilicet reddito [49] a vobis pretio: post annum vero causa cognita, eadem actio in simplum permittitur: Quæ causæ cognitio eo pertinet, ut ita demum decernatur, si [50] alia actio non sit. PP. 3. Non. August. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De venditione, de persona, a qua vis est adhibita.

5. Idem A. Rufo militi.

NOn interest, a quo vis adhibita sit patri & patruo tuo, utrum ab emptore, an vero sciente [51] emptore ab alio, ut vi metuve possessionem vendere cogerentur. Nam si adhibita vi compulsi sunt possessiones suas, quæ majore valebant, minimo [52] distrahere: jurisdictionis tenore, ut id, quod improbe factum est, in [53] priorem statum revolvatur, impetrabunt. PP. 6. Kal. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

marito, *l.* 13. *l.* 14. *vitrico*, *l.* 15. *liberto*, *l.* 5. *coherede*, *l.* 3. *s. h.t.* Nunc tractat de iis, quæ factæ sunt a fratre. Id autem definit solventem tributa pro alio (etiam si sit frater) repetere posse. *Alex.* 1 Successor gestoris tenetur negotiorum gestorum actione. *l.* 6. *s. h.t. l.* 1. & 2. *J. de hered. tutor.* Quid? qui pro tutore vel curatore gessit? etiam negotiorum gestorum actione tenetur. *l.* 4. *J. qui dare tutores*, Paul. 1. *sentent.* 4. §. *ult.* tametsi is qui pro tutore negotia gessit propria actione, id est, protutelæ teneatur, quæ diversa est ab actione negotiorum gestorum. *l.* 1. §. *si quis quasi* 6. *ff. de eo, qui pro tutore. l. pen. ff. de tut. & ration. distrahend.* 2 Nam ipse curator utili negotiorum gestorum actione tenetur. vide Cujacium *ad §. ult.* Paul. 1. *sentent.* 4. 3 Dolus & culpa defuncti purgantur in persona heredis. 4 Non officium, sed obligatio tutoris in heredes descendit: officium, inquam, quod industriale sit aliquid, & in quadam industria consistat. 5 Morte finitur officium. *l.* 1. *J. si quis ignorans rem minoris.* 6 Qui autoritatem tutoris non habet, alienare non potest. 7 *Synops. Basil.* 15. *tit.* 1. *ex lib.* 17. *tit.* 2. *cap.* 18. & 5. Harmen. 11. §. 19. 8 *l.* 19. §. 4. *ff. h.t. l.* 37. *ff. de usuris.* 9 Vid. quæ notavi ad *l.* 1 *ff. de oblig. & action.* 10 Id est, multo magis, ut sit sensus, si quis ultro negotia gessit, sumptuum a se factorum usuras potest petere, & is multo magis, qui ex necessitate gessit. 11 Si apud provinciæ præsidem cum eis actione negotiorum gestorum experieris. *Synops. d. loco.* 12 Adde *l.* 31. *in fin. l.* 40. *ff. h.t. l.* 25. §. 16. *ff. familiæ ercisc.* 13 Adde *l.* 1. *in fin J. de rebus alienis non.* 14 Post ratihabitionem, negotiorum gestorum actio competit. *l.* 9. *in fin. ff. h.t.* 15 Tutor, curator, extraneus, alienum negotium gerunt. Hic ultro: illi, necessitate. 16 *l.* 39. §. 2. *in fin. ff. de admin. & peric. tut.* vid. *l.* 88. §. 5. *ff. de leg.* 2. *l. ult. C. ne uxor pro marito.* 17 Imo non sufficit; tenetur enim si quædam non gesserit. *l.* 6. *in fin. ff. h.t.* 18 Spontaneus gestor tenetur de dolo, lata & levi culpa. *l.* 11. *ff. h.t.* vid. *l.* 23. *ff. de reg. jur.* interdum de casu. *l.* 22. *vers. Sed ita. ff. h.t.* interdum, de dolo tantum. *l.* 3. §. 9 *ff h.t.* 19 Negotiorum gestor bonam fidem, & exactam diligentiam rebus ejus pro quo intervenit, præstare debet. Paul. 4. *sent.* 4. §. 1. dolum & omnem culpam, h. e. non tantum latam culpam, sed & levem, *ut hic.* Interdum tamen præstat dolum duntaxat. *l.* 3. §. *interdum* 9. *ff. h.t.* interdum etiam casum. *l. si negotia* 11. *ff. h.t.* adde quæ scripsi ad *l.* 3. §. 9. *ff. de negotiis gest.* 20 Pecuniæ quam apud se habuit. vide *l.* 23. *in fin. ff. de usuris.* 21 Gestor actiones movere non potest, ideoque usuras non præstat eorum, quæ non exigit. *l.* 6. *in fin. ff. h.t. l.* 31. §. 4. *in fin. ff. de hered. pet.* 22 Inutilis est actio, quam elidit exceptio. 23 Non est humanum ob rei pecuniariæ quæstionem, libertati moram fieri. *l.* 37. *in pr. ff. de fideicomm. libert.* 24 Sensus est, Servus ex negotio in servitute gesto liber factus, non tenetur. *d. l.* 37. *circa fin. l.* 17. 18. *ff. h.t.* vid. *l.* 1. *l.* 3. *J. an servus:* nisi negotium etiam post libertatem continuaverit. *d. l.* 17. adde *l.* 13. *ff. de tut. & rationib.* 25 Gestor casus non præstat. *l.* 22. *ff. h.t. l.* 6. *J. de pign. act.* nisi hoc fuerit conventum. *l.* 1. *J. de commodato*, *l.* 23. *ff. de reg. jur. l.* 39. *ff mandati.* 26 Licet ex re nascatur negotiorum actio & rem repetamus: hinc ratio dubitandi sumitur. vid. *hic Accurs.* 27 *Nolle* dicitur, qui specialiter prohibet: vid. quæ not. ad *l.* 3. *ff. de reg. jur.* 28 *l.* 40. *ff. mandati.* vide ad hunc locum Socin. *reg.* 137. 29 Nota conflictum opinionum. 30 Post domini prohibitionem ac denunciationem factos sumptus gestor non repetit. Cur ita? quia in alieno sciens sumptus fecit: aliud si in suo quod suum existimabat. *l.* 13. *ff. pro empt.* De vi protestationis, dixi ad *l.* 14. §. 7. *ff. de Religios. & sumpt. fun.* Goth. Vide Goedd. *de verb. signif. ad l.* 29. *num.* 6. Ans. Adde Socin. *reg.* 137. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 1. *quæst.* 69. *num.* 27. S.L. 31 Imo, eo casu malæ fidei possessor, & prædo sumptus repetit: adde *l.* 38. *ff. de rei vindic.* Quid juris? repetit ex æquo, ut *ibid.* dixi. Dominus autem non censetur locupletior, si sumptus facti negotium ejus absumunt. *l.* 38. *ff. de rei vind.* & breviter: Malæ fidei possessor necessarias impensas repetit. *l.* 5. *J. de rei vind.* & utiles. *l.* 38. *ff. de hered. pet.* Voluptuarias ita demum, si tolli possunt, alias non recuperat. *arg. l.* 38. *ff de rei vind.* his adde Cujac. 10. *obs.* 2. & 13. *obs.* 26. *in fin.* 32 Denunciationis ac prohibitionis effectus vires tantum capit a suo initio. Protestatio non trahitur retro. *Bald.* Sed tamen videtur repugnare *l.* 5. *J. de ædific. privat.* Alios casus, in quibus expensæ etiam contra voluntatem domini factæ, reputantur, vide apud Corsetum singulari *Expensæ*, ubi quinque casus adfert: adde Socin. *reg. Expensæ* 137. ubi sex casus ponit. 33 Protestatio quemadmodum fieri debeat. 34 Id ut intelligendum, dixi superius. 35 1. *Extr.* 40. & 1. *Sext.* 20. περὶ βίας. 10. *Eclog.* 2. *&c.* περὶ φόβου. Περὶ ἀνάγκης καὶ βίας. 1. Harm. 11. vid. Papon. 3. *Notar.* 9. *c. de force & violence:* Paul. 1. *sent.* 7. 36 4. D. 2. 44. D. 4. vide Papon. 3. *Notar.* 9. *c. de crainte.* 37 *Restitutionum* hic incipit tractatus. Restitutiones autem dantur ob eas causas: si qua in re læsi, vi, metu, *ut hic:* dolo. *tit.* 21. ætate. *tit.* 22. *ad fin.* 46. simplicitate militiæ armatæ. *tit.* 51. aut alia quavis causa quæ restitutionem mereatur. 54. translatione judicii in alium. 55. vide Paul. 1. *sentent.* 14. §. 2. 38 Etiam sine dolo furis. *l.* 14. §. 11. *ff. h.t.* ut sit sensus: Interitus periculum furem spectare. 39 A Jurisconsulto, cujus in libello Principi oblato mentio facta. 40 Qui solvit (ut & qui ratum habet. *l.* 4. *J. h.t.*) quod ex cautione debet, non præsumitur metu solvisse. *l.* 23. *ff. h.t. l.* 8. *ff. de cond. ob turp.* 41 Gestum præsumitur spontaneo factum, non metu. vide Alciat. 3. *præsumpt.* 7. 42 Actio quod metus causa est in rem scripta, & singularem successorem sequitur. 43 Actio quod metus causa, datur heredi. *l.* 14. §. 2. *in fin. ff. h.t.* 44 Spolians non est restituendus, nisi restituat pretium. *l.* 4. *J. h.t.* 45 Spoliato datur in rem actio utilis. *l.* 9. §. 4. *l.* 6. *ff. h.t.* Paul. 1. *sent.* 7. §. 4. Utilis in rem actio concurrit cum actione quod metus causa. vide Cujac. 16. *observ.* 13. 46 Res metu vendita, a secundo auctore præscribi potest. 47 *Syn. Basil.* 10. *tit.* 1. *ex tit.* 7. *c.* 20. 48 Etiam tacito, puta solutione. *l.* 2. *s. h.t.* Ratihabitio actus antecedentem actum, metu gestum non fuisse demonstrat & arguit. Consensus geminatio tollit metus præsumptionem. 49 Dixi ad *l.* 3. *s. h.t.* 50 *l.* 14. §. 2. *ff. h.t.* 51 Vim adhibuisse is præsumitur, quo sciente vis illata est, vel qui eam submisit. *l.* 9. §. 1. *l.* 14. §. 3. *ff. h.t. l.* 15. *in fin. ff. de dolo. l.* 1. §. 12. *ff. de vi & vi arm.* 52 Vid. *l.* 8. *J. de rescindenda vendit.* 53 Restitutione res in priorem statum resolvitur. *l.* 24. §. 4. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 1. *J. de sent. passis.*

De dignitate Senatoria.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Polliæ.

AD invidiam alicui nocere nullam [1] dignitatem oportet: Unde intelligis, quod ad metum arguendum, per quem dicis initum eſſe contractum, Senatoria [2] dignitas adverſarii tui ſola non eſt idonea. PP. 3. Kal. Maji, *Heracliæ*, CC. CONSS. 294.

De metu mortis, cruciatu corporis, capitalibus minis.

7. Iidem AA. & CC. Cotui [3].

SI donationis [4], vel transactionis, vel ſtipulationis, vel cujuscunque alterius contractus obligationis confectum inſtrumentum, metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales [5] minas pertimeſcendo, adito Præſide provinciæ probare poteris: hoc ratum haberi ſecundum Edicti [6] formam non patietur. Dat. 2. Non. Jan. AA. CONSS. 299.

De ſpe recipiendi, de metu civilium munerum.

8. Iidem AA. & CC. Tryphonio.

CUm te domus & horti venditionem feciſſe, ſub ſpe recipiendi, quod de frumento feceras, inſtrumentum, vel timore ne ad [7] civilia munera nominareris, proponas, & reſcindi venditionem, veluti metus causa factam, deſideres: intelligis, ad ratum non habendum contractum, metum hujusmodi [8] prodeſſe non poſſe. Dat. 11. Kal. Sept. *Viminacii*, CC. CONSS. 300.

De jactatione, conteſtatione, atrocitate facti.

9. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

MEtum, non jactationibus [9] tantum, vel conteſtationibus [10], ſed atrocitate [11] facti probari convenit. Dat. Kal. Decembr. CC. CONSS. 300.

De metu accuſationis.

10. Iidem AA. & CC. Fauſtinæ.

ACcuſationis inſtitutæ [12] vel futuræ metu [13] alienationem ſeu promiſſionem factam reſcindi poſtulantis, improbum eſt deſiderium. Dat. 6. Kal. Febr. CC. CONSS. 302.

De eo qui eſt in officio: de eo qui conjugis *vel* amici *nomine abutitur.*

11. Imp. CONSTANTINUS [14] A. ad Euagrium P.P.

SI per impreſſionem quis aliquem metuens ſaltem in mediocri [15] officio conſtitutum, rei ſuæ in eadem Provincia vel loco, ubi tale officium peragit, ſub venditionis titulo fecerit ceſſionem: & quod emptum fuit reddatur, & nihilo [16] minus etiam pecunia retineatur: ſimili pœna ſervanda, ſi qui vel *conjugis* vel [17] *amici* [18] nominibus abutentes, prædam tamen ſibi acquirant. 10. Kalend. Octob. *Aquileiæ*, CONSTANTIO A. VII. & CONSTANTINO [19] Cæſ. CONSS. 353.

De extortis per potentiam.

12. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. ad populum.

VEnditiones [20], donationes [21], transactiones [22], quæ per potentiam [23] extortæ ſunt, præcipimus infirmari. Dat. 13. Kal. Mart. *ipſis* AA. VIII. & III. CONSS. 409.

TIT. XXI. DE DOLO [24] MALO.

Si fidejuſſor a creditore pignora emerit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Clementinæ.

SI [25] fidejuſſor a [26] creditore pignora emerit [27]: oblata [28] quantitate ſortis & uſurarum [29], tibi dominium cum [30] fructibus, quos bona fide percepit, conſultius reſtituet, ne fidei [31] ruptæ gratia de dolo poſſit actio exerceri. Accepta Dat. 3. Id. Maji, PLAUTIANO & GETA CONSS. 204.

Si alia actio detur vel non. De cauſæ cognitione.

2. Imp. ANTONINUS A. Agrippæ.

DE dolo actio, cum [32] alia nulla competit, cauſa cognita permittitur. Dat. Non. Novemb. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

De abſentia Reip. cauſa.

3. Imp. GORDIANUS A. Aquilino.

NOn poſſunt obeſſe tibi tempora [33], quæ in actione de dolo ſolent computari, quibus Reipublicæ [34] cauſa (ut allegas) occuparis: ſed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intra præſtituta tempora cœperis obtinere. PP. Idib. Auguſt. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De contractu, facio ut des.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Manandræ.

CUm proponas, inter te, & eum quem in contubernio [35] ancillam tuam ſibi conjunxiſſe memoraſti, placuiſſe, *Ut* [36] *tibi pro eadem daret mancipium:* intelligis, quod ſi manumiſiſti, vel ei tradidiſti, & ille manumiſit, revocandæ [37] libertatis poteſtatem non habes, ſed ſolum, ſi necdum ſtatutum tempus exceſſerit, & fidem placiti rumpat, deſiderare debes, de [38] dolo tibi decerni actionem. Quod ſi penes te dominium ejus remanſit: adito Præſide provinciæ, cum natis ejus hanc potes recuperare, ſi nulla moveatur ſtatus quæſtio. Dat. 3. Kalend. Maji, *Heracliæ* CC. CONSS. 294.

De transactione inter filiam emancipatam & patrem qui tutelam ejus geſſit.

5. Iidem AA. & CC. Amphidroſæ.

SI ſuperſtite patre per [39] emancipationem tui juris effecta, matri ſucceſſiſti, rebusque tuis per legitimum [40] tutorem patrem eundemque [41] manumiſſorem adminiſtratis, poſtea transegiſti [42] cum eo bona fide: perſpicis, quod ſi pactum [43] tantum factum ſit, petitio tua per exceptionem [44] ſubmovetur: Si vero novatio [45] legitimo modo interceſſit, & acceptilatio [46] ſubſecuta eſt: nullam [47] tibi jam ſupereſſe actionem. † Sane, ſi læſa es immodice [48] liberatione ſolenniter per novationem, atque acceptilationem tributa: non de dolo propter [49] paternam verecundiam, ſed in factum actio tibi tribuenda [50] eſt. Dat. Id. Jun. CC. CONSS. 294.

De indiciis.

6. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

DOlum ex indiciis [51] perſpicuis [52] probari convenit [53]. Dat. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De repudiatione hereditatis.

7. Iidem AA. & CC. Sebaſtiano.

SI major quinque & viginti annis hereditatem fratris tui repudiaſti: nulla tibi facultas ejus adeundæ relinquitur. Sane, ſi ejus uxoris tibi ſubſtitutæ dolo [54] factum eſt, actionem de dolo contra eam exercere potes. Dat. 16. Kalend. Maji, CC. CONSS. 294.

De tempore hujus actionis.

8. Imp. CONSTANT. A. ad Symmachum Vicarium.

OPtimum [55] duximus, non ex eo die, quo ſe quiſque admiſſum dolum didiciſſe commemoraverit, neque intra anni utilis tempus, ſed potius ex eo die, quo adſeritur commiſſus dolus, intra continuum biennium de dolo actionem moveri: ſive abfuerit, ſive præſto ſit is, qui dolum ſe paſſum eſſe conqueritur. † Omnes igitur ſciant, neque [56] incipiendæ poſt biennium [57], neque ante completum biennium cœptæ, poſt biennium [vero] finiendæ doli actionis [eſſe] conceſſam licentiam. Dat. 8. Kalend. Aug. *Neſſo* [58], CONSTANTINO A. V. & LICINIO CÆSARE CONSS. 319.

TIT. XXII. DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE MINORUM [59] [VIGINTI QUINQUE ANNIS].

De querela inofficioſi.

1. Imp. ALEXANDER A. Plotianæ.

ILlud inſpiciendum eſt, num inofficioſi querelæ vel palam vel tacita [60] diſſimulatione ſit renunciatum. Nec hoc autem in tuam perſonam cadere poſſe auxilium, quod ætati impertitur, oſtendit. Dat. 5. Id. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

1 Etiam imperatoriam & publicam. *l. 2. in fin. ſupr. ne fiſcus, vel Reſpub. procur.*

2 Ex ſola dignitate Senatoria non præſumitur metus illatus, *ut hic:* multo minus Senatori præſumitur metus in urbe illatus. *l. ult. in pr. ff. h. t.* Quid reverentia paterna? eſtne metus ſpecies? non eſt juſta. *l. 26. §. 1. in fin. ff. de pignor. & hypoth. l. 22. ff. de rit. nupt.* Quid mariti? & ea quoque non eſt in dubio juſta. Bald. *hic:* quid patroni? vid. *l. 1. §. 5. ff. quarum rerum actio.*

3 al. *Cocivio.*

4 Ἐὰν πράσεως ἢ ἐπερωτήσεως &c. id eſt, ſi venditionis, vel ſtipulationis, 10. *Synopſ. Baſil.* περὶ φόβου, *cap.* 29. Hinc colligitur, donationem eſſe contractum. *l. 8. J. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* adde quæ not. ad *l. 19. J. de verb. ſign.* & Bellon. 2. *ſupput.* 2.

5 Minæ capitales juſtum metum inducunt. *l. 8. §. 1. 2. 3. ff. h. t.* Quando minæ illatæ cenſeantur, vide *l. 9. J. h. t.*

6 Τοῦ νομικοῦ διατάγματος, *Syn. Baſil.* legalis edicti.

7 Metus ne quis vocetur ad munera, non inducit actionem quod metus cauſa.

8 Cur ita? vid. *l. 9. J. h. t.*

9 Jactationes metus inferendi ad futurum pertinent: metus autem eſt vis præſentis. *l. 9. ff. h. t.*

10 *l. 13. l. 22. ſupr. de transact.*

11 Vid. quæ dixi ad *l. 13. S. de transact.*

12 Qui quid metuens facit, ne ſibi damnum adferat accuſatio inſtituta vel inſtituenda, metum ſibi infert potius quam ab alio accipit. Metus ſpontaneus non attenditur.

13 Id eſt, cum metuerem ne me accuſaret, vel ne ab accuſatione incepta deſiſteret. *Syn. Baſil. h. t. c. 32.* adde *l. 9. J. de contrahend. & commit. ſtipul.*

14 Γρ. Conſtantius.

15 Vid. *l. unic. S. de contrar. judic. Synopſ. Baſil. 19. tit. 1. ex lib. 10. tit. 2. c. 33.* multo magis in majori. *l. 3. §. 1. l. ult. in fin. ff. h. t.*

16 V. *l. pen. J. de reſc. vend.* v. Cujac. 16. *obſ.* 13. ubi tractat de his, quæ adminiſtrantibus vel officium publicum gerentibus vendita ſunt.

17 Fraudem facimus legi, quoties non ipſi, ſed per interpoſitas perſonas legis mentem violamus. dixi ad *l. 5. ſupr. de legibus.*

18 Amici nomine abuti non oportet, *ut hic.* Imo poſſumus abuti. *l. 14. J. de contrah. & commit. ſtipul.*

19 Γρ. Conſtantio.

20 *l. ult. C. Theod. de contrahenda emptione. lib. 3. tit. 1. l. 23. §. 1. ff. h. t. l. 6. ff. de off. præſid.*

21 *l. 7. ſupr. h. t.*

22 *d. l. 7.* Adde & quoscunque contractus. *d. l. 7.*

23 *l. 3. §. 1. ff. h. t. d. l. 6.*

24 *L. 4. D. 3. & 1.* Paul. *ſent. 8. & 2. C. Th. h. t. l. 15. & 10. Eclog. 3.* περὶ δόλου. *& 1.* Harm. 3. *c.* περὶ δόλου. *& 2. Decret. 14. & 2. ſext. 6. & 1. Clement. 4. & 2. extravag. 3.* vid. Papon. 3. *Notar. 9. cap. de dol. & fraude, de ſimulatione.* vid. *J. plus valere, quod agitur.*

25 Vide omnino ad hanc legem Cujac. 3. *obſ.* 37.

26 Fidejuſſor pignora a creditore poteſt emere, non tamen debitor jus dominii amittit, ut cui competat jus pretii offerendi. Ponamus obtuliſſe? pignus reddendum. An & fructus quoque percepti? utique ſi pignus ſimplex erat, non uſurarium: & ita hanc legem intellige, cum Molinæo *quæſt. 49. n. 349. de uſuris. l. 59. §. 1. ff. mandati. l. 5. in fin. l. 6. ff. de diſtract. pign. l. 59. ff. de fidejuſſ. & mandat.*

27 Pignus debitoris fidejuſſor a creditore poteſt emere, *ut hic*, at non in præjudicium ſecundi alterius creditoris. *l. 2. ff. de diſtract. pign.*

28 Id eſt, ſi offeras fidejuſſori tuo ſortem & uſuras: viciſſim tibi pignoris dominium & fructus reſtituet.

29 Easdem uſuras ſecundus creditor rei principalis, pignus a fidejuſſore revocans, fidejuſſori offerre debet. *d. l. 2.*

30 Sorti mutui opponitur dominium pignoris: ſortis uſuris fructus pignoris. *l. 2. J. de uſuris. l. 5. J. de act. empt.*

31 Fidem rumpit debitori, qui cum ſimpliciter pro eo fidejuſſerit, pignus ejus eo inſcio emit, nec debitum offerendo cum uſuris reſtituit: vel pignus quidem offert pretium & uſuras offerenti debitori, fructus tamen pignoris ſibi retinere vult.

32 *l. 1. §. 1. ff. h. t.* doli actio cum nulla alia concurrit.

33 De quibus vide *l. ult. J. h. t.*

34 Tempus movendæ actionis de dolo præteritum abſenti Reipublicæ cauſa non nocet.

35 Contubernium quid ſit, vid. *l. 3. J. de inceſt. & inutil.*

36 Nota contractum, facio, ut des.

37 Data ſemel libertas revocari non poteſt.

38 *l. 5. §. 3. ff. de præſcr. verb.* v. Forcatulum *c. 3. Cupid. n. 5.*

39 Emancipatione jus patriæ poteſtatis ſolvitur. *§. 6. Inſt. quib. mod. jus pat. poteſt.*

40 Vid. *Inſtit. de legit. parent. tutela. l. 1. §. 1. 2. ff. ſi quis a parent. manumiſſ.*

41 Idem pater eſſe poteſt & manumiſſor. vid. *ff. ſi quis a parente manumiſſ.*

42 Emancipatus cum patre ſuo poteſt tranſigere.

43 De non petendo ſcilicet.

44 Pactum enim valet ad exceptionem. *l. 27. §. 2. ff. de pact.*

45 Novatio quid ſit, vid. *l. 1. ff. de novationib.*

46 Acceptilatio quid ſit, vid. *l. 1. ff. de acceptilationib.*

47 Quia acceptilatio perimitur ipſo jure. *d. §. 2.*

48 Ob immodicam læſionem transactio reſcindi poteſt. & ita *lex 2. & 8. J. de reſcind. vendit.* pertinet ad transactionem. adde *l. 3. J. comm. utr. judic.*

49 Adde *l. 30. ff. de operis libertorum. l. 11. §. 1. & l. 12. ff. de dolo. & l. 1. §. 43. ff. de vi & vi.* 1. Harmen. 2. *c.* τί ἐστι χρηματικὸν &c.

50 An id abrogatum, vid. *l. ult. J. qui & adverſus quos.*

51 Ex inſidiis, Cujac. 11. *obſ.* 11. *in fin.* ἀπὸ ἐπιβουλῶν, 10. *Eclog. 3. c. 46.* & ita *in l. 8. in pr. J. de reſcind. vendit.*

52 Atqui dolus interdum præſumitur. *l. 41. ff. ad leg. Falcid.*

53 Nec enim vagari oportet in dolo objiciendo. *l. 19. ff. h. t. l. 6. ff. de probat.*

54 Et perſuaſione. *l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 4. §. 28. ff. de doli mali & metus except.*

55 *l. un. C. Th. h. t.* ex qua hæc interpolata.

56 Actio de dolo neque incipit a biennio poſt dolum commiſſum, neque finitur a biennio actionis de dolo inſtitutæ, ſed inchoatur & finitur prorſus intra continuum biennium. *Synopſ. Baſil. 10. tit. 1. c. 42.*

57 Biennii: olim erat annalis: vid. Cujac. 21. *de præſcript.* ſilentio perit actio de dolo. *ut hic. Eclog. c. 43. h. t.* at non perit exceptio: eſt enim perpetua, 1. Harm. 3. *c.* περὶ δόλου, §. 70. & 71. Quin etſi poſt biennium non competit actio de dolo, actio tamen in factum de eo quod ad reum pervenit, competit. *l. 28. in fin. l. 29. ff. h. t.* videri autem poteſt huic legi derogari, & actionem de dolo quadriennio præſcribi. *l. ult. J. de temporibus in integrum reſtit.*

58 Naiſſo.

59 *L. 4. D. 4.* Paul. 1. *ſent. 9. & 2. C. Theod. 16. & 10. Eclog. 4. & 1.* Harm. 12. Papon. 3. *Notar. 9. cap. de reſtitution de mineur.* An ut minor, ita fiſcus & Eccleſia in reſtitutionibus reſtituitur? ſic ſane: dixi *J. de jure fiſci.*

60 *l. 8. §. 1. l. 15. §. 1. ff. de inoff. teſtam.* hinc colligit

De

De bonorum possessione, & numero liberorum.

2. Imp. GORDIANUS A. Alexandro.

EO tempore, quo soror tua auxilio ætatis juvabatur, si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit, licet quinque [1] filios superstites habuerit, non tamen ideo minus ad Edicti prærogativam pertinet: scilicet si nunc per ætatem beneficium restitutionis largitur. PP. 8. Id. Aug. ULPIO (PIO) & PONTIANO CONSS. 239.

De contractu minoris habentis vel non habentis curatorem.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIM. AA. & CC. Attiano.

SI [2] curatorem habens minor quinque & viginti annis post pupillarem ætatem res vendidisti, hunc contractum servari [3] non oportet [4]: cum non absimilis [5] ei habeatur minor [6] curatorem habens, cui a Prætore curatore dato, bonis interdictum est. † Si vero sine curatore constitutus contractum fecisti: implorare in integrum restitutionem [7], si necdum tempora præfinita excesserint, causa cognita non prohiberis [8]. Dat. 14. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 293.

De probatione minoris ætatis: & tempora restitutionis excessisse.

4. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI minorem te quinque & viginti annis fuisse, cum contraheres, ostenderis [9]: & tempora [10] restitutionis præstituta excessisse, ab adversario tuo comprobatum non fuerit: Præses [11] provinciæ in integrum restitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. 6. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 293.

Si dolus adversarii non probetur: si ante impletum 25. annum restitutio petatur.

5. Iidem AA. & CC. Rufo.

MInoribus in integrum restitutio, in quibus se captos [12] probare [13] possunt, etsi dolus adversarii non probetur, competit. §. 1. Ante [14] impletum etiam quintum & vicesimum annum, de his, in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi juris est. Dat. 5. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 293.

De morte adversarii.

6. Iidem AA. & CC. Sententiæ.

SI intra ætatem, cui succurri solet, in integrum restitutionis [auxilio] lis [15] inchoata [16] est, nec ei a te renunciatum est, mors ejus, contra quem hæc fuerit implorata, fraudi tibi esse non potest. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De tutore falso ætate probata liberato.

7. Iidem AA. & CC. Severæ.

DE tutela avunculi eiusdemque tutoris, cui [17] falso ætate probata præstitisti liberationem, quem ignarum ætatis [18] tuæ non fuisse tam officium [19] tutelæ quam sanguinis proximitas arguit [20], si necdum statutum tempus excessit, ex causa in integrum restitutionis heredes ejus convenire potes. Dat. 11. Kal. August. CC. CONSS. 294.

De prætermissis vel ignoratis.

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. JULIANO Proconsuli Africæ.

MInoribus in his, quæ vel prætermiserunt [21], vel ignoraverunt, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. Dat. Non. Maji, CONSTANTIO V. C. CONS. 420.

De eo qui usus est jure communi.

9. Imp. ZENO A. Æliano P.P.

NOn [22] videtur circumscriptus esse minor, qui jure sit usus communi [23]. Dat. Kal. Jan. BASILIO V. C. CONS. 480.

TIT. XXIII.
DE FILIOFAMILIAS MINORE [24].

De fidejussione.

1. Imp. GORDIANUS A. Gaudiano militi.

FIliusfamilias, si minor vigintiquinque annis pro extraneo fidejussit [25], in integrum restitutionem implorare non prohibetur. Sed & si [26] pro patre suo fidejussor extitit, eique diem suum functo non [27] successit: in integrum restitutionem postulare potest. Dat. Kal. Jul. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 240.

De mutuo.

2. Idem A. Tryphoni militi.

SI frater tuus, cum mutuam [28] pecuniam acciperet, in patris fuit potestate, nec jussu ejus, nec contra Senatusconsultum contractum est: propter lubricum ætatis, adversus eam cautionem in integrum restitutionem potuit postulare. PP. 3. Non. Octob. ULPIO & PONTIANO CONSS. 239.

TIT. XXIV.
DE FIDEJUSSORIBUS MINORUM.

Restitutio concessa minori non prodest fidejussori. Alex.
De evictione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Mironi.

POstquam [29] in integrum ætatis beneficio restitutus es, periculum evictionis emptori, cui prædium ex bonis paternis vendidisti, præstare non cogeris. Sed ea res fidejussores, qui pro te intervenerunt, excusare non [30] potest. Quare mandati judicio, si pecuniam solverint, aut condemnati fuerint, convenieris: modo si eo quoque nomine restitutionis auxilio non [31] juvaberis. 6. Kalend. Octob. SEVERO A. & ALBINO CONSS. 195.

De obligatione fidejussoris ob venditionem & de dolo.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Curioni.

SI ea, quæ tibi vendidit possessiones interposito decreto præsidis, ætatis tantummodo auxilio juvatur, non est dubium fidejussorem ex [32] persona sua obnoxium esse contractui: Verum si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse: manifesti juris est, utrique personæ, tam venditricis, quam fidejussoris consulendum esse. S. 6. Kal. Maji, DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

TIT. XXV.
SI TUTOR VEL CURATOR INTERVENERIT [33].

De aditione hereditatis.

1. Imp. ANTONINUS A. Martianæ & aliis.

SI jam puberes utriusque sexus parentum hereditatem adiistis; si etiam nunc in ea ætate estis, ut, eo quod paternæ hereditati vos obligastis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis: per [34] procuratores vestros adite præsidem provinciæ. Quod si legitimam ætatem implestis, idque tempus [35] quo in integrum restitui potestis, excessistis, curatores vestros, si adversus eos nondum experti estis, judicio secundum formam juris convenite. PP. 2. Non. April. LÆTO & CEREALI CONSS. 216.

De gestis in judicio vel extra judicium.

2. Imp. ALEX. A. Martianæ.

MInoribus [36] annis vigintiquinque etiam in [37] his, quæ præsentibus tutoribus, vel curatoribus, in judicio, vel extra judicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumventi sunt, placuit. PP. 3. Non. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De male gestis a tutore vel curatore, & de concurrentibus remediis.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Nicomedi.

ETiam in his quæ minorum tutores vel curatores male gessisse probari possunt [38]: licet personali actione a tutore vel curatore [jus] suum consequi possint, in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem minoribus dari jampridem placuit. Dat. 4. Non. Maji MAXIMO & AQUILINO CONSS. 286.

De contractu cum curatoribus.

4. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI creditor non vestram [39] personam [40], sed curatorum secutus, cum ipsis contractum habuit, & ab ipsis stipulatus est: nullam ei prorsus adversus vos actionem competere manifestum est. 5. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 293.

Cujac. 17. *obs.* 17. querelam inofficiosi imitari actionem injuriarum. 1 Vid. *l.* 12. Ϳ. *de admin. & pericul. tut.* 2 Si absque curatoris sui consensu minor quidquam alienaverit, nihil videtur facere, 1. Harmen. 12. §. 37. 3 De quo vide Jasonem *ad l. videamur. num.* 17. *ff. de in litem jur.* sed an possit donare causa mortis sine curatore, tractat Tiraquel. *post leges connubial. gl.* 5. *n.* 72. & 83. Mod. 4 Atqui possunt ex stipulatu obligari. *l.* 101. *ff. de verb. oblig.* 5 Minor habens curatorem ei est similis, cui bonis interdictum, id est, prodigo comparatur. Neuter sua potest alienare. An eo tantum casu similis est? Robertus negat, 1. *animadvers.* 12. Antonius Mercator ait 1. *Not.* 12. 6 Legendum videtur major, ut minori curatorem habenti comparetur major bonis interdictus, & ideo curatorem habens. 7 Quæ datur, quoties constat de læsione: & ita contractus adulti non est ipso jure nullus. Nam si nullus esset, non daretur restitutio. Hæc enim ad ea tantum refertur, quæ antea tenuerunt. *l.* 7. *in fin. ff. de exceptionibus.* 8 Imo videtur non prohiberi, *l.* 101. Ϳ. *de verb oblig.* 9 Qui ætatem allegat, eam probare tenetur. *l.* 9. Ϳ. *de probat.* nec enim præsumitur quis minor. vid. Alciatum 2. *præsumpt.* 14. nisi quid aliud aspectus demonstret. *l.* 32. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 10 Vid. Ϳ. *de temp. in integrum.* adde *l.* Ϳ. *si tutor vel curat. interven. Novell.* 115. *cap.* 1. *vers. Propter causas.* 11 In Gallia rex solus restituit, ideoque minor non auditur in Gallia sine literis regiis. Rebuff. *in proœm. const. gloss.* 5. *num.* 48. 12 Graviter scil. & ita non in omnibus. *l. ult.* Ϳ. *h. t. l.* 44. *ff. de minoribus* 25. *ann.* 13 An minori incumbat onus probandæ læsionis, vid. *l.* 16. *vers. emptor autem.* Ϳ. *de prædiis, & aliis rebus minorum. l.* 13. §. 2. *ff. de publician. act.* adde *l.* 9. §. 4. *ff. de jurejur.* 14 *l.* 1. *in fin.* Ϳ. *si minor se majorem.* 15 Instantia restitutionis in integrum transit ad heredem. 16 Restitutione postulata nihil innovandum, nec executio impedienda, *ut hic:* nisi sententia lata sit a Principe vel judici appareat restitutio in fraudem petita. *c. suscitata. extr. de in integrum restitut.* vide Socin. *reg.* 346. 17 Id est, cui, cum falso te majorem esse probavisset, liberationem fecisti. adde *l. ult.* Ϳ. *si minor se major.* 18 Ætas testibus probari potest. 19 *l.* 2. §. 2. Ϳ. *de jurejur. propter calumn.* 20 Conjuncti sanguine præsumuntur scire ætatem cognatorum. *l.* 9. *in fin. ff. unde cognati, l.* 37. Ϳ. *de liberali. causa.* Ea præsumptio tam efficax est, ut onus probandi transferat. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 19. adde *l.* 9. Ϳ. *de nupt.* alias ignorantia præsumitur. *l.* 6. Ϳ. *qui militare poss.* 21 *l.* 44. *ff. de minorib.* 25. *ann.* vid. *tit.* Ϳ. *si ut omiss.* 22 *Synops. Basil.* 10. *tit.* 4. *cap.* 58. & 1. Harm. 12. §. 61. 23 Seu publico. *l.* 11. §. 3. *in fin. ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 51. §. 4. *in fin. ff. de fidejuss. & mandat. l.* 47. *in fin. ff. de solutionibus. l.* 116. §. 1. *ff. de reg. jur.* vid. Molin. *quæst.* 13. *de usur. num.* 164. Cujac. 16. *obs.* 14. 24 Restituendo scil. *l.* 3. §. 4. *l.* 38. *in fin. ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 8. §. 6. Ϳ. *de bon. quæ lib.* 25 Si adversus fidejussorem. *l.* 7. §. 3. *ff. de minor.* 25. *ann.* 26 *l.* 8. Ϳ. *de fidejuss. & mandat.* 27 Filius, qua filius est, pro patre non tenetur, sed qua heres. *l.* 3. *l.* 4. Ϳ. *ne filius pro patre. l.* 12. Ϳ. *de oblig. & action.* 28 Vid. *l.* 1. Ϳ. *si advers. credit.* 29 In integrum restitutis minoribus, tenentur nihilominus, qui eorum nomine fidejusserunt. 1. Harm. 12. §. 64. 30 Minore restituto ejus fidejussores non restituuntur. *l.* 2. Ϳ. *l.* 13. *ff. de minor.* 25. *ann.* Imo restituuntur, *l.* 51. *ff. de procur.* 31 Id est, nolis uti. 32 Minore restituto non restituitur ejus fidejussor: eoque respectu, restitutio beneficium personale dicitur, quoties autem ad heredes descendit, dicitur reale. vid. Wurmser. 1. *pract.* 25. *obs.* 3. hocne perpetuo verum est, restituto minore fidejussorem non restitui? restitui constat in *l.* 51. *ff. de procur.* Imo non restituitur *hoc tit. l.* 35. *ff. de Recept. qui arbitr.* Sic sentio: si dolus intercessit in fidejussione, fidejussor juvatur; ut hic. *l.* 7. §. 1. *ff. de exceptionib.* quemadmodum si nihil creditori minoris deperit. *l.* 89. *ff. de adq. vel omitt. hered.* si ignoravit minorem. *l.* 48. §. 1. *ff. de fidejuss. & mandat.* si minor successit. *l.* 95. §. 3. *ff. de solut.* Si hæc desint, non juvatur. *l.* 13. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 25. *ff. de fidejussor. & mandat.* Rei cohærentes exceptiones etiam fidejussori competunt. *l.* 7. §. 1. *ff. de except.* 33 An restituendus minor? dic ut Ϳ. *h. t.* 34 Per curatores vestros. Cujac. *ad l. illud* 25. §. 1. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 35 *l.* 4. *supr. de in integrum restit.* 36 Minores, qui sub tutela vel sub curatione sunt, in iis in quibus circumscripti fuerunt etiam præsentibus tutoribus vel curatoribus restituuntur. *Syn. Basil.* 10. *tit.* 10. *cap.* 7. & 1. Harm. 12. §. 34. 37 Minor circumventus in judicio vel extra, præsente etiam tutore vel curatore, restituitur. *l.* 4. *vers. Nam si.* Ϳ. *si advers. rem judic. l. ult. ff. de in integr. l.* 29. *l.* 47. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 38 Personalis actio ordinaria: restitutio extraordinaria, utraque competit minori adversus tutores & curatores. 39 Id est, minoris. 40 Tutor spondens sui pupilli nomine, non ut tutor, sed ut quivis sponsione sua non obligat pupillum.

De concurrentibus remediis.

5. Iidem AA. & CC. Valentino.

Etiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus, vel [1] aliis contrahentibus, minores tam restitui rebus propriis, quam tutorum vel curatorum damna sequi, nullo eis præjudicio per electionem [2] generando, placuit. 6. Id. Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XXVI.
SI [IN] COMMUNI EADEMQUE CAUSA IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

Pactum sororis fratri non præjudicat, ut nec restitutio sororis fratri patrocinatur.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aphobio & aliis.

Nec si major vigintiquinque annis soror vestra fuit, vobis non mandantibus [3], nec ratam [4] transactionem habentibus, de jure vestro quicquam minuere potuit. Nam si cognitis, quæ gessit [5], his consensum post vigintiquinque annos [ætatis] commodastis: quamvis illa [6] minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare possit: vobis tamen, ad communicandum Edicti perpetui beneficium, ejus ætas patrocinari non [7] potest [8]. S. 3. Idus August. CC. CONSS. 294.

TIT. XXVII.
SI [9] ADVERSUS REM JUDICATAM [10] [RESTITUTIO [11] POSTULETUR].

De judicio tutelæ.

1. Imp. ALEXAND. A. Viliis.

Minus ex tutelæ judicio consecuti, de superfluo [12] habere actionem ita potestis, si tempore judicii minores annis fuistis, & nunc beneficium ætatis vobis largitur: Cæterum, si post legitimam ætatem sententia prolata est, iterato [13] eandem actionem de eisdem speciebus inferre non potestis. PP. 5. Kal. Febr. POMPEJANO & PELIGNO CONSS.

De patria potestate.

2. Imp. GORD. A. Serenæ.

Si cum pater tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem [14] a se factam valere diceret, Proconsul super causa cognoscens, te ejus potestati subjectam pronunciaverit: cum adversus eam sententiam in integrum restitui postules: is, qui provinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. P P. 15. Kalend. Decemb. ULP. & PONTIANO CONSS. 239.

De sententia ejus, qui vice Principis judicavit.

3. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS Cæs. Ælianæ.

Adversus sententiam ejus, qui tunc vice [15] Principis [16] judicavit, in integrum restitutionis auxilium apud Prætorem seu Præsidem provinciæ Clarissimum Virum flagitare nequaquam poteris: Nam adversus ejus sententiam, qui vice Principis cognovit, solus [17] Princeps restituet. P P. 18. Kal. Novemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De minoribus defensis vel indefensis.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbinio & aliis.

Cum & minores vos esse affirmetis, & indefensos [18], nullum vobis præjudicium fieri Præses provinciæ pro sua gravitate curabit. Nam si justa defensione tutorum, vel curatorum vobis assistente [19], aliquid statutum est: intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: eodem [20] obtinente, etiamsi per procuratorem vestrum legitime [21] ordinatum lis agitata est. Dat. 16. Kalend. Maji, MAXIMO & AQUIL. CONSS. 286.

De sententia lata contra tutores vel curatores.

5. Iidem AA. & CC. Martiano.

In rem [22] pupilli, vel adulti contra tutores seu curatores a Præside lata sententia, restitutionis auxilium non [23] minus, quam si quid adversus eos fuisset statutum, implorare minores posse constat. Dat. 10. Kal. Novemb. AA. CONSS. 293.

TIT. XXVIII.
SI ADVERSUS VENDITIONEM [24].

De jurejurando.

1. Imp. ALEX. A. Florentio Militi.

Si [25] minor annis vigintiquinque emptori prædii cavisti *nullam de cætero te esse controversiam facturum*, idque etiam jurejurando [26] corporaliter [27] præstito servare confirmasti; neque [28] perfidiæ [29], neque perjurii [30] me auctorem [tibi] futurum sperare debuisti. Dat. 6. Kal. Septemb. *

Nova constitutio FRIDERICI [31].

Sacramenta puberum [32] sponte facta super contractibus rerum suarum [33] non retractandis inviolabiliter custodiantur [34]. † *Per vim [35] autem, vel per justum metum extorta etiam a majoribus, (maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti jubemus.*

De commentitiis venditionibus, vel curatorum insidiis.

2. Imppp. CONSTANT. [CONSTANTIUS [36] & CONSTANS, AAA.] ad populum.

In [37] integrum restitutione minoribus adversus commentitias [38] venditiones, & adversus tutorum [seu curatorum] insidias, sanctionum præsidio cautum esse non dubium est. Dat. Idib. August. *Sirmii*, CONSTANTIO II. [39] & CONSTANTE CC. CONSS. 340.

TIT. XXIX.
SI ADVERSUS VENDITIONEM PIGNORUM [40].

Si res minoris est vendita jure creditoris minor non restituitur, nisi ob enorme damnum. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabinæ & aliis.

Etiam [41] adversus venditiones pignorum [42], quæ a [43] creditoribus fiunt, minoribus subveniri, (si tamen magno detrimento afficiantur) jampridem placuit: Si igitur pignori captis prædiis, ac distractis, enorme damnum ex hujusmodi venditione passos vos ostenderitis; præsertim cum hodie minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. 10. Kal. Decembr. *Sirmii*, ipsis AA. CONSS. 293.

2. Iidem AA. & CC. Severæ & Clementinæ.

Rem [44], quam a [45] patre vestro quondam creditor ejus obligatam sibi distraxit, per ætatem vestram postulantium revocari desiderium non habet rationem: Quod juris est, etiamsi extraneo successistis: Nam si creditor non bona fide versatus est: ipsum magis, vel tutores, sive curatores vestros, qui hanc venundari passi sunt, convenite. Dat. 13. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXX.
SI ADVERSUS DONATIONEM [46].

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Theodoræ.

Si [47] quæ res [48] ante nuptias congruenti [49] moderatione a minore annis vigintiquinque marito sponsaliorum tempore, etiam curatore præsente, tibi donatæ sunt: obtentu ætatis non revocabuntur. S. 3. Non. Novemb. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

1 Hanc colligunt differentiam inter distractum & contractum. 2 Minor restitui potest adversus electionem.

3 Gestum ab aliquo, fit nostrum mandato, vel ratihabitione. 4 Ratam qui habet venditionem rei suæ, sibi præjudicat, *ut hic*. Imo non præjudicat. *l. 9. ff. de negotiis gest.* 5 In minori ætate. Imo initium actus inspicitur. *l. 3. §. Sejo 2. ff. de minorib. 25. ann.* 6 Factum unius ex fratribus non nocet alteri. *l. 1.* J. *de comm. rerum alienat. l. 1.* J. *quibus res judicata.* 7 Restitutio minori concessa non prodest majori, quamvis minoris consorti & socio. vide *l. 47. §. 1. ff. de minorib. 25. ann.* Imo prodest in individuis, puta servitutibus. *l. 4. §. 3. vers. Itaque. ff. si servitus vindicetur. l. 1.* J. *si unus ex pluribus appell. l. 10. in pr. ff. quemadm. servitutes.* vid. *hic* Bart. 8 Vide Alexandrum *consil. 55. num. 17. lib. 5.* Ruinum *consil. 77. lib. 4.* Afflictum *decis. 213.* Mod.

9 Minores condemnati restituuntur, ut litem rursus movere possint. *Synops. Basil. lib. 10. tit. 7. tit. 9.* Etiam adversus rem judicatam minoribus datur in integrum restitutio. 1. Harmen. 12. §. 47. 10 *l. 18. ff. de minorib.* Restitui minor etiam potest, si provocationem omisit. *l. 7. §. 11. ff. de minorib.* vel allegationem. *l. 36. dict. tit.* si contumax fuit. *l. 53. 54. ff. de re judic.* adversus sententiam cujusque judicis, etiam Principis. *l. 3.* J. *h. t. l. 18. §. 1. ff. de minorib.* etiamsi de causa status agatur. *l. 2.* J. *h. t.* utcunque a tutoribus defensus fuerit. *l. ult.* J. *h. t. l. 29. l. 47. ff. de minorib. 25. ann.* 11 Remedia adversus sententiam, restitutio. *ut hic*: appellatio. J. *de appellation. & consult.* supplicatio adversus sententiam Principis & Præfecti Prætorio. *l. 5. & Auth. sequenti,* S. *de precibus imper. offer. l. unic.* J. *de sentent. præf. præt.* querela falsi. J. *si ex falsis instrument.* nullitatis propositio. de qua vide Oldendorp. *cap. 57. de exception. & in tract. de sentent. & re judic.* Papon. 2. *Notar. cap. Des exceptions.* 12 Minor etiam adversus partem sententiæ potest restitui. *l. 29. §. 1. ff. de minorib. 25. ann.*
13 Minor (aliud in majore) potest restitui adversus sententiam. *l. 18. §. 1. l. 40. ff. de minorib. 25. ann.* 14 *l. 5. in fin. ff. de probationib.* 15 *l. 18. §. 3. §. 4. ff. de minorib. 25. ann.* vide quæ ad hunc locum Cujac. 16. *observ.* 2. 16 Vel Præfecti Prætorio. *l. 16. in fin. l. 17. ff. de minorib. 25. ann.* Quid si lis in Principis auditorio judicata? iterum judicari potest. *l. 18. §. 1. ff. de minorib. 25. ann.* 17 *d. §. 1.* 18 Sententia lata contra minores indefensos, est ipso jure nulla: e contrario, Ubi legitime defensi, valet judicium & sententia. *l. 2.* J. *in quibus causis in integrum restit.* 19 Vide *l. 2.* S. *si tutor vel curator interv.* 20 Idem præstat atque efficit procurator legitimus, quod tutor & curator. Poteritne autoritatem pupillo præstare? Bald. putat posse. 21 Vel a minore cum autoritate tutoris. *l. 23. in fin. ff. de minorib. 25. ann.* 22 Id est, contra commodum minorum. 23 Sententia lata contra tutorem in causa pupillari, dicitur lata contra pupillum: ideo pupillus potest restitutionem petere.

24 Quid? adversus emptionem potestne restitui? potest non modo, si eum emptionis contractæ pœniteat. *l. 11. §. 4. l. 27. §. 1. ff. de minorib. 25. ann.* sed si eam affectet. *l. 35. 38. ff. de minorib. 25. ann.* Potest etiam restitui adversus permutationem. *l. 4.* J. *de prædiis & aliis rebus minorum.* est enim emptioni vicina. *l. 2.* J. *de rerum permutat.* ejusque quasi mater. *l. 1. in pr. ff. de contrah. empt.* Plura de restitutionibus adversus emptionem, vid. in *l. 1. §. 13. ff. si quid in fraud. patron.* 25 Minor restituitur adversus venditionem propriam, etiam si jusjurandum interposuerit. *Synops. Basil. 10. tit. 10. & 12. &* 1. Harm. 12. §. 65. *l. 27. §. 1. vers. Item ex diverso. ff. de minorib. 25. ann. l. 11.* J. *de prædiis & aliis rebus minorum.*
26 Minor jurejurando potest sibi auferre restitutionis beneficium. Minores restituuntur adversus venditionem propriam, etiamsi jusjurandum interposuerint. 10. *Eclog. 10. & 12.* adde *l. ult.* J. *de non numer. pecun.* 27 *l. 3. in fin.* J. *si minor se majorem.* id est, tactis Sacrosanct. Evangeliis, vel manu sublata, quod Balsamo vocat σωματικὸν ὅρκον. vid. Cujac. *ad Nov. 51.* adde *l. 9. §. 4. ff. de jurejur.* 28 Dic tamen ut in authentica proxima.
29 His verbis Imperator denegat jurisjurandi veniam. 30 His verbis denegat Imperator restitutionem in integrum. 31 2. *Feudor. 53. §. 3.* 32 In hanc authent. vid. Joann. Yanez. *rer. quotid. lib. 2. cap. 4. per tot.* & Montan. *de tutel. cap. 33. num. 577. & seq.* Philipp. Corneum *in repetit. solenni.* Idem Jure Canonico, *can. 14. parvuli & c. seq. 22. quæst. 5.* Ant. Merend. *lib. 1. controv. cap. 1.* Alexand. Sperell. *decis. for. Eccles. 47.* Ans. Adde Matth. de Afflict. *decis. 322. & 339.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 23. cap. 5.* Fachin. *lib. 3. controv. cap. 10. & 11.* S. L. 33 Juramentum præstitum a pubere super contractu alioqui nullo tacit, ut is valeat. Doct. hic communiter, & latissime: sed an hoc locum habeat in pupillo doli capace: & an talis jurans possit ultra quadriennium dicere se enormiter læsum, docebit te Afflictus *decis. 322.* item an hæc dispositio locum etiam habeat in donatione. Decius *consil. 181.* idem Afflictus *decis. 393. num. 11.* Hippolyt. *singul. 299.* Tiraquel. *de legibus connubial. gloss. 5. n. 49.* An in donatione juris patronatus. Decius *cons. 639.* An in donationibus remuneratoriis. Curtius *cons. 65.* Decius *dict. consil. 639.* Alexander *consil. 125. lib. 1.* Mod.
34 Hoc non servatur in Gallia. *Minor* enim gratiam sive dispensationem jurisjurandi petit ab episcopo, vel ejus vicario: quæ non solet ei denegari. postea vero literas impetrat a rege vel ejus cancellario: & ita servatur in Curiis omnibus etiam in restitutione majorum. Rebuff. *in proœmio const. gloss. 5. n. 50.* Idem *tit. 2. tract. de restit. & relevat.* 35 Vid. Cuj. 2. *feud. tit. hac edictali §. 53. §. item Sacramenta. 3.* 36 Inducenda sunt hæc nomina *Constantius & Constans*: tribuenda quippe hæc lex Constantino M. 37 *l. 1. C. Theod. de in integrum restitutione. lib. 1.* 38 *l. 7. §. 8. ff. de minorib.* 39 Ipso Aug. VII. & Constantino C. IV. id est, A. D. 326.

40 10. *Eclog. 11.* 41 Minores restituuntur adversus venditionem pignorum suorum factam a suis creditoribus, si in ea magno detrimento sint affecti. *Synops. Basil. 10. tit. 1.* 42 *l. 9. l. 38. ff. de minorib.* 43 Adde *l. 4.* J. *de rebus alienis non alienand. l. 2. in fin.* J. *de præd. & aliis rebus minorum.* 44 Restituuntur minores adversus venditiones pignorum a creditoribus factas: nisi forte eorum pater pignori ea obligavit creditoribus, non ipsi minores. 1. Harm. 12. §. 49. 45 Minor adversus distractiones eorum pignorum & fiduciarum, quas pater obligaverat (si non ita ut oportet distractæ sint) restitui in integrum potest. Paul. 1. *sentent. 9. §. ult.* adde *l. 1. §. 2. l. 5. §. 3. ff. de rebus eorum qui sub tutel.* & ita pignus hereditarium, id est, successione ad minorem delatum, potest a creditoribus distrahi, Conventionale, id est, a minore constitutum non potest.

46 10. *Eclog. 12.* 47 *Syn. Basil. 10. tit. 12. &* 1. Harm. 12. §. 45. 48 Mobiles. Nam immobiles non potest sine decreto alienare. *l. 8.* J. *de præd. & aliis rebus minorum.*
49 Minor potest uxori moderate nuptiarum causa donare, curatore præsente: aliud si nimium ei donaverit, *l. 4.* J. *de præd. & aliis rebus minor. l. 12. §. 3. ff. de admin. & peric. tutor.*

Pater

Pater non poteſt alienare res donatas filiis emancipatis.

2. Iidem AA. & CC. Medeæ.

SI in te ac fratrem tuum emancipatos [1] pater veſter donationem fecit: in alium poſtea transferendo portionem ejus, nihil vobis abſtulit: Nec ſi frater tuus [ſibi] quæſiti prædii ruſtici partem donanti patri conſenſit, dominium ab eo diſcedere potuit propter Senatusconſulti auctoritatem: nec auxilium in integrum reſtitutionis hac in re neceſſarium eſt. In aliis vero rebus quæ etiam ſine decreti recitatione alienari poſſunt: ſi, poſtquam ſibi donatæ fuerint, poſtea alii donanti eandem patri voluntatem [2] in minori ætate commodavit, nec præſtituta tempora reſtitutionis exceſſit: hoc auxilium implorare poteſt. Dat. 8. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

TIT. XXXI.
SI ADVERSUS LIBERTATEM [3].

De ſententia.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Hamniæ.

SI poſt decretum prætoris viri clariſſimi, qui *fideicommiſſariam libertatem deberi pronunciaverit*, Secundus, (quem conditioni non paruiſſe conquereris) manumiſſus non eſt, ætas tua litis inſtaurationem admittit. Quod ſi [4] libertatem (quamvis indebitam) dediſti, non poſſe eam revocari intelligis: ſed damnum [5], quod ob eam cauſam illatum eſt judicio negotiorum geſtorum a curatoribus tuis eſſe ſarciendum. PP. 2. Kal. Jul. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De manumiſſo vindicta.

2. Imp. GORD. A. Solanoæ.

ETſi [6] minor viginti annis, ut allegas, conſtituta, ſervum tuum ab eo circumſcripta, in conſilio [7] manumiſiſti: tamen vindictæ [8] impoſitio, qua libertas juſta munitur, nec obtentu quidem ætatis reſcindi poteſt, indemnitati [9] vero tuæ a manumiſſo, ſcilicet ſarciendæ, ab eo, cujus juriſdictio eſt, quatenus juris ratio permittit, conſuli debet. PP. 6. Id. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Si vindicta vel alio modo manumiſſio facta ſit: & de fraude curatoris.

3. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Marthonæ & Sabinillæ.

QUos retrahi in ſervitutem poſtulatis, ſi non [10] in concilio cauſa cognita, cum minores annis viginti fuiſſetis, manumiſiſtis, non [11] per in integrum reſtitutionem, ſed ipſo [12] jure perſequi poteſtis. Quod ſi probata cauſa, libertas præſtita eſt: reſtitutio in integrum contra libertatem locum habere non poteſt. Si tamen in ea re, culpa ſeu fraude liberti, ejuſdemque curatoris ratio veſtra læſa ſit: ſarciri [13] damnum ab eo, qui hoc intulit, Præſes provinciæ curabit, non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, ſi quid tam aperta fraude commiſſum eſt, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. 8. Kal. Octob. SECULARE II. & DONATO CONSS. 261.

De ſententia.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Tatiano.

IN [14] judicio de liberali cauſa ſententiam pro libertate latam, ne quidem prærogativa minoris ætatis ſine appellatione [15] poſſe reſcindi, ambigi non poteſt. Dat. 6. Id. Jan. ipſis AA. V. & IV. CONSS. 293.

TIT. XXXII.
SI ADVERSUS TRANSACTIONEM [16] VEL DIVISIONEM [17] (IN INTEGRUM MINOR RESTITUI VELIT.)

Minore reſtituto contra transactionem vel diviſionem, reſtituitur adverſarius ad veterem actionem. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antonio.

CUm in integrum pupilla reſtituta, reſcindi transactionem [18] vel diviſionem [19] placuit: tu quoque actionibus, quas pridem habuiſti, uteris. PP. 15. Kal. April. *Sirmii*, AA. CONSS. 203.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Hymnodæ.

SI ex perſona minorum in integrum reſtitutio adverſus transactum propter ætatis auxilium imploretur: tibi quoque agenti ex integro vel replicatione contra exceptionem pacti, vel ſi peremptam eſſe conſtet, priſtinam obligationem ex inſtauratione negotii tributa [20] [tibi] actione conſulendum eſt. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 303.

TIT. XXXIII.
SI ADVERSUS SOLUTIONEM [21] A TUTORE VEL A SE FACTAM.

Minor cauſa cognita reſtituitur adverſus ſolutionem factam ejus curatori. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sotericæ.

EXemplo cæterorum debitorum tutores etiam, quæ ex adminiſtratione tutelæ debent, curatoribus ſolventes liberantur: ſed ante tempus in integrum reſtitutionis præſtitutum edicto perpetuo permiſſum [22] beneficium implorari, & an ſit tribuendum, per cauſæ [23] cognitionem æſtimari poteſt. Dat. 6. Id. Febr. CC. CONSS. 294.

2. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

INdebito [24] legato, licet per errorem juris a minore ſoluto repetitionem ei decerni: ſi necdum tempus, quo reſtitutionis tribuitur auxilium, exceſſerit, rationis eſt. Dat. 15. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXIV.
SI ADVERSUS DOTEM [25].

Minor circumſcripta in datione dotis viro tanta dote indigno, non tantum ipſa reſtituitur, ſed etiam heres ejus.

1. Imp. ALEX. A. Valenti.

QUoniam circumventam [26] dicis ſororem tuam [27] omnia [28] bona in dotem dediſſe: an veritas allegationi [tuæ] adſiſtat; ſi [29] ad te hereditas ſororis tuæ, vel bonorum poſſeſſio pertinuit, & tempora [30] nondum præterierint, intra quæ legibus conceditur ex perſona defuncti poſtulare in integrum reſtitutionem; præſes provinciæ, præſente adverſa parte [31], examinabit. Dat. 6. Id. Jul. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

TIT. XXXV.
SI ADVERSUS DELICTUM.

Regula & exceptio.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Longino.

IN criminibus [32] quidem ætatis ſuffragio minores non juvantur: etenim malorum mores infirmitas [33] animi non excuſat. Si tamen delictum non [34] ex animo, ſed [35] extra venit: noxia non committitur, etiam ſi pœnæ cauſa pecuniæ damnum irrogetur: & ideo minoribus in hac cauſa in integrum reſtitutionis auxilium competit. Dat. Id. Octob. SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

De petitione tutoris omiſſa.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Proculæ.

LIcet in delictis ætate [36] neminem excuſari conſtet: matri tamen, quæ filiis tutorem ætatis lubrico lapſa non petiit, eorum minime denegari ſucceſſionem convenit: cum hoc in majoribus matribus tantum obtineat [37]. 5. Nonas Mart. CC. * 294.

TIT. XXXVI.
SI ADVERSUS USUCAPIONEM.

Contra uſucapionis damnum minor reſtituitur.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Iſidoræ.

COntra eos, qui res [38] minorum tenent, ſi uſucapione [39] dominium acquiſierint, reſtitutionis auxilium eis decerni debet. Dat. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXVII.
SI [40] ADVERSUS FISCUM [41].

De venditione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Longino.

SI Probus in minore ætate conſtitutus, circumventus a Rufino diſpenſatore [42] noſtro, venditionem [43] rei, præcipiti animo, pretio longe minore [44] contrahere feſtinavit: juris publici [45] fiſcus noſter in integrum reſtitutionis jure ſequetur auctoritatem [46]. Dat. * SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

De judice competenti, & de cauſæ cognitione.

2. Imp. ALEXAND. A. Antiocho & aliis.

1 Pater non poteſt res donatas filiis emancipatis alienare: vel ita, Donatum a patre minori emancipato, nequit alteri pater donare. *Syn. Baſ. d. c.* 10. ne quidem minore ipſo conſentiente. 1. Harm. 12. §. 26. 2 Qui alienare non poteſt, non poteſt alienationi conſentire. *l.* 160. *ff. de reg. jur.*

3 10. *Eclog.* 13. 4 Minor adverſus jam collatam libertatem reſtitui non poteſt: adverſus competituram poteſt. *l.* 11. §. 1. *l.* 33. *ff. de minor.* 25. *ann.* 5 *l.* 2. 3. *infr h. t. l.* 11. *l.* 48. §. 1. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 6 Etſi minor circumſcriptus ſervum in concilio manumiſerit, non reſtituitur: ſed a manumiſſo indemnitati ejus conſulitur: ſi ſine concilio manumiſerit, reſtituitur. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 13. 7 Ἐν συνεδρίῳ, *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 13. vid. *infr. de vindicta libertate, & apud concilium manumisſione* 50. *Eclog.* 13. 8 Dixi ad *Ulp.* 1. §. 7. 9 vid. *l.* 1. *in fin. ſupr. h. t.* 10 *Eclog. d. loco.* 11 Cur ita? quia quod eſt nullum, reſcindi non poteſt. 12 v. *l.* 2. *J. in quibus cauſis reſtitutio.* 13 vid. *l.* 1. *in fin. ſupr. h. t.* 14 Sententia pro libertate lata ne quidem prærogativa minoris ætatis reſcindi poteſt. *Synopſ. Baſil.* 10. περὶ ἐλευθεριῶν. *ex tit.* 3. *cap.* 4. 15 *l.* 19. *infr. de appellationib. & conſultat.*

16 Transactione læſus minor reſtituitur, 10. *Eclog.* 14. 17 Diviſione læſus minor reſtituitur. adde *l.* 17. *J. de præd. & aliis rebus minorum.* 18 *l.* 96. §. 1. *ff. de ſolutionib.* minor tametſi transegerit, reſtituitur. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 14. 19 *l. penult. J. comm. divid. l.* 17. *infr. de præd. & aliis reb. minorib. l.* 1. §. 2. *in fin. l.* 8. §. 2. *in fin. ff. de reb. eor.* 20 Tributa actione reſciſſoria. Cujacius *ad l.* 28. *ff. de minorib.* 25. *ann.*

21 Solutione tutoris vel curatoris læſus minor reſtituitur. *l.* 98. §. 2. *ff. de ſolutionib.* vid. Socin *reg.* 263. 22 Promiſſum, Cujac. 17. *obſ.* 6. 23 *l.* 11. §. 3. *l.* 24. §. 1. *l.* 44. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 24 *l.* 25. *ff. de minor.* adde *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 15.

25 10. *Eclog.* 4. 16. 26 Dotem omnium bonorum conſtituendo mulier circumſcripta reſtituitur, *ut hic.* adde *Syn. Baſil.* 10. *tit.* 16. Eadem ratione in dotis æſtimatione decepta reſtituitur. 1. Harmen. 12. §. 50. 27 Sunt, qui putent pugnare cum hac lege *l.* 63. *ff. de jure dot.* ſed fruſtra putant: illa enim lex loquitur non de dote data, ſed tantum de promiſſione facta ultra facultates mulieris. *Mod.* 28 *l.* 3. §. 5. *l.* 9. §. 1. *ff. de minorib.* Idem dicendum ſi ſupra vires patrimonii, *l.* 43. §. 1. *ff. de admin. & pericul. tut.* 29 Heres minoris mulieris deceptæ in dote conſtituenda reſtitutionem petere poteſt. Reſtitutio tranſit ad heredem. *l.* 18. §. 5. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 6. *infr. ſolut. matrimon.* 30 *l.* 2. *l.* 4. *J. de reſtit. in integr. l.* 6. *ff. de in integr. reſtit.* 31 Id eſt, marito: ut hinc colligas, dotem profectitiam penes maritum manere. vid. quæ ſcripſi ad *l.* 4. *J. ſoluto matrim. l.* 6. *ff. de jur. dot. l.* 40. *ff. ſoluto matrim.*

32 *l.* 2. *infr. h. t. l.* 9. §. 2. *l.* 37. §. 1. *in princ. ff. de minorib.* 25. *ann.* 1. Paul. *ſent.* 9. §. 1. *l.* 36. *ff. de adult. l.* 14. *in fin. ff. de SC. Silaniano.* 33 Infirmitas non excuſat peccantem, 34 Hanc negativam Haloander non legit. 35 Sed ex contractu, *Hal.* id eſt, ex reipſa tantum. Græci ita legunt: ἀλλ᾽ ὅτε τὸ ἁμάρτημα μὴ ἀπὸ ψυχῆς πονηρᾶς, ἀλλ᾽ ἀπὸ συναλλάγματος ἔρχεται: ſed ita *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 17. εἰ μὴ ἐκ πονηρᾶς προαιρέσεως γίνηται τὸ ἁμάρτημα. Harmen. 1. *tit.* 12. §. 25. ita: εἰ μὴ ἐκ πονηρᾶς ψυχῆς καὶ προαιρέσεως γίνηται τὸ ἁμάρτημα. Contractu, inquam, eoque involuntario. vid. Cujac. *hic.* 36 Ætas non excuſat a delicto: niſi tam imbecillis ſit, ut non ſit capax delicti. vid. Molin. *de uſur. quæſt.* 13. *num.* 164. 37 Aliam rationem adfert, ne & filium & hereditatem ejus ſimul amittat.

38 Confuſe ſatis loquitur Imp. nec enim diſtinguit mobiles an immobiles. 39 Sic ſtatuo, Res pupilli mobiles, viles præſertim & tempore perituras, legitime a tutore diſtrahi. *l.* 22. *circa fin. infr. de admin. & pericul. tut.* easque uſucapi. ſed & immobiles legis præſcripto, & ſine ulla læſione alienatas in eadem cauſa fieri. S. *ſi adverſ. vend.* Si alterutræ illegitime venditæ ſint, non uſucapi, *ut hic. l.* 45. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 48. *in princ. ff. de adq. rer. dom.* adde *l. ult. J. in quibus cauſ. in integr. l.* 3. *in fin. J. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. &* 10. *Ecl.* 4. *tit.* 18.

40 Etiam adverſus fiſcum reſtituitur minor. adde 1. Harm. 12. §. 46. *& Syn. Baſil. tit.* 19. 41 *Eclog.* 16. *c.* 19. 42 Diſpenſator Principis, qui ejus pecunias adminiſtrat. *C. Theod. de his, qui cum adminiſtratore contraxerunt* 10. *tit.* 24. adde *l.* 4. *infr. de fide inſtrum.* & quæ ſcripſi ad Varronem *in fine lib.* 4. Nonium 3. *num.* 18. Feſt. *in diſpenſator.* Theophil. §. *recte. Inſt. de mandat. l.* 51. 62. *ff. de ſolution.* 43 Vel locationem. *l.* 45. §. 13. *ff. de jure fiſci.* 44 *l.* 2. 8. *J. de reſcind. vendit.* 45 Id eſt, communis. Minor reſtituitur etiam contra fiſcum, ſicut adverſus privatum. 46 Atqui non videtur reſtituendus, cum ei decepto competat ordinarium beneficium. *l.* 2. *J. de reſcind. vend.* Reſtitutio utilior eſt minori,

SI adverſus privatos in integrum reſtitutionem, tam tu quam fratres tui deſideratis: Præſidis provinciæ, Viri Clariſſimi notio eſt: iſque cognita cauſa æſtimabit, an auxilium, quod imploratis, conferri vobis debeat. Quod ſi [1] adverſus fiſcum id poſtulatis, intelligitis, Procuratorem meum, una cum Præſide, præſente fiſci patrono, adire vos debere. Dat. Kal. Aug. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De judice competenti.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Laurentio.

EDicto [2] quidem D. Marci [3] parentis [4] noſtri res minorum exceptæ [5], nihil tuum adjuvant deſiderium: ſiquidem debiti [6] cauſa patris minoris, vel etiam ipſius prædia venundata quinquennii [7] præſcriptionis nullam admittunt quæſtionem. Sed quoniam per colluſionem ſive fraudem, tunc temporis Procuratoris noſtri nimis exiguo [8] pretio [9] fundum tuum cum mancipiis venundatum aſſeveras: ſi aditus Rationalis [10] noſter tuis adeſſe fidem allegationibus, nec [11] ſervatam ſolemnitatem haſtarum animadverterit: fiſco te ſatisfaciente, revocata venditione fundum tibi reſtitui jubebit. Dat. Id. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXVIII.
SI ADVERSUS CREDITOREM [12].

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. Prunico.

CUm & ipſe profitearis, cum Zenodora minore viginti quinque annis [te] contraxiſſe, nec [13] doceri potuiſſe Prætorem Virum Clariſſimum ex eo contractu locupletiorem [eam eſſe] factam: intelligis eam merito in integrum reſtitutam. Dat. 6. Non. Aug. LARGO & MESSALINO CONSS. 148.

2. Imp. GORD. A. Cajano.

SI (ut allegas) minor annis pecuniam fœnori accepiſti, nec [14] ea in rem tuam verſa eſt, adverſus cautionem, per quam eo nomine te obligaſti, in integrum reſtitutionis auxilium potes ſolemniter poſtulare. PP. 3. Non. Febr. GORD. A. II. CONS. 242.

TIT. XXXIX.
SI MINOR [15] AB HEREDITATE SE ABSTINEAT.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Florentio & aliis.

SI [16] vos paternæ hereditati non immiſcuiſtis: ob eam rem teſtificatio [17] neceſſaria non fuit, cum fides [18] veritatis verborum adminicula non deſideret. Quod ſi pro [19] herede geſſiſtis, vel bonorum poſſeſſionem accepiſtis; propter ætatem, cui ſubveniri ſolet, in integrum reſtitutionis auxilium accipere debetis. PP. 6. Nonas Maji, SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

In AUTHENT. ut ſpon. larg. §. ad hæc quoque. coll. 9. tit. 2. ſeu Novell. 119. cap. 6.

SI omnes creditores [20] præſentes ſunt, ubi reſtitutio poſtulatur, a judice vocentur: ut interſint [21], cum minor ſe abſtineat: Sed ſi omnes abſint [22], vel quidam, ſolemniter a judice citentur [23]: quibus intra tres menſes non apparentibus, minor ſine periculo ab hereditate diſcedat: judice providente [24], ubi & qualiter res hereditariæ debeant cuſtodiri, quantitate earum in actis [25] manifeſtanda.

2. Imp. GORD. A. Herodotæ.

SI, cum avi tui teſtamento te heredem [26] reliquiſſent, hereditates eorum non adiiſti [27]: liberum tibi eſt, repudiata [28] paterna ſucceſſione, per in integrum reſtitutionis auxilium (quo te ætatis jure dicis eſſe munitam) hereditatem parentum tuorum (licet antea non adiiſti) nunc obtinere. PP. 3. Nonas Febr. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

TIT. XL.
SI UT [29] OMISSAM HEREDITATEM VEL BONORUM POSSESSIONEM, VEL QUID ALIUD ACQUIRAT.

1. Imp. GORDIANUS A. Protæ.

MInores vigintiquinque annis non tantum in his, quæ ex bonis propriis amiſerunt, verum etiam ſi hereditatem ſibi delatam non [30] adierint, poſſe in integrum reſtitutionis auxilium poſtulare, jamdudum placuit. PP. Id. Octob. ULPIO & PONTIANO CONSS. 239.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sarapiadi.

AD bonorum poſſeſſionem [31] in paternis rebus omiſſam minores in integrum reſtitutionis admitti beneficio jampridem placuit. Reſtituti autem decreto, bona quæ habuerunt mortis [32] tempore patris, debent conferre [fratribus.] Dat. 16. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XLI.
IN QUIBUS CAUSIS IN INTEGRUM RESTITUTIO NECESSARIA [33] NON EST.

De morte defuncti non defenſa.

1. Imp. ALEXAND. A. Mutato.

MInoribus vigintiquinque annis (præſertim qui per tutores & curatores non defenduntur) non obeſſe, ſi [34] mortem defuncti parentis non ulciſcantur, innumeris Divorum Parentum meorum ac meis reſcriptis continetur. 5. Idus Maji, ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De querela inofficioſi.

2. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Theodoræ.

ADoleſcentiæ tempus non imputari in id quinquennium liberis, cujus præſcriptio [35] feram inofficioſi [36] quæſtionem moventibus opponi ſolet, manifeſte ante deſcripſimus. Impleta igitur ætate legitima, non eſt in integrum reſtitutio neceſſaria: quia non redintegratio [37] amiſſæ cauſæ his datur, ſed integra ipſa cauſa ſervatur [38]. PP. 2. Id. Aug. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De mora.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Decimo.

IN minorum perſona [39] re ipſa, [&] ex ſolo tempore tardæ pretii ſolutionis [40], recepto [41] jure moram fieri creditum eſt: in his videlicet, quæ moram deſiderant, id eſt, in bonæ fidei contractibus, & fideicommiſſis [42], & legatis [43].

De ſententia lata contra tutorem, qui pro officio tutelari non caveat.

4. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI tutor tuus, qui pro tutelari officio non [44] caverat, judicio expertus eſt; contra eum lata ſententia, juri tuo officere non potuit: nec ea quæ ab eo geſta ſunt, ullam firmitatem obtinent. Fruſtra ergo in integrum reſtitutionis auxilium deſideras: quando ea, quæ ab eo geſta ſunt, qui legitimi adminiſtratoris perſonam ſuſtinere non potuit, ipſo jure irrita ſunt. S. 18. Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De præſcriptionibus.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

SAncimus [45] favore imperfectæ [46] ætatis exceptionem non numeratæ [47] pecuniæ ab initio [48] minoribus [49] non currere [50]; ne, dum in integrum reſtitutionem expectamus [vel] aliquod emergat obſtaculum, per quod hujusmodi beneficio minor uti non poſſit, vel [51] ſubſtantia ejus ſubvertatur. Sed humanius eſt, latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus caſibus, in quibus vetera [52] jura currere quidem temporales præſcriptiones adverſus minores conceſſerunt, per in integrum autem reſtitutionem eis ſubvenientium.

quia non cogitur probare ſe deceptum ultra dimidium juſti pretii. *Bald.* 1 De minore reſtituendo adverſus fiſcum cognoſcit procurator Cæſaris cum Præſide, præſente fiſci patrono: adverſus privatum ſolus præſes. 2 Quo emens a fiſco, poſt quinquennium ſecurus eſt adverſus agentem. 3 *§. ult. Inſtit. de uſurpat. & uſucap.* dixi ad Theoph. *ibid.* Harm. 3. *tit.* 3. §. 95. *addit Commodi.* 4 Imperatores ſolent prædeceſſores ſuos (ne quidem agnatione aut ſtirpe conjunctos) parentes appellare, *ut hic: & l. un. J. ne liceat potentiorib. l. ult. J. de edendo. l. 1. J. in quibus cauſis reſtit. l. 2. J. de reb. cred. l. 5. J. de repudiis. l. 5. J. de magiſtratib. conven. l. 1. J. divort. facto. l. 6. J. de teſt. milit. l. 4. J. ad SC. Trebell. l. 2. infr. ſi pendente appell. l. 4. J. qui bonis cedere. l. 1. l. ult. circa fin. J. qui non poſſunt ad libert. l. 11. J. de accuſat. l. 6. J. ad l. Jul. de adult. l. 2. J. ad l. Corn. de falſis. l. 6. J. de ſervo pignori dato. l. 4. J. de re milit. l. 2. J. de impub. l. penult. J. de his, qui numero liberorum. l. unic. J. de reis poſtulatis. l. unic. J. de periculo eorum, l. 11. tit. 34. l. 1. J. de omni agro. l. 17. C. Theod. de prætorib. l. 4. C. Theod. de repar.* 5 Exemptæ, *Hal.* 6 Res pupilli, debiti cauſa poteſt a fiſco alienari legitime: eo ſecuto, minor non reſtituitur. Si tamen talis venditio gratioſe facta in necem minoris fuerit, venditio reſcindi poterit, minore tamen debitum fiſco perſolvente. *l. 6. in fin. J. de fide & jure haſtæ.* 7 Hodie quadriennii. vide Cujac. *J. de quadriennii præſcript.* 8 *l. 3. infr. ſi vendito pignore.* 9 Alii pro, *nimis* reponebant *nominis* vel *numinis* & totum hoc ita legebant: *Tunc temporis procuratoris noſtri numinis, exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis.* ſed nequicquam, cum *nimis* ei quod immediate ſequitur *exiguo* jungendum recte ſtatuerit Charondas. *Mod.* 10 Id eſt, procurator Cæſaris. *l. 3. J. de jure fiſci.* 11 Res immobiles minorum decurſis haſtis alienari debent. *l. 2. J. ſi vend. pign. arg. l. 7. §. 8. ff. de minoribus.*

12 Id eſt, ſi adverſus mutuum: Minoribus etiam cum mutuum ſumunt, & id male conſumunt, ſuccurritur. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 20. 13 Minor non factus locupletior ex mutuo, vel ſimplici vel uſurario, creditori ſolutionem denegare poteſt: id ut faciat, prius in integrum reſtituendus. *l. 2. J. h. t. l. 1. J. de filiofam. minor. l. 24. §. 4. l. 27. §. 1. ff. de minor.* nec intereſt extraneus an ipſe tutor mutuum dederit. vid. Molin. *de uſur. quæſt.* 37. *n.* 274. 280. 14 vid. *l. 1. J. h. t.*

15 Si ut ſe ab hereditate abſtineat. *vulg.* ſi ſe abſtinuit hereditate. Hal. *Eclog. dict. loco cap.* 21. 22. adde *l. 3. §. 2. ff. de minorib. 25. ann.* 16 Minor reſtituitur, ſi non commodo ſuo hereditati ſe immiſcuerit, vel eam adierit vel e contrario. *Syn. Baſil.* 10. *tit.* 21. 17 In filio non eſt neceſſaria verbalis hereditatis paternæ repudiatio. 18 Ubi de veritate conſtat, verbis non eſt opus. Interdum tamen verba requiruntur ut in ſtipulatione. *l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.* in novatione. *l. 1. in fin. J. de novationib.* in teſtamento nuncupativo. *l. 29. in princ. infr. de teſtam.* 19 *l. 7. §. 5. ff. de minoribus 25. ann.* 20 Creditores citandi, quoties neglecti lædi poſſunt. *l. 39. ff. de adopt. l. 47. ff. de re judic.* 21 Vide omnino *in hunc textum* Rot. *deciſ.* 9. & Guidonem Papæ *deciſ.* 141. & 143. Mod. 22 Præſens in judicio, non eſt citandus. 23 Reſtitutio adverſus hereditatem conceditur poſt tres menſes, ſi citandi citati non compareant. vide Guidonem Papæ *deciſ.* 141. 143. Rotam *dec.* 19. 24 Judex ex officio ſuo poteſt, parte non petente, providere atque proſpicere, ne bona pereant minoris vel abſentis. 25 Inventarium tutoris apud acta conficiendum. Ita confectum dicitur inſinuatum. *Bald.* 26 Patre ſuo forte vel exheredato, vel mortuo. 27 Id eſt, repudiaſti, vel anno tacuiſti. *l. 1. infr. quando non petentium.* 28 Minor poteſt paternam hereditatem repudiare, & avitam antea non aditam amplecti.

29 Minor ſive omiſerit hereditatem vel bonorum poſſeſſionem, reſtituitur, *ut hic.* Omittere eſt non adquirere. Superiori titulo, de hereditate male, hoc eſt, cum incommodo minoris adquiſita, dictum eſt. adde *l. 4. J. arb. tutelæ.* 30 Omiſſam hereditatem minor adire poteſt. *l. 7. §. 7. ff. de min. 25. ann. l. 8. §. 6. J. de bon. quæ liber.* 31 Ad bonorum poſſeſſionem omiſſam, minores admitti poſſunt. 32 *l. 6. J. de coll.*

33 Id eſt, non habet locum. 34 Pœna multæ mortis defuncti non habet locum in heredibus minoribus. Mortem defuncti non vindicaſſe, minoribus non nocet, aliis nocet. vid. *l. 6. infr. de his, quib. ut indign. Syn. Baſil.* 10. *tit.* 23. 35 Quinquennii, *l. 8. §. 17. ff. de inoff. teſtam.* 36 Tempus movendæ querelæ de inofficioſo ipſo jure non currit minoribus. vel ita, Inofficioſi teſtamenti querela legitimam ætatem adſequuta, intra quinquennium perimitur. Minoribus autem niſi 25. annum impleverunt, quinquennii tempus non currit. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 13. adde *l. 1. J. de in integrum reſtitut.* 37 i.e. in integrum reſtitutio: ita definitur a Paulo 1. *ſent.* 7. §. 1. 38 Quid hinc ſequitur? minores non propoſita querela inofficioſi intra quinquennium, ipſo jure defendi: Eorum ſilentio adverſariis nihil adquiri. Plus eſt integram cauſam ſervari, quam reſtitui. Hujusmodi ſilentium nullum eſt: ſi valuiſſet ad tempus, neceſſaria eſſet reſtitutio, non valuit: & tamen minor juvatur. manet igitur illi cauſa integra. 39 Favore minoris, re ipſa & ſine tempore, ſine interpellatione ulla (ut & in bonæ fidei contractibus, & in teſtamentis) mora contrahitur: ideoque debitor minori præſtat uſuras. *l. 5. infr. de act. empt. l. 5. ff. de minorib. 25. ann. l. 1. §. ult. ff. de uſur. l. 26. §. 1. ff. de fidejuſſ.* Hujusmodi mora a Molinæo irregularis mora nuncupatur, 40. *de uſur. n.* 205. vel ita, Debitores minoris, ſi debitum legatum aut fideicommiſſum ultro ei non ſolverint, moram ei committunt. Denique, Mora fit minori re ipſa ſine interpellatione, *ut hic, & l. 87. §. 1. J. de leg.* 2. ut & Fiſco, *Gloſſ. l. cum quidam.* 17. *§. fiſcus.* 5. *in verb. Inferunt. ff. de uſuris.* Baldus & Jaſon. *l. 1. Cod. de his, quibus ut indignis.* & Eccleſiæ piæve cauſæ, *Gloſſ. §. item mixta. ubi* Jaſ. *Inſtit. de act.* vid. Everardum *loco a minoribus ad fiſcum* 64. 40 In bonæ fidei contractibus, & quibusdam ſtricti juris judiciis, uſuræ debentur ipſo jure. 41 Recipi dicuntur, quæ moribus & conſuetudine, ſeu illiterato ſuffragio admittuntur. 42 Teſtamenta ſunt ſtricti juris & tamen hic petuntur uſuræ ex mora. Privilegium ætatis quam propriæ actionis naturam magis ſpectari hinc colligunt. *l. 3. §. 2. ff. de adimendis vel transfer. legatis.* 43 Confer *l. 47. ff. de legat.* 1. & *l. 34. ff. de uſur.* Anſ. 44 Tutor (excipe teſtamentarium) qui rem pupilli ſalvam fore non cavit, rerum pupillarium adminiſtrationem non habet. *infr. de tutore, qui ſatis non dedit.* Lata ſententia contra eum, qui adminiſtrationem tutelæ non habet, nulla eſt, ideoque minori talis ſententia non nocet. 45 Sancimus, *Duar.* 46 Minor ætas imperfecta. 47 Exceptio non numeratæ pecuniæ, minoribus non currit. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 3. *in fin.* 48 Id eſt, antehac. 49 Aliud in non minoribus. *l. 3. J. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum. l. 3. J. quibus non objicitur.* 50 Quando præſcriptio currat contra pupillum & adultum, vide plene Bald. *in tract. præſcript. prima part. 6. part. principalis.* 23. *caſ.* ubi reducit ad ordinem omnium aliorum dicta. conſule etiam Decium *conſ.* 556. & Balb. *deciſ.* 319. Mod. 51 Alias ne. 52 Olim currebat quidem præſcriptio adverſus minores, ſed adverſus eam reſtituebantur. Hodie præſcriptiones minores annis triginta minoribus non currunt: ut

nie bant,

niebant, eas ipſo jure non currere: *Melius etenim eſt intacta* [1] *eorum jura ſervari, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere:* videlicet exceptionibus triginta, vel quadraginta annorum in ſuo [2] ſtatu remanentibus. Dat. Kal. Nov. *Conſtantinop.* poſt LAMPADIUM & ORESTEM VV. CC. CONSS. 531.

TIT. XLII.
QUI ET ADVERSUS QUOS IN INTEGRUM RESTITUI NON POSSUNT.

Si adoleſcens diligens, & induſtrius eſſe dicatur; ſi decurio ſit; ſi liberos ſuſceperit.

1. Imp. ALEXANDER A. Cononidi.

IN conſilio quidem cognoſcentis de reſtitutione in integrum eſſe oportet, num is, qui ſe minorem annis læſum eſſe dicit, diligens [3] paterfamilias fuerit, actibuſque publicis induſtrium [4] ſe docuerit, ut lapſum eum per ætatem veriſimile non ſit. Verum ſi [5] cauſa cognita circumventus deprehendatur: propter hoc ſolum velut præſcriptione a ſolito auxilio removeri non debet, ſcilicet quod urgentibus patriæ neceſſitatibus decurio [6] minor annis creatus ſit, vel propagandæ [7] ſoboli liberorum educatione proſpexerit. PP. 10. Kal. Octob. LUPO & MAXIMO COSS. 233.

An contra parentes, vel patronos detur reſtitutio.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm [8] apud veteres dubitabatur, an liberi [9] parentes ſuos, vel liberti patronos in querimoniam deducere poſſent, quaſi non [10] rite in eos verſatos: Quidam exiſtimabant, nullam eſſe contra hujuſmodi perſonas in integrum reſtitutionem, pondere naturali, vel patronali reverentia hujuſmodi petulantiæ refragante; niſi vel [11] ex magna cauſa, vel adverſus turpem eorum perſonam: Alii autem perſonarum quidem, vel cauſæ diſtinctionem reſpuendam [eſſe] cenſuerunt; tunc autem tantummodo dandam eſſe reſtitutionem putaverunt, cum minor ex ſua ſimplicitate ſe deceptum, non ex dolo patris, vel patroni circumſcriptum eſſe diceret. Sed ut maneat [12] in omnibus honor parentibus, [&] patrono, vel patronæ illibatus, atque intactus: ſancimus, nullo modo, neque adverſus parentes utriuſque ſexus, neque adverſus patronum, vel patronam dari reſtitutionem [13]: nam perſonarum reverentia omnem eis excludit [14] reſtitutionem: cum proculdubio ſit, etiam ipſas perſonas cavere, ne quid ſuæ opinioni contrarium exiſtat. Dat. Kal. Sept. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLIII.
SI [15] MINOR SE MAJOREM DIXERIT, VEL [MAJOR] PROBATUS FUERIT.

De errore.

1. Imp. ALEXANDER A. Maximianæ.

SI cum minor annis vigintiquinque eſſes, tabulis [16] quæ ſunt tuarum profeſſionum [17], oblatis tibi, ætatem quaſi major annis vigintiquinque decepta [18] probaſti, in integrum reſtitutionem intra ſtatutum legibus tempus, etiam poſt impletam ætatem, de omnibus [19] intra [eam] ætatem adverſus te geſtis, poſtulare apud eum, cui de ea re juriſdictio eſt, potes. PP. 12. Kal. April. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

De dolo & fallacia minoris.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Vitaliano.

SI is, qui minorem nunc ſe [eſſe] adſeverat, fallaci majoris ætatis mendacio te deceperit, cum juxta ſtatuta juris errantibus [20] non etiam fallentibus minoribus publica jura ſubveniant, in integrum reſtitui non debet [21]. Dat. 3. Kal. Decemb. DIOCLETIANO II. [22] & MAXIMIANO AA. CONSS. 293.

De dolo minoris; de injuria & circumventione adverſarii; de jurejurando.

3. Iidem AA. & CC. Theodoræ.

SI alterius circumveniendi cauſa, minor ætate majorem te probare aſpectu [23] laboraveris, cum malitia [24] ſuppleat ætatem, reſtitutionis auxilium, tam ſacris conſtitutionibus, quam reſcriptorum auctoritate denegari ſtatutum eſt [25]. Quod ſi per injuriam, vel circumventionem adverſarii hoc fuerit factum: durabit beneficium, quo minoribus cauſa cognita ſubveniri ſolet. Aditus itaque Præſes provinciæ, probationis ætatis examinata cauſa, ſi tuum dolum non repererit interceſſiſſe, ac te minorem [tunc] fuiſſe probaveris; cauſa cognita in integrum reſtitui providebit. Si [26] tamen in inſtrumento, per ſacramenti [27] religionem, majorem te eſſe adſeveraſti: non ignorare debes, excluſum [28] tibi eſſe in integrum reſtitutionis beneficium: niſi palam & evidenter ex [29] inſtrumentorum probatione [30], non per teſtium depoſitiones, te fuiſſe minorem oſtenderis. Hujuſmodi autem ſacramento corporaliter [31] præſtito nullum tibi ſupereſſe auxilium, perſpicui juris eſt. Dat. 13. Kal. Octob. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De errore.

4. Iidem AA. & CC. Labio.

CUm circa probandum annorum numerum, apud Rectorem provinciæ erratum eſſe proponas, & in hujuſmodi cauſis etiam filiisfamilias minoribus ſubveniri admiſſum ſit: ea, quæ in prece [32] contuliſti, Præſidem provinciæ examinare convenit: qui, ſi æſtimata ætate tua majorem annis falſa [33] opinione te præſumpſiſſe ex probationum luce cognoverit, erga minoris perſonam fidem veri ſequetur. Dat. 6. Idus Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XLIV.
SI SÆPIUS [34] IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

De re judicata.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Romano, & aliis.

[SI] poſt ſententiam Proconſulis contra vos latam deſideraſtis in integrum reſtitui, nec obtinuiſtis: fruſtra rurſus, ut ea [35] quæſtio [in integrum reſtitutionis] agitetur, deſideratis; appellare [36] enim debuiſtis ſi vobis ſententia diſplicebat: Sed [37] ſi adhuc in ea ætate eſtis, cui ſubveniri ſolet, appellandi jus vobis reſtituimus. PP. 5. Kal. Auguſt. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De novis cauſis.

2. Imp. ALEXANDER A. Juſto militi.

QUanquam curatores [38] pupillæ victi ſunt, cum in integrum reſtitui pupillam deſiderabant: cum tamen novis [39] defenſionibus cauſam inſtrui poſſe dicas, adeant curatores uxoris tuæ judicem, & petant, ut cauſas in integrum reſtitutionis agant. PP. 5. Kal. Aug. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

3. Imp. PHILIPPUS A. Anitiæ.

IN una eademque cauſa iteratum [40] in integrum reſtitutionis auxilium non jure, niſi novæ [41] defenſiones prætendantur, poſci, ſæpe reſcriptum eſt. PP. 2. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

TIT. XLV.
DE HIS [42] QUI VENIAM ÆTATIS IMPETRAVERUNT [43].

De reſtitutione deneganda.

1. Imp. AURELIANUS A. Agathocli.

EOs qui veniam ætatis [a principali Clementia] impetraverunt, etiamſi minus idonee rem ſuam adminiſtrare videantur, in integrum reſtitutionis auxilium impetrare non poſſe, manifeſtiſſimum eſt: ne hi, qui cum eis contrahunt, Principali [44] autoritate circumſcripti eſſe videantur. PP. Kal. Jul. AURELIANO A. & CAPITOLINO CONSS. 275.

De venia ætatis concedenda.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Verinum P. P. [45].

OMnes [46] adoleſcentes, qui [47] honeſtate morum prædití paternam frugem, vel avorum patrimonia gubernare cupiunt, & ſuper hoc Imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis veniam impetrare [48] audeant, cum [49] viceſimi [50] anni metas impleverint [51]: ita ut poſt impetratam æta-

ſit ſenſus, Hodie non modo exceptionem pecuniæ non numeratæ, opponi per minores, univerſo minoris ætatis tempore & quadriennio poſt, ſed & alias exceptiones, quæ tempore ſolent præſcribi. 1 *l.* 2. *in fin.* §. *h. t.* Morbo præſtat occurrere, quam præſentem depellere. adde Terentium *Eunucho act.* 4. *ſcena* 6. & *l.* 1. ℑ. *quando liceat unicuique ſine judice ſe vindic.* 2 Quis ſtatus earum exceptionum adverſus minores? An ut currant adverſus minores mox reſtituendos, ut vult Accurſius? aut non reſtituendos, ut vult apud eundem Aldricus? An vero, ut non currant pupillis, ſed adultis, ut vult Baldus? vid. Bart. *hic n.* 11. 3 *l.* 11. §. 3. *l.* 44. *ff. de minorib.* 25. *ann. Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 24. 1. Harm. 12. §. 66. 4 Præſumitur pro induſtrio. 5 Veritatis gratia receditur a veriſimili, eove quod tantum veriſimile eſt. 6 *l.* 16. ℑ. *de prædiis, & aliis rebus minor.* 7 vid. *l.* 12. *infr. de adminiſtr. vel peric. tut.* 8 Minor adverſus patrem patronumve querelam movens non reſtituitur. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 24. *in fin.* 9 *l.* 27. *in fin. ff. de minorib.* 25. *ann.* 10 *l.* 11. §. 1. *ff. de dolo. l.* 4. §. 16. *ff. de doli mali & metus except. l.* 7. *ff. de obſeq. parent.* 11 *Novell.* 155. *cap.* 1. 12 *Novell.* 155. *cap.* 1. 13 Datur tamen in factum actio. *l.* 5. *in fin. ſupr. l.* 11. *in fin. ff. de dolo.* 14 Imo non excludit. *l.* 2. *ſupr. ſi adverſus rem jud. l.* 2. *ſupr. ſi adverſ. donationem. l. ult.* §. 1. *verſ. nolente,* & §. 6. ℑ. *de bonis, quæ liberis.* 15 10. *Eclog.* 4. *tit.* 25. 16 Adde *l.* 2. §. 2. ℑ. *tit.* 45. & *l.* 12. *l.* 16. *ff. de probat. l.* 2. §. 1. *ff. de excuſ. tut.* Ætas liberorum probari ex libro paterno poteſt. vid. Roland. a Valle 1. *conſ.* 31. *num.* 2. 3. 17 Si minor errore lapſus, ſeſe majorem dixerit, nihilominus reſtituitur. 1. Harm. 11. §. 53. 18 Hujus generis ſunt cenſuales libri. *l.* 3. *ff. de cenſibus.* & παιδογράφια, libri ætatum, quos parentes ſolent memoriæ cauſa conſcribere. 19 *l.* 6. *in fin. ff. de in integr. reſtit.* 20 *l.* 37. §. 1. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 2. §. 3. *ff. ad SC. Velleian.* 21 Alius caſus, quo denegatur minori in integrum reſtitutio, eſt in *l.* 24. §. 2. *ff. de minorib.* 25. *ann.* & *l.* 11. §. 3. *ff. h. t.* Anſ. Non reſtituuntur ergo qui dolum admiſerunt. Vide Oddo, *de reſtit. in integr. quæſt.* 24. Andr. Gail. *l.* 2. *obſerv.* 65. Argent. *ad Conſuetud. Britann. artic.* 471. *num.* 3. S. L. 22 Vel III. vel IV. 23 Διὰ τῆς οἰκείας ὄψεως, *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 25. *in fin.* 1. Harmen. 12. §. 54. id eſt, per proprium adſpectum. *l.* 32. *ff. de minorib.* 25. *ann.* vid. quæ dicam ad *l.* 3. ℑ. *quando tutores vel curat. eſſe.* 24 Malitia minoris ætatem juſtam repræſentat ac ſupplet: vel ſic, Malitiæ non ſuccurritur. *l.* 38. *ff. de rei vindic. l.* 110. *in fin. ff. de reg. jur.* 25 An autem competat exceptio nullitatis, vide Pariſ. *conſil.* 97. *lib.* 1. Ruinum *conſil.* 103. *lib.* 4. Socin. Jun. *conſil.* 3. *lib.* 2. Curt. Jun. *conſil.* 119. Cremenſem *ſingul.* 163. Rot. Rom. *deciſ.* 137. Jaſonem *ad Authen. Sacramenta puber. ſupr. ſi adverſus vend.* Rim. *ad* §. 2. *num.* 30. *Inſtit. quib. alien. licet vel non.* Rom. *conſ.* 12. *n.* 4. *cum ſeq.* Mod. 26 Si minor ſe majorem dixerit, aut probaverit apud Præſidem, aut per ſacramenti religionem in inſtrumento adſeveraverit, aut corporaliter juraverit, aliquando reſtituitur: aliquando non reſtituitur. *Syn. Baſil.* 25. *tit.* 25. *in princ.* 27 An minor adverſus juramentum reſtituatur. vid. *l.* 1. *ſupr. ſi adverſ. vend. l.* 9. §. 4. *ff. de jurejur.* 28 Imo non videtur excludendus. *l.* 5. *in fin. ſupr. de leg. & conſt.* Solve: Plus eſt corporaliter jurare, quam inſtrumento aut nuda voce. Corporaliter jurare, eſt tactis ſacroſanctis Evangeliis vel altaribus. vid. *l.* 1. *ſupr. ſi adverſ. vend.* adde 10. *Eclog.* 4. *tit.* 25. *cap.* 4. 29 Scriptum ſcripto plerumque refutari hinc colligit Cujacius *ad Novell.* 90. 30 Prolatione. *Hal.* ſic Græci συμβολαίων παρὰ σοῦ φερομένων. 31 Σωματικῶς *Synopſ. Baſil. d. c.* 25. σωματικῶς αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ, corporaliter & ipſa veritate. 1. Harm. 12. §. 55. porro corporaliter jurare, quid ſit, dixi ad *l.* 1. *ſupr. ſi adverſ. vend.* 32 Preces. 33 *l.* 7. *ſupr. de in integrum reſtitut.* 34 1. Paul. *ſent.* 7. §. 3. *Eclog. d. l. tit.* 26. 35 Id eſt, eadem. 36 Exceptionis genus obſerva, *Tibi imputa, ſi non appellaſti.* 37 Adverſus ſententiam judicis reſtitutio minoribus datur. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 26. 1. Harmenop. 12. §. 47. 38 Qui ſolent pupillo dari ad lites. 39 Nova defenſio novam cauſam facit. 40 Ex δευτέρου, *Synopſ. Baſil.* 40. *tit.* 26. & 1. Harmen. 12. §. 48. 41 Denegata ſemel reſtitutio non eſt amplius petenda: niſi petatur ad aliud, vel ad idem ex nova cauſa, *ut hic.* 42 1. *C. Theod.* 17. 10. *Eclog.* 4. *tit.* 27. 43 Puta a Principe. huc refert Papon. 3. *Notar.* 9. *c. des lettres de juſtice.* Leonis conſtitutione, ætatis venia ſolet impetrari a judicibus, *Nov. Leon.* 28. *in fin.* Goth. Vid. Tiraquell. *de legib. connub. cap.* 9. Menoch. *lib.* 5. *Conſil.* 478. Montan. *de tutel. c.* 37. *reg.* 2. *num.* 32. & *ſeq. usque ad* 61. S. L. 44 Principis auctoritate nemo debet decipi: ideoque pretium juſtum cenſendum, quod Princeps majorve magiſtratus taxaverit. vid. ad hunc locum Molinæum *de uſuris quæſt.* 59. *n.* 404. 45 Malim *Præfecto urbi.* 46 *l. un. C. Theod.* de his, qui veniam ætatis impetrarunt, *lib.* 2. *tit.* 17. 47 Princeps id raro ſolet concedere. *l.* 3. *de minorib.* 25. *ann.* 48 Nota, quibus veniam ætatis Princeps indulgere ſoleat. 49 Ætatis veniam maſculus impletis annis viginti, fœmina impletis octodecim annis a Principe poteſt impetrare. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 27. vid. 2. Harm. 12. §. 22. Leonis vero conſtitutione, etiam ante viceſimum ætatis annum, veniam ætatis impetrant. *Novell. Leonis* 28. *in fin.* 50 In fœminis octodecim, §. 1. ℑ. *hic. dict. Novell. Leonis.* Porro hanc ætatem Conſtantinus *in dicta lege unica C. Th.* inter plenam, perfectamque adoleſcentiam & robuſtiſſimam juventutem mediam locat, & firmatam appellat: ætatibus ita diſtributis, ut prima ætas ſit pueritiæ: ſequens, adoleſcentiæ: tertia, firmata: quarta, legitima: quinta, ſenectus. His addatur ætatum diſtinctio Servio Tullio conſtituta, cujus ex 1. Tuberonis hiſtoriarum meminit Gellius 10. *c.* 28. Servius enim Tullius cum quinque claſſes juniorum, cenſus faciendi gratia, inſtitueret, pueros eſſe exiſtimavit, qui minores eſſent annis ſeptemdecim, atque inde ab anno 17. quos idoneos jam eſſe Reip. arbitrabatur, milites ſcripſit, eoſque ad annum 47. juniores: ſupraque eum annum ſeniores cenſuit. 51 Annus in venia ætatis completus requiritur, non inceptus.

tis veniam iidem ipsi per se [1] Principale beneficium allegantes, non solum per [2] scripturam annorum numerum probent, sed etiam testibus [3] idoneis advocatis, morum suorum instituta, probitatemque animi, & testimonium vitæ honestioris edoceant. §. 1. Fœminas quoque, quas morum honestas mentisque solertia commendat, cum octavum & decimum annum egressæ fuerint, veniam ætatis impetrare sancimus. Sed eas, propter pudorem [4] ac verecundiam fœminarum, cœtui publico demonstrari non cogimus: sed percepta ætatis venia annos tantum [ætatis] probari [posse] testibus [quinque [5],] vel instrumentis [6] misso procuratore [7] concedimus: ut ipsæ etiam in omnibus negotiis tale jus habeant, quales & mares habere præscripsimus; ita tamen, ut prædia sine [8] decreto non alienent. §. 2. Sed Senatores [9] quidem Clarissimi viri in hac Regia urbe commorantes apud Sublimitatem tuam: cæteri vero apud Prætorem [10], in provinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus & honestate perdoceant [11]. §. 3. Hi vero, qui contra [12] memoratam dispositionem veniam ætatis a Principali Clementia impetraverint, sciant eam nullas vires obtinere. Dat. 3. Kalend. Jul. *Romæ* CRISPO II. & COSTANTINO Cæs. II. CONSS. 321.

De rerum obligatione vel alienatione.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs qui veniam ætatis a [13] Principali Clementia impetraverunt, vel impetraverint [14], non [15] solum alienationem, sed etiam hypothecam [16] minime posse sine [17] decreti interpositione rerum suarum immobilium facere jubemus, in quarum alienatione vel hypotheca decretum [18] illis necessarium est, qui necdum veniam ætatis meruerunt: ut similis [19] sit in ea parte conditio minorum omnium, sive petita sit, sive non, ætatis venia. Dat. 8. Idib. April. DECIO V. C. CONS. 529.

Quæ sit legitima *vel* perfecta *ætas.*

4. Idem A. ad Senatum.

SI quis aliquid dari vel fieri voluerit, & *legitimæ ætatis* fecerit mentionem, vel [si se] absolute dixerit *perfectæ* [20] *ætatis*; illam tantummodo ætatem intellectam esse videri volumus, quæ & vigintiquinque annorum curriculis completur, non quæ [21] ab Imperiali beneficio suppletur: & præcipue [22] quidem in substitutionibus vel restitutionibus hoc intelligi sancimus; nihilominus tamen & in aliis: nisi specialiter quisquam addiderit, *ex venia ætatis velle aliquid procedere.* Dat. 9. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XLVI.
SI [23] MAJOR FACTUS RATUM HABUERIT [24].

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eutychiano.

SI inter minores quinque & viginti annis vel scriptura interposita, vel sine [25] scriptura facta sine dolo divisio est, eamque post [26] legitimam ætatem ratam fecerint: manere integram debere convenit. S. 8. Kal. Maji, AA. & CONSS. 293.

2. Iidem AA. & CC. Sortiri [27].

QUi [28] post [29] vigesimumquintum annum ætatis ea, quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerint: frustra rescissionem eorum postulant. Dat. Id. Feb. CC. CONSS. 294.

TIT. XLVII.
UBI [30] ET APUD QUEM COGNITIO IN INTEGRUM RESTITUTIONIS AGITANDA SIT.

De sententia Procuratoris Cæsaris.

1. Imp. ANTONINUS A. Severo.

SI quid a Procuratore [31] meo judicatum est, id per in integrum restitutionem Præsidis sententia non potest rescindi: Princeps enim solus [32] contra sententiam Procuratorum suorum in integrum restituere solet. PP. 6. Kalend. Decemb. LÆTO & CEREALI CONSS. 216.

De repetitione dati ex causa transactionis.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aquilinæ.

QUoniam ea [33], quæ in transactione dari placuerat, te tradidisse proponis: consequens est, si de his repetendis per [in integrum] restitutionem, vel quamcumque aliam causam putaveris agendum: ejus adire te provinciæ Præsidem, in [34] qua domicilium habent quos convenis. Dat. 3. Kalend. Sept. Cap. post [35] tertium Consulatum LAMPADII & ORESTIS. 531.

De his qui propriam, vel mandatam jurisdictionem habent, & de arbitris.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni PP.

CUm scimus esse dubitatum de restitutionibus, quæ in integrum postulantur; sive tantummodo apud judicem, cui aliqua jurisdictio est, examinari eas oportet, sive apud pedaneos judices: sive eas minores vigintiquinque annis petierunt, sive majores, secundum quod anterioribus sanctionibus, vel Veteris Juris, vel nostris declaratum est: sancimus, non solum apud judices pro [36] tribunali hujusmodi causæ cognitionem proponi, sed etiam apud eos judices, quos Augustalis dederit Majestas, aut nostræ Reip. Administratores, vel in hac Regia Urbe, vel in provinciis: ut videatur ipse qui judicem destinaverit, utpote pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem, & causas ejus examinare: sic etenim non difficilis erit causarum examinatio.

† Sed ne quis ita effuse intellectum nostræ constitutionis audeat esse trahendum, ut etiam apud compromissarios [37] judices, vel arbitros ex communi sententia electos, vel apud eos qui dantur a judicibus, qui propriam jurisdictionem non habent, sed tantummodo judicandi facultatem, putet hujusmodi extendi sanctionem: hos tantum generaliter volumus tales causas dirimere, qui vel certæ administrationi, cui & jurisdictio adhæret [38], præpositi sunt, vel ab his fuerint dati: & multo magis si a nostra Majestate delegata eis sit causarum audientia [39]. † Sed ne quid penitus dubitandum relinquatur, & hoc addendum esse censemus, ut his tantum [40], quos supra enumeravimus, liceat de in integrum restitutione disceptare, sive hoc specialiter eis fuerit mandatum (quod & Veteribus non fuerat incognitum) vel si generaliter dati sunt judices, vel in aliis speciebus inciderit quædam quæstio restitutionis. Dat. 3. Kal. Septemb. post consulat. LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLVIII.
DE REPUTATIONIBUS [41] QUÆ FIUNT IN JUDICIO IN INTEGRUM RESTITUTIONIS.

Restitutio concessa minori omnia in pristinum statum restituit, tam pro, quam contra.

1. Imp. ANTONINUS A. Tatiano.

QUi restituitur in integrum, sicut [42] in damno morari non debet, ita nec [43] in lucro: & ideo quicquid ad eum pervenit, vel ex emptione, vel ex venditione, vel ex alio contractu: hoc debet restituere.

§. 1. Sed & si intercessor [44] minor vigintiquinque annis intervenerit, in veterem debitorem debet restitui actio. §. 2. Sed & cum minor adiit [45] hereditatem, & restituitur: mox quicquid ad eum ex hereditate pervenit, debet præstare: verum & si quid dolo [46] ejus factum est, hoc eum præstare convenit. *Sine die & consule.*

TIT. XLIX.
ETIAM PER PROCURATOREM [47] CAUSAM IN INTEGRUM RESTITUTIONIS AGI POSSE.

1. Imp. ALEX. A. Licinio.

CAusam in integrum restitutionis, si qua competit, etiam per procuratorem [48] agi posse placet. Dat. 13. Kalend. Octob. POMPEJANO & PELIGNO CONSS. 232.

TIT. L.
IN INTEGRUM RESTITUTIONE POSTULATA, NE QUID NOVI FIAT.

1. Imp. GORD. A. Secundino militi.

POstulata [49] in integrum restitutione, omnia in suo statu [50] esse debere, donec res finiatur, perspicui juris est: Idque curabit is, ad cujus partes ea res pertinet. PP. 12. Kal. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

1 Ubi personæ examinatio exigitur, procurator non admittitur. 2 Probatur ætas per scripturam. adde *l.* 3. C. *si minor se majorem.* 3 Ætas scriptura & testibus probari potest consanguineis. *l.* 7. J. *de in integrum restitutionibus. l.* 3. §. 5. *ff. de Carboniano edict. l.* 13. *ff. de probationibus. l.* 2. §. 1. *ff. de excusat.* hic certe non tantum scriptura, sed & testibus idoneis probanda. 4 Pudor interdum causa est privilegii. 5 Nota casum in quo probatio quinque testium requiritur. 6 *l.* 1. *supr. si minor se maj.* 7 A personæ comparatione fœminæ excusantur, *l. ult. infr. de recept. arbitris.* 8 Ætatis venia non confert potestatem alienandi immobilia. 9 Non continuo pro majore habetur, qui senatoriam dignitatem adeptus est. adde *l.* 1. *in fin.* C. *qui & adversus quos.* 10 Olim apud Præfectum vigilum. *l.* 1. *Cod. Theodosian. de his, qui veniam ætatis.* Ea res facit, ut hoc vocabulo *Prætorem* Cujacius intelligat Prætorem *plebis*; *ex Novell.* 13. 11 Petens beneficium, causam ejus impetrandi tenetur exprimere. 12 Privilegia contra leges impetrata nullius sunt momenti. 13 A Judicibus. *Nov. Leonis* 28. *in fin.* 14 Perperam hic duplicari verbum, *impetraverunt*, putat Leonin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 1. Ans. 15 Ætatis veniam consequuti, sine decreto alienare immobilia sua non possunt. 16 Minor, impetrata ætatis venia, immobilia sua non potest alienare, aut obligare. 17 Ανευ ἐγγράφου ψηφίσματος, & χωρὶς ἀποφάσεως κριτοῦ, *Synops.* 10. *tit.* 27. & *tit.* 28. *tit.* 2. *c.* 2. χωρὶς δικρίτου, dixit Harm. *d. loco.* 18 Immobilia minorum non possunt alienari, aut obligari sine decreto. vid. *infr. de præd. & aliis rebus minorum.* 19 Nota casum in quo minoribus similes sunt ii, qui veniam ætatis impetrarunt. 20 In dubio, perfecta ætas intelligitur ætas 25. annorum naturaliter impleta, non beneficio Principis, aut fictione indulta. *l.* 50. *in fin. ff. de leg.* 3. *l. ult. ff. de cond. & demonstr.* 21 Baldus hic colligit, Emphyteusim datam alicui pro se & liberis, ad legitimatos liberos non extendi. 22 In testamentis, verba naturaliter & proprie sunt intelligenda.

23 Adde *infr. lib.* 5. *tit.* 74. & 10. *Eclog. tit.* 4. *ex lib.* 28. 24 Id quod minor ipse gesserit, non restituetur. *l.* 1. *l.* 2. *infr. h. t.* & ita abrogatur *l.* 3. §. 2. *ff. de minoribus.* 25. *ann.* 25 Divisio hereditatis potest fieri sine scriptura. *l.* 21. *supr. de pact. l.* 9. J. *de fide instrum.* 26 *l.* 2. *infr. h. t. l.* 3. §. 1. *l.* 30. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 27 Soteri. 28 *Synops. Basil.* 10. *tit.* 20. 1. Harm. 12. §. 32. 29 Ratihabitio facta a majori seu in majori ætate, contractum in minori ætate habitum, reconciliat.

30 *Synops. Basil.* 10. *tit.* 29. adde *l.* 2. *in fin.* C. *de his, qui veniam ætatis.* 31 Vide quæ scripsi de Procuratore Cæsaris *ad tit. de officio Procuratoris Cæsaris.* 32 Adde *l.* 3. C. *si adversus rem judic.* 33 Transactionis nomine soluta minor repetit & recipit. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 29. *in fin.* 34 Agens ad distractum tenetur sequi forum rei, & ita restitutio non petitur in loco contractus habiti, sed in domicilio foroque rei. 35 Hæc verba fugitiva sunt, & ab hac l. aliena. 36 Cognitio restitutionis in integrum tribunal exigit. *Goth.* Ubi restitutio in integrum petenda: vid. Joann. a Sande *lib.* 1. *tit.* 15. *defin.* 1. Ans. Adde Menoch. *lib.* 6. *consil.* 509. *cap. suscitata, & cap. ex literis extr. de in integrum restitutione.* ubi Abbatem: & quæ novissime *censura Forensi nostra: l.* 4. *c.* 38. S. L. 37 De causa restitutionis in integrum non potest in arbitrum compromitti aut compromissum fieri, nec de ea arbiter potest cognoscere. vid. Wurmser. 1. *Pract.* 5. *obs.* 3. 38 Jurisdictio ordinaria & contentiosa territorio inhæret, limites jurisdictionis sunt limites territorii. *Bald.* 39 Delegatus Principis ad audiendum, delegatus censetur ad definiendum: multo magis ad incidentia, quorum concessionem specialem requiri negat. *Bald.* 40 Hinc etiam colligunt, casum restitutionis non posse compromitti. adde *l.* 44. *in fin. ff. de minoribus* 25. *ann.*

41 10. *Synops.* 4. *ex tit.* 30. id est, de his quæ adolescenti petenti restitutionem in integrum imputantur, ut ea vel reddat, vel compenset. *Goth.* Materiam hujus tituli vide apud Vasq. *illustr. controvers. lib.* 3. *c.* 66. S. L. 42 Omnis restitutio in integrum est reciproca aut iniquissima, si ex uno tantum latere consistat. *l.* 24. §. 4. *supr. de minorib.* 25. *ann. excipe. l. pen. supr. de his, quæ vi metusve causa.* adde Molinæum *de usur. quæst.* 11. *num.* 157. 43 Imo in lucro. *l.* 7. §. 8. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 44 *l.* 48. *in princ. l. ult. ff. de minor.* 25. *ann.* 45 Minor restitui potest adversus aditam hereditatem. *supr. si minor ab hereditate.* 46 Dolus enim rem repræsentat.

47 *l.* 25. §. 1. *ff. de minorib.* 25. *ann. Eclog. d. loco.* 31. 1. Harmen. 12. §. 67. excipe casum, *l.* 2. *in pr.* C. *de his, qui veniam.* 48 Mandatum speciale habentem. An hoc perpetuum est? negat Baldus dominum præcise cogi ita constituere: Constituo te procuratorem ad petendam restitutionem in tali causa adversus N. Putat itaque sufficere, si generaliter ad petendam restitutionem datus sit. vid. Wurmser. 1. *pract.* 25. *obs.* 3.

49 *l.* 3. *infr. de appell. & consult.* 50 Ideoque qui lucrum sentit ex contractu vel sententia non potest contractum vel sententiam exsequi adversus eum, cui concessa est restitutio. idem rem alienare minime poterit. Vis est ea restitutionis, ut negotii vires suspendat. *l.* 32. *supr. de transact.* Goth. Vide Robert. Lancellot *tract. de attentatis. part.* 2. *cap.* 18. *n.* 14. & *sq.* Fachin. *l.* 12. *contr. cap.* 17. 19. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 42. 43. Ant. Fab. *hic.* & Joann. a Sand. *decis. Frisic. lib.* 1. *tit.* 8. *defin.* 4. S. L.

TIT.

TIT. LI.

DE RESTITUTIONIBUS MILITUM [1], ET EORUM QUI REIPUB. CAUSA ABSUNT.

De bonorum possessione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Chiloni [2].

SI Valerianus Centurio cohortis duodecimæ Alpinorum ante vita decessit, quam [bonorum] possessionem acciperet, heres [3] ejus ex persona defuncti restitutionis auxilium intra annum [4] utilem ita recte implorabit, si [5] Valerianus post exactos dies, quibus bonorum possessio defertur, in militia defunctus est. P. P. Kalend. Novembr. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De bonorum deminutione, de actione amissa.

2. Imp. ALEXAND. A. Petronio Centurioni.

SI quid de bonis eorum, qui Reipubl. [6] causa absentes sunt, deminutum est, actioneve qua competente eis, aliquis liberatus fuit, in integrum restitutio perpetua jurisdictione intra annum [7] utilem permittitur. P P. 13. Kal. Nov. ALEX. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De usucapione.

3. Idem A. Flavio Aristodemo militi.

QUod tempore militiæ [8] de bonis alicujus possessum ab aliquo est, posteaquam is Reipub. causa abesse desiit, intra annum [9] utilem amota præscriptione temporis medii possessionem vindicare permissum est: ultra autem jus possessoris lædere contra eum institutum non oportet. P P. Non. Jan. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De possessione & distractione bonorum.

4. Imp. GORD. A. Mastriano.

IGnorare non debes, eorum qui Reipub. causa sine dolo malo absunt, si absentes boni viri arbitratu non defenduntur, bona tantum possideri [10]: venditionem [11] autem in id tempus differri, quo Reipubl. causa abesse desierint. Dat. 12. Kal. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De quadriennii præscriptione.

5. Idem A. Secundino militi.

NEque Reipublicæ causa absentibus, neque aliis majoribus ad *titulum* in integrum restitutionis pertinentibus, præscriptionem quadriennii [12] post factam a fisco venditionem obesse [posse] manifestum est. P P. 6. Id. Maji, SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De distractione hypothecæ.

6. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Germano Centurioni.

SI, cum militaribus laboribus operam dares, creditoris tui heredes possessiones tibi obligatas distraxerunt, poteris adito Præside provinciæ in integrum restitutionem impetrare, retractataque [13] venditione, recipies possessiones, oblato ante [debito, vel] pretio [14], si minus debito fuisset. P P. 4. Non. April. VALERIANO & GALLIENO AA. CONSS. 255.

De gestis a patre.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Marinæ.

[EA] quæ [15] a patre geruntur, non decet pro disciplina militari a filiis ad irritum revocari: præsertim, cum nec patrem tuum in rebus humanis agentem affirmes conquestum fuisse super hujusmodi contractu. Dat. Non. Febr. CC. CONSS. 294.

De tempore expeditionis aliove.

8. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SAncimus, his solis, qui in [16] expeditionibus [17] occupati sunt, ea tantummodo tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quam in petendis in integrum restitutionibus, eis opitulari: illis temporibus, per quæ citra expeditionis necessitatem in aliis locis, vel in suis ædibus [18] degunt, minime eos ad vindicanda memorata privilegia adjuvantibus. Dat. 6. Id. April. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LII.

DE UXORIBUS MILITUM ET EORUM QUI REIPUBLICÆ CAUSA ABSUNT.

1. Imp. ALEXAND. A. Secundinæ.

TEmporalibus actionibus exclusis mulieribus, quæ cum maritis Reipublicæ causa absentibus fuerunt peregrinatæ [19] sunt, ad exemplum militum subveniri solere non est ignotum. PP. 3. Non. Decembr. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Quintiliano.

EI quæ diutissime fuit cum marito, qui militiæ operam dabat, non officit præscriptio longi temporis: sed quia hujusmodi diutinæ absentiæ commenta callide adhibita, atque composita obesse omnino non debent: decernimus, ut si talis mulier domum ad se pertinere monstraverit, quæ in absentia ejus vendita est, refuso [20] pretio, quod revera solutum est, eandem recipiat. Dat. 8. Kal. Decembr. ipsis AA. & CONSS. 293.

TIT. LIII.

DE TEMPORIBUS [21] IN INTEGRUM RESTITUTIONIS, TAM MINORUM, ET ALIARUM PERSONARUM, QUÆ RESTITUI POSSUNT, QUAM ETIAM HEREDUM EORUM.

De militibus, & eorum successoribus.

1. Imp. GORD. A. Pudenti militi.

IN his, in quibus læsus es, cum minor annis vigintiquinque esses; toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes: tempus etenim post impletam minorem ætatem præstitutum, ex die [22] missionis juxta rationem juris computari debet. PP. 3. Non. Octob. PIO (ULPIO) & PONTIANO CONSS. 239.

Si minor succedit majori causa militiæ absenti, toto tempore minoris ætatis tempus petendæ restitutionis non currit. Bald.

2. Idem A. Secundino militi.

SI intra legitimam ætatem, vel ea impleta nondum exacto tempore præstituto, pater tuus in fata concessit, tuque ei heres [23] extitisti, & intra vigintiquinque annos, vel post eam ætatem intra id tempus, quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiæ dedisti: Præses provinciæ, causa cognita, per in integrum restitutionem ex persona defuncti subveniri tibi providebit. Dat. II. Kal. Nov. PIO (ULPIO) & PONTIANO CONSS. 239.

3. Idem A. Mutiano militi.

SI intra annos, quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur, constitutus es, vel eo tempore nomen militiæ dedisti, & expeditione occupatus es, continuatum [24] beneficium restitutionis, per usucapionem, licet ante militiam suppleta sit, non patitur te dispendio rei familiaris affligi. Dat. Kal. Novemb. PIO (ULPIO) & PONTIANO CONSS. 239.

4. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Dionysio.

EX persona fratrum, si tibi eorum quæsita est successio [25], potes contra quem supplicas, agere: non ignorans quod si minores vigintiquinque annis militaverint fratres tui, atque in militia diem functi sunt: in integrum restitutionis tempus eis non cesserit, sed omne ad successorem transmiserint. S. 8. Kalend. Januar. *Philippopoli*, CC. CONSS. 294.

De venia ætatis impetrata. 1. *Si minor minori,* 2. *majorive,* 3. *aut major minori successerit.*

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. P.

EA [26] quæ de temporibus in integrum restitutionum [27] legibus cauta sunt, custodiri convenit: & si forte quis beneficio nostro ætatis [28] veniam fuerit consequutus: ex eo die, quo indulgentia nostra in judicio competenti fuerit intimata, eique administratio rei propriæ permissa, ad persequendas in integrum restitutionum [29], finiendasque causas jure tempus habeat præstitutum: [ita tamen, ut nunquam minoribus vigintiquinque annis constitutis, de his, quæ ante impetratam veniam ætatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur.] §. 1. Si quando sane in [30] minoris jura successerit minor: minime prohibeatur, cum quintum & vicesimum suæ ætatis annum transierit, in integrum restitutionis beneficio uti tempore illibato. §. 2. Quod si majoris fuerit minor jura nactus; quantum ad eas pertinet causas, quas ex persona majoris fuerit consecutus; tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidendasque causas accipere debebit, quantum defuncto, cujus heres aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquum fuerat. §. 3. Cum vero major successionem fuerit adeptus minoris: si quidem civili jure ab intestato, vel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita [31] hereditas: si vero honorario jure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando [ac terminando] in integrum restitutionis negotio, solida sine ulla diminutione tempora supputentur. Dat. Non. Octobr. *Romæ*, CONSTANTINO A. & LICINIO Cæs. utrisque II. CONSS. 312.

De dote cauta non numerata.

In AUTHENT. de temp. non solut. pecuniæ super dote. §. generaliter. coll. 8. tit. 1. al. col. 7. tit. 10. seu Nov. 100. cap. 2.

SI minor vigintiquinque annis de dote cauta non numerata statim non queritur; restituitur eatenus, ut non transcendat a tempore nuptiarum duodecimum annum. Eo quoque mortuo intra prædictum tempus, indulgetur annus heredi ejus. Sed si heres sit minor majoris, seu minoris defuncti, quinque annorum gaudeat spatio, non expectato exitu ætatis ejus.

De dilationibus.

6. Idem A. ad Julianum Præfectum urbi.

PEtendæ in integrum restitutionis temporibus observatis, si dilatio ab actore petatur, quæ intra metas restitutionis valet artari: eandem quocunque flagi-

1 10. *Synops. Basil. l.* 4. *& tit.* 33. *Lib.* 4. *ff.* 6. adde Papon. 3. *Notar.* 9. *fol.* 740. 2 P. V. Nam & P. U. restituit, *l.* 16. *in fin. ff. de minor.* 25. *ann.* 3 Heres ex persona defuncti restitutionis beneficium potest petere. 4 Hodie intra quadriennium continuum, *l. ult. in pr.* ℑ. *de temp. in integr.* 5 Heres restituitur ex persona defuncti, dummodo beneficium restitutionis originem ex minoris persona sumpserit. 6 *l.* 1. *ff. ex quibus causis major.* 7 Hodie intra quadriennium continuum, *l. ult. in pr.* ℑ. *de temporib. in integr.* 8 *l.* 40. *ff. ex quib. caus. major.* 9 Hodie intra quadriennium. *d. l. ult.* 10 Et eorum bonis curatores dari, quin etiam possideri quidem militis bona, donec in castris esset, aliquando edixit consul Romanus, ut Livius scribit *lib.* 2. sed extra ordinem, nam ex ordine possideri possunt. vid. Cujac. 10. *observ.* 31. ubi tractat de causis possessionis bonorum rei servandæ causa. 11 *l.* 6. §. 1. *ff. quib. ex caus. in poss. l. ult.* §. 1. *ff. de rebus auctorit.* 12 Olim quinquennii ex Edicto D. Marci. Rebus alienis citra debiti causam a fisco venditis, earum domini intra quadriennium fisco litem movere possunt: post quadriennium non possunt. ℑ. *ult. Inst. de usucap.* nisi reipublicæ causa abfuerint. *ut hic. Ecl. d. loco c.* 5. 13 Retractaque. *Hal.* 14 Putarem has duas voces, *vel pretio*, dispungendas esse: & post, *si minus debitum fuisset.* 15 Privilegium successoris legitimum factum prædecessoris non rescindit. *Bald.* 16 Vide *l. penult.* ℑ. *de testam. milit.* 17 Aliud, si milite præsente quid statutum. *l.* 15. §. 2. *ff. ex quibus causis major.* aut ejus procuratore. *l.* 39. *d. tit.* 18 Sedibus. *Hal.* ἐν τοῖς οἴκοις Græci : vide *l.* 18. ℭ. *de episcopali audientia.*

19 Quibus officium publicum damno esse non debet, ut nec eorum uxoribus. 20 *l.* 6. *supr. tit. prox.* 21 10. *Eclog.* 4. *tit.* 34. vide *l. ult.* ℑ. *h. t.* 22 Ordinem temporis observa: Minoris ætatis, petendæ restitutionis ætatis causa, missionis a militia. unde possumus colligere, Tempus restitutionis petendæ, quod alias effluxit, si ætatis privilegium spectemus, retineri, propter novum privilegium ejusdem personæ, puta militiæ. Privilegium ætatis continuari cum alio privilegio. *l.* 3. ℑ. *h. t.* 23 *Dic ut in l.* 5. §. 1. 2. 3. ℑ. *h. t.* 24 Dixi ad *l.* 1. ℭ. *h. t.* 25 Beneficium restitutionis ex quacunque causa competens successori competit. *Salicet.* 26 Pars legis 2. *C. Th. de in integr. restit. l.* 2. *Synops. Basil.* 4. *ex tit.* 34. 27 Ad hanc legem notant illud imprimis Doctores adversus hereditatem jacentem præscriptionem non currere. vide Dynum *ad reg. Sine possessione. de Reg. jur. in* 6. Et ibi Boerium *in verb. hereditatem jacentem.* Mod. 28 Vide ℭ. *de his, qui veniam ætatis.* 29 Restitutiones. 30 Si major majori succedit, heredi idem tempus competit, quod defuncto: si minor, ab adita hereditate, §. *ult.* ℑ. *h. t.* quadriennium ex persona defuncti. *l.* 4. ℭ. *h. t. l.* 19. *ff. de minorib.* 25. *ann.* Si minor minori succedit, heres ex sua persona restituitur, nec defuncti tempus numeratur, *ut hic.* Paul. 1. *sent.* 9. §. 4. quod interdum etiam quadriennium potest excedere, ut in hypothesi, *l.* 1. ℭ. *h. t.* Si majori, post suam legitimam ætatem tantum temporis habet, quantum defuncto supererat. §. 2. ℑ. *h. t. l.* 19. *ff. de minorib.* 25. *ann. l. ult. in fin.* ℑ. *si major. fact. alienat. fact. sine decret.* 31 Creta. *d. l.* 2. *C. Th.* Verum hæc

tante, causis cognitis tribui oportebit. Sin vero ejusmodi postulantur curricula, quæ intra spatium receptum angustari nequeunt: (quippe si in confinio legitimi temporis petantur, & ejus terminos prorogabunt) dilationem petitori denegari conveniet: in ejus enim arbitrio [1] fuerat tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora superstite spatio posset includi. §. 1. Quod si defensio rei dilationis suffragium postulaverit: eandem asserta causa citra obstaculum temporis differri sancimus: quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi [2] impetrata dimensio sese ultra temporis definitionem proferat: Qua dilatione, si a reo impetratur, etiam actor in requirendis probationibus uti minime prohibebitur. Dat. 14. Kal. August. *Romæ*, CONSTANTINO Cæs. & MAXIMO CONSS. 328.

De anno utili in quadriennium continuum transfuso. 1. *Quæ tempora excipiuntur in restitutionibus.*

7. Imp. JUSTIN. A. Joanni P.P.

SUpervacuam differentiam utilis anni in integrum restitutionis a nostra republica separantes, sancimus, & in antiqua Roma, & in hac alma urbe, & in Italia, & in aliis provinciis quadriennium [3] continuum [4] tantummodo numerari, ex die, ex quo annus utilis currebat, & id tempus totius loci esse commune: Ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum visum est. Quod non solum in minorum restitutionibus, (quibus utilis annus incipit currere, ex quo vicesimi sexti anni dies illuxerit) sed etiam in majorum [5] hoc idem adhiberi sancimus; ut & hic pro utili anno memorata continuatio temporis observetur ad interponendam contestationem, finiendamque litem. §. 1. Et quemadmodum omnis minor ætas excipitur in minorum restitutionibus; ita & in majorum tempus, in quo Reipublicæ causa abfuerint, vel aliis legitimis causis, quæ veteribus legibus enumeratæ sunt, fuerint occupati, omne excipiatur: & non absimilis sit in hac parte minorum & majorum restitutio. Dat. Kalend. Septemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. CONSS. 531.

TIT. LIV.

QUIBUS EX CAUSIS MAJORES [6] IN INTEGRUM RESTITUANTUR.

De officio legationis.

1. Imp. ANTONINUS A. Æmiliano.

SI propter officium *Legationis* [7] ad me bona fide factæ, absens & indefensus condemnatus es, instaurationem judicii jure desideras, ut ex integro defensionibus tuis utaris: nam eos quoque qui legationis officio funguntur, in eo [8] privilegio esse, in quo sunt, qui Reipub. causa absunt, receptum est. PP. 5. Non. Mart. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De Custodia *militari.*

2. Idem A. Dionysio.

SI idcirco apud arbitrum præsentiam tui facere non potuisti, quod sub *Custodia* [9] militari jussu Præsidis detinebaris, idque in veritate esse Præsidi provinciæ probaveris [10]: accipies causæ instaurationem. PP. 13. Kalend. Octob. LÆTO & CEREALI CONSS. 216.

Causa cognita *majoribus subveniri.*

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Proculo decurioni.

IN contractibus [11], qui bonæ fidei [12] sunt, etiam [13] majoribus officio judicis *causa* [14] *cognita* publica jura subveniunt. Dat. Non. August. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De Republica.

4. Iidem AA. Prisciano.

R*Espublica* [15] minorum jure uti solet [16]: ideoque auxilium restitutionis implorare potest. Dat. 2. Id. Novemb. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De reverso ab hostibus.

5. Iidem AA. Liciniano.

SI ab [17] *hostibus* cum patre ac matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliæ beneficio reversus, successiones eorum quæsisti: exemplo utilis actionis, quæ in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuæ (quæ huic objici solet) objectu res vindicare non prohiberis. Dat. 16. Kalend. Maji, CC. CONSS. 294.

TIT. LV.

DE ALIENATIONE [18] JUDICII [19] MUTANDI CAUSA FACTA.

Facta alienatione ratione mutandi judicii, possessor potest conveniri rei vindicatione, quam possessio parit. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Attalo.

CUm in [20] rem actionem possessio pariat adversario; alienatione etiam judicii mutandi causa celebrata, in integrum restitutio Edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, venumdedit, & emptori tradidit: quem elegeris, conveniendi tibi tributam esse jure facultatem. Dat. 6. Kal. Decemb. *Viminacii* CC. CONSS. 294.

TIT. LVI.

DE RECEPTIS [21] ARBITRIS [22].

De appellatione. De judicati actione. De pœna, si intra diem compromisso comprehensum judicetur.

1. Imp. ANTONINUS A. Nepotianæ.

EX sntentia arbitri ex compromisso jure perfecto aditi [23] appellari non [24] posse [25], sæpe rescriptum est: quia nec judicati [26] actio inde præstari potest: & ob hoc invicem pœna [27] promittitur, ut metu ejus a placitis non recedatur. Sed si ultra [28] diem compromisso comprehensum, judicatum est, sententia nulla est, nec ullam pœnam committit, qui ei non paruerit. PP. 9. Kal. Aug. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De eo, qui præsentiam sui facere detrectat.

2. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Clementi.

SI contra compromissum adversarius tuus apud electum arbitrum præsentiam [29] sui facere detrectavit, placitæ pœnæ videtur obnoxius. PP. 8. Kal. Januar. CARO & CARINO CONSS. 283.

De doli except. De doli clausula.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Petroniæ.

ARbitrorum ex compromisso sententiæ non obtemperans, si sordes [30] vel evidens gratia eorum, qui arbitrati sunt, intercessit; adversus filiam [31] tuam agentem ex stipulatu, exceptione [32] doli mali uti poteris: sed ex doli mali clausula, quæ compromissi stipulationi subjici solet, filiam tuam convenire non vetaberis. PP. 3. Id. Januar. ipsis AA. CONSS. 293.

De jurejurando. 6. *De verborum subtilitate negligenda.*

4. Imp. [33] JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

NE in arbitris cum sacramenti religione eligendis perjurium committatur, & detur licentia [34] perfidis hominibus passim definitiones Judicum eludere: sanctissimo [35] arbitrio & hujusmodi rem censemus esse componendam. §. 1. Si igitur inter actorem & reum, nec non ipsum Judicem fuerit consensum [36], ut cum sacramenti religione lis procedat, & [37] ipsi quidem litigatores [in scriptis] hoc suis manibus [38] vel per publicas personas [scripferint,] vel apud ipsum arbitrum in actis propria voce deposuerint, quod sacramentis præstitis arbiter electus est, hoc etiam addito, *quod & ipse* [39] *arbiter juramentum præstiterit super lite cum omni veritate dirimenda*: ejus definitionem validam [40] omnimodo custodiri censemus; & [neque] reum, neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. §. 2. Sin autem de [41] arbitro quidem nihil tale fuerit vel compositum, vel scriptum, ipsæ

vox sublata est a compositoribus, propter cretiones sublatas. 1 Vide *l.* 42. *ff. de reg. jur.* 2 Plures dilationes dantur reo, quam actori. vid. quæ not. ad *l.* 125. *ff. de reg. jur.* 3 *l. ult.* J. *de repud. vel abstin. hered.* & ita intra XXIX. annum ætatis restitutionem major petere tenetur. Apud Gallos ex Edicto Francisci I. potest intra XXXV. annum. v. Rebuff. *tom.* 22. *tract. de restit. gl.* 2. 4 Continuus annus dicitur: quod computentur in eo etiam dies feriati. V. Wurmſ. 1. *pract.* 25. *obs. ult.* ubi formam quoque libelli pro impetranda restitutione subjicit. Plenius de hujusmodi libellis, vid. Oldendorp. *class.* 6. *act.* 8. ubi de libello restitutionis minorum tractat, ut & 9. majorum. 10. quod metus causa. 11. doli mali. adde Ferrar. *in forma libelli super petitione restitutionis in integr.* Goth. Ad intellectum hujus legis & intra quantum tempus postulanda sit restitutio, vid. Afflict. *decis.* 177. Yanez. *lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 11. & Boër. *decis.* 39. Ans. Adi Innoc. Abbat. alios *ad cap. in literis. de restitut. spoliat.* Curt. jun. *consil.* 110. *n.* 14. Decium *cons.* 36. *n.* 9. Ægid. *decis.* 653. *in tit. de in integrum restitut.* Jason. *ad §. rursus. Instit. de action. n.* 74. Boer. *decis.* 39. Socin. jun. *consil.* 128. *num.* 164. *cum seqq. lib.* 1. Bart. *ad l. cum filius.* §. 1. *ff. de verb. oblig.* Dyn. *in Regul. Cum quod in jure. de reg. jur. in* 6. Mod. 5 Id est, si cum abessent reipublicæ causa, læsi fuerint, intra quadriennium a suo reditu restitutionem postulant. Demus majorem in rationum computatione deceptam? Error calculi quadriennio non præscribitur. *l.* 8. *ff. de administr. rer. l.* 13. *ff. de diversis & temporal. præscr.* quin actio de dolo suum biennium retinet. *l. ult. supr. de dolo.* 6 *L.* 4. *D.* 6. vid. Papon. 3. *Notar.* 9. *fol.* 657. Oldendorp. *class.* 6. *act.* 9. 7 *l.* 8. *l.* 25. *l.* 28. §. 1. *l.* 32. *ff. h. t. l.* 19. *ff. de testib. l.* 14. *ff. de legation.* 8 Legati civitatum habentur pro præsentibus Reipubl. causa. 9 *l.* 1. §. 1. *l.* 9. *l.* 15. *l.* 23. *ff. h. t. l.* 2. §. 1. & *seq. l.* 4. §. 1. *ff. si quis cautionib.* 10 Vid. *l.* 19. §. 1. *ff. de probat.* 11 *l.* 1. *in fin. l.* 26. §. 9. *l.* 28. §. 2. *ff. h. t.* adde *l.* 3. J. *comm. utriusque. l.* 2. J. *de rescind. vendit. l.* 7. *ff. de in integrum.* adde Cujac. 13. *observ.* 24. 12 An & in stricti juris? utique. *l.* 4. *s. de dolo.* dicam plenius ad *l.* 2. J. *de rescind. vendit.* 13 Vid. *l.* 3. J. *comm. utriusque judicii.* 14 Restitutionem non petunt, sed officio judicis eis subvenitur. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 1. *ex tit.* 36. *cap.* 3. 15 *l.* 22. *in fin. ff. h. t. l.* 3. J. *de jure reipub. l.* 9. *ff. de appellat. & relat.* An idem est in rege & fisco? negat Cynus hic. sed Guido Papæ *decis.* 302. refert, Carolum regem Franciæ restitutum fuisse sententia judicis adversus remissionem Comitatus Valentini quam Lud. Pictaviensi fecerat. 16 Atque ita res pupilli & ecclesiæ æquiparantur. Abbas *in cap. auditis. de in integr. restit.* Cœpolla *caut.* 139. quod autem hic quærere solent glossographi, an castrum vel villa debeat in integrum restitui, item quando civitas vel universitas in integrum restituatur: de eo vide Socinum *consil.* 299. Jasonem *ad §. rursus. n.* 35. *Institut. de act.* Corn. *consil.* 148. *lib.* 1. *n.* 10. Decium *consil.* 42. *in fin. n.* 13. iterum Jasonem *consil.* 118. *l.* 1. Marsil. *sing.* 699. ubi agit de communi. *Mod.* 17 *l.* 23. §. 1. *ff. h. t.* adde Paul. 3. *sent.* 4. §. 8.
18 *L.* 4. *D.* 7. & 1. *Decret* 42. Vide formulam hujus actionis apud Oldendorp. *class.* 1. *act.* 11. 19 Titulus hic proprie ad reum pertinet, qui rem ad alium transtulit mutandi judicii causa: ideoque diversus est a *tit.* 14. *s. h. lib.* Mod. 20 Possessio parit in rem actionem. *l.* 17. *ff. de pign. & hypoth.* In rem actio possessorem tenet. *l.* 1. J. *ubi in rem actio.* ex possessione est. *l.* 24. §. 2. *ff. de judiciis.* Goth. Ad intellectum hujus legis vide Bellon. *Supputat. lib.* 1. *cap.* 19. Ans.
21 *Recepti arbitri*, judices sunt compromissarii, non ordinarii. *l. pen.* §. 2. J. *h. t.* Receptum enim est compromissum. *l.* 14. §. 1. J. *de jud.* adeuntur autem vel ex pacto nudo, vel constipulatione, vel ex jurejurando, *l.* 4. J. *h. t.* sublato a Justiniano *Nov.* 82. alias dantur a judicibus. *Goth.* De Arbitris, & Arbitratoribus vid. Berlich. *part.* 1. *conclus.* 4. Emeric. a Rosbach. *process. judiciar. civ. tit.* 6. & Andr. Gail. *lib.* 1. *observ.* 150. S. L. 22 Arbitriis, *Hal.* adde *L.* 4. *ff.* 8. & 1. *Decr.* 43. 1. *sext.* 22. 7. *Ecl.* 2. & 1. Harm. 4. *c.* περὶ αἱρετῶν κριτῶν. Formulam hujus actionis, vid. apud Ferrariens. *in forma compromissi* 28. adde Oldend. *in ench. except. cap.* 8. ubi tractat de exceptionibus adversus arbitros: adde Rebuff. *tom.* 3. *tract. de arbitris, & arbitratoribus, & quomodo illorum sententiæ reformari debeant.* 23 Lege, *addicti*, per ea quæ not. ad *l.* 16. J. *fam. ercisc. & l.* 80. *ff. de judic.* S. L. 24 A sententia arbitri non appellatur, *l.* 32. §. 14. *ff. h. t. Carthaginiensis synodus c.* 98. & 123. Ea est arbitrii natura ac ratio vera, quam & Græcorum lex comprobat apud Demosthenem, ἐν τῷ κατὰ μειδίου, & Lucianus *in abdicato.* Imo appellatur. *l.* 9. *ff. qui satisd. l. ult. in fin.* J. *de jud.* adde *l.* 14. *in fin. ff. hoc tit.* Solve: Ab arbitris datis a judice appellatur, non a compromissariis. vid. Baronem *ad l.* 3. Cujac. 9. *observ.* 23. Quid? nunquam a compromissario appellatur? appellatur, sed eo casu quo ex ejus sententia actio oriretur. Bart. *hic num.* 3. *adversus gloss.* quemadmodum si de jure pronunciare debuit, nec formam juris servavit. Id etiam locum habet in arbitro, in quem consanguinei ex statuto coguntur compromittere: nam ab eo potest appellari. Wurmser. 1. *pract.* 24. *obs.* 16. Cujac. scribit, moribus Galliæ a compromissario appellari, *ad Novell.* 82. *in fin. & consult.* 12. vid. Socin. *reg.* 17. 25 Quando & quatenus hoc verum sit, vide præter Gothofredum, hic Socin. *in reg.* 17. *versic. appellare.* Felin. *ad cap. super his. n.* 7. *extr. de accusat.* Boer. *decis.* 284. *n.* 16. Annibalem Troysium *ad l. nemo potest. de leg.* 1. *n.* 437. Duennam *reg.* 57. *Arbitri.* Ludov. Vitalem denique *lib.* 6. *variar. lect. c.* 6. Mod. 26 Ex sententia arbitri non oritur judicialis actio. 27 Utilitatem pœnæ debitæ ex compromisso observa. 28 Quid? Potestne compromissarius terminum prorogare? potest utique, si ei data facultas fuerit: non poterit tamen in infinitum, quantumvis liberam potestatem habeat, sed ad duas aut tres vices ad summum. Jas. *ad l. ult. s. de sacros. eccles.* Wurmser. 1. *pract.* 3. *observ.* 2. 29 Vid. *l.* 27. §. 4. *ff. h. t.* 30 Sordes ῥυπαρίαι *Synops. Basil.* 7. 2. *cap.* 55.
31 Compromitti potest inter patrem & filiam. 32 *l.* 32. §. 14. *in fin. ff. h. t.*
33 Hanc legem a Basilicis abesse Cujac. notat *h. tit.* 34 Perjuria vitanda.
35 Abrogatur, vide *Nov.* 82. *c.* 11. §. 1. 36 Paria sunt jurare, & consentire, ut cum sacramenti religione lis procedat: modo de consensu appareat. 37 Nota formam jurandi in arbitrum. vid. tamen *auth. prox.* J. *h. t.* 38 Idem operatur scriptura propria ac manu tabellionis facta. *Bald.* 39 Nota de compromisso jurejurando, partium, & ipsius arbitri. delato tamen & recepto vide *auth. prox.* J. *h. t.* 40 Ab arbitri sententia jurejurando electi non appellatur. vid. tamen *auth. prox.* J. *h. t.* 41 Nota de arbitrio solo par-

autem

autem partes literis hoc manifestaverint, quod juramenti nexibus se illigaverint, ut arbitri sententiæ stetur, & in præsenti casu omnimodo definitionem arbitri immutatam servari, literis videlicet eorum similem vim obtinentibus; sive ab initio hoc fuerit ab his scriptum, vel præfato modo depositum, dum arbiter eligebatur, sive post definitivam sententiam hoc scriptum inveniatur, *Quod* [*cum*] *sacramenti religione ejus audientiam amplexi sunt*: vel, *Quod ea, quæ statuta sunt, adimplere juraverint*. §. 3. Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis, vel depositionibus (ut dictum est) manifestum facientibus, præstiterit juramentum, *Quod cum omni veritate liti libramenta imponat*: similem esse [etiam] in præsenti casu prioribus ejus definitionem, & eam omnimodo legibus esse vallatam. §. 4. Et in his omnibus casibus liceat vel in factum, vel condictionem ex lege, vel in rem utilem instituere actionem, secundum quod facti qualitas postulaverit. §. 5. Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil [1] tale apparuerit [2]: una autem pars dicat *juramentum esse præstitum*, quatenus arbitrali stetur sententiæ: hujusmodi litigatorum, vel solius [3] arbitri sermones minime esse credendos: cum & si quis juramentum datum esse non judice supposito, nec hoc scriptura partium testante, concesserit: incerti certaminis compositio (quæ inter homines imperitos sæpe accidit) non aliquid vigoris rebus judicatis inferat, sed in hujusmodi casu hæc obtineant, quæ Veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

In AUTHENT. de judicibus §. quia vero multæ. col. 6. tit. 11. al. 10 seu Novell. 82. cap. 11.

D*Ecernit jus novum, nullum sic* [4] *fieri posse arbitrum*, ut cum sacramenti religione judicet: *sed pœnam statuat, qua præstita liceat a judicatis recedere. Si contra hoc judicatum fuerit, judex qui male judicat, si dolo facit, pœnam a Deo expectet: si ignorantia, nihil præter sacramentum ei erit, neque litigatores rursus damno afficientur.*

§. 6. Si quis autem post [5] arbitri definitionem subscripserit [6] ἐμμένειν (id est, *permanere*) vel πληροφορεῖν [7], (id est, *implere*) vel διδόναι id est, *dare*: (Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem utilius visum est) & si [8] non adjecerit ὁμολογῶ [9], id est, *spondeo*: & sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus consensit: Qualis enim differentia est, si hujusmodi verbis etiam ὁμολογῶ adjiciatur, vel hujusmodi vocabulum omnino omittatur; si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, imo magis supervacua [10] observatio ab [11] aula concessit; & nos quidem nuper legibus a nobis scriptis, multa vitia stipulationum, multasque ambages, scrupulososque circuitus correximus: cur non & hujusmodi scriptura totam formidinem Veteris juris amputamus; ut si quis hæc scripserit, vel unum ex his, acquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere? Cum non sit verisimile, hæc propter hoc scripsisse, ut tantum non contradicat, sed ut etiam ea impleat, adversus quæ obviam ire non potest. Dat. 3. Kal. Nov. DECIO V. C. CONS. 529.

De exceptione, & actione. 1. De temporis interruptione. 2. ut his quæ apud compromissarios facta sunt, in ordinariis judiciis uti liceat.

5. Idem A. Juliano P.P.

CUm antea sancitum fuerat in arbitris eligendis; quos neque [12] pœna compromissi vallabat, neque [13] Judex dederat, sed nulla sententia præcedente communis electio, *ut illorum sententiæ staretur* [14], procreabat; si quidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari: sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procedere ei præsidii: sancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit, sub eo pacto [vel] in scriptis, vel non in scriptis habito, ut eorum definitioni stetur: siquidem subscripserint [15], postquam definitio processerit, *Quod non displiceat ambabus partibus eorum sententia*: non solum [reo] exceptionem [16] veluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem, quatenus possit sententia ejus executioni mandari, in hac quidem Regia civitate ab officio eminentissimæ Præfecturæ, vel ejus, cujus [17] forum pars persequitur fugientis: in provinciis autem tam per Moderatores, quam per apparitores eorum, vel per Judices, quorum regimen [pars] pertimescit pulsata. Sin autem post sententiam minime quidem subscripserint [*Se*] *arbitri formam amplecti*, sed silentio [18] eam roboraverint, & non intra decem [19] dies proximos attestatio [20] missa fuerit vel judici vel adversario ab alterutra parte, per quam manifestum fiat definitionem non esse amplectendam: tunc silentio partium sententiam roboratam esse, & fugienti exceptionem, & agenti memoratam actionem competere. Altera autem parte recusante secundum præfatum modum, & implere statuta minime cupiente: nihil fieri præjudicii, neque parari vel exceptionem reo, vel actori actionem: exceptis videlicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt, secundum novellam [21] nostri numinis constitutionem: tunc etenim ea omnia servari [oportet], quæ lege nostra super hujusmodi audientia definita sunt. §. 1. Licet non ignoremus Julii Pauli opinionem, & aliorum certorum prudentium, qui tetigerunt [quidem] hujusmodi quæstionem, quam in præsenti aggredimur, non autem peritissime peregerunt, sed usque ad quasdam actiones temporales standum esse existimaverunt: plenius tamen, & generaliter definimus, conventum in scriptis apud compromissarium judicem factum ita temporis [22] interruptionem inducere, quasi in ordinario judicio lis fuisset inchoata. §. 2. Ad hæc generaliter sancimus, in his quæ apud compromissarios facta sunt; si aliquid in factum respiciens vel professum est, vel attestatum, posse eo & [23] in ordinariis uti judiciis. Dat. 6. Kal. * LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De mulieribus.

6. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus mulieres [24] suæ pudicitiæ memores, & operum quæ eis natura permisit, & a quibus eas jussit abstinere, licet summæ atque optimæ opinionis constitutæ in se arbitrium susceperint, vel, si fuerint patronæ, etiamsi inter libertos suam interposuerint audientiam, ab omni judiciali [25] agmine separari, ut ex earum electione nulla pœna, nulla pacti exceptio adversus justos earum contemptores habeatur. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. LVII.
DE SATISDANDO [26].

Procurator actoris factus apud acta non tenetur satisdare de rato, sed de defendendo. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NOn est incerti juris, eum qui apud acta [27] factus est agentis procurator, non compelli *ratam rem dominum habiturum* satisdare: hoc enim casu veluti præsentis [28] procuratorem intervenire intelligendum est. Itaque etsi postea mutata [29] voluntate procuratorem esse [30] noluerit, tamen judicium, quo quasi procurator expertus est, Judex ratum habere debebit. Sin autem ei ab adversario suo opposita [31] fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio: etiam ipse quasi absentis in hac parte procurator satisdationem super excipienda lite præstare cogitur: qua non præcedente, lis, quæ ei data est, ulterius procedere a judice non conceditur. Rei autem procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine *judicatum* [32] *solvi* satisdationem in omnibus causis præstare cogitur. Dat. 9. Kal. Novemb. CC. CONSS. 294.

TIT. LVIII.
DE FORMULIS [33] ET IMPETRATIONIBUS [34] ACTIONUM [35] SUBLATIS.

De formulis.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Marcellino Præsidi Phœniciæ.

JUris formulæ [36] aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur. Dat. 10. Kal. Febr. CONSTANTIO III. & CONSTANTE II. AA. CONSS. 342.

De Impetratione *actionis.*

2. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Hiero P. P.

NUlli prorsus non [37] impetratæ actionis in majore vel minore judicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei, & proposito negotio competentem eam esse constiterit. Dat. 10. Kal. Maji, FELICE & TAURO CONSS. 428.

TIT. LIX.
DE JUREJURANDO PROPTER [38] CALUMNIAM DANDO [39].

De probationibus. 1. De quæstionibus.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

tium juramento delato. vide tamen *auth.* J. *h. t.* 1 Nota de arbitrio nudo consensu partium delato. 2 Non præsumitur juratum, nisi probetur juratum. 3 Judex de actis & gestis in causa testificari non potest. vide Socinum *reg.* 199. 4 Hodie arbitri non sunt eligendi cum juramento. Quid si electi? Poterit ab illorum arbitrio recedi. *Novell.* 82. *c.* 11. *ubi* vide Cujac. 5 Scripturam requiri in arbitrii homologatione hinc colligitur. 6 Subscripserit ὃ μὴ ἀντιλέγω τὰ διορισθέντα διδόναι, *Hal.* 7 Cujacius videtur legisse πληρῶν. 17. *obs.* 16. 8 Causa dubitandi ex eo videtur oriri: quod infinitivi: ἐμμένειν, πληροφορεῖν, διδόναι, & similes nullam animi inclinationem ostendant. Infinitivi namque ea est natura, ut omnes ipse sequatur modos, atque cum ipsis ad significandum coalescat. Itaque Græci recte ἀπαρέμφατον appellarunt, quippe quod nihil indicet aut finiat: suus non est, sed aliorum. vid. Scal. *c.* 114. *de caus. linguæ Latinæ.* Quod cum ita sit, hujusmodi infinitivi destituti alterius modi verbo nihil significare videntur, & consequenter non obligare iis utentem. Ratio vero decidendi in eo est, repeti verbum ἀπὸ κοινοῦ. Eodem modo testamentum non minus valet, quod in nuncupando herede omissum sit verbum directum *Esto. l.* 7. J. *de testam. l.* 1. §. 5. *ff. de her. inst.* Idem dicendum in fideicommisso, si omissum sit verbum *Volo. l.* 10. J. *de fideicomm.* Sic omissum verbum *Dare* non vitiat legatum. *l.* 106. *ff. de leg.* 1. si constat de voluntate, debetur legatum, licet minus scriptum sit. *l.* 70. §. 9. *ff. de leg.* 3. 9 Inde homologatio & homologandi verbum practicis usitatum: ejus loco Barbari Emologare dicunt. 10 Subtiles & nimis onerosæ verborum formulæ in judiciis, arbitriis & stipulationibus desuetæ. vid. *tit.* 58. J. *h. lib.* 11 Ab aula concessit, id est, non est in usu. 12 Quoties sine pœna compromissum est, sententia arbitri est inutilis: nisi taciturnitate vel subscriptione confirmata sit. vid. Oldend. *c.* 8. *de except. num.* 9. 13 Arbitri vel mutuo partium consensu accipiuntur, vel a judice dantur. 14 Adi modo dictum Annibalem *ad d. l. nemo potest. n.* 430. 437. 441. *&* 443. Marant. *de ordin. judic.* Zuccar. *ad rubric. de pact.* S. *post n.* 81. Decium *consil.* 60. *col. fin.* Alexand. *consil.* 131. *lib.* 2. Nota autem legem hanc loqui de arbitris, non de arbitratoribus. Bartol. *ad l. si societatem.* §. *arbitrorum. n.* 16. *ff. pro soc.* Imolens. *ad l. si convenerit. ff. de re jud.* Jason. *ad l. Julianus. n.* 23. *ff. de condict. indeb.* quot vero sint genera arbitrorum vid. apud eundem Jasonem *ad §. omnium. Instit. de act.* & consule porro etiam Hippol. *singul.* 467. itemque Socinum *in reg.* 5. Mod. 15 Ex sententia arbitri electi nudo pacto cum pœna & illa clausula, *rato manente pacto*, acceptata expresse vel tacite a partibus oritur actio & exceptio. Quid si vel nudo pacto vel stipulatione pœnali citra superiorem clausulam compromissum esse dicetur? ad pœnam agetur. Quid si nuda stipulatione? ad interesse sive id, quod interest. Bar. *hic &* Wurmser. 1. *pract.* 22. *obs.* 8.
16 De exceptione compromissariæ pronunciationis vid. Oldend. *c.* 40. *de except.* Interim notandum est, acta coram arbitro non valere, nisi scripta sint. vid. Socin. *reg.* 5.
17 Sententia arbitri executioni mandatur per judicem rei, nec respicitur locus arbitrii.
18 Exemplum vid. *in l.* 5. J. *de re jud.* 19 Decem dierum silentio sententia arbitri approbata intelligitur. 20 Clandestina attestatio non infirmat arbitri sententiam.
21 *Nov.* 82. *c.* 11. 22 Citatio facta coram arbitro interrumpit præscriptionem.
23 Confessiones & attestationes coram arbitro valent, etiam finito compromisso.
24 Mulier non potest esse arbiter. Ante hanc constitutionem Cujac. 13. *obs.* 22. putat mulieribus integræ famæ id licuisse. Nam & Homeri 8. *Odyss.* Areta uxor Alcinoi dicitur etiam inter viros lites disceptasse, & moribus Galliæ mulier inter beneficiarios, aut subditos suos ordinariam jurisdictionem habere potest, qui mores confirmantur *cap. dilecti.* 4. *extr. de arbitr.* 25 *l.* 21. S. *de procur. l.* 2. §. 1. S. *de his, qui veniam ætatis*, adde *l.* 4. J. *de curat. furiosi*, *l.* 2. *ff. de reg. jur.*
26 4. *Inst.* 11. *L.* 2. *D.* 8. 9. 11. *&* 7. *D.* 9. *&* 39. *D.* 1. 2. 3. *&* 46. *D.* 6. 7. *&* Paul. 1. *sent.* 11. Satisdant actor, reus, eorumque procuratores: actor de lite persequenda & expensis litis, & decima litis, si succubuerit, id ut observaretur in Gallia, ostendi in Authentica *generaliter. l.* 25. S. *de Episc. & Cler.* Reus præsens satisdat judicio sisti §. 2. *Inst. de satisd.* vid. Wurms. 1. *pract.* 10. *observ.* 1. Procurator actoris & rei satisdat quoque, ut J. dicetur. 27 Procurator datus ab actore apud acta, non satisdat ratam rem dominum habiturum, sed si datus ab absente, & de ejus mandato dubitatur, *l.* 1. S. *de procur.* §. 3. *Inst. de satisd.* satisdabit rem ratam. vid. Oldend. *class.* 1. *act.* 7. de satisdatione procuratoris actoris, vid. Wurmser. 1. *pract.* 10. *observ.* 1. 28 Procurator præsentis non cavet de rato. 29 Mutatio procuratoris clandestina nocet adversario. 30 Al. *esse, dominus noluerit*: sed recte subauditur. *Russard. Charond.* 31 Procurator actoris tenetur cavere de defendendo in causa reconventionis, *l.* 15. *in fin. ff. de procur.* Bart. & merito, cum in ea partes rei sustineat.
32 Procurator rei satisdat de judicato solvendo. *l.* 46. §. 2. *ff. de procur.* De cujus actionis formula vid. Oldendorp. *class.* 1. *act.* 7. *& ff. judicatum solvi.* §. 4. §. 5. *Inst. de satisdat.* De satisdatione procuratoris rei, vid. Wurmser. 1. *pract.* 3.
33 *l.* 1. J. *h. t.* vid. *autorem ad Herennium lib.* 1. Causa cadebat, qui non, quemadmodum oportet, egisset. Erant autem formulæ omnium rerum apud veteres. Cic. *pro Roscio Comœdo.*
34 *l.* 2. J. *h. t.* 35 Id est, de formulis in actionibus usitatis sublatis. Sunt etiam scrupulosæ hujusmodi solennitates in stipulationibus, §. 1. *Instit. de verb. oblig.* donationibus, *l. ult.* J. *de donat.* & arbitriis, *l.* 4. *in fin.* S. *de arbitr.* testamentis. *l. quoniam* 15. *& l.* 17. J. *de testam.* bonorum possessionibus, *l. ult.* J. *de bon. possess.* denunciationibus, *l. si quis. C. Theod. de denunciationib.* interdictis, *l. ult.* J. *de interdict.* adoptionibus, *l.* 2. *in fin.* J. *de adopt.* & emancipationibus, *l. ult.* J. *de emancip.* sublatæ. 36 Non tamen actiones sunt sublatæ. *l.* 2. J. *h. t.* Aliud enim actio, aliud actionis formula. Illa ad agendi substantiam, hæc ad formam, & quidem verbalem, eamque scrupulosam nimis refertur. 37 Ita ut hodie actiones ex legibus & edictis nobis ipso jure competant, etiam si non postulentur.
38 De hoc jurejurando calumniæ v. Soc. *reg.* 208. 209. Dixi plura in praxi civili, *tit. de jurejur.*
39 Nec remittendo, *l.* 2. J. *h. t. c. ceterum.* 5. *extr. de juram. calumn. & c.* 1. §. 1. *de juram.*

IN omnibus caufis, five propter literas fuerit apud te certatum, five propter inftrumenta, five propter quicquam aliud, in quo neceffitas probationis incumbit: fancimus non [1] aliter eafdem probationes præftare compelli, nifi prius qui eas expofcit, juramentum de calumnia præftiterit, *Quod non caufa differendi hujusmodi propofuit allegationes:* nam facramenti timore [2] contentiofa [3] litigantium [4] inftantia compefcitur. §. 1. Ne autem perperam in quæftionem [5] fervorum quidam venientes, fui animi crudelitatem exerceant, non aliter concedi eis, qui quæftionem fervorum expofcunt, ad hoc venire, vel a judicibus audiri, nifi prius tactis [6] facrofanctis fcripturis deponant, *quod non odio fervorum, vel propter offenfas coheredum ad hoc venerunt: fed quia aliter* [7] *rerum hereditariarum veritatem exquirere vel oftendere non poffunt.* Dat. 12. Kal. Octob. *Conftantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

In AUTHENT. de his qui ingred. ad ap. §. fin. col. 5. tit. 4. al. tit. 11. feu Nov. 49. cap. 3.

HOc facramentum hodie remittitur, cum in initio juret nihil fe calumniofe in toto negotio exigere.

De litigatoribus & patronis caufarum. Quid *jurandum.* 1. *Ubi jurandum.* 2. *De adminiftrantibus res alienas.* Quid *jurandum. De aliis juramentis.* 3. *De abfente.* 4. *De facramento non remittendo.* 5. *Si mandatum effe non conftet.* 6. *Si actor,* 7. *Vel reus jurare noluerit.* 8. *De utilitate & ufu hujus legis.* 9. *De litibus tempore hujus legis latæ pendentibus vel futuris.*

2. Idem A. Joanni P. P.

CUm [&] judices [8] non [9] aliter caufas dirimere conceffferimus, nifi facrofanctis [10] Evangeliis propofitis & patronos [11] caufarum in omni orbe terrarum (qui [12] Romano imperio fuppofitus eft) prius jurare, & ita perferre caufas difpofuerimus: neceffarium duximus præfentem legem ponere, per quam fancimus in omnibus litibus, quæ fuerint poft [13] præfentem legem inchoatæ, non aliter neque [14] actorem neque fugientem [15] in primordio litis exercere certamina, nifi poft narrationem [16] & refponfionem [17], antequam utriusque partis advocati facramentum legitimum præftent, ipfæ principales perfonæ fubeant jusjurandum: Et actor quidem juret, *Non calumniandi animo [litem fe] moviffe, fed exiftimando bonam caufam habere:* Reus autem non aliter fuis allegationibus utatur, nifi prius & ipfe juraverit, *Quod putans* [18] *fe bona inftantia uti, ad reluctandum pervenerit:* & poftea [19] utriusque partis viros difertiffimos advocatos ([fecundum] quod jam difpofitum eft a nobis) juramentum præftare, facrofanctis [20] videlicet Evangeliis ante judicem pofitis.

§. 1. Sin autem vel dignitas vel fexus perfonæ non concefferit eam ad judicem pervenire, in domo [21] litigatoris facramentum procedere: altera videlicet parte vel procuratore ejus præfente.

Quid *jurandum.*

In AUTHENT. De his qui ingred. ad appel. §. fin. col. 5. tit. 4. al. 11. feu Novell. 49. cap. 3.

INifi juramento adjiciendum eft, Nullam in tota lite exactorum probationem, nifi quam pro veritate putat quis neceffario effe exhibendam: *ne fæpius juretur in caufa.*

Ubi & coram quibus jurandum.

In AUTHENT. ut litigantes jurent. §. 1. col. 9. tit. 7. al. 5. feu Novell. 124. cap. 1.

PRincipales perfonæ vel illæ, ad quas negotium in medio migraverit, coram judicibus jurent, Quod nihil penitus caufa patrocinii judicibus vel alii cuicunque perfonæ pro hac caufa dederint, vel promiferint, vel poftea dabunt, vel per fe, vel per aliam mediam perfonam: *exceptis his, quæ propriis advocatis pro patrocinio præftant, aliisque perfonis, quibus noftræ leges dari difponunt.* §. 1. *Sed fi in facro confiftorio lites vel confultationes intromittantur, fub præfentia facri Senatus prædictum jusjurandum præftetur.* §. 2. *Sed fi qui litigantium ad judicem venire nequeunt: prædictum jusjurandum præftent coram officiis ab adminiftrantibus directis ad eos cum adverfa parte.* §. 3. *Mulier honeftæ vitæ abfente adverfario juret coram officialibus.* §. 4. *Sed fi partes in aliis locis abeffe contingat, vel una earum abfens fuerit, juret fub geftis monumentorum apud judicem provinciæ vel apud defenforem locorum.* §. 5. *Si quis autem litigantium prædictum jusjurandum præftare noluerit: per fententiam judicis actor cafum actionis, reus condemnationem fuftineat.* §. 6. *Tutores & curatores in caufis, quas agunt, prædictum jusjurandum præftabunt.*

§. 2. Quod obfervari oportet, & fi [22] tutores, vel curatores, vel aliæ [23] quædam fint perfonæ, quæ adminiftrationem alienarum rerum auctoritate legitima gerunt. Convenit enim & ipfos jurejurando affici [24]: *Quia ipfi caufam fcientes, ita ad eam perveniunt:* neque enim pupillus [25], neque adultus, vel aliæ hujusmodi perfonæ: fed ipfi, qui pro eis tutelam, vel curam, vel aliam legitimam gerunt adminiftrationem, fcire [26] poffunt caufam, & ita ad judicium pervenire: eo quod ex animi fui fcientia [27] jurent [28]. Et licet veræ caufæ natura alia forfitan eft: tamen quod [29] quisque credit, & exiftimat, hoc eft jurandum. Omnibus aliis juramentis, quæ vel ex præteritis defcendunt legibus, vel a nobis difpofita funt, in fua firmitate duraturis.

§. 3. Sin autem abfuerit [30] alterutra pars, & per procuratorem caufa ejus agitetur: non ante licentiam habeat actor litem exercendam fuo procuratori mandare, nifi prius actis intervenientibus in [31] provincia, in qua degit, facramentum calumniæ fubeat. Similique modo fi reus abfuerit, & forfitan per *judicatum folvi* ftipulationem procuratorem ordinaverit, vel defenfor [32] pro eo intervenerit: & ipfe vel præfente actore per fe, vel per [33] inftructum procuratorem [34], vel etiam abfente eo (fi hoc judex perfpexerit) inter acta juramentum præftet, quod reum dare antea difpofitum eft. §. 4. Sed quia veremur, ne forfitan quidam collufione aliqua utentes, remittere [35] videantur inter fe hujusmodi facramentum, & ex prædicta diffimulatione noftram fanctionem deludant: fancimus, omnes judices, licet ex compromiffo [36] cognofcant, vigorem fuum exercentes (quia non pro commodo privatorum, fed pro [37] communi utilitate præfentem legem pofuimus) minime [38] pati tale facramentum remitti; fed omnimodo hoc & ab actore, & a fugiente exigi: ne paulatim videatur hujusmodi res defraudari, & facramentum vel principalium perfonarum, vel advocatorum ex quacumque parte mutilari. §. 5. Hoc etiam huic legi addendum effe cenfemus: ut fi quis pro alio litem movere [39] voluerit, & nullo mandato prolato, fed per fidejuffionem ratam rem dominum habiturum, fuam perfonam firmaverit: ne vel ex hac machinatione lex circumfcribi videatur, fancimus, fi quid tale in pofterum emerferit (five pro una perfona quis litem movere voluerit, five pro aliquo corpore [40], vel vico vel alia univerfitate) fidejuffionem quidem [41] folidam præftare: litem autem ulterius [42] minime procedere, nifi intra a judice ftatuendum tempus faciat perfonas principales [43] facramentum fubire, vel præfente adverfario, fi hoc maluerit, vel alio pro eo agente, vel [44] penitus altera parte ceffante, inter acta apud defenforem locorum hujusmodi facramentum [calumniæ], vel ab ipfo pro quo agitur, vel [a] plurima [45] parte vel idonea univerfitatis procedat.

§. 6. Quod fi actor noluerit facramentum calumniæ fubire, & hoc legitime fuerit approbatum [46]: non liceat ei penitus ad litem pervenire, fed [47] cadat ab inftituta actione, quafi [48] improbus litigator, & triftitia [49] judicum ei cum fumma interminatione occurrat, & a judicio eum quam longiffime expellat. §. 7. Sin autem reus hoc facramentum fubire recufaverit, in his capitulis quæ narratione comprehenfa funt, pro [50] confeffo habeatur, & liceat judici fententiam proferre, quemadmodum ei ipfa rei qualitas fuggefferit. §. 8. Sic enim non lites folum, fed etiam calumniatores minuentur: fic pro judiciis putabunt fefe homines in facrariis [51] fifti. Si enim & ipfæ principales litigantium partes per juramentum lites exerceant, & caufarum patroni præbeant facramentum, & ipfi [52] judices propofitis facrofanctis fcripturis tam totius caufæ faciant examinationem, quam fuum proferant arbitrium: quid aliud, nifi pro hominibus Deum in omnibus caufis judicem effe credendum eft? Antiqua itaque calumnia [53] quiefcente, & ejus ambagibus, conftitutio noftra dilucida & compendiofa in terris clareat omnibus, & fit maximum dirimendarum [54] caufarum remedium.

§. 9. Sed prædictum facramentum in litibus quidem, quæ necdum funt inchoatæ, præftari volumus in ipfo [55] litis primordio. Sin autem caufæ adhuc pendentes inveniantur: vel poft litem conteftatam, & poft folitas judiciales

calumn. in 6. & 22. Eclog. 6. Novell. 49. Nov. Leonis 97. 107. vid. Wurmfer. 1. *pract.* 14. Hoc non fervatur in Gallia, quia non folent Galli uti calumnia. Hodie tamen hoc obfervari effet utile, vid. Rebuff. *in procem. conftit. gloff.* 5. *num.* 50. Non fervatur etiam jure Feudiftico. 2. *Feud.* 33. §. 1. 1 *l.* 9. *J. de reb. cred. l. ult. J. de fideicommiffis. l.* 34. §. 7. *l.* 37. *ff. de jurejur. l.* 11. §. *pen. ff. rer. amot.* 2 Cur inventum juramentum calumniæ. 3 Hinc colligunt in caufis voluntariæ jurisdictionis, puta cum agitur de impetrando privilegio, vel impetranda difpenfatione hoc juramentum locum non habere. 4 Demus judicem ex officio aliquid facere, num (quafi litigans) jurabit de calumnia? non jurabit: Cur? cum inquirit ex officio non litigat. *Bald.* 5 Qui fervos in quæftionem petit, jurat de calumnia: fed & aliis fe probationibus deftitui. *Tormenta* probationum reliquarum fubfidia funt. *J. h. t. l. ult. J. de quæftionib.* 6 Qui ita jurat, corporaliter jurat. 7 Quæftio non expofcitur, nifi defperatis aliis probationibus. 8 Judices non admittunt litigatorum caufas, nifi prius litigatores juraverint. 9 *Nov.* 90. *c. ult. in fin.* 10 *l.* 13. §. 4. *J. tit. prox.* 7. *Eclog.* 8. *ex tit.* 14. 16. 11 Advocatus munere fuo fungi non poteft, antequam juret. 12 Leges imperatoriæ non obligant extraneos. dixi *l.* 1. *C. de fumma Trin.* 13 Leges dant formam futuris negotiis. *l.* 7. *C. de legibus.* 14 Jurare de calumnia principales ipfæ perfonæ tenentur. v. Soc. *reg.* 207. 15 Id eft, reum, qui ut fæpius judicium folet defugere. *l.* 5. *C. de recept. arbitris.* ob id fugiens dictus. 16 Petitio actoris, reique refponfum, præcedere folet exactionem juramenti. Quid hujusmodi omiffio vitiatne proceffum? vid. Roland. a Valle 1. *conf.* 71. *n.* 7. 8. 32. Poteft remitti? parentibus & patronis remitti poteft. vid. Forner. 2. *felect.* 4. Cujac. 9. *obf.* 37. *l.* 34. §. 4. *ff. de jurejur.* Aliis ita remitti non poteft, quin judices ex officio poffint exigere. Bald. *hic.* vid. §. 4. *J. hic.* 17 Id eft, litis conteftationem. 18 Confeffio de credulitate æque præjudicat, ac confeffio de veritate, vid. Socin. *reg.* 68. 19 Nota ordinem jurandi. Priore loco actor, fecundo reus, tertio advocati jurant. 20 *In pr. C. h. t.* 21 *Nov.* 123. *c.* 7. 124. *c.* 1. *verf. Si autem.* De denunciationibus ad domum, vid. Cujac. 7. *obf.* 15. vid. *Nov.* 124. *c.* 1. *l.* 15. *ff. de jurejur.* 22 *Nov.* 124. *c.* 2. *verf. In caufis.* Legitimi adminiftratores jurare debent de calumnia. 23 Etiam procuratores ex officio dati & fifci. Gail. 1. *obf.* 88. & 89. 24 Sic Suetonius in Caligula, *cap.* 13. *circa med.* ut omnibus juramentis adficerentur: ubi tamen vulgo legitur *adjiceretur.* 25 Pupilli jufta ignorantia præfumitur. Sciens non præfumitur pejerare aut fallere. *l.* 26. *ff. de jurejur.* Nihil poffe fcire intelligitur. *l. ult. ff. de jur. & fact. ignor.* Hinc colligit Bald. Perfonam in qua nulla eft difcretio juris & facti, non jurare de calumnia: & tamen admitti ad teftimonium, quod in eo ferendo non exigatur fcientia juris, fed facti, quæ fenfu corporali illi innotefcit. 26 *l.* 7. *C. de in integ. reftit.* 27 Sui fententia, Cujac. 1. *obf.* 21. & ita funt locuti Veteres. Livius 22. Cicer. *in Acad. &* 3. *offic.* Gell. 4. *cap. ult. l.* 3. §. 2. *in fin. ff. de teftib.* 28 Certum non eft arbitrarium legendum hic, *ex animi fui fententia jurent.* erat enim hæc vetus formula in jurejurando: fic enim & Quintilianus (auctores a Gothofredo allegatos lubens hic prætereo) *lib.* 8. *c.* 5. *Sententiam veteres, quod animo fenfiffent, vocaverunt. Id quod eft, cum apud oratores frequentiffimum, tum etiam in ufu cottidiano quasdam reliquias habet. Nam & juraturi ex animi noftri fententia, & gratulantes ex fententia dicimus* Petronius *in Satyr. Tabulas fœderis fignat, quibus hæc formula erat: Ex tui animi fententia ut tu Tryphena, neque injuriam tibi factam a Gytone queraris &c.* Ac ftatim *item Lica, ex tui animi fententia, ut tu Eucolpon nec verba contumeliofe infequaris, nec vultu.* Cenforesque adeo Romæ olim in exigendo jurejurando utebantur hac interrogatione: *Ex animi tui fententia, tu uxorem habes?* atque pro eodem erat apud Athenienfes tefte Polluce σὺν γνώμῃ δοκιμαστῇ. Mod. 29 Et ita qui jurat poteft excufari a perjurio, fi id juraverit, quod crediderit. Juramentum de calumnia eft credulitatis: de quo & ejus forma ufitata in quibusdam Germaniæ locis, vide Wurmfer. 1. *pract.* 14. *obf.* 8. 30 *Nov.* 124. *cap.* 1. 31 Jurari alibi poteft de calumnia, quam in foro, in quo litigat reus, id eft, actor de calumnia jurare poteft eo loco fui domicilii, non in foro judicis apud quem experitur. 32 Quid fi fit conjuncta perfona? quid fi ignoretur, ubi reus vivat? curator bonis dabitur juraturus de calumnia. *Facit l.* 15. *ff. ex quibus caufis major.* vide Bald. *hic.* 33 Dixi fuperius de hac re. 34 An jurare de calumnia domini procurator poffit, vide quæ notavi *l.* 34. §. 3. *ff. de jurejurand.* Utique jurare poffe hic oftenditur, & eft exemplum apud Livium 31. Demus principalem feu dominum juraffe de calumnia, an iterum procurator de calumnia jurare cogitur? hoc interpretes volunt: eo tamen cafu tantum, quo procuratoris confeffio & contumacia noceret domino. vid. Wurmfer. 1. *pract.* 5. *obferv.* 8. Quid? heredi poteftne deferri juramentum calumniæ? vid. *l.* 12. *in princ. J. de reb. credit.* 35 Juramentum calumniæ utrum remitti poffit, vid. Gail. 1. *obf.* 84. 36 Coram compromiffario judice juratur de calumnia. 37 Quod ad communem utilitatem immediate pertinet ac refertur, pactis privatorum remitti non poteft. 38 Juramentum de calumnia non eft remittendum, dixi fuperius de hac quæftione. adde Forner. 2. *felect.* 4. Ferrarienfis tamen putat remitti, & partem allegare, hoc eft dicere poffe fe fimplici dicto adverfarii ftare velle. Ferrarienf. *in forma libelli de oppofit. contra teftes* 2. *in verbis, & non jurat.* 9. 39 Id eft, agere. 40 Procurator admittitur ad jurandum de rato in caufa privatorum, fed & in caufa corporum, vicorum, univerfitatum. 41 Id eft, de rato. 42 Id eft, ultra litis conteftationem. 43 §. 3. *C. hic.* 44 Actor jurare poteft de calumnia: vel eo præfente vel abfente: ut & abfente vel præfente ejus procuratore, vel apud acta. 45 Et in privatorum & in univerfitatum caufis jurandum eft de calumnia. vid. *l. ultim. ff. ad municipal.* 46 Juramentum calumniæ non committi ipfo jure hinc colligunt. vide Gailium 5. *obferv.* 86. 47 Pœnam actoris nolentis jurare de calumnia obferva. 48 Actor nolens jurare de calumnia, præfumitur improbus litigator. 49 Id eft, feveritas. 50 Reus juramentum calumniæ recufans, habetur pro confeffo. *l.* 38. *ff. de jurejurand. &* §. 1. *Inftit. de pœna temere litigant.* 51 Judicia cum recte procedunt, æquitatis delubra: cum depravantur, foveæ fallaces & cæcæ. Ammian. 30. 52 *In princip. fupr. h. t.* 53 Id eft, calumniæ actionem: de qua *Inftit. de pœna temere litigantium.* §. *utriusque.* 54 Juramentum remedium maximum expediendarum litium. *l.* 1. *ff. de jurejur.* Paul. 2. *fent.* 1. §. 1. 55 Juramentum de calumnia in ipfo litis primordio præftandum.

cautelas

cautelas jam præstitas : si quidem præsto fuerit utraque persona, & in eadem civitate vel in territorio ejus moratur : & in his litibus sacramentum locum habere, & in primo post hanc legem ingressu eum compelli jusjurandum præstare. † Sin autem una pars abfuerit, ne videatur propter absentiam personæ lis differri, & aliquod contrarium eveniat nostro proposito, & quod pro [1] compendio litium introductum est [protinus] hoc in adversariam figuram transformetur : jubemus præsentem quidem personam omnimodo dare sacramentum, absenti [2] autem in pendentibus dumtaxat litibus (secundum quod prædictum est) hoc concedi. Sin autem utraque principalis persona abfuerit, ne diutius lites protelentur, etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite. PP. 4. Kalend. Aug. JUSTINIANO A. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534.

3. Idem *

PAteat omnibus nostram rempublicam procurantibus, conventiculam seu conspirationem jurisjurandi religione, vel quoquo modo compositam, a nostra majestate prohiberi & detestari : Unde hujus rei fautores & socios ab omni publico honore sibi commisso infamiæ nota privamus : non habentibus autem, ad ullum publici honoris gradum accedendi licentiam penitus amputamus.

1 Ut litium compendia sunt quærenda, ita eorum fugienda est comperendinatio, sive dilatio.

2 Vid. quæ scripsi ad *l. 15. ff. de jurejur.*

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS,

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER TERTIUS.

TIT. I.

DE JUDICIIS [1].

De stipulatione usurarum.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Clementi.

JUdicio cœpto [2], usurarum [3] stipulatio non est perempta : Superest igitur, ut debitorem ejus temporis, quod [4] non est in judicium deductum, convenire possis. PP. Kalend. April. ANTONINO II. & GETA II. CONSS. 206.

Si sæpius tutelæ agatur.

2. Iidem AA. Valerio.

LIcet judice accepto [5], cum tutore tuo egisti, ipso [tamen] jure actio tutelæ sublata non est : & ideo si rursus eundem [6] judicem petieris, contra [7] utilem exceptionem rei judicatæ, si de specie [8], de qua agis, in judicio priore tractatum non esse allegas, non inutiliter replicatione doli mali uteris [9]. PP. VI. Kal. Jan. FAUSTINO & RUFO (RUFINIANO) CONSS. 211.

Si quæstio status bonorum disceptationi concurrat.

3. Imp. ALEXAND. A. Faustinæ.

QUoties quæstio status [10] bonorum disceptationi concurrit ; nihil prohibet, quo [11] magis apud [12] eum quoque, qui alioquin [13] super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur. PP. 6. Id. Febr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De quæstione evictionis omissæ.

4. Idem A. Popilio.

SI cum tibi pretium prædiorum a curatoribus comparatorum reputaretur [14], & instrumenta emptionis traderentur [15], quæstionem omissæ evictionis [16] non movisti : intelligis semel finitam litem instaurari non posse. PP. Kal. Aug. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

De Judice delegato.

5. Imp. GORD. A. Marcello.

A Judice [17] judex delegatus [18], judicis dandi potestatem non habet [19] : cum ipse judiciario munere fungatur [20] : nisi a Principe judex datus fuerit. PP. 4. Non. Septemb. ULPIO & PONTIANO CONSS. 239.

Quid sit judici per se, vel per Consiliarios expediendum.

In AUTHENT. ut defun. seu fun. eor. non injur. a cred. §. illud. col. 5. tit. 15. al. 13. seu Novell. 60. cap. 2.

AD hæc, si administrator sit, & publicis occupationibus impediatur, litem apud se agitandam saltem in contestatione audiat : & rursus in medio semel, & in fine omnia etiam quæ sunt examinata, consequenter audiat, & sic ferat sententiam & appellationem, si fiat, suscipiat : cætera licet expediri per consiliarios [21]. Item judex appellationis rem per se audiat. Delegatus autem omnino per se litem una cum consiliariis examinet. Sed si contra hoc factum fuerit, graves pœnæ sequentur : nam Administratores & delegati viginti librarum auri multam præstabunt : Consiliarii, si quidem advocati sint, ab advocatione expellentur : si vero non sint, sed cingulum habeant : cingulo privabuntur, & decem libras auri præstabunt.

De servis.

6. Idem A. Juniæ.

SErvus [22] in judicio interesse [23] non [24] potest [25] : nec si condemnatio aliqua in personam ejus facta sit, quod statutum est, subsistit. Dat. 15. Kalend. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Contra servum detentorem rei pignori obligatæ non potest agi ex persona domini sui defuncti, sed missio in bonorum possessionem petenda est.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Hyrinæ.

CUm [26] debitoris tui servum tibi pignoris jure obligatum, bona domini sui quondam rebus humanis exempti tenere profitearis, adversus eum dari tibi actiones contra jus postulas : si quidem inter [27] servum & liberum consistere

1 Seu cognitionibus judicum datorum a magistratu vel Principe, *L. 5. ff.* 1. *&* 1. *C. Theod.* 18. *&* 7. *Synops. Basil.* 1. *&* 2. *Decret.* 1. *&* 2. *Sept.* 1. *&* 2. *Clem.* 1. *&* 2. *Extravagant.*
2 Stricti juris sc. finge usuras stipulanti promissas : & ita concilia hanc *l. cum l.* 13. *in fin.* *J. de usur.* Cæterum judicium cœptum dicitur interdum lite contestata, interdum sola citatione.
3 Lite contestata usuræ currunt. *l. 35. ff. de usur.* Sortis obligatione (adde & præteritarum usurarum) in judicium deducta, pœna crescit. *l. 99. ff. de verb. oblig.* 4 Petitio sortis non impedit cursum usurarum pendente judicio. *Bald.* Usuræ quæ pendente judicio emergunt, si non eodem judicio vel a principio litis petitæ sint, alio judicio sunt petendæ.
5 Judex acceptus delegatus ab ordinario. *l. 5. J. h. t. l. 15. ff. de re judic. Zas.* non ordinarius, ut vult Odofredus. 6 Causæ continentia non est dividenda. *l. 16. J. h. t.* Quæri potest, quemadmodum hic ad eundem judicem sit eundum, cum constet judicasse, atque ita officio suo jam functum esse. *l. 42. ff. de re judic.* Aliter hic species nobis est fingenda : Datus enim hic judex fuit generaliter ad finiendam tutelæ actionem : unicam autem tantum ejus speciem hic definit ac decidit, ideoque officium ejus non extinctum. *l. 43. ff. de recept. arbitr.*
7 Contra utilem exceptionem datur replicatio doli. 8 Si petitio generalis, prosecutio specialis sit, & postea sententia generaliter feratur, ea utique restringitur ad prosecuta & allegata tantum, non ad ea quæ in judicium non deducta fuerint. adde *l. 3. C. de transact.* *l. 43. ff. de arbitris.* 9 Nisi cum generaliter petiisses, de una tantum specie probaveris. *l. 29. C. de transact.* nisi id quod nunc petis continebatur principali, ut sunt fructus, usuræ, & evictiones. *l. 4. J. h. t.* 10 Si quæstio status in controversiam motam inciderit, neglecta principali causa status priori loco cognoscitur. *l. 6. J. de ord. cogn.* 11 Id est, quo minus. *Azo & Gloss. interlinearis*, Cujac. *ad l. 7. §. 2. ff. pro emptore.* 12 Qui de re aliqua principaliter non potest cognoscere, si incidenter ea movebitur, de ea cognoscet.
13 A contrario collige, eundem judicem quæstionis principalis judicem esse causæ & emergentis seu incidentis. *Bald.* 14 Dum illi rationem tutelæ tibi redderent : possunt enim tutores & curatores contrario judicio tutelæ pupillis suis reputare, quod eorum nomine impenderint. *l. 1. §. 4. ff. de contrar. tut.* 15 Sensus est, pupillum curatori suo litem movisse, curatorem ei reputasse pretium fundi comparati, eamque emptionem ut probaret, instrumenta emptionis in judicium protulisse : mox Popilium sententia judicis damnatum, eam impensam curatoris agnoscere, curatorem emptionis instrumenta Popilio tradidisse : finita mox lite, Popilio fundum evictum fuisse; venditore non solvendo, mox adversus curatorem egisse, eo scil. nomine, quod cum supradictum fundum emeret, cautionem omisisset evictionis : Curator hujusmodi negligentiam nunquam sibi reputatam fuisse a Popilio, vel in ipso judicio, vel cum ei instrumenta emptionis traderentur, negat. Contendit itaque hoc negotium & sententia judicis, & spontaneo Popilii consensu finitum : semel finitam litem non instaurari. Quo jure pro curatore judicatum est. Quo jure, inquies, cum minor adversus rem judicatam restituatur, si se deceptum læsumve probaverit. *C. si adversus rem judicatam.* & minores juris ignoratione decepti restituantur. *l. 2. C. de jur. & fact. ignor.* Zasium res ea movit *hic. num.* 4. ut diceret, minorem esse restituendum : cui non illibenter accedo, nisi dicas, Popilium jam majorem vigintiquinque annis curatoribus judicium dictasse. 16 Evictio est de appendicibus & apppendix venditionis. Qui de principali egit omisso accessorio, si postea in sententia nulla accessorii fiet mentio, accessorium intelligitur remissum, & ita finitum, ut postea ejus nomine quæstio moveri non possit. 17 Jurisdictionem habente, id est, magistratu. *Livius 3. & J. de jurisdict.* 18 Pedaneus judex delegatus a judice non a Principe, judicem dare non potest. *l. ult. ff. de off. ejus, cui mandata. l. 5. ff. de jurisd.* Cur tam varie? Principis delegatus habet apparitores, executores proprios, & adsessores, ad instar magistratus : quod cæteri delegati non habent. vide *Nov. 60. c. 2.* Cujac. 12. *observ.* 1. adde Hartmannum 2. *pract.* 1. *obs.* 8. 19 Imo habet, ut legatus proconsulis. *l. 12. §. 1. ff. h. t. l. 12. ff. de off. procons.* solve, Speciale est in proconsule. Accurs. Bald. Zas. *hic.* An perpetuo verum est a delegato judice non subdelegari? Zasius *ait hic n.* 15. idque ita verum esse, ut ne quidem in causis necessarii impedimenti, vel post litis contestationem, vel partium consensu subdelegare possit. 20 Loco alterius scil. non proprio. *l. 3. ff. de off. ejus, cui mandat.* Quod proprium non habemus, dare alteri non possumus. At proconsulis legatus nihil proprii habet, *l. 13. ff. de off. procons.* & tamen subdelegat. *l. 12. d. tit.* solve, In legato proconsulis vestigia quædam sunt magistratus, ex quo lex ita censuit ac voluit, ut mandare suam jurisdictionem & subdelegare possit. Ideoque proconsul dicitur propriam jurisdictionem legatis dare. *l. 4. ff. de off. ejus, cui mandat.* lex illa conciliari ita potest cum *l. 13. ff. de off. procons.* ut sit sensus : Legatus proconsulis subdelegare potest : quia jurisdictionem habet, qua uti potest quasi jure proprio : quod non ex autoritate ipsius proconsulis, *d. l.* 13. sed legis id ita statuentis ac volentis dependet. Itaque propriam non habet, si conditionem proconsulis spectaveris : habet propriam, si legis vim ac potestatem consideraveris, cui id ita constituere licet. Deinde cum dicimus : Propriam jurisdictionem a proconsule legato conferri, ne intelligas eam conferri in individuo, quam habet proconsul (alioquin ea data nihil apud eum remaneret) sed eandem in specie : ut semper sit ea propria legati : eaque quasi jure proprio uti possit, non voluntate ipsius proconsulis, sed vi ac potestate legis id ita statuentis. 21 Notatur hic facilius permitti judici ordinario delegare causas integraliter, quam delegare reservata sententia, cum contrarium videatur de directo probari *in l. placet. de Pedan. judic.* secundum Bartoli intellectum ibi. Vide Vacon. *l. 6. declarat. cap.* 236. cui conjunge Joan. Baptist. Ferret. *in consil.* 116. Joann. Longo *ad l. imperium. n. 37. & 39. ff. de jurisdict. omnium judic.* Mod.
22 Servus non litigat, nec facta in eum condemnatio subsistit. *Synops. Basil. 7. tit. 6. cap.* περὶ δύλων 6. & 5. Harmen. 14. §. 7. 23 Sisti tamen potest judicio. *l. 81. ff. de verb. oblig.*
24 *l. 13. ff. si quis cautionibus. l. 107. ff. de regul. jur.* 25 Nisi ex quibusdam causis *l. ult. J. ubi caus. fisc. l. 1. J. si per vim vel alio modo. l. vix. 53. ff. de judic.* Mod.
26 Si bona debitoris tui defuncti ab ejusdem servo occupantur, non debes illum servum convenire, *ut hic : & l. 6. C. h. t.* sed heredes defuncti, aut quemvis hominem causam hereditatis defendentem. Quod si neque heres sit, neque curator aliquis bonorum, potes a judice petere, ut te ex officio suo in possessionem bonorum defuncti immittat. unde colligunt possessionem ex primo decreto peti posse, & obtineri sine aliqua citatione contra hereditatem jacentem, vel bona vacantia ; ex secundo vero decreto quo jus dominii constituitur, non posse, nisi curatore bonis dato. *ff. de curat. bon. dando.* 27 *l. ult. J. de noxalib. act.*

nullum [possit] judicium. Ad possessionem itaque pignorum magis officio judicis venire te convenit, quam illicita postulare. S. 14. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De æquitate & stricto jure.

8. Impp. CONSTANT. & LICIN. AA. ad Dionysium.

PLacuit [1], in omnibus [2] rebus præcipuam [3] esse [4] justitiæ [5] æquitatisque [6], quam [7] stricti [8] juris [9] rationem. Dat. Id. Maji, VOLUSIANO, & ANNIANO CONSS. 314.

De re plene inquirenda, & de partibus interrogandis.

9. Imp. CONST. A. ad Maximum.

JUdices [10] oportet imprimis rei qualitatem plena [11] inquisitione discutere [12], & tunc utramque partem sæpius interrogare [13], *Numquid novi addere desideret*: cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, sive definienda causa per judicem, sive ad majorem potestatem referenda sit. Dat. 2. Id. Jan. *Sirmii*, LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318.

De allegationibus & dilationibus.

In AUTHENT. ut cum de appell. cog. §. sed & hoc. col. 8. tit. 16. al. 11. seu Nov. 116. cap. 2.

JUbemus: ut, si quando una pars allegationibus suis renunciaverit, alia vero pars se habere aliquid quod proponat, dixerit, Judex negotii modis omnibus eam partem, quæ utitur dilatione, compellat intra triginta dies, postquam altera pars allegationibus renunciaverit, quicquid velit sine aliqua intermissione proponere. Quod si non fecerit, tunc ad ejus malitiam superandam alius mensis indulgeatur a judice. Si vero adhuc distulerit, alterius mensis dilatio ei præbeatur: Ita ut si usque ad prædictos tres menses suas non proposuerit allegationes, causæ cognitor non amplius expectans, sententiam omnibus modis legibus & moribus consonantem proferat: vel, si noluerit, referat: ne litigatoribus male tractantibus liceat causarum exitus ultra protrahere.

De causæ continentia non dividenda.

10. Idem A. ad Severum Præfectum urbi.

NUlli [14] prorsus audientia præbeatur [15], qui causæ continentiam [16] dividit [17], & ex beneficii prærogativa [18] id quod in uno eodemque judicio poterat terminari, apud diversos judices voluerit ventilare, pœna ex officio Judicis imminente ei; qui contra hanc supplicaverit sanctionem; atque alium super possessione [19], alium super principali [20] quæstione Judicem postulaverit. Dat. 3. Kal. Aug. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

Ut Judex leges non verba Principis attendat.

11. [21] Græcæ hujus constitutionis argumentum ex indice Basilicorum & Theod. Hermopolita.

SUbtilitatem [22] legum judex curæ [23] habeat: non autem, his quæ præter jus dicta, vel prolata sunt ab Imperatore attendens.

De dilationibus. 1. De recusatione judicis.

12. [24] Imp. ZENO. *

OMnes [25] magistratus & divini judices compendiose lites decidant: & si quis litigantium crebro competentem judicem adiens, sine justa causa differatur, adeat principem, auxilium ab eo expectans. §. 1. Sin recuset quis judicem bona fide ante litis contestationem, judex alius ei ex divina aditione dabitur: Quod si & juste recusare [26] videbitur, post contestationem judex alius aut conjudex ne [27] petatur: apud unum enim judicem omne moveatur causæ negotium: & si incompetens ille super aliquo videatur causæ capitulo: ex propria sententia ad competentem judicem illud capitulum remittatur. Secundo enim aut sæpius conventus seu expertus quis, & ex secunda causa in duplum reponet damnum, & sine fidejussoribus, aut ejeratione ex secunda conventione apud primum intendet judicem.

De litibus triennio finiendis, de eremodicio, & de sumptibus litis.

13. Imp. JUSTIN. A. Juliano P. P.

PRoperandum [28] nobis visum est, ne lites fiant pene [29] immortales [30], & vitæ hominum modum excedant, (cum criminales quidem causas jam nostra lex [31] biennio conclusit: & pecuniariæ causæ frequentiores [32] sunt, & sæpe ipsæ materiam [33] criminibus creare noscuntur) præsentem legem super his per orbem terrarum, nullis locorum vel temporum angustiis coarctandam ponere. §. 1. Censemus itaque omnes lites super pecuniis, quantæcunque quantitatis, sive super conditionibus, sive super jure civitatum, sive privatorum fuerint illatæ, sive super possessione, vel dominio, vel hypotheca, seu super servitutibus, vel pro aliis quibusdam causis, pro quibus hominibus inter se litigandum est, (exceptis tantummodo causis quæ ad jus fiscale [34] pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones) non ultra triennii [35] metas post litem contestatam esse protrahendas: sed omnes judices sive in hac alma Urbe, sive in provinciis majorem seu minorem peragant administrationem, sive in Magistratibus positi vel ex aula nostra dati, vel a nostris proceribus delegati: non esse eis concedendum ulterius lites, quam triennii spatio, extendere. Hoc etenim judicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret: Nam si ipsi noluerint, nullus tam audax invenitur, qui possit invito [36] Judice litem protelare. §. 2. Et si quidem pars actoris cessaverit, quatenus multiplici dilatione reus fatigetur, & triennii metæ post [37] litem contestatam jam prope [38] finem veniant, ut semestre tempus tantum ei supersit: licentia erit judici [39] per executores negotii actorem requirere, parte fugiente [40] ex una [41] parte actoris absentiam incusante [42], & judicibus omnimodo suas aures hujusmodi quæstionibus reserantibus: & si per [43] tres vices hoc fuerit subsecutum, decem [44] dierum spatio per unumquemque [45] introitum [46] destinato, &

1 7. *Eclog.* 3. *ex tit.* 6. *cap.* 8. Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Anton. Augustin. *lib.* 4. *emend. cap.* 8. Duaren. *lib.* 2. *disputat. cap.* 18. Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 3. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 23. *num.* 26. S. L. 2 Imo non in omnibus: non in legatis. *l.* 69. *ff. de leg.* 3. non in contractibus. *l.* 1. §. 20. *vers. Sed si sciente. ff. de exercitoria.* non in causis libertatis, (utcumque sint favorabiles) *l.* 12. §. 1. *ff. qui & a quibus.* non in sententiis aut judiciis. *l.* 1. *C. de legibus.* Nullo igitur casu. In omnibus, sed quæ lege palam non sunt definita.
3 Hinc æquitas vocatur summa ratio *in l.* 43. *in fin. ff. de relig. & sumpt.*
4 Cui? num judicibus: si judicibus, an omnibus? dixi ad *l.* 1. *supr. de legibus.*
5 De scriptura recta hujus legis vide Duarenum *l.* 2. *disput. cap.* 18. & Ant. Augustin. *lib.* 4. *Emend. cap.* 8. de materia vero consule Moder. Ancon. *in tract. de mercat. in tit. quomodo in casu mercatur. procedendum sit* 1. *part. n.* 4. Fortun. Garziam *ad l.* 1. *ff. de just. & jure n.* 49. Mod.
6 *l.* 57. *C. de Episcop. & Cleric. l.* 90. *ff. de reg. jur.* Æquitas justitia, *ut hic*, verum jus, germana justitia. Cicer. bona fides. *l.* 29. §. 4. *ff. mandat.* naturalis justitia. *l.* 13. §. 7. *ff. de excus. tutorum.* humanitas, benignitas, æquum, bonum, bonum & æquum. *l.* 1. *ff. de justit. & jur. l.* 91. §. 3. *ff. de verb. obl.* δίκαιον, *Synops. d. loco.* utilitas communis. *l.* 51. §. 2. *ff. ad l. Aquil.* τὸ ἐπιεικές, justum quidem, sed non semper scriptum, & ita opponitur justo legitimo ab Aristot. 5. *Ethic.* 10. Æquitas rationem personarum habet. *l.* 14. §. 6. *ff. de relig & sumpt.* educitur ex ipsarum rerum natura. *l.* 14. §. 13. *ff. de relig. & sumpt.* judici ante oculos esse debet. *l.* 4. *in fin. de eo, quod certo loc.* unde religio judicantis dicitur. *l.* 13. *ff. de testib.* juris scripti duritiem & asperitatem, habita ratione circumstantiarum, mitigat. Qua via? veluti si deprehendens, neque plus aut minus in facto esse quam in lege scripta dixeris, scriptam legem facto controverso proprie convenire: si tamen legislatoris mentem, ipsamque facti controversiam attentius spectaveris, legem facto consentire negaveris. Huc utique spectat ars boni & æqui. *l.* 1. *in princ. ff. de justit. & jur.* vera philosophia non simulata, quæ sui studiosos sacerdotes facit. *ibi* §. 1. De æquitate alibi etiam dixi ad *l.* 21. *ff. de interrogat. in jure fac.* obiter interea notandum est, originem æqui oriri ex universali lege: quippe legislatores non omnes casus definiunt, sed eos, qui plerumque accidunt. Aristot. 5. *Ethic.* 8. Decisio casus omissi in lege universali petenda, non ex ipsa lege, sed ex eo, quod bonum & æquum diximus, ut æquitatem ipsam possumus appellare, scriptæ legis supplementum. 7 Æquitas δίκαιον: jus strictum, ἀκρίβεια. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 3. *ex tit.* 6. *cap.* 8. 8 Jus strictum *hic*, non est jus scriptum, sed juris scripti prædura & ab humanitatis regula aliena interpretatio: stricta ratio. *l.* 43. *in fin. ff. de relig. & sumpt.* jus summum Ciceroni, apices juris. *l.* 29. §. 4. *ff. mandati*: mera cognitio. *l.* 14. §. 13. *ff. de relig. & sumpt.* subtilitas verborum. *l.* 20. *in fin. ff. de reb. cred.* Opponitur æquitati (de qua supra dixi) ut homini politico & humano barbarus. ut spiritui littera. dicitur & scrupulositas, nimiaque subtilitas. *l.* 12. *C. de injusto rupto.* cavillatio, subtilitas juris. *l.* 17. *ff. de injusto rupto.* autoritas juris scientiæ. *l.* 91. §. 3. *ff. de verb. obl.* ratio disputandi. *l.* 51. §. 2. *ff. ad leg. Aquil.* ἀκρίβεια, *Synops. d. loco.* summum jus summa injuria. Terent. *Heautontimor.* summum jus, summa crux. *Columella* 1. Eam ob causam Coriolanus in exilium missus, ut nimius exactor legum, *Halicarnass.* 8. jus nimis scrupulosum, & ideo non admittendum. *l.* 33. *ff. de excus. tutor.* subtilis ratio. *l.* 51. *in fin. ff. ad leg. Aquil.* subtilis regula & humanitas opponuntur in *l.* 13. *ff. de liber. & posthum.* 9 Imo stricti magis quam æquitatis. *d. l.* 29. *d. l.* 20. *d. l.* 12. *d. l.* 17. dixi superius *& ad legem primam.*
10 Hæc lex interpolata ex *l.* 1. *C. Theod. h. t. lib.* 2. *tit.* 18. 11 Hoc locum non habet in rebus minimi momenti, & aliis causis, quæ moram non admittunt, ut alimentorum & similium. de quibus vide Rebuff. *tom.* 1. *tract. de sentent. præjudicialibus seu provisionalibus.*
12 Id est, cuncta rimari. *l. judicantem.* 1. *C. Theod. lib.* 2. *tit.* 18. *quam vide, & can. judicantem ult. caus.* 30. *quæst.* 5. 13 Ex officio, parte etiam non petente. vid. *l.* 11. *ff. de interrog. act.* 14 *l.* 2. *C. Theod. de judiciis. l.* 2. *tit.* 18. 15 Ad explicationem hujus legis & confirmationem eorum, quæ ad eam notavit Gothofredus, vide Afflict. *decis.* 354. *n.* 4. Alciat. *l.* 1. *parerg. cap.* 9. *& cap.* 61. Joan. Ign. *in repet. l. necessarios. §. non alias. ff. ad SC. Silan. in* 3. *part.* 30. *limit.* Bald. *ad l.* 1. *col.* 1. *vers. contra. de sentent. quæ sine certa quant.* Socin. jun. *cons.* 136. *n.* 6. *lib.* 2. Jac. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 371. *n.* 4. Mod. Adde Alciatum *paradox. lib.* 2. *cap.* 5. Cujac. *lib.* 9. *obs. cap.* 10. S. L.
16 *l.* 2. *C. h. t.* Ubi cœptum judicium, ibi finem accipere debet. *l.* 3. *ff. h. t.* neque hodie in hujus, cras in alterius foro lis finienda. vide quæ notavi ad *l.* 5. *infra arbitrium tutelæ.* 17 *l.* 2. *supr. h. t.* cur id fieri non oporteat, dixi ad *l.* 1. *ff. de quib. reb. ad eundem judic.* 18 Id est, momenti beneficio, ut recte interpretatur Anianus C. T. interpres, quod ideo sic appellatur, quia restitutio possessionis per vim aut alia aliqua ratione ereptæ, confestim & sine ulla mora facienda est: atque illius magna est prærogativa. *l. unic. C. si de moment. possess.* Mod. 19 Alia est enim proprietatis, alia possessionis causa, ut hic: in hac de erepta possessione: in illa de proprietate agitur: utraque in uno eodemque judicio debet cognosci. Greg. 7. *epist.* 100. & hæc prius quam illa. An & simul? Symmachus 1. *epist.* refert id ab imperatoribus constitutum, judices ad id non cogi: sed tamen, si velint de possessione cognoscentes posse etiam continuo, si casus tulerit, de proprietate cognoscere. qua de re plenius vide Cujac. 2. *observ.* 35. Superiori quæstioni subcontraria est ea, an pendente judicio petitorio agi possessorio liceat, & a rei vindicatione ad possessionis causam progredi? de qua vid. *l.* 13. *C. de rei vind. l.* 37. *ff. de judiciis.* Hotom. *quæst.* 29.
20 Causa principalis, id est, proprietatis. *l.* 1. *C. Theod. unde vi*, quæ & negotium principale. *l.* 7. *in fin. C. ad leg. Jul. de vi.* Cassiodor. 4. *variar.* Si in causa momentanea (id est, possessionis) vel principali justitiam adesse cognoscet. vid. Cujac. 5. *obs.* 19. *in fin.*
21 Cujacius hanc legem restituit 9. *observ.* 20. 22 Interpretatio Contii: sententia hæc est, judices sequi jus strictum legum debere, at non ea, quæ plerumque a Principe dicta prolatave παρανόμως, *præter jus*, *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *c.* 11. vid. *l. si vindicari.* 20. *C. de pœnis.*
23 *l.* 3. *C. de sentent. ex periculo. l.* 20. *C. de pœnis.* 24 Cujacius hanc legem restituit 9. *obs.* 20. exstat 7. *Syn. Basil.* 6. *cap.* 12. 25 Interpretatio Contii. 26 *Cap.* 6. *de off. deleg. in* 6. *Nov.* 53. *c.* 3. 27 Adde casum *l. ult. C. de in jus voc.* 28 Causæ criminales biennio finiendæ; pecuniariæ vero cujuscunque fuerint quantitatis, a quacunque persona, in quacunque causa (excepta duntaxat causa fisci publicarumque functionum) solo triennio ab omnibus judicibus quicunque fuerint finiendæ. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 6. *cap.* 3. Goth. Vide Cujac. *obs. l.* 9. *c.* 22. Ans. 29 Quia Gothofredi diligentia hic nihil aliud reliqui fecit, tantum moneo consulas ad hanc legem, quisquis es lector, Rotam *Neapolit. decis.* 346. Cottam in *Memorabil.* in verb. *Justam.* Bald. *decis.* 392. Alexand. *cons.* 50. *n.* 7. *vol.* 2. Decium *cons.* 303. *col.* 2. *n.* 5. Rævardum meum *lib. varior.* 4. *cap.* 14. Nicolaum Vallam *de rebus dubiis tract.* 13. Guterium *resolut. part.* 3. *cap.* 5. Mod. 30 Litium immortalitas vitanda. *l.* 4. §. 1. *ff. de alien. jud. mutand. caus. l.* 21. *in fin. ff. de reb. cred. l.* 1. §. 10. *ff. de operis novi nunciat.* adde *Institut. de pœna temere litigant.* 31 Instantia causarum criminalium non durat ultra biennium. *l.* 2. 3. *C. ut intra cert. tempus crim. quæst. lib.* 9. *t.* 44. 32 Pecuniariæ causæ criminalibus frequentiores. 33 Pecuniariæ lites sæpe in criminales degenerant.
34 Causæ fiscales & pertinentes ad publica munera intra sex menses a lite contestata finiendæ. vid. *l. ult. C. de jure fisci.* 35 Lites civiles (quæ tamen non pertinent ad fiscum, & publicas functiones, *C. h. t.* & ad legata, fideicommissa, & libertates: sunt enim tales causæ intra annum finiendæ. *Nov.* 1. *cap.* 4. *ubi* vide Cujacium.) triennio finiendæ, ut hic, quod & Manuelis Comneni Novella quadam confirmatum est. De triennio vide Cujac. *cap.* 22. *de præscript.* Hoc tempus legitimum appellatur *in l.* 32. *in fin. ff. h. t.* Ubique gentium inveterato ab omnibus seculis morbo, lites diutius vivunt. Illud interim notandum, in Gallia sic instantiam perimi triennii spatio computando a die ultimi termini, *de la derniere procedure*, ut ab eo tempore nemo sine literis regiis litem possit prosequi. vid. Rebuff. *in proœm. constitut. gloss. num.* 51. 36 Invito judice neutra pars litigantium litem prorogare potest. An judex post triennium sententiam ferre potest? non potest. Cur ita? triennio perimitur instantia: ea perempta cessat citatio. Si jus diceretur, hoc fieret sine citatione. Est autem sine citatione sententia nulla. Post peremptam igitur instantiam sententia nulla est. vid. Oldendorp. *cap.* 8. *de sent. & re judic.* 37 Tempus instantiæ incipit currere post litem contestatam. 38 Prope triennium esse dicitur, quod a triennio solo semestri distat. Proximitas temporis hic semestri definitur. vide Cujac. 17. *obs.* 4. *in fin.* 39 Vide Jafredum *decis.* 333. 40 Uno litigatorum absente, litis persecutio continuanda ad alterius præsentis petitionem. 41 Μονομερῶς, vide Cujac. *Nov.* 9. 42 Hinc colligunt, judicem nunquam nisi ad instantiam partium procedere: quod nimis sane generale: judex enim plerumque ex officio procedit. Hinc etiam colligunt absentem non prius contumacem censeri, quam ejus absentia ab adversario præsente fuerit accusata. 43 Vid. *l.* 8. *C. quomodo & quando judex.* 44 *l.* 69. *ff. h. t.* hodie triginta dierum ex *Nov.* 112. *cap.* 3. *in pr. vers. Si vero.* 45 Mos hic erat judiciorum, ut si litem cœptam pars una deseruisset, altera judicium ingrederetur ac postularet adversus absentem Edictum primum; quod impetratum denunciabatur absenti, dato ei termino decem dierum. Eo non comparente, secundum Edictum postulabatur, quod mox eidem absenti denunciabatur, additis rursus aliis decem diebus. Eo rursus non comparente tertium Edictum postulabatur dari, quod absenti denuo denunciabatur (trinæ enim denunciationes fiebant. *C. h. t. ibi, per tres voces addito decennio.*) Eo non comparente, postulabatur Edictum quartum & peremptorium. Interdum tamen omisso quarto Edicto absens condemnabatur, *l.* 2. *l.* 9. *C. quomodo & quando judex.* & ita reddebatur Lis ἐρήμη, sive μονομερὴς δίκη. vid. Cujac. 9. *observ.* 22. 46 *Introitus est*, quo præsens adversarius absentem accusat, & de sumptibus litis quos interim fecit, conqueritur, at-

nec

nec ita pars actoris fuerit inventa, & neque per se, neque per [1] procuratorem instructum pervenerit: tunc judicem negotii acta [2] apud se confecta conspicere [censemus]. Et si quidem nihil sufficiens actitatum est, ex quo possit termino causæ certa fieri conjectura, volumus non solum partem fugientem [3] ab observatione judicii relaxare, sed etiam in omnes expensas, quæ consueto modo circa lites expenduntur, eum condemnare, vera quantitate earum sacramento fugientis manifestanda, & omni cautela quam super lite reus exposuit, reddenda: quæ & si remanserit, viribus evacuabitur. Sin autem ex gestis apud se habitis [4], parte actoris minime inventa, possit invenire viam, qua manifestum ei fiat, quid statuendum sit, etiam absente [5] actore, si eum meliorem causam habere perspexerit, pro eo ferre sententiam non moretur, & præsentem [6] reum absenti actori condemnare, expensis tantummodo litis, quas reus legitime se expendisse juraverit, condemnatione excipiendis, quia hanc pœnam [7] actori, & meliorem causam habenti propter solam absentiæ contumaciam [8] imponimus: nullo penitus ei regressu ad eandem litem conservando. Sed actor contumax cadat omnino de lite, si reus absolvatur. Sin vero aliqua condemnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putaverit fugitivus [9], nullo modo iterum eandem litem resuscitare [10] concedimus. Et hæc quidem pœna actori fiat imposita. §. 3. Sin autem *reus* abfuerit, & similis [11] ejus processerit requisitio [12], quemadmodum pro persona actoris diximus, etiam absente eo eremodicium [13] contrahatur, & judex (secundum quod veteribus legibus cautum est) ex una [14] parte cum omni subtilitate causam requirat: & si obnoxius fuerit inventus, etiam [15] contra absentem promere condemnationem non cesset, quæ ad effectum [16] perducatur; & per res [17] & facultates fugientis victori satisfiat: sive ipse judex ex sua jurisdictione hoc facere potest [18], sive per relationem [19] ad majorem judicem hoc referatur, & ex eo legitima via contra res contumacis aperiatur: nulla licentia ei, vel alii [20] personam ejus solam prætendenti concedenda contradicendi, cum in [21] possessionem ex hujusmodi causa actor mittitur: nec [22] si reversus ipse fuerit, & voluerit fidejussores dare, & possessionem recuperare, audiatur: in hujusmodi etenim casibus omnem ei contradictionem excludimus. §. 4. Cum autem eremodicium ventilatur, sive [23] pro actore, sive pro reo: examinatio causæ sine ullo obstaculo celebretur. Cum enim terribiles [24] in medio proponuntur scripturæ, litigatoris absentia Dei præsentia repleatur [25]: nec pertimescat judex appellationis [26] obstaculum, cum ei qui contumaciter [27] abesse noscitur, nulla sit provocationis licentia: quod & in veteribus legibus esse statutum, manifestissimi juris est. §. 5. Hujusmodi autem sententia prope finem triennii [28] proferatur, pro quo & præsentem legem induximus. Si enim in anteriori tempore, in quo larga temporis superest dilatio, & spes absenti relicta fuerit revertendi, alterutra pars cessaverit; in sola expensarum datione, & absolutione forsitan præstetur pœnalis sententia: non autem tunc mors [29] litis, & condemnatio in absentem introducatur, quæ in his tantummodo casibus accidunt, in quibus triennii effluentis imminet formido.

§. 6. Sive autem alterutra [30] parte absente sive utraque præsente lis fuerit decisa: omnes judices, qui sub imperio nostro constituti sunt, sciant [victum] in [31] expensarum causa victori esse condemnandum, quantum pro solitis expensis litium juraverit: non ignorantes, quod, si hoc prætermiserint [32], ipsi de proprio hujusmodi pœnæ subjacebunt, & reddere eam parti læsæ coartabuntur. §. 7. Et hæc de alterutra parte litigantium contumaciter absente nobis statuere visum est, ad æquitatis rationem omnia corrigentibus.

§. 8. Sin autem utraque parte imminente, & litem peragere cupiente, judex eam accipere noluerit, vel [33] propter amicitias, [vel inimicitias [34]], vel turpissimi lucri gratia, vel propter aliud quodpiam vitium, quod miserrimis animis hujusmodi judicum innasci potest, litem ipse ausus fuerit protelare [35], & propter hoc triennium fuerit transactum: judex, si quidem in magistratu positus est, vel in majori dignitate usque ad illustratus gradum, decem [36] libras auri privatis nostris largitionibus inferre per scholam [37] Palatinam compelletur: Sin autem judex minor fuerit, trium librarum auri multa plectetur per eandem [38] scholam exigenda, & nostro ærario applicanda: & eo removendo, alter judex in locum ejus subrogabitur [39] sub similis pœnæ formidine: his omnibus locum habentibus, cum unus judex unam causam ab initio peragit.

† Sin autem in medio [triennii], vel morte [40] judicis, vel alia irrecusabili occasione judicium fuerit mutatum, tunc, si quidem ex triennio annale tempus, vel amplius residet, in quo alius judex [ei] causæ imponitur, intra reliquum tempus causa finiatur. Sin autem minus, quam annale sit; tunc omne quod deest, repleatur, ut non in minore [quam] perfecti anni tempore litem possit subrogatus judex tam discutere, quam terminare. §. 9. Illo proculdubio observando, ut si neque per alterutram litigantium partem, nec per judicem steterit, quominus lis suo marte decurrat, sed per patronos causarum: licentia detur judici, & eos [41] duarum librarum auri pœna afficere per scholam [42] Palatinam exigenda, & similiter publicis rationibus aggreganda: ipso videlicet judice in sua sententia hoc ipsum manifestante, *Quod per patronos causarum, vel fugientis, vel agentis dilatio facta est, vel per omnes, vel per quosdam ex his:* Necessitate advocatis imponenda, ex quo litem peragendam susceperint, eam usque ad terminum, (nisi lex vel justa [43] causa impediat) implere, ne ex eorum recusatione fiat causæ dilatio: honorariis [44] scilicet a clientibus, qui dare possunt, disertissimis togatis omnimodo præstandis: & si cessaverint, per [45] executores negotiorum exigendis, ne per hujusmodi machinationem causæ merita protrahantur: nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit. §. 10. Hæc autem omnia in his omnibus a nobis cauta sunt, quibus perfectæ ætatis constitutis arbitrium suum pro omnibus causis sufficit. §. 11. Sin vero causæ, vel pupillorum, vel adultorum sint, vel aliorum sub cura agentium, masculorum, vel fœminarum: ut per tutores, vel curatores, vel actores, vel eorum procuratores agantur: & eorum desidia [46] triennium fuerit elapsum, & causa ceciderint, litem quidem nihilo [47] minus [48] suum habere vigorem: omnem autem jacturam, quæ ex hac causa oritur, ad tutores & curatores, aut eorum fidejussores, heredesque, & res [49] eorum, & ad omnes quorum in hac causa legitime interest, redundare. Sin autem non sufficiat pupillis, vel minoribus eorum substantia, tunc [50] in id, in quo fuerint detrimentum perpessi, placuit in integrum restitutionis auxilium eis superesse. Dat. 6. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De jurejurando a Judice, 1. vel ab advocatis præstando: & si advocatus jurare, vel patrocinari noluerit.

14. Idem A. Juliano PF. P.

REm non [51] novam, neque insolitam aggredimur, sed antiquis quidem legislatoribus placitam: cum vero contempta [52] sit, non leve detrimentum causis inferentem: Cui enim non est cognitum, antiquos [53] judices non aliter judicialem calculum [54] accepisse, nisi prius sacramentum præstitissent, *Omnimodo sese cum veritate, & legum observatione judicium esse dispositu-ros?* Cum igitur, & viam non inusitatam invenimus ambulandam: & anteriores leges nostræ, quæ de juramentis positæ sunt, non minimam suæ utilitatis experientiam litigantibus præbuerunt, & ideo ab omnibus merito collaudantur: ad hanc in perpetuum valituram legem pervenimus, per quam sancimus, Omnes [55] judices, sive majores, sive minores, qui in administrationibus positi sunt, vel in hac Regia civitate, vel in orbe terrarum, qui nostris gubernaculis regitur, sive eos quibus nos audientiam committimus, vel qui a majoribus judicibus dantur, vel qui ex jurisdictione sua judicandi habent facultatem, vel qui ex recepto, id est, compromisso [56] (quod judicium imitatur) causas dirimendas suscipiunt, vel qui arbitrium peragunt, vel ex auctoritate sententiarum, & partium consensu electi sunt, & generaliter omnes [57] omnino judices Romani juris disceptatores, non aliter litium primordium accipere, nisi prius ante sedem judicialem sacrosanctæ deponantur scripturæ: & hæ permaneant non solum in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus, usque ad ipsum terminum, & definitivæ sententiæ recitationem. Sic etenim attendentes ad sacrosanctas scripturas, & Dei præsentia consecrati, ex majore præsidio lites diriment, scituri, quod non [58] magis alios judicant, quam ipsi judicantur, cum etiam ipsis magis, quam partibus terribile judicium est: siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore [59] adhibito causas proferunt trutinandas. Et hoc quidem jusjurandum judiciale omnibus notum sit, & Romanis

que deplorat, qui tertio fieri solebat. vid. Cujac. *d. loco.* 1 Absens non est, qui per procuratorem comparet. 2 Judex ex actis & allegatis judicare debet. An ex conscientia? dico in *l. illicitas 6. §. veritas.* 1. *ff. de off. præsid.* 3 Pars fugiens, reus. Græcis ita φεύγων dicitur. Hinc Alcibiades, teste Æliano 13. dicebat, stultum esse reum, qui licet injuste accusatus sit, non fugiat, cum possit fugere. Item cuidam interroganti, cur judicio patris diffideret? imo & matris inquit: fieri enim potest nonnunquam, ut errore inducta nigrum calculum pro albo inferat. 4 Sensum hujus vers. vid. apud Fachin. *l.* 1. *controv. cap.* 40. Ans. 5 Actor præsens absente reo interdum (puta quando actoris libellus est ineptus, aut non sunt sufficientes ejus probationes) condemnari potest. Idque judicis officio, ut hic, & ita judex absentem potest non tantum absolvere ab observatione judicii, sed & præsentem condemnare in expensas. Expensas, inquam, quas reus se fecisse juraverit. Porro quando absolutoria ab observatione judicii fieri debeat, vide Wurmserum 1. *pract.* 22. *observ.* 15. *& tit.* 24. *observ.* 14. 6 Præsens reus interdum absenti condemnatur: Id est, interdum causa potior est absentis, quam præsentis. Absens per contumaciam, si bonam causam habuerit, non ideo minus vincit. *l.* 73. *ff. h. t.* 7 Pœnam absentis actoris observa. Quantumvis contingat secundum eum judicari, non tamen reus ei condemnatur in expensas: quinimo expensas factas a reo solvere tenetur: & ita hoc casu victor victo damnatur: & viatica sumptusque litis exsolvit. 8 In quam non incidit, qui culpa levi non dolo non comparuit: puta quia dum veniret ad judicem, passus est interea se a ludentibus detineri, forte non male, quia animum judicii contemnendi non habuit. Iafredus *decis.* 333. 9 Actor fugitivus, id est, absens & contumax. 10 Absenti contumaci nulla redintegrandæ sententiæ per appellationem ratio est. 11 Similis modus attenditur in reo, qui in actore. 12 Id est, trina denunciatio, per quam quis sit contumax. *l.* 8. *C. quomodo & quando judex.* 13 Eremodicium litis desertio. §. 4. *C. hic. l.* 13. *in princ. ff. judicatum solvi.* 14 In eremodiciis agitur causa μονομερῶς. 15 Absens indefensus, (si malam causam habeat,) præsenti condemnandus. 16 Vana est sententia, quæ executione destituitur. 17 Sententia condemnatoria in bonis condemnati executioni mandari debet. 18 Demus res fugientis ac contumacis sitas esse extra territorium judicis. 19 Si id evenerit, ut res victi, id est, judicio condemnati extra territorium judiciale sitæ sint, minor ad majorem (idem dicendum in æquali) referre sententiam solet: & ab eo petere, ut sententiam exequi velit. vide quæ not. ad *l. ult. ff. de jurisdict.* vide *l.* 15. §. 1. *ff. de re judic. l.* 12. §. 1. *ff. de reb. auct. judic. possid.* 20 Tertium excipe opponentem de suo jure, ac de suis hypothecis agentem. vide *l.* 2. *C. ne uxor pro marito.* 21 Victor in victi contumacis bonorum possessionem mitti solet. Latitantis bona possideri solent. *l.* 2. §. 1. *ff. quibus ex causis in possess.* 22 Privatus possessione bonorum ex contumacia ea non recuperat oblatione fidejussoris & sumptuum, sed sola satisfactione: Quid si in ipsam rem facta est executio? nunquam auditur. vid. Bald. *hic.* 23 Litis desertio fit tam ab actore quam a reo. 24 Id est, sacra scriptura. *l.* 14. §. 1. *C. h. t.* 25 Litigatoris absentia Dei & judicis præsentia suppletur. 26 *l.* 40. §. 1. *ff. de pactis*, qui Græcis uno vocabulo ἐφέσις appellatur, unde ἐφεσιμὸν δικαστήριον judicium appellationis. 27 Verus contumax non appellat. Quid si appellaverit? Judex appellationis de contumacia ipsa ejusque veritate cognoscet. 28 Hodie anni. *Nov.* 112. *in fin.* 29 Lis moritur, cum legitimis temporibus transactis perit: cum intra legitima tempora neglecta desertaque prorsus fuerit. *l.* 18. §. 4. *ff. de dolo malo. l.* 3. §. 1. *ff. quæ in fraud. l.* 2. *ff. judic. solvi.* e contrario lis vivere dicitur. *l. pen. in fin. C. de fide instrum.* Goth. Et vivere actio dicitur. *l.* 3. *C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 3. *C. de tempor. & reparat. appellat.* S. L. 30 Μονομερῶς, §. 3. *s. hic.* 31 Victus victori expensas debet. vide *l.* 4. *C. de fructibus & lit. expens. l.* 78. §. 2. *ff. de legat.* 2. 32 Judex qui hoc casu non condemnat victum in expensas, earum nomine victori tenetur. 33 Ultra judicium. 34 Vide Harmenopulum *initio operis. can. quatuor.* 78. *dist.* 3. 35 Pœnam judicis observa litem ultra biennium malitiose producentis sive protrahentis. 36 In pœnis pecuniariis, gravius puniuntur potentiores: in corporalibus mitius. *l.* 4. §. 1. *ff. de incendio, ruina.* 37 §. 9. *C. hic.* de schola Palatinorum alibi dicam. 38 Id est, Palatinorum, de quibus alio dicemus loco. 39 Subrogatus iisdem conditionibus subrogari intelligitur, quæ principali sive antecessori præscriptæ præfinitæque erant. 40 *l.* 60. *ff. h. t.* 41 Pœnam advocati observa, cujus mora fit, quominus lis definiatur. 42 §. 8. *s. hic.* 43 *l.* 8. §. 3. *ff. de procuratoribus.* 44 Si propter salarium non solutum lis retardatur, judicis officio pars solvere compellitur. 45 Litigatores cogi possunt ad honorarium advocato præstandum. 46 Cujac. 12. *obs.* 21. notat ex hoc paragrapho, Plus petitionem tutoris & curatoris pupillis non nocere. 47 Hinc colligit Bald. bona tutoris & curatoris ad litem, tacite obligari. Tacitum itaque genus hypothecæ observa. 48 Id est, nullo modo. Cujac. *ad l.* 7. §. 2. *ff. pro emptore:* adde quæ scripsi ad *l.* 2. §. 1. *ff. vi bonorum raptorum.* 49 Judicii tempora minoribus currunt, regressu in tutores & curatores suos dato. Iis non solvendo existentibus, restitui possunt. 50 In subsidium, minores possunt restitui in integrum. 51 7. *Synops. Basil.* 6. *cap.* 14. *& tit.* 24. *cap.* 16. adde *l.* 2. *s. de jurejur. propter calumn.* Accursius notat, Bulgarum hic derisum fuisse a suis auditoribus, quod cum pridie viduam duxisset, mane consequente, hanc legem, *Rem non novam*, cœpisset auditoribus suis publice legere. 52 Desuetæ leges, si sint optimæ, in usum revocandæ. 53 Id est, ante Caji Cæsaris tempora, qui forte eligebantur, in singulis causis jusjurandum præstabant. vid. *Asconium & Ciceronem.* 54 *Calculus judicialis* est sententia definitiva. 55 Ut omnes judices, quicunque tandem fuerint ab ipsius litis primordiis usque ad sententiam, & in ipsa sententiæ recitatione, collocatis ante se S. Evangeliis, judicent, *Syn. d. loco.* 56 Compromissa, judicia imitantur, *l.* 1. *l.* 32. §. 9. *in fin. ff. de recept. qui arbitr.* 57 Judices (qualescunque illi sint) jurant propositis sacros. Scripturis, *se litem dirempturos cum veritate:* jurant *in leges.* 58 Huc referri potest illud Senecæ *in Thyeste actu* 3. Quidquid a vobis minor expavescit, major hoc vobis dominus minatur. adde *Evang. Luc. c.* 6. *vers.* 37. 59 Sic agendum cum homine, quasi Deus videat: Sic cum Deo loquendum, quasi homines videant. Seneca 10. *ep.* 10. 2. *Paralipom.* 19. *vers.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. Epict. Hesiod. *ubi de Justitia.* Demosth. *orat. contra Aristogitonem, ubi de Judicibus in se oculos defigentibus loquitur.* Plautus

legibus

legibus optimum a nobis accedat incrementum, & ab omnibus judicibus obſervandum: &, ſi prætereatur, contemptoribus periculoſum ſit.

In AUTHENT. de defenſ. Civit. §. Jusjurandum. col. 3. tit. 2. ſeu Nov. 15. cap. 1. & in authent. Jusjurandum quod præſt. ab his. §. pen. col. 2. tit. 3. Seu in jurejurando ſubjecto Novellæ 8.

Hodie jurant ſe facturos, ſecundum quod eis viſum fuerit juſtius & melius, *exceptis defenſoribus civitatum qui jurant*, Omnia ſecundum leges, & jura ſe facturos.

§. 1. Patroni [1] autem cauſarum, qui utrique parti ſuum præſtantes auxilium ingrediuntur, cum lis fuerit conteſtata, poſt narrationem propoſitam, & contradictionem objectam [2], in qualicunque judicio majore, vel minore, vel apud arbitros, ſive ex compromiſſo, ſive aliter datos, vel electos, ſacroſanctis evangeliis tactis juramentum præſtent, *Quod* [3] *omni quidem virtute ſua omnique ope, quod verum & juſtum exiſtimaverint, clientibus ſuis inferre procurabunt: nihil ſtudii relinquentes, quod ſibi poſſibile eſt: non autem credita ſibi cauſa cognita, quod improba ſit, vel penitus deſperata, & ex mendacibus allegationibus compoſita, ipſi ſcientes prudenteſque mala conſcientia liti patrocinabuntur: ſed & ſi certamine procedente aliquid tale ſibi cognitum fuerit, a cauſa recedent* [4], *ab hujuſmodi communione ſeſe penitus ſeparantes*. † Hocque ſubſecuto, nulla licentia concedatur ſpreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare: ne melioribus [5] contemptis, improba advocatio ſubrogetur. † Sin autem pluribus patronis adhibitis, & juramento ab omnibus præſtito, quidam ex his cauſa procedente patrocinandum eſſe crediderint, quidam recuſaverint: exeant quidem recuſantes, volentes autem remaneant: cauſæ etenim terminus manifeſtare poterit, qui timidius, quique audacius judicium, vel reliquerunt, vel protulerunt: nec in hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recuſantibus ſubrogare. Dat. 4. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si contumax poſtea appareat, & de impenſis.

15. Idem A. Juliano P. P.

SAncimus, omnes judices (ſive in hac florentiſſima civitate, ſive in provinciis) ſi quando abſens perſona citata poſtea apparuerit, non aliter ei judicialem aditum revelare, ſed omnem claudere ei judiciorum copiam, niſi [6] prius omnia damna reſtituat ex hujuſmodi vitio adverſariis ejus inflicta, ſive circa ingreſſus litis, ſive circa honoraria advocatorum, vel alias cauſas, quæ in judicio verſantur: æſtimatione judicis [7] quantitate eorum definienda, poſtquam juratum ab eo fuerit, qui fecit expenſas: executoribus negotiorum modis omnibus diſpoſitiones eorum adimplentibus: Scituris judicibus noſtris [& executoribus], quod ſi hoc prætermiſerint, ex ſua ſubſtantia hujuſmodi detrimentum læſis reſarcire compellentur. † Quod & in pedaneis judicibus obſervari cenſemus, licet non citati, ſed requiſiti litigatores mala conſcientia abſuerint. Dat. 10. Kal. Maji, LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. de Judic. §. oportet. col. 6. tit. 11. ſeu Nov. 82. cap. 10.

POſt jusjurandum delatum & præſtitum non licet judici amplius taxare. Sed & ſi hodie prius judex taxaverit, & ita ſecundum quantitatem a judice taxatam juratum fuerit: non habeat licentiam judex minus, quam juratum fuerit, condemnare. Sed ſi viderit judex neutrum litigatorum ſubdi debere rationi ſumptuum propter negotii varietatem, ſua ſententia hoc declaret.

De recuſatione judicis & de appellatione.

16. Idem A. Juliano P. P.

APertiſſimi [8] juris eſt, licere litigatoribus judices [9] delegatos [10], antequam lis inchoetur, recuſare [11]: cum etiam ex generalibus formis [12] Sublimiſſimæ tuæ ſedis ſtatutum ſit, neceſſitatem imponi judice recuſato, partibus ad eligendos arbitros venire, & ſub audientia eorum ſua jura proponere. Licet enim ex imperiali numine judex delegatus eſt, tamen, quia ſine [13] ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi eſt, liceat ei qui ſuſpectum [14] judicem putat, antequam lis inchoetur, eum recuſare, ut ad alium curratur, libello [15] recuſationis ei [16] porrecto: cum poſt litem conteſtatam neque appellari [17] poſſe ante definitivam ſententiam, jam ſtatuerimus, neque recuſari poſſe, ne [18] lites in infinitum extendantur: eodem [19] ſcilicet executore neceſſitatem [20] partibus per ordinarium judicem, & omne civile auxilium imponente, & arbitros eligere, & ad eos venire: & ſic litem appetere [21], quaſi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. Quod, & ſi ab imperiali majeſtate judex delegatus non ſit, ſed ab alio culmine, obtinere cenſemus. Dat. 5. Kal. Maji, *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De Epiſcopo judici ſuſpecto adjungendo.

AUTHENT. ex Nov. 86. c. 2.

In AUTHENT. ut differentes judices audi. Interpellan. allegatio. §. ſi vero contigerit, col. 6. tit. 15. al. Col. 9. tit. 10. ſeu Nov. 86. cap. 2.

SI vero contigerit, aliquem ſubjectorum noſtrorum in dubitationem habere judicem: jubemus ſanctiſſimum Archiepiſcopum, vel Epiſcopum locorum audire cauſam una cum clariſſimo judice [22]; *ut ambo, aut per amicabilem* [23] *compoſitionem diſſolvant, quæ dubia ſunt, aut per annotationem in ſcriptis factam, aut cognitionaliter judicent inter litigantes: ne provinciales recedentes a patria, ad longinqua trahantur examina. Si autem judex Epiſcopo parere noluerit: Principi ſcribat, qui de eo judice ſumet vindictam.*

De militaribus hominibus.

17. Idem A. Joanni P F. P.

CErti juris eſt, quod conceſſa [24] eſt etiam militaribus hominibus judicandi facultas. Quid enim obſtaculi eſt, homines, qui alicujus rei peritiam habent, de ea re judicare? cum ſciamus, & militares magiſtratus, & omnes tales homines per uſum [25] quotidianum jam eſſe approbatos: ut & audiant lites, easque dirimant, & pro ſui [26], & legis ſcientia hujuſmodi altercationibus finem imponant. Dat. Kalend. Novemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De recuſatione judicis.

18. Idem A. Joanni P. P.

CUm ſpecialis judex, ſive ab Auguſta fortuna, ſive judiciali culmine in aliqua provincia, in qua incuſatus degit, datus eſt: & una pars ſuſpectum [27] eum ſibi eſſe dicit [28]: ne forte abſente perſona judicis, & in alia civitate ejusdem provinciæ commorante, compellatur longo itinere emenſo recuſationis libellum ei [29] incuſatus offerre: ſancimus, ſi quidem præſto eſt Præſes provinciæ in illa civitate, ubi de ea re dubitatur, licere ei qui ſuſpectum ſibi judicem eſſe dicit, ipſum Præſidem adire, & hoc facere in actis manifeſtum. Si autem non eſt moderator provinciæ in præfato loco: hæc eadem apud Defenſorem locorum, vel Duumviros municipales geſtis [30] apud eos habitis & celebrare, & judicem quidem eum recuſare: illico [31] autem, [id eſt] intra triduum proximum, ſine ulla dilatione, compelli [32] arbitrum, vel [33] arbitros eligere, & apud eos litigare: ne & datus judex removeatur, & alter non eligatur: electione videlicet arbitri, ſi variatum [34] inter partes fuerit, ſimili modo, vel Præſidis provinciæ, ſi adeſt, vel defenſoris locorum, vel magiſtratuum municipii arbitrio dirimenda: & executore negotii, cui mandata eſt hujuſmodi cauſæ examinatio [35], imminente: & ſtatuta ab arbitris effectui mancipante, niſi fuerit provocatum [36]: tunc enim ipſe, qui judicem antea dedit, qui ſuſpectus viſus eſt, appellatione trutinata, formam cauſæ imponat legitimam. Dat. Id. Novemb. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. II.

DE SPORTULIS [37], ET SUMPTIBUS IN DIVERSIS JUDICIIS FACIENDIS, ET DE EXECUTORIBUS LITIUM.

Ut exhibitus ab apparitore, cui traditus fuit, obſervetur.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Potitum Vicarium.

QUiſquis fuerit exhibitus [38] usque ad negotii terminum ab eo apparitore, cui primum traditus fuit, obſervari eum decernimus: Si qua præſumptione fuerit hæc manſuetudinis noſtræ poſthabita præceptio, primiſcrinio, qui juſſa temeraverit [39], quinque librarum auri condemnatione multando. Dat. Kal. Jul. *Mediolani*, AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

in Rudente, ubi de falſo judicantibus. Phurnutus *lib.* περὶ τῶν θεῶν φύσεως. Pind. *in Olymp.* Harmen. *præfat. operis.* adde *ex anthologia Græcorum poëtarum diſtichon Luciani.*

1 Ut utriusque partis advocati in ipſa litis conteſtatione per ſancta Evangelia jurent: *ſe in clientis ſui cauſa, nullam operam nullumque ſtudium intermiſſuros: & cauſam bonam exiſtimare, nec falſi patrocinii ſibi conſcios eſſe. Quod ſi interim dum cognoſcitur cauſa, cauſam improbaverint, ab ea deſiſtant.* nec licentiam litigator habeat alterum patronum invitandi. *Syn. Baſil. h. t. cap.* 14. adde §. 1. *Inſtit. de pœna temere litigantium.* 2 Vid. *l.* 1. *in fin.* Ŧ. *de lit. conteſtat.* 3 Patroni cauſarum jurant de fide perferenda & omni integritate. adde *l.* 2. Ŝ. *de jurejur. propter calumn.* §. 1. *verſ. utriusque. Inſt. de pœna temere litigantium.* 4 Quandocunque advocatus dicit ſe læſam habere conſcientiam ex litis improbitate, poteſt a patrocinio deſiſtere. *Bald.* 5 Melioribus contemptis, ad improbos non eſt refugiendum. 6 Reus e latibulis vel e fuga emergens integris omnibus, id eſt, bonis non venditis non recipitur aliter, quam ſi omnia damna actori reſtituerit, ac præterea ſatis dederit judicio ſiſti, cum de lite diſceptatur pleniſſime. Nam ſummaria cognitio rem non definivit, litem non conſumpſit. *Nov.* 53. *c.* 4. *in fin.* ubi vide Cujac. 7 Hodie actor. *Nov.* 82. *c.* 10. 8 Recuſari poteſt judex ante litis conteſtationem: ſi absque ratione quis & injuſte recuſaverit, hoc eſt, poſt conteſtationem litis repelletur. *Syn. Baſil.* 7. *tit.* 3. *ex tit.* 6. *c.* 2. adde *l.* 4. Ŧ. *de jurisd.* 9 Etiam a principe ex juſta cauſa ſuſpicionis: quo caſu coguntur partes arbitros recipere, qui officio delegati fungantur. Staffi. *de lit. grati. & juſti. in mat. recuſat.* Lanfranc. *in tract. recuſat.* 4. *vol. fol.* 146. Barb. *in tract. de Cardinal. legat. a late.* 3. 4. Baſ. *n.* 14. Jac. Menoch. *in tract. de arbitr. judic. lib.* 1. *quæſt.* 74. *n.* 51. Bartol *in l. quia poterat. ff. ad Senatusconſ. Trebell.* Petr. de Anchor. *in c. judex. de offic. jud. deleg. in* 6. Item *conſil.* 63. *& conſil.* 251. Abb. *in c. ſi quis contra.* 3. *col. ext. de foro competenti.* Mod. 10 Aliud in ordinariis. Uſus apud Gallos diverſum obtinet. Poſſunt enim ordinarii recuſari, vitata tamen calumnia: id enim multa pecuniaria & honoraria puniri ſolet apud eosdem Gallos, conſtitutione Franciſci I. & Caroli IX. vid. Papon. 2. *Not.* 2. *c. des procureurs. ibi. dix ſeptieſme.* 11 Recuſari poteſt judex delegatus ante litis conteſtationem: poſtea, non poteſt. Litem enim conteſtantes, judicem adprobamus. *l. ult.* Ŧ. *de exceptionibus.* vide Hartmann. 2. *pract.* 1. *obſ.* 11. vid. *Ecl.* 3. *fol.* 62. *& ib. tit.* 8. *fol.* 86. 12 Vid. *l.* 2. Ŝ. *de off. præf. præt. Orient.* 13 *l.* 47. *ff. h. t.* 14 Recuſari judex ſuſpectus poteſt. De exceptionibus recuſatoriis adverſus judices, vid. Oldendorp. *cap.* 7. *Enchiridii exceptionis* 1. Hartmannus tamen unicam tantum eſſe cauſam recuſationis ait, quæ varias cauſas habeat: *dicto loco obſ.* 9. quod interpretatione indiget: Obſcurum eſt enim illud, *unica eſt cauſa ex variis cauſis inſurgens.* De refutatione judicum vide plura apud Cujac. 9. *obſ.* 10. *&* 23. Hoc adde, cauſas recuſationis attendi vel ex perſona ſolius judicis, vel judicis ac unius litigatorum ſimul, vel ratione territorii, vel ratione cauſæ: de quibus vide Papon. 2. *Not. in princip.* 15 Recuſatur judex libello, *ut hic.* vel apud acta. *l. ult.* Ŧ. *h. t.* libello recuſationis vel actis inſerta cauſa. *l.* 9. *in fin. princip. ff. de liberali cauſa.* eaque legitima, non levi. vide Hartmann. *d. l. obſ.* 11. Specialiter etiam cauſas exprimi uſus obtinuit, *cap. Suſpicionis. cap. cum ſpeciali. extr. ut lite non conteſtat.* Quid ſi recuſatus ſententiam dixit? nulla cenſebitur. vide Oldendorp. *cap.* 5. *de ſententiis, & re jud.* Hartmann. 1. *pract.* 1. *obſ.* 10. 16 Non ut de cauſis recuſationis cognoſcat, ſed ut judiciali munere abſtineat: non enim ipſe de cauſis ipſius recuſationis ſuæ cognoſcit, legitimæ ſint necne, ſed arbiter. vide Hartmann. 2. *obſerv.* 1. *obſervat.* 13. adde *l. ult.* Ŧ. *h. t.* 17 *l.* 4. Ŧ. *de jurisdict.* vid. *l. ult.* Ŧ. *de ſent. interloc.* 18 Nota rationem quare ab interlocutoria non appellatur. 19 In eo ſcilicet. *Hal.* 20 Recuſatus delegatus, poteſt per ſe vel per ordinarium imminere, ut eligantur arbitri. 21 *Al.* apparentes, ab apparendo, unde apparitores ab apparere, *al.* apparare, *id eſt*, ordinare. 22 i. e. præſide. 23 Transactionis ſpecies eſt, arbitramentum, ut vocant. 24 *l.* 6. Ŧ. *de jurisd. omn. jud. &* Ŝ. *de off. milit. jud.* Milites poſſunt eſſe judices: ergo imperiti juris munere judicandi fungi poſſunt, dixi ad *l.* 1. Ŝ. *de adſeſſ. & domeſt. l.* 1. Ŝ. *de poſtulando.* adde Hotom. 26. *Illuſtr.* 25 Peritia uſu & praxi comparatur. 26 Magis tamen ex legis conſcientia quam ſua judicare debet: legis conſcientia ſecundum acta & probata. *l.* 13. §. 2. *verſ. & ſi per.* Ŝ. *h. t. l.* 6. §. 1. *ff. de off. præf.* vid. ad hunc locum Hotom. 26. *Illuſtr.* 27 Dixi ad *l.* 16. *ſupr. h. t.* 28 Adi Jaſonem *ad* §. *omnium. n.* 9. *Inſtitut. de act.* Alexand. *ad rubr. ff. de offic. ejus, cui mandat. col.* 3. & *ad l. A divo Pio. in princ. ff. de re jud.* Ruinum *hic.* Menochium *in tract. de arbitr. jud. l.* 1. *q.* 74. *n.* 50. Mod. 29 Judicis recuſatio fit coram ipſo judice, qui recuſatur: aut eo abſente, coram judice ad quem, aut eo abſente, coram municipali. adde 1. Wurmſer. 1. *obſ.* 5. 30 Suſpectus judex recuſatur per libellum, vel apud acta. adde Cujac. 9. *obſerv.* 23. 31 Fit *illico*, quod fit intra triduum. vid. *l.* 3. Ŝ. *de errore advoc.* De triduo v. Cuj. *c.* 5. *de præſcr.* 32 Recuſatione oblata, coguntur litigatores optare arbitros. Hujus generis arbitri, *juris arbitri* dicuntur: quo loco notandum eſt, Tres caſus in jure expreſſos, quibus eliguntur juris arbitri. Primus caſus eſt, *ut hic. & cap. ſuſpicion.* 39. *extr. de officio delegat. cum ſpeciali* 61. *extr. de appellat.* Secundus, quoties ambigitur de revocatione literarum *c. paſtoralis.* 53. *extr. de appell.* Tertius de quo 11. *quæſt.* 1. *c. clericum.* 3. adde *Gl. in c. ſtatutum.* 11. *de reſcriptis. in ſexto*, v. Schenckium 1. *Concluſ.* 49. 33 Differt in eo jus civile a canonico. Canonico namque jure coguntur, partes eligere arbitros præciſe, id eſt, ſine alternatione. *c. ſecundo requiris.* 41. *c. cum ſpeciali.* 61. *extr. de appellat. c. licet. extr. de foro competente.* 34 Si variatur inter partes de eligendo arbitro, judex arbitrum dare poteſt. *l.* 17. §. 6. *ff. de Recept. arbitris.* 35 Exactio. *Hal.* ἐκβιβασμός. vide Cujac. *cap.* 9. *obſerv.* 23. *in fin.* 36 Ad quem? ſi princeps vel prætor judicem recuſatum dedit, recuſati loco arbiter datur: a cujus ſententia, Princeps vel prætor, id eſt, qui dedit, appellabitur: poteſt enim ab arbitrio appellari. *l.* 9. *ff. qui ſatisd. cog.*

37 Id eſt, ſalariis, quæ conventus reus dat executoribus. Cur hæc ſalaria ita appellentur, vid. Budæum *ad l. ſi mulier.* 5. *ff. de donat. inter vir.* Alciatum 3. *diſp.* 17. Cujac. *hic. & l.* 17. *obſ. cap.* 12. *l.* 6. §. 1. *ff. de decurionib.* 7. *Synopſ. Baſil.* 4. Ab iis præſtandis fiſcus eſt immunis; fiſcus enim ſemper litigat gratis. Julian. *ad Nov.* 17. *cap.* 3. & Epiſcopi. *Nov.* 123. *cap.* 28. & perſonæ tenuiores. *l. ult.* Ŧ. *de fruct. & lit. expenſ. Nov.* 17. *c.* 3. 38 Id eſt, ductus ad judicium. 39 Id eſt, qui alium ἐκβιβαστήν, ſeu executorem dederit, *Synopſ. Baſil.*

De

De his qui edicta perferunt in provincias.

2. [1].

QUi [2] sacra pragmatica, aut edicta perferunt eorum, qui gesturi sunt magistratum civilem, aut militarem, quindecim [3] solos aureos ex provincia referunto, & nihil amplius: quod si plus recipiant, quadruplum reddant, non valentes ad sui defensionem proponere, quod a volentibus id quod amplius est, acceperunt. Sed huc usque generalis est constitutio: Postea vero propriam definit pœnam contra Ducem Thebaidos, ad quem rescripta est, & eos qui post hanc eundem adipiscentur magistratum, nisi a transgressoribus legis definitam exegerint pœnam.

De executoribus removendis & puniendis.

3. Iidem AA. Juliano P. P.

[OMnibus] judicibus licentiam præstamus, (sive his, quibus a nostro numine lites mandantur, Illustribus vel Spectabilibus, vel Clarissimis, vel togatis fori cujuscunque Præfecturæ, vel aliis quibusque: vel his, qui ex nostris judicibus delegandas lites accipiunt) executores [4] si cessaverint, causas eis instructas offerre, & removere [5] ab executione eos, & alios idoneos supponere, vel etiam multis afficere: si quidem illustres sint judices, usque [6] ad sex solidorum summam: sin autem alii, usque ad tres tantummodo aureos: & ad judices, quorum interest, referre, quatenus militia exuti pœnas luant corporales. Nostris autem amplissimis judicibus licentia sit, & majores pœnas, & corporales [7] maculas executoribus imponere, si male fuerint circa lites versati: ut sciant, non esse causas a se deludendas, nec lucri gratia aliquod eis vitium imponendum. Dat. 5. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De insinuatione. De edendo. 1. De cautione, judicio sisti. 2. De solatio ob editionem accipiendo.

4. [8] Imp. JUSTINIANUS *.

IS [9] cui commissæ sunt publicæ aut privatæ commoditates (sententiæ, aut jussiones forte hoc loco) a principe, vel aliquo illustrissimorum magistratuum, conveniat quidem reum, & priusquam insinuet illi hujusmodi jussiones, (interdum enim oportet eas ignorari) neque consuetas sportulas accipiat ab ipso, neque exigat ipsum, nisi exemplum divinæ, aut maximæ jussionis ediderit ipse, ex qua commonuit ipsum. † Si vero alterius cujuspiam magistratus publicam aut privatam præceptionem habet, aut Præsidis ejus loci, ne exigat conventum, neque consueta accipiat: nisi insinuaverit prius Præsidi provinciæ, ut inde possint assumere exemplum hi qui conventi sunt, & libellus eis edatur, aut inscriptio, in criminalibus. Si vero non observatis his conventionem obtulerit, aut consueta exegerit executor, liceat convento repellere eum.

§. 1. Neque vero prætextu fidejussionum sine causa damno adficiantur provinciales ab exactoribus, vel pro constitutione procuratoris: sed si quidem immobilem possessionem habent, juratoriam emittant scripturam, si vero non habent, fidejussorem usque ad quinquaginta auri libras præstent indemnitatis gratia. † Controversia autem orta de persona fidejussoris, vel de tenore juratoriæ cautionis: apud Episcopum civitatis, & Patrem & Ecdicum, seu defensorem, ea dirimatur, necessitatem habente exactore accipere idoneum ab illis judicatum fidejussorem, aut cautionem acceptam. Si vero ex divina jussione, aut maxima præceptione moneatur omnimodo ipsam personam adducere, nec ipsam fidejussori credere, tunc liceat ipsi non accipere fidejussorem, sed ducere personam sine damno, & cum omni moderatione. † Deo vero amabilis locorum Episcopus, si permiserit conculcari legem, aut non minatus fuerit adversus transgressorem, & Dei offensionem incurrat, & imperialem experietur animi motum. Similiter vero & Præses provinciæ si negligat legem, & carebit magistratu, & publicatus in perpetuum relegabitur.

§. 2. Ne accipiant autem exactores, qui edunt libellos, aut inscriptiones & conventiones, aut instrumenta ultra quam sequente constitutione permissum est solatii loco, aut, si transgressi fuerint, subjaceant ejus pœnis. V. ***. Dat. Kal. Jun. CP. DN. JUSTINIANO perp. A. III. CONSS. 533.

TIT. III.
DE PEDANEIS [10] JUDICIBUS [11].

De Procuratore Cæsaris.

1. Imp. GORDIANUS A. Vicariis.

PRocuratori nostro non [12] vice Præsidis agenti, dandi judices inter privatas personas non competere facultatem, manifestum est: & ideo si (ut allegastis) inter privatas personas is, cujus meministis, arbitros dandos putavit; sententia ab eis prolata, nullo [13] jure subsistit. PP. Kal. Febr. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

In quibus causis possunt Præsides judices dare.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Vicariis.

PLacet nobis, Præsides de his causis, in quibus, quod ipsi non possent cognoscere, antehac pedaneos judices dabant, notionis suæ examen adhibere: ita tamen, ut, si vel propter occupationes publicas, vel propter causarum multitudinem omnia hujusmodi negotia non potuerint cognoscere, judices dandi habeant potestatem. Quod non ita accipi convenit, ut in his etiam causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere [14], dandi judices licentia eis permissa credatur. Quod usque adeo in Præsidum cognitione retinendum est, ut eorum judicia non diminuta videantur: dum tamen, & de ingenuitate [15], super qua poterant [16] etiam ante [17] cognoscere, & de libertinitate Præsides ipsi dijudicent [18]. Datum 15. Kal. August. CC. CONSS. 294.

Ut judex datus cognoscat, non ad judicium præsidale remittat. De appellatione.

3. Exemplum sacrarum literarum, eorundem AA. & CC. ad Serapionem [19].

PLacet, ut judicibus, (si quos Gravitas tua disceptatores dederit) insinues, ut delegata sibi negotia lata sententia terminent: nec [20] in his causis, in quibus pronunciare debent, & possunt, facultatem sibi patere remittendi ad judicium Præsidale, cognoscant: maxime cum, & si judicatio alicui litigatorum parti injusta videatur, interponendæ provocationis potestas a sententia ex omni causa prolata libera litigatoribus tribuatur. Dat. 8. Kal. April. *Antiochiæ*, CC. CONSS. 294.

De judice subrogando.

4. Iidem AA. & CC. Firmino.

PLacuit, quoties pedanei judices dati, post litem contestatam, vel ad aliud judicium necessario [21] diriguntur, vel publicæ utilitatis ratione in alias provincias proficiscuntur, vel diem [22] obierunt, atque his rationibus negotiis cœptis finis non potuit adhiberi; alium in locum eorum judicem tribui, qui negotium examinet: ne, hujusmodi casibus intervenientibus, impedimentum aliquod in persequendis litibus afferatur. Dat. 10. Kal. TIBERIO [23] & MAXIMO CONSS.

In quibus causis Præsides possunt judices dare.

5. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

QUædam sunt negotia, in quibus superfluum est, Moderatorem expectare provinciæ: ideoque pedaneos judices (hoc est, qui [24] negotia humiliora [25] disceptant) constituendi damus Præsidibus potestatem. Dat. 5. Kal. August. *Antiochiæ*, MAMERTINO & NEVITA CONSS. 364.

Constitutio Græca Zenonis de pedaneis judicibus, quæ certum numerum pedaneorum judicum introducebat, quos diætetas vocabat, id est, (ut Latino vocabulo exprimam) arbitros. Sed non valde deploranda est ejus jactura, ut quam Justinianus in universum sustulerit, aliis duodecim pedaneis judicibus in Zenonianorum locum institutis. Novell. 82. de judicibus. cap. 1. vetus. *Antonius Contius.*

TIT. IV.
QUI PRO SUA JURISDICTIONE JUDICES DARE, DARIVE [26] POSSUNT.

Non potest delegari causa, quæ ad jurisdictionem delegantis non pertinet: & ille, cui delegatur, debet esse de jurisdictione delegantis. Bald.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. P.

IN causarum delegationibus illud consultissime præcipimus observari, ut ita valeant, si [27] ad jurisdictionem pertineant delegantis. Quod si quis alienæ jurisdictionis [28] causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorem datum patientiam [29] accommodare censemus. Et si contra leges obtemperaverit deleganti: omnia, quæ ab ea delegatione geruntur, ita pro [30] infectis haberi præcipimus, ac si ipsi, qui delegaverant, alienæ jurisdictionis judices resedissent: ut ne [31] appellandi quidem necessitas victis adversus eas sententias imponatur. [Hæc teneant,] nisi judices a [32] nobis specialiter delegantibus dati, aliis causas delegaverint judicandas: nam his delegantibus, nullo personarum causarumve habito tractatu, appellationum ad eos jure judicia remeabunt. Dat. 13. Kal. Januar. VALENTINIANO A. & ANATOLIO CONSS. 440.

7. *tit.* 4. *c.* περὶ ταξεωτῶν 17. 1 Hæc constitutio ex Basilicis restituta a Cujac. 12. *obs.* 22. 2 Latina interpretatio. 3 Nota quantitatem sportularum. Cum hac constitutione convenit constitutio Attalarici apud Cassiodorum *lib.* 9. 4 Executores duo singulis judicibus attributi erant. vide Cujac. *ad Nov.* 82. *c.* 7. 5 Executor, ob negligentiam, officio suo potest privari. 6 Multæ dicendæ jus usque ad sex & tres solidos. 7 Executor delinquens, in officio corporali multa puniri a majore judice potest. 8 Hanc legem ex basilicis restituit Cujac. 12. *obs.* 22. 9 Latina interpretatio.

10 *Pedanei judices* quasi plano pede aut stantes judicabant, non pro tribunali aut sedentes: imo collatitio aut fortuito scamno vel cespite. *Novell.* 71. *cap.* 1. unde & a Græcis χαμαιδικασταὶ dicuntur, & διαιτηταὶ κληρωτοί. Vide *Nov.* 82. *& ib.* Cujac. Pedaneis singulæ causæ cognoscendæ a magistratibus delegabantur: cognitionem habuerunt, non jurisdictionem: *l. ult.* §. *ubi & apud quem cognit. restit.* adde *l.* 5. *in pr. ff. de re judicata*, *l.* 99. *ff. de verb. sign.* humiliores causas disceptabant. *l. ult.* C. *h. t.* 11 Vide, si operæ est, Alciat. *l.* 1. *parerg. c.* 43. Crinit. *de honesta disciplina c.* 7. *lib.* 15. Coras. *epist. quæst. c.* 2. Rainald. Cors. *lib.* 2. *indagat. cap.* 21. Aul. Gellium sive Agellium *noct. Attic. lib.* 3. *cap.* 18. Brisson. *select. antiquit. lib.* 3. *c.* 18. Mod. 12 Vid. *l.* 23. §. 1 *ff. de appell.* 13 Sententia ejus qui delegatus est ab incompetenti judice, ipso jure nulla est: facit *lex ult. in fin. ff. de jurisd.*

14 Eadem plane sententia accipiendum videtur, quod hic dicitur: *ex officio suo*, qua in stipulationum divisione JC. dixit; *a mero prætoris officio, in l.* 5. *ff. de verb. oblig.* id est, quod ipsius proprium est, atque jure magistratus ei competit: quod etiam jus dicentis officium appellatur *in l.* 1. *ff. de jurisdict.* & distinguitur ab officio judicis *in d. l.* 5. nec enim ea, quæ *in d. l.* 1. enumerantur, ad pedanei judicis officium pertinent, quorum nihil ille potest. Cæterum totam hanc legem ex professo enarrat Corasius: præter quem vide ad ejusdem explicationem Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 2. Charondam *de jurisdict. pag.* 51. Vandum *lib.* 1. *quæst. jur. c.* 10. Vaconium denique *lib.* 2. *declar.* 82. Mod. 15 Adde *l.* 32. §. 7. *ff. de Recept. arbitris.* 16 *l.* 2. C. *de libertis & eorum lib. l.* 6. C. *de reb. cred.* 17 Vid. Plinium *l.* 10. *epist. ad Trajan.* 18 Non pedanei: Ut hinc possis colligere, Pedaneos judices humiliorum litium esse judices. *l. ult.* C. *h. t.* vid. tamen *l.* 6. C. *de reb. cred. l.* 2. C. *de libertis & eorum liber.* 19 Præsidem. 20 Delegati causas sibi delegatas debent judicare, nec eas ad delegantem remittere. 21 Revocatione delegati non finitur instantia. 22 Morte delegati delegatio non finitur, sed ex eisdem actis per subrogatum judicatur. 23 Hos Consules non reperio in Fastis. 24 Facit *l.* 2. *in fin.* §. *h. t.* 25 Humiliora negotia, puta trecentorum aureorum, eaque Justinianus vult eos disceptare, ἐν σχήματι περιστασεως, περιστασεως, comprehendit præcipua capita eorum, quæ dicuntur ὡς ἐν συνόψει καὶ δι᾽ ὀλίγων. nec cognoscunt plene, cognitionaliter, actis accurate diligenterque confectis, sed per annotationem tantum. vid. *Nov.* 82. *c.* 5. & Cujac. *ibid.* Goth. Confer. *l. un.* §. *sed non potest. ff. de off. consul.* Jure Canonico indistincte, omnes causæ etiam majores trecentorum aureorum delegari possunt. *cap. pastoralis.* 28. *extr. de offic. & potest. jud. deleg.* Ans.

26 Infamis potestne judex dari? non potest. *l.* 2. *ff. de senatorib. l.* 12. §. 2. *ff. de judiciis. cap. super. eo. extr. de electione.* potest tamen esse arbiter. vid. Wurmser. 1. *pract.* 1. *obs.* 14. Goth. Ad hunc titulum vid. Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 1. *quæst.* 54. *num.* 17. *& seq. & quæst.* 37. *num.* 33. Cujac. *lib.* 1. *observ. cap.* 6. Marant. *de Ordin. judic.* 4. *part.* 5. *distinct. n.* 27. S. L. 27 Delegare quis ea tantum potest, quæ in sua jurisdictione habet. 28 Marantha *de ordine judiciorum* 4. *part.* 5. *distinct. n.* 27. Dd. *ad leg.* 1. *ff. de officio ejus, cui mand.* ubi post Alexandrum Jason *n.* 63. *vers.* 3. *principaliter.* Decius *n.* 84. Bonon. *num.* 136. *&* 137. Sebast. Sapia *n.* 86. Caspar. Valas. *ad l. imperium.* 3. *ff. de jurisdict. n.* 212. ubi Longovallius *n.* 28. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *quæst.* 37. *num.* 33. *& quæst.* 54. *n.* 17. Vaconius denique *lib.* 6. *declar.* 84. & Bened. Capra *in reg. observ.* 76. Mod. 29 Patientiam. Cujac. 1. *obs.* 6. Patientiam accommodare est obtemperare: & ita locutus est Cassiodor. 7. *formularum*, patientiam commodare, & Gellius 1. *c.* 13. culpa impatientiæ. 30 Delegatio facta ab incompetenti judice, est ipso jure nulla. 31 Et merito: appellationes enim remedia sunt adversus injustam sententiam. Sententia nulla, non est sententia. 32 Delegati a Principe possunt subdelegare. vid. *l.* 5. C. *de judiciis.*

TIT. V.
NE QUIS IN SUA [1] CAUSA JUDICET, VEL JUS SIBI DICAT [2].

Nemo est judex in propria causa. Bald.

1. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTINIANUS AAA. ad Gracchum Præfectum urbi.

GEnerali [3] lege decernimus, neminem sibi esse judicem [4], vel jus sibi [5] dicere debere: In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiæ. Dat. Kalend. Decemb. VALENTE VI. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 378.

TIT. VI.
QUI LEGITIMAM PERSONAM [STANDI] IN JUDICIIS HABEANT, VEL NON.

De Pupillo.

1. Imp. GORDIANUS A. Candidæ.

SI, cum esses pupillaris [6] ætatis, sine tutoris auctoritate cum adversario tuo consistens, Præses provinciæ adversus te pronunciaverit: minime auctoritate judicati nititur quod statutum est. Dat. Id. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De Pupillo *&* Adulto.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Gemachæ.

IN rebus, quæ privati judicii quæstionem habent, sicut pupillus tutore auctore & agere [7] & conveniri potest, ita & adultus curatore consentiente litem, & intendere, & excipere debet. Datum 9. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

De momentanea possessione.

3. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Juliano Proconsuli Africæ.

MOmentaneæ [8] possessionis [9] actio exerceri potest per quamcumque [10] personam: Sub colore autem adipiscendæ possessionis obreptitia [11] petitio [12] alteri obesse non debet: maxime, cum absque conventione personæ legitimæ initiatum jurgium [13] videatur. Nihil autem opitulatur conventio [14] circa minorem habita, cum id [15] rectius cum [16] curatorem debuerit custodiri. Dat. 2. Non. Martii, *Ravennæ*, CONSTANTIO & CONSTANTINO CONSS. 414.

TIT. VII.
UT NEMO INVITUS AGERE [17] VEL ACCUSARE COGATUR.

1. Imp. DIOCLET. A. Camerio.

INvitus [18] agere [19], vel accusare [20] nemo cogatur [21]. Dat. Id. Octobris, CARINO II. & NUMERIANO CONSS. 284.

TIT. VIII.
DE ORDINE [22] JUDICIORUM.

Si testamentum ruptum dicatur, & de causa status.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Marcellinæ, & aliis.

ADite Præsidem [23] provinciæ, & ruptum esse testamentum Fabii Præsentis, agnatione [24] filii docete: neque enim impedit notionem ejus [25], quod [26] status quæstio in cognitionem vertitur, etsi super status causa cognoscere non possit [27]: pertinet enim ad officium judicis [28], qui de hereditate cognoscit, universam [29] incidentem [30] quæstionem, quæ in judicium devocatur, examinare [31]: quoniam non de ea, sed de hereditate pronunciat. Dat. 13. Kal. Decemb. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De quæstione generis & familiæ erciscundæ.

2. Imp. ANTONINUS A. Magnillæ.

SI quæstio tibi generis ab his, quos fratres patrueles [32] esse dicis, non fiat, adito Præside [provinciæ], & accepto familiæ erciscundæ judicio [33], experire. Quod si de ea re [34] quæstio erit; prius [35] de nativitatis [36] veritate secundum juris formam quæri, idem Vir clarissimus curæ habebit. PP. 10. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De causa civili & criminali.

3. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Demetrio.

CUm civili disceptationi principaliter motæ quæstio criminis incidit, vel crimini prius instituto civilis causa adjungitur: potest [37] judex eodem tempore utramque [38] disceptationem sua sententia dirimere. PP. Nonas * GAL. A. V. & FAUSTINO CONSS. 263.

Prius de crimine est pronunciandum, quam de civili causa cognoscatur. Bald.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad Calphurnium.

QUoniam civili disceptatione intermissa, sæpe [39] fit, ut prius de crimine judicetur; quod, utpote majus [40], merito minori præfertur, ex quo criminalis quæstio quocunque modo cessaverit, propter civilem causam [41] velut ex integro in judicium deductam distingui: ut finis criminalis negotii ex eo die, quo inter partes fuerit lata sententia, initium civili quæstioni tribuat. Dat. Id. Mart. NEPOTIANO & FACUNDO CONSS. 336.

TIT. IX.
DE [42] LITIS CONTESTATIONE [43].

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Valenti.

REs in judicium deducta non [44] videtur, si tantum postulatio [45] simplex celebrata sit, vel actionis species ante judicium reo cognita [46]. Inter [47] *litem* enim *contestatam* & *editam actionem* permultum interest. *Lis* enim tunc *contestata* videtur, cum judex per narrationem [48] nego-

1 *C. Theod. h. t. lib.* 2. v. 1. Harm. 4. §. 2. 3. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 3. *c.* 32. *l.* 10. *ff. de jurisdict. l.* 13. *ff. quod met. caus. l. pen. ff. de receptis arbitris. l.* 17. *ff. de judiciis. l.* 1. §. 2. *ff. quod legat.* vel suorum. *l.* 5. §. 6. *ff. de injuriis.* vid. Oldendorp. *c.* 6. *de sentent. & de re jud.* Ecquid igitur consilii subditis, aut civibus dabitur litigantibus adversus dominum, Rempublicam, Principem, Regem, Imperatorem? utique, potest qui superiorem non recognoscit, jus sibi dicere. *l.* 41. *ff. de hered. instit. l.* 3. *ff. de his, quæ in test. delent.* Bart. *hic: num.* 1. Roland. a Valle 1. *cons.* 29. *n.* 21. In Germania Princeps imperii subditum convenire debet in Camera imperiali, non coram suis consiliariis: & e contrario, in eadem Camera a suis subditis conveniri potest: nisi probaverit hoc jus vel consuetudine, vel usu se habere, ut coram suis consiliariis conveniri debeat. Mynsing. 5. *obs.* 1. Jure Gallico, rex sibi jus non dicit, sed jus ei dicitur a Parlamentis. & ita nonnunquam causa cadit. Indulgentiæ nonnunquam ab eo indultæ rejiciuntur: Qua in re tantum abest, ut ejus majestati quidquam detrahatur, ut eo nomine securiorem eam faciat. vid. Papon. 2. *Not. c. division de l' ordre de plaider. fol.* 23. Reliqui nobiles adversus suos vasallos litigant in auditorio suo per procuratorem. Volunt etiam interpretes, quemlibet posse sibi jus dicere in defectum judicis. *l.* 54. *C. de decurionib. l.* 10. §. 16. *ff. quæ in fraud.* vid. Hartmann. 2. *pract.* 1. *obs.* 1. Demus de re ipsa in ipso juris loco injuriam illatam judici, poteste jus in sua causa sibi dicere? posse putant eo casu. *l.* 15. §. 38. 39. *l.* 33. *ff. de injuriis.* alias reus ad alios judices remittendus. de quibus vid. Papon. 2. *Not. c. division de l' ordre de plaider. fol.* 23. 2 Vel testimonium præbeat. *l.* 10. *C. de testib.* vid. ad hanc legem Socin. *reg.* 195. 3 *l. unic. C. Theod. h. t.* 4 An possit esse in causa propria quis judex, vide late Socin. *in reg.* 195. Felin. *ad c. cum venissent. in fin. extr. de judic.* Jason *ad l. qui jurisdict.* 10. *ff. de jurisdict. & ad Auth. jubemus. C. de judic. n.* 11. *& ad l. patre furioso.* 8. *ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Hippolit. *singul.* 405. Balb. *decis.* 107. Forcatul. *in Necyomant. jur. dialog.* 96. *n.* 5. quod autem possit aliquis esse judex in propria causa, adi §. *fin. Instit. de vulgar. substit. l. si quis forte.* §. *si quos. ff. de pœnis. & l. si quis ex aliena.* 5. *ff. de judiciis.* Mod. 5 *l. ult.* §. 2. *in fin. C. ubi senatores vel clariss.* atqui filius patri potest esse judex. *l.* 77. *ff. de judiciis.*

6 Sententia lata contra pupillum indefensum, ipso jure non tenet. *l.* 6. §. 5. *ff. de confessis.* 7 Alias, si pupillus aut minor versabitur in judicio sine autoritate tutoris, aut curatoris, poterit adversus ejus personam excipi. vid. Oldendorp. *c.* 12. *Enchiridii exceptionum.* ubi tractat de exceptionibus adversus actorem. *Goth.* Jure Canonico minor in causis beneficialibus & matrimonialibus sine tutoris aut curatoris autoritate agere potest. *cap. ult. de judic. in* 6. *& cap.* 14. *ex parte. extr. de restit. spoliator.* Ans. Conf. Viv. *lib.* 2. *Commun. opin.* 105. S. L. 8 Momentariæ, *Hal.* momenti actio. *l. ult.* 4. *C. Theod. unde vi.* 21. Cur ita dicitur? vide *l.* 8. *C. unde vi.* his adde *l.* 1. *in fin. C. si per vim vel alio modo.* 9 Aliud in causa proprietatis. Cur tam varie? favetur possessioni. 10 His verbis includuntur etiam inhabiles personæ. *Bald.* & ita *minor* legitimam personam standi in judicio habet in causa momentaneæ possessionis. An id locum habet, si de recuperanda vel retinenda tantum, non de adipiscenda possessione egerit? Accursius ita putat. Cujus opinionem Imbertus non existimat receptam esse in parlamentis Galliæ. Imbert. *in Enchirid. in verbo, un mineur n' est point relevé.* 11 Puto id his obscuris & male contextis verbis innui, Non si adversus minorem, absente ejus tutore adipisci possessionem possumus, continuo nobis licebit proprietatis quæstionem ei movere. Nam si summo jure, aut exactius rem totam volueris considerare, reperies causam etiam possessionis adversus illegitimam personam a se motam fuisse: puta adversus minorem indefensum. Nihil igitur proderit ita argumentari: Possessionem adversus minorem tutore destitutum potuisti adipisci: ergo & proprietatem. Nam utcunque possessionis causa momentanea sit, nec dilationem requirat, ejusque favor id elicere videtur, ut tibi liceat adversus minorem sine tutore agere, rectius tamen eam minori movisses, præsente curatore. 12 Id est, proprietatis actio. Cujac. *hic.* 13 Possessionis scil. 14 Id est, adeptio possessionis. 15 Interdictum de possessione motum. 16 Id est, adhibito, vocato, præsente minoris curatore.

17 *Invitus* nemo civiliter, vel criminaliter agere cogitur. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 18. *ex tit.* 19. *cap.* 4. vide tamen *l. diffamari* 5. *C. de ingen. manum.* 18 Vid. quæ de *invito* scripsi ad *l.* 69. *l.* 156. *ff. de reg. jur.* 19 *l.* 4. *C. de usur. pupill. l.* 20. *C. de pignor. & hypoth. l.* 5. *in fin. ff. de doli mali & metus except.* agere tamen cogimur in casu legis 11. *C. mandati. l.* 2. *C. quando tut. l.* 18. *l.* 24. *C. de admin. tut. l.* 2. *C. de his, quib. ut indig. l.* 10. *C. de leg. hered. l.* 5. *C. de ingenuis, & Nov.* 112. *cap.* 3. *l.* 8. *ff. de negot. gest.* 20 *l.* 19. *ff. de accusat.*

21 De quo prolixe & luculenter Angelus *ad rubr. Instit. de action.* Boerius *decis.* 255. Paris de Put. *in tract. Syndic. in verb. accusatus. n.* 8. Mod.

22 Adde 7. *lib.* 19. *C.* adde 2. *Decret.* 12. *de causa possessionis & proprietatis.* 23 Sic lege, *Præsidis provinciæ delegatum, ruptumque esse testamentum &c.* Hujus lectionis rationem mox reddam. *Goth.* Ad hunc tit. vid. Hotomann. *lib.* 5. *observ.* 27. Ans. Adde Robert. *sentent. lib.* 2. *cap.* 12. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 167. *&* 168. *& lib.* 1. *quæst.* 91. *num.* 10. S. L. 24 Agnatione posthumi testamentum rumpitur. *l.* 1. *ff. de injusto rupto.* 25 Cujus? ne dicas Præsidis, ad eum enim pertinet cognitio causarum liberalium. vid. *l.* 5. *C. de ordin. cognition.* quod hic negatur. Si dixeris *delegati præsidis*, nulla ejus facta est in editione vulgari mentio, & tamen ad eum lex hæc tota pertinet. Itaque frustra non videor superius emendasse, *præsidis provinciæ delegatum.* Sit hic itaque sensus, Cum actor de hereditate apud pedaneum ageret, status ei controversia a reo mota est. Reus eadem opera causam, utpote liberalem & status remitti ad præsidem postulat, negans pedaneum judicem de status causa posse cognoscere. Quid juris? respondent Imperatores adeundum ipsum delegatum: causam rupti apud eum agendam: status quæstionem incidentem ab eo summarie examinandam: non ut de ea aperte pronunciet, sed si forte repererit rei intentionem non probari, hereditatem actori (cujus agnatione testamentum defuncti ruptum esse probatur) restitui a reo jubeat. v. *ad hanc leg.* Hotomann. 6. *observ.* 6. 26 Ratio dubitandi hinc sumitur. 27 Male hæc verba retulerunt interpretes ad Præsidem. vid. *l.* 5. *C. de ordin. cogn.* vid. Hotomann. 5. *observ.* 17. 28 Id est, delegati. 29 Id est, qualemcunque, etiam status, *ut hic.* 30 Incidens quæstio est, quæ extra formulam prioris actionis exoritur. *l.* 1. *ff. de off. rect. provinc.* 31 Decidendi ratio. 32 *Fratres patrueles* sunt, ex duobus fratribus geniti. *l.* 1. §. 6. *ff. de gradib. & affin.* 33 Judice. 34 Id est, de genere, nativitate, origine, stirpe. 35 Status quæstio ante hereditatis quæstionem decidenda, *C. de ordin. cogn.* 36 Id est, generis. *ff. h. t.* 37 Judex datus de causa criminali incidenter potest cognoscere, sed certe præstat, ut verbo, *Judex*, intelligamus magistratum. *ut l.* 1. *ff. de offic. rect. provinc. l.* 11. *C. & l.* 31. *ff. ad leg. Corn. de falsis.* 38 In arbitrio judicis est cumulare civilem & criminalem quæstionem, ut ex Symmachi *epistolis* didicimus. In quibusdam causis etiam jubetur civilem anteponere criminali. *l.* 26. *C. ad L. Jul. de adult. l.* 8. *C. ad leg. Fab. de plag. l.* 2. *C. Theod. ad leg. Cornel. de falsis.* 39 Hæc verba regulam hic proponi ostendunt. Nam regulæ juris ex his, quæ sæpius fiunt, constituuntur. Aliud est autem, *Sæpe* fieri, aliud *Semper.* Nec enim semper criminalis actio præfertur civili. vid. Cujac. 20. *obs.* 25. 40 Majus minori præfertur. 41 Quod ex hac lege colligitur, prius de criminali pronunciandum, quam de civili causa cognoscatur, hoc ita intellige verum esse, quando civilis intentatur ab uno, criminalis ab alio: Decius *ad l. edita. num.* 65. *C. de edendo.* Fab. Acoramb. *ad l. naturaliter.* §. *nihil commune. num.* 108. *ff. de acquir. vel amitt. possess.* Mod.

42 Vide quædam ad hunc locum apud Socin. *reg.* 239. 240. 241. 242. 243.

43 2. *Decret.* 5. 2. *Sext.* 3. v. Cujac. 9. *obs.* 21. vid. Festum *in Contestari.* De effectibus litis contestatæ vide Rebuffum *tom.* 4. *fol.* 335. Hotom. 3. *obs.* 28. Wurmf. 1. *pract.* 13. adde utilem ad hunc titulum quæstionem ex Gail. 1. *obs.* 73. *ad fin.* 78. Goth. Adde Parlador. *rer. quotid. cap.* 14. S. L. 44 Litem contestandi animus non præsumitur. *cap.* 1. *extr. h. t.* vid. tamen Socin. *reg.* 241. 45 Simplex postulatio non facit litis contestationem.

46 Lite contestata, possuntne testes admitti? non possunt. vid. tamen Socin. *reg.* 242.

47 Editio litem futuram demonstrat. *l.* 3. *ff. de edend.* Contestatio ejus initium. Plus est, litem initium jam habere, quam futuram esse. Edita reo actione extra judicium, idem in jus vocatur, mox editur ei coram judice actio: si negat, lis contestata dicitur. vid. Cujac. *d. loco.* adde, si reus tacuerit, neque refutaverit judicem, tunc fit litis contestatio. *Novell.* 53. *c.* 3. §. 2. Sed Vigel. *in suo de litis contestat. libell.* litem contestatam esse putat tunc, cum acta judici referuntur jamjam dicturo sententiam. Gall. *lors que le procez est instruit & prest à juger.* Vel constitutionem status causæ. Glossæ, litis contestatæ αἱ ἀρχὴν λαβοῦσαι ἐν δικαστηρίῳ δίκαι ἐξ ἀντικαθισάντων. 48 Narratio constat petitione actoris & rei responsione. *l.* 2. *in pr. ff. de jurejur. propter calumn. c. unic. de lit. contest.* contradictione. *l.* 14. §. 1. *in pr. ff. de jud.* id est, negatione. Quintil. 3. *Inst.* 7. si negat reus, faciet statum qui negat. Quid si reus fateatur & distinguendo respondeat? Vigel. *d. loc.* putat litem nondum contestatam nisi actor aliquid respondeat: Illud singulare est ex Rudolpho Agric. 2. *de invent.* 12. Quamdiu consentanea dicuntur, certum est, quæstionem esse non posse: ubi cœperint resistere, ita ut alter non pro-

tii

tii [1] causam [2] audire [3] cœperit. Dat. Kal. Septembr. SEVERO III. [4] & ANTONINO AA. CONSS. 203.

In AUTHENT. de exhib. & introd. reis. §. Sancimus. col. 5. tit. 8. al. 9. seu Novell. 53. cap. 3.

Offeratur [5] ei [6] qui vocatur ad judicium [7] libellus: & exinde præbitis sportulis [8], & data fidejussione [9], viginti [10] dierum gaudeat induciis: quibus deliberet [11], cedatne an contendat: aut judicine alium adsociari [12] petat, vel recuset eum: nisi ille sit is, quem ipse alio recusato jam petierit [13]. † *Denique præsens interrogetur* [14], an [15] hoc tempus litis transierit: *quod non modo ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione* [16] *manifestetur: quam in initio facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc indultum habita, pro nihilo* [17] *habenda est.*

In AUTHENT. de executoribus. §. 1. col. 7. tit. 8. al. 2. seu Novell. 96. cap. 1.

Libellum vero non alias actor dirigat, nisi prius & in ipsum, quem dixi obnoxium, & in negotii executorem [18] *exponat cautionem*, se *scilicet* vel intra [19] duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei qui convenitur, contingens restituturum in duplum, *cautione tamen non transcendente triginta sex aureos.*

TIT. X.
DE [20] PLUS PETITIONIBUS [21].

1. Imp. [22] ZENO. *

Omnis actor [23] sive masculus, sive fœmina ante definitam dilationem debiti agens, & per hoc reum damno afficiens, aliud tantum expectet tempus, nullam usuram in medio accipiens, quantum ipse prævenire definitum solutioni diem conatus est: & hoc vero tempore elapso, non aliter agat, quam si impendia primæ instantiæ circa litis præmonitionem facta adversario solvat. §. 1. Si vero tutores, aut curatores tempore, aut quantitate in plus enisi fuerint exigere, eorum qui suæ curæ commissi sunt debitores in nullo lædantur, ut qui sub aliorum tutela & cura sint: sed ipsi tutores & curatores agnoscant subinde contingens damnum. §. 2. Qui vero hereditarias res petunt, aut rationes tutelæ, aut curæ exigunt, & qui contra minores, aut majores de negotiis gestis, (seu de gesta) intendunt, aut deposita ab aliis data exigunt, ut eorum qui deposuerunt, successores facti, nihil ex plus petitione damnificentur, veluti qui justam habeant ignorantiæ causam. † Tunc vero is, qui plus petit, damnificetur, quando manifeste convictus fuerit per avaritiam delinquere. §. 3. Si vero quis minus quam revera sit, taxaverit suam litem, nec ad hoc respiciat judex, sed in veram quantitatem calculum ferat.

2. JUSTINIANUS A. *.

Zenonis Divæ memoriæ vestigiis insistentes, præsenti lege decernimus; ut quicumque ante tempus debitum exegerit, tanto [24] tempore ultra constitutum tempus manifesta plus petitione sine usurarum acceptione expectet: nec tunc agere ante potest, quam omnia damna parti diversæ restituat. Tutores vel curatores talia perpetrantes, ipsi damnabuntur: exceptis his, qui res hereditarias petunt, aut rationes tutelæ, vel curæ, sive negotiorum gestorum agunt contra minores, seu majores, vel qui depositum repetunt, quasi ex successione. §. 1. Qui autem *minus* [25] petit in judicio, in nullo læditur.

§. 2. Si quis vero majorem, quam sibi debetur, quantitatem in libello conventionis inseruerit, in triplum [26] parti adversæ restituere compellatur, quicquid ex hac causa sportularum nomine executoribus amplius dedit.

Superioris constitutionis epitome ex Basilicis [27].

Si quis [28] actor in misso a se libello majore quantitate inserta, majoris damni causa fuerit ei, quem in jus provocat: in triplum reddat damnum quod propter eum passus fuerit adversarius. Vera autem quantitas actionis intelligatur, in quam judex tulerit sententiam.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Odiosas contrahentium calliditates amputare properantes, censemus: Ut si quis, certa quantitate sibimet debita, super ampliore [29] pecunia per dolum & machinationem cautionem exegerit, & ad judicium debitorem vocaverit: si quidem [30] ante inchoatam litem calliditatis eum pœniteat [31], & debiti veram quantitatem confessus fuerit, nullo eum dispendio prægravari: sin autem liti præbuit exordium, & in certaminibus negotii permanens arguatur de adjecta falsa quantitate; non solum ea, sed etiam toto debito [32] eum fraudari: transactionibus [33] scilicet & secundis confessionibus sive insinuatæ sint, sive non, etiam in hoc casu suam obtinentibus firmitatem: talibus enim cautionibus hoc objicere non oportet [34]. Dat. 15. Kal. Novembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XI.
DE DILATIONIBUS [35].

De causa & spatio.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. dicunt.

Quoniam plerumque evenit, ut judex instrumentorum [36] vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur; spatium instructionis exhibendæ postulatum dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum: ut, si ex ea [37] provincia, ubi lis agitur, vel persona, vel instrumenta poscantur, non amplius quam tres [38] menses indulgeantur: si vero ex continentibus provinciis: sex [39] menses custodiri, justitiæ est. In transmarina [40] autem dilatione, novem [41] menses computari oportebit. † Quod ita constitutum judicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium [42], sed eandem dilationem, si rerum urgentissima [43] ratio flagitaverit: & necessitas desideratæ instructionis exegerit, non facile [44] amplius quam semel, nec ulla trahendi [45] arte sciant esse tribuendam. Dat. 15. Kalend. April. CC. CONSS. 494.

De rescripto, quo quis ad extraordinarium Judicem trahitur.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Ursum Vicarium.

Si [46] quando quis rescriptum [47] ad extraordinarium [48] judicem reportaverit: dilatio ei penitus deneganda est. Illi [49] autem, qui [50] in judicium vocatur, danda est, ad improbanda precum mendacia, vel proferenda aliqua instrumenta, vel testes: quoniam instructus esse non potuit, qui præter spem ad alienum judicium trahitur. Dat. 2. Non. Mart. VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De satisdatione ab actore præstanda. Si actor reo non occurrat.

In AUTHENT. de exhib. & introd. reis. §. 1. col. 5. tit. 8. al. 6. Novell. 53. cap. 1.

Quod fieri non debet, nisi [51] *actor satisdederit* [52], *certam promittens quantitatem se daturum, si litem non exequatur: aut exequens non vincat causam. Si igitur post tempus a se constitutum intra decem dies reo præsente non occurrat: dimittatur* [53] *reus, exacto eo, quod promissum est, & si quid circa litem plus impendisse cum taxatione judicis juraverit.*

De cessatione officii Judicis. De feriis.

3. Idem A. Profuturo Præfecto Pannoniæ [54].

Sive pars, sive integra dilatio fuerit data: eo usque judicis officium conquiescat [55], donec petiti temporis defluxerint curricula. Feriæ autem

gredi longius alterum patiatur, quæstio erit. Plura vide apud Vigel. *ibid.* 1 Utriusque litigatoris. Goth. Confer. *l.* 2. *§. de jurejurand. propt. calumn.* Cujac. *lib.* 9. *observ.* 21. Ans. 2 Casum *Hal.* id est, id in quo lis atque causa versatur. 3 Id est, nosse, & is quidem scopus est litis contestationis, ut judex statum causæ cognoscat, atque ita judicet. Forma contestationis in petitione, & responsione versatur: materia, controversia ipsa: origo prima, jus naturale; secunda, jus Romanum. vid. Oldendorp. *in præfat. classium. c. de litis contest.* Potestne judicari sine litis contestatione? Roland. a Valle ait: idque summariis in causis. 1. *consil.* 71. *n.* 35. 36. Sic sentio, Vel voce vel scripto petitionem concipiendam in causis quæ dilationem non requirunt, non exspectata responsione uberiore partis, secundum actorem judicari, & tamen causæ uberiorem cognitionem in aliud tempus rejici. Re ita constituta, judices nunquam judicare posse, quin lis sit re ipsa contestata, aut pro contestata habeatur: quod accidit in contumace, quem pro confesso habemus. 4 Γρ. IV. 5 Libellus estne necessarius in omnibus causis? non est: potest enim sine scripto procedi, præsertim summariis in causis. Roland. *d. loc. n.* 37. 38. dixi plenius *ad l. ult. in fin. J. de privil. scholar.* adde alias exceptiones ex Socin. *reg.* 233. Requiritur tamen in omni judicio saltem verbalis petitio. Alterutra tam est necessaria in judiciis, ut nullo modo possit remitti consensu partium. Quid si remissa sit, judicium cessat, nec ullo petente, nullo contradicente sententia ferri potest. 6 Aut ei qui vocatus defenditur. 7 Aut ad arbitrium. *Bald.* 8 De quibus vid. *§. de sport. & sumpt. exhibend.* 9 Reus cavere tenetur judicio sisti, nec tamen ea satisdatione in judicem consentit: est enim necessaria; ideoque consensum non inducit. Bald. *hic.* 10 In causis civilibus: in criminalibus aliud tempus datur. *l.* 2. *J. de reis.* Quid? ea dilatio potestne a judice minui? non potest, datur enim a lege: si minueretur contra jus diceretur sententia. *§. si contra jus vel util.* Potest autem ea dilatio minui, quæ ab officio judicis dependet. 11 Reo terminus ad deliberandum datur. 12 Nota formam agendi; Peto non procedi sine judice adsociato vel adjuncto. Lex non adsociat vel adsciscit, nisi petatur. *Bald.* 13 Qui aliquem judicem petit, eum postea recusare non potest. 14 De lapsu termini potest constare partis confessione. 15 Judex de lite non cognoscit intra tempus dilationis datum reo. 16 *Confiteri* intelligitur etiam is qui subscripsit, *ut hic.* adde *l.* 26. *§.* 1. *ff. de pignor. & hypothec.* Possumus quoque hæc verba referre ad subscriptionem actuarii. 17 Forma requisita omissa actus fit nullus. Invalida contestatio nihil operatur: Wurmser. 1. *pract.* 13. *observ.* 2. 18 Per publicum officialem alteri quæritur actio in eo, quod pertinet ad ejus officium. *§.* 3. *Inst. de adopt.* 19 Intra duos menses litis contestandæ.

20 Plus qui petebant, olim causa cadebant: Cic. 1. *de Oratore, & pro Roscio Comœdo.* Idem, *pro Roscio Amerino.* Hic tu si amplius HS. nummo petiisti, quam tibi debitum esset, causam perdidisti. Sueton. *in Claudio, c.* 14. His qui apud privatos judices plus petendo formula excidissent, restituit actiones Paul. 3. *sent. ult.* Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculum plus petendi, officio judicis omnibus æstimatis quarta facienda est, quæ apud heredem remaneat. Idem 2. *sent.* 5. si totum petit, plus petendo causa cadet. Hoc etiam plus petitionis periculum a Majoriano *in Novellis* perstringitur: cujus extant quoque exempla. *l.* 1. *ff. de interrogat. in jure faciend. l.* 36. *ff. de solut. §. si quis agens* 33. *Inst. de act. apud.* Paul. 1. *sentent.* 10. *l.* 1. & 2. *C. Hermog. de calumn.* Emissenum *homilia de Paschate.* 21 Paul. 1. *sent.* 10. & 2. *Decret.* 11. *§.* 33. *Instit. de act.* Goth. Vid. ad hunc tit. Cujac. *lib.* 12. *obs. c.* 21. & *l.* 7. *c.* 27. Pecc. *de jure sistendi. c.* 47. S. L. 22 Hæc lex a Cujacio restituta fuit, 12. *obs.* 21. extat vero 7. *Synops. Basil. c.* περὶ χρεῶν ἀπαιτήσεως *c.* 22. 23 Latina interpretatio. 24 Omnes qui agunt, sive masculi, sive fœminæ sint, si ante definitum debiti tempus petierint, & hoc ipso damnum reo dederint, tantum temporis expectent (usuras interea nullas accipientes) quanto ipsi præstitutum tempus anticipare conati sunt. Quod si tempus etiam hoc præterlabatur, aliter litem ne suscipiant, nisi sumptus primæ aditionis in litem factos, adversario refuderint. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 6. ubi scholiastes excipit eum, qui debet inopi fisci debitori, ut a quo possit fiscus etiam ante tempus debitum exigere. *l.* 1. *J. de condict. ex lege.* adde *J. de conveniendis fisci debitorib. lib.* 10. *tit.* 2. 25 Pœnam plus petentis tempore observa. *§.* 33. *in fin. Inst. de actionib.* 26 Plus petere in judicio non licet: minus licet. *§.* 34. *Inst. de act.* 27 Pœnam plus petentis quantitate nota. *§.* 33. *in fin. Inst. de act.* 28 Restituta a Cujac. 12. *obs.* 21. 29 Latina interpretio. 30 Quatuor concurrere necesse est, ut hujus legis pœna locum habeat. Primo, necesse est, ut cautio sit exacta majoris summæ. Secundo, ut per dolum. Tertio, ut reus sit vocatus in judicium & lis contestata. Quarto, quod convincatur. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *cap.* 22. & *lib.* 9. *tit.* 4. *ex lib.* 7. *tit.* 6. *cap.* 23. 31 Nota quibus modis hujus legis pœna evitetur. 32 Qui per dolum plus petit, litem contestando debitum perdit; etiam de jure Canonico, ut *in c.* 1. ubi per Dd. *extr. de plus petit.* Soc. *in reg.* 44. Bellon. *consil.* 23. *n.* 15. Bartol. *ad l. edita* 3. *col. ad fin. C. de edend.* Jason *ad §. ex maleficiis. n.* 27. *Instit. de action.* Mod. 33 Huic potentiæ locus non est jure Canonico. vid. Socin. *regul.* 44. 34 Transactio facta bona fide (licet super cautione dolo exorta) valet. *Bart.*

35 *Dilatio* est prolatio diei. huc refer *L.* 2. D. 12. 2. *C. Theod.* 7. περὶ ὑπερθέσεων. 7. *Eclog.* 17. *cap.* 7. & 7. *cap.* περὶ προθεσμιῶν τῶν διδομένων τοῖς δικαζομένοις παρὰ τῶν δικαστῶν. de iis spatiis, quæ litigantibus a judicibus dantur. adde 2. *decret.* 8. 2. *Extravagant.* 2. *§.* 10. 11. *Instit. de except.* vid. Rebuffum *tom.* 2. *tract. de dilationib.* Andream Gail. 1. *observ.* 91. & *seq.* Hartmann. 2. *obs.* 12. Oldendorp. *in Enchirid. except. cap.* 4. *n.* 13. *fol.* 304. Rebuff. *in proœm. constit. gloss.* 5. *n.* 52. refert stylo communi, & consuetudine curiarum, non observari in regno Franciæ dilationes juris: sed ex stylo, vel curiæ arbitrio dari. 36 *Synops. Basil.* 7. *tit.* 17. *ex cap.* 11. *ad* 18. 37 Dilatio ex causa datur instrumento, ut personæ exhibendæ gratia. adde *l.* 32. *ff. ex quib. caus. majorib.* 38 Dilationes moderandæ sunt secundum locorum distantiam 39 Dilatio testium vel instrumentorum ex eadem provincia exhibendorum causa, non plus quam ad tres usque menses proroganda, quæ tribus mensibus perfici oporteat. vid. Cujac. *c.* 14. *de præscript.* De sex mensibus vid. Cujac. *cap.* 19. *de præscript.* 40 *l.* 7. *J. h. t.* 41 De novem mensibus vide Cujac. *cap.* 19. *de præscript.* 42 Summum scilicet, ac plene voluntarium. Causa cognita, dilationem dari oportet. 43 *l.* 10. *J. de feriis & dilat.* 44 *l. ult. ff. de feriis.* aliud si justa causa sit. *l.* 7. *ff. de feriis & dilat. l.* 45. *ff. de judic.* adde alias exceptiones ex Socino *reg.* 312. Goth. Confer *cap. quoad consult. extr. de sent. & re judic. cap. in causis. cap. significaverint. extr. de testam.* vid. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 71. & *seq.* Ans. Adde Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 91. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 52. S. L. 45 Dilationibus nimiis causæ non trahendæ. 46 *l.* 2. *C. Theod. h. t. Synops. d. loco.* 47 Puta Principis. Impetrato rescripto, non datur dilatio ad illud exhibendum. Actor venire debet instructior, quam reus. 48 Id est, delegatum. Extraordinarius judex delegatus. Jurisdictio delegata extraordinaria, *can. induciæ.* 3. *caus.* 3. *q.* 3. 49 Dilationes plures dantur reo quam actori. vid. *l.* 125. *ff. de reg. jur.* 50 Melior est causa excipientis. *l.* 42. *in fin. ff. de reg. jur.* 51 Hæc forma consuetudine non servatur. *Bald.* 52 *l. ult. ff. de stipul. præt.* 53 Reo absoluto ab observatione judicii, actor in expensis condemnatur. 54 Al. *annonæ* & rectius. vid. *l.* 2. *C. Theod. de relation.* 55 Pendente dilatione nihil innovandum. adde *l. unic. ff. nihil novari appellatione interposita.* vid. Socin. *reg.* 93.

five repentinæ [1], five folennes [2], fint, dilationum temporibus non excipiantur, fed his connumerentur. Dat. 7. Febr. *Sirmii*, LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318.

De judice procedente vel confidente.

4. Idem A. ad Catullianum Proconfulem Africæ.

A Procedente [3] Judice dilationem non convenit poftulari, etiam fi utraque parte præfente tribuatur: cum non alias, nifi caufa cognita, indulgeri queat: & cognitio caufæ non interpellatione plenaria [4], fed confidente [5] magis Judice legitime colligatur: ut, fi forte dilationis petitio fuerit improbata, fufcepta quæftio per fententiam judicis dirimatur. Dat. 5. Id. Feb. *Sirmii*, LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318.

De refcripto Principis. Quando deneganda dilatio.

5. Idem A. ad Maximum Præfectum urbi.

CUm a nobis fuerit ad appellationem confultationemve refcriptum: five fit primo judicio petita dilatio, & ea tributa non fit: five ne petita quidem: eam dare cuiquam non licebit, eadem ratione, qua ne in judiciis [6] quidem cognitionum noftrarum dilatio tribui folet. PP. *Romæ*, 8. Kal. April. PROBIANO & JULIANO CONSS. 322.

De lite inter privatos & fifcum.

6. Imppp. CONSTANTINUS, CONSTANTIUS & CONSTANS AAA. ad Petronium Vicarium Africæ.

INter [7] privatos & fifcum fi aliqua lis mota fuerit: utrique [8] parti petendæ dilationis per defenfores fuos copia deneganda non eft, fi hoc commoditatis ratio poftulaverit. Dat. 5. Id. April. *Aquileiæ*, ACYNDINO & PROCULO CONSS. 340.

De fpatio.

7. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meffalæ PP.

NEc [9] de ftatu ac patrimonio litigantibus in transmarina [10] etiam dilatione menfium novem [11] fpatia egredi concedatur. Dat. 6. Kal. Decemb. EUTROPIO & THEODORO CONSS. 399.

TIT. XII.
DE FERIIS [12].

De Appellationibus.

1. Impp. CONSTANTIUS & MAXIMIAN. AA. SEVERUS & MAXIMIAN. Nobb. CC. Verino.

QUoniam confulis, an fimilis obfervantia a nobis adjiciendarum feriarum, quæ rebus [13] feliciter geftis proveniunt, ad appellationum quoque tempora porrigenda fit, Verine Clariffime, refcribi placuit experientiæ tuæ, ut [14] in caufis provocationum jugiter [15], & fine additamento hujuscemodi dierum tempora fcias fervari debere, & fupradictorum dierum [obfervationi] in appellationum caufis minime fieri adjectionem [16].

Enumeratio feriarum folennium.

2. Imp. THEOD. A. Viceno.

UT [17] in die Dominico [18] emancipare [19] ac manumittere [20] liceat, reliquæ caufæ, vel lites [21] quiefcant: & a die octavo Kalendarum Julii [22] usque in Kalendas Augufti meffis feria concedatur: & a Kalend. Augufti usque in decimum Kalendarum Septembris agendarum caufarum tribuatur licentia. A decimo autem Kalendarum Sept. usque in Idus Octobris vindemialis feria concedatur. Sanctum quoque diem Pafchæ [23], & diem Natalis [24] Domini, & Epiphaniæ, feptem qui præcedunt, & feptem qui fequuntur, fine ftrepitu volumus obfervari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.

De die Dominico.

3. Imp. CONSTANT. A. Elpidio.

OMnes judices, urbanæque plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis [25] quiefcant. Ruri tamen pofiti agrorum culturæ libere licenterque inferviant [26]: quoniam frequenter evenit, ut [27] non aptius alio die frumenta fulcis, aut vineæ fcrobibus mandentur, ne occafione momenti [28] pereat commoditas cœlefti provifione conceffa. Dat. Nonis Mart. CRISPO II. & CONSTANTINO II. CONSS. 321.

Qui *poffit ferias* indicere.

4. Idem A. Severo.

A Nullo judice præfumi [debet], ut auctoritate fua ferias alias [29] condat. Nec enim Imperiales [30] ferias vocari oportet, quas [31] adminiftrator edixerit: ac per hoc, fi nomine eximuntur, etiam fructu carebunt. Dat. Id. April. *Sirmii* *.

De caufis publicis ac Fifcalibus. 1. *De caufis* Piftoriis.

5. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Olybrium.

PUblicas [32] ac fifcales caufas tua finceritas etiam feriatis geminis [33] menfibus, hoc eft, fine aliqua intermiffione, diftinguat. §. 1. Piftoriis [34] quoque caufis iisdem diebus ratum in futurum examen adhibebit. Dat. 4. Nonas Maji, *Tiberiade*, VALENTINIANO N.P. CONS. 368.

De tempore Quadragefimæ.

6. Iidem AAA. Luciano Vicario Macedoniæ.

QUadraginta [35] diebus, qui aufpicio ceremoniarum Pafchale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur [36] criminalium quæftionum. Dat. Kal. Aprilis, *Theffalonicæ* *.

Enumeratio *feriarum folennium*.

7. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino Præfect. [urb.]

OMnes [37] dies jubemus effe juridicos [38]. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis [39] menfibus ad requiem [40] laboris indulgentior annus excepit: æftivos [41] fervoribus mitigandis: & autumnos [42] fructibus decerpendis, Kalendarum quoque Januariarum confuetos dies otio [43] mancipamus. His adjicimus Natalitios [44] dies urbium maximarum Romæ [45], atque Conftantinopolis: in quibus debent jura differri [46], quia & ab ipfis nata funt. Sacros [47] quoque Pafchæ [48] dies, qui feptenο [49] numero vel præcedunt, vel fequuntur. Dies etiam Natalis, atque Epiphaniarum [50] Chrifti, & [51] quo tempore commemoratio Apoftolicæ paffionis totius Chriftianitatis magiftræ [52] a cunctis jure celebratur: in quibus etiam prædictis fanctiffimis diebus neque fpectaculorum [53] copiam referamus. † In eadem obfervatione numeramus & dies Solis [54] (quos *Dominicos* rite dixere majores) qui repetito in fefe calculo revolvuntur: in quibus parem neceffe eft habere reverentiam: ut nec apud ipfos arbitros [55], vel a judicibus flagitatos, vel fponte electos, ulla fit cognitio jurgiorum. Noftris etiam diebus, qui vel lucis [56] aufpicia, vel ortus [57] imperii protulerunt. In quindecim [58] autem Pafchalibus

1 Hujusmodi feriæ res ob bene geftas, a folo Imperatore indicuntur: ob id *imperiales* dictæ. v. *l.* 4. J. *tit. prox.* extra ordinem indictæ: *l.* 26. §. 7. *ff. quibus ex caufis majores.* 2 *l.* 26. §. 7. *ff. ex quibus caufis majores.* ut dies divino cultui dedicati, ut meffes & vindemiæ. *l.* 5. J. *tit. prox.* 3 3. *quæft.* 3. *c. induciæ.* 4. *verf. a judice.* Cur ita? qui procedit, vix eft ut caufam recte dijudicare poffit. hic autem requiritur caufæ cognitio. alii volunt a procedente judice fententiam proferri non poffe: quod fententia judice ftante lata, nulla fit, J. *h. t.* ibi, *fed confidente.* vide Oldendorpium *cap.* 9. *de fent. & re judic.* Non idem in manumiffionibus eft, quæ magiftratu in balneum vel theatrum eunte, poffunt perfici. §. 2. *Inft. de libert.* manumiffio in tranfitu fieri poteft, nec requirit tribunal. *l.* 7. 8. *ff. de manumiff. vindict.* 4 Planaria. *Hal.* Planaria cognitio, quæ fit de plano, citra tribunal. 5 Pro tribunali fc. Tribunal, fedile judicis. 6 In confiftorio Principis dilationes non dantur. Cur ita? quia imparati ad cognitionem Principis, necdum inftructi bene non admittuntur. *l.* 1. J. *de relationibus.* 7 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 8 Id eft, & privato & fifco. 9 *l.* 4. *C. Theod. h. t. Synopf. h. t. in fin.* 10 *l.* 1. *in fin.* S. *h. t.* 11 *l. unic. C. Theod. h. t. l.* 3. *C. Theod. de jure fifci. l.* 41. *C. Theod. de appellat. l. ult. C. Theod de repar. appellationibus.*
12 *L.* 2. *D.* 12. *&* 7. *Eclog.* 17. *&* 2. *C. Theod.* 8. *&* 2. *Decret.* 9. *Novell. Leon.* 54. vid. conftitutionem 2. Emanuelis Comneni *de feriis.* ubi recenfentur dies feriati apud Græcos: & tom. 1. *des ordonnances Royaux tit.* 16. *du temps des vacations.* ubi de feriis agitur apud Gallos receptis. Oldendorp. *c.* 31. *de exceptionibus.* ubi tractat de exceptione feriarum, & feriis Auguftæ conftitutis a Carolo V. anno 1548. adde Wurmfer. 1. *pract.* 11. Feriæ porro dies quieti a litibus induciæ litium funt: Quæ feriis agere liceat, vide apud Macrob. 1. *Saturnal.* 16. & Virgil. *Georg.* 1. 13 Hujusmodi feriæ *repentinæ* dicuntur. *l.* 3. *fupr. tit. prox.*
14 Tempore feriarum appellatio poteft interponi. 15 Feriato die ad aliquem actum judiciarium procedi non poteft: fallit tamen in appellatione, quæ die feriato poteft interponi, *ut hic:* plures exceptiones vide apud Socinum *reg.* 92. 16 Actionem. *Hal.*
17 Contius *hic* negat hanc conftitutionem in vetufto Codice extare, & ab Hundaricho hic infertam ex breviario Alarici: non effe Theodorici regis Francorum, ut quidam putant: reperiri apud Sozomenum 1. *cap.* 9. extat tamen fragmentum *in l.* 1. *in fin. C. Theod. h. t.*
18 Vid. *l. ult.* §. 1. J. qui & Solis, *l.* 3. *l.* 7. *verf. In eadem.* J. *h. t. l.* 1. *C. Theod. h. t.*
19 *l.* 8. J. *h. t.* 20 *dict. l.* 8. Goth. Hanc legem fuppofititiam putat effe Alciat. *lib.* 6. *parerg. cap.* 9. Anf. Pro intellectu hujus legis & materiæ, vid. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *quæft.* 30. *per tot.* & maxime *num.* 4. S. L. 21 Sententia lata die feriato nulla eft. vid. Oldendorp. *cap.* 13. *de fentent. & re judic.* 22 Plin. 8. *epift.* 21. Julio menfe, quo maxime lites interquiefcunt. 23 *l.* 6. 7. *verf. Sacrof. l.* 8. J. *h. t.* 24 Vid. *lib.* 7. *verf. Dies etiam.* J. *h. t.* 25 Ἐν τῇ κυριακῇ, id eft, dominico. *l.* 2. S. *h. t. l. ult.* §. 1. J. *h. t.*
26 7. *Eclog.* 17. *cap.* 2. *&* 1. Harmen. 4. Leonis *Novella* 4. jubet etiam Agricolam die dominico vacare. Illud notandum, pacta & transactiones in eo fieri permitti: at non Circenfe certamen aut venationem ferarum, etiamfi in eum diem incidat natale Principis. 7. *Eclog.* 17. *cap.* 17. Goth. Ita quæ ad militiam pertinent die Dominico poffunt peragi, item ea quæ ad feriarum tuitionem, *l.* 3. *l. penult. ff. h. t.* & generaliter omnia ea quæ, fi prætermiffa, nocerent, *Luc.* 14. *verf.* 5. *Actor.* 20. *verf.* 9. adde M. del Rio *difquif. mag. l.* 5. *fect.* 9. *verf. Octavo loco.* Anf. 27 Hoc eft, dies dominicus plerumque reperitur aptior πρὸς ἀροτρίωσιν, ἢ πρὸς τὴν τῶν ἀμπέλων γεωργίαν, ad arandum, vel ad culturam vitium, *Synopfis Bafil.* 7. *tit.* 17. *cap.* 9. 1. Harmenopul. 4. §. 6. 28 Momenti occafione perit commoditas fructuum: unde in ipfis colligendis fructibus vel momenti habetur ratio. 29 Repentinas fcil. Poffunt tamen judices ftatas & folennes indicere, *l.* 4. *D. h. t. l.* 7. *D. de off. proconful.* In regno Franciæ foli Regi competit jus feriarum, ac nundinarum fubditis indulgere: quod uti fiat, vid. Paponem 3. *Notar.* 8. *cap. des lettres de foires & marchez.* 30 Id eft, repentinas, *l.* 1. S. *h. t.* dixi etiam ad *l.* 3. S. *tit. prox.* Imperiales appellantur, mutato nomine imperativarum, Macrob. 1. *Saturnal.* 16. quæ a Confulibus aut Prætoribus imperabantur. *l.* 26. §. 7. *ff. ex quibus caufis major.* 31 Quod imperatoris adminiftrator, id eft, magiftratus conftituit, imperiale non eft: nifi juffus aut confenfus Principis accedat. 32 Publicæ & fifcales caufæ non admittunt ferias. 33 Vid. *l.* 7. J. *h. t.* 34 Vide Cujac. in hunc locum, *cap.* 13. *de præfcript.* ubi tractat de mancipibus feu curatoribus piftrinorum, qui *Nov.* 80. dicuntur προεστῶτες τῶν ἀρτοποιῶν ἐργαστηρίων. 35 7. *Synopf. Bafilic.* 17. *cap.* 12. 1. Harmen. 4. De quadraginta diebus, vid. Cujac. *c.* 11. *de præfcript.* cæterum ferva, ceremonias hic effe jejunium. 36 Ufus hanc legem antiquavit. 37 *Eclog. ibid. c.* 13. *l.* 2. *C. Theod. h. t.* vide ad hanc legem Briffonium *in repetitione legis dominic. C. Theod. de fpectacul. fub finem.* Qui ferias allegat, eas tenetur probare. Jurisdictio eft rerum permiffarum; quovis tempore licita, nifi probetur excepta. 38 Dies juridicus, ἔμπρακτος, 7. *Eclog.* 17. *c.* 13.
39 *l.* 5. S. *h. t.* 40 Theod. ad Senatum. *Novell. de decurionibus*, Otio vos frui quodam tempore patimur, ne labore videamini defatigari continuo. 41 Æftivis fervoribus, *l.* 2. *C. Theod. h. t.* hæ funt meffium, & vindemiarum. 42 Autumnos fœtibus decerpendis, *l.* 1. *C. Theod. h. t.* fic Afclepiades, ex autumnali redolet vindemia fœtu. Hæ funt vindemiarum feriæ. Minut. Felix *in Octavio*, Sane & ad vindemiam feriæ judiciariæ curam relaxaverunt. 43 Dies otio mancipati, ἄπρακτοι, ἀργαὶ ἡμέραι, σχολάζουσαι τὸ δικαστήριον. *Novell.* 8. 44 Γενεθλιακὰς, *Synopf. ibid.* Natalitia urbium fuarum celebrabant veteres, Cic. 4. *ad Att.* 1. ut & coloniarum deductarum, *ibid.* & ædium dedicatarum, *ibid.* Porro feftus dies natalis Romæ Palilia vel Parilia. v. Plutarch. *in Romulo.* Ciceron. 2. *de divinatione.* Feftum *in Parilibus, & in Popularia facra.* Cæterum Natalium (ut opinor privatorum) facra, pulte fitilla confici folita refert Plin. 8. *c.* 18. die natali merum Genio fundebant, non autem ulla hoftia faciebant: hoc ideo, quod (ut Varro in libro cui titulus eft *Atticus*), cum munus annale Genio fuo folvebant, & manum cæde ac fanguine abftinebant, ne die qua ipfi lucem accepiffent, aliis demerent. Inde Deli ad Apollinis genitoris aram, ut Timæus auctor eft, nemo hoftiam cædebat. Cenforinus *cap.* 3. *de die natali.* ubi refert moris fuiffe, quemque fuos tantummodo proprios coluiffe natales. adde Martianum Capellam 2. *Philologias*, ubi de genio fpeciali & populari. 45 Parilia. 46 Deferre, *l.* 2. *C. Theod. h. t.* & male. Græc. ἀργεῖν, ut fit fenfus, Æquum effe diebus natalitiis utriusque Romæ jura differri ac quiefcere, quoniam ab hifce duabus urbibus jura funt inventa, *Eclog. dict. cap.* 4.
47 Notitiam facrarum feriarum vide in *Novell.* 1. Manuelis Comneni, *& cap.* 158. *legum Francicarum.* 48 Vid. *l.* 2. S. *h. t.* 49 De feptem diebus vid. Cujac. *cap.* 6. *de præfcript.* De numero feptenario, vide Forcatulum *in fphæra legali, fol.* 120.
50 *l.* 2. S. *h. t.* ἐπιφανιῶν, *Eclog. d. loco.* qui & τῶν φώτων dicuntur. vid. Cujac. *cap.* 3. *de præfcript.* Ammianus de Juliano apoftata illiciente populi favorem fpecie Chriftianæ profeffionis loquens, *lib.* 21. Ut interim (inquit) hæc celarentur, feriarum die, quem celebrantes menfe Januario Chriftiani Epiphaniam dictitant, progreffus in eorum Ecclefiam folenniter numine orato difceffit. 51 Feftos dies Apoftolorum memoriæ dicatos (ut opinor) intelligit: quibus apoftolorum παθήματα & mortem præcipue commemorabant Chriftiani.
52 Apoftolorum paffio, Chriftianitatis totius magiftra: Apoftoli hinc magiftri nationum a Tertulliano *lib. de refurrect.* & martyrii. Idem in *Scorpiaco.* Sanguis etiam martyrum dicitur ferere & rigare ecclefiam. 53 7. *Eclog.* 17. *cap.* 13. *cap.* 17. vid. *l. ult.* §. 1. J. *h. t.*
54 *l.* 3. S. *h. t.* Dies folis, dies Dominicus, *ut hic: & l.* 3. *C. Theod. de executorib. & exact. lib.* 8. *tit.* 8. *l.* 13. *C. Theod. de exactionib.* 11. *tit.* 17. Græci κυριακὴν ἡμέραν vocant. 7. *Eclog.* 17. *cap.* 13. cujus fit mentio *Apoc.* 1. *verf.* 10. Eundem diem μίαν σαββάτων, id eft, primam, Paulus Apoftolus vocat 1. *Corinth.* 16. *verf.* 2. 55 Vid. *l. ult.* §. 1. J. *h. t.*
56 *l.* 2. *in fin. C. Theod.* ἡμέρα γενεθλιακὴ τοῦ βασιλέως. 7. *Eclog.* 17. *c.* 13. *in fin. & c.* 17. *in fin.*
57 *d. l.* 2. *d. c.* 13. *&* 17. Dies ortus imperii, quo quis imperator fuit renunciatus. vid. quæ not. ad *l.* 233. §. 1. *ff. de verb. fignificat.* 58 *l.* 8. J. *h. t.*

bus diebus compulsio annonariæ [1] functionis, & omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio. Dat. 11. Idib. Aug. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

De quindecim diebus Paschalibus.

8. Iidem AAA. Tatiano P.P.

Actus [2] omnes, seu publici sunt, seu privati, diebus quindecim [3] Paschalibus conquiescant. † In [4] his tamen & emancipandi [5], & manumittendi [6] cuncti licentiam habeant: & super his acta non prohibeantur. Dat. Kal. Jan. ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

9. * Græca constitutio.

Ejus epitomen restituit Ant. Augustinus. Quia tamen is putat eam potius esse epitomen l. 3. Latinæ supra de episcopali audientia, *& nos idem arbitramur, ideo eam prætermisimus.*

De Latronibus *&* Isauris.

10. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P.

PRovinciarum [7] præsides moneantur, ut in quæstionibus latronum [8], & maxime Isaurorum [9], nullum quadragesimæ [tempus] nec venerabilem Paschæ diem existiment excipiendum [10]: ne differatur sceleratorum proditio [11] consiliorum, quæ per latronum tormenta [12] quærenda est: cum [13] facillime, & in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Dat. 5. Kalend. Mart. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

De diebus festis. 1. *De die* Dominico.

11. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Armasio P.P.

DIes festos majestati [14] altissimæ dedicatos [15], nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum [16] vexationibus profanari.

§. 1. Dominicum [17] itaque diem ita semper honorabilem decernimus, & venerandum, ut a cunctis executionibus [18] excusetur: nulla quemquam urgeat admonitio: nulla fidejussionis flagitetur exactio, taceat apparitio: advocatio delitescat: sit ille dies a cognitionibus alienus: præconis horrida [19] vox silescat: respirent a controversiis litigantes, & habeant fœderis intervallum: ad sese simul veniant adversarii non timentes, subeat animos vicaria [20] pœnitudo: pacta conferant, transactiones loquantur. Nec hujus tamen religiosi diei otia relaxantes, obscœnis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena [21] theatralis, aut Circense [22] certamen, aut ferarum [23] lachrymosa spectacula: &, si in nostrum ortum [24], aut natalem celebranda solennitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis [25] interesse, vel cujuscunque judicis apparitor [26] prætextu negotii publici, seu privati, hæc, quæ hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Dat. Id. Decemb. *Constantinop.* ZENONE & MARTIANO CONSS. 469.

TIT. XIII.

DE JURISDICTIONE [27] OMNIUM JUDICUM, ET DE FORO COMPETENTI [28].

De consensu litigatorum.

1. Imp. ANTONINUS A. Severo, & aliis.

NOn quidem fuit competens judex Procurator [29] noster in lite privatorum: sed, cum ipsi eum judicem elegeritis [30], & is consentientibus adversariis sententiam tulerit, intelligitis, vos acquiescere [31] debere [32] rei ex consensu vestro judicatæ [33]: cum & Procurator judicandi potestatem inter certas habeat personas: & vos incongruum eum esse vobis judicem scientes, tamen audientiam ejus elegistis. Quod & in aliis similibus judicibus, tam in actionem proponentis, quam in exceptionem opponentis persona locum habebit. Dat. 2. Id. Januar. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

Ut actor forum rei sequatur.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Alexandro.

JUris ordinem converti postulas, ut non actor [34] rei forum [35], sed reus actoris sequatur: nam ubi domicilium reus habet, vel tempore contractus [36] habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum [37] eum conveniri oportet. Dat. 6. Id. Octob. *

De consensu privatorum.

3. Iidem AA. Judeæ.

PRivatorum [38] consensus judicem non facit eum, qui [39] nulli præest judicio: nec, quod is statuit [40], rei judicatæ continet auctoritatem. Dat. 6. Kal. Januar. AA. CONSS. 293.

Ne post litem contestatam ordinariæ sedis declinetur examen.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad universos provinciales.

NEmo [41] post [42] litem contestatam Ordinariæ [43] sedis declinet examen: nec [prius] Præfecti prætorio, aut Comitis Orientis, vel alterius Spectabilis judicis imploret auxilium: sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium veniat. Dat. Kal. Octob. BASSO & ABLABIO CONSS. 331.

De negotio criminali. 1. *Si quis in vetito vocet examine.*

5. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Vincentio Præfecto prætorio Galliarum.

IN criminali [44] negotio rei [45] forum accusator sequatur [46]. §. 1. Is [47] vero, qui suam causam, sive criminalem, sive civilem, sine [48] cœlesti oraculo, in [49] vetito vocavit examine, aut executionem poposcit militarem [50]: actor quidem propositi negotii actione multetur [51]: reus vero pro condemnato habeatur: & Tribuni sive Vicarii [52] capitalem sibi animadversionem subeundam esse cognoscant, si vel suam vel militum executionem interdictam præbuerint. Dat. 5. Kal. Jan. *Mediolani*, CÆSARIO & ATTICO COSS. 397.

De magistris militum.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P.

MAgisteriæ [53] potestati, inter militares viros, vel privatum actorem, & reum militarem, etiam civilium quæstionum audiendi concedimus facultatem: præsertim cum id ipsum [de] more litigantium esse videatur, constetque militarem reum, nisi a suo Judice, nec exhiberi posse, nec, si in culpa fuerit, coërceri. Dat. 5. Kal. Maji, LUCIO V. C. COS. 412.

De his, qui professiones aliquas seu negotiationes exercent.

7. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P.P.

PEriniquum & temerarium esse perspicimus, eos qui professiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur, Judicum, ad quos earum professionum seu negotiationum [54] cura pertinet, jurisdictionem & præceptionem declinare conari. Quapropter jubemus, hujusmodi hominibus nec cujuslibet militiæ, seu cinguli, vel dignitatis prærogativam in hac parte suppetere: sed eos, qui

1 Adde casus *l.* 5. §. 1. *s. h. t.* 2 *Syn. Basil.* 7. *tit.* 17. *c.* 14. 3 *l.* 7. *in fin. s. eod.* 4 *l.* 8. *C. Theod. h. t.* 5 *l.* 2. *supr. eod.* 6 *d. l.* 2. possunt etiam tutores dari. *l.* 3. §. 3. *ff. de tutel.* Paul. 2. *sent.* 25. §. 3. *l.* 1. *C. Theod. hoc tit.* 7. *Eclog.* 17. *cap.* 14. & ita actus voluntariæ jurisdictionis possunt explicari quolibet die, etiam feriato. 7 *l. ult. C. Theod. de quæstionib. lib.* 9. *tit.* 35. 8 *l.* 3. *supr. de episc. aud. lib.* 11. *infr. de accus.* vid. Duar. *disp.* 12. 9 *l.* 7. 9. *C. Theod. l.* 35. *l.* 10. *infr. de vi publ.* 7. *Eclog.* 17. *cap.* 15. 1. Harm. 4. §. 9. ubi in margine dicuntur φωνῦς & χεστιαρίοι: apud Nicet. χερσιαρίοι: sunt piratæ quos vocat Zonaras ἔθνος κάκιστον. De Isauris plenius vide apud Dion. 35. Ammian. 14. Vopisc. *in Probo:* Strabon. 12. Marcell. *lib.* 14. Alciat. 3. *disp.* 20. Duaren. 3. *disp.* 12. vide etiam Forcatuli Necyomant. *dialog.* 92. *num.* 12. Porro Isauros, latrones a gente appellari verisimile est: ut dissoluti, Ambrones: Cimbri, latrones: Osci opisci seu Obscæni, *Fest.* 10 Quid? licetne debitorem fugientem die dominico, manu injecta sistere? vid. *l.* 54. *infr. de decurionibus.* 11 Socius criminis adversus socium ejusdem criminis auditur hoc casu, *l.* 6. *infr. de custodia reorum.* 12 *l. pen. ff. h. t.* 13 De venia speranda, ubi multorum salus & incolumitas procuratur. 14 Εἰς τὴν τῦ Θεῦ τιμὴν, 7. *Eclog.* 17. *cap.* 17. 15 Extant in hanc legem hominis cujusdam doctissimi commentarii titulo divinarum & humanarum observationum, cusi Parisiis ante non ita multos annos: in quibus etsi prolixe singula ejus capita examinantur, vide tamen ad usum forensem etiam Menochium *de arbitr. judic. lib.* 1. *quæst.* 28. Jason *ad l. vinum. num.* 3. *ff. de R. C. & si cert. petat.* Guidonem Papæ *decis.* 215. rursus Jason *ad l.* 1. *n.* 71. *de offic. ejus, cui mandat.* Balb. *decis.* 2. Socin. *Reg.* 78. Ruinum *ad l.* 1. *num.* 169. *ff. de novi oper. nunciat.* facitque huc aliquatenus etiam *l. ait prætor.* §. *fin. ff. de his, quæ in fraud. cred.* Mod. 16 *l.* 1. *l.* 3. *C. Theod. de executorib. & exactionib. lib.* 8. *tit.* 8. *l.* 10. *C. Theod. de exactionib.* 11 *tit.* 7. 17 Nota quæ diebus dominicis fieri vetita. 18 Die dominica nulla executio, admonitio, fidejussionis exactio, apparitio, advocatio, cognitio, subhastatio, controversiæ disceptatio fieri debet, *ut hic.* Igitur die dominico nulla fiet executio. vide Guidonem Papæ *decis.* 210. De debitore fugiente, & an die dominico possit capi: vid. Socin. *reg.* 78. An & propria autoritate sine apparitore possit capi, collige ex *l.* 54. *de decurionib. l.* 10. §. 16. *ff. de his, quæ in fraud. cred.* Huc referenda lex vetus Francica e *cap.* 133. *legum Francicarum.* ut mercatus die dominica in nullo loco habeatur. Goth. Confer Socin. *fallent. Reg.* 3. *incip. debet fugitivus.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 28. Andr. Gail. *lib.* 1. *observat.* 53. Peck. *de jure sistendi cap.* 10. S. L. 19 Subhastationes opinor vetari, quæ fiebant præconis voce: quæ quia nexis & debitoribus molesta, horrida vox præconis hic dicitur: vel quia præcones ut sæpius eliguntur homines stentorea & horrida voce prædìti: vocalissimi denique. 20 Vicariam pœnitudinem videtur vocare, quod per vices redire debeat. Per vices, hoc est, per dies dominicos: vel, vicaria est pœnitudo, quam ab alio vicissim expectas. 21 *l. ult. C. Theod.* de spectaculis, *lib.* 15. *tit.* 5. 22 Ἱππικὸν, *Eclog. ibid.* equorum certamina. 23 Κυνήγιον, *Eclog. ibid.* venatio ferarum. 24 *l.* 7. *in fin. s. h. t.* Dignum attrahit ad se minus dignum. 25 Die dominico spectaculis interesse vetitum. De detestatione munerum & ludi gladiatorii, vid. Tertullianum *libris de spectaculis*, Cyprianum *Epist.* 1. 1. Lipsium *cap.* 12. *Saturn.* 26 Citatio facta die feriato non valet, sed nec ad diem feriatum, sed & si fiat, ut quis se sistat ad diem non feriatum, non valet. vid. Wurmser. 1. *obs.* 6. *obs.* 4.

27 *L.* 2. *D.* 1. *&* 2. *C. Theod.* 1. *&* 7. *Eclog.* 1. *&* 2. *Dec.* 2. 2. *Sext.* 2. *&* 2. *Clem.* 2. Luc. 11. *Placit.* 4. Goth. vid. ad hunc titulum Vultej. *tr. de jurisd.* Ans. Adde Brisson. *select. l.* 3. *c.* 18. S. L. 28 Id est, ubi quis conveniri debet. *C. Theod. h. t.* Competens forus (dicitur etiam forus ab Isidoro, Lucillio, Pomponio Atellanario, & Mario Victorino) proprius, congruens, incompetens, incongruus, alienus. De exceptionibus declinatoriis adversus jurisdictionem, vid. Oldendorpium *cap.* 6. *exceptionum.* 29 Cæsaris Procurator non judicat inter solos privatos, sed inter privatos & fiscum, *l.* 1. *s. si advers. fisc.* 30 Incompetens judex (habens tamen jurisdictionem) partium consensu fit competens. *l.* 14. *ff. h. t. l.* 3. *in fin. l.* 4. *ff. de recept. arbitris. l.* 1. *ff. de judiciis. l.* 13. §. 4. *ff. ad SC. Treb. l.* 28. *ff. ad municipalem.* 31 Vid. *l.* 29. *supr. de pact.* 32 Imo potest pœnitere is, qui consensit, aut se subjecit incompetenti judici. *l. si convenerit.* 18. *ff. de jurisd.* Dic, pœnitere posse, quia non plene se subjecit: non plene, si nondum eum adiit aut litem apud eum contestatus est. *d. l.* 18. aut in continenti contractus alicujus se interposita etiam scriptura, subjecit: *d. l.* 29. 33 Privatorum consensus judicem quamvis incompetentem & incongruum, competentem facit, si modo eum adierint. Hujusmodi aditione, vel facto desinit esse nuda adeundi judicis conventio. 34 Actor rei forum sequitur. *l.* 5. *J. h. t.* 1. Harm. 2. §. 1. §. 2. §. 3. *ubi* vid. *l.* 4. *C. Theod. de Jurisd. lib.* 2. *l.* 3. *J. ubi in rem act. l. un. J. ubi de heredit. l.* 2. *J. ubi de crimin. l.* 3. *ubi causa status. Synops. Basil.* 7. *tit.* 5. *cap.* 82. *& tit.* 3. *cap.* 38. *& tit.* 3. *ex tit.* 5. *c.* 87. 1. Harm. 2. Fallit regula in evocationibus. vide *l.* 5. §. 1. *J. h. t.* vid. alias exceptiones apud Socinum *reg.* 10. Illud notandum, in regno Franciæ tria esse sigilla, quæ obligationi ac instrumento juncta, reum pertrahunt ad forum actoris. Sunt autem hæc, Parisiense, Montispessulanum parvum & Nundinarum Briæ & Campaniæ: vid. Rebuffum *tom.* 1. *tract. de literis obligatoriis gl.* 6. Ad hæc, Privilegia scholasticis Parisiensibus data sunt ea, tantaque ut ad suum & Parisiense forum reos suos pertrahant. vid. *Tom.* 4. *des ordonnances. tit.* 11. Papon. *tit. notar. c. Des juges. ibi, Des juges conservateurs:* adde Soc. *reg.* 339. 35 Quemadmodum quis forum sortiatur pluribus modis, & pluribus de causis, vide Hippolytum de Marsil. *sing.* 404. *& sing.* 408. itemque Tiraquellum *post leges Connubial. gloss.* 5. *n.* 8. Socinum *Reg.* 15. Abbat. *ad c. si quis cler.* 1. *notab. extr. de foro compet.* Mod. 36 Forum in loco contractus regulariter quis sortitur, vid. Socinum *reg.* 160. 37 Fallit hæc regula, quoties fori privilegio reus renunciat. *l.* 51. *supr. de Episc. & Clericis. l.* 29. *s. de pact.* 38 Sic Augustinus *in quæstionib. veteris testamenti.* Præfectus (inquit) potest agere vicem præfecti, & prætor prætoris, non tamen Princeps potest agere vicem alicujus. Quæ sententia Augustini adeo vera est, ut neque sua auctoritate, neque consensu privatorum id possit. Potest enim alioqui ex mandato Prætoris vel alterius potestatis, vice ejus fungi privatus, *l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata.* 39 Privatus consensu partium non fit judex. *l.* 1. *ff. de judiciis.* 40 Nulla est sententia, quam privatus protulit. vid. Oldend. *c. de sentent. & re judic.* 41 Nec post litis contestationem licitum est judicem aliquem alicui recusare, nec ante sententiam appellare. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 8. *ex lib.* 9. *tit.* 1. *cap.* 78. 42 Ordinaria jurisdictio non potest declinari post litem contestatam, *l.* 16. *s. de judiciis, l.* 13. *J. de exceptionib. l.* 52. *ff. de judiciis, Nov.* 53. *c.* 3. 43 *Ordinariam* autem *sedem* quidam hic interpretantur præsidalem, id est, fori ordinarii, non judicis. vid. Cujac. *ad Nov.* 53. 44 Idem in civili, *lib.* 2. *supr. h. t.* 45 Vide *l.* 29. *s. de episc. aud.* 46 Ad declarationem hujus legis, vide Ludov. Borg. *ad l. si se subjiciat. num.* 118. *ff. de judic.* Socin. *Regul.* 360. Rom. *sing.* 2. & quæ ibi ad eum not. Rip. *ad c. sæpe. extr. de restit. spoliat. num.* 99. Balb. *decis.* 229. Cott. *in verb. verbum futuri temporis.* Cremens. *sing.* 70. Matthes. *not.* 111. *&* 114. Mod. 47 *l.* 9. *C. Theod. h. t.* 48 Evocari rescripto Principis causa ad incompetentem judicem potest. *l.* 2. *supr. de dilationib. Nov.* 53. *cap.* 1. 49 Evocantis seu trahentis aliquem ad forum incompetentem pœnam observa. *l.* 13. §. 2. *supr. de juris & facti ignor.* 50 Milites non debent fungi officio executoris. adde *l.* 6. *supr. de offic. rectoris provinc.* 51 Verbum futuri temporis non intelligitur ipso jure: nisi addantur hæc *cassentur* & *irritentur.* Bald. Romanus *sing.* 1. Idem in verbo *privetur*, & *careat*, si a testatore proferatur. Bald. *ad l.* 1. *J. de his, quæ pœnæ. c. ad omnes. extr. de rescript.* v. plura apud Socin. *reg.* 360. Mathesilan. *sing.* 112. Cremensem *sing.* 7. Tribuni. 52 Ad hunc Vicarium refer *l. ult. J. de erog. milit. annonæ, l.* 1. *J. de commeatu. ubi* vid. Cujac. adde *Veget.* 4. 53 vid. *supr. de off. magist. milit. tit.* 29. *lib.* 1. adde *l.* 17. *s. de judiciis, l.* 1. *J. de exhib. l.* 9. *ff. de custodia, l.* 4. §. 5. *ff. de re milit.* 54 Collegia possunt habere proprios judices, *ut hic, & l.* 1. *infr. de monopoliis:* quos si habuerint, eorum jurisdictio declinari a collegiato non poterit

ſtatutis in quacunque militia connumerati ſunt, vel fuerint, [vel] qui dignitatem aliquam prætendunt, ſine aliqua fori præſcriptione his Judicibus tam in publicis, quam in privatis cauſis obedire compelli, ad quorum ſollicitudinem profeſſionis ſeu negotiationis, quam præter militiam (ut dictum eſt) exercent, gubernatio videtur reſpicere: ita tamen, ut ipſis nihilominus judicibus, ſub quorum jurisdictione militia, ſive dignitas eorum conſtituta eſt, proculdubio reſpondeant, his videlicet, qui contra hujus tenorem legis venire tentaverint, militiæ cingulo ſeu dignitatis honore pro tali conamine ſpoliandis.

TIT. XIV.

QUANDO IMPERATOR INTER PUPILLOS [1] VEL VIDUAS, VEL (ALIAS) MISERABILES [2] PERSONAS COGNOSCAT: ET NE EXHIBEANTUR [3].

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Andronicum.

SI [4] contra [5] pupillos, vel viduas, vel [diuturno [6]] morbo fatigatos & debiles impetratum fuerit lenitatis noſtræ judicium, memorati a nullo noſtrorum judicum compellantur [7] comitatui noſtro ſui copiam facere: quinimo intra provinciam, in qua litigator, & teſtes vel inſtrumenta ſunt, experiantur jurgandi fortunam: atque omnis cautela ſervetur, ne terminos provinciarum ſuarum cogantur excedere. † Quod ſi [8] pupilli, vel viduæ, aliique fortunæ injuria miſerabiles, judicium noſtræ ſerenitatis oraverint, præſertim cum alicujus potentiam perhorreſcunt: cogantur eorum adverſarii examini noſtro ſui copiam facere. Dat. [15.] Kal. Jul. *Conſtantinop.* OPTATO & PAULINO CONSS. 334.

TIT. XV.

UBI [9] DE CRIMINIBUS [10] AGI OPORTEAT.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Laurinæ.

QUæſtiones eorum criminum, quæ legibus, aut [11] extra ordinem coërcentur, ubi [12] commiſſa [13], vel inchoata ſunt [14], vel ubi [15] reperiuntur, qui rei eſſe perhibentur criminis, perfici debere ſatis notum eſt [16]. PP. 4. Non. Octobr. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

De plagio cognoſcitur apud quemlibet judicem competentem. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Niceæ.

SCiens liberum [17] venundando, plagii crimen committit. Ab eo itaque qui ſuper hoc queri poteſt, aditus competens judex, ſi is, quem puerum ingenuum vendidiſſe proponis, ibi degit, ibi [18] cauſam cognoſcet. Dat. 2. Non. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

In AUTHENT. ut omnes obed. judici provinc. §. hæc conſiderantes, col. 5. tit. 24. al. 20. Nov. 69. cap. 1.

QUa in provincia quis deliquit, aut [19] in qua pecuniarum, aut criminum reus ſit: ſive de terra, ſive de terminis, ſive de poſſeſſione, ſive de proprietate, ſive de hypotheca, aut de alia qualibet occaſione, vel de qualibet re fuerit reus, illic etiam juri ſubjaceat: quod jus perpetuum eſt. Si ergo ambo & actor, & reus ſint in provincia: illic, omni privilegio ceſſante, res expediatur. † Eo autem abſente, ex cujus domo iniquum quid patior, ipſum qui id admiſit, vel ejus curatorem conveniam, cui datis induciis [20] licet denunciare domino cauſæ: qui ſi neque per ſe veniat, neque mittat, is qui primo conventus eſt, præſentatus condemnetur, in quo ſit obnoxius: inſuper & is, qui mittere noluit, ſi tamen omnino appareat obnoxius: nam & de rebus ejus ſatisfiet, ſi [21] is, qui præſens eſt, non ſit ſolvendo. Sed ſi nec ipſe, qui dominum præſentare debuit compareat: præconia voce vocatus: condemnetur, quia contumacia ejus pro præſentia eſt. Quod ſi deſit actor cum reus venerit, ſive miſerit: abſolvendus eſt: ut & damna ei reſarciantur. † Excipitur hic, ſi forma pragmatica occaſione publicæ cauſæ procedens præceperit, Quenquam principali comitatui exhiberi, *aut ex lege hoc faciat, quale eſt ſuper appellationibus. † Induciarum vero tempus nova conſtitutione varium præfinitum eſt ex diverſitate locorum: quatuor ſcilicet menſium, ſi vicina eſt provincia, in qua hoc agitur, una aut duabus manſionibus in medio provinciarum conſtitutis: ſi vero majus ſit ſpatium, ſex. Si vero ex Palæſtina, aut Ægypto, aut gentium longinquarum octo menſes ſufficiant: Si vero ex Heſperiis gentibus, aut Septentrionalibus, aut Lybia, ſufficiens viſum eſt tempus novem menſium.*

TIT. XVI.

UBI DE POSSESSIONE AGI OPORTEAT.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Feſtum Proconſulem Africæ.

UBi [22] aut vis facta dicitur, aut momentaria poſſeſſio poſtulanda eſt, ibi loci judicem adverſus eum, qui poſſeſſionem turbavit, convenit judicare. Dat. 8. Kal. Jun. GRATIANO & DAGALAIPHO, CONSS. 366.

TIT. XVII.

UBI FIDEICOMISSUM PETI OPORTEAT.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Demetrio.

FIdeicommiſſum ibi petendum eſſe, ubi hereditas [23] relicta eſt, dubitari non oportet. PP. 8. Kal. Septemb. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

TIT. XVIII.

UBI CONVENIATUR, QUI CERTO [24] LOCO DARE PROMISIT.

1. Imp. ALEXAND. A. Heraclidæ.

QUi *certo loco ſeſe ſoluturum pecuniam* obligat, ſi ſolutioni ſatis non fecerit: arbitraria [25] actione, & in alio [26] loco poteſt conveniri: in qua venit æſtimatio, quod [27] alterutrius [28] interfuit ſuo loco prius, quam in eo, in quo petitur ſolvi. Dat. 6. Id. Mart. FUSCO & DEXTRO CONSS. [226.]

TIT. XIX.

UBI IN REM ACTIO EXERCERI DEBEAT.

De eo, qui rem emit, & de ejus auctore.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Pancratio.

IN rem actio non contra venditorem [29], ſed contra [30] poſſidentem [31] competit. Fruſtra itaque deſideras, non tecum [32] congredi, ſed cum auctore [33] tuo dominum vindicantem, cum te poſſidere contendas. Nam ſi denunciaſti [34] ei, qui tibi vendidit, intelligis evictionis illi periculum imminere. Nec enim jurisdictionis forma in [35] eadem provincia conſtitutis tam petitore, quam poſſeſſore, ob auctoris perſonam, quem in alia provincia dicis conſiſtere, debet immutari. Dat. Id. April. AA. CONSS. 293.

Si quis alterius nomine poſſideat.

2. Imp. CONSTANTIN. A. ad univerſos provinciales.

SI quis alterius [36] nomine quolibet modo poſſidens [37] immobilem rem, litem ab aliquo per in rem [38] actionem ſuſtineat, debet ſtatim in judicio dominum nominare [39]: ut ſive in eadem civitate degat, ſive in agro, ſive in alia provincia ſit; certo [40] dierum ſpatio a judice definiendo, eoque ad notionem [41] ejus perducendo, vel ipſe in loca, in quibus prædium ſitum eſt, perveniens, vel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat. † Si vero poſt hujuſmodi indultum tempus minime hoc quod diſpoſitum eſt, facere maluerit: tanquam lite, quæ ei ingeritur, ex eo die, quo poſſeſſor ad judicium vocatus eſt ad interrumpendam [42] longi temporis præſcriptionem, conteſtata: judex, utpote domino poſſeſſionis, nec poſt hujuſmodi humanitatem ſui præſentiam faciente, edictis [43] legitimis proponendis eum citare curabit: & tunc in eadem voluntate eo permanente, negotium ſummatim [44] diſcutiens in poſſeſſionem [45] rerum actorem mitti non differet: omni allegatione abſenti de principali [46] quæſtione ſervata. Dat. 10. Kal. Auguſt. BASSO & ABLABIO CONSS. 331.

Ut actor ſequatur forum rei.

3. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

1 Senſus eſt, apud quem judicem pupilli, viduæ, & hujuſmodi perſonæ conveniendæ. 2 Puta, debiles, valetudinarios, *l.* 1. *infr. h. t.* 3 Id eſt, ne invitæ trahantur ad Principis auditorium extra ſuam provinciam. *Goth.* Ad hanc materiam vid. Leonin. *conſil.* 33. Teſſaur. *deciſ.* 177. Menoch. *de arbitr. jud. caſ.* 66. *num.* 27. Sande *deciſ. Friſic. lib.* 1. *c.* 2. Anſ. 4 *l.* 2. *C. Theod. de officiis judicum omnium lib.* 2. 5 Caſus prior legis: Pupilli, viduæ, miſerabiles perſonæ, reſcripto Principis evocari non poſſunt. *in fin. infr. h. t.* Eſt enim abſurdum hujuſmodi perſonas σκύλλεσθαι τοῖς ἰδίοις, adde *l.* 2. *C. de offic. diverſ. jud. lib.* 2. *C. Theod. de offic. jud. omn.* 6 Diuturnus morbus, ſonticus. 7 Vide Afflict. *deciſ.* 257. Felin. *ad c. ſignificantibus. extr. de offic. jud. delegat.* Didac. Covarruviam *lib. pract. quæſt. c.* 7. Roland. a Valle *in tract. de lucro dot. quæſt.* 12. *num.* 8. Jac. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 66. *n.* 4. Mod. 8 Caſus poſterior legis: Perſonis (quarum hic ſit mentio) licet adverſarios ſuos, impetrato reſcripto, *evocare* in aulam, ſive comitatum Principis. Cujus rei exemplum eſt in Epiſt. Theodorici regis apud Caſſ. 4. *variar.* 9. Innocentiæ profeſſio eſt noſtram elegiſſe præſentiam: ubi nec violentiæ locus datur, nec avaritiæ vitia formidantur: ubi & innocentia profugium, & calumniatores jus poſſunt invenire diſtrictum.

9 Adde *l.* 11. *l.* 12. *C. Theod. de jurisd.* 10 Clarus hunc titulum multis explicat 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 35. 36. ubi inter cætera quærit, quis judex ſit futurus Papæ, Principis, Cardinalis, Epiſcopi, Clerici delinquentis: adde eundem *quæſt.* 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 45. ubi quærit, an pœna loci, originis, domicilii vel delicti, reo ſit imponenda. An etiam litis conteſtatæ, vid. Gandinum de maleficiis, *rubr. ubi puniatur delinquens.* 11 Crimina legibus, aut extra ordinem coërcentur. *l.* 13. *ff. de pœnis.* 12 Ultra provinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur: ut illic criminum judicia agitentur, ubi facinus dicetur admiſſum peregrinis judiciis prohibitis: *l.* 10. *l.* 6. *C. Theod. de accuſat. lib.* 9. 13 Omiſſa. *Hal.* 14 Remiſſio in cauſis regulariter locum non habet. *ut hic.* vid. tamen Socin. *reg.* 336. 15 *l.* 1. *ubi ſenatores vel clariſſ. l.* 11. *ff. ad leg. Jul. de adulteriis, l.* 7. *in fin. ff. de accuſ. & inſcript. l.* 7. *ff. de cuſtodia & exhibit.* 16 Hinc notant interpretes in criminibus regulariter non habere locum remiſſionem. Bartol. *hic.* Salycet. *conſil.* 167. 3. *vol.* vide tamen ſex exceptiones apud Socin. *in Reg.* 415. & tres alias *in Reg.* 417. ubi regulariter in contractibus non habet locum remiſſio, ſicut in delictis. quibus adde Grammaticum *deciſ.* 26. Mod. 17 *l.* 15. *ff. ad leg. Fab. de plagiariis.* 18 *l.* 5. *C. de jurisdict. omn. jud.* Remiſſio etiam locum habet in delictis, vid. Socinum *reg.* 337. 19 Reus delicti tres in ſe judices ſortitur; delicti, *l.* 1. *ſupr. h. t. l.* 3. *infr. de off. præſid.* domicilii, & litis conteſtatæ: *d. l.* 1. 20 Dilatio datur ad denunciandum abſenti. 21 Bona præſentis prius excuti debent, quam abſentis.

22 *l. ult. in fin. infr. ubi in rem act.* Goth. vid. Vult. *de jurisd. hic.* Zanger. *de except. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 349. Anſ.

23 *l.* 38. *ff. de jud. l.* 47. *l.* 108. *in princ. ff. de legat.* 1. vel pars ejus major, *l.* 50. *l.* 52. §. 3. *ff. de jud.* vel ubi fideicommiſſarius domicilium habet, vid. Cujac. *hic.* niſi teſtator alibi præſtari voluit. *d. l.* 47. *d. l.* 108. *d. l.* 50. niſi per fraudem heres alio rem tranſtulit, *d. l.* 38. *hic.* adde Hotom. 3. *obſ.* 7.

24 Adde *lib.* 13. *ff.* 4. 25 *l. ult. ff. de eo, quod certo loco.* 26 Debitor ob moram ſolvendi promiſſo loco, ubivis conveniri poteſt. 27 Nota formulam actionis creditori competentis adverſus debitorem promiſſo loco non ſolventem, *l.* 2. *l.* 8. *ff. de eo, quod certo loco.* 28 *l.* 2. *ff. de eo, quod certo loco.*

29 Sub. *rei alienæ, Syn. Baſil.* 7. *tit.* 5. *cap.* 81. Goth. In rem actio: tam de civili, quam prætoria accipiendum, & quid appellatione rei hic veniat, vid. Zang. *de except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 267. & 270. Anſ. 30 Rei vindicatio contra poſſidentem datur, *l. ult. ff. h. t. l.* 24. *l.* 36. *l. ult. ff. de rei vindic.* 31 Puta emptorem, *Synopſ. ibid.* 32 Qui poſſides ſc. 33 Id eſt, venditore, a quo rem emiſti. 34 Emptor conventus a vero rei domino denunciare venditori & auctori ſuo actionem debet, ut ita evictionis teneatur. Quid ſi non denunciavit? vide quæ not. ad *l.* 2. *C. de pactis.* 35 Senſus eſt, venditorem ſequi forum rei venditæ. *l. ult. ff. de præſcript. longi temporis* 10. *vel* 20. *ann.* vel ita, venditor emptoris judicem ſequi ſolet. *l.* 49. *ff. de judiciis. l.* 19. *ff. de rei vindic.* 36 Poſſumus alterius nomine rem poſſidere, verbi gratia, velut coloni, depoſitarii *l.* 7. §. 11. *ff. comm. divid.* procuratores, actores, cuſtodes. 37 Quid autem ſi conventus reali actione dixit ſe poſſidere, & poſtea in termino concluſionis dicit, quod alieno nomine poſſidet, an ipſe ſit condemnandus? vide deciſionem Jaſonis *conſ.* 126. cui adde Decium *conſ.* 62. & Moder. Senenſ. *conſ.* 46. *lib.* 1. Afflictum *deciſ.* 217. Utrum vero conventus in cauſa poſſeſſorii recuper. poſſit in judicio nominare dominum; conſule Ludov. Bologn. *ad l. ſi finita.* §. *Julianus. ff. de damn. infect. num.* 184. Jaſon. *in* §. *omnium. Inſtit. de action. n.* 100. & *n.* 103. Menoch. *in tract. de arbitr. jud. lib.* 1. *quæſt.* 74. *n.* 34. Mod. 38 Poſſeſſor rei alienæ conveniri poteſt rei vindicatione. 39 Nominare auctorem ſuum debet rei alienæ poſſeſſor. Poſſeſſor rei alienæ conventus non tantum poteſt, ſed etiam tenetur rei dominum nominare. *Novell.* 69. *cap.* 2. ut & proprio nomine conventus auctorem ſuum laudare. De differentia & vi utriuſque laudationis & nominationis, an & quando ante litem conteſtatam fieri debeant, & in quibus rebus & actionibus locum habeant, vid. Marantam *in praxi, parte* 6. *membro* 5. & 6. De ea laudatione autoris dixi *lib.* 7. *ff. de evict.* 40 *dict. l.* 2. *l.* 1. *l. ult. C. de dilationibus. l.* 3. *C. Theod. de jure fiſci. l.* 41. *C. Theod. de appellat.* Goth. Adde Matth. de Afflict. *deciſ.* 217. & Menoch. *tract. de arbitr. jud. lib.* 1. *quæſt.* 74. *num.* 34. S. L. 41 Poſſeſſor rei alienæ dilationem petere poteſt ad nominandum ſeu vocandum autorem, puta venditorem a quo cauſam habet. dixi ad *Nov.* 69. *cap.* 2. 42 Non comparens habetur pro conteſtato, ideoque interrumpitur ejus præſcriptio. 43 *l.* 8. *infr. quomodo & quando judex. l.* 73. *ff. de judic.* 44 *Nov.* 53. *cap.* 3. *in princ.* 45 *l.* 3. *C. de procuratoribus.* Porro hic in Gloſſa interlineari, poſſeſſio accipitur pro proprietate. 46 Contumax privatus poſſeſſione poſtea comparens eam non recuperat: auditur tamen de principali quæſtione, id eſt, de dominio

Actor

Actor [1] rei [2] forum [3], sive [4] in rem, sive in personam sit actio, sequitur. † Sed & in locis in quibus res [5], propter quas contenditur, constitutæ sunt, jubemus in rem actionem adversus [6] possidentem moveri. Datum 10. Kal. Jul. ARCADIO & BAUTONE CONSS. 385.

TIT. XX.
UBI DE HEREDITATE AGATUR, VEL UBI HEREDES SCRIPTI IN POSSESS. MITTI POSTULARE DEBEANT.

1. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Messalæ [7].

Illic, ubi res hereditarias esse proponis, heredes in possessionem rerum hereditariarum mitti postulandum est. Ubi autem domicilium habet, qui convenitur, vel [8] si [ibi] ubi res hereditariæ sitæ sunt, degit: hereditatis erit controversia terminanda. Dat. 7. Kal. Maji, SECULARI & DONATO CONSS. 261.

TIT. XXI.
UBI DE RATIOCINIIS, TAM [9] PUBLICIS QUAM PRIVATIS AGI OPORTET.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Gerontio.

Eum [10], qui aliena negotia sive ex tutela [11], sive ex quocunque alio titulo administravit: ubi [12] hæc gessit, rationem oportet reddere. Dat. 7. Kal. Aug. ANNIBALIONE & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

Ibi reddi debet ratio publicæ administrationis, ubi administratio gesta est. Bald.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Maced. Magistro militum.

Nemo post [13] depositum cingulum [suæ] privatæ [14] vitæ redditus ob negotium, quod militiæ causa est ei exortum, præstandi ratiocinii gratia ejus Numeri, in quo militavit, vel quem ipse gessit, a quocunque pulsatus, fori præscriptionibus utatur: Unumquemque enim super hujuscemodi causis publicis, quas dum militaret, exercuit [15], vel super ratiociniis militaribus, per quæ suos contubernales afflixisse asseritur, in militari oportet judicio respondere: in quo & instructio [16] sufficiens, & nota testimonia, & verissima possunt documenta præstari. Dat. 2. Id. Jun. * CONSS. *

TIT. XXII.
UBI CAUSA STATUS AGI [17] DEBEAT.

De fugitiva.

1. Imp. ALEXANDER A. Aurelio Aristocrati.

Ea quæ a te, cum tibi serviret, fugit [18], & in aliam provinciam se contulit, libertatem sibi vindicans, non injuria eo loco litigare compellenda est, unde [19] quasi fugitiva recessit. Ideoque remittere eam in provinciam, in qua servivit, Præses provinciæ, qui in eo loco jus repræsentat, curæ habebit: sed non ubi deprehensa, audiri debet. PP. 13. Kal. Sept. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De procuratore Cæsaris.

2. Imp. DECIUS A. Felici.

Procuratores [20] nostros status causas examinare non posse, omnibus notum est. PP. Kal. Decemb. DECIO A. II. & GRATO CONSS. 251.

De ea, quæ in possessione libertatis constituta est.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zenoniæ.

Si in possessione libertatis constituta es, cum in [21] status etiam quæstione actor [22] rei [23] forum sequi debeat: ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit, quæ ancilla dicitur, licet [24] Senatoria dignitate actor decoretur. Dat. 2. Id. Maji, AA. CONSS. 290.

De eo, qui est in possessione servitutis.

2. Iidem AA. & CC. Sisinniæ.

Si ex possessione [25] servitutis in libertatem quis proclamet, ibi agi oportere status causam, ubi domicilium [26] constitutum habet, qui se dominum dicit; non est ambigui juris. Dat. 2. Nonas Martias, *Byzantii*. CC. CONSS. 294.

De causis, quæ in provinciis moventur.

5. Iidem AA. & CC. Diogeni Præsidi insularum.

Jamdudum a nobis statutum est: Ut, si quæ causæ libertinitatis [27], & servitutis in provinciis inter fiscum [28] & privatos exorirentur, ad Rationalem [29] vel Magistrum [30] rei privatæ, hoc est, unde motæ essent quæstiones, remitterentur: si quæ vero ingenuitatis essent, a Rectore [31] provinciæ examinarentur. Dat. 4. Non. AA. CC. CONSS. 294.

De quinquennii præscriptione sublata, de causis, quæ in provinciis, vel in urbe Constantinopolitana oriuntur. De personis clarissimis.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

In litibus, in quibus, *utrum ingenuus an libertinus sit aliquis*, quæritur, quinquennii [32] præscriptionem (post quod divino adjutorio opus esse veteres [33] leges præcipiebant) in posterum cessare [34] sancimus: & hujusmodi lites etiam post memoratum tempus, ad exemplum cæterarum, vel in provinciis apud earum moderatores, vel in hac alma urbe apud competentes maximos judices [35] examinari. Quod, etiam si clarissima persona super tali conditione vel etiam servili quæstionem patiatur, tenere censemus. Dat. 3. Non. August. *.

TIT. XXIII.
UBI QUIS DE CURIALI [36] VEL COHORTALI ALIAVE [37] CONDITIONE CONVENIATUR.

1. Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Floro PF. P.

Si quis vel curiæ, vel officiis judicum, aut aliis quibuscunque corporibus obnoxius, intra provinciam ab his erit, quos aufugit, comprehensus [38]: non expectata ejusdem judicis notione, sub quo per ambitum cœperat militare, penitusque emendicati honoris præscriptione submota, a judice, qui [39] in locis aditus fuerit, audiatur: manifestarumque rerum probatione convictus, eorum societati, quos declinaverat, aggregetur. Dat. 12. Kal. August. *Mediolani*, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 399.

Homines, qui pro exactionibus, vel concussionibus conveniuntur, non possunt fori præscriptionem opponere.

2. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Cyro P. P.

Hac perpetua lege sancimus, provincialibus judiciis non posse fori præscriptionem opponere eos, qui ad curias vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur officiis, vel aliis corporibus [40] obnoxii sunt: Eos etiam, qui superexactiones, vel concussiones perpetrasse firmentur: exceptis videlicet his, qui armata militia præditi sunt, vel alias speciali beneficio Principali sese defendunt: ita tamen, ut cui ex militaribus viris curiæ nomen, vel cohortalis officii quæstio ingeratur, Rector provinciæ super ejus nomine, tam [41] ad Sedem tuæ magnificentiæ, quam ad Magisteriam, vel competentem referat potestatem; ut hi qui velut debiti postulentur, provinciali judicio destinati, ibi eventum judicii expectent, ubi jura moveri præcipiunt hujusmodi quæstiones. † Super publicis [42] autem functionibus & debitis nemini liceat fori præscriptionem opponere, præter eos, qui specialiter excepti sunt. Cæteros [43] Excelsæ tuæ sedis, & Rectorum provinciarum in quolibet negotio declinare minime posse judicium decernimus: ita ut qui tam saluberrimam legem pertinaciter violare tentaverint, sciant a moderatoribus provinciarum adversus se tanquam contumaces [44] sententiam proferendam. Dat. 12. Kalend. Octob. CYRO V. C. CONS. 441.

TIT. XXIV.
UBI SENATORES, VEL CLARISSIMI CIVILITER VEL CRIMINALITER CONVENIANTUR.

De causis criminalibus.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Octavianum Comitem Hispan.

Quicunque [45] non illustri, sed Clarissima dignitate tantum præditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa, seu crimine fuerit deprehensus: intra provinciam, in qua facinus perpetravit [46], publicis legibus subjugetur, nec fori præscriptione utatur. Omnem enim hujusmodi [47] honorem reatus excludit. Dat. 2. Non. Decemb. GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De causis pecuniariis.

2. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. ad Senatum.

Senatores in pecuniariis causis, sive in hac [alma] urbe, sive in suburbanis degunt, in judicio tam Prætorianæ [48] quam Urbicariæ [49] præfecturæ,

actionem instituens, & sic contumaciæ suæ causa ex reo fit actor. 1 *Synops. Basil.* 7. *tit.* 5. *c.* 82. & 1. Harm. 2. §. 1. 2. 3. 2 *l.* 2. *supr. de jurisdict.* 3 Cum autem plures sunt idonei judices, ubi conveniri quis debeat, & cujus sit electio, vide Ludov. *consil.* 412. Abb. *in c. cum sit. in* 1. *not. extr. de for. compet.* Baldum *hic.* Mod. 4 *l.* 38. *in fin. ff. de jud.* 5 *l. unic. supr. Ubi de poss. agi oport. arg. l. un. Cod. Ubi de hered. agat.* Dissent. Cujac. *parat. ibid.* vid. Treutler. *disput.* 3. *part.* 1. *thes.* 8. *litt.* g. Pro intellectu legis vid. Decher. *lib.* 2. *dissert.* 10. *num.* 15. Zanger. *de Except. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 347. Ans. 6 *l.* 1. *supr. h. t.* adde *l. unic. infr. ubi de possess. agi.*

7 Messiæ, Cujac. 5. *obs.* 19. 8 Sensus est possessorium hereditatis proponitur, ubi res sitæ. *l.* 2. *J. de interdictis.* Petitorium vero in domicilio conventi. *l.* 2. *supr. de jurisdict. Salic.* Goth. Verb. *vel si*, hic non ponitur conditionaliter, sed pro, *quamvis*, aut *sive etiam.* Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 288. 299. & 350. Ans.

9 Ratiociniis obnoxii sunt tutores, negotiorum gestores, procuratores, socii. 10 In eum, qui de administratione convenitur, in iis locis agitur, ubi res ipsas administravit, *Synops. Basil.* 7. *tit.* 5. *c.* 84. Goth. vid. Zanger. *de Except. part.* 2. *c.* 1. *num.* 149. Ans. 11 *l.* 54. *in fin. ff. de proc. l.* 2. §. 3. 4. *l.* 19. §. 2. *l.* 36. *in fin. l.* 45. *ff. de judic. Novell.* 69. *c.* 1. 12 Ubi gesta administratio, ibi ratio reddenda est. *l.* 18. *l.* 19. §. 1. *ff. de judic. Novell.* 151. *c.* 1. *in fin.* Goth. vid. *DD. ad l.* 19. §. 1. *ff. de judic.* In actionibus enim in personam ex quasi contractu actor sequitur forum rei. *l.* 2. *C. de jurisdict. l.* 3. *supr. Ubi in rem actio. cap. cum sit. extr. de foro comp.* præsertim quando reus in foro suo facile conveniri potest: ratio est in *l. fin. C. h. t.* Ans. 13 Quid si in jus vocatus, postea miles factus est, aut alterius cujuspiam fori? non potest de eadem causa ad proprium forum appellare. 1. Harm. 2. §. 5. *l. si quis posteaquam.* 7. *ff. de judic.* 14 Ratio dubitandi hinc sumitur. Iniquum enim videtur eum, qui jam sit defunctus militia, cogi rationes apud judicem militarem reddere. 15 Contractus negotia & delicta militaria fori præscriptionibus leges subtrahunt. Miles eo loci cogitur rationes reddere, ubi eas exercuit, etiamsi alterius fori factus sit. 16 Ubi suppetit totius rei instructio, amplior ibi reddenda ratio.

17 Id est, libertatis præjudicialis. 18 Refugit. *Hal.* 19 Servus fugitivus ad eum judicem revocandus est, e cujus foro fugisse dicitur. 20 vid. *l.* 5. *infr. h. t.* 21 Status quæstio, περὶ τύχης δίκη, *Syn. Basil.* 7. *tit.* 5. *cap.* 87. 22 vid. *l.* 2. *S. de jurisdict. omn. jud.* 23 Reus in causa status est is, qui in servitutem vel libertinitatem petitur, vel etiam adversus quem ex servitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatem fit proclamatio. 24 Quilibet actor etiam Senator in causa status forum rei sortitur. 25 *l.* 21. *J. de liberali causa.* 26 Qui proclamat in libertatem, forum ejus sortitur, qui se dominum dicit. 27 Libertatis. Cujacius ita emendat, *hoc tit.* 28 Alias simplex Procurator Cæsaris non cognoscit de causis status. *l.* 2. *S. h. t.* 29 Ad procuratorem Cæsaris, in urbe vero ad Consulem. *l.* 27. *ff. de liberali caus. l.* 4. *ff. si ingen. esse.* vel prætorem liberalem. *d. l.* 4. *l.* 36. *in fin. ff. de fideicomm. libert.* 30 *Magister rei privatæ*, id est, procurator fisci. *l.* 1. *S. de annonis, & cap. l. dudum C. Th. de jure fisci.* vid. Cujac. *ad l.* 5. *J. de jure fisci.* vid. quæ scripsi ad *tit. Digestorum de offic. procur. Cæsaris.* 31 Id est, Præside. *l.* 2. *in fin. S. de pedan. judicib.* adde quæ not. ad *l.* 1. *S. de ordine judic.* 32 Quinquennii dimensionem. *Hal.* 33 Adde *l.* 2. *ff. si ingenuus esse dicatur.* 34 Et ita abrogatur *l.* 2. §. 1. *ff. si ingen. esse.* 35 Causæ status exigunt maximos judices. *l.* 32. §. 7. *ff. de recept. arbitris.* adeo ut nec pedaneis delegari possint, nec compromissariis, quin vel præsidum olim de statu non fuit cognitio, *l.* 1. *S. de ordine judic.* Cujac. *hic.* vid. tamen quæ scripsi ad *d. l.* 1. Qui de libertate olim judicarent, vid. apud Forner. 2. *select.* 230.

36 *Curiales*, curiæ muneribus adscripti: *cohortales*, ex cohorte præsidis apparitores, officiales. *l.* 34. *ff. de reb. credit.* 37 Puta corporis alieni, veluti naviculariorum, pistorum. 38 Hinc colligunt, Licere propria auctoritate fugitivum capere. 39 Fugitivus ubicunque invenitur, ibi judicari potest. 40 Corporibus quibusdam civitatum obnoxii conveniendi sunt coram Præside. 41 Obnoxius militiæ & civitatis alicujus corpori, duos habet judices, Præsidem & Magistrum militum: ad hunc tamen per illum remittitur. vid. *Bald.* 42 Ubi de functionibus publicis agitur, nemini datur fori præscriptio. 43 Præses judex est generalis totius provinciæ. 44 Qui declinat jurisdictionem competentis judicis, pro contumace punitur.

45 *l.* 1. *C. Theod. de accusat. lib.* 9. 46 Delinquens enim etiam in alieno territorio ibi punitur, non quidem secundum loci statuta, sed secundum jus commune. licet contra tendat Anc. *ad c. postulati. col.* 29. *vers. tertio quæro. extr. de for. comp.* vide Jason. *ad l.* 1. *n.* 30. *S. de summa trin.* Bartol. *ad l. præses.* 2. *ff. de offic. Præsid.* Cæterum si clericus litiget in foro seculari, cum actor forum rei sequatur, utrum jus Civile an Canonicum sequendum sit, vide apud Abb. *ad c. quod clericis. n.* 6. *extr. de foro compet.* Mod. 47 Honor non servatur, indigno: *l.* 47. *ff. de ritu nupt.* 48 Id est, Præfecti Prætorio. 49 Adde *l.* 8. *J. de incolis. l. pen.*

nec-

necnon Magistri officiorum (quoties tamen ad eum nostræ pietatis emanaverit jussio): in provinciis vero, ubi larem [1] fovent, aut ubi majorem bonorum partem possident, & assidue versantur, respondebunt. Dat. Kalend. Mart. VALENTINIANO A. & NEOTERIO CONSS. 390.

De causis criminalibus.

3. Imp. ZENO A. Arcadio P.P.

QUotiens viro forte Patricio, vel Expatricio [2], vel ei, quem Prætorianæ, vel Urbicariæ amplissimæ sedis administratio illustravit, vel Consulari viro, quem [3] tam ordinaria professio, quam sacra nostræ pietatis pariter sublimavit oratio, quive Magisteriæ [4] potestatis sudoribus clarus factus est, vel ei, qui Magistri [5] officiorum vel Quæstoris [6] officio functus, aut sacro [7] nostræ pietatis cubiculo Præpositus, post depositam administrationem senatorio [8] ordini sociatus est, aut [9] cui nostra serenitas Domesticorum scholam regendam mandavit, cuive [10] sacros nostri numinis Thesauros [11], aut [12] res privatas nostræ pietatis vel serenissimæ Augustæ nostræ conjugis gubernandas injunxit: post [13] depositam videlicet administrationem, crimen publicum privatumve, cui tamen non [14] per procuratorem respondere liceat, in hac alma [15] urbe, vel in provinciis commoranti ingeratur: nullius [16] alterius judicis, nisi nostræ pietatis hujusmodi esse cognitionem, vel sacri tantummodo cognitoris, cui nostra serenitas hujusmodi negotii audientiam vice sua sacris apicibus mittendis mandaverit: ita tamen, ut apud talem Judicem nullius officii vel scholæ intercedente ministerio, more atque habitu sacrarum consultationum, absque ulla videlicet observatione [17] dierum fatalium introductæ causæ, viris devotissimis sacri nostri scrinii libellensibus [18] solennia implentibus audiantur: eo, qui in crimen vocatus erit, (ne quas ante [19] probationes injurias patiatur) sedendi [20] quoque in aliqua secretarii [21] parte, quæ judicibus inferior [22], altercantibus [23] vero superior esse videatur, habituro licentiam. §. 1. Adeo autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, ut ne sacro quidem cognitori [24] nostro, postquam crimen fuerit patefactum, contra hujusmodi viros vel eorum substantias statuendi aliquid concedamus facultatem, sed hoc solummodo in hujusmodi viros vice quoque Principis auditori licebit; ut intentatum apud se crimen, si patefactum fuerit, ad Principalem referat notionem: ultionis autem tantis inferendæ dignitatibus modus nonnisi in Principis residebit arbitrio [25]: Cum sit certum oportere accusatoris calumniam, reo videlicet protinus absolvendo, inconsulta [26] quoque nostra serenitate, prout leges sanciunt, coërceri: nisi forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis: in hoc namque casu super coërcenda hujusmodi accusatoris calumnia non immerito consulenda [27] erit Principalis auctoritas. §. 2. Viros autem Illustres in hac inclyta Urbe degentes, qui sine [28] administratione honorariis decorati fuerint codicillis, licet talem prærogativam nostræ jussionis meruerint, ut, quod non egerint, videantur [29] egisse; in criminalibus causis magnificæ tuæ sedis, & illustrissimæ Urbicariæ præfecturæ, necnon etiam viri magnifici Magistri officiorum, (quoties tamen ad ejus judicium specialis nostræ pietatis emanaverit jussio) sententiis respondere decernimus: ita ut hujusmodi viri sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi vindicent facultatem: sciant autem ipsi quoque nec de se, nec de suis facultatibus judicaturos aliquid, nec probatis criminibus (nisi prius ad nostram pietatem retulerint) posse statuere. §. 3. Quotiens autem viri illustres in provinciis constituti, non hi tamen, quorum cognitio ad nostram majestatem, vel ad judicem vice [30] nostri numinis auditurum pertineat, in querimoniam fuerint criminalem vocati: & sedendi, cum celebratur cognitio, in secretariis [31] judicantium jus consequantur: & judices, patefactis quoque criminibus ferendis contra hujusmodi viros [illustres] vel facultates eorum sententiis abstineant, dum nostræ pietatis ad suas meruerint relationes responsum: supplicio videlicet, quod accusatoribus patefacta eorum calumnia ingerendum est, nec apud provinciales judices, si non sic, ut superius dictum est, similem dignitatem habeant, differendo. Dat. *Constantinop.* *

TIT. XXV.

IN QUIBUS CAUSIS MILITANTES FORI [32] PRÆSCRIPTIONE UTI NON POSSUNT.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P.

OMnes [33] omnino domesticos [& [34]] agentes [35] in rebus, & quæcunque alia prætendatur militia vel dignitas, sub Moderatoribus provinciarum pro [36] functionibus publicis respondere, nulla fori præscriptione valitura, sancimus: si hac, qui exiguntur publica debita, uti tentaverint. Immo & in aliis privatis actionibus occupatos volumus respondere, qui vel per provincias sociantur [37], vel conductorum vocabulis, cum non armata militia præditi sint, defenduntur: sive domorum divinarum, sive virorum potentium, seu cujuslibet conditionis sint conductores [38]: nisi [si] forte commeatum [39] ad [40] rem propriam componendam unius anni inducias ostenderint se accepisse: Eadem forma servanda in his etiam qui mercandi [41] vel [42] militandi sacra beneficia meruerint; ut & ipsi Rectoribus provinciarum respondeant. Dat. 3. Kal. *Constantinop.* THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XXVI.

UBI CAUSÆ FISCALES [43] VEL DIVINÆ [44] DOMUS, HOMINUMQUE [45] EJUS AGANTUR.

De morte non defensa.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Dioscoro.

NOn defensæ [46] mortis quæstionem apud procuratores nostros non oportere tractari: nec bona [a] fisco peti posse [47], priusquam de crimine constiterit apud eum [48], cui convictis pœnam irrogare licet, quis ignorat? Plane defunctis homicidii reis apud procuratores [49] quoque causam [50] agendam esse ratio permittit [51]. PP. 7. Idus Maji, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

Si quis mortem sibi conscivisse dicatur.

2. Iidem AA. Aristæ.

NOn animadvertimus, cur causas ad [52] officium procuratorum nostrorum pertinentes, ad proconsulis notionem advocare velis: Nam cum hoc quæratur, *an pater tuus mortem sibi consciverit metu alicujus pœnæ*, ac propterea bona a fisco vindicari debeant, jam non de crimine, aut pœna mortui, sed de bonis quærendum est. Dat. 12. Kalend. Octobr. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De accusatione deserta.

3. Imp. ANTONINUS A. Heliodoro.

PRocurator meus, qui vice præsidis provinciæ non [53] fungitur, sicut exigere [54] pœnam desertæ accusationis non potest: ita judicare, *ut ea inferatur*, sententia sua non potest. Dat. 10. Kal. Septemb. LÆTO & CEREALI CONSS. 216.

De eo, qui emit a procuratore Cæsaris, mandato alterius.

4. Imp. ALEXANDER A. Maximæ.

CUm vendente [55] procuratore meo emisse te prædia dicas: pretium eorum necessario [56] solvere debes. Cum his vero, quibus mandantibus eadem prædia emisse te & tradidisse dicis, agente te, procurator meus (si ejus audientiam elegeris) cognoscet, ut pecuniam quæ pretii nomine tibi debetur, & usuras, quæ fisco solvendæ sunt, consequi possis. PP. 4. Id. Octob. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

De causis fiscalibus.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Ursum.

ff. de senatorib. l. 22. §. 5. 6. *ff. ad municip.* 1 Id est, domicilium, Græci, ἢ ὅπου διάγουσιν, ubi consistunt. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 3. *ex tit.* 5. *c.* 90. Domicilium, pars major bonorum, & assidua loci alicujus frequentatio, fori jus tribuit. 2 Ἀπὸ πατρικίων, ἢ ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίων, ἢ ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως: expatricius, expræfectus prætorio, expræfectus urbi. *Syn. ibid. c.* 91. 3 Ὑπατικὸν ἔμπρακτον vocat autor *Synops. d. l.* Consularem in actu constitutum & ordinarium. Ibidem tamen apud Scholiast. ita legitur hic locus, ὑπατικὸς ἔμπρακτος ἢ νόμον τῇ ἀξίᾳ τετιμημένος, consularis in actu constitutus, vel dignitate tantum honoratus, ut hi sint, qui hic dicuntur in ordinaria professione & sacra imperatoriæ pietatis sublimati oratione. 4 Στρατηλάτης, *Synops. ibid.* 5 Μάγιστρος τῶν θείων ὀφφικίων, magister sacrorum officiorum. *Syn. Basil.* 6 Ὁ κοιαίστωρ τοῦ θείου παλατίου, quæstor sacri palatii. *Synops. Basil. ibid.* 7 Πραιπόσιτος tantum dicitur apud autorem *Synops. ibid.* 8 vid. *l.* 1. *infr. de quæstorib.* 9 Ὁ ἄρξας τῶν δομεστίκων σχολῆς. *Synops. ibid.* 10 Κόμης παροχῶν, comes largitionum. *Synops. Basil. ibid.* 11 Vid. Cujac. *ad l.* 9. *infr. de jure fisci.* 12 Κόμης τῶν ἰδικῶν τοῦ δεσπότου ἢ δεσποίνης. *Syn. Basil. ibid.* Comes rerum privatarum Principis vel Augustæ. 13 Vid. quæ not. ad *l.* 48. *ff. de judic.* 14 Aliud in criminalibus causis: *l.* 25. *ff. de procuratoribus:* excepta criminali injuriarum causa. vide *l. ult.* J. *de injuriis.* 15 Ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, in urbe regia seu imperatoria, *Synops. eod. l.* 16 Jurisdictioni hujusmodi negativis verbis adtributæ renunciari non potest, adde *l.* 4. *infr. de Castrensianis. lib.* 12. *tit.* 26. 17 Magnum privilegium est, si alicui tempora fatalia non currant. 18 Libellenses hic, *&* *l.* 32. §. 4. J. *de appell. & consult.* eadem forma dicuntur, qua Thesaurenses: *l.* 2. J. *de palatin. sacr. largit.* Comitatenses: *l.* 7. *in pr. d. t.* Fabricenses: J. *de hered. decur.* Pseudo-Comitatenses: *l.* 14. J. *de remilitari.* 19 Accusatus ante probatum crimen injuriam pati non debet. 20 Illustribus ordinarie competit hoc privilegium, ut in criminalibus causis habeant jus sedendi in secretariis judicum inferiori parte, tam in urbe, quam in provinciis: honorariis vero, in provinciis tantum. Hinc colligunt Clarissimis personis accusatis eum honorem deferri, ut sedentes etiam respondeant. 21 §. *ult. infr. hic.* Secretarium, aula in quam judices conveniunt: eadem forma & significatione, qua auditorium, *l.* 40. *ff. de reb. cred.* Græce hic ἐν τινὶ μέρει τοῦ δικαστηρίου, *Synops. Basil. ib.* 22 Τῶν δικαζομένων, litigantibus. *Synops. Basil.* 23 Erant in auditoriis judicum tres veluti gradus: unus judicum; alius illustrium: postremus altercantium, *ut hic.* Symmachus 1. *epist.* in uno subselliorum capite regulariter litigatores stant, *l.* 1. S. *de offic. civil. jud.* & causidici: *l.* 6. *in fin.* S. *de postulando.* Plin. 1. *epist.* in tribunatu abstinui causis agendis, quod deforme arbitrabar, cui loco cedere omnes oporteret hunc omnibus sedentibus stare: & ingens utrinque advocatorum universa subsellia præstantium corona. vid. Cujac. *ad Nov.* 71. *in fin.* Huc referri potest, quod Lucius scripsit de ordine sedendi in curia Parisiensi 4. *Placit.* 6. 24 *Cognitor sacer*, id est, Principis delegatus, vice Principis auditurus *infr. h. t.* cui audientia in vice Principis sacris apicibus mittendis mandata. *in princ. supr. eodem.* judex vice numinis Imperatoris auditurus. §. *ult. infr. eodem.* 25 Omnis pœna, si a Principe indicitur, arbitraria est. 26 Cognitor sacer illustres personas condemnare non potest, & tamen potest absolvere. Imo posse videtur: *l.* 37. *ff. de reg. jur.* ille casus est specialis. 27 Sensus est, vir illustris sive reus sit, sive actor, a nullo judice condemnari potest, ideoque Princeps eo casu consulendus est. facit *l.* 9. §. 11. *l.* 27. §. 1. *&* 2. *ff. de pœn.* 28 Nota apud Romanos moris fuisse quosdam decorari honorariis codicillis sine administratione. 29 Minor est dignitas proveniens ex fictione, quam ex veritate. 30 Dixi §. 1. S. *hic.* 31 Dixi S. *h. t. in fin. pr.*

32 Militum alii armatæ militiæ, alii togatæ. 33 Hæc lex integra extat inter Novellas Theodosii editas a Pithæo: adde *l.* 2. *l.* 3. *C. Theod. de jurisdict.* 34 *d. l.* 3. *C. Theod.* 35 Scholares magistri officiorum veluti agentes in rebus. Iidem magisteriani. 36 Militantes in curia Principis fori præscriptione non utuntur, quoties agitur de publicis functionibus: earumque præsidis est notio. adde *l.* 1. J. *de privig. scholar. lib.* 2. *tit.* 33. *l. ult.* J. *de cast. & minist. lib.* 12. *tit.* 26. 37 Negotiantur, & recte, *ut hic.* De tribus casibus agitur, si privatis negotiis occupantur, si negotiantur, si conductoris vocabulo defendunt, & ita Basilica, εἰς ἰδιωτικὰς φροντίδας ἀσχολούμενοι ἢ ἐμπορευόμενοι ἢ μισθούμενοι. vid. Cujac. *hic.* 38 Militans fori, seu in foro aliquo, prædii alieni conductor esse potest, ut hic. (Aliud in armato milite, *l.* 15. *infr. de re militari.*) eo tamen casu non fruitur privilegio militari. 39 Milites ultra annum commeatus accepti privilegio militari non fruuntur. 40 Militi commeatus dari potest ad res proprias componendas: de commeatu, vid. plura J. *de commeatu lib.* 12. *tit.* 43. 41 Fornerius 2. *select.* 3. hinc colligit, Mercaturæ deditos privari militia. Quo nomine reprehenditur a Cujacio 9. *obs.* 37. *fol.* 257. *in fin.* quem hoc voluisse existimo, nimis hoc generaliter dici, cum sit falsum in militia non armata. *Bald.* vero colligit, milites negotiatores in causa negotiationis conventos non habere privilegium militare. 42 Et militandi. Milites fori negotiandi licentiam a Principe possunt impetrare. Regulariter enim mercatores simul & milites esse non possunt: *l.* 1. J. *negot. ne milit. lib.* 12. *tit.* 35.

43 *Causæ fiscales* sunt, in quibus agitur de bonis, pœnis aut juribus fisco delatis. 44 Domus divinæ pertinent ad prædia Tamiaca, quæ erant in Cappadocia sub dispositione & curia præpositi sacri cubiculi, & Comitia domorum. vide Cujacium hic. Erant enim in Pontica diœcesi præcipuæ: in Cappadocia domus & possessiones plures, propriæ patrimonii Principis: & in eis coloni ac inquilini. Equitia ejusdem juris. Ii omnes sub cura Comitis domorum, *l. ult.* J. *h. t. Novell.* 20. Postea munus id translatum ad Proconsules Cappadociæ. *Nov.* 30. *ubi* vid. Cujac. adde *eundem ad tit. de præposit. sacri cubic. &* 8. *observ.* 40. 45 *Homines fiscales*, actores, procuratores, conductores, coloni, inquilini, servi rei privatæ. 46 Id est, non vindicatæ, neglectæ, desertæ. *l.* 1. *infr. de his, quibus ut indign.* 47 Hoc casu scil. 48 Id est, præsidem provinciæ. Præses cognoscit de homicidio & crimine: procurator vero de bonis, non de crimine: neuter vero potest servum in caput domini interrogare. Paul. 5. *sent.* 16. §. 5. 49 Cæsaris. Hi cognoscunt de causis fiscalibus, inter fiscum & privatos. 50 Neglectæ mortis scil. 51 Ut ei qui mortem defuncti non vindicaverit, hereditas auferatur. 52 *l.* 5. *infr. h. t.* 53 Procurator Cæsaris fungens vice Præsidis, potest cognoscere de causis criminalibus: *l.* 1. *infr. de pedaneis*, *l.* 1. J. *de pœn. l.* 4. *infr. ad l. Fab. l. ult. ff. de off. procurat. Cæsaris. l.* 23. §. 1. *ff. de appellat.* adde Cujac. 19. *observ.* 13. Robert. 1. *animad.* 12. Anton. Mercat. *Notat.* 22. 54 Vi sua scil. Exactio pœnæ irrogatæ a Præside, ad rationalem pertinet, non irrogatio. 55 In venditione bonorum fiscalium, procuratoris Cæsaris interventus necessarius. 56 *l.* 5. *in fin. ff. de jur. fisci*, nec enim potest procurator Cæsaris fidem habere de pretio. Quid privati pro-

Ad

AD fiscum [1] pertinentes causas rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis. Dat. Non. Febr. *Constantinop.* FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

De conductore Cæsaris.

6. Idem A. ad Italicum.

SI quis adversus conductorem [2] nostrum aliquid agendum crediderit, viro illustri Comiti rerum privatarum referri oportet: ne & judici existimationis, & officio ejus salutis discrimen immineat. Dat. Kal. Febr. * CONSS.

De dominicis colonis & patrimonialibus.

7. Idem A. ad Bulephorum rationalem summæ [3] rei.

DOminicis colonis & patrimonialibus gravitatem tuam censemus disceptatricem esse debere. Duces enim & Præpositos militum [4], & castrorum, & Rectores provinciarum evocandis & arcessendis colonis abstinere oportet. Dat. 16. Kal. Mart. LICINIO * CONSS. 318.

De colono aut servo Principis.

8. Imp. CONSTANTINUS A. ad Taurum P. P.

CUm aliquid colonus [5] aut servus rei privatæ nostræ contra disciplinam publicam adseratur perpetrare, ad judicium Rectoris provinciæ venire cogendus est: sic videlicet, ut præsente Rationali vel Procuratore domus nostræ, inter eum & accusatorem causa tractetur: &, si facinus fuerit approbatum, juris severitas exeratur. Dat. 5. Non. Mart. *Sirmii*, ARBITIONE & LOLLIANO CONSS. 355.

De actore rerum privatarum seu Procuratore Cæsaris.

9. Imppp. VALENT. [6] & VALENS AA. ad Philip. Virum clariss. [7].

[UNiversi fiduciam gerant, ut,] si [8] quis eorum ab [9] actore rerum privatarum nostrarum, sive a procuratore vexatus fuerit [injuriis,] super ejus contumeliis vel deprædationibus deferri querimoniam [sinceritati tuæ, vel Rectori provinciæ] non dubitet, [& ad publicæ sententiam vindictæ sine aliqua trepidatione convolare:] quæ res cum fuerit certis probationibus declarata, sancimus, [& edicimus,] ut si in provincialem hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publice vivus concremetur [10]. Dat. 3. Non. Jul. *Heracliæ*, VALENTINIANO [11] & VALENTE AA. CONSS. 368.

De officialibus rationalis.

10. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Polemium P. P.

NUllum ex officio Rationalis qui exactioni vel chartis [12] inserviat, in aliud judicium adduci oportet: nisi forte cujuspiam caput accusatio legibus instituta pulsaverit. Dat. 3. Kal. Maji, ARCAD. & BAUTONE CONSS. 385.

De conductore aut servo Cæsaris.

11. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Artaxi Præposito sacri cubiculi.

HAc lege sancimus: ut, sive agat domorum nostrarum colonus [13], inquilinusve aut servus, sive pulsetur ab aliquo super criminali seu civili negotio, non alterius, quam tui culminis ac viri Spectabilis Comitis [14] domorum petatur examen: nullius allegatione super fori præscriptione penitus admittenda. Dat. 5. Id. Aprilis. *

TIT. XXVII.

QUANDO [15] LICEAT UNICUIQUE SINE [16] JUDICE SE VINDICARE [17], VEL PUBLICAM [18] DEVOTIONEM.

De nocturnis depopulatoribus & aggressoribus itinerum.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Provinciales.

LIberam [19] resistendi [20] cunctis tribuimus facultatem; ut quicunque militum vel privatorum ad agros [21] nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicunque licentia digno illico supplicio subjugetur: ac mortem quam minabatur, excipiat, & id quod intendebat, incurrat. Melius [22] enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, & quod serum est punire judicio, subjugamus edicto, ut nullus parcat militi, cui obviare telo oporteat, ut latroni. Dat. Kalend. Jul. TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

De desertoribus. De latronibus publicis.

2. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Hadriano P. P.

OPprimendorum [23] desertorum [24] facultatem provincialibus jure permittimus. Qui si resistere ausi fuerint, in his velox ubique jubemus esse supplicium. Cuncti [25] etenim adversus latrones publicos, desertoresque militiæ, jus sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum. Dat. 5. Non. Octob. THEODOSIO A. & RUMORIDIO CONSS. 403.

TIT. XXVIII.

DE [26] INOFFICIOSO [27] TESTAMENTO [28].

De fideicommissario.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Victorino.

CUm de inofficioso matris suæ testamento filius dicere velit adversus [29] eum, qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet [30]: non est iniquum hoc ei accommodari [31], ut perinde [32] fideicommissarius teneatur, ac si pro herede, aut pro possessore possideret. PP. 5. Kalend. Jul. FALCONE & CLARO CONSS. 194.

De bonorum possessione litis ordinandæ gratia.

2. Iidem AA. Lucretio.

QUamvis de inofficioso testamento acturum [33] te, bonorum possessionem [34] accepisse proponas, tamen scriptis heredibus auferri possessionem incivile est. Dat. 4. Kalend. Decemb. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

De Posthumo præterito a matre.

3. Iidem AA. Januario.

SI mater filiis duobus heredibus institutis, tertio post [35] testamentum suscepto [36], cum mutare idem testamentum potuisset, hoc facere neglexisset: merito utpote non justis rationibus neglectus [37], de inofficioso querelam instituere poterit. Sed cum eam in puerperio [38] vita decessisse proponas: repentini casus iniquitas per conjecturam maternæ pietatis emendanda est. Quare filio tuo, cui nihil præter maternum fatum imputari potest, perinde virilem [39] portionem tribuendam esse censemus, ac si omnes filios heredes instituisset. Sin autem heredes scripti extranei erant; tunc de inofficioso testamento actionem instituere non prohibetur. PP. 8. Kal. Jul. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De libertate fideicommissa.

4. Iidem AA. Soterico & aliis.

CUm ex causa fideicommissi secundum Prætoris decretum in libertate [40] morati sitis, filios etiam suscepertis: quamvis postea domini vestri testamentum inofficiosum sit pronunciatum, agente filio: non est æquum, fieri vobis libertatis quæstionem. PP. 6. Id. Mart. ANTONINO II. & GETA II. CONSS. 206.

An querela transmittatur ad heredem.

5. Imp. ANTONINUS A. Helio.

SI pater tuus post litem contestatam, vel postquam propositum habuisset inofficiosum fratris testamentum dicere, te herede relicto decessit: causam cœptam [41] vel quocunque modo illi placitam exequi non prohiberis. PP. 2. Non. Octob. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

De legitima portione.

6. Idem A. Ingenuo.

curator? vide *l. 1. ff. de except. rei vendit.* 1 *l. 2. supr. h. t.* 2 Adde *l. 8. infr. h. t.* 3 *Rationalem summarum* quidam ita legunt, moti ex *l. 7. C. Theod. de jure fisci*, & Notitia imperii Romani, & Suetonio in *Domitian.* ubi fit mentio auctoris summarum: reprehensi a Cujac. 8. *obs.* 31. & recte. Nam in lege 3. J. *si propter pub. pensitat.* procurator Cæsaris, procurator *summæ rei* appellatur, & in rescripto Gallieni apud Eusebium, *l. 7. c.* 13. ὁ τῦ μεγίςυ πράγματος προςατεύων, & antiqua inscriptio. Val. Honoratus V. P. Rat. S. R. Tacitus 5. neminem summæ rei imponere poterant. 4 Al. limitum. sed & ita in Basilicis legitur: τῶν ἀπὸ πολεμίων ἀγρῶν ἀποσπασθέντων. vide Cujacium 13. *obs.* 35. 5 Vid. *l. ult.* J. *h. t.* 6 Tribuenda hæc lex Constantino. 7 Vicarium, & ita habet *Cod. Theod. l. 1. de act. & procur.* 8 *l. 1. C. Theod. de actorib. lib. 10. tit. 4.* 9 *l. 1. C. Theod. de actor. & procur. & conductorib. rei privatæ, l. 10. tit. 4.* 10 V. *l. unic.* J. *de conductor. & procurat. siv. actor. præd. fiscal. l. 11. tit. 71.* De vivicomburio, vid. *l. un. infr. de Nili aggeribus non rump.* 11 Constantino A. III. & Licinio Conss. 313. 12 Chartularius chartis inservit, easque tractat. 13 *l. 6. l. 8. supr. h. t.* 14 De quo dixi ad epigraphen hujus tituli.

15 Hic titulus est exceptio tituli 5. *h. t. Ne quis in sua causa.* 16 Vide Damhouderum *cap. 13. & 14. praxis civilis.* De quo dixi in praxi civili, *titulo de justitia & jure.* 17 Id est, ulcisci, ac sibi quodammodo jus dicere. 18 *Publica devotio*, id est, publice devoti, ut milites. Dicuntur enim devotissimi *l. 17.* J. *de erogat. milit. ann. lib. 12. tit. 38.* sacramento militiæ obstricti. Miles desertor publicæ devotionis a quovis obsideri, prehendi, & si se telo defenderit, occidi potest. 19 *l. 2. C. Theod. infr. ad l. Cornel. de sicariis.* 20 Hoc etiam jure naturali permittitur: *l. 3. ff. de justit. & jur.* adde *l. ult. vers. neque.* J. *de discussorib. l. 10. tit. 30.* 21 Quid in urbe? legibus 12. tabul. id permissum fuit. Quasi diceret: Olim licuit furem nocturnum quoquo modo occidere, cum in agro tum in urbe: hodie vero in agris tantum id permissum est quoquomodo, sive ei parcere non potueris sine vitæ periculo, sive potueris, qua de re vide hic Cujacium, 14. *obs.* 15. 22 *l. ult. in fin. supr. in quib. caus. in integ.* 23 Transfugas, id est, qui a Romanis ad hostes transfugiunt, eos tanquam hostes licet cuique citra periculum occidere. 5. Harm. 8. §. 5. 24 *l. 2.* J. *de desertorib. & occultat. lib. 12. t. 46.* 6. Harm. 8. adde *Novell. Theod. 44. de tyronib. & desertorib.* 25 Tertullian. *in Apologetico:* In reos majestatis & publicos hostes omnis homo miles est, & ita est, cuique his casibus reum capiendi eumque interficiendi jus permittitur.

26 *L. 2. Inst. 18. 5. ff. 2. & 2. C. Th. 19. de inofficiosi querela.* Paul. 4. *sent.* 5. περὶ τῆς κατὰ διαθήκης μέμψεως, id est, de querela adversus testamentum, quando & a quibus ea possit institui, vel non possit 39. *Ecl.* 1. vide formulam hujus actionis apud Oldendorpium *class. 5. act. 2.* Goth. vid. ad hunc tit. Ferdin. Vasq. *de Successión. resolut. l. 3.* & Anton. Govean. *lect. l. 1. c. 5.* Ans. 27 Quo jure introducta est hæc querela? non a Prætore, sed lege Glicia. Cujac. 2. *obs.* 21. Movetur autem inscriptione *l. 4. ff. hoc tit.* 28 *Inofficiosum est* testamentum, in quo parens, filius, vel frater sui officii obliti, in quo liberi vel parentes, vel fratres germani immerito exheredati, præteriti, vel ita instituti, ut pro exheredatis habeantur, *Novell. 1. in pr. §. 2.* De formula hujus actionis dicam ad *l. 22.* J. *h. t.* An hodie locum habeat, dixi ad *l. 1. ff. h. t.* Interim quæ sint hodie mutata circa hanc querelam vid. Oldendorp. *class. 5. act. 1. num. 17.* 29 Querela adversus fideicommissarium moveri potest. 30 Id est, possidet. Atqui in querela agitur de hereditate: petitio autem hereditatis non datur contra titulo possidentem. *l. 4.* J. *in quib. causis cessat longi temp.* fideicommissarius vero titulo possidet? Dicam J. *h. t.* de vera sententia hujus legis. 31 *Accommodandi verbum observa: Accommodari* dicuntur ea, quæ proprie ac vere non competunt. 32 *Ut exinde.* Salycetus, Faber, Castrensis ita hanc legem emendant: eo sensu: Querelam primo, subsequenter vero petitiones hereditatis moveri. Guilielmus vetus interpres putat, proponentem querelam proponere hereditatis petitionem. Goveanus 1. *variar.* 5. nullam sibi videri in toto Codice obscuriorem constitutionem adserit: nec tamen superiores sententias probat. Putat ergo hic agi de petitione hereditatis, non inofficiosi querela: filium porro laudandum esse, qui hac neglecta illam proponat. Nec enim hereditatis petitione honorem parentum sugillari. Eo nomine justum esse tam modesto filio petitionem hereditatis accommodari. Si ita est, debuit hæc constitutio in titulum sequentem rejici. Existimo hujus legis sententiam hanc esse, querelam inofficiosi dari adversus heredem, & eum qui pro herede aut pro possessore possidet: in alios vero non dari: *arg. l. 12.* J. *h. t. l. 7. §. 2. l. 9. ff. de hered. pet. l. 20. in fin. princ. ff. de bon. poss. contra tab.* Cæterum fideicommissarium proprie non esse hereditatis dominum (nam ex causis fideicommissi dominia non transferuntur, *l. 3. in fin. ff. si ususfruct. pet.*) pro herede quoque non possidetis, qui non putat se heredem, quique scit se alium esse ab herede, *l. 11. ff. de hered. pet.* pro possessore non est etiam: nec enim est prædo, *d. l. 11. in fin.* Ex his sequitur subtili jure filios hic excludi. Verum subtilitas hæc negligenda nobis est. Fideicommissarius enim effectu est heres, æquum est igitur filiis actionem in fideicommissarium accommodari. Quid? querela inofficiosi & petitio hereditatis, possuntne una & eadem actione unove judicio proponi? Angelus negat, Zasius ait. Vide quæ notavi ad *l. 20. ff. h. t.* idque ita sensit Cujacius *hic*. Olim tamen non fuit necessitatis, nam inofficiosi querela moveri separatim poterat. Paul. 4. *sent.* 5. §. 4. hodie potest simul & consecutive. Ferrariensis ex communi opinione *in form. restitutionis in integr.* 41. *vers. ad dimittendum* 15. *num.* 2. 33 Id est, quamvis, cum esses acturus, litis ordinandæ gratia bonorum possessionem accepisti. 34 Hæc bonorum possessio gratia litis ordinandæ dicitur in *l. Papinianus l. 8. in pr. ff. h. t.* Goth. De qua vid. ampliss. præsidem Viglium *in comment. in eundem tit. Instit.* Mod. 8. *in pr. ff. h. t.* Goth. 35 Post matris testamentum natus præteritus (a matre præteritus habetur pro exheredato) querelam recte instituit. vid. Paul. 4. *sent.* 5. §. 2. 36 Adi Gomes. *tom. 1. variar. resol. c. 5.* Menchacam *illustrium quæst. c. 66.* Gilbertum Regium *lib.* ἐναντιοφανῶν 2. *c. 20.* Mod. 37 Id est, præteritus. Præteritus a matre habetur pro exheredato. 38 Quæ in puerperio decessit, testamenti mutandi facultatem non habuisse præsumitur. 39 Sensus hujus legis hic est, Posthumus præteritus a matre, quæ mutandi testamenti facultatem non habuit (quod in puerperio decesserit) videtur cum aliis fratribus viriliter institutus: ideoque testamentum non rumpit. Quid si extranei fuerint instituti? rumpetur testamentum. 40 Rescisso testamento per querelam libertates non revocantur. 41 Querela præ-

CUm [1] quæritur, an filii de inofficioso patris testamento possint dicere, si [2] quartam bonorum partem mortis tempore testator reliquit, inspicitur. PP. 7. Kal. Jul. *Romæ*, DUOBUS ASPRIS CONSS. 213.

In AUTHENT. de triente & semisse. §. 1. coll. 3. tit. 5. Nov. 18. cap. 1.
Authent. ex Novell. 18. cap. 1.

NOvissima [3] lege cautum est, ut si quatuor sint filii vel pauciores, ex substantia [4] deficientis triens [5]: si plures sint, semis debeatur eis quoquo [6] relicti titulo, ex æquo [7] scilicet inter eos dividendus: cujus portionis nec [8] usufructu defraudari liberi a parentibus possunt.

In AUTHENT. de immensis donati. §. 1. coll. 7. tit. 4. al. 3. Novell. 92. cap. 1.

UNde & si parens in quendam liberorum, vel in quosdam donationem [9] immensam fecerit: quisque tantum feret ex hereditate nomine Falcidiæ [10], quantum poterat ante donationem deberi. Licet autem ei, qui largitatem [11] meruit, abstinere ab hereditate, dummodo suppleat ex donatione (si opus sit) cæterorum portionem.

De nepte ex filio emancipato.

7. Idem A. Secundo.

NEptem [12] defuncti actione de inofficioso testamento, quamvis pater ejus emancipatus fuerit defunctus, experiri posse, ignorare non debes. PP. 6. Kal. Jul. *Romæ*, LÆTO & CEREALI CONSS. 216.

De hereditate a patre inter filios divisa. 1. De eo, qui agnovit judicium defuncti.

8. Imp. ALEXAND. A. Florentino.

PArentibus arbitrium [13] dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non est: dummodo [14] non minus is qui pietatis sibi conscius est, partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex judicio parentis obtineat. §. 1. Qui [15] autem agnovit judicium defuncti, eo [16] quod debitum paternum pro hereditaria parte persolvit [17], vel alio legitimo modo satisfecit: etiamsi minus quam ei debebatur, relictum est, si is major vigintiquinque annis est, accusare ut inofficiosam voluntatem patris, quam [18] probavit, non potest. PP. 7. Id. Febr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De testamento militis.

9. Idem A. Romanæ.

DE inofficioso testamento militis [19], vel jure militari vel civili facto, vel Centurionis, vel Tribuni numeri, nec filios posse queri jus certum est. PP. Idus Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De fisco.

10. Idem A. Quintiniano.

SI heredum Quintiniani, quem patrem tuum esse dicis, adversus quos de inofficioso testamento acturus eras, jure successionis bona ad fiscum pertinent, vel ipsius Quintiniani bona, utpote vacantia, fiscus [20] tenet: causam apud Procuratorem nostrum agere potes. PP. 2. Id. August. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De arenariis.

11. Idem A. Ingenuo.

IN arenam non damnato, sed sua sponte arenario constituto, legitimæ successiones integræ sunt, sicuti civitas & libertas manet. Sed si testamentum parens ejus fecit: neque de inofficioso testamento accusatio, neque bonorum possessio ei competit: nam talem filium merito quis indignum [21] [sua] successione judicat: nisi [22] & ipse similis conditionis [23] sit. PP. 4. Kal. Jan. JUL. & CRISPINO CONSS. 225.

De fideicommisso.

12. Idem A. Liciniano & Diogeni.

SI pater, puellæ (cujus vos curatores esse dicitis) filio ex semisse, ipsa autem ex triente, & uxore ex reliquo sextante scriptis heredibus, fidei filiorum commisit, *ut si [24] quis eorum intra vigintiquinque annos ætatis decederet, superstitibus portionem [suam] restitueret*: præterea uxori, *ut id, quod ex causa hereditatis ad eam pervenisset, filiis post mortem suam restitueret*, fideicommisit: calumniosam inofficiosi actionem adversus justum judicium testatoris instituere non debetis: cum [25] ex hujusmodi fideicommissaria restitutione tam matris quam fratris ejus portio ad eam poterat pervenire. PP. Non. Decemb. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

De testamento rescisso pro parte.

13. Imp. GORDIANUS A. Prisciano.

CUm duobus heredibus institutis, uno ex quinque, altero ex septem unciis, adversus eum, qui ex septem unciis heres scriptus fuerat, justa querela contendisse, ab altero autem victum [26] te fuisse alleges: pro ea parte, qua resolutum est testamentum; cum jure intestati, qui obtinuit, succedat, neque [27] legata, neque fideicommissa debentur: quamvis libertates, & directæ competant, & fideicommissariæ præstari debeant. PP. 5. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De falsi accusatione.

14. Idem A. Prisco.

EUm [28] qui inofficiosi querelam delatam non tenuit [29], a falsi accusatione non submoveri placuit. Idem observatur, & si [30] e contrario falsi crimine instituto victus, postea de inofficioso actionem exercere maluerit. PP. 6. Kal. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De filia præterita a matre.

15. Imp. PHILIPPUS A. Aphrodisiæ.

FIliam [31] præteritam [32] a matre, ad successionem ejus citra [33] inofficiosi querelam adspirare non posse, explorati juris est. PP. 5. Kal. Aug. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Si testamentum non jure factum dicatur.

16. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. VALERIAN. N. CÆS. Theodoræ.

COntra majores vigintiquinque annis duplicem [34] actionem inferentes, primam, quasi testamentum non sit jure perfectum, alteram, quasi inofficiosum, licet [35] jure perfectum; præscriptio ex prioris [36] judicii mora quinquennalis [37] temporis non nascitur [38], quæ officere non [39] cessantibus non potest. PP. Id. Aug. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De matre a filio præterita.

17. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Floræ.

CUm [40] filium [41] tuum, te præterita, sororem heredem instituisse proponas: inofficiosi querelam apud Præsidem provinciæ persequi potes. PP. Id. Febr. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De exheredata a viro divertere nolente.

18. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Faustinæ.

CUm te pietatis [42] religionem non violasse, sed mariti conjugium, quod fueras sortita [43], distrahere noluisse, ac propterea [44] offensum [45] atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapsum esse dicas: inofficiosi testamenti querelam inferre non vetaberis. S. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De filia turpiter vivente.

19. Iidem AA. Apollinari.

SI filiam tuam, eo quod turpiter [46], & cum flagitiosa fœditate vivit, a successione tua excludendam putes: si non inconsulto [47] calore, sed ex meritis [48] ejus ad id odium incitatus es, postremi judicii liberum arbitrium habebis [49]. Dat. 15. Kal. Jul. *Sirmii*, ipsis AA. CONSS. 293.

In AUTHENT. ut cum de ap. cog. §. Si vero usque ad vigintiquinque. col. 8. tit. 16. al. 12. Nov. 115. cap. 3.

parata transmittitur ad heredem. 1 Potest filius adversus patris testamentum, vel donationem ab eo factam querelam instituere, nisi quod ei relictum est, omnino ad explendum trientem satis sit. *Syn. Basil.* 41. *tit.* 4. *c.* 17. *&* 5. Harm. 9. §. 24. 2 Habens legitimam, querelam movere non potest. *l.* 30. *infr. h. t. l.* 8. §. 8. *ff. h. t.* Paulus 4. *sent.* 5. §. 6.
3 Nota quantitatem legitimæ liberis relinquendæ. adde *Nov.* 22. *c.* 48. *Novell.* 39. *c.* 1.
4 Ære alieno deducto scil. *d. l.* 8. §. 9. 5 Id est, quatuor uncias. *Goth.* Legitima, si filii sint quatuor vel pauciores, est tertia pars totius assis; si vero sunt plures, est dimidia inter eos æqualiter dividenda. ubi tamen vide limitationes positas per Socinum *in reg.* 152. & consule de cætero Bartolum *hic.* Paris. *cons.* 53. *lib.* 3. *n.* 70. *& seq. & consil.* 55. *n.* 13. *& seq. eod. lib.* Corn. *consil.* 48. *in fin. l.* 2. Socin. jun. *cons.* 25. *l.* 1. Joan. Cephal. *cons.* 245. *n.* 23. Mod.
6 Legitima liberis quoquo relicti titulo relinqui potest, ut hic: imo non potest quoquo titulo relinqui, jure namque institutions relinqui debet. *Novell.* 115. *c.* 3. vid. Socin. *reg.* 152. Grassum *lib. sent. §. legitima q.* 32. *& testa. q.* 35. 7 In legitima bonorum singulis liberis virilis portio competit. 8 Legitima liberorum gravari non potest, etiam in usufructu. adde *l.* 30. *J. h. t.* 9 Immensa donatio in unum ex liberis collata, per alios ad legitimam usque revocatur: non ultra. 10 Id est, legitimæ ut *in l.* 31. *infr. h. t. & in l. jubemus* 6. *J. ad SC. Trebell. & J. h. t. l. quæ nuper.* Mod. 11 Filius donatione a patre inter vivos accepta, ejus hereditate potest abstinere. Quid si illa donatio legitimam reliquorum liberorum exhaurit? Hujusmodi donatio legitimæ reliquorum fraudi esse non debet, ideoque ex bonis donatione acceptis fratribus legitima supplebitur. 12 Neptis ex filio (etiam emancipato) querelam inofficiosi potest movere adversus testamentum avi. 13 Pater hereditatem inter filios dividere potest; dum tamen ei (quem minus diligit) legitimam reliquat. *l.* 10. *J. fam.* 14 *l.* 35. §. 1. *J. h. t.* 15 Querelam inofficiosi movere adversus patris testamentum non potest, qui testamentum ejus agnovit, ut hic. *Synops. Basil.* 45. *tit.* 4. *cap.* 17. 5. Harmenop. 6. §. 24. 16 Tacite agnoscere & approbare testamentum defuncti censetur, qui ex eo testamento debita solvit. *l.* 35. §. 1. *infr. h. t.* adde *l.* 23. §. 1. *ff. h. t. l.* 43. *ff. de hered. pet.* & ita testamentum non tantum expresse, sed tacite approbari potest, vel admitti. 17 Vid. *l.* 2. *infr. de jure delib.* 18 Qui testamentum defuncti semel probavit, querelam inofficiosi amittit. vid. *l.* 20. *ff. de option. legat.* 19 Querela inofficiosi locum non habet in militis testamento: vide tamen *Nov.* 123. *c.* 19. *& l.* 34. *Auth. presbyteros in fin. supr. de Episcop. & Clericis.* 20 Querela inofficiosi institui potest adversus fiscum occupantem bona defuncti. 21 *Nov.* 115. *c.* 3. §. 10. parens filium arenarium aut mimum potest exheredare, nisi ipse ejusdem conditionis sit. 22 Mores quos quis in se approbat, in liberis reprobare non potest. 23 Hic illud quæritur, an quemadmodum pater arenarius filium arenarium exheredare non potest, idem sit in meretricaria matre filiam meretricem exheredante; qua de re multa Tiraquellus *in legib. connubial. gl.* 1. 1. *parte n.* 45. *circa fin.* Mod. 24 Plena & pura esse debet legitima portio. Pura, inquam, ab omni onere fideicommissi, legati & ususfructus. *Auth. novissima. s. h. t.* Quid si facta est mutua & reciproca substitutio? onerosa non censetur. Æquitas suspicionem fraudis tollit. *infr. hic, ibi. cum ex hujusmodi.* Itaque neuter querelam habiturus est, quia neuter in legitima est gravatus, mater etiam potest vulgariter substituere filio, etiam in legitima: *l.* 33. *ff. de vulgar. & pupillar.* An pupillariter? Negat Bart. *d. l.* 33. 25 Æquitas omnem fraudis suspicionem tollit. *ff. quod quisque juris.* 26 Varietas personarum & meritorum efficit, ut actor in uno jure vincat, vincatur autem in altero: *l.* 15. *in fin. l.* 24. *ff. h. t. l.* 76. *in pr. ff. de leg.* 2. ut idem testamentum pro parte rescindatur, pro parte confirmetur. Idque a judice statui ex communi opinione Hotomannus refert *cons.* 2. *fol.* 51. adde Cujac. 10. *observ.* 20. *in fin.*
27 Id est, heredes ab intestato succedunt. 28 Querelam inofficiosi testamenti movere potest, qui falsi testamentum accusavit nec obtinuit: & e contra *Synops. Basil.* 39. *tit.* 1. *c.* 37.
29 Id est, non obtinuit: *l. ult. ff. de except. rei jud.* sensus est, Is etiam potest testamentum falsum dicere, qui inofficiosum non probavit, *ut hic, & l.* 3. *in fine. J. de pet. hered.* adde casus, *l.* 47. *in fin. ff. de hered. pet.* 30 Vide *l.* 47. *ff. de pet. hered.* 31 Querelam inofficiosi recte instituit filia a matre præterita, *ut hic. Synops.* 10. *c.* 38. 32 Liberi a matre præteriti, habentur pro exheredatis. 33 Querela inofficiosi, remedium est adversus præteritionem factam a matre. Nec enim præteritis a matre datur bonorum possessio contra tabulas. adde *l.* 4. §. 2. *ff. de B. P. contra tabulas.* 34 Alia est causa injusti, alia inofficiosi testamenti. 35 Inofficiosum testamentum jus civile non tam facit, quam natura, querela inofficiosi non impugnat solennitatem, sed inordinatam & cæcam defuncti voluntatem: personam, non juris solennia respicit. 36 Victus in injusti testamenti actione, inofficiosi querelam non amittit: *l.* 8. §. 12. *ff. h. t.* 37 Post quinquennium querela inofficiosi moveri non potest, *ut hic.* adde 5. Harmen. 9. §. 24. hoc enim temporis decursu patris testamentum confirmasse liberi videntur. *Synops. Bas.* 41. *tit.* 4. *c.* 17. 38 Id est, non currit quinquennii præscriptio, quæ querelam inofficiosi testamenti excludere solet. *l.* 2. *s. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* Mod. 39 Non cessanti præscriptio non nocet. Non cessat in querela proponenda, qui in injusti testamenti probatione occupatus est: & merito. Quoties enim competunt duo auxilia, qui in uno vigilat, alterum non amittit.
40 Querelam inofficiosi adversus filii testamentum, mater instituere potest, tametsi defunctus sororem suam instituerit. *Synops. h. t. c.* 42. 41 Frater sororem instituere non potest, matre præterita. 42 Uxoris summa pietas est a marito suo non divelli. 43 Patre volente: *arg. l.* 20. *J. h. t.* 44 Parentibus in quibusdam citra mentem vitiumve ingratitudinis non obtemperamus. Filia non divertens a marito, parentis jussu, non meretur, exheredari: adde *Novell.* 115. *c.* 3. *l.* 5. *J. de repud.* 45 *l.* 23. *infr. h. t.* 46 Liberi ob turpem vitam possunt exheredari. Turpis liberorum vita exheredationem meretur: *Novell.* 155. *c.* 3. §. 4. *&* 10. sed & dotis & alimentorum privationem. Pœnitentibus tamen serio ac constanter ignoscendum. vide Wurmf. 1. *pract.* 37. *obs.* 8. 47 Quod fit sæpe.
48 *l.* 22. §. 1. *ff. h. t. l.* 3. §. 5. *ff. de B. P. contr. tab. l.* 7. *in pr. ff. de bon. damn.* Olim non erat necesse certas exheredationis causas adscribi. Incertæ & positæ erant in judicio Centum virorum. Hodie, certæ adscribendæ. *Nov.* 115. *c.* 3. vide Cujac. *ad Novell.* 18.
49 Quid si ad bonam frugem conversa? ignoscendum esse tradit Tiraquellus *tract. de pœnis,*

Sed

SEd si [1] post vigintiquinque annos te differente filiam marito copulare, ea in suum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo, marito se, libero tamen, copulaverit, eam exheredare non potes [2].

De filia nolente divertere.

20. Iidem AA. & CC. Saviano.

FIlia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre volente [3] nupsit, colens concordiam [4], justas [5] offensionis post ejusdem matris [6] pœnitentiam causas non præstat: nec ex momentariis [7] voluntatibus matris nupta atque vidua jure esse compellitur. Dat. Non. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De transversalibus.

21. Iidem AA. & CC. Alexandro.

FRatris [8], vel sororis filii, patrui vel avunculi, amitæ etiam & materteræ testamentum inofficiosum frustra dicunt: cum nemo [9] eorum, qui ex transversa linea veniunt, exceptis *fratre & sorore* [10], ad inofficiosi querelam admittatur. † De falso sane per accusationem criminis queri non prohibentur. Dat.* CC. CONSS. 294.

De filia exheredata, de effectu rescissionis.

22. Iidem AA. & CC. Tancillæ.

SI maritus tuus facto testamento te quidem ex asse scripsit heredem: filia autem, quam habuit in potestate, exheredata [jure] facta minime perhibetur: nihilque ei relictum est, neque *justas* [11] *offensæ causas præstitisse* [expresse] convincitur: eam de inofficioso testamento patris querentem totam hereditatem obtinere posse non ambigitur. Quod si jam obtinuit, vel postea vindicat [12]: quodcunque maritus mortis suæ tempore debuisse [13] tibi perhibetur, id ab ea reddi oportet. Dat. Idib. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De eo, qui impedit testari.

23. Iidem AA. & CC. Philippo, & aliis.

TEstamenti factione per testationem vos interdixisse [14] matri profitentes, justam [15] causam offensæ manifeste testamini. Dat. 5. Id. Sept. CC. CONSS. 294.

De testamento militis.

24. Iidem AA. & CC. Successo.

TEstamentum militis [16] filiifam. in castrensi peculio factum, neque a patre, neque a liberis ejus per inofficiosi querelam rescindi potest. Dat. 3. Non. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De filiis a matre instituendis sub hac conditione, si a patre emancipati fuerint.

25. Iidem AA. & CC. Menedoto.

FIliis [17] matrem, quæ de mariti moribus secus [18] suspicatur, ita posse consulere [19] jure compertum est, ut eos sub hac conditione [20] instituat heredes, *si a patre emancipati fuerint*, atque eo pacto secundum tabulas bonorum possessionem patrem cum re [21] accipere non videri, qui conditioni minime obtemperaverit: neque ei nomine filiorum inofficiosi [22] eo modo actionem posse competere, quibus nullam injuriam fecerit mater, sed potius putaverit providendum, & ideo restituere debet. Dat. 4. Non. Jul. *Antiochiæ*, TITIANO & NEPOTIANO CONSS. 301.

De filio impubere.

26. Iidem AA. & CC. Serapioni suo salutem dic.

EX [23] tribus unciis herede instituto filio, intra [24] pubertatis annos directam non [25] inutiliter a patre fieri substitutionem certum est. Dat. 5. Kal. Septemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 302.

De fratribus & sororibus.

27. Imp. CONSTANT. A. Verino.

FRatres [26], vel sorores uterini [27] ab inofficiosi actione contra testamentum fratris, vel sororis penitus [28] arceantur: consanguinei [29] autem, durante agnatione, [vel non] contra testamentum fratris sui, vel sororis de inofficioso quæstionem movere possunt, si [30] scripti heredes infamiæ [31], vel [32] turpitudinis, vel [33] levis notæ macula adspergantur: vel [34] liberti, qui [35] perperam, & non bene merentes, maximisque beneficiis suum patronum adsecuti, instituti sunt: excepto [36] servo [37] necessario herede instituto [38]. Dat. Id. Aug. *Sirmii*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO Cæs. CONSS. 319.

De onere probandi, & de causis exheredationis.

28. Idem A. ad Claudium Præsidem provinciæ Daciæ.

LIberi [39] de inofficioso querelam contra testamentum parentum moventes probationem debent [40] præstare: *Quod obsequium debitum jugiter* [41], *prout ipsius naturæ* [42] *religio flagitabat, parentibus adhibuerint:* nisi scripti heredes ostendere maluerint [43] *ingratos liberos contra parentes extitisse.* Sin autem mater contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter jubemus, utrum filius nulla ex justa causa læsus matrem [in] novissima læserit voluntate, [eo quod] neque luctuosam [44] ei & legitimam reliquerit portionem: ut testamento rescisso, matri successio deferatur. † Si tamen mater inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus filium forte obsedit, insidiisque [45] eum vel clandestinis vel manifestis appetiit, vel inimicis [46] ejus suas amicitias copulavit [47], atque in aliis sic versata est, ut inimica ejus potius quam mater crederetur: hoc probato, etiam invita acquiescat filii voluntati. Dat. 3. Id. Febr. CRISPO II. & CONSTANTINO Cæs. I. CONSS. 321.

De dote & donatione ante nuptias.

29. Imp. ZENO A. Sebastiano præf. præt.

QUoniam [48] novella constitutio divi Leonis [49] *ante* [50] *nuptias donationem a filio conferri ad similitudinem* [51] *dotis, quæ a filia confertur* [52], *præcepit:* etiam ante nuptias donationem filio in [53] quartam præcipimus imputari. Eodemque modo cum pater, vel mater pro filia dotem, vel pro filio ante nuptias donationem, vel avus [54] paternus aut maternus, vel avia paterna aut materna pro sua nepte, aut pro suo nepote, vel proavus itidem paternus aut maternus, vel proavia paterna aut materna pro sua pronepte, vel pro suo pronepote dederit: non tantum eandem dotem vel donationem conferri, verum etiam in quartam partem ad excludendam inofficiosi querelam, tam dotem datam, quam ante nuptias donationem præfato modo volumus imputari, si ex [55] substantia ejus profecta sit, de cujus hereditate agitur. Dat. Kal. Maji, ipso A. II. CONS. 481.

De his, quibus aliquid, 1. *vel nihil relictum est.* 2. *De militiis in legitimam portionem imputandis.*

30. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ.

OMnimodo [56] testatorum voluntatibus prospicientes [57], magnam & innumerabilem occasionem subvertendæ eorum dispositionis amputare censemus: & in certis casibus, in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis, vel alio [58] modo subvertendis moveri solebat actio, certa & statuta lege tam mortuis consulere, quam liberis eorum vel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat: ut, sive adjiciatur in testamento de adimplenda legitima portione, sive non, firmum quidem sit testamentum, liceat vero his personis, quæ testamentum quasi inofficiosum, vel alio modo subvertendum queri poterant, id quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam [59] eam sine [60] ullo gravamine, vel mora exigere: si tamen non ingrati [61] legitimis modis arguantur [62], cum eos scilicet *ingratos circa se fuisse* testator dixerit: Nam si nullam eorum *quasi ingratorum* fecerit mentionem, non licebit ejus heredibus ingratos eos nominare, & hujusmodi quæstionem introducere. † Et hæc quidem de his personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hereditate, vel legato [63], vel fideicommisso, licet minorem legitima portione, reliquerint.

§. 1. Sin vero vel præterierint [64] aliquam eorum personam jam natam, vel

causa 28. 1 Pater peccandi occasionem filiæ præstare intelligitur, si eam viro intra vigesimum quintum annum ætatis non elocat. 2 Merito. Nemo enim id punire potest, cujus ipse admittendi fuit occasio. 3 In filia nuptura matris, *ut hic:* & patris. *l.* 18. *§. h. t.* consensus requiritur. An ob eam causam exheredari possunt liberi? Abbas negat. Wurmf. 1. *pract.* 39. *obs.* 19. dixi ad *l.* 25. *ff. de ritu Nuptiar.* 4 De concordia & religione maritali adde *l.* 18. *supr. h. t. l.* 5. *infr. de instit. & substit.* 5 *l.* 21. *infr. h. t.* 6 *l.* 4. *infr. de repud.* 7 Alciatus hinc colligit, Virum muliere constantiorem præsumi, 1. *præsumpt.* 47. 8 *Synops. Basil.* 39. *tit.* 3. *c.* 33. 9 Nota regulam. 10 Idque etiam non præcise, sed turpibus personis institutis. *§.* 1. *Inst. h. t.* quin non omnis frater ad querelam inofficiosi admittitur, sed utrinque tantum conjunctus. vide *l.* 27. *J. h. t.* 11 In hoc inofficiosi judicio hæ plerunque formulæ sententiæ dicendæ fuerunt, justas causas offensæ: *l.* 18. *l.* 20. *supr. h. t. l.* 23. *l.* 28. *infr. h. t. ut & in epistolis Plinii* 1. *epist.* 5. Justas irascendi causas patrem habuisse videri, aut non videri. 12 Al. *vincat.* 13 Rescissa aditione hereditatis per querelam, reviviscunt actiones per aditionem confusæ. Cessante causa confusionis, cessat confusio. 14 Qui parentem testari prohibet, juste potest exheredari. Quid si a patre non exheredatus sit? hereditas velut indigno aufertur. vide *l.* 2. *infr. si quis aliquem testari.* 15 *l.* 22. *supr. h. t.* 16 *l.* 9. *supr. h. t.* 17 Vid. Cujac. *in hanc l.* 4. *obs.* 24. 18 *Secus suspicari*, est male suspicari. 19 Liberi de matre conqueri non possunt, si nullam mater eis facit injuriam, sed providet. Hinc collige, Posse bona mente conditionem, & diem adjici testamento. Eadem ratione excusabitur substitutio pupillaris. *l.* 26. *J. h. t.* alias defendi vel excusari non poterit, *l.* 36. *J. h. t.* 20 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.* 21 Id est, hereditate, vide quæ scripsi ad *l.* 8. *ff. si tab. testam. nul.* 22 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poss.* Ambros. 75. *Epist.* 23 Ex 4. unciis impuberi filio heredi instituto pater substituere directo potest: nec id esse detractio videtur. Ita Græci hunc locum legunt, 41. *Syn.* 5. *ex lib.* 39. *tit.* 1. *c.* 46. 24 Dixi ad *l.* 25. *§. h. t.* Constitutio favorabilis instituto filio, locum inofficiosi querelæ non facit. 25 Aliud dicendum videbatur: quia filius hic substitutionem patitur, in legitima, quæ pura esse debet ab omni onere legati & fideicommissi. *Auth. novissima, supr. h. t.* 26 *l.* 1. *C. Theod. de inoff. testam. l.* 2 *Synops.* 19. *tit.* 1. *c.* 47. *Thalelæi Scholion.* 27 Fratres uterini tantum, non habent querelam inofficiosi, Thalelæus tamen ad *d. c.* 47. *Syn.* differentiam non facit inter Uterinos & Germanos. Illi: ὁμομήτριοι. Illi ὁμοπάτριοι: *eodem autore.* 28 Etiam infami persona instituta. 29 Germani: *l.* 1. *C. Th. h. t.* Fratres ex eodem patre, vel utrinque conjuncti querelam inofficiosi movere possunt tribus casibus, *infr. h. t.* eoque casu consanguineis magis favetur, quam uterinis: adgnationi quam cognationi simplici. 30 Hic primus casus pertinet ad infamiam juris. 31 Adde *l.* 3. *ff. si a parente quis manumissus.* 32 Infamia, turpitudo, levis nota, ingratitudo, hic conjunguntur. 33 Hic secundus casus pertinet ad infamiam facti: hinc colligitur, Infamiam quatuor sortiri effectus: Repellit enim a dignitate, testimonio & querela: quin inducit querelam, vid. Bald. *hic.* 34 Tertius hic casus: libertus ingratus patrono, habetur pro vili persona. 35 Ingrati inter personas notatas hic recensentur. 36 Querela inofficiosi fratres experiuntur adversus fratris testamentum, persona infami, turpi, notata, vel liberto ingrato heredibus instituti. *§. hic.* Quid si a defuncto servus heres institutus fuerit? cessabit querela: *ut hic. Syn. d. c.* 47. adde *l. ult. J. de necessariis hered. l.* 3. *C. Th. de inofficios. querel.* 37 Dominus vilitatem servi purgat, cum eum heredem instituit: eo scil. casu, quo suum heredem non solvendo esse videt: & ita hanc legem intellige: Alias si frater præteritus fuerit a fratre, in bonis testati fratris præfertur liberto heredi instituto, nisi patronum, qui eum instituit, maximis beneficiis adsecutus sit: & præferri eum quoque erit æquius liberto orcino, nisi agatur de conservanda fama & existimatione defuncti fratris. vid. Cujac. 17. *obs. ult.* 38 Puta propter suspectam hereditatem. *Goth.* Item nisi laboret eadem infamia frater qua institutus. *l.* 11. *C. h. t.* aut ex aliqua ingratitudinis causa ex *Nov.* 22. *c.* 47. *§. fin.* Ans. Ad explicationem extremi hujus versus adde Cujac. *lib.* 17. *observ.* 40. *S. L.* 39 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 40 Exheredatus olim præsumebatur ingratus defuncto, nisi merentem se probaverit, & ita præsumitur pro judicio defuncti. *l.* 5. *ff. h. t.* hodie heredibus incumbit probatio. *l.* 30. *J. h. t.* 41 Continuis obsequiis meritum probatur. 42 Natura debetur parentibus obsequium. 43 Id hodie non est positum in eorum arbitrio: coguntur enim probare juste exheredatos. *d. l.* 30. 44 Vid. *l. ult. vers. Si enim. infr. de inst. & substit.* vid. ad hunc locum elegantem præscriptionem apud Cujac. 8. *obs.* 23. 45 Dolus insidiis ita probatur. *l.* 6. *§. de dolo mal.* 46 Amicus inimici mei, inimicus meus præsumitur. *l.* 1. *§.* 10. *ff. de off. præf. urb. l.* 3. *ff. de testib.* vid. tamen *l.* 47. *in fin. ff. de reg. jur.* adde 2. *Feudor.* 57. vid. Senecam 5. *controvers.* 2. *c. repellatur* 7. *extra. de accusat.* 47 Vide Dd. *ad c. cum oportet. extr. de accusat.* Salyc. & Bart. *hic.* Andr. de Isernia *§. porro. in tit. quæ fuit prima causa beneficii amittendi.* Mod. 48 Vide ad legem hanc Socinum *in cons.* 246. *vers. ex quibus circa fin. in* 2. *vol.* Socin. *in regul.* 350. Mod. 49 *l.* 17. *infr. de collationibus.* 50 Donatio ante nuptias conferenda. 51 Donatio propter nuptias dotem imitatur. 52 Dos a filia conferenda. 53 Quod filius a patre accepit donationis ante nuptias causa, id in suam quartam tenetur imputare. 54 Collationi locus non est, præterquam in sola adscendentium successione. 55 Conferuntur ea tantum bona, quæ ab eo ascendente (de cujus successione agitur) sunt accepta. 56 De condictione ex hac lege, & *l.* 36. *J. h. t.* qua agitur ad supplementum, vid. Oldendorp. *class.* 5. *act.* 3. 57 Ad legem hanc copiose scripsit Molinæus *in Labyrintho de inofficioso testamento.* præter quem vide Jul. Clarum *§. testamentum. quæst.* 38. Paris. *cons.* 36. *n.* 38. *lib.* 2. *& cons.* 58. *n.* 19. *eod. vol.* Cravett. *consil.* 109. *cum seq. & cons.* 141. Fernand. Vasquium *in tract. de success. creat. §.* 18. *n.* 57. *& §.* 30. *n.* 110. Socin. *cons.* 97. *vol.* 3. Decium *cons.* 89. Rot. Rom. *decis.* 333. Balb. *in tract. præsc.* 4. *part.* 4. *part. princ. quæst.* 23. Mod. 58 Olim filius habens minus legitima, querela inofficiosi utebatur ad testamenti rescissionem: hodie non rescindit, sed tantum agit ad legitimam, aut ad ejus supplementum, *ut hic.* Goth. V. in hanc L. Vasq. *de suc. l.* 30. *§.* 30. *limit.* 34. Jo. a Sande *decis. Frisic. l.* 4. *tit.* 7. *defin.* 2. Ans. 59 Qui minus legitima consecutus est, agit ad illius supplementum. *Nov.* 115. *c.* 5. *in pr.* 60 Legitima plena, & sine ullo onere relinquenda. *Auth. noviss. §. h. t.* 61 Ingratus non agit ad supplementum legitimæ. 62 Et merito. Præsumuntur enim injuste liberi a parentibus exheredati, cum natura ad amandos liberos feramur. vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 16. 63 *l.* 36. *infr. h. t.* Paganus testamento patris legatum accipiens non censetur exheredatus: aliud in milite. vid. *l.* 10. *J. de test. milit.* 64 Liberi præteriti

ante teſtamentum quidem conceptam, adhuc vero in ventre conſtitutam; vel exheredatione, vel alia eorum mentione facta, nihil eis penitus reliquerint: tunc vetera jura locum habere ſancimus, nullam ex præſente promulgatione novationem, vel permutationem acceptura. §. 2. Imputari vero filiis aliisque perſonis, quæ dudum ad inofficioſi teſtamenti querelam vocabantur, in legitimam portionem & illa volumus, quæ occaſione [1] militiæ ex [2] pecuniis mortui eisdem perſonis acquiſita, poſſe lucrari eas manifeſtum eſt: eo quod talis [3] ſit militia, ut vendatur, vel mortuo militante certa [4] pecunia ad ejus heredes [5] perveniat: ita tamen, ut ille gradus ejuſdem militiæ inſpiciatur, quem in morte teſtatoris militans obtinet: ut tanta ei pecunia in legitimam portionem computetur, quantam dari conſtitutum eſt, ſi in eo gradu mortuus eſſet is, qui militiam ex pecuniis teſtatoris adeptus eſt: exceptis ſolis Viris Spectabilibus Silentiariis [6] ſacri noſtri palatii, quibus præſtita jam ſpecialia beneficia [7] tam de aliis capitulis, quam de pecuniis ſuper memorata militia a parentibus eorum datis, ne in legitimam portionem eis computentur, rata eſſe præcipimus: in cæteris vero perſonis prædictam obſervationem tenere volumus. Dat. Kal. Jun. *Conſtantinop.* JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

Productio ſuperioris legis ad teſtamenta nuncupativa.

31. Idem A. Mennæ P. P.

QUæ nuper ad teſtamenta conſervanda, nec facile retractanda ſancivimus, ut ratione Falcidiæ minime illis perſonis derelictæ, quæ ad inofficioſi teſtamenti querelam ex prioribus vocabantur legibus, non periclitentur [8] teſtamenta, ſed quod deeſt [9] legitimæ portioni, id eſt [10], quartæ parti ſcil. ab inteſtato ſucceſſionis, tantum repleatur; exceptis [11] illis, quibus nihil in teſtamento derelictum eſt, in quibus priſca jura illibata ſervamus: etiam ad teſtamenta ſine [12] ſcriptis facienda locum habere ſancimus. Dat. 2. Id. Decemb. D. N. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De gravamine tollendo.

32. Idem A. Mennæ P. P.

QUoniam in prioribus ſanctionibus illud ſtatuimus, ut, ſi quid minus legitima portione his derelictum ſit, qui ex antiquis legibus de inofficioſo teſtamento actionem movere poterant, hoc repleatur [13], ne occaſione minoris quantitatis teſtamentum reſcindatur: hoc in præſenti addendum eſſe cenſemus: Ut, ſi conditionibus [14] quibuſdam, vel dilationibus, aut aliqua diſpoſitione moram, vel modum, vel aliud gravamen [15] introducente, eorum jura, qui ad memoratam actionem vocabantur, imminuta eſſe videantur; ipſa conditio, vel dilatio, vel alia diſpoſitio moram, vel quodcumque onus introducens, tollatur [16]: & ita res procedat, quaſi nihil eorum teſtamento additum eſſet. Dat. 2. Kal. April. DECIO V. C. CONS. 529.

Pœna heredis nolentis legitimam filio relictam ſolvere. 1. De infante, ne quis ex perſona alterius ingratus dicatur.

33. Idem A. Demoſtheni P. P.

SI quis ſuo teſtamento maximam quidem portionem libero [17] relinquat, minuſculam autem alii, vel aliis de ſtirpe [ſua] progenitis, ipſam tamen legitimam, ſive in hereditate, ſive in legato, vel fideicommiſſo, ut non poſſit locus inofficioſi teſtamenti querelæ fieri, & ille quidem, qui ex parvulo genitoris ſui conſequitur ſubſtantiam, eam ſuſcipere maluerit; qui autem ex majore parte eam amplexus eſt (ſive unus, ſive plures ſint) non ſtatim, & ſine contentioſo propoſito, vel ulla mora eam reſtituere voluerit, ſed expectato judiciorum ſtrepitu, & multis variiſque certaminibus habitis, poſt longum tempus ex ſententia judicis vix eam reddiderit; crudelitatem ejus competenti pœna aggredimur: ut, ſi hæc fuerint ſubſecuta, non [18] tantum in id, quod teſtator voluit eum reſtituere [19], condemnetur; [ſed etiam aliam tertiam] partem quantitatis quæ fuerat in teſtamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur: ut avaritia [20] ejus legitimis ictibus feriatur: Aliis omnibus, quæ in eodem teſtamento, vel elogio ſcripta ſunt, pro ſui tenore ad effectum perducendis. §. 1. Legis autem veteris iniquitatem tollentes, ut non diutius erubeſcat lex poſita, (quam Julius Paulus in ſuis ſcripſit Quæſtionibus) hanc piiſſimam aggredimur ſanctionem: Cum enim infantem [21] ſuum non poſſe ingratum a matre ſua vocari ſcripſit, neque propter hoc ab ultimæ ſuæ matris hereditate repelli, niſi hoc odio [22] fecerit ſui mariti, ex quo infans progenitus eſt: hoc iniquum judicantes, ut alieno [23] odio alius prægravetur, penitus delendum eſſe ſancimus: & hujuſmodi cauſam [24] liberis non tantum infantibus, ſed etiam quamcumque ætatem agentibus opponi minime concedimus: cum poſſit ſub [25] conditione emancipationis hereditatem ſuam mater filio derelinquens, & patris odium punire, & juri filii ſui minime nocere, nec ſuam naturam fallere. Satis enim crudele nobis eſſe videtur, eum, qui [26] non ſentit, ingratum exiſtimari. Dat. 12. Kal. Octob. DECIO V. C. CONS. 529.

An querela transmittatur ad heredem.

34. Idem A. Joanni P. P.

SI quis [27] filium ſuum [28] exheredatum fecerit, alio ſcripto herede; reliquerit autem ex eo nepotem [vel] vivum, vel [29] in ventre nurus ſuæ conſtitutum; deliberante vero ſcripto herede filius [exheredatus] deceſſerit, nulla hereditatis petitione ex [30] nomine de inofficioſo conſtituta, vel præparata, omne adjutorium nepotem dereliquit [31]: neque enim pater nepoti aliquod jus, cum deceſſerit, contra patris ſui teſtamentum dereliquit: quia poſtea & adita eſt ab extraneo hereditas, & ſupervixit avo pater ejus: ut neque ex lege Velleia [32] poſſit in locum patris ſui ſuccedere, & reſcindere teſtamentum. Et hoc nonnulli Juriſconſulti [33] in medium proponentes inhumane reliquerunt. Sed nos (qui omnes ſubjectos noſtros & filios & nepotes habere exiſtimamus [34] affectione paterna & imitatione) ſecundum quod poſſibile eſt, omnium commodis proſpicientes, jubemus, in tali [35] ſpecie eadem jura nepoti dari, quæ filius habebat: etſi præparatio facta non eſt ad inofficioſi querelam inſtituendam, tamen poſſe nepotem eandem cauſam proponere: & ſi non heres [36] apertiſſimis probationibus oſtenderit ingratum patrem nepotis circa teſtatorem fuiſſe; teſtamento remoto [37], ab inteſtato eum vocari, niſi [38] certa quantitas patri ejus minor parte legitima relicta eſt: tunc etenim, ſecundum novellam [39] noſtri numinis conſtitutionem, repletio quartæ partis nepoti ſupereſt, ſi qua patri ejus competebat; ut perfruatur noſtro beneficio a vetuſtate [40] quidem neglectus, a noſtro autem vigore recreatus, niſi pater adhuc ſuperſtes [41], vel repudiavit querelam, vel quinquennio tacuit [42], ſcilicet poſt aditam hereditatem. Dat. 3. Kal. Aug. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De libera *teſtamenti factione conceſſa. 1. De pactis & transactionibus. 2. De eo, qui ſimpliciter agnovit, quod ſibi datum vel relictum eſt pro legitima.*

35. Idem A. Juliano P. P.

SI quando talis conceſſio [43] Imperialis proceſſerit [44], per quam *libera teſtamenti factio* conceditur [45], nihil aliud videri [46] Principem concedere, niſi, ut habeat legitimam, & conſuetam teſtamenti factionem: neque enim credendum [47] eſt, Romanum Principem qui jura tuetur [48], hujuſmodi verbo totam obſervationem teſtamentorum multis [49] vigiliis excogitatam atque inventam velle everti. §. 1. Illud etiam ſancimus: Ut ſi [50] quis a patre certas res vel pecunias accepiſſet, & pactus [51] fuiſſet, *quatenus de inofficioſo querela adverſus teſtamentum paternum minime ab eo moveretur*; & poſt [52] obitum patris filius, cognito paterno teſtamento, non agnoverit ejus judicium, ſed oppugnandum putaverit, vetere jurgio exploſo, hujuſmodi pacto filium minime gravari, ſecundum [53] Papiniani reſponſum, in quo definivit,

agere poſſunt ad teſtamenti reſciſſionem: quo ſubſecuto ab inteſtato ſuccedunt. *Nov.* 115. *c.* 3. non pro modo legitimæ, ſed in univerſum. v. Wurmſ. 1. *pract.* 39. *obſ.* 14.

1 Filius in ſuam legitimam imputat quæcunque a patre occaſione militiæ (alterius quam ſilentiariorum. J. *h.t.* & *l.* 5. J. *qui militare*) accepit, id eſt, ſortem & ejus reditus. vid. Papon. 1. *Not.* 7. *c. de nullit.* 2 Legitimæ non aliæ imputantur, quam quæ fuerunt in bonis defuncti. 3 Militiarum aliæ vendi poterant, aliæ non poterant. 4 Id ſcholæ placitum vel militum caſus dicitur in *Nov.* 97. *c.* 6. 5 *l.* 7. *l.* 11. *infr. de prox. ſacr. ſcrin.* 6 Dixi *ſupr. h. t.* 7 *l. ult. infr. de ſilentiariis. l.* 12. *tit.* 16. 8 *l.* 30. *in pr. ſupr. h. t.* 9 *d. l.* 30. 10 Nota de quarta ab inteſtato ſucceſſionis *l.* 8. *ſupr. h. t.* Eſt ea legitimæ (omnibus liberis debitæ) pars. §. 3. *Inſt. h. t.* debitæ portionis quarta. *l.* 8. §. 8. *ff. h. t.* 11 *d. l.* 30. §. 1. 12 Quæ de inſtitutione & ſupplemento quartæ dicta ſunt, habent locum in quovis teſtamento, ſive ſcripto. *l.* 30. ſive non ſcripto. *ut hic.* 13 Actione ad ſupplementum legitimæ: & ita pater filium legitima privare non poteſt, *ut hic*, & *l.* 35. §. 1. *infr. h. t.* vide tamen Socinum *reg.* 28. 14 Legitima liberorum (dic idem in legitima patronis debita. *l.* 21. §. 1. 2. *ff. de jur. patron.*) gravari non poteſt conditione, dilatione moræ, modo aut alio quovis gravamine. vid. *authent. noviſſima. ſupr. h. t.* Poteſt tamen gravari quod eſt ſupra legitimam. vid. Papon. 20. *Arreſt.* 3. *n.* 3. Pura igitur eſſe debet legitima a die & conditione *ut hic* & *l.* 30. S. *h. t.* niſi peculiari quadam ratione teſtator alterutrum adjecerit. vid. *l.* 25. S. *h. t.* 15 Hoc breviter dicit, filium non poſſe gravari in ſua legitima. Socin. *conſ.* 97. *vol.* 3. Ripa *ad l. qui Romæ.* 122. §. *duo fratres.* 6. *n.* 42. *ff. de verb. oblig.* & *ad l. in quartam.* 91. *ad leg. Falcid.* Corn. *conſ.* 106. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 36. *num.* 38. *lib.* 2. Decium *conſ.* 456. *n.* 7. Dd. *ad l. ex trib.* 26. *ſupr. h. t.* Limitatur tamen hoc fere duobus modis: Quando onus legitimæ eſt adjectum in favorem filii. 2. quando eſt adjectum toti hereditati. Fernand. Vaſquius *in tract. de ſucceſſ. creat.* §. 10. *n.* 199. & 400. & §. 30. *n.* 246. *cum ſeq.* Benedict. Capra *in regul. concl.* 8. Zoannettus *rerum quotidianarum c.* 14. & qui hanc legem ſolenniter repetiit Rodericus Xuares. Mod. 16 Vide ad hunc locum jus novum apud Harm. 5. *tit.* 9. §. 8. ubi refert, extraneo quidem herede ſcripto, filium puram habere Falcidiam, id eſt, non diminutam: alio filio inſtituto, Falcidiam ſuam partiri cum fratre inſtituto. 17 Id eſt, filio. vid. quæ ſcripſi ad *l.* 34. *ff. de pactis.* Goth. Vid. F. Vaſq. *de ſucceſſion. reſolut. lib.* 3. Anſ. 18 Pœnam nota heredis nolentis legitimam filio relictam ſolvere. 19 Vid. quæ notavi ad *l.* 5. J. *de his, quib. ut indignis.* 20 Pœna avari. 21 Infans ingratus dici non poteſt, *ut hic.* ſic alibi, in parvulo nulla deprehenditur culpa. *l.* 55. *in fin. ff. de fideicommiſſ. libert.* Innocentia conſilii in eo eſt, *l.* 12. *ff. ad leg. Corn. de ſicariis.* 22 Merito hæc Pauli ſententia eſt exploſa. Eſt enim iniquum odio patris filium prægravari. *l.* 26. *ff. de pœn.* 23 *l.* 22. *infr. de pœn. l.* 74. *ff. de reg. jur. c.* 22. *de regulis in* 6. 24 Ingratus eſſe qui non poteſt, exheredari non poteſt: ideoque nec infans exheredari poteſt. Et hodie quoque legitimæ cauſæ eſſe debent ingratitudinis. *Novell.* 115. *c.* 3. §. 4. quæ nullæ ſunt in infante. 25 Mater ſub conditione emancipationis poteſt filium inſtituere. vid. *l.* 25. *ſupr. h. t.* 26 *Conſentire* ita non videtur, qui ne ſentire quidem poteſt. *l.* 8. §. 2. *ff. de option. legat.* nec injuriam feciſſe dici poteſt, quod ſenſu caret. *Inſt. ſi quadrup. pauperiem. in fin. pr.* Ingratitudo ſcientiam & ſenſum præſupponit atque exigit. 27 Quando transmiſſio querelæ, quæ competit beneficio hujus legis, locum habeat aut non habeat, vide apud Jaſon. *ad l. cum mota. n.* 15. & 19. S. *de transact.* Ant. Rub. *ad l. pater filium n.* 96. *ff. hoc. tit.* Diazium *in Regul.* 635. Gozad. *ad l. qui ſe patris. col.* 4. *infr. unde liberi. n.* 205. & *ſeq. uſque ad n.* 217. Vide etiam Socin. jun. *conſ.* 64. *n.* 12. *lib.* 2. Menoch. *in tract. de arbitr. jud. lib.* 2. *centur.* 2. *caſ.* 163. *n.* 4. Mod.

28 Ad intellectum hujus text. vid. Vaſq. *lib.* 3. *de ſucceſſ. reſolut.* Anſ. 29 *l.* 9. §. 2. *ff. de liberis & poſthum. l.* 6. *ff. de injuſto, rupto.* 30 Id eſt, ex cauſa de inofficioſo &c. 31 *l.* 6. §. 2. *l.* 7. *ff. h. t.* hoc infra emendatur. 32 Vid. *l. Gallus* 29. *ff. de lib. & poſthum.* 33 Ut Papinianus. *l.* 7. *ff. unde liberi.* 34 Patres non ſoli, ſed & avi ac omnes aſcendentes ex ſeipſis deſcendentes liberos diligere præſumuntur. 35 Utcunque pater meus ab avo meo exheredatus querelam inofficioſi adverſus ejus teſtamentum non præparaverit, & in ea negligentia deceſſerit, mihi tamen nepoti querela inofficioſi competit. *l. pen. in fin.* J. *h. t.* 36 Heredis ſcripti eſt probare liberos juſte exheredatos. 37 Vis eſt ea querelæ inofficioſi, ut qui ea vicerit, non ſuccedat ex teſtamento, ſed ab inteſtato. Multum autem intereſt, an hoc vel illo modo ſuccedatur. Nec enim ab inteſtato ulla debentur legata. 38 Nepoti non competit querela adverſus avi teſtamentum, ſi patri minus legitima ſit relictum: tunc enim agit ad ſupplementum legitimæ: proinde non tantum liberis prioris gradus, ſed & ulterioris actio ad ſupplementum legitimæ competit. 39 *l.* 30. S. *h. t.* 40 Id eſt, veteribus juriſconſultis. 41 Parente querelam inofficioſi repudiante, vel quinquennio tacente (adde de ea tranſigente, *l.* 6. S. *de transact.*) nullum jus querelæ nepoti competit. Hinc conſtat quinquennio jus querelæ inofficioſi teſtamenti, *ut hic*, & inofficioſæ donationis, *l. ult.* J. *tit. prox.* præſcribi. An & jus legitimæ vel ſupplementum quartæ? *Bart.* ait: *Bald.* negat: quem interpretes pene ſequuntur omnes, negantes hujuſmodi jura tolli minori quam triginta annorum ſpatio, cum ea petantur actione perſonali, cui triginta tantum annis præſcribitur: facit *l.* 8. J. *de jur. deliber.* Doctores Ang. *in l. Papinianus* 8. §. *ſi conditioni.* 10. *ff. de inofficioſ. teſtam.* Alex. 1. *conſ.* 18. & 3. *conſ.* 8. Aretin. *in princ. Inſt. de inoffic. teſtam.* ubi dicunt communem opinionem eſſe. Et ita Camera Spirenſis judicavit non tantum pro ſupplemento legitimæ, ſed etiam pro ipſa legitima jure naturæ debita. Mynſing. 2. *obſerv.* 72. vid. Graſſum *lib. ſent.* §. *leg. quæſt.* 47. vid. Balbum *tract. de præſcript.* 4. *parte* 4. *quæſt.* 23. 42 *l.* 8. §. 1. *l.* 15. §. 1. *ff. h. t.* 43 Vide quæ ſcripſi *ad l.* 9. J. *de teſt. ordin.* 44 Quomodo intelligatur iſta conceſſio imperialis condendi teſtamenta, declarat Bart. *ad l.* 1. S. *de ſacroſ. eccleſ.* quem refert & ſequitur Jaſon. *ibid. n.* 20. & *ad l. fin. n.* 35. *ff. de conſtit. pecun.* Felin. *ad c. cauſam, quæ n.* 10. *extr. de reſcript.* Menoch. *de arbitr. jud. l.* 1. *q.* 7. *n.* 40. Mod. 45 Puta libertino, ut is ſenſus ſit, Principe dante libertino liberam teſtamenti factionem, remittere ei tantum videri legem Papiam & edictum Prætoris de bonis libertorum. *l.* 3. §. 2. *ff. de bon. libert.* non autem immunitatem ſervandi juris communis. Non enim omnia uno verbo ſolennia juris remitti. vide Cujac. 8. *obſerv.* 32. 46 Princeps verbis generalibus non præſumitur id concedere, quod eſt iniquum. vide *l. pen.* S. *de mandat. princ.* adde *l.* 2. §. *ſi quis.* 16. *ff. ne quid in loco publico.* 47 Princeps jura tueri præſumitur. 48 Princeps juris cuſtos. 49 Quæ multis vigiliis excogitata ſunt, retinenda. 50 Falcidia vivis adhuc parentibus dari non poteſt, neque pactione aut ſtipulatione ulla tenetur filius ad hujuſmodi conventionem habitam ſervandam. vide 5. Harmenop. 9. §. 1. 51 Parens a filio efficaciter paciſci non poteſt, ne unquam de inofficioſo conqueratur. *l.* 8. S. *h. t.* Paul. 4. *ſent.* 5. §. 8. adde Cujac. *ad l.* 26. *ff. de verb. oblig.* Quid ſi filia renunciavit jurejurando interpoſito hereditati paternæ? Succedere eam non poſſe jure Canonico ſtatutum eſt. *c. quamvis de pactis in* 6. vid. tamen Socin. *reg.* 150. dixi *ad l.* 3. *infr. de collat.* 52 Renuncians bonis paternis tacite hoc promittere intelligitur, ſi ſe vivo ſucceſſio delata fuerit. *l.* 3. *infr. de collat.* 53 Nota rationem decidendi.

meritis

meritis [1] *magis filios ad paterna obſequia provocandos, quam pactionibus* [2] *adſtringendos.* Sed hoc ita admittimus, niſi transactiones [3] ad heredes paternos filius celebraverit, in quibus apertiſſime judicium patris agnoverit.

§. 2. Et generaliter definimus: quando pater minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dederit, vel mortis cauſa donatione, vel inter vivos, ſub [4] ea conditione, *ut hæc inter vivos donatio in quartam ei computetur* [5]: ſi filius poſt [7] obitum patris hoc, quod relictum vel donatum eſt, ſimpliciter [6] agnoverit, forte & ſecuritatem heredibus fecerit [8], *quod ei relictum vel datum eſt, accepiſſe,* non adjiciens, *nullam ſibi ſupereſſe de repletione quæſtionem:* nullum ſibi filium facere præjudicium, ſed legitimam partem repleri: niſi hoc ſpecialiter ſive in apocha, ſive in transactione ſcripſerit, vel pactus fuerit, *quod contentus relicta vel data parte, de eo quod* [9] *deeſt, nullam habeat quæſtionem*; tunc enim, omni excluſa querela, paternum amplecti compelletur judicium.

§. 3. Quæ omnis ſanctio ſuas radices extendat non ſolum ad filium vel filiam, ſed etiam ad omnes [10] perſonas, quæ de inofficioſo querelam contra mortuorum ultima elogia poſſunt movere. Dat. Kal. Septemb. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De legitima ab initio, vel ex poſt facto ſupplenda. 1. De fideicommiſſo conditionali vel in diem. 2. De tempore hujus actionis, & adeundæ vel repudiandæ hereditatis: an querela transmittatur ad heredes.

36. Idem A. Joanni P.P.

SCimus antea conſtitutionem [11] relatam fuiſſe, qua cautum eſt; *Si pater minorem debita portione filio ſuo reliquiſſet, omnimodo, etſi* [12] *non adjiciatur, viri boni arbitratu repleri filio, attamen ipſo* [13] *jure ineſſe eandem repletionem.* Quærebatur itaque, ſi quis rem donatam, vel inter vivos, vel mortis cauſa, [vel in legatis, [14]] vel in teſtamento relictam agnoverit, & pro parte ſua habuerit: deinde eadem res evicta, vel tota, vel pro parte fuerit; an debeat ex noſtra conſtitutione pars legitima poſt evictionem ſuppleri: vel ſi ex lege Falcidia minuantur legata, vel fideicommiſſa, vel mortis cauſa donationes, debeat tamen ex hoc caſu ſupplementum introduci: ne, dum totam Falcidiam accipere heres nititur, etiam totum commodum hereditatis amittat? Sancimus itaque in omnibus iſtis caſibus, ſive in totum evictio [15] ſubſequatur, ſive in partem, emendare vitium, [&] vel aliam rem, vel pecunias reſtitui, vel repletionem fieri, nulla Falcidia [16] interveniente: ut ſive ab initio minus fuerit derelictum, ſive extrinſecus qualiſcunque cauſa interveniens aliquod gravamen [17] imponat, vel in quantitate [18], vel in tempore: hoc modis omnibus repleri, & noſtrum juvamen purum filiis inferri. Repletionem autem fieri ex ipſa ſubſtantia [19] patris, non ſi quid ex aliis [20] cauſis filius lucratus eſt, vel ex ſubſtitutione, vel ex jure accreſcendi, [ut] puta uſusfructus: Humanitatis etenim gratia ſancimus, ea quidem omnia quaſi [21] jure adventitio [eum] lucrari: repletionem autem ex rebus ſubſtantiæ [patris] fieri. §. 1. Cum autem quis, extraneo herede inſtituto, *reſtituere eum filio ſuo hereditatem ſuam, cum moriatur,* diſpoſuerit, vel in tempus certum reſtitutionem diſtulerit: quia noſtra conſtitutio [22], quæ antea compoſita eſt, omnem dilationem, omnemque moram cenſuit eſſe ſubtrahendam, ut quarta pars pura [23] mox filio reſtituatur, in hujusmodi ſpecie, quid faciendum ſit [24], dubitatur. Sancimus itaque quartæ quidem partis reſtitutionem jam nunc celebrari, non expectata nec morte heredis, nec temporis intervallo: reliquum autem, quod poſt [25] legitimam portionem reſtat, tunc reſtitui, quando [26] teſtator diſpoſuit. Sic etenim filius ſuam habebit portionem integram, & qualem leges, & noſtra conſtitutio definivit: & ſcriptus heres commodum, quod ei teſtator dereliquit, cum legitimo moderamine ſentiet.

§. 2. Illud præterea ſancimus, ut tempora inofficioſi querelæ ab [27] adita hereditate ſecundum Ulpiani opinionem currant, Herennii Modeſtini ſententia recuſata, qui a morte teſtatoris illico curſum de inofficioſo querelæ temporibus dabat: ut non liceat heredi, quando voluerit adire: ne per hujusmodi tramitem interim filius defraudetur debito [28] naturali. Sancimus itaque, ubi teſtator deceſſerit alio ſcripto herede, & ſperatur de inofficioſo querela: neceſſitatem [29] habere ſcriptum heredem, ſi quidem præſto eſt in eadem commanens provincia intra ſex menſium ſpatium: ſin autem ſeorſum utraque pars in diverſis provinciis degit, tunc intra annale tantummodo ſpatium ſimili modo per continuum a morte teſtatoris numerandum, omnimodo adire hujusmodi hereditatem, vel manifeſtare ſuam ſententiam, *quod hereditatem minime admittat:* expeditus etenim ita tractatus inducitur filio memoratam movere querelam. Sin vero ſcriptus heres intra ſtatuta tempora minime adierit: per officium quidem judicis heredem ſcriptum compelli hoc facere: in medio tamen tempore, id eſt, a morte quidem teſtatoris, ſed ante aditam hereditatem, ſi deceſſerit filius, hujusmodi querelam (licet ſe non præparaverit [30]) ad ſuam poſteritatem transmittet: ad extraneos vero heredes tunc tantummodo, quando antiquis libris [31] inſertam faciet præparationem. Dat. Kal. Sept. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De quaſi caſtrenſi peculio.

37. Idem A. Joanni P.P.

CUm antiquis legibus declaratum eſt, *Ut militaria* [32] *teſtamenta de inofficioſo querelam evadant:* multi alii caſus emergunt, in quibus dubitationes exortas ſopiri neceſſe eſt. In caſtrenſibus etenim peculiis introducta eſt & alia ſubdiviſio, & peculii triplex [33] invenitur cauſa. Vel enim paganum eſt peculium, vel caſtrenſe, vel quod medietatem inter utrumque obtinet: quod quaſi caſtrenſe nuncupatur. † In tali igitur peculio, quod *quaſi caſtrenſe* appellatur, quibusdam [34] perſonis licentia conceditur condere quidem teſtamenta, ſed non quaſi militibus quo [35] voluerint modo, ſed communi & licito & conſueto ordine obſervando, quemadmodum conſtitutum fuerat in Proconſulibus, & [36] Præfectis legionum, & Præſidibus provinciarum, & omnibus [37] generaliter, qui in diverſis dignitatibus, vel adminiſtrationibus poſiti a noſtra conſequuntur manu, vel ex publicis ſalariis quaſdam largitates. † Sed hæ quidem perſonæ teſtamenti faciendi habent poteſtatem in [38] ipſis tantummodo peculiis, quæ jam enumerata ſunt, id eſt, quaſi caſtrenſibus. † Sed & Veterani, qui tempore quidem militiæ ſibi peculium acquiſierunt, militiam autem depoſuerunt; teſtari, licito tamen modo, non prohibentur. In his itaque omnibus quaſi caſtrenſibus peculiis dubitabatur, ſi [39] contra hujusmodi teſtamenta de inofficioſo querelam extendi oporteret: Sed prior quæſtio erat, ſi omnes, qui quaſi caſtrenſe peculium habeant, teſtari in hoc poſſint: quia non omnibus paſſim, ſed quibusdam perſonis hoc privilegii loco conceſſum eſt: quia militibus [40] quidem & veteranis teſtamenta facere in caſtrenſi peculio undique conceſſum fuerat: ſed militibus quidem in [41] expeditione conſtitutis jure ſuo, veteranis autem jure communi: de aliis autem perſonis omnibus, quæ non per ſpeciale privilegium hoc acceperunt, ſi poſſint teſtari, dubitatum fuerat: ut puta [42] viris diſertiſſimis patronis cauſarum [43], viriſque devotiſſimis Memorialibus, & Agentibus in rebus, necnon Magiſtris ſtudiorum liberalium, Archiatris [44] quoque & [aliis] omnibus omnino, qui ſalaria vel ſtipendia percipiunt publica. §. 1. In his itaque omnibus ſancimus, (quia ad imitationem peculii caſtrenſis quaſi caſtrenſe peculium ſupervenit) omnes, qui tale peculium poſſident, ſuper ipſis tantummodo rebus, quæ quaſi caſtrenſis peculii ſunt, ultima condere (ſecundum [45] leges tamen) poſſe elogia: hoc nihilominus eis addito privilegio, ut neque [46] eorum teſtamenta inofficioſi querela expugnentur. Si [47] enim patronus [48] adverſus res, quas libertus ejus ex caſtris acquiſivit, ſui juris indubitanter conſtitutus, etſi præteritus fuerit ab ingrato liberto, tamen contra hujusmodi peculium contra tabulas bonorum poſſeſſionem non habet ſecundum veterum legum ſanctionem: quemadmodum oportet præfata peculia, quæ ad inſtar caſtrenſis peculii introducta ſunt, de inofficioſo querelæ eſſe ſuppoſita. §. 2. Sed hoc obtinere oportet, donec in ſa-

1 Meritis & beneficiis filii, non pactionibus ad paterna obſequia adſtringendi. Eſt enim mereri, benefacere, ut in illo verſu Virgilii, *quique ſui memores alios fecere merendo.* 2 Facit *l.* 3. ℂ. *de collat. ibi. l. ult. D. de ſuis & legitim.* 3 Filius, patre mortuo, heredibus paternis jus quod per querelam inofficioſi conſequi potuiſſet, transactione poteſt remittere. ℂ. *h. t.* 4 Donare liberis pater eo nomine non præſumitur, ut res donatas in legitimam imputent. vid. tamen Socin. *reg.* 287. 5 Quænam in quartam imputentur, vid. Graſſum *lib. ſent.* §. *legitima. quæſt.* 19. 6 Quid ſi vivo patre id fiat, patre præſente? vid. *l. ult.* ℂ. *de pact.* 7 Qui ſimpliciter ſummam aliquam paternæ hereditatis agnoſcit, aliis ſibi debitis tacite non renunciat. Olim qualiſcunque agnitio nocebat. *l.* 8. *in fin.* ℂ. *l.* 12. §. 2. *D. h. t.* 8 In generali renunciatione, quam facit filius de bonis paternis, non cenſetur renunciare ſupplemento legitimæ, de quo tamen quatenus verum ſit, vide Rip. *ad l.* 1. *n.* 69. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* Socin. *Reg.* 286. Diaz. *Reg.* 212. Cagn. *ad l. jure ſanguinis. n.* 6. *D. de reg. jur.* Decium *conſ.* 300. *n.* 5. *& conſ.* 304. *n.* 9. *& conſ.* 505. *n.* 3. item *conſ.* 525. *n.* 4. Socin. jun. *conſ.* 122. *col. fin.* & latiſſime Pariſ. *conſ.* 9. *n.* 5. *l.* 3. *& conſ.* 43. *n.* 31. *h. t. l.* 3. Mod. 9 Quod legitimæ deeſt, pacto & transactione remittere poſſumus. 10 Deſcendentes, aſcendentes. *l.* 1. *D. h. t.* & collaterales certis gradibus. vid. Graſſum *lib. ſent.* §. *legit. quæſt.* 39. 11 *l.* 30. *in princ.* ℂ. *h. t.* 12 §. 3. *Inſt. h. t. C. Theod.* 19. *l.* 4. 13 Supplementum legitimæ fit ipſo jure, *ut hic.* Ejus tamen adquiſitio non fit niſi per agnitionem. *Bald.* i. e. dummodo filius ſupplementi beneficio velit uti. *Accurſ.* 14 *l.* 30. *in fin. pr.* ℂ. *h. t.* 15 Legitima ſi per evictionem deminuitur, ad ejus ſupplementum poteſt agi. 16 Falcidia non minuit legitimam, id eſt, Falcidia non poteſt detrahi ex eo quod eſt relictum pro legitima. Hæc illa potentior eſt. Hæc liberis magis debetur, quam illa heredi. Graſſ. *lib. ſent.* §. *legit. quæſt.* 6. 17 Legitima gravari nullo modo poteſt. *Auth. Noviſſima. & l.* 30. ℂ. *h. t.* vid. Graſſ. *lib. ſent.* §. *legit. q.* 18. pacto etiam tolli non poteſt, *l.* 35. §. 1. *ſupr. h. t.* At conſuetudine, vel ſtatuto forte poteſt minui vel tolli? Augeri poteſt. vid. Graſſ. 16. *quæſt.* 42. *num.* 5. non poteſt tolli. Minui poteſt, ſed tamen moderate. Eamque ſententiam velut communiorem admiſit Spirenſis ſenatus. Andr. Gail. 2. *obſ.* 122. *num.* 11. Quin, quamvis ſtatuto poſſit feudum ad agnatos deferri, licet tamen eo caſu filiabus agere ad alimenta & dotem, quæ liberis, jure naturæ incommutabili, debentur. vid. Wurmſer. 1. *pract.* 39. *c.* 10. & breviter, Statutum eſt iniquum, quod ita legitimam liberorum minuit, ut quod ejus ſit legitimæ vice non relinquat. Gail. *d. l. n.* 13. *& ſeq.* Quid ſi liberi aliunde quam ex bonis paternis habent, unde vivere & ſe alere poſſint? Joannes Cyrienſis, Covarruvias, Vaſquius, & Graſſus *lib. ſent.* §. *legit. q.* 42. *num.* 2. ajunt, eo caſu ſtatuto poſſe omnimodo legitimam tolli: quod tamen minus probandum videtur. Vix eſt enim ut ſtatutum, & ſic jus civile, dici mereatur, per quod jus naturæ impugnatur. Quid? poteſtne parens actu inter vivos legitima liberos defraudare? Donatione non poteſt. vid. ℂ. *de inoff. donation. l.* 8. ℂ. *de revocandis donationibus.* nec delicto *l.* 7. *in fin. princ. ff. de bonis damn.* niſi certis caſibus. vid. *l.* 5. ℂ. *ad l. Jul. majeſt.* Poteſtne luſu? ſic ſentio, & ludentis animum & ludi qualitatem & modum ſubſtantiæ deperditæ ſpectari oportere. Poteſt eſſe patri animus liberis nocendi: poteſt eſſe & alicubi ludus, non improbatus: poteſt una alea univerſa patris ſubſtantia diſperdi atque everti. Quid contractu? utique: niſi manifeſtam in liberorum fraudem, cum tertio colludente, initus a patre ſit contractus. Quid ſi cum legitimo emptore contractum eſt? venditio jure revocari non poterit, ne quidem ad legitimam usque: ſed tamen ex æquo & bono dicendum aliud videtur *in l. non usque.* 2. *ff. ſi a parente quis.* Claro 4. *ſent.* §. *donation. quæſt.* 24. *verſ. & hæc quidem:* & Graſſo *lib. ſent.* §. *legitima. quæſt.* 14 *num.* 4. ubi uterque refert, hunc caſum Cæſarea deciſione indigere. Æquo igitur jure conſuetudo Pariſienſis alienationem bonorum ab aſcendentibus acceptorum a parentibus factam liberorum cauſa reſcindit. 18 Quomodo aut quando id fiet? Gravamen quantitatis tollitur per ſuppletionem: temporis, per repræſentationem. 19 *l.* 8. §. 11. *D. h. t.* id eſt, patrimonio, rebus hereditariis. 20 Duobus modis hæc ſententia poteſt intelligi: Primo, Bona *patri relicta* ea lege ut ad ſubſtitutum filium deferrentur, non cogi filium imputare in ſuam legitimam. Idem dicendum, ſi *uſusfructus* patri legatus; proprietas enim filio accreſcens non imputatur in ejus legitimam. Altero. Bona, in quibus filius a patre ſubſtitutus eſt, aut quæ jure accreſcendi accepit a coheredibus ſuis paternis, ei non imputari in legitimam: ſed hujusmodi bona eum quaſi jure adventitio lucrari. Quæ adventitio jure filius adquirit, ea in ejus legitimam non imputantur. 21 Id eſt, aliunde quam ex paternis bonis. 22 Vid. *l.* 32. ℂ. *h. t.* 23 Legitima liberorum pura eſſe debet. Purum eſt, quod ſine die, ſine conditione debetur: qua de re vid. Graſſ. *lib. ſent.* §. *leg. quæſt.* 35. 24 Querelæ inofficioſi movendæ tempus quinquennio tollitur: idque non a morte teſtatoris currit, ſed ab adita hereditate per ſcriptum heredem. *Synopſ. Baſil.* 39. *tit.* 1. *cap.* 53. *&* 5. Harmen. 6. §. 5. 25 Non ultra: ut ſit ſenſus: Quantumvis conjunctum heredem, coheredi non præſtare legata ſupra portionem legitimam. 26 Senſus eſt: De fideicommiſſo univerſali relicto filio ſub conditione, vel in diem usque ad legitimam ſibi delatam detrahi conditionem vel tempus: ab inde conditionem & tempus expectari. 27 Non ante. *l.* 8. §. 10. *D. h. t.* & ita tempus querelæ incipit currere ab adita hereditate. 28 Obſerva diligentiſſime, legitimam eſſe aliquam, quæ jure naturæ debita ſit. Quidam enim negant in toto jure civili fieri mentionem legitimæ jure naturali debitæ. adde *Novell.* 1. *in princ.* §. 2. 29 Tempus ſcripto heredi ſtatutum ad adeundam hereditatem defuncti, hoc eſt, ut ſi in eadem ſit provincia, hereditatem adire debeat intra ſex menſes: ſi in alia, intra annum continuum a morte teſtatoris. Quod ſi intra id ſpatium non adeat, adire cogatur officio judicis. *Synopſ. Baſil. d. c.* 53. *in fin.* 30 Querela etiam non præparata transmittitur ad heredes ſuos. 31 Vid. *l.* 7. *D. h. t.* 32 *l.* 9. *l.* 24. ℂ. *h. t. l.* 50. ℂ. *de Epiſcop. & Clericis.* 33 Peculii triplex cauſa. Aliud paganum, aliud caſtrenſe, aliud quaſi caſtrenſe. 34 *l. ult.* ℂ. *qui teſtam.* §. *ult. Inſt. de milit. teſt.* 35 Milites poſſunt teſtari, quo voluerint modo. vid. *l.* 15. ℂ. *de teſt. milit. Inſt. de milit. teſtam.* 36 Et præſidum legatis. *Contius.* Proconſulum legatis. Cujac. *in Notis Inſt. de milit. teſtam.* Movetur non eſſe hic legendum, *præfectis legionum*, ex eo quod præfecti legionum militent. *l.* 2. *in pr. qui notant.* ac proinde nihil cauſæ ſit, ut eis jus quaſi caſtrenſe tribuatur. Placent, qui ita legunt, *Conſulibus, Proconſulibus, Legatis & Præſidibus &c.* 37 Quaſi caſtrenſis peculii jus quibus datum ſit obſerva. 38 De quaſi caſtrenſi peculio ſuo filiifamilias teſtari poſſunt, *l. ult. infr. qui teſtam.* 39 Id eſt, an. 40 Teſtari de caſtrenſi peculio militibus, & veteranis licet. 41 Militari privilegio teſtantur milites in expeditione. 42 Quaſi caſtrenſe peculium patronis, memorialibus agentibus in rebus, magiſtris ſtudiorum liberalium, archiatris & aliis qui ſalaria vel ſtipendia percipiun[t] p[u]blica, datum eſt. 43 Theoph. §. *ult. Inſt. de milit. teſt.* 44 De Archiatris dixi in *l.* 9. *&* [illegible] *de profeſſor. & medicis, lib.* 10. *tit.* 52. 45 Vid. *l.* 35. ℂ. *h. t.* 46 Adde *l.* 9. *l.* 24. ℂ. *h. t.* 47 Vide Everardum *in Topicis, in loco, a legitima patroni, ad legitimam filii* 72. 48 Vid. ad hunc locum Cujac. 8. *obſerv.* 32. adde *l.* 3. §. 6. *D. de bon. libert.*

cris parentum suorum constituti sunt hi, qui quasi castrense peculium possident: Si [1] enim sui juris efficiantur [2]: proculdubio est, eorum testamenta, & pro ipsis rebus, quas antea ex quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querelam sustinere: cum neque nomen [3] *peculii* permanet, sed aliis rebus confunditur, & similem fortunam recipit, quemadmodum & cæteræ res eorum, quæ in unum congregantur ex omnibus patrimonium. Dat. Kal. Sept. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. anno secundo 532.

TIT. XXIX.
DE INOFFICIOSIS [4] DONATIONIBUS.

Si mater filiis, vel extraneis donaverit.

1. Imp. PHILIPPUS A. Nicanori & Papianæ.

SI (ut allegatis) mater vestra ad eludendam [5] inofficiosi querelam, pene [6] universas facultates suas, dum [7] ageret in rebus humanis, factis donationibus [8], sive in quosdam liberos [9], sive in extraneos [10] exhausit: ac postea vos ex duabus unciis fecit heredes, easque legatis & fideicommissis exinanire [11] gestivit: non injuria juxta formam de inofficioso testamento constitutam subveniri vobis, utpote quartam partem non habentibus, desideratis. PP. 14. Kalend. Septembr. PHILIPP. A. & TITIANO CONSS. 246.

Si pater filio in potestate, vel emancipato donaverit.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Acriæ.

SI pater omne patrimonium suum impetu quodam immensæ liberalitatis in filium effudit, aut [12] in potestate [ejus] is permansit: & arbitri familiæ erciscundæ officio congruit, ut tibi quartam [13] [partem] debitæ ab intestato portionis præstet incolumem: aut si emancipatus [14] is fuit, [&] quia donatio non [15] indiget alieno adminiculo, sed suis viribus nititur juxta constitutiones, is, qui provinciam regit, ad similitudinem [16] inofficiosi testamenti querelæ, auxilium tibi æquitatis impertiet. PP. 6. Kal. Aug. MAXIMO II. & GLABRIONE CONSS. 257.

De testato, vel intestato.

3. Iidem AA. Æliano.

PRecibus quidem tuis proposita rescripta eos parentes denotant, qui [cum] testamento facto vivi patrimonium suum immensis donationibus exinanissent, inane [17] nomen heredum liberis reliquerunt: sed [18] ad intestatos [19] quoque eadem ratio æquitatis extenditur. PP. 10. Kal. Novembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 258.

Si sit locus restitutioni in integrum.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Aristinæ.

SI filius [20] tuus immoderatæ liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit: Præsidis [21] provinciæ auxilio uteris: qui discussa fide veri, si [22] in integrum restitutionem ex filii persona tibi competere ob improbabilem donationis enormitatem animadverterit; in removendis his, quæ perperam gesta sunt, tibi subveniet: ideoque non est tibi necessarium [23] adversus immodicas donationes auxilium ad [24] instar inofficiosi testamenti. Dat. 6. Id. Febr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De donatione in filios emancipatos collata, & de liberis supervenientibus.

5. Iidem AA. Cottabeo.

SI totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos [25] filios contulisti: id [26], quod ad submovendam inofficiosi testamenti querelam [27] non ingratis [28] liberis relinqui necesse est: ex factis donationibus detractum, ut filii, vel nepotes [29] postea ex quocunque [30] legitimo matrimonio nati, debitum [31] bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum revertetur. Dat. 2. Kal. Mart. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De eo, qui voluntatem agnovit. De restitutione in integrum. De legitima portione.

6. Iidem AA. Demetrianæ.

CUm donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhaustas esse, eundemque patrem vestrum ea, quæ superfuerant, codicillis inter vos divisisse proponas, si [32] voluntatem ejus non agnovisti, nec beneficio ætatis adversus hæc juvari poteris, nec tantum dos a patre data, & fideicommissum continent, quantum ad summovendam querelam sufficiat: de enormitate donationum ad [33] exemplum inofficiosi testamenti Præses provinciæ jurisdictionis suæ partes exhibebit. PP. Kal. Maji, CONSS. ut supra 286.

Quatenus donatio revocatur.

7. Iidem AA. Ammiano.

SI mater tua patrimonium suum ita profunda liberalitate in fratrem tuum evisceratis [34] opibus suis exhausit, ut quartæ partis dimidium [35], quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelam adversus te sufficeret, in his donationibus, quas tibi largita est, non habeas [36]: quod immoderate gestum est, revocabitur. PP. 5. Id. Maji, Conss. ut supra 286.

De eo, quod uxor a marito sibi donatum filio communi donavit.

8. Iidem AA. Auxanoni.

SI liqueat, matrem tuam intervertendæ quæstionis inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in unum filium collatis exhausisse, cum adversus eorum cogitationes, qui consiliis supremum judicium anticipare [37] contendunt, & actiones filiorum exhauriunt, aditum querelæ ratio deposcat: quod donatum est, pro [38] ratione quartæ ad instar inofficiosi testamenti convicti diminuetur. §. 1. Nam quod uxor a marito in se matrimonii [39] tempore donationis causa [40] collatum, emancipato filio communi, consentiente domino [41] donavit, velut [42] ex bonis patris (de cujus substantia prohibente matrimonio [43] non potuit exire) datum accipi, rationis est: in cujus bonis, si idem consilium & eventus comprehendatur, lex, quam de patrimonio matris ediximus, observabitur. PP. 3. Id. Sept. CC. CONSS. 294.

De tempore querelæ.

9. Impp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS Cæs. Olybrio.

NOn [44] convenit dubitari, quod immodicarum donationum omnibus querela ad [45] similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit introducta: ut sit in hoc actionis utriusque vel una [46] causa, vel similis existimanda, vel idem [&] temporibus [47] & moribus [48]. Dat. 14. Kalend. Jul. TAURO & FLORENTINO CONSS. 361.

TIT. XXX.
DE INOFFICIOSIS DOTIBUS [49].

1. Imp. CONSTANTIUS A. ad Maximum Præsidem Ciliciæ.

CUm [50] omnia [51] bona a matre tua in dotem dicantur exhausta, [leges] legibus concordare promptum est: ut ad [52] exemplum inofficiosi testa-

1 *Peculium* proprie dicitur is habere, qui sui juris non est: itaque sui juris factus quod antea peculium erat castrense, vel quasi, peculium esse desinit: adde quæ scripsi ad *l. 1. §. 22. D. de collat.* 2 Mutato statu personæ, rei statum mutari convenit. 3 Cessante nomine, cessat privilegium nominis.
4 *Novell.* 92. & 41. *Synops. Basil.* 5. & 2. *C. Th.* 20. vid. Cujac. 5. *observ.* 14. Ad hujus Tituli leges prope singulas vide Anton. Fab. 3. *Conjectur.* 17. 5 Qui universas pene facultates donat, inofficiose (respectu liberorum) donat. 6 Ad intervertendam inofficiosi querelam parens suum patrimonium exinanire cuivis donando non potest. *l. 87. §. 3. D. de leg.* 2. adde *l. 16. in fin. D. de jure patron.* 7 In eo differt hic titulus a superiore.
8 Quando detur querela inofficiosæ donationis vide per Jasonem *ad l. emancipata. in fin. ⁊. qui admitt. & ad l. cum mota. n.* 14. *ꝰ. de transact.* porro an possit pater pro libito disponere de bonis suis; & majorem dotem uni filiæ assignare quam alteri, quæque alia sunt his similia, de iis vide Dec. *cons.* 26. 89. 277. 279. 392. & 547. Alexand. *cons.* 33. *l.* 4. Baldum Novellum *in tract. de Dote in 6. part. vers. prædicta conferunt. in* 17. *privil.* Mod. 9 *l. 2. infr. h. t.* vid. Clar. 4. *sent. §. donatio. q.* 24. 10 Immensa donatio inter vivos, a quovis parente cuivis facta revocari potest a donatoris liberis. 11 *d. §.* 3. 12 Donatio facta a patre filio in potestate, non valet, vid. tamen Socin. *reg.* 103. Valebit igitur facto filio emancipato, vel a matre facta, vel filio naturali, vel filio conjugis, si loci consuetudine conjuges pro emancipatis habeantur: valet præterea donatio si confirmetur morte. vid. Covar. 2. *variar. resol.* 4. 13 Quartam portionis debitæ ab intestato observa, quæ est alia a portione debita omnibus liberis ab intestato. Hæc, ut ita dicam, stirpis & descendentium simul conjunctorum est: illa singulorum capitum sive singularum personarum vel singulorum liberorum est.
14 Nihil refert, donatio inofficiosa a parente facta fuerit extraneo, vel uni ex suis in potestate posito, vel emancipato. *l. 5. ⁊. h. t.* 15 Vid. Cujac. 13. *obs.* 33. 16 Donatio inter vivos immensa revocatur, ad similitudinem inofficiosi testamenti, *ut hic.* 17 Inane nomen heredis habetur, cum hereditas relinquitur immensis donationibus exhausta.
18 Testati causa ad intestati causam ex æquo & bono producitur. 19 Sive parens mortuus sit testatus sive intestatus, revocari potest ejus immensa donatio. 20 Parentibus licet revocare immensas donationes a liberis factas. 21 Adversus donationem immensam, Præsides solent restituere, non ipsi principes. 22 Querela inofficiosæ donationis non competit adversus inofficiosam donationem, si adversus eam donationem restitutio in integrum impetrari potest, atque ita restitutionis in integrum subsidiaria hæc erit actio. 23 Neque possibile. *Accurs. Bald.* 24 Sensus est; Ut ad revocandum inofficiosum testamentum, sic & ad donationes inofficiosas a Præside restitui sufficit. 25 *l. 2. ꝰ. h. t.* 26 Inofficiosa donatio propter liberos revocatur, non in universum, sed ad finem legitimæ liberis debitæ, *ut hic.* Cur non in solidum? Quod licet patri per testamentum, hoc eidem licet per contractum. Testamento autem plus legitima relinquere non cogitur. Quid? ipse pater poteritne a donatario eatenus donationem revocare? Quidam ita putant: Baldus negat: ne alioqui tempore plus petatur: proinde a donatoris liberis donationem eatenus revocari: ejusque partis dominium ad ipsius donatoris patrimonium reverti, *ut hic.* 27 Hinc in eo disputant interpretes, totane donatio supervenientibus liberis revocetur, an usque ad legitimam tantum? de quo vide late Bartol. *ad l. Titia. §. Imperator. num. 6. de legat.* 2. Jasonem *ad Auth. si qua mulier. num. 6. ꝰ. de sacros. eccles.* Decium *ad l. 3. n. 4. ꝰ. de pact.* Rip. *ad l. si unquam. quæst.* 49. *infr. de revocand. donat.* Ant. Rub. *ad d. l. Titia. §. Imperator. num.* 106. & 186. Didacum Covarruviam *lib. 1. variar. resol. c.* 19. Molinæum *in tract. de inoff.* & Rainaldum Corsum *lib. 2. indagat. c.* 26. Mod. 28 Parens immensam donationem a se factam propter liberos revocare potest. Liberi tamen non censentur, qui sunt ingrati. Possis etiam colligere, Ingratis liberis non permitti donationem a patre factam revocare. 29 *Subaudi*, patre eorum mortuo. propter natum nepotem, parens inofficiosam donationem revocare potest. Possis etiam colligere: Suis, etiam secundi gradus & ulterius jus revocandæ immensæ patrum donationis competere. 30 Propter illegitimos liberos parens donationem factam revocare non potest. Possis etiam colligere, Illegitimis liberis jus revocandæ donationis paternæ non competere.
31 Legitima portio debitum bonorum subsidium, *ut hic*: debitum *Novell.* 18. νόμιμον μέρος, λάχος ποσημόσιον. Subsidium dicitur, quia judicium patris lex supplet: Debitum vero subsidium, quia vel jure naturæ debetur. *l. 36. §. 2. supr. de inoffic. testam.* Hinc etiam colligunt, Donationes inofficiosas, non in solidum, sed ad finem tantum modumque legitimæ revocari: idque etiam innui *l. 2. l. 8. hoc titulo.* Imo totum, quidquid largitus est parens, id revocare potest, & ad ejus patrimonium revertitur. *l. 8. ⁊. de revocandis donation.* Solve, Multum interest pater extraneis donaverit, an filiis quibusdam. Multum etiam refert, donaverit ante liberos susceptos, vel post. Dicta lex octava locum habet in donatione ante liberos susceptos, & extraneis facta. Hæc lex & lex 8. *infr. h. t.* & lex 87. *§. 3. D. de legat.* 2. agunt de donatione propriis liberis facta, & fortassis in defecta seu decrepita prorsus ætate. Licet autem superiores leges ita possint conciliari; vide tamen Cujac. *Novell.* 92. Papon. 1. *Notar. 6. cap. des donations, fol.* 357. 358. Notabis interim, Inofficiosas donationes in eo differre ab inofficioso testamento: quod in hoc donata revocentur in solidum: In illis autem id tantum rescindatur & revocetur, quo portio debita liberis minuitur. 32 Qui judicium defuncti post mortem ejus comprobavit, qui divisioni bonorum a patre factæ minor consensit, qui tantum in dote aut fideicommisso habet, quantum valet legitima, donationes a patre cuivis factas non revocat. Hanc igitur querelam excludit agnitio seu comprobatio voluntatis defuncti, alia actio, legitimæ adeptio, *ut hic.* Quid si legatum agnovit? Non excluditur hac querela, nisi renunciandi vel compensandi animo agnoverit, vel si querela excludi dixeris, poteris addere, jure ad supplementum agendi non excludi. *Bald.* 33 *l. 2. in fin. supr. h. t.*
34 Ex hoc loco *legem* 87. *§. 3. in fin. D. de leg.* 2. expone. 35 Collatas donationes in liberos liberi postea suscepti non revocant in solidum: sed pro ratione Falcidiæ tantum. *d. §. 3. l. 5. l. 7. ꝰ. h. t.* 36 Donatio inofficiosa revocatur quatenus, aut ea tantum parte, qua inofficiosa est. 37 Donatio inofficiosa in fraudem ejus, quod in testamento liberis coguntur parentes relinquere, fieri non debet. 38 Vid. *l. 9. ⁊. h. t. l. un. ⁊. tit. prox.*
39 Constante matrimonio vir uxori donare non potest. 40 Dominium rei a marito uxori donatæ constante matrimonio ab ipso marito non discedit. *l. 6. ⁊. de don. int. vir.*
41 Uxores maritos solebant appellare *dominos.* Potest etiam dominus appellari, rei respectu, *ut infr. dicam.* 42 Si uxor rem acceptam a marito constante matrimonio alicui donaverit, non tam ipsa, quam ipse maritus donasse intelligitur. Atque ita, non donat is modo, qui verbis donat, sed qui consentit. Unde colligas, in hujus generis donationis insinuatione non loquentis, sed consentientis præsentiam & nomen requiri. 43 Male quidam legunt, *patrimonio.* 44 *d. l. un. C. Th. h. t. lib. 2. tit.* 20. 21. 45 Argumentum seu extensio inofficiosi testamenti ad inofficiosam donationem: inofficiosi testamenti, & inofficiosæ donationis similitudo hæc est, ut adversus ea competat querela. 46 *C. Theod. 2. tit.* 20. 21. 47 Querela inofficiosi quinquennio expirat. *l. 34. in fin. l. 36. §. 2. supr. de inoffic. testam.* ergo & inofficiosæ donationis, quæ ei exæquata, *ut hic.* 48 Id est, conditione. Quid? Inofficiosum testamentum revocari posse certum est a fratribus defuncti, certis casibus, *l. 21. ꝰ. tit. prox.* Poteritne ergo iisdem casibus revocari inofficiosa inter vivos donatio a fratre facta? Puto id esse æquius, qua de re *alibi* dicam plenius.
49 *L. 2. C. Theod.* 21. adde quæ not. ad *tit. Si adversus dotem ꝰ.* Dos inofficiosa quando dicatur, vid. apud Campegium *tract. de dote parte* 1. *quæst.* 55. 50 *l. 1. C. Theod. h. t.*
51 Dos omnium bonorum propter liberos postea natos aut legitimatos. adde *l. 29. §. 1. D. de inofficios. testam.* revocari potest: non in solidum, sed pro ratione legitimæ. *in fin. infr. h. t.* Nam quæ jam liberos habet, non potest, nisi certa quantitate, dotem secundo marito constituere. *l. 6. infr. de secund. nupt.* 52 Dotis inofficiosæ, & testamenti inofficiosi, *ut hic*:

menti

menti adversus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur, & filiis conquerentibus emolumenta debita [1] conferantur [2]. Dat. 4. Kal. Junii, TATIANO & CEREALE CONSS. 358.

TIT. XXXI.
DE PETITIONE HEREDITATIS [3].

De fisco & privatis. 1. *De usuris & fructibus.*

1. Imp. M. ÆLIUS ANT. A. Augurino Proconsuli Africæ.

SEnatusconsultum [4] auctore Divo Hadriano avo meo factum, quo cautum est, quid & ex quo tempore evicta [5] hereditate restitui debeat, non solum ad fisci causas [6], sed etiam ad privatos hereditatis petitores pertinet. §. 1. Usuras [7] vero pecuniarum ante litis contestationem ex die venditionis [8] hereditariarum rerum ab eo factæ, qui antea possidebat, collectas, nec non etiam fructus bonæ fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores [9] extiterint. Post [10] litem autem contestatam, tam fructus [non] venditarum rerum, non solum quos perceperunt, sed [11] etiam quos percipere poterant, quam usuras pretii rerum ante litis contestationem venditarum, ex die contestationis [12] computandas, omnimodo reddere compellantur. PP. 6. Kal. Febr. CLARO & CETHEGO CONSS. 171.

De emptore hereditatis & fructibus.

2. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Marcello militi.

SI post motam controversiam Menecratis bonorum partem dimidiam Musæus ab herede scripto quæstionis illatæ [13] non ignarus comparavit: tam ipse quasi malæ fidei possessor, quam heredes [14] ejus fructus restituere coguntur. Si vero venditionem lite [15] antiquiorem [16] esse, liquido probetur, ex eo die fructus [17] restituantur, ex quo [18] lis in judicium deducta est. Fructibus [19] enim augetur hereditas, cum ab eo possidetur, a [20] quo peti potest. Emptorautem, qui proprio [21] titulo possessionis munitus est, etiam [22] singularum rerum jure convenitur. Dat. Kalend. Jul. SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

De exceptione rei judicatæ.

3. Iidem AA. Epictesidi [P.]

HEreditas materteræ petita non [23] infringit alterius hereditatis petitionem, quæ venit ex [24] alia successione. Sed & si quæstionis titulus prior inofficiosi [25] testamenti causam habuisset: judicatæ rei præscriptio non obstaret eandem hereditatem ex alia causa vindicanti. PP. 5. Id. Aug. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De compensatione.

4. Imp. ANTON. A. Vitaliano.

IN restituenda hereditate compensatio ejus habebitur, quod te in mortui infirmitatem [26], inque sumptum funeris [27] bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaveris. PP. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

5. Idem A. Posthumianæ.

DE [28] hereditate quam bona fide possidebas, si contra te pronunciatum est: in restitutione ejus detrahetur, quod creditoribus ejusdem hereditatis exolvisse [29] te bona fide probaveris: nam repeti a creditoribus, qui suum [30] receperunt, non potest. PP. 6. Kal. Junii, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De avo nomine nepotis hereditatem petente a tutoribus, quos non jure datos esse contendit.

6. Imp. ALEX. A. Firmino.

SI putas [31] non jure tutores datos nepotibus tuis, eo quod eos dicas in tua esse potestate: petere ab his hereditatem filii tui emancipati [32] non moreris, cujus commodum ad te pertinere dicis, judice statuturo, an a Præsidalibus actis discedendum sit, qui eis tutores dedit, cum in tua potestate negarentur esse. PP. 10. Kal. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De usucapione, & longi temporis præscriptione.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Restitutæ.

HEreditatis petitionem, quæ [33] adversus [34] pro herede, vel [pro] possessore possidentes exerceri potest, præscriptione [35] longi temporis non summoveri, nemini incognitum est: cum mixtæ personalis actionis ratio [36] hoc respondere compellat. A cæteris autem tantum specialibus in rem actionibus, vindicare posse manifestum est, si non agentis intentio per usucapionem, vel longum tempus explosa sit. PP. 11. Kalend. August. CC. CONSS. 294.

De statu testatoris inquirendo.

8. Iidem AA. & CC. Hasterio.

LIber necne fuerit testator [37], ante [38] omnia disquiri debet cum [39] hereditas petitur. Dat. 4. Kalend. April. CC. CONSS. 300.

Si scripti heredes repudiaverint.

9. Iidem AA. & CC. Demophiliæ.

SI scripti heredes delatam sibi successionem cognati [tui] repudiaverunt [40], & hanc honorario, vel civili jure quæsisti: res hereditarias, quæ in eadem causa durant, hereditatis petitione vindicare potes. Dat. 3. Kal. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

Si filiusfam. hereditatem per longum tempus detinuit.

10. Iidem AA. & CC. Theodosiano.

SI filiusfamilias delatam sibi hereditatem per longum [41] tempus detinuit: eo ipso (utpote [42] agnita hereditate) patri suo ejus commodum acquisisse videtur [43]. Dat. 13. Kal. Jan. CC. CONSS. 300.

An possessor cogatur titulum suæ possessionis dicere.

11. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Æternali proconsuli Asiæ.

COgi [44] possessorem ab eo, qui expetit, titulum suæ possessionis dicere, incivile est, præter [45] eum [scilicet,] qui dicere cogitur, *utrum pro possessore, an pro herede possideat.* Dat. 12. Kal. April. ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De præjudicio. 3. *De bona fide.*

12. Imp. JUSTINIAN. A. Juliano P.P.

CUm hereditatis petitioni locus fuerat, exceptio adsumebatur, quæ tuebatur hereditatis petitionem, ne fieret ei præjudicium. Magnitudo [46] etenim & auctoritas centumviralis [47] judicii non patiebatur, per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi. Cumque multæ varietates & controversiæ veterum exortæ sint, eas certo fine concludentes, sancimus [48]: Si quis hereditatis petitionem [vel susceperit [49]] vel suscipere speret, vel movere: alius autem superveniens, vel ex deposito, vel ex commodato, vel ex legato, vel ex fideicommisso, vel ex aliis causis inquietare, vel reum, vel agentem ex persona defuncti crediderit sibi esse necessarium: si quidem pro legato, vel fideicommisso hoc faciat, rem expeditæ quæstionis esse, cum possit scriptus heres cautione [50] interposita non differre hanc repetitionem, sed recte exigi, vel legatum, vel fideicommissum sub ea cautela, vel satisdatione pro qualitate personarum. Quod si [51] non obtinuerit ejus jura, restituit legatarius, vel fideicommissarius ei datam pecuniam cum usuris ex quarta [52] centesimæ parte currentibus, vel agrum cum fructibus quos percepit [53], vel domum cum pensionibus: scilicet in utroque eorum expensis antea necessariis [54] & utilibus deductis: vel, si ipse [55] maluerit litem quidem contestari, expectare autem hereditatis petitionis eventum, hoc ei liceat facere, ut restitutio, si competeret, cum legitimis augmentis [56] legatario, vel fideicommissario accedat.

& inofficiosæ donationis similitudo. *ut l. ult. supr. tit. prox.* 1 Id est, Falcidia, quarta, legitima. *ut l. 5. supr. tit. prox. ibi. debitum bonorum subsidium.* 2 An filius gravatus in legitima possit agere querela inofficiosæ dotis constante matrimonio. vide Afflictum *decis.* 86. Socin. *cons.* 16. Anton. Rub. *ad l. Titia. §. Imperator. num.* 22. *D. de leg.* 2. Mod. 3 *L. 5. D. 3. 2. C. Theod.* 22. vid. Oldendorp. *class. 5. act. 5.* Ea est generalis patrimonii vindicatio, quæ datur heredi scripto, & ab intestato, adversus eum, qui pro herede vel possessore possidet. 4 Nota de SC. Hadriani. *l. 17. l. 20. §. 6. l. 25. §. 19. D. h. t.* 5 *d. l. 17.* 6 *d. l. 20. §. 9.* Fiscus & privatus interdum eodem jure utuntur. *l. 1. §. 1. D. quod cujuscunque universit.* In dubio, utitur jure communi fiscus. Martinus Laudensis *tract. de fisc. num.* 14. interdum minus quam communi, ut cedat privato. *l. 10. D. de jure fisci.* 7 Hereditariarum rerum usuras possessor bonæ fidei non præstat ante litis contestationem: sed nec fructus, nisi locupletior factus sit. Post litem vero contestatam fructus rerum hereditariarum non venditarum præstat, non modo eos quos percepit, sed & quos percipere potuit: usuras vero rerum venditarum ex die contestationis litis. *Synops. Basil. 35. tit. 20. ex lib. 42. tit. 1. cap. 51.* 8 Sensus est, eum qui hereditatem bona fide vendidit, non teneri ad fructus & usuras perceptas ex pretio venditionis earundem rerum hereditariarum a se factas ante litem contestatam, nisi quatenus est locupletior. Post litem vero contestatam teneri fructus restituere, quos percepit, quosque potuit percipere, sed & usuras proferre rerum hereditariarum a se venditarum, computandas tamen, non a die venditæ ei hereditatis, sed ejus ei evictæ. 9 Quomodo id dijudicabitur? puto computandos fructus ab eo perceptos cum usuris pecuniæ emptionis causa numeratæ. Quando id spectandum? tempore rei judicandæ. *l. 36. §. 4. D. h. t.* 10 *l. 22. J. de rei vindic.* 11 *l. 25. §. 4. D. h. t. l. 78. D. de reg. jur.* 12 Nota effectum contestationis emptoribus factæ. *l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. D. h. t.* 13 Qui hereditatem litigiosam sciens comparat, cum ipse, tum ejus heres fructus ex ea perceptos restituit. *l. 13. §. 2. D. h. t. l. 2. §. 17. D. pro empt. l. 38. §. 7. in fin. D. de usur. l. 8. D. de re judic.* 14 *l. 13. §. 3. D. h. t.* vid. Cuj. 9. *obs.* 25. 15 Hereditatem nondum litigiosam ignari possumus emere. 16 Quod petitio hereditatis non intentatur contra titulo possidentem tradunt Dd. *hic*, & imprimis Castrensis *in l. pro herede. & in l. nec ullam. D. h. t.* contra quod axioma vide exceptiones aliquot apud Socin. *Regul.* 364. Mod. 17 An usuræ? Cujac. negat 14. *obs.* 22. 18 Bonæ fidei possessor fructus a lite contestata restituere tenetur. 19 Fructibus augetur hereditas respectu malæ fidei possessoris. *l. 20. §. 3. in fin. D. h. t.* 20 Id est, a malæ fidei possessore. 21 Id est, singulari. 22 An is sensus est, emptorem singularum rerum hereditatis hac actione & rei vindicatione teneri? An, eum ad instar emptoris universitatis fructuum teneri? An, emptorem hereditatis vel universitatis, rerum singularum nomine etiam conveniri? An Petitionem hereditatis non dari adversus titulo possidentem? Postremum verum putant interpretes. De qua sententia vid. Socin. *reg.* 296. 23 Adde *l. 8. D. h. t.* 24 Una & eadem hereditas nobis deferri potest, diversis successionibus. 25 Exclusus ab hereditate vindicanda per querelam inofficiosi, non prohibetur eandem alia ex causa vindicare. *l. 15. §. 2. D. de inoff.* 26 Nota de expensis circa infirmum factis. *Goth.* Confer *l. pen. D. de religios. & sumpt. fun.* Ans. 27 Adde *l. 50. §. 1. D. h. t.* adde *l. 27. D. de religios. & sumpt. fun.* 28 Vid. Cujac. 8. *obs.* 9. 29 *l. 31. in pr. D. h. t.*

30 Qui suum recepit, id alteri non restituit. 31 Ratione dubitationis agere possumus cum legitimo tutore. 32 Vid. Cujac. 9. *obs.* 13. 33 Κίνηται κατὰ τῶν ὡς κληρονόμων ἢ ὡς μὴ ἀγαθὴν διακατοχὴν νεμομένων &c. id est, adversus eos, qui quasi heredes, vel eos qui quasi non bona fide possident, rerum hereditariarum petitio exerceatur: nec ei præscriptio 10. vel 20. annorum obstat. Personales actiones decennio, aut vicennio non tolluntur. Qui vere nec quasi heredes, nec ut prædones possident, rerum hereditariarum petitionem non habent, sed tantum in rem actionem specialem, si nec usu ceperunt, nec longi temporis exceptionem adquisiverunt. *Synops. d. l. c.* 57. 5. Harm. 8. §. 44. 45. 34 *l. 9. 10. 11. D. h. t.* 35 Petitio hereditatis præscribitur triginta annis. 36 Adi Bellonum *l. 2. supputat. c. 3.* Vitalem *l. 1. variar. lect. c.* 18. Parladorium *rerum quotidian. c. 1. §. 11.* Mod. 37 *l. 4. J. comm. de successionibus. l. 16. l. 19. D. qui testament.* 38 Nota de exceptione nullitatis testamenti. 39 Id est, antequam hereditas ejus petatur. 40 Scripto herede repudiante, succeditur ab intestato. *l. 1. §. 1. D. quis ordo in bonor. possess.* 41 Quod filiusfamilias longo tempore possedit, præsumitur id sciente & jubente patre possedisse: & ideo ei adquisivisse: adde *l. 6. §. 3. D. de adquir. vel omittend. hered.* 42 Hereditatem agnovisse intelligitur, qui eam per longum tempus detinuit. 43 Ex diutina enim possessione solennitas extrinseca præsumitur. Jason. *ad l. sciendum. n. 16. de verb. oblig.* & ibid. Alexand. *col. 5. & cons. 12. col. pen. & cons. 17. n. 8. lib. 4.* Diazium *Regul.* 310. iterum Jason. *ad l. 1. col. 4. & 5. inf. qui admitt.* Hippol. *singul.* 323. Decius *consil.* 341. *col. 6. & cons. 558. col. 2. n. 5.* Cravett. *in tract. de antiq. temp. 2. part. num. 11. & 3. part. n. 13.* Felin. *ad c. sicut. n. 26. cum seq. extr. de re judic.* Guid. Papæ *decis.* 13. Socin. jun. *cons. 56. n. 6. lib. 1.* Joan. Cephal. *cons. 148. n. 18. l. 1.* Crot. *cons. 5. ad fin.* Gozad. *cons.* 73. Mod. 44 Eadem lex exstat in *l. 12. C. Theod. de fide testium. l. 11. tit.* 39. & apud autorem *Synops. d. l. c.* 41. Interim serva hanc sententiam, ut & ejus exceptionem. *J. h. t. l. 2. l. 23. J. de probat.* adde alias exceptiones ex Socin. *reg.* 430. 45 Conventus petitione hereditatis, cogitur titulum suæ possessionis dicere. *l. 12. D. h. t. l. 36. D. de rei vindic. l. 4. l. 20. D. de interrog. in jur. faciend.* vid. Cujac. 10. *observ.* 1. ubi tractat de differentiis petitionis hereditatis, & rei vindicationis. vid. Wurmser. 1. *pract. 26. c. 1.* 46 Centumviralis judicii forma magnifica fuit, ut quæ magis ad publicorum quam privatorum formam accederet. vid. Plin. 6. *epist.* 5. Quintil. 10. dixi ad *l. 17. D. de inoffic. testam.* vid. Rævardum *lib. Protribunalium.* 47 De centumviralibus judiciis vid. Cujac. 10. *observ.* 20. adde *l. 17. in fin. pr. D. de inoffic. testam. l. 30. D. de liberat. leg.* ubi dixi. 48 Hæc tertia est decisio ex 50. decisionibus Imperatoris Justiniani: vid. Inglois *tract. ad has decision.* Ans. 49 Male Haloander hæc verba sustulit. Nam Græci legunt, ἢ ὑπεδέξατο. Et alioqui, sive susceperit, sive suscipere sperat, utroque casu differre cætera judicia solebat. *l. 7. D. h. t.* vid. Cujac. *d. loco. & lib. 9. obs. 27. in princ.* 50 Hereditate controversa, legatarii possunt agere contra heredem scriptum, & consequi legata, præstita cautione. *l. 1. §. 10. D. si quis omissa.* vid. quæ scripsi ad *l. 9. J. de leg.* 51 Cautionis & satisdationis latior hæc explicatio est. 52 Ea est quadrans usuræ. 53 Non quos percipere potuit: quia bona fide accepit. 54 Possessor hereditatis necessarias & utiles expensas deducit. *l. 4. S. h. t.* 55 Hac via & præstandæ satisdationis onere legatarius levabitur, & ei a tempore litis contestatæ secundum testamentum dicta sententia, usuræ & fructus legatorum debebuntur. Cujac. *d. loco.* 56 Id est, omni accessione.

§. 1. Sin

§. 1. Sin autem ex contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis, vel ejus rei de qua agitur: si quidem, res sint, vel depositæ, vel commodatæ, vel pignori datæ, vel aliæ, quæ extant: non [1] differri sub prætextu hereditatis petitionis memoratum judicium: quemadmodum si pro fœnerata pecunia, vel alia personali actione agatur contra possessorem, vel petitorem, non debet judicium differri, sed exitum suum accipere. Postquam enim hereditatis petitionis judicium finem accipiat: tunc inter petitorem hereditatis, & possessorem rationibus contractis, non aliter possessor, si victus fuerit, hereditatem restituere compellitur, nisi pro omnibus, quæ rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciat [2]. Quod si petitor victus fuerit, simili modo a possessore [3] judicis officio ei satisfiat, vel, si hoc fuerit prætermissum, negotiorum [4] gestorum, vel ex lege condictione [5]. §. 2. Sin autem libertates, vel a possessore, vel a petitore fideicommissariæ petantur, vel directæ ipso jure dicantur competere: annale [6] tantummodo spatium exspectetur a morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis judicium intra id spatium terminum accipiat, secundum eventum judicii & libertates, vel effectum habeant, vel evanescant. Sin autem tempus annale emanaverit, tunc libertatis favore & humanitatis intuitu competant [7] quidem directæ libertates: ex fideicommissariis autem in libertatem servi eripiantur [8]: ita tamen, si non [9] falsum [10] testamentum approbetur; sub [11] ea scilicet conditione, ut, si actores sint, vel alias ratiociniis suppositi, etiam postquam perveniant in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias & rationes reddere: jure patronatus videlicet competente ei [12] qui ex legibus ad id possit vocari.

§. 3. Illo (ne in posterum dubitetur) observando, ut [&] ipsa hereditatis petitio omnimodo bonæ [13] fidei judiciis connumeretur. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XXXII.
DE REI [14] VINDICATIONE.

De mancipiis bona, 1. vel mala fide possessis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Cæciliæ.

ETiam per alienum servum bona [15] fide possessum, ex re ejus qui eum possidet, vel ex operis servi acquiri dominium, vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide possedisti eundem servum, & ex nummis tuis mancipia eo tempore comparavit, potes secundum juris formam uti defensionibus tuis. §. 1. Mancipium autem alienum mala [16] fide possidenti nihil potest acquirere: sed qui tenet, non tantum ipsum, sed etiam operas ejus, necnon ancillarum partus [17], & animalium fœtus reddere cogitur. PP. 3. Non. Maji, *Eboraci* [18], FAUSTINO & RUFO CONSS. 211.

De ædificio.

2. Imp. ANTONINUS A. Aristæneto.

SI [19] inferiorem [20] partem ædificii, quæ solum contingit, ad te pertinere probare potes, eam quam vicinus [tuus] imposuit, accessisse dominio tuo non ambigitur. Sed & id [21], quod in solo [22] tuo ædificatum est, quoad in eadem causa manet, jure ad te pertinet [23]. Si vero fuerit dissolutum [24], ejus materia ad pristinum dominum redit: sive bona fide, sive mala [25] ædificium extructum sit: si [26] non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint. PP. 12. Kal. Nov. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De venditione rei alienæ.

3. Imp. ALEXANDER A. Dominiæ.

MAter tua, vel maritus fundum tuum [27] invita, vel ignorante te vendere jure non [28] potuit: sed rem tuam a possessore vindicare etiam [29] non oblato pretio poteris. Sin autem postea [30] de [31] ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem ejus amisisti: adversus emptorem quidem nullam habes actionem: adversus [32] venditorem vero de pretio negotiorum gestorum actionem exercere non prohiberis. PP. 3. Kal. Nov. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

4. Imp. GORDIANUS A. Muniano militi Africæ.

ADversus eos, qui a malæ fidei possessoribus fundum bona fide comparaverunt, ita tibi actio competit, si prius [33] quam usucapionem [34] implerent, vel longæ possessionis præscriptionem adipiscerentur, dominium ad [35] te pervenerit. PP. 12. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De malæ fidei possessore.

5. Idem A. Herasiano.

DOmum [36] quam ex matris successione ad te pertinere, & ab adversa parte injuria occupatam esse ostendis; Præses provinciæ cum [37] pensionibus, quas percepit, aut percipere [38] poterat, & omni causa damni dati restitui jubebit. Ejus [39] autem, quod impendit, rationem haberi non [40] posse merito rescriptum est, cum malæ fidei possessores, ejus, quod in rem alienam impendunt, non eorum negotium gerentes quorum res est, nullam habeant repetitionem, nisi [41] necessarios sumptus fecerint. Sin autem utiles: licentia eis permittitur sine [42] læsione prioris status rei eos auferre. PP. 2. Id. Feb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De rebus emptis ex pecunia deposita.

6. Idem A. Ustronio.

SI [ex] ea [43] pecunia, quam deposueras, is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsique traditæ sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam ex his compensationis causa ab invito eo in te transferri, injuriosum est. PP. 5. Id. Julii, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De partu ancillæ.

7. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS N. Cæs. Antonio.

PArtum [44] ancillæ matris sequi conditionem, nec statum patris in hac specie considerari, explorati juris est. PP. 13. Kal. Nov. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De re empta ex pecunia militis.

8. Idem A. & C. Philippo militi.

SI (ut proponis) pars adversa pecunia tua quædam nomine suo comparavit, Præses provinciæ utilem vindicationem obtentu militiæ [45] tibi eo nomine impertiri desideranti, partes æquitatis non negabit. Idem mandati quoque, seu negotiorum gestorum actionem inferenti tibi jurisdictionem præbebit. PP. 2. Non. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De re dotali.

9. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Antonio.

DOce ancillam, de qua supplicas, dotalem [46] fuisse [47], in notione Præsidis [48]: Quo patefacto, dubium non erit vindicari ab uxore tua nequivisse. PP. 3. Kal. Mart. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De servis, & de probationibus.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Januario.

CUm super vernis mancipiis nulla instrumenta te habere adseveres, in judicio, in quo negotium cœptum esse proponitur, id, quod in precem contulisti, postulare debuisti. Judex enim non ignorat servorum dominia [49] etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis probationibus, vel ipsorum interrogatione posse ostendi. PP. G. 2. Id. Februar. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De satis, de plantis.

11. Iidem AA. & CC. Gallano.

SI quis sciens alienum agrum sevit [50], vel plantas [51] imposuit: postquam [hæ] radicibus terram fuerint amplexæ, solo cedere rationis est. Domini enim magis segetem, vel plantas, quam per hujusmodi factum, solum suum facit. Sane eum, qui bona fide possidens, hoc fecerit, per doli [52] mali exce-

1 De exceptione, *ne fiat hereditati præjudicium*, vid. Rebuff. *tract. de except. n.* 585.
2 *l.* 4. *supr. h. t. l.* 39. §. 1. *ff. de damn. infect.* 3 Si de eo petitor possessorve judicem admonuerit. 4 Si judicem non admonuerit, & hereditario nomine solverit de suo: quia verum heredem liberavit. 5 Si suo nomine solverit, quia etsi verum heredem ipso jure non liberavit, exceptione tamen is potest se tueri adversus creditores. *l. si quid* 31. *ff. h. t.* 6 Cur etiam legata non differuntur in annum? legatorum, quam libertatum facilior est repetitio. Tarde concedenda, quæ data non adimuntur. *Tacit.* 13.
7 Libertates directæ competunt: fideicommissariæ, debentur & præstantur. *l.* 36. *in fin. ff. ad leg. Falcid.* legata etsi directa plerumque præstantur, non competunt. *l. qui fundum* 87. §. *si tu* 3. *ff. ad l. Falcid.* 8 Eripi dicuntur in libertatem, quibus lex libertatem, quæ præstari debuit, repræsentat. 9 Quæ ex falso testamento repræsentata vel præstita est libertas, non revocatur. *l.* 47. *ff. de manumiss. testam.* sed non videtur legere præsentata ex testamento falso, quod nunquam fuit. 10 Cur non excipit etiam inofficiosum? secundum *l. Papinian. in fin. ff. de inoffic. testam.* petitio hereditatis de inofficioso hoc titulo non continetur, quæ proprium jus habet, quia rescissoria. 11 Lex in repræsentanda libertate hanc injicit conditionem. 12 Id est, ei qui ex testamento, vel ab intestato præstare libertatem debuit, si secundum eum pronunciatum sit. Cujac. *d. loco.* 13 Petitio hereditatis a Justiniano fit bonæ fidei. §. 28. *Inst. de act.* vid. Cujac. 3. *obs.* 17. id proprium est constitutionum. Idem 17. *obs.* 4.

14 *L.* 6. *D.* 12. *C. Theod.* 23. Papon. 8. *Arrest.* 13. Oldendorp. *class.* 3. *act.* 2. Datur autem rei vindicatio domino directo, vel utili adversus possessorem. 15 *l.* 10. *l.* 23. *ff. de adquir. rer. dom. l.* 1. §. 6. *ff. de adquir. vel amitt. poss. Instit. per quas personas cuique, in princ.* §. 1. *Inst. per quas person. nob.* 16 *l.* 22. *ff. de adquir. rer. dom. l.* 1. §. 6. *ff. de adquir. vel amitt. poss. l.* 14. *l.* 34. *in fin. D. de stip. serv.* 17 *l.* 20. §. 3. *D. h. t.*
18 Hoc anno Severus, autor hujus legis, vallum crebris turribus munitum in Britannia per centum triginta duo millia passuum de mari ad mare perduxit, ut partem provinciæ gravissimis præliis receptam securiorem faceret. Et hinc primum leguntur inscriptiones, quibus Severus appellatur *Britannicus* Max. Trib. Pontif. 18. & Antoninus Britannicus & P. Sept. Geta Pius Augustus Britannicus, ex uno latere, & altera parte victoriæ Britanniæ. Cassiodor. *in Chronico.* Beda *Hist. Ecclesiast.* 1. *c.* 5. Paulus Diaconus 8. *c.* 1. Spart. Herodian. Dion. *in Severo.*
19 *Syn. Basil.* 15. *tit.* 1. *c.* 84. 2. Harm. 1. §. 54. & 55. 20 Pars superior ædificii cedit inferiori. vid. *l.* 28. *D. de adquir. rer. dom.* 21 Ædificium solo cedit. vid. tamen exceptiones apud Socin. *reg.* 111. 22 Et re immobili. *l.* 2. *in fin.* J. *de servitutib.* Ædificium cedit solo. §. 29. *Instit. de rer. divis.* 23 An expensas deducit qui ædificavit? ita judicatum a senatu Parisiensi refert Lucius 11. *Placit.* 16. *Arrest.* 2. & Bugnon. *in legib. abrogatis.*
24 Soluto ædificio, materia redit ad priorem dominum. *d.* §. 29. 25 Imo diruto ædificio non fit ejus materia. *l.* 7. §. 12. *D. de adq. rer. dom.* vid. quæ not. *ad l.* 38. *D. de her. pet.* adde Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. *gl.* 5. *n.* 101. *ad* 110. Cujac. 10. *obs.* 1. 13. *obs.* 6.
26 Id non præsumitur, nisi probetur. adde *l.* 14. *ff. de donat.* 27 Vid. *tit.* J. *de reb. alien. non alien.* 28 *l.* 11. *ff. de reg. jur. l.* 4. J. *de reb. alien. non alien.*

29 *l.* 23. J. *h. t.* 30 Venditio nulla ratihabitione fit utilis. adde *l.* 7. *in fin. ff. quod cum eo.*
31 Id est, in eam venditionem consensisti. 32 *l.* 1. J. *de reb. alien. non alien.*
33 Res aliena a bonæ fidei emptore potest usucapi, vid. *l.* 2. J. *de præscript. longi temp.*
34 Usucapere potest, qui a malæ fidei possessore bona fide rem comparavit, *ut hic:* & *Inst. de usucap. in princ.* & *ibi:* & §. 7. *quod autem ad eas res. Synops. Basilic.* 15. *tit.* 1. *cap.* 84. 3. Harm. 3. §. 45. 35 Id est, a te omissum non fuerit. 36 Malæ fidei possessor domus, eam cum pensionibus & omni causa restituere debet. *Synops. Basilic.* 15. *tit.* 1. *c.* 85. Goth. De interpret. hujus legis vid. Sarmient. *l.* 1. *c.* 10. Wamez. *centur.* 2. *cons.* 28. *n.* 32. Ans. Adde Ludovicum Roman. *consil.* 454. & Copum, *de fructib. lib.* 7. *tit.* 3. *cap.* 9. S. L.
37 *l.* 12. J. *l.* 17. §. 1. *vers. Quod si. ff. h. t. l.* 19. *in fin. princ. ff. de usuris.*
38 *l.* 78. *ff. de reg. jur. l.* 1. *in fin.* 8. *de petit. hered.* 39 Impensas in alieno factas malæ fidei possessor non recipit, nisi necessarias: utiles tamen recipit, si sine læsione pristini status auferre potest. *Synops. Basilic.* 15. *tit.* 1. *cap.* 85. 2. Harmen. 18. 45. & 12.
40 Imo potest, *l.* 38. *ff. de hered. petit. d. l. ult.* J. *h. t.* 41 Malæ fidei possessores necessariarum impensarum rationem habent. vid. Cujac. 10. *obs.* 1. 42 *l.* 38. *in fin. ff. h. t. l.* 32. §. 5. *ff. de admin.* & *peric. tut.* 43 Res empta ex pecunia deposita non est deponentis: nisi de deposito apud argentarium agatur, & ita res non succedit loco pecuniæ. vid. *l.* 8. J. *si quis alteri vel sibi. l.* 8. *in fin. ff. de impens. in rem dot. l.* 8. J. *h. t.* Itaque prædia ipsa ex pecunia nummisque depositis comparata actori restituere non cogitur, sed nummos ipsos. *Synops. Basilic.* 15. *tit.* 1. *cap.* 86. hoc est tantundem. 44 Partus ventris conditionem sequitur, quod ad ingenuitatem attinet. *l. ult.* J. *de liberali caus.* vel servitutem, *ut hic: Synops. h. t. cap.* 87. *C. Gregoriano l.* 3. *tit. de rei vindic.* quod ad honores, & alia quædam onera, patris. *l. ult.* J. *de fugitivis. l.* 22. 36. 44. J. *de decurion.* vid. *l. ult.* J. *de murileg.* & *Gynæciar.* Huc refer *l.* 19. *ff. de statu hom.* adde *casum l.* 5. §. 2. *ff. de rei vindic. l.* 52. §. 20. *ff. de furtis. l.* 19. §. 7. *ff. locati.* vid. *l. ult. ff. de adquir. rer. dom.* 45 Emptum pecunia militis (idem est in minore. *l.* 52. *vers. Plane. ff. de peculio.* adde quæ notavi ad *l.* 5. §. 17. *ff. de trib. act. l.* 3. *infr. arbitrium tutelæ.*) ejus est, speciali favore, *ut hic:* regulariter secus. *l.* 6. *supr. h. t.* An idem in re empta pecunia dotali? vid. *l.* 12. J. *de jure dot. l.* 55. *in fin. ff. de donat. inter vir.* Porro de privilegiis militum vid. Oldendorp. *cap.* 12. *de jure singulari.*
46 Res dotales constante matrimonio, in dominio sunt mariti. vid. *l.* 7. §. 3. *ff. de jure dot.* adde *l.* 13. §. 10. *ff. de hered. petit.* sed vid. *l. in rebus* 30. J. *de jure dot.* ideoque constante matrimonio, rem dotalem uxor vindicare non potest. Quid? num idem in rebus paraphernalibus? vid. *l. ult.* J. *de pact. conventis.* vid. Wurmser. 1. *pract.* 37. *c.* 7. 47 Forte ita legendum, *fuisse: in notione præsidis, quo patefacto.* Verum nil opus, si, ut jam fecimus, sic interpungatur: *Doce in Notione Præsidis.* 48 Adi Corasium *lib.* 5. *miscellan. cap.* 14. Guibertum *de dote pag.* 44. Quæsadam *l.* 1. *quæst. jur. c.* 14. Vandum *l.* 2. *quæst. variarum c.* 4. Mod.
49 Dominium potest probari per testes, vel per instrumenta, interdum per tormenta. *l.* 4. J. *de probat.* & interrogationes. *Synops. Basil.* 15. *tit.* 1. *cap.* 90. 50 Sata & plantata solo cedunt. *l.* 53. *ff. h. t. l.* 9. *ff. de adquir. rer. dom.* §. 31. 32. *Inst. de rer. divis.* Amittuntur autem ab eo, qui mala fide sevit vel plantavit: ab eo vero qui bona fide, servantur exceptione doli mali. *Synops. Basil. d. loc. c.* 9. 51 *d.* §. 31. *d. l.* 9. *l.* 5. §. 3. *ff. h. t.* 52 *l.* 27. §. 5.

ptionem

ptionem contra vindicantem dominium servare sumptus, juris auctoritate significatum est. Dat. Kal. Mart. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De ancilla vendita, & partu ejus.

12. Iidem AA. & CC. Alexandro.

INcivile [1] atque inusitatum est, quod postulas, ut mancipium, quod tradidisti, & eo [2] modo dominium ejus transtulisti, invito eo, ex nostro rescripto [3] tibi assignetur [4]: Unde intelligis, ancillæ semel emptoris factæ filios etiam postea natos, ejus [5] dominium sequi, cujus mater eorum eo tempore fuerit. Sane de pretio [6], si non hoc ante probatum fuerit te recepisse, conveni adversarium tuum. G. Id. April. AA. CONSS. 293.

De judicio possessorio & petitorio.

13. Iidem AA. & CC. Cytichio.

ORdinarii juris est, ut mancipiorum orta quæstione, prius exhibitis mancipiis [7] de [8] possessione judicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem judice decidatur. Dat. Id. April. AA. CONSS. 293.

De domo filii empta a matre.

14. Iidem AA. & CC. Septianæ.

CUm [9] a matre domum filii, te sciente, comparasse proponas, adversus eum dominium vindicantem, si matri non [10] successit [11], nulla te exceptione tueri potes. Quod si venditricis obtinet hereditatem, doli mali exceptione, pro [12] qua portione ad eum hereditas pertinet, uti non prohiberis. Dat. 3. Kal. Jul. AA. CONSS. 293.

De duobus emptoribus in solidum.

15. Iidem AA. & CC. Aureliæ Philoxenæ.

QUotiens [13] duobus in solidum prædium jure distrahitur: manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem [14]. Si igitur antecedente [15] tempore te possessionem emisse, ac pretium exolvisse apud Præsidem provinciæ probaveris: obtentu [16] non datorum instrumentorum expelli te [a] possessione non patietur. Erit sane in arbitrio [17] tuo, pretium, quod dedisti, cum usuris recipere: ita tamen, ut perceptorum fructuum ac sumptuum ratio habeatur: cum, & si ex causa donationis [18] utrique dominium rei vindicetis; eum cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conveniat. Dat. 2. Kal. Octob. AA. CONSS. 293.

De ædificato in area communi.

16. Iidem AA. & CC. Januario.

SI in area communi [19] domum aliquis extruxit, hanc vobis communem juris fecit ratio: cujus portionem ab eo, qui bona fide possidens ædificavit, si velis vindicare, sumptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoveri. Dat. Id. Novemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De eo, cui a domino denunciatum est, ne emeret.

17. Iidem AA. & CC. Sabino, & aliis.

SI [20] fundum vestrum, vobis per denunciationem [21] admonentibus volentem ad emptionem accedere, quod distrahentis non fuerit, non recte is, contra quem preces funditis, comparavit, vel alio modo mala fide contraxit, tam fundum vestrum constitutum probantibus, quam fructus [22], quos eum mala fide percepisse [23] fuerit probatum, aditus Præses provinciæ restitui jubebit. Dat. 12. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De errore.

18. Iidem AA. & CC. Claro.

RE [24] tua apud alium manente, proprietatis error [25] nihil tibi nocere potuit: nisi alia contra te causa intervenerit. G. 3. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

De probationibus.

19. Iidem AA. & CC. Callistrato.

INdicia [26] certa [27], quæ jure non respuuntur, non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem [28]: Quo jure, si de proprietate domus ambigis, negotiumque integrum est, uti non prohiberis. G. 2. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Si servus detineat.

20. Iidem AA. & CC. Quartillæ.

NOn servum [29], quem res tuas detinere adseveras, sed ejus dominum [30] de rebus repetendis conveniendum esse perspicis. G. Kal. Mart. CC. CONSS. 293.

De in litem jurando.

21. Iidem AA. & CC. Hierocli.

APossidentibus vindicata mancipia, quorum dominium ad vos pertinere intenditis, si [31], posteaquam impleveritis intentionem, hæc non restituantur, jurisjurandi [32] solennitate secuta, condemnatio procedere debet. Petita, 6. Id. Octob. CC. CONSS. 294.

De fructibus.

22. Iidem AA. & CC. Diodotæ.

CErtum est, malæ fidei possessores omnes [33] fructus solere cum ipsa re præstare: bonæ fidei vero, extantes [34]: post autem litis contestationem, universos. Dat. 3. Kal. Novemb. CC. CONSS. 294.

l. 48. *ff. h. t.* 1 *Syn. Basil.* 15. *tit.* 1. *c.* 92. 2 Traditione dominium transfertur. *l.* 20. s̃. *de pactis.* vid. *l.* 9. §. 3. *ff. de adquir. rer. dom.* 3 Vid. *l.* 35. C. *de donat.* Alienatio seu res vendita non revocatur ex rescripto, licet agi possit ad pretium solutum. *Syn. Basil. ibid.* 4 Molinæus *ad rubr. de verb. oblig. cap.* 58. Mod. 5 Vid. *lib.* 7. s̃. *h. t. l. ult. ff. de adquir. rer. dom.* 6 Nondum tibi numerato, ut quia emptori fidem habuisti de pretio. vid. *l.* 19. *ff. de contrahend. empt.* §. 41. *Inst. de rer. divis.* vid. Wurmser. 1. *pract.* 31. *c.* 3. 7 De quo Vaconius *l.* 2. *declarat.* 44. Menochius *de arbitr. jud. cas.* 371. Berojus *quæst.* 23. Mod. 8 Possessorium præfertur petitorio. vid. *l.* 3. C. *de interdict.* 9 Rem alienam comparans rei vindicatione tenetur. Quod si rei dominus venditori successit? pro qua parte heres est, ratam venditionem habere cogitur. *Synops. h. t. c.* 94. Harm. 3. *tit.* 3. §. 99. 10 Fundi dominus, ejusdem venditori succedens, facto ejus obligatur: aliud si non succedit. *l.* 3. C. *de reb. alien. non alienand. l.* 14. C. *de evictionib. l.* 15. *l.* 24. C. *de donat. l.* 73. *ff. de evictionib. l.* 1. §. 1. *ff. de except. rei vend. l.* 149. *ff. de reg. jur.* & ita heres factum defuncti improbare non potest. 2. *Feud.* 58. §. 2. 11 Filius non potest venire contra factum defuncti. Craverta *consil.* 200. Jason. *ad l. fin. §. in computatione n.* 9. *cum sequent.* C. *de jure deliberandi.* Curtius Senens. *consil.* 1. *col. fin. in fin.* Grammaticus *decis.* 93. *num.* 8. Bartolus *ad l.* 2. C. *si in fraud. patr.* Parisiensis *cons.* 33. *n.* 95. *cum seq. l.* 3. Dec. *ad l. si debitori.* 1. *limit.* s̃. *de pactis.* Ari. Pinell. *in repetit. ad l.* 1. C. *de bon. matern. in* 3. *part. n.* 81. *& seq.* Socinus junior *consil.* 112. *n.* 11. *l.* 2. Tiraquellus *de utroque retractu tit.* 1. §. 1. *gloss.* 9. *n.* 47. *& seq. & n.* 57. Mod. 12 Vide quæ not. ad *l.* 56. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 13 *l.* 4. *C. Gregor. h. t.* Prior in traditione emptor vel donatarius, potior est in dominio rei: etsi neque pretium solvit, neque instrumenta rei consecutus est. *Synops. Basil.* 15. *tit.* 1. περὶ πραθέντος ὡς δύο προσώποις ἀγροῦ, id est, de prædio duobus vendito, *c.* 95. 3. Harm. 3. §. 93. Paul. 5. *sentent.* 11. §. 4. Goth. Idem in Emphyteusi & feudo. Valasc. *de jure Emphyteut. quæst.* 14. *n.* 7. Exceptio est in iis casibus, ubi dominium sine ulla traditione acquiritur. Ut si quid prius Ecclesiæ vendatur, & postea alteri idem simul vendatur & tradatur, præfertur Ecclesia. Idem in civitate. *l. ult.* s̃. *de Sacrosanct. Eccles.* Covarruv. 2. *resolut.* 19. *n.* 1. *cum seqq.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 55. Idem jure Canonico in beneficiis constitutum. *cap. Tibi. de rescript. in* 6. *cap. Si tibi absenti. de præbend. & dign. in* 6. Et Principis concessio prima præfertur posteriori. *l. prædia.* C. *de locat. præd. civil. l.* 11. *t.* 70. Ans. 14 Ad confirmationem & extensionem eorum, quæ ad hanc legem adnotavit Gothofredus, vide Gomesium *variar. resolut. cap.* 20. *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. Guterium 1. *part. resolution. cap.* 20. Joan. Aurpachum *lib.* 2. *epist. Jurid. cap.* 8. Pileum *quæst.* 22. Socin. *reg.* 118. Guidon. Pap. *decis.* 22. *& decis.* 509. Decium *ad Reg. Contractus. n.* 18. *de reg. jur. & consil.* 247. Aretin. *ad §. actionum. coll.* 11. *Instit. de action.* Paris. *consil.* 1. *num.* 106. *lib.* 1. Jasonem *ad l. fin. num.* 29. *& seqq.* s̃. *de sacros. eccles.* Hippolytum *singul.* 82. Alexandrum *consil.* 122. *num.* 3. *lib.* 5. Baldum *consil.* 39. Socin. jun. *consil.* 93. *& seq. lib.* 2. Antonium Negusantium *in tract. de pignor. & hypothec.* 1. *membr.* 5. *part. num.* 46. *in* 9. *vol.* Covarruviam *in tract. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. *cum seqq. & ad cap. quamvis. de pact. lib.* 6. *part.* 1. §. 4. *n.* 2. Cephal. *consil.* 97. *num.* 2. 1. *part. & cons.* 147. *num.* 11. *&* 18. Emanuel. Soaren. *in thesauro recept. sentent. sub lit.* L. *n.* 154. *cum seqq.* Mod. 15 Aurelia Philoxena prior rem emerat, pretium solverat, traditione fundum acceperat, nondum tamen instrumentum fundi receperat. Quid juris in re sibi vendita habeat quæri potest? Erit in ejus arbitrio fundum retinere: vel pretium quod dedit cum usuris recipere, & fructus cum sumptibus compensare. Recte dixi, retinere. Nam is, cui prior tradita est possessio, potior est. 16 Duobus si res simul vendita est, vel ab uno, duobusve non dominis (*l.* 9. §. 4. *ff. de Public. in rem.* cui tamen opponitur lex 14. *ff. qui potiores. l.* 31. *in fin. ff. de act. empt.*) vel a vero rei domino, in ejus rei dominio præferendus is erit, cui res prius erit tradita, s̃. *h. t.* adde *l.* 98. *ff. de reg. jur.* Sin diversis temporibus, qui prior traditione fuerit, licet emptione posterior, is erit jure potior. *l.* 6. C. *de hered. vel action. vendit.* Nec interest eo casu, verus dominus rei distrahat, an non dominus. *l.* 9. §. 4. *ff. de Public. in rem.* Quid si duobus simul vendita est, sed tamen res uni tradita, alteri vero ejus instrumentum, quis potior? An is, qui rem accepit, an qui instrumentum? Utique is qui rem accepit: & hic sensus genuinus videtur hujus legis, quem & Græci confirmant. *Synops.* & Harm. *d. loco.* Quod etiam ostensum legis hujusce principio: nisi & speciem ponas, ut paulo ante subjeci. Alium tamen vid. apud Cujac. 18. *obs.* 31. Causa dubitandi nascitur ex *l.* 1. C. *de donat.* in qua tradito instrumento, res ipsa censetur tradita. Quid si Titius nondum rei dominus rem tibi tradidit: Factus postea dominus, eandem alteri vendidit? Tune illo potior, ut in transferendo dominio magis traditio tibi facta a venditore, quam dominium rei venditæ competens ei spectetur? Utique tu potior es. *l.* 72. *ff. h. t.* Quid si mihi a non domino res sit vendita & tradita: tibi a domino eadem vendita sit nec tradita? tu potior. *l.* 31. *in ff. de act. empt.* Quid si duobus donata? *ut* s̃. *h. t.* Quid si duobus locata? vid. quæ scripsi ad *l.* 9. C. *de locato.* Quid si duobus pignorata? Contrarium jus est: semper enim potior est is in pignore, cum quo primum de pignore convenit. Nec habetur ratio traditionis prioris factæ vel creditori vel emptori. *l.* 12. *in fin. l.* 14. *ff. qui potiores.* Cur tam varie? Pignus solo consensu contrahitur. *l.* 4. *ff. de pignoribus & hypoth.* dominia vero non consensu, sed traditionibus transferuntur. *l.* 20. s̃. *de pactis.* Ideoque in pignoribus consensus, non traditionis: in dominiis vero, traditionis, non conventionis tempus spectatur. *l.* 3. C. *qui potiores.* Estne perpetuo verum in dominii causa, eum cui res prius tradita est, potiorem esse? non est verum. Quid enim si scivit rem esse jam venditam? Roland. a Valle 1. *cons.* 9. *num.* 27. Quid si res primo emptori vendita fuerit cum hypotheca sine traditione? Tiraquellus *de retractu conventional.* §. 3. *num.* 5. Quid si priori jus quæsitum est a Notario? hoc enim casu volunt interpretes adquiri priori actionem ipso jure, sine cessione. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 19. *num.* 16. *& seq.* Idem dicendum, si res vendita sit Ecclesiæ. *l. ult.* s̃. *de sacros. Eccles.* Alias exceptiones adde ex Socino *reg.* 118. Limita quoque hanc regulam in feudis, in persona Ecclesiastica vendente: Item, quoties venditor prioris emptoris nomine constituit se precario possidere, vel si res vendita sit personæ privilegiatæ: quales Ecclesiam esse, & ecclesiasticam personam, & Christi pauperes, notat Marsilius *singulari* 82. 17 Re duobus vendita, in ejus cui ea tradita est, arbitrio positum est, eam vel retinere vel restituere. Postremo casu: ut pretium, ejusque usuras, & sumptus potest petere: ita fructus ex re perceptos venditori restituit. 18 Vid. Paul. 5. *sentent.* 11. §. 4. *l. penult. Cod. Gregorian. de donationib.* Cujac. *ibi: & ad l.* 6. *ff. de divers. tempor. præscript.* 9. *ad Afr. in fin.* 19 Quod in communi fundo socius ædificat, commune facit: sumptus tamen partem a socio potest repetere. vid. *l.* 4. C. *de ædific. privat.* 20 Emens fundum a non domino, ipso domino denunciante ne emeret, fundum una cum fructibus restituere cogitur. *Synops. h. t. cap.* 97. 21 Vid. *l.* 10. §. 3. *ff. quæ in fraud. cred.* 22 *l.* 5. s̃. *h. t.* 23 Et de his etiam tenetur, quos percipere potuit. *l.* 1. *in fin.* C. *de fide & jure hastæ.* 24 Dominium rei cum apud aliquem manet, error nihil obest. *Synops. Basil.* 15. *tit.* 1. περὶ πλάνης. *cap.* 64. 25 Qui rem suam ignorans conducit, vel pignori accipit, ejus dominium non abjurat. *l.* 29. *in fin.* s̃. *de transact. l.* 2. C. *comm. divid. l.* 20. *l.* 23. *in fin.* C. *de locato. l.* 7. *in fin. ff. de rescindend. vendit. l.* 35. *ff. de adquir. rer. dom.* 26 Indicium, (probationis est species a judice admittenda) dominium probat. An qualecunque? Minime, sed si certum indicium fuerit, *ut hic:* ad probationem indubitatum. *l. ult.* C. *de probat.* argumentum liquidum. *l.* 2. *in fin.* C. *de in litem jurando.* 27 Cæteraque quæ jure &c. *Hal.* Potest etiam tolerari hæc lectio. *l.* 1. C. *de fide instrum.* 28 In hac materia vide diligenter Parisiens. *consil.* 104. *num.* 102. *lib.* 1. & prius etiam *consil.* 17. Bald. *ad l. sive possidetis. de probat.* Salycet. plenissime *ad l. fin. num.* 6. *cum seqq. de quæstionib.* Innocent. *ad c. sicut. extr. de simonia.* Bald. & Imol. *ad l. fin. ff. de heredib. instituend. & ad l. fin. de probat.* Rom. *cons.* 451. Castrens. 97. Cæpoll. *cons.* 27. *&* 38. Alexand. *cons.* 40. Mod. 29 Servus detinens res alienas, non ipse convenitur: sed ejus dominus, *Synops. h. t. cap.* 100. 30 Servus rem meam detinens non convenitur: sed ejus dominus. 31 *l.* 2. C. *de probat.* 32 Adversus eum, qui rem vindicatam non restituit, jurat dominus in litem. *l.* 1. 2. *ff. &* C. *de in litem jurando.* 33 Puta naturales, industriales. *l.* 48. *ff. de adquir. rer.* pendentes. *l.* 44. *ff. de rei vind.* extantes. *l.* 22. §. 2. *ff. de pignorat. action.* perceptos, sive sint, sive non sint consumpti. §. 35. *Inst. de rer. divis.* quos percipere potuit. *l.* 1. *in fin.* C. *de fide & jure hastæ.* §. 2. *Inst. de off. jud.* ante & post litem contestatam. *l.* 1. *in fin.* s̃. *de petit. hered.* omnes denique. *l.* 25. *ff. de usuris.* Sed tamen expensæ in colligendis fructibus factæ ei restituuntur, ut & omnes sumptus, quibus res ipsa facta est melior, vid. quæ scripsi ad *l.* 38. *ff. de petit. hered.* 34 Lex est difficilis, si quæ hoc titulo alia. Contrarias sententias ita conciliabo paucis. Bonæ fidei possessor fructus extantes, *ut hic:* stantes, *l.* 27. *in princ. ff. de usufruct. & quemadmod.* pendentes, *l.* 44. *ff. de rei vindic.* restituit. vid. quæ notavi ad *l.* 8. *in fin. ff. de annuis & menstr.* at non eos quos percipere potuit. §. 2. *Instit. de offic. jud.* hoc sit dictum generaliter. Si magis specialia quærimus: Naturales jam consumptos suos facit, & ita *l.* 48. *ff. de adquir. rer. dom.* accipe, quæ ait bonæ fidei possessorem suos facere, non modo artificiales, sed omnes (eam tamen vocem nota a quibusdam referri ad fructus ab alio latos alterius opera provenientes) sed cum Jurisconsultus particulam *omnes* opponat industrialibus, necesse est ea intelligi naturales: Naturales enim artificialibus opponuntur non sati, nisi locupletior factus sit: & huc etiam refer *legem* 1. §. 1. s̃. *de petit. hered.* Naturales vero perceptos tantum, nondum tamen consumptos, suos non facit: ad hunc casum refer *legem* 45. *in fin. ff. de usur.* Quid artificiales quos cultura & cura, §. 35. *Inst. de rer. divis.* diligentia & opera, *l.* 48. *ff. de acquir. rer. dom.* factoque suo percepit, *l.* 45. *in fin. ff. de usur.* eos lucratur: etiam simul atque a solo separati sunt. *l.* 78. *ff. h. t. l.* 48. *ff. de adquir. rer. dom.* neque refert, a quo separati sint. Satis est enim, ut quoquo modo fuerint a solo separati. *l.* 25. §. 1. *in fin. ff. de usur.* Quid si a solo separavit fructus ab aliquo tertio satos? idem dicendum fuerit. *l.* 25. §. 1. *ff. de usuris.* Et hæc quidem de fructibus perceptis ante litis contestationem. Post litis vero contestationem perceptos universos restituit, *ut hic, l.* 1. *in fin.* s̃. *de petit. hered.* Quid? superiori sententia num intelligimus fructus dotis mariti fieri, simul atque percepti sunt? Minime. Dividuntur enim soluto matrimonio inter maritum & uxorem, ejusve heredes pro rata temporis, quo matrimonium constitit. *l.* 7. §. 1. *ff.*

Si emptor conveniatur.

23. Iidem AA. & CC. Magnifero.

SI [1] mancipium tuum per vim, vel furtum ablatum, alii ex nulla justa causa distraxerunt, vindicanti tibi dominium, solvendi [2] pretii nulla necessitas irrogetur. 10. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De possessione sine justo titulo.

24. Iidem AA. & CC. Juliano.

NUllo [3] justo titulo præcedente possidentes, ratio juris quærere dominium prohibet. Idcirco cum etiam usucapio [4] cesset, intentio dominii nunquam absumitur: Unde hoc casu postliminio [5] reverso citra beneficium actionis [6] rescissoriæ directa permanet integra vindicatio. D. 10. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De pensionibus rei pro alio solutis.

25. Iidem AA. & CC. Eugnomio.

SOlennibus [7] pensionibus rei pro alio satisfacientem, non interveniente venditione, solutionis [8] causa minime dominum facit. Dat. 16. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De litis contestatione.

26. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

MOræ litis causam possessoris non instruunt ad inducendam longæ possessionis præscriptionem [9], quæ [10] post litem contestatam in [11] præteritum æstimatur. Dat. Idib. Decemb. CC. CONSS. 294.

De emptore.

27. Iidem AA. & CC. Philadelpho.

SErvum emptor non traditum sibi præsentem [12] vindicare non potest [13]. G. 12. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De probatione.

28. Iidem AA. & CC. Sopatro.

RES alienas possidens, licet justam tenendi causam nullam habeat, non [14] nisi suam intentionem implenti restituere cogitur [15]. Dat. 8. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

TIT. XXXIII.

DE USUFRUCTU [16] ET HABITATIONE [17], ET MINISTERIO SERVORUM [18].

De usufructu. De cautione ab usufructuario præstanda.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Posidonio.

SI usufructus omnium bonorum testamento uxoris marito relictus est: quamvis cautionem [19] a te prohibuerit [20] exigi, [tamen] non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quam oblata secundum formam Senatusconsulti cautione. PP. G. Kal. Octob. ANULINO & FRONTONE CONSS. 200.

De obligatione proprietatis.

2. Iidem AA. Felici.

VErbis testamenti, quæ precibus inseruisti, usumfructum legatum tibi animadvertimus. Quæ res non impedit proprietatis [21] dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro usufructu tui juris. PP. 6. Id. Maji, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De morte usufructuarii, 1. vel proprietarii.

3. Imp. ANTONINUS A. Antoniano.

SI patri [22] tuo usufructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet, cum morte [23] ejus, cui fuerat legatus, vel alio modo acquisitus, ad proprietatem regredi soleat. §. 1. Usufructuario autem superstite, licet [24] dominus proprietatis rebus humanis eximatur, jus utendi fruendi non tollitur. PP. 3. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De cautione ab usufructuario præstanda.

4. Imp. ALEXANDER A. Verbicio.

USufructu constituto, consequens est, ut satisdatio boni [25] viri arbitratu præbeatur ab eo, ad quem id commodum pervenit, *quod nullam læsionem ex usu proprietati adferat.* Nec [26] interest, sive [27] ex testamento, sive ex voluntario contractu usufructus constitutus est. PP. G. Id. Mart. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De fructibus post finitum usumfructum perceptis.

5. Idem A. Evocato & aliis.

SI pater usumfructum prædiorum in [28] tempus vestræ pubertatis matri vestræ reliquit: finito usufructu postquam vos adolevistis, posterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciens de [29] alieno percepit. P P. Kal. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De marito oppignorante.

6. Idem A. Stratonicæ.

INterest, usumfructum solum maritus tuus in dotem acceperit, an proprietas quidem doti data sit, verum pactum intercessit, *ut moriente eo tibi eadem possessio* [30] *redderetur*: nam [31] usufructuarius quidem proprietatem pignorare [32] non potuit: qui autem proprietatem æstimatam [33] in dotem accepit, non ideo minus obligare eam potuit: quoniam soluto matrimonio restituenda tibi æstimatio ejus fuit. P P. Kalend. Jul. AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

De impensis.

7. Imp. GORDIANUS A. Ulpiano militi.

EUm, ad quem usufructus pertinet, sarta [34] tecta [35] suis sumptibus præstare debere, explorati juris est. Proinde si [36] quid ultra [37] quam impendi debeat, erogatum potes docere, solenniter reposces [38]. P P. Kal. Febr. ARIANO & PAPO CONSS. 244.

De temporis præscriptione.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Etheroni.

NEque fructuarium [39] ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usumfructum habet, neque successores ejus, ulla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit. 6. Kal. Jul. AA. CONSS. 293.

De jure alienandi vel manumittendi. De ministerio servorum relicto.

9. Iidem AA. & CC. Auxanusæ.

USufructu matri tuæ prædiorum, & mancipiorum relicto, tam alienatio [40] quam manumissio [41] interdicta est. Sane mancipia, quorum testamento ministerium [42] matri relictum est, cum in his dominium non habeat, nec tradendo cuiquam, nec manumittendo ad testatoris heredem pertinentia, quicquam facit. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 293.

De morte ejus, quæ usumfructum conduxit.

10. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI domina proprietatis uxori tuæ usumfructum locavit sub certa annua præstatione: morte [43] conductricis, ei quæ locavit, etiam utendi fruendi causa non est deneganda. 13. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

soluto matrim. 1 Vindicare rem suam vi vel furto ablatam dominus potest etiam pretio rei possessori non restituto, *ut hic*, adde *Synops. Basilic.* 15. *tit.* 1. *cap.* 103.
2 Qui rem vindicat, pretium possidenti non restituit. *l.* 3. *s. h. t. l.* 2. *J. de furtis. l.* 2. *J. ne rei dom. l.* 1. *in fin. J. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* adde *speciem legis* 32. §. 4. *D. de admin. & peric. tut.* vide tamen exceptiones apud Socinum *reg.* 439. 3 Titulus injustus usucapiendi conditionem vel dominium non confert. Injusto titulo nec usucapimus, nec dominium adquirimus, *l.* 7. *J. de adquir. vel amitt. possess. l. ult. J. ne de statu defunct.* 4 Prohibita usucapio dominium rei non absumit. 5 Cujacius hinc adversus Goveanum colligit, absentibus Reipublicæ causa actionem rescissoriam dari. 7. *obs.* 31. 6 Vid. *l.* 18. *J. de postliminio revers.* Actio rescissoria, directæ subsidiaria, hæc ubi competit, illa non est necessaria.
7 Dominium rei non hoc solo adquirimus, quod pro re aut rei nomine pensiones publicas solvimus: sed tum demum, cum res nobis erit vendita. *ut hic. Synopsis h. t. cap.* 105. Atque ita, qui pro re aliena pensiones publicas solvit, non interveniente venditione dominium non adquirit. 8 Qui ab aliquo pensionem vel censum, rei alicujus nomine percipit, non continuo eum facit rei dominum esse. 9 Contra hoc, quod hinc vulgo communiter colligitur, præsumptionem longi temporis per litis contestationem interrumpi, vide Socinum *reg.* 304. Annibal. de Cano *ad l. naturaliter. D. de usucap. n.* 260. Mod. 10 Litis contestatio præscriptionem futuram impedit, non præteritam. adde *l.* 10. *in fin. J. de adquir. vel amitt. possess.* vide ad hunc locum Socinum *reg.* 304. 11 *l.* 10. *in fin. J. de præscript. longi temporis.* 12 Non si res præsens tibi vendita est, ideo tibi censetur tradita. Aliud est enim rem tibi præsentem tempore venditionis esse, aliud rem ipsam tibi tradi. Rei traditio dominium transfert, non sola rei præsentia. adde *l.* 8. *J. de act. empt.* ergo sola traditio, non usucapio dominium transferet? Minime. *l.* 20. *s. de pactis.* Num id in causa traditionis requiritur semper, ut realis traditio facta sit? ne id quidem. dixi ad *l.* 15. *s. h. t.* adde quæ notavi ad *l.* 1. §. 21. *l.* 3. §. 1. *D. de adquir. vel amitt. possess.* 13 Quod & in aliis omnibus rebus obtinet. Emptor enim fit dominus, non per conventionem, sed traditionem. *Synops. Basil.* 15. *tit.* 8. *cap.* 107. 3. Harmen. 3. §. 18. adde *l.* 50. *D. h. t. l.* 40. *D. de act. empt.*
14 Non quod meum non est, statim tuum est: nec id ut tuum potes vindicare. *l.* 4. *supr. de edend. Theod.* §. 2. *de act.* Harmen. 2. §. 49. Nam adversus extraneos etiam vitiosa possessio prodesse solet. *l. ult. D. de adquir. vel amitt. possess.* §. 4. *Inst. de interdictis.* 15 Nisi pœnæ causa, ut in specie *l.* 1. *J. uti possidetis. l.* 5. §. 1. *D. ut legator. seu fideicomm. l.* 2. *in fin. D. de collat. l.* 6. *in fin. D. de Carboniano edict. Novell.* 18. *c.* 10.
16 *L.* 7. *D.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. & 2. *Inst.* 4. Oldend. *Class.* 3. *act.* 6. 17 *L.* 7. *D.* 8. & 2. *Inst.* 5. *l.* 11. *l.* 13. *J. h. t.* 18 *L.* 7. *D.* 7. adde *l.* 9. *J. h. t.* 19 Testator non potest remittere legatario usufructus cautionem de utendo fruendo ex bona fide. *l.* 4. *J. h. t. l.* 7. *J. ut in possess. legat. l.* 2. *D. usufruct. quemadm. cav.* Eamque opinionem communem esse refert Clarus 3 *sentent.* §. *testam. quæst.* 64. idque favore heredis receptum, ne legatariis utendi male præbeatur occasio, & consequenter delinquendi. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 92. *num.* 1. 2. Quod etiam locum habere, non modo in immobilium, sed & mobilium usufructu adversus Petrum & Guidonem Papæ, *cons.* 6. 3. Clarus refert *d. loco*, nullum juris textum allegat, quem tamen offendes, *in l.* 1. §. 1. *D. usufruct. quemadmod. cav. l.* 6. *D. ut in possess. legat.* Aliud erit, si quis omnia bona reservato usufructu donaverit. Eo enim casu donatarius ad cautionem præstandam non cogitur. Aliud etiam fuerit in vasallo, quem dominus de usufructu investivit aliquo, & hos duos casus excipi Mynsingerus ait 5. *observ.* 38. Idem dicendum, si certum sit proprietatem ad fructuarium certo redituram: veluti si testator potestatem ei fecerit res fructuarias non restituendi. vid. Josephum Ludovicum 2. *decis.* 61. *num.* 33. Quid? heres hujusmodi cautionem potestne remittere? posse videtur, *arg. l.* 71. *D. ad leg. Falcid. in fin.* Quæritur amplius, num testator remittere usufructuario confectionem inventarii possit? Joannes Ancharanus non posse existimat. 3. *quæst.* 22. *num.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *l.* 1. §. 4. *D. usufr. quemadm. cav.* Roland. a Valle 1. *cons.* 92. *num.* 5. & tamen inventarii remitti necessitas potest tutori. vid. quæ scripsi ad *l. ult. in fin. J. arbitrium tutelæ. & l.* 55. *D. de legat.* 1. ubi plura dixi de his, quæ a testatore prohiberi possunt, vel non possunt. 20 Usufructuario cautionem remittere testator etiam non potest, *ut hic.* Quod in cautione, *de utendo fruendo arbitrio boni viri*, satis manifestum: cum enim eam cautionem remittit testator, videtur ipsum fructuarium ad male utendum malamque fidem pellicere, velut ante dictum est: majoris sane quæstionis est, an idem sit in cautione *rerum ipsarum restituendarum, post finitum usumfructum.* 21 Proprietarius proprietatem potest obligare, salvo usufructu alteri debito.
22 Patris usufructus non transit ad filium, quantumvis patris sui heredem.
23 *l.* 10. 12. 16. *J. & l.* 3. *in fin. D. h. t.* vid. *l.* 3. *in fin. D. quib. mod. usufruct. vel usus amitt. l.* 8. *D. de annuis & menstr. legat. l.* 22. *l.* 29. *D. de usu & usufruct. leg.* §. 3. *Inst. de usufruct.*
24 In usufructu amittendo mors non debitoris, sed ejus, cui debetur, spectatur. adde *l.* 8. *in fin. D. de pericul. & comm.* 25 Dixi *ad l.* 1. *s. h. t. l.* 13. *D. h. t.* adde Paul. 1. *sentent.* 11. §. *ult. l.* 1. *D. usufr. quemad. caveat.* 26 Vid. *l.* 13. *in fin. D. h. t. l.* 1. §. 2. *D. usufr. quemadm. caveat. l.* 3. *D. h. t.* 27 Usufructus constitui vel testamento, vel contractu potest. *l.* 8. *in fin. D. de peric. & comm.* 28 Usufructus ad certum tempus constitui potest. *l.* 12. *vers. Sin autem talis. J. h. t. l.* 3. *D. quib. mod. usufruct.* 29 Qui finito usufructu fructus percipit, alieno non suo nomine fruitur. 30 Ejusdem æstimatio. Cujac. *ad l.* 9. *D. de fundo dotali.* 9. *ad Afric. fol.* 204. 31 Id est, priore casu. 32 Usufructuarius proprietatem pignorare non potest. 33 Proprietatem vendere, vel eam æstimatam dare, paria. Qui alterutro titulo rem accipit, eam pignorare potest.
34 Vid. *l.* 7. §. 2. *D. de usufr. & quemadm.* 35 Τὰ κατακίραμα ὀφίλω ποιῶν τῆς οἰκίας, *ita Synopsis Basil.* 16. *tit.* 8. *c.* 15. 2. Harm. 10. §. 8. *Glossis* κατακίραμα, *strata tecta*: nisi malis *sacra tecta* legere. 36 *l.* 10. *in fin. D. de damn. infect.* 37 Non continuo, qui in alieno ædificat, impensas donare videtur. *l.* 2. *in fin. s. h. t.* 38 Alias *deposces*, id est, retinebis opposita domino soli rem vindicanti doli mali exceptione, juxta *l. Paulus. D. de doli mali & metus except.* vel si per errorem possessionem restitueris, repetens condictione incerti. *l. si uxor. in fin. D. de donat. inter vir. & uxor.* Mod. Vid. *l.* 38. *in fin. D. de hered. pet.* multo magis retentione uteris. *l.* 14. *D. de doli mali except.* Goth. 39 Fructuarius, ejusque heres usucapere non potest. Cur ita? vid. §. 4. *vers. Fructuarius. Inst. per quas personas cuique. l.* 10. *in fin. D. de adquir. rer. dom.* 40 Sensus est, rei fructuariæ proprietatem usufructuarius alienare non potest. *l.* 6. *s. h. t.* Alienat, qui manumittit. *l.* 1. *vers. Sin autem usufructuarius. J. comm. de manumiss.*
41 *l.* 4. *J. de his, qui a non domino.* 42 Aliud est, ministerium servi consequi: aliud ejus dominium. 43 Nudæ proprietatis dominus usumfructum locare non potest. *l.* 2. *in fin. s. h. t.* Plenæ proprietatis dominus potest, *ut hic.* Quid si moritur is, qui ab eo conduxit? usufructus ad locatorem redibit, *ut hic.* Quid si qui locavit? non finitur: & ita legitur a quibusdam hic: *conductrici, morte ejus qui locavit.* Quid si fructuarius locavit? (id enim potest. §. 1. *in fin. Inst. de usu & habit.* ut & alienare. *l.* 67. *D. de usufr.*) Si jus sibi competens locavit conductoris, heres fruetur: sin minus, jus speciale sumendum ex verbis locationis.

De

De habitatione. De morte.

11. Iidem AA. & CC. Theodoro.

HAbitatio morte [1] finitur: nec proprietatem, qui habitationem habuit, legando, dominii vindicationem excludit. Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* post [2] consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

De usufructu relicto sub certo tempore, in quod quis pervenerit.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

AMbiguitatem [3] antiqui juris decidentes [4], sancimus, sive quis uxori suæ, sive alii cuicunque usumfructum reliquerit *sub* [5] *certo* [6] *tempore, in quod vel filius ejus, vel quisquam alius pervenerit*, stare usumfructum in [7] annos [singulos], in quos testator statuit: sive persona, de cujus ætate compositum est, ad eam pervenerit, sine non. Neque enim ad [8] vitam hominis respexit, sed ad certa curricula: nisi [9] ipse, cui usufructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus: tunc etenim ad posteritatem ejus usumfructum transmitti non est [penitus] possibile: cum morte [10] usumfructum penitus extingui, juris indubitati sit. §. 1. Sin autem talis fuerit inserta conditio [11], *Donec in furore filius, vel alius quisquam remanserit*: vel in aliis similibus casibus, quorum eventus in [12] incerto sit; siquidem resipuerit filius, vel alius, pro quo hoc dictum est, vel conditio extiterit, usumfructum finiri: Sin autem adhuc is in furore constitutus decesserit, tunc quasi in usufructuarii vitam eo relicto, manere usumfructum apud eum. Cum enim possibile erat usque ad omne vitæ tempus usufructuarii non ad suam mentem venire furentem, vel conditionem impleri: humanissimum est, ad vitam eorum usumfructum extendi. Quemadmodum etenim si decesserit usufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum, extinguitur [13] usufructus: ita humanum est extendi eum in usufructuarii vitam, etsi antea decesserit furiosus, vel alia conditio defecerit. Dat. Kal. Aug. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De habitatione. De jure locandi.

13. Idem A. Juliano P. P.

CUm [14] antiquitas [15] dubitabat, *usufructu habitationis* legato [16] & primo quidem, cui similis esset, utrumne usui, vel usufructui, an neutri eorum, sed jus proprium, & specialem naturam sortita esset habitatio; postea autem, si posset is cui habitatio legata esset, eandem locare, vel dominium sibi vindicare: auctorum jurgium decidentes [17], compendioso responso omnem hujusmodi dubitationem resecamus. † Et, si quidem *habitationem* [18] [quis] reliquerit, ad humaniorem declinare sententiam nobis visum est, & dare legatario etiam locationis [19] licentiam. Quid [20] enim distat [21] sive ipse legatarius maneat, sive alii cedat, ut mercedem accipiat? Et multo [22] magis, *si habitationis usumfructum* reliquerit: cum [23] & nimiæ subtilitati satisfactum videatur, etiam nomine usufructus addito. In tantum [24] etenim valere *habitationem* volumus, ut non antecellat usumfructum: nec [25] dominium habitationis speret legatarius, nisi [26] specialiter evidentissimis [27] probationibus ipse legatarius possit ostendere, & dominium ejus domus [sibi] esse relictum: tunc etenim voluntati testatoris per omnia obediendum est. † Quam decisionem locum habere censemus in omnibus locis, quibus habitatio constitui potest. Dat. 18. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De usufructu. De nuda proprietate legata.

14. Idem A. Juliano P. P.

ANtiquitas [28] dubitabat, si quis fundum [29] vel aliam rem cuidam testamento relinqueret, *quatenus usufructus apud heredem maneret*, si hujusmodi constaret legatum? Et quidam inutile legatum esse existimabant: quia usufructus nunquam ad suam rediret proprietatem, sed semper apud heredem remaneret [30]: [& [31] forsitan hoc existimabant, quia & secundus heres & deinceps successores unius esse videantur:] nec posset hujusmodi usufructus secundum veterem distinctionem solitis modis extingui. Alii autem hujusmodi legatum non esse respuendum existimaverunt. Tales altercationes decidentes, sancimus & hujusmodi legatum firmum esse, & talem [32] usumfructum una cum herede finiri; & illo moriente, vel aliis legitimis modis eum amittente, expirare. Quare enim iste usufructus sibi tale vindicet privilegium, ut [a] generali interemptione usufructus ipse solus excipiatur? quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimum est. Et propter hoc, & usumfructum finiri, & ad proprietatem suam redire, & utile esse legatum sancientes, hujusmodi paucissimis verbis totam eorum ambiguitatem delevimus. Dat. 15. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si pars servi, per quem usufructus acquisitus est, alienetur.

15. Idem A. eidem Juliano P. P.

INter antiquam [33] prudentiam dissensio incidit; si [34] per servum usufructus domino fuerit acquisitus, & ex quibusdam casibus (multi [35] enim [casus] rebus incidunt mortalium) pars hujus servi ad alium perveniat: utrum omnis usufructus, qui antea per servum ad aliquem pervenerit, apud eum remaneat, an totus tollatur, vel ex parte diminuatur, ex parte autem apud eum resideat. Et super hujusmodi dubitatione tres [36] sententiæ vertebantur. Una [37], quæ dicebat, ex particulari alienatione servi totum [usumfructum] diminui. Alia [38], in tantum usumfructum diminui, in quantum & servus alienaretur. Tertia [39], quæ definiebat partem [quidem] servi posse alienari: totum autem usumfructum apud eum remanere, qui antea servum in solidum habebat. Et in novissima sententia summum auctorem juris scientiæ Salvium Julianum esse invenimus. Nobis autem hæc decidentibus placuit, Salvii Juliani admitti sententiam, & aliorum, qui in eadem fuerunt opinione, quibus humanius visum est, non interemptionem usufructus studiosam [40] esse, sed magis retentionem: quatenus, etsi pars servi alienetur, tamen neque pars usufructus depereat, sed maneat secundum suam naturam integer atque incorruptus: & quemadmodum ab initio fixus est, ita & conservetur, ex hujusmodi casu nullo deterioratus modo. Datum 10. Kalend. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Quibus modis usufructus vel actio de usufructu tollitur.

16. Idem A. Juliano P. P.

COrruptionem [41] usufructus multiplicem esse veteribus placuit, vel morte [42] usufructuarii, vel capitis [43] diminutione, vel non [44] utendo, vel aliis [45] quibusdam non ignoratis modis. Sed de usufructu quidem hoc indubitatum fuerat: de personali autem actione, quæ super usufructu nascitur, sive in stipulationem usufructus deductus sit, sive [46] ex testamento relictus, dubitabatur: morte quidem usufructuarii, & capitis diminutione eam tolli omnibus concedentibus: non utendo autem, si per annum vel biennium forsitan [eundem] usumfructum non petierit usufructuarius, si personalis actio tollatur, altercantibus? §. 1. Sed [47] nos hoc decidentes sancimus, non solum actionem, quæ de usufructu nascitur, sed nec ipsum usumfructum non utendo cadere, nisi tantummodo morte usufructuarii, & ipsius rei interitu:

1 *l. 10. ff. de capite minut. l. 10. §. 3. ff. de usu & habitat.* 2 Subscriptio hæc non convenit inscriptioni. 3 Ambiguitas ex eo nascitur: Usufructu in tempus pubertatis filii relicto, filii pubertate usumfructum extingui: in tempus vero, quo furor ejus cessaverit, furore per mortem filii cessante non extingui. Verum decidendi ratio consistit in eo: priore casu usumfructum relictum esse in tempus seu curriculum aliquod vitæ (quod cum sit, relinquitur sane usufructus in tempus certum: est enim curriculum pubertatis lege certum) posteriore vero in vitam fructuarii. Nam qui alicui usumfructum in tempus furoris in filio finiti legat, in tempus vitæ fructuarii legasse intelligitur: quia incerta furoris cessatio est. 4 Hæc quarta est decisio ex 50. novis Justinianeis, ut videre est apud Inglois *tract. ad has decision.* Ans. 5 Constituatur ὡς κατὰ πόδας hæc species. Usufructus Titio relictus est *in certum tempus, puta pubertatis filii vel Sempronii.* Dic, filio vel Sempronio puberibus factis usumfructum extingui, *ibi stare.* Quid si filius ante pubertatem vel certum illud tempus mortuus sit? Non perit usufructus ante eum diem, quo filius pubes, si viveret, fieret: *ibi*; *sive persona.* Atqui usufructu ad hominis vitam relicto, vita finita, usufructus interit? Interit sane. Verum hic usufructus, non tam ad vitam alterius relictus est, quam ad certum curriculum vitæ vel ætatis: ut in hac specie curriculum illud expectari oporteat: neque intereat usufructus, antequam curriculum illud certe venerit. *ibi, neque enim.* Quid si filio nondum pubere, & illud certum tempus non assecuto fructuarius mortuus sit? interit usufructus, neque ad heredem ejus transmittitur: licet curriculum ætatis, in quod usufructus relictus est, nondum præterierit. Cur tam varie? nempe quod juris indubitati sit, morte fructuarii usumfructum extingui. *ibi, nisi ipse.* Et hæc obtinent, quoties ad certum tempus usufructus relinquitur. Quid si ad incertum: & Titio usufructus ita relictus est: *Donec filius vel alius in furore remanserit?* Furore earum personarum finito, alio quam per mortem casu, usufructus finietur. *vers. Sin autem talis.* Quid si per mortem furor in illis personis cessaverit, & personæ iliæ in furore decesserint? nondum interisse usumfructum dicendum est: cum hoc casu in ipsam ipsius usufructuarii vitam, usufructus relictus videatur. Fructuario igitur tunc vivo superérit usufructus, cum in ejus vitam relictus intelligatur. *vers. Sin autem adhuc.* Diversitatis ratio. Dic primum fieri potuisse, filius ut per omnem usufructuarii vitam furiosus esset. Igitur humanissimum esse, ut in ipsius fructuarii vitam usufructus eo casu extendatur. Dices denique hanc humaniorem sententiam esse, ut fructuario ad ejus vitam relictus usufructus videatur, non simpliciter ad vitam furiosi: ut non, quid furioso acciderit, sed quid ei accidere potuerit, inspiciamus. *vers. Cum enim possibile.* Id alia quoque ratione colligitur. Quemadmodum enim superius diximus, usufructuario ante impletam furoris conditionem seu furoris cessationem decedente extingui usumfructum. *vers. Quemadmodum.* Ita humanum est usumfructum extendi in vitam fructuarii, licet antea furiosus decesserit. *vers. Ita humanum est.* Hac speciei distributione puto vel ipsi Justiniano satisfactum plenissime esse. 6 *l. 5. S. h. t. l. 4. ff. de usufruct.* 7 *l. 37. ff. de usufruct. l. 3. ff. quibus modis usufruct.* 8 Usufructus non ad vitam hominis relictus, sed ad certa curricula morte non finitur: sed curriculo tantum elapso. 9 Titio usufructus relictus in tempus pubertatis filii: Titius ante pubertatem filii mortuus est, quæritur quid juris sit? interit usufructus, neque ad ejus heredem transmittitur, *ut hic.* Cur non ad ipsum impuberem? cum ejus contemplatione ejusque alendi in ipsa impuberi ætate usufructus relictus videatur: quod sane colligas ex ipsa formula relicti usufructus, in qua fieri ideo pubertatis filii mentio videatur, ut sciat pater ideo sibi relinqui usumfructum, ut ad pubertatem usque filium aleret. 10 Vid. *l. 3. supr. h. t.* 11 *l. 5. S. h. t.* 12 Eventus resipiscentiæ in furioso incertus. 13 Recte, si personam fructuarii spectes. Possis tamen quærere, cur non usufructus ipse ad furiosum superstitem usque porrigatur, cujus contemplatione usufructus ejus patri relictus videtur: ut furiosum filium, quamdiu in furore esset, aleret? usumfructum in persona filii furiosi manere humanius videtur. *arg. l. ult. in fin. J. h. t.* 14 Habitationis usufructus, neque usus simplex est, nec usufructus, sed jus proprium. 15 Nota veterum controversias circa jus habitationis motas. 16 Ad plenum hujus legis intellectum juvabit te Cœpoll. *in suo tract. de servit. urban. præd. c. 60* & Afflict. *decis.* 401. *n.* 7. Mod. 17 Nota jus novum in jure habitationis receptum. *Goth.* Hæc quinta est decisio ex novis Justinian. vide Inglois. *Ans.* 18 Χρῆσιν οἰκήσεως, usum habitationis. *Synops. 16. tit. 8. cap.* 30. vel ei opponatur usufructus habitationis. *vers. Et multo magis. J. h. t.* 19 Habitatio cui relicta est, eam locare potest. *§. 5. in fin. Inst. de usu & habit.* 20 Paria sunt, quoties de habitationis jure quæritur, per se uti habitatione, & per alium eadem uti, exque ea pensiones recipere. 21 Actor non auditur, si ejus non intersit. 22 Plus enim licet usumfructum habitationis, quam ejus nudum usum habenti. 23 Usufructu habitationis relicto, quæritur an legatarius possit eum usumfructum locare: posse locare, certius est. Dixeris habitationis jus esse personale. Possis quoque respondere, in hac specie non simpliciter habitationem, sed usumfructum habitationis esse. Qui usumfructuarium posuerit, eundem locare posse idem quoque fatebitur. Quoties enim fit usufructus mentio, locationem legatario permissam consequenter esse, intelligere debemus. Et tamen utcunque ponas habitationis usum relictum alicui fuisse, legatarium eum usum locare posse, verius fuerit. *vers. Et si quidem. S. h. t.* 24 Idem effectus est habitationis domus & ejus usufructus, *ut hic*, vel usus. *l. 32. in fin. ff. de usufruct. l. 10. ff. de usu & habitat.* 25 Habitationis legatarius, non est ejus dominus. 26 Habitatione legata non censetur rei dominium legatum: nisi probetur testatorem proprietatem legasse, *ut hic.* Exinde colligas, habitationis verbo plerumque ipsam proprietatem contineri posse. 27 A consueta actus conditione tacite possumus recedere. Tacita voluntas probatur evidentissimis probationibus. 28 Usufructu deducto, legatis ædibus, quæritur quid juris sit penes heredem, quidve penes legatarium? Quidam putabant ædium usumfructum perpetuo fieri heredis ejusve successorum. Alii putabant id genus legati, legatario non esse utile. Justinianus decidit: legatis ædibus deducto usufructu, legatarium vivo herede nudam proprietatem ædium consequi: eo mortuo usumfructum earum ad eum redire. *Goth.* Hæc est sexta decisio ex 50. Justinian. vid. Inglois. *Ans.* 29 Deducto scilicet usufructu. *l. 6. ff. de usufruct. l. 4. ff. si usufruct. petat. §. 1. Inst. de usu & habitat.* Id nisi suppleveris, vix hanc legem bene noveris. 30 Appellatio heredis relata ad id, quod de sui natura non est transmissibile ad heredes, in persona primi heredis finitur. Tiraquell. *in tract. le mort saisit le vif. declar. 4. part.* 4. Jason. *ad l. in annalib. infra de legat.* Crot. *ad l. 4. §. Cato. num.* 131. *& seq. ff. de verb. oblig.* Bartol. *ad l. Gallus. §. etiam si parente. vers. quæro istis casibus. n 7. de liber & posthum.* & ibi Alexander, Ruinus, aliique plurimi. *Mod.* 31 Inclusa desunt in quibusdam manuscriptis. 32 Id est, quoties relictus est fundus deducto usufructu: ut sit sensus, Si fundus legatur deducto usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres usumfructum. *§. 1. Instit. de usufruct.* Hujusmodi usufructus una cum herede finitur. *J. h. t.* 33 Hæc lex 15. *junct. l.* 16. faciunt septimam decisionem Justinianeam ex 50, vid. Inglois. *Ans.* 34 Quæstio. 35 Vid. *l. ult. J. de præscript. 30. vel 40. annorum.* 36 Usufructu per servum adquisito, servus pro parte alienatus est, quæritur quid juris sit? Alii solidum interiisse usumfructum putabant. *vers. Una.* Alii pro parte. *vers. Alia.* Alii nullo modo interire, sed solidum servari, & in hac sententia Juliani Justinianus adquiescit hac lege. *vers. Tertia. vers. Et in novissima.* 37 Prima veterum opinio. 38 Secunda veterum opinio. 39 Tertia veterum opinio, quæ est Juliani & Justiniani. 40 Id est, expetendam aut admittendam, sic alibi in prooemio Digestorum, nihil tam studiosum. 41 *§. 3. Inst. de usufr. & D. quibus modis ususfr. vel usus amitt.* 42 *l. 3. S. h. t.* 43 *l. 1. D. quib. mod. ususfr.* 44 *d. §. 3. l. 25. l. 28. ff. quib. mod. ususfr.* 45 Vid. *d. §. 3. vers. item.* Paul. 3. *sent. 6. §. 28. & seq.* 46 Constituitur enim usufructus vel testamento, vel contractu. *l. 4. in fin. supr. h. t. §. 1. Instit. l. 3. ff. de usufruct.* 47 Usufructus, ejusque nomine actio morte perit: non utendo non perit, *ut hic.* Cur ita? vid. *vers. cum multæ. J. h. t.*

ſed uſumfructum, quem ſibi aliquis adquiſivit, hunc habeat dum vivit, intactum: cum [1] multæ, & innumerabiles cauſæ rebus incidant mortalium, per quas homines jugiter retinere, quod habent, non poſſunt: & eſt ſatis durum, per hujusmodi difficultates amittere, quod ſemel poſſeſſum eſt: niſi [2] talis exceptio uſufructuario opponatur; quæ, etiamſi dominium vindicaret, poſſet eum præſentem vel abſentem excludere [3]. §. 2. Sed neque per omnem [4] capitis deminutionem hujusmodi detrimentum imminere noſtris patimur ſubjectis. Quare enim ſi filiusfamilias fuerit is, qui uſumfructum habet, forte ex caſtrenſi peculio, ubi [5] nec patri uſusfructus acquiritur, ei poſſeſſum, per emancipationem [6] eum amittat? ſed ſecundum quod definitum eſt, tunc eum tantummodo deſinere, cum uſufructuarius, vel res pereat, & tantummodo eum cum anima [7] vel rei ſubſtantia expirare: niſi prædictæ exceptionis vigor reclamaverit: excepta videlicet tali capitis deminutione, quæ vel [8] libertatem vel civitatem Romanam poſſit adimere: tunc etenim uſusfructus omnimodo ereptus, ad ſuam revertatur proprietatem. Dat. Kal. Octob. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De uſufructu filiofam. vel ſervo relicto.

17. Idem A. Johanni P. P.

EX libris Sabinianis quæſtio nobis relata eſt, per quam dubitabatur, Si uſusfructus per ſervum acquiſitus, vel per filiumfamilias, capitis diminutione [9] filii magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, vel ſervi quacunque alienatione, vel morte, vel manumiſſione poſſit adhuc remanere? Et ideo ſancimus [10] in hujusmodi caſibus, neque ſi ſervus vel filiusfamilias in præfatos caſus inciderit, interrumpi patri, vel domino uſumfructum, qui per eos acquiſitus eſt, ſed manere intactum. Neque ſi pater magnam capitis diminutionem vel mediam paſſus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, uſumfructum perire: ſed apud filium remanere, etiamſi heres a patre non relinquatur: Uſumfructum enim per eum acquiſitum, apud eum remanere etiam poſt patris calamitatem oportet: cum plerumque veriſimile [11] ſit teſtatorem contemplatione [magis] filii, quam patris, uſumfructum ei reliquiſſe. Dat. 15. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXIV.

DE SERVITUTIBUS [12] ET AQUA [13].

De eo, qui ædificando luminibus officit. De longi temporis conſuetudine.

1. Imp. ANTONINUS A. Calphurniæ.

SI [14] quas actiones adverſus eum, qui ædificium contra veterem [15] formam extruxit, ut luminibus [16] tuis officeret, competere tibi exiſtimas; more ſolito [per judicem] exercere non prohiberis: Is, qui judex erit, *longi temporis* [17] *conſuetudinem, vicem* [18] *ſervitutis obtinere ſciet:* modo ſi is, qui pulſatur, nec vi nec clam, nec precario poſſidet. PP. 3. Id. Novemb. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

De eo, qui ſciente domino aquam duxit.

2. Idem A. Martiali.

SI [19] aquam [20] per [21] poſſeſſionem [22] Martialis eo ſciente [23] duxiſti: ſervitutem exemplo rerum immobilium [24] tempore [25] quæſiſti. Quod ſi ante id ſpatium ejus uſus tibi interdictus eſt, fruſtra [26] ſumptus in ea re factos præſtari tibi poſtulas: cum in aliena poſſeſſione [27] operis [28] facti dominium quoad in eadem cauſa manet [29], ad eum pertineat, cujus eſt poſſeſſio. PP. Kal. Jul. LÆTO & CEREALI CONSS. 216.

De prædio provinciali.

3. Imp. ALEXAND. A. Ricanæ.

ET in provinciali [30] prædio conſtitui ſervitus aquæductus, vel aliæ ſervitutes poſſunt: ſi ea præceſſerint, quæ ſervitutes conſtituunt; tueri enim placita inter contrahentes debent. Quare non ignorabis, ſi [31] priores poſſeſſores aquam duci per prædia prohibere jure non potuerint, cum eodem [32] onere perferendæ ſervitutis tranſire ad emptores [33] eadem prædia poſſe. PP. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De aqua invito domino non ducenda.

4. Idem A. Corneliano.

AQuam [34], quæ in alieno loco oritur, ſine [35] voluntate ejus, ad quem uſus ejusdem aquæ pertinet, Prætoris edictum non permittit ducere. PP. Idib. Aug. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, quod contra ſervitutem debitam extructum eſt.

5. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Luciano militi.

SI quid pars adverſa contra ſervitutem ædibus tuis debitam injurioſe extruxit: Præſes provinciæ revocare [36] ad priſtinam formam, damni etiam ratione habita pro ſua gravitate curabit. PP. Kal. Febr. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De aqua invito domino non ducenda.

6. Imp. CLAUDIUS A. Priſco.

PRæſes provinciæ uſu aquæ, quam ex fonte juris tui profluere allegas, contra ſtatutam [37] conſuetudinis formam carere te non permittet: cum ſit durum [38] & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum ſitientibus [39] agris tuis ad aliorum uſum vicinorum injuria propagari. PP. 7. Kal. Maji, CLAUDIO A. & PATERNO CONSS. 270.

De vetere conſuetudine.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Juliano [P. P.]

SI manifeſte doceri poſſit, jus aquæ ex vetere [40] more atque obſervatione [41] per certa loca profluentis utilitatem certis fundis [42] irrigandi cauſa exhibere: Procurator noſter, ne quid contra veterem [formam] atque ſolennem morem innovetur, providebit. PP. 4. Non. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De ædificio altius ſublato: de feneſtra in pariete vicini facta.

8. Iidem AA. & CC. Aniceto.

ALtius quidem ædificia tollere [43], ſi [44] domus ſervitutem non debeat, dominus ejus minime prohibetur [45]. In pariete vero tuo, ſi feneſtram Ju-

1 Ratio decidendi. 2 Uſusfructus ejusve actio ſola morte uſufructuarii, & rei interitu perit. An & non utendo? non perit, niſi longi temporis ſpatio, *ut hic, & l.* 13. Ţ. *tit. prox.* adde Paul. 3. *ſent.* 6. §. 28. & 30. 3 Sunt, inquit Charondas, qui recte hanc legem accipiant de actione in rem, de qua agitur in §. *æque. Inſtit. de action.* aliud de actione perſonali ſtatuentes; nempe longiſſimi temporis ſpatium requiri. *l.* 2. Ţ. *de conſtit. pecun.* & *l.* 3. Ţ. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* explicuit autem eandem hanc legem pulchre in novis intellectibus ſuis Molinæus. Mod. 4 Sed per mediam & maximam, non minimam. §. 1. *in fin. Inſt. de adquiſ. per adrog.* 5 Uſumfructum in caſtrenſi peculio filii pater non habet. 6 Eſt enim emancipatio capitis diminutionis ſpecies. 7 Uſusfructus extinguitur morte fructuarii, re perempta, & ea capitis deminutione, qua vel libertas vel civitas amittitur. 8 Minima capitis deminutione familiam tantum: media familiam & civitatem: maxima familiam, civitatem, & quod majus eſt, libertatem amittimus. *l. ult. ff. de cap. min.* 9 Vid. Paul. 3. *ſent.* 6. §. 29. 10 Uſusfructus quæſitus per ſervum vel filium, ſervi vel filii capitis minutione non extinguitur, *ut hic.* Quid ſi pater ſervus aut peregrinus factus fuerit, aut mortuus ſit? Apud filium talis uſusfructus manet, etiamſi heres a patre relictus non fuerit. *verſ. Neque ſi.* Cur ita? vid. *verſ. Cum plerumque.* 11 In dubio contemplatione filii relictum præſumitur.

12 Paul. 1. *ſent.* 17. 2. *Inſtit.* 3. & *L.* 8. *D.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. περὶ δουλειῶν. 58. *Ecl.* 1. & 2. Harmen. περὶ δουλείας. De actione in rem conſeſſoria pro ſervitutibus, vid. Ferrarienſem *in forma libelli actionis confeſſoriæ pro ſervitutib.* 30. Oldendorp. *claſſ.* 3. *act.* 3. De negatoria vid. Ferrarienſem *in forma libelli in actione negatoria* 31. Oldend. *claſſ.* 3. *act.* 5. De utraque vid. §. 2. *Inſt. de act.* & ibi interpretes. 13 Ne dicas, *arcenda*, ut *tit. ff. de aqua & aq. pluv.* ſed de ſervitutibus aquæductus, aquæ hauſtus. Cujac. notat hic & πρωθύστερον legendum eſſe, *De aqua & aliis ſervit. ut l.* 3. Ţ. *h. t.* Goth. Ad hunc titulum & ſingulas leges vid. Anton. de Padill. Anſ. 14 Legem hanc copioſiſſime explicat Gothofredus: quare tantum monebo, ut ad eam etiam plenius intelligendam conſulas hinc Rævardum civem meum *ad legem Scriboniam cap.* 5. & Coraſium *ad l. Servitutes.* 4. *in princ. n.* 46. *ff. de ſervit.* illinc Alexandr. *conſil.* 104. *in* 4. *vol.* & *ad l. de quibus. ff. de legib.* Mod. 15 Hanc legem difficilem & utilem ſic interpretor: Ubi neque ſervitus expreſſim, vel tacite adquiſita eſt, nobis licet tollendo ædes vicini obſcurare: nec eo nomine ulla competit ei actio. *l.* 8. *l.* 9. Ţ. & *l.* 9. *ff. de ſervitut.* adde *l.* 26. *ff. de damn. infect.* vid. Cujac. 1. *obſerv.* 7. Idem dicendum, ſi in area ædificem, eo tamen caſu legitimum ſpatium a vicina inſula ſervandum eſt. *l.* 14. *ff. de ſervit. urb.* Ubi vero ſervitus luminis expreſſim adquiſita, non licet in eam quidquam committere. *l.* 5. *l.* 9. Ţ. *h. t.* (Lumen eſt autem, ut cœlum videatur. *l.* 16. *ff. de ſerv. urb.*) Quid ſi tacite: vetus enim ædificiorum forma vicem ſervitutis obtinet, *ut hic:* jubet Imperator veterem formam ſervari. *ut hic. l.* 7. Ţ. *h. t. l.* 12. §. 1. Ţ. *de ædific. privat. l.* 11. *ff. de ſervit. urb.* vetat tollendo luminibus vicini offici: dat enim damnum, qui tollendo officit. *l.* 25. *ff. de damn. infect.* Hinc conſequitur, cuivis tollere permitti, dum vicino non officiat: Cæterum officiat necne, non ex actoris opinione vel æſtimatione corrupta, ſed ex æquo bonoque dijudicabitur. Ac primum quidem ex civitatum ſtatutis. His deficientibus res erit finienda judicis officio, qui rem in præſentem ſe conferet. Id cum accidet, res dijudicari vix poterit melius, quam ſi vicinarum ædium altitudinem, ſpatia, intervalla, ac fundamenta diligenter judex inſpexerit. *l.* 12. §. 2. Ţ. *de ædific. privat.* 16 Nam quo magis diſtabit noſter a vicino paries, eo liberior ædificandi in eo facultas fuerit: & in eo ædificantes minus luminibus vicini officiemus. Poſſunt & ædes ipſius vicini ſpectari, cui vicinus injuriam tollendo non facit, ſi tantum luminis ei relinquit, quantum ipſe ſibi ſua reliquiſſe in area repertus fuerit. Eſt enim periniquum, vicinus ut a vicino lumen uberius exigat, quam ipſe ſibi ſuo in ædificio & area interiore reliquit. Poteſt etiam cognitio hæc a forma vicinorum, vel reliquorum urbis ædificiorum educi: ut & publicarum viarum intercapedine vel altitudine: ut quo ſpatio, quave altitudine cæteris ædificare communiter ante licuit, vel cuivis & hoc volenti tollere, ſcilicet ſit conceſſum. Sine invidia cuique facere licet in ſuo, quod aliis ſit permiſſum. Favent enim leges cujuscunque fundi libertatibus & reis. Ideoque negans ſervitutem deberi, ſuam intentionem fundatam in jure communi habere præſumitur. Quælibet enim res jure naturali libera præſumitur. *l.* 4. *ff. de juſtit. & jure.* Nec etiam ſequitur, ut qui per centum annos domum ſuam depreſſam habuerit, non poſſit eam vicinis invitis tollere: quod in ejus poteſtate ſemper fuerit eam tollere, vel non tollere: & jure ſuo citra ſerviendi animum uſus fuerit. Tempus quoque non eſt modus inducendæ obligationis in futurum. *l.* 44. §. 1. *ff. de oblig. & act.* ſed ulterius prohibitio requiritur: ſine qua non currit hic præſcriptio. vid. Mynſing. *reſp.* 81. *num.* 11. adde alia quæ dicam, *l.* 9. Ţ. *h. t.* De proſpectu dicam proxime. Quid? proſpectui vicini poſſumne officere? Demus circumquaque vicinis adimi proſpectum maris, hortorum, plantarum, publicæ ſcripturæ, picturæ, montium. vide 2. Harmen. 4. horologii: quin & liberum antehac cœlum, quo maxime domus aſtrologi commendatur. vide Cujac. 17. *obſerv.* 35. Poſſe verius eſt, niſi jus ſervitutis obſtabit. Nam ubi non obſtabit, qui jure quid in ſuo fecerit, licet cum vicini damno. vid. quæ notavi ad *l.* 26. *ff. de damno infect. & ad l.* 3. §. 7. *ff. de incendio, ruina.* 17 Cujus non eſt memoria. 18 *l.* 1. *in fin. l.* 2. *D. de aqua & aq. pluv.* id ut intelligendum ſit, dixi *ſupr. h. t.* 19 *l.* 10. *D. ſi ſervit. vindicet.* 20 Hanc legem pertinere ad provincialia, non ad Italica prædia, notat Cujac. ad *l.* 2. *D. de uſurpat. & uſucap.* 21 Servitutem aquæ ducendæ per triennium conſentiente domino aquam ducentes, adquirimus: ante triennium perfectum ducere a domino prohiberi poſſumus: neque ſumptus in eam rem factos ab eo petimus. *Synopſ. Baſil.* 58. *tit.* 7. *c.* 2. & 2. Harm. 4. §. 118. 22 Id eſt, fundum. 22 Atque ita non clam. *l.* 10. *D. ſi ſervit. vindicet. l.* 5. §. *ſed &* 3. *D. quod vi.* 24 Græci legunt *mobilium.* Sed melius forte legemus, *immobilium.* 58. *Ecl.* 1. *c.* 14. ut immobilibus ſervitutes comparemus potius quam mobilibus, ut & panes civiles. *Novell.* 7. vid. Cujac. *cap.* 22. *de diverſ. temp. præſcript. & de acceſſ.* adde eund. 2. *Feud.* 1. *fol.* 504. Etſi Panormitanus eos faciat, neque mobiles, neque immobiles. Sed præſtat immobilibus adnumerari, adhærent enim immobilibus. vid. Gail. 2. *obſ.* 11. *n.* 11. 25 Triennii, ut volunt Græci, *Synopſ. d. loco* teſte Cujac. *c.* 22. *de præſcr.* decennii inter præſentes, vicennii inter abſentes: quia ſic eſt in immobilibus, *l.* 1. Ţ. *de uſuc. transfor. ubi Accurſ.* niſi ex publico flumine ducatur. Nec enim niſi tempore cujus non extat memoria, præſcribitur, *l.* 3. §. 4. *D. de aqua quotid. & æſtiv.* Quid ſi ex prædio Eccleſiæ? annorum 40. præſcriptio requiretur. Bald. *hic.* adde Wurmſer. 1. *pract.* 27. *obſ.* 7. 26 Vide tamen quæ dixi ad *l.* 38. *D. de hered. pet.* 27 Id eſt, fundo alieno. 28 Id eſt, ædificii, canalium & ſimilium. 29 Id eſt, quoad jus non eſt diverſum. v. *l.* 2. *ſupr. de rei vind.* 30 Id eſt, non ſolum in Italico. vid. Cujac. 7. *obſerv.* 3. provincialia prædia, tributaria, ſtipendiaria: unde & ratio decidendi ſumitur. Videtur enim conſtituta ſervitute tributi deterior cauſa fieri. adde Cujac. *ad l.* 4. *in fin. D. de uſuc. in fin.* 31 Quod auctor non potuit prohibere, ſucceſſor prohibere non poteſt. 32 *l.* 23. §. 2. *D. de ſerv. præd. ruſt.* v. quæ notavi *ad l.* 20. §. 1. *D. de aquir. rer. dom.* 33 Adde *l.* 10. *in fin. D. ſi ſerv. vind. l.* 1. §. 25. *D. de aqua quotidiana.* 34 Aquam nemo ducere poteſt ex alieno fonte citra voluntatem ejus, qui fundi dominus eſt. *Synopſis h. t. c.* 4. 35 Vid. *l.* 8. *ff. de aqua & aq. pluv.* 36 Et tollere, *l.* 1. Ţ. *h. t. l.* 14. 15. *in fin. D. ſi ſervit. vind.* 37 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 38 Hinc colligit Alciatus 1. *præſ.* 52. Quemlibet præſumi rem ſuam primum curare, deinde alienam, & ſic ordinatam charitatem incipere a ſeipſa. *Bald.* 39 Sic aures ſitire Cicero 2. *ad Atticum.* 14. fontes ſitire. Idem 3. *epiſt. ad Quintum fratrem.* herbæ ſitiunt. Virgil. *Ecl.* 7. & 4. *Georg.* prata bibunt. Virgil. *Ecl.* 3. *in fin.* apud Anacreontem, πάντα διψᾷ. 40 *d. l.* 1. 41 Conſuetudo quomodo probetur, in eo, quod hic dicitur antiquam conſuetudinem ſervari, v. Bald. *ad l.* 1. Ţ. *ad SC. Vellejan. n.* 5. *verſ. ſed hic quæro.* Pariſienſ. *conſil.* 13. *præcipue num.* 32. & 34. *vol.* 1. Decium *ad l.* 1. *n.* 18. *ſupr. de edendo.* Afflict. *deciſ.* 192. *num.* 4. Habes & alia ad conſuetudinem pertinentia apud Alexand. *conſ.* 5. *col.* 2. *vol.* 5. Cottam *in Memorabilibus in verſ. conſuetudo.* Rom. *ſingul.* 19. Crement. *ſing.* 150. Mod. 42 Mynſingerus tamen reſpondit privatum poſſe vivarium urbi vicinæ aliquo modo utile in agrum frumentarium vel ſimilem mutare. *Reſp.* 81. An præoccupare aquam fluminis vel molendini in flumine, ut præjudicium fiat interioribus, v. Ferrar. *in for. libell. ſervi confeſſ.* 30. *ibi. Servitus aquæd.* 6. 43 Ne quidem fiſcus ſervitutem, quæ ſemel eſt conſtituta, tollere poteſt. *Syn. Baſil.* 58. *tit.* 7. *c.* 5. & obſcurare vicina. *l.* 9. Ţ. *h. t. l.* 9. *D. de ſervit. præd. urban.* dixi & ad *l.* 1. *l.* 24. 26. *ff. de damn. infect.* 44 Alias exceptiones, vid. apud Socin. *reg.* 102. 45 Cur ita? res præſumitur ab origine ſua eſſe libera. vid. Alciat. 2. *præſumpt.* 3. Nec enim ſervitutes habent cauſas naturales, ſed conventas vel præſcriptas: & quisque in ſuo ad cœlum usque (ſi ita licet dicere) ædificare poteſt. *l.* 1. *in fin. pr. l.* 24. *ff. de ſerv. præd. urb. l. ult.* §. 4. *ff. quod vi aut clam.* Hinc etiam inferunt rem præſumi liberam allodialem non feudalem. Feudum enim ſpeciem ſervitutis eſſe, quæ regulariter præſumenda non ſit, niſi probetur: probari tamen intelligi rem feudalem eſſe, ſi ſemel talis fuerit. vid. Gail. 2. *obſ.* 69. *n.* 2. 3. 4. 5. 6.

lianus

ſianus vi vel clam feciſſe convincatur: ſumptibus ſuis opus tollere [1], & integrum parietem reſtituere compellitur. Dat. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De ædificio altius ſublato.

9. Iidem AA. & CC. Zoſimo.

SI in ædibus vicini tibi debita ſervitute, parietem altius ædificavit Heraclius: novum opus ſuis ſumptibus per Præſidem provinciæ tollere [2] compelletur. Sed ſi te ſervitutem habuiſſe non probetur, tollendi altius ædificium vicino non [3] eſt interdictum. PP. 5. Kal. Julii, *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Si ſervitus aquæ ducendæ deberi negetur.

10. Iidem AA. & CC. Nymphidio.

SI tibi ſervitutem aquæ [4] [ducendæ] deberi Præſes animadverterit, nec hac te non utentem ſpatio [5] temporis amiſiſſe perſpexerit, uti te iterum jure proprio providebit. Nam ſi hoc minime probetur, loco proprio facto opere, dominus fundi continere aquam, & facere [6], quo minus ager tuus irrigari poſſit, non prohibetur. PP. 11. Kalend. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De itinere, actu, via.

11. Iidem AA. & CC. Aureliano.

PEr agrum quidem alienum, qui ſervitutem non debet, ire vel agere [7] vicino minime licet: Uti autem via publica [8] nemo recte prohibetur. Dat. 11. Kalend. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De termino aquæ ducendæ.

12. Iidem AA. & CC. Valeriæ.

NOn [9] modus [10] prædiorum [11], ſed ſervitus aquæ ducendæ [12] terminum [13] facit. PP. 3. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

An ſervitus non utendo amittatur.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SIcut uſumfructum [14], qui non [15] utendo per biennium in ſoli rebus, per annale autem [tempus] in mobilibus vel ſe [16] moventibus diminuebatur, non paſſi ſumus hujuſmodi ſuſtinere compendioſum interitum, ſed ei decennii [17] vel viginti annorum dedimus ſpatium: ita [18] & in cæteris ſervitutibus obtinendum eſſe cenſuimus, ut omnes ſervitutes non utendo amittantur, non biennio, (quia tantummodo ſoli rebus annexæ ſunt) ſed decennio contra præſentes, vel viginti ſpatio annorum contra abſentes [19]: ut ſit in omnibus hujuſmodi rebus cauſa ſimilis, differentiis exploſis. Dat. 15. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS, VV. CC. CONSS. 531.

Ne ita ædificetur ut acceſſus venti ad aream, 1. & conculcatio fructuum impediatur.

14. Idem A. Johanni P. P.

CUm talis quæſtio in libris Sabinianis verteretur: quidam enim pactus erat cum vicino ſuo, *Ut [20] liceret ei, vel per ſe, vel per ſuos homines per agrum vicini tranſitum facere, iterque habere uno [21] tantummodo die per quinquennium, quatenus [22] ei licentia eſſet in ſuam ſylvam inde tranſire, & arbores excidere, vel facere, quidquid* [*neceſſarium*] *ei viſum fuiſſet*: & quæreretur, quando hujuſmodi ſervitus non utendo amitteretur? Et quidam putarent, ſi in primo vel ſecundo quinquennio per eam viam itum non eſſet, eandem ſervitutem penitus tolli, quaſi per biennium ea non utendo deperdita, ſingulo die quinquennii pro anno numerando. Aliis [autem] aliam ſententiam eligentibus, nobis placuit ita cauſam dirimere [23], ut, quia jam per legem [24] latam a nobis proſpectum eſt, ne ſervitutes per biennium non utendo depereant, ſed per decem vel viginti annorum curricula, & in propoſita ſpecie ſi per quatuor [25] quinquennia, nec uno die vel ipſe, vel homines ejus eadem ſervitute uſi ſunt, tunc eam penitus amitti viginti annorum deſidia. Qui enim in tam longo prolixoque ſpatio ſuum jus minime conſecutus eſt, ſera pœnitentia ad priſtinam ſervitutem reverti deſiderat. §. 1. Cum autem apertiſſimi juris eſt, fructus aridos [26] conculcatione, quæ in area [27] fit, ſuam [28] naturam, & [29] utilitatem oſtendere, aliquis vicinum ſuum vetabat, *ita ædificium extollere juxta aream ſuam, ut ventus excluderetur, & paleæ ex hujuſmodi obſtaculis ſecerni a frugibus non poſſent*, quaſi vetito vento ſuam vim per omnem locum inferre ex hujuſmodi ædificatione, cum ſecundum ſitum regionis, [&] auxilium venti aream accedit: Sancimus itaque nemini licere ſic ædificare, vel alio modo verſari, ut idoneum [30] ventum & ſufficientem ad præfatum opus infringat, & inutilem domino aream, & fructuum inutilitatem faciat. Dat. 11. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS, VV. CC. 531.

TIT. XXXV.

DE LEGE AQUILIA [31].

De ſylva combuſta vel exciſa.

1. Imp. ALEXANDER A. Glyconidi.

DAmnum per injuriam [32] datum immiſſo [33] in ſylvam igne, vel exciſa ea [34], ſi probare potes: actione [35] legis Aquiliæ utere. PP. 7. Id. Novemb. ALEX. A. II. MARCELLO CONSS. 227.

De domo depoſita vel concremata. De aqua alio derivata.

2. Imp. GORD. A. Mutiano.

LEgis Aquiliæ actione expertus adverſus eum, quem domum tuam depoſuiſſe [36], vel incendio concremaſſe [37], damnoque te affixiſſe proponis, ut id damnum ſarciatur, competentis Judicis auctoritate conſequeris. † Quinetiam, ſi aqua per injuriam alio [38] derivata ſit, ut in priorem ſtatum reſtituatur, ejuſdem judicis cura impetrabis. PP. 8. Id. Novemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De ancilla occiſa.

3. Idem A. Dolenti.

EX morte ancillæ, quam cæſam conqueſtus es, tam legis Aquiliæ damni [39] ſarciendi gratia actionem, quam criminalem [40] accuſationem adverſus obnoxium competere [tibi] poſſe non ambigitur. PP. 5. Kal. April. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Pœna inficiantis.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zoilo.

COntra negantem [41], ex lege Aquilia, ſi damnum per injuriam dediſſe probetur, dupli [42] procedit condemnatio. Dat. 15. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 293.

De pecoribus incluſis & fame necatis, vel interfectis.

5. Iidem AA. & CC. Claudio.

DE pecoribus [43] tuis, quæ per injuriam incluſa [44] fame necata ſunt, vel interfecta, legis Aquiliæ actione in duplum agere potes. Dat. 15. Kalend. Nov. AA. CONSS. 293.

De paſtu.

6. Iidem AA. & CC. Plenio.

DE his quæ per injuriam depaſta [45] contendis, ex ſententia [46] legis Aquiliæ agere minime prohiberis [47]. PP. 5. Kal. Novemb. CC. CONSS. 294.

Goth. Quam verum ſit, quod vulgo fertur, domum ſuam usque ad cœlum elevare quemlibet poſſe, vide Doctores hic. Jaſon. *ad l. quo minus. n.* 23. *ff. de flumin.* Veron. *in tract. de ſervit. urban. præd. cap.* 39. *n.* 2. & conſule præterea Socin. *reg.* 101. Cæpol. *in tit. de ſervit. urban. præd.* Hippolyt. *ſingul.* 154. Angelum *ad l. ſi is qui. ff. de uſufructu.* rurſus Jaſonem *ad l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de novi oper. nunt.* Zaſium *lib.* 1. *reſponſ. cap.* 10. Decium *ad l. domum. ff. de reg. jur.* Cagnol. *ad l. nullus videtur. n.* 3. *de eisdem regul. jur.* Vivi. *lib.* 1. *commun. opin. in verb. feudalis.* Duen. *reg.* 22. Mod. Ad intellectum hujus legis vid. Bartol. Cæpoll. *ad tit. de ſervit. præd. urb. rubr. de Servitut. altius tollend.* Parlador. *rer. quotidian. cap.* 15. S. L.

1 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 2 *l.* 5. *l.* 8. *ſupr. h. t.* 3 Dixi *ad l.* 8. 4 Aquæductus, ut & ſtillicidii ſervitus, cum primum eſt conſtituta, quaſi continua eſt. Continuatur enim facto naturæ citra factum hominis. Tigni & oneris ferendi, continua: ut quidem continuo naturæ facto citra factum hominis. Iter, actus, via & ſimiles ſervitutes, diſcontinuæ: in his enim requiritur factum hominis: non tamen perpetuum. vid. Wurmſer. 1. *pract.* 27. *obſerv.* 1. 5 Quo? vid. *l.* 13. 14. *infr. h. t.* 6 Vid. *l.* 6. *ſupr. h. t.* vid. *l.* 30. *ff. de damn. infect.* 7 Ut & aucupari. *l.* 16. *ff. de ſerv. præd. ruſtic.* piſcari, ingredi. *l.* 13. *in fin. ff. de injuriis.* 8 Alia exempla vid. *in d. l.* 13. *& l.* 2. *§.* 9. *ff. ne quid in loco publico.* 9 Legis hujus declarationem pleniorem, & etiam limitationes pete a Cephal. *conſil.* 273. *n.* 15. item extenſionem: quid ſcilicet in dote dicendum ſit, an perinde quemadmodum prædiis auctis, quibus debetur ſervitus, non tamen augetur modus aquæ ducendæ, ſi filia dotata ſit in centum, & poſtea augeantur bona paterna, debeat ex eo augeri etiam dos, vide Jaſonem *ad Auth. res quæ. J. commun. de legat. n.* 27. *verſ.* 6. item quid de fidejuſſore, vide Abbat. *ad cap. conſtitutum. n.* 7. *de fidejuſſor.* Mod. Aquæ conceſſæ modum eam ducendo excedere non debemus. *Synopſ. Baſil.* 58. *tit.* 7. *cap.* 10. Goth. 10 Id eſt, quantitas, ſpatium quantitas agri. *ff. ſi menſor falſum modum. l.* 40. *ff. de contrah. empt. l.* 4. *in fin. ff. de act. empt. l.* 64. *§.* 1. *ff. de evict.* 11 De novo adquiſitorum, poſt conſtituram uni fundo ſervitutem. 12 Ab initio ſcil. conſtituta. 13 Id eſt, limitat jus aquæ ducendæ: ut ſit ſenſus: Non, ſi meus fundus novis emptionibus auctus eſt, ideo amplioris aquæ modum alia parte in agros de novo comparatos ducere per agrum vicini licebit. *l.* 24. *ff. de ſerv. præd. ruſt. l.* 1. *§.* 15. *ff. de aqua quot.* nec enim poſſumus ſervitutem deteriorem facere. 14 Nota jus vetus de præſcriptione uſusfructus. 15 *l.* 16. *ſupr. tit. prox.* vid. Paul. 3. *ſent.* 6. *§.* 30. 16 vid. *l.* 93. *ff. de verb. ſign.* 17 Uſusfructus & ſervitutes urbanæ & ruſticæ decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes non utendo amittuntur, ut hic, *& l.* 14. *infr. h. t. l.* 16. *§.* 1. *in fin. s. tit. prox. §.* 3. *Inſt. de uſufr.* Quid, ſi ſervitus diſcontinua ſit? Idem dicendum fuerit, modo conſtituta ſit ſine aliquo temporis, menſium vel annorum intervallo: Secus ſi intervalla annorum, menſium & temporum habuerit. *l.* 14. *in pr. J. h. t. l.* 7. *ff. quemadm. ſerv. amit.* Eo caſu interpretes *ex d. l.* 14. volunt tam inter præſentes quam inter abſentes hujuſmodi ſervitutes viginti annis præſcribi. vid. Ferrar. *in forma libelli, ſervitutes confeſſoriæ* 30. *in ver. ſervitus aquæductus.* 6. *n.* 27. Wurmſer. 91. *pract. n.* 27. *obſ.* 3. Schneidvin. *§. fin. n.* 27. *Inſt. de ſervit.* Cujac. *ad l.* 4. *ff. de uſucap. fol.* 269. diſtinctionem adhibet inter ſervitutes urbanas & ruſticas, aitque, ruſticas non utendo amitti uſucapione libertatis: In urbanis opus eſſe facto ejus, qui ſervit: in ruſticis ejus, cui ſervitur, ceſſationem ſufficere. *l.* 6. *ff. de ſerv. præd. urb. l.* 18. *in fin. ff. quemadm. ſervit. amitt.* 18 Exæquatio Juſtinianea hæc ſervitutum & uſusfructus, ut uſusfructus & ſervitutes non utendo decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes amittantur: rejecta biennii utriusque ſervitutis præſcriptione, *ut hic.* adde *Synopſ.* 7. *cap.* 10. & 2. Harm. 4. *§.* 137. 19 Id eſt, vel eo maxime, ut nullam aliam rationem adferamus, hæc tamen ſufficiat, ut non minore ſpatio amittantur. 20 Pactus cum vicino ſuo, *ut ei liceat in ſylvam ſuam per agrum vicini ſemel tantum per quinquennium tranſire:* ſi neque per ſeipſum, neque per homines ſuos ex ſervitute 20. continuis annis uſus eſt, jus amittit, *ut hic. Synopſ. Baſil.* 58. *tit.* 7. *c.* 11. 21 Hujuſmodi ſervitus diſcontinuam cauſam temporis habet. 22 Sylvas quoque quinquennio cædi ſolitas hic locus indicio eſt. 23 Hæc eſt octava deciſio ex 50. novis. Ut ex Inglois. *Anſ.* 24 *l.* 13. *ſupr. h. t.* 25 Id eſt, vicennio, de quo dixi ad *l.* 13. *s. h. t. in verbo decennii. l.* 7. *ff. quemadm. ſervit. amitt.* 26 Vid. *l. ult. ff. de jure fiſci.* 27 De area, adde *l.* 14. *in fin. ff. de aliment. & cibar. legat.* Goth. Non pugnat hæc l. cum *l.* 2. *ff. de ſervit. præd. urban.* Hic area, pro loco accipitur, in quo frumentum excutitur, eſtque ſervitus Ruſtica: in *l.* 2. ſumitur pro loco in ædibus vacuo, & tunc urbana eſt ſervitus. Donell. *lib.* 11. *comm.* 4. Arum. *Exercit.* 5. *theſ.* 3. Anſ. 28 Hoc eſt, aridi fructus trituratione exprimuntur ex ſpicis: ut eruti naturam ſuam, vim & utilitatem hominibus exhibeant. 29 Inutilitatem. Cujac. *ad l.* 2. *C. de fide & jure haſtæ.* & 16. *obſerv.* 29. & ita quoque extat *in l.* 1. *§.* 4. *in fin. ff. depoſit.* eo nomine a Roberto reprehenditur 1. *recept.* 31. 2. *animadverſ.* 26. Defenditur tamen ab Antonio Mercatore 2. *not.* 26. Verbum *inutilitatis* reperitur apud Ciceronem, Caſſiodorum, & Lucretium. 30 Ventum areæ vicini ſui auferre vicinus jure non poteſt, & eam inutilem reddere. Ventus neceſſarius & ſolitus ad triturationem frumenti tolli non poteſt. Nemo denique ſic ædificare debet, ut eo ventum in aream vicini tendentem impediat. *Syn. Baſil.* 58. *tit.* περὶ καινοτομιῶν, *ex tit.* 7. *cap.* 11. *in fin.* 2. Harmen. 4. *§.* 26. *in fin.* Idem dicendum de Sole. vid. Joannem Ancharanum 3. *quæſt.* 23. ubi notat in prædio ruſtico non poſſe ædificari in damnum vicini, propter fructuum ipſorum utilitatem.

31 4. *Inſt.* 3. *L.* 9. *ff.* 2. *Eclog.* 19. *tit.* 10. *cap.* περὶ ζημιούντων ἀνθρώπων &c. *l.* 28. *§.* 12. *ff. de pœnis.* 6. Harm. 1. περὶ ζημίας. *& in Gregor.* 6. *tit.* 5. *&* 5. *Extra.* 36. Oldendorp. *claſſ.* 6. *act.* 12. 32 Ne dicas affectam: hujuſmodi namque injuriam qui dedit, ut incendiarius punitur. Injuria eſt, incuria. Paul. 5. *ſent.* 3. *§. ult.* poteſt enim accidere, ut per incuriam ignem in ſylvam vicini immittamus. *Deuteron.* 22. eamque incendamus. 33 *l.* 2. *J. h. t. l.* 27. *§.* 7. 8. 9. 10. 11. *l.* 30. *§.* 3. *ff. h. t.* 6. Harmen. 12. 34 *l.* 27. *§.* 25. 26. *ff. h. t.* 35 Lege vero Moſis, æſtimatione. *Deuteron.* 22. *cap.* 11. *Collat. leg. Moſaic.* i. e. ad duplum, Paul. *ibid.* quæ actio civilis eſt. *l.* 28. *§.* 12. *ff. de pœn.* quæ & incenſarum ædium (ob incenſas ædes) actio. *l.* 7. *§.* 13. *ff. de pact.* 36 Diruiſſe. *l.* 27. *§.* 31. *in fin. ff. h. t.* devolviſſe. *l.* 50. *ff. h. t.* Nunquam igitur licebit impune domum alterius demoliri, deponere? imo certis caſibus licet impune. vid. *l.* 3. *§.* 7. *ff. de incendio, ruina.* 37 vid. *l.* 1. *s. h. t.* An conductor domus de incendio teneatur, dixi ad *l.* 11. *in fin. ff. de peric. & comm.* An vicinus vicino de incendio teneatur? Tenetur: ſi incendium ipſius vel domeſticorum culpa accidit. vid. Gail. 2. *obſerv.* 22. 38 Aquam vicini alio derivare non licet. adde *l.* 27. *§.* 32. *ff. h. t.* 39 Nota actionem eo tendentem, ut damnum ſarciatur. adde *l.* 2. *s. h. t.* 40 *l.* 23. *§.* 9. *ff. h. t. §.* 11. *Inſt. h. t.* 41 Imbertus negat, hanc legem ſervari in Gallia, *in Enchir. in verbis, peines pecuniaires.* Abrogari etiam videtur per *Novell.* 18. *cap.* 8. 42 v. *l.* 2. *§.* 1. *ff. h. t.* adde Paul. 1. *ſent.* 19. *§.* 1. *Novell.* 18. *cap.* 8. 43 *l.* 14. *in fin. ff. de præſcr. verbis.* dixi ad *leges* 12. *Tabul. tit. de paſtu.* 44 *§.* 16. *Inſt. h. t. l.* 9. *§. ſi quis hominem.* 2. *l.* 29. *§. pen. l.* 39. *§.* 1. *ubi dixi. ff. h. t.* 45 *§.* 16. *Inſt. h. t. l.* 9. *§.* 2. *l.* 29. *§.* 7. *ff. h. t.* adde *l.* 4. *ff. de agnoſcend. & alend. l.* 2. *§.* 20. *in fin. ff. de vi bonor.* 6. Harm. 14. περὶ χρήσεως ἵππων. Hic interea notandum eſt, Corpori a non corpore noceri: quo nomine utilis Aquilia: ſi corpori a corpore, directa: ſi neque a corpore, neque in corpus damnum datum ſit, in factum actio competit, *§. ult. Inſtit. h. t. l.* 27. *§.* 21. *ff. h. t.* 46 Quia verba legis Aquiliæ concepta ſunt de his quæ per injuriam nobis ſunt illata. 47 Actio de paſtu pecoris. vid. Paul. 1. *ſent.* 15. *§.* 1. *l.* 14. *in fin. ff. de præſcript. verb.*

TIT. XXXVI.
FAMILIÆ ERCISCUNDÆ[1].

Si non omnis paterna hereditas diviſa eſt. De ſententia. De transactione.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Martiano.

SI non [2] omnem paternam hereditatem ex conſenſu diviſiſti, nec ſuper ea re ſententia dicta, vel transactio ſubſecuta eſt: judicio famil. ercisc. experiri potes. PP. 8. Kalend. Octobr. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De dote.

2. Imp. ANTONINUS A. Vitiano.

UXor tua, ſi mortuo patre tuo, cui dotem numeraverat, cum heres ei extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuerit: familiæ erciſcundæ actionem ad exequendam [3] dotem ſecundum juris [pridem] placitum, adverſus coheredes tuos nactus es: eamque retines, etiamſi poſtea, dum tibi nupta eſt, deceſſerit. PP. 2. Id. Februar.

De rebus a coherede ſublatis.

3. Idem A. Rufo.

ADverſus coheredes tuos dividendæ [4] hereditatis judicio ſecundum juris formam experire: Judex datus, ſi quid a coherede etiam tuæ portionis ex hereditate ſublatum [5] fuerit probatum, factis adjudicationibus ſecundum juris formam eum tibi condemnabit. Expilatæ enim hereditatis crimen fruſtra coheredi intenditur, cum [6] judicio familiæ erciſcundæ indemnitatis ejus proſpiciatur.

De caſtrenſi peculio.

4. Imp. ALEXANDER A. Antonio.

SI [7] filiusfamilias fuiſti; & res mobiles vel ſe [8] moventes, quæ caſtrenſis [9] peculii eſſe poſſunt, donatæ tibi a patre ſunt, eas quoque in cætero peculio caſtrenſi non communes cum fratribus tuis habes. † Prædia [10] autem licet eunti [11] tibi in caſtra filio pater donaverit, peculii [tamen] caſtrenſis non ſunt. † Diverſo [12] jure ea prædia habentur, quæ ex occaſione militiæ filiisfamilias obveniunt: hæc enim caſtrenſi peculio cedunt.

De mutatione ultimæ voluntatis.

5. Idem A. Statiliæ.

IN [13] ipſius mariti tui fuit poteſtate mutare quod in ſervos ſuos iratus [14] teſtamento caverat, *Ut unus quidem in perpetuis vinculis* [15] *moreretur, alter* vero *exportandus venundaretur.* Proinde ſi offenſam iſtam clementia flexit; (quod licet ſcriptura [16] non probetur, aliis tamen rationibus doceri nihil impedit, præſertim [17] cum poſteriora eorum talia merita deprehenduntur, ut ira domini potuerit mitigari,) noviſſimam ejus voluntatem arbiter familiæ erciſcundæ ſequetur.

De nominibus.

6. Imp. GORDIANUS A. Pomponio militi.

EA [18], quæ in nominibus ſunt, non [19] recipiunt diviſionem: cum ipſo [20] jure in portiones hereditarias ex Lege duodecim tabularum diviſa ſint.

De fideicommiſſis.

7. Idem A. Æliano.

SI qua fideicommiſſorum [21] petitio inter coheredes conſiſtat: Prætor vel Præſes provinciæ ejus rei diſceptator conſtitutus, vel Judex familiæ erciſcundæ judicio aditus, ut voluntas teſtatricis ſervetur, ſuas partes accommodare debet.

De bonis paternis vel maternis.

8. Idem A. Teleſphoro.

BOna, quæcunque [22] tibi ſunt communia cum fratre tuo ex hereditaria ſucceſſione patris vel matris, cum eodem familiæ erciſcundæ judicio experiens, ut dividantur, impetrabis.

De bona fide. De fructibus.

9. Idem A. Verino.

NOn eſt ambiguum, cum familiæ erciſcundæ titulus inter bonæ [23] fidei judicia numeretur, portionem hereditatis, ſi qua ad te pertinet, incremento fructuum [24] augeri.

De diviſione a teſtatore facta.

10. Idem A. Teleſphoro.

QUotiens inter omnes heredes teſtator ſucceſſionem [ſuam] dividit [25]: ac *ſingulos certis poſſeſſionibus cum mancipiis, quæ in eisdem ſunt conſtituta,* jubet *eſſe contentos,* voluntati [26] ejus (ſalva legis Falcidiæ auctoritate) obtemperandum eſſe, manifeſtum eſt. Nec mutat, quod in ſequentibus verbis mancipia ſua univerſa, nulla facta eorum diſcretione, commendanda putaverit heredibus, cum utique his ea videatur inſinuaſſe, quibus etiam teſtamento relinquenda eſſe decrevit.

De bonis parentum inteſtatorum.

11. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Antonio.

INter filios & filias bona inteſtatorum parentum pro virilibus portionibus æquo jure [27] dividi oportere, explorati juris eſt.

De diviſione ſine ſcriptura.

12. Impp. GALLIENUS & VALERIANUS AA. Rufo.

NOn ideo diviſio inter te, & fratrem tuum (ut proponis) facta, irrita habenda eſt, quod eam ſcriptura [28] ſecuta non eſt: cum fides rei geſtæ ratam diviſionem ſatis affirmet.

De peculio.

13. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Saturnino.

CErtum eſt [29], liberorum peculia [30] poſt mortem patris in hereditatem dividendam ad communionem eſſe revocanda. Frater autem & coheres tuus, ob contractus, quibus vivente patre etiam ignorante ipſo obligatus fuit, convenire te & alterum fratrem tuum coheredem veſtrum ultra [31] non poteſt [32], quam [33] ut de peculio ſuo recipiat tantam quantitatem, in quantam condemnatus eſt his, cum quibus ipſe contraxit.

De evictione.

14. Iidem AA. Hermiano.

SI [34] familiæ erciſcundæ judicio, quo bona paterna inter te ac fratrem tuum æquo [35] jure diviſa ſunt, nihil ſuper evictione rerum ſingulis adjudicatarum ſpecialiter inter vos convenit, id eſt, *ut unusquisque eventum rei ſuſcipiat:* recte poſſeſſionis evictæ detrimentum fratrem [36] & coheredem tuum pro parte agnoſcere, Præſes provinciæ per actionem præſcriptis verbis [37] compellet. Dat. 8. Kal. Sept. AA. CONSS. 293.

De conventione, quam poſſeſſio ſecuta eſt, & de pacto nudo.

15. Iidem AA. Theophilo.

SI diviſionem conventione [38] factam etiam poſſeſſio [39] conſenſu ſecuta, pro ſolido dominium rerum, quas pertinere ad patrem tuum placuit, [ei firmavit:] earum vindicationem habere potes, ſi patri tuo ſucceſſiſti. Si vero placitum diviſionis usque [40] ad [41] pactum ſtetit: arbiter [42] familiæ erciſcundæ judicio vobis datus, communionem inter vos finiri providebit.

De voluntate patris defuncti ſervanda.

16. Iidem AA. Heraclio.

FIlii patris teſtamentum [43] reſcindendi, ſi hoc inofficioſum probare non poſſunt, nullam habent facultatem. Sed & ſi tam circa teſtamentum, quam etiam codicillos judicium ejus deficiat [44], verum quibuscunque [45] verbis voluntas ejus declarata ſit: licet ab inteſtato [46] ei fuerit ſucceſſum, ex SC. retentionis [47] modo ſervato, familiæ erciſcundæ judicio aditum [48] judicem ſequi voluntatem [49] [patris] oportere, juris auctoritate ſignificatur.

De abſente.

17. Iidem AA. & CC. Commodiano.

COheredibus diviſionem inter ſe facientibus [50], juri abſentis [51], & ignorantis minime derogari, ac pro indiviſo portionem eam, quæ initio ipſius fuit, in omnibus communibus rebus eum retinere, certiſſimum eſt. Unde portionem tuam cum reditibus [52] arbitrio familiæ erciſcundæ percipere potes, ex

---

1 §. 20. *Inſt. de act.* §. 4. *Inſt. de offic. jud.* L. 10. *D.* 2. 1. Paul. *ſent.* 18. 2. *C. Theod.* 24. *de famil. erciſc.* adde Oldendorp. *claſſ.* 5. *act.* 8. Datur hæc actio coheredi volenti a communione diſcedere. *l.* 2. *D. h. t.*
2 Ob res indiviſas agitur hac actione. *l.* 20. §. 4. *D. h. t.*
3 Id eſt, repetendam. *l.* 1. §. 10. J. *de rei uxor.* vid. *l.* 20. §. 2. *l.* 46. *l.* 51. *D. h. t. l.* 65. §. 16. *D. pro ſocio. l.* 85. *D. ad leg. Falcidiam.*
4 Huc enim ſpectat hæc actio. *l.* 2. *D. h. t.*
5 *l.* 19. *infr. h. t.* §. 4. *Inſt. de offic. jud.*
6 vid. *l. ult. infr. de crimin. expil. hered.*
7 Donata a patre filiofamilias militatum abeunti mobilia caſtrenſis peculii ſunt, neque fratribus conferuntur. *Synopſis Baſil.* 31. *tit.* 20. *c.* 57. Quid ſi immobilia ſint? dic *ut infr. h. t.*
8 vid. *l.* 93. *D. de verb. ſign.*
9 *l.* 1. *in fin. infr.* v. *l.* 3. & *l.* 4. *D. de caſtrenſ. pecul.*
10 Immobilia donata a patre filiofamilias militatum abeunti, caſtrenſia non ſunt.
11 Caſtrenſe peculium eſt, quod in caſtris adquiritur: vel quod, proficiſcenti in militiam, datur. Paul. 3. *ſentent.* 4. §. 3.
12 Immobilia aliunde quam a patre quæſita filiofamilias occaſione militiæ caſtrenſia ſunt.
13 Huic ſimilis altera ejusdem Alexandri. *l.* 2. J. *ad leg. Jul. majeſt.* & *l.* 2. J. *de reb. cred.*
14 Teſtator poteſt ſuo teſtamento purgare officium ſervorum. vid. *l.* 2. *D. de Silaniano.* Hinc colligunt, dicto morientis credi oportere: & merito, agitur enim de liberandis ſervis. Aliud futurum, ſi de iis onerandis ageretur. vid. *l.* 3. §. 3. *D. de SC. Silanian.* Quid? confeſſio facta in teſtamento de debito ſolvendo, poteſtne tanquam per errorem facta, vel ad inſtar legati, per teſtatorem revocari? Poteſt, niſi talis confeſſio fuerit jurata, vel fuerit facta notario ſtipulante, vel præſenti, & acceptanti. vid. Johannem Ancharanum 1. *quæſt.* 58. *num.* 2. idem refert, librum ſeu codicem defuncti etiam privati fidem facere pro ſcribente, juramento tamen interpoſito in iis, quæ ſunt veriſimilia. *quæſt.* 35. maxime ſi defunctus honeſtus vitæque laudatæ ac famæ fuerit: tunc enim præſumptionem facit & probat, adjutus aliis adminiculis. adde Gail. 2. *obſerv.* 40. *num.* 4. *ibi.* liber mortui hominis quando probet. adde *l.* 6. J. *de teſtament. Nov.* 48.
15 *l.* 18. §. 2. *D. h. t. l.* 17. §. 19. *D. de ædil. edict.*
16 Maleficium ſcriptura non probatur: Fallit in falſo & mandato delinquendi.
17 Alias olim amicus, hodie inimicus præſumitur. vid. Alciat. 2. *præſumpt.* 11.
18 Τὰ κληρονομιᾶα χρία &c. hereditaria nomina in judicium communi dividundo non deducuntur: nam ipſo jure *l.* 12. *tabul.* in portiones hereditarias dividuntur. *Syn. Baſil. h. t. c.* 58. adde *l.* 25. §. 9. §. 13. *D. h. t. l.* 1. J. *de except. l. ult.* J. *de hered. vel act.* dixi *ad l.* 12. *tabul. hoc tit.*
19 Nomina individua.
20 Nomina ipſo jure, inter heredes diviſa. *l.* 51. *in fin. D. h. t. l.* 11. *l. ult. D. de diſtr. pign.*
21 Judex dividendæ hereditatis de prælegatis cognoſcit. adde *l.* 89. §. 4. *D. de leg.* 2.
22 vid. *l.* 1. S. *h. t.*
23 §. 28. *Inſt. de act.*
24 Fructus augent hereditatem. *l.* 17. J. *h. t. l.* 56. *D. h. t. l.* 2. S. *de pet. hered.* hinc colligunt: heredem ſcriptum teneri reſtituere liberis defuncti legitimam, ejusque fructus a tempore mortis teſtatoris.
25 Id enim poteſt. *l.* 8. *ſupr. de inoffic. teſtament.*
26 vid. *l.* 16. *in fin. infr. h. t.*
27 Jure Romano liberi ab inteſtato parentibus ſuccedunt æqualibus portionibus. *l.* 21. J. *l.* 32. *D. h. t. l.* 3. J. *comm. utriusque jud. l. ult.* §. *Sin autem.* 1. J. *ad SC. Tertyll. Nov.* 118. *c.* 3. *in fin.* 35. *Eclog.* 20. *ex tit.* 3. *c.* 72. *l.* 1. *infr. comm. de ſucceſſ.* feudalis conſuetudo aliud admittit.
28 Diviſio hereditatis non requirit ſcripturam. dixi *ad l.* 17. *ſupr. de pact.*
29 Familiæ erciſcundæ judicio peculia paganica liberorum cum bonis paternis communicantur ſeu conferuntur (Græcis καταφέρεται). Quid ſi unus liberorum patre vivente & ignorante quid debuit, & conventus eo nomine damnatus fuerit? Tantum ex peculio a ſuis coheredibus accipere debet, in quantum condemnatus eſt dare iis, cum quibus contraxit. *Syn. Baſil.* 35. *tit.* 20. *c.* 65.
30 Profectitia non caſtrenſia. *l.* 4. S. *h. t. l.* 12. *in fin.* J. *de collationibus.*
31 Niſi fuerit in rem patris verſum, aut ejus juſſu contractum: tunc enim ſolidum ex patris ſubſtantia præſtandum. *l.* 20. §. 1. *D. h. t.*
32 Poteſt tamen peculio tenus. *l.* 18. §. 5. *D. h. t.*
33 Frater a fratribus coheredibus ſuis tantum judicio familiæ erciſcundæ recuperat, quantum ab his creditor actione de peculio conſequi potuiſſet. *l.* 38. *D. de condict. indeb.*
34 Judicio familiæ erciſcundæ omiſſa evictionis ſtipulatio præſtatur heredi a coherede. *Syn. Baſil. h. t. cap.* 66.
35 *l.* 11. *ſupr. h. t.*
36 Coheres coheredi ſuo tenetur de evictione partis hereditariæ. *l.* 25. §. 21. *D. h. t. l.* 35. *Eclog.* 20. *ex tit.* 3. *c.* 66. niſi ſpecialiter in diviſione convenerit, ut unusquisque eventum rei in ſe reciperet.
37 Cur præſcriptis verbis? quia diviſio eſt permutationis ſpecies. *l.* 20. §. 3. *D. h. t.*
38 *l.* 20. S. *de pact.*
39 Traditio, παράδοσις. *Eclog. d. loc. cap.* 66.
40 Nuda pactio diviſionis rerum diviſarum non transfert dominium.
41 Usque ad pactum ſtare placitum diviſionis dicitur, cum nulla traditio ſecuta eſt diviſionem. *Synopſ. d. loco.*
42 Familiæ dividendæ cauſa arbiter dari ſolitus.
43 Teſtamentum patris ſolenne reſcindi poteſt per querelam inofficioſi.
44 Id eſt, ſi minus ſolenniter teſtamentum fecit, aut codicillos.
45 De ſolennibus teſtamenti inter liberos, dicam in *l. ult.* J. *h. t.*
46 Ne hinc colligas, ex minus ſolenni teſtamento patri ſuccedi ab inteſtato: quia quælibet voluntas patris inter liberos ſervanda. Sententia hujus legis petenda eſt ex *l.* 21. J. *h. t.* adde *l.* 32. *D. eodem*
47 *l.* 21. J. *h. t.*
48 Ita etiam habet *l.* 7. *ſupr. h. t.* quod idem eſt quod addictus, ut & alios manuſcriptos habere, atque ita emendari vult Briſſon. *de Verb. Signific. in verb. Addict.* Confer text. & not. in *l.* 80. *D. de judic.* S. L.
49 Diviſionem bonorum a patre qualitercunque, & minus ſolenniter factam inter liberos arbiter familiæ ſequi debet. adde *l.* 10. S. *h. t. l. ult.* J. *h. t. l.* 21. §. 1. J. *de teſtament. l.* 8. *ſupr. de inoffic. teſtam.*
50 *l.* 2. §. 4. *l.* 43. *D. h. t. l.* 8. *in princ. D. comm. divid.* id enim licet.
51 Præſentium diviſio abſentibus & ignorantibus non nocet. vid. *l.* 74. *D. de reg. jur.*
52 *l.* 9. *ſupr. h. t.*

facta inter coheredes divisione nullum præjudicium timens. Dat. 7. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De his, quæ pater unius filiæ nomine comparavit. 1. De sumptibus.

18. Iidem AA. & CC. Dominæ.

FIliæ [1] cujus nomine pater res comparavit, si non postea contrarium ejus judicium probetur, per arbitrium dividundæ hereditatis præcipuas [2] adjudicari sæpe rescriptum est. His itaque, si patri successisti, quem nomine tuo quædam comparasse dicis, adversus sororem tuam apud Præsidem provinciæ, si res integra [3] est, uti potes. §. 1. In communi autem hereditate quin sumptus [4] ab uno facti bona fide, familiæ erciscundæ judicio, vel negotiorum [5] gestorum actione servari possint, non est ambiguum.

De rebus absumptis vel deterioratis.

19. Iidem AA. & CC. Lysicrati.

INcerti juris non est, in familiæ erciscundæ judicio earum rerum quas ex coheredibus quidam de communibus absumpserunt, vel deteriores [6] fecerunt, rationem [esse] habendam, ejusque rei cæteris præstandam indemnitatem. Dat. 18. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

De re distracta.

20. Iidem AA. & CC. Pactuelæ.

IN familiæ erciscundæ judicio ab uno pro solido rei veluti communis [7] venundatæ pretium non venit: sed mandati, si præcessit, coheres venditoris agere potest: vel negotiorum gestorum, si ratam fecerit venditionem. Nam si velut propriam [8] unus distraxerit, ac pretium possideat, hereditas ab eo petenda est. * 3. * Febr. CC. CONSS. 294.

De voluntate patris defuncti servanda.

21. Iidem AA. & CC. Fortunato.

SI [9], cogitatione futuræ successionis, officium arbitri dividendæ hereditatis præveniendo [10], pater communis judicio suo, qualicunque indicio [11] suam declaraverit voluntatem: inter eos, qui ei successerunt, exemplo Falcidiæ [12] retentionis [13] habita ratione, familiæ dividendæ causa datus arbiter: pro virili [14] præterea portione eorum, quæ nulli generaliter [15], vel specialiter [16] adsignavit, facta divisione, in adjudicando patris sequetur voluntatem.

De errore coheredum.

22. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SErvum communem non consentientibus coheredibus, sed per errorem [17] ad eum, qui possidet, pertinere credentibus [18], tenens, cum omnis verus titulus [19] deficiat, suum non facit: sed in eo portiones hereditarias adsignatas penes singulos successores remanere manifestum est. PP. 5. Nonas Jan.

De pacto divisionis & stipulatione.

23. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

LIcet pacto [20] divisionis adversus singulos actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari non possit: tamen ad exhibendam fidem his quæ convenerant, stipulationis & juris adhibito remedio, qui placitum excedit, urgeri potest: cum & hoc omisso, si non contrarium convenisse probaretur, præscriptis [21] verbis conveniri potuisset.

De hereditate restituenda, & de his, quæ imputantur in quartam.

24. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIlium [22] quem [23] habentem fundum portionem hereditatis [24] fratribus, & quibusdam aliis [25] sub conditione verbis precariis restituere sanxit testator; post ejus [conditionis] eventum [26], hereditaria parte prædii in quartæ [27] ratione retenta, compensato [28], præterea quod a coheredibus vice mutua percepit, [&] si quid deest, in supplementum deducto; quod a ceteris in eo fundo solvitur, supra [29] quartam habens, reddere compellitur [30]. Dat. 5. Non. Jan. CC. CONSS. 294.

De collatione.

25. Iidem AA. & CC. Diocli.

EX causa donationis, vel aliunde tibi [31] quæsita, si avi successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id. April. TUSCO & ANULINO CONSS. * 295.

De voluntate defuncti, quamvis non solenni, servanda inter liberos, non quoad extraneos.

26. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. P.

INter omnes duntaxat heredes suos [32], qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares videntur esse, vel emancipatos, quos Prætor ad successionem vocat: sive [33] cœptum neque [34] impletum testamentum, vel codicillus, seu epistola parentis esse memoretur, sive quocunque alio [35] modo scripturæ quibuscunque verbis, vel indiciis [36] inveniantur relictæ: judicio familiæ erciscundæ (licet ab intestato ad successionem liberi vocentur) servato SC. auxilio, defuncti dispositio custodiatur, etiam si solennitate [37] legum hujusmodi dispositio fuerit destituta. Si vero in hujusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona [38]: certum est, eam voluntatem quantum ad illam duntaxat personam permixtam, pro nullo haberi. Dat. *Romæ*, Kal. * CRISPO II. & CONSTANTINO Cæs. II. CONSS. 321.

In AUTHENT. de trient. & semiss. §. & quod sæpe, col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 7.

SI modo subjiciatur huic scripturæ, vel ipsius parentis, vel omnium, inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

TIT. XXXVII. COMMUNI [39] DIVIDUNDO.

De eo, qui partem suam distraxit.

1. Imp. ANTONINUS A. Lucano.

FRater tuus si solam [40] portionem prædii ad se pertinentem distraxit, venditionem revocari non [41] oportet: sed adversus eum, cum quo tibi idem prædium commune esse cœpit, [42] communi dividundo judicio consiste: & [43] ea actione aut [44] universum prædium, si licitatione [45] viceris, exsoluta socio parte pretii obtinebis: aut pretii portionem, si meliorem alius conditionem obtulerit, consequeris: Quod si divisio prædii sine cujusquam injuria commode fieri potuerit, portionem suis finibus tibi adjudicatam possidebis. Hoc videlicet custodiendo, ut post [46] litis contestationem nemo [47] nec partem suam, cæteris ejusdem rei dominis non consentientibus, alienare [48] possit. PP. Kal. Mart. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De eo, qui rem communem pignoraverit.

2. Imp. ALEXANDER A. Avito militi.

SI probatum fuerit Præsidi provinciæ, fratrem tuum vineas communes pignori dedisse, cum partem tuam, quam in vineis habes, creditori obligare [49] non potuerit: Præses provinciæ restitui tibi eam jubebit cum fructibus, quos creditor de parte tua perceperit. Idem Præses provinciæ de divisione vinearum inter te [50] & creditorem fratris tui cognoscet, & jubebit eum [51] accepta pecunia, quanti [52] statuerit partem fratris tui valere, eam partem,

1 In non emancipata tantum hoc locum habere putat Cujac. 13. *obs.* 33. 2 Quasi diceret, quod filio emancipato a patre donatum fuerit, statim valet, nec indiget confirmatione. *l. 2. C. de inoffic. donat.* nec tenetur conferre reliquis fratribus: si tamen abstinuerit hereditate. *l. penult. C. h. t.* At quod nomine non emancipati pater comparavit, eique tradidit, nec moriens revocavit, mortuo patre donatarii erit, si modo hereditate patris abstineat. Quid si pater traditum revocavit? donatarii præcipuum esse desinit, *ut hic*, & ita intellige *l. 13. infr. de collat.* quæ ita accepta cum hac non pugnabit. Aliam solutionem vid. *in l. 13. C. de collat.* 3 I. e. si nondum res sint divisæ, nec transactum. *l. 1. C. h. t.* Possumus etiam intelligere, si nondum res donatario traditæ. 4 *l. 18. §. 3. l. 25. §. 19. l. 39. l. 44. §. 7. 8. ff. h. t.* 5 *l. 3. supr. de negot. gest. l. 31. ff. de procur.* 6 *l. 3. supr. h. t. §. 4. Inst. de offic. jud.* 7 Re hereditaria, velut communi, vendita, pretii partem coheres petit actione mandati (si mandavit) vel negotiorum gestorum, si venditionem ratam habuit. *l. 31. ff. de procur.* 8 Coheres, nomine proprio rem hereditariam distrahens, coheredi tenetur petitione hereditatis, *ut hic*: vel familiæ erciscundæ. *l. 44. §. 2. in fin. ff. h. t.* 9 Si pater quasdam res ex rebus suis inter liberos diviserit, quasdam non diviserit, & ita vel ab intestato, vel testamento facto mortuus fuerit, familiæ erciscundæ arbiter res quidem divisas, sicut eas divisit pater, liberis distribuet: indivisas vero pro legitimarum partium ratione. *Synops. Basil. 35. tit. 20. cap. 72.* 10 vid. *l. 8. C. de inoffic. testam.* 11 Id est, quibuscunque verbis. *l. 16. C. h. t.* quibuscunque judiciis. *l. ult. C. h. t.* apud Haloandrum legitur male, *judicio.* idem error accidit aliis legibus, puta *l. 7. infr. de repud. l. 2. infr. ut in possess. l. 16. C. de collation.* adde *l. 77. in fin. ff. de cond. & demonstr.* vid. Cujac. *ad Nov. 22.* 12 *l. 10. supr. h. t.* 13 *l. 16. in fin. C. h. t.* 14 *l. 11. C. h. t.* 15 *l. 32. ff. h. t.* 16 Hinc colligunt, Patrem posse rem unam eligere, de qua vel in qua testetur: nec eam liberos eligere posse legitimæ loco, si modo in aliis rebus legitimam suam servare potuerint. vid. Roland. a Valle 1. *cons. 12. num.* 1. Aliud puto futurum, si pater eum fundum eamve domum elegerit, quam statutum primogenito destinat vel addicit. *l. 55. ff. de leg. 1.* 17 *l. 18. supr. de rei vindicat.* 18 *l. ult. ff. pro dote.* 19 Socius rem communem possidendo eam suam non facit. *l. 3. in fin. C. in quib. causis cessat.* 20 Coheredum pactiones creditoribus non nocent. *l. 25. supr. de pactis. l. 40. §. 2. ff. de pact.* 21 *l. 20. §. 3. vers. Plane. ff. h. t.* 22 Cujacius hanc legem ex Ferrario interpretatur *ad l. 78. in fin. ff. de hered. instit.* 23 *Filium quem*: pro, filius quem. Σύλληψις, de qua vide quæ dixi ad *l. 17. infr. solut.* 24 Quam ut heres consequutus est. 25 Extraneis scil. 26 Eventu conditio vires capit. 27 Lex est obscura, quam paucis sic explico: Ad filium (oneratum portionis restitutione, certa conditione existente, eaque lege, ut aliquid vicissim ab iis, quibus hereditatem restituit, accipiat) quatuor referuntur termini, Retinere, Compensare, Deducere, Reddere. Fundum restituere tenetur, sed ex eo quartam deducit. *ibi. Retinere:* si tantum a fideicommissariis accepit, quantum satis est ad quartam, id in eam imputabit. *ibi Compensatio:* sin minus, ex fundo fideicommissario deducit quantum satis ad supplendam quartam fuerit. *ibi, In supplementum deducto:* sin plus, reddere compellitur. *ibi, Reddere.* Possis ex hac postrema scientia necessario colligere, jure civili, filium oneratum fideicommisso unam tantum quartam retinuisse. vid. Cujac. 8. *obs.* 3. 4. Verum huic postremæ sententiæ objicitur *l. 19. ff. ad leg. Falcid.* 28 Hinc colligunt (juncto verbo, *deducto. infr. h. t.*) aliud esse compensationem, aliud deductionem. Compensationem ipso jure fieri: deductionem vero exceptione tantum opposita. *l. 15. ff. ratam rem hab.* vid. Cujac. 8. *observ.* 3. *in fin.* 15. *observ.* 12. 29 Hoc innuitur, Quod a coherede legati titulo accipimus, in quartam Trebellianicam id imputamus, *ut hic*, & *C. h. t. ibi compensato.* Imo non imputamus: quia extra quartam est, quod ab herede accipimus. *l. 91. ff. ad leg. Falcid.* Aliud in Falcidia: aliud in Trebellianica: causam dixi *d. l. 91.* Imo non aliud. Nam quod heres titulo prælegati a coherede accipit, id non restituit. *l. 18. in fin. D. ad SC. Trebell.* Dic, non restitui, nisi supra quartam fuerit. vid. *hanc legem.* 30 Portionem nempe hereditatis, quam rogatus est constituere, ut hic recte adnotavit Fulgosius (ait Charondas) & judicio quidem familiæ erciscundæ *l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. D. ad Senatusconf. Trebell.* porro vide ad hanc legem scribentem ex professo Ferretum, & copiosius etiam Corasium. obiter autem Alciatum *l. 6. paradox. cap. 5.* Charondam *lib. 2.* πιθανῶν *pag. 86.* Vaconium *lib. 4. declarat. 59.* Berengarium Fernandum *ad l. in quartam. c. 3. n. 40. & sq. D. ad l. Falcid.* Mod. 31 Emancipato sc. Id enim Græci ad hanc legem supplent. vid. Cujac. 13. *obs.* 33. qua de re dixi *ad l. 18. supr. h. t.* 32 Et emancipatos. *infr. h. t.* & quoscunque. vid. *Novell.* 107. *c.* 1. 33 Videtur hæc lex interpolata *ex l. 1. C. Theod. h. t.* 34 *l. 21. §. 1. infr. de testam.* 35 Testamentum notis factum a parente pagano inter liberos valet, *ut hic*: & *l. 1. C. Theod. h. t.* respectu extranei non valet. *l. 40. in pr. D. de testam. milit.* adde *l. 6. §. 2. D. de bon. poss.* Hodie jure novo, patris voluntas ultima, licet inter liberos, ὁλογράμματος esse debet. *Novell.* 107. *cap.* 1. vid. Cujac. 3. *obs.* 3. 36 Id est, notis. Notas Græci σημεῖα appellant. vid. Cujac. 1. *consult.* 37 Testamentum patris non subsignatum nec subscriptum a testibus valet inter liberos. vid. *l. 6. D. ad leg. Cornel. de fals.* An etiam sine testibus? Cujac. negat valere *d. loco.* Certe hic agitur de testamento minus solenni. Testes pertinent ad solennia testamenti. Possit id colligi ex §. 3. *Inst. de testam. ord.* & *l. 20. §. 7. §. 8. D. qui test.* Cujac. tamen 2. *ad Afric. fol. 14. in fin.* negat testes pertinere ad testamenti solennia. 38 Testamentum minus solenne valet inter solos liberos. Igitur legata, fideicommissa, libertates non debentur reliquis personis extraneis in eo comprehensis. Sed tamen Cujac. *ad Nov.* 107. excipit uxorem, propinquos, alumnam, & similes. *arg. l. 38. D. de fideicomm. libert.*

39 *§. 20. Inst. de act. §. 5. Inst. de offic. jud. L. 10. D. 3. & 2. Cod. Theod. 25. & 12. Ecl. 2.* Oldendorp. *class. 4. act. 22.* 40 Socius solam portionem alienat. *ut hic.* & obligat. *l. 3. in fin. D. qui potior.* 41 Quid si convenerit, rem communem vel nondum vel nunquam dividi? vid. *l. 14. §. 2. §. 3. D. h. t. l. 16. in fin. D. pro socio.* 42 In quemcunque socium inciderimus, communi dividundo possumus experiri. *l. 3. infr. h. t.* 43 Si res dividi nequeunt, uni καθ' ὑπερθεματισμὸν, per licitationem adjudicantur: sin alter litigantium ob inopiam licitatione vincere (id Græcis ὑπερθεματίζειν, 3. Harm. 3. §. 108. & *deinceps.*) nequeat, extraneus admittitur, qui licitationem faciat, *l. 3. C. h. t. Syn. Bas. 12. tit. 2. c. 34.* 3. Harm. 10. §. 14. 44 Si res communis dividi non potest, distrahenda est, ejusque pretium inter socios pro rata portionum dividendum est. Si vero res potest dividi, partem suam quisque possidebit. 45 Vincit in licitatione qui plus offert. 46 *l. ult. D. de alienat. judic. mutandi.* nisi ex causa necessaria. *l. 13. l. 14. D. famil. ercisc.* 47 Duæ negationes non semper affirmant, sed negant magis, *ut hic*: Interdum duo abnutiva magis negant, ut, Nemine nihil faciente. *l. 24. in princ. D. de damn. infect.* Nihil neminem habere. *Lucil.* 6. Non miseret neminis. *Cato.* vide Cujac. 10. *observ.* 26. 48 Nec donare. *l. 12. C. de donat.* 49 Partem communem fratris, eo ignorante, non possumus obligare. *l. un. C. si comm. res pign. oblig. l. 3. in fin. D. qui potior.* 50 Adversus fratris successores datur communi dividundo actio. 51 In arbitrio judicis est, vel ipsi venditoris fratri, vel emptori rem totam adjudicare. Is tamen cui res adjudicatur, pretium partis socio præstat. 52 Arbiter communi dividundo

quam

quam de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorem fratris tui data pecunia, quanti eam æstimaverit, transferre. PP. 2. Id. Septemb. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De his, quæ communia manent, vel alienata sunt. 6. De rebus quæ commode dividi non possunt.

3. Idem A. Verecundiano.

AD officium arbitri, qui inter te & fratrem tuum [pro] dividendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, quæ manent [1] communia tibi & illi. Nam ea, quorum partem is vendidit, cum [2] emptoribus tibi communia sunt, & adversus singulos [3] arbitrum petere debes, si ab illorum quoque societate discedi placeat. † Cum [4] autem regionibus [5] dividi [commode] aliquis ager inter socios non potest, vel ex pluribus singuli: æstimatione [6] justa facta, unicuique sociorum adjudicantur, compensatione pretii invicem facta, eoque cui res majoris pretii obvenit cæteris condemnato: ad licitationem nonnunquam etiam [7] extraneo [8] emptore admisso, maxime si se non sufficere ad justa pretia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius [9] licitantem profiteatur. PP. 5. Non. Maji, JULIANO, & CRISPINO CONSS. 225.

De divisione facta inter fratres.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Herodæ.

SI major quinque & viginti annis soror tua tecum res communes divisit: quamvis non [10] instrumentis [11], sed aliis probationibus earum direptam [12] communionem esse probetur, stari tamen finitis convenit. Quod si minor fuit, nec [13] tempus in integrum restitutioni præfinitum adhuc excessit, an in integrum propter divisionem [14] restitui debeat, causa cognita [15] Præses [16] provinciæ æstimabit. † Idem eorum etiam, quæ vobis permanent [17] communia, fieri divisionem providebit: tam sumptuum [18], (si quis de vobis in res communes fecit) quam fructuum. Item doli [19], & culpæ (cum in communi dividundo judicio hæc omnia venire non ambigatur) rationem, ut in omnibus æquabilitas [20] servetur, habiturus. Dat. 8. Febr. CC. CONSS. 294.

De nolente in communione manere.

5. Iidem AA. & CC. Secundino Militi.

IN communione vel societate nemo compellitur invitus [21] detineri [22]: quapropter aditus præses provinciæ, ea quæ communia tibi cum sorore perspexerit, dividi providebit. Dat. 8. Kal. Septemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XXXVIII.

COMMUNIA UTRIUSQUE JUDICII TAM FAMILIÆ ERCISCUNDÆ, QUAM COMMUNI DIVIDUNDO.

Collatio divisionis & emptionis.

1. Imp. ANTONINUS A. Marco.

DIvisionem prædiorum, vicem [23] emptionis obtinere placuit. PP. 6. Kal. Decemb. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

Si litigantes divisionem a non competenti judice factam probaverint.

2. Imp. ALEXANDER A. Euphratæ.

ETiamsi is divisioni arbitrum dedit, cui dandi jus non fuit; tamen [24] si socii quondam divisioni consensum dederint; quod quisque eorum secundum placita possidet, pro parte socii dominium nactus est. PP. 16. Kal. Dec. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

De divisione per fraudem, vel dolum, vel perperam facta.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aureliæ Septimiæ [25].

MAjoribus [26] etiam, per fraudem vel dolum vel perperam [27] sine [28] judicio factis divisionibus, solet subveniri [29]: quia in [30] bonæ fidei judiciis [31], quod inæqualiter [32] factum esse constiterit, in melius reformabitur. PP. 16. Kal. Jul. ipsis AA. [& CONSTANT. III.] CONSS. 293.

De re empta ex pecunia communi.

4. Iidem AA. & CC. ad Maximianum.

SI patruus tuus ex [33] communibus [34] bonis res comparavit, sibi [35] negotium gerens [36], non [37] omnium bonorum socius constitutus, pro competentium portionum modo indemnitati tuæ consuli oportet: & ideo rem emptam communicare [38] eum contra juris formam postulas. PP. 16. Kal. Nov. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De instrumentis communibus.

5. Iidem AA. & CC. Frontino & Gasirioni.

DE instrumentis, quæ communia fratrem vestrum tenere proponitis, Rector provinciæ aditus, apud [39] quæ hæc collocari debeant, existimabit. P. P. 6. Idibus Febr. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De conditione jurisjurandi.

6. Iidem AA. & CC. Thesidianæ, & aliis.

SI cum patruo vestro hac conditione divisionem fecistis, ut *se nullum dolum malum adhibuisse* juraret [40], nec fidem placitis exhibuit: quominus res indivisas requiratis, eorum placitum, quæ in divisionem venerunt, nihil vobis nocere potest. Dat. 5. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De evictione.

7. Iidem AA. & CC. Severiano & Flaviano.

SI fratres vestri pro indiviso commune prædium citra [41] vestram voluntatem obligaverunt; & hoc ad vos secundum pactum divisionis, nulla pignoris facta mentione, pervenit: evictis partibus, quæ ante divisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantum consistit; ex stipulatu, si intercessit: alioquin, quanti interest, præscriptis verbis contra fratres agere potestis: nam si fundi, scientes obligationem, dominium suscepistis: tantum evictionis [42] promissionem solennitate verborum, vel [43] pacto promissam probantes, eos conveniendi facultatem habebitis. Dat. 2. Non. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De possessione relicta, vel translata.

8. Iidem AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI inter vos majores annis viginti quinque rerum communium divisio, relicta [44], vel translata possessione, finem accepit, instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. Dat. Non. Decemb. CC. CONSS. 294.

Si corpora maneant communia, vel non.

9. Iidem AA. & CC. Demetriano.

FAmiliæ erciscundæ, vel communi dividundo judicio ita [45] demum, si corpora maneant communia, agi potest. Dat. 6. Id. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

Si in testamento omnia esse divisa scriptum sit.

10. Iidem AA. & CC. Gallicano.

SCriptura testamenti [46], qua [47] specialiter omnia divisa continentur; quominus res, quarum [48] testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit. Sine die & consule.

De familiis non separandis.

11. Imp. CONSTANTINUS A. Cærulo Rationali trium provinciarum.

POssessionum [49] divisiones ita fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque servorum, vel colonorum adscriptitiæ conditionis, seu inquilinorum proximorum agnatio, vel adfinitas permaneat. Quis enim ferat liberos [50] a parentibus, a fratribus sorores, a viris conjuges segregari? [Igitur] si qui [sic sociata] in jus diversum mancipia [vel colonos] distraxerint, in unum eadem redigere cogantur. Dat. 3. Kalend. Maji, PROCULO [51] & PAULINO CONSS. 334.

De dote, & donatione propter nuptias.

12. Imp. JUSTINIANUS A. ad Senatum.

ILlud æquitatis fovere rationibus, bene nobis apparuit: Si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit, vel dederit, vel pro filia sua dotem, & hoc quod dedit, iterum ad eum revertatur, vel stipulatione [52],

dundo pretium rei adjudicatæ statuere potest. *l.* 10. *in fin. ff. h. t.* 1 Judex delegatus ad res communes dividendas, de rebus aliis, *ut hic:* & personis non cognoscit. adde *l.* 31. *in fin. ff. de usu & usufr. legat.* 2 *l.* 1. *l.* 2. *supr. h. t.* 3 Quot socii, tot libellis, opus est. 4 Vid. quæ scripsi ad *l.* 1. *supr. h. t.* & huc refer quæ ex Græcis adscripsi. 5 *l.* 7. §. 10. *ff. h. t. l.* 1. *infr. finium regund. l.* 8. *ff. de rei vind. l.* 6. *ff. quemadm. serv. l.* 13. §. 17. *ff. de act. empt. l.* 64. §. 4. *ff. de evict. l.* 31. *ff. de usu & usufr. leg. l.* 29. *ff. de adquir. rer. dom.* §. *ult. Inst. de offic. jud.* 6 Æstimationis præstatio vicem rei sustinet, remque repræsentat. 7 *l.* 1. *supr. h. t.* 8 Minus enim favendum extraneo, quam propinquo: facit *l.* 19. *in princ. ff. de testam. tut.* 9 *l.* 22. §. 1. *l.* 55. *ff. famil. erciscund.* 10 *l.* 21. *supr. de pact.* 11 Hinc colligunt glossographi ex diuturna possessione præsumi divisionem factam: quæ est communis opinio. Rip. *ad c. supr. n.* 2. *de restitut. spoliat.* Felin. *ad cap. sicut. extr. de sent. & re judic.* vide tamen *Pract.* Papiens. *in for. libell. pro hered. vel re singul. divid. in gloss. communiter. vers. sed pro declaratione prædictorum. n* 5. Jason. *ad l.* 1. *C. qui admitt.* Alexand. *cons.* 92. *vol.* 2. Decium *cons.* 79. rursus Jasonem *ad l. sciendum. n.* 18. *ff. de verb. obligat.* Innocent. *ad cap. cum ecclesia. de causa possess. & propr.* Mars. *singul.* 192. 323. & 436. Mod. 12 Diremptam. *Hal.* quam lectionem probat Cujac. 13. *observ.* 35. 13 Restitutio intra certa tantum tempora conceditur. vid. *supr. de temp. in integr.* 14 vid. *l.* 1. *supr. si advers. transact.* 15 *l.* 3. *supr. de in integr. rest.* 16 In Gallia restitutiones non a judicibus, sed a Principe conceduntur: de quo alias dixi. 17 *l.* 3. *supr. h. t.* 18 In actione communi dividundo sumptuum & fructuum habetur ratio. *l.* 3. *l.* 11. *l.* 14. §. 1. *ff. h. t.* 19 *l.* 23. *ff. de reg. jur.* 20 Æquitas inter fratres servanda. *l.* 17. *C. de collat. l.* 6. §. 2. *C. de bon. quæ liberis.* ut & in judiciis inter actorem & reum. *l. si ex persona.* 2. *supr. si advers. transact.* inter maritum & uxorem. *l. non tantum.* 20. *ff. de re judic.* 21 *l.* 1. *ff. famil. ercisc. l.* 26. §. 4. *ff. de cond. indeb. l.* 1. *l.* 35. *l.* 70. *ff. pro socio.* adde quæ notavi ad *l.* 69. *l.* 156. *ff. de reg. jur.* vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 80. & *cons.* 84. *num.* 1. vid. *Novell. Leon.* 102. 22 Extende ut extendit & ampliat Hippol. *sing.* 9. & limita non procedere in feudis: Nam non potest unus solus provocare ad divisionem, si sunt ultra duos, nisi alii consentiant. Jason. *in l. si non sortem.* §. *si centum. ff. de condict. indeb.* Mod.

23 Divisio quasi emptio, *ut hic. l.* 20. §. 3. *ff. famil. ercisc.* 24 Arbitri illegitimi divisio ratihabitione confirmari potest. An idem in sententia & processu nullo? Wurmser. ita probat 1. *pract.* 12. *cap.* 6. 25 *Al.* Severæ: *ut in fragmento C. Theod.* 26 Lex hæc sumpta *ex lib.* 3. *C. Gregorian.* uti constat ex veteris cujusdam consultationis fragmento, quæ una cum Cod. Theodosiano hodie impressa, exstat quoque in incertis legibus C. Gregor. plenior. *Goth.* Ex hac lege vult Everhard. *loco* 79. *n.* 78. *l.* 2. *C. de rescind. vend.* extendi ad omnes contractus. Cæterum novum hujus leg. intellectum vid. apud Joan. Delcher. *lib.* 2. *dissert.* 2. *num.* 42. Ans. 27 Major etiam restituitur adversus inæqualem divisionem. vid. Papon. 3. *Notar.* 9. *cap. Des restitutions contre privileges, fol.* 664. 28 Non dabitur igitur restitutio adversus divisionem in judicio factam. Cæterum, hæc verba *sine judicio*, non sunt in C. Gregoriano: ut a Triboniano censeamus addita, sed & *sine judicio*, idem videri, quod sine consilio. 29 Adi Joan. Plot. *ad l. si quando. C. unde vi. n.* 321. & *seqq.* Baldum *hic.* Jason. *ad l.* 1. *ff. si cert. petat. col.* 4. *num.* 39. Guidonem Papæ *quæst.* 289. Cottam *in memor. in verb. fortis.* Modern. Anco. *in tractat. de mercat. in tit. de spons.* 4. *part. vers. quæro igitur. n.* 8. Mod. 30 *l.* 3. §. *ex quibus causis major. l.* 6. *in fin. ff. de jure dot.* vid. Cujac. 13. *obs.* 24. 31 Ut est locatio. *l.* 14. *C. de usur.* & venditio. *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* 32 Id est, ultra dimidiam. Cur ita? divisio vicem emptionis sustinet. *l.* 1. *supr. h. t.* In emptione restitutio non datur, nisi de deceptione ultra dimidium justi pretii constiterit. *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* hoc ita quoque sentit Accursius, quod Galliæ Curiis non probatur. Datur enim restitutio deceptis, vel ad quadrantem pretii. Papon. *d. loco.* Imbert. *in Enchirid. in verbo, Divisio.* & ita servatur in Gallia. 33 vid. *C. si quis alteri vel sibi.* Molin. *de usur. q.* 83. *n.* 628. 34 *l.* 8. *C. si quis alteri vel sibi.* 35 Id est, suo nomine, non communi: extra causam societatis & communionis. vid. Ferrar. *in forma libelli in causa venditionis.* 37. *in verbo Vendidit.* 3. *in fin.* 36 vide Andr. de Besset *in repetit. ad l.* 1. *num.* 238. §. *de sacrosanct. eccles.* Decium *consil.* 255. *num.* 3. *ad finem.* Joan. Baptist. Ferretum *consil.* 166. Mod. 37 Socius omnium bonorum quod acquirit, communicare cogitur. vid. quæ notavi ad *l.* 81. *ff. pro socio.* 38 Imo communicat. *l.* 74. *ff. pro socio.* 39 Apud quem instrumenta esse oporteat, vid. quæ scripsi *ad l.* 5. *ff. famil. ercisc.* 40 Perjurus & fraudator divisione, quantumvis juramento confirmata, non juvantur. Ideoque ad res nondum cum eo divisas, agi poterit. 41 Vid. *l. un. infr. si commun. res pign. l.* 3. *in fin. ff. qui potior.* 42 *l.* 27. *C. de evict.* 43 Pacta non fiunt solennibus verbis. 44 vid. *l.* 15. §. *famil. ercisc. l.* 45. *ff. de pact.* καταλειφθείσης ἢ μετενεχθείσης τῆς νομῆς, *Syn.* 12. *tit.* 3. *cap.* 8. 3. Harm. 10. §. 15. ubi interpretes vertunt, omissa aut translata: & relicta vel delata possessione. 45 Ubi non est communio, ibi nec cadit divisio. *in fin. l.* 1. *ff. comm. divid.* 46 Scriptura testamenti non probat adversus tertium. vid. quæ notavi ad *l.* 5. *supr. fam. ercisc. ad l.* 1. *infr. arbitr. tut.* Nihil officit veritati, quod defunctus modum patrimonii sui declaravit. vid. *Nov.* 48. *de eo, qui moriens juravit quantum haberet in bonis.* 47 Id est, quæ continet omnia divisa esse: hoc sensu, scriptura testamenti, quæ continet, quod omnia divisa sint, nihil impedit quominus non divisarum in testamento rerum divisio fiat. *Synops. Basil.* 11. *tit.* 1. *ex lib.* 12. *tit.* 3. *cap.* 10. 48 Id est, quas non divisit unus ex sociis, communia judex æstimare debet. *Synops. Basil.* 12. *tit.* 3. *cap.* 5. 49 *l. un. C. Theod. comm. divid.* 50 Vid. quæ notavi ad *l.* 41. §. 1. §. 2. *ff. de legat.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de pignor. & hypoth.* Matrem & fratres in amore pares esse hinc nonnulli colligere possent: sed ordo litteræ demonstrat, matrem in amore primam esse: ac proinde pupillos apud matrem suam potius quam apud eorum fratres adultos alendos esse hinc colligit Menochius *l.* 2. *d. arbitrariis, casu* 168. *num.* 8. 51 Publio Optato. 52 Id evenit, quoties pa-

vel

vel lege [1] hoc faciente: vel [& si] alio dotem, vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor [2], vel forte legis hoc induxerit: ille autem testamento condito, vel filios suos, vel extraneos scripserit heredes, & nihil de hujusmodi rebus, quæ ad eum reversæ sunt, vel pervenerunt, disposuerit, inveniantur autem alii liberi ejus res a paterna substantia lucrati, vel per ante nuptias donationem, vel dotes, vel militiæ causa, quas (utpote testamento [3] existente) non coguntur conferre: tunc filius vel filia easdem res, quæ ad patrem reversæ sunt, vel pervenerunt, habeant præcipuas, ad simile tamen lucrum computandas, ut in præsenti casu tantum [4] habeat ipse vel ipsa, quantum ejus fratres a patre sunt consecuti, secundum eos modos, quos supra diximus, & quos conferre propter testamentum non coarctantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum a patre collatum est, neque ipsos sibi præcipue hanc partem vindicare, sed quasi paternæ facta substantiæ [5] sit, inter omnes secundum institutionis tenorem dividi: Et hæc quidem, si inter fratres patris elogium compositum sit. † Sin autem extranei [6] sint scripti heredes, & nihil in testamento suo, neque in hac parte testator dixerit: tunc omnimodo præcipuum habeat filius vel filia, quod ad patrem revertitur, vel pervenit. Si tamen minus in fratres collatum est, amplius autem ex hujusmodi causa ad patrem pervenit: illo, quod ad similem [7] quantitatem concurrit, excepto, cætera quasi paternæ substantiæ facta secundum modum institutionum dividantur. Illo procul dubio observando, quod si minus sit id, quod pater ex hujusmodi causa habuit, ea quantitate, quæ in fratres collata est; tota [8] hujusmodi portio ad eas personas perveniat, quarum occasione res ad patrem revertitur. Ea igitur, quæ in paterna persona diximus, obtinere volumus etiam in avo, & proavo paterno vel materno, & in matre & in avia, & proavia paterna vel materna. Dat. 11. Kal. Aug. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXXIX.
FINIUM [9] REGUNDORUM [10].

De venditione.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Nicephoro.

Regionem certam fundi [11], propriis finibus ejus mutatis [12], dominus ejus distrahere ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor, quam quod ratione [13] secundum venditionis fidem ad se pervenit, vindicare potest prætextu terminorum temporis antecedentis [14] venditionem. Dat. Id. Decemb. *Nicomediæ*, AA. CONSS. 293.

De successionum varietate, & vicinorum novo consensu.

2. Iidem AA. & CC. Tatiano.

Successionum [15] varietas, & vicinorum novi [16] consensus, additis vel detractis agris alterutro, determinationis veteris monumenta sæpe [17] permutant. Dat. 9. Kal. Jan. *Nicomediæ*, AA. CONSS. 293.

De proprietate & possessione. De agrimensore adhibendo.

3. Imp. CONSTANTIN. A. ad Tertullianum [18] V. P. Comitem diœceseos Asianæ.

Si [19] quis super sui juris locis prior [de finibus] detulerit querimoniam, quæ proprietatis [20] controversiæ cohæret: prius [21] possessionis [22] quæstio finiatur, & tunc [23] agrimensor ire præcipiatur ad loca [24]; ut patefacta veritate hujusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne hujusmodi quæstio terminetur, se subtraxerit, nihilominus agrimensor [25] in ipsis locis jussione Rectoris provinciæ una cum observante [26] parte hoc ipsum faciens [27] perveniet. Dat. 16. Kal. Mart. *Veronæ*, GALLICANO, & SYMMACHO CONSS. 330.

De eo, qui judicio pendente occupat de alieno.

4. Idem A. ad Bassum Præfectum urbi.

Si [28] constiterit eum, qui finalem detulerit quæstionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare voluisse: non solum id quod male petebat, amittat [29], sed (quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat [30] juris alieni) qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum [31] agri modum, quantum adimere tentavit, amittat. Lecta apud acta. 13. Kal. Jul. GALLICANO & SYMMACHO CONSS. 330.

De quinque pedum præscriptione.

5. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio P. P.

Quinque [32] pedum præscriptione [33] summota, finalis jurgii, vel [34] locorum [35] libera [36] peragatur intentio. PP. 7. Kal. Jul. Aug. ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De temporis præscriptione.

6. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

Cunctis molitionibus [37] & machinationibus amputatis, decernimus, in finali quæstione non longi temporis, sed triginta [38] tantummodo annorum præscriptionem locum habere. Dat. 2. Non. Nov. ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

TIT. XL.
DE [39] CONSORTIBUS [40] EJUSDEM LITIS.

1. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

Explosis [41] atque rejectis præscriptionibus quas litigatores sub [42] obtentu consortium, studio protrahendæ disceptationis, excogitare consueverunt: sive unius fori omnes sint, sive in diversis provinciis versentur, nec adjuncta præsentia consortis, vel consortium, agendi, vel respondendi jurgantibus licentia pro [43] parte pandatur. Dat. 3. Non. Septemb. MAMERTINO, & NEVITA CONSS. 362.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. Salustio P. P.

Commune [44] negotium post litem legitime ordinatam etiam quibusdam absentibus [in solidum] agi [45] sine [46] mandato potest, si præsentes *rem* [47] *ratam dominum habiturum* cavere parati sint, vel si quid ab his petitur, *judicatum solvi* satisdatione firmaverint. PP. 6. Id. Decemb. *Divo* JOVIANO [A.] & VARRONIANO CONSS. 364.

TIT. XLI.
DE [48] NOXALIBUS ACTIONIBUS.

De furto.

1. Imp. ALEXAND. A. Marcello.

Si extat corpus nummorum, quos ablatos ex patris tui hereditate, ab eo quem liberum esse constiterit, allegas: vindicare eos, vel ad exhibendum agere non prohiberis: Nam quamvis alias *noxa* [49] *caput sequatur*, & manumissus furti actione teneatur, quæ in heredem non competit: cum tamen servus [50] a domino aliquid aufert, quamvis furtum committat, furti tamen actio non est nata: neque adversus ipsum, si [51] postea manumissus est, locum habet, nisi furtivas res, & post manumissionem contrectet. PP. 13. Kal. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

---

ter filiam emancipatam elocat. 1 Id accidit, quando filia est in potestate, qua de re dicam plenius ad *l.* 4. *§. soluto matrim.* 2 Vid. *l.* 34. *ff. de reg. jur.* 3 Hoc hodie mutatum. *Nov.* 18. *c.* 6. 4 Partem dotis a te acceptæ, & ad patrem reversæ nobiscum divide. *Actio:* Aut ea petitione abstinete, aut vestras vicissim dotes aut donationes propter nuptias conferte. *Exceptio:* Parens nobis eas præcipuas testamento dedit. vel sic, Nulla nobis neque dos data, neque donatio propter nuptias a patre facta. *Replicatio:* Quid hic statui oportet? Dos, de qua hic agitur, hisce casibus inter liberos æqualiter dividenda. *vers. Sin autem. ibi, dividi. §. h. t.* Quid si casus superiores deficiunt? Vidua dotem percipiet, *ut hic.* Quid si major vel forte minor sit fratrum coheredum dote, vel donatione propter nuptias? si minor, ferat id patienter. *vers. Illo proculdubio. ibi, quod si minus. infr. h. t.* Si major, quanta dos est, aut donatio propter nuptias coheredum, tantam quantitatem ex ipsa dote, de qua hic agitur, percipiet. Superfluum vero æqualiter inter eam ejusque coheredes dividetur, pro modo institutionum. *vers. Si tamen minus. ibi, Amplius autem &c. infr. h. t.* 5 Dos profectitia ad patrem reversa paternæ fit substantiæ (dic idem in dote profectitia revertente ad matrem, ad avum, abavum, proavum paternum vel maternum. *in fin. §. h. t.*) ideoque dos hujusmodi, vel ab intestato, vel testamento æqualiter liberis institutis, inter eos dividitur. 6 Extraneus heres institutus, agere volens judicio familiæ ercifcundæ adversus filiam testatoris coheredem, dotem ad defunctum reversam dividi petit: estne audiendus? non est, cum ea sit filiæ defuncti. 7 Ei scil. quam habent reliqui coheredes. 8 Puto legendum, *sola:* idque hypothesis a me superius allata evidenter innuit.

9 §. 20. *Inst. de act.* §. 6. *Inst. de off. jud.* L. 10. D. 1. 2. C. Th. 26. Paul. 1. *sent.* 16. adde 8. *Eclog.* 9. 1. Harmen. 3. *c.* περὶ ὅρων. Oldend. *class.* 4. *act.* 14. 10 Dicitur etiam viæ ercifcundæ ab Apulejo. 11 Fundi proprii. Cujac. 13. *obs.* 33. 12 Arbitrio venditoris & possessoris fines possunt permutari. *l.* 2. *infr. h. t. l.* 11. 12. *ff. h. t.* 8. *Eclog.* 9. *c.* 14. *l.* 24. §. 2. *ff. de leg.* 1. *l.* 86. §. 1. *in fin. ff. de leg.* 2. facit *l. ult. §. in fin. §. de temporib. & reparat. l.* 43. *ff. de pact. l.* 23. 27. *ff. de regulis.* 13 Traditione. Cujac. *ibid. arg. l.* 3. §. 2. *ff. de act. empt.* 14 Statur antiquis terminis, nisi novi probentur: probantur autem, si alii in venditione designati fuerint. 15 *l.* 11. *ff. h. t.* Harm. *d. loco.* 16 Novus consensus novos fines potest inducere. *l.* 12. *in fin. ff. h. t.* 17 Mutatio finium, seu terminorum non præsumitur. vide Alciat. 2. *præsumpt.* 3. Menoch. 6. *præsumpt.* 43. & *l.* 11. *in fin. ff. finium regund.* 18 Hæc integra constitutio Julii Frontini libris de limitibus agrorum reperitur inserta: hic tamen nonnihil a Justiniano interpolata est. 19 Si quis super invasis sui juris locis &c. *l.* 1. *C. Theod. eod.* Goth. Explicationem hujus legis vid. apud Joann. Zanger. *de except. cap.* 1. *num.* 30. Ans. 20 In causa finali de proprietate contenditur. Apul. 6. *Metam. l.* 1. *§. de appell.* 21 Nunquam de proprietate quæstio est, aut finibus, quin etiam de possessione quæratur. *l.* 13. *§. de rei vind.* Causa finium vindicationi cohæret. Cujac. notat 5. *obs.* 21. tres arbitros sumi solitos in hac quæstione ex legibus 12. tabularum. 22 Hoc innuit, Ad agrimensorum disciplinam non pertinere quæstionem possessionis, sed finium. vide Cujac. 10. *obs.* 2. Plaut. *prolog. Pœnuli.* Ejus nunc regiones, limites, confinia determinabo. Si rei ego sum factus finitor. Astronomia & musica discuntur ad scientiam solam. Agrimensori vero finium lis orta committitur, ut contentionum protervitas abscindatur. judex est artis suæ: Forum ipsius, agri deserti sunt. More vastissimi fluminis, alias spatia tollit, alias rura concedit. Cassiod. 3. *Variar.* 52. 23 *l.* 8. *in fin. D. h. t. v.* Cujac. 19. *obs.* 16. 24 Solos, una parte latitante. μονομερῶς. *l.* 13. §. 3. *§. de judic.* 25 Pars observans hic, est pars præsens seu is litigator qui præsens est, cujus adversarius est absens. 26 Plenior exstat *in d. l.* 1. *C. Theod. h. t.* 27 *l.* 1. *C. Th. h. t.* vide *l.* 5. *infr. unde vi.* 28 *l.* 12. 13. *D. de his quæ inter. caus.* Ans. 29 *l.* 8. *D. h. t.* 30 Tantum spatii. *Interpres d. l.* 1. 58. *Ecl.* 9. *c.* 18. 6. Harmenop. *c.* 7. περὶ τῶν ὅρων μετατιθέντων. 31 Hic interpolata lex *C. Theod. h. t.* Quænam esset hæc quinque pedum præscriptio, Petrus Baylardus (qui sanum cujusque legis intellectum ætate sua jactitabat) hic dixit, Nescio. Accurs. *hic.* Male Isidor. *c.* 25. putat non permissum fuisse apud veteres litigium, quinque pedum, propter rei vilitatem. Nam & rerum modicarum fuit apud veteres quæstio §. 16. *Inst. de rerum divis.* Crinitus 25. *de honesta disciplina.* 4. putat sumptum hoc fuisse Solonis ex legibus. Movetur *l.* 13. *ff. h. t.* & Plutarchi loco *in Solone.* ubi tamen quidam legunt ἓξ, non πέντε. Cic. 1. *de legibus.* hujus præscriptionis ita meminit: Usucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt: sed hic quoque locus indiget interprete. Sciendum est ergo legibus duodecim tabularum cautum fuisse, *ut inter vicinorum prædia constitutis finibus, quinque pedum* (qui fines finium dici potuerunt) *spatium relinqueretur, ut eo spatio ire, agere uterque dominus posset.* Itaque *ut circumverti aratrum facto eatenus sulco posset,* (Hinc Varro 4. *de lingua.* Fines agrorum termini, quod hæ partes propter limitare iter maxime teruntur) *id spatium usucapi lex vetat.* Servitus itineris, hoc est, iter ad culturam usucapi potest: Iter limitaneum seu limitare, ut Varro ait, non potest. Lex Manilia, de qua dixi *ad leges* 12. *tabb.* deinde lata est, qua cautum fuit, ut quoties de his quinque pedibus controversia moveretur, agrimensor eligeretur, qui fines eos regeret. Ultra quinque pedes, lis non erat finalis, sed proprietatis: ideoque non agrimensor, sed prætor adeundus erat. Idem ostendit Aggenus Urbicus, & Junius Nyphius: reliqua vide apud Alciatum *lib. de quinque pedum præscript.* Goth. Hæc lex non pertinet ad speciem *l. ult. ff. h. t.* Leonin. *emendat. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. Charond. *verisimil. lib.* 3. *cap.* 16. Alciat. *hic.* Ans. 32 Quinque vel sex pedum latitudo lege Manilia præscribitur. Intra latitudinem eam non erat usucapio, neque præscriptio, id est, diuturna adquisitio. vid. quæ scripsi ad *l. ult. ff. de termin. mot.* 33 Alia est quæstio de fine: alia de loco. Prior est de fine intra quinque pedes: Posterior, ultra: cum de loco in confinio vel in medio agri, quam ad partem pertineat, quæritur. Finis usucapi non potest, locus potest. Utraque controversia est de latitudine. *l. ult. ff. de pignorat. action.* Est & alia quæstio de modo: de qua vide Cujac. 10. *obs.* 2. 34 *l.* 4. *ff. h. t.* 35 Quænam servitus olim in hac præscriptione fuit, quæ hodie libertas? non observatur longi temporis præscriptio, cujus fit mentio in *l. ult. C. Th. h. t.* Sed hac sola præscriptione actor hodie repellitur, *Si veteribus finem cum signis limes inclusus congruum erudita arte præstiterit. d. l. ult.* vel ut in Concilio Spalensi II. *Si veteribus signis limes præfixus monstraverit reo jus esse retentionis.* vide Cujac. *hic.* 36 Reliqua hujusce legis vide apud *Aggenum.* 37 *Al.* motionibus. *l.* 5. *C. Th. h. t.* 38 Finalis quæstio triginta tantum annis præscribitur. 58. *Eclog.* 9. *c.* 20. & 1. Harm. 3. *c.* περὶ ὅρων.

39 Περὶ κοινωνίας τῆς αὐτῆς δίκης. *Bas.* 40 Consortes ejusdem litis sunt, socii inter quos communis est res, & de qua litem simul omnes contestantur, vel unus eorum tantum. 41 *l. un. C. Th. de dominio rei quæ poscitur.* 42 Habens consortem ratione partis suæ potest agere & conveniri. Olim, si egisset, hanc exceptionem audiebat, *Quod ageret non adjuncta persona consortis.* Si conveniebatur, hac exceptione tueri se poterat, *Quod haberet consortes.* Sidonius 4. *epist.* Nec est cur dicere incipias, habeo consortes, necdum celebrata divisio est: quod creditoribus malis dicitur bene. vide Cujac. *hic.* 43 *l.* 4. *in fin. l.* 85. §. 4. *ff. de verb. obl.* 44 *l.* 2. *C. Th. de cognitoribus ac procuratorib.* 2. *tit.* 12. 45 Adde *c. insinuante. de offic. judic. deleg.* & vide Alex. *in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Abb. & Felin. *ad c. cum M. de constit.* eundem Abb. *ad c. cum dilectus.* 5. *col. vers. sed circa. de ord. cog.* Mod. 46 Communi nomine sine mandato agere (oblata cautione de rato. *l.* 1. *supr. de procurat.*) & conveniri (oblata cautione judicatum solvi) possumus. *l.* 2. *C. Th. de cognitorib. lib.* 2. 47 *d. l.* 1.

48 4. *Instit.* 8. & L. 9. D. 4. & 18. *Eclog.* 8. *ex lib.* 60. *tit.* 5. 49 §. 5. *Inst. h. t.* dixi *ad l.* 1. *in fin. ff. de privat. delict.* 50 §. 6. *Inst. h. t.* vid. *l.* 16. *ff. de furt.* 51 Dixi ad *l.* 1.

De arboribus furtim cæsis, & de ignorantia, & prohibitione domini.

2. Imp. GORD. A. Quintiliano & aliis.

SI servi vestri, nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus, furtim arbores cæciderunt, quibus etiam propria pœna juxta legem saltui datam [1] fuerat præstituta: frustra veremini, ne ex persona eorum ultra [2] noxæ deditionem litis obstricti: cum ex delictis servorum domini ignorantes vel prohibentes, si noxali actione conveniantur, ita condemnari debeant, ut aut noxæ dedere, aut condemnationem [3] sufferre habeant in sua potestate. PP. 3. Non. Junii, GORDIANO & AVIOLA CONSS. 240.

De plagio.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eutychio.

SIve servum plagii paras accusare solenniter, Præsidem provinciæ adire non prohiberis: sive dominum ejus sollicitati servi noxali judicio, sive furti malueris convenire, suam tibi notionem Præses [provinciæ] commodabit: non ignorans, quod si dominum elegeris, & [4] eo non consentiente, quod intendis, commissum probaveris, vel noxæ dedendæ, vel damni sarciendi, ac pœnæ præstandæ habeat facultatem. PP. 5. Non. Octob. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De rapina. De scientia, vel ignorantia domini. De judicio publico.

4. Iidem AA. & CC. Sosio.

SI servus ignorante domino, vel sciente & prohibere nequeunte [5], res tuas vi rapuerit, dominum ejus apud Præsidem provinciæ, si necdum utilis annus excessit, quadrupli: quod si hoc effluxit tempus, simplici [6] noxali judicio convenire potes: Qui, si noxæ maluerit servum dedere: nihilominus cum ipso, quantum ad eum pervenit, experiri non prohiberis. † Nam si eo conscio, & prohibere valente: detracta noxæ deditione conventus, ad [7] summam condemnationis solvendam omnino compellendus est. † Sane, si criminis publici [8] accusationem propter uxorem tuam a servo raptam, intendendam putaveris: non [9] contra dominum, sed contra eum servum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. PP. 18. Kal. Septemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De furto, & ope consilioque domini.

5. Iidem AA. & CC. Menophilo.

SI tibi per furtum nec manifestum ancillam servus ope [10] consilioque domini cum aliis rebus subtraxerit, cum inter servum & liberum civile judicium consistere non possit, eum ob hoc delictum dupli pœnali actione, & de rebus propriis vindicatione, vel [11] condictione convenire potes. S. 5. Kal. April. CC. CONSS. 294.

TIT. XLII.
AD EXHIBENDUM [12].

De vindicaturo ancillam.

1. Imp. ALEXANDER A. Crescenti militi.

SI dominium [13] ancillæ, de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec jure a patre tuo venundata est, ejusque proprietatem tibi vindicare paratus es: Præses provinciæ exhiberi eam jubebit, ut apud judicem [14] de rei veritate quæratur. PP. Kal. Maji, ALEXANDRO A. CONS. 227.

De servo reo criminis.

2. Idem A. Syro.

SI criminis [15] alicujus reus servus postulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non celari debet. PP. 11. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. CONS. 227.

De exceptione rei judicatæ.

3. Idem A. Felicissimæ.

NEque ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, si nunc competit, propterea perempta est, quod [16] aliquando adversus te ad exhibendum actione aliter pronunciatum est: quia commutatione litis alia res esse incipit. PP. Kal. Septemb. MAXIMO II. & ÆLIANO [17] CONSS. 224.

De instrumentis, & de in litem jurando.

4. Idem A. Flacillæ.

NOn ignorabit judex, si instrumenta [18] tui juris [19], quæ penes diversam partem fuisse probaveris, ab eisdem non exhibeantur, jurisjurandi [20] in litem facultatem deferri tibi oportere. PP. 3. Kal. Mart. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De possessore, & eo qui dolo desiit possidere.

5. Imp. GORD. A. Sabiniano militi.

AD exhibendum actione non [21] tantum eum, qui possidet, sed etiam eum teneri, qui [22] dolo fecit, quominus exhiberet, merito tibi a non contemnendæ auctoritatis Jurisconsulto Modestino [23] responsum est. PP. 2. Id. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De instrumentis.

6. Imp. PHILIPPUS [24] A. Palemonidi.

INstrumenta [25] ad jus tuum pertinentia, partem diversam invasisse adseverans, si quidem crimen [26] intendis, solennibus accusationibus [27] impletis, fidem adseverationi tuæ facito: sin vero ad exhibendum intendis, judiciorum more experire. PP. 2. Id. Mart. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De culpa, & dolo, & re deteriorata.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Vitalianis.

EXhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens, culpam vel dolum [28], in explendo præcepto committit: ita ut si rem deteriorem [29] exhibuit, æquitas [30] exhibitionis perficiat, ut quamvis ad exhibendum agi non possit: in factum tamen actio contra eum detur. PP. 16. Kal. Junii, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De commodato & deposito.

8. Iidem AA. & CC. Photino.

SI res tuas commodavit [31], aut deposuit is, cujus in precibus meministi, adversus tenentem ad exhibendum, vel vindicatione [32] uti potes. Quod si pactus [33] sit, ut tibi restituantur: si quidem ei, qui deposuit, successisti jure hereditario, depositi actione uti non prohiberis: si vero nec civili, nec honorario jure ad te hereditas ejus pertinet: intelligis nullam te ex ejus pacto, contra quem supplicas, actionem stricto [34] jure habere: utilis [35] autem tibi propter æquitatis rationem dabitur depositi actio. S. 5. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 293.

De chirographis & instrumentis ad debitum solutum pertinentibus.

9. Iidem AA. & CC. Faustino.

SI ex [36] quocunque contractu apud Præsidem provinciæ jure debitum, cui oportuerat, te reddidisse probaveris: chirographa tua, ex quibus jam nihil [37] peti potest, & instrumenta ad eum contractum pertinentia, tibi naturaliter [38] liberationem consecuto exhiberi ac reddi jubebit. S. 8. Kal. Septemb CC. CONSS. 294.

TIT. XLIII.
DE [39] ALEATORIBUS [40], ET ALEARUM LUSU.

1. Const. argumentum ex βασιλικῶν lib. 60. tit. 8. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

COnstitutio prohibet ludos, exceptis quinque: definit etiam multam in aleatores, permittens Præfecto Urbi, & Præsidibus provinciarum, & Episcopis ea inquirere & prohibere, & in iis habitos contractus rescindere. Dat & actionem ex quinque concessis ludis, & repetitionem eorum, quæ ex ea causa debentur, & statuit decem librarum multam in eos, qui constitutionem violari permiserint.

Aliud argumentum ex Nomocanone.

1. Imp. [41] JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

VIctum in aleæ lusu, non posse conveniri [42]: & si solverit, habere repetitionem [43], tam ipsum, quam heredes ejus adversus victorem, & ejus heredes, idque perpetuo, & etiam post triginta annos [44]. Quod si vel ipse, vel ejus heredes repetere neglexerint: liceat cuicunque volenti, & præcipue civitatis, in qua id factum est, Primati, vel defensori [45], repetere, & in opera civitatis id expendere. Data autem super aleæ lusu cautio [46] sit irrita, & condici possit. † Sed & si quis sub specie alearum victus sit lupinis [47], vel aliqua quavis materia, cesset etiam adversus eum omnis exactio. † Data licentia Episcopis hæc inquirendi: debentibus etiam Præsidibus, & primatibus & defensoribus civitatum eos hac in re adjuvare. † Duntaxat autem ludere liceat μονόβολον [48], liceat idem ludere κοντομονόβολον [49], κυντανὸν κόντακα, & item liceat ludere [50] χωρὶς τῆς πόρπης. id est, ludere vibratione Quintiana [51], absque spiculo, sive aculeo, aut ferro, a quodam Quinto ita nominata hac lusus specie. Liceat item ludere περιχύτην, id est, exerceri lucta [52]: liceat vero etiam exerceri hippice [53], id est, equorum cursu, seu hippodromo, absque dolo & circumventione. Et liceat quidem ditioribus ad singulas commissiones, seu ad singulos congressus, aut vices unum assem, seu numisma, seu solidum deponere & ludere, cæteris

§. 1. *ff. si quis testam. lib.* 1 Statutum disponens super eo, super quo disponit jus commune, interpretationem accipit secundum jus commune, & restringitur, ne quid sequatur absurdi. Alex. *ad l. inter cætera num. 5. de liber. & posthum.* Paul. de Castr. *ad l. fin. §. in computatione. in fin. infr. de jure deliber.* Jas. *ad l. 1. n. 22. de leg. 1.* Mod. 2 *§. 2. in fin. Inst. h. t.* vid. *l. 2. ff. h. t. l. 7. §. 1. D. de damn. infect. l. 1. §. 15. D. de vi & vi arm.* 3 *l. 17. §. 18. D. de ædilitio edict.* 4 Et non eo consentiente. Cujac. hunc locum ita restituit ex Græcis. 5. *obs. ult.* & recte. Gravior est enim in consentiente, quam in ignorante actio. 5 Adde *l. 2. D. h. t.* adde *l. 45. D. ad l. Aquil.* 6 Id est, in simplum, hoc est, ut servus noxæ dedatur, & dominus ejus in id teneatur, quod ad eum pervenit: ita Græci. *Synops. Basil. h. t. c. 42.* 7 In id quod interest, seu in quadruplum. *Synopsis d. loco.* 8 Raptus crimen publicum. vid. §. 8. *Instit. de publicis judiciis.* 9 Ex servi delicto dominus non obligatur. 10 vid. *l. 50. §. 1. D. de furtis, l. 53. in fin. D. de verb. sign.* vide Cujac. 6. *obs. 2. ubi tractat de variis furum generibus.* 11 Vide *l. 7. D. de cond. furt.* 12 *§. 3. Inst. de offic. jud. & 10. D. 4.* περὶ παραςάσεως ἤτοι ἐπιδείξεως πραγμάτων, 15. *Ecl. 4.* Oldendorp. *class. 3. act. 1.* Quid sit exhibere, vid. *l. 2. D. h. t. l. 3. §. 8. D. de hom. lib. exhib. l. 22. l. 246. D. de verb. sign.* 13 Ad exhibendum actio vindicationis præparatoria. vid. *l. 1. l. 3. §. 3. D. h. t. l. 3. §. 1. ff. de liberis exhibend. l. 1. ff. de privat. delict.* Datur vindicaturo, interdicturo utrubi, optaturo & noxali judicio acturo. vide Cujac. 9. *obs. 7.* 14 Militarem. 15 Ratione criminis persona exhibenda. adde *l. ult. ff. h. t.* 16 Liberatus, quia non possidebat, non liberatur, si de novo possidet. *l. 12. §. 1. ff. h. t.* 17 Paterno. 18 Vid. *l. 6. infr. h. t.* 19 Quando editio scripturæ petitur officio judicis, necesse est scripturam esse penes eum, a quo petitur tempore litis contestatæ, *l. fin. de fide instrum.* sed si adversarius se perdidisse diceret, an sufficiat sacramenti dictio. vide Alexand. *cons.* 199. *vol. 2.* adi etiam Paul. de Castr. *ad l. publicatis. in fin. de testib.* & Aret. *cons.* 219. Mod. 20 Ob rem non exhibitam juratur in litem. *l. pen. D. de in lit. jurand. l. 21. supr. de rei vind.* 7. *Synops.* 18. *ex lib. 15. tit. 4. c. 24.* 21 Ad exhibendum actio datur adversus possidentem, & eum qui dolo desiit possidere. *Synopsis d. loco.* 22 *l. 7. infr. l. 9. in pr. & §. 2. D. h. t.* 23 Modestinus non contemnendæ auctoritatis Jurisconsultus sub Gordiano. 24 An Gordianus? 25 *l. 4. supr. h. t. l. 3. §. 14. D. h. t. l. 52. in princ. D. de act. empt. l. 3. §. 5. ff. de tab. exhib.* 26 Invasor instrumentorum criminaliter accusari potest, & civiliter ad exhibendum cogi. 27 Accusationis. Cujac. 13. *obs. 35.* 28 *l. 5. supr. h. t.* 29 *l. 9. §. 3. ff. h. t.* 30 *l. 3. §. 14. ff. h. t.* 31 Exhibitio rerum commodatarum, aut depositarum peti potest. 32 *l. 13. infr. de oblig. & act.* 33 Depositarius, deponenti utiliter pacisci potest. adde quæ notavi ad *l. 53. in fin. ff. de act. empt.* 34 Aliud ex æquo. 35 Utilis actio non stricto jure, sed ex æquo datur. 36 Ad exhibendum agit debitor solutis iis quæ debebat: agit, inquam, ad chirographum & instrumenta cætera quæ ad contractum pertinent. 7. *Synops. Basil. 6. ex lib. 15. tit. 3. c. 28.* 37 Naturaliter liberatus instrumentum potest condicere. vide *l. 2. infr. de cond. ex lege, l. 18. ff. h. t.* 38 Puta solutione. *dict. l. 18. leg. 2. infr. de cond. ex lege.* 39 *L. 11. D. 5. & 3. Eclog. 2.* 40 *L. 11. D. 5.* Legem de alea latam fuisse testatur Cicero *Philip. 2.* Aleæ nomen omnem fortunæ lusum complectitur, non tantum talorum vel tesserarum ex pyxide, id est, fritillo vel phimo, quam pyxidem appellari opinor illo versu *Juvenal. 13.* partos gladio vel pyxide nummos. vide Cujac. *hic.* 41 Interpretatio Latina. 42 Habet enim exceptionem adversus agentem. *l. 19. in fin. ff. de prob. l. ult. §. 1. quar. rer. act.* 43 Olim in quadruplum, hodie in simplum. An autem famosa? Cujac. putat *hic.* Aleatorum enim nomen infame: unde & tesserarios se appellari malebant. *Amm. Marcell.* 28. ut latrones φωριςὰς se vocari; Lenticulam aleæ damnatum quasi infamem notat Cic. 2. *Philipp.* Differunt autem aleatores a tesserariis: quantum fures a latronibus. 44 Vel quinquaginta, ut est apud Eustath. libro de temporibus, *titulo* περὶ χρόνων. 5. Anatolius 13. *Nomocan.* 24. 29. Cujac. *c. 32. de divers. temp.* 45 Olim ædili. Martialis 4. *epigram.* 85. Ædilem rogat unus aleator: & 14. *Epigr.* 1. Nec timet ædilem moto spectare fritillo. & Seneca c. 7. *de brevitate vitæ*, loca ædilem metuentia, popinæ, ubi plerunque alea luditur. 46 Excipe casus infra scriptos, & *l. 3. infr. h. t.* 47 Θερμίοις. Lupini, argentum comicum in vicem pecuniæ veræ postea persolvendæ victori. 48 Id est, singulari saltu. 49 Saltu conto suffulto. 50 Alii legunt, κατ᾽ ἄμφω, vel Catampo, vel Catabo, quod genus ludi est Festo. 51 Ab inventore sic dicta. 52 Seu colluctatione. 53 Ἱππική, Troia sive Pyrrhica, curriculum equorum, cui similes sunt κινύζεθρα, & τόρνι ludi explicati a Nicephoro Gregora *lib.* 10. Porro Troia sive Pyrrhica simulachrum est pugnæ

autem

autem longe minori pecunia. Quod si plus lusum fuerit, neque repetitio detur, & solutum repetatur. Curent vero ista Præsides, decem librarum pœna imposita, si hanc legem contempserint, vel contemni permiserint.

2. Const. argumentum βασιλικῶν lib. 60. tit. 8. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

Constitutio prohibet ea, quæ dicuntur ξύλινα ἱππικὰ [1] periculi repetitione proposita in lusores, & publicatione domorum, in quibus hujusmodi lusus peracti sunt. Datur & repetitio ei, qui superatus est, & solvit: quod si nolit repetere, id jubet in opera publica ejus civitatis erogari.

Aliud argumentum ex Nomocanone.

β. Αὐτοκράτωρ Ἰϛινιανὸς A. Ἰωάννῃ P.P.

Ἡ διάταξις κωλύει τὰ παίγνια, καὶ πέντε ὑπεξαιρεμένων, ὁρίζει καὶ τινα ἐπιτίμια κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς ἐπισκόποις, ζητεῖν καὶ κωλύειν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα πράγματα ἀποτρέπειν· δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῶν ἐπιτετραμμένων παιγνίων, καὶ ἀπαίτησιν τῶν ἐντεῦθεν χρεωϛηθέντων, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρέντων παραβῆναι τὴν διάταξιν.

Aliud argumentum Latine.

Non licere ludere his, qui vocantur equi lignei [2], neque ulla quavis aleæ specie, exceptis ludis, quos in anteriore constitutione præmisimus. Loca vero, in quibus hujusmodi equis ligneis lusum fuerit, publicentur: & soluta [3] hujus ludi occasione repetantur: vel si repetere nolent, qui perdiderunt, repetitio fiet per Præfectum & Præsides provinciarum: & applicabitur [4] hujusmodi pecunia publicis operibus. Probibeant etiam cætera, quæ in hujusmodi ludis fiunt illicita, ut blasphemias [5], & si quæ talia. Balsamon notat de equi lignei *significatione incidisse apud imperatorem gravem quondam disputationem, quibusdam asserentibus illum ludum significari, quo pueri extra circum aurigando pro equis utuntur hominibus, aliis vero contra contendentibus ligneam esse fabricam per scalas ligneas exaltatam, habentem in medio diversa foramina: nam qui hoc genere ludebant, quatuor globulos diversorum colorum superjiciebant ex superiori parte, & qui primus globulorum per foramina ex ultimo foramine egrediebatur, hic victoriam dabat ei, qui projecerat. Nunc veterem harum legum translationem a nobis quoad fieri potuit, ex libris manuscriptis emendatam subjiciemus.* Cont.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

Alearum usus antiqua [6] res est [7], & extra [8] operas pugnatorias [concessa,] verum pro tempore abiit in lachrymas, multa millia extranearum nationum suscipiens. Quidam enim [nec] ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione [9] tantum proprias substantias perdiderunt, die noctuque ludendo, argento, apparatu lapidum, & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare [10] [Deum] conantur, & instrumenta conficiunt. Commodis igitur subjectorum prospicientes, hac generali lege decernimus, Ut nulli [11] liceat in publicis, vel privatis domibus vel locis ludere, neque in genere, neque in specie, & si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum [12] reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab his qui dederint, vel eorum heredibus, aut his negligentibus, a Patre aut Defensoribus illius civitatis vel recipiat fiscus, non obstante nisi quinquaginta [13] annorum præscriptione: Episcopis vero locorum hoc providentibus, & Præsidum auxilio utentibus. † Deinceps vero ordinet quinque ludos, Monobolon, Contomonobolon, Quintanum contacem sine fibula [14], & perichyten [15], & hippicem [16], quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus. † Sed nec permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum [17], si multum dives sit: ut si quem vinci contigerit, casum gravem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinamus, sed [18] & res [sacras] ludicras [19]. Sed istam interminantes pœnam transgressoribus, potestatem dando episcopis [20] hoc inquirendi, & Præsidum auxilio sedandi. † Prohibemus etiam, ne sint equi [seu equestres] lignei [21], & ut si quis ex hac occasione vincatur, hoc ipse recuperet domibus eorum publicatis [22], ubi hæc reperiuntur. † Si autem noluerit recipere is, qui dedit, procurator noster hoc inquirat, & in opus [23] publicum convertat. Similiter & Judices prohibeant, ut a blasphemiis, & [24] perjuriis, quæ ipsorum inhibitionibus debent comprimi, omnes homines penitus conquiescant.

TIT. XLIV.

DE [23] RELIGIOSIS [26] ET SUMPTIBUS FUNERUM [27].

De Translatione reliquiarum.

1. Imp. ANTONINUS A. Doritæ.

Si vi [28] fluminis reliquiæ filii tui continguntur, vel alia justa & necessaria causa intervenit: existimatione Rectoris provinciæ transferre [29] eas in alium locum poteris [30]. PP. 8. Kal. Novemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De illatione in locum alienum. De alienatione, & obligatione.

2. Idem A. Hilariano.

Invito, vel ignorante te ab alio illatum corpus in puram [31] possessionem tuam, vel lapidem, locum religiosum facere non potest. Sin [32] autem Voluntate tua mortuum aliquis in locum tuum intulerit, religiosus iste efficitur: Quo facto, monumentum neque venire [33], neque obligari a quoquam prohibente juris religione posse, in dubium non venit. PP. Kal. Maji, AQUILINO II. & ANULINO CONSS. 217.

De legato, & sumptu funeris.

3. Imp. ALEXAND. A. Rimo.

Legatum a defuncto tibi relictum, & [34] quod in funus vel morbum ejus erogasse te boni viri arbitratu probaveris, Præses provinciæ solvi tibi jubebit. PP. 5. Non. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De dominio, vindicatione, divisione.

4. Idem A. Luciano.

Si sepulchrum *monumenti* [35] appellatione significas, scire debes, jure dominii id nullum vindicare posse: sed si familiare [36] fuit, jus ejus ad omnes heredes pertinere, nec divisione ad unum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quæ circa [37] id sunt, si semper vicinis ædificiis usui hominum destinatis cesserint, ejus sunt cui illa, quorum partes esse visæ sunt, ex divisione obtigerunt. PP. 6. Non. Novemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De voluntate defuncti servanda.

5. Idem A. Cassio militi.

Militis voluntatem quam *circa monumentum sibi faciendum* testamento expressit, & pater & mater ejus heredes negligere non debent. Nam etsi delatio hoc nomine præteritis [38] constitutionibus amota est: invidiam tamen & conscientiam circa omissum supremum ejusmodi officium, & contemptum judicium defuncti, evitare non possunt. PP. 8. Kal. Maji, JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

De inscriptionibus monumentorum. De longi temporis præscriptione.

6. Idem A. Primitivo & aliis.

Monumentorum inscriptiones [39] neque sepulchrorum jura [40], neque dominium loci puri ad libertos transferent [41]. Præscriptio [42] autem longi temporis, si justam causam initio habuit, vobis proficiet. PP. 8. Kal. Jul. JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

De statuis & ornamentis.

7. Imp. GORDIANUS A. Claudio.

Statuas sepulchro superimponere, vel monumento quod [a te] extructum profiteris, *ornamenta* quæ putas, superaddere non prohiberis: cum jure suo eorum, quæ [43] minus prohibita sunt, unicuique facultas libera non denegetur. PP. 3. Kal. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De jure familiarium sepulchrorum.

8. Imp. PHILIPPUS A. Juliæ.

Jus familiarium [44] sepulchrorum ad affines, seu proximos cognatos non heredes institutos minime pertinet. PP. 16. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

equestris, quæ πρόλις & ἱππασία Dioni, idque ex Suetonii libro de lusibus puerorum Servius & Donatus scribunt *in 5. Æneid.* Sed transit etiam usus Pyrrhicæ in pedestris pugnæ simulachrum, adhibitis numeris & concentu musico. Marius Plotius libro de Metris, Pyrrhichius pes a Pyrrhica lusus genere nomen accepit, quia hoc sono milites usi sub armis per ludum ciunt simulachra pugnæ; ipsa tamen Pyrrhica dicta est a Pyrrho Cydoneo, qui primus Cretenses sub armis saltare ad hujus pedis sonum instituit. Alii a Pyrrho Achillis filio, quem primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltavisse dicunt: Aristoteles autem ait Achillem hujus lusus inventorem fuisse. Quibusdam placet, ab ardore, id est, a velocitate sui soni nomen accepisse hunc pedem: cognatus enim sensus ardoris, & velocitatis est; unde instant ardentes Tyrii, id est, festinantes. Et, ardet abire fuga. Hæc Plotius nondum excusus apud Cujac. 13. *obs.* 10. cui in eo quod scribit de Pyrrho Cydoneo, consentit Nicolaus apud Stobæum. 1 Cadit enim iste lusus magis in aleæ quam virtutis speciem, *de quo* vid. ℑ. *h. t. ibi* Balsamon *notat.* Est autem alea vitiosa: hinc Seneca, vel Publius mimus, Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior. 2 Τὰ πάιγνια. 3 Solutum ludi vetiti occasione condicitur. *l. ult. infr. h. t.* 4 Multæ interdum solent applicari publicis operibus *l. ult. infr. h. t.* 5 *l. ult. §. 1. supr. de episc. aud.* 6 Facit *l. 16. §. 8. ff. de pœn.* 7 Consule Alciatum *l. 1. prætermissorum.* Cujac. *l. 11. observ. c. 20.* Menochium *de arbitr. jud. cas.* 399. *&* 400. Rainald. Corsum *l. 3. indag. c. 11.* Constantium Landum *enarrat. in tit. de justit. & jure c. 6.* Jul. Clar. *§. ludus.* Benedict. Capram *in regul. conclus.* 86. Pium *in Annotat. posteriorib. c.* 12. Turnebum denique *adversar. l. 27. c. 33.* Mod. 8 Alea militibus olim permissa in castris, ne torperent otio, *ut hic:* Acron *ad Horat. 2. Carminum 16. Periculosæ plenum opus aleæ tractas.* Non impune tamen milites etiam in ludo arma amittunt. *arg. l. 3. §. 13. ff. de re milit.* vid. Forcatul. 20. *Cupid. num.* 7. Erat & permissa Decembre mense & Saturnalibus. 14. *Mart. & ibi interpretes.* 9 Juven. *Sat.* 1. neque enim loculis comitantibus itur, Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca. 10 *l. ult. §. 1. supr. de episcop. aud.* 11 Etiam clerico, *Nov. Leon.* 87. vid. *l. 34. §. 1.* ℑ. *de episc. aud.* 12 *l. 1. & 2. supr. h. t.* 13 Alea amissi repetitio est intra annos quinquaginta: ut ex Anatolio refert Eustathius libro περὶ χρονικῶν διαϛημάτων, neque tollitur tricennio. Epitome quæ extat 13. *Nomocan.* 29. licet Thalelæus tricennio tolli putet, quod in contextu Basilicωn non est adjectum. Eustathius *d. loco.* Hoc tamen non servatur in Gallia, teste Rebuff. *in proœm. const. gl. 5. n. 56.* 14 Spiculo χωρὶς τῆς πόρπης. *l. 1. supr. h. t.* 15 Colluctationem. *d. l. 1.* ℑ. *h. t.* 16 Id est, Trojam, Pyrrhicam. *d. leg. 1. supr. h. t.* 17 Id est, aureum. 18 Ludicras res ordinare vel ipsi Principes non dedignantur. vide Cassiodor. 3. *Variar. 51. in fin. 7. Variar.* 11. 19 Res etiam ludicræ a Magistratu curantur. 20 Facit *l. ult.* ℑ. *de episc. aud.* 21 Quid sint, vid. *l. 2. supr. h. t.* 22 Alias pœnas vid. *in l. 1. ff. h. t.* 23 *l. 2. supr. h. t.* 24 *Novell. 77. c. 1.* 25 Adde *tit. Cod. Theod. de sepulchris violat. l. 9. tit.* 17. 26 *L. 11. ff. 7.* περὶ μνημείων, id est, de monumentis, 59. *Eclog.* 3. 27 Καὶ δαπάνης τάφης. *Eclog. ibid.* adde 3. *Decret.* 28. *de sepulturis & 3. Sext. 12. & 3. Clement. 7. & 3. Extrav. 6. & 13. q. 2. c. ubicunque 6. & seq.* adde Paul. 1. *sent. 21. de sepulchris & lugendis.* De actione funeraria vid. Oldendorp. *class. 5. act. ult.* 28 Ob incursum fluminis, vel metum, corpus jam perpetuæ sepulturæ traditum, solennibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest. vid. Paul. 1. *sent. 21. §. 1.* 29 Transferebantur autem corpora per noctem. Paul. *d. loco.* efferebantur interdiu: quo referenda est Juliani constitutio *l. 5. Cod. Th. de sepulchro violato* Efferri, inquit, cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam, & per maximam insistentium densitatem: quod quidem oculos hominum infaustis incestat aspectibus. Qui enim dies bene auspicatus a funere, aut quomodo ad deos & templa venietur? Ideoque quoniam & dolor in exequiis secretum amat, & diem functis nihil interest utrum per noctes an per dies efferantur, liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur. Hæc Julianus *d. loc.* gentili more: quæ miror a Theod. in Codicem relata fuisse. 30 In hujusmodi translatione reddenda erant solennia sacrificia. 1. Paul. *sent. 21. §. 1.* Gentiles enim pro mortuis sacrificabant. Anniversaria quoque eam in rem sacrificia erant, quæ χόαι a Græcis dicebantur. vide Plut. *in Antonio.* 31 Pura possessio, purus locus, qui neque sacer, neque religiosus, sed profanus. *l. 4.* ℑ. *h. t. l. 2. §. 4. ff. h. t.* 32 *l. 2. ff. h. t. §. 9. Inst. de rer. divis. l. 6. §. 4. ff. de divis. rer.* 33 Monumentum vendi aut obligari non potest. *l. 9.* ℑ. *h. t.* neque legari. *l. 14.* ℑ. *de legatis.* An idem in re sacra? v. Ripensem *ad l. 6. 7. 8. 9. ff. de pign. & hypoth. n. 47. & seq.* 34 Legatario legatum licet petere, & expensas quas in personam fecit defuncti. *l. 1. l. 2. §. 2. ff. h. t.* 35 *l. 2. §. 6. ff. h. t. & 59. Ecl. 1. c. 2.* 36 Vid. *l. 5. ff. h. t.* 37 *l. 9.* ℑ. *h. t. l. 2. §. 5. ff. h. t.* 38 *l. 5.* ℑ. *de his, quibus ut indign.* vid. Paul. 3. *sent. 5. §. 10. ubi* vid. Cujac. *& Novell. 1. in pr.* 39 *l. 6. ff. h. t.* adde *l. 10. ff. de probat.* Publice incisa in æs, vel in marmor, vel in lapides, non probare, fidem non facere, ex hujusmodi sculptionibus jus nulli competere hinc nonnulli colligunt: quod falsum puto. Agitur enim hic specialiter de monumentorum inscriptionibus: alias hujusmodi inscriptiones probationem inducunt. *l. 10. D. de prob. l. 27. D. de cond. & dem. l. 11. in fin. D. fin. regun.* Antiquis in factis scripturam privatam fidem facere hinc colligunt. Mynsing. 5. *obs.* 79. & scripturam privatam repertam, & productam ex archivo publico fidem facere. *Authent. ad hæc.* ℑ. *de fid. instrum.* adde hic Socin. *reg.* 118. 40 Decius *cons. 146. col. 6. num.* 14. Scribentes *ad c. cum causam extr. de probat.* Forcatulus *in Necyomant. jur. dialog. 1. n. 34.* Cravettam *de antiquit. tempor. fol. 72. n.* 12. Mod. 41 Inscriptio monumenti a defuncto facta, jus aut dominium sepulchri eo vivo, qui inscripsit vel inscribi jussit, non transfert, *ut hic*, sed eo præmoriente: ut ita vim habeat ultimæ voluntatis: & ita hunc locum accipit Forcatulus 1. *Dialogo Necyomantiæ, num.* 34. 42 *l. 4. D. de mortuo inferend.* In sepulchris longa possessio non prodest ei qui nullum jus habet. *Syn. Basil. 59. tit. 2. c. 4.* 43 Prohibita quæ non sunt, concessa intelliguntur. *Inst. de his, qui sunt sui.* adde *l. 4.* ℑ. *de jure dotium, l. 27.* ℑ. *de testam. l. 25. in fin. D. ad municip.* 44 *l. 5. l. 6. vers. liberis. D. h. t.*

De venditione.

9. Idem A. & Philippus C. Faustinæ.

LOcum quidem religiosum distrahi [1] non posse manifestum est: verum agrum purum [2] monumento cohærentem [3] profani juris esse: ideoque efficaciter venundari, non est opinionis incertæ. PP. 6. Kal. Decemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De translatione corporis.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aquilianæ.

SI necdum perpetuæ [4] sepulturæ corpus traditum est: translationem [5] ejus facere non [6] prohiberis. PP. 8. Id. Feb. DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De supplicio affectis.

11. Iidem AA. & CC. Gaudentio.

OBnoxios [7] criminum digno supplicio subjectos sepulturæ tradi non vetamus. PP. 8. Id. April. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Ne reliquiæ intra civitatem condantur.

12. Iidem AA. & CC. Victorino.

MOrtuorum reliquias [8], ne sanctum [9] municipiorum jus polluatur, intra [10] civitatem condi, jam pridem vetitum est. PP. 3. Kal. Octob. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Collatio sepulchri familiaris, & hereditarii.

13. Iidem AA. & CC. Dionysio.

JUs sepulchri tam familiaris [11], quam hereditarii [12], ad extraneos etiam heredes: familiaris autem ad familiam, etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quemquam, qui non est heres, pertinere potest. S. 3. Id. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De translatione reliquiarum.

14. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

NEmo humanum [13] corpus ad alium [14] locum [sine Augusti [15] affatibus] transferat. Dat. 3. Kal. Mart. *Constantinop.* HONORIO NOBILI PUERO & EVODIO CONSS. 386.

In solo Auredani libro manusc. notatur hic deesse Græcam constitutionem, quam ex Basilicis edidit Cujac. lib. 11. observ. cap. 21.

15. [16].

IN nullo quopiam loco vectigal [17] ab aliqua persona pro corporibus ex uno in alium locum translatis præstetur.

1 *L. 2. in fin. §. h. t.* 2 Purus ager quid sit, vid. *l. 2. §. 4. ff. h. t.* adde Cujac. 10. *obs.* 37. 3 *l. 4. C. §. h. t.* 4 Seu æternæ sedi. *l. 40. ff. h. t.* 5 *d. l. 40. l. 1. l. 2. ff. de cadaver. pun.* 6 Excipe casum legis 1. *supr. h. t.* ex loco Pauli a me citato. 7 *l. 1. l. 3. ff. de cadaver. pænit.* nisi damnatos majestatis. *d. l. 1.* Jure Gallico hæc lex servatur, teste Rebuff. *in proœm. const. gloss. num.* 54. 55. 8 Reliquiæ mortuorum *hic* corpus. Paul. 1. *sent.* 21. §. 2. Græci λείψανα, *l. 3. supr. de sacr.* ossa, *l. 8. ff. h. t.* cineres, *d. l. 1. in fin.* Reliquæ etiam dicuntur. *l. 42. l. 44. in fin. ff. hoc tit.* ut & reliquiæ. *l. 30. ff. famil. ercisc. l. 27. ff. de cond. inst.* Animalia bruta habent etiam sua λείψανα, *l. 53. §. 5. ff. de leg.* 1. Neutra significatione. Reliquiæ sunt simulachra. De ossuario dixi *ad l. 2. ff. de sepulch. violat.* 9 Corpus in civitatem inferri non licet, ne sacra civitatis funestentur: qui contra fecerit, extra ordinem punitur. Paul. 1. *sent.* 21. §. 2. *l. 6. C. Theod. de sepulchr. violat.* Virgilius 11. *vers.* 205. *&c.* & corpora partim Multa virum terræ infodiunt, avectaque partim Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt. Cic. *de legib.* hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. Idem vetuit Antoninus Pius, *teste Spartiano.* Idem servatum apud Athenienses, ut refert Sulpitius *apud* Cic. 4. *epist. de M. Marcello loquens.* Eadem pene de causa Plato 12. *de legib.* vetuit sepulchra in loco fœcundo & ad culturam apto poni. Nobis Christianis non in urbibus modo, sed & in templis jus etiam sepulturæ est. 10 Paul. *d. loco.* 11 *l. 5. ff. h. t.* 12 *l. 5. 6. ff. h. t.* 13 Humatum. *l. 7. C. Theod. de sepulchr. violat.* 14 *l. 10. supr. h. t.* 15 Vel pontificum. *l. 8. ff. h. t.* hæc autem inclusa desunt in *l. ult. C. Theod. de sepulchris violatis:* ex qua hæc lex sumpta est. 16 Latina interpretatio. 17 Vectigal pro corporibus ex uno loco in alium translatis observa. Hujus vectigalis meminit lex 37. *ff. h. t.*

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER QUARTUS.

TIT. I.

DE REBUS CREDITIS [1], ET JUREJURANDO [2].

An causa retractari possit perjurii prætextu.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano.

CAusa [3] jurejurando ex consensu [4] utriusque partis, vel adversario inferente, delato & præstito, vel remisso [5] decisa: nec perjurii [6] prætextu retractari potest: nisi [7] specialiter [8] hoc lege excipiatur [9]. PP. 15. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 213.

Perjurio *pœna quando imponatur.*

2. Imp. ALEXANDER [10] A. Felici.

JUrisjurandi [11] contempta religio satis [12] Deum ultorem habet [13]. Periculum autem corporis [14], vel majestatis crimen secundum constituta [15] Divorum Parentum [16] meorum, etsi, *per* [17] *Principis venerationem* [18] quodam calore [19] fuerit pejeratum, inferri non placet. PP. 6. Kal. April. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De inopia probationum.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Severæ.

IN bonæ [20] fidei contractibus, nec non [etiam] in cæteris causis, inopia [21] probationum, per [22] judicem jurejurando causa cognita res decidi oportet. PP. 10. Kal. Sept. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De Tutelæ actione.

4. Iidem AA. & CC. Maximæ.

SI ad excludendam tutelæ actionem pupillus [23] jusjurandum tutori detulerit, postea eandem litem exercere non prohibetur. PP. Kal. Jul. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

1 Hæc tituli particula generalis est ad sequentes aliquot, nec tamen hic tractat de rebus creditis, sed de jurejurando, nisi dixeris, jusjurandum crediti speciem esse. *arg. l. 2. in fin. ff. de rebus creditis.* & ita conceptus est *Tit. 1. lib. 2. apud* Paul. *sentent.* 2 Jurejurando lites deciduntur, tam in actionibus in rem quam personam. Paul. *dict. loco.* §. 4. *Instit. de except. L.* 12. *D.* 2. *&* 22. *Eclog.* 5. *&* 1. Harmenop. 7. *&* 2. *Decret.* 24. *&* 2. *Sext.* 11. *&* 2. *Clement.* 9. *&* 22. *quæst.* 1. Ferrar. *in forma juramenti quod præstatur a parte parti* 16. Oldendorp. *class.* 1. *act.* 9. Jusjurandum quid est? fidei atque religionis exhibitio. *l. ult. J. de fideicomm. libert.* Deum testem & vindicem perjurii vocare. Juramentum an semper servandum sit, vid. apud Socin. *reg.* 206. *l. ult. infr. de non numerata pecunia.* de observata custoditaque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia vid. Gell. 7. *c.* 18. 3 *Synops. Basil.* 22. *tit.* 5. *c.* 40. 4 22. *Eclog.* 5. *c.* 40. 5 Remissum jusjurandum pro præstito habetur. Paul. 2. *sent.* 1. §. 3. 6 *l. 21. ff. de dolo mal.* 1. Harm. 7. 7 Quid si statuto caveatur juramento alicujus stari? valere juramentum quidam putant: sed tamen probationes in contrarium admitti: verum ea de re videndus est Socinus *reg.* 380. 8 Puta favore ultimæ voluntatis. *l. ult. infr. h. t.* Idem dicendum, si juratum fuit solo judice deferente, adversario non petente. *l. 31. ff. h. t.* adde quæ scripsi *ad l. 17. infr. de contrah. empt.* 9 *Sub.* ut retractetur. Igitur juramenti gratiam lex facere potest. adde *l. ult. ff. qui satisd. l. 38. in pr. ff. ad municip.* 10 Similis Alexandri ejusdem *lex supr. famil. ercisc. & l. 2. infr. ad leg. Jul. de adult.* 11 Per Deum scil. concepti, non per salutem Principis, ut dicam J. Goth. Vid. Cujac. *lib.* 2. *observ.* 19. Duaren. *ad. tit. de rebus credit. cap. fin. & ad tit. de jurejurand. cap. fin.* Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 14. Ans. Adde Joann. Robert. *lib.* 2. *Supputat. cap.* 20. Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. cap.* 319. *S. L.* 12 1. Harmen. 7. Imo non satis. *l. ult. ff. de crim. stellion.* solve: ibi stellionatui pœna imponitur, non perjurio. Vid. Cujac. 2. *obs.* 19. 13 Harm. *ibi.* Hinc Tiberius apud Tacit. *lib.* 1. *Annalium:* Deorum injurias diis curæ esse. 14 Satis disertim legem hanc explicat Gothofredus: præter quem vide Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cent.* 4. *cas.* 319. *n.* 13. 21. 23. *&* 28. Torell. de Prat. *cons.* 41. *n.* 2. *inter consil. crim. vol.* 1. Joan. Robert. *lib. 2. sent. jur. cap.* 20. Mod. 15 *l. 13. §. ult. ff. de jurejur.* 16 Severi & Caracallæ. 17 Κατὰ βασιλέως, Harmen. *ibid.* per genium Principis. *l. 13. in fin. ff. de jurejur.* Jurabant per Genium Principis Gentiles. *l. si duo.* 13. *in fin. ff. de jurejur.* Tertull. *ad Scapulam &* 28. *Apologet.* aut quod tantundem τύχην τοῦ κύριος. Dion. 44. Arrian. Epictet. *lib.* 4. *cap.* 1. Joseph. 16. *antiq.* 16. Christiani per salutem Principum, at non per genium. 3. Euseb. *hist.* 14. quod salus augustior sit genio. Tertull. *Apologet. cap.* 32. adde *l. si quis major.* 41. *supr. de transact.* sane qui pejerasset, jurans per genium Principis, Tiberio crimen non fuit. *Dion.* 57. Contra crimini Cajo fuit, non jurasse per genium Principis. Sueton. *in ejus vita, cap.* 27. qui & autor fuit, ut omnibus juramentis hoc adderetur: Neque me liberosque meos cariores habeo, quam Cajum & sorores ejus. Sueton. *in Cajo, cap.* 13. Dion. 18. 18 Salutem: scriptum fuisse videtur *Genium*, idque mutavit Tribon. 19 Calori ignovit, & alio adhuc rescripto idem Alex. *l. 4. infr. ad leg. Jul. de adult.* Calor, est inconsultus animi motus. *l. 9. in princ. ff. de publican. & vect. l. 22. in fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. 7. in fin. ff. ad l. Jul. repetund. l. 1. §. 5. ff. ad SC. Turpillian.* ut sit sensus: Si per Deum juratum est, Deus ipse vindex est: si per Principem, Princeps ipse. Quid si consulto consilio per Principem sit juratum? qui pejeravit, tenetur majestatis: Majestatis, inquam, non abscisse, sed quodammodo tantum: ideoque pœna reorum majestatis ei non infligitur, sed fustigatio. *d. l.* 13. Ex hinc tamen constat, gravius eum puniri, qui per Cæsaris genium juravit, quam qui per Deum. Tertullian. *cap.* 18. *Apologet. in fin.* Citius (inquit) apud vos per omnes deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur. Minucius Felix, *in Octavio:* Tutius eis est per Jovis *Genium* pejerare, quam Regis. Illud interim notandum, Eum, qui per Deum juraverit, & pejeraverit, fieri infamem; dixi ad *Leges* 12. *Tabular.* & aliis pœnis civilibus subjici. *l. 41. §. de transact. l. 2. in fin. J. de indict. vidNit. lib. 1. ll. veterum Francicarum, cap.* 61. perjurus neque in sua, neque in alterius causa jurare potest. Qua lege & illud cavetur præterea, eos, qui rationabilis ætatis non sunt (rationabilem appellat eam in quam rationis, seu ratiocinandi usus aliquis cadit) non cogendos esse jurare. Item, ut qui in sanctis (opinor scripturis vel Templis) juraturi sint, jurent jejuni. Idem esse jurare per charitatem & veritatem ac per Deum: cum Deus sit charitas & veritas. Juramentum Pharisaicum esse, jurare per aurum & altare templi. Huc refer Gell. 7. *Noct.* 18. ubi tractat de observata custoditaque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia. adde Cujac. 8. *observ.* 7. Forcatul. 18. *Cupid. num.* 2. 3. Clarum *sentent.* 5. §. *perjurium.* ubi refert perjurum removeri ab agendo, testimonio dicendo, jurando. Excusari a pœna civili, si sine dolo pejeravit. *l. ult. ff. de in litem jur.* si propter impedimenta justa juramento satisfacere non potuit, si perjurium nulli noceat: si interrogatus super crimine, pejeravit, si delatum ab adversario in judicio fuerit. 20 Vid. *l. 5. ff. de in litem jurand.* 21 22. *Synops. Basil.* 2. *cap.* 42. vid. 1. Harm. 1. *cap.* ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις. 22. *Eclog.* 5. *cap.* 28. 22 *l. 31. ff. de jurejur.* Tale juramentum necessarium est. In Gallia quæ consuetudinibus seu statutis quibusdam propriis utitur, judices inopia probationum, & ubi semiplene tantum probatum est, juramentum actori non deferunt, nisi a rege jussi sint. Rebuff. *in princ. const. gloss.* 15. *num.* 58. Semiplena probatio est, si unicus tantum testis producitur, nempe quia duo plenam faciunt, si reus fugit, si scriptura tantum domestica profertur. vid. Accurs. *hic.* Putarem, ne id quidem jure fieri, nisi causa bene cognita. *ut hic. J. h. t.* De juramento suppletorio, vid. Socinum *reg.* 104. Dicam plenius in praxi civili *titul. de jurejurando.* 23 Sine tutore. *l. 17. §. 1. ff. de jurejur.* 22. *Eclog.* 5. *cap.* 29. Pupillo non defertur jura-

De

De Fideicommisso.

5. Iidem AA. & CC. Juliano.

CUm etiam a [1] pupillorum tutoribus, velut ab ipsis pupillis relicta fideicommissa videantur [2], super fideicommissis Præses [3] provinciæ cognoscet: &, si id tibi relictum esse constiterit, reddi tibi efficiet. Idem, si inficietur, ad jusjurandum (ut desideras) tutorem adiget [4]. PP. 4. Kal. Decemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De generis & ingenuitatis quæstione.

6. Iidem AA. & CC. Bessio.

CUm proponas partibus placuisse, jurisjurandi religione, generis [5] & ingenuitatis quæstionem decidi: Præses provinciæ juxta decretum arbitri [6] ad voluntatis vestræ placitum amitæ tuæ filiis consulet. PP. 5. Id. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Ne alteri per alterum præjudicetur.

7. Iidem AA. & CC. Eutychianæ.

NEc filius [7], nec quisquam alius [8], nec litigando, nec paciscendo, sed neque jusjurandum citra voluntatem dominæ rei deferendo, præjudicium ei facere potest. Unde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, nec hoc ratum habuisti, nihil tibi oberit. S. Idib. Novemb. AA. CONSS. 293.

De actione & jurejurando actoris.

8. Iidem AA. & CC. Alexandro.

ACtori [9] delato, vel relato jurejurando, si juraverit, vel ei remissum sit sacramentum, ad similitudinem [10] judicati in [11] factum actio competit. S. 12. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

De conditione jurisjurandi reo delata.

9. Iidem AA. & CC. Martiano.

DElata [12] conditione jurisjurandi, reus (si [13] non per actorem, quominus de calumnia juret, steterit) per judicem solvere [14], vel jurare, nisi [15] referat jusjurandum, necesse habet. S. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De deposito.

10. Iidem AA. & CC. Protogeni.

IN actione etiam depositi [16], quæ super rebus quasi sine scriptis datis movetur, jusjurandum ad exemplum cæterorum bonæ [17] fidei judiciorum deferri potest. S. 5. Kal. Decemb. CC. CONSS. 300.

De revocatione jurisjurandi.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Demosth. P. P.

SI quis jusjurandum intulerit, &, necdum eo præstito, postea (utpote sibi allegationibus abundantibus) hoc revocaverit: sancimus [18] nemini licere penitus iterum ad sacramentum recurrere, (satis enim absurdum est redire [19] ad hoc, cui renunciandum putavit, & cum [20] desperavit aliam probationem, tunc denuo ad religionem convolare) & judices nullo modo [eos] audire ad tales iniquitates venientes. † Si quis autem sacramentum intulerit, & [hoc] revocare maluerit, licere quidem [ei] hoc facere, & alias probationes, si voluerit, præstare: ita [21] tamen, ut hujusmodi licentia usque [22] ad litis tantummodo terminum ei præstetur. Post definitivam autem sententiam, quæ provocatione suspensa non sit, vel quæ, postquam fuit appellatum, corroborata fuerit: nullo modo revocare juramentum, & iterum ad probationem venire cuiquam concedimus: ne repetita lite, finis [23] negotii alterius causæ fiat exordium. Dat. 15. Kal. Octob. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

Jusjurandum ad decisionem litis quando præstandum. 1. De jurejurando præstando, vel referendo. 2. De procuratione; si quis jurare noluerit. 4. De absentibus. 5. De loco & forma jurandi. 6. De priorum legum confirmatione.

12. Idem A. Demostheni P. P.

GEneraliter de omnibus juramentis, quæ in litibus offeruntur vel [24] a judice vel a partibus, definiendum est. Cum enim jam increbuit judices in plenissima definitione sacramentum imponere: evenit, ut provocatione lite suspensa [25], hi quidem, qui jusjurandum præstare jussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur, probationes autem rerum cadant [26]: cum [27] multum [28] discrepet juramentum hereditarium [29] a principali [30] sacramento. Necessitate itaque rerum coacti, & probationibus pinguius subvenientes, ad hujusmodi venimus sanctionem. Omne igitur juramentum, sive a judicibus, sive a partibus illatum, vel in principio litis, vel in medio, vel in ipsa definitiva sententia, sub ipso judice [31] detur, non expectata vel ultima definitione, vel provocationis formidine. §. 1. Sed juramento illato, cum hoc a partibus factum fuerit, & a judice approbatum [32], vel ex auctoritate judicis cuicunque parti illatum: si quidem is cui imponitur sacramentum, nihil ad hoc fuerit reluctatus, hoc præstetur, vel referatur: necessitate ei imponenda, cui jure refertur, relationis sacramentum subire: vel si hoc recusaverit, quasi illato sacramento præstito, causa [33] vel capitulum [34] decidatur, nullo loco provocationi relinquendo. Quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium in his quæ ipse facienda procuravit? §. 2. Sin autem is, cui sacramentum est illatum, vel a parte, vel a judice, hoc subire minime voluerit, licentiam quidem habeat sacramentum recusare: judex autem, si hoc omnimodo præstandum existimaverit [35], sic causam dirimat, quasi volente eo sacramentum sit recusatum: & ita cætera sive capitula, sive totius negotii summa examinentur, & lis suo marte percurrat, nullo ei obstaculo obviante. Ipse autem qui sacramentum sibi illatum dare recusaverit: vel hoc attestetur, vel, si forte non audeat, habeat [36] sibi in ultima [37] provocatione repositum auxilium, & si judex appellationi præsidens, *bene quidem illatum jusjurandum, non rite autem recusatum* pronunciaverit: res secundum quod judicatum est, permanebit. Sin autem *non rite quidem illatum, recte autem recusatum sacramentum* pronunciaverit: tunc ei licebit emendare [38] sententiam judicis, quæ quasi ex recusato sacramento processit, & nihil penitus nec præjudicii, nec injusti dispendii [39] cuicunque incurret: sed & causæ cursus ab initio usque ad novissimum terminum non impedietur, & lis æqua lance trutinabitur. §. 3. Sive autem illatum juramentum præstitum fuerit, sive recusatum, ipsi parti, quæ hoc intulit, nullum [40] provocationis remedium in hoc reservabitur: cum nimis crudele est, parti quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quod judex ejus petitionem secutus est, superesse provocationem. §. 4. His de præsentibus [41] personis statutis, nec absentes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subjugamus: & si persona præsens non inveniatur, cui sacramentum illatum est, lite forte per procuratorem ventilata, necesse est, vel ipsam principalem personam datis certis induciis [42] ad judicem venire, ut ea quæ de sacramentis statuta sunt, impleat; vel (si judex existimaverit) in provincia [43] ubi degit, sub actorum testificatione juramentum ab ea vel dari, vel referri, vel recusari, hoc procedere: ut singulis casibus eventus jam definitus imponatur: licentia danda etiam parti alteri, vel per se, vel per procuratorem super hoc ipsum ordinatum, adesse his quæ de juramento aguntur: vel si neutrum facere maluerit, & ex una parte [44], sub fide tamen gestorum, juramentum præstari, vel referri, vel recusari: expensis propter hujusmodi causam præstandis, officio [45] judicis trutinandis, an ab utraque parte, an ab altera oporteat eas dependi: nullo tamen ex hoc litibus impedimento generando: sed, donec ea procedunt, aliis vel capitulis, vel litis membris a judice examinandis: & postquam fuerint ei intimata [46] gesta super juramento subsecuta, tunc iterum ad [47] hoc capitulum judice redeunte, & eo adimpleto ad cetera perveniente: omnibus aliis quæ de præsentibus sancita sunt, & in absentium parte observandis. §. 5. In omnibus autem casibus in quibus sacramenta præstantur, observationem judicialem permanere censemus secundum personarum qualitatem [48], sive sub [49] ipso judice præstari oportet juramentum, sive in domibus [50], sive sacris scripturis tactis [51], sive in sacrosanctis oratoriis [52].

§. 6. Similique modo in sua firmitate manere, quæ de calumniæ jurejurando, vel relato sacramento legibus cauta sunt, vel a nobis, vel a retro divis principibus introducta: non enim, ut aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata sunt: sed ut, si quid deesse eis videatur, hoc repleatur. Recitata septies [53] in novo consistorio Palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

mentum. Idem etiam non defert, nec gratiam jurisjurandi facit. *d. §. 1. Eclog. ibid.* Harmen. 7. περὶ ὀρκῶν. 1 Relictum a tutore, relictum videtur a pupillo, de quo si dubitatur, tutori defertur juramentum, & ita tutor jurat in causa pupillo mota, *l. 20. J. de fideicommiss. l. 69. §. 2. ff. de leg.* 2. adde Cujac. 3. *obs.* 27. 2 Cum eadem mox verba repetantur *in l. 20. infr. de fideicommiss.* videtur hic ex eadem scribendum & reponendum: *Relicta fideicommissa debeantur.* Mod. 3 Fideicommissa in provinciis apud Præsidem, ut Romæ apud Consulem, vel prætorem fideicommissarium petebantur. Ulpian. 25. §. 12. 4 Imo non adiget *l. 4. ff. de in litem jurand.* Sed ibi de juramento in litem affectionis, hic de veritate agitur. Wesenb. *ad tit. ff. de in litem jur. n.* 4. Ans. 5 Super causa status potest jusjurandum deferri. 6 Id est, judicis dati. vid. *l. 2. supr. de judic. l. 2. in fin. ȝ. de pedaneis jud. v. l. 2. J. de libertis & eorum.* 7 Vid. *l. 4. J. si aliena res pign.* Goth. Explicationem hujus legis vid. apud Leoninum *emendat. lib. 3. c. 12. n.* 2. Ans. 8 Vid. *l. 3. §. 3. in fin. ff. de jurejur.* 9 Jurejurando delato, reus debet vel jurare, vel solvere, vel jusjurandum referre. *Syn. Basil. 22. tit. 5. c.* 48. Quid si ipse actor de calumnia prior jurare nolit? reus jurare non cogitur. *l. 9. J. h. t.* quippe is, qui jusjurandum defert, prius jurare de calumnia hac formula cogitur, ὅτι οὐχ' ὡς συκοφαντῶν σε, βούλομαι λαβεῖν παρά σου τὸν ὅρκον, ἀλλ' ὡς νομίζων δικαίως ἐπάγειν· hoc est, juro me non calumniose jusjurandum exigere, sed quod jure me putem experiri. *Syn. Basil. 22. tit. 5. c.* 48. 1. Harm. 7. §. 6. unde apud Paul. legimus 2. *sent.* 1. §. 2: Jusjurandum deferre prior actor potest, contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit. adde *l. 34. §. qui jusjurandum. 4. & l. si non fuerit. 37. ff. de jurejur.* 10 Quin jusjurandum majus quiddam est, quam res judicata. 22. *Ecl. 5. c.* 1. 11 Ex juramento nascitur actio in factum; de qua vid. Oldendorp. *class. 1. act.* 9. nisi super aliquo facto nominatim est juratum, puta vendito; tunc enim competet utilis venditi. *l. 13. §. 3. ff. de jurejur.* Goth. vid. in hanc leg. Joan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 5. num.* 96. Ans. 12 Dixi *ad l. 1. ȝ. h. t.* ex Paul. 3. *sent.* 1. §. 2. 13 Qui defert jusjurandum, prius de calumnia jurat. *l. 34. §. 4. l. 37. ff. h. t. l. ult. J. de fideicommiss. d. §. 2.* vid. *l. 1. supr. de jurejuran. propt. calum. l. 11. §. 1. & 2. ff. rer. amotar.* Remittitur tamen quibusdam personis, puta patrono, non liberto: & in caussis feudalibus tam vasallo, quam domino. vid. Cujac. 4. *feud. 36. fol.* 548. 2. *feud.* 33. §. 1. 14 *l. 34. §. 6. ff. de jurejur.* 15 Cui defertur juramentum, tenetur jurare, vel referre. 16 Adde *l. 4. ȝ. ad exhib.* 17 *l. 3. ȝ. h. t.* 18 Jusjurandum inopia probationum tibi detuli: nactus alias probationes, delationem jurisjurandi a te nondum præstiti, revocavi, quæritur an secundo non liceat ad jurisjurandi delationem confugere? non licet. *Synops. Basil. 22. tit. 5. cap.* 50. 1. Harm. 7. §. 7. 19 Vide *l. 75. ff. de reg. jur.* 20 Iniquum est hoc casu ἀποτυχίᾳ τῶν ἄλλων ἀποδείξεων πάλιν εἰς τὸν ὅρκον ἀποστρέφειν, ob desperatas alias probationes, ad jurisjurandi religionem denuo confugere. *Synops. Basil. h. t. c.* 50. 21 Jusjurandum delatum, necdum præstitum, is qui detulit revocare potest ἕως ὅτε ἀπόφασις ἐξέλθῃ ἐπιτρέπουσα δοθῆναι τὸν ὅρκον. quousque sententia lata fuerit, quæ jusjurandum præstare jubeat. Igitur non post sententiam a qua non appellavit, non denique post sententiam ab appellationis judice confirmatam. *Synops. d. l.* 22 Delatum juramentum, antequam sit juratum vel pronunciatum, revocari potest. *Goth.* Vid. Borcholt. *de jurejur. c. 6. n.* 2. Vincent. Caroc. *de juram. lit. decis. q. 5. pr. n. 39. & q. 10. pr. 1. n.* 1. Ita & Jurisconsultis licet quandoque ex mutatione circumstantiarum facti responsum mutare. Cujac. *lib. 2. observ.* 36. & *ad African. tract.* 4. Natt. *cons.* 194. *num.* 13. *lib.* 1. Ans. 23 Id est, finis primi negotii secundæ litis exordium faciat. *Synops. ibid.* 24 Juramentum defertur, vel a judice vel a parte. 25 Appellatione suspenditur sententia. 26 Probationum viæ non sunt coarctandæ. *l. quoniam. ȝ. de hæreticis:* unde colligit Accursius *in Novell. 94. arg. Novellæ de testibus*, debitorem pacto vel conventione cogi non posse, ad unicam tantum probationis speciem, ut ita possit debitor quovis genere probationis, sive per testes, sive per instrumenta, sive per jusjurandum, debiti solutionem probare, neque se ad unum tantum genus probationis astringere. 27 Juramentum heredis multum differt a defuncti juramento. *l. 11. §. 2. ff. rerum amotar.* 28 2. *Feud. 58. §. cum datur.* Coguntur tamen heredes interdum jurare, dummodo verisimiliter possunt jurare: videlicet nota eis veritate facti defuncti, quam liberi, tacita quadam præsumptione, nosse intelliguntur. vide ad hunc locum Rolandum a Valle 1. *cons.* 52. adde Ancharanum 1. *quæst.* 55. *num.* 8. Mynsing. 1. *observ.* 13. 29 De procuratore vide *l. 2. §. 1. §. 2. ȝ. de jurejurand. propt. calumn.* 30 Hoc est, defuncti. 31 Potest jurari etiam appellatione pendente. *Salic.* 32 Delatio juramenti parti non concludit, nisi per judicem approbata sit. 33 De qua agitur sc. unde colligunt: Contumacem in uno capite, non haberi pro confesso in alio. 34 Id est, articulus ille litis. 35 Contumax non habetur ipso jure pro confesso: cum ejus contumacia judicis arbitrio sit definienda. 36 Intentio non allegata in causa principali, potest in causa appellationis allegari. *Bald.* 37 In appellatione a definitiva, discutiendum gravamen interlocutoriæ. 38 Hinc illa usitata formula judicandi in curiis, & apud judices ad quos appellatur. *En emendant le jugement &c.* 39 Sententia emendata non parit dispendium, potest tamen arbitrio judicis condemnari in expensas primi judicii, qui in priore causa vicerit. 40 Delator juramenti non appellat. An idem in eo qui refert? Idem, omnis enim juramenti relator, est delator. *Accurs.* 41 Quasi diceret, Et hæc de juramento delato, & relato inter ipsas partes præsentes. 42 Absenti certus comparendi terminus præstandus. 43 Jurari potest extra provinciam judicis, apud quem litigatur. 44 Μονομερῶς. 45 Officio judicis expensæ trutinantur. 46 Significata. 47 Dilatio pendens super uno capite, non impedit processum super alio, diverso tamen. *Bald.* 48 Juramentum ei deferendum, qui rei veritatem magis perspectam habet. vid. Mynsing. 1. *obs.* 13. 49 Jurari potest, vel in judicio, vel domi. 50 Acta ex causa possunt fieri in domo privata: hinc colligit Baldus, ægroti donantis aliquid in domo sua coram judice, donationem pro insinuata censeri. 51 Corporaliter ita juratur. 52 In Ecclesia jurari potest. vid. quæ notavi *ad l. 2. ȝ. de sacrosanct. Eccles.* 53 Septimo. Cujac. 20. *obs.* 3. hoc quid sit, dixi ad *l. 22. in fin. ȝ. de sacrosanctis Eccles.*

De legatis & fideicommiſſis.

13. Idem A. Joanni PF. P.

CUm quis legatum, vel fideicommiſſum, utpote ſibi relictum exigeret, & teſtamento forte non apparente pro eo ſacramentum ei ab herede delatum eſſet, & is religionem ſuam præſtaſſet, affirmans ſibi legatum, vel fideicommiſſum derelictum eſſe, & ex hujusmodi teſtamento id, quod petebat, conſecutus eſſet; poſtea autem manifeſtum eſſet factum, nihil [1] ei penitus fuiſſe derelictum: apud antiquos quærebatur, utrum jurejurando ſtandum eſſet, an reſtituere deberet, quod accepiſſet: vel, ſi re vera ei derelictum fuiſſet legatum, vel fideicommiſſum, an daremus licentiam heredi Falcidiam, ſi competat, ex hoc retinere. Nobis itaque melius viſum eſt, repeti [2] ab eo legatum, vel fideicommiſſum, nullumque ex hujusmodi perjurio lucrum ei accedere: ſed ſi verum fuerit inventum: quartæ detentionem inveniat, ſi tamen locum habeat: ne cui ex delicto [3] impium ſibi lucrum [afferre] noſtris legibus concedatur. Dat. 15. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 532.

TIT. II.

SI CERTUM PETATUR [4].

De Ære *alieno hereditario.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Modeſtino.

NEque æquam, neque uſitatam rem deſideras; ut æs alienum patris tui non [5] pro portionibus hereditariis exolvatis tu & frater coheres tuus, ſed pro æſtimatione rerum prælegatarum [6]: cum ſit explorati juris, hereditaria onera ad [7] ſcriptos heredes pro [8] portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinere. Quod nec tu ipſe ignorare videris: cum creditoribus ſecundum formam [veteris [9]] juris pro portione tua caveris. Dat. Kal. Jul. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De eo, qui nummos alienos credidit, & ſtipulatus eſt.

2. Imp. ANTONINUS A. Hermogeni.

QUamvis pecuniam tuam [10] Aſclepiades ſuo nomine crediderit: ſtipulando tamen, ſibi [11] jus obligationis quæſivit: quam pecuniam ut poſſis petere, mandatis tibi ab eo actionibus conſequeris. PP. 7. Kal. Maji, MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De his, qui officia adminiſtrant.

3. Imp. GORDIANUS A. Sempronio.

EOs [12], qui officia adminiſtrant, neque per ſe, neque per ſuppoſitas perſonas, tempore officii ſui in provincia fœnus [13] agitare poſſe, ſæpe reſcriptum eſt. PP. 8. Kal. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De pecunia abſentis nomine ejus credita.

4. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS Cæſ. Maximo.

SI abſentis pecuniam, nomine ejus fœnori dediſti, ac reprobato nomine [14], mandatis actionibus experiris, præſes provinciæ juriſdictionem ſuam præbebit. §. 1. Idem ſi ceſſare mandatum animadverterit, utilem tibi adverſus debitorem actionem eo nomine competere non negabit [15]. Propoſ. 15. Kal. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De inſtrumento.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Ariſtodemo & Proculo.

SI non ſinguli [16] in [17] ſolidum accepta mutua quantitate, vel ſtipulanti creditori ſponte vos obligaſtis (licet uni [18] numerata ſit pecunia) vel interceſſionis nomine hanc pro reo ſuſcepiſtis obligationem: fruſtra veremini, ne ejus pecuniæ nomine vos convenire poſſit, quam alii mutuo dedit, ſi intra præſtitutum [19] tempus rei geſtæ quæſtionem detuliſtis. † Ac multo magis inanem timorem geritis, ſi [20] pecunia numerata, *oleum ſuſceptum* inſtrumento ſit collatum: cum, ſi *reddendi* ſtipulatio nulla ſubjecta eſt, & hujus rei eſt habita ſolennis conteſtatio, in ſuo ſtatu remanente eo, quod vere factum interceſſit, ex olei accepti ſcriptura nihil deberi manifeſtum eſt. S. 5. Non. Maji, AA. CONSS. 293.

De novatione, de inſtrumento ſimulato, de uſuris.

6. Iidem AA. & CC. Nicandro.

SI ex pretio [21] debitæ quantitatis, facta novatione, per ſtipulationem uſuras licitas ab eo contra quem ſupplicas, ſtipulatus es: falſa [22] mutuo datæ quantitatis demonſtratio præmiſſa, cum obligationis ſubſtantia non defecerit, quominus usque ad modum placitum uſuræ poſſint exigi, nihil nocet.

† Si vero, citra vinculum ſtipulationis tantum mutuam pecuniam datam conſcriptum eſt, & ejus præſtari fœnus convenit: ſimulatis pro infectis habitis, hujusmodi placitum nihil de præcedenti mutavit obligatione. S. 15. Kalend. Decemb. AA. CONSS. 293.

De origine pecuniæ creditæ, de perſona cujus nomine creditum eſt ſpectanda.

7. Iidem AA. & CC. Pactumeio.

NOn unde [23] originem pecunia, quæ mutuo datur, habeat; ſed qui contraxit, ſi ut propriam numeravit; in hujusmodi obligationibus requiritur. S. 5. Non. Oct. *Sirmii,* AA. CONSS. 293.

De re æſtimata data mutui cauſa, de ſtipulatione uſuræ illegitimæ, de pignore non idoneo.

8. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI pro [24] mutua pecunia quam a creditore poſcebas, argentum, vel jumenta, vel alias ſpecies utriusque conſenſu æſtimatas [25] accepiſti, dato auro pignori, licet ultra uſuram centeſimam uſuras ſtipulanti ſpopondiſti: tamen [26] ſors, quæ æſtimatione placito partium definita eſt, & uſurarum titulo legitima [27] [ſumma] tantum recte petitur. Nec quicquam tibi prodeſſe poteſt, quod minoris [28] eſſe pretii pignus quod dediſti, proponis, quo [29] minus hujusmodi quantitatis ſolutioni pareas. S. 17. Kalend. Januar. AA. CONSS. 293.

Si duo ſimul crediderint.

9. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CUm te in Gallia cum Syntropho certum auri pondus, itemque numeratam pecuniam mutuo dediſſe, ut Romæ ſolveretur, precibus adſeveras: aditus competens Judex ſi duos reos ſtipulandi [30], vel te pro ſolido tibi quæſitam actionem, ſive ab heredibus Syntrophi procuratorem [31] te factum animadverterit; totum debitum; alioqui, quod dediſti, ſolum reſtitui tibi jubebit. S. 15. Kal. Januar. AA. CONSS. 293.

De uno inſtrumento plurium obligationum, de ſtipulatione mutuo adjecta, de pœnitentia.

10. Iidem AA. & CC. Criſpino.

EO quod a multis [32] proprii debiti ſingulorum obligationis uno [33] tantum inſtrumento probatio continetur: exactio non interpellatur. Nam ſi pro pecunia quam mutuo dediſti, tibi vinum ſtipulanti [34], qui debuerant, ſpoponderunt: negotii geſti pœnitentia contractum recte habitum, non conſtituit irritum. S. 2. Non. Feb. *Sirmii,* AA. CONSS. 299.

De incendio.

11. Iidem AA. & CC. Maximiano.

INcendium [35] ære alieno non [36] exuit debitorem [37]. S. 2. Id. Febr. *Sirmii,* AA. CONSS. 299.

De his, qui in rem communem mutuati ſunt.

12. Iidem AA. & CC. Theophanio.

SI in rem communem cum Ione mutuam ſumpſiſti pecuniam, nec re, nec ſolennitate verborum vos obligaſtis in ſolidum: & ſi eam poſt integram ſolviſti [38]: de reſtituenda tibi parte contra Ionem experiri, ut debitum poſcens, judice cognoſcente potes. S. 15. Kal. Sept. CC. CONSS. 300.

1 Negativam interdum probari hinc colligunt; qua de re dicetur ad *l.* 23. J. *de probat.*
2 Obſtat *l.* 1. S. *h. t.* quam vide & Forcatulum 18. *Cup. num.* 7. Paucis interim traditur, reſtitutionem adverſus ea, quæ juramento non voluntario ſunt deciſa, dari propter ſpecies de novo repertas, *l.* 31. *ff. h. t. l.* 29. S. *de tranſact.* Goth. Hæc eſt 9. deciſio ex 50. novis Juſtinianeis, ut videre eſt apud Inglois. *Anſ.* 3 Lucrum ex delictis ſperare, impium.
4 Petatur de chirographis. *Cod. Th. l.* 2. *tit.* 27. *L.* 12. *ff.* 1. id eſt, de mutuo, περὶ δανείου. 3. Harm. 5. *Inſt. quib. modis re contrah. in pr.* Formulam actionis vide apud Oldendorp. *claſ.* 4. *act.* 17. Ferrarienſem *in formula actionis hypothecariæ* 43. *ibi Mutuo.* 2. 5 Heredes tenentur ad onera hereditaria pro hereditariis portionibus, etiamſi in prælegatis ſit inæqualitas. *l.* 26. S. *de pact. l.* 6. *l.* 13. S. *famil. erciſc. l.* 2. J. *de hered. actionib. l.* 2. J. *ſi unus ex pluribus. l.* 1. *infr. de except. l.* 10. J. *de jure deliber. l.* 35. §. 1. *ff. de hered. inſt. l.* 85. §. 1. *in fin. ff. de verb. obl. l.* 2. *in fin. ff. de ſtipul. præt.* 6 Obligatio perſonalis non ſequitur fundum & prælegatum, ut *ff. ad SC. Trebellian. l.* 1. §. *ſi heres.* nec tranſit etiam inſtantia contra ſucceſſorem. *cap. quia vero. de judic.* licet ſint caſus, ubi contrarium locum obtinet. de quibus Socinus *Regul.* 300. Mod. 7 Perſonalis obligatio & inſtantia ad heredes non tranſit: vid. Socin. *reg.* 177. 8 Hinc ratio dubitandi ſumebatur. Videbatur enim dicendum ex inæquali prælegatorum quantitate, eos inæqualiter etiam teneri. *l.* 1. J. *de except. l.* 20. J. *de jur. delib.* 9 12. Tabularum. 10 Qui pecuniam alienam ſuo nomine credit, ſibi ſtipulando jus quærit, quod tamen cedere tenetur. *l.* 1. J. *de reb. alienis non alien.* adde *l.* 41. *verſ. quod ſi ſtipulatus. ff. h. t. l.* 6. §. 2 *ff. ad SC. Trebell.* 11 Vide *l.* 16. J. *de pignoribus.*
12 Ὁ ἀρχὴν ἢ ὀφφίκιον ἐν ἐπαρχίᾳ πράττων, qui magiſtratum vel officium in provincia gerit, neque per ſe neque per mediam perſonam (διὰ μέσου προσώπου) magiſtratus ſui tempore fœnus exercere poteſt. *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 1. *ex lib.* 23. *tit.* 1. *cap.* 45. 13 *l.* 33. *ff. h. t. Synopſ. d. loco.* vid. *l.* 1. S. *de contract. judic.* 14 Nomen eſt ipſa obligatio, ipſe contractus initus.
15 Cur ita? collige ex *l.* 32. *in fin. ff. h. t.* vid. Cujac. 5. *obſ.* 29. 16 Hæc lex non tantum locum habet in ſimplici mutuo, ſed & in uſurario. Gaſpar Roderic. *de ann. reditib. lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 4. Anſ. 17 Numeratio in perſona unius non obligat alios: niſi conſtituerint ſe reos debendi in ſolidum, re vel verbis, vel chirographo, vel biennium ſit elapſum, vel invicem fidejuſſerint. vid. Molinæum *quæſt.* 7. *de uſur. num.* 132. *& ſequent.*
18 *l.* 3. J. *de inutilibus ſtipul.* 19 Biennium ſcil. *verſ. multum. Inſt. de lit. oblig.*
20 Is, cui pecunia re vera mutuata eſt, non tenetur ad oleum inſtrumento comprehenſum: Talis enim mutui contractus eſt uſurarius, & naturam mutui excedit, niſi in ſtipulationem oleum deductum fuerit. *ut hic. l.* 6. *infr. h. t.* eſt & in emptione & ſolutione aliud utrobique, namque aliud pro alio ſolvitur volenti. *l.* 17. J. *de ſolut.* 21 Ad hanc legem vid. Goed. *de contrab. ſtipul. c.* 3. *num.* 78. *& cap.* 8. *num.* 71. *& ſeq.* Guid. Pap. *hoc loco.* Leonin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 1. Anſ. 22 Nicander majorem ſummam ſtipulatus a ſuo debitore, quam ei mutuaſſet, paulo poſt ab eodem ex eadem ſumma uſuras licitas ſtipulatur. Primus contractus uſurarius eſt. vid. *l.* 11. §. 1. *ff. h. t. l. ſi tibi decem* 17. *ff. de pact.* at non ſecundus, niſi pro ea parte quæ debitori vere numerata non fuit. Quid ſi uſuræ pacto tantum fuerint promiſſæ, non ex ſolenni ſtipulatione? uſuræ non debentur. *l.* 34. *mandati. l.* 1. *l.* 3. *infr. de uſur.* quam nove huc attulit interpretationem Papon. non magni facio: eam tamen vide apud eundem 3. *Not.* 9. *c. de reſtitution de majeur, fol.* 678. 23 Poteſt enim eſſe aliena, ſed & adquiſita ex turpi quæſtu. vid. *l.* 11. *ff. ſolut. matrim.* 24 Species poteſt æſtimari & exinde converti in cauſam mutui, puta pecuniæ: & ita uſura exigi. *l.* 11. *ff. h. t. l.* 12. 23. 25. *infr. de uſur.* adde Molin. *de uſur. q.* 23. *n.* 229. *q.* 85. *n.* 559. 561. *& ſeq.* Et ita ſupellex loco pretii dari poteſt, & in pecuniam converti, & pro alia re quam pecunia numerata facti hujusmodi converſione (legitime tamen, cui contraria eſt illegitima) uſuras legitimas ſtipulari poſſumus. *Goth.* Hanc leg. explicat Roderic. *de reditib. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 25. Anſ.
25 Legitime tamen & juſto pretio, citra fraudem & affectum uſurarium, utriusque conſenſu probata. J. *h. t.* alias id genus mutui contrahi a Gallis dicitur, *a perte de finance.*
26 Utilis ſtipulatio uſuræ per inutilem non vitiatur. *l.* 29. *ff. de uſuris.* nec ſors. *l.* 20. *ff. de uſur. l.* 26. §. 1. *verſ. Si quis autem.* J. *de uſuris.* 27 Centeſima. S. *h. t. l.* 40. *in pr. ff. h. t.* Paul. 2. *ſent.* 14. §. 2. Eſt autem legitima uſura centeſima. S. *h. t. ibi, licet ultra uſuram centeſimam.* & hic, *legitima.* 28 Puto legendum eſſe *non minoris* vel *majoris.* ut ſit ſenſus, debitorem non ideo legitimas uſuras creditori denegare, quod ei non minoris pretii pignus dederit, quam ſumma ab eo accepta valeat. adde *edict. Juſtin.* 9. *c.* 4. niſi ſpeciem ita aperte exponamus. Mutuum proprie in pecunia numerata conſiſtit. Loco pecuniæ jumentum utriusque conſenſu juſto pretio æſtimatum datum eſt. Id pretium converſum eſt in cauſam mutui & majores centeſimis uſuræ promiſſæ. Securitatis cauſa creditori debitor aurum dignum forte decem pignori dedit. Quæritur quid juris ſit? creditor pactam ſortem recte petit: at non illegitimas uſuras, ſed legitimas tantum. Neque juvat debitorem, quod pignus dignum decem tantum dederit, ut inde colligat, ſe non in majorem quantitatem, quam pignus valeat obligari. Nam ut non idoneum pignus dederit creditori, ſupereſt tamen ei adverſus debitorem in id, quod ſupereſt actio, *ut hic. l.* 3. *l.* 5. *l.* 6. *infr. de diſtr. pign. l.* 8. *in fin. ff. de diſtr. pign. l.* 28. *ff. de reb. cred. l.* 10. J. *de oblig. & action.* 29 Vid. *lib.* 3. *infr. de diſtract. pignor.* 30 Duo rei credendi in ſolidum verbis, aut rei vera numeratione conſtituuntur. 31 Libello in eodem poteſt quis agere partim ſuo nomine, partim alieno. *l.* 3. *ff. famil. erciſc.* 32 Uno contractu poſſunt plurium perſonarum obligationes contineri.
33 Una ſubſcriptio, unumque ſigillum tabellionis poteſt plures contractus præcedentes, authenticos reddere. 34 Pro pecunia quam mutuam tibi dedi, potes vinum mihi ſtipulanti promittere, & ſic aliud ſolvere quam accepiſti. *l.* 17. J. *de ſolut.* 35 Adde *l.* 7. *de condit. inſert.* 36 Et merito. Debitor enim mutui, genus debet, quod nunquam perit. Quod in genere debetur, perire non poteſt. §. 2. *in verſic. Et is quidem. Inſtit. quib. modis re. l.* 1. §. 4. *ff. de oblig. & action.* adde Molin. *quæſt.* 8. *de uſur. n.* 114. Cur? Genera materiale aliquid non ſunt, ſed intellectuale quid, quod paſſionem & ſic interitum non recipit. *Goth.* Vid. Ant. Fabr. *de re nummar. cap.* 2. *num.* 30. Guid. Pap. *hoc loco.* Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 2. *num.* 130. 166. Anſ. 37 Excipe *l.* 5. *ff. de naut.* alias exceptiones, vid. *hic* apud Bald.
38 Qui pro alio ſolvit, etiam ſi ſit ejus correus, poteſt ab eo repetere.

De

De eo, qui mutuatus est in res alienas.

13. Iidem AA. & CC. Frontoni.

EUm, qui mutuam sumpsit pecuniam, licet [1] in res alienas, creditore non contemplatione [2] domini rerum eam fœnori dante; principaliter obligatum, obnoxium remanere oportet. [3]. S. 17. Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De eo qui instrumento subscripsit.

14. Iidem AA. & CC. Hadriano.

MUtuæ pecuniæ quam aliis dedit creditor, citra solennitatem verborum subscribentem [4] instrumento [te] non habet obligatum. Sine die, AA. CONSS.*

Si mutuatus credidit.

15. Iidem AA. & CC. Charidemo.

NOn adversus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed ejus, cui [5] hanc credideras, heredes experiri, contra juris formam evidenter postulas. S. 5. Kal. Decemb. CC. CONSS. *

De eo, qui judici, vel honorem ambienti mutuavit.

16. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro P.P.

QUisquis Judici fœnebrem pecuniam mutuaverit [6], si in provincia fuerit versatus, quasi [7] emptor legum atque provinciæ, vel si quis collectarius [8] honoris pretium dederit ambienti: exilii pœna una cum ipso judice plectetur. Dat. 17. Kal. Novemb. BASSO & PHILIPPO CONSS. 410.

De chirographis.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SUper chirographariis [9] instrumentis hæc pro communi utilitate sancienda duximus: Ut, si quis pecunias credere supra [10] quinquaginta libras auri voluerit, vel super reddito debito securitatem accipere, cum amplius sit me morata quantitate; sciat non aliter debere chirographum a debitore, vel creditore recipere, quam si testimonium trium [11] testium probatæ opinionis per eorum subscriptiones [idem] chirographum capiat. Nam si contra hujusmodi observationem chirographum super pecuniis memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur: minime hoc admitti a judicantibus oportet. Quod & in futuris creditis, vel debitorum solutionibus locum habere oportet. Dat. 10. Kalend. Junii, *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de instrument. cauf. & fide §. oportet vero. col. 6. tit. 2. al. 3. seu Novell. 73. cap. 8.

SEd novo jure quinque testes adhibendi sunt, si fiat ab imperito literarum contractus in scriptis, & in civitate [12], & excedat libram auri: nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit: manifestum est, quia aut per testes, aut per jusjurandum fidem percipiet, actore quidem testes deducente, pulsato autem jurante, aut referente, sicut judex dispofuerit. In agris autem, quæ hactenus valuerunt apud eos, & nunc sint firma.

TIT. III.

DE SUFFRAGIO [13].

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

SI [14] qui desideria [15] explicare cupientes, ferri sibi a quoquam suffragium postulaverint [16], & ob referendam vicem se sponsione constrinxerint: promissa restituant [17]; cum ea, quæ optaverint, consequantur: si artibus moras nectant, ad solutionem debiti coartandi sunt. §. 1. Et si quid eo nomine in auro, vel argento, vel cæteris [rebus] mobilibus datum fuerit: traditio sola sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatem: quoniam collatio rei mobilis [18] inita, integra fide ac ratione cumulatur. §. 2. Quod si prædia rustica, vel urbana placitum continebit: scriptura, quæ ea in alium transferat, emittatur: sequatur [&] traditio corporalis, & rem fuisse completam gesta testentur: aliter enim ad novum dominum transire non possunt, neque de vetere jure discedere. §. 3. Quod si quis, dum solo commonitorio [19] suffragio nititur, bona duxerit occupanda: reus temeritatis ac violentiæ retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso, qui non dubitavit invadere, quod petere debuisset. Dat. 3. Non. Mart. ARCADIO III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

TIT. IV.

DE PROHIBITA [20] SEQUESTRATIONE [21] PECUNIÆ.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P.P.

QUotiens [22] ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primo [23] convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari: Quam rem non tantum juris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet, ut probationes secum adferat, debitoremque convincat pecuniam petiturus. Dat. 6. Id. Julii, *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 422.

TIT. V.

DE CONDICTIONE INDEBITI [24].

De causa judicati, de herede, de usuris.

1. Imp. ANTON. A. Mutiano.

PEcuniæ indebitæ, per errorem, non ex causa judicati [25] solutæ, esse repetitionem jure condictionis, non ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrem tuum, cui heres extitisti, amplius debito creditori suo persolvisse, repetere potes. Usuras [26] autem ejus summæ præstari tibi frustra desideras: actione enim condictionis ea sola [27] quantitas repetitur, quæ indebita soluta est. PP. 3. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De delegatione.

2. Idem A. Secundinæ.

SI citra ullam transactionem [28] pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata [29] es, adversus eam, quæ te delegavit, condictionem habere potes. PP. 14. Kalend. Januar. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De quantitate, de cautione.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Pamphilo.

CUm & soluta indebita quantitas ab ignorante repeti possit: multo [30] facilius quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ [31] condictio competit, vel doli [32] exceptio [33] agenti opponitur. S. 3. Non. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 293.

De his, quæ per inficiationem in lite crescunt.

4. Iidem AA. & CC. Heraclio.

EA, quæ per inficiationem in lite crescunt [34], ab ignorante etiam [35] indebita soluta repeti non [36] posse, certissimi juris est. Sed & si cautio indebitæ pecuniæ ex eadem causa interponatur: condictioni locum non esse constat. S. 5. Id. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 293.

De herede.

5. Iidem AA. & CC. Attalo.

SI a patre emancipatus ei non intra tempora præstituta [37] jure honorario [38] successisti, quidquid indebitum postea per errorem [39] (utpote [40] patris

1 Εἰ καὶ εἰς οἰκοδομὴν ἑτέρου προσώπου, licet in utilitatem alterius personæ. *Schol. Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. ῆ. *ex lib.* 25. *tit.* 1. *c.* 55. 2 *l.* 6. §. 1. *ff. de negot. gest.* sensus est, in mutui obligatione considerari, quid contrahentes inter se egerint, non quia debitor cum tertio egerit. 3 Μὴ περιεργαζομένων ἡμῶν τὴν αἰτίαν, nobis non anxie aut curiose negotium inquirentibus. Hæc verba addit *Synops. Basil. h. t.* & 3. Harmen. 5. §. 68. ut sit sententia, eum qui mutuam pecuniam sumpserit, teneri: licet in res alienas sumpserit. Nec enim curiose hoc inquirendum esse, in quas aut cujus utilitates sumpserit, sed quis sumpserit. 4 Subscribens tantum ut testis non obligatur ex mutuo. *l.* 11. J. *de obligat. & action. l.* 15. J. *de admin. tut.* vid. *l.* 6. J. *de fidejussor. & mandat.* adde *l.* 12. *ff. de evict.* 5 Creditor non cogitur crediti nomine relicto debitore experiri adversus debitorem debitoris sui. *l.* 13. J. *de oblig. & action. l.* 49. *ff. de condict. indeb.* 6 Hoc est, recepturus ab eo pecuniam, cum in provinciam, cui præest, venerit. ut sit sensus: is, qui præsidi provinciæ fœnebrem pecuniam mutuaverit, recepturus ab eodem. ἐὰν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἧς ἄρχει παραγίνηται, si vel cum in eam provinciam, cui præest, ipse creditor venerit, exilio multatur: ἐπειδὴ πρόξενος αὐτῷ γίνεται κλοπῆς ὡς ἀγοραστὴς τῶν νόμων: quod furti auctor ei fiat, quasi emptor legum. ita hunc locum Græci accipiunt. *Synops. Basil. h. t. c.* 58. Quid si δανείσῃ τὴν δόσιν τῆς ἀρχῆς, id est, mutuum dederit nondum præsidi, sed futuro præsidi, ut pecunia accepta magistratum emeret? tam ipse, quam præses exilio multatur. *Synops. d. loco.* 7 Vide quædam ad hunc locum apud Cujac. *Novell.* 8. 8 *Ibid. Eclog.* 6. *ex lib.* 23. *c.* 85. *fol.* 74. Collectarii verbo utitur Cicero *lib. de Oratore.* estque ἀργυραμοιβὸς τραπεζίτης. Alciat. 4. *dispunct.* 22. vertit argentarium & campsorem, & *lib.* 4. *de verb. signific.* Collectarios eos actores esse putat, quibus pro more erat in auctionibus reliqua publicanorum emere, quæ illi vel ob graviores curas, vel ob debitorum procrastinationem nequiverant expungere. Coactorum autem meminisse Horatium, Sueton. in Vespasiano & Senecam. adde eundem 1. *Parerg.* 24. Cujac. 10. *obs.* 14. ex Donato & Acrone, nummularios coactores, collectarios, facit minores argentariis & majores ministris & mercenariis: per eos namque pecunias coëgisse: & quas acceperant, per partes occupasse fœnori, vel qua alia ratione erogasse. Partes κέρματα. 9 Nota de actione si certum petatur ex chirographis. 1. *C. Theod.* 57. 10 Chirographo aut apochæ continenti summam quinquaginta libras auri excedentem non creditur, nisi tres testes adfuerint, & ei subscripserint. vid. *Novell.* 73. *cap.* 8. & *ibid.* Cujac. vid. ad hunc locum diligentissime Harmen. 1. *cap.* 6. 11 Vid. *l.* 11. J. *qui potiores.* vid. Harm. *d. loco. Novell.* 73. *cap.* 1. *Novell.* 90. & *ibid.* Cujac. *l.* 11. *in fin.* J. *qui potiores.* Novo jure quinque testes adhibendi. *Authent. prox.* J. *h. t.* 12 Major in contractu solennitas requiritur in urbibus, quam ruri, *ut hic.* idem jus est in testamentis. *l. ult.* J. *de testam.*

13 *Si certum petatur de suffragiis.* 2. *C. Theod.* 29. Id innuitur. Hac constitutione suffragium in aula unicuique eblandiri & pecunia elicere, & suffragium (modo non sit fumosum) vendere permitti, ideoque promissorem eo nomine teneri. Aliud jus ante hanc constitutionem fuit, cum soluti suffragii repetitio daretur, ut & alia constitutione Juliani. *l.* 2. *C. Theod. h. t.* Nec fuit soluti repetitio, nec petitio non soluti. Ammianus 22. etiam refert Julianum tulisse legem, ne liceret quidquam dare suffragatoribus, sicque quod hic permittitur, Justinianus vetuit, *Novell.* 8 *de magistratibus non vendendis*, οὐδ᾽ ὅτιοῦν διδόντες, ὑπὸ προφάσει τῶν καλουμένων suffragiων. Tiberius post vetuit, *Novell.* 161. vid. Cujac. *hic:* & Duaren. 2. *disput.* 12. Robert. 2. *sentent.* 21. 14 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 15 Necessitates, interpres *ad l.* 2. *C. Theod.* 16 Vid. Alciat. *lib.* 2. *parerg. c.* 26. & *paradox. lib.* 2. *cap.* 14. Mod. 17 Hoc est, præstent. 18 Suffragii causa in auro, argento, & in re mobili promissum firmum est sine ulla scriptura, *ut hic:* quia res mobiles in suffragiis non requiruntur, sed sola traditione firmantur. Interpres *l.* 2. *C. Theod. h. t.* ubi tamen vereor ne legendum sit, *sola conventione.* In immobilium promissis scriptura necessaria est & traditio. 19 Id est, sola adnotatione & scriptura conventionis: Vincentius Lirinensis adversus prophanas, Oblivionis meæ gratia commonitorium mihimet parasse sufficiet. Eodem verbo utitur Augustinus *epist.* 129. & 158. Commonitorii formula extat apud Cassiodorum 7. *variar.* Symmachus pro eodem Monitorium usurpat: video tamen interpretem *d. l.* 2. *C. Theod. h. t.* solum commonitorium suffragium interpretari suffragium sine scriptura promissum seu non scriptum.

20 Sequestrationem ne hinc colligas omnino prohiberi: certis enim casibus puta si populitationis sive dissipationis vel rixarum imminet periculum, permittitur sequestratio. *l.* 5. *infr. quor. appellat. l.* 7. *in fin. ff. qui satisdare. l. fin. in fin. ff. de appellationib.* Alias præterea novem exceptiones adfert Ferrariensis, quas vid. *in forma sequestri seu laxamenti* 9. *vers. Sapiens vir.* adde alias ex Socino *reg.* 371. 21 2. *C. Theod.* 28. & 2. *Decret.* 17. & 2. *Clement.* 6. *De sequestratione possessionis & fructuum*, vide Ferrariensem *in forma sequestri seu laxamenti* 9. adde Rebuffum *tom.* 3. *tract. de sequestris seu commissariis rei captæ & saisitæ deputatis.* Papon. 8. *arrest.* 10. *de sequestre & restablissement.* & 5. *Notar.* 8. *cap. d'interdicts & actions possessoires.* ibi, *la question du sequestre comme est conduite, & sequentibus.* Oldendorp. *cap.* 50. *de except.* ubi tractat de exceptione sequestri. Sequestrare est seorsim ponere. Sequestratio possessionis rei litigiosæ in tertium translatio. *l.* 9. §. 3. *ff. de dolo malo.* Sequester est is apud quem res litigiosa deponitur. vid. *l.* 110. *ff. de verb. signific.* qui & a veteribus, Sculna dicebatur. 20. *Gell.* 10. 22 *l. unic. C. Theod. h. t.* Goth. Vid. Goedd. *de sequestrat. c.* 1. *n.* 92. & Guid. Pap. *h. l.* Ans. 23 Possessio reo competens non est ei auferenda, nisi convicto: Decem exceptiones vide apud Ferrariensem *d. loco.*

24 §. 1. *Instit. quib. modis re* & 12. *D.* 6. & 52. *Eclog.* 3. Formulam hujus actionis vide apud Oldendorp. *class.* 6. *act.* 6. Goth. Vid. ad hunc titul. & singulas leges Guid. Pap. *Ans.* 25 Indebiti per errorem, non ex causa judicati soluti, repetitio est. *Syn. Basil.* 52. *tit.* 3. *ex lib.* 24. *tit.* 1. *cap.* 17. *l.* 29. §. 5. *ff. mandati.* Sententia facit, ut indebitum debeatur, nec condici possit. de quo vid. Molinæum 16. *de usu quæst.* 186. 26 Promutui usuræ non debentur. vid. Cujac. 8. *observ.* 34. Indebitum solutum promutuum est. Promutuum quasi mutuum. *Goth.* Excipe, nisi is cui indebitum solutum est, pecunias ad interesse dedit aliis, & sic cum iis lucratus sit. Mart. *dig. noviss. tom.* 3. *tit. Interesse. c.* 14. Barbos. & Gloss. *hic.* Ans. 27 Nota quid hac actione petatur. 28 Indebitum transactionis causa datum non repetitur. *l.* 65. §. 1. *ff. h. t. l.* 6. ῆ. *de juris & facti ignorant. l.* 1. *supr. de pact. l.* 16. *l.* 25. *supr. de transactionib. l.* 78. *in fin. ff. ad SC. Trebell.* 29 Solvit qui delegat, ideoque ut indebiti soluti, ita indebite delegati condictio est. 30 Argumentum a majori ad minus observa. Cui soluti repetitio est, ejus multo magis tantum cauti condictio est, aut petiti exceptio *l.* 31. *ff. h. t.* 31 Cautiones & chirographa indebita condici possunt. excipe *l.* 4. *in fin. infr. h. t.* 32 *l.* 5. *in fin. ff. de act. empt.* 33 Favetur magis exceptioni, quam actioni. *l.* 125. *ff. de reg.* 34 Ut ea, quæ duplicantur. vide Paul. 1. *sent.* 19. §. *ult.* 35 Cur indebita vocant? nempe quia per inficiationem debiti pœnæ loco debentur. Ea igitur quæ per inficiationem duplantur, licet indebita soluta fuerint, non repetuntur. *Synops. Basil. ibid. cap.* 20. 36 §. *ult. Inst. de oblig. quæ quasi ex contractu.* 37 Scilicet intra annum, qui filio emancipato ad agnoscendam bonorum possessionem tribuitur. *l.* 1. §. *sed videndum* & §. *largius. ff. de success. edict.* & *l.* 1. J. *qui admitt. ad bonor.* Mod. 38 Honorarium jus prætorium est. §. 7. *Inst. de jure naturali.* 39 Debitum hereditarium per errorem a non succedente solutum repetitur. 40 Legendum est, *ut patris:* quasi dicat: Quod quis (quasi ipsam ob successionem deberet) solvit, repetere potest. *l.* 65. *in fin. ff. h. t.* Et vere

succes-

successor) dedisti, ejus condictionem tibi competere, non est incerti juris. S. 14. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

De solutione pro alio.

6. Iidem AA. & CC. Mnaseæ.

SI per ignorantiam facti non debitam quantitatem pro alio solvisti [1]; & hoc, adito Rectore provinciæ fuerit probatum, hanc ei [2], cujus nomine soluta est, restitui eo agente providebit. S. 6. Id. August. AA. CONSS. 293.

De fideicommisso, vel legato.

7. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

FIdeicommissum [3] vel legatum indebitum per errorem facti [4] solutum, repeti posse [5], explorati juris est. S. 5. Idus Septemb. AA. CONSS. 293.

De falso procuratore.

8. Iidem AA. & CC. Zyparo.

CReditoris falso [6] procuratori solventi, adversus eum indebiti repetitio, non obligationis liberatio competit. S. Petit. 15. Kalend. Novemb. AA. CONSS. 293.

De eo, qui indebitum sciens solvit. 1. de re a non domino distracta.

9. Iidem AA. & CC. Gratianæ.

INdebitum solutum sciens [7], non [recte] repetit. §. 1. Citra mandatum autem ab alio re distracta: dominus evicta re, vel ob præcedens vitium satis [8] emptori faciens, non indebitum prætendere [potest,] sed per hujusmodi factum ratum contractum habuisse probans, a se debitum ostendit esse solutum. S. 4. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

De debitore rei alternatæ, qui utrumque solvit.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SI quis servum certi nominis, aut [9] quandam solidorum quantitatem [10], vel aliam rem promiserit; & cum licentia [ei] fuerat unum ex his solvendo liberari, utrumque per ignorantiam dependerit: dubitabatur, cujus rei daretur a legibus ei repetitio, utrumne servi, an pecuniæ: & utrum stipulator, an promissor habeat hujus rei facultatem? Et Ulpianus [11] quidem electionem ei præstat, qui utrumque accepit, ut hoc reddat, quod sibi placuerit, & tam Marcellum, quam Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi, qui utrumque persolvit, electionem donat: qui & antequam dependat: ipsam habet electionem, quod velit præstare, & hujus sententiæ sublimissimum testem adducit Salvium Julianum [12] summæ auctoritatis hominem, & prætorii edicti [perpetui] ordinatorem. Nobis hæc decidentibus, Juliani & Papiniani [13] sententia placet, ut ipse [habeat] electionem recipiendi, qui & dandi habuit. Dat. Kal. August. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De eo, qui mente titubante & ancipiti solvit.

11. Idem A. Juliano P.P.

PRo dubietate [14] eorum, qui mente [15] titubante indebitam solverint pecuniam, certamen legumlatoribus incidit; id ne, quod ancipiti animo persolverint, possint repetere, an non. Quod nos decidentes, sancimus, omnibus, qui incerto [16] animo indebitam dederint pecuniam, vel aliam quandam speciem persolverint, repetitionem non denegari, & præsumptionem [17] transactionis non contra eos induci: nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. Dat. Kal. Octob. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. VI.
DE CONDICTIONE OB CAUSAM [18] DATORUM.

De causa dotis.

1. Imp. ANTONINUS A. Callisthenidi.

PEcuniam, quam te *ob dotem* accepisse pacto interposito (ut fieri, quum jure matrimonium contrahitur, adsolet) proponis, impediente [19] quocunque modo juris auctoritate matrimonium [constare, nullam [20] de dote actionem habes: & propterea pecuniam, quam eo nomine accepisti,] jure condictionis restituere debes [21]: & pactum, quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset, haberi oportet. PP. 6. Kal. Aug. LÆTO II & CEREALE CONSS. 216.

De donatione.

2. Imp. ALEXANDER A. Asclepiadi.

SI (ut proponis) pater tuus ea lege sorori tuæ prædia, cæteraque, quorum meministi, donavit, *ut creditoribus ipsa satisfaceret*, ac, si placita observata non essent, donatio resolveretur [22], eaque contra fidem negotii gesti versata est, non est iniquum, actionem condictionis ad repetitionem rerum donatarum tibi, qui patri successisti, decerni. PP. 14. Kal. Decemb. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

3. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Aurelio & Alexandræ.

EA lege in vos collata donatio, *Ut neutri alienandæ* [23] *suæ portionis facultas illa competeret*, id efficit, ne alteruter vestrum dominium prorsus alienet: vel ut donatori, vel ejus heredi condictio, si non fuerit conditio servata, quæratur. PP. Kal. April. VALERIANO IV. & GALLIENO III. AA. CONSS. 258.

De condictione liberationis.

4. Iidem AA. & VALERIANUS C. Æmiliæ.

SI cum exiguam pecuniam revera susciperes, longe majorem [24] te accepisse cavisti, *eo quod tibi patrocinium* [25] *adversarius repromitteret*: cum dicas fidem promissi non secutam [26]: ut libereris obligatione ejus, quod non acceptum propter speratum patrocinium spopondisti, per condictionem consequeris. PP. 5. Kal. Maji, ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

De milite dato procuratore.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Martiali.

SI militem [27] ad negotium [tuum] procuratorem fecisti, cum hoc legibus interdictum sit, ac propter hoc pecuniam ei numerasti, quicquid ob causam datum est, causa non secuta restitui tibi competens Judex curæ habebit. PP. 10. Kal. Octob. ipsis IV. & III. CONSS. 290.

De ancilla data, ut manumittatur.

6. Iidem AA. Cyrioni & Plotioni.

CUm ancillam patrem vestrum ei, contra quem supplicatis, dedisse proponatis: interest multum, utrumne donandi animo dederit, an ob manumittendam filiam, quam [28] ancillam existimabat: cum perfecta quidem donatio revocari non [29] possit, causa vero donandi non secuta [30], repetitio competat. S. 2. Idus Maji, AA. CONSS. 293.

De donatione.

7. Iidem AA. & CC. Gerontio.

SI repetendi [31], quod donabas uxori ejus, quem ad proficiscendum tecum hujusmodi liberalitate provocare proposueras [32], nullam addidisti conditionem, remanet integra donatio: cum levitati perfectam [33] donationem revocare cupientium jure occurratur. S. 7. Kal. Sept. AA. CONSS. 293.

8. Iidem AA. & CC. Flaviano.

DIctam legem donationi, si non [34] impossibilem contineat causam, ab eo, qui hanc suscepit, non impletam, condictioni facere locum, juris dictat disciplina. Quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo, certam dixisti legem; nec huic illa, cum [35] posset paruit, successores ipsius de repetendis, quæ dederas, si hoc tibi placuerit, convenire non prohiberis. S. 3. Idus Febr. AA. CONSS. 293.

De eo, qui accepit, ut manumitteret.

9. Iidem AA. & CC. Bibulo.

SI liber constitutus, *ut filiæ tuæ manumittantur*, aliquid dedisti, causa non secuta, de hoc [tibi] restituendo condictio competit: nam si quid servus de peculio domino dederit, contra eum [quidem] nullam actionem habere potest: sed dominum, qui semel accipere pecuniam pro libertate passus est, aditus provinciæ Rector hortabitur [36], salva [37] reverentia, favore scilicet libertatis, placito suo stare. S. 3. Id. Februar. *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De culpa & casu fortuito.

10. Iidem AA. & CC. Cancianæ.

PEcuniam a te datam; si hæc causa, pro qua data est, non culpa accipientis [38] sed fortuito casu [39] non est secuta, minime repeti posse certum est. S. 3. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

Græci hunc locum ita exprimunt. Qui non est heres, si tanquam heres solverit, repetere solutum potest, sicut & legata revertuntur & repetuntur. *Synops. ibid. c.* 22 adde *l.* 7. J. *h. t.*
1 Vel ex ejusdem pecunia. *l.* 46. *ff. h. t.* vel per errorem facti tibi demandati.
2 Ideoque debitor non auditur si dixerit, male se conveniri ab eo cujus nomine facta fuerit indebiti solutio: alias distinctiones vid. apud Cujac. 8. *obs.* 9. 3 Dixi ad *l.* 4. *s. h. t.*
4 Non juris. *l.* 10. *s. de juris & facti. l.* 9. J. *ad leg. Falc. l* 9. §. 5. *ff. de juris & facti.*
5 Imo non potest. vid. 24. *Ulpian. ult.* 6 Quod solvit debitor falso procuratori, solventem non liberat. Id tamen potest condicere. 7 Qui sciens indebitum solvit, non repetit. *Syn. h. t. c.* 25. 3. Harm. 5. §. 73. vid. *l. ult.* J. *h. t. l.* 1. *l.* 50. *ff. h. t. l.* 21. §. 1. *ff. de inoff. testam. & peric. l.* 6. *ff. de cond. ob caus. l.* 43. *ff. de admin. tut. l.* 29. *ff. de donat. l.* 53. *ff. de reg. jur.* Aliud si animo condicendi. *l.* 2. *ff. h. t. l.* 14. J. *de solut.* 8 Dominus solvens ex contractu falsi procuratoris, contractum ejus probasse præsumitur. 9 Debitor obligatus alternative ad duo solvenda, solvens utrumque, electionem repetendi quod eorum voluerit habet: sicut habebat antequam solveret. *Salicet.* Goth. Hæc est 10. decisio ex 50. novis Justinian. vid. Inglois, & Guid. Pap. *h. l.* Ans. 10 Molinæus *de dividuis & individuis part.* 2. *n.* 136. Mod. 11 *l.* 26. §. 13. *ff. h. t.* 12 Cujus sententiæ vestigium extat *l.* 32. *ff. h. t.* 13 Et ita pro Juliano & Papiniano adversus Ulpiani, Marcelli, & Celsi sententias respondet Imperator. De Juliani, & Celsi dissensione, vid. Cujac. 8. *obs.* 15.
14 Hæc est 11. ex 50. novis Justinian. decisionibus, vide Inglois. *Ans.* 15 Dubitans medius est inter scientem & ignorantem: Negat quidem, sed erranter & inscienter. *l. si quis testamentum.* 41. *ff. ad leg. Aquil.* Ideoque pro errante & ignorante habetur. *ut hic. & l.* 2. *in princ. ff. quis ordo in bonorum possess.* non habetur pro inficiatore. 16 Dubitans non præsumitur donare vel transigere, sicut nec errans. *l.* 2. *ff. h. t. l.* 14. *ff. de solut.*
17 Præsumi transactio vel donatio non solet nisi probetur.
18 Honestam, scil. (ut hic titulus differat a titulo 7. J. *h. lib.*) nec tamen secutam. 12. D. 4. Donatio ob causam causa non secuta revocari potest. vid. Clar. 4. *sent.* §. *donatio. quæst. ult.* adde Oldendorp. *class.* 6. *act.* 4. Goth. Vid. ad hunc tit. & singul. leges, Guid. Pap. *Ans.*
19 Deficiente causa ad effectum producendum necessaria, deficit effectus. 20 Soluto matrimonio, mulieri competit, dotis nomine, actio de dote: Impedito vero matrimonio propter juris auctoritatem, condictio ob causam. 21 Imo non debes actori restituere, *ut hic.* sed fisco. *l.* 4. J. *de incest. & inutil. nupt.* 22 Pacto resoluto, oriuntur condictiones ob causam dati. 23 Donator recte paciscitur, ne donatarius rem alienet. Vid. quæ not. ad *l.* 122. §. 3. *ff. de verb. oblig.* Quid si donatarius alienaverit? Cujacius refert ex Græcorum opinione, stari alienationi: sed tamen donatarium in id quod interest: vel condictione ob rem datam teneri. vid. reliqua apud eundem ad *d.* §. 3. Accursius idem quoque existimat, quem multi sequuntur. Forcatulus autem 13 *Cupid.* 5. condictionem domino ideo competere ait, quod eam elegerit, qua in re multa possunt objici. Cur enim dicemus stari alienationi? cum tali pactione id hic effici dicatur, *ne dominium prorsus alienetur.* Si vis est hæc pacti, quomodo donatori dominium abscessurum dicemus? Si non abscesserit, quo jure domino rei vindicatio denegabitur? *l.* 9. *in fin. ff. de rei vindic.* vel cur ei non licebit rem emptori auferre. *l.* 28. *ff. de contrab. empt.* eo magis quod cuique sit permissum tradendo rei suæ legem dicere? *l.* 48. *ff. de pactis.* & lege ita dicta, facto tertii res aliter quam cum sua causa alienari non posit. vid. *l.* 67. *ff. de contrah. empt. l.* 36. *ff. de statulib. l.* 13. §. 1. *ff. de acquir. vel amittend. possess.* Cur hic quoque jus aliud erit, quam si vel a lege, *l.* 10. *s. de sacrosanct. eccles.* vel testamento prohibita sit rei alienatio? vid. *Novell.* 39. *cap.* 1. Pactum autem ut ne rem tuam alienes an valeat, vid. *l. ult.* J. *de reb. alienis non alienand. l. penult. ff. de pact.*
24 Cautio potest eatenus condici, quatenus pecunia non est numerata. *l.* 1. *l.* 3. *ff. de condict. sine causa.* 25 *l.* 3. *s. de postuland. l.* 3 *s. de transact.* 26 *l.* 4. *ff. de cond. causa data, causa non sec. l.* 1. §. 10. *ff. de extraord. cognit.* 27 Adde *l.* 7. *s.* & *l.* 8. §. 2. *ff. de procurat.* 28 Ancilla data, ut dantis filia manumittatur, si non manumittitur, repetitur.
29 Nota regulam *l.* 7. *in fin.* J. *h. t.* Goth. Imo potest. *l.* 13. §. 1. *l.* 30. *ff. de donat. caus. mort.* Ans.
30 Id est, quo casu ancilla donata fuerit, ut manumitteretur. *l.* 1. §. 1. *ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* 31 *l.* 12. J. *de donat. ante nuptias.* 32 Propositum in mente retentum nihil operatur: sicuti nec animus aut intentio intrinseca condicendi. *l.* 25. *supr. de transact. l.* 50. *ff. de cond. indeb.* 33 *l.* 6. *s. h. t.* 34 Datum ob causam non impossibilem, causa non sequuta condicitur. Possibilis causæ defectus parit condictionem. *Bald.* adde 10. *Synops. Basil.* 2. περὶ τῶν διδομένων &c. *ex lib.* 24 *tit.* 1. *cap.* 34. An datum sub conditione impossibili semper possit repeti, vide *hic* Accursium. 35 Datum ob causam, cui recipiens non paruit cum posset, repetitur per condictionem ob causam, *l. pen. l. ult.* J. *h. t.* 36 Sic in *l.* 8. J. *de liberal. causa.* 37 Vide Cujac. 2. *Feud.* 22. *in fin.*
38 *l.* 8. *s. h. t. l. ult.* J. *h. t. l.* 5. *ff. de cond. caus. data.*
39 *Synops. Basil. d. loc. c.* 36.

De advocationis causa.

11. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

ADvocationis causa datam pecuniam, si per [1] eos, qui acceperant, quo minus susceptam fidem impleant, stetisse probetur [2], restituendam esse convenit. S. 17. Kal. Jan. CC. CONSS. 300.

TIT. VII.
DE CONDICTIONE [3] OB TURPEM [4] CAUSAM.

De cautione ob turpem causam interposita.

1. Imp. ANTONINUS A. Ingenuo.

SI ex cautione tua conveniri cœperis : nullam pecuniam te accepisse, sed ob turpem [5] causam, & quam fieri prohibitum est, interpositam [cautionem,] ei, qui super ea re cogniturus est, probandum est ; & eo impleto absolutio [6] sequetur. Sine die & consule.

De dato propter turpem causam.

2. Idem A. Longino.

CUm te propter turpem causam, contra disciplinam temporum meorum, domum adversariæ dedisse profitearis, frustra [7] eam tibi restitui desideras : cum in pari [8] causa possessoris conditio melior habeatur. PP. 15. Kal. Decemb. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De dato evitandi tyrocinii causa.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Dizonti militi.

QUod evitandi [9] tyrocinii causa dedisse te, apud competentem Judicem, ei, de quo quereris, indubia probationis luce constiterit, instantia ejus recipies [10]. Qui memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ, etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. PP. 3. Kal. Aug. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De turpi causa accipientis tantum. De usuris.

4. Iidem AA. & CC. Rufino.

QUoties [11] accipientis, non etiam dantis turpis invenitur causa : licet hæc secuta fuerit, datum condici [12] tantum, non etiam usuræ peti possunt [13]. S. 7. Id. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De lenocinio mariti.

5. Iidem AA. & CC. Bichoporo.

MErcalem [14] te habuisse uxorem proponis : Unde intelligis, & confessionem [15] lenocinii preces tuas continere, & cautæ [16] quantitatis ob turpem causam exactioni locum non esse. Quamvis [17] enim utriusque [18] turpitudo versatur, ac solutæ quantitatis cessat repetitio, tamen ex hujusmodi stipulatione [19] contra bonos mores interposita denegandas esse actiones juris auctoritate demonstratur. S. 6. Id. Maji, CC. CONSS. 294.

De furto.

6. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

OB [20] restituenda [ea] quæ subtraxerat, accipientem pecuniam, cum ejus [21] tantum interveniat turpitudo, condictione conventum hanc restituere debere convenit. Dat. 15. Kal. Jun. CC. CONSS. 294.

De pecoribus abactis.

7. Iidem AA. & CC. Zenoni.

EUm qui ob [22] restituenda, quæ [23] abegerat, pecora, pecuniam accepit : tam hanc, quam ea, quæ per hoc commissum tenuit, restituere debere convenit : licet mortua, vel alio fortuito casu periisse [24] dicantur : cum hoc casu in rem [25] mora fiat. Dat. 5. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, AA. CONSS. 299.

TIT. VIII.
DE CONDICTIONE FURTIVA [26].

De pluribus delinquentibus.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Hermogeni.

PRæses provinciæ sciens furti quidem actione singulos [27] quosque in solidum teneri [28], condictionis vero nummorum furtim subtractorum electionem esse ; ac tum demum, si ab uno satisfactum fuerit, cæteros liberari [29], jure proferre sententiam curabit. Dat. Kal. Majis, CC. CONSS. 294.

De rei interitu.

2. Iidem AA. & CC. Aristæneto.

ANte oblationem interemptæ [30] rei furtivæ damnum ad furem pertinere, certissimi juris est. Dat. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

TIT. IX.
DE CONDICTIONE EX LEGE [31] ET SINE [32] CAUSA VEL INJUSTA [33] CAUSA.

De fisco.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Ulpio.

LIcet ante [34] tempus debita exigi non possint, tamen si te ex primipilo [35] debitorem constitutum fisci, ac patrimonium tuum exhaustum Præses provinciæ compererit, ut ad solutionis securitatem solum fœnebris pecuniæ subsidium superesse videatur : commonebit debitorem [36] tuum, si saltem ipse sit solvendo, ut ante definitum tempus debita repræsentet : ut fisco, cujus ob [37] necessitates publicas causam potiorem esse oportet, debita pecunia exolvatur. S. 13. Kal. Aug. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De instrumento quantitatis solutæ.

2. Iidem Augusti & CC. Sculatio.

DIssolutæ [38] quantitatis retentum instrumentum, inefficax penes creditorem remanere, & ideo per condictionem reddi oportere, non est ambigui juris. S. 3. Non. April. CC. CONSS. 300.

De malæ fidei possessore, & de fructibus.

3. Iidem AA. & CC. Galatiæ.

MAla fide possidens, de proprietate victus, [de] extantibus [39] fructibus [rei] vindicatione, [de] consumptis [40] vero condictione conventus, eorum restitutioni parere compellitur. Dat. Id. Febr. CC. CONSS. 302.

De cautione non numeratæ pecuniæ.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI non [41] est numeratum, quod velut accepturum te sumpsisse mutuo scripsisti : & necdum transiisse tempus statutum, vel intra hunc diem habitam contestationem monstrando, reddi [42] tibi cautionem Præsidali notione postulare potes. Dat. 17. Kal. Jan. CC. CONSS. 302.

TIT. X.
DE OBLIGATIONIBUS [43], ET ACTIONIBUS [44].

De actionibus ei, qui pro alio solvit, mandatis.

1. Imp. GORDIANUS A. Valeriæ.

DAta certæ [45] pecuniæ quantitate ei cujus meministi [46], in vicem [47] debiti [48], actionem [49] tibi adversus debitorem, pro quo solvisti, dicis esse mandatam : & antequam eo nomine litem [50] contestareris, sine [51] herede creditorem fati munus implesse proponis [52] : Quæ si ita sunt, utilis [53] actio tibi competit. PP. 5. Kal. Maji, ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

De nominibus in dotem datis.

2. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Celso.

NOminibus [54] in dotem datis, quamvis nec delegatio præcesserit, nec litis contestatio subsecuta fit : utilem [55] tamen marito actionem ad [56] similitudinem ejus [57], qui nomen emerit, dari oportere, sæpe rescriptum est. PP. 14. Kal. Februar. SECULARI & DONATO CONSS. 261.

De colonis ob debita locatoris non conveniendis.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Rusticiano.

OB [58] causam proprii debiti [59] locatoris conveniri colonos pensioni-

1 *l.* 8. 9. *C. h. t.* 2 Alias secus. vid. *l.* 1. §. 13. *supr. de extraord. cognit.* Ans. 3 10. *Synops. Basil. cap.* περὶ τῶν διδομένων, ἢ δεομένων, *fol.* 126. Goth. Vid. Guid. Pap. ad hunc tit. & singulas leges. Ans. 4 Vel injustam. *L.* 12. D. 5. adde Oldendorpium *Class.* 6. *act.* 7. 5 Vide *l.* 27. *ff. de verb. oblig.* 6 Promissum turpi ex causa peti non potest. *dict. l.* 27. 7 Par cum est causa dantis & accipientis, turpiter datum non repetitur. *l.* 3. *l.* 4. §. 3. *l.* 8. *ff. h. t. Eclog. dict. loc. extit.* 2. *cap.* 2. *cap.* 5. *cap.* 8. *l. ult. in princ. ff. de condict. sine causa.* 8 *l.* 5. §. 1. *ff. de calumniatoribus. l.* 128. *ff. de reg. jur.* 9 Vid. *l.* 12. §. 1. *ff. de pollicitat.* 10 Quia in accipientis tantum causa turpitudo versatur. *l.* 4. *C. h. t. dict. l.* 5. §. 1. 11 Ut *l.* 3. *C. h. t. Synops. Basil. dict. tit.* 2. *c.* 10. *l.* 6. 7. *h. t. l.* 1. *in fin. l.* 2. *ff. h. t.* 12 Excipe *l.* 5. *C. h. t.* 13 Sicut in fure, qui pecuniam accepit ob ea restituenda, quæ subtraxerat, vel in eo, qui abegerat pecora, *Synops. Basil. ibid. cap.* 10. quæ species est *l.* 6. *& ult. C. h. t.* 14 Mercalis uxor est, quæ scortatur : id Synopseos autor *dict. loc. c.* 11. ita reddit, Qui scit uxorem suam scortari & tacet, lenocinium facit. 15 Allegans turpitudinem non auditur. 16 *l.* 1. *C. h. t. l.* 26. 27. *ff. de verb. oblig.* 17 Turpi ex causa dantis promissa non petuntur, nec repetuntur, hoc est, ea si soluta sint, non possunt repeti : si non sunt soluta, peti non possunt. 18 *l.* 4. *C. h. t.* 19 §. 24. *Instit. de inutilib. stipul.* 20 Turpitudo accipientis non etiam dantis in hac hypothesi versatur : ideo restituitur. *l.* 4. *supr. h. t. Synops. eod. cap.* 12. 21 Datum furi, ut rem subreptam restituat, turpiter ab eo accipitur : ideoque condici potest. adde *l. ult. C. h. t.* 22 *l.* 6. *C. h. t.* 23 Turpitudo quoque solius accipientis hac parte continetur. Dixi ad *l.* 4. *C. h. t.* 24 Fur tenetur de re furtiva ea etiam extincta. *l.* 1. *C. de his, quæ vi metusve caus. l.* 2. *C. tit. prox. l.* 9. *C. de furt. l.* 8. *ff. de cond. furt. l.* 1. §. 34. *l.* 19. *ff. de vi & vi arm. l.* 46. *ff. de furtis.* 25 Mora in rem facta quid sit observa. *l.* 8. §. 1. *l. ult. ff. de condict. furt.*

26 Vid. *L.* 13. D. 1. 27 Vid. *l.* 1. *in fin. ff. si is, qui testam. lib.* 28 Recte hic notant Græci, ex furti actione in singulos agi posse, quod ad pœnam attinet, ex ea regula, quæ dicit : *Quoties plures ad pœnam tenentur, uno eorum convento & solvente, alium non liberari.* atque ex hujus legis distinctione alias leges, quæ in Pandectis indistincte loquantur, intelligendas esse. *Mod.* 29 Solutio rei facta ab uno fure cæteros liberat a condictione furtiva, non a pœna furti. 30 *l.* 3. *ff. h. t.* dixi ad *l. ult. supr. de condict. ob turp.* 31 *L.* 13. D. 2. 32 *L.* 12. D. 7. vide Oldendorpium *Class.* 6. *act.* 5. 33 *L.* 12. D. 5. vid. Oldendorp. *Class.* 6. *act.* 7. 34 Ante tempus debitum exigi non potest : plus enim etiam vel solo tempore petitur, *l.* 22. *ff. mandati.* 35 Id est, causa militaris annonæ. Nam ita Synopsis Basil. 7. *tit.* 6. *ex l.* 24. *tit.* 3. *cap.* 1. & ibidem Scholiastes, ὁ διατρεφὰς στρατιώταις τῷ δημοσίῳ χρεωστῶν &c. Qui alimenta militum fisco debet, si reperiatur inops : debitores ejus (tametsi pro ipsis faciat conditio) ante præstitutum tempus conveniendi sunt : ut ea, quæ debent, exigantur. Neque obstat, quod institutionibus de actionibus & aliis libris dicitur, Eum, qui ante diem agat, alterum tantum tempus expectare debere, quando prævenire sit ausus. Ait enim ἡ ἀνάγκη τῆς διατροφῆς τῶν στρατιωτῶν &c. necessitas alimentorum militarium facit, ut ante diem exigatur. Est & eodem *lib. tit.* 6. *c.* περὶ χρείας &c. Scholiastes citans nominatim hanc legem, ubi notat fiscum posse ante tempus exigere inopis sui debitoris debitorem. *Goth.* Emanuel Costa *lib.* 2. *selectarum c.* 15. Waltherus *l.* 2. *miscellan. cap.* 37. Mod. 36 Ob inopiam debitoris fisci ejus debitor in diem ante tempus potest conveniri a quo? ab ipso debitore fisci. adde *C. quando fiscus vel privat.* 37 Propter utilitatem publicam, ante tempus agi potest. 38 Soluto debito, cautio est apud creditorem sine causa : ideoque hac conditione repetitur. vide *l. ult. C. ad exhib. l. ult. C. de solution.* adde *l.* 52. *ff. de act. empt.* 39 Vid. *l.* 22. *C. de rei vind. l.* 22. §. 2. *ff. de pignorat. act.* 40 *d.* §. 2. Consumpti fructus condicuntur : extantes vindicantur. 41 Non numeratæ pecuniæ chirographum condicitur. vid. *C. de non numer. pecun.* 42 *l.* 7. *C. de non numer. pecun.*

43 *L.* 44. *D.* 7. & 3. *Instit.* 14. & 52. *Ecl.* 1. Goth. Ad tit. & singulas leges vid. Guid. Pap. *Ans.* 44 *L.* 4. *Inst.* 6. 45 *Al.* certe, & ita videtur legisse Azo *in summa.* 46 Id est, creditori Titii : Nec tamen colligas, Mulierem hic pro debitore obligatam fuisse. Quæ hic solvit mulier non fidejussoris nomine, sed ut quævis solvit. Obligatis mulieribus, non pro alio solventibus, Velleianum opitulatur. vide *l.* 4. *in fin. l.* 9. *C. ad SC. Vellejan.* 47 Non tam solutionis nomine, quam quasi pretii loco. *l.* 2. *C. h. t.* 48 *Al.* debiti actiones mandatas. ita *Haloand.* 49 Vid. *l.* 9. *C. de procur.* Accurs. *in l.* 1. *C. ne liceat potentioribus patrocinium litigantib. præstare.* 50 *l.* 23. *C. de procurat. l.* 6. *ff. de transact.* 51 *l. pen. in fin. C. ad SC. Trebell.* 52 Vi hujus mandati, emptrix est in rem suam procuratrix. Quæritur autem, An mandatum sit finitum? distingue : Si mandator actionis, idemque venditor, heredem habet, mandatario competit actio directa ex cessione. Fidem enim venditionis, ab herede mandatoris impleri oportet, si heredem non habet (aliud est si habet. Nam morte mandatarii in rem suam mandatum non finitur. *l.* 33. *C. de donat.*) finitur quidem mandatum, sed tamen mandatario competit utilis mandati actio, & hæc locum habent in procuratoribus in rem suam, puta emptoribus & donatariis. In procuratore negotiorum, aliud. Mortuo enim mandatore, re integra mandatum finitur. vid. Cujac. 2. *observ.* 31. adde & ad *Novell.* 134. Zas. 2. *Resp.* 5. 53 Utilis actio quid? & a directa utrum differat : & quomodo, vid. *in l.* 47. *ff. de negot. gest. l.* 6. *C. de transact.* Accurs. *in l.* 17. *in verb. actione. C. de negot. gest. & l.* 6. *C. ad exhibend.* Forcatulum *Dialog.* 65. *Necyom.* 54 Nomen in dotem dari potest. *ut hic. & l.* 41. §. 3. *ff. de jure dot. l.* 44. §. 1. *ff. solut. matrim.* 55 Cur ita? collige ex his, quæ dixi ad *l.* 1. *C. h. t.* 56 *l.* 19. *ff. h. t.* 57 *l.* 1. *C. h. t. l.* 5. *C. quando fisc. vel priv. l.* 7. *l.* 8. *C. de hered. vel action. vend.* 58 Speciem ita ponit autor *Synops.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 24. *tit.* 3. *c.* 7. debitor fundum locat, & a colono pensiones accipit. Debitoris creditores a colono pensiones ita solutas exigere non possunt. 59 Hinc etiam colligunt, Vasallum non cogi ad exsolvenda patroni debita : sed nec ob æs Principis alienum.

bus [1] ex placito satisfacientes, perquam injuriosum est [2]. PP. Prid. Kal. Jan. *Tyberiade*, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De bona fide.

4. Iidem AA. & CC. Liciniæ.

BOnam fidem in [3] contractibus [4] considerari [5] æquum est. 3. Non. Octob. AA. CONSS. 287.

De obligatione contrahenda, vel dissolvenda.

5. Iidem AA. & CC. Camerino & Martiano.

SIcut [6] initio libera [7] potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus; ita renunciare [8] semel constitutæ obligationi [9], adversario non consentiente [10], nemo potest [11]. Quapropter intelligere debetis, voluntariæ obligationi semel vos nexos, ab hac, non consentiente altera parte, cujus precibus fecistis mentionem, minime posse discedere. Dat. Non. April. *Byzantii*, AA. & CC. CONSS. 290.

De nomine dato in solutum, & de pignoribus.

6. Iidem AA. & CC. Mauricio.

SI [12] in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus, ac te in rem tuam procuratorem fecit: pignora quæ [13] specialiter, vel generaliter habes obligata, persequere [14]. Quod si ab his quibus fuerant obligata, cum potiores [15] erant [16], distracta probentur, emptoribus avocari non posse perspicis. Dat. 9. Kal. Jul. *Sirmii*, AA. COSS. 293.

De emptione nominis, & de pignoribus.

7. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI a creditore nomen [17] comparasti, ea pignora quæ venditor nominis persequi posset, apud Præsidem provinciæ vindica [18]: nam si debitum ex ejus persona res [tibi] obligatas tenentes non transferant, jure communi pignora distrahere non prohiberis. Sane, si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus [19] venundantibus, qui possident, comparaverunt, vel longi temporis præscriptione muniti perhibentur: pignorum distrahendorum [20] facultatem te non habere perspicis. Subscript. 3. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De donatione. De mandato. De mutuo.

8. Iidem AA. & CC. Crescentio.

SI quidem donationis causa ei, quem adfectione [21] patris te dilexisse proponis, tuam accipere pecuniam permisisti, & hanc tuam liberalitatem [ille] remunerans [22] te a procuratore suo aliam pecuniam sumere præcepit [23] rebusque humanis [24] ante perceptionem fuit exemptus [25]: nec quod dederas, recuperare, cum perfectam [26] habuit donationem; nec [27] quod [tibi] dari mandavit, necdum tibi traditum petere potes a procuratore. † Quod si mutuo dedisti, nec a [28] delegato dari novandi causa stipulatus es, successores ejus solutioni parere compellantur. Dat. 13. Kal. Febr. CC. CONSS. 294.

De exactione.

9. Iidem AA. & CC. Glyconi.

NEgantes debitores [29], non oportet armata vi [30] terreri, sed petitore quidem non [31] implente suam intentionem, vel exceptione summoto, absolvi: convictos autem condemnari, ac juris remediis ad solutionem urgeri convenit. Dat. Id. Febr. CC. CONSS. 294.

De pignore.

10. Iidem AA. & CC. Ruffino.

ADversus [32] debitorem electis [33] pignoribus [personalis] actio non tollitur: sed eo, quod de pretio servari potuit, in debitum computato, de residuo [34] manet integra. Dat. 3. Non. Aprilis, CC. CONSS. 294.

An dominus ex persona coloni teneatur.

11. Iidem AA. & CC. Paulæ.

NImia [35] credulitate [36] circumventa es, cum quod colonis in rem suam mutuo dedisti, a domino prædii postulare te posse credidisti [37]: Nec ad eum obligandum actorum [38] ipsius adjuvat te præsentia [39]. Dat. 8. Kal. Aug. CC. CONSS. 294.

Ne quis ob æs alienum servire cogatur.

12. Iidem AA. & CC. Jovino.

OB æs [40] alienum servire [41] liberos [42] creditoribus, jura compelli non patiuntur [43]. Dat. 13. Kal. Novembr. CC. CONSS. 294.

In AUTHENT. ut nulli jud. lice. habere lo. Servat. §. quia vero. collat. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 7.

I*Mo a debito creditor cadit, tantundem dando, vel retento, vel ejus parentibus: ipso quoque creditore corporalibus pœnis subdendo.*

De mutuo.

13. Iidem AA. & CC. Barsumio.

EUm, cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionem urgere competenti debes actione: nam adversus negotiatores [44], quos ex mercibus pecunias abstulisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem. Dat. 11. Kal. April. CC. CONSS. 300.

De concurrentibus actionibus.

14. Iidem AA. & CC. Hermodoro & Nicomacho.

ESt [45] in arbitrio vestro, personali debitoris heredes actione, an eum, qui ab his distracta sibique tradita pignora tenet, in rem Serviana, si non [46] longi temporis præscriptione munitus sit, an utrosque conveniatis. Dat. 5. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

In AUTHENT. de fidejus. §. sed neque ad res. coll. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 3.

S*Ed hodie novo jure prius* [47] *conveniendi sunt omnes fidejussores* [48], *& mandatores, & sponsores, quam ad pignorum perveniatur possessores.*

TIT. XI.

UT [49] ACTIONES [50] ET AB HEREDIBUS ET CONTRA HEREDES INCIPIANT.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm stipulationes [51], & legata [52], & alios contractus, post mortem compositos, antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominum utilitate recipimus: consentaneum erat etiam illam regulam [53], qua vetustas utebatur, more humano emendare: *Ab heredibus* enim *incipere actiones, vel contra heredes*, veteres non concedebant, contemplatione stipulationum, cæterarumque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitii materiam relinquamus, & ipsam regulam de medio tollere: *Ut liceat & ab heredibus, & contra heredes incipere actiones* [*& obligationes:* [54]] ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* Post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

subditum ejus sisti: quam sententiam confirmare lex videtur 7. §. 1. *ff. quod cujusque.* jus tamen repressaliarum hæc non admittit, de quo dicam ad *Novell.* 52. adde Peckium *cap.* 4. *de jure sistend. num.* 17. addi potest, colonum & inquilinum ad constituendas cogi posse vias publicas: sed eo casu computare dispendium in mercedem. *l.* 1. §. 3. *in fin. ff. de via public. & itin.* Evenit etiam persæpe, ut patronos captivos vasalli cogantur redimere: sed & pro eo præstent plivium, id est, dent obsides. Plivium, *Pleige.* vid. Cujac. 8. *observ.* 14.

1 Τοῖς κανόσι καὶ τῷ συναιρίσαντι μισθώματι &c. *Synops. ibid.* id est, pensionibus & legi locationis satisfacientes. 2 Et e contra *l.* 11. J. *h. t.* 3 *l.* 31. *in pr. ff. depositi.* Possis hinc colligere, Non ita magni momenti videri differentiam contractuum stricti juris & bonæ fidei. 4 An & in donationibus & testamentis? adde *l.* 22. *ff. de don. l.* 16. *ff. de cond. & demonstr.* 5 Ζητῶν χρή. *Syn. Basil.* 11. *tit.* 1. *ex lib.* 24. *tit.* 1. *c.* 8. 6 *Synops. ibid.* vid. *Gloss.* Accurs. *ad l.* 3. *ff. de reg. jur.* & ad *l.* 10. *supr. si certum pet.* 7 Nemo compellitur contrahere. vid. *l.* 15. J. *de jure delib.* vid. *l.* 6. J. *de donat.* 8 Vid. *l.* 58. *ff. de pactis. & tit.* J. *quando liceat ab empt.* 9 Proinde a sequestro semel suscepto non licebit recedere. *l.* 5. *in fin. ff. depositi.* excipe *l.* 14. §. *si conveniat.* 2. *ff. comm. divid. l.* 4. *ff. de pignorat. action. l.* 12. *ff. de precario. l.* 2. J. *de inutil. stipul.* ubi licet adversus contractum venire: adde casus quos Accursius notat *in l. si quis in conscribendo* 29. ȣ. *de pact.* 10 Aliud si consentiat, *ut hic.* aliud si in re integra. §. 11. *Inst. de mand. l.* 36. *ff. de pact.* aliud etiam interdum adversario invito, ut in deposito. *l.* 1. §. 46. *ff. depositi.* precario. *l.* 12. *ff. de precario:* & locato, certis casibus. *l.* 3. J. *de locato:* & dato ob causam. qua de re dixi *ad l.* 5. *ff. de condict. causa data.* 11 Contractus ab initio voluntatis est, ex post facto necessitatis. *l.* 8. J. *h. t. l.* 39. ȣ. *de transact. l.* 12. *in fin.* J. *de contrah. empt. l.* 3. *l.* 7. J. *de rescind. vend. l.* 35. §. *pen.* J. *de don. l.* 1. §. 1. *ff. nautæ, caup. l.* 36. *in fin. ff. de jud. l.* 17. §. 3. *ff. commodati. l.* 22. *in fin. ff. mandati. l.* 9. *in pr. ff. de curat. furios.* adde *l.* 22. *in fin.* J. *ad SC. Vellei. c. quod semel placuit* 21. *de reg. in* 6. & v. *ib. Dynum.* 12 Creditor qui in solutum a debitore suo nomen alterius cujusdam ipsi debentis, habet & hypothecarias actiones, si vero priores creditores hypothecas, quas habebant, distraxerunt, emptoribus eæ res non adimuntur. *Syn. ibi. c.* 10. 13 Etiam tacite: volunt enim interpretes, Cessa personali actione, etiam hypothecariam, & ejus accessoriam, cessam intelligi. 14 Nomine empto in emptorem transfertur jus pignoris, hypothecæ & vindicandi & distrahendi. v. *l.* 6. *ff. de hered. vel act. vend.* 15 *l.* 7. J. *h. t. l. ult.* J. *quando fiscus vel priv. l.* 1. J. *si antiq. cred. pig. vend.* 16 Potior jure creditor pignus debitoris sui jure si vendidit, posterior id emptori avocare non potest. 17 Nomen vendi potest, *ut hic*, ut & in dotem dari. *l.* 2. *supr. h. t.* 18 *l.* 6. *supr. h. t.* 19 *d. l.* 6. 20 Aut revocandorum. 21 Donatio ex affectione præsumitur. *l.* 58. §. 1. *ff. de heredibus inst.* 22 Mandatum remunerandi, re integra, morte mandantis finitur. *l.* 15. J. *mandati.* 23 *l.* 2. §. 6. *l.* 6. *ff. de donat.* 24 Mandatum morte finitur. vid. *l.* 26. *ff. mandati.* Accurs. *in l.* 35. *in verb. portionibus. ff. de donat.* 25 *l.* 6. ȣ. *de cond. ob causam.* 26 Donatio perfecta revocari non potest. *l.* 7. ȣ. *de condict. ob caus.* 27 Hoc videtur abrogari *per l.* 33. J. *de donat.* 28 *l.* 1. J. *de donat.* 29 *Attestatio*, ut vocant, regulariter prohibita: nisi lex vel consuetudo permittat. vid. Accurs. *in l.* 4. ȣ. *de edendo. l. extat.* 13. *ff. quod metus causa. l. si quis in tantam.* 7. J. *unde vi.* 30 Vid. *l.* 13. *ff. quod met. caus.* 31 *l.* 4. ȣ. *de edendo. l.* 2. J. *de probationib. l.* 9. J. *de except. seu præscript.* 32 Personalis adversus debitorem actio non tollitur, etiamsi pignora creditor eligat: sed pretium pignoris in debitum computatur, & residuum actione personali petitur. *Synops. h. t. c.* 14. quemadmodum & in eundem personalis actio competit, ita & de hereditate, legatis, venditione, locatione, societate &c. *Scholiastes ibidem.* 33 Electio unius, non est alterius repudiatio: qui pignoratitiam eligit, non renunciat personali actioni. 34 *l.* 3. *l.* 9. J. *de distract. pign. l.* 3. §. 4. J. *de jure dominii. l.* 26. *ff. de solution.* 35 Colonis quod mutuum datur, ab eorum dominis non potest exigi, etiamsi ipsis dominis præsentibus mutuum datum sit. *Syn. h. t. c.* 13. *l.* 4. *vers. sane.* J. *de agricolis & censitis.* 36 Creduli nimis facile decipiuntur. vid. Accurs. *l.* 14. ȣ. *si cert. petat.* 37 Et e contra, *l.* 3. *supr. h. t.* 38 Id est, etiamsi actores ejus præsentes fuerint. Synopsis vero Basilicon *ibid.* ita habet, etiam si præsente domino. 39 Dixi ad *l.* 14. ȣ. *si cert. petat.* 40 Æs alienum est, quod quis debet: qui in ære alieno ἄποροι χρεώσται Græcis dicuntur. *Synops. Basil. h. t. c.* 15. & 3. Harm. 3. §. 70. Igitur qui solvendo non sunt, creditoribus suis servire non coguntur. Neminem enim ingenuorum lex ea facere vult, quæ sunt servilia. *Syn. & Scholiastes ibid.* unde colligunt, hoc jure, debiti causa neminem manu injecta capi posse, nisi aliud expresse sit conventum. vid. Soc. *reg.* 174. 41 Hinc colligunt, Neminem posse ad præcisam servitutem se obligare: & obligationem ad carceres non valere, nisi consuetudo id permittat. vid. Molin. *de usur. q.* 36. *n.* 27. 42 *Nov.* 134. *c.* 7. Ambrosius *lib.* 3. *de Tobia.* Vidi, inquit, miserabile spectaculum, liberos pro paterno debito in actionem deduci, id est, auctionem. & Basilius *Ps.* 14. εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὸ χρεῶν πατρῴων ἑλκομένους εἰς τὸ πρατήριον. vid. Cujac. *ad Novell.* 134. adde 7. *Ecl.* 6. *ex lib.* 23. *tit.* 2. *c.* 2. *fol.* 76. Verum autor Synopseos *d. loco*, liberorum appellatione hac lege non intelligit filios aut filias, sed ἐλευθέρους, id est, ingenuos. Quemadmodum eidem autori & Harmen. *d. loco*, æs alienum non æs a patre contractum, sed a se ipso. 43 Vide Ræverd. *lib.* 2. *varior. cap.* 18. & *ad leg.* 12. *tabul. c.* 8. Rodericum Xuares *supr. titul. de los gouiernos.* A. Gellium *noct. Att. l.* 2. *c.* 1. Mod. 44 Id est, mercatores, ad quos pecunia propter mercimonia pervenit. adde *l.* 15. ȣ. *si cert. pet. l.* 8. J. *depositi:* adde *l.* 44. 49. *ff. de cond. indebit.* 45 *l.* 14. J. *de pign. & hypothec.* Hodie non est. *Nov.* 4. *c.* 3. *Auth. prox.* J. *h. t.* & merito. Nam fiscus hanc electionem sibi non adrogabat. *l.* 1. J. *de conven. fisc. debitor. l.* 47. *ff. de jure fisci.* 46 Et ita restringuntur multæ leges, quæ nimis generaliter tradunt, Usucapione jus pignoris non perimi. adde *l.* 7. *in fin.* ȣ. *h. t. l.* 1. §. 2. *ff. de pign. & hypothec. l.* 12. *ff. pro empt. l.* 2. *ff. pro her. l.* 7. J. *de pign. & hypoth.* 47 Primum conveniendus est reus, tum intercessor, deinde possessor hypothecarius: & hoc beneficium discussionis appellatur, fidejussoribus utile. Aliud etiam habent, quod & divisionis ex epistola divi Hadriani nuncupant. de quo vid. *l. ult.* J. *de constitut. pecun.* Vix ullus contractus apud Notarios perficitur, in quo fidejussores utrique beneficio non renuncient. Et ita frequentes ob hujusmodi renunciationes, hæc authentica parum utilis, de qua vid. Oldend. *tract. de jure sing. c.* 6. ibi *de priv. fidejuss.* 48 Tertius possessor hypothecaria conveniri non potest, nisi discusso principali, & ejus fidejussoribus. v. Negusantium *tract. de pign. parte* 8. *membro* 1. *n.* 1.

49 Vetus regula abrogatur, qua cavebatur actionem, quæ adversus nos non cœpisset, neque adversus heredes nostros transire. *hac l.* Cujus regulæ meminit etiam Theophil. §. 35. *Instit. de leg.* adde 1. *Feud.* 3. 50 Quæ non cœperunt a defuncto scilicet vel contra defunctum. *Goth.* Vid. Cujac. *l.* 3. *obs. cap.* 34. S. L. 51 Vid. *l.* 11. J. *de contrah. stipulat.* 52 *d.* §. 35. 53 Hæc constitutio & regula contraria est veteri regulæ, de qua *l. dubium* 7. *C. Theod. de divers. rescript.* & Theoph. *in* §. *post mortem* 35. *de leg.* tollitque veterum differentiam verborum: *Cum moriar, cum mortuus fuero, post mortem meam dari, vel pridie quam moriar. ut l.* 11. J. *de contr. stipul.* 54 Per pactum hereditas post mortem dari potest, vid. Guidonem Papæ *sing.* 342.

TIT.

TIT. XII.

NE UXOR PRO MARITO [1], VEL MARITUS PRO UXORE, VEL MATER PRO FILIO CONVENIATUR.

Ne uxor pro marito: ex contractu.

1. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aſclepiodotæ.

FRuſtra diſputas de Contractibus cum Marito tuo habitis, utrumne jure ſteterint, an minime: cum tibi ſufficiat, ſi proprio [2] nomine nullum contractum habuiſti, quominus pro marito tuo conveniri poſſis: Quod nec ſi ſponte pro eo interceſſiſſes, quicquam a te propter Senatusconſultum [3] exigi jure potuiſſet. Dat. Prid. Id. Aprilis, DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

Ex Delicto.

2. Iidem AA. Terentiæ.

OB Maritorum [4] culpam uxores inquietari [5] leges vetant. Proinde Rationalis [6] [noſter] ſi res quæ a fiſco occupatæ ſunt, domini tui [7] eſſe probaveris, jus publicum ſequetur 8. Dat. 3. Non. Septemb. DIOCLETIANO & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

Ne ſocer pro genero, ne mater pro filia, ne maritus pro uxore.

3. Iidem AA. & CC. Carpophoro [9].

CUm [10] te poſſeſſiones non in dotem pro filia tua dediſſe, ſed ad ſuſtentandam [11] eam extra dotis cauſam filiæ tuæ prædia adſignaſſe proponas: civilium [12] munerum vel onerum municipalium [13] obtentu, ex perſona mariti ejus, quomodo matres ex perſona [14] filiorum, interpellari non [15] poſſunt: cum neque [16] maritum pro uxoris obligatione conveniri poſſe conſtet, niſi [17] ipſe pro ea ſe obnoxium fecit. Certiſſimum enim eſt, ex alterius contractu neminem obligari. 3. Id. Septemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Ne Mater pro filio.

4. Iidem AA. & CC. Philothetæ.

CUm te ideo ex perſona [18] filii tui commemores conveniri, quod pro debitis ejus aliquid [19] intuliſſe videaris: defenſionibus tuis uti apud eum, cujus ſuper ea re notio eſt, minime prohiberis, ut is ad ſolutionem alieni debiti urgeri te non patiatur. Dat. 10. Kalend. Septemb. TICIANO, & NEPOTIANO CONSS. 301.

Pœna exigentis alium pro alio.

In AUTHENT. ut non fiant pign. pro aliis. §. 1. Col. 5. tit. 7. al. Novell. 52. cap. 1.

SEd omnino qui alium pro [20] alio ſecundum formam pignorationis exigit, totum idipſum, quidquid ſit, in quadruplum [21] vim paſſo reddet: necnon & ab actione, pro qua talia præſumit, cadet.

TIT. XIII.

NE FILIUS PRO [22] PATRE, VEL PATER [23] PRO FILIO EMANCIPATO, VEL LIBERTUS [24] PRO PATRONO, VEL SERVUS PRO DOMINO CONVENIATUR.

Ne pater pro filio.

1. Imp. GORDIANUS A. Candido Militi.

NEque ex ejus filii perſona, qui cum ſui juris eſſet, mutuam pecuniam accepit, pater ejus, ſi non fidem ſuam obſtrinxit, conveniri poteſt: neque ex ejus, quem in poteſtate habet, ſi ſine juſſu ejus contractum eſt: neque, [ſi] contra [25] SC. Macedonianum mutua [pecunia] data eſt, amplius [26] [quam] de peculio actionem ſuſtinere cogitur. Quapropter pater tuus, ſi ei pecunia a creditore fratris tui extorta eſt, ad quam reddendam non tenebatur, Præſidis provinciæ auctoritate eam recuperabit. PP. 3. Non. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Ne filius pro patre.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Neoterio & Eutolmi.

NE contra juris auctoritatem ab eo, qui patrem veſtrum, a quo emancipatos [27] vos dicitis, ad munus [28] civile devocaverat, inquietemini [29], Præſes provinciæ providebit. Dat. 8. Kal. Feb. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Ne pater pro filio.

3. Iidem AA. & CC. Theogeni.

SI [30] filiusfamilias invito patre Decurio [31] creatus ſit, pro eo patrem inquietari non poſſe, jure manifeſtiſſimo cautum eſt. G. 10. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

Ne filius pro patre.

4. Iidem AA. & CC. Achivæ.

PAtris [32] nomine ſuperſtitis filium, nec munerum [33] civilium, nec debiti cauſa, perſonali poſſe conveniri actione conſtat. S. 12. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS. 300.

Ne libertus pro patrono. Ne ſervus pro domino.

5. Iidem AA. & CC. Lampetio.

EX patroni, vel domini [34] contractu liberti, vel ſervi conveniri non poſſunt. Dat. Id. April. CC. CONSS. 300.

De Scholaribus.

Nova conſtitutio Friderici.

HAbita [35] quidem ſuper hoc diligenti Inquiſitione Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, omnium Judicum, & aliorum Procerum ſacri noſtri Palatii examinatione, omnibus, qui cauſa [36] ſtudiorum peregrinantur, Scholaribus, & maxime divinarum, atque ſacrarum legum profeſſoribus, hoc noſtræ pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur ſtudia, tam ipſi, quam eorum nuncii [37], veniant & in eis ſecure [38] habitent. † Dignum namque exiſtimamus, ut cum omnes bona facientes, noſtram laudem & protectionem omnimodo mereantur [39]: quorum [40] ſcientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo & nobis ejus miniſtris, vita ſubjectorum informatur; quadam ſpeciali dilectione eos ab omni injuria defendamus. Quis enim eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti, de divitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & a viliſſimis ſæpe hominibus (quod graviter ferendum eſt) corporales injurias ſine cauſa perferunt. † Hac igitur generali, & in perpetuum valitura lege decernimus, Ut nullus de cætero tam audax inveniatur, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præſumat, nec [41] ob alterius cujuscunque provinciæ delictum, ſive debitum (quod aliquando ex perverſa conſuetudine factum audivimus) aliquod damnum eis inferat: ſcituris hujusmodi ſacræ conſtitutionis temeratoribus, & etiam ipſis locorum Rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, reſtitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum: notaque infamiæ eis ipſo jure irroganda, dignitate ſua ſe carituros in perpetuum. † Verum tamen ſi litem eis quiſpiam ſuper aliquo negotio movere voluerit: hujus rei optione [42] data Scholaribus, eos coram [43] domino, vel magiſtro ſuo, vel ipſius civitatis Epiſcopo, (quibus hanc jurisdictionem dedimus) conveniat. Qui vero ad alium judicem eos trahere tentaverit, etiamſi cauſa juſtiſſima fuerit, a tali conamine cadat. † Hanc autem legem inter imperiales conſtitutiones, ſcilicet ſub titulo, Ne filius pro patre &c. inſeri juſſimus. Dat. apud Roncalias [44], anno Domini M. C. LVIII. *menſe Novembri.*

TIT. XIV.

AN [45] SERVUS PRO SUO FACTO POST [46] MANUMISSIONEM TENEATUR.

De contractu cum ſtatulibero.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Juventiano.

QUamvis cum ſtatulibero contraxeris, tamen ex ante [47] geſto te non habere cum eo, poſt impletam conditionem libertatis, actionem, ſcire debes. PP. 4. Idus Decemb. DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

De legato.

2. Imp. ANTONINUS A. Bexico.

CReditoribus [48] tuis, qui tibi in ſervitute [mutuam] pecuniam crediderunt, nulla adverſus te actio competit: maxime cum [49] peculium [50] tibi non eſſe legatum proponas. PP. 3. Kalend. Sept. LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

1 Mariti contractu delictove. *l.* 1. *l.* 2. *J. h. t.* 2 Id eſt, ad utilitatem tuam. *l.* 24. *J. locati.* 3 Vellejanum. 4 Confiſcatis mariti bonis, res uxoris ejus confiſcatæ non intelliguntur. *Syn. Baſil.* 7 *tit.* 6. *ex lib.* 24. *tit.* 4. *c.* 2. *l.* 24. *J. de donat. int. vir.* *l.* 1. *J. ad l. Jul. de vi publ. l.* 22. *J. de pœnis:* uno tamen caſu dos uxoris retinetur. *l.* 4. *J. in quib. cauſ. pign. tacit. l.* 3. *J. de primipilo.* non alia ejus bona. *l.* 1. *J. de priv. fiſci.* Sic maritus ob culpam uxoris interdum tenetur. *l.* 4. §. 2. *ff. de off. proconſ.* 5 In bonis ſuis. 6 Rationalis, procurator Cæſaris. 7 Non dotales, *d. l.* 1. 8 Et ita auditur tertius opponens, de quo dixi ad *l.* 13. §. 3. *s. de judic.* 9 Τὰ ἐξώπροικα τῆς γυναικὸς &c. *Extradotalia* mulieris pro viri oneribus onerata non ſunt: nec matres pro filiis nec uxor pro marito. *Synopſ. Baſil.* 50. *ex l.* 24. *tit.* 4. *c.* 3. 10 *Al.* Carpophoræ: ut ſit hypotheſis in matre. 11 Res traditæ filiæ ad eam ſuſtentandam, hoc eſt alendam non præſumuntur dotales. 12 Adde *l.* 11. *J. de decurionibus.* 13 Vid. *l.* 9. *ff. de mun. & honor.* 14 *l.* 4. *J. h. t.* 15 *l.* 11. *ff. de damn. infect.* 16 Fallit certis caſibus, vid. Gailium 2. *obſ.* 90. 17 Maritus pro uxore poteſt fidejubere, at non vice verſa. *l.* 1. *s.* 18 Vid. *l.* 3. *s. h. t.* 19 *Partem* debitorum filii ſi mater ſolvit, reſiduam partem ſolvere non cogitur. *ut hic. Synopſ. Baſ.* 7. *tit.* 6 *ex l.* 24. *c.* 4. 4. Harm. 9. §. 25. 26. adde *l.* 7. §. 15. *ff. ad SC. Maced. l.* 28. *s. de pact. l.* 7. *J. de uſuris.* vid. tamen *l.* 1. *J. de fideic. Nov.* 1. *c.* 3. *l.* 6. *ff. in rem verſo, l.* 18. *J. de agric. & cenſit.* Cur ita? collige ex *l.* 88. §. 5. *ff. de leg.* 2. *l.* 20. *s. de negot. geſt.* 20 Qua actione teneatur, qui perſonam aut res alterius indebite arreſtari fecit; vid. Peckium *c.* 18. *de jure ſiſtendi.* De repreſſaliis vid. *hic* Bald. *Goth.* Adde Andr. Gail. *de arreſt. Imp. c.* 2. *n.* 3. Mindan. *de proceſſ. l.* 1. *c.* 39. *n.* 11. Math. Coler. *de proceſſ. execut. part.* 2 *cap.* 3 *n* 39. 40. S L. 21 Imo actionem tantum amittit. *l. extat.* 13. *ff. quod metus cauſa:* Imo & pœnam corporalem ſuſtinet. *Novell.* 53. *c.* 1.

22 *l.* 2. 4. *J. h. t.* adde *l.* 7. *in fin. l.* 9. *ff. de ſenat. l.* 8. *in fin. ff. de in jus vocando. l.* 26. *ff. de pœn.* 23 *l.* 1. *l.* 3. vid. tamen *lib.* 10. *tit.* 60. *J. h. t.* 24 *l.* 5. *J. h. t.* 25 Ut quia credita pecunia eſt. *l.* 6. *J. ad SC. Maced.* 26 *l.* 57. *ff. de judic.* §. 10. *Inſt. de act.* 27 *l.* 3. *J. qui bonis cedere.* 28 *l.* 4. *J. h. t.* 29 Ob ejus debitum. *l.* 5. §. 16. *ff. de agnoſcend. & alend.* idque vivo patre. *l.* 4. *J. h. t. l.* 1. *s. de filiofam. minor.* 30 Pater pro filii oneribus non tenetur. *Synopſ. Baſil.* 52. *tit.* 1. *ex lib.* 24 *tit* 4 *cap.* 7. 4. Harm. 9. §. 26. 31 *l.* 5. *J. de decurionibus. l.* 1. *J. de filiisfamil. & quemadmod. l. quoties* 2. *ff. ad municip.* 32 Filii pro patris oneribus non tenentur. *Synopſis &* Harmen. *dict. loco.* 33 *l.* 2. *s. h. t.*
34 *l.* 7. *s. de judic. l.* 1. *l. ult. s. de noxalib. l.* 14. *ff. de obligat. & action. l.* 7. *tutelas.* §. 2. *ff. de capit. minut. Synopſis dict. tit.* 4. *c.* 9. Harmen. *dict. loco.* 35 Ad Authenticæ hujus declarationem & ampliationem vide Decium *ad c. in præſentia. num.* 173. *extr. de probat.* Jaſon. *ad l. edita. num.* 27. *s. de edend.* rurſus Decium *ad c.* 1. *extr. de Reſcript. n.* 59. *& ad c. cum ordinem. n.* 18. *ext. de Reſcript.* Abb. *ad c. ſi diligenti. col. pen. num.* 25. *&* 28. *de for. compet.* Aldob. *ad* §. *item Romæ n.* 4. *Inſtit. de excuſ. tutor.* Mod. 36 De privilegiis quæ bonarum literarum profeſſoribus & ſtudioſis data ſunt, vide Oldend. *in tractatu de jure ſingulari, cap.* 10. Idem hanc Authenticam repetiit latiſſime, *tom.* 1. *fol.* 580. Rebuffus hanc repetiit etiam latius, *lib.* 3. *de privileg. ſcholaſticorum.* Eorundem privilegia ad centum usque Horatius Lucius enumerat, *tractat. de privileg. ſcholaſt.* Rebuff. vero centum octoginta, *dicto loco.* Quando & in quibus ceſſet hoc privilegium, & an ei poſſit renunciari: vid. Oldendorpium *dict. loco. num.* 1. *& ſequentibus.* Goth. Adde Petr. Heig. *part.* 2. *quæſt.* 11. Anſ. 37 Nuncii & conſequenter Bidelli fruuntur ſtudioſorum privilegiis. 38 Id eſt, ſint exempti a vectigalibus portoriis, & aliis oneribus, alias non tantum ſtudioſis, ſed & omnibus ſecure vivendi, & habitandi datur poteſtas: & hoc primum caput privilegii ſcholaſtici eſt. 39 Meritis præmia & honores debentur. *l.* 1. *s. de adſeſſorib. & domeſt.* Honor, præmium virtutis. Ariſtoteles 4. *Ethic.* 3. Cicero 1. *Officior. &* 3. *de Republica* 5. Lactant. 19. 40 Laus ſtudioſorum. 41 Secundum caput hujus privilegii eſt, Ne poſſint capi jure repreſſaliarum. 42 Tertium cap. privilegii ſtudioſis hic dati, ut eis ſit optio, utrum apud præceptorem ſuum, an apud epiſcopum loci conveniantur. Poſſunt etiam & tertium eligere. §. 10. *in fin. conſtit. ad Anteceſſores.* 43 Forum ſortimur ratione ſtudii. vid. Accurſium *in l. heres.* 19. §. *proinde* 3. *in verb. debebit. ff. de judiciis.* 44 Roncalia, *hic: &* 2. *Feudorum* 33. §. 1. *tit.* 40. *tit.* 52. ſive Roncaliæ, campi ſupra Padum non procul a Placentia, in quibus ſolebant olim imperatores conventum agere ſolennem. Roncaliæ meminit Abbas Urſpergenſis, & Guntherus 2. *Lyguri.*

45 *Synopſ. Baſil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 24. *tit.* 5. *&* 52. *tit.* 1. *ex lib.* 24. *tit.* 5. adde Accurſium *ad l.* 15. *in verb. ab initio. in fin. & l. eum actum.* 17. *in verb. reddere. ff. de negotiis geſt.* 46 *l.* 146. *ff. de reg. jur.* 47 *l.* 2. *l.* 5. *J. h. t. l.* 21. *s. de negot. geſt. l.* 4. *J. de teſtam. manumiſſ. l.* 17. *ff. de negot. l.* 28. §. 7. *in fin. ff. de liber. legat.* 48 *Synopſ. dict. tit.* 5. *c.* 2. 49 Vid. *l. un. J. de peculio ejus, qui libertatem meruit.* 50 An libertus poſſit conveniri ex contractu in ſervitute facto, peculio ei legato, vid. *l.* 1. §. 10. *ff. de dote præleg.*

De pecunia ob libertatem promissa.

3. Imp. ALEXANDER A. Herodi.

PRomissæ [1] tibi pecuniæ a servo tuo [2], *Ut eum manumitteres*, si posteaquam manumisisti stipulatus [3] ab eo non es, adversus eum petitionem per in factum actionem habes [4]. PP. Id. Sept. ALEXANDRO A. CONS. 227.

De furto.

4. Imp. GORDIAN. A. Hieroni.

LIcet [5] servitutis tempore [ea,] quæ pecuniam matris tuæ surripuisse [6] dicitur, ob hujusmodi admissum conveniri non poterat: ad [7] libertatem tamen perducta, (nam caput [8] noxa [9] sequitur) furti actione tenetur [10]. PP. Id. Sept. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De eo, qui fundos domini coluit.

5. Idem A. Chresto.

SI (ut allegas) antequam a domino manumittereris, fundos ejus coluisti [11], posteaque adempto peculio, libertate donatus es; ob reliqua, si qua pridem [12] contracta sunt, res bonorum, quas postea propriis laboribus quæsisti, inquietari minime possunt. PP. 16. Kalend. Decembr. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De delicto in dominum commisso.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Feliciano.

SIve servi sint hi, quorum precibus fecisti mentionem, domi eos conveni: quia inter [13] dominos ac servos judicium constare nullum potest: sive post delictum [14] manumissi sint: ex antecedentibus post datam libertatem eos nulla ratio juris a dominis quondam conveniri patitur [15]. † Sane si post [16] manumissionem quid illicite commiserint, hoc apud Præsidem provinciæ argue: accepturus ex jure sententiam. Dat. 2. Idib. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 287.

TIT. XV.

QUANDO FISCUS, VEL PRIVATUS DEBITORIS SUI [17] DEBITORES CONVENIRE POSSIT, VEL DEBEAT.

De ære alieno pupilli.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Valeriano.

PRopter [18] æs alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex bonis ejus tenet, pignori capi non oportet. PP. 11. Kalend. Junii, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

Si condemnatus non est solvendo.

2. Imp. ANTONINUS A. Marco.

SI in causa judicati Valentis, quem tibi condemnatum esse proponis, nihil est, quod sine [19] quæstione [20] pignoris [21] loco capi, & distrahi possit: debitores ejus conventi, ad solutionem auctoritate Præsidis provinciæ compelluntur.

Si debitor debitoris fisci fateatur, vel neget.

3. Imp. GORD. A. Primanio.

SI debitum non [22] inficiantur hi, quos obnoxios debitoribus fisci esse proponis: potest videri non esse iniquum quod desideras, ut ad solutionem per officium Procuratoris [23] compellantur: Nam si quæstio aliqua refertur, id concedi non oportere [etiam] ipse perspicis. PP. 6. Kalend. Febr. SABINO, & VENUSTO CONSS. 241.

Si principalis debitor fisci solvendo sit, vel non.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zosimo.

NOn [24] prius ad eos, qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionem fiscalem extendi oportere, nisi patuerit principales reos idoneos non esse, certissimi juris est. S. 12. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

De nomine in solutum dato.

5. Iidem AA. & CC. Nanidæ.

IN [25] solutum nomine dato, non aliter nisi mandatis actionibus ex persona sui debitoris adversus ejus debitores creditor experiri potest: suo autem nomine, utili [26] actione recte utetur. Dat. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

TIT. XVI.

DE HEREDITARIIS [27] ACTIONIBUS.

De creditore, qui ex parte successit debitori.

1. Imp. GORD. A. Hermeroti.

PEcuniam, quam tibi a matre debitam fuisse dicis, ab heredibus ejus, coheredibus [28] tuis, pro parte tibi competente petere debes. Sed & res, si quæ tibi ob idem debitum obligatæ sunt, persequi non prohiberis. PP. 11. Kalend. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De oneribus dividendis pro hereditariis partibus, de pign. & hypoth.

2. Imp. DECIUS A. Thelemachæ.

PRo [29] hereditariis partibus heredes onera hereditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit: nisi [30] intercedat pignus, vel hypotheca, tunc enim possessor obligatæ rei conveniendus est. PP. 14. Kal. Nov. ÆMILIANO, & AQUILINO CONSS. 250.

De exactione dotis.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. [& CC.] Maximæ.

HEredem [31] mariti quondam tui de [32] dote tibi reddenda conveni, personalem [enim] actionem contra debitores hereditarios tibi decerni frustra postulas. PP. 14. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

De pupillo herede.

4. Iidem AA. & CC. Crispo.

SUb [33] prætextu [34] ætatis pupilli debitoris hereditarii creditorum exactionem differri non posse, nimis evidens est. Unde, cum te tutorem proponas, quemadmodum a pupillis creditoribus satisfiat, eniti [35] debes. Dat. 10. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Si creditor debitori successerit.

5. Iidem AA. & CC. Julio.

UT debitum tibi ante [36] aditam hereditatem solvatur; ac tunc, si ad te pertineret [hereditas] quæri jubeamus, præpostera [37] petitio est. Etenim cum tibi soceri successionem quæsitam patuerit, debiti petitionem extingui per confusionem [38] non ambigitur. Dat. Prid. Non. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De adulta quæ debitori successit ex parte.

6. Iidem AA. & CC. Domno.

SI adulta, cujus curam geris, pro triente patruo suo, quem etiam tutelam [ejus] administrasse proponis, heres extitit [39], nec ab eo quicquam exigere prohibita [40] est: debitum a coheredibus ejus pro besse petere non prohibetur [41]; cum ultra [42] eam portionem qua successit, petitio non confundatur. Nam adversus [43] adultam tuam rescindi postulas testamentum, si quidem coheredes ejus adeuntes [44] hereditatem se etiam obligant, & si non solvendo constituti probentur, postulata separatione [45], nullum ei damnum Præses provinciæ fieri patietur. Dat. Kalend. Decemb. AA. CONSS. 299.

Qui conveniendi sunt, vel non.

7. Iidem AA. & CC. Apolausto.

CReditores [46] hereditarios adversus legatarios [47] non habere personalem actionem convenit: quippe cum evidentissime Lex [48] duodecim tabularum heredes huic rei [49] faciat obnoxios. Dat. 6. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

TIT. XVII.

EX [50] DELICTIS [51] DEFUNCTORUM IN QUANTUM HEREDES CONVENIANTUR.

Actiones ex delicto post litem contestatam transeunt ad heredes. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Macedoni.

1 *Synops. Basil. dict. tit. 5. c. 3.* 2 Id est, cum esset servus. *l. 77. ff. de solutionib.* Pecunia ob libertatem promissa, petitur per actionem in factum. 3 *l. 1. §. 4. ff. quar. rer. act.* adde *l. 104. ff. de verb. obl. & action.* 4 Imo, non habes. *l. 17. ff. de negot. gest.* 5 Ex contractibus in servitute gestis, post manumissionem nemo tenetur. Ob delicta tamen convenitur, propter regulam, Caput noxa sequitur. *Synops. dict. tit. 5. cap.* 4. 1. Harm. 18. §. 19. 6 *l. 14. ff. de oblig. & action.* 7 Servi delictum quod non parit actionem in servitute, parit in libertate. 8 *l. 1. in fin. ff. de privatis delict. §. 5. Inst. de noxal. act.* 9 Id est, noxalis actio. *dict. §. 5.* 10 Imo non tenetur. *l. ult. C. h. t.* 11 Servus, qui coluit prædia dominica, liber factus, non tenetur. 12 *l. 1. C. h. t.* 13 Vid. *l. 13. in fin. C. de transact.* 14 Ex delicto in dominum commisso servus non tenetur liber factus. 15 Imo patitur. *l. 4. supr. h. t.* 16 *l. 17. §. 1. vers. Plane. ff. de furt.*

17 Fiscus utiles actiones in debitorem sui debitoris habet. adde *l. 1. C. de cond. ex lege.* 18 Cur ita? vid. *Nov. 52. cap.* 1. possunt tamen propter contumaciam propriam res tutoris capi. *l. 1. §. 2. ff. si quis jus dicenti.* 19 Quod non est controversum, solet prius capi. *l. 15. §. 4. in fin. ff. de re judic.* idque etiam creditori utilius. 20 Vid. Accurs. *in l. 5. C. de execut. rei judicatæ.* 21 In subsidium pignorum, devenitur ad nomina debitorum debitoris. 22 Hujus legis sensus petendus est *ex l. 4. C. h. t.* 23 Fisci scil. 24 Fiscus a debitoris sui debitoribus nihil petit, nisi quum principalis reus solvendo non esse deprehenditur. *Synopsis Basilic. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 6. c. 65.* Causam hanc adfert Scholiastes *Synopseos illo loco.* quod fiscus erubescat alienum quid petere. *l. 3. C. h. t. l. 3. §. 8. ff. de jure fisci.* Et ita exactor publicorum tributorum excutit & exigit: excutit prius principalem, quia fiscus electionem non habet. *l. 1. C. de conveniend. fisci debit. l. 47. ff. de jure fisci.* Exigit debitorem debitoris fiscalis, quia habet tacitam hypothecam. *l. 1. C. de condict. ex lege.* 25 Vid. *l. 6. C. de obligation. & action.* 26 Vid. *l. 7. C. de hered. vel act. vendit.*

27 Id est, quæ cœperunt ex persona, vel in personam defuncti, & transierunt ad heredem. 28 Creditor succedens pro parte debitori, omne debitum non amittit, sed pro ea parte tantum qua succedit: alteram a suis coheredibus repetit. *l. 6. 7. C. l. 14. C. ad leg. Falcid. l. 7. C. de bon. autor. judic. possid. l. 3. §. 3. ff. de fideicommiss. her. petit.* 29 Etiam cum fisco debetur, actio quidem personalis adversus omnes heredes debitoris competit: hypothecaria vero adversus eum, qui pignora detinet. *Synops. Basil. 24. cap.* 1. vid. *l. 1. C. si certum petat.* 30 Sensus est, hereditariis actionibus personalibus, ne funeraria quidem excepta. *l. 22. 23. ff. de religios. & sumpt.* heredes tenentur pro sua parte: realibus ipsi non tenentur, sed ipsarum rerum possessores. *l. 2. C. funus ex plurib. l. 55. ff. de rei vindicat. l. 5. 8. 12. in fin. ff. ad exhibend. l. 35. ff. de hered. inst. l. 2. §. 2. vers. Sed si unus. ff. de prætor. stipulat.* Quid si, quæ proponitur, personalis actio sit individua? tunc quilibet heredum tenetur in solidum. *l. 85. §. 2. in fin. ff. de verb. obligat.* Idem dicendum, si res restituenda, ab uno heredum, teneatur in solidum. *l. 3. §. 3. ff. commodati. l. 22. ff. depositi.* si agitur de pollicitatione facta reipublicæ. *l. 9. ff. de pollicitat.* de alimentis. *l. 3. ff. de aliment. & cibar.* de eo quod ab uno tantum herede relictum. *l. 53. ff. de legat. 2.* 31 *l. 9. C. solut. matrim.* 32 De dote actio contra heredes mariti, non contra debitores ejus dirigitur: Imo, contra debitores, cum omnia bona mariti sint tacite pro dote obligata. *l. un. §. 1. C. de rei uxor. act.* solve, Datur contra debitores hypothecaria, non personalis. 33 Heres tametsi pupillus sit, hereditaria debita solvere cogitur, neque ætatem causari, aut prætexere debet, ad dilationem solutionis debitorum. *Synops. Basilic. & ibi Scholiastes dict. lib. 24. tit. 7. cap.* 4. & 3. Harmenop. 5. §. 80. 34 Ætas minor debitoris non aufert jus agendi creditori. *l. 8. in fin. C. de non numer. pecun. l. 8. C. mandati.* vid. *l. 34. in fin. ff. de negot. gest. l. 3. in fin. princ. ff. quib. ex causis in possess.* prorogat tamen & suspendit in causa status. *l. 6. §. 3. ff. de Carbonian. edict.* 35 *l. 5. §. 9. ff. de reb. eorum qui sub.* 36 Heres ante aditam, vel repudiatam hereditatem, non potest conveniri. 37 Præpostera petitio non admittitur. *l. 16. l. 18. l. 20. C. de excusat.* præpostera tamen scriptio non nocet in testamentis & contractibus. *l. 25. C. de testamentis.* Interim nota de exceptione præposterationis. 38 Confusione debiti petitio extinguitur. *l. 7. supr. de pactis. l. 50. ff. de fidejussorib.* 39 Id est, si creditrix successit debitori. 40 *l. 7. C. de bonis autor. judic. possid. l. 12. ff. ad leg. Falcid.* adde *l. 19. in fin. ff. de reg. jur.* 41 Quænam hic ratio fuit dubitandi? Hæc scilicet: Testatorem in dubio, animo compensandi debiti legasse intelligi: sed non ita est. *l. 85. ff. de legat. 2.* 42 Confusio ultra portionem hereditariam non fit. *l. 3. C. de negot. gest. l. 3. C. de contrar. jud. l. 14. C. ad leg. Falcid. l. 7. C. de bon. autor. jud.* 43 Id est, adversus utilitatem ejus. vid. *l. Polla 2. C. de his, quibus ut indignis.* 44 Heres adeundo se obligat. 45 Vid. *l. 2. C. de bon. aut. judic. & ff. de separation.* 46 Heredes debitorum nomine tenentur, non legatarii. *Synops. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 7. cap. 7.* 3. Harm. 5. §. 85. *l. 1. §. 16. ff. ad SC. Trebell. l. 15. C. de donat. l. ult. in fin. ff. de contrah. empt.* 47 Creditor adversus debitores hereditarios agere personali actione non potest. *l. 3. in fin. C. h. t.* sed nec adversus legatarios, *ut hic*, ergo hypothecaria potest: licet ipsi legatarii creditorum loco sint. *l. 40. ff. de obligat. & action.* 48 *l. 26. supr. de pactis. l. 6. supr. familiæ ercisc.* 49 Id est, personalibus actionibus. *l. 3. supr. h. t.*

50 Pœna ex delicto adversus heredem non transit. *hoc tit.* Vide quinque exceptiones apud Socinum, *regula* 291. 51 *l. 20. ff. de accusationibus.* Huc refer quod Clarus ait, *lib. 5.*

Post

Post [1] litis contestationem, eo, qui [2] vim fecit, vel concussionem [3] intulit, vel aliquid deliquit, defuncto, successores ejus in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri juris absolutissimi est: ne alieno [4] scelere ditentur. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XVIII.

DE [5] CONSTITUTA [6] PECUNIA.

De eo, qui constituit, & de ejus heredibus.

1. Imp. GORDIANUS A. Felici.

Si [7] pro alieno debito te soluturum constituisti: pecuniæ constitutæ actio non solum adversus te, sed [8] etiam adversus heredes tuos perpetuo competit. Dat. 7. Kal. Julias, *Sirmii*, CC. CONSS. *

In AUTHENT. ut, cum de appellat. cog. §. ad hoc, aliud. Coll. 8. Tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 6.

Si quando quis pro se, vel pro alia persona pecuniam se solvere constituerit, vel spoponderit: sic dicens, Satisfaciam [9] tibi, *tenetur pro quantitate, quam promisit.* † *Sin autem sic dixerit*, Satisfiet a me, & ab illo, & illo: *illis quidem, quos nominavit, non* [10] *consentientibus, solus pro* [11] *rata tantum portione persolvet.*

† *Sin autem dixerit*, Satisfiet [12], *verbo impersonaliter* [13] *prolato, non tenebitur.*

† *Sin autem sic dixerit*, Erit tibi satisfactum, aut a me, aut ab illo: *illo quem nominavit. non consentiente, solus in solidum* [14] *tenebitur.*

De receptitia actione in de constituta pecunia actionem transfusa. Quæ res constitui possint. De tempore actionis. Pro quo debito constituatur, & de indebito. De omnibus casibus qui per stipulationem explicari possunt. 1. *De nomine* pecuniæ. 2. *De argentariis, & aliis negotiatoribus.*

In quacunque re debita tenet constitutum, non in indebita. Bald.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

Receptitia [15] actione cessante, quæ solennibus verbis [16] composita inusitato recessit vestigio, necessarium nobis visum est magis pecuniæ constitutæ naturam ampliare. Cum igitur præfata pecuniæ constitutæ actio in his tantummodo casibus a veteribus conclusa est, ut [17] exigeret res quæ pondere, numero, mensura consistunt, in aliis [18] autem rebus nullam haberet communionem; & neque [19] in omnibus casibus longæva esset constituta, sed in speciebus certis annali spatio concluderetur, & dubitaretur, an pro debito sub conditione, vel in diem constituto eam possibile esset fieri, & an pure constituta pecunia contracta valeret: hac apertissima lege definimus, ut liceat omnibus [constituere] non [20] solum res, quæ pondere, numero, mensura consistunt, sed etiam alias omnes, sive mobiles, sive immobiles, sive sese moventes, sive instrumenta, vel alias quascunque res, quas [21] in stipulationem possunt homines deducere: neque sit in quocunque casu annalis: sed sive pro se quis constituat, sive pro alio, sit [&] ipsa in tali vitæ mensura, in qua omnes [22] personales actiones positæ sunt, id est, [in] annorum metis triginta [23]: & liceat pro debito pure, vel [24] in diem, vel sub conditione constitui: & non absimilem [25] penitus stipulationi habeat dignitatem, suis tamen naturalibus [26] privilegiis minime defraudata sit: sed [&] heredibus, & [27] contra heredes competat: ut neque receptitiæ actionis, neque alio indigeat respublica in hujusmodi casibus adminiculo, sed sit pecuniæ constitutæ actio per nostram constitutionem sibi in omnia sufficiens: Ita tamen, ut hoc ei inhæreat, ut [28] pro [jam] debito fiat constitutum: cum secundum antiquam receptitiam actionem res [29] exigebatur, etiam si quid non fuerat debitum: cum satis absurdum [30], & tam nostris temporibus quam justis legibus contrarium sit, permittere per actionem receptitiam res indebitas consequi, & iterum multas proponere condictiones, quæ & pecunias indebitas, & promissiones corrumpi & restitui definiunt. Ut non erubescat igitur tale legum jurgium, hoc tantummodo constituatur, quod [31] debitum est: & omnia, quæ de receptitia in diversis libris legumlatorum posita sunt, aboleantur, & sit pecuniæ constitutæ actio omnes casus complectens, qui [32] & per stipulationem possunt explicari. §. 1. Et neminem moveat, quod sub nomine *pecuniæ* etiam omnes res exigi definiamus: cum & in antiquis libris prudentium, licet constituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniæ tantum per eam exigebantur, sed omnes res, quæ pondere, numero, mensura constitutæ erant: Sed & possibile est omnes res in [33] pecuniam converti: si enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quæ expressa est, in constituendis rebus ponatur: quid distat a nomine ipsius pecuniæ? Sed ut subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed vana [34] nominum vocabula amplecti desiderant: ita omnes [35] res veniant in constitutam [actionem,] tanquam si fuisset ipsa pecunia constituta: cum etiam veteres *pecuniæ* [36] appellatione omnes res [37] significari definiant, & hujusmodi vocabulum, & in libris juris auctorum, & in alia antiqua prudentia manifestissime inventum sit.

§. 2. His videlicet, quæ argenti [38] distractores, & alii negotiatores indefense constituerint [39], in sua firmitate secundum morem usque adhuc obtinentem durantibus. Dat. 10. Kal. Mart. post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De beneficio divisionis.

3. Idem A. Joanni P. P.

Divi Hadriani epistolam [40], quæ de periculo dividendo [41] inter mandatores, & fidejussores loquitur, locum [42] habere, in his etiam qui pecunias [43] pro aliis simul constituunt, necessarium est: Æquitatis enim ratio diversas species [44] actionis excludere nullo modo debet. Dat. Kal. Nov. post LAMPADII & ORESTIS VV. CC. CONSUL. 531.

TIT. XIX.

DE PROBATIONIBUS [45].

Creditum actor, Solutionem reus probat.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Faustino.

Ut creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere [46] cogitur, ita rursum debitor, qui *solutam* [47] affirmat, ejus rei probationem præstare debet. PP. Prid. Kalend. Julii, DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

Pro possessore præsumptio petitorem onerat probatione.

2. Imp. ANTON. A. Aulizano.

Possessiones, quas ad te pertinere [48] dicis, more judiciorum persequere: Non enim possessori incumbit necessitas probandi eas ad se pertinere: cum te in probatione cessante [49] dominium apud eum remaneat. PP. 15. Kal. Decemb. LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

De Collegis quod solvendo fuerint.

3. Imp. ALEXAND. A. Leænæ & Lupo.

Ex persona collegæ avi vestri conveniri non debetis, si eundem collegam tempore [50] depositi officii [solvendo [51]] fuisse ostenderitis. PP. 5. Kal. Januar. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232. [52].

Dominium ut probetur.

4. Idem A. Vito.

Proprietatis [53] dominium, non tantum instrumento emptionis, sed & quibuscunque aliis legitimis probationibus ostenditur. PP. Kal. Novemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

Domesticæ & privatæ scripturæ solæ sine adminiculis non probant.

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Sertorio.

sent. §. ult. quæst. 86. alium pro alio: dominium pro delicto famuli, vel familiæ, patrem pro filio non puniri corporaliter. Statuto tamen posse fieri, ut quis pro alio, vel infamia, vel amissione omnium bonorum: *l. 5. C. ad leg. Jul. Majestatis.* vel certa quantitate (puta legitimæ) puniatur. Eodem modo fieri posse, ut civitas teneatur pro maleficio commisso in ejus territorio.

1 Defuncto, qui deliquit, post litem adversus eum contestatam mortuo, in heredes ejus in solidum actio transmittitur: Ante litem contestatam mortuo, heredes ejus conveniuntur in id duntaxat quod ad eos pervenit. Nec enim æquum est, heredem alieno scelere ditari. *Synops. Basil. 24. tit. 7. cap. 7. §. 1. vers. Pœnales. Inst. de perpet. & tempor. l. 33. l. 58. ff. de obligat. & action. l. 1. ff. de privat. delict.* 2 Non rapinam. *l. 1. l. 2. ff. de concussionibus.* 3 Non metum: Cujacius *ad l. 16. in fin. ff. de eo, quod metus caus.* ubi refert, hanc legem sumptam esse ex rescripto quodam Codicis Hermogeniani, quod integrum apud eundem vide. 4 Nemo ex dolo auctoris lucrum debet facere. *d. l. 33. l. 16. in fin. ff. quod met. l. 38. 44. ff. de reg. jur.* 5 §. 9. *Instit. de actionibus.* Paul. 2. *sentent. 2. & L. 13. D. 5.* περὶ ἀντιφωνητῶν. 26. *Eclog. tit. 3.* περὶ ἀντιφωνήσεως. 1. Harmenopul. 3. §. 47. adde & eundem 3. *tit. 6. §. 5.* Oldendorp. *Class. 4. act. 8. 16.* Gell. 6. 6 Constitui hac formula solet, τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ, ἱκανόν σοι γενήσεται, satisfiet tibi, γενήσεταί σοι τὸ ἱκανὸν παρ' ἐμοῦ καὶ παρὰ τοῦδε. Satisfiet tibi a me, & ab hoc, & ab illo. *Eclog. dict. loco.* ἀντιφωνητὰς, Galli vocant *Respondans.* D. Paulus ita se constituit debitorem pro Philemone. Si quo læsit te, aut debet, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. Extat & hæc formula *l. 26. ff. h. t.* Habes penes me. 7 1. Harmen. 3. *dict. cap.* περὶ ἀντιφωνητῶν. Idem 3. *tit. 6. Eclog. d. loco tit. 3* 8 Constitutæ pecuniæ actio (quæ Græcis ἐστὶ τῇ ἀντιφωνήτου ἀγωγή.) etiam in heredes perpetuo competit. *Syn. Basil. 26. tit. 3. cap. 1.* & Harmen. 3. §. 47. & 3. *tit. 6. §. ult.* 9 Τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ, sumptum ex *Novell. 115. cap. 6. Synops. Basil. 26. tit. 2. cap. 3.* 10 Non omnis nominatus in instrumento est obligatus, sed is tantum qui consensit. 11 Cur non in solidum? quia *Et* particula, obligationem in viriles partes distribuit. *l. 11. §. 1. ff. de duob. reis.* 12 Qui hoc dicit, *Satisfiet*, certam personam non exprimit: ideoque neminem obligat. 13 Impersonalitas vitiat. *Goth.* Licet impersonalitas ex parte promittentis vitiet obligationem, non vitiat tamen ex parte stipulantis. Bartol. *in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.* Decius *cons. 83. & cons. 94.* Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 26.* Mod. 14 Cur in solidum? Particula *Aut*, cuilibet nominatim obligationem in solidum attribuit, si potest: sin minus, ei qui potest obligari. 15 Hæc competebat τραπεζίτου ἀντιφωνήσαντος, cum argentarius constituebat: & in eo differebat receptitia ab actione de constituta pecunia ratione personarum: quod priore tenerentur soli argentarii: posteriore reliqui omnes. Theophil. §. 8. *Inst. de actionib.* Ideo dicebatur *receptitia*, quod argentarius contrahentibus apud suam mensam reciperet soluturum se, quod hic vel ille cavisset. In quibus rebus fieret, vid. J. *h. t.* 16 Potest tamen hodie constitutum contrahi per epistolam, vide Pauli *epist. ad Philemon. l. 26. ff. hoc tit.* 17 Receptitia actio a constitutæ pecuniæ actione olim in eo quoque differebat: quod actioni de constituta pecunia locus erat, constitutis iis, quæ numero, pondere, vel mensura constarent: receptitia etiam immobilibus constitutis, dum tamen argentarius constituisset. Theophil. *dict. §. 8.* 18 *Sub.* immobilibus. 19 Actio de constituta pecunia olim incerto tempore finiebatur, certis casibus perpetua, aliis annalis erat. 20 Res omnes constitui possunt. *ut hic:* quod olim non erat. J. *h. t.* ibi, *Res quæ pondere.* 21 Quod in stipulationem deduci potest, potest constitui. vel, ut Baldus ait: Quicquid est stipulabile, est constituibile. 22 Actiones personales annis triginta extinguuntur. *ut hic: & l. 26. J. de usuris.* 23 Actio constituti durat triginta annis. *ut hic:* olim erat annalis. S. *h. t. ibi, annalis.* 24 Constitui potest pure, in diem, sub conditione. *ut hic:* qua de re olim dubitabatur, S. *h. t. ibi, & dubitaretur.* 25 Constituti actio stipulationi non absimilis. *in fin.* J. *h. t.* 26 Naturalia privilegia actionum, sunt earum formæ, & effectus eis attributi a lege, hinc etiam colligunt, Ratione novi privilegii, antiquum non tolli. 27 Constituti actio datur heredibus & in heredes. *l. 27. §. 3. ff. ad SC. Trebell.* Hæc fortassis fuit ratio, ut hic Titulus jungeretur superioribus, in quibus agitur de actionibus hereditariis, *tit. 16. 17.* 28 Constitutum non est, nisi antecedentis debiti. *in fin.* J. *hic. l. 5. §. 2. ff. h. t.* Et merito, quia ut constitutum obliget, naturalem & civilem rationem exigit. 29 Recipi olim poterat res, etsi non debita. 30 Absurdum, omnibus temporibus tale. 31 Dixi *supr. h. t. ibi, ut pro jam debito.* 32 Dixi S. *h. t. ibi, quas in stipulationem.* 33 Res in pecuniam converti possunt. 34 Sensum, non vana vocabula, amplecti oportet. 35 Dixi S. *h. t. ibi, non solum res.* 36 Pecuniæ tamen nomen strictius est, quam rei. *l. 5. ff. de verb. sign.* 37 Corporales. *l. 178. d. tit.* adde *l. 2. §. 3. ff. de reb. cred. l. 1. ff. de SC. Maced. l. 50. ff. de leg. 1.* 38 De argentariorum officio vide Cujacium *ad Novell. 136.* 39 Id est, promiserint, & male: hinc tamen colligit Bald. Mercatores & artifices posse facere inter se statuta, eaque confirmari jure communi. 40 De qua vid. §. 4. *Inst. l. 26. ff. de fidejussoribus.* 41 Paul. 1. *sent. 20. §. un.* Epistola D. Hadriani, quod datum est beneficium divisionis fidejussoribus, id renuncianti non prodest. Nunquam igitur hodie prodest, vix enim ullus contractus apud notarios habetur, in quo Epistolæ D. Hadriani non renuncietur. 42 Mandamus credi, etiam absentes: fidejubemus quidem præsentes tantum, sed tamen verbis. *l. 12.* J. *de fidejussorib. l. 32. ff. mandati. l. 5. in fin. ff. de admin. rer. ad civitat.* Constituimus nudo consensu, eoque ad actionem producendam sufficiente. §. 9. *Inst. de act.* Et ita differunt mandator, fidejussor, & is qui constituit. In eo conveniunt, quod pro alio hi omnes interveniunt. 43 Id est, res quascunque. *l. 2. supr. h. t.* 44 *l. 7. ff. de fidejuss. tutor.* 45 Vid. *L. 22. D. 3.* adde 1. Harmenop. 2. & 2. *Clement. 7.* 46 Id est, probare. Petenti mutuum onus probandi incumbit. *l. 2. ff. h. t. Eclog. d. loco c. 2.* 47 *l. 2. ff. h. t. l. ult.* J. *de solut.* Reus suam exceptionem probare cogitur, merito, cum excipiendo fiat actor. *l. 1. ff. de except. Eclog. dict. loc. cap. 17.* 48 Petitori possessionis, non ei, qui possidet, onus probandi incumbit, idque veteris juris definitione hac regula continetur. *l. 1. C. de fide instrum.* adde *l. 24. in fin. ff. de rei vind. l. 21.* S. *de rei vindic.* 49 *l. 4.* S. *de edendo. l. 9. in pr. supr. de oblig. & act. l. 9.* J. *de except.* 50 Qui (ne conveniatur) excipit, collegam fuisse solvendo, probare tenetur eum idoneum fuisse tempore depositi officii. Et ita ex persona contutoris, qui erat solvendo tempore finiti officii, nemo potest conveniri. Parum ad rem Accursius & Baldus hic colligunt, ex præsenti statu præsumi in præteritum: Paulo melius Alciat. 2. *præsumpt. 25.* præsumi de præterito ad præsens. Dic melius, qui debitorem non convenit, quo eum tempore potuit convenire, sibi præjudicat. *l. 11. ff. h. t. l. 1. §. 12. 15. ff. de tut. & rationib. l. 1. §. 12. ff. de mag. conven. l. 11. ff. ad municip. l. ult.* J. *in quibus cas. tut. habenti. l. 1.* J. *de divid. tut.* vel ita: tutor vel officialis ex persona collegæ conveniri potest, nisi probaverit tempore finiti officii collegam fuisse solvendo: adde *l. 51. §. 1. ff. de fidejussor.* 51 *l. 1. §. 10. §. 12. ff. de tut. & rat. distr.* 52 Hæc lex transposita est, ut ex hac subscriptione apparet. Ideoque quarta hujus tituli in editione Haloandri recte collocatur: id quod sæpe in hac editione accidisse video. 53 Dominium probari potest instrumentis & testibus. *l. 10. in fin. supr. de rei vind.*

INstrumenta [1] domestica [2], seu privata [3] testatio, seu adnotatio [4], si non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt. PP. 7. Idib. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De rationibus defuncti, & ultima voluntate.

6. Iidem A. & C. Romulo.

RAtiones defuncti [5], quæ in bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debitæ quantitatis solas sufficere non posse, sæpe rescriptum est. † Ejusdem juris est, & si in ultima voluntate [6] defunctus certam pecuniæ quantitatem, aut etiam res certas sibi [7] deberi significaverit [8]. PP. Idib. Martii, PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

In AUTHENT. de jurejurando a moriente præstito. §. ult. coll. 5. tit. 3. al. 2. Nov. 48. cap. 1.

QUod [9] obtinet omnimodo, si testator non juraverit [10]: alioquin heredes necesse habent testatoris religioni stare, aut minime fruentur his quæ relicta sunt: Sed creditoribus nihil ex hoc præjudicii comparabitur.

Scriptura creditoris non probat debitum.

7. Imp. GALLIENUS A. Sabino.

EXemplo [11] perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisque sibi adnotatione [12] propria debitorem constituit. Unde neque [13] fiscum, neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationem præbere [posse] oportet. PP. 3. Non. Mart. GALLIENO A. VII. & SABINILLO CONSS. 267.

Actor, non reus, probare cogitur.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Publicio & Optato.

FRustra veremini, ne ab [14] eo qui lite pulsatur, probatio exigatur. PP. 14. Kal. * BASSO & QUINTIANO CONSS. 289.

Ætatem minorem qui allegat, is probare debet.

9. Iidem AA. & CC. Martianæ.

CUm te minorem [15] quinque & viginti annis esse proponas, adire Præsidem provinciæ debes, & de [ea] ætate probare. Dat. Idib. April. AA. CONSS. 293.

Ingenuitas ut probetur.

10. Iidem AA. & CC. Isidoro.

NEque natales [16] tui, licet ingenuum te probare possis, neque [17] honores, quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem pro filiæ tuæ ingenuitate continent [18]: cum [19] nihil prohibeat, & te ingenuum, & eam ancillam esse. Dat. 18. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

Nullitatem testamenti quis probare debeat.

11. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

SI scriptum heredem ab amita tua, vel [de] testamenti vitio [20], vel quacunque alia ratione non posse obtinere hereditatem, probari a te posse confidis, de hac hereditate apud [21] Rectorem Provinciæ agere potes. S. 5. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. & CC. CONSS. 294.

Dominium ut probetur.

12. Iidem AA. & CC. Chroniæ.

CUm res non instrumentis gerantur, sed in hæc rei gestæ testimonium [22] conferatur, factam emptionem [23], & in vacuam [24] possessionem inductum patrem tuum, pretiumque numeratum, quibus [25] potes, jure proditis probationibus docere debes. Dat. 5. Non. Octob. AA. & CONSS. 299.

Consanguinitas, id est fraternitas ut probetur.

13. Iidem AA. & CC. Justino.

NOn [26] Epistolis [27] necessitudo consanguinitatis [28], sed Natalibus [29], vel Adoptionis solennitate conjungitur: Nec adversus absentem hereditatis dividendæ gratia velut contra fratrem pro ancilla petitus arbiter, substantiam [30] perimit veritatis. Sive itaque quasi [31] ad sororem, quam ancillam te posse probare confidis, epistolam emisisti; sive familiæ erciscundæ, quasi pro coherede petitus arbiter doceatur, fraternitatis quæstio per hæc tolli non potuit. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 299.

Filius esse quis ut probetur.

14. Iidem AA. & CC. Municiano.

NOn nudis adseverationibus [32], nec ementita professione [33], (licet utrique consentiant) sed matrimonio [34] legitimo concepti, vel adoptione [35] solenni filii [36] civili jure patri constituuntur. Si itaque hunc, contra quem supplicas, alienum esse [probare] confidis: per te, vel per procuratorem adfirmationem ejus falsam detege. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 299.

De violenta possessione.

15. Iidem AA. & CC. Antonio.

VIs ejus qui se dominum contendit, ad imponendum onus probationis servo minime prodest. Cum igitur aufugisse [37] te de domo Severi profitearis, verum nec ab illo justo initio: sed per violentiam adseveras [te] esse detentum, inquisito prius, an in possessione libertatis sine dolo malo constitutus sis, tunc etiam onus probationis quis debeat subire, per hujusmodi eventum declarabitur. Dat. 6. Kal. Jan. AA. CONSS. 299.

De bonis paternis.

16. Iidem AA. & CC. Philippo, & Sebastiano.

SIve possidetis prædia, quæ a patre communi sibi fratres emancipati donata contendentes vindicant: ipsis incumbit facti probationis necessitas: sive ipsis ea prædia quasi a patre vestro sibi donata tenentibus, vos coheredes constituti patris petitis: ut intentionem vestram non constitisse detegant, unde [38] domini facti sunt, emergente quæstione, docere compelluntur. Dat. 10. Kal. Febr. AA. CONSS. 299.

De ingenuitate.

17. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

MAtrem tuam consecutam libertatem, ac te post [39] editam, ut ingenua probari possis, ostendi convenit. Quod enim fratribus [40] tuis nulla moveatur quæstio [41], ad defensionem tuam nihil prodesse potest. Dat. 5. Id. Febr. AA. CONSS. 299.

De instrumento donationis.

18. Iidem AA. & CC. Violantillæ.

CUm precibus tuis significes, ignorante [42] te prædium eum, cujus meministi, sibi velut a te donatum instrumentis inseri fecisse: si vera sunt, [quæ] precibus indidisti, nec [43] ad nomen factæ donationis fundus iste pervenit: unde adito judice competenti, probare [44] te oportet contra voluntatem tuam hunc fundum instrumento adversarium tuum sibi adscribi laborasse: ut secundum tenorem Rescripti nostri possis consequi sententiam. Dat. 12. Idus April. *Byzantii*, CC. CONSS. 300.

De exceptione dilatoria.

19. Iidem AA. & CC. Menandro.

EXceptionem dilatoriam [45] opponi quidem initio [46], probari vero, postquam [47] actor monstraverit, quod adseverat, oportet. Dat. 13. Kalend. Aprilis, *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De testibus.

In AUTHENT. de testib. §. quia vero multi. col. 7. tit. 2. Nov. 90. cap. 4.

AT [48] qui semel produxerit testes, aut bis [49], aut ter [50]: & testificata tractaverit, aut ab adversario hoc faciente disputationem acceperit, ex hoc testifica-

1 Puta rationes. *l. 6.* J. *h. t.* 2 Id est, quæ domi ac privatim non adscito tabellione testibus aut adversario, quisque sibi facit. *l. 3. ff. de jure fisci.* 3 Η τῶ ἑαυτῶ ὑπόμνησις. 1. Harm. 8. §. 8. propria subnotatio. *l. 7.* J. *h. t.* 4 *l. 7.* J. *h. t.* vel professio, adseveratio. *l. 5.* J. *de testib.* Brevis. *l. ult.* J. *de conven. fisci debitor.* 5 Vid. *l. 5.* S. *h. t.* 6 Id est, testamento: hoc ut verum esset, dixi ad *l. 5.* S. *familiæ ercisc.* & *l. 10.* S. *comm. utriusque.* adde *l. 37. §. 5. in fin. ff. de legat. 3.* 7 Se debere: ita legendum existimo, idque demonstrat hæc hypothesis, diversa a superiore, quæ extat hujus initio: Id etiam satis innuit Authentica proxime sequens, qua dicitur, Heredes cogi stare testatoris religioni: Quæ verba ostendunt testatorem certarum rerum debitum confessum fuisse, non autem sibi ei res certas debitas: alioquin dicendum fuisset, debitores cogi stare religioni defuncti. Ratio autem decidendi hic est manifesta. *l. 11. §. 1. ff. de interrog. in jur. faciend.* 8 Potest tamen eo casu debitori deferri jusjurandum. *d. §. 5.* adde Cujac. *Nov. 48. cap. 1. in fin.* 9 Sic restitue, Quod non obtinet omnimodo, nisi testator &c. ut sit sensus: Non continuo obligari heredes ex confessione testatoris, nisi juraverit: non ex quavis ejus confessione, sed tantum jurata teneri. 10 Defuncti juramento heredes obligantur. 11 Et falsi facilitati. Cæterum hinc colligas, rem mali exempli vitandam. *l. 47. ff. de judiciis.* 12 Subaudi ὑπόμνησις, ὑποσημείωσις. 2. Harm. 8. §. 8. §. 9. vid. *l. 5. 6. supr. h. t.* 13 *l. ult.* J. *de conveniendis fisci debitoribus.* 14 A reo probationes non exiguntur, sed ab actore. *l. 2. ff. h. t.* Probationibus reus non oneratur. *Syn. Basil. 22. tit. 1. c. 41.* 15 Ætatem qui allegat, & de ætate excipit, eam cogitur probare. *l. 4.* S. *de in integr. l. 32. l. 39. ff. de minorib. 25. ann.* 16 *Natales*, aut honores patris liberos ejus ingenuos esse non probant. 17 Non necessario ingenua præsumitur, cujus pater ingenuus aut honore functus est, *ut hic.* præsumitur tamen. adde *l. 22.* J. *de liberali causa.* 18 Honoribus enim non funguntur, neque ad honores admittuntur servi. *l. Barbarius. 2. ff. de off. prætoris.* adde *l. 1.* J. *tit. de dignitatibus lib. 12.* 19 id est, cum sæpe id accidat. Interim observa argumentum a communiter accidentibus. vid. Roland. a Valle 1. *consil. 52. n. 12. 13.* 20 Vitium qui testamenti impugnat, vitium tenetur probare: alias præsumitur pro testamento. 21 Nota apud quem agatur de hereditate. 22 Angel. *in l. nunquam.* J. *de donat.* Lanfran. *in repetit. c. quoniam. extr. de probat. in verb. testes. vers. venit proband.* Paul. Castrens. *cons. 941.* & Alex. *cons. 11. vol. 4.* Mod. 23 Emptio, possessionis apprehensio, pecuniæ numeratio, testibus, citra instrumenta probari potest. adde quæ scripsi ad *l. 17.* S. *de pactis.* 24 Vacua possessio quid sit, vid. *l. 2. in fin. ff. de act. empt.* 25 *l. 1.* J. *de fide instrum.* 26 Consanguinitas non necessario probatur epistolis, aut actu nudo judicii familiæ erciscundæ accepto. Interim tamen præsumitur tibi soror, quam scripta epistola sororem vocasti: cum qua denique judicium familiæ erciscundæ velut cum sorore tua & filia defuncti accepisti: ut onus eo casu consanguinitatis impugnandæ tibi incumbat. *ibi, te posse probare confidis.* 27 Tantum scilicet. vide *l. 15. l. 29. ff. h. t.* nec transactione matris. *l. 26.* S. *de transact.* 28 Consanguinitas quomodo probetur, vide Hartmannum 2. *pract. 13. obs. 2.* v. *l. 10.* C. *h. t.* 29 Probatur consanguinitas natalibus & adoptione, hoc est, vel matrimonio vel adoptione. *l. 14.* J. *h. t.* Imo natalibus non probatur. *l. 83. ff. de cond. & demonst.* 30 Substantiæ perimit veritatem. Hal. *l. 9.* S. *de juris & facti ignor.* 31 Sorores enim interdum appellamus, nuda amicitia citra jus ullum sanguinis conjunctas. adde *l. 41.* J. *de liberal. caus.*

32 Non sufficit ad probationem filiationis, ut te quis filium nuncupet, nisi ut filium quoque habeat. vid. *l. 5.* J. *de testament.* 33 *l. 5.* J. *de testam.* adde quæ scripsi de professione ad *l. 7.* J. *de fide instrum.* 34 Id est, natalibus. *l. 13.* S. *h. t. l. 6. ff. de his, qui sunt sui.* 35 *Inst. de adopt.* 36 Dictum est de ingenuitatis, *l. 10.* consanguinitatis ac fraternitatis probatione. *l. 13.* S. *h. t.* nunc transit ad filiationem: quæ ut probetur, vide hanc legem. adde *l. 5.* J. *de testam. l. 26.* S. *de transact.* adde quæ dixi ad *l. 13. ff. hoc titulo. & l. 3. ff. de censibus.* Filiatio quoque ut probetur, vid. Hartmannum 2. *pract. 15. observ. 1.* 37 Antonius de fuga confitetur, sed de injusta servitute Severi excipit. Interea dum de libertate judicatur, non cogitur ad Severum reverti, & de sua ingenuitate probare: cum primum constiterit judici Antonium per vim a Severo, in servitutem addictum, Antonius in possessione libertatis constituendus. Si hoc non constiterit, ob fugam præsumitur esse in dolo. *Nov. 53. c. 4. Novell. 161. c. 1.* Socinus *regula* 163. ideoque tenetur ingenuum se probare. adde *l. 20. ff. h. t.* adde *l. 22.* J. *de liberal. caus.* & ita, violenta possessione probata possessori: ea non probata, actori & petitori onus probandi incumbit. hinc colligunt, Eum qui dominus olim fuerit, hodie quoque dominum præsumi. vid. Alciat. 2. *præsumpt.* 20. olim possessores hodie possidere: Idem 2. *præsumpt.* 21. olim divitem, hodie divitem: Idem 2. *præsumpt.* 27. An olim pauper, hodie talis sit præsumendus, vid. *l. 10.* J. *de arbitr. tut.* 38 Bona a defuncto relicta, non præsumuntur alterius esse, aut ab eo donata, nisi de donatione constiterit. vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 10. Dominium enim præsumitur continuatum in filium heredem: non in donatarium. Donatarius itaque sive agat, sive ab eo petatur, donationem probare tenetur. 39 Non si mater libera, mox ejus filii liberi: potuerunt enim ante matris libertatem nasci. *l. 10. in fin.* S. *h. t. l. 22.* J. *h. t.* 40 Non si fratribus tuis nulla movetur status quæstio, ideo liber censeris. Potest enim eadem mater nondum libera, te: libera facta, fratres tuos peperisse. *l. 17.* J. *de liberal. caus.* 41 *Sub.* libertatis. *l. 17.* J. *de liberal. caus.* 42 *l. ult.* J. *de arbitr. tutelæ.* 43 *l. 10.* J. *de don.* 44 Præsumitur pro instrumento, nisi contrarium probetur, *l. 14. in fin.* J. *de contrah. stip. l. 16.* J. *de donat. inter virum & uxorem.* Adversus instrumentum admitti possunt probationes contrariæ. 45 *l. 12.* J. *de except. seu præscript.* Dilatoriæ ad personas judicis, actoris, procuratoris pertinent: peremptoriæ ad ipsas causas. Non mirum itaque, si illæ ante litem contestatam opponendæ sint: Peremptoriæ vero post eam contestatam possunt opponi. Est & illud sciendum, Dilatorias quoque ex pacto temporario posse competere. *l. 27. §. 1. ff. de pactis*: qua de re vid. Cuj. 9. *obs.* 13. 46 Id est, ante litem contestatam. 47 Id est, post litem contestatam: Non sunt igitur eadem, *opponere*, & *probare*. Dilatoria ante, non post litem contestatam, opponitur. Post non ante probatur. 48 Qui tertio testes produxit post editas exceptiones amplius testes producere non potest. Quid si non excepit nec per se ipse, aut per proprium patronum testimoniis interfuit? tum potest ante editas exceptiones, & quarto testes proferre: si tamen jurarit, non se dolo quartam testium productionem quærere. 1. Harm. 6. §. 36. 49 Sensus est, Eum, qui semel vel iterum, vel tertio testes produxit, & post tertiam productionem, productioni renunciavit, non admitti ad aliam productionem, si & priorum testimonia, vel adversarii exceptiones non cognoverit. Sin minus, admitti: dummodo juraverit se priora testimonia cognita non habere. 50 Tres productiones testium permissæ. *Goth.* Ad confirmationem, declarationem, & ampliationem eorum, quæ ad hanc

ta

ta [1] didicerit, non habebit licentiam ulterius uti productione testium, ex divina etiam jussione: Si vero hoc non egerit, tunc danda est quarta [2] productio testium: sacramento [3] ab eo prius dando, Quod neque subtraxerit, neque percontatus est ipse testificationes, vel aliquis advocatorum ejus, vel alius pro eo agens: nec per dolum, nec per machinationem, vel artem, quartam productionem testium petat fieri.

Si ea, quæ de statu suo litigat, instrumenta subtraxisse dicatur.

20. Iidem AA. & CC. Phronimæ.

SI de possessione servitutis, emptionis [4] instrumentis subtractis, in libertatem proclamat Eutychia, cum petitori [5] probationis onus incumbat, intentione sua defecta, his juvari minime potest: Nam si in servitutem petatur, ad emptionis probationem non est indiciis aliis opus, sed instrumentorum furtum [6] monstrare sufficit. 4. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De rei vindicatione.

21. Iidem AA. & CC. Crispo.

AD probationem dominii, aliena subtrahentes [7] instrumenta, his uti minime [8] possunt: quippe cum horum lectio [9] non recitantem, sed quem tenor scripturæ designat, adjuvet. Cum itaque nec cætera probationum indicia [10] reprobentur, jure competenti, prædiorum quæ in quæstionem veniunt, dominium ad te ostende pertinere: nam res vindicantem, ab emptore [11] suos numeratos nummos adseverantem, erga probationem laborare non convenit: si quidem hujusmodi, licet probetur factum, [tamen] intentioni nullum præbet adminiculum. S. 6. Id. Decemb. *Singiduni*, AA. CONSS. 303.

De causa status.

Per media impertinentia non fit probatio. Bald.

22. Iidem AA. & CC. Agathocleæ.

AD probationem servitutis Glyconis, matrem ejus ac fratrem [12] servilia fecisse ministeria non sufficit: cum [13] neque ingenuorum conniventia conjunctis necessitudine præjudicet: neque de servis ex eadem matre natis libertatem unus adipisci prohibeatur. Dat. 9. Kalend. Januar. ipsis CC. CONSS. 304.

De actore & reo.

23. Iidem AA. & CC. Menelao.

ACtor, quod adseverat, probare se non posse profitendo, reum [14] necessitate monstrandi contrarium non adstringit: cum *per rerum naturam factum negantis [15] probatio nulla [16] sit.* Dat. 8. Kal. Januar. CC. & CONSS. 304.

De scriptura suspecta.

24. Imppp. VALENS, GRATIANUS, VALENTINIANUS AAA. ad Antonium perfectum prætorio, post alia.

JUbemus [17] omnes, qui scripturas suspectas [18] comminiscuntur [19], cum quid in judicio prompserint [20], nisi ipsi adstruxerint [21] veritatem, ut nefariæ [22] scripturæ reos [23], & quasi falsarios esse detinendos. Dat. Prid. Id. Jan. *Tiberiade*, VALENTE V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

De judiciis criminalibus.

25. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS, AAA. Floro P.P.

SCiant cuncti accusatores eam se rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita sit [24] idoneis [testibus, vel] instructa apertissimis documentis, vel indiciis [25] ad probationem indubitatis & luce [26] clarioribus expedita.

TIT. XX.

DE TESTIBUS [27].

De scripta testatione, & nuda voce.

H*Anc legem restituit ex Basilicis Cujacius* lib. 13. observat. cap. 38. *quam Antonini esse existimat: illius autem ea est sententia: Ne testes recipiantur adversus tabulas vel instrumenta, quæ etiam testium subscriptionem habent: & eam expressit Harmenopulus his verbis*, lib. 1. tit. 6. ἄγραφος μαρτυρία κατ' ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται.

1. * 28.

COntra scriptum testimonium non scriptum testimonium non fertur [29].

De ingenuitate.

2. Imp. ALEXANDER A. Carpo.

SI tibi controversia ingenuitatis fiat, defende causam [tuam] instrumentis [30] & argumentis, quibus potes: Soli [31] enim testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt. PP. 10. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De testimonio domestico.

3. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Rosæ.

ETiam jure civili domestici [32] testimonii fides [33] improbatur [34]. PP. 3. Kal. Septemb. VALERIANO III. & GALLIENO II. AA. CONSS. 256.

De testatione sola.

4. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS, AAA. Valerio.

SOla [35] testatione prolatam, nec aliis legitimis [36] adminiculis causam ap-

legem adnotat Gothofredus, lege Rainaldum Corsum *lib. 2. indag. cap. 6.* Joan. Aurpachum *lib. 2. allegat. singul. cap. 4.* Felin *ad cap. per tuas & ad c. fraternitatis. de testib.* ubi Paris. *n. 22. 57. & 65.* Socinum *Reg. 403.* Cottam *in Memoral. in verb. testis regulariter.* Decium *ad l. juris ignorantia. 2. lect. num. 14. C. qui admitt.* Alexandr. *ad c. attestationes. in fin. extr. de desponsat. impub.* Ripam *ad l. 4. §. hoc autem jud. num. 76. ff. de damn. infect.* Guidonem Papæ *quæst. 72. & 124.* rursus Alexandr. *consil. 238. num. 4. lib. 6.* Abb. *ad c. in præsentia. num. 75. de probationib.* Port. Imol. *l. 1. conclus. 39.* ubi ponit 7. ampliationes & 70. limitationes. *Mod.*

1 Didicisse testificata productionem testium impedit. 2 Quarta productio testium requirit solennitatem. 3 Juramento probatur animi qualitas. 4 Non continuo qui in libertatem proclamat ex instrumentis suæ emptionis (id est, quibus constat suam libertatem quondam vendidisse) quæ penes se habet, præsumitur liber, præsumitur potius ea subtraxisse: nisi a domino reddita, animo manumittendi probaverit. Diversum erit, si in libertatem ultro non proclamet, sed eum in servitutem dominus asserat, tunc enim sola productione instrumenti præsumitur liber, nisi subtractum probetur. vid. 12. *Ecl. 1. c.* περὶ ἀναφωνήτων *&c. ex tit. 9. 20. 21.* Interim nota veteris moris vestigium, quo in usu fuit manumissis instrumenta servitutis reddi. 5 *l. 2. ff. h. t.* 6 *l. 5. l. 13. C. de fid. instr.* 7 Furi non prodest instrumentum subtractum. 8 Vide Zasium 2. *Respons. 12.* 9 Instrumentum nihil aliud probat, quam quod in eo continetur: non juvat recitantem, sed eum, quem tenor scripturæ designat. *l. 4. in fin. C. si quis alteri vel sibi.* 10 Indicia valent ad probationem. vid. *l. ult. C. h. t.* 11 Non ideo si ex mea pecunia fundum emisti, fundus meus est. vid. *l. 1. C. si quis alteri, vel sibi.* At habeo penes me emptionis istius instrumenta, ut hinc possit præsumi emptionem meo nomine factam? non est efficax hæc præsumptio. Quid juris? ejus erit fundus, cujus nomine fundum emptum fuisse instrumentum demonstrabit. 12 Non si mater, aut frater servilia fecit ministeria, ideo filii aut fratres servi præsumuntur. 13 Facit *l. 17. C. h. t.* 14 *l. 11. C. de pet. hered.* 15 Negativa facti probari non potest. *l. 10. in fin. C. de non numer. pec.* juris potest. *l. 5. in fin. ff. h. t.* sed & ea quæ tempus, & locum habet adjunctum, veluti si te vel adversarium abfuisse probaveris. *l. 14. in fin. C. de contrah. stip. §. item verborum. 12. Inst. de inutil. stipul.* Hujusmodi negatio non est pura vel simplex. adde *l. 5. C. de codicillis.* Martinum de Fano, & Franciscum Herculem Perachinum *tract. de negativa probanda.* & Lanfrancum de Oriano *in c. quoniam de probat. n. 3.* 16 An & quatenus verum sit, quod regulariter dicitur, negativam probari non posse, docebit te Bartol. *hic & ad l. si constante. num. 7. ff. solut. matr.* Decius *ad l. si emancipati. num. 2. in fin. C. de Collat.* Afflictus *decis. 400. num. 9.* Cravetta *cons. 1.* Aret. *cons. 83.* Bar. *cons. 81.* latissime Rip. *ad l. in illa. ff. de verb. obligat. & ad c. Ecclesia Sutrina. n. 72. & seq. ext. de caus. possess. & propr.* Cagnolus *ad l. si emancipati. n. 35. C. de collat.* Mod. 17 *l. 3. C. Theod. de fide testium & instrumentorum.* ubi Scholiastes & interpres hanc sententiam proponit: Eos qui scripturam in audientiam protulerint, veritatem ejus probare juberi: quod in omnibus causis hoc statutum sit, ut scripturam probator affirmet. Nam si is qui scripturam protulit, ejus non adstruxit veritatem, ut falsitatis reus retinebitur. Æque obscure autor Synopseos 22. *tit. 1. c. 57.* refert, eum qui scripturam protulerit, ipsum eam veram esse probare cogi: ac nisi id doceat, falsi judicium sustinere. Itaque ut lucem his autoribus adferamus, proferre scripturam aut (ut hic legitur) *scripturam suspectam comminisci*, & promere in judicio, nihil aliud est, quam scripturam adversarii commentitiam, suspectam, & falsam accusare. 18 In crimine falsi suspicio habetur pro veritate. Alexand. *cons. 77. 1. vol.* Decius *cons. 189. 1. col.* Joan. de Anan. *cons. 48.* Franc. Curt. *cons. 55.* porro vide præterea ad hujus legis intellectum Decium *ad c. porrecta. notab. ext. de confirmat. util. vel inutil.* Socin. Jun. *cons. 61. num. 11. lib. 2. & cons. 45. num. 11. vol. 3.* Fortunium Garziam *cons. 123. n. 24. inter cons. crimin. vol. 1.* Bart. *cons. 28. col. 5.* Alexandrum *ad l. 1. in princ. in ultim. col. ff. de novi oper. nunciat.* Baldum *ad legem presbyteri. C. de episc. & cleric. in fin.* & Lanfrancum *in c. quoniam. in verb. testis. de probat.* Mod. 19 Id est, qui ajunt falsam scripturam productam. 20 *Al.* promiserint. 21 Adstrinxerint. *Hal.* 22 Nefariæ. *Hal. C. Theod. 12. 39. 7.* 23 Qui accusat instrumentum de falso, nec probat: punitur tanquam falsarius. adde *l. 2. C. de fide inst. l. 22. C. ad leg. Corn. de falsis. l. 3. §. 4. ff. de suspect. tutor.* merito: nec enim de suspicionibus judicandum. *l. 16. C. de pœn.* 24 Recte hoc additur: non enim omnis testis est idoneus. 25 Præcipuæ ac plenæ probationum species sunt, instrumenta publica, testes duo vel plures, facti evidentia, confessio judicialis, justa & urgens præsumptio, indicia. *l. 21. C. h. t.* indubitata luce clariora, *ut hic:* certa. *l. 19. C. de rei vind.* jure prodita. *l. 15. C. de jure dot.* apertissima rerum argumenta. *l. 3. §. 4. ff. de suspect. tutor.* evidentia. *l. 34. C. ad leg. Jul. de adulteriis.* liquida. *l. 2. C. de in litem jurando.* evidentissimæ. *l. 34. §. 3. ff. de legat. 1.* liquidæ & manifestæ probationes. *l. 14. in fin. C. de contrahenda stipulatione.* manifestissimæ rationes. *l. 17. in fin. ff. de manumiss. testam.* probationem faciunt. Jusjurandum estne per se ac solum legitimæ probationis genus? Oldendorpius putat *in Topicis cap. 3. de plena & semiplena probatione.* Cujacius negat *hoc titulo.* Sed admittit tantum esse adminiculum infirmæ probationis. *Edicto Justiniani septimo.* 26 Hyperbole: Sic continue fieri dicitur, quod tamen explicari potest aliquo actu interposito. *l. 137. ff. de verb. oblig.* sic adoranda æternitas Imperatoris. *l. 2. C. de fabricensib.* Imperator totius mundi dominus. *l. 9. ff. ad l. Rhodiam de jact.* Sunt & aliæ similes in jure non infrequentes.

27 Paulus *5. sentent. 15. & 22. ff. 5. Novell. 90. & 21. Ecl. 1.* Harm. *6. 3. quæst. 4. 5. 9. & 14. quæst. 2. & 2. Decret. 20. & 2. Sext. 10. & 2. Clem. 8.* vide Oldendorp. *in tract. de testib.* Rebuff. *tom. 3. tract. de testib.* 28 Latina interpretatio. 29 Sic distingue, Aut de testimoniis adversus tabularum fidem admittendis agitur, aut de tabularum ex postfacto inutilitate. Quod ad postremum attinet, Tabulæ, cautiones syngraphæ testibus munitæ, nudis testibus potiores videntur, ut in illas nudi testes non audiantur. Quid si quinque testes adhibiti rogatique solutionem esse factam respondeant? audientur. *l. 18. C. h. t. Novell. 90. c. 4.* alias chirographum, apocha vel alio scripto tantum refellitur, non testibus. *l. 25. in fin. ff. de probat.* Videamus de priori specie, quoties scil. de fide tabularum dubitatur. Instrumenti falsitas testibus probari potest. Paulus *5. sent. 15. §. 4.* adde *l. 14. in fin. C. de contrahend. stipul.* Sed iidem (possunt etiam alii in casu *l. 14. in fin. C. de contrah. stipulat.*) testes qui in instrumento interfuerant, ejus falsitatem possunt arguere. Paulus *5. sent. 15. §. 4.* eoque casu viva vox (quam tamen vult munitam esse jurejurando Justinianus *Novell. 73. cap. 3.* Harmenop. *1. tit. 6. cap.* περὶ ἀγράφου) præfertur scripturæ. Quid si testes omnes non consentiant? majoris partis depositioni stabitur. Quid si sint æquales? ex eorum depositione, quæ instrumenti narrationi conformis fuerit, judicandum erit. Quod diximus de tabulis & chirographis, an idem obtinet in testamentis? testamentum alio testamento estne præcise revocandum, an potius revocatio testibus probari poterit? Sic sane *l. 27. C. de testam.* Qua in specie si quæsieris, quot testes requirantur, verius dixeris tres sufficere, si de decennali testamento agetur, *l. 27. C. de testam.* hoc cessante, totidem requiri testes, quot in testamento faciendo requiruntur. adde Cujac. *13. observ. 38. & 16. observat. 25.* 30 Acta ordinatoria judicii coram arbitro facta, coram judice fidem non facere hinc colligunt. de quo vide Socinum *reg. 8.* 31 Ne dicas ingenuitatem testibus solis probari non posse, sed potius, non tantum testibus, sed & instrumentis & argumentis probari. *l. 6. C. de fide inst. l. 16. de liberal. caus. l. 10. C. tit. prox.* Soli testes non sufficiunt, id est, non solummodo: adde *l. 10. 13. l. 17. C. tit. proximo.* Porro videbatur dicendum, Testibus ingenuitatem probari non posse. Nam ingenui ætas, ut nascitur, conscribi solet. *l. 2. ff. de excus. tut. l. 3. ff. de censib.* Videri exinde ad probationem ingenuitatis scripturam præcise requiri, quæ ab ejus nativitate sit exacta. Alia ratio sumi potest ex causa sanguinis. *l. 3. §. 3. ff. h. t.* 32 Domestica testimonia. κυριακαὶ μαρτυρίαι. 21. *Ecl. 1. c. 24.* testis de domo. *l. 24. ff. h. t.* puta pater, filius. vid. *l. 6. C. h. t.* uxor, servi & similes personæ: de quibus vide quæ notavi ad *d. l. 24. & l. 4. 5. dicto tit.* mercenarius. *l. 11. §. 1. ff. de pœnis:* hoc addendum, domesticum tempore testimonii dicendi spectari, nisi is in quem agitur data opera testem emerit: & ita servum suum fecerit, ne testimonium ejus audiretur: aut eum alteri vendiderit: ut venditionis occasione adversus tertium eo uteretur. *l. 1. §. 12. ff. de quæstionib.* vide Oldendorp. *c. 4. de testib. n. 5.* 33 De domesticis testimoniis adde ea, quæ adnotavit hic Gothofredus late disputata a Marsil. *sing. 5.* Tiraquel. *in tract. cessant. caus. prim. part. num. 101.* Guidone Papæ *quæstion. 45.* Diazio *Regul. 746.* Franc. Turz. *ad Regul. 75.* Bartolo *ad l. servos. C. de quæstion.* & Baldo *ad l. qui testamenta §. quicunque. ff. de testam.* Mod. 34 Adversus tertium scil. & ubi testium *domino, vel patri* aliquid adquiritur. 1. Harmenop. *6. c.* περὶ κεκωλυμένων μαρτύρων. *l. 9. de testib.* Quid si tertius ultro petierit domesticos interrogari? Accursius putat forte cogendos: distingue melius: nam parentes, & liberi, etiam inviti non coguntur alii in alios testimonium ferre. *l. 4. l. 5. ff. h. t.* Servi certis casibus coguntur. *l. 1. C. de quæst. l. 10. §. 4. ff. de quæst. 21. Ecl. 1. l. 27. in fin.* reliquæ personæ non ita conjunctæ etiam admittuntur: si sint honestæ. vide Joan. Anch. *2. q. 69. num. 7.* Lego apud Paponem duos infantulos adversus parentem suum interrogatos & parentem eorum indicio pene sublatum 24. *Arrestor. 9. num. 7.* Quin & de nece domini adversus tertium servi interrogantur. *l. 1. ff. de SC. Silaniano.* Quid si de injuria alicui illata agatur, *domesticis* estne fides adhibenda adversus tertium? potest adhiberi, si modo cessent aliæ probationes, & testes inter se constent. Nam *ex probata domesticorum constantia & simplicitate efficitur suspicio.* 35 Solam, *vulgat.* Quæri potest, quid hic sit *sola testatio.* Ne dicas, Testimonium non valere sine juramento, seu non interposito jurejurando (potest enim remitti juramentum) *l. 6. l. 37. l. 41. ff. de jurejur.* aut sine judicis præsentia (id enim non generale est. *l. 15. ff. de jurejur.*) aut sine sententia (id enim Bartolo merito displicet.) Ne dicas, nihil conferre testationem apud extraneas personas illegitime factam. *l. 13. C. de fide instrument.* (hæc enim interpretatio sequentem ad titulum magis pertinere videtur.) Ne dicas solam testationem sine publicatione, fidem non facere apud alium judicem (hoc enim non perpetuo verum est) aut sine ratione testimonium non valere (nam ne hoc quoque perpetuum est. *c. sicut. de re jud.* unde ex hoc loco notat Socin. *reg. 401. 402.* Testem testimonii sui causam non reddentem recte testari: ejusque testimonium valere casibus illis exceptis, in quibus causam reddere tenetur) Loriotus putat, Totum judiciale negotium a citatione ad executionem usque ex solis testationibus sine alio titulo substantiam capere non posse, ut quemadmodum ex scriptura contractus non nascitur. *l. Publia. 26. §. 2. ff. depositi.* ita ex sola testatione nasci non possit. *l. 2. ff. de doli except.* quamvis vere facta sit, non tamen judicis sententiam confirmat, si falsa sit sententiæ causa. Quare nihil agetur, si sententia nullam aliam causam, quam testationem testium continebit, cum hoc præterea scire judex debeat, quo titulo reus debeat. 36 Testis legitimis adminiculis causam non approbat, qui dicti sui causam non reddit. Quæ sit ita testatio, sola est & nuda, id est, qui ita testatur, non probat: qua

proba-

probatam, nullius eſſe momenti, certum eſt. PP. 8. Kal. Decemb. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De qualitate teſtium.

5. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Candido.

EOs teſtes ad veritatem juvandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ [1] & potentatui [2] fidem religioni judiciariæ debitam poſſint præponere. PP. 5. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De parentibus & liberis.

6. Iidem AA. & CC. Tertullo.

PArentes [3] & [4] liberi [5] invicem adverſus [6] ſe nec volentes [7] ad teſtimonium admittendi ſunt [8]. PP. 4. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De exhibitione.

7. Iidem AA. & CC. Diogeni & Ingenuæ.

NImis [9] grave eſt, quod petitis, urgeri partem diverſam ad exhibitionem [10] eorum [11], per quos ſibi [12] negotium fiat: unde intelligitis, quod intentionis [13] veſtræ proprias afferre debetis probationes, non adverſus ſe ab adverſariis adduci. Dat. 6. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

De ſervo.

8. Iidem AA. & CC. Deruloni.

SErvos pro domino, quemadmodum [14] adverſus eum, interrogari non poſſe: pro facto autem ſuo [15] interrogari poſſe, non ambigitur. Datum Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De jurejurando, de qualitate teſtium. 1. *De uno teſte.*

9. Imp. CONSTANTINUS A. ad Julianum Præſidem.

JUriſjurandi [16] religione teſtes, prius [17] quam perhibeant teſtimonium, jamdudum arctari præcipimus: & ut honeſtioribus potius teſtibus fides adhibeatur. §. 1. Simili modo ſanximus, Ut unius [18] teſtimonium [19] nemo Judicum in quacumque [20] cauſa facile patiatur admitti. Et nunc manifeſte ſancimus, ut unius omnino teſtis reſponſio [21] non audiatur, etiamſi præclaræ [22] Curiæ honore præfulgeat. Dat. 8. Kalend. Septembr. *Naiſſo*, OPTATO & PAULINO CONSS. 334.

De re propria.

10. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENTIN. AAA. ad Gracchum P. Urbi.

OMnibus in re propria [23] dicendi teſtimonii [24] facultatem jura ſubmoverunt [25]. Dat. 5. Kalend. Decemb. VALENTE V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

De ſtatu teſtium, ut ſocii vel participes criminis non ſint: de ſumptibus.

11. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P. P.

QUoniam liberi [26] teſtes ad cauſas poſtulantur alienas, ſi ſocii & participes [27] criminis non dicantur, ſed fides ab his notitiæ [28] poſtuletur, in exhibitione [29] neceſſariarum [30] perſonarum, hoc eſt teſtium; talis debet eſſe cautio [31] judicantis, ut his venturis ad judicium per accuſatorem, vel ab his, per quos fuerunt poſtulati [32], ſumptus [33] competentes dari præcipiat. † Idem juris eſt, & ſi in pecuniaria cauſa teſtes ab alterutra parte producendi ſunt. Dat. 13. Kalend. Februar. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

De ſtatu teſtis.

In AUTHENT. de teſtib. §. ſi vero dicatur, col. 7. tit. 2. Novell. 90. cap. 6.

SI teſtis productus dicatur, ſervilis [34] eſſe fortunæ, & teſtari voluerit, ipſe vero ſe liberum eſſe affirmet, ſi quidem ex nativitate, impleatur teſtimonium ejus: ut, ſi is habita diſputatione ſervus eſſe apparuerit, reſpuatur ejus teſtimonium. Si vero libertinum ſe dixerit: prius inſtrumentum ſuæ manumiſſionis oſtendat, quam teſtificetur: niſi juraverit ſe alibi probationes habere: quo facto, teſtificatio quidem ſcribatur: ſed niſi inſtrumentum monſtraverit, reſpuatur teſtimonium ejus. Si vero dicatur odioſus ex lite criminis inter eos mota, & hoc apparuerit: non ante audiatur, quam de crimine judicetur. Si vero ex lite pecuniaria, vel aliter eſt odioſus, procedat quidem teſtatio, tempore [35] vero diſputationum ſerventur hujusmodi quæſtiones.

De libertis.

12. Iidem AA. Georgiæ.

LIbertorum adverſus [36] patronos illicitas atque improbas voces pœnæ objectione præcludimus: atque ita, ut non ſolummodo ſponte prodire non audeant, ſed ne vocati quidem in judicium venire cogantur. Dat. 4. Idus Auguſt. *Ravennæ*, MARINIANO, & ASCLEPIODOTO CONSS. 423.

De falſis teſtibus.

13. [37] Imp. ZENO.

QUi [38] falſa in teſtimonio protulerit, primum quidem de perjurio [39], deinde falſi crimine convenitur. Quod ſi eum in ipſo teſtimonii tempore mentiri ſuſpicio ſit, verberatur [40]. Quod ſi is, qui ex falſo teſtimonio damnatus eſt, civiliter [41] agere contra teſtem voluerit: quidquid damni fecit ab eo recipiet, ac præterea falſus ille teſtis definitam legibus pœnam ſuſtinebit. Quod ſi etiam in ipſa lite principali convictus mendacii fuerit, officium judicis eſto, ut eum, vel in totam litem, quæ illi mota eſt, contra quem teſtimonium dixit, vel in minus condemnet, vel etiam pœnis ſubjiciat: ſervatis omnibus, quæ jam ſtatuta ſunt de his, qui falſum teſtimonium perhibent.

14. Imp. ZENO A. Arcadio P. P.

NUllum [42] penitus, cum ſemel ad judicem quemlibet [43], licet non ſuum, dicendi gratia teſtimonium fuerit ingreſſus, armatam forte militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem ad evadendum judicis motum [44] quem vel teſtimonii verborum improbitas [45], vel rei qualitas flagitaverit, poſſe prætendere præcipimus: ſed omnes qui in civili ſcilicet cauſa ſuum præbent teſtimonium, ſeparato, & tanquam [ante] judicium interim depoſito exceptionis fori [46] privilegio, hujusmodi præſidio denudatos, ita [ad] judicantis intrare ſecretum [47], ut quicunque aures ejus offenderint, non dubitent ſibimet formidandum: data cunctis judicibus abſque ullo præſcriptionis obſtaculo (ſicut ſæpe dictum eſt) [in teſtes], quorum voces falſitate, vel fraude non carere perſpexerint, pro qualitate, videlicet delicti, animadvertendi licentia. Dat. 12. Kal. Jun. DECIO & LONGINO CONSS. 486.

1. *De cognatione & genere.* 2. *De fori præſcriptione.*

15. Imp. ZENO.

HAnc [48] *legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius* libro decimotertio obſervationum capite trigeſimo octavo, & *illius argumentum his fere verbis explicat:*

de re vide Oldendorp. *c.* 5. *de teſtib. num.* 4. Wurmſ. 1. *pract.* 1. *obſerv.* 1. poteſt tamen interrogari denuo. Idem *obſ.* 2. 1 Suſpecti gratiæ teſtes non audiuntur. 5. Paul. *ſent.* 15. §. 1. Amicus, gratioſus teſtis. *l.* 3. *in princ. ff. h. t.* quibus probetur amicitia *dicam alibi*, adde & amici ſocios non admitti. 1. Harmen. *d. cap.* 1. §. 6. 2 Potentatus δυναςεία. 21. *Ecl.* 1. *cap.* 26. Potentatus, vis ſpecies. Eſtque mariti in uxorem (vide Oldendorp. *c.* 4. *de teſtib. n.* 3. ubi probat, uxorem pro marito teſtem eſſe non poſſe: quia ſunt una caro, & una domus, niſi in majeſtatis crimine. 1. Harmen. 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων &c.) patris in filium. *l.* 9. *ff. h. t.* domini in ſervum. *l.* 7. *ff. h. t.* patroni in libertum. *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* civitatis in vaſallum, ſubditum, civem. qua de re vide Oldend. *c.* 4. *de teſtib. n.* 7. locupletioris in pauperem: judicis in provincialem, quidam enim potentatus eſt, imperium. *l.* 6. *ff. h. t.* In his tamen omnibus judex poteſt rationem perſonarum aut teſtium habere, ut pro earum qualitate perſuaderi ſibi patiatur, & ad fidem moveatur. 3 Parentum vocabulo aſcendentes, cum maſculos, tum fœminas intellige. *Ecl. d. l.* 4 *l.* 9. *ff. h. t.* 5. Paul. *ſent.* 15. §. 3. 21. *Ecl.* 1. *c.* 29. vide Oldendorp. 4. *de teſtib. n.* 1 & *c.* 66. *de except. n.* 12. 5 An laicus adverſus clericum teſtis eſſe poteſt? vide Socinum *regula* 409. 6 Secus adverſus alios. *l.* 17. *ff. h. t. l.* 11. *ff. ad leg. Corn. de falſis.* Imo liberi adverſus parentes a quibusdam auditi, ut dixi *l.* 3. *C. h. t.* 7 *Ecl. d. loco.* Renunciare igitur huic beneficio non poſſunt. Sunt & talia pleraque, quæ jure prohibita fieri vel geri non poſſunt, etiamſi maxime ea velimus ac permittamus. *l.* 7. *ff. de poſtulando. l. filiusfamilias.* 8. §. *veterani.* 2. *ff. de procurat.* 8 Niſi forte in rebus momenti levioris. Zaſius *l.* 4. *reſponſ. c.* 11. atque hoc in aſcendentibus & deſcendentibus verum eſt: ſed quid de fratre pro fratre: ſocero & ſocru pro genero & nuru; marito pro uxore; vel e contra? adi Baldum & Salycetum *hic.* Alciat. *regul.* 1. *præſumpt.* 23. *num.* 2. Thomam Grammaticum *conſ.* 12. *num.* 6. & *num.* 8. & *conſil.* 45. *num.* 3. 5. & 15. *cum ſequent.* Socin. *conſ.* 17. *lib.* 1. Duarenum *lib.* 1. *diſputat. capitul.* 28. Menochium *de arbitr. jud. lib.* 2. *caſ.* 100. 101. 102. & 104. Mod. 9 *l.* 10. §. 4. *ff. de quæſtionib. l.* 4. *C. de edend.* 10 Ne dicas, ad eos alendos, *ut l.* 11. *C. h. t.* ſed ad producendos. unde Græci ſpeciem hujus legis ita exponunt, Neminem cogi teſtes in ſeipſum προσαγαγεῖν. *Synopſ.* 21. *tit.* 1. *cap.* 27. *vel* προάγειν, id eſt, producere, 1. Harmen. 6. §. 57. & hujus legis alioqui finis hanc interpretationem admittit. 11 Teſtium ſcilicet. 12 Nemo adverſus ſe teſtes producere cogitur. *dict.* §. 4. Harmen. *dict. loco.* 13 Ὡς βούλεται. Græci illo loco. Actor arbitratu ſuo probationes ſuas inſtituere debet. 14 *d.* §. 4. Paul. 1. *ſent.* 12. §. 4 & 5. *ſent.* 16. §. 5. 15 In ſe ſcilicet. *l.* 15. *C. de quæſtion.* Paul. 2. *ſent.* 17. §. 13. *in fin.* & 5. *ſent.* 15. §. 1. *l.* 7. *ff. de probat.* 16 *l.* 19. *C. h. t.* Quid jurant? de veritate dicenda, non modo ſuper articulis datis, ſed & in iis omnibus quæ ad cauſam faciunt. vide Wurmſerum 1. *pract.* 18. *obſerv.* 9. alias eorum teſtimonium nullum. vid. Oldendorp. *c.* 5. *de teſtib. n.* 2. Juratur autem parte adverſa citata & præſente. vid. *l.* 18. *C. de fide inſtrum.* alias eorum teſtimonia carent fide. vid. Oldendorp. *ibid. n.* 3. Goth. Adde Marant. *de teſtib. product. n.* 2. Anſ. 17 Teſtis injuratus fidem non facit: vide tamen Socin. *reg.* 424. unde notant teſtium depoſitionem duobus conſtare, ipſo teſtimonio & juramento, quorum alterum ſine altero non valeat, *c. fraternitatis* 17. *extr. de teſtib. & atteſtat.* 18 Unus teſtis, nullus teſtis. Unius teſtimonium non admittitur. Vox unius vox nullius eſt. Harmen. 6. *dict. cap.* adde *l.* 20. *ff. de quæſtionib.* adde quæ dixi ad *l.* 14. *ff. de dote præleg. l.* 1. *in fin. ff. de verb. oblig. l.* 1. §. 4. *l.* 20. *ff. de quæſtionib.* adde Ægid. Boſſ *in tract. oppoſit. contra teſtes, n.* 70. & *ſeq.* vid. Socin. *reg.* 423. 19 Circa hanc materiam vide Marſil. *ſing.* 214. Jaſon. *ad legem primam n.* 66. *C. de ſumma trinitate. ad l. nec is col.* 1. *de acquir. heredit. ad l. admonendi. n.* 105. *de jurejur. ad l.* 1. §. *ſi quis abſens. n.* 9. *ſi ex noxal. cauſ.* Hieron. Grat. *conſ.* 152. *n.* 5. *lib.* 2. Cravett. *conſ.* 178. *n.* 7. Cott. *in memor. in vers. teſtis.* Alex. *conſ.* 72. *lib.* 1. Felin. *ad c. per tuas. de teſtib.* Mod. 20 Sic depoſitio unius teſtis confirmata etiam ſigillo, non admittitur. Harmen. *dict. cap.* idem tamen ait, ſolum tabellionem ſufficere ad ferendum teſtimonium ſuper comparatione eorum inſtrumentorum, quæ proferuntur. *l.* 21. *in fin. C. ad leg. Corn. de falſis.* idem eſſe in nummulariorum rationibus, & in emphyteuſibus, ut unus teſtis illis caſibus ſufficiat. 21 Excipe *l.* 3. *C. de reb. credit.* ubi creditur juramento debitoris. Adde niſi teſtator ita voluerit. *l.* 14. *ff. de dote.* Item, ſi dubitatur de inſtrumento an ſit publicum, ſolus tabellio facit fidem. *l.* 21. *in fin. C. ad leg. Corn. de falſis. Novell.* 73. *cap.* 1. Statur etiam juramento creditoris ſuper reſiduo pretii pignoris venditi. *l. ult.* §. 5. *verſic. ſin autem. C. de jure dominii impetr.* in terminis fundo appoſitis ſtatur depoſitioni venditoris. *l.* 12. *ff. fin. regund.* Unus teſtis negans ſigillum ſuum inducit præſumptionem, & facit inſtrumentum dubium. *l.* 2. *in fin. C. quemadm. teſtam. aper.* Conſentire quoque poſſumus in nudum juramentum adverſarii. *l. ult. C. de fideicommiſſ. l. ult. C. de ſent. paſſ.* militi ab hoſtibus reverſo creditur ſuffragantibus vitæ prioris meritis. *l.* 5. §. 6. *ff. de re milit.* Creditur etiam uni extra judicium, ſeu tanquam ſocio, ubi nullius agitur præjudicium. 22. *quæſt.* 4. *can. Innocens.* 23. Uni etiam creditur cum fama. Spec. *tit. de teſte* §. 11. *verſ.* 11. 22 Etiam ſi ſit ſenator. Harm. *d. loco. Synopſ. Baſil.* 21. *tit.* 1. *cap.* 30. More majorum hoc comparatum ſcribit Cicero *pro Roſcio Amerino.* 23 *l.* 10. *ff. h. t.* 1. Harm. 6. *d. cap.* adde Oldendorp. *cap.* 6. *de except. n.* 22. 23. & 4. *de teſt. n.* 20. 24 Adde & ferendæ ſententiæ. *C. ne quis in ſua cauſa.*

25 Tam dicendi teſtimonii, quam ferendæ ſententiæ; ſed quid hic dicendum de procuratore & judice? quid de advocato, uxore, marito &c. adi Marſil. *ſing.* 516. Guid. Papæ *quæſt.* 46. Gandin. *in tract. mal. in Rub. de teſtibus, & qui repelluntur a teſtimonio.* iterum Hippol. de Marſil. *in pract. ſua n.* 10. §. *principaliter.* Capel. Toloſ. *deciſ.* 3. Mod. 26 Id eſt, ingenui. 11. *C. Th.* 14. *l.* 7. Servus teſtis eſſe non poteſt, δοῦλος οὐ μαρτυρεῖ. 1. Harm. 6. *d. cap. l.* 20. §. 7. *ff. qui teſtam.* 27 Vide quæ notavi ad *l.* 16. *in fin. ff. de quæſtion.* adde *l. ult. C. de accuſat.*

28 Teſtis deponere non debet niſi de eo, quod ſibi notum eſt. 29 Id eſt, alimentis; exhibere enim interdum ſignificat alere. adde *l.* 7. *C. h. t.* 30 Hic non agitur de cognatorum, aut adfinium depoſitione, ut apud Paul. 5. *ſent.* 15. §. 2. Oldend. *cap.* 4. *de teſtib. num.* 2. & *alibi cap.* 66. *de except. n.* 3. Sed id tantum innuitur, Teſtes cenſeri neceſſarios, ut ſæpius in quavis lite. 31 Id eſt, conſideratio. 32 Teſtes debent produci & rogari: alias, dictum eorum nullius eſt momenti: adde Wurmſ. 1. *pract.* 18. *obſ.* 13. 33 Impendia: *l.* 3. §. 4. *ff. hic. l.* 6. §. 2. *C. de appell. l.* 11. §. 1. *ff. ad exhib.* 21. *Eclog.* 1. *c.* 3. *in fin.* 1. Harm. 6 *dict. cap.* An operarum amiſſarum a teſte habenda ſit ratio, ſumptus ut eo nomine ei adjudicentur aliqui, vide apud Gail. 1. *obſ.* 99. 34 Vide Socin. *reg.* 129. 35 Id eſt, dicto teſtimonio conſiderabit apud ſe judex, an fides adhibenda ſit teſtationi. 36 Libertus in patronum nec volens, nec invitus teſtimonium dicit. *l.* 4. *in fin. ff. h. t. Synopſis dict. loc. capit.* 33. 1. Harmenopulus 6. *dict. capit.* 9. *Cod. Theod.* 6. *l.* 4. Paul. 5. *ſentent.* 15. §. 3. *in fin.*

37 Hæc lex ſumpta eſt ex *lib.* 3. *Synopſ.* 1. *ex lib.* 21. *tit.* 1. *cap.* 34. *fol.* 304. reſtituta eſt etiam a Cujac. 13. *obſ.* 38. 38 Interpretatio Leunclavii. 39 Non enim audiuntur, niſi jurati. *l.* 9. *C. h. t.* De aliis pœnis teſtis perjuri, vide omnino Wurmſer. 1. *pract.* 18. *obſerv.* 17.
40 Βασάνοις ὑπόκειται, id eſt, tormentis ſubjicitur, nec enim audiuntur hujusmodi perſonæ ſine tormentis, ſi ſuſpectæ fidei ſint. *l.* 21. §. 2. *ff. h. t.* & *Nov.* 90. *cap.* 1. §. 1.
41 Poteſt etiam criminaliter agere. *l.* 5. 9. 11. 16. 17 *penult.* & *ult. C. ad leg. Corn. de falſis. l.* 1. *C. quando civilis actio criminal. præjud.* 42 *l.* 21. *C. ad leg. Corn. de falſis.*
43 De materia hac & quæ ad eam adjungi ſolent, vide Afflictum *deciſ.* 230. Didacum *lib. pract. quæſt. c.* 18. *n.* 8. Jacob. Menochium *de arbitr. jud. l.* 1. *quæſt.* 91. Benedict. Capram *in reg. concluſ.* 74. Joan. Agrpachum *l.* 1. *ſing. allegat. c.* 29. Socin. *conſ.* 230. Petr. de Anchor. *in c. ea quidem. de reg. jur. in* 6. Feder. de Senis *conſ.* 88. Joan. And. *ad c. utrum.* 7. *extr. de for. compet.* Angel. *ad l. ſi vacantia. C. de bon. vacant.* Rom. *ad l.* 2. *ff. de jurisdict. omn. jud.* Socin. *reg.* 520. Mod. 44 Id eſt, indignationem. *l.* 20. *ff. comm. divid.* 45 Id eſt, vacillatio, *l.* 2. *in fin. l.* 16. *ff. h. t.* & 1. Harm. 6. *dict. cap. in fin.* ut ſi dicat ſe neſcire, mox ſcire. *Bald.* Quid ſi dubitet? poteſt tempus & ſpatium deliberandi ac reſpondendi a judice petere: qua de re vide Wurmſerum 1. *pract.* 18. *obſ.* 3. 46 Falſus teſtis non juvatur fori præſcriptione.
47 Teſtis nunquam interrogandus præſentibus partibus. 48 Aliam interpretationem

XV.

xv. Græca, quæ dat in primis pedaneis judicibus testes falsos corrigendi, & tormentis subjiciendi, si plebeii sint, jus potestatemque, adhibito Præfecto vigilum. Quod si testes decuriones sint, vel in aliqua dignitate positi, ut non possit in eos judex pedaneus animadvertere, debet rem omnem ad magistratum, a quo datus est, referre, ita ut pro insinuatione relationis nihil inferatur, & si res aperta sit, sententiam a magistratu ferri de testium fide suscipienda vel rejicienda oporteat: sin autem majori indagatione indigere videatur, rursus ejus rei cognitionem judici delegari, non obstante ulla præscriptione fori, ullove privilegio. Nam cum ultro testimonium dixerint, suo privilegio testes renunciasse videntur. §. 1. Qui falso negavit adversarium suum esse cognatum, exegitque ab eo probationes generis aut gentis, quam is se habere dicebat: non habeat jus vindicandorum bonorum intestati, (ejus scilicet quem suum esse cognatum negavit, cum intestatus decesserit.) Sed non audiatur qui ab adversario probationes generis exigit, nisi prius ipse juret de calumnia, & jurato conservetur jus legitimæ successionis. Requiruntur [1] vero ad generis probationem testes quinque, si desint instrumenta, vel tres, si illis instrumenta suffragentur. Quod si hujusmodi sint instrumenta, quæ omnium probationum vice esse possint, illa etiam sine testibus sufficiunt. † Ultimum [2] autem hujus constitutionis caput illud est, ut qui instrumento testis adfuit, & qui deposuit tanquam testis, quæ sciebat, post, lite mota, non possit defugere testimonium, & uti præscriptione fori.

De testibus cogendis testimonium perhibere vel non. 1. *De sumptibus.*

16. [3] Imp. JUSTINIANUS.

CONstitutio [4] jubet non solum in criminalibus judiciis, sed etiam in pecuniariis [5] unumquemque [6] cogi testimonium perhibere de his, quæ novit [7], cum sacramenti præstatione, vel jurare, *se nihil compertum habere* (exceptis [8] tamen personis quæ legibus [9] prohibentur ad testimonium cogi, & etiam illustribus, & his qui supra illustres sunt, nisi sacra forma interveniat) & si quidem in Regia urbe testes habitent, cogit eos propria [10] voce testimonium ferre: si vero non adfuerint, mitti ad eos jubet procuratores partium, ut apud eos deponant, quæ [11] noverint, vel dejerent, quæ ignorant. Eodem proculdubio observando, & in testimonio quod in gestis fit, nempe ut eædem personæ ab ejus necessitate excipiantur. §. 1. Omnibus autem testibus sine damno & impendio [12] suo vult factas de his interlocutiones [13] & productiones procedere.

Si adversus eum qui testibus usus fuerit, iidem testes in alia lite producantur.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI quis testibus usus [14] fuerit, iidemque testes adversus eum in alia lite producantur: non [15] licebit ei personas eorum excipere [16]: nisi ostenderit [17], inimicitias [18] inter se & illos postea emersisse, ex quibus testes repelli [19] leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia, ex [20] ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. † Sed & si liquidis probationibus datione [21] vel promissione [22] pecuniarum [23] eos corruptos esse ostenderit, etiam eam allegationem integram ei servari præcipimus. Dat. 6. Kal. Jun. D.N. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De solutione.

18. Idem A. Mennæ P.P.

TEstium facilitatem [24], per quos multa veritati contraria perpetrantur, prout possibile est, resecantes: omnibus prædicimus, [ut] qui [25] in scriptis se debita retulerint, non [26] facile audiantur, si dicant, *Omnis debiti vel partis solutionem sine scriptis se fecisse*, velintque viles & forsitan redemptos [27] testes super hujusmodi solutione producere: nisi quinque [28] testes idonei, & summæ atque integræ opinionis præsto fuerint solutioni celebratæ, hique cum sacramenti [29] religione deposuerint sub [30] præsentia sua debitum esse solutum: ut scientes omnes ita ea statuta esse, non aliter debitum, vel partem ejus persolvant, nisi vel securitatem in scriptis capiant vel observaverint præfatam testium probationem: His scilicet qui jam [31] sine scriptis debitum vel partem ejus solverint, [a] præsenti sanctione merito excipiendis. † Sin vero facta quidem [per scripturam] securitas sit, fortuito autem casu vel incendii vel naufragii, vel alterius infortunii perempta [32], tunc liceat his qui hoc perpessi sunt, causam peremptionis probantibus, etiam [debiti] solutionem per testem [33] probare, damnumque ex amissione instrumenti effugere. Dat. Kal. Jun. D.N. JUSTIN. A. II. CONSS. 528.

Ut testes rogati adhibeantur.

In AUTHENT. de testibus. §. & licet. collat. 7. tit. 2. Novell. 90. c. 2.

ROgati [34], *ut in testamentis, non fortuiti vel transeuntes* [35] *veniant* [36]. † *Idem est, si post solutionem rogati intersint confessioni creditoris, dicentis pecuniam sibi debitam solutam fuisse.*

De testibus cogendis testimonium prohibere, & intra quindecim dies interrogandis.

19. Idem A. Juliano P. P.

SI quando invitos [37] testes in pecuniariis causis ex nostra [38] lege aliquis trahere maluerit, si quidem sua sponte fidejussionem suæ personæ sine damno præstare velint, hoc fieri: sin autem noluerint, non [39] carcerali custodia detrudi, sed sacramento eos committi censemus [40]. Si enim pro toto litis certamine jurijurando testium credendum esse putaverint hi, qui eos produxerint: multo magis præsentiam suam testibus sacramento eorum credere debent.

† Sed cum minime oporteat testes in hujusmodi casibus protelari, & pro alienis commodis suas invenire difficultates: disponimus, non amplius testes observare compelli judices, postquam fuerint admoniti, nisi tantum quindecim [41] dies: intra quos judices provideant, quatenus cognitionem suscipiant, in qua testes necessarii visi fuerint: ut omnino licentia eis concedatur, & alterutra parte [42] cessante, & minime eos observare volente, si per executores admoniti [43] venire noluerint, testes accipere, & alterutra parte præsente [44] quæ eos introducit, testimonia eorum capere. † His autem diebus effluentibus, liceat quidem testibus discedere [a] judice nullam habente licentiam eos, postquam abfuerint, iterum retrahere. † Ipsum autem judicem, si per eum steterit, quominus testimonium præstetur, parti læsæ omnem [45] jacturam pro hujusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire [disponimus]. Dat. 12. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

An testium productio fieri debeat præsente adversario.

In AUTHENT. de testibus. §. & hoc vero quia multoties. col. 7. tit. 2. Novell. 90. cap. 9.

SEd & si quis ab aliquo aliquid patiatur contra leges, *aut aliter læsus, aut damnum patiens, & testes apud judicem producere* [46] *voluerit, & eorum testimonia publicare* [47]*: adversarius moneatur a judice, & sic eo præsente judex attestationes recipiat. Quod si venire noluerit, etiam eo absente attestationes recipiat: & perinde valebunt, ac si eo præsente receptæ fuissent: nec opponere poterit*, quod ex una parte datæ sunt.

De testibus apud compromissarios judices productis.

20. Idem A. Juliano P. P.

CUm apud compromissarios judices testes fuissent producti [48], variatum erat, utrum deberet eorum depositionibus in judicio litigator uti, an non esset audiendus? Sancimus igitur, siquidem in compromissis aliquid pro [49] hujusmodi causa statutum [50] est, hoc observari. † Sin autem nihil conventum est in hujusmodi casibus: siquidem supersint testes [51], licentiam habere eum contra quem depositiones eorum proferuntur, si eas recusaverit [52], concedere [53] testes iterum adduci, & non [54] opponi eis quod jam testimonium suum dederint: Vel si hoc concedere minime maluerit, depositiones eorum quasi factas accipere: omni jure legitimo quod ei competit adversus eas servato. † Sin autem ab hac luce omnes subtracti [55] sint, tunc necessitatem ei

Contii vide *in nova editione Parisiensi.* 1 Probari genus ubi nulla sunt instrumenta, quinque testibus potest: ubi adsunt instrumenta privata, tres testes sufficiunt; ubi instrumentum publicum, nulli requiruntur testes. *Syn. Basil.* 21. *tit.* 1. *c.* 36. 2 Testis instrumentarius cogitur de instrumento, quoties rogatus eo nomine fuerit, testimonium dicere. *Synops. h. t.* 3 Hanc legem Cujacius restituit 13. *obs.* 38. ejusdem facit mentionem 8. *obs.* 13. extat autem apud autorem *Synops.* 21. *tit.* 1. *c.* 37. 4 Interpretatio Contii. 5 Adde *Novell.* 90. *cap.* 8. 6 Id fallit in personis legibus exceptis. 7 Id est, quæ percepit sensu aliquo. Estne testis audiendus deponens de actu mentali, seu præsumpto, puta de voluntate alicujus? audiri potest, hujusmodi tamen testimonium minus firmum est. vide Wurms. 1. *pract.* 18. *obs.* 1. Auditurne testis de credulitate deponens? auditur, dummodo credulitas sit conjuncta sensui, & munita ratione. v. Wurmser. *dict. loco, observ.* 16. & Socin. *reg.* 429. Ea nosse quis non dicitur, quæ duntaxat per transennam ac iter faciens audivit. vid. 1. Harmenop. *dict. cap.* 8 Testimonium inviti dicere qui non coguntur. 9 *l.* 9. *supr. h. t.* vid. *l.* 4. *ff. h. t.* 10 Quid in scriptis non deponent? possunt deponere. J. *h. t. ibi, deponant:* nisi præcise judex uti eorum præsentia velit, quæ ad veritatem explorandam potissimum requiritur. *l.* 3. §. 1. 2. 3. *ff. h. t.* 11 Dixi S. *h. t.* 12 Αζημίως εἶναι dixi ad *l.* 11. *in fin.* S. *h. t.* 13 Διαλαλίας καὶ τὰς παραγωγάς. *Synops. dict. loco.* 14 3. *quæst.* 3. *c. si quis testibus.* 15 Recusare testes non possum, quibus antea usus sum: quorum fidem iis utendo semel probavi: hinc etiam colligunt, non recte recusari ut judicem, quem quis semel ut testem & advocatum probaverit. adde *l.* 20. *in fin. ff. de opt. legat.* vide exemplum elegans apud Ciceron. *pro Roscio Comœdo in fin.* 16 Subaudi, ὡς εὐτελεῖς ἢ τι τοιοῦτον, id est, quod viles, aut quid tale. *Syn. Basil. ibid. cap.* 28. 1. Harm. 6. §. 35. adde *Nov.* 90. 17 Alias non præsumitur inimicitia, nisi probetur. 18 Ob inimicitias supervenientes testes possumus excipere. *ut hic: & l.* 3. *ff. h. t.* sed & procuratorem. *l.* 21. *ff. de procur.* & tutorem. *l.* 6. §. 17. *ff. de excusat.* judicem. *l.* 13. §. 8. *in princ. l.* 16. *C. de judic.* arbitrum. *l.* 32. §. 14. *ff. de recept. arbitr.* accusatorem. *c. repellantur.* 7. *de accusat.* adde Clar. 5. *sent.* §. *ult. q.* 14. *vers. ulterius dixi.* 19 Inimicum lex repellit a testimonio, *ut hic.* inimicum, inquam, non levem, sed capitalem. vid. *l.* 3. *ff. h. t.* Quid si testis inimicitia ab eo ipso, in quem testis producitur, orta est? Bartolus putat eo casu testem admitti posse. *l.* 1. §. *cum quis* 26. *ff. de quæstionib.* adde Wurmser. 1. *pract.* 18. *obs.* 12. 20 Testis ex sua depositione potest argui, ut si sit varius, contrarius, perjurus, vacillans, repugnantia deponens, singularis, non juratus, si in facto proprio testetur: si nullam testimonii rationem reddit, si publicatis testimoniis receptus. vid. Ferrariensem *formula opposita contra testes* 10. 21 Satis est ad elevandam testis fidem, si probetur ei data vel promissa pecunia. adde *l.* 2. *ff. de concussione* 1. *quæst.* 1. *c. concussionis.* 128. *l.* 1. §. 2. *ff. ad leg. Corn. de falsis.* addunt nonnulli preces eo sensu, corruptos testes pecunia, vel precibus, vel promissione fidem amittere, etiamsi suis in testimoniis non mentiantur. vid. Oldend. *c.* 66. *except. n.* 26. Galli concepta formula ita recusant testem quasi corruptum *par dons, promesses ou argent.* idem dicendum de testibus instructis ab ipso litigatore, procuratore, aut ejus advocato. Oldendorp. *c.* 4. *de testib. n.* 18. adde Hartm. 2. *pract.* 15. *obs.* 16. ubi tamen scribit, testibus pecuniam impune dari posse, verum ut fateantur: cuique enim permitti parare sibi probationes, quod non probo. vid. *l.* 2. *in fin. ff. de cond. ob turpem causam.* 22 *l.* 1. §. 1. *ff. ad leg. Corn. de falsis.* 23 Pecuniæ vocabulum late patet. vid. *l.* 2. §. 1. S. *de pecun. constit.* 24 Faciles ad testimonium ferendum, facile mentiuntur, videntur enim operas suas ultro ingerere, atque ita suspecti. *l.* 25. *ff. de procurat. l.* 21. *in fin. ff. de tut. vel curat. datis.* 25 Testibus quinque idoneis & juratis probare solutionem chirographi solidam, ejusve partem possumus. Alias scripto obligatus de scripto solutionem a se factam, probare non cogitur. Præsentes autem testes esse debent τῇ καταβολῇ ἢ τῇ καταθέσει eo tempore quo solutio creditori facta est: aut quo ipse creditor confessus fuit sibi satisfactum. Quid si debitori facta fuit ἀπόδειξις ἔγγραφος: hoc est: per scripturam liberatio aut recepti confessio, eaque scriptura casu fortuito velut incendio perierit? Debitor solutionis a se factæ ἀσφάλειαν, id est, quitantiam scriptam sibi periisse casu fortuito probare poterit. *Synops. Basil. ibid. c.* 39. adde 1. Harm. 6. §. 3. Goth. Vid. ad hanc legem Marant. *part.* 6. *de repuls. testium. num.* 10. & Joann. a Sande *decis. Frisicar. l.* 1. *tit.* 10. *defin.* 1. Ans. Adde Cujac. *l.* 8. *obs.* 38. S. L. Conf. Bald. *in l.* 1. *ff. de ventre insp.* Socin. *reg.* 521. Franc. de Aret. *cons.* 37. *& cons.* 45. Alex. *consil.* 24. *&* 97. 2. *vol.* Bart. *ad l.* 2. §. *Labeo. D. de aq. plu. arc.* Canonistas plenissime *in c. quoties. de testibus.* Mod. 26 *Nov.* 90. *c.* 2. Cautionis scriptæ dissolutio per apocham probanda est. 27 Redempti testes: de quibus vid. *l.* 17. S. *h. t.* 28 Dixi ad *l.* 1. *supr. h. t.* adde, quinque testes habere vim scripturæ. Hac lege permotus Senatus Spirensis censuit, Quinque testibus rem quamlibet probari posse, quantumvis statutum prohibeat, probationes nisi scriptæ sint admitti. vid. Mynsing. 1. *obs.* 5. adde Cujac. 13. *obs.* 38. 29 1. Harmen. 6. *in fin.* 30 Ita ut sensu perceperint. *l.* 20. §. *pen. ff. qui testam.* testes tenentur deponere de sua præsentia in actu. *Bald.* 31 *l.* 7. *supr. de leg. & constit.* 32 Apocha deperdita, fortuito vel casu, duobus testibus probare possumus solutam creditori fuisse pecuniam. 33 Duos *l. ubi* 12. *ff. h. t.* 34 Testis an præsumatur rogatus vid. Mantic. 2. *de conject.* 21. 52. 35 Vana aut per transennam, ἐκ τοῦ παρήκοντος sumpta testimonia non valent. vid. 2. Harm. 6. §. 37. *Nov.* 90. *c.* 2. 36 Subaudi, quoties debitor scripto obligatus satisfacit creditori. 37 Invitus quis cogitur etiam in pecuniaria causa testimonium dicere. 38 *l.* 16. *supr. h. t.* 39 Testis in custodiam non conjicitur: sed ei juramentum de exhibendo se in judicio defertur. 40 De hac lege, quam singularem dicunt, vid. Lanfranc. *ad c. quoniam contra. in verb. testium. in* 6. *quæst. de probat.* Raphael. Fulgos. *in l.* 1. J. *quomodo & quando jud.* Socin. *reg.* 523. Hippolyt. *sing.* 24. Thom. Fer. *caut.* 12. Angel. *cons.* 267. Mod. 41 Testes quindecim duntaxat dierum spatio judicio, ubi causæ civiles sunt, assistere coguntur. 1. Harmen. 5. §. 34. de quindecim dierum præscriptione, vid. Cujacium *c.* 8. *de tempor.* 42 *Novell.* 90. *c.* 9. 43 Citanda pars est, quoties testium depositiones recipiuntur. vid. Socin. *reg.* 406. 44 Testium productio non fit μονομερῶς, nisi altera pars absit, *d. cap.* 9. pars præsens testes interrogari petere potest, non tamen præsens est interrogationi: cum in secreto fieri debeat interrogatio. *l.* 14. *supr. h. t.* 45 Judex negligens parti ad omnem jacturam actionis tenetur, nam ex quasi maleficio litem suam facit. *pr. Inst. de obl. ex quasi delict. l. ult. ff. de extr. cognit.* 46 Quando producendi testes, vide ldendorp. *cap.* 3. *de testib.* 47 Publicatio testium quomodo fiat. 48 Testes examinati & publicati coram arbitris non faciunt fidem in quacunque instantia, quia debent iterum per judicem examinari; Lanfrancus *in tract. de arbitr. quæst.* 33. Socinus *reg.* 8. Menoch. *de arbitr. jud. l.* 2. *cent.* 2. *c.* 109. *n.* 9. Mod. 49 Id est, ut stetur testium depositioni compromissariæ etiam in ipso judicio. 50 Conventiones compromissariæ servandæ. 51 *Sub.* omnes. 52 Nemo tenetur stare depositioni testium factæ coram arbitro, nisi sint mortui. J. *h. t. ibi: ab hac luce subtracti:* adde *l.* 5. *in fin.* S. *de recept. arbit.* 53 Id est, petere. 54 Testium igitur depositio facta in compromisso invito eo, qui testimonio oneratur, fidem in judicio non facit, nisi conventum ita fuerit expresse, ut etiam in judicio fidem faceret: item nisi omnes mortui sint. Quid si qui mortui sint, alii non mortui? adversus superstitum personas & testimonia excipi poterit: adversus autem mortuorum personas non poterit: sed adversus eorum testimonia tantum. 55 Dixi *supr. h. t.*

imponi, fide ſcripturæ approbata, in qua depoſitiones eorum referuntur, eas quaſi factas accipere. † Si vero res permixtæ fuerint, & quidam ex his mortui, alii viventes: tunc in ſuperſtitum quidem teſtimoniis eandem electionem ſervari litigatori adverſus quem teſtimonia proferuntur: in morientium autem perſonas depoſitiones eorum non eſſe reſpuendas: omni (ſecundum quod jam prædiximus) adverſus eas & teſtes legitimo jure quod ei competit adverſus quem proferuntur, integro reſervato. Dat. 6. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XXI.

DE FIDE [1] INSTRUMENTORUM, ET AMISSIONE [2] EORUM, [ET DE APOCHIS] ET [3] ANTAPOCHIS FACIENDIS, ET DE HIS, QUÆ [4] SINE SCRIPTURA FIERI POSSUNT.

De amiſſione inſtrumentorum.

1. Imp. ANTONINUS A. Septimiæ Martiæ.

DEbitores [5] tuos quibuscunque rationibus [6] debere tibi pecuniam ſi probaveris, ad ſolutionem compellet aditus præſes provinciæ: Nec oberit tibi amiſſio [7] inſtrumentorum, ſi modo manifeſtis probationibus eos debitores eſſe apparuerit. PP. 5. Idus Septemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Si quis utatur inſtrumento, de quo alius accuſatus falſi victus eſt.

2. Imp. ALEXANDER A. Mabiliano.

SI uteris inſtrumento, de quo alius accuſatus falſi [8] victus eſt, & paratus eſt (ſi ita viſum fuerit) a quo pecuniam petis, ejusdem [9] criminis te reum facere, & diſcrimen [10] periculi [pœnæ] legis Corneliæ ſubire, non oberit ſententia, a qua nec is contra quem data eſt, appellavit: nec tu, qui tunc crimini non eras ſubjectus, appellare [11] debuiſti. PP. 3. Kal. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, qui non uſurum ſe inſtrumento conteſtatus eſt.

3. Idem A. Æliano.

SI adverſarius tuus apud acta præſidis provinciæ, cum fides inſtrumenti quod proferebat, in dubium revocaretur, non [12] uſurum ſe conteſtatus eſt, vereri non debes, ne ex ea ſcriptura, quam non eſſe veram etiam profeſſione ejus conſtitit, negotium denuo repetatur. PP. 3. Non. Decembr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De amiſſione inſtrumenti.

4. Imp. GORDIANUS A. Martiano.

ILlatæ diſpenſatori [13] pecuniæ, ſi ob amiſſorum inſtrumentorum caſum probatione defeceris, inſpectio rationum [14] fiſcalium [fidem] demonſtrabit. Dat. 2. Id. Febr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Qui allegat inſtrumentum caſu perditum debet probare: & niſi probet caſum, non patrocinatur ei allegatio caſus. Bald.

5. Idem A. Priſco & Marco militibus.

SIcut iniquum eſt, inſtrumentis vi [15] ignis conſumptis, debitores quantitatum debitarum renuere ſolutionem: ita non [16] ſtatim caſum conquerentibus facile credendum eſt: intelligere itaque debetis, non exiſtentibus inſtrumentis, vel aliis argumentis probare debere [fidem] precibus veſtris adeſſe. PP. 3. Kal. Jun. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

Licet ſit perditum inſtrumentum manumiſſionis, poteſt tamen probari manumiſſio per teſtes. Paul. de Caſtr.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Lucido.

STatum tuum, natali [17] profeſſione [18] perdita, mutilatum non eſſe, certi juris eſt. Dat. 13. Kal. Febr. *Nicomediæ*, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Aliquem eſſe militia perfunctum, & per conſequens habere privilegia veteranorum, amiſſis inſtrumentis, vel inde non confectis, poteſt probari per teſtes.

7. Iidem AA. & CC. Zinimæ.

SI ſolennibus ſtipendiis honeſte ſacramento [19] ſolutus es, licet ſuper hujusmodi re inſtrumenta [20] (ut dicis) facta perdita ſint, tamen ſi aliis evidentibus probationibus veritas oſtendi poteſt, veteranorum [21] privilegia etiam te uſurpare poſſe, dubium non eſt. Dat. 15. Kal. Jun. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Licet dominus perdat inſtrumentum proprietatis, propter hoc nihil accreſcit uſufructuario. Bald.

8. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI conſtiterit proprietatem poſſeſſionis, de qua agitur, apud vos eſſe; providebit Judex ex perſona fructuarii [22] nullum præjudicium domino veſtro comparari, propter amiſſionem inſtrumentorum. Dat. 15. Kal. Mart. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

De diviſione.

9. Iidem AA. & CC. Ariſtenæto.

INſtrumentis etiam non [23] intervenientibus, ſemel diviſio [24] recte facta non habetur irrita.

De venditione.

10. Iidem AA. & CC. Victorino.

CUm inſtrumentis etiam non intervenientibus venditio [25] facta rata maneat: conſequenter amiſſis etiam, quæ interceſſerant, non tolli ſubſtantiam veritatis placuit. Dat. 8. Kal. Novemb. *Retinaſſi*, AA. CONSS.*

De emancipatione.

11. Iidem AA. & CC. Theagenæ.

EMancipatione facta, etſi [26] actorum tenor non exiſtat, ſi tamen aliis indubiis probationibus, vel ex perſonis, vel ex inſtrumentorum incorrupta fide factam eſſe emancipationem probari poſſit: actorum interitu veritas convelli non ſolet. Dat. 3. Id. Novemb. AA. CONSS.*

De inductione in vacuam poſſeſſionem donationis cauſa.

12. Iidem AA. & CC. Dionyſiæ.

NOn idcirco minus in vacuam [27] inductus prædii poſſeſſionem donationis cauſa, quod ejus facti prætermiſſum inſtrumentum adſeveratur, hanc obtinere potes. Dat. Id. Decemb. *Nicomediæ*, AA. CONSS.*

De teſtatione amiſſorum inſtrumentorum.

13. Iidem AA. & CC. Leontio.

APud eos [28], qui rem geſtam [29] ignoraverunt, amiſſorum inſtrumentorum habita teſtatio [30] nihil ad probationem veritatis prodeſſe poteſt. Dat. 16. Kal. Jan. *Nicomediæ*, AA. CONSS.*

De contrariis ſcripturis.

14. Iidem [31] AA. & CC. ad Severum Comitem Hiſpaniarum.

SCripturæ diverſæ [32] fidem ſibi invicem derogantes, [33] ab una eademque parte prolatæ, nihil [34] firmitatis habere poterunt. Dat. 4. [35] Kal. Maji, *Viminacii*, CC. CONSS.*

Collatio inſtrumentorum & teſtium.

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

IN [36] exercendis litibus [37] eandem [38] vim obtinent [39] tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium. Dat. *Romæ*, 12. Kal. Aug. GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De his qui ſcripturam ſuam inficiantur.

16. [40].

SI [41] conventus [42] quis negaverit [43] manum propriam prolatam in libello [44] aut alia charta, ſi quidem ex comparatione is convincatur, hoc eſt, alia ejus prolata manu, & comparata cum ea quæ eſt in libello, det is pœnæ nomine actori pro mendacio ſolidos vigintiquatuor. Si vero aut tabellio productus fuerit, apud quem inſtrumentum ſcriptum eſt, aut alii quidem teſtes pro veritate deponentes, tunc ipſe præter pœnam viginti quatuor aureorum non poſſit habere licentiam objiciendæ exceptionis pecuniæ non numeratæ, ut dicat, quamvis inſtrumentum factum fuerit, ea tamen quæ in eo ſcripta ſunt non fuiſſe data: ſed omnimodo condemnetur, etiamſi nihil ipſi revera ſolutum eſt. §. 1. Hæc quidem obtineant, ſi conveniatur quis ex proprio contractu. Si vero tutor eſt, aut curator unius earum, quæ ſub cura eſſe ſolent

1 *L.* 22. *ff.* 4. & 11. *C. Theodoſ.* 14. *Nov.* 73. & 2. *Ecl.* 2. 3. & 1. Harmen. 8. & 2. *Decret.* 22. Quid? ignotis literis & ſigillis, eſtne fides ſtatim adhibenda? eſt, ſi cum his plura concurrant: cujus ſententiæ vide exceptiones apud Socinum, *reg.* 374. 2 *l.* 1. 4. 5. 6. 7. 8. 13. J. *h. t.* 3 Apocha, quitantia: Antapocha, *contrepromeſſe. leg.* 14. J. *h. t.* Prior debitori: poſterior creditori eſt utilis. 4 *l.* 9. 10. 11. 12. 5 *l.* 1. *C. Gregorian. tit. ſi amiſſis, vel debitori redditis inſtrumentis, creditum petatur.* 6 Et indiciis. *l.* 19. S. *de rei vind.* 7 Amiſſione inſtrumenti debitum non perit creditori. adde *l.* 5. J. *de pign. & hypothec.* 8 *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. J. *quibus res judicata non nocet.* 9 *l.* 24. *ſupr. de probat.* 10 Vid. quæ notavi *ad l.* 7. *ff. de accuſ. & inſcript.* 11 *l.* 5. *ff. de appell. & relation.* 12 Qui conteſtatur ſe non uſurum inſtrumento, tacite confitetur inſtrumentum falſum eſſe, vel inutile. 13 Vide *l.* 1. *ſupr. ſi adverſus fiſcum.* 14 *l.* 5. *ſupr. de edend. l.* 2. J. *de diſcuſſorib.* 15 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 16 *l.* 13. J. *h. t. l.* 18. *in fin.* S. *tit. prox.* 17 Naturali profeſſione perdita, ſtatus non amittitur. vid. *l.* 5. J. *de teſtam. l.* 2. *ff. de excuſ. tut.* 18 Profeſſionum duæ ſpecies apud Juriſconſultos, natales ſcilicet & cenſuales libri. Natales, quibus natos ſibi liberos apud acta parentes profitebantur. *l.* 13. S. *de probat.* Apulejus *Apolog.* 1. cujusmodi acta tabularia vocat Virgil. 2. *Georg.* libros actorum. Juvenal. *ſatyr.* 9. Reponebantur ea in templo Saturni; quod φυλακτήριον τῶν συμβολαίων dicebatur, teſte Plutarcho. Cenſuales vero libri ſunt, quibus cenſus, patrimonium & ætates apud cenſores & cenſitores profitebantur antiqui. *l.* 3. *l. ult.* J. *ſine cenſu vel reliqu. l.* 4. *ff. de cenſibus. l.* 15. *l.* 22. *l.* 39. J. *de liber. cauſ. l.* 16. *l.* 29. §. 1. *ff. de probat. l.* 7. J. *de donat. l. ult.* §. 16. *ff. de munerib.* Siculus Flaccus *lib. de condit. agror.* Higenus *de limit. agror. ut & apud ærarium* Varro 4. *de ling. in fin.* Macrob. 1. *Saturn.* 8. Feſtus *in ærarii.* 19 Sacramentum militare intelligit. de quo vide Veget. 2. *de re milit.* 20 Quæ teſtimoniales literæ etiam dicuntur. Veget. 2. vid. Cujac. *ad l.* 11. J. *de profeſſoribus & medicis.* 21 Inſtrumento miſſionis honorariæ amiſſo, miles non amittit jus veterani. 22 Senſus eſt, non ſi proprietarius inſtrumentum proprietatis amiſit, ideo proprietas uſufructuario adcreſcit: adde *l.* 6. S. *h. t. l.* 10. J. *h. t. l.* 7. J. *de præſcript. longi tempor.* 10. *vel* 20. 23 *l.* 25. J. *de liberali cauſa.* 24 *l.* 17. S. *de pact. l.* 1. S. *ſi major factus ratum.* 25 Dixi *ad l.* 17. S. *de pact.* adde *l.* 3. J. *de fide & jure haſtæ.* 2. Paul. 11. §. 14. *l.* 2. *in fin. ff. de contr. empt. l.* 12. S. *de probat.* 26 Emancipatio ſcripturam non requirit. adde quæ ſcripſi *ad l.* 17. S. *de pact.* 27 Vacua poſſeſſionis traditio probari poteſt teſtibus. *l.* 15. S. *de rei vind. l.* 12. J. *de contrahend. empt. l.* 2. J. *de adquir. vel amittend. poſſeſſ. l.* 29. J. *de donat.* 28 Puta teſtes, vicinos judices, vel ad quos negotium non pertinet. 29 id eſt, negotium quod mihi cum alio intervenit. 30 *l.* 22. *ſupr. de transact. l.* 9. S. *de his, quæ vi metusve.* 31 Conſtantinus II. *C. Theod.* 14. *l.* 1. 32 Nemo poteſt proferre de una eademque re diverſas ſententias: unam condemnatoriam, abſolutoriam alteram: vel unum inſtrumentum pure concipere, alterum ſub conditione, vel contraxiſſe Kalend. Januar. Romæ, & eadem die Carthagini: licet eisdem Kalend. & Romæ poſſit contrahi & decimo ab ea milliario. Sunt & hæc diverſa, eundem fundum mihi ſoli emptum, & mihi & uxori. 33 Ab altera parte prolatæ &c. *C. Theod. h. t.* 34 Neutra ſcriptura fidem facit. 35 3. Non. Maji, Conſtant. Dalmatio & Zenofilo Conſſ. ita ſcriptum extat in *C. Theod. d. tit.* ſi ita eſt, hæc lex lata eſt anno 333. 36 Vid. Zaſ. 2. *Reſponſorum* 23. ubi notat, quibus fundamentis inſtrumenta firmentur & infirmentur. 37 Id eſt, ad juſtam probationem. 38 Id eſt, ubi præciſe non requiritur ſcriptura, nihil intereſt quid probetur teſtibus aut ſcripto. Eadem enim eſt; & teſtium & inſtrumentorum autoritas. Quid ſi inter ſe pugnent? diſtingue, nam ei inſtrumento ad quod teſtes fuerunt admiſſi, teſtes præferuntur. vide *Nov.* 73. *c.* 3. autoritas enim inſtrumenti & fides magis a teſtibus, quam a nudo perſcriptore dependet. Quid ſi inſtrumentum teſtium ſubſcriptione ſit munitum? teſtibus puto non permitti factum id reprobare, cui ſemel ſubſcripſerint. *l.* 13. *in pr.* J. *de non numer. pecunia.* vide *l.* 75. *ff. de reg. jur.* niſi ſe deceptum in ſubſcribendo docuerit. *l. ult.* J. *plus valere quod agitur, l.* 2. J. *de reb. alien. non alienand.* quid ſi impugnandum ſit inſtrumentum per alios teſtes, quam qui ei interfuerunt? Mynſingerus putat teſtibus ſcripturam præferri, merito. Præſumitur enim in pari cauſa & pro actus validitate, & pro ipſo reo. Quid ſi teſtes vincant numero? diſtingue, aut enim agitur de his impugnandis, quæ continentur in inſtrumento, aut de ipſa inſtrumenti falſitate. Priore caſu, teſtes qui inſtrumento non interfuerunt, non admittuntur. *l.* 18. S. *de teſtib. ibi, ſub præſentia.* & ita accipe *l.* 1. S. *de teſtib.* facit *l.* 13. *in fin.* J. *de non numer. pecun.* niſi poſt inſtrumentum perfectum, contrahentes de contractu jam habito, ejusque ſententia inter ſe colloquentes pleniſſime audierint. Altero poſſunt audiri. *l.* 14. *in fin.* J. *de contrah. ſtipul.* quemadmodum & de ſolutione facta, dixi *ad l.* 1. S. *de teſtib.* Quid teſtes ſuntne potiores cenſualibus libris & monumentis. dixi ad *l.* 10. *ff. de probat.* & dicam ad *l.* 1. J. *de cenſibus. Goth.* Satis copioſe hæc enarrat pro modulo legis Gothofredus; præter quem vide Zuccar. *ad l. fin. n.* 129. J. *de edict. divi Adrian. toll.* Ruinum *conſ.* 35. & 36. *l.* 5. Paul. de Caſtr. *ad l. teſtium.* S. *de teſtib.* Cæpol. *caut.* 253. Hippol. *ſing.* 157. Bald. *ad l.* 1. *ff. qui teſtam.* Zaſium *l.* 2. *ſing. c.* 23. Mod. 39 Imo non obtinet. *d. l.* 10. 40 Hanc legem Cujacius reſtituit 10. *obſ.* 8 41 Interpretatio Latina *d. l.* 10. 42 Ἐὰν ἐγκαλούμενος, ſi reus. *Synopſ. Baſ.* 22. *tit.* 1. *c.* 73. Agitur enim hac lege de pœna rei ex proprio vel alieno contractu conventi, manum propriam negantis. *in princ.* & §. 1. Item de pœna actoris negantis ſuam manum. §. 2. J. *h. t.* 43 Pœna negantis propriam ſcripturam. 44 Ἐν γραμματείῳ, ἐν προικὶ ἢ ἑτέρῳ χάρτῃ &c. *Synopſ. Baſil.* 22. *tit.* 1. *c.* 73. in cautione, dote aut alia charta.

perſo-

personarum, masculus aut fœmina secundum constitutiones tutelam gerens propriorum liberorum, & manum propriam prolatam in contractu eorum, qui sub tutela aut cura sunt, inficiatus fuerit, tunc si quidem ex sola comparatione [1] convincantur mentiri, præstent ipsi viginti quatuor aureos. Si vero ex productione tabellionis, aut testium; pecuniæ quidem non numeratæ exceptio ne adimatur his, qui sub tutela vel cura sunt (neque enim peccarunt illi) sed ipsi tutores aut curatores alios viginti quatuor aureos pœnæ nomine dent actori, habentibus his, qui sub tutela aut cura sunt, salvam sibi pecuniæ non numeratæ exceptionem. Neque enim æquum est ipsos ex alienis peccatis damno adfici. §. 2. Hæc de reis conventis ubi dixit constitutio, transitum fecit & ad agentium personam. Jubens ut si actor manum propriam inficietur positam in charta contra ipsum prolata, forte in ea quæ de suscepta dicitur confessione, & ipse similiter, siquidem ex sola comparatione convincatur, præstet viginti quatuor aureos: si vero ex productione tabellionis aut testium, tunc modis omnibus imputet, & agnoscat contenta in illa charta, etiamsi revera non sunt accepta ab ipso. Hæc si proprio nomine agat. Si vero tutor est aut curator, dat quidem duplam pœnam viginti quatuor aureorum. Is vero qui sub tutela aut cura est, possit objicere probationi exceptionem non numeratæ pecuniæ.

Si contractum vel transactionem in scriptis fieri placuit. De arrhis.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

Contractus venditionum vel permutationum, vel donationum, quas intimari [non] est necessarium [2], dationis etiam arrharum [3], vel alterius cujuscunque causæ, [quas tamen] in scriptis fieri placuit: transactionum [4] etiam, quas in instrumento recipi convenit, non [5] aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundum [6] recepta, subscriptionibusque partium [7] confirmata; & si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa, & postremo a partibus absoluta sint: ut nulli liceat prius quam hæc ita præcesserint, vel a scheda [8] conscripta [licet literas unius partis vel ambarum habeat] vel ab ipso mundo, quod necdum est impletum vel absolutum, aliquod jus sibi ex eodem contractu vel transactione vindicare: adeo ut nec illud in hujusmodi venditionibus liceat dicere, quod pretio statuto [9] necessitas venditori imponatur, vel contractum venditionis perficere, vel [10] id quod emptoris interest, ei persolvere. Quæ tam in postea conficiendis instrumentis, quam in his quæ jam scripta, nondum [11] autem absoluta sunt, locum habere præcipimus: nisi jam super his transactum sit [12], vel judicatum, quæ retractari non possunt, exceptis emptionalibus tantum instrumentis jam vel in scheda, vel in mundo conscriptis, ad quæ præsentem sanctionem non extendimus, sed prisca jura in his tenere concedimus. Illud etiam adjicientes, ut in posterum si quæ arrhæ super facienda emptione cujuscunque rei datæ sunt, sive in scriptis, sive sine scriptis: licet non sit specialiter adjectum quid super iisdem arrhis non procedente contractu fieri oporteat, tamen & qui vendere pollicitus est, venditionem recusans in duplum [13] eas reddere cogatur, & qui emere pactus est, ab emptione recedens, datis a se arrhis cadat, repetitione earum deneganda. Dat. Kalend. Junii, Domino nostro JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De testium vel instrumentorum receptione committenda judici alterius territorii.

18. Idem A. Mennæ P.P.

Judices, sive in hac inclyta urbe, sive in provinciis, [secundum] ea quæ disposuimus [14], ut possint si hoc perspexerint, occasione testium in aliis [15] locis degentium litigantes vel procuratores eorum ibi destinare, ut depositionibus [16] sub utriusque [17] partis præsentia factis, res ad eos referatur [18]: etiam in illis servare volumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur: ut si poposcerint, in aliis locis id eis facere permittatur: & hoc si juste peti judex invenerit, similis proferatur sententia: ut postquam in locis opportunis fides instrumento data vel minus data fuerit, referatur negotium ad priorem judicem. Dat. 8. Id. Aprilis, DECIO V. C. CONS. 529.

In AUTHENT. de testibus. §. & quoniam. vers. hæc omnia, collat. 7. tit. 2. Novell. 90. cap. 5.

Apud eloquentissimum aliquem judicem vel defensorem civitatis, sive a provincia in provinciam [19], vel ab urbe in urbem, sive ab urbe in provinciam hæc petantur: sed hoc in civilibus tantummodo causis: nam in criminalibus testes apud [20] judices repræsentandi sunt, & cum res exegerit, tormentis [21] subjiciendi.

De apochis & antapochis.

19. Idem A. Demostheni P.P.

Plures apochis, vel redituum, vel usurarum perceptis, si quando super his fuerit dubitatio exorta: eas habere [se] negando, jus agentium faciunt vacillare [22], cum coloni adversus dominum certantes, & sibi iniquam forte libertatem [23] vindicantes, vel debitores creditoribus suis temporalem præscriptionem opponere cupientes, ad easdem inficiationes perveniunt. Quod resecantes, jubemus, ut in præfatis casibus, vel aliis privatis similibus si voluerit is, qui apocham [24] conscripsit, vel exemplar, cum subscriptione ejus, qui apocham suscepit, ab eo accipere, [vel antapocham [25] suscipere] omnis ei licentia hoc facere concedatur, necessitate [26] imponenda apochæ susceptori antapocham reddere: ita tamen, ut si hoc is, qui apocham conscripserit, facere neglexerit, vel non curaverit: nullum ei præjudicium ex eo quod antapocham non recepit, generetur, cum hoc quod pro quibusdam introductum [27] est, inferre eis jacturam minime rationi conveniat æquitatis. Dat. 12. Kalend. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

De comparatione literarum.

20. Idem A. Juliano P.P.

Comparationes [28] literarum ex chirographis fieri, & aliis instrumentis quæ [29] non sunt publice confecta [30], satis abundeque occasionem criminis falsitatis dare, & in judiciis, & in contractibus manifestum est. Ideoque sancimus, non licere [31] comparationes literarum ex chirographis [32] fieri, nisi trium [33] testium habuerint subscriptiones, ut prius [34] literis [35] eorum fides imponatur [36], vel [ex] ipsis hoc [37] deponentibus, sive cunctis, sive omnimodo duobus [38] ex his [39] sine comparatione literarum testium procedente: & tunc ex hujusmodi chartula jam probata comparatio fiat, aliter [40] etenim fieri comparationem nullo concedimus modo, licet in semetipsum [41] aliquis [42] chartam [43] conscriptam proferat: sed tantummodo ex forensibus [44], vel publicis instrumentis, vel hujusmodi chirographis quæ enumeravimus, comparationem trutinandam. Omnes [autem] comparationes non aliter fieri concedimus, nisi [45] juramento antea præstito ab his [46] qui comparationem faciunt [47], fuerit affirmatum, *Quod neque lucri [48] causa, neque inimicitiis, neque gratia tenti, hujusmodi faciunt comparationem:* & hoc observari tam in omnibus sacris nostris scriniis, quam in apparitione omnis Sublimissimæ Præfecturæ, necnon Magisteriæ potestatis, cæterisque omnibus Judiciis quæ in orbe nostro constituta sunt, his omnibus in posterum observandis. Comparationes enim jam antea factas retractari, extra periculum minime est. Dat. 14. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

In AUTHENT. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud etiam judicavimus. coll. 5. tit. 4. al. 11. Novell. 49. cap. 2.

Ad hæc, ex his literis quibus adversarius tuus utitur [49], & profert: recte petis examinationem fieri. Item & charta quæ profertur ex archivo [50] publico, testimonium publicum habet.

In AUTHENT. de instrumentor. cautela & fide. §. oportet vero. §. seq. coll. 6. tit. 3. al. 2. Novell. 73. cap. 8. & 9.

At si contractus fiat in civitate [51], & unam libram auri excesserit: omnimodo collationi adsit argumentum quodlibet, nec credatur ei soli.

1 Vid. *l.* 20. J. *h. t.* 2 Id est, de quibus in scripturam redigendis convenit, alias quilibet actus sine scriptura perfici potest: nec requiritur in ullo contractu insinuatio, dixi ad *l.* 17. ff. *de pact.* nisi lex vel jus commune nominatim scripturam exigat. *cap.* 1. *de censibus.* vel conventio contrahentium. J. *h. t. ibi, placuit, convenit.* 3 v. Marant. *de ord. jud.* 4. *part.* 9. *distinct. n.* 97. Zasius *lib.* 2. *respons. c.* 24. Rimin. *Inst. de donat. in rubr. n.* 63. *&* 73. *& ibidem* §. 1. *n.* 57. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 187. Mod. 4 Vide *l.* 17. ff. *de pact. l.* 5. ff. *de transact.* 5 Ex contractu scripto non oritur jus, nisi scriptura in mundum sit recepta & subscripta &c. *l.* 15. *in fin.* J. *de contr. empt.* 6 Id est, χάρτην καθαρὸν, *Nov.* 44. *c.* 2. id est, chartam puram. Hieronymus adversus Rufinum, Schedulis nondum emendatis, nondum ad purum digestis. 7 Quid si partes contrahentes scribendi sint ignaræ? quidam ex *Nov.* 73. *c.* 8. colligunt duos notarios exigi, qui pro imperito literarum subscribant. vid. Alciat. 6. *&* 8. *parerg.* sed unus sufficit. *Nov.* 44. *in pr.* 8 Res ita habet, solent tabelliones primum contractum referre extra ordinem in schedam, (scheda dicitur ἀπὸ τοῦ σχίζειν a scindendo,) deinde eum redigunt in mundum. 9 Id est, convento. 10 Agentes ex empto præstari rem venditam petimus, aut eo deficiente id quod nostra interest. adde *l.* 11. §. 1. *& seq. ff. de act. empt.* 11 Lex trahitur ad actus præteritos, nondum plene perfectos. 12 Transacta, judicata non retractantur. vide *l.* 229. *l.* 230. *ff. de verb. sign. l.* 1. *in fin. ff. ad SC. Tertyll.* 13 Non impleto contractu culpa venditoris venditor restituit duplum: culpa emptoris, emptor arrhas amittit, idem in locatione, quæ ἀντίστροφος est emptionis, lege *Rhodia cap.* 19. & in sponsalibus, in quibus sponsus venditoris locum obtinet, sponsa emptoris vicem tenente. *l. ult.* J. *de sponsalib. & arrhis.* (apud Thurios aliter observatum, teste Theophrasto *in lib. de legibus apud Stobæum*; apud quos venditor plectebatur exactione tantæ pecuniæ, quanta rem vendiderat.) Ergo dispar emptoris & venditoris conditio sive pœna? non est. Quia venditor de suo dat tantumdem, alterum vero non dat, sed reddit. Quæro amplius, An arrhæ imputentur venditori in pretii partem? Imputantur, si in nummis sint. adeo ut qui eas accepit, eas non reddat ad instar pignoris, sed desideret plenitudinem. Isidor. *l. ult. ff. de lege commiss.* plura vide apud Cujacium 11. *obs.* 17. 14 *l.* 16. *supr. tit. prox.* 15 Examinatio testium absentium potest committi judici illius territorii, in quo testes degunt, id est, requirendus est vicinus judex, ut testes in suo territorio degentes interroget. adde *l.* 7. *ff. testamenta quemadmodum.* fallit in causis criminalibus. *Auth. proxima.* 16 Hujusmodi depositiones Græci ὑπομνήματα & καταθέσεις vocant. 17 Testes jurant præsente parte adversa. vide Wurmserum 1. *pract.* 18. *observ.* 19. & ad eorum examinationem pars citanda. Hartmann. 2. *pract.* 18. *obs.* 6. 18 Judex cui examinatio committitur, non publicare, sed remittere allegationes clausas debet. 19 vide Alexan. *ad l. hac consultissima.* §. *fin.* J. *de testam.* & Jo. And. *ad c. cum causam. extr. de testibus.* Mod. 20 Ut remissio examinationis testium fieri non debeat. 21 Testis torqueri potest. *l.* 13. ff. *de testib.* An id perpetuo verum est? non est verum in civilibus causis & in criminalibus, nisi certis tantum casibus, puta si vacillet. *l.* 15. *ff. de quæstionibus.* si negotio aut delicto interfuisse dicatur. *l.* 18. §. 3. *ff. de quæst.* Hartm. 3. *pract. c.* 8. *obs.* 9. addit, si sponte dicendum ad testimonium moveatur. *Novell.* 90. *c.* 1. §. 1. non bene: nec enim dicitur, aliud ibi, quam quod ignoti & corrumpere veritatem festinantes torqueri possunt. Idem dicit de arenario & similibus personis. *l.* 21. §. 2. *ff. de testibus.* 22 Adi Alciatum *lib.* 1. *prætermiss. col.* 1. Rip *ad l. admonendi. n.* 95. *ff. de jurejur.* Afflict. *decis.* 181. 23 Canonem: vel sic, usuras solve, Actio: neutrum tibi debetur: hunc enim fundum triennio mihi possedi, vel sic. Agitur de mutua pecunia post triennium. Exceptio. Res ita est, sed eo temporis intervallo tu fundi canonem: ille usuras mutui persolvit. Solutione usurarum, vel pensionum præscriptio interrupta parum te, tuamque possessionem juvare potest. *l. penult.* §. *ultim.* J. *de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Replicatio. si ita est, doce pensionis & usurarum solutionem. Duplicatio, quid juris? Utriusque solutio per antapocham commode probari potest. vel hinc potes colligere, antapochas dominis & creditoribus necessarias. 24 Apocha, professio est pecuniæ solutæ, quæ datur debitori a creditore. 25 Antapocha est instrumentum solutionis censuale probans debitum in futurum. Molinæus *de usur. quæstion.* 20. *num.* 208. vel sic, est professio pecuniæ solutæ, quæ datur creditori a debitore, Antapochæ vicem sustinet exemplar apochæ subscriptæ datum creditori. Formula antapochæ potest ita concipi, Lucius Titius fateor C. Seio aut illi die illa tot solvisse annui reditus nomine, quem ei debeo ob fundum vel possessionem illam, vel tot usurarum nomine ob creditam mihi pecuniam. vide Cujacium *hic.* 26 Apocham (quitantiam vocant) solutæ pecuniæ mihi fieri postulo, Actio. Non recuso si tu vicissim antapocham mihi dederis, exceptio. Quid juris? justa est exceptio. 27 *l.* 6. ff. *de legibus. l.* 5. *in fin.* J. *de secund. nupt. l.* 25. *ff. de testibus. l.* 3. §. 5. *in fin. ff. de Carbon. edict.* 28 Ad comparationes istas decurritur, quoties accidit debitorem syngrapham suam denegare. *Goth.* Comparatio litterarum in Apocha non admittitur. Decian. *resp.* 11. *vol.* 1. *num.* 125. Vide Fachin. *lib.* 11. *cap.* 35. Ans. Adde Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *quæst.* 58. *n.* 5. *& cent.* 2. *cas.* 114. Grammat. *decis.* 35. *num.* 15. Boër. *decis.* 282. S. L. 29 Quid in ea scriptura, quam quis in judicio jussu judicis scripsit? Bartolus ait, non fieri ex ea comparationem: Baldus ait fieri. Sed Bartolum defendit Zasius 2. *Respons.* 25. 30 Quando & quomodo procedat hic textus, vide Aret. *cons.* 64. *col.* 3. *& seq.* Goză. *cons.* 3. *n.* 16. Bartol. *ad l. admonendi. n.* 30. *de jurejur.* & ibi Jason. *n.* 139. Rip. *n.* 132. Zasium *lib.* 2. *respons. c.* 25. Alexand. *cons.* 239. *n.* 2. Grammat. *decis.* 34. *a. n.* 15. Dec. *cons.* 219. *in fin.* Mod. 31 Actor postulat adversus reum. 32 Aliis scil. ipsius debitoris ἐκ ἰδιοχείρων. 1. Harm. 8. §. 10. 33 Aliorum scilicet. 34 Sic puto legendum: ut non prius literis eorum fides imponatur, quam ipsis hoc deponentibus &c. 35 Literas testium vocat chirographum ab eis subscriptum. 36 Sic lego, *quam ipsis hoc deponentibus &c.* 37 Quid, se subscripsisse id chirographum ex cujus comparatione arguitur chirographum controversum in debitorem conscriptum. 38 Autor chirographi (cui plures testes interfuerunt) probari potest, vel per duos eorum tantum. Inde colligunt, Testamenti solennitatem probari duobus testibus, licet in ejus confectione septem requirantur: adde quæ dicam ad *l. ult.* J. *de B. P. secund. tabul.* 39 Sic lego, *ex his, & tunc comprobatione literarum testium procedente ex hujusmodi chartula jam probata comparatio fiat &c.* 40 Ideoque mortuis testibus non fiet comparatio. 41 Utilem vero reo. 42 Id est, actor. 43 Puta antapocham. 44 Ἐκ τῶν ἀγοραίων. Harmenop. *d. loco.* Forensia & publica instrumenta ἀγόραια dicuntur. *Novell.* 40. 52. *c.* 2. 73. *c.* 5. 117. *c.* 2. 142. *c.* 2. diversa ab ἰδιοχείροις, quorum fit mentio in *l.* 11. J. *qui potior.* 45 Comparatio literarum seu scripturarum fieri debet jurejurando prius præstito. *Synops. Bas.* 22. *tit.* 1. *c.* 73. *in fin.* adde *Nov.* 49. *c.* 2. *in fin.* 46 Id est, actoribus imponatur. 47 Idque fieri desiderant ac postulant. 48 Jurare arbiter seu judex comparandarum literarum debet, se judicaturum non lucri, aut inimicitiæ, aut gratiæ causa. 49 Fit etiam comparatio scripturæ judicialiter productæ ab adversario. *ut hic:* & desumptæ ex archivo publico. J. *h. t.* 50 De archivo alias dixi. 51 Dicam ad *Nov.* 73. *c.* 8. *&* 9.

De instrumento iterum producendo.

21. Idem A. Juliano P. P.

CUm quidam [1] instrumentum protulerit, vel aliam chartulam, eique fidem imposuerit [2], postea autem persona [3] contra quam ista chartula vel instrumentum prolatum est, quasi falsum hoc constitutum redarguere nitatur; ne diutius dubitetur, utrum necessitatem ei qui protulit, imponi oporteat repetita vice hoc proferre, an sufficiat fides jam approbata: sancimus, si quid tale eveniat, eum [4] qui petit iterum earum chartam proferri, prius sacramentum [5] præstare, *Quod existimans se posse falsum redarguere quod prolatum est, ad hujusmodi veniat petitionem.* Quid enim, si [6] cum nosset deperditam esse chartam, vel forte concrematam, vel alio modo diminutam, hanc requiri adsimulans, & ad difficultatem productionis respiciens, hujusmodi faciat petitionem? † Et postquam hoc ab actore vel petitore fuerit juratum & inscriptionum pagina apud competentem judicem deposita [7]: tunc necessitatem [8] imponi ei qui protulit chartam de qua quæritur, iterum eam apud judicem criminis [9] proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari. *Sin autem dicat, non esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus hujus copia ei abrepta sit:* tunc [10] subeat sacramentum, *Quod nec habeat eandem chartulam, nec alii eam dederit, nec apud alium voluntate ejus constituta sit, nec dolo malo fecerit quominus appareat* [ea], *sed re* [vera] *ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita, & productio ejus sibi impossibilis sit,* & si tale subeat sacramentum ab hujusmodi necessitate relaxetur. † Quod si prædictum jusjurandum subire minime maluerit [11]: tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires adversus eum contra quem prolata est, sed sit penitus evacuata. Neque enim ulterius pœnam produci contra eos qui non juraverint, volumus: cum forsitan quidam subtili [12] reverentia tenti, nec verum sacramentum præstare patiuntur. † Eandem autem copiam ei præstamus, donec [13] causa apud judicem ventilatur. Si enim jam plenissimum finem accepit, & neque per appellationem [14] suspensa est, neque per solitam retractationem [15] adhuc lis vivere speratur: tunc satis durum est hujusmodi querelæ indulgeri, ne in infinitum [16] causæ retractentur, & sopita jam negotia per hujusmodi viam iterum aperiantur, & contrarium aliquid nostro eveniat proposito. Dat. 5. Kal. Mart. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De edendo.

22. Imp. [17] JUSTINIANUS. *

SI [18] postuletur ab aliquo in judicio, ut instrumentum non [19] adversus seipsum, sed alium quendam producat, quod alteri prosit, idque producere recuset, ut qui damnum inde metuat; verum is qui exhiberi chartam petit, nequaquam eum lædendum dicat, sed pecuniam ipsum ab illis accepisse, qui per instrumentum exhibendum coarguendi sunt: vult constitutio, ut is qui habet instrumentum, idipsum proferat, siquidem ex illius prolatione nihil ipse damni sensurus sit. Sin reapse detrimentum ei prolatum instrumentum adferat, nequaquam eum cogi ad proferendum debere: cum ei magis expediet id occultare, quam publicare. Quod si affirmat is, cui opus est instrumento, nihil ei fraudis ex eo futurum; duntaxat jusjurandum præstet, *Quod existimando se fidei suæ detrimentum pati propter instrumenti exhibitionem, eam ipsam ob causam proferre chartam recuset:* Et quoniam sibi damno id fore putat, curiosius sacramentum præstet atque dicat, *Se non quia pecuniam acceperit, vel quid aliud non proferendæ chartæ causa, vel quod muneris promissionem habeat, nec metu illius, contra quem instrumentum requiratur, nec ejusdem amore, chartæ exhibitionem recusare, sed quia magnum ex eo circa facultates suas detrimentum capiet.* Nam quemadmodum is, qui quadam in causa verum scire putatur, invitus [20] quoque testimonium dicere cogitur, neque si [21] si pecuniam promissam habet ob non perhibendum testimonium, neque si [22] adversus amicos testimonium dicturus venit, recusare testimonium potest: ita nec is recusare potest, a quo instrumenti exhibitio desideratur, vel propterea quod aliquid acceperit, aut accepturum se speret, vel ob amicitiam cum illo, cui damno futurum est instrumentum. † Sed si quis juret *se instrumentum, quod desideratur, non habere;* prorsus id proferre, quod non habet, haud [23] cogitur: sin ejusmodi sacramentum præstare non sustinet, omnino cogitur desideratum instrumentum exhibere: Quod si semel occultaverit, quasi qui nec jurate, nec instrumentum edere velit: omne damnum, quod hinc emerget, ei, cui opus est instrumento, de suo compenset: Iisdem obtinentibus etiam in argentariorum aliorumque brevibus. † Cæterum illi codices, vel instrumenta proferre cogantur, qui [24] & testimonium dicere adversus aliquem coguntur. Nam in quas personas invitus quis testimonium non dicit, adversus easdem nec codices, vel instrumenta, vel quid aliud tale proferre cogitur. Notissimi sunt autem ex legibus, qui [25] adversus aliquos inviti testimonium dicere non coguntur, sicut & ii, contra quos aliqui testimonium perhibere non coguntur. † Nec ulli licet aliter cogere ut exhibeantur instrumenta, nisi eodem [26] in judicio, in quo causa agitur. † Idque sumptibus [27] ejus, qui codicis, aut instrumentorum exhibitionem fieri desiderat. † Oportet autem semel duntaxat eorum ostensionem fieri: ac si prolato semel instrumento, desideret is, cui opus est, exhiberi denuo, siquidem rationi consentaneum visum fuerit judici, ut iterum quoque charta proferatur, ille vero qui eam jam protulit, secundam exhibitionem recuset [28], quod se dicat *chartam perdidisse, vel alioqui non habere facultatem ejus exhibendi:* juramento tantum fidem facito, nec amplius ad proferendum cogitor: Iisdem obtinentibus non in urbe duntaxat imperatrice, verumetiam in universa republica.

TIT. XXII.

PLUS VALERE, QUOD AGITUR, QUAM QUOD SIMULATE [29] CONCIPITUR [30].

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Ruffino.

IN contractibus rei [31] veritas [32] potius, quam scriptura [33] perspici debet.

Cum objicitur simulatio, debet inquiri veritas facti. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Soteriæ.

ACta simulata, velut non ipse, sed [34] ejus uxor comparaverit, veritatis substantiam mutare non possunt. Quæstio itaque facti [35] per judicem, [vel] Præsidem provinciæ examinabitur. Dat. 10. Kal. Maji, CC. CONSS. 293.

3. Iidem AA. & CC. Maximæ.

EMptione pignoris [36] causa facta, non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur [37]. Dat. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

4. Iidem AA. & CC. Decio.

SI quis gestum a se, alium [38] egisse scribi fecerit, plus actum, quam scriptum valet. Dat. 8. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

5. Iidem AA. & CC. Victori.

SI falsum instrumentum emptionis conscriptum tibi velut [39] locationis, quam fieri mandaveras, subscribere non relegentem, sed fidem habentem, suasit: neutrum contractum (in utroque alterutrius consensu deficiente) constitisse proculdubio est. Dat. 13. Kal. Januar. CC. CONSS. 294.

TIT. XXIII.

DE COMMODATO [40].

De vi majore & casu fortuito.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Sciolæ.

EA quidem, quæ vi [41] majore auferuntur, detrimento eorum, quibus res commodantur, imputari non solent. Sed cum is, qui a te commodari sibi bovem postulabat, hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis, ac fortunam futuri damni in [42] se suscepisse [43] proponatur: Præses provinciæ, si probaveris eum indemnitatem tibi promisisse, placitum conventionis implere eum compellet. Dat. 6. Kal. Jun. ipsis AA. CONSS. 287.

De ancilla.

2. Iidem AA. Aulizano.

CUm eum, qui temporalis [44] ministerii causa suscepit ancillam, ad restitutionem [45] ejus bona [46] fides urgeat: consequens est, socerum tuum

1 Puta actor. 2 Id est, idque verum esse, neque confictum in judicio semel probaverit. *Goth.* v. Molinæus *ad consuetud. Parisien. tit.* 1. §. 5. *gloss.* 1. *n.* 45. Socin. *cons.* 330. Mod. 3 Id est, reus. 4 In omni instrumento primum ab eo, qui protulerit, *ut hic.* deinde vero ab eo, qui falsum arguit, probationes exigimus. *versic. & postquam.* J. 1. Harmen. 8. §. 4. 5 Vide *l.* 1. ff. *de jurejur. propter calum.* 6 Reus scilicet. 7 Depositum, id est, juratum. 8 Si quis pro se instrumentum in judicio produxerit, & exemplar apud acta reliquerit, licet illud exemplar fidem faciat: si tamen pars altera velit Authenticum falsi accusare, pars quæ semel Authenticum produxerit, tenetur Authenticum iterum proferre. vel sic: Quando quis produxit instrumentum solenniter publicatum, ad exhibendum authenticum non cogitur, nisi petitor id ex inspectione velit falsi redarguere. vide Rolandum a Valle 1. *cons.* 44. *num.* 3. 9 Apud quem de falsi crimine agitur. 10 Vide quæ notavi ad *l.* 6. §. 4. ff. *de his qui ad Eccles.* 11 Pœna nolentis jurare. 12 Id est, metu divini numinis ad superstitionem usque. *l.* 8. *in pr. ff. de condit. instit.* Sunt his alii contrarii qui contemptu religionis jurant facile. *dict. l.* 8. 13 Hanc restrictionem diligenter observa. 14 Appellatio suspendit sententiam. 15 De qua *l. ult.* J. *de temp. & repar. appell.* 16 Litium infinitas vitanda. *l.* 13. ff. *de judic.* 17 Hanc legem Cujacius restituit 10. *observ.* 8. Ejus etiam meminit Justinianus *edicto novo & Synops. Basil.* 18. *ex lib.* 22. *tit.* 1. *c.* 7. 18 Interpretatio Leunclavii. 19 Adde *l.* 7. *supr. de testib.* 20 Vid. *quæ notavi ad l.* 156. *ff. de reg. jur.* 21 Testimonium etiam invitus dicit is, qui pecunia corruptus fuit, ne testimonium diceret. 22 Testimonium etiam adversus amicum inviti dicere cogimur. 23 *l.* 21. *supr. h. t.* 24 In quem testimonium dicere possumus, in eum possumus codicem proferre. 25 *l.* 4. 5. 19. *ff. de testibus.* 26 *d. l. pen. in fin.* ff. *h. t.* 27 Sumptibus petitoris editur instrumentum, *ut hic*, & testimonium dicitur. *l.* 11. *in fin. l.* 16. *in fin.* ff. *de testib.* 28 *d. l. pen. in pr.*

29 De exceptione simulationis vid. Oldendorp. *c.* 60. *de except.* Papon. 3. *Notar.* 9. *c. de simulation.* Non valent istæ simulationes, cum donatio fit sub prætextu venditionis. *l.* 9. J. *de contr. empt.* pignus sub colore emptionis. *l.* 3. J. *h. t.* dotis datio sub conventione depositi, *l.* 27. *ff. depositi.* venditio sub specie investituræ. *tit. de prohibit. feudor. alienand.* §. *callidis.* illicita pactio sub specie mutui. *l.* 3. *supr. de postul.* adde quæ alibi scripsi de simulatione ad *l.* 5. ff. *de legib. l.* 21. ff. *de transact. l.* 7. J. *de contrah. empt.* adde *l.* 54. *ff. de obl. & action.* 30 In instrumento scil. 31 Ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, rerum veritas. *Syn. Basil.* 22. *tit.* 1. *c.* 79. & 1. Harm. 8. §. 2. 32 Res gesta. *l.* 6. J. *si quis alteri vel sibi.* veritatis substantia. *l.* 2. J. *h. t. l.* 17. *in fin.* J. *ad SC. Velleian.* veritas rerum. *l.* 6. §. 1. *ff. de officio præsid.* fides facti, intercedente veritate. *l.* 54. *ff. de oblig.* 33 In qua potest esse error. *l.* 92. *ff. de reg. jur.* Goth. Confer. *l.* 54. *ff. de manumiss. testam.* 34 Simulatio ab una persona ad aliam non valet. Prohibitus quid facere per uxorem, id etiam ipse facere non potest. *l.* 6. J. *si quis alteri vel sibi.* nec enim uxoris nomine abuti oportet. *l.* 11. *in fin. supr. de his, quæ vi metusve.* vel interposita uti persona, ad id efficiendum quod legibus est prohibitum. *l.* 1. *in fin.* ff. *de contract. judic. l.* 46. *ff. de contrah. empt. l.* 5. §. 3. 4. 5. *ff. de auct. tut.* 35 Ex facto jus oritur. *l.* 52. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* 36 Simulatio ab uno contractu ad alium non valet. Interim ne dicas cum Baldo, pignoris causa emptionem fieri, quoties creditoris gratia res ei vendita in instrumento refertur, quæ tantummodo ei pignorata est, ut emptionis prætextu creditor fructus rei lucretur, ut ille putat. Est enim hic contractus ἀντιχρήσεως & quidem licitus. *l.* 11. §. 1. *ff. de pign. & hypothec.* Ne dicas cum Bartolo, non præsumi veram venditionem, cui est appositum pactum de retrovendendo. Id enim expressam nec illicitam formam continet, cui stari oportet. Ne dicas cum Accursio, id pertinere ad legem commissoriam pignoris, ex *l.* 1. 2. 3. J. *de pact. pign.* quia nondum lex ea fuerat. Exemplum tituli emptionis, pete ex *l.* 5. *in fin. l.* 6. *ff. de distract. pign.* adde Cujac. 16. *obs.* 26. vid. tamen *l.* 3. *l.* 9. *in fin.* J. *de contr. empt.* Pignoris autem causa emptio fit, quoties re ipsa pignus accipimus: simulate emimus: sic in *d. l.* 3. & *d. l.* 9. donationis causa fit venditio cum re ipsa donatur, simulate vero res venditur. sic in *l.* 23. J. *mand.* aut re ipsa venditur, pro parte vero donatio simulate fit. 37 Hoc quatenus verum sit, docebit te Decius *cons.* 167. Doct. *ad l. nemo potest. de leg.* 1. Jas. *n.* 44. Rip. *n.* 65. *cum seq.* Paul. Castr. *ad l. si quis pro eo. col.* 6. *de fidejuss.* iterum Jason *ad* §. *fuerat. n.* 86. *Inst. de action.* & *ad l. non dubium.* ff. *de legibus.* Cœpol. *in tract. de simulat. contr. præf.* 7. & 26. Hippol. *sing.* 474. Parisien. *cons.* 86. *in fin. lib.* 3. & *cons.* 111. *lib.* 4. *n.* 12. Gozad. *cons.* 69. *n.* 11. & *cons.* 28. *n.* 6. & 15. Afflict. *decis.* 60. Socinus Jun. *cons.* 50. *lib.* 1. Grammat. *decis.* 45. & 89. Ruin. *cons.* 154. *lib.* 4. Tiraquel. *de Retract. tit.* 1. *gloss.* 2. §. 1. *n.* 12. Cott. *in memorabil. in verb. Contractus simulatio.* Bartol. *cons.* 65. Rot. Rom. *decis.* 484. Ægid. *decis.* 716. *in tit. de donat.* Cagnol. *ad l. imaginaria venditio. de reg. jur.* rursum Afflict. *decis.* 381. *n.* 8. Guid. Papæ *q.* 414. Corn. *cons.* 112. *l.* 4. Abb. *ad c. cum contingat. col.* 2. *de jurejur.* Mod. 38 Simulatio ab una persona ad aliam non valet. Eo casu solent inspici personæ quæ re ipsa contrahunt, & quibus prodest contractus, non ea, cujus nomen simulationis causa commodatur. 39 Sit hæc hypothesis, Procurator cum tuo mandato domum locare posset, vendidit. Instrumento venditionis (cum putares locationis esse instrumentum) ignarus fraudis, subscripsisti. Quid juris? negatur actus subsistere. Non est venditio, quia locare voluisti: non est locatio, quia accipiens emere voluit. Et sic erronea subscriptio vitiat actum, nec obligat scribentem, & actus ab ipso subscribente interdum falsi potest argui.

40 2. Paul. *sent.* 4. & 13. *D.* 6. & 13. *Ecl.* 1. & 2. Harm. 10. Oldend. *class.* 4. *act.* 15. 41 Casus regulariter non præstatur a commodatario. *l.* 5. §. 4. *ff. h. t.* vide Paulum 2. *sent.* 4. §. 2. 3. 42 Casus interdum præstatur ob conventionem. *ut hic.* & 2. Harm. 10. §. 1. *l.* 23. *ff. de reg. jur.* adde *l.* 1. §. 35. *ff. depositi, l.* 22. ff. *de negot. gest. l.* 6. *in fin.* J. *de pign. act. l.* 7. §. 15. *ff. de pact. l.* 5. §. 2. *ff. commodati. l.* 39. *ff. mandati.* ob moram. *l.* 3. *in fin. ff. de act. empt.* ob culpam. *d. l.* 3. §. 7. & *l.* 18. *ff. h. tit. l.* 22. *supr. de negot. gest. l.* 4. §. 8. *ff. de doli mali & metus exception.* §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah.* 43 Atqui hæc a nullo præstantur. *l.* 23. *in fin. ff. de reg. jur.* 44 Ut ad tempus ministret. Finito utendi tempore, commodatum finitum intelligitur. *l.* 17. §. 3. *ff. h. t.* 45 Commodatum non est alienatio. *l.* 9. *ff. h. t.* tenetur enim commodatarius de re quam accepit restituenda. 46 Commo-

hujus

hujus rei causa tradidisse ancillam, adito Præside provinciæ, probare: ut fidem [1] susceptam is, adversus quem supplicas, compellatur agnoscere. Dat. Prid. Non. Novembr. ipsis AA. CONSS. 287.

De rebus datis ad pignorandum.

3. Iidem AA. Soteriæ.

DE restituendis rebus, quas [marito] obligandas [2] pro se dederas, postquam debitum fuerit extenuatum, commodati actionem etiam adversus heredes ejus exercere potes. Dat. 3. Idib. April. *Sirmii*, ipsis & CONSS. 287.

De compensatione.

4. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

PRætextu [3] debiti [4] restitutio commodati [5] non probabiliter recusatur. Dat. 12. Kal. Decemb. ipsis AA. CONSS. 293.

TIT. XXIV. DE PIGNERATITIA [6] ACTIONE.

De fructibus pignoris.

1. Impp. [7] SEVERUS & ANTONINUS AA. ad Metrodorum.

EX [8] pignore percepti fructus imputantur [9] in debitum: qui si sufficiunt ad totum debitum, solvitur actio, & redditur pignus. Si debitum excedunt, qui supererunt, redduntur [10]; videlicet mota actione pigneratitia. PP. Idib. Octobr. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De operis ancillæ, & de pensionibus domus.

2. Imp. ALEXAND. A. Demetrio.

QUod ex operis [11] ancillæ, vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est: debiti quantitatem relevabit [12]. Dat. Kalend. Octob. ANTONINO IV. & ALEXAND. CONSS. 223.

3. Idem A. Victorino.

CReditor [13], qui prædium pignori nexum detinuit, fructus [14], quos percepit, vel percipere [15] debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet: & si agrum deteriorem [16] constituit, eo quoque nomine pigneratitia actione obligatur. PP. 6. Idib. Decemb. ANTONINO IV. & ALEXANDRO CONSS. 223.

Pactum de venditione Pignoris.

4. Idem A. Hermeo & Maximillæ.

PActum vulgare [17], quod proposuistis, *Ut, si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori vel hypothecæ data vendere liceret*: non adimit debitori adversus creditorem pigneratitiam actionem [18]. PP. 12. Kalend. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De casu fortuito, de culpa, de probatione.

5. Idem A. Dioscoridæ.

SI [19] creditor sine [20] vitio suo argentum pignori datum perdiderit, restituere id non cogitur: sed si culpæ reus deprehenditur, vel non probat manifestis rationibus se perdidisse: quanti debitoris interest, condemnari debet. PP. 13. Kalend. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De casu fortuito.

6. Idem A. Trophimæ.

QUæ [21] fortuitis [22] casibus accidunt, cum prævideri non potuerint, (in quibus etiam aggressura [23] latronum est) nullo [24] bonæ fidei judicio præstantur: & ideo creditor pignora, quæ hujusmodi casu interierint, præstare non compellitur: nec [25] a petitione debiti [26] submovetur: nisi [27] inter contrahentes placuerit, *Ut amissio pignorum liberet debitorem*. PP. Idib. April. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

De deterioratione & sumptibus.

7. Imp. GORDIAN. A. Juliano.

CReditor [28], qui fundos & domos pignori, vel hypothecæ accepit, damnum [29] in decidendis arboribus domibusque destruendis ab eo datum, in rationem debiti deducere cogitur. Et si dolo vel culpa rem suppositam [30] deteriorem fecerit: eo quoque nomine pigneratitia actione tenebitur, ut talem [31] restituat, qualis fuerat tempore obligationis: Creditor autem necessarios [32] sumptus, quos circa res pigneratitias fecit, exigere non prohibetur. PP. 13. Kal. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De amissione pignoris vera, vel simulata.

8. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Saturnino.

SI nulla [33] culpa seu segnitia creditori imputari potest: pignorum amissorum dispendium ad periculum ejus minime pertinet. † Sane si simulata [34] amissione etiamnum eadem pignora (ut adseveras) a parte diversa possidentur: adversus eum experiri potes. PP. 8. Kalend. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De dominio, & periculo pignoris.

9. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Georgio.

PIgnus in [35] bonis debitoris permanere, ideoque ipsi [36] perire in dubium non venit. Cum igitur adseveras in horreis [37] pignora deposita, consequens est, secundum jus perpetuum [38] pignoribus debitori pereuntibus (si tamen in horreis, quibus & alii solebant [39] publice uti, res depositæ sint) personalem actionem debiti reposcendi causa integram te habere. PP. 6. Non. Maji, *Mediolani*, AA. CONSS. 293.

De longi temporis præscriptione. De probatione & luitione pignoris.

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

NEc creditores, nec qui his successerunt [40], adversus debitores pignori quondam res nexas petentes, reddita [41] jure debiti quantitate, vel his non accipientibus, oblata [42] & consignata & deposita: longi temporis præscriptione muniri possunt: Unde intelligis, quod, si originem rei probare potes, adversario tenente vindicare dominium debes. Ut autem creditor pignoris defensione [43] se tueri possit, extorquetur ei necessitas probandi debiti: vel si tu teneas, per vindicationem [44] pignoris, hoc idem inducitur: & tibi non erit difficilis, vel solutione, vel oblatione atque solemni depositione pignoris liberatio. Dat. Non. Maji, ipsis CC. & CONSS. 294.

De pigneratitia competente soluto debito.

11. Iidem AA. & CC. Ammiano.

PIgnoris causa res obligatas, soluto [45] debito restitui debere, pigneratitiæ actionis natura declarat: Quo jure, si titulo pignoris obligasti mancipia, per eandem actionem uti potes: nec creditor citra [46] conventionem, vel Præsidalem jussionem debiti causa, res debitoris arbitrio suo auferre potest. Dat. 5. Kal. Jan. *Sirmii*, ipsis CC. & CONSS. 294.

De longi temporis præscriptione.

12. Iidem AA. & CC. Herisco.

QUo minus fructuum [47], quos creditor ex rebus obligatis accepit, habita ratione, ac residuo debito soluto, vel si per creditorem factum fuerit, quo minus solveretur, [oblato [48], & consignato, & deposito,] pignora quæ in eadem causa durant, restitue debitori: nullo spatio longi temporis defenditur. Dat. 12. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XXV. DE INSTITORIA [49] ET EXERCITORIA [50] ACTIONE.

De mutuo.

1. Imp. ANTONINUS A. Hermeti.

SErvus [51] tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te institoria actione obligavit, si cum eum officio alicui, vel negotiationi exercendæ præponeres, etiam ut id faceret [52], ei permissum a te probetur. Quod si hæc actio locum non habeat: si quid in rem tuam versum [53] probabi-

datum contractus est bonæ fidei. §. 28. *Inst. de act.* adde *l.* 23. *ff. de reg. jur.* §. 2. *Inst. quib. mod. in contrah. oblig.* 1 Fidem susceptam cogimur agnoscere. 2 *l.* 5. §. 12. *ff. h. t.* 3 *l.* 18. *in fin. ff. h. t.* Quid si expensæ in rem commodatam factæ sint? *l.* 18. §. 2. *ff. h. t.* retentioni locus esse potest. adde *l.* 18. *in fin. ff. h. t. l.* 20. *in fin. ff. de adq. vel amitt. possess. l.* 15. *in fin. ff. de furtis.* Goth. Vid. Johann. Zanger. *de Exceptionib. part.* 3. *c.* 8. *n.* 120. Ans. 4 Non liquidi scil. alioquin pugnat cum *l. in rebus.* §. *ult. ff. hoc tit. & l. ultim. in princ. infr. de compensat.* vide Cujac. *in notis ad recept. sentent. Julii Pauli lib.* 2. *c.* 12. & *observat. lib.* 9. *c.* 37. Forner. *lib.* 2. *select. cap.* 14. Mercer. *lib.* 1. *opinion. c.* 14. Gilbert. Regium *lib.* 1. ἐναντιοφανῶν. *cap.* 8. Mod. 5 Commendati. Cujac. *apud* Paul. 2. *sentent.* 12. §. *ult.* reprehensus a Fornerio 2. *select.* 14. a seipso defensus 9. *obs.* 37.
6 §. *ult. Inst. quib. mod. re &* 13. *D.* 7. & 3. Harmen. 5. Hic titulus tantum differt a titulo *de pignorib. & hypoth.* J. quantum rei traditio a conventione rei traditæ. §. *Item Serviana.* 7. *Inst. de act.* dixi ad *tit. ff. de pignorib. & hypoth.* De actione pigneratitia directa, vid. Oldendorp. *Class.* 3. *act.* 12. contraria *act.* 13. 7 Hanc legem Cujacius restituit 11. *obs.* 31. 8 Interpretatio Latina. 9 Pignoris fructus in debitum suum creditor imputare cogitur. *ut hic. l.* 11. J. *de usur.* Quid si creditor, occasione creditæ pecuniæ, laboris operæque multum sustinuit? contemplatione operarum fructus eum lucrari tradit Hostiensis *in summa titul. de usuris.* §. *in aliquo. vers.* 12. Joann. Andr. *in c. conquestus. de usur. cap. ad nostram. de rebus Ecclesiæ non alien.* Panormitanus *in dict. cap. conquestus.* Romanus *singulari* 538. 10 vide *l.* 4. J. *h. t.* 11 Operæ ex pignorato servo perceptæ a creditore, creditum minuunt. 3. Harm. 5. §. 4. vid. *l.* 2. J. *de part. pignor.* vid. Paul. 2. *sent.* 13. §. 2. Hinc colligunt, extra sortem nihil accipi jure posse, & usuras esse quidquid præter sortem capitur. vid. tamen Socin. *reg.* 3. 12 Id est, minuet. 13 3. Harm. 8. §. 5. 14 Fructus pignoris percepti a creditore, mutuum minuunt. vid. *l.* 2. J. *de pact. pign.* 15 Creditor de fructibus perceptis & iis quos percipere debuit, tenetur. 16 *l.* 7. *infr. h. t.* 17 Vulgare dicitur, quod vulgo solet adjici, ut in *l.* 1. J. *de pact. pign.* §. 1. *Instit. quib. alien.* & ita pactum vulgare dicitur in alio casu *l.* 30. *ff. de pact. dotal.* vide Cujac. 4. *observat.* 34. 18 Nam si pignus plus debito sit venditum, creditori lucro non cedet, sed debitori. *l.* 1. *supr. h. t. l.* 6. §. 1. *l.* 7. *ff. h. t.* 19 3. Harm. 8. §. 23. 20 Creditor non tenetur de pignore perdito sine sua culpa, vitio rei. *l.* 13. *ff. h. t. l.* 6. *ff. de naut. fœnor.* Et ita creditor debitum non prohibetur petere, etiamsi pignus non reddat. §. *ult. in fin. Inst. quibus modis re.* 21 Pignori quod casu fortuito accidit, debitoris, hoc est, domini, periculo est; non creditoris: itaque si quid tale pignori acciderit, neque pignus debitori creditor præstabit: neque a petitione debiti submovebitur. 3. Harm. 5. §. 21. 22 Fortuiti casus dicuntur, qui prævideri non possunt, ideoque nec pertinent ad creditorem, sed ad debitorem. *l.* 9. *infr. h. t. d.* §. *ult. in fin. l.* 21. §. 2. *de pign. l.* 23. *ff. de reg. jur.* adde *l.* 13. J. *mandati. l.* 5. §. 4. *ff. commod. l.* 1. §. 35. *in fin. ff. depositi. l.* 41. *ff. locat. l.* 12. *in pr. ff. de custod. & exhibit. l.* 2. §. 7. *ff. de admin. rer. l.* 135. *in fin. ff. de verb. sign.* 23 Latronum aggressura fortuitis casibus annumeratur. 24 Casus ipso jure nullo bonæ fidei judicio præstantur. 25 §. *ult. Inst. quib. mod. re.* 26 Cum nemine personalis actio ei competit. *Syn. Basil.* 25. *tit.* 1. *c.* 42. 3. Harm. 5. §. 28. 27 Pacto conveniri potest, ut pignoris amissionem creditor præstet: & pignore amisso liberetur debitor, atque ita jure conventionis casus præstari potest fortuitus. adde *l.* 1. *supr. commod. l.* 23. *ff. de reg. jur.* 28 In pignore dolum, culpam & custodiam creditor præstare cogitur. 3. Harm. 5. §. 22. §. 2. *Inst. quib. mod. re. d. l.* 23. *ff. de reg. jur.* 29 *l.* 3. *in fin. supr. h. t.* 30 Obligatam, pignoratam. 31 Is est effectus restitutionis. vid. *l.* 38. §. 4. *ff. de usur.* 32 *l.* 8. *in pr. ff. h. t. l.* 6. J. *de pign. & hypoth.* non tamen immoderatos. *l.* 25. *ff. h. t.* 33 *l.* 4. §. 8. *ff. de doli mali except.* 34 Facit *l.* 10. J. *de distract. pign.* 35 *l.* 35. *in fin. ff. h. t. l.* 6. *ff. de naut. fœnor.* §. 1. *Inst. quib. alien. l.* 12. *in pr. ff. de distract. pign. l.* 17. §. 11. *ff. de ædil. edict.* 36 Dixi ad *l.* 6. *supr. h. t. l.* 6. *ff. de naut. fœnor. l.* 29. *ff. qui & a quib. manumiss.* 37 Vide quæ de horreis scripsi ad *l.* 7. *ff. de instruct. vel instrum. leg. l.* 21. §. 6. *ff. de furt.* 38 Id est, usitatum. 39 Atqui si res pignorata in tutiorem locum fuisset delata, non periisset: tenetur itaque creditor. *arg. l.* 28. *in fin. ff. de admin. & peric. tut. l.* 34. *in fin. ff. de damn. infect.* Solve, Qui facit quod fieri consuetum est, non peccat. Exemplum & consuetudo in non delictis excusat. 40 Pignoratitia datur in heredem. *l.* 19. *ff. de petit. hered.* Paul. 2. *sentent.* 13. §. 6. 41 vid. *l.* 3. J. *de luitione pignor.* 42 Nota horum trium ordinem oblationis, consignationis, & depositionis. vide *l. ult. infr. l. ult. ff. h. t.* adde *l.* 19. *infr. de usur. l.* 20. *infr. de pignor. & hypoth. l.* 3. *infr. de luit. pign. l.* 9. *infr. de solution. l.* 6. §. 1. *ff. de pign. act. l.* 11. *in fin. ff. qui potior. l.* 28. *in fin. ff. de admin. & peric. tutor.* 43 Puta retentione. 44 Creditor vindicat pignus actione quasi Serviana. §. 7. *Instit. de actionib.* 45 Pignus soluto debito restitui debet. 46 Extra, *Hal.* vid. *l.* 3. *infr. de pignoribus.* adde *l.* 6. §. 2. *ff. de re judic.* vid. *l.* 7. J. *de distr. pign.* Goth. De modo procedendi ex pacto executivo, vid. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 45. *n.* 8. & *de Pace public. cap.* 2. *n.* 25. Heig. *part.* 2. *quæst.* 7. *n.* 41. Tessaur. *decis.* 26. *n.* 6. Anton. Fab. *ad Cod. l.* 4. *tit.* 42. *defin.* 57. Jacob. Cancer. *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. 4. 5. Adde Edmund. Merill. *l.* 1. *observ. c.* 7. Ans. 47 *l.* 2. *supr. h. t. l.* 2. *infr. de pact. pignor.* 48 *l.* 10. *supr. h. t.*
49 §. 2. *Inst. quod cum eo.* 14. D. 3. & 2. Paul. *sent.* 8. & 8. *Eclog.* 1. vid. Oldendorpium *Class.* 4. *act.* 5. 50 §. 2. *Inst. quod cum eo.* 14. *ff.* 1. 2. Paul. *sentent.* 6. *Synops. Basil.* 1. adde Harmenop. 2. *tit.* 11. *c.* περὶ ναυτικῶν. adde Oldendorp. *Class.* 4. *act.* 4. Exercitor, navis dominus, qui ab eo præponitur navi, cuique navis custodia committitur, magister navis dicitur. *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* πιστικὸς. Harmen. *d. loco.* Potest etiam dici maritimus institor. 51 Servus negotiationi præpositus a domino, ex mutuo dominum obligat, id ei si permiserit dominus, ut mutuum acciperet si non apparet, id permissum, de peculio, & in rem domini verso quæritur. *Synops. Basil.* 18. *tit.* 1. *cap.* 13. 52 Institor quod ex suo facit officio, dominum obligat: quod ultra, non obligat, nisi in rem & utilitatem domini verterit. §. 2. *Inst. quod cum eo.* 53 *l.* 2. *infr. h. t.*

tur, actione in eam rem proposita, cogeris exolvere. PP. 8. Kal. Septembr. DUOB. ASPRIS CONSS. 213.

De contractibus servorum.

2. Imp. ALEXANDER A. Callisto.

EX contractibus servorum, quamvis de peculio [1] duntaxat domini teneantur, de eo tamen, quod in rem eorum versum [2] est, vel cum institore ex causa cui præpositus fuit, contractum est: etiam in solidum conveniri posse dubium non est. PP. Kalend. Maji, ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De deposito.

3. Idem A. Martiæ.

INstitoria tibi adversus eum actio competit, a quo servum mensæ præpositum dicis, si ejus negotii causa quod per eum exercebatur, depositam [3] pecuniam, nec redditam, potest probari. PP. Nonis Maji, AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De muliere.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Antigonæ.

ET [4] si a muliere [5] magister [6] navi præpositus fuerit, ex contractibus ejus ea exercitoria actione ad [7] similitudinem institoriæ tenetur. PP. 13. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

Mandatum de mutua pecunia accipienda.

5. Iidem AA. & CC. Caio.

SI mutuam pecuniam accipere a [te] Demetriano Domitianus mandavit, & hoc posse probare confidis, ad [8] exemplum institoriæ eundem [Domitianum] apud competentem judicem potes convenire. Dat. 4. Kal. Novemb. ipsis CC. CONSS. 294.

De voluntate domini.

6. Iidem AA. & CC. Onesimæ.

QUi secutus domini voluntatem, cum servo ipsius habuit contractum: ad instar [actionis] institoriæ recte in solidum [9] dominum convenit. Dat. 14. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

TIT. XXVI.

QUOD CUM [10] EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICETUR; VEL DE PECULIO [11], SIVE QUOD JUSSU [12], AUT DE IN REM VERSO [13].

De filiofam. tutore, vel curatore.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Ælio.

CUm filiusfamilias tutor [14] aut curator datur [15], pater tutelæ vel negotiorum gestorum judicio de peculio & de in rem verso conveniendus est. Quod si voluntate [16] ejus filius decurio sit creatus, & a magistratibus tutor constitutus, pater in solidum [17] satisfacere cogitur: cum id onus exemplo cæterorum munerum civilium introductum intelligatur. Dat. 7. Idib. Novemb. DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

De filio, qui abstinuit hereditate paterna.

2. Iidem AA. Annio.

EJus rei nomine, de qua cum filiofamilias contractum est, sive sua voluntate, sive ejus, in cujus potestate fuit, sive in peculium ipsius, sive in rem patris ea pecunia redacta est; si paterna hereditate abstinuit, actionem, nisi in [18] id, quod facere possit, non dari perpetui Edicti [19] interpretatione declaratum est. PP. 8. Kal. Decemb. DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

De mutuo.

3. Imp. ANTONINUS A. Artemoni.

ETiam si non mandante [20], neque jubente, neque subscribente [21] domina pecuniam mutuam servo Priscæ dedisti, tamen ea quantitas si in rem dominæ ejus justis erogationibus versa est, de in rem verso apud suum judicem eam conveni: consecuturus secundum juris formam id quod tibi deberi apparuerit. Dat. 3. Kal. Jul. LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

De filio, qui abstinuit hereditate paterna.

4. Idem A. Lucio.

SI ex contractu patris jussu [22] ejus mutuam pecuniam accepisti, teque ejus hereditate abstines, frustra vereris, ne a creditoribus ejus conveniaris. Dat. 5. Kal. Jan. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De fidejussione.

5. Imp. ALEXANDER A. Asclepiadi.

NUlla res prohibet filiosfamilias [23], si pro aliis [24] majores vigintiquinque annis fidejusserint, actione competenti adversus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum agatur, defensionibus, si quæ tibi competunt, uteris. PP. 6. Id. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De habitatione a servo mutuum accipiente concessa.

6. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Matrono.

SI servus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua, *in* [25] *usurarum vicem habitandi facultatem* [creditori] concessit: nullo jure adversarius tuus hospitium [26] ex hac causa sibi vindicat: cum te servi factum non obligaverit, & ingrediens [27] rem tuam, contra vim ejus, auctoritate competentis judicis protegeris. Dat. 12. Kal. Jul. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

De mutuo.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Crescenti.

EI [28] qui servo alieno dat pecuniam mutuam, quamdiu superest [29] servus, item post mortem [ejus] intra annum de peculio in dominum competere actionem: vel [30], si in [31] rem domini versa sit hæc quantitas, post annum etiam esse honorariam actionem, non est ambigui juris. Quapropter si quidem in rem domini pecunia versa est: heredes [32] ejus convenire potes de ea summa, quæ in rem ipsius processit. Si vero hoc probari non poterit: consequens est, ut superstite quidem servo dominum de peculio convenias: vel si jam servus humanis exemptus est, vel distractus, seu manumissus, nec annus excessit; de peculio, quondam adversus eum experiri possis.

§. 1. Alioquin [33], si cum libero res ejus agente, cujus precibus meministi, contractum habuisti, & [34] ejus [35] personam elegisti: pervides contra dominum nullam te habuisse actionem, nisi vel in rem ejus pecunia processit, vel hunc contractum ratum [36] habuit. Dat. Non. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 287.

Si pater mandavit, vel jussit, vel fidejussit.

8. Iidem AA. & CC. Diogeni [37].

SI mandator [38] pro filio tuo extitisti, vel jussu tuo cum eo, quem in potestate tunc habuisti, contractum est: intelligis & sorti & usuris te parere oportere, si te his omnibus obligasti, ut res, quæ pignoris jure detinentur, liberari possint. Quod si fidejussor creditæ pecuniæ intercessisti: teneri te ex ea obligatione, explorati juris est. Dat. 3. Kal. Maji, CC. CONSS. 293.

De contractu filiifam.

9. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI ex [39] alio contractu, non ex illicita mutui datione debitor extitisti, vel quod patrem [40] tuum in fidem suscepisti: tam in patris positus potestate jure teneris, quam etiam morte genitoris tui juris effectus. Et si quidem patri heres extitisti, in solidum: alioquin, in quantum facere potes, secundum Edicti formam. Sed & si per emancipationem [41] tui [42] juris effectus es: similiter conveniri te posse, debes intelligere. Dat. 6. Idus April. *Byzantii*, CC. CONSS. 293.

De venditione.

10. Iidem AA. & CC. Diogeni & Aphrodisio.

SI [43] liberam [44] peculii administrationem habentes, equas de peculio cum fœtu servi vendiderunt, reprobandi contractum dominus nullam habet facultatem. Quod si non habentes liberam peculii administrationem, rem dominicam eo ignorante distraxerunt: neque dominium, quod [45] non habent, in alium transferre possunt, neque conditionem eorum servilem scientibus [emptoribus] possessionis justum afferunt initium. Unde non immerito, nec longi temporis præscriptionem hujusmodi possessoribus prodesse manifestum est. † Ideoque res mobiles ementes [a servo] etiam furti [46] actione tenentur. Dat. 5. Non. Octobr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De contractu cum ancilla.

11. Iidem AA. & CC. Attalo.

CUm ancilla [47] contrahenti (quam jure non obligari [posse] constat) adversus dominum in quantum locupletius [48] ejus peculium factum est, ea superstite, ac post mortem [ejus] intra utilem annum dandam actionem non ambigitur. Dat. Prid. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

An & quatenus dominus per servum obligetur.

12. Iidem AA. & CC. Victori.

1 Peculio tenus domini obligantur ex servorum contractu. 2 *l.* 1. *§. h. t.* 3 Ex deposito facto apud institorem, tenetur institoris dominus. 4 *Synops. Basil.* 53. *tit.* 1. *cap.* 39. Cum exercitor aut magister (ναύκληρος Græcis) a muliere navi præpositus fuerit, si quid is deliquerit, tenetur ipse, non mulier. 2. Harm. 1. §. 8. ex contractu vero magistri, mulier teneri potest. *ut hic.* quia in res mulieris hic contrahit. *Scholiastes Synops. Basil.* 18. *tit.* 1. *cap.* 13. 5 *l.* 1. §. 16. *ff. de exercitoria.* 6 Προνοητὴς τῶν πραγμάτων αὐτῆς, curator rerum ipsius mulieris. *Syn. d. loco.* 7 Quippe si institorem mulier præponat, institoria tenetur. *Synops. ibid.* 8 *l.* 19. *in princ. ff. de institoria.* 9 vid. *l.* 2. *in fin. §. eod.*

10 *L.* 4. *Instit.* 7. & 14. D. 5. adde Oldendorp. *Class.* 4. *act.* 7. 11 §. 4. *Instit. quod cum eo.* & L. 15. D. 1. 2. 12 §. 1. *Instit. quod cum eo.* 15. D. 4. 13 §. *ult. Instit. quod cum eo.* 15. D. 3. & 18. *Eclog.* 7. 14 Et decurio. *l.* 1. *supr. ne filius pro patre.* 15 v. Molinæus *ad l.* 1. *in princ. n.* 35. *ff. de verb. oblig.* Vitalis *lib.* 2. *variar. lect. c.* 26. Mod. 16 Secus si invito. *d. l.* 1. 17 Imo de peculio tantum, & de in rem verso. *l.* 3. §. *ult. ff. de pecul. l.* 1. *in fin. ff. de magistr. conven. l.* 2. §. *penult. ff. ad municip.* Sed hic tacite rem pupilli salvam fore; ibi Rempublicam salvam fore tantum promisit. vide in hanc ἀντονομίαν Cujac. 13. *observat.* 34. 18 *l.* 2. *ff. h. t. l.* 49. *ff. de re judicata.* 19 *d. l.* 2. 20 Paria sunt mandare, jubere, & subscribere. His enim perinde pariterque obligamur, paria sunt effectu; diversa, nomine. 21 Subscriptio vim habet mandati. *l.* 1. §. 4. *ff. quod jussu.* 22 Nudus minister ac nuncius, gerendo non obligatur. 23 Filiusfamilias major fidejubere potest pro alio. *l.* 3. §. 5. §. 9. *ff. de peculio.* facit *l.* 39. *ff. de obligat.* 24 Quid si pro patre? vid. *l.* 8. J. *de fidejussoribus.* 25 De antichresi vid. *l.* 11. *l.* 14. *l.* 17. J. *de usuris. l.* 33 *ff. de pign. act. l.* 11. §. 1. *ff. de pign. & hypoth.* Cujac. 3. *obs.* 35. Goth. Antichresis jure civili permissa est, etiamsi fructus legitimum usurarum modum excedant, si modo incertus sit fructuum eventus. *l.* 17. *Cod. de usur.* alias sorti imputandum, quod legitimum usurarum modum excedit. *arg. l.* 14. *C. de usur.* vid. Mornac. *ad l.* 14. *C.* & *l.* 36. *ff. eodem.* Ann. Robert. *rer. judicat. lib.* 2. *c.* 8. Joann. a Sande, *lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 10. S. L. Jure Canonico prohibita est. *cap. ad nostram.* 7. *extr. de jurejur. cap.* 1. *plures. cap.* 8. *conquestus. de usuris.* Tessaur. *decis.* 78. Costal. *ad d. l.* 33. *ff. de pignor. act.* Borcholten *de usur. cap.* 6. Ans. 26 Servus in præjudicium domini, non transfert possessionem rei dominicæ. 27 Missum in possessionem facto servi potest autoritate sua dominus expellere. 28 Qui servo alieno mutuum dat, superstite quidem servo perpetuo: post mortem servi, intra annum de peculio actionem habet. Quid si servus mutuum in rem domini vertit? perpetuo, hoc est etiam post mortem servi aget creditor. *Synops. Basil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 11. 29 Id est, quamdiu vivit, διηνεκῶς, id est, perpetuo. *Synops. Basil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 11. 30 Actio de peculio interdum annalis, interdum annum excedit, est perpetua quamdiu servus vivit: mortuo vero, alienato, vel manumisso, est annalis. adde *l.* 5. *infr. ad SC. Macedonian.* 31 *l.* 41. *in fin. ff. de pecul.* 32 Heredes tenentur de in rem verso. 33 Pars enim prior hujus legis de mutuo per servum accepto tractat. 34 Καὶ τῇ περὶ αὐτὸν τὸν φροντιστὴν διαθέσει ἐδάνεισας. & adfectione erga ipsum procuratorem mutuum dedisti. *Synops. ibid.* 35 In rem versione, & ratihabitione, mutuum nostro nomine factum conciliatur. *l.* 1. §. 6. *ff. quod jussu.* 36 Ratihabitione factum alienum nostrum facimus. *l.* 3. §. *de rei vind. l.* 7. J. *ad SC. Macedon. l.* 4. J. *de usucap. pro empt. l.* 1. J. *de evict.* vid. *l.* 12. *in fin. ff. de solutionibus.* 37 Patri. 38 *l.* 1. §. 3. *ff. quod jussu.* 39 Filiusfamilias licite mutuatus vel fidejussione pro patre præstita, tam in potestate positus in solidum tenetur, quam post mortem patris. Quod si heres scriptus est, rursus in solidum: sin minus, in quantum facere potest, tenetur. *Synops. Basil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 13. 40 *l.* 8. *infr. l.* 10. §. 1. *ff. de fidejussor. & mand.* 41 vid. *l.* 2. *supr. h. t.* 42 Liberi per emancipationem fiunt sui juris. vid. *l. ult.* J. *de emancipation.* 43 Liberam peculii administrationem servus qui habet, rem peculii vendere potest: secus est in eo qui non habet: quippe is ne justum quidem possessionis initium adfert ei, qui in publico loco emit. Quod si res mobilis erat, etiam furti in duplum actio adversus emptorem competit. ita Græci hanc legem reddunt. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 6. περὶ δούλων. *ex l.* 18. *tit.* 2. *c.* 15. 44 Adde *l.* 6. *in fin. ff. de pignor. act.* 45 Res peculiaris res domini est, potest enim per dominum adimi. *l.* 40. *in fin. ff. de peculio.* vid. Cujac. 5. *obs.* 18. 46 *l.* 56. §. 3. *ff. de furtis.* 47 *l.* 5. §. 2. *ff. de tributor. l.* 1. §. 3. *l.* 27. *ff. de peculio.* 48 Id est, eo detracto quod domino debetur. *l.* 12. *infr. h. t.*

Dominum [1] per ſervum obligari non poſſe, ac tantum [2] de peculio (deducto ſcilicet quod naturaliter ſervus domino debet) ejus, creditoribus dari actionem, vel ſi quid in rem ejus verſum probetur, de in rem verſo, Edicto perpetuo declaratur. Dat. 13. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

Quod juſſu.

13. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P.P.

Dominos [3] ita conſtringi manifeſtum eſt actione prætoria [4], quæ appellatur, *Quod juſſu*, ſi certam numerari præceperint ſervo, actorive pecuniam. Igitur [hac] in perpetuum edictali lege ſancimus: Ut qui ſervo, colono [5], conductori, procuratori [actori] ve poſſeſſionis, pecuniam mutuam dat; ſciat dominos poſſeſſionum, cultoreſve terrarum obligari non poſſe. Neque familiares epiſtolas, quibus homines plerumque commendant [6] abſentem, in id trahere convenit, ut pecuniam, quam rogatus non fuerat, impendiſſe pro prædiis mentiatur: cum niſi ſpecialiter, *Ut pecuniam præſtet*, a domino fuerit poſtulatus; idem dominus teneri non poſſit: Creditaque quantitate multari volumus creditores, ſi hujuſmodi perſonis non jubente domino, nec fidejuſſoribus ſpecialiter acceptis, fuerit credita pecunia. † Sane creditori damus licentiam: ut ſi liber [a] rationibus, quas gerebat, fuerit inventus actor ſervus procuratorve prædiorum; utilis actio pateat de peculio. Dat. 5. Idib. Jun. *Ravennæ*, HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 415.

TIT. XXVII.
PER [7] QUAS PERSONAS NOBIS ACQUIRATUR.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Marcellæ.

Excepta [8] poſſeſſionis [9] cauſa, per [10] liberam perſonam, quæ alterius juri non eſt ſubdita, nihil acquiri poſſe, indubitati [11] juris eſt. Si igitur procurator non ſibi, ſed ei, cujus negotia adminiſtrabat, redintegratæ rei [12] vindicationem pactus eſt, idque pactum etiam ſtipulatio inſequuta eſt, nulla domino obligatio acquiſita eſt. Servis autem res traditæ, dominis acquiruntur. Dat. Kal. Jul. ipſis & CONSS.

Quæſita perſonali ſine ceſſione, ſimiliter quæritur hypothecaria. Bald.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

Cum per liberam perſonam, ſi pecunia alterius nomine fuerit numerata [13], acquiratur [quidem] ei [14], cujus nomine pecunia credita eſt, per hujuſmodi numerationem condictio; non autem hypotheca, vel pignus eorum, quæ procuratori dati, vel ſuppoſita ſunt, dominis contractus acquiritur: talem differentiam expellentes ſancimus & condictionem [15], & hypothecariam actionem, vel pignus ipſo [16] jure, & ſine aliqua ceſſione ad dominum contractus pervenire. † Si enim procuratori [17] neceſſitas legibus impoſita eſt, domino contractus cedere actionem, quare quemadmodum ab initio in perſonali actione ceſſio ſupervacua videbatur, non etiam in pignoribus, & hypothecis ſimili modo dominus contractus habeat hypothecariam actionem, ſeu pignoris vinculum, vel retentionem ſibi acquiſitam? Dat. Kal. Novemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

3. Idem A. Juliano P.P.

Si [18] duo, vel plures communem ſervum habeant, & unus ex his juſſerit, *Ut ſuo nomine ſervus ab aliquo ſtipuletur decem* (puta) *aureos, vel aliam rem:* ipſe autem ſervus non ejus, qui juſſit, ſed alterius ex dominis ſuis fecit mentionem, & nomine illius ſtipulatus eſt: inter antiquam ſapientiam quærebatur, cui acquiratur actio, vel lucrum, quod ex hac cauſa accidit? utrum ei, qui juſſit, an ei, cujus ſervus fecit mentionem, an ambobus? Cumque ex omni latere magna pars auctorum multum effuderit tractatum: nobis verior eorum ſententia videtur; qui domino, qui juſſit [19], afferunt ſtipulationem, & ei tantummodo acquiri dixerunt; quam aliorum, qui in alias opiniones deferuntur: neque enim [20] malignitati ſervorum indulgendum eſt, ut liceat eis, domini juſſione contempta, ſua libidine facere ſtipulationem, & ad alium dominum, qui eum forſitan corrupit, alienum lucrum transferre: quod neque ferendum eſt; ſi ſervus impius domino quidem, qui juſſit, minime obediendum exiſtimaverit, alii autem, qui forſitan ignorat, & neſcit, repentinum adducat ſolatium. Quod enim ſæpe apud antiquos dicebatur, *juſſionem [21] domini non eſſe abſimilem nominationi*, tunc debet obtinere, cum ſervus juſſus ab uno ex dominis ſtipulationem facere, ſine nomine ſtipulatus eſt, tunc enim ei ſoli acquirit, qui juſſit. Sin autem expreſſerit alium dominum: ſoli illi neceſſe eſt acquiſitionem celebrari: multo enim amplius oportet valere dominici nominis mentionem, quam herilem * juſſionem. Dat. 15. Kal. Decemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

* al. ſterilem.

TIT. XXVIII.
AD SENATUSCONSULTUM MACEDONIANUM [22].

De eo qui ſe patremfam. dixit.

1. Imp. ÆLIUS PERTINAX [23] A. Atilio.

Si filius [familias] cum in poteſtate patris eſſet, mutuam a te pecuniam accepit, cum ſe [24] patremfamilias diceret, ejuſque affirmationi credidiſſe te juſta ratione edocere potes: exceptio [25] ei denegabitur. PP. 10. Kal. April. FALCONE & CLARO CONSS. 194.

Quibus caſibus non eſt locus Senatusconſulto.

2. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Sophiæ.

Zenodorus ſi, cum [26] ſui juris eſſe publice videretur, aut patris voluntate [27] contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberet, vel ſuæ poteſtatis conſtitutus novatione facta fidem ſuam obligavit, vel alias agnovit debitum: non eſſe locum decreto ampliſſimi ordinis, rationis eſt. PP. 5. Kal. Mart. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De emptione & promiſſione pretii cum uſuris.

3. Iidem AA. Macrino.

Si [28] filiusfamilias aliquid mercatus, pretium ſtipulanti venditori cum uſurarum acceſſione ſpondeat: non eſſe locum Senatusconſulto, quo fœnerare filiisfamil. eſt prohibitum, nemini dubium eſt: Origo [29] enim potius obligationis, quam titulus actionis conſiderandus eſt. PP. Id. Mart. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De conſenſu patris de pignore.

4. Iidem AA. Cyrillæ.

Si, permittente [30] patre, filiofamilias pecuniam mutuam dediſti: Senatusconſulti poteſtas non intervenit, & ideo perſecutio pignoris, quod in bonis patris fuit, non denegabitur: præſertim cum & eidem filius heres extiterit: modo ſi nullus alius jure conventionis, [vel] ratione temporis, & ordinis potior apparuerit. PP. 12. Kal. Maji, FABIANO & MUTIANO CONSS. 202.

De legationis, vel ſtudiorum cauſa, de juſſu patris.

5. Imp. ALEXAND. A. Septimiæ Muſæ.

Macedoniani Senatusconſulti auctoritas petitionem ejus pecuniæ non impedit, quæ filiofam. ſtudiorum [31], vel legationis cauſa alibi degenti, ad neceſſarios ſumptus, quos patris pietas [32] non recuſaret, credita eſt. Sed ex contractu filii poſt mortem ejus de peculio actio in patrem competere ita demum poterit, ſi anni utilis ſpatium petitionem non impedit. † Sane ſi juſſu [33] patris datum mutuum probetur: nec in quos uſus verſa ſit pecunia diſquiri neceſſe eſt, ſed perpetua [34] in patrem etiam mortuo filio, eſt actio. PP. prid. Kalend. Mart. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De peculio. 1. *De nepotibus & pronep.*

6. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Theopompo.

Si filius tuus in poteſtate tua agens, contra [35] Senatusconſultum Macedonianum mutuam ſumpſit pecuniam: actio de peculio adverſus te eo nomine efficaciter dirigi nequaquam poteſt. §. 1. Quod Senatusconſulti auxilium, licet *filiifamilias* meminerit, & ad nepotes [36], & pronepotes porrigitur. PP. 6. Non. Mart. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De ratihabitione patris. 1. *De filiofamil. milite.*

7. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

Si filiusfamilias citra [37] patris juſſionem, vel mandatum, vel voluntatem, pecunias creditas acceperit, poſtea autem pater ratum contractum habuerit: Veterum ambiguitatem decidentes, ſancimus, quemadmodum, ſi ab initio voluntate patris, vel mandatu filiusfamilias pecuniam creditam accepiſſet, obnoxius firmiter conſtitueretur; ita & ſi poſtea ratum pater habuerit contractum, validum eſſe hujuſmodi contractum: cum teſtimonium [38] paternum reſpuere ſatis iniquum ſit. Neceſſe eſt enim patris ratihabitionem, vel principali [39] mandato patris, vel conſenſui non eſſe abſimilem: cum noſtra novella lege generaliter omnis ratihabitio [40] prorſus retrotrahatur [41], & confirmet ea, quæ ab initio ſubſecuta ſunt. Et hæc quidem de privatis hominibus ſancienda ſunt. §. 1. Sin autem miles filiusfamilias pecuniam creditam acceperit, ſive ſine mandato, ſive conſenſu, vel voluntate, vel ratihabitione patris, ſtare oportet contractum: nulla differentia introducenda, ob quam cauſam pecuniæ creditæ, vel ubi conſumptæ ſint? In pluribus [42]

1 Dominus ſuo nomine non obligatur, quum ſervus contraxit, ſed actione de peculio tenetur, deducto ſcil. eo, quod naturaliter ei ſervus debebat: deque in rem verſo. *Synopſ. Baſil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 17. 2 *l.* 1. *in fin. ff. de pecul.* §. 10. *Inſt. de act.* 3 Tunc dominus ex contractu ſervi tenetur, quum ſpecialiter quantitatem definierit, quæ vel ſervo, vel conductori ſive colono, vel auctori fundi (διοικητῇ τῦ ἀγρῦ) mutuo dari debeat. Quippe non datur in eum actio, ſi per epiſtolam creditori ſervum ſuum vel conductorem, vel actorem fundi commendavit. *Synopſ. Baſil.* 18. *tit.* 2. *cap.* 17. adde & quæ *ibi Scholiaſtes* annotavit. 4 Actio quod juſſu, prætoria. 5 Dominus non obligatur per colonum in iis quæ non pendent ex mandato domini. 6 Commendatitiæ literæ, in dubio non præſumuntur emiſſæ animo obligandi, ſed commendandi tantum: de commendatione adde *l.* 43. *ff. de contrahend. emptione. l.* 11. §. *ſi ita quis.* 2. *ff. de legat.* 3.

7 2. *Inſtit.* 9. & 3. *Inſt.* 29. 8 vide *l.* 11. §. 6. *ff. de pign. action. l.* 20. *in fin. ff. de acquirend. rer.* §. 5. *Inſt. per quas perſonas cuique.* 9 Poſſeſſionis cauſa eſtne dominium, ut Azo (& poſt eum alii) exiſtimavit? An plus, hoc oſtenditur, νομὴν μόνην poſſeſſionem ſolam nobis per liberam perſonam quæ ſui juris ſit, adquiri? ut Græci hoc caput reddunt *apud aut. Syn.* 16. *tit.* 9. *cap.* 12. 10 Paul. 5. *ſent.* 2. §. 2. 11 Si ſtrictum jus ſpectemus, non æquum: competit enim utilis. An & directa? vid. Hotoman. 3. *obſ.* 31. 12 Id eſt, de litis redintegratione pactus eſt. καὶ συμφωνήσει πρὸς τὸν ἀγοραστὴν ἄνωθεν περὶ τύτυ τῦ πράγματος δικάζεσθαι. *Synopſ. Baſil. d. cap.* 12. Procurator igitur litis redintegrationem domino non adquirit per ſtipulationem: licet per traditionem rei dominium adquirat domino. 13 *l.* 9. §. 8. *ff. de reb. cred.* 14 *l.* 2. *in fin. d.* §. 8. *ff. de reb. cred. l.* 126. §. 2. *ff. de verbor. obligat.* 15 Per liberam perſonam condictio, hypothecaria actio, & pignus nobis adquiritur ipſo jure, ſine ceſſione. 16 Id eſt, directo, ſine ceſſione. 17 Procurator cogitur cedere actiones domino. 18 Servus communis adquirit omnia dominis ſuis pro dominicis portionibus: exceptis iis, quæ alterius ex domini juſſu ſtipulatur. *Syn. Baſil.* 16. *tit.* 9. *c.* 13. Goth. Hæc eſt duodecima deciſio ex 50. Juſtinian. vid. Inglois. *Anſ.* 19 Servus communis adquirit ei qui juſſit contrahi, non ei, cujus nomine adquiſivit, & ita juſſus prævalet nominationi. vid. *l.* 5. *ff. de ſtipul. ſerv.* 20 Malitiis non eſt indulgendum. *l.* 38. *ff. de rei vind. c. avaritiæ.* 5. *de elect. in* 6. 21 Juſſio non abſimilis eſt nominationi: Hoc eſt, cum unus dominorum ſervum communem jubet ſuo, id eſt, jubentis nomine ſtipulari, plus non valet juſſio, quam nomen: hoc eſt, ſervus, ſi alteri domino qui non juſſit ſtipuletur, ei adquirit, non ei qui juſſit: ut plus valeat nominis dominici mentio, quam ſterilis juſſio, *ut hic in fin.* plus valere nomen quam juſſionem. Quid ſi ſimpliciter ſervus, nullo dominorum nominato ſtipulatus eſt? tunc ei ſoli adquirit qui juſſit, *ut hic.* Quidam tamen aliter hunc locum accipiunt: hoc ſenſu, cum unus dominorum ſervum communem jubet ſuo, hoc eſt, jubentis nomine ſtipulari, plus valet juſſio quam nomen. Cum jubet ſimpliciter ſtipulari, plus valet nomen quam juſſio: & ita poſt *Azonem* hunc locum interpretantur.

22 §. 7. *Inſt. quod cum eo.* L. 14. D. 6. 23 Duæ tantum exſtant Imperatoris Pertinacis conſtitutiones; quarum hæc una, altera in *l.* 1. *C. de neceſſar. ſerv.* In ff. vero aliarum conſtitutionum ſit mentio, ut in *l.* 5. §. 2. & §. *fin. ff. de jure immunit. l.* 12. §. 2. *ff. de fideic. libert.* & §. *pen. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Anſ. 24 Qui ſe ſui juris affirmat, non juvatur Macedoniano *l.* 3. *l.* 19. *ff. h. t.* 25 De exceptione Macedoniani, v. Oldend. *c.* 49. *de except.* 26 *l.* 3. *ff. h. t.* 27 *l.* 4. J. *h. t.* 28 Senatusconſultum Macedonianum locum habet in mutuo filiisfamilias dato: igitur non in emptione per eos contracta: non denique ſi quid mercati, vel ſi pretium cum uſuris ſtipulanti promiſerint: quidquid enim eo nomine promiſſum erit, recte ab iiſdem petetur. *Syn. Baſil. & ib. Theod. Scholiaſtes* 18. *tit.* 4. *c.* 16. 29 *l.* 3. §. 3. *ff. h. t.* 30 Adde *l.* 2. *ſupr. h. t. l.* 5. *verſ. Sane ſi juſſu. infr. h. t.* 31 Ἐλευθερίων σπυδασμάτων, id eſt, liberalium ſtudiorum. *Synopſ. d. tit. c.* 13. *l.* 7. §. 13. *ff. h. t. l.* 47. *in fin. ff. de ſolut.* 32 Et merito id receptum; nec enim vento vivitur. vid. *l. ult. infr. de alend. liber. ac parent.* De expenſis factis in eruditionem puerorum, vid. *l.* 15. *ff. de negot. geſt. l.* 27. §. *ult. verſ. Sed ſi. l.* 28. 29. 38. *ff. de rei vindic. l.* 25. *ff. de pign. act.* vide plenius quæ notavi ad *l.* 79. §. 1. *ff. de verb. ſignif.* Goth. Confer *l.* 50. *ff. famil. erciſc.* Anſ. 33 *l.* 2. & 4. *ſupr. h. t. l.* 7. *ff. quod cum eo.* 34 *l.* 1. §. 1. 2. *ff. quando de peculio.* 35 *l.* 1. *ff. h. t. l.* 1. §. *ne filius pro patre.* 36 *l.* 14. *ff. h. t.* vid. *l.* 84. *ff. de verb. ſign.* 37 *l.* 7. *c.* 11. *ff. h. t.* Goth. Hæc eſt decima tertia ex 50. novis Juſtinian. *Anſ.* 38 Teſtimonium paternum non poteſt niſi inique reſpui. dixi *l.* 7. §. *ult. infr. de curat. fur.* 39 vid. *l.* 7. *in fin. ff. quod cum eo. l.* 1. §. 14. *ff. de vi & vi armat.* 40 Ratihabitio patris Macedonianum excludit. 41 Ratihabitio retro trahitur. *l.* 25. *in fin.* J. *de donat. inter vir.* de hac regula dixi: & alias dicam. adde *l.* 16. §. 1. *ff. de pignor. & hypothec. l.* 44. §. 1. *ff. de uſurpat. & uſucap. c. ratihabitionem. de reg. jur. in* 6. 42 In Macedoniano: *ut hic.* & *l.* 1. *in fin. l.* 2. *ff. h. t.* in teſtamen-

enim

enim juris articulis filiifamilias milites non abſimiles videntur hominibus, qui ſui juris ſunt: & ex præſumptione [1] omnis miles [2] non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere & expendere, niſi in cauſas caſtrenſes. Dat. 12. Kal. Auguſt. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXIX.
AD SENATUSCONSULTUM VELLEJANUM [3].

De ſolvente pro alio.

1. Imp. ANTONINUS A. Lucillæ.

MUlieribus [quidem,] quæ alienam obligationem ſuſcipiunt, vel in ſe transferunt, ſi id contrahentes [4] non ignorent, Senatusconſulto ſubvenitur: Sed ſi pro aliis, cum obligatæ non eſſent, pecuniam exolverint [5]: interceſſione ceſſante, repetitio nulla eſt. PP. Non. Dec. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

De Principaliter *debitrice.*

2. Idem A. Nepotianæ.

FRuſtra [6] Senatusconſulti exceptione, quod [7] de interceſſionibus fœminarum factum eſt, uti tentaſti: quoniam principaliter [8] ipſa debitrix fuiſti: ejus enim Senatusconſulti exceptio tunc mulieri datur, cum principaliter ipſa nihil debet, ſed pro alio debitore apud creditorem ejus interceſſit. Sin autem pro creditore ſuo alii ſe obligaverit, vel ab eo ſe, vel debitorem ſuum delegari paſſa eſt; hujus Senatusconſulti auxilium non habet. PP. 3. Idib. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De matre intercedente pro filio.

3. Idem A. Servato.

SI [9] cum ipſe mutuam pecuniam acciperes, mater [10] tua contra ampliſſimi ordinis conſultum, fidem ſuam interpoſuit: exceptione ſe tueri poteſt. PP. 3. Idib. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De obligatione, vel ſolutione pro alio.

4. Imp. ALEXANDER A. Alexandræ.

SEnatusconſultum locum habet; ſive eam obligationem, quæ in alterius perſona conſtitit, mulier in ſe transtulit [11], vel participavit; ſive, cum alius pecuniam acciperet, ipſa ſe ab initio ream conſtituit: quod in rerum earum [habitis] pro aliis obligationibus admiſſum eſt. † Sed ſi [12] prædia tua annis major vigintiquinque vendidiſti [13], & pro [14] marito pecuniam ſolviſti [15]: deficit [16] auxilium Senatusconſulti. PP. 6. Kalend. Januar. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De marito res uxoris oppignorante.

5. Idem A. Popiliæ.

SI ſine voluntate tua res tuæ a marito tuo pignori datæ ſunt, non tenentur. Quod ſi conſenſiſti [17] obligationi, ſciente [18] creditrice: auxilio Senatusconſulti uti potes. Quod ſi patientiam [19] præſtitiſti, [ut] quaſi ſuas res maritus obligaret, decipere [20] voluiſti mutuam pecuniam dantem, & ideo tibi non ſuccurretur Senatusconſulto; quo infirmitati, non [21] calliditati mulierum conſultum eſt. Dat. 15. Kalend. Julii, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De matre, quæ tutoribus filiorum promiſit indemnitatem.

6. Idem A. Torquato.

SI mater, cum filiorum ſuorum patrimonium gereret, tutoribus [22] eorum *ſecuritatem* promiſerit, & fidejuſſorem præſtiterit, vel pignora dederit: quoniam quodammodo ſuum [23] negotium geſſiſſe videtur, Senatusconſulti auxilio, neque ipſa [24], neque fidejuſſor ab ea præſtitus, neque res ejus pignoratæ adjuvantur. §. 1. Sin autem tutore ſe excuſare volente, ipſa ſe interpoſuit [25] *indemnitatem* ei repromittens, auxilio Senatusconſulti uti minime prohibetur. §. 2. Si vero tutores petiit, & ſponte periculum ſuſcepit: quominus teneatur, auctoritas [26] eam juris tuetur. PP. 6. Idus Octob. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

Si maritus fundum uxoris obligaverit.

7. Imp. GORD. A. Viviano.

SI ſciens [27] creditor a marito propter [28] proprium debitum obligari fundum mulieris, licet ea conſentiente [29] eum pignori acceperit; propter Senatusconſulti auxilium vendendo eum, dominium [30] mulieri auferre nequivit: nec tibi neceſſe eſt, (præſtito [31] pretio emptori) vindicare, ſi matri heres extitiſti. PP. 12. Kal. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Si paternam obligationem filii & filiæ in ſe receperunt.

8. Idem A. Triphoni.

SI [32] paternam obligationem non tantum maſculini ſexus [filii] verum etiam filiæ emancipatæ in ſe receperunt: quamvis filiæ virilibus [33] obligationibus eximantur, propter exceptionem, quæ ex Senatusconſulto Vellejano deſcendit; tamen [34] filios in id quod ſe obligaverunt, teneri, filiarumque ſubducta perſona patrem in id conveniri poſſe, in quo conveniretur, ſi filiæ non interceſſiſſent, dubium non eſt. Pignora tamen patris etſi in poſteriore [35] obligatione accepta ſunt: ſine [36] dubio tenentur. Sed & ſi in priore fuerint obligatione, quatenus ad patrem per reſtitutoriam [37] actionem redit, eatenus tenebuntur. PP. Non. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De Solutione facta ab ignorante beneficium SC.

9. Idem A. Proculo.

QUamvis mulier pro alio ſolvere [38] poſſit, tamen, ſi præcedente [39] obligatione, quam Senatusconſultum [40] de interceſſionibus efficacem [41] eſſe non ſinit, ſolutionem fecerit, ejus Senatusconſulti beneficio munitam ſe ignorans; locum habet repetitio. PP. Nonis Julii, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De Conductione.

10. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Triphonæ.

SI adverſarius tuus non cum marito tuo, ſed tecum [42] negotium geſſit: reliqua conductionis, quæ dicis eſſe contracta, obtentu hujusmodi obligationum non potes recuſare. Enimvero ſi cum eosdem fundos non tibi, ſed marito [43] tuo locaret, perſonam tuam ut idoneam ſecutus eſt: beneficio ampliſſimi ordinis, quod factum eſt de interceſſionibus fœminarum, te tueri potes. PP. 18. Kal. Septemb. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De jure hypothecario, ſeu pignoris remiſſione.

11. Idem A. Heboræ.

ETiam conſtante matrimonio jus hypothecarum, ſeu pignorum [44] marito [45] remitti poſſe, explorati juris eſt. PP. 8. Kal. Octob. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De Matre res ſuas obligante pro dote filiæ.

12. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Sepidutæ.

SI dotare [46] filiam volens, genero res tuas obligaſti, pertinere ad te beneficium Senatusconſulti falſo putas. Hanc enim cauſam ab eo beneficio eſſe removendam prudentes viri putaverunt. PP. 9. Kal. Martii, TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De fœnore.

13. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Condianæ.

SI fœnebris pecunia juxta fidem veri [47] a creditore tibi data eſt: ſive tota quantitas fœnoris, ſive pars ejus in uſum mariti proceſſiſſe proponatur, decreto patrum non adjuvaris: licet [48] creditor cauſam contractus non ignoraverit. Dat. 3. Kal. Sept. ipſis AA. CONSS.

10. *l. ult. infr. de teſtam. milit.* 1 Non abſimilis præſumptio eſt in *l.* 22. *infr. ad SC. Velleian.* 2 Hinc colligunt, Maritum præſumi mutuum accipere in rem, utilitatem, commodum, & augmentum ſocietatis ſeu communionis. Molinæus *de uſur. quæſt.* 38. *n.* 291. 292.
3 *Lib.* 16. *D.* 1. & 2. Paul. *ſentent.* 11. & 1. Harmen. 13. Oldendorp. *cap.* 48. *de except.* Papon. 12. *Arreſt.* 5. Moribus Galliæ, mulier poteſt pro marito mutuum accipiente, vel aliter ſe obligante, cum ejus autoritate, etiam heredia ſua antiqua hypothecæ ſubjicere. Num inde Velleianum in Gallia deſuetum? dixeris: Molinæus negat: ſed id in Gallia receptum ideo eſſe, quod inter virum & uxorem plerumque omnium bonorum communio ſit. Hinc præſumi maritum obligari, & mutuum accipere in communis ſocietatis augmentum. Aliud fore, ſi inter eos communio pactis quibusdam matrimonialibus, vel dotalibus non fuerit, vel ſi jam facta bonorum ſeparatio ſit; vel ſi mulier obligari pro tertio voluerit; vel ſi pro viro interceſſerit non ſocietatis cauſa, ſed in rem mariti eorumve qui marito ſunt conjuncti, vel in aleam profuſura. Velleiano mulier etiam non juvatur, ſi mutuum maritus acceperit pro negotio uxoris gerendo, verbi gratia, pro ejus heredibus exonerandis, vel a commiſſo liberandis, & ſimilibus. Et ita Velleianum retineri ſervarique in Gallia *Molin.* cenſet. quem vid. *tractatu de uſur. quæſt.* 38. *num.* 292. adde Papon. 12. *Arreſt.* 9. *num.* 4. Goth. De Exceptionibus Senat. Velleian. vid. Joann. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 11. Anſ. 4 Id eſt, qui contrahunt cum muliere. 5 Mulier ſolvens non juvatur Velleiano. *l.* 4. *in fin. infr. h. t. l.* 4. 5. *l.* 8. §. 5. *ff. h. t.* 6 1. Harm. 13. §. 13. 7 Velleianum pertinet ad interceſſiones mulierum. *l.* 2. §. 1. *l.* 29. *ff. h. t.* Mulier pro alio intercedens juvatur Velleiano. 8 Mulier in rem ſuam obligata, non juvatur Velleiano. *l.* 6. *l.* 10. 13. *infr. h. t. l.* 4. 11. 17. 24. 27. *ff. h. t.* In rem ſuam obligata eſt, quum obligata eſt πρωτοτύπως principaliter, id eſt cum primaria eſt debitrix, neque alterius nomine in ſe obligationem ſuſcepit. Alterius porro nomine non obligatur, quæ pro ſuo creditore ſe alii obligavit: ejusque nomine ſe vel debitorem ſuum delegari patitur. Harmen. *dict.* §. 13. 9 Etiam cum pro filio mulier fidejubet, exceptione Senatusconſulti Velleiani uti poteſt. *Syn. Baſil.* 7. *tit.* 19. *ex lib.* 26. *tit.* 7. *cap.* 67. 1. Harmen. 13. §. 32. 10 Mater pro filio quoque fidejubens, Velleiano utitur, *ut hic.* niſi matris juſſu mutuum filio datum ſit. vid. *Arreſt.* apud Papon. *d. loc. num.* 3. *in fin.* 11 *l.* 14. *J. h. t. l.* 1. *ff. h. t.* 12 vid. Papon. *d. loc. n.* 4. *ibi, Quinto. le pareil ſeroit: & ibi, Octavo. femme comme peut vendre ſon immeuble pour la debte de ſon mari.* 13 Quid ſi ſe, ſuasve res obligavit pro marito: ut eum carcere cuſtodiave publica redimeret? Papon. *ibi n.* 8. refert, mulieri, Velleiano conſultum. Plus eſt igitur vendidiſſe & ſolviſſe, quam ſe obligaſſe. Contrarium refert Harmen. 1. *tit.* 13. §. 14. ubi refert, mulierem quæ acceptum ab aliquo argentum dederit, ut e cuſtodia virum liberaret, obligari, neque ei ſubveniri, quamvis cauſetur ſe interceſſiſſe, vel in patris poteſtate fuiſſe. Hæc eo ſententia defenditur: quod eam ob cauſam mulier dotem alienare poſſit. *l. ſed & ſi.* 21. *ff. ſolut. matrim.* 14 Si propter viri obligationem mulier in alieni contractus vinculum ſe conjecerit, propriisque facultatibus maritum obligatione liberare ſtuduerit, ſi quidem pollicita non ſolverit, ne ſolvere quidem cogetur? quod ſi ſolverit, ſolutum condicere non poterit: præſertim ſi abſolutæ legitimæque ſit ætatis. 1. Harm. 13. §. 17. 15 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 16 Imo non deficit. *l.* 32. §. 2. *ff. h. t.* ſolve: mulier ibi ſolicitavit emptores, non hic. adde Papon. *d. loco. n.* 2. *ibi, Femme qui eſt occaſion du preſt n'a l'exception du Velleien; & num.* 3. *ibi, Femme ayant prié le creancier de preſter, n'a l'exception du Velleien.* Poteſt etiam hæc lex referri ad mulierem, quæ fundum tanquam ſuos in uſus vendidit. 17 *l.* 7. *infr. h. t. l.* 8. *ff. h. t.* 18 Non ignorante res eſſe mulieris quæ pignori darentur. *l.* 8. §. 8. *ff. h. t.* 19 Res invitæ uxoris pignorari non poſſunt. *s. ibi, ſi ſine voluntate:* nec volentis. *ibi, ſi conſenſiſti.* 20 Mulier decipiens non juvatur Velleiano. vid. *l.* 8. *infr. h. t.* 21 Calliditati mulierum non ſuccurritur, ſed infirmitati. vid. Papon. *d. loc. n.* 11. 22 *l.* 8. §. 1. *ff. h. t.* 23 Mulier ſuum negotium gerens non juvatur Velleiano. vid. *l.* 2. *ſupr. h. t.* Suum gerit negotium, cum res alterius adminiſtrat, veluti, ſi res liberorum gerat, & eorum tutoribus ſecuritatem promittat, & fidejuſſorem det. 24 Mulier cum effectu, id eſt, utiliter & cum ſuo commodo obligata, fidejuſſorem, resque ejus recte obligat. 25 Aliud eſt matrem filiorum tutoribus excuſare ſe tutela volentibus indemnitatem promittere, *ut hic.* aliud ipſorum pupillorum negotia adminiſtrare, & eorum tutoribus ſecuritatem promittere, *ſupr. h. t.* Priore caſu, mulier Velleiano juvatur: altero non juvatur. Hinc collige, corrigendum eſſe §. 2. apud Paul. 22. *ſentent.* 11. 26 Auctoritate juris tenetur. Cujac. ad *l.* 17. *ff. de injuſt. rupto irrito.* ut verbum, *tueatur*, accipiatur paſſive. 27 Et ita malæ fidei. 28 Ratio decidendi. 29 *l.* 5. *ſupr. h. t.* 30 Ex inutili alienatione, dominium non transfertur. 31 Emptori rem alienam ſcienti pretium non reſtituitur. 32 *l.* 8. *J. de fidejuſſor.* 33 Inter eos qui nominatim obligantur, dividitur in viriles partes obligatio. 34 Quoties maſculi & fœminæ permixtim obligantur, obligatio pro parte fœminarum non valet. Et ita contractus interdum pro parte tantum tenet. 35 Novante. 36 Dubium ex eo naſcitur, quod in obligatione poſteriore ac novante pignus datum reperiatur pro accedente obligatione inutili. Quæ igitur ratio decidendi eſt? Hujusmodi pignus magis ad cauſam quam ad titulum obligationis referendum eſſe. 37 Reſciſſoriam, ut in *l.* 16. *infr. h. t.* 38 Mulier pro alio ſolvens, non juvatur, *ut hic.* quemadmodum & ſi donat. *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* 39 Id eſt, ob præcedentem obligationem. *l.* 8. §. 2. *ff. h. t.* 40 *l.* 2. *s. h. t.* 41 Solvens ob non efficacem obligationem mulier, juvatur Velleiano. 42 Si contrahitur principaliter cum muliere, negotium ad eam ſpectat, ideoque non juvatur. 43 Mulier conducens prædia, obligatur: pro marito conducente fidejubens, non obligatur. 44 Quod mulieri competit in rebus mariti. *l.* 8. *in princ. ff. h. t. l.* 11. *ff. quibus mod. pign. l.* 1. §. *penult. J. de rei uxor. act.* 45 Mulier poteſt remittere marito jus hypothecæ. Hoc aliud eſt quam fidejubere. 46 Mater ſe obligans pro dote filiæ, non juvatur Velleiano. Doris favor Velleianum excludit. *l. ult. J. h. t. l.* 41. *ff. de jure dot.* Mulier dotem pollicita non juvatur Velleiano, ſed eam præſtare cogitur. 11. Harmen. 13. §. 21. & 32. *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 36. *ex lib* 26. *tit.* 7. *cap.* 87. 47 Aliud ſi conluſorie, ut qui non obligatam ſibi mulierem fore ſpondendo ſciebat, mutuum dando eam obligaret. *l.* 11. *l.* 29. *ff. h. t.* vid. Papon. 12. *Arreſt.* 5. *num.* 4. *ibi, Septimo.* 48 Vid. Molinæum *de uſur. quæſt.* 30. *num.* 203. & *l.* 19. §. 5. *ff. h. t.*

De

De muliere & ejus fidejussore.

14. Iidem AA. & CC. Basilissæ.

MUlierem contra Senatusconsulti Vellejani auctoritatem non posse intercedere, eademque exceptione fidejussorem [1] ejus uti posse, juris auctoritas probat. Unde si mater tua marito quondam suo heres non extitit, satis idoneæ exceptionis remedio tuta est. PP. 8. Kal. April. *Byzantii*, CC. CONSS.

De eo, qui mandato mulieris promisit.

15. Iidem AA. & CC. Agrippino.

SI uxor pro marito contra Senatusconsultum intercessura, te rogavit [2] mandatario nomine, ut pro ea tuam fidem obstringeres: initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuæ adhæsit securitas, qua conventus defendi potes. PP. 18. Kal. Junii, *Sirmii*, CC. CONSS.

De novatione.

16. Iidem AA. & CC. Rufino.

SI mulier alienam suscepit obligationem: cum ei per exceptionem Vellejani Senatusconsulti succurratur, creditori contra priores [3] debitores rescissoria actio datur. PP. 17. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De simulate gestis.

17. Iidem AA. & CC. Alexandro & aliis.

SI cum pater vester a Callistrato mutuam sumpsisset pecuniam, velut [4] hanc ejus uxor accepisset, instrumentum conscriptum est: nec ad exceptionis tractatum ex Senatusconsulto venientem pervenire necesse est: cum eam veritatis [5] substantia constituta potius quam simulata gesta tueatur. 3. Idus Martii, CC. CONSS.

De muliere decipiente.

18. Iidem AA. & CC. Zotico.

FOeminis alienas [vel] veteres [6], vel novas obligationes aliqua ratione suscipientibus subvenitur: nisi creditor aliqua ratione per mulierem deceptus [7] sit: nam tunc replicatione doli, Senatusconsulti exceptionem removeri, constitutum est. Dat. 5. Id. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

De obligatione, quæ ex persona mulieris initium sumpsit.

19. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

CUm ad eas etiam obligationes, quæ ex mulieris persona calliditate [8] creditoris sumpserunt primordium, decretum patrum, quod de intercessione fœminarum factum est, pertinere Edicto perpetuo declaratur: Si [tamen] creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, mulieris [9] personam elegit: exceptione contra petitores [10] secundum ea quæ asseveras, defendi potes. Dat. 18. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De heredibus.

20. Iidem AA. & CC. Theodotiano.

HEredes quoque mulieris adversus creditores [eadem] exceptione, quæ ex Senatusconsulto introducta est, uti posse dubium non est. Dat. 9. Kal. Jan. ipsis CC. CONSS.

De jure hypothecarum remisso.

21. Imp. ANASTASIUS A. Celeri Magistro officiorum.

JUbemus [11], licere mulieribus & pro uno contractu, vel certis contractibus, seu, pro una vel certis personis seu rebus juri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renunciare [12]: quodque ita gestum sit, hac auctoritate nostra firmum illibatumque custodiri; ita tamen ut [&] si generaliter [13] tali renunciatione pro uno (ut dictum est) contractu, seu certis contractibus, vel ad unam, vel ad certas res, seu personas consensum proprium accommodantes usæ sunt, vel fuerint: eadem renunciatio ad [14] illos contractus, & illas res seu personas, quibus consensum [suum] proprium accommodaverunt, vel accommodaverint, coarctetur, nec aliis quibusdam contractibus, quibus minime mulieres consenserunt, vel consenserint, prætendentibus eam, opponendi licentia præbeatur. His scilicet omnibus, quæ in præsenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad præteritos [15] nihilominus contractus pro negotiis & controversiis, necdum [16] transactionibus, vel definitivis sententiis, seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Kal. April. ANATOLIO & AGAPITO CONSS. 508.

De donatione propter nuptias. 1. *De dote.*

In AUTHENT. ut immobilia ante nuptial. donat. §. Si quis igitur. coll. 5. tit. 16. al. 14. Novell. 61. cap. 1.

S*Ive a me, sive ab alio pro me fiat donatio* [17] *propter nuptias: quod ea ex causa est immobile, neque* [18] *alienare valeo neque obligare: In hoc ergo contractu mulieris consensus nihil proficit, quo minus demus mulieri in rem actionem in sponsalitia largitate soluto matrimonio: nisi & secundo* [19] *post biennium profiteatur, & aliæ res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absque his enim neque si frequenter consentiat, lædetur: vir tamen obligabitur in aliis rebus suis hujus obligationis seu alienationis occasione: quæ, quantum ad mulierem, pro non dicta, & pro non scripta habetur.* §. 1. *Et multo* [20] *magis idem in dotibus locum habet, ut non aliquid immobile pro ea alienetur, vel obligetur: omnibus tamen privilegiis doti datis, in sua firmitate durantibus, sive agat mulier, sive nomine ejus alius.*

De secunda intercessione.

22. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SI mulier perfectæ ætatis [constituta,] post intercessionem, vel cautionem conscripserit, vel pignus, aut intercessorem præstiterit: sancimus, antiqua legum varietate cessante, si quidem intra biennale juge tempus post priorem cautionem numerandum, pro [21] eadem causa fecerit cautionem, vel pignus aut intercessorem dederit: nihil sibi præjudicare, quod adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam jacturam inciderit. Sin autem post biennium hæc fecerit: sibi [22] imputet, si, quod sæpius cogitare poterat & evitare, non fecit, sed ultro firmavit: videtur [23] etenim ex hujusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere, & tam ex secunda [24] cautione sese obnoxiam facere, [in quantum hoc fecit] quam pignus aut intercessorem utiliter dare.

De muliere, quæ proprio viro consensit.

In AUTHENT. ut nulli jud. lic. hab. loci servat. §. & illud. coll. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 8.

S*I* [25] *qua mulier crediti instrumento consentiat proprio* [26] *viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut seipsam obligatam faciat, jubemus, hoc nullatenus valere, sive semel, sive* [27] *multoties hujusmodi aliquid pro eadem re fiat: sive privatum, sive publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset: nisi* [28] *manifeste probetur* [29], *quod pecuniæ in propriam ipsius mulieris utilitatem expensæ sint.*

Si mulier aliquid accepisse dicatur, ut intercederet.

23. Idem A. Juliano P.P.

ANtiquæ jurisdictionis retia, & difficillimos nodos resolventes, & supervacuas distinctiones exulare cupientes, sancimus, mulierem, si intercesserit, sive ab initio, sive postea aliquid [30] accipiens, ut sese interponat; omnimodo teneri, & non posse Senatusconsulti Vellejani uti auxilio: sive sine scriptis, sive per scripturam sese interposuerit. Sed si quidem in ipso instrumento intercessionis dixerit *sese aliquid accepisse, & sic ad intercessionem venisse*, & hoc instrumentum publice [31] confectum inveniatur, & [32] a tribus [33] testibus consignatum: omnimodo [34] esse credendum, eam pecunias, vel res accepisse, & non esse ei ad Senatusconsulti Vellejani auxilium regressum. † Sin autem sine scriptis intercesserit, vel instrumento non sic confecto, tunc, si possit stipulator ostendere [35] eam accepisse pecunias, vel res, & sic [36] subiisse obligationem; repelli eam a SC. juvamine. † Sin vero hoc minime fuerit ab eo approbatum: tunc mulieri superesse auxilium, & antiquam actionem adversus eum servari, pro quo mulier intercessit, vel ei actionem parari.

§. 1. Sed si minus idoneæ mulieri constitutæ aliquis pecunias, vel res dederit, ut pro eo sese obligaret: mulieri quidem, quæ revera hæc accepit, nullus pateat aditus ad Senatusconsulti auctoritatem, creditori autem liceat adver-

1 Velleiani exceptione fidejussor juvatur. *l. 6. l. 30. in fin. ff. h. t.* nisi successerit Principali. 2 Mulier mandans fidejuberi, non tenetur ex mandato. Quid qui promisit? ne is quidem tenetur. *ut hic.* 3 Adde *l. 8. §. 2. ff. h. t.* 4 Si nomen uxoris simulate instrumento insertum pro mariti nomine fuerit, obligatio ipso jure nulla est, simulationis gratia, ideoque locus non est Velleiano, sed nullitati. 5 Vide *l. 1. supr. plus valere quod agitur.* 6 *l. 2. §. 4. ff. h. t.* 7 *l. 5. supr. h. t. l. 2. §. 2. l. 23. l. 30. ff. h. t. l. 11. infr. de distract. pign. l. 110. in fin. ff. de reg. jur.* 8 Adversus calliditatem creditoris, mulieri subvenitur. 9 *l. 8. §. 14. l. 12. l. 28. in fin. l. 29. ff. h. t.* 10 Petitorem. 11 Hujus legis fit mentio in lege unica. *§. licet enim. infr. de rei uxoriæ.* 12 Renunciare Velleiano mulier potest. *l. 11. supr. h. t. l. 23. §. 2. infr. h. t. l. 32. §. 4. ff. h. t.* 13 Renunciari generaliter potest Velleiano a muliere, fuerit tamen melius vim & naturam Velleiani mulieri a notario indicari. vid. Papon. 12. *Arrest. 5. num. 1. ibi*, *Renonciations au Velleien sans declaration suffit.* 14 Renunciatio generalis non extenditur ad extraneas personas: atque ita, filia renuncians paternæ successioni, non censetur renunciare fraternis hereditatibus: videlicet, ut ne vis & affectus renunciationis unius, & quidem odiosæ ad alium casum extendatur, quam qui expressus sit. *arg. l. si domus 21. ff. de servit. præd. urban. l. suum. 13. infr. de jure deliber. l. 1. §. sed videndum 11. ff. de successorio edicto. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus 2. ff. de verb. oblig. l. ad probationem servitutis. 22. ꝰ. de probat.* Capella Tholozana *decis. 45.* Ludovicus Romanus *consilio* 168. 15 Lex ad præteritos casus referri potest, si legislator expressim hoc voluerit. 16 Et ita lex ad imperfecta negotia tacite refertur. 17 Vide Rip. *ad l. 2. n. 103. cum seq. ff. solut. matr.* Bal. Novel. *in tract. de dote in 7. part. princ. privil.* 1. Abb. *ad c. pervenit. extr. de empt. & vendit.* Afflict. *decis.* 311. *& decis.* 349. *n.* 4. Rim. *Instit. quib. alien. licet vel non. in princ. n.* 88. *&* 202. Cephal. *cons.* 51. *n.* 26. *vol.* 1. Mod. 18 Res immobilis donata propter nuptias, alienari non potest, neque obligari, etiam muliere consentiente, nisi &c. *infr. h. t. ibi, nisi &.* Goth. Vide omnino Rittershus. *in exposit. Nov. part. 2. cap. 4. & part. 5. cap. 9.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 11. num. 66.* Ans. 19 Dicam ad *l. 22. in fin. infr. h. t.* 20 Argumentum a minori ad majus observa: & sic a donatione propter nuptias ad dotem. Donatio propter nuptias privilegiata, multo magis & dos. Quidam hæc verba referunt ad alienationem dotis, quasi nullo jure possit dos alienari, & male. *Novell. 61. cap. 1.* Hoc tantum lex demonstrat, majorem esse causam prohibendæ alienationis dotis, quam propter nuptias donationis: Alias, differunt in privilegio dos, & donatio propter nuptias. vide Cujac. *ad Novell. 61. in fin.* 21 Secunda intercessio mulieris, post biennium facta (pro extraneo scil. *Authentica, si qua mulier. infr. h. t.*) aufert mulieri beneficium Velleiani. *Novell. 6. c. 1. §. 2. Novell. 134. cap. 8.* adde Papon. 12. *Arrest. 5. num. 7. ibi, le Velleien n'a lieu contre response geminée.* Excipe *authent. proximam* J. *h. t.* 22 Error committenti imputatur. 23 Hæc præsumptio juris est & de jure, contra quam non admittitur exceptio, *l. ult. ꝰ. ad Macedon. l. ult.* J. *arbit. tut. l. 15. §. 3. ff. de re jud.*
24 Dixi *supr. h. t.* Geminatus actus evidentem consensum inducit. 25 Hæc authentica notariis est frequentissima in usu. Est vero sententia hæc: Mulierem pro marito, vel sæpius intercedentem, non obligari: pro extraneo obligari, si primam obligationem post biennium confirmaverit. adde *l. 21. l. 22. supr. h. t.* 26 Hæc authentica proprie pertinet ad obligatas mulieres maritorum causa. 27 Aliud est in causa extranei. *l. 22. supr. h. t.* 28 Nota exceptionem, quæ locis in illis fallit, in quibus mulier communionem bonorum cum marito suo habet: tunc enim si quid uxor cum marito acceperit, præsumitur in rem suam vertisse, aut saltem vertere debuisse. Hujusmodi vehementi præsumptione munitus creditor potest utiliter mulieri credere: inique vero eum decipere mulier non debet. Quid si mulier vel uxor sponsionem suam jurejurando firmavit? *c. ex rescripto. 9. de jurejur.* mulier intercessione jurata pro aliquo facta, non juvatur Velleiano, sicuti nec minor auditur, si juraverit. *Auth. sacramenta puberum. ꝰ. si advers. vend.* aliud tamen receptum apud Gallos. Papon. 9. *Arrest. 6. n. 23. &* 12. *Arrest. 5. num. 9. ibi*, *Velleien receuable, non obstant le serment.* quod tamen refero ad uxores ætate minores, ut solæ adversus juramentum restituantur. 29 Mulier intercedens cum marito vel extraneo, non præsumitur fieri locupletior. Præsumitur pro marito, & extraneo potius intercedere quam suo nomine. Quod ad maritum attinet, cessat ea præsumptio in iis locis & contractibus, in quibus uxor communionem bonorum habet cum marito: tunc enim vel solus maritus mutuum accipiens obligat uxorem in communibus bonis, & in eorum utilitatem præsumitur mutuum accipere, multo magis valebit ea præsumptio, cum ipsa uxor mutuum accipit. An & in aliis bonis uxorem suam maritus obligabit? non obligabit mulierem si solus contraxit, obligabit, si cum ea contraxit, merito. Potest enim mulier mutuum accipere & obligari in solidum, ad ea bona conservanda, quæ cum marito communia habet. Hujusmodi bona uxoris dici possunt. Nam quod est commune, nostrum dicere merito possumus. His casibus æquum est mulierem in solidum obligari posse, rei communis servandæ causa. vid. Molinæum *de usur. quæst. 38. num. 291.* licet ea invita & ignorante maritus communionis dominus censeatur, resque communes in solidum alienare possit contra societatum vulgarium naturam. *l. 68. ff. pro socio.* quod tamen Parisiensi consuetudine receptum est. 30 Sensus est, Mulierem mercede accepta nec gratis fidejubentem Velleiano non juvari. *l. 6. §. 7. ff. mandati.* Goth. Vide Zanger. *de Except. part. 3. cap. 11. num. 133.* ubi hanc leg. in muliere quæ pro extraneo intercedit tantum, obtinere vult, secus si pro marito. Adde Joann. a Sande, *decis. Frisicar. l. 3. tit. 11. defin. 5.* Ans. 31 Instrumento publice confecto creditur. 32 *Vel a tribus &c. & male §. 2. infr.* Nam instrumentum publicum quod ad hanc causam specialiter attinet, requirit subsignationem trium testium: verum hæc solennitas in Gallia non servatur. vid. Bugnionem *in legibus abrogatis.* 33 Instrumento a tribus testibus subsignato creditur. adde *l. scripturas. 11. infr. qui potiores.* 34 Probatio contra præsumptionem juris, & de jure non admittitur: vid. tamen Socinum *reg. 314.* 35 Aliis legitimis probationibus. 36 Id est, non gratis, sed pre-

sus eam venire: &, quod [1] potest, ab ea exigere, & in reliquum, antiquum debitorem aggredi, vel in partem, si aliquid a muliere possit accipere: vel in totum, si ea penitus inopia fatigetur. §. 2. Ne autem mulieres perperam sese pro aliis interponant, sancimus, non [2] aliter eas in tali contractu posse pro aliis se obligare, nisi instrumento publice confecto, & [3] a tribus testibus subsignato, accipiant homines a muliere pro aliis confessionem [4]: tunc enim tantummodo eas obligari, & sic omnia tractari, quæ de intercessionibus fœminarum, vel veteribus legibus cauta, vel [ab] imperiali auctoritate introducta sunt. Sin autem extra eandem observationem mulieres acceperint intercedentes: pro [5] nihilo habeatur hujusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tanquam nec confecta, nec penitus scripta: [ut] nec SC. auxilium imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto.

De intercessione pro libertate.

24. Idem A. Juliano P. P.

VEterum ambiguitatem decidentes, sancimus, Si quis ut servo [6] suo manumissionem imponat, mulierem acceperit obnoxiam sese pro certa quantitate facientem, si in libertatem servum perduxerit, sive principaliter mulier sese obligavit, sive pro servo hoc fecit, teneri eam recte omnimodo, Senatusconsultum Vellejanum in hoc casu tacere imperantes. Satis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominum servi, qui credidit mulieri, sive soli, sive post servi promissionem, & libertatem servo imponere, & suum famulum perdere, & ea minime accipere, quibus fretus ad hujusmodi venit liberalitatem.

De dote.

25. Idem A. ad populum urbis Constantinopolitanæ, & universos provinciales.

GEneraliter sancimus: ut [7], si quis major vigintiquinque annis, sive masculus, sive fœmina [8], dotem [9] pollicitus sit, vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est, omnimodo compellatur [10] suam confessionem adimplere: neque enim ferendum est, quasi casu fortuito [11] interveniente mulierem fieri indotatam, & sic a viro forsitan repelli [12], & distrahi matrimonium. Cum enim scimus, favore [13] dotium & antiquos juris conditores severitatem legis sæpius mollire: merito & nos ad hujusmodi venimus sanctionem. Nam si spontanea voluntate ab initio liberalitatem suam ostendit, necesse est eum, vel eam suis promissionibus satisfacere: ut quod ab initio [14] sponte scriptum, aut in pollicitationem deductum est, hoc ab invitis postea compleatur: omni auctoritate Velleiani Senatusconsulti in hac causa cessante.

TIT. XXX.

DE NON [15] NUMERATA PECUNIA.

De Pignore convento, vel dato, & de probatione pignoris dati.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Hilario.

SI pecuniam tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam adseris, & *Pignus* [16] datum probaturus es; in rem experiri potes: nam intentio dati pignoris nec numeratæ [17] pecuniæ, non aliter tenebit, quam si de fide debiti constiterit. † Eademque ratione veritas servetur, si te possidente pignus adversarius tuus agere cœperit. [PP. Kalend. Septemb. LATERANO & RUFINO CONSS.] 198.

De Parte non numerata.

2. Imp. ANTONINUS A. Maturio.

MInorem pecuniam te accepisse, & majorem [18] cautionem interposuisse, si apud eum, qui super ea re cogniturus est, constiterit: nihil ultra quam accepisti cum usuris in stipulatum deductis restituere te jubebit.

De hypotheca.

3. Idem A. Demetrio.

SI ex cautione tua, licet [19] *Hypotheca* data [20], conveniri cœperis: exceptione opposita, seu doli, seu non numeratæ pecuniæ, compellitur [21] petitor probare pecuniam tibi esse numeratam: quo non impleto, absolutio sequetur.

De Solutione facta juxta cautionem.

4. Idem A. Bassano.

CUm fidem cautionis agnoscens, etiam [22] *Solutionem* portionis debiti, vel usurarum feceris: intelligis te de non numerata pecunia nimium tarde querelam deferre.

De eo, qui scripturam propriam, vel numerationem negat.

In AUTHENT. de trient. & semiss. §. studium. collat. 3. titul. 5. Novell. 18. cap. 8.

COntra, qui propriam scripturam, qua convenitur, abnegat, vel numerationem inficiatur: convictus in duplum [23] *condemnetur: nisi sacramento illato confiteatur: tunc enim non punitur, nisi in expensas circa probationes factas, actoris juramento declarandas. At* [24] *si post numerationis inficiationem prætendat solutionem: omnino solidum exigitur, nec prodest jam facta solutio.* † *Contra si actor literas suas a reo prolatas abneget, eadem sit & pœnæ & jurisjurandi forma.* † *Hac pœna curatori infligenda, si de suis literis quæstionem referat in causa ejus quem curat.*

De Causa debiti præcedente.

5. Imp. ALEXANDER A. Haustiano.

ADversus petitiones adversarii si quid juris habes, uti eo potes. Ignorare autem non debes, non numeratæ pecuniæ exceptionem ibi locum habere, ubi quasi [25] credita pecunia petitur. Cum autem ex præcedente *Causa* debiti [26] in chirographum quantitas redigitur, non requiritur, an tunc, cum cavebatur, numerata sit: sed an justa causa debiti præcesserit.

De eo, qui obligationem alterius suscepit.

6. Idem A. Justino.

FRustra opinaris exceptione non numeratæ pecuniæ te esse munitum, quando (ut fateris [27]) in ejus vicem, qui erat obligatus, *substitueris* te debitorem.

De Condictione & exceptione.

7. Idem A. Juliano, & Ammiano.

SI quasi accepturi mutuam pecuniam adversario cavistis, quæ numerata non est, per *Condictionem* [28] obligationem repetere: [&] si actor non petat, vel *Exceptione* non numeratæ pecuniæ adversus agentem uti potestis.

Heredibus, & in heredes quando competat.

8. Idem A. Materno.

SI intra legibus definitum [29] tempus, qui cautionem exposuit nulla querimonia usus, defunctus est: residuum tempus ejus *Heres* [30] habebit tam adversus creditorem, quam adversus [ejus] *heredem*. † Sin autem questus [31] est, exceptio non numeratæ pecuniæ heredi, & adversus [32] heredem ejus perpetuo competit. † Sin vero legitimum tempus excessit, in querimoniam creditore minime deducto, omnimodo heres ejus, etiam si pupillus [33] sit, debitum solvere compellitur.

De Parte non numerata.

9. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Zoilo.

CUm ultra [34] hoc, quod accepit, re obligari neminem posse constet, [&] si stipulatione interposita, placita creditor non dederit: in factum [esse] dandam exceptionem convenit. Si [35] necdum tempus intra quod hujus rei querela deferri debet, transiit; vel [36] si intra hoc in testando juri paritum sit: nihil ultra hoc, quod accepisti, sortis a te nomine [aditus Rector vel] Præses provinciæ exigi patietur.

De probatione, & de longi temporis præscriptione.

10. Iidem AA. Mezantio.

ASseveratio *debitum* [37] *solutum* contendentis, temporis diuturnitate non excluditur: Nec huic obloquitur, quod exceptio non numeratæ pecuniæ certa die [38] non delata querela prius evanescat: cum inter eum, qui factum adseverans [39], onus subiit probationis, & negantem numerationem, (cujus naturali ratione probatio [40] nulla est) & ob hoc [41] ad petitorem ejus rei necessitatem transferentem, magna sit differentia.

tio accepto. Pecunia accepta fidejubens mulier, Velleiano non juvatur: quæ tamen gratis fidejubens, juvatur. 1 Delegata mulier si non solvendo sit, creditor superfluum ab antiquo debitore potest petere. 2 Si Velleiano, ejus beneficii seu auxilii non admonita, mulier renunciaverit, Velleiano juvabitur: neque ei obstabit renunciatio. vid. tamen Socinum *reg.* 271. 3 Dixi *supr. h. t.* 4 Id est, cautionem, ὁμολογίαν.
5 Instrumentum factum contra solennitatem legis, ipso jure nullum est.
6 Mulier intercedens pro servo, ut consequatur libertatem, non juvatur hoc senatusconsulto. *Goth.* Hæc est decima quarta ex 50. novis decisionibus Justinian. Inglois. *Ans.*
7 *Synopsis Basil.* 29. *tit.* 1. *ex lib.* 28. *tit.* 7. *cap.* 84. 4. Harmen. 8. §. 22. 8 Vid. Bald. Novellum *in tract. de dote* 6. *part. princ. privil.* 12. Rim. *Instit. de donat. in rubr. n.* 39. & 42. 9 Vid. *l.* 12. *s. h. t.* 10 Velleianum cessat sex casibus favore dotis. *ut hic.* libertatis. *l.* 24. *supr.* si mulier renunciet Velleiano. *l.* 21. *supr. h. t.* aut pretium fidejussionis causa accepit. *l.* 23. *s. h. t.* si secundo cavit. *l.* 22. *supr. h. t.* si decipit. *l.* 5. *in fin. l.* 18. *supr. h. t.*
11 Dotem promissam omnimodo promissor præstare cogitur: neque casu fortuito deminutis facultatibus, ab ea præstanda liberatur: ne fiat alioquin indotata mulier, & a viro repudium, dotis non solutæ, aut deperditæ nomine patiatur: aut potius color alius ad eam rem quæratur.
12 Hodie non fit divortium ob non solutam dotem. *l.* 11. §. 1. *J. de repudiis & de judic. morib. sublat. Novell.* 22. *cap.* 18. Goth. Hinc colligunt indotatam mulierem a viro expelli posse. Præposi. Alex. *ad c. per vestras. col.* 1. *in fin. extr. de don. inter vir. & ux.* Jo. Campeg. *in tract. de dote part.* 2. *quæst.* 54. Rom. *cons.* 517. *in princ.* Bal. *ad l. si donaturus.* §. 1. *ff. de condict. ob caus. & ad l. divisione ff. solut. matrim.* Bartol. *ad l. si donaturus.* v. Socinum *reg.* 258. & 315. Mod. 13 *l.* 70. *ff. de jure dot.* vid. *l.* 85. *ff. de reg. jur. & ibid.* Decium. 14 Contractus ab initio voluntatis: ex postfacto, necessitatis. *l.* 5. *supr. de obligationib. & act.*
15 *Instit. de liter. obligat.* §. 2. *Instit. de except. l.* 4. *ff. de doli mali & met. except.* περὶ ἀναργυρίας. 23. *Syn. Basil.* 1. 2. Harm. 2. Oldendorp. 52. *de exceptionibus.* vide omnino Rebuffum *tom.* 1. *tract. de chirographis, & schedularum recognit. articul.* 1. *fol.* 128. *num.* 10. & *sequentib. ad* 73. *eundem tom.* 2. *tract. de resciss. contr. art. unico, gloss.* 19. *num.* 26. Huc referre possis titul. *de dote cauta non numerata lib.* 5. *tit.* 15. *infr.* & titulum, *Si pignoris conventionem numeratio pecuniæ secuta non sit, lib.* 8. *tit.* 33. & *Nov.* 100. *de non numerata dote.* In Gallia ut hæc exceptio servetur, & in ea cui onus probandi incumbat, dicam ad *l.* 14. *infr. h. t.*
16 Vid. *l.* 1. & 2. *infr. si pignor. conventionem.* 17 Γρ. nec numerata pecunia.
18 Sive nulla, sive minor pecuniæ quantitas sit numerata, potest ἀναργυρία opponi. *Synops. Basil. h. t. cap.* 60. §. 2. 19 Exceptionem pecuniæ non numeratæ objicere debitor potest, etiam si pignora jam vel hypothecas creditori suo dederit. *Synops. h. t. cap.* 62. imo etsi juraverit. *l. ult. infr. h. t.* 20 Commentatus est in hanc legem copiosissime Emanuel Costa: præter quem vide & Forcatulum *Necyomant. jur. dialog.* 75. Mod. 21 *l.* 10. *in fin. J. l.* 3. *s. h. t.* interim Cujac. *Nov.* 100. colligit, contestatione transferri onus probandi in actorem. Quidam etiam cautionis vocabulo hic intelligunt instrumentum privatum vel publicum, in quo mentio fit receptæ pecuniæ, non tamen numeratæ. 22 Exceptioni τῆς ἀναργυρίας renunciat, qui cœpit usuras vel partem sortis solvere. *Synops. h. t. cap.* 63. 2. Harmen. 1. §. 3. vide Molin. *q.* 20. *de usur. num.* 208. *ibi, sexto solvens ex intervallo.* 23 Pœna falso negantis propriam scripturam, vel numerationem. 24 Pœnam mentientis & inficiantis observa. Si quis mutuum se accepisse inficiatus convictus sit, hanc pœnam patitur, ut universum debitum exsolvere cogatur, licet cautiones quasdam proferat solutionis a se in partem debiti factæ. 3. Harmen. 5. §. 65. Eo etiam pertinere potest, quod apud eundem Harmen. 5. *Scholiastes* 2. *tit.* 2. §. 10. scribit eum qui partem debiti inficiatur, quod alteram solutam esse excipiat, onus probationis sustinere: aliter quam si totum debitum fuisset inficiatus. 25 Id est, ubi vere credita pecunia petitur: ut hinc colligere possis, hanc exceptionem locum tantum habere in mutuo: & sunt tamen quædam non absimiles exceptiones in pignore & dote.
26 Puta venditionis. 27 Suscipiens alterius in se obligationem, exceptionem opponere non numeratæ pecuniæ non potest. *l.* 4. *infr. de duobus reis stipul.* 28 Cautio dati chirographi condici potest, si ex eo numerata non sit pecunia, & ita actio, non tantum exceptio competit ei, cui non est numerata pecunia. *l.* 3. *s.* & *l. ult. s. de condict. indeb.* ex *l.* 15. *J. de fidejussoribus. l. ult. J. de solutionib. l.* 3. *ff. de condict. sine causa. l.* 9. *s. ad exhibendum. l.* 1. *l.* 2. *C. Gregoriano. tit. si debito persoluto.* 29 Vid. *l.* 14. *J. h. t.* 30 Ad heredem exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur, nisi tempus sit finitum. 31 Contestatio locum facit perpetuæ petitioni. *l.* 87. *l.* 139. *ff. de reg. jur.* 32 In heredem exceptio non numeratæ pecuniæ datur. 33 Heres etiam pupillus tenetur debito paterno. dixi ad *l.* 4. *s. de hered. action.* 34 Gratuitum hinc colligunt mutuum esse, & mutui debitorem non obligari ultra id quod accepit. *l.* 17. *ff. de pactis. l.* 11. §. 1. *ff. de reb. cred.* idem in pecuniam constituente pro alio. *l.* 11. *in fin. ff. de pecun. const.* idem in fidejussore. *l.* 8. §. 7. *ff. de fidejussor.* An idem in pactis & stipulationibus? vid. quæ dixi ad *l.* 13. *s. de pact.* An idem in traditionibus rerum? vid. *l.* 48. *ff. de pactis.* 35 *l.* 14. *infr. h. t.* 36 Negans numeratam sibi pecuniam exceptione pecuniæ non numeratæ intra biennium uti potest. Imo & post biennium, si modo intra illud tempus διεμαρτύρατο: id est, protestationem interposuit. *Synopsis & ibi Scholiastes* 23. *tit.* 1. *cap.* 67. & 68. 2. Harmen. 2. §. 4. protestatione igitur perpetuatur jus exceptionis ἀναργυρίας. 37 Exceptio non numeratæ pecuniæ, biennalis, solutæ perpetua. 38 Id est, biennio. *l.* 14. *princ. infr. h. t.* 39 Qui factum adseverat, probare tenetur: qui factum negat, non tenetur. *l.* 23. *supr. de probat.* 40 Dixi ad *l.* 23. *in fin. supr. de probat.* 41 *l.* 3. *supr. h. t.* vid. *l.* 13. *infr. h. t.*

De

De transactione.

11. Iidem AA. Eutychiano.

SI transactionis [1] causa dare Palladio pecuniam stipulanti spopondisti: exceptione non numeratæ pecuniæ defendi non potes.

De mandatore & fidejussore.

12. Iidem AA. Severiano.

TAm mandatori [2] quam fidejussori non numeratæ pecuniæ exceptio exemplo rei principalis competit.

De causæ probatione, & de confessione debitoris.

13. Imp. JUSTINUS A. Theodoro P.P. [3].

GEneraliter sancimus: Ut, si quid scriptis cautum fuerit, pro quibuscunque pecuniis ex antecedente [4] causa descendentibus, eamque causam specialiter promissor edixerit, non jam ei licentia sit causæ probationem stipulatorem exigere, cum suis [5] confessionibus acquiescere debeat [6]: nisi certe ipse e contrario per apertissima [7] rerum argumenta scriptis inserta, religionem judicis possit instruere, quod in alium quemquam modum, & non in eum, quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. Nimis enim indignum [8] esse judicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere.

De tempore hujus exceptionis proponendæ. 1. De deposito, de securitatibus publicarum functionum, vel dotis, 2. & cæteris. 3. de Jurejurando. 4. quæ observanda sunt in hac querela proponenda.

14. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

IN contractibus, in quibus [9] pecuniæ, vel aliæ res numeratæ, vel datæ esse conscribuntur, non intra quinquennium [10] (quod antea constitutum erat) non numeratæ pecuniæ exceptionem objicere possit, qui accepisse pecunias, vel alias res scriptus sit, vel successor ejus: sed [11] intra solum biennium [12] continuum: ut eo elapso nullo modo querela non numeratæ pecuniæ introduci possit: his scilicet, qui propter aliquas causas specialiter legibus expressas etiam elapso quinquennio in præteritis temporibus adjuvabantur, etiam in posterum (licet biennium pro quinquennio statutum est) eodem auxilio potituris. §. 1. Sed quoniam securitatibus, & instrumentis depositarum rerum, vel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur, justum esse perspeximus, hujusmodi potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in aliis vero brevi tempore concludere. Ideoque sancimus instrumento [13] quidem depositionis [14] certarum rerum, vel certæ pecuniæ, securitatibusque publicarum [15] functionum, sive in solidum sive ex parte soluta esse conscribantur, illis etiam securitatibus, quæ post confectionem dotalium [16] instrumentorum de soluta dote ex parte, vel in solidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi. §. 2. Super [17] cæteris [18] vero securitatibus quæ super privatis debitis a creditore [19] conscribuntur, *partem debiti sortis, vel usurarum nomine solutam esse* significantes, vel adhuc fœneratitia cautione apud creditorem manente, solidi tamen debiti solutionem factam esse demonstrantes, vel etiam futuram esse redhibitionem instrumenti fœneratitii promittentes, vel si qua alterius cujuscunque contractus gratia, in quo numeratio pecuniarum, vel datio certarum specierum scripta est, securitas similiter data sit, depensas esse pecunias, vel alias res, vel partem earum significantes: intra triginta [20] tantummodo dies post hujusmodi securitatis expositionem connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ posse objici: ut si hi transacti fuerint, eadem securitas a judicantibus omnibus modis admittatur: nec ei liceat, qui securitatem exposuit, post excessum memoratorum [triginta] dierum non esse sibi solutas pecunias vel alias res dicere. §. 3. Illo [21] videlicet [semper] observando [22]: ut, in quibus non permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, vel ab initio, vel post taxatum tempus elapsum: in his [23] nec jusjurandum offerre liceat [24]. §. 4. In [25] omni vero tempore, quod memoratæ exceptioni taxatum est, ei licebit, cui talis exceptio competit, vel denunciationibus scripto missis querelam non numeratæ pecuniæ manifestare [ei] qui numerasse eam, vel alias res dedisse instrumento scriptus est: vel si [26] abesse eum his locis, in quibus contractus factus est, contigerit, in hac quidem alma urbe apud quemlibet ordinarium judicem, in provinciis vero apud viros clarissimos rectores earum, vel defensores locorum eandem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionem efficere. Sed si præsens quidem sit, qui pecunias numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquam vero administrationem in hac alma urbe, vel in provinciis gerat, ut difficile esse videatur denunciationem ei mittere: licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios judices adire, vel in hac alma urbe, vel in provinciis, & per eos manifestare, cui exceptionem hujusmodi objicit, factam a se super non numerata pecunia querelam esse. † Quod si in provinciis [vel] non sit alius administrator civilis, vel militaris, vel propter aliquam causam difficile sit ei, qui memoratam querelam opponit, adire eum, & ea quæ dicta sunt, facere: licentiam ei damus per virum reverendissimum Episcopum [27] eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere. † Quæ etiam in exceptione non numeratæ dotis [28] locum habere certum est. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* D. N. JUST. A. II. COS. 528.

In AUTHENT. de temp. non sol. pec. super dot. §. fin autem. coll. 8. tit. 1. al. coll. 7. tit. 11. Nov. 100. cap. 1.

HAnc autem querelam in scriptis fieri oportet, & si quis eam in judicio faciat: oportet eam mulieri, vel omnimodo ei qui dotem conscripsit, innotescere.

Qui possunt hac exceptione uti.

15. Idem A. Mennæ P.P.

SI cui non numeratæ pecuniæ competere possit exceptio: etiam eo superseдente tali auxilio uti, vel præsente, vel absente, creditores ejus (sive ipsi conveniantur, utpote res ejus detinentes ab his, qui debita ejus exigunt, cui competit hujusmodi exceptio, vel dotis, vel alterius causæ nomine: sive contra alios possidentes aliquam actionem ipsi moveant) [possint] in examinando negotio suis adversariis eandem non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere: nec [29] eo prohibeantur, quod principalis debitor ea nunquam usus sit: ita tamen, ut neque principali debitori, neque fidejussori ejus aliquod præjudicium generetur, si is qui eam exceptionem opposuerit, victus fuerit: sed possint illi postea si conveniantur, intra statuta scilicet tempora, eadem se exceptione tueri.

De jurejurando.

16. Idem A. Joanni P.P.

INdubitati juris est, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere, & in talibus nominibus, [vel] fœneratitiis, vel aliis cautionibus [30], quæ etiam [31] sacramenti habent mentionem [32]. † Quæ enim differentia est in hujusmodi exceptione, sive jusjurandum positum est, sive non, tam in fœneratitiis cautionibus, quam in aliis instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt.

TIT. XXXI.

DE COMPENSATIONIBUS [33].

Fisco petenti ex eadem non ex aliena statione fit compensatio.

1. Imp. ANTONINUS A. Dianensi.

ET Senatus censuit, & sæpe rescriptum est, compensationi in causa fiscali, ita demum locum esse, si eadem [34] statio [35] quid debeat quæ petit. Atque hoc juris propter confusionem diversorum officiorum tenaciter servandum est. Si quid autem tibi ex ea statione, cujus mentionem fecisti, deberi constiterit: quamprimum recipies.

1 Petenti ex transactione non objicitur exceptio ἀναργυρίας. *Synops. h. t. c.* 69. 2 Reus principalis mandator & fidejussor ἀναργυρίαν possunt objicere. 3 Præfecto urbi. Cuj. 3. *obs.* 3. 4 Cavi me centum tibi debere ex antecedente causa aliqua, verbi gratia emptionis, & hoc specialiter edixi, id est scripsi? probationem a te exigere non possum. Cur? confessionibus meis acquiescere debeo. Tu non cogendus es probare te mihi aliquid vendidisse, vel te centum illa mihi numerasse: sed ipse probare debeo, nihil te olim mihi vendidisse: Hoc, inquam, probare debeo non perfunctorie, sed per apertissima tantum rerum argumenta scriptis inserta. Tantisper dum id probavero, confessioni meæ præscriptæ stabitur, *ut hic* adde §. *ult. Inst. de fidejussorib. l.* 30. *ff. de verb. obl. l.* 2. *in fin.* J. *de quadrienn. præscr. l.* 25. *ff. de probat.* ex reo partes actoris sustinet. *l.* 1. *ff. de except. præscript. & præjud.* adde autorem *Syn. h. t. c.* 71. & 3. Harm. 5. §. 74. Cujacium *ad Novell.* 100. 5 Suæ confessioni quisque debet acquiescere, confessionem legitime factam nemo potest revocare. vid. Dynum *ad c.* 21. *de reg. in* 6. vid. etiam diligenter Molin. *q.* 29. *de usur. n.* 208. *in pr.* 6 Vide Joan. de Imol. *ad l. a Titio. ff. de verb. oblig.* Roffredum *in libellis ad Rubr. certi condictio.* Joan. Andr. *in addit. ad* Specul. *tit. de consensu. §. nunc videndum. vers. quæ est ratio.* Paul. Castr. *in l. si divort. ff. de verbor. obligat.* Lud. Rom. *ad l. generaliter. ff. h. t.* Bart. *ad l. cum quis decedens. §. codicillis. vers. ad quæst. ff. de leg.* 2. Jason. *ad l. admonendi. ff. de jurejur.* & *ad l. cum te transegisse. supr. de transact.* Felin. *in c. cum cautio. de fid. instrum. & c. at si cleric.* 6. *col. extr. de judiciis.* Bald. *in l.* 3. *infr. de repud. hered.* Cyn. *l.* 1. *infr. de confess.* Alex. *cons.* 13. *vol.* 1. Socin. *cons.* 178. & *cons.* 228. Mod. 7 Falsitas instrumenti testibus potest argui. vid. *l.* 3. *in fin. supr. si min. se major.* 8 Quibusdam casibus hoc non est indignum. vid. Mynsing. 4. *obs.* 51. 9 Id est, non aliis quam in mutuo. 10 Aliud hic jure civili, aliud jure canonico statuitur: Jason. *ad l. qui pecuniam.* 30. *n.* 7. & 8. *ff. si cert. petat.* Hippol. *sing.* 463. & *sing.* 622. Felin. *ad c. si cautio. de fid. instr.* Diaz. *Reg.* 249. Duen. *reg.* 261. Mod. 11 Διαμαρτυρία τῆς ἀναργυρίας protestatio seu exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium continuum opponi debet: olim quinquennio, hodie biennio continuo extinguitur: exceptis iis quibus jure speciali olim concessum erat, etiam post quinquennium eam exceptionem opponere, *ut hic. Synops. h. t. cap.* 72. 2. Harmen. 2. *c.* 8. 12 *Inst. de literarum obligat.* §. 2. *Inst. de except.* Hodie semper in Gallia auditur excipiens non numeratam pecuniam, sed ei incumbit onus probandi. Rebuff. *tom.* 1. *constit. in proœm. n.* 59. Goth. Quod cum Jure Canonico convenit, quo non numeratæ pecuniæ exceptio etiam post biennium opponi potest in vim exceptionis doli mali. vid. Dyn. *ad cap. locupletari, de reg. jur. in* 6. Panorm. *cap. ult. extr. de solut.* Felin. *cap. si cautio. n.* 60. *de fide instrum.* Ans. 13 Non numeratæ pecuniæ exceptionem nemo opponit adversus apocham seu instrumentum, quo confessus est se depositum accepisse: sed nec adversus securitatem (ἀπόδειξιν Græci vocant) δημοσίων id est, de rebus fisci vel publicis functionibus & tributis, ἢ κατὰ ὁμολογίας ἀποληπτικῆς ἐπὶ προικὶ: hoc est, adversus cautionem scriptam receptoriam de dote seu dotis receptæ, *Synops. &* Harm. *d. loco.* 14 In deposito confesso vel (ut loquuntur interpretes) confessionato, non admittitur exceptio non depositæ pecuniæ. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 17. *n.* 7. 15 Vid. *l. ult. infr. de apoch. publ.* adde *l.* 2. *in fin. infr. de quadrienn. præscript.* 16 Exceptioni non numeratæ dotis locus non est, si præter instrumentum dotis etiam apocha caverit maritus se dotem accepisse. vid. Cujac. *ad Nov.* 102. *in fin.* 17 Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra dies triginta potest opponere creditor adversus ἀπόδειξιν seu apocham solutæ sibi pecuniæ a se debitori factam, alio nomine, quam depositi tributorum, & dotis: atque ita differt spatium triginta dierum a biennio, de quo supra, quod datur, quum quis habet chirographum tanquam crediturus, & alter postea dicit se nihil accepisse. Triginta vero dierum, cum creditor securitatem fecerit, veluti qui solidum vel partem acceperit. *Synops. & Scholiastes ibid.* Dic apertius, biennii exceptio competit reo seu debitori: triginta dierum creditori. 18 In quibus non agitur de deposito, de tributis, de dote, *ut* s. §. 1. 19 Spe futuræ solutionis, si creditor apocham debitori tradidit, dabitur etiam ei exceptio non numeratæ. 20 Vide quæ notavi ad *l.* 7. *in fin. ff. de public. & vectig.* 21 In quibus causis pecuniæ non numeratæ exceptio opponi non potest, aut intra triginta dies duntaxat potest, nec jusjurandum defertur. 2. Harm. 2. §. 9. *Synops. dict. loc.* 22 Vide Jasonem *ad l. manifestæ* 38. *ff. de jurejur.* Mod. 23 Excipere cui non licet, jusjurandum deferre non potest: vide *l.* 35. *in fin. ff. de jurejur.* 24 Vid. tamen *Novell.* 136. *cap.* 6. 25 Exceptionem pecuniæ non numeratæ qui habet, nec eam opponere propter metum adversarii sui potest, protestatione (Græcis διαμαρτυρίᾳ) apud præsidem vel apud Episcopum interposita tempus interrumpit. *Scholiast. Synops. dict. loc.* 26 *l.* 14. J. *de contr. stipulat.* 27 *l.* 21. s. *de Episcop. aud.* 28 Vid. J. *de dote non numer.* 29 Adde *l.* 15. *ff. de fidejuss.* 30 An contra instrumentum guarentigiatum, aut confessatum non numeratæ pecuniæ exceptio opponi possit, vid. Groeneweg. *hic*: & Censur. Forens. nostram *lib.* 4. *cap.* 18. *S. L.* 31 Vid. *l. ult. ff. ad municip.* adde speciem *l. penult.* s. *de transact.* & ita, non obstante juramento potest excipi de non numerata pecunia, h. e. exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet etiam in jurata cautione. *Syn. Basil. d. l. c.* 76. jurata porro cautio Græcis ἐνώμοτος ὁμολογία. De gratia jurisjurandi dixi ad *d. l. ult.* a quo sit petenda. v. Roland a Valle 1. *consil.* 6. 32 Exceptio non numeratæ pecuniæ competit etiam apposito juramento, & juramentum intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur. Tiraquel. *de constit.* 3. *part.* 7. *lim. n.* 34. Jacob. de Nig. *ad rub. ff. de verbor. oblig. n.* 182. Fortun. Garzia. *ad l. si unus. §. pactus ne peteret. num.* 68. *ff. de pact.* Decius *consil.* 240. & 351. *num.* 8. Didacus Covarruvias *ad rubr. extr. de testibus* 2. *part. n.* 12. Guterius *part.* 1. *resolut. c.* 37. Mod.

33 §. 39. *Inst. de actionibus &* 16. *D.* 2. adde Paul. 2. *sentent.* 5. §. 3. Oldendorp. *de except. compensat. cap.* 47. *de except.* In Gallia consuetudinaria compensatio apud judicem sine literis regiis non admittitur: quod ad compendium sigilli Regis excogitatum refert Rebuffus *tom.* 1. *in proœm. constit. gl.* 5. *num.* 57. Goth. Ad hunc tit. vid. Cujac. *lib.* 6. *observat. cap.* 16. & *lib.* 15. *cap.* 12. & *tom.* 3. *comment. ad jus civil. S. L.* 34 Si unus fisci stationarius mihi debet, alii sum debitor, petere non possum compensationem. adde *l.* 12. *ff. h. t.*
35 Στατίων. Fiscus in diversis provinciis quosdam habuit, qui res ipsius curarent. Curatio quælibet appellatur statio. 7. *Synops.* 6. *ex lib.* 24. *tit.* 10. *cap.* 25. & *ibid. Scholiastes.* stationis fiscalis fit alibi mentio in *l.* 1. *ne fiscus rem quam vendid. lib.* 10. *tit.* 5. *l.* 9. *infr. de susceptorib. lib.* 10. *tit.* 70. *l.* 2. J. *de solut. & liberationibus.* Curationem hic voco, non locum stationis. vid. Cujac. 24. *observ.* 37. non ipsas mansiones, in quibus officia fiscalia consistunt. vide Cujac. *ad l.* 1. J. *ne fiscus rem.* non officium stationarii, sed ipsum stationarium & curatorem fiscalem. His ita cognitis dicamus, fisco agenti compensationem objici posse: sed tunc tantum, cum eadem ex statione debet non alia. Nam cujusque stationis ratio separata est, verbi gratia καθολικὸς seu generalis Alexandriæ debitum fiscale petit: Reus seu debitor contra, sibi tantumdem a fisco Antiochiæ deberi ait? quum alia statio sit, exceptionem non habebit: si aliter compensationes petuntur, συγχέονται αἱ φροντίδες καὶ οἱ λόγοι τῶν καθολικῶν, cautiones ipsæ & rationes generalium confunduntur. *Synopsis Basilic. & ibid. Scholiastes* 7. *tit.* 6. *extr.* 10. *c.* 125.

Judicatæ rei solvendæ non solutæ compensatio recte petitur.

2. Idem A. Asclepiadæ.

EX [1] causa quidem judicati [si debitum] solutum repeti [2] non potest, ea [3] propter nec compensatio [4] ejus admitti potest. † Eum vero, qui judicati convenitur [5], compensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse nemini dubium est.

Reipublicæ debitor certis casibus compensationem non objicit.

3. Imp. ALEXAND. A. Capitoni.

IN ea, quæ Reipublicæ te debere fateris, compensari ea quæ [invicem] ab [6] eadem tibi debentur, is cujus de ea re notio est, jubebit: si [7] neque ex Kalendario, neque ex vectigalibus [8], neque ex frumenti, vel olei publici pecunia, neque tributorum, neque alimentorum, neque ejus qui statutis sumptibus servit, neque fideicommissi civitatis debitor sis.

Quantitatis & pecuniæ compensatio ipso jure fit, & ad concurrentem quantitatem usuræ sistuntur.

4. Idem A. Luciano.

SI constat pecuniam invicem [9] deberi [10]: ipso [11] jure pro soluto [12] compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes quantitates, ejusque solius, quod amplius apud alterum est, usuræ debentur, si modo petitio earum subsistit [13].

Ex testamento debitum ita compensari potest, ut ejus usuræ non debeantur, quod compensari potest.

5. Idem A. Honoratæ.

ETiamsi fideicommissum [14] tibi ex ejus bonis deberi constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis, æquitas [15] compensationis usurarum excludit computationem: petitio autem ejus quod amplius [16] tibi deberi probaveris, sola relinquitur.

Ut pecuniæ cautæ non numeratæ, non est necesse compensationem opponi, ita rerum amotarum nomine recte petitur compensatio.

6. Idem A. Pollidenti.

NEque scriptura [17], qua cautum est accepta, quæ [18] negas tradita, obligare te contra fidem veritatis potuit: & compensationis æquitatem jure postulas. Non enim prius exolvi, quod debere te constiterit, æquum est, quam petitioni mutuæ [19] responsum fuerit: eo magis, quod ea te persequi dicis, quæ a muliere divortii causa amota quereris. PP. Dat. Kal. Decemb. ALEX. A. III. & DIONE CONSS. 230.

Venditor privatus pretium petens compensationem patitur, non fiscus.

7. Idem A. Euzosio.

SI ex venditione pretium venditori debetur: compensationis ratio opponitur. Adversus fiscum [20] enim solummodo emptores petitioni pretii compensationem objicere prohibentur.

De fructibus perceptis, & de legato.

8. Imp. GORDIANUS A. Emerito.

SI propter fructus [21] ex possessione tua perceptos vitricus tuus debitor tibi constitutus est: cum id quod a matre tua ei legatum est, a te petere cœperit; mutuo [22] debitæ quantitatis apud eum, qui super ea re judicaturus est, compensationem non immerito objicies.

Alteri quod debes non mihi, compensare mihi non cogeris.

9. Idem A. Eumenidi.

EJus, quod non ei [23] debetur, qui convenitur, sed alii compensatio fieri non potest.

De indebito soluto.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Nicandro.

QUoniam liberum [24] fundum distractum tibi proponis: post vero, veluti præcedente emptionem obligatione certum quid solvisse [25], si debitum a te apud Præsidem provinciæ petatur: compensationem ejus quod indebite [26] solvisti potes opponere.

De nominatoribus tutorum.

11. Iidem AA. Juliano & Paulo.

SI tutores [27] pupillis officio magistratus urgente nominastis [28], ac pro his [29] propter onus primipili [30] pecuniam solvistis, superstitiosam geritis sollicitudinem, ne ab ipsis conventi [31] hanc eis imputare [32] minime possitis, vel a vobis quicquam amplius exigatur, si tantum [33] quantum eis tutores debuerunt, vel vos nomine ipsorum majorem [34] quantitatem dedisse probetur.

De parte compensata, & de pignoribus.

12. Iidem AA. & CC. Corneliano.

INvicem [35] debiti compensatione habita, si quid amplius [36] debeas, solvens, vel accipere creditore nolente offerens [37], & consignatum deponens, de pignoribus agere potes.

De publicis pensitationibus.

13. Iidem AA. & CC. Basso.

SI velut in id debitum, quod solennium [38] publicarum pensitationum nomine [debueras] compensaturo tibi, nihil te petiturum postea Mutiano [39] scripsisti: redditis [40] his quæ venerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio, sed ante debiti competit exactio.

De actionibus in rem, vel in personam. 1. *De debito liquido, vel non liquido. De deposito.* 2. *De possessione occupata.*

14. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P. P.

COmpensationes [41] ex omnibus [42] actionibus ipso [43] jure fieri sancimus, nulla differentia in rem [44], vel personalibus actionibus inter se observanda. §. 1. Ita tamen compensationes objici jubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit [45], & non multis ambagibus innodata, sed possit judici facilem exitum sui præstare: satis enim miserabile est post multa forte variaque certamina, cum res jam fuerit approbata, tunc ex altera, parte quæ jam pene convicta est, opponi compensationem jam certo & indubitato debito, & moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi. Hoc itaque judices observent, & non procliviores ad admittendas compensationes existant: nec molli animo eas suscipiant: sed [46] jure stricto utentes, si invenerint eas majorem & ampliorem exposcere indaginem, eas quidem alii judicio reservent; litem autem pristinam jam pene expeditam, sententia terminali [47] componant: excepta actione depositi [48] secundum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse disposuimus. §. 2. Possessionem autem alienam [49] perperam occupantibus compensatio non datur.

TIT. XXXII.

DE USURIS [50].

Stipulatio parit usuras, nec scripturam exigit.

1. Imp. ANTON. PIUS A. Evocato.

SI [51] interrogatione præcedente promissio usurarum recte facta probetur: licet instrumento conscripta [52] non sit, tamen optimo jure debentur.

Mora emptoris parit usuras venditori.

2. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Lucio.

USuras emptor, cui possessio rei tradita [53] est, si pretium venditori non obtulerit [54]: quamvis pecuniam obsignatam in [55] depositi causam habuerit, æquitatis ratione præstare cogitur.

1 Judicati ex causa qui convenitur, compensare potest: qui tamen si ex eadem causa jam solvit, quamvis iniqua sententia sit, neque solutum repetit, neque in compensationem alterius debiti: ejus nomine conventus, opponit se indebitum aliquod ante solvisse, ut hic, ἐ μὴ προστιθέναι χρήσεως ἄνωθεν τὰ τῆς δίκης γυμνασθῆ, id est, nisi usus accessione, lis jam antea quoque fuerit exercita. Synopsis, & ibid. *Scholiastes cap.* 26. 2 Solutum judicati causa non repetitur, nec compensatur, licet judicatum iniquum fuerit. 3 Compensari non potest, quod solutum repeti non potest. 4 Compensationis exceptio potest in executione sententiæ opponi. 5 Id est, sententia mandatur executioni. 6 *l. ult. ff. h. t. l.* 46. *§.* 5. *ff. de jure fisci.* 7 Reipubl. potest objici compensatio. *Goth.* Vide Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 19. Ans. 8 Compensatio fisco objici non potest petenti tributa, *ut hic.* adde *l. aufertur* 46. *§. ut debitorib.* 5. *ff. de jure fisci.* Quid? decimas petentibus compensatio num recte potest objici? negat objici posse Roman. *sing.* 547. *argum. hujus legis.* eo magis quod decimæ Deo debeantur, *cap. tua nobis* 26. *de decimis.* Idem notat *gloss.* 16. *quæst.* 1. *cap. decimæ* 66. 9 *l.* 10. *§.* 2. *ff. h. t.* 10 Vide de compensatione Socinum *reg.* 61. Roman. *cons.* 204. *col.* 2. *n.* 9. Angel. *cons.* 132. Afflictum *decis.* 163. Vivi. *lib.* 1. *commun. opin. in vers. compensatio.* 43. *opin.* Mod. 11 *l.* 5. *J. h. t. l.* 4. *ff. h. t. l.* 7. *J. de solut.* Goth. Vid. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 121. 131. Ans. 12 Compensationis vis hæc est, ut solutionis similitudinem habeat: id est, ut qui compensare possit, solvisse videatur. Proinde qui totius debiti compensationem habet, integrum debitum: qui partis, eam partem solvisse, & ejusdem partis usuras legitime debitas sustulisse intelligitur. *Synopsis Basil. & ibi Scholiastes* 7. *titul.* 6. *ex tit.* 10. *cap.* 27. Solvit qui compensat. vide *l. si debitor.* 4. *in fin. ff. qui potiores.* 13 Quando subsistat, vide *l.* 88. *ff. de reg. jur. & ibi* Decium. 14 Debitum ex testamento potest compensari. 15 *§.* 29. *Inst. de act.* Hoc quid est? ipso jure fit compensatio. *l.* 4. *s. h. t.* 16 Partis admittitur compensatio, at non solutio. *l.* 12. *J. h. t.* vid. Negusantium *tract. de pignor. memb.* 5. *part.* 3. *num.* 24. 17 *l.* 13. *J. de sol.* 18 Nuda mutui cautio destituta numeratione non obligat. 19 *l.* 8. *infr. h. t.* 20 Venditor nisi sit fiscus, petens pretium patitur compensationem. *l.* 46. *§.* 5. *ff. de jure fisci. Synops. Basil. h. t. cap.* 31. 21 Fructuum consumptorum debitor compensationem patitur. 22 *l.* 6. *s. h. t.* 23 Creditor compensare non cogitur, quod alii, quam debitori suo debet. *l.* 16. *ibi, ab alio. l.* 38. *ff. h. t.* vide tamen *l.* 5. *ff. h. t.* An procurator in rem suam compensare possit, quod actor domino debet, vid. apud Cujac. 24. *observ.* 37. 24 Venditor tenetur fundum luere & tradere liberum, non solum a servitutibus, sed etiam a creditoribus. 25 Emptor quod solvit, empti fundi liberandi causa, imputare potest in id pretium quod debet venditori. 26 Quantum ad te: debite, quantum ad venditorem attinet. 27 Vid. in hanc legem Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 8. *n.* 66. Ans. 28 Magistratus potest onus nominandi tutoris alicui mandare. 29 Pupilli scilicet absentibus tutoribus, quos nominastis. 30 Vide *l.* 4. *infr. de primipilo. lib.* 12. *tit.* 63. 31 Qui tutorem nominavit, a pupillo potest conveniri. 32 Principalis quod imputare potuit, id ejus successor ac subsidiarius imputat. 33 Qui tutorem nominavit ejus in subsidium in eam quantitatem quam is debuit, tenetur. 34 Si tutor plus impendit, quam accepit, pupillo imputat, ergo & is, qui tutoris loco quid impendit, id imputabit. 35 *l.* 2. *supr. h. t.* 36 *l.* 5. *supr. h. t.* 37 Partis qui compensationem petit, residuum offerre, consignare & deponere tenetur. *l.* 10. *in fin. l.* 12. *supr. de pignor. action. l.* 3. *infr. de luitione pignorum.* 38 Quod solennium ac publicarum pensitationum nomine debeo, compensare non possum cum eo, quod mihi a curatore Reipub. privatim debetur. 39 Curatori Reipublicæ. 40 Id est, solutis: ut sit sensus, dicis te debitorem publicarum functionum coactum fuisse a novo Reipublicæ curatore solvere, quod antea cum Mutiano ejus decessore, (privati ejus, non fiscalis debiti causa) compensaveras: & quæris, num a novo illo curatore solutum possis repetere? non potes. potes tamen a Mutiani herede id, quod tibi debitum est, exigere. 41 Nihil novum induci hac constitutione notat Cujacius 8. *observ.* 16. 42 Compensationes ex omnibus actionibus ipso jure fiunt, ut hic, ex omni contractu naturali vel civili. *l.* 4. *ff. h. t.* naturali tantum. *l.* 6. *ff. h. t.* testamento. *l.* 5. *supr. h. t.* contestatione judiciali. *l.* 8. *s. h. t.* actionibus in rem & in personam. *J. h. t.* at non in facti obligationibus: est enim inter artifices longa differentia. *l.* 31. *ff. de solutionib.* nec facta functionem solutionis recipiunt. *l.* 2. *§.* 7. *ff. de eo quod certo.* De aliis exceptionibus dicetur alibi. His interim adde quæ scripsi ad *l.* 36. *ff. de administ. & peric. tut.* nempe compensationem, quæ fit ipso jure, solas ad usuras usurarum odio restringi. Accurs. *in l.* 10. *ff. h. t.* 43 *§.* 30. *Instit. de actionib. l.* 4. *supr. & l.* 4. *l.* 10. *ff. h. t.* 44 *dict. §.* 30. vid. Cujac. 15. *observ.* 12. 45 Non liquidi ad liquidum non fit compensatio. Compensatio denique non fit nisi debiti liquidi, confessi, præsentis, non controversi, non incerti, quod & ante Justinianum fuit, *l.* 22. *ff. h. t. l.* 3. *ff. de tut. & rat. distrah.* Adde huic loco Socin. *reg.* 61. 46 Non hoc dicit, compensationes jure stricto niti: sed hoc potius, judicum in compensationibus admittendis vel non admittendis magnam potestatem esse. 47 Terminalis sententia est, quæ causæ terminum adfert. sic terminalis lapis, qui agrum finit. Ammianus Marcellin. 38. *qui & finalis apud autores de limitibus agrorum.* 48 Res deposita non potest prætextu compensationis retineri: id est, ubi depositum repetitur, non admittitur petitio compensationis. *l.* 11. *ff. depositi.* hoc etiam ante Justinianum fuit. Paul. 2. *sent. tit. de deposito.* 12. *§.* 3. 49 Spoliato non objicitur compensatio. Spoliatus ante omnia restituendus est, non obstante compensationis exceptione. vide Forner. 2. *select.* 14. vel ita, in actione momenti compensationi locus non est: quod olim quoque obtinuit. Nam momentanea impediri possunt. 50 *L.* 22. *D.* 1. *&* 2. *C. Theod.* 33. *&* 2. Paul. *sent.* 14. *&* 23. *Eclog.* 3. *&* 3. Harmen. 7. *&* 5. *extr.* 39. vid. Papon. 12. *Arrest.* 7. *des contraits usuraires &c.* adde *de usuris rei judicatæ lib.* 7. *tit.* 54. *J. de naut. fœn.* 22. *ff.* 2. *Novell.* 121. Molin. *in tract. de usur.* *De usur. pupill.* vid. *l.* 5. *tit.* 56. An licitum sit aliquid extra sortem accipere, dixi ad *l.* 2. *s. de pign. act.* & omnium maxime ad *l. placuit* 29. *ff. de usur.* 51 Usuræ ex promissione non debentur, nisi stipulanti sint promissæ. 52 Usurarum stipulatio scripturam non requirit. Stipulatio ἄγραφος, id est, non scripta usurarum valet. 3. Harmen. 7. *§.* 2. dixi ad *l.* 17. *supr. de pact.* 53 Emptor usuras debet pretii a die traditionis rei factæ. *l.* 5. *J. & l.* 13. *§.* 20. *ff. de act. empt.* 54 Et eatenus fuerit in mora. Mora emptoris in pretio solvendo parit usuras, id est, usuris eum subjicit. 55 Sola destinatio & voluntas deponendi emptorem, cui res jam tradita

Nuda

Nuda conventio parit interdum usuras, si vel solutæ sint, vel pignus in eas datum.

3. Iidem AA. Juliano.

QUamvis usuræ fœnebris pecuniæ citra [1] vinculum stipulationis peti non possint: tamen ex pacti conventione solutæ, neque ut indebitæ repetuntur [2], neque in sortem accepto ferendæ sunt.

Pignus obligatum pro minoribus usuris, non potest retineri pro majoribus ex posteriori contractu nascentibus. Bald.

4. Iidem AA. Honorio.

PEr retentionem [3] pignoris usuras servari posse, de quibus præstandis convenit, licet [4] stipulatio interposita non sit, merito constitutum est, & rationem habet: cum [5] pignora conventione [6] pacti etiam usuris obstricta sint. † Sed [7] enim in causa de qua agis, hæc ratio cessat, siquidem tempore contractus de minoribus usuris petendis convenit, postea [8] autem cum se debitor præstaturum majores repromisit, non potest videri rata pignoris retentio: quando eo tempore, quo instrumenta [9] emittebantur, non convenit, ut pignus etiam ad hanc adjectionem [10] teneatur.

Remittit majores usuras, qui minores certis annis exegit.

5. Iidem AA. & CC. Sabino & aliis.

ADversus creditorem usuras majores ex stipulatu petentem, si probetur per [11] certos annos minores [12] postea consecutus, utilis est pacti exceptio: secundum quod tueri causam potestis etiam adversus [13] defensores civitatis majores petentes ex cautione, si probaveritis semper [14] quincunces [15] amitam pupillorum vestrorum, quæ majores caverat, dependisse.

Oblatio, obsignatio, depositioque sortis & usurarum ut facienda sit, & quam vim habeat.

6. Imp. ANTON. A. Antiæneo.

SI creditrici [16], quæ ex causa pignoris obligatam sibi rem tenuit, pecuniam debitam cum usuris testibus præsentibus [17] obtulisti; eaque non accipiente obsignatam eam deposuisti [18], usuras ex eo tempore, quo obtulisti [19], præstare non cogeris: absente [20] vero creditrice, præsidem super hoc interpellare debueras.

Præstitæ aliquando usuræ perpetuam obligationem usurarum non pariunt.

7. Idem A. Aristeo.

CReditor instrumentis suis probare debet, quæ intendit [21], & usuras se stipulatum, si potest. Nec enim si aliquando [22] ex consensu præstitæ sunt, obligationem [23] constituunt.

Remittit majores usuras, qui minores sciens postea exegit.

8. Idem A. Theophoro.

QUamvis Bassa, cum pecuniam mutuam acciperet, minores usuras Menophani [24] spopondit; *& nisi intra certum tempus eas solvisset, ampliores* [25] (licitas [26] tamen) promisit [tamen,] si post tempus cautioni præfinitum creditor easdem [27] accepit, nec majores sibi dari postulavit, ac per [28] hoc non recessisse eum a minorum præstatione probari potest: eas usuras computari oportet, quarum in exactione creditor perseveravit.

Oblatio debiti facta tutori creditoris liberat a majoribus usuris: depositio vero ab omnibus.

9. Idem A. Probo.

SI per te non stat, quominus intra tempora præfinita pecuniam minorem solveres [usurarum [29],] sed per [30] tutores filiorum creditoris, qui eam accipere noluerunt, idque apud judicem datum probaveris, ejus temporis, quo per te non stetisse apparuerit, usuræ majores non exigentur. † Quod si etiam sortem deposuisti, exinde ex quo id factum apparuerit in usuras [31] non convenieris.

De dupli computatione.

10. Idem A. Donato.

USuræ per [32] tempora solutæ [33] non proficiunt reo ad dupli [34] computationem. Tunc enim, ultra sortis summam usuræ [35] non exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam computationem.

Post oblatum sibi debitum fructus pignoris percipiens creditor eos in sortem imputare cogitur.

11. Idem A. Popilio.

EX prædiis pignori obligatis creditor post oblatam [36] sibi [37] jure pecuniam quam non suscepit, si fructus [38] accepit, exonerari [39] sortis debitum certum est [40].

De nudo pacto.

12. Imp. ALEXAND. A. Tyranno.

FRumenti [41], vel hordei mutuo dati accessio, etiam ex nudo [42] pacto præstanda est.

De judiciis bonæ fidei. De re judicata.

13. Idem A. Eustachiæ.

IN bonæ fidei judiciis [43] (quale est negotiorum [44] [etiam] gestorum) usurarum rationem haberi certum est. † Sed si finitum est judicium sententia, quamvis minoris condemnatio facta est, non [45] adjectis usuris, nec provocatio secuta est, finita retractanda non sunt: nec [46] ejus temporis, quod post rem judicatam fluxerit, usuræ ullo jure postulantur, nisi ex causis judicati.

De antichresi.

14. Idem A. Aurelio.

SI ex pactione uxor tua mutuam pecuniam dedit, *Ut* [47] *vice* [48] *usurarum* [*domum*] *inhabitaret*, pactoque ita, ut convenit, usa est, non etiam locando domum pensionem redegit: referri quæstionem, quasi plus domus redigeret, si locaretur, quam usurarum legitimarum ratio colligit, minime oportet.

† Licet enim uberiore forte potuerit contrahi locatio: non ideo tamen illicitum fœnus esse contractum, sed vilius [49] conducta habitatio videtur.

De pœna inserta in contractu mutui.

15. Imp. GORD. A. Claudio.

CUm allegas uxorem tuam ea conditione mille aureorum [numero] quantitatem sumpsisse, *Ut si intra diem certum debito satis non fecisset, cum* [50]

est, non excusat ab usuris. Differunt hæc deposuisse & deponere voluisse. 1 Paul. 2. *sent.* 14. §. 1. excipe *l.* 4. Ϳ. *h. t.* usuræ ex pacto (hoc est, sine stipulatione promissæ) solutæ repeti non possunt: nec in sortem a creditore computentur. *Synops. Basil. c.* 47. 3. Harm. 7. §. 14. Quæ verba intelligenda sunt de legitimis usuris: nam illicitæ usuræ in sortem computantur. *Scholiastes Syn. d. c.* 47. *l.* 26. §. 1. *in fin.* Ϳ. *h. t.* 2 Nuda conventio parit usurarum solutarum retentionem, & ad usuras solutas retinendas sufficit. *l.* 26. ꝭ. *de cond. indeb.* 3 Non modo sortis, sed usurarum causa pignus potest retineri. Retinere pignus possum mihi traditum in usuras nudo pacto mihi promissas. 4 Ratio dubitandi sumpta ex *l.* 1. *l.* 3. *supr. h. t.* 5 Ratio decidendi. *l.* 22. Ϳ. *h. t.* 6 Pactum de usuris traditioni pignoris adjunctum, ad usuras petendas valet. *l.* 48. *ff. de pactis.* Conventione nuda promissæ usuræ non exiguntur. *l.* 3. ꝭ. *h. t.* promissis nudo pacto, & eo nomine pignore dato seu obligato, pignus usurarum ita promissarum nomine retineri potest, etiam si pignus debito vilius sit. *Synops. h. t. c.* 47. *& ibi* Anatolius *Scholiastes. l.* 11. §. 3. *ff. de pign. act.* adde *l. ult. infr. debitorem venditionem pignoris.* atque ita multa possunt per retentionem servari, quæ peti non possunt. Alex. *ad l. non solum.* 8. §. *morte* 6. *ff. de novi operis nunciat.* Garzias *ad d. idem.* 25. §. 2. *ff. de pact.* 7 Casus diversus a superiore. 8 Id est, post tempus contractus. 9 Id est, cum pignus contraheretur in sortem duntaxat. Agitur enim hic de chirographariis usuris. Usuræ chirographariæ sunt, cum pignus contractum est in sortem duntaxat. Hæc taxatio si defuerit, pignus datum ὑπὸ κεφάλαιον sortis ratione (capitale Itali vocant, quod Galli *le sort principal*) tacite quoque usuris subjicitur. Harmenopul. *apud* Cujacium 5. *observat.* 28. 10 Usura, sortis adjectio, ut hic, incrementum. *l.* 28. *in fin.* Ϳ. *h. t.* Hujusmodi augmentum non ex ipsa pecuniæ substantia (sicut fœtus ovium, aut partus ancillæ) sed ex usu rei oritur. vid. *l.* 34. *ff. h. t.* Ædificii urbani, & mobilium rerum merces usura dici potest, sed hujusmodi tamen ut sorti rei locatæ semper aliquid depereat: in mutuo vero non idem. 11 Minimas usuras qui per certos annos sciens accepit, tacite fatetur majores sibi non deberi. Imo non fatetur. *l.* 16. *ff. de in rem verso.* 12 Vide *l.* 8. Ϳ. *h. t. l.* 13. *ff. h. t.* 13 Et ita remissio tacita aliquando valet, ut hic: quæ alias tacita non valeret: *ut l.* 57. *ff. de pact.* nec ad præstandas majores obligatur. *l.* 102. *in fin. ff. de solut. liberat.* 14 Id est, spatio triennii. *argum. l.* 1. Ϳ. *de fideicommiss.* vult enim Bald. hanc particulam veram esse in triennio, vel saltem in decennio vel vicennio. Harm. ita hanc legem exponit 3. *tit.* 7. §. 9. Qui ex liberalitate longo tempore (ἐπὶ πολὺν χρόνον) usuras non petiit, non recte superioris temporis usuras exigit: adde 2. *Feud.* 2. §. 1. *l.* 1. Ϳ. *de fideicommiss.* 15 Quincunx usura. *l.* 17. *ff. h. t. Cinq pour cent.* estque ducentesima quadragesima pars sortis: unde sorti exæquatur in 240. mensibus, sive viginti annis. vid. Molin. *in tract. de usur. n.* 53. 16 Vide Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 105. Ans. 17 Alias nudum propositum offerendi non excusat. *l.* 2. ꝭ. *h. t.* 18 In publico, vel æde sacra. *l.* 19. Ϳ. *h. t.* plus est deponere quam offerre. Est enim ordine hoc prius tempore: illud posterius. Porro non hic agitur de oblatione verbali, quæ non est ad petendas usuras efficax: nec de reali, nuda tamen, sed de ea quæ duo habet adjuncta: puta quæ facta fuit coram testibus & re ipsa, & quam secuta sit in publicum vel ædem sacram depositio. Aliter Molin. hæc explicat *quæst.* 39. *de usur. num.* 297. 19 Hoc scil. modo, de quo hic agitur, quemque superius explicavi. 20 Nota cautionem debitori utilem ad evitandas usuras. 21 Hoc est, καὶ τὸ χρέος, καὶ τὴν τόκων ἐπερώτησιν, & sortem & usurarum stipulationem. *Synops. h. t. c.* 51. 3. Harm. 7. §. 15. 22 Ἐπὶ τινα χρόνον, per aliquod tempus. Harmen. *ibid.* Quod aliquando factum est, in perpetuam non trahitur necessitatem, *l.* 28. ꝭ. *de pactis.* Quod longo tempore factum est. *l.* 6. *ff. h. t.* aut per multos annos. *l.* 13. *ff. h. t.* trahitur, & quidem adversus fiscum. *l.* 5. ꝭ. *h. t. ibi, secundum quod.* Et ita non continuo usuras promisisse intelligitur, qui eas aliquando solvit. Nec a solutione brevis temporis, ad perpetuam promissionem & obligationem infertur. Minimum tempus non est modus adquirendæ obligationis. *l.* 44. §. 1. *ff. de obl. & act.* 23 Οὐ ποιεῖ πρόκριμα τῷ χρεώστῃ, nullum faciunt debitori præjudicium. *Syn. & Harm. d. loco.* 24 Creditori. 25 *l.* 40. *ff. de rebus cred. Syn. d. c.* 47. 26 *l.* 1. §. 3. *ff. de pign. & hypoth. l.* 17. *ff. h. t.* 27 I. e. Minores. 28 Puto legendum *ac per hoc recessisse eum a majorum præstatione*, ut sit sensus, cui ex eodem contractu minores vel majores usuræ debentur, si minores eligit, majores tacite remisisse intelligitur; si non ita legendum est, saltem legis sententia huc refertur. 29 Hanc particulam legit Haloander: legerunt & veteres optimo sensu, si debitor minores usuras tempore congruo obtulit, cursum majorum evitat. 30 Mora tutoris pupillo nocet. 31 Id est, in nullas usuras, sive minores dicas, sive majores. *l.* 7. §. 2. *ff. de minorib.* 25. *ann.* Goth. Confer. *l.* 6. *& l.* 19 *hoc tit.* Zanger. *de exception. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 154. Ans. 32 Id est, per partes, diversis temporibus, per intervalla temporum. *l.* 29. *l.* 30. Ϳ. *h. t.* 33 Id est, non concurrunt, nec in duplum computantur. Hodie imputantur. *Novell.* 121. *&* 138. Cætera ad hanc legem vid. apud Alciat. 1. *parerg.* 33. Molin. *n.* 46. 47. *de usur.* Hot. 2. *de usur.* 16. 34 Lex vetus fuit, etiam Ægyptiorum, *teste Diodor.* 2. ne creditor κεφάλαιον, id est, caput aut sortem, majorem faceret duplo. Idem Romani vetuerunt exigi usuras ultra duplum, in quo (duplo scil.) simplum inerat, ita ut cum usuræ semel ad quantitatem sortis ascendissent, non exigerentur. Hinc illud Harmen. 3. *tit.* 7. §. 6. τῶν τόκων τὸ κεφάλαιον διπλασιαζόντων ὁ τόκος παύεται. Usurarum sortem duplicantium usura cessat. vid. Molin. *d. l. n.* 43. Et ita duplum illud est alterum tantum sorte amplius. *l.* 26. §. 1. *ff. de cond. indeb. l.* 4. *in fin. ff. de naut. fœn. Edict.* 9. *l.* 27. *in fin. l. pen. l. ult. infr. h. t. l. ult. infr. de fideicommiss.* idque licitum vocatur *in l.* 19. Ϳ. *de mandat.* adde Cujac. *ad Novell.* 121. Eo pacto Romani moderati sunt usuras, nec permiserunt passim centesimas, indultis levioribus. vid. Molin. *ibid.* ita quoque iidem id quod interest moderati. *l. unic.* Ϳ. *de sententiis, quæ pro eo quod interest.* 35 *Usuræ exiguntur*, in vulgatis ita legebatur. 36 A debitore scil. de oblatione. vid. *l.* 9. *infr. de solut.* 37 *Sibi in jure*, quidam ita legunt. 38 Ἀντίχρησις solvitur oblatione debiti, hoc est, debitor sortem & usuras creditori offerendo efficit, ut creditor jus suum ἀντιχρήσεως amittat: hoc est, ut ne fructus pignoris suos faciat. Quid si eos percepit? exonerabitur sortis debitum. de antichresi adde *l.* 14. *l.* 17. *infr. h. t. l.* 11. §. 1. *ff. de pign. & hypoth. l.* 6. *supr. quod cum eo. l.* 33. *ff. de pign. act.* 39 Ἀντίχρησιν sola oblatio solvit, ut hic: non usuras. *l.* 6. ꝭ. *h. t.* vid. *l.* 2. *de pact. pign.* 40 Cur ita? quia post non acceptam debiti solutionem, bona fide prædii alieni fructus suos facere non potest. 41 Pro fructibus aridis usuras pacisci licet, sed & pro liquidis. *l.* 23. Ϳ. *h. t.* quin & pro veste. *l.* 25. Ϳ. *h. t.* Et breviter pro fructibus mutuo datis etiam usura potest ex pacto peti. *Synops. h. t. c.* 54. Harm. *h. t. c.* 23. 42 Atqui pecuniæ usuræ non debentur, nisi ex stipulatione. *l.* 3. *supr. h. t.* suo jure id receptum? διὰ τὸ ἄδηλον τῶν καρπῶν. *Synops. Basil. h. t. cap.* 66. 3. Harm. 7. §. 24. ob incertum & inconstans frugum pretium. *l.* 17. *infr. h. t.* quod etiam efficit, ut majores stipulemur usuras in frugibus, quam in pecunia. vid. *l.* 23. *infr. h. t.* 43 *l.* 32. §. 2. *ff. de usur.* veluti locati. *l.* 54. *ff. locati.* 44 Negotiorum gestorum actio bonæ fidei est: ideoque in ea usuræ exiguntur. *l.* 24. Ϳ. *h. t. l.* 19. §. 4. *l.* 31. §. 3. *l.* 37. §. 1. *ff. de neg.* 45 Vid. *l.* 3. *vers. si enim novatur.* Ϳ. *de usur. rei jud.* 46 *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. h. t.* adde *l.* 1. Ϳ. *de sent. quæ sine certa quantitate.* 47 Est ea ἀντίχρησις, de qua vid. *l.* 17. Ϳ. *h. t. l.* 11. §. 1. *ff. de pign. & hypoth.* 3. Harm. 5. *c.* ἀντιχρήσεως. Antichresis, estne idem quod emptio redituum: cujus fit mentio *in c.* 1. *&* 2. *ext. de empt.* Hot. 2. *obs.* 1. negat. movetur, quod ibi creditor fundum pro domino possidet, ejusque periculo sit, hic non sit. 48 Vice usurarum permissum est mihi abs te tuas ædes habitare. Sed ablocavi, & plus redegi ex mercede quam legitimus modus usurarum ferret, quid juris? quod amplius erit, sorti imputabo, ut hic. sumpto argumento a contrario sensu. adde 3. Harm. 5. *c.* περὶ ἀντιχρήσεως. Quid si habitavi? servatur conventio, etiamsi pluris ea habitatio censeatur, quam modus legitimus usurarum fuerit, & vilius mihi conducta domus potius, quam illicitum fœnus contractum videbitur. *infr. h. t. ibi, licet enim.* adde Cujac. 8. *obs.* 17. vid. tamen *l.* 11. §. 1. *ff. de pign. & hypoth.* 49 Quid si deceptio sit ultra dimidium justæ mercedis? Accursius putat debitori competere remedium legis 2. Ϳ. *de rescind. vendit.* Idem sentit Papon. 3. *Not.* 9. *c. de restit. contre louages & conductions.* adde *l.* 3. ꝭ. *comm. utriusque jud.* facit *l.* 16. *in fin. ff. de minor.* 25. *ann. l.* 2. *l.* 22. *in fin. ff. locati. d. c.* de quo tamen dubitari potest propter incertam spem mercedum, quæ solent decrescere: moveor *l.* 17. *&* 23. Ϳ. *h. t.* adde glossam Accursii, ubi scripsi in *l.* 14. *infr. d. locato.* 50 Vid. quæ notavi ad *l.* 98. §. 5. *ff. de solut. & liber.*

pœna quadrupli redderet, quod accepit: juris forma non patitur, legem contractus istius ultra [1] pœnam legitimarum usurarum posse procedere.

De pecunia data, ut triticum reddatur.

16. Idem A. Sulpitio.

CUm non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, *Ut* [2] *certa modiatio* [3] *tritici præstaretur; ac, nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarum additamentis* [4] *in* [5] *fraudem legitimarum usurarum gravatum* te esse contendas: potes adversus improbam petitionem competenti uti defensione.

De agricolis.

In AUTHENT. nullum credentem agricolæ tenere. §. Sancimus itaque. coll. 4. tit. 13. al. 5. Nov. 34. c. 1.

AD hæc, qui fructus aridos [6] *credidit agricolæ, vel pecuniam in unoquoque anno pro* [7] *modio* [8] *octavam partem modii, pro solido* [9] *siliquam unam* [10] *usurarum nomine accipiens: terram, sive aliquid aliud, quod pignori accepit: omnimodo reddat. Si aliquid præter hoc commiserit: ab actione cadat omnimodo.*

De fructibus.

17. Imp. PHILIPPUS A. Euxeno.

SI [11] ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligavit, *Ut fructus* [12] *in vicem usurarum consequeretur*, obtentu [13] majoris percepti emolumenti propter [14] incertum [15] fructuum proventum rescindi placita non possunt.

De solutione indebiti.

18. Idem A. Castori.

INdebitas usuras, etiamsi ante sortem solutæ non fuerint, ac [16] propterea minuere eam non potuerint, licet post sortem redditam creditori fuerint datæ [17], exclusa [veteris] juris varietate repeti posse, perpensa ratione firmatum est.

De oblatione debiti & consignatione & depositione.

19. Idem A. Hyreniæ.

ACceptam mutuo sortem cum usuris licitis creditoribus post contestationem offeras: at si non suscipiant, consignatam in publico depone [18], ut cursus legitimarum usurarum inhibeatur: in hoc autem casu publicum [19] intelligi oportet, vel sacratissimas ædes [20], vel ubi competens [21] judex super ea re aditus deponi eas disposuerit: Quo subsecuto, etiam [22] periculo debitor liberabitur, & jus pignorum tolletur: cum Serviana [23] etiam actio manifeste declaret, pignoris inhiberi persecutionem, vel solutis pecuniis, vel si per creditorem steterit, quominus solvantur. † Quod etiam in trajectitiis [24] servari oportet. † Creditori scilicet actione utili ad exactionem earum, non adversus debitorem, nisi forte eas receperit, sed contra depositarium, vel ipsas competente pecunias.

De mandatoribus & fidejussoribus.

20. Idem A. Ælio.

COnstitutionibus [25] sacris, quæ ultra certum modum usuras fœnebris pecuniæ exigi prohibent, mandatoribus [26] etiam vel fidejussoribus subventum est: quibus quasi mandator vel fidejussor conventus uti potes.

De soluto simpliciter.

21. Idem A. Chresimo.

SI usuras præstari pignore dato convenerat; & in continenti numeratione facta, postea vel ante [27], propter quod debitum solutionem feceras, non [28] designasti, habuit [29] creditor in usuras tibi accepto ferendæ solutæ quantitatis facultatem.

De pignoribus.

22. Idem A. Carino.

PIgnoribus quidem intervenientibus, usuræ, quæ sine [30] stipulatione peti non poterant, pacto [31] retineri [32] possunt [33]. † Verum hoc jure constituto, cum hujusmodi nullo interposito pacto tantummodo certæ summæ præstari pœnam convenisse proponas: nec peti, nec retineri quicquam amplius potest, & ad pignoris solutionem urgeri te disciplina juris perspicis.

De oleo & quibuscunque fructibus.

23. Idem A. Jasoni.

OLeo [34] quidem, vel quibuscunque fructibus mutuo datis incerti [35] pretii ratio, additamenta [36] usurarum ejusdem materiæ suasit admitti.

De negotiis gestis.

24. Idem A. Glauciæ.

SI mater [37] tua major annis constituta, negotia [38], quæ ad te pertinent, gesserit: cum omnem [39] diligentiam [40] præstare debeat, usuras [41] pecuniæ tuæ, quam administrasse fuerit comprobata, præstare compelli potest.

De auro, argento, veste.

25. Imp. CONSTANT. A. ad populum.

PRo [42] auro & argento & veste facto chirographo licitas solvi, vel promitti usuras jussimus.

De præscriptione triginta, vel quadraginta annorum. 1. De modo usurarum.

26. Imp JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs [43], qui principali actione per exceptionem triginta [44], vel quadraginta annorum, sive personali, sive hypothecaria ceciderunt, [jubemus] non posse super usuris, vel fructibus præteriti [45] temporis aliquam movere quæstionem, dicendo ex iisdem temporibus eas velle sibi persolvi, quæ non ad triginta, vel quadraginta præteritos annos referuntur, asserendo singulis annis earum actiones nasci: principali [46] enim actione non subsistente, satis supervacuum est super usuris, vel fructibus adhuc Judicem cognoscere.

§. 1. Super usurarum vero quantitate etiam generalem sanctionem facere necessarium [47] esse duximus, veterem duram, & gravissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque [48] jubemus, Illustribus [49] quidem personis, sive eas præcedentibus, minime licere ultra tertiam [50] partem centesimæ usurarum nomine in quocunque contractu vili, vel maximo stipulari.

addе *l.* 44. *ff. hoc tit. l.* 13. *§.* 26. *ff. de act. empt.* 1 Pœnam ultra legitimum usurarum modum stipulari non licet. 2 Nota de reditu specierum in vino, frumento & similibus data pecunia constituto. Quæritur, qua proportione talis reditus sit emendus? dic ut in proxima Authentica. 3 Id est, certus modiorum numerus. 4 *l.* 23. *J. h. t.* id est, majorem moderationem. *l.* 44. *ff. h. t.* 5 Sive usura consistat in nummis, sive in fructibus, ut hic, utrobique ad legitimum modum reducetur. vid. Molin. *q.* 2. *de usur. n.* 68. *&* *q.* 21. *n.* 215. Papon. 12. *Arrest.* 17. *n.* 17. 6 Fructus aridi, ut messes. *l.* 1. *C. Theod. h. t.* *l. ult. in fin. ff. de jure fisci. l.* 15. *C. Theod. de suscept. lib.* 10. *tit.* 70. An idem in liquidis? idem *d. l.* 1. *l.* 23. *J. h. t.* Goth. Vid. hic Rittershus. in *Expos. Novell. part.* 3. *cap.* 10. Ans.
7 Nota proportionem, ad quam redigenda est emptio reditus frumentarii. Hodie puto considerandam esse rationem usurarum receptarum in singulis provinciis. Exemplum sumam a Gallis, apud quos regiis constitutionibus reditus constituitur ad assis analogiam, *au denier douze.* Itaque modio valente decem aureos, reditus modii emendus erit 120. Quid si modii valor augeatur? Molinæus 21. *q. de usuris, num.* 122. Papon. 12. *Arrest.* 17. *c.* 17. refert debitori electionem permitti usuras ut solvat in pecunia, refertque ita judicatum in Curia. Admitto equidem favendum esse reo debitori: sed si ita est, æquitas etiam postulabit, ut decrescente modii pretio, creditori justa merces suppleatur a debitore, ne alioquin claudicet contractus. Sed ea de re dicam *l. seq. J. h. t.* 8 Modio mutuo dato debitori usuræ vice, octavam modii partem, id est, duos sextarios, possum ab eo stipulari, eaque usura est centesima, ut constat ex *Nov.* 130. *c.* 4. 6. 9 Id est, pro singulis solidis 72. solidi libram auri efficiunt. 3. Harm. Zonar. *c.* 17. *Synod. Nicenæ.* 10 Triens est usura, unam siliquam pro solido dari: tertia centesima, quæ trecentis mensibus aut vigintiquinque annis sorti exæquatur; paritque annuatim quatuor in centum, *quatre pour cent.* de qua vid. *Novell. Leon.* 83. Cujac. tamen ad *Nov.* 32. refert, ob centenos aureos recte stipulari solidos quatuor, & siliquas quatuor: successisse postea majorem usuram, quæ reddat solidos sedecim, semissem & quatuor siliquas, id est, in libram auri solidos duodenos, & Nicephorum usuræ nomine exegisse in singulas auri libras duodecim solidos, id est, in singulos solidos quatuor siliquas ad rationem scil. centesimæ. 11 *l.* 11. *§.* 1. *ff. de pign. & hypoth.* 12 Dixi ad *l.* 14. *supr. h. t.*
13 Id est, prætextu. Ratio dubitandi pro debitore hinc sumitur. 14 Ratio decidendi hinc sumitur pro creditore. Et tamen aliter judicatum fuisse a Senatu Parisiensi ostendi ad *l.* 16. *supr. h. t.* Sic sentio in omni venditione (ergo & reditus annui de quo hic agitur) spectandam esse quantitatem justi pretii, quod est tempore venditionis. *l.* 8. *in fin. J. de rescind. vendit.* eoque admisso non esse quærendum, an res empta creverit, an decreverit: cum certo jure periculum & detrimentum rei ad emptorem pertineat. 15 *l.* 23. *infr. h. t.* Goth. Casum *h. l.* non esse usurarium probat Joann. Aurpach. *l.* 1. *epist. juridic.* 10. Ans. Adde Cujac. *lib.* 3. *observ. cap.* 35. *& quæ not. S. l.* 6. *h. t.* S. L. 16 Usuræ indebitæ solutæ ante sortem, sortem minuunt. Quid si post sortem solutam depensæ fuerint? stricto jure, sortem minuere non possunt (quia sors soluta hic proponitur) ex æquo tamen repeti possunt: nam sorte soluta nihil superest in quod imputentur. *Synops. h. t. c.* 61. 3. Harm. 7. *§.* 6.
17 Olim plerisque visum fuit: Usurarum indebitarum condictionem non esse, licet omnes imputationem admitterent. Hodie & imputatio admittitur, & indebitæ solutæ condicuntur, *l.* 26. *§.* 1. *ff. de cond. indeb.* 18 Molinæus *numer.* 296. 297. *de usur.* negat hanc depositionem requiri. Movetur lege 122. *§.* 5. *in fin. ibi, jure. ff. de verb. oblig.* de qua quæstione *ibi* dixi: *ut & in l.* 6. *S. h. t.* quo nomine reprehenditur a Cujacio ad *d. §.* 5. Eandem sententiam probat etiam Rolandus a Valle 1. *cons.* 33. *num.* 34. *& seq. & ib. cons.* 63. *num.* 24. *& seq.* Sunt & alii loci juris apertissimi in *l.* 2. *l.* 6. *supr. h. t. l.* 7. *l.* 18. *in fin. ff. h. t. l.* 10. *S. de pign act. l.* 9. *infr. de solutionib. l.* 28. *in fin. ff. de adminis. & peric. tut. l.* 82. *ff. de cond. & demonstr.* Aliter Cujacius *d. loco*, distinguit usuras ex mora oblatione sisti, non eas quæ ex stipulatione debentur.
19 In publico deponere, est in æde sacra, vel ubi judex, super ea re aditus, deponi jussit.
20 Antiquum fuit, res communes, *l.* 4. *in fin. ff. famil. ercisc.* vel alterius, *ut hic.* vel proprias in æde sacra deponere. hinc *Euclio* in Aulularia act. 4. *Tu modo cave, cuiquam indicassis aurum meum esse istic fides.* & post: *Fides etiam atque etiam, nunc salvam ut aulam abs te auferam. Tuæ fidei concredidi aurum, in tuo loco & fano modo est situm.* 21 Publicus locus fit etiam judicis dispositione: publicus, id est, tutus. vid. *l.* 9. *supr. de pignor. action.*
22 Depositione legitima sortis & usurarum facta, debitor usurarum cursum sistit: periculum rerum a se depositarum in creditorem suum transfert: & pignoratitiam adquirit. *ut hic.* antichresim liberat. *l.* 11. *S. h. t.* Goth. De depositionis solennitate & effectu vid. Censur. Forens. nostram *lib.* 4. *c.* 35. S. L. 23 De qua vide *§.* 7. *Instit. de act.* 24 Id est, nauticis.
25 Usuris modus jure injectus est. vide quæ scripsi ad *l.* 1. *§.* 3. *in fin ff. de pign. & hypoth.*
26 Beneficia debitoribus usurariis concessa ad eorum mandatores & fidejussores pertinent.
27 Hinc colligit Cuj. 13. *obs.* 31. ante gestum negotium autoritatem interpositam tutoris valere.
28 Vide *l.* 1. *J. & l.* 5. *§.* 2. *ff. de solut. liber.* 29 Sortem & usuras debens, si quas quantitates creditori solvit, nulla facta mentione, quo nomine solveret, facultatem habet creditor, si velit, in usuras duntaxat acceptam facere solutionem. *Synops. h. t.* 1 *c.* 64. ubi tamen Scholiastes speciem hanc ponit, sortem & usuras debentem, si libras sexaginta solvat: pro rata quadraginta quidem in sortem; viginti vero in usuras dedisse videri. 30 Usuræ sine stipulatione ex nudo pacto non petuntur, nisi & pignora in usuras ex pacto dandas detineantur: Tunc enim & sine stipulatione petuntur, *ut hic.* Scholiastes *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 5. *cap.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *S. h. t. l.* 17. *§.* 4. *ff. h. t. l.* 24. *ff. de præscript. verb.*
31 *l.* 4. *S. h. t.* vide Cujac. 8. *obs.* 17. *in fin.* 32 Per exceptionem doli. *l.* 2. *J. de fiscal. usur. lib.* 10. *tit.* 8. 33 Modo legitimæ sint. *l.* 27. *in fin. J. h. t.*
34 Id est, re liquida, idem in aridis, dixi ad *l.* 12. *S. h. t.* 35 Fructibus mutuo datis, licet & majores usuras stipulari, διὰ τὸ ἄδηλον τῶν καρπῶν, propter incertitudinem fructuum. *Synops. Basil. h. t. c.* 66. 3. Harm. 7. *§.* 24. Quippe nonnunquam accidit, ut mutuans centum modios, pactus sim usuræ nomine modium unum in singulos menses, quod usura est centesima: sed forte quum mutuo darem centum illos modios, uno aureo modii sex veniebant: verum fertilitate sequuta quum debitor menstruum mihi modium solvit, non centesimam, sed bessem mihi centesimæ præbet. Hoc enim facit æstimatio modii, propter insequutam annonæ copiam. Ita Scholiast. *Synops. illo loco.* dixi ad *l.* 17. *S. h. t. l.* 16. *S. h. t.*
36 Cujacius hinc colligit fruges recepisse immodicas usuras, adde *Novell.* 32. vel supra legitimum modum, idque confirmat Græcorum autoritate, 3 *obs.* 35. sed ea de re dixi ad *l.* 17. *S. h. t.*
37 Paul. 1. *sent.* 4. *§.* 4. 38 Vide *l.* 13. *S. h. t.* Paul. *ibid §.* 3. *§.* 4. 39 Paul. 1. *sent.* 4. *§.* 4. dixi ad *l.* 3. *§.* 9. *ff. de negot gest.* 40 Paul. *ibid. §.* 1. 41 *d. l.* 13. *d. §.* 3. *l.* 37. *§.* 1. *ff. h. t.* 42 Omne debitum rei fungibilis sive mutuabilis, nudo pacto, vel consensu, sive in continenti, sive ex quocunque intervallo, mutuum fieri, seu in mutuum converti potest. Molin. *de usur. quæst.* 85. *num.* 660. *l.* 12. *S. h. t. l.* 8. *S. si cert.* 43 Sors (ut & omnis actio personalis) triennio præscribitur. An & sortis usuræ? ὁ ἥρως πατρίκιος, id est, heros Patricius, putabat non præscribi triennio, quum usuræ singulis annis nascantur. Nam triginta annis sortis ratione elapsis, inveniuntur usurarum nomine anni primi, decurrisse anni, 29. secundi anni, 28. atque ita deinceps. Idem in fructibus censebat Patricius: verum hæc sententia reprobatur hac constitutione: cum sit absurdum, causa principali sortis sublata, de usuris & fructibus contendere. *Synopsis Basil. h. t. cap.* 69. 44 Triginta vel quadraginta annis personales, & hypothecariæ actiones intereunt. *l.* 2. *S. de pecunia constituta.*
45 *l.* 28. *J. h. t.* 46 Dixi ad *l.* 129. *in fin. ff. de reg. jur.* actione sublata iniquum est de usuris, & fructibus contendere. 47 Fuerat enim incertus usurarum modus ante Justinianum: vide Molin. *de usuris, n.* 42. aut saltem gravis & durus. idem *n.* 54.
48 Usurarum ratio ex hoc loco ex Scholiaste Synopseos 23. *tit.* 32. *c.* 47. *&* 69. & Harm. 3. *tit.* 7. *§.* 25. hæc est a Justiniano definita: In illustribus τελεὸν ἑκατοστῆς triens centesimæ, id est nummi quatuor ἐπὶ τῶν τραπεζιτῶν καὶ τῶν ἄλλων πραγματευτῶν (qui ἀργυροπράται, καὶ ἔμποροι Harmenopulo *d. loco.*) id est, in nummulariis cæterisque negotiatoribus δίμοιρον ἑκατοστῆς, bes centesimæ, hoc est, nummi octo. Legitima vero usura eorum qui διαποντίως τοκίζουσι ἤτοι ἐπικινδύνως: usuram trajectitiam nauticam, periculo suo capiunt ἑκατοστιαῖος, est centesima: hoc est, nummi duodecim: In aliis hominibus ἡμιεκατοστιαῖος centesimæ semis, id est, nummi sex. Quid Ecclesiæ & venerabilis domus? quadrantem centesimæ, id est, nummos tres accipiunt. Scholiastes *d. loco.* & præstant. Harm. *d. loco.* 49 Illustribus personis trientes usuræ permissæ. *ut hic, & J. h. t. ibi, ultra tertiam partem*, & sic minores. Sic, trientarium fœnus etiam Alexander exercuit, *teste Lampridio:* quod tamen legis modo non dicitur. Fiscus enim medias stipulatur, semisses scil. *l. ult. J. de fiscalib. usuris. lib.* 10. *tit.* 8. Civitatum quoque usuræ sunt semisses. *l.* 10. *ff. de pollic.* Ecclesiasticæ vero quadrantes. vide *Novell.* 7.
50 Tertia pars centesimæ, triens usura, *Quatre pour cent*, *l.* 3. *§.* 1. *ff. de contraria tutelæ.*

† Illos

† Illos vero, qui ergasteriis [1] præsunt [2], vel aliquam licitam [3] negotiationem gerunt, usque ab bessem [4] centesimæ [usurarum nomine in quocunque contractu] suam stipulationem moderari. † In trajectitiis [5] autem contractibus, vel specierum fœnori dationibus, usque ad centesimam [6] tantummodo licere stipulari, nec eam excedere; licet veteribus legibus hoc erat concessum. † Cæteros [7] autem [omnes] homines dimidiam [8] tantummodo centesimæ usurarum [nomine] posse stipulari [9]: & eam quantitatem usurarum etiam in aliis omnibus casibus nullo modo ampliari, in quibus citra [10] stipulationem [11] exigi usuræ solent. Nec [12] liceat judici memoratam augere taxationem [13], occasione consuetudinis [14], in regione obtinentis.

† Si quis autem aliquid contra modum hujus fecerit constitutionis, nullam penitus de [15] superfluo habeat actionem: sed & si acceperit, in [16] sortem hoc imputare compelletur. † Interdicta [17] licentia creditoribus ex pecuniis fœnori dandis aliquid detrahere, vel retinere siliquarum [18] nomine, vel sportularum [19], vel alterius cujuscunque causæ gratia. Nam si quid hujusmodi factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantitate minuetur [20], ut tam ipsa minuenda pars, quam usuræ ejus exigi prohibeantur. † Machinationes etiam creditorum; qui ex hac lege prohibiti majores usuras stipulari alios medios [21] subjiciunt, quibus hoc non ita interdictum est, resecantes jubemus [22], si quid tale fuerit attentatum, ita usuras computari, ut necesse esset, tanquam si ipse, qui alium interposuit, fuisset stipulatus: in quo casu sacramenti [23] etiam illationem locum habere sancimus [24]. Dat. *Constantinop.* JUSTINIANO CONS.

Ne usuræ ultra duplum currant.

27. Idem A. Mennæ P.P.

DE usuris, quarum modum jam [25] statuimus, pravam [26] quorundam interpretationem penitus removentes, jubemus, etiam eos, qui ante eandem sanctionem ampliores quam statutæ sunt, usuras stipulati sunt, ad modum eadem sanctione taxatum ex [27] tempore lationis ejus suas moderari actiones: scilicet illius temporis, quod ante eam defluxit legem, pro tenore stipulationis usuras exacturos. §. 1. Cursum insuper usurarum ultra [28] duplum minime procedere concedimus: nec si pignora [29] quædam pro debito creditori data sint, quorum occasione quædam veteres leges & ultra duplum usuras exigi permittebant. Quod [&] in bonæ fidei judiciis, cæterisque omnibus casibus, in quibus usuræ exiguntur, servari censemus.

Ne usuræ in sortem convertantur, & ne usuræ usurarum exigantur.

28. Idem A. Demostheni P.P.

UT nullo modo *usuræ* [30] *usurarum* a debitoribus exigantur, & veteribus quidem legibus constitutum fuerat, sed non perfectissime cautum: si enim usuras in sortem redigere fuerat concessum, & totius summæ usuras stipulari: quæ differentia erat debitoribus, a quibus revera usurarum usuræ exigebantur? hoc certe erat *non rebus* [31], *sed verbis tantummodo legem ponere.* Quapropter hac apertissima lege definimus, nullo [32] modo licere cuiquam usuras præteriti temporis, vel [33] futuri [34] in sortem redigere, & earum iterum usuras stipulari. Sed & si hoc fuerit subsecutum: usuras quidem semper usuras manere, & nullum usurarum aliarum incrementum sentire: sorti autem antiquæ tantummodo incrementum usurarum accedere.

De duplo.

29. [35].

USuræ [36] minutim [37] & per [38] intervallum solutæ cum duplo compensantur, etiam si non universæ simul [39] solutæ fuerint.

30. [40]

PRæsens [41] constitutio declarat, usuras particulatim [42] solutas, duplum debitæ sortis non excedere. Verum excipitur id quod positum est in 160. *Nov. de usuris pecuniæ municipalis* [43].

TIT. XXXIII.

DE [44] NAUTICO [45] FOENORE.

Pro tempore, quo creditor suscepit periculum trajectitia pecuniæ, usura centesima debetur: pro tempore sequenti, communis. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Honorato.

TRajectitiam [46] pecuniam, quæ periculo [47] creditoris datur, tamdiu [48] liberam esse ab observatione communium usurarum, quamdiu navis ad portum adpulerit, manifestum est.

Pecuniæ nauticæ debitoris est periculum, nisi aliud fuerit conventum. Salic.

2. Iidem AA. Chosimaniæ.

CUm dicas te pecuniam ea lege dedisse, *Ut in sacra* [49] *urbe tibi restitueretur*, nec [50] incertum periculum, quod ex navigatione maris metui solet, ad te [51] pertinuisse [52] profitearis, non est dubium, pecuniæ creditæ ultra licitum [53] [modum] te usuras exigere non posse.

Qui suscepit in se periculum navigationis, intelligitur in se suscipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris. Bald.

3. Iidem AA. Juniæ.

CUm proponas te nauticum fœnus ea conditione dedisse, *Ut post navigium, quod in Africam dirigi debitor adseverabat, in Salonitanorum* [54] *portum nave delata, fœnebris pecunia tibi redderetur*, ita ut navigii duntaxat, quod in Africam destinabatur, periculum susciperes; perque vitium debitoris, nec loco quidem navigii servato, illicitis [55] comparatis mercibus, quæ navis continebat, fiscum occupasse; amissarum [56] mercium detrimentum, quod non ex marinæ tempestatis discrimine, sed ex præcipiti avaritia, & incivili debitoris audacia, accidisse adseveratur, adscribi [tibi] juris publici ratio non permittit.

Debitor generis liberatur per interitum, si creditor suscipit in se periculum; alias non. Bald.

4. Iidem AA. Eucharisto.

TRajectitiæ quidem pecuniæ, quæ [57] periculo creditoris mutuo datur, casus, antequam ad destinatum locum navis perveniat, ad debitorem non pertinet. [Sine] hujusmodi vero conventione, infortunio naufragii debitor non liberabitur.

TIT. XXXIV.

DEPOSITI [58], VEL CONTRA.

De rei interitu, de concurrentibus actionibus.

1. Imp. ALEXANDER A. Mesteno.

SI [59] incursu latronum, vel alio fortuito casu ornamenta deposita apud interfectum perierint: detrimentum ad heredem ejus, qui depositum accepit,

1 Ergasterium, est negotiatio. Præsunt ergasterio trapezitæ, argentarii, & cæteri institores, *l.* 2. *§. de episc. l.* 9. *infr. de operibus publ. l.* 2. *J. de met.* Est & locus, ubi opus fit, officina. 2 Justis negotiatoribus terrenis, mediterraneis aut terrestribus, besses, usuræ permissæ. *J. ibi, ad bessem.* Argentariis licet stipulari besses usuras. Inter negotiatores usura legitima bes est. Quin argentariis besses debentur, licet eas non fuerint stipulati. *Novell.* 136. *c.* 4. Quid si negotiari desinant, aut nomen alteri cedant? besses usuræ deberi desinunt. Molin. *ibid. num.* 60. 61. 3 Licita est negotiatio, vel ea quæ vere fœneratitia est, qua funguntur ii, qui nullam etiam aliam exercent. 4 Bes usura est ad centesimam, quod bes ad assem. Besses usuræ sunt duæ partes centesimæ, 150 partem sortis quolibet mense pendens, integram vero sortem 12 annis & 6 mensibus. Annuatim solvuntur 8 in 100. *huit pour cent.* Id fœnus Antoninus Pius exercuit. Jul. Capitol. *in ejus vita.* 5 Usura centesima, non major, maritimis & navigantibus permissa. An centesima dicitur anni ratione, an vero certi duntaxat itineris, quod anno potest esse brevius? prius ait Molinæus *n.* 91. *de usur.* 6 Centesima usura, *douze pour cent*, quæ centesimo mense sortis quantitatem parit, & reddit. Solebant enim veteres in menses, non in annos fœnerari. Plut. *in libell.* περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. Æschines *adversus Ctesiphontem.* Horat. *Epod. oda* 2. *omnem relegit Idibus pecuniam, quærit Kalendis ponere.* Inde usura menstrua Ciceroni 6. *ad Atticum.* De duplici centesima, vide *l. nihil interest* 4. §. 1. *ff. de nautico fœnore.* 7 Non illustres, quique non sequuntur, mercaturam terrestrem, vel maritimam, dimidias centesimæ possunt stipulari. Ergo & rustici? Posse videntur, cum hic non excipiantur, quamvis & hi solas trientes possint promittere. *Novell.* 32. Quadrantes quoque excipiuntur ab Ecclesia. Scholiast. 27. *Eclog.* 3. 3. Harmenop. 7. *c.* περὶ καρπῶν. 8 *l.* 2. *in fin. J. de usuris rei jud.* Dimidia centesimæ seu semis usura parit annuatim sex in centum. *Six pour cent.* Senos aureos parit quotannis in centenos. *Theod.* 4. *de act.* 9 Et ita qualitas fœnoris ex qualitate fœnerantis metienda: ut mercator eo pacto possit besses stipulari & capere ab illustri: illustris non possit capere ultra trientes a mercatore. 10 Citra stipulationem & pactum exiguntur usuræ quæ exiguntur propter moram. *l.* 32. §. 2. *ff. h. t.* 11 Stipulationis verbo, Molinæus intelligit omnem conventionem. *ibi, num.* 56. Verum hunc locum autor Synopseos *d. c.* 69. ita accipit, usuras majores accipi non posse ne quidem per retentionem pignorum. *l.* 4. *princ. vers. nec pignora. ff. de nautico fœnore.* Alias usuræ legitimæ non tantum stipulatione interposita promissæ servantur, sed pignoris quoque retentione, licet nudo pacto & citra vinculum stipulationis promissæ. *l.* 4. *§. h. t.* 12 In usuras majores legitimis judex reum condemnare non potest prætextu consuetudinis locorum: hoc est etiamsi consuetudo loci sit usuras majores legitimis præstare. *Syn. d. loco.* 13 Quæ scilicet pertinet ad usuras debitas ex mora, non ad illas, quæ deberi possunt ex superiorum stipulationum aliqua. 14 Sensus est, prætextu consuetudinis usuras ex nuda mora debitas, semisses esse. Tres casus excipe, pupillares, vid. *l.* 1. *J. de usur. pupill.* sociorum, vid. *l.* 4. *J. de ædific. privat.* rei judicatæ. *l.* 3. *J. de usur. rei jud.* 15 Habet tamen citra superfluum, & ita utile per inutile non vitiatur. *l.* 15. *§. h. t. l.* 20. *ff. h. t. l.* 8. *§. si certum. l.* 26. *in pr. ff. de cond. indeb. l.* 102. *in fin. ff. de solut. & liberat.* Molinæus addit, nullum casum in jure reperiri, in quo propter excessum, vel administrationem illicitam, fœnus totum vitietur, excepto casu singulari. *Novell.* 32. *de fœnor. agric.* vide tamen eundem *q.* 10. *de usur. n.* 139. 16 Usuræ legitimis majores acceptæ, in sortem imputandæ. 17 Creditori non liceat a debitore aliquid accipere nomine siliquarum, aut consuetudinis: si quid autem acceperit, id in sortem computabit. 18 Κερατίων ἢ συνηθειῶν, 23. *Ecl.* 3. *c.* 69. Siliqua vigesimaquarta pars solidi. 19 Quas creditores forte stipulabantur dare executoribus pro pecunia exigenda, vel tabellionibus, pro cautione scribenda. 20 Vide Molin. *de usur. quæst.* 13. *num.* 164. 21 Illustris, cui trientes tantum stipulari permittitur, per argentarium, cui licitæ sunt besses: id est, majores, stipulari non potest. hinc collige, Peccari etiam per intercedentem seu interpositam personam. dixi ad *l.* 5. *C. de legibus.* atque ita, majores usuras stipulari non possumus διὰ μέσου προσώπου per mediam personam. *Syn. d. l.* 22 Hinc colligunt quæstionem, causas & leges usurarum non esse fori (ut vocant) ecclesiastici, sed imperialis. qua de re vide Molin. *quæst. de usur. num.* 70. 71. 23 Vide quæ not. ad *l.* 6. §. 4. *§. de his, qui ad eccles.* 24 Hoc apud autor. Synops. additur. Illos qui tabernis præsunt, vel aliquam negotiationem licitam (quoniam qui illicitam exercent, ut tincturam purpuræ & monetas, etiam puniri debent) exercent ad bessem usque, centesimæ stipulationem suam moderari. 25 i. e. *l.* 26. *§. h. t.* 26 Ad majores ante hanc legem constitutas, ac promissas usuras, fœneratores non putabant hanc legem pertinere; vult igitur majores ante hanc constitutionem promissas ad modum hac lege præfinitum revocari.
27 Vide Molin. *q.* 10. *de usur. num.* 142. 153. *& quæst.* 16. *num.* 188. Papon. 12. *Arrest.* 7. *num.* 16. adde *Novell.* 73. *c.* 9. *&* 115. *c.* 1. 28 *Nov.* 121. *Nov.* 138. *Nov.* 160. *l.* 19. *infr. mandati. l.* 26. §. 1. *ff. de cond. indeb. l.* 4. §. 1. *ff. de naut. fœnore.* 29 In usurarum causis aliquid jure pignoris, & retentionis toleratur, sed intra legitimum modum: vetitis usuris ultra duplum, etiamsi creditor pignoribus acceptis sibi caverit, vide Molin. *de usur. n.* 47. 107. 108.
30 *l.* 24. *supr. de his, qui not. l.* 28. §. 1. *D. de cond. indeb. l.* 2. §. 5. *ff. de administ. rer. ad civit.* Non est accessio accessionis: ut usus seu usura usus, *ut hic:* pecuniæ usus. *l. ult. ff. de magist. conv. l.* 1. *J. de fiscalib. usur. lib.* 10. *tit.* 8. fructuum usura, *l.* 15. *ff. hoc tit.*
31 Rebus, non verbis lex imponenda. vid. Molin. *d. loco*, *n.* 236. Cicero pro *Cæcinna:* Non ex verbis jus pendet, sed verba serviunt hominum consiliis, & autoritatibus.
32 Nec pro futuri temporis usuris, nec pro usuris annorum, qui præterierunt, ullo modo pacisci usuras quis potest: ne quidem, si juxta formam veteribus usitatam fiat. *Synops. Basil. h. t. cap.* 71. 33 Et sic omnis Anatocismus sublatus. Molin. *ibid. num.* 44. Est autem Anatocismus, quoties usura sorti conjuncta alias usuras parit. *l.* 7. §. 12. *l.* 58. §. 1. §. 4. *ff. de admin. & peric. tut.* nec est simplex renovatio, aut continuatio usurarum, quam Plutarchus ἐν ἑλληνικοῖς παλιντοκίαν, Cicer. 3. *ad Atticum* 20. ἀνατοκίαν nuncupat. Puto Anatocismum, de quo hic agitur, odio fœneratorum interdici, alias, si novam sortem debitori numerare licet, & ab eo novas alias usuras stipulari, cur non, acceptas ab eodem usuras brevi manu, eidem renumerare sortis instar licebit? ut ex ea pecunia novas usuras præstet. *d.* §. 3. *d.* §. 1. *&* 4. Hoc adjiciendum: Novella Leonis in universum usuras vetari. 34 Licet usuras in futurum accipere. *l.* 57. *ff. de pactis. l.* 2. §. 6. *ff. de doli mali & metus except. l.* 122. *in pr. ff. de verb. oblig.* at eas acceptas in sortem redigere, & iis redactis usuras exigere non licet.
35 *Synopsis d. loco cap.* 72. 36 Leunclavii interpretatio. 37 Κατὰ μικρὸν, adde *Novell.* 121. 38 Καὶ κατὰ χρόνον, hoc est, diverso tempore solutæ. 39 Καθάπαξ, & ὑφ' ἕν. 40 *Synops. d. l. c.* 73. 41 Interpretatio Leunclavii. 42 Κατὰ μέρος. 43 Usuræ in universum currunt in debitis ad municipia pertinentibus, & usuris publicis. Scholiastes *Synopseos d. c.* 73. id est, ultra duplum currunt.
44 *L.* 22. *D.* 2. *Novell.* 106. 110. 45 Seu maritimo. 46 Id est, quæ trans mare vehitur. *l.* 1. *ff. h. t.* διαπόντια χρήματα dicuntur Græcis. *Synopsis Basil. c.* 7. *tit.* 7. *ex lib.* 53. *tit.* 5. *cap.* 1. *& passim* 3. Harmen. 7. §. 20. erat autem fœnus nauticum centesima: ut & si quis fructus credidisset. *d.* §. 20. *Synops. h. t. c.* 15. 47 *l.* 4. *ff. h. t.* aliud in terrena.
48 Non ulterius: discusso periculo maris, die, aut conditione cessis, inter negotiatores bes usura debiti incipit & cessat centesima. vide Molin. *de usuris, num.* 91. Cujac. *d. Nov.* 106.
49 Sacra urbs non est Hierosolyma, ut quidam putant, sed, vel Constantinopolis vel Roma. *arg. l.* 2. *J. quæ res exportar.* 50 Creditor ad quem periculum navigationis non pertinet, usuras majores non accipit. *Synops. Basil. h. t. c.* 18. 51 Creditorem. 52 Ob pactum contrarium scil. 53 Aliis personis sc. ab his quæ mari negotiantur.
54 Σάλων, seu Salona, navale Dalmatiæ Straboni 7. nec enim ad Salonem mediterraneam Bithyniæ hic locus referendus, unde Salonites caseus dictus: vide *Strabonem* 2. 55 Illicitæ merces confiscantur. 56 Si vitio debitoris pecunia nautica confiscata est, creditori non perit in debitorem actio: & merito. Nam etsi maris periculum in se suscepit, casus supervenientes culpa debitoris non recepit. 57 Trajectitiæ seu nauticæ pecuniæ periculo creditoris mutuo dabantur.
58 Vide *L.* 16. *D.* 3. adde Oldend. *class.* 4. *act.* 23. 3. Harm. 9. 59 Depositarius dolum duntaxat: & latam culpam præstat; at non fortuitum casum, nisi aliter convenit, *Synops.* 13.

qui dolum [1] solum & latam [2] culpam (si [3] non aliud specialiter convenit) præstare debuit, non pertinet. Quod si prætextu latrocinii commissi, vel alterius fortuiti casus, res, quæ in potestate heredis sunt, vel quas dolo desiit possidere, non restituuntur; tam depositi, quam [4] ad exhibendum actio, sed & in rem vindicatio competit.

De usuris.

2. Imp. GORDIANUS A. Celso.

USuræ in depositi [5] actione, sicut in cæteris bonæ fidei judiciis [6], ex mora [7] venire solent.

De usuris & de furti actione.

3. Idem A. Austero.

SI depositi experiaris, non immerito [etiam] usuras [8] tibi restitui flagitabis: cum tibi debeat gratulari, quod furti [9] eum actione non facias obnoxium. Si quidem qui rem depositam invito domino sciens prudensque in usus [10] suos converterit, etiam furti delicto succedit.

De usuris.

4. Idem A. Timocrati.

SI [11] deposita pecunia is qui eam suscepit, usus [12] est, non dubium est, etiam usuras [13] debere præstare [14]. Sed si cum depositi actione expertus es, tantummodo [15] sortis facta condemnatio est: ultra non potes propter usuras experiri. Non [16] enim duæ sunt actiones, alia sortis, alia usurarum, sed una: ex qua condemnatione facta, iterata actio rei judicatæ exceptione [17] repellitur.

De sequestro.

5. Impp. VALER. & GALLIENUS AA. & VALERIANUS C. Claudiano.

PRopter instrumenta quidem, quæ te deposuisse cum adversario tuo dicis, *Ut* [18] *residua pecunia, quæ ex conductione debebatur* [19] *soluta, ea reciperes*: si [20] id quod placuerat implesti, sequestrum [21] potes convenire: Quamvis [22] autem hæc reddita non fuerint: tamen adversus eum, a quo fundum conduxeras, si omne, quod ex contractu debebatur, reddidisti; ipsis solutionibus [23] tutus es.

Sequester instrumentorum tenetur ea reddere in casu reddendi. Bald.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Alexandro.

IS [24], penes [25] quem utramque [26] partem transactionis, vel alia instrumenta commendasse [27] dicis, legem qua hæc suscepit, servare [28] necesse habet [29].

De pecunia deposita, & a depositario credita.

7. Iidem AA. Attico.

DEsiderium tuum cum rationibus juris non congruit: nam [30] si custodiam [31] pecuniæ suscepisti, quam aliis a te [mutuo] datam [32], conscriptum instrumentum, quo hanc tibi reddi profiteris, arguit [33]: solutionem ejus competentem improbe recusas [34].

Actio depositi personalis debitoris non sequitur debitorem. Bald.

8. Iidem AA. Alexandro.

SI is qui depositam a te pecuniam accepit, eam suo nomine, vel cujuslibet alterius mutuo dedit: tam ipsum de implenda suscepta fide, quam ejus successores [35] teneri tibi certissimum est. Adversus eum autem, qui [36] accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi extent: tunc enim, contra possidentem uti [rei] vindicatione [37] potes.

De rebus commendatis a servo hereditario.

9. Iidem AA. Menophilo, & cæteris.

CUm [38] hereditas personam [39] domini sustineat, ab hereditario [40] servo, priusquam patri vestro successeritis, res commendatas, secundum bonam fidem ab ejus qui suscepit, successoribus [41] apud Rectorem provinciæ petere potestis.

De infamia & condemnatione.

10. Iidem AA. & CC. Septimæ.

QUi depositum non restituit, suo nomine conventus & condemnatus, ad ejus restitutionem cum infamiæ [42] periculo urgetur. Scripta Id. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De compensatione, deductione, doli exceptione. 1. De attestatione depositario ab alio facta, ne depositum reddat.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P.P.

SI quis [43] vel pecunias, vel res quasdam per depositionis acceperit titulum [44]: eas volenti ei qui deposuit, reddere illico [45] modis omnibus compellatur: nullamque [46] compensationem [47], vel deductionem [48], vel doli exceptionem opponat: quasi & ipse quasdam contra eum, qui deposuit, actiones [49] personales, vel in rem, vel hypothecariam prætendens: cum non sub hoc modo depositum acceperit, *Ut non concessa ei retentio generetur, & contractus, qui* [50] *ex bona fide oritur, ad* [51] *perfidiam retrahatur.* Sed & si ex utraque parte aliquid fuerit depositum: nec in hoc casu compensationis præpeditio oriatur: sed depositæ quidem res, vel pecuniæ ab utraque parte quam celerrime [52] sine aliquo obstaculo restituantur, ei videlicet primum, qui primus [53] hoc voluerit, & postea legitimæ actiones integræ quoque ei reserventur. Quod obtinere (sicut jam dictum est) oportet, & si ex una parte depositio celebrata est, ex altera autem compensatio fuerit opposita: ut integra omni legitima ratione servata, depositæ res vel pecuniæ prima [54] fronte restituantur. §. 1. Quod si in scriptis attestatio [55] non per dolum, vel fraudem fuerit ei qui depositum suscepit, ab alio transmissa, ut minime depositum restituat; hocque per jusjurandum affirmaverit, liceat ei, qui deposuit, sub defensionis cautela idonea præstita res depositas, quam [56] ocyssime recuperare.

In AUTHENT. de deposito, & denunciation. inquilinorum. §. 1. col. 6. tit. fin. Nov. 88. cap. 1.

SEd *jam cautum est, ne quis extrinsecus depositario interdicat* depositi restitutionem: *qua subsecuta, depositor possidens pulsari poterit ab eo, qui interdixit.* † *Si contra factum fuerit, damnum quodcunque acciderit ei qui vim passus est, præstabitur ab eo qui interdixit, necnon & tertia centesimæ usurarum nomine, ex quo facta est hujusmodi contestatio.* † *Quibus pœnis subjacet, qui vel inquilino* [57] *dationem pensionum vel publicæ personæ panis interdicit administrationem.*

De heredibus.

12. Idem A. Joanni P.P.

SUpervacuam veterum differentiam [58] e medio tollentes, si quis certum pondus auri vel argenti confecti, vel in massa constituti deposuerit, & plures scripserit heredes; & unus [59] ex his contingentem sibi portionem a depositario acceperit, alter supersederit, vel alias fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit; & postea depositarius in adversam inciderit fortunam, vel sine [60] dolo depositum perdiderit: sancimus, non esse coheredi ejus licentiam venire contra eum coheredem suum, & ex ejus parte avellere, quod ipse ex sua parte consequi minime potuit, quasi eo quod coheres accepit, communi constituto: cum si certæ pecuniæ depositæ fuerint, & suam partem unus ex heredibus accepit, nemini veniat in dubium bene [61] eum accepisse partem suam, & non debere aliam partem attingere: nobis etenim non videtur esse homo [62] obnoxius, neque in massa, neque in specie, neque in pecunia numerata, qui suam partem suscepit, ne industria [63] pœnas desidiæ solvat: si enim & alius heres tempora opportuna, quemadmodum coheres ejus, observasset: & suam uterque reciperet, & sequentibus altercationibus minime locus relinqueretur.

tit. 2. *c.* 35. 3. Harm. 9. §. 15. *Syn.* 13. *tit.* 2. *c.* 35. 1 *l.* 20. *ff. h. t.* 13. *Syn.* 2. *c.* 35. 5. Harm. 9. *c.* περὶ τυχηρᾶς περιστάσεως. 2 Non levem, alias culpæ, id est, desidiæ aut negligentiæ non tenetur. §. 3. *Inst. quib. mod. re contrah.* Solius doli nomine tenetur. *l.* 23. *ff. de reg. jur.* 3 *d.* §. 3. *d. l.* 23. *l.* 1. §. 6. *l.* 20. *ff. hoc tit. l.* 7. §. 14. *l.* 27. §. 3. *ff. de pactis.* 4 *l.* 1. §. 32. *ff. h. t.* καὶ τῇ περὶ ἀποκρυβέντων πραγμάτων ἀγωγῇ κατέχεται. id est, actione rerum celatarum: amotarum. *Synops. Basil. h. t.* Dixi in Nomenclatore meo ad Harmenopulum 1. *tit.* 3. §. 3. in voce ἀποκρυβῆς ἔργον. 5 Ex mora depositi usuræ, *l.* 24. *in fin. ff. h. t.* & fructus debentur. Paul. 2. *sent.* 12. §. 2. 6 *l.* 28. *in fin. ff. h. t. l.* 32. §. 2. *ff. de usur.* puta, locati. *l.* 54 *ff. locati.* pro socio. *l.* 60. *ff. pro socio.* negotiorum gestorum actione. *l.* 38. *ff. de negot. gest.* & aliis, quorum fit mentio, *in* §. 28. *Instit. de act.* 7 Idem dicendum si depositarius re deposita fuerit usus. vide *l.* 3. *l.* 4. C. *h. t.* 8 Humanitatis est deteriore uti actione. 9 Concursus actionis furti admittitur cum actione depositi. *l.* 29. *ff. h. t.* pro socio. *l.* 45. *l.* 46. *ff. pro socio.* & mandato. *l.* 22. §. 7. *ff. mand.* vid. Cujac. 17. *obs.* 12. 10 *l.* 4. C. *h. t. l.* 28. *in fin. l.* 25. §. 1. *l.* 29. *ff. h. t.* adde *l.* 1. §. 1. *ff. de usur.* 11 Depositarius, sive ex deposito usuras accepit: sive ipso deposito sit usus, usuras præstat. 3. Harm. 9. §. 4. 12 Vid. *l.* 3. *s. h. t. l.* 8. *s. ad exhib.* Goth. Interpretatio hujus legis vid. apud Joann. Zang. *de except. part.* 3. *c.* 5. *num.* 89. Ans. 13 Non tenetur etiam lucrum ex deposito factum restituere: potest enim fieri, ut lucrum ex pecunia deposita fecerit: Teneri videtur, cum iniquum sit ex re mea fieri locupletiorem, cum gratuitam, integram & abstinentem ab omni lucro fidem debeat. *l.* 38. *circa fin. ff. de negot. gest.* & cum dolo faciat, qui id quod ad se pervenit, non reddat. *l.* 1. *in fin. ff. h. t.* Sed non ita est: nec enim statim meum est, quod ex mea pecunia comparatur. *l.* 1. C. *si quis sibi vel alteri.* Quin scholastici negant usurarium ad restituendum lucrum ex usuris acceptis factum, teneri: sed ad eas tantum pecunias, quas illicite exegit. qua de re vid. plenius apud Molin. *de usur. q.* 83. *p.* 627. 628. lucrum hujusmodi superlucrum appellant. 14 Etiamsi mea sit mora. 15 Adde *l.* 3. *vers. & ideo* C. *de usuris rei judic. l.* 49. *in fin. ff. de act. empt.* 16 Imo duæ sunt. *l.* 8. *vers. ibi enim duæ. ff. de eo quod certo.* Solve: Usurarum promissarum ex stipulatione, duæ sunt obligationes: usurarum ex mora unica obligatio. Hæ peti non possunt, priores possunt. *l.* 23. *ff. de except. rei jud.* 17 *l.* 5. *l.* 6. *ff. de except. rei jud.* 18 Sequester is est, apud quem plures in solidum rem deposuerunt certa conditione custodiendam & reddendam. *l.* 14. *Eclog.* 2. *c.* περὶ μεσεγγυητῶν, id est, de sequestris. adde *l.* 6. *infr. l.* 12. §. 1. & 2. *l.* 17. §. 1. *ff. depositi. l.* 110. *ff. de reg. jur.* 19 A te scil. 20 Ante conditionem sequestri impletam, agi non potest, *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. deposit.* 21 Quid sequester *s.* dixi. 22 *l.* 4. 19. 23. C. *de solut. & liberat.* Ratio dubitandi hic sumitur, nondum enim plene liberatus videbatur, cui obligationis instrumentum nondum erat redditum. sed non ita est: constat enim e contrario, non continuo censeri reum liberatum, etiamsi penes eum sit obligationis instrumentum. vid. *l.* 20. *supr. de probat.* 23 Cur? solutione extinguitur obligatio. *Inst. quib. mod. toll. obl. l.* 107. *ff. de solut. & liberat.* 24 Id est, sequester. *l.* 5. *s. h. t.* 25 Qui ab utraque parte, vel transactionis, vel cujusvis alterius contractus instrumenta depositi nomine accepit, necesse habet pactis stare, quibus ea suscepit. 3. Harm. 9. §. 20. 26 Id est, actorem & reum. 27 Id est, deposuisse. 28 *l.* 9. §. 3. *ff. de dol. mal.* 29 Nisi sponsio sit inhonesta. *l.* 17. *in fin. ff. de præsc. verb.* 30 Qui rem apud se depositam apud alium quempiam adhibita scriptura deposuit, haud recte quæ accepit, restituere recusat cautionem proferens, qua sese ostendit apud alium deposuisse. 3. Harm. 9. §. 2. 31 Depositarius custos. 32 Nugatur, qui hac voce intelligit depositum. Reus hic cogitur ad solutionem. *in fin.* C. *hic. ibi. solut.* Depositarius non solvit, sed restituit. 33 Forte quia in eo adscriptum erat, pecuniam Titii Seio creditam fuisse ab Attico depositario. 34 Et ita qui deposuit si nullam depositi cautionem habet, potest in subsidium probationes quærere etiam ex instrumento depositarii cum alio facto. Quod hic legimus depositarium conveniri, an ideo excluditur actio adversus eum, qui meam pecuniam a depositario mutuo accepit? vid. *l.* 8. *in fin.* C. *h. t.* 35 *l.* 9. *in fin.* C. *h. t. l.* 12. §. 2. *l.* 25. *ff. h. t.* 36 Dixi ad *l.* 13. *s. de obl. & action.* 37 Vid. *l.* 9 *in fin. ff. de rei vind.* 38 Depositum ab hereditario servo heres actione consequi & vindicare potest. 3. Harm. 9. §. 10. 39 Vid. *l.* 31. *ff. de her. inst.* 40 *l.* 1. §. 29. *ff. h. t. l.* 16. *ff. de oblig. & action.* 41 *l.* 8. *s. h. t.* 42 *l.* 1. *l.* 6. §. 6. *de his, qui notant.* 43 Ad intellectum hujus legis vide Bellon. *lib.* 4. *supputat. cap.* 6. & an posterior pars sit abrogata per *Novell.* 88. vid. Rittershus. *exposit. Novell. part.* 3. *c.* 1. *n.* 10. Ans. Adde Boër. *decis.* 395. *num.* 7. Cagnol. *ad l. contractus* 23. *ff. de reg. jur. num.* 16. S. L. 44 Id est, de quibus depositum constat aliquo instrumento. Quæritur autem, an id locum habeat in deposito confessato? locum habere ostendit Roland. a Valle 1. *cons.* 17. *n.* 2. 3. 4. 5. *& seq. quod consilium omnino vide; est enim & pereleganss & varia doctrina refertum.* 45 Quam celerrime. *vers. sed & si.* C. *h. t.* prima fronte. *quod obtinere. in fin.* quam ocyssime. *in fin.* hinc colligunt, Instrumentum depositi habere executionem paratam. vid. Roland. a Valle *d. cons. n.* 2. 46 Depositarius deponenti suum depositum repetenti objicere hæc non potest, compensationem, deductionem, doli exceptionem, actionem personalem, in rem hypothecariam. 47 Compensationi locus non est in causa depositi. Paul. 2. *sent.* 12. §. 3. *l.* 14. *in fin. supr. de compensat. Novell.* 88. *cap.* 1. §. 30. *vers. sed nostra. Inst. de act.* 3. Harm. 9. §. 22. §. *in bonæ fidei. Inst. de act.* 48 Deductio est partis: compensatio totius interdum & partis. 49 *d. l.* 14. *in princ.* 50 Hæc verba significant, bonæ fidei accessionem esse. vid. Cujac. 17. *observ.* 4. 51 Quod bonæ fidei est, ad perfidiam non est trahendum. 52 Prima fronte, id est, illico. *in pr. s. h. t. &* C. *h. t.* quam ocyssime. 53 Facit *l.* 29. *ff. de judiciis.* 54 Illico. *s. h. t.* 55 Protestatio tertii facta depositario non potest remorari, vel impedire depositi mei restitutionem. 56 Illico. vid. *s. hic.* 57 In aliis causis potest debitori fieri denunciatio, ne solvat creditori. vid. *l.* 8. *ff. de leg. commissor.* 58 Differentia videtur in eo fuisse: Pecuniam numeratam depositam pro parte hereditaria restitui uni heredum deponentis posse quidam existimabant: neque eo nomine coheredem a reliquis coheredibus conveniri posse, aliis partibus pecuniæ, casu fortuito, apud depositarium peremtis, sibi denique recte partem suam accepisse, & in ea accipienda vigilasse. Massam vero auri, argenti facti, vel infecti, massam inquam, vel speciem argenti depositam recte quidem restitui pro parte hereditaria heredi putabant; verum si partes reliquæ casu fortuito periissent apud depositarium, censebant eum heredem qui partem suam in specie, vel massa ita accepisset, recte conveniri a coheredibus. Hanc differentiam tollit Justinianus, hoc constituto, ut ne qui heres sibi vigilaverit in parte sua depositi recipienda, eo nomine a coheredibus conveniatur aliis partibus casu peremptis apud depositarium: sive pars restituta depositi in pecunia, sive in massa, sive in specie consistat, non hoc magis, quam illo modo, heredem coheredibus suis obnoxium esse. 59 *l.* 1. §. 36. *ff. h. t.* 60 Vid. *l.* 1. *s. h. t.* 61 Suum qui recepit, coheredi aut socio non obligatur. *l.* 38. *ff. familiæ ercisc. l.* 62. *ff. pro socio. l.* 31. *ff. locati.* excipe *l.* 22. *ff. familiæ ercisc.* 62 Quid si legamus, *heres.* Est enim species hujus constitutionis in herede partem suam depositi recipiente. 63 Industrii pœnas negligentium non solvunt.

TIT. XXXV.
MANDATI [1] VEL CONTRA [2].

De ſumptibus & de ſalario.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Leonidæ.

ADverſus [3] eum cujus negotia geſta ſunt, de pecunia, quam de propriis opibus, vel ab aliis [4] mutuo acceptam erogaſti, mandati actione pro ſorte & uſuris [5] potes experiri. De ſalario [6] autem quod promiſit, apud Præſidem provinciæ cognitio præbebitur.

De ſumptibus & de pignoribus.

2. Iidem AA. Marcello.

CUm ex cauſa fidejuſſionis pecuniam patrem tuum exſolviſſe [7] proponas; habes [8] mandati actionem: qua non ſolum pecuniam, ſed etiam pignora [9] in obligationem deducta, potes conſequi.

Si is, qui actionem mandavit, egerit.

3. Iidem AA. Germano.

SI pater tuus tibi ſui juris conſtituto actionem adverſus debitores ſuos mandavit: potuit & ipſe præſens adverſus eos re [10] integra experiri. Si quid itaque ab eo apud judicem actum eſt, reſcindi nulla ratio patitur.

De ſumptibus.

4. Imp. ALEX. A. Vulnerato.

ETiam [11] ſi contrariam ſententiam reportaverunt, qui te ad exercendas cauſas appellationis procuratorem conſtituerunt: ſi tamen nihil culpa tua factum eſt, ſumptus [12] quos in litem probabili [13] ratione feceras, contraria [14] mandati actione petere potes.

De bonorum poſſeſſione a procuratore neglecta.

5. Idem A. Guliano.

SI maritus ſororis tuæ tibi procurans petere bonorum poſſeſſionem noluerit, cum ipſo tibi congrediendum eſt: quam querelam ita cum effectu habes, ſi mandaſſe te, ut peteretur bonorum poſſeſſio, eumque neglexiſſe [15] arguas.

De tacito mandato.

6. Imp. GORDIAN. A. Soſibio.

SI fidejuſſor pro reo patiente [16] fidem ſuam adſtrinxerit, mandati [17] cum eo poſt exolutam pecuniam, vel factam condemnationem, poteſt actionem exercere.

De pecunia credita.

7. Idem A. Aureliano.

SI literas ejus ſecutus [18], qui pecuniæ actor [19] fuerit, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidiſti: tam condictio adverſus eum, qui a te mutuam ſumpſit pecuniam, quam adverſus eum, cujus mandatum ſecutus es, mandati actio tibi competit [20].

De pecunia credita, & de pignoribus.

8. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Lucio.

SI tibi pupillorum pater, ut pecuniam in rem ſuam ſervis ejus crederes, mandavit [21], & in hanc rem [æque] ipſo præcipiente pignora [22] ſunt obligata: & mandati actione pupillos [23] poſt mortem patris convenire, & exequi [24] jus obligationis pignorum poteris, ſi in ſolutione ceſſabitur.

De cauſa per procuratorem læſa.

9. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Marcello.

CUm per procuratorem cauſam tuam læſam [25] eſſe dicas, mandati actio adverſus eum tibi competit.

An interceſſor, qui nondum ſolvit, mandati agere poſſit.

10. Iidem AA. Papio.

SI pro ea contra quam ſupplicas, fidejuſſor ſeu mandator interceſſiſti; & neque condemnatus [26] es, neque bona [ſua] eam dilapidare [poſtea] cœpiſſe comprobare poſſis, ut [tibi] juſtam [27] metuendi cauſam præbeat, neque ab initio ita te obligationem ſuſcepiſſe, ut eam poſſis & ante [28] ſolutionem convenire: nulla juris ratione, antequam ſatis creditori pro ea feceris, eam ad ſolutionem urgeri certum eſt. Fidejuſſorem vero ſeu mandatorem exceptione munitum, & injuria [29] Judicis damnatum, & appellatione [30] contra bonam fidem minime uſum, non poſſe mandati [31] agere manifeſtum eſt.

De geſtis, vel non geſtis, de dolo, & culpa, de ſumptibus.

11. Iidem AA. Cajo.

PRocuratorem non tantum pro his, quæ geſſit, ſed etiam pro his quæ gerenda ſuſcepit [32], & tam propter exactam ex mandato pecuniam quam non [33] exactam, tam dolum [34], quam culpam ſumptuum [35] ratione bona [36] fide habita, præſtare neceſſe eſt.

De tenore mandati ſervando.

12. Iidem AA. Firmo.

CUm mandati negotii contractum certam [37] accepiſſe legem adſeveres: eam integram ſecundum bonam [38] fidem cuſtodiri convenit. Unde ſi contra mandati tenorem procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem poſtea ratam [39] habuiſti: dominium tibi auferre non potuit.

De dolo, culpa, caſu.

13. Iidem AA. Zoſimo.

A Procuratore dolum [40] & omnem [41] culpam, non etiam improviſum [42] caſum præſtandum eſſe, juris autoritate manifeſte declaratur.

De eo, quod duorum voluntate uni eorum datum eſt.

14. Iidem AA. Hermiano.

SI ſecundum mandatum Triphonis & Felicis equos tua pecunia comparatos, vel in ſolutum a proprio debitore tibi traditos, uni [43] de his utriusque voluntate dediſti: ad parendum placitis eos mandati judicio conventos bona fides urget.

De morte domini.

15. Iidem AA. Precatio.

MAndatum re integra domini morte [44] finitur [45].

Si mandatarius fidem rumpat.

16. Iidem AA. Uranio.

AD comparandas merces data pecunia, qui mandatum ſuſcepit, fide rupta, quanti [46] intereſt mandatoris, tenetur.

De ſalario.

17. Iidem AA. Gorgonio.

SAlarium [47] incertæ pollicitationis peti non poteſt.

De eo, pro quo interceſſum eſt, & de ejus ſucceſſoribus. De mora, & de uſuris.

18. Iidem AA. Tuſciano.

POſt ſolutionem a ſe factam, qui dari mutuo mandavit, ab eo pro quo interceſſit, vel ſucceſſoribus ejus, quod ſolutum eſt, etiam cum uſuris [48] poſt moram recte poſtulat.

De uſuris & pignoribus.

19. Iidem AA. Eugenio.

PRetii rerum diſtractarum, quas venales præcedente mandato acceperas, ultra licitum [49] uſuras ex ſtipulatione, vel mora præſtare (licet pignora data probentur) compelli non potes.

De eo, qui incertum litis redemit. 1. De ſumptibus.

20. Iidem AA. Epagatho.

SI contra licitum, litis [50] incertum redemiſti: interdictæ conventionis tibi fidem impleri fruſtra petis. §. 1. Quod ſi gratuitum mandatum ſuſcepiſti, ſecundum bonam fidem ſumptus [51] recte poſtulas.

De pecunia, fama & culpa.

21. Imp. CONSTANTINUS A. Voluſiano PF. P.

IN re mandata non pecuniæ ſolum, cujus eſt certiſſimum mandati judicium, verumetiam exiſtimationis [52] periculum eſt. Nam ſuæ quidem quisque rei moderator [53] atque arbiter, non omnia negotia, ſed pleraque ex proprio animo facit: aliena vero negotia exacto [54] officio geruntur: nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum [55] ac declinatum culpa vacuum eſt.

1 vid. *L.* 17. *D.* 1. adde 14. *Ecl.* 1. Oldend. *claſſ.* 4. *act.* 24. 2 Mandati directa competit ei, qui mandavit: Contraria ei, cui mandatum eſt. vide *l.* 4. J. *h.t.* 3 Contraria mandati datur in mandatorem. 4 Procurator poteſt a tertio quodam mutuam pecuniam accipere, explicandi mandati negotii cauſa. 5 *l.* 12. §. 9. *ff. h t.* Paul. 2. *ſent.* 15. §. 2. 6 *l.* 17. J. *h.t. l.* 7. *ff. h. t.* Goth. Adde *l.* 1. §. *in honorariis. de extr. cogn. & l.* 1. *C. de ſuffrag.* Anſ. 7 Fidejuſſor pro reo poteſt ſolvere. 8 Heredibus fidejuſſoris competit contraria adverſus reum principalem. 9 Id eſt, detrimentum aut damnum datum pignoribus, quæ creditori dederas, debitoris principalis cauſa. 10 Id eſt, ante litem conteſtatam. *l.* 16. *ff. de procur.* 11 Ratio dubitandi hæc fuit *in l.* 56. *ff. h.t. l.* 10. §. 1. *ff. de negot. geſt.* 12 *d. l.* 56. *in fin. l.* 46. §. 6. *ff. de procur.* 13 *l.* 27. §. 4. *ff. h.t. l.* 38. *ff. de rei vind. l.* 3. *ff. de contr. tut.* 14 *l.* 1. S. *h.t. l.* 10. §. 9. *l.* 12. §. 9. *ff. h.t. l.* 46. §. 5. *ff. de procur.* 15 Mandatarius, ſi quid in rem domini neceſſarium, aut jam cœptum neglexit, tenetur. *l.* 11. J. *h.t. l.* 5. 6. §. 1. *in fin. l.* 8. §. 4. §. 10. *l.* 22. *in fin. l.* 27. §. 2. *ff. h.t. l.* 17. §. 3. *ff. commodati.* 16 Qui patitur pro ſe fidejubere, videtur mandare. *l.* 6. §. 2. *ff. h.t.* patientia mandati ſpecies eſt. 17 *l.* 2. *ſupr. h t.* 18 Qui mandavit credi. *l.* 8. J. *h.t. l.* 27. *in fin. ff. h.t. l.* 5. S. *de exercit. l.* 13. *ff. de fidejuſſor.* qui ſimpliciter commendavit. *l.* 12. §. 12. *ff. h.t. l. ult.* S. *quod cum eo. l.* 65. *ff. de adqu. rer. dom.* 19 Id eſt, diſpenſator. 20 Ordine tamen ſervato diſcuſſionis & diviſionis. *Nov.* 4 *c.* 1. 21 *l.* 7. S. *h.t.* 22 Ut *l.* 2. *in fin.* S. *h.t.* 23 Heredes ſcil. *l.* 4. *in fin. ff. de fidejuſſoribus.* dixi ad *l.* 4. S. *de hereditar. action.* 24 Vide *l.* 17. J. *de fidejuſſoribus.* 25 *l.* 8. §. 1. *ff. h.t. l.* 10. S. *de procur.* 26 Fidejuſſor non agit actione mandati, niſi condemnatus ſit, aut reus bona ſua dilapidet & evertat. *l.* 38. *in fin. ff. h.t. l.* 45. *ff. de fidejuſſor.* 27 Fidejuſſionis longæ pertæſus ab ea ſe liberari recte poteſt petere: & eo nomine adverſus eum cujus cauſa fidejuſſit, agere: ut fidejuſſionis onere liberetur. vide Socin. *reg.* 147. *l. Lucius.* 38. *ff. mandati.* Goth. An & quando ante ſolutionem ad liberationem agere poſſit fidejuſſor, vide Menoch. *de arbitr. jud. caſ.* 41. *l.* 2. *centur.* 1. Chriſtin. *deciſ.* 138. *vol.* 1. Guidon. Pap. *deciſ.* 117. Anſ. Adde Valentin. Franc. *de fidejuſſ. cap.* 5. *num.* 559. *& ſeq.* Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part.* 1. *c.* 10. *num.* 310. *& ſeq.* Andr. Gail. *l.* 2. *obſerv.* 29. *num.* 3. *& ſeq.* Joann. a Sande *l.* 3. *tit.* 10. *defin.* 7. S. L. 28 Vide Socinum *reg.* 148. 29 *l.* 67. *ff. de fidejuſſoribus.* 30 Fidejuſſor condemnatus appellare debet: alias, ſi citra appellationem oppoſitam ſolverit, non repetet. *l.* 8. §. 8. *l.* 29. *in pr. l.* 48. *ff. h.t.* 31 Mandati agimus adverſus eum, cujus nomine fidejuſſimus. 32 Adde, nec geſſit. 33 Vide *l.* 5. *in fin.* S. *l.* 21. *in fin.* J. *h.t.* 34 *l.* 13. J. *h.t.* 35 Vide *l.* 4. *l.* 14. *ſupr. l.* 10. §. 9. *l.* 12. §. 9. *l.* 27. §. 4. *ff. h.t.* 36 Vide *l.* 20. J. *h.t.* 37 Id eſt, aliam a vulgari & communi. 38 *l.* 11. S. *h.t. l.* 16. *l.* 59. §. 1. *in fin. ff. h.t.* 39 Ratihabitione confirmatur alias inutilis venditio. 40 *l.* 11. S. *h.t.* 41 Etiam levem. dixi ad *l.* 23. *ff. de reg. jur.* 42 Caſus a nemine præſtatur. Hoc ut verum ſit, dixi ad *l.* 6. *ſupr. de pignorat. & l.* 15. §. 2 *ff. locati.* 43 Quod uni ſocio traditur alterius voluntate, etiam alteri illi videtur traditum. *Salic.* 44 Morte finitur mandatum re integra. dixi ad *l.* 26. *in pr. l.* 27. §. 3. *ff. h.t. l.* 8. S. *de oblig. & action. l. ult. ff. de ſolut. & liberat.* §. *item ſi adhuc. Inſt. mandati.* aliis etiam cauſis finitur. 45 Fallit in pia cauſa *arg. l. ſi ego.* 9. §. 1. *ff. de jure dotium.* ſi mandator tenebatur id facere, quod mandavit. *Gloſſa in l. fundi venditor.* 33. *ff. de adquir. vel amitt. poſſ. c. ſi ſuper gratia.* 9. *de offic. jud. deleg. in* 6. fallit quoque favore pacis: unde Marſilius notat *ſing.* 44. Procuratorem, ejus qui vulneratus fuit, conſtitutum ad pactum ineundum, vulnerato poſtea mortuo, cum adverſario defuncti recte tranſigere & paciſci poſſe. Bald. *in addit.* Speculat. *tit. de homicidio.* 46 *l.* 8. §. 6. *ff. h.t.* 47 Vid. *l.* 1. *in fin.* S. *l.* 56. §. 3. *ff. h.t.* 48 *d. l.* 1. 49 Puta duplum. vide *l.* 27. §. 1. S. *de uſur.* 50 Ὁ ἐργολαβήσας τὴν ἀλλοτρίαν δίκην &c. Qui alienam litem redemit, impleri promiſſa in hac cauſa recte non petit: nec enim mandati actionem habet. Qui vero mandati nomine litem alicujus ſuſcepit, ſumptus factos repetere poteſt, *Synopſ. Baſil.* 14. περὶ ἐργολάβων, ubi ἐργολάβον definit, eum qui pecuniam præſtat, ut alienæ actionis in ſe fiat ceſſio, quod & Harmenopulus confirmat. *l.* 6. *t. de verborum ſignific.* §. 30. vide *l.* 15. S. *de procur.* vide S. *tit. ne liceat potentiorib. patrocin.* adde Cujac. 8. *obſerv.* 31. 51 Vide *l.* 11. S. *h.t.* 52 *l.* 1. *l.* 6. §. 5. *ff. de his, qui notant.* 53 Vide *l.* 8. S. *de Judæis.* Ciceronem *pro Balbo, & Roſcio Amerino:* vide Rolandum a Valle, 1. *conſ.* 21. *num.* 9. 54 Id eſt, cum omni diligentia. 55 Dixi *l.* 1. *ſupr. h.t.*

De redemptoribus.

22. Imp. ANASTASIUS A. Euſtachio P.P.

PEr diverſas interpellationes [1] ad nos factas, comperimus quoſdam alienis rebus fortunisque inhiantes [2], ceſſiones aliis competentium actionum in ſemet exponi properare [3]: hocque modo diverſis perſonas litigatorum vexationibus afficere: cum certum ſit, pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea ſuppetebant, [jura] ſua vindicare, quam ad alios ea transferre velle. Per hanc itaque legem jubemus, in poſterum hujusmodi conamen inhiberi: nec enim dubium eſt redemptores [4] litium alienarum videri eos eſſe, qui tales ceſſiones in ſe confici cupiunt: ita tamen, ut ſi quis datis pecuniis hujusmodi ſubierit ceſſionem, usque [5] ad ipſam tantummodo ſolutarum pecuniarum quantitatem, & uſurarum ejus actiones exercere permittatur: licet [6] inſtrumento ceſſionis, venditionis [7] nomen inſertum ſit: exceptis [8] ſcilicet ceſſionibus, quas inter coheredes pro actionibus hereditariis fieri contingit: & his quascunque, vel creditor, vel is qui res aliquas poſſidet, pro debito, ſeu [9] rerum apud ſe conſtitutarum munimine ac tuitione accepit: nec [10] non his quas inter legatarios, ſeu fideicommiſſarios, quibus debita, vel actiones ſeu res aliæ relictæ ſunt, pro his fieri neceſſe ſit. Nulla etenim tali ratione intercedente redemptor (ſicuti ſuperius declaratum eſt) magis exiſtit, qui alienas pecuniis præſtitis ſubiit actiones. Si autem per donationem [11] ceſſio facta eſt: ſciant omnes hujusmodi legi locum non eſſe: ſed antiqua jura eſſe ſervanda: ut ceſſiones, tam pro exceptis & ſpecialiter enumeratis, quam aliis cauſis factæ ſeu faciendæ ſecundum actionum, quæcunque ceſſæ ſunt, vel fuerint, tenorem, ſine quadam imminutione obtineant.

23. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

AB Anaſtaſio divæ memoriæ principe juſtiſſima conſtitutio [12] conſcripta eſt tam humanitatis quam benevolentiæ plena: Ut ne quis alienum ſubeat debitum ceſſione in eum facta, & ne [13] amplius a debitore conſequatur his, quæ præſtitit ceſſionis auctori, exceptis quibusdam caſibus, qui ſpecialiter illa ſanctione continentur. Sed cum hi qui circa lites morantur, eandem piam diſpoſitionem in ſua natura remanere minime conceſſerint, invenientes machinationem, ut partem quidem debiti venditionis titulo transferant in alium creditorem, reliquam autem partem [14] per coloratam cedant donationem: generaliter Anaſtaſianæ conſtitutioni ſubvenientes, ſancimus nulli licere partem quidem debiti cedere pecuniis acceptis, [&] venditione actionum habita; partem autem donationis titulo videri transferre: ſed ſi voluerit debitum totum [15] pure donare, & per donationem actiones transferre: non occulte, nec per artes clandeſtinas pecunias ſuſcipere, publice autem ſimulatam donationem celebrare, ſed undique puram, & non diſſimulatam facere donationem: hujusmodi enim ceſſionibus non adverſamur. §. 1. Si quis autem occulte aliud quidem agere conatur, & pecunias pro parte accipit, & vendit particulatim actiones, partem autem donare ſimulat, vel ipſi qui emptionem actionis [partem] ſubit, vel forſitan alii per [16] ſuppoſitam perſonam, (quia & hoc ſæpius perpetratum eſſe didicimus) hujusmodi machinationem penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat, quam ipſe vero contractu re ipſa perſolvit: ſed omne, quod ſuperfluum [17] eſt, & per figuratam [18] donationem translatum, inutile [19] eſſe ex utraque [20] parte cenſemus: & neque ei qui ceſſit actiones, neque ei qui eas ſuſcipere curavit, aliquid lucri, vel fieri, vel remanere, vel aliquam contra debitorem, vel res ad eum pertinentes eſſe utrique eorum actionem. §. 2. Sed & ſi quis donationem quidem omnis debiti facere adſimulaverit, ut videatur eſſe tota donatio: aliquid [21] autem occulte ſuſceperit: & [in] hoc caſu tantummodo exactionem ſortiri [ejus] quod datum eſſe comprobetur, & ſi hoc a debitore perſolvatur, nulla contra eum vel ſubſtantiam ejus ex diſſimulata donatione oriatur moleſtia. §. 3. Et juſtum quidem fuerat hoc remedium debitoribus ab Anaſtaſianis temporibus impertiri, ex quibus etiam lex data eſt, quam homines aſtute lacerandam eſſe exiſtimaverunt. Sed ne videamur in tanta temporum noſtrorum benevolentia aliquid acerbius admittere: in futuris [22] poſt præſentem legem caſibus [hæc] obſervari cenſemus: ut omne quod contra legem Anaſtaſianam excogitatum eſt, hoc in poſterum noſtro perfruatur remedio.

24.

PRæſens [23] conſtitutio mentionem facit conſtitutionis Anaſtaſii divæ memoriæ, quæ facta eſt de ceſſionibus, quæque vult, ei, qui pecunias dederit, actiones cedi: nihil tamen amplius exigi permitti quam quod re ipſa dederit. Inveniens autem in ea quasdam perſonas exceptas, præcipit, & in iisdem perſonis [24] hanc legem obſervari, neque ſuperioris legis exceptione uti, ſed ut emptor pecunias recipiat aut uſuras. Quod ſi donatio ſimpliciter actionum fiat, lex jubet ceſſionem donationum cauſa factam valere, niſi forte circumveniendi animo facta ſit.

TIT. XXXVI.

SI SERVUS [25] EXTERO SE EMI MANDAVERIT.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dionyſiæ.

SI ſervus [26] extero ſe mandaverit emendum, quamvis [27] nec ex [perſona] ſervi (quia hoc liber mandare non poteſt) nec ex domini perſona (quoniam qui mandat ut a ſe res comparetur, inutiliter mandat) conſiſtere credebatur actio: tamen optima ratione, quia non id agitur, ut ex ipſo mandato, ſed propter mandatum ex alio contractu naſcatur actio, domino quæri placuit obligationem. Si itaque domino ignorante emi te mandaſti, ac te nummos ſubminiſtrante [28] peculiares ſoluti ſunt, emptori minime liberatio per hujusmodi factum potuit pervenire. Nec tamen ſi tradita, nec manumiſſa es: etiam mandati de ancilla, & empti de pretio conſequendo contrarias [29] actiones ei exercere concedi placuit. Sane in illius arbitrio relictum eſt, utrumne mancipium an pretium conſequi velit, cum ex peculio, quod ejus fuit, ſolutio celebrata obligationis vinculo emptorem liberare non potuerit.

TIT. XXXVII.

PRO SOCIO [30].

Si unus pecuniam, alius operam conferat.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aurelio.

SOcietatem, uno [31] pecuniam conferente, alio operam, poſſe contrahi magis obtinuit.

De prædio communiter empto.

2. Iidem AA. & CC. Pantonio.

CUm proponas, te prædium, conjuncto dominio cum patrono [32] tuo comparaſſe, in poſſeſſionemque tam te quam ipſum inductum [33], juris ratio efficit, ut dominium fundi ad utrumque pertineat. Sane, quia pretium a te ſolo numeratum, & ſolennibus penſitationibus, ceſſante ſocio, ſatisfactum eſſe dicis: judicio ſocietatis id quod eo nomine præſtari oportuerit, conſequeris.

De bona fide. De herede.

3. Iidem AA. & CC. Victorino.

CUm in ſocietatis contractibus fides [34] exuberet, conveniatque æquitatis rationibus etiam compendia [35] æqualiter inter ſocios dividi: Præſes provinciæ, ſi patrem tuum ſalinarum [36] ſocietatem participaſſe, & non recepta communis compendii portione rebus humanis exemptum eſſe perſpexerit, commodum ſocietatis, quod deberi juxta fidem veri conſtiterit, reſtitui tibi [37] præcipiet.

De cauſa teſtati, vel inteſtati.

4. Iidem AA. & CC. Celeri.

SI ſocietatis jure, vel transactionis ſtipulatione ſubdita bonorum omnium æquis partibus inter te, & Faviam diviſionem recte fieri placuit: quominus hæc rata ſerventur, nihil [38] intereſt, utrum teſtatus, qui fuerit obligatus, an inteſtatus, rebus ſit humanis exemptus.

De conſenſu.

5. Iidem AA. & CC. Theodoro.

TAmdiu ſocietas durat, quamdiu [39] conſenſus partium integer perſeverat. Proinde ſi jam tibi pro ſocio nata eſt actio, eam inferre apud eum, cujus ſuper ea re notio eſt, non prohiberis.

De conditionibus.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

DE ſocietate apud veteres dubitatum [40] eſt, ſi ſub conditione contrahi poteſt: puta *Si ille Conſul fuerit*, ſocietatem eſſe contractam? Sed ne ſimili modo apud poſteritatem, ſicut apud antiquitatem hujusmodi cauſa ventiletur: ſancimus ſocietatem contrahi poſſe non ſolum pure, ſed etiam ſub [41] conditione [42]: voluntates etenim legitime contrahentium omnimodo conſervandæ ſunt.

1 Ad interpretationem hujus & ſeq. leg. vid. omnino Joann. a Sande de actionum ceſſione *cap.* 11. Anſ. 2 Et quaſi vorantes. vide *l.* 2. *§. ne liceat potentioribus.* 3 Præparare. vide Cujacium 16. *obſerv.* 24. 4 Redemptores litium ſunt, qui lites alienas ſibi cedi faciunt. Res litigioſa vendi non poteſt. vide Cujacium 8. *obſ.* 31. 5 Ceſſione empti nominis nemo ulterius uti poteſt, quam ad quantitatem ſoluti pretii. hoc eſt, Redemptor, ſive is in quem alienæ litis facta ceſſio eſt, amplius recipere, quam pro pecuniarum præſtitarum, & uſurarum competentium quantitate, non poteſt. *Synopſis Baſil. cod. cap.* 83. In Gallia hæc conſtitutio locum non habet, ubi ceſſionarius integrum debitum poteſt petere. Imbertus *in Enchiridio in verb. pecuniaires.* adde Cujac. 10. *obſ.* 3. 6 Ceſſio juris non valet, niſi in inſtrumento cauſa ceſſionis adjiciatur: puta venditionis, *ut hic.* hoc tamen locum habere negat Marſilius, *ſingulari* 45. quoties debitor, adverſus quem jus cedo, præſens eſt, nec contradicit, ut eo caſu non poſſit ſimulationis exceptionem objicere adverſus hujusmodi ceſſionem: *atque ita retuliſſe* Baldum *in l. cum eſſent.* 33. *in fin. ff. de ſervit. ruſtic. prædiorum.* 7 De hujusmodi fraudibus, dixi ad *l.* 5. *§. de legibus, & ad l.* 26. *§. de uſuris.* Venditio præſumitur fraudulenta, ſi de re litigioſa facta fuerit. hinc colligunt, Non ſtari confeſſioni partium cauſa prohibitionis, & ſuſpicionis manente. vide Molin. *de uſur. num.* 34. 8 Nota primam exceptionem regulæ: cujus ſenſus hic eſt: Res litigioſa inter coheredes poteſt dividi. 9 Secunda exceptio ad pignora pertinet, hoc ſenſu: Res litigioſas pignorari poſſe & in ſolutum dari. 10 Tertia exceptio: cujus hæc ſententia eſt: Poſſeſſori rei alienæ inferenti æſtimationem litis, dominum cedere actionibus ſuis poſſe: ut *l.* 63. *ff. de rei vind.* vide Cujac. 16. *obſ.* 16. 11 Quarta exceptio, cujus hæc ſententia: Res litigioſa donari poteſt. Tres alias exceptiones enumerat Paponius 1. *Notar.* 2. *c. des ventes fol.* 87. quæ meo judicio in ſuperiores incidunt. 12 *l.* 22. *ſupr. h. t.* 13 Id ut obſervetur in Gallia, dixi ad *l.* 22. *§. h. t.* 14 Colorata donatio, non confirmat inutilem venditionem. 15 Res litigioſa in totum donari poteſt, pro parte vendi non poteſt: hoc ante Juſtinianum licuit. 16 Alia perſona abuti in fraudem legis non poſſumus. 17 Utile per inutile non vitiatur. *l.* 8. *§. ſi certum. l.* 20. *l.* 29. *ff. de uſuris.* 18 Figurata donatio, *ut hic.* colorata. *§. h. t.* 19 In Gallia non eſt inutile, ut dixi *§. ad l. penult.* addit Paponius 1. *Notar.* 2. *cap. des ventes fol.* 86. *& ſeq.* hujusmodi ceſſiones in Gallia in quosvis permitti, dummodo non ſint potentiores, quod in nobilibus, ſcholaſticis, officialibus regiis, quibus fori privilegium competit, maxime apparet. 20 Juſtinianus hoc addidit conſtitutioni Anaſtaſianæ. Ea enim ſuperfluum juſti pretii numerati ex re litigioſa, auferebat emptori, non venditori. 21 Pretii ſcilicet, aut pecuniæ. 22 Dixi ad *l.* 7. *§. de legibus.* 23 Hanc conſtitutionem reſtituit Cujac. 16. *obſ.* 16. 24 Latina interpretatio. 25 *l.* 54. *ff. mandati.* 26 *d. l.* 54. 27 Hoc eſt, τῇ μὲν ἀκριβείᾳ οὐκ ἔχει ὁ δεσπότης τὴν ἀγωγὴν &c. hoc eſt, ſtricta quidem ratione dominus actionem non habet, quoties ſervus alicui ſe mandavit emendum a domino, & emancipandum: verum quia propter mandatum alius contractus naſcitur, idcirco emptor domino ſolvens pretium ex ſervi peculio, ab empti actione non liberatur, quum ſervus de ſuo ſolverit. Sed in arbitrio domini eſt, utrumne mancipium recipere velit, an pretium petere. *Syn. Baſil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 14. *tit.* 1. *c.* 84. 28 *l.* 7. *§. de act. empt.* 29 De exceptione ineptæ cumulationis vide Oldendorpium *cap.* 22. *de except.* 30 Dixi L. 17. D. 2. adde Oldendorp. *claſſ.* 4. *act.* 21. Papon. 15. *Arreſt.* 2. *de communauté & ſocieté.* Eundem *Notar.* 2. *cap. de ſocieté.* Pro ſocio agere hic dicitur, non qui defendit ſocium, ſed qui ex cauſa ſocietatis in ſocium agit. 31 *§.* 2. *verſ. nam & ita. Inſtit. eod. l.* 29. *§.* 1. *ff. h. t.* 32 Adi Bartolum *hic*: & adde quod emens rem nomine ſuo & alterius, præſumitur emiſſe propria pecunia, ideoque qui partem rei conſequi vult, tenetur partem pretii reddere, niſi aliud probet. Boer. *deciſ.* 23. Berojus *q.* 46. *num.* 3. Rom. *conſ.* 274. Dec. *conſ.* 348. *n.* 4. *& conſ.* 442. *n.* 38. Alex. *conſ.* 78. *n.* 5. *vol.* 2. *& conſ.* 77. *vol.* 6. *& conſ.* 134. *vol.* 5. Cravetta *conſ.* 129. Mod. 33 Qui prædium ſimul emunt, quique in illud ſimul inducuntur, tacitam inter ſe communionem habent. *l.* 31. *ff. h. t.* Quid ſi eorum unus pretium numeravit? quid ſi ſolus fundi penſitationes præſtitit? partem ſocio condicet. 34 *l.* 78. *in fin. ff. h. t.* 35 *l.* 52. *§.* 4. *in fin. ff. h. t.* 36 *l.* 63. *§.* 8. *ff. h. t.* 37 Heredi ſcilicet. Actio pro ſocio datur etiam heredi, & in heredem. *d. §.* 8. 38 Senſus eſt: Societatem non deſiderare ſcripturam, aut verborum proprietatem, id eſt, propriam ſolemnemque formulam. *l.* 2. *ff. de oblig. & act.* quanquam & res & verba intervenire nihil vetat. 39 *§.* 4. *Inſt. l.* 4. *l.* 63. *in fin. ff. h. t.* 40 Cur de eo dubitabatur? Societati mancipatio ineſt, ut & emptioni mancipatio, id eſt, imaginaria venditio. Ulp. 19. *§.* 2. nec recipiebat conditionem. vide quæ dixi ad *l.* 77. *ff. de reg. jur.* Hodie imaginaria venditio ſublata. *l.* 54. *ff. de obl. & act.* & conſequenter placet ſocietatem ſub conditione contrahi, *ut hic.* ut & emptionem. *§.* 4. *Inſt. de empt.* & locationem. *l.* 20. *ff. locati*: & transactionem. *l.* 9. *§. de tranſact.* 41 *l.* 1. *ff. h. t.* 42 Sub conditione ſocietas poteſt contrahi, *ut hic.* ut ex tempore & ad tempus. 3. Harmen. 10. *§.* 1. *l.* 1. *ff. h. t. Synopſ. Baſil.* 10.

De

De curatore furioſi.

7. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus, veterum dubitatione ſemota, licentiam habere furioſi curatorem [1] diſſolvere, [ſi maluerit,] ſocietatem furioſi, & ſociis licere ei renunciare [2]. Et quemadmodum in omnibus contractibus aliis legitimam auctoritatem ei dedimus, ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furioſi providere. Dat. CP. poſt Conſulat. LAMPAD. & OREST. 531.

TIT. XXXVIII. DE CONTRAHENDA EMPTIONE [3], ET VENDITIONE.

De loco.

1. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Paulo.

VEnditiones, etſi in alio [4] loco [5], quam [in] quo poſſeſſiones conſtitutæ ſunt, [fiant,] non ideo irritæ eſſe creduntur.

De conſenſu, & de furioſis.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Avito.

EMptionem, & venditionem conſenſum [6] deſiderare; nec furioſi ullum [7] eſſe conſenſum manifeſtum eſt. Intermiſſionis [8] autem tempore furioſos majores vigintiquinque annis venditiones [9], & alios [10] quoslibet contractus [11] poſſe facere non ambigitur.

De ſimulatione.

3. Iidem AA. Valeriæ.

SI donationis [12] cauſa, venditionis ſimulatus contractus eſt: emptio [in [13]] ſui deficit ſubſtantia [14]. Sane ſi in poſſeſſionem rei, ſub ſpecie venditionis, cauſa donationis, *Ut te aleret*, induxiſti: ſicut perfecta donatio facile reſcindi non poteſt; ita legi [15], quam tuis rebus donans dixiſti, parere convenit.

De emptione rei propriæ, vel ſibi donatæ.

4. Iidem AA. Luciano.

CUm res tibi donatas ab herede donatricis [tibi] diſtractas [eſſe] proponas, intelligere debueras duplicari tibi titulum poſſeſſionis non [16] potuiſſe, ſed ex donatione & traditione dominum [17] factum [te] fruſtra emiſſe: cum rei propriæ [18] emptio non poſſit conſiſtere. At tunc demum tibi profuit [19], ſi ex donatione te non fuiſſe dominum demonſtretur [20]. ¶ Sane quoniam *omnia* [21] *bona* tibi ab ea donata & tradita dicis: ad hoc & a filio ficta venditio rerum maternarum afferre perfecta etiam donatione [22] poterit defenſionem, ne vel exemplo [23] inofficioſi teſtamenti poſſit hæc avocare.

De tutore, & ejus uxore.

5. Iidem AA. Gratiæ.

CUm ipſe tutor nihil ex bonis pupilli, quæ diſtrahi poſſunt, comparare palam, & bona fide [24] prohibetur: multo [25] magis uxor ejus hoc facere poteſt.

Si emptrix venditori nupſerit.

6. Iidem AA. Lucretio.

SI Gaudentius in matrem tuam titulo venditionis [26], ſine quadam fraude dominium mancipii tranſtulit: non [27] idcirco, quod poſtea inter eos matrimonium, & divortium ſecutum dicitur, juri ejus quicquam derogatum eſt: quod vindicare, te matri tuæ ſucceſſiſſe probans, minime prohiberis.

De ſimulatione.

7. Iidem AA. Piſoni.

SI ancillam ex emptione ſibi quæſitam, mater tua donatione a ſecundo [28] marito poſtea [29] ſe ſimulavit accepiſſe: tituli falſi [30] figmentum, [donationis] dominium ei duplicare, vel auferre non potuit.

Si pretium ſolutum non ſit.

8. Iidem AA. Diogeni.

SI non donationis [31] cauſa, ſed vere vineas diſtraxiſti, nec pretium numeratum eſt: actio tibi pretii [32], non eorum, quæ dediſti, repetitio [33] competit.

De pretio.

9. Iidem AA. Severo.

EMpti [34] fides, ac venditi, ſine quantitate [35] nulla eſt. Placito [36] autem pretio, non [37] numerato, ſed ſolum tradita poſſeſſione, iſtiusmodi contractus non habetur irritus: nec idcirco is, qui comparavit, minus recte poſſidet, quod ſoluta [38] ſumma, quam dari convenerat, negatur. Sed [&] ſi donationis [39] gratia prædii factam venditionem traditio ſequatur: actione pretii nulla competente, perficitur [40] donatio.

De emptione ſimulata rei propriæ.

10. Iidem AA. Georgio.

SI mater tua velut ex patris [tui] bonis prædium ſuum comparavit: cum rei [41] propriæ [42] non conſiſtat emptio, & hanc ſimulatam proponas, hujusmodi placitum mutare ſubſtantiam [43] veritatis, & ei nocere non potuit.

De invito.

11. Iidem AA. Paterio.

INvitum comparare, vel diſtrahere [44] poſtulantis deſiderium, juſtam cauſam non continet [45].

De fidejuſſore, de inſtrumento, de petitione pretii, de pœnitentia.

12. Iidem AA. Paterno.

NOn idcirco minus emptio perfecta eſt, quod emptor fidejuſſorem [46] non accepit, vel inſtrumentum teſtationis vacuæ poſſeſſionis amiſſum eſt: nam ſecundum conſenſum auctoris in poſſeſſionem ingreſſus, recte poſſidet: pretium ſane, ſi eo nomine ſatisfactum [47] non probetur, peti poteſt: nec enim, licet [48] in continenti facta, pœnitentiæ [49] conteſtatio conſenſu finita reſcindit.

De conditione collata in arbitrium contrahentis.

13. Iidem AA. Juliano.

IN vendentis [50], vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non [51] aſtringit neceſſitate contrahentes, obligatio nulla eſt [52]: Idcirco dominus invitus [53] ex hujusmodi conventione rem propriam, vel quilibet alius diſtrahere non compellitur.

An cuivis perſonæ vendi poſſit.

14. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Fabiano, P.P. Illyrici & Italiæ.

tit. 1. *cap.* 10. 1 Adde *l.* 65. §. 7. *ff. h. t.* 2 Ἀπαγόρευσις πολλάκις παρὰ τῷ νόμῳ καλεῖται ἡ τῆς κοινωνίας διάλυσις. Renunciatio ſæpius in jure dicitur ſocietatis diſſolutio. 3. Harm. 10. §. 16.
3 Vide *L.* 18. *D.* 1. & 3. *C. Theod.* 3. Oldendorp. *claſſ.* 4. *act.* 1. 2. 3. 4 *l.* 15. *C. de præſcript. longi temporis.* ut & donatio. *l.* 27. *in fin. l.* 30. *in pr. C. de donat.* Huc res redit, inter abſentes contrahi poſſe venditionem. *l. ult. C. ſi quis alteri vel ſibi.* non eſt idem in oblatione rei furtivæ a fure facienda: fur enim non liberatur, niſi rem præſentem offerat. *l. fin. ff. de condict. furt.* etiamſi abſentis gratia poſſit fieri novatio. *l.* 17. *ff. de condict. furt.* 5 Vide Baldum *hic*, Bartolum *ad l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit.* & Tiraquellum *in tract. de utroque retractu tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 46. *cum ſeq.* Mod. 6 *l.* 1. §. 2. *l.* 9. *ff. h. t.* 7 Proprie ſumptum. *l.* 5. *l.* 40. *ff. de reg. jur.* tacite tamen conſentire dicitur. *l.* 2. §. 2. *in fin. ff. ſoluto:* de furioſo dixi plenius ad *l.* 13. §. 1. *ff. de officio præſid.* 8 Intermiſſio furioſi, inumbrata ejus quies. 9 *l.* 7. §. 1. *ff. de public. & vectigal.* 10 Verbi gratia, matrimonium. *l.* 16. *in fin. ff. de ritu nupt.* teſtamentum. *l.* 17. *ff. qui teſtam.* 11 Et teſtamenta. *l.* 9. *C. qui teſtam.* 12 Donationis cauſa vel gratia emptio, *hic.* & *l.* 9. *in fin. C.* perficitur, quoties re ipſa donandi animus eſt, venditionis tamen color & nomen quæritur: quoties, inquam, id videri volumus vendidiſſe aut emiſſe, quod donamus ipſi, vel donatione ab aliis accipimus. *l.* 55. *ff. h. t. l.* 3. *C. plus valere quod agitur quam quod ſimulate concipitur. l. ab Anaſtaſio* 23. *C. mandati.* 13 Ἀνυπόστατος ἄκυρός ἐστιν, irrita eſt. *Syn. Baſil.* 19. *tit.* 5. *cap.* 12. 3. Harm. 3. §. 36. hoc ſenſu: Donationis cauſa facta venditio, irrita eſt, ſi quis autem fundum ea lege vendidit, ut pretii loco emptor alimenta ſibi præberet, recte cogit eum pactis conventis ſtare. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 5. *cap.* 12. idem dicendum, ſi remiſiſti pretium, vel rem minoris vendidiſti. *l.* 9. *C. h. t.* 14 *l.* 36. *ff. h. t.* valebitne donatio? valebit. *l.* 9. *in fin. C. h. t.* & ita, ſi non valet quod ago, ut ago, valet ut valere poteſt. Non valet ut venditio, valet ut donatio: inſpicitur voluntas contrahentium, quibus animus fuit donare: ita ut verus contractus donationis prævaleat ſimulatæ venditioni. adde quæ dixi *C. plus valere.* 15 Donatarius implere cogitur modum vel conditionem donationi adjectam. *l.* 22. *in fin. C. de donat.* 16 Id eſt proprietatis. vide *l.* 78. *ff. de verb. ſign.* nam ex pluribus cauſis poſſidere poſſumus. *l.* 3. §. 4. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l.* 159. *ff. de reg. jur.* 17 Vide *l.* 48. *ff. de pactis.* 18 *l.* 10. *C. h. t. l.* 16. *ff. h. t. l.* 40. *ff. de pign. act. l.* 37. *ff. de condict. indeb. l.* 28. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l.* 45. *ff. de reg. jur.* poteſt tamen emi poſſeſſio rei ſuæ, vel jus in eam competens alteri. *l.* 32. *l.* 34. §. 4. *ff. h. t.* poteſt etiam emi ſub conditione. *l.* 41. §. 2. *ff. de legat.* 1. *l.* 98. *ff. de cond. & demonſt.* 19 Emptio ſcilicet. 20 Fingamus rem fuiſſe tibi donatam ab uxore. *l.* 1. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* & ab ea revocatam. *l.* 25. *in fin. C. de donat. inter virum & uxor.* 21 Donatio hæc bonorum omnium eſt immenſa. 22 Inofficioſa ſcilicet ut ſit ſenſus: Quod per inofficioſæ donationis querelam nobis avocari poteſt, id emere poſſumus. 23 Vide *l.* 1. *in fin. l.* 6. *in fin. C. de inoffic. donat.* 24 Alterius tutoris autoritate, cauſa cognita, & judicis decreto interveniente. *l.* 54. *ff. de adminiſtr. & peric. tutor. l.* 5. §. 2. *ff. de aut. tut. l.* 1. §. 2. *ff. de reb. cor.* Gutierez *de Tutelis part.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. & 8. Anſ. 25 Tutor ſi res pupillares palam poteſt emere, multo magis ejus uxor: Si jure non poteſt rem pupillarem emere, nec per uxorem id ei facere licitum fuerit. vide *l.* 5. §. 3. *ff. de auct. tut.* vide *l.* 5. *C. de legib.* dixi ad *Authent. Quibuscunque* 14. *C. de ſacroſ. eccleſ.* vide *l. ult. C. de reſcind. vendit.* 26 Vel donationis. *l.* 24. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* 27 Donatio perfecta non vitiatur, licet perveniat ad caſum a quo non poſſet oriri. *d. l.* 24. 28 Idem ſi a primo. 29 Fraudulenter admodum donat, qui rem propriam ab eo cui donare ſtudet, ſibi donatam confitetur. 30 Vide *l.* 1. *C. plus valere.* 31 Venditio non ideo reſcinditur, quod pretium ſolutum non ſit (niſi ab initio donationis cauſa facta ſit) *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 5. *cap.* 16. & 3. Harmen. 3. §. 38. non enim rem repetere debet venditor, ſed ad pretium agere. *Schol. Syn. ibi.* vide *l.* 3. *ſupr. h. t.* adde *l.* 9. *in fin. C. h. t.* 32 *l.* 12. *in fin. C. de rei vind. l.* 14. *C. de reſcind. vend.* 33 Retentio tamen poteſt competere. *l.* 19. *ff. h. t.* 34 Ἡ τῆς ἀγορασίας πίστις. *Synopſ. h. t. cap.* 16. Harm. *eod.* §. 39. 35 Id eſt, ſine pretio. *l.* 2. §. 1. *ff. h. t. Inſt. eod. in fin. princ.* Recte notat Cujacius 8. *ad Afric. fol.* 192. ex Galeno 11. *de differentiis pulſ.* Nummum eſſe σύμβολον ὠνῆς καὶ πράσεως. & ex Platone 13. *de repub.* σύμβολον τῆς ἀλλαγῆς. Non idem in locatione, quæ certa ponderatione aut modiatione fieri poteſt. Plin. 9. *epiſt. non nummo, ſed partibus locavi.* 36 Venditor emptori rei poſſeſſionem tradidit; de pretio inter contrahentes convenit; pretium venditori emptor non numeravit: poteſtne emptor irritam habere venditionem, invito adverſario, eoque invito ab emptione diſcedere? Imo poteſtne creditor ejus rem ab emptore avocare, quaſi nondum plene perfecta venditione? non poteſt. *hac l. in princ.* Quin emptor, malæ fidei poſſeſſor eo caſu non videtur, etiamſi pretium non ſolvit. *verſ. nec idcirco.* Quid ſi donationis gratia ſeu donandi animo ſpeciem vendidiſti, & rem tradidiſti? qui ita tradidit, ad pretium, quaſi venditor experiri non poteſt; cum re ipſa ab initio non vendiderit, ſed donaverit. adde *Synopſ. h. t. d. cap.* 6. Harmen. *d.* §. 39. 37 Nec numerato. puto commodius ita legi. 38 Solutio pretii non facit venditionem, ſed conſenſus, poteſt enim fides haberi de pretio. *l.* 19. *ff. h. t.* adde *l.* 8. *ff. de pericul. & commod.* 39 Dixi ad *l.* 3. *C. h. t.* 40 Valet. *l. ult. ff. pro donato. l.* 21. *in fin. ſupr. de transact.* 41 Nemo rem propriam emere poteſt: adeo ut, quamvis εἰκονικῶς, id eſt, imaginarie videatur emere, nullum tamen præjudicium patiatur. *Synopſ. h. t. d. c.* 16. 42 Dixi ad *l.* 4. *C. h. t.* 43 *l.* 2. *C. plus valere.* 44 Senſus eſt, ne reſcripto quidem Principis poſſe impetrari, ut quis invitus cogatur rem emere vel vendere. facit *l.* 13. *in fin. l.* 14. *C. h. t.* ideo coacta venditio reſcindi ſolet. vide *l.* 1. *C. de reſcind. vendit.* poteſt tamen quis teſtamento damnari vendere. *l.* 66. *ff. de leg.* 1. vel ad id ratione communionis cogi. *l.* 13. §. 17. *ff. de act. empt.* vel ut fami publicæ conſulatur. *l.* 1. §. 8. *ff. de off. præf. urbi.* ſed & ratione ſævitiæ. §. *ult. Inſt. de his, qui ſunt ſui. l.* 2. *ff. de his, qui ſunt ſui:* vel favore quodam ſpeciali rei abalienatæ. *l.* 2. *C. de patribus qui fil. ſuos diſtrax.* adde quæ dixi de invito ad *l.* 69. *l.* 156. *ff. de reg. jur.* Hæc quidem dicimus, non tamen intelligimus res ſuas quenquam cogi injuſto pretio diſtrahere. *l. ult. ff. ad l. Jul. de annona.* 45 *l.* 5. *C. de obligat. & act. l.* 35. *C. de jure delib.* Adde Huſan. *de propr. hominib. quæſt.* 5. *n.* 40. *& ſeqq.* Anton. Merend. *l.* 1. *controverſ. cap.* 30. Ubi multos proponunt caſus, quibus quis favore religionis & utilitatis publicæ cogi poteſt, ut juſto pretio rem ſuam vendat. *Anſ.* Add. Gomeſius *tom.* 2. *var. reſolut. c.* 2. *num* 51. Covarruv. *lib.* 8. *var. reſolut. cap.* 41. Mod. 46 Fidejuſſor & inſtrumentum traditæ poſſeſſionis ad ſubſtantiam emptionis non pertinent: ut hæc non ſint, poteſt ea ſubſiſtere. vide *l.* 12. *C. de fide inſtrum. l.* 17. *C. de pact.* Aliud eſt in venditionibus, quas de ſcripto fieri convenit, in his enim ſcriptura requiritur. *Inſt. h. t. in pr. l.* 17. *C. de fide inſtrum.* Venditio in ſcriptis non eſt, hoc ipſo ſolo quod ſcripta ſit, ut hodie fere omnes ſcriptura muniuntur: ſed quas ſcripto fieri conventum eſt, aut in quibus lex ſcripturam requirit. vide Ferrarienſ. *in forma libelli in cauſa venditionis* 37. *in verb. vendidit.* 3. *num.* 2. 47 Vide *d. l.* 12. 48 *l.* 19. *in fin. ff. h. t.* 49 Dixi ad *l.* 5. *in fin. ſupr. de oblig. & act. l.* 39. *ſupr. de transact.* 50 *l.* 7. *ff. h. t.* 51 Obligationis vis eſt in aſtringendo ſeu vinciendo. *l. obligationem.* 44. *ff. de action. & oblig.* unde obligatio juris vinculum. *pr. Inſt. de oblig. l. quidquid adſtringendæ.* 99. *ff. de verb. oblig.* ut hinc colligas obligationem impropriam eſſe quæ non aſtringit neceſſitate. 52 Hoc dicit breviter: Contractus collatus in arbitrium alterius ex contrahentibus non valet. quod an ſit verum & æquitati conſentaneum, docebunt te Canon. Socin. & Alex. *ad l.* 1. *ff. ſolut. matr.* & *ad l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig.* Afflictus *deciſ.* 337. *n.* 10. quid item in dote hic dicendum, vide *l. cum poſt.* §. *genere. ff. de jure dot.* Jaſonem *ad l. poſt dotem. n.* 40. *ff. ſolut. matr.* & *ad l. ſi quis arbitratu. n.* 2. *ff. de verb. oblig.* Socin. Jun. *ad d. l. ita ſtipulatus. n.* 138. & *n.* 142. Mod. 53 Dixi ad *l.* 11. *ſupr. h. t.*

DUdum [1] proximis consortibusque [2] concessum [3] erat, ut extraneos [4] ab emptione [5] removerent, neque homines suo arbitratu vendenda distraherent: sed quia gravis hæc videtur injuria, quæ inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti [6]: superiore lege cassata, Unusquisque suo arbitratu quærere, vel probare possit emptorem: [nisi [7] lex [8] specialiter quasdam [9] personas [10] hoc facere prohibuerit.] Dat. 6. Kal. Junii, *Vincentiæ*, TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

De quantitate pretii collata in arbitrium, vel declarationem tertii.

15. Imp. JUSTINIAN. A. Juliano P. P.

SUper rebus venundandis [11], si quis rem ita comparaverit, *Ut res vendita esset, quanti* [12] *Titius* [13] *æstimaverit*, magna dubitatio exorta est multis antiquæ prudentiæ cultoribus [14]: quam decidentes sancimus [15], cum hujusmodi conventio super venditione procedat, *quanti ille æstimaverit*, sub hac conditione stare venditionem, ut, si quidem ipse qui nominatus est, pretium definierit, omnimodo secundum ejus æstimationem, & pretia persolvi, & venditionem ad effectum pervenire, sive in scriptis [16], sive sine [17] scriptis contractus celebretur: scilicet si hujusmodi pactum, cum [in] scriptis fuerit redactum, secundum nostræ [18] legis definitionem per omnia completum [19], & absolutum sit: Sin autem, vel ipse noluerit [20], vel non potuerit pretium definire: tunc [21] pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto: nulla conjectura (imo magis divinatione) in posterum servanda, utrum in personam certam, an in boni viri arbitrium respicientes, contrahentes ad hæc pacta venerint: quia hoc penitus impossibile esse credentes, per hujusmodi sanctionem expellimus. Quod etiam in hujusmodi locatione [22] locum habere censemus.

TIT. XXXIX.

DE [23] HEREDITATE [24], VEL ACTIONE VENDITA.

De hereditate.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Geminio.

ÆS alienum, hereditate nomine fisci vendita, ad onus emptoris [25] bonorum pertinere, nec [26] fiscum creditoribus hereditariis respondere, certum & absolutum est.

Venditor hereditatis debet conveniri a creditoribus hereditariis, non autem emptor, etiamsi fuit actum inter ipsum & venditorem, ut deberet illis solvere, vel satisfacere. Paul. de Castr.

2. Imp. ANTONINUS A. Floriano.

RAtio juris [27] postulat, ut creditoribus hereditariis & legatariis seu fideicommissariis te convenire volentibus, tu respondeas: & cum eo cui hereditatem venundedisti, tu experiaris suo [28] ordine. Nam *ut satis tibi detur*, sero [29] desideras: quoniam eo tempore, quo venundabatur hereditas, hoc non est comprehensum. Quamvis enim ea lege emerit: *Ut creditoribus hereditariis satisfaciat:* excipere tamen actiones hereditarias invitus cogi non potest [30].

De actione.

3. Imp. ALEXANDER A. Timotheo.

NOminis [31] venditio, etiam ignorante [32], vel invito eo, adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. 5. Id. Febr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De hereditate.

4. Idem A. Diogeni.

QUi nondum certus de quantitate hereditatis, persuadente [33] emptore, quasi exiguam quantitatem eam vendidit: bonæ fidei judicio conveniri ut res tradat, vel actiones mandet, non compellitur: [nam] suo quoque jure eorum persecutionem habet.

Emptor hereditatis mandatis actionibus habet directas, quas concipit in personam mandantis. Bald.

5. Idem A. Onesimo.

EMptor hereditatis, actionibus mandatis, eo jure [34] uti debet, quo is, cujus persona fungitur, quamvis utiles etiam adversus debitores hereditarios actiones emptori tribui placuit.

Posterior in titulo, sed prior in possessione, priori in dominio præfertur. Bald.

6. Idem A. Pomponio.

QUi tibi hereditatem [35] vendidit, antequam [36] res hereditarias traderet, dominus earum perseveravit, & ideo vendendo [37] eas aliis, dominium transferre potuit. Sed quoniam contractus fidem fregit, ex empto actione conventus; quanti [38] tua interest, præstare cogetur.

De actione.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Manassæ.

POstquam eo decursum est, ut cautiones [39] quoque debitorum pignori dentur: ordinarium visum est, post nominis venditionem utiles [40] emptori (sicut responsum est) vel ipsi creditori postulanti dandas actiones.

Qui emit nomen, non propterea efficitur dominus rei debitæ: sed agit ad illam actione personali. Bald.

8. Iidem AA. & CC. Juliano.

EX nominis emptione dominium rerum obligatarum ad emptorem non transit, sed vel in rem suam procuratore facto vel utilis [41], secundum ea quæ pridem constituta sunt, exemplo creditoris persecutio tribuitur.

Sicut potest vendi actio in personam, ita actio in rem. Bald.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CErti & indubitati juris est, ad similitudinem ejus qui personalem redemerit actionem, & utiliter eam movere suo nomine conceditur, etiam eum qui in rem actionem comparaverit, eadem uti posse facultate. Cum enim *actionis* [42] nomen generale sit omnium, sive in rem sive in personam actionum, & apud omnes veteris juris conditores hoc nomen in omnibus pateat: nihil est tale, quod differentiam in hujusmodi utilibus actionibus possit introducere.

TIT. XL.

QUÆ RES VENIRE [43] NON POSSUNT: ET QUI [44] VENDERE VEL EMERE VETANTUR.

De purpura.

1. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS & THEODOSIUS AAA. Fausto Comiti sacrarum largitionum.

FUcandæ [45] atque distrahendæ [46] purpuræ, vel [47] in serico, vel in lana, quæ blatta [48] vel oxyblatta [49] atque hyacinthina [50] dicitur, facultatem nullus

1 *L. 6. C. Th. de contrah. empt. lib.* 3. id est, olim nemo poterat rem immobilem extraneæ personæ vendere: extraneæ, id est, non proximo, non consorti: quod hac lege abrogatur: postea tamen jus antiquum revocatum in feudis. 2. *Feud.* 13. saltem excogitatum jus προτιμήσεως seu retractus, de quo dicam ad constitutionem Friderici, inscriptam de jure προτιμήσεως. adde Novellam Romani senioris *c.* 3. 2 Consortes dicti qui eundem agrum sortiti, eundem postea regionibus diviserunt. dixi ad 3. *Verrinam, & 5. Feud.* 13. Dicam & mox nonnulla alia. 3 Interest nostra, res majorum nostrorum non nobis eripi. *l. 2. J. de admin. & peric. tut.* 4 Præsumitur enim affectio in conjunctis pro retinenda possessione adfini, & gentilitia, quæ fuit majorum, adfinium vel gentilium sive agnatorum. vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 20. adde *l. 35. ff. de minorib. 25. ann.* Interim non puto hac lege derogari *l. 3. J. de jure emphyt.* qua dominus præfertur extraneo in emendis emponematis, coloni: quemadmodum non puto quidquam derogari titulo, non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre. J. *lib.* 11. *tit.* 55. 5 Sic potior est propinquus extraneo in emphyteusi, conductione & rerum soli antichresi ex Novel. Cæsaris Romani & Manuelis. 3. Harm. 3. §. 118. *ad* §. 122. 6 Dixi ad *l. 11.* ȝ. *h. t.* 7 Vendendi libertas lege civili coërceri potest: ut ne cuique quisque possit pro animi sui sententia res vendere. Testator etiam potest prohibere, ne heres alienet. *l. 69. §. 3. l. 88. §. 15. ff. de legat.* 2. Judex quoque potest prodigo interdicere alienatione. *l. 18. ff. qui testam.* 8 Adde *l. unic. J. non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneos transferre. lib.* 11. *tit.* 55. adde quæ scripsi ad *l. 1.* ȝ. *de rebus creditis.* 9 Novella Romani (cujus fit mentio 3. Harmen. 3. §. 118.) & Constantini Porphyrogennetæ, cognato rem immobilem vendente, ad eam comparandam primo ordine vocantur συγγενεῖς ἀναμὶξ κείμενοι ἢ συγκείμενοι, ἤτοι ἔχοντες μεμιγμένην κοινότητα &c. id est, cognati promiscue conjuncti, habentes inter se rem (hoc refero ad rem ipsam de qua agitur) communem. Post cognatos admittuntur alii ἔχοντες κοινότητα καὶ συμπεπλεγμένοι κοινωνοὶ, qui rem communem habent seu consortes. Post hos οἱ μόνοι ἀναμεμιγμένοι, οἱ καὶ ξένοι, id est, qui tantum permixti (*ceux qui ont leurs terres enclavées dedans & parmy celle qui se vend*) licet extranei sint. Post hos rursus (hac parte durior est Harmenopuli locus quam Novella 1. Constantini, quæ ea parte lacunam habet) οἱ συμπεπλεγμένοι ἢ συμπαρακειμένοι ὁμοτελῶς, id est, simul conjuncti, consortes. Post hos denique οἱ ἁπλῶς ἔν τινι μέρει συναπτῶς ἡνωμένοι, id est, qui simpliciter aliqua ex parte rei alienandæ, uniti sunt & vicini (ὁμοτελῶς autem illo loco iidem Græci interpretantur, omnes quotquot sub eodem censitore, qui ὑποτεταγμένος, descripti, licet diversis in locis tributa sua solvant.) Et hoc quidem ordine, & gradu ad rem venditores privati admittuntur hæ personæ: multo magis ἐπὶ τῆς ὁμάδος τῶν καλουμένων χωρίων ἢ ἀγελαδίων, ubi agitur de venditione fundi alicujus, certi corporis seu certæ universitatis: hoc enim casu οἱ κτήτορες αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους προτιμῶνται. Illorum possessores aliis (ita interpretor hunc locum) præferuntur: forte (ut opinor) quod eorum intersit, prædia suæ universitatis suique corporis ad alterius universitatis homines transferri. Et hæc ratio veteribus illis fuit κατὰ τάξιν προτιμήσεως, hoc est, prærogativæ suæ gradu, & ordine inter venditores, & emptores rerum immobilium servandæ. Hodie moribus quibusdam Gallorum, proximi adgnati, & cognati admittuntur intra certum tempus ad bona proximorum immobilia alienata, retrahenda: de quo jure inter cæteros Tiraquellus plenissime scripsit, libro de utroque retractu. Est enim alius a lignagerio, id est, lineari gentilitio seu cognatitio, retractus pactitius seu conventionalis. 10 Ut quibusdam casibus cogimur emere & vendere. vide quæ scripsi ad *l. 11. supr. h. t.* ita certis casibus cogimur non alienare, inviti non alienamus: nisi lex vetet alienari. *l. 1.* ȝ. *ne Christian. mancip.* potest etiam consistere prohibitio rerum ipsarum intuitu, puta alienarum. *l. ult. J. de reb. alien.* communium post litem contestatam. *l. 1. in fin.* ȝ. *communi divid. l. 13. ff. famil. ercisc.* 11 Emptionis pretium in alterius arbitrium conferri potest, ut & locationis. §. 1. *Instit. de locatione. l. 25. ff. locat.* sic in alterius arbitrium conferri potest ei restitutio. *l. 43. ff. de verb. oblig.* matrimonium. *c. super eo. 5. de condition. apposit.* divisio. *l. 75. ff. pro socio.* 12 §. 1. *vers. sed nostra decisio. Inst. h. t.* 13 Extraneus scil. non emptor, non venditor. *l. 13. supr. h. t.* 14 Qui & prudentes. *l. 2. §. 5. ff. de orig. jur.* 15 Nota regulam. *Goth.* Hæc 15. decisio est ex 50. novis Justiniani decisionibus, habetque locum in omni contractu, per ea quæ Inglois. *Ans.* 16 Id accidit, quoties vel lege, vel partium consensu scriptura requiritur, ut non alias venditio valeat, nisi fiat scriptura. *l. 17.* ȝ. *de fide instrum.* 17 Hæc testibus probatur, nunquam igitur scripto? Imo & scripto: potest enim citra necessitatem contrahendæ venditionis scriptura, ad nudam venditionis probationem adhiberi. *l. 4. ff. de pign. & hypoth.* Sunt enim diversa, scripturam requiri ad substantiam actus, & ad ejus probationem. vid. Ferr. *in forma libelli venditionis* 37. *in verb. vendidit.* 3. *num.* 2. 18 Vide *l. 17.* ȝ. *de fide instr.* 19 *d. l. 17.* 20 *l. 75. ff. pro socio.* 21 Vide ad hunc locum Hotom. 5. *obs.* 10. 22 §. 1. *Inst. de emptione & venditione, l. 25. ff. locati.* & aliis, ut hujusce legis initio dixi. 23 Dixi ad *Lib. 18. ff.* 4. 24 Hereditas, actio, & ita jus vendi potest. 25 Hoc speciale est in fisco. *l. 41. ff. de jure fisci.* secus in aliis. *l. 2. J. h. t.* De jure & privilegiis fisci, vide J. *Tit. de privilegio fisci.* & Bald. *hic.* 26 *l. 2. J. de quadriennii præscr.* 27 Explicationem hujus legis vid. apud Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 9. *numer.* 28. Ans. 28 Creditores hereditarii venditorem ipsum hereditatis prius convenire debent: nam ad emptorem invitum non veniunt, *ut hic, & l. 2.* ȝ. *de pact. l. 94. §. 1. ff. de leg. 1. l. ult. §. 5. J. de jure delib.* præterquam si a fisco vendita hereditas fuerit. *l. 1.* ȝ. *h. t.* tunc enim creditores hereditarii non fiscum, sed emptorem hereditatis convenire debent. 29 Quia fidejussorem postulas. *l. 6. ff. de damn. infect.* quem invenire difficile est. *l. 2. §. 6. ff. de jud.* aliud esset, si nuda cautio peteretur. *l. 41. d. tit.* merito. nam quoties futurum damnum metuitur, satisdatio potest exigi. *l. 27. in fin. l. 38. ff. pro soc.* num omissa? etiam omissa. Causa cognita etiam ex integro aliæ cautiones exiguntur. *l. 8. §. 3. l. 10. in fin. ff. qui satisdare. l. 4. ff. ut in poss. l. 20. §. 14. 15. ff. de oper. novi.* Dicamus brevius, venditorem hereditatis non de evictione, sed de facto suo satisdare. *l. 2. ff. h. t.* 30 Volens tamen potest. 31 Omne jus, omnisque actio cedi potest, invito etiam eo in quem ceditur, *ut hic. Syn. Bas.* 19. *tit.* 4. *c.* 25. *l. 7. J. h. t. l. 1. in fin. J. de Novat.* 32 V. *l. 1. in fin. J. de Nov.* 33 V. *l. 9. in pr. ff. de dol. mal.* 34 *l. 2. ff. h. t. l. 156. §. 3. ff. de reg. jur.* 35 Idem in re quavis vendita. Nam si duo rem eandem seorsim in solidum emerint, qui prior eam acceperit, potior fuerit: etsi neque pretium solvit, neque instrumentum rei venditæ obtinuit. *l. quoties duobus.* 15. ȝ. *de rei vindicat.* 3. Harm. 3. §. 94. 36 Venditor, re tradita, dominium amittit. adde *l. 21. ff. h. t.* vid. *l. 11. J. de act. empt.* 37 *d. l. 21.* 38 Si venditor rem emptori non potest tradere, præstando ei quod interest, liberatur. vide *l. 4. J. de act. empt.* 39 Nomen potest pignorari & vendi. *l. 3.* ȝ. *h. t. l. 4. J. quæ res pignori.* 40 *l. 8. J. h. t. l. 1.* ȝ. *de oblig. l. 5.* ȝ. *quando fiscus. l. 16. ff. de pact.* 41 *l. 7.* ȝ. *h. t.* 42 §. 1. *Inst. de act. l. 25. 27. 28. ff. de oblig. & action. l. 178. ff. de verb. signific.* 43 Vendi. *Haloand.* 44 Et quæ. Cujacius *hic.* de rebus enim, non de personis est hic titulus. 45 Quidam legunt, *tingendæ.* 46 Μηδεὶς καπηλευέτω, nemo cauponetur. *Synops. Basilic.* 19. *tit.* 1. *cap.* 71. Goth. De purpuræ tinctura, vid. Panciroll. *rer. memorabil. tit. de purpura.* Ans. 47 Hoc innuitur, nulli privato permitti sericum, lanam, vel blattam, vel oxyblattam, vel hyacinthinam tingere atque distrahere, aut potius, Nemini permitti cauponari, aut distrahere purpuram, μήτε ἐν μετάξῃ μήτε ἐν ἐρίῳ. vel in serico vel in lana. *Syn. Basil.* 19. *tit.* 1. *c.* 71. 48 Βλαττία διβόλαια καὶ τελεβλαττνήματα χρυσυφῆ. *Nicetas.* Lampridius in Heliogabalo: *Paraverat funes blatta, & serico, & cocco intortos.* Eutropius in Nerone: *Retibus aureis* (lege *auratis*) *piscabatur, quæ blatteis funibus extrahebat.* adde *Suet.* Hinc blattearii in *l. 2. C. Th. de excusat. artific. lib.* 13. *titul* 4. & blatta serica. *l. ult. C. Th. de murileg. lib.* 10. *tit.* 20. & pallium blattosericum apud Vopiscum *in Aureliano:* sericoblatta. *l. 10. J. de murileg. lib.* 11. *tit.* 7. 49 Oxobapta, id est, rubro tincta: oxobapta lana, blatta rubro tincta: ὀξὺς enim Suidæ, ἐρυθρὸν τὸ ἀπὸ τῶν φοινίκων. Oxobapta diversa ab Ianthina, de qua J. *h. t.* 50 Ianthina. & recte, ut sit purpura violacei coloris, quæ ideo Rhodina dicitur in *l. 3. J. de*

possit

possit habere privatus. Sin autem aliquis supradicti muricis [1] vellus vendiderit, fortunarum [2] suarum & capitis sciat se subiturum esse discrimen.

De Serico.

2. Iidem AAA. Toriobando Duci Mesopotamiæ.

COmparandi serici [3] a Barbaris facultatem omnibus (sicut jam præceptum est), præter Comitem commerciorum [4], etiamnum jubemus auferri.

De Frumento publici Canonis.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Senatum & Populum.

QUia nonnumquam in diversis [5] littoribus distrahi publici canonis [6] frumenta dicuntur, vendentes & ementes sciant capitali pœnæ [se] esse subdendos, & in publicam fraudem commercia contracta damnari.

De frumento exercitui misso.

4. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Fausto P. P.

NE frumentum quod devotissimo exercitui mittitur, in prædam lucrumque vertatur, hac sanctione decernimus; ut quicunque hoc fuerint forte mercati, honestiores quidem stylum proscriptionis, [& omnium bonorum amissionem] incurrant: inferiores autem vilioresque personæ capitali [7] supplicio subjaceant.

TIT. XLI.
QUÆ RES EXPORTARI [8] NON DEBEANT.

1. Impp. VALENS & GRAT. ad Theodorum Magistrum militum.

AD [9] Barbaricum transferendi vini, olei, & liquaminis [10] nullam quisquam habeat facultatem: nec gustus [11] quidem causa, aut [12] usus commerciorum.

Non licet vendere arma hostibus pop. Rom. nec eorum legatis. Sal.

2. Imp. MARCIANUS A. Aulo P.P.

NEmo alienigenis Barbaris [13] cujuscunque gentis ad hanc urbem sacratissimam [14] sub legationis specie, vel sub quocunque alio colore venientibus, aut in diversis aliis civitatibus vel locis, loricas [15], scuta, & arcus, sagittas, & spathas, & gladios, vel alterius cujuscunque generis arma [16] audeat venundare: Nulla prorsus iisdem tela, nihil penitus ferri vel facti jam, vel adhuc infecti, ab aliquo distrahatur. Perniciosum namque Romano imperio, & proditioni proximum est, Barbaros, quos indigere convenit, telis eos, ut validiores reddantur, instruere. Si quis autem aliquod armorum genus quarumcumque nationum Barbaris alienigenis contra pietatis nostræ interdicta ubicunque vendiderit: bona [17] ejus universa protinus fisco addici, ipsum quoque capitalem pœnam subire decernimus.

TIT. XLII.
DE EUNUCHIS [18].

Tanquam homicida punitur ille, qui castrat aliquem. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Aurelio Duci Mesopotamiæ.

SI quis post hanc sanctionem in Orbe Romano eunuchos fecerit, capite [19] puniatur: mancipio tali, nec non etiam loco, ubi hoc commissum fuerit, domino sciente & dissimulante confiscando [20].

2. Imp. LEO A. Viviano P.P.

ROmanæ [21] gentis homines, sive in [22] Barbaro, sive in Romano solo eunuchos factos nullatenus quolibet modo ad dominium cujusquam transferri jubemus: pœna gravissima statuenda adversus eos qui hoc perpetrare ausi fuerint: tabellione [23] videlicet, qui hujusmodi emptionis sive cujuslibet alterius alienationis instrumenta conscripserit, & eo [24], qui octavam vel aliquid vectigalis causa pro his susceperit, eidem pœnæ subjiciendo. † Barbaræ autem gentis eunuchos extra loca nostro imperio subjecta factos, cunctis negotiatoribus [25], vel quibuscunque aliis emendi in commerciis, & vendendi, ubi voluerint, tribuimus facultatem.

TIT. XLIII.
DE [26] PATRIBUS, QUI FILIOS SUOS DISTRAXERUNT.

Parentes non possunt liberos alienare quoquo titulo, etiam donationis vel pignoris.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Papinianæ.

LIberos [27] a parentibus neque venditionis [28], neque donationis titulo, neque pignoris [29] jure, aut alio [30] quolibet modo, nec sub prætextu [31] ignorantiæ accipientis in alium transferri posse, manifestissimi juris est.

Propter nimiam paupertatem egestatemque pater vendere potest & pignorare filium seu filiam.

2. Imp. CONST. A. Provincialibus salutem.

SI [32] quis propter nimiam paupertatem egestatemque victus [33] causa, filium filiamve sanguinolentos [34] vendiderit [35], venditione in [36] hoc tantummodo casu valente, emptor obtinendi ejus servitii habeat facultatem: Liceat autem ipsi qui vendidit, vel qui alienatus est, aut cuilibet alii ad ingenuitatem eum propriam repetere: modo [37] si aut pretium offerat, quod potest valere, aut mancipium pro ejusmodi præstet.

TIT. XLIV.
DE RESCINDENDA [38] VENDITIONE.

De vi extorta.

1. Imp. ALEXAND. A. Maronæ.

SI [39] pater tuus per vim [40] coactus domum vendidit: ratum non habebitur, quod non bona fide gestum est: malæ fidei [41] enim emptio irrita est. Aditus itaque nomine tuo Præses provinciæ auctoritatem suam interponet: maxime cum paratum te proponas id, quod pretii nomine illatum est, emptori refundere.

vestib. hol. lib. 11. *tit.* 8. & expressis verbis, purpura Ianthina in *l.* 70. *in fin. ff. de leg.* 3.

1 Murex, piscis genus tingendis vestibus utile, inde murileguli dicti. ℭ. *de murileg. lib.* 11. *tit.* 7. Isidorus 12. *cap.* 16. cochleæ aut conchæ genus fuit. vide 1. Cassiodor. 2. adde quæ scripsi ad Accurs. *l.* 9. ℭ. *de murileg. lib.* 11. *tit.* 7. 2 Δημεύσται καὶ κεφαλικῶς τιμωρεῖται, proscribitur & capitalitet punitur. *Synops. ibid.* 3 Hinc colligunt Gratiani tempore conficiendi serici rationem Romanis incognitam fuisse. Sericum sane, res pretiosa æstimata est. *l.* 37. §. 1. *ff. de evictionib.* adeo ut Vopiscus referat libram auri, libram serici fuisse. Et lex Rhodia ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ. quod de his tantum dicitur, pro quibus aurum dependitur ad sacoma. vid. Cujac. *hic.* Sericum etiam numeratur inter species pertinentes ad vectigal. *l.* 16. §. 7. *ff. de public. & vectigal.* Sericum autem quid fuerit dubitatur, a populis Orientis qui Seres dici constat sericum. Alciatus 6. *Parerg.* 25. putat seres vermiculos fuisse, quorum semen ovis piscium simile in Græciam fuerit allatum a monachis ex Serinda Indiæ civitate, sub Justiniano, ut tradit Procopius: cui rei Pollux assentitur *lib.* 7. *cap.* 17. ait enim se audivisse, ex certis animalibus Seras telas suas collegisse. est enim σὴρ, Pausaniæ, vermis. Sidonio vero, populus Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Ausonius *in monosyllabis*, in pelago volitat mercator vestifluus Ser. Constat ex Solino *cap.* 53. Seras vellera ex arboribus aquæ adminiculo carpsisse. Huc illud Virgilii pertinet, 2. Georgic. *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.* & illud Senecæ in Hippolyto: *Quæ fila ramis ultimi Seres legunt.* Sed operæ pretium est ea de re Plinium adire 6. *cap.* 17. Seres, inquit, lanicio sylvarum nobiles perfusa aqua depectentes frondium canitiem. unde geminus fœminis nostris labor redordiendi fila, rursusque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publicum matrona transluceat. An est lana, quæ de ligno dicitur, quamque ἐριόξυλον appellant. *l.* 70. §. 9. *ff. de leg.* 3. Minime: ut ibi dicemus. A serico, vestes sericæ, olosericæ, vel oloberæ, nam serica veteres dixere βήρεις. subsericæ, de quibus dicam ℭ. *de vestibus holoberis lib.* 11. *tit.* 8. vide interim Petr. Fabrum 1. *Semest.* 15. Sericum autem album fuisse ex Cassiodoro potest colligi: crines enim lacteos & albentes comas serici appellat, & muricis rubicundis fontibus bis terque solitas satiari, ut pulcherrima ebrietate ruberent; adjicit etiam colorem illum regnantem discrevisse & conspicuum fecisse, præstitisseque humano generi, ne de aspectu Principis posset errari 1. *Cassiodor.* 2. 4 De quo dixi ad *l.* 1. ℭ. *de annon. & capit.* adde *l.* 4. *& ult.* ℭ. *de commerc. & mercat.* 5 *l.* 7. ℭ. *de navicularis seu naucleris. lib.* 11. *tit.* 1. 6 Qui ex canone publice frumentum emit aut vendit, capitaliter punitur. *Synopsis Basilic. d. cap.* 71. 7 Et ita durius punitur vilis, quam nobilis: durius in pœnis corporalibus, mitius in pecuniariis.

8 Id est, transferri extra fines Romani Imperii. 9 Εἰς τὸ βαρβαρικόν. 19. *Synops.* 1. *cap.* 73. *ad barbaricum. l.* 3. ℭ. *de servis fugit.* adde *l.* 2. ℭ. *de commerc. & mercat.* ad nationes barbaras. *l. unic.* ℭ. *de litorum & itinerum custod. l.* 12. *tit.* 45. ad solum barbarum. *l.* 2. ℭ. *de Eunuch.* Ammian. 18. *Visus in Barbarico miles.* Festus, *Barbari antiquitus omnes gentes exceptis Græcis.* unde Plautus Nævium Poëtam Latinum, barbarum dixit. Ita Paulus Græcos & barbaros opponit, *epist. ad Rom. c.* 1. *vers.* 14. Idem Festus, *Barbaricum, clamor est exercitus, quod eo genere Barbari utantur.* Goth. Declarationem hujus tit. vid. apud Leonin. *Consil.* 56. *num. fin.* & Alciat. *disp. lib.* 4. *c.* 11. Ans. 10 Liquamen, γάρον. 19. *Eclog.* 1. *cap.* 73. Gari fit mentio in *l.* 3. §. 1. *D. de pen. leg.* Cælius Aurelian. 2. Chronic. *Garum quod appellamus liquamen ex pisce siluro confectum.* & paulo post: *Ex garo quod vulgo liquamen appellant.* Cassiodorus in calce Geoponicon λικουάμεν. Vopiscus *in Aureliano*, liquaminis sextarium unum. Liquamen Syrorum lingua Muria dicitur, *Acron.* Oxygarum, liquamen acetosum, *Apitius.* vid. Cujac. 9. *observ.* 9. *in fin.* Garum autem dictum, a garo pisce ex quo primum fieri cœptum: licet postea fieri cœpit ex infinito genere piscium. Liquamen autem dictum, quod soluti in salsamento pisciculi eundem humorem liquant, cujus liquor appellatur salsugo & muria. Muria autem aqua sale commixta, effectaque gustu in modum aquæ maris. 20. *Isid.* 3. A garo γαρίψαι salsamentarii. 3. Harm. 4. §. 13. 11 Ne alioquin degustationis causa illecti promptius invadant fines Romanorum. Hoc enim modo Longobardos legimus a Narsete in Italiam pellectos: & Gallos ab Etruscis. *Liv.* 5. adde Alciat. 4. *disp.* 11. 12 Μηδὲ ἐπὶ τῇ χρήσει αὐτῶν τῶν ἐμπόρων, id est, ne quidem ad usum ipsorum mercatorum: qui commercii causa ad barbaros proficiscuntur. *Synops. d. c.* 73.
13 Barbari qui sint, dixi paulo ante & ad *l.* 6. *in fin. ff. de bon. damnat.* 14 Constantinopolim intelligit, quam & sacram appellat in *l.* 2. ℭ. *de naut. fœnor.* 15 Vid. *l.* 4. *ff. ad leg. Jul. Majest.* Procop. 1. *de bello Pers.* 16 Adde & aurum. *l.* 2. ℭ. *de commerc. & mercat.* 17 Arma vel ferrum barbaris vendens proscribitur, & capitali supplicio punitur, *ut hic*, *& Synops. d. cap.* 73.

18 *Nov.* 142. *Nov. Leon.* 60. 19 *l.* 3. §. 4. *ff. ad leg. Corn. de sicar. Nov.* 142. *c.* 1.
20 Hodie fit liber. *Nov. Leon.* 60. *vers. Bona.* 21 Castretur ut ne quis Romanus, vetat hæc constitutio, ne quidem extra solum Romanum, neve quis ullum Romanum castratum emat: sed ut emptor, venditor, tabellio, qui id genus emptionis conscripsit; & publicanus, qui pro eo vectigal suscepit, puniantur. *Syn. Basil.* 19. *tit.* 1. περὶ εὐνούχων *c.* 74. §. 2.
22 Barbarum solum non Romanum. In barbaro solo, est, ἔξω τοῦ Ρωμαϊκοῦ ἐδάφους, extra solum Romanum. *Synops. Basil.* 19. *tit.* 1. περὶ εὐνούχων. 23 Tabellio publicorum contractuum scriptor. *l.* 17. ℭ. *de fide instrum. l.* 24. ℭ. *de testam. l.* 1. ℭ. *ut nemo ad suum patrocinium lib.* 11. *tit.* 53. συμβολαιογράφον appellat autor *Synops. d.* §. 2. 24 Octavam hanc τελώνην vocat autor *Synops. d.* §. 2. vectigal enim hoc impositum erat venditioni eunuchorum. *l.* 16. §. 7. *ff. de publicanis & vectigal.* Octavarii dicebantur hi publicani ab octavis exigendis.
25 Adde *l.* 16. §. 7. *ff. de public. & vectigal.*

26 *l.* 3. *C. Theod. h. t. tit.* 3. Paul. 5. *sent.* 1. §. 1. 27 Romanis quondam licuit liberos suos ter vendere. Halicarn. 2. vinctos ad opus rusticum mittere, interficere. *l.* 10. ℭ. *de patria potestate.* sed ea potestas tandem in imaginariam venditionem degeneravit. Hodie apud Moscovitas, si verum est quod refertur a Sigismundo Libero B. ab Herb. filii vendi possunt; nec fiunt liberi nisi post quartam venditionem. 28 *l.* 1. *l.* 37. ℭ. *de liberal. caus. l.* 10. ℭ. *de patria potestate.* 29 Vid. *l. ult.* ℭ. *quæ res pign.* adde *l.* 6. 7. 8. *ff. de pign. & hypoth.* 30 Vid. *l.* 12. ℭ. *de oblig. & act.* 31 *l.* 39. §. 3. *ff. de evict.* vid. Cujac. 16. *obs.* 29. 32 *Synops. Basil.* 19. *tit.* 1. *cap.* 5. 3. Harm. 3. §. 100.
33 Victus pueri causa scilicet non patris. 34 Sanguinolentis Hal. & male. Sanguinolenti sunt recens nati. *l.* 1. *in fin. C. Th. de exposit. lib.* 5. *tit.* 7. 6. Lactant. 20. infantes a sanguine. *l.* 1. *C. Th. de his qui sanguinolentos emptos vel nutriendos acceperint. lib.* 3. *tit.* 8. ἐξ ὠδίνων τῶν μητρῴων, 2. Ælian. 7. a matre rubentes. Juvenal. *Sat.* 7. a matre sanguinolenti. Donat. *in Andriam.* Sanguinolentorum etiam meminit Prudentius *advers. Symmachum.* Jul. Capitolinus *in Albino.* Exemptus utero quod contra consuetudinem puerorum qui nascuntur, & solent rubere, esset candidus, Albinus dictus est, *Hæc ille.* Qui puer ita exponebatur ἀπρονόητος, 1. Harm. *ult.* quasi neglectus. vid. apud Cujac. 5. Paul. *sent.* 1. §. 1. veterem formulam de infante sanguinolento a matriculariis (Gall. *Marguilliers*) invento. adde de expositis *l.* 4. *ff. de agnoscend. & alend.* 35 Potestne pater egestatis causa filium pignorare? posse videtur *arg. l.* 9. *in fin. ff. de pign. & hypothec. l.* 2. *C. Th. de alim. quæ inopibus parentibus de publico.* alias neutrum potest. *l.* 1. ℭ. *h. t. l.* 12. ℭ. *de obl. & act.* Goth. De hoc vide Alciat. *lib.* 2. *de verb. sign.* Doctores *ad l. eum qui.* §. *an pater. in verb. palam est. ff. de fur.* Marsil. *sing.* 101. Boer. *in addit. ad* Dyn. *in reg. in argumentum. in lit. A. de reg. jur. in* 6. Tiraquel. *in tract. de utroque retractu. tit.* 1. §. 26. *gl. n.* 21. *& seq.* Socin. *reg.* 174. *homo liber.* Cagnolum *ad l. non debet. n.* 4. *de reg. jur.* Oroscium *ad l.* 12. *ff. de legib.* Covarr. *lib.* 3. *var. resol. c.* 14. Gilbertum Regium *lib.* 1. ἐναντιοφανῶν *c.* 21. porro quod hic quæri solet, an homo liber possit dari obses, de eo, quæ necessitatis causa permittantur alioqui vetita, Azo *in sum. de test.* Socin. *reg.* 218. *& reg.* 414. Pet. de Anch. *cons.* 84. Rom. *cons.* 228. Bald. *cons.* 70. *lib.* 3. Mod.
36 Vendi liber homo regulariter non potest, ut hic, nec obses dari: nisi pro publica causa; alias exceptiones vid. apud Felin. *cap. ex rescripto* 9. *extr. de jurejur.* Socin. *reg. homo l.* 174. *&* 267.
37 *l.* 1. *C. Th. hoc tit.* negat renumerationem (sic legendum est potius quam remunerationem) pretii exposcendam, alii volunt reddi pretium cum adjectione quintæ. *Nov. Valent. de patribus qui filios distraxerint.* sed hanc legem Constantini Justinian. prætulit.

38 Dixi *L.* 18. D. 5. 39 Qui per vim coactus vendidit, potest, restituto pretio quod accepit, venditionem per vim factam rescindere: nec id tantum ipse, verum etiam ipsius heredes. *Syn. Basil.* 19. *tit.* 10. *c.* 57. 3. Harm. 4. §. 79. 40 *l.* 6. *ff. de off. præsid. l.* 8. ℭ. *h. t. l.* 11. ℭ. *de contrah. empt.* 3. Harm. 3. *l.* 10. ℭ. *de distract. pign.* 41 Malæ fidei emptio non est emptio. *l.* 6. ℭ. *de præscript. longi tempor.* aliud in stipulatione: nam malæ fidei stipulatio est stipulatio, nec nisi per exceptionem excluditur. *l.* 36. *ff. de verb. obligat.* vid. Cujac. 8. *obs.* 10. summo itaque jure valet stipulatio: ex æquo tamen & bono exceptione opposi-

Pretii veri dimidio non soluto.

2. [1] Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Lupo.

REm [2] majoris pretii [3], si tu [4] vel pater [5] tuus minoris [6] distraxerit [7]: humanum [8] est, ut vel [9] pretium [10] te restituente emptoribus, fundum [11] venundatum recipias [12], auctoritate [13] Judicis intercedente [14]: vel si emptor [15] elegerit [16], quod deest justo [17] pretio, recipias. *Minus* autem *pretium* esse videtur, si nec [18] dimidia pars [veri] pretii soluta sit.

De alterutro contrahentium invito, & de fisco.

3. Iidem AA. Martianæ.

DE contractu venditionis & emptionis jure perfecto, alterutro invito [19] nullo recedi tempore bona fides patitur: nec ex rescripto [20] nostro: Quo [21] jure fiscum nostrum uti, sæpe constitutum est.

De fundo magno pretio comparato, postea minoris distracto.

4. Iidem AA. Eudoxio.

AD rescindendam venditionem, & malæ fidei probationem, hoc solum non sufficit, quod [22] magno pretio fundum comparatum, minoris distractum esse commemoras.

De dolo, bona fide, & de majore 25. annis.

5. Iidem AA. Rufo.

SI dolo [23] adversarii deceptum venditionem prædii te fecisse Præses provinciæ aditus animadverterit: sciens contrarium [24] esse dolum bonæ fidei, (quæ in [25] hujusmodi maxime contractibus exigitur) rescindi venditionem jubebit. Quod si jure perfecta venditio est a majore [26] vigintiquinque annis, intelligere debes, consensu mutuo perfectam venditionem resolvi [27] non posse.

De venditore duplum pretii offerente.

6. Iidem AA. Gratiano.

NOn [28] est probabilis causa, propter quam rescindi consensu factam venditionem desideras. Quamvis enim [29] duplum offeras pretium emptori: tamen invitus ad rescindendam venditionem urgeri non debet.

De milite venditore.

7. Iidem AA. Muracelo [30], & aliis militibus.

RAtas [31] manere semper factas jure venditiones, vestra etiam interest [32]: nam si oblato pretio rescindere venditionem facile permittatur: eveniet, ut [&] si quid vos [de] laboribus vestris a fisco [33] nostro vel a privato comparaveritis, eadem [34] lege conveniamini quam vobis tribui postulatis.

De dolo, metu, & quantitate pretii.

8. Iidem AA. Euodiæ.

SI voluntate tua fundum [35] tuum filius tuus venundedit, dolus ex calliditate atque insidiis [36] emptoris argui debet, vel metus mortis vel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata venditio. Hoc enim solum, quod paulo [37] minore pretio fundum venditum significas, ad rescindendam venditionem invalidum est. Quod si videlicet contractus emptionis atque venditionis cogitasses substantiam [38], & quod emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum [39] gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium: profecto perspiceres, neque bonam [40] fidem quæ emptionis atque venditionis conventionem tuetur, pati, neque ullam rationem concedere, rescindi propter hoc consensu finitum contractum, vel statim, vel post pretii quantitatis disceptationem: nisi [41] minus dimidia justi [42] pretii, quod fuerat tempore [43] venditionis, datum esset, electione [44] [jam] emptori præstita servanda. Dat. Kal. Decembr. CC. CONSS.

De pecoribus pro pecunia in solutum datis.

9. Iidem AA. Domitio.

PRetii causa non pecunia numerata, sed pro ea pecoribus [45] in solutum consentienti datis, contractus non constituitur irritus.

De dolo.

10. Iidem AA. Severo.

DOlus emptoris qualitate [46] facti, non quantitate [47] pretii æstimatur [48]. Quem si fuerit intercessisse probatum: non adversus eum, in quem emptor dominium transtulit, rei vindicatio venditori, sed contra illum, cum quo contraxerat, in integrum restitutio competit.

De pretio non soluto, de compensatione per errorem facta.

11. Iidem AA. Magnæ.

VEnditor [49] factum emptoris, quod eum tempore contractus latuit, post arguendo, non quod eo tempore scierit [50] quo id ageretur, & consensit, de dolo queri potest. Igitur cum patrem tuum, ut majus comprehenderetur instrumento pretium, quam rei quæ distrahebatur, esse convenerat, consensisse profiteatis, propter hoc solum de circumscriptione frustra queritur.

§. 1. Sane, si placitum pretium non probetur solutum, vel in quantitatem debiti per errorem facti compensari cautum fuerit: hoc reddi recte postulatur.

De eo qui urgente debito distraxit.

12. Iidem AA. Antiocho.

ta eliditur. 1 Huic legi conjunge leg. 8. J. *h. t.* *Novellam Romani*. Harmen. 3. *tit.* 3. 2 An mobilem? dicam ad *l.* 8. J. *h. t.* 3 Quod quidem tempore venditionis spectatur. *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* 4 Major annis sc. vel minor, cum decreto tamen. *l.* 11. J. *de præd. min.* 5 Beneficium hujus legis secundæ competit heredibus. 6 Ita ut nec dimidia pars veri pretii accepta sit. 7 Beneficium hujus legis secundæ competit venditori, ut hic. An etiam emptori? dixi ad *l.* 1. §. *sed si emerit.* 13. *ff. si quid in fraud. patron.* Cujac. certe negat beneficium hujus legis ad emptorem porrigi. 16. *obs.* 18. Quo nomine reprehensus a Roberto 2. *Animad.* 13. defensus ab Anton. Mercator. 2. *not.* 13. Objectio potest ita concipi. Datur hoc beneficium in omnibus bonæ fidei contractibus. *l.* 3. *in fin.* S. *communia utriusque judicii.* datur ei, qui rem æstimatam accepit. vid. *l.* 6. J. *solut. matrim.* Ergo & emptori. *d.* §. 13. *l.* 46. *in fin. ff. de solut. & liberat.* An & ei qui permutavit? *d.* §. 13. an locatori? dixi ad *l.* 14. S. *de usur.* An conductori? dixi ad *d.* §. 13. An transigenti? dicam J. *hic.* An ei, qui fundum nimis æstimatum in solutum accepit? datur: vide quæ not. ad *l.* 6. J. *solut. matrim.* An in omnibus bonæ fidei contractibus? datur. *l.* 3. *in fin.* S. *comm. utriusque jud.* An dividenti? vid. *l.* 3. S. *comm. utriusque.* An aliis etiam casibus? vid. Molin. *quæst.* 14. *de usur.* An & in feudi concessione vel emphyteusi, & adjudicatione facta creditori? Minime. Socin. *reg.* 2. *C. de rescind. vend. An & quando locum non habet* 226. *& regula, venditio ultra dimidiam justi pretii regulariter non valet* 436. Goth. Vide Anton. de Paydilla *h. l.* Et an in omnibus contractibus sit admittenda, vid. Ant. Merend. *lib.* 1. *controv. p.* 34. 35. 36. 37. Caspar. Roderic. *de Reditibus*, *quæst.* 11. *n.* 15. *& seqq.* Ans. Adde Pinell. *ad h. l. part.* 2. *c.* 3. *n.* 1. *& seq.* Christin. *vol.* 2. *decis.* 288. *& vol.* 3. *decis.* 66. *& seq.* Joann. a Sande *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 4. *defin.* 11. 12. Berlich. *part.* 2. *conclus.* 42. *n.* 5. *& seq. & decis.* 126. S. L. 8 Aliud enim dicendum stricto jure videtur, propterea quod venditor semper nosse verum pretium rei suæ præsumitur. *l.* 15. J. *h. t.* verum humanitas repugnat. *l.* 18. *in fin. ff. solut. matrim.* Quid? num id perpetuo verum est, ut ob inæqualem dimidii rationem rescindatur venditio? negatur perpetuum. Ideoque dicitur non admitti rescissio, quotiescunque alienatio facta fuerit decreto judicis. *l.* 1. J. *de prædiis decurion.* *l.* 2. S. *de fide instrum.* non admitti quoque post annos triginta. Sed tamen Harm. *ex Novell. Romani Cæsaris* 3. *tit.* 3. §. 80. *&* 83. refert actionem ex hac lege intra quadriennium instituendam esse: item non admitti propter auctum (a tempore venditionis) rei valorem. *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* Mynsing. 2. *respons.* 12. *n.* 30. vel si res jussu testatoris sit vendita. vid. quæ scripsi ad *l.* 49. §. 8. *ff. de leg.* 1. Tiraquell. *de retract.* §. 4. *gloss.* 1. *n.* 4. si transactione res alienata. idem *ibid. gloss.* 9. *n.* 107. *idem* Socin. *reg.* 226. *&* 436. adde *l.* 65. *ff. de cond. indeb.* *l.* 15. §. 3. *ff. de re judicata.* quod ultimum non probat Speculator *lib.* 4. *part.* 3. *rubr. de rescind. vend. n.* 14. Movetur autem quod in transactionibus receptum sit, ut pro modico magnum amittamus. *arg. l.* 8. *ff. de transact.* hoc etiam improbatur ab Imberto in enchiridio. Movetur *l.* 26. *in fin. ff. de verb. oblig.* adde *l.* 5. S. *de dol. mal.* Tiraquelli sententiæ, usus Galliæ & Edictum Caroli IX. accedit latum ann. 1563. teste Papone 2. *Not. cap. de except. fol.* 628. Volunt etiam non competere beneficium hujus legis ei, qui rem alienavit cum juramento de re nunquam revocanda. *l.* 8. §. 3. *ff. de condit. instit.* Roland. a Valle 1. *cons.* 59. *n.* 5. *& n.* 18. Socin. *d. loco.* sed nec ei, qui sciens verum rei suæ valorem deceptus sit ultra dimidium justi pretii. Cur id ita receptum? vide eundem *ibid. n.* 10. *& seq.* sed nec ei, qui donavit emptori residuum pretii. (Galli appellant *la plus value.*) idem si ad publicum incantum, hoc est, publice & decursis hastis res vendita sit. *l.* 6. *l.* 8. J. *de remiss. pign.* si per judicem res debitoris creditori adjudicata. *l.* 15. §. 3. *ff. de re judic.* si ab alio quam ipso rei domino, res ipsa vendita est: idem esse, si venditor renunciavit beneficio hujus constitutionis. *arg. l.* 14. *in fin. ff. de ædil edict. l. si quis in conscribendo* 29. S. *de pactis.* Socin. *d. reg.* 226. *&* 436. 9 Alternativum libellum & alternativam petitionem observa, venditionem rescindi postulantis. 10 Acceptum. 11 Hæc particula, ut & *l.* 8. J. *h. t.* innuit, Non quarumvis rerum venditionem ob inæqualitatem pretii rescindi, sed immobilium; an & mobilium? Cujacius negat 16. *obs.* 18. *in fin.* Molin §. 22. *n.* 47. *consuet.* hanc legem ait admitti in rebus mobilibus pretiosis duntaxat, non aliis. Quam sententiam usu Galliæ receptam, etiam adversus minores, defendit Mercator elegantissime, *Notar.* 12. *in fin.* Robertus 2. *animadv.* 12. in omnibus rebus mobilibus locum habere ait. Fateor tamen propter rem vel summam minimam, restitutionem non concedi. *l.* 4. *ff. de restit. in integ.* *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *ff. de dol. mal.* *l.* 54. *ff. de contrah. empt.* 12 Quid si chasmate fundus periit, aut deterior casu factus: non liberatur debitor: sed aget emptor, si volet, ad supplementum justi pretii. Abbas Sicul. *in c. cum dilecti* 3. *extr. de empt.* Cremensis *singul.* 84. 13 Non proprio venditoris arbitrio, nec ipso jure rescinditur iniqua emptio, sed autoritate judicis intercedente. 14 Hanc legem, cujus usus maximus & quotidianus est, repetiverunt accuratissime Cagnolus, Pinellus, & Menesius. præter quos vide Rim. *Instit. quib alien. licet vel non. in princ. n.* 142. & Aret. *ad* §. *actionum. n.* 7. *Instit. de act.* Crav. *cons.* 7. Goza. *cons.* 44. *n.* 15. Decium *ad l. fin. n.* 18. *ad fin.* S. *de pact. & ad l. quatenus ff. de reg. jur.* rursus *cons.* 181. *n.* 4. *& cons.* 210. 309. *&* 583. Socin. Jun. *cons.* 50. *col.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 50. *n.* 15. *lib.* 2. Ant. Negusan. *in tract. de pign. & hypoth.* 5. *part.* 1. *memb. n.* 42. Alex. *cons.* 118. *n.* 6. *cum seq. vol.* 7. Tiraq. *de retract.* §. 1. *glos.* 18. *n.* 64. *&* 66. *& ad l. si unquam in præf. n.* 127. J. *de revocand donat.* Bald. *in tract. de præscript.* 26. *q.* 4. *part. princ. n.* 1. 8. *vol.* Socin. *reg.* 226. Boer. *decis.* 235. *n.* 4. Jo. de Anan. *cons.* 33. *n.* 4. Jo. de Neviz. *cons.* 89. *n.* 2. Jo. Crot. *cons.* 12. & *cons.* 120. *n.* 38. & *cons.* 145. *n.* 4. Joan. Cephal. *cons.* 210. *n.* 70. *usque ad n.* 77. *vol.* 2. Mod. 15 Idem in ejus liberis. *Syn. Basil.* 19. *tit.* 10. *c.* 58. 3. Harm. 3. §. 80. 16 Datur electio emptori, ut vel fundum comparatum restituat, recepto pretio quod numeravit; vel venditori id, quod deest, justo pretio, refundat: & ita electio emptori auferri non debet a venditore, quantumvis rei suæ recuperandæ cupido. *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* 17 Justum pretium reducendum est ad tempus venditionis. *l.* 8. *in fin.* J. *h. t.* justum pretium rei non est ejus dimidium, sed integrum & verum. adde quæ dixi ad *l.* 50. *ff. de furt.* vid. Forner. 2. *select.* 19. Quod deest justo pretio hic supplendum est, ideoque non audiendus est emptor dimidium justi pretii offerens. At objicies illa: Harm. *d. loco.* ἀντιςρέφει, loquitur de emptore, τὸ πλειονότερον τοῦ ἡμίσεως: id est, quod deest dimidio, & ita judicatum refert Masuerius apud Ferrariensem *in forma libelli in causa venditionis* 37. *summa* 4. *in verbis, quæ & qualis*, *fol.* 317. ab ea sententia videtur non abludere Robertus *d. loco cap.* 13. Mercator *d.* 13. notat mendum esse apud Harmen. legendum esse ex Novell. Rom. τὸ πλειονότερον τοῦ τιμήματος, hac proportione, ut si res digna viginti, vendita fuit octo; non satis sit duo restitui, ut decem compleantur, id est, dimidia efficiatur, sed duodecim, ut verum pretium, id est, summam viginti efficias. An eadem proportio in emptore? vid. Scholiastem Harmenopuli *d. loco.* vid. Mynsingerum 4. *observ.* 73. 18 Ob non dimidiam justi pretii contractus rescinditur: nec tamen satis est id, quod dimidio deest, suppleri, ut superius dixi. 19 *l.* 7. J. *h. t.* *l.* 5. S. *de oblig. & action.* 20 *l.* 12. S. *de rei vindicat.* *l.* 35. J. *de donat.* 21 Princeps subdito invito a contractu cum eo inito recedere non potest. adde *l.* 7. J. *h. t.* 22 Non, si rem magno pretio comparavi, vili distraxi, ideo rescissioni locus dabitur. 23 *l.* 8. J. *h. t.* *l.* 10. *in fin.* J. *de distract. pign.* Goth. Vid. Goed. *de contrah. stipulat. cap.* 3. *num.* 120. Ans. 24 Dolus contrarius bonæ fidei. 25 Bona fides in emptione exigitur. 26 Quid si a minore? distinguendum est, an ipse, an cum decreto vendiderit. 27 Symmach. 2. *epist.* 85. *Vox juris & legum est, bonæ fidei contractum non rescindi.* 28 *Synops. eod. cap.* 62. Harmen. *eod.* §. 85. 29 Harmen. 3. adde *l.* 63. *ff. ad leg. Falcid.* id est, pretium conventum & tantundem. 30 Mucatraulo. vid. Cujac. *ad l.* 4. J. *de jure fisci.* 31 *l.* 3. S. *h. t.* *l.* 54. *ff. de contrah. empt.* 32 Propter metum talionis. 33 Vid. *l.* 3. S. *h. t.* 34 Vid. *ff. quod quisque juris.* *l.* 41. *ff. de reg. jur.* 35 Dixi superius hanc legem pertinere ad res mobiles pretiosas, quales sunt margaritæ, bona mobilia per aversionem vendita, emptio sectionis nemorum. vid. Molin. 3. *consuet* 22. *num* 47. 36 Dolus ex insidiis probari debet: ex insidiis. *l.* 6. S. *de dol. mal.* ἀπὸ ἐπιβουλῶν. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 3. *cap.* 46. qualitate facti. *l.* 10. J. *h. t.* adde *l.* 4. S. *h. t.* adde *l.* 10. 11. J. *h. t.* vid. *l.* 13. S. *de transact.* *l.* 5. S. *de his, quæ vi metusve.* 37 Substantia contractuum est, sine qua non consistunt. vid. *l.* 54. *ff. de contrahend. empt.* 38 Circumscribere alius alium in emptione & venditione κατὰ φύσιν natura & jure potest. *l.* 16. §. 4. *ff. de minorib.* 25. *ann.* *l.* 22. *in fin. ff. locati.* non tamen ultra dimidium justi pretii, & hoc in majoribus: minor enim deceptus infra dimidium justi pretii restituitur. 3. Harmenop. 3. §. 81. 82. *Synops Basilic.* 19 *tit.* 10. *c.* 64. Circumscriptio porro hujusmodi non est dolus, sed prudentia quædam œconomica in adquirendo consistens. 39 Votum venditoris & emptoris observa. 40 Bona fides emptionem & venditionem tuetur. 41 Dixi ad *l.* 2. S. *h. t.* Deceptio ad dimidium usque justi pretii inter majores permissa: cum minore non permissa, ut supra dixi. Interdum tamen dominum deceptum in sexta parte pretii, sufficit: vel si per procuratorem vendidit. vid. Socin. *reg.* 226. 436. Bart. *in l. Societatem.* 76. *vers. Arbitrorum.* *l. unde.* 79. *ff. pro socio.* vid. *l.* 3. S. *commun. utriusque judicii.* 42 De justo pretio, vid. *l.* 50. *ff. de furtis.* 43 Augmentum rei venditæ post tempus venditionis emergens, restitutioni sive rescissioni venditionis locum non facit. His adde quæ dixi ad *l.* 16. *l.* 23. S. *de usur.* facit etiam ad quæstionem augmenti & detrimenti monetarum, quoties de mutuo reddendo, vel reditu annuo præstando in pecunia vel frumento agitur. adde Roland. a Valle 1. *cons.* 49. 44 Dixi ad *l.* 2. S. *h. t.* 45 Vid. *l.* 17. J. *de solut. & liberat.* 46 Vid. *l.* 8. S. *h. t.* 47 Id est, vilitate pretii. 48 Imo æstimatur. vid. *l.* 13. S. *de transact.* 49 Venditor de dolo emptoris tum queri potest, quum dolum tempore contractus ignoravit; quippe si dolum sciens contraxit, non amplius ei succurri potest: si vero pretium, de quo convenit, non solutum probetur, vel cautum fuerit, ut in quantitatem debiti per errorem facti compensaretur, recte hoc reddi postulatur, *Synops. Basilic.* 19. *tit.* 10. *cap.* 67. Goth. Vide hic Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 2. Ans. 50 Scienti & consentienti non infertur

Non

NOn idcirco minus venditio fundi, quod [1] hunc [2] ad munus sumptibus necessariis [3] urgentibus, non viliore pretio, vel urgente [4] debito distraxisse contendis, rata manere debet. [Ab] illicitis itaque petitionibus abstinendo, ac pretium, si non integrum solutum est, petendo, facies consultius.

Si socer venditoris ementi denunciaverit, ne compararet.

13. Iidem AA. & CC. Nicæ.

SI major [5] annis vigintiquinque fundum distraxisti: propter hoc solum, quod ementi, ne compararet, socer tuus denunciavit [6], emptionem [factam] a te rescindi bona fides non patitur.

Si emptor pacto non satisfecit.

14. Iidem AA. & CC. Basilicæ.

EA conditione distractis prædiis, ut quod Reipubl. debebatur, qui comparavit restitueret: venditor a se [7] celebrata solutione, quanti interest, experiri potest: non [8] ex eo, quod emptor non satis conventioni fecit, contractus irritus constituitur.

De quantitate pretii.

15. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P.P.

QUisquis major [9] ætate [10] prædia etiam [11] procul posita distraxerit, paulo [12] vilioris pretii nomine, repetitionis rei venditæ copiam minime consequatur: Neque [enim] inanibus immorari sinatur objectis, ut vires locorum sibimet causetur incognitas [13], qui familiaris [14] rei scire vires vel merita [15] atque emolumenta [ante] debuerat. Dat. 6. Kalend. Maj. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De subhastatione ob publicæ rationis necessitatem.

16. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Margillum [16] Vicarium Africæ.

SI [17] quos debitorum [18] mole [19] depressos necessitas publicæ rationis adstringat proprias distrahere facultates, rei qualitas, & redituum [20] quantitas æstimetur: nec sub [21] nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur, ut possessionibus viliore [pretio] distractis, plus exactor [22] ex gratia [23], quam debitor ex pretio consequatur [24]. Hi postremo, sub empti titulo, perpetuo dominii jure potiantur, qui tantum adnumeraverint fisco, quantum [25] exegerit utilitas privatorum. Etenim periniquum est, ut alienis bonis sub gratiosa [26] auctione distractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori. Dat. 13. Kal. Jul. *Aquil.* Acc. Idus Januar. *Hadrumeti*, post Consulat. TATIANI & SYMMACHI VV. CC. 391.

De his qui munera fuga destituunt, vel contractus furtim ineunt.

17. Impp. ARCAD. [27] & HONOR. AA. Messalæ.

HI [28] qui imposita munera [29] civitatum [30] fuga [31] destituunt, vel ineundos furtim [32] existimant esse contractus: intelligant, sibi [33] nihil hæc profutura esse commenta, & pretio [34] emptorem [fugæ conscium] multandum esse quod dederit. Dat. 12. Kal. Sept. THEODORO V. C. CONS. 399.

De Palatinis.

18. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Nestorio Comiti rerum privatarum.

VEstium, auri & argenti, seu mancipiorum coëmendorum, si quando a privatis nostris ea contigerit venundari, Palatini [35] sciant sibi copiam denegatam: pœna in eos amissionis pretii exercenda.

TIT. XLV.

QUANDO [36] LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE [37].

Re integra contrario consensu ab emptione disceditur: re vero non integra, actus priori similis requiritur. Sal.

1. Imp. GORD. A. Rufino.

REm quidem integra [38] ab emptione & venditione utriusque partis consensu recedi potest. Etenim quod [39] consensu contractum est, contrariæ voluntatis adminiculo dissolvitur [40]. At enim post traditionem [41] interpositam nuda voluntas non resolvit emptionem: si non actus quoque priori similis [42] retro agens venditionem intercesserit.

Per dationem arrharum res non desinit esse integra, sed per solutionem pretii desinit esse integra. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Felici.

PErfectam [43] emptionem atque venditionem re integra tantum pacto & consensu [44] posse dissolvi constat. Ergo si [45] quidem arrhæ [46] nomine aurum datum sit, potest hoc solum secundum fidem pacti recuperare [47]. Sin vero partem pretii persolvisti ad ea [48], quæ venditorem ex venditione oportet præstare, magis actionem, quam ad pretii quantitatem [49], quam te dedisse significas, habes.

TIT. XLVI.

SI PROPTER PUBLICAS PENSITATIONES [50] VENDITIO FUERIT CELEBRATA.

Venditio solenniter facta ob tributa non soluta non revocatur, licet a debitore vel creditore tributum postea offeratur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Materno.

VEnditionem ob [51] tributorum cessationem [52] factam revocari non [53] oportet, neque priore domino [54] pretium offerente, neque creditore ejus jura hypothecæ sive pignoris [prætendente [55]]. Potior [56] est enim causa tributorum [57], quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt.

Venditio legitime facta non retractatur.

2. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Plotio.

SI [58] deserta prædia, ob cessationem collationum, vel reliqua tributorum, ex permissu Præsidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, distracta sincera fide justo pretio solenniter comparasti: venditio ob solennes præstationes necessitate facta convelli [59] non debet. Sin autem venditio nulla [60] autoritate Præsidis præcedente facta est, hanc ratam haberi jura non concedunt. Id itaque quod frustra gestum est, revocari oportet: ita ut indemnitati tributorum omnibus modis consulatur. Quæ omnia tractari convenit præsente [61] eo quem emptorem extitisse proponis.

Convento debitore, ac convicto ob publicas pensitationes non solutas, debet solennis celebrari venditio. Bald.

3. Imp. CONSTANTINUS A. Faustino [62] Præsidi Bæticæ.

SI [63] quis fundum, vel mancipium, [aliamve rem] ob cessationem tributorum, vel etiam ob vestium, auri, argentique debitum, quæ annua exactione

injuria. *l.* 145. *de reg. juris.* 1 Οτι χρέων ἢ λειτουργιῶν ἐπικειμένων πέπρακε: hoc est, non potest venditor hoc prætextu irritam facere venditionem, si dicat, se debitis aut oneribus functionum publicarum urgentibus vendidisse. *Synops. h. t. cap.* 68. 2 Ita legerem hunc locum: quod hunc non viliore pretio, sed ad munus sumptibus necessariis urgentibus vel urgente debito: ut muneris voce, λειτουργίαν intelligamus, debiti voce χρέος. 3 Venditio facta viliore pretio propter munus publicum, vel urgens debitum, non rescinditur: ea tamen est causa, propter quam solet restitutio indulgeri. *l.* 16. *C. h. t. l.* 1. *C. de præd. decur. l.* 2. *C. sine censu vel reliquis.* vide Cujac. 16. *observat.* 18. 4 *l.* 4. *C. de pignor. & hypothec.* 5 *l.* 5. *C. h. t.* 6 Denunciatio ejus, cujus non interest rem vendi, venditioni non officit. 7 Venditio non rescinditur ex eo, quod emptor non solvit tributum uti convenit. 8 Vide quæ notavi ad *l.* 1. *in fin. ff. h. t. & l.* 8. *C. de contrah. empt.* imo irritus constituitur. *l.* 6. *C. de pactis inter empt.* 9 Quid si minor? restituitur in integrum, ut minor decepius etiam infra dimidium. 10 Atque administrandis familiarum suarum curis idoneus comprobatus. *l.* 4. *C. Theod. de contrah. empt.* & ibi interpres. 11 Vid. *l.* 1. *supr. de contrah. empt.* 12 Venditio facta paulo viliori pretio non rescinditur. *l.* 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* 13 Interdum tamen vires facultatum suarum quis ignorat. §. 3. *vers. Prævaluisse. Instit. qui manumittere.* 14 Bonus paterfamilias rerum suarum nosse pretia debet, etiam procul sitarum, neque ferendus est, si dicat earum rerum æstimationem ignorasse, cum eas venderet: suarum, inquam, quas scilicet diu possedit, diu tractavit, non de recenti habuit, vel adquisivit. *arg. l.* 4. *C. de heredit. act. l.* 10. *ff. qui & a quib. manumissi.* 15 Quatenus verum sit quod hinc colligitur, ignorantiam virium sui patrimonii non esse probabilem, vide Port. & Jason. *in addit. ad eum ad §. in fraudem. col.* 2. *Inst. quib. ex caus. manum. non licet.* Socin. Jun. *cons.* 73. *col. fi. li.* 2. Decium *cons.* 583. Mod. 16 Ad Magnillum *l.* 10. *C. Theod. de fide & jure hastæ. tit.* 17. 17 *l.* 3. *C. Th. de fide & jure hastæ. lib.* 10. *tit.* 17. 18 Qui debitorum mole oppressus distrahit, solo prætextu coactæ venditionis non juvatur. *l.* 12. *C. h. t.* juvatur tamen, si res ejus iniquo pretio venditæ sunt. 19 Μεγέθει, magnitudine. *Synops. h. t. c.* 72. 20 Redituum ex quantitate quantitas veri pretii dignoscitur. Id autem ex justa & æquabili proportione fieri facile potest. vid. Molin. *de usur. n.* 115. Ita rei reditus nota est ejus pretii. 21 Restitutio adversus subhastationem iniquam, & fraudulenter initam datur. 22 Ὁ ἀγοραστής, emptor. *Synopsis h. t. c.* 72. 23 *l.* 3. *C. de jure fisci lib.* 10. *tit.* 1. ex gratiosa emptione. *l.* 2. *C. de fide & jure hastæ lib.* 10. *tit.* 3. gratiosa, inquam, i. e. iniqua. 24 Itaque quum æris alieni venditio publica sit, verum pretium venditori præstari oportet. *Synops. d. cap.* 72. 25 Id est, quantum res ipsa valuerit. 26 Gratiosa auctio, ut hic, gratiosa emptio. *d. l.* 2. gratia. *d. l.* 3. 27 Gratianus, Valentinianus, & Theodos. *l.* 8. *C. Theod. de contrah. empt.* 28 *l.* 8. *C. Theod. h. t.* 29 Munera civitatum, debita curiæ servitia & patriæ, Scholiastes *d. l.* 8. *C. Th.* interpretatur. 30 Civitatum, provinciarumque destituunt. *l.* 8. *C. Theod. de contrahend. emption.* 31 *l.* 51. *C. de decur. l.* 1. *C. si curial. rei civit. lib.* 10. *t.* 37. 32 *l.* 15. *ff. de donat.* vid. *l.* 7. §. 2. *ff. de bon. damn.* & ita furtiva alienatio facta a curiali, refugiente onera suæ patriæ, revocatur. 33 Et se ad debita servitia revocandos. *d. Scholiastes.* 34 Casum observa, in quo emptor cogitur rem emptam restituere, etiamsi pretium rei non reddatur. Idem fit in *l.* 11. *C. de his, quæ vi metusve.* vid. Cujac. 16. *obs.* 13. 35 Palatini rem privatam Principis sub Comite rerum privatarum administrant. *C. hic. in epigraphe.* ideoque Comites res Principis distrahere: Palatini Comitis res emere vetantur. Emere, inquam, citra auctionem. *l. ult. C. de fide & jure hastæ lib.* 10 *t.* 3. Sic tutor ex auctione pupilli res emere potest. *l.* 2. §. 8. *ff. pro empt. l.* 5. *supr. de contrah. empt.* 36 L. 18. *ff.* 5. & 3. Harm. 3. *c.* περὶ συμφωνίας. 37 Re integra utriusque consensu scil. 38 *l.* 2. *C. h. t. l.* 2. *ff. de rescind. vendit.* integris omnibus. *l.* 58. *ff. de pact.* re nondum secuta *l.* 7. §. 6. *ff. de pactis.* nondum tradita. Fidejussoris datio impeditne quominus res sit integra? non impedit. *l.* 95. §. 12. *ff. de solut.* ex contrario contractus esse potest sine fidejussore. *l.* 12. *C. de contrah. empt.* Quid arrha? vide *l.* 2. *C. h. t.* 39 Vid. *l.* 80. *in fin. ff. de solut. liberat.* 40 Nuptias excipe. *l.* 8. *C. de repud. & judicio.* 41 Vel post pretium solutum. *l.* 2. *ff. de rescind. vendit.* 42 Rei interventu quæ contrahuntur, re debent resolvi. Rei traditio resolvit traditionem, nuda verba non resolvunt. vid. *l.* 35. *ff. de reg. jur.* Consensus consensu tollitur, ut & verba verbis contrariis tolluntur. 43 Perfecta venditio & emptio intelligitur, simul atque de pretio convenitur. *Inst. de empt. in pr. l.* 9. *supr. de contrah. empt.* 44 Mutuo sc. non unius: cogitur enim venditor rem præstare etiam invitus. *l.* 11. §. 2. *ff. de act. empt.* 45 *Synops. Basilic.* 19. *tit.* 5. *c.* 22. 46 Quid? arrhæ datio num rem deintegrat, vel efficit, ut res non sit integra? distinguendum est, Si datur, ut pars pretii, res non est integra. Est integra, si ut symbolum venditionis. vid. quæ not. ad *l.* 35. *ff. de contrab. empt.* ut pars pretii intelligitur dari, si aurum seu pecunia numerata arrhæ nomine detur. *l. ult. ff. de lege commiss.* Arrha non ut pars pretii datur, si aurum detur, ut hic, vel annulus. *l.* 5. §. 15. *ff. de inst. act. l.* 11. §. 6. *ff. de act. empt.* Nec enim annulus in id est inventus, ut res ad instar pecuniæ restituat, cum id quoque possit accidere, majoris ut pretii annulus detur arrhæ nomine, quam res empta valeat. adde quæ not ad *l.* 17. *C. de fide instrum.* 47 Arrhæ condicuntur condictione sine causa. *d.* §. 6. *l.* 3. *C. de act. empt.* adde *l.* 3. *C. de spons.* 48 De quibus vide *l.* 11. *ff. de act. empt.* 49 Condicendam scil. emptor post illatam pretii partem eam condicere non debet: sed agere ex empto. *d. l.* 11. 50 Pensitationes publicæ sunt, quæ fiunt ob cessationem tributorum. *l.* 1. *C.* collationum. *l.* 2. *C. h. t.* vestium, auri argentique debitum. *l.* 3. *C. h. t.* διὰ δημόσιον χρέος. 19. *Synops.* 13. *c.* 1. *l.* 52. *ff. de act. empt. & lib.* 10. *tit.* 21. *C. de capiendis & distrahendis pignorib. tribut. caus.* 51 Διὰ δημόσια χρέα. *Synops. Basil.* 19. *tit.* 13. *cap.* 1. διὰ δημόσιον χρέος. 3. Harm. 3. §. 95. ob debitum vel debita fiscalia. 52 Num biennii ad instar Ecclesiæ? *Novell.* 7. *c.* 3. §. 2: cui fiscus comparatur. *Novell.* 6. num arbitrariam, cum dies non definiatur a lege? *l.* 21. *ff. de judic. l.* 1. *in fin. ff. de jure delib.* An sex mensium, ex *l.* 10. *C. de annonis & tribut. lib.* 12. *tit.* 16. An triginta dierum, ut *l.* 5. *C. de erogat. milit. annon. l.* 7. *in fin. ff. de publican. & vectigal.* placet secunda sententia. 53 *l.* 8. *C. de remiss. pign.* oratione tamen D. Marci & Commodi intra quinquennium potest dominus vindicare. Harmen. *d. loco.* Theoph. §. 14. *Inst. de usucap. Synops. Basil.* 19. *tit.* 13. *ex lib.* 10. *tit.* 19 *cap.* 2. ubi tamen Scholiastes quadriennium tantum dari notat. Verum nova Zenonis constitutione, emptor statim securitatem consequitur, nec rei nomine convenitur amplius, nisi per collusionem & fraudem emerit. *Synops. ibid. l.* 2. *C. de quadrienn. præscr. l.* 3. *C. de jure fisci.* ideoque Zenonis constitutio tanquam posterior valere debet. Scholiast. *ibid.* 54 *l.* 2. *C. si antiquior creditor.* 55 Aliud erit, si ante rem venditam debitum fisco obtulerit, & in ejus locum substitutus & subrogatus fuerit. *l.* 2. *C. de his, qui in prior. credit.* 56 Προτιμότερος ἐστιν ὁ δημόσιος, omnibus potior est fiscus. *Synops. & Harm. d. loco.* 57 In ipsis bonis scil. tributariis. An in aliis? non puto, nisi debitor ante fuerit fisco obligatus. *C. h. t. l.* 2. *C. de privil. fisc.* & ita intellige *l.* 1. *C. si antiquior creditor.* 58 Si quis res occupatas ejus, qui in tributorum solutionibus cessat, & apud judicem eo nomine interpellatus fuerit, publice comparaverit, firmiter eas retinet. *Synops. Basil. h. t. c.* 3. 59 *l.* 8. *in fin. C. de remiss. pign.* Goth. Hinc collige restitutioni locum non esse adversus solennes subhastationes. *l. quæcunque. C. de jure & fide hast. fiscal. l.* 10. *t.* 3. Ans. Adde *l.* 7. §. 5. *l.* 24. §. 1. *ff. de minorib.* & late Berlich. *decis. aur. decis.* 126. & *DD. ibid. num.* 5. & quæ not. Censur. Forens. nostra, *l.* 4. *cap.* 44. *num* 3. S. L. 60 Bona debitoris fisci vendi non debent, sine autoritate præsidis, alias res vendita revocatur. *l.* 2. *C. si vendito pign.* 61 In præjudicium possidentis nudo facto citra jus nihil agi potest, nisi eo præsente. Possessio etiam injusta nemini auferenda sine causæ cognitione. 62 Ad Egnatium Faustinum. *l.* 2. *C. Theod. de distrah. pignorib. lib.* 11. 63 *l.* 2. *C. Theod. de distrah. pignoribus.*

solvun-

ſolvuntur, occupata, convento debitore, & apud Judicem interpellatione celebrata, cum ſolutio ceſſaverit, ſub haſta diſtracta comparaverit: perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris [1] forte perſona fuerit inſerta: neceſſe [2] ſit legitimæ defenſionis venditioni perſonam adeſſe: nihilque intereſit, utrumne officium ſummæ rei [3] Procuratoris, an certe Rectoris [4] provinciæ id, quod debitum fuerit, propoſuerit [5]. Dat. Pridie Idus Decemb. FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

TIT. XLVII.
SINE [6] CENSU [7] VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI NON POSSE.

Promittens ſolvere tributa rei in dotem datæ, non tenetur ex promiſſione re ad dotatorem reverſa. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Capitoni.

EX conventione [8] quidem, qua pactam novercam tuam cum patre tuo dicis cum fundum in dotem daret, *Ut* [9] *ipſa* [10] *tributa agnoſceret*, actio tibi adverſus eam competere non poteſt, etiam ſi pactum in ſtipulationem deductum probetur. Sed & ſi fundus æſtimatus, ita ut pars inſtrumenti ſignificat, in dotem datus eſt, ex vendito [11] actio, ut placitis ſtetur, non [12] competit. PP. Non. Decemb. ipſo A. III. & DIONE CONSS. 230.

Comparans fundum ea lege, Ne ſolvat cenſum vel tributum, *tali pacto non excuſatur, quin ſolvere compellatur, quod pro ipſa poſſeſſione debetur.* Bald.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Marcellum.

REi [13] annonariæ emolumenta tractantes [14], cognovimus hanc eſſe cauſam maxime reliquorum, quod nonnulli captantes [15] aliquorum [16] momentarias [17] neceſſitates, ſub hac conditione fundos [18] comparant [19], *Ut* [20] *nec reliqua eorum fiſco inferant, & immunes eos poſſideant.* Ideoque placuit; ut ſi quem conſtiterit hujuſmodi habuiſſe contractum, atque hac lege [21] poſſeſſionem eſſe mercatum; tam pro ſolitis cenſibus fundi comparati, quam pro reliquis univerſis [22] ejuſdem poſſeſſionis obnoxius teneatur: cum [23] neceſſe ſit eum qui comparavit, cenſum rei comparatæ agnoſcere, nec [24] liceat cuiquam rem ſine cenſu comparare vel vendere. Dat. Kal. Jul. *Agrippinæ*. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

In AUTHENT. de mandat. princ. §. non permittas itaque. coll. 3. tit. 4. Nov. 17. cap. 8.

S*Ed & periculum in ſe recipere poteſt* [25], *ſi examinatione ante traditionem facta emptor minus idoneus inventus fuerit: tunc enim venditor apud geſta profiteri cogitur, quia periculo ſuo tranſpoſitio fit fiſcalium tributorum.*

3. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

OMnes [26] pro his agris, quos poſſident, publicas [27] penſitationes agnoſcant: nec pactionibus [28] contrariis adjuventur, ſi venditor aut donator apud ſe collationis ſarcinam pactione illicita voluerit retinere: & ſi necdum tranſlata ſit profeſſio [29] cenſualis, ſed apud priorem fundi dominum forte permaneat, diſſimulantibus ipſis, ut non poſſidentes pro poſſidentibus exigantur. Dat. 14. Kal. Mart. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

TIT. XLVIII.
DE [30] PERICULO [31] ET COMMODO REI VENDITÆ.

De eo quod contigit poſt venditionem perfectam.

1. Imp. ALEXAND. A. Apollonio.

POſt perfectam venditionem omne commodum, & incommodum, quod rei venditæ contingit, ad [32] emptorem pertinet. Auctor [33] enim ex his tantum cauſis [34] ſuo ordine tenetur, quæ ex præcedente [35] tempore cauſam evictionis [36] parant: & ita [37], ſi ei denunciatum eſt, ut cauſæ agendæ adeſſet, & non abſente emptore contra eum pronunciatum eſt.

De emptione per ſingulas menſuras, vel per averſionem.

2. Idem A. Juliano.

CUm convenit, *ut ſingulæ* [38] *amphoræ vini certo pretio veneant*: antequam tradantur, imperfecta etiam tunc venditione, periculum vini mutati emptoris, qui moram [39] menſuræ faciendæ non interpoſuit, non fuit [40]. Cum autem *univerſum, quod in horreis* [41] *erat poſitum*, veniſſe ſine menſura, & claves [42] emptoribus traditas alleges poſt perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. † Hæc omnia locum habent, non ſolum ſi vinum, ſed etiam ſi oleum, vel frumentum, vel his ſimilia venierint, & ea aut deteriorata, aut penitus corrupta fuerint.

De dolo auctoris.

3. Idem A. Diaphaniæ.

DOlum auctoris [43] bonæ fidei emptori [44] non nocere [45] certi [46] juris eſt.

De emptione perfecta & de mora.

4. Imp. GORDIAN. A. Siluro.

CUm [47] inter emptorem & venditorem [48], [contractu ſine ſcriptis inito,] de pretio convenit, moraque [49] venditoris in traditione non interceſſit: periculo emptoris rem diſtractam eſſe in dubium non venit.

De incendio.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Leontio.

CUm ſpeciem venditam per violentiam ignis [50] abſumptam dicas: ſi venditionem nulla conditio [51] ſuſpenderat, amiſſæ rei periculum te [52] non adſtringit.

De morte ancillæ diſtractæ.

6. Iidem AA. Cerulo.

MOrtis caſus ancillæ diſtractæ etiam ante [53] traditionem ſine mora venditoris dilatam, non ad venditorem, ſed ad emptorem pertinet: & hac non ex præterito [54] vitio rebus humanis exempta, ſolutionem pretii emptor non recte recuſat.

1 Adverſus infantes & minores ita agi ſolet. Infans citari non poteſt, ſed ejus curator. *l.* 1. §. 2. *ff. de adminiſt. & pericul. tutor.* ſupra infantiam & ſeptimum annum conſtitutus citari poteſt, ſed cum tutore, ſi habet. *dict.* §. 2. *in fin.* ſi non habet, actor compellit adoleſcentem ad petendos ſibi curatores. *l.* 7. §. 2. *ff. de minorib. 25. ann.* aut potius judex interpellandus, ut det curatorem, niſi ipſe jam ex officio dederit. vid. quæ notavi ad *l.* 4. §. 6. *ff. de damn infect.* ne alioquin pro abſente habeatur. *l.* 10. *ff. ex quib. cauſ.* vel peremptorium impetratum nullius ſit momenti. *l.* 54. *ff. de re judic.* ideoque diſpungendam negationem in *l.* 5. *ff. de rebus autor. judic.* exiſtimo: eo ſenſu, Bona pupilli præſente defenſore, & quidem a judice dato poſſunt diſtrahi. 2 Haſtæ fiſcalis vis eſt hæc & fides, ut ſi recte facta ſit, nec reſcripto Principis, nec beneficio ætatis, aut nulla alia ratione convelli poſſit. *l.* 8. J. *de remiſſ. pign.* niſi minor ſit indefenſus, & ita reſtringe *l.* 5. J. *de fide & jure haſtæ. lib.* 10. *tit.* 3.
3 Summæ rei procurator, Cæſaris procurator, ὁ τῶ μεγίϛυ πράγματ☉ προϛατένων, dixi ad *l.* 7. *C. ubi cauſæ fiſcal.* 4 Rector *d. l.* 2. *C. Theod.* 5 Deleget ſi etiam in hac debitores forte ceſſaverint conditione juris expreſſa. *d. l.* 2.
6 *l.* 11. *C. Th.* 3. de fundo vendito ſine cenſu. ἄνευ τέλυς. 19. *Ecl.* 14. 7 Cenſus eſt tributum; vectigal, publica penſitatio, onus agrorum non perſonarum. *l.* 3. J. *de annon. & tribut. tit.* 16. *lib.* 12. *l.* 7. *ff. de publican.* adde quæ dicam J. *de cenſib.* vid. Ferrarienſem *in forma libelli ad facti præſtationem, in verbo factum.* 8 Interpretationem hujus legis vid. apud Leonin. *emendat. l.* 1. *c.* 8. 9. 10. Anſ. 9 Eadem pene verba exſtant in *l.* 11. *ſupr. de pact.* ſed in illa ſic legitur, ut creditoribus, quibus fuerunt prædia obligata, uſuras ſolverent. Differt itaque caſus d. legis 11. ab hac lege: dicta lex 11. refertur ad uſuras creditoribus privatis præſtandas: hæc lex ad tributa fiſco perſolvenda. 10 Venditoris effici pactione non poteſt, ne emptor tributa fundi agnoſcat. *l.* 42. *ff. de pact. l.* 3. J. *h. t. l. ult.* J *de fundis rei priv. l.* 5. J. *de diverſ. præd.* 11 Ex empto, Hotomann. ad *l.* 11. *ſupr. de pact.*
12 Hanc negationem expunge, ex *d. l.* 11. *in fin.* vid. Hotom. *ibid.* 13 *l.* 1. *C. Th. h. t.*
14 Hic interpolatur integra pene ſententia. *l.* 1. *C. Theod. ſine cenſu lib.* 11. *tit.* 3.
15 Captati. *d. l.* 3. *C. Theod.* 16 Aliquorum nomen. *d. l.* 1. *C. Theod.*
17 Nam venditor plerumque neceſſitate rei familiaris compellitur vendere pretio minore. *l.* 2. *l.* 12. *l.* 16. S. *de reſcind. vend. l.* 1. J. *de præd. decur.* Salvianus 5. *de provid.* inopiam penes venditorem eſſe eamque ob cauſam volunt beneficium *l.* 2. S. *de reſcind. vendit.* ad ſolos venditores pertinere, non ad emptores: qua de re ibid. dixi ad Cujac. 16. *obſ.* 18.
18 Fundos optimos *d. l.* 1. *C. Theod.* 19 Comparant & electos. *d. l.* 1. *C. Theod.*
20 Vid. *l.* 1. S. *h. t.* 21 Hoc genere. *d. l.* 1. *C. Theod.* 22 Etiam præteritis eo ſenſu, emptorem fundi fiſco obnoxium eſſe tributorum etiam præteritorum cauſa. *l.* 7. *ff. de public. & vectigal.* 23 Hæc quæ ſequuntur, deſunt *d. l.* 1. *C. Theod.* deſumpta ſunt tamen ex *l.* 2. *C. Theod. de contr. empt. lib.* 3. *tit.* 1. *in pr.* 24 Nota regulam.
25 Id eſt, debet eo ſenſu conveniri primo loco emptorem fundi tributarii, tanquam poſſeſſorem: ſecundo venditorem, quaſi fidejuſſorem & ita abſque fiſci privilegio collatores inferunt, quæ diu præſtiterunt. 26 *l.* 3. *C. Theod. hoc tit.* 27 Τὰ δημόσια τελέσματα. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 14. 28 *l.* 42. *l.* 52. §. 2. *ff. de pact.* 29 De profeſſione cenſuali, dixi ad *l.* 6. *ſupr. de fide inſtrum.*
30 Dixi ad *L.* 18. *D.* 6. 31 Periculi appellatione in homine mors intelligitur. *l. ult.* J. *h. t. l.* 18. *ff. h. t.* fuga. §. 3. *Inſt. de empt.* vulnus. *d.* §. 3. furtum. *l.* 35. § 4. *ff. de contrah. empt.* in agro, chaſma, inundatio. *l.* 10. *in fin. ff. h. t.* alluvio, ſeu potius deluvio. *l.* 7. *ff. h. t.* arborum dejectio. *l.* 9. *ff. h. t.* in vino, acor & mucor. *l.* 1. *l.* 6. *ff. h. t. l.* 12. J. *tit. prox.* in ædibus incendium. *l.* 5. J. *eod. l.* 11. *ff. h. t.* 32 Εἰς κέρδ☉ καὶ ζημίαν τῦ ἀγοραςῦ, ad lucrum & damnum emptoris. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 16. §. 12. & 3. Harm. 3. §. 17. *l.* 5. J. *h. t. l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *ff. h. t.* §. 3. *Inſt. de empt. l.* 12. J. *tit. prox.* 33 ὁ Πράτης, id eſt, venditor. *Synopſ.* & Harmen. *d. loco.* ut *l.* 3. J. *h. t.* 34 Id eſt, poſtquam res empta alterius eſſe, quam venditoris pronunciata fuerit, & hoc beneficium ordinis venditori competens diligenter notandum.
35 *l. ult.* J. *h. t. l.* 3. J. *de ædil. act.* venditor enim de evictione ex cauſa præcedente, ut hic, non ſubſequente, tenetur. Hujus generis eſt evictio facta Principis auctoritate. *l.* 11. *ff. de evict.*
36 Vid. *tit. de evict.* 37 Denunciare venditori, *ſommer a garent ſon vendeur.* Notanda eſt diligenter hæc cautio emptoribus, cujus etiam fit mentio in *l.* 8. J. *de evict.* & locis aliis, de quibus ibid. dicam. 38 Venditionis pretium interdum conſtituitur in ſingulas amphoras, in ſingulas metretas & in ſingulas libras, in ſingulos modios. *l.* 35. §. 5. *ff. de contrah. empt.* in ſingula dolia. *l.* 1. §. 1. *in fin. ff. hoc tit.* cui venditionis ſpeciei contraria eſt venditio, quæ fit uno pretio. *d.* §. 5. quæ non fit ad menſuram. J. *h. t. & d.* §. 1. quæ fit univerſim. *in fin. h. t.* quæ fit averſione. *l.* 4. §. 1. & 2. *ff. h. t. l.* 62 *in fin. ff. de contrahend. empt.* averſione vendere, *vendre en gros, en bloc.* Eſt autem hujus rei notanda differentia, ut infra dicemus.
39 *l.* 14. *ff. h. t.* 40 Cur ita? quia hujuſmodi venditio videtur ſub hac conditione fieri, ut in ſingulas metretas, aut ſingulos modios, quos quaſve admenſus fueris, aut in ſingulas libras, quas appenderis, aut in ſingula corpora, quæ adnumeraveris, pretium ſolvas. *dict.* §. 5. id eſt, videtur ita conventum, non prius perfectam eſſe venditionem, quam admenſio, ponderatio, vel numeratio facta fuerit. 41 De horreis, & eorum uſu apud veteres dixi in *l.* 7. *ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* 42 Cellæ vinariæ. adde *l.* 1. J. *de crimine expilatæ. l.* 74. *ff. de contrah. empt.* Res ita habet: Vini in ſingula dolia venditi periculum acoris & mucoris pertinet ſtatim ad emptorem poſt deguſtationem & approbationem, cujus nota eſt conſignatio. *l.* 1. §. 2. *l.* 14. *in fin. ff. h. t.* niſi venditor de bonitate vini adfirmavit, cujus tamen bonitatem ſciebat paucos intra dies mutatum iri. Eo caſu, ni emptorem vitii admonuerit, venditoris erit periculum. *l.* 15. *ff. h. t.* quam ſpeciem non invitus extenderem ad debitorem, qui, ſciens edicto publico monetam ſublatum iri, paulo ante edicti promulgationem creditori ſuo ſolutionis cauſa eam obtulit, ut ita reſtringas *l.* 102. *ff. de ſolutionib. & liberat.* Periculum etiam eo caſu effuſionis, furti & ſimilium ad emptorem pertinet, niſi venditor in ſe cuſtodiam ad certum uſque tempus receperit. *l.* 1. *ff. h. t.* poſt tempus non tenetur. *dict. l.* 1. §. 3. & *ſeq.* Quid ſi cuſtodiam ſimpliciter & indefinite recepit, nullo tempore adjecto? in infinitum eam non præſtabit. *l.* 4. §. 2. *ff. h. t.* Ideoque poſt teſtationem & denunciationem tollendi factam emptori, venditor nihil præſtabit. *l.* 1. §. 4. *l.* 4 *in fin. ff. h. t.* Ergo perpetuo ante admenſurationem & deguſtationem periculum ad venditorem pertinebit? mucoris pertinebit omnimodo: quinetiam ſubſtantiæ vini, niſi tale damnum vi magna acciderit *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l.* 31. *ff. de act. empt. l.* 14. *ff. de furtis.* vel emptori denunciaverit, ut admetiretur. vis magnæ appellatione, intellige vim latronum. Fatale ſane damnum eſt, ſi cella vinaria chaſmate periit, ſi in eam ignis ab aliquo injectus ſit: ſi extraordinaria vi aquarum aut tempeſtate vini navigium in portu fuerit ſubmerſum: His caſibus vinum venditori non peribit, niſi moram deguſtationi fecerit. *l.* 4. *ff. h. t.* Quid ſi dies admetiendi condicta emptoris mora præterierit? mucoris periculum ad emptorem pertinebit. S. *h. t. l.* 5. *ff. h. t.* Quid ſi vinum univerſum, quod in cella vinaria erat, venditum fuit? periculum vini ad emptorem pertinebit ſtatim poſt traditas ei claves cellæ vinariæ, ut hic. *l.* 74. *ff. de contrab. empt.* Quid ſi vinum e navi ſit venditum? vice traditionis clavium cuſtodiæ appoſitio ſufficit. *l.* 51. *in fin. ff. de acquir. vel omitt. poſſeſſ.* aut quid ſimile. 43 Τῦ πράτυ *Synopſ.* 19. *tit.* 6. *cap.* 13. 3. Harm. 3. §. 48. id eſt, venditoris. ut *l.* 1. S. *h. t. & l.* 2. *in fin. l.* 5. *l.* 16. *in fin. ff. h. t. l.* 37. *ff. de act. empt. l.* 4. §. 27. §. 31. *ff. de doli mali & metus except.* §. 3. *verſ. Quidquid. Inſt. de empt.*
44 Niſi rem dolus reſpiciat: veluti, ſi res ſit furtiva, vel vi poſſeſſa, emptor eam non uſucapiet. §. 2. *Inſt. de uſucap.* Aliud fuerit, ſi dolus rem non reſpiciet, ſed ipſum tantummodo contractum, & ita accipe *l.* 13. *in fin. ff. de publician. in rem action. l.* 21. §. 2. *ff. de pecul. l.* 5. *ff. de diverſ. temp. præſcript.* 45 Poteſt enim emptor agere ex contractu habito cum fraudulento venditore, ut vel ſtetur venditioni, vel ab ea diſcedatur. *l.* 13. §. 27. *ff. de act. empt.* agit etiam ad rei traditionem. *l.* 34. §. 3. *in fin. ff. de contr. empt.* & quando pluris emit. *d. l.* 13. §. 4. ut & ad intereſſe, & ad omnia detrimenta. *d. l.* 13. *in pr. l.* 15. *in fin. ff. hoc tit. l.* 30. §. 1. *ff. de act. empt.* 46 Cur? emens a quocunque, quem eſſe rei dominum putat, bona fide emit. Scholiaſtes *d. cap.* 13. 47 Rei venditæ periculum ad emptorem pertinet, niſi venditor in mora rei tradendæ fuit. *Synopſ. Baſil. ibid. cap.* 14. & 3. Harm. 3. §. 17. *in fin.*
48 Incluſa deſunt in quibuſdam, deſumpta forte ex *l.* 17. *ſupr. de fide inſtrum.*
49 Moram committit venditor in tradendo, ſi die traditionis, ſignationis, menſurationis, ponderationis & ſimilium non dicta, emptorem ad eas res perficiendas non vocavit. *l.* 1. §. 3. *l.* 4. *in fin. l.* 14. *ff. h. t.* Hujuſmodi denunciatione venditor moram excludit, & in eam incurrit emptor. *d. l.* 2. S. *h. t.* 50 Incendium rei emptæ ſpectat ad emptorem: niſi incendium lata culpa vel dolo venditoris acciderit. *l.* 11. *ff. h. t.* 51 Si ante conditionis eventum res ſub conditione vendita periit, venditori perit, niſi hoc ipſum convenit, ut res periculo emptoris ſervaretur. *l.* 10. *ff. h. t.* 52 Venditorem ſcil. 53 Ancilla vendita, ſi necdum tradita moritur ſine culpa venditoris, aut non ex vitio aliquo ante venditionem contracto, emptori perit, ejuſque pretium a venditore emptori condicitur. §. 3. *Inſt. de empt. Synopſ. Baſil. h. t. cap.* 16. & 3. Harm. 3. §. 19. 54 Vitia rei venditionem præcedentia præſtantur a venditore. *l.* 1. *ſupr. h. t.*

TIT.

TIT. XLIX.
DE [1] ACTIONIBUS EMPTI [2] ET VENDITI [3].

Utrum agendum sit in rem, an in personam.

1. Imp. ANTONINUS A. Delianæ.

ADversus [4] eum cui agrum vendidisti judicio [5] venditi consiste. Nec enim tibi in rem [6] actio cum emptore, qui personaliter tibi sit obligatus, competit [7].

De residuo pretii, vel compensatione erronea, de fructibus.

2. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Domitiano.

VEnditi actionem ad recipiendum residuum [8] pretium intendere adversario tuo poteris. Nec quod in compensationem [9] venerit, quasi & tu invicem deberes, id obesse tibi poterit, si in bonæ fidei contractu [in quo majores [10] etiam vigintiquinque annis officio judicis in his, quæ dolo commissa sunt, adjuvantur] justo [11] errore te ductum, vel fraude [12] adversarii captum, quasi debitum id esset, quod revera [13] non debebatur, pepigisse monstraveris.

† Fructus quoque perceptos ante [14] venditionem contractam, quos, cum venditioni non [15] accessissent, eundem emptorem invasisse proponis, eodem judicio reposces.

De arrhali pacto.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Serpodoro.

EX arrhali [16] pacto [17] personalis [18] duntaxat actio paciscentibus præparatur [19].

Si venditor rem non tradat.

4. Iidem AA. Mutiano.

SI traditio rei venditæ juxta emptionis contractum procacia [20] venditoris non fiat: quanti interesse [21] compleri emptionem fuerit arbitratus Præses provinciæ, tantum in condemnationis taxationem [22] deducere curabit.

De emptore qui ante totum pretium solutum fructus percepit.

5. Iidem AA. Decimæ.

CUrabit Præses provinciæ, compellere emptorem, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretii, quam penes se habet, cum [23] usuris restituere [24]: quas & perceptorum [25] fructuum ratio, & minoris [26] ætatis favor (licet nulla [27] mora intercesserit), generavit.

Quid veniat in actionem venditi.

6. Iidem AA. Neratio.

VEnditi actio, si non ab initio aliud convenit, non facile ad [28] rescindendam perfectam venditionem, sed ad pretium exigendum competit.

De nummis venditoris ei solutis.

7. Iidem AA. Diodoro.

SI servos distraxisti, ac pretium de peculio [29] eorum quod ad te pertinebat, nesciens unde solveretur, accepisti: consequens est, integram te habere actionem pretii: cum [30] proprii [31] venditoris nummi soluti non præstent emptori liberationem.

Si emptor re non tradita se pro domino gesserit.

8. Iidem AA. Eusebio.

SI pater tuus venundedit portionem suam, nec [32] induxit [33] in vacuam [34] possessionem prædii: jus omne penes se eum retinuisse certum est. Neque enim velut traditionis factæ vectigal [35] exolutum, si simulatum [36] factum intercessit, veritatem mutare potuit. Quapropter aditus Præses provinciæ, si animadverterit in vacuam [37] possessionem neque patrem [38] tuum, neque successores ejus emptorem [39] vel heredes ipsius quocunque loco factos induxisse, non dubitabit nihil [40] esse translatum [41] pronunciare. Et si te [42] ex empto ad inducendum [eum] in vacuam possessionem prædii perspexerit conveniri: existimabit [43], an pretium sit solutum: ac, si repererit non esse pretio satisfactum, hoc [44] restitui tibi providebit.

De onere prædii venditi.

9. Iidem AA. Antipatræ.

SI minor a venditore sive sciente sive ignorante dicebatur [45] capitatio [46] prædii venditi, & major inventa sit: in tantum convenitur, in quantum si [47] scisset emptor ab initio, minus [48] daret pretii. Sin vero hujusmodi onus & gravamen functionis cognovisset [49], nullam adversus venditorem habet actionem [50].

De carne tempore placito non tradita.

10. Iidem AA. Attalo.

CUm venditorem carnis, fide conventionis rupta, tempore placito hanc non exhibuisse proponas, ex empto actione, eum, quanti [51] interfit [52] tua si tunc tibi præstita fuisset, apud Præsidem provinciæ convenire potes.

De ancilla a venditore manumissa.

11. Iidem AA. Bucarpiæ.

SI ancillam tibi ex causa venditionis traditam venditor manumisit: libertatem alienæ factæ præstare non [53] potuit. Quod si [54] post venditionem ante traditionem manumisit, pleno jure dominus constitutus, Civem Romanam facere non prohibetur: tibi personali propter [55] ruptam fidem contra venditorem actione competente.

De vino.

12. Iidem AA. Crispino.

SIcut [56] periculum vini mutati, quod certum [57] fuerat comparatum, ad emptorem, ita commodum [58] aucti pretii pertinet. Utque hoc verum est, sic certæ qualitatis [59] ac mensuræ distracto vino, fidem placiti servandam esse convenit. Quo non restituto, non pretii quantitatis, sed quanti interest [60] emptoris, competit actio.

De fructibus & onere functionis. De pretio & usuris.

13. Iidem AA. Alexandro.

FRuctus [61] post perfectum jure contractum, emptoris spectare personam convenit, ad quem & functionum [62] gravamen pertinet. Venditor quoque pretium tantum, ac [63] si mora intercessisse probetur, usuras [64] officio judicis exigere potest.

De servis.

14. Iidem AA. Rufoni.

EMptor [65] servorum certe de his tradendis [66], & de eorum *fuga* [67], itemque *sanitate* [68], *erronesque* [69] *non esse*, [aut *noxa* [70] *solutos*,] repromitti sibi recte postulat.

De tritico.

15. Iidem AA. Antonio.

ULtra modum tritici distracti citra pactum, in solutione mora [71] non facta, nihil emptor exigere potest.

De pecoribus.

16. Iidem AA. Cyrillo.

1 Dixi ad *Lib.* 19. *ff.* 1. 2 Vide *l.* 11. *ff. h. t.* 3 Vid. *l.* 11. *J. h. t.*
4 Venditor adversus emptorem actionem de pretio habet. Nam in rem actionem post rem emptori traditam habere non potest. *Synops. Basil.* 19. *tit.* 8. *c.* 30. *&* 3. Harm. 3. 49. an saltem hypothecariam in rem ipsam venditam adhuc extantem habet? habere non videtur.
5 Id est, actione venditi. de qua vid. *l.* 2. *&* 6. *J. h. t. l.* 13. §. 9. *ff. h. t.* 6 Venditam sc. *l.* 8. *supr. de contrab. empt.* 7 Sed ad pretium. Venditor rem traditam non vindicat, sed ejus pretium *l.* 6. *J. h. t. d. l.* 8. *&* 9. *in fin. d. tit.* 8 Venditor agit ad pretium. *l.* 1. *supr. h. t.* ergo & ad ejus residuum, quo nomine permittitur rei retentio. *l.* 11. §. 8. *ff. h. t.* adde *l.* 21. *in fin.* ꝟ. *de pactis. l.* 85. §. 6. *ff. de verb. oblig.* Roland. a Valle 1. *cons.* 53. *num.* 17 *& seq.*
9 Compensatio per errorem approbata non nocet venditori residuum pretii petenti.
10 Majoribus dolo deceptis subvenitur. *ff. quib. ex causis major.* 11 Justus error excusat.
12 Fraus adversario non prodest. 13 Indebiti liberatio condicitur. *l.* 51. *ff. de pact.*
14 Potest id evenire fructibus tempore venditionis a solo separatis necdum collectis a venditore.
15 Hujusmodi enim fructus venditioni non accedunt, ut nec ruta & cæsa. *l.* 17. §. 6. *ff. h. t.*
16 Seu arrabonico. 17 Id est, contractu. Pactum arrhale quod datione arrharum sumpsit effectum. 18 Arrhæ repetuntur condictione sine causa. *l.* 11. §. 6. *ff. h. t.* vid. *l. ult.* ꝟ *quando liceat ab empt.* arrhæ datio nobis etiam præparat personalem actionem, ut hic.
19 Aliud est præparare, aliud parare: hoc illo majus est. vid. Cujac. 10. *observ.* 24. Goth. Adde Edmund. Merill. *lib.* 1. *observ. cap.* 38. Ans. 20 Id est, contumaci mora.
21 *l.* 10. 12. *J. h. t. l.* 1. *ff. h. t. l.* 62. *in fin. ff. de contrab. empt.* 22 Adde quæ notavi ad *l.* 6. *ff. ut legatorum.* 23 Emptor a tempore rei sibi traditæ usuras pretii debet. *Synops. Basil. h. t. cap.* 54. 3. Harm. 3. §. 60. *l.* 2. ꝟ. *de usur.* 24 Vide ad legem hanc Cagnolum, qui ex professo ad eam scripsit, Zoannettum *rer. quotid. c.* 9. Covarruviam *lib.* 3. *var. resol. c.* 4. Afflictum *decis.* 20. *n.* 5. Alexand. *cons.* 147. *col.* 1. *lib.* 5. & *ad l. de divisione. n.* 12. *ff. solut. matr.* Gomes. *ad* §. *actionum. n.* 19. *Instit. de act.* Socin. *cons.* 133. *lib.* 1. *& cons.* 88. *lib.* 4. Paris. *cons.* 75. *n.* 17. *lib.* 4. Decium *cons.* 183. *ad fin.* Corn. *cons.* 250. *n* 4. *vol.* 2. Vivien. *lib.* 1. *com. opin.*
25 Emptor percipiens fructus rei, tenetur venditori ad usuras pretii. *l.* 13. §. 21. *ff. h. t. l.* 2. ꝟ. *de usur.* Goth. Atque ita non ratione capitalis pecuniæ, sed pro quantitate perceptorum fructuum. vid. A. Gabriel. *conclus. lib.* 3. *conclus.* 4. *num.* 18. J. Baptista Costa, *de quota & rata, quæst.* 91. Ans. 26 *l.* 3. *supr. in quib. caus. in int.* 27 Debentur usuræ eo casu recepto jure. *d. l.* 3. 28 Venditi actione (si id conventum est: puta pacto seu lege commissoria, vel addictionis in diem, vel si judicis id officio jubeatur. *l.* 2. *supr. de rescind.*) agere possumus ad venditionem rescindendam. 29 Et ita de sua pecunia pretium receperit, *l. unic. vers. Si itaque. supr. si servus extero.* 30 Pretium rei non videtur accepisse, qui pecuniam suam ac propriam ignorans ab emptore accipit: ideoque hujusmodi solutio non aufert venditori actionem ad pretium emptori condicendum. adde *Synops. Basil. h. t. c.* 55.
31 Nota regulam, Debitor venditori vel creditori solvens ex eorum pecunia debito non liberatur. *dict. vers. Si itaque. l.* 8. §. 5. *l.* 22. §. 8. *in fin. l.* 54. *ff. mandati.* merito: cum emptor nummos venditoris facere cogatur. *l.* 11. §. 2. *in fin. ff. h. t.* quod est emptoris, ejus amplius fieri non potest. adde *l.* 4. §. 1. *ff. de manumiss.* 32 *l.* 50. *ff. de rei vindicat.*
33 Libellus actionis ex empto, formatur ad possessionem vacuam tradendam.
34 Hoc quid sit, vid. *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l.* 52. *in fin. ff. de verb. oblig.* 35 Non ideo quis rem suam facit, aut suam esse asserit, quod eam in censum deduxerit. *l.* 25. ꝟ. *de rei vind.* vid. *l.* 4. *J. de donat. l.* 64. *ff. de adquir. rer. dom.* id est, quod ejus nomine tributum solverit: potuit enim rei nomine censum solvere, & tamen alieno nomine. 36 Simulatio veritatem mutare non potest. *l.* 15. *J. de liberali caus.* Sicuti nec error. *l.* 6. §. 1. *ff. de offic. præsid.* nec falsitas. *l.* 5. *C. de juris & facti ignor.* 37 In vacuam possessionem inductus dominus.
38 Venditorem scil. 39 Singularis successor non potest propria auctoritate possessionem ingredi, aliud est in herede universali. vid. Bald. *hic.* 40 Hinc colligunt sententiam proferri posse verbis negativis. 41 Venditor emptorem in vacuam possessionem inducens transfert dominium. 42 Heredem scil. Datur enim empti actio adversus heredem venditoris. 43 Judex actorem, se induci in possessionem postulantem, ex officio condemnare potest, ut reo prius pretium exsolvat. *l.* 13. §. 8. *ff. h. t. l.* 31. *in fin. ff. de rebus credit.* judex enim emptionis id omne facit quod emptioni est annexum. 44 Id est, residuum pretii. 45 Hinc illa clausula contractibus emptionis adponi solita, *Et sera tenu ledict acquereur payer le cens a tel seigneur, montant par chacun an. a N.* 46 Venditor sive sciens, sive ignorans ignoranti minorem fundi συντέλειαν, hoc est, capitationem dixit, quam debeatur, in tantum ab emptore, qui ignorans ita emit, convenitur, quanto rem minoris empturus erat, si modum scisset τῆς συντελείας, id est, capitationis: sin autem minorem modum dici a venditore scivit, & tamen emit, nullam actionem habet. *Synops. Basil.* 19. *tit.* 2. *cap.* 58. 47 Nota finem actionis, Quanto minoris, de qua vide *l.* 39. *ff. h. t.*
48 Id est, tenetur actione, Quanto minoris. 49 Finge dominum colono quondam suo prædia vendidisse. Solet locationes prædiorum persæpe fieri ea lege, ut colonus tributa, & census persolvat; eo casu colonus non præsumitur talium censuum ignarus fuisse emptionis tempore. 50 Cur ita? fraus non fit scienti. *l.* 145. *ff. de reg. juris.* Certiorari non debuit, qui non ignoravit. *l.* 1. *in fin. ff. h. t.* 51 Vid. *l.* 4. *supr. h. t.*
52 Emisse alias carnes ab alio scil. Alias, in hoc interesse, de quo hic agitur, lucrum non venit, quod emptor ex carne facere potuit: non veniet etiam damnum, seu æstimatio servorum fame mortuorum ob non traditas carnes, sed illa tantum omnis utilitas quæ circa rem consistit. *l.* 21. §. 3. *ff. h. t.* 53 *l.* 5. *J. de his, qui a non domin.* 54 *l.* 6. ꝟ. *de hered. vel action. vend.* Venditor ancillam quam nondum emptori tradidit, potest utiliter manumittere. Tenetur tamen emptori in quod ejus interest. *l.* 2. 3. *J. de his, qui a non domin.* Quid eo casu ejus quod interest appellatione contineatur, vide *l.* 23. *ff. h. t.* 55 *d. l.* 6.
56 Vide *l.* 1. *supr. de periculo & commod.* 57 Vide *l.* 2. *supr. de peric. & commod.*
58 Commodum aucti pretii ad emptorem vini pertinet. 59 Eadem quantitate, & mensura vinum tradi oportet, qua venditum est. 60 Vide *l.* 4. *supr.* quo nomine non id venit, quod emptor lucrari potuit, si vinum ei fuisset traditum. *l.* 21. §. 3. *ff. h. t.* sed damnum quod emptor incurrit, vinum ob id majore pretio ab alio emendo. vide *l.* 10. *supr. h. t.*
61 Fructus pendentes, etiam maturi cedunt emptori. *l.* 3. §. 1. *l.* 13. §. 10. *ff. h. t. l.* 38. §. 2. *ff. de usur.* non separati a solo etiamsi necdum evecti sint. *l.* 66. *in fin. ff. de contr. empt.* quos si emptor perceperit, restituere venditori cogitur. *l.* 2. *in fin. supr. h. t.* Quid pensiones, cui cedunt? dixi ad *l. ult. ff. de jure fisci.* & hæc de emptione. Fingamus fundum deberi ex stipulatu, ceduntne stipulatori fundi fructus pendentes? dixi ad *l.* 78. *in fin. ff. de verb. oblig.*
62 Cujus est functio, ejusdem est & fructus. 63 Et sic lego, *pretium tantum, nisi mora intercessisse probetur, tunc enim usuras officio &c.* 64 Re tradita, emptor illico, & ipso jure, usuras pretii venditori debet. *l.* 5. ꝟ. *h. t. l.* 13. §. 20. *ff. h. t. l. ult. ff. de peric. & commod. l.* 18. *in fin. ff. de usur.* Paul. 2. *sent.* 17. §. 9. vide Molin. *de usur. n* 225. 65 Emptori servorum quid venditor præstare debeat. 66 *l.* 11. §. 3. §. 4. *ff. h. t.* 67 Id est, fugitivos non esse. *d. l.* 11. §. 7. *l.* 17. §. 20. *ff. de ædil. edict.* 68 *d. l.* 11. §. 4 *ff. h. t.*
69 *d. l.* 17. §. 14. 70 *d. l.* 11. §. 8. 71 Mora efficit, ut plus emptori tribuatur,

POſt perfectam venditionem fœtus [1] quidem pecorum emptori, venditori vero ſumptus [2], ſi quos bona fide fecerit, reſtitui debere notiſſimum eſt.

De emptore expulſo a tertio.

17. Iidem AA. Hermiano & Lupo.

EXpulſos [3] vos de fundo per violentiam a Nerone, quem habere jus in eo negatis, profitentes, nullam [4] vobis adverſus eum ex cujus venditione fundum poſſidetis, actionem competere probatis. Igitur ad inſtar interdicti [5] ſeu actionis [6] permiſſæ experiendum eſſe perſpicitis.

TIT. L.

SI [7] QUIS ALTERI, VEL SIBI SUB ALTERIUS NOMINE [8], VEL ALIENA [9] PECUNIA EMERIT.

De re pecunia mariti, nomine uxoris empta.

1. Imp. ANTON. A. Secundino.

SI pecunia patris fundus mancipiaque comparata ſunt: tamen cum emptiones *matris* [10] *tuæ nomine* [11] *factas eſſe* proponas, ignorare non debes traditione matrem tuam dominam fuiſſe conſtitutam. Plane, ſi pecuniæ petitionem competere tibi propter numerationem pretii exiſtimas, civiliter [12] contende.

Si pater nomine filiorum emerit.

2. Imp. ALEXAND. A. Septimæ & aliis.

SI emancipatis [13] vobis fundos, quos *nomine veſtro*, cum in poteſtate ageretis, pater emerat, tradidit, vel in [14] poſſeſſione eorum voluntate patris fuiſtis, dominium acquiſiſtis.

Si mater pro filiis pecuniam numeraverit.

3. Idem A. Patrimo.

MAncipia, quorum meminiſti, ſi (ut proponis) *nomine tuo*, itemque *fratris tui*, cui ſucceſſiſti, empta, vobis tradita ſunt: licet inſtrumento emptionis matrem tuam pecunias numeraſſe [15] contineatur, perſequi ea more judiciorum non prohiberis.

De ſimulatione.

4. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Cyrillo.

QUamvis inſtrumento emptionis *ſocrus nomen inſcripſeris* [16]: tamen, ſi [17] poſſeſſionem tenens dominus effectus es, ob eam rem fruſtra calumniam mulieris, quamvis ipſa [18] contractus tabulas habeat, reformidas.

De viro & uxore.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Vero.

CUm propria pecunia tua te comparante poſſeſſionem, quondam uxoris [19] tuæ nomen tantummodo accommodaſſe [dicas], eandemque occaſione cuſtodiæ ſuæ commiſſorum inſtrumentorum contra bonam fidem proprietatem ejuſdem fundi uſurpaſſe dicas: Rector provinciæ pro ſua exercitatione cognitum habens, donationem a non [20] domina uxore tua in filiam ſuam collatam, nullum præjudicium dominio tuo attuliſſe, docenti tibi veritatem [21] precibus tuis adſiſtere, reſtituere eandem poſſeſſionem habita etiam fructuum [22] taxatione [23], curabit.

6. Iidem AA. Dionyſio.

MUltum intereſt, utrumne uxore tua comparante pecuniam numeraſti [24] eique poſſeſſio tradita eſt: an contractu emptionis a te nomine tuo habito, tantum uxoris nomen poſt inſtrumentis inſcribi feceris. Nam ſi quidem uxor tua *nomine ſuo emit, eique res traditæ ſunt*, nec in te quicquam de his proceſſit, non niſi de pretio adverſus eam, in quantum tu pauperior [25], & illa locupletior facta eſt, habes actionem. † Quod ſi [26] tu quidem emiſti, & tibi tradita eſt poſſeſſio, tantum autem nomen uxoris quondam tuæ inſtrumento inſcriptum eſt, res [27] geſta potior quam ſcriptura habetur. Si vero ab initio [28] negotium uxoris gerens comparaſti nomine ipſius, empti actionem nec illi, nec tibi quæſiſti, dum [quæ] tibi non vis, nec illi potes.

† Quare in dominii quæſtione ille potior [29] habetur, cui poſſeſſio a domino tradita eſt.

Si emptor pretio ſuſcepto fidem ruperit.

7. Iidem AA. Gerontio.

CUm per eos qui negotia tua gerebant, olei materiam te comparaſſe, contractuſque fidem pretio ſuſcepto rupiſſe venditorem proponas: ſi quidem ex empto, his qui juri tuo ſubjecti fuerant, contrahentibus: tibi quæſita eſt actio, vel per te, [vel per eum] cui mandaveris: ſin [30] vero ſui juris conſtituti, ſecundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt, ac ſibi empti quæſierunt actionem; per eos vel quibus [31] illi dederint mandatum, adi competentem judicem: qui ſecundum bonam fidem [32] quæ in hujuſmodi contractibus obſervari ſolet, ſatisfieri providebit.

De eo, qui pecunia aliena vel communi emit.

8. Iidem AA. Valentinæ.

QUi aliena pecunia comparat, non ei cujus nummi fuerunt, ſed [33] ſibi tam actionem empti, quam dominium, ſi ei fuerit tradita poſſeſſio, quærit. Cum itaque de rebus communibus [34] fratrem patruelem tuum quædam comparaſſe contendas: de tua pecunia hunc conveniendo, facies conſultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non competit.

De dominio in non numerantem transferendo, & de abſentibus.

9. Iidem AA. Rufinæ.

NIhil prohibet, altero pecuniam numerante, in alium vel utriuſque contrahentis conſenſu, vel certe venditore tantummodo volente dominium transferri, eo etiam manifeſte conſtituto, ut inter abſentes [35] per mediam perſonam, veluti per nuntium [36] vel per epiſtolam, talis contractus perfici poſſit.

TIT. LI.

DE REBUS ALIENIS [37] NON ALIENANDIS [38], ET DE PROHIBITA RERUM ALIENATIONE, VEL HYPOTHECA.

De re aliena vendita.

1. Imp. ALEXAND. A. Cantiano.

SI [39] Præſidi provinciæ probatum fuerit, Julianum nullo jure munitum ſervos tuos ſcientibus [40] vendidiſſe: reſtituere tibi emptores ſervos jubebit. Quod [41] ſi ignoraverint, & eorum facti ſunt, pretium [42] eorum Julianum tibi ſolvere jubebit.

Si marito rem uxoris diſtrahente, ea inſtrumentum ſignaverit.

2. Imp. GORD. A. Græciæ.

DIſtrahente [43] marito rem tui juris, ſi conſenſum ei non accommodaſti: licet [44] ſigillo [45] tuo venditionis inſtrumentum fraude [46] conquiſita ſignaveris, hujuſmodi tamen commentum emptori uſucapione [47] non ſubſecuta, vel longi [48] temporis præſcriptione minime munito, nullam præſtitiſſe ſecuritatem poteſt.

De herede.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Valeriano.

VEnditrici ſuccedenti [49] hereditario jure perfectam recte venditionem reſcindere, ac dominium revocare non licet. † Sed & ſi hæc ex perſona

quam ſit ei venditum. 1 Paul. 2. *ſent.* 17. §. 9. de fructibus alias dixi. adde *l.* 13. §. 10. §. 18. *ff. h. t. l.* 31. §. 6. *ff. de ædil. edict.* 2 *l.* 13. §. 22. *l.* 38. §. 1. *ff. h. t. l.* 40. §. 1. *ff. de cond. & demonſt.* 3 Et re vobis violenter ablata. *Synopſ. h. t. cap.* 65. & 3. Harmen. 9. *cap.* 64. 4 De vi emptori illata venditor non tenetur: hoc eſt, emptor cui per vim res ablata eſt, nullam eo nomine adverſus venditorem actionem habet. *Synopſ. &* Harm. *d. l.* ſicuti, nec de injuria ei illata. *l.* 51. *ff. de evictionib.* nec de caſu, aut vi regia, *du faict de Prince. l.* 11. *ff. de evictionib.* ſed nec de eo quod ei ablatum alio quam per ſententiam modo. *l.* 57. *ff. d. tit.* 5 Poſſeſſionem repetimus per interdictum unde vi. 6 Actionis promiſſæ. Cujac. 17. *obſerv.* 6. actionis, inquam. *l.* 1. §. 4. *in fin. ff. uti poſſid.* forte in factum. *l.* 4. §. 2. *ff. de damn. infect. l.* 3. §. 2. *ff. ne vis fiat.* vel incerti. Utriuſque enim & interdicti & actionis, idem effectus, licet formula diverſa. v. Cujac. 5. *obſ.* 17.

7 10. *Synopſ.* 15. 8 Puta uxoris. *l.* 1. *l.* 5. filiorum in poteſtate. *l.* 2. defuncti. *l.* 3. ſororis. *l.* 4. mariti. *l.* 6. J. *h. t.* 9 Puta communi. *l.* 8. J. *l.* 4. S. *commun. utriusque.* mandatoris. *l.* 5. J. 10 Et ita uxoris ementis. *l.* 5. J. 11 Res ejus eſſe videtur, non cujus pecunia, ſed cujus nomine empta eſt. Paul. 2. *ſentent.* 17. §. 15. cujus nomen in inſtrumento emptionis continetur. *l.* 21. S. *de probat.* vide *l.* 8. J. 12 Accurſius videtur legiſſe *ſimiliter.* Similiter (inquit) negotiorum geſtorum actione, ſi geſta negotia: mandati, ſi ex mandato &c. 13 Parens fruſtra aliquid comparat filio in poteſtate poſito, ut ei adquirat dominium: nam quod filio in poteſtate poſito adquiritur, patri adquiritur. Sed tamen inutilis illa emptio convaleſcit, ſi rem emptam filio jam emancipato tradidit. adde *l.* 16. *ſupr. de probat.* 14 Vide *l.* 2. J. *de adquir. vel omitt. hered.*

15 Non ei, qui numeraverit pretium, ſed ei, cujus nomine res empta eſt, rei dominium adquiritur: id eſt, miniſtro numerationis pretii res empta non adquiritur a ſuo domino.

16 Simulate ſcil. 17 Recte hoc additum eſt. Nec enim præſumitur ſimulatio, niſi probetur. Proinde cum duæ res hic pro pupilli matre faciant: puta, quod fundus ejus nomine emptus reperitur, & emptionis titulo penes ſe habeat, filius non præſumitur rei dominus, niſi ſimulationem contractus probaverit. 18 Tenor inſtrumenti non juvat recitantem, vel tabellarium, ſed eum tantum quem tenor ſcripturæ deſignat. *l.* 21. *ſupr. de probat.*

19 Si vir nomen uxoris emptioni accommodaverit. 20 Is cujus nomen ſimulatæ emptionis inſtrumento adſcriptum eſt, rem emptam alteri donare non poteſt. 21 Ineſt tacite hæc conditio omnibus reſcriptis. *l.* 7. S. *de diverſ. reſcript.* 22 Fructus veniunt in actionem rei vindicationis. 23 De taxatione vide quæ notavi ad *l.* 6. *ff. ut legat.*

24 Res ejus continuo non eſt, qui pecuniam numeravit. Notandus eſt hic caſus. Uxor emit ſuo nomine, vir pecuniam numerat, res traditur uxori. Cujus eſt res? uxoris. Marito tamen tenetur de pretio, *ut hic. Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 15. *cap.* 6. 25 Qui quid ſuo nomine ex alterius pecunia comparat, & quantum ex ea re locupletior factus eſt, & id quo alter pauperior factus eſt, reſtituere debet. 26 Maritus rem emit, res marito traditur, contractus emptionis, uxoris nomine concipitur. Cujus eſt res? mariti. Cur ita? quia conſtat ab initio maritum proprium negotium gerere voluiſſe. 27 Veritas rei ſcriptura potior. 28 Maritus rem ab initio comparat uxoris nomine: cui res quæritur? ne dicas marito: quia uxoris nomine adſumpto contraxit; ne dicas uxori, quia alteri nemo ſtipulari poteſt. Cuinam igitur? ei cui prius poſſeſſio a dominio tradita fuerit: uxori vel marito ſc.

29 In dominii quæſtione illa potior habetur, cui poſſeſſio tradita eſt a vero domino.

30 Non tantum ſui juris conſtituti, *ut hic:* ſed in poteſtate conſtituti, ut liberi, procuratorio munere fungi poſſunt. S. *h. t. ibi, qui juri tuo ſubjecti.* adde *l.* 8. *in fin. princ. ff. de procuratorib.* Procurator mandatoris poteſtati ſubjectus, mandatori non ſibi actionem adquirit: ſui vero juris procurator ſibi actionem adquirit: per eum tamen ejuſve ſubſtitutum dominus agere, & rem petere poteſt. 31 Procurator alium ſuo loco poteſt ad agendum ſubſtituere. 32 Eſt enim emptio contractus bonæ fidei. 33 Aliena pecunia quod comparatur, fit comparantis, non ejus cujus fuit pecunia. facit *l.* 1. S. *h. t. l.* 9. J. Paul. 2. *ſentent.* 17. §. 15. *l.* 21. *ſupr. de probat.* vide Socinum *reg.* 141. Fallit id in pecunia militis. *l.* 8. S. *de rei vindicat.* minoris. *l.* 3. J. *arbit. tut.* uxoris ſeu dotali. vide *l.* 54. *ff. de jure dot.* 34 Res emptæ communi pecunia, non ſunt communes. *l.* 4. *ſupr. comm. utriusque jud.* 35 *l.* 1. *in fin. ſupr. de contrah. empt. l.* 2. §. 2. *ff. de obligat. & actionib.* 36 Abſentes emimus, vel per epiſtolam, vel per nuntium: nudum enim miniſterium præſtat nuntius. *l.* 15. *ff. de conſtit. pecun.* fungiturque epiſtolæ vice, ut & e contra, epiſtola mutus eſt nuntius. Inde volunt, nuntium in perſonam domini verba concipere: procuratorem vero in perſonam ſuam domino nominato. Bald. ad *l.* 6. *ſupr. h. t.*

37 *l.* 3. *ſupr. de rei vindicat. l.* 5. J. *de adquir. vel omitt. poſſeſſ. l.* 28. *ff. de contrah. empt. l.* 11. *ff. de reg. jur.* 38 Vide libros duos ſingulares Pulvæi *de prohibita rei alienæ diſtractione.* Mod. 39 Alienam rem qui ſciens emit, nunquam fit ejus dominus: ſin ignorans emit, ipſe quidem uſucapit, verum is qui rem vendidit, domino tenetur. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 8. *c.* 66. & 3. Harmenop. 3. §. 29. & *l.* 2. §. *ſi ſervus* 13. *l.* 7. §. *qui bona fide* 4. *ff. pro emptore.* 40 Sciens rem alienam, eam non adquirit. 41 Scienter emens rem alienam, eam non uſucapit; quin reſtituere eam domino cogitur: ignoranter emens, uſucapit. Conſultum eſt tamen domino adverſus venditorem pretii nomine. 42 Re præſcripta, pretium a venditore condicitur: ut quod ſuccedat loco rei. Bald. *l.* 19. *ſupr. de negot. geſt. l.* 3. *in fin.* S. *de rei vindic. l. ult. ff. de negot. geſt.* vide Wurmſ. 1. *pract.* 31. *cap.* 7. 43 Maritus rem uxoris (μὴ προικιμαῖον, ἀδιατιμητὸν, hoc eſt, non dotalem, inæſtimatam. Scholiaſtes *Synopſ.* 19. *tit.* 8. *c.* 68.) vendidit: uxor decepta a marito venditionis inſtrumentum ſignavit, quæritur utrum ſibi præjudicet mulier? non præjudicat: nam adhuc (ſoluto ſcil. matrimonio, vel marito ad inopiam redacto. *d. Scholiaſtes.*) emptori vel uſucapione (ſi res mobilis vendita ſit. *d. Scholiaſtes.*) vel longi temporis præſcriptione (ſi res ſit mobilis, *d. Scholiaſtes.*) opus eſt. *Synopſis ibid.* adde 3. Harmen. 3. *cap.* 65. Quid ſi conſenſum præſtitit mulier? rata eſt venditio: niſi fundus fuerit dotalis. Porro mulier a marito ita decipi potuit, ſi mulieri chartam unam pro alia ſubſignandam obtulit. *dict. Scholiaſtes.* 44 Conſentire videtur alias inſtrumento, qui ſigillum ſuum ei adponit. 45 Vide *l.* 126. §. 2. *ff. de verb. obligat.* Signans igitur per errorem actum vel inſtrumentum, id confirmare non intelligitur: alias præſumitur inſtrumentum confirmare, qui ſignum ei apponit. *l.* 26. §. 1. *ff. de pignor. & hypoth.* quin ſigno nonnunquam ipſam poſſeſſionem adprehendimus. *l. quod ſi.* 14. §. 1. *ff. de periculo.* 46 Vide exemplum *l. ult. ſupr. plus valere quod agitur.* 47 Vide *l.* 3. J. *de præſcr. longi tempor.* 48 Vide *l.* 19. J. *de evictionibus.* 49 Filius factum patris mutare non poteſt: vel ita, heres non poteſt revocare factum defuncti, ſi vult eſſe heres. *l.* 14. *ſupr. de rei vindic. l.* 7. J. *de liberal. cauſ. l.* 73. *ff. de evictionib.* Eodem modo heres neceſſe habet ſtare ei inveſtituræ quam pater fecerit. *l.* 7. *Cod. Longobard. de ult. volunt.* 4. *Feud.* 70. Quid ſi pater legitimæ filii onus impoſuit? Filius non cogitur onus illud ſuſtinere. *Authent. Noviſſima, & l. omnimodo.* 30. *ſupr. de inoffic. teſtam. Novell.* 17. *cap.* 1. cum legitima filiis debeatur legis, non ſolius parentis voluntate, eamque ut ſibi debitam a patre accipere videtur, non titulo

ſua

sua vindicet: vel exceptione te doli mali, si hanc viam elegeris tueri, vel evicta re si defensione monstrata uti nolueris, quanti tua interest, poteris experiri.

De matre, quæ rem filii in solutum dedit.

4. Iidem AA. Affabili.

MAncipia patris, qui fundum a Philippo conduxerat, successione tibi quæsita, domino fundi pro debitis [1] in solutum mater tua dando, nihil [2] tibi auferre potuit. Ideoque si tu major vigintiquinque annis effectus ab ea negotium gestum non fecisti ratum [3]: oblato debito, si [4] non hæc locator jure pignoris sibi obligata vendidit, petere poteris.

Si pater fundum filii emancipati vendiderit.

5. Iidem AA. Ægro.

SI fundum tuum pater post emancipationem te non consentiente venundedit, neque ei successisti [5], neque possidens longi [6] temporis præscriptione munitus est: tibi agenti eum Rector provinciæ reddi efficiet.

De re aliena vendita.

6. Iidem AA. Rufo.

NEmo res ad te pertinentes, non obligatas [7] sibi, nec ex officio [8] vendendi potestatem habens, distrahendo quicquam tibi nocere potuit.

De prohibita alienatione.

7. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P.P.

SAncimus, sive [9] lex [10] alienationem inhibuerit, sive testator [11] hoc fecerit, sive pactio [12] contrahentium hoc admiserit, non solum dominii [13] alienationem [14], vel mancipiorum manumissionem [15] esse prohibendam, sed etiam ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris [16] nexum penitus prohiberi. Similique modo, & servitutes [17] minime imponi, nec emphyteuseos [18] contractum, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiserit.

TIT. LII.

DE COMMUNIUM [19] RERUM ALIENATIONE.

Ratione communionis potest fiscus totam rem efficaciter vendere: secus in privato, etiamsi pretium in fisci utilitatem convertat. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Apollodoro.

SI [20] nulla usucapionis prærogativa, vel diuturni silentii præscriptio emptorem possessionis, quam a coheredibus [21] patrui tui distractam suggeris, pro portione tua munit: in rem actio incolumis perseverat. At si receptum jus [22] securitatem emptori præstiterit, arbitrium est tibi liberum conveniendi eos, qui pro portione tua satis illicitam venditionem celebraverunt.

Qui vendit rem communem, non præjudicat consorti, nisi secuta usucapione, vel præscriptione. Bald.

2. Idem A. Terentiano.

MUltum interest, utrum coheredes tui possessionem communem distraxerunt; an vero fiscus [23], cum partis dominus esset, soliditatem juxta proprium [24] privilegium vendidit. Etenim si a fisco facta sit venditio: fidem ejus infringi, minime rationis est. Si vero coheredes [25] soliditatem vendiderunt: licet [26] emptor ab his delegatus, partem pretii fisco solverit, alteramque in cautionem deduxerit, tamen portioni tuæ ea venditio non potest obsistere.

Quando aliqua communia sunt pluribus ut singulis, unusquisque per se habet partis suæ alienandæ liberam facultatem. Bald.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Eusebio.

FAlso tibi persuasum est, communis prædii portionem pro indiviso [27], antequam communi dividundo judicium dictetur, tantum socio, non etiam extraneo posse distrahi.

Alienatio pro parte non valet. Bald.

4. Iidem AA. Ulpiano militi.

POrtionem quidem tuam militantis [28] frater tuus alienare non potuit: ejus autem partem pretio soluto tibi restitui postulare nec militari gravitati convenit.

Ubi res pro parte evincitur, pro parte debetur evictio. Bald.

5. Iidem AA. & CC. Olympiano.

SI major annis vigintiquinque veluti [29] propria nescienti [30] communia cum fratribus tuis prædia distraxisti, licet nullum instrumentum intercesserit, neque quicquam specialiter convenerit [31]: alienæ portionis evictione secuta, quanti interest, emptori solves.

TIT. LIII.

REM ALIENAM GERENTIBUS NON INTERDICI RERUM SUARUM ALIENATIONE.

Ratione officii male gesti non interdicitur venditio: sed cum sua causa res transfertur. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Publicæ.

NOn est interdictum tutoribus vel curatoribus, etsi ex eo titulo judicati debitores sunt constituti, cum sua [32] causa res suas alienare [33]. Potuit ergo [34] curator tuus fundum suum cum suo onere obligare fisco nostro: nam [35] & privato potuisset.

TIT. LIV.

DE PACTIS [36] INTER EMPTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS.

Propter moram ex pacto emptor arrhas perdit, & rem traditam restituere tenetur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Diotimæ.

SI ea lege [37] prædium vendidisti, *Ut, nisi intra certum tempus pretium fuisset exolutum, emptrix arrhas* [38] *perderet, & dominium ad te pertineret*: fides contractus servanda est.

De re retrovendenda.

2. Imp. ALEXANDER A. Charisio.

SI fundum parentes tui ea lege vendiderunt [39]; [*Ut*] [40] *sive ipsi, sive heredes* [41] *eorum emptori pretium quandocumque* [42], *vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur*; teque parato satisfacere, conditioni dictæ, heres emptoris non paret; ut contractus fides servetur, actio præscriptis [43] verbis, vel [44] ex vendito [45] tibi dabitur: habita ratione eorum, quæ post oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad adversarium pervenerunt.

penitus lucrativo, ut superior regula sit vera in eo, qui hereditatem a defuncto percepit sibi non debitam. 1 Id est, pro mercede debita fundi conducti. 2 *l.* 3. *supr. de rei vindic. l.* 11. *ff. de reg. jur.* 3 Ratihabitio inutiliter gesta conciliat. vide *l.* 60. *in fin. ff. de reg. jur.* 4 Creditor mancipia jure pignoris sibi obligata vendere potest. *l.* 1. *l.* 2. J. *si advers. vend. pign. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. J. *si antiquior creditor pignus vendiderit. &* J. *de distr. pignorum. l.* 4. *ff. de pignorat. action.* §. 1. *Inst. quib. alienare licet.* 5 Defunctus rem successuri potest alienare. alias filius potest patris facto contradicere, jure proprio, non hereditario. 6 *l.* 3. J. *de præscript. longi tempor.* 7 Res nobis obligatas ex pacto possumus alienare. *l. ult.* §. 1. J. *de jure domin. d. l.* 4. 8 Officii jure rem alienam vendere quis potest: veluti tutor, curator. *l.* 56. §. 4. *ff. de furtis.* executor judicii. *l.* 50. *ff. de eviction.* procurator specialis. *l.* 63. *ff. de procuratorib.* censitor. *l.* 5. *in fin. ff. de censib.* at non maritus. *princ. Inst. quibus alienare.* quia lex Julia fundum dotalem alienari vetat. 9 Lege, testatoris jussu: vel conventione partium, res inalienabilis effici potest. 10 Veluti favore ecclesiæ. *l.* 14. *supr. de Sacros. Eccles. Novell.* 7. *c.* 1. *vers. Alienationis.* dotis. *pr. Inst. quibus alien. non licet.* minoris. *l.* 1. *ff. de rebus eorum.* 11 Testator rei alienationem prohibere potest. *l.* 7. J. *de admin. & peric. tut. l.* 4. J. *de fideicommiss. l.* 7. J. *de testam. manumiss. l.* 2. J. *qui non possunt ad libertatem pervenire. l.* 77. §. 27. *ff. de leg.* 2. *Nov.* 119. *c.* 11. *Nov.* 120. *c.* 9. Prohibitio hujusmodi num effectum in infinitum tempus obtinet? Non obtinet: sed ad quartum tantum gradum ejus, qui alienare prohibitus est. *Novell.* 159. *c.* 2. *vers. Quod autem. in verbis: Post quatuor.* Prohibitio autem alienationis fit, aut ratione personæ, aut rei respectu. 12 Vide J. *si mancipium ita fuerit alienat. ut manumitt. vel contra.* adde *l.* 61. *ff. de pact.* 13 Alienare non tantum is intelligitur, qui dominium alienat, sed etiam qui manumittit, qui dat in usumfructum, qui dat hypothecæ vel pignori, qui servitutem imponit, qui dat in emphyteusim. 14 Vide Rip. *ad l. filiusfam.* §. *divi. ff. de leg.* 1. Tiraq. *post leges connub. in gl.* 5. Jason. *ad l. ita stipulatus. col.* 10. *in fin. n.* 17. *ff. de V. O.* Fab. de Monte *in tractat. de empt. & vendit.* 22. *q.* 4. *p.* 2. *n.* 11. Mod. 15 Manumissio est alienatio. *l.* 9. §. 1. *ff. de autor. tutor.* 16 Argumentum observa: Qui non potest alienare, idem nec pignori dare potest. Et tamen, qui emere prohibetur, pignori accipere non prohibetur. *l.* 24. *ff. de pignoribus.* Goth. Hypothecæ constitutio, & pignoris datio alienationis appellatione continentur. *hic.* Facit quod jus in re alteri constituatur. *l.* 1. *ff. de pign. act. l.* 17. §. 1. *D. de pactis. l.* 1. *l.* 18. *ff. de pignor. & hypothec.* vide etiam *l.* 28. *D. de V. Sign. l. ex hac.* §. 2. *ff. de alienat. jud. mutand. caus. fact. l.* 1. 2. 3. *ff. de religios. l.* 67. *ff. de V. Sign.* Ans. 17 Fit enim servitutis constitutione deterior fundus. 18 Sed nec in feudum dare. vid. Cujac. 2. *Feud. tit.* 4.

19 De communi, *Hal.* Communes sunt res, quas cum cohæredibus, sociis, fratribus & similibus communes habemus: in quibus cohæres, socius, frater vel similis partem aliquam habet. 20 Socius rem communem, totam prorsus, non recte vendit. Itaque socius alter, si emptor, necdum dominus factus sit usucapione vel præscriptione, in rem agere poterit. *Synopsis Basilic.* 19. *tit.* 4. *cap.* 73. 21 Vendens rem communem non præjudicat socio, quin partem suam possit vindicare, nisi si res sit usucapta vel præscripta: tunc enim potest contra socium agere ad pretium. *Salicet.* adde quæ notavi ad *l. ult. ff. pro dote.* 22 Id est, usucapio vel præscriptio. 23 Fiscus si rem communem vendiderit, emptorem in solidum dominum facit, quamvis enim prorsus rem alienam vendiderit, (ut ex Institutionibus disci potest, §. *ult. Inst. de usucap.*) dominum facit emptorem: tenetur tamen ei qui jus dominii, vel hypothecæ in illa re habere se dicit, & quidem intra quadriennium. Quod autem alienæ rei pretium ad fiscum pervenerit, id venditionem firmam ratamque facit, Tunc enim hoc privilegium fiscus habet, quum speciali privilegio rem ipsemet vendidit. *Synops. Basil. ibid. c.* 74. 24 Ut a privato res aliena solida vendi non potest, ita nec pars ejus, id est, communis. Potest tamen fiscus singulari privilegio rem communem vendere, eo scilicet effectu, ut qui ab eo rem communem emerit, statim securus fiat. vide *l. unic. C. de vendit. rer. fiscal. lib.* 10. *tit.* 4. 25 Privati scil. 26 Fiscus rem communem potest vendere, privatus non potest. Quid si privatus vendiderit, & pretium fisco per emptorem solverit. Idemne hic erit dicendum in fisco pretium rei communis percipiente, quod superius dictum est de fisco rem communem alienante, ejusque pretium accipiente? non idem est. 27 Indivisa res non tantum sociis, sed & extraneo vendi potest. vide *l.* 12. J. *de donat. l.* 1. §. *comm. divid.* potest & in feudum dari. 2. *Feudor.* 58. §. 2. donari. *d. l.* 12. legari. *l.* 5. §. 1. *ff. de legat.* 1. obligari. *l.* 1. *supr. h. t.* merito. Nam quod mihi cum alio commune est, quasi meum est. *l.* 46. *ff. de ritu nupt. l.* 5. §. 1. *ff. de legat.* 1. 28 Socius partem socii alienare non potest: multo minus & socii militis partem alienare poterit: ut hæc in milites fieri non possunt, ita miles socii partem alienatam, pretio quantumvis oblato, retrahere non potest. Vel ita: Socius communem rem totam si alienaverit, socius alter partem suam tantum recte vindicabit: at non eam quæ venditoris fuit: etiamsi socius miles sit, & partem socii venditam retrahere velit. *Synops. h. t. cap.* 76. 29 Prædia ut propria atque tua, quæ communia erant, ignoranti vendidisti, pars emptori evicta est: teneris emptori pro parte, in quod interest. 30 Aliud si sciens rem, communem emit. vide *l.* 27. J. *de evictionibus.* 31 De evictione, & ita evictionis nomine agitur, licet evictio non sit promissa. vide *l.* 6. J. *de evictionibus.*

32 Seu onere. *l.* 67. *ff. de contrah. empt.* 33 Et de his etiam testari. *l.* 17. J. *de admin. & peric. tut.* 34 Argumentum a venditione permissa, ad pignoris constitutionem observa. Qui potest alienare, potest pignorare. *l.* 18. *in fin. ff. de pignoratitia. l.* 9. §. 1. *ff. de pignor. & hypoth.* Valetne argumentum a contrario sensu, Non potest alienare, ergo nec pignorare? non valet. Conditio emphyteuseos vendi non potest, domino non denunciante. *l. ult.* J. *de jure emphyteut.* pignorari tamen potest. *l.* 16. *in fin. ff. de pignorat.* vide Cujac. 5. *Feudor. cap. Imperialem.* 35 Argumentum a privato ad fiscum, ut quod inter privatos jure liceat, id cum fisco facere sit permissum.

36 Adde *L.* 18. *D.* 2. *de in diem addictione*, (quo pertinet *l.* 7. J. *h. t.*) & *tit.* 3. *de lege commissoria.* quo pertinet *l.* 1. *l.* 3. J. *h. t.* 37 Vide Leonin. *emendat. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 1. Ans. 38 Pactum observa, Ut emptor arrhas amittat, si pretium intra certum tempus non solverit. *l.* 8. *ff. de leg. commissor.* 39 Hanc quoque legem repetiit Cagnolus. cæterum vide & Corasium *miscell. lib.* 3. *c.* 9. Covarruviam *var. resol. lib.* 1. *c.* 9. & *c.* 15. Rainaldum Corsum *lib.* 2. *indagat. c.* 10. Zoannettum *rerum quotid. c.* 45. Tiraq. *de utroque retractu tit.* 2. Jason. *ad l. nemo potest. n.* 12. *de leg.* 1. Angel. *cons.* 199. Crav. *cons.* 156. rursus Jason. *ad l. si ita quis promiserat.* §. *Seja. n.* 10. *ff. de verb. oblig.* Fab. de Monte *in tract. de empt. & vend. in* 7. *quæst. princ. n.* 1. Socin. *ad l.* 1. §. *sed quoties. ad SC. Trebell.* Aret. *ad* §. *præterea. n.* 24. *Instit. de Except.* Mod. 40 Pacisci possumus, ut res nobis retrovendantur: seu ut eodem pretio nobis transcribantur. *l.* 12. *ff. de præscript. verb.* Goth. Vide Donell. *de præscript. verb. cap.* 2. *n.* 2. Zanger. *de Except. part.* 2. *c.* 2. *num.* 114. Ans. 41 Retrovenditionis pactum ad heredes extendi potest. 42 Indefinita vox satis ostendit, pactum de retrovendendo certo tempore non circumscribi. 43 *dict. l.* 12. vide ad hunc locum Forcatulum *Dialog. Necyomant.* 44 Duas actiones dari observa ex hoc pacto in continenti apposito. *l.* 6. J. *de rerum permutat. l.* 9. J. *de donat.* 45 In quod interest.

De lege commissoria.

3. Idem A. Felici militi.

QUi ea lege prædium vendidit [1], *Ut nisi reliquum* [2] *pretium intra certum tempus restitutum esset, ad se reverteretur:* si non precariam [3] possessionem tradidit, rei vindicationem non habet, sed actionem ex vendito.

Qui elegit viam contractus, non potest reassumere viam pœnitentiæ & distractus. Bald.

4. Idem A. Juliano.

COmmissoriæ venditionis legem exercere non potest [4], qui [5] post præstitutum pretii solvendi diem, non vendicationem rei eligere, sed usurarum pretii petitionem sequi maluit.

De usuris.

5. Imp. GORDIANUS A. Longino.

INitio [6] venditionis si pactus es, *Ut is, cui vendidisti possessionem, pretii tardius exoluti* [*tibi*] *usuras pensitaret:* non immerito existimas etiam eas tibi, adito Præside [provinciæ], ab emptore præstari debere. Nam si initio [7] contractus non es pactus, si cœperis experiri, deberi ex mora duntaxat [8] usuras, tam ab ipso debitore, quam ab eo [9], qui in omnem causam empti suam fidem adstrinxit, de jure postulabis.

Si pactum non servetur.

6. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Rimulo.

CUm te fundum tuum certæ [10] rei contemplatione inter vos habita, exiguo pretio in alium transtulisse commemores, poterit tibi ea res non esse fraudi: quando non impleta [11] promissi fide, dominii tui jus in suam causam reverti [12] conveniat. Et ideo aditus competens judex, fundum cujus mentionem facis, restitui tibi cum [13] fructibus suis, sine ulla ludificatione, sua auctoritate perficiet: præcipue cum & adversa pars receptis [14] nummis suis, nullam passa videri possit injuriam.

De pacto, Ut intra certum tempus restituto pretio sit res inempta.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Musæo.

SI a te comparavit is, cujus meministi, & convenit, *Ut si* [15] *intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inempta,* remitti [16] hanc conventionem rescripto nostro non jure petis. Sed si se subtrahat [17], ut jure dominii eandem rem retineat: denunciationis [18] & obsignationis depositionisque remedio contra fraudem potes juri tuo consulere.

De conventione servanda: de posteriore pacto.

8. Iidem AA. & CC. Auxanoni.

TEmpore contractus inter emptorem & venditorem habitam conventionem, integram servari, si ab ea posteriore [19] pacto non recedatur; certum est [20].

De pacto, Ne liceat novo domino rem humano juri eximere.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI quis ita paciscatur in venditionis, vel alienationis contractu, *Ut* [21] *novo domino nullo modo liceat in loco vendito, vel alio modo sibi concesso, monumentum extruere, vel alio modo humano juri eum eximere:* Sancimus, licet hoc apud veteres [22] dubitabatur [23], tale pactum ex nostra lege esse fovendum, & immutilatum permanere. Forsitan enim multum ejus intererat, ne ei vicinus [24], non solum quem nollet, aggregaretur, sed [etiam] pro quo specialiter interdictum est. Cum etenim venditor, vel alter alienator non alia lege jus suum transferre passus est, nisi tali fretus conventione: quomodo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione?

TIT. LV.
SI SERVUS EXPORTANDUS [25] VENEAT.

De manus injectione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Petroniæ.

L*Ege* venditionis exportata mancipia *sub denunciatione* [26] *manus injiciendæ,* libertatem ab emptore [27], vel qui successit in locum ejus, antequam fides rumpatur, accipere possunt. Quæ tamen a fisco [28] post manumissionem vindicantur, & in perpetuam servitutem eadem lege veniunt, cum in his civitatibus conversantur, quas contrahentes exceperunt: Ante manumissionem vero injiciendæ manus facultas non denegatur, atque ideo non petuntur in publicum.

Pœna conventionali debet quis esse contentus: nam legalis applicatur fisco. Bald.

2. Iidem AA. Nedieno.

S*I, ut* [29] *manus injectionem haberes,* cavisti tibi: jure tuo uti potes. Quod si hoc omisisti, & pœnam stipulatus es: homo quidem fisco commissus est, tu vero nactus es ex stipulatu actionem. In omnibus tamen quæritur, an [30] domini voluntate in locum prohibitum venerit.

De manumissione.

3. Imp. ALEXAND. A. Nonio.

ANcilla, quæ exportanda veniit, nec exportata est, sed ab emptore in eadem civitate morante empta, & manumissa est; adversus [31] legem venditionis libera fieri non potuit: & ideo aditus a te Procurator meus partibus suis fungetur.

Si quis a servis suis se venditum fuisse dicat.

4. Idem A. Papiæ.

MOveor, quod te a [32] servis tuis dominum eorum veniisse affirmas, sub ea lege, *Ne in patria moreris,* & ab eo, cui te emptor prior vendiderat, manumissum esse dicis: Quare competens Judex adversus eum quem præsentem esse dicis, cognitionem suam præbebit: & si veritas accusationis aderit, execrabile [33] delictum in exemplum capitali pœna vindicabit. Sed quoad usque [34] probaveris, quæ intendis, status tuus esse [is] videtur, qui in te post manumissionem deprehenditur.

De pacti interpretatione.

5. Idem A. Seraphiano.

QUi exportandus a domino de civitate sua venit, nec [35] in urbe Roma morari debet. Qui autem de provincia certa, nec [36] in Italia. Si itaque contra legem constitutam factum probare potes, utere jure quod propterea tibi competit.

TIT. LVI.
SI MANCIPIUM ITA VENIERIT, NE [37] PROSTITUATUR.

Vendita ne prostituatur, si contra fit, redit ad venditorem, nisi consenserit eam prostitui. Bald.

1. Imp. ALEXANDER A. Socrati.

PRæfectus urbi [38] amicus noster, eam quæ ita veniit, *Ut, si prostituta fuisset, abducendi* [39] *potestas esset,* ei cui secundum constitutionem divi Hadriani id competit, abducendi impertiet facultatem. Quod si [40] eum patientiam [41] accommodasse contra legem quam ipse dixerat, ut in turpi quæstu mulier haberetur, animadverterit: libertate competente secundum interpretationem ejusdem Principis, perduci eam ad Prætorem, cujus de liberali causa jurisdictio est, ut [ibi] lis ordinetur, jubebit. Nec enim tenor legis quam semel comprehendit, intermittitur, quod dominium per [42] plures emptorum [43] personas ad primum, qui prostituit, sine lege simili pervenit.

2. Idem A. Severo P. P.

MUlierem, quam ita venisse allegas, *Ne prostituetur, aut si prostituta fuerit, libera esset:* per officium [44] militare exhiberi apud Tribunal oportet: ut si controversia referatur [de] pacto, (quod tamen si verum est, libertas mulieri existente conditione competit) agatur causa apud eum cujus de ea re notio est. Hæc autem lex & [45] nisi tabulis venditionis inserta sit, quamvis [46] epistola, vel [47] sine scriptis facta ostenditur, valet.

3. Idem A. Aurelio.

EAm quæ ita venit, *Ne corpore quæstum faceret:* nec [48] in caupona sub specie ministrandi prostitui, ne fraus legi dictæ fiat, oportere.

1 Et tradidit scil. 2 Pactum valet ut res ad venditorem revertatur, si residuum pretium non solvatur. *Bald.* 3 Fundum tibi vendidi, & tradidi ea lege, ut eum precario a me possideres, quoad certa die solvisses residuum pretii. Residuum non est solutum? rem possum vindicare, quia precario a me possedisti. *l.* 15. §. 4. *D. de precar.* Quid si precarii clausula non fuit adjecta? mihi competet actio ex vendito. J. *h. t.* vide Cuj. 16. *obs.* 29. 4 Adi Cravettam *cons.* 151. *n.* 8. Paul. de Castro *ad l.* 1. *D. de donat.* Alexan. *cons.* 10. *vol.* 1. Curtium *cons.* 12. Salycet. *ad l. ea lege. de condict. ob caus.* Angel. *cons.* 199. Socin. *cons.* 253. Bart. *ad l. in diem. D. de aqua pluv. arc.* Petr. de Anchor. *cons.* 332. Mod. 5 Qui rei pretium, & pretii usuras maluit sequi, pacto legis commissoriæ uti non potest. *l.* 6. *in fin. l.* 7. *D. de leg. commissor. l.* 38. *vers. Dicebam. D. de minorib.* 25. *ann.* 6 Vide *l.* 13. S. *de pact.* 7 Usuræ in continenti contractus alicujus, non fœnebris. *l.* 1. *supr. de usur.* promissæ, debentur ex natura ejusdem contractus. *l.* 13. S. *de pactis. l.* 26. §. 1. *D. depositi.* Post contractum promissæ non ex pacto, sed officio judicis debentur. 8 Cum nec fructus perceperit. *l.* 16. *in fin. D. de usur.* 9 Id est, quam a fidejussore. *l.* 24. §. 1. *D. de usuris. l.* 18. *supr. mandati.* 10 Si substantiale pactum contractus non servatur, contractus rescinditur. Substantiale autem est, quod causam dedit contractui. *Bald.* 11 Vide Roland. a Valle 1. *cons.* 59. *num.* 7. 12 Imo non revertitur. *l.* 14. *supr. de rescind. vendit.* 13 *l.* 8. *in fin. princ. D. de pericul. & commod.* 14 Emptor receptis nummis suis nullam patitur injuriam a venditore. 15 Potest res ita vendi, ut refuso pretio intra certum tempus res venditori restituatur. *l.* 2. S. *h. t. l.* 1. J. *quando decreto opus non est.* Hujusmodi pactum Galli vocant, *Pact de remere, ou Faculté de reachapt.* 16 Id est, prorogari. Pactum redimendi, (de quo *l.* 2. S. *h. t.*) intra certum tempus venditori competit: neque Principis rescripto prorogari potest. 17 Emptor scil. 18 Venditor cui pactum redimendi intra certum tempus competit, emptori fugienti denunciando jus redimendi, obsignando & deponendo pretium, rem recuperat. *l.* 2. *in fin.* J. *de jure emphyt.* 19 Pactum pacto contrario tollitur. vide *l.* 3. S. *de rescind. vendit.* 20 Ratio dubitandi sumitur ex *l.* 48. *D. de pact.* 21 Nota genus pacti. 22 Pomponium intelligit autorem. *l.* 61. *D. de pact.* 23 Ea dubitatio hic sublata, & abrogatur. *l. pen. D. de pact.* 24 Vide quæ de vicino dixi ad *Novellam* 63. *cap.* 1.

25 Dixi ad titul. *de servis exportandis, L.* 18. *D.* 7. Solent plerumque domini ita vendere mancipia, vel quod ipsi venditores eadem lege servos emerint. *l.* 7. *D. h. t.* vel servorum odio, quorum conspectum ferre non possunt. Exportandus venit, qui ita venit ut ex loco venditionis amoveatur. Ea lege vendere Græcis est ἐπ' ἐξαγωγῇ. Demosthen. *in Timocratem:* Ælianus *in epist.* Dion. 54. id est, ἔξω τῆς πόλεως. Ulpian. Sic pœnæ causa servi ex urbe in villam ablegantur a dominis. *l.* 35. §. 3. *ff. de hered. instit.* adde *l.* 4. §. 9. *ff. de manumiss.* 26 Nota pactum, de quo *in l.* 2. *in princ.* J. *h. t.* 27 Emptor servum exportandum manumittere potest. Manumissus servus, si in locum emptionis reducitur, libertatem amittit, & fisco cedit. 28 Omne delictum fiscum habet ultorem. *Bald.* 29 Manus injectionem pacisci possumus, hoc est, ut ni pareatur legi contractus, rei a nobis venditæ manum injicere liceat. *l.* 1. *in princ. & in fin. supr. h. t. l.* 9. *ff. h. t. l.* 1. J. *tit. prox. l.* 20. §. 2. *ff. de manumiss. l.* 7. *ff. qui sine manumiss. l.* 10. §. 1. *ff. de in jus vocand.* 30 *l.* 1. *ff. h. t. l.* 16. §. 4. *ff. de public. & vectig.* 31 Contra pactum ancilla non potest manumitti. 32 Servi, qui dominum suum vendiderunt, capite plecti jubentur, *ut hic. Synopsis Basil* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 19. *tit.* 7. *c.* 14. 33 Execrabile delictum est, si dominus a servis suis venditus fuerit, & proinde qui id fecerint, capite plecti jubentur. 7. *Ecl.* 6. *ex lib.* 19. *tit.* 7. (*etiam* 17.) *cap.* 4. 34 Nemo præsumitur a suis venditus, nisi venditionem probaverit: non præsumitur atrox delictum nisi probetur. *l.* 51. *ff. pro socio.* 35 *l.* 5. *ff. h. t.* 36 Quæ ratio urbis Romæ ad cæteras: ea Italiæ est ad reliquas provincias. Interdicta civitate, interdicitur Roma: Interdicta certa provincia, interdicta quoque Italia censetur.

37 *l.* 1. § 8. *ff. de off. præf. urb. l.* 10. §. 1. *ff. de in jus vocand. l.* 7. *ff. de jure patron. l.* 6. *in fin. ff. qui sine manumiss. l.* 1. §. *similique modo.* 4. J. *de Latina libertate. l. si quis.* 56. *ff. de contr. empt. l. si venditor.* 6. *ff. de servis export.* 38 *d.* §. 8. 39 *l.* 2. *supr. tit. prox.* 40 Nemo potest remittere pactum, ubi remissio pacti continet delictum. *l.* 10. §. 1. *ff. de in jus vocand.* 41 Patientia sola plerumque delinquitur. Tenetur enim, qui ancillam prostitutioni eximere potuit, nec exemit. *l.* 7. *ff. qui sine manumiss.* 42 Per quascunque manus res ambulat, suam tamen conditionem servat. vid. *l.* 15. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 25. §. *si operas. D. de usufr. l.* 25. §. *perinde* 8. *D. de hered. pet.* 43 *l.* 7. *D. de jure patron.* 44 Judicis officium est, inquirere in delicta, etiamsi nullus sit accusator. 45 Id est, etiamsi non tabulis &c. unde colligunt, hanc pactionem valere interpositam ex intervallo. 46 Quamvis sine epistola. *Accurs.* 47 Quamvis epistola non sine scriptis. ita videtur legendum ex interpretatione Azonis. 48 *l.* 4. §. 2. *D. de his, qui notantur.* Prohibitum una via, altera non debet admitti. *l.* 21. §. 1. *D. de tutorib. & curat. datis. l.* 8. §. 5. *D. de cond. instit.*

TIT. LVII.
SI MANCIPIUM ITA FUERIT ALIENATUM, UT [1] MANUMITTATUR, VEL [2] CONTRA [3].

De pacto, Ut manumittatur.

1. Imp. ALEXAND. A. Patricensi.

SI Patroclus posteaquam te Hermiæ donationis [4] causa dedit lege dicta, *Ut si quindecim annis continuis servisses, ad libertatem perducereris, ita ut civis Romanus esses tempore peracto*: si modo Patroclus non [5] contrariæ voluntatis fuerit, aut [etiamsi] si jam decesserat, ad libertatem pervenisti: quoniam placuit non solum ad venditos, sed etiam [6] ad donatos eam legem, ut manumitterentur, pertinere. Nec [7] te potuit, semel translato dominio in Hermiam, postea alii Patroclus vendere: & ideo non de præstanda tibi libertate, quam ex constitutione jam fueras adeptus, litigare debuisti: sed libertatem quam obtinueras, defendere.

2. Idem A. Eutychiano liberto.

SI ea lege Crestes servum suum, sed naturalem [8] filium venumdedit, *Ut emptor eum manumitteret*, quamvis [9] non est manumissus, ex Constitutione [10] divorum Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum, liber est.

De manumissione inutili.

3. Idem A. Fulginio.

SI Justa Saturnino puellam nomine Firmam, agentem tunc annos septem, hac lege vendiderit, *Ut, cum haberet annos vigintiquinque, libera esset*: quamvis factum ab emptore præstandæ libertatis pacto non sit insertum; sed ut libera esset, expressum: tamen constitutioni [11] Divorum Marci & Commodi in semestribus [scriptæ] locus est: ideoque impleto vicesimoquinto anno Firma libera facta est: Nec obest ei, quod vicesimoseptimo anno manumissa est, quæ jam ex constitutione libera erat. Et is quem post [12] vicesimumquintum annum ex te conceptum enixa est, ingenuus est.

De mora.

4. Imp. GORDIANUS A. Jocundæ.

SI is qui pretium pro [13] te acceperat, *Ut statuto tempore [te] libertate donaret*, moram repromissæ libertati præstitit: ex [eo] tempore [te] liberam [14] esse effectam manifestum est, ex quo, cum [15] posset dari libertas, non est præstita: & ideo ex te natos, ingenuos videri procreatos, non incertæ opinionis est.

De pacto, Ne ad libertatem perducatur.

5. Idem A. Martino.

EA quidem mancipia quorum venditio eam legem accepit, *Ne* [16] *ad libertatem perducantur*, etiamsi manumittantur, nancisci libertatem non possunt. Neque enim conditio quæ personæ ejus cohæsit, immutari [17] facto ejus qui ea lege comparavit, potest. Nec tamen pœnæ exactio, si qua addita est conditioni non servatæ, justam exigendi tribuit causam. Qua igitur ratione te poterit revocare ad officium Procuratoris [18], qui eam legem venditioni dedit, perspici non potest: cum nec [19] in privatorum contractibus fiscus se interponere debeat, & literæ ad te missæ, personæ factum, (si non ipse manumiseris,) non contineant.

De pacto manumittendi non servato.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Rufinæ.

SI puellam ea lege vendidisti, *Ut* [20] *manumitteretur: & si manumissa non esset, centum* [21] *aurei* [22] *præstarentur*: non [23] servata fide, nihilominus eam raptam ex [24] vestigio servitutis ad libertatem, quæ præstari potuit, constitit: nec pecunia quasi rupta fide suscepta, recte petetur: cum, non [25] mutata venditoris voluntate, conditionis potestatem [26], post manumittentis factum [27] repræsentari, optima ratione placuit.

TIT. LVIII.
DE ÆDILITIIS [28] ACTIONIBUS.

1. Imp. ANTONINUS A. Decensio.

SI [29] non simpliciter, sed consilio fraudis servum tibi nescienti fugitivum [30], vel alio modo vitiosum quis vendidit, isque [idem] fugitivus abest, non solum in pretium servi venditorem conveniri, sed etiam damnum [31] quod per eum tibi accidit, competens judex (ut jampridem placuit) præstari jubebit.

2. Imp. GORDIANUS A. Penthilio.

CUm [32] proponas servum quem pridem comparasti, post anni tempus fugisse: qua ratione eo nomine cum venditore ejusdem congredi quæras, non possum animadvertere. Etenim redhibitoriam [33] actionem sex [34] mensium temporibus, vel quanto minoris, anno concludi, manifesti juris est.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Mutiano.

SI [35] apud priorem dominum fugisse mancipium non doceatur: fuga post [36] venditionem [interveniens] ad damnum emptoris pertinet. Sin autem venditor *non vitiosum* [37] *etiam in posterum fieri servum* temere [38] promiserit: quamvis hoc impossibile [39] esse videatur, tamen secundum fidem antecedentis [40], vel in continenti secuti pacti experiri posse non ambigitur. Posteriores [41] enim casus non venditoris, sed emptoris periculum expectant. Verum cum servum, quem comparaveras, ad eum [42] qui distraxerat, rediisse contendis, competens judex perspectis omnibus, pro repertæ rei qualitate proferre curabit sententiam.

4. Iidem AA. Falso.

SI prædium quis sub ea lege comparavit, *Ut* [43], *si displicuerit, inemptum sit*, id, utpote sub conditione venditum, resolvi, & redhibitoriam actionem adversus venditorem competere, palam est. † Idem observatur, & si pestibilis [44] fundus (id est, pestibiles [45] herbas [46], vel letiferas habens) ignorante emptore distractus sit: nam & in hoc [etiam] casu per eandem actionem, eum quoque redhibendum esse [constat.]

In redhibitoria actione debet probare emptor servum fugitivum esse. Salic.

5. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Nebridio P. V.

HAbito [47] semel bonæ [48] fidei contractu, mancipioque suscepto, & pretio soluto, ita demum repetendi pretii potestas est ei, qui mancipium comparavit, largienda; si [49] illud quod dixerit fugitivum, poterit exhibere. Hoc enim non solum in Barbaris, sed etiam [in] provincialibus servis jure præscriptum est. Dat. 3. Kal. Jul. CP. HONOR. & EVODIO V. C. CONSS. 388. sive 386.

TIT. LIX.
DE [50] MONOPOLIIS [51] ET CONVENTU [52] NEGOTIATORUM ILLICITO, VEL [53] ARTIFICIO [54] ERGOLABORUM [55], NECNON BALNEATORUM, PROHIBITIS, ET PACTIONIBUS ILLICITIS.

1. Imp. ZENO A. Constantino P. P.

JUbemus [56], ne quis cujuscunque vestis, vel piscis, vel pectinum [57] forte, aut echini [58], vel cujuslibet alterius ad victum, vel ad quemcumque usum pertinentis speciei, vel cujuslibet materiæ, pro sua autoritate, vel sacro jam elicito, aut in posterum eliciendo rescripto [59], aut pragmatica sanctione, vel sacra nostræ pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere: neve quis illicitis habitis conventionibus [60] conjuret, aut paciscatur, *Ut* [61] *species diversorum corporum negotiationis, non minoris quam inter se statuerint venundentur.* † Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi [62], aliorumque diversorum operum [63] professores & balneatores penitus arceantur pacta inter se componere, *Ut ne* [64] *quis, quod alteri commissum sit, opus im-*

1 *l. 3. ff. de servis export.* adde 19. *Eclog.* 17. & Cujac. 1. *obs.* 29. 2 Suetonius *in Augusto c.* 21. Barbaros crebrius, aut perfidiosius rebellantes non graviore unquam multatus est pœna, quam ut captivos sub lege venundaret, ne in vicina regione servirent, neve intra trigesimum annum liberarentur. 3 *l. 5. infr. h. t.* 4 Cujac. *d. loco. l. 8. ff. qui sine manumiss.* 5 vide *l. 6. in fin. J. h. t. & d. l. 8.* 6 vide Cujac. *d. loco.* Et ita constitutio favore libertatis disponens in venditione, trahitur ex interpretatione ad donationem. 7 *l. 56. ff. de contrah. empt.* 8 Vide quæ scripsi ad *Novell.* 78. *cap.* 4. *ad l. 5. ff. de præscr. verb.* 9 Quod non fit per hominem, lex interdum pro facto habet. *l. ult. J. h. t. l. 10. ff. de in jus vocand. l. 3. §. 2. ff. de legit. tutor. l. 84. §. 1. ff. de hered. instit. l. 8. in fin. ff. de jure patronatus. l. 3. ff. qui sine manumiss.* 10 Cujus meminit *l. 2. J. l. 7. §. 8. ff. de donat. int. vir. l. 3. ff. qui sine manumiss.* 11 De qua vide *l. 2. S.* 12 Quod ex ea quæ post annum vicesimum quintum manumitti debet, nascitur; ingenuum est: adde quædam ex Cujac. 10. *observ.* 21. *in fine.* 13 vide *l. 38. ff. de liberali caus.* vide Cujac. *d. loco.* 14 Qui post tempus libertatis matri necessario conferendæ nascitur, liber est. 15 Id quando committatur, vide *l. ult. ff. qui sine manumiss.* 16 *l. 7. J. de testament. manumiss. l. 44. §. 7. ff. de legat.* 1. *l. 9. §. 2. ff. qui & a quibus manumiss.* Theoph. §. 1. *Inst. de his, qui sunt sui.* adde *l. ult. supr. de rebus alien. non alien.* 17 Emptor legem rei venditæ impositam mutare non potest. 18 Fisci scil. 19 Procurator fisci cognoscit de causis inter fiscum & privatum. 20 Ἐπὶ ἐλευθερωθῆναι ἐμπροθέσμως, ut ad constitutum diem manumitteretur. *Synops.* 19. *tit.* 17. *cap.* 21. 21 *l. 20. §. 2. ff. de manumiss.* 22 Πρόστιμον, pœnam. *Synops. ibid.* 23 Si quis puellam vendiderit, ut ad constitutum diem manumitteretur, & si manumissa non esset, pœnam stipulatus fuerit, die cedente puella quidem manumittere, pœna vero peti nequit: cum pacti vis præstandam a venditore manumissionem importat. *Synopsis d. loco.* 24 Evestigio. 25 *l. 3. ff. de serv. export.* 26 Potestate manumittentis &c. Cujac. 16. *observ.* 24. 27 Lex interdum repræsentat quod ab actore fieri debet. dixi ad *l. 2. S. h. t.* adde quæ dixi ad *Nov.* 1. *c.* 1.

28 3. *C. Theod.* 4. dixi ad *L.* 21. *ff.* 1. adde Cujac. 9. *observ.* 3. *ubi de ædilitiis actionibus.* 29 Si quis servum fugitivum prius vendiderit, tam in pretium quam in damnum extrinsecus accidens convenitur: ut si mancipium aliud sollicitavit, aut re quadam subrepta aufugit. *Synops. Basil.* 19. *tit.* 10. *c.* 52. 30 *l. 13. §. 1. ff. de act. empt. l. 10. §. 2. ff. de evict.* 31 *l. 23. §. 1. ff. de ædil. edict.* 32 *d. l. 54. ff. h. t.* 33 Redhibitoria (Græci ἡ ἀναστρέφουσα τὸ πραθὲν ἀγωγή) sex mensium spatio, vel quanti minoris (ἡ μειοῦσα καὶ ἐλαττοῦσα τὸ τίμημα) anno excluditur. *Synops. illo loco.* 3. Harm. 3. §. 68. Currunt autem emptori sex menses, ex quo rei vitium cognovit, aut cognoscere debuit. Harmen. *ibid.* §. 69. 34 *l. 19. in fin. l. 55. ff. h. t.* 35 *l. 54. ff. h. t.* Magna in servo præsumptio est integritatis, si apud priorem dominum non fugit. 36 Fuga post venditionem interveniens ad emptorem pertinet, nisi venditor nunquam fugitivum fore servum repromisit, *ut hic*: vel nisi ante venditionem fugisse probetur. *Synopsis Basil.* 19. *tit.* 10. *cap.* 54. 37 Servus fugitivus, vitiosus. 38 Temere quod quis promittit, suæ temeritati imputare debet. 39 Qui promittit servum fugitivum non fore, rem pene impossibilem promittere intelligitur, promittit enim factum alienum: hinc ratio dubitandi sumitur in hac lege *ex §. 3. Inst. de inut. stip.* Ratio decidendi potest adferri in eo, Dominum sc. factum servi promittentem, obligari, æque ac si proprium factum promisisset. 40 Pacta contractum antecedere, & subsequi possunt. Vide *l. 27. ff. de pactis.* 41 vide *l. 1. & l. ult. supr. de pericul. & commod.* 42 Id est, ad venditionem. Si servus venditus ad venditorem revertitur, restituendus est. 43 *l. 31. §. 22. ff. h. t. l. 3. ff. de contrah. empt.* adde Roland. a Valle 2. *cons.* 62. *in fin.* Goth. Et si ædilitium edictum locum habet in immobilibus. *l. 1. & l. 49. ff. h. t.* Donell. *h. t. cap.* 2. Ans. 44 *l. 49. ff. h. t.* Cujacius legit, 16. *obs.* 24. pestilis fundus. Pestilis, id est, pestibulas, vel herbas lethiferas habens. Pestibulæ, natricum serpentumque pestes, ut loquitur Columella: conficto nomine ex peste, ut naustibuli, ex navi, auctore Festo. Odore solo fit pestilis locus. Vide quæ notavi ad *l. 2. §. 29. ff. ne quid in loco publico.* & ita Columell. 18. Serpentis odorem pestilentem esse. Ita pestilens ager Salapinorum, Cicero 2. *Agraria, quem vide.* 45 Pestibulas. Cujac. *d. loco, ut supr. h. t.* 46 *l. 19. §. 1. ff. locati.* 47 *Lege un. C. Theod. h. t. Synops. h. t. cap.* 6. 48 Quid si venditio non bona fide facta sit: & venditor sciens prudens servum fugitivum vendiderit? emptor a venditore pretium quidem recipit: præstare tamen cautionem duntaxat debet, ut si servum invenerit, eum reddat. Scholiastes *Synops. d. c. 56. l. 21. in fin. ff. de ædil. edict.* 49 Redhibitoria agens emptor, fugitivum exhibere & restituere debet.

50 Sensus apud Synopseos autorem hic est: De negotiatoribus, qui annonæ insidiantur, dum emunt & supprimunt merces, aut falsis ponderibus utuntur: & quod non liceat inter se pacisci de speciebus, ne minoris vendant, quam inter se statuerunt, & ne sint monopolia. 19. *Eclog.* 18. 51 *Monopolii* verbo utitur, & quidem Græco & deficiente Latino. Ita Suetonius *cap.* 71. scribit, Tiberium in Senatu abstinuisse sermone Græco: adeo ut *monopolium* nominaturus, prius veniam postularet, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Cæterum monopolium est, jus vendendæ certæ mercis, quod unus certive homines sibi vindicant permissu Principis, sub vectigalis onere. *Goth.* vid. Strach. *de mercatura. part.* 4. Jacob. Bornit. *de ærar. redit. lib.* 2. *cap.* 3. Ans. Adde Cujac. *lib.* 16. *obs. c.* 23. & *lib.* 10. *observ. cap.* 19. S. L. 52 Pars secunda tituli de conventibus, id est, conventionibus, & pactis negotiatorum illicitis. 53 Pars tertia tituli. 54 Vel artificum ergolaborumque. Cujac. *hic.* artificum ergolaborum. *Hal.* 55 Qui opus conducunt faciendum. 56 *Syn. Bas.* 19. *tit.* 18. *cap.* 1. 57 Ἡ κτενίς. *Ecl. d. loco.* Pectinum quibus uniuntur vel deducuntur capilli. Cujac. *hic.* Alii pectinis vocabulo piscis genus intelligunt, de quo Horat. 2. *serm.* 4. *Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum*: quod mihi fit verisimilius. 58 Ἡ χήνη. *Eclog. d. loco.* Cujac. hic videtur legisse *herinacei*, quorum cute vestes poliri notat, & in iis fraudem, & monopolium magnum lucrum invenisse, Plinius scribit *l. 8. c.* 37. 59 Monopolii jus privatus a Principe impetrare non potest. 60 Pars secunda tituli. 61 Monopolii forma hæc est. 62 Ἐργολάβοι, *Synops. ibid. c.* περὶ τεχνιτῶν ἢ ἐργολάβων. Iidem Græci ἐργολήπτας. *Pollux*: ἐργολαβοῦντες quibus contrarii ἐκδιδόντες. Gloss. ἐργολάβος redemptor, *ut ex l. 39. ff. de rei vind.* 63 Ἐργοδιδάσκαλοι, *Ecl. d. loco.* 64 *l. 12. §. 8. infr. de ædificiis privatis.*

pleat, aut *injunctam alteri ſolicitudinem alter intercipiat*: data licentia unicuique ab altero inchoatum & derelictum opus, per alterum ſine aliquo timore diſpendii implere, omniaque hujuſmodi facinora denunciandi ſine ulla formidine, & ſine judiciariis ſumptibus. † Si quis autem monopolium auſus fuerit exercere, bonis [1] propriis expoliatus perpetuitate damnetur exilii.

† Cæterarum præterea profeſſionum [2] primates, ſi in poſterum aut ſuper taxandis rerum pretiis, aut ſuper quibuslibet illicitis placitis, auſi fuerint convenientes hujuſmodi ſeſe pactis conſtringere, quadraginta librarum auri ſolutione percelli decernimus: officio tuæ ſedis quinquaginta librarum auri condemnatione multando, ſi in prohibitis monopoliis, & interdictis corporum actionibus commiſſas forte (ſi hoc evenerit) ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis condemnationes, venalitate interdum, aut diſſimulatione, vel quolibet vitio minus fuerit executum.

TIT. LX.
DE NUNDINIS [3] ET [4] MERCATIONIBUS.

1. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Probum P.P.

QUi exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam, vel veterum [5] indulto, vel noſtra autoritate meruerunt: ita beneficio reſcripti potiantur, ut nullum in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conveniant, vel in venalitiis [6] aut locorum temporali quæſtu & commodo privata exactione ſectentur, vel ſub prætextu privati [7] debiti aliquam ibidem [8] concurrentibus moleſtiam [9] poſſint inferre.

TIT. LXI.
DE VECTIGALIBUS [10] ET COMMISSIS [11].

De manumiſſione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Victorino.

SI [12] jure manumiſſus es, ante [13] quæſtionem commiſſi motam; ſtatum tuum vectigalis nomine convelli non eſt æquum.

De quinquennio elapſo, de re non exiſtente.

2. Iidem AA. Linuo.

NEque commiſſum, quod ante quinquennium [14] factum dicitur, ſi lite res anticipata [15] non eſt, vindicari poteſt: neque pro re quæ in commiſſi cauſam cecidit, ſi ipſa non exiſtat, nec dolo ſupprimatur, pretium peti poteſt [16].

De militibus.

3. Iidem AA. Ingenuo militi.

OMnibus militibus [17] noſtris proſpeximus, ne ob omiſſas profeſſiones pœna commiſſi tenerentur. Proinde depoſito hoc metu, ſi qua portoria debere te apparuerit, exſolve.

De licitatione.

4. Imp. CONSTANT. A. ad Rufum.

PEnes [18] illum vectigalia manere oportet, qui ſuperior [19] in licitatione exſtiterit: ita ut non minus quam triennii fine [20] locatio concludatur, nec ullo modo interrumpatur tempus exigendis vectigalibus præſtitutum. Quo peracto tempore, licitationum jura conductionumque recreari [21] oportet, ac ſimili modo aliis collocari. Dat. 10. Kal. Jul. CRISPO Cæſ. II. & CONSTANTINO CONSS. 321.

Pro quibus rebus vectigal ſolvitur, vel non.

5. Idem A. Menandro.

UNiverſi provinciales pro his rebus quas [22] ad uſum [23] proprium vel ad fiſcum inferunt, vel exercendi ruris gratia revehunt, nullum vectigal a ſtationariis exigant. Ea vero quæ extra prædictas cauſas, vel negotiationis gratia portantur, ſolitæ [præſtationi vel] penſitationi ſubjugamus: capitali [24] pœna propoſita ſtationariis [25], & [urbanis] militibus, & cæteris perſonis, quorum avaritia id tentari firmatur.

De æqualitate in publicis functionibus ſervanda, de navicularüs.

6. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Florentinum Comitem ſacrarum largitionum.

OMnium [26] rerum [27] ac perſonarum quæ privatam degunt vitam, in publicis functionibus æqua debet eſſe inſpectio. Hoc ideo dicimus, quia nonnulli privatorum elicitas [28] ſuffragio proferunt ſanctiones, quibus vectigalia, vel cætera hujuſmodi, quæ inferri fiſco moris eſt, ſibi adſerant eſſe conceſſa. Si quis ergo privatorum hujuſmodi reſcriptione nitatur, caſſa eadem ſit: Vectigalium enim non parva functio eſt, quæ debet ab omnibus, qui negotiationis ſeu transferendarum [29] mercium habent curam, æqua ratione dependi: [exceptis navicularüs, cum ſibi gerere rem probabuntur.] Dat. 10. Kal. Mart. VALENTINIAN. & VALENT. AA. COSS. 368.

De octava vectigalium nomine ſolvenda.

7. Iidem AA. & GRATIANUS A. ad Archelaum Comitem Orientis.

EX præſtatione vectigalium nullius omnino nomine quicquam minuatur, quin octavas [30] more ſolito conſtitutas omne hominum genus, quod commerciis voluerit intereſſe, dependat: nulla ſuper hoc militarium [31] perſonarum exceptione facienda.

De legatis.

8. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Palladio Comiti ſacrar. largit.

A Legatis gentium [32] devotarum, ex his tantum ſpeciebus quas de locis [33] propriis unde conveniunt, huc deportant, octavarii [34] vectigal accipiant: quas vero ex Romano ſolo, quæ ſunt tamen lege conceſſæ, ad propria deferunt, has habeant a præſtatione immunes ac liberas.

De vectigali alabarchiæ per Ægyptum, & Auguſtanicam.

9. Iidem AAA. eidem Comiti ſacrarum largitionum.

USurpationem totius licentiæ ſummovemus circa vectigal Arabarchiæ [35] per Ægyptum atque Auguſtaneam [36] conſtitutum, nihilque ſuper traductione animalium (quæ ſine prohibitione [37] ſolita minime permittenda eſt) temerarie per licentiam vindicari concedimus.

De vectigalibus ad anguſtiarum ſolatia quæſitis.

10. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Rufino P.P.

VEctigalia quæcunque quælibet civitates ſibi ac ſuis curiis ad anguſtiarum [38] ſuarum ſolatia quæſierunt, ſive illa functionibus curialium ordinum profutura ſunt, ſive quibuscunque aliis earundem civitatum uſibus deſignantur: firma his atque ad habendum perpetua manere præcipimus, neque ullam contrariam ſupplicantium ſuper his moleſtiam formidari.

De ſalibus.

11. Iidem AA. Lampadio P.P.

SI quis ſine [39] perſona mancipum [40] (id eſt, ſalinarum conductorum) ſales emerit, vendereve tentaverit, ſive propria audacia, ſive noſtro munitus oraculo: ſales ipſi [una] cum eorum pretio mancipibus addicantur.

De reſcriptis.

12. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Guſoni Comiti ſacrar. largit.

QUicquid contra vectigales largitionalium [titulorum,] vel pragmaticis, vel ſacris adnotationibus fuerit elicitum [41], effectu & viribus carere cenſemus.

Quibus vectigal penditur, & de jure locandi.

13. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Flaviano P.P.

EXceptis his vectigalibus quæ ad ſacrum patrimonium noſtrum quocunque tempore pervenerunt, cætera [42] reipublicæ civitatum atque ordinum, æſtimatis diſpendiis, quæ [pro] publicis neceſſitatibus tolerare non deſinunt, reſerventur: cum duas [43] portiones ærario noſtro conferri priſca inſtitutio

1 Monopolium exercentis pœna. 2 Profeſſionum primates, *les maiſtres jurez*, quaſi collegii judices. *l. ult. ſupr. de jurisdict. omnium judicum.*
3 *Nundinæ* quid, dixi ad *lib.* 50. *ff.* 11. 4 Nundinæ, celebriores mercatus: Mercationes, ſeu mercatus, parvæ nundinæ, *Aſſemblées*: vetitæ celebrari die dominico. 1. *legum Francicarum* 139. 5 Nundinæ πανηγύρεις, ſtatis temporibus fiunt eis locis in quibus eas habendi jus datum eſt, longa conſuetudine, vel beneficio Principis, vel ſenatus, vel conſulum: vel (ut eſt in Novella Valentiniani & Martiani *de ſiliquarum actionib.*) decreto ordinum, honoratorum, & civium præſente moderatore provinciæ. Ex his notari poteſt, quibus poteſtas jus nundinarum concedendi competat. quibus adde *l.* 1. *ff. h. t.*
6 Venalibus: ſenſus eſt, Ne quid exigatur ex mercibus, aut venalibus ſervis & ex quæſtu temporali locorum, in quibus exponuntur merces. 7 Nundinæ publicam habent ſecuritatem. vide Molin. *de uſuris, quæſt.* 3. *n.* 92. ut qui earum cauſa conveniunt, non interpellentur privati debiti cauſa. *l.* 3. *in fin. ff. de feriis.* publici tamen delicti cauſa poſſunt interpellari. *d. l.* 3. ut & banniti. *arg. l.* 4. *ff. de pœnis*: etiam injuſte. Bald. *hic.* ſed & rei criminum. *Novell.* 17. *c.* 7. adde *l.* 2. *verſ. Ei vero. in fin.* J. *de exhib. & transm.* 8 Et intra dies nundinarum, quos plures fuiſſe indicat *l.* 138. *ff. de verb. obl.* 9 Repræſaliarum ſeu clarigationis jus ceſſat nundinarum tempore. Bald. *hic.*
10 11. *C. Theod.* 11. & 56. *Ecl.* 4. &c. κλεπτοτελονήματος. 12. Harmenop. 3. *c.* περὶ λειτουργιῶν τελῶν καὶ κομμερκίου. dixi ad *L.* 39. *ff.* 4. Vectigal quid ſit, vid. *l.* 6. J. *h. t.* 11 Commiſſum, caſus mercium improfeſſarum apud publicanum. Pœna omiſſæ profeſſionis, publicatio mercium aut venalium improfeſſorum. *Goth.* Adde Boſſium *tit. de vectigalibus fol.* 395. *cum* 7. *tit. ſeq.* Fornerium *lib.* 1. *ſelect. c.* 20. Mod. 12 Qui ſuis ex mercibus aliquid celare voluerit, ne vectigal pendat, & deprehenſus fuerit, merces amittit. Similiter ſi ſervum celavit, dominium amittit. Sed ſi quis celatum ſervum manumiſit, poſtquam libertas ſemel competere cœpit, non amplius eum fiſcus vindicare poteſt. *Synopſ. Baſil.* 56. περὶ κλεπτοτελονήματος. *tit.* 4. *cap.* 1. 13 Servus improfeſſus manumitti poteſt ante quæſtionem commiſſi motam.
14 Pœna commiſſi præſcriptione quinquennii tollitur, ſeu elapſo quinquennio fiſcus vectigal commiſſum vindicare non poteſt vel commercium. Immo nec ante quinquennium ſi res non exſtat, nec dolo ſupprimitur, ſed forte periit. *Syn. ibid. c.* 2. 15 Id eſt, conteſtata.
16 Etiam intra quinquennium. vide Cujac. *c.* 24. *de præſcr.* 17 Militibus remittitur pœna commiſſi: non tamen ipſum portorium. *l.* 7. *in fin.* J. *h. t.* 18 4. *C. Th.* 11. *l. unic.*
19 *l.* 9. *ff. h. t.* 20 Locantur vectigalia in triennium: olim in quinquennium, ut ſcribit Varro 4. *de lingua.* 21 Retractari, renovari. 22 Nota, quarum rerum nomine vectigal non debeatur. 23 Imo eas profiteri oportet. *l.* 16. §. 3. §. 9. *ff. h. t. l.* 203. *ff. de verb. ſign.* Solve: aliud eſt profiteri, aliud vectigal ſolvere. Cogimur etiam profiteri ea, quæ vectigal non pendunt, alias (ut eſt in veteri inſcriptione,) Quod uſurarium invehitur, anſarium non debet. vide Cujac. 14. *obſ.* 3. 24 Capitale eſt, exegiſſe a provincialibus vectigalium cauſa plus quam ſtatutum eſt, *l. un. in fin. C. Theod. h. t.* 25 Stationarii & urbani milites, portitoribus & octavariis adſident, ut Dion. declarat 54. de quibus accipienda eſt lex 34. *in fin. ff. quib. ex cauſis major.* 26 *l.* 3. *C. Theod. de immun. conceſſ. lib.* 11.
27 Πάντα τὰ ἰδιωτικὰ πράγματα τελωνείσθωσαν &c. Omnium rerum privatarum nomine vectigalia exigantur, nec quiſquam ullo patrocinii modo ſanctionem proferat, quæ ipſum a vectigali liberet: ſed ſive negotiator eſt, ſive merces transferet (& ita diſtinguitur ἔμπορος καὶ ὁ μεταφέρων φορτίον) vectigal dependat: exceptis navicularüs. Nam hi, quum ſibi negotientur, a præſtatione vectigalis ſunt immunes. *Synopſis Baſil.* 56. *tit.* 4. περὶ κομμερκίου: *cap.* 6.
28 Immunitas vectigalium neque reſcripto quidem principis conceditur: vel ita, Nullus eſt immunis a vectigalium ſolutione, etiamſi ſuper immunitate proferat principis reſcriptum: quia præſumitur obreptitium. *Salicet.* adde *l.* 7. J. *h. t.* 29 Vectigal proprie onus eſt mercium quæ transferuntur, ſive ſint provinciales, ſive peregrinæ. *l. ult.* §. 7. *ff. h. t.* ſive in provinciam deferantur, ſive ad peregrinos: mercium, inquam, onus eſt, non mercatorum; nam & qui mercatores non ſunt, ſi quid mercis vehant, vectigal ſolvunt: plerumque in itinere. *l.* 21. *ff. de donat. int. vir.* plerumque in tranſitu pontis. *l.* 60. §. 8. *ff. loc.* In quibusdam pontibus pro tranſitu datur. Seneca *in ſapientem non cadere injuriam.* Gallis appellatur hoc vectigal *pontenage.* 30 Octava vectigalis exigitur per ſtationarios & urbanos milites, qui portitoribus & octavariis adſident feruntque ſuppetias. Inde octavarium vectigal. *l.* 8. J. *h. t.* Gallic. *le huictieſme.* adde quædam ex Cuj. de vectigalibus centeſimæ, quadrageſimæ. 6. *obſ.* 28.
31 *leg.* 3. S. *h. t.* 32 Τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν. 56. *Synopſ. tit.* 4. περὶ κομμερκίου. *c.* 8. & 2. Harmenop. 5. *c.* περὶ πρεσβευτῶν. id eſt, exterarum gentium. 33 Ἀπὸ τοῦ ἔθνους αὐτῶν. *Eclog. d. loco.* Harm. *d. l.* 34 vid. *l.* 7. *ſupr. h. t.* 35 Alabarchiæ, ita emendat Cujac. 8. *obſ.* 37. ſic in edicto Juſtinian. 11. τῷ κατὰ καιρὸν ἀλαβάρχῃ. *c.* 2. & paulo poſt, *c.* 3. πραιφέκτοις ἀλαβαρχίων. Joſeph. 17. δοῦται τῷ ἀλαβάρχῃ. & *lib.* 20. πῶς τῷ καὶ ἀλαβαρχήσαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, & Juvenal. *Satyr.* 1. inter quos auſus habere Neſcio quis titulos Ægyptius aut Alabarches. & ita Pompejus (Cujacius id refert ad Antonium) a Cicerone 2. *ad Attic.* 17. Alabarches dicitur (non Arabarches, quaſi Arabiæ partem ſubegiſſet, ut putat *ibid.* Manutius) eo quod gloriaretur ſe vectigalia populi Romani adauxiſſe. ἄλαβα enim Heſychio: τὸ μέλαν ᾧ γράφομεν. Alabarches magiſter eſt ſcripturæ. ſcripſi ad Varronem *ubi de aratione*, quæ fiebat paſcendi pecoris cauſa. Si quidem paſtores in ſaltibus publicis pecora paſcentes numerum capitum ſui pecoris apud publicanos profitebantur. vide Simonem Boſſium 2. *ad Attic.* 17. Sed tamen Cujacius ἀλαβαρχίαν interpretatur vectigal, quod pro transductione pecorum inferebatur: cui lex hæc mirum ad modum favet. Idem adjicit, Arabarchiæ vocabulum pro Alabarchia uſurpari, ut ἀργύλλιον, ἀλγύλλιον: φραγγέλλιον, φλαγγέλλιον. 36 Auguſtanicam
37 Præbitione. Præbitio ſolita, id eſt, vectigal Alabarchiæ. 38 Civitas quælibet vectigalia ſibi neceſſarias ad utilitates imponere poteſt. 39 Sal emere a conductoribus ſalinarum ſinguli cogebantur. Unde & in libris feudorum, inter regalia, ſalinarum reditus computantur. *tit. quæ ſunt regalia.* Salinas publicas intellige, nam privatis etiam ſalinas poſſidere licuit. vid. *l.* 4. §. 7. *ff. de cenſibus.* adde Cujacium 3. *obſ.* 31. 40 Publicani maximas familias in ſalinis habebant. *l.* 59. §. 1. *ff. de hered. inſtit. l.* 13. *ff. de publicanis. l.* 17. *in fin. ff. de verb. ſign.* vide Cujac. 7. *obſerv.* 4. *in fin.* Damnabantur etiam nonnulli ad ſalinas. *l.* 8. §. 8. *ff. de pœnis.* 41 *l.* 3. J. *tit. prox.* 42 Cæterarum. 43 Vectigalis ſoluti duas partes habet fiſcus: tertiam civitas ſeu municipium: niſi ſit vectigal Principi reſervatum. *Salic.*

diſpoſuerat :

diſpoſuerat: atque hanc tertiam jubemus adeo in ditione urbium municipumque conſiſtere, ut proprii compendii curam non in alieno potius quam in ſuo arbitrio noverint conſtitutam. Deſignatæ igitur conſortium portionis eatenus juri ordinum civitatumque obnoxium maneat, ut etiam locandi, quanti ſua intereſt, licentiam ſibi noverint contributam.

TIT. LXII.
VECTIGALIA NOVA INSTITUI NON POSSE [1].

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Victorino.

NOn quidem temere [2] permittenda eſt novorum vectigalium exactio, ſed ſi adeo tenuis eſt patria tua, ut extraordinario auxilio juvari debeat, allega Præſidi provinciæ, quæ in libellum contuliſti: qui re diligenter inſpecta, utilitatem communem intuitus, ſcribet nobis quæ compererit: Et an habenda ſit ratio veſtri, & quatenus, exiſtimabimus.

2. Iidem AA. Calliſtiano.

VEctigalia nova nec decreto civitatum inſtitui poſſunt.

3. Impp. GALLIEN. & VALERIAN. AA. Tuſco & aliis.

NOn ſolent nova vectigalia inconſultis Principibus [3] inſtitui. Ergo & exigi [4] aliquid quod illicite poſcatur, competens judex vetabit, & id quod exactum videtur, ſi contra rationem juris extortum eſt, reſtitui jubebit.

4. Imp. CONSTANT. A. ad Felicem P. P.

SI [5] provincialium noſtrorum querela de conductorum aviditate extiterit, & probatum fuerit ultra antiquam [6] conſuetudinem, & noſtræ [7] terminos juſſionis aliquid eos profligaſſe, rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur. Sub conſpectibus autem tuis vel eorum, qui tuæ gravitati ſuccedunt [8], licitationis cura ſervetur.

5.

ILlorum [9], qui publica ſive fiſcalia debent, omnia bona ſunt obligata.

TIT. LXIII.
DE COMMERCIIS [10], ET MERCATORIBUS.

De debitis penſionibus agnoſcendis.

1. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Julianum Comitem Orientis.

N*Egotiatores*, ſi qui [11] ad domum noſtram pertinent, potentiorum quoque homines [12] neceſſitatem debitam penſionum (ut honeſtas poſtulat) agnoſcere moneantur: ut per cunctos qui emolumenta negotiationibus captant, tolerabilis fiat agnoſcendæ devotionis effectus. Dat. 15. Kalend. Maji, *Conſtantinopoli*, DIVO JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

De barbaris.

2. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA. Tatiano Comiti ſacr. larg.

NOn [13] ſolum Barbaris aurum minime præbeatur: [ſed] etiamſi apud eos inventum fuerit ſubtili auferatur ingenio. Sed [14] ſi ulterius aurum pro mancipiis, vel quibuscunque ſpeciebus ad Barbaricum [15] fuerit tranſlatum a mercatoribus, non jam damnis, ſed ſuppliciis ſubjugentur. Et ſi id Judex repertum non vindicat; tegere, ut conſcius [16] criminoſa feſtinat.

De nobilioribus & de ditioribus.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro P. P.

NObiliores [17] natalibus [18], & honorum luce conſpicuos [19], & patrimonio ditiores, pernicioſum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium.

De Perſis.

4. Iidem AA. Anthemio P. P.

MErcatores tam imperio noſtro, quam Perſarum Regi ſubjectos, ultra [20] ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis convenit, nundinas exercere minime oportet: ne alieni regni (quod non convenit) ſcrutentur arcana. † Nullus igitur poſthac imperio noſtro ſubjectus, ultra Niſibin [21], Callinicum [22] & Artaxatam [23] emendi, ſeu vendendi ſpecies cauſa proficiſci audeat: nec præter memoratas civitates cum Perſa merces exiſtimet commutandas. Sciente utroque, qui contrahit, & ſpecies quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel comparatæ, ſacro ærario noſtro vindicandas: & præter earum rerum ac pretii amiſſionem, quod fuerit numeratum, vel commutatum, exilii ſe pœnæ ſempiternæ ſubdendum. Non defutura contra judices, eorumque apparitores, per ſingulos contractus, qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus, vel Perſa commeaverint. † Exceptis videlicet [his,] qui legatorum Perſarum quolibet tempore ad noſtram Clementiam mittendorum iter comitati, merces duxerint commutandas: quibus humanitatis [& legationis [24]] intuitu extra præfinita [etiam] loca mercandi copiam non negamus: niſi ſub ſpecie [25] legationis diutius [26] in qualibet provincia reſidentes, nec legati reditum ad propria comitentur. Hos enim mercaturæ inſiſtentes, non immerito una cum his cum quibus contraxerint, ſeu reſederint, pœna hujus ſanctionis perſequetur.

De numero collegiatorum, & ſubſtituendo aliquem in locum defuncti.

5. Iidem AA. Aëtio P. P.

CEſſante omni ambitione, omni licentia, quingentorum [ſexaginta trium] collegiatorum [27] numerus maneat, nullique his addendi, mutandive, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia: ita, ut judicio tuæ ſedis ſub ipſorum præſentia corporatorum, in eorum locum quos humani ſubtraxerint caſus, ex [28] eodem quo illi fuerant, corpore, ſubrogentur: nulla alii corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate conceſſa.

De civitates vetuſtis legibus inclytas transgredientibus, vel peregrinos negotiatores ſuſcipientibus.

6. Iidem AA. Maximo Comiti ſacrar. largit.

SI qui inclytas nominatim vetuſtis legibus civitates [29] transgredientes ipſi, vel peregrinos negotiatores ſine Comite commerciorum ſuſcipientes fuerint deprehenſi: nec proſcriptionem bonorum, nec pœnam perennis exilii ulterius evadent. Ergo omnes pariter, ſive privati, ſive cujuſpiam dignitatis, ſive in militia conſtituti, ſciant ſibi, aut ab hujusmodi temeritate penitus abſtinendum, aut ſupradicta ſupplicia ſubeundum.

TIT. LXIV.
DE RERUM PERMUTATIONE [30], ET PRÆSCRIPTIS [31] VERBIS.

De evictione.

1. Imp. GORD. A. Theraſæ.

SI cum patruus tuus venalem poſſeſſionem haberet, pater tuus pretii nomine (licet non taxata quantitate [32]) aliam poſſeſſionem dedit; idque [quod] comparavit, non injuria judicis, nec patris tui culpa evictum eſt: ad exemplum ex empto actionis non immerito id quod tua intereſt, ſi in patris jura ſucceſſiſti, conſequi deſideras. At enim ſi cum venalis poſſeſſio non eſſet, permutatio facta eſt, idque quod ab adverſario præſtitum eſt, evictum [33] eſt; quod datum eſt, ſi hoc elegeris, cum ratione reſtitui [34] poſtulabis.

Collatio emptionis & permutationis.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Primitivæ.

PErmutationem [35], utpote [re ipſa] bonæ fidei conſtitutam, ſicut commemoras, vicem [36] emptionis obtinere, non eſt juris incogniti.

De actione.

3. Iidem AA. & CC. Leontio.

EX placito [37] permutationis, nulla re ſecuta, conſtat nemini actionem competere [38]: niſi [39] ſtipulatio ſubjecta ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem.

Si is, qui fundum ex cauſa permutationis accepit, eum vendiderit.

4. Iidem AA. & CC. eidem Leontio.

CUm precibus tuis expreſſeris, placitum inter te, & alium permutationis interceſſiſſe, eumque fundum a te datum vendidiſſe, contra emptorem quidem te nullam habere actionem perſpicis, cum ab eo ſuſceperit dominium, cui te tradidiſſe titulo permutationis non negas. Sed ſi ſecundum fidem placiti ſtipulatio ſubjecta eſt: ſucceſſores ejusdem, cum quo contractum habui-

---

1 *l.* 10. *ff. de publicanis. l. ult. ff. ad leg. Jul. de vi public. Nov.* 43. *cap.* 1. §. 1. 2 Id eſt, conſulto Principe. *l.* 4. *infr. & d. l.* 10. 56. *Eclog.* 1. *cap.* 9. 3 *d. l.* 10. in monarchica gubernatione, ſcil. in democratica vero, citra populi conſenſum. 4 *l. ult. ſupr. tit. prox.* 5 Περιστοπεɣακτήτως τελώνης &c. Publicanus qui amplius quam par ſit, exegerit, exilio perpetuo punitur: & alius pro eo conſtituitur: licitatione (quæ Græcis ὑπερθεματισμὸς) vectigalis in conſpectibus præſidis facta. *Synopſ. Baſil.* 56. *tit.* 4. *cap.* 16. 6 *l.* 4. *in fin. l.* 9. §. 6. *ff. de publicanis.* 7 *l.* 3. *ſupr. h. t.* 8 Hi ἄρχοντες præſides. *Synopſ. d. loco.* 9 Interpretatio Leunclavii. Eſt autem hæc lex deſumpta ex 56. *Eclog.* 4. *cap.* 17.

10 *Commercium* quid, vide apud Ulpian. 19. §. 5. Theoph. §. 2. *Inſt. de inut. ſtipul.* 11 *l.* 5. *C. Theod. de luſtrali collatione. l.* 13. *tit.* 1. *l.* 1. *ſupr. de epiſc. aud.* 12 *Hominum* vocabulo in jure nonnunquam intelliguntur procuratores, actores, cuſtodes, conductores, emphyteuticarii, chartularii, vaſalli. vide *l.* 2. §. 1. *ſupr. de epiſc. & cleric. l.* 1. *l.* 4. J. *de dignitatib. l.* 1. J. *de conductoribus & procuratoribus ſive actoribus. l.* 11. *tit.* 71. vid. Cujac. 8. *obſerv.* 14. 13 Adde quædam ex oratione Ciceronis *pro L. Flacco.* 14 Negotiatores pro mercibus quas emunt ἐν τῷ βαρβαρικῷ, in Barbarico, non perſolvant aurum, ſed alias ſpecies reddant: qui ſecus faxit, plectendus: Judex qui id facientem non punierit, tanquam conſcius punietur. Quippe Barbaris aurum non ſolum non præbendum, ſed etiam quidquid apud eos auri eſt, auferendum. *Synopſ. Baſil.* 36. *tit.* 12. περὶ κεκωλυμένων εἰδῶν. *c.* 20. Nobis itaque cum Barbaris (finge Turcis & ſimilibus) permiſſa videtur tantum permutatio, non emptio. 15 Negotiatores, pro mercibus quas emunt in Barbarico, non perſolvunt aurum, ſed alias ſpecies reddunt. 56. *Ecl.* περὶ κεκωλυμένων εἰδῶν. adde *l.* 2. *ſupr. quæ res exportari.* 16 Judex ſceleris conſcius punitur. vide Belloviſ. 2. *pract.* 6. *num.* 40. 17 Nobiliores arceantur a mercatura, non quod mercatura ſit res illicita, (eſt enim contractus jure gentium) ſed quia plebeio difficile eſt commercium cum nobili. Molinæus *de uſur. numer.* 59. Quo quisque honeſtior eſt, eo minus decet eum negotiari & fœnerari. 18 Mercatura tribus hominum generibus interdici videtur, nobilibus, magiſtratu fungentibus aut functis, ditioribus: nempe ut facilius ſit emendi vendendique commercium, μεταξὺ τῶ ἰδιώτȣ καὶ πραγματευτȣ̃, inter plebeios & negotiatores. *ut hic. Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 18. *ex lib.* 56. *tit.* 1. *cap.* 21. quod poſtea ſublatum videtur aut certe deſuetum. Nam teſte Harmenopulo 2. *tit.* 5. §. 19. ὅτι πάντες ὀφείλουσι κομμερκεύειν, omnibus commercia exercendi poteſtas eſt. *Goth.* Vid. *l.* 6. *Cod. de dignitate.* An exercitia mercaturæ obſint dignitatibus, vid. Tiraquell. *de nobilit. c.* 33. Guid. Papæ *quæſt.* 196. Mynſinger. *cent.* 6. *obſ.* 54. Anſ. 19 Vide Fornerium *lib.* 2. *ſelect. c.* 3. Tiraquellus vero multa in hac re diſputat *de nobilit. c.* 13. *a n.* 19. infinitasque more ſuo auctoritates accumulat, ut modo exercitio mercaturæ imminui nobilitatem & amitti, modo non amitti probet. eodemque pertinent eleganter admodum tradita ad hujus legis explicationem a Jacobo Mondella *conſ.* 43. Mod. 20 *l. ult. infr. h. t.* 21 Niſibis: quæ Philoni Naſabis & columnas ſignificat. Ouranio Neſibis, quæ vox Phœnicum lingua ſignificat lapidum comportatorum cumulum. Stephanus *de urb.* 22 Gallinifus dicitur Ammiano *tit.* 23. id eſt, munimentum robuſtum, commercandi opimitate gratiſſimum. 23 Artaxata Armeniæ urbs eſt. *Strabo* 11. ab Artaxia rege Armeniæ ſic dicta. Stephanus *lib. de urbibus.* 24 Legatis eorumque comitibus multa indulgentur. 25 Legationis privilegio neminem abuti oportet. 26 Frequenti delicto pœnam augeri hinc colligitur. qua de re vide Bellovif. 3. *pract.* 16. *n.* 7. 27 Vide *infr. de collegiatis.* Collegiati hic ſunt copiatæ. *l.* 1. *C. Theod. de luſtrali collatione.* 28 Vide Forner. 2. *ſelect.* 21. 29 *l.* 4. *ſupr. h. t.*

30 Dixi *ad Lib.* 19. *D.* 4. & 10. *Synopſ.* 3. Græcis ἀνταλλαγὴ & ἀναλλαγὴ dicitur *d. tit.* 3. 31 Dixi *ad Lib.* 19. *D.* 5. 32 Vid. Molinæus *ad conſuetud. Pariſienſ.* §. 55. *gloſſ.* 1. *n.* 107. Vaconius *lib.* 1. *declarat.* 27. Vandus *lib.* 1. *variar. quæſt.* 25. Mod. 33 Permutata res ſi evincitur, in factum competit actio, cui res evincitur. *l.* 1. §. 1. *ff. de rerum permut. l.* 5. §. 2. *in fin. ff. de præſcr. verb.* in quod intereſt. *l.* 29. J. *de evictionib.* 34 Vide Pap. 3. *notar.* 9. *de reſtitut. contre eſchange.* 35 Permutatio bona fide contracta venditioni & emptioni adſimilatur. *Synopſ. d. tit.* 3. *cap.* 4. 36 Permutatio vicina emptioni. *l.* 2. *ff. de rer. permut.* inſtar emptionis. *Nov. Valent. verſ. Ita fit. de conf. his, quæ adminiſt.* quaſi emptio. *l.* 62. *ff. de jur. dot.* Qui permutat, emptori ſimilis. *l. ult. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. &* 19. *Eclog.* 3. *c.* 4. non tamen idem, *l.* 1. *ff. de rerum permut.* Permutatio fit rebus. *d. l.* 1. non emptio. *l. pen.* J. *h. t.* Interdum pecunia cum facto permutatur. *l. ult. ff. de condict. cauſa data.* veluti ſi quis pecuniam accipiat, ut manumittat. Hujusmodi ſpecies non eſt emptio, ſed vel permutatio vel locatio. *l.* 5. §. 2. *ff. de præſcr. verb.* 37 Vid. Cujac. 11. *obſ.* 17. 38 Differt in eo permutatio ab emptione: Hæc, nudo conſenſu: illa, re perficitur. *l.* 1. §. 2. *ff. h. t.* 39 Stipulatio adnexa contractui innominato, facit ut non ſit locus pœnitentiæ. *l.* 5. J. *de conſti*, con-

sti, convenire non prohiberis. Si vero nulla stipulatio intercessit, *præscriptis verbis actio est, ut* [1] *vel fides placiti tibi servetur*, vel quod alterius accipiendi fundi gratia dedisti, causa [2] non secuta restituatur.

De fundo dato, ut accipiam domum.

5. Iidem AA. & CC. Theodolanæ.

QUoniam adseveras, patrem tuum ei contra quem preces fundis, hac conditione dedisse fundum, *ut invicem domum certam acciperet*: aditus Præses provinciæ placitis eum parere, vel si causam [3] propter quam fundus datus est, sequi non perspexerit, conditionis ratione datum [a te] restituere, sicut postulas, jubebit.

De lege traditionis.

6. Iidem AA. & CC. Protogeni.

REbus certa lege traditis, si huic non pareatur, præscriptis [4] verbis incertam civilem dandam actionem, juris autoritas demonstrat.

De frumenti datione ut accipiat oleum.

7. Iidem AA. & CC. Timotheo.

EMptionem rebus [5] fieri non [6] posse, pridem placuit. Igitur cum frumenti certam modiationem Callimacho & Acamato te dedisse, ut tibi repræsentent olei designatum pondus, adseveres: si placitis citra stipulationis solennitatem non exhibeant fidem, quantum dedisti, causa [7] non secuta condicere pro desiderio tuo potes.

De lege donationis.

8. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

EA lege [8] rebus donatis Candido, *Ut quod placuerat, menstruum seu annuum tibi præstaret*, cum hujusmodi conventio non nudi pacti nomine censeatur, sed rebus propriis dictæ legis substantia muniatur: ad implendum [tibi] placitum (sicut postulas) præscriptis verbis [9] competit actio.

TIT. LXV.
DE [10] LOCATO [11] ET CONDUCTO.

De rei interitu.

1. Imp. ANTONINUS A. Agrippino.

DOminus horreorum periculum vis majoris [12], vel effracturam [13] latronum, conductori præstare non cogitur [14]. His cessantibus, si quid extrinsecus [15] ex depositis rebus, illæsis horreis perierit, damnum depositarum rerum [ei] resarcire debet.

De ædificiis extruendis.

2. Idem A. Epicleto.

ADversus eos, a quibus exstruenda ædificia conduxisti [16], ex conducto actione contendens, eo judicio, quod est bonæ [17] fidei, debitum cum [18] usuris solitis consequeris.

An inquilinus expelli possit.

3. Idem A. Callimorphoniæ.

ÆDe [19] quam te conductam [20] habere dicis, si [21] pensionem [22] domino in solidum [23] solvisti [24], invitam [25] te expelli [26] non oportet [27]: nisi [28] propriis [29] usibus dominus eam necessariam [30] esse probaverit, aut [31] corrigere [32] domum maluerit [33], aut [34] tu male [35] in re locata versata es [36].

De horreis effractis.

4. Imp. ALEXAND. A. Sabino.

EX Divi Antonini Pii literis certa forma est, ut domini horreorum effractorum, ejusmodi querelas deferentibus custodes exhibere necesse habeant, nec ultra periculo subjecti sunt. Quod vos quoque adito Præside provinciæ impetrabitis. Qui si majorem animadversionem exigere rem deprehenderit; ad Domitium Ulpianum Præfectum prætorio [37], & parentem [38] meum, reos remittere curabit. Sed quia domini horreorum [39] nominatim [etiam ipsi] custodiam repromiserint, eidem exhibere debent.

De rebus a colono inductis.

5. Idem A. Petromæ.

CErti juris est, ea quæ voluntate [40] dominorum coloni in fundum conductum induxerint, pignoris jure dominis prædiorum teneri. Quando autem domus [41] locatur, non est necessaria in rebus [42] inductis, vel illatis scientia domini: nam ea quoque pignoris jure tenentur.

Si conductor rem fruendam alii locet.

6. Idem A. Victorino.

trahend. stipul. 1 *l.5. in fin. J. h. t.* 2 *l.7. in fin. J. h. t. l.1. in fin. ff. de rer. permut.* 3 *l.4. in fin. supr. h. t.* 4 *l. ult. in fin. J. h. t. l. 18. ff. de præscr. verb.* vide *l.2. supr. de pact. int. empt.* 5 Sed pecunia numerata. *l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. §. 2. Inst. de empt.* 6 Imo emptio priscis temporibus etiam sine nummo fuit. *l. 1. ff. de contr. empt.* Ubi versibus Homericis probatur rebus facta emptio. sic apud Virgil. 1. *Georgic.* emendi verbum est sine nummo, illo versu: *Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.* Et alioquin Romæ primo pretium pendebant in trutina, & per trutinam solvebatur (cujus vestigium trutina in æde Saturni) unde Ennius: *Pœni stipendia pendant.* Hinc libripens in emptionibus. Varro 4. *de lingua: §. 1. Inst. de testament.* Per contrarium permutatio cum pecunia signata esse potest. *l. cum hi. 8. §. si cui. 24. ff. de transact. l. ita constante. 26. ff. de jure dot. l. si mulier. 21. ff. de pactis dotal. §. constituitur. 2. Inst. de usufr.* Plinius 31. c. 8. vide Forcatulum *Necyomantiæ c. 48. & 49. l. 4. in fin. supr. h. t.* 7 Rebus certa lege datis, ex ea lege datur actio. *l. 10. supr. de pactis. l. 1. J. de pactis conventis.* non datur autem ex nudo pacto, ut hinc constet, pactum datione in contractum transire, seu potius, contractum esse cui inest pactum: cum nihil referat præcedat an sequatur pactum. *l. 3. supr. de ædilit. actionib.* vide Cujac. 11. *obs. 17. in fin.* 8 Pactum datione munitur, & transit in contractus nomen. vid. Cujac. 11. *obs. 17. in fin. & 14. obs. 28. in fin.* 9 *l. 6. supr. h. t.*

10 Dixi *ad L. 19. D. 2.* 11 Locator non is est semper qui mercedem accipit, nam qui locat alterius operas, dat mercedem. Dici potest generalius, Locatorem esse eum, qui dat utendum vel faciendum aliquid: Conductorem esse, qui quid accipit utendum vel faciendum: ut *locare* nihil aliud sit, quam utendum vel faciendum aliquid dare, conducere, accipere. vid. Cujac. 2. *obs. 28.* 12 *l. 33. in fin. ff. h. t.* 13 Aggressuram. *l. 12. infr. h. t. l. 34. l. 55. ff. h. t.* 14 Nisi custodiam in se receperit. *d. l. 55.* 15 Locator vim, & casum non præstat, sed culpam. 16 Conductor ædificii extruendi hic ipse opifex est, & architectus qui mercedem accipit: qui locat ædificium exstruendum, pecuniam numerat: & si conductori pecuniam tardius quam par sit, numeret, usuras præstat. Harum vocum vim ignorarunt cum Accursio veteres. 17 *l. 17. infr. h. t.* 18 In locato veniunt usuræ ex mora, *Salic.* Faber qui præstitit operam nec recepit mercedem, eam petit cum usuris. Bald. *l. 17. J. h. t.* 19 *Synops. Basil. 20. tit. 1.* περὶ ἐνοίκων. *cap. 54. & 3.* Harm. 8. §. 36. Insula: quidam ita legunt apud Accursium, quibus accedit *lex 30. ff. h. t.* utut sit, hypothesis hujus legis adaptari potest ad prædia rustica. vide Cujac. 12. *observ. 38.* quibus casibus colonus male versatur in re conducta, vide Imbertum *in Enchiridio, in verbo, Le fermier.* 20 Conductor casibus hac lege comprehensis a locatore potest expelli. Quid emphyteuta: num iisdem ex causis expelli poterit? non poterit: tametsi inter emptionem, & emphyteusim magna similitudo sit. *l. 1. infr. de jure emphyt.* Idque post Joann. And. & Jasonem notat Hippolytus Marsil. *singular. 94.* 21 Inquilinus, quamdiu pensionem solvit, a domino expelli non potest: nisi vel ad proprium usum, eumque necessarium domo egeat, eamve reficere velit, vel inquilinus ea male sit usus. 23. *Eclog. 1. c.* περὶ ἐνοίκων. 54. & 3. Harm. 8. *cap.* περὶ κναφέων. 22 Partis enim solutio non sufficit. *l. 41. §. 1. in fin. ff. de usur.* 23 Vel paratus sis solvere: Offerens enim danti proximus est. *Novell. 91. cap. 2. in fin.* Aliud ergo fuerit, mora commissa in solvendo. Quid: eo casu cujus temporis mora spectabitur? dic, triennii moram requiri in emphyteuta rei privatæ: in ecclesiasticæ emphyteuta, biennium. *l. 2. J. de jure emphyteutico.* in conductionibus biennii moram requiri, si conductor non apparebit. *l. 56. ff. h. t.* aut si præsens sit & pactum ei de non expellendo factum sit. *l. 54. §. 1. ff. h. t.* His cessantibus moram statim prima pensione committi. Alii *dictam legem 56. & leg. 54.* referunt ad eum, qui in lustrum conduxit, Cyrus & Baldus *hic.* Cuj. *Novell. 7. fol. 352.* utramque legem refert ad quemlibet conductorem, hac sententia, Quemlibet conductorem expelli posse post biennii cessationem: & huc refert illud Martialis 12. *Epigramm. 32. Vidi, Vacerra, sarcinas tuas vidi, quas non retentas pensiones pro bima portabat uxor.* 24 Primus casus quo locator conductorem jure potest expellere, is est, Si mercedem vel pensionem non solvit: etiamsi pactum factum sit de non expellendo. vide Ferrariensem *in forma libelli, quo agitur ad facti præstationem 42. in verbo Investivit. n. 7.* 25 Conductorem. ergo a contrario, invito locatore conductor ante tempus migrare non potest, quod perpetuo verum non est. dixi ad *l. 17. §. 1. l. 55. in fin. ff. h. t.* addam etiam quædam alia ad *l. 33. infr. h. t.* 26 Jure civili licitum forte locatori, facto ipso conductorem expellere. Jure Gallico expellitur officio judicis. Imbertus *d. loco.* Papon. 10. *Arrest. 3. num. 6. in fin.* Paponius refert, Senatusconsulto (quod tamen Imbertus dicto loco videtur negare) comprobatum fuisse factum ejus qui conductorem, finito conductionis tempore excedere nolentem, vi expulerat. 1. *Arrest. 3. num. 6.* 27 Eo nomine actio competitne in id quod interest? vide *l. 15. J. h. t.* 28 Secundus casus quo locator conductorem expellere potest. Propter inopinatos casus licitum est domino recedere a conventis. *Bald.* 29 Propria commoda alienis anteponere licet. Propria intellige, sua, suorumve, puta uxoris, liberorum; hoc enim videtur tacite excipi, & porrigi ad liberos & uxorem, propter summam ejusmodi personarum inter se conjunctionem. Quædam enim laxius ex æquo & bono intelliguntur, quod in usu relicto uxori, vel marito perspicitur. *l. 2. 3. 4. 5. ff. de usu & habit.* Huc etiam facit, quod propter supervenientes liberos donatio revocari possit. *l. 8. J. de revocand. donat.* ergo & locatio: neque fit injuria conductori, cum idem eidem in pari causa sit permissum. Debuit quoque id intelligere, a parente nunquam locationem ita fieri, quin tacite liberorum necessitates excipiat. Huc aptari potest, quod scripsi ad *l. 13. in verb. Tam pro se quam pro filio. supr. de advoc. divers. judic. 1.* 30 Necessitas facit aliquid esse licitum. Hujus necessitatis exemplum elegans vid. apud Paponem 10. *Arrest. 3. num. 3.* 31 Tertius casus quo conductor expelli potest. 32 Necessario, sc. *l. 35. ff. h. t.* (Græcis ἐπισκευάσαι. 3. Harmen. 8. §. 36.) tunc dominus prædii pro rata temporis deducere ex mercede tenetur. Quod si dominus insulæ citra necessitatem demolitus quid fuerit, ut melius tamen reponeret? præstare tenebitur quanti conductori interfuerit non migrare. *l. 30. ff. h. t.* Hoc tamen semper verum non videtur. Nam si quid transversarium dominus reficit, idque conductori sit incommodo, nihil locator conductori ex mercede deducet. Aliud omnino futurum est, si necessariam cœnaculi partem aperuerit. *l. 27. ff. h. t.* 33 Pone hoc casu, domum esse refectam, & eo nomine inquilinum expulsum: quæri potest, utrum domo refecta possit inquilinus se in veterem locationem restitui jure postulare? Inquilinum id jure petere posse notat Accursius *in l. si duo. 3. §. 3. in verb. dominum. ff. uti possidetis.* quod Bartolo notatu dignum videtur *ibidem*, ut & Romano *singulari 234.* & Cremensi *singulari 71.* Quid? in integrum tempus conventæ conductionis restituetur ne conductor, initio tantum facto a domo refecta, an potius ab eo tempore quo conductione expulsus est? hoc verius videtur. Lege enim permittente factum a locatore, pœnam ei inferre non debet. *l. 26. ff. de damn. infect. l. 55. l. 129. ff. de reg. jur.* ut id damni conductoris quam locatoris esse periculo sit æquius, emptionis exemplo, a qua perfecta transit illico periculum in emptorem. *l. 1. & passim, ff. & C. de periculo, & commodo rei venditæ.* Rursus quæri potest, quam pensionem præstare inquilinus debeat, an quæ initio conventa est, an ampliorem, habita ratione domus refectæ, & in commodiores forte usus mutatæ? Id æquius esse videtur: ne cum alterius jactura locupletetur. *l. 6. §. 3. ff. de negot. gest.* & alioqui constat, conductori mercedis deductionem fieri, si incommodior ejus habitatio refectione reddatur. *l. 27. ff. h. t.* ut ex contrario debeat augeri merito, si commodior sit effecta. 34 Quartus casus quo conductor a locatore expelli potest. 35 *Novell. 120. c. 8.* Symmachus *in epist.* Conductor ædibus ita abusus est, ut parvo licet tempore iisdem locis labem consulto intulisse dicatur: *& post*, geminum beneficium a vobis expostulat: primum, ut improbissimus inquilinus locorum intentione depelletur. Deinde, ut habita deterioratæ rei æstimatione justæ sumptus instaurationis agnoscat. 36 Suntne aliæ causæ præter superiores? Certe sufficiens non est causa conductoris expellendi, quod alius uberiorem pensionem offerat. *l. 21. J.* Cujac. 12. *obs. 38.* adjicit, conductorem malos ob mores, vel ob existimationem malam, vel si conventu difficilis sit, aut si nullum cum eo negotium agitur, quin cum eo lis sit aliqua, expelli posse: quod ad mulieres illaudatæ famæ & vitæ, veluti meretrices & lenones extendunt leges. *Nov. 14. cap. 1. l. 4. J. de spectacul. l. 11. tit. 40.* vid. Papon. 22. *Arrest. 9. n. 14. ibi, Putain peut estre contraint de vuider d'une maison, & num. 25. ibi, Putain n' est reçeue en ferme de maison.* Zasius *in l. 1. ff. soluto matrim. n. 39. 40.* post Alexandrum, Ancharanum, Imolam, Speculatorem, hoc videtur etiam referre ad fabros, & id genus artifices, quorum numis violento artificio auditorii, vel templi quies turbari potest: & ad eos studiosos, qui fistulando, cantando vel altiori voce legendo, vicinis studiosis sunt molesti: idque utilitati publicæ deberi putat. An conductor possit expelli ante tempus ab emptore fundi, vide *l. 9. infr. h. t.* An ab heredibus locatoris: An conductore mortuo ejus heres expelli possit, vide *l. 10. J. h. t.* An quia rem alteri locaverit, vide *l. 6. J. h. t.* Quid si prænumeravit integræ locationis universam pensionem? non potest expelli. vide Ferrariensem *form. 42. §. 2. n. 9.* Quid si usufructuarius fructuarium fundum locavit plures in annos, isque sit mortuus? Proprietarius non cogitur stare locationi. *l. 9. §. 1. ff. h. t.* Quid si tacita reconductio secuta est? vid. *l. 16. J. h. t.* Quid si observandæ conductionis causa, jus hypothecæ in rem conductam conductor habuerit? dicam ad *l. 9. J. h. t.* Quid si plures in annos facta fuit locatio, verbi gratia in decem annos? Paponius notat, SC. Parisiensi vetitum, ne hujusmodi conductorem liceret expellere, cum ei utile dominium competat, & ob naturalem possessionem interdictum possessorium. *l. 1. ff. si ager vectigalis.* Gloss. *l. Si, ut certo. 5. §. si duobus. 15. ff. commodati. l. si quis ante 10. ff. de adquir. vel amitt. possess.* vid. Papon. 10. *Arrest. 3. num. 2.* 37 Ut & alibi ad Præfectum urbi. *l. 1. §. 3. ff. de off. præfect. urbi.* 38 Dixi ad *l. 2. §. 5. ff. qui petant tutores.* expressa. *ut l. 1. supr. de sacros. eccles. l. 4. ff. de adim. vel transf. leg.* non tacita. *l. Pomponius. 5. ff. in quibus causis pign.* ut in ea re differat prædium rusticum ab urbano: & illata in rusticum prædium nunquam tacite obligentur, etiamsi dominus sciverit (hoc adversus Accursium & receptam opinionem defendit Forcatulus 17. *Necyomantiæ*) illata in ædes tacite sint obligata. *l. 2. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth.* Rationem differentiæ eam esse, quod in ædibus & urbano ædificio nihil aliud sit conductoris quod locatori obligetur: in rustico, etiamsi illata non sunt, pignori fructus sunt. *l. eo jure. 4. l. prædiis. 7. ff. in quib. caus. pign.* & breviter illata in rusticum prædium non aliter esse pignori, quam si expresse pignorata sint, *arg. l. 1. §. ult. ff. de Salviano.* idque in Serviana, & quasi Serviana & Salviano interdicto esse. *§. item Serviana. 7.* ubi Theoph. *l. debitor. 59. ff. ad SC. Trebell. §. sequens. 2. Inst. de interdict. l. 1. §. hoc interdictum. 1. ff. de migrando.* Deinde hic non quæri an invecta in rusticum prædium indistincte sint pignori locatori: sed an invecta a colono seu servo alicujus sint conductori pignorata. Hoc tandem definiri: invecta a servo, non esse pignori, nisi dominus ipse expresse consenserit. 39 Horrearius custodiam effracti horrei non debet, nisi specialem custodiam repromiserit. *l. 55. l. 60. in fin. ff. h. t.* & vim. *l. 15. §. 1. ff. h. t.* 40 Id est, si expressim & nominatim conventum, ut illata essent pignori locatori. vid. *l. 11. §. 2. ff. qui potior.* 41 Inducta, invecta, illata in urbanum prædium, tacite obligantur domino, etiam ignoranti, *ut hic. l. 4. ff. de pactis. l. 4. ff. in quib. caus. pign.* in rusticum, scienti tantum. *§. h. t. §. 7. Inst. de action.* id est, ei qui id stipulatus fuerit. *l. 11. §. 2. ff. qui potior.* Cujus rei differentiam Cujacius ad solos populi Romani mores refert. vid. quædam alia apud Forcatulum *dialogo 23. Necyomant.* Cæterum id privilegium tacitæ hypothecæ mutari ulla conductoris qualitate non potest. vid. Paponem 10. *Arrest. 3. num. 4. 5.* 42 Quo vocabulo, communi opinione, interpretes negant, intelligi merces. *arg. l. 32. §. 2. ff. de usufr. leg.* vid. Wurmser. 1. *pract. 30. c. 1. 20. Ecl. 1. c. 66. l. 7. l. 48.*

Nemo

NEmo prohibetur rem [1] quam conduxit, fruendam alii [2] locare: si nihil aliud convenit [3].

De vectigalibus.

7. Idem A. Terentiano.

SI [4], cum Hermes vectigal octavarum [5] in quinquennium conduceret, fidem tuam obligasti; posteaque [6] spatio ejus temporis expleto, cum idem Hermes in conductione, ut idoneus detineretur, non consensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti: non oportere te de posterioris temporis periculo adstringi, competens Judex non ignorabit.

De lue, tempestate, vel alio cœli vitio.

8. Idem A. Higinio.

LIcet certis annuis quantitatibus fundum conduxeris: *si tamen expressum non est in locatione*, (ut mos [7] regionis postulabat,) *ut, si qua lue* [8] *tempestatis, vel alio cœli vitio damna accidissent, ad onus tuum pertinerent*; & quæ evenerunt sterilitates [9], ubertate aliorum annorum repensatæ non probabuntur: rationem tui juxta bonam fidem haberi recte postulabis: eamque formam, qui ex appellatione cognoscet, sequetur.

De emptore fundi locati.

9. Idem A. Fusco.

EMptorem [10] quidem [11] fundi necesse non [12] est stare colono, cui prior dominus locavit: nisi [13] ea lege emit. Verum si probetur aliquo pacto consensisse, *ut in eadem conductione maneat*, quamvis sine [14] scripto, bonæ fidei judicio, [ei] quod placuit parere cogetur.

De heredibus.

10. Imp. GORDIANUS A. Pomponio.

VIam veritatis ignoras, in conductionibus non succedere heredes [15] conductoris existimans: cum sive perpetua conductio est, etiam ad heredes transmittatur: sive temporalis, intra tempora locationis heredi quoque onus [16] contractus incumbat.

De invito in conductione non retinendo.

11. Imp. PHILIPPUS A. Theodoro.

INvitos [17] conductores seu heredes eorum post [18] tempora locationis impleta non [19] esse retinendos, sæpe rescriptum est.

De aggressura latronum.

12. Idem A. Nicæ.

DAmnum quod per aggressuram [20] latronum in possessionibus locatis rei tuæ illatum esse proponis, a domina earundem possessionum, quam nullius [21] criminis ream facere te dicis, resarciri tibi nulla ratione desideras.

De pluribus conductoribus.

13. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. C. Heraclidæ.

SI divisa [22] conductio fuit, & in singulis pro partibus facta: alieno nomine conveniri vos non oportet. Si autem omnes qui conducebant, in [23] solidum locatori sunt obligati: jus ei competens conveniendi quem velit, non debet auferri. Habetis sane vos facultatem locatori offerendi [24] debitum: & ut transferantur [25] in vos ea, quæ ob hanc conductionem ab his quorum nomine inquietamini, obligata sunt, postulandi.

De annona.

14. Iidem AA. & CC. Juliano & aliis.

SI hi qui a vobis redemerant [26] frumentum, & hordeum annonæ [27] inferendum, accepta pecunia fidem fefellerunt: ex locato agere cum eis potestis.

De conductrice expulsa.

15. Iidem AA. & CC. Euphrosynæ.

SI de fundo a locatore expulsa [28] es, [cum eo] agere ex [29] conducto potes: pœnamque [a locatore,] quam præstari rupta conventionis fide placuit, exigere, ac retinere potes.

De lege conductionis servanda, de tacita renovatione.

16. Iidem AA. & CC. Timotheo.

LEgem [30] quidem conductionis servari oportet, nec pensionum nomine amplius quam convenit, reposci. Sin autem tempus in quo locatus fundus [31] fuerat, sit exactum, & [in] eadem [locatione] conductor permanserit: tacito [32] consensu eandem locationem una [33] cum vinculo pignoris renovare videtur.

De bona fide. De usuris.

17. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Hosalio.

PRæses provinciæ ea quæ ex locatione debentur, exsolvi sine mora curabit: non ignarus ex locato & conducto actionem, cum sit bonæ [34] fidei, post moram [35] usuras legitimas admittere.

De sterilitate.

18. Iidem AA. Amno.

l. 60. ff. h. t. 1 Τὸν ἀγρὸν fundum. *Synops. Basil. 20. tit. 1. c. 66.* 2 Personæ sc. idoneæ. *l. 7. ff. de usu & habit. arg. Novell.* 14. *c.* 1. *l. 27. §. 1. ff. de usur. l. 19.* C. *de episc. & cler.* 3 Conveniri potest, ne conductor rem conductam alii locet. 4 Qui conduxit ad certum tempus, si temporis expleto spatio permanserit, videtur in alium annum conducere. Verum fidejussor ipsius eo, quod remissum sit tempus conductionis non amplius adstringatur, nisi de integro conduxerit. *Synops. Basil. ibi c. 67.* 5 Octavarium. *Hal.* vid. *l. 7. l. 8.* C. *de vectigal. & commiss.* Octavarium, vel octavarum vectigal observa. 6 Fidejussor conductoris vectigalium finito tempore non tenetur: licet is pro quo fidejusserit, de novo reconduxerit. Salic. *l. 13. §. 11. vers. Sed hoc ita verum est. vers. Eadem causa erit. ff. h. t.*
7 Sterilitas quæ vitio cœli accidit, non est periculo coloni, nisi vel aliud convenit, vel mos regionis id postulet. Ad priorum tamen annorum ubertates sterilitatem quæ accidit, repensari convenit: atque ita in sublevando residuo damno, post fertiles annos, coloni rationem haberi. *Synops. 20. tit. 1. c. 68.* 8 Lues aut vis tempestatis calamitosæ, sed & ea quæ aliquo cœli vitio accidit, aut incursu hostium, aut uredine, aut solis fervore non adsueto, aut lascivia exercitus prætereuntis, aut terræ motu, vel chasmate, vel vi cui resisti non possit, puta fluminum, graculorum, sturnorum, aut incendio: idem est si labes omnes fructus tulerit. *l. 15. §. 2. ff. h. t.* conductori remissionem parit: nisi ut in quibusdam regionibus fieri solet. C. *ibi: ut mos regionis postulabat.* adde *l. 19. infr. h. t.* conductor casus in se receperit. *supr. h. t. ibi: si tamen expressum non est &c.* Hoc obiter notant casibus in se receptis, casus insolitos non intelligi: etiamsi conductor cum juramento casus in se receperit: volunt enim quidam præcise & nominatim casus insolitos recipi oportere. *l. 78. in fin. ff. de contrah. empt.* vide Gail. 2. *observ. 23. num.* 18. eamque communem esse opinionem, refert Joannes Ancharanus 3. *quæst. 36. num.* 4. quod notandum, si verum: quis enim casus nisi insolitus? *facit l. 78. in fin. ff. de contrah. empt.* Possis tamen dicere inter casus alios aliis usitatiores vel frequentiores esse, nisi etiam sterilitas ex hujusmodi lue aut cœli vitio nascens ubertatibus aliorum annorum repensata sit. C. *h. t. ibi: ubertate aliorum annorum repensatæ. l. 15. §. 4. ff. h. t.* cessat igitur compensatio in locationibus ad annum tantum vel ad biennium factis, in quibus superiores ob causas fit remissio pro rata percepti reditus, cum in novennalibus detur tantum dilatio & solvendi terminus prorogetur. Molinæus §. 40. *consuetud. num.* 8. nisi colonus agat de fructuum a solo separatorum consumptione, perit enim res suo domino, id est, conductori. *l. 61. §. 8. ff. de furt.* nisi colonus sit partiarius, partem enim damni sustinere debet, ut & lucri. *l. 25. §. 6. in fin. ff. h. t.* nisi sterilitas aut damnum vitio negligentiave colendi vel culpa coloni evenerit: veluti si sciens, belli tempore fundum aliquem conduxit. Id enim imputandum conductori, qui conditionem rerum & tempus novit, nec sibi prospexit vel cavit. Cotta *in memorabilibus in verbo conductor. ibi: Secundo adde*: nisi agatur de modico damno, non intolerabili, *l. 25. §. 6. ff. h. t.* nisi conductor ex lege locationis debuit fructus quicunque perciperentur. vid. *l. 18.* C. *h. t.* An idem in emphyteuta & eo qui ad longum tempus conduxit? vid. *l. 1.* C. *de jure emphyteut.* Quid de eo dicendum est, qui metu belli, aut pestis domo fugit, quamvis neutrum sit secutum: Cotta *d. loco*, putat remissionem pensionis faciendam esse pro rata temporis; cum sint paria fieri aliquid propter metum, vel propter probabilem suspicionem metus. *l. 7. §. 1. ff. quod falso tutore.* Superioribus adde, quod idem Cotta ibi ex Alberico refert, propter grandines & tempestates nunquam remitti pensionem his in locis, si grando fructus semper verberare solita fuerit. *l. 15. §. 2. vers. si vero nihil extra consuetudinem acciderit. ff. h. t.* 9 Sterilitas quibusdam videtur esse, quoties semen in terram projectum non colligitur. Alias vero quoties sumptibus deductis conductor decipitur ultra dimidiam justæ mercedis. Alii judicis arbitrio id committunt. Gail. 2. *observ.* 23. 10 Res paulo laxius interpretanda: successor universalis (aliud in particulari, ut hic.) cogitur stare locationi a defuncto factæ. *l. 59. ff. de reg. jur.* sed & minor a locationibus a tutore factis. *arg. l. 8. ff. de admin. & peric. tut.* ut & creditor missus in possessionem crediti servandi causa stare cogitur locationi a debitore suo, (citra fraudem tamen,) factæ. *l. 8. §. 1. ff. de reb. autor. judic.* aliud est in proprietario qui non cogitur stare locationi fundi ab usufructuario factæ. *l. 9. §. 1. ff. h. t.* aliud etiam in uxore, quæ præcise non cogitur stare locationi a marito factæ. vid. quæ dixi ad *l. 25. in fin. ff. solut. matrim.*
11 Si quis fundum vendiderit, cum in eo colonum haberet, non cogitur emptor colono potestatem ejus fruendi & colendi facere, nisi forte fundum ea lege emit. *Synops. Basil. ibid. cap.* 69. 3. Harm. 8. §. 39. 12 Nisi conductori jus in rem adquisitum sit, verbi gratia, superficies. *l. 1. §. 1. in fin. §. 6. ff. de superficieb.* emphyteusis. *l. 1. §. 1. in fin. ff. si ager vectigalis.* pignus. Idem dicendum si conductoris ad securitatem, bona sua locator obligavit. Bart. *hic.* Imol. *consil.* 118. Jas. *ad l. 15. supr. de rei vind.* bona, inquam, non tantum universa, sed rem ipsam locatam specialiter. Nec enim generalis hic hypotheca sufficeret. & ita a Senatu Parisiensi multoties judicatum. vide Paponem 10. *Arrest.* 3. *n.* 1. Idem 1. *Not.* 2. *c. de louage:* Imbertus *in enchiridio in verbo, un achepteur n'est tenu.* Quid si conductori locator, aut etiam emptor quanti ejus intersit, offerat, estne audiendus? audiendus videtur. Nam qui pignoris jure rem persequitur, a rei venditione removetur, si qualiscunque possessor debitum offerat. *l. 13. in fin. ff. quib. modis pign.* vide Rolandum a Valle hanc quæstionem explicantem 1. *cons.* 6. *n.* 10. *& seqq.* Quæ tamen sententia displicet Gulielmo Onciato *quæst. Acad.* 10. *n.* 22. Displicet etiam Socino. Verum contraria opinio communior est, de qua vide Negusantium *tract. de pignor. & hypothec.* ubi de differentia generalis & specialis hypothecæ tractat, facit etiam *l. 5. ff. de distract. pignor.* Cur? in id quod interest obligatio succedit in locum facti obligationis & patientiæ. Quid si locator juravit conductorem expulsum non iri? Rol. *d. loco n* 29. putat locatorem expresse obligari ad factum & patientiam fruendi præstandam: quod juramentum servari debeat in forma (velut loquuntur) specifica, cum non recipiat æquivalens seu tantundem. Alexand. *in l. stipulationes non dividuntur. l. 72. ff. de verbor. obligat.* Jas. *in l. si pecuniam 5. ff. de condict. causa data.* Quid si locationis continuatio promissa fuerit? idem, quod de prima locatione dicendum est. Quid si locator promisit se domum locatam non alienaturum, inque eam rem domum ipsam obligavit? Jus retentionis conductori competere eo casu putant. *arg. l. 7. in fin.* C. *de distr. pign.* de quo vid. Neguſ. *tract. de pign. in pr.* Quid in emphyteusi? aliud: cogitur enim emptor proprietatis stare emphyteutæ. Soc. *reg.* 387 Quid si colonus impensas fecit, & eas repetit? ante receptas impensas eum expelli posse negat Soc. *d. loc. arg. l. colonus. 12. ff. de vi, & de vi arm.* Quid si in longum tempus conduxit? idem quoque. *l. 1. ff. de superf. & ibi* Bart. Bald. *hac l.* Soc. *ibid.* successor enim singularis vel emptor expellere te non possunt, cui in longum tempus fundus locatus est. Emens etiam fundum a fisco, colonum ejus expellere non possum. *l. cognovimus* 3. C. *de mancipiis & colonis. l* 11. *tit.* 62. ut nec colonum municipii vel Reipublicæ, licet ad modicum tempus conduxerit. *l. 1. ubi Gloss. &* Bart. *ff. de loco publico fruendo.* Quid si colonus partiarius sit? idem in eo dixeris. Nam hic quasi socius est. *l. si merces 25. §. vis major. 6. ff. h. t. l. 63. §. in heredem 8. ff. pro socio.* Quid si emptor sit fructuum? idem plane. Bald. *in d. l. emptorem.* Quid si duobus res locata est? volunt primum præferri secundo, etiamsi secundo conductori facta sit traditio *Jas* adde *l. 15. C. de rei vindic.* Quod tamen legi valde repugnat: mihique magis ea placet opinio Alexandri & Socini *cons.* 29. & ita quoque Papiæ judicatum fuisse, refert Cotta in *Memoral in verb. locatio.*
13 Quod plerumque solet fieri: ne alioquin locator, qui domum suam vendidit, teneatur conductori. *l. 25. §. 1. ff. h. t.* Locatorem cum dico, fiscum excipe venditorem. *l. ult. ff. de jure fisci.* 14 *l. 24.* C. *h. t. l. 14. ff. h. t.* 15 Morte conductoris non expirat conductio. *§. ult. Inst. h. t. l. 19. §. 8. l. 60. §. 1. ff. h. t. l. 18. infr. de jure dot. §. 36. in fin. Inst. de rer. divis.* Morte usufructuarii perit usufructus: ut hinc constet, fructuarii aliam in eo esse conditionem quam conductoris. §. 36. *Inst. de rer. divis.* 16 Heres tenetur ex contractu patris.
17 Vide quæ notavi de invito ad *l. 11. supr. de contrah. empt. l. 69. l. 156. ff. de reg. jur.*
18 Igitur hæc lex locum non habet in his, qui perpetuo agris sunt addicti. *l. 23. §. 1. infr. de agric. & censit. l. 11. tit. 47.* 19 Imo sunt retinendi. vid. *l. 11 in fin. ff. de publican. & vect.*
20 Vid. *l. 1. supr. h. t.* 21 Aliud dicendum, si propter ejus inimicitias id ab aliquo commissum fuerit. *l. 25. §. 4. ff. h. t. l. 66. ff. solut. matrim.* 22 Divisio contractus inducit divisionem obligationis. 23 Duo enim rei locationis in solidum esse possunt. *l. 13. §. 9. l. 47. ff. h. t. l. 5. in fin. l. 6. ff. commod. l. 9. ff. de duob. reis.* 24 Correus debendi partem correi nomine creditori offerre potest. 25 Beneficium hoc cedendarum actionum vocant.
26 Locans operas aut vecturam, puta plaustrarius vel cisiarius antequam mercedem acceperit, operas præstare non cogitur, fidem fallere non ante præsumitur. 27 Publicæ scil.
28 *l. 3.* C. *h. t.* 29 *l. 15. ff. h. t.* An & in quod interest? Quid si conductor a locatore ex secunda causa legis 2. C. *h. t.* expulsus sit ob eandem causam conductorem suum expellere cogitur, num tenebitur conductori in quod interest? Paponius 10. *Arrest.* 3. *num.* 3. refert non teneri, quia necessitate expellit, jure id permittente. 30 Canonem augere dominus nequit, aut colonum expellere, quamdiu tempus conductionis durat. Verum exacto tempore potest hoc facere, nisi vel nominatim, vel tacite locatio redintegrata sit. *Synopsis Basil. 20. titul. 1. c. 75. l. 25. §. 3. ff. h. t.* 31 Tacita reconductio in rusticis etiam prædiis locum habet, ut hic, & in urbanis quoque diverso tamen jure. Nam in rusticis præsumitur conductori tacite indulgeri annalis conductio: in urbanis, prout quisque tantum habitavit. *l. 13. in fin. ff. h. t.* Cur ita? quia fructus ex rustico prædio annuatim tantum percipiuntur: in urbano, quot diebus. vide Ferrariensem *in formula libelli, quo agitur ad facti præstationem, in verb. investivit. 2. num.* 8. Paponem 1. *Notar.* 2. *c. du louage.* Petrum Ancharanum 1. *qu.* 62. Apud Parisienses, locator prædia urbana tacite locare videtur ad trimestre tantum. Cur? dies pensionum ibi quater in anno cedunt. Papon. *d. loco.* ubi quædam alia vide, de tacita stagni reconductione. 32 *l. 13. §. 11. l. 14. ff. h. t.* cur ita fit? non præsumitur mutata voluntas. Alciat. 2. *præsumpt.* 17. Quid si locatio in scriptis præcise habita fuerit? Locatoris patientia non confert conductori tacitum jus reconductionis. *l. 13. in fin. ff. h. t.* Tunc enim mens contrahentium fuisse videtur, ut non aliter quam scriptura renovaretur locatio: eaque perfecta. Alciat. *d. loco.* Petr. Anchar. *d. loco num.* 6. 33 Tacitis in reconductionibus ut ipsa conductio commodo conductoris convalescit, ita lex pignorum qua tenebatur locatori, reviviscit: & breviter, Relocatio censetur fieri repetita locationis lege, id est, repetita qualitate quæ erat in priori. Alciat. *d. loco.* 34 Locatio contractus bonæ fidei. *l. 2.* C. *h. t.*
35 Conductor post moram usuras debet. *d. l. 2. l. 54. ff. h. t. l. 17. §. 4. ff. de usur.*

Excepto [1] tempore, quod edaci locustarum [2] pernicie sterilitatis vitium intercessit, sequentis temporis fructus quos tibi juxta præteritam consuetudinem [3] deberi constiterit, reddi tibi Præses provinciæ jubebit.

De fide servanda & consuetudine.

19. Iidem AA. Valerio.

Circa locationes atque conductiones maxime fides [4] contractus servanda est, si [5] nihil specialiter exprimatur contra consuetudinem [6] regionis. Quod si [7] alii remiserint contra legem contractus atque regionis consuetudinem pensiones: [hoc] aliis præjudicium afferre non potest.

De conductione rei propriæ.

20. Iidem AA. Carpophoro.

Qui rem propriam [8] conduxit, existimans alienam, dominium non [9] transfert, sed inefficacem contractum facit.

Si alius majorem pensionem offerat.

21. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

Si [10] olei certa [11] ponderatione fructus anni locasti [12]: de contractu bona fide habito, propter hoc solum, quod alter majorem [13] obtulit ponderationem, recedi non oportet.

De operis.

22. Iidem AA. & CC. Papiniano.

Si hi contra quos supplicas, facta locatione certi temporis, suas tibi locaverint [14] operas: quatenus bona fides patitur, causa cognita, competens judex conventionem servari jubebit.

Si conductor rem suam esse dicat.

23. Iidem AA. & CC. Prisco.

Ad probationem [15] rei propriæ sive defensionem non sufficit locatio ei facta, qui post de dominio cœperit contendere: cum inscientia [16] domini proprii, & errantis nullum habeat consensum: sed ex eventu [17], si victus fuerit, contractus locationis non constitisse magis declaratur: nemo enim sibi [18] jure possessionem mutare potest.

De instrumentis, de heredibus, & de vidua conductoris.

24. Iidem AA. & CC. Antonino.

Contractus locationis conductionisque, non [19] intervenientibus etiam instrumentis, ratus habeatur: Secundum quod heredes [20] conductoris, etsi non intervenerint instrumenta, non uxorem [21] convenire debes. Sane de posteriore tempore, quo conductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidem precibus tuis probans, pensiones integras ab ea pete.

De judicio petitorio & possessorio.

25. Iidem AA. & CC. Epagatho.

Si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcunque rem accepit: possessionem prius [22] restituere debet, & tunc de proprietate litigare.

De conductionis fide impleta.

26. Iidem AA. & CC. Opioni & Hermogeni.

Si conductionis implestis fidem, ejusdem rei gratia factum instrumentum [23] evanuit. Quod si quid vestrum in fundo fuit, vel vi [24] direptum est, hoc restitui vobis Præses provinciæ jubebit.

De mercede prorogata.

27. Iidem AA. & CC. Neroni.

Si tibi, quæ pro colonis conducti prædii prorogasti [25], dominus fundi stipulanti dare spopondit, competens Judex reddi tibi jubebit: Nam si [26] conventio placiti fine stetit: ex nudo [27] pacto, perspicis actionem jure nostro nasci non posse.

De dolo, custodia, & casu.

28. Iidem AA. & CC. eidem Neroni.

In judicio tam locati quam conducti, dolum [28], & custodiam, non etiam casum [29], cui [30] resisti non potest, venire constat.

De ædificiis a conductore destructis.

29. Iidem AA. & CC. Juliano.

Cum conductorem ædificia, quæ suscepit integra destruxisse [31] proponis, hæc etiam heredes [32] ejus Præses Provinciæ instaurare, ædificiorum inter vos habita ratione jubebit.

De curialibus.

30. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P.

Curialis [33], neque procurator [34] neque conductor [35] alienarum [36] rerum, nec fidejussor, aut mandator conductoris existat: alioquin nullam obligationem neque locatori, neque conductori ex hujusmodi contractu competere sancimus.

De militibus.

31. Imp. LEO A. Aspari Magistro militum.

Milites [37] nostros alienarum rerum conductores, seu procuratores [38], aut fidejussores [39], vel mandatores conductorum fieri prohibemus: ne, omisso armorum usu, ad opus rurestre [40] se conferant, & vicinis graves præsumptione cinguli militaris existant. Armis [41] autem, non privatis negotiis occupentur: ut numeris, & [42] signis suis jugiter inhærentes Rempublicam, a [43] qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant.

Dominus, finita locatione prioris, potest locare rem alteri, nec potest primus secundo conductori molestiam, vel litem inferre. Salic.

32. Imp. ZENO A. Adamantio P.P.

Ne cui liceat, qui aliquam domum alienam, vel locum, aut ergasterium [44] nomine conductionis accepit, alteri qui post eum domini voluntate ad eandem conductionem accessit, litem inferre, quasi rem illicitam, aut agenti damnosam tentaverit: sed patere facultatem [45] dominis domos [suas] vel ergasteria, vel loca cui voluerint locandi: ipsis nihilominus qui conduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conservandis: nisi [46] forte pacta per scripturam specialiter inita cum dominis, vel his qui postea conduxerint, legibus videlicet cognita, agentis intentionibus suffragentur. † Quod si quis hujusmodi controversiam sacris jussionibus [47] interdictam, crediderit commovendam: si privatus est, acriter cæsus exilii subeat pœnam: si militat, decem librarum auri dispendio feriatur.

33. [48].

Hæc [49] constitutio permittit utrique, tam locatori quam conductori, ut liceat intra [50] annum conductionem solvere, tam in Italia, quam in omnibus provinciis: ac ne pœnam quidem velut ex transgressione præstare: nisi contractus initio specialiter huic legi valedixerint, aut citra scripturam renunciarint.

De re aliena.

34. Idem A. Sebastiano P.P.

Conductores [51] alienarum rerum seu alienam cujuslibet rei possessionem precario detinentes, seu heredes [52] eorum si non eam dominis recupe-

1 Id est, deducto. Ponamus primo anno fertilitatem, secundo sterilitatem, tertio parem fertilitatem fuisse. 2 Remissio pensionis fit propter edacitatem vermium; ut & graculorum, sturnorum. *l.* 15. §. 2. *ff. h. t.* Ad locustas illud Arnobii 1. *adversus gentes* pertinet: a locustis & muribus arroditur omne genus frugum, & Orpheus de corallio loquens vim habente servandæ segetis ἐκ τιμυῶν ἀγέλας ἐκ τῆς ἀκρίδος ἄπλετον ἔθνος. vide Cujacium 15. *obs.* 28. De locustis placet hoc ex Plinii 11. *c.* 19. addere. Deorum, inquit, iræ, pestis ea intelligitur. Namque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur: solemque obumbrant, solicite suspectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquam parum sit maria transiisse, immensos tractus permeant, diraque messibus contegunt nube multa contactu adurentes: omnia vero morsu erodentes & fores quoque tectorum, Italiam ex Africa maxime coortæ infestant, sæpe populo ad Sibyllina remedia confugere coacto inopiæ metu: in Cyrenaica regione lex etiam est, ter anno debellandi eas, primo ova obterendo, deinde fœtum, postremo adultas, desertoris pœna constituta in eum qui cessaverit. Et in Lemno insula, certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referunt. Graculos quoque ob id colunt, adverso volatu occurrentes earum exitio. Necare & in Syria, militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Idem autor 8. *c.* 29. Nec minus, inquit, clara exitii documenta sunt, etiam ex contemnendis animalibus. ut Varro autor est, a cuniculis suffossum in Hispania oppidum: a Talpis, in Thessalia: ab ranis civitatem in Gallia pulsam: ab locustis in Attica: ex Gyaro insula, incolas a muribus fugatos: in Italia Amyclas a serpentibus deletas. Citra Cynamogos Æthiopas, late deserta regio est a scorpionibus & solpugis gente sublata: & a scolopendris abactos Trerienses autor est Theophrastus. 3 Consuetudo in pensionibus servanda. 4 Id est, lex contractus. *l.* 25. §. 3. *ff. h. t.* 5 Alias ex consuetudine sumeretur præsumptio & in tacitis semper statutum videtur inesse. *l.* 31. §. 20. *ff. de ædilit. edict.* Cujacius tamen ex Græcis hic legit affirmative, si specialiter, ἃ μὲν ἰδικῷ &c. Robertus vulgatam defendit 1. *animad.* 14. Græcorum lectio nisi fallor, ut genuina & proba defendi potest, ut sit sensus: Id etiam servandum, quod inter contrahentes convenit, etiamsi vulgo aliter contrahi moris sit, possunt ea quæ sunt consuetudinis omitti. *infr. h. t. l.* 8. *supr. h. t.* 6 Id est, adversus ea quæ vulgo fieri licet. *l.* 8. *supr. h. t.* alias adversus statuta contrahere non licet. *l.* 7. §. 7. *ff. de pact. & infr. ne fidejussores dotium dentur.* 7 Non si quidam locatores pensionem colonis uno anno ultro remiserint: id cæteros locatores obligabit. facit *l.* 1. *supr. Res inter alios acta.* 8 *l.* 28. *ff. de adquir. vel amittend. possess.* vide *l.* 45. *ff. de regul. juris.* 9 Sicuti e contrario, locatio necessario facit dominium rei locatæ spectare ad locatorem. *l.* 23. *infr. h. t.* 10 Non potest aliquis propterea duntaxat expellere conductorem, quod alius venerit, qui majorem pensionem præstaturum se polliceatur. *Syn. Bas.* 20. *tit.* 1. *c.* 85. 11 Nummis semper non fit locatio, merces locationis consistere potest in his, quæ pondere constant. 12 Proprie hoc verbum intellige cum Cujacio 8. *ad Afric. fol.* 192. & Corrasio 2. *Miscellan.* 11. non translatitie cum Accursio, pro in usum concessisti. 13 *l.* 23. *ff. h. t.* 14 Adde *l.* 14. *supr. h. t.* 15 Adde *l.* 18. *supr. de rei vind.* 16 Inscientia & error nullum habet consensum. *l.* 15. *ff. de jurisdict. l.* 2. *ff. de judiciis.* 17 Ex eventu multa judicantur. *l.* 16. §. 8. *ff. de pœnis.* 18 Sibi ipse. Cujac. *ad l.* 33. §. 1. *ff. de usurp.* facit *l.* 3. §. 19. *ff. d. adq. vel amitt. possess. d. l.* 33. §. 1.
19 *l.* 9. *supr. h. t. l.* 14. *ff. h. t.* 20 *l.* 10. *supr. l.* 29. *l.* 34. *infr. h. t. l.* 19. §. 8. *ff. h. t.*

21 Mariti ex conductione non tenetur uxor. vide *l.* 1. *supr. ne uxor pro marito.*
22 *l.* 11. §. 3. *ff. h. t.* 23 Solutione creditori facta, debiti instrumentum ipso jure nullum, ideoque condici potest. *l.* 5. *in fin. supr. depositi. l. ult. supr. ad exhib. l.* 2. *supr. de cond. ex lege.* 24 *l.* 12. *supr. h. t. l.* 25. §. 4. §. 5. *ff. h. t.* 25 Prærogasti: Græci vocant τὴν δοθεῖσαν πρὸ χρόνον τοῖς γεωργοῖς. hoc sensu: si fundi dominus ea quæ fundi conductor colonis prærogavit, illi stipulanti dare spopondit, tenetur, sed si nudo tantum pacto promiserit, non tenetur. *Syn. Basil.* 11. *tit.* 1. *ex lib.* 20. *tit.* 1. *c.* 87. 26 *l.* 10. *ff. de pact.* Paul. 2. *sent.* 14. §. 1. *in fin.* 27 *l.* 7. §. 4. *ff. de pact.* 28 Vide *l.* 23. *ff. de reg. jur.* 29 §. 5. *Inst. h. t.* 30 *l.* 25. §. 6. *ff. h. t.* 31 Destructa per conductorem debent per eundem restitui. *Salic.* 32 Vide *l.* 24. *supr. h. t.* 33 *Decurio. ex Nov. Th. ne curialis.* 34 *l.* 34. *C. de decur.* 35 *l.* 4. *ff. de decur.* 36 Etiam publicarum. *l.* 6. §. 2. *ff. de decur. l.* 97. *C. Th. de decur. l.* 2. §. 1. *ff. de admin. rerum ad civit.* quod Adrianum constituisse Xiphilinus scribit. 37 Miles neque conductor, neque conductoris procurator (διοικητὴς est Græcis) fidejussor vel mandator fieri potest: ne & ipse circa hæc occupetur: ac vicinis ob cinguli, id est, militiæ privilegium gravis existat. *Syn. Basil.* 20. *tit.* 1. *c.* 90. adde 1. Harm. 61. §. 3. *l. ult.* J. *l.* 50. *ff. h. t.* 20. *Syn. Basil.* 1. *c.* 90. *l.* 13. 15. & 16. *infr. de re milit. Nov.* 116. 2. *Tim.* 2. *vers.* 4. Ambros. 1. *off.* 36. Sidon. 1. *epist.* 18. Vegetius militibus privata negotia non mandantur. Flor. 11. L. Posthum. consularis, quoniam cum exercitui suo præesset, opera quorundam militum usus esset, damnatus est. Idem de fœderatis constituitur. *l. ult. infr. h. t.* lege Gallica, nobiles conductores esse fundorum vetantur.
38 *l.* 8. §. 2. *ff. de procur.* Ambros. 1. *off.* 36. Si is qui imperatori militat a susceptionibus litium ac negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus, quanto magis qui fidei exerces militiam? Sidon. 1. *epist.* 8. Negotiatores militant, milites negotiantur, student pilæ senes, aleæ juvenes. adde *l. unic. infr. negotiatores ne militent. lib.* 12. *tit.* 35.
39 *l.* 8. §. 1. *ff. qui satisdare.* 40 Huc refer constitutionem Francisci I. *anni* 1540. *Que les Gentils-hommes & gens d'ordonnance, ne peuvent prendre ne tenir aucune ferme. tom.* 3. *ordin. Gall.* 5. 41 Armorum peritos milites esse magis oportet, quam negotiationis, *ut hic.* vel legum. *l.* 1. *supr. de jur. & fact. ignor.* 42 Ad quos remittantur. *Nov.* 116. *c.* 1.
43 Ali a repub. milites æquum est. 44 Id est, officinam. 45 Nemo invitus res suas uni semper & eidem locare cogitur. *Goth.* Fallit tamen tribus casibus quos recenset Gomez. *tom.* 2. *resolut. c.* 3. *num.* 5. & Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 23. & contrarium obtinet jure Canonico, si primus conductor sit scholaris. *cap.* 1. *extr. de locat. & conduct.* Ans.
46 Stipulatio hæc permissa est, ne locatori liceat fundum alteri relocare quam conductori: quin stipulari possum, ne tuum fundum vendas alteri quam mihi. *l.* 75. *ff. de contrahend. empt. l.* 21. §. 5. *ff. de act. empt. l.* 122. §. 3. *ff. de verb. oblig.* ut quomodo coërceri libertas alienandi. vide *d.* §. 3. *h. t.* eodem & locandi possit. 47 Rescripto Principis jus privati mutari non potest. 48 Hanc constitutionem ex Basilicis restituit Cujac. 12. *obs.* 38. extat autem apud autorem *Synopsis Basil.* 20. *tit.* 1. *cap.* 93. 49 Interpretatio Leunclavii 20. *Eclog.* 1. *cap.* 93. 50 Ex hoc loco Cujacius probat ædilitium edictum pertinere ad locationes. 12. *observ.* 38. quod tamen negat Ulpianus in *l.* 63. *ff. de ædil. edict.*
51 Qui rem conduxerunt, & post finitum conductionis tempus eam non restituunt ante condemnationem, sed usque ad definitivam sententiam expectant, & rem ipsam reddere & æstimationem præterea rei præstare tenentur. *Synops. h. t. c.* 92. 52 *l.* 24. *supr. h. t.*

rare

rate volentibus restituerint, sed litem usque ad definitivam sententiam expectaverint: non solum rem locatam, sed etiam æstimationem ejus victrici parti ad similitudinem invasoris [1] alienæ possessionis præbere compellantur.

De militibus.

35. Imp. JUSTIN. A. ad Senatum.

LIcet retro Principes multa de militibus [2] qui alienas possessiones, vel domos conductionis titulo procurandas suscipiunt, sanxisse manifestum est: tamen quia res sic est contempta, ut neque interminationis sacratissimæ constitutionis milites memores, ad hujusmodi sordida [3] audeant venire ministeria, & relictis studiis [4] publicis, signisque victricibus, ad conductiones alienarum rerum prosilire, & armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed [5] contra vicinos, & forsitan etiam adversus ipsos miseros colonos quos procurandos susceperint, convertere: necessarium duximus ad hanc sacratissimam venire constitutionem, altius, & plenius hujusmodi causam corrigentes. Jubemus itaque omnes omnino, qui sub armis militant, sive majores, sive minores (*Milites* [6] autem appellamus tam eos qui sub excelsis Magistris militum tolerare noscuntur militiam, quam qui in undecim [7] devotissimis scholis [8] taxati sunt, nec non eos qui sub diversis optionibus [9] Fœderatorum [10] nomine sunt decorati) saltem in posterum ab omni conductione alienarum rerum temperare: scituros, quod ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto, vel aliqua sententia cadant [11] militia, & non sit regressus eis ad pristinum gradum, neque beneficio Imperiali, neque consensu, vel permissu judicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne, dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimant, suas militias suamque opinionem amittant, ex [12] militibus pagani, ex decoratis infames [13] constituti: & quod post hujusmodi conductionem, (quam penitus interdicimus) a publico susceperint, & hoc sine aliqua mora, vel procrastinatione, reddere compellantur. Scituris & ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad conductionem permiserint, nostra lege eorum conamine violata, quod nulla eis exactio contra eas concedatur: [ut] qui [14] alieni appetens constitutus militem procuratorem [15] elegerit, & [a suis] cadat reditibus. † Pateat autem omnibus hujusmodi copia apud competentes Judices accusationis, ut qui in hac causa delator existat, laudandus magis quam vituperandus intelligatur: pœna, quam contra milites nostrorum præceptorum contemptores, & ipsos qui eis conductiones rerum ad se pertinentium permiserint, statuimus, in futuris causis obtinente.

TIT. LXVI.

DE [16] JURE EMPHYTEUTICO [17].

Contractus emphyteuticus propriam habet naturam, atque figuram, exigitque scripturam, & propter particulare damnum emphyteuta non liberatur a canone. Bald.

1. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

JUs [18] emphyteuticarium [19] neque [20] conductionis, neque alienationis esse titulis adjiciendum, sed hoc jus tertium esse constituimus [21], ab utriusque memoratorum contractuum societate seu similitudine separatum: conceptionem [item] definitionemque habere propriam, & justum esse validumque contractum [22]: in quo cuncta quæ inter utrasque contrahentium partes super omnibus vel etiam fortuitis casibus, pactionibus, scriptura [23] interveniente habitis, placuerint, firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri: ita ut si interdum ea quæ fortuitis casibus eveniunt, pactorum non fuerint conventione concepta, si quidem tanta [24] emerserit clades quæ prorsus etiam ipsius rei quæ per emphyteusin data est, faciat interitum: hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permansit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur. Sin vero particulare [25], vel aliud leve contigerit damnum [26], ex quo non ipsa rei penitus lædatur substantia: hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet adscribendum.

Pacta emphyteutica servanda sunt: quibus cessantibus, servanda est natura contractus. Bald.

2. Imp. JUSTINIAN. A. Demostheni P. P.

IN emphyteuticariis contractibus sancimus, siquidem aliquæ pactiones [27] in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ: easdem & in omnibus aliis capitulis observari, & de rejectione ejus qui emphyteusin suscepit, si solitam pensionem, vel publicarum functionum [28] apochas non præstiterit.

† Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium [29] neque pecunias solverit [30], neque apochas domino tributorum [31] reddiderit: volenti ei licere eum a prædiis emphyteuticariis repellere, nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis [32], vel eorum quæ *emponemata* dicuntur, vel pœna opponenda: sed omnimodo eo (si [33] dominus voluerit) repellendo [34], neque prætendente quod non est super hac causa inquietatus: cum neminem oporteat conventionem, vel admonitionem expectare, sed ultro sese offerre, & debitum spontanea voluntate persolvere, secundum quod & anteriore lege nostri numinis generaliter cautum est. † Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere, & reditum [35] minime [36] velle suscipere ut ex hujusmodi machinatione triennio elapso, suo jure is qui emphyteusin suscepit, cadat [37]: licentiam ei concedimus attestatione præmissa, pecunias offerre [38], hisque obsignatis, & secundum legem depositis, minime dejectionis timere periculum.

Emphyteuta potest jus suum vendere vel non, secundum tenorem pactorum, cessante autem super hoc pacto, dominus est requirendus, an velit emere pro tali pretio, quod ab alio invenitur, & expectandus est per duos menses. Bald.

3. Idem A. Juliano P. P.

CUm dubitabatur, utrum emphyteuta debeat cum domini voluntate suas meliorationes, quæ Græco vocabulo ἐμπονήματα dicuntur, alienare, vel jus emphyteuticum in alium transferre, an ejus expectare consensum? Sancimus, si quidem emphyteuticum instrumentum super hoc [casu] aliquas pactiones habeat, eas observari. † Sin autem nullo [modo hujusmodi] pactio interposita est, vel forte instrumentum emphyteuseos deperditum est:

1 *l. 10. in pr. C. unde vi.* 2 *l. 31. C. h. t.* 3 Militibus sordida est possessionum alienarum conductio. 4 Militia studium publicum. 5 Armorum atrocitas non ostendenda in vicinos, sed in hostes. 6 Milites qui. 7 Scholæ sunt undecim, videlicet scutariorum tres, agentium in rebus, armaturarum seniorum, armaturarum juniorum, Gentilium seniorum, Gentilium juniorum: Scutariorum sagittariorum, Scutariorum clibanariorum: Fabricensium. *Notitia imperii.* 8 Scholares sub primiceriis scholarum. 9 Auxilia fœderatorum optiones. 10 Fœderati sunt sub optionibus. vide *Nov.* 116. 11 Pœna militis conducentis alienam possessionem. 12 Ex milite paganum fieri, ex decorato infamem nota est. 13 De facto scil. 14 Pœna delicto similis. 15 *l. 31. supr. h. t.*

16 *§. 3. Inst. de locato.* 20. *Eclog. 2. c.* περὶ ἐμφυτεύσεως: 3. Harm. 3. *c.* περὶ ἐμφυτεύσεως *& tit.* 4. Clar. *lib. 4. §. emphyt.* Papon. 1. *Notar. 2. c. d'emphyteuse albergation, benevis, & baulx perpetuels.* 17 Ἐμφύτευσις, ἐκ τῶ ἐμφυτεύειν, ab insitione. Inde *Nov. Valent. de prædiis fisl.* Insitionis nomine hunc contractum significat. Est ergo emphyteusis contractus, quo dominus fundi sui defecti forte & squalidi, usum & fructum plenissimum, & quasi dominium alteri concedit ea lege, ut inserendo, plantando, arando, poliendo, colendo meliorem faciat: proque eo pendat pretium seu vectigal annuum. Cujac. *hic.* ut a libellaria & contractu colonario seu παροικικῷ differat, dixi ad *l. 24. §. 1. C. de sacros. Eccl. & ad Novel.* 7. Hoc addendum in libellaria, in introitu contractus offerri summam quandam pecuniæ quæ a Gallis *entrage.* vide Papon. *in d. loco in pr.* Ut ad emphyteusin revertar, ejus species sunt variæ. Nova est, quæ habet originem in ejus persona, quæ vult de ea disponere. Antiqua quæ ab aliquo ascendente. Hereditaria quam quis stipulatus est pro se & heredibus quibuscunque vel pro se & heredibus, si tamen est accepta a privato. Non hereditaria quam aliquis stipulatus est pro se & descendentibus nulla facta mentione heredum. vide Clar. *ibid. q.* 16. 18 Censualis contractus quid est? Differt ab emphyteusi, ideoque census debitor, etiamsi non solvat censum per biennium, imo per centum annos, jure suo vel re censuali non excidit, *text. cum gl. in c. constitutus. 6. extr. de relig. domib.* Bald. *in l. 2. §. 1. ff. de publician. in rem action. & tit de pace Constantiæ, in verb. persolvere fictum. & in Auth. & qui. C. de bon. aut. jud.* Imol. *in c. propter. 3. extr. de locato.* Jas. *lib. 2. hoc tit.* quibus addendum eum, qui singulis annis certam frumenti modiationem præstare teneatur, in dubio censuarium, non emphyteutam censeri, ut ea ratione biennii mora jure suo non excidat. Alberic. *l. 2. hoc tit. arg. d. c. constitutus.* Hippol. de Marf. *sing.* 94. de censuario contractu, vide Everard. *in loco ab Emphyt. ad censum* 31. 19 Ἐμφύτευσις neque conductio est, neque alienatio, sed jus proprium. *Syn. Basil. 20. tit. 2. c.* 1. 20 Definitio κατὰ ἀφαίρεσιν τῆς ἐναντίας. 21 Pro emphyteusi condictio ex lege competit. Cur? emphyteusis non fuit contractus peræque potens, ut actionem vi sua pareret: nisi lex accessisset. vide Clar. *ib. q.* 47. 22 Et quidem nominatim. Clar. *d. loco. q. 2. ex communi opinione.* 23 Scriptura in contractu emphyteutico necessario ab initio requiritur: alias non valet. Clar. *d. l. q. 4. ex communi opinione.* quod in aliis multis contractibus non requiritur. vide *l. 17. C. de pact.* contrarium tamen putat Molinæus ad consuetudines Parisienses *§. 33. num.* 38. 24 Hoc volunt interpretes, ob quamcunque sterilitatem emphyteuticarium non excusari a canone, ob chasma, labem & inundationem integræ rei, non ob labem partis. *C. h. t. ibi: ex quo non ipsa rei penitus lædatur substantia.* Judex tamen æquus poterit eo casu pensionis quantitatem cum fructibus, qui ex residua parte rei emphyteuticariæ colligentur, conferre: & ita pensionis solutionem moderari. Cessante vero belli causa canonem solvere, excusari quidem a caducitate emphyteuseos, at non a pensionis præstatione: præsertim si pensio exigua sit. Clar. *d. qu.* adde Gail. 2. *obs. 23. n.* 23. Quid si domus & aliquot jugera agri in emphyteusim dentur, sitque domus incendio consumpta? Emphyteuta domum reficere cogitur, & pensionem solvere, quia adhuc durat emphyteusis per aream remanentem, quæ est maxima rei pars, nisi pensio magna debeatur, eaque propter fructus solvatur, non autem modica propter utile dominium. vide Petr. Anchar. 3. *q. 78. num.* 12. Finge me dedisse Ecclesiæ domum ut me aleret: eandem domum exustam vel alio casu fortuito destructam? tametsi causa desinat, ob quam Ecclesia me alere debeat, alere tamen adhuc tenetur: quia translato dominio periculum est donatarii seu accipientis. *l. Lucius 11. ff. de evict. l. necessario. 8. ff. de pericul. & commod. l. si pecuniam 5. §. 1. ff. de cond. causa data.* aliud igitur est in emphyteusi, ut in qua res non transeat in accipientis dominium. Cremensis *sing.* 1. clades (Græcis βλάβη) totius rei emphytheuticariæ ad dominum rei ὡς ἐπὶ πράσεως, sicut in venditione fit. *Syn. h. t. c.* 1. igitur ad emphyteutam non pertinet. 25 Μερικὴ βλάβη, cui opponitur κατὰ παντὸς τȢ πράγματος, ut sit sensus: emphyteuticarii periculo accidere particulare damnum. eleganter autor Synopseos *d. c.* 1. adjicit, ὡς ἐπὶ μισθώσεως, sicut in locatione: ut in superiore casu totius rei interitus ὡς ἐπὶ πράσεως nisi aliæ conventiones speciales de rei damno intervenerint. *d. c.* 1. 26 Quid si emphyteuticariæ per alluvionem aliquid accesserit? non augebitur pensio. Nam cum ad emphyteutam damnum pertineat, ad eundem deferri commoda oportet. vide Clar. *d. l. q.* 41. 27 Pactiones in emphyteusi servandæ, sive ad ipsam emphyteusin, sive ad ipsum emphyteutam ejusve refectionem pertineant. Quid si nihil de eo rejiciendo nominatim dictum sit? si per triennium canonem emphyteuticum non solvit, neque domino dederit τῶν δημοσίων ἀποχάς. publicorum tributorum apochas nulla meliorationis vel emponematum quæ dicuntur, ratione habita, omnibus modis, id est, omnimodo rem ipsam amittit. Neque proferre ad sui defensionem poterit, quod verbi gratia, propter emphyteuma non fuerit inquietatus. Nam hoc ipsum voluntate spontanea non ex inquietatione præstitum oportuit. *Syn. ibi c.* 2. 28 Τῶν δημοσίων ἀποχάς. vide *C. h. t.* quid si thesaurus sit repertus? est enim fortunæ, ut loquuntur, donum. *l. 63. §. 1. ff. de adq. rer. dom.* vel potius Dei beneficium. *l. un. C. de Thesauris.* Quidam putant emphyteutæ fieri. *Doctores in §. thesauros. 39. Inst. de rer. divis.* Choppin. 2. *de domanio 5. n.* 20. Sed æquius est, ut emphyteutæ tantum cedat pro dimidia parte, ac si in fundo dotali fuisset repertus. *l. 7. §. 12. ff. solut. matrim.* 29 *l. 32. in fin. C. de episc. aud.* olim biennium ut in conductione. *l. 56. ff. locati.* Cujac. *Nov.* 7. quod in emphyteusi Ecclesiastica obtinet. *Nov. 7. c. 3. §. 2. Nov. 120. c. 8. c. Potuit. extr. de locato.* Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium cadit ab Emphyteusi privati hominis: Ecclesiæ vero per biennium. vide Clar. *d. loco. q. 8. ex comm. opinione.* per triennium dixi, non antea: etiamsi emphyteuticarius juraverit se annuatim soluturum. Clar. *ib. contra comm.* Triennio vero elapso semper privari potest, etiamsi pensio inferenda minimi sit pretii, cum eo casu, non tam de lucro vel commodo, quam de recognitione utilis dominii agatur. Clar. *ib. ex comm. opinione.* idem dicendum, si sciens, non si ignorans, puta si successit defuncto, tunc enim juvandus est. *l. 1. ibi. si qua mihi justa causa ff. quib. ex caus. major. l. ult. in fin. ff. de leg.* 2. adde Gail. 2. *obs. 48 n.* 4. nec paupertatis prætextu, minus dimidia pensione intulit, tunc enim ab universa emphyteusi cadere dicitur. Clar. *ib.* Non idem dicendum est si aliud convenerit, aut si tantundem emphyteutæ debeat dominus, quam pensionis sit quantitas, tunc enim æquo jure admittitur compensatio. Soc. *reg.* 114. 30 Ipse vel ejus procurator. *l. 57. ff. de solut. & liberat.* Quid si re ipsa obtulit & consignavit? satis fecisse intelligitur. *Novell. 91. c. 2. in fin.* Quid si unus heredum tantum partem suam obtulit? omnes jure suo cadunt: alioquin præstatio emphyteuseos confunderetur. *l. 7. ff. comm. præd.* ad eundem modum cessatio parentis nocet successoribus, si in eorum quoque gratiam emphyteusis data sit: nisi statim seu modico post triennium intervallo obtulerit, idque æquius videtur. *in fin. infr. h. t. & c. Potuit. extr. de locato.* quod tamen Afflictus non admittit *decis.* 74. 31 Τῶν δημοσίων ἀποχάς. 20. *Ecl. 1. cap.* 3. περὶ ἐμφυτεύσεως. hinc constat emphyteutam ad solutionem vectigalis ratione prædii emphyteutici teneri. *l. 2. ff. si ager vectigalis.* vide Clar. *ibi. q.* 4. An & ad refectionem ædificii emphyteuticarii? tenetur. Petr. Anchar. 3. *quæst. 78. num.* 2. 32 Finita emphyteusi culpa emphyteutæ, ipse emphyteuta ἐμπονήματα seu meliorationes amittit: sin minus, non amittit: ejusque heredibus eo nomine actio competit. Clar. *ibid. quæst.* 45. Wurmser. 1. *pract.* 34. *observ.* 2. & ita differunt emphyteuticarii a colonis. *l. 61. ff. locati.* Quid si domum ædificavit: in electione domini positum est ædificii æstimationem solvere, vel ut ædificium tollatur pati. vide Clar. *l. 4. §. feud. quæst.* 88. 33 Communi opinione dicitur, eo casu sufficere nudam voluntatem directi domini de ejiciendo emphyteuta, adeo ut emphyteuta statim ipso jure cadat, neque ulla requiratur judicis sententia. Clar. *d. loco quæst.* 9. 34 Officio tamen judicis, non privata autoritate, & ita communiter ab omnibus tenetur. Clar. *quæst.* 11. Wurmser. 1. *pract.* 34. *observ.* 1.

35 Qui solet communiter præstari in fine anni. *arg. l. 42. ff. de verb. oblig. l. 9. l. 17. ff. de reg. jur.* Speculator *d. loco.* Clar. *ex comm. opin. quæst.* 12. 36 Quid si emphyteuta trium annorum pensionem prærogare velit? dominus eam recipere cogi non potest, nec etiam debet, cum invito beneficium non detur. *l. 69. ff. de reg. jur.* facit *l. 38. §. 16. l. 122. ff. de verb. oblig.* 37 Emphyteuta statim, a triennio moram canonis non soluti purgans, auditur. *c. Potuit. extr. de locato: Novell. 91. c. 2. in fin. l. 7. C. de pact. int. empt. l. 32. C. de Episc. aud.* cur? si oblatio emphyteutam purgat, purgabit multo magis ipsa canonis acceptilatio, ut in dubio censeatur caducitas ei remissa, cum de injuria sibi facta dominus protestatus non fuerit. *§. ult. Inst. de injur.* proniores enim sumus ad reum liberandum. *l. 47. ff. de obl. & act.* vide tamen Clar. *quæst.* 10. 38 Emphyteusis finitur culpa emphyteutæ, *ut hic.* adde & tempore (ad quod data est) finito, ut & extincta generatione, in cujus favorem concessa est.

minime licere emphyteutæ sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere, vel jus [1] emphyteuticum transferre [2]. † Sed ne hac occasione accepta, domini minime concedant emphyteutas suos accipere pretia meliorationum quæ invenerunt, sed eos deludant, & ex hoc commodum emphyteutæ depereat: disponimus [3], attestationem [4] domino transmitti, & prædicere, quantum pretium ab alio [revera] accipi potest. Et si quidem dominus hoc dare maluerit [5], & tantam præstare quantitatem, quantam ipse revera emphyteuta ab alio recipere potest, ipsum dominum omnimodo hæc comparare. Sin autem duorum mensium spatium fuerit emensum, & dominus hoc facere noluerit: licentia emphyteutæ detur, ubi voluerit, & sine consensu domini meliorationes suas vendere: his tamen personis [6], quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad hujusmodi venire emptionem. † Necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum præfatum modum vendita sit, accipere emphyteutam: vel si jus emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas & idoneas ad solvendum emphyteuticum canonem transponere emphyteuta maluerit [7]: non [8] contradicere, sed novum emphyteutam in possessionem suscipere, non per conductorem vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se, vel per literas suas, vel (si hoc non potuerint vel noluerint) per depositionem in hac quidem civitate apud virum clarissimum magistrum censuum, vel præsentibus tabulariis per attestationem, in provinciis autem per præsides vel defensores celebrandam. † Et ne avaritia tenti domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent: (quod usque ad præsens tempus perpetrari cognovimus) non amplius eis liceat pro subscriptione [sua] vel depositione nisi quinquagesimam [9] partem pretii, vel æstimationis loci qui ad aliam personam transfertur, accipere. Sin autem novum emphyteutam vel emptorem meliorationis suscipere minime dominus maluerit [10], & attestatione facta intra duos menses hoc facere supersederit: licere emphyteutæ etiam non consentientibus [11] dominis ad alios suum jus, vel emphyteumata [12] transferre. Sin autem aliter fuerit versatus, quam nostra constitutio disposuit, jure emphyteutico cadat.

vide Clar. *quæst.* 42. 1 Emphyteuta jus emphyteuticarium alienans sine consensu domini, jure suo cadit, nec in eum sententia requiritur: sed tamen ante realem traditionem non dicitur perfecta alienatio: hoc est, nondum censetur emphyteusim alienasse. Wurmf. 1. *pract.* 34. *obs. ult. ex comm. opin.* (nisi clausula constituti vel precarii sit adposita: idque stricto jure, non ex æquo; quod Delphinates sequuntur. Guid. *decis.* 101.) idem dici volunt, si facta sit traditio sub hac protestatione *salvo & reservato consensu domini & non aliter.* (nisi forte res emphyteutica magni sit momenti: ut castrum, & traditio facta sit potentioribus. vide Cæpollam *cautela* 22.) idem etiam dici volunt, si emphyteusim quis pro se acceperit, & pro his quibus dederit. Idem si emphyteuta prohibitus sit alienare in potentiorem. nam prohibitio in quibusdam inducit tacitum consensum in reliquis: tunc enim volunt irrequisito domino alienare vel cedere posse emphyteusim inferioribus & æqualibus. Idem quoque dicendum erit, si alienandæ emphyteuseos jus habuit pacto in eam rem nominatim cum ipso domino directo inito. Rom. *sing.* 471. Idem esse existimatur, si ignorans vendidit. *arg.* 2. *Feud. de controv. int. dom.* 42. *l. ult. §. sin autem.* 3. *Auth. res quæ. C. com. de legat. l. ult. in fin.* & ibi *Gl. &* Bart. *ff. de legat.* 2. quemadmodum per contrarium directus dominus per ignorantiam, canonem recipiens post commissam emphyteusim, non remittit jus commissæ emphyteuseos. Soc. *reg.* 115. idem censetur, si alienatio non solennis: hoc est, si solennitas statuto vel consuetudine requisita, in ea servata non fuerit. Soc. *ib.* plures exceptiones apud eundem, vide *in reg. Vasallus* 434. Quid si partem tantum alienavit? emphyteutam cadere tantum parte alienata judicatum fuit in consilio Neapolitano. Quid si integram emphyteusim alienatam emphyteuta recuperavit? pœnam caduci non evitat. Putant itaque colonum a tali injuria pœnitentia sua, nocentem esse non desinere. facit *l.* 1. *§.* 25. *ff. deposit. l.* 4. *§.* 10. *ff. de usurpat. & usucap. l.* 65. *ff. de furtis.* idque communis probat opinio, de qua vide Clar. *d. loco quæst.* 13. a qua Mynsingerus dissentit, 3. *respons.* 38. *num.* 27. 28. 2 Dic, *ut infr. h. t.* 3 Emphyteuta jus emphyteuseos (agitur tamen hic de meliorationibus) vendere volens tenetur διαμαρτυρίαν πέμπειν τῇ πρωτοτύπῳ δεσποτείᾳ, attestationem transmittere primario domino, eumque de pretio certiorem facere. Qui si emere noluerit, liberum est emphyteutæ jus suum elapso bimestri spatio transferre. Quin & emptorem cogitur admittere dominus, ubi primum duo menses expleti fuerint. 3. Harm. 3. §. 117. 4 Nota & adde *l.* 32. *C. de episc. audient.* 5 Datur domino directo intra bimestre tempus jus προτιμήσεως (de quo dicam ad constitutionem Friderici de jure προτιμήσεως.) vide interea Papon. 1. *Notar.* 2. *c. d'emphyteuse*, ibi *droict de retenue au Seigneur direct*, & ibi: *Le Prince n'a droict de retenue fors qu'en certain cas.* Jure feudali intra annum 2. *Feud.* 9. ubi vide *Cuj.* 6 Potentioribus aut vetitis capere. *l.* 135. *§.* 3. *ff. de verb. oblig.* 7 Emphyteuta jus emphyteuseos (domino tamen prius requisito) alienare potest, id est, non potest jus emphyteuticum simpliciter alienare, sed prohibetur, nisi adhibeatur solemnitas. de qua vide Roland. a Valle 1. *cons.* 3. *num.* 85. Possunt tamen emphyteutæ plures rem emphyteuticam inter se dividere etiam irrequisito domino. Clar. *ib. q.* 14. *idem q.* 17. Sunt enim in solidum emphyteutæ, nec de hujusmodi divisione directus dominus potest conqueri, cum ejus non intersit penes quem sit res emphyteutica, nec ulla recognitio nomine rei debeatur. Clar. *ibid. qu.* 14. Potest etiam emphyteuta, nisi specialis consuetudo obstet, irrequisito domino, jus emphyteuticum extraneo capaci, non potentiori donare. vide Forn. 2. *qu.* 22. *select.* 30. vel legare: salvo tamen jure directi domini. Eo casu donatarius vel legatarius sine consensu domini possessionem apprehendere potest; & præterea eidem domino (dominum intellige etiam usufructuarium. Clar. *ib. q.* 23.) novus emphyteuta laudimia seu ἀνδικτικὰ solvere tenetur pro nova investitura. Clar. *q.* 15. Laudimia, inquam, id est, quinquagesimam partem pretii. J. *h. t. vers. & ne avaritia.* quod onus locum etiam habet in rebus donatis, quarum solvenda est eo nomine æstimatio: etiamsi emphyteutæ licuerit emphyteusim alienare. Clar. *q.* 23. permutare (cui tamen rei strictum jus repugnare videtur. Clar. *q.* 17.) pignori dare, vel hypothecæ dare. idem *q.* 18. *l.* 16. *in fin. ff. de pignoratitia.* locare ad modicum tempus *q.* 19. Econtrario non potest eandem rem in emphyteusim dare, est enim datio emphyteuseos alienationis species. *q.* 20. aut in ea servitutem constituere in præjudicium domini. *q.* 11. licet in sui præjudicium possit, ut tantisper dum emphyteusis durabit, teneatur eam servitutem pati. *arg. l.* 1. *§. pen. in fin. ff. de superficiebus. & arg. §. quid ergo.* 2. *De investitura de re aliena facta.* 8. *l. Statius Florus.* 48. *ff. de jure fisci.* Capella Tholosana *& ibid.* Aufrerius *decis.* 461. intervertere possessionem, *ejusdem. q.* 25. aut rem deteriorem facere. *arg. Nov.* 7. *c.* 3. *§.* 1. *Nov.* 120. *c.* 8. *Auth. qui rem.* 14. *C. de sacrosanct. Eccles.* quibus casibus emphyteuta cadit jure suo. Clar. *ib. q.* 26. ut & arbores excidendo, vel formam rei mutando. Gail. 2. *pract.* 67. *n.* 12. Restat dispicere, num emphyteuta possit jure testati, vel intestati emphyteusim transferre. Quod ad testati causam attinet, potest emphyteuta novam emphyteusim, id est, a se adquisitam pro se & quibus dederit, vel pro se filiis & heredibus jure suo in quemcunque voluerit filiorum: quin in extraneum dispositione testamentaria conferre. Antiquam autem, id est, ab ascendentibus acceptam emphyteusim: acceptam, inquam, sub ea formula *pro adquirente ejusque liberis*, parens tenetur filiis relinquere. Clarus *ibi quæst.* 16. superest causa intestati: Emphyteusis indefinite accepta ad filios adquirentis defertur; ad certam generationem accepta, generationem conventam non excedit: Ad certum tempus accepta potest ad extraneos etiam heredes, id est, ad non legitimos transferri: ad conventum tamen tempus duntaxat. In perpetuum vero tempus collata, si ita concepta fuit, *Teneat pro se & filiis*, ad solos descendentes defertur: si ita, *pro se & heredibus extraneis*, etiam ad extraneos: si ita, *pro se & heredibus*, in extraneum quemcumque deferetur, nisi sit emphyteusis Ecclesiastica. *Novell.* 7. *c.* 3. *in princ. vers. Aliter.* Imo etiam si Ecclesiastica, si modo solenniter facta fuerit, ut communiter major pars interpretum scribit. qua de re vide Roland. a Valle 1. *cons.* 96. *n.* 20. quod ultimum Clar. *d. loco quæst.* 28. *vers. Et quinque tamen disputando.* non admittit, nisi expressa facta sit pro extraneis heredibus, aut in ipsa investitura talia verba sint adjecta, quæ tantundem præstent, puta pro se & quibus dederit, vel pro se & heredibus quibuscunque. Extraneos cum dico, fiscum etiam intellige. Nam si emphyteusis ejus conditionis fuerit, ut ad extraneum transiret, delicti causa jus emphyteuticum ad fiscum deferetur. *l.* 4. J. *de fundis patrim. lib.* 11. *tit.* 61. nisi emphyteusis sit Ecclesiastica, idque favore religionis. *l.* 17. *ff. de usufruct.* Clar. *ibid. quæst.* 29. Quod de fisco dictum est, ad correos accipiendæ emphyteuseos Clarus negat pertinere, inter quos jus adcrescendi non est, *quæst.* 39. sed nec ad Ecclesiam extendi. Ideoque tametsi emphyteuta monasterium ingrediatur, jus tamen emphyteuticum ad Ecclesiam non transfertur. Merito, nulla namque spes caducitatis esset. vid. Clar. *d. loc. quæst.* 33. Dictum est superius, filios interdum succedere in jus emphyteuseos. An naturales? si emphyteusis sit privata, naturales succedent. Clar. *quæst.* 30. ut & legitimati (nihil enim differunt a legitimis. *Novell.* 89. *c.* 3. Clar. *d. loc. quæst.* 31.) & fœminæ, nisi emphyteusis accepta pro filiis. *l.* 22. *ff. de verb. sign.* aut statuto repellantur fœminæ a successione stantibus masculis. Quid nepotes ex filia? si emphyteusis accepta pro se & filiis & nepotibus masculis, vel pro descendentibus suis virilis sexus non succedent, secus si accepta in tertiam generationem. Clar. *quæst.* 36. Quid filii abstinentes patris hereditate? succedent, si emphyteusis accepta pro se, filiis & heredibus. vide Clar. *d. loc. quæst.* 37. Gail. 2. *pract.* 128. *n.* 18. *& obs.* 154. *num.* 17. An emphyteusis transeat ad institutum in re certa, vide eundem ibi *quæst.* 38.
8 Quid si emphyteusis sit finita citra culpam emphyteutæ isque desideret renovari contractum emphyteuticarium? Clarus ex communi opinione refert, injuria affici, nisi renovetur ei emphyteusis: eoque nomine ad superiorem appellari posse. *d. loc. quæst.* 43. Gail. 2. *obs.* 148. *num.* 23. 9 Laudimia a novo emphyteuta quæ debeantur domino directo observa. *Goth.* Laudimium est quinquagesima pars pretii *h. l.* cessante puta pacto, statuto, vel consuetudine, Alexand. *vol.* 5. *consil.* 5. *n.* 8. Bursat. *vol.* 2. *consil.* 137. *n.* 39. Proinde debetur ad ratum pretii, non valoris rei, etsi major sit pretio. Alexand. *d. loco.* & Cravett. *consil.* 389. Potest tamen dominus probare contrarium, puta quod majus sit pretium, & detecta fraude circa pretium rei, commissa in præjudicium laudemii, sit locus devolutioni, & res incidit in commissum. Papon. *decis.* 171. *num.* 5. Boër. *consil.* 52. *in fin.* Amod. de Pont. *tract. de laudem. quæst.* 1. 4. *&* 8. Maur. Burg. *d. tract. part.* 1. *inspect.* 10. Ans. 10 De hoc jure προτιμήσεως supra dictum est. 11 i. e. Invitis. 12 Ἐμποιήματα, *supr. h. t.* meliorationes. *supr. h. t.*

D. JUSTI-

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER QUINTUS.

TIT. I.
DE [1] SPONSALIBUS [2], ET ARRHIS [3] SPONSALITIIS, ET PROXENETICIS [4].

Diſſolutis ſponſalibus de futuro, licitum eſt alii nubere. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Annonariæ [5].

ALii deſponſatæ [6] renunciare conditioni, & nubere alii non prohibentur.

Sponſa ſponſum abſentem tenetur per biennium expectare: quo elapſo, alteri nubit impune. Bald.

2. Impp. CONSTANTIUS A. & CONSTANS C. ad Pacatianum P. [7] P.

SI is qui puellam ſuis nuptiis pactus eſt, intra [8] biennium exequi nuptias in eadem provincia degens ſuperſederit, ejusque ſpatii fine decurſo, in alterius poſtea conjunctionem puella pervenerit, nihil fraudis ei ſit, quæ nuptias maturando, vota ſua diutius eludi non paſſa eſt. [Dat. Prid. Idib. April. *Martianopoli*, PACATIANO & HILARIANO CONSS.] 332.

Obligationem purificatam ſequentis caſus occurſio non reſolvit: ſecus in obligatione purificanda. Bald.

3. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS & THEODOSIUS AAA. Eutropio P. P.

ARrhis [9] ſponſaliorum [10] nomine datis, ſi interea [11] ſponſus, vel ſponſa deceſſerit, quæ data ſunt, jubemus reſtitui, niſi cauſam [12], ut nuptiæ non celebrarentur, defuncta perſona jam præbuit. Dat. 15. Kal. Jul. *Theſſ.* GRATIANO A. V. & THEODOS. A. I. CONSS. 380.

Tutor vel curator non poterit diſſolvere ſponſalia contracta per partem puellæ. Salic.

4. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. ad Marianum P.P.

SI [13] pater pactum de filiæ nuptiis inierit, & humana ſorte conſumptus ad vota non [14] potuerit pervenire, id inter ſponſum & ſponſam firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur deſtinatum [15]: nihilque permittatur habere momenti, quod cum defenſore [16], ad quem minoris commoda pertinebant, docebitur fuiſſe transactum. Periniquum eſt enim, ut contra [17] paternam voluntatem, redempti forſitan tutoris, aut curatoris admittatur arbitrium: cum plerumque etiam ipſius fœminæ [18] adverſus commoda propria inveniatur laborare conſilium. Dat. 4. Non. Novemb. HONOR. XIII. & THEOD. X. AA. CONSS. 422.

Qui contraxit ſponſalia, & ea non vult exequi: ſi eſt ætatis legitimæ, arrhas quas recepit, reſtituet duplicatas: ſi minor, ſolum quas recepit. Bald.

5. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P.P.

MUlier [19] juris ſui conſtituta [20] arrharum [21] ſponſalium nomine usque [22] ad duplum [23] teneatur, id eſt [24], in id quod accepit, & aliud tantundem, nec amplius ſi [25] poſt completum viceſimumquintum annum, vel [26] poſt impetratam veniam ætatis, atque in competenti judicio comprobatam, hujusmodi arrhas ſuſcepit. In ſimplum autem, id eſt, tantummodo [in id] quod accepit, ſi minoris ætatis eſt: ſive virgo ſive vidua ſit, ſive per ſe, ſive per tutorem, aut curatorem, vel aliam perſonam easdem arrhas acceperit. † Patrem [27] vero, vel matrem legitimæ ætatis conſtitutos, ſive ſimul ſive ſeparatim arrhas pro filia ſuſceperint: avum etiam, vel proavum, ſi pro nepte vel pronepte, in duplum tantummodo convenit teneri. Quæ ita cuſtodiri cenſemus, ſi [28] non propter perſonam, vel conditionem, vel aliam cauſam legibus, vel generalibus conſtitutionibus interdictam, futurum matrimonium conſtare prohibetur: Tunc enim quaſi nullo facto, utpote ſine cauſa easdem arrhas præſtitas, tantummodo reddi conſequens eſſe præcipimus. † His [illud] quoque adjicimus: ut etiamſi [29] legibus prohibitæ non ſint ſperatæ nuptiæ, poſt arrhas autem ſponſalitias ſponſa conjugium ſponſi propter [30] turpem, [vel prodigam,] vel impudicam converſationem,

1 Tractat de Sponſalibus ante Nuptias: ut quas præcedant ſponſalia, arrharum dationes & proxenetica. De Antenuptialibus quædam dicenda ſunt obiter ad quarundam etiam legum faciliorem intellectum. Nuptiarum dies legitimi tres erant. *l. 66. §. 1. ibi; ante diem tertium. ff. de donat. inter. vir.* Primus dicebatur a Græcis προαύλια, id eſt, deſponſalia. Ea fiebant auſpicato. Cicer. 1. *de divinat.* Valerius 2. *cap.* 1. optime a turture & cornice, ſi par integrum apparuiſſet, quia utrumque animal adeo ſui conjugis ſtudioſum, ut eo mortuo ſuperſtes nullius præterea conjunctionem appetat. Poſt auſpicia ſacra faciebant. Secundus ἀπαύλια, decubatio, eoque deducebatur ſponſus in domum ſoceri a Paranympho, quem nonnulli νυμφευτὴν, alii παροχὸν vocabant, ſi futura uxor virgo fuiſſet: ſi vidua, mulier ad ſponſum deducebatur a Nymphagogo. ſeu προμνηστρία, id eſt, pronuba. In limine ignis, & aqua ponebatur, utrumque ſponſus & ſponſa manu tangebat: ipſa nupta ejusdem aſperſione luſtrabatur (eo pertinet lex 66. *in fin. ff. de donationibus inter virum.*) Interdum recta via virgo in domum mariti (ſi forte per nuntium nubebat) deducebatur. *l. 5. l. 6. l. 7. ff. de ritu.* Sub veſperam, vel etiam noctu celebrabantur nuptiæ, faces accendebantur, virginis facies operiebatur (hinc nuptiæ) velo, quod Græcis ἑανὸς, & κάλυπτρα, ſeu flameum: lutei coloris erat, ne pudor virginis proderetur, ferreus annulus ei a viro dabatur. Sponſa vero tres aſſes: quorum primum in manu, alterum in pede, tertium in ſacciperio ferebat. Primum ſponſo dabat, quaſi eum ſibi illo pretio coëmptum eſſet habitura: alterum in foro diis laribus deponebat. Tertium in vicino compito fodiebat. Nonius *c. 12. in Nubentes.* Inde convivium apparabatur, mox Hymenæus ducebatur cum choreis. Poſt hæc, pronuba ſponſam ad genialem lectum deducebat, hanc antecedebant δᾳδοφόροι, id eſt, faciferi, duoque colum cum lana & fuſis ferentes. alii mundum muliebrem, & alia quæ ob id παράφερνα. Sponſa ita deducta, a ſponſo detegebatur, quo nomine dona accipiebat, quæ ob id ἀνακαλυπτήρια, & quod ab eo primum videretur ὀπτήρια, & quod eam alloqueretur προσφθεκτήρια. adde Cujac. 2. *feud.* 9. His ita peractis, pronuba unam ex facibus accendebat, pervigilem futuram: cæteras extinguebat, mox ſponſæ duobus digitis cingulum ſolvebat, quod Dianæ, ob eam cauſam λυσιζώνη, a Latinis Cinxiæ cognomento, dicabatur. Feſtus *in voce Cinxiæ*, dixi *libro* 1. *ad Leges* 12. *Tabular.* Cingulum illud erat ex ovilla lana contextum nodo qui Herculeus vocabatur, propterea quod Hercules fœcundiſſimus creditus ſit. Ubi omnes diſceſſiſſent, ſponſus clauſa janua diſponebat cuſtodias foris, quarum opera mulierculàrum importuna vel pietas, vel ſimulatio a foribus arceretur, ſi qua commoveretur virginis clamore. Interea juventus nuces cum ſtrepitu ſpargebat. Feſtus *in Nuces.* & hæc de ſecundo nuptiarum die. Tertius dies nuptiarum ἐπαύλια, quaſi nuptiarum appendix: Latinis Repotia. In eo ſponſi affines convivium inſtaurabant: eoque uxor in domum mariti deducebatur. Egrediens domo paterna nupta pedem tollebat, ne limen attingeret, idque ne pharmacis magicis lædi poſſet, quæ ſub limine ad deſtruendum conjugium vel concordiam, vel vim genitalem ſolent a veneficis poni. Plutarchus *in Romanis quæſtionibus* 29. Claves mox ei dabantur, vel ut illa intelligeret, quod jus in familia mariti eſſet habitura, vel ad ſignificandam partus facilitatem. Feſtus *in voce Clavium.* adde quæ ſcripſi ad *l. 2. ff. de divort. & repud.* Plura vide apud Coſtanum Titulo de matrimonio, de ritu nuptiarum. Julium Scaligerum 3. *Poëtices* 101. 2 *Al.* proxenetriis. Alciat. 1. *diſpunct.* 22. vid. *l. 6. ℑ.* 3 *l. 1. l. 2. ℑ. h. t.* dixi ad *Lib.* 23. D. 1. *L. 3. C. Theod.* 5. 4 Vid. *l. 3. l. 4. l. 5. ℑ. h. t.* 5 Bianori. 6 Deſponſata alii, renunciare ſponſalibus poteſt & alii nubere. *Synopſ. Baſil.* 28. *tit.* 2. *cap.* 15. & Harmen. 1. §. 9. *l. 2. in fin. ℑ. de repud. & judic. de mor. l. 2. §. 2. ff. de divort. & repud.* Quid ſi ſponſalia degenerent, ſintque contracta per verba de præſenti? aliud dicendum fuerit. adde *l. 15. ff. de cond. & demonſtr. l. 30. ff. de reg. jur.* adde Wurmſer. 1. *pract.* 35. *obſerv.* 1. 7 Conſtantinus ad Pacatianum P. U. *l. 4. C. Theod. h. t.* 8 Si ſponſus præſens eſt, & in eadem provincia, nec intra biennium exequitur nuptias, poteſt puella impune alii nubere, *ut hic. l. 4. C. Theod. de ſponſalibus.* Dion. 54. Sueton. *in Auguſt.* 28. *Synopſ. Baſil.* 1. *c.* 16. 4. Harmen. 1. §. 18. abſens expectatur per triennium. *l. 2. infr. de repud. & judic. de mor.* olim quadriennium: & ulterius. *l. 17. ff. de ſponſalib.* adde Cujac. 16. *obſerv.* 35. 9 *l. 6. C. Theod. h. t.* 10 Arrharum datio ſolet antecedere ſponſalia, *ut hic:* ut & emptionem & conductionem. *l. 17. in fin. ſupr. de fide inſtrum.* 11 Sponſus (dic idem in ſponſa) moriens ante nuptias, *ut hic:* arrhas non amittit, licet eo moriente dimidia pars donationis ante nuptias ab eo factæ, ad ejus ſponſam (ſi tamen oſculum ei datum eſt) pertineat. *l. 16. infr. de donationibus ante nuptias.* Idem dicendum eſt in donatione ſponſo a ſponſa facta ante nuptias. *d. l. 16. in fin.* Quid ſi dos marito ante nuptias data? ſi nuda præceſſerunt ſponſalia, ſtatutum vel pactum de lucranda dote non pertinet ad maritum. Sin per verba de præſenti contractum ſit, pertinebit: etiamſi mulier, neque cognita, neque in domum mariti deducta ſit. *arg. l. 7. ff. de ritu nupt.* ſin minus, heredes uxoris datam condicent. *l. 10. ff. de condict. cauſa data.* eamque diſtinctionem, ut veriorem & communiter receptam, Gailius probat 2. *obſ.* 80. *n.* 3. Statutum ſcil. de lucro dotis locum habere in ſponſa. adde quæ dixi ad *l. 1. ff. h. t.* idque etiam uſurpari in dote dicta ſeu promiſſa. Nihil enim intereſſe inter dotem datam & promiſſam: cum ex ſola promiſſione dos conſtituatur. vid. *l. 4. ℑ. de collat.* De doario quid dicendum? Cujacius negat doarium, ſeu ὑπόβολον deberi uxori, niſi in mariti concubitum venerit, & hoc eſſe quod dicitur: *Au coucher gagne la femme ſon douaire*, 2. *feud.* 9. *fol.* 515. *in fin.* 12 Ut ſi in culpa fuit, ne contrahi poſſet conjugium. 4. Harm. 1. §. 3. 13 *l. 7. C. Theod. h. t.* Sæpenumero pater ſuſceptis pro filia ſponſaliorum arrhis, vita defungitur, necdum contractis nuptiis. Deinde poſt ejus mortem, aut tutor, aut curator efficere conatur, ut dirimantur ſponſalia, cavetur itaque hac conſtitutione infringi & labefactari nequaquam oportere, quæ ſuperſtite patre probata & conventa ſunt. 4. Harmen. 42. §. 4. 14 Poſt ſponſalia mora injicitur nuptiis, vel expreſſe. *l. 1. ℑ.* vel tacite. *l. 2. ſupr.* vel neutro modo: puta, morte, vel ſponſi, vel ſponſæ. *l. 3. ℑ. h. t.* eorumve parentis, *ut hic. & l. 17. ff. h. t.* 15 Definitum. *l. 7. C. Theod. h. t.* Solebant enim parentes uxores liberis deſtinare. vide quæ dixi ad *l. 66. ff. de ritu nuptiar.* & ita patris deſtinatio poſt mortem ejus effectum ſortitur. 16 Quid ſi pater eidem filiam deſtinaverit? poteſt utique eam ducere. *l. 36. ff. de ritu nupt.* 17 In elocanda filia patris defuncti arbitrium judices ſequi debent. 18 Familiæ. *d. l. 7. C. Theod. h. t.* & male. Hoc innuit, fœminas plerumque laborare adverſus proprium commodum. 19 Ο ἀῤῥαβῶν φύσιν ἔχει τοιαύτην &c. Arrha ſponſalitia eam vim & naturam habet, ut is quidem qui eam accepit, ſi ſponſalium fidem non impleat, duplum ejus quod accepit præſtet; qui vero dedit, arrhis excidat. 4. Harm. 2. §. 1. 20 Addunt Græci τελείαν ἄγουσα τὴν ἡλικίαν, ætatem perfectam agens. *Synopſ. Baſil.* 28. *tit.* 2. *cap.* 2. 4. Harmenop. 2. §. 6. 21 Jam datarum ſcil. non promiſſarum tantum. Tiraquellus *de retract. conventionali, ad fin. tit. n.* 36. ut hæc conſtitutio non pertineat ad arrhas promiſſas tantum. vid. Rol. a Valle 1. *conſ.* 37. *n.* 4. 22 Διπλοῦς ἀῤῥαβῶνας duplatas arrhas. *Synopſ. ibid.* 23 Pœnam ſponſæ nuptias ſine cauſa detrectantis obſerva. Mulier ſui juris conſtituta minor vigintiquinque annis arrhas acceptas tantum reſtituit. *ℑ. h. t. ibid. in ſimplum autem.* Major vigintiquinque aut minor vigintiquinque poſt impetratam tamen ætatis veniam arrhas & tantundem præterea reſtituit, *ut hic:* quemadmodum, ſi ὑπεξούσιος, ſeu in parentis poteſtate poſita ſit. *ℑ. h. t. verſ. Patrem, ibi, duplum tantummodo:* & ita hanc legem intellige, quantumvis diverſa ſit Græcorum interpretatio. 28. *Eclog.* 2. *cap.* 1. 24 Duplum in legibus eſt res ipſa principalis: & tantundem quod in pœnis, *ut hic. Inſt. de oblig. ex delict.* uſuris. *l. 10. ſupr. de uſuris.* & eo quod intereſt, notandum. *l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* 25 Arrhas ſibi datas, mulier ſui juris conſtituta & ætatis perfectæ, nuptias recuſans duplatas reſtituit, *ut hic.* Quid ſi minoris ætatis cum eſſet, veniam ætatis non impetravit & arrhas accepit, rurſus duplas reſtituet, ſi recuſet nuptias, *ibi.* vel poſt impetratam. Quid minor veniam ætatis non impetravit? ſimplas tantum reſtituet. *verſ. in ſimplum. Synopſ. d. tit.* 2. *c.* 2. Harm. *ibid.* 26 Ætatis autem veniam viri a vigeſimo, fœminæ a decimo octavo ætatis anno impetrant a Principe, qua impetratione curatorum poteſtate eximuntur: & perinde ac ſi ſui juris eſſent, res ſuas adminiſtrant: hoc excepto, quod ſine decreto nihil ex ſuis rebus alienare poſſint. Harmenop. *ibid.* §. 7. *l. 2. l. 3. ſupr. de his, qui veniam ætatis impetrarunt.* 27 Arrhas pro filia, vel nepte accipiens pater, mater vel avus, ſi matrimonium puellæ impedierint, duplatas arrhas præſtant, *ut hic.* Quid ſi matrimonium non impediant, ſed matrimonium aliter conſtare non poſſit? ipſas tantum arrhas reſtituunt. *verſ. Quæ ita. Synopſ. ibid.* Quid ſi ante contracta ſponſalia matrimonium juſta de cauſa contrahi non poſſe ſciverunt, & tamen arrhas receperunt? duplas arrhas quoque reſtituent. Eſt enim quod ſibi imputent, qui ſcientes prudentes arrhas receperint ejus matrimonii nomine, quod contrahi non poſſe ſciebant: ſecus enim, ſi ignorabant. *verſ. His illud. Synopſ. ibid.* Harmenop. *ibid.* §. 8. 28 Lege jubente quæ dirimuntur ſponſalia, pœnam non merentur. 29 Hæc verba extant in *l. 16. ℑ. de Epiſc. aud.* 30 Repudii cauſas nota. adde *Novell.* 22. *c.* 15. & ita

aut

aut religionis [1], vel sectæ diversitatem recusaverit, vel eo quod quasi vir coitum [2] (ex quo spes sobolis oritur) facere non potuerit, vel ob aliam [3] justam excusationis causam: si quidem probatum fuerit ante datas easdem arrhas sponsalitias hoc idem mulierem [4], vel parentes ejus cognovisse; sibi debeant imputare. Sin vero horum ignari sponsalitias arrhas susceperint, vel post arrhas datas aliqua justa causa pœnitentiæ intercesserit: eisdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. † Quæ [5] omnia simili modo [6] etiam [7] de sponsis super recipiendis necne, arrhis præstitis custodiri censemus: quadrupli [8] videlicet pœna, quæ in anterioribus legibus definita erat, in [9] qua & arrharum quantitas imputabatur, cessante: nisi [10] specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit. † Extra definitionem [autem] hujus legis, si cautio pœnam stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas vires habebit: cum in contrahendis nuptiis libera [11] potestas esse debeat. Dat. Kal. Jul. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

De proxeneticis.

Hujus legis epitomen retulerat ex Harmenopulo [12] *Contius, sed eam integram ex Basilicis edidit* Cujac. *lib.* XI. *obs. cap.* 18.

6.

CONstitutio [13] vult, ne [14] proxeneta, seu conciliator [15] nuptiarum quidquam capiat. Si tamen omnino sustineat aliquid accipere, si quidem nihil de ea re convenerit, nihil omnino consequatur: sin pactum intercesserit, non ultra vicesimam partem dotis, & ante nuptias donationis exigat, si dos ad ducentas usque libras auri pertingit: minus autem, si quidem volet, ut accipiat; liberum ei facit. † Sin vero cujuscunque [majoris] quantitatis dos fuerit, ultra decem [16] libras auri proxenetam accipere non permittit, neque si perfecta est dos, vel ante nuptias donatio. † Quod si præter hæc aliquis pactus sit, ne exigatur, sed & solutum reddatur, sive pecuniam accepit, sive res, datave est ei confessio debiti, aut omnino accepit aliquid mobile, vel immobile, vel se movens: intentatis actionibus non solum contra accipientem, sed etiam contra ejus heredes: nec solum ab eo qui dedit, sed etiam ab ejus heredibus: pœna decem librarum auri definita adversus eos, qui præter hæc [aliquid] agere tentaverint.

TIT. II.

SI RECTOR [17] PROVINCIÆ, VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALITIA [18] DEDERINT.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P.P.

SI [19] quis in potestate publica positus, atque honore administrandarum provinciarum, qui parentibus, aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipsis quæ matrimonium contracturæ sunt, potest esse terribilis [20], arrhas sponsalitias dederit, jubemus [21]: ut deinceps, sive parentes, sive eædem mutaverint voluntatem: non modo juris laqueis liberentur, pœnæque [statutæ] expertes sint: sed extrinsecus data pignora lucrativa [22] habeant [23], si ea non putent esse reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non [24] solum circa administrantes, sed etiam circa administrantium filios [25], nepotes ac propinquos: [&] participes [26] [id est, consiliarios,] domesticosque locum habeat: quibus tamen administrator operam dederit. † Impleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas de quibus locuti sumus, arrhis fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. Dat. 15. Kal. Jul. *Thessalonicæ*, DD. NN. GRATIANO A. V. & THEOD. A. CONSS. 380.

TIT. III.

DE DONATIONIBUS [27] ANTE [28] NUPTIAS, VEL PROPTER [29] NUPTIAS, ET SPONSALITIIS.

De muneribus sponsalitiis, si ea, quæ donat vir futurus, tradiderit uxori, vel donandi animo dotem auxerit.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Metrodoro.

MUltum interest, si ea quæ donat vir futurus, tradiderit [30] uxori [31], & postea [32] in dotem acceperit: an vero donandi animo dotem auxerit, ut videatur accepisse, quod non accepit: priore enim casu donatio non impeditur, & res quæ in ea causa sunt dotis effectæ, judicio de dote peti possunt: posteriore [autem casu] nihil actum est donatione: & quod in dotem datum non est, repeti non potest.

De nuptiis non secutis.

2. Imp. ALEXAND. A. Attalo.

SI [33] Præsidi provinciæ probaveris, ut [34] Eutychiam uxorem duceres, munera [35] te parentibus ejus dedisse: nisi Eutychia tibi nupserit, [tibi] restitui, quod dedisti jubebit.

De dolo.

3. Idem A. Marcellæ.

POllicitatione a fratre quondam tuo sponsalium [36] causa facta, etsi [37] in stipulationem deducta sit, ideo præstanda non fuit, quoniam in dote uxor maritum fefellit [38]: Exceptionem [39] [itaque doli] adversus actionem ex stipulatu recte objicies.

corporis, bonorum & animi ratione repudio locus est. Corporis, ut quia turpis sponsus, *ut hic. l.* 12. *in fin. ff. h. t.* Bonorum quia prodigus. Animi, quia impudicus, & improbatæ sectæ.
1 *d. l.* 16. vid. *l.* 15 *J. de Judæis. Novell. Leonis* 93. Goth. De Jure Canonico licet cum hæreticis sive sectariis commiscere conjugia. *c.* 16. 28. *quæst.* 1. *c.* 14. *de hæreticis. in* 6. Ans.
2 Adde *l.* 14. §. 7. *ff. de ædilit. edict. Novell.* 117. *c.* 12. 3 Puta absentiam biennii, vel triennii. *l.* 2. *supr. h. t.* lepram, nisi sponsalia sint de præsenti, *extra. de conjugio leprosor.* vid. Wurmf. 1. *pract.* 35. *obs.* 2. vel quia virgo putabatur, quæ tamen mulier desponditur. *arg. l.* 11. *in fin. ff. de act. empt.* 4 Arrhas etiam dari a sponsa sponso hic locus innuit, quod & Accursius notavit J. *vers. Quæ omnia.* Id tamen Cujac. 4. *observ.* 26. negat: atque in sponsalibus sponsum, non sponsam arrhas dare. 5 Arrhas acceptas sponsus quemadmodum restituat. 6 Sciens prudens quæ cum turpi, cum prodigo, cum hæretico, cum impotente vel simili sponsalia contrahit, & arrhas ei dat, etiamsi justam repudii causam habeat, arrhas tamen non repetit, *ut hic: & dict. l.* 16. *supr. de episc. aud.* Sic creditores qui scientes inopem heredem passi sunt in hereditate morari, ab eo satisdationem non exigunt. *l.* 31. §. 2. *ff. de reb. aut. judic.* Sic in emptionibus, scienti vitium non succurritur. *l.* 1. *in fin. ff. de act. empt.* Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex. *Horat.* Huic vicinum est, quod Jason ad *l.* 24. *ff. solut. matrim.* negat constante matrimonio, uxorem dotem repetere posse, quæ scienter cum viro inope, vel prodigo, vel obærato contraxit, aut mox non idoneo futuro: eamque opinionem Gailius probat, 2. *obs.* 84. *arg. l.* 145. *ff. de reg. jur. c. Scienti* 27. *de reg. in* 6. *l.* 34. *supr. de transact.* Idem dicendum esse de creditoribus minus idoneos fidejussores probantibus, vid. *l.* 10. *in fin. ff. qui satisd. l.* 3. *in fin. ff. ut in possess.* sed & eo qui sciens luminibus effossis hominem emit. *l.* 43. §. 1. *ff. de contrahend. empt.* quod ad uxorem attinet, superiora vix probare possum, Bartolum & Ripensem in eo secutus: qua de re vide quæ dixi ad *d. l.* 24.
7 Quæ de sponso dicta sunt, ad sponsam accommodantur. 8 *l.* 6. *C. Theod. h. t. l. unic. C. Theod. si provinciæ rector. l. unic. C. Theod. si nuptiæ.* 9 Quadruplum regulariter ipsum principale, seu ipsam rem principalem in pœnis continet. 10 Atqui pœnis legum contenti esse debemus. *l.* 19. *ff. de verb. oblig.* Solve: Quadruplum hic licet stipulari, quia jure vetere, etiam in hanc rem legitima fuit pœna quadrupli. *d. l.* 6. *d. l. unic. C. Theod. si provinciæ. d. l. unic. C. Theod. si nuptiæ.* Quadrupli pœna hodie tantum ex conventione valet. vid. Cujac. 16. *observ.* 34. *&* 4. *observ.* 22. *&* 11. *observ.* 17. 11 Liberæ nuptiæ esse debent. *l.* 12. 14. *infr. de nupt.* Quid? Metus summo pudore patri exhibitus (reverentialem metum quidam appellant) vitiatne nuptias? non vitiat. Talis enim metus non cadit in virum constantem, nisi causa cognita constet ob nimiam reverentiam parentum, liberos tacuisse. vid. Gailium 2. *observ.* 39. Quid? hujusmodi matrimonium potestne convalescere? Wurmser. 1. *pract.* 36. *observ.* 1. ait, spontanea cohabitatione & copula matrimonium convalescere: eoque casu judicem quantitatem moræ, & amorem conjugum inter se considerare. *c. ad id, quod.* 21. *x. de sponsalibus. c. discretionem* 6. *x. de eo qui cog. consang.* Hujusmodi subsequente copula novum consensum induci, metum tolli. *l.* 2. *ε. de his, quæ vi metusve.* Idque maxime in eo perspici, qui a parentibus puellæ deprehensus, coactus est cum puella matrimonium contrahere. Gailius *d. loco.* 12 4. *tit.* 3. §. *ult.* extat eadem constitutio apud autorem *Synops. Basil.* 54. *tit.* 13. περὶ προξενητῶν, *c.* 4. 13 Interpretatio Leunclavii. 14 Τὸν προξενητὴν τοῦ γάμου. 15 Quid proxeneta, vid. *l.* 3. *ff. de proxenet.* 16 Id est, septingentos viginti aureos & ita certus hic modus proxeneticis nuptialibus datur, ut & advocato plerumque centum aurei. *l.* 1. §. 12. *in fin. ff. de extraord. cognit.* Interdicuntur omnino proxenetica præpositis ecclesiasticis. *Novell.* 123. *c.* 16.

17 Ἄρχων præses, 4. Harm. 2. §. 10. Idem in quocunque magistratu, & administrante officium. *l. unic. J. si quacunque præditus potestate. l.* 38. *ff. de ritu. Syn. Basil.* 28. *tit.* 5. *cap.* 39. 42. *& tit.* 4. *c.* 19. 18 Sponsalia. *C. Theod. h. t. lib.* 3. *tit.* 6. sponsalitias dederint arrhas. *Hal.* Sponsalitia, *ut hic, & l. ult. J. de ingenuis manumissis.* pignora. *l.* 6. *in fin. C. Theod. de sponsal. & antenupt.* arrharum nomine data. *l.* 1. *J. si nuptiæ ex rescripto.* Græci μνηστρα. Hieronymus in virginitatis laude. *Humanorum sponsaliorum pignoribus subarrhantur.* Arrhæ in sponsalibus non erant nummi, sed vel annulus pronubus vel monilia, ut in Maximino juniore apud Capitolinum & apud Hesychium, inde κάτεργμα καὶ ἔνορμα, πλεξίμαχος ἀρραβωνικά. vid. Cujac. 11. *observ.* 17. 19 *l. unic. C. Theod. h. t.* 20 Φοβερός. 4. Harmen. 2. §. 13.
21 *l.* 38. *l.* 63. *ff. de ritu nupt. l. un. J. si quacunque præd. potestat.* 22 Καὶ κερδαίνειν τοὺς ἀρραβῶνας. 28. *Eclog.* 1. *c.* 20. 23 Imo non lucratur. *l.* 38. *ff. de ritu.* Quidam abrogari putant dictam *legem* 38. Cyrillus Græcus interpres *legem* 38. refert ad nuptias ab officiali præsidum contractas, qui ut præsidibus lege inferior nuptias contrahendo levius peccare præsumitur. Hanc vero legem refert ad ipsos præsides, eorum filios, nepotes, propinquos, domesticos, participes ejus, seu adsessores, quibus ipse præses constituendis nuptiis operam navaverit. Alia hic etiam adferunt emplastra, quæ Cujacius refutat *hic, &* 4. *observ.* 21.
24 Sponsalia in sua provincia præses contrahere non potest: quod si contraxerit, liberum est puellæ, ejus parentibus, tutoribus & curatoribus, nuptias recusare, & acceptas arrhas lucrari. Quid filii, nepotes, cognati, domestici, consiliarii ipsius præsidis? eadem ratione in eadem provincia sponsalia contrahere vetantur, *ut hic.* 4. Harmen. 2. §. 10. *&* 11. Quid dicendum de præsidum filiabus? Idem ex constitutione Leonis 23. Harm. *ibid.* §. 14. Quid si præses ipse potestate exiit, & puella nuptias ejus detrectet? stabile conjugium ejus fuerit. *vers. Impleri. J. h. t.* Harmen. *ibid.* §. 12. 25 *Novell. Leon.* 23. addit filias. 4. Harm. 2. §. 14.
26 Συγκαθέδρους. Græci *Eclog. d. loco.* id est, adsessoris pertinentes. Cujacius hic, qui Græcis προσήκοντες. adde *l. unic.* §. 3. *ε. de contractibus judicum. l.* 3. *supr. si certum petat.*

27 Donatio propter nuptias hodie est contractus specialis. *Novell.* 119 *cap.* 1.
28 §. 3. *Instit. de donationibus.* 3. *C. Theod.* 5. περὶ μνηστείας δωρεῶν. 8. *Eclog. tit.* 4.
29 Donatio ante nuptias vel propter nuptias, idem. Fit enim propter nuptias: plerunque, ante nuptias: interdum post nuptias. §. *pen. Inst. de donationibus.* Quod ita donatur a marito uxori in vicem dotis ἀντίφερνα. *l. ult. J. h. t.* Ejusdem juris est hæc donatio, cujus & dos, eadem pacta recipit, eandem quantitatem. *Novell.* 97. *cap.* 2. *vers. Primum.* Eandem, quoniam supra dotem, mortuo marito uxori redditur ὑπόβολον, id est, dotis incrementum. Demetrius Chartophylax, *quæst.* 55. *&* 4. Harmenopul. 10. Est enim Græcis ὑποβάλλειν, adjicere. Dotalitium dicitur *in cap. plerumque* 4. *extr. de donat. inter vir. can.* 10. *si autem.* 36. *quæst.* 2. & Roberto *in Chronico*, Wilhelmus, inquit, Rex Siciliæ fecit chartam Johanni reginæ de dotalitio suo: In constitutionibus Neapolitanis dotarium, a Longobardis Morgangheba. vid. Cujac. 2. *Feudor.* 9. a Gallis *Douaire*, quod tamen Cujacius plene non probat. 5. *observ.* 4. *in fin.* Ex Græcis alii reddidere dimidiam, alii tertiam, nisi aliud contractum fuisset. 4. Harmenop. 10. Moribus Tholozanis redditur dimidia: more Longobardorum, quarta pars bonorum mariti. *l.* 11. *C. Longobard. de his, quæ a viro.* Romano jure, tertia dotis. 2. *Feudor.* 8. §. 2. Constitutionibus Neapolitanis tertia bonorum mariti. *lib.* 3. *tit.* 13. 15. 16. & consuetudine Normanniæ. Gothorum jure, decima bonorum mariti. Porro, ὑπόβολον non debebatur uxori, nisi in cubiculum mariti venisset, & hoc est quod dicitur, *Au coucher gagne la femme son douaire.* Virgini, ut Harmenopulus 4. *tit.* 10. docet, non dicitur ὑπόβολον. quod erat tertia pars dotis: sed θεώρετρον, quod erat duodecima. Id Græci quoque dixere ἀνακαλυπτήριον. vid. Cujac. 2. *Feudor.* 9. Apud Gallos doarium aliud est consuetudinarium, sive statutarium, aliud conventionale seu præfixum. Hoc legem accipit a contrahentibus. Illud a lege vel statuto, utrumque tamen plerumque conjungitur, daturque alterutrius uxori electio. His adde Clar. 3. *sent.* §. *donatio. qu.* 11.
30 Dotem non acceptam potest maritus interdum utiliter in dotem convertere, veluti si ante nuptias contractas mille uxori donavit, eaque etiam tradidit, maritus poterit eam summam a se ita profectam, ab uxore dotis nomine rursus accipere: & dotis judicio utiliter obligari. Quid si id tantum scripsit, animo dotis augendæ, se mille ab uxore accepisse, cum vel nihil, vel centum tantum accepisset? Donatio hæc impeditur: nihil, inquam, actum est ea donatione. Itaque hoc casu, id tantum quod re ipsa in dotem datum fuerit, repetetur: quod datum non fuerit, non repetetur hac lege. *Synops. Basil.* 28. *tit.* 3. *cap.* 1. *&* 4. Harmen. 3. §. 1. Quid, si quidem non tradidit, sed conscripsit mille, citra animum augendæ dotis, sed ut revera donaret, deinde eadem mille cautione comprehensa, mulier viro in dotem attulerit, una cum cæteris chirographis & nominibus & vir sciens prudens, inter cætera dotis eam cautione mille continentem dotis nomine se accepisse conscripserit? Puto idem fore, ac si eadem mille re ipsa tradidisset. Novo enim jure promissæ animo donandi, res necessitatem traditionis continent. *l. si quis argentum* 35. *J. de donationibus.* huic legi intelligendæ omnino adde Constantinum Rogerium *tractatu de dote, cap. Quinto oportet videre.* 31 Id est, sponsæ, nam quod uxori quis largitur, etsi donationis nomine tradiderit, debet maritus in eadem voluntate ad mortem usque permanere. Scholiast. Harmen. 3. *tit.* 3. §. 4. 32 Hæc donatio contractus est specialis. *Novell.* 119. *cap.* 1. *in princ.* idque ita colliges, donatio propter nuptias comparatur doti. §. *penult. Instit. de donat.* Dos autem est contractus. *l.* 65 *ff. de judiciis. l.* 23. *ff. de reg. jur.* 33 Donationum ante nuptias dominia ab ipso quidem initio donationis recte constituuntur seu adquiruntur: sub conditione tamen revocantur, si non subsecutæ fuerint nuptiæ. Harm. *ibid.* §. 2. 34 Res tantum promissas a suo sponso sponsa in suam dotem redigere non potest. Papon. 1. *Notar.* 4. *c. de contract de mariage.* Cur ita? vid. *l.* 4. *J. h. t.* sibi donatas & traditas potest. *l.* 5. *infr. de secund. nupt.* ad se missas citra donationis animum, (qui in dubio non præsumitur) non potest, cum eas accepisse præsumatur, ut ornatior ad virum accederet: non ut dotem suam augeret. Clar. 3. *sent.* §. *donatio. quæst.* 10. Constante vero matrimonio quæ ornamenta a marito usus sui necessarii causa mulier acceperit marito mortuo, in dubio, ea lucratur. Clar. *ibid.* Andr. Gail. 2. *obs.* 91. nisi contraria sit consuetudo. Roland. a Valle 1. *cons.* 10. *n.* 12. 35 Donata sponsæ parentibus a sponso, ut nuptiæ fiant, nuptiis non secutis, ea recte repetuntur. *Synops. ibid. cap.* 2. Harmenop. *ibid.* §. 7.
36 Datum ob causam matrimonii futuri causa non secuta, condicitur. Sponsalia. *l.* 8. *J. de præd. & aliis reb. minor. Novell. Valentin. vers. Opportunum duximus. de episcop. jud.* seu ἀντίφερνα, seu sponsalitia largitas. *l.* 4. *J. de secund. nupt.* dotis est ἀντικαταλλαγή. Scholiast. *Synops. Basil.* 26. *tit.* 1. περὶ γαμικῶν amussis, levamentum atque facoma. 37 Stipulatio justam pollicitationem non dolosam firmat. 38 Sponsalitia largitas, amplæ dotis contemplatione facta condicitur, si dos est minor, quam promissa. 39 Doli exceptio actorem repellit. *l.* 36.

De

De donatione collata in tempus nuptiarum.

4. Imp. GORDIAN. A. Marcello.

QUod ſponſæ ea lege [1] donatur, *Ut [tunc [2]] dominium ejus adipiſcatur, cum nuptiæ fuerint ſecutæ*, ſine effectu eſt [3].

Si nuptiæ ſequi non poſſunt.

5. Impp. VALENTIN. & GALLIEN. AA. Theodoræ.

EA quæ tibi ut ſponſæ daturum ſe promiſit is, qui te ficto [4] cœlibatu, cum aliam matremfamilias domi reliquiſſet, ſollicitavit ad nuptias, petere cum effectu non potes: cum tu ſponſa, uxore domi poſita, non [5] fuiſti.

De donatione die nuptiarum facta.

6. Imp. AURELIANUS A. Donatæ.

CUm [6] in te ſimplicem donationem dicas factam eſſe die [7] nuptiarum & in ambiguum poſſit venire, utrum a ſponſo, an a marito donatum ſit: ſic diſtinguendum eſt, ut, ſi in tua [8] domo donum acceptum eſt, ante nuptias videatur facta eſſe donatio: Quod ſi penes [9] ſe dedit ſponſus, retrahi poſſit: uxor enim fuiſti [10].

De verbo remanere.

7. Imppp. CARUS, CARIN. & NUMER. AAA. Lucianæ.

SI, cum ante nuptias munera darentur, ita conventum eſt, atque hujuſmodi conſcripta eſt pactio, *Ut ſi qua ſors extitiſſet contra voluntatem ejus, & matrimonium diſtraxiſſet, tunc quæ data erant, apud eum qui dediſſet, heredemve ejus remanerent* [11]: poteſt, qui hereditatem ejus accepit, cui pacta puella munera lege prædicta ſuſceperat, eadem jure poſtulare.

De jure alienandi.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Euphroſynæ.

SI ante matrimonium major quinque & viginti annis conſtitutus, ſponſæ ſuæ, licet ante ſponſalia, fundum donavit, eamque in vacuam induxit [12] poſſeſſionem: poſtea nullo titulo ſuperſtitem, vel teſtamento eundem relinquentem, alienare potuiſſe certi ac manifeſti juris eſt.

De reſcriptis.

9. Iidem AA. & CC. Juliano.

CUm te ſponſæ [13] filii tui quædam donaſſe confitearis: perfectam donationem reſcindi, nec noſtro oportet reſcripto [14], quam tua voluntas juriſque auctoritas fecit ratam.

De nuptiis non ſecutis.

10. Iidem AA. & CC. Dionyſio.

SI [15] filiæ tuæ ſponſus, ei mancipium donavit, ac tu in eum jumenta liberalitatis ratione contuliſti, nec nuptiis ſecutis, contra juris rationem, quod dederat, abſtulit [16]: non invicem datorum reſtitutio, ſed ejus quod illicite rapuit, repetitio competit [17].

De morte ſponſi, qui donavit.

11. Iidem AA. & CC. Neæ.

SI tibi res proprias liberalitatis cauſa ſponſus tuus tradidit, eo quod ab hoſtibus poſtea interfectus [18] eſt, irrita donatio fieri non poteſt.

. *De divortio.*

12. Iidem AA. & CC. Timotheæ & Cleotimæ.

SI [19] mater veſtra filiæ ſuæ ſponſo, vel marito prædia ſine [20] ulla repetendi lege donavit, & eum in vacuam poſſeſſionem induxit: nuptiis divortio ſolutis, perfecta non diſſolvitur donatio.

De creditoribus donatoris.

13. Iidem AA. & CC. Alexandro.

DE rebus in ſponſam donationis gratia collatis, creditores [21] mariti facti, ſi non prius obligatas eas ſibi probent, eam convenire minime poſſunt.

Mater conſentiens donationi rei ſuæ, venire contra non poteſt, etiam pecuniam rei offerendo. Bald.

14. Idem AA. & CC. Aureliæ.

SI conſentiente [22] matre ſua ſponſus filiæ tuæ mancipia donavit: &, his acceptis in dotem non æſtimatis, in matrimonio poſt deceſſit: mater eademque heres [23] ejus pretium offerens, reſtitutionem eorum improbe recuſat.

Donatio inter ſponſos præſumitur eſſe largitas ſponſaliorum, & matrimonio non ſecuto, donatum redditur donatori, niſi per ipſum donatorem ſtetit quod matrimonium non ſequatur. Bald.

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum Præfectum urbi.

CUm [24] veterum ſententia diſpliceat, quæ donationes [25] in ſponſam nuptiis quoque non ſecutis decrevit valere; ea, quæ largiendi animo inter ſponſos, & ſponſas jure celebrantur, redigi ad hujuſmodi conditiones jubemus: ut ſive [adfinitatis coëundæ cauſa, ſive non ita, vel] in poteſtate patris degentes, vel ullo modo proprii juris conſtituti, tanquam futuri cauſa matrimonii aliquid ſibi ipſi, vel conſenſu parentum mutuo largiantur: ſi quidem ſponſus, [vel] parentes ejus [ſortiri] filium [noluerint] uxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec [26] repetatur traditum: & ſi quid apud donatorem reſedit, ad ſponſam, [& heredes ejus] ſummotis ambagibus transferatur. Quod ſi ſponſa, vel is, in cujus agit poteſtate, cauſam non contrahendi matrimonii præbuerit: tunc ſponſo ejuſque heredibus ſine aliqua deminutione [per condictionem, aut per utilem actionem in rem] redhibeantur. Quæ ſimiliter obſervari oportet, & ſi ex parte ſponſæ in ſponſum donatio facta ſit. Dat. 16. Kal. Novemb. PP. 16. Kal. Sept. *Romæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 319.

Quando ſponſus donavit ſponſæ, & non intervenit oſculum, repetitur omne datum: ſed ſi intervenerit oſculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur ſponſa ratione oſculi. Bald.

16. Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hiſpaniarum.

SI a ſponſo rebus ſponſæ donatis interveniente [27] oſculo [28] ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti, vel defunctæ heredes, cujuſlibet gradus ſint, & quocunque jure ſucceſſerint: ut donatio ſtare [pro] parte dimidia, & reſolvi pro parte dimidia videatur. Oſculo vero non interveniente, ſive ſponſus, ſive ſponſa obierit, totam infirmari donationem, & donatori ſponſo, vel heredibus ejus reſtitui. Quod ſi ſponſa interve-

ff. de verb. obl. 1 Id eſt, in tempus matrimonii. *l. 32. §. 22. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 97. §. 2. ff. de verb. oblig.* Donaturus aliquid uxori futuræ, dominii tranſlationem in tempus nuptiarum rejicere non debet. & ita non inſpicitur initium promiſſionis, ſed tempus effectus & executionis. Bald. *hic.* 2 Paria ſunt, aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, *ut hic.* Ratio igitur conſtitutionis hujus hæc eſt: quod donatio referatur ad tempus matrimonii, quo tempore ratæ non ſunt donationes inter conjuges factæ: multum igitur intereſt, quis ut ſponſæ donet, an ut uxori. 4. Harmen. 3. §. 5. *l. 5. J. h. t.* Retro: paria ſunt, aliquid fieri tempore permiſſo, & conferri in tempus permiſſum. *l. in tempus 62. ff. de hered. inſt.* 3 Cur ita? Ante matrimonium non tranſiit dominium, quia non fuit res tradita. *l. 2. S. h. t.* Poſt matrimonium, etiam non tranſiit, quia, licet tradit, transferre etiam non potuit. vid. *l. 8. J. de donat. inter vir.* Quoties enim transferri dominium non poteſt, ex eo non oritur obligatio. 4 Qui uxorem habens fingit ſe cœlibem atque ita aliam deſpondens quid promiſit, ex ea promiſſione conveniri non poteſt: ſi quid tamen dederit, non poterit repetere. 28. *Eclog.* 4. *c.* 5. 5 Poteſt enim nemo ſimul & uxorem domi habere, & alibi ſponſam. vide quæ dixi ad *l. 8. in fin. S. de Judæis.* 6 Donare ſponſæ ſuæ quis poteſt, nuptæ non poteſt. Quid ſi ipſo die nuptiarum donaverit? quæri poteſt, an ea donatio tanquam in ſponſam collata valeat, an potius tanquam in uxorem facta non valeat? In hoc ſcrupulo perveſtigandum eſt, ubinam mulier fuerit, cum in eam donatio eſt collata. Nam ſi mulier tunc in ſua domo erat, in ſponſam videtur collata donatio: ſin vero erat in domo viri, tanquam in nuptam cenſetur facta donatio. Jam enim ab eo tempore nupta, & non ultra ſponſa fuiſſe videtur, *ut hic.* 4. Harmen. 3. §. 9. *Synopſ. Baſil. l. 8. tit. 3. c. 6.* 7 Valet donatio facta uxori die nuptiarum, Cum in ſua domo eſſet: ſecus, ſi cum eſſet in mariti domo. 8 Quod mulieri in ejus domo die nuptiarum donatur, nondum uxori donatur, ſed ſponſæ, *ut hic.* 28. *Ecl.* 4. *c.* 6. 9 Domus viri domicilium eſt matrimonii. *l. 5. in fin. ff. de rit. nupt.* In ea abſenti mulier nubere poteſt, per nuntium ſc. in ſua non poteſt. vid. Paul. 2. *ſent.* 19. §. 5. 10 Uxor cenſetur, quæ in domum viri deducta, *ut hic.* licet virgo. *l. 7. ff. de ritu nupt. l. 8. J. de inceſtis & inutilib. nupt.* 11 Verbum *remanerent*, hic ſumitur pro reſtituantur & ita mentem magis, quam verba ſpectamus. 12 Perfecta donatio revocari non poteſt etiam teſtamento. *Novell.* 61. *cap.* 1. *in pr.* 13 Quod ſocer nurui dedit, reſcripto Principis revocare non poteſt, *ut hic.* 28. *Synopſ.* 4. *c.* 9. & ita donatio cedit in nurus commodum; niſi conſtet ipſum ſocerum, vel conſanguineos mariti alio animo donaſſe, quam ut nurui adquireretur. *l. 12. J. h. t.* Alias in dubio res donatæ uxori a conſanguineis mariti, ſunt mariti, cum ejus contemplatione donata ſint. Bart. *arg. l. 10. §. 6. ff. de vulgar. & pupil. ſubſt.* vid. Roland. a Valle 1. *conſ.* 10. *n.* 10. 11. *& paſſim eod. conſ. n.* 8. 9. Clar. 4. *ſent. §. donatio. q. 10. verſ. Sed nunquid.* quod Alciat. non probat 2. *præſumpt.* 18. Movetur, quod donata per avum nepoti, patri non adquirantur, licet patris contemplatione donentur. *Doctores in l. 91. ff. de leg.* 1. Movetur etiam, quod donata reipublicæ legatis, donentur occaſione reipublicæ. *Doctores in l. 64. §. 5. ff. ſolut. matrim.* Movetur quoque, quod donatio facta uxori a conſanguineis mariti, marito non quæratur, ut cui nulla facta ſit promiſſio, nulla traditio. *l. 20. C. de pact.* Movetur etiam *l. 12. J. l. 7. ſupr. de condict. ob cauſ.* in qua, quod ſimpliciter donatur alicujus uxori, ſimpliciter donatum valet, neque præſumitur datum occaſione mariti: alias ſeptem objectiones vide apud Roland. a Valle 1. *conſ.* 10. *n.* 89. Donatum adrogato ab adrogatoris amico vel cognato, ipſe adrogatus beneficio ipſius adrogatoris habere intelligitur, ideoque hujuſmodi res donatæ ad eum, quem adrogato ſuo adrogator ſubſtituerit, pertinebunt. *l. 10. §. 6. ff. de vulgar. & pupil. ſubſt.* ſic donatum vel promiſſum viro a cognato, vel ab alio, uxoris juſſu, non fit mariti. *l. 7. ff. de condict. ob cauſ.* Donatum a viro ſervis uxoris, non fit uxoris aut ſervorum ejus. *l. pen. §. 1. ff. ſoluto matrim.* ſic donatum ſponſæ, vel uxori ut cultior eſſet, repeti poteſt. *l. 5. §. 10. ff. commodat.* Datum ſervo, non ut ſemper, ſed ad certum uſum certis temporibus utatur, non eſt peculii. *l. id veſtimentum 25. ff. de pecul.* ſic veſtimentum ex lana viri mulieri confectum, ipſius etiam mulieris cura, viri eſt. *l. ſed ſi vir. 31. ff. de donat. inter virum.* 14 Vid. *l. 5. J. de revocandis donat.* Neque enim decet Principem in alicujus detrimentum vana, & inania conferre beneficia. 4. Harm. 3. §. 10. 15 Sponſus ſponſæ quædam donavit: viciſſim quædam a patre ſuæ ſponſæ accepit: Nuptiis non ſequutis, ſponſus res a ſe donatas abſtulit: quæritur an ſponſæ pater eo nomine donationem a ſe factam revocare poſſit? non poteſt: ſed rapta a ſponſo filiæ ſuæ; quem generum fore ſibi exiſtimabat repetere, *ut hic. Syn.* 28. *tit.* 3. *c.* 10. 4. Harm. 3. §. 12. 16 De facto. 17 27. *Eclog.* 4. *c.* 10. Imo non competit. *l. 15. J. h. t.* 18 Morte ſponſi donatio propter nuptias non fit irrita. 19 Donare genero ſuo ſocrus poteſt, adeo, ut etſi matrimonium ſolutum fuerit cum donatricis filia, donatario non poſſint condici res donatæ. *Synopſ. Baſil.* 28. *tit.* 3. *c.* 12. 20 *l. 23. J. de donat. inter vir.* Quod ſimpliciter donatur, ſimpliciter valet. *l. 7. ſupr. de condict. ob cauſ.* Ideoque donata uxori a conſanguineis mariti, uxoris fieri debent. dixi ad *l. 9 ſupr. h. t.* 21 Creditores vel hypothecarii antiquiores res ſponſæ donatas avocare poſſunt. *Synopſ. d. loco, c* 11. *l. 2. J. de revocand. his quæ in fraud.* E contrario, res donatas ſponſæ maritus alteri obligare non poteſt. Bald. *hic.* vel ita: Donatum ſponſæ a ſponſo, anteriores ſponſi creditores conferre non poſſunt, niſi hypothecam habeant: & ut Harm. 4. *tit.* 3. §. 13. notat, niſi ſpecialiter res ita donatas obligatas habuerint. Neque tamen hinc collige mulierem in rebus ita donatione acceptis (ὑπόβολον Græci vocant) jus tacitæ hypothecæ habere. Scholiaſt. Harmen. *ibid.* §. 14. nec enim habet. *l. aſſiduis* 12. *in fin. J. qui potior. in pign.* 22 Filius res matris donare propter nuptias poteſt, ea conſentiente: res ita donatas mater revocare non poteſt, etiamſi pretium rei donatæ offerat. facit *l. 41. ff. de rei vind.* Poteſt enim quædam in re donata eſſe utilitas, quæ pretio deſit: ut eo pacto pretium non ſemper rerum ipſarum vicem ſuſtineat. 23 *l. 1. §. 1. ff. de except rei vend.* 24 *l. 2. C. Theod. de ſponſal.* 25 Donationes in ſponſam factæ parentum conſenſu, nuptiis non ſecutis culpa ipſius mulieris, reſtituendæ ſponſo: non ſecutis culpa donatoris, donatarius non modo rem ipſam retinere poteſt, (ſi eam jam habeat) ſed & nondum acceptam, aut ſibi traditam poteſt condicere. adde *Synopſ. Baſil.* 28. *tit.* 3. *cap.* 15. 26 Imo repeti poteſt. *l. 10. in fin. ſupr. h. t.* 27 Oſculi ſponſæ a ſponſo dati vim obſerva. Donavit ſponſus ſponſæ, eamque tempore ſponſaliorum oſculatus eſt? mortuo ſponſo, dimidiam partem rerum donatione acceptarum ſponſa lucratur: alteram reſtituit ſponſi heredibus. Quid ſi eodem caſu, ſponſa præmortua eſt? ſponſæ heredes dimidiam partem rerum donatione acceptarum lucrantur, dimidium reſtituunt ſponſo ſuperſtiti vel ejus heredibus. *hac l. in princ.* Quid ſi oſculum non intervenit? utrinque res donatione acceptæ reſtituuntur. *verſ. Oſculo.* Quid ſi ſponſa ſponſo donavit & alterutrum horum mori contigit? ἀναδίδοται πάντως ἡ δωρεὰ, id eſt omnino reſtituitur donatio: omnino, inquam, id eſt, non quærimus, an oſculum intervenerit necne. *Syn. d loco. c.* 16. 4. Harm. 4. περὶ φιλήματος μνηστήρων, de oſculo ſponſorum, §. 11. 28 Oſculi ſponſæ a ſponſo dati vim obſerva. 28. *Eclog.* 4. *c.* 16. Per oſculum & dexteras reſignatur pudor ſpiritu. Tertull. *lib. de velandis virginib.* Ovidius: *Oſcula ſi dederis, fies manifeſtus amator.* *Beguinarum* fuit is error, oſculum mortale eſſe peccatum, ut merito poſtea damnatus is error fuerit. *cap. ult. Clement. de hæreticis.* Illud de oſculo adjiciendum eſt, Solo oſculo non contrahi propinquitatem. *can.* 18. *lex divina* 27. *q.* 2. & jure Longobardico, propter ſolam oſculationem uxoris domini, vaſallum feudum amittere, *tit. quibus mod. feud. amittatur.* Sed hæc omnia locum apud Gallos non obtinent, apud quos oſculo pudicitia delibari non creditur, ne quidem in ſponſa: adeo ut ſponſa Tholoſano ſenatusconſulto anno 1575. Julii 12. ſponſalitia munera reſtituere juſſa ſit. Quod tamen in ſponſalibus per verba de præſenti contractis locum habere non videtur. vide Anton. Guibertum *in tractatu de ſponſalibus, cap. de effectu ſponſal. in fin.* Boſſius *in tit. de extraordinariis crimin. n.* 3. refert, quendam capite plexum fuiſſe, quod oſculum per vim nuptæ mulieri rapuiſſet. Benignius eſt tamen pœnam in hujuſmodi caſibus arbitrio judicis relinqui, quam tam ſeveram ſententiam imitari. vide Clar. 5. *ſent. §. ult. quæſt.* 83. *verſ. Oſculum inferens.* De oſculo alienæ mulieri dato vindicato, vide etiam Valer. 6. *c.* 1. & vindicando, vide Auguſtin. 21. *de civitat.* 11. de eo præſertim quod Græci καταγλώττισμα (quoties vir) ἐν καιρῷ τῆς συνουσίας τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐκβάλλῃ στόματι, hoc eſt, oſculum columbarum. Seneca 20. *epiſt.* 115. Quid ſi quis fœminæ labris columbatur? adde *c. 4. nec aliqua.* 27. *quæſt.* 1. De aliis ad oſculum pertinentibus, vide Petrum Gregor. 8. *ſyntagm.* 8. & 36. *ſyntagm.* 12. *in fin.* Petrum Coſtanum in Polyhiſtore, *c.* 4. Addamus & hæc raptim: Moris fuiſſe veteribus dexteram averſam oſculari. 11. Plin. 46. Catoni de provincia decedenti, mulieres manum oſculatæ, quod genus honoris Imperatoribus

niente,

niente, vel non interveniente osculo, donationis titulo (quod raro [1] accidit [2]) fuerit aliquid sponso largita & ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus successores, donatarum rerum dominium transferatur. Accept. 13. Kal. Maj. *Hispali*, NEPOTIANO & PACATO CONSS. 336.

Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate non indiget insinuatione. Salic.

17. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio P.P.

MInoribus [3] ætate fœminis, etiam actorum testificatione [4] [in ante nuptias donatione ad eas facta] omissa [5], si patris auxilio destitutæ sint, juste consulitur, ut firma donatio sit. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* TAURO & FELICE CONSS. 428.

Quod ad alterum ex conjugibus revertitur de eo, quod dedit, non tenetur filiis primi matrimonii reservare. Bald.

18. Imp. ZENO A. Sebastiano P.P.

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migraverit nuptias, vel non migraverit: nihil omnino filiis prioris conjugii ex donatione [6] ante nuptias quam ipse, vel alius pro ipso uxori quondam ejus matri communium liberorum donaverit, servare cogitur: quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nuptias, multoque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil iisdem filiis ex dote [7] quam patri eorum ipsa, vel alius pro ea [8] obtulerit, servare compellitur.

Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de novo augeri, & de novo constitui, & pacta de novo apponi, vel vetera prorogari. Bald.

19. Imp. JUSTINUS [9] A. Archelao P.P.

SI constante matrimonio consilium augendæ dotis [10] inierit, vel uxor forte, vel ejus nomine quilibet alius: nihilominus marito quoque liceat, seu pro marito cuilibet alii, tanto donationem [11] ante nuptias additamento majorem facere, quanto dotis augetur titulus. Nec [12] obsit in hujusmodi munificentiis interdictas esse liberalitates [13] tempore nuptiarum: Indulgendum [14] est namque consensui communi partium: ne, cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigrius constituatur augmentum. Idemque licere præcipimus, etiam in his matrimoniis, in quibus interdum [15] accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse, solam vero dotem marito mulierem obtulisse: ut etiam tunc muliere dotem augente, liceat [16] marito quoque donationem in uxorem suam ejusdem [17] quantitatis facere, quantum aucta dos continere dignoscitur: pactis [18] videlicet de redhibitione, vel retentione auctæ dotis, vel donationis (prout partes consenserint) pro jam statuto modo ineundis, sive injungendis veteribus [19] pactis, quæ initio nuptiarum de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituenda inita sunt. Jura etiam hypothecarum [20], quæ in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & non [21] ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur. † Sed & si e contrario maritus & uxor ad deminuendam dotem, & ante nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinem [22] deminutionis quæ in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: ut pacta de amborum deminutionibus [23] ineunda, firma & legitima, esse intelligantur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migraverit nuptias: aut uxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus, secundo marito se junxerit: in hoc enim secundo matrimonio vel a parte mariti, vel a parte mulieris, vel ab utraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionem dotis: vel ante nuptias donationis, ne [24] aliquid adversus filios prioris matrimonii machinari videatur, censemus.

In AUTHENT. De æqual. dot. & propter nupt. don. §. aliud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 2.

SEd jam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram [25] quoque partem incrementum celebrare: & si quidem vir alieno ære non impediatur, in rebus quibuslibet procedat, augmentum. At si debitor sit, ne fraudis erga creditores suspicio subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis proficiant. Si enim mulier immobilis substantiæ domina res mobiles in augmentum dederit: in hac parte dotis nullo utetur adversus alios creditores privilegio

Donatio ante nuptias, seu potius propter nuptias, potest fieri constante etiam matrimonio.

20. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm multæ nobis interpellationes factæ sint adversus maritos qui decipiendo [26] suas uxores, faciebant donationes quas *ad nuptias* [27] antiquitas nominavit, insinuare autem eas actis intervenientibus supersedebant, ut infectæ maneant, & ipsi quidem dotis commoda lucrentur, uxores autem sine nuptiali remedio relinquantur: Sancimus, nomine [28] prius emendato, ita rem corrigi, & non [29] *ante nuptias donationem* eandem vocari, sed *propter nuptias* [*donationem* [30].] Quare [31] enim dotem quidem etiam constante matrimonio mulieri marito dare conceditur: donationem autem marito, nisi ante nuptias facere non permittatur? & quæ hujus rei differentia rationabilis potest inveniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatem [32] sexus, quam maribus subveniri? sicut enim dos propter [33] nuptias fit, & sine [34] nuptiis quidem nulla dos intelligitur, sine [35] dote autem nuptiæ possunt celebrari: ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alii, debet esse aperta licentia, & constante [36] matrimonio talem donationem facere: quia quasi antipherna [37] hæc possunt intelligi, & non simplex [38] donatio. Ideo enim & antiqui juris conditores inter [39] donationes etiam dotes connumerant. Si igitur & nomine & substantia nihil distat a dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaque omnes licentiam habere [40], sive prius quam matrimonia contraxerint, sive postea [41], donationes mulieribus dare propter dotis donationem: ut non [42] simplices donationes intelligantur, sed propter dotem, & [43] propter nuptias factæ.

In AUTHENT. ut immobil. ante nupt. donat. §. Et sancimus. coll. 5. tit. 16. al. 14. Novell. 61. cap. 1.

PErmissa est & in rem [44] actio pro tali donatione mulieri adversus omnes possessores. † Simplices etenim donationes non [45] propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt; & propter alias causas, & libidines forsitan, vel unius partis egestatem, non propter ipsarum nuptiarum affectionem [46] efficiuntur. Si igitur dote jam præstita, maritus nulla ante nuptias donatione facta donare mulieri res maluerit, ita [47] tamen ut dotis quantitatem non excedant, & hoc ipsum significaverit [48], *Quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem jam conscriptam, & ipse ad donationem venerit,* licebit hoc ei facere, & supponatur [49] pactis dotalibus hujusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressum pacta conventa servari [50] oportet. † Sin [autem] donatio quidem talis facta sit, utpote dotali instrumento antecedente, nulla [51] autem pacta tali donationi post nuptias inserantur: re ipsa [52] videatur hoc esse pactum, ut secundum [53] dotales conventiones intelligantur, & in tali donatione pacta fuisse conventa, ut æquis [54] passibus utraque ambulet, tam dos, quam donatio: ita tamen, ut Leoniana constitutio [55] (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus) maneat in his casibus intacta, & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra [56] quam de interpretatione ejus fecimus, ambiguitatem ejus tollentes, dispatibus enim pactionibus factis, majorem lucri partem ad minorem deducendam esse censemus, ut eodem modo uterque minorem partem lucretur.

In AUTHENT. ut exact. instant. dot. §. illud. coll. 7. tit. 3. al. 5. Novell. 91. cap. 2.

DOs data donationem propter nuptias meretur [57]: præterea si [58] pars mulieris do-

modo: & quidem perpaucis id temporis tribuebatur. Plutarch. *in Catone.* Principes Romani peregre profecturi, vel urbem repetentes, senatores osculo excipiebant, quod a Nerone neglectum. Sueton. *in Nerone, cap. 10. in fin.* & Diocletiano, qui pedes osculandos præbuit. Pomp. Lætus *in Dion.* Osculum inter Christianos familiare fuisse reperio apud veteres, cujus vel abstinentia, & subtractione agnoscebantur jejunantes Christiani. Tertull. *de Oratione.* Adorantes manum deosculari solitos, colligi potest ex illo loco Hieronymi: *Qui adorant*, inquit, *manus solent deosculari, & capita submittere:* quod se Job beatus elementis & idolis fecisse negat.
1 Mulieres raro donant, sunt enim avaræ. 2 Accidit tamen. *l. 10. ff. de condict. causa data.* 3 3. *Cod. Theod. 5. l. 8. in fin.* Ɛ. *h. t.* 4 Olim donatio propter nuptias erat insinuanda, nisi collata fuisset in matremfamilias minorem, *ut hic. & l. ult. §. 1.* J. *de jure dot. l. 34. §. 1.* J. *de donat.* aliud in dote fuit. vide *l. 31. §. 1.* J. *de jure dot.* Constitutionibus Gallicis etiam dos insinuari debet, ut falsitatis nulla sit occasio, quod est longe diversum a Novella Leonis 50. quæ remittit insinuationem cuivis donationi scriptæ. vide quæ dixi ad *Nov. 127. c. 2.* 5 Insinuandi tempus non currit minori, nec filiofamilias, qui patris auxilio destituitur. *Bald.* 6 Mater donationem propter nuptias servare cogitur liberis primi matrimonii. 7 Mater dotem liberis primi matrimonii servare non cogitur: ideoque potest ea dote in secundo matrimonio fungi, *ut hic:* nisi ex aliis bonis suis tantum præstiterit, aut præstitura sit liberis, quantum dotis præstiterit secundo marito: sed si præter eam dotem nihil habet in bonis, virilem tantum ex ea conferre in secundum maritum potest, & ita accipienda est lex 6. *in princ.* J. *de secund. nupt.* 8 Paria sunt, fieri pro me & per me. *Bald.* 9 Justinianus tamen hanc legem se fecisse profitetur *l. ult. §. 1.* J. *h. t.* sed jam imperantem cum patre: quo vivo nobilissimus Cæsar, & Imperator appellatus est.
10 Dotem constante matrimonio mulier, vel alius ejus nomine augere, & ampliare potest. *Novell. 97. cap. 2.* Quid, statuta de dotis lucro, num locum habitura sunt in hujusmodi dotis augmento facto constante matrimonio? ita putat Rolandus a Valle, eamque sententiam novem rationibus confirmat *tractat. de dote, quæst. 100.* 11 Auctus quanto fuerit constante matrimonio titulus dotis, tanto donatio propter nuptias a marito potest augeri. *l. 20. vers. Sancimus.* J. *h. t. Novell. 97. c. 2.* 12 Remota ratio dubitandi, sumpta ex *l. 1. ff. de donat. inter vir. & similibus.* 13 Id est, donationes. 14 Indulgendum est communi partium consensui. 15 Valet contractus dotis sine donatione ante nuptias.
16 Muliere dotem suam augente, non est necesse marito donationem propter nuptias augere, *ut hic. & Novell. 22. c. 31.* Hodie necesse est, *Novell. 97. c. 2. vers. Primum.* ibid. *sed utrumque celebrare omnino augmentum.* adde Authenticam proximam. 17 Non majoris, minoris secus. Cur autem major dote donatio propter nuptias fieri non possit, hæc est ratio, Ne fraus fiat legibus prohibentibus donationes inter virum & uxorem.
18 *l. unic. §. 6.* J. *de rei uxor. act.* 19 Pacta dotis vetera prorogari possunt.
20 Mulier potest renunciare juri hypothecæ. 21 Pacta in augmento dotis vel donationibus adposita valent: sed ab eo tantum tempore quo fuerint interposita, non a prima dotis, aut donationis propter nuptias constitutione. 22 Argumentum a dote ad donationes propter nuptias observa. adde *l. 20.* J. *h. t.* 23 Dos & donatio propter nuptias constante primo matrimonio deminui, mutuo consensu potest: in secundo matrimonio liberis existentibus ex primo, deminui non potest: ne fraus fiat legibus. J. *de secundis nupt.*
24 Vide dictam *l. 6.* 25 Et ita abrogatur pars legis superioris *ibi, liceat marito.*
26 Viri facile decipiunt uxores. 27 Hodie propter nuptias donationes dicuntur. J. *h. t.* 28 Nomine emendato, emendatur vitium quod ex qualitate nominis nascebatur. 29 Quod olim donatio ante nuptias dicebatur, hodie propter nuptias donatio appellatur. *Nov. 97. c. 1. §. ult. vers. Sed non. Instit. de donat.* 30 Et quidem specialem esse contractum. *Nov. 119. in princ.* 31 Argumentum a dote ad donationem propter nuptias observa. Licet dotem constituere constante matrimonio, licet ergo marito donationem non tantum ante nuptias, sed post nuptias facere. Quod si post nuptias licet, impropria erit appellatio donationis ante nuptias. adde *l. 19.* Ɛ. *h. t.* 32 Mulieribus magis indulgetur propter fragilitatem sexus quam viris. 33 Dos fit propter nuptias.
34 Dos non potest esse sine matrimonio. *l. 3. ff. de jure dot.* 35 Matrimonium potest esse sine dote, *l. 11.* J. *de repud. & de jud. de mor.* & merito. Consensus enim nuptias facit, non dos. *d. l. 11. Novell. 22. c. 3.* Majorianus tamen omnimodo dotem exigit.
36 Constante matrimonio maritus donare propter nuptias potest. 37 Φερνὴ dos: ἀντιφέρνη dotis compensatio, quasi contraria dos ex parte mariti, dixi initio hujus tituli.
38 Quæ fit remunerandi causa donatio, non est simplex donatio. 39 Dos ab antiquis inter donationes numeratur. Non est tamen simplex donatio, sed contractus & quidem specialis. *Novell. 119. cap. 1. in princ.* Cujus distinctionis utilitas summa est: Contractus non insinuantur, donationes insinuantur. *l. sancimus 34.* J. *de donationibus.* 40 Donatio propter nuptias, ante & post nuptias celebrari potest. 41 Id est, constante matrimonio. *l. 19.* Ɛ. *h. t.* ut hinc etiam tacite intelligas, donationem propter nuptias non esse simplicem donationem, quia si esset simpliciter donatio, prohiberetur constante matrimonio.
42 Donatio propter nuptias non est simpliciter donatio, sed propter dotem & nuptias facta.
43 Donatio propter nuptias, propter dotem datio. 44 Ergo mulieris propria. *l. 1. ff. de rei vind.* & tamen res donatæ propter nuptias, dicuntur obligatæ mulieri. *l. 19. vers. Jura.* Ɛ. *h. t.* Suæ vero rei nullum pignus consistit. *l. 45. ff. de reg. jur.* Solve: Favore dotis actiones contrariæ admittuntur. 45 Donationes simplices cur vetitæ sunt inter maritum & uxorem, vide *l. 1. ff. de donat. inter vir.* 46 *l. 11.* J. *de naturalib. liber.*
47 Donatio propter nuptias constante matrimonio facta dotis quantitatem excedere non debet. vide *l. 10.* J. *de pactis conventis.* 48 Alias præsumeretur simplex donatio.
49 Adjiciatur. 50 *l. 7. §. 7. ff. de pact.* 51 Dotis pactum extenditur ad donationem propter nuptias, hoc est, eadem pacta in donatione propter nuptias repetita intelliguntur, quæ in dote constituta continentur, *ut hic:* Azo *in summa, tit. de donat. ante nupt.*
52 Id est, tacite ex natura contractus. 53 Pacta dotalia tacite repetita intelliguntur in donatione propter nuptias, nisi aliqua fuerint expressa in ipsa donatione. Expressum removetur præsentia taciti, tacitum venit suppletive: expressum vero suppletionem non recipit.
54 Receptum in uno correlativorum extenditur ad aliud. De relativis alibi diximus.
55 *l. 9.* J. *de pactis conventis.* 56 *l. 10.* J. *de pactis conventis.* 57 Dote data seu constituta mulier potest maritum cogere ad constituendam donationem æquali quantitate, qualitate & pactis. Quin, multi putant donationem ipso jure constitutam intelligi. *arg. hujus authent.* hac similitudine: ut quemadmodum maritus dotis dominus est; ita mulier donationis propter nuptias (licet usumfructum habeat maritus.) Item sicut dos soluto matrimonio uxori redditur. *l. 2. ff. solut. matrim.* Ita hæc donatio. *Nov. de æqualitate dotis. 97. §. 1.* Item quantum maritus ex pacto lucrari potest ex dote, tantundem uxor lucretur ex dicta donatione, ut æqualitas in omnibus servetur, licet nullum pactum in lucro talis donationis intervenerit. *vers. Sin autem donatio. supr. h. t.* Quæ si ita sunt, parum prosunt pacta de lucranda dote, vel dotis parte. Superioribus tamen hæc addenda sunt, multis in locis non fieri tales donationes, uti notat Baldus *hac lege.* 58 Si mulier dotem non dederit, sed tantum pro-

tem solvere

tem solvere sit parata, cum ex diverso recusetur, & mulier hoc contestetur; cumque sit res mobilis [1], *signaculo imposito recondat* [2], *aut ingrediens judicium hoc petat fieri* [3], *ut parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinanda est donationis exactio. At si per* [4] *dilationem dos viro non detur: etiam donatio prorsus denegetur.*

§. 1. Similique modo, si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea [5] quidem *ante nuptias* vocabatur, nunc autem *propter nuptias*, non autem fuerit actis intervenientibus insinuata, licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interventu faciendo: si [6] enim fieri eas post nuptias concedatur, multo magis insinuari. Similique modo, & ea [7] constitutio, quam pro augendis tam dotibus, quam ante nuptias donationibus fecimus [8], intacta illibataque conservetur: Omnibus videlicet, quæ de simplicibus donationibus inter maritum, & uxorem constante matrimonio, vel a veteribus, vel a nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

In AUTHENT. ut spon. lar. in prin. coll. 9. tit. 2. Novell. 119. c. 1. & in Authent. ut frat. filii. §. illud quoque. col. 9. tit. 10. Novel. 127. cap. 2.

EO decursum est, ut sponsalitia largitas [9] *specialis sit contractus, nec insinuationem desideret, etiamsi ab alio detur, licet in viri personam donatio fiat, quatenus ipse in hunc contractum conscribat: hoc quantum ad mulierem. At si vir, vel alius qui dederit eam, non insinuet, cum ea sit quantitas, & pacta dotalium concedant parti viri: nullam super eis habeat vir actionem.*

PAter donationem propter nuptias quam contulit in uxorem, non cogitur servare liberis prioris matrimonii, etsi ad secundas nuptias migraverit: Aliud est, si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim servare liberis prioris matrimonii debet.

In AUTHENT. de æqualit. dot. §. aliud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 2.

NUnc [10] *inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonii, quorum unicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secundæ uxori: ita etiam a parte uxoris.*

TIT. IV.
DE NUPTIIS [11].

Si inter puellæ tutorem, & matrem, & propinquos non convenit.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Portio.

CUm de nuptiis puellæ [12] quæritur, nec inter tutorem [13] & matrem [14], & propinquos [15] de eligendo futuro marito convenit: arbitrium [16] Præsidis provinciæ necessarium est [17].

Si pater puellæ instrumento non subscripsit.

2. Iidem AA. Trophimæ.

SI nuptiis pater tuus consensit: nihil obest tibi, quod instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripsit [18].

De liberto.

3. Iidem AA. Valeriæ.

LIbertum [19], qui patronam, seu patroni filiam, vel conjugem, vel neptem, vel proneptem uxorem ducere ausus est; apud competentem judicem accusare poteris [20], moribus temporum meorum congruentem sententiam daturum: quæ hujusmodi conjunctiones odiosas esse merito duxerunt.

Ne liberi concubinas parentum ducant.

4. Imp. ALEX. A. Perpetuo.

LIberi concubinas [21] parentum suorum [uxores] ducere non possunt: quia minus religiosam & probabilem [22] rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

De tacito consensu patris.

5. Idem A. Maximæ.

SI [23] (ut proponis) pater quondam mariti tui, in cujus fuit potestate, cognitis [24] nuptiis vestris, non [25] contradixit [26], vereri non debes, [ne] nepotem suum non agnoscat.

De matrimonio in provincia contra mandata Principum contracto.

6. Imp. GORDIANUS A. Valeriæ.

ETsi contra [27] mandata Principum contractum sit in provincia consentiente muliere matrimonium, tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseveraverit, justæ nuptiæ efficiuntur: & ideo postea liberos susceptos [28], natosque ex justo matrimonio, legitimos esse, responsum [29] viri prudentissimi Pauli declarat.

Si pater non consenserit.

7. Idem A. Apro.

SI (ut proponis) post querelam de marito a filia [tua] ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa [30] est: minus legitima conjunctio est, cessante patris voluntate, in cujus est potestate: atque ideo non petente [31] filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

Quorum consensus requiritur, vel non.

8. Idem A. Romano.

IN copulandis nuptiis, nec curatoris [32], qui solam rei familiaris sustinet administrationem, nec cognatorum vel adfinium ulla auctoritas potest [33] intervenire: sed spectanda est ejus voluntas, de cujus conjunctione tractatur.

De nuptiis contra mandata contractis.

Quidam ajunt se hanc constitutionem in quibusdam exemplaribus reperisse. Quam tametsi in nullis libris reperi, nec Græci eam habuerint, ne quid desideretur, adscripsi.

Idem A. Rationalibus.

MAnifestum est, nuptiis contra mandata contractis, dotem, quæ data illo tempore, cum traducta est, fuerat, juxta sententiam D. Severi fieri caducam, nec, si consensu postea cœpisse videatur matrimonium, in præteritum commisso vitio potuit mederi. Dat. Kal. April. *Antiochiæ*, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De tabulis nuptialibus, vel ad filios pertinentibus.

9. Imp. PROBUS A. Fortunato.

SI vicinis [34], vel aliis scientibus, uxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quamvis neque nuptiales tabulæ [35], neque ad natam filiam pertinentes [36] factæ sunt, non ideo minus veritas matrimonii, aut susceptæ filiæ, suam habet potestatem.

De nuptæ dignitate.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Paulinæ.

CUm te non ex Senatore patre procreatam, sed ob [37] matrimonium cum Senatore contractum, clarissimæ [38] fœminæ nomen adeptam dicas: claritas, quæ beneficio mariti tibi parata est, si secundi [39] ordinis virum postea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statum deposita [40] est.

De uxore a parentibus retenta.

11. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI invita detinetur [41] uxor tua a parentibus suis: interpellatus Rector provinciæ amicus noster, exhibita [42] muliere, voluntatem ejus secutus, desiderio tuo medebitur.

De filiofamilias.

12. Iidem AA. & CC. Sabino.

NEc filium [43] quidem familias invitum [44] ad uxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit. Igitur, sicuti desideras, observatis juris præceptis sociare conjugio tuo quam volueris, non impedieris: ita tamen, ut contrahendis nuptiis patris tui [45] consensus accedat.

De instrumentis.

13. Iidem AA. & CC. Onesimo.

NEque sine [46] nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonii sunt idonea, diversum veritate continente: neque, non [47] interpositis instrumentis, jure contractum matrimonium, irritum est: cum omissa [48] quoque scriptura, cætera nuptiarum indicia [49] non sint irrita.

De libertate contrahendi, vel distrahendi.

14. Iidem AA. & CC. Titio.

NEque ab initio [50] matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare [51] quisquam cogi [52] potest: unde intelligis, liberam [53] facultatem contrahendi, atque distrahendi [54] matrimonii transferri ad necessitatem non oportere.

De liberta.

15. Iidem AA. & CC. Tatiano.

miserit, eamque postea velit dare, maritus vero recuset: mulier dotem, si ea consistit in rebus mobilibus, deponet ac consignabit: sin minus, offeret tantum. 1 Si res sit immobilis. 2 Id est, offerat. Nam immobilium oblatio habetur pro datione. Res mobilis ut offeratur. 3 Mulier differens dotis præstationem, non meretur propter nuptias donationis præstationem. *Bald.* 4 *§. penult. Instit. de donationibus.* 5 Donatio ex intervallo insinuatur. valet a tempore donationis non insinuatæ, quasi retro factum trahatur ad præsens. vide Hotoman. 11. *cons. in fin.* 6 Si post nuptias donatio potest perfici, multo magis insinuari poterit. 7 *l. 19. supr. h. t.* 8 *Dict. lex* 19. est Justinian. de ea re dixi *ib.* 9 Id est donatio propter nuptias. 10 Et ita abrogatur. *l. 19. in fin. supr. h. t.* Goth. Vid. Rittershus. in *expos. Nov. part. 5. c. 10. Novell. Leonis* 50. Ans.
11 Dixi ad *Lib. 23. D. 1.* 12 Τῆς ἀνήβου καὶ ὀρφανῆς κόρης ἀμφιβάλλουσι, impuberes puellæ & pupillæ dissentiunt. 4. Harmenop. 4. §. 22. 13 Tutoris arbitrium quæritur in nuptiis puellæ. 14 Matris arbitrium quæritur in eligendo filiæ marito. *l. 20. J. h. t.* Augustin. *epist. 133. Rogatus sum ut confirmarem nuptias puellæ, facerem, inquam: sed mater puellæ non adest: & tu scis ad nuptias contrahendas voluntatem ejus necessariam.* adde Cujac. 3. *obs.* 5. dixi ad *l. 25. ff. de ritu nupt.* 15 *l. 18. l. 20. J. h. t.* 16 Facit *l. 3. in fin. ff. de administr. & peric. tut.* 17 Potestne parens committere alicujus arbitrio potestatem elocandæ filiæ? potest. *l. 14. ff. de dote præleg.* 18 Consensus patris requiritur in nuptiis liberorum: at non ejus subscriptio. Ad tabulas nuptiales patris subscriptio, non ad substantiam nuptiarum pertinet. 19 Nubere honeste liberto mariti mulier non potest, *ut hic.* 4. Harmen. 6. §. 49. *l. quanquam in. 62. §. mulier.* 1. *ff. de ritu nupt.* Paul. 2. *sent.* 19. *§. ult.*
20 Hoc abrogatur *l. 15. J. h. t.* 21 Adde *l. 14. §. 2. ff. de ritu nupt. l. 1. §. 2. ff. de concub.* 22 Et honestam. *l. 1. §. 3. ff. de concub. Novell.* 115. *c. 1. §. 6.* 23 Nuptiis filii pater qui non adversatur, consentire intelligitur: & natum ex eo nepotem alere cogitur. *Synops. 28. tit. 4. c. 30.* 24 Aliud si ignoret. *l. 11. ff. de statu homin.* 25 *l. 7. in fin. ff. de spons.* 26 Jussum igitur præcedere non est necesse: cum sufficiat post cognitas nuptias, non contradicere, hoc est, ratum habere. 27 *l. 38. l. 63. l. 65. in fin. ff. de ritu nupt.* 28. *Synops. 4. c. 30.* 28 *Conceptos*, Contius ita restituit, 1. *lect.* 7. ex Thalelæo, & Ulpiani fragmento 5. & *l. 11. ff. de statu homin.* Græci legunt συλληφθέντας. Possumus itaque non minus interpretari *susceptos*, quam *conceptos.* *l. 17. §. 5. ff. ad SC. Trebell.* vide Cuj. 13. *obs.* 25. 29 *d. l. 65.* Goth. adde Cujac. *lib. 1. observ.* 11. & Cont. *lib. 1. disp. c. 7.* S. L.
30 *l. 18. ff. de ritu nupt.* 31 Non pœnitente, Contius 1. *lect.* 7. non renitente, Cujac. 13. *observ.* 25. non parente, *Auredanus.* 32 *l. 20. ff. de ritu nupt.* Goth. Vide Georg. Tholosan. *Syntagm. jur. lib. 9. c. 3. n.* 13. & Schneidwin. *ad tit. Instit. de nupt. part. 2. requis.* 4. *num.* 40. & *ad tit. de actionibus. §. omnium. num.* 49. 50. S. L. 33 Imo potest. *l. 20. in fin. J. h. t.* 34 Nati ex ea quæ præsumitur uxor, præsumuntur legitimi. his adde *l. 6. ff. de his qui sui vel l. 11. §. 9. ff. ad leg. Jul. de adult.* Gail. 2. *observ.* 79. ut hinc etiam colligas, ignorantiam non præsumi in vicino. *l. 55. ff. locati.* alias præsumitur ignorantia. *l. 6. J. qui milit. poss. vel non.* Quid si testis interrogatus eam rationem reddit testimonii, quod videlicet fuerit vicinus, an fidem faciet. vid. Bald. *in l. conventicula.* 15. *supr. de episcop. & cler.* Bart. in *l. 1. ff. si certum petat.* 35 *l. 13. l. 20. J. h. t. l. 7. ff. de sponsal. l. 11. J. de repud. & de jud. de morib. Novell.* 22. *Novell.* 74. *Novell.* 117. 36 Nativitatis scripturæ ad natos liberos pertinentes, παιδογραφία, de quibus *l. 2. §. 1. ff. de excus. tut.* 37 Uxor senatoris clarissima. Senatores igitur clarissimi. *l. 13. C. de dignit. Novell.* 22. *c. 36.* vid. *l. 100. ff. de verb. sign. l. fœminæ* 8. *ff. de senat.* 38 Vide quæ scripsi ad *l. 5. ff. de curatore furiosi. l. 8. ff. de senat.* 39 Id est, inferioris. *d. c. 36. l. 8. in fin. ff. de senatorib.* 40 Quæ iterum nubit, non utitur privilegiis prioris mariti. *d. cap. 36. l. 22. §. 1. ff. ad municipalem.* 41 Pœna detinentis uxorem alterius: adde *l. 8. ff. de divortiis.* 42 De uxore exhibenda & ducenda agi potest adversus socerum. *l. 2. ff. de liber. exhib.* 43 *l. 14. J. h. t. l. 21. ff. de ritu nupt.* 44 Matrimonium metu contractum, non subsistit, & impune dissolvitur. *l. 14. J. h. t.* nisi novo consensu confirmetur. vide Wurms. 1. *pract.* 36. *cap.* 1. Gailium 2. *pract.* 93.
45 *l. 20. J. h. t.* vide *l. 2. l. 25. ff. de ritu nupt.* 46 Nuptiæ absque dotalibus instrumentis contrahi possunt, dum ea serventur, quæ leges servari præcipiunt. 4. Harm. 4. §. 15. Sola instrumenta dotalia non faciunt nuptias. 47 Matrimonium non requirit instrumenta dotalia. Nuptiæ possunt esse, licet testationes in scriptis non sint. *l. 4. in fin. ff. de pign. & hypoth.* 48 *Amissa* sic Græci legunt: ἀπολλυμένου τοῦ συμβολαίου. Cujac. 17. *obs.* 6. utrumque dici potest. Omissam vel amissam scripturam non vitiare reliqua indicia nuptiarum. 49 Matrimonium indiciis probari potest. 50 De nuptiis nunc primum contractis. 51 De nuptiis reconciliatis & redintegratis, vide *l. 7. ff. de divort.* 52 *l. 12. S. h. t.* 53 *l. 12. in fin. S. h. t. l. 21. l. 28. ff. de ritu nupt. l. 134. ff. de verb. oblig.* 54 De nuptiis

UXorem libertam suam manumissori, si [1] non sit ex his personis, quæ [2] specialiter prohibentur, ducere non est interdictum, & ex eo matrimonio justos patri filios nasci certissimum est.

In AUTHENT. ut liberti de cætero. §. si quis autem. coll. 6. tit. 7. al. 6. Novell. 78. cap. 3.

SEd novo jure nulla dignitas prohibet cum liberta nuptias contrahi, dotalibus instrumentis confectis.

De filia a patre exposita, & ab alio nutrita.

16. Iidem AA. & CC. Rhodoni.

PAtrem, qui filiam exposuit [3], hanc nunc adultam sumptibus & labore [tuo] factam, matrimonio conjungi filio tuo desiderantis favere voto convenit: qui si renitatur, alimentorum [4] solutioni [in hoc solummodo casu] parere debet.

De cognatis & affinibus.

17. [5] Iidem AA. & CC.

NEmini [6] liceat contrahere matrimonium cum filia [7], nepte, vel pronepte: itemque cum matre [8], avia, vel proavia: & ex latere [9] amita [10], ac matertera [11], sorore [12], sororis filia [13], & ex ea nepte [14]: præterea [15] fratris [tui] filia [16], & ex ea nepte: itemque ex affinibus [17], privigna [18], noverca [19], nuru [20], socru [21], cæterisque quæ jure antiquo prohibentur, a quibus cunctos volumus [se] abstinere. Dat. Kal. Maji, *Damasco*, TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

De vidua transeunte ad secundas nuptias.

18. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Senatum.

VIduæ [22] intra [23] quintum & vicesimum annum degentes, etiamsi [24] emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia non conveniant. † Quod si in conventionis delectu, mulieris voluntas patris [25] repugnat sententiæ, & propinquorum [26]: placet admodum (ut in virginum [27] conjunctionibus sancitum est) habendo examini auctoritatem quoque judiciariæ cognitionis adjungi: ut si pares [28] sint genere ac moribus competitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbaverit. † Sed ne forte hi qui gradu proximo [29] ad viduarum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impediant, si hujus rei suspicio præcesserit, eorum volumus auctoritatem judiciumque succedere, ad quos etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum pervenire non possit. Dat. 17. Kal. August. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

De consobrinis.

19. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P.

CElebrandis inter consobrinos [30] matrimoniis licentia legis hujus salubritate indulta est: ut revocata prisci [31] juris auctoritate, restinctisque calumniarum fomentis, matrimonium inter [32] consobrinos [33] habeatur legitimum: sive ex duobus fratribus, sive ex duabus sororibus, sive ex fratre & sorore nati sunt: & ex eo matrimonio editi, legitimi, & suis patribus successores habeantur. Dat. STILICONE II. & ANTHEMIO CONSS. 405.

De puellis.

20. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Theodorum P.P.

IN conjunctione filiarum [34] in sacris [35] positarum, patris [36] expectetur arbitrium. Sed si sui juris puella sit intra [37] quintum & vicesimum annum constituta, ipsius quoque adsensus exploretur. Si patris auxilio destituta, matris [38] & propinquorum [39], & ipsius [40] quoque requiratur adultæ judicium. Si [vero] utroque orbata parente, sub curatoris [41] defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonii oriatur forte certamen, ut quæratur, cui potissimum puella jungenda sit, si puella cultu verecundiæ [42] propriam noluerit voluntatem depromere, coram positis propinquis, judici [43] deliberare permissum est, cui melius adulta societur.

De militibus.

21. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Basso P.P.

A Caligato [44] milite usque ad Protectoris [45] personam sine aliqua solennitate matrimoniorum, liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contrahendi conjugii permittimus facultatem.

De donatione ante nuptias. De instrumento dotis. De pompa & celebritate nuptiarum.

22. Iidem AA. Hierio P.P.

SI [46] donationum ante nuptias, vel dotis [47] instrumenta defuerint, pompa [48] etiam, aliaque nuptiarum celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse recte alias [49] inito matrimonio firmitatem, vel ex eo natis liberis jura posse legitimorum auferri: inter [50] pares honestate personas nulla lege impediente consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum fide firmatur. Dat. 10. Kalend. Mart. *Constantinop.* FELICE & TAURO CONSS. 428.

De scenicis mulieribus & eorum liberis. 7. De instrumentis dotalibus. 8. De casibus futuris, vel præteritis.

23. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P.P.

IMperialis benevolentiæ proprium [51] hoc esse judicantes, ut omni tempore subjectorum commoda tam investigare, quam eis mederi procuremus: lapsus quoque mulierum, per quos indignam honore conversationem imbecillitate sexus elegerint, competenti moderatione sublevandos esse censemus, minimeque eis spem melioris conditionis adimere: ut ad eam respicientes, improvidam, & minus honestam electionem facilius derelinquant. Nam ita credimus Dei benevolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum nostræ naturæ possibile est) imitari [52], qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostro subjectos imperio nos etiam facere differamus: nulla venia digni esse videbimur.

§. 1. Itaque cum injustum sit, servos quidem libertate donatos posse per divinam indulgentiam natalibus [53] suis restitui, postque hujusmodi Principale beneficium ita [54] degere, quasi nunquam servissent, sed ingenui [nati] essent: mulieres autem quæ scenicis [quidem] ludis sese [ante] immiscuerunt, postea vero spreta mala conditione ad meliorem migravere sententiam, & inhonestam professionem effugerunt, nullam spem principalis habere beneficii quod eas ad illum statum reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatum esset, commorari potuerunt: Præsenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea lege condonamus, ut, si [55] derelicta mala & inhonesta conversatione commodiorem vitam amplexæ fuerint, honestatique sese dederint, liceat eis nostro supplicare numini, ut divinos afflatus sine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum: his, qui eis conjungendi sunt, nullo timore tenendis: ne scitis præteritarum legum infirmum esse videatur [tale] conjugium, sed ita validum hujusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla præcedente inhonesta vita uxores eas duxerint, sive dignitate præditi sint, sive alio modo scenicas in matrimonium ducere prohibeantur: dum [56] tamen dotalibus [57] omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probetur conjugium. Nam omni [58] macula penitus direpta, & quasi suis natalibus hujusmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhonestum eis inhærere de cætero volumus, neque differentiam aliquam eas habere cum his quæ nihil simile peccaverunt. §. 2. Sed & liberos ex tali matri-

distractis. *l.* 19. *ff. de verb. oblig.* 1 Sublata est hodie hæc distinctio. *Auth. Sed novo.* ȷ. *h. t.* 2 Generalis permissio non continet casus specialiter prohibitos.
3 Titius pater filiam exposuit, Cajus expositam educavit: Cujus requiritur consensus in exposita elocanda? Naturalis patris. 4 Educator patri filiam suam vindicanti imputat alimenta. Seneca *controvers.* 6. Pete quantumvis pro disciplinis, imputa quantumvis pro alimentis; & educator apud Quintil. *declamat.* 278. Recipere illud, nisi solutis alimentis non potuisti. *& post:* alimenta solvisti, computasti mecum ut expositam reciperes. adde *l.* 1. ȷ. *de infantib. exposit.* Ergo, quæ misericordiæ causa dantur, interdum repetuntur. *l.* 7. *in pr. ff. de calumniatorib.* Cujac. 16. *obs.* 36. 5 Integra lex extat apud auctorem collat. leg. Mosaicar. *tit.* 6. 6 Nuptiæ prohibitæ inter ascendentes & descendentes, *ut hic*, etiamsi naturales tantum vel adoptivi sint, quod etiam obtinet dissoluta potestate, pudori enim sit avi appellatio ea, quæ quondam neptis fuerit. 4. Harm. 6. §. 21. adde leg. Salicam antiquam Francorum huic pene similem. *tit.* 14. *c.* 12. 7 Vide *l.* 53. *l.* 68. *ff. de ritu nupt.* vide Ulp. 5. §. 5. vide 6. Harm. 4. 8 §. 1. *Inst. de nupt.* 9 *l.* 68. *ff. de ritu nupt.*
10 *l.* 17. §. 2. *ff. de ritu nupt.* §. 5. *Inst. de nupt.* 11 *d.* §. 5. 12 §. 2. *Inst. de nupt.* *l.* 35. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 13 *l.* 56. *ff. de ritu nupt.* *l.* 2. ȷ. *si nuptiæ ex rescripto.* *l. ult.* ȷ. *de incestis & inutil.* Gaius 1. *Inst.* 4. §. 4 14 Neptem ex sorore tamen ducere plebiscito quondam permissum fuisse, refert Plutarchus *Problem.* 6. Verum id postea sublatum, adeo ut ne proneptem quidem sororis ducere liceat. *l.* 39. *ff. de ritu nupt.* Alexius Comnenus, *libr. juris orientalis in constitutione Alexii*, περὶ γάμου δ..., ad suggestionem Proedri & Etherarchi, Bardoë Zeri constituit, ut ne amita nuptias contrahat cum fratris filio; fratris filia cum patruo, tametsi sexto gradu ex cognatione conjungantur: quæ constitutio ex Nicolai quoque patriarchæ Constantinopolitani subnotatione recepta est. Sueton. *in Claudio* 26. & Corn. Tacitus *lib.* 5. refert, Claudium Cæsarem illecebris Agrippinæ Germanici fratris sui filiæ per jus osculi & blanditias in amorem pellectum, subornasse primo in senatu, qui censerent, Claudium cogendum ad eam uxorem ducendam, quasi Reipub. interesset, dandamque cæteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus incesta habebantur. Ac vix uno interposito die Claudium confecisse nuptias: non repertis qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam & altero principali. 15 Quæ sequuntur, a Triboniano addita sunt ex Constantini & Constantis lege. 16 §. 3. *Inst. de nupt.* *l.* 2. ȷ. *si nuptiæ ex rescripto.*
17 Nuptiæ prohibitæ certis casibus inter affines. §. 6. *Inst. de nupt.* Qui affines, vide *l.* 4. §. 3. *ff. de gradibus & affinib.* 18 *d.* §. 6. *l.* 14. *in fin. ff. de ritu nupt.* *l. ult. in fin. ff. de condict. sine causa.* *l.* 38. *in pr. ff. ad leg. Jul. de adult.* 19 §. 7. *Inst. de nupt.* *l.* 14. §. 4. *vers. Quidam novercam. ff. de ritu. Nov.* 115. *c.* 3. §. 6. *&* *c.* 4. §. 3. *l.* 5. *ff. ad leg. Pomp. de parricid.* 20 *d.* §. 4. *vers. Nurus.* §. 6. *Inst. de nupt.* 21 §. 7. *Inst. de nupt. d.* §. 4. *vers. Itaque socrus.* *l.* 4. §. 6. *ff. de gradib. & affinib.* 22 3. *C. Theod.* 7. *l.* 1. Olim idem primum obtinuit in pupillis, deinde in virginibus puberibus. *l.* 20. ȷ. *h. t.* 23 Aliud erit, si majores viginti quinque annis. 24 Aliud in filio emancipato. *l.* 25. *ff. de ritu nupt.*
25 *Matris*, ita emendat Cujac. 3. *obs.* 5. 26 *l.* 1. ȷ. *h. t.* 27 Pupillarium. Cujac. *d. loco* ita legit. 28 Pares inter corrivales mulier unum eligere potest.
29 Personæ interdum proximiores in ordine succedendi proximo nocentiores, magisque metuendæ sunt ac suspectæ. facit *l.* 1. ȷ. *ubi pupill. educar.* 30 Duorum fratrum liberi inter se conjungi possunt, *ut hic.* §. 4. *Inst. de nupt.* *l.* 2. ȷ. *de instit. & substit.* *l.* 3. *ff. de ritu nupt.* adscripta tamen negatio est apud Theoph. & Cajum 1. *Instit.* 4. §. 7. & ita quoque scriptum reperitur *l.* 1. *C. Theod. de incest. nupt.* Sed & Harmen. 4. *tit.* 6. §. 22. testatur, non licere uxorem ducere τὴν ἐξαδέλφην patruelem suam: id est, filiam patrui, aut amitæ. Poterant tamen conjungi rescripto Principis. *l. unic. C. Theod. si nupt. ex rescript.* Paulus Monach. *in Theod.* Ambrosius 8. *epist. ad Paternum.* Cassiodor. 7. *Variar.* 46. Qua ratione permotus Contius 1. *lection.* 9. scribit hanc legem a Triboniano corruptam. Utut sit, constat inter consobrinos nuptias modo permissas, modo prohibitas fuisse. his adde *Canon.* 18. *apost.* August. 15. *de civitat.* 16. Goth. Jure Canonico quum consobrini sint secundo gradu, matrimonia hæc sunt prohibita. *can.* 20. 35. *q.* 2. *&* 3. *can. ad sedem.* §. *hanc computationem* 35. *q.* 5. Explicationem hujus legis vide apud Joann. a Sande, *lib.* 2. *tit.* 1. *defin.* 3. Ans. Quatenus obtineat, vide Censur. Forens. nostram *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 17. *& seq.* S. L. 31 *Dict. l.* 3.
32 Inter consobrinos matrimonium permissum. 33 Hic advertendæ leges de nubendo in familia & tribu *Num.* 36. *Tobiæ* 7. de nubendo ei qui proximus esset genere, cujusmodi lex Solonis fuit apud Athenienses. Pollux 3. *Onomast.* 3. Hujus legis meminit Terentius in Phormione: *Lex est*, (inquit) *ut orbæ qui sint genere proximi iis nubant, & illos ducere eadem hæc lex jubet.* Idem in Adelphis: *Hæc virgo orba est patre. Hic meus amicus illi genere est proximus. Huic leges cogunt nubere hanc.* Fortunatian. 1. Rhetor. *Lex est, orba proximo nubat, vel si eam noluerit in matrimonium ducere, det decem millia.* Verum, proximitatis nomine circumscriptæ, ac definitæ legibus sunt nuptiæ apud Romanos. vide *l.* 17. ȷ. *h. t.*
34 Adde *l.* 18. ȷ. 35 Non sui juris. 36 *Novell.* 115. *cap.* 3. §. 11,
37 *l.* 18. ȷ. *h. t.* 38 *l.* 1. ȷ. *h. t.* 39 *d. l.* 1. *& d. l.* 18. ȷ. *h. t.* 40 Vide *l.* 8. ȷ. *h. t.* 41 *d. l.* 8. *in fin.* 42 Verecundam & consequenter silentem decet esse mulierem. Propter verecundiam naturale est mulierem tacere. *l.* 1. §. 5. *ff. de postulando.*
43 *d. l.* 1. *in fin.* ȷ. *h. t.* 44 Id est, vile. *l.* 9. *in fin. ff. de custod. & exhib. reor.*
45 *Præfecti cohortalis*, ita legit Prateius in voce Caligarus. De protectoribus *dicam* ȷ. *ad tit. de domesticis & protectoribus. lib.* 12. *tit.* 17. 46 Donatio propter nuptias ad substantiam matrimonii nihil pertinet. *l.* 3. *C. Theod. de nupt.* *l.* 8. *C. Theod. de sponsal.* 47 Dotis instrumenta non sunt de substantia matrimonii: dicam plenius *ad Authent. Maximis.* ȷ. *h. t.*
48 Pompa hujusmodi, & nuptiarum celebratio non est de substantia matrimonii. adde quæ dixi ad *Novell. Leon.* 89. 49 Matrimonium consistere potest sine donatione propter nuptias, sine dotis instrumento, sine pompa. 50 Hoc innuit, inter impares honestate personas (veluti si senator scenicam ducat permissu Principis) exigi tabulas nuptiales.
51 Proprium Principis, subditorum commodis prospicere. 52 Deum imitatur qui ignoscit. 53 Servi natalibus restitui possunt a Principe. 54 Effectus restitutionis natalium. 55 Scenicæ mulieres, vitæ pœnitentes, Principis rescripto cuivis, etiam illustri possunt nubere. Hodie non requiritur rescriptum. *Novell.* 89. *& Novell.* 117. Antiqua porro hujus rescripti formula extat apud Cassiodorum *epist.* 8. Quod de scenica diximus, idem exigebatur in ancilla. Hieronymus *ad Oceanum*: Si ab Imperatore stolam illæ, id est, ancillæ meruerint, inter uxores eas recipere cogentur &c. 56 Probatur conjugium, seu matrimonium dotalibus instrumentis: ut inter quos instrumentum dotis intercessisse probatum erit, inter eosdem matrimonium intercessisse & contractum probetur, *ut hic*: Romanus *sing.* 448. putat dotis instrumentio plene, ac perfecte probari, dotis restitutionem faciendam esse: at non plene probari matrimonium, sed semiplene & præsumptive tantum. *cap. illud.* 2. *Nov. ut fratrum filii* 127. *Gloss. in l. concubinatu.* 3. *ff. de concubinis, & in l. penult. C. de fidejussorib.*
57 Dotalia instrumenta requiruntur in nuptiis scenicæ a Principe restitutæ. 58 Effe-

monio

monio procreandos, suos & legitimos patri esse: licet [1] alios ex priore matrimonio legitimos habeat: ut bona ejus tam ab intestato quam ex testamento isti quoque sine ullo impedimento percipere possint. §. 3. Sed & si tales mulieres post divinum rescriptum ad preces earum datum ad matrimonium venire distulerint, salvam eis nihilominus [2] existimationem servare præcipimus, tam in aliis omnibus, quam ad transmittendam, quibus voluerint, suam substantiam, & suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam, vel ab intestato delatam hereditatem.

In AUTHENT. Scenicas non solum si fidejussores. §. 2. coll. 5. tit. 6. al. 4. Novell. 51.

Quod eis permittetur, etiamsi [3] juraverint in tali professione se perseveraturas: quia legibus expressum est, illicitæ rei jusjurandum servari non oportere: & pœna perjurii, si qua est, in eum convertenda est, qui exigit.

§. 4. Similes vero tale merentibus ab Imperatore beneficium mulieribus illas etiam esse volumus, quæ dignitatem [4] aliquam [habent,] etsi non Serenissimo Principi supplicaverint, ultroneam [5] tamen donationem ante [6] matrimonium meruerint: ex qua dignitate, & aliam etiam omnem maculam per quam certis hominibus legitime conjungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. §. 5. His illud adjungimus, ut & filiæ hujusmodi mulierum si quidem post [7] expurgationem prioris vitæ matris suæ natæ sint, non videantur scenicarum esse filiæ, nec subjacere legibus quæ prohibuerunt filias scenicarum certos homines in matrimonium ducere. Sin vero ante procreatæ sint, liceat eis preces offerentibus invictissimo Principi sacrum sine obstaculo ullo mereri rescriptum: per quod eis ita nubere permittatur quasi non sint scenicæ matris filiæ: nec jam prohibeantur illis copulari, quibus scenicæ filias, vel dignitatis, vel alterius causæ gratia uxores ducere interdicitur: ut tamen omnimodo dotalia inter eos etiam instrumenta conficiantur. §. 6. Sed & si a scenica matre procreata, quæ usque ad mortem suam in eadem professione duraverit, post [8] ejus obitum preces Imperatoriæ Clementiæ obtulerit, & divinam indulgentiam meruerit, liberationem maternæ injuriæ, & nubendi licentiam sibi condonantem: istam quoque posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicæ filiam uxorem ducere prohibebantur. §. 7. Immo etiam illud removendum esse censemus, quod in priscis legibus (licet obscurius) constitutum est: ut matrimonia inter [9] impares honestate [personas] contrahenda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint: his vero [etiam non] intercedentibus, omnimodo firma sint, sine aliqua distinctione personarum: si modo liberæ sint, & ingenuæ mulieres, nullaque nefariarum, vel incestarum conjunctionum subeat suspicio. Nam nefarios [10], & incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut & illos, qui præteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet his quos præsenti lege permittimus: legitimique matrimonii jure muniri præcipimus.

In AUTHENT. ut lic. matr. & aviæ. §. quia vero legem. coll. 8. tit. 18. Novell. 117. cap. 4.

Maximis decorati dignitatibus usque [11] ad illustres, nonnisi dotalibus instrumentis [12] conscriptis, rite contrahunt nuptias: licet ante contractas retineant: exceptis Barbaris reliqui omnes affectu solo recte contrahunt matrimonium.

§. 8. His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, & de cætero conservandis, præteritas etiam hujusmodi conjunctiones ex subjecto tempore factas secundum prædictam dispositionem judicari præcipimus: ut si [13] quis talem uxorem ab initio nostri imperii (prout dictum est) jam duxerit, & liberos ab ea procreaverit, justos eos & legitimos, & tam ab intestato quam ex testamento patris successores habeat, legitima in posterum nihilominus ea uxore permanente, procreati quoque liberi legitimi sint.

Verbum nuptiarum *quomodo accipitur.*

24. Idem A. ad Senatum.

Sancimus, si quis *nuptiarum* fecerit mentionem in qualicunque pacto [14], quod ad dandum, vel ad faciendum, vel non dandum, vel non faciendum concipitur, & sive *nuptiarum tempus* dixerit, *sive nuptias* nominaverit: non [15] aliter intelligi conditionem esse adimplendam, vel [non] extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festivitas [16]: & non esse tempus inspiciendum, in quo nuptiarum ætas, vel fœminis post duodecimum annum accesserit, vel maribus post quartum decimum annum completum, sed ex quo vota nuptiarum re ipsa [17] processerint: Sic enim & antiqui juris contentio dirimetur, & immensa librorum volumina ad mediocrem modum tandem pervenient.

De liberis furiosi, vel mente capti.

25. Idem A. Juliano P. P.

Si furiosi parentis liberi, in cujus potestate constituti sunt, nuptias possint contrahere, apud veteres agitabatur [18]: & quidem filiam [19] furiosi marito posse copulari, omnes pene juris antiqui conditores admiserunt: sufficere enim putaverunt, si pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur: & Ulpianus quidem retulit constitutionem Imperatoris Marci, quæ de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente [20] captis, sive masculi, sive fœminæ sint, qui nuptias contrahunt: ut hoc facere possint etiam non adito Principe. Et aliam dubitationem ex hoc emergentem, si hoc, quod de mente capto constitutio induxit, etiam in furiosis obtinendum sit, quasi exemplo mente capti & furiosi filios adjuvantes. His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes, sancimus, hic repleri, quod Divi Marci constitutioni deesse videtur, ut [21] non [22] solum dementis, sed etiam furiosi liberi cujuscunque sexus [23] possint legitimas contrahere nuptias, tam dote, quam ante nuptias donatione a curatore eorum præstanda, æstimatione [24] tamen in hac regia urbe excellentissimi Præfecti Urbis, in provinciis autem virorum clarissimorum earum Præsidum, vel locorum Antistitum, tam opinione [25] personæ, quam moderatione dotis, & ante nuptias donationis constituenda, præsentibus tam curatoribus dementis, vel furiosi, quam his qui ex genere eorum nobiliores [26] sunt: ita tamen ut nulla ex hac causa oriatur, vel in hac regia urbe, vel in provinciis jactura substantiæ furiosi, vel mente capti, sed gratis [27] omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægravetur.

De alumna, de suscepta a sacro baptismate.

26. Idem A. Juliano P. P.

Si quis alumnam [28] suam libertate donaverit, & in matrimonio suo collocaverit: dubitabatur apud antiquos, utrumne hujusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non? Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes [29], non esse vetitum matrimonium censemus: si enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ, & nihil impium, nec legibus contrarium in tali copula expectamus: quare prædictas nuptias inhibendas existimemus? nec enim homo sic impius invenitur, ut quam ab initio loco filiæ [30] habuit, eam postea in suo collocet matrimonio: sed ei credendum est, quia eam & ab initio non ut filiam educavit, & libertate donavit, & dignam esse postea suo putavit matrimonio. † Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, sive alumna sit, sive non, a sacrosancto suscepit baptismate [31]: cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ sunt.

De ætate contrahentium.

27. Idem A. Joanni P. P.

Sancimus [32] nuptias, quæ inter masculos & fœminas majores, vel minores sexagenariis [33], vel quinquagenariis [34], lege Julia, vel Papia prohibitæ sunt, homines volentes contrahere, & ex nullo modo, vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

De nova dignitate mariti, vel soceri.

28. Idem A. Joanni P. P.

Si libertam quis uxorem habeat, deinde [35] inter Senatores scribatur dignitate illustratus: an solvatur matrimonium, apud Ulpianum quærebatur: quia lex Papia inter [36] Senatores & libertas stare connubia non patitur. Nos igitur Dei sequentes judicium, non patimur in uno eodemque connubio mariti felicitatem uxori fieri infortunium: ut quantum vir in altum tollatur, tantum & conjux ejus decrescat, imo magis penitus depereat; absit itaque a nostro tempore hujusmodi asperitas, & firmum maneat matrimonium, & uxor marito concrescat, & sentiat ejus fulgorem: stabileque maneat matrimonium [ex] hujusmodi superventu minime deminutum. Simili modo, si privati hominis filia ad liberti veniat connubium, & postea [37] pater mulieris ad Senatoris dignitatem fuerit elatus, taceat Papiæ legis crudelissima sanctio: & neque per hunc modum dissolvatur matrimonium inter facti senatoris filiam & libertum, ne soceri prosperitas sine genero inveniatur. Me-

ctus restitutionis natalium. inde colligitur, infamem famæ restitutum a testimonio dicendo non arceri. 1 Legitimati succedunt cum legitime natis. 2 Remittitur jusjurandum illegitimum. vide *l. ult. ff. qui satisdare.* 3 i. e. Etiamsi cesset causa finalis privilegii impetrati. 4 Dignitatis nuda adeptio famam interdum restituit. Ratio potest hæc esse, quod concessa dignitate nobili, omne impedimentum famæ sublatum videatur. Inde putat Baldus, Tacite famæ restitui, quem Imperator suos inter consiliarios adscivit. Principis enim comitatum illustrem esse. *l. 1. J. de præpositis laborum. lib. 12. tit. 18.*
5 De proprio motu. *cap. si motu proprio 23. in fin. de præbend. & dign. in 6.* Bald. *hic.*
6 Ergo illicitum matrimonium famæ restitutione non confirmatur. 7 Privilegium matris non prodest filiæ ante privilegium natæ. Hinc concludit Baldus, non dici filium regis, qui natus ante ejus coronationem sit. *arg. l. 25. ff. de test. milit. l. 2. §. 2. ff. de decur.* vide Hotom. *Illustrium quæst. 2.* Goth. Adde Joann. Aurpach. *Epist. juridicar. lib. 2. Epist. 2.* Ans.
8 Interdum liberi post mortem parentum possunt legitimari. 9 *l. 22. supr. h. t.*
10 Nefarii coitus damnati: vide *Novell. 12.* 11 Μεχρὶ καὶ τῆ πρωτοσπαθαρίε. 4. Harm. 4. περὶ ἀξιωματικῶν. & *Synops. 28. tit. 3. cap. 16.* 12 Olim tabulæ nuptiales requirebantur, ut per nuptias liberi, sui fierent & legitimi. *Novell. 12. cap. 4. vers. Si enim. Novell. 18. cap. 11.* & inter impares honestate personas. *l. 22. 𝔖. h. t.* Hodie non exiguntur, nisi illustris uxorem ducat non illustrem: nisi sint barbari. Mitius enim cum Barbaris agitur propter eorum simplicitatem. *Novell. 117. cap. 4.* in reliquis nuptiis non exiguntur instrumenta dotalia; sufficit enim ut testatio fiat apud defensorem ecclesiæ, quæ tamen observatio remittitur senatoribus, & gregariis militibus, & his qui nuptias jurejurando confirmarunt palam in æde sacra, vel tactis divinis scripturis. *Novell. 74. cap. 5.* 13 Confirmato matrimonio confirmatur status liberorum, non e contra. 14 Ut si ita pactum sit, Dabis vel facies si nupserit? 15 Adde *l. 39 §. 1. ff. de statuliber.* 16 Puta sacra benedictio. dixi ad *Nov. Leon. 89.* adde quæ scripsi ad *l. 66. §. 1. ff. de donat. inter vir.* Hotoman. 13. *Illustr.*
17 Conditio nuptiarum impletur per actum & rem ipsam, non per habitum & potentiam. *Salic.* 18 Hæc est 16. decisio ex quinquaginta novis Justiniani, ut videre est apud Inglois. Ans. 19 Vide Theoph. *Inst. de nuptiis.* 20 vide Festum *in mente captus.*
21 Argumentum a mente capto ad furiosum. 22 Dementis & furiosi filii, cujuscunque sexus sint, nuptias contrahere possunt, dotem constituere, & donare propter nuptias, curatore & judice adhibitis. *l. 28. supr. de episcop. aud.* 23 *Inst. de nupt. in princ.*

24 *l. 43. ff. de legat. 3.* 25 Quo quisque dignioris est familiæ, majorem dotem meretur. *l. 28. 𝔖. de episcop. aud. l. 60. ff. de jure dot.* 26 Præsumitur pro nobilioribus. *d. l. 28. l. 1. J. de cond. in horr.* 27 Hinc concludunt, Pauperum advocatis nullum deberi honorarium. 28 Alumnam ducere possumus. Collactaneam vertit interpres Basilicon *tit. de nupt.* & collactaneæ exemplum ponit in ancilla patris. Possis & alumnam interpretari eam, quam quis ab alio expositam aluit. vide Festum *in Altellus.* adde de alumno quæ scripsi ad *l. 1. J. quæ res pignori.* 29 Hæc est 17. decisio ex quinquaginta novis Justinianeis, vid. apud Inglois. Ans. 30 Adoptio hæc anonyma est: quia nec vere adoptio, nec vere adrogatio est. vide Zasium 2. *Responsorum* 7. ubi de anonymis in jure tractat. 31 Nemo eam ducere potest, quam ex sacro baptismate suscepit. Ratio hic affertur quasi paternitatis, *ut hic. & 28. Synops. Basil. 5. c. 17. cap. 53. Synodus in Trullo, apud* 4. Harmen. 6. περὶ τῶν ἐκ τῆ ἁγίε βαπτίσματ®. Balsamon *ad dict. cap. 52.* Potest hæc etiam adferri, ætatis larum discrimen. Quin Harmenopulus *loco superiore* negat contrahi posse nuptias cum ejusce mulieris matre, aut filia. Demetrius Chomatenus Archiepisc. Bulgariæ, *lib. 3. juris Orient. tit. de Secul. cognat. ubi adfert cap. 56. sext. Synod.* Quæ etiam hodie obtinent inter Ruthenos & Moscos. Sigismundus L. B. ab Herb. *in rerum Moscovitarum commentario.* Inter confirmatam, & patrem ejus, qui confirmationi ejus adhibetur, velut sponsor, & pater, cognatio & prohibitio constituitur. *can. si quis filiastrum. 230. quæst. 1.* ex concilio Tridentino, 8. *Sess. cap. 2.* Hic etiam locus ostendit pueros & infantes ad sacramentum baptismatis oblatos ab extraneis fuisse. An & a parentibus offerri justum est? vide August. *epist. ad Bonifacium.* An baptismo in continenti post delictum suscepto, pœna delicti minuenda sit? vide apud Tiraquellum *tract. de pœnis causa 26.* 32 Citatur in *l. 12. J. de legitimis heredibus.* 33 Dixi ad Ulpian. 16. §. 3. adde *l. 21. ff. de act. empt.* adde Cujac. 33. *de præscript.* Anton. Mercat. 1. *not. 1. in fin.* Anton. Guibert. *in tract. de spons. & matr.* 34 Quinquagenaria mulier nuptias potest contrahere, *ut hic:* quin tali ex muliere partus legitimus est, sublata vetere super ea re dubitatione Cæsariensis advocationis, uti constat ex his quæ scripsi ad *l. 12. J. de hered. inst.*
35 Superveniens marito senatoria dignitas nuptias perfectas non dirimit, quæ alioquin, si maritus antea senator fuisset, non possent contrahi. Res enim jam perfecta non vitiatur, licet veniat ad eum casum a quo non possit incipere. *Salicet.* adde *l. 3. J. tit. proxim.*
36 Lege Papia senator libertam ducere non poterat. adde *l. 27. 28. 29. 30. ff. de ritu nupt.*
37 Quæsita patri dignitas liberorum quidem statum auget, non tamen eorum nuptias dis-

lius enim eſt, legis Papiæ ſeveritatem in utroque caſu compeſcere, quam eam ſequendo hominum matrimonia diſpergere, non ex vitio mulieris & mariti, ſed ex proſpera alterutrius partis fortuna: cum enim ex una radice vitium naſcitur, conſequens eſt ut una lege tollatur.

De ſcenicis mulieribus.

29. Idem A. ubique terrarum conſtitutis Epiſcopis.

SAcram fecimus conſtitutionem [1], nemini permittentes neque invitam mulierem ancillam aut liberam, in ſcenam aut orcheſtram pertrahere, neque converti volentem, prohibere eam ejus fidejuſſores [2], quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modum promiſſum repetendo: ſed ſi quid tale factum fuerit, prohiberi hæc & a clariſſimis provinciarum præſidibus & a civitatum religioſiſſimis Epiſcopis conſtituimus, dantes licentiam religioſiſſimis Epiſcopis una cum clariſſimo provinciæ Præſide, etiam invitos trahere ad ſe eos qui compulerint, aut qui mutari ſeu converti ab ea actione prohibuerint, & publicam quidem fieri eorum ſubſtantiam, ipſos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipſe ſit qui eas compulerit aut a prædicta actione converſionem ſeu reſipiſcentiam prohibuerit, damus licentiam & ſolos religioſiſſimos Epiſcopos adire eam quæ talia patitur, aut ejus fidejuſſorem, hunc vero [Epiſcopum] adverſari magiſtratum habenti, & non permittere injuſte agere, aut ſi minus fuerint ad id conſequendum potentes, indicare id noſtro imperio, ut a nobis competens exerceatur pœna: fidejuſſionibus ſimul liberandis, & fidejuſſoribus [3] indemnibus conſervandis: licentiam dantes converſis hujuſmodi mulieribus liberis & ingenuis exiſtentibus ad matrimonium tranſire legitimum, etiamſi contigerit honeſtiſſimis dignitatibus qui illas duxerint, decorari, non amplius indigentibus imperialibus reſcriptis, ſed ſua poteſtate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirum inſtrumentis omni modo inter ipſos factis eademque & de filiabus ſcenicarum conſtituentes.

§. 1. Hanc autem dictam conſtitutionem, & in quinto libro omnium conſtitutionum hujus ſcilicet noſtræ pietatis cognominis libri ad civiles magiſtratus reſcriptam poſuimus. Quoniam enim oportebat per præſentem ſanctionem, & vobis ubique terrarum poſitis religioſiſſimis Epiſcopis hæc facere manifeſta, propterea congregantes, quæ ad ipſam pertinent expoſitione latiore ſancita, etiam eandem divinam conſtitutionem fecimus etiam ad vos, ut ſacerdotalem conſervantes reverentiam & continentiæ ſtudioſi, hæc cuſtodiatis, tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, ſi quid horum prætermiſeritis, conſiderantes. Dat. Kalend. Novembr. CP. D. N. JUSTIN. IV. & PAULINO CONSS. 534.

TIT. V.
DE INCESTIS [4] ET INUTILIBUS NUPTIIS.

De liberta, quæ a patrono divertit.

1. Imp. ALEXANDER A. Amphigono.

LIberta [5], eademque uxor tua, ſi a te invito [6] diſceſſit [7], connubium cum alio non habeat, ſi modo uxorem eam habere velis.

De polygamia.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Sebaſtianæ.

NEminem, qui ſub ditione ſit Romani nominis, binas [8] uxores habere poſſe, vulgo patet: cum etiam in Edicto Prætoris hujuſmodi viri infamia notati ſint. Quam rem competens judex inultam eſſe non patietur.

De ancillis.

3. Imp. CONSTANTINUS A. Patroclo.

CUm [9] ancillis non [10] poteſt eſſe connubium [11]: nam ex hujuſmodi contubernio ſervi [12] naſcuntur: ideoque præcipimus, ne Decuriones in gremia potentiſſimarum domorum libidine ſervarum ducente confugiant. Si enim Decurio clam actoribus & procuratoribus neſcientibus, alienæ fuerit ſervæ conjunctus: & mulierem in metallum detrudi per [13] ſententiam judicis jubemus: & ipſum Decurionem in inſulam deportari: omnibus bonis ejus civitati, cujus Curialis fuerat mancipandis, ſi patria poteſtate fuerit liberatus, nulloſque habeat liberos, vel parentes, vel etiam propinquos, qui ſecundum legum ordinem ad ejus ſucceſſionem vocentur. † Quod ſi actores vel procuratores loci, in quo flagitium admiſſum eſt, fuerint conſcii vel compertum facinus promere noluerint: metallo eos convenit implicari. † Si vero dominus [loci] hoc fieri permiſit, vel poſtea [14] cognitum celavit, ſi quidem in agro id factum eſt, fundus cum mancipiis & pecoribus, cæteriſque [15] rebus quæ cultui ruſtico ſuſtinentur, fiſci juribus vindicetur. Si vero in civitate id factum eſt: dimidiam bonorum omnium partem præcipimus confiſcari: pœnam augentes, quoniam intra [16] domeſticos parietes ſcelus admiſſum eſt, quod noluit mox cognitum publicare [17].

De matrimonio contra legum præcepta, vel contra mandata conſtitutioneſque Principum.

4. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Andromachum Comitem rerum privatarum.

QUi contra legum [18] præcepta, vel contra mandata [19] conſtitutioneſque [20] Principum] nuptias forte contraxerit; nihil [21] ex eodem matrimonio, ſive ante [22] nuptias donatum, ſive deinceps quoquo modo [23] datum fuerit, conſequatur: idque totum quod ab alterius liberalitate in alterum proceſſerit, ut indigno indignæve ſublatum, fiſco [24] vindicari ſancimus: Exceptis tam fœminis, quam viris qui aut errore [25] acerrimo [26], non affectato, inſimulatove, neque ex vili cauſa decepti ſunt, aut ætatis [27] lubrico lapſi: Quos tamen ita demum legis noſtræ laqueis eximi placuit, ſi [28] aut errore comperto, aut ubi ad legitimos pervenerint annos conjunctionem hujuſmodi ſine ulla procraſtinatione diremerint.

De uxore fratris, de ſorore uxoris.

5. Iidem AAA. Cynegio.

FRatris [29] uxorem ducendi vel [30] duabus ſororibus conjungendi penitus licentiam ſummovemus, nec diſſoluto quocunque modo conjugio.

Pœnæ inceſtarum & vetitarum nuptiarum.

6. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

SI quis inceſti [31] vetitique conjugii ſeſe nuptiis funeſtaverit: proprias, quamdiu vixerit, teneat facultates [32]: ſed neque [33] uxorem, neque [34] filios ex ea editos habere credatur. † Nihil prorſus prædictis [35], neque per interpoſitam quidem perſonam, vel donet ſuperſtes, vel moriturus derelinquat: dos [36] ſi qua forte ſolenniter aut data aut promiſſa fuerit, juxta jus [37] antiquum fiſci noſtri commodis cedat: teſtamento ſuo extraneis [38] nihil derelinquat: ſed (ſive teſtato, ſive inteſtato) legibus ei & jure ſuccedant, ſi qui forte ex juſto & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc eſt, de deſcendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de aſcendentibus autem pater, mater, avus, avia: de latere, frater, ſoror, patruus, amita. † Teſtandi ſane ita demum habeat facultatem, ut his tantummodo perſonis pro juris ac legum, quod voluerit arbitrio relinquat, quas ſuccedere imperialis præcepti tenore mandavimus: ita [39] tamen, [ab] hereditate defuncti penitus arceatur, ſi quis ex his [40], quos memoravimus in contrahendis inceſtis nuptiis conſilium iniiſſe monſtrabitur, ſucceſſuro in locum illius, qui poſt eum gradu proximus invenitur.

† Ea ſane quæ de viris cavimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum ſeſe conſortiis commaculaverint, cuſtodiantur. † Memoratis vero perſonis non extantibus [noſtro] fiſco locus pateat. Dat. 6. Id. Decemb. *Conſtantinop.* ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

In AUTHENT. de inceſtis & nefariis nuptiis. §. 1. col. 2. tit. 7. al. 6. Novell. 12. cap. 1.

INceſtas nuptias [41] contrahentis pœna eſt, confiſcatio [42] bonorum, tam cæterorum, quam dotis: exilium [43] etiam & cinguli (ſi quo potitur) ſpoliatio: verberatio quoque ſi vilis eſt, fœmina quoque talia ſcienter peccante, ſimili pœna ſubjuganda. Subſtantia ſic amiſſa [44], liberis hoc ipſo ſui juris effectis, ſi quos habet legitimos applicetur: ut tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus fiſco defertur.

In AUTHENT. quib. mod. naturales effic. ſui. §. fin. col. 7. tit. 1. Novell. 89. cap. ultimo.

EX [45] complexu nefario aut inceſto, ſeu damnato liberi, nec [46] naturales ſunt nominandi, omnis paternæ ſubſtantiæ indigni beneficio, ut nec alantur [47] a patre.

De humilibus & abjectis fœminis, nec non de Senatoribus.

7. Impp. VALENT. & MARTIANUS [48] AA. Palladio P. P.

HUmilem [49] vel abjectam [50] fœminam minime eam judicamus intelligi, quæ licet pauper [51], ab ingenuis tamen parentibus nata ſit. Unde licere ſtatuimus Senatoribus, & quibuſcunque ampliſſimis dignitatibus præditis ex [52] ingenuis parentibus natas, quamvis pauperes in matrimonium ſibi ac-

ſolvit. 1 *l.* 14. *l.* 33. *C. de Epiſcop. aud.* 2 *Novell.* 51. 3 Maleficii fidejuſſor accipi non poteſt. *l.* 70. §. 5. *ff. de fidejuſſor. Novell.* 51. 4 *lib.* 3. *C. Theod.* 12. Ulp. 5. §. 7. *tit.* 6. *coll. leg. Moſaic.* 28. *Ecl.* 4. *c.* περὶ γάμων ἀθεμίτων. 4. Harmen. 6. *c.* περὶ κεκωλυμένων γάμων. adde Petr. Gregor. 9. *Synt.* 11. Inceſtas nuptias Sozomen. appellat ἀκολάστους καὶ καταβεβλακευμένας μίξεις. 5 *Nov.* 22. *c.* 37. 6 *l.* 10. *l.* 11. *ff. de divort. & repud.* 7 Hinc colligunt uxorem cogi maritum ſequi, niſi pactum contrarium interpoſitum fuerit: qua de re vide Wurmſer. 1. *pract.* 36. *c.* 4. 8 Dixi ad *l.* 7. *C. de Judæis.* adde *Nov.* 18. *c.* 5. *verſ. Sicut enim quis legitimæ uxori conjunctus.* 9 Sumpta eſt ex *l.* 6. *C. Theod. de decurionibus lib.* 12. 10 Plautus *Caſina in prologo,* Qui iſtuc eſt? ſerviles nuptiæ? ſervine uxorem ducent aut poſcent ſibi? Novum attulerunt, quod ſit nuſquam gentium. At ego aio hoc fieri in Græcia & Carthagini. Et hic in noſtra terra atque in Apulia, majoreque opera ibi ſerviles nuptiæ, quam liberales etiam curari ſolent. Hodie connubium cum ancilla eſſe poteſt. *Nov.* 78. *c.* 1. *Nov.* 117. *c.* 6. Goth. Idem Jure Canonico *cap.* 1. *& tot. tit. extr. de conjug. ſerv.* Anſ. 11 *Nov.* 22. *c.* 10. *l.* 3. *C. ſolut. matrim.* Ulp. 5. §. 1. eſt tamen contubernium. Paul. 2. *ſent.* 19. §. 3. inde uxores ſervorum contubernales. *l.* 12. §. 33. *ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* 12 Natus ex ancilla & ſervo ſit ſervus. *l.* 24. *ff. de ſtatu hom. l.* 1. Gaji 4. §. 10. e contrario, natus ex libera & ſervo ſit ingenuus ſpurius. *l.* 3. *in fin. C. ſolut. matrim.* 13 Pœna quæcunque ſit, ſententiam judicis exigit. *l.* 12. *ff. de pœn.* 14 Scientiæ ſupervenientis ratione quis punitur, qui ratione ignorantiæ excuſabatur a pœna. 15 Publicatur res ubi ſita eſt. 16 Et ita mitius punitur is, in cujus domo ſit aliquid eo patiente, quam ipſe principalis qui deliquit. *l.* 1. *C. de falſa moneta. l.* 9. §. 2. *ff. ad leg. Jul. de adulteriis.* dixi ad *Nov.* 14. §. 1. *Nov.* 42. *c. ult.* §. 2. *Nov.* 68. *verſ. Omnibus. Novell.* 131. *c.* 8. 17 Cogimur delicta graviora publicare & denunciare, non tamen præcipiti feſtinatione, ſed inquiſita veritate facti. *arg. l.* 2. §. 43. *ff. ad SC. Tertull. l.* 137. §. 2. *ff. de verb. obligat. l.* 13. *ff. ſolut. matrim.* 18 *l.* 23. *ff. de ritu nupt.* 19 *l.* 6. *C. de nupt. l.* 2. §. 1. *ff. de his, quæ ut indign.* 28. *Eclog.* 5. *cap.* 30. 20 *l.* 5. *l.* 54. *C. de Epiſcop. & Cleric. l.* 26. *verſ. Ea videlicet. C. de nupt.* & contra Senatusconſultum. *l.* 1. *C. tit. proxim.* 21 De pœnis inceſtarum nuptiarum, vide *l.* 6. *C. h. t.* 22 Ex *l.* 3. *C. Theod. h. t.* Inter cæteras pœnas inceſtis nuptiis impoſitas hoc refertur, ut donatio propter nuptias fiat caduca: quemadmodum jure antiquo dos. *l.* 52. *ff. de ritu nupt.* novo non ſit. *l.* 1. *C. de cond. ob cauſ.* 23 Ergo nec prælegatum conſequi. *l.* 6. *h. t. l.* 27. *ff. de uſufr. leg. l* 23. *ff. de his quib. ut indign.* Anſ. 24 *l.* 6. *C. h. t. l.* 2. §. 1. *l.* 13. *ff. de his, quæ ut indignis. l.* 27. *ff. de uſufr. legat.*

25 Errori acerrimo ignoſcitur. *l.* 57. *in fin. ff. de ritu nupt. Novell.* 12. *c.* 1. *in fin.* 26 *Acriſſimo* quidam ita legunt, idque probavit Albericus, eadem forma dicitur qua celeriſſimus a Caio Mario apud Priſcianum, & ab Ennio apud Chariſium. vide Cujac. 15. *obſerv.* 13. *in fin.* 27 Ætatis lubrico ſuccurritur. *l.* 57. *in fin. ff. de ritu nupt. l.* 38. §. 4. *ff. ad leg. Jul. de adulteriis.* 28 Pœnitentia admittitur in inceſtu per errorem contracto. vide Hermogen. apud Ruffinum 6. *collation. leg. Moſaic.* 29 Una duobus fratribus jungi non poteſt. *l.* 8. *l.* 9. *C. h. t. l.* 2. *C. Theodoſ. de inceſt. nupt.* 30 Unus duabus ſororibus jungi non poteſt, *ut hic:* ut nec una duobus fratribus. *C. h. t.* vide *Canon.* 18. *Apoſt. epiſt. Baſilii ad Diodorum, de eo qui duas ſorores duxit.* Quin Nov. Patriarchæ Siſinii & Xiphilini vetat, ne quis ſororem ſponſæ ſuæ ducat. 3. Harmen. 6. Goth. In ſecundo tamen affinitatis gradu, veluti inter me & eam quam uxoris meæ frater uxorem habuit, nuptiæ prohibitæ non ſunt. Affinitatis enim gradus nulli ſunt, neque affines alii ex aliis naſcuntur. *l.* 4. §. 4. *ff. de gradib. & affinib.* Quod affinitas tantum ſit jus neceſſitudinis contractæ inter conjugem & alterius conjugis cognatos. *d. l.* 4. §. 3. *ff. de gradib. & affinib.* S. L. 31 Cum conſobrina, ſorore fratris filia, ejuſve uxore. Hæc enim exempla ponuntur in *l.* 3. *C. Theodoſian. h. t.* unde hæc lex deſumpta eſt. 32 Olim pœna ignium & proſcriptionis erat. *d. l.* 3. 33 Prima pœna inceſtarum nuptiarum. §. 12. *Inſt. de nupt.* 34 Secunda. *d.* §. 12. *verſ. itaque.* 35 Tertia. *Novell.* 143. *verſ. Sancimus.* 36 Quarta. 37 *l.* 4. *C. h. t. l.* 52. *ff. de ritu nupt. l.* 3. *ff. de jure dot.* §. 12. *Inſt. de nupt.* 38 Quinta. 39 Sexta. 40 Perſonis. 41 Conciliat. hujus auth. cum *Novell.* 17. *cap.* 12. Item cum *Novell.* 134. *cap. ult.* vide Ritterſhuſ. *in explicat. Nov.* 12. *cap.* 2. *part. c.* 2. *num.* 33. Anſ. 42 Vide *C. h. t.* 43 Id eſt, deportatio. facit *l.* 15. *ff. de quæſtionib.* Septima pœna. 44 Octava pœna, bonorum privatio. 45 Spurius jure civili, neque inter vivos, neque ultima voluntate quidquam ex bonis paternis capere poteſt. Cujus ſententiæ ampliationes quatuordecim, exceptiones decem. vide apud Duenazium *reg.* 366.

46 Nona pœna. *Nov.* 74. *c.* 6. alias pœnas vide apud Clarum 5. *ſent.* §. *inceſtus.* 9.

47 Vide *Nov.* 89. *c.* 15. Goth. De jure Canon. debentur alimenta. *cap. cum haberet.* 5. *extr. de eo, qui duxit in matrimon.* quod ſequitur Camer. Imper. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 88. *num.* 12. Anſ. 48 Fit hujus conſtitutionis a Martiano latæ mentio *Nov.* 117. *c.* 6. 49 Pars Novellæ Martiani, *de matrimoniis ſenatorum.* §. *humiles.* 50 *d. cap.* 6. 51 Non ideo quis humilis aut abjectus, quia pauper. vide omnino *d. Novellam Martiani.* 52 Ex ingenuis

cipere

cipere, nullamque inter ingenuas & opulentiores ex divitiis & opulentiore fortuna [1] esse distantiam. Humiles [2] vero abjectasque personas eas tantummodo mulieres esse censemus; ancillam, ancillæ filiam, libertam [3], libertæ filiam [scenicam, scenicæ filiam, tabernariam, tabernarii vel] lenonis aut arenarii filiam; aut eam quæ mercimoniis publice præfuit. Ideoque hujusmodi inhibuisse nuptias Senatoribus [4] harum fœminarum, quas modo enumeravimus, æquum est. Dat. Prid. Non. April. *Constantinop.* AETIO & ASTERIO [5] CONSS. 454.

De uxore fratris.

8. Imp. ZENO A. Epinico P. P.

Licet quidam Ægyptiorum [6] idcirco mortuorum [7] fratrum sibi conjuges [8] matrimonio copulaverint, quod [9] post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrati scilicet (quod certis [10] legum conditionibus placuit) cum corpore [11] non convenerint, nuptias non videri [re] esse contractas; & hujusmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata sunt, tamen præsenti lege sancimus, si quæ hujusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas earumque contractores, & ex his progenitos, antiquarum legum tenori subjacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus supradictum est) eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.

Abrogatio rescriptorum, vel pragmaticarum formarum, aut constitutionum, quæ tyrannidis tempore incestas nuptias permiserant.

9. Imp. ANASTASIUS [12] A. Severiano P. P.

Ab incestis nuptiis universi, qui nostro reguntur imperio noverint temperandum: nam rescripta [13] quoque omnia, vel pragmaticas formas aut constitutiones impias, quæ quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonii nomen imponere, ut fratris filiam [14], vel sororis [15], vel eam quæ cum fratre quondam nuptiali jure habitaverat, uxorem legitimam turpissimo consortio liceret amplecti, aut ut alia hujusmodi committerentur, viribus carere decernimus: ne dissimulatione culpabili nefanda licentia corroboretur.

TIT. VI.

DE INTERDICTO [16] MATRIMONIO INTER [17] PUPILLAM ET TUTOREM SEU CURATOREM FILIOSQUE EORUM.

De rusticitate & imperitia.

1. Impp. SEVERUS & ANTONIN. AA. Marino.

Senatusconsulti [18] auctoritatem, quo inter pupillam & tutoris filium connubium saluberrime sublatum est, circumveniri rusticitatis & imperitiæ velamentis non oportet.

De matre pupillæ.

2. Imp. ALEXAND. A. Byrrho.

Mater pupillæ cum [19] tutore filiæ suæ, vel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur.

De curatore post nuptias dato.

3. Idem A. Rogatiano.

Cum proponas ei, quam matrimonio tuo junctam suggeris, post liberos susceptos curatorem patrem [20] tuum datum, quem contendis, nec te in potestate habuisse: cum rite contractum matrimonium ex post [21] facto vitiare non potuerit, justam interpretationem metuere non debes: ne liberi quos habetis, non ex justo matrimonio suscepti videantur. Ut autem omnis scrupulus [22] auferatur, insistere pater tuus debet, necnon & uxor tua, ut alius loco ejus detur: habebit enim facultatem repetendæ rationis negotiorum gestorum ab eo qui fuerit substitutus.

De filio liberti tutoris.

4. Imp. PHILIPPUS A. Higinæ.

Libertinum, qui filio suo naturali [23], quem in servitute susceperat, postea manumisso pupillam suam, eandemque patroni sui filiam in matrimonio collocavit; ad sententiam Amplissimi ordinis qui hujusmodi nuptiis interdicendum putavit, pertinere, dubitari non oportet.

De filia curatoris.

5. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Apuleio.

Curatorem [24] adulto suo filiam suam nuptui collocare non posse, falso tibi persuasum est [25].

De filio tutoris.

6. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Lucio.

Si [26] patris tui pupillam nondum reddita tutelæ ratione, vel post redditam nondum exacto quinto & vicesimo anno, necnon utili [27] anno, uxorem duxisti: nec matrimonium cum ea habuisse, nec filium ex hujusmodi conjunctione procreasse videri potes. Sane [28], si hoc pater puellæ, cum [29] decederet, postulavit, & nuptiæ rite contractæ, & filius videtur jure susceptus.

De infamia & dotis condictione.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Paragonio.

Si tutor, vel curator pupillam, vel adultam quondam suam sibi [30], vel filio [31] suo, nullo divino impetrato beneficio, in matrimonio collocaverit: manet infamia contra eum, veluti confessum de tutela: quia hujusmodi conjunctione fraudem administrationis tegere laboravit: & dos data per condictionem repeti potest.

De eo, qui pro tutore, seu curatore, vel negotiorum gestore administravit.

8. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P. P.

Si quis tutoris vel curatoris nomine usurpato, id est, pro [32] tutore seu curatore negotiorumve gestore res pupillæ administraverit, eamque sibi filiove suo copulaverit: tales nuptias stare, & non ad exemplum tutorum infirmari sancimus: ne ex hujusmodi subtili, vel maligno tractatu matrimonia, seu proles ex his progenita vel dos super his data, vel promissa, aliquam læsionem, vel calumniam patiantur.

TIT. VII.

SI QUACUNQUE PRÆDITUS POTESTATE, VEL AD EUM PERTINENTES AD SUPPOSITARUM JURISDICTIONI SUÆ ADSPIRARE TENTAVERINT [33] NUPTIAS.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Theodoro P. P.

Si [34] quis ordinaria, vel qualibet præditus potestate, circa nuptias invitis ipsis, vel parentibus [earum] contrahendas (sive pupillæ, sive apud patrem virgines, sive viduæ erunt, sive sui juris viduæ, denique cujuscunque sortis) occasione potestatis utatur, & minacem [35] fervorem suum invitis his, quorum utilitas agitur, exhibere, aut exhibuisse detegatur; hunc, licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine [36] multæ librarum auri decem obnoxium statuimus: & cum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus, tali scilicet pœna, ut si circa honorem eum, quo male usus est, vindicandum nostris statutis parere noluerit: eam provinciam in [37] qua sibi usurpaverit, habitare per juge biennium non sinatur. Illo videlicet adjiciendo, ut & in potestate adhuc constituto, liceat personæ quam hujusmodi ambitu circumvenire tentaverit, confestim contestatione proposita, cum sua suorumque domo jurisdictionem ejus evitare: curaturis hoc uniuscujusque civitatis defensoribus, & ejusdem judicis apparitoribus. Et quidem si hæc pravitas Ordinarii [38] judicis erit, universa domus ejus ratio, atque omnia, vel civilia, vel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, Vicario [39] competant. Sin autem Vicarius, vel similis potestatis, vim [in] hujusmodi matrimonio contrahendo molietur: vicissim [40] Ordinarius judex intercessor existat. Sin [autem] erunt utrique suspecti, ad illustrem Præfecturam specialiter talium domorum, quamdiu ibidem administraverint, tuitio pertineat. Dat. 15. Kalend. Jul. *Thessalonicæ* GRATIANO A. V. & THEOD. A. I. CONSS. 380.

parentibus nascuntur interdum pauperes liberi. 1 Hinc illud Horatii, *lib. Epodon*, 4. *Fortuna mores non mutat genus.* 2 Humiles & abjectæ personæ quæ, vide *l.* 1. *J. de natur. liberis.* 3 Id abrogatum *Nov.* 89. *c.* 1. *§.* 1. 4 *l.* 23. *l.* 44. *ff. de ritu nupt.* id abrogatur *Nov.* 78. *c.* 3. *Nov.* 117. *c.* 6. 5 Studio. 6 Et Judæorum & veterum, *l.* 3. *C. Theod. de incest.* Quin ipsi Ægyptii sorores eodem patre vel eadem matre genitas ducere poterant: Lacedæmonii eadem matre, Athenienses eodem patre genitas, Philo Judæus *lib. de specialib. legib.* Arnob. 8. *contra gentes*: & huc pertinet quod apud Æmilium Probum in Cimone & prooemio vitarum legitur priscorum Atheniensium more licitum fuisse sorores ducere. Androcides tamen *oratione contra Alcibiadem*, Athenæus *lib.* 13. & Suidas in verbo Cimon & ὀστρακισμὸς referunt, Cimonem ideo ostracismo a sua civitate ad tempus relegatum fuisse, quod sororem suam Elpinicem duxisset. Sane sororis ducendæ jus Persarum legibus non fuit. unde Cambysem legimus apud Herodotum *lib.* 3. cum amore sororis captus fuisset, nec liceret sororem lege Persarum ducere, interrogasse regios judices, apud quos legum interpretatio & custodia erat, Num lex id permitteret? responsum accepisse, Nullam legem se invenire, qua fratri sit licitum nubere sororem, quandam tamen invenire qua liceat Regi Persarum facere quod lubeat. Sororis nuptias quoque vetitas apud Priscos testis Phocylides in illo versu, μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἔλθε μὲν εὐνὴν, id est, ne stratum vetitum geniale sororis inito. 7 Mortui fratris uxorem frater superstes ducere ita jubebatur lege Mosis. *Deut.* 25. *vers.* 5. *Luc.* 20. *vers.* 28. *Ruth.* 4. *vers.* 10. 8 His ita eveniebat, ut una duobus fratribus esset conjuncta, quod est contra legem 5. *supr. eod. l.* 9. *J. h. t.* 9 Eam ob causam Judæi & Ægyptii ducebant viduas fratrum. 10 Antiquis, quorum sententia explosa est. 11 Explosa veterum quorundam opinio existimantium solo consensu nuptias non contrahi ac nunquam perfici, nisi reipsa sequuto concubitu: adde *l.* 6. *§. de don. inter vir. Novell.* 22. *cap.* 3. *l.* 30. *ff. de reg. jur.* 12 Idem A. Sebastiano P. P. Cujacius ita restituit 8. *obs.* 28. vultque hanc legem esse Zenonis. Est etiam ad eundem Sebastianum alia Zenonis constitutio, qua Basilisci acta rescinduntur, *l.* 16. *§. de sacros. Eccles.* Sebastianum hunc moribus præditum Triboniano simillimis, Suidas scribit in *Zenone.*

13 Dixi ad *d. l.* 16. 14 Ἀδελφιδῆν Græci. Hujusmodi nuptiæ ante Constantinum & Constantium modo permissæ (ut ex Cornelio Tacito 12. constat) modo multis constitutionibus inhibitæ. *l.* 39. *l.* 57. *§.* 1. *ff. de ritu nupt.* Xiphilinus *in Nerva.* vide *l. Constantini, & Constantis* apud Cujac. 8. *obs.* 28. 15 Vide *l. ult. J. si nuptiæ ex rescripto.* adde *Const. Dioclet.* quæ extat apud Russin. *tit.* 6. *coll. leg. Mosaic.* & Papian. *ib.* permissum erat matrimonium cum fratris filia: vetitum cum sororis filia, etiamsi in eodem gradu essent. Ulp. 5. *§.* 6. & ideo in *l.* 39. *l.* 56. *ff. de ritu nupt. l.* 38. *§.* 1. *ff. ad leg. Jul. de adult.* de sororis filia, nepte & pronepte loquuntur autores, non de fratris filia, & in *l. ult. ff. de cond. sine caus. l.* 57. *§.* 1. *ff. de ritu nupt.* de avunculo, non de patruo. Quare, quod Dion scribit, Nervam vetuisse, Ne quis ἀδελφιδῆν duceret, de sororis, non de fratris filia intelligit, ne duceretur, cujus mater duci non poterat. Postea id immutatum: neque hodie licet tertio gradu ullam ducere. *ut hic. l.* 17. *§. de nupt. §.* 3. *Inst. de nupt.*

16 Jure canonico hujusmodi matrimonium subsistit. vide Wurmser. 1. *pract.* 36. *c.* 2. 17 *l.* 15. *ff. de sponsalib. l.* 59. *l.* 60. *ff. de ritu nupt. l. ult. ff. de leg.* 1. *l.* 2. *§.* 1. *ff. de his, quæ ut indig.* 4. Harmen. 6. *cap.* περὶ ἐπιτρόπων. 28. *Ecl.* 5. *c.* 13. 18 *d. l.* 59. *l.* 60. *§.* 1. *l.* 14. *J. de excus. tut.* 19 Privigni sui tutor quis esse potest. *l. ult. J. de contr. jud. tut.* 20 Socer non prohibetur dari curator nurui. *l.* 17. *J. de excus. tut.* 21 Titius Cajam duxit, Titii pater Cajæ datus est tutor: estne dirimendum matrimonium? non est: nam rite contractum matrimonium ex post facto non vitiatur. adde *l.* 28. *supr. de nuptiis.* 22 Suspicionem etiam vir bonus cavere debet. sic Julius Cæsar, *Meos tam suspicione quam crimine judico carere oportere.* Sueton. *in Julio* 74. Sic Livia apud Dionem, *oportet te Auguste non modo non peccare, sed ne videri quidem peccasse.* 23 Eroti Pamphilus nascitur. Eros manumissus tutor Cajæ filiæ patroni datur. potestne Eros Pamphilo suo naturali pupillam suam elocare? non potest. & sic appellatione filiorum naturales filii continentur. adde *l.* 64. *ff. de ritu nuptiarum.* 24 Curator potest adulto suo filiam suam matrimonio jungere. Filium autem adultæ cujus curam gerit, absque jussu Principis non potest: alioquin notatur infamia. 4. Harmen. 6. *§.* 52. adde *l.* 1. *§. h. t.* 25 Potest enim adultus sine ullo metu rationem rei suæ ab uxore sua ejusque heredibus exigere. 26 Etiamsi tutor curatori rationes reddiderit; pupillam tamen cujus tutelam gessit, non potest antequam ea vigesimum quintum ætatis annum attigerit, & concessam restitutioni quadriennium effluxerit, uxorem ducere, etsi jam ex altero matrimonio liberos suscepit. 4. Harmen. 6. *§.* 50. 27 Quod est prohibitum tempore minoris ætatis, idem durat tempore utilis anni, & ita restringe *legem* 19. *vers. idemque est in minore. ff. de novationib.* 28 Exceptio regulæ superioris. 29 *l.* 36. *ff. de ritu nupt. l.* 28. *§.* 3. *ff. de lib. & posthum. l.* 7. *ff. ad leg. Jul. de adult. l.* 1. *in fin. J. si nupt. ex rescripto.* 30 *l.* 36. *ff. de ritu nupt.* 31 *l.* 64. *ff. de ritu nupt.* 32 Prohibitio nuptiarum ad tutorem & curatorem pertinens, non extenditur ad protutorem & procuratorem seu gestorem: alioquin paulatim omnis qui rationibus reddendis esset obnoxius, prohibetur sibi vel filio suo conjungere eam cui obligatus esset. *l.* 67. *§.* 5. *ff. de rit. nupt.*

33 Tentasse illicitum, crimen est, adde 28. *Synops.* 5. *cap.* 39. & 3. *Cod. Theod.* 11. 34 Si quis quemcunque magistratum gerens, quamcunque puellam invitam, vel invitis parentibus ducere præsumpserit: decem auri librarum mulcta pro isto conamine præstare cogitur. *Synops. Basil.* 28. *tit.* 5. *c.* 39. *l. unic. C. Th. h. t. l. un. §. si rect. provinc. l.* 38. *l.* 63. *ff. de ritu.* 35 Magistratus justum metum infert. 36 Conatus punitur. vide *l.* 5. *J. ad leg. Jul. Majestat.* & *l.* 20. *J. de furt.* adde Cujac. 15. *observ.* 25. 37 V. *§. tit. de interdict. matrim.* 38 Recusari, suspicionis ob causam, judex ordinarius potest. 39 Non si ordinarius judex est, ideo vicarius ejus suspectus postulatur. 40 Ordinario suspecto, itur ad ejus vicarium & e contra, *ut hic.* si uterque, ad majus tribunal. *vers. sin autem. J.*

TIT. VIII.
SI NUPTIÆ EX [1] RESCRIPTO PETANTUR [2].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro P.P.

QUidam [3] vetusti juris ordine prætermisso, obreptione [4] precum [5] nuptias quas se intelligunt non mereri, a nobis existimant postulandas, sæpe habere [puellæ] consensum confingentes: Quapropter tale sponsalium genus præsentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nuptias precum subreptione [6] meruerit: amissionem bonorum, & pœnam deportationis subiturum se esse non ambigat, & amisso jure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se ex hac conjunctione susceptos, justos non habiturum, nec unquam postulatæ indulgentiæ annotationisve indulto efficacem se veniæ effectum meruisse: exceptis his qui parentum [7] sponsionem de nuptiis filiarum implere desiderant, vel sponsalia [8], hoc est arrharum data nomine, reddi sibi præcepto legum cum statuta pœna deposcunt. Dat. Kal. Febr. HONOR. VIII, & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

2. Imp. ZENO A. Basilio P.P.

NEfandissimum scelus fratris sororisve filiæ [9] nuptiarum, quod sacratissimis constitutionibus sub gravissimæ pœnæ interminatione damnatum est, iterato præsentis divinæ sanctionis tenore modis omnibus prohibemus. Precandi quoque in posterum super tali conjugio (imo potius contagio) cunctis licentiam denegamus: ut unusquisque cognoscat impetrationem quoque rei cujus est denegata petitio, nec si per subreptionem [10] post hanc diem obtinuerit, sibimet profuturam.

TIT. IX.
DE [11] SECUNDIS [12] NUPTIIS [13].

Pœna nubentis intra tempus luctus.

1. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS AAA. Eutropio P.P.

SI [14] qua mulier nequaquam luctus [15] religionem priori viro nuptiarum festinatione præstiterit: ex jure quidem notissimo sit [16] infamis [17]: præterea [18] secundo viro ultra tertiam partem bonorum in dotem non det, neque ei ex [19] testamento plus quam tertiam partem relinquat. Omnium præterea [20] hereditatum, legatorum, fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers: hæc namque omnia ab heredibus, vel coheredibus aut ab intestato succedentibus vindicari jubemus: ne [21] in his in quibus correctionem morum induximus, fisci videamur habere rationem. His etiam [22] amittendis, quæ prior maritus ei suprema voluntate reliquerit: quanquam hæc quæ mulieri a priori viro relinquuntur, & per immaturum [23] matrimonium vacuata esse cœperunt, primo a decem personis Edicto Prætoris enumeratis (id est, ascendentibus, & descendentibus, ex latere autem usque ad secundum gradum, scilicet gradibus [24] servatis) deinde [25] præsumi a fisco jubemus. Eandem quoque mulierem infamem redditam hereditates ab intestato [26] vel legitimas, vel honorarias, non ultra tertium gradum sinimus vindicare. P.P. 15. Kal. Jan. GRATIANO V. & THEOD. AA. CONSS. 380.

In AUTHENT. de nupt. §. si autem tutelam. coll. 4. tit. 1. Nov. 22. cap. 40. & 2. pars hujus Authent. habetur collat. 4. tit. 18. al. tit. 16. de restit. & ea quæ parit undecimo mense. §. fin. Novell. 39. c. 2.

EIsdem pœnis subjicitur etiam ea, quæ [27] parit intra [28] luctus tempus, si modo indubitatum sit sobolem hanc defuncto non [29] existere: nam & usufructu antenuptialis donationis privatur. Item [30] & ea quæ si suscepta liberorum tutela, contra sacramentum, secundo nubit, non prius tutorem petens, & rationem reddens, & exolvens omne quicquid debet. Sed hodie [31], ulteriore jure sacramentum ab ea non exigitur, sed contractis nuptiis a tutela repellitur.

2. Iidem AAA. Eutropio P.P.

SI [32] qua ex fœminis perdito marito, intra anni spatium alteri festinaverit nubere (parvum enim tempus [33] post decem [34] menses [35] servandum adjicimus: tametsi id ipsum exiguum putemus) probrosis [36] inusta notis honestioris nobilisque personæ decore, & jure privetur: atque omnia, quæ de prioris mariti bonis, vel jure sponsalium [37], vel judicio defuncti conjugis consecuta fuerat, amittat. Dat. 3. Kal. Jun. *Constantinop.* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De his, quæ reservanda sunt liberis primi matrimonii, & de successione in bonis eorum, & quibus modis transeuntes ad secundas nuptias coërcentur.

3. Idem AAA. Floro P.P.

FOeminæ [38], quæ susceptis ex priore matrimonio filiis, ad secundas [post tempus luctui statutum] transierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium jure, quicquid etiam nuptiarum solennitate perceperint, aut quicquid mortis causa donationibus factis, aut testamento jure directo, aut fideicommissi, vel legati titulo, vel cujuslibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis ([ut dictum est]) priorum maritorum [39] fuerint adsecutæ: id totum ita ut perceperint, integrum ad filios quos [40] ex præcedente conjugio habuerint, transmittant, vel ad quemlibet ex filiis (dummodo ex his tantum [sit,] quos tali successione dignissimos judicamus) in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ judicium mater crediderit [41] dirigendum. Nec quicquam eædem fœminæ ex iisdem facultatibus alienandum in quamlibet extraneam personam, vel successionem ex alterius matrimonii conjunctione susceptam, præsumant: atque habeant potestatem possidendi tantum [atque fruendi] in diem vitæ, non etiam alienandi [42] facultate concessa. Nam si quid ex iisdem rebus in alium quemlibet fuerit ab ea translatum: ex maternis redintegrabitur facultatibus, quo illibata ad eos quos statuimus liberos bona, & incorrupta perveniant. §. 1. Illud etiam addimus [huic] legi, ut si aliquis ex iisdem filiis quos ex priori matrimonio susceptos esse constabit, forte decesserit matre jam secundis nuptiis funestata [43], aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus, id quod per eandem successionem ab intestato, vel ex testamento suæ posteritatis mater videbitur consecuta, in diem vitæ suæ pro sibi debita portione sola [44] tantum possessione delata, omne his qui supererunt, ex priore susceptis matrimonio filiis relinquat: nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet extraneam personam, vel quicquam alienandi habeat potestatem. † Quod si nullam ex priore matrimonio habuerit successionem [45], vel natus native decesserint: omne quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis jure obtineat, atque in his nanciscendi [46] dominii, & testandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem. Dat. 6 Kalend. Jun. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

In AUTHENT. de nupt. §. si vero expectet. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 23.

IN donatione propter nuptias, etiamsi alius pro viro dederit, desérit eam proprietas.

In AUTHENT. col. constitut. & §. quibus supra. versic. venient autem talia. Novell. ead. cap. 25.

1 *L. 3. C. Th. 10. 28. Eclog. 5. c. 40.* 2 Seu reconcilientur: quod Græcis est πραγματεύεσθαι. *Synops. Basil. 28. tit. 5. c. 40.* 4. Harmenopul. 4. §. 71. 3 *l. unic. C. Th. h. t.* Nuptias sibi concilians Principis rescripto proscribitur, liberi ex ea conjunctione nati liberi non sunt, etiamsi precibus, συγχώρησιν, id est, ut id sibi indulgeretur, obtinuerit. *d. c. 40. & d. §. 17.* 4 Non valet rescriptum obreptitium, vel illicite impetratum. *l. ult. C. h. t. l. ult. C. de divers. rescript.* adde *l. 29. ff. ad leg. Corn. de fals.* 5 *l. ult. C. de incest. & inutil. nupt.* 6 Subreptionem hic vocat, quam superius, obreptionem: confunduntur tamen sæpe illa duo inter se. vide *l. 29. ad leg. Corn. ff. de falsis.* 7 *l. 6. in fin. C. de interdict. matr.* 8 *l. unic. C. si rector provinc. vel ad eum pertin.* 9 Dixi ad *l. 17. C. de nupt. l. ultim. C. de incest. & inutil. l. 39. ff. de ritu nupt. §. 3. Inst. de nupt.* 10 Vide *l. 1. supr. h. t.*

11 *L. 3. C. Theod. 3. & 28. Eclog. 12. cap.* περὶ τῶν δευτερογαμούντων &c. adde 4. Harmenop. 7. de pœnis secundarum nuptiarum, vide *Nov. 22. cap. 20 23. & seq.* Gail. 2. *observ.* 98. Wurmſ. 1. *pract. 36. cap. 5. c. 9.* de tertiis & quartis, vide *Novell. Leon. 90. Constantini Porphyrogennetæ cap. 1. & quæ ibid. dixi.* His illud Hieronymi *ad Pammachium* conjungatur, *Non damno,* inquit, *bigamos, imo nec trigamos, & si dici potest octigamos, Idem ego* (inquit) *nunc voce proclamo libera, non damnari in ecclesia bigamiam, imo nec trigamiam, & ita licere quinto & septimo & ultra.* Hæc ille. adde 31. *q. 1. can. aperiant.* 11. Gratian. 27. *qu. 2. can. additur.* 13. vide *l. 4. C. de bon. quæ lib.* quod eo magis est notandum, quod nonnulli sint, qui secundas nuptias honestam fornicationem appellent. 31. *quæst. 1. can. hac ratione* 9. unde Tertullianus *libr. de Monogamia.* Unum matrimonium novimus sicut unum Deum. sed & quidam (falso tamen) putant legatum relictum uxori, si honeste nupserit, ei non deberi, si secundo, vel tertio nupserit. quemadmodum & illi decipiuntur, qui legatum mulieribus elocandis relictum, ad viduarum elocationem pertinere negant. Nam ut recte Phanutius de Phanutio in *commentar. de lucro dotis, Gloss. 6.* post Decium, Nevizanum, Angelum, Castrensem & Raynerium, scribit, pœnæ contra secundo nubentes sunt hodie correctæ ex Apostoli autoritate, testantis, Conjugium honorabile esse inter omnes, ubi inter cætera notat Romæ habitum honorem fuisse mulieri, quæ viginti duos viros: & marito, qui viginti mulieres extulisset. Hieronym. 3. *epist.* 26. Boër. *decis.* 186. adde Hieronym. *in can. additur.* 13. *caus.* 27. *qu.* 2. adde *l. 4. C. de bon. quæ lib.* 12 Secundæ dicuntur, quæ post priores sive proprie secundæ sint, sive tertiæ, sive quartæ: secundum dici potest, quod primum sequitur quoquo modo, immediate vel mediate; denique quod iteratum. vide Roland. a Valle 1. *cons.* 72. *num.* 20. *& seqq.*

13 Huc spectant Pulvæi *libri duo de mulierum luctu, & de secundis nuptiis; & tomi duo repetitionum & consiliorum in materia connubiorum, collecti* a Joanne Nicolai, item quæ scripsit Corasius *lib. 3. miscell. c. 1.* Mod. 14 Eadem verba extant in *l. 4. C. ad SC. Tertull.* 15 Dixi ad *l. 15. C. ex quibus caus. infam.* adde 4. Harmenopul. 6. *c.* περὶ μοιχείας. ubi inter cætera explicatur, quid sit τὸ πένθος & πένθιμος χρόνος. adde *Novellam 22. cap. 40.* 16 Prima pœna mulieris nubentis intra tempus luctus. 17 *d. l. 15. d. l. 4.* adde *l. 2. C. h. t. l. 1. in fin. l. 8. & seq. ff. de his, qui not.* nisi impetraverit jus nubendi a Principe. *l. 10. ff. de his, qui not.* 18 Secunda pœna. 19 Hinc constat infames testamentum facere posse. 20 Tertia pœna. 21 Vide *l. 1. §. 14. C. de caduc. tollend.* 22 Quarta pœna. 23 Immaturum, ἄωρον. *Novell. 2. c. 4.* Plin. 4. *epist.* Nuptias quorum alterum immaturum, alterum serum est. 24 Quoties lex defert jus diversis gradibus intelligit secundum ordinem graduum. 25 Fiscus est post omnes. vide *Novell. 1. cap. 1. §. 1. vers. inordinatum. l. 4. C. de bonis vacant.* 26 Quinta pœna. 27 Baldus idem dicendum putat de ea, quæ intra annum luctus cum aliquo rem habuit. 28 De ea, quæ parit undecimo mense, dixi ad *Nov. 39. c. 2.* 29 Negativa filiationis probatur tempore. *l. 29. ff. de liber. & posthum.* 30 Hoc desumptum est ex *Nov. 22. c. 40.* 31 *Nov. 94. c. 2.* 32 *l. 1. C. Theod. h. t.* 33 Duorum scil. mensium; & ita duo menses parvum tempus. *l. 19. C. de legat.* 34 Lugendi legitimum tempus annus quidem fuit, & tamen decem menses, idque ad Theodosii usque tempora. Ovid. 1. *Fastor.* Romulus *anno constituit menses quinque bis esse suo: & per totidem menses a funere conjugis uxor Sustinet in vidua tristia signa domo.* Numa quidem auxit annum duobus mensibus, at non annum luctus totidem auxit. Ita decem tantum mensibus matronæ Brutum luxere. Liv. 2. Plin. *de viris illustribus,* Senec. 8. *epist.* Annum fœminis ad lugendum constituere majores. Idem *lib. de consolatione. Majores decem mensium spatium lugentibus viris dederunt.* Haud dubie hoc postremo loco annum, priore illo decem menses intelligens. Postea propter Cannensem cladem & frequentiam lugentium institutum fuit, ut non amplius triginta diebus lugeretur. Festus *in Græcia sacra.* Valerius 1. *cap.* 1. quod spatium temporis indubie ad habitum tristiorem referendum, non ad id spatium, quod mulieribus vitandæ sanguinis perturbationi præscriptum. Lugebatur maritus lugubribus, elugebatur anni spatio, etiam sine lugubribus, ob sanguinis perturbationem. *l. 8. & l. 11. ff. de his, qui notantur.* Mortuo marito intra legitimum tempus partum edens mulier maritum lugebat, non elugebat. *d. l. 11.* Lugebantur parentes, non elugebantur. *d. l. 11. §. 1.* de qua differentia lugendi & elugendi scripsi ad *d. l. 11.*

35 Olim luctui agendo præfiniti erant decem menses, per supra notata. Tempore legis Juliæ Miscellæ. *Novell. 22. cap. 43.* nondum præfinitus erat annus. Primus Theodosius annum præfinivit, *ut hic.* quem qui secuti sunt autores, non decem mensium, sed de annuo luctu loquuntur: & qui ante annum accipiunt pro decem mensibus. Sidonius 4. *epist. si decessisset æger tribueret heredibus anni luctus tempus immune.* Apulejus 8. *Si luctu legitimo miserrimæ fœminæ necessarium concessisset tempus quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni.* vid. Cujacium *cap. 3. de præscription.* 36 Nubens intra tempus luctus infamis est, & alias pœnas patitur. *de quibus hic, gloss. can. omnis. 7. quæst. 1.* nisi mulier consensu liberorum prioris matrimonii nubat. vide *Novell. de non eligendo. 2. in verb. copulative.* Angel. *in l. mater. 5. C. ad SC. Tertyllianum.* vel consensu prioris mariti: potest enim fieri ut testamento suo prior maritus uxori eam potestatem fecerit. Bald. *in l. filium. 24. C. famil. ercisc. & in l. 1. C. h. t.* fallit quoque in muliere minore vigintiquinque annis. *Gloss. in l. 2. C. si adversus delictum. arg. l. pen. C. ex quibus caus. infam.* fallit quoque hæc sententia jure canonico. *cap. pen. & ult. extr. de secund. nupt. Gloss. l. 1. C. h. t. & in l. liberorum 11. §. non solent autem 3. ff. de his, qui notant. infam.* licet contrarium teneat *Gloss. in l. decreto. 15. C. ex quib. caus. infamia & c. ult. extr. de secund. nupt. & cap. ex parte. 47. extr. de appell.* Bald. *in l. 1. C. h. t.* Soc. *reg.* 272. 37 Id est, donationis propter nuptias. & ita accipitur in Novella Valentiniani *de episcopal.* 38 *l. 2. C. Theod. h. t.* vide Guid. Pap. *decis.* 228. 39 Quid si alius pro viro quid mulieri dederit? idem dicendum. *Auth. in donat. C. h. t.* 40 Lucrorum nuptialium, hoc est, eorum quæ mulier titulo lucrativo consequitur ex bonis mariti proprietatem, ad secundas nuptias transiens, tenetur servare liberis communibus, alienatione in extraneos penitus prohibita, *ut hic.* Quid si mariti contemplatione res variæ uxori donatæ sint, eaque mortuo marito alteri nubat? Quidam putant hujusmodi quoque lucra servanda liberis esse primi matrimonii: quia cum mariti contemplatione ejus uxori donata hic constituantur, videntur ex bonis ipsius mariti profecta. *l. sed si 10. §. in arrogato. 6. ff. de vulgari & pupil. subst. l. aditio. 45. §. 4. ff. de adq. vel omitt. her. l. cum oportet. 6. ubi gloss. C. de bon. quæ liberis.* Contrarium tamen sentit Ludovicus Romanus *Cons.* 493. movetur autem, quod hæc lex sit pœnalis mulieri secundo nubenti: pœna autem in actu ficto locum non habet. *l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte.* Ad hæc pœnas extendi non debere. vid. Cremensem *singulari* 82. 41 Lucrum hoc æqualiter distribuitur inter liberos. *Nov. 2. c. 1. Novell. 22. c. 25. C. h. t.* 42 *l. 6. §. 1. C. h. t. l. 2. vers. quorum. C. de indicta viduitate. Nov. 22. c. 23. vers. & generaliter.* 43 Parum honeste de secundis nuptiis id dicitur. 44 Quod mater ex filii prioris matrimonii successione lucratur, ejus proprietatem cæteris defuncti fratribus tenetur servare: si nulli sint, potest id alienare, deque eo testari. 45 Id est, nullos liberos. 46 *l. 6. §. 2. l. 8. §. 3. C. h. t.* Goth. Ac proinde ultimus ex liberis prioris matrimonii de iis disponere non potest. vid. Joann. a Sand. *decis. Frisicar. lib.* 2.

Lucrum

LUcrum hoc æqualiter [1] *inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.*

In AUTHENT. de nupt. §. hinc nos. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 46. & de non elig. secund. nuben. §. cum igitur. coll. 1. tit. 2. Novell. 2. cap. 3.

EX testamento quidem succedit mater liberis suis, quæ convolavit ad secundas nuptias, sicut institutus quilibet. Ab intestato quoque vocatur sive ante mortem filii, sive postea secundas ineat nuptias: Sed ab intestato eorum solum usumfructum percipit, quæ ex [2] *paterna substantia ad filium pervenerunt: Quantum vero ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter, ut in residuis: omnino ingratitudine, & hoc contra matrem fratresque inspecta.*

In AUTHENT. de non elig. §. hoc autem. col. 1. tit. 2. Nov. 2. cap. 2. & de nupt. collat. 4. tit. 1. §. quoniam autem infirmas. Novell. 22. cap. 26.

SEd & si quis ex his præmoriatur absque progenie, redit ad matrem dominium: quantum acquiritur ex pacto non existentium liberorum: residuum autem conceditur quibuslibet defuncti heredibus: Si quid ergo ex his alienaverit: pro suprascripta portione confirmatur alienatio: quare si sola heres extiterit, in solidum ad ipsam redit, vel alienationem sequitur.

Ex quocunque conjugio suscepti filii a suis parentibus collatas sponsalitias largitates sibi vindicant præcipuas. Bald.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Mariniano P. P.

CUm aliis [3] sanctionibus jusserimus, materna bona integra ad liberos pervenire, quod tamen mulier mariti largitate percepit, [id] ex eo tantum liberi conjugio procreati sibi speciale tanquam paternum noverint [patrimonium] vindicandum. Itaque si habens filios ad secundas nuptias fortasse transierit: sponsalitiam largitatem [4], quam vir secundus contulit in uxorem, tantummodo filii, qui ex secundo matrimonio suscepti sunt, pro soliditate possideant, nec prosit liberis ex priore susceptis matrimonio, quod mulier ad tertia minime vota migraverit. Quod si posterior vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit, quicquid ab eo ex sponsalium largitate uxor fuerit consecuta, id sibi jurique suo sciat esse collatum, etiamsi ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceatur. Ad maternas sane veniens, vel ex hoc, vel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas, ex quocunque suscepta viro, pro debita sibi portione, ut a matre, vel spontanea largitate, vel per testamentum ejus fuerit collata, possideat. Nos enim hac lege id præcipue custodiendum esse decernimus, ut [5] ex quocunque conjugio suscepti filii, patrum suorum sponsalitias retineant facultates. Dat. 3. Non. Nov. *Ravennæ*, HONOR. XIII. & THEOD. X. AA. CONSS. 422.

Ut mater transiens ad secunda vota lucra prioris matrimonii tenetur reservare filiis ejusdem matrimonii, ita vir quoque transiens ad secunda vota tenetur reservare filiis ejusdem matrimonii lucra dotis. Bald.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

GEneraliter censemus [6], quocunque casu constitutiones ante hanc legem, mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quæ de bonis mariti ad eam devoluta sunt, servare sanxerunt: iisdem casibus maritum [7] quoque quæ de bonis mulieris ad eum devoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus [8] liberis servare. Nec interest, si alter pro marito donationem ante nuptias, vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Hoc observare præcipimus, licet res ante nuptias donatæ (ut adsolet [9] fieri) in dotem a muliere redigantur. Dominium autem rerum quæ liberis per hujus legis, vel præteritarum constitutionum auctoritatem servantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis servabat, extantes ab omni possessore liberi vindicabunt: consumptas [vero] ab heredibus ejus exigent, qui eas servare debuerant. Alienandi sane, vel obligandi suo nomine eas res, quæ liberis servari præceptæ sunt, eis qui reservaturi sunt, adempta licentia est. Negotia vero liberorum [10] patri utiliter administrare concedimus. Dividendi quoque res inter eos liberos ipsis parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint, licentiam [11] non denegamus. §. 1. In his autem casibus, in quibus res ut paternas mater liberis communibus servare præcepta est, (hoc est, ubi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias pervenerit) vel ubi [res] ut maternas patrem liberis communibus servare censuimus: hoc est, (ubi morte mulieris matrimonio dissoluto vir ad alias nuptias venerit) si hereditatem ejus parentis qui prior mortuus est, non adierint liberi, licebit eis tanquam ejus tantum res fuerint, qui posterior moritur, ea sibimet vindicare, scilicet si ejus, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam: ne [12] quod favore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum videatur inventum.

In AUTHENT. de nupt. §. si vero expectet. & §. quoniam autem infirmas. & §. deinceps vers. soluto. 1. col. 4. tit. 1. Novell. 22. c. 23. 26. & 20.

HÆ res lucro cedunt liberis, licet heredes non sint patris, aut matris, aut utriusque nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo.

§. 2. Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, ut eo quoque casu quo lucratur vel mulier res quæ ad eam a marito perveniunt, vel maritus eas quæ ex bonis mulieris ad eum transeunt: hoc est, ubi primum matrimonium alterius morte dissolvitur, nec superstes ad secundas nuptias pervenit, si res, vel maritus, vel uxor, hoc est, qui superstes est, non consumpserit, vel alienaverit, (quod eis ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis [13] concessum esse non dubium est), liberis liceat res a patre profectas, ut paternas, a matre, ut maternas accipere. Dat. 7. Idib. Septemb. CP. THEOD. A. XVIII. [14] & FESTO [15] CONSS. 444.

In AUTHENT. neque virum quod ex dote. §. propterea igitur. coll. 7. tit. 10. al. coll. 8. tit. 1. Novell. 98. c. 1.

UXore mortua, quod vir ex dote lucratur, filiis communibus omnimodo reservatur quantum ad proprietatem, usufructu patri concesso. Idem est ex parte mulieris, si lucretur ex sponsalitia largitate. Item si aliter matrimonium solvatur, super iisdem lucris loquitur hæc eadem constitutio.

In AUTHENT. ut fratrum filii. §. quia vero mulieres. coll. 9. tit. 10. al. 7. Novell. 127. cap. 3.

SI tamen abstineat mater a secundis nuptiis, habebit & ipsa proprietatis portionem pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, & in omnibus ascendentibus a secundis nuptiis abstinentibus.

6. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P. P.

HAc [16] edictali [17] lege in perpetuum [18] valitura sancimus, si ex priore matrimonio [19] procreatis liberis pater materve ad secunda, vel tertia, aut ulterius [20] repetiti matrimonii vota migraverit: non sit ei licitum novercæ, vel vitrico, testamento, vel sine scriptura, seu codicillis, hereditatis jure, sive legati, sive fideicommissi titulo plus [21] relinquere, nec dotis, aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatione, conferre, nec inter vivos conscribendis donationibus, (quæ etsi constante matrimonio civili jure interdictæ sint, morte tamen donatoris ex certis causis confirmari solent) quam filio, vel filiæ, si unus, vel una extiterit. † Quod si plures liberi fuerint: singulis æquas partes habentibus minime plus quam ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum liceat vitricum novercamve transferri. Sin autem non ex æquis portionibus ad eosdem liberos memoratæ transierint facultates: tunc quoque non liceat plus [22] eorum novercæ, vel vitrico testamento relinquere, vel donare, seu dotis, vel ante nuptias donationis titulo conferre, quam filius, vel filia habet, cui minor portio ultima voluntate derelicta, vel data fuerit, aut donata: ita tamen, ut quarta pars quæ eisdem liberis debetur ex legibus nullo modo minuatur, nisi ex his causis quæ de inofficioso excludunt querelam. Quam observationem in personis etiam avi, [vel aviæ,] proavi, & proaviæ, nepotum, vel neptium, item pronepotum, vel proneptium, sive in potestate, sive emancipati emancipatæve sint, ex paterna, vel materna linea venientibus, custodiri censemus. † Sin vero plus quam statutum est, [aliquid] novercæ, vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit, id quod plus relictum, vel donatum, aut datum fuerit, tanquam non scriptum, neque derelictum, vel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorum [23], & inter eas dividi jubemus omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocunque modo fuerit excogitata, cessante. §. 1. His illud adjungimus, ut mulier in his casibus, in quibus ante nuptias donationes, ceteras etiam res a marito ad se devolutas, secundum priorum legum statuta liberis communibus [24], ut paternas, servare compellitur: hoc est, ubi morte [25] mariti matrimonio dissoluto ad alias nuptias venerit immobilium rerum & mancipiorum [26], annonarum quoque civilium [27] usufructu duntaxat vitæ suæ tem-

tit. 3. *defin.* 1. Ans. 1 Meritus omnis hic intelligitur, qui non est demeritus. *l.* 24. *l.* 77. §. 25. *ff. de leg.* 2. 2 Origo bonorum consideratur. 3 Quæ non extant. 4 Id est, donationem propter nuptias, dixi ad *l.* 3. *supr. de donat. ante nupt.* 5 *Novell.* 22. *c.* 29. *l.* 4. *ff. ad SC. Tertull.* 6 Intellectum hujus leg. vid. apud Joan. a Sand. *decis. Frisicar. lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 1. 2. 3. Ans. 7 *Novell.* 2. *c.* 2. *Novell.* 22. *c.* 23. *vers. & hæc communia.* 8 Pater lucra dotalia communibus liberis servare tenetur. 9 Donata propter nuptias uxori plerumque a muliere in dotem rediguntur. 10 Pater, bonorum filii legitimus est administrator. 11 *l.* 3. *s. h. t. l.* 8. §. 7. *J. de repud. & de judic. de mor.* Hodie adempta licentia est. *Nov.* 2. *c.* 1. *Nov.* 22. *c.* 25. 12 *l.* 19. *in fin. s. de fid. instrum. c.* 61. *de reg. jur. in* 6. 13 Secundas nuptias qui non contrahunt, lucrum nuptialium commodorum in solidum consequuntur, *ut hic, & l.* 8. §. 5. *J. h. t.* Hodie pro virili portione. *Nov.* 127. *c.* 3. 14 Te. 17. id est, A. D. 43. 15 Albino. 16 Hanc legem Justinianus allegat *Novell.* 22. *c.* 8. Goth. Pro intellectu hujus leg. vid. Fachin. *lib.* 3. *controvers. c.* 66. Joann. a Sand. *decis. Frisicar. lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 4. 5. 6. Treutler. *part.* 2. *exercit.* 16. *th.* 6. *litt.* D. & omnino B. Berlich. *de jure novercar. part.* 2. *art.* 2. *sect.* 8. Ans. Adde Joh. Baptist. *hodiern. practicar. quæst. ad d. l. hac edictali.* S.L. 17 Potestne hæc lex statuto tolli? posse existimat, & probat Roland. a Valle *tract. de lucro nuptiali, quæst.* 24. Quæ vera, si statuto cautum fuerit, ut maritus dotem lucretur, existentibus etiam liberis ex eo matrimonio. Quid fiet, si nominatim statuto id expressum non fuerit, sed ex sententia tantum statuti colligi poterit? Idem dicendum putat Rolandus, quod superiore casu dictum est, posse enim non modo expresse, sed & tacite huic legi derogari. *q.* 25. Quid? huic legi tacite num videtur derogatum, si statuto cavebitur, maritum dotem lucrari, uxore præmoriente sine liberis: hoc non addito ex primo, vel secundo matrimonio? Idem autor putat formula superiore non derogari huic legi. *quæst.* 26. Quid? statutum lucrandæ dotis habetne locum in dote constituta secundo marito ab extranea mulieris persona? locum habebit; nec liberis primi matrimonii revocatoria actio ex hac lege competet. Cur? Is qui dotem dat, potest dotis restitutionem stipulari uti velit, & cui velit. *ibid. quæst.* 27. Quid? num præfertur secundus maritus liberis prioris matrimonii, si statuto ita caveatur, ut maritus dotem uxoris omni casu lucretur? præfertur. Idem *quæst.* 28. Idem fuerit, si cautum ita fuerit, ut moriente uxore sine filiis ex eo matrimonio susceptis, maritus dotem lucretur, *quæst.* 29. ut nihil teneatur de dote restituere, *quæst.* 30. ut uxore præmoriente sine liberis communibus, *quæst.* 31. vel sine filiis amborum duorum, dotem lucretur, *quæst.* 32. si permittente ita statuto dotem integram marito dederit & tradiderit: secus, si eo casu neque dederit, neque tradiderit. *quæst.* 34. Quid si statuto lucrum dimidiæ dotis defertur marito uxore sine liberis præmortua, & altero capite statutorum, jubentur statuta stricte intelligi. An hoc posteriore prius interpretandum erit: ut in lucro dotis superstiti marito deferendo, sequamur hanc legem civilem, quæ non vult maritum lucrari dotem extantibus liberis prioris matrimonii? Ita censet Rolandus a Valle *ibid. quæst.* 35. Pone, statutum marito lucrum dotis deferre in præjudicium liberorum prioris matrimonii, quæritur utrum statutum locum habeat adversus dictos filios, in aliena jurisdictione existentes? locum non habet. Idem *quæst.* 36. Idem si maritus promisit dotem restituere in omnem casum & eventum dotis restituendæ. *ibid. quæst.* 37. vel totam & integram dotem. *ibid. quæst.* 38. aut si lucro dotis etiam statutario renuntiaverit. *quæst.* 39. (ita ut hujusmodi renunciatio lucri dotalis non possit ab ipsis mariti creditoribus revocari ex Edicto. *ff. de iis quæ in fraud. cred. quæst.* 40.) Idem, si maritus de dote testari uxori permiserit (adeo ut hujusmodi permissionem ipse maritus retractare non possit.) *ibid. quæst.* 41. Idem fuerit si lucrum dotis statutarium juramento interposito maritus promiserit restituere in omnem casum, & eventum dotis restituendæ, renuntiando præterea omnibus, juris, & legum auxiliis; hoc enim casu statuto de lucro dotis renunciasse aperte intelligitur. *ib. quæst.* 42. 18 Corrigitur hæc lex per statuta. vid. Menoch. 6. *præsumpt.* 48. *n.* 31. 19 Aliud si vulgo concepti: hæc enim authentica hac parte locum non habet in filiis vulgo conceptis. Bald. *in l. cum pater.* 77. §. *mater.* 2. *ff. de legat.* 2. Roman. *singul.* 231. Cremensis *singul.* 88. 20 Vide Novellam Constantini Porphyrogennetæ, *cap.* 2. 21 Conjunx transiens ad secunda vota non potest ullo titulo in secundum conjugem transferre plus, quam reliquerit uni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquerit: & quod ultra reliquerit, non valet, sed inter liberos æqualiter dividitur. *Salic.* Pone plus legatum esse marito ab uxore, & bonorum divisionem ex hac lege ad æqualitatem inter vitricum, & privignos redigi: quæritur an in viriles partes inter eos bona defunctæ mulieris dividantur: An vero liberi prioris matrimonii prius detrahere suam legitimam possint, ut ea detracta in eo quod supererit, fiat inter eos, & vitricum divisio? Rolandus a Valle *tract. de lucro nupt. quæst.* 17. *n.* 3. censet *arg. Novell. de nupt. cap. optime.* 27. liberos prius detrahere legitimam: exinde bona defunctæ inter eos dividi & vitricum. Movetur etiam, quod liberi unum auxilium habeant jure naturæ: alterum, quod mater secundo nubat: ubi plura vide apud eundem: quo loco & hanc sententiam multis confirmat & contrarium evertit. 22 Dixi ad *l.* 18. *supr. de donat. ante nupt.* 23 Pro rata personarum, non pro rata hereditatis Joann. Baptist. Costa *de quota & rata quæst.* 85. Ans. Liberorum scil. prioris matrimonii, non etiam secundi. *Novell.* 22. *cap.* 27. *vers. & hoc decernens.* S.L. 24 Liberis prioris matrimonii res ab eorum patre propter nuptias donante acceptas mater servare debet. 25 *Novell.* 68. 26 Rusticorum, ut in *l.* 3. *ff. de divers. tempor. præscript.* 27 *Annonæ civiles* comparantur rebus immo-

poribus

poribus potiatur, alienatione earum penitus interdicta. Mobilium vero rerum, juſtis pretiis æſtimatione [1] habita per eos, quos utraque pars elegerit arbitros judicaturos, interpoſito ſacramento, ſimili modo uſumfructum habeat, ſi [2] idoneam fidejuſſionem præbuerit, quod easdem res mobiles, vel earum pretium filiis & filiabus ex eodem matrimonio procreatis vel poſt mortem eorum nepotibus & neptibus ex eisdem liberis procreatis, ſive omnibus, ſive uno unave ſuperſtite mori contigerit, ſecundum legum modum [3] reſtituat: vel certe ſi fidejuſſiones idoneas præſtare diſtulerit, aut nequiverit; prædictæ res mobiles nondum matri a liberis traditæ, apud eosdem manebunt. Solutæ vero eidem matri, vel ab eadem detentæ reſtituentur liberis, ſi tamen ab his fidejuſſio idonea matri fuerit oblata, qua caveri debet, *Quod eidem ſuperſtiti pro uſufructu earundem rerum mobilium, vel pretio quo taxatæ ſunt, uſurarum nomine centeſimæ partem tertiam* [4] *annuis quibuscunque temporibus præſtare non different:* ita [tamen], ut in eadem fidejuſſione hoc quoque caveatur [5], *Quod a filiis filiabusve, vel ex his progenitis liberis, ſi* [6] *ante eandem matrem omnes eos obire contigerit, omnes res prædictæ mobiles ſecundum legum moderationem* [7] *matri, ut ad eandem luctuoſum lucrum redeat, reſtituantur.* † Erit itaque licitum utrilibet parti, quæ fidejuſſionem præbuerit, ſi ſibi commodum eſſe perſpexerit, his rebus mobilibus uti frui, easdemque dare mutuo, vel obligare, vel vendere, ut ex his maxime liberi acquirentes poſſint materno affectui ſine ſuo incommodo deſervire. † Sin autem utraque pars prædictam fidejuſſionem diſſimulaverit, aut forte offerre nequiverit: eædem res apud [8] mulierem usque in diem vitæ ſuæ manebunt.

In AUTHENT. de non eligend. §. aliud. coll. 1. tit. 2. Novell. 2. cap. 4. & in Authent. de nupt. §. & quia parum. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 45.

SEd ſi aurum fuerit in donatione propter nuptias ſcriptum: cautio uſurarum exponitur, non autem aurum exigitur: niſi forte viri ſubſtantia habeat aurum, & cætera quæ ſcripta fuere.

§. 2. Omnibus videlicet iisdem maritalibus facultatibus, his etiam quas habet habiturave [9] eſt tanquam ſi jure pignoris [10], vel hypothecæ ſuppoſitæ ſint, ſuper eadem ante nuptias donatione, vel rebus aliis ad eam ex mariti ſubſtantia devolutis, ex eo die, quo eædem res ad eam pervenerint, liberis obligatis: ut ſi quis poſt traditas matri, vel detentas ab ea res (ſi ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierit, quæ ſe repetitis nuptiis copulaverit: in vindicandis [11] iisdem ſuppoſitis rebus poſteriores habeantur: liberis qui ex eodem matrimonio procreati ſunt, & nepotibus neptibusque qui ex iisdem liberis geniti ſunt, ſine dubio præponendis.

§. 3. Sin vero liberorum ſuorum affectione [12] ſervata, pater, materve ad alias nuptias migrare noluerit: neque vir his quæ de bonis uxoris ad ſe transeunt, neque mulier rebus quæ ex ſubſtantia mariti ad ſe pervenerunt, pro [13] ſuo arbitrio uti, vel eas vendere, aut quocunque jure, vel modo alienare, vel pignoris jure, ſeu hypothecæ, ſi voluerint, obligare, utpote domini earum prohibebuntur. Extantes autem prædictas res, ſi non fuerint alienatæ, vel conſumptæ, vel ſuppoſitæ, licebit liberis vindicare [14], etiam [15] non adeuntibus hereditatem parentum. Dat. 2. Kal. Mart. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

Filius transmittit ad deſcendentes jus vindicandi lucrum ſibi proveniens propter ſecundas nuptias patris, vel matris, aſcendentibus & collateralibus excluſis: ſed electionem habet in quem volet liberorum ſuorum lucrum illud transferendi. Non eſt igitur hæc lex abrogata Novell. 2. Juſtiniani quæ matri electionem adimit, non autem ejus filio. Char.

7. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

IN quibus caſibus pater dotem, mater ante nuptias donationem [16], vel alias res ad ſe ex altera parte devolutas, filiis utriusque ſexus ſervare præcepti ſunt: ſi quem ex filiis vel filiabus ante patris, vel matris obitum mori contigerit (ſive ante ſecundas nuptias, ſive poſtea) filio vel filia, nepote vel nepte, vel pluribus, patre ſuo adhuc vivo, vel matre ſuperſtite, derelictis: portionem quæ defuncto filio, vel filiæ debebatur, vel lucrum ex ea, non ad fratres, vel ſorores morui, ſed ad [17] filios ejus, vel filias, vel nepotes utriusque ſexus, aut [18] pronepotes, avis, vel proavis ſuperſtitibus, pervenire decernimus: eligendi [19] videlicet, quos voluerint ex liberis ſuperſtitibus, non adempta licentia. Dat. Kal. Mart. ELLO V. C. CONS. 478.

8. Imp. JUSTIN. A. Mennæ P. P.

SI quis prioris matrimonii filiorum ante ſecundas nuptias patris, vel matris mortuus fuerit, filiis a ſe, vel nepotibus, vel pronepotibus relictis: partem ejus non [20] ad fratres, vel, ſi nullus alius frater, vel ſoror ſit, ad patrem [21], vel matrem ejus pervenire, ſed [22] ad filios, vel nepotes, vel (pronepotes) ejusdem mortuæ perſonæ, ſancimus: ut ſive unus, ſive plures ſint, eam [23] tantummodo partem vindicare poſſint, quæ mortuo competiit.

§. 1. Illud [24] etiam certa ſanctione definire cenſemus, ut ſi quis vel ſi qua ex alio matrimonio filiis procreatis, minime ad ſecundas [25] nuptias venerit, eodem modo liceat quidem genitori [vel genitrici] res ex priore conjugio ſibi acquiſitas, quomodo [26] voluerit, alienare, vel adminiſtrare: Si quæ vero earum minime ſint alienatæ, poſſunt liberi etiam [27] non adeuntes paternam, vel maternam hereditatem eas vindicare. §. 2. Certum eſſe ſancimus, quod etiam illa de cætero videbitur earumdem fuiſſe rerum alienatio, quæ in [28] teſtamento [29] genitoris, vel genitricis, vel ſpecialiter relinquendo, vel generaliter heredem inſtituendo facta ſit.

In AUTHENT. de nupt. §. deinceps. & §. ſolut. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 20.

NUnc autem, niſi expreſſim [30] *transponat in alios, præſumitur ipſis conſervare talia lucra.*

§. 3. Talem vero licentiam [datam] filiis, ut etiam non [31] adeuntes paternam, vel maternam hereditatem, lucra vindicarent, quæ parens eorum ex matrimonio quod ſecundo toro minime mutavit, ſibi adquiſita non alienavit, nullo modo eis concedimus, ſi paternam vel maternam hereditatem ab inteſtato ex parte (ſi forte alii etiam ex anteriore matrimonio morienti parenti filii ſunt) ſibi acquiſierint. §. 4. In illo etiam veterem ſanctionem adimplentes, præcipimus exemplo [32] matris, cujus res poſt ſecundas nuptias filiis ex priore matrimonio natis [in hypotheca] ſuppoſitæ ſunt, ad conſervanda eis lucra quæ ex priore matrimonio ad eam pervenerunt: patris quoque bona quæ habet habiturusque eſt, filiis ex priore matrimonio natis poſt ſecundas ejus nuptias, ad ea conſervanda, quæ ex eorum matre lucratus eſt, ſuppoſita eſſe. §. 5. Illius etiam patris qui in ſua poteſtate talem liberum [33], vel liberos habens maternam eis ſubſtantiam, vel ex materna linea ad eos devolutam ſervare compellitur: bona iisdem liberis [34] ſuppoſita eſſe ad conſervandas easdem maternas res decernimus: ita tamen, ut occaſione talium hypothecarum, neque patris, neque matris adminiſtrationem filii valeant perſcrutari [35], vel aliquam eis movere ſuper hoc quæſtionem: cum perſpicui ſit juris, etiamſi alienata fuerint eorum bona, quæ extra memorata lucra, vel maternas res ſunt, jus hypothecæ integrum iisdem manere filiis. Dat. 3. Idib. Decemb. D. N. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

Totum quod ultra modum ſecundæ conjugi datur vel relinquitur, tanquam non datum liberis utriusque matrimonii applicatur. Bald.

9. Idem A. Mennæ P. P.

QUoniam præteritæ [36] leges omnia quæ liberis ex priore matrimonio procreatis, mulier quidem ſecundo marito, vir autem ſecundæ uxori dotis, vel ante nuptias donationis nomine vel alio quocunque modo dederit, vel reliquerit, his ampliora quæ uni filio, vel filiæ ex anteriore matrimonio progenitis danda vel relinquenda ſunt, revocata ad ſolos filios, [vel filias] ex anteriore matrimonio natos pervenire conſtituerunt, nullaque in hac parte filiorum ex ſecundo matrimonio natorum mentio facta eſt: hoc quoque corrigentes, omnia quæ memorato modo revocantur, non ſolum ad filios prioris matrimonii, ſed [37] etiam ad eos qui ex ſecundis nuptiis nati fuerint, pertinere, & in capita inter omnes dividenda ſancimus. §. 1. Ad hæc lucra quæ marito, vel uxori ex dote, vel ante nuptias donatione occaſione repudii accedunt, indiſtincte poſt ſecundas eorum nuptias liberis ex priore conjugio procreatis ad ſimilitudinem [38] matrimonii morte diſſoluti ſervari, nec de cætero repudii cauſam requiri, vel aliam in ea [re exquiſitionem] fieri. Dat. Id. April. *Conſtantinop.* DECIO V. C. CONS. 486.

In AUTHENT. de nupt. §. 1. & §. nec illud. & §. optime. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 1. 29. & 27.

ADeos ſolos [39] *etiam nunc pertinet: & ſi quis ex eis præmoritur relicta ſobole, portio ejus ad eam defertur.*

10. Idem A. Demoſtheni P. P.

CUm apertiſſime legibus caveatur, ingratos [40] liberos a majorum ſuorum hereditate merito eſſe repellendos, ſi hoc idem in ſuis elogiis conſcripſerint, & revera hoc fuerit revelatum: reclamare videtur hujusmodi ſanctioni divalis conſtitutio [41] Leonis inclytæ recordationis, quam ſuper filiis ex priore matrimonio procreatis conſcripſit. Nam cum neceſſitas eſt patri,

bilibus, *ut hic:* Idem interpretes ſtatuunt in reditibus annuis, niſi ad tempus modicum conſtituti ſint: alias immobilibus comparari volunt, nec alienari ſine decreto. vid. Molinæum *de uſuris, quæſt.* 37. *n.* 173. adde Gail. 2. *obſerv.* 19. 1 Æſtimatio facit venditionem. *l.* 1. *ff. de æſtim. act. l.* 10. *ff. de jur. dot.* 2 *Novell.* 22. *cap.* 4. 3 Secundum legum moderationem. J. *h.t.* 4 Id eſt, uſuras trientes. 5 Vid. Anton. Gabriel. *commun. concluſ. de ſecund. nupt. concluſ.* 3. *numer.* 29. hæc poſtrema cautio in dubio non exigeretur, ſi liberis hisce de rebus libera diſponendi eſſet facultas. adde Anton. Fab. *Cod. lib.* 5. *tit.* 5. *defin.* 16. Anſ. 6 Id eſt, ſatisdabunt ſe reddituros res omnes quas ex cauſis ἀπροδίκως mater lucratur. Cætera tranſmittuntur ad heredes ſuos. 7 *Ut & ſupra ſecundum legum modum.* Hæc verba videntur adjecta a Triboniano propter conſtitutionem Juſtiniani, quæ vult deduci id quod ex caſu mortis liberorum mater lucratur. 8 Mater præfertur filiis in adminiſtratione rerum donatarum propter nuptias. 9 Tacitis hypothecis continentur etiam futura bona. In tacitas hypothecas veniunt etiam futura ſeu adquirenda bona, *ut hic.* An & jura & nomina? veniunt. Cyn. & Bald. *hic.* 10 Lucra nuptialia matres liberis ſervare tenentur: quin pro eorum reſtitutione bona ipſarum matrum præſentia, & futura tacite obligata ſunt. Bona matrum liberis ſunt obligata pro rebus ab eorum patre ad eam translatis. 11 Vide *l.* 3. *in fin.* S. *h.t.* 12 Amat liberos quæ ad ſecundas nuptias non tranſit. 13 Secundas ad nuptias qui non tranſit, poteſt pro ſuo arbitrio de lucris nuptialibus diſponere. *Novell.* 22. *c.* 1. non alienata tamen pertinent ad liberos, etiamſi parentum heredes non exſtant. 14 *l.* 3. *in fin. ſupr. h. t.*
15 *l.* 8. §. 1. J. *h.t.* 16 V. Joannem Aurpachum *lib.* 2. *allegat. c.* 25. Mod.
17 Proprietas rerum donatarum propter nuptias a matre ad liberos transferenda. Quid ſi unus liberorum moritur? ejus liberi patrem repræſentant, & in ea fratres defuncti excludunt. *l.* 8. J. *h.t.* & ita præmortuis filiis, ſi nepotes exiſtunt, ſuccedunt in lucra nuptialia jure hereditario in ſtirpes. *Nov.* 22. *c.* 25. *l.* 3. J. *de bon. quæ lib.* 18 Lucra nuptialia parentes liberis in infinitum tenentur ſervare: In liberis tamen unum eligere poſſunt & in eum id genus lucri conferre. 19 Datur electio filio, ut partem quam habet in donatione propter nuptias matri facta, transferat in quem velit liberorum ſuorum. 20 Sed ad liberos, ut *l.* 7. S. *h. t.* 21 Rerum propter nuptias matri donatarum proprietas ſpectat ad ejus liberos. Unus liberorum moritur relicta matre & liberis. quid juris? liberi matrem, id eſt, ſuam aviam excludunt in ea parte. 22 *l.* 3. J. *de bon. quæ lib.* 23 Nepotes ſuccedunt in ſtirpes. 24 Subrogati melioris non ſunt conditionis quam hi ſunt quibus ſubrogantur. 25 Qui non tranſit ad ſecunda vota, poteſt de lucris nuptialibus diſponere. *Bald.* Eſt qui ita interpretatur. Caja ſuſcepit ex Titio liberos, eadem poſtea nupſit Sempronio, a quo res varias donatione propter nuptias accepit. Mortuo Sempronio manſit vidua? Poteſt Caja alienare quo voluerit modo res donatione propter nuptias a Sempronio acceptas, etiamſi liberos ex Titii nuptiis habeat. 26 Etiam per teſtamentum: qua de re vide §. 2. J. 27 *l.* 6. *in fin.* S. *h. t.* 28 Alienationis verbo etiam intelligitur alienatio per teſtamentum, ſeu teſtamentaria. *l.* 69. §. 3. *ff. de leg.* 2. *l.* 135. §. 3. *ff. de verb. obligat.* vide *l.* 1. J. *de fund. dotal. l.* 28. *l.* 67. *ff. de verb. ſignif.* Imo inſtitutio non continetur. *l.* 38. *ff. de leg.* 3. 29 Olim parens non tranſiens ad ſecunda vota lucra nuptialia alienare poterat non tantum inter vivos, ſed etiam teſtamento, per legatum aut fideicommiſſum, aut generalem inſtitutionem. §. 1. S. *hic. l.* 5. *in fin.* S. *eod.* Hodie ſpecialiter tantum, non per generalem inſtitutionem. *Authent. prox.* J. *h. t.* & ita *hic* §. abrogatur. 30 Alciatus hinc colligit, Parentes alienantes bona generaliter, præſumi reſervaſſe lucra matrimonii filiis ſuis: niſi expreſſim ea alienent. 1. *præſumpt.* 5. 31 Liberi adeuntes pro parte hereditatem paternam vel maternam, lucra nuptialia alienata revocare non poſſunt. 32 Ut bona matris ſecundo nubentis liberis (quibus lucra nuptialia reſervari debent) tacite obligantur. *l.* 6. §. 2. S. *h. t.* ita & patris, *ut hic.* Hoc tamen ſpeciale eſt, Patrem non cogi ad reddendam liberis rationem ſuperiorum nomine. J. *h. t.* 33 *Liberum* dixit numero unitatis, ut *l.* 33. *ff. de pactis.* 34 *l.* 12. §. 1. *verſ. Exceptis.* J. *qui potior.* 35 Nota caſum in quo parens non tenetur ad reddendam rationem. 36 *l.* 6. S. *h. t.* 37 Abrogatur eo pacto *lex* 6. S. *h. t.* Verum hæc noſtra lex poſtmodum abrogatur per *Authent. ad eos.* J. *h. t.* reducto uſu: *d. l.* 6. 38 Statuta de lucris nuptialibus ſoluto per mortem matrimonio, locum etiam habent matrimonio per divortium ſoluto. *l.* 6. *l. ult.* J. *de repud. & de judic. de morib. Nov.* 98. *c.* 1. 39 Qui injuriam paſſi ſunt, res ita habet: Qui ad ſecundum matrimonium tranſiit, non poteſt ad ſecundam conjugem dotis vel ſponſalitiæ donationis, vel quo alio titulo plus transferre, quam in unum ex liberis prioris matrimonii, cui minus reliquerit. Quid, ſi plus datum ſit? Id quod ultra modum erit, revocabitur, pertinebitque non ad liberos primi & ſecundi matrimonii, ſed ad eos tantum liberos qui offenſi ſunt per tranſitum ad ſecunda vota, id eſt, ad priores liberos. *Bald.* 40 Ingrati liberi merito exheredantur. 41 *l.* 6. *ſupr. h. t.*

vel

vel matri, qui ad ſecunda vota migraverit, tantum præſtare per quamcumque cauſam ſecundo marito, vel novercæ, quantum filio, vel filiæ ex anterioribus nuptiis progenitis, qui partem minimam habiturus eſt, reliquerit; maxima iniquitas ex hac ſanctione contra genitores efficiebatur: liberi etenim ſcientes, quod omnimodo aliquid ſibi a genitoribus ſuis etiam nolentibus relinquendum eſt, & tantum, quantum ſecundus maritus, vel noverca acceperit, omni licentia & laſcivia ſuos genitores injuriis adficiebant. Quapropter ſancimus, ingratos [1] revera liberos neque hoc beneficium, quod divalis conſtitutio Leonis Auguſtæ memoriæ eis præſtitit, in poſterum poſſe ſibi vindicare, ſed quaſi ingratos ab omni hujusmodi lucro repelli. † Quam obſervationem in perſonis, etiam avi & aviæ [proavi & proaviæ], nepotum, vel neptium, item pronepotum vel proneptium, ſive in poteſtate, ſive emancipati emancipatæve ſint: ex paterna vel materna linea venientibus cuſtodiri cenſemus. † Sed quemadmodum genitoribus providemus, ita & innocuam [2] poſteritatem nullis affici injuriis patimur: ut non genitores, qui ſeſe ſecundis nuptiis devoverint, irrationabile odium ad priores [3] liberos forſitan habentes, ſine juſta ratione eos ingratos [vocare] concedantur. † Eos etenim liberos hujusmodi beneficio defraudari volumus, qui re [4] ipſa ingrati circa ſuam antiquitatem ab heredibus genitorum liquidis [5], & indubitatis probationibus convicti fuerint, ex ejusmodi caſibus, qui antea priſcis legibus enumerati ſunt. Dat. 15. Kalend. Octob. *Chalcedone*, DECIO V.C. CONSS. 486.

In 28. lib. βασιλικῶν fit mentio XI. conſtitutionis hujus tituli, quæ ipſius quidem eſt Juſtiniani, ſed ab eo abrogata Novell. 2. in qua etiam illius meminit: illam vero tum ex ipſo βασιλ. libro, tum ex Novella Juſtiniani fuiſſe conſtat de hereditatibus filiorum, quorum matres ad ſecundas venerant nuptias, ſi ipſi ante eas inteſtati deceſſerint. † *In eodem βασιλ. libro fit etiam mentio XIV. conſtitutionis hujus tituli, quæ ipſius eſt Juſtiniani, eam Cujacius Latinam edidit in Comment. ad Novell. Juſtiniani: quem ſecuti, illam ſic reſtituimus.* Char.

11. Idem A. * [6].

SI filii, quorum parentes ad ſecundas venerant nuptias, ante eos deceſſerint, proprietas lucrorum nuptialium ad filiorum heredes etiam extraneos teſtamento ſcriptos perveniet: deducto eo, quod in caſum [7] orbitatis parentem lucrari convenit, quod etiam pro rata obſervatur uno ex pluribus filiis ante parentem mortuo. Sed ſi parens lucra nuptialia alienaverit, & ad ſecundas nuptias venerit, nec eum liberi heredem inſtituerint, valebit alienatio ad finem ejus, quod in caſum mortis liberorum lucrari parens, qui alienavit, debuit, & reliquum revocabitur ab heredibus defunctorum liberorum. Dat. *

Cum recitat primum hujus legis caput Cujacius, hæc adjicit: quæ tamen potius pro interpretatione accipienda videntur:

Nam pars, quæ ei competebat, tranſit ad heredes ejus, ſive fratres ſint, ſive extranei, deducto tantum eo pro rata quod apud parentem ex caſu orbitatis ſive morte liberorum remanere debet.

Verum Græcam quoque hujus conſtitutionis epitomen ab Ant. Auguſtino editam relinquimus. Char.

Græca conſtitutio. Ejus particulam hanc retulit Ant. Auguſt.

SEcundo nubens, aut uxorem ducens, prioris matrimonii lucra ipſius liberis præmortuis habeat, & vindicet ab his qui habent.

TIT. X.
SI [8] SECUNDO NUPSERIT MULIER, CUI MARITUS USUMFRUCTUM RELIQUIT.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Tatianum P.P.

SI uſumfructum maritus rerum [9] ſuarum decedens uxori reliquerit, eaque in ſecundas nuptias conſortiumque convenerit: uſumfructum, quem ex priore marito conſecuta fuerit, amittat [10]: atque eum filiis ex eo die, quo nupſerit, mature reſtituat. Quod ſi liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiæ, nec muniat [eos] tutoris auxilium, ac per hujusmodi occaſionem mater, quæ relicta fuerant, uſurpaverit: omnia legitime repetantur, [&] cum competentibus fructibus ad liquidum deducta ratione reſtituat. Hæc de uſufructu, quem vir extremam conſtituens voluntatem, de rebus propriis uxori reliquerit. † De uſufructu vero rerum ante nuptias donatarum, ea obſervari, quæ anteriores conſtitutiones decreverunt, ſancimus. Dat. Idib. Martiis, ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

In AUTHENT. de nupt. §. ſi vero ſolum. coll. 4. tit. 1. ex Nov. 22. c. 32.

H*Oc locum habet, ſi datus vel relictus fuerit ea lege, ut ex ſecundis nuptiis interiret: alioquin perſeverat, ſive relictus eſſet, ſive donatus, quibus caſibus licuit. Sed uſusfructus in dote, ſive ante nuptias donatione lege permiſſus, non poteſt a teſtatore derogari.*

TIT. XI.
DE DOTIS [11] PROMISSIONE [12] ET NUDA POLLICITATIONE [13].

De quantitate omiſſa.

1. Imp. ALEXAND. A. Claudiæ P. [14].

FRuſtra [15] exiſtimas actionem tibi competere, quaſi promiſſa dos tibi, nec præſtita ſit, cum [16] neque ſpecies ulla, neque quantitas promiſſa ſit, ſed [17] hactenus nuptiali inſtrumento adſcriptum, *Quod ea, quæ nubebat, dotem dare promiſerit:* P.P. Kal. Aug. POMPEIANO & PELIGNO [18] CONSS. 232.

De uſuris.

2. Imp. GORD. A. Herodoto P.P.

S*I pro dote promiſſa uſuras* [19] *dare* ſocer tuus ſpopondit: id, quod deberi oſtenderis, competens judex ſolvi tibi præcipiet. P.P. 12. Kal. Septemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De quantitate commiſſa in arbitrium ſtipulatoris.

3. Idem A. Claudio [P.P.]

SI quum ea quæ tibi matrimonio copulata eſt, nuberet, is [20], cujus meminiſti, dotem tibi non addita quantitate, *ſed quodcunque* [21] *arbitratus fuiſſet*, pro ea daturum ſe rite promiſit, & interpoſitæ ſtipulationis fidem non exhibet: competentibus actionibus uſus, ad repromiſſi emolumentum jure judiciorum pervenies. Videtur enim boni [22] viri arbitrium ſtipulationi inſertum eſſe. P.P. Kalend. Januar. SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De parte non ſoluta.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Rufo.

SI voluntate dotantis in dotali inſtrumento plura [23] tibi tradita ſcripſiſti, quam ſuſcepiſti: intelligis, de [24] his, quæ deſunt, petendis, pactum eſſe conſecutum. S. Non. Aprilis, AA. CONSS.

Cui datur actio.

5. Iidem AA. & CC. Daſumianæ.

SI pater marito tuo ſtipulanti promiſerit dotem, non tibi, ſed [25] marito contra ſucceſſores ſoceri competit actio. Dat. 8. Kal. Decemb. AA. CONSS.

De verbis, de ſcriptura, de nudo pacto.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio P.P. poſt alia.

AD [26] exactionem dotis, quam ſemel præſtari placuit, qualiacunque ſufficere verba cenſemus, [ſive ſcripta fuerint, ſive non] etiamſi [27] ſtipulatio [28] in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit ſubſecuta. Dat. 10. Kal. Mart. *Conſtantinop.* FELICE & TAURO CONSS. 428.

Ex quibus bonis dotem filiæ dediſſe pater intelligatur.

7. Imp. JUSTINUS A. Joanni P.P.

SI pater dotem pro filia ſimpliciter dederit [29], vel [pro] filio ante nuptias donationem fecerit [30], habeat autem filius, vel in poteſtate conſtitutus, vel forte emancipatus res maternas, vel [ex] alio modo tales, quæ acquiſitionem effugiunt, quarum uſusfructus ſolus apud patrem remanet, vel quocumque modo poterat quasdam actiones contra patrem habere: dubitabatur apud veteres, utrumne videretur pater ex ipſo debito dotis vel ante nuptias donationis feciſſe promiſſionem, vel dationem, ut ſeſe ab hujusmodi nexu liberaret, an debitum quidem remaneret in ſua natura, liberalitas autem paterna dotem, vel ante nuptias donationem dare ſuggeſſiſſet. Et in tali dubitatione multa pars legumlatorum ſeſe diviſit, alio etiam incremento hujusmodi quæſtioni addito, ſi forte dixerit in inſtrumento dotali, ex rebus paternis & maternis dotem, vel ante nuptias donationem dare: utrum pro dimidia parte videatur datio, vel promiſſio facta eſſe, an pro rata portione utriusque ſubſtantiæ. Utramque igitur dubitationem certo fini tradentes, ſancimus [31], ſi [32] quidem nihil addendum exiſtimaverit, ſed ſimpliciter [33] dotem vel ante nuptias donatio-

1 Ingrati liberi non admittuntur ad lucra nuptialia liberis primi matrimonii a lege data. Ideoque juſte exheredati liberi in ſuperflui partem non veniunt, neque ex parentis bonis tantum quantum vitrico, aut novercæ parens dedit: Imo nihil vindicare poſſunt. Exheredatio enim extinguit omne jus filii, idque adjicitur *l.* 6. §. *h.t.* quæ vetat filio relinqui minus legitima: hæc vero ne minus quam vitrico aut novercæ, utrumque adimitur exheredato. 2 Innocens poſteritas nullis afficienda eſt injuriis. 3 Perſæpe id evenit, ut parentes ſecundi, quam prioris matrimonii liberos magis diligant. 4 Ingratitudo intelligitur cum effectu. *Novell.* 22. *cap.* 27. *verſ. Hoc autem.* 5 Ingratum qui dicit, probare tenetur, *Novell.* 115. *cap.* 3. §. 14. *verſ. Sive.* nec enim ſtatur nudo patris teſtamento. *arg. l.* 4. *ff. de inofficioſ. teſtam.* 6 Juſtinianus meminit hujus conſtitutionis *Novell.* 22. & 68. 7 Caſus orbitatis ſive mortis liberorum, dotis, vel donationis propter nuptias lucrandæ pro parte vel in totum. Caſus ii ſunt, divortii, mortis, orbitatis, ſive mortis liberorum. Inde caſus abſolute pro lucro nuptiali. *l. ult.* J. *de jure dot.* ut caſus dotis, caſus militiæ
8 *l. unic.* 3. *Cod. Theod.* 9. 9 Uſumfructum rerum ſuarum maritus uxori relinquit, vel rerum ante nuptias donatarum. Priore caſu veteri jure mulier ſecundo nubendo uſumfructum amittit, qui ad filios defuncti revertitur. Poſteriore, non amittit, ſed poſt obitum ejus ad filios ejusdem defuncti redit. Hodie uſumfructum ita demum amittit mulier, ſi ita relictum accepit, ut per ſecundas nuptias eum amitteret. *Auth. prox.* 10 Secundas qui olim nuptias contrahebat, relictum vel conceſſum ſibi a priore conjuge uſumfructum bonorum omnium amittebat, & liberis prioris matrimonii integrum reſtituebat. id quidem abrogatur Authentica proxima. 11 De dotibus 3. *Cod. Theod.* 13. & 4. Harm. 8. Ulp. 6. 12 De dictione dotis, vide Ulp. 6. §. 2. 13 Ex qua naſcitur actio. *l.* 4. *l. pen.* J. *h.t. l.* 1. §. *penult. ff. de collat. dot.* 14 Claudio: ita legendum eſt: ſcribit enim ad maritum imperator. 15 Vide Antonium Guibertum *de dote p.* 39. Coraſium *ad l. qui liberos. p.* 427. *de rit. nupt.* Vandum *lib.* 2. *var. q. c.* 4. Guterium *lib.* 1. *reſol. c.* 64. *a n.* 13. Menochium *de arbit. jud. c.* 149. Mod. 16 Dos incerta, re & genere ex pacto nudo peti non poteſt, etiamſi nudum pactum in ſcriptis ſit redactum, cum poſſit mulier vel viliſſima quædam dotis nomine exhibere. vel ita: Dotem promittente muliere non adjecta quantitate, aut re certa expreſſa quæ in dotem detur, inutilis eſt promiſſio, cum poſſit mulier vel viliſſimum quidpiam dotis loco dare. 4. Harm. 8. §. 44. Imo peti poteſt. *l.* 3. J. *h.t. l.* 69. §. 4. *ff. de jure dotium.* Harmen. d. §. 4. refert ad patrem pro filia dotem pollicentem: hanc legem ad ipſam filiam. Verum hæc ſententia Accurſio diſplicet, & Forcatulo 2. *Cupidin. num.* 8. & 9. putat itaque maritum hac lege indefinitæ dotis promiſſionem ad omnium bonorum dotem extendere (cum id nulla lege prohibeatur. *l.* 4. J. *de jur. dot.*) voluiſſe: ac ſi Imperator diceret, valet promiſſio dotis: ſed fruſtra nimiam dotem tibi eſſe præſtandam opinaris. Alii putant hac lege id innui, Indefinitam dotis promiſſionem nullius fore momenti, niſi privilegio vel beneficio Principis adjuvetur promiſſio: ſed Fajus apud Paponem, 1. *Notar.* 4. *cap. du contract de mariage.* Harmenopuli diſtinctionem tuetur, cujus hanc eſſe rationem putat: intereſſe mulieris quoties ipſa dotem promiſit, dotis promiſſionem ad quantitatem minimam redigere, ut reliqua bona ſint ei paraphernalia. Contrarium eveniret, quoties aliquis dotem mulieris nomine marito promiſit, ne alioquin indotata maneat. Sincerior eſt & æquior, meo judicio Forcatuli ſententia, minus tamen textui videtur reſpondere. 17 Dotem promittere, & dotem dare promittere, ſeu ſolenniter dicere hic diſtinguuntur. adde Forcatulum *in Cupidine Juriſperito*, Coſtanum *tract. de dotib. c.* 4. *in fin.* 18 Feliciano, ita legi oportet. 19 Uſuras dotis qui promittit, dotem ipſam promittere videtur. *l.* 21. §. 1. *ff. de donat. inter vir.* 20 *Subint.* extraneus: *ut Theodorus* Græcus interpres notat. 21 Vide *l.* 1. *ſupr. h.t. l.* 69. §. 4. *ff. de jure dot.* 22 *l.* 22. *in fin. ff. de reg. jur.* 23 Plus ex cauſa dotis qui ſe recepiſſe confitetur, quam recepit, ad ſupplementum dotis agere poteſt. vide *Synopſ. Baſil.* 29. *tit.* 1. *c.* 38. & 4. Harm. 8. §. 25. περὶ τῶν εἰς προῖκα δοθέντων. 24 Facit *l.* 12. §. 3. *in fin. ff. de pactis dotal.* 25 Ex promiſſione dotis agit maritus non mulier, ſecus in legato. *l.* 69. §. 2. *ff. de legat.* 1. Ex nuda promiſſione dotis petere dotem debet. 4. Harm. 8. §. 13. ex quavis promiſſione petitionem dotis habet, etiamſi ſtipulatio non præcedat. *Synopſ. ib. c.* 85. 26 *l.* 3. *C. Theod.* adde Harm. *d. loco.* 27 Etiamſi dictio vel ſtipulatio &c. *d. l.* 3. Tribonianus verbum *dictio* ſuſtulit propter ſublatam ſolennitatem dotis dicendæ. Idem factum in *l.* 1. J. *de jure dotium.* Dos autem dicebatur ſolennibus verbis ſine ſtipulatione, vide *l.* 48. *ff. de jure dot.* veluti ita: decem doti tibi erunt. *l.* 59. *ff. de jure dot.* aut, quod mihi debes doti tibi erit. *l.* 44. §. 1. *l.* 46. §. 1. *l.* 57. *ff. de jure dot.* dixi ad Ulp. 6. §. 1. & *ſeq.* 28 *l.* 35. §. 5. J. *de donat.* 29 Intellectum hujus legis vid. apud Afflict. *deciſ.* 179. & Johan. Baptiſt. Coſtam *de quot. & rat. q.* 62. 30 Idem Coraſius *ad d. l. qui liberos. p.* 415. & *p.* 424. & rurſus *epiſtol. qu. c.* 21. Concenatius *lib.* 2. *qu. c.* 4. Mod. 31 Hæc eſt 18. deciſio ex quinquaginta novis Juſtinianeis. vid. Inglois *deciſ.* 18. Anſ. 32 Aliam diſtinctionem vide in *Novell. Leon.* 21. 33 Pater dotans filium, vel donans propter nuptias,

nem dederit, vel promiserit: ex sua liberalitate hoc fecisse intelligi, debito in sua figura remanente. Neque enim leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum [1] esse officium, dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie. Liberalitas itaque talis remaneat vera & irrevocabilis [2], ut puro nomine & liberalitas & debitum suam sequantur fortunam. † Ubi [3] autem ex rebus tam suis, quam maternis, vel aliis, quæ non acquiruntur: vel ex suis debitis dixerit se fecisse hujusmodi liberalitates: tunc si quidem penitus inopia tentus est, ex illis videri rebus dotem vel ante nuptias donationem esse datam, quæ ad filios vel filias pertinent. Si vero & ipse substantiam idoneam possidet, in hoc casu quasi de suo patrimonio dotem, vel ante nuptias donationem dedisse intelligatur. Poterat enim secundum suas vires dotem pro filia, vel ante nuptias donationem pro filio dare: & consentire filiis suis, quando voluerint partem, vel forte totam suam substantiam, quam habent, paternæ liberalitati pro dote, vel ante nuptias donatione aggregare: ut revera [4] appareat quid ipse velit dare, & quid de substantia filiorum proficiscatur: ne dum effuso sermone sese jactet, in promptum incidat sui periculum. Dat. Kal. Novemb. LAMPADIO & ORESTE, CONSS. 530.

TIT. XII.
DE [5] JURE [6] DOTIUM [7].

De evictione & de dolo.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Nicephoro.

EVicta [8] re, quæ fuerat in dotem data, si pollicitatio [9] vel promissio fuerit interposita: gener contra socerum vel mulierem, seu heredes eorum [10], condictione, vel ex stipulatione agere potest. † Sin autem nulla pollicitatio, vel promissio intercesserit: post evictionem ejus, si quidem res æstimata [11] fuerit, ex empto competit actio. [Sin vero hoc non est factum: si quidem bona [12] fide eadem res in dotem data est, nulla marito competit actio.] Dolo autem dantis interposito, de dolo actio adversus eum locum habebit: nisi a muliere dolus interpositus sit: tunc enim, ne famosa actio adversus eam detur, in factum actio competit. P. P. Data Kalend. August. MUTIANO & FABIANO CONSS. 202.

De eo, qui stipulatus est dotem sibi reddi.

2. Imp. ANTONINUS A. Alluviadi.

SI stipulatio *de restituenda portione dotis datæ* subjecta est, conditioque [13] ejus extitit: habet ex ea actionem is, in cujus personam utiliter concepta commissaque est: Secundum quod si Polla soror tua de restituenda sibi parte dotis habet actionem, eo quod mater vestra donandi animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari: metuere [14] non debet doli exceptionem, quod matri suæ, quæ pactum interposuit, heres ex minore quam dimidia portione extitit: nisi liquido probatum fuerit, matrem ejus mutasse [15] dotis pacti voluntatem, contentamque esse [voluisse] filiam [suam] pro portione hereditatis prælegationibus, maritumque suum [16] exactione liberari voluisse. P. P. Dat. 3. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De manumissione servi dotalis.

3. Imp. ALEXAND. A. Euphemio.

ETsi dotis exactio [17], defuncta in matrimonio filia, potuisset ad patrem pertinere: dotalibus tamen servis maritus [18] testamento directam & fideicommissam libertatem jure dedit, & præstita revocari non debuit: cum & inter vivos manumittendi mancipia dotalia constante matrimonio, liberam habeat maritus facultatem. P. P. 6. Id. Decemb. ANTONINO & ALEXANDRO CONSS. 223.

De universis bonis mulieris.

4. Idem A. Valenti.

NUlla [19] lege prohibitum [20] est, universa [21] bona in dotem marito fœminam dare. P. P. 4. Id. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De æstimatione.

5. Idem A. Statiæ.

QUotiens res [22] æstimatæ [23] in dotem dantur: maritus dominium consecutus, summæ veluti pretii debitor efficitur. Si itaque non convenit, *ut soluto matrimonio restituerentur*, & jure æstimatæ sunt: retinebit eas, si pecuniam tibi offerat. Dat. 3. Id. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De nudo pacto.

6. Imp. MAXIMINUS A. Sulpitio.

AVia tua eorum, quæ pro filia tua in dotem dedit, etsi verborum obligatio non intercessit, actionem ex fide conventionis ad te, si heres extitisti, transmittere potuit. Nec [24] enim eadem causa est patris & matris paciscentium: quippe matris pactum actionem præscriptis verbis constituit: patris dotis actionem profectitiæ nomine competentem conventione simplici minime creditur innovare. Dat. 3. Id. Febr. MAXIMINO A. & AFRICANO CONSS. 237.

De parente, qui ex intervallo stipulatus est.

7. Imp. GORDIANUS A. Marco.

CUm a socero tuo pro uxore dos tibi daretur, si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis, sed postea; socer tuus tecum paciscendo, si id non ex voluntate filiæ suæ fecit, conditionem ejus lædere [25] non potuit. Quandoque enim sola de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendium operari, de jure defenditur. P. P. Dat. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De additamentis.

8. Idem A. Agrippinæ.

ETiamsi non dotem reddi sibi mater, sed *ea, quæ in dotem data sunt, ut* [26] *eam sequerentur, vel ad se pertinerent, in matrimonio defuncta filia*, stipulata sit: durante matrimonio filia decedente, actionem ex stipulatu videri quæsitam, æquissimum esse judicamus. Cui consequens est, ut etiam [27] id [28], quod additamenti [29] causa in dotem datum est, eadem actione repetatur. P. P. Kal. Feb. SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

Qui potiores creditores habentur.

9. Imp. DECIUS A. & C. Urbicanæ [30].

DOtis tuæ potiorem causam magis esse convenit, quam Reipublicæ cui postea [31] idem maritus obnoxius factus est. P. P. 6. Id. Jun. DECIO A. & GRATO CONSS. 251.

De æstimatione.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Ingenuo.

CUm dotem te æstimatam [32] accepisse profitearis: apparet jure communi per pactum quod doti insertum est, formato [33] contractu, ex [34] empto [35] actionem esse. Quis enim dubitet æstimationem [36] a te mulieri deberi, cum periculo [37] tuo res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiantur. P. P. 12. Kal. Maji. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De rebus dotalibus direptis.

11. Iidem AA. & CC. Severæ.

DE his quæ in dotem data ac direpta [38] commemoras, mariti tui esse actionem, nulla est dubitatio. Dat. 10. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 287.

De fundo empto ex pecunia dotali.

12. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

EX pecunia dotali fundus a marito tuo comparatus, non tibi quæritur [39], cum neque maritus uxori actionem empti possit acquirere: at dotis tantum actio tibi competit. Unde aditus Præses provinciæ, si non [te] transegisse repererit, sed ex majore parte dotem consecutam, residuum restitui providebit. Dat. 8. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 287.

Si mater res filiæ in dotem dederit.

13. Iidem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.

SI a matre vestra superstite aliquid ad [40] vos pertinens, in dotem scienti vitrico vestro datum est: intelligitis nullam firmitatem juris dationem habe-

suis ex bonis in dubio dotare, aut donare intelligitur, non ex bonis filii, filiæve cui donat, quantumvis ipsi liberi sint locupletes. *l.* 5. §. 12. *ff. de jure dot.* & 4 Harm. 8. *cap.* περὶ τῶν ἐς προῖκα δοθέντων. *Syn. d. l.* 1. Imo non intelligendus est de suo dotare. *l.* 43. §. 1. *ff. de admin. & peric. tut.* sed potius animo compensandi debiti (quod cuivis debitori, etiam patri, solet accidere. *l.* 22. §. 3. *in fin. ff. solut. matrim.*) & nomine curatorio. *l.* 34. *ff. de neg. gest.* An id receptum est ideo, quod præsumatur pater se obligatione naturali voluisse liberare, ut vult Baldus? An potius, quod pater durius obligatur ex officio suo paterno, quod ex lege est, quam ex gestione & administratione bonorum filiæ? ut ita in duriorem casum videatur promittere & solvere. *l.* 4. *l.* 5. *ff. de solut.* ut vult Mynsing. 5. *obs.* 32. An potius quod inter conjunctissimas personas donatio facile præsumitur? An quia dans vel promittens, in dubio intelligitur promisisse de suo, ut vult Alciatus 1. *præsumpt.* 26. Placet summopere definitio Leonis *Novell.* 21. Patrem solum conveniri, quoties solus promiserit: si cum filio, æqualiter teneri, nisi inæqualiter promiserit. Alii notant patrem in dubio præsumi suis ex bonis dotasse filiam, nisi inops sit, nisi filia legitime consentiat, nisi pater gerat negotia filiæ, nisi pater sit naturalis tantum: his enim casibus præsumi, non ex propriis bonis, sed ipsius filiæ, filiam ipsam dotare. adde Campegium *tract. de dot. part.* 1. *quæst.* 16. 1 Paternum officium est, dotare filias, vel donationem propter nuptias dare. vid. quæ dixi ad *l.* 19. *in fin. ff. de ritu nupt. l.* 81. *pro socio.* 2 Dos semel data revocari non potest. 3 Pater qui ex suis, & maternis filiæ bonis filiam dotat, dotis causa suo nomine tenetur, nisi sit inops. 4 Vide Hotom. 8. *consil.* 5 Dixi ad *lib.* 23. *ff.* 3. 6 Id est, causa, conditione, natura. 7 De dotium origine, notatione: An dos sit quid universale: An dos promissa, vel soluto matrimonio, vel modica, sit dos: vide Costanum *tract. de dotib. cap.* 12. An dos filiæ tantum naturali debeatur, & inhoneste viventi: An pater filiam locupletem dotare teneatur: An dotanda sit filia, quæ inscio patre nupsit, vel patri ingrata fuit, vide eundem *ibid. c.* 3. Quid res extra dotales, seu extra dotem, vel paraphernales? vide *l.* 29. *C. h. t. l.* 9. §. 3. *ff. de jur. dot* 4. Harm. 4. *Synops. Basil.* 29. *tit.* 1. 8 Vide *l.* 16. *ff. h. t.* ut hinc colligas esse actionem de evictione ex dote, *ut hic, & l. un.* §. 1. *C. de rei uxor.* est & ex venditione, permutatione, in solutum datione, adjudicatione, articulo do ut facias, *l.* 52. *ff. de evict.* ex donatione si ἐπ' ἀντιδώρῳ quis donaverit. *l.* 2. *Longob. de evict.* est & ex investitura. 2. *Feud.* 8. ubi vid. *Cujac.* 9 Dictio: ita scriptum fuisse Cujacius refert ad 6. *Ulp.* causam dixi *l.* 6. *supr. de dot. promiss. in fin. l.* 49. *ff. de jure dot.* 10 *l.* 13. *C. h. t.* 11 Sensus legis hic est, Ubi constitutio dotis incipit a promissione, re evicta potest agi de evictione: ubi incipit a traditione, de evictione non agitur, nisi res æstimata data sit, vel dolus dantis, vel tradentis intercessit. 12 *l.* 69. §. 7. *ff. de jure dot.* 13 Conditionis eventu nascitur actio. 14 Vide *l.* 9. *ff. de reg. jur.* 15 Id enim potest, *l.* 72. *in fin. ff. h. t.* 16 Vide *l.* 11. *ff. de dot. prælegata.* 17 Dotis exactio an ad patrem redeat, filia in matrimonio defuncta superstitibus liberis, vide *l. dos a patre* 4. *C. sol. matrim.* 18 Dotalis servus potest per maritum in testamento, & inter vivos manumitti. *l.* 21. *ff. de manumissionib.* rataque ejusmodi libertas est, etiamsi socero competat dotis exactio, filia in matrimonio defuncta. *Synops. Basil.* 38. *tit.* 1. *c.* 89. 19 Permissa intelliguntur, quæ nulla lege prohibita sunt. vide *l.* 7. *C. de religios. & sumpt. fun.* proinde facile libertatem præsumimus. 20 Imo, prohibitum minori. *l.* 9. §. 1. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 1. *C. si advers. dot.* & in fraudem alicujus liberorum. *l. unic. C. de inoff. dot.* vel prioris matrimonii. *l.* 6. *C. de secund. nupt.* idem dicendum si mulier decepta. *l.* 6. *in fin. l.* 12. §. 1. *in fin. ff. h. t.* adde Forcat. 27. *Necyom.* 21 *l.* 72. *ff. h. t.* etiam immobilia, *l.* 62. *ff. h. t. l. ult. in fin. C. si major. fact. alien.* non solum præsentia, sed & futura. Bald. *hic.* 22 Dotem æstimatam accipiens, non res ipsas, sed earum pretium consequutus intelligitur. Ideoque soluto matrimonio non res ipsas, sed earum æstimationem reddere potest. *Synops. ibid. c.* 92. & 4. Harm. 8. §. 5. si modo nihil de electione conventum fuerit, *ut hic. l.* 10. §. *ult. ff. h. t.* 23 Vid. *l.* 10. *C. h. t.* 24 Pater dotans filiam non potest sibi quærere actionem, nisi per stipulationem: cæteri etiam possunt nudo pacto, *ut hic.* Hodie videtur patri dari actio ex stipulatu, etiamsi nulla interposita sit stipulatio. Nam stipulationes & hypothecæ inesse dotibus intelliguntur. *l. un.* §. 1. §. 6. *C. de rei uxor. act.* 25 Jus filiæ quæsitum facto patris, non potest patris facto ea non consentiente mutari, *ut hic, & l.* 28. *ff. h. t. l.* 6. *C. de pact. convent. l.* 7. *ff. de pact. dot.* 26 Hinc colligunt, Sensum magis spectari quam verba. 27 Dotis augmentum eadem dos censetur, non alia & nova: hoc est, eandem dotem esse finit, non aliam efficit: ideoque velut pars dotis iisdem privilegiis fruitur, quibus & ipsa dos; sive lucrum spectes, sive facultatem donandi filiæ, sive hypothecæ tacitæ privilegium, sive jus stipulationis interpositæ pro ea reddenda, ut multis notat Rol. a Valle *tract. de lucro dotis. c.* 100. 28 Dotis stipulatio trahitur ad augmentum dotis, *ut hic*; licet stipulatio stricte intelligi soleat. *l. quidquid adstringendæ.* 99. *ff. de verb. oblig.* 29 Dispositum in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum. *Bald.* adde *l.* 26. *in princ. C. de usur.* 30 Urbicariæ. 31 Inter fiscum & mulierem prælatio sumitur ex tempore. *Bald.* dicam ad *l.* 2. *C. de privil. fisci.* 32 *l.* 5. *supr. h. t.* 33 Pacta dotalia formant contractum. *l.* 1. *C. de pact. convent. l.* 7. §. 5. *ff. de pact. dot.* vide Cujac. 2. *obs.* 15. 34 Dotem æstimato acceptam vir tueri potest actione ex empto: & cur. 35 Æstimata res ubi datur in dotem, tenetur mulier viro actione ex empto. 36 Soluto matrimonio rerum æstimatarum pretium mulieri a marito debetur. 37 Dotis æstimatæ periculum, & commodum maritum sequitur. *l. un.* §. 9. *in fin. C. de rei uxor. act. l.* 51. *ff. solut. matrim. l.* 10. *in pr. l.* 42. *ff. de jure dot.* 4. Harm. 8. §. 1. 38 Pro rebus dotalibus direptis agit maritus non uxor. *l.* 49. *in fin. ff. de furtis.* 39 Dotalibus nummis comparatum non, est in uxoris dominio: sed si partem dotis mulier consequuta fuerit, neque transegerit, de residuo dotis agere poterit. Quippe non debet harum rerum ita emptarum dominium vindicare. *l. ult. C. de servo pignor. dato l.* 55. *in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. l.* 49. *in fin. ff. de furtis. Syn. Basil. h. t. cap.* 98. & 4. Harm. 8. §. 29. & 37. Cujac. 5. *obs.* 29. Imo quæritur, fitque dotalis. *l.* 54. *ff. h. t.* & 4. Harm. 8. §. 29. Fit dotalis, si maritus non sit solvendo. dixi ad *d. l.* 54. & sic in subsidium. 40 Mater non

re

re, ſi neque pollicitatio [1], neque ſtipulatio interceſſit. Dat. Prid. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 287.

An de bonis maternis filia dotanda ſit.

14. Iidem AA. & CC. Baſiliſſæ.

NEque mater [2] pro filia dotem dare cogitur, niſi ex magna & probabili cauſa, vel lege ſpecialiter [3] expreſſa: neque pater [4] de bonis uxoris ſuæ invitæ ullam dandi habet facultatem. Dat. Non. Novemb. *Philippopoli*, AA. CONSS. 287.

De inſtrumentis.

15. Iidem AA. & CC. Ulpiano.

CUm citra [5] fidem etiam inſtrumentorum datam dotem aliunde probanti, poſt divortium quondam uxoris tuæ ſecundum bonam fidem reſtitui debere conſtet: amiſſis etiam inſtrumentis ſine dubio cætera probationum indicia [6] jure prodita non habentur irrita. Dat. 8. Kalend. Auguſt. *Sirmii*, AA. CONSS. 287.

De re communi.

16. Iidem AA. & CC. Æmilio.

ANte [7] diviſionem ſoror tua inteſtato patri etiam ipſa ſuccedens, pro indiviſo portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur. Dat. Non. Julii, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De proprietate & uſufructu.

17. Iidem AA. & CC. Sabino.

RES, quas [8] uſufructu ſibi deducto ſocrus [9] in dotem dedit, venundando auferre [10] tibi non poteſt. Dat. Nonis Julii, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

18. Iidem AA. Meneſtrato.

SI ſocrus tua fundum deducto uſufructu uxori tuæ donavit, tibique in dotem uxor quidem proprietatem [11], ſocrus autem uſumfructum dedit: uxore tua rebus humanis in matrimonio exempta, fundum apud te remanſiſſe ſecundum [12] placiti inter vos fidem non ambigitur. Nam ſi acceptura certum quid annuum, filiæ ſuæ uſumfructum locavit: mortua [13] conductrice, uſusfructus extingui minime potuit. Dat. 14. Kalend. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

An actio filiæ per patrem quæratur.

19. Iidem AA. & CC. Achilli.

CUm patrem pro filia dotem tibi dantem, *ſi poſt mortem ſuam in matrimonio conſtituta rebus humanis eadem eximatur, partem dimidiam dotis Amniæ reddi*, pactum proponas: poſt vero teſtamento facto, cum aliis etiam Amniam heredem ſcripſiſſe, nec Amniam quicquam ex ſtipulatu petere velle ſanxiſſe: ſi quidem hanc ſibi reddi ſecundum fidem pacti ſtipulatam Amniam non probetur, ex [14] alieno pacto non prorſus ei ulla competit actio. Si vero ex ea verborum [15] conceptione ſibi Amnia quæſivit obligationem, ac tibi teſtatorem proſpexiſſe probetur: contra eam ex ſtipulatu poſt eventum conditionis petentem, quatenus accepit ex defuncti voluntate, quæ fuit ſtipulata, exceptione (ſalva Falcidia) uti potes. Dat. 13. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De fructibus.

20. Iidem AA. & CC. Tiberio.

PRo [16] oneribus matrimonii, mariti lucro fructus totius dotis eſſe, quos ipſe cepit: vel ſi uxori capere donationis [17] cauſa permiſit, eum, in quantum locupletior [18] facta eſt, poſſe agere manifeſtiſſimi juris eſt. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De æſtimatione.

21. Iidem AA. & CC. ad Geminium.

SI inter virum & uxorem [19] pactum ſit interpoſitum, *Ut ſi matrimonium intra quinquennii forte tempora quoquo modo eſſet diſſolutum, ſpecies* [20] *æſtimatæ doti datæ, pretiis* [21], *quibus æſtimatæ ſunt, redderentur* [22]: manifeſtum eſt non [23] pretia ſpecierum dari, ſed ipſas ſpecies debere reſtitui: cum in placitis ſpecierum reddendarum idcirco pretiorum nomen videatur annexum, ne, ſi ſpecies aliqua deminuta fuiſſet aut perdita, alio pretio, quam quo taxata fuerat, repoſceretur. Dat. Nonis Auguſt. *Agrippinæ*, CC. CONSS. 293.

De alienatione.

22. Iidem AA. & CC. Libyanæ.

REm quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec recepit, alienare [24] non poteſt. Dat. 5. Kal. Decemb. iisdem CC. CONSS. 293.

23. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI prædium uxor tua dotale [25] venundedit: ſponte necne contractum ratum habuerit, nihil intereſt: cum rei tibi quæſitæ dominium [26] auferre nolenti minime potuerit. Dat. 5. Kal. Octob. *Viminacii*, CC. CONSS. 293.

An dos revertatur ad eum qui dedit.

24. Iidem AA. & CC. Aurelio & Lyſimacho.

SI dotem marito libertæ veſtræ dediſtis, nec eam *reddi ſoluto matrimonio vobis* in continenti pacto, vel ſtipulatione proſpexiſtis: hanc, culpa [27] uxoris diſſoluto matrimonio penes maritum remanſiſſe conſtitit: licet eam ingratam circa vos fuiſſe oſtenderitis. Dat. 6. Kalend. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS. 293.

Si mulier ſtipuletur dotem ſibi reddi, teſtandi cauſa.

25. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

SI mulier dotem a viro dari ſtipuletur, *Ut* [28] *de ea teſtari poſſit*: cum ordinationis teſtamenti cogitatio, mortis antecedens [29] tempus ſignificet, nec [30] conditionem, ſed cauſam contineat, inteſtata [31] quoque muliere defuncta, ſtipulationem committi proficiet. Dat. 3. Id. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

Si pater dotans ſtipuletur extraneo.

26. Iidem AA. & CC. Demoſtheni.

SI genero [32] dotem dando pro filia pater communis [33] *eam reddi tibi extraneo* [34] *conſtituto* ſtipulatus eſt, nec ſibi ceſſante voluntate, nec tibi prohibente jure, quærere potuit [actionem]. Dat. 6. Kal. Jan. ipſis CC. CONSS. 294.

De oneribus hereditariis.

27. Iidem AA. & CC. Pompejano.

LIcet dos jure penes maritum remanſerit: pro rebus tamen hereditariis ſucceſſores, non maritus [35] quondam, ſolennibus penſitationibus parere debent. S. 6. Kal. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De muliere minore vigintiquinque annis.

28. Imp. ZENO [36] A. Æliano P.P.

MUlier in minori ætate conſtituta, dotem marito, conſentiente generali [37], vel ſpeciali curatore, recte dare & exigere [38] poteſt: licet ipſe tempore creationis fidejuſſorem in minorem [39] quam dos eſt, quantitatem dicitur præſtitiſſe. † Hoc idem obſervatur, & ſi minor ante nuptias donationem conſentiente (ut dictum eſt) curatore fecerit. Dat. Kal. Jan. BASILIO II. & ARMATIO [40] CONSS. 476.

De viro vergente ad inopiam.

29. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

UBi [41] adhuc [42] matrimonio conſtituto [43] maritus ad inopiam [44] ſit deductus, & mulier ſibi proſpicere [45] velit [46], reſque ſibi ſuppoſitas pro dote, & ante nuptias donatione, rebuſque extra [47] dotem conſtitutis tenere, non tantum mariti res ei tenenti, [48] & ſuper his ad judicium voca-

poteſt dare rem filiorum pro dote ſua. *Bald.* denique non poteſt dotem ſibi conſtituere ex bonis filiorum: licet hoc ἀντίδωρον naturale liberi videantur quodammodo matri debere, ut & alimenta. 1 *l.* 1. *§. h.t.* 2 Mater non cogitur filiam dotare, niſi ex cauſis expreſſis in jure: *ut hic:* aliud in patre. *l.* 19. *ff. de ritu nupt.* 3 Dotare filiam mater non cogitur, ſed nec ex bonis uxoris filiam dotare pater facultatem habet. 4. Harm. 8. §. 49. Quinimo pater receptam dotem, quam pro filia dederat, in ſecundas ejus nuptias ſervare debet. *ibid.* §. 50. *l.* 19. *ff. de ritu nupt.* 4 Pater dotare filiam non poteſt de bonis uxoris ſuæ invitæ. 5 Dos citra ſcripturam dari poteſt. Ideoque etſi data fuerit interveniente ſcriptura, & inſtrumenta perierint, nihilominus dos petitur, ſi modo probetur datam fuiſſe. *Synopſ. Baſil. h. t. c.* 101. 4. Harmenop. 8. §. 17. Amiſſio inſtrumentorum dotalium non præjudicat doti. adde *l. un.* §. 1. *verſ. & nemo.* J. *tit. prox.* 6 *l. ult. ſupr. de prob.* 7 Communio non impedit partem pro indiviſo dari in dotem. *l.* 1. *ſupr. comm. divid. l.* 14. *ſupr. de contrab. empt. l.* 3. *ſupr. de comm. rer. alien. l. ult.* J. *de litigioſis. l.* 11. J. *de donat.* 8 Quarum, Accurſius, Cujac. 17. *obſ.* 6. ut ſit σύλληψις, ſicut in *l.* 24. *ſupr. familiæ erciſc. l.* 14. J. *de fideicomm.* 9 Tua ſcilicet. 10 Et ita auferendo proprietatem. Hoc innuitur, proprietatem alienari non poſſe invito proprietario. *l.* 11. *ff. de reg. jur.* 11 *l.* 22. *l.* 23. J. *h.t.* 12 Ejuſdem rei proprietas in dotem dari poteſt ab uxore, ejuſdem rei uſusfructus ab uxoris matre. 13 Morte conducentis non extinguitur uſus formalis. *Salic.* 14 Pater filio emancipato ſtipulari non poteſt. Nam alieno ex pacto non datur actio. *l.* 26. J. *h.t. l.* 27. §. 4. *in fin. ff. de pactis. l.* 1. J. *inter alios acta.* Nota textum. adde quæ notavi ad *l.* 38. §. 17. *ff. de verb. oblig.* 15 Stipulatio eſt verborum conceptio. Paul. 2. *ſent.* 3. §. *unic.* 16 *l.* 21. §. 1. *ff. de donat. int. vir.* 17 Fructus dotis a marito uxori donari poſſunt. Donati tamen poſſunt repeti, qua facta eſt uxor locupletior. 18 *l.* 50. *in fin. ff. de donat. int. vir.* 19 Pro intellectu hujus legis vide Ant. Fabr. *de re nummaria cap.* 2. *num.* 17. 18. 19. Anſ. 20 *l.* 5. *ſupr. h.t.* 21 *l. ult. ff. de pactis dotal. l.* 50. *ff. ſoluto matrim.* 22 Si modo extent. *l.* 1. J. *ſoluto matrim.* 23 Æſtimatam rem qui reſtituere ſub eadem æſtimatione tenetur, de ipſa re, non de æſtimatione tenetur: & ita hoc caſu, res eſt in dote, non æſtimatio. 24 *l.* 17. *§. h.t. l.* 21. J. *de donat.* 25 Uxor prædium dotale inæſtimatum non poteſt vendere, nec vendenti marito conſentire. *Inſt. quib. alienare licet. in pr. l. unica.* §. 15. J. *de rei uxor. act.* 26 Dotis dominium an ſit penes uxorem, vel virum, vide *l.* 30. J. *h.t.* & an res dotales pereant, aut ſint periculo mariti vel uxoris, vide Coſtanum *tract. de dotib. c.* 5. *d. l.* 17. 27 Dos culpa mulieris amiſſa non revertitur ad eum, qui dedit, niſi id ſibi ſtipulatus ſit. adde *l.* 69. §. 6. *ff. de jure dot.* 28 Dedit mulier dotem, ut de ea teſtari poſſet, non eſt teſtata, committitur ſtipulatio: quia non fuit conditio ſuperioribus verbis appoſita, ſed cauſa efficiens, & impulſiva. Defectus cauſæ impulſivæ jus agendi non impedit. 29 Teſtamentum mortem antecedit, neque locum habet niſi mortuo teſtatore. 30 Do tibi aliquid ut de eo teſtari poſſis? Datio non eſt conditionalis, ſed cauſalis. 31 Vide *l.* 4. J. *de contr. ſtipul.* 32 Vide Gœdd. *de contr. ſtip. cap.* 10. *num.* 43. *& ſeqq.* Anſ. 33 Titius, nomine Cajæ filiæ, Sempronio genero dotem conſtituit, eamque reddi Demoſtheni emancipato ſtipulatur? non eſt utilis ſtipulatio, cum pater non poſſit ſtipulari filio emancipato: nam emancipatus patri eſt extraneus. Extraneo non poſſumus ſtipulari. *l.* 19. *ſupr.* adde *l.* 4. *l.* 7. J. *de pactis convent. l.* 45. *ff. ſolut. matrim.* 34 Emancipato. 35 Maritus dotem uxoris, pacto lucratus eſt: mortua uxore, hereditatis ejus nomine penſitationes ſunt præſtandæ, uxoris heredes conveniendi, non maritus: & ita onera hereditaria ſpectant ad heredes uxoris, non ad maritum dotem uxoris lucrantem. adde *l.* 72. *ff. h.t.* 36 Hæc conſtitutio Zenonis ad Ælianum ſcripta, diſciſſa a Triboniano fuit in tres partes: quarum una hic continetur: altera in *l. ult. ſupr. de in integr. reſtit.* tertia in *l. ult.* J. *de magiſtratibus conveniendis.* 37 Curator dotis conſtituendæ cauſa generalis, vel ſpecialis conſtitui poteſt. *l.* 61. *ff. h.t.* 38 Et exigi: ita legendum eſſe Cujacius monet 16. *obſerv.* 14. 39 In eo minor mulier læditur; ut cui cautum non ſit in integram dotem. vitium hoc ne dicas accidiſſe dolo curatoris, ſed ſcribæ. *l. ult.* §. *de magiſtratibus conveniendis.* Res ergo ita habet: Minor mulier centum dedit in dotem curatore adhibito & conſentiente. Curatoris non vitio, ſed ſcribæ (hoc ſupplendum ex *d. l. ult.*) fidejuſſor accipitur a mulieris minoris marito in octoginta & ita minorem in quantitatem. Minor dotem inutiliter datam eſſe contendit, petitque reſtitui? non eſt audienda, cum jure communi uſa ſit. *l. ult. §. de in integ. reſtit. l.* 51. §. 4. *in fin. ff. de fidejuſſoribus, l.* 116. §. 1. *ff. de reg. juris.* dotem enim conſtituit adhibito curatore: & tamen ſubvenietur data ei actione in ſcribam, cujus vitio fidejuſſor in minorem quantitatem acceptus eſt: Ex his itaque tribus legibus coactis in unam, alia ex alia clariſſimam lucem accepit: adde Cujacium 16. *obſerv.* 14. 40 Male adjungitur Baſilio Armatius, quia non cum Baſilio, ſed cum Baſiliſco fuit Conſul, cujus memoria damnata. *l.* 16. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* adeo ut ſolum Armatii nomen in inſcriptione ponatur, non Baſiliſci. Scribe itaque, Dat. Kalend. Jan. C P. Baſilio V. C. Cos. Nam is Baſilius conſul fuit ſolus. adde Cujac. 16. *obſerv.* 14. 41 Dotis, donationis ante nuptias, & extradotalium rerum nomine, mulier etiam conſtante matrimonio, res mariti inopis (hæc cauſa ſive circumſtantia maxime hic ſervanda eſt) tanquam ex hypotheca tenere poteſt: Nam ſive conveniatur a creditoribus mariti, exceptionem habet: ſive agat, vincere debet. Neque ei obſtat quod nondum ſolutum ſit matrimonium: nam hoc caſu res mariti ita accipere poteſt, quaſi ſi matrimonium ſolutum foret, atque ipſi dotis petitio competiiſſet. Cæterum creditores, ſi quas actiones habere ſe putant, iis experiri debent adverſus virum, vel res ipſius quas poſtea forte adquiſivit. Mulier nihil interea poteſt alienare, dum maritus vivit, quippe nullam aliam ob cauſam res eas mulier conſequitur, quam ut fructus earum percipiat, & ſe cum marito communibusque liberis alat. *Synopſ. Baſil.* 29. *tit.* 1. *c.* 113. *&* 4. Harmen. 8. §. 38. 42 Ante diem agi non poteſt. *l.* 1. *§. de plus petit. cap. unico extr. de plus petit.* fallit ſi maritus ad inopiam vergat, *ut hac lege*, fallit ſi debitor fugit. *l. ait prætor.* 10. § *ſi debitorem.* 16. *ff. de his, quæ in fraudem.* aut ſuſpectus eſt. *l. ſi fidejuſſor.* 7. *in fin. ff. qui ſatisdare.* Joan. Andr. *in cap. unic. de plus petitionibus.* 43 Id eſt, conſtante. *Novell.* 97. *cap.* 6. *in princ. verſ. Quia enim.* 44 *l.* 30. *in fin.* J. *h. t. l.* 24. *ff. ſolut. matrim.* 45 Periculum enim eſt in mora. 46 Vide Sarmient. *l.* 3. *ſelector. c.* 12. Contium *lib.* 1. *diſput. c.* 7. Mod. 47 Paraphernalia intelligit, de quibus vide *l.* 8. *l. ult.* J. *de pactis conventis. l.* 9. §. 3. *ff. de jure dot.* Dos, donatio propter nuptias & res paraphernales, diverſæ. 48 Voluntate etiam mariti.

tæ, exceptionis [1] præsidium ad expellendum ab hypotheca secundum creditorem præstamus: sed etiam si ipsa contra detentatores rerum ad maritum suum pertinentium, super iisdem hypothecis aliquam actionem [2] secundum legum distinctionem moveat, non [3] obesse ei matrimonium adhuc constitutum sancimus, sed ita eam posse [4] easdem res vindicare, vel a creditoribus posterioribus [5], vel ab aliis qui non potiora jura legibus habere noscuntur, ut potuisset si matrimonium eo modo dissolutum esset, quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat: ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi vivente marito, & matrimonio inter eos constituto: sed fructibus earum ad sustentationem, tam sui [6] quam mariti [7], filiorumque [8], si quos habet, abutatur. Creditoribus scilicet mariti contra eum ejusque res, si quas postea forte acquisierit, integra sua jura habentibus, ipsis etiam marito & uxore post matrimonii dissolutionem super dote, & ante nuptias donatione pro dotalium instrumentorum tenore integro suo jure potituris. Dat. [9] 3. Idus Decemb. D. N. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de æqual. dot. §. illud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 6.

Donationem quoque propter nuptias in hoc casu constante matrimonio vindicare potest [10].

De rei vindicatione & actione hypothecaria.

30. Idem A. Demostheni P. P.

In rebus dotalibus [11] sive mobilibus, sive immobilibus [12], seu se moventibus, [si tamen extant [13],] sive æstimatæ, sive inæstimatæ sint [14], mulierem in his vindicandis omnem habere post dissolutum matrimonium prærogativam [jubemus], & neminem creditorum mariti, qui anteriores [15] sunt, posse sibi potiorem causam in his [16], per hypothecam vindicare, cum eædem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter [17] in ejus [18] permanserint dominio. Non enim, quod legum subtilitate [19] transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei [20] veritas deleta vel confusa est. Volumus itaque eam in rem actionem in hujusmodi [21] rebus quasi propriis habere, & hypothecariam [22] omnibus anteriorem possidere: ut sive ex naturali [23] jure ejusdem mulieris res esse intelligantur, sive secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam pervenisse [videantur], per utramque viam, sive in rem, sive hypothecariam, ei plenissime consulatur. † Omnis autem temporalis exceptio, sive per usucapionem inducta, sive per decem, sive per viginti annorum curricula, [sive per triginta vel quadraginta annorum metas,] sive ex alio quocunque tempore majore, vel minore sit introducta: ea mulieribus ex eo [tempore] opponatur, ex [24] quo possunt actiones movere, id est, opulentis quidem maritis constitutis, post dissolutum matrimonium: minus autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum esse claruerit: cum constante etiam matrimonio posse mulieres contra maritorum parum [25] idoneorum bona hypothecas suas exercere, jam nostra lege humanitatis intuitu definitum sit: ficti divortii falsa [26] dissimulatione in hujusmodi causa quam nostra lex amplexa est, stirpitus eruenda. Recitata septies [27] in novo consistorio Palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

Cum extraneus, i. e. non habens in potestate, dat dotem pro muliere, datio respectu viri dicitur donatio ob causam, respectu mulieris donatio simplex: nec indiget insinuatione: licet olim secus. Salic.

De insinuatione dotis, & donationis ante nuptias. 2. De mora & de usuris.

31. Idem A. Juliano P. P.

Cum quidam dotes pro mulieribus dabant, sive matres, sive alii cognati, sive extranei: recte quidem eas mariti sine monumentorum observatione suscipiebant. Cum autem mulier redhibitionem casus [28] stipulabatur, & hujusmodi fortuitus casus evenisset: ipsa mulier, utpote a se non facta donatione, propter hoc quod monumenta deerant, necessitatem habebat actiones in hujusmodi casu ad eum qui dotem dedit, per cessionem transferre, vel ipsas res reddere: & ita inveniebatur forsitan post prolixa matrimonii annorum curricula, & liberos forte editos infelix [29] mulier indotata. Sancimus itaque in [omnibus hujusmodi casibus] nullis monumentis [30] rem indigere, sed in omni persona ratas esse hujusmodi donationes: & mulierem ipsam dotem suam habere, (cum fortuitus casus hoc lucrum ei addiderit) & firmiter hoc apud eam permanere: nisi ipse qui ab initio dotem dedit, sibi dari in hujusmodi casum stipulatus sit: tunc etenim cum neque ab initio suspicio aliqua liberorum concurrit, sed sibi omnem [31] rem ille qui dotem dedit, pepigerit, hujusmodi tractatus habere locum non potest: atqui in aliis omnibus casibus in quibus ipse non est stipulatus tristitiæ suæ mulier hoc proprium habeat solatium per actionem dotis. §. 1. Simili quoque modo si quis extraneorum, (id est, qui eum pro quo dat, non in potestate habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturæ mulieri dederit, & necessaria monumenta adhibuerit: cum excedat summam legitimam donatio, vel non minor [32] materfamilias nuptura sit, non solum ad eam cui ante nuptias donatio datur monumenta suam adhibeant firmitatem, sed [33] etiam ad illum pro quo dedit: ut si lucrum ei ex dotalibus pactis accesserit, hoc non cedat donatori, sed in suum lucrum hoc maritus convertat, firmumque & irrevocabile habeat, nisi donator, & hoc [sibi] reddi hujusmodi casu fuerit stipulatus, ne & in præfato casu simile anteriori vitium oriatur. Sin autem minor quantitas sit, vel ita res gesta sit, ut monumentorum ex omni parte nulla sit utilitas, tunc & donatio ad utramque personam valeat, & maritus causam lucretur: nisi & hic donator eam sibi stipulatus sit. §. 2. Præterea sancimus, si quis in dotem vel prædia, vel certum reditum, vel ædes, vel panes civiles spoponderit, vel promiserit: si ex tempore matrimonii biennium [34] transactum sit, illico redituum, vel pensionum, necnon panis civilis [35] quæstum [36] eum præstare, etiamsi non fuerint adhuc res principales traditæ: & si tota dos in auro sit, itidem post biennium usuras [37] usque ad tertiam partem centesimæ præstari. Sin autem aliæ res præter immobiles, vel aurum fuerint in dotem datæ, sive in argento, sive in muliebribus ornamentis, sive in veste, sive in aliis quibuscumque, si quidem æstimatæ fuerint, simili modo post biennium, & earum usuras ex tertia parte centesimæ currere: æstimatione earum (quia & hoc apertius declarari oportet) ea intelligenda quæ pro singulis speciebus facta est, vel pro unoquoque genere dotalium specierum, id est, pro argento, vel ornamentis, vel veste, vel aliis speciebus, & non esse expectandam post singulas æstimationes unam [38] coadunationem totius calculi: quod satis scrupulosum, & per nimiam subtilitatem perniciosum est. Sin autem minime res mobiles fuerint æstimatæ, ea post biennium observari, quæ leges post litem [39] contestatam pro omnibus hujusmodi rebus definiunt.

† Sin vero res permixtæ fuerint, & partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus vel immobilibus, pro jam facta divisione [40] omnia procedere: licentia minime deneganda marito, quando voluerit, dotem petere.

† Nec is qui debet [41], putet sibi licentiam esse, reditus vel pensiones, vel usuras, vel alias accessiones solventi [42], dotis solutionem protelare: sed sive ante biennium, sive postea voluerit: dotem pars mariti petere queat, & secundum leges eam exigere. Dat. 12. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XIII.

DE [43] REI UXORIÆ [44] ACTIONE [45] IN EX STIPULATU ACTIONEM TRANSFUSA [46], ET DE NATURA DOTIBUS PRÆSTITA.

Pro dote bona sunt tacite obligata. Bald.

1. Imp. JUSTINIANUS A. ad populum urbis Constantinopolitanæ, & ad universos provinciales.

Rem in præsenti [47] non minimam aggredimur, sed in omni pene corpore juris effusam, tam super rei uxoriæ actione, quam ex stipulatu: earum communiones, & differentias resecantes, & in unum tramitem ex stipulatu actionis totum rei uxoriæ jus quod dignum esse valere censemus,

Novell. 22. *c.* 39. 1 Uxor mariti res tenens, exceptione adversus agentes mariti creditores juvatur. Possidenti datur exceptio, non possidenti actio. 2 Dotales res etiam constante matrimonio viro ad inopiam redacto mulier actione instituta potest petere. An directa in rem? ut vult Harm. 4. *tit.* 8. §. 29. An utili? ut Cujac. 5. *obs.* 29. Hanc rationem Harmenopulus adfert, quod hypothecaria mulier res etiam viri avocet. 3 Ratio dubitandi videbitur hæc esse, mulierem agere non posse dotis suæ nomine constante matrimonio. 4 Mulier constante matrimonio, viro ejus vergente ad inopiam, non modo contra eum, sed etiam contra tertios possessores bonorum mariti potest agere, ut consequatur dotem, donationem propter nuptias & res paraphernales collocet in tuto, ut his omnibus marito, filiis, ac familiæ possit prodesse, *ut hic. & l.* 24. *ff. solut. matrim.* vide Roland. a Valle 1. *cons.* 9. *n.* 12. Nec cogitur mulier, antequam agat, adversus creditores possessores discutere mariti bona. Idem *ibid. n.* 20. 21. 22. *& seqq.* Quid si creditores mulieri dotis æstimationem offerunt? Idem Rolandus negat (*num.* 39. 40.) creditorem admitti: quin *l.* 1. *C. si antiq. credit.* huc non pertinere existimat. 5 Ergo non ab interioribus expressam saltem habentibus? dixi ad *Novell.* 109. *cap.* 1. *& in l. assiduis.* 12. *C. qui potiores.* 6 Gradus amoris ab uxore præstandi observa: ut se, maritum & liberos alat. Charitas bene ordinata incipit a seipsa. 7 Sive dos sit apud virum, sive apud mulierem, oneribus matrimonii debet inservire: *Femme separée de biens, est tenue de nourrir la famille de son mari, si elle a dequoy.* 8 Et merito. Nam licet separationem bonorum postulet, non renunciat tamen affectui materno: id est, alendis liberis. 9 Theodorus vetus interpres in *l.* 1. §. 1. *C. de rei uxor. act.* refert in extremo hujus legis dici, mulierem posse renunciare his, quæ sibi competunt, hypothecis: quo nomine Contius 1. *lect.* 7. monet superiora Theodori verba hic adjicienda. quod Cujacio displicet 13. *obs.* 25. Negat enim a Theodoro constitutionem, ut vocat πραιμένην intelligi hanc legem, sed eam ipsam in quam scripsit, id est, *l. un.* §. 15. *C. de rei uxor. act.* quæ circa finem ex Anastasiana constitutione tradit, mulieribus licere renunciare hypothecis, lege introductis propter causam dotis. 10 Ut dominus. 11 Vide Bald. Novell. *de dote* 8. *part. princ.* Et quatenus in praxi obtineat hoc dotis privilegium, Censur. Forens. nostr. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 3. *& seqq.* S. L. 12 Vide *l.* 93. *ff. de verb. sign.* 13 Mulier res suas extantes vindicat. 14 Vide Corasium *lib.* 5. *miscell. c.* 14. *& ad l. naturaliter. §. nihil commune. pag.* 293. *de acq. poss.* Zasium *lib.* 2. *intellect. c.* 5. Jo. Robert. *lib.* 3. *sent. jur. c.* 18. Quæsad. *lib.* 1. *quæst. jur. c.* 14. Guterium *part.* 1. *resol. c.* 3. *num.* 19. Mod. 15 De prærogativa dotis dixi ad *Novell.* 97. *cap.* 6. 16 Rebus scil. mulieris extantibus. 17 Id est, naturali jure. *C. h. t.* jure gentium. Dotis igitur dominium constante matrimonio naturaliter est uxoris. 18 *l.* 75. *ff. h. t. l.* 21. §. 4. *ff. ad municipal.* 19 Res dotales inæstimatæ manent uxoris: æstimatæ, subtili jure sunt mariti, naturali mulieris, si tamen extent, *ut hic.* Imo, jure naturali res hujusmodi sunt mariti, dominium earum rerum per traditionem adepti. *l.* 20. *C. de pactis.* §. 40. *Inst. de rer. divis.* Si traditionis initium spectamus, res ita fuerit; si exitum, puta quod res dotales plerumque redeant ad mulierem soluto matrimonio morte aut divortio, falsum. vide Cujac. 10. *observ.* 32. 20 Fictio & subtilitas non mutat rei veritatem. 21 Extantibus scil. 22 Si res hujusmodi sunt mulieris, quæ pignori eidem mulieri esse possunt? *l.* 45. *ff. de reg. jur.* Favore dotis id receptum dicimus. Nam si juris subtilitatem spectamus, mulier hypothecaria utetur in res suas extantes juris subtilitate (id est, æstimatione earum) mariti factas: si jus naturæ, quo res ejus dotales extantes ejus esse dicuntur, vindicatione: & ita diverso respectu diversis plane actionibus utetur mulier. 23 Naturaliter. *ut supr.* 24 Nulla dotis nomine currit præscriptio, antequam agi possit. *l.* 7. §. 4. *in fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* 25 *l.* 9. *supr. h. t. l.* 24 *ff. solut. matrim.* 26 Eum olim in finem, falsa dissimulatione divortii utebantur conjuges. 27 Septimo miliario urbis. ut *l.* 22. *in fin. C. de sacros. Eccles. l. pen. C. de reb. cred.* vide *l. ult. C. de legit. tut. l.* 19. *C. de jure delib. l.* 30. *C. de fideicomm. l.* 6. *C. de bon. quæ lib. l.* 3. *C. de bon. lib. l.* 20. *in fin. C. de agricol. & censit. lib.* 11. *tit.* 47. *l.* 34. *C. de donat.* Eadem forte ratione septimum dicitur, qua decimum suburbium Carthaginis, quod autore Procopio ab eadem distabat stadiis septuaginta. vid. Cujac. 22. *observ.* 3. 28 Id est, lucrum dotis vel donationis propter nuptias. dixi ad *tit.* 11. *supr. de secund. nupt.* 29 Mulier indotata infelix, ut quæ nec se nec liberos possit alere. 30 Dos nunquam insinuatione indiguit: aliud in donatione propter nuptias. *l.* 17. *C. de don. ante nupt. l.* 19. *C. de sacros. Eccles.* 31 Quoties extraneus dans dotem sibi stipulatur eam reddi, ex ea stipulatione agitur, existentibus etiam liberis ex eo matrimonio. 32 Olim donatio propter nuptias fuit indistincte insinuanda, nisi collata fuisset in matremfamilias minorem vigintiquinque annis. *d. l.* 17. 33 Acta voluntariæ jurisdictionis nunquam extenduntur ad eum, cum quo non sunt celebrata, etiamsi ejus intersit. 34 Promissor dotis post biennium præstat ejus reditus, pensionem & usuras trientes, quæ non solent alias ex stipulatione deberi, nisi in stipulationem sint deductæ. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. de usuris.* ut nec reditus, nisi post litem contestatam. 35 Panes civiles sunt reditus in pane constituti concessi ad vitam, vide Alciat. *lib.* 8. *c.* 5. Ans. 36 Id est, usuras. Interdum usuræ debentur sine stipulatione ex nudo pacto, veluti pecuniæ trajectitiæ. *l.* 5. §. 1. *ff. de nautico fœnore. l. etiam* 30. *ff. de usur.* pecuniæ civilis, & earum rerum quæ mensura constant. *l.* 12. *l.* 23. *C. de usur.* interdum sine pacto, αὐτομάτως *ut hic. & l.* 3. §. 2. *ff. de usur.* & in actione ex testamento, quamvis sit stricta. dixi ad *Nov.* 136. *c.* 6. 37 Dotis sponsor post biennium a contracto matrimonio usuras præstat ad tertiam usque centesimæ usuræ partem. 4. Harm. 4. §. 25. *quatre pour cent.* 38 Coadunatio calculi multarum rerum facit, ut res diversæ separatim æstimatæ sint una tantum res. Distincta enim pretia rerum multarum in uno, & eodem instrumento res diversas non constituunt. Bald. *hic.* 39 Mora legibus introducta ei comparatur, quæ per litis contestationem inducitur. 40 Id est, ut de singulis secundum naturam suam judicetur. 41 id est, promissor dotis. 42 Solvendo. Debitor non potest offerendo annuum reditum rem retinere in tempus futurum invito creditore. *Baldus.*

43 Doti repetendæ tres actiones jure civili comparatæ sunt: ex stipulatu, hypothecaria, & vindicatio. adde Costanum *tract. de dote, cap.* 6. 44 Actio rei uxoriæ Græcis ἡ περὶ τῆς ἀναλήψεως προικὸς ἀγωγή, de restitutione dotis actio: ex stipulatu actio, ἡ τὴν προῖκα ἀπαιτοῦσα ἀγωγή. Dotem exigens actio. *Syn. Basil.* 29. *tit.* 1. *cap.* 117. *&* 4. Harmen. 8. §. 50. quarum actionum adæquatio fit nova hac lege. 45 §. 29. *Instit. de actionib.* seu repetitione dotis. 46 Ut rei uxoriæ actio hodie sit sublata. *l.* 12. §. 1. *C. qui potior.* 47 Ad intellectum *h. l.* vide Govean. *var. lect. lib.* 2. *cap.* 5. Charond. *verisimil. lib.* 2. *cap.* 16.

mus, concludentes. *Rei uxoriæ* itaque actione ſublata [1], ſancimus, omnes [2] dotes per ex ſtipulatu actionem exigi, ſive ſcripta fuerit ſtipulatio, ſive non: ut [3] intelligatur re [4] ipſa ſtipulatio eſſe ſubſecuta. Eodemque modo, & ſi [5] inutiliter [6] facta eſt ſtipulatio: adjuvari enim eam magis quam evaneſcere oportet. Si enim cum una in inſtrumento ſtipulatio valida inveniatur, aliis etiam inutilibus ſuam noſcitur præſtare fortitudinem [7]: quare [8] non ex noſtra lege hujusmodi ſtipulationibus robur accedat legitimum? Eſt enim conſentaneum nobis qui cenſemus, & ubi ſtipulatio ſuppoſita non eſt, intelligi [9] eam fuiſſe adhibitam: & multo [10] magis etiamſi inutilis eſt, validam eam effici. §. 1. Et ut plenius [11] dotibus ſubveniatur [12]: quemadmodum in adminiſtratione [13] pupillarium rerum, & in aliis multis juris articulis tacitas hypothecas ineſſe accipimus: ita & in hujusmodi actione damus ex utroque latere hypothecam, ſive ex parte [14] mariti pro reſtitutione dotis, ſive ex parte [15] mulieris pro ipſa dote præſtanda, vel rebus dotalibus evictis [16]: ſive [17] ipſæ principales perſonæ dotes dederint, vel promiſerint, vel ſuſceperint, ſive aliæ pro his perſonæ: & dos ſive adventitia ſive profectitia ſit, ſecundum veteris juris nominationem. Ita enim & imperitia hominum & ruſticitas [18] nihil eis poterit afferre præjudicii: cum nos illis ignorantibus & neſcientibus in hoc caſu noſtram induxerimus providentiam. Sicut enim & ſtipulationes, & hypothecæ ineſſe [19] dotibus intelliguntur, & inutiles [20] ſtipulationes emendantur: ſic & in poſterum cauſa invenietur valida & perfecta, quaſi omnibus dotalibus inſtrumentis a prudentiſſimis viris confectis. † Et nemo putet nos hoc ſancire in his tantummodo dotibus quæ inſtrumentis receptæ ſunt: Nihil enim prohibet, & ſi ſine [21] ſcriptis dos, vel detur, vel promittatur, vel ſuſcipiatur: ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex utraque parte, quaſi [22] fuerit ſcripta. Et natura [23] quidem ex ſtipulatu actionis hæc intelligatur: re uxoria in poſterum ceſſante [24]. §. 2. Sed etſi non ignoramus ex ſtipulatu actionem ſtricto [25] jure eſſe vallatam, & non ex bona fide deſcendere: tamen quia novam naturam de dote ſtipulatio ſibi invenit, accommodetur ei natura rei uxoriæ, & bonæ [26] fidei beneficium: & omnes quidem eventus quos dos ex ſtipulatu habet, maneat pro ſua natura exercens. Si quid autem optimum [27] ex rei uxoriæ actione invenimus, hoc in præſenti ſpecialiter ei addimus: ut ſit & nova iſta ex ſtipulatu, quam compoſuimus, & non propria tantum, ſed etiam veteris actionis pulchritudine [28] decorata.

§. 3. Primum itaque quid naturale ſit ex ſtipulatu actionis, exponatur: ita ſi quid ex actione rei uxoriæ ſupervenerit, addatur. Sciendum itaque eſt Edictum Prætoris, quod de [29] alterutro introductum eſt, in ex ſtipulatu actione ceſſare: ita ut uxor & a marito relicta recipiat, & dotem conſequatur: niſi [30] ſpecialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cum manifeſtiſſimum ſit, teſtatorem qui non hoc addiderit, voluiſſe eam utrumque conſequi [31].

§. 4. Maneat ex ſtipulatu actionis jus ad [32] ſucceſſores, & ſine mora tranſmiſſionis incorruptum. §. 5. Taceat in ea retentionum verboſitas. Quid enim opus eſt inducere ob [33] mores retentionem, alio auxilio ex conſtitutionibus introducto? vel ex qua cauſa ob [34] res donatas retentio introducatur, cum ſit donatori facultas per actionem in rem directam, vel per utilem, vel per condictionem ſuo juri mederi? Sed nec retentio ob [35] res amotas neceſſaria eſt, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum judicium. Sileat ob [36] liberos retentio, cum ipſe naturalis [37] ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortetur: ne varium genus culpæ mariti contra uxores excogitent, ut poſſint eadem retentione contra eas uti, cum & jam imperialibus conſtitutionibus ſtatutum ſit, ſi culpa mulieris diſſolutum matrimonium fuerit quid fieri oporteat. Sed nec ob [38] impenſas in res dotis factas retentio nobis ſatis videtur eſſe idonea. Cum enim neceſſariæ [39] quidem expenſæ dotis minuant quantitatem, utiles autem non aliter in rei uxoriæ actione detinebantur, niſi ex voluntate mulieris: non abs re eſt, ſi quidem mulieris voluntas intercedat, mandati [40] actionem a noſtra auctoritate marito contra uxorem indulgeri: quatenus poſſit per hanc, quod utiliter impenſum eſt, adſervari: vel ſi non intercedat mulieris voluntas, utiliter tamen res geſta eſt, negotiorum geſtorum adverſus eam ſufficere actionem. Quod ſi voluptariæ ſint, licet [ex] voluntate ejus expenſæ: deductio [41] operis quod fecit, ſine læſione tamen prioris ſpeciei, marito relinquatur: ut ſit omnium retentionum expeditus tractatus, & ex ſtipulatu actio merito ſecundum ſui naturam nullam accipiat retentionem.

§. 6. Illo proculdubio in ex ſtipulatu actione ſervando, ut ſi [42] deceſſerit mulier conſtante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, niſi ex quibusdam pactionibus, ſed ad mulieris heredes ex ſtipulatu actio ſecundum ſui naturam tranſmittatur, ſive expreſſa fuerit, ſive ex hac lege ineſſe [43] intelligatur. §. 7. Cum autem in [44] exactione dotis ex ſtipulatu quidem actio naturaliter reſtitutionem dotis a parte mariti uxori illico [45], & in ſolidum fieri jubebat, rei uxoriæ autem annua, bima, trima die in his quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, exactionem pollicebatur, & non in ſolidum, ſed in quantum maritus facere poteſt, ſi non dolo malo ſuam deminuerit ſubſtantiam: in hac parte rudem figuram ex ſtipulatu damus actioni: ut ſi matrimonium fuerit diſſolutum, nullo pacto adhibito; in tantum quidem maritus condemnetur, in quantum [46] facere poteſt: quia hoc æquiſſimum eſt, & reverentiæ debitum maritali, ſi [47] non dolo malo verſatus eſt: cautione [48] videlicet ab eo exponenda, *Quod ſi ad meliorem fortunam pervenerit, etiam quod minus perſolvit, hoc reſtituere procuret.* † Exactio [49] autem dotis celebretur non annua, bima, trima die, ſed omnimodo intra [50] annum in rebus mobilibus, vel ſe moventibus [51], vel incorporalibus: cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur, illico reſtituendis: quod commune [52] utriusque fuerat actionis. † Sin autem ſuperſederit res mobiles, vel ſe moventes vel incorporales poſt annale tempus reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium: etiam [53] uſuras [54] æſtimationis omnium rerum quæ extra immobiles ſint, usque ad tertiam partem centeſimæ ex bona fide introducendas maritus præſtet: fructibus [55] videlicet immobilium rerum parti mulieris ex tempore diſſoluti matrimonii præſtandis: ſimilique modo penſionibus, vel vecturis navium ſive jumentorum, vel operis ſervorum, vel quæſtu civilium annonarum, & aliis quæ ſunt eis ſimilia, parti mulieris reſtituendis. §. 8. Igitur & in ſequenti capitulo ſua ex ſtipulatu actio utatur natura: ut ſi mulier a marito fuerit heres inſtituta [56], & legis Falcidiæ ratio emerſerit, etiam dotis debitum liceat ei ſicuti alia debita ex ſubſtantia mariti ſubtrahere, & ſic quartam partem deducere.

§. 9. Cumque ex ſtipulatu actio in his caſibus quos enumeravimus propriam naturam habeat: neceſſarium eſt in ſequenti tractatu ea exponere quæ [vel] communia ſunt utriusque actionis, vel quæ in ſolam ex ſtipulatu actionem colligi oportet: vel propria quidem rei uxoriæ actionis, exinde [autem] ex ſtipulatu actioni accommodanda: Itaque partus [57] dotalium ancillarum, id eſt quæ æſtimatæ non ſunt, vel quæ ſervi dotales ex quacunque cauſa (niſi ex re mariti, vel operis ſuis) acquiſierunt: ad mulierem pertinere utraque actio ſimiliter voluit. Fœtus [58] autem jumentorum, & omnia quæ *fructuum* nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonii, ſive æſtimata, ſive non æſtimata ſint. Sed & noviſſimi [59] anni in quo matrimonium ſolvitur, fructus pro rata temporis portione utrique parti debere adſignari, commune utriusque actionis eſt, in rebus ſcilicet non æſtimatis. Æſtimatarum enim rerum maritus quaſi [60] emptor, & commodum ſentiat, & diſpendium ſubeat, & [61] periculum expectet. §. 10. Cautione videlicet defenſionis in ſpecie in qua dotem ſuæ [62] uxoris, vel nurus [63], in familiæ erciſcundæ judicio præcipuam [64] filius de-

ubi hanc *l. unic.* conciliat cum *l. 7. ff. ſolut. matrim.* Anſ. 1 Rei uxoriæ actio hodie ſublata. 2 Pro dote competit actio ex ſtipulatu. 3 Dos ita in ſtipulatione conſtituitur, ut etiamſi non intervenerit ſtipulatio, fingatur tamen interveniſſe, *ut hic.* Quin nudo pacto & ſimplici pollicitatione promiſſa, exigi poteſt jure ſpeciali. *l. ad exactionem. 6.* C. *de dot. promiſſ.* 4 Id eſt, ipſo jure. Stipulatio dotibus ineſſe intelligitur. vid. §. 1. J. 5 Ex dotis inutili ſtipulatione agi poteſt: quod omnino ſingulare. 6 Inutilis dotis ſtipulatio habetur pro utili. 7 Inutilis ſtipulatio per utilis ſtipulationis adjectionem confirmatur. 8 Poteſt aliquid ſtipulatio, ergo & lex. 9 Vide §. 1. *infr. h. t.* 10 Ex inutili magis fieri poteſt quid utile, quam ex eo ipſo quod penitus non eſt; Entis enim ad id quod eſt, tranſitus facillimus eſt, difficilius enim eſt nunc primum aliquid de novo inducere, quam in melius reformare. 11 Dotibus ſubvenitur. 12 Vide Jo. Aurpachum *ad hunc §. lib. 2. allegat. c. 30. ad §. 4. Maneat.* Goveanum *lib. 2. variar. lect. c. 5. ad §. 5. Taceat.* Pileum *quæſt.* 81. M. Vertranium *de jur. liber. cap. 5. ad §. 7. Cum autem.* Guterium *ad d. part. 1. reſol. cap. 21. num.* 8. Mod. 13 *l. 20. infr. de admin. & peric. tut.* 14 Bona mariti tacite obligata ſunt uxori pro reſtituenda dote. 15 Bona mulieris tacite marito obligantur pro præſtanda ei dote. 16 Si res dotalis marito evincitur, uxor marito evictionis nomine tenetur. adde *l. 1. ſupr. de jure dot.* 17 Dos a quibus perſonis conſtituatur. 18 Ruſticitati lex ſuccurrit. Proviſio legis facit, ut error atque imprudentia non noceat contractui. Proviſio hominis inutilis non tollit utilem legis proviſionem. *Baldus.* 19 *Verſ. Rei uxoriæ. in princ. verſ. Eſt enim. in princ. ſupr. h. t. §. 6. infr. h. t.* 20 *Dict. verſ. Eſt enim. in princ.* 21 Dotis promiſſio, & ſuſceptio dotis ſcripturam non requirit. *l. 6. ſupr. de dot. promiſſ. l. 15. ſupr. de jure dot.* 22 Ficta legitima ſtipulatio vim habet inſtrumenti & ſtipulationis. 23 Natura actionis ex ſtipulatu. 24 Rei uxoriæ actio ſublata. 25 Actio ex ſtipulatu ſtricti juris. 26 Actio ex ſtipulatu pro dote, eſt bonæ fidei. §. 29. *Inſt. de act.* 27 Quod utile erat in actione *rei uxoriæ*, id in actionem *ex ſtipulatu* tranſfuſum. 28 Vetuſtati decor ſuus ineſt. 29 Edictum Prætoris de alterutro obſerva: hujus Edicti fit mentio in *l. ult. C. Theod. de teſtam. ibi,* Sic mulier in Edicto quod de alterutro eſt: *cum ſuam explanaverit opinionem ne pœnitentia poſſit ad aliud tranſire, etiam ſatisdatione cogitur præcavere, niſi ſi ætatis juvetur auxilio &c.* Hoc autem edicto cavebatur, ut ſi quid maritus uxori hereditatis, vel legati, vel fideicommiſſi titulo reliquiſſet, alterutro contenta eſſet mulier: relicto, ſcil. vel dote, actione ex teſtamento, vel rei uxoriæ actione, qua in re deterior erat mulieris conditio, quam creditorum, quibus quid legatum erat. vide alia quædam apud Cujac. 3. *obſerv.* 16. 30 Vir legans uxori in dubio non intelligitur legare pro dote. Cui mulieri ita legatur, ea non poteſt ex teſtamento, & ex ſtipulatu agere. Pro dote eſt animo dotis compenſandæ legare. *l. 46. ff. ſolut. matrim. l. 53. l. 77. §. 5. ff. de leg.* 2. ideoque in dubio mulier utrumque conſequetur, dotem, ſcil. & relictum. 31 Quia in dubio non intelligitur eſſe onus, ex quo legatum eſt ſimplex. 32 Actio ex ſtipulatu actionem & promiſſionem tranſmittit in heredes. *l. 6. ſupr. de jure dot. l. 27. ff. ſoluto.* 33 Ob mores retentio, *ut hic: & 6.* Ulpian. 9. 34 Ob res donatas retentio, *ut hic: & d. §. 9.* 35 Ob res amotas retentio, *ut hic: & d. §. 9.* 36 Ob liberos retentio, *ut hic: & d. §. 9. & §. 10.* 37 *l. 1. §. 3. ff. de juſtit. & jur.* 38 Ob impenſas retentio, *ut hic: & d. §. 9. l. 23. ff. ſolut. matrim. l. 1. §. 2. l. 5. l. 15. ff. de impenſis.* Ulpian. 6. *l.* 9. 14. 15. 16. 17. Theoph. §. 37. *Inſt. de action.* 39 Neceſſariæ impenſæ dotem minuunt. *d. l. 5. d. l. 15.* 40 Utiles impenſas, voluntate mulieris factas, maritus ſervat mandati actione: citra voluntatem mulieris factas actione negotiorum geſtorum. adde *l. 7. in fin. l. 8. ff. de impenſ.*

41 Id eſt, ablatio, *l. 9. ff. de impenſis.* 42 Dos ad mulieris heredes revertitur, muliere mortua conſtante matrimonio: niſi ſit aliud conventum. *l. 19.* C. *de donat. ante nupt. l. 18.* C. *de jure dot.* 43 vide §. 1. *ſupr. h. t.* 44 Dotem exigens actio olim & illico, & in ſolidum dotem exigebat. De reſtitutione vero dotis actio (περὶ τῆς ἀναλήψεως προικὸς ἀγωγὴ) non illico, ſed per tres annos petit σταθμώμενα, ἀριθμούμενα, μετρούμενα, non etiam in ſolidum, ſed in quantum facere poterat, adverſus maritum proponebatur. Verum hodie ἡ τὴν προικὰ ἀπαιτοῦσα ἀγωγὴ, dotem exigens actio, ſeu ex ſtipulatu actio ad inſtar rei uxoriæ actionis non in ſolidum movetur, ſed in quantum facere poteſt maritus: hac tamen lege, ut maritus uxori cautionem exponat, futurum, ut ſi quid adquiſierit, ei ſatisfaciat. Exactio vero non per tres annos (ut in reſtitutione dotis, ſeu rei uxoriæ actione) nec illico fit: ſed annuo quidem die ſolvuntur ea, quæ menſura conſtant: cætera vero ſtatim. Quod ſi maritus illico, vel poſt anni decurſum reſtituere ſuperſederit: etiam rerum mobilium uſuras, & immobilium fructus a ſoluti matrimonii tempore, cum penſionibus, navium vecturis (Græci ἐνοίκια, καὶ ναῦλα) & fructibus cæteris præſtat. *Syn. Baſil. 29. tit. 1. cap.* 117. 4. Harmenop. 8. §. 52. Goth. Viduæ an ſint præſtanda alimenta intra annalis temporis ſpatium, quo dotem in rebus ſoli non conſiſtentem apud ſe retinere poſſint heredes mariti, vide Anton. Merend. *contr. lib. 2. cap.* 43. Anſ. 45 Differentiam actionis; *Ex ſtipulatu, & rei uxoriæ* obſerva. Priore, maritus cogitur dotem reſtituere illico & in ſolidum: Poſteriore vero, annua, bima, trima die. Galli, *A un, deux & trois payemens*, & in quantum maritus facere poſſit. 46 Actione de dote maritus conventus, in quantum facere poteſt. v. *l. 173. ff. de reg. jur.* niſi mala fide facere poſſe deſierit. 47 Dolus omnem reverentiam tollit. *l. 1.* C. *ubi ſenatores vel clariſſ. l. 18. §. 1. ff. ſolut. matrim. l. 17. ff. de jure dot.* 48 Etiamſi maritus convenitur in id tantum quod facere poteſt, cavet tamen uxori de integra ſolutione facienda, quoties ad meliorem fortunam pervenerit. facit *l. 47. §. 2. ff. de peculio.* 49 Vide Socinum *reg.* 389. 50 Mobilia, moventia, incorporalia, intra annum maritus reſtituere cogitur. Res ſoli, ſeu immobiles, illico. Quod de anno dictum eſt, locum non habet, ſi dos mulieri legata ſit, dotis enim legatum commodum repræſentationis habet. *l. 1. §. 2. ff. de dote prælegata.* 51 *l. 93. ff. de verb. ſignific.* 52 Similitudo & communio actionis, Ex ſtipulatu & Rei uxoriæ. 53 Pœna mariti res dotales ſuo tempore non reſtituentis. 54 De uſuris dotis præſtandis. *Goth.* Ad hunc verſ. & an fructus rerum mobilium ſeque moventium qui intra annum ad reſtitutionem dotis conceſſum percipiuntur, mulieri ſint reſtituendi, vide Ant. Merend. *controv. jur. lib. 2. cap.* 42. Anſ. 55 De dotis fructibus, penſionibus, uſuris, operis, quæſtu civilium annonarum & ſimilibus. 56 Uxor heres inſtituta a marito legatis onerata, ante omnia dotem deducit, de reſiduo vero ſolvit legata deducta Falcidia. 57 Partus dotalium ancillarum inæſtimatarum dotis ſunt portio. *l. 10. §. 2. l. 69. in fin. ff. de jure dot.* 58 Fœtus dotalium jumentorum ſunt mariti, *ut hic. & l. 10. §. 3. ff. de jure dot.* Partus ancillarum dotalium, non ſunt. *verſ. itaque.* C. *h. t.* cur tam varie? partus ancillæ non eſt in fructu. *l. 1. ff. de uſur.* 59 Fructus rerum non inæſtimatarum percepti, anno diremptì matrimonii, pro rata dividuntur inter maritum & uxorem, ejusque heredes, *l. 7. §. 1. l. 11. ff. ſolut. matrim.* vid. Cujacium 14. *obſerv.* 22. 60 Æſtimatio, quaſi emptio. *l. 1. ff. de æſtimatoria.* Ideo fundus æſtimatus proprie dotalis non eſt, ejusque omnes fructus etiam poſt divortium ad maritum pertinent: redditaque dotis æſtimatione liberatur: ejus etiam commodum, diſpendium & periculum ſuſtinet, velut dominus. 61 *l. 10. l. 12. §. 1. ff. de jure dot. d. l.* 1. 62 Finge patri tuo dotem uxoris tuæ numeratam. ut *l. 2.* C. *familiæ erciſcund.* 63 Finge patri tuo dotem nurus numeratam. ut *l. 7. ff. de prælegat.* 64 In familiæ paternæ erciſcundæ judicio, dotem uxoris nurusque noſtræ, præcipuam de-

functi detrahit, secundum propriam naturam ex stipulatu actionis coheredibus suis præstanda. §. 11. Videamus igitur, quali incremento ei de rei uxoriæ actione accedente, formari decet ex stipulatu actionem: Cumque juris certi atque indubitati sit, si [1] parens per virilem sexum ascendens, dote pro filia vel nepte præstita emancipaverit eam, vel ipse decesserit, in rei uxoriæ actione dotem omnimodo ad mulierem pertinere, etiamsi fuerit exheredata: (quod non erat in ex stipulatu actione: ibi etenim velut aliæ actiones in omnes coheredes actio dividebatur) æquissimum nobis visum est, & in ex stipulatu actione mulierem [2] dotem suam præcipuam accipere, etsi emancipata vel exheredata sit, vel cum aliis heredibus scripta. §. 12. Quo a nobis recepto, & aliæ multæ species promptum accipient exitum: cum dos [3] possit, & de inofficioso actionem excludere, (maxime si sufficit [4] ad quartam) & in collationem ferri, si intestatus paterfamilias decesserit, & testamento facto, quando [5] hoc testator dixerit: Quæ omnia ex stipulatu actio a rei uxoriæ actione accepit. §. 13. Accedit ei & alia species ab rei uxoriæ actione, si quando etenim extraneus dotem dabat, nulla stipulatione, vel pacto pro restitutione ejus in suam personam facto, quisquis is fuerat, mulier habebat rei uxoriæ actionem: quod antea in ex stipulatu actione non erat. Stipulatione autem, vel pacto interposito, stipulator, vel is qui paciscebatur, habebat vel ex stipulatu, vel præscriptis verbis civilem actionem. In præsenti autem non sic esse volumus, sed si [6] non specialiter extraneus dotem dando in suam personam dotem stipulatus sit, vel pactum fecerit: tunc præsumatur [7] mulierem ipsam stipulationem [8] fecisse, ut ei dos ex hujusmodi casu accedat. Neque [enim] in hac specie volumus videri extraneum tacitam stipulationem fecisse: ne [9] quod pro mulieribus introduximus, hoc adversus mulieres convertatur. † Imo magis in hujusmodi dotibus quæ ab extraneis dantur, [vel promittuntur,] ipsa mulier fecisse videatur tacitam stipulationem: nisi expressim [extraneus] *sibi dotem reddi* pactus fuerit, vel stipulatus: cum donasse [10] magis mulieri, quam sibi aliquod jus servasse extraneus non stipulando videatur. † *Extraneum* [11] autem intelligimus omnem, citra parentem per virilem [12] sexum adscendentem, & in [13] potestate dotatam personam [non] habentem: parenti [14] enim tacitam ex stipulatu actionem damus. §. 14. Et hoc ex rei uxoriæ actione simili modo ex stipulatu actioni accommodandum est: si [15] quando etenim post dissolutum matrimonium dos a patre ejus petebatur: siquidem rei uxoriæ fuerat actio, non poterat solus pater sine [16] consensu filiæ suæ agere: & si necdum actione mota ab hac luce fuerat subtractus, & [17] si lis contestata esset, ad filiam quasi proprium [18] patrimonium dos revertebatur: quod non erat in ex stipulatu actione: ibi enim & solus actionem habebat, consensu filiæ non expectato: & si decedebat [19], ad suos heredes [20] transmittebat: Sed rei uxoriæ jus, & in ex stipulatu actionem transponere, satis humanum, satis pium, satis utile matrimoniis est.

In AUTHENT. de æqual. dot. §. quia vero jam. col. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 5.

Sed quamvis dos potestatis sive pactionis jure ad patrem redeat, non tamen licet ei, filia denuo nubente, deminuere [21] *priorem dotis mensuram, nisi forte substantia sua decrescat aliqua fortuita clade: tunc enim amplius secundo marito in dotem præstare non cogitur, nisi quantum facultates ejus patiuntur.*

§. 15. Et cum lex Julia [22] fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri a marito non [23] consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier consentiebat: interrogati sumus, si oporteat hujusmodi sanctionem non super Italicis tantum modo fundis, sed pro omnibus locum habere? Placet itaque nobis eandem observationem non tantum in Italicis fundis, sed [24] etiam in provincialibus extendi. Cum autem hypothecam [25] [ei] etiam ex hac lege donavimus, sufficiens habet remedium mulier, & si maritus fundum alienare voluerit. Sed ne & consensu mulieris hypothecæ ejus minuantur, necessarium est, & in hac parte mulieribus subvenire: hoc tantummodo addito, ut fundum dotalem [26] non solum hypothecæ titulo dare nec consentiente muliere maritus possit, sed nec alienare: ne fragilitate [27] naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam. Licet enim Anastasiana [28] lex de consentientibus mulieribus vel suo juri renunciantibus loquatur: tamen eam intelligi [29] oportet in rebus mariti, vel dotis quidem æstimatis, in quibus dominium & periculum mariti est. In fundo autem non æstimato, qui & *dotalis* proprie [30] nuncupatur, maneat jus intactum, ex lege quidem Julia imperfectum, ex nostra autem auctoritate plenum, atque in omnibus terris effusum, non tantum Italicis, & sola hypotheca conclusum. §. 16. Illud etiam generaliter præsenti addere sanctioni necessarium esse duximus, ut si qua pacta [31] intercesserint, vel pro restitutione dotis [vel] pro tempore [32], vel pro usuris [33], vel pro alia quacunque causa, quæ nec contra [34] leges, nec contra constitutiones sunt, ea observentur. Sin autem repudio matrimonium fuerit dissolutum, omnia jura quæ ex Theodosiana [35], vel nostra [36] lege descendunt, immutilata custodiantur. † Simili que modo ea quæ Anastasiana [37] lege pro his quæ *bona gratia* [38] separantur, enumerata sunt, firma illibataque permaneant. Et generaliter quicquid sacratissimis constitutionibus, vel libris prudentium cautum est, quod non contrarium huic legi inveniatur & in hoc in sua maneat firmitate, & ex stipulatu actioni aggregetur, licet in re uxoria tractatum est. † Quæ omnia in his tantummodo dotibus locum habere censemus, quæ post hanc legem datæ fuerint, vel promissæ, vel etiam sine scriptis habitæ: instrumenta [39] enim jam confecta viribus carere non patimur, sed suum expectare eventum. Dat. Kalend. Nov. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XIV.

DE PACTIS [40] CONVENTIS TAM SUPER DOTE, QUAM SUPER DONATIONE ANTE NUPTIAS, ET PARAPHERNIS.

De lege dotis servanda.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Nicæ.

Legem [41] quam dixisti, cum dotem pro alumna dares, servari oportet, nec [42] obesse tibi debet, quod dici solet, *ex pacto actionem non nasci*, tunc [43] enim hoc dicimus, cum pactum nudum [44] est: alioquin [45] cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea convenit, utilis est condictio [46]. PP. 7. Kal. Febr. ALBINO & ÆMILIANO CONSS. 207.

De fructibus.

2. Imp. ANTONINUS A. Theodotæ.

Fructus prædiorum in dotem datorum, si secundum pactum [47] sumptibus tuis tuorumque servierunt, repeti non posse, ambigere non debes. Dat. 11. Kal. April. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

An pactum patris noceat filiæ.

3. Imp. GORD. A. Torquatæ.

Quamvis [48] pater tuus, cum te nuptui collocaret, pactus sit, *Ut si maritus* [49] *tuus superstitibus filiis communibus in matrimonio decessisset, pars* [50] *dotis liberorum nomine retineatur:* ejusmodi [51] [tamen] conventio, quominus actionem integræ dotis habeas, proficere non potest. Dat. 6. Id. Januar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

An pactum matris prosit filio.

4. Idem A. Agatho.

Pactum dotale, quo matrem convenisse cum patre tuo proponis, *Ut, si in matrimonio decessisset, tibi & fratribus tuis dos restitueretur:* si stipulatio ex persona vestra, cum [52] in potestate patris constituti non essetis, minus legitima intercessit [53], defuncta ea in matrimonio, actionem vobis quærere non potuit. [Sed] si obligatione verborum rite [54] intercedente, dotis petitionem habere potuisti, maxime si adhuc vinculis potestatis patriæ non attingeris, petitionem exequi non prohiberis. PP. 5. Idib. Jun. SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De pacto interposito vice testamenti.

5. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIM. AA. Claudio.

ducimus. *l.* 20. §. 2. *ff. familiæ ercisc.* vide *l.* 2. *§. familiæ ercisc.* 1 Dotem a patre vel avo constitutam filia consequitur, etiamsi sit exheredata vel emancipata: hoc est, dos cum restituitur, ad ipsam filiam redit, si emancipata sit: si sub potestate patris, & dos a patre data sit, dos communis ei cum patre, *ut hic.* 4. Harmenop. 8. §. 53. 2 Mulier dotem suam præcipuam accipit, etiamsi a patre emancipata vel exheredata sit, vel cum heredibus scripta. 3 Dos de inofficioso actionem potest excludere, si sufficit ad quartam. 4 Dos quæ ad filiam revertitur, imputatur ei in legitimam. 5 Filia heres instituta a patre, dotem fratribus non confert, nisi pater specialiter hoc ipsum designarit. *l.* 7. *infr. de collationibus.* 6 Extraneus dans dotem, nisi sibi redditionem paciscatur, donare censetur, ideoque dotis restitutio non fit extraneo, nisi redditionem sibi pactus sit. Injuste enim id repetitur, quod donatum esse præsumitur. *l.* 6. *l.* 31. *in princ. vers. Sancimus. §. de jure dot. l.* 9. *vers. Quod adeo. J. tit. prox. l.* 43. *vers. Plane. ff. de jure dot.* 7 Adde *l. ult. §. de dot. promiss.* 8 Dos ab extraneo data, citra stipulationem redditionis, mulieri reddenda; præsumitur enim eo casu mulier sibi dotis redditionem stipulari, nec videtur extraneus tacite stipulari. (Extraneus autem est, omnis persona extra virilis sexus ascendentes, & eos qui personam dotatam in potestate non habent.) Ascendentes masculi & in potestate dotatam filiam habentes, tacite stipulari intelliguntur: cum & olim rei uxoriæ actionem habuerint. *Synopsis ibid. cap.* 117. 9 Gratiosa & favorabilia in dispendium non vertenda. *l.* 6. *§. de legibus.* vide *cap.* 61. *de reg. in* 6. 10 Extraneus dotem donare videtur: Pater qui in potestate habet, non videtur. 11 Extraneus omnis citra parentem virilis sexus. 12 Mater ergo extranea est. Extraneus non intelligitur stipulari. *§. eod.* 13 Si est in potestate filia, pater habet tacitam ex stipulatu actionem. tacitam dixi, quam tamen intendere debet filiæ voluntate, quia communis res est. *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *ff. solut. matrim. l.* 34. §. 6. *ff. de solut.* si est emancipata, pater non habet, nisi expressam ex stipulatu actionem: alioquin sola emancipata agit. *l.* 22. §. 5. *l.* 34. *ff. solut. matrim.* 14 vide *l.* 6. *ff. de jure dot.* 15 Dotem soluto matrimonio mulier ipsa potest exigere. *Synopsis Basil. d. cap.* 117. *in fin.* 16 vide *l.* 2. *infr. solut. matrim.* 17 Actio de dote, patre mortuo etiam post contestationem, ad mulierem tota pertinet; igitur lite contestata interdum non transit actio ad heredes. *l.* 2. *J. solut. matrim. l.* 29. *ff. de oper. libertor.* 18 *l.* 30. *§. de jure dot. l.* 3. §. 5. *in fin. ff. de minorib.* 25. *ann.* 19 Post litem contestatam scil. 20 Non ad solam filiam. 21 Patri non licet deminuere dotem filiæ ad se reversuram, nisi proprium patris patrimonium fortuito deminutum fuerit. 22 Cujus fit mentio multis locis. *pr. Inst. quib. alienare licet. l.* 1. *J. de fundo dotal. l.* 4. *ff. de fundo dotali. l.* 16. *ff. de milit. testam. l.* 77. §. 5. *ff. de leg.* 2. *l.* 42. *ff. de usurpat.* Paul. 2. *sentent.* 21. §. 2. lata fuit ab Augusto. 23 *l.* 23. *§. de jure dot.* 24 Fundus dotalis, ubicunque sit positus, alienari vel obligari a marito consentiente etiam muliere non potest. 25 §. 1. *supr. h. t.* 26 Inæstimatum scil. 27 Nam mulier facile a viro seducitur. *Nov.* 61. *cap.* 1. §. 2. 28 Dixi ad *l.* 29 *in fin. §. de jure dot.* adde *l.* 21. *supr. ad SC. Velleian.* 29 Lege Anastasiana mulier juri suo renunciare potest. *d. l.* 21. ergo & dotis inæstimatæ alienationi & hypothecæ consentire? non ita est. Eo non pertinet Anastasii constitutio, sed ad dotem tantum æstimatam, & alias res mariti, quæ mariti periculo sunt. vide *l.* 11. *supr. ad SC. Vellejanum.* 30 Fundus æstimatus non proprie dotalis, cujus etiam fructus ad maritum pertinent soluto matrimonio. 31 Pacta dotalia, quæ dotis causam non minuunt, sunt servanda. *l.* 1. *infr. de pact. convent.* 32 Puta, ut ante annum reddatur res mobilis. §. 7. *vers. exactio. §. h. t.* 33 Majoribus forte, quo casu maritus sua die dotem non reddiderit. 34 Talia enim pacta non valent. *l.* 6. *§. de pactis.* 35 *l.* 8. *J. de repudiis & judic. de morib.* 36 *l.* 11. *J. de repudiis & judic. de morib.* 37 *l.* 9. *J. de repudiis & judic. de morib.* 38 Bona gratia matrimonia dissolvi dicuntur *hic, & Novell.* 98. *cap.* 2. §. 2. communi consensu. *d. l.* 9. dulciter, sine querela, sine libello repudii. μετ' εὐφημίας. *Plutarch.* Bona gratia matrimonium sine causa dissolvi non potest. *Novell.* 117. *cap.* 30. Sunt autem bona gratia dissolvendi matrimonii certæ causæ, ut repudii, certa causa sterilitas. *l.* 60. §. 1. *in fin. ff. de donat. inter virum.* Lex Ausonia id vetabat. Palladius 2. *Epigramm.* οὐ δύναμαι δ' ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν, εἴργει γὰρ χάρτης, καὶ νόμος Αὐσόνιος. adde Cujac. *ad Novell.* 22. 39 Lex nova non refertur ad instrumenta jam confecta. *l. ult. J. de prædiis decurion.* adde *l.* 27. *§. de usuris.* 40 Vide *L.* 23. *D.* 4. adde Paul. 2. *sent.* 22. 41 vide *l.* 10. *§. de pact. l. ult. §. de rerum permut. l. un. in fin. supr. de rei uxor. act.* 42 Ratio dubitandi sumpta ex *l.* 7. §. 5. *ff. de pact. & similibus.* 43 Pacta quæ de restituenda dote fiunt, valent, quippe non nudum hoc pactum est, quod de rerum jam datarum restitutione fit. *Syn. Basil.* 29. *tit.* 1. *ex tit.* 5. *c.* 30. 44 Pactum nudum actionem non parit. Nudum esse definit, quoties datione sumpsit effectum. 45 *l.* 18. *ff. h. t. l.* 8. *supr. de rerum permutat.* 46 Hoc innuit, rebus certa lege dari actionem; datio, non conventio facit hunc contractum, pactumque inesse dationi vel contractui, non igitur nudum pactum, cum sit contractus. 47 Pacisci mulier potest, ut ex dotis fructibus se suamque familiam alat. *l.* 4. *in fin. l.* 12. §. 1. *ff. h. t. l.* 21. *in fin. ff. de donat. inter virum.* Id si convenerit, fructus a marito condici non poterunt. 48 Pactum cum socero initum, ut si constante matrimonio superstitibus liberis sese decedere contigerit, dimidia duntaxat dos restituatur, inutile est. 1. Harmen. 9. §. 35. *Synops.* 16. *cap.* 32. 49 E contrario conveniri potest, ut moriente filia pars ejus liberis restituatur. *l.* 1. §. 1. *ff. de dot. prælegat.* 50 Pactum patris non valet, ut filia mortuo ejus marito contenta sit certa dotis parte, neve integra ad eam revertatur, aut ut pars ejus cedat liberis ex eo matrimonio natis, & ita favor mulieris favori liberorum, quantumvis pacto interposito, præfertur. *l.* 30. *ff. h. t.* 51 *l.* 2. *l.* 16. *ff. h. t. l.* 1. §. 1. *de dote prælegata.* 52 Mater liberis emancipatis stipulari non potest stricto jure (& ita hanc legem accipe) utiliter, secus. *l.* 7. *infr. h. t.* Paulo aliter Baldus id exprimit, matrem non posse verbis directis liberis stipulari: obliquis posse, quoties scilicet sibi stipulatur pro filiis. 53 Cur ita? vide quæ dixi ad *l.* 38. §. 17. *ff. de verb. oblig.* 54 Rite, ut quæ ab eo interponatur, qui stipulatur; non fit rite ab absente, *l.* 1. *ff. de verb. oblig.* sensus est ergo, filiam emancipatam a patre stipulari

Here-

HEreditas extraneis [1] testamento [2] datur. Cum [3] igitur adfirmes dotali instrumento pactum interpositum esse vice testamenti, [*Ut*] *post mortem mulieris bona ejus ad te pertinerent, quæ* [4] *dotis titulo tibi non sunt obligata*: intelligis [5] nulla [te actione] posse convenire heredes seu successores ejus, ut tibi restituantur, quæ nullo modo debentur. P. P. Non. Febr. ipsis AA. & CONSS.

De pacto patris dotantis.

6. Iidem AA. & CC. Rufo.

SI [6] convenit, *Ut in matrimonio uxore defuncta, dos penes maritum remaneret* [7]: profectitiæ dotis repetitionem hujusmodi pactum inhibuisse, explorati juris est: cum deteriorem causam dotis, in [8] quem casum soli patri repetitio competit, pacto posse fieri, auctoritate juris sæpissime sit responsum. Dat. 5. Non. Maji, ipsis AA. CONSS.

An pactum avi prosit nepotibus.

7. Iidem AA. & CC. Phileto.

PAter pro filia dotem datam genero, ea prius in matrimonio defuncta, *nepotibus* [9] pactus *restitui*: licet his actionem quærere non potuit, tamen utilis [10] eis ex æquitate accommodabitur actio. Dat. 14. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De paraphernis.

8. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hormisdæ P. P.

HAc lege decernimus, ut vir in his rebus quas extra dotem mulier habet, quas Græci *parapherna* [11] dicunt, nullam [12] uxore prohibente habeat communionem, nec aliquam ei necessitatem imponat: Quamvis enim bonum erat mulierem, quæ seipsam [13] marito committit, res etiam ejusdem pari arbitrio gubernari, attamen quoniam conditores legum æquitatis [14] convenit esse fautores, nullo modo (ut dictum est) muliere prohibente virum in paraphernis se volumus immiscere. Dat. Idib.

De æqualitate dotis & donationis propter nuptias.

9. Impp. LEO [15] & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P. P.

EX morte cujuscunque personæ, sive mariti, sive mulieris, eandem partem [16], non pecuniæ quantitatem, tam virum ex dote, quam mulierem ex ante nuptias donatione lucrari decernimus: veluti si maritus mille solidorum ante nuptias donationem confecerit, licebit [17] mulieri & minoris & amplioris quantitatis dotem offerre, & marito similiter ante nuptias donationem.

† Hoc tamen observandum est, ut quantam partem mulier stipuletur sibi lucro cedere ex ante nuptias donatione, si priorem maritum mori contigerit, tantam & maritus ex dote partem, non pecuniæ quantitatem [18] stipuletur sibi, si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit. & si pactum contra vetitum fuerit subsecutum; infirmum atque invalidum hoc esse, ut nulla ex eo procedere possit exactio, præcipimus. Eadem custodiri censemus, sive pater pro filio, sive mater, sive ipse ducturus uxorem sui juris constitutus, sive quilibet alius pro eo ante nuptias donationem nupturæ dederit, [seu promiserit.] † Similique modo, sive pater pro filio, sive mater, sive ipsa pro se, sui juris videlicet constituta, sive quilibet alius pro ea uxorem ducturo dotem dederit, seu promiserit, quoniam & alio [19] pro ea offerente dotem, ipsa eam pro se videtur offerre. † Quod adeo verum est, ut [&] ipsa ab alio pro se oblatam dotem in lucrum suum reposcat: nisi forte is qui eam obtulerit, statim [20] (id est, tempore oblationis seu promissionis) stipulatus vel pactus sit, ut sibi dos prædicta reddatur. Dat. 15. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

In AUTHENT. de æqual. dot. §. 1. col. 7. tit. 9. al. 8.
Novel. 97. cap. 1.

ÆQualitas [21] *omnimodo servanda est* [22] *in dote & in donatione antenuptiali: non tantum in lucris exinde proventuris, sed etiam in præstatione & constitutione utriusque.* † *Augmentum quoque vel prorsus non fiat, vel ab utraque parte celebretur, pari scilicet quantitate: ne vel eo modo subvertatur æqualitas.*

In AUTHENT. de non elig. secundo nubentes. §. fin. col. 1. tit. 2.
Novell. 2. cap. ult.

SEd quæ nihil ex dote conscripta præstitit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. † *Item quæ minus quam professa est, dedit: pro quantitate præstita & lucrum sentiat.*

10. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

LEge Leonis [23] divæ memoriæ, pacta lucrorum dotis & ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adjiciente quid fieri oporteat, si hoc minime observatum sit, nos omnia clara esse cupientes, præcipimus, disparibus eis factis, majorem lucri partem ad [24] minorem deduci, ut eo modo uterque minorem partem lucretur. Dat. 8. Idus April. *Constantinop.* Decio V. C. CONS. 529.

De paraphernis.

11. Idem A. Joanni P. P.

SI mulier marito suo nomina [25] (id est, fœneratitias cautiones) quæ extra [26] dotem sunt, dederit [27], *ut loco paraphernorum* [28] *apud maritum maneant*, & hoc dotali instrumento fuerit adscriptum: utrumne habeat aliquas ex his actiones maritus, sive directas, sive utiles, an penes uxorem omnes remaneant, & in quem eventum dandæ sint marito actiones, quærebatur? Sancimus itaque, si quid tale evenerit, actiones [29] quidem omnimodo apud uxorem manere, licentiam autem marito [dari] easdem actiones movere apud competentes judices, nulla ratihabitione ab eo exigenda: & usuras [30] quidem eorum circa se & uxorem expendere: pecunias autem fortis, quas exegerit, servare mulieri, vel in causas [ad] quas ipsa [31] voluerit, distribuere: & si quidem in dotali instrumento hypothecæ [pro his] nominatim a marito scriptæ sint, his esse mulierem ad cautelam suam contentam. † Sin autem minime hoc scriptum inveniatur: ex præsenti nostra lege habeat [32] hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit. Ante enim habeat mulier ipsa facultatem si voluerit, sive per maritum, sive per alias personas easdem movere actiones, & suas pecunias [percipere,] & ipsas cautiones a marito recipere, securitate ei competente facienda. † Dum autem apud maritum remanent eædem cautiones: & dolum & [33] diligentiam maritus circa eas præstare debet, qualem & circa suas res habere invenitur: ne ex ejus malignitate, vel desidia aliqua mulieri accedat jactura. Quod si evenerit, ipse eandem de proprio resarcire compelletur. Dat. Kal. Nov. LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XV.

DE DOTE [34] CAUTA NON NUMERATA [35].

De numeratione & scriptura.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. & CC. Dionysiæ.

DOtem numeratio [36], non scriptura dotalis instrumenti facit: & ideo non ignoras, ita demum te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem a te re [37] ipsa datam probatura es. Dat. 13. Kal. Augusti CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De donatione.

2. Imp. ALEXAND. A. Papinianæ.

QUod de suo maritus constante [38] matrimonio donandi animo in dotem adscripsit: si eandem donationem legitime confectam non revocavit [39], qui incrementum doti dedit, & durante matrimonio mortem [40] obiit: ab heredibus mariti, quatenus liberalitas interposita munita est, peti potest. PP. Non. Dec. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De tempore exceptionis.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

IN dotibus quas datas esse dotalibus instrumentis conscribi moris [41] est, cum adhuc nulla datio, sed pollicitatio tantum subsecuta sit, liceat non

sibi posse dotis maternæ restitutionem. 1 Pactum ut præmortuæ uxoris maritus succedat, irritum est. Neque enim pactis hereditas datur. Pactum non est modus jure civili introductus ad quærendas aliorum hereditates: id enim fit tantum, vel testamento, vel lege ab intestato. adde 4. Harmen. 9. §. 34. Extraneum porro hic intelligi omnem qui ab intestato succedit: & nota, sponsam vel maritum hoc casu sponsæ & uxori extraneum censeri. 2 Non pactis. vide *l. 30. supr. de pact. l. 61. ff. de verb. obligat.* adde quæ scripsi ad *l. 15. supr. de pact.* 3 Pactus cum uxore, ut ejus defunctæ heres esset, nihil paciscitur: hoc est, id genus pacti inutile est. Non enim pacto de hereditate nostra disponere possumus: quum extraneus sine testamento nequeat alterius heres esse. *Synops. h. t. cap.* 15. Harmen. *d.* §. 34. 4 Id est, parapherna. *l. 8. infr. h. t.* quasi diceret, pactum non valere, ut vir uxori in paraphernalibus succedat. Aliud est, si idem de dote convenerit. 5 In Gallia illud observari Papon. refert 20. *Arrest.* 2. §. 1. *ibi, & sont journellement tant és pays de droict. escrit que des coustumes, futures institutions d' heritier legitimement faites en contracts de mariage, societé de tous biens & autres, & ainsi a esté souvent jugé par arrest de Thoulouse & Paris: notamment entres-nobles.* abrogata hac lege, & *l. 15. C. de pact.* Chassaneus *in consuetud. Burgundiæ, rub.* 4. §. 7. in verbis, *constant leur mariage.* Ita judicatum quoque ab Assessoribus Curiæ Spirensis. Mynsinger. 2. *obs.* 3. adde Cynum, Baldum, Salicetum, Castrensem ad *l. si pater. 12. supr. de inofficios. testam.* Masuer. *tit. de societate, num. 5. & 10. & tit. de success. n. 57.* Benedictus *in cap. Raynutius. 16. n. 198. extr. de testamentis.* Tiraquell. *de jure primogenitorum, quæst. 6. num. 8.* Mynsing. 5. *Respons.* 49. Hippolyt. de Marsiliis *singul. 50. &* 333. Boërius *in consuet. Bituricens. rub. des coustumes concernans les mariages*, §. 1. valet autem maxime id pactum de succedendo, si factum a patre liberis. *Nov.* 19. (abrogata. *l. pactum. 15. supr. de pact.*) si juratum. Gabriel. 3. *communium tit. de donation.* si vicissitudinarium mutuum & reciprocum (hæc enim institutio captatoria non est, ubi duorum similis est affectus. *l. captatorias. 70. ff. de hered. instit.* vide *Novell. Valentiniani de testam. l.* 1. alioquin mutua donatio aliis privilegiis fruitur: neque insinuatione indiget. uti not. Marsilius *d. sing.* 333.) si tabulis nuptialibus adjectum, (idque favore matrimonii & nuptiarum, quarum causa pater etiam filiæfamilias donare potest.) Item si non omnis hereditas datur, sed pars tantum vel usustructus. Chassan. *d. loco.* pactum vero de non succedendo, etsi jure civili non valeat. *l. si quando. 35. §. 1. supr. de inofficios. testam. l. pactum dotali. 3. C. de collat. l. ult. ff. de suis & legitim.* jure tamen Canonico jurejurando confirmatum utile est. *cap. quamvis. 2. de pact. in 6.* 6 Si pactum fuerit, ut priore defuncta uxore dos apud virum permaneat, si modo a patre (hic enim non est extraneus) profectitia dos est, valet pactum & excluditur pater. Nihil enim prohibet pacto deteriorem dotis causam, præsertim ubi ad solum patrem ejus repetitio pertinet, fieri. 1. Harm. 9. §. 35. *l. 9. l. 11. infr. de hered. instit.* 7 Pater potest juri (quod in dote filiæ profectitia habet) renunciare. 8 Quibus casibus dotis conditio deterior fieri possit. 9 Avus maternus nepotibus dotem restitui utiliter pacisci potest. *l. 45. ff. solut. matrimon.* Goth. vid. Gœdd. *de contrahend. stipul. cap. 10. num. 45.* Ans. 10 Non directa, dixi ad *l. 4. supr. h. t.* 11 Galli peculium vocant. vide *l. 9. §. 3. ff. de jure dot.* 12 Nihil juris marito datur in paraphernis, nisi hactenus quatenus patitur mulier. *l. 5. supr. l. 11. infr. h. t. l. 17. infr. de donat. inter vir.* 13 vide *l. 2. infr. ne fidejuss. dot.* 14 Legum conditores æquitatis fautores esse convenit. 15 *l. 20. vers. Sin autem.* ibid. *Ita tamen ut Leonina constitutio. C. de donat. ante nupt. Nov. 117. c. 6.* 16 Ut quemadmodum vir tertiam, ita uxor tertiam consequatur. *l. 10. infr. h. t. vers. Sin autem.* 17 Dotis quantitas amplior aut minor esse potuit donationis propter nuptias quantitate: hodie æquales quantitates esse debent. *Novell. 97. cap. 1. Jul. ibid.* 18 Dos sit 6000. Donatio propter nuptias 2000. aureorum? quantitates inæquales sunt, vir quartam dotis, id est, 1500. uxor quartam donationis propter nuptias, id est, 500. sibi stipulatur. Quotas sibi stipulantur, & tamen inæquales, quia superius lucrum refertur ad principium inæquale, cujus effectus, nisi inæqualis esse potest. *Novell. Justiniani 97. cap. 1.* id non probat. Vult ergo, ut quantam vir stipulatus sibi fuerit summam, tantam uxor sibi stipuletur. Tentari potest *dict. Novell.* 97. abrogari. *Novell. 117. cap. 6.* reducta hac lege: equidem Baldus negat consuetudine hanc legem, & *dict. Novell.* 97. servari. 19 Quod quis nostro nomine facit, ipsi facere videmur. 20 Qui dotem promisit, redditionem ejus statim sibi stipulari debet, alias non auditur redditionem stipulari volens post dotem jam traditam. *l. unic. §. 13. supr. de rei uxor. act.* 21 Dotis & donationis propter nuptias idem pactum, & eadem in pactis æqualitas esse debet, *ut hic.* Id verum si constante matrimonio factum fuerit: nam alioquin, si inæqualia pacta essent, donatio inter virum & uxorem permitteretur, quod tamen prohibitum est. *l. 1. ff. de donat. inter virum.* alias ante contractum matrimonium, hujusmodi pacta inæqualia valent. Innocent. *in cap. donatio. 8. extr. de donat. inter vir. & uxor. & ibi.* Butrigar. Angelus *hic:* Socinus *reg.* 106. 22 Nisi alia sit, ut in Delphinatu patriæ consuetudo, Guido Papias *decis.* 363. vel nisi juvenis senem: nobilis ignobilem ducit: his enim casibus inæquale pactum, & inæqualitas toleratur velut adjecta a muliere ad mariti sui juventutem, vel nobilitatem pensandam, ac velut remunerandam. Guido *dict. loco.* 23 *l. 9. C. h. t. l. 20. vers. Sin autem. ibi, ita tamen ut Leonina constitutio. supr. de donat. ante nupt. Novell.* 22. *cap.* 20. 24 Inæqualis lucri portio ad æqualitatem reducitur. 25 Nomina, id est, fœneratitiæ cautiones. 26 vide *l. 9. supr. de rei vindicat.* 27 v. *l. 8. supr. h. t.* 28 Maritus cui tradidit uxor instrumenta, præsumitur procurator uxoris. Alciat. 1. *præsumpt.* 33. 29 Maritus potest movere actiones paraphernalium bonorum, quorum tradita habet instrumenta, eaque debita exigere citra satisdationem rati. vide tamen *l. 21. supr. de procurat.* 30 Usuras paraphernalium bonorum maritus potest in suam & uxoris utilitatem convertere: sortem vero tenetur uxori servare. 31 Vide *l. 8. supr. h. t.* 32 Pro restituendis paraphernalibus bona mariti tacite uxori obligantur. *l. 29. supr. de jure dotium.* 33 Maritus in paraphernalibus sibi commissis eandem diligentiam quam in rebus suis præstare debet.

34 His adde titulum de pecunia non numerata, & si pignoris conventionem numeratio pecuniæ secuta non sit. 35 *Novell. 100. & 23. Ecl. 3. & lib. 33. tit. 3. cap. 4. & lib. 29. tit. 3. cap.* περὶ ἀναργυρίας προικός. 36 Dos numerata, dos propria ac vera est, non ea quæ tantum cauta est. Igitur ut dos possit repeti, non sufficit cautam, oportet numeratam fuisse. Nuda cautio non obligat, sed numeratio. *l. 1. supr. de donat. ante nupt. l. 9. C. de bon. proscript.* 4. Harmen. 8. §. 14. 37 Ἐν αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἀποδεικνύῃς, τοῦτ' ἔστι μὴ ἐν χάρτῃ μόνῳ ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν τῷ αὐτῷ πράγματι ἡ προὶξ ἐπεδόθη: hoc est, si dotem a te revera datam probaveris: id est, si non in charta tantum, sed re ipsa dos data fuerit. *Synops. Basil. 29. tit. 1. ex tit. 5. c.* 41. 38 Quid si post divortium? vide *l. 21. ff. de verb. oblig.* 39 Vide Roland. a Valle 1. *consil. 90. num.* 14. 40 Morte confitentis convalescit concessio dotis facta donandi animo. *ut hic, & l. 59. ff. de donat. inter virum.* 41 Moris est dotalibus instrumentis conume-

numeratæ pecuniæ exceptionem opponere, non solum marito contra uxorem, vel ejus heredes, morte mulieris vel repudio dissoluto matrimonio, sed etiam heredibus mariti cujus morte dissolutum est matrimonium: socero etiam, vel ejus heredibus, si cum filio suo dotem suscepisse dotalibus instrumentis scriptum sit: omnique personæ quam dotem suscepisse una cum marito conscribitur, & ejus similiter heredibus, ita tamen, ut intra [1] annum tantum continuum a morte mariti, vel mulieris, vel missione repudii computandum, ea licentia detur. Dat. Kal. Jun. DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de temp. non solut. pec. super dote. §. generaliter. col. 8. tit. 1. al. col. 7. tit. 10. Novell. 100. cap. 2.

QUod locum habet, si intra biennium solvatur matrimonium: si autem ultra biennium usque ad decimum annum extendatur: & ipsi marito & heredi ejus intra tres menses querela permittitur. Sed si decennium transcurrerit, omnino querela denegatur, permissa restitutione in integrum præfinita: & specialiter si minor ætas interveniat.

TIT. XVI.
DE DONATIONIBUS [2] INTER [3] VIRUM ET UXOREM, ET A PARENTIBUS IN LIBEROS FACTIS, ET DE RATIHABITIONE.

De bonis a fisco occupatis.

1. Imp. ANTONINUS A. Triphenæ.

BOna [4] quondam mariti tui fiscus [5], si nemine [ei] successore existente ut vacantia occupaverit, donationes ab eo factæ, si usque [6] ad finem vitæ in eadem voluntate permansit, revocari non possunt. PP. 3. Idus Jan. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De militibus.

2. Idem A. Marco militi.

SI ancillam nummis tuis comparatam esse Præsidi provinciæ probaveris, donationisque causa focariæ [7] tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui jubebit. Nam licet cessante jure matrimonii donatio perfici potuerit, milites tamen [meos] a focariis suis hac ratione fictisque adulationibus spoliari nolo. PP. 12. Kalend. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De donatione facta ab uxore aut socero.

3. Idem A. Epicteto.

DOnatio mancipiorum, aliarumque rerum quas tibi ab uxore tua donatas dicis: si modo suæ potestatis cum donaret, fuit: vel patris [sui] voluntate id fecit, & in eadem voluntate donationis usque [8] ad ultimum diem vitæ perseveravit: & ex mea & ex D. Severi patris mei constitutione confirmata est. Sin autem post mortem filiæ facta est donatio a quondam socero [9] tuo, etiam inter vivos ea perfici potuit. PP. 4. Non. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De his, in quorum potestate sunt vir & uxor, quive in eorum potestate fieri possunt.

4. Idem A. Claudiano.

NEc [10] inter [11] eas quidem personas, quarum juri subjecti sunt vir & uxor, [qui] [12] quæve in eorum potestate sunt, donationes jure civili fieri possunt. PP. 3. Idus August. DUOBUS & ASPRIS COSS. 213.

De divortio.

5. Imp. ALEXANDER A. Quintillæ.

SI (ut proponis) pater tuus, in cujus potestate fuisti, marito tuo genero [13] suo instrumentum debitoris donationis causa dedit, isque matrimonio durante vita functus est, ac postea a marito divertisti: quod gestum est, non valet. PP. Idib. Februar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

De morte uxoris donatariæ.

6. Idem A. Nepotiano.

ETiamsi uxoris tuæ nomine [14] res quæ tui juris fuerant, depositæ sunt, causa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etsi donasse te uxori res tuas ex hoc quis intelligat, cum donatio in matrimonio facta, prius [15] mortua ea, quæ liberalitatem excepit, irrita sit: nec est ignotum, quod cum probari non possit, unde uxor matrimonii tempore honeste [16] quæsierit, de mariti bonis eam habuisse veteres juris auctores merito crediderint. PP. Non. Decemb. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

Si matrimonium valuit, vel non.

7. Idem A. Theodotæ.

SI ex voluntate [17] patris tui filio [18] tutoris nupta es, collata in maritum donatio ipso jure irrita est [19]. Sed si matrimonium jure non [20] valuit; licet ipso jure donatio tenuerit: quia tamen indigna persona ejus fuit, qui nec maritus potest dici, utiles actiones super revocandis [21] his tibi competunt. PP. Kal. Octob. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De fructibus.

8. Idem A. Leoni.

SI fructus [22] eorum prædiorum, quæ in dotem accepisti, matrimonii tempore uxorem tuam percipere passus es, eosque uxor tua consumpsit [23]: restitui tibi post divortium oportere, nulla ratione contendis. Sin autem ex his locupletior [24] facta est, in tantum potest conveniri. PP. 5. Kal. Oct. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

De rebus uxori comparatis ex pecunia mariti.

9. Imp. GORDIAN. A. Origeni.

ETsi de tua [25] pecunia mancipia uxori tuæ comparata sunt: tamen si ei tradita [26] sunt, eorum dominium non ad te, sed ad eam pertinet: pecuniæ autem tantummodo repetitionem habes, sive [27] negotium ejus gerens numerationem fecisti, sive in eam donationem conferens quantitatem pretii largitus es [28]. Etenim vel in solidum [29], vel quatenus locupletior [30] facta est, actione cum ea competenti experiri poteris. PP. 7. Kal. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De confirmatione donationis ne res donata injuriose auferatur.

10. [31] Idem A. Valeriano.

SI maritus quondam uxoris tuæ, cum sui juris esset, in eam prædia, vel donationis titulo contulit, & in ea voluntate usque ad mortem suam duravit: ex Oratione [32] divi Severi confirmata est donatio. At si eas res pater defuncti injuriose abstulit: per Præsidem provinciæ eas restituere [33] cogetur. Nec enim quasi maleficiis [34] ejus sit maritus extinctus, crimen intendens, sub prætextu [35] accusationis, quæ donata sunt, auferre debuit: cum causa liberalitatis [36] a criminatione separata [37] sit. PP. 7. Kal. Febr. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De petitione & repetitione.

11. Idem A. Maximo.

SIcut cessat petitio quantitatis, quam de suo maritus uxori in [38] menses singulos, vel annos [39] [singulos] proprii [40] usus ejus gratia promittit: ita [&] ex ea causa nummi soluti erogatique non dari repetitionem manifestum est. PP. 5. Kal. Jul. GORD. A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De obligatione rei donatæ.

12. Idem A. Secundinæ.

SI maritus tuus creditores sortitus, post [41] factam in te donationem, fundum quem ex donatione juri tuo vindicas, iisdem specialiter obligavit: eandem obligationem defensionis tuæ firmitatem interrumpere, intelligere debes: cum sit [42] manifestum, non solum hujusmodi obligatione, sed etiam donatione, vel venditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis, revocatam esse a

scribi dotes datas esse. 1 Cautioni falsæ dotis objicitur præscriptio anni numerandi a soluto matrimonio, quam *Nov.* 100. valde immutavit. Vult enim ut soluto matrimonio exceptio dotis non numeratæ opponatur intra annum, si matrimonium biennium tantum duravit. alioquin intra tres menses tantum certis casibus: alias nullo modo.

2 Infra donationes simpliciter inter virum & uxorem prohibitæ constante ipso matrimonio, ut hoc titulo. Quid mutuæ? hodie valent, ut notavi ad *l. 5. supr. de pact. convent.* 3 Dixi ad *lib.* 24. *D.* 1. adde Clar. 4. *sent.* §. *donatio. quæst.* 9. 4 Si quum maritus donasset, ad finem usque vitæ donationi adquieverit, rata sit donatio: quapropter, si fiscus marito successerit, tanquam nullos heredes habenti, donationes factas rescindere non potest. *Synops. Basil.* 30. *tit.* 1. *cap.* 50. & 4. Harmen. 11. §. 4. 5 Confiscatio bonorum mariti non infirmat factas uxori donationes a marito. 6 *l. 14. infr. h. t. l. 32. §. 2. ff. h. t.* 7 Miles focariæ donare non potest. Focariæ, militum amicæ, quæ focum eis struunt. dixi ad *l. 12. §. 6. ff. de instruct. vel instrum.* Paulus 3. *sent.* 6. §. 37. adde quæ scripsi ad *l. 5. ff. de donat.* Rolandus a Valle 1. *consil.* 98. id ad clericos extendit: recte, militant enim clerici vel quasi militant. vid. *l. 10. §. de Episc. & Cler.* Everard. *in Topicis loco a milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ* 59. & *a milite ad Ecclesiam* 57. 8 Donatio facta ab uxore, morte ejusdem, aut si ea in potestate erat patris, ejus morte confirmatur. 9 Socer quondam, genero dare potest. *l. 26. in fin. ff. h. t.* 10 Nec qui virum & uxorem suæ potestati subjectos habent, nec qui sunt in uxoris, aut viri potestate, sibi donare possunt, hoc est, nec socer consoceri: nec filius viri servo mulieris donare possunt. *Synops. Basil. ibid. cap.* 39. adde 4. Harm. 11. §. 7. 11 Socer consocero donare non potest. *l. 3. §. 6. ff. h. t.* 12 *l. 3. §. 2. ff. h. t.* 13 Morte soceri non confirmatur donatio genero facta ab eodem socero, si filia supervivat. *Bart.* 14 Vir deponens rem aliquam nomine uxoris, non amittit rei depositæ dominium. *l. 8. in fin. supr. de inoffic. donat.* 15 Morte donatarii extinguitur donatio, & ad eum res revertitur, qui donavit. *l. 18. l. 20. in fin. infr. l. 32. §. 14. ff. h. t. l. 8. ff. de reb. dub.* 16 Præsumitur uxor constante matrimonio quidquid adquisivit de bonis mariti adquisivisse, turpis quæstus evitandi causa, *ut hic. l. 51. D. h. t. cap. significavit.* 2. *x. de donat. inter virum.* Plautus *Casina*, Nam peculii probam nihil habere addecet clam viro: & quod habet partum, ei haud commodi est: Quin viro aut subtrahat, aut stupro invenerit. Hoc viri censeo omne, quidquid tuum est. Idem est in rerum Ecclesiasticarum curatore. Hic enim præsumitur omnia parasse ex rebus Ecclesiæ, quæ non patet ei obvenisse jure cognationis. *Novell.* 123. *cap.* 3. Ea quoque ratione gastaldus, id est, actor præsumitur ex re domini parasse, quod adquisivit. *l. 1. Legum Longobardic. t. 3. de adquir. act. reg.* Quid? tutor qui antea pauper, post administrationem rerum pupillarium, dives factus est? præsumitur tutor vel curator ex sua potius industria dives factus, quam ex bonis pupilli vel adulti. *l. 10. C. arbitrium tutelæ.* Præsumitur enim quis ex sua potius industria, quam ex alienis bonis locupletari. Ad eundem modum, quidquid frater adquirit, præsumitur suo labore potius quam ex communibus bonis adquisivisse. dixi ad *l. 51. ff. h. t.* adde Cremensem *sing.* 6. Quid qui officio aliquo fungitur? num ex suo officio adquisivisse præsumitur? vide *l. defensionis facultas.* 7. *C. de jure fisci, lib.* 10. *tit.* 1. Quid filia vel filiusfamilias? præsumitur filia patris ex bonis adquisivisse, at non filius: nisi aliæ conjecturæ accedant, ut ex Bartolo refert Masuerius, *tit. de præsumpt.* 19. *num.* 7. Aliud ergo si longe post matrimonium, id est, non intra annum luctus mulier quæsiverit, (Nam ex his quæ in continenti fiunt, præsumptio colligitur. *l. si ventri.* 24. §. *in bonis.* 2. *ff. de rebus auctoritate judic. l. si quis posthac.* 9. *C. de bonis proscriptorum.*) aliud etiamsi maritus inops fuit, uxor vero dives: major enim præsumptio minorem debet vincere. Aliud autem est in concubina. vide Coras. 3. *Miscell.* 5. idem tamen putat esse in concubina. Baldus *l. 1. C. de naturalibus liberis.* Aliud quoque si uxori bona paraphernalia multa fuerint, aut si negotiatrix mulier erat: nam quæ in domo mariti reperiuntur, ejus esse præsumuntur, non uxoris. Cætera quæ ad hanc regulam pertinent, vide apud Alciatum 3. *præsumpt.* 26. Zas. 1. *cons.* 5. *n.* 21. Mynsing. 2. *obs.* 92. ubi inter cætera notat hanc præsumptionem mulieri non tantum a marito ejusve heredibus, sed & ab extraneo posse objici.

17 Et ita juste. 18 vide *l. 6. in fin. l. 7. C. de interdict. matrim. l. 66. l. 67. ff. de ritu nupt.* 19 Quia donatio constante matrimonio facta non valet etiam inter vivos conjuges, ut hoc casu. 20 Donatio inter conjuges putativos, licet teneat ipso jure, non tenet tamen in effectu, potestque revocari. Uxor etiam illicita viro non donat. 21 Adde *l. unic. §. 12. in fin. C. de caduc. tollend.* 22 Fructuum etiam donatio non valet inter conjuges, nisi sint consumpti. 23 Fructus uxori donati & consumpti non repetuntur, nisi facta sit locupletior. *l. 28. §. 3. ff. h. t.* 24 Eatenus revocatur donatio inter conjuges facta, quatenus recipiens locupletior efficitur. *l. 28. §. 3. l. 32. §. 9. l. 50. in fin. ff. h. t.* 25 Maritus ex sua pecunia rem uxoris potest emere. 26 Traditio transfert dominium. *l. 20. C. de pact.* 27 Licet maritus rem uxoris emat propria pecunia, res tamen uxoris est, si ei tradita sit. 28 Rei uxori traditæ pretium maritus condicere potest, vel ut gestor: vel ut donator. 29 Si tradidisti, ut gestor. 30 Si tradidisti, ut donator. *l. 8. in fin. supr. h. t.* 31 Alias hæc lex est 11. apud Haloand. recte: ut ex die subscriptionis apparet. 32 *l. 32. §. 1. ff. h. t.* 33 Spoliatus ante omnia restituendus est. *l. 1. C. si per vim. l. si quis ad se fundum.* 7. *C. ad l. Jul. de vi public.* & 3. *quæst.* 1. *can. redintegranda.* 4. & *cap. conquerente.* 7. *extr. de restit. spoliat.* 34 Veneficiis. 35 Etiamsi reus qui spoliavit, crimen actori objicere sit paratus, non per id tamen impeditur, quominus actor spoliatus ante omnia restituatur. Causa spoliationis privilegiata est, nec protelari prætextu criminis objecti debet. 36 Separata est, causa donationis ab actione criminis. 37 Separatorum separata debet esse ratio. *l. ult. ff. de calumniatorib. l. 20. ff. de minorib. 25. ann. l. 18. §. 1. in fin. ff. famil. ercisc.* 38 De menstrui vel annui donatione inter conjuges non agitur: nec soluti repetitio datur. 39 *l. 28. in fin. l. 33. ff. h. t.* 40 *l. 31. §. 8. §. 9. ff. h. t.* 41 vid. *l. 32. §. 1. ff. h. t.* 42 Hodie mutatum hoc est. *Novell.* 162. *cap.* 1. §. 1. quæ negat maritum rem donatam uxori pignori obligando mutasse voluntatem videri.

viro in mulierem factam donationem. PP. 3. Kal. Feb. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

Donatio valida facta uxori non præjudicat creditori anteriori, sed sequenti. Sal.

13. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Rufinæ.

SI quidem ante donationem possessionis in te jure (ut dicis) a marito collatam, prædium ab eodem creditori obligatum [1] fuerit: alienationem ejus salvo [2] jure debiti, si tamen juris ratio actionem ejus [creditoris] non excludit, factam esse non dubium est. Quod si donatione [3] jure celebrata, eo quod vel ante nuptias facta est, vel in iisdem casibus in quibus etiam constante matrimonio donatio procedere potest, obligatio insecuta est: factum mariti, quem diem suum obiisse memorasti, juri tuo officere non posse certum est [4]. PP. 12. Kal. Julias, MAXIMO II. & AQUILINO COSS. 286.

De confirmatione donationis facta in testamento.

14. Iidem AA. Octavianæ.

EX verbis quæ in postremis judiciis [5] inseruntur, licet ad fideicommissum, vel legatum utilia sint, non tamen omnino legati vel fideicommissi persecutio datur: sed ita demum, si relinquendi studio huiusmodi verba fuerint adscripta: Unde te voluntatis [6], non juris quæstionem in preces tuas contulisse palam est. Cum igitur testamento lecto animadvertimus maritum tuum ex præcedente donatione dominium tibi reservasse, securitatique tuæ ad obtinendam proprietatem cavisse: inditorum verborum conceptio non fideicommissum relictum ostendit, sed ex Senatusconsulti [7] auctoritate liberalitatem mariti tui, cui custodiendæ etiam moriens prospexerit, quatenus firmare potuit dominium, mortis tempore tibi esse addictam. PP. 3. Non. Octob. ipsis & AA. CONSS. 290.

De venditione simulata, & de fisco creditore mariti donantis.

15. Iidem AA. Justinæ & aliis.

SI [8] non verum contractum pater vester gessit, sed sub [9] specie [10] venditionis donationem [possessionis] in matrem vestram contulit, nec ex bonis, quæ in persona patris vestri permansisse videbantur, ob [11] primipilum indemnitati fiscali [12] satisfieri potuit: licet in eadem donandi voluntate perseveraverit: ex eadem tamen possessione ad supplendam pecuniam; quæ ex bonis ab eo relictis colligi nequiverit, conferendum est. Quod si liberalitatis tenorem mutata voluntate pater tuus interrupit: [13] in hereditate ejus dominium resedisse nulli dubium est. PP. 4. Kal. Febr. TYBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De re empta ex pecunia mariti.

16. Iidem AA. Theodoro.

SI filii tui emancipati matris hereditatem sibi acquisierunt: proba [14] apud præsidem provinciæ non donandi animo te nomine uxoris tuæ prædia comparasse, sed nominis duntaxat ejus titulo [15] [usum] per possessionem rerum a venditoribus tibi traditarum [16] dominum esse effectum, ut comprehensa filiorum tuorum injuria, proprietatis jus incolume perseveret. Nam si largiendi [17] proposito id te fecisse constiterit: pecuniæ tibi persecutio competit. PP. Id. Mart. TYBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De paraphernis a marito consumptis.

17. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

DE [18] his, quæ [19] extra dotem [in domum] illata a marito erogata commemoras: si [20] quidem te donante consumpta sunt, intelligis adversus heredes non nisi in quantum locupletior fuit, habere te actionem: Si [21] vero contra voluntatem tuam: omnia tibi restitui oportere. PP. 8. Kal. Mart. *Heracliæ*, AA. COSS. 293.

An donatio initio vel ex post facto valeat.

18. Iidem AA. & CC. Maternæ.

A Marito in uxorem donatione collata matrimonii tempore, nec [22] initio dominium transferri potest: nec post [si] divortium intercesserit [23], vel prior persona, quæ [24] liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exempta, vel ab eo qui donavit fuerit revocata [25], potest convalescere. Dat. 4. Kalend. Septemb. AA. CONSS. 293.

Si mater donet filio communi.

19. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

SI [26] constante matrimonio tibi mater [27] domum tradidit: hanc in tuis [28] bonis fecit. Datum Idib. Jul. *Philippopoli*, CC. CONSS. 294.

Si creditor mariti consentientis rem uxori donaverit.

20. Iidem AA. & CC. Claudiæ.

CReditor debito soluto de pignore liberato nihil ad uxorem debitoris quondam transferre potuit. Sed nec consensus ejusdem debitoris accedens per eum, [qui] creditor fuit, imaginariæ [29] factæ venditioni ad dominium transferendum prodesse quicquam potuit: cum tam ea quæ simulate aguntur, quam quæ in uxorem a marito donationis causa tempore matrimonii procedunt, propter juris civilis interdictum [30] (cum proponas uxorem superstite [31] marito rebus humanis exemptam) pro infectis habeantur. Dat. 5. Id. August. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

De uxore expendente pro marito.

21. Iidem AA. & CC. Maucaliæ.

SI propriis habitis contractibus, quam acceperas mutuam pecuniam pro marito donationis causa erogasti: cum hæc ad dignitatem [32] profuerit, nec locupletior sit factus: intelligis nullam tibi contra eum competere actionem. Dat. 3. Id. August. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

De servo manumissionis causa donato.

22. Iidem AA. & CC. Archinoæ.

MAritus [33] manumissionis [34] causa servum mulieri constante matrimonio donare potest. S. Kal. August. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si socrus nurui donaverit.

23. Iidem AA. & CC. Cæcilianæ.

SI te in vacuam [35] possessionem prædii socrus [36] tua titulo donationis ante matrimonium, vel post induxit: ad rescindendam donationem pœnitentia [37] nihil proficit. S. Kal. Novemb. *Brundusii*, CC. CONSS. 294.

De condemnatione mariti donatoris.

24. Imp. CONSTANT. A. Petronio Probino.

RES [38] uxoris, quæ vel successione qualibet, vel emptione, vel [etiam] largitione viri in eam ante [39] reatum jure pervenerant, damnato [40] [ac mortuo ex pœna marito, vel in servilem conditionem ex pœnæ qualitate deducto,] illibatas esse præcipio, nec alieni [41] criminis infortunio adstringi uxorem: cum paternis maternisve, ac propriis bonis frui eam integro legum statuto religiosum [42] sit: & donatio maritalis ante [43] tempus criminis ac reatus collata in uxorem, quia pudicitiæ [44] præmio cessit, observanda sit, tanquam si maritum ejus natura non pœna subduxerit. Sin autem aqua & igni ei interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex pœna subsecuta: donationes a viro in uxorem collatæ, adhuc in pendenti [45] maneant: quia nec [46] matrimonium in hujusmodi casibus dissolvitur, ita ut si usque ad vitæ suæ tempus maritus eas non revocaverit, ex morte ejus confirmentur: fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro. Dat. 3. Kal. Mart. *Sardiniæ*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CONSS. 321.

In AUTHENT. de nupt. §. quod autem, col. 4. tit. 1. Nov. 22. c. 8.

SEd hodie nemo bene natus a principio, ex supplicio fit servus, & ideo matrimonium non dissolvitur.

De insinuatione & confirmatione donationum.

25. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

DOnationes quas parentes [47] in liberos cujuscunque sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel uxor in suum maritum, vel maritus in suam uxorem [48], vel alteruter eorum in aliam personam, cui constante matrimonio do-

1 Præcedens obligatio non impedit sequentem dominii translationem, obligationem impedit. 2 Res obligata alienari solet salvo jure debiti. 3 Donatio valida non præjudicat creditori anteriori, sed sequenti. 4 Cur ita? vide *l. 2. infr. si aliena res pignori.* 5 Id est, in testamentis: hoc innuit, donatione inter vivos per maritum uxori facta & in ejus testamento confirmata, rem ejusque æstimationem non deberi, sed rem tantum ex donatione morte confirmata, ut confirmatio donationis inter virum & uxorem facta in testamento non intelligatur esse nova dispositio: sed veteris tantum corroboratio, & retrotrahatur. Ideoque si donator mihi legat, quod antea mihi donavit, id confirmationis jure capietur, non legati: ut hinc constet, verbum *Lego*, non semper facere legatum, uti nec verbum *Dono*, donationem. *l. 15. §. 4. ff. locati.* vide Cravettam *in repetitione rubricæ. ff. de legatis.* 6 Voluntatis & juris quæstiones diversæ. 7 *l. 32. ff. h. t.* 8 Donavit uxori maritus, ne tamen donasse videretur, in instrumentum contulit se vendidisse: reapse igitur donatio fuit imaginaria venditio, quæritur an hujusmodi donatio subsistat? sic sane si res donatas ante mortem non revocavit maritus. Pone non revocasse, & cum deberet fisco ex causa primipili mortuum esse: & ad solutionem reliquum ejus patrimonium non sufficere? etiam fiscus in res ita donatas experiri potest. Quid si superstes donationem revocavit? ne quidem rei dominium alienavit, sed illud moriens heredi reliquit, *ut hic. Synops. Basil. 19. tit. 5. ex lib. 30. tit. 1. cap. 69.* 9 *l. 20. infr. h. t. l. 32. §. 5. ff. h. t.* 10 Εἰκονικῶς πιπράσκων ἐδωρήσατο, id est, imaginarie vendens donavit. 11 Ἀπὸ πριμιπίλου. *Synops. ibid.* ubi in ora legitur ἀπὸ δημοσίου, ex causa fiscali ex primipilo. vide *infr. de primipil. lib. 12. tit. 63.* 12 Maritus in fraudem fisci, cui est obligatus, donare uxori non potest, aut donationem venditione simulata adumbrare. 13 Id est, revocavit, revocata donatione, res donatæ revocari in hereditatem donatoris intelliguntur. 14 Præsumitur enim pro instrumento. *l. 18. supr. de probat.* 15 Si maritus honoris gratia nomen uxoris adscribi curavit in instrumento emptionis quod fecit, ipsum fundum potest vindicare. *Salicet.* Præsumitur emptio simulata, si titulus in persona uxoris adjectus est, & traditio facta est ipsi marito. vid. *l. 4. l. 5. supr. si quis alteri vel sibi.* Bald. 16 Maritus rem emptam sibi traditam ait: uxor suo nomine rem emptam adfirmat, quis potior in dominio? mulier: etiamsi maritus ex traditione sibi facta se usum duntaxat titulo ac nomine uxoris probare velit. 17 Quod vir uxoris nomine comparavit, eique tradidit, non repetit: sed pretium tantum: nam quoties titulus & traditio in persona uxoris concurrit, adquiritur uxori dominium. 18 *Synops. Basil. 29. tit. 1. ex lib. 30. tit. 1. cap. 30. §. 4.* 4. Harm. 9. §. 22. 19 Parapherna intelligit, de quibus vide *l. 8. l. 11. supr. de pact. convent. tam. l. 9. §. 3. ff. de jure dot.* quæ Græcis ἐξώπροικα. 20 Paraphernalia uxoris si maritus ea consentiente consumit, præsumitur donatio & repetit uxor quatenus maritus est locupletior. 21 Si maritus consumit uxoris paraphernaa ea invita, tenetur in solidum. *l. 8. supr. de pact. convent.* 22 Rei donatæ inter conjuges dominium non transfertur. Facit *l. 4. supr. de don. ante nupt. l. 22. ff. de don. inter vir.* 23 Donatio inter virum & uxorem divortio facto tacite evanescit. 24 Res donata inter conjuges donatario præmoriente tacite fit irrita. *l. 6. supr. h. t.* 25 Donatio facta constante matrimonio potest a donatore revocari. Quid si jurata sit donatio? Roland. a Valle negat revocari posse. 1. *consil. 77. num. 8.* & passim *dict. consil.* 26 Donare filiæ suæ constante ejus matrimonio mater potest. *Synops. Basil. 30. tit. 1. c. 73. & 4.* Harmen. 11. §. 6. 27 Donatum uxori alicujus constante matrimonio ab ejus consanguineis fit uxoris, non mariti. 28 Non mariti. 29 *l. 18. supr. h. t.* 30 *l. 15. §. h. t.* res ita habet: libero meum pignus a meo creditore, eique satisfacio. Postmodum clam adsimulo me pignus creditori vendidisse, ut deinde creditor uxori meæ pignus donet: donatur pignus meæ uxori? talis donatio in fraudem legis excogitata non valet. Nam sicut non possum donare uxori, ita nec alii rem meam donanti colludendo consentire. 31 Vide *l. 6. supr. h. t.* 32 Dixi ad *l. 40. & 42. ff. h. t.* vide Ulpian. 7. §. 1. 33 Donare servum mulieri maritus potest, ut acceptum manumittat. *Synops. Basil. ibid. c. 75.* 34 Patronatus jure non censetur locupletior donatarius factus. *l. 7. in fin. ff. h. t. l. 109. ff. de legat.* 1. locupletior factus non videtur, qui libertum adquisivit. 35 *l. 12. supr. de donat. ante nupt.* 36 Donatio valet inter socrum & nurum. *l. 3. §. 7. ff. h. t.* vel ita, donare socrus genero recte potest. *Synopsis Basil. ibid. cap. 76.* vel ita, socrus nurui, & nurus socrui donare non prohibetur: nec enim jus hic potestatis vertitur. 1. Harm. 11. §. 13. 37 In legitima donatione pœnitere non licet. 38 *l. 1. C. Theod. de bonis proscriptorum lib. 9. tit. 42.* 39 *l. 2. supr. ne uxor pro marito.* 40 *l. 13. §. 1. ff. h. t.* 41 Alieni criminis infortunio nemo adstringitur. vide *l. 22. J. de pœnis.* 42 Religiosum est permitti quemque suis bonis frui. *l. 9. supr. de Judæis & cælicol.* 43 Post contractum crimen capitale vir uxori donare non potest, ante potest; adeo ut si vir donationem ante supplicium non revocaverit, uxor donationem consequatur. adde *l. 15. ff. de donat. l. 48. in fin. ff. de jure fisci.* 44 Donatio viri in uxorem pudicitiæ præmium. 45 Deportatione donatio uxori facta ipso jure ac tacite non censetur revocata: pendet tamen jus donationis ex mariti voluntate. 46 Matrimonium non dissolvitur aquæ & ignis interdictione & deportatione. *Nov. 22. cap. 8. & 13. l. 1. J. de repud. judic. de morib.* Imo dissolvitur. *l. 56. ff. solut. matrim.* Solve: nuptiæ manent jure gentium: non jure Quiritum. Jus gentium in nuptiis potissimum spectatur. *l. 14. §. 2. ff. de ritu nupt.* & ita solvit Cujac. *Novell. 22.* 47 Donationes patris in liberos filiosfamilias convalescebant, si in ea voluntate perseverantes decessissent. Paul. 5. *sent.* 11. §. 3. sola matris morte non confirmabantur. *l. 1. §. 1. ff. pro donato. l. 2. in fin. ff. pro herede.* sed si judicio patris extremo confirmatæ. *l. pen. ff. de collat. l. 2. C. Gregorian. familiæ ercisc.* Hodie silentio confirmantur, *ut hic.* Goth. Vide Bellapert. *hic.* & Ant. Merend. *controv. jur. lib. 1. cap. 24.* Ans. 48 Adi Menchacam *controvers. illustr. lib. 1. c. 5.* & Gilbertum Regium *lib. 2.* ἐναντιοφανῶν *c. 18.* Mod.

nare non licet, vel aliæ personæ in [eam] cui donare non poterant, ita firmas esse per silentium [1] donatoris, vel donatricis sancimus, si [2] usque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes, actis fuerint intimatæ [3]. Nam amplioris [4] quantitatis donationem minime intimatam, nec per silentium [5] ejus qui donavit, confirmari concedimus. Sin vero specialiter eas in suprema voluntate donator vel donatrix confirmaverit, sine ulla distinctione ratæ habebuntur: ita tamen, ut si quidem ultra lege definitam quantitatem expositæ, minime in actis insinuatæ fuerint: specialis earum confirmatio ex eo tempore vim habeat, ex quo eædem donationes confirmatæ [sunt]. Si vero vel non amplior sit donatio, vel cum amplior esset, in actis insinuata sit: tunc & silentium donatoris, vel donatricis, & specialis confirmatio ad [6] illud [7] tempus referatur quo donatio conscripta sit: sicut & alias ratihabitiones [8] negotiorum gestorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt. Nec in cæterum subtilem divisionem facti, vel juris [9] introduci posse. Dat. Id. Dec. DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De Imperatore vel Augusta.

26. Idem A. Mennæ P. P.

Donationes, quas divus Imperator in [10] piissimam Reginam suam conjugem, vel illa in Serenissimum maritum contulerit, illico [11] valere sancimus, & plenissimam habere firmitatem: utpote imperialibus contractibus legis [12] vicem obtinentibus, minimeque opitulatione quadam extrinsecus egentibus. Dat. 8. Idus April. DECIO V. C. CONS. 529.

De captivitate.

27. Idem A. Joanni P. P.

Si unus ex his qui matrimonio fuerant copulati, in alium donatione facta ab [13] hostibus captus esset, & in servitutem deductus, & postea ibi [morte] peremptus: *quærebatur*, an hujusmodi liberalitas quam ante fecit, ex hoc roborari videretur, an vacillare? & iterum si donator quidem in civitate Romana constitutus decessisset, mortis autem ejus tempore is, qui donationem accepisset, in captivitate degeret, & post reversus esset, an videretur & tunc donatio rata haberi? Cum itaque in utroque casu oporteat augusto remedio causam dirimi: cum nihil [14] tam peculiare sit imperialis majestatis, quam humanitas, per quam solam Dei servatur imitatio [15], in ambobus casibus firmam esse donationem censemus. Dat. Kalend. Dec. LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XVII.

DE [16] REPUDIIS [17] ET JUDICIO DE MORIBUS [18] SUBLATO.

De deportatione, & aquæ, & ignis interdictione.

1. Imp. ALEXANDER A. Abutinianæ.

Matrimonium quidem deportatione [19], vel aquæ & ignis interdictione non [20] solvitur, si casus in quem maritus incidit, non mutet uxoris adfectionem. Ideoque dotis exactio [21] ipso [22] jure non competit: sed indotatam eam esse, cujus laudandum propositum est, nec ratio æquitatis, nec exempla permittunt. PP. Nonis Novembr. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

De absentia sponsi.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALERIAN. Cæs. Paulinæ.

Liberum est filiæ tuæ, si sponsum suum post tres [23] peregrinationis annos expectandum sibi ultra non putet, omissa spe hujus conjunctionis, matrimonium facere: ne opportunum [24] nubendi tempus amittat: cum posset nuntium [25] remittere, etiam si præsente illo consilium mutare voluisset. PP. 7. Kal. April. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

De ficto repudio in fraudem dotantis.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Tullio.

Dubium non est omnia omnino quæ [26] consilio recte geruntur, jure meritoque effectu & firmitate niti. Quare si tu dotem pro muliere dedisti, & ex [27] morte ejus repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui causa ficto [28] repudio matrimonium brevi [29] tempore rescissum est: res dotales quas ante nuptias obtulisti, Præses provinciæ recipere te non dubitabit. Certum est enim daturum operam Moderatorem provinciæ, ut quæ contra fas gesta sunt, fructum [30] calliditatis obtinere non possint: cum nobis hujusmodi commenta displiceant. Imaginarios [31] enim nuntios, id est, repudia, nullius esse momenti, sive nuptiis fingant se renunciasse, sive sponsalibus, [etiam veteribus] juris auctoribus placuit [32]. Dat. 2. Kal. Septemb. *Tyberiade*, AA. & CC. CONSS.

De potestate matris.

4. Iidem AA. & CC. Pisoni.

Filiæ divortium in potestate matris [33] non est. Dat. 3. Kal. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De potestate patris.

5. Iidem AA. & CC. Schyroni.

Dissentientis patris [34] qui initio consensit matrimonio, cum marito concordante [35] uxore filiafamilias [36], ratam non haberi voluntatem, divus Marcus pater noster, religiosissimus Imperator, constituit: nisi magna [37] & justa [38] causa interveniente hoc pater fecerit. Invitam [39] autem ad maritum redire, nulla juris præcipit constitutio. † Emancipatæ [40] vero filiæ pater divortium in arbitrio suo non habet. Dat. 5. Kalend. Septembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

In AUTHENT. de nupt. §. est quoque. col. 4. tit. 1. Nov. 22. c. 19.

Econtra si filiifamilias distrahunt parente nolente [41], quid juris sit, exprimit nova constitutio de nuptiis, scilicet ne matrimonia distrahantur in læsionem [42] parentum, qui dotem, vel ante nuptias donationem obtulerint, aut susceperint soli, aut cum filiis: quia sicut in contrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita & in dissolvendo.

De repudii libello non tradito, vel cognito marito.

6. Iidem AA. & CC. Phœbo.

Licet repudii libellus non [43] fuerit traditus, vel cognitus marito, dissolvitur matrimonium. Dat. 18. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

De uxore militis.

7. Imp. CONSTANT. A. Dalmatio.

Uxor, quæ in militiam profecto marito, post interventum annorum quatuor [44], nullum sospitatis ejus potuit habere indicium [45], atque ideo de nuptiis aliis cogitavit, nec tamen ante nupsit, quam libello Ducem super [hoc suo] voto convenit; non videtur nuptias iniisse furtivas [46], nec dotis amissionem sustinere, nec capitali [47] pœnæ esse obnoxia, quæ post tam magni temporis jugitatem non temere, nec clanculo [48], sed publice contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideoque observandum est, ut si adulterii suspicio nulla sit, nec conjunctio furtiva detegatur, nullum periculum ab his quorum conjugio erant copulatæ, vereatur: cum, si conscientia maritalis tori furtim esset violata, disciplinæ ratio pœnam congruam flagitaret [49]. Dat. *Nesso* [50], FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. §. quod autem a nobis. col. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 11.

Hodie quantiscunque annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neque literas, neque responsum ab eo acceperit. † Sed si mortuum

1 Donatio in conjuges silentio donatoris confirmatur: hoc est, si eam superstes non revocavit, *ut hic*. Quid si donatio sit reciproca & mutua: Hippol. Marsilius *singul.* 50. notat id genus donationis morte confirmationem non requirere, valere denique sine traditione: idque ita notatum esse a Cyno & Castrensi in *l. si pater. 5. supr. de inoffic. testam.* 2 Vide quæ scripsi ad *l. 27. J. de donat.* 3 Insinuationem donationis inter virum & uxorem observa. 4 Nota regulam: Quid hujusmodi donatio num prorsus inutilis est? An potius ad summam quingentorum solidorum sustinenda ex *l. 34. l. 36. §. 3. J. de donat.* Salicetus negat: probat enim in hujusmodi donatione defunctum esse in re: quod videlicet insinuata non fuerit, & in persona, quod inter conjuges non valeat donatio, sed tamen Clarus 4. *sentent. 4. §. donatio. quæst. 17. vers. Sed hic.* notat, Saliceti opinionem communiter reprobari contrariamque opinionem æquiorem esse. 5 Sustinentur hujusmodi donationes jure relicti potius, quam contractus, ideoque ex illis detrahitur Falcidia sicut de legatis, additur etiam id verum esse, quoties ante mortem mariti intervenit traditio vera vel ficta, vel aliquid traditionis vice: veluti constitutum & confessio recepti. alias, si sola promissio intervenit, morte non confirmatur: Clarus id ita communiter intelligi ab omnibus interpretibus notat 4. *sent. 4. §. donatio. quæst. 9. vers. Scient autem.* 6 *l. 20. ff. h. t. l. 20. ff. de pign. act. l. 40. ff. de mort. causa donat.* 7 Idem Clarus *ibid.* ex communi opinione refert, hujusmodi donationem morte mariti confirmantis respectu dominii non retrotrahi ad tempus tactæ donationis: sed fructuum perceptorum respectu. Idem sentit Bald. *hic.* 8 Vide *l. 7. in fin. princ. l. 1. ff. ad Senatuscons. Maced. l. 16. §. 1. ff. de pign. & hypothec. l. 20. ff. de pign. action. l. 44. §. 1. ff. de usurp. & usucap.* 9 Quæ juris sunt, retrotrahuntur, non quæ sunt facti. *arg. l. 7. ff. de jure codicill.* 10 Princeps constante matrimonio uxori suæ donare potest. 11 Ita ut mors Principis non expectetur, quod in cæteris non est. 12 Contractus initi cum Imperatore & Augusta vicem legis obtinent, facit *l. 7. infr. de bon. quæ liberis. l. ult. in fin. infr. de quadrien. præscr.* 13 *l. 32. §. 14. ff. h. t.* 14 Principis nihil tam peculiare, quam humanitas. 15 Humanitatem observantes, Deum imitantur.

16 Dixi ad *l. 24. ff. 2. Cod. Theod. h. t. lib. 3. tit. 16.* de formulis repudii, vide *l. 2. ff. de divort. & repud.* de justis causis divortii, vide *Novell. 117. c. 8. 9.* 17 Repudium divortium est sponsaliorum: Divortium, repudium matrimonii. Interdum tamen confunditur vox utraque *l. 8. infr.* Divortium primus Romæ fecit Sp. Carvilius Ruga, quod ejus uxor corporis vitio ei non pareret & apud censores juraverat se liberorum tollendorum gratia uxorem ducere, anno urbis 523. 4. Gell. 3. ex eo tempore cautiones rei uxoriæ necessariæ visæ, ut ex Ser. Sulpitii *lib. de dotibus* refert Gellius *d. loco.* Et tamen Plutarchus *in Romanis quæstionibus* refert Domitianum primum repudia permisisse. De divortio hoc etiam addatur, Flaminicæ, hoc est, uxori Flaminis non licuisse divortium facere. Fest. *in Flaminica.* 10. Gell. 15. *ibi, Matrim. Flamin. nisi morte dirimi jus non est.* 18 Propter mores retentio ex dote fiebat. Ulp. *in fragm. tit. 6. §. 9.* mores inquam, pravos & inhonestissimos uxori. de quibus *l. 11. §. 2. J. h. t.* verum hoc judicium postea sublatum. *d. §. 2. vers. Judicio.* ut & retentio ob mores. *l. un. §. 5. ff. de rei uxor. act. vers. quid enim opus est inducere ob mores retentionem?* De morum judicio, adde *l. 5. ff. de pactis dotal. l. 39. & l. 47. ff. solut. matrim.* Ulp. 6. *l. 11. in fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. 8. ff. de captiv. & postl. revers. l. 1. Cod. Theod. de dot. l. 4. Cod. Theod. de incest. nupt.* de censoribus morum apud Romanos, vide Asconium *orat. in Pisonem*; autorem ad Herennium *lib. 1.* Donatum *in Terentium*; Varronem 5. *de lingua*; & Gellium 4. *c. 20.* 19 Deportatione viri vel amissione civitatis, matrimonium non solvitur: dos tamen ex æquo potest repeti. 20 Vide quæ dixi ad *l. 24. supr. de donat. inter vir.* adde *l. 5. ff. de bon. damnat. Novell. 22. c. 13. l. 13. §. 1. ff. de donat. inter vir.* 21 Actio. *Hal.* 22 Sed ex æquitate. *infr.* Nam actio de dote constante matrimonio competit hoc casu, ut & alio. *l. 24. ff. solut. matrim.* 23 Præsens sponsus expectatur per biennium. *l. 2. ff. de sponsalib.* absens per triennium, *ut hic.* 24 Opportunum nubendi tempus puellis non auferendum. 25 Sponsalibus renunciari potest. *l. 2. §. 1. ff. h. t. l. 1. supr. de sponsal.* 26 Effectus consilio gesti. 27 Ut *l. 59. ff. solut. matrim. Novell. 22. c. 19.* 28 Fictum repudium non impedit pactum in casum mortis collatum. 29 Res ita habet: Stipulatus sum dotem tuæ uxoris mihi reddi in casum mortis, non divortii. Matrimonium solutum est divortio, non morte? deficit conditio stipulationis: postea redintegratum est matrimonium: An etiam redintegratur stipulatio? sic sane, si fictum divortium fuit, non verum. *l. 26. in fin. ff. de pactis dot.* quia nec tali divortio solvitur matrimonium, nec extinguitur stipulatio, atque ideo ex morte committitur stipulatio, perinde ac si nullum divortium intercessisset. adde Cuj. 13. *obs.* 25. 30 Calliditas fructum non meretur. 31 Imaginarii nuncii seu imaginaria repudia nullius sunt momenti. 32 Cont. 1. *lect.* 7. hoc addendum putat ex Græcis. unde si iterum conjuncti fuerint, non potest in secundis nuptiis locum habere stipulatio, quod Cujacio displicet 13. *observ.* 25. 33 *l. 20. supr. de inoff. testam.* idem in patre. *l. 5. J. h. t.* 34 Vide *l. 32. §. 18. ff. de don. int. vir.* de matre dictum est lege superiore. 35 Parens bene concordans matrimonium liberorum in potestate positorum dissolvere non potest. *d. l. 20. d. §. 19. l. 18. supr. de inoff. l. 1. in fin. ff. de lib. exhib.* nisi sit magna causa. *J. h. t.* 36 Ideo recte queritur filia apud Ennium in hunc modum, *apud autorem ad Heren. lib. 1. Injuria abs te afficior indigna pater. Nam si improbum esse Ctesiphontem existimaveras, Cur me huic locabas nuptiis? Sin est probus, Cur talem invitum invitam cogis linquere?* & in Plauti *Sticho*: filia ad patrem, *aut olim (nisi tibi placebat) non datam oportuit: Aut nunc, non æquum est abduci pater.* adde Cujac. *Nov. 22.* 37 Puta furoris & similium. *l. 4. l. 5. ff. h. t. Nov. 22. c. 19. in fin. l. 22. §. 9. ff. soluto.* 38 Cui multum solet a judicibus tribui. *l. 1. in fin. l. 26. §. ult. ff. ex quibus causis major.* 39 Vide *l. 69. ff. de reg. jur.* 40 Contractum ab emancipato filio matrimonium pater dissolvere nullo modo potest. 41 Cujus consensus requiritur in contrahendo matrimonio, ejus consensus etiam requiritur in dissolvendo. 42 Factum filii patri non nocet. 43 Sufficit repudium mitti per nuncium, vel libellum conjugi datum, missumve ad domum ejus. 44 Vide quæ dixi de hujus loci abrogatione, *Novell. 117. cap. 11.* 45 Σύμβολον. *Nov. 22.* quidam legebant *Judicium.* 46 Furtivæ nuptiæ. 47 Furtivarum nuptiarum pœna capitalis. 48 Hinc colligere possumus, Nuptias palam fieri debere, teste populo. Apulej. 6. Nuptiæ in villa sine testibus legitimæ non possunt videri. In villa, est in secessu & secreto. *l. 8. ff. de manum. vindict.* In concubinatu idem vitium non notatur, nisi mulier sit ingenua claraque. *l. 3. ff. de concub.* adde quæ scripsi *ad Nov. Leonis* 89. Græci nuptias clandestinas κλεψιγάμους vocant. 49 *l. un. §. 16. supr. de rei uxor. act.* 50 *Naisso.*

audierit

audierit: non prius nubat, quam per ſe, vel per alium, eum ſub quo militabat, adiens interrogavit, ſi pro veritate mortuus eſt: ut apud geſta deponatur cum jurejurando, ſi mortuus ſit: quo ſubſecuto, poſt annum nubat. † *Si vero præter hæc nupſerit: tam ipſa, quam qui eam duxerit, veluti adulteri puniantur.* †. *Sed qui juraverit, ſi falſo juraſſe convincatur: militia nudatus, decem libras auri ſolvet illi, quem mortuum fuiſſe mentitus eſt: eo licentiam habente, ſi voluerit, ſuam uxorem recipere.*

De modo contrahendi ac diſſolvendi matrimonium. 1. *De cauſis repudii.* 4. *Pœna repudiantium ſine cauſa.* 8. *De pactis.*

8. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hormiſdæ P.P.

CONſenſu [1] licita matrimonia poſſe contrahi, contracta [2] non niſi miſſo repudio diſſolvi præcipimus: ſolutionem [3] etenim matrimonii difficiliorem [4] debere eſſe, favor [5] imperat liberorum. §. 1. *Cauſas* autem repudii [6] hac ſaluberrima lege apertius deſignamus. Sicut enim ſine [7] juſta cauſa diſſolvi matrimonia juſto limite prohibemus: ita adverſa neceſſitate [8] preſſum vel preſſam, quamvis infauſto [9], attamen neceſſario auxilio cupimus liberari. §. 2. Si qua [10] igitur maritum ſuum adulterum [11], aut homicidam, aut veneficum, vel certe contra noſtrum imperium aliquid molientem, vel falſitatis crimine condemnatum invenerit, ſi ſepulchrorum diſſolutorem, ſi ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, ſi latronem, vel latronum ſuſceptorem, vel abactorem, aut plagiarium, vel ad contemptum [ſui] domuſve ſuæ ipſa inſpiciente cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam caſtas [12] exaſperat) cœtum ineuntem, ſi ſuæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio ſimili modo inſidiantem, ſi ſe verberibus [13] (quæ ingenuis aliena ſunt) afficientem probaverit, tunc repudii auxilio uti neceſſario ei permittimus libertatem & cauſas diſſidii legibus comprobare.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. §. cauſas. col. 8. tit. ult. alias §. quia vero quædam in f. Novell. 117. cap. 9. al. cap. 13.

SEd novo jure vir, qui ſine cauſa hoc fecerit, ex alia ſubſtantia ſua etiam conſtante matrimonio tantum dabit uxori, quantum tertia pars facit antenuptialis largitatis: ſed matrimonium ob id non ſolvitur.

§. 3. Vir [14] quoque pari ſine claudetur, nec licebit ei ſine cauſis apertius deſignatis propriam repudiare jugalem [15]: Nec ullo modo expellat niſi [16] adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut ſepulchrorum diſſolutricem, aut ex ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum, ſe ignorante vel nolente, convivia appetentem; aut ipſo invito ſine juſta & probabili cauſa foris ſcilicet pernoctantem, vel circenſibus, vel theatralibus ludis, vel [arenarum] ſpectaculis [in ipſis] locis, in quibus hæc adſolent celebrari, ſe prohibente, gaudentem, vel ſibi veneno, vel gladio, aut alio ſimili modo inſidiatricem, vel contra noſtrum imperium aliquid machinantibus conſciam, ſeu falſitatis ſe crimini immiſcentem invenerit, aut manus audaces ſibi probaverit ingerentem: tunc enim neceſſario ei diſcedendi permittimus facultatem, & cauſas diſſidii legibus comprobare. §. 4. Hæc niſi vir & mulier obſervaverint, ultrice providentiſſimæ legis pœna [17] plectentur. Nam mulier ſi contempta lege repudium mittendum eſſe tentaverit, ſuam dotem, & ante nuptias donationem amittat, nec [18] intra quinquennium nubendi habeat donec poteſtatem: æquum eſt enim eam interim carere connubio, quo ſe monſtravit indignam. Quod ſi præter hæc nupſerit, erit ipſa quidem infamis: *connubium* vero illud nolumus nuncupari. Inſuper etiam arguendi hoc ipſum volenti concedimus libertatem. Si vero cauſam probaverit intentatam: tunc eam & dotem recuperare, & ante nuptias donationem lucro habere, aut legibus vindicare cenſemus, & nubendi poſt [19] annum [ei] (ne [20] quis de prole dubitet) permittimus facultatem. §. 5. Virum, etiamſi mulierem interdicta arguerit [21] attentantem; tam dotem, quam ante nuptias donationem ſibi habere ſeu vindicare, uxoremque (ſi velit) ſtatim [22] ducere, hac juſta definitione ſancimus. Sin autem aliter uxori ſuæ renunciare voluerit, dotem redhibeat, & ante nuptias donationem amittat. §. 6. Servis [23] etiam ſeu ancillis puberibus, ſi crimen adulterii [24], vel majeſtatis [25] ingeritur, tam viri, quam mulieris, ad examinandam cauſam repudii, quo veritas aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur, ſi tamen alia documenta defecerint, quæſtionibus ſubdendis. Super plagis etiam (ut dictum [26] eſt) illatis ab alterutro commovendis, eaſdem probationes (quoniam non facile, quæ [27] domi geruntur, per alienos poterunt confiteri) volumus obſervari.

§. 7. Si vero filio vel filiis, [filia] vel filiabus extantibus repudium miſſum eſt, omne, quicquid ex nuptiis lucratum eſt, filio ſeu filiis, filiæ ſeu filiabus poſt mortem accipientis ſervari [28]: id eſt, ſi pater temere repudium miſerit, donationem ante nuptias a matre ſervari: ſi mater, dotem ipſam eidem [vel eiſdem] filio ſeu filiæ patre moriente dimitti cenſemus: patri videlicet vel matri in ſcribendis filiis heredibus, [ſi] unum ſeu unam vel omnes ſcribere, vel uni ex his donare velit, electione [29] ſervata: nec ullam alienandi ſeu ſupponendi memoratas res permittimus facultatem. Sed ſi aliquid ex iiſdem rebus defuerit, ab heredibus ſeu earum detentatoribus (ſi tamen non ipſos heredes ſcripſerit, aut ſcripti filii non [30] adierint) reſarciri præcipimus: ut etiam hoc modo inconſulti animi a repudio mittendo detrimento retrahantur. §. 8. Pactiones [31] ſane, ſi quæ adverſus præſentia ſcita noſtræ majeſtatis fuerint attentatæ, tanquam legibus contrarias nullam habere volumus firmitatem. Dat. 5. Id. Januar. PROTOGENE & ASTERIO CONSS. 449.

De communi conſenſu.

9. Imp. ANASTASIUS A. Theodoro P.P.

SI conſtante matrimonio, communi [32] conſenſu tam viri quam mulieris, repudium ſit miſſum, quo nulla cauſa continetur, quæ conſultiſſimæ conſtitutioni divæ memoriæ Theodoſii & Valentiniani inſerta eſt: licebit mulieri non quinquennium expectare, ſed poſt [33] annum ad ſecundas nuptias convolare. Dat. 15. Kal. Martii, ANASTASIO A. II. CONS. 497.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. §. quia vero ex conſenſu. coll. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 10.

QUod hodie non [34] licet, niſi caſtitatis concupiſcentia hoc fiat: tam dote quam ante nuptias donatione filiis conſervatis: Quæ ſi alias poſtea nuptias contrahere: vel luxurioſe vivere inveniantur, liberis tradendæ ſunt earum facultates, delinquentibus earum proprietatem amittentibus: Filiis autem non extantibus fiſco applicantur. Et qui talia deliquerint, legitimis ſubjiciantur pœnis.

De impotentia coëundi.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

IN cauſis jam dudum ſpecialiter definitis ex quibus recte mittuntur repudia, illam addimus, ut, ſi maritus uxori ab initio matrimonii usque ad duos [35] annos continuos computandos coire [36] minime propter naturalem [37] imbecillitatem valeat, poſſit mulier vel ejus parentes ſine [38] periculo dotis amittendæ repudium marito mittere: ita tamen, ut ante nuptias donatio eidem marito ſervetur. Dat. 3. Id. Dec. DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de nupt. §. per occaſionem. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 6.

SEd hodie non biennium ſolum, ſed triennium enumerari volumus ex ipſo tempore copulationis computandum.

De matrimonio ſine dote conſtituto, & judicio de moribus ſublato.

11. Idem A. HERMOGENI Magiſtro officiorum.

JUbemus, ut quicunque mulierem cum voluntate parentum: aut ſi parentes non habuerit, ſua voluntate maritali affectione in matrimonium acceperit: etiam [39] ſi dotalia inſtrumenta non interceſſerint, nec [40] dos data fuerit: tanquam ſi [cum] inſtrumentis dotalibus tale matrimonium proceſſiſſet, firmum conjugium eorum habeatur: non [41] enim dotibus, ſed affectu [42] matrimonia contrahuntur. §. 1. Si quis autem eam, quam [43] ſine dote uxorem acceperat, a conjugio ſuo repellere voluerit: non aliter ei hoc facere liceat, niſi talis culpa interceſſerit, quæ noſtris legibus condemnatur. Si vero ſine culpa [eam] rejecerit, vel ipſe talem culpam contra innocentem mulierem commiſerit: compellatur ei quartam [44] partem propriæ ſubſtantiæ pro rata portione perſolvere: ut ſi quidem quadringentarum librarum auri, vel amplius vir ſubſtantiam habeat, centum [45] libras auri mulieri præſtet, & nihil amplius, etſi quantamcunque ſubſtantiam poſſideat. Si vero minus quadringentis libris auri pura ſubſtantia ejus fuerit, tunc quar-

1 Vide *l.* 30. *ff. de reg. jur.* 2 *Novell.* 117. *cap.* 10. & ſimplici conſenſu. *Novell.* 140. adde *l.* 35. *ff. de reg. juris.* 3 Plus eſt igitur repudio diſſolvi matrimonium, quam conſenſu. 4 Nuptias facile diſſolvi non permittit favor liberorum. 5 Liberis multum favetur. 6 De repudii cauſis adde *Novell.* 22. *c.* 15. *Novell.* 117. *c.* 8. *&* 9. *Syn. Baſil.* 29. *tit.* 2. *c.* 1. *&* 4. Harmen. 12. §. 13. *& ſeq.* Zonar. *&* Balſamo *in cap.* 5. *apoſt.* Goth. Jure Canonico non diſſolvitur matrimonium quoad vinculum, ſed tantum quoad thorum & menſam ne quidem propter adulterium, adeoque verum divortium non eſt. *cap.* 1. *extr. de divort.* Anſ. 7 Matrimonia diſſolvi ſine legitima cauſa non poſſunt. 8 Intereſt matrimonium diſſolvi, ſi id neceſſitas exigat. 9 Divortii infauſtum auxilium. 10 Quibus de cauſis maritus poſſit repudiari, dixi ad *Nov.* 22. *cap.* 15. §. 1. *Nov.* 117. *c.* 9. 11 Plures hic cauſæ divortii enumerantur, quam in *l.* 1. *C. Theod. h. t.* ubi uxori licet repudium mittere marito homicidæ, medicamentario, (hoc eſt, venefico) & ſepulchrorum diſſolutori: ſic ut ſi præter ſuperiores cauſas repudium mittat, usque ad acuculam in domo mariti deponere debeat, & in inſulam deportari. 12 Nihil eſt quod æque uxorem exaſperet, quam viri impudicitia. 13 Eam ob cauſam hodie matrimonium non diſſolvitur. *Novell.* 117. *cap.* 14. Quæ merito in uxorem ſint permiſſa, vide apud Romanum *ſing.* 4. 14 De cauſis repudii viro permiſſi, dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 15. §. 2. *Novell.* 117. *c.* 8. 15 Id eſt, uxorem. 16 Pauciores quoque cauſas in viro enumerat *l.* 1. *C. Th. h. t.* cauſas nimirum repudii in viro haſce eſſe, ut vel mœcham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiet. 17 Pœna injuſti repudii. Non mittitur repudium niſi juſtis de cauſis: alioquin injuſti repudii actio eſt. *Novell.* 117. *cap.* 13. *l.* 38. *ff. ſolut. matrim. l.* 8. *in fin. ff. de captivis & poſtlim.* 18 Gravior interdum pœna conſtituitur uxori ἀποςατοῦσαν, ſive repudium mittenti: Nam in perpetuam monaſterii captivitatem conjicitur. *Novell.* 117. *cap.* 13. *in pr.* & omnia ſua deponit in domo mariti, usque ad aciculam capitis, id eſt, acum crinalem. *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de repudiis.* 19 *l.* 19. *infr. h. t.* 20 Si mulier intra annum luctus nubit, de prole dubitatur. *l.* 11. §. 1. *ff. de his, qui notant.* Eam ob cauſam indicitur illi luctus annuus: quin & propter reverentiam & memoriam mariti, quandoquidem etiamſi intra annum peperit, annum luctus peragere debet, niſi hoc a Principe impetraverit. *l.* 10. *ff. de his, qui notant. infam.* id quod prægnanti nunquam concedit Princeps. Tacit. 1. Dion. 48. 58. Plutarch. *in Anton.* E contrario remittitur luctus, ſi maritus luctu indignus fuerit. *d.* §. 1. adde Cujac. 6. *obſerv.* 32. *ubi de luctu mulierum, & feſtinantis nuptiis tractat. & ad Novell.* 22. *& ad c.* 20. *de præſcriptionib.* Quid ſi divortio, aut bona gratia matrimonium ſit ſolutum? vide *l.* 10. *in fin. infr. h. t.* 21 Maritus ſecundam uxorem ſtatim ducere poteſt, quocunque divortio ſolutum ſit matrimonium. 22 *l.* 11. *in fin. ff. ad leg. Jul. de adulteriis.* 23 Servis & ancillis creditur adverſus dominos certis criminibus. *l.* 32. *infr. ad leg. Jul. de adulteriis. l.* 1. *infr. de quæſtion.* vide quæ dixi ad *Nov. Leon.* 49.

24 *d. l.* 32. *d. l.* 1. 25 *d. l.* 1. 26 Vide §. 2. *ſupr. h. t.* 27 *Domeſtici* teſtes interdum admittuntur: interdum, id eſt, in *domeſticis* factis. dixi ad *Novell.* 90. *c.* 1. adde *l.* 3. *J. de naufragiis. lib.* 11. *tit.* 5. *l.* 6. *J. qui militare. lib.* 12. *tit.* 34. 28 *l.* 11. §. 1. *verſ. filiis autem. J. h. t. l.* 9. *in fin.* S. *de ſecund. nupt.* 29 Azo & Hugolinus exiſtimant hanc electionem non denegari ex *Novell.* 2. *c.* 1. hoc eſt, ut lucrum nuptiale quod adquirit per matrimonium morte, vel quaſi morte (puta monachiſmi profeſſione, vel ſervitute) diſſolutum poſſit ſuperſtes conjux in quem voluerit liberorum conferre: ſed ſi inter vivos divortium citra cauſas ſuperiores acciderit: idque Cujac. probat *Nov.* 2. *c.* 1. *& Nov.* 22. *c.* 25. 30 Alias ſi adiiſſet, factum patris non poſſet reprobare. *l. cum a matre.* 14. *ſupr. de rei vindic.* 31 *l.* 1. *in fin. ſupr. de rei uxor. act.* 32 Id abrogatur *Nov.* 117. *cap.* 10. reducitur poſtea *Novell.* 140. 33 Quid ſi mulier ante annum luctus peperit, poteſtne ſtatim nubere? Cujac. 1. ad *Novell.* 22. *& c.* 20. *de præſcriptionibus. &* 6. *obſ.* 37. putat poſſe quoties matrimonium diſſolvitur inter vivos, puta mutuo conſenſu, ſervitute, electione ſolitariæ vitæ: aliud fore, ſi morte matrimonium ſit diſſolutum. 34 Imo licet. *Novell. Juſtin.* 140. 35 Hodie tres. *Novell.* 22. *cap.* 6. *Auth. prox.* J. 36 Dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 6. *Novell.* 117. *cap.* 11. adde *l.* 60. §. 1. *l.* 61. *l.* 62. *ff. de donat. inter vir.* 37 Non ergo propter accidentalem. *cap.* 1. *extr. de frig. & malef.* Idem etiam marito propter ſterilitatem fœminæ. *l.* 60. §. 1. *de donat. int. vir. & uxor.* Olim tamen in Eccleſia Romana propterea divortio non erat locus, ſed ſi quis cum uxore congredi non poterat, ſuo, vel uxoris vitio, eam tamen tanquam ſororem retinere debebat. *Can. requiſiſti.* 33. *quæſt.* 1. quo reſpicit *Cap.* 4. *Conſultationi. extr. de frig. & malefic. & ibi* Cujac. *Anſ.* 38 Cauſam obſerva ex qua mulier repudium mittit ſine dotis amiſſione. 39 Dotalia inſtrumenta ad nuptiarum ſubſtantiam nihil pertinent. *l.* 20. *verſ. quare. ſupr. de donat. ante nuptias.* dixi ad *l.* 9. *l.* 13. *l.* 22. *ſupr. de nupt.* vide tamen *Novell.* 74. *cap.* 4. *Novell.* 117. *cap.* 3. *&* 4. 40 Matrimonium ſine dote eſſe poteſt. vide *l. ult. ſupr. ad SC. Velleian.* adde *Nov.* 22. *cap.* 18. 41 Affectu, non dotibus matrimonia contrahuntur. 42 *Nov.* 74. *cap.* 4. vide *l.* 30. *ff. de reg. juris.* 43 Ob nullam acceptam dotem uxor a marito repudiari non poteſt. *Nov.* 22. *cap.* 18. Quid ſi promiſſam dotem maritus non accepit? dixi S. *ad l. ult. ſupr. ad SC. Velleian.* Quid ſi inopem uxorem maritus expulit, & locupletem poſtea factam recipere velit. vide quæ ſcripſi ad *l.* 2. *J. ne fidejuſſ. dot.* 44 Qui ſola affectione indotatam uxorem accepit diſcordiæque cauſam dedit, præſtet conjugi quartam partem bonorum ſuorum: ita tamen ut non excedat ea pars centum libras auri. vide *Novell.* 22. *cap.* 18. Idem quadrans debetur conjugi ſuperſtiti egeno, vel egenæ morte ſoluto matrimonio, ſive extent liberi, ſive non extent. *Nov.* 53. *c.* 6. *Nov.* 74. *c.* 5. 45 Dotis maximæ modus, centum auri libræ, *ut hic. Nov.* 22. *cap.* 18. *verſ. Si quid.* qui fuit olim decies centenorum millium nummum. *l.* 6. *in fin. ff. de uſur.* Martialis 2. *epigr.* 65. *Centena decies quæ tibi dedit dotis.* Juvenal. *Satyra* 10. *circa fin. Et ritu decies*

ta [1] pars computatione facta puræ [2] substantiæ ejus usque ad minimam quantitatem mulieri detur. Eodem modo servando & in mulieribus [3], quæ indotatæ constitutæ, [si] sine culpa mariti, constitutionibus cognita eos repudiaverint, vel ipsæ culpam innocenti marito præbuerint: ut ex [4] utraque parte æqua lance, & æquitas & pœna servetur. Hoc lucro quartæ partis, filiis quidem non extantibus, ipsi viro & mulieri competente, & ab his quomodo voluerint, disponendo: Filiis autem, & deinceps personis ex eodem matrimonio intervenientibus, ei servando ad [5] similitudinem dotis, & propter nuptias donationis per omnia quæ super his statuta sunt. §. 2. Inter culpas autem [viri, &] uxoris constitutionibus enumeratas & has adjicimus, *si forte uxor sua ope, vel industria abortum [6] fecerit, vel ita luxuriosa [7] est, ut commune lavacrum* [8] [*cum*] *viris libidinis causa habere audeat: vel, dum* [9] *est in matrimonio, alium maritum sibi fieri conata fuerit*: & in his enim casibus locum habere constitutiones sancimus, quæ de culpa tam mariti quam uxoris loquuntur: ut quemadmodum dos, vel donatio propter nuptias perit, ita & mulieres indotatæ in quartam partem, quam & viris & mulieribus ex hac lege destinavimus, amissionis periculum sustineant: Judicio *de moribus* [10] (quod antea quidem in antiquis legibus positum erat, non autem frequentabatur) penitus abolito. Omnibus etenim causis requisitis, & perlectis, quas antiquitas introducebat, nihil validum præter eas quas anteriores constitutiones, & præsens dispositio introduxit, invenimus. Dat. 12. Kal. DN. JUSTIN. A. II. CONS. 528.

Ne liberi matrimonium distrahant in fraudem parentum.

12. Imp. JUSTINIANUS.

VUlt [11] constitutio [12] neque sub potestate constitutos, neque sui juris filios, neque masculos, neque fœminas posse distrahere matrimonia in suorum læsionem patrum aut matrum, qui dotes, aut antenuptiales donationes obtulerunt, vel susceperunt. Sed sicut in contractu nuptiarum expectamus patrum [13] consensum, ita neque transigere [14] matrimonia sinimus in parentum læsionem citra illorum voluntatem. Sed & si mittatur repudium, competere contra eos exactionem pœnarum non sinimus, sive ipsi dederint hoc, vel susceperint, sive etiam cum aliis susceperint, parentem quidem contra voluntatem filii non posse transigere matrimonium, filiis autem permittere, & in minori ætate constitutis, & neque quid utile sit scientibus citra patrum voluntatem solvere matrimonium, & ex hoc parentes lædere. Hoc autem bene quidem inchoans philosophissimus [15] sancivit Marcus: Diocletianus autem hunc secutus est: nos autem similiter approbavimus.

TIT. XVIII.

SOLUTO [16] MATRIMONIO QUEMADMODUM [17] DOS PETATUR [18].

De ancilla & partu ejus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Gemillæ.

DUbium non est, post æstimationem dotis, pactione vel stipulatione interposita, *Ut* [19] *si ipsæ res dissoluto matrimonio extarent, uxori reddantur*: & ancillas cum partu ex stipulatu judicio restitui oportere. PP. 3. Idus Aprilis, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De patre mulieris, & de fisco.

2. Iidem AA. Aquiliæ.

SEcundum rationem juris existimas restitui tibi debere dotem a fisco, qui bona damnati [20] patris tui suscepit [21]. Licet enim viro quondam tuo pater tuus heres extiterit, attamen juri tuo hoc derogare non potest: cum & ipse pater sine [22] voluntate tua, nec exigere, nec accipere dotem poterat. Dat. Prid. Non. April. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De matrimonio opinato.

3. Imp. ANTONINUS A. Hostiliæ.

SI ignorans [23] statum Erotis, ut liberum duxisti [24], & dotem dedisti, isque postea servus est judicatus; dotem ex peculio recipies: & si quid præterea eum tibi debuisse apparuerit. Filii autem tui, ut ex libera nati, incerto [25] tamen patre, spurii [26] ingenui intelliguntur. PP. 3. Kal. Septemb. LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

De dote profectitia, & morte mulieris.

4. Imp. ALEXAND. A. Apollonio.

DOs [27] a patre profecta [28], si in matrimonio decesserit [29] mulier filiafamilias [30], ad [31] patrem redire debet. PP. 18. Kal. Septemb. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

De captivitate uxoris, & morte ejus.

5. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Tauro.

SI quidem vivit apud hostes uxor tua: nondum frater ejus quasi heres dotem repetere potest. Si vero diem functa [32] est, & hereditatem ejus possit vindicare: dotis quoque repetitio ei jure competit, cum [33] in stipulatum deducta sit. PP. 2. Non. Maji, ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Tam marito quam uxori in rei dotalis æstimatione decepto succurritur. Salic.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Alexandræ & Neroni.

SI circumscripta matre vestra, viliore [34] pretio dotales res æstimatæ sunt: quid super hujusmodi contractuum vitio statutum sit, vulgo patet [35]. Proinde si dolosis artibus mariti circumventam matrem vestram, inque ea [æstimatione circumscriptam,] apud Præsidem provinciæ evidentibus probationibus ostenderitis, quando vobis possidentibus ad obtinenda prædia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur: sciet quatenus religionem judicationis suæ temperare debeat. † Sin autem etiam maritus [36] in æstimatione gravatum se alleget; veritate examinata, non amplius quam pretium justum restituere compelletur. Hæc tum locum habent, cum res [37] in natura sunt: si tamen extinctæ sint, pretium, quod dotali instrumento inditum est, considerabitur. PP. 7. Kal. Nov. ipsis AA. CONSS. 287.

An pater possit pecuniam vel dotem adimere.

7. Iidem AA. & CC. Erotio.

FIliæ pecuniam [38] adimere, quam habes in potestate, minime prohiberis. Nam si pro ea dotem dedisti: hanc constante matrimonio, ne [39] consentiente quidem ipsa: matrimonio autem dissoluto [eadem] invita repetere non [40] potes. S. 5. Id. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

In quantum maritus, vel ejus heredes conveniantur.

8. Iidem AA. & CC. Salustiæ.

NEc maritus, licet post divortium, in quantum [41] facere possit, condemnandus est; postea [42] idoneus factus, qui non reddiderat integrum, residui probabiliter solutionem recusat. At cum ejus heredes [43] in solidum conveniendos non ambigatur, ne cum his solvendo factis experiri non possis, superstitiosam geris sollicitudinem. Datum 13. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De successoribus mariti.

9. Iidem AA. & CC. Martiæ.

centena dabuntur Antiquo. 1 Vide *vers. Si vero. supr. h.t.* 2 Id est, soluto ære alieno. ut *Nov.22. cap.18. vers. Si vero.* alias, pura substantia est soluta tributis. *l.20. §.4. infr. de agricolis & censitis. lib.11. tit.47.* 3 Mulier indotata discordiæ causam præstans marito præstat quadrantem bonorum suorum liberis communibus servandum.
4 Pœnarum æquitas. 5 *l.8. §.7. supr. h.t. l.6. in fin. supr. de secund. nupt.*
6 De uxore abortum procurante, vide *Nov. Leon.31. Nov. Justin.22. cap.6.*
7 Mulier olim etiam poterat repudiari, si temetum, id est, merum bibisset. vide quæ scripsi ad *Nov.22. c.16.* & ad *l.12. tab. lib.2. tit. de nupt. §.5.* 8 De uxore cum viris libidinis causa lavante. vide *Nov.22. c.16.* 9 De muliere quæ vivo marito alios de matrimonio compellat, vide *c.16.* adde *Nov. Leon.30.* 10 *Leg.* Ulpian. 6. §.9. 12. 13. Actio de moribus pœnalis. *l. un. §.5. vers. Quid enim opus est inducere ob mores retent. supr. de rei uxoriæ act. l.5. ff. de pactis dot. l.15. §.1. l.39. ff. solut. matrim. l. de morib. 4. C. Theod. de incest. nupt. l.3. C. Theod. Victum civiliter agere, criminaliter posse.* Non dabatur heredi, & in heredem. *d. l.4. d. l.15. §.1.* Mores alii erant graviores, alii leviores. Ulpian. *d. loc. §.12. l.2. C. Theod. de repud.* 11 Ex veteri interprete alia etiam circumfertur interpretatio.
12 Hujus constitutionis meminit Justinianus *Nov.22. c.18. vers. Ut non.* Extat autem lib. 28. βασιλικῶν. 13 *Princ. Inst. de nuptiis.* 14 Filii non possunt sine consensu patris matrimonia dirimere. *dict. Novell.22. cap.18.* 15 Φιλοσοφώτατος, quem & *religiosissimum* possis interpretari. *l.5. supr. h.t.*
16 Dixi ad *L.24. D.3.* 17 Dos soluto matrimonio quo tempore restituenda, & quæ in restitutionem dotis veniant, vide apud Costanum *tractat. de dote cap.6.* 18 Dotis petitio certis casibus impeditur: ex pacto. *l. si pater. 12. ff. de pactis dotal. l. unic. §. Illo procul dubio. 6. supr. de rei uxoriæ act. Novell. de Sanctiss. Episcop. 123. c.39.* si maritus dotem non accepit. *l. maritus. 52. ff. soluto matrim.* si matrimonium distractum culpa mulieris ipsius. *l. Lucius. 38. ff. h.t. l. si dotem 24. supr. de jure dotium. l. consensu. 8. supr. de repud. & de judicio de mor.* quoties sine causa mulier divertit. *d. l. consensu 8.* si dos evicta sine culpa & dolo mariti. *l. Mævia. 49. in fin. ff. h.t.* propter adulterium uxoris. *d. l. consensu. 8. l. pen. in fin. J. ad leg. Jul. de adult. cap. plerumque. extr. de donat. inter vir. l. miles. 11. §. socer 3. ff. ad leg. Jul. de adult.* Quid? dos hoc ultimo casu potestne retineri ab heredibus mariti? non posse censet Bartolus, Baldus, Raphaël, Imola, Castrensis in *l. rei 15. §.1. ff. h.t.* Campegius *de dote part. 3. q.216.* vide Costanum, *d. c.6. num.27.* Quid si mortuo marito stuprum admiserit mulier? Costanus *d. loc.* putat dotem retineri. at non condici posse: ducta argumentatione a donatione antenuptiali. *l. cum multæ. 20. supr. de donat. ante nupt. l. ult. supr. de dotis promiss.* Quid? mulier num dotem amittit ob osculum alteri concessum? Baldus ita censet, quod eidem Costano displicet *d. c.6. in fin.* 19 Titia dedit marito ancillas æstimatas, ea lege, ut si soluto matrimonio extent, reddantur. Extant ancillæ, extant & earum partus, debenturne etiam Titiæ partus? debentur. 20 *l.31. ff. h.t.* 21 Successor omnis mariti, etiam fiscus, ad dotis restitutionem tenetur. 22 *l.7. infr. l.34. ff. h.t. l. unic. §.14. supr. de rei uxor. act. l.14. ff. ad leg. Falcid. l.34. §.6. ff. de solut.* dixi ad Ulpian. 6. §.4.
23 *l.22. in fin. ff. h.t.* 24 Nota ex hac lege quod uxor ducit virum.
25 Spurii sunt quibus pater est incertus. *§.12. Inst. de nupt.* Incerta est patris conditio, in hoc themate igitur liberi spurii. Est tamen in voce *Incertum*, manifesta ὁμωνυμία.
26 Nati ex libera, & ex eo qui liber esse existimabatur, spurii ingenui. vide *l.6. infr. de suis & legit.* 27 Vide ad hanc legem Costanum *tract. de dote, c.6. n.3.* Goth. Adde Anton. Tessaur. *decis.190.* Ans. 28 An & adventitia? dicam in *l.5. infr.* 29 Nullis relictis liberis hanc additionem recepit usus, ut mox dicam. 30 Idem in matrefamilias (id est, filia emancipata) obtinet, ut Theodorus adnotavit. Facit *l.5. §.11. ff. de jure dot. l.5. ff. de divort. & repud. l.10. l.59. ff. solut. matrim.* Quidam etiam hic expungunt vocem *familias.*
31 Soluto morte filiæ matrimonio, profectitia dos ad patrem, qui eam dedit, redire debet. *l. ult. §. comm. utriusque judic. l.6. ff. de jure dot.* Quid si filia relictis liberis mortua? Bulgarus ad patrem, qui dotem dedit, dotem eo casu reverti putat. Martinus negat: cujus opinio prævaluit, favore liberorum, quorum interest ali: de ea quæstione dixi ad Ulpian. 6. §.4. His adde Forcatul. 7. *Cupidin.* 2.3.4. Quid si divortio solutum est matrimonium? dixi ad Ulpian. *d. loco.* 32 Sed quomodo probabitur defuncta? Bartolus ita distinguit. Fundans, inquit, intentionem suam ex vita alicujus, debet probare ipsum vivere: nec probare sufficit, ipsum vivum fuisse. Fundans autem intentionem suam in alicujus morte, mortem probare cogitur. *l.2. §.4. ff. de test. & quemadm.* Possunt eo casu produci testes, qui dicant se vidisse eum, de quo agitur, mortuum vel sepeliri. Potest etiam mors probari, si tempus annorum centum elapsum fuerit, ex quo non visus fuerit. *l.23. supr. de sacros. eccles.* Potest & per famam civitatis vel loci in quo dicitur quis esse mortuus, mors ejus probari. *l.30. §.3. ff. de adquir vel omitt. hered.* Plura vide apud Menochium 6. *præsumpt. 49. ubi plenissime explicat, quamdiu homo vivere præsumatur.* 33 Aliud ergo si in stipulatum non sit deducta & ita dos adventitia, mortua in matrimonio muliere, semper penes maritum remanet. *l.1. supr. si adver. dot.* Ulpian. 6. §.5. *l.22. ff. de religiosis & sumpt. fun. l.23. ff. de evict. l.20. ff. de cond. ind. l.5. ff. de bon. damnat.* Cornutus in Persium: *Dos, inquit, a cive Romano data, non patrio dicta nomine; si repudium non intervenit, post mortem uxoris ad maritum pertinet, idque ipso jure. l.15. ff. de fundo dotali.* nisi dos specialiter sit receptitia. Ulpian. *d. loco.* vide Cujac. 9. *observ.* 4. 34 Deceptis in æstimatione dotis mulieribus succurritur. *l.12. ff. de jure dot. 18. Eclog. 1. cap.3.* 35 Datur enim beneficium legis 2. *supr. de rescind. vend.* Nam qui rem dat æstimatam, vendit: & æstimatio, venditio est. *l.1. ff. de æstimatoria. l. unic. §.9. in fin. supr. de rei uxor. act.* 36 Beneficium legis 2. *supr. de rescindend. vendit.* datur emptori. *ut hic, & l.46. in fin. ff. de solut. & liberat.* Emptori, inquam, seu marito cui dos pluris æstimata data est. Nam qui rem æstimatam accipit, emptoris loco habendus est. *l.22. ff. de action. rer. amot.* Est enim æstimatio venditioni similis. *l.7. §.1. ff. de publician.* Imo emptio est. *l.10. §.4. ff. de jure dot.* his adde quæ dixi ad *l.1. §.13. ff. si quid in fraud. pat.* Sed tamen Cujac. 17. *obs.* 1. negat, simpliciter verum esse quod dicitur, Emptori dari beneficium legis 2. Concedit hoc nostro casu dari restitutionem: in aliis, negat, notatque eo nomine differentiam hanc inter venditionem simplicem, & venditionem dotis causa; datur enim hoc themate restitutio venditrici mulieri & emptori marito non tantum ultra dimidium, sed etiam modice deceptis. vide eundem 16. *obs.* 18. 37 Res in natura esse dicitur, quæ extat: alibi in rerum natura. *l.17. §.2. ff. de action. rer. amot.* adde *l.26. ff. de statu homin.* Galli genus hoc etiam loquendi observant. *La chose est encore en nature.* 38 Peculium ut in *l.31. §.2. ff. de donat.* & ita legit Thalelæus: nisi pecunia singulariter hic accipiatur pro peculio. vide Cujac. 17. *obs.* 6. 39 Dotem profectitiam constante matrimonio pater repetere non potest etiam consentiente filia: dissoluto vero, ea invita. 40 *l.28. ff. de jure dot. l.34. §.6. ff. de solut. & liberat.* 41 *l.12. ff. h.t.* 42 Dotis residui nomine convenitur maritus locupletior factus: atque ita novæ facultates marito supervenientes efficiunt, ut ad residuum dotis denuo conveniri possit. *Bald.* adde *l. un. §.7. supr. de rei uxor. act.* adde *l.63. §.8. ff. pro socio.* 43 Exceptio, *Ne quis teneatur ultra quam facere possit*, ad heredes non transit. *l.12. 13. ff. h.t. l.7. ff. de except.*

Dotis

Dotis actione ſucceſſores [1] mariti ſuper eo, quod ei dotis nomine fuerat datum, convenire debes. Ingrediendi enim poſſeſſionem [2] rerum dotalium, heredibus mariti non conſentientibus, ſine [3] auctoritate competentis judicis, nullam [4] habes facultatem. S. Dat. 8. Kal. Novemb. CC. CONSS. 294.

De dote ſocero data.

10. Iidem AA. & CC. Epigono.

Si ſocero [5] filiæ tuæ dotem dediſti: licet in ejus poſitus poteſtate gener tuus rebus humanis exemptus ſit: tamen non de peculio, ſed in ſolidum a te, conſentiente filia, conventum eum ſatisfacere oportet. S. 7. Id. Nov. *Heracliæ*, CC. CONSS. 294.

De morte mariti.

11. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Mariniano P.P.

Si [6] conſtante matrimonio maritus fatali fuerit ſorte conſumptus: dos, quæ data dicitur, vel promiſſa, ex ejus uxoris facultatibus, ad [7] eandem revertatur: nihilque ſibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Dat. Non. Decemb. *Ravennæ*, HONORIO. VIII. & THEODOS. III. AA. CONSS. 409.

Hic notatur in vet. lib. manuſcr. Græcas conſtitutiones deſiderari, quod etiam ex 28. lib. βασιλ. conſtat: cum vero earum ſententia nondum ſit nobis ſatis perſpecta, nec etiam ordo, ſatius eſt expectare a Cujacio ipſorum quos habet βασιλικῶν librorum editionem, ex quibus illæ, ut aliæ plures, quæ in hoc Codice deſunt, peti poterunt.

TIT. XIX.
SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLUTA FUERIT.

Dos conſtante matrimonio non poteſt uxori reſtitui: reſtituta cum fructibus interim perceptis repetitur. Salic.

1. Impp. HONORIUS & THEODOS. AA. Mariniano P.P.

Si [8] conſtante matrimonio a marito [9] uxori dos [ſine [10] cauſa legitima] refuſa eſt (quod legibus ſtare non [11] poteſt, quia [12] donationis inſtar perſpicitur obtinere) eadem uxore defuncta, ab ejus heredibus [13] cum [14] fructibus ex die refuſæ dotis marito reſtituatur: ita ut proprietas ejusdem liberis ex eadem ſuſceptis [competens] alienari contra leges a marito non poſſit. Datum 5. Non. Novemb. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

TIT. XX.
NE [15] FIDEJUSSORES [16] [VEL MANDATORES [17]] DOTIUM DENTUR [18].

Satisdatio pro dote conſervanda non debet dari: & ſi eſt data, non tenet. Bald.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P.P.

Sive [19] ex jure [20], ſive [ex] conſuetudine lex proficiſcitur, ut vir uxori fidejuſſorem ſervandæ dotis exhibeat: [tamen] eam jubemus aboleri. Datum 8. Nonas Septembr. EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

Generali definitione conſtitutionem priſtinam ampliantes, ſancimus nullam eſſe ſatisdationem, vel mandatum pro dote exigendum, vel [21] a marito, vel a patre ejus, vel ab omnibus, qui dotem ſuſcipiunt. Si [22] enim credendam [23] mulier ſeſe, ſuamque dotem patri mariti exiſtimavit, quare fidejuſſor, vel alius interceſſor exigitur, ut cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur? Dat. 10. Kal. Aug. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXI.
RERUM [24] AMOTARUM [25].

Maritus conventus actione de dote pro rebus amotis poteſt compenſationem objicere. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Polydeucæ.

Compenſationis [26] æquitatem jure poſtulas: non enim prius exolvi quod debere te conſtiterit, æquum eſt, quam petitioni mutuæ [27] reſponſum fuerit: eo magis quod ea te perſequi dicis, quæ divortii cauſa amota quereris. Cum igitur apud competentem judicem ex ſtipulatu conveniaris: apud [28] eundem doce tui juris res ablatas eſſe. PP. Dat. 5. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

Actio rerum amotarum non competit, niſi ſoluto matrimonio. Bald.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Sereno.

Divortii [29] cauſa rebus uxoris a marito [30] amotis, vel ab uxore mariti, rerum amotarum Edicto perpetuo permittitur [31] actio. Conſtante [32] etenim matrimonio neutri eorum neque pœnalis [33], neque [34] famoſa actio competit, ſed de damno [35] in factum datur actio. Dat. 5. Kal. Octob. ipſis AA. CONSS. 287.

Succeſſores mulieris tenentur actione rerum amotarum, quatenus ad eos pervenit. Bald.

3. Iidem AA. & CC. Quartino.

De rebus, quas divortii cauſa quondam uxorem tuam abſtuliſſe proponis, rerum amotarum actione contra [36] ſucceſſores ejus non in ſolidum, ſed in quantum ad eos pervenit; quod ſi res extent [37], dominii vindicatione uti non prohiberis. Data 5. Non. Decemb. ipſis AA. CONSS.

TIT. XXII.
NE PRO DOTE MULIERIS BONA QUONDAM MARITI ADDICANTUR [38], ID EST, IN SOLUTUM DENTUR.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Apollinariæ.

Ut uxori pro dote addicantur bona quondam mariti, jure prohibitum eſt. Sane ſi [39] nullo relicto ſucceſſore non idoneus deceſſit: ſecundum juris formam [40], quatenus ſucceſſionis modus patitur, indemnitati tuæ conſulere non prohiberis. Dat. 5. Non. Decemb. AA. CONSS.

TIT. XXIII.
DE FUNDO [41] DOTALI.

Ubi electio eſt reſervata mulieri, fundus dotalis licet æſtimatus non poteſt alienari. Salic.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Didiæ.

Si æſtimata prædia in dotem data ſunt, & convenit, *Ut electio* [42] *mulieri ſervetur*, nihilominus lex Julia [43] locum habet. Eſt autem *alienatio* [44], omnis actus, per quem dominium transfertur. PP. Dat. 12. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Maritus non provocat ad diviſionem fundi dotalis, ſed provocatur. Bald.

2. Imp. GORDIANUS A. Domitiæ.

Mariti, qui fundum communem cum alio in dotem inæſtimatum acceperunt, ad communi dividundo judicium provocare non poſſunt [45], licet ipſi poſſint provocari [46]. PP. 5. Non. Octob. GORDIANO, A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

TIT. XXIV.
DIVORTIO FACTO APUD QUEM LIBERI MORARI, VEL EDUCARI DEBEANT.

In arbitrio judicis eſt, apud quem alantur liberi facto divortio. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Cæleſtinæ.

Licet neque noſtra, neque Divorum Parentum noſtrorum ulla conſtitutione caveatur, ut per [47] ſexum liberorum inter parentes diviſio celebretur: competens tamen Judex æſtimabit [48], utrum apud patrem, an apud matrem matrimonio ſeparato filii morari, ac nutriri debeant. S. 8. Kal. Jul. *Veronæ*, CC. CONSS. 293.

In AUTHENT. ut liceat matri & aviæ. §. illud. col. 8. Tit. 18. al. 13. Novell. 117. cap. 7.

---

1 Dixi ad *l.* 3. *ſupr. de hered. & act.* 2 Soluto matrimonio, dominium rei dotalis revertitur ipſo jure, non poſſeſſio. 3 Aliud erit, ſi præſidalis juſſio vel conventio acceſſit. *l.* 11. *ſupr. de pign. action. l.* 3. Ͳ. *de pign. & hypoth.* 4 *l.* 5. *ff. de adquir. poſſeſſ.* vide *l.* 6. §. 2. *ff. de re judicat.* 5 Competit de dote actio adverſus ſocerum cui dos data eſt: competit, inquam, in ſolidum, non de peculio. *l.* 22. §. 12. *ff. h. t.* 6 *l.* 3. *C. Theod. de dot.* 7 Mortuo marito, dos ad uxorem revertitur.

8 Lex ultima ſuperioris tituli, & lex iſtius tituli, partes duæ ſunt unius ejusdemque conſtitutionis, ut conſtat ex *l.* 3. *C. Th. de dot.* Lex ſuperioris tituli eſt de marito mortuo: hæc de uxore mortua. 9 Vel ſocero. *l.* 1. §. 9. *ff. de dote præleg.* 10 Cauſas legitimas. v. in *Nov.* 22. *c.* 39. & *l.* 73. §. 1. *ff. de jure dot. l.* 20. *ff. ſolut. matrim.* 11 *l.* 1. §. 9. *de dote prælegata.* 12 Manente matrimonio, vir uxori donare non poteſt, non poteſt igitur matrimonio conſtante dotem eidem reſtituere. Talis enim reſtitutio, donationis inſtar obtinet. *Nov.* 22. *c.* 39. 13 Extraneis ſcil. ut mulier hoc themate videatur extraneos heredes feciſſe liberis relicta portione legitima. Cujac. *hic.* 14 Dos conſtante matrimonio reſtituta uxori, cum ſuis fructibus reſtituenda eſt marito. *d. c.* 39.

15 Dotis fidejuſſorem, cum dotem accepit, maritus dare non cogitur, niſi, antequam ſponſalia contraherentur, id convenerit. adde *l. un. C. Theod. de fidejuſſ. dotium.*

16 Vide *C. Th. de fidejuſſ. dot.* adde *l.* 7. *ff. de except.* Hinc illud Macrobii, 1. *Saturn.* 6. Cum a Principe gentis Corneliæ Scipionum ſponſalia poſcerentur, aſinum cum pecuniæ onere produxit in forum, quaſi pro ſponſoribus præſens pignus. 17 Mandator dotis dicitur cujus mandatu uxor dat viro dotem. 18 Cur ita? vide *l.* 2. Ͳ. *h. t.* 19 Fidejuſſorem dotis ſervandæ (ἐπὶ τῷ φυλάξαι τὴν προῖκα) maritus dare non cogitur: etiamſi maxime lex, aut conſuetudo id fieri permittat. *Syn. Baſil.* 29. *tit.* 1. *ex lib.* 29. *tit.* 9. *c.* 2. Nulla eſt hujusmodi ſatisdatio. *l.* 2. Ͳ. *h. t.* Putat tamen Duarenus *tractatu de ſoluto matrimonio, cap.* 4. fidejuſſorem datum obligari, & hoc titulo dandi fidejuſſoris neceſſitatem tantum remitti. Sunt & qui exiſtimant, dotis ſervandæ fidejuſſorem non dari, *ut hic.* reſtituendæ tamen dotis fidejuſſorem utiliter dari: ſed vide certiora apud Baldum Novellum *tractatu de dote, parte* 6. *privilegio* 21. & Campegium *tractatu de dote q.* 73. *ad* 83. 20 Sive ex lege. Pet. Faber *Semeſt.* 24. putat ita legendum eſſe. 21 Dotis fidejuſſor vel mandator neque a marito, neque ab ejus patre datur. *Synopſ. ibid.* 22 Argumentum a majori ad minus. vide *l.* 21. *ff. de reg. jur.* 23 Iniquum eſt, ut cum mulier ſuum animum ſuamque vitam marito credat, bona non committat: fidemque magis alieno homini, id eſt, fidejuſſori habeat, quam amicitiæ fideique communi. *l.* 2. Ͳ. Eadem ratio adfertur in *l.* 8. *ſupr. de pactis conventis.* adde Molinæum *de uſuris n.* 254. ubi ſcribit fidejuſſores dotium propter frequentiam matrimoniorum non admitti: quod his admiſſis, brevi poſſit contingere civitatis unius vel provinciæ cives, aut incolas omnes, mutuis fidejuſſionibus inſtitutos eſſe: qua ex re lites in immenſum dubio procul orirentur.

24 Dixi ad *L.* 25. *D.* 2. adde *l. ult. in fin.* Ͳ. *de furt.* adde *l.* 52. *ff. de furtis.* 25 Hæc actio naſcitur ex delicto. *l.* 21. §. 5. *ff. h. t. l.* 52. *ff. de re judic.* ex divortio, id eſt, a divortio. *l.* 17. *ff. h. t.* 26 Compenſationes æquitate nituntur. *l.* 7. *ff. h. t. l.* 24. §. 6. *ff. ſoluto matrim.* 27 Mutuæ petitionis objectio compenſatio eſt, & proinde quarum rerum inter ſe compenſatio non eſt, nec retentio nec mutua petitio eſt. 28 De mutuis petitionibus apud eundem judicem, vide *l.* 11. §. 1. *ff. de juriſd. l.* 34. *ff. de procur. l.* 38. *ff. mandati. l.* 15. *ff. de except. rei jud. l.* 1. *in fin. ff. de extraord. cognitionib. Nov.* 96. 29 Rerum amotarum actio poſt divortium datur. *l.* 17. *in fin. ff. h. t.* 30 Actio rerum amotarum datur etiam in maritum. dixi ad Ulp. 7. §. 2. 31 Promittitur. Cujac. ita legit 17. *obſ.* 6. 32 *l.* 25. *ff. h. t.* 33 Idque in ſimplum. *l. ult. in fin. ff. de ſerv. corrupt.* 34 Vide *l. ult. in fin.* Ͳ. *de furtis.* 35 Facit *l.* 27. §. 30. *ff. ad leg. Aquil.* 36 In heredem condictio furtiva pœnalis non datur, ſed in id tantum quod ad eum pervenit. qua de re Cujac. 7. *obſ.* 37. & 13. *obſerv.* 37. Goth. Adde Ant. Fabr. 4. *conject.* 1. *circa fin.* Anſ. 37 Si non extabunt, condicentur. *l.* 17. §. 2. *l.* 25. *ff. h. t.*

38 *Addicere* verbum eſt prætoris: ut & do, dico: Addicere bona, eſt collocare penes alium, eumque bonorum poſſeſſorem facere. 39 Addici dotis cauſa bona mariti mulieri non debent, ſi relictis heredibus maritus deceſſerit. Si vero nullo relicto herede deceſſerit, tunc ſecundum jus indemnitati mulieris, quantum fieri poteſt, conſuletur. *Syn. Baſil.* 29. *tit.* 1. *ex lib.* 28. *tit.* 11. *c.* 28. & 4. Harm. 8. §. 42. dixi de hoc caſu ad *l.* 6. Ͳ. *de bon. aut. jud. poſſ.* 40 *l.* 12. *ff. de rebus aut. jud.*

41 Dixi ad *L.* 23. *D.* 5. 42 *l.* 11. *ff. h. t. l.* 1. *ſupr. ſolut. matrim.* aliud futurum eſt, ſi nihil de electione convenit. *l. ult. ff. de pactis dotal.* 43 Lex Julia vetat fundum dotalem alienari. *l. unic.* §. 15. *ſupr. de rei uxoriæ act.* 44 Alienationis verbo omnis actus intelligitur, per quem dominium transfertur, *ut hic.* adde *l.* 28. *l.* 67. *ff. de verb. ſign.* quin continetur quoque teſtamentum. *l.* 8. §. 2. *ſupr. de ſecundis nupt.* 45 Id enim fit ſponte & ad alienationem eo actu pervenitur. *l.* 18. §. 2. *ff. de caſtr. pecul.* 46 Id fit neceſſario. Idem accidet in provocatione communi dividundo, quæ fit pupillarium rerum cauſa. *l.* 17. Ͳ. *de præd. minor.* & *l.* 7. *ff. de reb. eor. qui ſub tutela.* vide quædam in hunc locum apud Cujac. 7. *obſerv.* 23.

47 Per ſexum diviſionem quidam fieri voluiſſe hinc videntur, puta ut mares apud maritum, fœminæ apud uxorem alerentur. 48 In arbitrio judicis eſt, ſtatuere an apud patrem, an apud matrem liberi ſint educandi, apud eum tamen eſſe debebunt ſemper cujus innocentia probata fuerit. *Novell.* 117. *cap.* 7. & apud matrem interdum ſatius fuerit liberos educari quam apud patrem. *l.* 1. §. 3. *de liber. exhibend.* vel apud fratrem. dixi ad *l.* 11. *ſupr. communia utriusque judicii.* De his vide plura apud Menochium 2. *de arbitrar. judic. caſ.* 168.

Si [1] pater causam divortii præstiterit, apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis. Si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expensis: nisi pater minus idoneus sit: tunc apud matrem locupletem nutriantur. Nam quemadmodum locupletes filii matrem alere coguntur egentem: ita justum decernimus, & a matre filios pasci. † *Quod de matre, & filiis indigentibus dictum est, hoc quoque in omnibus ascendentibus, & descendentibus personis utriusque naturæ decernimus observari.*

TIT. XXV.
DE ALENDIS [2] LIBERIS, AC PARENTIBUS.

De alendis parentibus.

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. Basso.

Parentum necessitatibus [3] liberos succurrere justum est. Sine die & consule.

2. Divi Fratres & A A. Celeri.

Competens judex a [4] filio te ali jubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta præstare possit. Dat. Id. April. ipsis & CONSS. 162.

De alendis liberis.

3. Iidem A A. Titianæ.

Si competenti judici eum, quem [5] te ex Claudio enixam esse dicis, filium ejus esse probaveris, alimenta ei pro modo facultatum præberi jubebit. Idem, an apud eum educari debeat, æstimabit. P. P. 13. Kal. Mart. *Romæ*, RUSTICO & AQUILINO CONSS.

4. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Sabino.

Si patrem tuum officio debito promerueris [6], paternam pietatem tibi non denegabit. Quod si sponte non fecerit, aditus [competens] judex alimenta [7] pro modo facultatum præstari tibi jubebit. Quod si patrem se negabit: quæstionem istam in primis idem judex examinabit. P. P. Non. Febr. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

TIT. XXVI.
DE CONCUBINIS [8].

Non licet marito concubinam habere, hoc dicit, & in hoc Imperator favet uxoribus. Salic.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum.

Nemini [9] licentia concedatur, constante [10] matrimonio concubinam penes se habere. Dat. 18. Kal. Jul. CONSTANTINIS, patre & filio CONSS. 320. 321. aut 324.

TIT. XXVII.
DE NATURALIBUS [11] LIBERIS, ET MATRIBUS EORUM, ET EX QUIBUS CAUSIS JUSTI [12] EFFICIANTUR.

De his, qui dignitate præditi sunt.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad [13] Gregorium.

Senatores [14] seu Præfectos [15], vel quos in civitatibus Duumviriltas, vel Sacerdotii [16], id est Phœniciarchiæ [17] vel Syriarchiæ ornamenta condecorant; placet [18] maculam subire infamiæ & alienos a Romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillæ filia, vel liberta, vel libertæ filia, vel scenica [19], vel scenicæ filia, vel tabernaria, vel tabernariæ filia, vel humili, vel abjecta [persona,] vel lenonis, aut arenarii filia, vel quæ mercimoniis publice præfuit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio judicio, aut nostri prærogativa rescripti [20]: ita ut quicquid talibus liberis pater donaverit (seu illos legitimos, seu naturales dixerit) totum retractum legitimæ soboli reddatur, aut fratri aut sorori, aut patri, aut matri. † Sed & si uxori tali quodcunque datum quolibet genere fuerit, vel emptione collatum: etiam hoc retractum [21] reddi præcipimus: ipsas etiam, quarum venenis [22] inficiuntur animi perditorum ([si] quid quæritur [23], vel commendatum dicitur, quod his reddendum est, quibus jussimus, aut [24] fisco nostro) tormentis [25] subjici jubemus. Sive itaque per ipsum donatum est, qui pater dicitur, vel per alium, sive per interpositam personam, sive ab eo emptum, vel ab alio, sive ipsorum [26] nomine comparatum: statim retractum reddatur, quibus jussimus: aut si non existant, fisci juribus vindicetur. Quod si existant, & in præsentia rerum constituti agere noluerint, pacto vel jurejurando [27] exclusi: totum sine mora fiscus invadat. Quibus tacentibus, & dissimulantibus ad defensionem fiscalem duorum mensium tempora limitentur: intra quæ si non retraxerint, vel propter retrahendum Rectorem provinciæ [non] interpellaverint; quicquid talibus filiis, vel uxoribus liberalitas [28] impura contulerit, fiscus noster invadat, donatas vel commendatas res sub pœna quadrupli severa quæstione perquirens. Dat. 12. Kal. August. *Carthagine*, NEPOTIANO & FACUNDO CONSS. 336.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. §. quia vero legem. col. 8. tit. 18. al. 13. Novell. 117. cap. 4.

Sed novo jure hujusmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias possunt, etiam cum præditis magnis dignitatibus, dum tamen dotalia instrumenta super hoc conficiantur ab illustribus. Reliqui vero citra eos, qui majoribus decorati sunt dignitatibus, solo affectu nuptias contrahere possunt, dum tamen liberæ sint, cum quibus licet nuptias celebrare.

Quantum naturalibus liberis, vel eorum genitrici relinqui possit.

2. Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Anthemio P. P.

Matre, vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus, cujuscunque sexus, uno pluribusve existentibus; bonorum suorum unam [29] tantum [30] unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque genitrici: vel si sola sit concubina, semunciam [31] largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Quicquid vero ultra [32] modum concessum relictum sit, legitimis filiis, vel matri, vel cæteris successoribus jure reddatur. Dat. Id. Novemb. STILICHONE II. & ANTHEMIO CONSS. 403.

In AUTHENT. quib. mod. natu. eff. sui. §. ne igitur. col. 7. tit. 1. Novell. 89. cap. 12.

Nunc soli liberi naturales, & legitimi ad hunc modum coarctant: non etiam mater.

De legitimatione per oblationem curiæ.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Apollonium P. P.

Si quis [naturalem [33] duntaxat fœcunditatem sortiatur,] seu liber ipse, seu Curiæ sit nexibus obligatus: & tradendi filios naturales, vel omnes, vel quos quemve maluerit, ejus civitatis Curiæ [34], unde ipse oritur, & in solidum heredes scribendi liberam ei concedimus facultatem. † Quod si cui non ex urbe, sed [ex] vico vel possessione qualibet oriundo naturales liberi contigerint, eosque velit sub definitione prædicta Curiæ splendore honestare, & hereditatis opibus [35] adjuvare, ejus civitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille ac possessio censetur [36]. † Quod si alterutram Regalium Civitatum patriam sortiatur [37], sit ei liberum susceptam ex inæquali [38] conjugio sobolem, cujuscunque civitatis decurionibus immiscere: dummodo civitas, quæ eligitur, totius provinciæ teneat principatum. Indignum enim est, ut qui sacratissimæ urbis ubere gloriatur, naturales suos non illustris ordine civitatis illuminet. † Et hoc sive postrema definiat [voluntate,] sive donatione cujuslibet quantitatis in liberos naturales pater conferat. Et quod de subeunda sorte curiali, seu testamento [39], seu actorum fide constituit, ita ratum esse, stabiliterque volumus observari, ut sive abstinendo [ab] hereditatibus, sive abdicando donationes naturales liberi curialem voluerint evitare fortunam, posteaque paternarum opum, vel in solidum, vel ex parte reperti fuerint possessores, licet eas [40] alienaverint, omnimodo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inviti cogantur accedere. † Sed & si filiam [41] naturalem vel filias habuit, & eam vel eas curiali, vel curialibus civitatis, ex qua oriundus est vel sub qua vicus vel possessio, unde oritur, consistit, vel ejus civitatis, quæ [42] principatum totius provinciæ tenet, matrimonio [43] collocavit: hæc eadem in persona ejus, vel earum ad exemplum marium obtinebunt. Quid enim interest [44], utrum per filios, an per generos commoditatibus civitatum consulatur? & utrum novos [45] lex faciat curiales aut foveat, quos invenit? Dat. 16. Kal. Jan. *Constantinop.* EUDOXIO & DIOSCORO CONSS. 442.

4. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Armasio P. P.

Quoniam desideria morientium [ex arbitrio viventium] non sine justa ratione colligimus: & is, qui naturalem filium habens, hortantibus legibus ultro ad instar legitimi filii municipalibus eum voluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalem: manifestavit notumque fecit sine dubio professione certissima facultatum suarum omnium elegisse se adfectione debita successorem: cum certe hujusmodi personis adeo sacratissima constitu-

1 Adde *Novellam* 98. *c.* 1.

2 Dixi ad *lib.* 25. *D.* 3. *de agnosc. & alend. liber.* 3 Alimentis. *l.* 2. *J. l.* 8. *§.* 5. *J. de bonis quæ liber. l.* 5. *J. de patria potestat.* Est enim iniquissimum patrem indigere, cum filius sit in facultatibus. *l.* 5. *§.* 13. *ff. h. t. l.* 1. *§.* 4. *ff. de tutel. & rationib. distrah.* Non cogitur tamen filius æs alienum patris dissolvere. *l.* 5. *§.* 16. *ff. h. t. l.* 2. *l.* 4. *C. ne filius pro patre.* etiamsi pro patre in carcerem conjecto fidejussionem negare impune non possit. *Nov.* 115. *c.* 3. *§.* 8. An munera nuptialia parentibus pupilli tutores possint mittere, vide *l.* 12. *§.* 3. *de admin. tut. l.* 1. *§.* 5. *ff. de tut. & rat.* adde Forc. 2. 4 *l.* 1. *supr. h. t.* 5 Uxor agere potest adversus maritum pro alimentis communi filio præstandis. 6 Pater tenetur alere filium non ingratum. 7 Liberi a parentibus alendi. *l. un. §.* 5. *vers. sileat. supr. de rei uxor. act. l.* 8. *§.* 5. *infr. de bon. quæ lib.*

8 Dixi ad *lib.* 25. *D.* 7. 9 Hujus constitutionis meminit Sozomenus 1. *histor.* 8. & Martianus *Novell.* 4. *tit.* 4. *de matrimoniis Senatorum.* 10 Concubinatus jure civili licita fuit consuetudo, *ut hic, & l.* 5. *in fin. J. ad SC. Orfitian. & ff. de concubin. l.* 5. *J. de nat. lib.* non tamen constante matrimonio, id est, eo tempore quo quis uxorem habet. *l. ult. in fin. infr. commun. de manumiss.* Paul. 2. *sent.* 20. *& Novell.* 18. *cap.* 5. *vers. Si autem. Novell.* 89. *cap.* 12. *§.* 5. *l. ult. in fin. ff. de divort. & repud. l.* 121. *§.* 1. *ff. de verb. oblig.* multo minus duas uxores uno tempore habere licet. *l.* 7. *supr. de Judæis. l.* 2. *supr. de incestis. Leo Novell.* 91. Constantinus Porphyrogeneta apud Harmen. 4. *tit.* 7. *in fin.* præcisius agit: Concubinatum enim penitus damnat & vetat. Quæ cum eo consuescit, qui uxorem habet, pellex dicitur. vide *l.* 144. *ff. de verbor. sign. De concubinis* vide Cujac. 5. *obs.* 6.

11 Περὶ παίδων φυσικῶν. 28. *Ecl.* 4. Naturales liberi dicuntur nati ex concubinis.
12 Dixi ad *Novell.* 74. 89. vide 4. *C. Theod.* 6. Papon. 3. *notar.* 6. *cap. des legitimations.*
13 *Nov.* 89. *c.* 15. *vers. unde.* 14 Id remissum senatoribus. *Novell.* 117. *capit.* 4. *Auth. proxim. J.* 15 Perfectissimos *Hal.* quam lectionem probat Antonius Augustinus *lib. ad Modestin.* & Cujacius ad 13. *Ulpian.* & ita extat in Novella quadam Martiani, *de matrimoniis senatorum.* Perfectissimos Græci διασημοτάτης. 16 Sacerdotia hæc Gentilium Phœniciarchiæ & Syriarchiæ observa, de quibus alibi diximus. 17 Dixi ad *l. unic.* *§. de offic. Comit. Orient, Nov.* 89. *c. ult.* & adde *l.* 6. *§.* 14. *ff. de excus. tut. l.* 8. *ff. de vacat. muner.* 18 Quod de Syriarchis & Phœniciarchis dixit superius, postea displicuit Justiniano *Novell.* 89. *c. ult.*

19 *l.* 7. *in fin. de incest. & inutil.* 20 Rescripto jus non confertur spurios instituendi, nisi forte jus id impetratum fuerit, & princeps adjecerit, se id concedere non obstante lege.
21 De revocandis donationibus in concubinam factis. 22 Id est, illecebris. 23 Præsumitur concubina res suas omnes adquisivisse ex bonis ejus cujus concubina est. Bald. Cremensis *singulari* 6. 24 Spurio quod aufertur, deficientibus quibusdam personis applicatur fisco. 25 Ut rerum expilatarum quantitas adgnoscatur, concubina torqueri potest.
26 De emptionibus factis a patre spurii nomine. 27 Jusjurandum nihil adversus leges potest. *l.* 5. *§.* 1. *in fin. supr. de legibus.* 28 Liberalitas impura. 29 Qui liberos legitimos habet, non potest liberis naturalibus eorumque matri una plus uncia relinquere, *ut hic.* soli vero concubinæ, semiunciam. Idem si solos parentes, nullos vero liberos legitimos habet, *ut hic.* Hodie, deducta portione parentibus aut liberis debita, legitimi liberi eorumque mater reliquum capere possunt. *Novell.* 87. si nullos liberos aut parentes habet olim semissem. *l.* 8. *J. h. t.* hodie assem. *Novell.* 89. *cap.* 12. *§.* 3. 30 Vide Socin. *reg.* 285.
31 Vide *Nov.* 89. *cap.* 12. *in pr. vers. & siquidem.* 32 Relicta ultra modum revocantur.
33 Inclusa videntur esse desumpta (& perperam) ex Novell. Theodosii de bonis decurionum. vide Cujac. ad *Novell.* 74. 34 Legitimantur liberi *curiæ oblatione:* hoc est, si curiæ a patre re ipsa oblati, aut ejus testamento curiæ destinati fuerint. *l.* 9. *in fin. infr. h. t. Nov.* 89. *cap.* 2. *&* 3. *Instit. de nupt. in fin.* Offerebantur autem Curiæ civitatis, teste populo vel actis intervenientibus. 35 Interest reipublicæ, subditos esse locupletes.
36 Castrum possessio resve civilis probatur alicujus esse territorii per solutionem census. *Baldus.* adde *Novell.* 89. *cap.* 2. *§.* 2. *l.* 4. *§.* 2. *ff. de censibus.* 37 Probari solutione census castrum vel villam alicujus esse territorii hinc colligit Baldus. 38 Concubinatus licita consuetudo. *l.* 5. *in fin. infr. ad SC. Orfitian.* quin conjugium est, sed inæquale, *ut hic.* inde concubina ἡμίγαμος Zonaræ dicitur: uxorem imitatur. *Julian.* adde *Novell.* 18. *c.* 5. *&* 11. nec superduci potest. *l. unic. supr. tit. prox.* tenetur quoque lege Julia de adulteriis. *l.* 13. *ff. ad leg. Jul. de adulteriis.* est & quasi noverca, ejusque conjunctio liberis concubinarii non permissa. *l.* 4. *supr. de nupt.* 39 Testamento curiæ filios destinare pater potest.
40 Præsumitur fraus ex posteriori possessione. 41 Legitimatur filia naturalis, si a patre viro curiali elocetur vel destinetur uxor. 42 Metropolis dicitur quæ principatum totius provinciæ tenet. *l.* 4. *§.* 5. *ff. de off. procons.* 43 *Nov.* 89. *c.* 2. *§.* 3. *§.* 13. *Instit. de nupt.* 44 Generi nobis sunt liberorum loco: ut & soceri parentum. 45 Civitione

tione subventum sit, ut nec [1] renunciandi eis, aut alienandi, vel repudiandi paternas hereditates aut donationes in fraudem Curiæ concedatur facultas: sed muneribus patriæ susceptis, patrimonia subire cogantur: nullam e diverso calumniantium vocem penitus patiemur admitti: sed ipsum Philocalum, & paternorum bonorum omnium ab intestato heredem, & nostræ [2] civitatis curiæ principalem injuncta, vel injungenda sibi munera subire, ex eoque genitos, vel nasci turos filios similiter paternæ conditioni subjacere præcipimus. Et hujusmodi formam in omnibus causis, quæ similiter in quocunque civitatis ordine curiaque contigerint, in posterum decernimus observari. Dat. Kal. Jan. *Constantinop.* JORDANE & SEVERO CONSS. 470.

De legitimatione per subsequens matrimonium.

5. Imp. ZENO A. Sebastiano P.P.

DIvi Constantini (qui veneranda Christianorum fide Romanum munivit [3] imperium) super ingenuis concubinis ducendis uxoribus, filiis quinetiam ex iisdem, vel ante matrimonium, vel postea progenitis, suis ac legitimis habendis, sacratissimam constitutionem renovantes [4], jubemus eos, qui ante hanc legem ingenuarum mulierum nuptiis minime intercedentibus, electo contubernio, cujuslibet sexus filios procreaverint: quibus nulla videlicet uxor est, nulla ex justo matrimonio legitima proles suscepta: si voluerint [5] eas uxores ducere, quæ antea fuerant concubinæ: tam conjugium legitimum cum hujusmodi mulieribus ingenuis (ut dictum est) posse contrahere, quam filios utriusque sexus ex earundem mulierum priore contubernio procreatos, mox postquam nuptiæ cum matribus eorum fuerint celebratæ, suos patri, & in potestate fieri: & cum his, qui postea ex eodem matrimonio suscepti fuerint, vel solos (si nullus alius deinde nascatur) tam ex testamento volentibus patribus, etiam ex integro succedere, quam ab intestato petere hereditatem paternam: pactis, quæ [matrimonii tempore super dotibus vel ante nuptias donationis rebus subsecuta fuerint, etiam [6] ad ipsorum personas pertinentibus: ut una cum fratribus suis postea ex eisdem parentibus forte progenitis, aut soli (si nullus alius sit procreatus) dotis & ante nuptias donationis pro tenore legum, nec minus pactorum emolumenta percipiant. † Hi vero, qui tempore hujus sacratissimæ jussionis necdum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum consortio meruerint, minime hujus legis beneficio perfruantur: cum liceat easdem mulieres sibi prius jure matrimonii copulare, non extantibus legitimis liberis, aut uxoribus, & legitimos filios (utpote nuptiis præcedentibus) procreare: nec audeant quos ex ingenua concubina dilato post hanc legem matrimonio nasci voluerint, ut justi ac legitimi postea videantur, magnopere postulare. Dat. 10. Kal. Mart. BASILIO II. & ARMAS. CONSS. 476.

De arrogatione.

6. Imp. ANASTASIUS [7] A. Sergio P.P.

JUbemus eos, quibus nullis legitimis existentibus liberis, in præsenti aliquæ mulieres uxoris loco habentur, ex his sibi progenitos seu procreandos, suos & in potestate legitimosque habere, propriasque substantias ad eos vel per ultimas voluntates, vel per donationes, seu alios legi cognitos titulos (si voluerint) transferre: Ab intestato quoque ad eorum hereditatem vocandos, nec aliquas quæstiones seu altercationes exercendi sub qualibet astutia subtilique legum vel constitutionum occasione super his, vel agnatis seu cognatis genitoris eorum, vel quibusdam aliis superesse facultatem in posterum.

† Nihilominus quisquis hujusmodi mulierem uxoris loco dotalibus instrumentis confectis habuerit, pro ejus sobole similem eandemque formam custodiri: ne adimatur ei licentia sibi quodammodo per liberos proprium suum patrimonium acquirendi. † Filios insuper & filias jam per divinos adfatus a patribus suis in arrogationem [8] susceptos, vel susceptas, hujus providentissimæ nostræ legis beneficio & juvamine potiri censemus. Dat. Kal. April. ANASTASIO [9] A. IV. & AGAPITO CONSS. 508.

Lex, quæ cassatur, intelligitur cassari quoad futura, non quoad præterita. Bald.

7. Imp. JUSTIN. A. Marino P.P.

LEgem Anastasii [10] divinæ recordationis, quæ super naturalibus filiis emissa est, in [11] his valere tantum casibus concedimus, qui [12] nunc usque subsecuti sunt, pro ejusdem legis tenore in matrimoniis tunc constantibus, vel postea contractis: ita tamen, ut non aliunde progenitis subvenisse credatur, quam non ex nefario [13] nec incesto conjugio. Naturalibus insuper filiis vel filiabus ex cujuslibet mulieris cupidine non incesta, non nefaria procreatis, & in paterna per arrogationem seu per adoptionem sacra susceptis, ex divinis jussionibus, sive antequam eadem lex irrepserit, sive post eandem legem usque ad præsentem diem, non sine ratione duximus suffragandum: ut adoptio seu arrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbanda quæstionibus: quasi quod impetrarunt, lege quadam interdictum sit: quoniam & si qua prius talis emergebat dubitatio, remittenda fuit, movente misericordia [14]: qua indigni non sunt, qui alieno laborant vitio. Sint itaque post eandem arrogationem seu adoptionem sui, & in potestate patrum: successionesque tam ab intestato quam ex testamento capiant, prout in arrogatis seu adoptatis constitutum est. In posterum vero sciant omnes legitimis [15] matrimoniis legitimam sibi posteritatem quærendam, ac si prædicta constitutio lata non esset. Injusta [16] namque libidinum desideria nulla de cætero venia defendet: nullum sublevabit novum adminiculum præter anteriorum dispositionum ordinem, non ante lata sanctio, quam ex hoc die resecandam pia suggerit ratio: non arrogationum vel adoptionum prætextus: quæ ulterius [17] minime ferendæ sunt: non astutiæ, sive divinis adfectandæ literis, sive quibusdam illicitis ambiendæ machinationibus: cum nimis sit indignum, nimis item impium, flagitiis [18] præsidia quærere ut & petulantiæ servire liceat, & jus nomenque *patris*, quod eis denegatum est, id [19] altero legis colore præsumant. Dat. 5. Id. Novembr. JUSTINO A. & EUTHERICO CONSS. 519.

Quantum possint naturales capere.

8. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

HUmanitatis intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, ut liceat eis nulla legitima sobole, vel matre subsistente, naturalem vel naturales filios, matremque eorum, non tantum ex tribus unciis, (quod præteritæ leges permittebant) sed etiam ex duplici portione, id est sex [20] unciis heredes scribere: ut licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem habeant, ex suprema tamen [ejus] voluntate permittatur eis usque ad prædictas sex uncias (si hoc scilicet naturalis pater voluerit) hereditatem ejus capere: ita tamen ut memoratam sex unciarum quantitatem in omnibus naturalibus filiis & matre eorum minime testator excedat: quam & in legatis, & in fideicommissis eis relinquendis, & dotibus [21], & donationibus tam aliis, quam ante nuptias usque ad sex unciarum æstimationem liberam [similiter] naturalibus eorum patribus damus potestatem. † Hæc autem in futuris tantummodo testamentis, vel ultimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. Dat. Kal. Januar. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. II. CONSS. 528.

In AUTHENT. quib. mod. naturales effic. sui. §. Si vero filios. & §. si. col. 6. tit. 1. Novell. 89. cap. 12. & cap. 15.

LIcet patri sine legitima prole seu parente, cui relinqui necesse est, decedenti, naturalibus totam substantiam suam vel inter vivos largiri, vel in testamento transmittere. Quod si parentes duntaxat ei supersint: legitima parte parentibus relicta, reliquum inter naturales distribui permittitur. Ab intestato vero cum desit soboles civilis, nec supersit conjunx legitima: si naturales, ex concubina extant, quæ sola fuerit ei indubitato affectu conjuncta, in duas paternæ substantiæ uncias succedant, ut matri inter eos virilis portio (si superest) detur. Hujusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio est necesse: sive legitimi extant, & succedunt: sive conjuge viva quilibet alii [22] sunt heredes. Hi ergo & parentibus parem [23] præstent, si opus sit, pietatem. Sed qui ex damnato [24] sunt coitu, omni prorsus beneficio secludantur.

De legitimatis per oblationem curiæ.

9. Idem A. Mennæ P.P.

COmmunium rerum esse utilitatem recte judicantes, lucidis & omni ambiguitate segregatis legibus uti nostro subjectos imperio, ad præsentem sanctionem venimus: per quam omni dubitatione amputata, quæ usque adhuc obtinebat, certissimum facimus, ut quoties naturales filii curiali [25] fortunæ patriæ sui genitoris adsignantur, vel adhuc vivente patre vel post ejus obitum, pro dispositione testamenti ab eo conditi; & eo modo legitima jura in paterna successione adipiscantur, [ut] (quod recte fieri minime dubium est) licet Illustrem dignitatem, ex qua curialis fortunæ liberatio competere non potest, naturales filii antea meruerint: ne permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendentium [26], vel ascendentium [27], vel ex latere agnationis, vel cognationis jure eidem patri conjunctorum (licet ipsi legitimi successores eidem naturali patri per memoratam fortunam efficiantur) aliquod jus sibi vindicare. † Quod & in his locum habebit, qui jam a naturali patre curiali conditioni traditi, & adhuc superstites sunt: eodem scilicet modo nec illis contra substantiam ejusdem naturalis filii, vel ex eo descendentium [vel [28] ascendentium], vel a latere conjunctorum, aliquod sibi jus vindicare valentibus. Sed si quidem iste naturalis filius, sive postquam legitimus successor patri effectus sit, sive in antecedente tempore, filios ex legitimo matrimonio, vel alios descendentes liberos habeat: eos modis omnibus ad ejus successionem, sine testamento morientis vocari, nec curiæ locum esse præter quam si quarta portio bonorum ejus eidem curiæ debeatur, eo quod nullus forte ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo videlicet observando, ut hi, quos [iste] naturalis filius, posteaquam [29] fortunæ curiali datus est, procreaverit, & decuriones sine dubio sint, & curialia peragere munia compellantur. §. 1. Si vero *sine liberis* cujuscunque gra-

bus novis non minus favendum quam antiquis civibus. 1 Acceptans vel admittens onus, commodum & connexum admittere intelligitur. Imo hoc nostro casu emolumentum repudiare non potest: hoc est, filius patris destinatione decurio factus, hereditatem ea conditione relictam repudiare non potest. 2 Bostræ, ita legitur *Novell.* 89. *cap.* 2. §. 1.
3 *Al.* minuit, quæ lectio, velut falsa rejicitur a Castrensi & ita est: Constantinus Christiana fide Romanum imperium munivit. 4 Renovatur lex Constantini per Zenonem.
5 Legitimi & sui fiunt, nati in concubinatu ex ingenua muliere, concubinatu in matrimonium converso. *l.* 6. *infr. h.t. Instit. de nupt. in fin. Novell.* 12. *cap.* 4. *Novell.* 74. *cap.* 1. *Novell.* 89. *c.* 8. 6 Donatio primo filio nasci turo ex tali matrimonio facta, valet, *ut hic:* & *l.* 24. facit *l.* 5. *ff. de operis libert. l.* 24. *ff. de pact. dotalibus.* Imo non valet: quia personæ non existenti donari videtur: & in non absimili casu ususfructus sine persona constitui non potest: ut hinc sequi videatur, donationem sine persona esse non posse. *l.* 26. *ff. de stipulat. servorum.* vide Guidonem Papæ *decis.* 267. 7 Cujus fit mentio *l.* 7. J.
8 Hac lege permissum est naturales liberos adrogando suos & legitimos facere, sed huic constitutioni derogat *l.* 7. J. *h.t. Novell.* 89. *cap.* 11. *in fin.* videtur tamen quasi reduci constitutio Anastasiana, permissa per adoptionem legitimatione *Novell.* 117. *cap.* 2.
9 Anatolio. 10 Id est, *l.* 6. S. *h.t.* 11 Abrogatur *l.* 6. *supr. h.t.*
12 Lex Anastasii in futurum abrogatur. *Novell.* 89. *cap.* 7. 13 Utcumque in præteritum legi Anastasii indulgeatur jus naturales liberos adoptandi, naturalium tamen nomine non intelliguntur nati ex nefario & incestuoso conjugio. 14 *l.* 6. *ff. de decurionibus.*
15 *Novell.* 89. *c.* 7. *c.* 12. *in fin.* 16 Injustis desideriis venia denegatur.
17 Vide tamen quæ dixi ad *Novell.* 117. *c.* 2. 18 Flagitiis præsidia non sunt quærenda: nec vitia juvanda. 19 *Cap.* 39. *de reg. jur. in* 6. 20 Dixi ad *l.* 2. *supr. h.t.*

21 Dotes naturalium filiorum eis imputantur in legitimam: adde *l. uxorem.* 41. §. *pater.* 11. *ff. de leg.* 3. 22 Alimenta liberis naturalibus debentur non modo a patre, ejusve liberis legitimis aut legitimatis, sed etiam a patris naturalis successoribus seu heredibus: & quidem ex bonis ipsius testatoris. adde *c. cum haberet.* 5. *extra. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* 23 Pater & filius pari jure tenentur in permissionibus & prohibitionibus; ut quemadmodum pater spurium filium non instituit, ita nec patrem filius.
24 Alimenta jure civili non debentur liberis ex damnato coitu procreatis. adde *auth. ex complexu. supr. de incestis & inutil.* 25 *Nov.* 89. *c.* 2. *c.* 3. *c.* 4. 26 Legitimati per matrimonium liberis justis consanguinei sunt, at non ii, qui per oblationem tantum. Cur ita? legitimi sunt, *ut hic, & Nov.* 89. Illi omni cognationi omnibusque cognatis legitimi sunt: hi legitimanti tantum, non aliis cognatis: cur? Prior legitimatio naturam imitatur, at non posterior: unde notat Bart. statuto civitatis legitimatum non haberi pro legitimato in bonis extra territorium positis. Cujus differentiæ vis hæc est: ut priore casu legitimatus, legitimis fratribus succedat, non posteriore casu. Quid si quis legitimatus est Principis rescripto? extra territorium quoque civitatis legitimatus censetur. Cur? propter summam Principis potestatem sive personas ipsas spectes, sive res: hoc est legitimatus habebitur omnibus patris cognatis, & extra territorium quoque suæ civitatis ut per Principem legitimatio ea parte, legitimationem quæ matrimonio fit, imitetur: & eam superet quæ fit tantum per curiæ oblationem: causam si quæsiveris, hæc adferri poterit, quod potestas Principis non in unius civitatis tantum prætorium, sed in totius Principatus fusum sit & extensum. 27 Hæc verba delenda. vide Cujac. 17. *obs.* 6. 28 Hæc verba delenda esse Cujac. monet 17. *observ.* 6. est enim iniquum & falsum, patrem naturalem non succedere ascendentibus naturalibus: hoc est patri suo vel proavo. 29 Hoc jure patre facto curiali, liberi postea

dus

dus inteſtatus deceſſerit: ſi quidem matre ſuperſtite, tertiam quidem partem bonorum ejus matrem habere, duas vero alias partes curiam, cui a patre datus eſt. Sin autem mater quidem defuncti non ſupereſt, alii vero cognati ex materna linea deſcendentes, vel aſcendentes, vel ex latere venientes ad ejus vocentur ſucceſſionem: tunc ea quidem, quæ a patre naturali ad eum pervenerunt, [eidem] curiæ competere. Si quid vero filio poſtea legitimo ſucceſſori effecto, vel a matre ſua, vel aliunde quocunque legitimo modo acquiſitum ſit, hoc ad proximos maternos ejus cognatos pervenire. Illo videlicet obſervando, ut ſive matre ejus ſuperſtite, ſive ea ante filium mortua, aliquis ex ejus genere ejuſdem curiæ fortunam ſubire paratus ſit: liceat [ei] offerenti ſe eidem curiæ, bona mortui, quæ de ſubſtantia patris ad eum pervenerunt capere, muniaque peragere curialia: quo accidente, mater defuncti (ſi adhuc ſuperſit) non ſolum tertiam partem eorum, quæ extra paternam ſubſtantiam filius ejus aliunde acquiſiverit, ſed etiam omnia ea, vel ipſa ſola, vel cum coheredibus ſuis capiet. §. 2. Ea vero, quæ de ſucceſſione naturalis filii poſt curialem conditionem morientis conſtituimus, non tantum in his locum habere debent, qui poſtea a patre ſuo naturali curiæ dati fuerint: ſed etiam in illis, qui jam dati ſunt, ſi tamen adhuc ſuperſunt. Quod ſi ante præſentem ſanctionem mortui [1] ſunt, minime ad eorum ſucceſſionem eandem noſtram ſanctionem extendimus. §. 3. Et quoniam omnimodo favendum eſt curiis civitatum: illud etiam in hanc partem addendum eſſe cenſemus, ut liceat [2] patribus naturales filios curiæ [3] patriæ ſuæ tradere, non [4] ſolum nulla [5] eis legitima ſobole exiſtente, ſed etiam ſi filios, vel alios liberos ex legitimis matrimoniis procreatos habeant, & eo modo naturales quoque filios ſibi legitimos ſucceſſores efficere: ita tamen, ut [6] minime eiſdem patribus liceat per donationem, vel ultimam voluntatem amplius [eidem] filio naturali dare, vel relinquere, quam [7] uni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit, vel reliquerit, cui minima portio data, vel relicta ſit. Dat. Kal. Jun. DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De legitimatione per ſubſequens matrimonium.

10. Idem A. Demoſtheni P. P.

CUm quis a muliere libera, & cujus matrimonium non eſt legibus interdictum, cujuſque conſuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minime dotalibus inſtrumentis compoſitis, poſtea autem ex eadem affectione [8], etiam ad nuptialia pervenerit inſtrumenta, & alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreaverit: ne poſteriores liberi, qui poſt dotem editi ſunt, ſibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quaſi juſti & in poteſtate effecti fratres ſuos, qui ante dotem fuerant nati, ab hereditate paterna repellentes: hujuſmodi iniquitatem amputandam cenſemus. Cum enim affectio prioris ſobolis, & ad dotalia inſtrumenta efficienda, & ad poſteriorem filiorum edendam progeniem præſtiterit occaſionem, quomodo non eſt iniquiſſimum, ipſam ſtirpem ſecundæ poſteritatis [priorem] quaſi injuſtam excludere: cum [9] gratias [10] agere fratribus ſuis poſteriores debeant, quorum beneficio ipſi ſunt juſti filii, & nomen & ordinem conſecuti? Neque enim veriſimile eſt, eum, qui poſtea vel donationem, vel dotem conſcripſerit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuiſſe, quæ eam dignam eſſe *uxoris* nomine faciebat. Quapropter ſancimus in hujuſmodi caſibus omnes [11] liberos, ſive ante dotalia inſtrumenta editi ſint, ſive poſtea, una [12] eademque lance trutinari, & omnes [filios] ſuos in poteſtate ſuis exiſtere genitoribus, ut nec prior, nec junior ullo habeatur diſcrimine: ſed qui ex iiſdem matrimoniis procreati ſunt, ſimili perfruantur fortuna. Dat. 15. Kal. Octob. *Chalced.* DECIO V. C. CONS. 529.

Per ſequens matrimonium filii nati ex concubina legitimantur, etiamſi ex eo matrimonio nullus poſtea naſcatur: vel natus vivens non reperiatur tempore mortis patris. Salic.

11. Idem A. Juliano P. P.

NUper legem conſcripſimus, qua juſſimus, ſi [13] quis mulierem in ſuo contubernio collocaverit, non ab initio affectione [14] maritali (eam tamen, cum qua poterat habere connubium) & ex ea liberos ſuſtulerit, poſtea vero affectione procedente, etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit, filioſque vel filias habuerit: non ſolum ſecundos liberos, qui poſt dotem editi ſunt, juſtos, & in poteſtate eſſe patribus, ſed etiam anteriores, qui & his qui poſtea nati ſunt, occaſionem legitimi nominis præſtiterunt. Quam legem quidam putaverunt ſic interpretari, ut ſive non [15] progeniti fuerint poſt dotem conſcriptam liberi, ſive jam ab hac luce ſubtracti: non anteriores filios juſtos haberi, niſi utroque tempore viventes, & ſuperſtites liberi inveniantur: quorum ſupervacuam ſubtilitatem penitus inhibendam cenſemus. Sufficiat etenim talem affectionem habuiſſe, ut poſt liberorum editionem & dotalia efficiant inſtrumenta, & ſpem [16] tollendæ ſobolis habeant: licet enim hoc, quod ſperatum eſt, ad effectum non pervenerit, nihil anterioribus liberis fortuitus [17] caſus derogare concedatur: & multo magis ſi quis mulierem, quam in contubernio ſuo habuerat, prægnantem [18] fecerit, poſtea autem adhuc gravida muliere conſtituta, dotalia fecerit inſtrumenta, & puer vel puella editus vel edita ſit, juſta patri ſoboles naſcatur, & in poteſtate efficiatur, & heres exiſtat morienti ſive ab inteſtato, ſive ex teſtamento. Satis enim abſurdum eſt, ſi filii poſt dotem progeniti anterioribus liberis adjutorium afferant, & ipſum puerum, vel puellam ſibi opitulari non poſſe. Et generaliter definimus, & quod ſuper hujuſmodi caſibus variabatur, definitione certa concludimus: ut ſemper in hujuſmodi quæſtionibus, in quibus de ſtatu liberorum eſt dubitatio, non [19] conceptionis, ſed partus tempus inſpiciatur: & hoc favore facimus liberorum, ut editionis tempus ſtatuamus eſſe inſpectandum: exceptis his tantummodo caſibus, in quibus conceptionem [20] magis approbari, infantium conditionis utilitas expoſtulat. Dat. 15. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. de inceſt. nupt. §. Dubitatum. col. 2. tit. 7. al. Novell. 12. cap. 4.

QUod jus locum habet, & ſi ante hoc conſortium, legitimorum pater ſit ex alia conjuge, a qua ſeparatus ſit legitime, vel ea mortua.

In AUTHENT. de trient. & ſemiſſ. §. penult. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. ult.

SEd nova conſtitutio non permittit hoc in ancilla, niſi ei, qui ſine legitimis aliis reperitur.

In AUTHENT. ut lib. dec. §. ſi quis autem. col. 6. tit. 7. al. 6. Novell. 78. cap. 3.

NOva alia conſtitutio hoc generaliter inducere videtur & in his, qui ex ancilla ſunt, ut ex ipſa dotis inſcriptione ſimul, & libertas tribuatur, & jus ſuorum.

De legitimatione per Principem.

In AUTHENT. quib. mod. nat. effic. legit. §. 1. vers. Si vero ſolummodo & §. ſed & aliud. col. 6. tit. 3. al. 1. Novell. 74.

PRæterea qui legitimam non habet prolem, ſed ex hujuſmodi conſuetudine duntaxat naturalem: poteſt ab eo precibus [21] Principi datis, legitimos ſibi conſtituere. & ſine [22] matrimonio, ſi mulier jam defuncta ſit, vel deliquerit, vel occultetur, vel alias venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impediatur, ut ſacerdotio.

De legitimatione ex teſtamento.

In AUTHENT. quib. mod. nat. effic. legit. §. illud autem. col. 6. tit. 3. al. 1. Novell. 74. cap. 2.

ITem ſine legitimis decedens, in teſtamento [23] ſcribens velle ſe naturales filios fore legitimos ſucceſſores, licentiam habeat, ut poſt mortem ejus filii Principi ſupplicent, teſtamentum oſtendentes, & Principis, & legis dono fiant heredes: ſi tamen filii voluntatem patris amplectantur. Quod generaliter obſervatur: Sed ſi alii quidem volunt legitimi fieri, alii non: volentes fiant, cæteri in jure naturali remaneant.

De eo, qui in aliquo inſtrumento nominatus eſt filius.

In AUTHENT. ut liceat matri & aviæ. §. Ad hoc autem. col. 8. tit. 18. al. 13. Novell. 117. cap. 2.

SI quis liberos habens naturales ex muliere libera, quæ uxor ei poterat [24] eſſe, dicat [25] in inſtrumento ſive publice, ſive propria manu conſcripto habente ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum, ſive in teſtamento, ſive in geſtis monumentorum, hos ſuos eſſe, nec adjecerit naturales, hujuſmodi filii ei legitimi ſucceſſores erunt. † Et ſi uni ex multis filiis teſtimonium quodlibet ex prædictis modis præbuerit, cæteris ex eadem muliere natis ad legitima jura ſufficiet.

De nepote naturali.

12. Idem A. Joanni P. P.

CUidam, qui juſtum filium habebat [26], nepos acceſſit naturalis. Si nepotis [27] nomen hujuſmodi ſoboli legibus accommodandum eſſet, quærebatur. Volebat enim tali [28] naturali nepoti ex ſuo legitimo filio jam defuncto progenito totam [ſuam] ſubſtantiam relinquere, quaſi ſacris conſtitutionibus tantummodo in filiis naturalibus prohibentibus totum patrimonium, ſive quantam partem voluerit, eis relinquere, & certo ſine parte eorum concludentibus? Hujuſmodi autem dubitatio, & in alia [dubitationis] ſpecie ventilata eſt. Quid enim, ſi ex naturali filio nepotem habeat avus legitimum patri ſuo, vel naturalem? In omnibus itaque talibus dubitationibus, cum nulla legitima conſequentia in hujuſmodi perſonis cuſtoditur, ſed interventu ſobolis naturalis nullum [29] jus legitimum ſubeſſe poteſt, ut neceſſitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat: liceat eis, quantum voluerint ſuæ ſubſtantiæ in eos conferre; ſcilicet nulla legitima ſobole ſubſiſtente. Filiis enim naturalibus relinqui conſtitutiones, quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia [30] vitium paternum refrenandum eſſe exiſtimaverunt. In nepotibus autem non eadem obſervatio in præfatis ſpeciebus cuſtodienda eſt, ubi legitima ſoboles minime facit impedimentum. Ea enim ſubſiſtente: veterum conſtitutionum tenorem in naturalibus filiis, ſtatutum, & in nepotes extendimus. Sed hoc in his tantummodo ſancimus, in quibus voluntate aliquid conſecuti ſunt. Jura etenim ab inteſtato [31] in avi ſucceſſionem nemini eorum penitus aperimus. Et hæc non ſolum eis accedere cenſemus a ſubſtantia avi paterni naturalis, ſed

ſuſcepti, ſunt curiales: ante ſuſcepti non ſunt. hodie etiam ante ſuſcepti curiales ſunt. *Nov.* 101. *c.* 4. 1 Hæc conſtitutio locum non habet in jam mortuis, ſed morituris. 2 *l.* 3. *ſ.* *h. t.* 3 Legitimos habens liberos poteſt filios ſuos naturales, ſi quos habet, curiæ offerre: ſed & eis relinquere & donare, non plus tamen quam uni liberorum cui minus dederit. 4 Legitimare per oblationem curiæ filios naturales pater poteſt, licet alios legitimos jam habeat. 5 *Nov.* 89. *c.* 2. §. 1. 6 Legitimato filio pater plus relinquere non poteſt, quam legitimis & legitime natis. 7 *Nov.* 74. & ita derogatur *Novell. Th. de bon. decur.* 8 *l.* 11. *J. h. t. l.* 20. *verſ. ſancimus. ſupr. de don. ante nupt. Inſt. de nuptiis in fin. Novell.* 89. *c* 8. J. Legitimatio per matrimonium, tabulas & ſcripturam requirit jure civili, *ut hic: & Inſtit. de nupt in fin.* non tamen jure Canonico. *c. tanta* 6 *extr. qui filii ſint legitimi.* 9 Autor beneficii alteri conferendi ipſo beneficio non eſt arcendus, ſed adjuvandus potius; adde *l. amiciſſimos* 36. *§. Lucius* 1. *ff. de excuſ. tut.* 10 Hinc videtur defendi poſſe communis illa opinio, Legitimatum per nuptias non tantum legitimum fieri, ſed jus primogenituræ etiam conſequi adverſus fratres juſtis poſtea nuptiis ſuſceptos. dixi ad *Novell.* 89. *c. ult.* 11 *d. §. ult. Inſt. de nupt. in fin. Novell.* 19. 12 Legitimati per matrimonium æquali jure cenſentur, & ſuccedunt patri una cum aliis ante & poſt matrimonium legitime ſuſceptis. 13 Legitimatur filius naturalis per ſubſequens matrimonium, *ut hic.* Cujus regulæ extenſiones viginti, exceptiones quatuordecim, vide apud Duenazium *reg* 350. 14 Affectio maritalis nuptias facit, *ut hic. l.* 10. *ſ. h. t.* 15 Dixi ad *Novell.* 74. *in pr. & Novell.* 89. *c.* 8. 16 Si ita eſt, qui mortis periculo inſtante, concubinam *uxorem* vocat, liberos ex ea ſuſceptos non legitimabit: ut velle videtur Baldus *in hac lege.* 17 Anterioribus liberis fortuitus poſteriorum caſus nihil derogat: & ita per matrimonium legitimantur liberi, etiamſi poſt alii non naſcantur, vel naſcantur, & moriantur.

18 Ut ſciri poſſit quis legitime natus ſit, non inſpicitur tempus conceptionis, ſed partus. 19 Verbum *procreati* non modo locum habet in natis, ſed etiam in conceptis, & adhuc in utero exiſtentibus, ut concepti & nondum nati poſſint per reſcriptum legitimari. vid. Roland. a Valle 1. *conſ.* 51. *num.* 37. 20 Adde *l.* 7. *l.* 26. *ff. de ſtat. homin.* 21 De legitimatis per reſcriptum. 22 Legitimati ſtatuto, vel a Comite (quem Palatinum Comitem interpretes noſtri appellant) liberi naturales ſuccedere parentibus ſuis non poſſunt, exiſtentibus legitimis, *ut hic:* niſi forte ipſi legitimi conſentiant legitimatione, ne alioquin ipſis legitimis in jure ſucceſſionis fiat præjudicium. 23 De legitimatis per teſtamentum. 24 Verbum *poterat* habet quatuor ſignificationes. vid. Roder. Suarez. *de matrim. n.* 33. Anſ. 25 Legitimari a patre videtur filius naturalis, ſi inſtrumento publico, vel ſcriptura manu propria perſcripta & ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum habente *filius* nominatur ſeu appellatur, *ut hic.* quam ſententiam quatuor exceptionibus propoſitis coërcet & reſtringit Duenazius *reg.* 348. de trium teſtium ſubſcriptione, ejuſque vi & effectu, vide *l. ſcripturas* 11. *J. qui potiores.* 26 Utrum nepos naturalis avo ſuccedat. 27 Filii appellatione in odioſis nepos non continetur: ſi ratio odii quæ erat in filio, ceſſat in nepote: ut filii certæ qualitatis mentione facta nepos alterius qualitatis non contineatur. 28 Legitimo nepoti ex filio naturali: vel naturali ex legitimo: vel, naturali ex naturali, legitimis non exiſtentibus, poteſt avus univerſa bona relinquere, licet eorum parenti non poſſet niſi ſemiſſem relinquere. *l. humanitatis* 8. *ſupr. h. t.* forte quod nepos cenſetur jure extranei, vel pro extraneo habeatur: ut quod extraneo, & eidem teſtator poſſit relinquere. 29 Legitima nulla debetur liberis naturalibus: Naturales tantum liberi non agunt de inofficioſo. adde *l.* 1. §. 1. *ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* 30 *Sub.* incontinentiæ. 31 Nepos cæterique liberi naturales avo vel proavo nullo modo ſuccedunt.

etiam

etiam proavi, vel ejus cognationis : si quis saltem hujusmodi vocabulum in tam degeneres [1] homines extendere maluerit. Dat. Kal. Novembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXVIII. DE TESTAMENTARIA [2] TUTELA.

De testamento patronæ.

1. Impp. SEVER. & ANTON. A. Speratæ.

QUem dicis tibi tutorem in testamento patronæ [3] datum, si administrationi se non [4] immiscuit, nulla actione tibi tenetur : neque enim jure [5] datus tutor fuit. Quod si administraverit [6] sponte res tuas, experiri adversus eum actione negotiorum gestorum potes. PP. Kal. August. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De testamento & codicillis.

2. Imp. ANTON. A. Sabiniano.

ETsi a patre tuo testamento jure tibi tutor datus, eo [7] tempore, quo heres extitisti, in rebus humanis fuit : tamen codicillis alius tutor recte datus est, & uterque [8] propter voluntatem testatoris tutor erit : nisi testamento datum pater alium codicillis dando reprobaverit, tunc enim posterior solus tutor erit. Dat. Id. April. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Si ex pupillis unus in suam tutelam venerit.

3. Imp. ALEXANDER A. Gordio & aliis.

SI tutores testamento [9] vobis dati sunt, quanquam unus vestrum suæ [10] ætatis factus sit, id est pupillarem ætatem excesserit, tutela tamen vestra ad eum non pertinet. Dat. 5. Kal. Jan. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De testamento matris.

4. Idem A. Felicianæ.

MAter [11] testamento filiis tutores dare non potest, nisi eos heredes instituerit. † Quando autem eos heredes [non [12]] instituerit, solet ex voluntate defunctæ datus tutor a Præsidibus confirmari. † Nullo vero ex his interveniente, si res pupillares, qui dati sunt, administraverint [13] : pro tutelæ actione tenentur. PP. 7. Kal. Jun. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De servo alieno.

5. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Daphnæ.

SI pupillorum pater alienum [14] servum de quo postulas, & tutorem esse voluerit, & liberum, manente tamen alio tutore pupillis [ante] dato : & redimi, & manumitti hunc apud præsidem provinciæ, & curatorem adjungi oportet. PP. 3. Kal. Mart. SECULARI & DONATO CONSS. 261.

De administratis & neglectis.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Donnæ.

SI tibi pater avunculum testamento recte tutorem dedit, nec is excusatus est : eum tutelæ judicio, tam de administratis, quam de neglectis [15] (cum administrari deberent) apud competentem judicem conveni, secundum bonam fidem tibi satisfacere jussurum. Subscripta Non. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De differentia tutoris & curatoris.

7. Iidem AA. & CC. Triphenæ.

TUtelæ [actione] contra tutorem mota, quem [in] testamento patris, in cujus fuisti potestate, datum proponis : reddi tibi, si quid debetur, competens Judex aditus jubebit. Curatorem [16] enim inutiliter [in] testamento dari non ambigitur. Dat. 17. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De verbis Græcis.

8. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

TUtores [17] etiam Græcis [18] verbis licet in testamentis relinquere : ut ita tutores dati videantur, ac si legitimis verbis eos testator dedisset. Dat. Prid. Id. Sept. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XXIX. DE CONFIRMANDO [19] TUTORE.

De testamento matris.

1. Imp. ALEXANDER A. Prisco.

TEstamento matris [20] tutores dati, excusare [se] necesse [21] non habent, nisi decreto secundum voluntatem defunctæ, & quidem inquisitione [22] habita dati fuerint. PP. 3. Non. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De epistola & imperfecto testamento.

2. Idem A. Valerio.

NEque per epistolam [23], neque ex imperfecto [24] testamento tutorem recte dari indubitati juris est. Sed voluntas patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus in hujusmodi casibus a Judice, ad cujus officium hæc res pertinet, servari solet. Secundum quæ vereri non debes, ne tempus antequam [25] confirmareris, tibi cesserit. PP. 7. Id. August. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

Si ante confirmationem alius tutor datus fuerit.

3. Idem A. Sossiano P. P.

SI (ut proponis) pupillo cujus meministi, pater inutiliter testamento tutores dedit ; & priusquam [26] hi confirmarentur, alii ab eo cujus interest, dati [27] sunt, id quidem quod [28] jure gestum est [29], revocari non potest.

† An autem qui judicium patris habent, curatores eidem pupillo constitui [30] debeant, aditus competens Judex perspectis [31] utilitatibus ejus æstimabit. PP. 3. Idib. April. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

De parentibus naturalibus.

4. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

NAturalibus [32] liberis providentes, damus licentiam patribus eorum in his rebus quas quocunque modo eis dederint, vel reliquerint ([scilicet] intra præfinitum nostris legibus modum) & tutorem eis relinquere : qui debet apud competentem Judicem confirmari, & ita res gerere pupillares. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XXX. DE LEGITIMA [33] TUTELA.

De avunculis & patruis.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Firminæ.

AD avunculos [34] nec masculorum tutelæ ex lege duodecim tabularum deferuntur : cum solummodo patruis si non se excusaverint, id jus tributum sit. PP. 8. Kal. Jun. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De agnatorum & cognatorum differentia sublata, de sexu, ætate & gradu.

In AUTHENT. de hered. ab intest. §. ex his. col. 9. tit. 1.

Novell. 118. cap. 5.

SIcut hereditas agnatione non inspecta proximis defertur : sic & tutelæ onus comitatur emolumentum, si masculi & perfectæ sint ætatis, & nulla lege prohibeantur suscipere. Quod si plures sint ejusdem gradus, & ad tutelam vocantur : jubemus communiter apud judicem convenientibus unum, vel plures eligi, & eum vel eos administrare : ut magis idoneo, vel idoneis committatur tutela, periculo tutelæ omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur : & substantiis eorum minoribus tacite subjacentibus pro hujusmodi gubernatione.

De capitis deminutione.

2. Iidem AA. & CC. Asclepiodoto.

AD agnatos pupilli jure [35] legitimo sollicitudinem tutelæ pertinere, nisi capitis [36] deminutionem sustinuerint, manifestissimum est. S. 3. Non. April. AA. CONSS. 290.

De fœminis impuberibus.

3. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

COnstitutione divæ memoriæ Constantini, [37] lege Claudia [38] sublata, pro antiqui [39] juris auctoritate, salvo [40] manente agnationis jure, tam con-

1 Est hoc natis ex concubinatu vitium, ut degeneres sint, nothi & obliqui. Lucanus, Obliquo maculat qui sanguine regnum. & Bastardi vulgo a Germanico *Bös art*, id est, degeneris ingenii. vide Cujac. ad *Novell.* 118.

2 Dixi ad *L.* 26. D. 11. Tutela alia legitima, alia dativa, alia testamentaria, *ut hic:* alia Atiliana, utut sit, tutor dari testamento potest. An & curator? non datur. *l.* 7. J. *h. t. l.* 1. *in fin. ff. de confirmando tutor.* quia lex 12. tabularum de tutela loquitur, non de curatore, datus tamen confirmatur a prætore. *d. l.* 1. adde Cujac. 7. *observ.* 6. An & adoptio? sic videtur. Velleius Paterculus 2. Eutrop. 7. Sueton. *in Tiber.* Cic. *in Bruto*, Nepos *in Attico.* Imo non recte, propter superioris legis 12. tab. rationem: sed tamen confirmatur. dixi ad *l.* 63. §. 10. *ff. ad SC. Treb.* An & contractus, dixi ad *l.* 21. *ff. qui test.* Hoc interim notandum est, in Gallia neque lege, neque testamento tutores, sed tantum ex inquisitione dari. vide Lucium 8. *Placit.* 3. *num.* 1. 3 Idem in patrono. *l.* 28. *in fin. ff. h. t.* 4 *l.* 1. *in fin. ff. de eo qui pro tutor.* 5 Cessatio injuncti perperam officii neminem obligat. *l.* 5. J. *qui dare tut.* 6 Tutor jure non datus si se tutelæ miscuerit, actione gestorum negotiorum tenetur. 7 Eodem tempore, quo confirmantur, simul fieri videntur. *Bald.* nihil prius aut posterius æstimatur in his, quæ fiunt eodem tempore. 8 Et ita pater dando posteriorem tutorem non intelligitur priorem removisse. *Bald.* vel sic, tutor testamentarius non excluditur per codicillarem, sed ambo simul tutores sunt. *Salic.* adde *l. ultim. in fin. ff. h. t.* 9 *Tutor* testamento datus legitimum excludit. legitima tutela testamentariæ cedit. *l.* 9. §. 1. *in fin. ff. de tut. & rationib.* 10 Suæ ætatis fieri, est puberem fieri. Dion. 53. τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Puberes vocantur, qui nondum pervenerunt ad annum vigesimumquintum ætatis. vide Cujac. 6. *obs.* 3. ubi varias ætatis significationes explicat. 11 Mater non dat tutorem filio, nisi eum heredem instituat : datum tamen judex cum inquisitione confirmat. Non confirmatus tenetur pro tutelæ, si gesserit. *l.* 4. *ff. h. t.* 12 Cujacius ad *tit. Instit. de tutelis.* hanc negationem expungendam monet : Nunquam enim tutor datus a matre, nisi instituto. *d. l.* 4. *l.* 69. §. 2. *ff. de leg.* 2. *Goth.* Male : vide Glossam & *l.* 28. §. 2. *ff. h. t.* &c. *l.* 4. *ff. de confirm. tutor.* J. G. 13 *l.* 39. §. 9. *ff. de administ. & peric. tutor.* 14 Si servus alienus cum libertate tutor datur, servus redimendus est, & ut curator vel tutor alteri adjungitur. *Salic.* 15 Tutor negligentiam præstat, & de negligentia tenetur. *l.* 2. J. *si tutor non gesser. l.* 60. §. 3. *ff. de ritu nupt. l.* 1. §. 1. *ff. de admin. & peric.* 16 Curator testamento inutiliter datur, licet confirmetur. *l.* 1. *in fin. ff. de confirmando tutor. l.* 6. *supr. de negot. gest.* vid. Cujac. 7. *observ.* 6. 17 Novella Theodosii de testamentis. 18 Tutor Græcis verbis dari potest, *ut hic.* Quinam actus Græcis verbis fieri possint, dixi ad *l.* 11. *ff. de leg.* 3.

19 *L.* 26. D. 3. 20 Et ita inutiliter. *l.* 2. *ff. h. t.* 21 Tutor inutiliter datus, nisi a die confirmationis suæ excusatione non indiget. 22 Cur magis inquiritur tutor a matre datus, quam a patre? matris, ut & omnium mulierum consilium fragile est. *l.* 4. *ff. de testam. tut.* 23 Per epistolam dari tutor non potest, *ut hic*, ut nec hereditas (nam epistola ne vim quidem codicillorum habet. *l.* 17. *ff. de jur codicill.*) sic epistola qua quis sibi coheredem cavit, petitionem non habet. *l.* 52. *ff. de pact.* fidejussor tamen epistola dari potest. *l.* 22. J. *de fidejuss.* Quin epistolæ nonnunquam vicem instrumenti obtinent. *l.* 29. *ff. de probat.* 24 Ratio dubitandi hæc esse potuit, quod imperfectum patris testamentum inter liberos valeat. *l.* 21. §. 1. J. *de testam.* Goth. Vid. *l.* 3. *ff. h. t.* Sichard. ad *l. hac consultissima.* §. *ex imperfecto. Cod. de Testam. num.* 5. 6. 7. Ans. 25 Excusationis tempus non cedit tutori inutiliter dato, antequam confirmetur. *l.* 1. *l.* 3. *ff. h. t. l.* 58. §. 2. *ff. de admin. & peric. tut.* 26 Antequam tutor inutiliter a patre datus confirmetur, potest per judicem alius dari : interim dum tutor confirmetur, potest per judicem alius dari : tutor confirmandus non impedit quin alius possit dari. 27 A judice. 28 Legitime facta non revocantur. adde *c.* 73. *de reg. in* 6. *l.* 85. §. 1. *ff. de reg. jur.* 29 A judice. 30 Tutor confirmandus dato a judicibus tutori, ut curator adjungi potest. 31 Confirmatio tutoris in judicis deliberatione consistit. 32 Pater naturalibus liberis tutorem dare potest, confirmandum tamen a judice. *l.* 3. J. *quando mul. tut. Nov.* 89. *c.* 14.

33 Dixi ad *L.* 26. *D.* 4. & 1. *Inst.* 15. & 11. Ulp. 2. 3. & *seq.* 34 Legitimæ tutelæ deferuntur ad agnatos, & ita ad patruos, non ad avunculos. §. 1. *Inst. h. t. l.* 1. *l.* 6. *ff. h. t.* Hodie cognati, si modo proximiores sint, tutelam obtinent. *Auth. prox.* J. *Novell.* 118. *c.* 5. 35 i. e. Lege 12. tab. Nam hic quibus testamento tutor datus non extat ex lege 12. tab. agnati erant tutores : eaque tutela ideo legitima dicebatur. *Instit. h. t. l.* 1. *l.* 5. *ff. de legitim. tut.* Ulp. 11. §. 3. 36 Minima capitis deminutio agnatum excludit a tutela. *l.* 5. *in fin. ff. eod.* §. *ult. Inst. h. t.* 37 *l.* 2. *C. Theod. de tutor. & curator. creand.* 38 De qua vide Ulp. 11. §. 8. *in fin.* 39 Vid. Ulp. *d. loco.* 40 Id est, tantisper sangui-

sanguineus, id est, frater, quam patruus [1], cæterique legitimi ad pupillarum fœminarum tutelam vocantur. Dat. Kalend. Jul. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

De fratre emancipato.

4. Imp. ANASTASIUS A. Polycarpo P. P.

FRater emancipatus [2], qui in germani sui vel sororis successione omnes inferiores seu prolixiores gradus, non tantum cognatorum [3], sed etiam agnatorum antecedere a nobis pro nostra dispositione jussus est, etiam ad legitimam fratrum & sororum, necnon liberorum fratrum tutelam, quasi minime patris potestate per jus emancipationis relaxatus, si non alia juri cognita excusatione munitus sit, vocari: nec sub prætextu capitis deminutionis alienum ab hujusmodi onere semetipsum esse contendere sancimus. Dat. Kalend. April. JOANNE & PAULINO CONSS. 498.

De minore vigintiquinque annis.

5. Imp. JUSTIN. A. Demostheni P. P.

NEmo neque frater, neque alius legitimus in tutelam sive ingenui, sive liberti vocetur, antequam [4] quintum & vicesimum suæ ætatis annum impleat. Immineat enim cuique pro [5] sua tantummodo administratione periculum [6] ne alieno onere alius prægravetur. Sic etenim & pupillis & adultis competens gubernatio inducetur, & naturalis [7] ordo per omnia conservabitur. Cui enim ferendum est eundem [8] esse tutorem, & sub tutela constitui, & iterum eundem esse curatorem, & sub cura agere? Hæc certe & nominum & rerum fœda confusio [9] est. Discretis itaque omnibus, vel dativi, vel legitimi fiant tutores vel curatores hi, qui talis ætatis sunt, cui suarum rerum administratio committitur, quorumque res possunt [10] plenissimo jure hypothecarum [11] teneri. Omnibus [12] quæ de successionibus tam ingenuorum, quam libertorum prioribus legibus disposita sunt, in suo robore duraturis, nec aliquam imminutionem ex præsentis legis sanctione accepturis: maxime in libertorum [13] successionibus: ne videantur ex eo, quod ad [14] tutelæ gravamen non veniunt, successionis emolumentum amittere. Recitata septies [15] in novo consistorio Palatii Justiniani. Dat. 3. Kalend. Novembr. DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. XXXI.

QUI PETANT [16] TUTORES VEL CURATORES.

De litigaturo cum minore.

1. Imp. ANTONINUS A. Chrysanthæ.

ADmone [17] adolescentem adversus quem consistere vis, ut [18] curatores sibi dari postulet, cum quibus secundum juris formam consistas: qui si in petendis his cessabit, potes tu competentem judicem adire, ut in [19] dandis curatoribus officio suo fungatur [20]. PP. 3. Non. Februar. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De liberto.

2. Idem A. Epaphrodito.

PAtroni [21] tui filii si ejus ætatis sunt, ut res eorum per tutores administrari debeant: cura adire Prætorem, & nomina edere, ex quibus tutores constituantur, ne si cessaveris, obsequii deserti periculum subeas. PP. 3. Non. Jul. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De matre.

3. Idem A. Atalantæ.

IN locum tutoris defuncti [22], vel in perpetuum relegati, alium dari tutorem filiis [23] tuis idoneum ex eadem [24] provincia a judice competente postula: qui secundum officium suum utilitatibus eorum providebit. PP. 4. Idib. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De creditore.

4. Idem A. Domnino.

SI filiis debitoris [25] tui non sunt necessarii, qui tutores petant, potes & ipse curare, ut accipiant, per quos legitime defendantur. PP. 3. Id. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De amita.

5. Imp. ALEXANDER A. Fusciana.

AMita [26] tutores petere filiis fratris sui non prohibetur. PP. 5. Kal. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De matre.

6. Idem A. Otaciliæ.

MAtris [27] pietas instruere te potest, quos tutores filio tuo petere debes. Sed & observare [28], ne quid secus quam oportet, in re [filii] tui pupilli agatur. † Petendi autem filiis curatores [29] necessitas matribus imposita non est, cum puberes minores annis vigintiquinque ipsi sibi curatores, si res eorum exigit, petere debeant. PP. 10. Kal. Octobr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De tutore.

7. Imp. GORDIANUS A. Dionysio.

ADmone [30] eam, quæ quondam pupilla tua fuit, cum eam non tantum viripotentem esse, sed etiam nupsisse proponas, ut sibi petat curatorem. Quod si ea petere neglexerit: quo maturius possis [31] rationem reddere administrationis adito eo, cujus super ea [re] notio est, petere curatorem non vetaberis. PP. 6. Id. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De matre.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Musico.

CUm a matribus [32] sedulum petendi tutoris officium exigatur, nec fortuiti [33] casus impedimentis [34] adscribantur; proponasque procuratorem [35] qui ad petendum pupillo tutorem a matre fuerat constitutus a latronibus interfectum [36], petitionem ex necessitate demoratum esse: ab hereditatis successione matrem repelli, cujus [37] nullum vitium intercessisse asseris, perquam durum est. PP. 5. Id. Mart. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De habente tutorem.

9. Iidem AA. Asclepiodoto.

CUm jure habenti [38] tutorem tutor [39] dari non possit: intelligis [40] matrem [41] non officium pietatis in petendo tutore deseruisse, sed jure munitam merito filio suo tutorem non postulare. S. 3. Non. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 290.

De patruo magno.

10. Iidem AA. & CC. Prisco.

NEpotibus fratris tui [42], si eorum mater in petendis tutoribus debito non fungatur officio, petere tutores solenniter potes. S. prid. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De matre.

11. Imp. ZENO A. Dioscoro P. P.

MAtres naturalibus [43] [etiam] filiis ad similitudinem eorum, qui ex justis ac legitimis nuptiis sunt procreati, petendorum tutorum necessitati subjaceant: nulla [44] eis ignorantia juris ad evitanda legibus, vel sacris constitutionibus definita, si petitionem tutorum minus curaverint, profutura. Dat. Kalend. Sept. *Constantinop.* ZENONE A. II. CONS. 479.

TIT. XXXII.

UBI [45] PETANTUR TUTORES, VEL CURATORES.

1. Imp. ANTONINUS A. Aristobulæ.

MAgistratus ejus civitatis [46], unde filii tui originem per conditionem patris ducunt, vel ubi [47] eorum sunt facultates, tutores vel curatores his quam primum secundum formam perpetuam dare curabunt. Quod si filii tui neque possident quicquam in provincia ubi morantur, neque inde originem ducunt, restituti [48] apud patriam suam, & ubi patrimonium habent, morabuntur, & ibi defensores legitimos sortientur. PP. Kalend. Octobr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

dum manet jus cognationis. *l. 2. supr. h. t.* 1 *l. 2. C. Theod. de tut.* ita habet, *in fœminis tutelam legitimam consanguineus patruus non recuset.* 2 Frater emancipatus vocatur ad curam & tutelam fratris, *ut hic*, & *l. 5. de curatore furiosi.* quemadmodum & ad legitimam ejus hereditatem ex constitutione Anastasii, *§. 1. Inst. de success. cognator. §. ult. in fin. Instit. de servili cognat. l. ult. J. de legitim. hered.* 3 Quo vocabulo proprie intelliguntur fratres sororesque ex eodem patre prognati, prognatæve. vid. Cujac. 11. *obs.* 26.
4 Tutoris aut curatoris munere minor vigintiquinque annis fungi non potest. *§. 13. Instit. de excus. tut.* 5. Harmenop. 11. *§. 37. §. ult. Inst. de fiduciaria tut.* 5 Quisque suæ administrationis causa obligatur. 6 Onere alieno nemo gravatur. 7 Naturalis ordo conservandus. 8 Incivile est eundem esse tutorem & in alterius tutela constitui. *d. §. 13.* 9 Nominum & rerum fœda est confusio: verbi gratia, eundem tutorem vel curatorem esse, & sub tutela vel cura constitui. 10 Hinc colligunt, Bona minoris vigintiquinque annis non obligari, si forte tutelam alterius gesserit. Alii si decreto judicis cesserit, obligari putant: alii eo tantum casu, quo tutelæ gestionem sacramento interposito susceperit. 11 Bona tutoris pupillo tacite obligata. *l. 20. J. de adm. & peric. tut.* 12 Tutores majores omnino vigintiquinque annis esse debent, ut etiam res ipsorum obligatæ sint nullo hinc præjudicio successionibus Patronorum aut cognatorum generando. *Synops. Basil. 37. tit. 4. cap. 2.* 13 *pr. Inst. de legitima patron. tut.* 14 Ubi onus tutelæ, ibi successionis emolumentum. v. *l. 73. ff. de reg. jur.* 15 Septimo, dixi ad *l. 30. supr. de jure dot.*
16 *L. 26. D. 6.* & 3. *C. Theod.* 18. 17 *Sub.* tu creditor pariter, ut *l. 4. J. h. t.* & contra minorem moneri debet, uti curatorem ad lites postulet, qui si monitus non petierit, etiam absenti eidem & invito dabitur. *Baldus.* 18 *l. 2. §. 4. ff. h. t.* 19 Curatores ad litem minores licet inviti accipiunt, *ut hic*, servato tamen hujus legis ordine.
20 Id est, ut etiam invito curator detur. 21 Libertus omittens petere tutores filiis patroni, periculo deserti obsequii subjacet. Salic. *l. 2. §. 1. ff. h. t. l. 19. ff. de jure patron.*
22 *l. 7. §. pen. J. de curator. furiosi.* 23 De matre vide quoque *l. 6. 8. 9. & ult. J. h. t.*
24 *l. 5. J. qui dare tutor. l. 3. ff. de tut. & cur. datis ab his. l. 1. in fin. l. 13. in fin. ff. de excus. tut.*
25 Creditor in subsidium petit, tutorem pupillo debitoris sui dari. *l. 2. §. 3. ff. h. t. l. ult. §. 2. J. de adm. & peric. tut.* 26 *l. 10. J. de legitim. hered.* 27 *l. 3. supr. l. 8. J. l. 2. §. 1. ff. h. t. l. ult. §. 2. J. de adm. & peric. tut. l. 2. §. 23. ff. ad SC. Tert.* 28 Mater tutores a se petitos filio observare cogitur, at non legitimos aut testamentarios, ut notatur *in l. matres 3. J. ad SC. Tertull.* Cynus *in l. ult. §. personis 2. J. de admin. & peric. tut.* 29 Mater punitur, si tutorem impuberi non petit, non si curatorem puberi non petiit. *l. 2. l. 29. ff. ad SC. Tertyll.* & in eo magnum discrimen est tutoris & curatoris. De reliquis differentiis, vid. Cujac. 17. *observ.* 7. 30 *Subaudi*, tu debitor (nam mox sequitur, quo maturius possis rationem reddere) ut *in l. 1. & 4. supr. h. t. creditor.* 31 Tutor vel venditor volens reddere rationem administrationis, potest petere adulto curatorem dari cui reddatur ratio. facit *l. 7. §. 2. vers. permittitur etiam. ff. de minorib. 25. ann.* adde *l. 2. §. 3. ff. qui pet. tutor.*
32 *l. 6. S. h. t.* 33 Fortuiti casus impedimentis non adscribuntur: ut casus fortuitus ei non obsit, qui quantam potuit diligentiam negotio adhibuit, ut *l. 2. §. 1. & seq. ff. si quis cautionibus.* 34 Id est, fortuiti casus inter impedimenta voluntaria non censentur: alias fortuiti casus impedimentum præstant, & quidem excusatione dignum, ut hic casus fortuitus superveniens procuratori excuset dominum a contumacia. 35 Tutor peti potest per procuratorem. adde *l. 2. in fin. ff. h. t. l. mutus 43. §. is, qui 3. ff. de procur.* 36 Impedimentum superveniens, procuratori ad tutorem petendum misso, matrem excusat. *Salic.* Diligentiam adhibenti quam adhibere debuit, casus fortuitus non debet obesse. Bald. *l. 2. §. 43. ff. ad SC. Tertull.* 37 Puniri non debet, qui nullo vitio laborat. *l. 22. J. de pœn.*
38 *l. un. vers. quod tamen. J. de tut. vel curat. illustr. l. 9. J. qui dare tut. l. 4. J. in quib. caus. tutor. habenti. l. 27. ff. de testam. tut. l. 13. §. 5. ff. de excus. tut. §. 5. Instit. de curat.*
39 Curator tamen dari potest. *l. 20. in fin. ff. de tut. & curat. dat.* 40 Quia petitio adversus juris constitutionem fuisset. 41 Imputari matri non debet, si tutorem filio tutorem jam habenti non petiit. 42 Negligente matre patruus magnus, potest petere tutorem dari. facit *l. 2. ff. h. t.* mora priorum & proximorum in petendo tutore proximo adgnato vel cognato primis & proximis non nocet. *Goth.* Vid. *l. 10. Cod. de legitim. hered. l. 2. §. fin. ff. ad SC. Tertyll.* Ans. 43 Mater naturalibus liberis sicuti & legitimis tutorem petere debet, alias eis non succedit. 44 Error juris matrem non excusat, juris scilicet naturalis. *l. 2. supr. de in jus vocando.*
45 *L. 26. D. 6.* 46 De pupillo, qui originem paternam habet in una civitate, in alia domicilium, in alia patrimonium: Si quæras quis judex sit competens in dando ei tutore vel curatore: Sic sentio. Originis & domicilii simul judicem competentem esse, & originis ita hic vocabulum accipio, ut in *l. 17. §. 4. ff. de municip.* domicilii vero a patre ultro electi non fortuito delati judicem præferri judici originis: multo magis patrimonii judici: ut ejus administratio ad omnia bona extendatur, & tamen a rerum pupillarium judicibus curatores bonis dari, ut quot judices rerum pupillarium fuerint, totidem curatores possint constitui. ut *l. 27. ff. de tutor. & curatorib. dat. l. 21. §. 2. ff. de excus. tut.* ad curatores referas. Quid si datus tutor in loco domicilii, puta Romæ: idem alibi, puta in provincia bonis pupillaribus curator datus fuerit eoque præsente provincialium bonorum alienatio Romæ facta sit? judicium valet. *l. 5. §. 12. ff. de rebus eorum, qui sub tut.* ut hinc etiam colligas præsentiam & interventum curatoris bonorum provincialium requiri, quoties de bonorum provincialium alienatione domicilii in loco agetur. Solent autem in ea re judices urbani literis uti requisitoriis, de quibus dixi ad *l. a divo 15. §. 1. ff. de re judicata.* Cæterum ut decretum de bonis provincialibus distrahendis Romæ fieri possit, hastæ tamen solennitatem apud rerum provincialium judicem celebrari oportebit. 47 Domicilium etiam patrimonii ratione pupillus habet.
48 Nota de restituendis patriæ, atque origini defunctorum liberis.

TIT. XXXIII.

DE TUTORIBUS VEL CURATORIBUS ILLUSTRIUM [1], VEL CLARISSIMARUM [2] PERSONARUM.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Proculo Præfecto urbi.

ILlustribus [3] Præfectus urbi [4] adhibitis decem [5] viris e numero Senatus amplissimi, & Prætore [6] clarissimo viro qui tutelaribus cognitionibus præsidet, tutores [curatoresve] ex quolibet ordine idoneos faciat retentari, & sane id libero [7] judicio, expertesque damni constituent judicantes. Et [8] si in regendis pupillaribus substantiis singuli creandorum pares esse non possunt, plures [9] ad hoc [secundum veteres leges] conveniet advocari: ut [10] quem cœtus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum judicabit, sola sententia obtineat Præfecturæ, [super cujus nomine, solemnitate servata, postea [11] per Prætorem interponatur decretum:] Itaque hoc modo remoti a metu, qui consilio affuerint, permanebunt: & parvulis adultisque Clarissimis [12] justa defensio sub hac prudentium deliberatione perveniet.

† Quod [13] tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus [14] neque testamentarii defensores, neque legitimi, vita, ætate, facultatibus suppetunt: Nam ubi forte hujusmodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem suis privilegiis comparabunt, ut teneri possint, jure præscribimus.

† Cæterum alia quæ in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus. † In provinciis [15] autem Curiales in nominandis tutoribus & curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, & discriminis sui memores cognoscant, indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. Dat. 3. Kal. Januar. *Mediolani*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

Occupati circa majora non vocantur ad minora. Bald.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Aureliano Præfecto urbi.

GEnerali lege prospectum est, ne [16] qui ad illustrium [17] Senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus vocentur. Dat. 8. Kal. August. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. XXXIV.

QUI [18] DARE [19] TUTORES VEL CURATORES POSSUNT, ET QUI DARI [20] NON POSSUNT [21].

Status controversiam passo dari curator potest.

1. Imp. ALEXANDER A. Amphibulo.

CUm tibi in ea ætate constituto, ut si de statu [22] [tuo] constaret, per tutores sive curatores negotia tua administrari deberent, libertatis controversiam fieri alleges: non [ideo] oportuit impediri, quo magis [23] liberali causa ordinata, quia interim pro libero habebaris, curator tibi daretur, per quem defendi causa tua potest. PP. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. CONS. 223.

Maritus uxori curator non datur.

2. Idem A. Artemisiæ.

MAritus [24], etsi rebus uxoris suæ debet affectionem, tamen curator ei [25] creari non potest [26]. PP. Kal. Jul. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Cæco curator non datur.

3. Imp. PHILIPPUS A. Dolenti.

LUminibus [27] captum curatorem haberi [28] debere falso tibi persuasum est. PP. 13. Kal. August. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

Miles tutor vel curator non datur.

4. Idem A. Emerito.

MIlitiæ [29] armatæ muneribus occupatus, neque si legitimus sit, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo etsi voluerit, tutor vel curator fieri potest: sed si errore ductus res administraverit: negotiorum [30] gestorum actione convenitur. PP. 10. Kal. August. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

Datis jurisdictioni non subjectus non recte datur.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Æmilianæ.

NEque a præside alterius [31] provinciæ, neque [a] magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia civitate, nec domicilium, ubi nominatur, habentem, jure dari posse ab eo, cujus jurisdictioni subjectus non est, certissimi juris est. Neque cessatio injuncti perperam [32] officii ad periculum ejus pertinet. S. 12. Kal. Maji, AA. CONSS. 290.

Negligente etiam matre petere tutorem Præses dare debet.

6. Iidem AA. & CC. Leontio.

QUod dicis, matrem [33] filiis tutores nolle petere, super hac re adi præsidem provinciæ: qui si eam neglexisse perspexerit, etiam ipse magistratus dare tutores, vel nomina [34] mittere, ut ab ipso decreto tribui possint, jubere non prohibetur. PP. 2. Kal. Maji, AA. CONSS. 290.

Servus tutor vel curator non datur.

7. Iidem AA. & CC. Rufo.

IN servili [35] conditione constitutum tutorem, [vel curatorem] a præside [36] dari non posse, nullam habet juris dubitationem. S. 2. Non. Jul. *Philippopoli*, AA. CONSS. 290.

De creditore pupilli.

8. Iidem AA. & CC. Euelpisto.

CReditorem [37] debitoribus [38] tutorem datum, non tantum petitionem non amittere, sed etiam ipsum sibi posse solvere [39], non ambigitur. PP. 5. Non. Jul. CC. CONSS. 293.

De creditore vel debitore ejus qui in curatione est.

In AUTHENT. ut hi qui ob. se ha. per. §. sed & si quis. col. 6. tit. 1. al. 2. Nov. 72. cap. 2.

MInoris [40] debitor [41], vel is cui minor tenetur [42], aut qui minoris res tenet, a curatione prohibetur. Nam & ante curator [43], si minoris creditor efficiatur, non sine adjuncto curatore administrabit. Hoc autem ab initio vel probet, vel juret se credere minorem obligatum, vel res ejus habere. Nam si taceat, actionis sustinebit jacturam. Item si debitor taceat: nec redhibitione, nec alia tempore curationis solutione juvabitur. Sed si actionis cessionem [44] adversus minorem suscipiat, nec post curam quidem depositam ea permittitur uti: nec is qui cesserit, agere debet: cum in legem commiserit, licet cessio pro justis causis facta sit, sed minor lucrabitur. His valentibus in omni cura prodigorum forte, aut furiosorum, aut dementium, & omnium quas introducunt leges.

Tutorem habenti tutor non datur.

9. Iidem AA. & CC. Maximiano.

SI sororis tuæ filiis tutore legitimo patruo constituto, nec ullo excusato privilegio, tutor datus es: cum habenti [45] tutorem alium dari jura prohibeant: necessitatem administrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur. S. 3. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De habente curatorem.

10. Iidem AA. & CC. Florentino [militi] [46].

CUratorem [47] habenti neque adjungi nisi [48] causa cognita, neque in locum ejus alium substitui, nisi ante priore remoto, ambigui juris non est;

1 Huc pertinet *l. 2. J. h. t. l. 7. §. 6. vers. sed si. J. de curatore furiosi. Nov. 22. c. 40. in fin.* 2 Clarissimarum personarum appellatione intelliguntur plerumque tres Senatorum ordines, illustres, spectabiles & clarissimi, ut *l. 2. J. quando mulier. tut.* Est enim clarissimorum nomen generale & speciale. dixi *l. 100. D. de verb. sign.* 3 Illustris præf. & ita scriptum in *l. 3. C. Th. de tutor. & curat.* 4 *d. vers. sed si. l. 2. in fin. J. quando mulier. tut.* Præfecti urbis Principes erant senatus. Cæterum hoc primo capite legis agitur de tutoribus creandis in urbe, ut & J. *in fin.* in provinciis. 5 His fiebat consilium, J. *ibi:* qui consilio affuerint. de quo dixi ad Ulpian. 1. §. 13. 6 Prætor tutelaris. 7 Liberum judicium hic Baldus interpretatur rationibus reddendis non obnoxium: unde mox sequitur expertus damni: & post, remoti a metu. 8 Plures tutores & curatores dari possunt, unus ubi sufficere non potest. 9 Græcis προχειρισθέντες, & πρόχειροι dicuntur, qui ita plures eliguntur. 10 Idem fit in Episcopo creando. *Novell. 123. cap. 1. lib. 42. 8. de Episcop. & Cler.* Sic & apud Cornel. Tacitum 4. *Annal.* Patricii tres nominabantur, ex queis unus Flamen dialis eligebatur. adde *l. 23. D. de tut. dat.* 11 Ordo hic in tutore servatur, eligitur, confirmatur, decernitur ei administratio: quem adeo præcise servandum post Accursium putat Baldus, ut is ordo nisi servetur inutilis sit tutoris datio.
12 Hæc lex agit de clarissimis, ut & *l. 2. J. de illustribus.* qui & nobiles. *l. ult. §. 6. vers. Sed si quidem nobilis. J. de curator. furiosi.* 13 Tutores & curatores clarissimis, hoc est, nobilibus in urbe sic constituuntur. Si nulli sint testamentarii vel legitimi, ex quocunque ordine senatorio, vel equestri sumuntur ab illustri præfecto urbi qui est Princeps senatus adhibitis in consilium decem senatoribus & prætore tutelari: plures nominantur: deinde unus idoneus pronunciatur sententia præfecti urbi: ut ille postea solenniter detur, decernatur, prodatur, inauguretur, confirmetur auctore prætore tutelari: atque ita sententia præfecti præcedit decretum prætoris. *l. ult. J. de magistr. conveniend. l. tutoris 5. D. de confirm. tut.* 14 *l. 5. J. tit. prox.* 15 In provincia clarissimis tutores vel procuratores dantur & nominantur a præsidibus decreto decurionum, & eorum periculo qui adfuerint. 16 Sensus est, ut ii tantum, qui curiæ civitatis suæ obstricti non sunt, tutores dentur illustrium senatorum liberis impuberibus sui juris. 17 De illustrium tutoribus vel curatoribus.
18 Nec enim omnium judicum est tutores dare. vide *Lib. 26. tit. 5. D. de tutoribus & curatoribus datis. l. 7. in fin. D. de confirm. tut.* 19 *Subaudi*, quibuscunque: alias tamen ab illustribus & clarissimis, de quibus dictum est titulo superiore ad hanc quæstionem refert *l. 1. l. 11. l. 22. D. hoc titulo.* 20 *d. l. 7. in fin. Novell. 72.* 21 Item cui dari. *l. 1. 3. 5. 9. 10.* 22 Vid. *l. 17. D. de tutorib. datis.* 23 Id est, quominus: Cujacius ita interpretatur, uti scripsi ad *l. 7. D. pro emptore.* 24 De tutela fœminarum dictum est alias in *l. 3. supr. de legitim. tut. & ad Ulpian.* 11. §. 11. adde Cujac. 7. *observ.* 11. adde quædam ex *l. 2. supr. de procurat.* 25 *l. 4. J. de excusationibus tutor. §. 19. Instit. de excusat. tutor.* puta furiosæ. *l. 14. D. de curatoribus furioso.* 26 Quia si vir male gereret, tacite mulier ei negligentiam remitteret. 27 Oculo utroque orbatus curator esse non potest. *l. unic. J. qui morbo.* uno potest. *l. 9. J. de excusat. tutor.* 28 Est qui restituit, *habere.* Neque enim cœcus curator esse prohibetur, aut tutor, sed si velit tantum excusationem habet. *l. unic. J. qui morbo. & l. post susceptam 40. ff. de excusat. tutor. l. etiamsi tutor. 16. ff. de auctor. tutor.* ut sit sensus, cæcum non esse in ea causa, ut ei curator dandus sit. Alius hanc emendationem reprehendit. Dicam alibi aliquando. J. G. 29 Miles armatæ militiæ, neque tutor, neque curator dari potest. §. 14. *Instit. de excusationibus.* adde *l. 8. ff. de excus. tutor.* procurator. *l. 31. supr. de locato. l. 8. J. de legatis.* 5. Harm. 11. §. 30. Quid si errore ductus res administraverit? negotiorum gestorum actione convenitur. *Synops. Basil. 37. tit. 7. ex tit. 5. cap. 53.* 30 Pro tutore qui negotia gessit, etiam negotiorum gestorum actione conveniri potest. Paul. 1. *sent. 4. §. ult. l. 1. in fin. S. de testam. tut. l. 6. supr. l. 3. §. 10. ff. de negot.* 31 In tutore dando, magistratum servare oportet fines territorii & jurisdictionis suæ. *l. 3. ff. de tutorib. dat. l. 3. supr. qui petant tutores.* Si tamen defuerint idonei, potest magistratus ex vicinis civitatibus honestissimum quemque inquirere, & nomen præsidi provinciæ mittere, non ipsum dandi arbitrium vindicare. *l. 6. J. h. t. l. 24. ff. de tutorib. & curatorib. dat.* Interdum etiam non municeps dari potest. *l. 10. ff. de tutelis.* Fallit etiam lex nostra in testamentario tutore. Possumus enim alienæ civitatis civem liberis tutorem dare. *l. 32. ff. de testam. tut.* quanquam & eo casu tutori dato competit excusatio. *l. 11. J. de excusat. tutor.* 32 *l. 1. supr. de testam. tut. l. 8. ff. de fidejuss. tut.* 33 Dixi ad *l. 3. l. 6. l. 8. J. qui petant tut. l. 2. §. 23. ff. ad SC. Tertull.* 34 Vid. *l. 24. ff. de tutorib. dat.*
35 Servus non potest dari a judice tutor vel curator. *Synops. dict. tit. cap.* 33.
36 Nam a testatore potest. *§. 1. Inst. qui test. dar. tut. poss.* 37 Olim creditor debitori tutor dari poterat, *ut hic. l. 7. J. de excusat. tutor. l. 78. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 9. §. 5. ff. de administ. tut.* ut & is qui litem habebat cum pupillo vel adolescente: nisi lis esset de omnibus bonis vel maxima parte, vel de statu. *l. 6. §. 18. l. 20. l. 21. ff. de excusat. tutor. §. 4. Inst. de excusat. tut.* Hodie hujusmodi personæ non modo excusantur, sed etiam removentur. *Nov. 72. cap.* 1. nisi sit mater vel avia. *Novell.* 94. etiamsi post susceptam administrationem adquirant obligationem adversus pupillum. Quo nomine intellige non permitti tutoribus vel curatoribus cessionis jure obligationes in pupillum adquirere, uti olim licuit. *l. 12. ff. de rebus eorum, qui sub tut. dict. Novell. 72. in princ.* In Gallia creditor vel debitor conditionem suam evulgare non cogitur, si a testatore tutor datus fuerit. & ita judicatum a Gratianopolitano senatu, anno 1461. Februar. 6. refert Bugnonius *in legibus abrogatis.* 38 Debitor potest etiam tutor esse pupilli creditoris. *l. 5. §. 4. ff. de admin. tut.* 39 *d. l. 9. §. 5.*
40 Creditor minoris, sive ipsum minorem, sive res ejus obligatas habeat, nulla ratione ad ejus res curandas admitti potest etiamsi legibus vocetur: ne forte vel cautionem aliquam subtrahat, vel aliquo modo eas quæ apud minorem sunt probationes avertat, easque in minoris ipsius fraudem recitet. 5. Harm. 11. §. 39. adde *Novell. 72. cap.* 1. 41 Et ita abrogatur *dict. §. 4.* 42 Et ita abrogatur *d. §. 5. d. l. 7. d. §. 1.* 43 *l. ult. J. de in litem dando.*
44 Abrogata *l. 12. D. de rebus eorum.* Goth. Vid. Rittershus. in *expos. Novell. part. 8. cap. 5.* & omnino Covet *en son recueil. verb. tuteur. cap.* 4. Ans. 45 Habenti tutorem legitimum alius a judice dari non potest. dixi ad *l. 9. supr. qui petant.* 46 Hæc vox delenda. Nam miles ne volens quidem ad tutelam vel curam admittitur. Cujac. 17. *observ.* 6.
47 *Tutorem habenti*, Cujacius ita emendat 17. *observ.* 6. Id etiam suadent quodammodo hæc verba, *Negotiis pupillaribus. eod.* & est præterea falsum curatorem habenti curatorem dari posse. *l. 20. in fin. D. de tutoribus datis.* 48 Curam habenti alius curator adjungi

te quoque abfuturum [1], damni, quod medio tempore negotiis pupillaribus contigit, esse succedaneum: cum actorem periculo [2] tuo constituere debueras: nec jure Magistratum in absentia tua alium creasse certum est. PP. 3. Kalend. April. CC. CONSS. 294.

De litibus.

11. Impp. CONSTANS [3] A. & CONSTANTIN. C. ad Bassum Præfectum urbi.

IN Universis [4] litibus [5] placet non prius puberem justam habere personam, nisi interposito decreto, aut administrandi patrimonii gratia, aut [6] in litem fuerit curator datus: ut juxta præcedentia nostræ pietatis statuta legitime initiatæ litis agitata in judiciis controversia finiatur. Dat. 3. Id. Octob. *Aquilejæ*, CONSTANT. A. & LICINIO CONSS. 311.

12. Imppp. VALENTINIAN. GRATIAN. & THEOD. AAA. Eutropio.

CUrator adolescenti ordinatus, post inchoatam litem non potest sub [7] prætextu specialis curatoris a se nominati, aut litem contestatam deserere, aut ab administratione se subtrahere. Dat. 4. Kal. Octob. *Constantinop.* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De Principis colono aliisque privilegium habentibus.

13. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio Præfecto urbi.

NE magistratuum ulterius procedat licentia: plenius designamus, ne patrimonialem [8] colonum, sive alium, qui privilegio [9] ab hac nuncupatione defenditur, tutelæ muneris astringat officium. Dat. * HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

TIT. XXXV.

QUANDO [10] MULIER TUTELÆ OFFICIO FUNGI POTEST.

Mulier de jure communi non potest tutelæ officio fungi. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Otaciliæ.

TUtelam administrare virile [11] munus est [12], & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est. PP. 10. Kal. Octobr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P.

MAtres [13] quæ amissis viris tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, priusquam confirmatio officii talis in eas jure eveniat, fateantur actis [sacramento præstito [14]], *ad alias nuptias se non venire.*

† Sane in optione hujuscemodi nulla cogatur, sed libera in conditiones quas præstituimus, voluntate descendat: nam si malunt alia optare matrimonia, tutelam administrare non debent. † Sed ne sit facilis in eas post tutelam jure susceptam irruptio, bona ejus primitus qui tutelam gerentis affectaverit nuptias, in obligationem [15] venire, & teneri obnoxia rationibus parvulorum præcipimus: ne quid incuria, ne quid fraude depereat. † His illud adjungimus, ut mulier si ætate major est, tunc demum petendæ tutelæ jus habeat, cum tutor, [vel testamentarius vel] legitimus [16] defuerit, vel privilegio a tutela excusetur, vel suspecti genere summoveatur, vel ne suis quidem pro animi aut corporis valetudine administrandis facultatibus idoneus inveniatur. † Quod si fœminæ tutelas refugerint, & præoptaverint nuptias: tunc demum Vir Illustris Præfectus urbi [17], accito Prætore qui impertiendis tutoribus præsidet, sive Judices, qui in provinciis jura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores jubebunt. Dat. 12. Kal. Februar. *Mediolani*, VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

In AUTHENT. de hered. ab intest. §. ex his. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 5.

MAtri [18] & aviæ [19] secundum [20] ordinem tutelam [21] etiam ante agnatos subire permittimus, si [22] inter gesta nuptiis aliis, & Senatusconsulti Vellejani auxilio renuntiaverit: solis testamentariis tutoribus eas præcedentibus, legitimis [23] & dativis postpositis. Defuncti namque voluntatem præponi volumus. Præter has autem aliis mulieribus interdicimus officium tutelæ subire.

In AUTHENT. ut sine prohibit. mat. debit. §. propterea igitur. col. 7. tit. 6. al. 4. Novell. 94. cap. 2.

SAcramentum quidem non [24] exigitur, sed contractis secundis nuptiis expelli eam a tutela convenit: salva minoribus omni alia (prout juris est) cautela.

In AUTHENT. col. & const. ut supra.

AD hæc, & si debitum inter ipsam & filios quoquomodo vertitur, tutela materna non ideo minus admittitur debito [25] in sua natura durante. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia [26] agens quæcunque in legitimis definita sunt filiis.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SI pater secundum nostram constitutionem naturalibus [27] liberis in his rebus, quæ ab eo in eos profectæ sunt, tutorem non reliquerit, mater autem voluerit eorum (sive masculi sint, sive fœminæ) subire tutelam, ad exemplum legitimæ sobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub competenti Judice intervenientibus, juramentum antea præstet, quod ad nuptias non perveniat, sed pudicitiam suam intactam conservet, & renunciet [28] *senatusconsulti Vellejani præsidio, omnique* [29] *alio legitimo auxilio,* suamque substantiam supponat: & ita filiorum suorum vel filiarum naturalium tutricem [eam] existere sancimus. Omnibus quæ pro matribus & liberis earum ex legitimo matrimonio progenitis, divalibus constitutionibus cauta sunt, in hujusmodi matribus observandis. Si enim in filiis justis, in quibus & testamentariæ & legitimæ sunt tutelæ, & tamen matribus, his deficientibus ad providentiam filiorum suorum venire conceditur, multo magis in his casibus ubi legitima tutela evanescit, saltem alias eis dare humanissimum est. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXXVI.

IN [30] QUIBUS [31] CASIBUS [32] TUTOREM [33], VEL CURATOREM [34] HABENTI TUTOR VEL CURATOR DARI POTEST.

De absentia & reversione tutoris.

1. Imp. ANTONINUS A. Tiberiano & Rufo.

SI in [35] locum ejus tutoris ad tempus dati estis, qui Reipublicæ [36] causa aberat, isque jam finito munere quod ei injunctum est, abesse desiit [37]: quin ad ejus officium curamque pertineant negotia pupillæ ambigere non debetis. Sed consultius feceritis, si præsidem provinciæ virum clarissimum adieritis, ut is ad administrationem tutelæ compellatur. PP. 8. Kal. Aug. ANTONINO A. & BALBINO CONSS. 214.

De curatore dato impuberi.

2. Imp. ALEXANDER A. Valentiniano.

POtuit quidem & debuit competens judex in locum excusati [38] tutoris, licet pupillus alios quoscunque haberet tutores, curatorem [39] dare. Quamvis autem curator cum aliis in locum excusati tutoris substitutus sis: tamen periculo admistrationis ultra pubertatis [40] tempora non adstringeris. PP. 5. Id. Jun. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

De curatore tutori adjungendo.

3. Idem A. Hylæ.

PRopter [41] late diffusum, id est, in diversis locis constitutum patrimonium, vel quod solus administrationi non sufficias, an tibi tutelam administranti adjungi aliquos curatores oporteat, præses provinciæ, si te non sufficientem deprehenderit, æstimabit. PP. 8. Id. Decemb. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De tutore suspecto, vel excusato vel defuncto, vel relegato.

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Euplojo.

LIcet tutorem [42] habenti tutor dari non potest [43]: tamen certis [44] ex causis alius idoneus substitui sententia competentis Judicis solet in locum

potest causa cognita. *l.* 20. *in fin. ff. de tutoribus datis.* 1 Hæc lex intelligenda est de absente sui negotii, non reipublicæ causa. Nam absens reipublicæ causa periculo medii temporis non obstringitur. ℑ. *si tutor vel Curator Reipublicæ caus. aber.* cum in locum ejus alius tutor detur. *l.* 12. *ff. de tutelis.* in locum absentis ex alia causa, neque tutor, neque curator datur. *l.* 11. *ff. de tutorib. & curatorib. datis.* quatenus in ea fuerit, id est, abfuerit. vid. Cujac. *d. loc.* 2 *l. un.* ℑ. *de actore tutore.* 3 Constantinus *l.* 1. *C. Theod. de tut. & curat. creand.* 4 Excepta momentaria possessione. *l. ult. supr. qui legitimam personam.* 5 Minori datur curator ad lites, alioquin legitimam personam in judicio standi non sustinet. 6 *l.* 4. *supr. si advers. rem judic. l.* 2. ℑ. *qui legitimam personam. l.* 45. *in fin. ff. de re judicata.* 7 Generalis curator a lite desistere propter specialem curatorem datum ad lites non debet. *Bart.* 8 Principis colonus vel alius privilegiatus tutor dari non potest, vid. *l.* 8. ℑ. *de excusat. tutor.* 9 Ut miles. *l.* 4. *supr. h. t.*

10 *Novell.* 94. *Novell.* 118. *cap.* 5. hoc autem adjectum videtur, quoniam ipsæ mulieres olim perpetua tutela aut potestate viri continebantur, dixi ad leges 12. tabul. 11 *l.* 16. *ff. de tut.* 12 Regula est generalis quæ exceptiones admittit: olim ita usitata, ut vel a judice, *l.* 21. *ff. de tutoribus datis.* vel patris testamento matri liberorum tutela inutiliter mandaretur. *l.* 26. *ff. de testam. tut.* 13 *Nov.* 94. *c.* 1. Hodie extensum id est ad avias. *Authent. Matri & aviæ.* ℑ. *h. t.* 14 Hodie remissum hoc est. *Auth. Sacramentum.* ℑ. 15 Mater si contra jurisjurandi fidem iterum nubit non redditis rationibus nec petito alio tutore, filii habent tacitam hypothecam, tam in vitrici, quam in matris bonis. adde *l.* 5. ℑ. *in quibus causis pign. vel hypoth.* 16 Id hodie abrogatur: præferuntur enim matres & aviæ tutoribus datis & legitimis. *Authent. Matri & aviæ.* ℑ. *h. t.* 17 *l.* 1. *supr. de tut. illustr.* 18 Tutelam filiorum matres sine ullo impedimento gerere possunt, verum simul atque ad secundas nuptias transierint, pelluntur a tutela. 5. Harm. 11. §. 54. 19 Ampliatur lex *in pr. supr. eodem* ad vias. 20 Mater præfertur aviæ in tutela liberorum administranda, utpote propinquior. 21 In tutela liberorum gerenda mater præfertur quibuscunque adgnatis liberorum. 22 Tutelam liberorum gerere matri, & aviæ licet, dum Senatusconsulto Velleiano, & secundis nuptiis renuncient, *ut hic.* 1. Harmen. 1. §. 27. verum novo jure secundis nuptiis renunciare non coguntur: cum tacite ipsis secundis nuptiis a tutela removeantur. *Authent. prox.* 23 Derogatur legi 2. *vers. His illud.* ibi: *vel legitimi defuerint. supr. eod.* 24 Derogatur legi 2. *in princ.* ibi: *sacramento præstito. supr. eod. & Novell.* 22. *c.* 40. Goth. Text. est in *l.* 22. *circa fin.* ℑ. *de admin. tut.* Rittershusius *in exposit. Novell. part.* 8. *c.* 2. Ans. 25 Exceptio ad *l.* 8. *supr. tit. prox.* 26 Puta ut inventarium faciat. *l.* 24. ℑ. *de admin. tut.* 27 Naturalibus etiam liberis matres possunt esse tutrices. *l. ult.* ℑ. *de confirmando tutore. Nov.* 89. *cap.* 14. 28 Mater tutelam liberorum adfectans, renunciare Velleiano cogitur. *Nov.* 118. *cap.* 5. In Gallia locum id non habet: & ita placito Senatus Burdegalensis decretum, anno 1521. Julii 26. uti Bugnonius *in legibus abrogatis* refert. 29 Renunciationem quæ fit omni legum auxilio & juri introducto in favorem sexus observa: ea renunciatione mulieres rediguntur ad jura communia masculorum, nec habent aliquod beneficium in præjudicium pupillorum. Quid si talis renunciatio fuerit omissa? Baldus *in Authent. Matri & aviæ. supr. eod.* negat valere decretum interpositum super tutela matris & aviæ: nec eas præsumi renunciasse, ideoque juvari juris ignorantia. *l. ult. supr. de juris & facti.* quod paulo videtur durius: Æquiores existimo, quibus id placet, mulieres tutelam suscipiendo tacite videri supradictis juribus renunciasse: sed & ea omnia præstitisse, quibus ad tutelam pervenitur. facit *l.* 77. *ff. de adquir. vel omitt. hered. l.* 30. *ff. de verb. oblig.* Addit Rolandus a Valle 1. *cons.* 13. *num.* 6. *& sequent. ad* 22. a multis existimari; ex clausula (qua videlicet renunciamus omni juris legumque auxilio) videri renunciatum *l.* 6. *&* 12. *ff. de transact.* de non visis & cognitis verbis testamenti, quam tamen opinionem non probat, *num.* 26. ad hæc beneficio juris municipalis, item beneficio ne in solidum conveniantur, beneficio inventarii, cedendarum, excussionis, ordinis, divisionis, beneficio non abstrahendi de domo, revocandæ donationis ob non factam insinuationem, beneficio non incarcerandi, simulationis. Ad hæc tolli purgationem moræ, conductori denegari remissionem occasione belli supervenientis. Denique his & similibus renunciatum videri. *Goth.* Vid. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 157. Ans.

30 Tutorem habenti cur non omnibus casibus tutor dari possit, dicam ℑ. *h. t.* 31 Dic in locum absentis Reipubl. causa, *l.* 1. ℑ. *h. t.* excusati, *l.* 2. ℑ. *h. t.* suspecti, remoti, defuncti, relegati. *l.* 4. ℑ. *h. t.* 32 Causis, tutorem habenti tutor vel curator dari potest. ut *l.* 4. ℑ. *h. t.* 33 *l.* 1. *l.* 2. *& l.* 4. ℑ. *h. t. l.* 9. ℑ. *qui petant tutor. l.* 9. *supr. qui dare tutor.* 34 *l.* 3. *& l.* 5. ℑ. *h. t. l.* 10. *supr. qui dare. l.* 20. *in fin. ff. de tutorib. datis.* 35 In locum absentis reipublicæ causa, licet is tutor esse non desinat, alius tutor dari potest. hæc lex exceptio est ad *l.* 4. ℑ. *h. t.* 36 *l.* 12. *ff. de tut. l.* 15. *in fin. ff. de tutor. dat. ab his. l.* 3. §. 10. *ff. de suspectis. l.* 45. *ff. de excusationib. l.* 9. *ff. de tut. & ration. distrahend.* 37 Curator in locum datus absentis eo reverso, seu finita absentia, deponit officium, facit *l.* 14. §. 1. *ff. de tutelis.* 38 In locum tutoris excusati potest curator dari. *l.* 4. *in fin.* ℑ. *h. t. l.* 11. §. 1. *l.* 28. *ff. de test. tut.* Ulpian. 11. §. 23. & hæc vox exceptio est ad *l.* 4. ℑ. *h. t.* 39 Imo tutorem ex Senatusconsulto dari oportuit. *l. si quis sub condition.* 11. *ff. de test. tut.* Dic, curatorem hunc instar esse tutoris: cum ultra pubertatem non duret hac lege. Unde tutelæ, sive protutelæ eum teneri quidam existimabant. *l.* 3. ℑ. *arbitr. tut.* 40 *l.* 1. ℑ. *quando tutores vel curatores. l.* 25. *ff. de tutoribus datis. princ. Instit. quibus modis tutela finitur.* 41 Propter diffusum patrimonium tutori curator adjungi potest. Hæc lex exceptio est ad *l.* 4. ℑ. *h. t. l.* 11. *in fin.* ℑ. *de excus. tutor.* 42 *l.* 9. *supr. qui petant tutores. l.* 9. *supr. qui dare tutor.* Paul. 4. *sentent.* 13. §. 3. 43 Curatorem habenti potest. *l.* 20. *in fin. ff. de tutor. & curator. datis.* Cur tam varie? An quia datio tutoris est ex inquisitione atque decreto: actus autem legitimi semel peraguntur, nec iterantur? An quod pupillus in tutoris potestate sit, & nemo possit in duorum potestate esse: ita ut sit potestas cujusque in solidum, nisi pro uno habeantur, ut cum sunt conjunctim dati duo, pluresve, curatoris autem nulla sit potestas in personam? 44 Tutorem habenti certis ex causis alius substitui a judice potest: puta in locum absentis reipublicæ causa, *l.* 1. excusati propter diffusum patrimonium. *l.* 2. 3.

suspe-

ſuſpecti [1], qui convictus ac remotus [2] eſt, & in locum excuſati [3], vel defuncti [4], vel relegati [5] tutoris. PP. Idib. Mart. SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De curatore tutori adjuncto.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. Zenoni.

CUm ob augmentum [6] facultatum curatores adjungi [7] ſoleant, non prius dati tutores [ab] adminiſtratione eorum liberantur. Sane ſi is qui adminiſtravit, tempore finitæ tutelæ fuit ſolvendo [8]: ſecuti temporis periculum ad te pertinere non [9] potuiſſe manifeſtum eſt. Dat. 3. Kalend. April. CC. CONSS. 293.

TIT. XXXVII.

DE ADMINISTRATIONE [10] TUTORUM VEL CURATORUM, ET [11] PECUNIA PUPILLARI FOENERANDA, VEL DEPONENDA.

De pecunia pupilli vel minoris.

In AUTHENT. ut hi qui oblig. ſe hab. §. quoniam. col. 6. tit. 1. al. 2. Novell. 72. cap. 6.

NOviſſime [12] cautum eſt, a curatore pecuniam pupillarem non eſſe fœnerandam: Quod ſi fecerit, mutui ſubjacebit periculo: niſi mobilis ſit ejus ſubſtantia cujus cura adminiſtratur: tunc enim curator illud ſolum mutuare cogetur, quod ad diſpenſationem ſufficiet adoleſcentis, ejusque rebus: quod vero plus eſt, caute recondatur: vel niſi ex neceſſitate hoc fecerit, veluti propter expenſas in pupillum faciendas.

Curatorem non teneri pro tutoribus præcedentibus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Modeſto.

FRuſtra times adminiſtrare res adoleſcentis, cujus curator es, ne ex hoc aliquis exiſtimet commune periculum prioris temporis te recepiſſe, ſed ea quæ agenda putas age: & (quod magis intereſt [13] omnium partium) inſta: ut Judex inter [14] te, & tutores datus [15], quamprimum partibus ſuis fungatur. PP. 12. Kal. Octob. ALBINO, & ÆMILIANO CONSS. 207.

Curatorem adminiſtratione durante a collega non conveniri.

2. Iidem AA. Timoni & Elpidophoro.

ADverſus curatorem adoleſcentis cui collegæ [16] dati eſtis, quamdiu adminiſtratio communis durat, exerceri judicium non poteſt. PP. 2. Kal. Maji, APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De ſumptibus.

3. Imp. ANTONINUS A. Eumoſo.

SUmptus [17] in pupillum tuum neceſſario [18], & ex juſtis honeſtisque cauſis Judici qui ſuper ea re cogniturus eſt ſi probabuntur [19] [facti] accepto ferentur: etiamſi [20] Prætoris decretum de dandis eis non ſit interpoſitum. Id namque quod [21] a tutoribus ſive curatoribus bona fide erogatur, potius juſtitia [22] quam aliena auctoritate firmatur. 14. Kal. Septemb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De liberto tutore.

4. Idem A. Proculæ.

NIſi eam pecuniam, quam conſtiterit libertum [23] paternum tutorem filiæ tuæ rationi ejus debere, vel depoſuerit [24], vel in prædiorum comparationem converterit, remittitur ad Præfectum Urbi, ſecundum ea quæ conſtituta ſunt arbitrio ejus puniendus. PP. 12. Kalend. Octobr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De tutoribus condemnatis.

5. Idem A. Rufino.

FRuſtra tutores quondam adoleſcentium quorum curam adminiſtras, judicatum [facere] detrectant, cum exacta pecunia poſſit auctoritate Præſidis in depoſiti [25] cauſam haberi. PP. Kalend. Jun. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De calumnioſis actionibus non intentandis.

6. Imp. ALEXANDER A. Paconio.

NOn eſt ignotum, tutores vel curatores [adoleſcentum], ſi nomine pupillorum vel adultorum ſcientes calumnioſas [26] inſtituant actiones, eo nomine condemnari oportere: ne ſub prætextu [27] nominis eorum propter ſuas ſimultates ſecure [28] lites ſuas exercere poſſe exiſtiment [29]. PP. 6. Idib. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De forma alienandi teſtamento data.

7. Idem A. Valerio.

TUtelam pupillorum tutorum ſic adminiſtrare debes, ne ædificium quod his relictum eſt, contra formam [30] alienandi teſtamento datam vendas. PP. 6. Idib. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De curatore qui non adminiſtravit.

8. Idem A. Aprili.

ETſi ſciſſes [31] te curatorem datum nec adminiſtraſſes: cæteris curatoribus, & adminiſtrationem peragentibus, & ſufficientibus [32] damno præſtando, contra te actio dari non poteſt. Sin [33] autem neſciſſes [34] te curatorem datum, etiamſi ſolvendo cæteri non ſint, damni periculum ad te non redundat. PP. 7. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De dote conſtituenda.

9. Idem A. Inclytæ.

SI curatores habes, hique dotare [35] te bonis tuis [36] ceſſant: adito Præſide provinciæ impetrabis, ut quod moderatum [37] eſt, honeſtæ perſonæ, præſtare cogantur. PP. 17. Kal. Maji, AGRICOLA & CLEMENT. CONSS. 231.

De liberto curatore.

10. Idem A. Rufinæ.

SI liberti [38] ejusdemque curatoris culpa, vel fraude ratio veſtra læſa ſit: ſarciri damnum ab eo qui dedit, Præſes provinciæ curabit: Non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, ſi quid tam aperta fraude commiſſum eſt, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. 2. Kal. Aug. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De tutore qui non appellavit, vel appellationem non proſecutus eſt.

11. Imp. GORDIANUS A. Cæcilio.

SI bonam [39] cauſam ea, cujus tutor es, habuit, & adverſus latam ſententiam non [40] appellaſti, ſeu poſt appellationem provocationis ſolennia implere ceſſaveris, tutelæ judicio indemnitatem pupillæ præſtare debes. PP. Id. Auguſt. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De fraude tutorum, de negligentia curatorum, de fœmina minore vigintiquinque annis.

12. Idem A. Octavianæ.

DE his, quæ in fraudem adminiſtrationis a tutore geſta, vel negligenter acta a curatoribus eorum, quibus ſucceſſiſti, allegas, agere debes: ſi modo annos legitimæ ætatis impleſti. Neque [enim] ignoras non [41] multum patrocinari fœcunditatem liberorum fœminis ad rerum ſuarum adminiſtrationem, ſi intra ætatem legitimam ſint conſtitutæ. PP. 3. Non. Octob. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Satiſdatio de rato.

13. Idem A. Longino.

TUtores debita pupillaria, ſeu depoſita repoſcentes, ad ſatisdationem [42] compelli non poſſe, manifeſtum eſt. PP. 8. Kal. Maji, ARIANO & PAPO CONSS. 244.

De rationibus reddendis.

14. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Clementi.

RAtiones [43] curæ [44] adminiſtratæ ante impletum quintum & viceſimum annum durante [45] officio poſci jure non poſſe, manifeſtum eſt [46]. PP. Prid. Non. Auguſt. PHILIPPO A. II. [47] & TITIANO CONSS. 249.

De eo, qui ſignavit ut curator.

15. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Licinio.

SI non ſubſcripſiſti [48] quaſi fidejuſſor: fruſtra vereris, ne ex ea interceſſione qua ſignaſti ut curator [49], olim liberatus (ut affirmas) ſententia Præſidis, ex officio curatoris conveniri poſſis. PP. Prid. Non. Mart. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

ſupr. h.t. rerum aliarum. *l.21. in fin. ff. de excuſ. tutor.* in locum ſurdi, muti, furioſi. *l. 17. ff. de tutelis.* adde & caſum *l. 15. ff. de tut.* & alium ex *l. 17. in fin. ff. de appellationibus.*
1 Vide *l. ult. §. 10. J. de curatore furioſi.* 2 *l.2. ſupr. h.t.* 3 *l. 11. §. 1. de teſtam. tut.* 4 *l. 3. ſupr. qui petant tutores.* 5 Relegatio excuſationis ſpecies. *d. l. 3. l. 11. in fin. l. 3. §. 9. ff. de leg. tut.* Cujacius emendavit *deportati.* niſi forte vox *Relegati* hic accipienda ſit pro *Deportati.* Cujacius ad *l. 8. 9. &c. ff. de excuſ. tutor.* ab ea tamen emendatione diſcedit. adde Paul. 2. *ſentent.* 25. §. 8. 6 Propter auctas pupilli facultates tutori curator ſolet adjungi. *l. 9. in fin. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* 7 Alius licet tutor adjungatur, prior non liberatur. 8 *l. 39. §. 16. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* 9 Cur ita? collige ex *l. 1. in fin. J. de dividenda tut.*
10 *L. 26. D. 7. & 3. C. Theod. 19. Novell. 72. cap. 6. & 7.* 11 Tutorum adminiſtrationis partes ſunt hæ: inventarium facere: pecuniam otioſam ad prædiorum ruſticorum emptionem deponere: ſi prædia nulla occurrunt emenda, fœnerari: cæteras res diligenter cuſtodire: in judiciis pupillos ſuos & adultos defendere. 12 Id eſt, ex *Novell. 72. cap. 6.* Goth. Vid. Rittershuſ. *in expoſ. Nov. part. 8. cap. 6. & not. ad l. 37. §. 1. ff. de negot. geſt.* Anſ. 13 Adde *l. cum Stichus 29. ff. de ſolution.* 14 Curator adulti pro tutoribus antecedentibus non tenetur, niſi negligentia in exigendo poſſit ei imputari. vide J. *quando ex facto tutoris.* 15 Datos. 16 Plures cum tutelam gerunt, alter in alterum non agit, ut univerſalis adminiſtrationis ratio reddatur. *l. 12. l. 18. l. 32. in fin. ff. h.t.* Pro univerſali curatione non poteſt agi, niſi finito officio. Bald. vide Cujac. 17. *obſ. 7. in fin.* 17 *l. 33. in fin. ff. h.t.* Poteſtne tutor ſalarium exigere? poteſt. *d. l. 33. in fin.* vide Wurmſ. 1. *pract. 38. cap. 11.* 18 Puta in alimenta. *l. 2. J. de aliment. pupill.* 19 Probare ſumptus debet is, qui ſumptus ſe feciſſe ait. facit *l. ſi quis pro redemptione. 36. in fin. pr. J. de donat. l. 1. §. 3. ff. de tutelæ & ration. diſtrah.* 20 Nam expedit quodcunque non interponi. *d. l. 2.* 21 Naturali juſtitia quod confirmatur, non eget alia confirmatione. *Bald.* 22 Probatione alia non indigent quæ naturali juſtitia confirmantur. *l. 3. §. 7. ff. de cond. cauſa data. l. 13. §. 7. ff. de excuſat. tutor.* 23 *l. 10. J. h.t.* 24 Tutor debitor pupilli pecuniam debitam pupillo deponere debet ad prædiorum comparationem. Minus eſt depoſuiſſe, quam comparaſſe: alterutrum tamen exigitur, *ut hic:* adde *l. 5. §. 4. ff. h.t.*
25 Summa liquida non poteſt tuto ſolvi minori propter metum reſtitutionis. *l. 1. ſupr. ſi adverſ. ſolut.* non tamen eo prætextu poteſt tutor aut alius debitor pupilli, vel minoris pecuniam penes ſe retinere. Cogitur enim pecuniam deponere vel conſignare. *l. 5. l. 7. §. 7. ff. h.t. l. 73. in fin. ff. de procuratoribus. l. 56. §. 1. ff. mandati. l. 64. ff. de fidejuſſoribus.* vide Molinæum *de uſur. quæſt. 39. num. 298.* 26 Tutor calumnioſam, vel ſupervacaneam actionem intendens, proprio nomine obligatur. *l. 9. §. 6. in fin. ff. h.t. l. 78. §. 2. in fin. ff. de leg. 2.* bonam movere cogitur & appellare. *l. 11. J. h.t.* 27 Prætextu officii calumniam committi non oportet. 28 Securi. 29 Exiſtimentur. 30 Contra formam datam a teſtatore non debet tutor rem pupilli vendere. *l. ult. ſupr. de rebus alienis.* Imo poteſt vendere, & ea in re patris præceptum negligere. *l. 5. §. 9. ff. h.t.*
31 Sciens ſe tutorem, de neglecta tutela tenetur, ſi gerens ſolvendo non ſit. *l. 3. J. de divid. tut. l. 4. §. 3. ff. rem pupill. ſalv.* adde *l. 19. J. h.t.* 32 Exceptio excuſſionis tutori vel curatori qui non geſſit, adverſus eum qui geſſit competit. 33 Ignorans ſe tutorem, tutelæ non tenetur. 34 Vide *l. 5. J. de periculo tut.*
35 Dotem ſibi conſtitui, & eo nomine adverſus curatores moram committentes agere adulta: ſed & officium ſuper ea re judicis implorare poteſt. facit *l. 52. ff. h.t. l. 43. ff. de leg. 3.*
36 Dotare de ſuis, & propriis bonis curator adultam non cogitur. 37 *d. l. 43. l. 60. ff. de jure dot. l. 22. §. 4. ff. ad SC. Trebell.* 38 Libertus male adminiſtrans removetur a tutela, eaque privatur. *l. 4. S. h.t.* 39 Cui contraria eſt calumnioſa, & ſupervacanea. *l. 6. ſupr. h.t.* 40 Tutor in bona cauſa cogitur appellare, & appellationem proſequi; alioquin litis nomine tenetur. Eſt enim officium tutoris utilia non prætermittere, inutilia non admittere. *l. 27. S. de epiſcop. aud.* 41 Defectus ætatis non ſuppletur numero liberorum. *l. 2. ſupr. de in integr. reſtit. l. 1. in fin. ſupr. qui & adverſ. quos. l. 2. ff. de minor.*
42 Tutor agens pupilli nomine non tenetur cavere de rato. *l. 23. ff. h.t.* 43 Rationes a curatore antequam 25. annum minor expleverit, non exiguntur tantisper dum curator gerit. 5. Harm. 11. §. 35. 44 Curator tenetur ad rationes reddendas, ut & quivis alienam adminiſtrationem ſuſcipiens. vid. Rol. a Valle 1. *conſ. 49.* 45 *l. 2. ſupr. h.t.*
46 Imo non eſt manifeſtum, ſed falſum. *l. 4. in fin. l. 16. in fin. ff. de tut. & ration.* Goth. Vid. *l. 9. §. 4. ff. de tut. & rat.* Anſ. 47 Γρ. 1. 48 Vid. quæ dixi ad *l. 14. ſupr. ſi cert. pet.* 49 De eo quod quis facit ut tutor vel curator, vel procurator, vel geſtor alterius, ſuo nomine conveniri non poteſt. *l. ult. ff. de inſt. act.* vid. Wurmſ. 1. *pract. 38. c. 10.*

De alienatione rerum pupillarium.

16. Iidem AA. & CC. Proculo.

NOn omni [1] titulo res pupilli potestatem alienandi [2] tutores habent: sed administrationis tantum causa distrahentes, quæ eis venundare licet, justam causam [3] possidendi comparantibus præstant. Cum itaque donandi [4] nulla [5] ratione res eorum, quorum administrant negotia, potestatem habeant: vindicare dominium a possidentibus non prohiberis. Dat. 10. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 287.

De testamenti factione, vel donatione.

17. Iidem AA. & CC. Martiali.

DE successione sua [6] tutores frustra timent: cum his qui tutelam administraverunt, testamenti factio non denegetur, nec de bonis suis donare aliquid prohibeantur. S. 16. Kal. Novembr. *Sirmii*, AA. CONSS.

De periculo nominum, & de pignoribus.

18. Iidem AA. & CC. Soterico.

DEbitoribus pupillæ pro officii ratione tutorem te constitutum adseverans, ad te nominum [7] periculo pertinente, parere solutioni [8] denuntia [9]. Qui si satis non fecerint: in venditione [10] pignorum uti [communi] jure potes. S. Prid. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De absente tutore dato.

19. Iidem AA. & CC. Vindiciano.

TUtor licet absens [11], decreto datus, si sciens [12] solenniter se non excusaverit, administrationi constituitur obnoxius. S. 3. Idib. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De tacita hypotheca in bonis tutoris vel curatoris.

20. Imp. CONSTANTINUS A. Eufemianæ.

PRo [13] officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores existant, tanquam pignoris [14] titulo obligata, minores sibimet vindicare minime prohibentur. † Idem est, & si tutor, vel curator quis constitutus, res minorum non [15] administraverit. Dat. 7. Kal. April. *Treveris*, VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De donationum conditione neglecta.

21. Idem A. Maximo P. P.

[P]Upillorum [16] seu] minorum defensores, si per eos donationum conditio [17] neglecta [18] est, rei amissæ [19] periculum præstent. Dat. 3. [20] Kal. Februar. *Romæ*, SABINO & RUFINO CONSS. 316.

De alienatione rerum pupillarium.

22. Idem A. ad Populum.

LEx [21], quæ tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum, argentum, gemmas, vestes, cæteraque mobilia pretiosa [22], urbana etiam [prædia, &] mancipia, domos, balnea, horrea, atque omnia quæ intra civitatem sunt, venderent, omniaque ad nummos redigerent, præter [23] prædia & mancipia [24] rustica, multum minorum utilitati adversa est. Præcipimus itaque, ut hæc omnia [25] nulli tutorum curatorumve liceat vendere: nisi [26] hac forte necessitate & lege, qua rusticum prædium atque mancipium vendere, vel pignorare, vel [in [27] donationem] propter nuptias [28], vel in dotem dare in præteritum licebat: scilicet per [29] inquisitionem [30] judicis, & probationem causæ, interpositionemque decreti, ut fraudi locus non sit.

† Ante omnia igitur urbana [31] mancipia, quæ totius supellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate & in domo retineantur: nam boni [32] servi fraudem fieri prohibebunt: mali, si res exegerit, sub quæstione [33] positi poterunt prodere veritatem: atque ita omnia observabunt, ut nec inventarium [34] minuere, nec mutare, vel subtrahere aliquid tutor valeat: Quod in veste, margaritis, gemmis, & vasculis, cæteraque supellectili necessarium est. Et tolerabilius [35] est (si ita contigerit) servos mori suis dominis, quam servire extraneis: quorum fuga [36] potius tutori adscribitur, sive negligentia dissolutam esse patiatur disciplinam, sive duritia, vel inedia, atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos execrantur, sed magis diligunt: ita ut hæc lex per hoc quoque melior antiqua sit. Tunc enim remota servorum custodia etiam vita minorum sæpius prodebatur. † Nec vero domum [37] vendere liceat in qua defecit pater, minor crevit, in qua majorum [38] imagines aut [non] videre fixas, aut revulsas videre, satis est lugubre. Ergo & domus, & cetera omnia immobilia [39] in patrimonio minorum permaneant [40]: nullumque [41] ædificii genus, quod integrum hereditas dabat, collapsum tutoris fraude depereat. Sed & si parens vel ille cujuscunque heres est minor, reliquerit deformatum ædificium: tutor testificatione operis ipsius, & multorum fide, id reficere cogatur: ita enim annui reditus plus minoribus conferunt, quam per fraudes pretia diminuta. † Servi [42] etiam qui aliqua sunt arte præditi, operas suas commodo minoris inferant, & reliqui qui in usu minoris domini esse non poterunt, quibuscunque ars nulla est, partim labore suo, partim alimoniarum taxatione pascantur: lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra [43] fœminas immoderatas atque intemperantes prospexit minoribus: quæ plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam [44] addicunt.

† Huic accedit, quod ipsius *pecuniæ* [45] (in [46] quo robur omne patrimoniorum veteres posuerunt) fœnerandi [47] usus vix diuturnus, vix continuus, & stabilis est: quo subsecuto, intercidente sæpe pecunia, ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. † Jam ergo venditio tutoris nulla sit sine [48] interpositione decreti. Exceptis his duntaxat vestibus [49], quæ detritæ usu, seu corruptæ servando [50] servari non potuerint. † Animalia [51] quoque supervacua, quamvis minorum, quin veneant, non vetamus. Dat. Id. Mart. CONSTANT. A. VII. & CONSTANTINO C. CONSS. 326.

De canone non soluto.

23. Idem A. Felici.

SI [52] tutoris, vel curatoris culpa, vel dolo, eo quod vectigal [53] prædio emphyteutico impositum minime dependere voluissent, minoris [prædium] fuerit amissum: damnum quod ei contigit, ex substantia eorum resarciri necesse est. Dat. 13. Kalend. Maji, *Constantinop.* DALMATIO, & XENOPHILO CONSS. 333.

De Inventario faciendo.

24. Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Eutychiano P. P.

TUtores [54], vel curatores, mox [55] quam [56] fuerint ordinati, sub [57] præsentia publicarum [58] personarum [59] inventarium [60] rerum omnium [61] & instrumentorum solenniter facere curabunt [62]. Aurum, argentumque, & quicquid vetustate [63] temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia [64] collocent: ita tamen ut ex mobilibus aut præ-

1 Ergo aliquo: sunt enim alienationis variæ species & causæ. 2 Hoc innuit, Certis causis, alienandi facultatem tutoribus permitti: in reliquis alienantes justam causam possidendi non transferre. Male autem alienat, qui donat. *l.* 22. *in fin. l.* 46. *in fin. ff. h. t. l.* 1. §. 1. *ff. de tut. & rationib.* nonnunquam tamen donare potest. *l.* 12. *in fin. ff. h. t.*
3 Tutor justa de causa, hoc est, ex causis jure permissis res pupilli sui potest alienare.
4 Non administrat, qui donat. 5 Potest igitur justis de causis donare. *d. l.* 12.
6 Tutela non efficit, quominus tutor de suis testari suaque donare possit. *l. un. supr. rem alienam gerentibus.* 7 Periculum nominum spectat, ad tutorem. *Goth.* An & quando periculum nominum ad tutorem spectet, vid. late Hartman. Pistor. *q.* 49. Ans. Adde *Censur. Forens. nostram & DD. ibi allegat. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 10. S. L. 8 Vid. *l.* 2. ℐ. *arbitr. tutel.*
9 Officio tutoris incumbit debitoribus pupilli denunciare ut solvant. 10 *l.* 14. ℐ. *de distr. pign.* 11 Tutor absens potest dari. *Bald.* 12 *l.* 8. *supr. h. t. l.* 1. §. 1. *l.* 5. *in fin. ff. h. t.* 13 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 14 Bona tutoris & curatoris tacite pupillo, & adolescenti obligantur. *l. un. supr. rem alienam gerentib. l. un.* §. 1. *supr. de rei uxor. act. l. ult. vers. Discretis. supr. de legitim. tut. Novell.* 118. *c.* 5. *in fin.* vid. Negusantium 2. *de pignor.* 4. *num.* 5. Quid si ipse minor sit adhuc annis viginti? vid. *d. vers. Discretis.* 15 Bona tutoris vel curatoris non modo pro male gestis, sed etiam pro non penitus gestis, tacite obligata sunt pupillo, vel adulto. 16 *l.* 2. *C. Theod. h. t. l.* 1. *vers. Hisque. C. Theod. de donat. l.* 25. ℐ. *de donat.* 17 Puta faciendi vel non faciendi. vid. *l.* 25. ℐ. *de donat.* & ita tutor non implens conditionem utilem pupillo, tenetur ei, in quod interest. 18 Donationes μονομερῶς non fiunt. dixi ad *l.* 25. ℐ. *de donat.* 19 Id est, non quæsitæ. *l.* 7. ℐ. *arbitr. tut.* 20 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* habet 4. Kalend. Novembr. S. L. 21 Orationem Severi intelligit, quæ extat in *l.* 1. §. 2. *ff. de reb. eor. qui.* 22 Mobilia pretiosa immobilibus comparantur. 23 V. *l.* 1. §. 2. *ff. de reb. eor.* 24 Vid. *l.* 3. ℐ. *de præd. decur.* 25 Mobilia scil. & prædia urbana ac rustica. Rustica & suburbana alienari non possunt, quod hic vetatur. vid. quædam ad hunc locum apud Cujac. 7. *obs.* 23. 26 Tutor vel curator nihil ex rebus minorum vendere potest, nisi ex justa & probabili causa. Quin justa causa alienandi non sufficit. Nec enim res eas sine decreto judicis alienare potest, excepta veste usu detrita, & iis quæ servando servari non possunt, exceptis etiam animantibus pupillorum usui supervacuis. *Synopsis Basilic.* 32. *tit.* 11. *ex lib.* 38. *tit.* 9. *c.* 30. & 5. Harm. 41. §. 49. 27 Quibus ex causis prædia minorum alienari possunt. 28 *l. ult. vers. cum autem.* ℐ. *si major. fact. alienat.*
29 Quibus solennitatibus res minorum alienari oporteat. 30 De qua vide *l.* 5. §. 9. *ff. de reb. eor. qui sub tut.* 31 De urbanis mancipiis non vendendis sine decreto, *ut hic. & vers. ult.* ℐ. *h. t.* deque eorum utilitate. Quid rustica? Vendi multo minus possunt. Hac enim lege Constantinus nihil mutat orationi Severi, quæ rustica mancipia vetabat alienari. *s. eod. in princ.* facit *l.* 3. ℐ. *de præd. decur.* 32 Boni servi utilitas. 33 *l.* 34. *ff. h. t.* & ita per familiares & domesticos probantur ea quæ fiunt in domo, id est, domestica. vid. *l.* 8. §. 6. *supr. de repudiis.* 34 Possunt enim res hujusmodi facile subtrahi ac mutari.
35 Occurrit objectioni, ut ex duobus malis minus eligatur. *l.* 200. *ff. de regul. jur.*
36 Præsumitur servus pupillaris fugisse ob negligentiam, vel sævitiam tutoris.
37 De ædibus paternis pupilli non distrahendis a tutore sine decreto, *ut hic. & vers. ult.* ℐ. *hic.* facit *l.* 35. *ff. de minor.* 38 Adde *d. l.* 35. Interest nostra, res majorum nobis servari. facit *l. dudum* 14. *supr. de contr. empt. l.* 35. *ff. de minor. l.* 36. *in fin. ff. de bonis libertorum. l.* 1. §. 15. *ff. si quid in fraudem patron.* 3. *Regum* 21. *ubi de Nabotho & ejus vinea.* Plinius 2. epist. ad Valerianum: *Me prædia materna parum commode tractant, delectant tamen ut materna.* Idem lib. 7. ad Fabatum: *Maternis cedere, ne Corneliæ quidem possum. Ideo Brutus notatus est, quod paterna bona mancipasset.* qua de re locus extat Crassi oppido elegans apud Ciceronem 2. *de Orat. & Oratione pro A. Cluentio.* 6. Quintil. 3, Horat. 1. *serm.* 2. *Rem patris oblimare, malum est, ubicunque.* Idem 1. *epist. Mævius ut rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis, urbanus cœpit haberi Scurra.* Cicero 6. *in Verrem: Græci turpitudinem summam arbitrabantur referri in literas publicas pretio parvo ea quæ a majoribus quis accepisset vendidisse.* Heraclides 1. πολιτειῶν, refert turpe habitum apud Lacedæmonios, terram vendere: ut & apud Locros teste Aristot. 2. *politic.* 5. unde lege Solonis τὰ πατρῷα κατεδηδοκότες, ἄτιμοι, qui bona paterna decoxissent, ab administratione Reip. remoti. Laërtius *in Solone.* his adde Tiraquell. *de retractu, quæst.* 46. Goth. Vid. etiam Menoch. 3. *præsumpt.* 83. Ans. 39 De rebus immobilibus pupillorum non alienandis sine decreto, *ut hic. & vers. ult.* ℐ. Porro immobilium appellatione, pecunia destinata in prædiorum emptionem continetur. vide Romanum, *consil.* 188. Forcatulum *Necyomantiæ cap.* 39. *n.* 5. 40 Immobilia minorum sine decreto tutor alienare non potest, *ut hic:* ne quidem consensu pupilli ipsius. Quid? adventitia filii potestne pater sine decreto alienare? vide Jasonem *ad l. singularia* 15. *ff. de reb. cred.* Ripam *ad l. obligatione* 6. *num.* 56. *ff. de pignorib.* 41 Tutor domum pupilli prætextu instaurationis, destruere non debet, ut materias distrahat: nisi indubie ruinam minentur, & instauratione indigeant. Quid si parens pupilli, vel alius qui hereditatem suam ad pupillum transmisit, quum demoliri vel reficere partem domus cœpisset, decessit? Χρὴ τὸν ἐπίτροπον περὶ τούτου διαμαρτυρίᾳ χρήσασθαι, de hoc ipso attestatione uti tutor debet. *Synops. Basil. d. cap.* 30. 42 Quemadmodum tutores servis pupillaribus uti debeant. 43 Tutorum nomine hac etiam lege intelliguntur matres tutelam filiorum administrantes. 44 Non tantum liberorum, sed & suam. *l.* 12. ℐ. *qui potiores.* 45 De pecuniæ utilitate dixi *ad Novell. Leonis* 52.
46 Imo in pecudibus robur veterum fuit. vide peculium & pecunia. *Festus. Columella* 6. *Varro. Plinius.* 47 Fœnerandi usus vix diuturnus, vix continuus, vix stabilis.
48 Nulla minorum bona vendi possunt sine decreto, sive mobilia sint sive immobilia: nisi talia dixeris, ut diu commode servari non possint, ut sunt vestes detritæ & similes: ad hæc animalia supervacua. ℐ. *h. t.* 49 *l.* 4. ℐ. *quando decr. opus non est. l.* 53. *ff. de hered. petit.*
50 Sine decreto judicis, minorem mensam suam mercatoriam, id est, negotiationem, & ut barbari quidam loquuntur, traficam distrahere non posse, hinc colligitur: cum negotiatio dicatur earum rerum esse quæ servando servari possint. vide Simoncellum 2. *de decret.* 6. *inspect.* 4.
51 *l.* 56. *ff. de admin. & peric. tut.* 52 *l.* 3. *C. Theod. h. t.* Goth. De bonis quæ servando servari non possunt, vid. Math. Coler. *de processibus executiv. part.* 1. *c.* 2. *n.* 155. Ans.
53 Imputatur tutori, si res emphyteutica propter canonem non solutum ad dominum redierit. facit *l.* 5. §. 6. *in fin. ff. h. t. l.* 78. §. 2. *in fin. ff. de leg.* 2. 54 *l.* 4. *C. Theod. h. t.* De inventario a tutoribus, & curatoribus faciendo. *l.* 7. *ff. h. t. l.* 27. *s. de episc. aud. l.* 13. ℐ. *arbit. tut. l.* 7. §. 6. *in fin.* ℐ. *de curatore furiosi. Nov.* 94. *in epil.* 55 Id est, cum primo poterunt. Accurs. 6. *hic.* ἐσωτρίων μηνῶν μετὰ τὴν τελευτὴν 5. Harm. 11. §. 25. περὶ προτιμήσεως ἐπιτρόπων. Idem tempus heredi præsenti ad inventarium faciendum præscribitur: absenti annus. *l. ult.* §. 13. *in fin.* ℐ. *de jure deliberandi.* Idem spatium trium mensium datur a Leone. *Novell.* 110. *in fin.* inventario rerum dotalium faciendo. 56 Quo tempore inventarium rerum minoris a tutoribus & curatoribus inchoandum? Dic, quam primum potest fieri. *l. tutor, qui repertorium* 7. *ff. h. t.* 57 Quibus præsentibus inventarium pupillare fieri oportet, an pluribus notariis præsentibus id fieri necesse est, an vero uno tantum præsente satis sit? Dic unius præsentiam sufficere. His addendum, in inventario minoris faciendo creditores non evocari: licet secus sit in inventario quod fit ab herede, sed & illud observandum, inventarium pupillare in judicio fieri oportere, ut notat Accurs. Bart. & alii hoc est præsente judice: id enim in jure fieri censetur. *l.* 11. *in fin. ff. de Justitia. l.* 4. *in fin. ff. de interrog. in jure fac.*
58 Id est, tabulariorum. *l.* 32. *supr. de Episc. & Cler.* 59 Ergo plures requiruntur tabelliones? Accurs. unicum sufficere ait. In inventario heredis præter tabularium tres requiruntur. *Novell.* 11. 60 Ἀπογραφὴν τῶν πραγμάτων τοῦ τελευτήσαντος. Harmen. *ibid.* descriptionem rerum defuncti. adde *l.* 7. *ff. h. t.* 61 Quarum rerum fieri debeat inventarium.
62 Alioquin ut suspecti removentur aliisque pœnis subjacent: nisi testator inventarii confectionem specialiter remiserit. *l. ult.* §. 1. ℐ. *arbit. tutel.* 63 Dixi ad *l.* 22. *in fin. s. h. t.*
64 Pecuniæ pupillares quæ commode servari possunt, custodiendæ a tutoribus ut prædia

dia

dia idonea comparentur [1], aut si forte (ut adsolet) idonea non potuerint inveniri, juxta antiqui juris formam usurarum [2] crescat [3] accessio: quarum exactio ad periculum [4] tutorum pertinet. Dat. 7. Kal. Mart. *Constantinop.* ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

Si debitor pupilli solvat.

25. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SAncimus: creatione tutorum & curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere: ita tamen, ut prius sententia [5] judicialis sine omni damno celebrata hoc permiserit: quo subsecuto, si & judex [hoc] pronunciaverit, & debitor persolverit: sequitur hujusmodi causam plenissima securitas, ut nemo [6] in posterum inquietetur: non enim debet quod rite, & [7] secundum leges ab initio actum est, ex alio eventu resuscitari. † Non autem hanc legem extendimus etiam in his solutionibus, quæ vel ex reditibus [8], vel ex pensionibus, vel aliis hujusmodi causis pupillo, vel adulto accedunt: sed si extraneus debitor ex fœneratitia [9] forsitan cautione, vel aliis similibus causis solutionem facere, & se liberare desiderat: tunc enim eam subtilitatem observari censemus. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Ne autoritas interposita noceat tutori, vel curatori.

26. Idem A. Joanni P. P.

CUm quædam mulier testamento condito filium suum præteriisset [10], idem autem filius, qui præteritus erat, vel fratris, vel extranei esset tutor, vel curator, qui scriptus a matre tutoris fuerat heres: in præsenti specie manifestissimum erat, stare tutorem, vel curatorem in præcipiti [11] loco: sive enim auctoritatem [12] suam, vel [13] consensum [14] de adeunda [15] hereditate præstare pupillo, aut adulto minime voluerit, ne ex hac causa sua jura aliquod patiantur præjudicium (satis enim imminet periculum tutelæ, vel utilis negotiorum [16] gestorum actionis, ne pupillus, vel adultus, utpote ex illius tarditate læsus, litem ei ingerat) sive hujusmodi timore perterritus auctor fuerit pupillo vel adulto, periculum emergebat: dum [17] enim alii consentit, ipse sua jura perdit: videbatur etenim confirmare matris suæ judicium quod oppugnandum esse existimabat: & multæ aliæ insuper species oriuntur [18], ex quibus verendum est tutori, vel curatori circa suas res præjudicium [parari:] puta in hypothecis, & aliis variis causis. Invenimus autem generaliter definitum, post officium depositum omnes actiones, quas tutor, vel curator ex necessitate [19] officii subierit, in quondam pupillum, vel adultum transferri [20]. Quare tam optimo exemplo argumentati [21], [nec non] & aliis omnibus casibus, in quibus veretur tutor vel curator, ne præjudicium ei aliquod fiat, timorem ejus removemus: Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum, vel adultorum gubernare: scituris, quod lex nostra sua eis jura immutilata reservat, nihil [22] ex hujusmodi auctoritate, vel consensu præjudicii subituris. Dat. 10. Kal. Septembr. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Ad l. 25. sup. h. t. de usuris.

27. Idem A. Joanni P. P.

COnstitutionem, quam nuper [23] fecimus, disponentes, quemadmodum debent solutiones in contractibus minorum fieri sive ex reditibus [24], sive ex pensionibus, sive ex aliis similibus causis, etiam in usuras extendimus: quæ tamen non summatim, neque ex multis annis collectæ jam debentur, biennales metas, & centum solidorum quantitatem minime excedentes. Dat. 10. Kal. Novembr. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De eo, qui in tutela, vel curatione est defendendo 5. & de rerum ejus alienatione.

28. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus, neminem tutorum vel curatorum pupilli, vel adulti, vel furiosi, aliarumque personarum, quibus tam ex veteribus, quam ex nostris [legibus vel] constitutionibus creantur curatores, defensionem [25], quam pro lite [26] susceperunt, recusare: sed ab initio litis modis omnibus memoratas personas defendere, & litem præparatam secundum leges instruere: scientes, quod hoc munus necessarium [27] est, tam tutelæ, quam curationi. Et si hoc recusaverint, vel subire distulerint: non solum utpote suspecti [28] amoveantur, amissa eorum existimatione, sed etiam ex substantia sua omne detrimentum, quod antelatæ personæ ex recusatione defensionis sustinent, resarcire cogantur. §. 1. Sed & si quis ex quadam interpellatione admonitus pro litis instructione consuetam cautelam exposuerit, vel post litem contestatam, quam per se, non per procuratorem susceperit, vel demens [29], vel furiosus factus fuerit: sancimus, continuo [30] curatorem ei in competenti judicio [31] ordinari, cura & provisione tam Judicis, sub quo lis vertitur, quam cognatorum & propinquorum, & actoris, si voluerit: ut non ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatem habente creato curatore defensionem subire, & cætera litis adimplere. §. 2. Personis [32] etiam, quæ periculo proprio, vel suæ substantiæ tutores, vel curatores petierunt (sive matres [33] [forte] fuerint, sive quidam alii) compellendis eos, quos ordinaverint [34] tutores vel curatores, præparare talem subire defensionem: vel si illi noluerint hoc facere, & propter hujusmodi defensionis recusationem a tutela, vel curatione removeantur; necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores, vel curatores ordinare in ipsis gestis, in quibus tutores vel curatores creantur, ex sua confessione declarantes talem subire defensionem. Ne autem tales personæ sine provisione debita relinquantur, vel contra eos agentium jura diutius protelentur, sancimus, continuo, id est, post recusationem defensionis, in casibus videlicet, in quibus (sicut dictum est) hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum, vel curatorum celebrari: cognatis [35], aliisque propinquis & adfinibus, vel creditoribus [36], vel aliis quorum [37] interest, adeuntibus, vel admonentibus eos, qui secundum leges jus habent tutores, vel curatores constituere. §. 3. Defensionem autem & nomen ejus in hoc casu apertius declarantes, ne forte putaverint tutores, vel curatores gravamen sibimet imponi, illam decernimus defensionem eos subire, quæ non [38] satisdatione pro eventu litis constituitur, sed ut tantummodo litem secundum legum ordinem pro pupillo, vel adulto aliisque personis instruant, licentiam ex hac nostra auctoritate habentes, sine [39] decreto, res quarum gubernationem gerunt, pro cautela litis subsignare. §. 4. Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum & adultorum, aliarumque personarum penitus amputantes, sancimus [40], omnes tutores vel curatores non [41] alias creari, nisi prius cum aliis solemnibus verbis, quæ pro gubernatione rerum, tam in gestis, quam in cautionibus ab his conscribuntur, & hoc specialiter expresserint, *quod omnimodo sine ulla dilatione defensionem pro pupillis & adultis aliisque supra memoratis personis subire eos necesse est.* §. 5. Hisque adjicimus, nullam [neque] in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus & omnibus curatoribus licere [42] fructus, sive qui ex reditibus prædiorum colliguntur, sive qui ex substantia personarum, quarum gubernationem habent, inventi fuerint, (id est, vinum, oleum, & frumentum, vel cujuscunque speciei sunt) sine decreto distrahere justo [43] pretio, quod in his [44] locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere, & quæ ex venditione eorundem fructuum colliguntur pecuniæ, cum alia pupillorum vel adultorum aliarumque personarum substantia administrentur. Dat. 12. Kalend. Novembr. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXVIII.

DE PERICULO [45] TUTORUM ET CURATORUM.

Notitiæ *causa datus tutor periculo subjacet.*

1. Imp. ALEXANDER A. Quarto.

ET qui notitiæ [46] causa liberti tutores dantur, quamvis soli administrandorum negotiorum pupillorum sive adultorum facultatem interdum non accipiant, propter tenuitatem sui patrimonii, periculo tamen omnes sunt obligati: sive ea, quæ scire debent, ex utilitate eorum tutores sive curatores dissimulaverint, sive fraudem aliquam adhibuerint, vel cum aliis participaverint, aut cum suspectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obsequio cessaverint. PP. 9. Kal. Februar. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

In Diversa provincia *administrans periculo non subjacet.*

2. Idem A. Saturo.

AD eos, qui in alia [47] provincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorum, qui in alia provincia res pupilli gerunt, non porrigitur. PP. Non. Jul. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

Non servanda, *vel in horreo servanda, si combusta.*

3. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Gratiano.

SI res pupillares, quas [in] horreo conditas habere, aut etiam venundare debuisti [48], in hospitio [49] tuo (ut adseveras) vi ignis adsumptæ sunt:

idonea comparentur, vel fœnori occupentur. 1 De prædiis ex pecunia pupillari comparandis. 2 De pecuniis pupillaribus fœnori occupandis. 3 Hodie tutores non coguntur pecunias pupillares fœnori dare. *Authent. novissime. supr. h. t. Nov. 72. c. 6.* 4 Quomodo periculum nominum ad tutores pertineat, vid. *l. 16. in fin. ff. h. t.* 5 Judicis decreto quævis pecunia solvi potest. *§. ult. ibi, ut prius judicialis sentent. Inst. quibus alienare licet. l. 7. §. 2. ff. de minoribus.* adde ꝟ. *si adv. solut.* 6 Cur ita? collige ex *l. 4. in fin. ꝟ. ad leg. Jul. de adult.* 7 Recte facta non revocantur. *c. 73. de regul. jur. in 6.* 8 Debitor sine judicis decreto annuos reditus annuasque pensiones pupillo potest solvere. *l. 27. ꝟ. h. t.* 9 Fœneratitiæ pecuniæ pupillis citra judicis decretum solvi non possunt. *d. §. ult. Instit. quibus alien. licet vel non.* 10 Id est, exheredasset. Nam matris præteritio pro exheredatione habetur. *§. 7. Inst. de exhered. lib.* 11 Res ita habet: Titia Mævium filium, eundemque tutorem Caji in testamento præteriit Cajo herede instituto, quo se vertet hic Mævius? si Cajo autoritatem suam, vel consensum de adeunda hereditate præstiterit, infelix, videbitur propriam exheredationem adprobasse, & matris hereditatem abdicasse. Si non præstiterit, verendum est ei, ne Cajo tutelæ judicio utili obstringatur. 12 Hoc dicit respectu pupilli, *ut ꝟ. h. t.* 13 Vide Anton. Mercator. 1. *not.* 2. 14 Hoc dicitur respectu puberis. *ꝟ. h. t.* 15 Sine decreto judicis, curatoris tamen consensu, adultus hereditatem adire potest. *hac lege.* vide Simoncellum *tract. de decretis* 2. *Tit.* 6. *inspectione* 5. 16 *l. 17. supr. de negotiis.* 17 *l. 12. l. ult. ff. de inofficioso.* 18 Observa hanc sententiam, & adde *l. 1. ꝟ. quando ex facto tutoris. l. ult. in fin. ff. si quis cautionibus.* 19 Necessitas officii excusat. sic advocato non nocet necessitate facta accusatio. *l. ult. ff. de postulando. l. 14. §. 9. ff. de bon. libert.* 20 *l. 4. §. 1. ff. de re judicata.* 21 Argumentum ita ducitur. Finita tutela vel cura transeunt actiones in pupillum & adultum; Potest itaque pupillus vel adultus a suo tutore vel curatore, post finitam tutelam conveniri. 22 Licet tutor consentiat ut tutor, non tenetur tamen jure proprio. *l. 14. §. 9. ff. de bon. libert.* 23 *l. 25. supr. h. t.* 24 *d. l. 25. in fin.* 25 Tutor ut curator, adultum in lite pupillum defendere tenetur. *l. 30. ff. h. t.* 26 Tutor litem susceptam deserere non potest. 27 *d. l. 30.* 28 Pœna tutoris vel curatoris pupillos, vel adultos suos non defendentis. 29 Tutoribus vel curatoribus lite cœpta furiosis factis, alius substituitur qui lites exequatur. 30 Lite etiam cœpta curator ad lites indigentibus datur. 31 Curator ad lites ab ipso causæ litisque judice datur. facit *cap. ult. de judic. in 6.* 32 Ad curam eorum qui tenentur pupillis tutores petere, pertinet, ut a tutoribus pupilli defendantur: & si fuerint remoti, alii constituantur. adde *l. tutores vel curatores* 24. *supr. h. t.* 33 Matris officio atque muneri incumbit, non tantum tutores petere, sed etiam exequi, ut per eos pupilli recte defendantur. adde *Novell.* 117. *cap.* 1. 34 Cautio qua de hic agitur, non præstatur a matribus, testamentariis, & legitimis tutoribus gerentibus, sed dativis; hoc est, non coguntur matres in id incumbere, vel in id curam suam intendere, tutores ut liberorum omnes tutelam gerant, sed ut ii quos liberis suis tutores petierint, gerant: ut negligentia petiti a matre tutoris, ad ipsam matrem pertineat, at non testamentarii aut legitimi tutoris. 35 *l. 10. ꝟ. qui petant tutor.* 36 *l. 4. supr. qui petant tutor.* 37 Vid. *l. 7. ꝟ. qui petant tutor.* 38 Tutor defensionem pupilli promittens, satisdare judicatum solvi, vel de rato non cogitur: sed tantum judicio sisti. *l. 1. §. 2. ff. h. t.* eoque nomine immobilia pupilli sine decreto obligare. 39 Observa casum in quo per tutorem & curatorem possunt immobilia pupilli, & adulti citra decretum obligari. 40 Quænam cautio exigatur a tutoribus creandis. 41 Tutelæ hac nominatim cautione deferri solent, nempe, ut tutor promittat defensionem pupilli sui ultro & sponte suscipere, *ut hic.* Quid? hæc cautio estne nominatim instrumento tutelari inserenda? Baldus ita putat. 42 Tutores vel curatores possunt fructus pupillares licet servando possint servari, sed & jumenta & animalia superflua sine decreto distrahere, pretiis tamen forensibus & justis, id est, usitatis eo loco in quo distrahuntur, *ut hic:* neque cogitur ea parte tutor annonæ caritates expectare vel aucupari, ut eos fructus carius vendat, sed nec tenetur in longinqua, & dissita loca fructus pupillares mittere, ut eos pretio majore distrahat: sufficit enim tutori, ut, quo loco fuerit, eos justo pretio divendat. 43 Adde *l. 2. ꝟ. de rescind.* 44 Id est, forensi pretio. *l. 63. ff. ad leg. Falcid.* 45 *L. 26. D. 7. & Novell. 118. c. 4. in fin.* 46 *Notitiæ causa* tutor datus licet non administret, tenetur tamen, si contutores non instruxit, aut suspectos postulavit. *Notitiæ causa* dantur plerumque ii qui actores fuere, ut instruant tutores & curatores de fortunis pupilli. *l. 32. §. 1. ff. de testam. tut. l. 14. §. 1. & 6. ff. de solutionibus.* 47 Tutor *Provinciæ unius,* non tenetur de facto tutoris alterius provinciæ. *Bald.* Si administratio est divisa a testatore vel a judice, periculum unius non spectat ad alium. *Salic. l. 2. ꝟ. de divid. tut. l. 4. l. 47. in fin. l. 51. ff. de admin. & peric. tut.* 48 Tutor qui servavit non servanda, tenetur de casu, (pone, tutorem distulisse vinum vendere, quod post acuit: quodque ante potuit commode vendere) hoc est, rei pretium præstat, alias non tenetur. *l. 4. ꝟ. h. t.* 49 Ἐν τῷ ἰδίῳ

culpam

culpam seu segnitiem tuam non ad tuum damnum, sed ad pupilli tui spectari dispendium, minus probabili ratione deposcis. PP. 3. Kal. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Casus fortuiti.

4. Iidem AA. & CC. Floro.

TUtoribus vel curatoribus fortuitos [1] casus, adversus quos caveri non potuit, imputari non [2] oportere, saepe rescriptum est. PP. 12. Kal. Septemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Ignarus *sese tutorem esse, periculo non subjacet.*

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Severo.

SI tutor petitus, vel testamento datus, tutorem te constitutum esse, non ex remissioris [3] negligentiae vitio, sed justae [4] ignorationis [5] ratione non didicisti, idque liquidis [6] probationibus ostenderis [7]: periculo ejus temporis [8], quod ignorante te transmissum est, non teneberis. PP. 3. Id. Septemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Tempus *post tutelam finitam ad tutoris periculum non pertinet.*

6. Iidem AA. & CC. Epicteto.

TEmporis, quod [9] insequitur post tutelae translationem, administrationis officio finito, ad eos, qui fuerunt, tutores, gerendae rei non pertinere periculum, rationis est. S. 5. Kal. Decembr. CC. CONSS. 293.

TIT. XXXIX.

QUANDO [10] EX FACTO TUTORIS VEL CURATORIS MINORES AGERE [11] VEL CONVENIRI [12] POSSUNT.

Condemnato *tutore minores conveniuntur.*

1. Imp. ANTONINUS [13] A. Septimio.

JUliana, cujus [tibi] curatores condemnati sunt, si vicesimum quintum annum aetatis egressa est, actio [14] judicati utilis adversus ipsam bonaque ejus [tibi] exercenda est. Nam tutores curatoresque finito [15] officio non esse conveniendos ex administratione pupillorum vel adolescentium: saepe decretum est. P. P. 8. Kal. Jul. *Romae*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Credita *a tutore pecunia pupillari agunt.*

2. Imp. ALEXANDER A. Sorarcho.

ET si tutores tui cum pecuniam pupillarem crederent, ipsi stipulati [16] sunt, utilis actio tibi dabitur.

Mutuo *data pecunia tutori &c. in rem minorum conveniuntur.*

3. Imp. GORDIANUS A. Prudentiano.

SI in rem minoris pecunia profecta sit, quae curatori, vel tutori ejus nomine minoris mutuo [17] data est, merito personalis in eundem minorem actio danda est. P. P. Non. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Locatis *praediis pupillaribus a tutore agunt.*

4. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Maximianae.

SI hi, qui te in pupillari aetate constituta tutores fuerint, postea [18] in administratione perseverantes, vel curatores constituti, tua praedia locaverint [19]: eos competenter conveni: sed [&] ex eorum contractu utilis tibi quaeri potuit contra successores conductoris actio. S. 3. Non. Mart. AA. CONSS.

Certis *ex causis tantum pupilli agunt.*

5. Iidem AA. & CC. Onesimae.

PEr [20] tutorem pupillo actio, nisi certis ex causis [21] quaeri non potest. Dat. Id. Decemb. CC. CONSS.

TIT. XL.

SI [22] EX PLURIBUS [23] TUTORIBUS VEL CURATORIBUS OMNES, VEL UNUS AGERE PRO MINORE, VEL CONVENIRI POSSINT.

Nolentibus *aliis unus minorem recte defendit.*

1. Imp. ANTONINUS A. Cassio militi.

AB uno [24] ex tutoribus, vel curatoribus causam posse minorum defendi, cum [25] alii tutores, vel curatores eam defendere noluerint, ignorare non debes. PP. Nonis Nov. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

Denunciari *actio his, vel ab his, qui in provincia tutores vel curatores sunt, debet.*

2. Imp. CONSTANTINUS A. & LICINIUS C. ad Symmachum.

SI [26] divisum administrationis periculum per provincias sit: his [27] tantum omnibus insinuari [28] convenit, & ab ipsis inferri litem, qui in ea provincia tutelae, vel curae officium sustinent, ne de aliis [29] provinciis defensores minorum ad judicia perducantur. Dat. Prid. Non. Februar. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

TIT. XLI.

NE [30] TUTOR, VEL CURATOR VECTIGALIA CONDUCAT.

Tutor vel curator prohibetur vectigalia conducere, tutela non finita, vel ratione non reddita, sub poena falsi. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Sexto.

COmpetens Judex non ignorat [31] non esse admittendos ad vectigalia conducenda [eos] qui pupillorum vel adolescentium tutelam, seu curam administrant, vel qui ejus administrationis rationem nondum reddiderunt. Sed quamvis contra interdictum ad vectigal conducendum accesseris, tamen quoniam ultro [32] me adisti [33], si tam vectigali, quam pupillis satisfeceris, falsi [34] crimine carebis. † Cum autem fisco te jam obstrictum postea tutorem esse factum dicas: periculo te excusare poteris. PP. 8. Kalend. August. *Romae*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

TIT. XLII.

DE TUTORE [35] VEL CURATORE [36] QUI SATIS [37] NON DEDIT.

Tutor, vel curator, qui non satisdedit, dum debet, administrare prohibetur, & ad satisdandum compellitur. Salic.

1. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Titio & Flaviano.

SI nondum vobis aetas legitima completa est, satisdationem ab his, quos minus idoneos curatores vobis ab adversario cum Magistratu fungeretur, datos dicitis, postulate: Prohibentur [38] enim ab administratione, nisi securitati vestrae satisdatione prospexerint. PP. Non. Jul. AEMILIANO & BASSO CONSS. 260.

Tutor non satisdans inopia removetur a tutela sine infamiae nota: secus si fraude. Salic.

2. Iidem AA. & VALERIAN. C. Euplojo.

EUm tutorem, qui superest, si secundum Praesidis praeceptum & juris formam satis non dat: removeri [39] a tutela, si inopia [40] hoc faciat, sine infamia: si fraude etiam cum nota, aditus Rector provinciae jubebit: & in [41] locum defunctorum alios idoneos substitui praecipiet: praesertim cum patrimonium pupilli nova hereditate auctum [42] esse proponas. Tutores autem dati [43] ab heredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelae deposcent. PP. Idib. Maji, SECULARE & DONATO CONSS. 261.

οἴκῳ. in sua domo. ita Graeci legunt, hac sententia: si tutor res eas, quas in horreo conditas aut venundatas esse oportuit, in domo sua servaverit, easque contigerit igni absumi, velut ex culpa segnitiaque sua convenitur. *Synops. Basilic.* 17. *tit.* 7. *cap.* 79. Tutor cogitur res pupilli tuto in loco deponere. *l.* 9. *supr. de pignorat. l.* 27. *ff. de admin. & peric. tutor. l.* 34. *ff. de damno.* 1 De casibus fortuitis tutor non tenetur. *l.* 32. §. 1. *l.* 50. *ff. de admin. & peric. tut.* 2 Excipe casum *l.* 3. *supr. h. t.* 3 *Negligentia remissior*, est supina negligentia: privata denique, hoc est peculiaris & affectata quae non in alios, aut paucissimos saltem cadit. 4 Justa est ignorantia, quae cuivis communiter accidere solet. Alias scientia arguitur ex iis quae communiter fieri solent. vide Roland. a Valle 1. *cons.* 19. *n.* 38. *ad* 44. 5 Negligentia non adscribitur ignoranti. *l.* 8. *supr. de admin. & peric. tut.* 6 Probationes juris & de jure, liquidae sunt: ut hinc colligas: Probare eum *liquido*, qui negotium vel litem praesumptionibus aut probationibus juris confirmat. adde Jacob. Aretinum *in l. licet* 74. *ff. de leg.* 1. Probationis liquidissimae exemplum ponunt interpretes in testimoniis & scripturis, quibus stari lex jubeat. Id enim genus probationis (juris scil. & de jure) certum ac liquidissimum est: si modo vox *stari* in probationum quaestione posita fuerit, non in quaestione dispositiva: hoc enim casu adversus id genus probationis probationem in contrarium admitti: famam ita reprobari, & reprobatam, nullius effectus esse: quod fama reprobata, fama censenda non sit. 7 *Onus probandi* hic injungitur tutori, quod tamen pupillo injungitur. in *l.* 6. *ff. de admin. & peric. tut.* 8 *Ignoti temporis* periculum non praestatur. 9 Finita tutela finitur periculum administrationis. *l.* 11. *J. arbit. tutelae.*

10 *L.* 26. *D.* 9. 11 Agere. *l.* 2. 4. *ult.* 12 Conveniri. *l.* 2. 3. 13 Id est, *Antoninus Caracalla*, ut in fastis consularibus observat Ant. Contius. Ans. 14 *Condemnato* tutore minoris, minor convenitur judicati actione. *l.* 2. *ff. de adminis. & peric. tut.* non ipse tutor. sententia fertur quidem in tutorem: at non in eum fit executio, in eum inquam, hoc est, ejus bona. 15 Finito officio, tutor vel curator ex administratione non convenitur. 16 Ex *stipulatione* tutoris in rem pupillarem. pupillo quaeritur utilis actio. Agunt minores actione ex stipulatu de pecunia sua a tutore vel curatore *credita*: sive constante officio, sive post ex officii consequentia vel muneris, ipsi tutores vel curatores stipulati fuerint. 17 *Mutuo* a tutore accepto & in rem pupilli verso, datur in pupillum utilis actio. *l.* 2. *T. de curat. furiosi. l.* 4. *J. h. t.* adde *l. civitas.* 27. *ff. de reb. cred. l. ult. ff. de exercit. l. si pupilli* 6. §. 1. *ff. de negot.* 18 Officio finito si tutor perseverat in administratione, ipse obligatur. 19 *Ex locatione* agunt minores actione locati, praediorum suorum a tutore facta. 20 Regulariter pupillo per tutorem non quaeritur actio. *l.* 11. §. 6. *ff. de pignorat.* 21 Ex quibus quaeritur utilis actio. *l.* 2. *l.* 4. *supr. h. t. l.* 2. *ff. de admin. & peric. tut.*

22 Id est, *An*, ἆ. Genus loquendi Graecanicum. 23 Frustra hoc non dicitur. Nam simul plures tutores dari possunt. *l.* 23. *ff. de tutor. dat. l.* 3. *l.* 24. *in fin. ff. de admin. & peric. tut.* Huc referri potest pars extrema epigraphes tituli *de administratione & periculo tutorum D. & l.* 3. *in fin. &* 4. *dict. tit.* 24 Tutores enim in solidum sunt tutores. 25 Indivisa tutela (aliud si divisa. *l.* 4. *ff. de admin. & peric. tut.*) rata causae pupillaris defensio est, quam cessantibus aliis unus executus est. *d. l.* 3. *in princ. l.* 24. *in fin.* ut unius tutoris autoritas pro omnibus sufficiat. dixi ad *l.* 5. *J. de autor. praestanda.* 26 Pars posterior. *l.* 1. *C. Theod. de denunciatione vel editione rescripti.* Goth. Ubi notanter in inscriptione deest Licinii nomen, qui non fuit Caesar cum Constantino. S. L. 27 Si ita est, facto tutoris jus creditorum mutabitur, quod tamen negat *l.* 36. *l.* 47. *in fin. ff. de admin. tut.* Solve. Lex praesens agit de denunciatione apud veteres recepta, nunc explosa: ut mox dicemus. & ita Cujac. solvit *Paratitlo C. &* 17. *obs.* 8. 28 Id est, *denunciari.* Olim qui actionem in personam impetrabat, eam confestim non poterat exercere, sed denunciationem litis solennem praecedere, & eam quidem fieri oportebat apud acta, vel editione rescripti, cum ex rescripto aliquis causam erat introducturus & a denunciatione vel editione rescripti, utrique parti erant constituta tempora certa ad litem exequendam & contestandam. exceptae erant causae ecclesiasticae, & modicae, id est quae non excedebant centum aureos, & momentariae possessionis tutelae, negotiorum, de chirographis, de querela inofficiosi. *l.* 3. *l.* 5. 6. 7. *C. Theod. d. tit. l.* 1. *C. Theod. utrum vi. l. quicunque. C. Theod. de his, quae administratoribus vel publicum negotium gerentibus distracta sunt.* Intra tempora superius constituta qui non egerat: praescriptione temporis submovebatur. post hunc tamen lapsum per indulgentiam Principis dabatur redintegratio denunciationis intra menses quatuor. Post hunc secundum lapsum non erat locus testationi. *l.* 2. *C. Theod. de temp. & repar. denunc.* Symmach. *epist. ad Theod.* Hodie omnes causae agendae sunt statim remotis denunciationum ambagibus. §. 15. *Inst. de actionibus. l. ult. J. de interdictis.* vide Cujac. 16. *observ.* 7. & 17. *observ.* 8. 29 *l.* 4. *l.* 47. §. 2. *l.* 51. *ff. de admin. & peric. tutor.*

30 Adde *l. ult. S. qui petant tutores. l.* 49. *ff. locati. l.* 9. *ff. de confirmando tutore. l.* 9. §. 3. *ff. de publicanis. l.* 1. §. 9. *ff. ad leg. Corn. de falsis.* 31 Hujus prohibitionis duae fuerunt rationes, una ne pupillus oneretur ex causa fiscali. *d.* §. 3. altera ne pupillis praelatis fisci tacitae hypothecae amittantur. 32 Poena minuitur confitenti ultro, necdum convicto. De quo vide plura apud Tiraquellum, *tract. de poenis. causa* 30. 33 Et veniam petiisti. facit *l.* 15. §. 1. *ff. ad leg. Corn. de falsis.* 34 Falsi tenetur tutor & curator qui vectigalia publica conducit: cum duobus in solidum bona sua obligare videatur, quod in tutore & curatore speciale est: Nam in alio crimen stellionatus esset. *l.* 1. & *ult. J. de crimin. stellionat.*

35 Legitimo, vel dato sine inquisitione, quippe satisdatio non exigitur a testamentariis tutoribus, aut confirmatis a praetore: ab aliis exigitur. *l.* 3. *J. h. t.* §. 5. *Inst. de Atiliano. l.* 30. *C. de episcop. aud.* 36 1. *Instit.* 24. 37 Rem pupilli salvam fore. 38 Vide *l.* 5. *J. h. t.* 39 Atqui nondum administrationem habet? An dicemus removeri, non ab actu administrationis, sed omnimodo? An potius removeri ab administratione futura? 40 Inopiae succurritur. §. *ult. Inst. de suspect. l.* 8. *ff. de suspect.* Inopiae enim causa non satisdans eoque nomine remotus tutor, non fit infamis: qui ex superioribus causis infamis fieret, si dives remotus esset. 41 In locum defuncti tutoris alius substituendus. 42 *l.* 3. *l. ult. supr. in quibus casibus tut. hab.* 43 Substitutus tutor ab heredibus defun-

Gesta

Gesta a tutore qui non satisdedit, sunt ipso jure nulla in præjudicium minoris.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Stratonicæ.

IN dubium non venit, tutores, qui testamento [1] dati non sunt, administrandi potestatem, nisi satisdatione emissa salvam [2] tutelam fore, non habere. Si igitur tutor, qui pro tutelari officio non caverat, judicio expertus est: adversus eum lata sententia juri tuo officere non potuit: nec ea, quæ ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent. Frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desideras, quando ea, quæ ab eo gesta sunt, ipso jure [3] irrita [4] sunt. PP. 18. Kal. Januar. *Nicomediæ*, DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

De pluribus tutoribus, quorum nullus satisdare tenetur, si unus satisdet, ille in administratione præfertur. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Tertullo.

NOn omnium tutorum par similisque causa est. Quapropter cum exemplo [5] testamentarii [6] confirmatum a Præside [7], vel datum [8] ex inquisitione, non onerari satisdatione rem pupillorum salvam fore, manifestum sit: pluribus [9] tamen datis ex inquisitione tutoribus, illum qui satis secundum formam Edicti rem pupilli salvam fore dedit, in administratione præferri, jamdudum obtinuit. S. Idib. Decembr. *Nicomediæ* CC. CONSS. 293.

Tutor antequam satisdet, officium non exercet, nisi circa tempore peritura, vel ea, quæ neglecta præjudicium afferre non possunt. Bald.

5. Impp. CONSTANTINUS & MAXIMIANUS AA. [Severo, & Maximo] CC.

TUtor, qui satisdationem, cum satisdare debuit, minime interposuit: nihil [10] omnino ex bonis pupilli alienare potest. Posteaquam autem ad tutelæ administrationem electus [11] est, & bonorum [12] possessionem pupilli nomine agnoscere eum potuisse, & cætera [ejus] quæ tempore [13] arctarentur, persequi debuisse, aperte claret. Dat. 11. Kal. Januar. CONSTANTIO & MAXIMIANO AA. CONSS. 305. vel 306.

TIT. XLIII.
DE SUSPECTIS [14] [TUTORIBUS, VEL CURATORIBUS].

De liberto tutore.

1. Imp. ANTONINUS A. Domitiæ.

LIbertum tuum, & tutorem filii tui, si fraudulenter res ejus administrare existimas, suspectum facere potes, modo si officium ejus pubertate pupilli finitum [15] non est. Nam si eo jure tutor esse desiit, [is] judicio tutelæ conveniendus est. PP. Idib. August. *Romæ*. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De curatoribus cessantibus gerere.

2. Idem A. Longino.

CUratores [16] quidem suo periculo, quanto tardius [17] ad eos tutela transfertur, cessant. Quod [18] si in fraudem id [esse] factum existimas, suspectos eos postula: qui si summoveri meruerint, in locum eorum alios accipies. PP. Id. Januar. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De tutoribus nolentibus gerere.

3. Imp. ALEXANDER A. Fortunatæ.

PRæses provinciæ tutores [19] filiorum tuorum strictioribus remediis [20] adhibitis omnimodo administrationis officium compellet agnoscere. Quod [21] si in eadem contumacia [22] perseveraverint [23]: suspectos [24] postulare, ut alii in locum eorum petantur, non prohibetis. PP. Id. Januar. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

Testamentarius *tutor etiam suspectus f. p.*

4. Idem A. Thalidæ.

ETiam testamento [25] patris tutorem datum suspectum postulare potes, si fraudem tutoris argueris. PP. 8. Kal. Jan. MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

Quid spectatur in accusatione suspecti.

5. Idem A. Asclepiadi.

IN postulandis suspectis tutoribus seu curatoribus non [26] vires patrimoniorum principaliter, sed an nihil [segniter, nihil] fraudulenter [27] geratur, perpendi oportet. PP. 6. Kalend. Januar. MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De removendo suspecto, & adjungendo curatore pauperi.

6. Imp. GORDIAN. A. Felici.

PIetatis [28] fungeris munere, qui fratris tui filios (ut necessitudo sanguinis suadet) protegere conaris. Si igitur tutores, vel curatores eorum non recte administrant, suspectis eis postulatis atque ostensis, ut alii in [29] locum eorum constituantur, facile impetrabis. Quod si nihil in fraudem egerunt, verum ita egeni [30] sunt, ut in eorum administratione fratris tui filiorum substantia periclitetur, an eis adjungendus sit curator, qui idoneus facultatibus sit, Rector provinciæ æstimabit. † Removendi [31] autem licentia non [32] solum parentibus utriusque sexus, sed etiam cognatis, & extraneis, & affinibus, & ipsi, cujus res administrantur, si non impubes [33] sit, arbitrio cognatorum bonæ opinionis constitutorum conceditur. PP. 5. Idus Novembr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De administratione.

7. Idem A. Gorgoniæ.

EUm, quem ut suspectum tutorem vel curatorem accusas, pendente [34] causa cognitionis abstinere ab administratione rerum [tuarum], donec causa finiatur, Præses provinciæ jubebit. Alius tamen interea [35] in locum ejus in administratione rerum ordinandus est. PP. 7. Kalend. Mart. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De administratione. De contutore.

8. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Proculo.

SI non suspectum contutorem tuum postulare, ac removere ab administratione bonorum pupilli curaveris: admitti nequaquam potest ratio desiderii tui [36], jam nunc postulantis tutelam tibi nomine ejusdem pupilli restitui. PP. 14. Kal. Novemb. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

Infamis *ex dolo remotus tutor.*

9. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Ammiano.

SUspectos [37] tutores ex [38] dolo [39], non etiam eos, qui ob negligentiam remoti sunt, infames fieri manifestum est. S. 8. Kal. Maji, CC. CONSS.

TIT. XLIV.
DE IN [40] LITEM DANDO TUTORE, VEL [41] CURATORE.

Tutor potest agere contra pupillum, alio contutore auctore. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Miltiadi.

SI quas petitiones adversus pupillos tuos habes, dirigere eas potes, adsistentibus causamque defendentibus contutoribus [42] tuis, cum & si alios tutores non haberent, ad hoc genus litis defendendæ curatores accipere deberent. PP. 13. Kal. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Tutor pupilli, cujus pater vendidit fundum secum communem, consultius faciet, si tutela durante partem suam non vindicet. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Euaresto.

AN tibi partis fundi paterni vindicatio competat, is cujus de ea re notio est, æstimabit. Respicere autem debes officium, in quo te esse tutorem dicis: ne [43] ob ejusmodi petitionem evictione [44] secuta, ultra pretii quantitatem auctoris [45] heredem pupillum tuum oneres, qui laudatus per te defendi debeat: cum aut compensationis [46] rationem habere, aut contrario tutelæ judicio experiri possis. Sed ne tuum jus (si quod habes) impediatur, ad eam rem defendendam, quæ [47] adversus te vindicantem agenda erit, curatores pupillo petantur. PP. 12. Kal. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Curator datus certæ rei vel liti, non tenetur de alia gestione. Bald.

3. Imp. GALLIENUS A. Valerio.

AD protegendam [48] causam tutor sive curator datus, conveniri non [49] potest administrationis [50] periculo, cum sola suscepti negotii tutela

cti tutoris rationem exigere debet. *l.* 39. §. 16. *ff. de admin. & peric. tut.* 1 Testamentarii tutores non satisdant. *l.* 17. *ff. de testam. princ. Inst. de satisdat.* 2 Salvam tutelam fore promittit, qui salvam rem pupilli fore promittit, hæc enim duo paria. adde *l.* 2. §. 2. *ff. de præt. stip.* 3 Quidquid tutor vel curator gerit non præstita satisdatione, ipso jure nullum est. 4 Ob administrationis & exercitii defectum. *l.* 2. ℑ. *de eo qui pro tutore.* 5 Simile nullum idem est, adde *l. quod Nerva* 32. *ff. deposit.* 6 Exemplo testamentarii, confirmatus tutor non satisdat. 7 Confirmatur a judice tutor a patre datus emancipato: confirmatur sine satisdatione, quia patris approbatio pro satisdatione est. 8 Datus, ex inquisitione, non satisdat. *l.* 5. *ff. de confirm. tut. l. ult.* §. 7. *ff. de admin. rer.* 9 *l.* 17. 18. 19. *ff. de testam. tut. l.* 7. *ff. rem pupill. l.* 53. §. 3. *in fin. ff. de furtis.* §. 1. *Inst. de satisdat.* Goth. Cujus instituti rationem pete ex *l.* 3. §. 6. *ff. de admin. & peric. tut.* S. L. 10 *l.* 3. *supr. h. t. l.* 7. §. 2. *ff. de curat. furioso.* 11 Tutor simpliciter electus, id est, etiamsi nondum satisdedit, aut inventarium fecit, si modo scivit se tutorem datum esse, bonorum possessionem pupilli nomine potest agnoscere, *ut hic.* An & transmittere pupilli jus deliberandi? ita putat Bartolus. *arg. l. cum in antiquioribus* 19. ℑ. *de jure deliberandi. l. sequitur.* 4. §. *si pupilli* 14. *ff. de usurpat.* Est præterea jus deliberandi, res quæ tempore perire potest: cum anno tantum duret. *d. l. cum in antiquioribus. vers. Ideoque.* Sed nec id damnosum pupillo esse potest: ut id facere posse videatur tutor, etiamsi nondum satisdederit rem pupilli salvam fore: vel inventarium fecerit, facit *l. tutor, qui repertorium.* 7. *ff. de admin. vel peric. tut.* vide Bartolum *in l. qui duos.* 9. *ff. de rebus dubiis.* 12 Tutor etiam non præstita satisdatione, bonorum possessionem nomine pupilli agnoscere debet. 13 Tutor antequam satisdet, non exercet, aut administrat res pupillares, nisi res tempore perituras. *l.* 7. *in fin. princ. ff. de admin. vel peric. tut.*

14 Dixi *lib.* 26. *D.* 10. 15 Huic actioni locus est manente, non finita tutela. *l.* 7. ℑ. *h. t. l.* 11. *ff. h. t.* aliter quam tutelæ actioni, cui locus est finita, non manente tutela. *l.* 3. §. 6. *in fin. ff. h. t.* 16 De curatore negligente. 17 Periculum curæ neglectæ spectat ad curatores. 18 *l.* 3. ℑ. *h. t.* 19 De tutore negligente. 20 Pignoribus captis. §. 3. *Inst. de satisdat. tutor. l.* 9. *ff. de muneribus.* 21 *l.* 2. *supr. h. t.* 22 Contumaciter nolens administrare, removetur ut suspectus, quin ut loquitur Baldus, banniri & in carcerem conjici potest, qui officium ac munus necessarium sibi impositum non suscipit. 23 Ex contumacia tantum inchoata tutor non removetur, sed ex continuata & contumaci plane. 24 Vide *l.* 4. *in fin. l.* 7. *in fin. ff. h. t.* 25 Etiam testamentarius tutor suspectus postulari potest. *l.* 1. §. 5. *ff. h. t.* §. 2. *Inst. h. t.* 26 Non inopia, sed fraus segnem tutorem suspectum facit *l.* 8. *ff. h. t.* §. *ult. in fin. Inst. h. t.* 27 Suspectus potest postulari, qui res pupilli fraudulenter administrat. 28 Pietas fratris in filios exercenda. 29 In locum suspecti tutoris alius constituendus. 30 Paupertas non est idonea causa, ut quis removeatur a tutela. Justa tamen causa est, ut inopi alius adjungatur. facit *l.* 5. *supr. h. t. l.* 1. *ibi: propter tenuitatem. supr. de periculo tutorum.* 31 Suspectos tutores removere possunt & ascendentes & cognati, & extranei, & ipsi quorum res administrantur, si non impuberes sint. *Synopsis Basil.* 37. *tit.* 10. *c.* 19. 32 Suspecti actio quasi publica. v. *l.* 1. §. 6. *ff. h. t.* §. 3. *Inst. h. t.* 33 Impuberibus non permittitur tutores suos suspectos facere. *l.* 7. *ff. l.* 4. *s. h. t.* 34 Tutor pendente causa suspecti, res pupilli jure administrare non potest. Itaque alius ejus loco substituendus est. §. 7. *Instit. h. t. l.* 14. §. 1. *in fin. ff. de solution.* 35 *l.* 4. *supr. in quibus casibus tut. hab.* 36 Tutor durante adhuc tutela, non potest administrationis, id est, tutelæ rationem a collega suo exigere; suspectum tamen eum postulare potest. *l.* 2. *supr. de admin. tut. l.* 12. *l.* 32. *in fin. ff. de administ. tut.* 37 Suspectus tutor accusatus, si ob dolum remotus sit, infamia notatur: sin ob negligentiam, non fit infamis. *Syn. d. tit.* 10. *c.* 22. Goth. Pro intellectu hujus leg. vide Montan. *de tutelis. cap.* 36. *reg.* 8. *num.* 13. 14. Ans. 38 §. 6. *Inst. h. t. l.* 7. §. 1. *ff. h. t.* 39 Quid si tutor ob dolum suum judicis tantum inquisitione, ac nemine eum accusante remotus est? non fit infamis: hoc est, Condemnatus per inquisitionem, non est infamis, etiamsi ex dolo condemnatus sit. *l. un. in fin.* ℑ. *si tutor vel curator non gesserit. l.* 3. §. *præterea* 4. *ff. h. t.* 40 *l.* 19. *ff. de aut. tut. &* §. *ult. Instit. de autor. tutor. &* Ulpian. 11. §. 24. 41 Hodie curator datur, non tutor prætorius, ut olim. *dict.* §. 24. 42 Altero tutore auctore cum altero agi potest. Et igitur eo casu supervacuum curatorem litis causa postulari. *l.* 3. §. 2. *ff. de tutelis.* vide *l.* 24. *ff. de testam. tut.* 43 Tutoris hæc esse cura debet, ut ne pupillus in pœnam contractus incidat. 44 Res ita habet, Tuus frater fundum communem vendidit, & duplæ nomine emptori repromisit. Fratre mortuo tutor liberorum ejus, partem tuam emptori evincis. Emptor a te conventus, duplæ sibi promissæ nomine experitur in pupillos quibus defensionem debes? Quid juris? Præstat te compensatione uti, id est, te partem tuam a fratre tuo venditam fratris tui filiis judicio tutelæ imputare, ne alioquin tui pupilli in pœnam dupli incidant. Sin minus curator in litem pupillis tuis eligendus est, qui eos in causa evictionis defendat. 45 Id est, venditoris fratris. 46 *l.* 3. ℑ. *de contrario jud. tut. l.* 1. §. 4. *ff. de contr. tut.* 47 *l.* 5. ℑ. *h. t.* 48 Protegendum: *Vulg. Hal.* 49 Curator certæ rei vel liti datus, alterius rei litisve nomine non tenetur: quippe certa ac definita fines suos non excedunt. 50 Curator in litem non subjicitur periculo administrationis.

mandata est. Si nihil igitur (ut allegas) præter negotium gessisti, frustra conveniris. PP. Kal. April. VALERIANO & LUCIANO CONSS. 266.

Si curator ad litem expendit aliquid pro utilitate pupilli, debet illud recuperare. Bald.

4. Idem A. Irenæo.

AD litem datus tutor, si quid bona fide erogasti [1], a contutoribus [2], more solito exigere potes. PP. Kal. Novemb. PATERNO & ARCESILAO CONSS. 263.

Ubi tutor testamentarius vel legitimus est cum pupillo litigaturus, debet ei de curatore ad litem facere provideri. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Tigrani.

SIve ex testamento, sive [ex] jure legitimo, fratris [3] tui filiorum tutelæ onus ad te perveniat: vereri non debes de his quæstionibus, quas adversus fratrem tuum quondam tibi fuisse dicis: cum si [4] qua emerserit lis, procuratore dato, & illis curatore ad litem constituto, & solennitati [5] juris (ubi tutor exigitur) & indemnitati utriusque prospici possit. Script. 4. Kal. Maji, CC. CONSS. 293.

TIT. XLV.

DE EO QUI PRO [6] TUTORE NEGOTIA GESSIT.

Mulier quæ tutrix esse non potest, si se gerat ut tutrix, actione pro tutelæ tenetur.

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Marcello.

ETiam mulieres [7] si res pupillares pro tutore administraverint, ad præstandam rationem tenentur. PP. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte judicii.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Marco.

NOn utiliter [8] nominatus tutor pupillorum nomine agendo, licet ex eorum persona injunctas impleat intentiones, exceptione [9] (si tutor non est) summovetur. Dat. Non. Decembr. CC. CONSS.

TIT. XLVI.

SI MATER [10] INDEMNITATEM PROMISIT.

Licet mater petierit tutorem dari filio ejus periculo, non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit judicis decreto. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Brutiæ.

SUo potius periculo Magistratus tutores, quos petisti, dederunt, quam tu contra sexus conditionem alicui ex ea obligatione [11] obstricta es, quod tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti. PP. 3. Idib. Mart. MAXIMO II. [12] & URBANO CONSS. 235.

Tutor matri pupilli vel avo administrationem committens, ab eis indemnitatis promissionem recipiens, officio finito convenitur: & ipse ab eis conservabitur indemnis. Salic.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Asclepiadi & Menandro.

QUædam pupillorum vestrorum a matre, itemque avo materno administrata, eorumque nomine indemnitatem vobis promissam adseveratis: Quæ si ita sunt, & iidem pupilli legitimæ ætatis effecti, non adversus matrem suam, neque avum, sed contra vos congredi malunt [13]: non immerito indemnitatem ab his præstari desiderabitis, quos & administrationem suo periculo pridem suscepisse proponitis. PP. 4. Idus Julii, PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Cajano.

OB tutorem non idoneum a matre petitum, frustra vobis eam teneri contenditis, cum non nisi [14] specialiter ejus periculo dari decreto fuerit comprehensum, ex ea obligatione obstricta sit. S. Kal. Dec. AA. CONSS.

TIT. XLVII.

SI CONTRA [15] MATRIS VOLUNTATEM TUTOR DATUS SIT.

Contra matris voluntatem tutor filio dari non potest. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Tertio.

SI [16] contra matris ultimam [17] voluntatem Fuscinium filio communi tutorem datum probaveris: eum sine damno existimationis a tutela removendum Prætor decernet: Quæ rescriptio, si [18] in fraude convictus fuerit, non suffragabitur [19]. PP. 13. Kal. Mart. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

TIT. XLVIII.

UT [20] CAUSÆ POST [21] PUBERTATEM ADSIT TUTOR.

Tutor causam pupilli inchoatam prosequi tenetur etiam post pupillarem ætatem, si instrumenta curatori non reddiderit. Salic.

1. Imp. PHILIPPUS A. Dextro.

TUtores, qui [22] necdum administrationem ad curatores transtulerunt, defensioni causarum pupillarium adsistere oportere, sæpe rescriptum est. Et ideo si (ut proponis) instrumenta [23] quibus asseri possunt causæ provocationis, etiamnum hi quorum meministi, apud se detinent: aditus Præses provinciæ periculi sui eos admoneri præcipiet. PP. 12. Kalend. Novemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

TIT. XLIX.

UBI [24] PUPILLI [25] EDUCARI [26] DEBEANT.

Pupilli educari debent apud matrem, nisi ad secunda vota transierit. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Dionysodoro.

EDucatio pupillorum tuorum nulli magis quam [27] matri eorum, si [28] non vitricum [29] eis induxerit, committenda est. Quando autem inter eam & cognatos & tutores super hoc orta fuerit dubitatio: aditus Præses provinciæ, inspecta personarum qualitate & conjunctione [30], perpendet [31] ubi puer educari debeat. Sin autem æstimaverit apud quem educari debeat, is necessitatem habebit hoc facere, quod Præses jusserit. PP. 7. Id. Febr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Ubi pupillus educetur, est in judicis arbitrio, de eo tamen qui ei succedere debet, est justa suspicio. Salic.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Gratæ.

UTrum nepos tuus ex filia apud te, an apud patruum suum morari debeat, ex singulorum affectione, & qui magis ad suspicionem ex spe [32] successionis propior sit, æstimabitur. S. 18. Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 243.

TIT. L.

DE ALIMENTIS [33] PUPILLO PRÆSTANDIS.

Tutor judicis officio cogitur alimenta præstare pupillo, licet pendeat quæstio de statu suo. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Faustino.

PUpillus, si ei alimenta [34] a tutore suo non præstantur, Præsidem provinciæ adeat: qui, ne in alimentorum præstatione mora fiat, partibus suis fungetur. † Idem est & si de statu [35] pupilli seu adulti, & de bonis ejus controversia pendeat. PP. 6. Id. Jul. *Romæ*, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Pupillus præsumitur alimentatus a tutore, & non præsumitur de nihilo vixisse, vel sine sumptibus studuisse. Bald.

2. Imp. ALEXAND. A. Euphido.

QUod plerumque postulatur, ut arbitrio Prætoris alimenta pro modo [36] facultatum pupillis, vel juvenibus constituantur, pro officio suo, qui aliena negotia gerunt, ne apud judicem controversiam habeant, faciunt. Cæterum si bonus vir & innocens tutor arbitrio [37] suo aluit pupillos (quod inter-

1 Curator in litem sumptus repetit. 2 *l.* 3. *J. de contr. jud. l.* 30. *ff. de negot.* 3 *l.* 2. *supr. h. t.* 4 *d. l.* 2. *l.* 3. §. 2. *ff. de tutelis.* §. 3. *Inst. de aut. tut.* 5 Curator ad litem pupillis, & minoribus constituendus est, tutore vel curatore adversus eos litigante. Dandus, inquam, curator ad litem est jure ordinario. *l.* 19. *ff. de auct. præstand. l.* 17. §. 1. *ff. de appellat.* Jus enim legitimum non vult tutorem, nec simplicem curatorem. Ulpian. 11. §. 24. vide Cujac. 17. *observ.* 7.
6 *Lib.* 27. *D.* 5. 7 *Nov.* 155. *c.* 1. quidam hanc vocem referunt ad mulieres tutelæ gerendæ capaces: ut ea ratione negent non capaces tutelæ, si gesserint teneri pro tutelæ. *l. eum a matribus* 8. *supr. qui petant tutores.* verius est tamen omnem qui res pupillares gerit pro tutore, rationibus reddendis obnoxium esse. Tacita hypotheca num eorum in bona competit? vide Gloss. *in l. pro officio* 20. *supr. de admin. vel peric. tut. l. dabimusque* 19. §. 1. *ff. de reb. auctor. judicis possid.* 8 Puta a matre. *l.* 47. §. 3. *ff. de admin. tut.* 9 Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte judicii, sicut exceptio falsi procuratoris. adde *l. Paulus* 221. *ff. de verb. sign.* 10 Paul. 2. *sentent.* 11. §. 2. *l.* 6. §. 4. *supr. & l.* 8. §. 1. *ff. ad SC. Velleian.* 11 Mater si suo periculo tutores filiis suis dari postulat, fidejubens, ejus intercessio infirmatur Senatusconsulto Velleiano. *l.* 6. §. 1. *ff. ad SC. Velleian.* nisi specialiter decreto comprehensum sit, Periculo matris, quæ tutorem petit, tutorem dari. *l. ult. J. h. t.* Aliud futurum est, si, ut reipsa tutelam filiorum administraret, tutoribus filiorum repromisit. Sui enim, non alterius causa repromisit. *d. l.* 6. *in princ.* 12 Maximo III. *Haloander.* & recte. 13 Meus tutor matri meæ, & avo meo materno rerum mearum administrationem permisit, exacta ab eis cautione indemnitatis. Quid dicendum? Est in arbitrio meo agere adversus tutorem, ergo & adversus matrem? sic sane: non tamen ex stipulatu tutoris. *l.* 9. *J. de arbit. tut.* Qua igitur actione? negotiorum gestorum actione. *l.* 24. *ff. de usuris.* & ita Paulus intelligendus est 2. *sent.* 11. §. 2. 14 Dixi ad *l.* 1. *supr. h. t.*
15 Quemadmodum judex tutorem confirmare solet, quem mater liberis heredibus institutis dederit. *l.* 4. *supr. de testam. tut.* item reprobare solet quem mater reprobavit, *ut hic.* cui convenit *lex* 21. §. 2. *ff. de tutor. dat.* 16 Tutor liberis contra matris ultimam voluntatem dari non debet. 17 Quid si vivens ac superstes mater tutorem aliquem liberis petiit? Eum qui petitus ita fuerit a matre, cæteris omnibus præferri putat Baldus. magnam enim esse præsumptionem pro matre: cui superstiti ac sanæ merito id permittendum videtur, quod in extremis positæ aut testamento suo facere conceditur: ut nullum sit discrimen, an mater tutorem liberis testamento suo petierit, an vero superstes, vel alio actu quam testamentario. 18 Fraudis in tutela convictus, notatur. *l.* 1. *vers. Qui pro. ff. de his qui notant. l.* 2. *supr. de tut. vel curat. qui non satisd. l. ult. supr. de suspect.* 19 Subaudi, ut ne teneatur fraudis admissæ: nam tametsi removeatur citra infamiam, fraudis tamen admissæ teneri merito debet. Removetur, at non liberatur.
20 *l.* 5. §. 6. *ff. de admin. & peric. tut.* 21 Causa dubitandi hæc esse potuit, Tutela pubertate finitur, ideoque post pubertatem causæ adesse tutor non cogitur. 22 Causa decidendi hæc est, Etiamsi tutela pubertate finitur, periculum tamen administrationis non ante finitur, quam si rationes a tutore redditæ sint. Nondum rationes reddidisse intelligitur, qui litis instrumenta retinet. 23 Tutor omnem rationem curatori non restituit, qui litis suo consilio cœptæ instrumenta nondum transtulit. facit *d.* §. 6.

24 *L.* 27. *D.* 11. 25 Pupilli dicuntur qui patre orbati. ut hic titulus differat a titulo, *Divortio facto apud quem liberi morari & educari debeant.* Est enim titulus ille de liberis patrem habentibus. 26 Educatio propriam personam ipsius pupilli spectat: qua voce victus, vestiarium, habitatio. *l ult. ff. de aliment. vel cib.* institutio morum & liberalium artium continetur. *l.* 2. *J. de alimentis.* est enim ingenii quoque educatio. Terent. *bene & pudice doctum, atque educatum ingenium.* 27 *Novell.* 22. *c.* 38. Nam ut Menander ait, ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρὸς, ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν υἱὸν ὃδ᾽ οἴεται. *Goth.* Vide tamen *l.* 32. *ff. de adopt. l. ult. J. de contr. jud. tut. l.* 15. *Cod. de negot. gest.* Ans. 28 Id est, si secundus non contrahit nuptias. *Nov.* 22. *cap.* 38. ut hinc constet, nuptiis secundis matres liberorum apud se educandorum jus amittere. Cui & hoc recte additur; legatum matri relictum quamdiu cum filiis steterit, matrem ipsam nubendo amittere. *l. sed si hoc.* 62. *in fin. ff. de cond. & demonstr.* 29 Et tamen vitrico privigni educatio & tutela permitti potest. *l. ult. J. de contr. jud. tut. l.* 32. *in fin. ff. de adopt.* sic Cajus Octavius apud vitricum educatus. *Dion.* De educatione, Bartolo, Baldo & Speculatori & Wurmsero non convenit. vide Wurms. 1. *pract.* 38. *cap.* 4. Cujacius 6. *observ.* 29. contra putat recte argumentum a tutela ad educationem duci. *l.* 1. §. *ult. ibi, exemplo tutoris. ff. ubi pupilli.* at non e contra. Nam jure antiquo matri tutela filii non permittebatur, nisi a Principe eam impetrasset: educatio vero permittebatur. Seneca *de consolatione ad Marcian.* Pupillus relictus sub tutoris custodia usque ad XIV. annum fuit sub matris custodia. 30 Quædam dixi ad *l.* 18. *supr. de nuptiis.* 31 Arbitrarium est decernere, apud quem filius educaretur: quod tamen causa cognita, citatis, ut loquuntur, citandis, fieri debet. *l. pen. ff. h. t.* vide Menochium 2. *de arbitrar. jud.* 168.
32 Judex non decernit temere educatorem eum, qui pupilli successionem sperat. *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. h. t.* licet eadem ratione ad eum redierit tutela legitima.
33 Huc referenda est pars postrema epigraphes tituli, *ubi pupillus educari vel morari debeat: & de alimentis ei præstandis.* 34 *l.* 5. *ff. h. t.* §. 9. *Inst. de suspect. l.* 3. §. 14. *ff. de suspectis.* 35 Alimenta pupillo decernuntur, etiamsi de statu bonisque paternis fiat ei controversia. 36 *l.* 3. *in princ.* §. 1. *ff. h. t.* 37 Et ita sine decreto. *l.* 3. *supr.*

dum

dum etiam necesse est fieri [1], ne secreta [2] patrimonii & suspectum æs alienum [pandatur]: quod melius est interim taceri, quam cum de modo bonorum quæritur, ultro proferri, & apud acta jus dicentis contra utilitatem pupillorum designari) non dubie accepto [3] ferre debebunt ea quæ vir bonus arbitratur merito ad exhibitionem educationis, ministeria, studiaque erogata esse. Nec ferendus est juvenis, qui cum præsens esset, studiisque eruditus atque alitus esset: si [4] ea per alium se consecutum non probet, sumptus recuset quasi vento [5] vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit. PP. Non. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

TIT. LI.

ARBITRIUM [6] TUTELÆ.

De verbis testatoris.

1. Imp. ANTONINUS A. Leoni.

CUm tutelæ administratæ ratio a te peti cœperit: neque veritati [7], neque justis probationibus officit, quod (ut [8] dicis) testator modum [9] patrimonii sui verbis testamenti ampliavit [10], vel minuit. PP. 5. Kal. Octob. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De nominibus.

2. Idem A. Præsentino.

NOmina [11] paternorum [12] debitorum si idonea fuerint initio susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ esse cœperunt, judex qui super ea re datus fuerit, dispiciet: & si palam dolo tutoris, vel manifesta [13] negligentia [14] cessatum est, tutelæ judicio damnum quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse, statuere curabit. PP. Non. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De re empta a curatore ex pecunia minoris.

3. Idem A. Vitalio.

SI curator [15] post decretum Præsidis, sublata [16] pecunia quæ ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi prædium comparavit: elige [17], utrum malis in emptione negotium tibi eum gessisse, an quia in usus suos pecuniæ conversæ sunt, legitimas [18] usuras ab eo accipere: secundum quæ Judex tutelæ judicio redditus, partem religionis implebit. PP. 3. Kal. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De eo qui bonis paternis abstentus est.

4. Imp. ALEXAND. A. Aglao.

EUm, qui bonis paternis secundum Edicti formam abstentus [19] est, hereditariis actionibus conveniri nulla ratio suadet. Nec [20] ad rem facit, quod adversus curatores vel tutores, si non consulte abstentus sit, actio ei competat: Nihil quippe in ea [actione], quæ ex officio gesta sunt vel geri debebunt, veniet: sed culpa solummodo, quantique [21] interfuit ejus non fuisse abstentum, æstimabitur. Cui consequens [22] est, ut si propter eam causam transegisti [23] cum tutoribus vel curatoribus, nulla adversus te creditoribus patris tui petitio competat [24]. PP. 3. Kal. Maji, ALEXANDRO A. CONS. 223.

Ut ad eundem Judicem eatur.

5. Imp. GORDIANUS A. Victorino.

OMnes tutores, seu heredes eorum qui administraverunt tutelam, ad eundem [25] judicem ire debere, jampridem constitutum est [26]. Cum igitur patrem tuum cum alio tutelam administrasse alleges: Præses provinciæ eundem Judicem adversus te atque heredes contutorum patris tui dare debebit, quatenus quisque condemnari debeat, examinaturum. PP. 10. Kal. August. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Si minor contractum approbat.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Cunoni & aliis.

CUm interdictæ [27] venditionis vitium, etiam pretii fraude tutor vester cumulasse [28] proponatur: non dubitabit Præses provinciæ, quando venditionem [29] confirmare [30] voluistis [31], residuum pretium cum usuris venditæ a [32] tutore possessionis celeriter vobis restitui jubere. Quod autem petitis ab heredibus ejus qui vendidit, pretium vobis exolvi, superfluo [33] a nobis desideratis: quia nec Præsidis experientiam possit [hoc] latere, tutores qui gesserunt, sive eorum heredes ob ea negotia quæ per eos administrata sunt, principali [34] loco conveniri debere: cæteris [35] ob culpæ rationem non servati detrimenti periculo substitutis: vel si pariter [36] administrasse doceantur, etiam adversus unum, liberum experiundi arbitrium competere: ita ut actiones quas adversus alios habetis, ad electum transferantur. PP. 4. Kal. Septemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De dolo & culpa tutoris.

7. Iidem AA. & CC. Alexandro.

QUicquid [37] tutoris dolo vel lata [38] culpa [39], aut levi, seu curatoris, minores amiserint [40], vel [41], cum possent, non [42] adquisierint: hoc in tutelæ seu negotiorum gestorum utile judicium venire non est incerti juris. S. Prid. Id. April. AA. CONSS.

De longi temporis præscriptione.

8. Iidem AA. & CC. Dalmatio.

TUtores tutelæ conveniri, longi temporis præscriptio [43] non prohibet: Unde si his transactione, vel novatione [44] aut acceptilatione liberationem non præstitisti: apud Rectorem provinciæ, quæcunque tibi debentur, repetere non prohiberis. S. 14. Kal. Maji, AA. CONSS.

Utrum tutor, an heres promittentis indemnitatem, conveniri debeant.

9. Iidem AA. & CC. Juliano.

TUtorem quondam, ut tam rationem, quam si quid reliquorum [45] nomine debet, reddat, apud Prætorem convenire potes: quamvis enim matrem tuam susceptis bonis vestris *indemnitatem* [46] *pro hac administratione tutori se præstituram promisisse* proponatur: tamen adversus tutorem tibi tutelæ, non [47] adversus matris successores ex stipulatu competit actio. S. Prid. Kal. Januar. AA. CONSS.

Qua actione tutor, vel ejus heredes conveniri debeant.

10. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI defunctus tutelam vestram administravit: non rerum ejus dominium [48] vindicare, vel tenere potes: sed tutelæ contra ejus successores tibi competit actio. † Debitum autem aliis indiciis comprobari oportet: nam quod [49] neque ipse, neque uxor ejus quicquam ante administrationem habuerunt:

de administ. tut. 1 *d. l.* 3. 2 Interest pupilli secreta patrimonii ejus, æsque suspectum alienum non evulgari apud acta. *l.* 2. *vers. quid enim.* J. *quando & quib. quart. pars. l.* 14. J. *de cont. stipul. l.* 7. *ff. de adm. tut. Edict. Justin.* 7. *cap.* 2. sic, qui secretum alienum sibi commissum evulgat, injuriæ tenetur. *l.* 1. §. 38. *ff. depositi.* Eo jure si lis pupillo sit cum aliquo, inventarium integrum pupilli adversario non exhibetur, sed ea tantum capita quæ in controversia posita sunt. facit *l. ult. supr. de precibus imperat.* 3 *d. l.* 3. *l.* 2. *ff. h. t.* 4 Præsumitur in dubio pupillus alimenta a tutore percepisse: non de nihilo vixisse, aut sine sumptibus vixisse. 5 Præsumitur nemo vento vixisse. vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 50. 6 Id est, de actione tutelæ. Cui respondet titul. *ff. de tutela & rationibus distrahendis, & utili curationis causa actione lib.* 27. *tit.* 3. Hanc actionem vocat Arbitrium, quod omnis hujus judicii potestas sit in arbitrio judicantis, qui excussis tutelæ rationibus ex bona fide statuit, quæ tutorem pupillo præstare aut reputare oporteat. Eidem contraria actio opponitur, de qua J. *tit.* 58. 7 Veritati, & heredibus suis vel extraneis, nihil officit, quod defunctus modum patrimonii sui declaraverit. *l.* 10. §. *communia utriusque judicii. l.* 6. §. *de probat. l.* 6. J. *de testament. l.* 81. §. 4. *ff. de leg.* 1. *l.* 77. §. 30. *ff. de leg.* 2. *l.* 15. *in fin. ff. ad legem Falc.* nisi defunctus juraverit. Descriptionem enim defuncti coguntur sequi, nisi malint hereditate multari. dixi ad *Novell.* 1. *Nov.* 48. Quod de heredibus dictum est, ad creditores non pertinet. *d. Novell.* 48. *c.* 1. §. 1. 8 Non secundum testatoris æstimationem, sed secundum veritatem, tutor reddere rationem tenetur. 9 Vid. *Nov.* 48. *de eo qui moriens juravit quantum haberet in bonis.* 10 Voluntates defuncti dispositivæ servantur, non enunciativæ. *l.* 6. J. *de testament.* nisi sit juratum. *d. Nov.* 48. 11 Si debitores pupilli solvendo fuerint initio inchoatæ tutelæ, seu inchoante administrationem tutore, postea vero lata tutoris negligentia non solvendo esse cœperint, eorum inopia periculo tutoris est. *Synops. Basil.* 37. *tit.* 11. *ex lib.* 38. *tit.* 3. *cap.* 30. 12 De nominibus paternis. De nominibus contractis a tutore agitur in *l.* 18. *l.* 21. *supr. de admin. tut. l.* 7. §. 2. *ff. de adm. & peric. tut.* adde *l.* 35. *ff. de reb. cred.* 13 Lata culpa est quæ excusari non potest: quæ potest, minor culpa est. 14 In nominibus paternis exigendis tutor tenetur tantum de lata culpa. *l.* 57. *ff. de admin. & peric. tut.* 15 Quid? daturne directa tutelæ actio in curatorem universalem saltem pro tutelæ? Dari videtur, quia tutoris vicem sustinet. Thalelæus hic putat τὸν τῷ ἀνήβῳ κυράτωρα τῆς τυτέλας κατέχεσθαι, quod Ulpiani sententiæ repugnat. *l.* 1. §. 7. *ff. de eo qui pro tut.* 16 Depositam apud alium pupillarem pecuniam ad prædiorum comparationem tutor ab ipso depositario invito repetere potest, licet non emat prædia; quod fortassis verum est, nisi nominatim ea lege ipsi depositario data pecunia est ut apud eum esset, tantisper dum prædium pupillo emeretur; quod merito notari potest & debet, adversus tutores qui prætextu tutelæ, privatas injurias ulcisci volunt adversus hujusmodi depositarios. 17 Minoris est electio, utrum rem petat emptam sua pecunia (licet non suo nomine) an pecuniam ipsam cum usuris centesimis. *Salic.* 18 De usuris pupillaribus, vid. *l.* 7. §. 10. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 1. J. *de usuris pupillarib.* 19 Abstinens hereditate hereditariis actionibus non tenetur. *l.* 4. *supr. quod cum eo. l.* 3. J. *de revoc. his quæ in fraud. cred. l.* 18. *ff. de tut. & rat. l.* 20. §. 4. *D. de adq. vel omitt. hered.* 20 Pro herede non gerit, qui actionem exercet adversus tutores & curatores, quod inconsulte, eorum ductu, patris hereditate abstinuerit. 21 In actionem tutelæ venit id quod interest pupilli vel adulti non fuisse abstentum. adde *l.* 1. *l.* 2. §. *si ut omissam.* 22 Argumentum recte duci a contractibus ad delicta hinc colligit Bald. ut in *l. omnem* 20. *ff. de judic.* 23 Transactionis causa quod quis consequitur a tutore vel curatore, ob inconsultam hereditatis paternæ abstentionem, non videtur consequutus nomine hereditario, ideoque conveniri a creditoribus paternis non poterit. Baldus: *Quod filius*, inquit, *quærit ex contractu, vel quasi, non eum facit heredem patris. Filius transigens de patris nece, non propterea se immiscet.* 24 Cur nulla competit? An hoc ideo quod quæ filius patre mortuo, proprio contractu vel quasi adquirit, ea filium heredem patris non efficiunt: quo jure existimant eum qui de patris morte cum adversariis transegerit, pro herede non gerere: pacem denique (sic enim nostri loquuntur) de morte patris facere non esse actum hereditarium. Bart. Ang. *in l. si filius qui patri* 12. *ff. de vulgari.* 25 Eundem ad judicem iri solet, si plures sint tutores, *ut hic. & l.* 6. §. 1. *in fin. ff. de edend. l.* 2. *ff. de quib. rebus ad eundem.* quemadmodum si inter plures agitur familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum. *l.* 1. *ff. de quib. rebus ad eundem.* si plures correi ejusdem pecuniæ. *Novell.* 96. *cap.* 2. §. 1. si plures vindicent servi dominium. *l.* 8. §. 1. *l.* 9. *ff. de lib. caus.* si mutuæ sint petitiones. dixi ad *l.* 1. *supr. rer. amot.* & breviter ad eundem judicem remittendi sunt, qui vel eodem jure, vel ratione ejusdem officii tenentur. 26 Ne causæ continentia dividatur. *l.* 1. 2. *ff. de quib. reb. ad eundem.* 27 *l.* 1. *ff. de reb. eor.* 28 Tutor fraudem fraude cumulat, qui non tantum prædia pupilli sine decreto distrahit, sed etiam iniquo ac minimo pretio ea vendit. 29 Ratam habens venditionem rei alienatæ legibus prohibitæ, non intelligitur ratam habere ejusdem rei iniquam, seu non suo dignove pretio venditionem. ut hinc colligas, Pretium quidem venditionis ratum haberi posse, licet ejus qualitas rata non habeatur. proinde negotium unum, & idem nonnunquam forma sua partim comprobari; partim non probari, qua nimirum forma non fuerit servata. Hinc constat quoque, Actum qui mei contemplatione nullus sit, ratum haberi & confirmari posse. adde *l. Julianus* 13. §. 27. & 29. *ff. de act. empt.* 30 Ratum habere contractum tutoris, & ex eo ejusve nomine experiri pupillus potest. 31 In electione minoris positum est ratam habere venditionem invalidam a tutore factam. 32 Minor si venditionem tutoris invalidam confirmavit, potest pretium juste petere ab ipso tutore. 33 In his quæ jure communi sunt permissa, Principis scriptura supervacua est: supervacuo & frustra petitur a Principe, quod jure facere conceditur. *l.* 1. §. *nam in suis, vers. ut superfluum.* J. *de thesauris. l.* 30. *ff. de reb. auct. jud. possid.* 34 Tutor qui gessit, ejusque heredes prius conveniendi sunt, quam qui non gesserunt. vid. J. *de divid. tut.* 35 Qui non gesserunt sc. vid. *l.* 1. J. *si tutor non gesser.* 36 Quemadmodum sit agendum adversus eos qui pariter tutelam administrant, melius explicatur in *l.* 1. §. 10. 11. 12. *& seq. ff. de tut. & rationib. distrah.* 37 *Syn. Basil.* 37. *tit.* 11. *ex lib.* 38. *tit.* 3. *c.* 30. 38 *l.* 2. *supr. h. t.* 39 *l.* 7. *ff. de admin. & peric. tut. l.* 23. *ff. de reg. jur.* 40 *l.* 21. §. *de admin. tut. l.* 4. *ff. quando ex facto tut.* 41 Damnum, in amissis: in non quæsitis, lucrum consideratur: utrumque tutor pupillo præstat, quantum sc. minori abest quantumque lucrari potuit. *l.* 13. *ff. rat. rem.* licite sc. non illicite. *arg. auth. novissime. supr. de adm. tut. dist.* 46. *c. sicut non suo* 10. 42 *d. l.* 21. *l.* 15. *in fin. l.* 16. *l.* 17. *l.* 18. *ff. locati.* 43 Actio tutelæ non præscribitur, id est, tutelæ actio perpetuatur. *l.* 5. *in fin.* J. *quib. non objicitur. l.* 3. *in fin. ff. de contr. tut.* Hodie præscribitur annis triginta. *l.* 3. *in fin.* J. *de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 2. *supr. de constituta.* 44 Διὰ μεταθέσεως καὶ ἀποχῆς. *libri Basil.* apud Cujac. 17. *obs.* 6. *in fin.* Haloander legit *transactione, atque acceptilatione. Synops. Basil. d. tit.* 3. *c.* 30. διὰ τῆς μεταθέσεως χρέους καὶ ἀποχῆς. Liberandi modos interim serva, transactionem, novationem & acceptilationem. 45 Minoribus competit in tutores actio ad rationes & reliqua. vid. *l.* 82. *in fin. ff. de cond. & demonst.* 46 Dixi ad *l.* 1. *supr. si mater indemnitatem.* 47 Contra tutorem debet pupillus agere; non adversus eum qui *indemnitatem* promisit. 48 Tutor quod adquirit sibi non pupillo suaque ex industria non ex bonis pupilli adquisivisse præsumitur. 49 Nec hodie nec semper recte pauper fuisse præsumitur qui olim pauper fuit. vide Alciat. 2. *præsumpt.* 27. *n.* 3. Ideoque licet pauper bona divitis administret, non præsumitur tamen ex ejus bonis adquisivisse, sed ex sua potius industria. quod in tutore, & quovis privati administratore locum habet: non tamen in publicæ rei administratore, ut notant in *l.* 7. J. *de jure fisci.* An idem dicemus in matre tutrice? Alexander *cons.* 26. *vol.* 4. ita putat, Nam ut lex non distinguit, ita videtur ad omnes omnino tutores pertinere. Idque evidentius apparet ex his quæ de bonis a vidua post mariti mortem quæsitis diximus ad *l.* 6. *in fin.* J. *de donat. int. vir.* Corrasius 3. *Miscell.* 5. *n.* 7. negat locum habere in ea matre, cui nulla fuit industria nullumque patrimonium. Hoc enim casu honestissimum esse, turpis quæstus vitandi gratia dicere, eam præsumi ex eorum bonis quorum tutelam administravit, adquisivisse. Nec obstare *l.* 1. *supr. si quis alteri vel sibi.* quæ liberis negat vindicationem rei traditione matri quæsitæ, post mortem mariti, cum mater eo casu traditione dominium

non idoneum hujus continet indicium [1]. Nec enim pauperibus industria [2], vel augmentum patrimonii quod [3] laboribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est. S. 10. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De tempore post tutelam finitam.

11. Iidem AA. & CC. Chrusiano.

TUtor post puberem ætatem puellæ, si in administratione connexa [4] perseveraverit [5]: tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur. Sin autem post [6] finitam administrationem in iisdem rebus minime se immiscuerit: temporis quod insequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kal. Decemb. *Anchialo*, CC. CONSS. 293.

De successoribus.

12. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

TUtelæ actio tam heredibus [7] quam [etiam] contra [8] successores [9] competit. S. 10. Kalend. Decemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De confessione tutoris extra inventarium, & de inventario conficiendo.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

VEteris juris dubitationem decidentes [10], sancimus; si quidem tutor, vel curator pro substantia pupilli vel adulti [11] aliquid ubicumque [12] dixerit ad majorem quantitatem eam reducens, sive pro utilitate pupilli, vel adulti, sive per suam simplicitatem, sive per aliam quamcunque causam: nihil veritati præjudicare, sed hoc obtinere quod ipsius rei inducit natura, & mensura pupillaris vel adulti ostendit substantiæ. † Sin [13] autem inventario publice facto res pupillares vel adulti inscripserit [14], & ipse per hujusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem [15] substantiæ: non esse aliud inspiciendum, nisi hoc quod inscripserit, & secundum vires ejusdem scripturæ patrimonium pupilli, vel adulti exigi, neque [16] enim sic homo simplex (immo magis stultus) invenitur, ut in publico inventario scribi contra se aliquid [17] patiatur. §. 1. Illo proculdubio observando, ut non audeat tutor, vel curator res pupillares, vel adulti aliter attingere, vel ullam sibi communionem ad eas vindicare, nisi [18] prius inventario publice facto, secundum morem solitum res ei tradantur: nisi testatores qui substantiam transmittunt, specialiter inventarium conscribi vetuerint [19]: Scituris tutoribus & curatoribus, quod si inventarium [20] facere [21] neglexerint: & quasi suspecti [22] [ab] officio removebuntur, & pœnis legitimis [23] quæ contra eos interminatæ sunt, subjacebunt: & postea perpetua macula infamiæ [24] notabuntur [25], neque ab Imperiali beneficio absolutione hujus notæ fruituri. Dat. Idib. August. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LII.

DE DIVIDENDA [26] TUTELA, ET PRO QUA PARTE QUISQUE TUTORUM CONVENIATUR.

Si tutor qui tenebatur, tempore officii depositi est solvendo, collega non tenetur. Bald.

1. Imp. GORDIANUS A. Optato.

SI post finitum administrationis officium, collegæ tui indemnitati præstandæ idonei [27] fuerint, posteaque dum non conveniuntur, minus idonei effecti sunt, vitium alienæ [28] cessationis ad dispendium tuum pertinere, juris ratio non patitur. PP. 6. Id. Mart. GORD. A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

2. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Primigenio.

SI divisio administrationis inter tutores sive curatores in eodem loco, seu provincia constitutos facta necdum [29] fuerit, licentiam habet adolescens, & unum eorum eligere, & totum debitum exigere: cessione [30] videlicet ab eo adversus cæteros tutores seu curatores actionum ei competentium facienda.

† In divisionem autem administratione deducta, sive [31] a Præside, sive testatoris voluntate: unumquemque pro sua administratione convenire potest: periculum invicem tutoribus [seu curatoribus] non [32] sustinentibus: nisi per dolum aut culpam suspectum non removerunt, vel tarde [33] suspicionis rationem [34] moverunt, cum alter eorum non solvendo effectus sit, vel suspicionis causam agendo sua sponte jura pupilli prodiderunt. Nec prodest eis dicentibus, [eum] contutorem suum non administrasse res pupillares. † Sin vero ipsi [35] inter se res administrationis diviserunt: non prohibetur adolescens unum ex his in solidum convenire, ita ut actiones quas adversus alios habet ad electum transferat. PP. emissa 12. Kal. April. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zotico.

LIcet tutorum conventione [36] mutuum periculum minime finiatur: tamen eum qui administravit, si solvendo sit, primo [37] loco, ejusque successores conveniendos esse non ambigitur. S. 4. Kal. Octob. CC. CONSS.

TIT. LIII.

DE IN [38] LITEM JURANDO.

Contra heredem tutoris ob dolum vel latam culpam instrumenta non restituentem, juratur in litem. Salic.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Asclepiodoto.

ADversus heredes tutoris ad transferendam tutelam judicem accipiens, tempore litis instrumenta [39] ad puberem pertinentia restitui desiderabis. Quod si dolo non exhibeantur in litem [40] jurandi tibi facultas erit: modo si quondam pupillo debitam adfectionem ad vincula [41] quoque religionis extendere volueris. PP. Kal. August. ANTONINO II. & GETA II. CONSS. 206.

Nemo invitus jurat in litem: & contra heredem tutoris, etiam si sit heres heredis ob dolum vel latam culpam non restituentem juratur in litem. Salic.

2. Imp. ANTONINUS A. Severo.

IS, qui rationem tutelæ seu curæ reposcit, invitus [42] in litem jurare compelli non potest: sed volens ita demum audiendus est, si heres per [43] longam successionem tutoris instrumenta pupillaria dolo vel circumveniendi pupilli gratia exhibere non vult. Sin vero neque dolus [44], neque lata culpa, neque fraus heredis convincitur, omissa jurisjurandi facultate judex de veritate cognoscet: quæ etiam argumentis liquidis [45] investigari potest. PP. 11. Kal. Octob. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Pupillus vel adultus non potest liquidum debitum gratis remittere. Bald.

3. Idem A. Prisciano.

SUmma sententia comprehensa [46], quam cessantibus curatoribus quondam tuis judex secutus jurisjurandi a te prolati religionem, in condemnationem deduxit, minui [47] pacto non potuit. PP. Kalend. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

adquisierit. Superiorem opinionem confirmari, quod Accursius ad *l. 6. J. de jure fisci.* & Baldus *in l. 1. supr. de hered. vel act. vend.* scribat: Regios officiarios præsumi res suas de bonis fisci quæsivisse. 1 Non idoneum judicium. 2 Sensus est: Quemque præsumi sua potius industria, quam alienis bonis ditari. qua de præsumptione vid. Alciat. 2. *præsumpt.* 27. *n.* 3. adde quæ scripsi ad *l. 6. supr. de don. int. vir. & ad d. l. 7.* 3 Facit *l. 4. §. 1. ff. de muner.* 4 Administrata post tutelam finitam prioribus connexa, veniunt in actionem tutelæ, *ut hic:* adde *l. unic. supr. ut causæ post pubertatem. l. 17. ff. de negot. l. 5. §. 5. ff. de adm. & peric. tut. l. 13. ff. de tut. & rat. distrah. l. 27. ff. de appell.* 5 Tutor vel curator tenetur perseverare in connexis ante translationem non post. 6 Vid. *l. 6. supr. de peric. tut.* 7 *l. 1. §. 17. ff. de tut. & rat. l. 2. J. com. de success.* 8 *l. 1. §. 16. l. 7. ff. de tut. & rat. l. 42. §. 5. in fin. supr. de episcopis. l. 3. J. de hered. tut.* 9 Κατὰ κληρονόμον, contra heredes. *Syn. Basil. d. tit.* 3. *c.* 35. & 5. Harm. 11. §. 47. 10 Hæc est 19. decisio ex quinquaginta novis Justinianeis, vid. apud Inglois. Ans. 11 Exemplum ponunt in curatore adulti sui facultates commendante, ut eo facilius ditiorem uxorem reperiret. 12 Confessio tutoris profitentis (citra inventarium tamen) majorem quantitatem patrimonii pupilli non præjudicat veritati: non nocet denique ipsi confitenti. Quid si in inventario facta hujusmodi confessio fuerit? præjudicat tutori confitenti: adeo ut contrarium probare deinceps non possit. *vers. sin autem.* 13 Confessio rerum pupilli in inventario facta a tutore, adeo tutori præjudicat, ut non possit contraria probatione uti.
14 Quid si res proprias inventario pupilli tutor adscripsit? Salicetus existimat præsumptionem juris & de jure esse, res eas pupilli esse aut saltem eas tutorem pupillo donasse, adeoque tutorem, si in inventario descripserit, rem sibi a patre pupilli legatam, videri legato renunciasse, quod Alciato omnimodo non placet: quem vide *part. 2. præsumpt. num. 11.*
15 Aliud erit, si tutore ignorante tale quid adscriptum fuerit. 16 Adde quæ scripsi ad *l. ult. supr. ad Sc. Vellejan.* 17 Mobile præsertim: id enim occultari facile potest. *l. 22. supr. de adm. & peric. tut.* Quid si immobile seu prædium aliquod inventario pupillari tutor adscripserit, quod pupilli non esset? Aretinus putat id pupilli non fieri: negat denique ea re veritati præjudicium fieri, *arg. l. cum falsa 5. supr. de jur. & fact. ignor.* quod rationi consentaneum videtur Baldo. Quid si inventario quædam adscripsit tutor, hac protestatione adjecta, ut si pupilli non sint, pro adscriptis non habeantur? Protestatio hæc tutorem non juvabit: nisi post causa cognita judicis autoritate res ejusmodi in inventario dispunctæ fuerint. Idem erit si dubius, aut cum ita se credere diceret, aliquid aliud inventario pupillari adjecerit. Nam cum istiusmodi confessio apud acta in ipso judicio fiat, idem præstat ac reddit *Credendi* verbum, quod pura ac præcisa enunciatio seu adfirmatio. ut *not. leg. 2. §. quod observari 2. supr. de jurejur. propt. calum.* Quid si testibus res ita inventario pupillari adscriptas, suas ac proprias, aut alterius esse probare velit? Raynerius Forlivianus putat testes non admitti adversus hoc genus scripturæ, juris & legis cautione interpositum, non ipsorum contrahentium voluntate. Contra Richardus Saliniensis putat testibus locum esse. *arg. l. testium 18. supr. de testibus.* atque ita Venetiis judicatum refert Baldus. facit *gl. l. pupillas 4. J. de usuris pupill.* 18 Tutor antequam inventarium rerum pupillarium fecerit, nihil quod pupilli sit, attingere vel administrare potest. & breviter: tutoris administratio tutori decerni non potest, nisi inventario solenniter facto, eoque præcedente *vers. nisi. J. h. t. l. 24. supr. de admin. tut. l. 7. §. 6. in fin. J. de curatore furios.* 19 Testator potest tutori inventarii faciendi necessitatem remittere. Idque procedit sive expresse prohibuit, sive tutori remisit. Verbalis etiam tantum differentia est, utrum quis dicat, *Veto fieri inventarium:* vel, *remitto confectionem inventarii.* Bart. *ad l. 55. ff. de legat.* 1. & ita communiter sentiunt interpretes. Clarus *§. Testamentum. quæst. 66. vers. quod ad tertium. vers. sed hoc quidem.* Quid? voluntate testatoris non obstante: poteritne judex, si minori id expedire deprehenderit, tutorem ad inventarii confectionem cogere? Poterit. Bart. *d. loco.* eamque communem esse opinionem refert Covarruvias 2. *Variar. resolut.* 54. *num.* 4. & Clarus *d. loco versic. sed si qui.* ubi notat statuto Genuensium aliter receptum. Quid? usufructuario potestne remitti a testatore onus inventarii conficiendi? dixi ad *l. 1. supr. de usufructu.* Quid heredi potestne remitti? Posse ait Cujacius ad *Nov. 1. obs. 1. in fin.* Clarus paulo aliter distinguit: in præjudicium videlicet creditorum non posse: In legatariorum, fideicommissariorum & coheredum præjudicium, non posse, idque pro communi opinione adversus Baldum Clarus defendit, *d. loco versic. quod ad primum.* Quid? testator potestne cuivis tutori inventarii conficiendi necessitatem remittere? Cuivis potest: etiam legitimo & dativo: nisi aliter causa cognita definierit judex. *arg. l. tutores 24. supr. de adm. tut. l. 1. supr. ubi pupilli educar.* Quid si statuto necessitas inventarii faciendi tutori mandetur? vel hoc etiam casu testatorem tutori eam necessitatem possit remittere, censet Baldus. 20 Sive expresse prohibeat fieri inventarium, sive remittat inventarii necessitatem. 21 *l. 7. ff. de administr. & peric. tut.* 22 Quid si factum quidem inventarium est, ignorantia tamen quasdam res tutor non adscripsit? si cum primum earum rerum notitiam tutor habuerit, eas adjecerit, non removebitur. *arg. l. cum ancillis 3. supr. de incestis.* 23 Pœna tutoris non conficientis inventarium, hæc est, ut removeatur tanquam suspectus, *ut hic:* & pœnis legitimis subjaceat & infamiæ. *J. h. t.* Juratur etiam adversus eum in litem *d. l. 7.* Wurmser. 1. *pract.* 38. *n.* 8. 24 Graviori animadversioni. *l. 1. §. 7. ff. de off. præf. urb.* adde *l. 3. §. 15. in fin. ff. de suspect.* in vincula detrudi posse Wurmserus ait *d. loco.* modo conditionis humilis sit. 25 *d. §. 7.*
26 *l. 10. J. de fidejussoribus & mandat.* 27 Tutor non tenetur ex facto contutoris, qui solvendo tempore finitæ tutelæ fuit. *l. 3. supr. de probat. l. ult. supr. in quibus causis tutor. habenti. l. 39. §. 10. l. 53. ff. de adm. & peric. tut. l. ult. ff. rem pupill. salv.*
28 *l. ult. in fin. supr. in quibus causis tut. hab. l. 39. §. 10. l. 53. ff. de admin. tut.*
29 Divisione nondum inter tutores facta, potest pupillus in solidum unum eligere cessis actionibus adversus alios. *l. 6. in fin. supr. tit prox.* 30 *l. 2. J. de contrar. judicio tutelæ. l. 1. §. 18. ff. de tut. & rat.* 31 Si divisa est in partes, seu regiones, vel provincias tutelæ administratio a judice vel testatore pro ea quisque parte tantum convenitur, quæ ei attributa est, non pro parte collegarum, nisi dolus aut magna culpa arguatur, quod collegam suspectum non fecerit, aut fecerit quidem, sed vel lusorie vel eversis jam facultatibus. *Goth.* Facit *l. 55. §. fin. ff. de administr. & peric. tutor.* Ans. 32 Tutor de ea re quæ extra suam regionem est, in judicium vocari non potest. *l. 51. ff. de admin. & peric. tut. l. 2. supr. de periculo.* 33 Puta eversis tutoris facultatibus. 34 Id est, cur suspectus sit.
35 Si divisa sit tutela, sola tutorum conventione sine judice singuli tenentur in solidum cum hac conditione, ut quem pupillus elegerit, ei cedat actiones suas adversus alios. adde *l. 5. ff. de magistratib. conveniend.* 36 Conventio tutorum non potest in fraudem pupilli dividere officium tutelæ, periculumque commune. *l. 25. l. 26. supr. de pact. l. 1. §. 8. ff. de admin. rer.* 37 Pacto tutorum non obstante, prius convenitur gerens, & ejus heredes, quam qui non gessit. *l. 8. supr. de admin. tut. l. 2. J. si tut.* vid. *c. non gesser. l. 6. supr. tit. prox. l. 55. ff. de adm. & peric. tut.* 38 *L. 12. D. 3.* περὶ ὅρκου ἐνδίκου 22. *Synops. Basil. 6. c. 1.*
39 Adde *l. 1. §. 3. ff. de tut. & rat.* 40 Contra heredem tutoris jurari in litem potest ob non restituta instrumenta. *l. 2. J. h. t. l. 10. ff. h. t.* 41 Jusjurandum religionis est vinculum. 42 Invitus nemo jurat in litem. vid. quæ notavi ad *l. 156. ff. de reg. jur.*
43 Contra heredem tutoris, etiamsi sit heres heredis, jurari potest in litem, si sit in dolo vel lata culpa. *l. 1. supr. h. t.* 44 Adde *l. 5. §. 3. ff. h. t.* 45 *l. 4. §. pen. ff. h. t.*
46 Et ita debitum liquidum a pupillo vel adulto remitti non potest. 47 Minor non potest pacto remittere condemnationem latam ex juramento in litem a se præstito.

Contra

Contra tutorem etiam propter levem culpam juratur in litem: contra vero tutoris heredem propter dolum & latam culpam tantum. Salic.

4. Imp. GORD. A. Mutiano.

ALio [1] jure est tutor, alio heres ejus: Tutor [2] enim inventarium, cæteraque instrumenta [3] si non proferat, in litem jusjurandum adversus se potest admittere: at [4] enim heres ejus ita demum, si reperta in hereditate dolo malo non exhibeat. Sed cum adversus ipsum tutorem litem [5] contestatam esse dicatis: transferentibus vobis in heredes ejus actionem præses provinciæ partes suas exhibebit: non ignorans, nisi exhibeantur instrumenta, quatenus juxta formam constitutionum partes suas debeat moderari. PP. 7. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Propter dolum defuncti non juratur contra heredes. Bald.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Artemidoro.

LIcet [6] adversus heredes ob non factum inventarium jusjurandum [7] in actione tutelæ prætermitti placuerit, judicem tamen [datum] velut ex dolo tutoris aliis indiciis instructum, adversus eos ferre sententiam convenit. S. 8. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

TIT. LIV.
DE [8] HEREDIBUS [9] TUTORUM VEL CURATORUM.

Heredes tutoris non tenentur ex levi culpa tutoris. Bald.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Fusciano [10].

HEredes tutorum ob negligentiam quæ non [11] latæ culpæ comparari possit, condemnari non oportet, si non contra tutorem lis inchoata est, neque ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratia præstitum sit. PP. 6. Id. Mart. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De non gesto a tutore tenetur ejus heres. Salic.

2. Imp. ANTON. A. Valentino & Materno.

PAter vester tutor vel curator datus si se non excusavit, non ideo vos minus heredes ejus tutelæ vel utili [12] judicio conveniri potestis, quod eum tutelam seu curam non administrasse dicitis: nam & cessationis [13] ratio reddenda est. Prius tamen propter actum suum eos conveniendos esse, qui administraverunt, sæpe rescriptum est. PP. 11. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Heredes tutoris tenentur de eo, quod defunctus a se vel ab alio non exigit. Salic.

3. Idem A. Vitæ.

ADversus [14] heredes quondam tutoris tui tutelæ actione consiste. In judicium autem veniet etiam id, quod tibi tutor ex [15] causa fidejussionis debuit. PP. 4. Non. Jul. ANTON. A. IV. & BALB. CONSS. 214.

Heredes tenentur ad eos perventa restituere, & de neglectis a defuncto rationem reddere. Salic.

4. Imp. Alexand. A. Frontino.

HEredes eorum, qui tutelam vel curam administraverunt, si quid ad [16] eos ex re pupilli vel adulti pervenerit, restituere coguntur. In eo etiam, quod tutor vel curator administrare debuit [17], nec administravit, rationem reddere eos debere, non est ambigendum. PP. 8. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

TIT. LV.
SI TUTOR VEL CURATOR NON [18] GESSERIT.

Qui non admittitur ad accusandum, potest esse promotor inquisitionis, & potest implorare officium in locum deficientis accusatoris. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Zotico.

CErtum [19] est non solum eos qui gesserunt, sed [etiam] qui [20] gerere debuerunt, tutelæ teneri etiam in ea quæ a contutoribus servari non potuerunt: si modo cum [eos] suspectos facere deberent, id officium omiserunt. Tu [21] autem etsi contra patronum [22] tuum famosam actionem instituere non potuisti: providere [23] tamen ne quid tutelæ deesset, necessariis postulationibus apud eum, cujus de ea re jurisdictio fuit, potuisti. PP. 2. Id. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Contutor pro gestis a contutore idoneo non tenetur in subsidium, pro neglectis ab utroque pariter tenetur cum illis. Salic.

2. Idem A. Justo.

QUi se non immiscuerunt tutelæ vel curæ ex persona eorum qui gesserunt, & idonei sunt, non [24] onerantur. Si qua vero sunt, quæ cum geri debuerint, omissa sunt, latæ culpæ ratio [omnes] æqualiter tenet. PP. 8. Kal. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

TIT. LVI.
DE USURIS [25] PUPILLARIBUS [26].

Si tutor pecuniam pupillo in usus suos convertit, ad usuras tenetur. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Crescentino.

TUtorem vel curatorem pecuniæ, quam [27] in usus suos convertit, legitimas [28] usuras præstare debere, olim placuit. PP. Non. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Tutor tenetur ad usuras etiam ejus quod a contutore debetur, vel pro contutore debet. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Ampliato.

EJus quod ex causa [29] tutelæ debetur usuras [30] præstari oportere dubium non est: quamvis aliis pro participe [31] muneris necessitas solutionis irrogetur: quia non id alias contingit, quam si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari possit. PP. 13. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si tutori non potest culpa imputari, ad usuras non tenetur. Salic.

3. Idem A. Vitalio.

SI pecuniam pupillarem, neque idoneis [32] hominibus [33] credere, neque [34] in emptionem possessionum convertere potuisti: non ignorabit judex usuras ejus a [35] te exigi non oportere. PP. Id. April. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Ditatio & Aurelio.

PUpillus agere vobiscum actione tutelæ compelli non [36] potest. Verum adversus futuram [37] calumniam, ut & si quid ei debetis, cursus inhibeatur usurarum, denuntiationibus [38] frequenter interpositis, ad judicium eum [39] provocate [40]: ac si rem dissimulatione proferat actis apud præsidem provinciæ factis voluntatis vestræ rationem declarate: quo facto, tam vobis ipsis, quam securitati filiorum vestrorum consuletis. †. Quod & in curatoribus locum habet. PP. 3. Kal. Septemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

TIT. LVII.
DE FIDEJUSSORIBUS [41] TUTORUM VEL CURATORUM.

Cum tutore & cum fidejussore non potest pupillus in solidum agere. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Felici.

ELigere [42] debes utrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus, seu heredibus eorum, an cum his qui pro ipsis se obligaverunt, agere debeas: vel (si ita malis) [dividere] actionem. Nam in [43] solidum & [44] cum reo & cum fidejussoribus agi jure non [45] potest. PP. 10. Kalend. Februar. JUL. II. & CRISPINO CONSS. 225.

1 Heres & defunctus censetur alio jure (unde notant, fœneratoris heredem, codices defuncti fœneratorios habere non præsumi. *Clem.* 1. *de usuris.*) nisi lis contestata fuit cum defuncto. *l. quæsitum.* 8. *in fin. ff. de precario.* 2 Tutor qui inventarium non fecit, in litem jurejurando tenetur, similiter & is qui instrumenta non profert. Nam hoc ipsum dolo facere videtur, quum reperta in hereditate instrumenta supprimit. Si vero post litis contestationem tutore defuncto heredes judicium actionis tutelæ non impleverint, & ipsi in litem jurejurando tenentur. *Synops. Basil.* 37. *tit.* 5. *ex lib.* 38. *tit.* 25. *c.* 4. 3 *l.* 1. & 2. *supr. h. t. l.* 10. *ff. h. t. l.* 4. *supr. ad exhibendum.* 4 Res ita habet: in tutorem semper, id est, etiam ex levi culpa in litem jurari ob non exhibita instrumenta. In heredem tutoris ob non exhibita instrumenta nunquam jurari in litem, nisi dolo proprio, vel lata culpa, *l.* 1. *infr. de hered. tut. l.* 4. §. 1. *ff. de fidejuss. tut.* instrumenta non exhibeat. Ex dolo defuncti non jurari, nisi lis contestata fuerit cum defuncto. An & ex levi culpa tutoris lite cum eodem contestata in heredem jurabitur? Salic. ait. 5 Effectus litis contestatæ. *l.* 1. *infr. tit. prox.* 6 Tutoris heres ob non factum inventarium, non tenetur ille quidem, sed alio tamen modo convenitur. Nam quia dolo malo tutoris factum videtur, quod nullum conscriptum sit inventarium: velut ex dolo tutoris heres tenetur. *Synops. Basil.* 37. *tit.* 5. *ex lib.* 38. *tit.* 3. *c.* 36. 7 In litem.

8 Vid. *l.* 1. *infr. tit. prox.* 9 Huc refer partem tituli de fidejussoribus & nominatoribus, & heredibus tutorum vel curatorum *L.* 27. *ff.* 7. 10 *Præf. urbi*, de quo dicam ad Tertull. *lib. ad nationes J. G.* 11 Ἀπὸ μεγάλης ἀμελείας. Basilic. ideoque hanc negativam Cujacius expungit, *hic* & 13. *observ.* 39. eo sensu, heredem tutoris ex ejusdem levi culpa teneri: & ita a communi opinione dissentit. Movetur quod heres tenetur ex contractu defuncti: ergo & levi culpa, ad hæc, cum receptum sit heredem tutoris negligentiæ propriæ non teneri. *l.* 4. §. 1. *ff. de fidejuss. tut. l.* 4. *ff. de magistr. conven.* satis id indicat propter negligentiam defuncti heredem obligari. 12 Utili non directa, tenetur qui non gessit. *l.* 4. §. 3. *ff. rem pupilli salvam fore.* 13 De non gesto a tutore vel curatore tenentur eorum heredes, ut J. *si tut. vel curat. non gess.* 14 *l.* 1. 2. *supr. h. t. l. ult.* J. *h. t. l.* 1. §. 16. *ff. de tut. & rat. l.* 12. *supr. arbit. tut.* 15 Heredes tutoris tenentur ex eo, quod defunctus a se vel ab alio non exegit. 16 Heredes defuncti tenentur id, quod ad eos pervenit, restituere. 17 Heres tutoris tenetur de neglectis a defuncto.

18 *l.* 4. *supr. arbit. tut. l.* 2. *l. ult. in fin. supr. tit. prox.* 19 Tutor qui tutelam non gessit, si quidem is qui eam gessit idoneus est, non convenitur: sin ille solvendo non est convenitur: propterea quod contutorem ut suspectum non removerit. *Synops. Basil.* 37. *tit.* 11. *ex tit.* 16. *cap.* 1. 20 *l.* 6. *supr. arbitr. tut. l.* 3. §. 2. *l.* 39. §. 11. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 4. §. 3. *ff. rem pupill.* 21 Accusare alium non videtur, qui judicis officium advocat & implorat, ut judex in eum de quo agitur, inquirat. 22 *l.* 1. *infr. de obsequiis. l.* 16. *ff. de in jus vocando.* 23 Libertus patronum accusare ita non potest, ut patronus infametur, potest tamen recte judicis officium implorare, ut in patronum inquirat. Pone tutorem inquirente judice suspectum repertum esse damnatum ac remotum: eritne infamis? negant interpretes infamem fieri: quod nimirum, oblique postulante liberto infamis fieret, unde notant infamem non fieri, qui inquirente tantum judice officio tutelæ remotus sit. *Gloss. l. ult. supr. de suspect.* & *l.* 3. §. *præterea.* 4. *ff. de suspect.* adde Bart. *in l. infamem.* 7. *ff. de pub. judic.* 24 vide *l.* 8. *ff. de admin. & peric. tut. & seq.*

25 *l.* 3. *supr. arbit. tut. l.* 7. §. 10. *ff. de admin. & peric. tut.* 26 Usuræ pupillares hic sunt, quas tutores pupillis suis præstant, si pecuniam pupillarem suos in usus converterunt. *l.* 1. *infr. h. t. l.* 38. *ff. de negot.* si quam pecuniam pupillis suis debeant. *l.* 2. J. *h. t.* & eam a se non exigunt vel solvunt. *l.* 4. J. *h. t.* si pecuniam pupillarem cum possent idoneis hominibus non crediderunt, vel ex ea non emerunt prædia. *l.* 3. J. *h. t.* 27 *l.* 7. §. 4. *ff. de admin. & peric. tut.* 28 Centesimas. Accurs. *arg. l.* 38. *ff. de negot.* besses vel semisses. Hotom. 1. *de usur.* 7. Cujac. *hic.* Accursii opinionem sequitur Molinæus *de usur. quæst.* 76. *num.* 588. hic enim agi putat de magnis usuris: nullas autem majores esse centesimis. verum autor Synops. Basilicon 37. *tit.* 11. *ex tit.* 7. *cap.* 1. νομίμους τόκους, hoc est, legitimas usuras hic interpretatur ἡμικατοστιαίους semisses centesimæ, ubi in ora quoque hoc præterea observatur, semisses centesimas præstare eum, qui pecunia pupillari utatur, sed centesimas debitori ostendit. *l.* 38. *ff. de negot.* 29 *l.* 34. *ff. de usur.* 30 Pro more regionis. 31 Usuras in regione consuetas tutor debet, quoties convenitur ex sua persona vel contutoris. *l.* 1. §. 14. *ff. de admin. & peric. tut.* 32 Εὐπόροις προσώποις, id est, locupletibus. *l. ult. ff. rem pupilli.* vide Cujac. 8. *observ.* 30. & ita legendum apud autorem Synops. Basil. *tit.* 37. *tit.* 11. *ex lib.* 38. *tit.* 17. *cap.* 3. ubi perperam legitur ἑτέροις pro εὐπόροις, quod & ibidem in ora notatum est. 33 Alii legunt *nominibus*, utrumque rectum est, *Idoneis nominibus & Idoneis hominibus.* 34 *l.* 42. §. 7. *supr. de episcopis.* 35 Pecuniæ otiosæ sunt quas vel idoneis hominibus credere, vel in emptionem prædiorum convertere tutor non potuit, earum pecuniarum usuras non debet. vid. Paul. 2. *sent.* 14. §. *ult. l.* 12. *in fin. ff. de admin. & peric. tut.* 36 *l. un. supr. ut nemo invit. ager.* adde *l.* 2. *supr. de in lit. jur.* Ad hanc legem vide Mont. *de tutel. cap.* 37. *num.* 82. & Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 103. 163. 164. Ans. 37 Testes ad æternam rei memoriam recipi & interrogari petere is potest, qui rationes reddere paratus, morosum & in ea re fugientem habet adversarium. 38 Duobus modis cursus pupillarium usurarum impeditur, oblatione pecuniæ obsignatæ, & depositione. *l.* 1. *in fin. ff. de usur. l.* 28. §. 1. *ff. de admin. & peric. tut.* & oblatione quidem per denunciationem facta sæpius, & ad extremum apud acta jus dicentis protestatione facta per debitorem, sed & eo dicente se paratum esse parem rationem facere cum pupillo sine denunciatione & depositione. 39 Molinæus *de usur. d. loco q.* 39. & *n.* 205. 206. id intelligit de adulto talium denunciationum capace: capace, inquam, ex more regionis, cujus imbecillitatem supplendam esse existimat propinquorum præsentia. 40 Agendi tempus adversario constitui a judice recte postulamus. vide *l. diffamari.* 5. *infr. de ingenuis.*

41 *Lib.* 27. *D.* 7. 42 *l.* 7. *ff. h. t.* hodie sublata est electio, cum principalis sit conveniendus. *Novell.* 4. *c.* 1. 43 Cum tutore & cum fidejussore non potest pupillus in solidum agere. 44 Libello uno & eodem reus ejusque fidejussor conveniri non potest. 45 Nisi protesteris te una solutione contentum esse. *arg. l.* 1. §. *quia autem.* 4. *ff. quod legat.* Quid si fidejussor renunciavit beneficio novæ constitutionis: agi adversus eum potest. *Bald.*

Pro

Pro ea parte quam tutor ſolvit, liberatur fidejuſſor. Ex Salic.

2. Idem A. Priſco.

NOn eſt ambigui juris electo [1] reo & ſolvente fidejuſſorem liberari, & ideo ſi ſimpliciter [2] acceptus eſt fidejuſſor in id, quod tutor ſeu curator debiturus eſſet, cum [3] proponas tutorem ſeu curatorem condemnatum ſolviſſe, quid dubium eſt fidejuſſorem liberatum eſſe? Plane, ſi ſtipulatio rem ſalvam [pupillo] fore interpoſita eſt, vel cautum eſt in id [4], quod a tutore vel a curatore ſervari non poteſt, manet fidejuſſor obligatus ad ſupplendam tibi indemnitatem [5]. PP. 8. Kalend. Auguſt. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

TIT. LVIII.
DE CONTRARIO [6] JUDICIO TUTELÆ.

Actio extincta cedi non poteſt. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Stratoni.

SI pro contutore judicato pecuniam ſolviſti [7]: nullum judicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur [8] tibi adverſus liberatum actio. Quod ſi nomen emiſti: in rem ſuam procurator datus, heredes judicati poteris convenire. PP. 7. Kalend. Mart. FABIANO & MUTIANO CONSS. 202.

Tutor non ex propria, ſed contutoris culpa condemnatus ſolvens, habet beneficium ceſſionis, & utilis actionis. Salic.

2. Imp. ANTONINUS A. Primitivo.

SI non ex propria [9] culpa ſolus pupillæ condemnatus es, ſed abſens & indefenſus acquieviſti [10]: cum ex cauſa judicati ſatisfacere cœperis, actiones adverſus contutores tuos mandari [11] tibi a pupilla deſiderabis, vel utili [12] actione uteris. PP. 2. Idib. Octobr. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Pro illa parte ad quam pupillus ſuccedit tutori, extinguitur actio tutelæ. Salic.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Theſidi.

SI pater tuus, quem privigni [13] ſui tutelam adminiſtraſſe proponis, teſtamento recte facto, pupillo etiam quondam ſuo herede inſtituto, deceſſit: quoniam nonniſi [14] pro portione hereditaria tutelæ petitionem confuſione conſtet extingui, pro reſidua parte ſuccedentem patri, tutelæ te convenit apud competentem Judicem reddere rationem, qui ſecundum bonam fidem, eorum etiam quæ patrem tuum in rem ejus erogaſſe dicis, admiſſa compenſatione, reliqui (ſi quid amplius debetur) faciet condemnationem. Quod ſi ſciens amplius in rem ſuam erogatum agendum propterea tutelæ non putaverit: eum contrario judicio convenire potes. S. 18. Kal. Jan. CC. CONSS. 293.

TIT. LIX.
DE AUCTORITATE [15] PRÆSTANDA.

Pupillus poteſt ſibi ſtipulari ſine tutore, ſed non actionem remittere. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Antoniano.

NEque tutoris, neque curatoris abſentia quicquam ſtipulationi [16] pro pupillo [vel [17] adulto] habitæ nocet. Sine die. AA. CONSS.

2. Iidem AA. & CC. Serenæ.

NEque actiones ſine tutoris auctoritate in ætate pupillari conſtituta remittendo [18] quicquam amittere poteris. S. 17. Kalend. Maji. CC. CONSS. 293.

Emens a pupillo ſine tutore, non præſcribit. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Cajo.

EUm qui a pupillo ſine tutoris auctoritate diſtrahente comparavit [19], longi temporis ſpatium non defendet. S. 3. Kalend. Decembr. CC. CONSS. 293.

Minor non poteſt eſſe in judicio criminali ſine tutoris, vel curatoris auctoritate. Salic.

4. Imp. JUSTIN. A. Joanni P.P.

CLarum poſteritati facientes, ſancimus, omnino debere, & agentibus, & pulſatis in criminalibus [20] cauſis minoribus vigintiquinque annis adeſſe [21] tutores, vel curatores, in quibus [22] caſibus [adultos, &] pupillos leges accuſari concedunt: cum cautius & melius ſit cum ſuaſione [23] perfectiſſima, & reſponſa facere minores, litemque inferre, ne ex ſua imperitia vel juvenili calore aliquid, vel dicant [24], vel taceant [25], quod ſi fuiſſet prolatum, vel non expreſſum, prodeſſe eis poterat, & a deteriore calculo eos eripere. Dat. 10. Kal. Mart. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

In omnibus actibus ſufficit auctoritas unius tutoris, niſi adminiſtratio ſit diviſa. Bald.

5. Idem A. Joanni P.P.

VEterem dubitationem amputantes, per quam teſtamentarii quidem vel per inquiſitionem dati tutoris & unius auctoritas ſufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diverſis regionibus deſtinati: legitimi autem, vel ſimpliciter dati omnes conſentire compellebantur: Sancimus, ſi plures tutores fuerint ordinati, ſive in teſtamento [26] paterno, ſive ex lege [27] vocati, [ſive] a judice [28], vel ex inquiſitione, vel ſimpliciter dati, unius [29] tutoris auctoritatem [pro] omnibus tutoribus ſufficere, ubi [30] nondum diviſa eſt adminiſtratio, vel pro regionibus, vel pro ſubſtantiæ partibus: ibi etenim neceſſe eſt ſingulos pro ſuis partibus vel regionibus auctoritatem pupillo præſtare: quia in hoc caſu non [31] abſimiles eſſe teſtamentariis, & per inquiſitionem datis legitimos, & ſimpliciter datos jubemus: eo quod fidejuſſionis onere prægravantur, & ſubſidiariæ [32] actionis adminiculum ſperatur. † Sed hæc omnia ita accipienda ſunt, ſi non res quæ agitur, ſolutionem [33] faciat ipſius tutelæ: ut puta ſi pupillus in [34] arrogationem ſe dare deſiderat. Etenim abſurdum eſt ſolvi tutelam non conſentiente, ſed forſitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus: Tunc etenim, ſive teſtamentarii, ſive per inquiſitionem dati, ſive legitimi, ſive ſimpliciter creati ſunt: neceſſe eſt omnes ſuam auctoritatem præſtare: *Ut quod* [35] *omnes ſimiliter tangit, ab omnibus comprobetur.* † Quæ omnia ſimili modo, & in curatoribus obſervari oportet. Dat. Kal. Septemb. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. LX.
QUANDO TUTORES VEL CURATORES ESSE DESINANT [36].

Pubertate finitur officium curatoris adjuncti ſimul cum officio tutoris cui adjungitur.

1. Imp. ANTONINUS A. Hernulæ.

SI curatores tutoribus adjuncti ſunt: pubertate [37] pupilli tam tutorum, quam [curatorum adjunctorum [38]] officium finiri: ideoque alios propter ætatis infirmitatem curatores eſſe dandos, manifeſtiſſimum eſt. PP. 4. Kal. Auguſt. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Pupillus non poteſt caſſare tutorem. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Menippo.

TUtoris officium ex ſola voluntate pupilli non finiri certiſſimum [39] eſt. S. 13. Kal. Februar. CC. CONSS. 293.

Pubertas non ex inſpectione, verum ex ætate æſtimanda.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

---

1 An electo tutore fidejuſſor liberetur. 2 Fidejuſſor tutoris duobus modis obligari poteſt, uno modo pure ac ſimpliciter, *ut hic.* Altero, ſi non idoneus ſit tutor. *verſ. plane.* Prior formula pura eſt: Altera conditionalis: utraque tamen recta eſt ac legitima. 3 Solvente reo liberatur fidejuſſor. 4 Duobus modis fidejuſſor tutoris obligari poteſt, vel ſimpliciter, vel in omnem cauſam. 5 Quid fidejuſſorem, fietne citra novum judicium executio? ſic videtur. Nam qui fidejubet apud acta judicii, fidejuſſor eſt, etiamſi voluntaria juriſdictione non contentioſa fidejuſſerit. Tutius tamen eſt, ut id recte poſſit fieri, fidejuſſorem nominatim obligari non debiti modo, ſed etiam judicati nomine, *arg. l. ult. infr. de uſur. rei judic.*

6 *Lib.* 27. *D.* 4. De contrariis judiciis, vide Cujac. 9. *obſervat.* 2. 7 Et ita extincta obligatione. hoc innuit: Extinguendam, non jam extinctam actionem, cedi poſſe. 8 *l.* 36. *ff. de fidejuſſor. l.* 76. *ff. de ſolut.* 9 Tutor ob contutoris culpam condemnatus ſi ſolverit, actiones in contutorem, ſibi cedi poſtulare poteſt. 10 Id eſt, non appellaſti. 11 Id eſt, cedi. vide *l.* 2. *C. de divid. tutela. l.* 20. *in fin. ff. de tut. & rat. l.* 4. *C. de in lit. dando.* 12 Tutori adverſus contutorem utilis eſt actio, *ut hic:* & duumviro adverſus collegam. *l.* 2. *§.* 9. *ff. de admin. rer.* 13 Vitricus privigno tutor eſſe poteſt. *l.* 2. *ſupr. de interdict. matr. l.* 32. *§.* 1. *ff. adopt.* dixi ad *l.* 1. *ſupr. ubi pupill.* quod verum Bald. exiſtimat, ſi ei curator adjungatur. Cur? vide eundem. 14 *l.* 6. *ſupr. de hered. act.*

15 *De auctoritate tutorum* 1. *Inſt.* 21. *de Auctoritate & conſenſu tutorum Lib.* 26. *D.* 8. περὶ αὐθεντίας ἢ συναινέσεως ἐπιτρόπων. 37. *Eclog.* 6. Autoritas approbatio tutoris expreſſa. 16 Pupillus ſine tutore ſibi ſtipulari poteſt. *l.* 9. *ff. h. t. Inſt. eod. in pr. l.* 7. *C. de contr. ſtipul.* 17 Hæc negatio deeſt. *l.* 101. *ff. de verb. oblig.* Goth. Vide *ibi notat.* S. L. 18 Pupillus ſine tutore actionem remittere non poteſt. 19 Emens a pupillo ſuo tutor non præſcribit. 20 Minor non poteſt eſſe in judicio criminali ſine tutoris auctoritate. *Salic.* pupillus tutore; adultus curatore ea in re indiget. Poſſis quoque dicere in judicio criminali, & ad litem criminalem curatorem pupilli dari. *arg. l. propter.* 7. *C. ad l. Jul. de adult.* Quid ſi lis inſtituta contra minorem vigintiquinque annis fuerit, nullo prius illi dato curatore? ipſo jure nulla fuerit: Boſſius *tit. ſi adverſus rem judicatam.* Roland. 1. *conſ.* 31. *num.* 1. idque receptum in regnis Hiſpanicis eſſe, Placa retulit 1. *delict.* 32. *num.* 12. In Italia diverſum. Ferrarienſ. *in forma inquiſitionis, in verbo,* & in Gallia. Imbert. *in Enchiridio. in verbo, Autoritas.* Rebuff. *in proœm. conſtit. gl.* 5. *n.* 71. Moventur Itali & Galli quod in delictis minor vigintiquinque annis, major tamen quatuordecim habeatur in omnibus pro majore, præcipue ſi delictum confitetur. Boſſ. 1. *de confeſſis, n.* 69. adde *l. un. C. ſi adverſ. delict. l.* 37. *§.* 1. *ff. de minorib.* Poteſt tamen ætas ad elevationem pœnæ ei prodeſſe. Clar. 5. *ſent. §. ult. quæſt.* 50. *in princ.* vide tamen quæ mox dicuntur. *Goth.* Adde Montan. *de Tutel. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 74. Anſ. 21 Id eſt, auctoritatem interponere. Jure veteri præſentia vel conſilium tutoris ſufficiebat pupillo volenti accuſare. *l.* 7. *C. ad leg. de adult. l.* 2. *§.* 1. *ff. de accuſ.* Paul. 5. *ſent.* 12. *§.* 4. 22 An hæc ſententia eſt, Accuſari non de omni crimine adulti & pupilli poſſunt? an potius hæc de quocunque poſſunt, & in eo ab impuberibus differunt? in criminali cauſa pupillis tutor: adultis, curator: minoribus tutor & curator datur. *Bald.* 23 Suaſio perfectiſſima hic eſt auctoritas tutoris vel curatoris: nempe quaſi ſuadeat pupillo ſuo tutor. Auctoritas ergo ſuaſio eſt. 24 Confeſſio minoris in judicio criminali ſine autoritate curatoris non obligat ipſum minorem. Quid ſi curatorem non habeat? idem: exploſa Petri opinione: qui putabat eo caſu valere minoris confeſſionem, licet reſtitueretur. *l. certum.* 6. *§.* 5. *ff. de confeſſis.* Itaque minor in judicio ſine curatoris autoritate confeſſione ſua obligari non poterit, ut qui neque teſtes producere, neque alios actus ſibi præjudiciales ſine curatoris autoritate poſſit in judicio facere. Quid? eademne eſt ea in re adulti & pupilli ratio? eadem, exploſa quoque Dyni ſententia: Nam hic pupillus & adultus comparantur, ſi non idem ſunt. Quid ſi non de judicii ſolennitate, ſed de veritate perveſtiganda agitur: Nicolaus Matharellus putat hoc poſteriore caſu citra curatoris autoritatem confeſſione ſua minorem in criminali judicio obligari. *arg. l. ſi fidejuſſor.* 29. *§. quædam.* 4. *ff. mandati.* Quid ſi confeſſio minoris qua de agitur, non ſit voluntaria, ſed tormentis elicita? Confeſſioni adulti ſtari præcedentibus indiciis putat Jacob. Butrigarius, quod non alias verum putat Baldus, quam ſi præſente curatore cauſa cognita ante quæſtionem fuerit interrogatus. In hac enim ſpecie conſequentem quæſtionem, executionem quandam antecedentis cognitionis videri. *arg. l. ſi poſtulaverit.* 27. *§. quæſtioni.* 7. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Quid ſi non in ſe, ſed in alium minor in judicio criminali fateatur? non eſt neceſſaria curatoris autoritas. *argument. l. ultim. C. ad SC. Silan.* Quid ſi extra judicium veriſimiliter quid in ſe minor confeſſus eſt? in eadem permanere in judicio cogi poteſt. *l. quæro.* 58. *in fin. ff. de ædilit. l.* 25. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 1. *C. ſi quis Imperator. l. milites.* 8. *§. oportet. C. de quæſt.* Quid ſi confeſſus ſit coram judice incompetenti? Eandem confirmare coram judice competente cogitur, ſi modo ex tali confeſſione orta eſt ſuſpicio vel fama. *c. etſi.* 4. *extr. de judic. c. Innocent. c. per inquiſitionem.* 26. *extr. de elect. c. cum ſuper. extr. de confeſſ.* 25 Confeſſus aut pro confeſſo minor ex contumacia non habetur, niſi interveniat curatoris autoritas, *ut hic.* 26 Tutores teſtamentarii. 27 Legitimi tutores a lege vocantur. 28 Dantur tutores a judicibus, vel ex inquiſitione vel ſimpliciter. 29 In omnibus cauſis ſufficit unius tutoris vel curatoris autoritas: niſi auctoritas ſit diviſa, vel actus ſit, quo tutela finiatur. *l.* 4. *ff. h. t.* Ulp. 11. *§.* 26. *l.* 1. & 2. *ſupr. ſi ex pluribus. l.* 3. *l.* 24. *§.* 1. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 7. *in fin. ff. de cur. fur. l.* 5. *§.* 7. *ff. jud. ſolvi.* adde Cujac. 17. *obſerv.* 8. 30 Prima exceptio. 31 Olim erant abſimiles. vide Ulp. 11. *§.* 26. 32 In magiſtratus municipales. 33 Secunda exceptio. 34 *l.* 8. *l.* 17. *§.* 1. *ff. de adopt. l.* 14. *ff. de tutel. §.* 1. *Inſt. quib. mod. tut. finit.* 5. Gell. 19. 35 Facit *l.* 8. *ff. de aqua & aquæ pluv. c. quod omnes.* 29. *de reg. jur. in* 6.

36 Quibus modis tutela finitur. 1. *Inſt.* 22. 37 Tutela pubertate finitur, *ut hic. & Inſt. h. t. in princ. l.* 2. *ſupr. in quib. caſibus tut. hab. l.* 25. *ff. de tut. dat. l.* 4. *ff. de tut. & rat.* Sed tamen generali quadam locorum conſuetudine, præſertim Germaniæ, tutoris & adminiſtratoris officium, & per conſequens ejus periculum ad legitimam uſque ætatem adultorum puta, 25. annum continuatur, cujus conſuetudinis rationem vide apud Gail. 2. *pract.* 96. 38 Finito principalis officio finitur officium adminiculi & adjuncti. adde *l. quæſitum.* 12. *ff. de tut.* 39 Certis enim tantum modis iiſque per legem introductis finitur. facit *l.* 10.

Indecoram [1] observationem in examinanda marium pubertate resecantes, jubemus quemadmodum fœminæ post [impletos] duodecim [2] annos omnimodo pubescere judicantur, ita & mares post excessum quatuordecim [3] [annorum] puberes [4] existimentur: indagatione [5] corporis inhonesta cessante. Dat. 8. Id. April. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LXI.
DE ACTORE A TUTORE SEU CURATORE DANDO.

Etiam pater tutor filii non constituit procuratorem, sed actorem ante litem contestatam. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Alphocrationi.

Si sui juris constituti filii tui, matri successerunt: licet [6] te tutorem eorum esse probetur, tamen non [7] per procuratorem, sed actorem [8] decreto constitutum a te, res eorum te absente peti convenit. S. Non. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

TIT. LXII.
DE EXCUSATIONIBUS [9] [TUTORUM ET CURATORUM] ET DE TEMPORIBUS EARUM.

Spado a tutela non excusatur.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Aviolæ.

Falsa suasione credis te propterea quod *spado* [10] sis, immunitatem a tutelis habere. PP. Kalend. Maji, CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De rebus provincialibus.

2. Iidem AA. Habentiano [11] & Cosconio.

Si curatores dati estis generaliter [12], nec [13] decreto significatum est, *Italicarum tantum rerum* vobis munus injunctum: adire debetis competentem judicem, ut vos a provinciali administratione liberet [14]: Quod si factum fuerit, petent sibi in provincia curatores adolescentes. PP. 8. Kalend. Septembr. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

Ingenuus *a tutela libertini excusatur.* Salic.

3. Iidem AA. Crispino.

Excusationis quidem tuæ, si ingenuus [15] libertino tutor datus es, certa causa est. Sed cum te Præses provinciæ audiendum non putaverit propter præscriptionem, quasi tardius adires, nec a decreto provocaveris: intelligis parendum esse sententiæ. PP. Idib. Mart. ALBINO & ÆLIANO CONSS. 207.

De Marito ignorante.

4. Imp. ANTONINUS A. Agatho [Dæmoni.]

Amplissimi ordinis consulto [16], qui [17] pupillam suam uxorem ducit, nuptias contrahere non [18] intelligitur, & tamen infamis [19] constituitur. Sed si tu Demetriæ [20], cum eam in matrimonio haberes, absens & ignorans curator constitutus es: potes esse securus, dum tamen alius substituatur. Non enim [debet] ignorantiæ maritorum, amplissimi ordinis consulto fraus quæri. PP. 11. Kal. Jul. SABINO & ÆLIANO CONSS. 207.

De libertis.

5. Imp. ALEXAND. A. Basilio.

Libertos [21] a tutela vel cura liberorum patroni seu patronæ nullam excusationem impetrare [posse,] amplissimus ordo, auctore D. Marco, censuit. Et ideo nec illud eis prodesse debet, quominus curatores etiam inviti patroni seu patronæ liberis dentur, quod eorundem tutelam administraverunt.

De termino, intra quem excusationes proponi debent.

6. Idem A. Maximiano.

Quinquaginta [22] dies, qui præfiniti sunt ad professionem excusationis iis qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum Prætoris, aut testamentum parentis notum [23] factum fuerit ei qui ad munus vocatus fuerit, ipsa constitutio, quæ hoc induxit, sanxit. Sed si quis in ejus temporis computatione ab eo, cujus de ea [re] notio fuerit, injuriam passus, non provocavit: acquiescere [rebus] judicatis debet. PP. 3. Non. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Creditor *vel* debitor *non excusatur.*

7. Idem A. Antonino.

Neque a tutela, neque a cura ideo quis excusatur, quod creditor [24] sive debitor ejus est, cui tutor sive curator datus est: sed participem in munere habere debet, ut si res exegerit, is qui alieno auxilio eget, defendatur. PP. 3. Id. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Coloni fisci *non excusantur.*

8. Idem A. Maximo.

Coloni (id est conductores prædiorum ad fiscum [25] pertinentium) hoc nomine [26] excusationem a muneribus civilibus non [27] habent: ideoque injunctæ [28] tutelæ munere fungi debent. PP. 4. Kalend. Februar. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

Oculo amisso *a tutela suscepta tutor non excusatur.*

9. Idem A. Romano.

Frater [tuus] non ideo a tutela, vel cura excusari debet, quod oculum [29] amisit: proinde intelligis munus susceptum eum deserere non posse. PP. Kalend. Februar. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

Exactores tributorum excusantur.

10. Idem A. Crispino.

Exactores [30] tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam tractaverint, non solum ab oneribus, sed etiam a tutelis vacationem habere, dubitare non debuisti. Dat. Id. August. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De bonis existentibus in alia provincia.

11. Idem A. Hylæ.

Testamento tutor datus, ut a bonis his excusareris, quæ pupilli tui in illa [31] provincia, quam unde es, ubique moraris, possident: intra quinquagesimum diem postulare debuisti. Quod si facere cessasti: excusatio quidem temporis præscriptione summovetur: sed propter [32] late diffusum patrimonium, an tibi adjungi aliquos curatores oporteat, Præses provinciæ, si te insufficientem deprehenderit, æstimabit. PP. 8. Id. Dec. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De tutela voluntaria.

12. Imp. GORDIANUS A. Valentino.

Voluntariæ [33] tutelæ munera privilegiis [34] nihil derogant [35]. PP. 2. Kal. Nov. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

ff. de off. procons. & inviti tutela continentur. 1 De qua mox dicam. 2 *l.* 13. §. 2. *ff. de tut. dat.* quod quanquam Justinianus sibi tribuat, videtur tamen aliunde sumpsisse. Tertullianus *lib. de velandis virginibus: Tempus*, inquit, *Ethnici observarunt, ut ex lege naturæ jura sua ætatibus reddant. Nam fœminas quidem a duodecim annis, masculos a duobus amplius annis ad negotia admittunt.* 3 Fuit & id quoque desumptum aliunde ex Proculi scilicet schola. Ulp. 11. §. *ult.* Hinc Tertullianus *lib. de anima c.* 20. *Pubertatem*, inquit, *animalem cum carnali dicimus convenire:* pariterque & illam suggestu sensuum, & istam processu membrorum exurgere a decimo quarto fere anno, quia Asclepiades inde sapientiam supputat, nec quia jura civilia abhinc agendis rebus obtemperant: sed quod & hæc de primordio ratio est. Hanc etiam definitionem fuisse pubertatis jure receptam Macrobius refert 7. *Saturn.* 7. Idem 1. *in somnium* 6. *Post annos bis septem ipsa ætas necessitate pubescit.* Ideo tutela pueris quasi virile jam robur absolvitur, de qua tamen fœminæ propter votorum festinationem maturius biennio legibus liberantur. 4 Pubertas igitur in masculo quatuordecim, in fœmina duodecim annis definitur, ut hic, *& l.* 5. *ff. qui test. fac. l.* 2. *ff. de vulg.* §. 1. *Inst. de nupt. Novell.* 119. Ulp. 11. §. *ult.* Tertull. *lib. de anima c.* 20. *& lib. de velandis virginib.* Macrob. 1. *in somn.* 6. *&* 7. *saturn.* 7. hujus definitionis cognitio utilis est: quippe impubes nuptias contrahere non potest, *ut hic.* testari, *l.* 4. Ɉ. *qui testam.* testimonium dicere, *l.* 19. *in fin. ff. de testib.* torqueri, *l.* 10. *ff. de quæst.* obligari sine tutoris autoritate. *l.* 3. *S. de aut.* Plena vero pubertas in masculo decimo octavo, in fœmina decimo quarto anno finitur, *l.* 40. §. 1. *ff. de adopt. l.* 1. §. 3. *ff. de post. l.* 14. §. 1. *ff. de alim. l.* 57. *ff. de re jud.* §. 3. §. *ult. Inst. quib. ex caus. manumitt. Nov.* 115. *c.* 3. *in fin. l.* 19. *C. Th. de decur.* Plena vero ætas in masculo viginti annis, in fœmina octodecim. *l.* 2. *in princ. &* §. 1. *C. de his, qui veniam ætat. Novell. Leon.* 28. 5 Olim pubertas probabatur ex habitu, Ulp. 11. §. *ult. Inst. h. t. in pr.* vel aspectu, *l.* 3. *supr. si minor se major. l.* 32. *ff. de minor.* ex aspectu, ut Cujacius putat. *d. tit. si minor.* necessariæ partis, Aristophanes: σφῆκας πώδων δοκιμαζομένων αἰδοῖα παρέσι θεᾶσθαι. Plato 11. legum. τὴν τῦ τῶν γάμων χρίνυ συμμετρίαν τε ἢ ἀμετρίαν ἡ δικάςης σκοπῶν· κρινέτω γύμνυς μὲν τὰς ἄῤῥενας, γυμνὰς δὲ ὀμφάλυ μέχρι θεώμενος τὰς θηλείας. Quintil. *de clamat.* 279. *Postea nudari filium atque in conspectu judicis constitui cogit.* Idem *in instit. quæstionem hanc centumviralem esse ait, pubertas annis, an habitu æstimetur.* Habitum Dioclet. videtur appellare vigoris vestigium. *l.* 4. Ɉ. *qui testament.* verum Rævardus 4. *variar.* 10. veteribus Romanis indecoram hanc corporis inspectionem in usu non fuisse putat: & Justinianum illo Platonis loco deceptum, quæ de habitu, hoc est, dispositione, figura & forma corporis honeste dicta erant, ad hanc indecoram inspectionem inepte transtulisse. Quo etiam loco notat masculos anno decimo quarto, etiamsi generare non possent, ipso tamen facto puberes fuisse declaratos. solebant enim masculis ad annum usque decimum quartum comæ nutriri. Martialis 3. *epigr.* 58. *Et pædagogo non jubente parere gaudent villico capillati. Eo elapso spatio, comæ insigne pubertatis præcidebantur.* Porphyrio *in Horatium.* Martialis 6. *Epigr.* 52. *Hic jacet in tumulo raptus puerilibus annis Pantagathus domini cura dolorque sui. Vix tangente vagos ferro resecare capillos Doctus, & hirsutas excoluisse genas.* Persius *satyr.* 3: *quibus indetonsa juventus Invigilat siliquis, & grandi pasta polenta.* Scribit etiam Julius Sabinus *in Virgilium*, aris alicujus Dei detonsas tempore pubertatis comas fuisse consecratas.

6 Tutor propter absentiam non dat curatorem, sed actorem. *l.* 10. *in fin. supr. qui dare tutor.* qui & adjutor. *l.* 13. §. 1. *ff. de tut.* 7 Tutor potest tutelam administrare per actorem: non per procuratorem: Bart. etiamsi pater tutor filii esse proponatur. *hac l.* Bald.

8 Actor appellatur, quia plerumque litis causa datur. *l.* 10. Ɉ. *de appell. l.* 31. §. 6. *ff. de negot. l.* 24. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 6. *ff. quando ex facto tutoris.* §. *ult. Inst. de curatorib.* 9 Dixi ad *L.* 27. *D.* 1. 10 *Eunuchus* tutor datus immunitatem non habet. *Syn. Bas.* 38. *tit.* 1. *c.* 46. *l.* 15. *ff. h. t.* 11 Adventiano. vide Cujac. 15. *obs.* 3. 12 Curator generaliter datus intelligitur etiam datus ad bona extra provinciam sita, ut eorum nomine etiam teneatur, sed etiam facile ab illis obtinere solet liberationem. 13 Atqui videtur neminem posse curatorem dare bonis quæ sita vel posita sunt extra provinciam suam. *l. pupillo.* 27. *ff. de tut. & curat. dat.* an hic dicemus cum Accurs. curatorem a Principe datum, vel ab alio ejus mandato, atque ita ab eo qui jurisdictionem quoque in provincia habeat? An potius cum Bartolo, provincialibus etiam bonis curatorem recte dari ab eo, qui jurisdictionem habeat in personam adulti: exemplo tutorum, qui, si ab eo dati sint, qui jurisdictionem habeat in personam pupilli, dati quoque intelliguntur, ut administrent bona pupilli in quacunque provincia posita. *l.* 1. *supr. ubi pet. tut. l.* 1. *ff. de tut. & curat. dat.* 14 *l.* 19. *l.* 21. *in fin. ff. h. t.* adde *l.* 24. *ff. de admin. & peric. tut.* 15 Ingenuus excusatur a tutela libertini. *l.* 1. §. 4. *l.* 44. *ff. h. t.* quod si rejicitur excusatio, appellare debet: alias tenetur. *l.* 27. *in fin. ff. de tut. vel curat. dat.* 16 *l.* 1. *supr. de interd. matr.* Imo oratione D. Marci. *l.* 15. *ff. de sponsal. l.* 60. §. 5. *ff. de ritu.* vide quæ scripsi ad *l.* 7. *infr. de prædiis minorum.* 17 vide *supr. de interdict. matrim. inter pupill. & tut.* 18 *l.* 7. *ff. ad leg. Jul. de adult.* 19 *l.* 7. *supr. de interdicto.* 20 Uxori. Si maritus ignorans curator datur uxori, a pœna Senatusconsulti excusatur: si tamen alium substitui petierit. vide *l.* 2. *supr. qui dare tut.* 21 Libertus nullo modo excusatur a tutela vel cura filiorum patroni, adeo ut quamvis eorum tutor fuerit, ab eorum cura gerenda non excusetur. *l.* 1. §. 4. *l.* 14. *ff. h. t. l.* 14. *ff. de tut. dat.* vide tamen Paul. 2. *sent.* 28. §. 2. 22 Quinquaginta dies excusationum incipiunt cedere, posteaquam tutor decretum prætoris, aut testamentum quo tutor datus est, cognoverit. *Synops. Basil. d. tit.* 1. *c.* 50. Igitur ignoranti non currit aut elabitur tempus excusationibus constitutum a lege, *ut hic, & l.* 13. §. 1. *ff. h. t.* Eadem ratione Bartolus *in l. quandiu.* 5. Ɉ. *qui admitti.* negat, ignoranti tempus jurisjurandi currere. 23 Tempus se excusandi a tutela non currit ignoranti. 24 *l.* 8. *S. qui dare tutores.* Hodie creditores & debitores pupilli excusantur ab ejus tutela. *Nov.* 72. *c.* 1. 2. 25 *l. ult. supr. qui dare tutor.* adde *l. unic. S. ne tutor vel curator vectig.* Aliud in conductore vectigalium civitatis alicujus. *l.* 15. §. 10. *ff. h. t.* 26 Præsertim si præsentes negotium exercent. *l.* 8. §. 1. *ff. de vacat. mun.* in aliis liberantur. *l.* 5. §. 11. *ff. de jure immunit.* Dicamus, muneribus fungi posse, sed tamen sine damno fisci, quod ut fieri recte possit, præsidis notionem esse. *l. ult.* §. 1. *ff. ad municip.* 27 Adde *l. ult. S. qui dare tutores. l.* 1. Ɉ. *ne rusticani ad ullum obsequium. l.* 1. Ɉ. *de agricol. & cens.* 28 A præside. *d.* §. 11. 29 Dixi ad *l.* 3. *supr. qui dare tutores.* aliud in cæco. *l.* 40. *ff. h. t. l.* 1. Ɉ. *qui morbo.* 30 Facit *l.* 22. *in fin. l.* 41. *ff. h. t.* §. 1. *Inst. h. t.* 31 Tutor testamentarius tenetur bona administrare etiam extra provinciam constituta, præterquam si ab his se excusaverit: quo nomine curator ei adjungi solet. dixi ad *l.* 5. *supr. qui dare tut.* 32 *l.* 3. *supr. in quibus casibus tut. vel cur. habent.* 33 *Voluntaria*, Hal. 34 *l.* 30. §. 2. *l.* 31. *in fin. ff. h. t.* facit *l.* 7. *S. de usur. l.* 28. *S. de pact. l. ult. supr. ne uxor pro marito.* adde quæ scripsi ad *l.* 6. *ff. de usur. l.* 1. Ɉ. *de fidejussoribus. Novell.* 1. *cap.* 1. *l.* 19. Ɉ. *de agricolis.* 35 Privilegium jusve excusandi se ab officio tutelæ vel curæ qui habet: si munus subiit, exinde non potest (quantum ad munus sponte susceptum) se excusare. An & ab aliis similibus in futurum? potest. vide Wurmser. 1. *pract.* 38. *obs.* 6. Per actum uni rei tan-

Libertus,

Libertus, unus senatoris etiam excusatur.

13. Idem A. Apollinari.

NE Senatorum [1] quidem liberi [2], nedum cæterorum, propterea quia patronorum negotia gerunt [3], a muneribus civilibus habent immunitatem: tantummodo etenim unus [4] Senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, a tutela sive cura vacationem habet. PP. 10. Kalend. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De tutore nominato ut injuriam redimat vel litiget.

14. Idem A. Heraclidæ.

SEveriter Præses provinciæ exequetur, si animadverterit avunculum tuum propterea nominari tutorem, ut metu hujusmodi creationis a [5] Magistratibus injuriam redimat [6]. Quinetiam, si aliqua ei excusatio competit, & non alia causa nominatus est, quam ut [7] lite fatigetur: quod in eam rem absumptum fuerit, is qui eum nominavit, juxta formam constitutionum ei reddere cogetur. PP. Idib. Septemb. GORD. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Si judicio excusationis pendente tutela finiatur.

15. Idem A. Tauro.

QUanquam in tutela detentus, eo quod excusatio, quam objiciebas, non est admissa [8], provocationis auxilium flagitaveris; & in medio tempore hi, quorum meministi, in adulta ætate agere cœperint [9]: tamen non [10] eo minus causa interpositæ provocationis propter periculum administrationis ejus temporis judiciorum more examinanda est. PP. 8. Kalend. Novembr. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

Lis de hereditate.

16. Imp. PHILIPPUS A. Theodoto.

SI (ut allegas) tutor his datus es, cum quibus disceptationem [11] hereditatis tibi esse proponis, & tempora [12] antiquitus excusationibus præstituta etiam nunc opitulantur: adire Præsidem provinciæ potes, formæ super ea [re] statutorum principalium obtemperari pro sua gravitate jussurum. P.P. 10. Kalend. August. PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

De dato curatore nurui suæ.

17. Impp. GALLIENUS & VALERIANUS AA. Epagatho.

LIcet Orationis sub D. Marco habitæ verba deficiant: is tamen qui post contractas nuptias nurui [13] suæ curator datur, excusare se debet, ne manifestam sententiam [14] ejus offendat, & labem pudoris contrahat. Dat. 6. Id. Januar. VALERIANO II. & LUCIANO [15] CONSS. 256.

Non appellari sed excusationem proponi, si pupilli pater usumfructum omnium bonorum uxori suæ reliquerit.

18. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Sabino & aliis.

TUtores nominatos appellationem [16] interponere necesse non habere, certissimi juris est. Quapropter licet non appellasti: si quam te excusationem habere confidis, intra tempus quod Divi Marci constitutione præscriptum est, hac apud Præsidem provinciæ uti non prohiberis. Nam quod [17] omnium [18] bonorum patrem pupilli usumfructum reliquisse quondam uxori suæ proponis, ad excusandos vos a tutela non est idoneum. Dat. Non. April. CC. CONSS.

De eo qui matrem pupillæ convenire vult.

19. Iidem AA. & CC. Dionysio.

INusitatam rem desideras, de tutela filiæ te dimitti postulans, quod [19] te posse contrario tutelæ judicio matrem [20] ejus convenire contendis. Sine die & CONSS.

Si is qui tutor fuit, curator detur.

20. Iidem AA. & CC. Cratino.

CUrator adultis nominatus, quorum tutor antea fueras, invitus [21] in administratione teneri non potes [22]. Proinde si dies [23] excusationibus præfinitis nondum excessit, uti competenti defensione potes. S. 10. Kalend. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De communione.

21. Iidem AA. & CC. Parammoni.

QUod res cum uterinis fratribus tibi communes [24] esse profitearis, ad excusationem tutelæ non est idoneum: cum harum divisio curatore dato fieri possit. S. 18. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De excusatione approbata.

22. Iidem AA. & CC. Hermodoro.

SI tutor nominatus decreto Præsidis, habens excusationem absolutus [25] es, ad te non pertinere periculum administrationis, manifestum est. Dat. 13. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De lite quam soror vel filii sororis tutoris habent cum pupillo.

23. Iidem AA. & CC. Neophyto.

HUmanitatis ac religionis ratio non permittit, ut adversus [26] sororem, vel filios sororis actionum necessitates [27] tutelæ occasione suscipias: cum & ipsius etiam pupilli cui tutor datus es, aliud videatur exigere utilitas: scilicet ut eum tutorem potius habeat, qui ad defensionem ejus non inhibeatur affectu [28]. Juxta formam igitur quam consulti dedimus, prætorem adiri oportet: ut & justo tuo desiderio, & pupilli ipsius commodo consulatur. S. 6. Kalend. Februar. *Sirmii*, TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

Navicularii excusantur.

24. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Flaviano P. P.

EXcusationem naviculariis [29] tutelæ sive curæ hactenus ipsis tribuimus, ut in hujusmodi officiis, minoribus sui tantum corporis obligentur. Datum 3. Non. Mart. *Mediolani*, AA. CONSS.

Silentiarii excusantur.

25. Imp. ANASTAS. A. Antiocho præposito sacri cubiculi.

VIros clarissimos sacri nostri palatii Silentiarios [30] circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. Dat. Kal. Januar. JOANNE & ASCLEPIONE CONSS. 500.

TIT. LXIII.

SI TUTOR VEL CURATOR FALSIS [31] ALLEGATIONIBUS EXCUSATUS SIT.

1. Imp. ALEXAND. A. Symmacho & Diotimo.

SI absentibus [32] necessariis personis, vel his, qui sua sponte vos defendere volebant; non [33] competentibus allegationibus, qui vobis tutores aut curatores dati erant, liberati esse a munere jussi sunt, ne eis circumvenisse judicis religionem prosit, præses provinciæ audiet vos: & si injustum [34] decretum extorsisse eos apparuerit, exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronunciabit, ex quo dati sunt. PP. 12. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Post sumptam administrationem frustra se quis excusat. Salic.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Aulizano.

TUtores [35] quos postea [36] quam bona pupillorum administraverunt, a præside provinciæ, quasi re integra excusari se impetrasse [37] adseveras, periculum administrationis evitare minime posse manifestum est. PP. 14. Kal. Jun. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

3. Iidem A. & C. Octavio.

SI, ut proponis, pars diversa ab administratione tutelæ seu curæ tuæ, itemque fratris tui ambitione [38] potius quam juris ratione se excusavit: periculo injuncti muneris minime liberata est. Sine die & Consule.

TIT. LXIV.

SI TUTOR VEL CURATOR REIPUBLICÆ [39] CAUSA ABERIT.

1. Imp. GORDIANUS A. Guttio.

QUi tutores vel curatores dati Reipub. [40] causa absuturi sunt, ad tempus se excusare debent a tutela, ne etiam medii [41] temporis periculo obstringantur. Quod quidem si tu fecisti, ejus intervalli quo abfuisti, periculum non debes pertimescere. Quod si id prætermisisti, ut priore loco is conveniatur, qui administravit [de] jure postulabis. PP. Id. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

tum contrarium non amittitur privilegium in aliis. 1 Aliud in liberto uxoris senatoris. Libertus enim non excusatur, quantumvis res uxoris administret. *l. 15. §. 8. ff. h. t.* 2 Liberti non excusantur a tutela, quod gerant patronorum suorum negotia: nisi patronus sit senator, & quidem masculus, & tunc unus tantum excusat. Quid si libertus jus aureorum annulorum impetravit? non excusabitur, etiamsi patroni gerat negotium, ut eodem jure censeatur, quo reliqui ingenui. *l. 43. 44. in fin. ff. h. t. l. 17. §. 1. ff. ad municip.* 3 Idem dicendum, si filiorum patroni tutelam gerunt. *l. 43. ff. h. t.* 4 Eadem ratio erit, si plurium patronorum gerant negotia. 5 Inquisitores criminales tenentur, si in inquirendo malo more versati sunt. *Bald.* malo more versatur inquisitor, qui ab innocente, innoxio & immerito pecuniam extorquet. 6 Nominans aliquem ad munera eo fine, ut se a nominatione redimat, criminaliter tenetur. *l. 3. l. 4. ff. de leg. Jul. repetundar.* 7 Nominans aliquem ad tutelam, ut lite fatigetur, ei ad expensas tenetur. 8 Appellari potest, si judex non admittit admittenda. *Bald.* 9 Accessoria litis inceptæ terminanda sunt, etiamsi lis principalis intereat. 10 vid. *l. 20. ff. de admin. & peric. tut.* 11 *l. 21. ff. eodem. §. 4. Inst. h. t. l. 7. supr. h. t.* 12 *l. 6. supr. h. t.* 13 Curator nurui datus debet se excusare. *l. 3. supr. de interdicto.* alias in infamiam incidit. 14 Eadem ubi æquitas est, ibi jus idem esse debet. 15 Lucillo, *Cassiodorus & omnes fastorum autores.* 16 A creatione tutoris non appellatur, sed excusatio proponitur. *l. 13. ff. h. t. §. 16. Instit. h. t. l. 1. §. 1. ff. quando appellandum.* sed tamen Cujacius ad *l. 4. ff. h. t.* a datione tutelæ appellari posse putat. Nominato excusatio permittebatur, excusatione non recepta. *d. §. 1. l. 16. ff. h. t.* appellabatur jure antiquo, hodie excusatio nuda sufficit sine appellatione, aut potius appellationis genere excusatio proponitur. dixi ad *l. 4. ff. h. t.* 17 Inopia pupilli non excusat a tutela. *Salic.* 18 Ut hoc pacto filius inops censeatur. Hodie filii legitima ususfructus etiam onere gravari non potest. *Novell. 18. cap. 3.* 19 Mater a tutela filii non excusatur, licet filio debeat. 20 Nemo ideo excusatur a tutela, quod matri futuri pupilli pecuniam crediderit. 21 *§. 18. Instit. h. t.* Paul. 2. *sent. 27. §. ult.* 22 Fallit hoc in liberto. *l. 5. supr. h. t.* 23 *l. 6. s. h. t. l. 16. ff. h. t.* 24 Communio non excusat a tutela. facit *l. 7. s. h. t. l. 2. s. de in litem dand. tutor. §. ult. Inst. de auctor. tut.* 25 Periculum tutelæ non spectat ad eum, cujus excusatio fuit approbata. 26 Tutelam vel patrocinium minoris suscipere contra sororem propriam, vel sororis filios nemo cogitur. Ob hanc igitur causam potest quis a tutela se excusare, ne ob tutelæ necessitatem, pro pupillo causas dicere contra personam tanta sibi propinquitate junctam cogatur: *Aut. Synops. Basil. 38. tit. 1. c. 67.* addit hoc jus esse ξένον καὶ θαυμαστὸν, novum & admirabile. Hoc etiam ex loco notant, non præsumi inter fratres odium: imo verosimile esse, alterum ab altero diligi. de qua præsumptione vid. Alciat. 1. *præsumpt. 23.* 27 Potest tamen quis adversus proximos & cognatos pupillum suum defendere. *versic. 5.* Gell. 13. ut & advocatus fisci pupillos suos defendere adversus fiscum potest. *l. penult. ff. de postuland.* 28 Generali sermone nemo præsumitur quidquam in eorum detrimentum, quos habet consanguineos, constituere. de qua præsumptione, v. Alciat. 1. *præsumpt. 27.* 29 Navicularii a tutelis extraneis, id est, non naviculariorum excusantur: facit *l. 17. §. 2. l. 41. in fin. ff. h. t.* 30 Silentiarii excusantur a tutelis & curationibus. *Novell. 53. c. 4. l. 5. l. ult. infr. de silent.*

31 *§. ult. Inst. h. t. l. 60. ff. de ritu nupt.* 32 *l. 45. in fin. ff. de re judic.* 33 Falsis allegationibus excusatus tutor pupillo obligari non desinit. unde notat *Bart.* jure singulari sententiam ex falsis allegationibus latam adversus minores ipso jure nullam esse, cum in aliis valeat, licet per restitutionem rescindatur. adde *l. 1. 2. 3. 4. infr. si ex falsis instrum. vel testimon. judicatum sit.* 34 Injuste judicis decreto excusatus tenetur de periculo tutelæ. *l. 37. ff. h. t. l. 11. §. 2. ff. de minor.* 35 Tutores excusatione prius uti debent, quam res administrent: quod si res minorum jam administrare cœperint, non amplius se excusare poterunt, nisi certis ex causis: ut cum Reipub. causa abfuerint. *Synops. Basil. 38. tit. 1. cap. 71.* 36 Suscepta jam administratione frustra quis se excusat. *l. 17. §. 5. ff. de excus.* facit *l. 3. supr. tit. prox.* excipe *l. ult. J. l. 30. l. 40. ff. de excus. l. 11. §. 2. ff. de minor. l. 1. in fin. ff. h. t. §. 19. Inst. h. t. l. 2. supr. qui dare.* vid. Wurmser. 1. *pract. 38. obs. 7.* 37 Sententia contra jus minoris lata minori non præjudicat. *l. 2. supr. h. t. l. 6. supr. tit. prox.* 38 Ambitiosa excusatio non excusat. adde *l. 4. ff. de decr. ab ordine.*

39 *§. 2. Inst. de excus. l. 3. § 10. ff. de suspectis.* 40 Tutela excusatur, qui Reipubl. causa abest. 41 Absens reipub. causa periculo medii temporis non obstringitur, si se

2. Idem A. Reginio.

CErtum eſt eos, qui Reipub. [cauſa] abeſſe deſierunt, ab omni nova [1] tutela anno [2] vacare debere. PP. 5. Kal. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

TIT. LXV.
DE EXCUSATIONIBUS VETERANORUM [3].

1. Imp. ANTONINUS A. Saturnino.

QUi cauſaria [4] miſſione ſacramento [5] poſt viginti [6] [annorum] ſtipendia ſolvuntur, & integram famam retinent, ad publica privilegia [7] veteranis conceſſa pertinent. PP. 7. Idib. Auguſt. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

2. Imp. GORDIANUS A. Celeri Veterano.

QUod placuit veteranos [tantummodo] conveterani [8] filiorum ſeu militum, & quidem unam [9] tutelam ſeu curam eodem tempore adminiſtrare compelli: eo [10] pertinet, ut [11] ſi aliis dati fuerint, intra ſolennia tempora cauſas excuſationis ad competentem judicem deferant. PP. 3. Kal. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

TIT. LXVI.
QUI NUMERO [12] LIBERORUM SE EXCUSANT.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Herodiano.

QUi ad tutelam vel curam vocantur, Romæ quidem trium [13] liberorum incolumium numero, de quorum etiam ſtatu non ambigitur: in Italia vero quatuor, in provinciis autem, quinque, habent excuſationem. PP. Non. April. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

2. Imp. ANTONINUS A. Marcello.

NEque filia amiſſa [14] numero prodeſt ad declinanda municipalia munera, neque nepotes numerantur, quorum pater ſupereſt: cum ſuo nomine patri proſint. Dat. Id. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

TIT. LXVII.
QUI MORBO [15] SE EXCUSANT.

1. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Sabino.

LUminibus captus [16], aut ſurdus [17], aut mutus, aut furioſus [18], aut perpetua [19] valetudine tentus, tutelæ ſeu curæ excuſationem habet. PP. 13. Kal. April. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

TIT. LXVIII.
QUI ÆTATE [20] SE EXCUSANT.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Severo.

PAter tuus ſi major eſt annis ſeptuaginta [21], ad tutelam ſeu curam evocatus: excuſare ſe ſolemniter poteſt. PP. 5. Id. Septemb. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

TIT. LXIX.
QUI NUMERO [22] TUTELARUM.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Pompejano.

SI tres [23] tutelas vel curas eodem tempore non defunctorie [24] ſuſceptas adminiſtras: onere [25] quartæ tutelæ, ſeu curationis pupillorum, ſeu adoleſcentium non gravaberis. † Finito [26] autem officio pubertate pupillorum, vel ætate adoleſcentium, aliæ ſubſtitui poſſunt: licet nondum ratio tutelæ ſeu curæ adminiſtratæ reddita ſit. Sed imperfectæ [27] diverſæ ſpecies vocationis, licet permixtæ ad excuſationem non proficiunt. † Scire igitur debes eum qui duos filios habet, & duas tutelas adminiſtrat, excuſationem non mereri. PP. 4. Id. Octob. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

TIT. LXX.
DE CURATORE FURIOSI [28] VEL PRODIGI [29].

De ætate prodigi vel furioſi.

1. Imp. ANTONINUS A. Marinianæ.

CUratores impleta [30] legitima ætate prodigis [31] vel furioſis [32] ſolent tribui. PP. 4. Kalend. Auguſt. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De rebus ſine decreto non alienandis.

2. Imp. GORDIANUS A. Avitio.

ORationis [33] divi Severi beneficium, quo poſſeſſiones ruſticas ſine decreto præſidis pupillorum ſeu adoleſcentium diſtrahi, vel obligari prohibitum eſt, non injuria etiam ad agnatum [34] furioſi [35] porrigitur [36]. Si igitur citra decretum Præſidis fundus mente capti etiam ab agnato ejus tibi pignori nexus eſt, vinculum pignoris in eo non conſiſtit: utilem tamen adverſus eum perſonalem actionem, ſi ob ejus utilitatem [37] pecunia mutua accepta eſt, poteris habere. PP. Kal. Januar. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De patre mente capto.

3. Idem A. Aureliæ.

SI pater [38] tuus mentis compos non eſt, pete ei curatores, per quos, ſi quid geſtum eſt, quod revocari oporteat, cauſa cognita in priſtinum ſtatum reſtitui poſſit. PP. 7. Id. April. GORDIANO & AVIOLA CONSS. 240.

De matre furioſæ.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Aſclepiodoto.

CUm repudiante furioſa [39] ſui juris conſtituta maritum, qui ſolus repudiare potuit, quædam matrem furioſæ, marito quondam ejus inſtrumenta confeciſſe ſignifices: intelligis nihil [40] eam contra furioſam diſponere [potuiſſe,] cum ejus ad eam [41] jure non pertinuerit defenſio. S. Id. April. *Byzantii*, AA. CONSS.

De fratre furioſi, vel furioſæ.

5. Imp. ANASTASIUS A. ad Populum.

NE lucrum quidem antea indebitæ ſucceſſionis emancipato [42], vel emancipatis deputaſſe, nihil vero de oneribus tutelæ proſpexiſſe videamur: curatores nihilominus eos [43] pro duodecim tabularum lege furioſis fratribus & ſororibus utpote legitimos exiſtere, hac legis ſanctione decernimus.

De dilucidis intervallis.

6. Imp. JUSTINIAN. A. Juliano P. P.

CUm [44] aliis quidem hominibus continuum [45] furoris infortunium accidat, alios autem morbus non ſine laxamento aggrediatur, ſed in quibuſdam temporibus quædam eis intermiſſio perveniat, & in hoc ipſo multa ſit differentia, ut quibuſdam breves induciæ, aliis majores ab hujuſmodi vitio inducantur: antiquitas diſputabat, utrumne in mediis furoris intervallis permaneret eis curatoris interceſſio, an cum furore quieſcente finita, iterum morbo adveniente redintegraretur? Nos itaque ejus ambiguitatem decidentes [46], ſancimus (cum incertum eſt in hujuſmodi furioſis hominibus, quando reſipuerint, ſive ex longo, ſive ex propinquo ſpatio, & impoſſibile eſt, & in confinio furoris & ſanitatis eum ſæpius conſtitui, & poſt longum tempus ſub eadem eſſe varietate, ut in quibuſdam videatur etiam pene furor eſſe remotus) curatoris creationem non [47] eſſe finiendam, ſed manere quidem eam donec talis furioſus vivit: quia non [48] eſt pene tempus in quo hujuſmodi morbus deſperatur [49]: ſed per intervalla quæ perfectiſſima ſunt, nihil curatorem agere, ſed [50] ipſum poſſe [51] furioſum, dum ſapit & hereditatem adire, & omnia alia facere quæ ſanis hominibus competunt. Sin autem furor ſtimulis ſuis iterum eum accenderit: curatorem in contractu ſuo conjungi, ut nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem, quotiens morbus redierit:

excuſavit. vid. quæ dixi ad *l. 10. ſupr. qui dare tutor.* 1 Abſentes reipub. cauſa reverſi, a nova tutela ſuſcipienda, habent anni vacationem. *l. 10. ff. de excuſ. tut.*
2 *d. l. 10.*
3 *l. 4. ſupr. qui dare tutor.* Veterani qui ſint, vide *l. 8. §. 6. ff. de excuſ. vid. tit. infr. de veteranis. l. 9. J. quando provoc. non eſt neceſſ.* 4 De ſacramento militari dixi ad *l. 2. ff. de veteranis.* 5 *l. 2. §. 2. ff. de his, qui notant.* 6 Juſtum tempus militiæ, viginti annorum ſcil. præſtat munerum excuſationem. *d. l. 9. l. 8. §. 2. ff. de excuſ. l. 3. infr. de his, qui non impl. l. 1. J. de profeſſorib.* vid. quæ ſcripſi ad *l. 2. J. de re militari.* 7 Vide titulum *ff. de veteranis, ſeu de privilegiis veteranorum.* 8 Nota genus privilegii veteranis dati.
9 Nota aliud genus privilegii veteranis dati. 10 Invitum non cogendum ex ſtatuto, ita intelligimus, ut non cogendus ſit, quoties utitur ſuis defenſionibus: alias cogi poteſt.
11 Probare privilegium ſuum debet qui eo nititur, atque ita præſumi non ſolet privilegium niſi probetur.
12 *l. 2. §. 2. ff. de excuſ. Inſtit. de excuſat. tut. in pr.* adde quæ notavi ad *l. 7. §. 3. ff. de bon. damn.* 13 *d. §. 2. Inſt. h. t.* adde *l. 3. infr. de his, qui num. lib. vel paup.*
14 Vid. *l. 2. §. 4. ff. de excuſ. tut. verſ. filii autem ſuperſtites.*
15 *§. 7. Inſtit. de excuſat.* 16 Dixi ad *l. 3. ſupr. qui dare tutores. l. 9. ſupr. l. 40. ff. de excuſat. l. 16. ff. de auct. præſt.* 17 De ſurdo, adde *l. 7. §. 1. ff. de decurion.*
18 *l. 10. §. ult. verſ. ſi quis autem in inſaniam. l. 12. verſic. furor. ff. de excuſ.*
19 *l. 10. l. 11. & 12. l. pen. §. ult. ff. de excuſ. §. 7. Inſt. de excuſ. tut.*
20 *§. 13. Inſt. de excuſ. l. 2. ff. h. t. l. 74. §. 1. in fin. ff. ad SC. Treb.* 21 Anni ſeptuaginta excuſant a muneribus civilibus. *d. §. 13. d. l. 2. d. §. 1. l. 10. infr. de decurionibus. l. 3. infr. qui ætate vel profeſſ. l. 3. §. 6. §. 12. ff. de munerib. l. 3. ff. de jure immunitat. l. 15. §. 11. ff. de excuſ.*
22 *§. 5. Inſt. & l. 2. in fin. l. 15. §. 15. ff. de excuſat.* 23 *d. §. 5. d. l. 2.*
24 Defunctorie eſt imaginarie, ſimulate, affectate, in fraudem juris. 25 Recte hoc adjectum. Nec enim quælibet tutela onus eſt. 26 *d. §. 5.* 27 Diverſæ excuſationis ſpecies imperfectæ nihil proficiunt. vide *l. 15. §. 11. ff. de excuſ. tut. l. 1. in fin. ff. de vac. mun.* unde notant, imperfecta plura diverſi generis & formæ, unum perfectum non conſtituere. adde *l. ubi fidejuſſor. 24. D. de ſolution.* ſecus ſi ad eundem finem tendant & colliment. Tunc enim juncta & multa juvant, quæ ſingula & disjuncta non juvant. *l. inſtrumenta 5. ſupr. de probation.* Quid teſtes ſingulares duo pluresve, fidemne faciunt? non faciunt, niſi in genere ſint conteſtes. vid. *l. ob carmen. 21. in fin. D. de teſtib.* veluti ſi teſtis unus dixerit ſe audiviſſe Titium dicentem, ſe in Deum non credere: alius eundem Titium dixiſſe, ſe non credere Eccleſiam Catholicam.
28 Dixi ad *L. 27. D. 10. §. 3. Inſtit. de curatoribus.* Ulpian. 12. §. 2. & 3. *l. 8. in fin. D. de tutorib. datis.* 29 Prodigus qui cenſeatur, vid. *l. 1. D. h. t.* Ulp. 2. §. 2. §. 3. Cajum 1. *Inſtit. ult.* 30 Id eſt, etiam poſt impletam legitimam ætatem licet majores. §. 3. *Inſtit. h. t.* 31 *l. 1. ff. h. t.* de futoris ſpeciebus dicam ad *l. 6. infr. h. t.* 32 Cui comparant mutum & ſurdum, quem intellectu carere ob ſuperiora vitia contigerit: alias muto vel ſurdo curator non datur. *l. 8. in fin. ff. de tut. dat.* vid. Wurmſ. 1. *pract.* 38. *obſerv.* 5.
33 *l. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* vid. *l. 12. ſupr. de admin. & peric. tut.* 34 Adgnatos. *Hal.* & generaliter ad omnes adminiſtratores ſimilium perſonarum, *ut hic.* ad hoſpitalarios, & ſimiles. Caſtrenſis *in l. orphanotrophos. 32. ſupr. de epiſcopis.* 35 Res furioſi alienari ab ejus adgnato tutore non poſſunt, ſicut nec res pupilli. 36 Argumentum a minore ad furioſum & prodigum obſerva, & jura in minoribus conſtituta ad furioſos & prodigos extendi. *l. 8. §. 1. l. 11. in fin. ff. de rebus eorum.* vide Oldum *tract. de reſtitut. parte* 1. *quæſt.* 1. *art.* 4. adde Everardum *Topicis loco a minoribus ad furioſos &c.* 73. 37 Vid. *l. 3. ſupr. quando ex facto tutoris.* 38 Filius poteſt petere curatorem patri furioſo dari: quin ipſe furioſo patri dari curator poteſt. dixi ad *l. 1. in fin. l. 2. in fin. l. 4. ff. h. t.* adde *Novell.* 115. *cap.* 3. §. 12. 39 Seneca 3. Contr. *Nullum patri curatorem dari, quod iniquus pater ſit & impius: ſed quia furioſus.* 40 Quia tutor non eſt, res pupilli diſtrahere non poteſt. *l. 8. ff. de rebus eor.* 41 Matrem ſcil. Mater jus adminiſtrationis bonorum liberis competentium non habet. *l. 88. in fin. ff. de ſolution.* 42 *l. 4. ſupr. de legit.*
43 Fratres emancipati vocantur ad ſucceſſionem fratrum ſororumve: & ad tutelam, ſi minores illi ſint, *d. l. 4.* ſive majores, furioſi tamen & prodigi. 44 Curator furioſi habentis dilucida ſeu ſana intervalla, eo etiam tempore curator eſſe intelligitur, quo is de quo agitur, dilucida aut ſana intervalla habet, hoc eſt, quo non eſt in furore. Quid? ut ſit tutor eo tempore, poteſtne eodem tempore adminiſtrare? non poteſt. Fuerit igitur in hac ſpecie cura ipſa continua: adminiſtratio diſcontinua. Intereſt autem hoc caſu ſcire, cura ceſſet necne: nam ſi furore ceſſante, cura ſtatim finietur: furore redeunte, novo curatore opus eſſet, aut certe prior ille curator nova excuſatione uti poſſet: poſſet & novum inventarium fieri, incerto admodum eventu: & ſic cum ſummo furioſi diſcrimine extingueretur & reſtitueretur cura. 45 Furor alius eſt perpetuus, *ut hic. l. 7. in pr. §. 2. infr. h. t. l. 14. ff. de off. præſid. l. 12. §. 2. ff. de judiciis. l. 22. §. 7. ff. ſoluto.* alter habet intervalla. *d. §. 7.* dilucida intervalla. *l. 9. verſ. Si vero. infr. qui teſt. fac.* ſeu intermiſſionem. *l. 20. §. 4. ff. qui teſtamenta.* A demente ſeparantur furioſi. *l. 6. ff. h. t. l. ult. §. 1. ſupr. de adm. tut. l. 27. §. 5. ff. de recept. arbitris. l. 2. ff. de inoff. l. 8. §. 1. ff. de tut. dat.* vide quæ de furioſo dixi ad *l. 13. §. 1. ff. de offic. præſid.* 46 Hæc lex cum *l. ſancimus. infr. qui teſtam. fac. poſſ.* faciunt 20. ex novis Juſtinian. deciſionem. vid. Inglois. *Anſ* 47 Dilucido furioſi pupilli intervallo curatoris adminiſtratio ſuſpenditur. 48 Morbus ex antiqua cauſa renaſcens ſanatus eſſe non intelligitur. facit *l. Martius. 59. ff. locat.* 49 Præſumitur ſemper furioſus qui ſemel furioſus fuit. vid. Alciat. 2. *præſumpt.* 18. 50 Curatorem hic habet, & tamen omnia perinde agit, ac ſi non haberet: hoc ideo, quod curatorem (ut eſt hæc ὑπόθεσις) habitu tantum habeat, non actu. 51 Tempore dilucidi intervalli, furioſus ſanis comparatur: ſic interdicti & banni ſuſpenſi tempore, qui in eo ſtatu ſunt, ea omnia gerere poſſunt, quæ qui non

ne crebra, vel quasi ludibriosa [1] fiat curatoris creatio, & frequenter tam nascatur [2], quam desinere videatur. Dat. Kal. Septemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De furioso in potestate patris constituto. 1. *De hereditate furioso adquirenda. De curatore dando, & cautione ab eo præstanda & inventario conficiendo.*

7. Idem A. Juliano P.P.

CUm furiosus quem morbus detinet perpetuus [3], in sacris [4] parentis [5] sui constitutus est: indubitate curatorem habere non potest: quia sufficit ei ad gubernationem rerum quæ ex castrensi [6] peculio, vel aliter ad eum pervenerunt, & vel [ante furorem] ei acquisitæ sunt, vel in furore obveniunt, vel in his quorum proprietas ei tantummodo competit, paterna verecundia: Quis enim talis adfectus extraneus inveniatur, ut vincat [7] paternum? vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis? Licet Tertullianus [8] juris antiqui interpres libro singulari, quem *de castrensi* [9] *peculio* condidit, tali tractatu proposito videatur obscure eandem attingere sententiam, nos tamen hoc apertissime introduximus. §. 1. Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit: nostra constitutio [10], quam promulgavimus de his quæ in testamento furioso [11] relinquenda sunt, vel substitutione [12] eorum in suo robore permaneat. §. 2. Sin vero [13] perpetuo furiosus sui juris sit: tunc in paterna [14] quidem hereditate quæ quasi debita [15] ad posteritatem suam devolvitur, nulla est juri veterum dubitatio: cum illico [16] appareat, & suus [17] heres existat suis parentibus. §. 3. Sin autem ex alia quacunque causa hereditas ad eum, vel successio perveniat: tunc magna & inextricabilis vetustissimo jure dubitatio exorta est: sive adire hereditatem, vel bonorum possessionem petere furiosus possit, sive non, & si curator ejus ad bonorum possessionem petendam admitti debeat, & juris auctores ex utroque latere magnum habuere certamen. Nos itaque utramque auctorum aciem certo fœdere compescentes, sancimus [18] furiosum [19] quidem nullo modo posse, vel hereditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere: curatori autem ejus licentiam damus (immo magis necessitatem imponimus) si utilem [ei] esse successionem existimaverit, eam bonorum possessionem agnoscere, quæ antea ex decreto dabatur, & ad similitudinem bonorum possessionis habere: cum [20] petitio bonorum possessionis Constantiniana [21] lege sublata [22] sit, & ab eo introducta observatio [quæ pro] antiqua sufficit petitione.

§. 4. Sed cum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio, vel satisdatio detur: vel pro quibus rebus, & quibus personis, & si omnis curator talem præstet cautelam: necessarium nobis visum est, ut humano generi consulentes, omnem quidem obscuritatem & inextricabilem circuitum [23] tollamus, compendioso autem, & dilucido remedio totum complectamur. Et prius de creatione curatoris, qui furiosis utriusque sexus datur, sancientes, tunc & aliis certum finem imponemus.

§. 5. Et si quidem parens [24] curatorem furioso, vel furiosæ in ultimo elogio heredibus institutis, vel exheredatis dederit, ubi & fidejussionem [25] cessare necesse est, paterno [26] testimonio pro [ejus] satisdatione sufficiente: ipse qui datus est, ad curationem perveniat: ita [27] tamen, ut in hac florentissima civitate apud Urbicariam Præfecturam deducatur: in provincia autem, apud præsidem ejus, præsente etiam, tam viro religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, & actis intervenientibus, tactis sacrosanctis Evangeliis, edicat *omnia se recte, & cum utilitate furiosi agere, & neque prætermittere ea, quæ utilia furioso esse putaverit, neque admittere quæ inutilia existimaverit.*

In AUTHENT. ut hi qui obligat. §. pen. col. 6. tit. 1. al. 2. Novell. 72. cap. ultim.

QUod nunc generale est circa omnes curatores, ut jurent quidem non tamen a ratiociniis sint exempti.* † *Idem est in tutore.*

[Et] inventario [28] cum omni subtilitate publice scripto, res suscipiat, & eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium ad similitudinem tutorum & curatorum adulti. §. 6. Sin autem testamentum quidem parens [ejus] non confecerit, lex [29] autem curatorem utpote agnatum vocaverit, vel eo cessante, aut non idoneo forsitan existente, ex judiciali [30] electione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc secundum præfatam divisionem in hac quidem florentissima civitate apud gloriosissimam Urbicariam Præfecturam creatio procedat. Sed si quidem nobilis [31] sit furiosi persona: etiam florentissimo Senatu [32] convocando, ut ex inquisitione curator optimæ atque integræ opinionis nominetur. Sin vero non talis persona sit: etiam solo viro gloriosissimo Præfecto Urbi præsidente hoc procedat. Et si quidem curator substantiam idoneam [33] possideat, eo sufficiente ad fidem gubernationis, & sine aliqua satisdatione nominationem ejus procedere. † Sin autem non talis ejus census [34] inveniatur, & tunc fidejussio [35], in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnimodo sacris scripturis [36] propositis in omni causa celebranda: ipso autem curatore, cujuscunque vel substantiæ, vel dignitatis est, præfatum sacramentum [37] pro utiliter rebus gerendis præstante, & inventarium [38] publice conscribente, quatenus possint undique res furiosi utiliter gubernari. † In provinciis etiam his omnibus observandis, ut, apud Præsidem cujuscunque provinciæ, & virum [39] religiosissimum Episcopum civitatis, nec non tres primates memorata creatio procedat: eadem observatione & pro jurejurando, & pro inventario, & satisdatione & hypotheca [40] rerum curatoris modis omnibus adhibenda.

§. 7. Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea [41] ad furiosum pervenerit, sive ex hereditate [42], vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocunque modo hoc furioso accedat: & cum alia ejus substantia manibus curatoris tradatur, inventario etiam super [43] his omnibus rebus [scilicet] faciendo: & sub ejus cura custodiatur, quatenus si quidem resipuerit furiosus, & acquisitionem admiserit [44], ipsi restituatur.

§. 8. Sin autem in furore diem suum finierit, vel ad suam sanitatem perveniens eam repudiaverit [45]: si quidem [46] successio est, ad eos referatur (volentes [47] tamen) id est, vel ad substitutum [48], vel ab intestato heredes, vel ad nostrum ærarium [49]: eo scilicet observando, ut hi veniant ad successionem, qui mortis [50] tempore furiosi propinquiores existant ei, ad cujus bona vocabuntur, si non in medio esset furiosus, omni satisdatione, vel cautione quam per inextricabilem [51] circuitum veteris juris auctores induxerunt, radicitus excisa: legatis [52] autem proculdubio, & fideicommissis, cæterisque acquisitionibus furioso acquirendis, & substantiæ ejus aggregandis.

§. 9. Sin autem ipse resipuerit, & ea admittere noluerit, & aperte hæc respuerit, vel heres [53] ejus hoc fecerit: a substantia ejus illico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum devoluta: & per legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque prægravantibus, neque adjuvantibus.

§. 10. Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit: sub eodem modo, eademque [54] observatione alius [55] creabitur: quemadmodum & si suspectus [56] reperiatur, alter surrogetur: quod & veteribus legibus placuit. §. 11. Hæc autem omnia, quæ de creationibus curatorum per novam definitionem introducta sunt, futuris [57] casibus imponantur: & neque antea facti curatores removeantur, neque aliquid eis novum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos (quantum ad creationem) permaneant terminos: cautione videlicet, vel satisdatione quæ antiquitus fuerat introducta, super postea venientibus ad furiosos successionibus minime præstanda. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

interdicti. 1 Ludibrio est frequens personæ mutatio. 2 Perpetuum aliquid interdum constituitur, vitandæ nimiæ frequentiæ causa. 3 De furore perpetuo dixi ad *l. 6. s̄. h. t.* 4 *Sacris perpetuis parentis, Hal.* Filiifam. in sacris parentum erant. *l. ult. §. 2. supr. de inoffic. l. 20. supr. de nuptiis. l. 3. vers. Sin vero. J. de bonis matern. l. ult. §. 1. vers. Sin vero. J. ad SC. Tertyll. l. 2. vers. prospiciendum. J. de bonis quæ lib. l. 12. J. de collat. l. penult. §. 1. J. de adopt.* ut & adoptati. 8 *Valer.* 7. at non emancipati. *l. 31. J. de fideicomm. l. 1. §. 2. J. de annali except. l. 13. infr. de legitim. hered.* Sacra parentis, patria potestas. His adde quæ dixi ad *lib. 1. 12. tab. c. de sacris privatis.* Glossis, in sacris parentum esse: est ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατρὸς εἶναι. 5 Pater filiofamilias furioso curator legitimus. 6 Castrense hoc peculium filii pater non administrat ut pater, & usumfructum in eo habens, sed ut curator filii furiosi. 7 Nullus affectus vincit paternum. facit *l. 27. supr. de episcop. aud. l. 9. infr. de impub. & aliis. l. 67. §. 1. in fin. ff. de ritu. l. quidam, cum filium 46. ff. de hered. inst.*

8 Tertullianus is est (qui & Septimius Florens Tertullianus) natione Afer, patria Carthaginiensis, qui de religione Christiana complures libros antiquissimus scripsit, quemque & exercitatum in legibus Romanis fuisse scribit Eusebius 2. *histor.* 2. cujus rei ejusdem libri indices clari sunt, translationibus ex jure sumptis refertissimi. Vixit autem sub Severo & Antonino: libros quæstionum octo composuit, ut ex indice colligere possumus Τερτυλλιανοῦ Quæstionum βιβλία ὀκτώ. Citatur *quæstionum ejus liber primus* in *l. 27. ff. de legibus. l. 28. ff. de acquir. vel omitt. poss.* quartus in *l. 30. §. 6. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Citatur etiam liber ejus *de peculio*, mox ut dicetur: Citantur & alii incerti in *l. 3. §. 2. ff. de hered. instit. l. 2. §. 44. ff. ad SC. Tertullian.* Quidam consulem eum fuisse scribunt. Fuerunt præter Tertullianum alii Jurisconsulti Christiani, veluti Licinius Rufinus & Aurelius Arcadius, Charisius. vide Cujacium 7. *observat. 2. in fin.* Anton. August. *lib. de nominibus propriis* τοῦ πανδέκτου *Florentini.*

9 Citatur a nostris Tertulliani liber singularis de castrensi peculio in *l. 23. ff. de testam. milit. l. 4. ff. de castrens. pecul.* 10 *l. 9. infr. de impub. & aliis substitut.* 11 Pater potest furioso substituere pupillariter eique curatorem relinquere. 12 Substituere exemplarıter filio furioso pater potest: sed & curatorem ei relinquere. 13 Hereditas patris intestati defertur ad filios quantumvis furiosos. 14 In extranea non idem. *l. 63. ff. de adquir. vel omitt. hered.* 15 *l. ult. §. pen. infr. de codicillis. l. 1. infr. de imponend. lucrat. descript.* adde *l. 7. in pr. ff. de bonis damnat.* 16 *l. 8. infr. de jure delib.* 17 Suus heres patre mortuo, filius etiam furiosus censetur, *ut hic:* adeo ut curator ei testamento a patre relictus curam ejus gerat, neque opus sit novum a magistratu petere, nisi, ut Baldus notat, substitutum vulgarem, vel coheredem extraneum haberet: cum in pupillo ita sit. *l. 1. supr. de testam. tut.* Quid? furiosus filius, ut ita patri suus sit heres, transmittitne, hoc est, potestne moriens in furore eam hereditatem transmittere? Accursius negat: putat enim filium furiosum in his suum heredem censeri, ut curator ejus possit administrare, sine immixtione: sic ut necesse non habeat bonorum possessionem nomine furiosi petere; verum Baldus putat furiosum recte hereditatem quoque transmittere: *ut in l. apud* 8. *infr. de suis.* Et tamen idem Baldus in *§. tali. J. h. t.* differentiam facit hereditatis paternæ furioso delatæ, ab extranei successione. Priorem transmitti putat, non posteriorem. Non posteriorem, inquam, licet legata & fideicommissa transmittantur. Diversitatis in eo rationem constituit, quod hereditas extranei non adquiratur ipso jure: legata vero ipso jure adquirantur: ideoque ubicunque hereditas ipso jure adquiritur (ut in suo) ibi transmissionem quoque fieri, & hanc communem interpretum opinionem esse. 18 Hic §. habetur pro 21. decisione ex quinquaginta Novis Justinianeis. Inglois. Pro intellectu vid. Bellon. *lib. 4. Supputat. cap. 2.* Ans.

19 Si hereditas extranei delata est furioso, furiosus non petit bonorum possessionem: sed ejus curator. Idem in pupillo. *l. 9. §. 3. l. 11. ff. de auct. tut. §. 1. Inst. de auct. tut.*

20 Formularis scilicet. 21 *l. 8. l. ult. J. qui admitti ad bon. possess. §. ult. Inst. de bon. possess.* 22 V. *d. l. 8.* 23 Circuitus inextricabiles vitandi: fit enim male per plura, quod potuit fieri per pauciora. 24 Parens liberis majoribus vigintiquinque annis furiosis testamento curatorem dare potest. 25 Curator testamentarius furiosi non satisdat. *l. 27. s̄. de Episcop. aud.* 26 *d. l. 27.* Testimonium paternum pro satisdatione sufficit. *Inst. de satisdat. tut. in pr.* non potest honeste a liberis respui. *l. ult. supr. de SC. Maced.* 27 Quænam solennitates observandæ a curatore testamento furiosi. 28 Inventarium exactum curator furiosi facere debet. *d. l. 27. l. 7. ff. de admin. & peric. tut.* 29 Lege 12. Tabularum furiosi sunt in adgnatorum tutela. *d. l. 27. vers. Sin autem. l. 14. ff. de officio præsid.* dixi ad leges 12. Tabul. *lib. 2. tit. de tutor. & curat. 18. c. de curat. furiosi. 7.* 30 Post testamentarios. *§. 5. s̄. h. t.* & legitimos. *s̄. h. t.* dativi succedunt curatores. 31 V. *l. un. supr. de tut. vel curat. illustr.* 32 Id ut fiat, v. *d. l. un. in pr.* 33 Idoneus atque honestus non satisdat. *l. 15. ff. qui satisd.* 34 Census pro bonis hic accipitur. 35 Fidejubent dativi curatores quorum non est idonea seu locuples persona. 36 Creatur curator sacris scripturis propositis. 37 Curatores jurant de recta administratione & re pupilli salva. 38 Curator furiosi inventarium rerum furiosi publice conscribere tenetur. *vers. in provinciis. in fin. J. l. 27. in fin. s̄. de episc. aud. l. 24. supr. de admin. & peric. tut. l. 13. §. 1. supr. arbit. tut. l. 7. ff. de admin. & peric. tut. Novell. 94. in fin.* 39 Curatorem furioso sine præsentia episcopi & privatum hodie recte dari, notat Bartolus, ex *§. furiosi 3. Institut. de curator.* quod liber institutionum hoc Codice posterior sit, hoc amplius adjicit, hac parte præsentem legem consuetudine non servari. *c. 2. extra. de treuga & pace.* 40 Furiosi in bonis curatorum suorum tacitam habent hypothecam. *d. l. 27. in fin. l. 20. supr. de administ. tut.* 41 Vid. Bellonum *l. 4. supput. c. 2.* Waltherum *lib. 2. Miscell. c. 24.* Mod. 42 Curator delatam furioso hereditatem potest agnoscere. 43 Curator inventario tenetur addere novas hereditates furioso delatas. facit *l. 9. §. ult. ff. de admin. & peric. tut.* 44 Furiosus si resipuerit, agnitam hereditatem a curatore repudiare vel admittere potest. *ut hic. & §. 8. infr.* Quid si non admiserit, sed antequam admitteret, in furore decesserit? dic ut *§. 8. infr. h. t.* 45 *§. 7. supr. h. t.* 46 Hereditatem extranei sibi delatam furiosus non transmittit ad heredes. Hic enim hereditas extranei furioso delata, eo in furore moriente, defertur ad ejus substitutos: vel ad heredes ab intestato extranei defuncti. *ut hic.* Quid legata & fideicommissa? transmittuntur. *vers. legatis. infr.* Cur tam varie? dixi ad *§. 2. in fin. supr. h. t.* Quid si hereditas patris furioso suo delata est? ibidem dixi. 47 Vide *l. 16. infr. de jure deliber.* 48 *l. 51. ff. de hered. pet.* 49 Vide *l. 12. in fin. ff. de bon. possess.* 50 Proximus ut quis dicatur, mortis tempus spectatur. *§. 6. Inst. de legitima adgnat.* dixi ad *l. 12. tab. tit. de heredit. ab intest.* 51 Et ita abrogatur pars *l. 1. ff. de bon. poss. &c.*

52 Furiosus legata sibi delata recta via ab intestato transmittit ad heredes: hereditatem nisi aditam non transmittit. Ratio hæc esse potest: recta via dominium legati adquiritur. *l. 64. in fin. ff. de furtis:* in adeunda vero hereditate animo opus est. *Inst. de hered. qualit. in fin.*

53 Heres furiosi res ei delatas repudiare potest. 54 In subrogato curatore furiosi constituendo eadem solennitas requiritur, quæ in eo servata est cui fit substitutio; quod in subrogationum variis generibus (sunt enim multa & varia) summe observandum.

55 In locum mortui curatoris furiosi, creatur alius. adde *l. 3. supr. qui petant. tut. l. 4. supr. in quibus casib. tut. hab.* 56 *l. 2. l. 3. l. 5. ff. de suspectis.* 57 Dixi ad *l. 7. supr. de legibus.* adde *l. penult. supr. mandati. Novell. 158. c. 1.*

TIT.

TIT. LXXI.

DE [1] PRÆDIIS [2] ET ALIIS [3] REBUS MINORUM SINE [4] DECRETO NON ALIENANDIS [5], VEL OBLIGANDIS [6].

De distractione pignoris.

1. Imp. ANTONINUS A. Minutiano.

VEnditio quidem prædii, quod jure pignoris [7], vel in causa judicati [8] captum & distractum est, ad Senatusconsultum [9] quod de non alienandis prædiis pupillorum, vel adolescentium, nisi auctore Prætore, vel Præside provinciæ factum est, non pertinet: sed [10] si etiamnum in ea ætate es cui subveniri solet, aditus competens judex, ante in integrum restituere debeat, præsente [11] diversa parte, causa [12] cognita dispiciet. PP. 13. Kal. Decemb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Si tutor, vel curator sine decreto vendiderit.

2. Imp. GORDIANUS A. Clearcho, & aliis.

NOn est vobis necessaria [13] in integrum restitutio, si tutores [14], vel curatores vestri possessionem, licet pignori nexam, vendiderunt [sine decreto.] Quod si creditores [15] id fecerunt: ita demum juris formam Edicti beneficium tibi impertietur, si fraudulenta [16] venditione, participante [17] consilio emptoris, damnum tibi inflictum esse doceatur. PP. 3. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Pater non potest alienare rem filii sine decreto. Bald.

3. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Theodosiano, & aliis.

CUm emancipatis vobis prædium acquisitum foret, alienari a patre [18] eodemque curatore sine Præsidis auctoritate non potuit: maxime si tanquam [suum [19] esset non tanquam] pupillare, vendiderit: itaque illibata vobis persecutio [20] ejus manet. PP. 3. Non. Januar. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De venditione, transactione, permutatione, donatione, & aliis modis alienandi.

4. Iidem AA. Mithridati.

NOn solum [21] per venditionem rustica prædia, vel suburbana pupilli, vel adolescentes alienare prohibentur: sed neque transactionis ratione, neque permutatione, & multo [22] magis donatione [23], vel alio [24] quoquo modo, ea transferre sine decreto a dominio suo possunt: Igitur, & tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vindicare eum potes: [sed &] si quid invicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo [25] restituere debes. PP. 15. Kal. Maji, SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De obreptione.

5. Iidem AA. Sereno.

ET si Præses provinciæ decreverit alienandum, vel obligandum pupilli suburbanum [26], vel rusticum prædium: tamen actionem pupillo, si falsis [27] allegationibus circumventam religionem ejus probare possit, Senatus reservavit: quam exercere tu quoque non vetaberis. PP. 3. Kal. Maji, SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De causa alienationis probanda.

6. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Varo.

MInorum possessionis venditio per procuratorem delato ad Prætorem, vel Præsidem provinciæ libello [28] fieri non potuit: cum ea res confici recte aliter non possit, nisi [29] apud acta causis probatis [30], quæ venditionis necessitatem inferant, decretum solenniter interponatur. S. Non. Maji, CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De resolutione donationis.

7. Iidem AAA. Isidoro.

SI ad resolvendam [31] donationem quam in emancipatum te pater contulerat, minor vigintiquinque annis cautionem [32] ei emisisti: cum hujusmodi scriptura contra Senatusconsulti [33] auctoritatem data sit, non oberit juri tuo. PP. 6. Idib. Decembr. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De donatione propter nuptias.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Theodotæ.

PRædia rustica quæ contra Senatusconsultum data esse ante [34] nuptias sponsaliorum nomine, precum tuarum confessio ostendit: cum proprietas ad te propter juris interdictum transire non potuerit, in dominio mariti permansisse palam est. PP. 3. Non. Novembr. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

Si curator prædium distraxerit, & res suas evictionis nomine obligaverit.

9. Iidem AA. Mutiano.

ETsi is, quem prædium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit: venditio tamen contra Divi Severi [35] Orationem facta, Præsidis sententia non immerito rescissa est. Pignora sane quæ ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis [36] tibi obligavit, non prohiberis persequi. PP. Non. Novembr. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De rei venditæ vindicatione, & pretii restitutione.

10. Iidem AA. Grato.

PRædiorum, quæ sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti Præses opem feret: apud quem si illuxerit, non universa pretia quæ curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse [37], pro [38] ea duntaxat pecuniæ parte [te] conveniri permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit [39]. S. 6. Id. August. ipsis AA. CONSS.

De decreto & de pretii quantitate.

11. Iidem AA. Trophimo.

SI quidem sine [40] decreto [41] minor annis patronus tuus rusticum prædium venundedit: supervacuum est de vili pretio tractare, cum Senatusconsulti auctoritas retento dominio alienandi viam obstruxerit. Si vero jure [42] interposito decreto venditionem [43] vili pretio ejus possessionis, cujus vires ignorabat, fecit; juxta perpetui Edicti auctoritatem in integrum restitutio, causa [tamen] cognita, præbetur. S. 12. Kal. Decembr. ipsis AA. CONSS.

De ære alieno.

12. Iidem AA. & CC. Leontio.

OB [44] æs alienum [45] tantum [46] causa cognita Præsidiali decreto prædium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur. Dat. 2. Kal. Maji, *Heracliæ*, CC. CONSS.

De prædio vectigali, vel patrimoniali, sive emphyteutico.

13. Iidem AA. & CC. Zenophilæ.

1 *L.27. D.9.* 2 Rusticis, suburbanis. *l.1. ff. h.t.* 3 Puta prædiis urbanis *l.22. supr. de adm. tut.* mancipiis urbanis & rusticis, mobilibus pretiosis. dixi ad *d. l.22.* 4 *l.11. infr. h.t.* 5 *l.4. infr. h.t.* 6 *l.1. l.2. infr. h.t.* 7 Contracti a patre. 8 Prohibitio alienationis rerum pupillarium, ad venditiones necessarias non pertinet. *l.1. §.2. l.3. §.1. ff. h.t. l.9. ff. de minorib. l.1. supr. si advers. vend. pign.* 9 Cujus fit mentio in *l.7. infr. h.t. l.1. §.1. §.2. ff. h.t.* 10 Minor patitur etiam secundum decretum, licet adversus id restituatur: vide *l. cum & minores. 4. supr. si advers. rem judic.* 11 *l.13. in fin. princ. ff. de minorib.* 12 *l.11. §.3. ff. de minorib.*

13 Quoties ipso jure venditio nulla est, restitutio minori non est necessaria. *l.11. infr. h.t.* 14 Rem pupilli creditoribus obligatam tutori vel curatori vendere sine decreto non licet. 15 Creditor rem minoris sibi obligatam jure potest vendere. *l. 1. §. 2. l.7. §. 1. ff. h.t.* vendere, inquam, idque sine decreto, quod tamen tutoribus, & curatoribus non licet. Cur tam varie? An quia res de qua hic agitur, manserat in bonis pupilli, ideo sine decreto a tutoribus alienari non potest: ut putat Vasquius *de success. tit. de testam.* An potius quod tutores & curatores vendunt nomine ipsius minoris: ut quemadmodum ipse minor sine decreto non potuit alienare, ita nec tutor. *arg. l. minor. 51. ff. de procurat.* Creditor vero rem minoris vendendo, eam jure suo distrahit, ut mirum non sit decretum aliud non exigi, cum sufficiat semel, tempore obligationis scil. cum res ei obligaretur, decretum interpositum fuisse. Hæc ratio magis probanda est. Nam si vera Vasquii ratio esset, ne quidem creditor sine decreto rem minoris alienaret hac lege: quam tamen recte distrahit. 16 Aut si citra fraudem multum detrimenti passi sint minores. *l.1. supr. si advers. vendit. pign. l.4. supr. de rebus alien.* 17 Fraudulenta venditio est, quoties venditor cum emptore colludit. *l.9. ff. h.t.* vide *l.46. ff. de fidejussorib.* 18 Curator (etiamsi pater sit) filii prædia alienare sine decreto non potest. *l.7. §.2. ff. h.t.* 19 Curator rem pupilli nomine pupillari sine decreto alienare non potest: multo minus proprio nomine. 20 Vindicatio. *l.2. infr. si quis ignorans rem min.* 21 Alienationis verbo continetur transactio, permutatio, donatio. *l.16. de fundo dotali.* adde *l.28. l.67. D. de verb. sign.* Goth. Interpretat. hujus legis vid. apud Leonin. *emendat. lib.3. cap.3. n.4.* Ans. 22 Cui non licet de prædio transigere, aut permutare, eidem prædium donare non licet. 23 Etiam propter nuptias, dotem, munus sponsalitium. Ob has etiam causas curator alienare non potest sine decreto. *l. ult. infr. si major. fact. alien.* 24 Renunciare juri hypothecæ minorem non posse hinc colligitur. 25 *l. unic. supr. de Reputat.* 26 Quid in urbano? dixi ad *l.22. supr. de administ. tut.* 27 *l.1. supr. si ex falsis allegation.* Falsa allegatio, obreptio. *l.1. §.2. in fin. l.5. §.15. D. h.t.* 28 Procurator non potest constitui ad petendum interponi decretum super alienatione rei minoris. Accursius, Baldus *hic*, & Rolandus a Valle 1. *cons.35. n.21.* facit *l.9. D. de off. procons.* aliud est in petenda restitutione. *l.25. in fin. D. de minor.* & excusatione tutoris proponenda. *l.25. D. de excus. tut.*
29 Alienationis causas proponi coram judice non sufficit: est enim præterea necesse, ut apud acta causæ alienationis probentur. *l.5. §.14. D. h.t.* 30 Causa cognita. *d. §.14. l.11. D. h.t.* 31 Id est, repudiandam. Quæ minor alienare non potest sine decreto, ea nec repudiare sine decreto potest. Sed verisimilius, imo verius est hic agi de pacto resolutorio donationis: hoc sensu: Filiusfamilias non potest ex intervallo se obligare sine consensu patris ad retro donationem faciendam donatori: quia cum semel jus quæsitum minori fuerit in re immobili, jus aliud a se abdicandi sine decreto amplius non habet. *l. 1. in fin. l. sed si pecunia 3. §. si jus 4. l. magis puto 5. §. fundum 8. D. de rebus eor.* Goth. Conciliationem hujus legis cum *l.1. D. h.t.* vid. apud Leonin. *Emendat. lib.3. cap. 3. num. 2.* Ans. 32 Cautio prædii donati, res immobilis: rei vero mobilis, inter mobilia refertur. Et ita actio, cautio, obligatio & instrumentum, res mobilis, vel immobilis dici potest, ut res est quæ in obligationem, nomen, cautionem vel instrumentum deducta. 33 *l.1. s. h.t.* Imo id tribuitur orationi D. Severi. *l. 1. ff. h.t.* Senatus auctoritas etsi ab unius dominatu per Julium Cæsarem occupata, valde fracta, & imminuta est, a bonis tamen Principibus interdum servata, quod quæ constituturi essent oratione complexi, de his censendi arbitrium senatui relinquerent: quemadmodum videre possumus in variis Principum orationibus. *l.8. ff. de transact. l.1. l.2. ff. de feriis. l.1. ff. de fugitivis. l.16. ff. de sponsalibus. l.32. ff. de don. int. vir. l. 1. §.3. ff. ne de statu defunct. l.4. ff. si libertus ingenuus esse dic.* Eas orationes senatusconsulta sequebantur. dixi ad *l.16. D. de ritu.* Hinc fit, ut quod uno loco oratione inductum traditur, id alio loco senatusconsulto introductum dicatur: ut ne quis illis locis ullam ἀντινομίαν putet. Sic oratione & senatusconsulto introductum dicitur, Ne quis sine autoritate prætoris transigat de alimentis, testamento relictis. *l.8. ff. de trans. l.23. §.2. ff. de cond. indebiti.* Ne res minorum distrahantur, *ut hic. l.1. l. non fit. 12. ff. h.t.* Ad eum modum oratione constituta, tribuuntur senatusconsulto. Ulpian. 26. §.7. *l. pen. ff. ad SC. Tert.* & e contra *l.1. C. de interdict. matrimon. l.4. supr. de excus. tut. l. senatuscons. 59. l. libert. 64. §.1. l. si quis tutor 60. §. quamvis. 5. l. non solum 67. §. Sed videamus 3. ff. de ritu.*
34 Immobilia minoris donari non possunt. *l.4. supr. h.t.* possunt tamen donari propter nuptias cum decreto prætoris. *l.22. supr. de admin. tut. l. ult. in fin. T. si major fact. vend.* sine decreto non possunt, *ut hic:* adde quæ dixi ad *l.3. s. de don. propter nupt.* Quid? mobilia possuntne donari propter nuptias sine decreto? possunt: moderate tamen, & ita accipe *l.1. supr. si advers. donat.* Quippe d. lex cum nostra lege, unius constitutionis duæ sunt partes: quarum hæc est de prædiis: altera de rebus mobilibus. His etiam congruit *l.1. C. Greg. si advers. donat. spont. fac.* Potest & illud addi, Minori vigintiquinque annis permitti donationem ejus, a quo heres institutus est ab hostibus redimendi causa *Novell. 115. cap. 3. §. 13.* adde Cujac. 7. *obs.24.* adde quæ scripsi ad *l.3. in fin. infr. si major factus.* 35 *l.1. ff. h.t.* 36 Tutor rem pupilli sine decreto alienans, venditionis nomine res proprias obligat. Pupillus eo casu rem suam recte evincit: nec tamen curatoris obligatio dissolvitur. unde colligunt, Accessorium non sequi suum principale, ubi in accessorio eadem non est ratio. 37 Id est, versam fuisse. 38 Minor vindicans sua prædia non jure alienata, pretium restituere tenetur, quatenus in ejus utilitatem versum probatur. *l.32. §. 4. ff. de adm. & peric. tut.* 39 Versum fuisse, probare emptor tenetur, non fuisse versum dicere, ipsi minori satis est. adde *l.16. infr. h.t.* Apertius dicendum est: Emptori probationis onus incumbere, si tutori vel curatori, *ut hic:* non si ipsi pupillo pecunia est soluta. *l.16. infr. l.9. §.4. ff. de jurejur.* Quod de emptore dictum est, locum non habet in creditore, cui sine distinctione probandi onus incumbit. *l.1. l.2. supr. si advers. cred.* Placet & illud, Si contractus ipso jure nullus fuit, creditoris esse probationem: si jure valuit, minoris, vide Molin. *de usur. qu.38. num. 284.* 40 Venditio quoties solennitate destituitur, pretii dati utilitas non spectatur: sed ipsius tantum venditionis vitium. vide *l.2. s. h.t.* Venditorem, priori quam secundo casu restitui utilius est. 41 Solennitate prædii minoris venditio destituitur, quæ fit sine decreto. 42 Aliud est, venditionem jure non fieri: aliud, minore pretio. 43 Minor adversus venditionem restituitur. *l.27. §.1. vers. item ex diverso. ff. de minor.* vide *l.1. l.2. si advers. vendit.* 44 *l. ult. infr. h.t. l.5. §.9. §.14. ff. h.t.*
45 *Sub.* & similes casus: de quibus vide Accurs. Nec enim, ut nostri loquuntur interpretes, taxativæ dictiones excludunt casus similes, in quibus par aut major sit ratio.
46 Imo non sufficit, ut sit æs tantum alienum, sed etiam requiritur, ut creditores cum effectu, id est, reipsa solutionem urgeant, ut usuræ ratio id exigat, ut judici constet, minori non extare res alias ex quibus possit satisfieri. *d. l.5. §. 9. in fin.* ut res minus damnosæ distrahantur, ne res magni momenti pro exiguo debito vendatur. *l.7. §.8. ff. de minorib.* tutoris quoque autoritas requiritur, *l.2. l.3. supr. de auctor.* causæ cognitio, *l.6. supr. h.t.* decretum judicis. *l. 22. supr. de admin. tut.* & ut post decretum interveniant subhastationes. *l.*

ETiam [1] vectigale [2], vel patrimoniale [3] sive emphyteuticum [4] prædium sine decreto Præsidis distrahi non licet. Dat. 8. Kal. Septemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

De pretio restituendo.

14. Iidem AA. & CC. Phrominio.

UTere viri prudentissimi Papiniani responso, cæterorumque, quorum precibus fecisti mentionem, sententiis, ac doli [5] mali exceptionem oppone, pretium ob [6] eorum [7] debitum solutum [8] probans, si sortem [9] cum [10] usuris, quæ fisco deberentur, pupilli non offerentes [11], fundos [provinciales] citra decretum Præsidis venundatos cum fructibus petant. Dat. 9. Kal. Decembr. ipsis CC. CONSS.

De prædio in solutum dato.

15. Iidem AA. & CC. Sabino.

SI minor vigintiquinque annis prædium rusticum, cum aliud [12] deberes, sine decreto in solutum [13] dedisti: dominium a te discedere non permittit Senatusconsulti auctoritas. Dat. 8. Kal. Decemb. CC. CONSS.

De rei vindicatione, vel condictione, & pretii restitutione.

16. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

SI prædium rusticum, vel suburbanum (quod ab urbanis [14] non loco, sed qualitate [15] secernitur) in pupillari ætate constituta, tutore auctore; vel adulta sine decreto Præsidis provinciæ in [16] qua situm est, venundedisti: secundum sententiam Senatusconsulti dominium ejus, sive [17] jus a te discedere non potuit, sed vindicationem ejus, & fructuum [18], vel his non existentibus [19], condictionem competere constitit. Emptor autem si probare [20] potuerit ex cæteris facultatibus [21] obedire te muneribus [22] sive oneribus non potuisse, ad utilitates [23] præterea tuas cessisse pecuniam, quam pretii nomine sumpseras: doli [24] exceptionis auxilio pretium [25] cum usuris quas præstitura esses, & sumptus meliorati prædii servare tantummodo potest. Dat. 6. Id. April. *Anchialo*, CC. CONSS.

De prædio communi.

17. Iidem AA. & CC. Philippo.

INter omnes minores nec commune [26] prædium sine decreto [27] Præsidis sententia Senatusconsulti distrahi patitur [28]: nam ad divisionis [29] causam provocante tantummodo majore socio, ejus alienationem, & sine decreto fieri jampridem obtinuit. Dat. 7. Idus Decembr. CC. CONSS.

De debito fiscali.

18. Impp. CONSTANTIN. A. & CONSTANT. C. ad Senatum [30].

SI minores, vel ex patris nomine, vel ex suo, debitis [dumtaxat [31]] fiscalibus [32] urgentibus [33], vel ex privatis contractibus reperiantur obnoxii: decreti interpositio [a] Constantiniano [34] Prætore celebranda est, probatis examinatisque causis: ut patefacta rerum fide, firma venditio perseveret. Dat. 12. Kal. Januar. PROBIANO & JULIANO CONSS. 322.

TIT. LXXII.

QUANDO DECRETO OPUS NON EST.

De voluntate patris, vel testatoris.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Valentino.

SI probare potes, patrem [35] pupilli, cujus tutores convenisti, consensisse, ut reddito tibi prædio pretium reciperet: id, quod convenit, servabitur. Neque enim in ea re auctoritas Præsidis necessaria est, ut tutorum sollicitudini consulatur, si voluntati defuncti pareant. Dat. 6. Kalend. Januar. ANTONINO & GETA CONSS. 206.

De conversione Principis.

2. Impp. AURELIANUS A. Pulchro.

ILlud requirendum est, an adito Principe [36] Saturninus Vir Clarissimus specialiter jus venditionis acceperit: Ad instar enim præsidialis decreti concessio Principalis accedit. Dat. Id. Januarii *.

De voluntate parentis, vel testatoris.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Stratoniciano.

PRædium rusticum, vel suburbanum a minore vigintiquinque annis alienari sine decreto Præsidis, nisi parentis [37] voluntas, vel testatoris [38], ex cujus bonis ad minorem pervenit, *super alienando eo* aliquid mandasse deprehendatur, nulla ratione potest. Dat. 12. Kal. April. *Nicomediæ*, AA. CONSS.

De vestibus detritis, & animalibus supervacuis.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum.

ET [39] sine interpositione decreti tutores & curatores quarumcunque personarum vestes detritas, & [40] supervacua animalia vendere permittimus. Dat. Id. Mart. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. IV. CONSS. 326.

TIT. LXXIII.

SI QUIS IGNORANS [41] REM MINORIS ESSE, SINE DECRETO COMPARAVERIT.

De præscriptione.

1. Imp. GORDIANUS A. Felici.

SI ea quæ in jura tutoris, hereditario, vel honorario titulo successit, possessionem tuam vendiderit: si ut pupillarem distraxit; emptor qui sciens [42] a tutoris herede mercatus est, cum officium [43] morte finiatur, alienam rem comparando, de temporis intervallo nullam potuit acquirere defensionem. Si vero ut suam distraxit, ignoransque rem alienam emptor comparavit, neque statim [44] per traditionem [45] possessionis dominus effectus est, sed tantummodo adversus te statuti [46] temporis (cum [47] te legitimæ ætatis esse non diffitearis) potest uti præscriptione. Dat. 5. Idib. Septembr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De vindicatione prædii, & de fructibus.

2. Idem A. Crispinæ.

SI contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt, conveni earum possessorem, ut (si ita probaveris gestum) & possessio retrahatur, & fructus [48] universi revocentur, si non bona fide emptorem fuisse, qui emit, constiterit. Dat. 16. Kal. * GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De secundo emptore, & de præscriptione.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Agathæ.

POssessiones [tuæ] rusticæ, vel suburbanæ sine cognitione causæ & interpositione decreti contra Senatusconsultum alienatæ, nec a secundo [49] emptore recte tenentur, nisi statutum [50] temporis spatium intercesserit. Dat. Id. Februar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Si emens a donatario præscripserit.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

QUoniam [51] adversus emptorem, ad quem ex persona ejus cui contra Senatusconsultum donata [52] res est, justo titulo interveniente ea res de qua lis est, transitum fecit: requirere oportebit, an præsente priore domino, & majore [53] effecto, sine controversia bona fide decennio, vel absente viginti annis, qui quæstionem patitur, possessor fuisse monstretur. Quod si apud Gravitatem tuam manifeste constiterit, sine ulla cunctatione, habita longi temporis præscriptione, petitorem oportebit excludi. Dat. 6. Id. Jun. *Dorostoli*, CC. CONSS.

7. §. 8. *ff. de minorib.* legitimo tempore factæ. *argum. Auth. Hoc jus porrectum. supr. de sacrosanct. eccles. l. 4. infr. de fide & jure hastæ.* vid. Rol. a Valle 1. *consil.* 33. 1 Id est, non modo minorum propria prædia, sed & vectigalia, id est, emphyteutica a civitate, vel a Principe in emphyteusin accepta, vel conducta sine decreto alienari non possunt. 2 Vectigalia prædia, civitatum prædia emphyteutica quæ quis in emphyteusin a civitate aliqua accepit. *l. 1. ff. si ager vectigalis.* 3 Patrimoniales fundi sunt qui ad Principis patrimonium pertinent. *infr. de fund. patr.* quorum alii privatis dantur in emphyteusin, alii locantur. 4 Emphyteuticarii fundi, qui emphyteutico jure privatis dantur a principe, qui tamen patrimoniales sunt & dici possunt, quod ex patrimonio privato principis sint. *l. 12. infr. de fund. patrim.* 5 Doli mali exceptio datur interdum adversus pupillum. *l. 16. in fin. infr. h. t.* 6 Si tutor ex pretio fundi pupilli creditoribus satisfecit, fundum alienatum pupillus vindicare non potest, nisi sortem cum usuris emptori restituat. *l. pen. in fin ff. h. t.* 7 Id est, pupillorum. 8 *l. 13. in fin. ff. h. t.* 9 Quod scilicet pupillo profuit. 10 *l. 16. in fin. J. h. t.* 11 *l. 4. in fin. supr. h. t.* 12 Immobilia pro alio debito non possunt in solutum dari sine decreto. *l. 4. supr. h. t.* 13 Qui solvit, alienat. 14 Prædium rusticum ab urbano, non loco, sed qualitate differt. 15 Qualitas prædii quæ hic dicitur, alibi dicitur materia. vide *l. 198. ff. de verb. sign.* ὕλη 2. *Eclog.* 2. *cap.* 197. genus vide *l. 166. ff. de verb. sign.* obscure: dicendum apertius: Qualitas est, qua quales dicimur: id fit autem non ex qualitatibus omnibus, sed his tantum quæ facile non mutantur. 16 Auctoritas interponenda est per judicem, ubi res sita est: interdum sufficit interposita a judice domicilii. *l. 5. §. 12. ff. h. t.* 17 Non tantum dominii pupillaris, sed & juris, puta servitutis vel emphyteuseos alienatio prohibetur. *l. 3. §. 5. ff. h. t.* idque commune fundus pupillaris habet cum dotali. vide Cujac. 7. *obs.* 23. 18 Pupillaris fundus alienatus sine decreto judicis non tantum petitur: sed & fundi fructus. Goth. Vid. Johann. Cop. *de fructib. lib.* 4. *cap.* 1. Ans. 19 Condictio vindicationis subsidiaria. 20 Dixi ad *l. 16. supr. h. t.* cui adde, negativam directo probari non posse. *l. 23. supr. de prob.* 21 Mobilibus. *l. 5. §. 9. ff. h. t.* 22 Adde *l. 1. in fin. supr. qui & advers. quos.* 23 *l. 14. supr. h. t.* 24 *d. l. 1. l. 7. §. 1. ff. de curat. furios.* 25 *d. l. 14.* 26 *l. 1. §. 2. in fin. l. 5. in fin. l. 6. l. 7. ff. h. t.* 27 Sine decreto minor commune etiam prædium distrahere non potest: majore socio provocante, sine decreto dividere potest, *ut hic.* Quid si major ad divisionem non provocet, & interim bona sua profundat? Posse etiam minorem immobilia sua dividere (etiamsi non provocetur a socio annis majore) putat post Cuneum Socinus *reg.* 228. Idem quoque existimat, quoties minor suam conditionem meliorem facit: facere autem meliorem intelligitur, quoties rixosum, vel damnosum habet socium & cum eo nihil quidquam commercii habere vult. *arg. l. si convenerit* 14. *ff. pro socio:* Bald. *in l. 1. supr. si advers. transf.* Quid major ipse bonis interdictus, poteritne minorem ad divisionem provocare? non poterit. *l. ex castrensi* 18. *§. 2. ff. de castrens. pecul.* Socin. *d. loco.* 28 Passive sumitur hoc verbum. 29 *d. l. 1. §. 2. in fin. d. l. 7. l. 20. ff. de auct. tut.* 30 Ad Sever. *Hal.* 31 *Ut & l. 12. supr. h. t. tantum.* 32 Decreto interveniente res minoris alienari potest propter fiscale debitum, puta propter dacias & collectas. *Bald.* 33 *l. 5. §. 9. in ff. h. t.* 34 De prætoribus Constantinopolitanis, dixi ad *l. 2. supr. de off. præt.* Decretorum interpositio proprie pertinebat ad Constantinianum.

35 Conventione patris fundus hereditarius revendi potest sine decreto. *l. 3. infr. h. t. l. 7. supr. de pact. int. empt. l. 5. §. 6. ff. de reb. eor. qui sub tut.* 36 Speciali principis permissione res pupillaris potest distrahi. Hinc Baldus: *Rescriptum principis*, inquit, *idem operatur, quod decretum inferioris, solenniter enunciatum.* & Salicetus, *Concessio principis specialis habet vim decreti.* adde *l. 2. ff. h. t.* 37 *l. 1. supr. h. t.* 38 Valet alienatio sine decreto facta testatoris voluntate. *l. 1. §. 2. ff. de rebus eor. qui.* 39 Pars legis 22. *in fin. supr. de adm. tut.* 40 *d. l. 22.*

41 Quid si sciens? vide speciem apud Harmenopulum 5. *tit.* 11. §. 56. 42 Qui rem minoris tanquam minoris emit, non præscribit: si tanquam majoris & bona fide, quinquennio præscribit. 43 Officium morte finitur. *l. 17. supr. de negot.* quædam tamen hodie consuetudinibus nonnullis hereditaria facta sunt, veluti pincernarum, dapiferorum & his similia officia. 44 Qui rem alienam ignorans comparat, non fit statim dominus. 45 *l. 20. ff. de adq. rer.* 46 *l. 2. infr. tit. prox.* id est, quinquennii. vide *l. 3. J. tit. prox.* 47 Præsumi quem majorem esse hoc ipso quod minorem se non contendit, ex hoc loco notat Baldus. Est & hoc notandum, veteri etiam jure præscriptiones adversus minores non cucurrisse, nisi majores factos: hoc est, ab initio non cucurrisse: quod & ex hoc loco, & *l. ult. infr. h. t. l. 3. infr. quibus non objicitur longi temporis præscriptio*, probari potest: licet Justinianus hoc sibi tribuat *in l. ult. supr. in quib. causis in integrum restitutio non est necessaria.* ubi post Placentinum refert Accursius Justinianum ea tum scribentem bibisse: neque hujus legis recordatum fuisse. vide plura apud Baldum *6. de præscript.* 1. *num.* 29. 48 Rem suam sine decreto alienatam, minor cum fructibus vindicat, nisi emptor fuerit bonæ fidei. Is enim fructus lucratur, etiamsi præscriptionis tempus non impleverit. *l. 48. ff. de adq. rer.* 49 Minus legitime alienata vindicat minor etiam a secundo emptore, nisi secundus emptor sit munitus præscriptione. 50 Quinquennii scil. *l. 1. in fin. S. h. t. l. 2. l. 3. in fin. tit. prox.* 51 Minoris res donata est absque sententia judicis: donatarius eam alteri cuidam vendidit? Vult hæc constitutio emptorem rei minoris, cum justum titulum habeat possessionis, eam rem postquam minor major factus fuerit, posse præscribere decennio, si minor ipse sit præsens: vicennio, si absens. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 4. *cap.* 62. 52 Emens qui ab eo comparat, cui minor donavit sine decreto, contra minorem præscribit, a die qua major factus est, decennio eo præsente: vicennio, eo absente. *l. 3. in fin. infr. tit. prox.* 53 Vide quæ scripsi ad *l. in fin. infr. h. t.*

TIT.

TIT. LXXIV.
SI [1] MAJOR FACTUS ALIENATIONEM [2] FACTAM SINE DECRETO [3] RATAM HABUERIT.

Licet minor factus major ratam habeat alienationem prædii intra dimidium justi pretii venditi, potest nihilominus ipsum vindicare, nisi justum pretium suppleatur, vel in debito compensetur. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Liciniæ.

CUm proponas, curatorem patris tui non interposito Præsidis decreto prædium rusticum heredi creditoris, seu tutori ejus destinasse venundare, eamque venditionem [4] deceptum patrem tuum ratam habuisse, si minore pretio distractum est prædium, & inconsulto errore lapsum patrem tuum [5] perperam venditioni consensum dedisse constiterit, non abs re erit superfluum [6] pretii in compensationem deduci, quod Præsidis provisione fieri convenit, cujus solertiæ congruum est, si diversa pars bonam fidem non amplectatur, in [7] arbitrio ejus ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere, ita ut fœnebris pecunia cum competentibus usuris restituatur. Dat. Non. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

2. Idem A. Alexandro.

SI [8] sine decreto Præsidis prædia tua a tutore tuo alienata sunt, nec speciali [9] confirmatione vel (si bona fide [10] possessor fuisset) statuti [11] temporis excursu id quod perperam est actum, fuerat stabilitum, Præses provinciæ possessionem in jus tuum retrahet. Dat. 7. Kalend. Januar. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI quando sine [12] decreto minorum, vel adhuc sub curatoribus constitutorum, vel per veniam ætatis eorum curam excedentium, res alienantur, vel supponuntur, & ad perfectam ætatem iidem minores provecti, longo [13] silentio [14] querelam hujusmodi tradiderint, ut inutilis alienatio, vel suppositio diuturno silentio roboretur, certum tempus ad talem confirmationem præfinitum esse censemus. Ideoque præcipimus, si per quinque continuos annos post impletam minorem ætatem, id est, post [15] vigintiquinque annos connumerandos, nihil conquestus [16] est super tali alienatione, vel suppositione is, qui eam fecit, vel heres ejus, minime posse retractari eam occasione prætermissionis decreti, sed sic tenere, quasi ab initio legitimo decreto fuisset res alienata vel supposita. † Cum [17] autem donationes a minoribus necdum decreto celebrari possint, si minor, vel post veniam ætatis rem immobilem donationis titulo in alium (excepta [18] propter nuptias donatione) transcripserit, non [19] aliter hoc firmitatem habebit, nisi post vigintiquinque annos impletos, inter præsentes quidem decennium, inter absentes autem vicennium donatore acquiescente effluxerit: ut tamen in heredis [20] persona illud tantummodo tempus accedat, quod post ejusdem [21] heredis minoris ætatem silentio transactum sit. Dat. Idib. April. DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LXXV.
DE [22] MAGISTRATIBUS [23] CONVENIENDIS [24].

1. Imp. ANTONINUS A. Mutiano.

SI Magistratus a tutoribus seu curatoribus quos tibi dederint, seu nominaverint, stipulati [25] sunt *se eo nomine indemnes* [26] *futuros, & si quid præstitissent, repetituros,* inque eam rem fidejussores acceperunt: extra rem salvam fore satisdationem, actio, quam adversus tutores seu curatores tuos instituisti, alienam obligationem non resolvit. Sed adversus Magistratus qui curatorem dederunt, actio utilis ita [27] demum competit, si universis bonis excussis, revocatisque quæ eum in fraudem alienasse constiterit, indemnitati tuæ in solidum satisfieri non potuit. Quam si exercueris, mandatis tibi ab eis actionibus adversus fidejussores quos acceperunt, consistere potes, licet utilem actionem sine [28] cessione habeas. Accepta Non. Januar. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

2. Imp. ALEXAND. A. Paterno.

IN heredes [29] magistratus, cujus non [30] lata culpa idonee cautum pupillo non est, non solet actio dari. P.P. 3. Non. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Magistratus qui sunt solvendo habent beneficium divisionis.

3. Imp. GORDIANUS A. Probiano.

SI tu & collega [31] tuus, cum Magistratu fungeremini, minus idoneum tutorem dedistis, cautionemque idoneam non exegistis, nec alias servari pupillo indemnitas potest, & utrique solvendo estis, pro [32] virili parte, in vos actionem dari non injuria postulabis. Dat. 8. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Contra Magistratum agitur in subsidium, id est, excussis tutoribus, collegis & fidejussoribus. Salic.

4. Idem A. Aruntiano.

ADversus nominatorem tutoris, vel curatoris minus idonei non ante perveniri potest, quam [33] si bonis nominati, itemque fidejussoris ejus, necnon collegarum, ad quorum periculum consortium administrationis spectat, excussis, non sit indemnitati pupilli, vel adulti satisfactum. P.P. Id. Martii, ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Sufficit tutores fuisse solvendo tempore depositi officii, ut ad magistratum non possit perveniri.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Eugeniæ.

IN Magistratus municipales [34] tutorum nominatores, si administrationis [35] finito tempore non fuerint solvendo, nec ex cautione fidejussionis solidum exigi possit, pupillis quondam in subsidium [36] indemnitatis nomine actionem utilem competere ex Senatusconsulto, quod auctore Divo Trajano, Parente nostro, factum est, constituit. Dat. 7. Idib. Decemb. ipsis AA. CONSS.

6. Imp. ZENO A. Æliano P.P.

CUm sit adjecta Prætoris [37] sententia, generalem curatori administrationem mandantis, & quod eam pro more sequitur [38] decretum pariter sit compositum: manifestum est non curatoris dationem fuisse invalidam: sed in æstimanda [39] adultæ substantia, Scribæ [40] vitium, qui tanquam non [41] amplius ducentis libris auri patrimonium valeret, fidejussorem acceperat, intercessisse: in quo casu non [42] curatoris erit ratio reprehendenda, si qua læsio rebus minoris illata fuisse adversus legum ordinem comprobetur: sed super negligentia [43] vel dolo Scribæ, qui veram substantiæ taxationem passus est occultari, legibus [44] erit agendum. Dat. 5. Kal. Januar. BASILIO V. C. CONS. 476.

1 Adde *l.* 11. *tit.* 46. *supr.* differunt tamen inter se: hic enim titulus est, de causis quæ ipso jure nullæ sunt: illæ de his, quæ nisi ratæ habentur, rescindi possunt. 2 Venditionem *Hal.* 3 Et ita hic titulus pertinet ad causas quæ ipso jure nullæ sunt. 4 Venditoribus competit beneficium *legis* 2. *&* 8. *supr. de rescind.* 5 Beneficium *d. l.* 2. competit heredibus. 6 Res ita habet: Patris mei curator fundum dignum quadraginta, paterno creditori, cum ei tantum decem deberentur, in solutum dedit. Pater major factus, venditionem ratam habuit, mox decessit? possum eo casu adversus creditorem agere, vel ad supplementum justi pretii, vel ut fundus cum fructibus restituatur, refusa ei forte fœnebri, ejusque usuris, & ita patris ratihabitio venditionem ipso jure nullam confirmare potuit. Patris confirmatio potestatem mihi ademit agendi jure minoris, jure majoris non ademit. non dico venditionem omnino nullam, jus illud est minoris. Dico patrem deceptum fuisse ultra dimidiam justi pretii: quod cuivis majori licet dicere. 7 Dixi ad *l.* 2. *supr. de rescind.* 8 Si sine decreto venditio facta est, & ne major quidem factus venditionem ratam habuerit minor, neque longo usu κυρίως proprie, rem comparaverit emptor bonæ fidei, qui emit, cum fructibus eam restituit. *Synops. ibid. cap.* 64. 9 *Ut l.* 1. *supr. h. t.* 10 *l.* 1. *supr. tit. prox.* 11 *l.* 1. *l.* 3. *supr. tit. prox.* quinquennii *l.* 3. *J. h. t.* 12 Sine decreto alienata res pupilli vel minoris cui vel curator est, vel ætatis venia concessa est, rata est, si post vigesimum quintum annum ætatis ipse minor ejusve heres quinque continuis annis nihil conquestus fuerit, *ut hic: Synops. Basil.* 10. *tit.* 25. *c.* 4. *&* 1. *Harm.* 12. §. 32. Goth. Intellectum hujus *l.* vid. apud Montan. *de Tutel. cap.* 33. *num.* 551. 557. 567. *& seqq.* Ans. 13 Longum silentium, quinque anni, *ut hic.* 14 Tacitus consensus supplet defectum decreti. 15 Præscriptio quinquennii minori currit ab anno vigesimoquinto impleto. 16 Hinc colligunt, simplicem querelam coram vicinis ratihabitionem impedire. 17 Donare etiam cum decreto res suas minor non potest. Quid si ætatis venia impetrata rem donavit & post vigesimum quintum ætatis annum decennio, præsens: vicennio absens tacuerit? donatio confirmatur. Quid si antequam id tempus expleretur, decesserit? intra residuum tempus licet ejus heredi donationem revocare: post completum tempus non licet. Quid si ipse minor propter nuptias donaverit? rata vel ab ipso initio donatio est, *hac lege: Synops. Basil.* 10. *tit.* 25. *c.* 4. *&* 1. Harm. 12. §. 33. adde *l.* 16. *ff. de minoribus:* adde *supr. tit. Si adversus donationem:* vide tamen quæ scripsi ad *l.* 8. *supr. de prædiis minorum.* 18 Prima exceptio regulæ. minor donare propter nuptias potest: ut possit, dixi ad *l.* 8. *supr. de prædiis.* An & dotis causa minor sua prædia donare potest? dixi ad *l.* 4. *supr. de jure dot.* 19 Secunda exceptio, Donatio facta a minore silentio longi temporis firmatur, id est decennio inter præsentes: vicennio inter absentes, computatione facta a majori ætate donatoris. 20 Silentium heredis idem operatur quod silentium defuncti. 21 *Ejusdem ætatem hæredis: minor silentio &c.* & ita legit Accursius: quod ita Græci recte hic interpretantur, ἵνα τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διάστημα δράμῃ τοῦ κληρονόμου αὐτῷ σιωπῶντος. vide Cujacium apud Paul. 1. *sent.* 9. §. 4.

22 Vide *L.* 27. *D.* 8. 23 *Sub.* municipalibus vel duumviris qui tutores vel curatores dederunt, aut nominaverunt, nec ab iis satisdationem exegerunt, rem minoris salvam fore: ut hinc constet, hanc actionem pertinere ad tutores & curatores qui satisdare tenetur, ut sunt legitimi & dati sine inquisitione: non ad testamentarios, eosve qui inquisitione dati sunt. *l. ult. supr. de auctor. præstanda.* Et hæc in provinciis. Nam in urbe alia ratio est. dixi ad *l. ult. infr. h. t.* 24 Non est hic titulus usitatus apud Gallos. vide Bugnon. *in legibus abrogat. duobus locis.* 25 Subsidiaria est hæc actio, quia priusquam eatur ad Duumviros, discuti oportet bona tutoris vel curatoris, & revocari actione Pauliana, si quæ tutor vel curator alienavit in fraudem minoris: item excuti bona fidejussorum, & collegas tutorum, qui ipsos tutores suspectos non fecerunt, *ut hic, & l.* 4. *l.* 5. *J. h. t.* 26 Judicem non corrumpit, qui indemnitatem ei pollicetur: per contrarium, Judex corruptus non censetur, qui indemnitatem sibi præstari stipulatur. adde *l. si quis uxori.* 52. §. *si fugitivum.* 12. *ff. de furtis. l. cum pro quo.* 17. *ff. de in jus vocando.* 27 Utilem actionem legis cautione habens, directas quoque sibi mandari recte potest petere. *l.* 1. §. 1. *vers. sin autem ab atio. ff. de superfic.* 28 Vide quæ notavi ad *l.* 1. *l.* 4. *ff. rem pupil.* 29 *l.* 1. §. 7. *l.* 4. *l.* 6. *ff. h. t.* §. 2. *in fin. Inst. de satisd. tut.* 30 Hanc negativam Cujacius 13. *obs.* 39. expungit: ut & in *l.* 2. *supr. de her. tut.* 31 Collega quid? vid. *l.* 173. *ff. de verb. sign.* 32 Simul delinquentes collegæ utiliter tenentur, si ambo sint solvendo: *vel ita*, Magistratus qui sunt solvendo, habent beneficium divisionis. adde *l.* 1. §. 9. *l.* 7. *in fin. h. t.* 33 Contra magistratum agitur in subsidium, id est, excussis tutoribus, collegis & fidejussoribus. *l.* 5. *infr. h. t.* 34 *l.* 2. *ff. h. t. l.* 2. §. *pen. ff. ad municipalem.* 35 Sufficit tutores fuisse solvendo tempore depositi officii, ut ad magistratum non possit perveniri: adde *l.* 5. *in fin. ff. de confirm. tut.* 36 *l.* 4. *supr. h. t.* 37 *Sub.* tutelaris, de quo vide quæ scripsi ad *l.* 1. *supr. de tutoribus & curatoribus illustrium.* Goth. Intellect. hujus l. vid. apud Leonin. *emendat. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 18. Ans. 38 Præposterationem dubitationem facere in hac lege quidam putant, inquit Baldus: quasi administratio generalis ante decreta fuerit, quam inventarium factum fuerit, aut datus fidejussor. Verum sciendum est hanc legem pertinere ad magistratus majores, puta prætores & præsides: in quos tametsi a dato tutore, vel curatore satisdationem non exegerint, rem pupilli salvam fore, non datur tamen hæc subsidiaria actio: sed in scribam qui non idonee satis exegerit: & in eo itaque Magistratus majores a municipalibus magistratibus differunt. 39 Si scriba (qui inventarium composuit) minorum æstimationem fecit, & ex ea fidejussorem recepit, tenebitur minori actione in factum, neque eo tamen datio curatoris vitiabitur. facit *l.* 1. §. 8. *ff. h. t.* dixi ad *l.* 28. *supr. de jure dot.* 40 Præsidis vel prætoris sc. non cujusvis judicis: clarissimus enim appellatur in *Nov.* 94. *in epilogo.* & evidentius in Novella Constantini Porphyrogennetæ περὶ τῶν συνηθειῶν τοῦ σκρίβα. vide Cujac. 16. *obs.* 14. 41 Inventario rerum minoris æstimationem earum adjiciendam esse ex hoc loco notant. *arg. l. si quis intra.* 7. *J. de bonis proscr.* Sed tamen Baldus æstimationem præcise non exigit, sed earum designationem certam tantum, forte quod in rebus minorum æstimandis ipsi tutores possent decipi. 42 Vendens curator rem sui pupilli, vel adulti, uti ea in inventario publica autoritate (hoc est, a personis publice ad id destinatis, vel a judice datis,) æstimata est, non tenetur, licet eam minoris vendiderit, quam reipsa valeat, *ut hic*; nisi eam æstimationem injustam esse, ex publica vicinis & adjacentibus in locis fama constare ei potuit. *arg. l. si tutor.* 5. *supr. de periculo tutor.* 43 Notarius de dolo & imperitia tenetur. 44 Notarius omittens exscribenda describere, vel in inventarium referre, in quod interest parti tenetur.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER SEXTUS.

TIT. I.
DE SERVIS FUGITIVIS [1], ET LIBERTIS [2] MANCIPIISQUE CIVITATUM, ARTIFICIBUS [3], ET AD DIVERSA OPERA [4] DEPUTATIS, ET AD REM PRIVATAM, VEL DOMINICAM [5] PERTINENTIBUS.

De furto, de uſucapione, & longi temporis præſcriptione.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Æmiliæ.

SErvum fugitivum ſui [6] furtum facere, & ideo non habere locum nec uſucapionem [7], nec longi temporis præſcriptionem, manifeſtum eſt: ne ſervorum fuga dominis ſuis ex quacunque cauſa fiat damnoſa [8]. S. Id. Decembr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De fugitivis requirendis.

2. Iidem AA. & CC. Pompejano.

REquirendi fugitivos poteſtatem fieri dominis, Præſidialis officii eſt. Dat. Kal. Maji, CC. CONSS.

De ſervis tranſeuntibus ad Barbaros.

3. Imp. CONSTANTINUS A. ad Probum.

SI [9] fugitivi ſervi deprehendantur [10] ad [11] Barbaros [12] tranſeuntes: aut [13] pede [14] amputato [15] debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia [16] pœna afficiantur. Sine die & CONSS.

In AUTHENT, ut nulli Judicum. §. quia vero nos oportet. col. 9. tit. 17. al. 6. Novell. 134. cap. ult.

SEd [17] novo jure ſi criminis qualitas membri [18] abſciſſionem exigat, una ſola manus [19] abſcindetur, ſed pro furto nec morietur [20], nec aliquod membrum abſcindetur, ſed aliter caſtigabitur. Fures *autem vocantur, qui occulte & ſine armis hujusmodi delinquunt: Qui autem violenter aggrediuntur aut cum armis, aut ſine armis, aut in domibus, aut in itineribus, aut in mari, pœnis legalibus ſubjiciantur.*

De ſervo fugitivo ſuſcepto.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad Valerianum.

QUicunque [21] fugitivum ſervum in domum, vel in agrum inſcio domino ejus ſuſcepit [22], eum [23] cum alio pari vel viginti ſolidis [24] reddat. Si vero ſecundo, vel tertio [25] eum ſuſceperit, præter ipſum duos vel tres alios vel prædictam æſtimationem pro unoquoque [ſervo] domino repræſentet. In minorum perſona tutoribus vel curatoribus pœna ſimili imminente. Quod ſi ad prædictam pœnam ſolvendam is qui ſuſceperit, minime ſufficiat, æſtimatione competentis Judicis caſtigatio [26] in eum procedat. Quod ſi ſervus fugitivus ingenuum ſe eſſe mentitus, ſub [27] mercede [28] apud aliquem fuerit: nihil [29] is qui eum habuit, poterit incuſari. Sane mancipium torqueri [30] oportet, ut manifeſtet, utrum propter lucrum capiendum callide [a domino] ad domum, vel ad agrum ejus qui eum ſuſcepit, immiſſus ſit, an non. Quod ſi maligne factum eſſe ex ſervi interrogatione patuerit, ſervo etiam ſuo eum qui hoc fecerit, privari oportet, & ad fiſcum pertinere mancipium. Dat. 5. Kal. Jul. GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De mancipiis libertisve artificibus pertinentibus ad Rempub. & ad fugam ſollicitatis.

5. Idem A. ad Januarium.

MAncipia [31] diverſis artibus prædita, quæ ad Rempublicam pertinent, in iiſdem civitatibus placet permanere: ita ut ſi quis tale mancipium ſollicitaverit [32], vel avocandum crediderit, cum ſervo altero [ſollicitatum] reſtituat, duodecim ſolidorum ſumma inferenda Reipublicæ illius civitatis, cujus mancipium abduxerit. Libertis quoque artificibus, ſi ſollicitati fuerint, cum eadem forma civitati reddendis: ita ut pro fugitivo ſervo, ſi ſollicitudine Defenſoris [33] non fuerit requiſitus & revocatus, idem Defenſor duo vicaria [34] mancipia exigatur: nec beneficio [35] Principali, nec venditione [36] in ejus perſona [jam] de cætero valituris. Dat. 16. Kal. Martii, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

Si repetenti ſervum fugitivum proprietas opponatur.

6. Idem A. ad Tyberianum Comitem [37] Hiſpaniarum.

CUm ſervum quiſpiam repetit [38] fugitivum, & alius [39] evitandæ legis gratia, quæ in occultantes mancipia certam pœnam ſtatuit, proprietatem opponit, vel in vocem libertatis eum animaverit, illico [40] nequiſſimus verbero [41], ſuper quo ambigitur, tormentis ſubjiciatur, ut [42] aperta veritate, diſceptationis terminus fiat: Quod non ſolum utriſque jurgantibus proderit, ſed etiam ſervorum animos a fuga poterit deterrere. Dat. 15. Kal. Septembr. PACATIANO, & HILARIANO CONSS. 332.

De ſervo fiſcali.

7. Imppp. VALENS, VALENTIN. & GRATIAN. AAA. ad Felicem Conſularem.

SI quis ſervum fiſcalem [43] putaverit occultandum, non ſolum eum reſtituere, ſed etiam duodecim [44] libras argenti pœnæ [nomine] fiſci juribus dependere compellatur. Dat. 2. Idib. April. GRATIANO II. & PROBO CONSS. 371.

1 *L.* 11. *D.* 4. Fugitivus condemnato comparatur, ſuique accuſator dicitur. *l.* 15. J. *de probationib. Novell.* 53. *c.* 4. *verſ. illum vero. l.* 7. §. 2. *ff. de ſuſpect. l.* 28. *in fin. ff. de bonis libert.* adde *l. ult. ff. de ſtatu.* Goth. Ad hunc titulum & ſingulas leges vid. Guid. Papon. Anſ. Et Cujac. *tom.* 3. *comment. ad jus civile.* S. L. 2 *l.* 5. *verſ. libertis.* J. *eodem.* 3 *l.* 5. J. *h. t.* 4 *l. ult.* J. *h. t.* 5 Id eſt, ad dominium Principis ſive fiſcum. *l.* 7. J. *h. t.* 6 *l.* 60. *ff. de furt.* 7. *Syn. Baſil.* 6. *ex lib.* 60. *tit.* 7. *c.* 6. licet aliis in rebus aliud ſit fur, aliud res furtiva. Cujac. 17. *obſ.* 10. 7 §. 1. *in fin. Inſt. de uſucap.* 8 Vid. Pulvæum *ad legem Ariniam.* Forcatulum *Aviarii c.* 11. Ræward. noſtrum *Triboniani ſui pag.* 12. Mod. 9 Cæpolla hanc legem ad nauſeam usque repetit quem vide. 10 Barbari an hoſtes? an exteri? *l.* 2. *ſupr. de commerciis. l.* 19. §. 8. *ff. de captiv. l. nulli* 28. §. *quod ſi* 3. *ſupr. de epiſcopis.* 11 Επὶ τὸ βαρβαρικὸν. *Eclog. d. loco c.* 8. ut & in *l.* 1. J. *quæ res exportari.* 12 Pœnam deprehenſi in delicto nondum perfecto, etiam patiuntur, *ut hic:* quoties nimirum voluntas certa, vel conjectura delicti perficiendi eſt. de quo vide quæ ſcripſi in *l. cogitationis.* 18. *ff. de pœn.* 13 Alternativæ pœnæ conſtitui poſſunt a lege, *ut hic:* tres pœnæ alternativæ conſtituuntur. Quid hoc caſu, cujus erit electio an debitoris ſeu rei, ut minimam poſſit eligere? an potius judicis? hoc verius. *Cynus: Jacob. de Ravenna. Petr.* Neque diſtinctio Bartoli placet exiſtimantis judicis eſſe electionem, ſi ad eum legis verba pœnam imponentia dirigantur: contra rei, ſi ad reum: ſi ad neutrum, in corporalibus pœnis judicis: in pecuniariis, rei, eſſe electionem. *l.* 1. §. 1. *ff. de effract. l. ult. ff. de injur. l. plerumque* 10. §. *ult. ff. de jure dot. Gloſſ. in l. Lucio* 23. *ff. de leg.* 2. Nec Andreas Piſanus placet exiſtimans pœnis pluribus impoſitis, ſi pœnis in illis ſervitus pœnæ reo conſtituatur: reum, utpote ſervum pœnæ, non poſſe eligere: ſecus poſſe. Cæpolla aliter diſtinguit, unam eamque certam pœnam, licet dura ſit impoſita a lege, judicem imponere cogi: niſi magna admodum cauſa ſuadeat remittendam vel minuendam eſſe. Quid ſi incerta pœna eſt? arbitrio ſuo pœnam judex imponet ex æquo & bono, ex eo quod benignius eſt, non ſeverius: ut non capitalem faciat, quam ex æquo & bono pecuniariam eſſe ſufficit. Quid ſi plures ſint lege impoſitæ? ſi utræque pecuniariæ ſunt & verba referuntur ad judicem, judicis: ſi ad reum vel neutrum, rei erit electio: ſi utræque corporales, vel una corporalis, altera pecuniaria, judicis erit electio. 14 Unico non duobus. ſic falſario manus amputatur. *Nov.* 17. *Nov.* 42. Nec enim quis ita damnari poteſt, ut utraque manus, vel pes uterque ei abſcindatur. *Nov.* 134. *c.* 13. 15 Qua parte quis peccavit, eadem quoad ejus fieri poteſt, multari & puniri debet: Fugitivo pes hic ita amputatur: ut alibi, manus falſario, blaſphemo lingua. 16 Simili vel extraordinaria: capitali etiam interdum. *l.* 3. *in fin. ff. ad l. Corn. de ſicariis. l.* 38. §. 1. *ff. de pœnis. l.* 3. §. 10. *D. de re milit.* Cur ita? in atrociſſimis motus ad delictum habetur pro confeſſo. *l.* 5. *ſupr. de epiſc. & cler. l.* 7. J. *ad l. Corn. de ſicariis.* vide tamen *Novell. Leon.* 67. 17 Vide ad hanc authenticam Bartholomæi Cæpollæ repetitionem. 18 Membri appellatione manus continetur, *ut hoc loco.*
19 Pœna manus amputationis impoſita, quæri ſolet quæ manus amputari debeat: an qua reus minus poteſt, puta ſiniſtra, ut vult Accurſius, Bartolus, Baldus, Cæpolla? An qua plus poteſt? *arg. l. quæritur.* 10. *D. de ſtatu:* An qua deliquit, ut Odofredus? Prima verior. *arg. l. ſi præſes* 32. *l. interpretatione* 42. *D. de pœnis.* etiamſi ea prorſus ſit debilis, aut manui non ſimilis. Caſtrenſis, Angelus, Cæpolla, rejecta Baldi opinione. Quid ſi reo nulla ſit manus? in alia parte corporis puniendum eſſe cenſet Baldus. Quid ſi vulneranti pœna manus impoſita, reus autem duo vulnera intulit? manus unius amputatio ſufficiet: quia vulnera ſimul ſunt illata, ideoque unicum tantum delictum cenſetur. Quid ſi ex uno delicto, manus amputationem meretur, ex alio pœnam capitalem? manus prius abſcindi: deinde capitis pœna affici debet. *Bart. Caſtr. Ang. Cæpol.* adde quæ ſcripſi 2. *Feud.* 55. §. *callidis. in verb. manum.* In falſi ſcriptore ſingulare hoc videtur, ut ei dextera manus amputetur. *ibid. dextri.*
20 Furi vita non adimitur, ſed latroni. Quid ſi fur bis, terve furtum commiſerit? Baldus capitaliter ſuſpendio puniri poſſe putat, eamque communem opinionem eſſe ſcribit Clarus 5. *ſent.* §. *furtum* 16. quin, pro unico tantum furto, modo ſit enorme: a quo Rolandus a Valle diſſentit 1. *conſ.* 91. Hoc conſtat, Jure civili furtum interdum capitale fuiſſe, ex *l.* 15. *ff. de cond. cauſa data.* Præſtat tamen locorum conſuetudinem in ea re ſequi, & in dubio ad hanc Authenticam recurri, etiamſi quis ſæpius furtum commiſiſſe dicatur. vide Clarum *dict. loco.* Nam conſtitutio Friderici de quinque ſolidis lata ob violatam pacem ſpecialis eſt. 2. *Feud.* 27. §. 8.
21 Mas vel fœmina: hac enim voce ſexus uterque continetur. Nam ſi lex dixiſſet, quæcunque perſona, maſculi continerentur: non generis ipſius vocis vi, ſed ex propria ſuperiorum vocum natura. 22 *Subint.* dolo malo. Nam ut quis puniri poſſit de recepto ſervo, dolus requiritur. eſt enim ipſa receptatio per ſe honeſta, qua nimirum alius alium juvat. Dolus tamen præſumitur in eo, qui ſcire poteſt. ut quia res in publica fama eſt & notoria, in vicinia maxime. 23 Pœna fugitivum ſervum recipientis. 6. *Harmenopul.* 13. 24 Æſtimatio hæc vulgaris fuit ſervi ſive mancipii. *l.* 1. §. 5. J. *de comm. ſerv.* 25 Geminata & iterata delicta gravius puniuntur. vid. Tiraquellum *tract. de pœnis.* 26 Pœnam in corpore patitur, qui in ære nihil habet, *ut hic. l.* 6. *in fin. ſupr. de modo multarum. l.* 1. *in fin. ff. de pœnis.* quod Bartolus, Baldus & Imola verum eſſe putant, etiamſi in uno nummo deficiat: quod inhumanum puto. Illud verius eſt, ſuperiorem ſententiam locum non habere in contractibus, in delictis levioribus, vel quoties adverſarius id non poſtulat: poſtremo, ubi reus ipſe nobilis eſt. Socinus *reg.* 21.
27 Errantem excuſat contractus licitus: quo jure moti nonnulli, negant eum delicto teneri, qui mercede conductus & ignorans in aliena ſylva arbores cæciderit. Quæ opinio Accurſii in *l.* 23. *ff. de rei vind.* ab omnibus communiter adprobatur: volunt enim toties mandatarium excuſari, quoties res ei mandata licita fuerit. Bald. ad *l.* 5. J. *de accuſat.* vide Rolandum a Valle *conſ.* 54. *numer.* 6. 7. 8. 9. 10. 28 Titulus juſtus excuſat a dolo præſumpto.
29 Cur ita? pœna remittitur bona fide facientibus: ſive rem alienam, vel uxorem recipiant, ſive res ſuas commodent, & commodatarius poſt eis abutatur. 30 Ad torturam interdum, ad condemnationem nimirum, & liberationem pervenitur probationum penuria, in ſecretis tractatibus & conſiliis. 31 Id eſt, libertos, ut in *l. ult.* J. eorum artificio & operis respublica utebatur. 32 Solicitans ad fugam punitur. 33 *l.* 1. *ſupr. de defenſorib. civit.* 34 Vicaria mancipia quæ vicem alterius repræſentant.
35 Judex in officio ſuo negligens, ne quidem Principis reſcripto abſolvi poteſt: ut & maxime ſit abſolutus, regreſſum tamen in eum, cui favit injuſte non habet, & merito: ut ne quam proprio nomine pœnam exſolvit, eam ab alio repetat. 36 Hi ſervi qui ſunt in fuga, nec vendi poſſunt, nec donari. vide Cujac. 17. *obſ.* 10. adde *l.* 6. J. *ad l.* Fab. *de plag.*
37 Comes Hiſpaniæ. 38 An condictione ex *l.* 4. *ſupr. h. t.* An officio judicis, ut vult Cynus? An rei vindicatione, ut vult Accurſius? prior verior eſt, nam agitur hic ad pœnam & illico. Rei autem vindicatio neque pœnalis eſt, neque ita momentaria. 39 Dominii quæſtio agenti referri poteſt: & ut hinc colligitur de jure tertii poteſt excipi.
40 Illico ubi agitur, ſummarie agitur. 41 Eadem vox reperitur in *l. un.* J. *de mulier. quæ ſe propr. ſerv.* 42 *l.* 12. J. *de agric.* adde Cujac. 17. *obſ.* 10. 43 De pœna ſervum fiſcalem occultantis. 44 Atqui pœna quadruplum excedere non poteſt. §. *omnes.*

Si

Si servus publicis operibus deputatus connubium contrahat cum ancilla.

8. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino Præfecto urbi Romæ.

SI qui publicorum [1] servorum fabricis [2], seu aliis operibus [publicis] deputati, tanquam propriæ conditionis immemores, domibus se alienis, & privatarum ancillarum consortiis adjunxerint, tam ipsi, quam uxores [3] eorum, & liberi [4], confestim conditioni pristinæ laborique restituantur. Dat. 8. Kal. August. TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

TIT. II.

DE FURTIS [5] ET SERVO CORRUPTO [6].

De concurrentibus actionibus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Theogeni.

SI pecunia tua mandantibus servis [tuis] quidam prædia comparaverunt: eligere [7] debes, utrum furti actionem [& condictionem,] an mandati potius inferre debeas: neque [8] enim æquitas patitur, ut [&] criminis causam persequaris, & bonæ [9] fidei contractum impleri postules. Dat. 11. Kal. Maji, SEVERO & ALBINO CONSS. 195.

Si dominus pretium rei furtivæ non solvat.

2. Iidem AA. Negotiatoribus.

INcivilem [10] rem desideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam [11] pretium fuerit solutum a dominis. Curate igitur cautius [12] negotiari, ne non tantum in damna hujusmodi, sed etiam in criminis suspicionem [13] incidatis. PP. Kal. Decembr. CHILONE, & LIBONE CONSS. 205.

De re nondum dedicata.

3. Imp. ANTONINUS A. Secundo.

SI nondum [14] rem templo divino dedicatam vitricus tuus furto abstulit: habes [15] adversus eum furti [16] actionem. PP. 6. Id. Septembr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De servo sollicitato.

4. Imp. ALEXAND. A. Aurelio. [Herodi.]

ADversus eum duntaxat, quem servum tuum sollicitasse [17] dicis, si eum deterioris animi fecerit, servi corrupti agere potes. Quod si sollicitatum [18] occultaverit, etiam furti cum eodem agere potes. Quas actiones etiam per [19] procuratorem exercere minime prohiberis. PP. Idib. Septembr. ALEX. A. CONSS. 223.

De venditore exhibendo.

5. Idem A. Cornelio.

CIvile [20] est quod [21] [a te] adversarius tuus exigit: ut rei quam apud te fuisse [22] fateris, exhibeas [23] venditorem: nam a transeunte & ignoto te [24] emisse, dicere non convenit, volenti evitare alienam bono viro suspicionem [25]. PP. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De alienatione, contrectatione, detentione servi alieni.

6. Idem A. Pythidoro.

ALienum [26] servum sine voluntate domini qui sciens vendiderit [27], seu donaverit [28], vel alio modo alienaverit [29]: nihil domino deminuere potest. Et si contrectet [30], vel apud se detinuerit, etiam furtum [31] facit. PP. Kal. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De eo qui pecuniam perferendam accepit, & in suos usus convertit.

7. Idem A. Dato.

SI is cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam [32] dedisse proponis, parva quantitate numerata reliquam in usus suos [33] convertit, furtum fecit. PP. Idib. Jun. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

De exactore tributorum.

8. Idem A. Valentino.

ETiam furti actione [34] tributorum [35] exactor tenetur, si te non [36] cessante in tributoria exactione, sciens [37] quod nihil debetur, ancillam tui juris abduxit, aut vendidit: quæ res facit, ut nec emptor usucapiat, vendicatioque tibi [ipsius] competat. PP. 10. Kal. Mart. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De rei interitu.

9. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Ædisio.

SUbtracto furto, vel vi abrepto mancipio, quamvis hoc rebus humanis [38] non oblatum [39] fuerit exemptum [40]: tam ad raptorem, quam ad furem periculum redundabit, & uterque eorum pœna legitima coërcebitur. S. 7. Kal. Februar. *Sirmii* *.

De usucapionibus, de successoribus.

10. Iidem AA. & CC. Valerio.

SI abducta mancipia furto vel [41] plagio [42], venundata Præses provinciæ perspexerit, cum nec ab emptore propter cohærens vitium, antequam ad dominum [43] possessio revertatur [44], [hæc] usucapi possint: & te ei cujus fuerint, successisse [45] repererit, restitui tibi providebit [46]. Sine die & Consule.

De noverca, de furto manifesto vel nec manifesto.

11. Iidem AA. & CC. Demostheni.

DE his quæ subtraxisse novercam [47] pupilli tui, precibus significas, Rectorem adi provinciæ: qui si eam, posteaquam [48] dominus rerum is pro quo supplicas, factus est, aliquid furatam cognoverit: non ignorat in quadruplum furti manifesti; nec manifesti [vero,] dupli actione furti constituta, condemnationem formari. Dat. 7. Kal. Septembr. *Viminacii*, CC. CONSS.

De partu ancillæ furtivæ, & de concurrentibus actionibus.

12. Iidem AA. & CC. Quintæ.

ANcillæ subtractæ partus [49] apud furem editi, priusquam a domino possideantur, usucapi nequeunt: matris furem, etiam horum causa furti actione teneri convenit: quapropter furti [50] actione & condictione [51], vel adversus possidentem [rei] vindicatione [52] de mancipiis uti non prohiberis, cum altera pœnam [53] continens alterius electione minime tolli possit. Nam extra [54] pœnam rei persecutionem esse, nulla juris quæstio est, cum etiam hi qui aliena

21. *Inst. de act.* vid. Bald. *hic.* 1 De servis publicis populi Romani. 2 Vid. *tit. de fabricensib. lib.* 11. 3 Pœna servi publici P. Romani nuptias cum ancilla contrahentis. 4 Partus hic sequitur conditionem patris. Atqui matris conditionem sequi debet. *l. partum* 7. *supr. de rei vind.* hoc fit mediate per matrem quæ ipsum virum sequitur: virum uxor, liberi matrem sequuntur, atque ideo patrem.

5 Vid. *L.* 47. *D.* 2. optime cohæret hic titulus superiori, vix est enim servus ut fugiat, quin secum rem aliquam pecuniamve domini auferat, ut dixi *l.* 12. C. *ad l. Fab. de plagiariis.* 6 Vide *L.* 11. *D.* 3. Inde est δυλοπατάως δίκη. 7 Agi ex delicto & contractu simul non potest: nam contraria cumulari non possunt: & est iniquum rem & pretium simul consequi. 8 Ex pluribus actionibus contrariis una eligenda est: qua electa actor variare non potest. *l.* 88. *ff. h. t.* Imo concursus furti & mandati admittitur. *l.* 22. §. 7. *ff. mandati:* vide Cujac. 17. *observ.* 12. sed & Baldus hic varios casus profert, in quibus contraria cumulari posse demonstrat. 9 Mandatum intelligit, & ita dominus actionem ex servi mandato adquirit. 10 Furto res subreptas earum emptor vero domino restituere cogitur, etiam non recepto pretio, *ut hic.* 6. Harmenop. 6. §. 6. 11 Possessor rei furtivæ rem domino restituere cogitur etiam non recepto pretio. *l.* 23. C. *de rei vind.* facit *l.* 27. *ff. de captivis.* Imo pretium recipit, si quis rem alienam a latronibus emerit. *l.* 6. *in fin. ff. de captivis.* Idque volunt æquum ex eo esse, quod dominus nulla alia actione suum consequi a latronibus potuisset. atqui *d. l.* 27. negat servum ita emptum usucapi posse? Ut ita sit, eadem etiam negat pretium emptori restituendum: & ita *d. l.* 27. conciliandam esse. Ad hæc, emptori pretium a domino restitui volunt, si emptor tempore venditionis protestatus fuerit, se rem ea mente comparasse, ut eam domino redderet. Cæpolla *cautela* 10. Wurmser. 1. *pract.* 31. *cap.* 1. a quo tamen Natta dissentit *cons.* 436. Clarus *lib.* 5. §. *furtum* 6. *vers. sed hinc incidenter.* dubius hæret inter utrumque. Nattæ sententiam Alciatus probat: quam & confirmat lex, *id quod nostrum.* 11. *ff. de reg. jur.* quin protestatio emptoris nimiam diligentiam continens, dolum ejus arguit. *l.* 7. *de cond. inst.* cui sententiæ liberius accedo. Idem præterea volunt esse, si pretium rei venditæ in rem domini versum fuerit. *l.* 19. *supr. de procur.* si dominus ultro pretium restituerit. *l.* 36. *ff. de cond. indeb.* si consuetudo contraria existet. vid. Alciat. 3. *præsumpt.* 29. Quid si emptor auctorem laudaverit? vid. *l.* 5. *infr. h. t.* Quid si in taberna publica, vel in foro, ubi res ejusmodi vulgo vendi solent, bona fide quis emerit? puto pretium restituendum emptori. *arg. l.* 3. *ff. de SC. Macedon. l.* 52. §. 15. *ff. de furt.* quin eo casu admittitur ad agendum cum ipso domino, si forte res ei subtracta sit. & huc refero *l.* 74. *ff. de furt.* Quid si tantum nitatur emptor, quod imprudens emit, & alius laudatæ famæ sit? tali exceptione emptorem juvari non puto, ut quem caute negotiari lex velit, *ut hic.* Interea tamen sciendum, ei qui ignorans emit, dari actionem furti, non tamen adversus dominum. *l.* 52. §. 10. *ff. de furt.* 12 *l.* 19. *ff. de reg. jur.* 13 Malæ fidei. *l.* 5. C. *h. t. l.* 12. *in fin.* C. *h. t.* Negant tamen interpretes possessorem rei furtivæ furem præsumi, nisi concurrentibus aliis in id conjecturis, ut furti non teneatur possessor, nisi scienter rem alienam emisse probatus fuerit. *d. l.* 12. vel malæ & illaudatæ famæ sit: quo casu quæstionem haberi posse existimant: idemque dicendum in eo apud quem falsa moneta reperta fuerit. vid. Hippolyt. de Marsil. *ad l. qui falsam. n.* 121. *& seq. ff. ad leg. Corn. de falsis.* Recte Bartolus monet inspiciendum esse quo pretio res empta sit, & utrum clam vel palam; ut ex hujusmodi indiciis dolus arguatur. *l.* 6. *supr. de dolo.* Clam emisse videtur, qui ignotum venditorem nominat. *l.* 5. C. *h. t.* 14 Destinatione sola dedicationis, non transit res privata in sacram, non fit sacra, neque templo quæritur actio. Imo sola destinatione dedicatur. *l. cum pater* 77. §. *surdo.* 3. *ff. de leg.* 2. 15 Id est, tibi non templo, vel pontificibus competit actio. *l.* 35. *ff. de liberali. l.* 2. *ff. de pollic.* 16 Non sacrilegii: ut hinc colligas, in delictis qualitatem rei considerari, quæ tempore delicti est in actu, non quæ est in potentia, aut via ad actum. 17 *l.* 5. *supr. tit. proxim. l.* 1. §. 3. *vers. qui igitur servum. ff. de servo corrupto.* 18 *l.* 2. *in fin. ff. de privat. delict. l.* 36. *in fin. ff. de furtis.* 19 Per procuratorem delictorum actiones civiliter moveri possunt. *l.* 2. *in fin.* C. *ad l. Fab. de plag.* 20 At non necessarium. Accurs. *hic. l.* 4. §. 4. *ff. de condict. ob turp.* Imo necessarium, si magistratus exhiberi jubeat. *l.* 13. *ff. de offic. præsid.* 21 Titulum suæ possessionis in jure dicere quisque cogitur. 22 Confessio præteriti præsumptionem in præsenti inducit. 23 Et nomines. 24 Furti suspicionem non evitat, qui dicit se ab ignoto emisse. Da notum hominem indicatum fuisse, num pretium emptori restitui oportebit? restituendum esse non puto nisi patrocinetur aliud. dixi ad *l.* 2. C. *h. t.* 25 *l.* 2. *supr. eodem.* De furti indiciis vide Baërtium apud Bellovisanum 3. *pract. cap.* 5. 26 §. 3. *in fin. Instit. de usucap.* 27 *d. l.* 16. C. *h. t. l.* 1. *l.* 6. C. *de usucap. pro emptore.* 28 *l.* 2. C. *de usucap. pro donato.* 29 *l.* 54. §. 1. *ff. h. t.* 30 Animo amovendi. *l.* 52. §. 19. *ff. h. t.* 31 Et plagium. C. *l.* 12. *ad leg. Fab. de plagiar.* 32 Furti tenetur qui pecuniam, quam ad alium perferendam accepit, suos in usus convertit. *l.* 14. §. 9. *l.* 43. §. 1. *ff. h. t. l.* 38. *in fin. ff. de noxalibus. l.* 22. §. 7. *ff. mandati.* 15. *Ecl.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 6. *cap.* 20. quo nomine furti competit actio mittenti, nisi recepturi magis intersit. *l.* 14. *in fin. ff. h. t.* His sequentia conjungamus. Rem certo loco debuisti, tabellarius in itinere eam consumpsit, quid juris? tibi perit. *arg. l.* 2. *ff. de eo quod certo. l.* 11. *ff. de reb. cred.* Si certo loco non debuisti, sive te monui, ut remitteres, sive non monui, tibi non perit, si idoneo homini vel publico tabellario perferendam dedisti. *l.* 20. *ff. commodati.* Num etiam idoneus is est, qui te monuit ut rem ad me mitteres? minime: nisi jussero ut ei rem ad me perferendam dares. *l.* 10. *in fin. l.* 11. *&* 12. *in princ. & fin. ff. commodati.* 33 Quid si cum tibi pecunia data esset, ut cui velles dares, & post eam consumpseris? teneris mandati. *l.* 22. §. 7. *ff. mandati.* 34 Nisi conventus sit alia actione, puta in factum. *l.* 2. *supr. ex quibus causis in fin.* alias furti actione conventus fit infamis. *l.* 63. *ff. h. t.* 35 Tributorum iniquus exactor, tenetur furti. 15. *Eclog.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 6. *c.* 21. 36 Adde *l.* 73. *ff. h. t.* 37 Aliud si ignorans, aut non vana persuasione ductus. *l.* 2. §. 20. *ff. vi bon.* 38 Rei furtivæ, vel vi possessæ periculum ad furem & raptorem pertinet. *l.* 46. *ff. h. t. l. ult. supr. de condict. furt.* nisi moram purgaverit oblatione, *ut hic, & l.* 17. *ff. de cond. furt.* vel novatione. *d. l.* 17. vel stipulatione. *d. l.* 17. *l.* 29. *in fin. ff. de verb. oblig.* vel si intra judicati tempora res furtiva perierit, sine dolo malo furis condemnati. *l.* 14. §. 11. *ff. de eo quod met.* alias quivis raptor est in mora. *d. l. ult. l.* 1. §. 34. *ff. de vi & vi.* 39 Moram semper admittit, quisquis ex maleficio tenetur. 40 *l.* 50. *ff. h. t.* 41 Plagio res exportata usucapi non potest. 42 Hic & male Græci videntur legisse *Fuga* pro *Plagio*, ut ostendit Cujacius 7. ad *Africanum fol.* 127: adde *l.* 60. *ff. de furtis.* 43 Vel quasi: puta tutorem. *l.* 4. §. 11. *ff. de usurpat.* 44 Saltem ficte, puta si rei æstimationem nacti fuerimus. *l.* 4. §. 13. *ff. de usurpat.* si rem pro tradita habueris. *l.* 32. *ff. de usurpat.* 45 Quid? actio furti daturne successori? vindicatio datur successori etiam singulari. *l.* 2. *supr. de petit. hered. l.* 1. C. *com. de leg.* Condictio universali tantum successori datur. *l.* 14. *ff. de condict. furt.* nisi dominium ejus venditum fuit a testatore. *l.* 10. §. 2. *d. tit.* non singulari. *l.* 11. *d. tit.* actio vero furtiva universali datur. *l.* 47. *ff. h. t.* non singulari, nisi ex nova contrectatione. & ita Rolandus a Valle accipit legem 47. 65. *ff. h. t. l.* 8. *ff. de servo corrupto. l.* 35. *ff. de usurpat.* eo etiam movetur, quod actio personalis non sequatur singularem successorem. Quod si proprietas heredi, alteri ususfructus sit relictus, quis aget? vid. *l.* 35. *ff. de usurpat.* 46 Atqui furti actio datur ei, qui possidet. *l.* 1. §. 15. *ff. si is qui testament. liber. l.* 35. *ff. de usurpat.* nostro autem themate successor non possidet. vid. Bald. *hic.* 47 Uxor mortui mariti bona ab herede apprehensa subripiens furti tenetur. *ut hic*, si nondum apprehensa, non tenetur. *l.* 17. *infr. h. t.* multo minus si constante matrimonio subripuerit. *l.* 1. *ff. rerum amotarum.* 48 Nam hereditati jacenti, id est priusquam heres sit possessor, non dicitur furtum fieri. *l.* 2. *in fin. l. ult. ff. expilatæ hered. l.* 35. *ff. de usurpat.* nisi tribus casibus. *l.* 68. 69. *ff. hoc tit.* 49 Dixi ad *l.* 48. §. 5. *l.* 60. *ff. h. t.* 50 Partus rei furtivæ actione furti peti potest. 51 Furtiva. *l.* 14. *ff. de condict. furt.* 52 Vindicatio de mancipiis. 53 Pœnalis actio rei persecutionem non tollit, & e contra. *l.* 54. §. 3. *ff. h. t. l.* 7. *ff. de condict. furt.* 54 Extra pœnam rei persecutio est.

mancipia comparaverint [1], si hanc causam non ignorent, furti actione teneantur. Dat. Idib. Octob. *Sirmii*, CC. CONSS.

De transactione.

13. Iidem AA. & CC. Domno.

POst decisionem [2] furti leges [3] agi prohibent. Quod si non transegisti [4], sed de sublatis partem tantum accepisti, residuum vindicare, vel condicere, & actione furti apud Præsidem [provinciæ] agere potes. Dat. Kal. Decemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

De res ablatas suscipiente.

14. Iidem AA. & CC. Dionysio.

EOs qui a servo [5] furtim ablata [6] scientes [7] susceperint [8], non tantum de susceptis convenire, sed etiam pœnali furti actione potes. Dat. 8. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De successoribus.

15. Iidem AA. & CC. Socratæ.

FUrti actione [9] minime teneri successores [10], ignorare non debueras. De instrumentis autem ablatis [11] in rem actione tenentes convenire potes. Dat. 3. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De servo alieno vendito.

16. Iidem AA. & CC. Arthemidoro & aliis.

SI servum [12] vestrum nutriendum qui [13] susceperat, venundedit [14]: furtum commisit. Dat. Kal. Octob. *Viminaci*, CC. CONSS.

De uxore.

17. Iidem AA. & CC. Cononi.

QUamvis [etiam] expilatæ [15] hereditatis criminis promiscuus usus exemplo actionis furti ream uxorem [16] fieri non patiatur: tamen heredes, itemque filii super his quæ de patris bonis possidet; adversus eam in rem actione [17] experiri non prohibentur. Dat. Idib. Decembr. CC. CONSS.

De naufragio vel incendio.

18. Iidem AA. & CC. Dionysiodoro.

IN eum, qui ex naufragio [18] vel incendio cepisse, vel in his rebus damni quid dedisse dicitur; intra annum utilem [19] ei cui res abest, quadrupli [20]: post [21] annum in simplum actionem proditam præter pœnam olim statutam, edicti forma perpetui declarat. Dat. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis & consuetudinibus contra Ecclesiæ libertatem editis tollendis, col. 10.

N*Avigia quocunque locorum pervenerint, si quo casu contingente rupta fuerint, vel alias ad terram pervenerint, tam* [22] *ipsa navigia, quam navigantium bona illis integra reserventur* [23], *ad quos spectabant, antequam navigia hujusmodi periculum incurrissent: sublata penitus* [24] *omnium locorum consuetudine, quæ huic adversatur sanctioni: nisi* [25] *talia sint navigia, quæ piraticam* [26] *exerceant pravitatem, aut sint nobis, sive Christiano nomini inimica.* † *Transgressores autem hujus nostræ constitutionis bonorum suorum publicatione* [27] *multentur: & si res exegerit, eorum audacia juxta mandatum nostrum modis aliis compescatur.*

De falso procuratore.

19. Iidem AA. & CC. Nestiæo.

FAlsus [28] procurator depositum recipiendo, vel æs alienum exigendo citra domini voluntatem, furtum facit; ac præter rei restitutionem, actione [dupli] nec manifesti furti convenitur. Sine die & Consule.

De eo, qui servum alienum corrumpere conatus est.

20. Imp. JUSTIN. A. Juliano P.P.

S*I quis* [29] *servo alieno suaserit, ut aliquam rem domini sui surriperet, & ad se deferret,* servus autem hoc domino manifestaverit, & domino concedente [30], res ejus ad iniquum hujusmodi suasionis auctorem pertulerit, & ipse inventus fuerit rem detinens: quali teneatur actione is qui res suscepit, utrumne [31] pro occasione furti, an pro servo [corrupto], quia eum corrumpere voluerit, an non solum furti, sed etiam servi corrupti [is] obligetur, veteres dubitaverunt? Nobis itaque eorum altercationes decidentibus [32] placuit, non solum furti actionem, sed etiam servi corrupti contra eum dari: licet enim servus minime deterior factus est, tamen consilium [33] corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, & quemadmodum [34] secundum juris regulas furtum quidem non est commissum, quia is [35] videtur furtum committere, qui contra domini voluntatem res ejus contrectat, ipse autem furti actione propter dolum suum tenetur: ita & servi corrupti contra eum actio propter suum vitium non abs re extendatur, ut sit ei pœnalis actio imposita tanquam [36] reipsa fuisset servus corruptus, ne ex hujusmodi impunitate, & in alium servum qui [facile] possit corrumpi, hoc facere pertentet. Dat. Kal. August. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si servus bona fide possessus furtum committat.

21. Idem A. Juliano.

APud antiquos quærebatur, si servus quem aliquis bona [37] fide possideat, furtum commiserit alienarum rerum, vel ipsius apud quem constitutus est: an ipse, [qui eum] bona fide detinet, noxalem furti actionem adversus verum dominum habeat, vel ipse ab eo, qui furtum passus est, prædicta conveniatur actione. Cumque generalis regula [38] ab antiqua prudentia exposita est, *hujus hominis gratia, pro* [39] *quo noxalem furti actionem suscipere quis compellitur, adversus alium furti actionem habere non concedens,* quidam ita eam per [40] conjecturam interpretati sunt, adversus bonæ fidei quidem possessorem nullo modo furti actionem extendi: ipsi autem, si furtum fuerit passus adversus verum dominum furti actionem noxalem recte decerni. Tunc autem bonæ fidei possessorem furti nomine quod passus est, noxalem actionem contra dominum habere posse, quando servus sub domini [sui] fuerit constitutus possessione: & pro his rebus posse eum adversus dominum habere actionem, non solum quas servus subtraxit jam apud eum constitutus, sed & quas furatus est, quando fugit quidem a bonæ fidei possessore, adhuc autem nondum sub manibus domini [sui] fuerat constitutus. Quam interpretationem prisca quidem jura per conjecturam introducebant, nos autem altius, & [verius] ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus. Cum igitur bonæ [41] fidei possessor domini [42] cogitatione furem possidet [43], merito, do-

1 *l. 37. ff. de cond. indeb.* 2 *d. l. 7. in pr. l. 61. §. 1. ff. de furt. l. 18. C. de donationib.* 3. 12. tabularum scilicet, dixi ad *l. 12. tabul. lib. 2. tit. 24. c. 5.* 4 Transigere de furto licet. 5 Num idem si a libero homine. Marsilius *consil. criminali* 53. *numer.* 26. negat idem esse. Differentiæ rationem hanc esse putat, quod hac lege nuda furtivæ rei receptio non spectetur, sed & servi corruptio. *l. 20. C. h. t. l. 1. ff. de servo corrupto.* ut hac ratione cesset hujus legis dispositio, si a libero homine res furtivas quis receperit.
6 Hoc est, res a servo subreptas. An aliud in recipiente latronem vel furem? Ait Marsilius *d. consilio.* dixi ad *l. 1. ff. de recept. & C. de his qui latrones.* aliud quoque in recipiente rem raptam. *l. 3. §. non tantum 3. ff. de incendio. l. crimen 9. C. ad l. Juliam de vi.* Aliud item in recipiente adulterii damnatam. *l. 9. C. ad l. Jul. de adult.* Aliud quoque in receptatore servi rerumque furtivarum simul. *l. si quis 12. C. ad l. Fab. de plagiariis.* Sed & aliud in receptante fisci pecunias. *l. unic. C. de crimine peculatus:* Hos enim receptatores furti non teneri. Uno verbo, Marsilius illo loco existimat, eum qui sciens res furtivas recepit, nulla lege civili, furti pœna teneri. Nec hanc legem obstare: ut quæ generaliter non loquatur de quocunque rem furtivam recipiente, sed de eo qui rem a servo subreptam recepit. Hunc enim singulari jure furti teneri, quod videlicet præter rem receptam, servum corruperit. Cæterum hanc rationem cessare in cæteris, qui rem furtivam a libero homine sibi traditam recipiunt. 7 *l. 35. ff. h. t. l. 1. ff. de receptat. l. 11. §. fin. ff. de servo corrupto. l. 6. in fin. ff. ad l. Jul. pecul.* 8 Qui sciens res a servo subreptas recipit, furti tenetur. *§. 4. in fin. Inst. de oblig. quæ ex delict. l. 10. §. quod cum eo. l. 12. C. ad l. Fab. de plagiariis. l. 14. ff. commodati.* vide Rolandum a Valle 1. *cons.* 45. 9 *6.* Harmenop. 5. §. 1. pœnali scilicet. *§. 1. Instit. de perpet. & temp. l. 1. ff. de privat. del.* dixi ad *l. 111. §. 1. ff. de reg. jur.*
10 Ex furto delictoque defuncti. his adde quæ superius dixi de actione furti successoribus competente, ad *l. 10 in fin. supr. h. t.* 11 *l. 27. l. 32. ff. h. t.*
12 Et ita alienum. *l. 6. §. h. t.* 13 Hinc non illepide Baldus, *si pastor*, inquit, *lupus efficitur, furti tenetur.* 14 Aut constituit se emptoris nomine possidere, sufficit enim ad furtum, rem alienam ficte contrectasse. *Salicet.* 15 Uxor expilatæ hereditatis non tenetur *l. 5. ff. expilatæ.* 16 Dixi ad *l. 11. supr. h. t.* 17 *l. 2. ff. expilatæ.*
18 *l. 1. ff. de incendio.* 19 Vid. Cujacium 2. *observ.* 18. 20 *d. l. 1. l. 44. vers. idem ait. ff. de adquirendo rerum.* 21 Imo post annum non datur. *l. 2. in fin. C. de naufrag.*
22 Naufragio privati res suas jure non amittunt. Ideoque res naufragiorum neque a privato, neque a publica persona invitis earum dominis retineri possunt. Crudelitatis genus est, ultra naufragium velle desævire: & illos ad dispendia cogere, quibus inopem vitam probantur immania elementa dedisse. Cassiodorus 4. *variar.* 7. 23 *l. ultim. ff. de incend. l. 4. l. 5. C. de naufrag. §. 43. Institut. de rerum divis. l. 8 ff. ad l. Rhod.* 24 Clausula generalis, *non obstante &c.* in constitutionibus Principum sufficit: neque enim singulas consuetudines & singula statuta scire princeps cogitur. *cap. 1. de constitut. in 6.* 25 Subripere licet impune res naufragii a pirata; vel hoste imperii, vel ab hæretico facti: ab alio facti non licet. 26 Piratæ comparantur reis majestatis divinæ & humanæ.
27 Pœna subripientis aliquid ex naufragio. 28 Falsus procurator furtum facit. *l. 43. §. 1. l. 80. §. 6. ff. h. t. l. 24. §. de procurat. l. 18. in fin. ff. de solution.* Falsus autem procurator est, qui nullum unquam mandatum habuit. Vel qui revocatum, vel ipso jure nullum habet. Bald. *hic.* 29 *§. 8. Instit de obligat. quæ ex delicto.* 30 Furtum fit invito domino. *C. h. t.* interdum volenti, *ut hic.* 31 Videtur legendum, *utrumne furti: an pro servo quem corrumpere voluit? non solum furti, sed etiam servi corrupti is obligatur &c.* ut hæc sint in quæstione, an furti, an servi corrupti, an utriusque nomine teneatur.
32 Hæc est 22. decisio ex quinquaginta novis Justinianeis, ut videre est apud Inglois, quem vide *h. l.* Ans. 33 *l. 47. ff. de reg. jur.* 34 Hæc ἀντίθεσις obscura est: nos ita explicamus, Singularia duo hac lege proponuntur, reus, de quo hic agitur, furti tenetur, quamvis proprie furtum non fecerit: & servi corrupti, quamvis proprie servum non corruperit. Non furtum fecit, quia rem volente domino contrectavit: passus enim dominus rei est, rem apud eum (nimirum sollicitatorem servi) deferri, ut delata apud eum interciperetur, & in furto deprehenderetur. Non servum corrupit, quia servus ipse sollicitatorem domino indicavit, & communicato cum hero consilio apud sollicitatorem, rem domini detulit, ut sollicitator in furto deprehenderetur. His cognitis res ita confertur; quemadmodum adversus sollicitatorem in hac hypothesi datur furti actio, licet proprie furtum non fecit, hoc est, invito domino rem contrectavit: ita adversus eundem datur servi corrupti actio, licet servum ipsum (frugi & fidelem domino) non corruperit: hoc ideo, quia lex consilium corruptoris considerat, non factum. 35 *§. 6. Inst. de obligat. ex delict.* 2. Gajus 10. §. 4. 36 *Tanquam*, particula fictionis nota est. Delicta facto & animo delinquentis perfecta puniuntur, etiamsi vera delicti definitione perspecta non sint perfecta. vide quæ dixi ad *l. 18. ff. de pœnis. l. unic. §. si quacunque præditus potestat.* adde quæ dixi ad *Novell.* 134. *cap.* 10. *l. 5. supr. de Episc. aud. l. 5. C. ad l. Jul. majest. l. 1. ff. de extraord. crimin.* 37 Pro servo bona fide possesso conveniuntur bonæ fidei possessores, furti noxali actione. *l. 11. ff. de noxalib.*
38 Regula antiquæ prudentiæ. 39 Regula hoc innuit, pro quo noxalem quis actionem suscipere cogitur, ejus nomine adversus alium actionem non habet. *vers. qui habet. C. h. t.*
40 Per conjecturam interpretari appellat argumentum a contrario. 41 Bona fide Titius servum alienum possidet. Servus ille noxam nocuit, furtum alii fecit: quæritur an bonæ fidei possessor servi nomine, noxali actione conveniri possit? potest. Quid si idem servus illi bonæ fidei possessori furtum fecerit, non potest bonæ fidei possessor ille noxali actione experiri adversus verum servi dominum. Cur ita? Vero domino furti actio ob servum competit: ita verus dominus furti actione noxali eo nomine conveniri non potest, *vers. qui habet.* Quid si servus apud bonæ fidei possessorem esse desiit & apud verum dominum esse cœpit? bonæ fidei possessor actione noxali conveniri amplius non potest. *vers. sin autem.* Potest ne ob res furto sublatas experiri adversus verum dominum? potest: sed pro iis tantum rebus, quas servus furatus est, postquam apud bonæ fidei possessorem esse desiit. Quisque enim habet tunc furti actionem adversus dominum, cum ipse aliis teneri furti actione non potest. Ita emendo & lego hunc versiculum: *Qui enim &c.* apertissimo sensu, qui huc usque non perceptus a nostris videtur. Nam si quæsieris, cur bonæ fidei possessor, ex furto sibi facto a servo post amissam ejus possessionem agere adversus verum dominum possit? Hæc erit ratio: Bonæ fidei possessor post amissam servi possessionem, aliis furti actione noxali teneri non potest: igitur ab eo tempore jus furti actionis movendæ ei competere in aliquem cœpit, si rursus quæras in quem? nullum alium reperies, quam verum rei dominum. Atqui si servus mansisset apud bonæ fidei possessorem: bonæ fidei possessor furti non potuisset instituere actionem? non potuisset, sic enim (ut loquitur hic Justinianus) omnia ex tempore discernenda. Jus ex tempore variatur, tempus aliud alias actiones postulat: ita accidet, ut certa temporis parte, bonæ fidei possessor, hoc est, cum servum possedit, non habuerit (addita hac negatione necessario hic locus legendus est ex *vers. cum igitur §. h. t. ibi, & ipse adversus verum dominum*) actionem adversus verum dominum: & eodem tamen tempore teneatur (ita affirmative dispuncta negatione hic locus legendus videtur) actione extraneis. *d. vers. cum igitur.* Jus ex tempore variatur: tempus aliud alias actiones postulat: ita fiet, ut cum possessor bonæ fidei servum non possidet, habeat actionem adversus dominum, & non teneatur extraneis actione. *C. ibi. & bonæ fidei possessor.* Contra accidet, ut ipse dominus, cum servus apud bonæ fidei possessorem fuerit, non teneatur: cum esse desierit apud eum, sub actione constituatur. *ibi, & ipse dominus. C. eodem.* nisi quis malit ita legere totum hunc locum, *& bonæ fidei possessor in parte certa temporis non habeat actionem, & teneatur actione: & ipse dominus in alio tempore non teneatur actione, & in alio sub actione constituatur &c.* hoc sensu, cum bonæ fidei possessor servum possidet, ex furto servi non habet actionem adversus dominum, licet eodem tempore extraneis teneatur furti. Hæc videtur sententia manifesta esse. *vers. cum igitur §. h. t.* nihil tamen necessario mutandum esse. 42 Est hæc possessio civilis, quæ a Græcis dicitur τῇ ψυχῇ δεσπόζοντος κατοχή, 50. *Eclog.* 2. *cap.* 60. id est, animo domini, opinione domini. *l. 22. §. 1. ff. de noxalib. action.* 43 Apud bonæ fidei possessorem servus si furtum extraneo fecit, tenetur bonæ fidei possessor servi nomine noxali actione: nec tamen adver-

nec

nec apud eum constitutus est, & aliis tenetur noxali actione, si extranei furtum a servo fuerint passi, & ipse adversus verum dominum non habet actionem, secundum regulam [1] dicentem: *Qui habet adversus* [2] *alium furti actionem, ipse ea teneri non potest.* Sin autem desinat in servi retentione [3], & ille apud verum dominum fuerit inventus: tunc ipse quidem noxali furti actione minime potest teneri: adversus autem verum dominum habet ipse furti noxalem actionem pro rebus, quas vel tunc furatus est, cum est apud verum dominum, vel antea postquam bonæ fidei possessoris retentionem [4] excessit, necdum apud verum dominum factus [5] est. Sic iterum regulæ generali casus evenit consentaneus. Qui enim habet tunc furti actionem adversus [6] dominum, ipse aliis teneri furti actione non potest, & sic ex [7] tempore omnibus discretis, vetustissima dubitatio nostro fœdere conquiescat, & bonæ fidei possessor in parte certa [8] temporis habeat actionem, & non teneatur [actione]: & ipse dominus in alio tempore [9] non teneatur actione, & in alio sub actione constituatur. † De eo [autem] qui liber [10] constitutus ab alio bona fide tenetur, si furtum commiserit, recte & sine aliqua dubitatione dicitur posse eum qui liber est cognitus, & ab ipso qui bona fide eum detinet, pro furto conveniri: & bonæ fidei possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, non posse conveniri, sed ipsum pro suo furto respondere: quia generalis regula [de servo] prolata est: & pro [11] eo qui non servus, sed liber, & suæ potestatis est, noxalem moveri actionem, impossibile, nostrisque legibus incognitum est. Dat. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De re commodata.

22. Iidem A. Joanni P.P.

Manifestissimi [12] quidem juris est, perpetrato furto, ei competere furti actionem, cujus [13] interest ne furtum committatur. Sed quærebatur apud antiquos legum interpretes, si quis commodavit alii rem ad se pertinentem, & ipsa subtracta est, an furti actio adversus furem institui possit ab eo qui rem utendam susceperit, idoneo [14] scilicet constituto: quia & ipse commodati actione a domino pro ea re conveniri possit? Et hoc quidem pene jam fuerat concessum, ut habeat ipse actionem, nisi inopia dignoscatur laborare: tunc enim furti actionem domino competere dicebant. Sed ea satis increbuit dubitatio, si tempore, quo furtum committebatur, idoneus erat [is] qui rem commodatam acceperat, postea autem ad inopiam pervenit, antequam moveatur actio quæ [ei] antea competebat: an debeat actio quæ semel ei adquisita est, firmiter apud eum manere, vel ad dominum reverti; Tum & hoc quærebatur, an in casu furti actio ambulatoria sit, necne? Sed omnem talem tractatum alia sequitur subdivisio, si ex parte solvendo sit is qui rem utendam accepit, ut possit non in totum, sed particularem solutionem ei facere: an habeat furti actionem, vel non? §. 1. Tales itaque ambiguitates veterum, imo magis (quod melius dicendum est) ambages nobis decidentibus in tanta rerum difficultate simplicior [15] sententia placuit: ut in [16] domini sit voluntate sive commodati actionem adversus [17] res accipientem movere desiderat, sive furti adversus eum qui rem surripuit: & alterutra earum electa [18] dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem: sed si quidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit, penitus liberari: sin autem quasi commodator veniat adversus eum qui rem commodatam accepit, ipsi [quidem] nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: eum autem qui [19] pro re commodata convenitur, posse adversus furem quidem furti actionem habere: ita tamen, si dominus sciens [20] rem esse surreptam, adversus eum, cui res commodata fuit, perveniat.

§. 2. Sin autem nescius [21], & dubitans rem non esse apud eum, commodati actionem instituit, postea autem re comperta voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem pervenire: tunc licentia ei concedatur, & adversus furem venire nullo obstaculo ei opponendo, quoniam [jam] incertus constitutus movit adversus eum qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum est: tunc etenim omnimodo furem a domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei, qui [pro] re [sibi] commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiamsi ab initio dominus actionem instituit commodati, ignorans [22] rem esse surreptam, postea autem hoc ei cognito adversus furem transivit; omnimodo liberari eum qui rem commodatam susceperit: quemcunque causæ exitum adversus furem dominus habuerit: eadem definitione obtinente, sive in partem, sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam accepit.

§. 3. Sed cum in *secundam* dubitationem incidebant, quid statuendum sit, si quis rem commodatam [23] habuerit, quam aliquis furto subtraxerit, & lite pulsatus condemnationem passus fuerit, non tantum in rem furtivam, sed etiam in pœnam furti: & postea dominus rei venerit omnem condemnationem accipere desiderans, utpote ex suæ rei occasione [24] ortam: alia dubitatio incidit veteribus, utrumne rem tantum suam, vel ejus æstimationem consequatur, an etiam summam pœnalem? Et licet ab antiquis variatum est, & ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias: tamen nobis hoc decidentibus, Papinianus, licet [25] variaverit, eligendus est, non in prima, sed in secunda ejus definitione, in qua lucrum statuit minime ad dominum rei pervenire: ubi [26] enim periculum, ibi & lucrum collocetur: ne sit damno tantum deditus, qui rem commodatam accepit, sed liceat ei etiam lucrum sperare. §. 4. Cum autem in [27] confinio earum dubitationum *tertia* [28] exorta est [quæstio]: quare non, & eam decidimus? Cum enim apertissimi juris sit, non [29] posse maritum constante [30] matrimonio furti actionem contra suam uxorem habere, quia lex [ita] atrocem [31] [actionem] dare in [32] personam ita sibi conjunctam [33] erubuit: ejusmodi incidit veterum sensibus quæstio. Quidam [34] etenim re sibi commodata, hujusmodi rei furtum a sua muliere passus est: & dubitabatur, utrumne domino rei furti actio contra mulierem præstaretur, an propter necessitatem causæ, & maritus ejus, utpote actioni commodati suppositus, possit habere furti actionem? Et auctores quidem juris satis & in hac specie contra se jurgium exercuerunt: ex præsenti autem legi, & anterioribus nostris decisionibus quæ in ista posita sunt constitutione, potest & hæc species apertius dirimi. Si enim domino dedimus [35] electionem ad quem voluerit pervenire: sive ad eum qui rem commodatam accepit sive contra eum qui furtum commisit, & in hac specie maritus quidem propter matrimonii [36] pudorem, non furti, sed rerum [37] amotarum actionem habeat, si ipsum dominus elegerit: Dominus autem omnem licentiam possideat, sive adversus maritum commodati, sive adversus mulierem furti actionem extendere: ita tamen, ut si ipse [38] qui rem commodatam accepit, solvendo sit, nullo modo adversus mulierem furti actio extendatur: ne ex hujusmodi occasione inter maritum & uxorem qui non bene secum vivunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente uxor ejus extrahatur, & furti patiatur pœnalem condemnationem. Dat. 15. Kal. Septembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. III.
DE OPERIS [39] LIBERTORUM.

De operis tempore manumissionis impositis. De pretio. De alimentis.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Romano.

Si tempore [40] manumissionis operæ tibi impositæ sunt, scis te eas præstare debere. Solet [41] autem inter patronos, & libertos convenire, *ut pro operis aliquid* [42] *præstetur*, licet pretium [43] peti non possit, nisi [44] quando propter inopiam pro alimentis id extra ordinem peti necessitas suaserit: cum etsi operæ non erant impositæ, defectis [45] tamen facultatibus patroni, eum alere [46] cogebaris. PP. 3. Kal. Januar. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De manumissionis causa tradito.

2. Iidem AA. Eutycheti.

Manumissionis causa traditus, neque [47] in servitutem reduci a manumissore potest [48], neque impositas operas præstare cogitur [49]. PP. 6. Kal. Maji, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De eo qui nummis acceptis manumisit.

3. Iidem AA. Quintiano.

Qui nummis acceptis [50] ab extraneo, servum suum manumisit, & pro operis pecuniam ab eo accepit· sive fuerant operæ impositæ, sive non;

sus verum dominum actionem habet. 1 De qua *supr. vers. cumque generalis.* 2 Qui adversus alium furti actionem habet, is ea teneri non potest. Cur autem id receptum fuerit, satis non constat: aut constat imperfectissime: sic Urseius in non absimili specie eam rationem adfert, non fuit in potestate servi, ut uni dominorum serviat. *l. 27. §. 1. ff. ad legem Aquil.* quæ ratio satis est infirma, de qua vide Cujacium 17. *observation.* 15. ubi ostendit regularum juris, quas Jurisconsulti a majoribus per manus acceperunt, rationes, neque diligenter nimium conquiri, neque reddi nimis bonas. 3 Id est, naturali possessione. 4 Id est, naturalem possessionem amisit. 5 Sic homines sub fidejussione facti dicuntur. *l. 2. in fin. ff. de custod. reor.* reus sub custodia officii factus. *l. 1. J. ad SC. Turpill.* in possessione factus. *l. 11. ff. ut in possess. legat. & Novell.* 17. [Greek], si aliquem sub verbo feceris. adde Cujacium 8. *observ.* 30. 6 Qui adversus dominum furti actionem habet, aliis ipse teneri furti actione non potest. 7 Tempora inter se concilianda ut contraria vitentur. 8 Quoties scilicet servum non possidet naturaliter. *versic. sin autem. supr. h. t.* 9 Quoties scilicet, domini cogitatione furem possidet. *versic. cum igitur. S. h. t.* 10 Si liber homo, cum esset apud bonæ fidei possessorem extraneo furtum fecit, ipse tenetur, non bonæ fidei possessor. 11 Liberi hominis causa non datur noxalis actio *l. 42. ff. de noxalib. l. 13. in fin. ff. de interrogat.* quod ad mercenarios servos nostri temporis potest extendi. *l. 89. ff. de furtis.* 12 Est 23. ex 50. decisionibus. vid. *§. 16. vers. Sed nostra. Instit. de obligat. quæ ex delicto. Goth.* Adde Inglois. *Ans.* 13 Furti actio competit ei, cujus interest furtum non committi. *l. 10. ff. de furtis.* ex causa scil. honesta. *l. 11. ff. h. t.* 14 Vide Modestinum 2. *differentiarum* apud Ruffinum *tit.* 10. *in fragmentis Pythæanis.* 15 Simplicitas legibus amica. *§. 7. Inst. de fideicomm. hered. §. 3. vers. & hæc. Instit. de legit. agnatorum success.* 16 Qui rem commodavit, agere potest rei nomine, vel in ipsum furem, vel in commodatarium, *l. 14. §. 14. 16. l. 68. ff. de furtis. §. 16. Instit. de obligat. ex delict.* 17 Commodator, quoties res commodata apud commodatarium furto sublata est, vel adversus commodatarium commodati, vel furti adversus furem experiri potest: sic ut alterutra actione electa ad aliam redire non possit: sic denique ut alterutro electo adversus alium non possit experiri. Quid commodatarius? conventus a commodatore rem suam commodatam furto subreptam esse sciente, furti actione adversus furem experiri potest, *ut hic.* Quid si a commodatore, furtum ignorante aut dubitante, commodati actione commodatarius conventus sit? licet commodatori ab instituta commodati actione discedere, & commodatario prætermisso, furti actionem adversus ipsum furem instituere, nisi a commodatario suum sit jam consecutus: hoc enim casu uterque, & commodatarius & fur a commodatore conveniri non possunt: licet fur ipse a commodatario possit eo casu conveniri. *§. 2. vers. nisi domino.* Quid si a fure solidum non possit exigere? nullum regressum adversus commodatarium etiam locupletem habiturus est. *§. 2. vers. omnimodo.* 18 Commodator furem vel commodatarium eligere potest, eorum uno electo adversus alium non agit. *d. §. 16.* nisi ignorans egerit, *§. 2. J. h. t.* 19 Commodatarius conventus a domino adversus furem potest agere. 20 Vid. *§. 2. J. h. t.* 21 Ignorans eligere non potest, nec dubitans. 22 Commodatario res commodata furto subtracta est a fure: is rem furtivam & pœnam a fure consequitur. Commodator post superveniens ea judicio sic exacta a commodatario petit? injuria agit: rem enim suam tantum vindicare potest: pœnam furti commodatario adjudicatam condicere non potest: tametsi occasione rei commodatæ ea orta sit. Cur ita jus est? periculum commodatæ rei subire potuit commodatarius, lucrum igitur ex ea re natum, ejus esse debet, *ut hic.* 23 Idem in locato. vide *l. 9. ff. locat.* aliud in pignore. *l. 22. ff. de pignorat. act.* 24 Occasione rei nostræ orta, non semper nostra sunt. 25 Papinianus variavit, *ut hic. & l. 6. §. 1. ff. de servis exportand.* variarunt & alii Jurisconsulti. vide quæ scripsi ad *l. 75. ff. de reg. jur.* 26 Vide *l. 10. ff. de reg. jur.* 27 Confinium dubitationum. 28 Si marito res commodata ab uxore subtrahitur, uxor a rei domino furti conveniri potest: a marito, furti non potest: sed in factum actione. 29 *l. 2. ff. rerum amot.* 30 Aliud est post divortium. *l. 3. ff. rerum amot.* 31 Atrox actio furti. 32 Atroces actiones in personas conjunctissimas non damus. 33 Conjuncta persona viro mulier est: quod in accusationibus, atrocioribus actionibus & testimoniis servandum. 34 Commodatam rem marito ab extraneo quodam uxor furto surripuit: quæritur an a domino rei mulier possit conveniri furti actione, an potius maritus ipse commodati conveniendus est? Potest alteruter conveniri: uti rei domino sederit, seu visum fuerit. Pone maritum conventum esse: poteritne maritus adversus uxorem, in hac specie furti agere? Non poterit, sed rerum amotarum tantum propter matrimonii pudorem, *ut hic.* Quid si commodator maritum elegit, neque ab eo solidum possit consequi? furti actionem instituere adversus mulierem commodator non poterit. *vers. Dominus. J.* 35 *§. 2. 3. supr. h. t.* 36 Propter matrimonii pudorem uxor constante matrimonio furti a marito non convenitur. 37 *l. 2. l. 3. §. 3. ff. rerum amotarum.* 38 Commodator si ab uxore commodatarii furtum fuerit rei commodatæ passus, uxorem commodatarii prius convenire non potest, quam marito inidoneo judicato. adde *l. 28. ff. rerum amot.*

39 *L. 38. ff. 1.* 40 Operæ tempore manumissionis impositæ sunt præstandæ. Tempore manumissionis dicuntur imponi, quoties, nisi operæ promissæ essent, libertas data non esset. *l. 77. ff. de solution.* 41 *l. 24. ff. h. t.* 42 Id est, aliquod pretium, *ut J.* 43 Pro futuris operis pretium non potest exigi a patrono, nisi conventum sit, vel necessitas id exigat. *l. 24. ff. h. t.* 44 Charitativum subsidium (sic enim nostri loquuntur interpretes passim) suis subditis necessitatis tempore dominum imponere posse hinc colligunt: & quidem personalium servitiorum loco, & ad eorum tantum æstimationem. *arg. l. si libertus, 27. ff. h. t.* 45 Id est, deminutis aut consumptis. 46 Alere patronum inopem libertus cogitur. *l. 5. §. 18. ff. de agnosc. liber. 49. Ecl. 3. c. 51.* 47 *l. 32. ff. h. t. l. 1. §. 5. ff. quarum rerum actio.* 48 Cur ita? non præstat beneficium, qui debitum reddit. *l. 13. ff. h. t.* Operas potest imponere, qui ultro tantum non ex necessitate manumisit. 49 Erronea promissio operarum non valet. 50 Qui manumisit, acceptis ab extraneo

ut indebitam [1] solutam reddere cogitur. PP. Kalend. Novemb. ALBINO & ÆMILIANO CONSS. 207.

De venditione operarum.

4. Imp. ANTON. A. Valeriano.

SI quam tibi pecuniam a liberto tuo ex venditione [2] operarum deberi probaveris: restitui tibi a liberto tuo Præses jubebit: Ex hoc enim liberam [3] testamenti factionem libertus habet, modo si non onerandæ [4] libertatis gratia emissam [esse] cautionem probabitur. PP. 14. Kalend. Maji, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De manumittente ante tempus quo tenetur manumittere.

5. Idem A. Terentio.

MAter tua ab eo, quem ex causa fideicommissi manumisit, operas impositas petere non [5] potest: nisi ejus tantum temporis quo eum ante [6] manumisit [7], quam dies fideicommissæ libertatis existeret. sed nisi [8] ei honorem patronis debitum exhibuerit: adeat competentem judicem pro modo admissi vindicaturum. PP. 3. Idib. Maji, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De pecunia. 1. De duobus filiis.

6. Imp. ALEXAND. A. Minicio.

NEc patronis pro operis mercedem accipere licet: quamvis si indictæ operæ præstitæ non [9] sint, ad pecuniæ exactionem obsequii non præstiti æstimatio convertatur. §. 1. Qui autem duos [10] filios in potestate, vel diversis temporibus habuit, Lege Julia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. Dat. 12. Kal. Jun. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De empto suis nummis.

7. Idem A. Augustino.

SI tuis [11] nummis emptus es ab eo a quo manumissus es: nec operas ei debes, nec puniri ab eo ut ingratus potes: *patronum* tamen tuum esse [12] eum negari non oportet. Dat. 3. Idib. Septembr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De liberta quæ patrono nupsit.

8. Idem A. Lictorio.

LIbertæ tuæ, ducendo [13] eam uxorem, dignitatem auxisti: & ideo non est cogenda operas tibi præstare, cum possis Legis beneficio contentus esse, quod invito [14] te alii non possit juste jubere. Dat. 10. Kalend. Mart. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

Si cui relinquatur libertas in diem cum onere aliquid præstandi.

9. Idem A. Herculiano.

TItius, si [cum] testamentum faceret, servo suo Cajo [15] libertatem cum conditione hac dedit, *Cajum servum meum a die mortis meæ annis tribus peractis manumitti volo: ita [tamen] ut præstet [16] heredibus meis, sicut me vivo præstabat:* & cum idem servus testatori diurnum quiddam præstaret, & post mortem ejus usque ad diem præstandæ libertatis etiam heredibus præstiterit: manifestum est, quod adeptus libertatem, ad eandem præstationem compelli non possit. Dat. 7. Id. August. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

De extraneis heredibus, & de maritis patronarum.

10. Imp. ALEXANDER A. Cæcilio.

LIberti libertæque defunctorum, operas neque extraneis [17] heredibus patronorum, neque maritis [18] patronarum debent. PP. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. CONS. 227.

De natis ex liberta, si patronus libertæ permiserit nubere.

11. Imp. GORDIANUS A. Africano.

QUod [19] ex liberta muliere nascitur, ingenuum est. §. 1. Is autem, qui libertæ suæ nubendi commodavit adsensum [20], quamvis [21] operas ab eo exigere non possit, jura [tamen] patronatus non amittit. PP. 3. Non. August. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Ubi morandum. De ingratis libertis.

12. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Veneriæ.

QUi manumittuntur, liberum [22], ubi voluerint, commorandi arbitrium habent: nec a patronorum filiis, quibus solam [23] reverentiam debent, ad serviendi necessitatem redigi possunt: nisi ingrati probentur: cum neque cum [24] patrono habitare libertos jura compellant [25]. S. 9. Kal. Jun. ipsis AA. CONSS.

De eo qui libertum alienum recepit.

13. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Probum P. P.

IN redhibitione [26] operarum maneat pœna in eum qui libertum alienum recipiendum esse duxerit. Dat. 3. Idib. Jul. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

TIT. IV.

DE BONIS [27] LIBERTORUM, ET JURE [28] PATRONATUS.

Si servus a domino data pecunia mereatur libertatem, omnia jura patronatus dominus retinet: ideoque si bona illius fisco vindicata sint, fiscus ei in jura liberti succedit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Secundæ.

MUltum [29] interest, utrum quis suis nummis emptus ac manumissus sit ab emptore, an a domino suo data pecunia mereatur libertatem? Priore [30] enim casu ad [bona] ejus contra tabulas admitti patronum non placet, posteriore [31] [vero] omnia jura patronatus retinet. Et ideo cum Sabiniani patroni filii qui plenum [jus] habuit, ut hostis [32] publici bona fisco vindicata sint: secundum ea quæ divo Pertinaci placuerunt & nos secuti sumus, in [33] jura libertorum ejus fiscus [noster] successit [34]. PP. 5. Nonas Jul. FAUSTINO & RUFINO CONSS. 211.

2. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Florianum Comitem rerum privatarum.

SI liberti conniventibus [35] patronis consortium cum ancillis colonisve nostris [36] elegerint: sciant [illi] se deinceps commoda patronatus amissuros [37]. Dat. 3. Idib. Octob. *Treveri*, LUPICINO & JOVINO VV. CC. CONSS. 367.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

SI quis patronorum in posterum hujusmodi narrationem conceperit, vel in libertatibus quæ inter vivos actitantur, vel in his quæ ex testamento, vel codicillis scriptis [vel sine scriptis] habitis proficiscuntur, *Ut* [38] *liberti eorum a jure patronatus liberentur:* antiqua interpretatione semota, non dubitet etiam patronatus jus ex sola tali verborum conceptione libertis esse remittendum: nec [eorum] successionibus quæ ab intestato descendunt, quas veteres etiam post hujusmodi actus servari in libertorum bonis decreverunt, a nobis patronis, integris reservandis. Sed quemadmodum in natalium [39] restitutione omne jus tollitur patronatus, ita & in hujusmodi verbis eandem vim esse observandam omnes non ignorant. Idemque [40] juris est, si inter vivos manumissione imposita, in ultimis voluntatibus concessio [41] data fuerit patronatus [42]: ita tamen, ut in omnibus natalium restitutiones, ex quibus pene solis ingenuitas mera [43] libertis competit, tam obtineant, quam in nostra Republica polleant: cum nobis cordi est, ingenuis [44] magis hominibus quam libertis eam frequentari. Reverentia [45] tamen quæ a libertis [patronis] debetur, & jure quod adversus ingratos [46] libertos patronis competit, integris reservandis, & si per verborum conceptionem secundum a nobis inductum modum jus patronatus fuerit amissum: cum etiam hæc ingenuitatis præmio tollantur, quam pene [47] sola natalium restitutio inducit: his videlicet casibus per quos pœnalibus modis jus patronatus quasi ab indignis patronis eripitur, in suo robore duraturis. Recitata septies [48] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

4. [49] Αυτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. deest.

Varia capita Græcæ constitutionis Justiniani de jure patronatus ex variis locis in unum congesta, per Ant. Contium.

§. 1. Multi modi in ea enumerabantur, quibus cessat jus patronatus: ut passim ajunt Græci interpretes. §. 2. Volens patronus remittit ei qui manumittitur, jura patronatus, lib. XLVIII. Βασιλικ. tit. ult. §. 3. Qui suis nummis est emptus liber fit, & solutus omni jure patronatus etiam jure veteri, lib. XLVIII. Βασιλικ. ὁ κλέψας ἀλλότρια πράγματα, καὶ διὰ τῶν τοιούτων κλοπιμαίων πραγμάτων ι. συναγαγὼν, καὶ δοὺς ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἐλευθερίας ἐλευθεροῦται. ὁ δὲ ι. κλέψας, οὐ δύναται δοῦναι ταῦτα καὶ ἐλευθερωθῆναι, ἀλλὰ δοῦλος μένει, καὶ τούτων ἀφαιρουμένων ἀπ' αὐτοῦ.

Id est,

Qui alienas res furatus est, & ex earum distractione decem puta redegit, eaque dedit pro sua libertate, liber fit: qui vero decem furatus est, non potest ipse dare, & liber fieri, sed servus manet etiam iisdem decem ei ablatis. §. 4. O

nummis, operas imponere non potest. 1 Operarum indebita præstatio condicitur. 2 Id est, dum ei revenderes operas tibi debitas. *l.* 37. *ff. de bonis libert.* 3 Dixi ad *d. l.* 37. 4 *d.* §. 5. hinc colligit Baldus, Rusticos & Vasallos in libertatis suæ præjudicium obligari non posse. adde *l.* 6. *ff. de off. præsid.* 5 *l.* 95. *in fin. D. de leg.* 1. 6 Manumittens ante tempus quo manumittere tenetur, temporis anticipati ratione operas imponere potest, non ultra. *Salic.* 7 *l.* 32. *D. de dolo.* atqui videtur manumittere non posse. *l.* 31. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* 8 Vid. *l. ult.* J. *de obsequiis.* 9 Pro præteritis operis mercedem accipere licet. *l.* 13. §. 2. *l.* 24. *D. h. t.* 10 Duo filii ab operarum præstatione liberant. *l.* 37. *D. de oper. libert.* de jure liberorum, vide plura in *l.* 1. *l.* 2. J. *de jure liberorum.* 11 *l.* 4. *D. de manumissionib.* 12 Imo non est. *l.* 10. *D. de in jus vocando.* 13 Liberta uxor patroni sui facta, non tenetur ad operas. *l.* 46. *D. h. t.* 14 *l.* 45. *D. de ritu nuptiarum.* 15 Alciatus 6. *parerg.* 9. aliquando putavit hanc constitutionem adulterinam esse, quod Caji nomen hic servo tribuatur: quodque veteres consueverint Græcis non Latinis nominibus servos appellare. 16 An in infinitum? an potius triennii tantum spatio? postremum verius est, & ita tempus triennii adjectum libertatis præstationi intelligitur restringere onus indefinitum servo impositum. 17 Liberti operas non debent extraneis patroni heredibus. 18 Patrona mortua, liberti ejus marito operas non debent: honorem tamen debent. dixi ad *l.* 2. *supr. de in jus vocando.* 19 Ingenui sunt libertorum liberi. *Instit. de ingenuis.* *l.* 9. J. *de ingenuis manumissis.* 20 *l.* 2. J. *de obsequiis.* 21 Matrimonium potentius est, quam jus patronatus. 22 Libertus ubi voluerit, morari potest, dum tamen operas præstet quas debet. 23 Patroni liberis liberti solum reverentiam debent, non operas. 24 Imo cum patrono morari cogi possunt. *l.* 38. *in fin. D. h. t.* & ex provincia Romam venire cogi, ut operas reddant. *l.* 20. *in fin. D. h. t.* quin peregre cum eo proficisci. *d. l.* 38. si modo per orbem terrarum temere non vagetur. *d. l.* 20. quod ex longinquis & brevibus excursionibus definitur. *l.* 13. *in fin. D. de annuis legat.* Quid si certo loco morari jussi sint servi libertate donati? voluntati defuncti obtemperandum est. *l.* 18. *in fin. D. de aliment.* *l.* 44. *D. de manumissis testam.* Quid si extraneo plane sub ejusmodi conditione sit relictum, ut certo loco habitet? jus libertatis ejus tali jussione non potest infringi. *l.* 71. §. 2. *D. de condit. & demonstrat.* Ad certum domicilium & locum adstringi, servitutis species est. Hoc constat, sententia judicis, certum adsignari posse reo domicilium, *l.* 7. §. 1. *ff. de interdict. & relegat.* An subdito licet patriam mutare? vid. Papon. 3. *Notar.* 6. *fol.* 462. de addictis glebæ colonis & censitis alibi dictum est. 25 Imo compellunt. *l.* 71. §. 2. *ff. de cond. & demonstrat.* Resp. quod ibi tempore manumissionis illam legem imposuerit, hic ex intervallo. Ans. 26 Qui alienum libertum occupat, loco ipsius tenetur ad operarum præstationem. *l. un. in fin.* J. *de colon. Illyr. lib.* 11. 27 Dixi ad *L.* 38. D. 2. 28 Dixi ad *L.* 37. D. 14. juris patronatus hæc præcipua capita sunt: Ne a liberto in patronum proponatur turpis actio. *l.* 2. *l.* 5. *ff. de obsequ. parent.* *l.* 4. §. 16. *D. de doli mali & metus.* ut reverentia & officium, *l.* 26. §. 12. *D. de cond. indeb.* & alimenta præstentur. *l.* 5. §. 18. *D. de agnosc. & alend. lib.* ut ingratus libertus revocetur in servitutem. *l.* 3. *vers. Reverentia.* J. *h. t.* ut patronus liberto succedat. *l.* 4. J. *h. t.* 29 *l.* 4. J. *de obseq.* 30 Qui servum meum ejusdem pecunia a me redemit & manumisit, jus in ejus bona succedendi non habet. 31 Etiamsi a servo meo pecuniam manumissionis causa accepero, nihilominus tamen ei succedo. 32 Hostis publici bona fisco cedunt. 33 *l.* 9. *ff. ad l. Jul. majest.* 34 Vid. quæ dixi ad *d. l.* 9. 35 Dissimulans pro consentiente habetur, jusque suum remittere intelligitur. 36 Id est, fiscalibus. 37 Et ita jus patronatus a patrono libertis remitti potest, *ut hic. & l.* 3. J. *h. t.* 38 Remittens jus patronatus, jus omne in libertum reverentia excepta, amittit. *Novell.* 78. *cap.* 2. 39 Natalium restitutione jus omne patronatus tollitur, ita ut libertus nec obsequium nec honorem patrono debeat, nec ingratus accusari possit. *vers. Cum etiam hæc.* J. *h. t.* *l.* 10. §. 3. *ff. de in jus vocand.* 40 Remissiones factæ in ultima voluntate, & inter vivos inter se comparantur. 41 Hoc est remissum jus patronatus. 42 Et libera testamenti factio. *l.* 47. §. 2. *ff. de bon. libert.* & ita abrogatur *d.* §. 2. 43 Mera libertas. 44 Ingenuis potius quam libertis hominibus rempubl. frequentari interest. 45 Remissione generali, quædam tacite excipiuntur. 46 Ingrati actio datur adversus eum, cui jus patronatus remissum est. *l.* 2. J. *de libert.* *Nov.* 78. *c.* 2. non datur adversus restitutum natalibus. dixi *supr. h. t.* Plus est ergo natalibus restitui, quam jura patronatus remissa habere. Quod ad actionem tamen ingrati attinet, datur adversus donatarium. 47 Natalium restitutio pene inducit ingenuitatem. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de natalibus restitut.* 48 Septimo dixi ad *l.* 30. *supr. de jure dot.* 49 Hanc constitutionem

ἀπρο-

ἀπρονόητος ἐλευθεροῦται, ἀπρονόητος δὲ ἐστὶν ἢ ὁ μηδένα τὸν προνοούμενον ἔχων αὐτοῦ ἢ ὁ μὴ δυνάμενος ἑαυτοῦ προνοεῖσθαι ὁποῖός ἐστιν ὁ παράφρων καὶ ὁ μαινόμενος. §. 5. Servus ægrotus [1], nisi ejus curam dominus gerat, fit liber, & dominus amittit in eo jus patronatus. Item ne filii adoptivi patroni libertos patris adoptivi habeant.

§. 6. Δοῦλος στρατευόμενος εἰδήσει τοῦ οἰκείου δεσπότου ἐλευθεροῦται. Servus sciente domino militiam adeptus, potestate domini liberatur, & ingenuus fit cessante jure patronatus.

† Idem cautum fuisse videtur de servo Episcopatum vel clericatum, vel aliquam dignitatem sciente domino adepto, ut ita concipi debeat hæc epitome:

Δοῦλος στρατευόμενος ἢ ἀξιωματικὸς γενόμενος εἰδήσει &c.

§. 7. Ancillas nostras in concubinatu habere possumus. Qui habet uxorem legitimam, non potest habere concubinam. Si quis sine uxore constitutus ancillam suam sub nomine habeat concubinæ, & in eadem usque ad mortem suam consuetudine perseveraverit: illa cum liberis suis in ingenuitatem rapietur, & supra legitimam portionem peculium quod dominus cum moreretur, habebat, capiet: neque liberi aut heredes, aut cognati defuncti in illam jus patronatus habebunt. §. 8. Intestato liberto mortuo ad ejus successionem primum vocantur descendentes, id est, veteri [2] quidem jure liberi post libertatem parentum concepti, ex hac vero lege etiam liberi in servitute parentum concepti, & postea manumissi, & post liberos hujusmodi vocantur deinde cæteri ascendentes, & parentes liberti, & fratres si modo sint liberi, id est, manumissi patronatus jure in hac parte sopito.

§. 9. Placebat [3] in eo genere percipiendarum hereditatum (loquitur *de legitimis hereditatibus*) successionem non esse, id est, ut quamvis proximus quis secundum ea quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut antequam adeat, decesserit, nihilomagis legitimo jure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto jure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant: sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote agnationis jure eis recluso. Sed nos nihil perfectissimo juri deesse cupientes, nostra constitutione quam de jure patronatus humanitate suggerente protulimus; sancimus successionem in agnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis a Prætore apertum est, hoc agnatis esse reclusum: maxime cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiente sequens succedit; & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum. §. 10. Illud certum est [4], ad serviles cognationes illam partem Edicti qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutione, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum, & undique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutus consortio, liberum [5] vel liberos habuerit: sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere, vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cujuscunque sexus, & ad libertatem his pervenientibus, & ii qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipsi in servitute eos habuerint, & postea ad libertatem pervenerint, ut hi omnes ad successionem patris, vel matris veniant, patronatus jure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam [6] vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur, qui in servitute nati, & postea manumissi sunt: sive una cum aliis qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eodem patre, vel eadem matre, sive ex aliis qualicunque copulatione nati sunt, ad similitudinem eorum qui ex justis nuptiis procreati sunt.

§. 11. Sed [7] nostra constitutio, quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita hujusmodi causam definivit, ut si quidem libertus, vel liberta minores centenariis sint, id est minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione, si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto, tunc patronatus jus (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reservavit. Cum vero majores centenariis sint, si heredes, vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum, sive plures cujuscunque sexus, vel gradus, ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus. Si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem, & patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam ut antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata, vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet: multis aliis casibus a nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perspeximus, ut tam patroni patronæque quam liberi eorum, necnon qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum libertarumque vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est, & si ejusdem patroni, vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti, vel libertæ vocetur successionem: & in capita non in stirpes dividatur successio: eodem modo, & in iis qui ex transverso latere veniunt, servando. Pene enim consonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus. Cumque [8] antea fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tum quem ex familia*, & octavo, *unde patroni, patronæque, & parentes eorum*: utramque per constitutionem nostram quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus, quas usque ad quintum gradum tantummodo coartavimus, ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia, sufficit eis, tam contra tabulas bonorum possessio, quam *Unde legitimi*, & *unde cognati*: ex quibus possunt jura sua vindicare omni scrupulositate & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta.

Contius. Videri posset, & hac lege constitutum fuisse id, quod ait Justinianus Instit. quibus manumit. non licet, *ne masculus in testamento manumittere posset, nisi decimum septimum implevisset annum, & decimumoctavum attigisset: & vice versa ne fœmina testamento manumitteret, nisi decimumsextum implevisset, & decimumseptimum attigisset: ut utroque casu, tam in masculo quam in fœmina media via electa sit inter annos pubertatis, & viginti annorum ætatem. Sed quia Græci numeri hac in re depravati sunt, nec hanc constitutionem diserte exprimunt, nihil hic ea de re affirmare audemus. Sequatur quisque quod probabile videtur, donec certiore confirmatione, vel refutatione certior fiat, quid necessario sequi debeat.*

TIT. V.

SI [9] IN FRAUDEM PATRONI A LIBERTIS ALIENATIO [10] FACTA SIT.

Alienata in fraudem patroni revocantur usque ad legitimam portionem. Bald.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Claudio.

SI in fraudem patroni libertus aliquid alienaverit [11], quatenus legitima pars deminuta est, revocandi tributam convenit esse potestatem. Dat. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

2. Iidem AA. & CC. Juliæ.

DEfuncto quidem liberto patronus intestato [12] succedens, per actionem Calvisianam in ejus fraudem alienata revocare potest. Verum cum patronum post liberti sui mortem ab eo fundi collatam donationem habuisse ratam [13] adseveras, manumissoris factum infirmare successores ejus minime possunt. Dat. 8. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. VI.

DE OBSEQUIIS [14] PATRONO PRÆSTANDIS.

De actione famosa.

1. Imp. ALEXAND. A. Zotico.

COntra patronum tuum famosam [15] actionem instituere non potes. PP. 2. Idus Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De nuptiis.

2. Idem A. Leontogono.

LIbertæ quæ voluntate patroni, aut jure nuptæ [16] sunt, non coguntur officium patronis suis præstare. Dat. 14. Kal. Aug. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De his qui pactione data manumittuntur.

3. Idem A. Xantho.

ETiam qui pactione [17] data a dominis manumittuntur, mero [18] jure omne eis obsequium debent.

De lite.

4. Idem A. Victorino.

SI manumissori tuo vim, & audaciam objecisti, ei, qui te beneficio suo ex servitute liberando, ut adversarium [te] haberet, fecit: Præses provinciæ, quatenus coërcere ejusmodi temerariam licentiam debeat, æstimabit. Nam si qua tibi pecunia debebatur, sive de rebus adversus patronum disceptatio fuerat: non protinus ad litigandum [19] currere debueras: maxime autem si hoc facere auderes, sine [20] atrocitate [certe] verborum æquitatem petitionis tuæ commendare judici potuisti, omni honore patrono debito reservato. PP. 2. Kal. Octob. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De liberis damnatorum.

5. Imp. GORDIANUS A. Sulpitiæ.

ETiam liberis [21] damnatorum consuetum obsequium libertos paternos præstare debere [22], in dubium non venit. Proinde si non agnoscunt reverentiæ debitæ munus: non immerito videntur ipsi adversus se provocare severitatem. PP. Non. Septemb. SABIN. II. & VENUSTO CONSS. 241.

Quale obsequium præstandum, & de vinculis.

6. Idem A. Cornelio.

LIbertos, sive libertas maxime quibus impositæ operæ non sunt, consuetum [23] potius obsequium quam servile ministerium manumissoribus exhibere debere, neque vincula [24] perpeti, non est opinionis incertæ. Dat. 3. Kal. April. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Cujac. 20. *obs.* 34. restituit, partim ex Latina quadam & veteri translatione, partim ex Basilicis.
1 *l. unic.* §. 3. J. *de Latina libert.* *Novell.* 153. *cap.* 1. *l.* 2. *ff. qui sine manumiss.*
2 Id est, Leg. 12. Tabul.
3 *Inst. de legitima agnat. success.*
4 *Inst. de servili cognatione.*
5 Id est, filium, ut *l.* 34. *ff. de pact.*
6 An jure veteri libertorum liberi jus mutuæ successionis habuerunt excluso suo patrono? Robertus videtur hoc voluisse 2. *recept.* 24. quo nomine reprehensus a Cujacio 17. *obs.* 13. defenditur a seipso 3. *animadvers.* 2. reprehenditur iterum ab Antonio Mercatore 3. *Notar.* 25. adde Cujac. 20. *obs.* 34.
7 *Inst. de success. libert.*
8 §. 4. *vers. Cumque. Instit. de bon. possess.*

9 Dixi ad *L.* 38. *D.* 5.
10 Quid si manumissio facta sit? Ipso jure nulla est.
11 Alienata in fraudem patroni revocantur usque ad legitimam. *l.* 1. *ff. h. t.*
12 Patronus alienata a liberto intestato mortuo revocat per Calvisianam. *l.* 3. §. 3. *ff. h. t.* *l.* 16. §. 6. *ff. de pet. hered.* testato vero per Fabianam.
13 Patronus alienationem factam a liberto, si ratam habuerit, ipse ejusque heredes eam revocare non possunt.
14 Dixi ad *L.* 37. *D.* 15.
15 *l.* 1. *in fin. supr. si tutor non gesser.* 49. *Eclog.* 2. *c.* 1.
16 *l.* 11. *in fin. supr. l.* 48. *ff. de oper. libert.*
17 Id est, canone. Pactum enim hic sumitur pro canone, ut *Novell.* 120. *cap.* 8.
18 Jus merum.
19 Libertus patronum in jus non vocat sine venia. *l.* 4. §. 1. *l.* 8. §. 1. *l.* 9. *& seq. ff. de in jus vocand.*
20 Libertus adversus patronum litigare sine atrocitate verborum debet. vid. *l.* 11. §. 1. *ff. de dolo.* Goth. Adde *l.* 6. *Cod. de postulando.* S. L.
21 *l.* 5. §. 20. *ff. de agnosc. liberis.* *Nov.* 78. *c.* 2. §. 1. *in fin. l.* 4. *l.* 19. *in fin. ff. de jure patronatus.* etiam privignis. *l.* 7. J. *de hered.* *l.* 3. J. *tit. prox.*
22 Imo non debent. *l.* 3. *ff. de interdictis.* *l.* 1. *supr. de bon. libert.*
23 Obsequio contrariæ sunt operæ non impositæ, durum servitium & similia.
24 Vincula suis libertis imponere patronus non potest, *ut hic*: nec parens liberis, nec maritus uxori. Baldus, adde quæ dixi ad *l.* 12. *supr. de oper. libert.*

De privignis, & filiis patroni.

7. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. Metrodoro.

NEque libertis novercæ, injuriæ inferendæ privignis [1] ejus libera facultas esse debet, paternos etiam libertos (ficut dicis) injuriosos tibi fuisse, ferendum non est. Præses igitur provinciæ vindictam tibi personarum conditioni congruentem impertiri non dubitabit. Dat. 5. Id. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De patrona.

8. Iidem AA. Hermiæ.

NEque patronæ [2] tuæ obsequiis refragari te fas est. Dat. 12. Kal. Februar. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

TIT. VII.
DE LIBERTIS [3] ET EORUM LIBERIS.

1. Imp. ANTON. A. Daphno.

NOn est ignotum, quod ea quæ ex causa fideicommissi manumisit, ut ingratum [4] libertum accusare non potest: cum id judicium extra [5] ordinem præbeatur ei qui [voluntate] servo suo libertatem gratuitam præstitit, non qui debitam restituit. PP. 5. Kal. Maji MESSALA & SABINO CONSS. 215.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Maximum Præfectum urbi.

SI manumissus ingratus circa patronum suum extiterit, & quadam jactantia [6], vel contumacia cervicem adversus eum erexerit, aut levis [7] offensæ contraxerit culpam: a patrono rursus [8] sub imperium ditionemque mittatur, si in judicio, vel apud pedaneos [9] judices patroni querela exerta ingratum eum ostendat: filiis [10] etiam qui postea [11] nati fuerint, servituris: quoniam illis delicta [12] parentum non nocent, quos tunc esse ortos constiterit, dum libertate illi potirentur. † Sane si is, qui in nostro consilio vindicta liberatus est, post coërcitionem [ex] pœnitentia dignum se præstiterit [13], ut ei civitas Romana reddatur: non prius fruetur beneficio libertatis, quam si hoc patronus ejus oblatis precibus impetraverit. Dat. Idib. [14] Apr. *Romæ*, CONSTANT. [15] A. V. & CONSTANTE C. CONSS. 319.

3. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. ad Senatum.

Liberti non modo adversus patronos non audiantur, verum etiam eandem quam patronis ipsis [debent], reverentiam præstent heredibus [16] patronorum: quibus ingrati actio, sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi datæ sibi libertatis immemores, nequitiam receperint [17] servilis ingenii. Dat. 7. Id. August. *Ravennæ*, MARINIANO & ASCLEPIODOTO CONSS. 423.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Basso P. P.

Libertinæ conditionis homines, vel eorum filii, etiamsi militantes [18] [docebuntur] ingrati: ad servitutis nexum procul dubio reducentur [19]. Dat. Kal. April. *Ravennæ*, THEODOS. II. & VALENT. AA. CONSS. 425.

TIT. VIII.
DE [20] JURE AUREORUM [21] ANNULORUM [22], ET DE NATALIBUS [23] RESTITUENDIS.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Philadelpho.

NAtales antiquos, & jus ingenuitatis non ordo præstare Decurionum, sed a nobis [24] peti potuit. Dat. 15. Kal. April. *Ravennæ*, ipsis AA. CONSS.

2. Iidem AA. & CC. Eumeni.

AUreorum usus annulorum beneficio Principali tributus [25], libertinitatis [26] quoad vivunt imaginem [27], non statum ingenuitatis præstat [28]. Natalibus autem antiquis restituti liberti, ingenui [29] nostro constituuntur beneficio. Dat. 13. Kal. * *Sirmii*, CC. CONSS.

In AUTHENT. ut liberti de cætero. §. 1. & §. illud. coll. 6. tit. 7. al. 6. Novell. 78. cap. 1. & 2.

SEd hodie quia manumittentes servos suos, cives denunciant Romanos (non enim aliter licet) ex ipso manumissione aureorum annulorum & regenerationis jus habent: ut sint quidem liberi & ingenui, sed jure patronatus illæso.

TIT. IX.
QUI [30] ADMITTI AD BONORUM POSSESSIONEM [31] POSSUNT: ET INTRA [32] QUOD TEMPUS [33].

De filiofamilias.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Macrinæ.

BOnorum possessio filiofamilias delata [34]; cum ignorante [35] quoque patre possit peti, emolumentum etiam patri allatura, si ratam [36] petitionem pater habuerit, amittitur [37] transacto tempore [38]. Sine die & consule.

De bonorum possessione quæ defertur proximitatis nomine.

2. Iidem AA. Crispino.

SI bonorum possessio tibi duntaxat competit proximitatis nomine, habuisti spatium centum [39] dierum utilium, ex quo eum defunctum [40] scisti [41], ad bonorum possessionem amplectendam. Dat. 3. Non. Novembr. GETA CONS.

De infante.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Crescentio.

INfantis [42] nomine agnitam bonorum possessionem, & antequam [43] loqueretur diem functi, recte competere [44] nulla dubitatio est. S. Kal. Januar. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De emancipata.

4. Iidem AA. & CC. Marcello.

EMancipata [45] si non agnovit intra [46] annum, *Unde liberi* bonorum possessionem, nullam [47] ad heredes vindicationem successionis transmittere potuit. Dat. 3. Kal. Maji, *Heracleæ*, CC. CONSS.

De ignorantia facti.

5. Iidem AA. & CC. Maximo.

QUamdiu per facti [48] quæstionem incertum [49] est, utrumne secundum tabulas, an ab intestato, & ex quo capite possessio sit delata, ne tibi tempus agnoscendæ bonorum possessionis præfinitum cedat, superstitiosam geris solicitudinem.

De ignorantia juris.

6. Iidem AA. & CC. Frontinæ.

1 Liberti debent reverentiam privignis patroni. *l. 5. supr. h. t.* adde quæ notavi de noverca. *l. 4. ff. de inoff.* multo magis liberis patroni. *l. 7. in fin. ff. de oper. lib.* 2 Ut patrono, ita patronæ debetur obsequium. *l. 5. supr. & l. 7. in fin. ff. de oper. libert. l. ult. ff. de obsequiis.*
3 Et eorum moribus. *L. 4. Cod. Theod.* 11. 4 De actione ingrati, vid. *l. 3. supr. de bon. libert. Novell.* 78. *cap.* 2. 5 Ingrati enim actio legibus non est prodita: aut si prodita est, veluti lege Ælia Sentia, in desuetudinem abiit, post illam legem senatusconsultis, & constitutionibus de ingratitudine libertorum agi extra ordinem cœpit, *ut hic.*
6 *l. un. C. Theod. h. t.* 7 Ob levem offensam inviolato obsequio, non deserto commissam, non revocantur in servitutem liberti. 8 Liberti revocantur in servitutem ob vitium ingrati. *l. pen. supr. de oper. libert. l. 6. in fin. ff. de restit. in integr. l. 6. ff. de agnosc. l. 70. ff. de verb. sign. §. 1. Inst. de cap. deminut. Novell.* 78. *cap.* 2. Tac. 13. 2. Valer. 1. Ambros. *de Jacob. & beata vita.* 9 Vid. *l. 2. supr. de pedaneis judicibus.* 10 Ingratitudo patris non nocet liberis ante ingratitudinem natis: post ingratitudinem natis nocet: ideoque qui ita nascuntur, cum parentibus in servitutem revocantur. 11 Natus ex ingrato, ut ingratus in servitutem reducitur. 12 Delicta parentum regulariter liberis non nocent. vide tamen *l. quisquis 5. §. 1. J. ad leg. Jul. majestat.* 13 Cornelius Tacitus tamen *lib.* 13. ait (Neronis tempore) vindicta liberatos non potuisse in servitutem retrahi. 14 Dat. 6. Kal. August. Coloniæ Agrippinæ. *Cod. Theod. h. t.* 15 Pacaciano & Hilariano Consulibus. 16 Liberis sc. *l. 5. s. tit. prox.* Novella Valentiniani de libertis: *etiam filiis actionem ingrati ademit.* vide Cujac. *ad Novell.* 78. Puto tamen id etiam ad extraneos heredes pertinere. *l. 2. supr. de in jus vocand.* 17 Servus ergo nequam est & fur. vide Bald. *hic.* Ita solent libertini ad nequitiam servilis ingenii redire. Plautus in Persa Act. 5. *Ita pars libertinorum est, nisi patrono, qui adversatus est, Nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi, nec satis honestus. Ni quid efficit, ni ei maledixit, ni grato ingratus repertus est.*
18 Facit *l. 1. §. 3. ff. de obsequiis.* 19 Hinc anno 1542. Tholosano Senatusconsulto cautum fuisse refert Paponius, Literas status in criminibus & delictis non concedi. *Lettres d'estat: ne s'octroyent en delict, & en crimes. 2. Notar. 8. cap. des lettres d'estat.* Idem 10. *Arrest. 8. num. ult.* de literis status & justitiæ alias diximus.

20 Dixi ad *L. 40. D. 10. h. t.* 21 Annulorum aureorum jus quid? dixi in *l. 1. 2. J. h. t. ex tit. ff. h. t.* 22 De annulis vide quæ scripsi ad *l. signatorius annulus 74. D. de verb. sign.*
23 Dixi ad *L. 40. D. 11.* 24 *l. 1. D. h. t.* Hodie beneficium hoc cuivis liberto ultro datum est a lege. *Nov. 78. c. 1.* His adde Paponis tractatum de nobilitate 5. *Arrest. 4. & 3. Notar. 7. c. d'ennoblissement.* 25 Annulorum jus tribuebatur habentibus in bonis mille quadringentos, qui census erat equestris. Sueton. *in Julio c.* 33. sic Arnobius 4. Pecunia donat annulos aureos, passim Plinii seculo, *lib. 33. cap.* 3. parcissime sub Vitellio. Sueton. *cap.* 12. Nunquam aut rarissime sub Alexandro Severo jus aureorum annulorum dabatur. *Lamprid.*
26 *Libertatis*, quidam ita legunt. Cujac. ad *l. 1. J. si servus aut libertus.* legit *libertis.*
27 Imago ingenuitatis minus est, quam ingenuitatis status. 28 Imo præstat. *l. 5. l. 6. D. de jure aureor.* Annulis enim aureis donatus vivit ut ingenuus, moritur ut libertus. *l. 3. ff. de bonis libert.* 29 Natalibus restitutus fit ingenuus, *ut hic. & l. 2. 3. 5. D. de natalib.* Qui jus aureorum impetrabat, non fiebat ingenuus. *s. h. t.* ut deterioris sint conditionis hi quam illi. *Nov. 74. cap. 1. l. 4. §. 6. s. de bon. libert. l. 6. D. de bon. libert. l. 6. J. de suis & legitim. l. 3. ff. de bon. libert.* horum honor augetur, conditio non mutatur. *l. 33. §. 2. ff. de cond. & demonstr.* Hodie juris utriusque sublata videtur differentia, saltem videtur confusio, dum utrumque libertinis omnibus a lege tribuitur, *Novell.* 78. Cæterum licet sic in libertis aboleretur omnimodo servitutis nota, non continuo tamen in tribus erant relati. *l. 35. ff. de leg.* 3.
30 Pars prima tituli. 31 De bonorum possessoribus dixi ad *L. 37. D.* 1. An hodie bonorum possessiones sint in usu, dicam ad *l. ult. J. h. t.* 32 Pars altera tituli.
33 Ad aliquot hujus tituli leges scripserunt Alciatus, Cagnolus, & Camillus Plautius. Item *ad rubr. l. 1. 4. & 9.* Hippolytus Riminaldus. *Mod.* 34 Vide Waltherum *lib. 1. miscell. c. 24. & lib. 2. c.* 38. Bellonum *lib. 3. supput. c.* 1. Mod. 35 Et invito. *l. ultim. §. 1. J. de bon. quæ liberis.* 36 *l. ult. ff. de bon. possess. l. 6. §. 1. ff. de adq. vel omitt. hered. l. ult. §. 1. D. quis ordo in bon. poss.* Imo patris jussus præcedere debet, nec sufficit ratihabitio *l. 25. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* nihil saltem operari ratihabitio dicitur. *l. 6. §. 6. ff. de negot.* aliud in hereditate: aliud in bonorum possessione. Cur aliud? Ne dicas cum Accursio, hereditatis aditionem juris esse civilis, quo patria potestas maxime attenditur. Bonorum possessiones, juris esse Prætorii, eoque patriam potestatem negligi. Nam ratihabitione, bonorum possessio adquiritur patri, jure prætorio, *ut hic.* Potest commodius dici, jure civili perpetuam & liberam esse potestatem adeundi *l. 8. J. de jure delib.* In bonorum possessione petenda tempus angustius: & in eo proinde filium privari: ut filio non sit necesse patris jussum præcedere. quemadmodum in plerisque aliis cernitur, ut ubi lis tempore peritura sit, a regulis discedamus: & habiles fiant personæ, quæ antea idoneæ non erant. 37 Renunciatio tacita facta per filium patri nocet, *ut hic.* Immo nocere non potest. *l. 13. in fin. l. 14. D. de adq. vel omitt. hered. l. 8. §. 1. J. de bon. quæ lib.* An cum Jasone dicemus id ita fieri, quod expressa renunciatio plus noceat quam tacita? vel, quod ex silentio, lapsu temporis intercedente, pater filio consentire præsumatur. *arg. cap. illud 8. extr. de præscript. cap. is qui tacet 42. de reg. in 6.* (de quo tamen vide *l. 10. s. de petit. hered.*) An potius jus esse diversum hereditati, an vero bonorum possessioni renunciet filius: ut leges contrariæ (de quibus paulo ante) loquantur de repudianda hereditate: hæc nostra de bonorum possessione intelligenda sit: Hujus autem differentiæ hanc esse rationem, videlicet, ut hereditatem injussu patris repudiare non possit, quod eam patris injussu non possit adire. *l. 6. & 86. ff. de adquir. hered.* Injussu patris, eoque invito bonorum possessionem possit petere, proinde & repudiare: & ita patri abesse, *hac lege.* 38 Legitimo. de quo vide *l. 2. J. h. t.* 39 Centum dies utiles dantur extraneo, puta cognatis & adgnatis ad petendam bonorum possessionem, *ut hic. l. 3. D. unde cognati. & l. 1. §. 8. & 9. D. de successorio. §. 4. in fin. Inst. de bon. poss.* liberis annus datur. *l. 1. §. 12. & 15. D. de success. edict. l. 4. in fin. D. quis ordo in bon. poss. §. 4. in fin. Inst. de bon. poss.* Ulp. 28. §. 10. Eodem centum dierum spatio plerumque adeunda hereditas erat ex solenni testatoris lege. Ulpian. 22. §. 27. *l. 3. §. 8. D. de minorib. l. 22. §. 1. D. quando dies legati:* quod spatium, dies aditionis dicitur in *l. 9. §. 1. D. de jur. & fact. ignor. l. 86. D. de adq. vel omitt. hered.* Hodie a Principe annus datur: a cæteris judicibus novem menses. *l. ult. §. 13. in fin. J. de jure delib.* in casu singulari dantur adversus exheredatum præsentem sex menses: absentem duodecim. *l. 36. in fin. s. de inoff.* Inventario vero conficiendo tres menses. *l. ult. §. 2. J. de jure delib.* 40 De transmissionis jure, vide quæ scripsi ad *l. un. §. 3. de caducis tollendis.* 41 Tempora bonorum possessionis, scientibus tamen morte alterius debitam sibi hereditatem, currunt. *l. 10. D. de bon. poss. l. 2. §. 5. ff. quis ordo.* Quid si tutor scivit? scientia tutoris nocet impuberi. *l. ult. D. de jur. & fact. ignor.* ut & aliis casibus. *l. 3. in fin. ff. de tributor. l. 22. §. 5. ff. de liberali. l. 4. §. 23. D. de doli mali.* Quid si actor vel syndicus reipub. nocet reipublicæ. *l. 14. D. ad municip.* Quid si parens? non nocet filio. *l. 1. vers. Nam & D. de bon. poss. furios. l. 3. D. quis ordo.* Major ergo erit in ea re tutoris autoritas quam patris? sic sane. Cur? ille quasi dominus est. *l. 27. D. de admin. & peric. tut.* potest etiam bonorum possessionem petere pupillo majori infante. *l. 3. J. h. t. l. 7. §. 1. D. de bon. poss.* pater infanti tantum. *d. §. 1. l. 18. J. de jure delib.* Fœmina testamentum facere potest tutore auctore. Ulpian. 20. *§. pen.* at non patre auctore, *l. 6. D. qui testam.* Pupilli obligantur tutore, non patre auctore. *l. ult. §. 2. D. de verb. oblig.* adde Cujac. 14. *obs.* 8. 42 *l. 7. §. 1. in fin. D. de bon. poss.*
43 Infans qui nondum loquitur. vide *l. si infanti. 18. J. de jure delib.* 44 Heredi infanti. 45 Emancipati debent agnoscere intra annum bonorum possessionem *unde liberi.* 46 Id est, intra tempus legitimum. *l. 69. in fin. D. de adq. vel omitt. hered.*
47 Nisi liberi bonorum possessionem intra annum petierint, eam non transmittunt ad heredes. *l. ult. §. 13. in fin. J. de jure delib.* Ulp. 28. §. 10. 48 De facti ignorantia, adde *l. 8. J. de bon. poss. l. 2. D. quis ordo.* 49 Ignoranti tempus petendæ bonorum possessionis non

Juris

JUris [1] ignorantiam, nec mulieribus prodeſſe in Edicti perpetui curſu de [2] agnoſcenda bonorum poſſeſſione, manifeſtum eſt. Dat. 3. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

De pupillo & tutore.

7. Pars epiſtolæ CONSTANTII & MAXIMIANI AA. & SEVERI & MAXIMIANI Nobiliſſimorum CC.

BOnorum quidem poſſeſſionem pupilli nomine agnoſcere [3] tutorem [4] potuiſſe, aperte declaratur: ipſe autem pupillus [5] bonorum poſſeſſionem ſine tutoris auctoritate amplecti non poteſt, niſi etiam impuberi ſine [6] tutoris auctoritate hoc poſtulanti, ſciens [7] hoc competens judex dederit bonorum poſſeſſionem: tunc enim emolumentum ſucceſſionis videtur [ei] Prætorio jure quæſitum eſſe. 6. Idib. Septemb. CONSTANTIO & MAXIMIANO CONSS. 306.

De ruſticitate, ignorantia, abſentia, vel alia ratione.

8. Imp. CONSTANTIUS [8] A. ad Dionyſium.

QUicunque res ex parentum, vel proximorum ſucceſſione jure ſibi competere confidit: ſciat ſibi non obeſſe, ſi per ruſticitatem [9], vel ignorantiam [facti [10], vel abſentiam] vel quamcunque aliam rationem intra præfinitum tempus bonorum poſſeſſionem minime [11] petiiſſe noſcatur: quoniam hæc ſanctio hujusmodi conſuetudinis neceſſitatem mutavit. Dat. Prid. Idib. Mart. *Heliop.* CONSTANTIO A. & CONSTANTE C. CONSS.

Quomodo & quando agnoſcenda ſucceſſio.

9. Idem [12] A. ad Populum.

UT verborum inanium excludimus [13] captiones: ita hoc obſervari decernimus, ut [14] apud quemlibet [15] judicem, vel [etiam] apud Duumviros, qualiscunque [16] teſtatio [17] amplectendæ hereditatis oſtendatur, ſtatutis priſco jure temporibus coarctanda, eo addito [18], ut etiamſi intra alienam vicem, id eſt, prioris gradus, properantius exeratur, nihilominus tamen efficaciam parem, quaſi ſuis ſit uſa curriculis, conſequatur. Dat. Kalend. Februar. *Laodiceæ*.

TIT. X.
QUANDO NON PETENTIUM [19] PARTES PETENTIBUS ADCRESCANT [20].

In ſucceſſionibus non petentium portiones accreſcunt petentibus. Alex.

1. Imp. GORDIANUS A. Marthanæ.

QUoties pluribus liberis, ceſſante legitima ſucceſſione [21], bonorum poſſeſſio defertur [beneficium] Edicti perpetui quibusdam [22] omittentibus, his ſolis qui bonorum poſſeſſionem agnoverunt, portionem non petentium accreſcere, in dubium non venit. Dat. Idib. Januar. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

TIT. XI.
DE BONORUM POSSESSIONE SECUNDUM [23] TABULAS [24].

Donec cauſa falſi per appellationem diſcutitur, bonorum poſſeſſio agnoſci non poteſt. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Vitali.

PEndente [25] appellatione a ſententia, qua falſum [26] teſtamentum pronuntiatum eſt: incerto [27] adhuc, an defunctus inteſtatus deceſſerit: proximitatis nomine bonorum poſſeſſionis locus non eſt. Dat. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Imp. GORDIAN. A. Cornelio.

BOnorum quidem poſſeſſionem ex Edicto Prætoris nonniſi ſecundum eas [28] tabulas, quæ ſeptem [29] teſtium ſignis ſignatæ ſunt, peti poſſe, in dubium non venit. Verum ſi eundem numerum adfuiſſe ſine [30] ſcriptis teſtamento condito, doceri poteſt: jure civili teſtamentum [factum] videri, ac ſecundum nuncupationem [31] bonorum poſſeſſionem deferri, explorati juris eſt. PP. 12. Kal. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

TIT. XII.
DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA [32] TABULAS QUAM PRÆTOR LIBERIS [33] POLLICETUR.

1. Imp. ALEXAND. A. Rufo.

LIberi, contra tabulas parentum bonorum poſſeſſione admiſſa, ſolis [34] parentibus & liberis legata præſtare ſecundum Edictum debent. PP. 4. Idib. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Idem A. Claræ.

POſthumo [35] nato, qui [36] neque heres inſtitutus a patre neque nominatim exheredatus eſt [37], teſtamentum rumpitur. Et ſi contra [38] tabulas bonorum poſſeſſio infantis nomine a tutore petita eſt: ſecundum tabulas [bonorum] poſſeſſio locum habere non poteſt. Dat. Kal. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

TIT. XIII.
DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS LIBERTI [39], QUÆ PATRONIS LIBERISQUE [40] EORUM DATUR.

1. Imp. GORDIANUS A. Herculiano.

LIcet ex cauſa fideicommiſſi [41] manumiſſus ſit [is,] quem ex voluntate patris cum ſorore [tua] te manumiſiſſe proponis: tamen, ſi extraneos ſcripſit heredes, partis [42] legitimæ contra tabulas ejus bonorum poſſeſſionem petendo, vel contra nuncupationem, ſi teſtamentum ſine ſcriptis conditum eſt, intra tempora Edicto præſtituta eam partem poteris obtinere. PP. 6. Kal. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

2. Imp. ANASTASIUS [43] A. Aſclepiodoto.

PAtronus, liberti muneribus [44] electis [45], & operis [46], a contra tabulas bonorum poſſeſſione repellitur. Dat. 13. Kalend. Mart. VIATORE [47], & ÆMILIANO CONSS.

TIT. XIV.
UNDE [48] LIBERI [49].

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Sarpedoni.

SI avus tuus relictis tribus emancipatis [50] filiis deceſſerit, hique bonorum poſſeſſionem *unde liberi* acceperint: pro rata portione heredes [51] eos extitiſſe palam eſt. Dat. 4. Non. * MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

2. Iidem AA. & CC. Zoſimo.

EX teſtamento [52], vel ab inteſtato exiſtente filio, vel nepote ſuo [53] herede, nemo [54] poteſt ab inteſtato heres exiſtere. Dat. 3. Id. Mart. ipſis AA. & CONSS.

3. Imp. CONSTANTIN. [55] A. ad Leontium Comitem R. P. Orientis.

QUi [56] ſe patris poſt avum inteſtatum [57] defuncti negat heredem: mortui avi paterni ſuſcipere facultates non poteſt, maxime [58] emancipatus: niſi [59] per bonorum poſſeſſionem ad hujusmodi beneficium pervenerit. Dat. 8. Id. April. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

---

cedit. *l.* 2. *ſupr. h. t.* 1 *l.* 11. *l. ult.* ℭ. *de jur. & fact. ignor. l.* 8. *ff. de jur. & fact. ignor.* 2 Id eſt, in lucro mulieribus non ſubvenitur ignorantia lapſis: in damno ſubvenitur. vid. Cujac. 14. *obſ.* 38. 39. 3 At non repudiare. *l.* 8. *ff. de bon. poſſ.* 4 *l.* 7. §. 1. *ff. de bon. poſſ.* 5 *l.* 5. *infr. de jur. deliber.* 6 Impubes, cauſa cognita, bonorum poſſeſſionem ſine tutore poſtulare poteſt. & ita reſtringe §. 1. *Inſt. de auct. tut.* 7 Impuberis conditionem ſc. *l.* 7. *ff. de bon. poſſ.* & ita volunt, judicem ex ſua conſcientia, judicare poſſe. *l.* 3. *in fin. ff. de offic. prætor.* & hic tam judicis, quam tutoris auctoritatem prodeſſe. *l.* 7. §. 2. *verſ. Quid tamen. ff. de minor.* 8 Conſtantinus. *l.* 7. §. 3. *ſupr. de curat. furioſ.* 9 Id eſt, juris imperitiam. *l.* 3. §. 12. *ff. de SC. Silaniano.* 10 vid. *l.* 5. *ſupr. h. t.* hæc verba *facti vel abſentiam*, Cujac. expungit 17. *obſerv.* 19. Græci ita legunt, ἐὰν διὰ ἀγροικίαν ἢ οἷον δήποτε ἄλλον λογισμόν. 11 Hoc innuit nullum excludi commodo bonorum poſſeſſionis ob id ſolum, quod intra tempora bonorum poſſeſſionem ſolenniter non petierit a prætore, modo eam interim agnoverit. 12 Conſtantinus ſcil. *l.* 7. §. 3 *ſupr. de curat. furioſ.* 13 In bonorum poſſeſſionibus petendis: idem in cretionibus. *l.* 17. *infr. de jure delib.* Goth. Ad hanc leg. vid. Guid. Pap. Alciat. & Bellon. *lib.* 4. *Supputat. cap.* 1. & 3. Anſ. Adde Cujac. *lib.* 17. *obſerv.* 19. S. L. 14 Bonorum poſſeſſio factum requirit. 15 Olim apud municipales magiſtratus peti bonorum poſſeſſio non poterat: municipalis mixtum imperium non habuit: datio bonorum poſſeſſionis, mixti eſt imperii. Dare bonorum poſſeſſionem erat prætorium vel præſidale, non duumvirale. vid. Cujacium 17. *obſ.* 19. 16 Olim ſolennis petitio datioque requirebatur. *l.* 1. *infr. comm. de ſucceſſ. l.* 20. *in fin. ff. de except.* 17 Poſt Conſtantinum Theodoſius & Valentinianus, etiam circa teſtationem exiſtimant ſufficere qualecunque judicium admittendæ bonorum poſſeſſionis. *l. unic. C. Theod. de cretionibus, vel bon. poſſ.* ſive ut Græci interpretes ajunt, οἵαν δήποτε ἔμφασιν τῆς καταδοχῆς, quod & Juſtinianus probat, §. 6. *Inſt. de bon. poſſ.* 18 Olim præmatura agnitio, id eſt, facta intra tempus datum propinquiori cognato, eo deficiente, recte facta non intelligebatur. *l.* 42. §. 2. *ff. de bon. libert.*

19 Bonorum poſſeſſionem ſcil. 40. *Eclog.* 7. 20 Jure adcreſcendi portio deficientis alteri accreſcit, id eſt, adjungitur. *l.* 3. *in fin. ff. de bon. poſſ.* vid. *ff. de uſufructu adcreſcendo. l.* 20. *ff. de leg.* 2. *l.* 89. *ff. de leg.* 3. *l.* 142. *ff. de verb. ſign. l.* 67. *ff. de adquir. vel omitt. hered. l. un.* §. 10. ℭ. *de cad.* vid. Duarenum *lib.* 30. 1. & 2. *de jure adcreſcend.* 1. Michaëlem Graſſum *lib. ſent.* §. *jus adcreſcendi.* 21 Ad hanc legem extant commentarii Cagnoli, Hipp. Riminaldi, & Guterii, præter quos vide Alciatum *lib.* 4. *paradox. c.* 8. Mod. 22 Id eſt, non petentibus. Omittere bonorum poſſeſſionem & hereditatem, eſt ab ea tempore excludi, id eſt, intra tempora conſtituta eam non accipere. Amittere, genus: Omittere ſpecies eſt. & hoc ſenſu ſemper hereditas, aut bonorum poſſeſſio omitti dicitur, non alio. vid. Anton. Mercatorem 3. *Not.* 20. *in fin.* Græci ita legunt, καὶ τινὲς παραιτήσονται. *Eclog. dict. loco, cap.* 1.

23 Dixi ad *Lib.* 37. *D.* 11. De bonorum poſſeſſionibus, hoc paucis tenendum eſt, Dari vel teſtamento facto vel ab inteſtato: Priore caſu, dupliciter, vel ſcriptis heredibus, *ut hic:* vel præteritis liberis, quæ & contra tabulas. *tit. prox.* 12. his adde Carbonian. *tit.* 17. quæ datur liberis impuberibus præteritis, quibus fit controverſia ſtatus & bonorum paternorum. adde & eam quæ competit patrono, ejusve liberis. *tit.* 13. Ab inteſtato, ut *unde liberi* 14. *unde legitimi & unde cognati.* 15. *unde vir & uxor* 18. 24 Quid? ſecundum nuncupationem poteſtne dari bonorum poſſeſſio utilis? poteſt. vid. *l.* 2. ℭ. *h. t.* 25 Quoties de jure teſtamenti quæſtio eſt, toties bonorum poſſeſſio ab inteſtato peti non poteſt. 26 *l.* 46. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 27 *l.* 84. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 28 Quibus ex tabulis bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas detur. 29 *l.* 7. *ff. h. t. l.* 12. ℭ. *de teſtam.* adde quæ dixi *l.* 20. *ſupr. de fide inſtrum.* 30 Bonorum poſſeſſio ſecundum tabb. non tantum datur ex teſtamento ſcripto, ſed & ex non ſcripto, *ut hic:* Cauſam dubitandi faciebat vox *tabulas.* vix enim, aut certe improprie videntur dici tabulæ teſtamentum ſine ſcripto ſeu nuncupativum, ut hinc conſtet tabularum appellatione nuncupativum teſtamentum contineri. 31 Utilis bonorum poſſeſſio datur nuncupativis heredibus. *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l. ult. in fin. infr. de codicill.*

32 Dixi ad *L.* 37. *D.* 4. adde 45. *Eclog.* 17. 33 Præteritis ſcilicet. 34 Petita bonorum poſſeſſione contra tabulas, emancipati certis perſonis præſtant legata, *ut hic:* ſui, nullis. *l.* 20. §. 2. *l.* 6. §. 9. *ff. h. t. l.* 2. *ff. de legat. præſtand. contra tab.* 35 Poſthumi adgnatione teſtamentum rumpitur. *l.* 1. ℭ. *de poſthum. l.* 1. *l.* 3. *pr.* & §. 3. *ff. de injuſt.* §. 1. *Inſt. de exher. lib.* 36 Id eſt, præteritus, eaque præteritionis eſt definitio. Sic apud Feſtum *Præteriti ſenatores* dicuntur neglecti a Cenſoribus, quod erat ignominioſum: ſic ipſa quoque patris præteritio ignominioſa. *l.* 31. ℭ. *de fideicommiſſar.* 37 Hanc legem ex profeſſo etiam explicuit Hipp. Riminaldus & And. Alciatus, quem vide præterea *lib.* 4. *Paradox. c.* 10. ut & Jul. Clarum §. *teſtamentum, quæſt.* 43. Mod. 38 Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur præterito, *ut hic.* Atqui teſtamentum in quo præteritus eſt filius ipſo jure nullum eſt? Nullum ſane: ſed ſtricto jure. *l.* 1. *in fin. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extab.* §. 1. *Inſt. de exhered. liber.* ex æquo tamen non eſt nullum: cum per filium approbari poſſit. *l.* 17. *ff. de injuſto.*

39 *l.* 6. *ff. de bon. poſſ. l.* 23. *ff. de bon. libert.* 40 Nam liberi patronorum ſunt patroni. 41 *l.* 29. *ff. de bon. libert. l.* 3. §. 1. *ff. de ſuis.* & ita ex neceſſitate. 42 *d. l.* 6. Interdum totorum bonorum poſſeſſio petitur: ſcripto ſcil. herede omittente. 43 *Theodoſio* tamen hæc lex tribuitur. *l. ult. Cod. Theod. de teſtam. & codicill.* nam & eadem lex ultima extat interpolata in *l. ult.* ℭ. *de codicillis.* & ibid. Theodoſio adſcribitur. 44 *l.* 37. *ff. de bon. libert.* 45 Illectus. *l. ult. C. Theod. de teſtib. & codicill.* 46 Quondam impoſitis. *l.* 20. *ff. de jure patron.* 47 *Victore V. C. conſule.* ita ſcriptum in *l. ult.* ℭ. *de codicill. & d. l. ult. C. Theod.* ut ſit annus 424. non 495.

48 Dixi ad *L.* 38. *D.* 6. adde *L.* 4. *C. Theod.* 2. Incipit nunc tractare de bonorum poſſeſſionibus ab inteſtato. 49 Bonorum poſſeſſio *unde liberi*, directe ac proprie ſeu ex verbis legis, parentibus non datur, ſed improprie atque utiliter: nam proprie ſolis liberis datur. *l.* 8. §. 12. *ff. de bon. poſſ. contr. tab.* 50 *l.* 15. §. 1. ℭ. *de legitim. hered. l.* 7. *ſupr. de inoffic.* 51 Jaſon putat, heredem jure prætorio proprie & directo heredem eſſe: quod falſum eſt. Nam tametſi ubi nemo eſt heres, nec re, nec ſpe prætor directas actiones, & dominium directum transferat: Prætor tamen non facit heredem directo, ſed potius vice heredis. 52 *l.* 39. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 53 Idem eſt jure prætoris, exiſtente filio, vel nepote non ſuo. 54 Id eſt, potior eſt cauſa ſui heredis. *l.* 5. *in fin. ff. unde legitimi.* 55 *Conſtantius. Cod. Theod.* 56 Vide ad hanc *l.* Cujacium 4. *obſ.* 6. & *Cod. Theod. de bonis maternis.* 57 Inteſtato, *Hal.* Quid ſi ex teſtamento? vid. *l. ult. ſupr. ſi minor ab hered.* 58 Hoc ideo dixit, quod de eo qui in poteſtate erat, magis dubitabatur: verum idem in utroque. Accurſ. *hic.* 59 Id eſt, niſi jure civili. Nepos repudiata patris here-

TIT. XV.
UNDE LEGITIMI [1], ET UNDE COGNATI [2].

De conſobrinis.

1. Imp. ALEXAND. A. Ulpio.

COnſobrinorum [3] tuorum inteſtatorum bona, ſi ad prioris neceſſitudinis neminem jure pertinuerint: tu, qui eorum poſſeſſionem agnoviſti, perſequi non prohiberis. Dat. 3. Id. Auguſt. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De propiore ſobrino.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Zenoni.

CUm propiorem [4] ſobrinum (id eſt, natum [a] conſobrina) rebus humanis inteſtatum defunctum proponas: intelligis ſine [5] auxilio bonorum poſſeſſionis ejus te ſucceſſionem vindicare non poſſe. Dat. 7. Kalend. Jun. *Laodiceæ*, AA. CONSS.

De nepotibus avi materni.

3. Iidem AA. & CC. Felici.

NEpotibus [6] avi materni pro virili [7] portione etiam jure honorario ſucceſſio defertur. Dat. Idib. Octobr. *Sirmii*, CC. CONSS.

Probatio debet eſſe de neceſſario concludentibus.

4. Iidem AA. Syriſtæ.

NOn [8] hoc, an tenuerit quis res hereditarias, necne, [ſine voluntate adquirendæ ſibi hereditatis,] quærendum eſt: ſed an admiſerit [9] hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem. Dat. 11. Kal. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS.

De cognatis.

5. Iidem AA. Platoni.

CErtum quidem eſt, cognationis jure citra [10] admiſſionem bonorum poſſeſſionis neminem poſſe ſuccedere: defuncti vero cognati ſuccedere nolentes, bonorum poſſeſſionem petere non [11] urgentur. Dat. 12. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. XVI.
DE SUCCESSORIO [12] EDICTO.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

SI mater [13] tua propter furorem ſuum patrui [14] ſui bonorum poſſeſſionem non accepit: tu filius ejus ad eorumdem bonorum patrui magni poſſeſſionem ex Edicto, quo prioribus [15] non petentibus, ſequentibus [16] permittitur, admiſſus es. PP. 3. Id. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firmo.

SI aviæ eorum frater, de quorum ſucceſſione agitur, velut [17] ex teſtamento adiit hereditatem, quos inteſtatos deceſſiſſe, ac falſum teſtamentum prolatum contendis, & ab inteſtato non petita bonorum poſſeſſione, vita functus eſt: ac tu, licet quinto [18] gradu conſtitutus, ex ſucceſſorio capite petiiſti bonorum poſſeſſionem, vel necdum excluſus petas: eorum ſucceſſionem potes vindicare. Nam ſi [19] is quem quarto gradu conſtitutum [eſſe] non ambigitur, ex Edicto petiit, nec hoc te latuit: fruſtra nobis ſupplicaſti. Dat. 6. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. XVII.
DE [20] CARBONIANO [21] EDICTO.

1. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI tibi ac filio tuo ab his contra quos ſupplicas, ſtatus movetur quæſtio: perſpicis præmature rerum quas velut de patris ſucceſſione filius tuus vindicat, reſtitutionem poſtulari: cum ſi in pupillari [22] permaneat ætate, ſecundum formam Edicti Carboniani data bonorum poſſeſſione [23], ſatisdatione impleta, tunc demum in poſſeſſionem eum conſtitui conveniat: vel hac non [24] oblata, portionem ab omnibus, quam vindicat, poſſideri: ſervitutis [25] vero quæſtionem in tempus pubertatis differri. Dat. 12. Kalend. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

Ex ſummaria cognitione pervenitur ad Carbonianum. Bald.

2. Imppp. THEOD. [26] ARCAD. & HONOR. AAA. ad Rufinum P. P.

CArbonianum edictum ſub [27] perſonis legitimis [ex] indubitato matrimonio cuſtodito [28] partu, & probata legitima ſucceſſione, defertur: ſcilicet ut in poſſeſſione novus heres conſtitutus [29], usque [30] ad pubertatis annos, ſine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Dat. 3. Kalend. Octobr. THEOD. A. III. & HABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. XVIII.
UNDE [31] VIR ET UXOR.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio P. P.

MAritus & uxor ab inteſtato invicem ſibi in ſolidum [32] pro antiquo jure [33] ſuccedant, quoties [34] deficit omnis parentum, liberorumve, ſeu propinquorum legitima vel naturalis ſucceſſio, fiſco [35] excluſo. Dat. 12. Kal. Mart. HIERIO & ARDABURIO CONSS. 427.

In AUTHENT. de exhibend. & introduc. reis. §. quoniam vero. in fin. col. 5. tit. 8. al. 6. & col. 8. tit. 18. al. 13. ut lic. matri & aviæ. §. quia vero 2. Novell. 117. cap. 5.

PRæterea ſi matrimonium ſit abſque dote, conjunx autem præmoriens locuples ſit: ſuperſtes vero laboret inopia: ſuccedat una cum liberis communibus alteriusve matrimonii in quartam, ſi tres ſint, vel pauciores. Quod ſi plures ſint, in virilem portionem: ut tamen ejusdem matrimonii liberis proprietatem ſervet, ſi extiterint: his vero non extantibus, vel ſi nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.

TIT. XIX.
DE REPUDIANDA [36] BONORUM POSSESSIONE.

1. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Theodoſiano.

EMancipatus, repudiata bonorum poſſeſſione, abſentiæ [37] patroni cauſæ velamento rurſus ad eandem redire quæſtionem fruſtra conatur. Sine die & Conſule.

2. Iidem AA. & CC. Theodoro.

FIlio delatam bonorum poſſeſſionem, patri ad fraudem filii repudiare [38] non licet. Dat. 6. Kal. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. XX.
DE [39] COLLATIONIBUS [40].

De eo, quod pater filio emancipato donavit.

1. Imp. ALEXAND. A. Deuteriæ.

EMancipatos liberos teſtamento [41] heredes ſcriptos, & ex eo ſucceſſionem obtinentes, a patre donata fratribus conferre non oportere, ſi pater, ut hoc fiat, ſupremis judiciis non cavit, manifeſti juris eſt. PP. 3. Id. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si pater ut conferatur caverit, vel non.

In AUTHENT. de trien. & ſemiſſ. & §. illud quoque bene. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 6.

EX teſtamento, & ab inteſtato ceſſat dotis, & aliorum datorum collatio, ita demum [42] ſi parens hoc deſignavit [43] expreſſim: aliis, quæ de collatione dicta ſunt, ſuum robur obtinentibus.

De dote.

2. Idem A. Primo.

SI pater inteſtatus deceſſerit relictis duobus filiis, & filia cujus nomine dotem promiſerat [44]: portiones hereditatis æquæ ſunt, & dos nihilominus ita conferenda eſt, ut pro portionibus fratres ejus a neceſſitate præſtandæ ejus [dotis] liberentur. Dat. 3. Id. Septembr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

---

ditate avitam poteſt agnoſcere, ſed jure tantum prætorio. Cur? Jus abſtinendi datum nepoti a Prætore ejus favore introductum eſt. §. 2. *Inſtit. de hered. qualit.* Ideoque avitam amplecti poteſt, ne alioquin abſtinendi beneficium fraudi ac damno ei ſit. Jure vero civili hereditas utriusque eſt confuſa: ut merito pro una parte adire, pro altera non adire nequeat. *l. 1. ff. de adq. vel omitt. hered.*

1 Dixi ad *Lib.* 38. *D.* 7. 2 Dixi ad *L.* 38. *ff.* 8. 3 Conſobrinis datur bonorum poſſeſſio. *l. 6. J. comm. de ſucceſſionib.* Goth. Qui ſint conſobrini vid. *l.* 10. §. 8. *verſ. eodem gradu. ff. de gradib.* Anſ. 4 Propiori conſobrino, id eſt, nato a conſobrina datur bonorum poſſeſſio. Propior ſobrino quis? dixi ad *l.* 10. §. 16. *ff. de gradib.* 5 *l. ult. infr. h. t.* 6 §. 6. *Inſt. de heredib. inſtit.* §. 1. *Inſtit. de ſervil. agnat. Novell.* 118. *cap.* 1. *in fin.* 7 *l.* 11. *ſ. famil. erciſcund.* 8 Heres non continuo dicendus eſt, qui bona hereditaria poſſidet. dixi ad *l. 1. infr. de repud. vel abſtin. hered. l. 20. ff. de adq. vel omitt. hered.* 9 *l. 5. infr. h. t.* Admittimus hereditatem, & bonorum poſſeſſionem ſola animi demonſtratione. *l. 6. infr. de jure deliber.* 10 *l. 2. l. 4. ſupr. h. t.* 11 Invitis bonorum poſſeſſio non defertur. *l. 3. §. 3. ff. de bon. poſſeſſ.*

12 Dixi ad *L.* 38. *D.* 9. 13 *l. 2. in. fin. ff. ad SC. Tertull.* 14 Et ita recte legitur in vulgata Haloandri editione, & a veteribus, ut Accurſio & Baldo: perperam in nova editione Pariſienſi legitur *Patris*; nam qui matri patruus, mihi patruus magnus eſt. *l.* 10. §. 15. *verſ. patruus. ff. de gradib.* 15 Vis hæc eſt ſucceſſorii edicti. *l. 2. ff. h. t.* 16 Filius locum matris furioſæ repræſentat. 17 Si primus non agnovit bonorum poſſeſſionem ut debuit, ſequens admittitur per ſucceſſorium edictum. 18 In quinto etiam gradu ſucceſſorio edicto locus eſt. 19 Quartus gradus quintum excludit.

20 Dixi ad *L.* 37. *D.* 10. adde 4. *Cod. Theod.* 3. 21 Carboniano is impubes juvatur cui ſtatus quæſtio movetur. 22 Ex Carboniano edicto differtur ſtatus quæſtio impuberi mota. 23 Impubes præſtita cautione conſtituitur bonorum poſſeſſor. 24 Si impubes non ſatisdat, ſolus non poſſidet. 25 *l. 1. §. 11. ff. h. t.* 26 Valentinianus, Theodoſius & Arcadius AAA. Rufino PF. P. *l. un. Cod. Theod. h. t.* 27 Locus eſt corruptus, quem ita reſtituo, *ſub perſonis legitimis cuſtodito partu, & indubitato matrimonio probata legitima ſucceſſione &c.* Hac reſtitutione admiſſa, facilia ſunt omnia: legitimas porro perſonas intellige, de quibus *lex* 1. §. 10. *ff. de ventr. inſpic.* Ex indubitato autem matrimonio legitimam ſucceſſionem deferri, *argumento eſt lex* 9. *ſupr. de nupt. lex* 6. *ff. de his qui ſunt ſui.* 28 *l. 2. ff. de inſpiciendo ventre.* 29 Vocatus, *Cod. Theod. h. t.* 30 *l. 1. §. 11. l. 3. §. 2. ff. h. t.*

31 Dixi ad *Lib.* 38. *D.* 11. adde Ulpian. 15. 16. 32 vid. Ulpian. *tit.* 16. *de ſolidi capacit.* 33 Lege Papia decimaria Thalelæus *lib.* 43. βασιλικῶν *tit.* 5. & male. Nam lex Papia decimaria ad teſtati tantum ſucceſſionem pertinet. *l. 2. J. de infirmand. pœn. cœlib.* Jus antiquum hic a Triboniano dicitur, habita ratione conſtitutionis novæ, latæ ab iisdem imperatoribus a quibus & hæc lata eſt, cujus meminere in *l. ult. Cod. Theod. de legitim. hered.* quæ non liberis quidem; ſed parentibus aut propinquis extantibus conjuges ad certam partem: nullis autem extantibus, in ſolidum ab inteſtato invitabat. Vid. Cujac. 3. *obſerv.* 12. 34 Alias eſt extraneus uxoris. *l. 3. infr. quorum bonor.* niſi conjunx qui ſuperſtes eſt, inops fuerit, defunctus vero locuples. *Novell.* 53. *cap.* 6. *Novell.* 117. *cap.* 5. 35 Et ita in *d. l. ult. C. Theod. legitim. heredib. fiſco noſtro jura matrimonii proponimus.*

36 Περὶ τῶν παραιτεμένων τὴν τῶν ὑπαρχόντων διακατοχὴν. 40. *Eclog.* 8. 37 In repudianda bonorum poſſeſſione non requiritur præſentia advocati. *l. 4. ſupr. de poſtulando:* in cauſa fiſci requiritur. *l. 7. ff. de jure fiſci.* hoc etiam addendum, Propter abſentiam advocati dari dilationem. *l. 15. in fin. l. 23. in fin. ff. ex quib. cauſ. major.* 38 *l. ult. verſ. ſancimus. infr. de bon. quæ liber.*

39 De hac materia extat tractatus Saportæ Toloſani: eundemque in exegeſin redegit Petrus Stella Aurelianus. *Mod.* 40 Bonorum ſcilicet inter liberos, parentibus mortuis, faciendis. Dixi ad *L.* 37. *D.* 6. adde *Novell.* 18. *cap.* 6. *Novell.* 97. *c.* 6. 41 Olim inſtituti nihil conferebant, *ut hic, & l. 7. infr. h. t. l. 1. §. 6. ff. h. t. l. ult. ſupr. commun. utriusque jud.* niſi collationem præcepiſſet teſtator, *ut hic, & d. l. 7. l. 8. ff. de dot. collat.* hodie emancipati emancipatis, ac ſuis & e contra ſui ſuis, & emancipatis profectitia, & adventitiorum uſumfructum conferunt, niſi teſtator collationem prohibuerit. *Auth. proxima. & Novell.* 18. *cap.* 6. Idem ab inteſtato jus eſt. Eo enim caſu liberi conferunt, niſi teſtator collationem prohibuerit. *l. 39. §. 1. ff. familiæ.* Poſſis interea notare, non agi hic ſimpliciter de donatis emancipato, ſed de rebus teſtamento donatis emancipato. *Goth.* Ad ſingulas leges hujus tit. vid. Guid. Pap. & Purpurat. *Anſ.* Collationis materiam vid. apud Vital. Nemauſ. & noviſſ. Arnold. Vinn. *tract. de collat.* & Marc. Anton. de Amatis *in repetit. l. Si emancipati.* 9. *infr. h. t.* S. L. 42 Collationi non ſunt obnoxiæ res a patre liberis donatæ, ſi parens eas conferri vetuit. adde 5. Harm. 8. §. 37. 43 Id eſt, vetuit. 44 Dos a patre filiæ promiſſa, nec ſoluta, confertur. *l. 1. §. 8. ff. de dot. collat.* ſed per liberationem. *d. l. 1. §. 8.* Id eſt, liberandi ſunt fratres, ſive ſorores a promiſſione pro ſua parte: liberandi ſunt coheredes pro rata: eſt & illud obiter notandum, non hic agi ſimpliciter de dote, ſed de dote pro-

3. Idem

3. Idem A. Alexandro.

PActum [1] dotali [2] instrumento comprehensum [3], *Ut* [4] *contenta dote* [5], *quæ in matrimonio collocabatur, nullum* [6] *ad bona paterna* [7] *regressum haberet:* juris auctoritate improbatur, nec intestato patri [8] succedere [9] filia [10] ea ratione prohibetur. † Dotem sane quam accepit, fratribus qui in potestate manserunt, conferre [11] debet. Dat. 14. Kalend. Jul. AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

4. Imp. GORDIANUS A. Marino.

FIliæ [12] dotem [13] in medium ita demum conferre coguntur, si vel ab intestato succedant, vel contra tabulas petant: nec dubium est profectitiam, seu adventitiam [14] dotem a patre datam vel constitutam, fratribus qui [15] in potestate fuerunt conferendam esse. His etenim qui in familia defuncti [16] non sunt, profectitiam tantummodo dotem post varias prudentium opiniones conferri placuit. PP. 4. Idib. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Dos data confertur constante matrimonio, minus accipiendo de portione hereditatis. Bald.

5. Idem A. Alexandro [17].

DOtis quidem petitio [18] perseverante matrimonio tibi non competebat: quamvis enim ea [19] intestato patre defuncto, fratri conferre debueras; non [20] tamen eo nomine adversus maritum tibi actio potuit esse: cum eo minus [21] [in] partem tibi delatæ successionis patris auferre potueris. Dat. Non. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

In AUTHENT. de æqualitate dotis. §. illud quoque. col. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 6.

QUod locum habet sive [22] *pars viri sit idonea, sive mulieri possit imputari, quare marito ad inopiam vergente ex lege Justiniani etiam constante matrimonio non exegerit dotem. Quod ei licet, cum & sui juris sit, & legitimæ ætatis, & cum mater obtulerit dotem, & pater ei consentiat agenti. His cessantibus, solam actionem (licet inanem) conferens, partem ex hereditate feret: hoc, cum dos parva sit. Sed dotem magnam quæ conferri speratur, invito etiam patre filia exigere potest. Hæc observantur, ubicunque collationis ratio emergit, etiamsi avita sit successio.*

Quæ conferat emancipatus.

6. Idem A. Claudio.

EA [23] demum ab emancipatis fratribus his, qui remanserunt in [24] potestate, conferri consueverunt, quæ in bonis eorum fuerunt [25] eo tempore [26] quo pater fati munus implevit [27]: exceptis [his] videlicet, quæ ab ipsis aliis debentur [28]. Dat. 7. Kal. Maji, PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De dote.

7. Imp. PHILIPPUS A. Tyranniæ.

FIliam testamento [29] patris institutam heredem fratribus iisdemque coheredibus, dotem conferre non oportere, nisi pater hoc ipsum specialiter designaverit, explorati juris est. PP. 6. Kalend. Maji, PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

8. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Calippo.

SI soror tua in paternorum bonorum divisione te fefellit [30]; nec dotem quam acceperat a patre vestro intestato diem functo, contulit [31]: Præses provinciæ, examinatis partium allegationibus, *cum bonis dotem confundi* jubebit, *& quod deducta ratione plus apud eam [esse] animadverterit, tibi restitui* jubebit. Idem est, & si arbitro [32] dato divisio celebrata est. S. 6. Id. Jul. ipsis AA. CONSS.

Emancipati quibus conferunt.

9. Iidem AA. & CC. Onesimo.

SI emancipati utrique [33] a patre fuistis, collatio cessat. Sin autem frater tuus in potestate [34] [patris] mortis tempore fuerat, nec ullum testamentum relictum est, vel novissimum judicium communis patris, teque emancipatum probatum fuerit: ab intestato [te] ad successionem paternam venientem, ad collationem forma Edicti perpetui certo jure provocat. S. 6. Kalend. Maji, *Heracliæ*, CC. CONSS.

De dote.

10. Iidem AA. & CC. Hirenæ.

A Patre verbis precariis in codicillis relictum [35], extero [36] jure capiens filia, ad collationem dotis urgeri non potest. S. 6. Kal. Decemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

Quibus emancipatus confert.

11. Iidem AA. & CC. Artemiæ.

POsthumo [37] [præterito] patris testamentum rumpenti, atque intestato succedenti, emancipatum petita bonorum possessione conferre debere bona sua, perpetuo Edicto cavetur: cum his etiam qui sui futuri essent, si vivo patre nati fuissent, conferre debere manifeste significatur: & emancipatis, si legi datæ collationis non pareant, denegandas [38] actiones, non est, ambigui juris. 5. Kal. Januar. ipsis AA. & CC. CONSS.

De dote, & de peculio.

12. Iidem AA. & CC. Philanteæ.

FIliæ, licet maneat [39] in sacris [40], si dotem [41] non conferat, quam mor-

missa a patre. 1 Vid. 5. Harm. 8. §. 10. & 90. 2 Pone dotatam filiam statuto excludi patris successione? masculo extante excludetur: puto aliis filiabus non dotatis existentibus idem esse. Quid si masculus non extabit, aut esse desierit? si, dum extabit masculus, exclusa est, eo mortuo non censebitur exclusa: si simpliciter exclusa, semper exclusam esse existimant interpretes. Bart. *in l. ult. ff. ad SC. Treb.* si modo filius heres semel fuerit, secus si heres esse noluerit, aut esse non potuerit. Vid. Capell. Tholos. *dec.* 459.
3 Quid si renunciatio bonorum paternorum, non ipsi patri, sed uni fratrum, vel extraneo, favore tamen fratrum facta fuerit? an ei soli cui facta est, an & aliis ejus coheredibus proderit? etiam aliis prodesse quidam censent (quod Hotomanus *consult.* 8. amplectitur, Dynum & Baldum sequutus) & eo quidem magis, si jurata hujusmodi renunciatio fuerit. Putant enim animæ interitum æque versari in juramento fratri, & extraneo non servato, ac si ipsi patri juratum esset. *c. quamvis. 2. de pactis. in 6.* Imo eo magis renunciationem ejusmodi juratam scilicet fratri vel extraneo servandam esse, quo metus reverentiæ paternæ in ea cessavit, hoc est, quod patris metus non intervenerit. Capell. Tholos. *decis.* 458. *& ibid. Aufr.* Verum placet mihi magis sententia Raphaëlis in *l. stipulatio ista.* 38. *ff. de verb. oblig.* existimantis decretalem illam in *d. c. quamvis.* effrenem esse & exorbitantem, ut ea de causa extendi extra propriam facti speciem non debeat: Porro illam facti speciem referri ad renunciationem patri factam a filia: non esse igitur extendendam ad renunciationem fratri, vel extraneo factam. *arg. cap. quæ a jure.* 28. *de reg. in 6.* Pone filiam paternæ hereditati renunciasse? Castrensis censet *consult.* 311. eam renunciationem tantum prodesse ejus fratri, non sorori, de quo tamen dubitari posse censeo. 4 Pactum ut filia contenta sit dote, cæterisque bonis renuntiet, jure civili non valet, *ut hic. l.* 35. §. 1. *supr. de inoffic. l. ult. ff. de suis. l.* 94. *ff. de adq. vel omitt. hered.* nisi forte dos data legitimæ portioni satis sit ac sufficiat. *arg. l.* 8. *supr. de inofficios. l.* 1. §. 3. *ff. si quis a parente manumiss.* Sed moribus nostris hæc conventio recepta est. Pap. 16. *Arrest.* 4. §. 2. *& lib.* 20. *Arrest.* 2. §. 1. dixi ad *l.* 15. *supr. de pactis.* præsertim si filia jurata renuntiet. hujusmodi quoque renunciatio valet jure Canonico. *c. quamvis. de pactis, in 6.* quod caput proprie pertinet ad renunciationem juratam, non ad pactum juratum promissæ stipulanti hereditatis. Pactum succedendi, seu de succedendo juratum, quo quis nobis stipulantibus hereditatem suam promittit, jure civili non obtinet (hoc enim pacti genere, libera testamenti factio promittenti tollitur. *l. pactum.* 15. *supr. de pactis.*) constitutione Leonis valet. *Novell. Leonis* 19. Contra pactum de non succedendo jure civili non valet, *ut hic. l. si quando.* 35. §. 1. *supr. de inoffic. l. ult. ff. de suis.* jure Canonico valet si juratum sit. *d. c. quamvis:* adde Guid. Pap. *dec.* 146. 192 224. Boër. *quæst.* 62. Cap. Tholos. *dec.* 456. Rotam *decis.* 850. Pap. 6. *Arr.* 4. Quid si beneficii civilis filia a notario monita non fuerit? Papon. *d.* §. 2. refert, in Gallia quæ scripto jure utitur, filiam eo casu non restitui. Sed tamen jus Canonicum civili in hac hypothesi præferri non oportere, Hotomanus multis probat *cons.* 22. Ratio potest esse: quod hujusmodi pactum, vel renunciatio jus naturæ impugnet primum. Deinde multis casibus jusjurandum non confirmat ea quæ geruntur, verbi gratia, cautio non numeratæ pecuniæ juramento confirmari non potest. *l. ult. supr. de non numerata:* sed nec ex falsis instrumentis transactio. *l. pen. supr. de transact. l. ult. ff. ad municip.* Quid si quæ renunciavit filia, vivo patre mortua est? Bart. *in l.* 94. *ff. de adq. vel omitt. hered.* Bald. hic & Rolandus a Valle 1. *cons.* 1. *num.* 4. communem, ut ait, opinionem sequutus & æquitatem, negat tali renunciatione præjudicium fieri nepotibus. *l.* 10. *in fin. ff. de bon. libert. l.* 6. *ff. de injusto.* & merito: cum successio avita nepotibus debeatur, non ex paterna, sed legis & edicti providentia, ut a patre filiis seu liberis auferri non possit. *arg. l. si adrogator.* 22. §. 1. *ff. de adopt.* Moventur quod ejusmodi renunciatio tacitam conditionem habeat, *Si successio filiæ deferatur:* & consequenter tacita illa conditione deficiente, renunciatio pro non facta sit habenda. *l.* 14. *in fin. ff. de novat.* facit *l.* 64. *supr. de inoffic.* ut hinc constet, parentes, vel paciscendo, vel etiam renunciando, jus repræsentationis, liberis aliquando adquirendum, eis auferre non posse: alias hujusmodi renunciatio propter natos tantum liberos non revocatur ex *l.* 8. *J. de revoc.* Roland. a Val. *d. num.* 17. & 23. 5 Profectitia. *l.* 17. *infr. h. t.* 6 Pactum de hereditate amittenda vel non succedendo jure civili non valet. vide tamen Socinum *reg.* 280. Quid si pactum factum est in ipso matrimonii contractu, ut filia æqualiter cum fratribus succedat, vel primogenitus ex eo matrimonio nasciturus in omnibus bonis succedat? Pactum jure civili non valet: pactis enim hereditas non datur. *l. hereditas* 5. *supr. de pact. convent.* liberam testandi facultatem auferret promissori contra *l. ex eo.* 4. *J. de inutil. stipul. l. stipulatio hoc modo concepta.* 61. *ff. de verb. oblig. l. cum donationis* 34. *S. de transact. l. ult. ff. de suis. l.* 1. *S. de sacrosanct. eccles.* votum etiam inducit captandæ mortis ejus qui promisit, ut subsistere ea ex causa non debeat. *l. de fideicommisso.* 11. *supr. de transact. cap. nec captandæ.* 3. *c. detestanda.* 2. *de concess. præb. in 6.* proinde nec juramento. *cap. non est obligatorium.* 58. *de reg. jur. in 6.* nec statuto vel consuetudine confirmari potest: nam quod pacto fieri non potest, neque statuto potest fieri. Imola *in l. cum Artemidoram.* 4. *J. ut in possess. legat. in l.* 2. *S. quæ sit longa consuetudo.* ut in hac specie libertas ultimæ voluntatis potentior sit dote & successione. Verum consuetudine jam recepta hujusmodi conventio valet inter nobiles. Capella Tholosana *decis.* 452. valet Leonis jure ut filius ex æquo sit heres, *Novell.* 19. Valet jure feudorum pactum tale, ut ne filii nati ex eo matrimonio succedant: aut ne in majori parte succedant, quam quæ data fuerit. *c. filiis. si de feudo defuncti contentio sit. c. unic. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.* Pone hujusmodi pactum initum, potestne pater in eo pœnitere? potest: quia post tempus mortis refertur. vide plura apud Capellam Tholosanam *decis.* 453. 7 Quibus bona postea a patre quæsita comprehendi negant Dynus & Baldus *argum. l.* 1. *ff. testam. quemadm. aper.* Idem Baldus negat filiam tali renunciatione jus ex testamento patris succedendi remittere, hoc est, quæ jurato renunciat filia in hac specie licet successioni ab intestato renunciet, non tamen renunciat jure succedendi patri, ex ejus testamento: ne hoc renunciationis genere libera testamenti factio patri præripiatur. Bart. *l. ult. supr. de pactis:* Capella Tholos. *decis.* 456. 8 Quid? filia renuncians bonis paternis: fraternis num etiam renunciat? Finge filiam ob hujusmodi renunciationem patri non successisse? Pone patris hereditatem ad fratres filiæ renunciantis delatam. Pone rursus unum ex fratribus ejus mortuum: quæri potest an superior filia fratri ita mortuo cum reliquis defuncti fratribus succedat, ut superior renunciatio ei non obsiet? Non obstat. Cur? uno casu facta renunciatio, renunciationem in alio non inducit. *l. si domus.* 21. *ff. de servit. urb. l. si quis suus.* 8. *ff. de jure delib. l.* 1. §. *Sed videndum.* 11. *ff. de success. edict.* Igitur facta eum in modum patri renunciatio, fratri facta non intelligitur. Vis enim & effectus unius contractus ad alium, quam qui expressus est, non extenditur. *l. si ita stipulatus.* 126. §. *Chrysogonus.* 2. *ff. de verb. obl. l. ad probat. supr. de probat.* vide Guid. Pap. *decis.* 191. 211. & Capell. Tholos. *decis.* 457. Roman. *consil.* 168. 9 Non fini legitimæ, hoc est non ut simpliciter nudam legitimam ejusve supplementum petat, sed in universum. Quid si testatus sit pater? ad solam legitimam ejusve supplementum erit filiæ actio. *argum. l.* 8. *l.* 35. §. 1. *supr. de inoffic.* 10 Multo minus & ejus liberi prohibentur. 11 An idem, si filius renunciavit hereditati paternæ propter expensas studiorum causa factas? Baldus hic negat, nisi filius juramento renunciaverit. *Goth.* vid. Corasium *Epist. quæst. c.* 32. Guterium *part.* 2. *resol. c.* 50. Berojum *quæst.* 45. Mod. 12 Non modo suæ, sed etiam emancipatæ. Nam omnes liberi sive sui non sint sive in potestate, dotem conferunt: sui suis & emancipatis: emancipati suis & emancipatis. vid. *l.* 17. *J. h. t.* 13 Quid donatio propter nuptias? confertur quoque: est enim quædam veluti dos & ἀντιφέρνη. *Novell.* 18. *cap.* 6. Quid donatio simplex? vid. *l. penult. J. h. t.* 14 Dos adventitia confertur, *ut hic. & l.* 1. §. 7. *ff. de dot. collat.* hodie non confertur, *l. ult. infr. h. t.* utique hodie sola profectitia dos confertur, ita & adventitiorum ususfructus. *d. l. ult.* 15 Vide quæ ad dixi *l.* 7. *inf. h. t.* 16 vid. *d. l.* 17. 17 *Hal.* Alexandræ, ut alloquatur mulierem. 18 *Al. portio.* male. nam mox sequitur actio. 19 *Legendum videtur*, eam. 20 *l.* 9. *supr. de rei vind. l.* 7. *supr. soluto. l.* 20. *ff. famil.* 21 Liberi acceptam (de promissa vid. *l.* 2. *supr. h. t.*) dotem conferunt, vel re ipsa, id est, vera divisione. *l.* 1. §. 11. *ff. h. t.* vel cautione collationis. *l.* 1. §. 9. *ff. h. t. l.* 20. *ff. familiæ:* vel cautione defensionis. *l.* 2. *supr. eodem.* vel tanto minus accipiendo ex parentum bonis, *ut hic: & Novell.* 97. *cap.* 6. Galli, *Rapporter, ou moins prendre. l.* 1. §. 20. *ff. h. t.* 22 5. Harmenop. 8. §. 25. 23 5. Harmenop. 8. §. 33. 24 Id est, suis. 25 Et ita profectitia & adventitia. Hodie hoc immutatum est. *l. ult. infr. h. t.* 26 *l.* 13. *l.* 15. *infr. l.* 1. §. 17. *ff. h. t. l. ult. supr. si ut omiss.* & Ulpian. 28. §. *emancipatis.* 4. vid. Cujac. 3. *observat.* 34. ubi ostendit momentum mortis sive morientis, vitæ potius, quam morti tribui. 27 Quid si quid postea adquisiverint? non conferent. 5. Harmenop. 8. §. 33. adde *l.* 15. *infr. h. t.* 28 Id est, deducto ære alieno. *l.* 2. §. 1. *ff. h. t.* 29 Filia succedens ex testamento, dotem olim non conferebat, nisi testator jussisset: hodie confert, nisi testator expressam collationem prohibuerit. *Novell.* 18. *cap.* 6. dixi ad *l.* 1. *supr. h. t.* adde *l. un.* §. 11. *in fin. supr. de rei uxor.* 30 Fallit coheredem, qui cum eo hereditatem dividit, nec a patre accepta confert. 31 Collatio omissa condici potest. *l.* 36. *in fin. ff. fam.* 32 Sive divisio familiæ fiat præsente arbitro, *ut hic:* sive absente, *ut supr. h. t.* omissa collatio condicitur. vid. *d. l.* 36. *in fin.* 33 Emancipatus emancipato non confert, *ut hic.* suo confert, si ipse ab intestato succedat. *infr. h. t. l.* 9. *ff. h. t. l.* 1. §. *fin. de conjungend. cum emancip. liberis.* 34 vid. *l.* 6. *supr. h. t.* 35 Legatum. Liberi prælegata non conferunt. vid. *l.* 16. *infr. h. t. l.* 4. *ff. de dot. collat.* 36 Extero jure a patre filia capit, quod ut extranea, non ut filia accipit. 37 Posthumis fit collatio, etiam ab emancipato. *l. ult. ff. h. t.* 38 Non conferenti denegantur actiones hereditariæ. *l.* 14. *J. h. t.* 39 Solis nuptiis liberi non solvuntur patria potestate. *l.* 5. *J. de condit. insert. l.* 7. *supr. de nupt.* §. *secundæ. Inst. de SC. Tertull. l.* 1. *J. de bon. quæ lib.* Atque ita mulier sub duorum est potestate, patris nimirum & mariti. Marito adquirit ex operis diurnis: patri vero usumfructum cæterorum bonorum. *l.* 4. *J. de bon. quæ lib.* 40 Sacra paterna & in sacris paternis esse, constitui, retineri, manere vel ab his dimitti, absolvi, dixi plenissime ad *l.* 10. §. 1. *infr. de adopt. & ad l. ult. J. ad SC. Tertull.* 41 Filiæ dotes conferunt: alioquin denegatur eis ad heredita-

tis

tis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia constitutis, actiones [1] hereditarias denegari non ambigitur. Unde consulte ac pro juris ratione collationem fratribus tuis quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis, offeres. Cum autem fratres tui durantes in familia patris, peculium [2] (si hoc neque castrense [3], neque relictum [4] eis doceatur) præcipuum habere non possint, sed in divisionem paternæ veniat hereditatis, nec quicquam mutet, penes quem res ex hoc proficiscentes, & in eadem causa durantes, constitutæ reperiantur, absoluti manifestique juris est. Dat. 11. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De quæsitis post vel ante mortem patris.

13. Iidem AA. & CC. Antistiæ.

SI donatione tibi post [5] mortem patris fundum quæsisti, soror [tua] portionem ejus vindicare non potest. Nam si is filiæfamilias constitutæ [6] tibi a patre donatus est: cum sorore patri communi succedens [7], eum præcipuum [8] habere contra jura postulas. Dat. 6. Id. Februar. *Sirmii*, iisdemque CC. CONSS.

De heredibus.

14. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI maritus quondam [tuus] ab intestato patri suo heres [9] extitit, & ei posthumus [10] a te editus successit, actiones hereditarias amitæ [11] filii vestri, quas habuit patris sui mortis tempore, dotem non conferenti, denegare Præses non dubitabit. PP. 7. Kal. Mart. *Trimontii*, TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

De emancipatis.

15. Iidem AA. & CC. Philippo.

NEc [12] emancipati [13] post mortem communis patris quæsita conferre coguntur: sed hæc retinentes, ejus bona pro hereditaria dividunt portione. Datum Idib. Decemb. ipsis CC. CONSS. 297.

De codicillis.

16. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIliam cum fratribus suis coheredibus intestato patri succedentem, ultra [14] relictum codicillis [15] non conferentem dotem, judicio familiæ ercifcundæ nihil posse consequi, summa cum ratione placuit. Dat. 5. Kal. Januar. ipsis CC. CONSS. 297.

De dote & ante nuptias donatione.

17. Imp. LEO A. Erythrio P.P.

UT liberis, tam masculini quam fœminini sexus, sive sui juris [16], sive in potestate constitutis, quocunque jure intestatæ successionis, id est, aut testamento penitus non condito, aut si factum fuerit contra tabulas bonorum possessione petita, vel inofficiosi querela [17] mota rescisso, æqua [18] lance parique modo prospici possit, hoc etiam æquitatis studio præsenti legi credidimus inserendum, ut [19] in dividendis rebus ab intestato [20] defunctorum parentum, tam dos [21], quam ante nuptias donatio [22] conferatur, quam [23] pater, vel mater, avus, vel avia, proavus, vel proavia, paternus, vel maternus dederit, vel promiserit pro filio, vel filia, nepote, vel nepte, pronepote, vel pronepte, nulla [24] discretione intercedente, utrum in ipsas sponsas pro liberis suis memorati parentes donationem contulerint, an in ipsos sponsos earum, ut per eos [25] eadem in sponsas donatio celebretur: ut in dividendis rebus ab intestato [defuncti] parentis, cujus [26] de hereditate agitur, eadem dos, vel ante nuptias donatio ex substantia ejus profecta conferatur: emancipatis [27] videlicet liberis utriusque sexus, pro [28] tenore præcedentium legum [ea] quæ in ipsa emancipatione [a parentibus suis] (ut adsolet [29] fieri) consequuntur, vel post [30] emancipationem ab eisdem parentibus acquisierint, collaturis. Dat. 5. Kal. Mart. BUSÆO & JOANNE CONSS. 467.

De emancipatis, vel alio modo sui juris effectis.

18. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P.P.

LIberos [31], qui per nostræ legis auctoritatem per oblationem precum [32] & Imperiale rescriptum, sui juris effecti fuerint, ad similitudinem cæterorum qui emancipati ex antiquo [33] jure sunt, collationes facere jubemus [34] compelli secundum ea, quæ super cæteris emancipatis statuta sunt. Dat. 12. Kal. August. *Constantinop.* PROBO & AVIENO juniore CONSS. 503.

De dote, & ante nuptias donatione.

19. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

ILlam merito dubitationem amputare duximus, quæ super collatione dotis, vel ante nuptias donationis, inter certas personas satis jam ventilata est. Nam si intestatus quis defunctus esset, filio, vel filiis, [aut] filia, vel filiabus relictis, & ex mortua filia [vel filio] cujuscunque sexus, aut numeri [35] nepotibus: vel si qua intestata defuncta esset, filio quidem, vel filiis, filia vel filiabus similiter relictis, ex mortuo vero filio, vel filia itidem nepotibus cujuscunque sexus aut numeri: de modo quidem successionis minime dubitabatur, sed palam erat quod hujusmodi nepotes duas [36] partes paternæ, vel maternæ portionis tantum haberent, tertiam partem patruis suis, vel avunculis, vel amitis, vel materteris, pro jam posita constitutione concedentes: de collatione vero dotis, vel ante nuptias donationis quam defuncta persona pro filio, vel filia superstitibus, & pro mortuo vel mortua filio vel filia dedisset, multa dubitatio orta est: superstitibus quidem filiis defunctæ personæ non debere se dotem, vel ante nuptias donationem pro se datam a suo patre, vel matre, conferre filiis mortui fratris [sui,] vel mortuæ sororis suæ contendentibus, eo quod nulla constitutio super hujusmodi collatione posita esset: nepotibus vero mortuæ personæ non tantum huic resistentibus, sed etiam adserentibus, quod onus collationis constitutione Arcadii & Honorii [37] divæ memoriæ sibi impositum, in personis tantummodo suorum avunculorum, non etiam patruorum, vel amitarum, vel materterarum locum habere posset. Talem igitur subtilem dubitationem amputantes, præcipimus tam filios, vel filias defunctæ personæ dotem [38], vel ante nuptias donationem a parentibus suis sibi datam conferre nepotibus [39], vel neptibus mortuæ personæ: quam eosdem nepotes [40], vel neptes patruis suis, aut avunculis, amitis etiam & materteris dotem, vel ante nuptias donationem patris sui, vel matris, quam pro eo, vel ea mortua persona dedit, similiter conferre: ut commixtis [41] hujusmodi collationibus cum bonis mortuæ personæ, duas [42] quidem [partes] nepotes, vel neptes habeant illius portionis quæ patri, vel matri eorum, si superesset, deferebatur: tertiam vero ejusdem portionis partem una cum [sibi] competentibus portionibus filii, vel filiæ defunctæ personæ, cujus de hereditate agitur, capiant. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* D.N. JUSTINIAN. A. PP. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de trien. & se. §. neque illo. col. 3. tit. 5. Nov. 18. cap. 4.

QUæ tertiæ portionis diminutio correctionem novo jure capit, ad æqualitatis justitiam redacta in omnibus talibus personis.

De his quæ imputantur in quartam. 1. *De dote, & ante nuptias donatione.*

20. Idem A. Mennæ P.P.

ILlud sine ratione a quibusdam in dubietatem deductum, plana sanctione revelamus: ut omnia [43] quæ in quartam portionem ab intestato successionis [44] computantur his, qui ad actionem de inofficioso testamento vocantur: etiam si intestatus is decesserit, ad cujus hereditatem veniunt, omnimodo coheredibus suis conferant. Quod tam in aliis, quam in his quæ occasione militiæ [45] uni heredum ex defuncti pecuniis acquisitæ lucratur is, qui militiam meruit, locum habebit: ut lucrum quod tempore mortis defuncti ad eum pervenire poterat, non solum testamento condito quartæ parti ab intestato successionis computetur, sed etiam ab intestato conferatur. Hæc autem regula, ut omnia quæ portioni quartæ computantur, etiam ab intestato conferantur: minime e [46] contrario tenebit, ut possit quis dicere etiam illa quæ conferuntur omnimodo in quartam partem his computari qui ad inofficiosi querelam vocantur. Ea enim tantummodo ex his quæ conferuntur, memoratæ portioni computabuntur, pro quibus specialiter, legibus, ut hoc fieret, expressum est.

§. 1. Ad hæc cum ante nuptias donatio [47], vel dos a patre data, vel matre, vel aliis parentibus pro filio, vel filia, nepote, vel nepte, cæterisque [48] descendentibus conferatur: si unus, vel una liberorum ante nuptias tantummodo donationem, vel dotem, non etiam simplicem [49] donationem accepit, vel acceperit, alter vero, vel altera neque dotem, neque donationem ante nuptias a parente suo suscepit, vel susceperit, sed simplicem tantummodo donationem: ne ex eo injustum [50] aliquid oriatur, [si] ea quidem persona quæ ante nuptias donationem, vel dotem suscepit, conferre eam cogenda [sit]: illa vero quæ simplicem tantummodo donationem meruit, ad collationem ejus minime coarctanda est: si quid hujusmodi acciderit, jubemus ad [51] similitudinem ejus [52], qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illam personam quæ nulla dote, vel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem a parentibus suis accepit, conferre eam: nec [53] recusare collationem [ex] [54] eo quod simplex donatio non aliter confertur, nisi hujusmodi legem donator tempore donationis suæ indulgentiæ imposuerit. Dat. 8. Id. August. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

tem paternam actio. adde *l.* 3. *supr. h. t.* 1 *l.* 11. *in fin. supr. h. t.* 2 Peculium profectitium collationi obnoxium. *l.* 13. *supr. familiæ.* 3 Peculium castrense non confertur. *l.* 21. *in fin. infr. h. t. l.* 3. *infr. de castrensi peculio.* 4 Peculium a patre legatum non confertur. *l.* 65. §. 1. *ff. de rei vind. l.* 38. *vers. adeo ut si prælegatum. ff. de cond. indeb.* 5 Patre mortuo adquisita liberi sui non conferunt, *ut hic:* sed nec emancipati. *l.* 15. *infr.* vid. *l.* 6. *in fin. supr. h. t.* 6 Sui liberi res a patre inter vivos acceptas conferunt. 7 Suus patri non succedens, donationem a patre factam non confert. 8 Sui ab intestato donationem simplicem conferunt, *ut hic*, ex testamento instituti præcipuam habent. *l.* 18. *supr. famil.* & ita utramque legem conciliat Cujacius 3. *obs.* 39. 9 Jus petendæ collationis transit ad heredem. 10 Etiam posthumis fit collatio. facit *l.* 11. S. *l.* 2. *ff. h. t.* 11 Amitæ fratrum filiis conferre debent. *l.* 19. *infr. h. t.* 12 vid. Harmenop. 8. §. 33. 13 Id est, & emancipati. *ut hic:* & sui *l.* 13. *supr. h. t.* res post mortem patris quæsitas non conferunt. *l.* 6. *ff. h. t.* 14 Hoc innuit, Filias ab intestato succedentes etsi cætera conferant, relicta tamen in codicillis non conferre. 15 *l.* 10. *supr. h. t.* 16 Omnes liberi, sive sui juris sint, sive in potestate, profectitiam a parentibus dotem vel donationem propter nuptias inter se conferunt. *l.* 4. S. *h. t.* 17 Abrogatur *l.* 6. *l.* 7. *ff. de dotis collat.* 18 Æqualitas inter fratres servanda. vid. *l.* 4. *supr. commun. divid.* 19 Adde 5. Harmenop. 8. §. 36. 20 vide Cujac. 17. *obs.* 3. 21 Dos profectitia conferri debet. 22 Donatio propter nuptias a parentibus profecta conferenda. *l.* 29. S. *de inofficioso.* an & id quod studiorum causa a patre impensum est? non confertur, nisi credendi animo pater erogaverit, quod in dubio præsumitur. *l.* 50. *ff. familiæ.* Alciat. 1. *præsumpt.* 7. 23 Profectitia quæ, vid. *l.* 4. S. *h. t. l.* 1. §. 1. & 7. *ff. de dot. coll.* 24 Nihil interest sponso sponsæ nomine an sponsæ sponsi nomine donetur. 25 Forte legendum, *ut per eas eadem in sponsos donatio celebretur.* 26 In collationibus bonorum non considerantur extraneæ dotes, & donationes propter nuptias. 27 Profectitia ante vel post emancipationem quæsita, emancipati conferunt. 28 Correctio seu mutatio legum non præsumitur. dixi ad *l.* 32. J. *de appellat.* 29 Solet pater in emancipando filio aliquid donare. *l. ult.* J. *de emancip. lib. l.* 8. J. *de bonis proscript. l.* 37. *in fin. ff. de donat.* 30 Profectitia post emancipationem conferunt emancipati. Profectitia, id est, res donatas a patre: & ita simplex etiam profectitia donatio confertur. vid. *l.* 20. J. *h. t.* 31 Pars legis 11. J. *de legitim. hered. l. pen.* J. *de emancip. liber.* Omnium enim harum legum una inscriptio & subscriptio. 32 Filii emancipati ex rescripto principis, reservato jure legitimarum hereditatum (quod genus emancipationis introduxit Anastasius *l. pen.* J. *de emancipat.* auctor hujus legis) vocantur ad legitimam hereditatem patris cum fratribus in familia retentis: sic tamen ut bona propria conferant. vid. Cuj. 18 *observ.* 18. 33 Id est, solennibus veterum adhibitis ex legibus 12. tab. vid. *l. ult.* J. *de emancip.* 34 Ut ita quoquo modo liberi sint emancipati, ad collationem vocentur. 35 vide *l.* 4. & *l.* 8. *h. t.* Herbaj. *rer. quotidianar. cap.* 9. An nepotes qui paternam hereditatem repudiaverunt, conferre teneantur dotem, vid. Guid. Pap. & Purpur. *Ans.* Adde DD. & allegat. in censur. forensi nostra *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 11. S. L. 36 *l.* 9. *ff. de suis.* §. 15. *Instit. de hered. quæ ab intest.* vide *Novell.* 18. *cap.* 4. *l.* 4. *C. Th. de legitim. hered.* §. 15. *Inst. de hered. ab intest.* 37 *l. nepotes.* 5. *C. Theod. de legitim. hered.* 38 Dos & donatio propter nuptias conferuntur. *l.* 17. S. *h. t. l.* 20. *infr.* 39 Patrui, & amitæ, avunculi & materteræ dotes, & donationes propter nuptias liberis fratrum sororumve conferunt. *l.* 14. S. *h. t.* 40 Nepotes & neptes, suis patruis, avunculis, amitis & materteris dotem, & donationem propter nuptias conferunt. 41 Collatione fit commixtio. 42 Hodie id abrogatum. *Novell.* 18. *cap.* 4. 43 Quæcunque in legitimam imputari solent, eadem ab intestato conferri debent. 44 Quam habiturus esset ab intestato. 45 Militia confertur. adde *l. omnimodo.* 30. §. *imputari.* S. *de inofficioso.* Imo non confertur. *l.* 1. §. 16. *ff. de collat.* 46 Quæ condito testamento legitimæ imputantur, ab intestato conferuntur, at non econtra. Nam quæ conferuntur ab intestato in legitimam, facto testamento non imputantur, nisi id expresse cautum reperiatur. 47 Dos & donatio propter nuptias profectitia confertur. 48 *l.* 19. *in fin. supr. h. t.* 49 De donationis simplicis collatione, vide *infr. eodem.* 50 Si quis dotem vel donationem propter nuptias profectitiam habet, eam simplici donatario confert: vicissim justum fuerit, ut simplex donatarius donationem simplicem eidem conferat. 51 Ut dos & donatio propter nuptias confertur, ita & simplex donatio: dicamus apertius, quemadmodum coheres meus dotem & donationem propter nuptias profectitiam mihi confert, ita & simplicem donationem profectitiam eidem confero. 52 Lex distinguit liberorum conditionem: ut hinc colligas, Hodie suos suis, & emancipatis: emancipatos emancipatis, & suis profectitia conferre. 53 Simplex donatarius, etiam invitus, ad collationem cogitur. 54 Nota vanum argumentum do-

De peculio adventitio.

21. Idem A. Joanni P. P.

UT nemini [1] de cætero ſuper collatione dubietas oriatur: neceſſarium duximus conſtitutioni [2], quam jam favore liberorum fecimus, hoc addere: ut [3] res quas parentibus acquirendas eſſe prohibuimus [4], nec collationi poſt obitum eorum inter liberos ſubjaceant. Ut enim caſtrenſe [5] peculium in commune conferre in hereditate dividenda, & ex priſci juris auctoritate minime cogebantur: ita & alias res quæ [6] minime parentibus acquiruntur, proprias [liberis] manere cenſemus. Dat. 15. Kal. Novemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. anno 2. 530.

TIT. XXI. DE TESTAMENTO MILITIS [7].

De milite pro parte teſtato, pro parte inteſtato.

1. Imp. ANTONINUS A. Floro militi.

FRater tuus miles ſi te ſpecialiter in bonis, quæ in paganico [8] habebat [9], heredem fecit: bona, quæ in caſtris reliquit, petere non [10] potes, etiamſi is qui eorum heres inſtitutus eſt, adire [11] ea noluerit, ſed ab inteſtato ſuccedentes veniunt: modo ſi in ejus locum ſubſtitutus non es, & liquido probetur fratrem tuum caſtrenſia bona ad te pertinere noluiſſe. Nam voluntas [12] militis [in expeditione occupati] pro jure [13] ſervatur. Accepta 5. Id. Septemb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

2. Idem A. Septimo militi.

MIles ſi caſtrenſium tantummodo [14] bonorum commilitonem ſuum inſtituit heredem: cætera bona ejus, ut inteſtati defuncti, mater ejus jure poſſidebit. Quod ſi extraneum ſcripſit heredem [15] iſque adiit hereditatem: bona ejus in te transferri non jure deſideras. PP. 11. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Utrum teſtamentum valeat jure communi, an jure militari.

3. Idem A. Vindiciano.

QUamquam militum teſtamenta juris [16] vinculis non ſubjiciantur, cum propter ſimplicitatem [17] militarem, quomodo [18] velint, & quomodo poſſint, ea facere his concedatur: tamen in Valeriani quondam centurionis teſtamento inſtitutio etiam jure [19] communi accepit auctoritatem. Nam [20] cum paterfamilias filiam ex duabus unciis, uxorem ex uncia heredes ſcripſerit, nec de reſiduis portionibus quicquam ſignificaverit: in tres partes diviſiſſe eum apparet hereditatem, ut duas habeat, quæ ſextantem accepit, tertiam, quæ ex uncia heres eſt inſtituta. PP. Kal. Novemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De manumiſſione.

4. Imp. ALEXANDER A. Junio.

SI Rufinus, Vir Clariſſimus Tribunus [21], laticlavius [22] major annis [lege] definitis [23] faciens teſtamentum, te manumiſit: juſtam libertatem competiſſe, ſcire debes. Quod ſi minor annis ex lege conſtitutus fuerit, cum faceret teſtamentum: lege impediente nullam libertatem adeptus es, quæ in hac parte nec [24] militibus remiſſa eſt. Quod ſi idem teſtator cauſam manumittendi te habuit, quæ probabilis vivo manumittente conſilio futura [25] eſſet: quia per fideicommiſſum data libertas a quolibet minore annis ei, cujus cauſa [26] probari potuit, præſtari debet: ex teſtamento militis hujuſmodi ſervis juſtam libertatem competere conſequens eſt. Dat. 16. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. CONS. 224.

Qui ex teſtamento militis capere poſſunt.

5. Idem A. Sozomeno.

EX teſtamento militis, ſive adhuc in militia, ſive intra [27] annum miſſus honeſte deceſſit, hereditas & legata omnibus quibus relicta ſunt, debentur: quia inter cætera quæ militibus conceſſa ſunt, liberum [28] arbitrium, quibus velint, relinquendi ſupremis [judiciis ſuis] conceſſum eſt: niſi [29] lex ſpecialiter eos prohibuerit. Dat. 17. Kal. Februar. JULIANO II. & CRISPINO CC. CONSS. 225.

De ſubſtitutione.

6. Idem A. Valentino.

IN teſtamento quidem ejus qui non [30] miles fuit, ſi duobus heredibus inſtitutis, altero [31] cui [32] potuit uſque ad tempus pubertatis parens facere teſtamentum, altero [33] cui poſteaquam heres extitit, ſubſtituere non potuit, invicem ſubſtitutio eiſdem verbis facta eſt: in eum ſolum caſum eam locum habere ſententiis prudentium virorum, & conſtitutionibus Divorum parentum [34] meorum placet, quo utrique pari ratione potuit ſubſtitui. Sed cum ex teſtamento militis controverſiam eſſe proponas, defuncta parvula ejus filia, poſteaquam heres extitit patri, cum qua ſimul æquis partibus heres inſtitutus eras, ſubſtitutione invicem [35] facta: & mater quidem inteſtatæ filiæ ſibi ſucceſſionem defendat, tu autem ex ſubſtitutione ad te pertinere contendas, juris quidem ratio manifeſta eſt, licere militibus proprio privilegio etiam heredibus extraneis [36], poſteaquam [37] heredes extiterint, mortuis ſubſtituere: Sed tibi probandum eſt, an ita frater tuus ſenſerit. PP. 11. Kal. Maji, FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De verbis, Fortunato liberto meo do, lego.

7. Idem A. Fortunato.

EX his verbis, *Fortunato liberto meo do, lego*, vindicare tibi libertatem non potes, ſi pagani [38] teſtamentum proponatur. At enim cum teſtatorem militem [39] fuiſſe proponas: ſi non errore [40] ductus libertum [te] crediderit, ſed dandæ libertatis animum habuerit: libertatem equidem directam competere tibi, ſed & legati vindicationem habere te prærogativa militaris privilegii præſtat [41]. Dat. 12. Kalend. Januar. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De inſtitutione ad tempus.

8. Imp. GORDIANUS A. Æterno militi.

CErti juris eſt, militem [42] ad [43] tempus etiam heredem inſtituere poſſe. PP. 3. Kal. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De præteritione.

9. Idem A. Valerio.

SIcut certi juris eſt militem qui ſcit [44] ſe filium habere, aliosque ſcripſit heredes, tacite [45] eum exheredare intelligi: ita ſi ignorans [46] ſe filium habere, alios ſcribat heredes, non obeſſe filio ademptam hereditatem, ſed minime valente teſtamento, ſi ſit in poteſtate, eum ad ſucceſſionem venire in dubiis non habetur. PP. 5. Non. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Poſthumus vel jam natus a milite ignorante præteritus, ab inteſtato ei ſuccedit: e ſciente, habetur pro exheredato. Salic.

10. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS [47] C. Juſtino militi.

SI cum vel in utero haberetur filia inſcio patre [48] milite, ab eo præterita ſit: vel cum in rebus humanis [49] eam non eſſe falſo [50] rumore perlato pater putavit, nullam ejus [in] teſtamento fecit mentionem, ſilentium hujuſmodi exheredationis [51] notam nequaquam infligit. Is autem miles qui teſtamento *filiam* [52] *ſuam* appellavit, eique legatum dedit: non inſtituendo eam heredem, exheredavit. PP. 12. Kalend. Jun. PRÆSENTE, & ALBINO CONSS. 247.

natarii. Ne dicas itaque cum interpretibus, Donatarium ad collationem faciendam non obſtringi, niſi expreſſim donator collationem vetuerit. Nam ſi fallitur hic donatarius cum ita colligit: Ideo ſe ad collationem non teneri, quod lex collationis ei dicta non fuerit, *ut hic:* E contrario collige, Donatarium a collatione facienda prius non excuſari, quam expreſſim collatio ei remiſſa ſit. 1 Ad intellectum hujus *l.* vid. Fachin. *lib.* 5. *contr. c.* 83. Guid. Pap. *h. l.* Anſ. Adde Cujac. *lib.* 3. *obſerv. cap.* 30. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2. *c.* 127. S. L. 2 *l.* 6. Ɉ. *de bon. quæ lib.* 3 Collationi non ſunt obnoxiæ res quæ parentibus per liberos non adquiruntur, quæ autem ſint illæ quæ parentibus non adquirantur per liberos, v. Ɉ. *titul. de bonis, quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis, ex matrimoniis vel alias adquiruntur, & eorum adminiſtratione.* 4 *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. Ɉ. *de bon. quæ lib.* 5 Caſtrenſe peculium non confertur. *l.* 12. *𝔖. h. t. l.* 1. *§.* 15. *ff. h. t. l.* 3. Ɉ. *de caſtr. pecul.* 6 Hinc collige adventitia non conferri, ut ita abrogetur lex 4. *ſupr. h. t. l.* 1. *§.* 7. *ff. de dot. coll.* nam adventitiorum nudus uſusfructus parentibus adquiritur. *l.* 6. Ɉ. *de bon. quæ lib. §.* 1. *Inſtit. per quas perſon. cuique.*
7 Dixi ad Lib. 29. D. 1. adde 35. *Eclog.* 21. *fol.* 26. 8 Paganicis hic opponuntur caſtrenſia. 9 Id eſt, in bonis paganicis, paganica opponuntur caſtrenſibus.
10 Et ita heredi inſtituto in paganicis non adreſcunt bona militaria defuncti; videntur enim quodammodo duæ duorum hominum hereditates. *l.* 17. *§.* 1. *ff. h. t.* Ideoque herede militarium bonorum non adeunte, pars eorum ad heredes ab inteſtato militis defertur: Ut ita pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus moriatur. *l.* 6. *ff. h. t.* 11 Adire bona. Symmachus *in epiſt.* Aditione bonorum ſucceſſit. Lucianus παρελθόντα εἰς τὴν οὐσίαν: & ita quoque dicimus, Adire hereditatis inſtitutionem, nomen, teſtamentum. Vide Cujac. 7. *obſ.* 18. 12 *l.* 5. *l.* 14. *l.* 15. Ɉ. *h. t. l.* 1. *ff. h. t.* 13 Si modo de ea conſtet, *l.* 24. *l.* 25. *in fin. ff. h. t.*
14 Inſtitutio facta in caſtrenſibus ad ſe paganica non trahit. *l.* 6. *l.* 11. *l.* 12. *ff. h. t.*
15 Simpliciter, nam inſtitutio ſimpliciter facta comprehendit omnia. 16 Juris vinculis teſtamenta militum non ſubjiciuntur. 17 Simplicitas militaris, *ut hic:* armatæ militiæ. *l.* 1. *𝔖. de juris & facti ignorant.* imperitia. *l.* 40. *ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.* Arma magis quam leges ſcire miles præſumitur. *l. ult. in fin.* Ɉ. *de jure delib.* Tacitus *in Agricola*, *Credunt plerique militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia caſtrenſis jurisdictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exercet.* adde *l. pen.* Ɉ. *ad leg. Corn. de falſis.*
18 Miles quomodo vult & poteſt, teſtatur, *ut hic*, & *l.* 15. Ɉ. *h. t.* prius arbitrii: alterum neceſſitatis eſt. 19 An privilegiatus teſtamentum faciens præſumatur in dubio potius uti jure communi, quam ſpeciali, vide Alciatum 3. *præſumpt.* 36. 20 Miles filiam ex duabus unciis: uxorem ex unica uncia inſtituit, nec de reſiduis novem unciis quidquam diſpoſuit: Quæritur cui cedant reliquæ novem unciæ? Jure communi paganorum receptum eſt, ut eo caſu teſtator videatur filiam inſtituiſſe ex duabus partibus hereditatis, uxorem ex tertia. *l.* 13. *§.* 2. *l.* 47. *§.* 1. *ff. de heredibus inſtit. §.* 5. *Inſtit. de heredib inſt.* ergo & miles. Nam teſtamentum militis, quoad ejus fieri debet, ſalva ratione recti ſermonis ad jus commune reducitur. *Bald.* & inſtitutio per quotam trahitur ad omnia bona. *Salic.* 21 Horatius 1. *Sermonum* 6. *Sumere depoſitum clavum, fierique tribunum.* 22 Laticlavi. *Hal.* Tribunorum alii laticlavii, alii anguſticlavii, Senatores omnes laticlavii, equites anguſticlavii, ut merito hæc ſeparentur in *l.* 42. *ff. de donat. inter vir.* latum clavum impetrare, vel equeſtris ordinis fieri. De lato & anguſto clavo dixi ad *d. l.* 42. fatuum eſt alioqui quod Accurſius & Baldus hic nugantur de clava ferrea a tribunis medios inter hoſtes projici ſolita, ut ad eam hoſtibus eripiendam, ſed & eos in fugam vertendos milites ſuos accenderent. 23 Id eſt, major annis viginti. 24 Minor annis viginti. *l.* 5. Ɉ. *l.* 4. *§.* 18. *ff. de fideicommiſſ. libert.* quantumvis miles ſit, ſervum teſtamento manumittere non poteſt. *l.* 29. *§.* 1. *ff. h. t. l.* 3. *ff. de manumiſſ. teſtament.* niſi cauſa cognita. Ɉ. *eod.* habetur ergo potior ratio legis prohibentis minorem manumittere, quam privilegii militibus quidvis permittentis. 25 Quod inter vivos cauſa cognita fieri poteſt, idem & teſtamento fieri conceditur. 26 De cauſis, vide *l.* 11. 12. 13. 14. *ff. de manumiſſ. vind.* 27 *l.* 21. *l.* 26. *l.* 38. *ff. h. t. l.* 40. *l.* 92. *ff. ad l. Falc.* 28 *l.* 1. *𝔖. h. t.* 29 Exempla prohibitionum vid. *in l.* 13. *§.* 3. *l.* 41. *§.* 1. *ff. h. t. l. ult. ſupr. de hæreticis. l.* 7. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. 30 Paganus filium impuberem, & fratrem puberem heredes inſtituit, eoſque invicem ſubſtituit? mortuo impubere ſuccedet impubes. 31 Puta filio vel filiæ, cui parentes poſſunt ſubſtituere pupillariter.
32 Vide *Inſt. de pupillari ſubſtitut.* 33 Puta fratre, cui vulgariter ſubſtitui ſolet, non pupillariter. 34 Severi & Antonini. *l.* 4. *§.* 2. *ff. de vulgari.* Parentes autem vocat quos habuit imperii anteceſſores. 35 Miles filiam impuberem & fratrem impuberem inſtituit, eos invicem ſubſtituit. mortua intra pubertatem filia, mater filiæ patruo ejus præferetur, niſi patruus probaverit teſtatoris voluntatem mutatam fuiſſe: ut etiam in pupillarem caſum valeat ſubſtitutio: Alias reciproca ſubſtitutio facta diverſæ conditionis vel ætatis liberis, valet tantum in vulgari caſu. *d. §.* 2. *l.* 2. Ɉ. *de impub. & aliis.* vid. Cujac. 17. *obſ.* 26. adde *l.* 39. *l.* 45. *ff. de vulgari.* 36 *l.* 5. *l.* 28. *in fin. l.* 41. *§.* 3. 4. *ff. de vulgari.* 37 Miles verbis directis, etiam poſt pubertatem, liberis ſubſtituere poteſt. *l.* 8. Ɉ. *de impuber.* paganus per fideicommiſſum tantum & verbis fideicommiſſariis. *l.* 41. *§.* 3. *ff. de vulgari. §. ult. Inſt. de pupillari.* vid. Cujac. 12. *obſ.* 27. 38 Paganus ſervum, cui legatum adſcripſit, manumiſiſſe non videtur, *ut hic*, & *l.* 65. *ff. de heredib. inſtit.* aliud in milite. Ɉ. *h. t.* 39 Miles ſervum cui ſcienter ut liberto legatum adſcripſit, manumiſiſſe videtur, *ut hic*, & *l.* 40. *§.* 1. *ff. h. t.* dic apertius, Si miles ſervum ſuum ſciens libertum nuncupaverit, eique legatum adſcripſerit, manumittit. *Novell.* 78. *cap.* 4. *verſ. Si enim.* paganus non manumittit. *l.* 2. Ɉ. *de neceſſar. l.* 65. *ff. de hered. inſtit.* Quid ſi paganus ſub appellatione liberorum, ſervos heredes inſtituerit? manumittit. *d. l.* 2. Plus igitur in inſtitutione eſt, quam in legato. 40 Excidit ſæpe nobis falſa demonſtratio in herede inſtituendo. *l.* 33. *ff. de conditionibus & demonſtrat.*
41 Conſtat. 42 Aliud in pagano. *l.* 34. *ff. de hered. inſtit.* 43 *l.* 15. *§.* 4. *l.* 19. *in fin. l.* 41. *ff. h. t.* 44 *l.* 10. Ɉ. *h. t. l.* 36. *§.* 2. *ff. h. t. l.* 16. *§.* 5. *ff. de teſtam. tut.*
45 Militis id eſt facta a milite præteritio, exheredatio eſt. *l.* 47. *in fin. ff. de bon. libert.* miles non cogitur filium nominatim exheredare. Miles ſilentio exheredat. *l.* 12. *ff. de bon. libert. §.* 6. *Inſt. de exhered. liber.* 46 Miles ignorans ſe filium habere non juſte eum præterit.
47 *Al.* Gordianus. 48 Vid. *l.* 9. *𝔖. h. t.* 49 Mortuus non eſt in rebus humanis: mortuus, homo eſſe deſinit. 50 Quid ſi ſciens nullam filiæ in teſtamento mentionem fecit? patris ſilentium habebitur pro exheredatione. adde *§. pen. Inſtit. de exheredat. liberorum.*
51 Qui a patre exheredatur, quaſi notatur. Exheredatio ſpecies injuriæ eſt. Ex ea tamen cauſa filius non fit infamis. dixi ad *l.* 13. *𝔖. ex quib. cauſ. infam.* 52 Quem miles non exheredat, inſtituit: quem non inſtituit, exheredat. Miles autem filium heredem non inſtituit, ſi filium tantum appellavit, aut ſi eidem ut filio tantum legavit. Paganus ſi filio legaverit, nec inſtituerit, non cenſetur filium exheredaſſe. *l.* 30. *in princip. l.* 36. *𝔖. de inofficioſo.*

De captatoria institutione.

11. Iidem A. & C. Æmiliano militi.

CAptatorias [1] institutiones etiam in militis testamento nullius esse momenti, manifestum est. PP. 7. Kalend. Jul. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De lege Falcidia, si quid ultra vires hereditarias petatur.

12. Iidem A. & C. Domitiæ.

IN testamento militis [2] legem [3] Falcidiam, & in legatis [4], & fideicommissis [5] cessare, explorari juris est. Sane si quid ultra [6] vires patrimonii postulatur: competenti defensione tueri te potes. PP. 6. Non. Jul. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De flagitio militari.

13. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Claudiæ.

ET militibus nostris, Centurionibus quoque ob flagitium militare [7] damnatis, [8], non aliarum quam castrensium rerum testamentum facere permittitur [9], & intestatis jure proprio succeditur a fisco. Prop. Non. August. VALERIANO & GALLIENO AA. III. & II. CONSS. 256.

De solemnitatibus non servatis.

14. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. heredibus Maximi.

SI a fratre suo militante mater vestra scripta heres successionem [ejus sibi] quæsivit: quamvis testamenti scriptura non continet juris [10] observationem, hanc [tamen] hereditatem fratrem testatoris, vel ejus filios ab intestato evincere non potuisse, jure constitit. PP. 5. Non. Maji, ipsis AA. CONSS.

De degentibus in expeditione.

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum.

MIlites in expeditione [11] degentes, si uxores, aut filios, aut amicos, aut commilitones suos, postremo cujuslibet generis homines amplecti voluerint supremæ voluntatis affectu: quomodo possint [12], ac velint, testentur: nec uxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportaverint, meritum, aut libertas dignitasve quæratur. Proinde sicut juris rationibus licuit, ac semper licebit, si quid in vagina [13], aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint [14] gladio suo, ipso tempore quo in prælio vitæ [15] sortem derelinquunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse oportet. Dat. 3. Id. August. *Nicomediæ*, OPTATO, & PAULINO CONSS. 334.

De scriniariis & apparitoribus.

16. Imp. ANASTASIUS Hierio P.P.

SCriniarios [16] vel apparitores [17], qui Virorum Magnificorum Magistrorum militum jussionibus vel actibus obtemperant: etsi nomina eorum matriculis [18] militaribus referri videantur [19], nullatenus [tamen] in ultimis a se conficiendis voluntatibus juris militaris habere facultatem decernimus. Dat. Id. Februar. *Constantinop.* PAULO V.C. CONS. 496.

Quando miles testetur quomodo vult.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

NE quidam putarent in omni tempore licere militibus testamenta, quoquo modo voluerint, componere: sancimus his solis [20], qui in expeditionibus [21] occupati sunt, memoratum indulgeri circa ultimas voluntates conficiendas beneficium. Datum 4. Id. April. DECIO V.C. CONS. 529.

De pupillo.

18. Idem A. Joanni P.P.

LIcet antiquis [22] legibus permittebatur [23] pupillis [24], si Tribunatum [25] numerorum [26] merebantur [27], ultimum elogium conficere posse: attamen indignum nostris temporibus [esse] videtur, eum qui stabilem [28] mentem nondum adeptus est, propter privilegia militum, sapientium [29] hominum jura pertractare, & in [tam] tenera ætate ex tali licentia parentibus forte suis, vel aliis propinquis nocere, propriam substantiam extraneis relinquendo. Ideoque hoc fieri nullo [30] modo concedimus. Dat. Kal. Novemb. post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno 2. 532.

TIT. XXII.

QUI TESTAMENTA [31] FACERE POSSINT, VEL NON [32].

De Socio omnium bonorum.

1. Imp. GORDIANUS A. Petronio militi.

QUanquam omnium bonorum socer tuus, itemque frater ejus socii [33] fuerint: tamen non eo minus idem frater ejus cum fati munus impleret, testamento suo potuit sibi heredem instituere quem vellet.

† Item non idcirco minus is testamenti factionem habet, quod [34] indivisam successionem cum sorore sua dicatur habuisse. PP. 12. Kal. August. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

1 *l.* 70. *l.* 71. *D. de hered. instit.* Captare est aucupari lucrum. Hinc captatoriæ scripturæ. *l.* 64. *D. de legatis* 1. captare hereditatem. *l.* 25. *s̃. de transact.* *l.* 1. *D. si quis aliq. testam.* Captatoriam institutionem, χάζειν ἀμειβομένην, vocat Harmenopulus 5. *tit.* 8. Hoc modo, Si Titius me: vel, Qua ex parte Titius me heredem instituerit: vel, Si Titius Cajum sibi heredem instituerit, mihi heres esto. His formulis referimus gratiam quam captamus: nec tantum accipimus, sed reposcimus, nobis vel aliis hereditatem captantes, idque aucupium hereditatis, secretum voluntatis alienæ seu testatoris appellatur. *l.* 70. *D. de hered. instit.* Idem aucupium *in l.* 71. *in fin. d. tit.* captio appellatur. Captatoria autem non est, quæ remunerandæ jam factæ institutionis causa fit. *l.* 71. *D. de hered. instit.* quæ fit mutuatis affectionibus: ita enim forte legendum in *l.* 70. *D. de heredib. instit.* id est, placata testatoris offensa. *l.* 3. *D. si quis aliquem testari. & l. ult.* J. *h. t.* ut mutuari affectionem testatoris sit placabilibus verbis testatorem provocare ad mutandam exheredationem: ad legatum relinquendum pœnitenti. Huic interpretationi adjunge quæ de ea re tres præstantissimi viri scripserunt, Alciat. 2. *Parerg.* 31. Ant. Augustinus 4. *emendat.* 15. Cujacius 16. *observ.* 11. & ex hoc loco illustrari *d. legem* 70. adde etiam quædam ex Mynsingero 1. *observ.* 8. Addantur & hæc, mutuis affectionibus judicia provocare permitti. *l.* 70. *D. de hered. instit.* ut & offensam testatoris placare. *l. ult. D. si quis aliquem testari. & l. ult.* J. *si quis aliquem testari.* quanta ex parte me heredem scriptum habueris, ex ea parte heres esto. *l.* 29. *D. de hered. instit.* *l.* 20. *in fin. D. de condit. instit.* (cui contraria hæc est: qua ex parte me heredem scriptum in tabulis recitaveris, ex ea parte heres esto: hæc habetur pro non scripta. *l.* 1. *in fin. D. de his quæ pro non scriptis.*) qua ex parte Titius me heredem scripserit, ex ea parte Mævius heres esto. *l.* 71. *D. de hered. instit.* Qua ex parte me a Titio scriptum heredem recitavero, ex eadem parte Sempronius mihi heres esto. Hæc non est captatoria. *l.* 81. *in fin. D. de hered. instit.* Contra hæc captatoria est, Titius si Mævium tabulis testamenti sui heredem a se scriptum ostenderit, heres esto. *l.* 71. *in fin. D. de hered. instit.* Non valet quoque ad secretum alienæ voluntatis conditio institutionis collata, hoc est, in alienam voluntatem. *l.* 70. *in fin. D. de hered. instit.* Non valet hæc institutio, quem Titius voluerit, instituo. *l.* 32. *D. de hered. instit.* si Mævius voluerit, Titius heres esto. *l.* 52. *in fin. D. de condit. & demonst.* *l.* 68. *in med. D. de hered. instituend.* si heredem me non feceris, centum dare spondes. *l.* 61. *D. de verb. obligat.* *l.* 34. *supr. de transf.* *l.* 4. *D. de inutilibus stipul.* *l.* 5. *supr. de pactis conventis* (licet ita valeat, si me vel filium exheredaveris, centum dabis. *l.* 132. *D. de verb. obligat.* nam qui sic stipulatur, hereditatem non directe sibi stipulatur, sed potius notam exheredationis fugit.) Quid si ita: si Titius Capitolium ascenderit, Cajus heres esto: Cajo lego centum. Valet hujusmodi institutio ac legatum? confertur quidem utrumque in alterius, puta Titii, voluntatem, sed tacite non expresse. Hujusmodi institutio toleratur, quia palam & aperte non confertur in alterius voluntatem, sed tacite & per consequentias tantum: multa autem expressa nocent, quæ non expressa non nocent. *l. si quis Sempronium* 68. *D. de hered. instit.* *l. nonnunquam* 52. *D. de cond. & demonst.* & breviter captatoria institutio non est, quæ fit mutuis affectionibus. *l. captatorias.* 70. *D. de heredit. instit.* ubi duorum similis est affectus. *Novell. Valent. de testam.* sicut in mutuis inter vivos duorum vel plurium inter se donationibus cernitur: adde *l.* 64. *D. de leg.* 1.

2 Aliud in pagani testamento, & militis, jure communi facto. *l. penult.* J. *h. t.* & tamen veterani. *l.* 40. *D. ad l. Falcid.* 3 Falcidia in testamento militis cessat, *ut hic, & l.* 17. *in fin. D. h. t.* *l.* 7. J. *& l.* 17. *l.* 92. *in fin. l. ult. D. ad leg. Falcid.*

4 *d. l.* 7. *d. l.* 17. 92. *& ult.* 5 *l.* 1. §. 18. *D. ad SC. Trebell.* 6 Heres ultra quam ad eum pervenerit, non tenetur. *l.* 22. §. 5. J. *de jure delib.* *l.* 1. §. 17. *D. ad SC. Trebell.* si tamen inventarium fecerit. *d. l.* 22. §. 14. ideoque legata ab eo facta, qui non solvendo fuit, inutilia sunt. *l.* 15. J. *de leg.* *l.* 16. J. *ad l. Falcid.* *l.* 17. *D. de mort. caus. don.* § *ult. Inst. ad leg. Falcid.* 7 Secus, si ob commune delictum. Tunc enim cognati militis fiscum excludunt. *l.* 1. *D. de veter. & milit. success.* 8 Miles ob flagitium militare damnatus potest testari de rebus castrensibus, *ut hic, & l.* 11. *D. h. t.* in paganicis fiscum habet heredem, *ut hic.* 9 Lege sc. alias permitti ei potest. *l.* 32. §. 8. *D. de donat. inter vir.* *l.* 1. *D. de veter. & milit. success.* vel a Principe. *l.* 6. §. 6. *D. de injusto.* vel ab ipso judice dum condemnat. *l.* 22. §. 1. *D. de leg.* 3. 10 In militari testamento non requiritur juris communis observatio, *ut hic.* Nam voluntas militis in expeditione occupati pro jure servatur. *l.* 1. *in fin. s̃. h. t.*

11 *l.* 1. *in fin. s̃. h. t.* ἐν στρατοπέδῳ *Synops. Bas.* 35. *tit.* 3. *ex tit.* 21. *c.* 51. 5. Harm. 1. §. 48.

12 *l.* 3. *s̃. & l. ult. D. h. t.* *l.* 37. *supr. de inoff.* 13 Militibus testamentum facturis in ipso pugnæ tempore vagina (vide Ammianum *lib.* 18. *p.* 135.) clypeus, pulvis, humus, chartæ, vel tabularum loco esse possunt. adde *Novell. Leonis* 40. ut & notæ, pro litteris. *l.* 40. *D. h. t.* sanguis pro atramento: ensis, pro stylo, penna ac calamo, *ut hic, Synopsis &* Harm. *ibid.*

14 Præsente aliquo scil. Vix est enim ut cujusquam manus ex hujusmodi scriptura agnosci possit. Quot testes requirantur in militis testamento, dixi ad *Novell. Leonis* 41.

15 Sors vitæ, vita ipsa. 16 Σκεινιάει@ auctor Etymolog. χαρτοφύλαξ. Forcat. 12. Aviarii 2. scriniariis hodie comparari posse putat secretarios & scribas Ducum & Tribunorum. Quinam scriniarios habuerint, mox dicam. 17 Scriniarios olim habuerunt Præfecti prætorio, Magistri militum, Comites utriusque ærarii, Proconsul Asiæ, Castrensis sacri palatii, item duces. 18 Matricula militem sola non facit, ideoque qui militum effectu carent, & militum munere non funguntur, carent & privilegio. *c. un. de vasal. milit.*

19 Aliud est videri, aliud esse. Nomina scriniariorum videntur esse in matriculis militaribus, non sunt tamen, id est, videntur milites, non sunt tamen vere milites, etiamsi jus castrensis peculii habent. *l.* 6. J. *de castr. pecul. milit.* Fit eorum militum mentio in *l.* 8. J. *de numerariis.* 20 *l. ult. ff. h. t.* Miles jure militari per id tantum tempus uti vel testari potest, quo militat & in castris degit. §. 3. *Instit. eod.* 21 Ἐν στρατοπέδοις. *Synops. ibid. cap.* 52. idque sive sit in castris, sive in fossato, sive in hybernis, sive in præsidiis, sive in stativis seu sedibus sedetis ac ædibus. *d. l. ult.* *l.* 18. *s̃. de ep. aud.* Sufficit ergo ut fiat in expeditione, licet non in procinctu: alioquin nihil aut parum distabit miles a pagano. Nam paganus in procinctu & hostico, jure militari testari potest. *l. ult. ff. h. t.* quod illis locis de quibus dixi, intermortua sit quodammodo memoria legum. vide Cujac. *cons.* 49. 22 Forte ante Adrianum Imperatorem. Valerianus apud Vopiscum *in Probo: Miraris quod ego imberbem Tribunum fecerim contra constitutum D. Adriani.* & de eodem Adriano Spartianus: *Nullum tribunum, nisi plena barba fecit, aut ejus ætatis quæ prudentia, & annis tribunatus robur impleret.*

23 Olim permissa fuit testamenti factio impuberi tribuno numerorum, quasi dignitate supplente ætatem. ut hinc quoque possis colligere, tribunatum numeri, aliasque dignitates militares impuberibus permissas. 1. Veget. 4. Plin. 8. *epist.* Corrasius 5. *Miscell.* 22. ideo testamenti factionem pupillis permissam putat, quod tribunatus nomen esset honoris, non officii, iis maxime qui ex illustri familia essent: & quod possent majores natu vicarios adjutores & consiliarios habere. vide Cujac. 17. *obs.* 36. 24 *Si in tribunatu numerorum.* Rævardus 4. *variar.* 8. ita emendat: ortum errorem putat ex ea scriptura: *tribunatu in numerorum.* Tribunus ergo numerorum est qui alias Romanorum cohorti, vel legioni præpositus fuit. Tribunatus numerorum, munus ipsum? Cohortes enim, ut legiones suos tribunos habuerunt. Plin. 3. *epist.* *l.* 25. *ff. h. t.* In tribunatu igitur numerorum mereri est tribuni officio ac munere fungi. 25 Numeri interdum cohortem, vel legionem significant. Sozomen. 1. *histor. tripar.* *l.* 14. J. *de re milit.* Hinc in numeros referri. *l. un. in fin. ff. de bon. poss. ex test. milit.* interdum a legionibus separantur numeri. *l.* 13. J. *de re milit.* Goth. Pro (tribunatum numerorum) reponit Rævardus *variar. lib.* 4. *cap.* 8. (in tribunatu numerorum.) Sed veterem lectionem defendit Leonin. *emendat. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. Ans. 26 Ad eundem modum lege Constantini, impuberibus profitentibus cœlibatum dabatur jus testamenti faciendi in ipso monasterii ingressu. 1. *Sozomen.* 9. quod tamen Leo mutavit. *Nov.* 6. 27 Et per consequens non permittebatur patri in cujus potestate erant, eis substituere. 28 Impuberis mens non est stabilis. 29 Factio testamenti sapientibus tantum & stabilem mentem habentibus permittitur. 30 Et ita abrogantur antiquæ leges, quibus permittebatur impuberi tribuno numerorum testamenti factio.

31 Qui sequitur tractatus maximam & evidentem utilitatem in se continet: Testamentis enim inseruntur institutiones, substitutiones, exheredationes, legata, fideicommissa, tutelæ, libertates, adsignationes libertorum, mortis causa donationes, mortis causa capiones, attestationes, ademptiones, confirmationes codicillorum, præcepta, consilia, damnationes, injunctiones: quæ omnia patent latissime. 32 Dixi ad *L.* 28. *D.* 1. de accusato. vide *l.* 8. *&* 9. *l.* 13. *ff. h. t.* de ægroto. *l.* 3. J. *h. t.* Augusta, *l.* 7. J. *h. t.* de bannito, vid. Clar. 3. *sent.* §. *testam.* *q.* 19. (ubi differentiam facit inter bannitum simpliciter & bannitum simul & damnatum ad mortem, & inter bona interdicti in loco sita & extranea, & inter leges loci interdicti & alias) de captivo. *l.* 8. 12. *&* 13. *ff. h. t.* cæco, *l.* 8. J. *h. t.* *Nov. Leon.* 69. De eo, qui rem indivisam cum alio habet, *l.* 1. *in fin.* J. *h. t.* damnato ad metallum, ad ferrum, ad bestias, *l.* 8. §. 4. *ff. h. t.* ad perpetuos carceres. Clar. 3. *sent.* §. *testam.* *q.* 23. ad mortem. (Clar. 3. *sent.* §. *test.* *q.* 21. consuetudine receptum esse refert, ut is testari possit in illis bonis in quibus bonorum confiscatio locum non habet. contra *l.* 6. §. 6. *ff. de injusto.*) ob carmen famosum, *l.* 18. §. 1. *ff. h. t.* ex militari delicto, *l.* 6. §. 6. *ff. de injusto.* De deportato, *l.* 8. §. 2. *ff. h. t.* de sui status dubio, *l.* 15. *ff. h. t.* *Novell. Leon.* 33. de eunucho, *l.* 5. J. *h. t.* de excommunicato nihil definitur, potest itaque testari. vide Clar. 3. *sent.* §. *testam.* *q.* 24. de filiofamilias, *l.* 11. *&* 12. J. *eodem.* de furioso, *l.* 9. J. *h. t.* de hæretico, vide *l.* 17. §. 1. *l.* 18. 19. *supr. de hæret.* *Nov.* 144. *c.* 1. vide *l.* 3. J. *h. t.* de sui status incerto, *l.* 14. *&* 15. *ff. h. t.* de infami. *l.* 1. *s̃. de secund. nupt.* Clar. 3. *sent.* §. *testamentum quæst.* 25. de impubere. *l.* 4. J. *h. t.* interdicto bonis seu prodigo, *l.* 18. *ff. h. t.* de interdicto aqua & igni, *l.* 8. §. 1. *ff. h. t.* inhabiles ad testamentum faciendum, an possint ad pias causas testari, dixi ad *Auth. similiter.* J. *ad l. Falc.* de legato. *l.* 13. §. 1. *ff. h. t.* de leproso dicam ad *l.* 3. J. *h. t.* majestatis reo. *l. ult. ad l. Jul. majest.* manibus privato, *l.* 10. *ff. h. t.* monacho, *Nov. Leon.* 5. vide Clar. 3. *sent.* §. *testam.* *q.* 28. 29. 30. muto, surdo a natura, *l.* 10. J. *h. t.* obside, *l.* 11. *ff. h. t.* De Prælato & Clerico, vide Clarum 3. *sent.* §. *testamentum* *q.* 27. Principe, *l.* 6. *l.* 7. J. *h. t.* peregrino, *l.* 31. 32. *ff. de jure fisci.* Ulpian. 20. §. 14. *in fin.* prodigo, *l.* 18. *ff. h. t.* §. 2. *Inst. quib. non est permiss.* relegato, *l.* 8. §. 3. *ff. h. t.* sene, *l.* 3. J. *h. t.* servo privati vel Principis, *l.* 16. *ff. h. t.* *Leon. Nov.* 36. socio omnium bonorum, *l.* 1. J. surdo, muto, *l.* 10. J. spurio, *Nov.* 89. *c.* 12. *&* 15. *Auth. licet in fin. s̃. de natur.* vid. Clar. *d. loco* *q.* 31. sui interfectore, *l.* 2. J. *h. t.* valetudinario, *l.* 3. *h. t.* vasallo, *cap.* 1. *de success. feudi.* usurario, *c. ult. de usuris in* 6. vide Clarum 3. *sent.* §. *testam.* *q.* 26. 33 Socius omnium bonorum testari potest. *l.* 4. *in fin. s̃. & l.* 52. §. 2. *ff. pro soc.* 34 Rem indivisam cum alio communem habens testari potest. *d. l.* 4. *l.* 3. *s̃. de comm. rer. alien.* 5. Harm. 1. §. 36. Commune quippe mihi cum alio meum est, meumque esse dici po-

De

De sibi Mortem *inferente.*

2. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Viatori & Pontiæ.

SI is, qui te cum uxore tua heredem scripsit, quando [1] testamentum ordinavit[2], sanæ [3] mentis fuit, nec postea alicujus sceleris [4] conscientia obstrictus, sed [5] aut impatiens [6] doloris, aut aliqua [7] furoris [8] rabie [9] constrictus, se præcipitem dedit, ejusque innocentia liquidis probationibus commendari potest a te, adscitæ mortis obtentu postremum ejus judicium convelli non debet. Quod si futuræ [10] pœnæ metu, voluntaria morte supplicium antevenerit, ratam voluntatem ejus conservari leges vetant. PP. Kal. Decembr. ipsis AA. & CONSS.

De sene, de ægroto, 1. *de filiofamilias.*

3. Iidem AA. & CC. Licinio.

SEnium [11] quidem ætatis, vel ægritudinem [12] corporis, sinceritatem mentis tenentibus, testamenti factionem certum est non auferre. §. 1. Filium autem qui in potestate est [13], testamentum facere non posse, indubitati juris est. Dat. 4. Non. April. *Sirmii,* CC. CONSS.

De impubere.

4. Iidem AA. & CC. Radoni.

SI frater patruelis tuus ante [14] decimum quartum [15] ætatis suæ annum decessit, cum facere non potuit testamentum: nihil recte ex ejus postremo judicio postulatur. Nam si hanc ætatem egressus, licet vigoris [16] nondum emersissent vestigia, suum solenniter ordinavit judicium: hoc evellere frustra conaris. S. 6. Id. Novembr. *Pantichi,* CC. CONSS.

De Eunuchis.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Rufinum P. P.

EUnuchis [17] liceat facere [18] testamentum, componere postremas exemplo omnium [19] voluntates, conscribere codicillos [20] salva testamentorum observantia [21]. Dat. 5. Kal. Mart. *Sirmii,* CONSTANTINO A. V. & CONSTANTE C. CONSS. 339.

De eo qui Imperatorem *heredem instituit.*

6. Idem A. ad Volusium Præfectum urbi.

SI quis Imperatorem forte heredem instituerit [22], habeat [23] mutandi [24] judicii facultatem, & quemcunque voluerit, secundum leges in testamento suo heredem scribendi. Dat. 12. Kal. Mart. *Mediolani,* ARBITIONE & LOLLIANO CONSS. 355.

Si Imp. *vel Augusta heres instituatur, vel testetur.*

7. Imppp. VALENS, VALENT. & GRAT. AAA. Maximo.

CUm heredes instituuntur Imperator seu Augusta: jus commune [25] cum cæteris habeant. Quod [&] in codicillis, & fideicommissariis [26] epistolis [27] jure scriptis observandum erit. † Et sicuti priscis legibus cautum est, Imperatori quoque [28], & Augustæ testamentum facere liceat, & mutare [29]. Dat. 7. Id. August. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

De Cæcis.

8. Imp. JUSTINUS A. Demostheni P. P.

HAc consultissima lege sancimus, ut carentes oculis [30] seu morbo [vitiove,] seu ita nati, per [31] nuncupationem [32] suæ condant moderamina voluntatis: [scilicet] præsentibus [33] septem testibus [34], quos aliis quoque testamentis interesse juris est, tabulario etiam [35]: ut cunctis ibidem collectis, primum ad se convocatos omnes, ut sine scriptis [36] testentur, edoceant [37]: deinde exprimant nomina [38] specialiter *heredum,* & dignitates [39] singulorum, & indicia, ne sola [40] nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat: & ex quanta parte, vel ex quot unciis in successionem admitti debeant: & quid unumquemque legatarium seu fideicommissarium adsequi velint: omnia denique palam [41] edicant quæ ultimarum capit dispositionum series lege concessa. Quibus omnibus ex ordine peroratis, uno eodemque loco, & tempore, sed & tabularii manu conscriptis sub obtutu [42] septem (ut dictum est) testium, & eorundem testium manu subscriptis, dehinc consignatis tam ab eisdem testibus, quam a tabulario, plenum obtinebit robur testantis arbitrium. Quæ in eundem modum erunt observanda, quamvis non heredes instituere, sed legata solum vel fideicommissa, & in summa quæ codicillis habentur congrua, duxerint ordinanda. † At cum humana fragilitas mortis præcipue cogitatione perturbata [43], minus [44] memoria possit res plures consequi: patebit eis licentia, voluntatem suam, sive in testamenti, sive in codicilli [45] tenore compositam, cui velint scribendam credere: ut in eodem [loco] postea convocatis testibus, & tabulario, re etiam (ut dictum est) patefacta cujus causa convocati sunt, etiam chartulare [46] promatur, quam susceptam testatori recitabit tabularius, simul & testibus: ut ubi tenor eorum cunctis innotuerit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi [47] sui quæ lecta sunt, disposuisse sententia, & in fine subscriptio sequatur testium, necnon omnium signacula tam testium (prout dictum est) quam tabularii. Sed quia tabulariorum copia non in omnibus locis datur quærentibus: jubemus, ubi tabularius reperiri non possit, octavum [48] adhiberi testem [49]: ut quod tabulario pro supradicto modo commisimus, id per octavum testem effectum capiat: libera potestate concedenda voluntates suas in prædictum modum ordinantibus, chartulam ita subscriptam, ita denique consignatam, ut antelatæ formæ declarant, cui [50] velint ex testibus custodiendam [mandare [51]]. Sic namque fieri confidimus, ut non recipiat se tantum in cæcis testandi licentia, sed ne locum quidem ullum relinquat insidiis, tot oculis spectata, tot insinuata sensibus [52], tot insuper in tuto locata manibus [53]. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* JUSTINIANO & VALERIO CONSS. 521.

De Furiosis.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

FUriosum [54] in suis induciis [55] ultimum condere elogium posse, licet ab antiquis dubitabatur, tamen & retro principibus & nobis placuit.

† Nunc autem hoc decidendum est, quod simili modo antiquos [56] animos movit, si cœpto testamento furor eum invasit. Sancimus itaque [tale] testamentum hominis qui in ipso [57] actu testamenti adversa valetudine tentus est, pro nihilo esse. Si vero voluerit in dilucidis [58] intervallis aliquod condere testamentum, vel ultimam voluntatem, & hoc sana mente incœperit facere, & consummaverit, nullo tali morbo interveniente, stare testamentum sive quamcunque [59] ultimam voluntatem censemus: si & alia [60] omnia accesserint quæ in hujusmodi actibus legitima observatio requirit. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De Surdis & Mutis.

10. Idem A. Joanni P. P.

DIscretis [61] surdo & muto, quia non semper hujusmodi vitia sibi concurrunt: sancimus, si quis utroque morbo simul laboret, id est, ut neque audire, neque loqui possit, & hoc ex ipsa natura [62] habeat: ne-

test, ut in ea parte jure dominii uti possim. adde *l.* 51. *D. pro socio.* 1 Tunc enim requiritur sanitas mentis: neque superveniens ex irrito & nullo validum facit. 2 Perfecte ac plene. Nec enim cœptum tantum testamentum furore post superveniente pro perfecto habetur. *l.* 9. *C. h. t.* 3 Quod semper præsumitur. Sensus & ratio naturalis præsumitur in quolibet homine, nisi probetur contrarium. vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 38.
4 *l.* 32. §. 7. *D. de donat. int. vir.* 5 Η ὡς τὴν ζωὴν ἀποστρεφόμενος, id est, quasi vitam aversaretur. *Synops. Basil.* 35. *tit.* 3. *c.* 2. 5. Harm. 1. §. 41. 6 *l.* 6. §. 7. *vers. quod si quis. D. de injust. l.* 34. *de milit. testam. l.* 43. §. 4. *D. de ædil. l.* 5. *C. si reus vel accusator.* dixi ad *l.* 3. §. 4. *D. de bonis eor.* 7 Η μανίας ἢ λύπης, ἢ πολυημέρου νόσου, hoc amplius addit 5. Harm. 1. §. 41. id est, aut furore, vel rabie constrictus, aut diuturno morbo detentus. *Synops. d. loco.*
8 Furoris rabies. 9 Aut pudore æris alieni. *l.* 45. §. 2. *D. de jure fisci.*
10 Sui interfector, ob metum pœnæ futuræ capitalis tamen, testari non potest, *ut hic.* vide *l.* 3. §. 1. 2. 3. 4. *D. de bon. eor. qui ante sentent.* Bellovisanum 3. *pract.* 38. *in pr.*
11 De senibus dixi ad *l.* 5. *D. de jure immunit.* 12 *l.* 17. *D. h. t. l.* 27. *ff. de transact.* An & qui elephantiasi seu lepra laborat? potest: ut qui expresse non prohibeatur, & ita judicatum fuisse refert Pap. 29. *arrest.* 1. *n.* 16. 13 Filiusfam. de profectitiis & adventitiis ne quidem patre permittente testari potest. *l.* 6. & 16. *D. h. t.* de adventitiis quorum ususfructus patri non quæritur, potest. *l. ult.* §. 5. *vers. filiis. C. de bon. quæ lib. Nov.* 98. *c.* 1. §. 1. vid. Wurms. 1. *pract.* 30. *obs.* 16. Potest etiam de castrensibus & quasi testari. *l.* 7. §. 6. *D. de donat.* Paul. 3. *sent.* 4. §. 3. ut & donare causa mortis, patris consensu *l.* 7. §. 5. *D. de don.*
14 Ante pubertatem, id est pupillo, seu impuberi testari non licet. *l.* 5. *l.* 19. *D. h. t.* §. 1. *Inst. h. t. l.* 1. §. 8. *D. de B. P. secund. tab. l.* 2. *C. quando provoc.* 2. Cajus 2. §. 3. Paul. 3. *sent.* 4. §. 1.
15 De pubertate alias dixi. 16 Vid. quæ dixi ad *l. ult. ff. quando tut. esse des.*
17 *l.* 6. *D. de lib. & posthum.* Cujac. 17. *obs.* 24. hoc verbum referri posse ait ad cubicularios principum. *l.* 2. *C. de præfect. sacri cubic. l.* 2. *C. de priv. eor. qui in palat. milit.* ut etiam si servi sint, habeant testamenti factionem (quemadmodum *Novella Leonis* 38. generaliter de servis principis constitutum est) vel ad eunomianos spadones, quibus *l.* 17. *C. Th. de hæret.* ademerat testamenti factionem: cui rei magnum argumentum præbet *l.* 23. & 27. *d. tit.*
18 Causa dubitandi fuit, quod solis puberibus testandi facultas sit permissa, eunuchi vero non ita pubescant. Ideoque Alexander Severus eunuchos, tertium genus hominum appellavit, teste Lampridio, ob eandem causam consul Mamercus Genucio bonorum possessionem secundum tabulas denegavit. 7. *Val.* 7. 19 Id est, eadem ætate. Olim anno decimo octavo tantum eunuchis testari licuit, cum eo tempore plerique pubescant. Paul. 3. *sent.* 4. §. 2.
20 Eunuchus testamentum facere potest, *supr. h. t.* codicillos, *ut hic,* adoptare. *Nov. Leon.* 26. potest etiam episcopus esse. dixi *c.* 20. 21. *Can. Apost.* non potest uxorem ducere. *Novell. Leon.* 98. adde alia quædam de eunuchis ex *lege* 28. *D. de verb. sign.* & ex *tit. de eunuchis supr.* 21 Id est, solennitate: Principes, licet indulgeant testamenti factionem, non tamen remittunt juris solennia. facit *l.* 3. §. 3. *D. de bon. lib.* 35. *ff. de inoff. test.*
22 Potest enim princeps heres institui. *l.* 16. *C. de testam.* Possumus etiam jactare, nos principem heredem facturos: cujusmodi jactatio pro institutione non habetur. *l. ult. D. qui testam.*
23 Princeps in multis jure privatorum utitur. vide *l.* 7. *C. h. t. l.* 3. *C. de testam. l.* 4. *C. ad l. Falc.* 1. Harm. 5. §. 39. 24 Principem institutum a nobis heredem possumus revocare seu exheredare. *l.* 19. *vers. ne quid. C. testam.* tametsi ea inconstantia, princeps videatur injuria quodammodo affici, & ludibrio haberi. 25 Vide *l.* 6. *ff. h. t.* 26 Ab Imperatore herede instituto fideicommissum & legatum dari potest. Paul. 4. *sent.* 1. §. 3.
27 Per epistolam fideicommissum principi relinqui potest, ut hic. *l.* 16. *C. de testam.* Principes fideicommissa ex codicillis, ex epistolis non admittebant. *l.* 2. *C. Th. de testam. & codicill.* Justinianus hanc Valentis prætulit. Quædam hic adjecta ex Symmacho vid. apud Cujac. 5. *observ.* 7. 28 Imperatori & Augustæ testamentum mutare licet. 29 Ratio dubitandi fortasse potuit hæc esse, quod mutatio videatur principe indigna. 30 Cæcus testamentum facere potest, *ut hic.* Cur ita? quia accire potest adhibitos testes & audire sibi testimonium perhibentes. Paul. 3. *sentent.* 4. §. 4. vide quæ de cæco dixi ad *Novell. Leon.* 69. Goth. Ad hanc l. vide Gabriel. Vasq. *de testam. c.* 1. §. 5. Molin. *disput.* 130. Durant. *de arte test. tit.* 1. *caut.* 9. Ans. 31 Id est, ἀγράφως, citra scripturam. *Syn. Bas.* 35. *tit.* 3. *c.* 8.
32 Cæcus nuncupativum testam. facere potest, si tamen fari potest: adde quæ dicam ad *l.* 21. *C. de test.* 33 Testari ad pias causas cæcus an possit hac forma non servata, vide apud Tiraquellum 20. *privilegio piæ causæ.* 34 §. 2. *Instit. de testament.* ἑπτὰ ἢ ε', id est, septem aut quinque. *Synopsis Basil.* 35. *tit.* 3. *cap.* 8. & 5. Harmen. 1. §. 3. 35 Ut sint octo. Totidem enim requiruntur in cæci testamento. De numero testium in testamento necessariorum dixi ad *Novell. Leonis* 42. 36 Cæcus sine scripto testari potest, *ut hic:* Leonis vero constitutione secreto testamentum facere potest. *Novell. Leonis* 69. ἐγγράφως 35. *Synopsis* 3. *c.* 8. *in fin.* 5. Harmen. 1. §. 34. 37 Formularum veterum verba hodie in testamentis non requiruntur. *l.* 26. *in fin. C. de testam.* 38 Τὸ ὄνομα καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν κληρονόμων, id est, nomen, indicia & dignitates heredum. *Synops. Basil. d. c.* 8. Cæcus enim debet heredem nuncupare, κατὰ σημείων διὰ τὸ μὴ πλαγχθῆναι. hoc est, certis & indubitatis signis heredem exprimere, ut ne ullus error in ea institutione oboriatur. 5. Harm. 1. §. 31. 39 Adde *l.* 17. *D. de conditionibus & demonstrationibus. l.* 14. *D. de fideicomm. lib. l.* 37. *in fin. D. de stipul. servor.* 40 Propter solum nomen potest ambiguitas oriri. *l.* 30. *D. de testam. tut. l.* 106. *D. de verb. oblig.* 41 Palam quid sit, vide *l.* 21. *D. h. t.*
42 Id est, sub præsentia. 43 Humana fragilitas mortis cogitatione perturbatur.
44 Morti vicinum non esse examinandum in testem hinc colligunt: quod tamen examinantis arbitrio præstat relinqui. Morientem quoque non recte testari, neque eam facultatem in mortis articulo constitutis, permittendam esse, ut de suis testentur, hinc colligunt.
45 Codicillos cæcus facere, ut & testamentum potest. 46 Forte, chartula depromatur, unde mox sequitur *quam susceptam.* 47 Testamentum animi sententia.
48 Octo testes (si tabularius desit) requiruntur in cæci testamento. dixi ad *Novell. Leon.* 41.
49 Unus testis hic subrogatur in locum tabellionis. An ideo dicendum est, tabellionem testem esse? Bald. negat tabellionem connumerari inter testes. Nam alioquin uno teste adhibito testis alterius vicem notarius sustineret: si tamen in judicio de sua scriptura deponit, audiri potest, ut testis, non ut tabellio. 50 Testamentum uni testium custodiendum dari potest. 51 Ea lege, ut quoties eo opus fuerit, id exhibeat. *l.* 24. *C. de fideic.*
52 Oculis & auribus. 53 Hoc est, subscriptionibus. 54 De furiosi testamento. De mente capto, vide *l.* 17. *D. h. t.* Neuter enim, id est, furiosus vel demens tempore adversæ valetudinis testari potest. *l.* 16. §. 1. *l.* 17. *D. h. t. l.* 2. *D. de inoff. l.* 1. §. 8. *D. de B. P. secund. tab.* 55 Id est, dilucidis intervallis. *C. h. t.* 56 Eo sensu antiqui animi dicuntur, quo veteres animi in *l.* 3. *C. de posth. her. inst. l.* 23. *in pr. C. de leg.* 57 Ἐν αὐτῷ τῷ διατίθεσθαι. 33. *Eclog.* 3. *c.* 9. 58 Ἐν τοῖς διαλείμμασι 35. *Eclog.* 3. *c.* 9. 5. Harm. 1. §. 15. quæ & intervalla dicuntur simpliciter in *l.* 14. *vers. Si vero. D. de offic. præsid.* 2. Caj. 2. §. 4. §. 5. confinia furoris & sanitatis in *l.* 6. *vers. Nos itaque ff. de curat. fur.* tempus intermissi furoris a Paul. 3. *sent.* 4. §. 5. §. 1. & *Inst. eod. induciæ. ff. h. t.* 59 Codicillos, mortis causa donationes. 60 Solennitates intelligit in aliorum testamentis requisitas.
61 Non habet quo referatur hæc oratio, nisi legas de discretis. 62 Mutus & surdus simul a natura testamentum aut codicillos, aut mortis causa donationem facere non potest, imo nec libertatem conferre, *ut hic. Synops. Basil.* 35. *tit.* 3. *c.* 10. 5. Harm. 1. §. 17. 18. Ne dicas cum interpretibus, Paganis testamenti factionem a Principe eo casu permitti ex *l.* 7. *D. h. t.* ipso vero jure militi. §. 2. *Inst. de militar. testam.* utrobique enim agi existimandum est de

que [1] testamentum facere [2], neque codicillos, neque fideicommissum [3] relinquere, neque mortis causa donationem celebrare concedatur, nec libertatem [4] sive vindicta [5] sive alio [6] modo imponere: eidem legi tam masculos quam fœminas obedire imperantes. † Ubi [7] autem & hujusmodi vitii non naturalis, sive masculo, sive fœminæ accidit calamitas, sed morbus [8] postea superveniens & [9] vocem [10] abstulit, & aures conclusit: si ponamus hujusmodi personam litteras scientem: omnia quæ priori interdiximus, hæc ei sua manu [11] scribenti permittimus. † Sin [12] autem infortunium discretum est, quod ita raro [13] contingit: & surdis, licet naturaliter hujusmodi sensus variatus est, tamen omnia facere & in testamentis, & in codicillis, & in mortis causa donationibus, & in libertatibus & in omnibus aliis permittimus. Si enim vox [14] articulata ei [a] natura concessa est: nihil prohibet eum omnia quæ voluerit facere: quia scimus quosdam jurisperitos & hoc subtilius cogitasse, & nullum esse exposuisse, qui penitus non exaudiat, si [15] quis supra cerebrum illius loquatur, secundum quod Jubentio Celso placuit. In eo autem, cui morbus postea superveniens auditum [16] tantummodo abstulit, nec dubitari potest quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. Sin [17] vero aures quidem apertæ sint, & vocem recipientes, lingua autem ejus penitus præpedita: licet a veteribus auctoribus sæpius de hoc variatum est: attamen si hunc peritum [18] litterarum esse proponamus, nihil prohibet eum scribentem hæc omnia facere, sive naturaliter [19], sive per interventum morbi hujusmodi infortunium ei accesserit: nullo [20] discrimine, neque in masculis, neque in fœminis in omni ista constitutione servando. Dat. 15. Kalend. Mart. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De Filiisfamilias.

11. Idem A. Joanni P. P.

NEmo ex lege, quam nuper [21] promulgavimus, in [22] rebus quæ parentibus acquiri [23] non possunt, existimet aliquid esse innovandum, aut permissum esse filiisfamilias [24] cujuscunque gradus, vel sexus testamenta facere [25], sive sine [26] patris consensu [27] bona possideant secundum nostræ legis distinctionem, sive [cum] eorum voluntate. Nullo etenim modo hoc eis permittimus: [28]: sed antiqua [29] lex per omnia conservetur, quæ filiisfamilias, nisi in certis casibus [30], testamenta facere nullo modo concedit, & in his personis quæ hujusmodi facultatem habere jam concessæ sunt. S. Dat. Kal. Sept. *Constant.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

12. Idem A. Joanni P. P.

OMnes omnino quibus quasi [31] castrensia peculia habere [ex legibus] concessum est, habeant licentiam in ea tantummodo ultimas voluntates condere, secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ talibus testamentis de inofficiosi [32] querela immunitatem præstitit. Dat. 3. Non. Decembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXIII.

DE TESTAMENTIS [33] ET QUEMADMODUM [34] TESTAMENTA ORDINENTUR [35].

De statu testium.

1. Imp. HADRIANUS A. Catonio [36] Vero.

TEstes, servi an liberi fuerint, non in hac causa tractari oportet: cum eo [37] tempore quo testamentum signabatur, omnium consensu liberorum loco habiti [38] sint, nec quisquam eis usque adhuc status controversiam moverit. Sine die & consule.

Si scriptura intercidit.

2. Imp. ALEX. A. Expedito.

PUblicati [39] semel testamenti fides, quamvis ipsa materia, in qua primum a testatore scriptum relictum fuit, casu, qui probatur, intercidit [40], nihilo minus valet [41]. PP. Kal. Januar. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Si imperator institutus fuerit ex imperfecto testamento.

3. Idem A. Antigono.

EX [42] imperfecto [43] testamento nec Imperatorem [44] hereditatem vindicare posse, sæpe constitutum est. Licet enim lex [45] imperii solennibus [46] juris Imperatorem solverit: nihil [47] tamen proprium imperii est, quam legibus vivere. PP. 11. Kal. Januar. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De falsa demonstratione.

4. GORDIANUS A. Rufino.

SI in nomine [48], vel prænomine [49], seu cognomine [seu agnomine [50]] te-

his, qui simpliciter vel surdi vel muti sunt. Nam qua ratione paganus mutus & surdus a natura, principi testamenti faciendi causa supplicaverit? quo motu quibusve gesticulationibus mutus eodem casu heredem instituet? dicendum est igitur, paganos mutos vel surdos simpliciter testamenti factionem olim a principe petere debuisse. *d. l.* 7. militibus a lege permissum fuisse. *d.* §. 2. hic autem omnibus surdis vel mutis permitti. Quod de surdo diximus, ne sumas de eo, qui tarde vel exaudit, vel loquitur: sed de eo qui nihil omnino natura exaudit, quique nihil penitus loqui potest. §. 3. *Instit. h. t.* adde Ulpianum 20. §. 13. *l.* 3. *D. de ædilitio.*
1 Quid? surdus & mutus simul, potestne pias ad causas testamentum facere? Quidam ajunt, alii negant, de quo vide Tiraquellum *privilegio* 9. *piæ causæ.* 2 Nec ei interesse ut testis. vide Oldend. *cap.* 4. *de testib. num.* 15. Est enim optima illatio testimonii dictionem ei denegari, cui testamentum facere non liceat. v. *l.* 18. *vers. merito. D. h. t.* 3 Quidni possit, cum fideicommissum nutu relinqui possit. *l.* 21. *D. de leg.* 3. Solve, nutu relinqui potest ab eo, qui loqui non potest, non a muto simul & surdo a natura, *ut hic.* 4 Mutus & surdus a natura bona alienare inter vivos etiam non potest, ex quo libertatem servis inter vivos non confert. Ideoque curator ei dari solet. *arg. l.* 2. *D. de curat. fur.* 5 Simpliciter tamen surdus non mutus potest. *l.* 1. *D. qui & a quib. manumiss.* 6 Olim inter amicos per epistolam licuit. Paul. 4. *sent.* 12. §. 2. sed præstat verba Pauli de eo intelligi, qui vitio aliquo surdus & mutus factus est, quippe qui natura talis est, scribere non potest. 7 Surdus & mutus vitio vel morbo, non natura, si literas novit, literis testari potest. 8 Paul. 4. *sent.* 12. §. 2.
9 Ut mutus sit & surdus. 10 Vox ablata, mutum: aurium conclusio surdum efficit.
11 Mutus & surdus vitio aliquo, sciens tamen literas testari sua manu potest.
12 Surdus natura non tamen eadem natura simul mutus, testari potest. quid si vitio talis sit? idem; potest enim vel voce, vel scriptura testari. 13 Leges interdum statuunt de his quæ raro fiunt, & ita restringitur *l.* 4. 5. 6. *D. de legib.* 14 Surdus qui mutus a natura non est, testari potest. An id cuiquam accidere possit, mox dicetur. 15 Surdus a natura nemo sic est, quin si supra cerebrum illius quis loquatur non audiat. sed tamen Plinius 10. *c.* 69. refert, ei cui primo negatus sit auditus, huic & sermonis usum ablatum, & ideo marina ostrea, quod surda sint, muta esse quoque natura. Alexander Aphrodisiensis in problematis putat, ideo fieri, quod una sit nervorum conjunctio, quæ ad linguam & aures pertineat, & ea ratione contingere, ut affecto aurium nervo nervus quoque linguæ afficiatur. Cur vero qui muti sunt non a natura audiunt? idem Alexander id ex eo fieri putat, quod oriatur proprium nervorum πάθος, sive ut Politian. vertit, localis nervorum passio.
16 Surdus ex morbo testari potest. 17 Mutus tantum natura vel morbo, non surdus testari potest, si literarum sit peritus. 18 Mutus non surdus literarum sciens testari potest. 19 Natura vel morbo quidem muti esse possunt, non tamen surdi? exemplum extat apud Herodotum *lib.* 1. & Gell. 5. *c.* 9. de Crœsi filio, qui cum mutus a puero fuisset, articulate ad hostis impetum exclamavit: ὦ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον: sed & quispiam Samius Athleta, nomen illi fuit Αἴγλης, cum antea loquens non fuisset, ob similem causam loqui cœpit. Gell. *d. loc.* qui nunquam id potuisset nisi auditu prius sermonem accepisset, didicissetque.
20 De muto & surdo quod *hac lege* dictum est, idem obtinet in fœminis mutis & surdis.
21 Id est, anno 529. intelligit autem *l.* 6. *C. de bon. quæ liber.* intelligit etiam *leg. ult. s. de collocat.* quæ lata est anno 530. 22 Id est, ne quidem in rebus quæ parentibus adquiri non possunt, & ita Græci μηδὲ τοῖς ἀπροσποριστοις, 35. *Synops.* 3. *c.* 11. ut hinc dubitandi ratio sumatur: sunt vero ἀπροσπόριστα adventitia aliunde filio quam a patre vel patris liberalitate quæsita, quorum proprietas liberis, ususfructus patri competit, imo & proprietas si moriantur ipsi liberi. Scholiastes synopseos illo loco τῶν ἀπροσπορίστων quædam exempla ponit rerum quæ liberis adquiruntur, veluti ex testamento alterius, vel ex militia, vel ex scientia in quibus filiusfamilias possit testari, in cæteris non possit. 23 *d. l. ult.* filiusfamilias de adventitiis & propriis testari non potest, etiamsi in illis pater nullum habeat usumfructum. vid. Clarum 3. *sent.* §. *testamentum. quæst.* 18. *de peculio castrensi vel quasi potest. Instit. h. t. in pr.*
24 Vide 5. Harmenop. 2. in hunc locum. vide Clarum 3. *sent.* §. *testam. quæst.* 18.
25 Atqui filiifamilias donare mortis causa possunt patris consensu. *l.* 25. *in fin. D. de mort. caus. donat.* Cur tam varie? Paponius 1. *notar.* 7. *c. des testamens* negat veram varietatis hujusce causam adferri posse. Alii donare posse putant, quod mortis causa donatio contractum imitetur, & præsentem obligationem adferat. dic melius, Eum qui testatur, sui juris esse debere: & testamentum ex alieno arbitrio pendere absurdum esse. vide Clarum *d. q.* 18. inter se vero repugnare, ut unus & idem filiusfamilias & sui juris sit. Majorem autem esse autoritatem patriæ potestatis, quam ut sola testamenti factione filius sui juris fieri censeatur. Donare vero ministerii nudi est. Nam & per servum dominus donare potest. vide Bald. *Inst. hoc tit.* Quid? ad pias causas de profectitiis, potestne testari filius consentiente patre? potest constitutione Bonifacii, & ita accipe *c. licet* 4. *de sepulturis in* 6. ubi per μείωσιν *eligere sepulturam*, dixit pro *legare sepulturæ causa.* vide Clarum 3. *sentent.* §. *test. quæst.* 5. quid valetne statutum, ut filiusfamilias possit testari? valere videtur. Quid si interim dum pater captus ab hostibus, & testetur ejus filius? patre postliminio redeunte testamentum filii evanescit. vide *l. ult. vers. ita tamen. C. de sentent. passis.* 26 *l.* 6. & 16. *l.* 19. *D. h. t.* cur sine patris consensu? Testamenti factio publici non privati juris est. *l.* 3. *D. h. t.* jus autem publicum exigit, ut qui testatur paterfamilias sit, & ut de re sua testetur. Jure civili vero filiusfamilias proprium nihil habet. Ulpian. 20. §. 10. constitutionibus peculia castrensia vel quasi propria habet. etiam usufructu tenus, adventitiorum vero proprietatem. §. 1. *Inst. per quas personas cuique.* De castrensibus autem jure militari testari potest: de quasi castrensibus communi jure. *l. ult.* §. 2. *s. de inoffic. testament.* 27 Filiusfamilias potest consensu patris bona possidere.
28 Quid si quis filiusfamilias testatus est, postea juris sui factus decessit. Testamentum ejus ab initio ipso jure nullum, tacite confirmari non poterit. *l.* 1. §. 8. *ff. de B. P. secund. tab.* expresse poterit. *l.* 11. §. 2. *D. de B. P. secund. tab.* valet tamen eo casu testamentum solo jure fideicommissi. *l.* 1. §. 1. *ff. de leg.* 3. quasi defunctus ad causas fideicommissi, & codicillorum vim prioris testamenti traxerit. *l.* 19. *vers. sed in proposito. ff. de testament. milit. l.* 12. §. 1. *ff. de injusto.* vide Onciacum *Quæstionum Academ. ult.* 29 Vide Ulpian. 20. §. 10.
30 Id est, in castrensi, vel quasi castrensi. *l. ult. C. h. t. Inst. h. t. in pr.* 31 Filiusfamilias testari potest de quasi castrensibus. Castrensia ad imitationem castrensium. *l. ult.* §. 1. *s. de inoff.* castrense quod Græci ἰδιόκτητον, *Synops. ibid. c.* 11. quod in castris adquiritur, vel proficiscenti ad militiam datur. vide *l.* 4. *supr. familiæ. l.* 4. *l.* 11. *ff. de castr. peculio.* Paul. 3. *sent.* 4. §. 3. quinam eo privilegio fruantur. vid. *d. l. ult.* 32 Inofficiosi querela non proponitur adversus testamentum ejus, qui de quasi castrensi peculio testatus est. vid. *d. l. ult.*
33 Seu variis generibus testamentorum, fiunt enim vel scripto. *l.* 21. *C. h. t.* nuncupatione sine scriptis. *l.* 21. §. 2. *l.* 26. *C. h. t.* precibus imperatori oblatis. *l.* 19. *C. h. t.* municipalibus gestis habitis. *d. l.* 19. mystice. *l.* 21. *C. h. t.* per æs & libram (sed hoc in usu esse desiit.) *l.* 15. *C. h. t.* Est & aliud posterius. *l.* 20. & 21. §. 3. *l.* 27. *C. h. t.* est & cujus signacula incisa vel ablata. *l.* 30. *C. h. t.* est & imperfectum, irritum, ruptum. *l.* 3. *l.* 21. §. 2. *C. h. t.* quod procitum Festo, factum inter liberos. *d.* §. 1. & ad pias causas. vid. *auth. similiter Falcidia cessat. C. ad l. Falc.* & holographum. *l.* 28. *in fin. C. h. t.* factum tempore contagionis. *l.* 8. *C. h. t.* factum in agro & aliis locis ubi pauci sunt testes. *l. ult. C.* publicatum. *l.* 2. *l.* 18. *l.* 23. *C. h. t.* est & cujus authenticum intercidit. *l.* 2. *l.* 11. *C. h. t.* cujus scriptura interlita, in quo etiam quædam supra scripta. *l.* 12. *C. h. t.* in quo falsa demonstratio. *l.* 4. & 5. *C. h. t.* falsa enunciatio. *l.* 6. *C. h. t.* in quo error subjectus reperitur. *l.* 7. *C. h. t.* deque iis aperiendis & apud acta publicandis a testatore. *l.* 18. *l.* 23. *C. h. t.* ut scil. quando interciderint, sit unde eorum fides peti possit.
34 Id est, de solennitatibus & regulis juris, quas in testamentis servari opus est, quas multis vigiliis excogitatas refert Imperator. *l.* 35. *s. de inoff.* Huc referre possis contextus & actus unitatem. *l.* 28. *C.* testium subscriptionem. *l.* 28. §. 1. *C. h. t.* testes, eorumque numerum. *l.* 12. & 31. *vers. in illis. C. h. t.* qualitatem & statum. *l.* 21. *C. h. t.* præsentiam. *l.* 9. *C. h. t.* signacula & annulum. *l.* 12. *C. h. t.* literarum consequentiam & notas. *Auth. quod sine C.* subscriptionem. *l.* 21. *C. h. t.* Idioma. *l.* 21. *in fin. C. h. t.* superflua testamenti & necessaria. *l.* 17. *C.* ambiguitatem. *l.* 24. *C.* præposterationem. *l.* 25. *C.* heredis institutionem. *l.* 14. *C.* ejusque qualitatem & statum. *l.* 3. & 16. *C. h. t.* heredis scripturam vel nuncupationem a testatore faciendam. *l.* 29. *vers. Quod si C.* genus tabularum. *l.* 15. *vers. Et in. C. h. t.* formam testamenti hodie usitatam vide apud Speculatorem *in tit. de instrumentorum editione.* §. *compendiose*: apud Rolandum a Valle 1. *cons.* 36. ubi post Bartolum *in l.* 1. *testam. quemadm.* notat formam testandi in scriptis admodum periculosam esse, nempe quod si testium unus moriatur ante testatorem vel ante apertas tabulas, integrum testamentum irritum fiat. Ideoque his temporibus raro reperiri solennia in scriptis testamenta. 35 Id est, fiant. dixi ad *l.* 28. *ff. h. t.* adde etiam de eorum effectu. *l.* 10. 13. & 16. *in fin. C. h. t.* & quemadmodum infirmentur. *l.* 27. *C. h. t.* Goth. Ad titulum & singulas leges vid. Sichard. Ans. 36 *Catoni.* §. 7. *Inst. eod.*
37 *l.* 22. §. 1. *ff. h. t.* Testes testamentarii idonei esse debent eo tempore quo testamentum ordinatur, aut saltem idoneos tum fuisse habitos communi opinione sufficit, *ut hic.* Quid? dicemusne satis non esse testes testamentarios reprobari, quod tum servi vel infames, nisi & hoc addatur, communi opinione, tum pro servis habitos? Imo satis est dici infames tum fuisse, ut contra Bartolum tenet Bald. Fulgos. Castr. Roman. Alex. Corneus, Jas. Imola, Cumanus, Aretinus, quod vel ex hac lege elicitur satis. Heres agit ex testamento: excipitur adversus testamentum, testes tum fuisse servos: Heres hac replicatione utitur, ut servi fuerint, pro liberis tamen omnium consensu habitos: Pone, testem hodie probari servum, non præsumitur autem servus retro fuisse: hoc est, tempore testamenti: videtur non præsumi. vid. Castrens. *l. ad testium* 22. §. *conditionem* 1. *ff. h. t.* 38 Testes debent esse liberi, vere vel putative. *l.* 22. §. 1. *ff. h. t.* 2. *Feud.* 19. *in fin.* hinc illud, communis error jus facit. *l.* 3. *in fin. ff. de supellect. legata.* Communis opinio veritatis vicem sustinet. 39 De publicatione dicam *ad l.* 18. *l.* 23. *C. h. t.* 40 *l.* 11. *C. h. t.* 41 *l.* 5. *supr. de fide instrum.* exemplo publicato creditur, nec Authentici omissio nocet. 42 *Synops. Basil.* 35. *tit.* 2. *cap.* 2. & 5. Harm. 8. §. 104. & 105. *l.* 23. *ff. de leg.* 3. adde *l. ult. ff. h. t.* 43 De testamento imperfecto dicam *ad l.* 21. §. 1. *C. h. t.* 44 Vide quæ dixi de Imperatore & Principe *ad l.* 6. *s. qui testam. ad* §. *ult. Inst. quib. mod. test. Novell.* 105. *cap.* 2. *in fin.* adde *l.* 20. *in fin. C. h. t. l.* 23. *ff. de legat.* 3. & 35. *Ecl.* 2. *cap.* 2. 45 Id est, *lex regia. l.* 1. *ff. de const. principum.* §. 6. *Inst. de jure naturali.* vid. *Const. de conceptione Digestorum.* §. 7. 46 Testamentum principis num solenne esse debet? ex hoc loco non possit negare solennitates in principis testamento requiri: vel non majores quam in militari ultima voluntate, quæ duobus testibus est contenta. *arg. l.* 15. *s.* & *l.* 40. *ff. de test. milit.* idem esse existimant in quovis merum & mixtum imperium & omnimodam (ut loquuntur interpretes nostri) jurisdictionem habente. *arg. l. omnium* 19. *C. h. t.* Quibus addunt, testamentum sine solennitatibus factum ab eo, qui in loco conditi testamenti merum & mixtum imperium habeat, præsumi ab eodem insinuatum, cum voluntariæ jurisdictionis sit: & ita respondisse Bartolum & Franc. Pisanum in testamento illustris Ursini refert Baldus *in l. sancimus* 34. *C. de donat.* 47 Legibus vivere proprium est imperii: Non igitur princeps legibus solutus est, sed videtur. *l.* 4. *supr. de legibus.* vid. quæ de ea re scripsi *ad Novell.* 105. *cap.* 2. *in fin.* 48 Falsa demonstratio non vitiat: nisi ita falsa sit, ut dispositionem omnino incertam reddat. §. 29. *Inst. de legat. l.* 7. §. 1. *C. de legatis. l.* 9. §. 1. *ff. de contrahend. empt. l.* 21. §. 1. *ff. qui testam. l.* 1. *ff. de injusto. l.* 48. *in fin. ff. de hered. inst. l.* 17. *ff. de cond. & demonst. l.* 32. *ff. de verb. oblig.* adde *l.* 26. *supr. de sacrosanct. Eccl.*
49 *d.* §. 29. *l.* 8. §. 2. *ff. de B. P. secund. tab.* 50 De his vocabulis aliquid dicendum est,

stator

stator erraverit, nec [1] tamen de quo senserit, incertum sit: error hujusmodi nihil officit veritati. PP. 12. Kal. Januar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De eo qui filius vocatus, cuive ut filio relictum est, veritate prævalente.

5. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Lucullo.

NEque professio [2], neque adseveratio [3] nuncupantium filios [4], qui non sunt, veritati præjudicat: & quæ ut filiis testamento relinquuntur, juxta ea quæ a principibus statuta sunt, non deberi, certi juris est. Accep. 6. Non. Jul. VALER. & GALLIEN. AA. III. & II. CONSS. 256.

De falsa enunciatione.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Terentiæ.

VErba [5] testamenti, quibus mater vestra decedens, nihil se cuiquam donasse [6] significavit: si res se aliter habeat, fidem [7] veri non perstringunt. PP. 3. Novembr. DIOCLETIANO A. & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De errore scribentis.

7. Iidem AA. Rufinæ.

ERrore [8] scribentis testamentum juris solennitas mutilari nequaquam potest [9], quando minus [10] scriptum, plus nuncupatum videtur: & ideo recte testamento condito, quanquam [11] desit, *heres esto*: consequens est, existente herede legata seu fideicommissa juxta voluntatem testatoris oportere dari. PP. 17. Kal. Februar. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De casu majore & timore contagionis.

8. Iidem AA. Marcellino.

CAsus majoris ac novi [12] contingentis ratione, adversus [13] timorem contagionis [14], quæ testes deterret, licet aliquid de jure laxatum est: non tamen prorsus reliqua testamentorum solennitas perempta est. Testes enim hujusmodi morbo oppressos [15] eo tempore jungi [16] atque sociari remissum est: [non etiam] conveniendi numeri eorum observatio sublata est. Dat. 16. Kal. Jul. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Si testes non sint in conspectu testatoris.

9. Iidem AA. Patrocliæ.

SI [17] non speciali [18] privilegio [19] patriæ tuæ juris [20] observatio relaxata est, & testes non in conspectu [21] testatoris testimoniorum [22] officio functi sunt: nullo jure testamentum valet. PP. 10. Kalend. Jul. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De rescriptis.

10. Iidem AA. & CC. Menophelimo.

SI testamentum jure factum sit, & heres sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi [23] non oportet. Dat. 15. Kal. August. AA. CONSS.

De testamento post mortem testatoris subtracto.

11. Iidem AA. & CC. Zenoni.

NOn idcirco minus jure factum testamentum suas obtinet vires, quod post mortem testatoris subtractum [24] probatur. S. Dat. Prid. Id. Novembr. AA. CONSS.

De numero testium, de signaculis, de deletis, vel suprascriptis.

12. Iidem AA. & CC. Matronæ.

SI unus [25] de septem [26] testibus [27] defuerit [28], vel coram testatore omnes [29] eodem [30] loco testes suo [31], vel alieno annulo non signaverint, jure deficit testamentum. De his autem, quæ interleta [32] sive suprascripta [33] dicis, non ad juris solennitatem, sed ad [34] fidei pertinent quæstionem, ut appareat [35], utrum testatoris voluntate [36] emendationem [37] meruerint, vel ab altero inconsulte [38] deleta sint, an ab aliquo falso [39] hæc fuerint commissa. S. Dat. Prid. Non. Jul. PHILIPPO. AA. CONSS.

De effectu & viribus testandi.

13. Iidem AA. & CC. Euriphidæ.

TEstandi (*causa*) *de pecunia sua* Legibus certis [40] *facultas* est [permissa]: non [autem] Jurisdictionis mutare [41] formam, vel juri publico [42] derogare cuiquam permissum est.

De institutione & exheredatione *in codicillos.*

14. Iidem AA. & CC. Achilleo.

NOn [43] codicillum, sed testamentum aviam vestram facere voluisse, institutio [44] & exheredatio facta probant [45] evidenter. Subsc. Id. Decemb. CC. CONSS.

quæ Græci ὄνομα, χρηματισμὸν, πατρωνυμίαν, προσηγορίαν vocant. 35. *Synops.* 2. *cap.* 3. Theophilus §. 29. *Inst. de legatis.* Prænomen apud Romanos est, quod familiæ nomen præcedit, ut Lucius Publ. Marcus: soletque ut plurimum notis scribi: Hodie succesit ei id, quod familiæ nomini præponimus, puta Jacobus, Petrus, Antonius, quod ideo docti solent etiam notis scribere; indocti vero propria nomina appellant. Prænominibus caruisse pueros & maxime mulieres (nisi forte plures essent) verisimile est. Utriusque familiæ nomine utebantur. Pueri etiam cognomen familiæ suscipiebant. Nomen vero apud Romanos significavit familiæ nomen ut Tullius. Cognomen erat, quod nomini conjungebatur, ut cognationis nomen. Tertium nomen Plutarchus appellat in *Coriolano & Mario*: Theophilus ἐπώνυμον. quo etiam nomine utitur Plutarchus & Justinianus *Novell.* 78. estque vel nunc primum partum vel hereditarium, ut Scipionis, Cæsaris, Ciceronis. vid. Varronem 2. *de re rustica.* & *Macrobium.* Agnomen cognominis genus est, quod ob insignem rem aliquam nomini additur. Vox agnomen legitur apud Ciceronem *lib. de inventione,* & §. 29. *Instit. de legat.* alibi legi negat Antonius Augustinus 3. *emendat.* 8. Superflue itaque hic legi & alibi tamen posse usurpari, quando cognominis vocabulum satis rem ipsam non exhibet. Sic Crasso Divitis cognomen fuit: Cic. *ad Atticum.* & Manlio Torquati, Cic. *de finibus.* & ita cum multis locis exstet verbum prænominis & cognominis: agnominis tamen non extat. *l.* 21. §. 1. *ff. qui testam. l.* 1. *ff. de liberis & posthum.* ubi dixi *l.* 13. *ff. ad l. Corn. de falsis. l. unic.* ℑ. *de mut. nomin.* 1 Error in nomine, cognomine vel agnomine non vitiat, si constet de ipso corpore (vide tamen Socinum *regula* 119.) & tamen error in nomine appellativo generali vitiat, etiamsi constet de corpore. *l.* 4. *ff. de leg.* 1. vid. tamen Socinum *regul.* 120. 2 In censum. vide quæ notavi *l.* 13. ꝯ. *de probat.* adde *l.* 29. *ff. de probat. l.* 12. *ff. de jure patron. l.* 4. ℑ. *de hered. inst. l.* 6. ꝯ. *de fide instrum. l.* 14. ꝯ. *de probation.* 3 *l.* 5. *supr. de probat.* 4 Ubi quem quis instituit ut filium, non aliter instituturus, si filius is non sit, inutilis erit institutio. Idem dicendum, si ut fratrem instituit. *l.* 7. ℑ. *de hered. inst.* dicta *l.* 1. §. 10. *ff. de Carbon. l.* 46. *ff. de jure fisci.* 5 Verba enunciativa modum causæ disponunt. adi textum & Doctores *ib. in l. pater* 17. §. 1. *ff. de doli mali & met. except. l. emptor.* 65. §. 1. *D. de rei vindic.* 6 Inter vivos scilicet verba negativa testatoris veritatem non mutant, *ut hic*: & ita non creditur testatori mensuram suæ substantiæ adfirmanti. *Novell.* 48. eidem non creditur accusanti. *l.* 3. §. 1. *D. de Silan.* Et tamen obtemperatur injuriam remittenti. *l.* 5. ꝯ. *famil.* 7 Dixi ad *l.* 1. ꝯ. *arbit. tut.* 8 *l.* 9. §. 2. *D. de hered. inst.* v. *l.* 92. *D. de reg. jur.* 9 Imo potest. *l.* 9. *D. de hered. inst.* 10 *d. l.* 9. §. 2. 11 *l.* 1. §. 5. *D. de hered. inst.* vid. quæ de ea re scripsi ad *l.* 1. *in fin.* ꝯ. *de recept. arbitr.* 12 Facit *l.* 28. *vers. & si quidem.* ℑ. *h. t.* 13 Legendum mihi videtur, *& adversus.* Nam hic aliquid de jure laxatur casu majoris & novi & adversus timorem contagionis intuitu. 14 Puta pestis. Nulla enim alia fere contagio est, quæ testes adeo deterreat. Quid in testamento tempore pestis facto quot testes requiruntur? Quidam duos sufficere ajunt, moti *c. cum esses. extr. de testament.* de quo vide Rolandum a Valle 1. *consil.* 81. *num.* 44. & ita judicatum refert Guido Papæ *decis.* 513. Sed & Spiræ ita probatum esse testamentum refert Mynsingerus 1. *observ.* 96. & cum in hostico testantibus duo testes sufficiant. *l.* 1. *D. de bonorum possess. ex testam. milit. l. ult. D. de test. milit.* Cum in rusticanis testium numerus legitimo minor requiratur. *l. ult.* ℑ. *h. t.* cum necessitas legem non habeat: id privilegium dari locis & temporibus, non personis: facti impedimenta non obstare actui minus solenni. Eum qui contagioso morbo laborat, testari posse coram testibus eum tantum audientibus, non tamen eum videntibus, ut hac lege: contra legem *si non speciali.* ℑ. *h. t.* posse eundem & testari coram testibus non rogatis. Boër. *decis.* 222. posse hujusmodi hominis testamentum per tabellionem nondum matriculæ insertum describi. Angel. *in l. si vacantia.* 5. *C. de bon. vacantibus. arg. l. ubi absunt* 19. *D. de tutoribus.* mulierem tempore pestis posse sine consensu cognatorum testari, licet suo fortassis statuto sine consensu agnatorum testari prohibeatur. 3. Paris. 3. *cons.* 33. Quinimo sanum in loco contagioso testari posse coram testibus duobus rogatis. vide Boërium *decis.* 228. Alii contra septem exigunt. *l.* 12. ℑ. *h. t.* Utrumque nimis extremum & iniquum est. Clarus arduam quæstionem esse ait, quæ Cæsarea distinctione egeat 3. *sentent.* §. *testamentum quæst.* 56. *vers. & hæc quidem.* placet media sententia, quinque testes sufficere, si modo plures reperiri non possint. Nam & is numerus sufficit in codicillis & testamentis omnibus, quæ jure codicillorum valent. *l. ult. vers. sin autem.* ℑ. *h. t.* (qualia sunt pene omnia testamenta in quibus clausula codicillaris subintelligitur) & testamento hominis rusticani. *l. ult.* ℑ. *h. t.* Sed & hic dicitur aliquid de jure communi relaxari propter metum contagionis: æquissima est autem relaxatio, si duo testes remittantur de summi juris observatione, ad hæc: Quinque testes sufficere dicuntur in rustici testamento propter testium penuriam: ergo & hic idem jus esse debet: & ita Baldus putat hic: Roland. a Valle 1. *cons.* 81. Clarus *d. loco.* Hot. 2. *consil.* 15. & breviter communis opinio eo inclinat. Roland. Clar. Hot. *d. loco.* adde Pap. 20. *Arrest.* 1. §. 1. Id etiam admitti potest, non quod duo non sufficiant ad fidem faciendam: sed quia grave est duorum judicio universam defuncti hereditatem extraneo deferri. Boërius *decis.* 228. & Roland. a Valle 1. *cons.* 81. eandem sententiam probant, quod ita possit testari, qui in tyranni carcere detineatur: aut qui in castro sit aliquo, ubi nemini, hoc est, paucissimis accessus pateat. Alii pestis genus distinguunt: ut si non magna aut vehemens sit, justus ac legitimus testium numerus requiratur. *argum. l.* 1. §. *proinde* 8. *D. de ædil. l. quæsitum* 60. *D. de re judicata.* & ita judicatum fuisse refert Boërius *decis.* 221. sin magna sit, in terris Ecclesiæ sufficere solennitatem. *c. cum esses* 10. *extr. de testam.* hoc est, ut quis testetur coram duobus testibus, & parocho seu plebano, ejusve vicario: in urbe vero imperioque Romano, hoc est, provinciis imperio subditis quinque testes exigi. *argument. l. ult.* ℑ. *h. t.* (& ita Burdigalæ judicatum refert Boërius *ibid.*) si modo qui testatus est, contagiosus sit: quippe non contagiosus in contagioso loco testari coram septem testibus debet: nisi desertis in agris sit: tunc enim quinque testes videntur sufficere. *l. ult.* ℑ. *h. t.* Pone testamentum a contagioso factum, jure illo speciali contagiosis permissum: quæro an ægroto convalescente, & ad sanitatem perducto deficiat id testamentum? Corneus 4. *cons.* 54. & Ripa existimant, tale testamentum etiam tum sustineri ac valere, etiamsi testator alterius testamenti solenniter faciendi potestatem habuerit. Hoc amplius notandum est ex Boërio *decis.* 228. contagiosos ex fenestra vel cancellis coram prætereuntibus in via testari posse. *argument. l. est differentia* 9. *ibi, per fenestram. D. in quib. causis pignus. l. conficiuntur* 8. §. *codicilli* 2. *D. de jure codicill. l. Si quasi.* 3. *ibi, per fenestram. D. de pignoratitia.* Goth. An testamentum tempore pestis ab ordinaria testamentorum solennitate sit immune, vid. Censur. Forens. nostram *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. S. L. 15 Lego & emendo, *oppressis*, manifestissima & apertissima sententia. Ideoque Græci hanc legem ita interpretantur, testes si metuerint propius ad testatorem accedere, ne morbi contagione inficiantur, permittitur eis ut separatim (κεχωρισμένως) ab eo testamentum signent. *Synops. Basil.* 35. *tit.* 2. *cap.* 7. 16 Contagionis causa testibus permittitur separatim a testatore testamentum signare. Græci ita hanc legem explicant. 35. *Eclog.* 2. *cap.* 7. 17 *Synops. Basil. ibid. cap.* 8. est & hæc lex exceptio *ad l.* 12. ℑ. *h. t.* 18 Puta a principe concesso cum hac clausula, *non obstante. l.* 35. ꝯ. *de inoff. testam.* 19 Jus commune statuto & consuetudine mutari potest, a privato non potest. *l.* 27. *ff. de reg. jur.* 20 Ut si in conspectu testatoris testes sigilla non imponant. 35. *Eclog.* 2. *c.* 8. 21 *l.* 12. *in pr.* ℑ. *h. t.* hinc colligit Baldus, In testamento requiri, ut testes videant testatorem: ideoque cæcum in testamento testem esse non posse. Quid si testes alias oculati interposito velo aut interjecta cortina testatorem loquentem audierint, non viderint tamen? Quidam putant id genus testimonii fidem facere, dum testes notam habuerint vocem testatoris, *Gloss. in l.* 2. §. *idem Labeo. ff. de aqua & aquæ pluviæ & in c. præterea* 27. *extra. de testibus.* Alii in teste testamentario visum requiri ex hac lege notant: eo magis quod vocem alienam periti possunt imitari. Notum enim illud Isaaci, *vox Jacob, manus Esau*: idque Cæpola *cautela* 220. in testamento omnino admittit (quod in codicillis & mortis causa donatione forte remittendum esse putat) in matrimoniis testes de auditu fidem plenam non facere, nisi alia indicia sint. *c. præterea* 27. *ext. de testib.* secus in contractibus esse vel quasi. *Gloss. in can.* 15. *testes c.* 3. *quæst.* 9. Quid in delictis? testis de visu testimonium proferre cogitur. Idem Cæpola *cautela* 231. Porro nota vox loquentis testi fuerit, necne, arbitrio judicis finitur. His addendum testamentum noctu quidem signari posse. *l. ad testium* 22. §. *posse.* 6. *ff. h. t.* non tamen absque luminibus: tunc enim falsum præsumi. Noctu enim factum testamentum absque luminibus non valet. Jas. 3. *cons.* 50. Tiberius Decianus 2. *cons.* 65. 22 Testium officio funguntur, si sigilla imponant. *Ecl. d. loco.* 23 Testamentum jure perfectum non rescinditur per rescriptum. facit *l.* 7. *de prec. imp.* 24 Furtum testamenti testamentum non vitiat. Est enim vitium furti, quod ad testamentum attinet extrinsecum. vide *l.* 2. ꝯ. *h. t.* 25 Testes & eorum numerus ad testamenti solennitatem pertinere ex his verbis colligitur junctis cum verbis, *non ad juris solennitatem.* ℑ. *h. t.* igitur uno ex septem testibus deficiente testamentum legitime probari non poterit, *ut hic.* adde *l. duo sunt Titii* 30. *ff. de testam. tut.* Possis etiam dicere numerum testium formam esse substantialem jure civili inductam, non jure gentium. Nam numerus testium in testamentis augeri vel minui statuto vel consuetudine potest. *l. ult.* ℑ. *h. t. l. Divus* 24. *ff. & l. milites* 15. ꝯ. *de test. milit.* 26 Septem testes in testamentis regulariter requiruntur, *ut hic.* §. 3. *Inst. h. t. l.* 3. *ff. unde liberi. l.* 2. *supr. de B. P. secund. tab.* 27 Testium numerus est de solennitate substantiali testamenti. *Bald.* 28 Defectus solennis numeri testium testamentum vitiat, nisi in casibus exceptis, *ut in l.* 8. ꝯ. *l. ult.* ℑ. *h. t.* 29 Coram testatore testes sigilla debent imponere, *ut hic.* §. 3. *Instit. h. t.* excipe casum *legis* 8. *in fin. l.* 9. ꝯ. *h. t.* 30 Testes testamenti eodem loco esse oportet. 31 Testes & suo & alieno annulo signare possunt. §. 5. *in fin. Inst. h. t.* 32 Interlinire est variis locis delere. *l.* 42. *in fin. ff. ad l. Aq. l.* 11. §. 1. *ff. de servo corrupto. l.* 67. *ff. de leg.* 1. *l.* 2. *ff. ad l. Corn. de falsis.* 33 Subscripta. 34 In testamento aliud juris solennitas: aliud fidei quæstio. 35 Abrasio seu litura in testamento seu in literis suspecto & substantiali loco instrumentum vitiat. adde *l. ult.* ℑ. *de edict. D. Hadrian.* Socinum *reg.* 1. nisi plura sint in instrumento capita: tunc enim litura eam tantum partem vitiat: non alia capita instrumenti. *l.* 42. *supr. de trans.* nisi ex antecedentibus & consequentibus certo colligatur, lituram consulto ac necessario inductam: hoc est, instrumentum eam lituram pati: vel sine ea litura consistere non posse. Idem dicendum, si qua parte litura est, eadem testator aliquid manu propria adscripserit ac de eo literarum comparatione facta constiterit. *l.* 20. ꝯ. *de fide instrum.* 36 De consulto deletis. *l.* 2. §. 7. *ff. de B. P. secund. tab.* Consulto, id est, voluntate. *l.* 8. §. 3. *ff. d. tit.* 37 Interletis & suprascriptis superiora emendantur. 38 De inconsulte deletis. *l.* 1. *ff. de his, quæ in test. delent.* 39 De falso deletis, *l.* 2. *ff. ad l. Corn. de fals.* 40 Legibus certis, id est, non suo arbitrio. 41 *l.* 55. *ff. de leg.* 1. *l.* 15. §. 1. *ff. ad l. Fal.* 42 V. *l.* 27. *ff. de reg. jur. l.* 35. ꝯ. *de inoffic.* 43 *l.* 13. *in fin. ff. de jure codicill.* §. 12. *Inst. de testam.* 44 Institutio & exheredatio testamenti notæ: Neutra fit in codicillis. vide *l.* 7. ℑ. *de codic.* 45 Probatur ex heredis institutione & exheredatione defunctum voluisse testari, non codicillos facere, *ut hic.* Cur ita? quia codicillis hereditas directo neque dari, neque adimi potest. *l.* 2. *l. si idem* 7. ℑ. *de*

De solemnitate verborum sublata.

15. Imp. CONSTANTINUS [1] A. ad Populum.

QUoniam indignum est ob inanem [2] observationem irritas fieri tabulas & judicia [3] mortuorum: placuit ademptis his, quorum imaginarius [4] usus est, institutioni [5] heredis verborum non esse necessariam observantiam, utrum imperativis [6] & directis verbis fiat, aut inflexis [7]: nec enim interest [8] si dicatur, *Heredem facio* [9], *vel instituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel esto* [10], *vel erit* [11]: sed quibuslibet confecta sententiis, vel [in] quolibet loquendi [12] genere formata institutio valeat: si modo per eam liquebit voluntatis [13] intentio: nec necessaria sunt momenta [14] verborum quæ [15] forte [16] seminecis [17] & balbutiens lingua profudit. Et in postremis [18] ergo judiciis ordinandis amota [19] erit [solennium] verborum necessitas: ut qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunque instrumenti materia [20] conscribere, & quibuscunque verbis uti liberam habeant facultatem. S. Dat. Kalend. Februar. *Serdicæ*, CONSTANTIO A. II. & CONSTANTE A. CC. CONSS. 339.

De dignitate vel potestate ejus cui relictum est. 1. De eo, qui agnovit voluntatem defuncti.

16. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio.

NOn dubium [21] nec incertum est, sicut Imperatoribus [22] ita qualibet dignitate vel potestate decoratis viris, tam hereditatem, quam legatum seu fideicommissum [23] relinqui posse [24]. §. 1. Illud etiam adjiciendum est, ut qui ex testamento vel ab intestato heres extiterit: etsi [25] voluntas defuncti circa legata, seu fideicommissa, seu libertates legibus non sit subnixa, tamen si sua sponte agnoverit, implendi eam necessitatem habeat. S. Dat. 15. Kal. Jul. *Thessal.* GRATIANO V. & THEODOSIO AA. CONSS. 380.

De superfluis & necessariis omissis.

17. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Æternali Proconsuli Asiæ.

TEstamentum [26] non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficiens [27] nominibus [28] appellavit, cum superflua [29] non noceant. Namque necessaria [30] prætermissa imminuunt contractus, & testatoris officiunt voluntati, non [31] abundans cautela. Dat. 12. Kal. April. ARCADIO IV. HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De his quæ apud officium censuale publicari solent.

18. Iidem A A. Africano Præfecto urbi.

TEstamenta omnia, cæteraque quæ apud officium censuale [32] publicari [33] solent, in eodem [loco] reserventur, nec usquam permittatur fieri ulla translatio [34]: *Mos* [35] *namque retinendus est fidelissimæ vetustatis*; quem si quis in hac urbe voluerit mutare, irritam mortuorum videri faciet voluntatem. Dat. 12. Kal. Octob. *Constantinop.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De precibus Principi oblatis.

19. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P.P.

OMnium testamentorum solennitatem superare videtur, quod insertum mera [36] fide precibus [37] inter tot nobiles probatasque personas etiam [38] conscientiam Principis tenet. Sicut ergo securus [39] erit, qui actis [40] cujuscunque [41] judicis, aut municipum, aut auribus privatorum mentis suæ postremum publicavit [42] judicium: ita nec de ejus unquam successione tractabitur, qui nobis mediis [43], & toto [44] jure (quod in nostris est scriniis constitutum) teste succedit. Nec sane illud heredibus nocere permittimus, si [45] rescripta nostra nihil de eadem voluntate responderint: *Voluntates etenim hominum audire volumus, non* [46] *jubere*: ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis [47] arbitrium: cum hoc ipsum quod per supplicationem [48] nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si ultimum [49] comprobetur, nec contra judicium suum defunctus postea venisse detegatur. Ne quid sane prætermisisse credamur: hujusmodi institutionis successoribus designatis, omnia [50] quæ scriptis heredibus competunt, jubemus eos habere, nec super bonorum possessionis petitione ullam controversiam nasci: cum pro herede agere cuncta sufficiat, & jus omne ipsa complere [51] aditio videatur. Omnibus etenim præstandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, successorem suum oblatis precibus [52] possit declarare: & stabile sciat esse quod fecerit. Nec institutus heres pertimescat, cum oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis [53] testibus possit approbare, si ei alia nocere non possunt. Dat. 12. Kal. Mart. *Ravennæ*, post consulatum HONORII VIII. [54] & THEODOSII V. A A. 499.

De posteriore voluntate non solenni.

20. Eorundem A A. Edictum ad populum urbis Constantinopolitanæ, & omnes provinciales.

NOlumus [55] convelli deficientium scriptas [56] jure ac solenniter voluntates, cum quoddam morientis supremum, & non scriptum processisse confirmatur arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim privatis, & militantibus interdicimus, ne hujusmodi perhibeant testimonia: & falsi criminis reos teneri præcipimus, si cum scriptæ jure ac solenniter deficientium extiterint voluntates, non [57] scriptum aliquid sub nostrorum Nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus [58] heres, vel legibus ad successionem vocatus [59], nostrum,

codicill. l. quod per manus 10. *ff. de jure codicill. l. Scævola* 76. *ff. ad SC. Treb. §. penult. Inst. de codic.* quæ conjectura locum etiam habet, licet deficiat solennitas in testamento necessaria, ut ea ratione defunctum dicamus testamentum non codicillos facere voluisse: eum actum de quo agitur, testamentum esse, non codicillos: testamentum, inquam, nullum: neque jure codicilli sustineri. Conjectura quæ ducitur ex solennitate cedit præsumptioni, quæ ex ipsa rei substantia nascitur. Cur? Tolerabilius est inutilem reddi testatoris voluntatem, quam aliquid admitti, quod adversus ejus voluntatem faciat. Præsumitur quoque testator justas solennitates omittens, justæ, id est, solennis voluntatis pœnituisse, & perlusorium actum facere voluisse; Quid si testator dixit se nolle solennia testamenti servare? intelligitur id jure codicillorum valere voluisse, si solennitas codicillorum adfuerit. *Gloss. in l. nem.* 55. *ff. de leg.* 1. Quid si testator codicillos aut contractum se facere testatus est: & actum hujusmodi codicillos, vel contractum appellavit, & nihilominus solennia testamentis necessaria servavit: verbi gratia, heredis institutionem & exheredationem in eo fecit? valebit actus hujusmodi jure testamenti, *ut hac lege. l.* 17. *J. h. t.* ac maxime quidem si ab alio quam testatore scriptum fuerit testamentum: nam error notarii officere testamento non debet. *l. errore* 7. *S. h. t. l. si librarius* 92. *ff. de regul. jur.* Quid si testamentariam solennitatem adhibuit, & tamen testatus est velle eum actum jure codicillorum obtinere? Quidam jure testamenti valere putant. Alii in electione heredis positum esse, ut vel directo succedat ex testamento, vel jure fideicommissi ex codicillis, quorum prius Joann. Andreas concedit, si qui proximi ab intestato instituti sint: alterum si extranei. Quid si facto jam testamento ex intervallo heredes scripsit, & eum actum codicillos esse testatus est, neque testamentum expresse revocavit? testamentum fecisse intelligitur: ut hinc constet, prius testamentum ruptum esse. Socinus *cons.* 69. Alciat. 9. *cons.* 68. Et breviter in hujus legis quæstione testatum dicemus, qui directis: codicillos fecisse, qui verbis inflexis usus sit. Quid si communibus usus sit? codicillos fecisse dicemus, si ea dispositio non poterit ut testamentum valere. *l. ult. J. de codicill.* sin secus, testamentum fecisse. *l.* 1. *J. de codic.* ex institutione testamentum præsumi: ejus defectu codicillum *hac leg.*

1 Γρ. Constantius. 2 Inanis observatio. 3 Testamentum judicium defuncti. 4 Videtur aboleri testamentum per æs & libram. de quo §. 1. *Instit. h. t.* Ulp. 19. §. 3. & 20. §. 2. & 3. 5 Institutionis, alii legunt *instituendi*, quod de institutione hic dicitur, idem est in legatis. *l.* 2. *J. com. de leg.* 6 Imperativa & directa verba, vid. Ulp. 24. §. 1. 7 Verba inflexa. 8 Olim intererat. Ulp. 21. *§. ult.* 9 *d. §. ult.* 10 *l.* 48. *in pr. ff. de her. inst.* 11 *l.* 17. *ff. de liber. & post.* 12 Etiam Græco. *l.* 21. *in fin. J. h. t.* 13 Verba testatoris non attenduntur, dummodo mens ejus & voluntas constare possit. 14 Solennitates verborum sublatæ, *ut l.* 26. *J. h. t. l.* 1. *S. de formulis.* 15 Testatoris voluntas servanda, licet impropriis verbis usus sit: ut si verbo ususfructus proprietatem intellexerit, proprietas intelligenda erit. *l. Proculus* 19. *ff. de usufructu.* 16 Moriturus mox, licet in articulo mortis positus, licet seminecis & lingua balbutiat, testamentum tamen recte facere potest. *ut hic. l. Marcellus* 15. *l. Seian.* 42. *in fin. ibi, morientem donare. ff. de mortis causa donat. l. & sine scriptura* 5. *J. ad SC. Treb. l. Pamphilo* 39. *§. propositum.* 1. *ff. de leg.* 3. *l. si pater* 47. *in fin. ff. de fideic. libert. Nov.* 1. *c.* 4. si modo articulate, hoc est, cum sermonis intellectu locutus sit, potest enim ita quis testari, vel ad ultimum usque articulatæ vocis finem: nam qui articulate non loquitur, mortuo similis est. *l. jubemus* 29. *J. h. t.* hoc igitur, non illo impeditur testamentum, tantisper enim dum articulate quis loqui potest, neque memoria, neque intellectu, neque consilio destitui vel insana mente præsumitur, tametsi morti re ipsa sit proximus. Quid si interroganti verbis ita testari, vel legenti testamentum responderit sic? neque articulate locutus, neque compos mentis, neque testandi consilium habuisse intelligitur: sed hoc dixisse potius, ut a circumstantium interpellationibus se liberaret, quam ut de bonis suis testaretur. *arg. l. Labeo* 7. *in fin. ff. de supellect.* Castr. *in l. hac consultissima* 8. *§. at cum. S. tit. prox.* Nisi forte qui sic interrogat, persona minime sit suspecta, sed a testatore vocata: vel aliis præterea indiciis appareat, eum testari voluisse. Quid si testium nonnulli sana mente testatorem fuisse referant: alii negent? His quam illis potius fides adhibenda: cum id quod verisimilius sit, deponant: licet alias affirmanti potius credatur, quam neganti. His addendum eum quoque inarticulate loqui intelligi qui eam vocem proferat, quæ nullum sensum habeat. 17 Seminecis lingua, id est, semimortua, vide Livium 3. & 9. *de bello Punico:* Ovidius *in Metam.* Glossis seminex ἡμιθανής: & alio loco ἡμίπνικτος, seminecis & post ἡμισφαγής seminecis. Sic iisdem semianimis ἡμίψυχος, alio loco seminecem interpretatur ἡμιθνῆ καὶ ἡμιθανῆ. 18 Testamentum, postremum judicium. dixi ad *l.* 1. *D. de testam.* 19 Formales observationes heredes instituendi sublatæ. *l.* 26. *J. h. t.* 20 §. 12. *Instit. h. t. & ibi, Theoph. l.* 1. & 4. *D. de B. P. sec. tab.* Miles jure speciali in clypeo, vagina & pulvere testatur. *l.* 15. *S. de test. milit.* idem in donationibus. *l.* 25. *J. de donat.* 21 Ratio dubitandi erat. Ratio *Potentatus*, ut patet ex legibus quæ huic conjungendæ. vid. *C. Th. hoc anno* 580. dixi ad *l.* 2. *C. Th. ad l. Jul repet.* J. G. 22 Imperatori, hereditas legatum & fideicommissum relinqui potest. ut *l.* 3. *S. h. t. l.* 6. *l.* 7. *supr. qui testam.* & ita dignitas instituti, vel legatarii non vitiat institutionem vel legatum. 23 *l.* 2. *C. Th. de testament.* Paul. 4. *sent.* 1. §. 3. 24 Causa dubitandi potest ex eo sumi, quod, ut inquit Terentius, inique comparatum sit, ut qui minus habent, aliquid addant ditioribus. facit *tit. S. ne liceat potentiorib.* 25 Heres minus solenne testamentum adprobans, eo perinde tenetur, ac si solenne ab initio fuisset, *l.* 2. *J. de fideicom.* 26 Ex *l.* 3. *C. Th. de testament.* 27 Moriens testator. 28 Veluti si contractum i.e. codicillos appellavit, *ut paulo ante dixi.* 29 Superflua non nocent. *l.* 37. *J. de don. l.* 56. *ff. mandati. l.* 32. *§.* 6. *ff. de auro. l.* 26. *in fin. ff. de adim. vel transfer. leg. l.* 65. *ff. de verb. obl. l.* 81. *l.* 94. *ff. de reg. jur.* Paul. 3. *sent.* 4. §. 10. interdum tamen ex supernumerariis dolus præsumitur. *l.* 7. *ff. de cond. inst.* aut si contra naturam actus adhibeantur. *l.* 8. *§.* 7. *ff. de fidejuss. l.* 77. *D. de reg. jur.* 30 Necessariorum actorum prætermissio contractus & testamenta vitiat. 31 Imo abundans & insolita cautio fraudis suspicionem inducit. dixi ad *l.* 7. *ff. de cond. inst.* 32 Id est, magistrum census. *l.* 23. *J. h. t. l.* 4. *C. Th.* 4. *lib.* 3. 33 *l.* 2. *S. eod. l.* 19. *J. h. t.* intimari, *d. l.* 23. id est, evulgari. 34 Publicatio facta coram incompetente judice non tenet. 35 Mos fidelissimæ vetustatis retinendus. 36 Id est, bona & integra. *l.* 1. *§.* 1. *in fin. S. de suffrag.* sincera. *l.* 2. *S. si propt. publ. pensit.* bona fide, sinceriter. *l.* 10. *J. de distr. pign.* at non in meram voluntatem principis: unde recte mox Imperator adjicit, voluntates hominum audire volumus, non jubere. 37 Observa novum testamenti genus, quod fit precibus principi oblatis, quodque Theodosianum dici potest: cujus fit etiam mentio in *Nov. Theod.* 38 Testamentum factum coram solo Imperatore non est solenne, licet hac ex lege contrarium colligant interpretes: quibus manifesto hæc particula *etiam* repugnat, soli igitur imperatori ac principi fides ea in re non adhiberetur. *arg. l.* 9. *in fin. S. de testib.* unde paulo ante, *inter tot nobiles probatasque personas:* & mox sequitur, *nobis mediis & toto jure (quod in nostris est scriniis constitutum,) teste.* Est igitur constitutionis hujus hæc sententia, Testamentum factum, vel insinuatum per supplicationem coram principe vel coram alio judice valere, sine solennitate testium, hoc est, eorum numero, rogatione & signis. sic tamen, ut si dubitetur apud principem, fueritne ne insinuatum testamentum, id per duos testes comprobetur. *vers. ult. J. h. t.* Ex his constat hic agi de testamento quod per supplicationem auribus imperatoris intimatum. *versic. cum hoc ipsum.* Sed & de eo qui precibus oblatis imperatori successorem suum declaravit: qui mera fide ac sincera principem interrogat, quemadmodum de rebus suis disponat. Hoc cum accidit, quæri solet, utrum illa quasi interrogatio, illa quasi consultatio habeatur pro testamento, sive princeps ad eam interrogationem rescribat, sive non rescribat? & valere constituit Theodosius, etiamsi imperator non scribat. *versic. nec sane.* Pone principem ad hujusmodi consultationem rescripsisse: licetne testatori testamentum id mutare? licet. *vers. ne post sententiam nostram.* Quid? quot testibus oblatæ illæ preces principi probari possunt? idoneis. *in fin. J.* Non uno igitur teste, ut putant multi: imo nec ipso quidem solo principe, ut recte Azo, & Hugolinus notant ad hanc legem. Quid? si quis non principi sed judici, vel apud acta postremum suum judicium publicavit, nullis testibus advocatis? valet testamentum. *vers. sicut ergo. J. h. t.* 39 Et ita testamentum factum in loco, ubi minor solennitas requiritur, valet & in eo, ubi major requiritur. adde *l. ult. J. h. t.* 40 De publicatione apud acta, vide *l.* 18. *S. h. t.* 41 Sui tamen. vid. *l.* 18. *supr. h. t.* 42 Sigillum curiæ testamento adpositum, sciente testatore adpositum præsumi hinc colligit Boërius *decis.* 240. adde quæ scripsi ad *l.* 3. *S. h. t.* 43 Id est, præsentibus. Ferrariensis *in forma libelli quo petitur hereditas ex testamento* 48. *in verbo vallatum* 6. *n.* 4. hinc itaque male colligit, in testamento unicum testem sufficere, quoties testamentum fit coram principe. dixi *supr. h. t. & ad Novell. Leonis* 41. 44 Princeps jus totum, Princeps juris solennitatem supplet. Quæ coram Principe fit institutio, toto jure teste fieri intelligitur. *Jure teste* dixit, ubi alibi *ferro ultore. §.* 5. *Inst. de publ. jud.* 45 Coram principe testari dicitur, qui principem, libello oblato interrogat, quemadmodum de rebus suis disponat, etiam si princeps hujusmodi precibus nihil rescribat. 46 Honeste: ne videatur privati voluntas ex aliena, seu imperatoris voluntate pendere. 47 Dixi ad *l.* 6. *supr. qui testam.* dicendum namque videbatur, principis consensum in testamento revocando exigi, quod in eo ordinando principis consensus intervenerat, ut contrariorum sit eadem ratio. 48 Libellus principi datus sic litis contestationem facit. *l.* 1. *l.* 2. *S. quando libellus. Nov.* 82. 113. sed & procuratorem actoris excusat ab onere satisdandi ratam rem dominum habiturum. *l.* 21. *ff. ratam rem.* 49 Testamentum ultimum ex eo satis probatur, quod nullum aliud profertur. 50 Paria sunt testamento scribi heredem, & precibus imperatori oblatis. 51 Aditio vis tota testamenti est, *l.* 18. *in fin. ff. de stip. servor.* 52 Scripto, *ut hic.* An & viva voce? sic est: si tamen duobus id testibus probabitur. Clar. *ex communi opinione* 3. *sent. §. testam. quæst.* 56. *vers. est etiam.* 53 Saltem duobus. *l.* 12. *ff. de testib.* 54 Alii legunt 9. 55 *l.* 5. *C. Th. de testam.* 56 Scriptum testamentum alio scripto solenniter facto tolli potest: nuncupativo, quantumvis solenni, non potest: etiam si in posteriore testamento princeps heres institutus sit. vide *l.* 3. *supr. h. t.* 57 Non scriptum scripto non opponitur. 58 Testamento, scil. 59 Id est, legitimus.

vel

vel potentium nomen horreſcat [1]: nemo ferre teſtimonia in hunc modum, vel ſuſcipere [in] geſtis hujuſmodi voces [2] audeat noſtro, vel etiam privatorum potentium nomine. Dat. 7. [3] Id. Mart. *Conſtantinop.* THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 407.

De forma teſtandi in ſcriptis, 2. vel ſine ſcriptis. 3. De poſteriore teſtamento. 4. ut Græce teſtari liceat.

21. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentino P. P.

HAc [4] conſultiſſima lege ſancimus, licere per ſcripturam [5] conficientibus teſtamentum, ſi [6] nullum ſcire volunt [ea] quæ in eo ſcripta ſunt, conſignatam [7], vel ligatam, vel tantum clauſam [8], involutamque [9] proferre ſcripturam, vel [10] ipſius [11] teſtatoris, vel cujuslibet alterius [12] manu conſcriptam, eamque rogatis [13] teſtibus ſeptem [14] numero, civibus [15] Romanis, puberibus [16] omnibus [17] ſimul offerre ſignandam [18], & [19] ſubſcribendam [20]: dum tamen teſtibus præſentibus teſtator ſuum teſtamentum dixerit quod offertur, eique ipſe coram teſtibus ſua manu in reliqua parte teſtamenti ſubſcripſerit [21]: quo facto & teſtibus uno eodemque die [22] ac tempore [23] ſubſcribentibus & conſignantibus teſtamentum valere: nec [24] ideo infirmari, quod teſtes neſciant [25] quæ in eo ſcripta ſunt teſtamento.

† Quod ſi literas [26] teſtator ignoret vel ſubſcribere nequeat: Octavo [27] ſubſcriptore pro eo adhibito, eadem ſervari decernimus. † In omnibus autem teſtamentis, quæ præſentibus, vel abſentibus teſtibus dictantur, ſuperfluum eſt uno, eodemque tempore exigere [28] teſtatorem, & teſtes adhibere, & dictare ſuum arbitrium, & finire teſtamentum. Sed licet alio [29] tempore dictatum [30], ſcriptumve [31] proferatur teſtamentum, ſufficiet uno [tempore [32],] eodemque die [33], nullo actu [34] [extraneo] interveniente, teſtes omnes, videlicet ſimul, nec diverſis [35] [temporibus] ſcribere, ſignareque teſtamentum. Finem [36] autem teſtamenti ſubſcriptiones, & ſignacula teſtium eſſe decernimus. † Non ſubſcriptum autem a teſtibus, ac [non] ſignatum teſtamentum pro infecto [37] haberi convenit. §. 1. Ex imperfecto [38] autem teſtamento [39] voluntatem [40] tenere defuncti, niſi [41] inter ſolos [42] liberos [43] [a parentibus utriusque ſexus] habeatur, non volumus. [Si vero in hujuſmodi voluntate liberis alia ſit extranea [44] mixta perſona: certum eſt eam voluntatem defuncti, quantum ad illam duntaxat permixtam perſonam pro nullo haberi, ſed liberis adcreſcere.]....

In AUTHENT. de teſtam. imperfectis. §. nos igitur omnia. coll. 8. tit. 8. al. 3. Novell. 107. cap. 1.

Q*Uod ſine ſubſcriptione ita procedit, ſi parens literas edoctus, manu* [45] *propria, non ſignis* [46] *ſed literarum conſequentia declaret* & tempus [47], & liberorum nomina, *item,* & unciarum numerum, *ſeu* ſigna rerum ſpecialium: *in quo & aliis legari, & fideicommitti, & libertas relinqui poteſt.*

In AUTHENT. de teſtament. imperfectis. §. & ſiquidem. coll. 8. conſt. 3. Nov. 107. c. 2.

H*Oc inter liberos teſtamentum ita infirmatur* [48], *ſi parens ſeptem teſtibus adhibitis declaret* ſe nolle tale teſtamentum valere, & *aliam* [49] *diſponat voluntatem, vel in teſtamento perfecto, vel in non ſcripta perfecta voluntate.*

§. 2. Per [50] nuncupationem quoque, hoc [51] eſt, ſine ſcriptura, teſtamenta non [52] alias valere ſancimus, quam ſi ſeptem teſtes (ut ſupra dictum eſt) ſimul uno eodemque tempore collecti teſtatoris voluntatem, ut [53] teſtamentum ſine ſcriptura facientis audierint. §. 3. Si quis autem teſtamento jure perfecto poſtea ad aliud [54] venerit teſtamentum, non alias quod ante factum eſt, infirmari decernimus, quam [55] ſi id, quod ſecundo facere teſtator

1 Dixi ad *Nov.* 105. *c.* 2. *in fin.* 2 Ex nuda voce princeps heredis nomen non admittit. §. *ult. Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* 3 *Dat. 4. Id. Mart. Conſtantinop. Theod. A. 6. & Palladio* Coss. *Cod. Theod.* 4 Sumpta eſt hæc conſtitutio ex Nov. Theod. de teſtamentis, quam vide apud Forner. 2. *ſelect.* 12. 5 De forma ſcripti teſtamenti. 6 Teſtatori non eſt omnimodo neceſſarium, ut præſentibus teſtibus dictet teſtamentum, quando ei liceat etiam ipſis abſentibus tum dictare, tum ſcribere: ſic tamen ut illis præſentibus ad ſignandum, ſuum eſſe teſtamentum profiteatur, & uno eodemque tempore teſtes ſignent ac ſubſcribant. Nam teſtamentum non ſic abſolutum imperfectum eſt. *Synopſ.* 35. *Baſil.* 2. *c.* 16. facit §. 3. *Inſtit. de pupill.* 2. Cajus 4. §. 3. 7 Teſtamentum conſignatum, ligatum, clauſum & involutum. vide Paul. 5. *ſent.* 28. §. 5. 1. Harm. 15. *in fin.* vide Forner. 2. *ſelect.* 12. 8 Teſtator teſtamentum in ſcriptis clauſum, ſigillatum & ſubſcriptum, ita ut voluntas ejus nulli alii nota ſit, niſi eo mortuo, facere poteſt, *ut hic:* Quid ſi vivo teſtatore, vel eo mortuo, ante tabulas ejus apertas unus teſtium moriatur? corruit teſtamentum. Bart. *in l.* 2. *ff. teſtam. quemadm. aperiantur.* quod ut evitari poſſit, vide plures apud Socin. cautiones *reg.* 399. 9 Puta linteo. *l.* 22. *in fin. ff. qui teſtam.* 10 Teſtamentum aliena, id eſt, alia, quam teſtatoris manu ſcribi poteſt. 11 Hoc teſtamentum holographum dicitur. 12 Etiam ſervi. *l.* 28. *ff. qui teſtam.* 13 *l.* 21. §. 2. *ff. h. t.* vide *Nov.* 90. *c.* 2. *verſ. Hoc autem.* vide Forner. 2. *ſelect.* 10. Quid? ſufficitne teſtes rogatos, vel ab herede, vel ab extraneo? ſufficit: modo præſente teſtatore rogati ſint, tunc enim teſtator ipſe eos rogaſſe intelligitur: ſufficit itaque teſtes rogatos eſſe a teſtatore, aut eo qui vice ejus fungatur. Quid? num ſatis eſt rogari teſtes in genere, hoc eſt eo non commemorato ut teſtes ſint in teſtamento? Id ſatis eſſe putat Bald. Aretin. *in l. Domitius. l.* 27. *ff. h. t.* Quid? præſumunturne rogati qui præſentes fuiſſe ſcripti ſunt a notario? non præſumuntur: nulla enim ſolennitas extrinſeca, ut hæc eſt, præſumitur. *l. quæcunque* 13. *in fin. ff. de publiciana.* Teſtes igitur, ut teſtamento proſint, & ſe præſentes & rogatos fuiſſe referre debent. Quid ſi teſtamento ſubſcripſerint? rogati præſumuntur: ſi modo præſente teſtatore ſubſcripſerint: quod in dubio præſumitur. Bart. *in l. ſciendum.* 30. *ff. de verb. oblig.* (non tamen omnino neceſſarium eſt. Poteſt enim fieri quis ut ſubſcribat, nec tamen ſit rogatus: veluti ſi abſente & ignorante teſtatore, vel præſente teſtatore, & tamen invito ſubſcribat.) Quid ſi teſtes paſſi ſint ſua nomina teſtamento adſcribi jubente vel patiente teſtatore? rogati quoque præſumuntur. Quid ſi junctim dicuntur fuiſſe, *præſentes adhibiti & vocati?* Idem. (plus eſt enim adhiberi, quam adeſſe, vel collectos eſſe: idem eſt quod rogari, præſertim ubi rogatio neceſſaria eſt.) Quid ſi ita ſcriptum, *teſtes præſentes fuiſſe &c.* Dictio illa &c. teſtes rogatos eſſe arguit. Quid ſi teſtator & notarius juris ſint periti? idem eſſe putant Bald. Odofredus, Aret. non idem autem Imola, Alexand. Aretinus quoque in eo ſibi contrarius, & Jaſon. Quid ſi eodem codice plura teſtamenta contineantur, & in prioribus ſit adjectum, teſtes rogatos fuiſſe? num & in ſequentibus teſtamentis teſtes præſumentur rogati? Ita putat Baldus, Angel. Imol. Aretin. de quo vide Manticam 2. *de conject.* 11. 14 *l.* 12. *ſupr. h. t. l. ult. in fin.* J. *eod.* Quinque ſufficere notat Harm. 5. *tit.* 1. §. 47. Quin bello vulneratum, & in via obambulantem tribus adhibitis teſtibus immo duobus fortuito inventis teſtari poſſe propter eum in quem incidit caſum. 15 Peregrinus, teſtis teſtamentarius eſſe non poteſt. 16 Impubes teſtis teſtamentarius eſſe non poteſt. *l.* 20. *in fin. pr. ff. qui teſtam.* §. 6. *Inſt. h. t.* 17 Nec enim ſufficit quibusdam obtuliſſe. *l.* 12. S̃. *h. t.* 18 Teſtes ipſimet ſignare debent in teſtamento. 19 Aliud eſt ſignare, aliud ſubſcribere: illud, annulo: hoc calamo perficitur. 20 De ſubſcriptione teſtium §. 3. *Inſt. h. t.* 21 De ſubſcriptione teſtatoris *d.* §. 3. Hæc non eſt neceſſaria in teſtamento holographo. *l.* 28. *in fin.* J. *h. t.* 22 Diem igitur teſtamento adjici oportet, vide quæ dixi ad *l.* 2. §. 6. *ff. teſtam. quemadm. l.* 3. *ff. de accuſat.* 23 Vide J. *h. t.* 24 Ratio dubitandi. 25 Ignoti poſſunt ſubſcribere. *l.* 90. *ff. de leg.* 3. vide quæ dixi ad *l.* 22. J. *h. t.* 26 Qua ratione teſtentur literarum ignari obſerva. Literarum imperitos Græci, ἀγραμμάτους. *l.* 6. *in fin. ff. de excuſ. tutor.* Theoph. §. 8. *Inſtit. de excuſ. tut.* quibus opponuntur γράμματα εἰδότας. 35. *Eclog.* 3. *c.* 10. hinc literas ignorare, *ut hic.* neſcire. *l.* 3. §. 2. *D. de accuſat.* §. 8. *Inſt. de excuſ. d. l.* 2. Seneca 2. *de Clementia.* imperitia literarum. *l.* 30. *in fin.* J. *h. t.* literati, ſcientes literas. *l. ult.* J. *h. t.* γραμμάτων ἀνεπιστήμονας. *Nov.* 44. *c.* 1. γράμματα οὐκ ἐπιστάμενοι. *Nov.* 74. *c.* 8. Literarum igitur peritia, ſcribendi peritia eſt, non legendi ſimpliciter, ut merito poſſit defendi ignaros legendi, ſecreto, vel aliter quam cæcos teſtari non poſſe. *l.* 8. S̃. *qui teſtam.* Quis enim omnium bonorum hereditatem, & abalienationem uni tantum tabulario vel ſubſcriptori committat, reliquis teſtibus voluntatis defuncti ignaris contra præſcripta legum. *d. l.* 8. *l. ult. in fin.* J. *h. t. l.* 9. *in fin.* S̃. *de teſtib.* cum nec tam paucis fides etiam in codicillis adhibeatur. *l. ult. in fin.* J. *de codic.* aut in imperfecto inter liberos teſtamento dicam. §. *prox.* J. *hic.* Neque hic moveri debemus *Nov. Leon.* 69. quæ apud nos in uſu non eſt. Nec moveamur etiam *l.* 14. *in fin. D. de dote præleg. l.* 1. *in fin. D. de verb. obl.* quæ teſtimonium videntur unius admittere. Illis enim legibus non agitur de hereditate. Pertineat igitur hæc lex ad imperitos ſcribendi: peritos tamen legendi. His enim tabularius facile non imponit: legendi vero imperitis facile poteſt imponi. Facilius legimus, quam ſubſcribimus, facilius ſubſcribimus, quam vel legimus, vel ſcribimus. *Nov.* 73. *c.* 8. 27 Octavus ſubſcriptor vicem teſtatoris literarum ignari repræſentat. 28 Id eſt, exigi: ut ſit ſenſus, non eſſe teſtatori neceſſarium, uno & eodem tempore teſtes adhibere, dictare teſtamentum, & finire. 29 Alio tempore dictare, vel ſcribere teſtamentum poſſumus, alio teſtes adhibere. 30 Octavo ſubſcriptori ſcilicet. de quo *ſupr. h. t.* 31 A teſtatore ſc. 32 *ſupr. h. t.* 33 Dixi *ſupr. h. t.* adde *l.* 2. §. 6. *D. teſt. quemadmodum aper.* 34 *l.* 28. J. *h. t. l.* 21. *in fin. D. h. t.* 35 Teſtamentum diverſis temporibus neque ſubſcribi, neque ſignari poteſt. 36 Subſcriptio & ſignatio teſtamenti finis. 37 *Pro imperfecto, Nov. Theodoſii verſ. Non ſubſcriptum. de teſtam.* cui lectioni paragraphus proximus reſpondet. hoc igitur demonſtrat imperfectum teſtamentum eſſe, quod ſeptem teſtium ſignis non ſit obſignatum: perfectum, quod juſto numero teſtium ſit ſignatum. His adde quæ ſcripſi *ad l.* 6. *D. ad l. Corn. de falſis.* 38 Imperfectum quid eſſet, dictum eſt *ſupr. h. t.* 39 Etiam nuncupativo. Clarus *ex communi opinione* 3. *ſent.* §. *teſtam. quæſt.* 12. 40 Quævis defuncti voluntas, quibusvis verbis, vel ſcriptis expreſſa, inter liberos valet. *l.* 10. *l.* 16. *in fin. l.* 21. *in fin.* S̃. *familiæ. l.* 2. *ſupr. de confirmando tut.* An & non ſubſignatum ab omnibus ſeptem teſtibus ſubſcriptis? valet, *ut hic.* Dixi etiam *ad l. ult.* S̃. *famil.* An & ſimplex patris ſchedula? dicam ad authenticam proximam. J. *h. t.* An & notis ſcriptum valet? olim valuit. *d. l. ult.* hodie non valet. *Nov.* 107. *c.* 1. An & cœptum tantum necdum perfectum? non valet. Imperfectum teſtamentum ratione voluntatis inter liberos etiam non ſuſtinetur. veluti, ſi cum aliquid legare quis cœperit, morte præventus ſit, vide Clarum 3. *ſent.* §. *teſtam. quæſt.* 9. ne ad pias cauſas quidem. Mynſing. 5. *obſ.* 28. Imperfectum hoc caſu non eſſet nuda epiſtola. *l.* 17. *ff. de jure codicill.* An teſtibus deſtitutum valet? non valet. Cujac. 1. *Conſult.* duos ſaltem intereſſe oportet. Clarus *d. loco, quæſt.* 8. *verſ. hinc infer.* Speculator *de teſte* §. 11. *num.* 3. Papon. 20. *Arreſt.* 1. §. 1. Hotom. *conſ.* 15. ac multo quidem magis, ſi cæcus pater inter liberos teſtabitur: cum in ejus teſtamento octo alias teſtes requirantur. *l.* 8. *ſupr. qui teſtam.* Clar. *d. loco, quæſt.* 17. Quin fœminam eo caſu teſtem eſſe poſſe communiter putant interpretes. Clarus *d. loco, quæſt.* 8. *verſ. ſecundo infertur:* ad hæc, non requiri teſtes ut ſint rogati. Clarus *ibid. verſ. ſed quæro,* quin ſemper in eo clauſulam codicillarem ſubintelligi. Clarus *ibid. verſ. unum tamen.* Aliud eſſe ſi liberorum unus in eo ſit præteritus. Clarus *ibid. verſ. ſed quæro.* aut jure inſtitutionis uni filiorum pars legitima non ſit relicta. Idem *ibid. verſ. ſed pone.* vel ſi teſtamentum nutu conditum. Idem *ibid. verſ. finali.* ſi quis in eo liberorum exheredatus fuerit. vide Hotom. *conſ.* 15. *fol.* 140. 41 Ex imperfecto teſtamento nemo ſuccedit, niſi deſcendentes utriusque ſexus aſcendentibus. Quid ſi extranea perſona miſta eſt? quantum ad eam perſonam attinet, teſtamentum nullius eſt momenti. *ut hic.* quantum ad liberos, ratum eſt teſtamentum. *ut hic: Synopſis* 35. *tit.* 2. *c.* 16. Quid? inter ſuccedentes ab inteſtato qui ex liberis non ſint, teſtamentum imperfectum ratum non haberi oportet? Harmenop. ſcribit 5. *tit.* 10. §. 27. 28. 29. legata in hujuſmodi teſtamento ab heredibus ab inteſtato eſſe præſtanda: quod ex §. 2. hujus legis interpolatum eſt. 42 Forte pias ad cauſas valebit? dicam *ad Auth. Similiter.* J. *ad l. Falcid.* 43 Legitimos ſcilicet, vel legitimatos: alias imperfectum teſtamentum non valet inter liberos naturales tantum & ſpurios. Papon. 10. *Arreſt.* 1. *num.* 2. Clarus 3. *ſent.* §. *teſtam. quæſt.* 12. niſi a matre inter liberos factum. Liberos cum dicimus, in infinitum intellige liberos; quin & filias ſtatuto ab inteſtati ſucceſſione excluſas. Clarus *d. loco.* Quid? inter parentes imperfectum filii teſtamentum non valebit? Clarus ex eadem communi opinione valere negat. *d. loco.* nam quod extra communes regulas conſtitutum eſt, ad conſequentias trahi non oportet. *l.* 141. *ff. de Reg. Jur.* 44 Teſtamentum imperfectum inter liberos, favore perſonæ extraneæ non ſuſtinetur. vide omnino Clar. 3. *ſent.* §. *teſtam. quæſt.* 10. Extranea eſt autem quæ non eſt ex liberis. *Novell.* 117. *c.* 1. 45 Hinc colligunt, Schedulam a patre ſcriptam nullis adhibitis teſtibus valere inter liberos. Baldus *hic.* vide Mynſing. 4. *obſ.* 28. Quid ſi tantum ſubſcripſit? Clarus 3. *ſent.* §. *teſtam. quæſt.* 14. idem eſſe putat, ſi tamen pater in ſubſcriptione mentionem faciat teſtamentum eſſe cui ſubſcripſerit. Quid ſi talis ſchedula ab uno liberorum ſubſcripta? valet. vide *Novell.* 107. *c.* 1. Quid ſi neque a teſtatore vel liberis ſcripta ſubſcriptave? non valet. Clarus *d. loco.* Quid ſi a ſolo notario? non valet. Clarus *d. loco, verſ. præterea.* quemadmodum ſi dies deſit, aut notis ſcripta ſit, J. *h. t.* Clarus *d. loco, verſ. Sed nunquid.* Quid ſi liberi ex partibus inæqualibus ibidem inſtituti? valet. Clarus *d. loco, num.* 8. Quid? hujuſmodi ſchedula locumne habet in legatis ad pias cauſas? non habet: ut ita favor liberorum piam cauſam ſuperet. Clarus *d. loco quæſt.* 7. *num.* 2. His adde Hotomannum *conſ.* 15. ubi tractat de teſtamento patris inter liberos. 46 Teſtamentum ſignis regulariter ſcribi non poteſt, *ut hic:* ad pias tamen cauſas, ſcribi ita poſſe cenſent noſtri. Tiraq. 12. *privil. piæ cauſæ.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 8. §. 4. *ff. de hered. inſt.* 47 Teſtamenti ſubſtantia eſt, diem & tempus ei adjici, *ut hic:* quod in teſtamento pias ad cauſas requiri negat Tiraquell. 11. *privilegio piæ cauſæ.* 48 Qua forma teſtamentum inter liberos revocari oporteat, dixi *ad Novellam* 107. *cap.* 2. 49 Sola teſtamenti prioris revocatio nihil præſtat, neceſſe eſt enim ut qui revocat teſtamentum aliud faciat. *l.* 36. §. 3. *ff. de teſtam. milit.* id etiam locum habere in teſtamento inter extraneos facto Paponius refert 20. *Arreſtorum* 1. §. 3. 50 Teſtamentum ἀγράφως citra ſcripturam ita fit, Qui vult ita teſtari coram iisdem teſtibus uno, eodemque tempore, audientibus teſtibus teſtamentum facere debet, *ut hic. Synopſis Baſilicon* 35. *tit.* 12. *cap.* 27. 51 Per nuncupationem teſtamentum, ſine ſcriptura teſtamentum. 52 Nuncupativum teſtamentum quemadmodum fiat. §. *ult. Inſtit. h. t.* 35. *Eclog.* 2. *cap.* 17. adde *l.* 26. J. *h. t.* 53 Abrogatur per *l.* 26. J. *h. t.* 54 Poſteriori teſtamento, ſolenni tamen (tres caſus excipe de quibus *in hac lege* J. *h. t.*) prius teſtamentum revocari poteſt. §. 2. *Inſtitut. quibus modis teſtament.* etiamſi ex ſecundo teſtamento non fuerit adita hereditas. vide Clar. 3. *ſentent.* §. *teſtamentum, quæſt.* 94. etiamſi teſtamento priori omnia bona ſua heredi donaverit teſtator, quo caſu prius teſtamentum revocaverit. Clarus *dicto loco, quæſt.* 95. etiamſi coram Imperatore prius factum fuerit. *l.* 19. *ſupr. h. t.* Quid ſi clauſula derogatoria, vel quod ei reſpondet juramentum, priori fuerit adpoſitum? quidam volunt non tantum expreſſe prius teſtamentum revocari oportere, ſed & inſerendam præterea clauſulam derogatoriam, ejusque expreſſam mentionem faciendam. *argument. l.* 22. *ff. de leg.* 3. Bartol. Dynus *cap. quod ſemel placuit de reg. in fin.* Clarus *ex communi opinione* 3. *ſentent.* §. *teſtamentum, quæſt.* 94. *num.* 3. niſi forte juſtam ignorantiam clauſulæ derogatoriæ priori teſtamento inſertæ teſtator habuerit. vide Paponium 20. *Arreſtorum* 1. §. 4. Cujacius 14. *obſervat.* 7. putat illa verba, *Si ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſibi pœnituiſſe &c. d. l.* 22. Triboniani non Hermogeniani eſſe. Tribonianum enim ipſo ſermone ſatis prodi: confuſa ibidem pene omnia: familiare eſſe Triboniano deſiderare ſpecialem voluntatem, ubi quælibet ſufficit. *l. ult.* J. *de novationibus. Novell.* 90. *cap.* 3. Nimis etiam licenter ſubaudiri in *l.* 6. §. 2. *ff. de jure codicill. l. ult. ff. de leg.* 2. ſpecialiter defunctum derogaſſe priori voluntati. qua de re plenius vide Clar. 3. *ſentent.* §. *teſtamentum. quæſt.* 99. Teſtamentum vero inter liberos, poſteriore ſimpliciter non revocatur, neque revocatum intelligitur, niſi factum fuerit coram ſeptem teſtibus & in eo pater expreſſam revocationis mentionem fecerit. *Novell.* 107. *cap.* 2. vid. Clarum *d. loco, quæſt.* 98. Quid ſi duo proferantur teſtamenta eadem die confecta? ſi non apparet, quodnam eorum prius aut poſterius fuerit, neutrum valere intelligitur. *gl. in l. ult.* in verbo, *miſſus.* J. *de edicto D. Hadriani: Communis opinio* apud Clar. *d. loco, quæſt.* 100. ſin minus, poſteriori ſolenni ſtabitur. 55 Teſtamentum prius ſecundo teſtamento infirmari poteſt, non quovis, ſed jure perfecto, *ut hic:* Quid ſi extranei prorſus in priore teſtamento ſcripti ſint, in poſteriore vero, imperfecto tamen, heredes ab inteſtato heredes ſcripti fuerint? poſteriore hoc teſtamento, licet imperfecto, prius jure perfectum infirmatur. *verſ. niſi.* Quid? poſterius hoc teſtamentum quomodo valet? non quaſi teſtamentum, ſed quaſi voluntas inteſtati.

inſti-

inſtituit, jure fuerit conſummatum. Niſi [1] forte in priore teſtamento ſcriptis his, qui ab inteſtato [2] ad teſtatoris hereditatem, vel ſucceſſionem venire non poterant, in ſecunda voluntate teſtator eos ſcribere inſtituit, qui ab inteſtato ad ejus hereditatem vocantur: eo enim caſu, licet imperfecta videatur ſcriptura poſterior, infirmato priore teſtamento, ſecundam ejus voluntatem [3] non quaſi teſtamentum, ſed quaſi voluntatem ultimam inteſtati valere ſancimus: in qua voluntate quinque [4] teſtium juratorum depoſitiones ſufficiunt: quo non facto, valebit primum teſtamentum, licet in eo ſcripti videantur extranei. §. 4. Illud etiam huic legi proſpeximus inſerendum, ut etiam [5] Græce [6] omnibus liceat teſtari. Dat. Id. Septembr. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

Si dictantibus ultimam voluntatem, vel teſtibus relinquatur.

22. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P.P.

DIctantibus [7] teſtamenta, vel aliam quamlibet ultimam voluntatem, legatum, vel fideicommiſſum, vel quodcunque aliud, quolibet legitimo titulo teſtatorem poſſe relinquere minime dubitandum eſt. † Teſtibus etiam ad efficiendam [8] voluntatem [9] adhibitis pro ſuo libitu, quod voluerit teſtator relinquere non prohibetur. Dat. Kal. Maji, *Conſtantinop.* BASILIO JUNIORE V.C. CONSS. 480.

Ut teſtamenta apud Magiſtrum cenſus aperiantur.

23. Imp. JUSTIN. A. Archelao P.P.

COnſulta divalia, quibus conſiderate proſpectum eſt, ne voluntates ultimæ deficientium in hac Regia [10] Urbe confectæ, apud alium aperiri [11] poſſint, quam [apud] Virum Clariſſimum pro tempore cenſus [12] Magiſtrum, monumentis intervenientibus pro juris ordine: neve in hereditate, cujus ſumma centum aureorum pretium non excedit, mercedis quicquam, aut ſumptuum, cenſum adminiſtrantes, aut cenſualis apparitio ſuper intimandis iiſdem elogiis audeant adſequi, firma nunc quoque dicimus: ac repetita promulgatione, non [13] ſolum Judices quorumlibet tribunalium [14], verum etiam Defenſores Eccleſiarum, quos turpiſſimum intimationis genus irrepſerat, præmonendos cenſemus, ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnium ſecundum conſtitutionum præcepta, quam cenſus Magiſtro competit. Abſurdum eſt namque, ſi promiſcuis [15] actibus rerum turbentur officia, & aliis creditum alius ſubtrahat: & præcipue clericis [16], quibus opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint diſceptationum eſſe forenſium. Pœna etiam temeratoribus præſentis ſanctionis feriendis quinquaginta [17] librarum auri. Nec enim concedendum eſt, ut ſuprema vota deficientium [18] everſionis [19] quicquam ex incongrua [20] inſinuatione contrahant, dum res ab incongruis uſurpantur audacter. Dat. 13. Kal. Decembr. *Conſtantinop.* JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 524.

De ambiguitate & præpoſteratione.

24. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

AMbiguitates [21], quæ vel imperitia, vel deſidia teſtamenta conſcribentium oriuntur, reſecandas eſſe cenſemus: & ſive inſtitutio heredum poſt [22] legatorum donationes ſcripta ſit, vel alia prætermiſſa [23] ſit obſervatio, non [24] ex mente teſtatoris, ſed vitio [25] tabellionis [26], vel alterius qui teſtamentum ſcribit: nulli licentiam concedimus per eam occaſionem teſtatoris voluntatem ſubvertere, vel minuere. Dat. Kal. Januar. DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

Tranſpoſitio verborum *non vitiat contractum, nec ultimam voluntatem.* Bald.

25. Idem A. Mennæ P.P.

PRæpoſteri [27] reprehenſionem, quam novella conſtitutio [divi Leonis [28]] in dotalibus [29] inſtrumentis ſuſtuliſſe noſcitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus [30], quam teſtamentis [31] tollimus: ut tali exceptione [32] ceſſante, & ſtipulatio [33], & alii contractus, & teſtatoris voluntas indubitate valeant: exactione videlicet poſt [34] conditionem, vel diem competente, S. Dat. 7. Id. Decembr. DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

De forma teſtandi ſine ſcriptis.

26. Idem A. Mennæ P.P.

IN teſtamentis ſine [35] ſcriptis faciendis omnem formalem [36] obſervationem [37] penitus amputamus, ut poſtquam ſeptem teſtes convenerint, ſatis ſit voluntatem teſtatoris, vel teſtatricis ſimul omnibus manifeſtari [38], ſignificantis, *ad quos ſubſtantiam [ſuam] pervenire velit*, vel *quibus legata [dare], vel fideicommiſſa, vel libertates diſponere:* etiam [39] ſi non ante hujusmodi diſpoſitionem prædixerit teſtator, vel teſtatrix illa formalia [40] verba, *Ideo eoſdem teſtes conveniſſe* [41], *quod ſine ſcriptis ſuam voluntatem, vel teſtamentum componere cenſuit.* S. D. 4. Id. Decembr. *Conſtantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONSS. 528.

Quibus modis teſtamenta infirmantur: non decennii lapſu.

27. Idem A. Juliano P.P.

SAncimus, ſi quis legitimo modo condidit teſtamentum, & poſt ejus confectionem decennium [42] profluxerit, ſiquidem nulla innovatio, vel contraria voluntas [teſtatoris] apparuerit, hoc eſſe firmum. Quod enim non mutatur [43], quare ſtare prohibetur? quemadmodum enim, qui teſtamentum fecit, & nihil voluit contrarium, *inteſtatus* [44] efficitur? Sin autem in medio [45] tempore contraria teſtatoris voluntas oſtenditur: ſiquidem perfectiſſima [46] eſt ſecundi teſtamenti confectio: ipſo [47] jure prius tollitur teſtamentum: ſin autem teſtator tantummodo dixerit, *non voluiſſe prius ſtare teſtamentum*, vel aliis verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per teſtes idoneos, non minus tribus [48], vel inter acta manifeſtaverit, & decennium fuerit emenſum: tunc irritum eſt teſtamentum, tam ex contraria voluntate, quam ex curſu temporali. Aliter etenim teſtamenta mortuorum per decennii tranſcurſionem evaneſcere nullo patimur modo: prioribus [49] conſtitutionibus quæ ſuper hujusmodi teſtamentis evacuandis latæ fuerant, penitus antiquandis. Dat. 15. Kal. April. *Conſtantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

verſ. eod. enim caſu. Quid? teſtes quot, qualeſque in eo eſſe debent? ut quinque in eo adhibitos fuiſſe ſufficit, ita juratos eſſe oportet. *verſ. in qua voluntate.* Pone in poſteriore teſtamento heredes ab inteſtato, quique ab inteſtato defuncto ſucceſſuri erant, ſcriptos eſſe, & ſuperiora non fuiſſe ſervata: hoc eſt, poſterius teſtamentum coram quinque teſtibus non juratis factum? Prius teſtamentum valebit: etiamſi in eo ſcripti ſint extranei. *verſ. quo non facto. Synop. Baſil.* 35. *tit.* 2. *capite* 17. 5. Harm. 1. §. 40. 1 Prius teſtamentum poſteriore, ſolenni tamen, revocatur: niſi priore teſtamento extranei inſtituti fuerint, *ut hic. & l.* 2. *ff. de injuſto* poſteriore vero heredes venientes ab inteſtato: & poſterius illud teſtamentum quinque teſtibus juratis probari poſſit, *J. h.t.* quæ ut concurrant, poſterior tamen illa teſtatio non valebit ut teſtamentum, ſed ut voluntas inteſtati. *J. h.t.* Quid ſi in poſteriore illa teſtatione liberorum aliquis ſit præteritus? non valebit. Clarus 3. *ſentent.* §. *teſtam. quæſt.* 97. 2 *d. l.* 2. 3 Obſerva caſum ſpecialem, in quo cauſa inteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati. vid. Clar. *d. loc.* 4 Teſtamentum imperfectum dicitur, quod coram quinque tantum teſtibus etiam juratis, factum eſt: ſi tamen in eo ſucceſſuri ab inteſtato ſcripti heredes fuerint prius, in quo mere extranei ſcripti fuerunt, infirmatur hoc poſteriore, licet alias imperfecto, & ita hic caſus eſt, quo perfectum teſtamentum imperfecto tollitur.
5 *Synopſis Baſil. ibid.* Ratio dubitandi eſſe potuit, quod ea, quæ juris gentium ſunt, quavis lingua poſſe expediri videantur: quæ vero juris civilis ſunt (ut teſtamenta) nonniſi Latine, & ita olim Græce fideicommitti potuit, legari non potuit. Ulp. 25. §. 9. hodie poteſt. *l.* 14. *J. de manum. teſtam.* 6 Quovis ſermone teſtari poſſumus. *l.* 15. *ibid. vel in quolibet loquendi genere. ſupr. h.t. l. ult. ſupr. de teſtam. tut.* quovis ſermone fideicommittimus. *l.* 11. *ff. de legat.* 3. legamus. *l.* 14. *J. de manum. teſtament.* accepto ferimus. *d. l.* 14. dixi ad *l.* 8. *in fin. ff. de acceptil.* teſtimonium in teſtamento ferre poſſumus. *l.* 20. §. 9. *ff. qui teſtam.* vide *l.* 8. *ff. de fidejuſſoribus.* 7 Dictantes teſtamenta quinam ſunt? Poſſis hac voce intelligere, ut teſtes, ita juriſperitos, qui teſtamenta dictant. *l.* 88. *in fin. ff. de legat.* 2. *Novell.* 158. *in pr.* niſi malis intelligere ſcriptorem dictata excipientem, de quo *l.* 27. *ff. qui teſtam.* 8 Id eſt, communiendam. *l.* 32. *in fin. ff. de furtis.* 9 Legatarii quoque teſtamenta ſignant, velut ſubſcriptores. Olim legatarii teſtes eſſe non poterant ex Senat. Liboniano (id enim ut improbiſſimum genus falſi Plin. notat, 11. *epiſt. ult.*) hodie poſſunt *ut hic.* Idem etiam ante Scævolæ placuerat. *l.* 3. *in fin. C. Theod. de teſtam.* ratio extat in *l.* 14. *ff. de rebus dub.* facit *l.* 20. *ff. qui teſt. l.* 39. *ff. de leg.* 3. §. 11. *Inſt. de teſtam. ordin.* Symmachus 1. *epiſt.* Cum teſtamenti jure confecti fidem recitatio publicaret, calumnia inanis objecta eſt, *quod ſignatores neſcio quid legati ex eadem voluntate cepiſſent.* Adduntur etiam reſcripta quædam divalia, quibus adſtipulatio ejusmodi remota eſt, quæ ſuam juviſſe cauſam teſtimonio diceretur. Quaſi veriſimile eſſet exemplum, ut tenuis honor quo ſubſcriptores ob amicitiam defectus aſperſerat, legitimum poſſit abolere judicium. Nam ſi his legibus viveremus, *inimicis ſignatoribus tutius uteremur*, quorum offenſa nihil de teſtatore humanitatis exigeret. poteſt & alia reddi ratio, quod qui obſignant teſtamentum, quæ in eo contineantur, ſæpiſſime ignorent. *l.* 21. *ſupr. h.t.* nec ea ſemper neceſſe ſit teſtibus edi. *l.* 29. *J. h.t.* Teſtator tabulas teſtamenti tenens his verbis utebatur: *Hæc uti his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. itaque vos Quirites teſtimonium præbetote.* Ulpian. 20. §. 9. Hæc ratio magis placet, quam quæ a Triboniano adfertur, ideo legatarios admitti, quod univerſi juris ſucceſſores non ſint. §. 11. *Inſt. de teſt. ordin.* vid. Forner. 2. *ſelect.* 12. Cujac. 9. *obſerv.* 37. *in fin.*
10 In provinciis vero apud præſides, vel magiſtratus, vel defenſores. 11 Id eſt, publicari, inſinuari. Formulas inſinuationis vetuſtiſſimas hic adjicere viſum eſt ex Marculphi monachi libris, Cujacio ab Emaro Ranconeto communicatas. Cujac. 4. *ſent.* Paul. 6. §. 1. *Anno illo, ſub die illa, adſtante defenſore & omni curia illius civitatis*, Titius proſecutor dixit, *Peto, optime defenſor, vosque laudabiles curiales atque municipes, ut mihi codices publicos patere jubeatis. Quædam enim in manibus habeo, quæ geſtorum cupio allegatione roborari.* Defenſor & curiales dixerunt. *Patent tibi codices publici, perſequere quæ optas.* Proſecutor dixit. *Gajus vir illuſtris mihi mandavit, teſtamentum, ut mos eſt, geſtis municipalibus inſinuarem.* Defenſor dixit, *Mandatum quidem recitatum eſt, ſed teſtamentum quod præ manibus te habere dicis, etiam præſentibus nobis recitetur, & ut poſtulas, geſtis publicis firmetur. Poſt recitationem teſtamenti*, defenſor & curiales dixerunt. *Teſtamentum quod recitatum eſt, geſtis publicis inſeratur.* Proſecutor dixit, *Hoc amplius peto, optime defenſor, ut mihi geſta publice edantur.* Defenſor & ordo curiæ dixerunt. *Quia teſtamentum & mandatum rite condita, & bonorum virorum ſubſcriptionibus firmata cognovimus, æquum eſt ut geſta cum a nobis fuerint ſubſcripta & ab amanuenſi edita, tibi ex more tradantur, eademque in actis publicis conſerventur.* Pari modo acta in donationum inſinuatione conficiebant. Quemadmodum tabulæ teſtamenti mortuo teſtatore aperiantur, dicam ad *l.* 2. *J. quemadmodum teſt. aperiantur.* 12 Apud magiſtrum cenſus teſtamenta inſinuantur. *l.* 18. *ſupr. h.t.* Judices interdum munus id ſibi adrogarunt, ut & defenſores Eccleſiarum. *l.* 41. *S. de epiſc. & cler.* poſtea quæſtori munus id delatum. *Novell. Leon.* 44. Cæterum apud eundem magiſtrum cenſus donationes inſinuabantur, *l.* 30. *J. de donationibus.* 13 Eadem verba extant in *d. l.* 41. 14 Protribunalium. Cujac. *ad l.* 7. §. 13. *in verbo ſi paciſcar. ff. de pactis.* 15 Promiſcuis actibus turbari officia abſurdum eſt. *Goth.* Nota, Artifex unus non poteſt uti officio alterius, *l. quicunque. J. de executor. & actor.* & ita in cancellaria Luſitaniæ judicatum refert Cabed. *deciſ.* 158. Anſ.
16 Clericum fori peritia atque diſceptatio dedecet. 17 Pœna quinquaginta librarum auri. 18 Cujac. *conſult.* 3. hinc colligit teſtamenta etiam inſinuari poſt mortem teſtatoris. Negat tamen idem in donatione eſſe. facit *l.* 30. *J. de donat.* 19 Incongrua inſinuatio teſtamento non præjudicat. Ideoque teſtamentum coram competenti judice poſtea inſinuari poteſt. 20 Incongrua inſinuatio fit coram judice incompetenti.
21 Verborum ambiguitas, ſi a tabellionis errore procedit, non vitiat. 22 Olim ante heredis inſtitutionem inutiliter legabatur. Ulpian. 24. §. 15. Paul. 3. *ſent.* 6. §. 2. Hodie utiliter legatur. §. 34 *Inſt. de legatis.* 23 *l.* 9. *ff. de hered. inſt.* 24 Tabellio non poteſt ea in teſtamento ſupplere, quæ teſtator omiſit. 25 Vid. *l.* 2. *ſupr. de eunuchis.*
26 Tabellionis error teſtamento *ut hic*, ut & contractui non nocet: ideoque mutari poteſt. *l.* 92. *D. de reg. juris.* 27 Præpoſteratio verborum, neque contractus, neque ultimas voluntates vitiat. Cæterum de hoc præpoſterationis vitio, vid. *l.* 24. *ſupr. h. t.*
28 Num eſt. *l.* 25. *ſupr. de jure dot.* Accurſius putat, & male: nihil enim ad rem pertinet: dotis præpoſteratæ mentio fit ex *Leone* §. 13. *Inſt. de inutil. ſtipul.* 29 De præpoſteratione in dotalibus inſtrumentis, vid. *hic. &* §. 13. *Inſt. de inutil. ſtipul.* 30 De præpoſteratione in contractibus. 31 De præpoſteratione in teſtamento. facit *l.* 14. *D. de pecul. legat.* 32 De exceptione præpoſterationis, vid. *l.* 5. *ſupr. de hered. act.*
33 Vitium præpoſterationis non vitiat ſtipulationem. *d.* §. 13. *l.* 64. *D. de verb. oblig.*
34 Præpoſtera eſt ſtipulatio, quoties ſtipulamur nobis dari ante eventum conditionis aut diei. dixi ad *d. l.* 64. Hujusmodi præpoſteratio actum non vitiat, ideoque poſt conditionem & diem ex ea agi poterit, *ut hic.* 35 Sine ſcriptis quemadmodum teſtemur. adde *l.* 21. §. 2. *ſupr. h.t.* 36 Formalis obſervatio hic eſt, quæ in teſtamentis ſcriptis exigebatur olim. vid. *h. l. in fin.* 37 Vid. *l.* 15. *ſupr. h.t.* 38 *l.* 8. *ſupr. qui teſtam.*
39 35. *Ecl.* 2. *c.* 20. abrogatur per nuncupationem. *l.* 21. §. 1. *ſupr. h.t.* id in teſtamento cæci locum non habet. *l.* 8. *ſupr. tit. prox.* 40 Formalia verba. ſic formale pretium. *l.* 63. *in fin. D. ad leg. Falc.* Eadem formalia verba, de quibus hic agitur, in teſtamento ſcripto erant etiam adjungenda, ut oſtendit lex 3. *C. Th. de teſtam.* 41 Puto legendum *convocaſſe*, nam apud autorem Synopſ. 35. *tit.* 1. *c.* 20. legitur μετεκαλέσατο. 42 35. *Ecl.* 2. *c.* 21. olim decennio infirmabatur teſtamentum. *l.* 6. *C. Theod. de teſtam.* hodie non infirmatur, niſi teſtator aperte declaraverit ſe in eo non perſeverare, *ut hic:* Nuda voluntate infirmatur, concurrente decennio. Nuda voluntas non eſt ſilentium, ſed conſenſus quovis modo expreſſus, vel revocatio expreſſa, minus tamen ſolennis, quemadmodum legata & fideicommiſſa revocari poſſint, vid. *l.* 3. *D. de adimend. vel transf. leg.* Goth. Vid. Vaſq. *de Succeſſ. creat.* §. 17. *num.* 75. Gillen. *h. l. num.* 13. Ant. Merend. *controv. lib.* 3. *cap.* 45. & comment. noſtra ad edictum perpetuum 12. *Jul.* 1611. *art.* 11. 12. *& ſeq.* §. 90. Anſ.
43 Stat, quod non mutatur. Permiſſum intelligitur quod non prohibetur. *l.* 5. *l.* 7. *S. de relig.*
44 Teſtamento poſteriore ſolenni, prius quaſi ad cauſam inteſtati redit. 45 Papon. 20. *Arreſt.* 1. *num.* 3. Hoſtienſem ſecutus & Arreſtum quoddam Gratianopolitanum, putat, intermedio etiam decennii tempore, teſtamentum revocatum minus ſolenniter, completo decennio omnino revocatum. 46 Hoc eſt, non nuda. adde §. 7. *Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* 47 Poſteriore teſtamento prius teſtamentum jure tollitur.
48 Quæ fit tribus tantum præſentibus teſtibus revocatio, minus eſt ſolennis: ſi tamen tali revocationi decennium acceſſerit, habebitur pro ſolenni, tres alioqui teſtes non ſufficiunt, niſi tempore etiam decennii antiquatum fuerit teſtamentum. 49 Et ita abrogatur *l.* 6.

De

De uno contextu, & de uno actu interveniente. I. *De subscriptione.*

28. Idem A. Juliano P. P.

CUm antiquitas testamenta fieri voluerit nullo actu [1] interveniente, & hujusmodi verborum compositio non rite interpretata pene in perniciem, & testantium, & testamentorum processerit: sancimus in tempore quo testamentum conditur, vel codicillus nascitur, vel ultima quædam dispositio secundum pristinam observationem celebratur (nihil enim ex ea penitus immutandum esse censemus) ea quidem, quæ minime necessaria sunt, nullo procedere modo: quippe causa subtilissima proposita, ea quæ superflua [2] sunt, minime debent intercedere. Si quid autem necessarium [3] evenerit: & ipsum corpus laborantis respiciens contigerit; id est, [4] vel victus necessarii, vel potionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur, vel si quis necessarius naturæ usus ad depositionem superflui ponderis immineat, vel testatori, vel testibus: non esse ex hac causa testamentum subvertendum, licet morbus comitialis, (quod & factum esse comperimus) uni ex testibus contigerit, sed eo quod urget, & imminet, repleto, vel deposito, iterum solita per testamenti factionem adimpleri. † Et si quidem a testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis, *cum coram his facere aliquid naturale testator erubescat*: iterum introductis testibus consequenter factionis testamenti procedere. Si tamen in quendam, vel quosdam testium aliquid tale contingat: si quidem ex brevi [5] temporis intervallo necessitas potest transire: iterum eorundem testium reversum expectari [6], & solennia peragi [sancimus.] Sin autem longiore spatio refectio fortuiti casus indigeat, [&] maxime si salus testatoris periclitantis immineat: tunc illo, vel illis testibus circa quos aliquid tale eveniet, separatis alios surrogari [7] & ab eo, vel ab eis, tam testatorem, quam alios testes sciscitari, si ea, quæ eorum præsentiam antecedunt, [omnia] coram his processissent. Et si hoc fuerit undique manifestum: jubemus, tunc eos, vel eum una cum aliis testibus ea quæ oportet facere, etsi [8] in medio subscriptiones testium jam fuerant subsecutæ. Sic enim, & naturæ [9] medemur, & mortuorum elogia in suo statu facimus permanere. §. I. Cum autem constitutione [10], quæ de testamentis ordinandis processit, cavetur, quatenus septem testium præsentia in testamentis requiratur, & subscriptio a testatore fiat, vel ab aliquo pro eo, & constitutio sic edixit, *Octavo subscriptore adhibito*: & quidam testamentum suum omne [11] manu propria conscripsit, & post ejus literas testes adhibiti [suas] subscriptiones supposuerunt, aliaque omnia solenniter in testamento peracta sunt, & testamentum ex hoc dubitabatur, an irritum factum esset: eandem constitutionem corrigentes [12] sancimus, *si quis sua manu totum* [13] *testamentum, vel codicillum conscripserit, & hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod hæc sua manu confecit: sufficiat ei totius testamenti scriptura*, & non [14] alia subscriptio requiratur [neque [15] ab eo,] neque pro eo ab alio: sed sequantur hujusmodi scripturam, & litteræ testium, & omnis quæ expectatur observatio: & sic testamentum validum, & codicillus [16], si quinque [17] testium litteræ testatoris scripturæ coadunentur, in sua firmitate remaneant, & nemo callidus machinator hujusmodi iniquitatis in posterum inveniatur. Dat. 6. Kalend. April. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Ut heredis nomen *a testatore scribatur, vel nuncupetur.*

29. Idem A. Joanni P. P.

JUbemus, omnino testatorem, si [18] vires habeat ad scribendum, nomen *heredis*, vel *heredum* in sua subscriptione, vel in quacunque parte testamenti ponere: ut sit manifestum, secundum illius voluntatem hereditatem esse transmissam. Sin autem forsitan ex morbi acerbitate, vel litterarum imperitia [19] hoc facere minime potuerit: testibus testamenti præsentibus, nomen, vel nomina heredis, vel heredum ab eo nuncupari, ut omnimodo sciant testes, qui sint scripti heredes: & ita certo heredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator, qui neque scribere, neque articulate [20] loqui potest: mortuo [21] similis est, & falsitas in elogiis committitur. Quam, ut exul fiat a Repub. nostra, maxime in testamentorum confectione, cupientes, hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus. Quod si non fuerit observatum, & nomen heredis, vel heredum [22] non fuerit manu testatoris scriptum, vel voce coram testibus nuncupatum: hoc testamentum [stare] minime patimur [23], vel in totum, si tota heredum nomina fuerint prætermissa: vel in ejus heredis institutionem, cujus nomen neque lingua, neque manus testatoris significavit. † Sed ne aliqua forsitan oblivio testium animis incumbat, pluribus interdum nominibus [heredum] expressis: ipsi testes in suis subscriptionibus (cum testator hæc non scripserit, sed nuncupaverit) eorum nomina subscribere non differant ad [24] æternam rei memoriam. Sin vero ipse testator in qualicunque parte testamenti nomina heredum (sicut dictum est) scripserit: supervacuum est [postea] testes in sua subscriptione hæc exprimere: cum forsitan nec eos scire testator suos heredes voluerit, & semel causa ex ipsius testatoris scriptura appareat. Oportet enim omnimodo, vel ex literis testatoris, vel ex voce quidem testatoris, literis [25] autem testium qui ad elogium conficiendum fuerint convocati, nomina manifestari heredum. Quemadmodum enim in elogio [26] quod sine scriptura conficitur, necesse est testatorem voce exprimere nomen, vel nomina heredum: ita, & in testamentis per scripturam conficiendis, cum ipse testator manu sua scribere heredes, vel noluerit, vel minime potuerit, voce tamen ejus eos manifestari oportet. Quæ in posterum tantummodo observari censemus: ut quæ testamenta post [27] hanc Novellam nostri numinis legem conficiuntur, hæc cum tali observatione procedant. Quid [28] enim antiquitas peccavit, quæ præsentis legis inscia, pristinam secuta est observationem? Scituris, & tabellionibus, & his, qui conficienda testamenta procurant, quod si aliter facere ausi fuerint, pœnam falsitatis [29] non evitabunt, quasi dolose in tam necessaria causa versati. Dat. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

In AUTHENT. ut sponsal. larg. §. quia vero. coll. 9. tit. 2.
Novell. 119. cap. 9.

ET [30] *non observato eo, subvenitur testamentis, sive per se, sive per alium quis inscribat nomen* heredis.

Si testator testamentum jure factum inciderit, vel signa removerit.

30. Idem A. Joanni P. P.

NOstram provisionem [31], maxime circa ultima elogia defunctorum, nunc [etiam] extendi properamus. Unde cum invenerimus quasdam controversias veteribus juris interpretatoribus exortas, propter testamentum, quod legitimo modo conditum, septemque testium signa habens, postea fortuito casu, vel [per] ipsius testatoris operam lino toto, vel plurima ejus parte incisa, in ambiguitatem incidit: solitum ei præbemus remedium, sancientes, si quidem testator linum [32], vel signacula inciderit, [vel abstulerit,] utpote ejus voluntate [33] mutata [34], testamentum non valere [35]. Sin autem ex alia quacunque causa hoc contigerit: durante testamento scriptos [heredes] ad hereditatem vocari, maxime cum nostra constitutio, quam pro tuitione testamentorum promulgavimus, testatorem disposuerit, vel sua [36] manu nomen heredis scribere, vel si imperitia litterarum, vel adversa valetudine, seu alio modo hoc facere non possit: testes ipsos audito nomine heredis, sub præsentia ipsius testatoris nomen heredis suis subscriptionibus declarare. Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De rusticis.

31. Idem A. Joanni P. P.

ET ab antiquis legibus, & a diversis retro Principibus [37] semper rusticitati [38] consultum est, & in multis legum subtilitatibus stricta observatio eis remissa, quod ex ipsis rerum invenimus documentis. Cum enim testamentorum ordinatio sub certa definitione legum instituta sit: homines rustici [39], & quibus non est litterarum peritia, quomodo possunt tantam legum subtilitatem custodire in ultimis suis voluntatibus? Ideoque ad Dei humanitatem respicientes, necessarium duximus per hanc legem eorum simplicitati subvenire. Sancimus itaque, in omnibus [40] quidem civitatibus, & in castris Orbis Romani, ubi & leges nostræ manifestæ sunt, & litterarum viget scientia: omnia quæ in libris nostrorum Digestorum, seu Institutionum, & imperialibus sanctionibus, nostrisque dispositionibus in condendis testamentis cauta sunt, observari, nullamque ex præsenti lege fieri innovationem. † In illis vero locis [41], in quibus raro inveniuntur homines litterati [42], per præsentem legem rusticanis [43] concedimus antiquam eorum consuetudinem [44] legis vicem obtinere: ita tamen, ut ubi scientes litteras inventi fuerint, septem testes (quos ad testimonium convocari necesse est) adhibeantur, ut unusquis-

C. Th. de Testam. 1 Nullus actus alienus testamento intermiscendus. *l.* 21. *in fin. ff. qui testam.* alio tempore testes adhiberi non possunt, alio subscriptores. §. 3. *Inst. h. t.* 2 Superflua dicuntur quæ minime sunt necessaria. 3 Necessarius actus testamento alienus, usurpatus, testamenti consequentiam non vitiat, sic Umbro apud Macrob. 1. *Saturn.* 16. negat eum pollui, qui feriis opus vel ad deos pertinens, sacrorumve causa fecisset, vel aliquid ad urgentem vitæ utilitatem respiciens actitasset: unde Scævola consultus quid feriis agi liceret, respondit, quod prætermissum noceret. Quapropter si bos in specum decidisset, eumque patersamilias adhibitis operis liberasset: non est visus ferias polluisse: nec ille qui trabem tecti fractam fulciendo ab imminenti vindicavit ruina. Qua ratione Virgilius *Georg.* 1. notat licuisse festis diebus ovem non lanæ purgandæ, sed scabiei curandæ gratia, fluvio mersare salubri, ubi salubri dixit, avertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum, purgandæ lanæ causa. 4 Necessarii actus qui. 5 Necessarius actus qui intermiscetur, brevis esse debet, non longi spatii. 6 Exspectari possunt testes necessitate aliqua naturali impediti. 7 Testes alii subrogantur in locum testium qui longiore spatio ob actum necessarium detinentur. 8 Quinque ex septem testibus subsignant, duo necessitatis causa abesse coguntur, alii duo eorum loco subrogantur: estne ab integro testamentum inchoandum? non est: subrogati intermediis subscriptionibus præcedentium signa sua possunt adjicere. 9 Id est, necessariis impedimentis. 10 *l.* 21. *vers. quod si literas. supr. h. t.* 11 Testamentum holographum est quod testator omne manu propria conscripsit, *ut hic, & infr. h. t.* Isidor. 4. *c.* 14. Valentin. *Nov.* 2. *de testam.* quod eleganter Græci vocant, μυςικὴν διαθήκην, quia secretum testatoris testibus non enunciatur. 35. *Eclog.* 2. περὶ διαθήκης μυςικῆς, 4. Harm. 1. *cap.* περὶ μυςικῆς διαθήκης. Leo *Novell.* 69. κατὰ τὸν μυςηριώδη τρόπον & μυςικωτέρας διατάξεις. & διατάξεις ἐν μυςηρίῳ κειμένας. 12 Emendatur *l.* 8. *l.* 21. *supr. h. t.* 13 Testamenti holographi descriptio. 14 Holographo in testamento subscriptio testatoris non exigitur. In scriptura privata testatoris non requiritur subscriptio. *Bald.* adde 35. *Eclog.* 2. *cap.* 13. non exigebantur testes ex Nov. Valentiniani, quæ tamen non obtinuit. 15 In testamento holographo non requiritur subscriptio testatoris aut alterius ejus loco. 16 Codicillus dicitur in singulari ut *l.* 14. *supr. h. t.* 17 Codicillus quinque testibus munitur. 18 Heredis nomen olim manu testium scribi potuit. §. 4. *Inst. h. t.* manu testatoris, litterarum tamen periti, scribi hic jubetur, ut & *Novell.* 66. *cap.* 1. §. 1. Hodie per quasvis personas potest subscribi heredis nomen. *Novell.* 119. *cap.* 9. *Auth. proxim. infr.* 19 Heredis nomen ab imperito testatore nuncupari debet. *l.* 21. *ff. qui testam.* 20 Articulate loqui quid sit vide in *l.* 7. *ff. de supellect.* §. 2. dixi quædam ad *l.* 15. *supr. h. t.* 21 Mortuo similis, qui neque scribere, neque articulate loqui potest. Talis est mutus & surdus natura, de quo dixi ad *l.* 10. *supr. qui testament.* Inde etiam colligunt, heredem nutu institui non posse. De nutu dixi ad *l.* 52. §. 10. *ff. de oblig. & act.* 22 Vide *l.* 25. *ff. qui testam.* 23 Hoc abrogatum *d. Nov.* 119. *c.* 9. 24 Testamenti scriptura in æternum probat. 25 Id est, scriptura. 26 Testamento. 27 Vide *l.* 7. *supr. de legibus.* 28 *Novell.* 66. *c.* 1. *in pr. vers.* Cur enim. 29 Testamentum non solenne falsum esse, juris & de jure præsumptione colligitur, Malumbra & Bart. in *l. si post* 4. *supr. de jur. & fact. ignor.* Bald. in *l. quoties* 9. *ff. de hered. inst.* Cyn. & Angel. *hic.* falsum inquam sicut tabellio ob omissas solennitates falsi puniri possit, *ut hic.* An idem in quovis alio instrumento non solenniter facto? non idem. Alex. Riminald. Jas. *hic.* Imola in *d. l. quoties* 9. Ruin. 5. *cons.* 145. Quid? non solenne testamentum aliis in omnibus casibus estne falsum vel pro falso habetur? vide apud Mantic. 2. *de conjectur.* 3. ubi refert falsum de quo hic, intelligi cum tabellio nomen heredis scripsit, quod testator non voce, sed nutu indicavit: quod ut maxime hic sit verum, locum tamen non habere censet in testamento ad pias causas & codicillis, quod legata nutu possint relinqui. *cap. cum tibi.* 13. *x. de testament. l. nutu.* 21. *ff. de leg.* 3. *l. & in epistola.* 22. *J. de fideicomm.* 30 Hoc est, non cogitur hodie testator manu sua heredis nomen scribere. 31 Hæc lex est 24. decisio ex 50. novis Justinianeis. vid. Inglois. *Ans.* 32 Testamentum a testatore consulto incisum, cuive signacula ablata, non valet, *ut hic. l.* 28. §. 1. *ff. de liberal. l.* 1. § 8. *ff. unde lib.* 33 Aliud est si casu, vel a muribus linum corrosum sit. *l.* 1. §. *ult. ff. de B. P. secund. tab.* 34 Quod ex ipsa cancellatione præsumitur. *Bald.* præsumitur etiam facta in continenti cancellatio. Bald. *hic.* 35 Ut eo casu hereditas ad heredes ab intestato deferatur: hoc enim velle videtur qui testamenti tabulas incidit. Baldus *hic.* Quid, ipsone jure an ope exceptionis testamentum tollitur? ope exceptionis. *l.* 11. §. 2. *ff. de B. P. secund. tab.* adde *l.* 36. §. 3. *ff. de testam. milit.* Quid, si unicum tantum exemplar testamenti incisum? fides alterius non perit: nisi probetur ea mente testatorem incidisse, ut intestatus moreretur. *d.* §. 2. *l. ult. ff. de his quæ in test. delent.* 36 *l.* 29. *supr. h. t.* 37 *l. pen. supr. qui admitt. ad bon. poss.* 38 *l.* 3. §. 22. *ff. de SC. Silan.* quemadmodum rustici scripto & per nuncupationem testari possunt. Testamentis quæ ruri fiunt, diligens observatio remittitur. 39 *Rusticani*, Haloand. 40 55. *Eclog. l.* 2. *cap. ult.* 41 In agris pauci reperiuntur scribendi periti. *Novell.* 73. *c.* 9. *vers.* *Hæc autem.* 42 Quos Græci γράμματα ἐπιςαμένους vocant 35. *Eclog.* 2. *c. ult. & J. scientes litteras* dicuntur. 43 Puto hanc constitutionem non tantum pertinere ad ipsos rusticos, sed ad cives, si forte de scripto ruri testari voluerint. 44 Consuetudo Rusticorum vicem legis obtinet.

que pro sua persona subscribat. Ubi [1] autem non inveniuntur litterati, septem [2] testes etiam sine scriptura testimonium adhibentes admitti. Sin autem in illo loco minime inventi fuerint septem testes, usque ad quinque [3] modis omnibus testes adhiberi jubemus: minus autem nullo modo concedimus [4]. Si vero unus, aut duo, vel plures fuerint litterati, liceat eis pro [5] ignorantibus litteras, præsentibus tamen subscriptionem [6] suam interponere: sic [7] tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem: & maxime quem, vel quos heredes sibi relinquere voluerit: & hoc post mortem testatoris jurati deponant. Quod igitur quisque rusticorum (sicut prædictum est) pro suis rebus disposuerit, hoc omnimodo, legum subtilitate remissa, firmum, validumque consistat. Dat. 3. Non. Jul. *Constantin.* DN. JUSTINIANO A. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534. * 8.

TIT. XXIV.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS [9], ET QUÆ PERSONÆ HEREDES INSTITUI NON POSSUNT.

De Deportatis *non instituendis heredibus.*

1. Imp. TITUS ÆLIUS ANTON. A. Antestiano.

QUi deportantur [10], si heredes scribantur, tanquam peregrini [11] capere non possunt, sed hereditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent. Sine die, & consule.

De Residui *appellatione.*

2. Imp. ANTONINUS A. Cælitio.

PAter tuus, si ex residua parte heres institutus est, quam alter heres scriptus capere [12] non poterat, isque ad nullam partem hereditatis per conditionem suam admitti potuit: ex asse heres extitit: Nam *residui* commemoratio etiam totum admittit. PP. 15. Kalend. Julii, *Romæ*, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De errore testatoris in persona heredis.

3. Imp. ALEXAND. A. Vitali militi.

CUm [13] proponas Alexandrum equitem testamento primo loco Julianum, *ut* [14] *libertum suum* heredem instituisse, eique substituisse his verbis, *Quod si ex aliqua causa primus heres hereditatem meam adire noluerit* [15], *vel* [16] *non potuerit: tunc in* [17] *locum ejus secundum heredem substituo Vitalem:* post mortem autem testatoris Julianum servum communem [18] fuisse defuncti militis, & Zoili fratris ejus apparuerit: an tu ex substitutione admittaris, voluntatis [19] est quæstio. Nam si credens eum proprium, & suum libertum heredem instituit, nec per eum ad alium quemquam hereditatem pertinere voluit, extitit conditio substitutionis: tibique hereditas delata est [20]. Quod si verba substitutionis subscriptæ ad jus retulit, ut si nec per semet ipsum alium fecisset heredem (potuit [21] enim, quamvis jubente domino, nolle adire) ita demum substitutus vocaretur: si tamen paruerit domino, & adierit, substitutioni locus non est. PP. 6. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

4. Imp. GORDIANUS A. Ulpio.

SI pater tuus eum quasi [22] *filium* [*suum*] heredem instituit, quem falsa opinione ductus suum esse credebat, non instituturus, si alienum [23] nosset, isque postea subditus esse ostensus est: auferendam [24] ei successionem, Divorum Severi, & Antonini placitis continetur. PP. Pridie Non. Octob. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

Si uxor nominetur affinis.

5. Idem A. Cassiano.

NOn ideo minus uxor tua jure heres videtur instituta, quod non uxor, sed *affinis* [25] testamento nominata est. PP. 5. Kal. Octob. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De institutione facta animo compensandi.

6. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Antonio.

SI compensandi debiti gratia uxor maritum fecit heredem: desiderio tuo præter portionem hereditatis debitum [26] [quoque] restitui postulantis, non tantum juris severitas [27], verum etiam defunctæ voluntas refragatur. PP. 12. Kal. Mart. PRÆSENTE, & ALBINO CONSS. 247.

De adoptato in locum fratris.

7. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. Zinoni.

NEc [28] apud peregrinos [29] fratrem [30] [sibi] quisquam per adoptionem facere poterat. Cum igitur, quod patrem tuum voluisse facere dicis, irritum sit, portionem hereditatis, quam is, adversus quem supplicas, velut adoptatus [31] frater heres institutus tenet, restitui [tibi [32]] Præses provinciæ curæ habebit. PP. 3. Non. Decemb. DIOCLETIANO II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De collegiis.

8. Iidem AA. Hadriano.

COllegium [33], si [34] nullo speciali [35] privilegio subnixum sit, hereditatem capere non posse [36] dubium non est. PP. 10. Kal. Jun. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De institutione, cum quis morietur.

9. Iidem AA. & CC. Juliæ.

EXtraneum [37] etiam, *cum* [*quis* [38]] *moreretur*, heredem scribi [sibi] placuit. PP. 16. Kal. Novemb. *Sirmii*, AA. CONSS.

De his, quibuscum factio testamenti non est.

10. Iidem AA. & CC. Asclepiadæ.

NEque [39] per se heredes institutos, quibus hoc concessum [40] non est, neque per servos proprios hereditatem posse quærere, juris dictat ratio. S. 16. Kalend. Septemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De ignoto testatori.

11. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hierio P. P.

EXtraneum etiam penitus ignotum [41] heredem quis instituere potest. Dat. 11. Kal. Mart. *Constantinop.* FELICE, & TAURO CONSS. 428.

1 Puta in agris, in itineribus. Leo *Novell.* 41. *Novell.* 43. *in fin.* in agris vel itineribus tres testes sufficere ait. 2 In testamento rusticani nuncupativo septem testes requiruntur. 3 Rusticani scripto testari possunt quinque tantum testibus præsentibus, si plures haberi non poterunt. 4 Idem numerus requiritur contagionis tempore. *l.* 8. *supr. h. t.* 5 Ex *Novella Leonis* 43. per scribendi ignaros testamenta confirmari possunt. 6 Subscriptionis necessitas remissa est *constitutione Leonis* 42. 7 35. *Eclog.* 2. *cap. ult.* 8 In quibusdam notatur hic deesse Græcam constitutionem.

9 Dixi ad *L.* 28. *ff.* 5. 10 Deportati institutio habetur pro non scripta. 11 Peregrinus heres institui non potest, *ut hic*, & *l.* 6. §. 2. *ff. h. t. l.* 10. §. 6. *ff. de in jus voc. l.* 1. §. 2. & 3 *ff. de leg.* 3. Ulp. 17. §. 1. & 22. §. 2. adde quæ scripsi de peregrino ad Ulp. 5. §. 8. Testatorem, testes & heredes cives esse oportet. *l.* 36. *C. Th. de hæret. l.* 31. 32. *ff. de jur. fisc.* Peregrinus quoque testamentum facere in loco peregrino non potest, quoad bona in eo loco sita, *l.* 1. *in verb. quicunque civis. ff. ad leg. Falc.* per fideicommissum tamen institui poterat. vide Theoph. §. 1. *Inst. de fideic. hered.* Addantur & hæc, Peregrinos habitos fuisse, qui non cives Romani essent. vide *l.* 6. §. 2. *ff. h. t.* qui de dedititiorum numero erant. Ulp. *tit.* 22. §. 2. qui aqua & igni interdicti. Ulp. *tit.* 10. §. 3. in certum locum deportati & ἀπόλιδες. *l. sunt quidam.* 17. §. 1. *ff. de pœn. l.* 1. §. *hi quib.* 2. *ff. de legat.* 3. Atque his quidem omnibus jus redditum a prætore, qui peregrinus ideo dicebatur. *l.* 2. §. 28. *ff. de orig. jur.* cæterum peregrini in his quæ sequuntur, differebant a civibus. Inter solos cives capiendi jus ex testamento civium erat: unde peregrinus nihil ex testamento civis Romani capere poterat, *ut hic.* civium duntaxat testamenta rata Romæ habebantur, *arg. l.* 1. *ff. ad l. Falc.* Ulp. 22. inter solos cives justæ nuptiæ. *pr. Inst. de nupt.* concubinæ. Ulp. *tit.* 5. Boet. *in Topic.* Cic. Senec. 4. *de benef.* 35. Jus patriæ potestatis. *pr. Inst. de pat. potest.* Jus patronatus. *l.* 10. §. 6. *ff. de in jus voc.* solennis per nexum abalienatio. Cic. *in Topic.* præscriptio ante Justinianum tamen, & quidem ex veteri illa sententia ac regula. *Adversus hostem* (is erat peregrinus) *æterna auctoritas esto.* Cic. 1. *offic.* soli cives militabant. *l.* 6. *l.* 7. *infr. qui milit. poss.* verberibus cædi non poterant & in crucem agi. *Act. Apost.* 22. *vers.* 25. Cic. 5. *Ver.* honores Romæ gerebant soli cives. *l. Barbarius* 3. *ff. de offic. Præt.* suffragia ferebant, toga utebantur. dixi ad *l.* 32. *ff. de jur. fisc.* ac prætexta. 1. *Macrob.* 6. Prænominibus etiam carebant peregrini, quæ tum demum, cum in civitatem adsciscebantur, assumebant. Cic. 13 *epist. ad Attic.* unde gentilitia quoque Romanorum nomina peregrinos usurpare vetuit Claudius, & civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit. Suet. *Claud.* 25. permagni interesse existimans, ad decus & ornamentum civitatis, nominum societate peregrinos Romanis civibus jungi. His adde quæ de peregrino dixi ad Ulp. 5. §. 8. Placet & hoc addi ex Cicer. 1. *offic.* Peregrini & incolæ officium esse, nihil præter suum negotium agere, nihil de alio inquirere, minimeque in aliena Repub. curiosum esse. & 1. *de orat.* lex peregrinum vetat in murum ascendere. Peregrino jubemur dare vel vendere, ut comedat. *Deut.* 14. *vers.* 21. Jubebantur & Judæi eum non contristari vel affligere *Exod.* 22. 23. nec convicio afficere: quinimo jubebantur eum diligere. *Levit.* 19. *vers.* 33. & circumcidere, cupientem Judæum fieri. *Exod.* 12. In Italia raro suscepti, nisi jus hospitii prius habuissent: unde nec ab Evandro Hercules susceptus est antequam morte Caci virtutem suam probasset. Serv. *Æneid.* 8. Prætexta uti non poterant. Macrob. 1. *Saturn.* 6. nec toga, vide Suet. *Claud.* 15. honores tamen eis habiti, si pop. Romanus eorum opera usus fuisset. *Liv.* 22. & 27. Consules etiam quidam facti. 7. Plin. 43. ubi de Cornelio Balbo: & in Senatum allecti. Sueton. *Jul.* 80. Pœnæ species etiam fuit in peregrinitatem redigi. Suet. *Claud.* 16. & 25. Hodie peregrini testati & intestati apud nos hereditatem suam ad scriptos heredes, vel agnatos aut cognatos transmittunt. *Auth. omnes peregrini. J. com. de success.* 12 *l.* 78. *in fin. ff. h. t.* 13 *l.* 78. 79. & 80. *ff. h. t. l.* 95. *l.* 160. *ff. de verb. sign.* 14 Ubi quem quis instituit ut libertum, non alias instituturus si is libertus non sit, omnino inutilis institutio est. *l.* 7. *supr. de milit. test.* vide Cujac. 17. *observ.* 21. 15 Substitutionis vulgaris non pupillaris hæc verba sunt. vid. Cujac. 17. *observ.* 21. ad hos enim duos casus porrigitur substitutio vulgaris. 16 Substitutio vulgaris *si heres non erit*, intelligenda est, *si noluerit, vel non potuerit, ut hic:* vide tamen exceptiones duas apud Soc. *reg.* 386. 17 Te ut libertum meum heredem institui, communis eras: num recte institutus es? Si te ut meum certa opinione institui, non recte: si ut communem, recte institui. 18 *l.* 37. §. 2. *ff. de legat.* 3. vid. Cujac. 10. *obs.* 40. 19 Puta utrum instituturus eum fuerit, si servum communem nosset. 20 Liber non est, nec institutio valet. *l.* 13. §. 3. *ff. de testam. milit.* 21 Imo non potuit. *l.* 21. *infr. de jure delib.* 22 Institutio facta de aliquo tanquam de filio, cum non sit filius, habetur pro non facta. vid. *l.* 5. *supr. de testam. milit.* adde *l.* 9. *ff. de hered. instit.* 23 Id est, supposititium. *l.* 46. *ff. de jure fisci.* 24 Non a fisco: sed ab heredibus ab intestato. *l. cum tabulis* 16. *ff. de his quæ ut indignis.* quia falsa opinione testator instituit. 25 Institutio non vitiatur, si uxor appelletur adfinis. adde *l.* 4. *l.* 5. *supr. de testam.* merito: inter virum enim & uxorem constituitur quasi quædam affinitas. *l.* 8. *ff. de condict. causa data.* 26 Aliud erit si quid relictum fuerit debitori non compensandi debiti animo. *l.* 7. *supr. de neg. l.* 6. *supr. de hereditar. act. l.* 6. *J. de bon. autor. jud.* vide *l.* 85. *ff. de legat.* 2. *l.* 12. *ff. ad legem Falcid. l.* 20. *ff. de cond. inst.* 27 Legis Papiæ, quæ vetat conjuges inter se ex testamento capere, nisi compensandi causa. *Cont.* 28 Ἀδελφοποιΐα non admittitur: ne quidem inter exteros. Nam adoptio naturam imitatur: at nemo sibi fratrem gignit. Pone, Peregrinum (qui mihi natura frater non erat) heredem institui sub fratris nomine, heredem propterea non facio, quod fratrem appellavi: quum lex factam per adoptionem fraternitatem prohibeat. *Synops. Basil.* 35. *tit.* 13. *c.* 15. & *ibi Scholiast.* Quid si peregrinum, mihi tamen cognatum adoptavi & heredem institui? Scholiastes *illo loco* notat, valere adoptionem & institutionem. Quid si adrogavi quasi fratrem & heredem institui? institutio non valet: ita ut hujusmodi adoptio & institutio possit per liberos adoptantis revocari *Syn.* & *Schol. illo loco.* licet tamen, fratris nomine adjecto, instituere eum, qui non sit frater: eum denique quem fraterna charitate diligo *Græci ibi. l.* 58. §. 1. *ff. de hered. inst.* Cæterum ut ad ἀδελφοποιΐαν revertar, earum rerum numero habetur, quæ fieri nequeant aut non soleant, unde & matrimonium non impedit, adoptio enim naturam imitatur: at nemo sibi fratrem gignit. 4. Harmen. 6. §. 20. 29 Παρὰ τοῖς ἔξω Ῥώμης οἰκοῦσι apud eos qui extra Romam habitant. *Synops. Basil.* 35. *tit.* 13. *c.* 15. & 5. Harm. 8. §. 106. 30 Adoptari nemo potest ut frater. vid. *l.* 14. *in fin. infr. de fideicomm.* potest tamen quis ita heres institui, ut nomen familiæ & arma seu insignia ferat. Papon. 10. *Arrest.* 1. §. 15. vide *l.* 7. *l.* 63. §. 10. *ff ad SC. Treb. l.* 19. §. 6. *ff. de don.* Cic. 7. *ad Attic.* 8. & 8 *famil.* 26. & *lib. off. ubi de M. Satyro.* Suet. *Julio* 83. & *Octavio c.* 101. Ovid. 15. *Metamorph.* Dion. 45. 31 Institutus ut frater a fratre errante, recte non est institutus. 32 Et ita non applicatur fisco portio ejus quem ut fratrem falso institui, *ut hic.* applicatur portio ejus quem ut filium falso institui. Cur? in filio indignitas est qui suppositius est: in fratre non est. 33 Collegiis illicitis hereditas relinqui non potest: illicitis, puta Judæorum. *l.* 1. *supr. de Judæis.* Christianorum enim collegia licita. *l.* 1. *S. de sacr. eccl.* his adde quæ notavi ad *l.* 9. *ff. de mort. caus. l.* 2. *ff. de reb. dub. l.* 3. *ff. de collegiis.* 34 Vide quæ scripsi ad *l.* 1. *supr. de sacr. eccl. l.* 1. *ff. quod cujuscunque univers.* 35 *Sub.* Principis. dixi ad *l.* 1. §. 1. *ff. quod cujuscunque univers.* Quid licitum collegium? vid. *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 36 Fieri posset alioqui temporis decursu, ut universa pene paganorum bona collegiis adquirerentur. Nec enim mori dicuntur collegia. *l.* 76. *ff. de jud.* hinc apud Gallos jus Amortizationis, *admortissement*, introductum, de quo vide Paponem 1. *Arrest.* 14. eundem 3. *Notar. c. des admortissemens.* Peckium *in tract. de amortizatione bonor.* 37 Extraneus ita potest institui, *cum morietur, ut hic:* at non filius, nam hæc institutio præteritioni ob longam moram similis est. 38 Extraneus ita potest institui. *l.* 79. §. 1. *ff. de cond. & dem.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 6. atqui ex die ad diem non datur hereditas. *l.* 34. *ff. de hered. inst.* Ex die mortis dari non potest, veluti, post quinquennium quam moriar facire in diem conferri potest, veluti, Cum capere poteris. *l.* 62. *ff. h. t.* Cum adoleveris. *l.* 33. *ff. de vulgar.* Cum morieris, *ut hic*, & ita sæpe fit, ut quæ expressa non valent, tacita valeant, *l.* 9. §. 18. *l.* 38. *ff. h. t. l.* 77. *l.* 195. *ff. de reg. jur.* vide Cujac. 3. *observ.* 34. 39 Heres esse prohibitus, ne quidem per servum hereditatem adquirere potest. *Synops. Basil.* 35. *tit.* 3. *c.* 18. 40 Per se qui capere non potest, per alium non potest. *l.* 31. *ff. h. t.* §. 4. *Inst. de her. qualit.* 41 Hæc lex deprompta est ex *l. ult. C. Th. de legit. hered.* ibi extraneis, ac sæpe ignotis in donationibus, successionibusque tribuitur. *l.* 46. *ff. h. t.* §. *ult. Inst. h. t.* sic tutor ignotus institui potest. §. 10. *Inst. de excus. tut. Nov.* 90. *c.* 1. *l.* 29. *J. de donat.* Suet. Aug. *c.* 66. Hereditates sibi

De

De civitatibus.

12. Imp. LEO A. Erythrio P.P.

Hereditatis [1], vel legati [2], seu fideicommissi [3], aut donationis titulis domus, aut annonæ civiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia, ad jus inclytæ urbis, vel alterius cujuslibet civitatis pervenire possunt. Dat. 5. Kal. Mart. MARTIANO, & ZENONE CONSS. 469.

De institutione ex re certa.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

Quotiens certi quidem ex [4] certa re [5] scripti sunt heredes, vel certis rebus pro sua institutione contenti esse jussi sunt, quos legatariorum [6] loco haberi certum est: alii vero ex certa parte, vel sine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam unciarum institutionem referuntur: eos tantummodo omnibus hereditariis [7] actionibus uti, vel conveniri decernimus, qui ex certa parte, vel sine parte scripti fuerint, nec aliquam deminutionem earundem actionum occasione heredum ex certa re scriptorum fieri. Dat. 8. Id. April. *Constantinop.* DECIO V.C. CONS. 529.

De verbis, Sempronius Plotii heres esto.

14. Idem A. Joanni P.P.

Cum in libris Ulpiani, quos ad Masurium Sabinum scripsit, talis species relata sit, hanc, apertius expedire nobis visum est. Quidam testamentum faciens ita instituit, *Sempronius Plotii* [8] *heres esto*: Veteres quidem existimabant, errorem nominis esse, & sic institutionem valere, quasi testator *Plotius* nominaretur, & Sempronium [sibi] scripsisset heredem. Sed hujusmodi sententiam crassiorem esse existimamus: neque [9] enim sic homo supinus [10], imo magis stultus invenitur, ut suum nomen ignoret: sed si [11] quidem ipse testator Plotio cuidam heres extitit: manifestum est sibi Sempronium heredem instituisse, ut per mediam ipsius testatoris personam Plotii heres efficiatur. Et hoc argumentamur ex antiqua [12] regula, quæ voluit *heredem* [13] *heredis*, [*testatoris*] *esse heredem*. Sin autem nihil tale factum est, supervacuam & inanem hujusmodi institutionem esse: nisi [14] prius herede Plotio sibi instituto, sic adjecerit, *Sempronius Plotii heres esto*: tunc etenim existimandum est eum dixisse, *si non Plotius heres sibi fuerit, tunc Sempronium in totum partemve Plotii ex substitutione vocari*; ita ut ex [15] consequentia verborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus inveniatur. Sin autem, neque ipse testator Plotio heres extitit, neque [16] Plotium heredem antea scripsit, & sic Sempronium Plotio heredem esse voluit: nullius esse momenti talem institutionem, cum non [17] est verisimile, in suum nomen [quemquam] errasse. Dat. 3. Kal. August. post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXV.

DE INSTITUTIONIBUS [18] ET SUBSTITUTIONIBUS, ET RESTITUTIONIBUS SUB CONDITIONE FACTIS.

De conditione nuptiarum.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Alexandro.

Cum avum maternum ea conditione filiam tuam heredem instituisse proponas, *si* [19] *Anthylli filio nupsisset*, non prius eam heredem existere, quam conditioni paruerit, aut Anthylli filio recusante [20], matrimonium impeditum fuerit, manifestum est. PP. Kal. Octob. ANULINO, & FRONTONE CONSS. 200.

2. Imp. ANTONINUS A. Cassiæ.

Conditioni [21] sub qua testamento matris tuæ [22] heres instituta es, si non paruisti: locum habet substitutio. Nec enim videri potest sub specie turpium [23] nuptiarum viduitatem [24] tibi indixisse, cum te *filio* [25] *sororis suæ consobrino tuo* probabili consilio *matrimonio jungere* voluerit. Nec extraordinario auxilio indiges: cum ex his [precibus,] quas libello complexa es, declaretur, non [26] per eum stetisse, quominus supremæ voluntati matris tuæ testatricis satisfieret. PP. 8. Id. Mart. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De conditione emancipationis.

3. Idem A. Maxentio & aliis.

Si mater vos sub conditione [27] *emancipationis* heredes instituit, & prius quam voluntati defunctæ pareretur, sententiam [deportationis [28]] pater meruit, vel aliter defunctus est: morte ejus, vel alio modo patria potestate liberati, jus adeundæ hereditatis cum sua causa quæsistis. S. Prid. Kal. Maji, SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De filiofamilias, instituto a patre sub conditione casuali, *vel* potestativa.

4. Imp. ALEXANDER A. Æmiliano.

Si pater filium, quem in potestate habebat, sub conditione, *quæ* [29] *in ipsius potestate non erat*, heredem scripsit; nec in defectum ejus exheredavit, jure testatus non videtur. † Cum autem trans mare & longe te agentem sub hac conditione heredem scriptum esse dicas, *si* [30] *in patriam, quæ in provincia Mauritaniæ erat, regressus fuisses*; nec exheredatum te alleges, si [31] in eum locum non redisses: manifestum est multis casibus non voluntariis [32], sed fortuitis evenire potuisse, ut eam implere non posses: & ideo adire hereditatem non prohiberis. PP. Kal. April. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De conditione divortii.

5. Impp. VALER. & GALLIEN. Maximo.

Reprehendenda tu magis [33] es, quam mater tua: Illa enim si heredem te sibi esse vellet, id, quod est inutile, *matrimonium te dirimere* [34] *cum viro*, non juberet: tu porro voluntatem ejus divortio comprobasti. Oportuerat autem, etsi conditio hujusmodi admitteretur, præferre [35] lucro concordiam [36] maritalem. Enimvero cum boni [37] mores hæc observari vetent: sine ullo damno conjunctionem [38] retinere potuisti. Redi [39] igitur ad maritum sciens hereditatem matris, etiamsi redieris, retenturam [40]: quippe quam retineres, licet prorsus ab eo non recessisses. PP. 12. Kal. Decemb. VALERIANO IV. & GALLIENO III. AA. CONSS. 258.

De conditione disjunctiva. *De tacita conditione*, si sine liberis decesserit. Græca constitutio JUSTINIANI.

6. Idem A. ad Senatum.

Generaliter sancimus, si quis ita verba sua composuerit, ut edicat, *Si filius, vel filia intestatus* [41], *vel intestata, vel sine liberis* [*aut sine testamento* [42],] *vel sine nuptiis decesserit*, & ipse, vel ipsa liberos sustulerit, sive nuptias contraxerit, sive testamentum fecerit, firmiter res possideri, & non esse locum substitutioni eorum, vel restitutioni. Si enim nihil ex his fuerit subsecutum, tunc valere conditionem, & res secundum verba testamenti restitui, ut incertus successionis morientis exitus videatur certo substitutionis, vel restitutionis fine concludi. Cui enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidem non fecerit, posteritatem autem habuerit: propter hujusmodi verborum angustias liberos ejus omni pene fructu paterno defraudari? Viam itaque impiam obstruentes, ut ne quis alius deviet, hujusmodi facimus sanctionem: & hanc legem in perpetuum valituram inducimus, tam patribus quam liberis gratam: quo exemplo etiam aliis personis, licet extraneæ [43] sint, de quibus hujusmodi aliquid scriptum fuerit, medemur. † Cum autem invenimus excelsi ingenii Papinianum in hujusmodi casu, in quo pater filiis suis substituit, [nulla] liberorum ex his procreandorum [adjectione] habita optimo intellectu disposuisse, evanescere [44] substitutionem, si is qui substitutione prægravatus

relictas ab ignotis non admittebat. 1 Civitati relinqui hereditas potest, olim non poterat. Ulpian. 22. §. 5. 2 *l. 73. in fin.* vid. *l. 122. in fin. ff. de leg.* 1. Ulp. 24. §. 28. 3 Ulp. *d. loco* 22. §. 5. *l. 26. ff. ad SC. Treb.* 4 Institutus in re certa vicem sustinet legatarii, *ut hic*, nisi coheres ei universitatis, vel ex parte datus hereditatem repudiaverit, vel non adierit: tunc enim idem est per omnia, ac si ab initio universalis heres institutus fuisset. Jason *hic*. Quid si coheres datus adiit? Quidam volunt heredis loco haberi, quod propria autoritate possit rem adprehendere: legatarius non possit, sed accipiat ab herede. Menoch. *in tract. de adip. hered. Remedio* 4. *num.* 134. Alii, partim heredis, partim legatarii. Bald. ad *l. 35. ff. h. t.* Alii putant, quod ad rem ipsam attinet, haberi pro legatario: ideoque Falcidiam pati, neque ei remedium competere. *l. ult. infr. de edict. Div. Hadriani.* Volunt etiam eum non teneri creditoribus hereditariis, nisi testator eum heredibus æquaverit. Filium vero institutum in re certa haberi pro herede: ut non possit quasi præteritus rumpere testamentum, vide Grassum *lib. sent. §. hered. quæst.* 3. 5 Rerum heres institui potest. *l. 35. ff. h. t. l. 16. §. 2. ff. ad SC. Trebell.* 6 Legatum, & institutio particularis, ejusdem naturæ. vide Papon. 20. *Arrest.* 1. §. 8. 7 Vide *l. ult. supr. de hered. act.* 8 Et ita extranei. *l. 76. §. 1. ff. de legat.* 2. Duobus modis hæc verba intelligi possunt. 9 Stupiditatem magis reprobari, quam nimiam subtilitatem hinc colligit Tiraq. *tract. de pœnis causa* 12. 10 Supinus ita nullus est, ut nomen suum ignoret, *ut hic. & infr. h. t.* unde fatuus præsumitur qui in proprio nomine errat: & ex tali errore fatuitas præsumitur, *ut hic.* Eadem est ratio si quis erret in nomine filii: cum censeatur eadem persona. *l. ult.* J. *de impub. & aliis subst.* Alias error in nomine, cognomine & agnomine proprio non vitiat, si constet de corpore. *l. si in nomine* 4. *supr. de testam.* Superioribus tamen exemplum Georgii Trapezuntii addatur, quem morbi asperitate proprii nominis oblitum refert Jovius *in ejus vita.* 11 Prima superioris formulæ interpretatio: *Sempronius Plotii heres esto*: Plotii, puta cui successit testator. Si ita institutio intelligi potest, erit valida, quantumvis improprie verba accipiantur. 12 Antiqua regula. 13 Heres heredis mei, mihi est heres. *l. 7. in fin. ff. de adq. vel omitt. hered.* vid. *l. 194. ff. de reg. jur.* 14 Secunda superioris formulæ interpretatio. Plotium heredem institui: mox adjeci, *Sempronius Plotii heres esto*: eo casu Sempronius Plotio substitutus intelligitur. 15 Ex consequentia verborum ducitur interpretatio. 16 Ubi non est institutio, ibi nulla est substitutio. 17 Non est verisimile in suum nomen quenquam errare. *supr. h. t.* verisimilia quæ non sunt, non attenduntur, nec admittuntur. *l. ult. ff. quod metus causa.*

18 Id est, de conditionibus institutioni & substitutioni adjectis. *infr.* vid. *L. 28. ff.* 7. 19 Vid. Cujac. 17. *obs.* 21. hujusmodi conditio mixta est: *Si Anthylli filio nupserit.* 20 *l. 1. infr. de his, quæ sub modo. l. 31. ff. de cond. & demonst.* Conditio habetur pro impleta, quoties per eum, cujus interest impleri, statur quominus impleatur. *l. 161. ff. de reg. jur.* 21 Conditio hæc fuit, *Si Titio sororis meæ filio nupserit.* 22 Adde *l. 3. §. 1. ff. de hered. inst.* 23 Honestæ conditioni heres ni paruerit, substitutus admittitur. 24 Viduitatem indicere videtur, qui sub conditione turpium nuptiarum legat aliquid. *l. 63. §. 1. ff. de cond. & demonst.* 25 Nuptiæ inter consobrinos permissæ, *ut hic. & l. 19.* J. *de nupt.* Sobrini filius τριτεξάδελφος. Quæ a matre scripta est heres sub hac conditione, si consobrino nupserit; omnino conditionem implere debet. (Non enim turpes hæ nuptiæ sunt) nisi forte per ipsum steterit, quominus fiat. *Synops. Basil. 35. tit. 12. c. 30.* 26 Vide *l. 1. in fin.* J. *h. t.* 27 Conditio hæc fuit, *Liberos meos heredes instituo, si pater eos emancipaverit; vel cum sui juris erunt per emancipationem, vel in tempus emancipationis. l. ult. infr. de don. quæ sub modo. l. 70. ff. de cond. & demonst.* Paul. 4. *sent.* 1. §. 12. 28 Emancipationis conditio locum habet patre deportato, vel mortuo, *ut hic*, & *l. 44. ff. de jure dot.* & e contra, Conditio emancipationis per mortem patris locum habet, filio a patre emancipato. *l. 11. §. 11. ff. de leg.* 3. *l. 15. ff. quando dies legat.* Paul. 4. *sent.* 1. §. 12. Conditioni satisfit per æquipollens. adde *l. 22. versic. Brasidas. ff. ad SC. Trebell.* Morte patris quis emancipatur. vide *l. 29. §. 5. ff. de lib. & posth.* 29 Filius institui non potest sub alia conditione quam potestativa. *l. 4. ff. de hered. inst. l. 83. ff. de cond. & demonst. l. 20. §. 4. vers. existimo. ff. de bon. libert.* Igitur filius non potest heres institui sub conditione casuali vel mixta, nisi sub contraria exheredetur: alioquin testamentum est nullum. *ut hic.* adde *l. 1. ff. de injusto. l. Lucius* 83. *in verbo*, *nullius est momenti. ff. de cond. & demonst.* Verum hanc legem hodie corrigi, ut talis conditio rejiciatur ad legitimam usque filii & valeat testamentum, Glossa & Bart. hic notant. *argum. l. quoniam* 32. *l. scimus* 36. *§. cum autem.* J. *de inofficioso. Gloss. in l. suus* 4. *in verb. constat. ff. de hered. inst.* & hanc sententiam Bartolus ait esse communem, ut & Alexander Jacobinus de S. Georgio ter ita judicatum fuisse refert. Idem tenet Ripa. *in rub. ff. de vulgari.* Benedict. *in cap. Raynucius* 16. *in verb. reliquit. num. 25. extr. de testam.* Bernardus de Luco *reg.* 727. Rodericus Suares in Repetit. *d. l. quoniam in prioribus* 32. Montalvus in Glossa *lib. 9. tit. 4. part* 6. Contrarium tenet Decius *hic* & Corrasius *in rub. C. de impub.* Sed tamen Duenazius *reg.* 368. refert Glossæ & Bartoli opinionem communiorem esse. 30 De institutione his verbis facta, *Si in patriam regressa fueris.* 31 Nam & hoc adjici potuit. *Si in hunc locum redierit, exheres esto.* 32 Potestativa conditio, voluntaria: Casualis extra voluntatem posita, pendet ex eventu, vel fortuna. Mixta, quæ partim ex voluntate, partim ex casu. *l. ult. infr. de necessar. l. un. §. 2. infr. de caduc.* 33 Qui facit, gravius peccat quam qui jubet. 34 De conditione, *Si a marito diverterit.* Conditio divortii, a lege remittitur, *ut hic, & l. 8. in fin. ff. de usu & habit.* repugnat enim utilitati publicæ, *l. 2. §. 44. ff. ad SC. Tert. Nov.* 1. *c.* 1. ei contraria est, Si a marito non diverterit. vide *l. 2. infr. de cond. insert.* 35 Lucro pecuniario concordia maritalis præferenda. 36 Et honestatem. *l. 26. ff. si quis omissa causa test.* 37 Præceptum testatoris contra bonos mores non obligat. 38 Id est, matrimonium. 39 Honeste. 40 Qui paret turpi conditioni, non propterea perdit relictum. 41 Sempronius filius mihi heres esto, quod si intestatus, vel sine liberis, vel si sine nuptiis decesserit, substitutus ei sit Titius: Sempronius nuptias contraxit, liberos sustulit, testamentum etiam fecit, liberis substitutis, estne locus substitutioni? locus non est Titii substitutioni: omnes enim conditiones defecerunt. Quid si tantum nuptias Sempronius contraxit? non est etiam locus substitutioni: quia disjunctiva particula *Vel*, inter conditiones negativas posita, resolvitur in conjunctivam *Et*, idque favore liberorum. Ideoque hujusmodi substitutioni locus non erit, nisi omnes conditiones defecerint, facit *l. 85. ff. de her. inst. l. 4. infr. de verbor. signif.* 42 Inclusa supersunt. 43 Hæc constitutio extensa est ad extraneos. 44 Substitutio evanescit, si is, qui substitutione prægravatus est, liberos sustulit. *l. 30.* J. *de fideicommiss. l. 85. in fin. ff. de hered. inst.*

vatus est, pater efficiatur, & liberos sustulerit, intelligentem non [1] esse verisimile, patrem, si de nepotibus cogitaverit, talem fecisse substitutionem: humanitatis intuitu hoc, & latius & pinguius interpretandum esse credidimus, [ut] & si quis naturales [2] filios habeat, & partem eis reliquerit, vel dederit usque ad modum quem nos statuimus, & substitutioni eos subjugaverit, nulla liberorum eorum mentione facta, & hic intelligi evanescere substitutionem, liberis eam excludentibus, & intellectu optimo his, qui ad substitutionem vocantur, obsistente, & non concedente ad eos eam partem venire: sed [3] ad filios, vel filias, nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes morientis transmittente, & non aliter substitutione locum accipiente, nisi ipsi liberi sine justa [4] sobole decesserint: ut [5] quod inter justos liberos sancitum est, hoc & in naturales filios extendatur. † Quæ omnia & in legatis [6], & fideicommissis specialibus locum habere sancimus. Dat. 11. Kal. Augusti, *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De conditione vivo testatore, vel post mortem ejus impleta.

7. Idem A. Joanni P. P.

SI quis heredem scripserit sub tali conditione, *si ille Consul factus fuerit, vel Prætor* [7]: vel ita filiam suam instituerit heredem, *si nupta fuerit*: vivo [8] autem testatore vel ille Consul processerit, vel Prætor fuerit factus, vel filia ejus nupta fuerit, vel adhuc vivo testatore Consulatum quidem, vel Præturam ille deposuerit, filia autem ejus [a marito] diverterit, omni veterum dubitatione explosa, sancimus, quandocunque impleta fuerit conditio, sive [9] vivo eo, sive mortis tempore, sive post mortem; conditionem videri esse completam. Quod & in legatis, & fideicommissis & libertatibus obtinendum esse censemus, ne, dum nimia utimur circa hujusmodi sensus subtilitate [10], judicia testantium defraudentur. Dat. 9. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum LAMPAD. & ORESTIS VV. CC. 531.

De institutione, secundum conditiones infra scriptas.

8. Idem A. Joanni P. P.

SI testamentum ita scriptum inveniatur, *Ille heres esto secundum* [11] *conditiones* [12] *infra scriptas*, si quidem nihil est adjectum, neque aliqua conditio in testamento posita est: supervacuam [13] esse conditionum pollicitationem sancimus, & testamentum puram habere institutionem. Et argumento utimur, quod Papinianus respondit [14]: *Vicos Reipublicæ relictos, qui proprios fines habebant, non ideo ex fideicommisso minus deberi, quod testator fines eorum, & certaminis formam, quod celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte præventus non fecit.* Sin autem conditiones quasdam in quavis parte testamenti posuit: tunc videri ab initio conditionalem esse institutionem, & sic omnia compleri tanquam si [15] testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset, quæ infra conscriptæ sunt. Dat. 6. Kalend. August. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

An in vulgari substitutione contineatur tacita pupillaris.

9. Idem A. Joanni P. P.

CUm quidam prægnantem habens conjugem, scripsit heredem ipsam quidem suam uxorem ex parte, ventrem vero ex alia parte, & adjecit, *si non posthumus natus fuerit alium sibi heredem esse*: posthumus autem natus impubes [16] decessit: dubitabatur, quid juris sit, tam Ulpiano, quam Papiniano viris disertissimis voluntatis [17] esse quæstionem scribentibus: cum opinabatur Papinianus eundem testatorem voluisse posthumo nato, & impubere defuncto, matrem magis ad ejus venire successionem, quam substitutum. Si enim suæ substantiæ partem uxori dereliquit: multo magis, & luctuosam [18] hereditatem ad matrem venire curavit. Nos itaque in hac specie Papiniani dubitationem resecantes, substitutionem quidem in hujusmodi [19] casu, ubi posthumus natus adhuc impubes viva matre decesserit, respuendam esse censemus. Tunc autem tantummodo substitutionem admittimus, cum posthumus minime editus fuerit, vel post ejus partum mater prior decesserit. Dat. 3. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS, VV. CC. 531.

TIT. XXVI.

DE IMPUBERUM [20] ET ALIIS [21] SUBSTITUTIONIBUS.

De partibus institutionis tacite repetitis in substitutione.

1. Impp. M. ÆLIUS & ANTONINUS AA. Secundo.

CUm [22] heredes ex disparibus partibus instituti, & invicem substituti sunt, nec in substitutionem facta est ullarum partium mentio: verum est, non [23] alias partes testatorem substitutioni tacite inseruisse, quam quæ manifeste [in] institutione expressæ sint. Dat. CLARO II. & SEVERO CONSS. 171.

De substitutione reciproca.

2. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Frontiniæ.

HEreditatem quidem defuncti intestati filii delatam tibi, dubitari non oportet: substitutio enim testamento patris facta, ad pubertatis tempora porrigi non potest: quia ipso, & aliis non [24] ejusdem conditionis heredibus institutis, & invicem substitutis, propter eorum personam, quibus in unum casum duntaxat substitui potest, etiam in filio idem debere servari, & ratio suadet, & Divus Marcus pater [25] constituit. PP. 6. Kal. August. CHILONE, & LIBONE CONSS. 205.

De vulgari.

3. Imp. ALEXANDER A. Achillæ.

HEres instituta matris testamento, si successionem ex testamento omisisti, & ab intestato bonorum possessionis jus habere voluisti: substituto [26] locum quin feceris, in dubium non venit. Proinde, si substitutus hereditatem amplexus est, actionibus quæ [tibi] adversus matrem competebant, ipsum convenire, non successionem ab intestato potes vindicare. PP. 11. Kal. Sept. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

An vulgaris expressa contineat tacitam pupillarem.

4. Idem A. Firmiano.

QUamvis placuerit, substitutionem impuberi, qui in potestate testatoris fuerit, a parente factam ita, *si heres non erit* [27], porrigi [28] ad eum casum, quo postea quam heres extitit, impubes decessit, si modo non contrariam [29] defuncti voluntatem extitisse probetur: cum tamen proponas ita substitutionem factam esse, *Si mihi Firmianus filius, & Ælia uxor mea (quod* [30] *abominor) heredes non erunt, in locum eorum Publius Firmianus heres esto*: manifestum est, in eum casum factam substitutionem, quo utrique [31] heredum substitui potuit. PP. 4. Kal. Jul. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Quomodo substitutio expirat.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Hadrianæ.

POst aditam [32] hereditatem [33] directæ substitutiones non [34] impuberibus filiis factæ, expirare solent. PP. 10. Kalend. Jun. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De jure accrescendi.

6. Iidem AA. & CC. Quintiano.

TEstamento [jure] facto, multis [35] institutis heredibus, & invicem substitutis: adeuntibus suam portionem etiam invitis [36] coheredum repudiantium accrescit [37] portio. Sine die & consule.

Per substitutionem pupillarem succeditur pupillo ex testamento, & venientes ab intestato repelluntur. Alex.

7. Iidem AA. & CC. Feliciano.

SI testamento [jure] facto intra pupillarem ætatem & in sua potestate constitutæ filiæ [38], *si intra pubertatem decesserit*, directis verbis pater substituit: heredem te factum ex testamento [39] post eventum conditionis, intestati successionem exclusisse constat. S. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Si miles filio heredi instituto substituerit.

8. Iidem AA. & CC. Patronæ.

PRecibus tuis manifestius exprimere debueras [40], maritus quondam tuus

1 Qui extraneis patrem præfert, ejus quoque liberos præferre intelligitur.
2 Cajus Titio naturali filio Sempronium substituit: Titius liberos legitimos suscepit? non est locus substitutioni. Ergo in substitutione facta naturalibus liberis post eorum mortem, tacita intelligitur conditio, si decesserint sine legitimis liberis. *ut hic. l.* 43. *ff. de vulgari.* ut eo casu minus scriptum quam dictum videatur. *l.* 102. *ff. de cond. & demonst.* 3 Liberi patris fideicommisso gravati, excludunt substitutum. 4 Et ita naturales tantum liberi non excludunt substitutum. Quid si legitimati? excludunt. vide *Arrest. Parisiense* apud Papon. 20. *Arrest.* 3. §. 5. nec enim differt legitimatus a legitimo. *Nov.* 35. *c.* 3. adde *l.* 77. §. 13. *ff. de legat.* 2. *l.* 17. §. 4. *ff. ad SC. Treb.* 5 Jus constitutum in liberis justo matrimonio procreatis, interdum ad naturales tantum extendi potest. 6 Hæc constitutio in legatis & fideicommissis etiam locum habet. 7 *l.* 21. *ff. quando dies leg.*
8 Sufficit conditionem casualem, vel mixtam impletam fuisse vivo testatore, licet impleta non duraverit. *l.* 91. *in fin. ff. de cond. & demonstr.* 9 *d. l.* 91. *l.* 18. *ff. de manum. test.*
10 Subtilitate judicia testantium non sunt defraudanda. 11 Hæc clausula conditionem facit, si conditiones postea exprimuntur & adjiciuntur. *Goth.* Conciliat. hujus leg. cum *l. quoties.* §. *tantundem. ff. de hered. instit.* vide apud Kinschot. *respons.* 26. *num.* 9. Adde Everhard. *consil.* 203. *num. final.* Guid. Pap. *h. l.* Ans. 12 Etiamsi destinata adjectio conditionis testamento non inseritur, testamentum non vitiatur. *l.* 77. *in fin. ff. de legat.* 2. Accidentia omissa testamentum non infirmant. 13 Imo non est supervacua, cum ita institutus habeatur pro non instituto. *l.* 9. §. 5. *ff. de hered. inst.* 14 *in d. l.* 77. *in fin.*
15 Nihil interest institutioni immediate conditio adjiciatur in quavis parte testamenti puta inferiore: ita ut conditio in fine testamenti adjecta reddat institutionem perinde conditionalem, ac si ab initio fuisset apposita. 16 Dixi ad *l.* 28. *supr. de inoff.* §. 2. *Inst. de SC. Tertull. l.* 7. *in fin. ff. unde liberi. l.* 26. *ff. si quis omiss. caus. l.* 4. *infr. ad SC. Tertull. & l.* 11. *J. comm. de success. l.* 72. *ff. de cond. & demonst.* Inde etiam colligunt, Præsumi senem ante juvenem mori. vide Alciat. 1. *præsumpt.* 73. 17 Voluntatis quæstio. 18 Tristem, §. 2. *Inst. de SC. Tertull.* luctuosam legitimam portionem, *l.* 28. *supr. de inoff.* triste lucrum. *l. ult. infr. comm. de succession.* 19 Uxorem ex una parte instituo, ventrem ex altera, & si posthumus natus non sit, Titium in ejus partem substituo. Nascitur posthumus, idem moritur impubes viva matre: mater ei succedit, non substitutus: & ita Titius tacite non intelligitur posthumo impuberi substitutus: Vulgari quidem substitutioni tacite inest pupillaris: sed effectum non habet adversus matrem, sive sit coheres ipsa adjecta filio, *ut hic*, sive non sit. *l.* 8. *infr. tit. proxim.* adde Cujac. 12. *obs.* 27.
20 Impuberum substitutio, quæ pupillaris, de qua dixi ad *lib.* 28. *ff.* 6. & 2. *Inst.* 16.
21 Hæc substitutio est vulgaris, de qua etiam dixi ad *lib.* 28. *ff.* 6. & 2. *Inst.* 15.

22 Heredes ex diversis partibus institui & invicem eos substitui, nec in substitutione partes expressi? Ad substitutionem ita vocantur, sicut in institutione vocati sunt, *ut hic.* hoc est, in substitutione partes repetitæ tacite intelliguntur, quæ expresse in institutione commemoratæ sunt. *ut hic. Synopsis Basil.* 35. *tit.* 13. *cap.* 23.
23 Vid. *l.* 24. *ff. de vulg. & pupil.* 24 Diversæ conditionis, vel ætatis liberis facta substitutio reciproca valet tantum in vulgari casu. *l.* 4. §. 2. *ff. h. t. l.* 6. *supr. de test. mil.*
25 Non quidem meus, sed Commodi. Est autem hæc constitutio Severi & Antonini Caracallæ, cujus fit mentio in *d.* §. 2. 26 Res ita sit: *Si Achilla heres non erit, Titius heres esto.* Achilla repudiat hereditatem ex testamento: & mavult ab intestato succedere? fit locus substituto. Hæc enim verba, *si heres non erit*, ita solent accipi, *si heres non erit ex testamento*: cum primum cœpit Achilla heres non esse ex testamento, factus est locus substitutioni. *l.* 60. *versic. nam filius. ff. de adq. vel omitt. her.* 27 Verba sunt substitutionis vulgaris.
28 Vulgaris facta filio impuberi pupillarem comprehendit. *l.* 4. *ff. eodem.* 29 Vulgaris interdum pupillarem non includit ex tacita testatoris voluntate. 30 *l.* 41. *in fin. ff. h. t.*
31 Filio impuberi possum substituere pupillariter & vulgariter: uxori vulgariter tantum. His cognitis fingamus substitutionis formulam fuisse, *Filius & Ælia uxor heredes sunto, si heredes non erunt, Publius heres esto:* filius in pupillari ætate decedit? pars filii ad Publium defertur, non ad Æliam quæ pupillariter superiore casu filio non videtur substituta. Vulgaris substitutio eo casu pupillarem non continet. Nam si ad Æliam deferretur, substitutio esset inæqualis. Ælia filio substituta esset vulgariter & pupillariter, filius vero Æliæ vulgariter tantum. Hinc constat, Vulgarem duobus inæqualibus factam, in neutra pupillarem continere. *Alex.* Substitutionem in hoc casu locum habere non posse, nisi & in persona utriusque locum habeat. *Bart.*
32 Aditione vulgaris substitutio expirat. Heres eo tempore proprie intelligitur. vid. Graff. *lib. sent.* §. *hereditas. quæst.* 5. 33 Vulgares. *l.* 6. *infr. de legatis.* 34 Id est, puberibus: Substituere nemo potest puberi filio post aditam hereditatem, *ut hic.* Id tamen locum non habere in testamento pias ad causas scribit Tiraquellus 21. *privilegio piæ causæ.*
35 Heredibus pluribus institutis, & invicem substitutis, repudiantium partes hereditatem adeuntibus etiam invitis addicuntur, *ut hic. Synops. Basil.* 35. *tit.* 1. *c.* 28. 36 Invitis quoque adcrescit portio. *l.* 35. *ff. de adq. vel omitt. hered. l. un.* §. 10. *infr. de caducis tollend.* Cur ita? vid. *l.* 2. *ff. de adq. vel omitt. her.* 37 Adcrescendi jus inter institutos & invicem substitutos locum habet. *l.* 1. *supr. quando non petentium. l.* 1. *supr. de success. edicto. l.* 9. *ff. de suis.* dixi ad Ulpian. 26. §. 5. Goth. Differentiam inter jus accrescendi & substitutionis vid. Edmund. Merill. *lib.* 1. *obs. cap.* 10. Guid. Pap. *h. l.* Ans. 38 Vide *l.* 2. *ff. de vulgari.*
39 *l.* 3. *ff. de vulgari.* 40 Hanc legem repetierunt Cagnolus & Hipp. Riminaldus. Vid. Goveanum *lib.* 1. *var. lect. c.* 2. Emanuelem Zoarem *lib.* 1. *observ. c.* 8. Forcatulum *Necyo-*

miles

miles [1] defunctus, quem testamento facto heredem communem filium vestrum instituisse proponis, & secundum heredem scripsisse: utrumne in primum casum, an [in] secundum filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore, si intra decimum quartum suæ ætatis annum, aut postea [2] decesserit, substituerit. Nam non est incerti juris, quod si quidem in patris militis positus potestate, primo tantum casu habuit substitutum, & patri heres extitit: eo defuncto ad te omnimodo [ejus] pertineat successio. Si vero substitutio in secundum [3] casum, vel expressa, vel compendio [4], non usque ad certam ætatem facta reperiatur: si quidem intra pubertatem decesserit, eos habeat heredes, quos pater ei constituit, & adierint hereditatem. Si vero post [5] pubertatem [6], [tunc] ejus te successionem obtinente, veluti ex causa [7] fideicommissi, bona, quæ cum moreretur, patris ejus fuerint, a te peti possunt. S. 5. Id. April. AA. CONSS. 293.

De substitutione facta mente captis.

9. [8] Imp. JUSTINIAN. A. Mennæ P.P.

HUmanitatis [9] intuitu parentibus [10] indulgemus, ut si filium, nepotem, vel pronepotem cujuscunque sexus habeant, nec alia proles descendentium eis sit, iste tamen filius vel filia, nepos, vel neptis, pronepos vel proneptis mente [11] captus, vel mente capta perpetuo sit: vel si duo vel plures isti fuerint, nullus vero eorum sapiat, liceat [12] hisdem parentibus legitima [13] portione ei, vel eis relicta, quos voluerint his substituere: ut occasione hujusmodi substitutionis ad [14] exemplum [15] pupillaris, querela [16] nulla contra testamentum eorum oriatur: ita tamen, ut si postea [resipuerit [17], vel] resipuerint, talis substitutio cesset. Vel si filia, aut alii descendentes ex hujusmodi mente capta persona sapientes sint: non liceat parenti, qui, vel quæ [18] testatur, alios, quam ex eo descendentes, unum vel certos vel omnes substituere. † Sin vero etiam liberi testatori, vel testatrici sint sapientes, ex his vero personis, quæ mente captæ sunt, nullus descendat, ad fratres eorum unum, vel certos, vel omnes eandem fieri substitutionem oportet. Dat. 3. Idib. Decembr. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

De substitutione facta duobus impuberibus filiis.

10. Idem A. Joanni P.P.

CUm quidam duobus [19] impuberibus filiis suis heredibus institutis adjecit, *si uterque impubes decesserit, illum sibi heredem esse:* dubitabatur apud antiquos legum auctores, utrumne tunc voluerit substitutum admitti, cum uterque filius ejus in prima ætate decesserit: an alterutro decedente, illico substitutum in ejus partem succedere. [Et] placuit Sabino, substitutionem tunc locum habere, cum [20] uterque decesserit: cogitasse enim patrem primo [filio] decedente, fratrem suum in ejus portionem succedere. Nos ejusdem Sabini veriorem sententiam existimantes [21] non aliter substitutionem admittendam esse censemus, nisi uterque eorum [in] prima ætate decesserit. Dat. 6. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Interpretatio verborum, quisquis mihi heres erit, *&* Titius filio meo heres esto: *& verborum:* Titius una cum filiis suis & Sempronius heredes mihi sunto.

11. Idem A. Joanni P.P.

SI quis duobus heredibus institutis filio suo impuberi eos una cum alio tertio substituerit, & verba testamenti ita composuerit: *Quisquis mihi heres erit, & Titius filio meo heres esto,* secundum quod apud Ulpianum invenimus, mortuo impubere filio, quærebatur, quomodo ad substitutionem vocentur tres substituti: utrumne duo priores, qui & patri heredes fuerant scripti, in dimidiam vocentur, tertius in reliquam dimidiam? an tres substituti, unusquisque ex triente, ad substitutionem vocentur? Alia applicata dubitatione, si quis heredem ita scripserit, *Titius una* [22] *cum filiis* [*suis*] *& Sempronius heredes mihi sunto:* & in præsenti [enim] specie quærebatur secundum Ulpianum voluntas testantis utrumne Titium una cum filiis suis in dimidiam vocet, & Sempronium in aliam dimidiam: an omnes [in] virilem [23] portionem? Nobis autem in prima quidem specie videtur tres substitutos, unumquemque in trientem [24] vocari: in secunda autem specie, cum & natura pater [25] & filius eadem esse persona pene intelligantur, dimidiam quidem partem [Titio] cum filiis suis, alteram autem partem Sempronio adsignari. Dat. 7. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXVII.

DE NECESSARIIS [26] [SERVIS] HEREDIBUS INSTITUENDIS, VEL SUBSTITUENDIS.

Si servis relinquatur sub appellatione libertorum.

1. Imp. ANTONINUS Aufidio & aliis.

CUm servi constituti, sub [27] appellatione *libertorum* heredes scripti essetis, ea scriptura benigna interpretatione perinde habenda est, ac si liberi, & heredes instituti fuissetis. † Quod in legato locum non habet [28]. Accepta 7. Kal. Mart. PRISCO & APOLLINARE CONSS. 170.

De institutione in fraudem creditorum: de servo pignorata.

2. Imp. PERTINAX A. Lucretio.

IS, qui solvendo non est, heredem necessarium etiam in fraudem creditorum relinquere potest [29]. Sed si pignori [30] datus fuisti, & in eadem causa permansisti: ne ab eo quidem debitore qui solvendo non fuit, liber & heres necessarius existere potuisti. PP. 11. Kal. April. FALCONE, & CLARO CONSS. 194.

De ancilla pupilli herede a tutore instituta.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIM. AA. & CC. Felici.

SI tutor [31] ancillam tuam contubernio suo conjunxit, ac post heredem eam instituit: neque dominium ex hujusmodi facto tibi auferri potuit: & ut ejus aditione jus tuo tibi per hanc successionem quæratur [jure] concessam habes facultatem. S. 16. Kal. Januar. *Sirmii,* AA. CONSS. 293.

Si servus in primo gradu manumissus substituatur pupillo.

4. Imp. JUSTINIAN. A. Juliano P.P.

CUm quidam suum pupillum heredem instituit, & servo directis verbis libertatem reliquit, & in secundo gradu, in quo pupillarem substitutionem faciebat, ipsum servum sine libertate pupillo suo substituit: *Quærebatur* inter prudentes, si [32] ex hujusmodi substitutione heres necessarius pupillo existeret? Causa enim altercationis ex veteri [33] regula orta est, qua omnibus placuerat hunc servum necessarium heredem domino fieri, cui in eodem [34] gradu & hereditas & libertas relinquebatur. In præsenti autem non in unum tam libertas, quam substitutio congregata est, sed in alium [35], & alium gradum. Nobis itaque eandem altercationem [36] decidentibus [37] mirabile visum est, si quis putet ex hujusmodi scrupulositate impediri testatoris voluntatem, maxime domini, & existimet non fieri servum heredem necessarium, sed ei licentiam præstet, & libertatem consequi, & hereditatem respuere, & domini voluntati reclamare. Qui si hoc facere tentaverit, etiam puniendus est. Sit itaque, & vivo pupillo liber, quia testator hoc voluit, & mortuo pupillo necessarius heres, quia [38], & hoc voluit testator. Dat. 15. Kalend. Decembr. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De servo testatoris.

5. Idem A. Joanni P.P.

QUidam cum testamentum conderet, duobus heredibus scriptis, unum quidem ex parte instituit, servum [39] autem suum, cujus & nomen addidit, ex reliqua parte sine libertate scripsit heredem, & postea eundem servum alii legavit, vel post institutionem heredis servum per legatum alii adsignavit, & tunc heredem eum sine libertate instituit: *Dubitabatur,* si hujusmodi legatum, vel institutio aliquas vires posset habere, & cui acquiratur legatum, vel institutio? Dubitationis autem materia erat, quod adhuc servum suum constitutum heredem sine libertate scripserat: & tanta inter veteres exorta est contentio, ut vix possibile sit videri eandem decidere.

mant. dialog. 35. Vaconium *lib.* 4. *declarat.* 63. Mod. 1 Dixi ad *l.* 6. *in fin. supr. de test. milit.* Goth. Vide in hanc l. Govean. *lect. lib.* 1. *cap.* 2. Viglium *de pupill. substit. §. qua ratione n.* 13. Ant. Merend. *contr. lib.* 3. *c.* 39. Ans. 2 *l.* 15. *ff. b. t.*
3 *l.* 2. §. 1. *ff. b. t.* Substitutio in secundum casum, pupillaris vel compendiosa: in primum, vulgaris. *In primum* autem dicitur, quia providet, si heres non sit, qui primus est eventus quo via substitutis aperitur. Primus dicitur, quia non esse, præcedit esse. vid. Bald. *hic.*
4 Id est, non expressa certa ætate. 5 Militibus datum est, ut substituant puberi, in secundum casum pupillariter vel compendiose. vid. *l.* 6. *supr. de test. mil.* vid. Cujac. 12. *obs.* 25. 26. & 27. Idem paganis datum est. *c. Rayn.* 16. *extr. de testam.* 6 Vid. *l.* 2. *ff. b. t. l.* 1. *in fin. ff. de confirmando tutor.* 7 Substitutio facta a milite puberi verbis civilibus valet jure fideicommissi: trahitur ad fideicommissum. vide Cujac. 11. *obs.* 25. 8 Fit mentio hujus constitutionis in *l.* 7. §. 1. *supr. de cur. furiosi.* 9 Exemplaris substitutio humanitatis intuitu parentibus indulta: est enim humanitatis summæ furiosi, & mente capti curam suscipere. unde notant, exemplariter substituendi jus parentibus concedi jure humanitatis, non potestatis: ut ob eam rationem videatur parens naturalis filio naturali furioso exemplariter posse substituere: licet secus sit in pupillari, quæ fit jure potestatis. De exemplari substitutione adde quæ scripsi ad §. 1. *Inst. de pupillari, ad l. ex facto* 43. *ff. de vulgari & pup.*
10 An naturalibus tantum? dicam ℑ. *b. t.* Quid e converso, possuntne liberi parentibus furiosis exemplariter substituere? Potestne etiam mater liberis suis exemplariter substituere? Mox dicetur. 11 Mente captis substituitur directo ad similitudinem pupillorum. §. 1. *Inst. de pupillari. l.* 51. *ff. de her. petit.* dic idem in furiosis & mutis. *l.* 43. *ff. de vulg.* prodigo, aleatori & similibus: & ita alter alteri interdum testari potest contra *legem* 32. *ff. de her. instit.* potest furiosus per patrem, quod per se ipsum non potest, *l.* 10. ℑ. *de hered. instit.* poterit pater bona filii testamento alienare certa lege. *l.* 1. *infr. de bon. mat. l. ult.* §. 6. *vers. si enim. infr. de bon. quæ liber.* 12 Olim id erat impetrandum. *l.* 43. *ff. b. t.* 13 Cum substituitur exemplariter, legitima saltem relinquenda, unde quidam colligunt, Naturalem parentem liberis non posse substituere, quod naturalibus liberis legitima non debeatur, verum de ea re superius diximus. Imo exheredato potest etiam substitui. *l.* 1. §. 2. *ff. b. t.* 14 Πρὸς μίμησιν καὶ πρὸς ὁμοίωσιν dicitur Theoph. 15 Exemplaris substitutio fit mente captis. §. 1. *Instit. de pupill.* 16 Adversus exemplarem substitutionem querela inofficiosi non competit.
17 Cessante causa finali exemplaris substitutionis, cessat ipsa substitutio. 18 Exemplaris substitutio potest fieri etiam a matre, quantumvis pupillarem facere non possit. *l.* 33. *ff. de vulg.* etiamsi bonorum filii administrationem nudam habeat, non jus alienandi. *l.* 31. §. 6. *ff. de negot.* Quid si a matre & a patre simul substitutio facta sit? facta a patre substitutio præferetur. Bald. *hic.* ad eundem modum matris substitutio avitæ præferetur. Bald. *hic. n.* 48.
19 *l.* 25. *l.* 42. *ff. de vulg.* §. 6. *Instit. de pupill.* 20 Dicta *l.* 25. 21 Hæc est 25. decisio ex 50. novis Justinianeis. vid. Inglois. *Ans.* 22 Quoties plures instituuntur cum adjectione nominis distributivi, quilibet vocatur in virilem, ac si essent singulariter nominati. *Bart.* 23 Instituto patre una cum liberis suis, *ut hic,* vel simul cum liberis, vel cum liberis una cum parente liberi vocantur seu admittuntur. *vers. in secunda.* ℑ. *b. t.* Quid si ita? *Filium & liberos ejus instituo?* liberi ordine successivo (quem charitatis ordinem interpretes vocant) admittentur. *l.* 5. ℨ. *de instit. l.* 69. §. 3. *l.* 77. §. 32. *ff. de legat.* 2. Quid si ita? *filium meum & heredes ejus instituo?* ordinata successio hoc casu facta seu imperata intelligitur: quia vivus filius heredem non habet, ut hinc constet in formula superiore filii instituti heredes, una cum ipso filio non admitti. Bart. *in l. Gallus.* 29. §. *quidam recte.* 1. *ff. de liberis.* Quid si ita institui: *Nepotem meum & patrem ejus instituo?* Ordo necessitatis hic attenditur, non scripturæ: hoc est, Nepoti meo prætulisse patrem ejus videor, filium non videor nepoti meo postposuisse. *argum. l.* 31. *ff. de hered. instit.* Quid si ita rem aliquam emi: *mihi, filio, & nepoti?* cum heredes mei erunt, pactus intelligor: nam qui filio paciscitur, ei ut heredi, non ut socio pacisci videtur. *l. si tibi* 17. §. 4. *ff. de pact.* 24 Adde *l.* 17. §. 3. *ff. de hered. instit.* Imo in semissem. *l.* 9. *ff. de vulg.* 25 Pater & filius eadem pene persona. adde *l.* 22. ℑ. *de agricol. & censit.*
26 Et servis. *Haloand.* 27 *l.* 7. *ff. de testam. mil. l.* 5. ℨ. *de test.* 28 Nisi in mil. *l.* 7. ℨ. *de test. mil. Nov.* 78. *c.* 4. Cur autem legatum servo proprio relictum sub appellatione liberti non valet, institutio valet? *ut hic, & l.* 5. §. 2. ℑ. *b. t.* causa hæc esse potest quod hereditates pleniore honore tribuuntur, *l.* 5. §. 6. *ff. de leg. præst.* adde *l. pen.* ℑ. *b. t.*
29 Imo non potest. *l.* 31. *ff. de pig.* §. 6. *Inst. de action.* 30 Valet libertas data vivo servo in fraudem creditorum, creditoribus non obligato specialiter, *ut hic. l.* 83. *ff. b. t.*
31 Tutor non potest ancillam pupillarem necessariam heredem instituere: seu, Tutor non potest testari de bonis pupilli. facit *l.* 7. §. 3. *ff. pro emptore. l.* 56. §. 4. *ff. de furtis.*
32 Id est, an hujusmodi. ut *l.* 29. ℨ. *de pact.* 33 Vetus regula. 34 Servus necessarius est, cui in eodem gradu & hereditas & libertas relicta est. 35 Servus potest ab instituto libertatem consequi & pupillo necessarius heres existere. 36 Id est, jurgationem. Est enim altercatio jurgatio Festo. 37 Hæc est 26. decisio Justinianea. vid. Inglois. *Ans.* 38 Omnis testator affectat heredem ex testamento. 39 Servus eo ipso quod heres a domino scriptus est, liber censetur: licet expresse libertas ei data non sit, *ut hic.* Quid si scriptum a se heredem servum, in continenti alii legaverit testator? inutiliter legat, neque hereditatem servo relictam aufert. Quid igitur servo fiet? & liber & heres efficitur, *ut in pr. hujus leg.* Quid si dominus heredem servum scripsit, & codicillis libertatem ei reliquit? Libertatis adjectio codicillis ita facta nihil ei adjicit, cum ipsa institutione, ante tacite libertatem adeptus fuerit. §. 1. ℑ. *eodem.* Quid si neque heredem scripsit in testamento, neque libertatem ei codicillis reliquit, sed vel legatum vel fidei commissum ei tantum reliquit? tacite cum legato libertas servo data non intelligitur. §. 2. *Synops. Basil.* 35. *tit.* 13. *cap.* 39. Quid? num saltem legatum ab heredibus testatoris servo præstandum erit? præstabitur. *d.* §.

Sed antiquitatem quidem hæc altercantem relinquendo, nobis alius modus hujus decisionis [1] inventus est: quia semper vestigia [2] voluntatis sequimur testatorum. Cum igitur invenimus nostro jure hoc esse inductum, ut [3] si quis servum suum tutorem filiis suis reliquerit sine libertate, ex ipsa [4] tutelæ datione præsumatur, etiam libertatem ei favore pupillorum imposuisse: quare non hoc etiam in hereditate & humanius, & favore libertatis inducimus, ut si [5] quis servum suum scripsit heredem sine [6] libertate, omnino civis Romanus efficiatur: quo inducto neque acquisitio, neque tam effusus veterum atque inextricabilis tractatus locum habeat? Neque enim ferendum est supponere quosdam esse ita supinos [7], ut eundem servum & heredem instituant sine libertate, & iterum alii per legatum eundem servum adsignent. §. 1. Sed cum veteres, & aliam proposuerunt ambiguitatem, dicentes, si quis servum suum in testamento quidem heredem ex parte sine libertate scripserit, in [8] codicillis autem libertatem ei reliquerit: si possit institutio valere, & ille tam heres, quam liber fieri, ne videatur per codicillos hereditas confirmari, in [9] quibus [hereditas] dari secundum veteres regulas non potest. Nos [itaque] in tali dispositione, licet in codicillis fuerit scripta, & libertatem [&] hereditatem simul servis per nostram liberalitatem & benignam interpretationem indulgemus, ut gratulentur, cum non servi remaneant, sed & liberi & heredes efficiantur: cum tanta in eos nostri numinis benevolentia effusa est, ut [&] si libertas eis neque testamento neque codicillis data sit: tamen hereditate [10] servis relicta, quasi injunctam esse libertatem videri [possit.] §. 2. Illo videlicet observando, ut si legatum [11], vel fideicommissum eis sine libertate relinquatur, maneant in servitute: non tamen ita impii [12] heredes existant, ut liberalitatem testatoris, & serviles labores debita remuneratione defraudare conentur, & non derelictum, licet adhuc servis constitutis, donent. §. 3. Quæ juris nostri definitio etiam ad aliam speciem dubitatam benigne extendatur. Si [13] quis etenim testamento principali servum suum cuidam legaverit [14], in [15] pupillari autem substitutione eundem servum filio suo sine libertate substituerit: *Quærebatur*, sive utilis esset talis substitutio, & per servum legatum substitutio post mortem pupilli legatario acquiratur: sive inutilis esset hujusmodi substitutio, quia sine libertate in servum proprium facta est? Melius itaque nobis videtur legatario eum non statim acquiri sancire, sed expectandum [16] esse substitutionis eventum, & si quidem pupillo mortuo, locus fuerit substitutioni, & liber & heres efficiatur: sin autem substitutio minime locum habuerit, forsitan pupillo jam in pubertatem perveniente: tunc ad legatarii dominium transeat. Quemadmodum enim veteres, si cum libertate substitutio fuisset, hoc inducebant, quatenus in suspenso fiat libertas, & statuliber [17] intelligatur: ita & ex nostra interpretatione, & sine adjectione libertatis in substitutione, & liber, & heres pupillo existat. Dat. 2. Kalend. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De servo pure instituto a domino, cui relinquitur libertas sub conditione.

6. Idem A. Joanni P.P.

DEcisione [18] nostra, quam fecimus, sancientes eum, qui a domino suo sine libertate heres instituitur, videri libertatem accepisse, in propria firmitate durante: si quis servum suum pure quidem heredem instituerit, libertatem autem sub conditione ei donaverit: siquidem conditio talis sit, quæ in *potestate* [19] servi posita est, ille autem eam neglexerit, minimeque compleverit: & libertate eum, & hereditate sua culpa defraudari. † Sin autem *casualis* [20] conditio est, & ex fortunæ [21] insidiis defecerit, tunc humanitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere: hereditatem autem, siquidem solvendo [22] sit, ad alios venire, quos leges vocant, si non aliquis fuisset substitutus [23]. † Sin autem solvendo non sit: ut necessarius heres institutus, simul & libertatem & hereditatem obtineat. Tunc enim secundum definitionem tam veteris, quam nostræ decisionis, & liber, & heres necessarius existat. Dat. 2. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXVIII.

DE LIBERIS PRÆTERITIS, VEL EXHEREDATIS [24].

De exheredatione post omnes heredum gradus.

1. Imp. ANTONINUS A. Faviano.

CUm post [25] omnes heredum gradus exheredatio scribitur, si adjiciat testator *ab omnibus* [26] *se gradibus exheredare:* non dubitatur juri satisfactum [esse]. Et ideo etiamsi [id] non adjiciatur, appareat tamen eum id eo consilio scripsisse, ut ab omnibus exheredaret, recte factum testamentum videtur. Proinde cum paterfamilias filiis institutis & invicem substitutis, filium exheredaverit, intelligendus [27] est, exheredationem ab utroque gradu fecisse. Nam cum iidem heredes instituti sunt, nulla ratio reddi potest, quare videatur in posteriore tantum casu exheredare voluisse. PP. 6. Kal. Jul. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De nepote præterito.

2. Imp. ALEXAND. A. Heraclidæ.

SI avus tuus, qui patrem tuum & novercam æquis portionibus heredes instituit, cum te [28] quoque haberet in potestate, testamento nominatim non exheredavit: mortuo patre tuo vivo avo, sine impedimento legis Vellejæ succedendo in patris tui locum, rupisti avi testamentum, & ad te hereditas ejus tota pertinuit. PP. 6. Id. April. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De verbis, Ille filius meus alienus meæ substantiæ fiat.

3. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P.P.

SI quis filium proprium ita exheredaverit, *Ille filius meus alienus* [29] *meæ substantiæ* [30] *fiat,* talis filius ex hujusmodi verborum conceptione non præteritus, sed exheredatus intelligitur. Cum enim manifestissimus est sensus [31] testatoris: verborum interpretatio nusquam tantum valeat, ut melior sensu existat. Dat. 10. Kal. Martii, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De differentia inter mares & fœminas sublata.

4. Idem A. Joanni P.P.

[MAximum] vitium antiquæ subtilitatis præsenti lege corrigimus [32], quæ putavit alia [33] esse jura observanda in successione parentum, si ex testamento veniant, in masculis, & [alia] in fœminis, cum ab intestato simile [jus] utrique sexui servaverint. Et aliis [34] verbis exheredari filium debere sanxerunt, aliis filiam: & inter nepotes exheredandos alia jura civilia, alia prætoria introduxerunt: & si præteritus fuerat filius, vel ipso jure testamentum evertebat, vel contra tabulas bonorum possessionem in totum accipiebat: filia autem præterita [35] jus accrescendi ex jure vetere accipiebat, ut eodem momento, & testamentum patris quodammodo ex parte jure accrescendi everteret, & ipsa quasi scripta legatis supponeretur: ex prætore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem in totum. † Constitutio autem Magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum jus accrescendi competebat. Qui enim tales differentias inducunt, quasi naturæ [36] accusatores existunt [37], cur non totos [38] masculos generavit, ut unde generentur non fiant [39]. Nam hoc corrigentes, majorum nostrorum sequimur vestigia, qui eandem observationem colere manifestissime visi sunt. Scimus etenim antea [40] simili modo, & filium [& filiam,] & [alios] omnes inter cæteros [41] exheredatos scribere esse concessum. [Tum etiam] centumviri [42] aliam differentiam introduxerunt: & ex hac iniquitate vitium emersit, quale ex libris Ulpiani, quos ad edictum prætoris fecit, inventum a Triboniano viro gloriosissimo nostro quæstore cæterisque viris facundissimis compositoribus juris enucleati ad nostras aures relatum est. Nam cum ultimum [43] adjutorium de inofficiosi querela positum esset. & nemo ex alio ortus præsidio ad hanc decurrere posset: inventa fuerat filia præterita minus habens, quam filia exheredata. Cum enim per [44] contra tabulas bonorum possessionem, vel jus accrescendi semissem substantiæ filia præterita accipiebat, & omnibus legata præstare compellebatur [45], scilicet usque ad dodrantem suæ portionis, remanebat ei sescuncia [tantummodo] in sua successione. Quod si fuisset exheredata, quarta pars omnimodo totius substantiæ ei relinqui debebat: & quam injuria dignam pater existimabat, amplius habebat ea, quam taciturnitate in institutione præteriit: & si secundum nostræ constitutionis [46] definitionem quam de supplemento [47] quadrantis disposuimus, repletio fuerat introducta: simili modo exheredatæ quartam [partem] repletio accedebat, & ita vitium permansit, ut nec ex nostra constitutione emendationem aliquam sentiret. † Sancimus itaque quemadmodum in successionibus parentum, quæ ab intestato [48] deferuntur, æqua lance & mares & fœminæ vocantur, ita [49] & in scriptura testamentorum eas honorari, & similibus [50] verbis exheredationes nominatim

2. *ibi, non tamen ita impii.* 1 Hæc *l.* 5. juncta *l.* 6. *J. b. t.* & *l. fin. J. de condit. insert.* faciunt 27. decis. ex 50. novis Justinian. vid. Inglois. *Ans.* 2 Parendum testatoris voluntati. 3 *l.* 9. *J. de fideic. libert.* §. 1. *Inst. qui test. tut. dari possunt. l.* 10. *in fin. l.* 32. *in fin. ff. de test. tut.* 4 Ipsa tutelæ datione servi consequuntur libertatem puta, si a domino dati ejus liberis tutores fuerint. *d.* §. 1. *l.* 32. *in fin.* 5 §. 2. *Inst. quibus manum. non licet: pr. Inst. de hered. inst.* adde Ulpian. 22. §. 11. 6 Et ita abrogatur. Ulpian. 22. §. 7. §. 12. 7 Nemo ingenio supino esse præsumitur. Ut natura nihil frustra facit, ita homines sobrii & sani, qui naturam quasi ducem sequuntur, nihil unquam frustra facere existimandi sunt. 8 De servo cui hereditas in testamento, libertas in codicillis relicta est: hinc colligunt, Utiliter datum ex inutili confirmatione non infirmari.
9 Codicillis hereditas dari non potest directo: oblique potest. vid. *l.* 2. *J. de codic. l.* 14. *S. de testamentis.* 10 Hereditate servis relicta, quasi injuncta libertas eis videtur: nec enim heredes esse possunt, nisi & liberi sint. 11 Vid. *l.* 2. *in fin. S. b. t.* militem excipe. *l.* 40. §. 1. *ff. de testam. milit. l.* 7. *in fin. supr. de testam. milit.* 12 Heres servo defuncti legatum, vel fideicommissum summo jure non debet: quia sine libertate nihil ei legari potest. *l.* 76. *in fin. ff. de hered. inst.* impius est tamen nisi præstet: Interdum aliquid præstandum ex urbanitate, quod non debetur obligationis necessitate. *Bald.* connivemus in hujusmodi rebus servis nostris. *l.* 17. *in fin. ff. de alim.* eadem conniventia servi testamenta faciunt. Plin. 8. *epist.* 16. bona habent propria. *l.* 4. *ff. de manum.* dant enim dominis suis munus (Seneca 7. *de benef. Nunquid dubium est, quin servus cum peculio domini sit: dat tamen domino suo munus.* adde *l.* 107. *in fin. ff. de leg.* 1. adde quæ dixi ad Ulp. 5. §. 5.) quasi dotem dat quoque. *l.* 39. *ff. de jure dotium.* 13 Institui impuberem filium meum, servum meum legavi, eundem servum filio meo sine libertate substitui? Qui ita substitutus est, non est legatarii, liber est: ut eo loco habeatur, ac si impuberi morienti substitutus esset: ut liber sit sub conditione. Impubere in eo statu moriente, servus ita substitutus fit liber & heres. Quid si heres post pubertatem moriatur? substitutio deficit: fietque legatarii servus ille, *ut hic, Synops. Basil.* 10. *ex lib.* 35. *tit.* 13. *cap.* 40. 14 Sit & hæc hypothesis, *Titio Pamphilum do, lego: Si filius impubes morietur, Pamphilum ei substituo.* vid. *l.* 38. *ff. de hered. instit. l.* 18. *in fin. ff. de vulg.* pendente conditione Pamphilus legatarii est. 15 Potest servus legatus impuberi substitui.
16 Conditio expectanda. 17 Alii legunt, *statim liber*, alii *nec statim liber:* divisim tamen *statu liber* an conjunctim *statuliber* legas, nihil interest. 18 Decisiones quinquaginta Justiniani huic Codici additæ hoc verbo vel simili deprehenduntur. 19 Conditio potestativa. 20 Conditio casualis. 21 Casualis conditio fortunæ insidiis obnoxia.
22 Hæc lex loquitur de hereditate quæ solvendo est, ut *l.* 57. *ff. de hered. instit.* de hereditate quæ solvendo non est. vide Cujac. 7. *observ. ultim.* 23 Servo præfertur substitutus. vide Cujac. *d. loco.* Idem *in l.* 3. *in verbis, si servum. ff. de hered. instit.* legit hic, *institutus.* adde *l.* 27. *in fin. S. de inoff.*
24 Dixi ad *Lib.* 28. *ff.* 2. 25 Clausula in fine (idem dicunt ab initio. *l.* 3. §. 3. *ff. b. t.* vel in medio. *d. l.* 3. §. 4. Bart. *hic*) posita, refertur ad omnia antecedentia, si nulla ratione ad unum magis pertineat quam ad aliud. 26 Exheredatio debet fieri ab omni gradu.
27 Qui filiis institutis & invicem substitutis, unum filiorum exheredat, ab institutione & substitutione eum exheredasse intelligitur. 28 Neptem scilicet. Nepos præteritus adgnascendo rumpit testamentum avi. *l.* 13. *ff. de injusto.* §. 2. *Instit. de exher. lib.* aliud si post mortem avi. *l.* 9. §. 2. *ff. de liber. & posth. l.* 34. *S. de inoff.* 29 Formulam exheredationis observa. addantur & illæ, *filius meus exheres esto. l.* 2. *ff. de lib. & posthum. Filius exheres sit, exheres erit. l.* 17. *d. t. Te exheredavi, quoniam te contentam esse dote volui. l.* 61. *ff. de heredib. instit. Titius filius meus exheres esto. vers. nominatim. Inst. de exhered. liber.* 30 Dubitandi ratio consistere in hac voce videtur: substantiæ enim appellatione videtur pecunia significari, non hereditas. *l. cogi.* 16. *ff. de SC. Trebell.* 31 Sensu reperto verba negliguntur. Interpretatio non fit ad literam, sed ad sensum, qui verbis prævalet. his adde *l.* 15. *S. de testam.* melius est sensum quam verba amplecti. *l.* 20. §. 9. *in fin. ff. qui test. l.* 3. §. 9. *in fin. ff. de adimendis.* 32 §. 5. *Inst. de exhered. liber. Novell.* 115. *c.* 3. hoc innuit, Masculos & Fœminas æqualiter ab intestato succedere: nominatim testamento exheredari oportere. *Goth.* Pro intellectu hujus l. vid. Barbat. *vol.* 4. *consil.* 81. *n.* 9. Ans. 33 Olim alia jura fœminarum fuerunt & masculorum in successionibus testamentariis & ab intestato. vid. *l.* 14. *infr. de legitim. hered.* 34 Olim verbis aliis exheredabantur filii, aliis filiæ. 35 Olim masculi præteriti testamentum rumpebant: fœminæ non rumpebant, sed eis dabatur jus adcrescendi. *vers. Cum enim. J. hic.* 36 Naturam accusare non licet. *l.* 14. *J. de legitimis heredib.* 37 Atqui jure divino videntur fœminæ masculis deteriores, *Numer.* 27.
38 Id est, omnes. 39 Non fiat. 40 Forte lex 12. *tab.* §. 3. *Inst. de exhered. lib.*
41 Inter cæteros, liberi testatoris exheredari hodie non possunt. vide *in fin. J. b. t.*
42 De centumviris & centumviralibus judiciis dixi ad *l.* 13. *ff. de inoffic.* 43 Querela inofficiosi, ultimum adjutorium. §. 2. *Inst. de inoffic.* 44 Ut *S. b. t. vers. filia autem.*
45 *l.* 6. §. *pen. ff. si quis omissa causa testam. l.* 1. *S. de B. P. contra tab.* 46 *l.* 30. *S. de inoffic.*
47 De supplemento legitimæ alias dixi. 48 Fœminæ ab intestato cum masculis æqualiter succedunt. 49 Argumentum a successione legitima intestati ad testamentariam.
50 Non hoc ait, Testatorem cogi totidem uncias fœminis relinquere, quot masculis: sed si in animo habuerit fœminas exheredare, iisdem verbis esse exheredandas quibus & masculi.

pro-

procedere, & contra [1] tabulas bonorum possessionem talem habere, qualem filius, vel suus, vel emancipatus haberet: ut, & ipsa si fuerit præterita [2] ad instar filii emancipati, vel sui, vel testamentum ipso jure evertat, vel per contra tabulas bonorum possessionem stare hoc non patiatur. Et hæc non solum in filiabus obtinere, sed etiam in nepotibus [3], & neptibus & deinceps observari censemus, si tamen ex masculis progeniti sunt.

† Sed quia & aliud vitium fuerat sub obtentu differentiæ introductum, & alia [4] jura exheredationis in posthumis, alia in jam natis observabantur: cum necesse fuerat posthumam inter [5] cæteros exheredatam etiam legato honorari, filiam autem jam progenitam etiam sine datione legati: & hoc brevissimo incremento verborum ad plenissimam definitionem deduximus, sancientes eadem jura obtinere, & in posthumis [6] exheredandis [7] sive masculini, sive fœminini sexus sint, quæ in filiis, & filiabus jam statuimus: ut etiam ipsi, vel ipsæ nominatim exheredentur, id est, posthumi, vel posthumæ facta mentione. Dat. Kal. Septembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

In AUTHENT. ut cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum. cum sequentibus §§. col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 3.

N*On licet parenti aliquem ex liberis exheredare, vel præterire, nisi is probetur ingratus, & ingratitudinis causas nominatim inserat testamento. Causæ vero ingratitudinis nova constitutione expressæ sunt quatuordecim.*

In AUTHENT. ut cum de appell. cog. §. aliud. & §. sequenti. & §. sive igitur. & §. hæc autem. in fin. col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 3.

E*X causa [8] exheredationis, vel præteritionis irritum est testamentum, quantum ad institutiones: cætera [9] namque firma permanent.*

TIT. XXIX.

DE POSTHUMIS HEREDIBUS INSTITUENDIS [10], [VEL EXHEREDANDIS,] VEL PRÆTERITIS.

Per nativitatem posthumi præteriti testamentum rumpitur, & legata non debentur. Alexand.

1. Imp. ANTONINUS A. Brutatio.

SI post testamentum factum, quo posthumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filium filiamve suscepit, intestato vita functus est: cum agnatione [11] posthumi, vel posthumæ, cujus non meminit, testamentum ruptum sit: Ex [12] rupto autem testamento nihil deberi, neque peti posse explorati juris est. Dat. & PP. 4. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Soterico.

UXoris [13] abortu [14] testamentum mariti non solvi: posthumo vero præterito, quamvis natus illico [15] decesserit, non restitui ruptum, juris evidentissimi est. S. 12. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

Posthumus natus vivus, licet illico decedat, rumpit testamentum, si ipse ad nullum declinat monstrum, vel prodigium. Salic.

3. Imp. JUSTIN. A. Joanni P.P.

QUod certatum est apud veteres, nos decidimus [16]. Cum igitur is, qui in ventre portabatur, præteritus fuerat, qui si ad lucem fuisset redactus, suus heres patri existeret, si non alius eum antecederet, & nascendo ruptum testamentum faceret: si posthumus in hunc quidem orbem devolutus est, voce autem non emissa ab hac luce subtractus est, dubitabatur, si is posthumus ruptum facere testamentum posset? [Et] veterum [17] animi turbati sunt, quid de paterno elogio statuendum sit. Cumque Sabiniani existimabant, si vivus natus esset, & si vocem [18] non emisit, rumpi testamentum: apparetque, quod & si mutus fuerat, hoc ipsum faciebat: eorum etiam nos laudamus sententiam: & sancimus, si vivus [19] perfecte natus est, licet illico postquam in terram [20] cecidit, vel in manibus obstetricis [21] decessit: nihilominus testamentum rumpi, hoc tantummodo requirendo, si vivus ad orbem totus processit, ad nullum declinans monstrum [22], vel prodigium. Dat. 15. Kal. Decembr. *Constantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In ultimis voluntatibus casus omissus habetur pro expresso.

4. Idem A. Joanni P.P.

QUidam cum testamentum faciebat, his verbis usus est: *Si filius, vel filia intra decem [23] mensium spatium post mortem meam editi fuerint, heredes sunto:* Vel ita dixit, *filius, vel filia [qui] intra decem menses proximos mortis meæ nascentur, heredes sunto:* jurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est, an [24] videantur non contineri testamento, & hoc ruptum facere? Nobis itaque eorum frequentium decidentibus [25], cum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adjuvantes: ex neutra hujusmodi verborum compositione ruptum fieri testamentum videtur: sed sive vivo [26] testatore, sive post mortem ejus intra decem menses a morte testatoris numerandos filius, vel filia fuerint progeniti, maneat testatoris voluntas immutilata, ne pœnam patiatur præteritionis, qui suos [filios] non præteriit. Dat. 12. Kal. Decembr. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXX.

DE JURE DELIBERANDI [27], ET DE ADEUNDA [28] VEL ACQUIRENDA [29] HEREDITATE.

De emancipata quæ manumisit, & quædam ob funeris impensam distraxit.

1. Imp. ANTONINUS A. Titiæ.

SI a patre emancipata, eo defuncto bonorum possessionem non agnovisti: frustra vereris, ne hereditati paternæ sis obligata, quod [30] servum ejus nullo jure manumisisti, res quoque, & mancipia quædam propter funeris [31] impensas distraxisti. PP. Kalend. Jul. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De solutione.

2. Imp. ALEXAND. A. Florentino militi.

CUm debitum paternum te exsolvisse [32] alleges: pro portione hereditaria agnovisse te hereditatem defuncti non ambigitur. PP. 6. Id. Februar. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Differentia filii in potestate, & emancipati.

3. Imp. GORDIANUS A. Florentino militi.

SI fratris tui filius mortis tempore in [33] patris sui fuit potestate, sive ex

1 Quæ masculis defuncti bonorum possessio, eadem fœminis etiam datur. 2 Quæ remedia masculis a patre præteritis competunt, eadem & fœminis competunt. 3 Hæc constitutio extenditur ad nepotes, neptes & deinceps ex masculis progenitos. 4 Exheredabantur olim aliter posthumæ, aliter filiæ jam natæ. Posthumæ inter cæteros exheredatæ legati titulo aliquid relinqui oportebat: jam natæ aliquid relinqui necesse non erat. Hodie ut jam natæ, natique, ita posthumi & posthumæ exheredari debent, hoc est, similibus verbis nominatim, non inter cæteros. 5 Inter cæteros exheredatur posthumus cujus mentio non fit, contra non exheredatur inter cæteros, cujus posthumi nominatim fit mentio: ut *cæteris exheredatis*, posthumus exheredatus non censeatur: qui alias non censetur exheredatus, nisi *posthumi* appellatione specialiter designatus sit, *ut hic.* quanquam novo jure posthumus exheredari non possit, *ut* ℑ. *dicetur.* cum exheredari liberi non possint, nisi ingrati: vitium autem ingrati in posthumum non cadat. 6 Quæ remedia liberis masculis & fœminis competunt contra tabulas parentum, eadem competunt posthumis. 7 Hodie posthumi exheredari non possunt. *Auth. non licet.* ℑ. *h. t. Nov.* 115. *c.* 3. *l.* 33. §. 1. ℑ. *de inoff.* 8 Testamentum in quo liberi injuste vel exheredati, vel præteriti sunt, uno respectu irritum est: altero non est, irritum. Irritum est, quod ad institutos, non quod ad legatarios. An & quod ad fideicommissarios attinet? mox dicetur. 9 Fideicommissum universale etiam deberi, hoc est restitui debere ex eo testamento, in quo filius fuerit injuste exheredatus, vel præteritus, hinc colligitur. Nam cæterorum appellatione fideicommissa continentur. *l. ita tamen.* 27. §. *quoties.* 6. *ff. ad SC. Treb. Nov.* 115. *c.* 3. unde Auth. desumpta, ubi fit mentio non legatorum tantum, sed & fideicommissorum. Cum itaque generatim loquatur lex illa, generaliter intelligenda est: ut ne quis putet verbum *fideicommissi* coërcendum esse ad singulare fideicommissum: nam ut paulo ante dictum est, lex in genere loquitur, ut merito in genere legem eam interpretari debeas. Deinde effectu nihil adjiceretur: cum fideicommissa singularia exæquata sint legatis. *l.* 1. *ff. de leg.* 1. facit quoque ad hanc sententiam similis casus. *l. si servum.* 28. §. 1. *ff. si quis omissa causa: Gloss. in l. eam quam.* 14. ℑ. *de fideic.* Ad hæc, universale fideicommissum favorabilius est singulari. *l. nam quod* 14. §. 1. *ff. ad SC. Treb.* ut si singulare valeat, multo magis valere debeat universale. Idem quoque probat Bart. in *l. peculium.* 65. *in fin. ff. de leg.* 2. licet Angelus in tractatu de testamentis in verbo fideicommissum, contrariam sententiam defendat, & Martinus Silius. vid. Capell. Tholosan. *decis.* 454. Quid si in hujusmodi testamento præteritionis causa rupto, clausula codicillaris adjecta est? Idem quod in fideicommisso universali superius diximus, obtinere vult Bart. *l.* 1. *ff. de jure codic.* sed & paria esse relinquere ab intestato venientibus, & hac formula uti, *si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum,* ut notatur *in l. ex testamento.* 29. *infr. de fideic.* Idem tenet Angel. *Instit. de codicill.* Bart. & Bald. *hic, & in l.* 2. *ff. de leg.* 3. Faber *hic*, Salic. Castr. *cons.* 60. Rom. *cons.* 127. Quid si testamentum nullum non est ob præteritionem filii jam nati, sed posthumi? Bart. in *dict. l.* 1. ita distinguit: clausulam codicillarem vim & effectum fideicommissi sortiri, si de posthumo testator cogitaverit: secus si nihil cogitaverit. *arg. l. pen. ff. de jur. codicill. l. certi juris.* 8. *supr. de test. mil. l. si unquam* 8. *infr. de revoc. don.* Verum Dynus, Jacobus, Bald. Paulus, Ludovicus verba testamenti inspicienda existimant: ut si testator dixerit simpliciter tempore instanti, *si non valet testamentum, rumpatur testamentum agnatione posthumi:* nihil quidquam præstet superior clausula. *arg. l. si ita.* 7. *ff. de auro. l. cum stipulamur.* 125. *ff. de verb. obl.* secus si ita dixerit in futuro, *si non valet aut valebit jure testamenti, valeat jure codicillorum,* & hanc communem esse opinionem ex ipso Bartolo, Angelo, Saliceto, Baldo, Imola, Raphaële, Fulgosio, Castrensi, refert Capella Tholosana *dec.* 455. 10 Huc refer partem tituli 2. *D.* 28. 11 Adgnatione posthumi præteriti rumpitur testamentum. *l.* 1. ℑ. *h. t.* quamvis natus illico decesserit. *l.* 2. *l.* 3. ℑ. *h. t.* vid. *l.* 2. *supr. de bon. poss. contra tabulas.* 12 Ex rupto testamento nihil olim debebatur, neque peti poterat, *ut hic*, puta hereditas. *l.* 15. *in fin. ff. de injusto.* fideicommissum *l.* 81. *ff. de leg.* 2. vel legatum, hodie ex causa præteritionis irrito facto testamento, solæ institutiones pereunt, cætera firma permanent. *Novell.* 115. *c.* 3. *Auth. ex causa. supr. tit. prox.* & consequenter legata sive fideicommissa. 13 Vid. Ferrariensem *in forma libelli quo petitur hereditas ex testamento* 48. *in verbo, ac etiam, numer.* 11. 12. 13. *& seq.* 14 Abortivi adgnatione non rumpitur testamentum, *ut hic & l.* 3. ℑ. *h. t.* & merito. Abortivus enim vel abactus venter partum efficere non videtur. Paul. 4. *sent.* 9. §. 6. adde *l.* 129. *ff. de verb. sign.* Hinc fit etiam, ut abortu facto in possessionem missio finiatur. *l.* 1. §. 27. *ff. de ventre in poss. mitt.* Non idem est in eo qui exsecto ventre matris, si tamen aliquandiu vixerit, natus est. *l.* 6. *in fin. pr. ff. de inoff. l.* 12. *ff. de liberis & posthum. l.* 141. *ff. de verb. sign.* His adde quæ scripsi ad *Novell.* 39. *c.* 2. vid. Renatum Choppinum 3 *de privilegiis rustic.* 8. *num.* 5. 15 *l.* 3. *in fin.* ℑ. *h. t.* 16 Hæc est 28. decisio ex 50. Novis Justinianeis. vid. Inglois. *Ans.* 17 *Veteres animi*, quidam ita legunt: dixi ad *l.* 9. *supr. qui testam.* adde Cujac. 18. *obs.* 9. 18 *Vox in partu edita, vitæ indicium.* 19 Posthumus, si vivus nascatur, rumpit testamentum, etiamsi illico decedat. Vivus fuisse intelligitur, si vocem emisit. *supr. h. t.* vel si cum spiritu fuisse visus est. *l.* 12. *in fin. ff. de liber. & posth.* In mortuis non idem, nam qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati, neque liberi. *l.* 129. *ff. de verb. sign. Synops. Basil.* 35. *tit.* 20. *ex tit.* 8. *c.* 36. 5. Harm. 5. §. 27. 20 In more positum fuit priscis seculis natos infantes protinus in terram statuere. Statius *lib.* 2. *sylv.* — *tellure cadentem Accepi, fovique sinu.* & lib. 5. *Meus ille meus, tellure cadentem Excipe:* Et lib. 2. *Natum pronus atque humum ipsam primo murmure dulce vagientem Blando Calliope sinu recepit.* Tertull. lib. de anima: *Prima constitutio infantis super terram statim Ædeæ* (legendum Statinæ deæ) *sacer est.* Statinam Varro deam facit pueritiæ præsidem, quam inde nomen traxisse existimat 2. *de vita populi Romani*, quod natus puer simul ac sublatus erat ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus esse. vide Cujac. 11. *obs.* 30. Forcat. 23. *Cupid. in fin.* 21 Obstetrices, quasi ἰατρῖναι a Græcis hic, de quibus alias dixi. 22 Monstrosus partus testamentum non rumpit. *l.* 14 *ff. de statu hom. l.* 135. *ff de verb. sign.* 23 Vide quæ dixi de partibus ad *Nov.* 39 *c.* 2 fuit hæc juris antiqui formula qua partus legitimus significabatur. *l.* 29. *ff. de liber. l.* 3. *in fin. ff. de suis & legitimis.* Goth. Vid. in hanc leg. Berengar. Ans. 24 *An filii eo vivo nati*, hæc verba videntur hic desiderari. Cont. *an hi qui vivo testatore nati sunt.* Cujac. ita legit, *l.* 10. *ff. de liber & posth. in fin.* Qui mortuo testatore nascitur, ex jure antiquo instituendus erat, vel exheredandus: Qui vivo testatore, ex lege Velleja. Ulp. 22. §. 19. Hoc igitur constituitur. Institutionem factam de posthumo in unum casum, porrigi ad alterum ad quem testator veresimiliter processisset, si de eo cogitasset. *Bart.* vel institutionem factam de posthumo nascituro post mortem, trahi ad posthumum natum in vita, ut eo casu institutus posthumus *si post mortem nascatur*, non rumpat testamentum, etiam si vivo testatore nascatur. Olim si alteruter casus omissus fuisset, eo casu qui omissus erat, natus rumpebat testamentum. *l.* 10. *ff. de liber. & posth.* quæ lex hac constitutione (quæ una ex 50. decisionibus est) videtur abrogari. Alias hujus antinomiæ conciliationes vide apud Accurs. Bart. Bald. *hic* & Cujac. *d. l.* 10. Forcat. 21. *Cupid.* Papon. 1. *Not* 8. *tit. d' institution d' heritiers.* 25 Hæc est 29. decisio ex 50. novis Justinian. vid. Inglois. *Ans.* 26 Paul. 3. *sent.* 5. §. 9. 27 Dixi ad L. 28. *ff.* 8. concesso heredibus, intra certum tempus ut apud se deliberent, utrum velint hereditatem adire vel non. 28 Hac voce satis innuitur hunc titulum ad voluntarios heredes pertinere, quibus solis aditio necessaria est: suis enim non est necessaria. Cæterum, Adire hereditatem is etiam videtur, qui debitum paternum exsolvit. *l.* 2 *infr. h. t.* qui de hereditate sibi delata testatur. *l.* 6. ℑ. *h. t.* 29 *Dixi ad lib.* 29 *ff.* 2. Adquirendi verbum generalius comprehendit cretionem, aditionem, immistionem, gestionem pro herede, existentiam, quæ Græcis ἀνάφασις & animi destinationem solam. 30 Emancipatus servum paternum manumittendo, hereditati se immiscuisse non censetur, *ut hic.* aliud in filio non emancipato. *l.* 42. §. 2. *ff. de adquir. vel omitt. hered.* milite tamen excepto. *d. l.* 42. §. *ult.* Hodie se immisceret, sublata differentia omnis emancipationis. Bart. *hic.* 31 *l.* 14. §. 7. *ff. de religiosis. l.* 20. §. 1. *ff. de adquir. vel omitt. hered.* adde *l.* 1. ℑ. *de repudianda vel abstinenda.* 32 Filius solvens simpliciter debitum patris defuncti, præsumitur solvere velut heres. *l.* 8. *in fin. supr. de inoff.* hoc est, pro rata parte, patris hereditatem agnovisse videtur. *Synops. Basilic.* 35. *tit.* 14. *c.* 73. 33 Υπεξούσιος, seu non emancipatus patris heres efficitur ipso

asse

aſſe [1] heres inſtitutus eſt, etiam [2] clauſis [3] tabulis heres potuit exiſtere: ſive [4] ex parte, nihilominus ſtatim ſuus ei heres extitit: nec ea propter quod intra paucos dies mortis patris ſui conceſſit in fatum, tu ad ejuſdem fratris tui potes accedere ſucceſſionem. Quod ſi cum juris [5] ſui eſſet, ante aditam hereditatem deceſſit, tuque fratri tuo legitimus heres extitiſti; ſive intra [6] tempora Edicto præfinita, bonorum poſſeſſionem agnoviſti: quæ hereditariarum facultatum ſunt, vel quæ ab alio injuria detinentur, Præſidis diligentia tibi reſtituentur. PP. 15. Kal. Septembr. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Si pater voluntate filii pro herede geſſerit.

4. Imp. DECIUS A. Athenaidi.

FIliofamilias delata hereditate, ſi pater [7] pro herede voluntate filii [8] geſſit, ſolennitati [9] juris ſatisfactum videri, ſæpe reſcriptum eſt. PP. 10. Kal. Mart. DECIO A. & GRATO CONSS. 251.

De pupillo & tutore.

5. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Paulo.

POtuit pupillus [10] pro herede, tutore auctore, gerendo conſequi ſucceſſionem: ſed ipſius actus & voluntas [11] fuit neceſſaria. Nam ſi [12] quid neſciente eo tutor egit, illi hereditatem non potuit acquirere. PP. 16. Kalend. Jul. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 258.

De animi deſtinatione & eo, qui de hereditate ſibi relicta teſtatur.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Philippæ.

SI avia tua patrem tuum ex duabus unciis ſcripſit heredem, ex ſola [13] animi deſtinatione pater tuus heres fieri poterat. Igitur ſi teſtamento [ſuo] eaſdem [14] uncias ad te pertinere decreverit, apud Rectorem provinciæ duarum unciarum jus perſequi poteris. PP. 16. Kal. Auguſt. *Sirmii*, ipſis IV. & III. AA. CONSS. 298.

De tranſmiſſione ad heredem.

7. Iidem AA. & CC. Euſobino.

QUoniam ſororem tuam prius defunctam eſſe proponis, quam cognoſceret, an a fratre [15] ſibi aliquid hereditatis fuiſſet relictum: manifeſtum atque evidens eſt, antequam [16] pro herede gereret, vel bonorum poſſeſſionem admitteret, defuncti ſucceſſionem eam non potuiſſe ad heredes ſuos tranſmittere. PP. Kalend. Maji, *Thiralli*, AA. CONSS.

De longi temporis præſcriptione.

8. Iidem AA. & CC. Claudio.

LIcet in continenti ſui [17] heredes ſe paternis non immiſcuerint bonis: tamen ignorantes [18] delatam ſibi eſſe hereditatem, longi [19] temporis præſcriptione, quo minus hanc recte vindicent, excludi non poſſunt. S. 17. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De interrogatione in jure.

9. Iidem AA. & CC. Platoni.

SI curatoris quondam tui teſtamento jure facto, vel ab inteſtato legitima delata eſt ſucceſſio: hoc caſu ei, qui non repudiavit hereditatem, eam licet adire. Rector igitur provinciæ aditus, ſi hereditati necdum ſunt obligati eos, *an* [20] *heredes ſint*, interrogare debebit: ac ſi tempus ad [21] deliberandum petierint, moderatum ſtatuet [22]. S. 16. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De inopia defuncti & de rebus heredi vi ablatis.

10. Iidem AA. & CC. Sabinæ.

SI te bonis paternis major [quinque & viginti] annis immiſcuiſti: neque inopia [23] patris te excuſat, neque vis [24] fratris portionem tuam, vel teſtamentum eripientis arcere [25] de exactione creditorum, qui jure civili [26] pro hereditaria portione te conveniunt, poteſt. S. 16. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De filiofamilias & ejus patre.

11. Iidem AA. & CC. Philumenæ.

REnitente [27] te pater tuus, in cujus fuiſti poteſtate, neque ſpem delatæ tibi legitimæ quærendæ ſucceſſionis abſumere, neque hereditarios [28] manumittendo ſervos, his præſtare libertatem potuit. S. 6. Id. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De bonorum poſſeſſione agnita.

12. Iidem AA. & CC. Antonino.

PUberem agnoſcentem [29] bonorum poſſeſſionem, poſtea quam ei fuerit hereditas delata, pro herede gerere non ambigitur. S. 3. Kal. Decemb. CC. CONSS.

De ſuis heredibus.

13. Iidem AA. & CC. Scleppolidi.

SUum heredem omiſſa [30] bonorum poſſeſſione, paternam ſucceſſionem obtinere potuiſſe, certi juris eſt. S. 3. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Si heres nondum poſſederit.

14. Iidem AA. & CC. Flaviæ.

SI ſorori ſuæ frater tuus civili, vel honorario ſucceſſit jure: licet [31] res ex ejus bonis deſcendentes, non probetur tenuiſſe, heres tamen effectus, contra [32] poſſidentes experiri poteſt. S. 12. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De filiofamilias ſui juris effecto.

15. Imp. CONSTANT. A. ad Leontium Comitem Orientis.

NOn eſt dubium, ſi priuſquam [33] filius juſſu patris adierit hereditatem, propriæ poteſtatis effectus ſit, arbitrio ſuo eundem hanc ſibi potuiſſe quærere. Dat. 17. Kal. April. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

De libero arbitrio.

16. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Annodio.

NEc emere [34], nec donatum [35] adſequi, nec damnoſam quiſquam hereditatem [36] adire compellitur [37]. Dat. 7. Kal. Januar. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De cretionibus.

17. Iidem & THEOD. AAA. Anthemio P.P.

CRetionum [38] ſcrupuloſam ſolennitatem hac lege penitus amputari decernimus. Dat. 5. Kal. April. *Conſtantinop.* HONORIO VII. & THEOD. AA. CONSS. 407.

De infante.

18. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Senatum.

SI infanti [39] (id [40] eſt minori ſeptem annis) in poteſtate patris, vel [41] avi, vel proavi conſtituto, vel conſtitutæ, hereditas ſit derelicta, vel ab inteſtato delata a matre, vel linea, ex qua mater deſcendit, vel aliis quibuſcunque perſonis: licebit [42] parentibus ejus, ſub quorum poteſtate eſt, adire ejus nomine hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem petere. §. 1. Sed ſi hoc parens neglexerit, & in memorata ætate [43] infans deceſſerit: tunc parentem quidem ſuperſtitem omnia ex quacunque ſucceſſione ad eundem infantem devoluta, jure patrio quaſi jam infanti quæſita capere. §. 2. Parente vero non ſubſiſtente, ſi quidem poſt ejus obitum tutor [44] infanti ſit, vel datus fuerit: poſſe [eum] etiam adhuc infante pupillo conſtituto, ejus nomine adire hereditatem, ſive vivo parente, ſive poſt mortem ejus ad eum devolutam: vel bonorum poſſeſſionem petere, & eo modo eidem infanti hereditatem quærere. §. 3. Sin vero vel non ſit tutor, vel cum ſit, ea facere neglexerit, tunc eodem infante in ea ætate defuncto [45], omnes hereditates ad eum devolutas, & non agnitas ita intelligi, quaſi ab initio non eſſent ad eum delatæ: & eo [46] modo ad illas perſonas perveniant, quæ vocabantur, ſi minime hereditas infanti fuiſſet delata. Ea vero, quæ de infante in poteſtate parentum conſtituto ſtatuimus, locum habebunt, & ſi quacunque cauſa ſui juris [idem] infans inveniatur. §. 4. Si autem ſeptem [47] annos ætatis pupillus exceſſerit, & priore parente mortuo, in pupillari ætate fati munus impleverit, ea obtinere præcipimus, quæ veteribus continentur legibus: nulla dubietate relicta, quin pupillus poſt impletos ſeptem annos ſuæ ætatis ipſe adire hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem petere, conſentiente parente, ſi ſub ejus poteſtate ſit, vel

jure, & hereditatem tranſmittit, licet ipſe paternis bonis ſe non immiſcuerit: facit *l.* 30. *ff. quib. ex cauſ. major. l.* 2. *ff. de ſuis. l.* 14. *ff. de uſurpatione.* Et hoc quidem eſt quod a veteribus dicebatur: *Exiſtentiam ſui heredis operari tranſmiſſionem hereditatis paternæ etiam non agnita, ad quoſcunque.* Bart. etiam extraneos. Bald. *hic, num.* 2. 1 *l.* 1. *in fin. ff. de juris & facti.* 2 *l.* 8. *C. h. t. l. un.* §. 5. *C. de caducis.* 3 Id eſt, ante apertas tabulas. 4 *d.* §. 5. 5 Emancipatus non agnitam patris hereditatem non tranſmittit ad ſuos, *ut hic.* non emancipatus tranſmittit. *ſupr. h. t.* quod etiam hodie ſervari *Bald.* putat, *hic, num.* 6. 6 *l.* 4. §. *qui admitti ad bon. poſſ.* 7 *l.* 18. *C. h. t.* Pater hereditatem filio familias delatam poteſt adire. 8 Nihil intereſt ipſe per me faciam, an per alium mea voluntate quid fiat. *l.* 5. §. 3. *ff. de admin. & peric. tut.* 9 Hereditatem ſibi delatam patris juſſu adiiſſe videtur, quo volente pater pro herede geſſit, *ut hic. Synopſ. Baſil. d. tit.* 14. *c.* 74. Quid enim intereſt ipſe filius adeat delatam ſibi hereditatem, an ejus pater eo volente? 10 *l.* 18. *in fin. C. h. t.* 11 *l.* 7. *ſupr. qui admitti.* 12 Pupillus adit, tutore auctore, alter ſine altero adire non poteſt. 13 Hereditas ſola animi deſtinatione aditur, *ut hic,* & *l.* 14. *C. h. t. l.* 4. §. *unde legitimi. l.* 20. *l.* 88 *ff. de adq. vel omitt. her.* 14 De hereditate nobis relicta poſſumus teſtari, ut eo ipſo actu quo de ea teſtamur, defuncti hereditatem adiiſſe videamur. 15 Fratris hereditas non adita non tranſmittitur. 16 Vide *l. unic.* §. 5. *C. de caducis. l.* 2. *C. ad SC. Orphitianum.* 17 *l.* 5. *ſupr. h. t.* 18 §. 3. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l.* 6. *ff. de adq. vel omitt. hered. l.* 11. *ff. de lib. & poſt.* 19 Jus adeundi, vel immiſcendi longi temporis ſpatio non tollitur, longo ſilentio nemo renunciat hereditati paternæ (De legitima dixi ad *l.* 34. *in fin. ſupr. de inoff.*) Longisſimo namque, id eſt, 30. annis præſcribitur. *l.* 3. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* De tempore bonorum poſſeſſ. vide quæ ſcripſi ad *l.* 2. *ſupr. qui admitt.* 20 Interrogari poteſt inſtantibus creditoribus is, cui delata eſt hereditas, heres velit eſſe necne. adde *l.* 11. *ſupr. de hered. petit. l. de ætate.* §. 11. §. 2. *ff. de interrog. action.* plura vide apud Marantam de his interrogationibus *præparatoriis in praxi, parte* 6. *membr.* 7. 21 Deliberaturo ſpatium moderatum concedi ſolet. *l. ult.* §. 13. *C. h. t. l.* 1. 2. *ff. h. t. l.* 5. *ff. de interr. l.* 34. *ff. de jurejur. l.* 9. §. 1. *ff. ad SC. Treb.* 22 *Sub.* ut ſatisfiat creditoribus, non ut tollatur jus ſucceſſoris. vide quæ ſcripſi ad *l.* 1. §. 12. *ff. de ſucceſſor. edict.* 23 Inopia teſtatoris non liberat heredem. 24 Licet ab alio quis patiatur injuriam: non tamen eo nomine alii injurioſus eſſe debet. Non ideo quis a ſuis creditoribus liberatur, quod propriis bonis ſpoliatus ſit. Vis a tertio illata non excuſat debitorem. 25 Hoc eſt, non ideo minus a creditoribus defuncti, (cujus hereditatem major vigintiquinque annis adiſti) conveniri potes, quod vim a fratre tuo tibi fieri proponas, & ab eodem portionem tuam paternum denique teſtamentum eripi, *ut hic. Synopſ. Baſil.* 35. *tit.* 14. *c.* 79. & 5. Harmen. 8. §. 26.

26 Leg. 12. Tab. *l. ult. ſupr. de her. act. l.* 25. §. 13. *ff. familiæ.* 27 Pater repudiare hereditatem filio delatam eo invito non poteſt. *l.* 26 *in fin. C. de fideicomm. l. ult. verſ. ſancimus. C. de bonis, quæ lib.* adde *l.* 10. *ff. de tranſact. l.* 10. *ff. de adq. vel omitt. her. l.* 8. *ff. de bon. poſſeſſ.* 28 *l.* 1. *C. de his, qui a non dom.* 29 Agnoſcens bonorum poſſesſionem, pro herede gerit. Qui agnoſcit jure prætorio, videtur adire jure civili. 30 Omiſſo prætoris beneficio jure civili beneficium ſuis heredibus eſt paratum. facit *l.* 30. *ff. quib. ex cauſ. major. l.* 17. §. 1. *de adq. vel omitt. her. l. quoties duplici* 91. *ff. de reg. jur.* 31 Adeunti non eſt neceſſaria rerum hereditariarum adprehenſio. Aditio facit heredem, non poſſeſſio. 32 Qui adit, dominium adquirit, etiamſi non poſſideat. *l.* 6. *ſupr. h. t.* 33 Emancipatus aditam hereditatem patri non quærit, etiamſi ei, cum filiusfamilias eſſet, fuerit delata. Tempus aditæ hereditatis non delatæ inſpicitur. 34 Dixi ad *l.* 5. §. *de obl. l.* 11. *ſupr. de contrahend. empt.* 35 Invito non fit donatio. *l.* 69 *ff. de reg. jur.* vide exceptiones varias ad hunc locum apud Socinum *reg* 453. 36 Invitus nemo fit heres, *ut hic & l.* 6. *in fin. l.* 85. *ff. de adq. vel. omitt her.* vel bonorum poſſeſſor. *l. ult. ſupr. unde legit. l.* 3. §. 3. *ff. de bon. poſſ.* Cæterum hanc legem ad extraneos heredes, non ad neceſſarios referre nos oportet, id etiam conſtabit ex *l.* 149. *C. Theod. de decur.* ex qua lex noſtra deſumpta eſt, facit *l.* 21. *infr. h. t. d. l. ult. ſupr. unde leg.* §. 1. *Inſt. de heredum qualitate. l. ſed ſi plures* 10. §. *filio* 2. *ff. de vulg.* 37 Si tamen fuerit compulſus, reſtituit *l.* 21. *in fin. ff. quod met. cauſ.* adde *l.* 4. *l.* 13. §. 4. *ff. ad SC. Treb.* 38 Id eſt, cernendæ hereditatis. facit *lex ult. ſupr. qui admitt* §. *ult. Inſt. de bon. poſſ.* De cretionibus & earum ſolennitate dixi ad Ulp. 22. §. 27. 28 29. 30. 31. 32. adde *C. Th. de cretionib. vel bon. poſſ.* adde Varr. 5. & 6. *de lingua:* Plin. 10 *epiſt.* Iſid. *l.* 5. Cicer. 13. *ad Attic.* 46. & 1. *de Orat.* 39 Dixi ad *l.* 2. & 3. *ſupr. qui admitti:* Novell. 158. Filio infanti tantum pater bonorum poſſesſionem petit, *l.* 7. *in fin. ff. de bon. poſſ. l.* 1. *C. Theod. de cretionib. vel bon. poſſ.* tutor majori infante. *l.* 6. *l.* 7. *ff. de bon. poſſ.* dixi ad *l.* 2. *l.* 3. *ſupr. qui admitti.* vide Cujac. 14. *obſ.* 8. 40 Infans, id eſt, minor ſeptem annis. *l.* 14. *ff. de ſponſ.* qui fari non poteſt. *l.* 3. *ſupr. qui admitti. l.* 1. §. 2. *ff. de adm. & peric. tut.* 41 Aſcendentes paterni deſcendentis infantis nomine hereditatem adire poſſunt, ſive eo vivo, ſive mortuo. 42 *l.* 4. *ſupr. h. t. l.* 6. §. 3. *ff. de adq. vel omitt. her.* 43 Poſt annum, ſc. alias heres poſt delatam hereditatem annum habet ad deliberandum. *l.* 19. *C. h. t.* 44 Tutor adire poteſt pupilli infantis hereditatem, tutorio nomine. 45 Tutor, mortuo infante pupillo hereditatem pupilli defuncti adire non poteſt. 46 Transmittit quoque ad extraneos hereditatem licet non aditam filius in poteſtate: de quo plenius dixi ad *l. unic.* §. 3. *C. de caducis.* 47 Delatam majori infante hereditatem, nec ſolus tutor adire poteſt. Quis igitur adibit? Pupillus: patris tamen vel tutoris conſenſu. *l.* 5. *ſupr. h. t. l.* 9. *ff. de adq. vel omitt. her.* Quid ſi neque patrem neque tutorem habeat?

cum

cum tutoris auctoritate, si sui juris sit, possit: vel si non habeat tutorem, adire Prætorem & ejus decreto [1] hoc jus consequi. Dat. 6. Id. Novembr. *Ravennæ*, THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De jure deliberandi.

19. Imp. JUSTINIAN. A. Demostheni P.P.

CUm in antiquioribus [2] legibus, & præcipue in Quæstionibus Julii Pauli invenimus, filiosfamilias paternam hereditatem deliberantes posse & in suam posteritatem hanc transmittere: & aliis [etiam] quibusdam adjectis, quæ in hujusmodi personis præcipua sunt: eam deliberationem & in omnes [3] successores, sive cognatos, sive extraneos [4], duximus esse protelandam [5]. Ideoque sancimus, si quis vel ex testamento, vel ab intestato vocatus, deliberationem meruerit: vel si hoc quidem non fecerit, non tamen successioni renunciaverit, ut ex hac causa deliberare videatur: sed nec [6] aliquid gesserit, quod aditionem, vel pro herede gestionem inducat: prædictum arbitrium in successionem suam transmittat: ita tamen, ut unius [7] anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa. Et si quidem is, qui sciens [8] hereditatem vel ab intestato, vel ex testamento sibi esse delatam, deliberatione minime petita, [intra annale tempus] decesserit: hoc jus ad suam successionem intra annale tempus extendat. Si enim ipse, postquam testamentum fuerit insinuatum, vel ab intestato, vel ex testamento, vel aliter ei cognitum sit heredem eum vocatum fuisse, annali tempore translapso nihil fecerit, ex quo vel adeundam, vel renunciandam hereditatem manifestaverit: is cum successione sua ab hujusmodi beneficio excludatur. Sin autem instante annali tempore decesserit, reliquum tempus pro adeunda hereditate suis successoribus sine aliqua dubietate relinquat: quo completo nec heredibus ejus alius regressus in hereditatem habendam servabitur. Recitata septimo [9] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novembr. DECIO V. C. CONS.

De instituto ex diversis portionibus, vel instituto & pupillariter substituto.

20. Idem A. Joanni P.P.

QUidam elogio condito heredem scripsit in certas uncias, & post certa verba testamenti eundem in alias uncias, vel tantas, vel quantascunque, & tertio, vel in aliam partem hereditatis, vel in quendam unciarum modum: ille autem unam institutionem [10], vel duas admittens, unam vel duas, vel quantascunque respuendas esse censuit: quærebatur apud veteres, si hoc ei facere permittatur. † Similique modo dubitabatur, si impuberem quis filium suum heredem ex parte instituit, & quendam extraneum in aliam partem quem pupillariter substituit [11]: & postquam testator decessit, pupillus quidem patri [ejus] heres extitit, extraneus autem hereditatem adiit: & postea adhuc in prima ætate pupillus constitutus ab hac luce subtractus est, & pupillaris substitutio locum sibi vindicavit: Cumque substitutus eandem partem admittere noluit, *quæsitum* est, si potest jam heres ex principali testamento factus, pupillarem substitutionem repudiare? Utramque igitur dubitationem simul decidendam [12] esse censemus. Placuit enim nobis, sive in institutione, sive in pupillari substitutione, ut vel [13] omnia admittantur, vel omnia [14] repudientur, & necessitas imponatur heredi particulari facto, vel aliam, aut alias partes hereditatis admittere, vel etiam substitutionem pupillarem. Dat. Prid. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Si is, qui de statu suo litigat, heres instituatur.

21. Idem A. Joanni P.P.

CUm aliquis scripsit heredem eum [15], qui de sua conditione ei, qui dominium ejus vindicabat, in judicio adversabatur: is autem, qui dominum se esse dicebat, adire eum hereditatem imperabat, ut acquisitio hereditatis per eum celebraretur, indignatus [16] est, quasi domino ei parere: *dubitatio* veteribus exorta est, si qua pœna imponatur hujusmodi insolentiæ? Veteres in multas trahuntur sententias, sed nos eorum discordiam sic esse decidendam censemus, ut distinctio subtilis causæ [ei] imponatur, ut si quidem ita scripta est institutio, *illum servum illius* [17] *heredem instituo*: quia apertissimum est, intuitu [18] domini institutionem esse conscriptam, necesse sit omnimodo per competentem Judicem eum compelli [19] adire quidem hereditatem, & eam acquirere: nulli autem ex postfacto subjici gravamini, si liber pronuncietur: sed omne sive lucrum, sive damnum ad eum redundare, qui in servitutem eum trahebat, & denegari [20] ei & adversus [21] eum omnes hereditarias actiones, nullo ei ex hoc præjudicio generando. † Sin autem quasi [22] liber institutus est, nulla domini, vel servi mentione in institutione habita, tunc nullo compelli modo eum adire hereditatem: nec denegari ei liberale judicium: sed [&] hereditatem per suum jus decurrere, & liberale judicium suam expectare sententiam, sive agente eo, sive pulsato: ut siquidem servus pronuncietur, tunc domino suo hereditatem acquirat: sin autem liber, eam adipiscatur: si adire maluerit. Dat. 2. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De tempore adeundæ, vel repudiandæ hereditatis, de jure deliberandi, & de inventario.

22. Idem A. ad Senatum.

SCimus [23] jam duas esse promulgatas a nostra clementia constitutiones: unam [24] quidem de his, qui deliberandum pro hereditate sibi delata existimaverint: aliam [25] autem de improvisis debitis, & incerto exitu per diversas species eis imposito. Sed & veterem constitutionem [26] non ignoramus, quam Divus Gordianus [27] ad Platonem scripsit, de militibus, qui per ignorantiam hereditatem adierunt: quatenus pro his tantummodo [28] rebus conveniantur, quas in hereditate defuncti invenerint: ipsorum autem bona a creditoribus hereditariis non inquietentur. Cujus sensus ad unam præfatarum constitutionum a nobis redactus est. *Arma etenim magis, quam* [29] *jura scire milites* sacratissimus legislator existimavit. Ex omnibus itaque istis unam legem colligere, nobis apparuit esse humanum: & non solum milites adjuvare hujusmodi beneficio, sed etiam ad omnes hoc extendere: non tantum si improvisum emerserit debitum, sed etiam si onerosam quis inveniat esse, quam adiit hereditatem: ita enim, nec satis necessarium deliberationis erit auxilium, nisi hominibus formidolosis, qui [30] & ea timent, quæ nulla digna sunt suspicione. §. 1. Cum igitur hereditas ad quendam, sive [31] ex testamento, sive ab intestato sit delata, sive ex asse, sive ex parte: si quidem recta via adire maluerit hereditatem, & spe [32] certissima hoc fecerit, vel sese immiscuerit, ut non postea eam repudiet: nullo indiget inventario, cum [33] omnibus creditoribus suppositus sit: utpote hereditate ei ex [sua] voluntate infixa. † Similique modo, si non [34] titubante animo respuendam, vel abstinendam esse crediderit hereditatem, & apertissime intra [35] trium mensium spatium ex quo ei cognitum fuerit scriptum se esse, vel vocatum heredem, [ei] renunciet: nullo [36] nec inventario faciendo, nec alio circuitu expectando, sit alienus [ab] hujusmodi hereditate, sive onerosa, sive lucrosa sit.

§. 2. Sin autem [37] dubius [38] est, utrumne admittenda sit necne defuncti hereditas, non putet sibi esse necessariam deliberationem, sed adeat hereditatem, vel sese immisceat: omni tamen modo inventarium [39] ab ipso conficiatur: ut intra triginta [40] dies post apertas tabulas, vel postquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit, numerandos, exordium capiat inventarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat: & hoc inventarium intra [41] alios sexaginta dies modis omnibus impleatur sub [42] præsentia tabulariorum, cæterorumque qui ad hujusmodi confectionem necessarii sunt: subscriptionem [43] tamen supponere heredem necesse est, significantem, & quantitatem [44] rerum, *& quod nulla malignitate circa eas ab eo facta, vel facienda res apud eum remaneant*: vel si ignarus sit litterarum, vel scribere præpediatur, speciali tabulario ad hoc solum adhibendo, ut pro eo litteras supponat, venerabili [45] signo [46] antea manu heredis præposito, testibus videlicet adsumendis, qui heredem cognoscant [47], & jubente eo tabularium pro se subscribere, interfuerint. §. 3. Sin autem [a] locis, in quibus res hereditariæ, vel maxima pars earum posita est, heredes abesse [48] contigerit: tunc eis unius anni spatium a morte testatoris numerandum damus ad hujusmodi inventarii consummationem: sufficit enim præfatum tempus, etsi longissimis spatiis distant: tamen placuit dare eis facultatem inventarii conscribendi, vel per se, vel per [49] instructos procuratores in [50] loca, ubi res positæ sunt, mittendos.

§. 4. Et si præfatam [51] observationem inventarii faciendi solidaverint: hereditatem sine [52] periculo habeant, & legis [53] Falcidiæ adversus [54] le-

judicis autoritate adire poterit. *in fin.* J. *h. t.* 1 Major septennio decreto prætoris adire potest. 2 Hujus l. fit mentio in *pr. l. fin. h. t.* vid. ejusdem intellectum apud Joh. Decher. *lib.* 1. *dissert.* 14. *num.* 42. & Joann. a Sande *decis. Frisic. lib.* 4. *tit.* 9. *defin.* 1. Ans. 3 Filiusfam. jus deliberandi ad omnes successores transmittit. *Novell.* 158. Si tamen is decesserit intra annum computandum a die scientiæ, eo elapso heredes jure adeundi excludentur. Quid extraneus? transmittit, *ut hac lege.* 4 §. 5. *Inst. de hered. qualit.* An & in fiscum transmittit? dixi ad *l.* 6. *ff. de jure fisc.* adde quæ scripsi ad *l. un.* §. 3. J. *de caducis.* 5 Id est, extendendam. 6 Qui quid hereditarium gessit, renunciat deliberationi: ideoque jus eo casu deliberandi ad successorem non transmittitur. §. 1. *supr. h. t.* 7 *l.* 22. §. 13. *in fin.* J. *h. t.* 8 Vide quæ dixi ad *l.* 18. §. 1. *supr. h. t.* 9 Septimiliario, de quo dixi ad *l.* 30. *supr. de jure dot.* 10 Institutus in diversis partibus non potest unam partem amplecti, alteram repudiare, defuncti voluntas scindi non potest. J. *h. t.* 11 Idem institutus & pupillariter substitutus, non potest institutionem amplecti, & substitutionem repudiare. J. *h. t.* 12 Hæc est 30. decis. ex 50. novis Justinian. vid. Inglois. *Ans.* 13 Vide *l.* 1. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 14 Vide *l.* 55. *D. de adq. vel omitt. hered.* 15 Qui de suo statu litigat, si heres instituitur, tanquam servus illius cum quo litigat, per judicem cogitur sine præjudicio litis adire hereditatem jussu ejus, quocum litigat, & ei adquirere. 16 Non sine indignatione servi inviti alienis dominis parent. 17 Quod servo domini ejus commemoratione facta relinquitur, domino adquiritur. 18 Quod intuitu domini relinquitur, domino adquiritur, non servo. 19 Vide *l.* 3. *in fin. supr. de hered. inst.* 20 *l.* 59. *ff. de hered. instit.* 21 *l.* 74. §. 2. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 22 Qui de statu suo litigat si tanquam liber ab aliquo instituitur, sibi adquirit, nisi servus pronuncietur. adde Cuj. 17. *obs.* 21. 23 *Synops. Bas.* 35. *tit.* 14. *c.* 90. *& h. t. lib. tit.* 13. *c.* 7. 24 *l.* 19. *S. h. t.* 25 Quæ hodie non extat. 26 Cujus meminit Justinian. §. 5. *in fin. Inst. de her. qualitat.* 27 *d.* §. 5. 28 Miles pro his tantum rebus quas in hereditate invenit, convenitur. *l.* 12. *supr. de testam. milit.* & sic non in solidum. 29 *l.* 9. §. 1. *D. & l.* 1. *supr. de juris & facti ignorantia. l.* 3. *supr. de testam. milit. uti dixi l. pen.* J. *ad leg. Corn. de falsis. Scilicet arma magis quam sidera Romule noras, Curaque finitimos vincere major erat.* Div. 1. *Fast.* 30 Formidolosus est qui vana inaniaque metuit. Vanus timor non excusat. 31 Heres sive testamentarius sive ab intestato sit, sive ex asse, sive ex parte adire sine inventario hereditatem potest: cujus aditionis vis hæc est, ut qui ita adit, obnoxius sit creditoribus defuncti, cum ultro adierit. 35. *Eclog.* 14. *cap.* 90. Goth. Vide Leonin. *Emend. lib.* 3. *c.* 12. *num.* 12. Ans. 32 Hereditatem ultro adeuntis, spreto jure deliberandi & inventarii, pœna. 33 Hereditatem defuncti qui adit nullo facto inventario, omnibus creditoribus obnoxius est. Pœna hæc est inventarium non facientis, ut ultra vires hereditaria teneatur: cujus sententiæ variæ exceptiones videndæ apud Socinum *reg.* 770.

34 Σκιαζούσῃ vel σκαζούσῃ διανοίᾳ, titubante animo, *Synops. d. c.* 90. male: deest enim illo loco negatio. 35 Heres si intra spatium trium mensium quibus potuit adire ex inventario, hereditati renunciaverit, nullo egebit inventario. Eustathius aliter hunc locum exprimit, quasi renunciationi hereditatis sive deliberationi sint præscripti tres menses, quod falsum est. vid. Cuj. 14. *de præscript.* 36 Inventarium facere non cogitur, qui repudiat hereditatem. 37 Hereditatem cum dubitatione adeunti, non est necessaria adeundi deliberatio. Nam adire eam potest, facto inventario. 38 Inventarium facere quibus heredibus utile sint. 39 De inventario ab herede conficiendo, vide *Nov.* 1. *c.* 2. §. 1. rerum pupillarium, *l.* 24. *S. de adm. & peric. tut. l.* 13. *supr. arbitr. tutelæ.* rerum dotalium, vide *Nov. Leon.* 110. ab usufructuario faciendo. *l.* 1. §. 4. *ff. usufruct. quemadm. cav.* 40 Inventarii inchoandi tempus triginta dies ab apertis tabulis: perficiendi trium mensium, *ut hic*, & J. *h. t. ibi. intra alios sexaginta dies*: vide alia quæ notavi ad *Novell. Leon.* 110. *in fin. l.* 24. *supr. de admin. & peric. tut.* 41 Inventario conficiendo trimestre tempus præstitutum. Contractius est tempus inventarii quam deliberationis, est enim deliberationis tempus anni vel novem mensium. Sed vicissim utilius est ex inventario quam ex deliberatione adire, cum is, qui ex inventario adierit, non teneatur in solidum, sed pro viribus tantum hereditatis, & Falcidiæ beneficium habeat. 42 Inventarii ad confectionem ab herede, qui convocandi sint: adde *Novell.* 1. *c.* 2. §. 1. 43 Inventario per se vel per tabularium heres subscribere tenetur. 44 Inventario quas res inscribi oporteat. 45 Προσκυνουμένου σημείου. *Syn. Basil. d. c.* 90. Crucis scilicet, ut hinc colligas, Signum crucis inventario & instrumentis apponi solitum. vid. quæ dixi ad *Nov. Leon.* 72. 46 Quid? omissio hujus signi vitiatne inventarium? non vitiat. Est enim (ut hic ait Bartolus *num.* 3.) levis solennitas, & minimi præjudicii, quæ omissa non vitiat. *l.* 1. *ff. de ventre inspiciendo.* 47 Testes inventario adhibiti heredem debent cognoscere. 48 Intra anni spatium heredes absentes inventarium faciunt, *ut hic*, §. 11. J. *h. t.* Annus ille a morte testatoris numeratur. 49 Procuratore ad inventarium faciendum uti possumus & quando. 50 Inventarium quo loco res sitæ sunt fieri debet, ideoque non est ferendus heres si res rusticas in urbem inventarii conficiendi causa, vehi jusserit, cum in itinere multa facile possint perire vel subtrahi. 51 Inventarium aliud hereditarium, aliud tutelare est, hoc pupillis fit a tutore: illud creditoribus & legatariis fit ab herede. Nunc, Pone tutelare inventarium factum esse a tutore: quæri potest, an ut pupillo tantum, an etiam ut heredi prodesse debeat? non prodest, ut heredi: utriusque enim inventarii diversa solennitas est, & in multis dissentanea, nisi forte aliud consuetudo indulgeat: aut si non in tutelari inventario hereditatis inventarii solennitas servata quoque fuerit, vide Cæpollam *cautela* 126. 52 Quia non tenentur in solidum. de exceptione inventarii, vide Oldendorp. *c.* 17. *de except.* 53 Heres inventario confecto, Falcidiam deducit. 54 Falcidia, heres facto inventario utitur adversus legatarios, non adversus creditores.

gatarios utantur beneficio: ut in tantum hereditariis creditoribus [1] teneantur, in [2] quantum res substantiæ ad eos devolutæ valeant: & eis satisfaciant qui primi [3] veniant creditores: & si nihil reliquum est, posteriores [4] venientes repellantur: & nihil ex sua substantia penitus heredes amittant: ne [5] dum lucrum facere sperant, in damnum incidant. Sed & si legatarii interea venerint: eis satisfaciant ex [6] hereditate defuncti, vel ex ipsis [7] rebus, vel ex earum forsitan venditione [8]. §. 5. Sin vero creditores, qui post emensum patrimonium necdum completi sunt [9], superveniant: neque ipsum heredem [10] inquietare concedantur, neque eos qui ab eo comparaverint [11] res [12], quarum pretia in legata, vel fideicommissa, vel alios [13] creditores processerunt. Licentia creditoribus [14] non deneganda adversus legatarios venire, vel hypothecis [15], vel indebiti [16] condictione uti, & hæc quæ acceperint, recuperare: cum satis absurdum sit, creditoribus quidem jus suum [17] persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero qui pro lucro [18] certant, suas partes leges accommodare. §. 6. Sin vero heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in solutum: vel per donationem pecuniarum satis eis fecerint: liceat aliis creditoribus qui ex anterioribus [19] veniunt hypothecis, adversus eos venire, & [a] posterioribus [creditoribus] secundum leges eas abstrahere, vel per hypothecariam actionem, vel per condictionem ex lege, nisi voluerint debitum [20] eis offerre. §. 7. Contra ipsum tamen heredem (secundum quod sæpius [21] dictum est) qui quantitatem rerum hereditariarum expendit, nulla actio extendatur. §. 8. Sed nec adversus [22] emptores rerum hereditariarum, quas ipse [heres] pro solvendis debitis, vel legatis vendidit, venire alii concedatur: cum satis anterioribus creditoribus a nobis provisum est, vel ad posteriores [23] creditores, vel ad [24] legatarios pervenientibus, & suum jus persequentibus. §. 9. In computatione autem patrimonii damus ei [licentiam] excipere & retinere quicquid in [25] funus [26] expendit, vel in testamenti insinuationem [27], vel in inventarii confectionem [28], vel in alias necessarias causas hereditatis approbaverit sese persolvisse. Si vero & ipse aliquas contra defunctum habebat actiones: non hæ confundentur [29], sed similem [cum] aliis creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum [30] tamen prærogativa inter creditores servanda. §. 10. Licentia danda creditoribus, seu legatariis, vel fideicommissariis, si majorem putaverint esse substantiam a defuncto derelictam, quam heres [in] inventario scripsit, quibus voluerint legitimis modis quod superfluum est, approbare [31], vel per tormenta [32] forsitan servorum hereditariorum [33] secundum anteriorem nostram legem quæ de quæstione servorum loquitur, vel per sacramentum illius, si [34] aliæ probationes defecerint: ut undique veritate exquisita, neque lucrum neque damnum aliquod heres ex hujusmodi sentiat hereditate: illo videlicet observando, ut si ex hereditate aliquid heredes surripuerint [35], vel celaverint, vel amovendum curaverint, postquam fuerint convicti, in duplum [36] hoc restituere, vel hereditatis quantitati computare compellantur.

§. 11. Donec [37] tamen inventarium conscribitur: vel si res præsto sint, intra tres menses [38]: vel si absuerint [39], intra annale spatium secundum anteriorem [40] distinctionem, nulla [41] erit licentia neque creditoribus neque legatariis vel fideicommissariis eos vel inquietare, vel ad judicium vocare, vel res hereditarias quasi ex hypothecarum autoritate vindicare: sed sit hoc spatium ipso jure pro [42] deliberatione heredibus concessum: nullo scilicet ex hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem præscriptionem [43] præjudicio generando. §. 12. Sin vero postquam adierint, vel sese immiscuerint, præsentes [44] vel absentes inventarium facere distulerint [45], & datum jam a nobis tempus ad inventarii confectionem effluxerit: tunc ex eo ipso quod inventarium secundum [46] formam præsentis constitutionis non fecerint, & heredes esse omnimodo intelligantur: & debitis hereditariis in solidum teneantur, nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerunt. §. 13. Et hæc quidem de his sancimus, qui deliberationem nullam petendam [esse] curaverint: quam putamus quidem penitus post hanc legem esse supervacuam, & debere ei derogari. Cum enim liceat eis & adire hereditatem, & sine damno ab ea discedere ex præsentis legis auctoritate: quis locus deliberationi relinquitur? † Sed quia quidam vel vana formidine, vel callida machinatione, pro deliberando nobis supplicandum necessarium esse existimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiversari, & hereditatem inspicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus [47] assertionibus repetita prece sæpius accipere: ne quis nos putaverit antiquitatis [48] penitus esse contemptores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel [49] a nobis vel a nostris judicibus: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine uno [50] anno, a nostris vero judicibus novem mensibus: ut neque [51] ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: sed & si fuerit datum, pro [52] nihilo habeatur. Semel [53] enim & non sæpius [54] eam peti concedimus.

§. 14. Sin autem hoc aliquis fecerit, & inventarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem inventarium cum [55] omni subtilitate facere) non liceat ei post tempus præstitutum, si [56] non recusaverit hereditatem, sed adire maluerit, nostræ legis uti beneficio; sed in solidum secundum antiqua jura omnibus creditoribus teneatur. Cum enim gemini tramites inventi sint, unus quidem ex anterioribus qui deliberationem dedit, alter autem rudis, & novus a nostro numine repertus, per quem adeuntes sine damno conservantur? electionem ei damus, vel nostram constitutionem eligere & beneficium ejus sentire: vel si eam aspernandam existimaverit, & ad deliberationis auxilium convolaverit, ejus effectum habere: & si non intra datum tempus recusaverit hereditatem, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur: & non secundum modum patrimonii, sed etiam si exiguus sit census [57] hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari: & sibi imputet [58], qui pro novo beneficio vetus elegerit gravamen: & ideo ad ipsam deliberationis dationem, & divinum rescriptum super hac promulgatum, hoc adjici volumus, ut sciant omnes [59], quod omnimodo [60] post petitam deliberationem, si adierint, vel pro herede gesserint, vel non recusaverint hereditatem, omnibus [61] in solidum hereditariis oneribus teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inventarium autem minime conscripserit, & vel adierit hereditatem, vel minime eam repudiaverit: non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minime utatur. Quod si post deliberationem recusaverit inventario minime conscripto: tunc res hereditarias creditoribus, vel his qui ad hereditatem vocantur, legibus reddere compelletur: quantitate earum sacramento res [62] accipientium manifestanda, cum taxatione tamen a judice statuenda.

§. 15. Notissimum autem est hac constitutione, quæ omnes casus continet, nostris constitutionibus jam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum altera etiam Gordianæ [63] constitutionis sensus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito melior exitus inventus sit, & tribus constitutionibus in unum congregatis unus appareat, & in milites & in alios omnes juris probabilis articulus; ea propter ex anterioribus inquietari nostro subjectos imperio non patimur: scilicet ut milites [64] etsi propter simplicitatem præsentis legis subtilitatem non observarint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditate invenerint. Quam, patres conscripti, in hujusmodi casibus in posterum obtinere sancimus. Dat. 5. Kal. Decembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

1 Creditores legatariis præferuntur. 2 Quousque heres facto inventario creditoribus hereditariis teneatur. 3 Creditoribus primo venientibus heres potest satisfacere bona fide, id est, si nescierit alios tempore potiores: alias, si resciverit id primo venientibus solvere non debebit, nisi exacta cautione. *l.* 41. *ff. ad l. Falc.* & ita hoc casu occupantis sit melior conditio. vide *l.* 19. *ff. de re jud.* Melior inquam, quoad jus possidendi attinet, non tamen omnimodo. §. 6. ℑ. *h. t.* 4 Negligentia creditori imputatur. 5 Stulta est ratio, aut certe frigida. 6 Legatariis satis fit ex defuncti hereditate. 7 Puta si res illis specialiter sunt legatæ, atque ita hoc casu legatariis, rebus ipsis seu rerum solutione satisfieri potest. 8 Heres facto inventario, luendi æris hereditarii causa, res hereditarias potest vendere. An quomodocunque verbi gratia, sine subhastatione? potest, *Bald.* quod minime ferendum videtur. 9 Id est, quibus necdum aut nondum plene satisfactum est. 10 Eadem in milite, *l.* 12. *in fin.* C. *de testam. milit.* 11 Creditori hereditario adversus emptorem rei hereditariæ non datur evictio, *ut hic:* ut qui ab herede rem hereditariam emerit, securus fiat; neque possit eo nomine a creditoribus hereditariis conveniri. Quid si res fuit aliena? Factum heredis domino præjudicium non adferet. Bart. *hic num.* 2. 12 Quid: jus ac beneficium hereditatis potestne vendi? potest. *Tit. ff. de heredit. vel act. vendita.* An & jus ipsius inventarii seu beneficium inventarii? adde quæ scripsi ad *l.* 78. *ff. ad SC. Trebell.* 13 Hereditariarum rerum emptor ea cautione res hereditatis emere debet, ut pretium rerum emptarum heredi, si possit, numeret præsentibus creditoribus, vel legatariis pretium recipientibus: utque numerationis ejusce contestatio fiat in ipso venditionis & emptionis instrumento: nec enim sufficit emptori res hereditarias ab herede venditas, ut creditoribus & legatariis satisfaceret: cum & pretium earum solvi quoque superioribus personis oporteat, Cæpolla *cautela* 225. Verum res hereditariæ commodius & tutius publice decursis hastis comparantur. 14 Creditores hereditarii res hereditarias legatariis traditas ab herede possunt evincere, quoties hereditas non est solvendo: facit *l.* 6. *ff. de separationib.* non, si solvendo est, ut *l. ult. supr. de hered. act.* 15 Si res extant. 16 Si res non extant, hypothecariis in rem ipsam competit condictio ad pretium. 17 Melius est favere repetitioni quam adventitio lucro. *l.* 41. *in fin. ff. de reg. jur.* 18 Legatum, titulus lucrativus. 19 Priores creditores, posteriores evincunt. 20 Vide *l.* 1. ℑ. *qui potior.* 21 §. 4. §. 5. *supr. h. t.* 22 §. 5. *supr. h. t.* 23 §. 6. *supr. h. t.* 24 §. 7. *supr. h. t.* 25 Observa quas expensas heres imputare possit creditoribus. 26 Funeris expensa omne debitum præcedit. *l. pen. ff. de religios. l.* 1. *in fin. ff. ad l. Falcid.* §. 4. *Inst. de l. Falcid.* 27 Insinuationis expensa, vide *l.* 23. C. *de testam.* 28 Inventarii expensa. 29 Debitum heredis qui inventarium fecit, non confunditur, *l.* 48. *ff. ad legem Falcid.* 30 Ut qui prior tempore, potior sit jure, *l.* 15. C. *de rei vind. l.* 3. ℑ. *qui potior.* 31 Adversus inventarium probationes admittuntur, alias in dubio præsumitur pro inventario, nisi contrarium probetur. vide Alciat. 3. *præsumpt.* 20. In solenni scriptura nihil præsumitur omissum. *l.* 17. *ff. de probation.* 32 Vide *Nov.* 1. *cap.* 2. §. 1. 33 Ad probanda facta domestica domesticis utimur. Domestica domesticis probantur. *l.* 8. §. 6. C. *de repudiis.* 34 Jusjurandum omnium probationum subsidium. De sua quisque conscientia jurare cogitur. *l.* 6. §. 4. *vers. Sicubi.* C. *de his qui ad Eccl.* 35 Vide *l.* 71. §. 6. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 36 Pœna heredis rem hereditariam occultantis duplum. 37 Intra tempus inventarii faciendi heres a creditoribus & legatariis conveniri non potest, *ut hic.* Hinc notant exceptionem hanc, *sum intra tempus conficiendi inventarii*, in judicio opponi posse: sed & litis contestationem impedit. Quid si agatur eo tempore seu intra illud tempus non opposita ea exceptione? Lis ipso jure nulla non est. Capella Tholosana *decis.* 257. Quid, num perpetuo verum est, eam exceptionem heredi competere intra tempus conficiendo inventario a lege præstitutum, ut ne a quoquam possit conveniri? Verum certis casibus non est: possunt enim, vel eo tempore legata pias ad causas, alimenta & funus exigi ab herede: potest & suspectus facultatum, vel fugæ heres eo tempore conveniri, potest & eodem tempore usurarum nomine conveniri & ad earum restitutionem cogi, ut & commodati in eum agi. Bald. Castrens. *hic.* Angel. *l.* 1. §. *hæc stipulatio.* 9. *ff. si cui plus quam.* Quæ omnia vera sunt, etiam si ipsa hereditas idonea sit. Quid, eo tempore potestne heres alios convenire? potest. Bart. *hic.* Pausam igitur & dilationem suam habet heres adita etiam hereditate, tantisper dum inventarium facit, ut neque a creditoribus, nec a legatariis possit eo tempore conveniri. Tricesimo ab adita hereditate die, inventarium inchoare: sexagesimo post primum illum mensem die, perficere debet, si res hereditariæ sint præsentes, si dissitæ, anni spatium habet inventario perficiendo. Illo temporis spatio invitis creditoribus & legatariis perfruetur, ut ab iis neque conveniri, neque in jus trahi, aut hypothecaria actione conveniri possit, *ut hic.* Quid si ante id spatium inventarium perfecerit? conveniri poterit, quod heredibus summe notandum est. 38 De mensium computatione v. Macrob. *lib.* 1. *cap.* 4. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 50. Ans. 39 Inventarium in urbe, intra tres menses; in provinciis intra annum fieri oportet, Græci apud Cuj. 14. *observ.* 39. 40 §. 2. 3. *supr. h. t.* 41 Quidam piam causam excipiunt. Volunt enim etiam nondum confecto inventario heredem conveniri posse præstandi legati causa. vide Tiraq. 24. *privilegio piæ causæ.* 42 Tempus deliberandi & inventarii faciendi datur: est tamen hoc illo contractius. dixi §. 2. C. *h. t.* 43 Intra tempus inventarii conficiendi creditoribus tempus agendi non currit. Cur ita? quia intra id tempus iidem heredes conveniri non possunt. C. *h. t.* 44 §. 11. C. *h. t.* 45 Pœna heredis inventarium non conficientis intra tempus legitimum, teneri in solidum. 46 Lege non juvantur, qui in legem committunt. 47 Lachrymæ supplicantibus communes. 48 Princeps non est antiquitatis contemptor. 49 Tempus deliberandi petitur, vel a Principe, vel a judice. *l.* 9. C. *h. t.* 50 Tempus deliberandi annuum a Principe, novem mensium a magistratibus conceditur. 51 Injusta dilatio a Principe concedi non solet. 52 Injusta dilatio pro nulla habetur. 53 Semel quod dari potest, frustra sæpius postulatur. 54 Imo sæpius. *l.* 3. *ff. h. t.* 55 Id est, nullis rebus omissis. *Novell.* 1. *cap.* 2. §. 2. 56 Petens tempus ad deliberandum, nisi repudiat, tacite adiisse videtur: olim ita non fuit. *l.* 19. C. *h. t. l.* 69. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 57 Id est, exigua æstimatio. 58 Electio imputatur eligenti. 59 Nota regulam. 60 Post deliberationem adire vel repudiare heres cogitur. 61 Post deliberationem, qui non repudiat hereditatem adiisse videtur, & ut heres in solidum creditoribus hereditariis tenetur. 62 In hypothecariis, & petitione hereditatis juratur in litem. *l.* 5. *ff. de in litem.* 63 Vide *princip. hujus legis.* §. 5. *Inst. de hered. qualit.* 64 Inventarii omissio non obligat militem solvendo æri alieno, dixi ad *Novell.* 1. *c.* 2.

TIT. XXXI.
DE REPUDIANDA [1], VEL ABSTINENDA [2] HEREDITATE.

De eo qui habitavit in domo hereditaria.

1. Imp. ANTONINUS A. Mutatio.

SI [3] paterna hereditate te abstinuisse constiterit, & non [4] ut heredem in domo, sed ut inquilinum, vel custodem, vel ex alia justa ratione habitasse [5] liquido fuerit probatum [6]: ex persona patris conveniri te Procurator meus prohibebit. PP. Id. Jul. MESSALA, & SABINO CONSS. 215.

De eo, qui fundos a creditoribus comparavit.

2. Idem A. Severo.

SI paterna hereditate [te] abstinuisti: non ideo quod a [7] creditoribus fundos comparasti, (si modo id bona fide [8] fecisti) a posterioribus, qui sub eisdem [9] obligationibus pecuniam patri crediderunt, jure conveniris [10]. S. PP. 5. Kal. Julii, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De transactione inutili super hereditate quæsita.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Theodosiano.

SUus heres exceptione pacti, qui testamentum injustum adseverans, postea *nihil se de paterna successione petiturum* non ex causa donationis, sed transigendi animo in jure [11] professus est: cum respuere [12] quæsitam [13] nequiret [14] hereditatem, & transactio [15] nullo [16] dato, vel retento, seu promisso [17] minime [18] procedat, summoveri non potest. Sine die CC. CONSS.

Nec repudiatam hereditatem posse quæri, nec quæsitam repudiari: de confessione in jure.

4. Iidem AA. & CC. Modestino militi.

SIcut [19] major [20] vigintiquinque annis, antequam adeat, delatam repudians [21] successionem, post quærere non potest: ita quæsitam [22] renunciando nihil agit, sed jus quod habuit, retinet: nec quod confessos [23] in jure pro judicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem deberi confitentem [24] pertinet. S. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De pupillo.

5. Iidem AA. & CC. Claudianæ.

PUpillorum repudiatio delatæ hereditatis sine [25] tutore autore facta, nihil eis nocet. S. 2. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De suis heredibus.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI quis suus [26] recusaverit paternam [27] hereditatem, deinde maluerit eam adire: cum fuerat indistincte ei remissum, donec res paternæ in eodem statu [28] permanent, hoc facere, & post multum [29] temporis licebat ei ad eandem hereditatem redire: hoc corrigentes, sancimus [30], siquidem res jam venditæ [31] sunt, ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur: quod & antiquitas observabat. Sin autem [res] alienatæ non sunt: siquidem major annis constitutus est, & tempora restitutionis nulla ei supersunt, intra trium annorum spatium tantummodo hujusmodi ei detur licentia. † Sin autem, vel minor est, vel in utili tempore constitutus, tunc post impletum quadriennium [32] (quod spatium pro utili anno qui restitutionibus dabatur, præstitutum est) aliud triennium ei indulgeri, intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hereditatem, & suam abdicationem [33] revocare. Quo tempore transacto, nullus aditus penitus ad paternam [hereditatem] ei reservetur: nisi forte [adhuc] eo in minore ætate constituto, res venditæ sint. Tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem, & res recuperare, & creditoribus paternis satisfacere. Dat. 15. Kalend. Novembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno secundo. 532.

TIT. XXXII.
QUEMADMODUM [34] TESTAMENTA [35] APERIANTUR [36], INSPICIANTUR, ET DESCRIBANTUR.

1. Imp. ALEXANDER A. Proculæ.

UT testamentum quod dicis factum, proferatur, & publice recitetur, competens Judex [37] jubebit. PP. 2. Kal. April. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Testamenta debent aperiri secundum consuetudinem loci, ubi fit apertio. Alex.

2. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Alexandro.

TEstamenti tabulas ad hoc tibi a patre datas, ut in patriam perferantur, affirmans: potes illuc perferre, ut secundum [38] leges, moresque locorum insinuentur [39]: ita scilicet, ut testibus non præsentibus [40] adire prius vel pro tribunali [41], vel per libellum Rectorem provinciæ procures, ac permittente eo, honestos viros [42] adesse facias, quibus præsentibus aperiantur, & ab his [43] rursum obsignentur. PP. 12. Kalend. Januar. MAXIMO II. & GLABRIONE CONSS. 257.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aristoteli.

EJus [44], quod ad causam novissimi patris vestri judicii pertinet, de calumnia [45] tibi juranti, præter partem quam aperiri defunctus vetuit [46], vel ad ignominiam [47] alicujus pertinere dicitur, inspiciendi, ac describendi, præter diem [48], & consulem [49], Rector provinciæ facultatem fieri jubebit. Dat. 6. Kal. Maji, CC. CONSS.

Eodem modo publicantur, & aperiuntur codicilli, quo & testamentum. Bald.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hesperium P. P.

COdicillos [50], seu scripturam quolibet tenore formatam [51], ea oportebit observatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur. Dat. 3. Kal. August. *Mediolani*, AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

TIT. XXXIII.
DE EDICTO DIVI ADRIANI [52] TOLLENDO, ET QUEMADMODUM SCRIPTUS HERES IN POSSESSIONEM MITTATUR.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Lucillo.

CUm [53] inter institutum, & substitutum controversia moveatur: eum qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. PP. 12. Kal. Decembr. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

Vitium testamenti invisibile non impedit heredem mitti in possessionem. Alex.

2. Imp. ALEXANDER A. Eutacto.

QUamvis quis se filium defuncti præteritum esse alleget, aut falsum [54], vel

1 Paul. 4. *sent.* 4. *pars tit.* 11. *D. lib.* 29. *ibi de omitt. her.* Repudiatio fit in jure. Recusatio quovis modo. Solus heres repudiat non fideicommissarius. 2 Abstinent sui, repudiant extranei. *l.* 1. 2. *J. h. t. d. l. ult.* §. 2. *supr. tit. prox. ibi. respuendam vel abstinendam.* 3 Adde *l.* 3. *J. de revocand. his, quæ in fraud.* 4 Qui velut heres in domo paterna habitat, abstentionem revocare, immiscere se & gerere pro herede præsumitur. Cæterum an quis ut heres, aut extraneus gerat, ex indiciis potest colligi. vide *l.* 4. *s. unde legitimi. l.* 1. *s. de jure delib. l.* 20. *ff. de adq. vel omitt. hered.* §. *ult. Inst. de heredum qualit.* Ulpian. 22. §. 26. 5 Præsumitur heres esse velle, qui in domo paterna habitat. 6 Protestatione scilicet contraria. 7 Possidens ut emptor, non obligatur ut heres. 8 Habet enim causam a creditoribus paternis, non a patre: non patri, sed creditoribus succedit.
9 Quid si a posterioribus creditoribus emit? Creditoribus prioribus tempore tenetur hypothecaria. *arg. l. ult.* §. 6. *s. tit. prox.* at non legatariis & fideicommissariis. *l. ult. ff. si quis omissa causa test.* 10 Cui contrarium est, per suppositam personam emere: vel omnia bona paterna emere. *l.* 91. *D. hoc tit. l.* 21. *D. de peculio. l.* 54. *D. de admin. & peric. tut. l.* 17. §. 1. *D. quæ in fraudem credit.* In continenti post abstentionem. *l.* 24. *in fin. D. de reb. aut. jud.* vicinitatis enim ratione præsumitur dolus. *l.* 15. *ff. de donat.* 11 Confessio, oblatio, actus denique quicunque sit, judiciarius præsente adversario, audiente ac tacente, interpositus confitenti, offerenti & agenti nocet, *ut hic. Accurs. Bald.* Quid si judex in judicio quid præstet quod uni parti obesse possit? protestatione jus suum tueri, is cujus interest, debebit, ne videatur judici consentire. *l.* 1. *J. de relat.* Quid sententias, quo silentio tandem comprobare intelligimus? decenni silentio. *l. ab eo* 3. *J. quomodo & quando judex. l. ad solutionem* 5. *J. de re judicata.* 12 *l.* 4. *J. h. t.* 13 Adire videtur, qui adversus testamentum patris movet querelam falsi. *l.* 14. *ff. de bon. possess.* 14 Adde *l.* 55. *ff. h. t. l.* 14. §. 1. *ff. ad SC. Treb.* 15 Vide *l.* 38. *supr. de transact.* 16 Transigens donare velle non intelligitur. adde *l.* 38. *supr. de transact.* 17 Aliud foret, si utilis fuisset transactio. *l.* 4. *supr. de pact.* 18 Inutilis transactio vim pacti, vel repudiationis non habet. atqui utilis acceptilatio utile pactum continet, nisi expresse dictum sit ne haberet. *l.* 8. *D. de acceptilat.* vide Bald. *hic. num.* 5. 19 Semel heres, semper heres est. Nam ut semel repudiatam adire amplius non potest, ita aditam postea repudiare non potest.
20 Aliud in minore. §. 5. *Inst. de hered. qualit.* & impubere. *l.* 2. *D. de off. procur.*
21 Repudiatione hereditas amittitur. *l.* 13. *ff. h. t.* 22 Major vigintiquinque annis semel heres, semper heres esse cogitur, etiamsi damnosa appareat hereditas. Paul. 3. *sent.* 5. §. *ult.* vide Dynum *ad cap.* 21. *de reg. in* 6. adde *l.* 75. *ff. de reg. jur.* 23 Confessus (id est qui confitetur debitum) in jure pro judicato habetur. *l.* 29. *ff. de donat. l.* 56. *ff. de re jud. l.* 1. §. 7. *D. si quid in fraud. patron. l.* 6. *ff. de confessis. l.* 4. *in princ. ff. ad l. Jul. Majest.* tamen agnitam hereditatem in judicio repudians, non habetur pro judicato. Cur ita sit? Actus invalidus licet fiat in judicio, semper est invalidus. Agnita semel hereditas repudiari nunquam potest ab annis vigintiquinque majore ne quidem in judicio. 24 Legendum videtur *confitentis* hac sententia, Confessus in jure, pro judicato licet habeatur: si quis tamen in jure repudiaverit hereditatem, confiteri non videtur, superior enim sententia, quæ de confesso in jure est, pertinet seu referenda est ad vocem confitentis certam quantitatem deberi, non ad vocem repudiantis hereditatem. Confessio in jure non pertinet ad repudiationes, quibus non liberamur ab aliis: sed ad eas confessiones potius, quibus alteri possumus obligari, quibus certam denique nos quantitatem debere confitemur. & sic confiteri in jure, & repudiare in jure differunt. 25 Adde *l.* 1. §. 4. *ff. de successor.* 26 Quid si emancipatus? Idem *l.* 8. *ff. de collat.* & sublata est hodie differentia emancipationis. 27 Vel avitam. *arg. l.* 8. *ff. de collat. ibi, cum de bonis parentis inter fratres disputetur.* Accursius, Bart. Bald. *hic.* Quid si maternam? potest intra annum admitti. *l.* 6. *in fin. ff. ad SC. Tertyllian.* Imo nullo modo potest. *l.* 2. *supr. de juris & fact. ignor.* Potest intra annum, ut dixi ad *d. l.* 2.
28 Id est, dum non sunt venditæ. *l.* 8. *ff. de jure delib.* 29 Imo non post annum. *l.* 8. *in fin. ff. de collat.* 30 Suus abstentionem nunquam revocat, ubi res sunt alienatæ: minor vero revocare potest, usque ad triennium, quod ei currit, post vigesimum nonum annum. adde *l.* 24. §. 2. *ff. de minorib.* 31 *l.* 8. *ff. de jure delib.* 32 Quadriennium loco utilis anni minoribus datum. *l. ult. supr. de temp. in integ. rest.* 33 Minor omissam hereditatem revocare potest. *supr. si ut omiss. hered. l.* 7. §. 7. *ff. de minoribus.*
34 Et quando, vide *l.* 2. *J. h. t.* 35 Adde, & codicilli & quælibet ultimæ scriptæ voluntates. *l. ult. J. h. t.* 36 *L.* 29. *D.* 3. & 35. *Eclog.* 6. 37 Testamentum aperiri per officium judicis petitur. *l.* 1. *l.* 4. *ff. h. t.* dixi *l.* 2. 18. & 23. *s. de testament.* 38 Aperire hoc titulo non tantum est tabulas testamenti patefacere naturaliter, ut in Senatusconsulto Silaniano: sed etiam civiliter, id est, secundum leges & mores civitatis in qua fit apertura testamenti. 39 Testamenta vel vivo testatore aperiuntur & publice insinuantur apud acta, ut major eis fides accedat, *ut hic.* aut post mortem testatoris ut innotescant heredibus, legatariis, fideicommissariis, servis manumissis & fisco, cui debetur vicesima, & aliis quorum interest. 40 Id est, absentibus. *l.* 7. *ff. h. t.* 41 Id est, viva voce. 42 Testamenta aperiebantur præsentibus testibus, vel honestis personis. *ut hic.* facit *l.* 1. §. 36. *ff. deposit.* a præsentibus intra triduum, vel quinque dies: ab absentibus intra eos dies, cum supervenissent. Paul. 4. *sent.* 6. §. 3. Hoc autem modo aperiebantur: Testes (vel maxima pars eorum) adhibebantur, qui testamentum signaverant. Agnitis signis, rupto lino, aperiebatur & recitabatur testamentum, describendi exempli fiebat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archivum redigebatur, ut si quando exemplum ejus intercidisset, foret unde peteretur. Paul. 4. *sent.* 6. §. 1. Coram postea recitabatur præsentibus iisdem honestis viris in foro, vel Basilica, inter horam secundam & decimam diei. Paul. *ibid.* §. 2. Hinc illud Augustini *in Psalm.* 21. *Tamdiu*, inquit, *contradicatur de hereditate mortuorum, quamdiu testamentum proferatur in publicum & cum testamentum fuerit prolatum in publicum, tacent omnes, ut tabulæ aperiantur & recitentur. Judex intus audit, advocati silent, præcones silentium faciunt, universus populus suspensus est, ut legantur verba mortui.* 43 Honestis viris scilicet. Paul. 4. *sentent.* 6. §. 2. hoc ad magistratus videtur retulisse his verbis, *exemplo sublato ab iisdem magistratibus testamenta obsignari, quorum præsentia constat aperta. idque* §. 1. *ante vocaverat signum publicum.* 44 Verba hæc fuerunt prætoris tam in interdicto de tabulis exhibendis, quam in extraordinarii auxilii pollicitatione. Cujacius *hic.* 45 Qui testamentum aperiri seu publicari postulat, jurare de calumnia cogitur. *l.* 1. *s. de jurejur. propter calumn.* 46 Aut vetuisse intelligitur, quod ea parte sit substitutio pupillaris. *l.* 8. *ff. h. t.* §. 3. *Instit. de pupill. l.* 21. *supr. de testament.* 2. Gajus 4. §. 3. 47 Veluti exheredationem, vel præteritionem, & ita testamentum non vitiatur, licet in eo quid famosum sit descriptum. adde *l.* 54. *ff. de legat.* 1. 48 Diem & consulem testamenti Prætor non patitur describi. *l.* 2. §. 6. *D. h. t.* 49 Hinc constat, diem & consulem testamentis adjici moris fuisse. de qua re alias dixi. *d.* §. 6. 50 *l.* 1. §. 2. *ff. de tabul. exhibend.* 51 Puta epistolam fideicommissariam, & omne omnino scriptum testamenti, etiam imperfectum. *l.* 2. §. 1. *ff. h. t. l.* 1. §. 3. & 5. *ff. de tabul. exhibend.* principales & secundas tabulas. *d. l.* 2. §. 2.

52 *L.* 29. *C. Theod. quorum appell.* 53 Paul. 3. *sent.* 5. §. 2. In adipiscenda possessione institutus præfertur substituto. facit *l.* 8. §. 4. *ff. de legat.* 2. 54 Vide Paul. 3. *sent.* 5.

nofficiosum testamentum, seu alio vitio subjectum, vel servus [1] defunctus esse dicatur; tamen [2] scriptus heres in possessionem mitti solet. PP. Kal. 6. Novemb. MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

EDicto divi Hadriani quod sub occasione [3] Vicesimæ [4] [partis] hereditatis introductum est, cum multis ambagibus, & difficultatibus, & indiscretis narrationibus penitus quiescente, quia & vicesima [5] hereditatis ex nostra recessit republica: antiquatis nihilominus & aliis omnibus quæ circa repletionem vel interpretationem ejusdem Edicti promulgata sunt, sancimus, ut si quis ex asse vel ex parte institutus [6], competenti judici testamentum ostenderit non [7] cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum, sed quod [in] prima figura sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum [8] sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum quæ testatoris mortis [9] tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & eam testificatione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit [10]: tunc in judicio competenti [11], causæ in possessionem missionis, & subsecutæ contradictionis ventilentur, & [ei] possessio acquiratur, qui potiora [12] ex legitimis modis jura ostenderit [13], sive qui missus est, sive qui antea detinens contradicendum putavit, nullis angustiis temporum hujusmodi missione coarctanda, sed sive tardius, sive præmature aliquis missus est, legis tantummodo arbitrium requiratur, & causa unde vel missio vel contradictio exoritur. Sive enim post [14] annale tempus, sive post majoris ævi curricula aliquis fuerit missus, si tamen ex legitime formato testamento missio procedat, nullum ei temporis obstaculum objiciatur: nisi [15] tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem super [16] dominio præstare, vel ipsi qui missus est, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex una parte, vel ex utroque latere temporis prolixitas occurrerit, manifestissimum est non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. Dat. 12. Kal. April. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXIV.

SI [17] QUIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT [18], VEL COEGERIT.

1. Imp. ALEXAND. A. Severæ.

CIvili disceptationi crimen adjungitur, si testator non [19] sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo, qui heres est institutus, vel a quolibet alio, quos noluerit, scripsit heredes. S. 15. Kal. Jan. ALEXANDRO A. & CONS. 223.

Privatur successione, qui impedit aliquem, quo minus testetur. Salic.

2. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Nicagoræ.

EOs, qui ne [20] testamentum ordinaretur, impedimento fuisse monstrantur, velut [21] indignas personas a successionis compendio removeri, celeberrimi juris est. PP. Kal. Jan. DIOCLETIANO II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

3. Iidem AA. & CC. Euthychidi.

JUdicium uxoris [22] postremum in se provocare [23] maritali [24] sermone, non est criminosum. Dat. 5. Kalend. Januar. CC. CONSS. 293.

TIT. XXXV.

DE HIS [25] QUIBUS UT INDIGNIS [26], HEREDITATES AUFERUNTUR [27], ET AD SENATUSCONSULTUM SILANIANUM [28].

De nece testatoris inulta.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Celeri.

HEredes, quos necem testatoris inultam [29] omisisse [30] constiterit, fructus [31] integros cogantur reddere. Neque enim bonæ fidei possessores ante controversiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate autem rerum distractarum, vel a debitoribus acceptæ pecuniæ post motam litem bonorum usuras [32] inferant. Quod in fructibus [33] quoque locum habere, quos in prædiis hereditariis inventos, aut exinde perceptos vendiderint, proculdubio est. Usuras autem semisses [34] dependere, satis est. Dat. 15. Kal. April. CHILONE, & LIBONE CONSS. 205.

De pupillo herede, & si testamentum a tutore falsum dicatur.

2. Iidem AA. Vero.

POlla quidem liberam habuit administrandi patrimonii sui potestatem: nec [35] idcirco, quod pupillus illi heres extitit, ea quæ ab ipsa finita sunt, revocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli [36] nomine falsum dicere vis testamentum, de quo per Pollam transactum [37] est, potes experiri: dum memineris, si in causa non obtinueris, & portionem quam ex eo testamento pupillus habet, te ei salvam facturum, (quam [38] adimi pupillo necesse erit [39] secundum juris formam), & de calumnia [40] tua Præsidem deliberaturum, quamvis pupilli nomine agere videaris, cum retractas ea quæ finita sunt per coheredem. PP. 8. Kal. Maji, ANTONINO A. III. & GETA III. CONSS. 209.

De tabulis ante quæstionem de servis habitam apertis.

3. Imp. ALEXAND. A. Antiochiano.

SI ea quæstio infertur filiis ejus, quam consobrinam tuam dicis, quod [41] tabulæ testamenti patris eorum, qui a familia interfectus dicebatur, priusquam quæstio de servis haberetur, apertæ & recitatæ sunt: propter amplissimi ordinis consultum hereditas a fisco vindicatur: & ideo agi causa apud Procuratorem meum debet: quia non eo tempore pupilli fuerunt. PP. 2. Non. April. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De epistola, vel codicillis, de eo, quem testator voluntatem suam non mereri *declaravit.*

4. Idem A. Philomuso.

HEreditas in testamento data, per epistolam [42], vel codicillos, adimi [verbis directis] non potuit. Quia tamen testatrix *voluntatem suam non* [43] *mereri* unum ex heredibus suis declaravit [44], merito ejus portio non jure ad alium translata, fisco [45] vindicata est. Libertates autem in [46] eadem epistola datæ peti poterunt [47]. PP. 2. Kalend. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De sepultura.

5. Idem A. Tyranno.

NOn oportet ut indignis heredibus successiones auferri prætextu, quod [48] in sepultura supremis [judiciis, vel voluntatibus] defunctorum obtemperatum non fuisset. PP. 7. Id. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De nece vindicanda.

6. Idem A. Venusto, & Clementino.

MInoribus [49] viginti quinque annis heredibus non obesse crimen [50] inultæ [51] mortis placuit. Cum vos autem etiam accusationem pertulisse, & quosdam ex reis punitos proponatis: licet is, qui mandasse cædem dicitur, provocaverit, vereri non debetis, ne quam hereditatis paternæ quæstionem a fisco meo patiamini. Convenit [52] enim pietati vestræ respondere causam appellationis reddenti. Quod si [53] majoris ætatis fuissetis, etiam ex necessitate provocationis certamen implere deberetis, ut possetis adire hereditatem. PP. 15. Kal. Jul. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

§. 11. Vitium testamenti invisibile heredem mitti in possessionem non impedit, nisi de vitio in continenti doceatur. *Alexand. Salic.* adde *l. ult.* ℑ. *de codicill.* non si ab eo provocatum est. *l. 6.* ℑ. *quorum appellat. l. ultim. ff. de appellat. recip. Novell. Valentiniani de testament.* Aliud erit, si de petitione hereditatis agetur. Tunc enim de falso prius cognoscitur. *l. 5. §. 1. ff. de heredit. petit.* 1 *l. 1. §. 6. ff. de Carbonian.* 2 Præsumitur solenne testamentum, seu voluntas testatoris, solennis esse, perfecta, absoluta, formamque suam continere: quoad ejus fieri potest & ex verbis potest colligi, non in eo quod omissum, vel silentio prætermissum. Gloss. Bart. Bald. Jas. *in l. si post divisionem 4.* ℑ. *de jur. & fact. ignor.* Alciat. *l. 2.* ℑ. *de bon. possess. secundum tabul.* Bart. *in l. si scriptum. 11.* ℑ. *de probat.* 3 Occasione vicesimæ hereditatis. *Haloand.* occasione hereditatis, *vetus scriptura apud* Cujac. 18. *observ. 9.* Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Leonin. *consil. 68. num. 9.* Wames. *cent. 1. consil. 86. num. 3.* & quando locum habeat Card. Tusc. *lit. l. conclus. 288.* Joann. Janes. *rer. quotid. lib. 2. cap. 3.* Ans.
4 Lex de vicesima hereditatum, augendi ærarii gratia, lege Julia primum irrogata est extraneis heredibus nec inopibus *Dion. 55.* deinde Nervæ, Trajani, Adriani, Marci, & aliorum constitutionibus, vel recisa, vel reducta: ad postremum, abolita ne alioquin cum Alciato putes a Gratiano sublatam. Ad hanc vicesimam Macer libros duos scripsit. Eadem etiam lex de aperiendis tabulis testamenti cavit. *l. 7. ff. de appellation. recipiend.* Paul. 4. *sentent. 6. §. ult. ibi, necessario vectigali.* adde Plin. *in Panegyrico.* de legibus vicesimæ, adde *l. 2. §. 44. ff. de orig. juris.* 5 Vicesima hereditatis sublata, *ut hic.* 6 Vel scripto, vel per nuncupationem, sive id in scriptum redigatur, sive non redigatur. Quo tamen ultimo casu heres petere potest, ut testium depositiones audiantur a judice & in scriptum redigantur. Accursius *hic, in verb. depositionibus,* Tiraquell. *de retract. gentil. §. 2. gloss. 1. num. 14.* Quid? hoc edictum non dabitur heredibus ab intestato? Rolandus a Valle 1. *consil. num. 5.* negat dari, nisi succedentibus ex testamento in totam hereditatem, vel quotam: at non venientibus ab intestato. 7 Testamenti vitia. 8 Non fit missio ex edicto D. Hadriani, nisi testamentum, ut oportuerit, fuerit oblatum vel publice recitatum. Paul. 3. *sent. 5. §. 14.*
9 Paul. 3. *sent. 5. §. ult.* 10 Hinc colligunt, pro legato consequendo via executiva agi non posse ubi contradictor reperitur. vid. Mynsing. 5. *obs. 60. Nov. 1. c. 4.* 11 Competens judicium hereditatis est, ubi res sunt hereditariæ. *l. 1.* ℑ. *ubi de hered.* vide Ferrariens. *in forma libelli quo petitur hereditas ex testam.* vide Hartmann. 2. *observ. 1. c. 7.* 12 *l. 1.* ℑ. *h. t.*
13 Probari testibus missionem in possessionem, ut & cætera acta judiciaria hinc colligunt.
14 Ex edicto Divi Hadriani post annum scripti heredes in possessionem rerum hereditariarum non mittuntur. Paul. 3. *sent. 5. §. 13.* 15 Dixi ad *L. 29. ff. 6.* 16 Tempus igitur dominii transferendi causa est.
17 *L. 29. ff. 6.* 18 Crimen est aliquem testari prohibere vel cogere.
19 Si quis quem testari coëgerit. 35. *Syn. 4. c. 4.* 20 Si quis quem testari prohibuerit. *l. 1. 2. ff. h. t.* adde *l. 23.* ℑ. *de inoffic. l. 19. ff. de his, quæ ut indign. Nov. 18. l. 3. §. 9. & 35. Eclog. 4. c. 1.* 21 Paul. 5. *sent. 12. §. 2.* 22 Maritus per uxorem potest heres institui. Wurmser. 1. *pract. 39. c. 18.* 23 At non suggerere testamentum.
24 Blanditiis licet permovere testantem, ut aliquid nobis testamento suo relinquat. Vis sola hac constitutione prohibetur, non blanditiæ. Institutio facta blando sermone non est vitiosa. *l. ult. ff. h. t.* vid. *l. 11. supr. de test. milit. l. 70. ff. de hered. inst.*
25 Lex quædam extat apud autorem *Synops. Basil. 33. tit. 4. c. 7.* quæ ad hunc locum videtur referenda, hoc sensu: Si quis aliquem testari prohibuerit, vel quum testari cœpisset, testamentum prohibuerit perficere: tenetur quidem læso ex causa prohibitionis: si quid autem superfuerit, fisco applicatur & ipse relegatur. 26 Vide *L. 34. ff. 9.*
27 A fisco scil. sed hoc in Gallia non servatur. Bugnon. *in legib. abrogat.* 28 Vid. *L. 29.* D. 5. v. Paul. 3. *sentent. 5.* quando factum fuerit, dixi *l. 5. ff. h. t.* Illud adjiciendum, Fuisse & aliud senatusconsultum de quæstione familiæ factum, Nerone 2. & Pisone Conss. teste *Tacito* 13. 14. quod ideo Pisonianum. *l. 8. ff. h. t.* & Neronianum a Paul. 3. *sentent. 5. §. 5.* Idem Claudianum dictum. *ff. de SC. Silanian. & Claudian.* Novum autem non est ut Neroniana senatusconsulta dicantur Claudiana. vid. Cujac. 1. *obs.* 18. de senatusconsultis & edictis Claudianis, vide plura apud Pet. Fabr. 1. *Semestrium* 25. 29 *l. 17. ff. de his, quæ ut indign.*
30 Quod tempus requiritur, ut inultam necem omisisse dicantur? certum enim temporis spatium constitutum ad eam rem fuisse videtur ex *l. 1. supr. in quibus causis in integrum restitut.*
31 *d. l. 17. & 76. §. 7. ff. de legat. 2.* 32 *l. 18. ff. de his, quæ ut indign.*
33 Vid. Cujac. 21. *obs. 27.* 34 Ut *l. 17. §. 6. ff. de usur.* vid. Cujac. *ad l. 3.* ℑ. *de pœnis fiscalib.* 35 Heres quantumvis sit pupillus, auctoris facto adstringitur.
36 Tutor pupilli nomine de falso testamentum accusare potest. Imo non potest. *l. 2.* ℑ. *de his qui accus. dixi ibi.* 37 Ergo de falso hic transactum fuit? non ita est. *l. 17.* ℑ. *ad l. Corn. de falsis. l. 18. supr. de trans.* Nam Polla in hac hypothesi transegit de testamento nondum suspecto. vid. Hotom. 22. *Illustr.* vid. tamen Cujac. 6. *obs. 11.* ubi notat & evincit de falso posse transigi. 38 Dolus tutoris agentis nocet pupillo. Imo non nocet. *l. 6. §. 1.* ℑ. *unde vi.* 39 Imo necesse non est, cum minori eodem casu ignoscatur. *l. 5. §. 9. ff. de his, quæ ut indign.* 40 Tutor de calumnia proprio nomine teneri potest. Si tamen citra calumniam bona fide egerit, tutori ignoscitur. *l. 22. in fin. ff. h. t.* 41 *l. 6. l. 9. l. pen. l. ult.* ℑ. *l. 1. & toto tit. ff. de SC. Silanian.* Paul. 3. *sent. 5. §. 5.* 42 Epistola vel codicillis hereditas adimi non potest. Injuste tamen non adimitur, quod adimitur indigno, adde quæ scripsi ad *l. 1.* ℑ. *de codicill.* 43 Epistola indigno hereditas adimi potest. vid. Papon. 1. *Notar. 7. cap. de Nullitate.* 44 Pone testatorem coram notario, vel duobus tribusve testibus contestatum esse, metum sibi illatum a Titio de quo conqueritur: metu ab eo illato, testamentum se fecisse, testamentum se lubenti animo mutaturum fuisse, nisi metus aut timor Titii obstitisset. Hac contestatione defendi potest, Titio heredi scripto tanquam indigno, hereditatem auferri, & fisco applicari. vid. Mantic. 2. *de conject. 7.* 45 Quod indigno adimitur, plerumque cedit fisco. vid. Rol. a Valle 1. *cons. 56. n. 3.* 46 Libertas per epistolam conferri potest. 47 Cur ita? collige ex *l. 19. in fin. ff. de reg. jur.*
48 Heres ineptam defuncti voluntatem circa sepulturæ sumptus negligendo, indignus non intelligitur. *l. 5. supr. de relig.* adde *l. 14. §. 5. ff. de relig. l. 113. §. 5. ff. de legatis 1. l. 7. ff. de annuis. l. 27. ff. de cond. inst. l. 16. ff. de usu & usufruct. l. 4. ff. de administr. rer. ad civit.* alias notatur qui non ineptam defuncti voluntatem negligit. facit *l. 33. §. 1.* ℑ. *de inoffic.* Hodie negligenti eripitur hereditas, non tamen quasi indigno. *Nov. 1.* 49 Minori non objicitur crimen inultæ mortis defuncti. *l. 1.* ℑ. *in quibus caus. in integr. restit.* Goth. Declarationem hujus leg. vid. apud Hartmann. Pistor. *quæst. 47. num. 13.* Ans. 50 Crimen inultæ mortis, *ut hic,* & *l. 1.* ℑ. *h. t. l. 7. 9. 10.* ℑ. *h. t.* crimen ingrati heredis. *l. 22. in fin. ff. de SC. Silanian.* Pertinet hæc constitutio ad Silanianum ut & 9. & 10. ℑ. *h. t.* 51 Non vindicatæ. *l. 10.* ℑ. *h. t.* 52 Non tamen est necessarium. 53 Major 20. annis non potest ad-

Qui

Qui non est in culpa, non debet esse in pœna. Bald.

7. Idem A. Vitaliæ.

SI ideo ultio [1] necis testatoris non est desiderata, quia cædis auctores reperiri [2] non potuerint: obesse heredibus, ex quo nulla [3] eorum culpa detegitur, non oportet. PP. Id. Martii, LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De falsi accusatione.

8. Imp. GORDIANUS A. Tatiæ.

ALia causa est ejus qui falsi instituta accusatione, ad finem usque, quod insimulabat, perduxit, & contrariam [4] sententiam meruit: alia ejus qui inchoatam accusationem non [5] pertulit: cum in illius [quidem] partem succedat fiscus, hic autem, qui contrariam Judicis sententiam non sustinuit, suæ partis non perdat persecutionem. PP. 15. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Si occisores ignorantur, potest hereditas adiri impune. Alex.

9. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Ælianæ.

CUm fratrem tuum veneno [6] peremptum esse adseveres, ut effectus successionis ejus tibi non auferatur, mortem ejus ulcisci [7] te necesse est. Licet enim hereditatem eorum, qui clandestinis insidiis perimuntur, hi, qui jure vocantur, adire non vetantur, tamen si interitum non fuerint ulti, successionem obtinere non possunt. PP. * TYBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Heredi scripto a legitimo prævento non aufertur hereditas a fisco, si mora, vel culpa non possit ei imputari. Salic.

10. Iidem AA. & CC. Sylvanæ.

SOrorem [8] fratris necem jure licito vindicantem [9], evincere ab uxore [recte] scripta successionem non convenit. secundum quæ fiduciam innocentiæ geris, & neque dolo malo tuo maritum necatum, neque alias indignam te successione probari [posse] confidis: adversus omnem calumniam maximam habes securitatem. Dat. 15. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

Dilatio ad vindicandam necem defuncti, non nocet heredi interim morienti, nec servis libertate donatis, nec aliis legatariis. Salic.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm Silanianum Senatusconsultum a nobis, tam laudandum, quam corroborandum est: necnon D. Marci Oratio, quæ circa [10] id facta est; invenimus autem nullam in ea mentionem *libertatis* factam, & veteres movit quædam de libertatibus [11] relictis in testamento necati testatoris quæstio: necessarium nobis visum est, & hanc dirimere. Hi enim qui libertate fuerant in hoc testamento donati, si eam accepissent, lucrum quod eis in medio [tempore] accidit, poterant sibi acquirere: Interea autem procrastinatione propter necis vindictam habita, hoc minime ad eos pervenit, & postea in libertatem deducti periclitabantur. [Sed] ne medium tempus fieret eis damnosum, & maxime si ancillæ in medio pepererint, & postea hereditas adita sit: bellissimum nobis videtur, divi Marci prudentissimi Principis Orationem, & in libertatibus producere, ne princeps [12] philosophiæ plenus aliquid videatur imperfectum sanxisse: sed ita in hereditatibus [13], & legatis, & fideicommissis, & maxime in libertatibus quas semper philosophia [14] amplectitur, extendatur ejus ratio, ut & lucrum quod in medio accidit, eis post libertatem acceptam restituatur: & partus liber, & ingenuus esse intelligatur: nullaque machinatione hujusmodi præpeditio damnum aliquod irrogare concedatur, [ut] & libera eorum posteritas, si in medio fuerint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequatur. Merito enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem replere placuit: *nihil* enim [15] *actum esse credimus: dum aliquid addendum superest.* Dat. 2. Kal. Maji, *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De servis, qui auxilium domino occiso non præbuerunt.

12. Idem A. Joanni P. P.

TAlis de antiquo jure dubietas nostræ Serenitati suggesta est propter Senatusconsultum Silanianum, & servos qui supplicio afficiuntur, sub eodem tecto commorantes, & non suum auxilium domino per insidias occiso præbentes. Veteres enim certum non faciunt, quis intellectus [16] de verbis, *sub eodem tecto* [17], significatur: sive in eodem cubiculo, sive in triclinio, vel porticu, vel in aula hæc appellatio accipi debeat: adjicientes, si dominus in via [18], vel in agro fuerit interfectus, eos servos puniri qui præsto erant, & non auxilium ad prohibendum periculum præbuerunt, nulla distinctione super qualitate præsentiæ utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui amputantes, sancimus [19], omnes servos, ex quocunque loco, sive in domo, sive in via, [sive in agro,] possint clamorem exaudire, vel insidias sentire, & non auxilium tulerint: supplicio Senatusconsulti subjacere. † Oportet enim eos ubicunque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere. Datum 15. Kal. Nov. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. anno secundo. 532.

TIT. XXXVI.
DE CODICILLIS [20].

De agnatione posthumi.

1. Imp. ALEXANDER A. Mocimo, & aliis.

RUpto [21] quidem testamento posthumi agnatione, codicillos [22] quoque ad testamentum pertinentes non valere, in dubium non venit. Sed cum post ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum literas [23] emisisse proponatis, quibus præcedens judicium confirmavit, Prætor nihil contra jus fecit, si novissimam ejus voluntatem secutus, relictum testamento Reipublicæ fideicommissum, ut ex codicillis relictum, præstandum esse pronunciavit. PP. 3. Kal. Jul. MAXIMO III. & PATERNO CONSS. 234.

De hereditate.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Asclepiodotæ.

HEreditatem [24] quidem neque dari, neque adimi codicillis posse manifestum est [25]. Verbis tamen precariis [26] per hujusmodi etiam novissimi [27] judicii ordinationem jura non faciunt irritas voluntates. Unde [28] inefficaciter te codicillis rogatam esse, *ut quibusdam rebus contenta, portionem quam testamento fueras consequuta, aliis restitueres*, falso tibi persuasum est. PP. Id. Oct. PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

De codicillis contrariis.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Hyacintho, & aliis.

CUm proponatis, pupillorum vestrorum matrem diversis temporibus ac dissonis voluntatibus duos [29] codicillos ordinasse: in dubium non venit id, quod priori codicillo inscripserat, per eum, in quem postea secreta [30] voluntatis suæ contulerat, si a prioris tenore discrepat, & contrariam [31] voluntatem continet, revocatum [32] esse. P. P. 6. Idib. Septemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

ire hereditatem defuncti, nisi & reo cædis postulato rem perduxerit ad sententiam unam, atque alteram: interposita appellatione a priori. *l. 9. infr. h. t.* vid. Cujac. 18. *observ.* 6.
1 Dixi ad *l. 6. supr.* 2 Nemini imputatur, qui quod potuit, præstitit. *l. 16. in fin. supr. de inoffic. testam.* 3 Pœna sine culpa non infligitur. 4 *l. 47. ff. de hered. pet.* 5 Accusans testamentum falsi, ita demum quod in eo relictum est, amittit, si in accusatione usque ad sententiam definitivam perseveraverit superatusque fuerit, secus si destitit, *l. 8. §. 14. ff. de inoffic.* is quem pœnitet ejus quod per errorem fecit, venia dignus est. *l. 38. §. 7. ff. ad l. Jul. de adult.* 6 Heres veneno interempti hereditatem adire potest, antequam mortem ulciscatur atque vindicet, *ut hic.* aliud est, si occisus sit vi aperta. *l. 6. supr. h. t. l. 1. §. 21. l. 5. in fin. l. 21. ff. de SC. Silanian.* Paul. 3. *sentent.* 5. §. 2. ut hinc colligas, hanc constitutionem ad Silanianum pertinere, ut & 6. *supr. h. t.* 7 Dixi ad *l. 6. 7. supr. h. t.* 8 Soror fratris necem potest vindicare, *ut hic.* Potestne frater illatam fratri injuriam vindicare, puta crimen adulterii in defuncti fratris uxorem persequi atque vindicare? Paponius, Alexandrum secutus adversus Castrensem, negat posse & ita judicatum apud Burdegalenses refert 22. *Arrest.* 9. *n.* 16. 9 *l. 6. 7. & 9. supr. h. t.* adde *l. 47. in fin. ff. de bon. libert.* 10 Fuit igitur Marci oratio post SC. Silanianum. Quando Silanianum factum fuerit, dixi in epigraphe *hujus tit. ad tit. ff. de SC. Silan.* Fuit quoque hujusce quæstionis cura Adriano, ut Spartianus autor est, adeo curæ fuit Imperatoribus dominorum securitas. 11 Mora heredis non vindicantis necem defuncti, non officit libertatibus in testamento datis. 12 Marcus Princeps Philosophiæ plenus. 13 Mora heredis necem defuncti non vindicantis, non nocet legatariis. 14 Philosophia libertates amplectitur. 15 Nihil actum credimus, dum aliquid addendum superest. *l. 1. ff. de orig. jur.* adde *l. 139. in fin. ff. de verb. sign.* ex Lucani *lib. 2.* - - - *Sed Cæsar in omnia præceps, Nil actum credens, dum quid superesset agendum.* 16 *l. 1. §. 26. §. 27. ff. h. t.* 17 Paul. 5. *sentent.* 5. §. 3. 18 Paul. *dicto loco.* 19 *l. 1. §. 28. ff. h. t.* 6. Harmen. 12.

20 Dixi ad *L. 29. D. 7.* adde Crassum *libro sententiarum §. Codicillus.* 21 Codicilli rumpuntur rupto testamento, *ut hic.* nisi venientes ab intestato, gravati sint restituere id, quod eis relictum est codicillis, tunc enim valent codicilli, licet testamentum effectum non habeat. *l. 14. l. 29. J. de fideicommiss. l. ex ea scriptura. 29. ff. de testament.* Idem dicendum, quoties heredes tacite, non expresse rogati sunt de eo restituendo quod in codicillis continetur, tunc enim valent codicilli, licet non testamentum. *l. qui filio. 38. §. 1. ff. de heredib. inst.* idem est quoque si testamentum ab initio nullum fuit: ut puta, si præteritus in eo filius fuit. Dynus & Bartol. *in l. legata. 19. ff. de legat.* 1. vide Socinum *reg.* 60. 22 Posthumi adgnatione rumpitur testamentum, ergo & codicilli ex testamento dependentes. 23 Ruptum testamentum confirmari potest a testatore coram quinque testibus, valebitque eo casu testamentum jure codicillorum. adde *l. 38. ff. de cond. & demonstr.* 24 Hereditas per fideicommissum dari vel adimi codicillis potest, *ut hic*, & *l. 22. infr. de fideicommiss. l. 75. ff. de legat.* 2. directo non potest. *l. 2. in fin. l. 10. ff. h. t. §. 2. Instit. h. t. l. 4. supr. tit. proxim. l. 5. §. 1. supr. de necess. l. 77. ff. de heredib. inst. l. 27. in fin. ff. de cond. inst. l. 76. ff. ad SC. Treb. l. 14. s. de testament.* 2. Cajus 7. *§. ult.* nisi a milite. *l. 19. ff. de testam. milit.* An idem inter liberos & venientes ab intestato? *l. 36. ff. de hered. instit.* in ad pias causas voluntate? *l. 1. C. de sacros. eccles.* in institutione, *l. 14. s. de testam.* facta rei certæ, vel si declarationis modo testamentum fecit testator? *l. asse. 77. ff. de heredib. inst.* ita censet Socinus *regula* 169. His adde, hereditatem literis non dari. *l. 17. ff. de jure codicill.* nec adimi. *l. 4. s. de his quib. ut indign.* vide præterea Hippolitum Marsilium *sing.* 49. 25 Cur ita? ne jus testamentorum & codicillorum confundatur. adde *l. 7. J. h. t. l. non codicillum. 14. s. de testam. §. pen. Inst. de jure codicill. l. Scævola. 76. ff. ad SC. Trebell.* 26 Quæ & fideicommissaria & παρακλητικὰ dicuntur nusquam obliqua. Fideicommittere his verbis possumus: *Fideicommitto, peto, volo dari.* Ulpian. 25. *§. ult. Inst. de singulis reb. per fideicommiss.* Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. *Volo hereditatem meam Titii esse. l. 118. ff. de leg. 1. rogo, mando. Instit. dicto loco:* Paul. *dict. loc. deprecor, injungo, impero.* Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. *cupio.* Paul. *d. loco. cupio des. l. 115. ff. de leg. 1. opto, credo te daturum. d. l. 115. exigo. l. 118. ff. de leg. 1. desidero.* Paulus *dicto loco. desidero uti des. d. l.* 118. *scio hereditatem meam te restituturum Titio. d. l.* 118. *Jubeo. l. 28. §. penultim. ff. de libert. legata.* Quid *Relinquo?* Paulus *dicto loco* negat esse precarium. Scævola precarium facere videtur. *l. 78. §. 8. ff. ad SC. Trebell.* Quid *Commendo?* Paulus etiam *dicto loco* negat precarium verbum esse: quod & alibi confirmatur. *l. 12. J. de fideicommiss. libertatib. l. 11. §. 2. ff. de legatis* 3. nisi forte probetur, testatorem eo verbo fideicommittere voluisse. Et hæc quidem Jurisconsulti. Interpretes vero ita: Verborum alia sunt directa, alia obliqua, alia communia seu mixta ex utrisque. Directis non ab alio quis capit, sed a seipso: obliquis, ab alio. Mixta seu communia quæ utrique institutioni possunt adaptari. vide Grassum *ex communi opinione libr. sententiarum, §. substitutio, quæstion.* 4. Directa sunt, ut *instituo, heres esto, accipiat, accrescat, capiat, dominus esto, revertatur, moriatur.* Obliqua, *detur, lego, restituat.* Communia, *competat, deveniat, devolvatur, habeat, pertineat, relinquo, remaneat, substituo, succedat, veniat.* Grass. *ibid. ex communi opinione quæst.* 3. 27 Codicillus, novissimi judicii ordinatio est, hoc est, species ultimæ voluntatis. 28 Codicillis hereditas directo dari non potest, precariis verbis dari potest, *ut hic.* eadem ratione codicillis declarari potest: quis, aut quis ex pluribus heres sit institutus in testamento. *l. asse toto. 77. ff. de hered. inst.* Potest & codicillis substitutio, dubia alioqui declarari, ut directa sit, non obliqua, aut fideicommissaria. Bald. 2. *cons.* 249. Hoc amplius notandum est, codicillis tametsi imperfectis, ambigua verba testamenti posse declarari. *arg. l. ult. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Pone, testator decem filio reliquit codicillis: post declarat, ea se filio reliquisse jure institutionis: quæritur, utrum ea declaratio codicillis facta valeat? Bald. *in l. non codicillum.* 14. *s. de testam.* Salic. & Jason negant *in Authent. novissima, supr. de inoffic.* Romanus contra valere putat, *consil.* 179. *n.* 7. Pone, rursus testamentum nuncupativum factum, postea vero testatorem codicillis adscripsisse se testamentum scriptum fecisse? Hujusmodi codicillaris adscriptio vim testamenti nuncupativi non subvertit. Castrens. 1. *cons.* 93. Singulare est hoc, codicillis testamentarium heredem, indignum hereditate declarari posse, ut eo elogio codicillari, hereditas tanquam indigno ei auferatur, & ad fiscum, non ad alios coheredes ea perveniat, *l. heredi. 15. ff. de his, quæ ut indign.* Decius *cons.* 361. cujusmodi tamen adscriptio, seu contestatio fieri potest favore ab intestato heredum. Cumanus *in l. si filius. 7. ff. de liberis & posthum.* Pone derogatoriam clausulam priori testamento adjectam esse, posteriore vero non esse revocatam testamento, codicillis tamen postea revocatam esse: Quæro an secundum testamentum specialiter factum, sine speciali revocatione valeat? Valet, quia hoc casu hereditas neque datur, neque adimitur; quod cum non sit prohibitum, permissum esse intelligendum est. *l. necnon. 28. §. quod ejus. 2. ff. quib. ex causis majores.* & ita Salicetus & Alexander *hic.* Angelus *§. penult. Inst. de codicillis.* Jason *in l. sancimus. 27. supr. de testament.* 29 Plures codicillos facere possumus. *l. 6. §. 1. ff. h. t. §. ult. Inst. h. t.* Quid si plures eadem die facti reperiantur: & in uno fundus Tusculanus legetur Titio, altero eidem non legetur? Codicillus cui legatum fuit adscriptum, prior fuisse existimabitur. Nam præsumimus id semper prius fuisse, quod jure prius esse debuit. Jure, priore loco legamus, posteriore adimimus: nec adimi quicquam potest, nisi antea jam legatum. vide Alciatum 3. *præsumpt.* 42. 30 *l. 70. D. de heredib. instituendis.* vid. quæ dixi ad *l. 11. s. de testam. milit.* 31 Codicillus postremo codicillo contrario tollitur. Posterior codicillus priori præfertur. *l. 19. infr. de fideicommissis.* & hoc quidem naturale est etiam in legibus. *l. ult. D. de const. princ.* & testamentis. §. 2. *Inst. quib. modis testam.* 2. Cajus 3. §. 5. 32 Codicillus codicillo mutatur, *ut hic:* ergo & suppleri etiam & emendari poterit. *l. 8. in*

De absentia onerati.

4. Iidem AA. & CC. Stratonico.

NOn idcirco minus, quod intestato [1] te absente [2] codicillos mater tua fecit, hi, quibus precariis verbis adscripta sunt, relicta capiunt. Sine die & consule.

De furioso.

5. Iidem AA. & CC. Flaviæ.

NE codicillos quidem furentem [3] posse facere, certissimi juris est. Si igitur scriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, ut aliquid ex hac peti possit: adseverationi tuæ mentis eum compotem fuisse negantis, fidem adesse [4] probari [5] convenit. Dat. 6. Kal. Dec. *Divelli*, CC. CONSS. 293.

De confirmatione codicillorum.

6. Iidem AA. & CC. Demostheni.

SIve [6] initio, quæ fuerat codicillis relicturus generaliter, sive novissime relicta servari mandaverit; confirmatione munitus, nullam justam gerere solicitudinem potes. Dat. 3. Idus Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

Differentia testamenti, & codicillorum.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P.P.

SI idem [7] codicilli, quod testamenta possent, cur diversum [8] his instrumentis vocabulum mandaretur [9], quæ vis, ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi [10], ac substituendi potestas juris autoritate data non est. Dat. * 3. Jun. PACATIANO, & HILARIANO CONSS. 332.

Si quis ex eadem scriptura primum hereditatem ex testamento, deinde fideicommissum petat: & de testamento imperfecto. 3. *De testibus.*

8. Imp. THEODOSIUS A. Asclepiodoto P.P.

SI [11] quis agere ex testamento quolibet modo, sive scripto, sive sine [12] scriptura confecto, de hereditate voluerit: ad fideicommissi persecutionem adspirare cupiens minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus: ut etiam illud sanciamus, Si testator faciens testamentum, in eodem [13] *pro codicillis etiam id valere* complexus sit: qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens se unius [14] electione alterius sibi aditum præclusisse: ita ut sive bonorum possessionem secundum tabulas, sive secundum nuncupationem, cæterasque similes postulaverit, aut certe mitti se in possessionem ex more petierit, statim inter ipsa hujus juris auspicia propositum suæ intentionis explanet. §. 1. Illud quoque pari ratione servandum est, ut testator, qui decrevit facere testamentum, si id adimplere [15] nequiverit, intestato videatur esse defunctus, nec [16] transducere liceat ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis ultimam voluntatem: nisi [17] id ille complexus sit, *ut* [18] *vim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere:* illo electionis videlicet jure perdurante, ut qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit. §. 2. Si quis vero ex parentibus utriusque sexus, ac liberis [19] usque ad quartum gradum agnationis [20] vinculis alligatus, vel cognationis nexu constrictus usque ad tertium, scriptus heres fuerit, vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere: licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit superatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fideicommissi subsidium convolare: non enim par eademque ratio videtur, admittere debita [21], & lucra non capere. §. 3. In omni autem ultima voluntate, excepto [22] testamento; quinque [23] testes, vel rogati [24], vel qui fortuito [25] venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi: sive in scriptis, sive sine [26] scriptis voluntas conficiatur: testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus. Dat. 15. Kal. Mart. *Constantinop.* VICTORE V. C. CONS. 424.

TIT. XXXVII.
DE LEGATIS [27].

De alimentis, & vestiario.

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. libertis Sextiliæ.

QUamvis verbis his, *quoad* [28] *cum Claudio Justo morati essetis*, alimenta vobis, & vestiarium legatum sit: tamen hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, ut & [29] post mortem Justi [Claudii] eadem vobis præstari voluerit. Sine die & consule.

De venditione hereditatis.

2. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Sabiniano.

QUamvis heres institutus hereditatem vendiderit [30], tamen legata, & fideicommissa ab eo [31] peti possunt: & quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fidejussoribus ejus petere poterit. PP. 10. Kalend. Septemb. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De oppigneratione rei legatæ.

3. Iidem [32] AA. Victorino.

QUi post testamentum factum prædia, quæ legavit, pignori [33], vel hypothecæ dedit, mutasse voluntatem circa legatariorum personam non videtur [34]. Et ideo, [etiam] si in personam actio [35] electa est: recte placuit ab herede prædia liberari. PP. 6. Kalend. Maji, GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

De relictis servo proprio sine libertate.

4. Imp. ANTONINUS A. Sulpitio.

SErvis [36] testamento dominorum non [37] data libertate, legatum seu fideicommissum [38] relictum non [39] valet: nec convalescere potest, licet post [40] mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sint. *PP.* 5. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Si legatarius rem legatam subtraxerit.

5. Idem A. Donato.

NOn [41] est dubium denegari actionem legatorum ei pro portione competenti [42] in his rebus, quas subtraxisse [43] eum de hereditate apparuerit. PP. 5. Id. Septembr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

fin. ff. h. t. 1 Conficiuntur codicilli etiam ab intestato. *l. 8. pr. & §. 1. l. 16. ff. h. t. §. 1. Inst. h. t. l. 5. J. de SC. Trebell. l. 88. in fin. ff. de legat. 2.* Imo non debentur fideicommissa ab intestato. *l. 13. in fin. ff. de inofficioso.* Videtur dicta lex 13. abrogari. 2 Absente herede ab intestato, codicillos facere possumus: Absentia heredis non impedit codicillos fieri. 3 Furiosus codicillos facere non potest. *l. 2. §. 3. ff. h. t.* 4 Alias quilibet sanæ mentis fuisse præsumitur, nisi contrarium probetur & merito. Quilibet enim talis esse præsumitur, qualis natura esse debuit. *Bald.* 5 Qui negat sanæ mentis hominem, probare debet. & ita negatio plerumque probanda est: *plerumque*, inquam. Nam mera negatio probari non potest. *l. 23. in fin. supr. de probat.* 6 Codicillos ante vel post testamentum facere possumus: utrovis tempore confirmentur, valent. Imo, ut neutro confirmentur, valent. *§. 1. in fin. Inst. h. t.* cum & alioquin nullo penitus facto testamento valeant, id est, cum valeant ab intestato. *l. 4. supr. h. t.* Potest etiam codicillus nuncupativi testamenti appendix esse. *l. ult. ff. de jure codicill.* 7 Non idem codicilli possunt quod testamenta. 8 Nomina quæ diversa habent, diversos etiam effectus habent. 9 Daretur, Cujac. 18. *observ.* 9. & ita legendum esse apud Ulpianum 22. §. 29. *in fin.* monet. 10 Codicillis instituere aut substituere heredem non possumus. Institutiones tantum fiunt in testamentis. *l. 2. supr. h. t. l. 13. in fin. ff. h. t. §. pen. Inst. h. t. l. 14. supr. de testam.* 11 *l. 7. C. Theod. de testament. & codicill.* Ex eadem scriptura non potest quis hereditatem petere ex testamento directo & ex fideicommisso codicillis adscripto. *Goth.* Singularem decisionem vide apud Math. de Afflict. *decis.* 134. Ans. 12 Codicilli etiam sine scriptura fieri possunt, *ut hic.* adde *l. & sine. 5. J. ad SC. Treb. Gloss. in l. ait prætor. 5. in fin. in verb. pronunciatum. ff. de re jud.* 13 De hac clausula vid. *§. 1. infr. h. t.* 14 Unius electione plerumque alterius aditum nobis præcludimus. *l. 11. in fin. ff. de leg. 2.* adde *l. 22. in fin. ff. de damn.* licet tamen conjunctis personis variare. *§. 2. J. h. t.* 15 Imperfectum testamentum. *l. 1. ff. de hered. petit. l. 4. l. 29. ff. qui testam.* inter extraneos scil. non suos. *l. 21. §. 1. supr. de testam.* ut codicillus non sustinetur, *ut hic, & l. 1. ff. h. t. l. 29. ff. qui testam. l. 11. §. 1. ff. de legat. 3.* nisi testator pro codicillis valere jusserit. 16 Codicillis tamen directa verba adjecta, oblique accipienda esse notant: ut codicillis filio impuberi in potestate, facta directa pupillaris substitutio trahatur ad fideicommissum, ut in *l. Scævola. 76. ff. ad SC. Trebell.* Accurs. Alexander. Aretinus *in l. verbis civilib. 7. ff. de vulgar.* sic codicillis facta institutio trahitur ad fideicommissum. Imol. *in l. 1. ff. de injusto.* Alex. 7. *cons.* 194. Quid: vulgaris & compendiosa institutio directis verbis facta, vi codicillaris clausulæ trahiturne ad fideicommissum? Hanc, non illam trahi notant, Dec. *cons.* 205. Bartol. *l. 1. ff. de jure codicill.* 17 Codicillaris clausula non subintelligitur, nisi fuerit expressa; sic itaque testamentum, cui hæc clausula non fuerit adjecta, jure codicillorum non valebit, *ut hic.* & *l. 1. ff. h. t. l. coheredi. 41. §. cum filiæ. 2. ff. de vulgari. l. si jure. 11. J. de testam. manumiss.* Boër. *decis.* 33. Imo tacite interdum hæc clausula intelligitur. *l. 38. ff. de fideicommiss. libert.* sic sane: sed ducta tantum conjectura ex affectione testatoris. Quin subintelligitur in testamento militis. *l. 3. ff. de milit. testam.* ut in testamento inter liberos, *gl. in d. §. cum filiæ.* in causæ piæ testamento, Bald. *in d. l. si jure.* 11. favore libertatis, *ibid. Baldus.* ob vim summam justi honestique amoris. *text. ex gl. in l. testamento. ff. de fideic. libert.* (quod ultimum verum in legatis & fideicommissis, non in institutione) si adjecta sit a notario clausula *&c.* si testator dixit, velle se testamentum haberi pro legitimo, vel ut valeat omni meliori modo, vel jure cujuslibet ultimæ voluntatis: vel si testator in eo actu duravit. Quæ omnia vera censenda sunt, modo deficiat ille actus tantum in solennitate, at non in substantia: dum etiam actus ille solennitatem habeat saltem in codicillis necessariam. Sed pone heredem jurare jussum, se præstiturum legata ex minus solenni testamento? subintelligetur superior clausula codicillaris. *l. 2. J. comm. de legatis:* adde Mantic. 1. *de conject.* 9. His adjiciendum codicillarem clausulam quibusdam videri quoque subintelligi, si adjecto distributivo, *quisquis mihi heres erit*, heres ita nuncupatus dare damnatus fuerit. Bald. *in l. duob. 19. ff. de except. rei jud.* licet contrarium videatur ex *l. qui liberis. 8. §. hæc verba. ff. de vulgari.* Idem traditur, si testator voluerit legata deberi, etiamsi hereditas non adeatur ex testamento. vid. Bald. *in l. 1. infr. si omissa sit causa testam.* aut si in testamento vim & effectum testamenti prohibuerit, tunc enim videntur venientes ab intestato dare damnati. Imola *l. 1. ff. de cond. inst.* Idem quoque, si testator dixerit, ut actus, quem agit omni solennitate remota valeat, ut perinde sit, ac si codicillarem clausulam adjecisset. Bald. *in l. pen. in fin. D. de legat. 2.* vid. Socin. *reg.* 198. Imo ut expresse adjiciatur hæc clausula, testamentum inofficiosum non valet. *l. 13. D. de inoffic.* Clausula codicillaris minus potest adjecta inofficioso, quam imperfecto testamento. Cur? Cujus testamentum quasi inofficiosum condemnatur, pro demente habetur. Demens autem testamenti factionem non habet. *l. 36. D. de legat. 3.* 18 Hæc est clausula quæ vulgo codicillaris dicitur: cujus formulam vid. in *l. 29. in fin. D. qui testam.* fit etiam ejus mentio in *l. 41. §. 3. D. de vulgari. l. 3. D. de testam. milit. l. 11. J. de testam. manumiss.* 19 Personis conjunctis licet variare: aliis non licet, ut sæpius dixi *J. h. t.* 20 Id est, usque ad abnepotes. vide Cujac. 14. *observ.* 11. 21 Proximis personis hereditates quasi debentur. adde *l. 7. §. 2. D. de curat. fur.* 22 Puta codicillis, *ut hic.* & mortis causa donatione, in qua requiri volunt ideo quinque testes, cum in donatione inter vivos duo sufficiant. *l. ult. infr. de donationib. causa mortis.* vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 8. *num.* 22. 23 In omni ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes sufficiunt. *l. 28. §. 1. supr. de testam.* ergo totidem testes in epistola fideicommissaria & mortis causa donatione intercedere oportebit. vide Manticam 1. *de conjecturis tit.* 11. *&* 12. 24 In testamento rogati esse debent testes: in codicillo possunt esse non rogati. 25 Fortuiti testes esse possunt in codicillis. 26 Datur etiam decretalis bonorum possessio secundum nuncupationem, *ut hic.* & *l. 2. supr. de B. P. secund. tabul. l. 3. l. 8. D. de B. P. secund. tabul.*

27 Dixi ad *Lib.* 30. 31. 32. 33. 34. *D. lib. 2. Inst.* 20. adde 3. Paul. *sentent.* 6. Ulpian. 24. Gajum 5. vid. Grassum *lib. sentent. §. legatum.* 28 Debuisti alimenta quoad cum Claudio morarer. Claudius mortuus est? Debes alimenta etiam post mortem Claudii. Nam simpliciter alimenta relicta perpetuo relinqui intelliguntur. *l. 20. D. de annuis. l. 13. §. 1. l. 20. in fin. D. de alimentis.* ut hinc constet, legatum post mortem Claudii remanere, non tamen remanere conditionem: neminem enim ita fatuum esse, ut alicui imperet cum aliquo post mortem habitare. Ideoque cum aliquo morandi conditio intelligitur eo vivo, videlicet ut ad tempus vitæ conditio restringatur: post mortem vero expiret ex tacita testatoris voluntate, non tamen expiret legatum. 29 Imo non debetur post mortem. *l. 3. l. 4. infr. de cond. inser. l. 62. in fin. D. de condit. & demonst.* non debetur, si legatum factum fuit ejus contemplatione quocum habitare legatarius jussus est. 30 Venditio hereditatis facta ab herede jure suo legatarios non exuit. 31 Non ab emptore. *l. 2. supr. de hered. vel action. vendit.* 32 Severi nomen hic expungendum putat Pammelius in vita Tertulliani. Nam Severus pridie Nonas Februarii perjit: hæc autem 6. Kal. Maj. diu post ejus obitum. adde quæ scripsi *in fin. l. 1. J. de his quæ sub modo.* 33 Testator rem a se legatam postea obligans, non revocat legatum, *ut hic, & l. ult. infr. h. t.* quemadmodum si urgente necessitate alienavit. *l. 11. §. 12. D. de leg. 3.* donans revocat. *l. 18. D. de adim.* Quid si rem suam alteri jam obligatam legat? si sciebat obligatam, luetur ab herede: si nesciebat, a legatario. vid. *l. 6. infr. de fideic.* 34 Imo videtur. *l. 12. supr. l. 32. §. 15. D. de don. int. vir.* Dictæ leges abrogatæ sunt per *Novell.* 162. *c.* 1. §. 1. 35 Quam autor *Synopseos* 44. *tit.* 4. *c.* 4. appellat τὴν ἐκ διαθήκης βοήθειαν, subsidium ex testamento: hoc sensu legatum valere, licet id testator postea pignori, vel hypothecæ dederit. Ideoque si adversus heredem legatarius actionem personalem elegerit, hoc est, subsidium ex testamento, legatum heres a creditore liberare cogitur. 36 *Synops.* 44. *tit.* 4. *c.* 28. *&* 5. Harmen. 10. §. 12. 37 Sine libertate servis nihil legari potest. *l. 76. in fin. l. 8. D. de hered. inst. l. 15. D. de opt. l. 30. §. 15. D. de fideicommiss. lib.* 38 Servus institutus, nulla libertatis facta mentione liber intelligitur. vide *l. 5. supr. de necess.* aliud autem, si res ei tantum legata, vel fideicommissa, *ut hic, l. 28. infr. de fideicommiss. l. 88. §. 13. D. de leg. 2.* 39 Imo valet, *d. l. 5. §. 2. l. 16. l. 17. l. 19. D. de aliment.* Valet ex æquo & bono: valet quoque ipso jure, si a milite relictum. *l. 7. supr. de testam. milit.* vel si servus alteri legetur. *l. 49. D. ad leg. Falcid.* 40 Aliud si vivo testatore. 41 Si cui pars aliqua bonorum legata sit, & is res ex hereditate subtraxerit aliquas, excidit ea, quæ sibi competebat rerum legatarum exactione, in iis rebus quas eum reticuisse apparuerit: harum siquidem partem exigere non potest. 5. Harmenop. 10. §. 19. 42 Id est, nomine rei ei legatæ. 43 Merito, nam legatarius accipere debet. *l. 1. §. 2. D. quod legat.* alioquin si auctoritate propria, legatum amittit. *l. 9. infr. unde vi:* vide Clarum 3. *sent. §. Testam. quæst.* 68. Aliud erit, si testatoris jussu. *l. 55. D. de legat. 1. l. 34. §. 1. D. de le-*

De

De substitutione.

6. Idem A. Juliano.

SI legata relicta primus [1] legatarius agnovit, substitutio eorum in persona Pontianæ facta evanuit. PP. 8. Kal. Maji, *Romæ*, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De conjunctis re. 1. De errore scripturæ.

7. Idem A. Fausto.

SI [2] Fortidianum fundum primo pater tuus fratribus per præceptionem, ac [3] mox [4] tibi legavit, concursu [5] dominium ejus tibi [6] quoque quæritur. §. 1. Error [7] autem nominum in scriptura factus, si modo de mancipiis, vel possessionibus legatis non ambigitur, jus legati dati non minuit. PP. 5. Id. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Si legatarius, quem testator tutorem dederat, tutor esse non possit.

8. Idem A. Demetrio.

AB administratione tutelæ religio sacramenti [8] Marcellum, quem vobis a patre tutorem datum [testamento] proponitis, eripit. Quæ res, quominus legatum consequatur, non impedit. Nec enim juste ab ea petitione repellitur: cum etiamsi [9] vellet tutelam administrare, prohibeatur. PP. 8. Idus Martii, *Romæ*, SABINO II. & ANULINO CONSS. 217.

De falsi accusatione.

9. Imp. ALEXAND. A. Antiocho.

SI [10] in fraudem eorum quæ testamento relicta sunt, admissus est accusator, qui testamentum falsum diceret: Præses provinciæ secundum jurisdictionis formam solvi [11] legata jubebit, interposita cautione [12], *si evicta fuerit hereditas, ea restituturum* [13]: quamvis alias tunc cautioni locus sit, cum sine controversia legata solvantur. PP. 7. Id. Februar. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De re aliena legata.

10. Idem A. Ingenuæ.

CUm [14] alienam [15] rem quis reliquerit, si quidem sciens: tam ex legato, quam ex fideicommisso ab eo qui legatum, seu fideicommissum meruit, peti potest. Quod si suam esse putavit: non aliter valet relictum, nisi [16] proximæ [17] personæ, vel uxori, vel alii tali personæ datum sit, cui legaturus esset, & si scisset rem alienam esse. PP. 5. Kal. Febr. ALBINO, & MAXIMO CONSS. 228.

De rebus legatis in dotem datis.

11. Idem A. Albiniano.

FIlia [18] legatorum non habet actionem, si [19] ea, quæ ei [in] testamento reliquit [vivus [20]] pater, postea in dotem dederit. PP. 5. Non. Mart. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

Si heres, cui prælegatum est, repudiet hereditatem.

12. Imp. GORDIAN. A. Mutiano.

CUm responso viri prudentissimi Papiniani [21], quod precibus [22] insertum est, præceptionis [23] legatum & omissa [24] parte hereditatis vindicari posse declaretur: intelligis desiderio tuo juxta juris formam esse consultum.

† Verba vero responsi [25] hæc sunt: Filiæ mater prædium ita legavit; *Præcipito, sumito extra partem hereditatis*. Cum hereditati matris filia renunciasset, nihilominus eam recte legatum vindicare visum est. PP. Constitutio 5. Idus Jul. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

Si cui res propriæ relinquantur.

13. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Severæ.

PRoprias [26] tuas res legari, vel fideicommitti tibi non [27] potuisse certum est. PP. 15. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De monumentis, & de jure inferendi mortuum.

14. Iidem AA. Tatiano.

MOnumenta quidem legari [28] non posse manifestum est: jus [29] autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur. PP. 2. Kalend. Septembr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De ære alieno.

15. Iidem A. Terentio & aliis.

SI universæ facultates, quas pater vester reliquit, debito [30] fiscali, aut privato absumuntur: nihil ex his, quæ testamento ejus adscripta sunt, valere potest. Quod si deducto debito, in relictis bonis superfluum est, libertates impediri juris ratio non permittit: quin etiam legata necnon fideicommissa, salva lege Falcidia, præstanda sunt. PP. 3. Kalend. Octob. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De pignore.

16. Iidem AA. & CC. Syllæ.

CReditor si a debitore suo rem, quam pignoris [31] nomine susceperat, legatam sibi contendit: etiam debito ab heredibus ejus oblato, quominus restituat, defendi potest. S. 18. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS.

Quibus modis legata adimuntur.

17. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

DAtum legatum adimi [32] tam pure, quam sub conditione, non libertis tantum, sed etiam ingenuis placuit. Dat. 3. Non. Mart. CC. CONSS. 293.

De legato nominis.

18. Iidem AA. & CC. Justino.

EX legato nominis [33], actionibus ab his, [qui] successerunt, non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest: utilibus [34] autem suo nomine experietur. Dat. 6. Id. Dec. CC. CONSS.

De viro & uxore.

19. Iidem AA. & CC. Niconi.

NOn tantum duorum [35] mensium, sed & minoris [36] temporis maritus uxoris testamento scriptus succedit: nec legata, vel fideicommissa, seu donationes temporis hujus angustia capi prohibet. Dat. 5. Id. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

De usufructuario.

20. Iidem AA. Eutychiano.

UXor patrui tui si testata decesserit, res tuas [37], tantum [38] usumfructum earum habens, legare non potuit. Dat. 7. Kal. Jan. CC. CONSS. 293.

De verbis.

21. Imppp. CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS, AAA. ad populum.

IN legatis, vel fideicommissis necessaria non sit verborum [39] observantia: ita ut nihil prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi usus effuderit. Dat. Kal. Februar. CONSTANTIO II. & CONSTANTE CONSS. 339.

De annalibus legatis.

22. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

IN annalibus legatis, vel fideicommissis, quæ testator non solum certæ personæ, sed & ejus heredibus præstari voluit, eorum exactionem omnibus heredibus, & eorum heredum [40] heredibus servari pro voluntate testatoris præcipimus. Dat. 3. Id. Decembr. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

gat. 2. vel si testamenti fuerit executor. *arg. l. 78. §. 1. ff. de contrahend. empt.* Quid si heres possideat? negant interpretes propria auctoritate capere posse, & ita intellige quod scripsi ad *d. l. 55.* adde Clarum *dicto loco*. 1 Legatariorum alii primi, alii secundi esse possunt, id est, in legatis fieri potest substitutio. *l. 8. §. 4. ff. de legat. 2.* Primo legatario agnoscente, secundus petere non potest, vide *l. 5. supr. de impub. & aliis*. 2 Si quis cum prædium κατ' ἐξαίρετον, id est, per præceptionem fratribus suis legati nomine reliquisset, idem postea prædium alii cuipiam legaverit, omnes simul concurrentes legatarii prædium accipiunt. 5. Harmenop. 10. §. 8. 3 Codicillis duobus eadem die factis, si res in uno legetur Titio, in altero res eadem legetur Cajo, ambo simul ex voluntate defuncti concurrunt, & admittuntur & per concursum faciunt sibi partes, quia præsumuntur re conjuncti. Accurs. *in l. cum proponatis. 3. in verbo, contrarium. §. de codicill. arg. l. unicæ. §. His ita. 10. vers. Sin autem. infr. de caducis.* Jason. *in d. l. cum proponat. & l. ult. supr. de edicto Divi Hadriani.* 4 Citra adimendi animum. *§. 1. Inst. de adempt. leg.* 5 Re conjuncti faciunt sibi partes per concursum. 6 Ita ut in hac hypothesi legatarius semissem fundi habeat: instituti vero, iidemque legatarii alii semissem. 7 Ut *l. 4. supr. de testam.* 8 Militaris. Qui propter militiam, *l. 4. supr. qui dare tutores.* mandatum testatoris exequi non potest, non propterea legatum amittit. facit *l. 11. in fin. ff. ad l. Jul. de adulter. l. 2. ff. de veteranis.* Conditio impossibilis de jure, non vitiat, sed vitiatur tantum. 9 *d. l. 4.* 10 Legata quoties heres solvo, a legatariis ejusmodi cautionem exigere debeo, ut, si evicta fuerit hereditas, legata mihi restituant. 11 Heres tenetur solvere legata, licet quæstio de hereditate moveatur, præstita tamen ei cautione a legatario. *l. 6. ff. de heredit. petit. l. 8. ff. si cui plus quam per l. Falcid.* 12 Qua? an amplius quam per legem Falcidiam, ut volunt fere omnes? an evicta hereditate redditum iri, ut vult Cujac. 9. *observ.* 25. 13 *Ea restitutum iri.* Cujac. 18. *obs.* 9. hoc innuit, non quod interdum illa cautio præstetur nulla mota controversia hereditatis. *l. ult. supr. de petit. her. l. 3. §. 6. l. 4. ff. si cui plus quam per l. Falcid. l. 9. §. 4. ff. ad exhib.* ideo minus, imo magis mota controversia & perlata accusatione falsi testamenti est præstanda. 14 Legare rem alienam scientes, at non ignorantes possumus, nisi proximæ personæ: quæ exceptio notanda: dixi ad Theophilum §. 4. *Inst. de legatis.* 15 Legatum rei alienæ scienter factum valet. §. 4. *Inst. h. t.* adde Paul. 4. *sent.* 1. §. 8. & 1. *Inst. de singul. rebus per fideic. l. 67. §. 8. ff. de leg. 2. l. 10. in fin. ff. de auro.* 16 *Syn. Basil.* 44. *tit.* 4. *c.* 34. 17 Proxima persona est non quam nemo antecedit: sed quæ jure sanguinis, licet remoto gradu, attingit. Tiraq. *de retract. gentil.* §. 11. *gl.* 1. *num.* 4. 18 Si quis testamento res filiæ legaverit, & superstes adhuc post testamentum suum res eas in dotem pro filia dederit, posteaque mortuus fuerit, amplius filia legatum petere non potest. *Synops. ibid. c.* 35. 19 Filiæ centum legavi, eidem post testamentum centum in dotem dedi, me mortuo ducenta non habet, sed centum, *ut hic*. Idem fuerit, si prius centum in dotem dedi, postea centum eidem legavi. *l. 84. §. 6. ff. de legat. 1.* nisi filia probaverit patrem voluisse legatum duplicare. *l. 29. ff. de jur. dot.* 20 Legata vivo testatore præstari possunt. *l. 22. ff. de leg. 2. l. 6. ff. de auro.* at non hereditas. vid. *l. 1. ff. pro hered.* 21 Quædam similia extant in *l. 87. ff. de leg. 1.* 22 Antiquum morem observa: consuetum fuisse precibus supplicantis responsa prudentum inserere. 23 Omittenti hereditatem, prælegati petitio est. *l. 17. §. 2. l. 18. l. 91. §. 2. ff. de legat. 1. l. 77. §. 31. ff. de legat. 2. l. 4. §. 11. ff. de doli mali.* 24 Quiddam tale extat in *d. l. 87. ff. de legat. 1.* 25 Quoties heres in testamento etiam legatum habet quod extra hereditatem præcipiat: potest & omissa parte sua hereditatis, legatum sibi relictum capere. *Syn. Basil.* 44. *tit.* 4. *cap.* 36. 26 Legari res mihi propria non potest, *ut hic*, nisi sub conditione. *l. 98. ff. de cond. & demonst.* nisi commoditatem aliquam mihi id legatum adferat. Cynus & Doctores *in l. si tibi homo. 86. §. 1. ff. de legat. 1.* nisi res mea, quæ mihi legata est, alii debetur actione, vel officio judicis. *l. 39. §. 2. ff. de legat. 1. l. non quocumque. 82. §. si ex bonis. 1. ff. de legat. 1.* 27 *l. 41. §. 2. ff. de leg. 1. l. 66. §. 3. ff. de leg. 2. §. 10. Inst. h. t.* 28 Sed nec alienari, nec obligari. *l. 2. in fin. supr. de religiosis.* permutari quoque monumentorum usus non potest. *l. 12. §. 1. ff. de religiosis.* 29 Jus inferendi mortui legari potest, monumentum non potest. Religiosas res legare non possumus, jus in ipsas possumus. 30 Testator, qui solvendo non est, legat inutiliter: siquidem nemo potest relinquere quod non habet, & legata aliter præstari non possunt, quam deducto ære alieno. *l. 12. supr. de testam. milit. l. 16. §. ad l. Falcid. l. 1. §. 18. ff. ad SC. Trebell.* 31 Creditori meo pignus lego, heres debitum ei offert pignus sibi restitui desiderans? heres non auditur, *ut hic*. ut ita pignoris legatum valeat. Quid si creditor præter pignus, debitum petat? justa petitio est, nisi testator animo compensandi pignus legaverit. *l. 85. & l. 82. ff. de leg. 2.* 32 vid. *tit. ff. de adimend. vel transf. legat. & Instit. de adempt. legat.* 33 Nomen debitoris cui legatur, suo nomine utilem habet actionem: directam non habet, nisi sit mandata vel cessa. Directa, ex verbis legis est: utilis ex mente. *l. 47. §. 1. ff. de negotiis.* 34 Sex casibus utilis actio datur sine cessione, puta in legato, *ut hic*, & in dote. *l. 2. supr. de obl. & act.* si nomen in solutum datum sit. *l. ult. supr. quando fiscus:* emptori hereditatis. *l. 5. supr. de her. vel act. vend.* vel nominis. *l. 7. d. tit. de hered. vel.* pensionis. *l. 20. ff. de pignorib.* adde *l. 1. supr. de donat.* 35 *Duum mensium. Haloand.* eodem prisco sermone utitur. *l. 2. C. Theod. de decur.* Ideo Cujacius 18. *obs.* 9. putat hæc verba desumpta fuisse ex aliqua lege prisca, forte Julia & Papia, ne aliter jus haberent capiendi solidi novi nupti inter se, qui infra ætatem essent habendi liberos lege definitam, quam si vel duum mensium spatio una fuissent, novi caloris coërcendi causa, quo æstuantes facile sua omnia novo conjugi elargiuntur. 36 Brevitas temporis quo matrimonium duravit, non impedit quo minus alter conjugum alteri legare possit. facit *l. 12. §. 1. in fin. ff. de leg. 1.* vid. *l. 2. supr. de secund. nupt.* 37 Legans rem communem cum alio, partem suam tantum legare intelligitur, *ut hic*. adde *l. servi. 5. §. 1. ff. de leg. 1.* interdum solidam rem legat, ut si testator putavit rem suam esse in solidum quam legavit: si disertis verbis communem sibi cum herede suo fundum legavit: si fundum simpliciter legavit: si proprietarius ipse fundum legavit, tum enim usumfructum legasse quoque intelligitur. Doctores *in l. hac consultissima. 21. supr. de testament. l. qui se patris. 3. §. unde liberi.* Socin. *reg.* 224. 38 Usufructuarius usumfructum legare non potest. vid. *l. 24. §. 1. ff. de legat. 1.* 39 vid. *l. 2. §. Comm. de legat. pars legis 15. supr. de testament. l. ult. supr. qui admitt.* 40 Heredis appellatione veniunt heredes in infinitum. *l. 4. ff. de jure*

Si

Si uni totum, alteri pars relinquatur. 1. *Si eadem res eidem ſæpius relinquatur.*

23. Idem A. Juliano P. P.

CUm quæſtio talis de ſignificatione verborum [animos] veterum [1] movit, ſi quis cuidam *agrum Cornelianum* puta, vel alium quempiam in ſolidum legaverit, deinde [2] alii partem ejus dimidiam, quantam portionem primus, quantam ſecundus legatarius conſequitur? Simili dubitatione & in hereditate, & in fideicommiſſis habita. Cumque computationes multæ introducebantur, & multis ratiocinationibus dignæ: nos hujusmodi computationes quaſi ſuperfluas, & contrarias voluntati teſtatoris, omnes eſſe ſopiendas cenſemus. Cum enim manifeſtum eſt, eum, qui ab initio duodecim uncias rei cuidam reliquit, alii autem poſtea ſex, receſſiſſe [3] quidem a priore voluntate, voluiſſe [4] autem minui eam ſex unciis, cum alii eas obtulit: & præſens caſus exitum apertiſſimum inveniet. † Si quis itaque vel agrum, vel hereditatem reliquerit, primo [5] quidem in totum, ſecundo autem in partem dimidiam: utrumque in ſex uncias eſſe, vel dominum rei legatæ, vel heredem. Et ſi tota re primo relicta, tertiam partem ſecundo reliquerit: ſecundum prædictum modo octo quidem uncias vel agri, vel hereditatis apud primum remanere, tertiam autem partem vel quatuor uncias ad ſecundum migrare. Et ſic in omnibus ſtatuendum eſt, id eſt, in hereditatibus, vel legatis, vel fideicommiſſis, veſtigia enim voluntatis teſtatoris non aliter niſi per hujusmodi viam æſtimanda ſunt. §. 1. Sed & aliam diſceptationem juris antiqui non abſimilem conſtitutam decidere nobis humanum eſſe apparuit. Agitabatur enim, ſi quis *agrum Cornelianum*, vel forte alium, vel quandam rem cuidam legaverit: & poſtea iterum, vel ſæpius [6] ei eandem rem per legatum, vel fideicommiſſum dederit, poſt talia autem verba teſtamenti, Sempronio eundem agrum, vel aliam rem legaverit, ut ſæpius quidem fuiſſet Titii mentio, ſemel autem Sempronii: quid ſtatuendum eſt? & quid juris ſit, ſi conjunctim, aut ſeparatim eis relinquatur, ſive in legato hoc conſiſtat, ſive in hereditate? Hujusmodi igitur decidentes antiquam controverſiam ſancimus, cuicunque ſit hereditas vel ager in memoratis caſibus, ſive conjunctim, ſive ſoli, ſive ſæpius eidem relictus, æqua [7] lance & hereditatem, & agrum, & aliam quamcunque rem dividi, & ad dimidiam partem unumquemque vocari: niſi ſpecialiter expreſſerit, & dixerit teſtator, tantas quidem partes velle unum, tantas autem alterum habere. In omnibus etenim teſtatoris [8] voluntatem, quæ legitima eſt, dominari cenſemus. Dat. 15. Kalend. Decembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De eo, qui exheredato ſubſtitutus eſt.

24. Idem A. Joanni P. P.

CUm quidam ſuum filiumfamilias impuberem exheredatum fecit, aliis heredibus ſcriptis, eidem autem pupillo alium ſubſtitutum reliquit, maximam ſcilicet [9] oſtendens ad filium ſuum affectionem, cui nihil quidem emolumenti reliquit, ſed poſt exheredationis [10] injuriam etiam ſubſtitutionem ei addidit, & [a] ſubſtituto legatum reliquit. *Quærebatur*, ſi hujusmodi legatum, vel fideicommiſſum poſſet valere? Sed & ſi legatum eidem exheredato filio pater reliquerit, & ſubſtituerit ei exheredato facto aliquem extraneum: iterum certabatur, ſi ſaltem per eundem modum fideicommiſſum poſſet relinquere? Cum igitur antiquitas quidem hoc diverſe tractare maluerit, nobis autem hujusmodi jurgia ſupervacua eſſe videantur: ſancimus [11] nullo legato, nullo fideicommiſſo hujusmodi ſubſtitutum, qui [12] exheredato pupillo datus eſt, prægravari, nec ſi ipſam rem, quam pupillo legavit, a ſubſtituto ejus vel legare, vel fideicommittere voluit. Dat. 2. Kal. Maji, *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC.

Legatarius celans teſtamentum, privatur legato & remanet heredi ſcripto. Salic.

25. Idem A. Joanni P.P.

SI legatarius [vel fideicommiſſarius] celaverit [13] teſtamentum, & poſtea hoc in lucem emerſerit, an poſſet legatum ſibi relictum is, qui celaverit, ex [eo] teſtamento vindicare, dubitabatur? Quod omnimodo inhibendum eſſe cenſemus, ut non accipiat fructum [14] ſuæ calliditatis, qui voluit heredem hereditate ſua defraudare: ſed hujusmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem quaſi pro non ſcripto apud [15] heredem, ut qui alii nocendum eſſe exiſtimavit, ipſe ſuam ſentiat jacturam: quemadmodum ſi legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum ſit, non [16] ſubierit tutelam: ei quidem legatum auferatur, pupillo autem adſignatur, cui ille utilis eſſe noluit. Dat. Kal. Novembr. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De legatis, vel fideicommiſſis temporalibus.

26. Idem A. Joanni P. P.

ILlud quod de legatis, vel fideicommiſſis temporalibus [17], utpote irritis, a legum conditoribus definitum eſt, emendare proſpeximus: ſancientes etiam talem legatorum, vel fideicommiſſorum ſpeciem valere, & firmitatem habere. Cum enim jam conſtitutum ſit, fieri poſſe temporales donationes [18], & contractus: conſequens [19] eſt etiam legata, vel fideicommiſſa, quæ [20] ad tempus relicta ſunt, ad eandem ſimilitudinem confirmari: poſt completum videlicet tempus ad heredem iiſdem legatis, vel fideicommiſſis remeantibus [21], neceſſitatem habente legatario, vel fideicommiſſario cautionem in perſonam heredis exponere, ut [ei] poſt transactum tempus res non culpa ejus deterior facta reſtituatur. Dat. 15. Kal. Nov. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno 2. 532.

TIT. XXXVIII.

DE VERBORUM [22] ET RERUM SIGNIFICATIONE.

De prædiis inſtructis legatis.

1. Imp. ANTONINUS A. Antipatræ.

PRædiis *inſtructis* [23] legatis, quamvis ex fructibus vinum & oleum in eodem fundo habuit: tamen ſi id venale [24] fuit: item ea, quæ ad tempus propter incurſionem latronum tutelæ [25] cauſa in prædium tranſlata ſunt, legato non cedere, juris auctoribus placuit. † Vinum vero quod in apothecis fuit, ſi ideo [26] illic habuit, ut cum in prædium veniſſet, materfamilias eo uteretur [27], legato cedere, ignorare non debes. PP. 6. Id. Auguſt. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De fundo inſtructo.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Rufino.

FUndo, *ſicut* [28] *inſtructus* [29] *eſt*, legato, ſive per fideicommiſſum relicto, villicum quidem, hominesque, & omnia, quæ vel ipſe paterfamilias, cum ibi ageret, vel ut fundus eſſet inſtructus, non temporis cauſa, in eo habuit, relicta eſſe, juris auctoritate definitum eſt: ea etiam, quæ tam fructuum colligendorum [30], quam ſervandorum, item pecora [31] ſtercorandi, vel paſcendi cauſa ibi conſtituta, ut de his fructus capiantur, vel ut fundus ſit inſtructus: fideicommiſſo cedere, certi juris eſt. Dat. Non. Octobr. *Sirmii*, AA. Conſulibus.

De cautione περὶ ἀσφαλείας.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SAncimus *cautionis* [32] nomine, vel ἀσφαλείας, id eſt, *Securitatis*, non [33] eſſe fidejuſſoris dationem interpretandam [34]: niſi hoc ſpecialiter, vel in Græcis, vel in Latinis verbis ſcriptum fuerit: niſi enim, vel generaliter de ſatisdatione, vel fidejuſſione ſpecialiter ſit [35] nominatum, cautione, vel ἀσφαλείᾳ minime fidejuſſionem, ſed nudam promiſſionem ſignificari. Dat. Kal. Mart. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De verbo Aut.

4. Idem A. Joanni P. P.

CUm quidam ſic vel inſtitutionem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel libertatem, vel tutelam ſcripſiſſet, *Ille, aut* [36] *ille mihi heres eſto*: vel, *Illi, aut illi do lego*: vel *dari volo*: vel *illum, aut illum liberum*: aut *tutorem* [37] *eſſe volo*, vel *jubeo*: dubitabatur, utrumne inutilis ſit hujusmodi inſtitutio, & legatum, & fideicommiſſum, & libertas, & tutoris datio? an occupantis melior conditio ſit? an ambo in hujusmodi lucra, vel munera vocentur? & an ſecundum aliquem ordinem admittantur? an uterque omnimodo? cum alii in inſtitutionibus primum quaſi inſtitutum, admitti, ſecundum quaſi ſubſtitutum, alii in fideicommiſſis poſteriorem ſolum accepturum fideicom-

immun. l. 65. *ff. de verb. ſignif.* niſi legetur uſusfructus. *l.* 13. *ſupr. de uſufruct.* 1 *Animos veteres.* Cujac. 19. *obſ.* 9. *ut antiquos animos. l.* 9. *ſupr. qui teſtam.* Goth. Hæc eſt 32. deciſio ex 50. novis deciſionibus Juſtinianeis. vid. Inglois. Adde Bellapert. *h. l.* & Vigl. *de hered. inſtituend.* §. *ſi plures. num.* 6. Anſ. 2 Totum ſi uni legatur, alteri pars totius, cenſetur pars illi de toto adempta. *l.* 6. *ff. de adimendis.* 3 Tacita voluntatis revocatio. 4 *l.* 13. §. 4. *ff. de hered. inſtit.* 5 Adde §. 7. *Inſtit. de heredib. inſtit.* 6 vid. *l.* 34. §. 1. *ff. de legat.* 1. 7 *l.* 19. *in fin. l.* 84. §. 12. *ff. de legat.* 1. 8 vid. *l.* 16. *infr. de fideicommiſſ.* 9 Ironia, ut in *l.* 97. *ff. de leg.* 3. 10 Exheredatio injurioſa. 11 Hæc eſt 33. deciſio ex 50. novis Juſtinian. ut videre eſt apud Inglois. *Anſ.* 12 A ſubſtituto impuberis exheredati non poteſt legari, vel fideicommitti: etiamſi exheredato pater aliquid legaverit. 13 Legatarius celans teſtamentum, privatur legato idque heredi cedit, non quaſi ſcriptum. 5. Harmenop. 10. §. 36. *Synopſ. Baſil.* 44. *tit.* 4. *cap.* 48. 14 Fructum ſuæ calliditatis jure nemo percipit. Dolus ſuus nemini prodeſt. 15 Vid. quæ dixi ad *l. unicam.* §. 13. *J. de caducis.* Cur ita? quoties indignitas reſpicit favorem certæ perſonæ, quod reo aufertur, injuriam paſſo defertur. 16 *l.* 32. *ff. de excuſ. tut. l.* 5. §. 2. *ff. de his, quæ ut indign. l.* 12. §. 4. *ff. de relig.* niſi tutorum non idoneus ſit, puta minor: & ita per eum non ſtet. *l.* 76. §. 6. *ff. de legat.* 2. 17 Valet legatum factum ad certum tempus, vel incertum: contra, Hereditas ex die, vel in diem non datur, *l.* 34. *ff. de hered. inſtit.* niſi a milite. vid. *l.* 8. *S. de teſtament. milit.* adde *l.* 9. *ſupr. de hered. inſtit.* 18 *l.* 1. 2. 3. *J. de donationib. quæ ſub modo.* 19 Argumentum valet a contractibus ad ultimas voluntates. dixi ad *l.* 20. *ff. de verb. ſign.* vid. Manticam 3. *de Conjecturis ultim. voluntatum.* 18. & Everardum *Topicis loco a contractibus ad ultimas voluntates.* 37. Goth. Vid. *l.* 44. §. 5. & *l.* 46. *ff. de legat.* 1. Anſ. 20 Ad tempus legari poteſt, *ut hic*, ut & vendi donari. *l.* 1. *ff. de in diem addict. l.* 1. *l.* 2. *ff. de lege commiſſoria. l.* 1. 2. 3. *infr. de don. quæ ſub modo.* dos relinqui. *l. in rebus.* 30. *ſupr. de jure dot. l.* 1. *ſupr. ſoluto.* emphyteuſis dari. *l.* 2. *S. de jure emphyteut.* vid. Bertrand. 4. *conſil.* 1. *num.* 4. 21 Finito legati tempore, legatum ad heredem revertitur.

22 Dixi ad *L.* 50. *D. pen. tit.* 23 Inſtructis prædiis legatis, ea tantum cedunt, quæ fuerunt ibi perpetui uſus cauſa: ad tempus ibi repoſita, venalia non cedunt. 24 *l.* 12. §. 30. *ff. de inſtructo.* 25 Id eſt, cuſtodiæ *l.* 12. §. 29. *ff. de inſtruct.* vid. Paul. 3. *ſentent.* 6. §. 39. 26 Vinum in apothecis duplici cauſa habetur: vel ut eo utamur, *ut hic*: vel ut in horreo, ut poſtea vendamus. vid. *in d. l.* 12. §. 29. 27 Illudque abſumeret. Paul. 5. *ſent.* 6. §. 42. *l.* 1. *ſupr. eodem.* 28 *l.* 8. *l.* 12. §. 27. *l.* 16. §. 2. *l.* 20. §. 8. *ff. de inſtruct.* 29 Fundi inſtructi legato inſtrumenta tam fundi quam patrisfamilias veniunt, veluti pecora, inſtrumenta fructuum colligendorum, villici, homines. 30 *l.* 8. *ff. de inſtructo.* 31 *l.* 9. *ff. de inſtructo.* Paul. 3. *ſent.* 6. §. 38. 32 *l.* 188. *in fin. ff. h. t.* 33 Cautionis verbum a lege, vel contrahentibus, vel a teſtatore vel ſtatuto, conſuetudine, aut ordinatione prolatum nudam promiſſionem continet, non fidejuſſorem, *ut hic*: niſi qui cavere debet, ſit ſuſpectus: alias inanis cautio creditori non prodeſſet: niſi is, qui promiſit, cautione antea erat obligatus (alias ſecunda promiſſio priori nihil adferret utilitatis) niſi agatur de cautione prætoria. *arg. l.* 7. *ff. de prætoriis.* niſi fruſtratoria eſſet nuda cautio: niſi cautio Burgenſis (ut Galli dicunt) id eſt, ſufficiens, & competens. *l.* 21. *ff. de judiciis.* idonea. *l.* 41. *ff. de pet. hered. l.* 6. *ff. de pignor. act. l.* 1. §. 36. *ff. depoſiti. l.* 59. *in fin. ff. mandati. l.* 4. *ſupr. de precibus imp. l. pen. in fin. ſupr. depoſiti. l.* 3. *J. de omni agro.* (Idonee enim cavere eſt ſatisdato & captis pignoribus. *l.* 4. §. 8. *infr. de fideicomm. libert.*) bona & plena debeatur. Socinus *reg.* 43. niſi recte caveri oporteat. *l.* 2. *ff. de uſufruct. earum rerum. l.* 1. §. 9. *ff. de collat. bonor. l.* 73. *ff. de verb. ſign.* multo magis, ſi conjunctim bonam & ſufficientem cautionem dari ſit neceſſe. Copulationum namque vis hæc eſt, ut utrumque requiratur, & geminata qualitas cautionis ejusdem naturam augeat. Ad hæc, Fidejuſſore mortuo, vel non ſolvendo facto, alius peti poteſt. Superioribus caſibus, idonea cautio non eſt ſimplex quantumvis hominis divitis juramentum. Legis enim & ſtatuti præceptum in forma ſpecifica implendum eſt. Sufficiens etiam non eſt quivis ex plebe: religioſus, quantumvis vir probus: quia nihil habet: *Auth. ingreſſi. ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* uſurarius, licet dives: infamis manifeſtus: *l.* 20. *ſupr. ex quib. cauſ. infam.* (qua de re dubitari tamen poteſt) advocatus, procurator rixarum plenus, notarius fraudulentus, mulier: *l.* 1. & *paſſim. ff. ad SC. Velleian.* minor, furioſus, prodigus & ſimiles, qui obligari non poſſunt: *Inſt. de inutilib. ſtipul. l.* 1. *ff. de verb. obl.* milites & nobiles in eundem ordinem referunt. mobilium tantum poſſeſſor etiam idonea cautio non eſt: ſed nec is qui ſe non obligat ad inſtar principalis, puta non perſonaliter: ſi pignus nudum offertur (ſi tamen de Prætoria cautione agitur. *l.* 7. *ff. de prætoriis*,) qui inſtrumento publico cavere non vult. Sufficiens vero dici poteſt, qui ſuarum opum laudatores, ſeu certificatores apud judicem, arbitrum, vel commiſſarium in id delectum parte præſente, vel citata. *l.* 47. *ff. de re judic.* profert. Solent enim judices idoneos probare etiam parte invita. Tenetur quoque laudator ille in ſubſidium, principali non ſolvendo. *l.* 4. *in fin. ff. de fidejuſſ. tut.* idoneus quoque intelligitur, qui non idoneus quidem eſt, ſed tamen probatus a creditore eſt. *l.* 3. *in fin. ff. de fidejuſſ.* Quid ſi quis fidejuſſorem non reperit, eſt enim difficile fidejuſſorem reperire? decurritur ad ſequeſtrum. vid. *l.* 5. §. 1. *ff. ut legat. Novell.* 88. *cap.* 2. §. 1. *l.* 33. §. 2. *ſupr. de epiſc. & cler.* Quid ſi reus eo loci ubi petitur cautio, juret ſe ſatisdare non poſſe, alibi poſſe? auditur. *l.* 8. §. 5. *ff. qui ſatisdare.* His adde Rebuf. *tom.* 2. *tract. de ſentent. execut. art.* 1. *gloſſ.* 16. *in verb. Bonne & ſuffiſante caution.* 34 Imo interpretanda eſt *l.* 59. *in fin. mandati.* Aliud eſt ad nudam, aliud ad idoneam cautionem teneri. 35 Pura in teſtamento, ut *l.* 84. *ff. de leg.* 1. *l.* 32. *ff. ad SC. Trebell.* 36 Disjunctiva poſita inter perſonas honoratas, vel gravatas, tam in ultimis voluntatibus quam contractibus pro conjuncta capitur: non ſi inter res ſit appoſita. 37 Adde *l.* 25.

missum existimaverint, quasi recentiore voluntate testatoris utentem. Et si quis eorum altercationes sigillatim exponere maluerit, nihil prohibet non leve libri volumen extendere, ut sic explicari possit tanta auctorum varietas: cum non solum juris auctores, sed etiam ipsæ principales constitutiones, quas ipsi auctores retulerunt, inter se variasse videntur. Melius itaque nobis visum est [1], omni hujusmodi verbositate explosa, conjunctionem *Aut* [2], pro *Et* accipi: ut videatur copulativo modo esse prolata, & magis sit παραδιάζευξις [3], ut & primam personam inducat, & secundam non repellat. Quemadmodum enim (verbi gratia) in interdicto [4], *Quod vi, aut clam, aut* conjunctio pro *&* apertissime posita est: ita & in omnibus hujusmodi casibus, sive institutionum, sive legatorum, sive fideicommissorum, vel libertatum, seu tutelarum hoc est intelligendum, ut ambo veniant æqua lance ad hereditatem, ambo legata similiter accipiant: fideicommissum in utrumque dividatur: libertas utrumque capiat: tutoris ambo fungantur officio: [ut] sic nemo defraudetur a commodo testatoris, & major providentia pupillis inferatur: ne dum dubitatur, apud quem debeat esse tutela, in medio res pupillorum depereant. Sed hæc quidem sancimus, cum in persona hujusmodi proferatur scriptura. Sin autem una quidem est persona, res [5] autem ita derelictæ sunt, *Illam, aut illam rem illi do lego*, vel *per fideicommissum relinquo*: tunc secundum veteres regulas & antiquas definitiones, vetustatis jura maneant incorrupta, nulla innovatione eis ex hac constitutione introducenda. Quod etiam in contractibus locum habere censemus. Dat. Prid. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De nomine familiæ.

5. Idem A. Joanni P. P.

SUggestioni Illyricianæ [6] advocationis respondentes, decernimus, *familiæ* [7] nomen talem habere vigorem, parentes & liberos, omnesque propinquos, & substantiam, libertos [8] etiam & patronos, nec non servos per hanc appellationem significari: & si quis per suum elogium fideicommissum *familiæ* [9] *suæ* reliquerit, nulla speciali adjectione super quibusdam certis personis facta: non solum propinquos, sed etiam his deficientibus, generum [10] & nurum. Eos enim nobis humanum esse videtur ad fideicommissum vocari: ita videlicet, si matrimonium morte [11] filii, vel filiæ fuerit dissolutum: nullo etenim modo possunt gener, vel nurus filiis viventibus ad tale fideicommissum vocari: cum hi proculdubio eos antecedant: & hoc videlicet gradatim fieri, ut post eos liberti veniant. † Hoc eodem valente & si quis rem immobilem cuidam legaverit, vel fideicommiserit, eamque alienare prohibuerit [12] adjiciens, *ut si hoc fideicommissarius præterierit, familiæ* [13] *suæ res acquiratur.* † In aliis autem casibus nomen *familiæ* [14] pro substantia oportet intelligi: quia & servi & aliæ res in patrimonio uniuscujusque esse putantur. Dat. 15. Kal. Novembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

TIT. XXXIX.
SI OMISSA [15] SIT CAUSA [16] TESTAMENTI.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Januariæ.

SI in fraudem legatorum transmissam hereditatem ad substitutum [17] probatura es: utilis actio adversus eum, cum quo fraudis consilium participatum est, [tibi] competit. Plane, si pecunia [18] accepta omisit [19] aditionem, legata & fideicommissa præstare cogitur. Accept. Kalend. Octobr. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

Si hereditas, quæ adiri poterat, repudietur in fraudem legatorum, habet locum hoc Edictum. Baldus.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Victoriæ.

EUm, qui cum testamento posset obtinere hereditatem, ab intestato jus successionis voluit amplecti, libertatibus [20] eodem testamento datis obesse non posse, jampridem placuit. Quod si cum jam neque adiri ex testamento hereditas, neque bonorum possessio peti possit, judicium defuncti non [21] usurpabitur, sed ad irritum juris ratione revocatum est; petitio relictorum nullo jure procedit. Si vero jure facto testamento: cessante herede scripto alter ab intestato adiit hereditatem, neque libertates [22], neque legata ex testamento posse præstari manifestum est. PP. Kal. Januar. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Apro & Piæ.

SI Proculiana patri vestro, cujus estis heredes, testamento quid reliquit, & scripti jure secundum ejus judicium vel omissa causa testamenti successerunt ab intestato, aditus competens Judex, quatenus legis Falcidiæ [23] modus patitur, vobis relicta restitui jubebit. Dat. 15. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

TIT. XL.
DE INDICTA VIDUITATE [24], ET LEGE JULIA MISCELLA [25] TOLLENDA [26].

Conditio viduitatis non spernitur, si legatum non adscribitur mulieri, sed alteri. Bald.

1. Imp. GORDIANUS A. Bono.

LEgatum alii [27] sub conditione sic relictum, *si uxor* [28] *nuptui se post mortem mariti, non collocaverit* [29], contractis nuptiis conditione deficit, ideoque peti nequaquam potest. PP. 13. Kal. August. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Lex Julia Miscella in juramento & cautione Mutiana, quæ præstabatur, cessat. Salic.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

AMbiguitates legis Juliæ [30] Miscellæ generali lege tollentes, nullum concedimus fieri juramentum secundum prædictam legem, sed penitus ea una cum Mutiana [31] cautione super hac causa quiescente, licere *mulieribus* etiam maritorum [32] suorum [33] interminatione spreta, quæ viduitatem eis indicit, & non dato sacramento, procreandæ sobolis gratia tantum ad secundas migrare nuptias, pœna hujusmodi cessante, sive habeat liberos, sive non: & ea percipere [34], quæ maritus dereliquit: quorum omnium manifestissimum est, dominium minime eas liberis existentibus habere, usufructu [35] tantummodo apud eas remanente, & ad liberos prioris tori proprietate eorum deferenda, secundum ea quæ de secundis nuptiis, & lucris quæ ex his mulieribus [obveviunt] statuta sunt, ne ex necessitate legis, & sacramento colorato [36] perjurium committatur. Cum enim mulieres ad [37] hoc natura progenuerit, ut partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta sit: quare scientes prudentesque perjurium committi patimur? Tale igitur juramentum conquiescat, & lex Julia Miscella cedat cum Mutiana [38] cautione super hoc introducta: & a [nostra] republica separata. Augeri [39] etenim magis nostram Rempublicam, & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impiis perjuriis affici volumus: cum satis esse inhumanum videatur, per leges [40], quæ perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri. Dat. 10. Kalend. Mart. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

In AUTHENT. de nupt. §. quæ vero nunc sequitur. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 43.

CUi relictum quid fuerit a conjuge, vel a qualibet persona, ne secundas ineat nuptias: *intra annum quidem non petat, nisi spes nuptiarum deficiat: post annum vero capiat, præstita cautione* rei cum fructibus restituendæ, si contra fecerit. *Pro re immobili juratoria cautio fiat cum hypothecis; pro mobili (si persona sit idonea) eadem sit cautio: alioqui & fidejussor exigitur, si præstari potest. Contractis nuptiis res data vindicari potest: quod sic admittitur, ac si ei relictum, vel ordinatum non esset.*

Lex Julia Miscella correcta in muliere est correcta in viro, & conditio in viduitate apposita, si perseverantiam non requirit, est exspectanda. Bald.

3. Idem A. Joanni P.P.

LEgem Juliam Miscellam quemadmodum in fœminis sustulimus, ita & in [41] *masculis* esse sublatam, pertinere quidem ad sensum nostræ legis, quam super hoc promulgavimus, non est incertum: Ne tamen quædam ambiguitas simplices [42] animos moveat, etiam expressim sancimus, legem Juliam Miscellam, & Senatusconsultum [43], quod circa eam factum est, nec non Mutianam [44] cautionem, quæ super talibus nuptiis introducta est, non solum in fœminis, sed etiam in masculis cessare. † Sed quia apud Ulpianum in libris Sabinianis invenimus quædam verba, quæ effugiunt legis Miscellæ observa-

ff. de testam. tut. 1 Hæc est 34. decisio ex novis 50. Justinian. Ans. 2 *Aut* pro *Et* accipitur, & ita disjunctiva pro conjunctiva sumitur. *l. 53. ff. h. t.* & e contra *d. l. 53. & 29. ff. h. t. l. 11. §. 5. in fin. ff. quod vi.* 3 Alciatus 9. *Parerg.* 18. legit συνάφεια, & male. vid. Cujac. ad *l. 27. ff. de pactis:* & ad *l. 133. ff. de verb. oblig.* παραδιάζευξις falsa disjunctio quoties quid ita disjungitur, ut tamen conjunctim intelligatur, quæ loquendi forma etiam παρασιώπησις dicitur, cum quid ita reticemus, ut tamen tacitis nobis intelligatur. διάζευξις, disjunctio: ἐπαμφοτερισμός, alteratio. 4 *l. 11. §. 5. in fin. quod vi aut clam.* 5 Disjunctiva inter res diversas posita, pro conjunctiva non habetur: inter personas posita, interdum habetur. *infr. h. t.* 6 Illyriciana advocatio est eorum advocatorum, qui munere isto fungebantur apud Præfectum Prætorio Illyrici, cujus alibi quoque fit mentio.
7 Familiæ relictum gradatim debetur personis appellatione familiæ comprehensis. De familia adde *l. 195. §. 2. l. 196. ff. h. t. l. 32. §. 6. ff. de leg. 2. l. 14. ff. ad Trebell.* Tiraquell. *libello Du retraict lignager §. 1. gloss. 9. num. 195.* Simonem de Prætis 3. *de interpret. ultimarum voluntat. 3. dubitatione 1. solutione 11. num. 25.* 8 Vid. quæ scripsi ad *l. 108. ff. de cond. & demonstr.* 9 De relicto familiæ. *Familiæ relinquo. ut hic, & l. 32. §. 6. ff. de leg. 2. familiæ volo adquiri. in fin. J. h. t.* addatur & illud, *ne de nomine familiæ meæ exeat. l. 88. §. 6. ff. de leg. 2.* 10 Gener & nurus numerantur in familia. 11 Gener & nurus dicuntur etiam dissoluto matrimonio, & sic affinitas dicitur durare dissoluto quoque matrimonio. In edicto *de postulando*, præsentes affinitates intelliguntur, non quæ fuerunt. *l. 3. §. 1. ff. de postulando.* in nuptiis etiam non præsentes intelliguntur. *§. 8. ibi, si fuit nurus. Inst. de nupt.* Ita servus testari non potest pro iis dominis quorum antea fuerit. *l. 14. infr. de Quæst.* Quare quod a Gallis dicitur, *Morte ma fille, mort est mon gendre:* refertur ad amorem potius quam ad pudorem & honestatem, morte filiæ deminuitur quasi necessitudo, at non honestas & reverentia. 12 Plerumque testatores vetant res extero vendi, vel in exterum alienari. *l. ult. supr. de reb. alien. non alienand.* 13 De relicto familiæ dixi *supr. h. t.*
14 Familiæ nomen pro substantia, ut eo loco: Adgnatus proximus familiam habeto, *l. 195. §. 1. ff. h. t.*
15 *L. 29. D. 4.* adde 44. *Ecl. 26.* Omittere est negligere judicium defuncti: repudiare, abstinere, cessare. 16 Causa testamenti ipsum testamentum, seu hereditas testamento delata. 17 *l. 1. infr. de fideic. libert.* Substitutus cui defertur hereditas, legata solvit.
18 *l. 3. 4. ff. h. t.* 19 Tenetur, qui omisit aditionem, licet non possideat.
20 *l. 22. ff. h. t.* 21 Non insuper habitum &c. Cujac. 3. *obs. 22. in fin.* ubi notionem verbi, *insuper habere*, explicat, *insuper habere*, ut idem autor notat 11. *observ.* 12. est παροράν vel πλημμελεῖν. Nam & πλημμελήσω Hieronymus interpretatur, Insuper habebit: & eodem sensu Agellius 1. Eam confidentiam non insuper habendam intelligit & Symmachus, scribendi munus non insuper habitum. his adde quæ dixi ad *l. 43. in fin. ff. de religios. l. 17. ff. de his, quæ ut indign.* adde alia ex Mureto 11. *variar.* 17. 22 Vide *l. 17. ff. h. t.*
23 Falcidia detrahitur, etiam quando legata ex hoc edicto debentur. adde *l. 6. ff. h. t.*
24 Id est, de legatis viro aut mulieri sub conditione viduitatis & cœlibatus relictis.
25 De qua dixi ad *Novell. 22. c. 43.* Cur ita dicitur, vide *l. 3 infr. h. t.* 26 Id est, de remittenda conditione viduitatis a testatore indictæ. Hodie non remittitur. *Novell. 22. cap. 44.* Hujus itaque tituli interpretatio desumenda est ex *dicto capite* 43. & 44.
27 Extraneo scil. 28 Mea. 29 Id est, si uxor mea vidua permanserit: hoc igitur innuit: Si extraneo legavero sub conditione, *Si uxor mea vidua permanserit*, conditionem non remitti: quia nulla viduitas injungitur. *l. 74. ff de condition. & demonstrat.* aliud erit si uxori vel alii mulieri legavero sub hac conditione, *Si vidua permanserit.* Eo enim casu conditio remittitur. *l. 2. supr. de inst. & subst.* 30 Lege Julia Miscella cavebatur, ut mulieres, quibus viri ac mariti viduitatem indixissent, etiam si nuptias secundas contraxissent, relicta sibi legata consequerentur, præstito prius jurejurando se procreandæ sobolis gratia secundas nuptias contrahere. Cui legi, quod ad juramentum attinet, Justinianus derogat *hac lege & Nov. 22. c. 43.* 31 Vide *l. 3. infr. h. t.* 32 Quidam hinc colligunt, Legem Juliam Miscellam pertinuisse ad conditiones adscriptas solius mariti testamento. Sed Mercator 1. *Notar.* 2. ait etiam pertinere ad conditiones adscriptas extraneo, testamento: quod & evidenter ex *Justiniani Novella* confirmat 22. *c. 44. in fin.* 33 Robertus hinc colligit, Legem Juliam Miscellam pertinere ad solas viduas. Mercator 1. *Notar.* 2. ait pertinere etiam ad virgines: eo sensu cœlibatus, aut viduitatis conditionem multo magis virginibus quam viduis remittendum esse. 34 Hodie mulieres non possunt legatum accipere si nupserint. *Novell. 22. c. 44.* 35 *l. 3. versic. nec quicquam. supr. de secund. nupt.* 36 Ex colorato sacramento perjurium committitur. 37 Mulieres ad id natura progenitæ, ut partus edant. 38 Vide *l. 3. infr. h. t.* 39 Rempublicam multis hominibus augeri interest. 40 Legibus via perjuriis non aperitur, cum perjuria legibus ipsis puniantur.
41 Ideo lex Julia Miscella dici existimatur, quod pertineat tam ad mares, quam ad fœminas quibus viduitas injungitur. *l. 79. in fin. ff. de cond. & demonstr.* dixi plenius *ad Novell. 22. c. 43.*
42 Ut alibi *veteres animos & antiquos. l. 23. supr. de legatis.* 43 Senatusconsulta quæ circa eam facta sunt. Cujac. *hic.* ut intelligas Pernicianum & Calvisianum, de quibus vide Ulpianum. 44 De qua *l. 2. supr. h. t. l. 72. §. 1. ff. de cond. & demonst.*

tionem: ne quis & ea sublata esse putaverit, sancimus, cum hujusmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur, *Si vidua* [1] *erit*, vel *quoties vidua erit*, vel *cum vidua erit*, vel e contrario maribus, *Si amiserint uxores*, vel *quando ad cœlibatum pervenerint*: non vetari ea vindicare, vel legitimo modo sumere, quæ eis derelicta sunt. Neque enim ut permaneant, vel fœminæ in viduitate, vel masculi in cœlibatu, videtur esse relictum, ut locum ante nostram legem habeat lex Julia Miscella, quæ jam perempta est: sed cum primum hoc evenerit, illico competat talibus personis ejus quod relictum est, persecutio: quia sub conditione relictum esse videtur, sive semel, sive in annos singulos hæc liberalitas fuerit conscripta, quasi pro solatio suæ tristitiæ [2]. Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLI.

DE HIS, QUÆ POENÆ [3] NOMINE IN TESTAMENTO, VEL CODICILLIS [SCRIBUNTUR, VEL] RELINQUUNTUR.

Relictum, vel in alium translatum pœnæ nomine valet, nisi ob turpem causam, vel impossibilem conditionem relinquatur.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SUpervacuam observationem veterum [legum,] per quam testatorum voluntates ad effectum duci impediebantur, amputamus: præcipientes, nullum valere dicendo pœnæ nomine quædam esse relicta [4], vel adempta in supremis testantium voluntatibus, eas infirmare: sed liceri testanti pro implenda sua voluntate, vel pecunias dari præcipere, vel aliam pecuniariam pœnam inferre quibus voluerit, tam in adimendis hereditatibus, vel legatis, vel fideicommissis, vel libertatibus, quam in præcipiendo ad alias personas eas transferri ab eo, cui relicta ab initio sunt, vel aliquid aliis ab eo dari, si minus dispositionibus suis heres, vel legatarius, vel libertate donatus paruerit. Quod [5] si aliquid facere, vel legibus [6] interdictum, vel alias probrosum, vel etiam impossibile [7] jussus aliquis eorum fuerit: tunc sine ullo damno, etiam neglecto testatoris præcepto servabitur. Dat. Kal. Januar. *Constantinop.* Domino nostro JUSTIN. A. PP. II. CONS. 528.

TIT. XLII.

DE FIDEICOMMISSIS [8].

De alimentis, & vestiario.

1. Imp. ANTONINUS A.

SI probaveris Demetrium petiisse [9] de matre heredeque sua, ut tibi alimenta menstrua, & vestiarium annuum præstaret, eamque secutam voluntatem filii sui per multum [10] temporis, id est, non minus in tali causa triennio [11] ea præstitisse, ut in [12] futurum quoque ea præstentur, & si qua in præteritum præstita non sunt, ut exolvantur, impetrabis. PP. 17. Kalend. Septemb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De solutione fideicommissi inutiliter relicti.

2. Idem A. Eupatrio.

ETsi [13] inutiliter [14] fideicommissum relictum sit: tamen si heredes comperta [15] voluntate defuncti, prædia ex causa fideicommissi avo tuo præstiterunt [16]: frustra ab heredibus ejus de ea re quæstio tibi movetur, cum non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia [17] relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur. PP. 6. Kalend. August. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De morte manumissæ ex causa fideicommissi, cui hereditas quoque fideicommissa debebatur.

3. Idem A. Rufino.

CUm secundum voluntatem defunctæ, Chrysidem puellam ab heredibus manumissam, eamque, priusquam ei restitueretur hereditas [18], intestato vita functam proponas: ad manumissores [19] ejus successio pertinet. Qui si adierint ejus hereditatem confusis [20] actionibus, fideicommisso sunt liberati. PP. 5. Id. Decembr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De alienatione & oppigneratione extra familiam prohibita.

4. Imp. ALEXAND. A. Victorino.

VOluntas [21] patris prohibentis [22] *liberos fundos extra* [23] *familiam* [24] *vendere, vel pignori dare*, fratrem sorori [25] donare [26] prohibuisse non videtur. PP. 5. Kal. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Differentia substitutionis pupillaris, & fideicommissariæ.

5. Idem A. Reginæ.

SI frater tuus, postquam patri heres extitit, pubes [27] jam [factus,] sine liberis decessit: ex pupillari substitutione tibi hereditas ejus delata non est. Sed [28] si verbis fideicommissi aliqua parte testamenti confirmata est: fideicommissum ab heredibus petere non prohiberis. PP. 15. Kal. Februar. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si res obligatæ relinquantur.

6. Idem A. Nilio.

PRædia obligata [29] per legatum, vel fideicommissum relicta, heres luere [30] debet: maxime cum testator conditionem eorum non ignoravit: aut si scisset, legaturus tibi aliud, quod non minus esset, fuisset. Si [31] vero a creditore distracta sunt, pretium heres exsolvere cogitur, nisi contraria defuncti voluntas ab herede ostendatur. PP. 16. Kalend. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si quæratur de voluntate defuncti.

7. Idem A. Septimo.

VOluntatis [32] defuncti quæstio in æstimatione [33] Judicis est. PP. 15. Kal. Mart. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De relictis ei, qui fideicommissariam libertatem meruit.

8. Idem A. Masculo.

QUi fideicommissariam [34] libertatem meruit, legata, seu fideicommissa a defuncto sibi data suo jure persequitur. PP. 15. Kalend. Jun. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Qui possunt onerari, vel non.

9. Imp. GORDIANUS A. Paulinæ.

AB eo, qui [35] neque legatum [36], neque fideicommissum, neque hereditatem, vel mortis [37] causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui potest. PP. 17. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De verbo Volo.

10. Idem A. Firmo.

VErbum, *volo* [38], licet desit, tamen [39] quia additum perfectum sensum facit, pro [40] adjecto habendum est. 3. Id. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Si alienationi consentiant fideicommissarii.

11. Idem A. Papyriano.

QUotiens ab omnibus [41], qui alienatione [42] facta ad fideicommissi petitionem adspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam vendentibus alii consenserint [43]: contractus auctoritas convelli nequaquam potest. PP. 2. Kal. Januar. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De rogato restituere post mortem.

12. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Rufino.

POst mortem suam rogatam restituere hereditatem, defuncti judicio, & [44] antequam fati munus impleat, posse satisfacere, id est, restituere heredita-

1 Conditio, lego Mæviæ, *Si vidua erit*, *Cum vidua erit*, vel *lego Titio*, *si uxorem amiserit*. Cum cœlebs erit, non remittitur: nec enim viduitatem indicit, sed solatium viduitati præbet.
2 Solatium tristitiæ.
3 Vide *Lib.* 34. *ff.* 6. Ulp. 24. §. 17. §. 36. *Inst. de legat. l.* 12. *ff. de cond. & demonstr.* hoc tandem constituit, valere omnia quæ testamento, vel codicillis pœnæ causa relinquuntur, ut suprema voluntas testatoris potior sit ratione juris, nisi si quid testator fieri jusserit impossibile aut quasi. 4 Relictum vel ademptum pœnæ nomine valet: nisi turpis, vel impossibilis conditio adjecta sit. 5 Prohibitionem factam heredi, vel legatario, ne instituat heredem etiam extraneum, non valere, ex hoc loco colligitur juncta *l. quoties.* 22. *ff. de cond. & demonst.* quia conditio potest negligi quæ vel spe præmii, vel metu pœnæ impedire potest liberam testandi facultatem, nisi forte testator justa ac legitima de causa heredem testari prohibuerit: veluti prodigum, vel similem. Alex. 1. *cons.* 155. Jas. 2. *cons.* 189. 3. *cons.* 142. 4. *cons.* 164. Curt. *cons.* 160. *Gloss. in l. illæ.* 71. *ff. de her. inst.* 6 Legibus interdicta, non natura, sed jure impossibilia censentur. 7 *§. ult. in fin. Inst. de leg.*
8 *L.* 30. 31. 32. *D. eodem.* adde *L.* 2. *Inst.* 23. 9 Testamento, scil. minus solenni.
10 Multum temporis triennium. 11 2. *Feud.* 2. §. 2. Triennio solutum annuum legatum, in futurum perpetuo debetur. vide quæ dixi ad *l.* 28. *supr. de pact. l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *supr. de usuris. l.* 6. *ff. de usuris.* adde *l.* 88. §. 5. *ff. de leg.* 2. 12 Vide *d. l.* 28. 13 Licet inutiliter legatum relictum sit, & heredes scientes præstiterint: non amplius id repetere possunt. *Synops. Basil.* 44. *tit.* 1. *c.* 112. 14 Agnoscens minus solennem voluntatem, & ex ea solvens non repetit. 15 *Comparata.* Hal. 16 Ultro ac voluntarie. *l.* 23. *infr. h. t. l.* 16. §. 1. *supr. de testam. l.* 83. *ff. de fideic. libert. l.* 9. §. 5. *ff. de jur. & facti ign.*
17 Conscientia relicti. 18 Fideicommissum universale transmittitur, licet non facta sit restitutio: ut hinc constet pertinere etiam hunc titulum ad fideicommissa universalia. adde *l.* 5. 12. 14. 15. 16. 30. *& ult. infr. h. t.* 19 *l.* 17. *ff. de bon. lib. Instit. de suc. lib.*
20 Debitori succedente creditore, confunditur actio. *l.* 7. *supr. de pactis. l.* 6. *infr. ad l. Falc. l.* 95. §. 2. *ff. de solut.* 21 Vide *l. ult. supr. de reb. al. non alien.* 22 Alienatione liberis interdicta non prohibentur ipsi liberi inter se alienare, *ut hic.* Quid liberis alienare prohibitis, an nepos alienare vetatur? prohibetur, ut & alii descendentes. Quid si heredem alienare prohibuit? heres heredis prohibitus quoque intelligitur. *l. pater* 38. *§. Julius.* 4. *ff. de leg.* 3. 23 Facit *l. ult. supr. de verb. & rer. sig. l.* 88. §. 6. *ff. de leg.* 2. 24 Familiæ appellatione contineri fratres & sorores hinc colligitur: sed tamen verius est hic agi de familia testatoris, hoc sensu: Extra familiam alienare prohibitum non videri extra familiam testatoris alienare, si sorori donaverit. vide Simonem de Prætis 3. *de interpr.* 3. *dubit.* 1. *solut.* 10. Quid si nupta est soror? vide *l. ult. supr. de verb. sign.* Quid liberi alienare prohibiti extra familiam, an in infinitum alienare vetantur? hujusmodi prohibitio quartum gradum, seu quartam generationem, non egreditur, *Nov. de rest. fideic.* 39. *§. pen.* in verb. *post quatuor demum generationes.* Socin. *reg.* 284. 25 Sorori quod donatur, non alienatur extra familiam. *d. l. ult. in fin.* 26 Si ita est: prohibitus alienare, poterit donare? non ita est. Nam de nulla donatione hic non agitur, sed de donatione facta sorori. Persona, non genus contractus huic constitutioni privilegium facit: alias, non quemadmodum donare licet quod vendi potest. *l.* 163. *ff. de reg. jur.* ita donare possumus, quod vendere prohibemur.
27 Directa pupillaris expirat pubertate. adde *l.* 8. *supr. de impub. & aliis.* 28 Fideicommissaria substitutio non expirat pubertate. 29 Hic agitur de re obligata postea legata, vel fideicommissa, ut & alibi *l.* 57. *ff. de leg.* 1. §. 5. *Inst. de leg.* ut & in *l.* 3. *supr. de leg.* de re legata postea obligata hoc tandem innuit, Res obligata si a sciente testatore relinquatur, ut heres teneatur eam luere, vel ejus loco pretium solvere. 30 Legatum (si forte res legata alicui obligata sit) heres luere debet, ut id legatario præstet, *ut hic.* Fallit, si facto ipsius legatarii res ipsa obligata est, *ut hic. & l. res obligata* 57. *ff. de leg.* 1. *arg. l. licet placeat.* 15. *ff. de dote prælegata.* si legatum ipsum universale sit. (Hujus enim legati luitio ad legatarium pertinet, quod una cum suo onere transeat. *arg. d. l.* 15. *l. cum pater* 77. *ff. de leg.* 2.) si res ipsa legata obligata sit nomine extranei, hoc est, alterius quam ipsius testatoris, vel heredis ejus. Bart. *hic.* Socin. *reg.* 171. adde quæ scripsi apud Theophil. §. 5. *Inst. de legat.*
31 Prædia obligata, si legantur, ea cogitur heres luere. Quod si jam a creditore distracta sunt, compellitur heres horum æstimationem legatario præstare. *Synops. Basil.* 44. *tit.* 1. *c.* 116. 5. Harm. 10. §. 34. 32 *l.* 15. *infr. h. t. l.* 95. *ff. de leg.* 3. atque ita servandæ voluntatis defuncti causa a verborum propria significatione recedere licet: quod quoties aut quibus casibus permittatur, vide apud Socinum *reg.* 44. verborum propriæ significationi statur, nec ab ea recedendum est. 33 *l.* 12. *in fin. l.* 29. *in fin. ff. de leg.* 3. *l.* 168. *in fin. ff. de reg. jur.*
34 Fideicommissum relictum servo, cui libertas est legata, cedit eo tempore quo libertas: ut ita legatum non sit inutile. *l.* 91. §. 2. *ff. de leg.* 1. *l.* 9. *l.* 19. *ff. de manumiss. testament.*
35 Quem non honoro, gravare non possum. *l.* 1. §. 17. *ff. ad SC. Treb.* 36 A legatariis, fideicommissariis, donatariis mortis causa legare & fideicommittere possumus: iisdem possumus substituere. *l.* 50. *l.* 77. §. 32. *ff. de leg.* 2. *l.* 36. §. 1. *l.* 77. *ff. de cond. & demonstr. l.* 12. *ff. de mort. caus. don.* 37 *l.* 8. §. 5. *in fin. ff. de transact. l.* 77. §. 1. *ff. de leg.* 2.
38 Dixi ad *l.* 4. §. 6. *supr. de arbitr.* 39 Legendum fortasse videtur (*tametsi additum perfectum sensum facit*) *pro adjecto habendum est.* 40 Sensus intellectus orationis defectum supplet. 41 Si alienationi consentiunt hi, quorum interest rem alienari, alienatio revocari non potest. *l.* 120. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 77. §. 27. *ff. de leg.* 2. *Novell.* 195. *c.* 3.
42 Alienandi prohibitio sine causa facta non valet: causa adjecta, vel subintellecta valet, ut eo casu alienatione facta, sequentes admittantur, sequente alienante, alii rursus sequentes, at non antecedens qui alienavit: ut hinc colligatur, Fideicommissum ex prohibitione alienandi subintelligi. vide Simonem de Præt. 3. *de interpret. ult. volunt.* 3. *dub.* 1. *solut.* 10. ubi notat, rationem hujusmodi prohibitionum subintelligi ex re ipsa, vel personis, puta quod res sit familiæ omnino utilis: vel quod prohibitio facta sit infanti, prodigo, furioso, pupillo & similibus. 43 Pacto vel consensu fidei commissum remitti potest. 44 Quod in diem

tem

tem quarta parte vel retenta, vel omiſſa [1], ſi voluerit, explorati juris eſt. PP. Id. Octobr. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De relictis a ſubſtituto.

13. Iidem A. & C. Sempronio.

QUoties principali [2] loco heres inſtitutus teſtatori ſuccedit: legata, ſeu fideicommiſſa a [3] ſubſtituto data poſci jure non poſſunt. PP. 8. Kal. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS.

De ſubſtitutione facta impuberi verbis precariis. Verbis precariis ſubſtituti, ſi intra pubertatem heres inſtitutus decedat, eo intra pubertatem mortuo, fideicommiſſum petere poſſunt ab ejus heredibus, ſi adita hereditate deceſſerit, vel a legitimis teſtatoris heredibus, ſi heres inſtitutus deceſſerit non adita hereditate. Char.

14. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Falconi.

EAm [4], quam frater tuus inſtituerat, ſive quæſita, ſive non quæſita hereditate deceſſerit: cum tamen ſimpliciter [5], antequam [6] duodecimum ætatis annum impleviſſet, verbis precariis [7] teſtamento facto nonnullos ei voluerit ſubſtitutos: nihil prohibet fideicommiſſum petere [8], vel ab ipſius heredibus [9] [vel ab his,] qui bona inteſtati tenent [10]. Tunc enim locum habet quod regulariter [11] traditur, *ea quæ in teſtamento relinquuntur, ſi ex teſtamento non adeatur hereditas, non valere:* cum verbis relicta [directis] adiri potuit hereditas, non cum illa ipſa ſic data eſt, ut eſſet ab inteſtato ſucceſſoribus poſtulanda. Quod reſcripſimus ſequentes adſeverationem tuam, quaſi ſcripta heres non fuerit jure adoptata [12]: alioquin ſi in familia relicta heres facta deceſſerit: & conſequenter ipſius heredes petitioni fideicommiſſi reſpondere coguntur. PP. 14. Kalend. Septemb. VALERIANO III. & GALLIENO II. AA. CONSS. 256.

De patre rogato filium ſuum a rogante heredem inſtitutum emancipare.

15. Iidem AA. Philocrati.

QUamvis [13] ſimpliciter [14] te ac fratrem tuum aliquis inſtituerit heredes, ejusque hereditatis commodum pater ex tua fratrisque perſona pro portionibus veſtris poteſtatis ratione quæſierit: tamen quia inferioribus [15] verbis teſtamenti vos ſui [16] juris facere teſtator curavit, intelligi poteſt reſtituendæ hereditatis commodo fideicommiſſo patrem obſtrictum eſſe. PP. 6. Id. Octobr. *Romæ*, MAXIM. II. & GLABRIONE CONSS. 257.

De herede rogato, quidquid ex hereditate ad eum pervenerit, poſt mortem ſuam reſtituere.

16. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIAN. AAA. Iſidoræ.

CUm [17] virum prudentiſſimum Papinianum reſpondiſſe non ignoremus, etiam legata hujusmodi fideicommiſſo contineri, id eſt, ubi [18] heres rogatus fuerit, *quidquid ex hereditate ad eum pervenerit, poſt mortem reſtituere:* animadvertimus etiam præceptionis [19] compendium teſtatoris verbis comprehenſum eſſe [20]. † Sane quoniam in fideicommiſſis voluntas [21] magis, quam verba plerumque [22] intuenda eſt; ſi quas pro rei veritate præterea probationes habes, ad commendandam hanc patris voluntatem quam fuiſſe adſeveras, apud Præſidem [provinciæ] experiri non vetaris. PP. Prid. Id. Novembr. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De liberatione legata.

17. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Fortunato.

SI creditoris voluntas jure [23] ſubnixa liberari [24] te debito volentis doceri poteſt: etiam antequam ſolenniter tibi liberatio a ſucceſſore præſtetur [25], exceptionem [26] tibi ex [27] voluntate defuncti deſcendentem competere manifeſtum eſt. PP. 12. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De neceſſitate reddendæ rationis remiſſa.

18. Iidem AA. Apolauſto.

CUm neceſſitatem reddendæ [28] rationis defunctus remittendam tibi eſſe petierit, manifeſti juris eſt, voluntatem defuncti immutatam [29] eſſe debere. PP. Id. Mart. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De priore & poſteriori voluntate.

19. Iidem AA. Ampliato.

CLari & aperti juris eſt, in fideicommiſſis poſteriores [30] voluntates eſſe firmiores. PP. 8. Id. Septemb. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De relictis a tutore.

20. Iidem AA. Juliano.

ETiam [31] a pupillorum tutoribus, velut ab ipſis [32] relicta fideicommiſſa debentur. PP. 3. Non. Decemb. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De transmiſſione ad heredem.

21. Iidem AA. & CC. Tiberio.

SI in perſonam patris tui, cui te ſucceſſiſſe proponis, fideicommiſſi dies utiliter [33] ceſſit: licet tempore, quo fuerat datum, necdum [34] te natum [fuiſſe] probetur, uxorem patrui [tui,] quem contendis rogatum fuiſſe patri tuo, *ſi ſine liberis deceſſerit*, abavo [tuo] relicta reſtituere: ſi ei ſucceſſerit, de fideicommiſſo convenire debes. Nam ſi patrui etiam hereditas tibi quæſita eſt, non de fideicommiſſo quærendum, ſed hereditas ab ea vindicanda eſt. Dat. 6. Id. Febr. AA. CONSS. 293.

De epiſtola, libello, ſcriptura, nutu, teſtibus.

22. Iidem AA. & CC. Plautiano.

ET [35] in epiſtola [36], vel [37] libello, vel ſine [38] ſcriptura, imo etiam nutu [39] fideicommiſſum relinqui poſſe adhibitis teſtibus, nulla dubitatio eſt. Dat. Id. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 293.

Si veritas, vel ſolennitas juris deſit.

23. Iidem AA. & CC. Stratonico.

SI [40] veritas, vel ſolennitas [41] juris deeſt, nec [42] amplexus parentis voluntatem relicta dediſti, vel tranſactionis cauſa ſtipulantibus [43] promiſiſti, negotiumque integrum eſt: ad ſolutionem urgeri non potes. Dat. 5. Kal. Febr. AA. CONSS. 293.

De inſtrumentis relictorum prædiorum.

24. Iidem AA. & CC. Menoſtrato.

INſtrumenta [44] prædiorum per fideicommiſſum relictorum, quæ ad probationem originis eorum pertinent, heredes præſtare neceſſe non habent: cautionem [45] tamen præſtare debent, quod ſi opus fuerit, legatario ſeu fideicommiſſario ipſo, ſi habeant, proferant [46]. Dat. Kal. Decembr. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De re heredis.

25. Iidem AA. & CC. Julianæ.

HEredum [47] etiam res proprias per fideicommiſſum relinqui poſſe, non ambigitur. Dat. 2. Kal. Mart. CC. CONSS. 293.

debetur, ante diem ſolvi poteſt. *l.* 137. §. 2. *in fin. ff. de verb. obl.* 1 Vide *l.* 9. *infr. ad l. Falcid.* 2 *Principe loco*, ita legitur in vetuſtis. Cujac. 18. *obſ.* 9. ut in illo verſu, *Lubrica per vacuum poſui veſtigia princeps.* 3 Inſtituto adeunte, relicta a ſubſtituto non debentur, *l.* 20. *D. ſi quis omiſſa.* 4 Σύλληψις: pro, *ea quam*, de qua dixi ad *l.* 17. § *de jure dot.* vel ἀντίπτωσις, ſolœciſmi ſpecies, de qua ad *l.* 3. *ſupr. de his, quibus ut indignis.* 5 Id eſt generaliter, his verbis, *ſi intra pubertatem decedat.* Gov. 1. *Lect.* 1. 6 Sit hæc hypotheſis: *Sive quæſita, ſive non quæſita hereditate, adoptiva mea intra pubertatem deceſſerit, hereditatem Titio & Cajo reſtitui volo.* Quid juris eſt? Quæſitam adoptivæ filiæ hereditatem reſtituent adoptivæ heredes: non quæſitam legitimi teſtatoris heredes. atque ita legitimi heredes rogari poſſunt. alias interpretationes vide apud Alciatum 1. *diſpunct.* 9. Duar. 2. *diſp.* 5. Govean. 1. *variar.* 1. Goth. Adde Fachin. *lib.* 6. *controverſ. cap.* 97. Guillelm. Onciacium, *lib.* 2. *Academicar. quæſtion. cap.* 29. & omnino Rainald. Corſ. *indagat. jur. lib.* 3. *cap.* 19. Anſ. 7 Adoptivis liberis ſubſtitui poteſt pupillariter. 8 Legatarius legatum propria auctoritate capere non debet, ſed id ab herede petere, *ut hic gloſ. in verb. petendo. in c. Rainaldus* 18. *extr. de teſtam.* unde adverſus occupantem competit interdictum quorum legatorum. *infr. quor. legat.* niſi eam poteſtatem fecit teſtator legatario, ut legatum propria auctoritate caperet. *text. & gl. in l. Titia cum teſt.* 34. §. 1. *D. de leg.* 2. 9 Si adoptivæ quæſita fuit hereditas. 10 Si adoptivæ quæſita non fuit hereditas. 11 Non adita hereditate relicta non valent. vide *l.* 12. §. 5. *D. de bon. lib.* 1. *D. de injuſt.* niſi teſtator voluerit relicta ſolvi per heredes ſuos ab inteſtato. 12 Jure non adeptata, ut adoptata adire non poteſt. adde *l.* 1. *ſupr. de hered. inſt.* 13 Si mulier filiis ſuis inſtitutis, patrem ipſorum rogaverit, ut eos manumittat, hoc dicere videtur, debere patrem liberis emancipatis hereditatem reſtituere: ac propterea quandocunque fuerint emancipati, reſtituere tenetur. *Synopſ. Baſil.* 45. *tit.* 6. *cap.* 125. 14 Fideicommiſſum inducitur ratione agnationis conſervandæ. vid. Simonem de Prætis 3. *de interpret. ult. volunt.* 3. *dubitat.* 1. *ſolut.* 11. 15 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 44. *in fin. D. de manumiſſ. teſtam.* 16 *Filium tuum heredem inſtituo, ſi eum emancipaveris.* ut *l.* 70. *l.* 93. *D. de cond. & demonſtr.* cui nam debetur hereditas? An filio tuo, qui heres inſtitutus eſt: an tibi conditionem implenti? filio. Ideoque rogatus de emancipando filio, rogatus quoque intelligitur de reſtituenda ei hereditate. *Salycet.* ut qui antecedens voluerit, conſequens voluiſſe intelligatur. *Bald.* 17 Quæſtio hujus conſtitutionis hæc eſt, An prælegata veniant in fideicommiſſi reſtitutione. 18 Nota regulam. 19 His verbis, *quidquid ex hereditate ad te pervenerit, reſtituito*, continetur quoque præceptionis compendium ſeu legatum: ſeu id quod oneratus fideicommiſſo percepit a coheredibus: niſi contraria doceatur teſtatoris voluntas, idque ita ſtatuitur propter verbum, *Quidquid, ut hic.* Hoc itaque caſu, Prælegata venient in fideicommiſſum. Idem dicendum, ſi heres indefinite portionem ſuam (non hereditariam tamen) reſtituere juſſus ſit. *l.* 3. §. 4. *D. ad SC. Trebell.* dixi *non hereditariam:* nam hereditatis appellatione legatum non continetur. *l.* 96. *in fin. D. de leg.* 3. *l.* 91. *D. ad l. Falc.* Ergo prælegata perpetuo ad ſubſtitutum deferuntur? Minime: deferuntur enim in ſubſtitutione fideicommiſſaria, *ut hic*, non tamen in vulgari. *l.* 32. *in fin. D. de leg.* 3. in donatione inter vivos. *l.* 68. *D. de leg.* 2. in jure adcreſcendi. *l.* 18. *D. de leg.* 1. *l.* 75. *in fin. D. de leg.* 3. vel ita: His verbis, *Quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, reſtituito:* vel *ea quæ legatorum nomine a tuis coheredibus percepiſti, reſtituere debes.* Idem dicendum, ſi ita ſcriptum fuerit: *Centum a coheredibus præcipito, & ſi præmorieris, portionem coheredi reſtituito:* quia eo caſu præceptionis legatum portioni hereditatis infinitæ ineſt. *l.* 3. §. 4. *D. ad SC. Trebell.* Quid ſi ita pactum ſit: *Centum a coherede præcipito: portionem hereditariam ſi præmorieris, eidem reſtituito.* aliud dicendum. *d.* §. 4. quemadmodum ſi hereditatem juſſus ſis reſtituere. *l.* 96. *D. de legat.* 3. Quid ſi ita? *Titio hereditatem reſtituito, quarta parte retenta, & centum a Cajo coherede tuo tibi legata ſint:* Titius eo caſu prælegata conſequetur. *l.* 86. *ff. ad l. Falc.* Intereſt igitur damnetur quis reſtituere indefinite portionem, aut quicquid ex hereditate ad eum pervenerit, vel hereditatem, aut portionem hereditariam. *l.* 91. *ff. ad l. Falc. l.* 96. *ff. de leg.* 3. 20 Imo non eſt: hereditatis enim appellatione non continetur legatum. *l.* 96. *in fin. ff. de leg.* 3. *l.* 91. *ff. ad l. Falc.* 21 *l.* 7. *ſupr. h. t. l.* 23. *J. de leg. l.* 7. *in fin. ff. de ſupellect.* 22 Hoc recte additum eſt. Nam plerumque ſola verba ſpectantur. *l.* 19. *in fin. ff. de uſufr. leg.* nonnunquam etiam utrumque conſideratur, *l.* 67. *in fin. ff. de leg.* 2. *l.* 52. §. 4. *ff. de leg.* 3. 23 Legata ſeu relicta in teſtamento ſolenni poſſunt retineri ope exceptionis adverſus heredem, *ut hic.* An & relicta in teſtamento minus ſolenni? Covarruvias adverſus communem interpretum opinionem aliud exiſtimat. vid. Graſſum 1. §. 5. *quæſt.* 1. *num.* 13. 24 Liberatione legata, debitori competit actio & exceptio. 25 In agente ſcil. *l.* 7. *in fin. ff. de lib. leg.* §. 13. *Inſt. de legat.* 26 *l.* 3. §. 3. *l.* 22. *ff. de liberat.* 27 *l.* 4. §. 10. *ff. de doli mali.* 28 Rationis reddendæ neceſſitas teſtamento remitti poteſt, *ut hic.* ſi tamen legatarius dolo quid adminiſtraverit, non prodeſt ei liberatio. *l.* 5. §. 7. *ff. de adminiſtr. & peric. tut. l.* 9. *l.* 20. *in fin. l.* 28. §. 9. *ff. de liberat.* 29 *Immutilatam*, Cujac. 18. *obſ.* 1. 30 Vide *l.* 3. § *de codicill. l.* 87. *ff. de cond. & demonſtr.* 31 *Pars legis* 5. *ſupr. de reb. cred.* 32 Relictum a tutore intelligitur relictum a pupillo. *d. l.* 5. *l.* 69. §. 2. *in fin. ff. de leg.* 2. 33 Aliud ſi ei non ceſſiſſet. *l.* 67. *l.* 75. §. 1. §. 6. *ff. de leg.* 2. *l.* 4. *ff. de aliment. l.* 3. *infr. quando dies legat. l. ult. ſupr. ſi omiſſa ſit cauſa teſtam. l. un.* §. 7. *J. de caduc.* 34 Dies fideicommiſſi vivente fideicommiſſario ſi cedit, fideicommiſſum tranſit ad ejus heredem, ut tunc in rerum natura non exiſtentem. 35 5. Harm. 10. §. 23. *l.* 75. *ff. de leg.* 2. 36 *l.* 1. *ſupr. de codicill. l.* 75. *ff. de leg.* 2. aliud in hereditate. *l.* 17. *ff. de jure codicill.* 37 Epiſtola, de qua hic, ſpecies eſt ultimæ voluntatis: parum differt, aut certe effectu non differt a codicillis: eſt enim nihil aliud codicillus, quam brevis epiſtola. At præterea, ut codicillis, ſic epiſtola fideicommiſſum relinqui poteſt. *ut hic, l. epiſt.* 75. *ff. ad SC. Treb.* & ſi de fide ejus conſtet, debentur ea, quæ in ea ſcripta ſunt. *d. l. ult. ff. de leg.* 2. Hinc epiſtola fideicommiſſaria dicitur in *l. cum heredes* 7. *ſupr. qui teſtam.* Unde & a quinque teſtibus ſubſcriptam eſſe oportet: alioquin nullius eſt momenti. Accurſius *in l.* 1. § *de codicill.* Nam in qualibet ſpecie ultimæ voluntatis quinque teſtes ſunt neceſſarii, *l. ult.* §. 3. *ſupr. de codicillis.* ubi dixi. Alicubi tamen epiſtola ſpecies ultimæ voluntatis conſtituitur differens a codicillis. *l. miles.* 75. *l. ult. ff. de leg.* 2. Nam epiſtola ſine ſcriptura non perficitur: codicilli etiam ſine ſcriptura poſſunt perfici. *l. ult. in fin. ſupr. de codic. l. & fine.* 5. *J. ad SC. Treb.* Accurſ. *in l. ait prætor* 5. *in fin. ff. de re judic.* Cæterum litteræ quibus animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. *l. littera.* 17. *ff. de jure codicill.* adde Mantic. 1. *de conjectur.* 11. 38 *l.* 32. *infr. h. t. l.* 5. *J. de SC. Treb. l.* 5. §. 1. *ff. de re jud.* 39 Vid. *l.* 21. *ff. de leg.* 3. Ulp. 25. §. 3. Nutu tamen poſſumus jubere hereditatem adiri. *l.* 93. §. 1. *ff. de adq. vel omitt. hered. l.* 65. §. 3. *verſ. nam ſi. ff. ad SC. Treb.* & ſi heres nutu inſtitui non poſſit. *l.* 29. § *de teſtam.* Quæ nutu conſiſtant, alias retuli, *ad l.* 52. *in fin. ff. de oblig. & action.* 40 Ex minus ſolenni voluntate non debentur fideicommiſſa: niſi per heredem ſcienter præſtita fuerint, vel tranſactionis cauſa ſtipulanti promiſſa. 41 Vide *l.* 29. *infr. h. t.* 42 Amplexus voluntatem defuncti videtur qui legata tradidit, qui tranſactionis cauſa promiſit. *l.* 2. *ſupr. h. t.* 43 Fideicommiſſum in ſtipulationem deduci poteſt. *l.* 62. *ff. de cond. indeb.* 44 Inſtrumenta emptionis prædii per fideicommiſſum relicti apud heredem teſtatoris remanent, præſtita cautione de illis exhibendis, quoties neceſſitas fuerit. 45 Nota genus cautionis de quo dicam *infr. h. t.* 46 Id eſt, exhibeant. *l.* 5. *ff. familiæ. l.* 48. *in fin. l.* 52. *in fin. pr. ff. de act. empt.* Apud quem inſtrumenta emptionis eſſe debeant. vide *l.* 7. *ſupr. de edend. l.* 4. §. 3. *ff. famil. l. ult. ff. de fide inſtrum. l.* 15. *ff. de reb. aut. jud.* 47 Res heredum per fideicommiſſum relinquere poſſumus perinde ac proprias. §. 4. *Inſt. de leg.* §. 1. *Inſt. de ſing. reb. per fideic. l.* 67. §. 8. *ff. de leg.* 2.

De repudiatione.

26. Iidem AA. & CC. Fortunato, alias Cajano.

EX repudiatione [1] fideicommissi, doli [2] mali exceptio justa causa intercedente tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione usus fuerit. Unde cum [3] hoc non te, sed [4] patrem fecisse adseveres, qui tibi nocere non potuit, nihil tibi obesse potest. Dat. 2. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De pœnitentia.

27. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

FIdeicommissum ejus, qui reliquerat, pœnitentia [5] probata, successores nunquam præstare compelluntur. Dat. 5. Kalend. Octob. *Viminacii*, CC. CONSS. 293.

De fideicommisso servis propriis relicto.

28. Iidem AA. & CC. Tiberio.

EX fideicommisso sub conditione sine [6] libertate servis propriis inutiliter dato libertas peti non potest. Dat. 15. Kalend. Novemb. *Trans mar.* CC. CONSS. 293.

De testamento, quod jure non valet.

29. Iidem AA. & CC. Achilleo.

EX testamento, quod jure [7] non valet, nec fideicommissum quidem, si non ab intestato [8] quoque succedentes rogati probentur, peti potest. Dat. 8. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

De tacita conditione, si sine liberis decesserit.

30. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

CUm acutissimi ingenii vir, & merito ante alios excellens Papinianus in suis statuerit responsis [9], *si quis filium* [10] *suum heredem instituit, & restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc videri dispoſuisse, nisi* [11] *cum filius ejus sine sobole vitam suam reliquerit:* nos hujus sensum merito mirati, plenissimum ei donamus eventum: ut [12] si quis hæc disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem, vel neptem, pronepotem, vel proneptem, vel aliam deinceps posteritatem, & eam restitutionis post obitum gravamini subjugaverit: non aliter hoc sensisse videatur, nisi ii, qui restitutione onerati sunt, sine filiis, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel proneptibus fuerint defuncti: ne [13] videatur testator alienas successiones propriis anteponere. Recitata septimo [14] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

De relictis a filio præterito.

31. Idem A. Joanni P. P.

QUidam filium suum a sacris [15] paternis remisit, & postea testamento condito eum præteriit [16], nullo ei penitus relicto, aliis heredibus derelictis: ipsum autem, quem neque heredem, neque exheredatum fecit, fideicommisso prægravavit: *Quærebatur*, si utile esset hujusmodi fideicommissum? Tota igitur antiqua dubietate super hoc explosa, nobis in hoc casu placuit [17], ut emancipatus (utpote injuria [18] a patre adfectus [19]) non compellatur fideicommissum a sua persona relictum præstare. † Quod etiam in aliis personis, quas exheredari necesse est, locum habere censemus. Dat. Prid. Kalend. Mart. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

De herede jurare, vel solvere cogendo.

32. Idem A. Joanni P. P.

QUæstionem ex facto emergentem resecantes, & voluntati mortuorum prospicientes, sancimus, si sine [20] scriptura, & præsentia testium fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit heredis juramentum [21], vel forsitan legatarii, vel fideicommissarii, quotiens ab eo relictum est fideicommissum, sive universitatis, sive speciale: necesse [22] habere heredem vel legatarium, seu fideicommissarium, prius jurejurando de calumnia [23] præstito, vel sacramentum subire, & omni inquietudine sese relaxare: vel si recusandum existimaverit sacramentum, aut certam [partem, vel] quantitatem manifestare fideicommissario derelictam noluerit, si forsitan majorem fideicommissarius expetat: omnimodo exactioni fideicommissi subjacere, & eum ad satisfactionem compelli: cum ipse [24] sibi judex, & testis inveniatur, cujus religio, & fides a fideicommissario electa est, nullis testibus, nullisque aliis adventitiis probationibus requisitis. Sed sive quinque sint testes, sive minores, vel nemo: causam per illius sacramentum, vel dandum, vel recusandum suam habere tam firmitatem, quam exactionem, sive pater sit, qui fideicommissum dederit, sive extraneus: ut æquitatis ratio communiter in omnes procedat. Cum enim res per testium [25] solennitatem ostenditur: tunc & numerus [26] testium, & nimia subtilitas requirenda est. Lex etenim, ne quid falsitatis [27] incurrat per duos [28] forte testes compositum testamentum [29], majorem numerum testium expostulat: ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur. Cum autem is, qui aliquid ex voluntate defuncti lucratur, (& maxime ipse hæres [30]: cui summa auctoritas totius causæ commissa est) dicere compellitur veritatem per sacramenti religionem: qualis locus testibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria, & indubitata [fide] relicta? cum & in leges respeximus, quæ justis dispositionibus testatorum omnimodo heredes obedire [31] compellunt: & sic strictius causam exigunt, ut etiam amittere [32] lucrum hereditatis sanciant, eos, qui testatoribus suis minime paruerint.

Si heres relictum solvere noluerit.

In AUTHENT. de heredib. & falcid. §. si quis autem non implens. col. 1. tit. 1. Novell. 1.

HOc amplius qui defuncti judicium lege non repræsentatum monitus a judice intra annum non implet, excluditur eo, quod præter debitum naturale perceperit ex eodem judicio. † Hoc autem cum onere suo, danda super hoc cautione, defertur primo substitutis, mox ordine servato coheredibus adeuntibus vel generali fideicommissario, vel legatario soli, vel ex pluribus in parte potiori, vel speciali fideicommissario, vel legatario majoris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, vel libertate in testamento donatis, prout quisque eorum prior nominatus est: exheredatis ne hic quidem respectis: Postremo defertur extraneo, vel fisco.

TIT. XLIII.

COMMUNIA DE LEGATIS, ET FIDEICOMMISSIS, ET DE IN REM MISSIONE TOLLENDA.

Quæ actiones legatariis, vel fideicommissariis competant, & de legatorum differentiis sublatis.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Demost. P. P.

CUm hi, qui legatis, vel fideicommissis honorati sunt, personalem actionem plerumque habere noscantur: quis vel vindicationis [33], vel sinendi [34] modo, aliorumque [35] generum legatorum subtilitatem prono animo admittat, quam posteritas optimis rationibus usa nec facile suscepit, nec inextricabiles circuitus laudavit? quis in rem [36] missionis scrupulosis utatur ambagibus? Rectius igitur esse censemus, in rem quidem missionem penitus aboleri: omnibus vero tam legatariis quam fideicommissariis unam [37] naturam imponere, & non [38] solum personalem actionem præstare, sed & in rem, quatenus eis liceat easdem res sive per quodcunque genus legati, sive per fideicommissum fuerint derelictæ, vindicare in rem actione instituenda, & insuper utilem Servianam, id est hypothecariam super his quæ fuerint derelicta, in res mortui præstare. Cum enim jam hoc jure nostro increbuit, licere [39] testatori hypothecam rerum [suarum] in testamento quibus voluerit dare, & iterum novellæ [40] constitutiones in multis casibus, & tacitas [41] hypothecas introduxerunt: non ab re est etiam nos in præsenti [42] casu hypothecariam donare [actionem,] quæ [etiam] nullo verbo præcedente possit ab ipsa lege induci. Si enim testator ideo legata, vel fideicommissa reliquit, ut omnimodo personæ ab eo honoratæ ea percipiant, apparet ex ejus voluntate etiam præfatas actiones contra res testatoris esse restituendas: ut omnibus modis voluntati ejus satisfiat, & præcipue cum talia sint legata vel fideicommissa, quæ piis [43] actibus sunt deputata. Et hæc disposuimus, non tantum si ab herede fuerit legatum derelictum vel fideicommissum, sed & si a [44] legatario vel fideicommissario vel alia [45] persona quam gravare fidei-

1 Vid. *l.* 38. *in fin. ff. de leg.* 1. 2 Dolo facit qui legatum petit, quod jam repudiavit. facit *l.* 36. *ff. ad l. Aquil.* 3 Si legatum filiofamil. factum fuerit, & pater id repudiaverit, id ipse filius petere potest. *l.* 44. *Synops.* 2. *c.* 8. §. 3. 4 Repudiatio patris filio non nocet. vid. *l.* 11. §. *de jur. delib.* vid. Hot. 8. *cons.* 5 Pœnitentia fideicommissum revocari potest. vid. *l.* 3. *in fin. ff. de adim.* 6 Servis propriis citra libertatis donationem frustra fideicommittimus. vid. *l.* 4. *supr. de leg. l.* 88. §. 13. *ff. de leg.* 2. 7 *l.* 23. *supr. h. t. l.* 8. §. 1. *supr. de codicill. l.* 1. *in fin. ff. de hered. pet. l.* 4. *l.* 29. *ff. qui testam. l.* 11. §. 1. *ff. de legat.* 3. 8 Legata in testamento inutili non debentur, nisi repetita ab intestato fuerint. Salyc. *l.* 13. *ff. de inoffic.* ab intestato dare dicimus, si testamento clausula codicillaris sit adjecta. vid. *l.* 11. *infr. de testam. manumiss. l.* 41. §. 3. *ff. de vulgari.* vide ad hunc locum Paponem 20. *Arrest.* 1. *num.* 5. 9 Id est, libro 9 responsorum: ut constat ex *l.* 102. *ff. de cond. & demonstr.* 10 Fideicommissi restitutioni post mortem suam filius obnoxius, intelligitur fideicommissum sub hac conditione restituere gravatus, si sine liberis decesserit, *ut hic.* ut hinc constet, huic sententiæ locum non esse: quoties extraneus fideicommissi restitutione oneratur. *Gloss. in l. ex facto.* 17. §. *si quis rogatus* 4. *ff. ad SC. Treb.* vid. Socin. *reg.* 167. 11 Liberi gravati hereditatem post mortem suam restituere intelliguntur gravati si decesserint sine liberis. *d. l.* 102. *l.* 6. *supr. de inst.* vid. Papon. 20. *Arrest.* 1. *num.* 1. 12 Nota regulam. 13 Filius quoties de restituenda hereditate gravatur, subintelligitur clausula, *Si decesserit sine liberis*, ut eo casu testator plus dixisse, minus scripsisse præsumatur, ne videatur alioquin alienos & extraneos successores suis præposuisse. vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 9. Quid si filius restituere piæ causæ sit rogatus, & liberos ipse reliquerit? Quidam putant eum cogi restituere, quod iniquissimum puto. Impius enim videtur pater, qui suorum curam non habet, ut Apostolus testatur. Huc etiam aureum dictum Augustini pertinet, quod in jus Canonicum relatum est 17. *quæst.* 4. *c. ult.* vide plura apud Tiraquell. *privilegio* 17. *piæ causæ.* 14 Vid. quæ dixi ad *l.* 30. *supr. de jur. dot.* 15 Vid. *l. ult. in fin. infr. ad SC. Tertull.* 16 Legata & fideicommissa relicta a filio præterito non debentur. *l.* 2. *D. de leg.* 3. dic idem a patrono præterito. *l.* 31. §. 3. *D. de fideicomm. libert.* 17 Hæc est 35. decisio ex 50. novis Justinian. vid. Inglois. Ans. 18 Præteritio patris ignominiosa. Sic præteriti a censore Senatores ignominiosi. 19 Vide Festum *in præteriti in fin.* 20 Potest enim sine scriptura relinqui. *l.* 22. *supr. h. t.* Goth. Declarationem hujus legis vid. apud Inglois *decis.* 9. *quæst.* 1. *num.* 4. Vaud. *lib.* 2. *var. quæst.* 14. Guid. Pap. *decis.* 331. facit §. *ult. Instit. de fideicommiss. hereditat.* & quomodo in praxi intelligenda vid. Joann. a Sande *decis. Frisicar. lib.* 4. *tit.* 5. *defin.* 18. Ans. 21 Jurans heres relictum a defuncto aliquid esse, tenetur ex minus etiam solenni voluntate relictum præstare. vid. Manticam 1. *de conject.* 9. 22 Negans fideicommissum cogitur jurare vel solvere. §. 12. *Inst. de fideicomm.* 23 Juramentum deferens jurare prius de calumnia cogitur. vid. *l.* 1. *supr. de jurejur. propter calumn. l.* 9. *supr. de reb. cred. l.* 34. §. 4. *l.* 37. *ff. de jurejur. l.* 11. §. 1. §. 2. *ff. rer. amot.* 24 Quoties de judicandi munere agitur, nemo simul testis & judex esse debet. Hæc tamen duo in ejus personam, cujus jurejurando res ab adversario committitur, coire posse videntur. adde Cujac. 12. *obs.* 19. verbi gratia in causa propria potest quis esse testis & judex consensu adversarii. Bald. *hic.* 25 Testes ad solennitatem testamenti pertinent, *ut hic.* Quid numerus testium? ad solennitatem extrinsecam pertinere possis dicere. numerus enim testium forma est testamenti accidentalis, non substantialis, hæc nulla lege, vel consuetudine mutari potest. *l. ult. supr. de test. milit.* Illa, nimirum accidentalis, potest. Nam vel lege, vel statuto testium numerus potest augeri, vel minui. *l. ult.* §. *de test. l. divus* 24. *ff. l. milites.* 15. *supr. de test. milit.* 26 In his quæ testibus necessario probari oportet, certus numerus & solennitas exigitur. adde *l. ubi* 12. *ff. de testib.* 27 Testium solennitas inducta est, ne quid in testamentis falsi induceretur. unde colligunt, testamentum non solenne injustum esse, & falso admittendo obnoxium, & ne quidem in foro conscientiæ observandum esse. Quid si falsitatis suspicio esset & confessum sit seu indubitatum testamentum ita factum, licet non solenniter? vid. apud Mantic. 2. *de conjecturis* 14. 28 Testamentum duobus tantum testibus præsentibus compositum quasi falsum. 29 Hanc vocem interpungit editio Haloandri, probatur tamen interpunctio a Cujac. 18. *obs.* 9. ut hic sit sensus, Ne quid falsi testes fabricent & committant, quod facilius ex composito facturi sunt duo testes quam plures, ideo plures testes desiderari in fideicommissis: puta quinque, ut plures rem communicent, uti loquitur *lex* 32. *ff. de furtis.* ut efficiant voluntatem. *l.* 22. *supr. de testament.* 30 Heredi summa autoritas totius causæ commissa. 31 *Novell.* 1. *cap.* 1. *Novell.* 48. *c.* 1. 32 Tanquam indignos. Paul. 3. *sent.* 5. §. 10. adde quæ dixi ad *l.* 4. *C. de his, quæ ut indign.* Hodie quidem amittit non tamen quasi indignus. *Nov.* 1.

33 Ulp. 24. §. 3. §. 7. 34 Ulp. 24. §. 5. Goth. In hanc legem vid. Anton. Merend. *lib.* 3. *controvers. cap.* 48. 49. Ans. 35 Puta ex damnatione, per præceptionem. Ulp. 24. §. 2. §. 4. §. 6. §. 8. §. 11. 36 In rem missionis solennitas sublata. *l. ult.* §. 2. J. *h. t.* 37 Legata fideicommissis exæquantur. *l.* 1. *ff. de leg.* 1. 38 Legatario tres competunt actiones, ex testamento, rei vindicatio, hypothecaria. *l.* 2. *infr. h. t.* §. 2. *Inst. de leg. l. ult.* §. 2. *infr. h. t.* 39 Testator res suas potest hypothecæ subjicere. 40 *l.* 1. §. 1. *supr. de rei uxor. act.* 41 *tit. infr. in qu. caus. pig. tacite.* 42 Tacita hypotheca in bonis testatoris legatariis competit. 43 Legata piis actibus deputata, favorabilia. 44 Ab herede, legatario, fideicommissario fideicommittere possumus. vid. *l.* 9. *supr. de fideic.* 45 Puta donata-

commisso

commisso possumus, fideicommissum cuidam relinquatur. Cum enim non aliter valeat, nisi [1] aliquid lucri adferat ei a quo derelictum est, nihil est grave, etiam adversus eum non tantum personalem, sed etiam in rem & hypothecariam extendere actionem in rebus quas a testatore consecutus est. † In omnibus autem hujusmodi casibus in tantum, & hypothecaria unumquemque conveniri volumus; in quantum personalis actio adversus eum competit: & hypothecam esse non [2] ipsius heredis, vel alterius personæ quæ gravata est fideicommisso rerum, sed tantummodo earum quæ a testatore ad eum pervenerint. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

Exæquatio legatorum & fideicommissorum.

2. Idem A. Juliano P. P.

OMne [3] verbum significans testatoris legitimum sensum, legare vel fideicommittere volentis, utile atque validum est, sive directis [4] verbis, quale est *Jubeo* [5] forte: sive [6] precariis utatur testator, quale [7] est *rogo, volo, mando, fideicommitto:* sive juramentum interposuerit: cum & hoc nobis audientibus ventilatum est, testatore quidem dicente ἐν ὅρκῳ [8], partibus autem hujusmodi verbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur (secundum quod diximus) ex omni parte verborum non inefficax voluntas secundum verba legantis, vel fideicommittentis, & omnia [9] quæ naturaliter insunt legatis, & fideicommissis inhærere intelligantur: & contra quidquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum, & si quid tale est, quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommissis accommodetur: & sit omnibus perfectus eventus, & ex omnibus nascantur in rem actiones, & ex omnibus hypothecariæ, ex omnibus personales. Ubi autem aliquid contrarium in legatis & fideicommissis eveniet, hoc fideicommisso quasi humaniori aggregetur, & secundum ejus dirimatur naturam. Et nemo moriens putet legitimam voluntatem reprobari, sed nostro semper utetur adjutorio: & quemadmodum viventibus providimus, ita & morientibus prospiciatur, & si specialiter legati tantum faciat testator mentionem hoc & legatum & fideicommissum intelligatur, & si fidei heredis, vel legatarii [10] aliquid committatur, hoc & legatum esse videatur. Nos enim *non verbis, sed ipsis rebus leges imponimus.* Dat. 10. Kal. Mart. *Constant.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De optione legata. 2. De non alienandis rebus restitutioni subjectis.

3. Idem A. Joanni P. P.

SI duobus vel tribus hominibus, vel pluribus forte optio servi vel alterius rei fuerit relicta, vel [si] uni quidem legatario optio servi, vel alterius rei relicta est, ipse autem moriens plures sibi reliquerit heredes: *dubitabatur* inter veteres, si inter legatarios, vel heredes legatarii fuerit certatum, & alter alterum servum, vel alteram rem eligere velit, quid sit statuendum? † Sancimus itaque in omnibus hujusmodi casibus rei judicem fortunam esse, & sortem [11] inter altercantes adhibendam: ut [12] quem sors prætulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, cæteris autem æstimationem præstet contingentium eis partium, id est, servis quidem & ancillis majoribus decem annis, si sine arte [13] sint, viginti [14] solidis æstimandis: minoribus vero decem annis, non amplius quam in decem solidos computandis: sin autem artifices sint, usque ad triginta solidos æstimatione eorum procedente, sive masculi, sive fœminæ sint: exceptis notariis, & medicis utriusque sexus: cum notarios quinquaginta solidis æstimari velimus, medicos [15] autem & obstetrices [16] sexaginta. Eunuchis [17] minoribus quidem decem annis usque ad triginta solidos valentibus, majoribus vero usque ad quinquaginta: sin autem artifices sint, usque ad septuaginta. §. 1. Sed & si quis optionem servi vel alterius rei reliquerit non ipsi legatario, sed [18] quem Titius forte elegerit, Titius autem vel noluerit eligere, [vel non potuerit,] vel morte fuerit præventus, & in hac specie *dubitabatur* apud veteres quid statuendum sit: utrumne legatum exspiret, an aliquod ei inducatur adjutorium, ut viri boni arbitratu procedat electio? Censemus itaque, si intra annale tempus ille qui eligere jussus est, hoc facere supersederit, vel minime potuerit, vel quandocunque decesserit: ipsi legatario videri esse delatam electionem: ita tamen, ut [19] non optimum ex servis, vel aliis rebus quidquam eligat, sed mediæ æstimationis, ne dum legatarium satis esse fovendum existimamus, heredis commoda defraudentur. §. 2. Sed quia nostra maiestas per multos casus legatariis, & fideicommissariis prospexit; actionesque tam [20] personales, quam in rem & hypothecarias dedimus, & in [21] rem missionis tenebrosissimus error abolitus est: & ad hanc legem pervenimus. Nemo [22] itaque [heres] ea quæ per legatum vel pure vel sub certo die relicta sunt, vel quæ restitui aliis disposita sunt, vel substitutioni supposita, secundum veterem dispositionem putet in posterum alienanda [23], vel pignoris, vel hypothecæ titulo adsignanda, vel mancipia manumittenda: sed sciat [hoc] quod alienum [24] est, non ei licere, utpote sui patrimonii existens, alieno juri applicare: quia satis absurdum est, & irrationabile, rem quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ, pignorisve nomine obligare vel manumittere, & alienam spem decipere.

§. 3. Sin autem sub [25] conditione, vel sub incerta die fuerit relictum legatum vel fideicommissum universitatis, vel speciale, vel substitutione, vel restitutione: melius quidem faciet, si & in his casibus caveat ab omni venditione, vel hypotheca, ne se gravioribus oneribus evictionis nomine supponat. † Sin autem avaritiæ cupidine propter spem conditionis minime implendæ, ad venditionem, vel hypothecam prosiluerit: sciat quod conditione impleta ab initio causa in irritum devocetur: & sic intelligenda est quasi nec scripta, nec penitus fuerit celebrata: ut nec usucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium, vel fideicommissarium procedat. † Quod similiter [obtinere] censemus in hujusmodi legatis sive pure, sive sub die certo, sive sub conditione, sive sub incerta die relicta sint. Sed in his omnibus casibus legatario quidem, vel fideicommissario omnis licentia pateat rem vindicare, & sibi adsignare, nullo obstaculo ei a detentatoribus opponendo.

In AUTHENT. de restit. & ea, quæ part. §. quamobrem præsentem. col. 4. tit. 18. al. 6. Novell. 39. cap. 1.

R*Es, quæ subjacent restitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed si* [26] *liberis portio legitima non sufficit ad dotis* [27], *sive donationis* [28] *propter nuptias obligationem: permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo. Ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus.*

§. 4. Emptor autem sciens [29] rei gravamen, adversus venditorem actionem habeat tantum ad [30] restitutionem pretii, neque duplæ stipulatione: neque melioratione [31] locum habente: cum sufficiat [32] ei saltem pro pretio, quod sciens dedit pro aliena re, sibi satisfieri. Creditori nihilominus pignoratitia contraria actione adversus debitorem competente: ut ex omni parte omnique studio id, quod semper properamus ad effectum perducatur, & ultima [33] elogia defunctorum legitimum finem sortiantur, bonæ [34] fidei proculdubio emptoribus integra jura, & nullo modo ex hac constitutione deminuta contra venditores habentibus. Dat. Kal. Septembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLIV.

DE FALSA [35] CAUSA [36] ADJECTA LEGATO, VEL FIDEICOMMISSO.

1. Imp. ANTONINUS A. Septimo.

VErba testamenti, quæ inseruisti, aut solutam [37] pecuniam debitam testa-

---

rio mortis causa, dixi ad *d. l.* 9. adde *l. unic.* §. 7. *J. de caducis.* 1 Inutile legatum est quod legatario non prodest. vid. *d. l.* 9. 2 *l.* 4. *ff. de separation.* 3 *l.* 21. *supr. de legat.* adde *l.* 11. *in pr. ff. de leg.* 3. 4 De directis & precariis dixi ad *l.* 2. *supr. de codicill.* adde Cujac. 11. *obs.* 25. 5 *Jubeo* est verbum directum: non omnino tamen *infr. hic. ibi, forte:* quasi diceret, de hoc verbo dubitari posse. *l.* 28. §. *pen. ff. de lib. leg.* vide Cujac. 11. *obs.* 25. 6 Jurans aut jurare jussus a testatore heres se præstiturum legata ex testamento minus solenni, obligatur: ut hinc colligas, clausulæ codicillaris vim habere ejusmodi juramentum: non deberi quasi ex testamento, sed quasi ex codicillis. Vid. Mantic. 1. *de conject.* 9. Porro quibus casibus subintelligatur clausula superior, dictum est in *l. ult. supr. de codicillis.* 7 Verba precaria. §. *ult. Inst. de singul. reb. per fideicomm.* Ulp. 25. §. 2. Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. 8 Lege, ἐνορκῶ, unica dictione, quod interpretari possumus, *adjuro*, vel *jurejurando convenio*, eadem forma qua εὐορκῶ, id est, *liquido juro*, & ita quoque Glossæ Græcorum exponunt. Est enim frequens testatori cum jurisjurandi religione heredes onerare legati, vel fideicommissi præstatione. *l.* 77. §. 23. *ff. de leg.* 2 *ut in l.* 3. *ff. de jure fisci. per Deum rogo te. infr. &* §. 1. *Instit. de fideic. lib.* Tertull. *de præscript. Ego sum heres Apostolorum: sicut caverunt testamento suo, sicut fideicommiserunt, sicut adjuraverunt. Per salutem Principis:* ut male Alciat. 4. *dispunct.* 12. exemplum ponat hoc modo, Juro me daturum centum: Nam ex hac scriptura neque legati, neque fideicommissi petitio est. Et hoc quoque perperam Accursius. Si heres juraverit se daturum. Nam hæc conditio jure remittitur. vid. Cujac. 17. *observ.* 25. Neque ea adjuratio, per deos, in testamentis tantum, sed & aliis negotiis inter vivos veteribus fieri solita. Cicero 13. & 14. *ad Brutum: subveni per deos: propera per deos.* & 16. *ad Atticum* 6. *per deos expedi.* Autor ad Herennium 4. *per deos amplexare.* Terentius *Andria act.* 5. *scena* 1. *per ego te Deos oro.* 9 *l.* 1. *ff. de leg.* 1. §. 3. *Inst. de leg.* 10 Olim a legatario legari non potuit, a fideicommissario potuit. Gajus 2. *tit.* 7. §. 4. Ulp. 24. §. 20. 11 Non verbis, sed rebus leges imponuntur. *l.* 3. *supr. de lib. præt. l.* 1. *infr. de latina libertate. l.* 3. §. 9. *ff. de adim. & transl. l.* 9. *infr. quæ res pignor.* Cicer. 2. *de inventione.* 12 Sorte quædam privata finiuntur. Cic. 1. *offic. in princ.* Quoties plures, quibus optio est relicta, dissentiunt in eligendo, sorte res dirimitur, *ut hic &* §. 23. *Inst. de leg.* ut & aliis casibus: puta, si de deponendis apud aliquem instrumentis *l.* 5. *ff. familiæ.* de divisione bonorum inter coheredes facienda agitetur. *l.* 1. *infr. quando & quibus quarta pars lib.* 10. *tit.* 34. si dubitatur quinam priores causam dicere debeant. *l.* 14. *ff. de jud.* si de servis manumittendis. *l.* 24. §. 17. *ff. de fideic. liber* aut de liberis dividendis quæstio sit. *Novell.* 162. *c.* 3. *in fin.* Olim quoque sortitione dabantur judices. Contra, episcopus sortibus eligi prohibetur. *l.* 47. *supr. de episc. & cleric.* His adde Mynsing. 4. *obs.* 37. ubi quærit, quemadmodum divisionem inter fratres fieri oporteat. An forte, An potius divisio seniori fratri committenda sit, electione juniori data. 13 Qui sine arte sunt servi majores decem annis, viginti solidis æstimantur: minores decem annis, decem solidis: Notarii, quinquaginta: Medici & obstetrices, sexaginta: reliqui artifices triginta: Eunuchi minores decem annis, triginta; majores annis decem sine artificio, quinquaginta, cum artificio, septuaginta. 14 De pretio communi servorum dicam ad *l.* 1. §. 5. *J. de comm. serv. man.* 15 Medicorum ad commendationem hic locus pertinet, quod plurimum æstimentur: Nam quod minus hic æstimentur quam Eunuchi, vitium temporis fuit, non artis. adde Forn. 2. *select.* 8. Possis & hinc obiter etiam colligere: Servos medicinam exercuisse, de quo dixi ad *l.* 1. §. 5. *infr. de com. ser. manum.* qui tamen testes. *l.* 20. §. 7. *ff. qui testam. l.* 11. *supr. de testib.* & tabularii, *l.* 3. *infr. de tabular.* patroni causarum, *arg. l.* 1. *supr. de postulando:* & judices esse non poterant. *l.* 3. *ff. de offic. præt. l.* 12. §. 2. *ff. de judiciis.* Puto usui medicinæ pernecessario id datum fuisse, cum & alias mulieres medicæ esse possint. *l.* 1. §. 5. *vers. Sin autem. J. de comm. servo.* An servi episcopi, clerici & monachi esse potuerint, vid. *Novell. Leon.* 9. 10. 11. De servis plura dixi ad *l.* 3. *in fin. ff. de cap. minut. l.* 32. *l.* 209. *ff. de reg. jur.* 16 De obstetricibus, medicis adde *l. pen. supr. de posthum. hered. l.* 9. *ff. ad l. Aquil.* 17 Eunuchorum pretia. adde *tit. supr. de Eunuchis.*

18 Optio rei legatæ quoties committitur tertio: illo non eligente intra annum, vel morte prævento, electio transfertur in legatarium. ut *l.* 28. *ff. de cond. & demonstr.* 19 Legatarius non rem optimam, sed modicæ æstimationis eligere debet. *l.* 37. *ff. de leg.* 1.

20 *l.* 1. *l.* 2. *supr. h. t.* 21 *d. l.* 1. *Novell.* 39. *in pr.* Paul. 4. *sent.* 1. §. 15. In rem missio fiebat fideicommissorum nomine herede non existente solvendo adversus extraneos rerum hereditariarum possessores. 22 Rei restitutioni subjectæ pure, vel certa die alienatio, pignoratio & manumissio non tenet ipso jure, *ut hic:* nisi certis casibus jure novo. *Auth. proxima. infr. h. t. Nov.* 39. *c.* 1. 23 Adde *l.* 15. *ff. de reb. dub. l.* 70. *ff. ad SC. Trebell.*

24 Vide *supr. de rebus alienis.* 25 Res sub conditione, vel sub die incerta restitutioni obnoxiæ, possunt interim alienari, vel obligari: sed tamen adveniente casu restitutionis, fingitur retro nulla alienatio, vel obligatio. *d. l.* 15. *l.* 17. *ff. quib. mod. ususfr.*

26 Restitutioni res obnoxiæ possunt hodie certis casibus perpetuo alienari. vid. *in hanc authen.* Roland. a Vall. 1. *cons.* 85. *num.* 5. *& seq. &* 4. *cons.* 27. 27 Doti seu in dotem dari possunt etiam quæ alienari prohibita, *ut hic.* quod non tantum locum in dote de novo constituta habet, sed & in dote quam filius accepit vivo patre restituendam: sive filia pro se sive pro liberis (quos certis casibus dotare cogitur) dotem dare velit: sive inter vivos pater sive testamento dotem velit filiæ constituere, sive filia elocata sit nulla, vel exigua dote: si mulier maritum se dignum reperiat, nisi omnia bona restitutioni obnoxia in dotem daret; sive tale fideicommissum universale sive particulare & purum, sive alienatio expresse prohibita a testatore, vel statuto per juramentum firmato, sive privato sive Ecclesiæ restitutio hujusmodi bonorum facienda sit: sive mulier de cujus dote agitur, fœcunda sit, sive sterilis. Quin beneficium id transire ad filii & filiæ heredes putant, ut & ad eum cui mulier cessit jura dotalia: sed & in dote in qua mulier habet fidejussorem obligatum: & in re emphyteutica restitutioni obnoxia, nimirum ut dotis & similium causa alienari possit etiam sine consensu domini. Perpetuam quoque hujus beneficii causam esse existimant, ut res dotis, vel similis causæ nomine detracta ex fideicommisso, nunquam ad fideicommissarium revertatur. Accurs. Bart. Bald. Castrensis, Jason *hic.* Aliud censent, si alia bona extent, ex quibus dos aut donatio propter nuptias dari possit: si dominii alienatio prohibita, si fœmina jussa sit restituere, si extraneus, aut qui liberorum numero non sit, restituere sit jussus: ut ex Dyno, Jacobo de Arena, Salycet. Bald. Castrensi, Nicolao de Neapoli refert Socin. *regul.* 12. si res sui natura alienari non potest, veluti feudum. vid. Socinum *regul.* 324. 28 Alienari prohibita in dotem & propter nuptias donationem dari possunt, *ut hic:* sed & pro alimentis, redemptione sui vel aliorum captivorum, causa pia. Socin. *regul.* 3. & 324. exceptiones vid. *supr. h. t.* 29 Scienter emens rem restitutioni subjectam re evicta, habet actionem ad pretium tantum, non ad duplum, etiam si duplum promissum fuerit. 30 *l.* 27. *J. de evict.* 31 Qui rem alienam sciens comparat, meliorationes factas amittit: quod & stricti juris est. dixi ad *l.* 38. *ff. de petit. hered.* 32 Quasi dicat, potuit summo jure pretium ipsum quoque amittere. 33 Ultima elogia legitimum finem sortiri debent. 34 Bonæ fidei emptor re evicta non modo duplam promissam, sed ipsas quoque meliorationes recipit.

35 Falsa causa legandi, legata non vitiat. *l.* 12. *l.* 17. §. 2. *l.* 72. §. 6. *ff. de cond. & demonst.* §. 31. *Inst. de leg.* Ulp. 24. §. 19. nisi probetur testatorem, si scivisset causam falsam, non fuisse relicturum. vid. Wurmf. 1. *pract.* 39. *obs.* 20. 36 Adde *L.* 35. *D.* 1. Causa est ratio legandi præteritum aliquid præsupponens, sive demonstrans. *l.* 12. *in fin. ff. de cond. & demonstrat.* Quatuor hæc separantur, Conditio, Demonstratio, Causa, Modus, ὅρισις, δήλωσις, αἰτία καὶ τρόπος. 44. *Eclog.* 29. 37 His verbis, *Soluta est mihi pecunia*, liberatio relinquitur,

tori

tori declarant, aut voluntatem ejus liberare volentis debitorem manifeste ostendunt. Et ideo, aut peti quod [1] solutum est non potest, aut ex causa fideicommissi, ut debitor liberetur, agendum est: nisi [2] liquido probari possit eum non liberari debitorem voluisse, sed errore [3] lapsum solutam sibi pecuniam existimasse. PP. 7. Kalend. Martii, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

2. Imp. ALEXAND. A. Faustinæ.

Etiamsi veritas debiti [4] non subest, falsa tamen demonstratio [5] non perimit legatum, & ex testamento ejus quoque nomine competit actio. PP. 7. Id. Novemb. ALEXANDRO A. CONSS. 223.

Si maritus legat dotem uxori certa quantitate non expressa, oportet uxorem probare numerationem. Salic.

3. Idem A. Verinæ.

Si non [6] designata certa quantitate dotem tibi legavit maritus, sed *quodcunque ad eum dotis nomine pervenisset, perventurumve esset*, & id ex testamento petis: necessaria probatio est numeratæ pecuniæ. Quod si quantitatem [7] expresserit, debetur [8], & si in dotem datum non [9] est: quasi aliud legatum, non eo jure, quo dos fungitur. PP. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CC. CONSS. 224.

4. Imp. GORDIAN. A. Alexandro.

Si dotem (ut proponis) defuncta [10] in matrimonio uxore tua patri [11] ejus reddidisti, vel etiam ea non reddita, testamenti verbis (ut adseveras) munitus es, quibus se recepisse [12] dotem universam quondam socer tuus significavit: ne hoc nomine conveniaris, solicite agere non debes: cum aut soluta dote, nulla superstit actio, aut non reddita, adversus petentem juxta defuncti voluntatem parata sit exceptio. PP. 15. Kal. Jun. SABINO II. & VENUSTO CC. CONSS. 241.

Si legatur dos facta relatione ad instrumentum dotis, nihil aliud requiritur, nisi quod instrumentum loquitur. Bald.

5. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Severæ.

Refert [13] largiter, [an] *dotem tibi reddi* maritus, an *quæ* [14] *instrumento dotali conscripta sunt*, legati, seu precariis verbis statuit: quippe [cum] superiore quidem casu datum probanti repeti tantum, posteriore vero nihil [15] nocente falsa demonstratione [quod] significatum [est] instrumento, postulari possit. S. 14. Kal. Decembr. CC. CONSS. 293.

TIT. XLV.

DE HIS QUÆ SUB MODO [16] LEGATA, VEL FIDEICOMMISSA RELINQUUNTUR.

1. Imp. ANTONINUS A. Saturninæ.

In [17] legatis quidem, & fideicommissis etiam modus [18] adscriptus pro [19] conditione observatur. Sed si per te non stat, quominus voluntati testatoris pareas, sed per eum, cui [20] *nubere* [21] jussa es, quo minus id, quod tibi relictum est, obtineas, non oberit. PP. 5. Kal. Januar. [22] GENTIANO, & BASSO CONSS. 212.

2. Imp. GORDIANUS A. Ammonio P.P.

Ex [23] his verbis, *Titio decem millia, vel insulam relinquo, ita ut* [24] *quinque millia ex his, vel eandem insulam Mævio restituat:* licet antea [25] neque legati, neque fideicommissi petitio nascebatur, tamen in libertate [26] a D. Severo hoc admissum est. Sed & in pecuniariis causis [27] voluntatis tuendæ gratia non immerito recipiendum est, ut etiam ex hujusmodi verbis, sive [28] ad conditionem, sive ad modum respiciant, sive ad dandum, vel faciendum aliquid: fideicommissi actio omnifariam nascatur, videlicet in [29] conditionibus post exitum earum. Sin vero legato, aut fideicommisso relicto, testator legatarium, seu fideicommissarium prohibuerit, vel heredem suum, vel alium quendam debitum exigere: habet debitor adversus legatarium, seu fideicommissarium agentem, usque ad quantitatem [relicti, sive] fideicommissi, sive legati exceptionem [30]. PP. 6. Id. August. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

TIT. XLVI.

DE CONDITIONIBUS [31] INSERTIS [32] TAM LEGATIS, QUAM FIDEICOMMISSIS, ET LIBERTATIBUS.

De conditione, si sine liberis decesserit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Claudiæ.

Cum [33] testatorem fideicommissum Tralliano [34] ab eo, quem pro parte heredem instituerat, ita reliquisse proponas, *si* [35] *sine liberis institutus diem obiisset:* isque nepotem quem ex filia susceperat, heredem instituerit, conditionem adscriptam fideicommisso defecisse, manifestum est: nisi alia defuncti voluntas evidenter probetur. PP. Non. Decembr. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De conditione divortii.

2. Iidem AA. Galliano.

Cum patremfamilias fideicommissi nomine, quod in diem certam reliquit, ita cavere præcepisse proponas [36], *si a marito non* [37] *divertisset*, jurisdictionis [38] originem perinde servari æquum est, ac si nihil super ea re scriptum fuisset. Nec [39] exemplum legati, vel hereditatis, in quibus conditio divortii nonnunquam remitti solet, huic rei comparandum est: cum [40] absurdum sit, ideo perpetui edicti negligi formam, quia patris sui voluntati non obtemperatur. PP. *Antiochiæ*, 11. Kalend. August. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De conditione, si cum focaria sua, matreque ejus moretur.

3. Imp. ANTONINUS A. Aurelio militi.

Si ea conditione Aulazanus [41] legata testamento præstari voluit, *si cum focaria sua* [42] *matreque ejus moraretur*, & per eum stetit, quo minus voluntati testatoris pareret: cum [sua] sponte scripturæ testamenti non [43] obtemperaverit, ad petitionem non admittitur. PP. 6. Id. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De conditione nuptiarum.

4. Imp. ALEXAND. A. Liciniæ.

Legatum, sive fideicommissum a patruo tuo relictum tibi sub conditione, *si* [44] *filio ejus nupsisses:* cum mortuo [45] filio, priusquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit, nulla ratione deberi tibi existimas. PP. Kal. Decembr. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Faustino.

Si uxorem tuam tempore [46] nuptiarum in [47] patria potestate fuisse monstretur, fideicommissi commodum ei relictum, *cum* [48] *nupserit*, nullo alio diem ejus cedere prohibente, patri quæsitum non ambigitur. † Quod si a patre ante nuptias emancipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre, & marito, ac liberis: actionem fideicommissi sibi competentem ad heredes suos transmisit. S. 6. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De conditione pluribus personis *injuncta*.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

Si plures personæ unam conditionem implere fuerint jussæ, apud Ulpianum *dubitabatur*, utrumne omnes simul eandem facere debeant, an singuli quasi soli implere eam compellantur? Videtur autem nobis unumquemque [49] necessitatem habere conditionem implere, & pro portione sibi contingente accipere quicquid ex hoc commodi est: ut hi quidem, qui compleverint jussa, ad lucrum vocentur, qui autem neglexerint, sibi imputent, si ab hujusmodi commodo repellantur. Dat. 3. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

l. 4. J. *eod.* vid. *l.* 31. *ff. de lib. leg.* Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Ant. Merend. *contr. jur. l.* 2. *c.* 27. Ans. 1 Quod solutum est, peti non potest. 2 Alias præsumitur pro qualibet depositione. vid. Alciat. 3. *præsumpt.* 21. 3 Erronea testatoris confessio non nocet. 4 Demonstratio hæc fuit: *Decem quæ Titio debeo.*
5 *l.* 3. *l.* 5. *infr. h. t. l.* 17. *l.* 33. *ff. de cond. & demonst.* §. 30. *Inst. de leg.* Ulp. 24. §. 19. ἡ πλασὴ ἀπαρίθμησις. *Synops. Basil.* 44. *tit.* 16. *cap.* 62. hac sententia. Falsa demonstratio nunquam legata perimit. Ideoque si quis ita legaverit, Do lego huic aureos centum quos ei debeo: licet nihil debeatur, legatum valet ὡς ἀπὸ ἀπαριθμήσεως, tanquam ex numeratione. Harmenopulus 5. *tit.* 10. §. 24. hanc legem ita reddit, Falsa numeratio legata non perimit, unde si quis legans ita dixerit, *do huic tot nummos, quos ipsi debeo*, etiamsi non debeat, sed falso id dixerit, valet tamen legatum. 6 Dos incerta simpliciter uxori si prælegatur, uxor dotis quantitatem probare debet: alias legatum est inutile ei: si certa, non debet: estque remissio probationis onere, legatum utile, *ut hic. &* §. 15. *Inst. de legat. l.* 6. *ff. de dote præleg.* 7 Demonstratio hæc fuit, *Decem quæ in dotem accepi.* 8 Imo non debetur. *l.* 1. §. 7. *ff. de dot. præleg.* 9 Falsa demonstratio his verbis innuitur, de qua vid. *l.* 2. *supr. h. t.* 10 Mortua filia in matrimonio dos patri ejusve heredibus reddi debet. 11 Pater liberationem dotis legare potest. 12 His verbis liberatio relinquitur, ut *l.* 1. S. *h. t.* 13 Dos, si ad instrumentum dotis relatione facta, legatur, statur instrumento: si ad dotem, veritas inquiritur. 14 Demonstratio hæc fuit: *Quæ instrumento dotali conscripta sunt, do, lego.* 15 *l.* 2. *supr. h. t. l.* 75. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 33. *ff. de cond. & demonstr.*
16 Adde *L.* 35. *D.* 1. Modus est finis propter quem legatur, vel causa legandi collata in futurum, verbi gratia lego Titio centum ut quinquaginta Mævio restituat. *l.* 2. J. *h. t.*
17 Quoties alicui sub modo legatum relinquitur, puta, *ut hoc faciat*, capit ille quidem legatum: verum si modus defecerit, legatum amittit. Modus enim est conditionis eventus in legatis & fideicommissis; si vero legatum mulieri relictum fuerit, *ut Petro nuberet*, ac legatum quidem acceperit, sed Petrus eam ducere nolit, legatum reducere non cogitur. Nec enim per eam steterit, quo minus impleatur conditio. *Synops. Bas.* 44. *tit.* 28. *c.* 1.
18 Modus est quasi conditio, & ita sæpius appellatur. *l.* 8. §. 7. *ff. de condit. instit. l.* 21. §. 3. *ff. de annuis leg. l.* 71. §. 1. *l.* 108. *ff. de cond. & dem. l.* 3. *in fin. l.* 4. *ff. de donat.* Non est tamen proprie conditio. *l.* 17. §. 2. *l.* 44. *in fin. ff. de manum. test.* Modus est, cum ita legamus ut aliquid fiat. *l.* 2. J. *h. t. l.* 17. *in fin. ff. de cond. & demonstr.* 19 Id est, impleri debet, quemadmodum & conditio. 20 *l.* 31. *ff. de cond. & demonst.* 21 Modus hic fuit, ut Saturnina nuberet Titio. 22 *Al.* Februarii. Pammelius *in vita Tertull.* Nam pridie nonas Februarii Severus periit: adde quæ scripsi ad *l.* 1. *supr. de legat.*
23 Vid. ad hanc *l.* Cujac. 14. *obs.* 25. 24 Nota genus modi. 25 Olim ex modo non oriebatur actio, hodie oritur. 26 Finge ita legatum fuisse ut servum manumitteres, ut *l.* 48. *ff. de fideic. lib.* 27 Quod olim non fuit. 28 *l.* 21. §. 3. *ff. de annuis legat.* 29 V. Cuj. *d. l.* 30 Pro legatis sub modo relictis, competit actio & exceptio.
31 *Lib.* 35. *D.* 1. 32 *Incertis*, Hal. 33 Si quis alicui legatum sub hac conditione reliquerit, *si sine liberis heres diem suum obeat.* isque nepotibus ex filia decesserit, deficit conditio. Nam quum relictis liberis mortuus sit, etiam legatum inutile est, nisi alia defuncti voluntas evidenter probata fuerit. *Synops. Basil.* 44. *tit.* 29. *c.* 1. 34 *Trallianis.* Hal.
35 *Si Titius heres meus pro parte sine liberis decesserit, partem suam hereditatis Tralliano restituito.* Titius nepotem ex filia heredem instituit: num debetur Tralliano fideicommissum? non debetur. Nec enim decedit sine liberis, qui nepotem ex filio relinquit heredem: facit *l.* 48. *ff. soluto.* 36 Heres legatario satisdat legati sub conditione, vel in diem relicti nomine. *l.* 1. *ff. legat.* nisi testator cautionem remiserit, *l.* 7. J. *ut in possess. leg.* His ita constitutis, testator ita testatus est: *Filia post vigesimum annum Sempronio fundum dato.* eidemque Sempronio caveat sub hac conditione, *Si non diverterit.* Sempronius sibi caveri petit. Cautio denegatur Sempronio. Movetur, filia quod superiori conditione a patre ad divertendum provocata videatur, quum divortii conditio turpis natura sua sit. Sempronius turpem quidem esse conditionem admittit, sed hoc adjicit, turpes conditiones pro non adjectis haberi, cavendum igitur. 37 Cui contraria est, si a marito diverterit. *l.* 5. *supr. de institut.*
38 Id est, edicti quo heredes legatorum nomine cavere jubentur: ne alioquin relictum aliquod novum putes, quo relicta sub conditione ita demum captantur, *si conditio consummata sit*, quale nunquam auditum fuit. 39 Ratio dubitandi, de qua vid. Cujac. 9. *obs.* 6.
40 Argumentum a contrario sensu in legibus, statutis & ultimis voluntatibus est validum, *ut hic:* nisi hujusmodi interpretatione inducatur legis, statuti, vel juris communis emendatio: vel sententia juri ejusve rationi contraria, si contrarius ille casus jure decisus sit: si qui statuerunt, ea interpretatione inciderent in pœnam. Id quoque in statuto emendante non obtinere putant: si interpretatio subintellecta statuto ipso prohibita sit: si in statuto dictio, ut vocant implicativa (*uti maxime*, & similis) adjecta sit: si alia mens esset contrahentium, aut testantium, si hoc genus argumenti a verbis narrativis legis vel canonis, vel a causa impulsiva, non finali, vel ab una tantum causa finali sumitur: ut notat Socinus *reg.* 28. adde Manticam 3. *de conject.* 15. 16. 17. Everardum *in Topicis loco* 82. *argumento a contrario sensu.*
41 Puto legendum *Aulazano*, eo sensu: *Aulazano centum do lego, si cum focaria ejusque matre morabitur.* Per Aulazanum stetit, quo minus voluntati testatoris fieret satis: Aulazanus frustra legatum petit. 42 De focaria, vid. *l.* 2. *supr. de donat. int. vir. l.* 12. §. 5. 6. *l.* 15. *ff. de instruct.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 37. 43 Legatarius faciendi debitor, si non facit, legatum non accipit. *l.* 1. *supr. de instit. l. un.* §. 2. *vers. vel ipsum.* J. *de caducis.* 44 *Liciniæ centum do lego, si filio meo nupserit.* filius moritur: Liciniæ non debetur legatum. vid. Cujac. 17. *observ.* 22. 45 *l.* 31. *ff. de cond. & demonstr.* 46 *Titiæ centum do lego cum nupserit.* Nupsit Titia in patris potestate adhuc posita. Cuinam legatum quæsitum est, Titiæne an ejus patri? patri. *l.* 14 *in fin. ff. quando dies leg. l.* 78. *ff. de verb. oblig.* nam legati dies cessit tempore nuptiarum quo Titia nondum fuit emancipata. In legatis conditionalibus tempus conditionis inspicimus. *l.* 28. *ff. de pignor.* in stipulationibus factis a filiofamil. tempus contractus, non conditionis inspicitur. *l.* 78. *ff. de verb. oblig.* 47 Nuptæ etiam filiæ in parentum potestate esse possunt. *l.* 12. *supr. de coll.* An & in mariti? sunt etiam in ejusdem potestate, quod ad servitia. vid. Wurm. 1. *pract.* 36. *obs.* 9. 48 De legato cum nupserit.
49 Pluribus injuncta conditione, impleta conditio non prodest, nisi implenti. *l.* 44. *in fin. ff. de hered. instit.* Faciendo quisque sibi conditionem implet, non alteri. *l.* 13. *ff. de manumiss.*

De eo, qui jussus est liber esse, si certum quid heredi dederit.

7. Idem A. Joanni P.P.

CUm quidam [1] testamento condito libertatem servo suo dereliquit sub conditione, *si suo heredi certum numerum solidorum præstaret*, vel *aliam quandam speciem*, vel *vicarium servum*: Ille autem servus non in eodem [2] loco constitutus, ubi etiam heres fuerat, herili testamento cognito properabat ad heredem cum ipso, quod jussus erat dare heredi; sed in medio latronum, vel hostium incursione, [vel alio fortuito casu] peremptum est, quod portabat: *Quærebatur* inter antiquos, si præpediretur libertas, quia hoc dare servus non potest propter memoratum fortuitum casum? Itaque veterum dubietate quiescente, nobis placuit, ut & libertas omnimodo competat, & commodum, quod heredi, vel extraneo relinquitur, non [3] abstrahatur. Ex quacunque igitur causa impediatur, sive per heredem, sive per eum, cui dare [aliquid] jussus est, sive per fortuitos casus, in libertatem quidem ipse omnimodo perveniat, nisi ipse servus noluerit adimplere conditionem: obnoxius tamen constituatur post libertatem heredi, vel ei, cui dare aliquid jussus est, (nisi [4] & ipse oblatas pecunias non susceperit: quod enim semel [5] repudiatum ab eo est, redintegrari minime concedimus) quatenus hoc, quod dare jussus est, omnimodo implere compellatur: vel ipso mancipio [præstando] si existat: vel [6] in æstimatione ejus, non amplius, quam in quindecim [7] solidos computanda: vel in alia re, si & ipsa appareat: vel si non existat, vera ejus æstimatione præstanda. Dat. Prid. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. Anno 2. 532.

TIT. XLVII.

DE USURIS [8] ET FRUCTIBUS LEGATORUM, SEU FIDEICOMMISSORUM.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Maximo.

LEgatorum [9], seu fideicommissorum usuras ex eo tempore quo lis [10] contestata est, exigi posse manifestum est: Sed & fructus rerum, & mercedes servorum, qui ex testamento debentur, similiter præstari solent. Proposita Prid. Kal. August. ÆMILIANO [11] & FRONTONE CONSS. 200.

2. Imp. ANTONINUS A. libertis Cassiani.

ADversus eos [12], qui sub obtentu legis Falcidiæ legata [13] morantur, notissimum est juris auxilium. Si igitur proposita stipulatione cavere [14] cum satisdatione potestis *vos restituturos, quanto amplius quam per eam legem licet*, acceperitis: Judex, qui de fideicommissis jus dicit, solida vobis legata præstari jubebit. Quod si satisdationem implere non potueritis: arbitrio [15] dato certum diem vobis præfiniet, intra quem altera parte cessante partibus suis fungetur. Et si [16] constiterit legi Falcidiæ locum non esse, & usuras & fructus post litem contestatam percipietis. PP. 16. Kal. Jun. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

3. Imp. ALEXAND. A. Paterno.

SI homines certi per fideicommissum tibi relicti fuerint, post moram periculo [17] debitoris fideicommissi sunt. Proposita 12. Kal. April. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

4. Imp. GORDIAN. A. Dionysio.

IN legatis & fideicommissis fructus [18] post [19] litis contestationem, non ex die mortis consequuntur [20], sive in rem, sive in personam agatur. PP. Non. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

TIT. XLVIII.

DE INCERTIS [21] PERSONIS.

1. Αὐτοκράτωρ Ιυστινιανός.

Hujus constitutionis meminit Justinianus Instit. de legatis. §. posthumo. & Instit. De bon. possess. in princ. *ex quibus locis hoc argumentum confeci. A. Cont.*

CUm olim incertis personis nec legata [22] nec fideicommissa relinqui possent, nec libertas, nec posthumo [23] alieno, qui nec institui poterat, hæc omnia correxit Justinianus: ita tamen, ut incertus [24] tutor nec hodie dari possit.

Photius quoque, & Balsamon in Nomocanone *non uno in loco ejus meminerunt, ajuntque esse tit. 48. lib. 6. constitutionem unam. Ex his igitur & sequentes quoque epitomas confeci.*

NUmerat hæc constitutio varia themata, variasque species, quibus docet id quod illicito [25] collegio relictum est, non valere, nisi singulis e collegio legatum sit: contra autem quidquid licito collegio legatur, valere. *Nomocanonis tit. 12. cap. 9.*

Item aliud argumentum.

DIcit constitutio valere quod relinquitur licito collegio, aut corpori [26], vel clericis, vel collegiis, vel curiæ, vel cohorti præsidis, vel medicis, vel doctoribus, vel advocatis, vel militibus, vel ejusdem artificii opificibus seu artificibus, vel sacerdotibus, vel cuipiam alii corpori: & ait, relictum dividi viritim, & ex æquis partibus inter eos, qui tempore mortis testatoris fuerint descripti in albo, præterquam si certam quantitatem testator unicuique attribuerit. † Dicit quoque ad extremum ea constitutio, quod si semel, aut annuum quid in pios usus relictum sit, aut ecclesiis, aut xenonibus, aut ptochiis, aut venerabilibus domibus, aut communi clericorum, aut ad captivorum redemtionem, aut ipsis pauperibus, vel captivis, valeat defuncti voluntas. *Nomocanonis Tit. 2. cap. 1.*

Hæc excerpsi ex utraque Nomocanonis Latina translatione, in quibus editionibus, & cæteris ejusdem farinæ sunt permulta nobis valde suspecta. Itaque pessime mihi videntur de nobis omnibus mereri, benevole lector, qui cum Græca habeant, vel βασιλικῶν, vel Nomocanonis exemplaria, & cætera ad jus pertinentia, suppressis Græcis suas futiles, & indoctas translationes duntaxat edunt, quominus eorum fœdissima pleraque peccata ex Græcorum collatione coargui possint.

TIT. XLIX.

AD SENATUSCONSULTUM [27] TREBELLIANUM [28].

De oneribus hereditariis.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Probo.

SI ex senatusconsulto quartam partem hereditatis [29] retinuisti, & dodrantem fideicommissario restituisti: quod creditoribus hereditariis pro [30] novem unciis præstiteris, a fideicommissario petere potes. PP. 15. Kal. April. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De oneribus, & legatis.

2. Imp. PHILIPPUS [A.] & PHILIPP. C. Juliano.

AD eum, cui ex Trebelliano SC. pars hereditatis restituitur, successionis onera, seu legatorum [31] præstationem pro competenti portione spectare, indubitati juris est. PP. 18. Kal. Novembr. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De republica.

3. Imppp. CARUS, CARIN. & NUMERIAN. AAA. Zotico, & aliis.

SI per fideicommissum hereditas Reipublicæ [32] relicta est, ex Trebelliano SC. (quod ab intestato [33] quoque locum habet) quartæ partis, & fructus [34] ejus vobis restitutio [35] competit. Sine die, & consule.

De tacita repetitione fideicommissi.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Quintianæ.

NOn [36] justam te gerere solicitudinem per fideicommissum relictæ portionis hereditatis perspicimus, verentem ne fructum amittas relicti fideicommissi, quoniam avia testatoris ex parte heres scripta, & tibi rogata restituere, calliditate, ac fraude [37] repudiavit, ut ad alium nepotem eundemque coheredem devolvatur portio, a quo tibi nominatim non fuerat fideicommissum relictum, & coacta [38] suspectam hereditatem adire, priusquam

testam. Interdum necesse est ab omnibus conditionem impleri, puta quoties individuum factum est. *l.* 13. §. 2. *ff. de statuliber.* 1 Vid. Joann. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 150. Ans. 2 Hinc colligitur, Eum qui quid deferre creditoris ad domum tenetur, proprio sumptu & periculo deferre teneri non creditoris. v. Molin. *de usur. quæst.* 9. *n.* 138. 3 Et ita constat casu fortuito non excusari debitorem. Rei interitu neminem liberari ab implenda conditione. adde *l.* 11. *supr. si cert. petat. l.* 3. *l.* 20. *ff. de statulib.* 4 *d. l.* 3. §. 1. Ulp. 2. §. 5. 5 Semel repudiatum redintegrari non potest. 6 Æstimatio rei loco est. 7 *l.* 35. §. 3. J. *de donat.* de vulgari servorum pretio, v. *l.* 1. J. *de comm. servo.*

8 *l.* 3. *in fin. ff. de annuis.* Paul. 3. *sentent.* 8. §. *ult.* Cajus 2. *tit.* 7. *in fin.* De usuris testamentariis vid. Molin. *q.* 73. *de usur.* Hotomannum 2. *de usur.* 4. 9 *Synops. Basil.* 44. *tit.* 2. *cap.* 84. 10 Usuræ legatorum debentur a lite contestata, *ut hic: & l.* 4. J. *h. t. l.* 91. *in fin. ff. de leg.* 1. Mora fit ex die litis contestatæ. Mora fit cum postulanti non datur. Paulus 3. *sentent.* 8. §. *ult.* atque ita, Quoties ex testamento actione legatum petitur, fructus post litem contestatam capti & partus editi, & servo legato quæsiti legatario restituuntur. Harmenop. 5. *tit.* 10. §. 33. 11 Anulino. 12 Heredes scil. 13 Id est, legatorum præstationem. 14 Paul. 3. *sentent.* 8. §. 2. 15 Arbiter dabatur ad ineundam Falcidiam. 16 Heres legati solutionem denegat, veritus ne creditoribus aliquando imminentibus non habeat unde postea Falcidiam detrahat? Dupliciter eo casu legatariis consultum est. Primum enim cavere possunt se restituturos quanto amplius quam per legem Falcidiam licuerit, acceperint. Secundo, si cavere non potuerint, Prætor fideicommissarius dabit arbitrum ad ineundam rationem legis Falcidiæ, & diem intra quem ineatur, partibus præsentibus: & secundum eam de fideicommisso pronunciabit, vel herede non veniente ad diem damnabit eum, ut solidum legatum præstet cum onere usurarum & fructuum a die litis contestatæ. *l.* 3. *ff. de usur. l.* 78. *ff. de leg.* 2. *l.* 6. *in fin. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. l. pen. ff. de usur. l.* 88. *in fin. ad leg. Falcid.* 17 Moram qui admittit, casus fortuitos præstat. *l.* 39. §. 1. *l.* 47. *in fin. ff. de leg.* 1. 18 Vid. *l.* 1. §. *h. t.* 19 De fructibus legatorum. 20 Legatarii scil. Quæstio est utilis: Cui scilicet fructus rei legatæ cedant. Alii hunc locum ita interpretantur: Rei alienæ legatæ fructus non pertinere ad legatarium, nisi a lite contestata: rei testatoris, pertinere. Accurs. *hic.* Alii (Galli scilicet) heredem non de percipiendis teneri, sed de perceptis. vid. Bart. *hic.* Ulpianus de percipiendis etiam teneri heredem ait. *l.* 39. §. 1. *ff. de leg.* 1. Paul. 3. *sent.* 6. §. 46. aliter distinguit, Fructus qui solo cohærebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinere: ante perceptos, non pertinere. Alii negant fructus perceptos ante aditam hereditatem deberi, alii deberi ajunt. vid. Grassum *l.* 1. *sentent.* §. *legatum quæst.* 71. Cujacius *c.* 18. *de præscriptionibus.* putat fructus deberi a tempore moræ, si per damnationem: a tempore aditionis, si per vindicationem res legata sit. Subtiliter dici potest (non loquor de usuris certæ pecuniæ legatæ) ad eum pertinere qui rei sit dominus. *l.* 42. *ff. de usuris. l.* 86. §. 2. *ff. de leg.* 1. ergo ad legatarium, cum recta via dominium rei legatæ transeat in legatarium. *l.* 64. *in fin. ff. de furtis.* Verius est autem, fructus rei legatæ deberi tantum ex mora, *ut hic:* cum singulari jure fructus rei ad pias causas legatæ, a tempore mortis debeantur. *l.* 46. §. 4. *supr. de Episcop. & Cleric. Nov.* 131. *c.* 12. *vers. Si autem legatum.* Interea ex Harmenop. 5. *tit.* 10. §. 46. *discimus, Heredem, si post judicis sententiam quadrimestre tempus in solvendo legato fecerit,* commoda ad sententiam usque præstare legatario.

21 Περὶ ἀφανῶν προσώπων. 35. *Ecl.* 18. § 25. §. 27. *Inst. de legat.* Ulpian. 22. §. 4. & 24. §. 18. Paul. 3. *sentent.* 6. §. 13. Incertæ personæ sunt, quas ne quidem testator novit, veluti si dixerit, *Ei qui filiam meam duxerit*, vel, *qui primus Consul factus fuerit centum do lego. d.* §. 25. 26. 27. *Inst. de leg. ubi Theophilus.* Inter incertas etiam personas censentur posthumi alieni. Inter incertas etiam personas videntur paulo post referri collegia, & similia corpora, adde *l.* 4. *ff. de reb. dub.* 22 *d.* §. 25. *d.* §. 18. *d.* §. 13. 23 *Inst. de bon. poss. in pr.* §. 28. *Inst. de leg.* 24 *d.* §. 27. *l.* 20. *l.* 30. *ff. de test. tut.* 25 Illicito collegio legari non potest, ergo licito collegio legari potest. *l.* 1. *supr. de sacros. eccles. l.* 8. *supr. de her. inst.* vid. *l.* 38. §. 6. *ff. de leg.* 3. *l.* 20. *ff. de reb. dub.* 26 *d. l.* 20.

27 Quo tempore factum fuerit. vid. *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* §. 4. *Inst. h. t.* Verba senatusconsulti vid. *ibid.* §. 2. Trebelliano recentius est Pegasianum. §. 5. *Inst. eodem.* Trebelliano transferebantur actiones in fideicommissarium. Pegasiano deducendæ quartæ ex fideicommisso jus datum est. Autore Justiniano hodie Pegasianum in Trebellianum transfusum est. 28 Dixi ad *L.* 36. *ff.* 1. *L.* 2. *Inst.* 23. 29 Trebellianicam heres deducit ex hereditate, id est, ex fideicommisso universali hereditatis, *ut hic.* nisi institutus sit contemplatione fideicommissarii ipsius: tunc enim nullam quartam retinere notat Accurs. in *l.* 18. *in fin. ff. h. t.* & ibid. Bald. & Roman. Imola in *l.* 11. *ff. de leg.* 1. *l.* 3. §. *cum Pollid.* 3. *ff. de usuris.* 30 Deducta quarta ab herede, onera creditorum dividuntur inter heredem & fideicommissarium pro quadrante & dodrante, *ut hic:* non deducta, omnia transferuntur in fideicommissarium. 31 Fideicommissarius pro rata tenetur ad onera & legata, *ut hic. & l.* 1. §. *pen.* §. *ult. ff. h. t.* §. 5. §. 6. *Inst. h. t. l.* 1. §. 19. *l.* 15. §. 2. *ff. ut leg.* Paul. 4. *sent.* 3. §. 1. 32 Etiam de hereditate reipublicæ restituenda quarta detrahitur. facit *l.* 1. §. 5. *l.* 3. *in fin. ff. ad l. Falcid.* 33 Trebelliano & legi Falcidiæ ab intestato etiam locus est. *l.* 5. *infr. h. t. l.* 6. §. 1. *ff. h. t. l.* 4. §. *de Codicil. l. ult.* J. *quando dies leg. l.* 13. *ff. de inoff.* & merito, cum fideicommissum ab intestato relinqui possit. *l.* 5. *infr. h. t. l.* 22. *supr. de fideic.* vid. Wurmf. 1. *pract.* 39. *observ.* 17. 34 *l.* 22. §. 2. *ff. h. t.* 35 Alii legunt *institutio.* Cujac. 18. *obs.* 9. legit *retentio.* 36 Vid. Cujac. *in hanc l.* 18. *obs.* 12. 37 Id est, in fraudem fideicommissarii. vid. Cuj. *d. loco.* 38 Heres coactus adire hereditatem, Falcidiam amittit. *ut hic. & infr. h. t. in fin.* quod ex Pegasiano in Trebellianum translatum est. adde *l.* 14. §. 3.

pro

pro [1] herede gereret, rebus ſit humanis exempta: cum divo Antonino parenti noſtro deberi etiam a [2] ſubſtitutis fideicommiſſum contemplatione judicii teſtatoris, quaſi tacite ab his repetitum, jamdudum placuerit. Neque enim quartæ retentionem, quam illa, quæ repudiavit, hereditatem adire coacta [3], ut ſuſpectam retinere non potuit, timere debes. S. 6. Id. Jul. *Philippopol.* AA. CONSS.

De ſcriptura. De ſuccedentibus ab inteſtato.

5. Iidem AA. & CC. Veriſſimo.

ET [4] ſine ſcriptura per fideicommiſſum hereditas recte relinquitur. Igitur ſi uxor tua te, & privignum ſuum in diſcrimine mortis conſtituta deſignavit, velle ſucceſſionem obtinere uſque ad dodrantem; ejus voluntatem ratam ſervari convenit: cum [ab] inteſtato [5] ei ſuccedentes, de reſtituendo fideicommiſſo conventos, ultra quartam, ære alieno [6] deducto, quantum penes eos ſententia SC. relinqui præcepit, tantum [7] obtinere [8] poſſe præſtiterit. S. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, C. CONS.

De filiis, vel filiabus oneratis fideicommiſſo.

6. Imp. ZENO A. Dioſcorio P.P.

JUbemus, quotiens pater, vel mater, filio ſeu filia, filiis vel filiabus ex æquis, vel inæquis partibus heredibus inſtitutis, invicem ſeu ſimpliciter quoſdam ex his [9] aut quendam rogaverit, *Qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hereditatis ſuæ ſuperſtiti ſeu ſuperſtitibus reſtituere:* ut omnibus modis retenta [10] quarta pro auctoritate Trebelliani SC. non [11] per [12] imputationem redituum (licet [13] hoc teſtator rogaverit vel juſſerit) ſed de ipſis rebus hereditariis, dodrans [14] reſtituatur. † Idemque in retinenda legis Falcidiæ portione obtinere jubemus: & ſi pater vel mater filio ſeu filia inſtitutis (ſicut ſupra dictum eſt) heredibus, rogaverit *eos eaſve nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus ſuis ac deinceps reſtituere hereditatem.* §. 1. In ſupradictis autem caſibus fideicommiſſorum ſervandorum ſatisdationem [15] ceſſare jubemus, ſi non ſpecialiter eandem ſatisdationem teſtator exigi diſpoſuerit, & cum pater vel mater ſecundis [16] exiſtimant nuptiis non abſtinendum. In his enim duobus caſibus, id eſt, cum teſtator ſpecialiter ſatisdari voluerit, vel cum ſecundis ſe pater vel mater matrimoniis junxerit, neceſſe eſt, ut eadem ſatisdatio pro legum ordine præbeatur. §. 2. Sin autem is qui fideicommiſſaria reſtitutione gravatus eſt, uno [17] filio ſuperſtite, vel nepote ex filio ſeu filia nato, vel pronepote, vel poſthumo relicto deceſſerit: non [18] videtur extitiſſe conditio, & ideo deficit fideicommiſſi petitio. §. 3. Illud etiam admonemus ea quæ de Falcidiæ portione non [19] per reditus [20], ſed per ipſas res hereditarias retinenda, & de ſatisdatione fideicommiſſorum (ſicut ſupra dictum eſt) concedenda diximus; non [21] ulterius quam in his perſonis & caſibus, quorum ſuperius mentio facta eſt, oportere produci. PP. Kal. Septembr. *Conſtantinop.* PROBINO & EUSEBIO CONSS. 489.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. ſed & hoc præſenti. al. §. ſi quis ſub conditione. col. 9. tit. 6. al. 15. Novell. 123. cap. 37.

N*Iſi rogati, reſtituere datum dotis cauſa, vel propter nuptias donationis, vel relictum ſub conditione nuptiarum vel liberorum, monaſterium* [22], *vel alium locum venerabilem ingrediantur: ſive reſtitutio, aut ſubſtitutio fiat ſub prædictis conditionibus ſive in redemtionem captivorum, ſeu in egentium alimenta.*

In AUTHENT. de reſtit. §. nobis ergo recte. col. 8. tit. 9. al. 4. Novell. 108. cap. 1.

C*Ontra cum rogatus fuerit quis*, ut ſine liberis decedens, quod tunc ex hereditate ſupereſt, reſtituat, *vel aliis hujuſmodi fideicommiſſi verbis gravatus, quartam* [23] *inſtitutionis fideicommiſſario reſtituere cogitur. Super hoc igitur, & cautionem* [24], *niſi* [25] *a defuncto remiſſa ſit, exponet. Quod ſi contingat eam deminui, aut ex ipſius ſubſtantia ſuppleatur, aut ea deficiente, in rem actione & hypothecaria fideicommiſſario uti permittitur adverſus rerum acceptores. Ex* [26] *cauſa tamen dotis, ſeu propter nuptias donationis, ſeu captivorum redemptionis, vel ſi non habeat, unde faciat expenſas, hujus quartæ permittitur deminutio.*

De fideicommiſſo relicto pupillo vel furioſo. 1. *Quibus caſibus ipſo jure utiles actiones transferuntur in fideicommiſſarium.*

7. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SAncimus, licentiam eſſe etiam ſoli tutori [27] recte fieri fideicommiſſi nomine univerſitatis reſtitutionem, quod pupillo relictum eſt, & ſine onere fidejuſſionis: ubi tamen pupillus fari non poſſit, vel abeſſe noſcitur: ne dum nimia [28] ſubtilitate utimur circa res pupillares, ipſa ſubtilitas [29] ad perniciem eorum revertatur. † Idemque juris eſſe oportet, & ſi furioſo [30] fideicommiſſaria debeatur hereditas: ut reſtitutio curatori ejus ſoli nomine ſcilicet furioſi celebretur. Quis enim ſenſus [31], quæ vox certa furioſo eſſe intelligitur, cum [in] utroque caſu reſtituentes [32] pleniſſimam conſequantur ex noſtra lege ſecuritatem? Hoc eodem obſervando, & ſi ipſi pupilli vel furioſi reſtitutione gravati [33] ſunt. §. 1. Cum autem aliquis hereditatem reſtituere juſſus eſt, & dolo malo vel poſt litem conteſtatam vel antea ſeſe contumaciter celaverit, vel ſi ſuppoſitus fideicommiſſariæ reſtitutioni, antequam reſtitueret hereditatem ab hac luce ſubtractus eſt, nullo herede, vel ſucceſſore [ei] exiſtente vel; fideicommiſſarius cui reſtituta eſt ex Trebelliano SC. hereditas, alii per fideicommiſſum reſtituere juſſus fuerit res hereditarias: quemadmodum actionum translatio celebretur in tribus iſtis caſibus apud veteres *dubitabatur* [34]? & Domitius Ulpianus conſtituendum eſſe ſuper his putavit. Sancimus itaque, ut ſive per contumaciam [35] abfuerit is, cui reſtitutio impoſita eſt, ſive morte [36] præventus nullo relicto ſucceſſore fuerit, ſive a primo fideicommiſſario in ſecundum translatio celebrari juſſa eſt, ipſo [37] jure utiles actiones [38] transferantur. Dat. 10. Kal. Novembr. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

A quo ſolvendum ſit ſpeciale fideicommiſſum.

8. Idem A. Joanni P.P.

QUidam teſtamento condito, juſſit heredem *omnem* [39] *hereditatem, quam ei dereliquit, alii reſtituere:* ſpeciale etiam fideicommiſſum alteri adſcripſit: & *quærebatur*, ſpecialis fideicommiſſarius id, quod ei relictum eſt, a quo conſequi debeat: utrumne ab herede, ut poſt reſtitutionem ejus alias res univerſitatis fideicommiſſarius accipiat? an una cum aliis rebus oporteat, & hoc generali fideicommiſſario aggregari, ut ipſe ſpeciali fideicommiſſario hoc tradat, ſive in rebus, ſive in pecuniis fideicommiſſum [relictum ſit?] Sancimus [40] itaque totam quidem ſubſtantiam ſecundum Senatusconſulti Trebelliani auctoritatem reſtitui generali fideicommiſſario: illum autem ſpeciali fideicommiſſario id, quod ei derelictum eſt, dependere. Dat. 15. Kalend. Novembr. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPAD. & ORESTIS VV. CC. Anno ſecundo. 532.

TIT. L.

AD [41] LEGEM FALCIDIAM [42].

De repetitione.

1. Impp SEVERUS, & ANTONINUS AA. Priſco.

SCire debes, omiſſa Falcidia, quo pleniorem [43] fidem reſtituendæ portionis exhiberes, non videri plus debito ſolutum eſſe. PP. 3. Id. Maji, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

l.28. ff. h.t. 1 Pro herede geſtio ſequitur aditionem. *l.14. §.3. ff. h.t.* 2 *l.74. ff. de leg. 1. l.61. in fin. ff. de leg. 2.* 3 Dixi §. *h.t.* 4 *l.22. ſupr. de fideicomm.* 5 Dixi ad *l.3. §. h.t.* 6 Quarta intelligitur deducto ære alieno. 7 *Nihil obtinere*, Cujac. 18. *obſ.* 9. 8 Id eſt, retinere ut in *l.9. ſupr. de his quibus ut indign. l.1. §. de his quæ ſub modo.* 9 Fratribus ſcil. & ita teſtator prohibere non poteſt, quominus liberi primi gradus quartam Trebellianicam detrahant. Clar. 3. *ſent. §. Teſtament. quæſt.* 63. (niſi forte teſtator hereditatem reſtitui jubeat liberis & deſcendentibus filii gravati. Clar. *d. loco.*) ſive unam ſive duas quartas poſſint liberi primi gradus detrahere. Clar. *d. loco ex communi opinione*, Roland. a Val. 1. *conſ.* 12. *n.* 8. Quid? liberi ſecundi gradus poſſuntne prohiberi quominus quartam detrahant? poſſunt, ut ex hac conſtitutione colligunt interpretes. ergo & extranei multo magis, quibus nulla legitima debetur. Clar. *ex comm. opin. d. loco & q.* 62. etiam ſi pupillo alias ſubſtituti ſint. Clar. *d. loco quæſt.* 72. 10 Trebellianicam deductionem liberis ſuis auferre teſtator non poteſt, *ut hic.* An extraneis? poteſt. *Gloſſ. Nov. 1. de hered. & Falc. §. ult. Inſtit. ad SC. Trebell.* Cyn. *Auth. ſed cum teſtator. infr. ad l. Falc.* 11 Liberis beneficio ſingulari datum eſt, ut in eorum Falcidiam non imputentur fructus medio tempore, i.e. pendente conditione fideicommiſſi percepti: quod olim non fuit. & ita abrogatur *l.18. l.22. §.4. ff. h.t.* Superior regula habetne locum quoties non alicui teſtatoris deſcendenti, ſed alicui extraneo reſtituenda eſt hereditas? Rolan. 1. *conſ.* 30. *n.* 7. *& conſ.* 78. *n.* 11. *& ſeqq.* improbata Salyceti opinione negat. Movetur autem §. 3. *infr. hic* ubi traditur, legis hujus beneficium ad alias perſonas, alioſve caſus, quam qui hac lege comprehenſi ſunt, non extendi. Movetur etiam, quod plenior uſus fratri in fratrem permittatur quam in extraneum. 12 Fructus non imputantur filiis in Trebellianicam, *ut hic.* ergo multo minus in legitimam quæ jure naturæ debetur, ut quæ longe favorabilior ſit. Verum quæri poteſt, de quibus fructibus hanc ſententiam accipi oporteat. Et vero intelligi debet de fructibus inventis in hereditate teſtatoris, ſed tamen perceptis poſt mortem ipſius teſtatoris. Nam fructus percepti ante mortem teſtatoris conjuncti ſunt ejus patrimonio, ſuntque pars ipſius hereditatis, & in legitimam liberorum imputantur. Butrigar. *hic.* Angel. *in l. Centurio* 15. *ff. de vulg.* vid. Mantic. 7. *de conjecturis* 10. 13 Liberis interdum licet patris voluntatem negligere. *Goth.* Et hinc colligunt liberis primi gradus detractionem prohiberi non poſſe. Bart. Bald. *hic.* Et nota, quod hic tantum una detractio admittatur, puta legitimæ, vel Trebellianicæ, ut in *Novell. 30. de reſtit. cap. 1. & l.24. Cod. famil. erciſcund.* Secus jure Canonico quod duplicem detractionem admittit *cap. Raynut.* 16. *& cap. Rainald. extr. de teſtam.* Anſ. Quod & mores ſequuntur. de quibus v. Cenſur. Forenſ. noſtram *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 10. S. L. 14 Et ita novem unciæ. Ergo penes liberos reſtitutionis onere gravatos unica tantum quarta civili jure remanebit. ſed Rolan. a Valle 1. *conſ.* 30. *n.* 7. negat eam opinionem communi uſu receptam eſſe propter *c. Raynutius* 16. *extr. de teſtamentis.* Subtiliter & illud adjicit *d. loco. &* 1. *conſ.* 12. *n.* 8. hic dodrantem reſtitui ex eo quod ſupereſt poſt jam deductam legitimam: dodrantem aſſis hic intelligit relictum poſt detractionem legitimæ. Contrariam opinionem defendit Hotomanus 36. *Illuſt.* adde Cujac 8. *obſ.* 3. ubi de duarum quartarum deductione. 15 Filio meo mandavi ut hereditatem meam fratri ſuo reſtitueret: vel filium filiamve rogavi, ut hereditatem meam ſuis liberis reſtituerent? His duobus caſibus filius & filia de fideicommiſſo reſtituendo ſatisdare non coguntur, niſi nominatim eis ut ſatisdarent injunxi, vel niſi ſecundas nuptias contraxerint, *ut hic.* adde *Novell.* 108. *c.* 2. *l.54. in fin. ff. ad SC. Trebell.* & quæ ſcripſi ad *l.7. §. ut in poſſeſſ. legator.* & Joſeph. Ludovic. *deciſione* 63. *n.* 5. *& Gloſſ. in l. 1. infr. ut in poſſeſſ.* 16 Dixi ad *Nov. 22. c. 41.* 17 Non videtur ſine liberis mortuus, qui vel unum tantum reliquit. *l.101. §.1. ff. de condit. & demonſtr. l.6. ſupr. de inſtit. l.30. ſupr. de fideic. l.1. ſupr. de condit. inſert. l. ult. ff. de pollicitat. l.148. l.149. ff. de reg. jur.*

18 Vid. *d. §. 1.* 19 Heres de reſtituenda hereditate gravatus fructus, quos ante moram reſtituendi percepit, reſtituere non tenetur, *ut hic: & l. mulier 22. §. ſi heres 2. l.18. ff. h.t.* fallit ſi hereditas terræmotu, vel caſu fortuito diminuta ſit: tunc enim heres eam jacturam ſupplere ex fructibus hereditatis cogitur, pro rata nimirum hereditatis diminutæ. Roman. *in l. ſcribit. Celſus 33. ff. ad SC. Treb.* fallit quoque quoties teſtator heredem ſuum reſtituere juſſit, quodcunque ultra hereditatem acceperit: tunc enim heres reſtituere fructus illos tenetur. *l. ita tamen 27. §. heres ex aſſe 16. ff. ad SC. Treb.* fallit quoque ſi fructus illi teſtatoris cura heredi quæſiti fuerint. de quo vid. Socinum *reg.* 172. 20 Dixi de hac imputatione initio hujus legis. 21 Privilegium conceſſum filiis non extenditur ad nepotes. 22 Titius juſſus, *ſi ſine liberis mortuus fuerit, hereditatem Cajo reſtituere*, ſi monaſterium poſtea ingreſſus, id eſt, monachiſmum profeſſus fuerit, hereditatem ipſam non reſtituit: quod ei monaſterium, loco filii eſſe videatur. 23 Rogatus *ſuperfluum hereditatis* reſtituere, quartam deducit. 24 Cautio a defuncto remitti poteſt. 25 Cautio remitti poteſt ei, qui oneratus eſt reſtitutione fideicommiſſi. 26 Titius quod ex hereditate mea illi ſupererit, poſt mortem Cajo reſtituere juſſus ultra quartam deducere poteſt ex illa hereditate certis caſibus, *ut hic.* 27 Hereditas tutori, vel curatori, *l.37. in fin. l.38. l.39. ff. h.t.* & e contra, ab iiſdem reſtitui poteſt, *in fin. hujus prin. §. l.1. §.12. l.35. l.37. §.1. ff. eodem.* 28 *l. ult. §. de legibus.* 29 Subtilitas plerumque in perniciem utentis vertitur. 30 *Dict. §. 12. d. l. 35.* 31 Furioſus ſenſu, certaque voce caret. 32 Tutoribus & curatoribus reſtituere hereditatem pupillis relictam tutius eſt. 33 *d. §. 12. d. l. 35. d. §. 1.* 34 Hæc eſt 37. deciſio ex quinquaginta novis Juſtinian. vid. Inglois. *Anſ.* 35 Adverſus contumaces vel abſentes, vel mortuos heredes fideicommiſſarii poſtulant decretum. *l.67. ff. h.t.* Paul. 4. *ſentent* 4. §. 3. 36 *l.13. §.5. l.14. ff. de teſtam. milit.* 37 Sine ceſſione, adde *l.37. ff. h.t.* 38 *l.44. ff. h.t. l.1. ſupr. de obligat.* 39 Cujacius monet, Juſtinianum hic prohibitionem detrahendæ Falcidiæ vetante teſtatore parturire, quod biennio poſt hanc legem edidit, conſtitutione emiſſa ad eundem præfectum prætorio. 40 *Titius omnem meam hereditatem Cajo reſtituat: & poſt, Sempronio centum dari volo.* Quæritur a quo Sempronius centum recipere debeat? An a Titio herede: an a Cajo fideicommiſſario univerſali? Reſponſum eſt, a Cajo.

41 Dixi ad *L. 35. D. 2.* 42 Lex Falcidia lata eſt ab Auguſto, *Suida teſte*, Trebellianum ſub Nerone, *l.1. §.1. ff. ad SC. Treb.* Pegaſianum ſub Veſpaſiano. §. 5. *Inſtit. de fideicomm. hered.* Hujus primum caput vid. in *l.1. ff. h.t.* aliud in *l.81. ff. h.t.* aliud in *l.16. §. eodem.* aliud quod a Duareno adfertur. 1. *diſput.* 58. non admittendum, ut quod ſecundi capitis ambitu contineatur. 43 Indebitum non ſolvit, qui plenam fidem defuncto præſtare maluit. *l.19. infr. h.t.* Paul. 4. *ſent.* 3. §. *ult.* vel, Solvens ſcienter quod potuit per Falcidiam retinere, non dicitur plus debito ſolvere. *l.9. infr. h.t. l.5. §.15. ff. de donat. inter vir.* Falcidiam igitur non detrahens ſequi voluntatem teſtatoris videtur, *ut hic, & l. ult. infr. h.t.* Nam contra ſententiam teſtatoris Falcidia deducitur. *l. Titia 86. ff. h.t.* ſententiam, inquam, tacitam & generalem: alias non deducitur contra expreſſam ejus prohibitionem. *Auth. ſed cum teſtator. infr. h.t.* Expreſſam non tantum apertiſſimam prohibitionem intelligimus, ſed & ex verbis teſtamento adjectis collectam: veluti ſi prohibuerit alienationem rei legatæ, & eam voluerit manere apud ſucceſſorem ejus cui relicta eſt: his enim verbis intelligitur Falcidiam prohibuiſſe: quia legatarius videtur alienare, ſi permittit quartam detrahi. Gloſſ. Aretinus, Galiaulus in *l. centurio. 15. ff. de vulgari.* Idem dicendum, ſi teſtator voluit tota & plena & integra, vel ſine diminutione legata præſtari: vel integram ſolutionem legatorum fieri a ſuis executoribus: aut ſi noluerit heredem plus petere habereve, quam ei relictum ſit: vel ſi legatario rei legatæ propria auctoritate accipiendæ poteſtatem fecerit. An idem ſi pleno jure legata præſtari

Adver-

Adverſus quos, & pro qua portione locum habet Falcidia.

2. Idem A. Sactiano.

FAlcidiæ rationem adverſus omnes [1] pro modo legatorum, & fideicommiſſorum locum habere, certi & explorati juris eſt. PP. Kal. Jul. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De tacito fideicommiſſo.

3. Imp. ALEXANDER A. Hermagoræ.

ETiamſi tacitum [2] fideicommiſſum heredem adminiſtraſſe apparuerit, legata tamen, ſeu fideicommiſſa, quæ teſtamento relicta ſunt, præſtanda eſſe, ambigi non oportet: ad eum videlicet modum, quem lex Falcidia patitur: cum quartam, quæ aufertur [3] heredi, qui contra [4] legem fidem ſuam obtulit, legatariis proficere non placuit. PP. Id. Octobr. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De Principe.

4. Idem A. Philetiano.

ET in legatis Principi [5] datis legem Falcidiam locum habere merito Divo Hadriano placuit. PP. 5. Kal. Jan. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De mortis cauſa donationibus.

5. Idem A. Damaſatæ.

SI mortis [6] cauſa immodicas donationes in ſororem tuam matrem contuliſſe probare potes: legis Falcidiæ ratione ſecundum conſtitutionem Divi Severi avi mei uti [merito] potes. PP. 15. Kal. Novemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De ære alieno. 1. *Ex quibus legatis Falcidia deducitur.* 2. *Si quid ultra ſolidum heres præſtiterit, aut fecerit.*

6. Idem A. Secundinæ.

IN imponenda ratione legis Falcidiæ omne æs alienum deducitur, etiam [7] quod ipſi heredi mortis tempore debitum fuerit, quamvis aditione hereditatis confuſæ [8] ſint actiones. §. 1. Omnia autem legata, quamvis [9] in operibus publicis conficiendis ſtatuiſque ponendis data ſint, ad contributionem dodrantis pro rata ſuæ cujuſque quantitatis revocantur. §. 2. Nec [10] ſi quid ultra [11] ſolidum heres præſtiterit, aut perfecerit, legitimæ computationi præjudicatur. S. 5. Kal. Januar. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De teſtamento militis.

7. Idem A. [Primo, &] P. Pomponio.

IN teſtamento quidem militis [12] jus legis Falcidiæ ceſſat. Sed ſi ea, quæ ad [13] vos pertinent, defunctus tenuit, bonorum ejus videri minime poſſunt: & ideo recte rationem eorum, ut æris alieni, haberi deſiderabitis. PP. Kal. Maji, ALEXANDRO II. & MARCELLO CONSS. 227.

Quibus caſibus Falcidia ceſſat.

In AUTHENT. de heredib. & Falcidia. §. hinc nobis, & §. ſequ. col. 1. tit. 1. Novell. 1. cap. 2. & 3.

S*Ed* [14] *cum teſtator hoc expreſſim* [15] *vetuit, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonii, ceſſat Falcidia* [16]*: & ſi heres in hoc defuncto non* [17] *pareat, defertur hereditas perſonis enumeratis ſub titulo de legatis, & fideicommiſſis.* † *Item ſi heres quædam legata, ſubſtantiæ ſuæ menſuram ſubtiliter agnoſcens, præſtat in ſolidum: neque* [18] *ex his repetitio, nec ex aliis permittitur retentio, niſi inopinatum quid emergat.* † *His ceſſantibus locus eſt Falcidiæ, ſi fiat inventarium* [19] *ſecundum modum, tempuſque ſtatutum in aditione: Hac quoque adhibita obſervatione, ut in præſentia omnium ipſius* [20] *civitatis, in qua fiat, legatariorum, aut pro eis agentium, ſi perſonæ ratio ſit habenda, perficiatur: vel ſi quis abſit ex ipſis, aut intereſſe noluerit, ſuccedat præſentia trium teſtium, itidem ipſius civitatis locupletum, & bonæ opinionis, absque præjudicio tamen veritatis inquirendæ per ſervorum quæſtionem, & heredis, teſtiumque jusjurandum. Quo non* [21] *obſervato, ſolida legata præſtet, etſi fines hereditarios excedant. Nulla autem quæſtionum talium, vel litium excedat annum. Anno enim culpa heredis transacto cadet a relictis.*

In AUTHENT. ut ſponſal. larg. §. ſi quando. col. 9. tit. 2. Nov. 119. c. 11.

S*Ed & in ea re ceſſat Falcidia, quæ ita relicta eſt*, ne [22] alienetur, ſed permaneat apud ſucceſſores ejus, cui relicta eſt.

In AUTHENT. de eccl. tit. §. ſi autem heres. col. 9. tit. 14. al. 6. Novell. 131. cap. 12.

S*imiliter Falcidia ceſſat* [23] *in his, quæ ad pias* [24] *cauſas relicta ſunt.*

Si heres fideicommiſſarium heredem inſtituat.

8. Idem A. Aurelio.

IRritum quidem propterea [25] teſtamentum fratris tui eſſe non poteſt, quod ex cauſa fideicommiſſi obligatus fuit, *ut, ſi ſine liberis prior decederet, paternam tibi hereditatem redderet:* Sed licet te heredem ſcripſerit, in imponenda tamen legatorum ratione, quibus te oneratum eſſe ſuggeris, fideicommiſſum debitum æris [26] alieni loco [27] deduci oportet: inſuperque in reſiduo legis Falcidiæ beneficium vindicabis. PP. Id. Septemb. MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De condictione indebiti.

9. Imp. GORDIANUS A. Meſtriano.

ERror facti [28], quartæ ex cauſa fideicommiſſi non retentæ repetitionem non impedit. Is autem qui ſciens [29] ſe poſſe retinere, [univerſum reſtituit,] condictionem non habet: Quin etiamſi jus [30] ignoraverit, ceſſat repetitio. PP. 15. Kal. Novemb. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

An retentio Falcidiæ tranſmittatur ad heredem.

10. Idem A. Diogenio.

QUanquam pater tuus fratrem tuum rogaverit, *ut ſi ſine liberis diem ſuum fungeretur, portionem hereditatis tibi reſtitueret;* tamen inteſtato eo diem ſuum functo, id quod beneficio legis Falcidiæ [31] habere potuit, ad [32] ſucceſſorem inteſtati pertinere: ideoque non immerito ſororem tuam, quæ ſimul tecum ab inteſtato ei ſucceſſit, emolumenti, quod retinere potuit, portionem ſibi vindicare, manifeſtum eſt. PP. 5. Id. Novemb. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

Si teſtator filium certis rebus pro Falcidia juſſit eſſe contentum.

11. Idem A. Maximæ.

SI (ut allegas) pater tuus eam portionem, ex qua te fecit heredem, fratribus tuis reſtituere juſſit, certiſque ſpeciebus pro Falcidia præcepit [33] eſſe contentam: auxilium legis Falcidiæ, quod imploras, apud ſuum Judicem non [34] prohiberis flagitare. PP. 7. Kalend. Novemb. ARRIANO & PAPPO CONSS. 244.

De donationibus inter virum & uxorem.

12. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Juſtino.

IN donationibus inter [35] virum, & uxorem factis [legem] Falcidiam habere locum, quando fideicommiſſi partibus funguntur, nonnullis juris placitis comprehenſum eſt. PP. 16. Kal. Jul. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De fideicommiſſaria libertate.

13. Iidem AA. & CC. Zetho.

SI ea, cujus filium tuum ſervum ſignificas, ex judicio defuncti, quem dicis fideicommiſſariam libertatem ei reliquiſſe, aliquid conſecuta [36] eſt: ad reſtituendam fideicommiſſariam libertatem non immerito obnoxia conſtituta debet urgeri. Nam fideicommiſſum ei relictum usque ad eum modum poteſt petere, quem deducto pretio ſervorum, quos fuerat rogata manumittere, relictorum ſubſtantia patitur. S. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 293.

juſſerit? vid. Tiraq. ad *leges connub. Gloſſ. 5. n. 93. & 168.* Quid? ſuperioribus caſibus heres num ab aliis legatis Falcidiam ſuam deducet, & quidem integram? deducet: ut ſuperiores clauſulæ in aliorum legatariorum non heredis ipſius præjudicium additæ cenſeantur. vid. Mantic. 9. *de conject. ult. volunt.* 1 Falcidia minuuntur omnia legata pro rata. *l. 32. §. 3. l. 89. D. h. t. §. ult. Inſtit. eod. §. 5. Inſt. de fideic. hered.* excipe quosdam caſus de quibus dixi ad *Nov. 119. c. ult.* 2 Heres qui fidem ſuam tacite, id eſt, clam dat teſtatori de reſtituendo ſibi relicto perſonæ jure incapaci, privatur omni commodo hereditario, fiſco applicando. *l. 59. D. h. t.* Fiſcus eo caſu tenetur ad legata, Falcidiamque detrahit ad inſtar heredis. *Salyc.* 3 Heres ex tacito fideicommiſſo nihil retinet; ſolidum enim fiſco vindicatur. vide ad hunc locum quædam apud Cujac. 7. *obſerv. 31. in fin. ubi & Goveanum perſtringit.* 4 In tacito fideicommiſſo heres contra legem fidem ſuam offert. 5 Princeps lege Falcidia ſolutus non eſt, *ut hic:* nec lege Glicia. *l. 8. §. 2. D. de inoffic.* nec lege Voconia. qua de cauſa veniam legis Voconiæ in ſenatu Auguſtus petit apud Dionem. Solutus eſt tamen ſolennibus manumiſſionum. *l. 14. in fin. ff. de manumiſſ.* &, teſte Servio, lege quæ vetat in urbe mortuum ſepeliri. Caducariis vero ſolutus eſt; ſunt enim odioſæ. *l. 56. D. de leg. 2.* adde Cujac. 15. *obſ.* 30. 6 De donatione mortis cauſa detrahitur Falcidia. *l. 18. in fin. Ͻ. h. t. l. 2. in fin. Ͻ. de mort. cauſ. l. 77. §. 2. D. de leg. 2.* ut hinc colligas, mortis cauſa donationem legatis comparari. 7 Ante Falcidiam æs alienum deducitur, vel id etiam quod ſtricto jure aditionis confuſum videri poteſt. *l. 8. in fin. l. 14. Ͻ. h. t. l. 12. l. 39. l. 87. §. 2. D. h. t. §. 4. Inſt. eod. l. 51. D. ad SC. Treb. l. 39. §. 1. D. de verb. ſign.* 8 *l. 3. Ͻ. de fideic.* 9 De legatis ad opera publica & ſtatuas publicas relictis detrahitur Falcidia. 10 *l. 15. §. 2. l. 16. l. 61. D. h. t.* id hodie abrogatum. *Nov. 1. cap. 3.* 11 *Ultro*, Cujac. *ad Novell. 1. cap. 3.* 12 Adde *l. 2. ſupr. de teſtam. milit. l. 1. §. 12. D. ſi cui plus, quam per l. Falcid.* 13 Etſi ceſſat Falcidia in teſtamento militis, poteſt tamen heres deducere bona ſua per defunctum poſſeſſa. 14 Falcidia olim non poterat prohiberi. *l. 15. §. 1. D. h. t.* hodie prohiberi poteſt. *ut hic:* dixi ad *l. 1. Ͻ. h. t.* Quid, liberi primi gradus poſſuntne prohiberi Falcidiam deducere? non poſſunt. 15 Heres Falcidiam non detrahit, cum teſtator prohibuit. 16 Quid? Trebellianicam poteſtne teſtator prohibere? poteſt, niſi ſit primi gradus filius. *Bald.* adde *l. jubemus 6. Ͻ. ad SC. Treb.* Soc. *reg.* 432. Manticam 7. *de conjectur.* 11. 17 Pœna heredis non obſequentis teſtatori. 18 Et ita abrogatur *l. 6. §. ult. Ͻ. h. t.* 19 Heres inventarium etiam conficiens Falcidiam detrahit. 20 Solennitates inventarii conficiendi quæ ſint obſerva. 21 Pœna heredis inventarium non conficientis. 22 De re prohibita alienari non detrahitur Falcidia. 23 Hodie Falcidia ceſſat in his quæ ad pios uſus ſunt relicta, *ut hic.* olim detrahenda fuit. *l. 1. §. 5. D. h. t.* cui tamen repugnat Paul. 4. *ſent. 3. §. 3.* repugnat quoque *Nov. 131. c. 12.* repugnat etiam quod & apud Paulum *d. loco* Cujacius notat, Dei cultum poſtulare, ut nec in deorum donis valeat lex Falcidia, cum conſtitutio juris civilis, quæ inter conjuges donationem prohibet, in deorum donis non valeat. *l. 5. §. 12. D. de donat. inter vir.* Quæ ſententia Fornerio 2. *ſelect. 25.* diſplicet: Negat enim legatum Deo tolli, cum ad modum legitimum revocatum aliquot unciis delibatur. In *d. §. 12.* mutuo amore conjuges non ſpoliari, quoties id quod donatur mox in Dei cultum confertur, nec donatarii rem auget. Ad rem non pertinere, quod legato libertatis quadrans heredis minuatur. *l. 8. §. 9. ff. de inoffic.* aut quod libertatis immenſa æſtimatio ſit, nec ſimilem eſſe relegatæ dotis cauſam. *l. 81. §. 1. & 2. ff. ad l. Falc.* cum ſuum mulieri reddatur. *Novell. 131. c. 12.* Non ſimpliciter denegari Falcidiam in piis legatis: ſed ita demum ſi in his præſtandis dolum heres adhibuerit. Huc pertinere illud Auguſtini *in ſerm. 2. q. 4. c. de vita cleric. c. ult. Quicunque vult*, inquit, *exheredato filio heredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum.* Quando hic cœpta eſt de legatis ad pias cauſas diſputatio, de piis cauſis aliquid paucis ex communi opinione interpretum ſubnotandum eſt, unumquemque teſtari pias ad cauſas poſſe, non tamen pupillum, prodigum, furioſum: Filiumfamilias vero poſſe patris conſenſu reſpectu ſolius piæ cauſæ, non aliarum. vide Clar. 3. *ſentent. §. teſtam. quæſt. 5.* In teſtamento ad pias cauſas, duos teſtes ſufficere: non requiri teſtes ut in eo ſint rogati: mulierem in eo teſtem eſſe poſſe: in eo valere diſpoſitionem teſtatoris captatoriam: valere nutu conditum hujuſmodi teſtamentum: liberis in eo relinqui poſſe citra inſtitutionis titulum: eodem ſuſtineri legata ad non pias cauſas laicis relicta. Clar. 3. *ſent. §. teſtam. quæſt.* 6. An teſtamentum imperfectum ſuſtineatur propter pias cauſas, vide Clar. *ibid. quæſt. 7.* adde *l. 21. §. 1. ſupr. de teſt.* De privilegiis piarum cauſarum adde Oldendorpium *c. 14. de jur. ſingulari.* Goth. Hanc authenticam perperam tranſcriptam prob. Cenſur. Forenſ. *lib. 3. cap. 9. num. 4.* S. L. 24 Pia cauſa quæ dicatur, maxime controverſum eſt. vid. *l. 15. ibi, pie relinqui debet. ff. de inofficioſo.* Cremenſem *ſingulari* 9. Tiraq. *initio tract. piæ cauſæ:* Graſſum *§. Teſtament. quæſt. 17. & 18.* 25 Etiamſi quis gravatus ſit de reſtituendo, teſtari tamen poteſt. 26 *l. 6. ſupr. h. t. l. 1. §. 12. ff. ſi cui plus, quam per leg.* 27 Fideicommiſſum deducitur, tanquam æs alienum. 28 Heres per errorem facti ſolvens, non amittit condictionem Falcidiæ. *l. 7. l. 10. ſupr. de juris & facti ignor.* 29 Qui ſciens ſolvit, non decipitur: ideoque non juvatur. *l. 1. Ͻ. h. t. l. 19. Ͻ. h. t. l. 12. ſupr. de fideicomm. l. 20. ff. de donationibus.* 30 Solvens indebitum per errorem juris, non condicit. *l. 10. Ͻ. de jur. & facti ignor. l. 9. in pr. & §. ult. ff. de jur. & facti.* 31 Hinc colligunt, Liberos gravatos reſtitutione fideicommiſſi, unicam tantum quartam detrahere. qua de quæſtione dixi *l. 6. ſupr. tit. prox.* 32 Falcidiæ beneficium detrahendæ tranſmittitur ad heredem, *ut hic. & l. 41. §. 3. ff. de vulg.* ut & Trebell. *l. 1. Ͻ. quorum legat. Graſſ. §. Trebell. quæſt. 2.* 33 Teſtator olim non potuit Trebellianicam prohibere, *ut hic: & l. 18. Ͻ. h. t.* hodie poteſt. *Nov. 1. c. 2. in fin.* 34 Hodie prohibetur. *d. c. 2.* 35 In donationibus morte confirmatis locum habet Falcidia, *ut hic:* adde *l. 15. §. 5. ff. h. t. & l. 32. §. 1. ff. de donat. inter virum.* 36 Agnoſcens ſibi legatum ſub ea conditione, ut ſervum manumittat, proprium ſervum manumittere cogitur: & tamen in legato Falcidiam patitur, licet minus juſto ſervi pretio conſequatur. adde *l. 13. ff. de minoribus. l. 24. §. 13. ff. de fideicomm. lib.*

Si creditor debitori successerit ex parte.

14. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

LIcet adieris patris hereditatem, & confusione [1] pro parte, qua eidem successeris, extinguatur actio, quam tibi [adseris] competere, eo quod ex administratione tutelæ [2] multa eum debuisse [3] contendis, pro residuis tamen partibus coheredes convenire non prohiberis: & fundum a [4] te relictum eatenus, quoad deducta quarta residui substantia patitur, præstare necesse habes. Dat. 6. Kal. Octob. *Viminacii*, AA. CONSS. 293.

De instrumentis prædiorum.

Nec de dote prædiorum, nec de instrumentis Falcidia detrahitur. Bald.

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI prædiorum [5] dotis apud te jure remanentis instrumenta verbis precariis, vel testamento, vel codicillis uxor tibi dari mandavit, ejus judicium successores implere compellentur: cum instrumentis [6] prædiorum domino relictis Falcidiæ nulla possit intervenire quæstio. Supposita 16. Kalend. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si testator non sit solvendo.

16. Iidem AA. & CC. Diomedi.

SUccessores legata, vel fideicommissa, si æs alienum hereditarium defuncti substantiæ [7] fines occupaverit, legis Falcidiæ jussio peti, item Trebelliani Senatusconsulti præceptum exigi non concedit. S. 16. Kal. Februar. *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De detractione Falcidiæ.

17. Iidem AA. & CC. Cajo.

A Coheredibus [8] relicta legata, quatenus modus legis Falcidiæ præstitutus patitur, posse peti, certissimi juris est. Suppos. 5. Kal. Novemb. *Anchiali*, CC. CONSS.

De eo, quod heres jussus est dare, antequam adeat.

18. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI quis quadringentorum forte solidorum habens substantiam, jusserit, *heredem non [9] aliter adire hereditatem, nisi prius trecentos octoginta solidos cuidam persolvat*, vel *aliam quantitatem*, quæ deminuere Falcidiæ rationem potest: sancimus, heredem, si adierit, legis Falcidiæ beneficio sustentatum, replere [10] quidem, quod ad Falcidiam deest: & prius eo dato vel retento, sive una datio est, quæ celebrari disposita fuerit, sive in multas dividitur personas, præfatæ legis immutilatum habere beneficium. Si [11] enim cum mortis [12] causa donatio procedat, & hæc modum legis Falcidiæ excedat, heres post aditionem repetit eam pecuniam, quæ ultra modum legis Falcidiæ corporaliter [13] quidem data est, lege autem in patrimonio testatoris permansit: quare non in præsenti casu & viventibus & morientibus providemus, & eorum ultima elogia conservantes, & commodum hereditarium non minuentes? Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Si heres legata solverit, vel solvere promiserit.

19. Idem A. Joanni P. P.

CUm certum sit, heredem, qui plenam [14] fidem testatori exhibet, in solidum legata dependentem, non posse postea rationem legis Falcidiæ prætendentem repetitione uti, quia videtur voluntatem testatoris sequi: jubemus hoc simili modo firmum haberi, & si cautionem [15] super [16] integra legatorum solutione fecerit: quod veteribus legibus [17] in ambiguitatem deductum est. In utroque etenim casu; id est, sive solverit, sive super hoc cautionem fecerit, æquitatis ratio similia suadere videtur. Dat. 15. Kal. Nov. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

TIT. LI.
DE CADUCIS [18] TOLLENDIS.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Senatui urbis Constantinopolitanæ.

ET nomen [19] & materiam *caducorum* ex [20] bellis ortam & auctam civilibus, quæ in se Populus Romanus movebat, necessarium duximus, *Patres* [21] *conscripti*, in pacificis nostri imperii temporibus ab Orbe Romano recludere: ut quod belli [22] calamitas introduxit, hoc [23] pacis lenitas sopiret. Et quemadmodum in multis capitulis lex Papia [24] ab anterioribus [25] Principibus emendata fuit, & per desuetudinem abolita: ita & a nobis circa caducorum observationem invidiosum suum amittat vigorem, qui & ipsis prudentissimis viris displicuit, multas invenientibus vias, per quas caducum non fieret [26].

† Sed & ipsis testamentorum conditoribus [27] sic gravissima caducorum observatio visa est, ut & substitutiones [28] introducerent ne fiant caduca: & si facta sint, ad certas personas recurrere disponerent: vias recludentes, quas lex Papia posuit in caducis: quod nos fieri concedimus. Et cum lex Papia, jus antiquum, quod ante eam in omnibus simpliciter versabatur, suis machinationibus & angustiis circumcludens, solis parentibus & liberis testatoris usque [29] ad tertium [30] gradum, si scripti fuerant heredes, suum imponere jugum erubuit, *jus antiquum* [31] intactum eis conservans: nos omnibus [32] nostris subjectis sine differentia personarum [hoc] concedimus. §. 1. Cum igitur materiam & exordium caducorum lex Papia ab aditionibus quæ circa defunctorum hereditates procedebant, sumpsit, & ideo non a morte testatoris, sed ab apertura [33] tabularum dies cedere legatorum Senatusconsulta quæ circa legem Papiam introducta sunt, censuerunt; ut quod in medio deficiat, hoc caducum fiat: primum hoc corrigentes, & antiquum statum renovantes, sancimus, omnes habere licentiam a [34] morte testatoris adire hereditatem: similique modo legatorum, vel fideicommissorum pure vel in diem [certam [35]] relictorum diem a morte testatoris cedere. §. 2. Et cum triplici [36] modo ea quæ in ultimis elogiis relinquuntur, contingebat deficere; consentaneum est, & tempora eorum, & nomina manifeste exponere: ut quod vel tollitur, vel reformatur, non sit incognitum. † Ea etenim, vel [37] his [38] relinquebantur, qui in rerum natura tunc [39] temporis, cum condebantur ultima elogia non fuerant (forte hoc ignorantibus testatoribus:) & ea *pro non scriptis* esse leges existimabant: Vel [40] vivo [41] testatore is, qui aliquid ex testamento habuit, post testamentum ab hac luce subtrahebatur: Vel ipsum relictum expirabat, (forte quadam conditione, sub qua relictum fuerat, deficiente:) quod veteres appellabant *In causa caduci:* Vel [42] mortuo [43] jam testatore hoc, quod relictum erat, deficiebat, quod aperta voce *Caducum* nuncupabatur.

§. 3. In primo [44] itaque ordine, ubi *Pro non scriptis* efficiebantur ea quæ personis jam ante testamentum mortuis testator donasset, statutum fuerat, ut ea omnia bona manerent apud eos [45], a quibus fuerant derelicta: nisi vacuatis [46] vel substitutus suppositus, vel conjunctus fuerat aggregatus: tunc enim non deficiebant, sed ad illos perveniebant, nullo gravamine [47] (nisi perraro [48]) in hoc *Pro non scripto* superveniente: quod & nostra majestas quasi antiquæ benevolentiæ consentaneum, naturali ratione subnixum, intactum atque illibatum præcepit custodiri in omne ævum valiturum. §. 4. Pro secundo [49] vero ordine, in quo ea vertuntur, quæ *In causa caduci* fieri contingebant, vetus jus corrigentes, sancimus, ea, quæ ita evenerint, simili quidem modo manere apud [50] eos, a quibus sunt derelicta, heredes forte, vel le-

1 Vid. *l.6.* ꝟ. *h. t. l.6. supr. de hered. vel act.* 2 Pater emancipati filii pupilli tutor legitimus. 3 Pro rata qua creditor debitori succedit, confunditur actio.
4 Creditor heres sibi debitum deducit: si ab eodem postea quid relictum sit, ex eo quartam deducit & ita legatum speciei per æs alienum minuitur. *Bald.* 5 Prædiorum dotes quid *l.34.* §.1. *ff. de leg.2. l.2. in fin. ff. de instructo. l.52.* §.2. *ff. de fidejussoribus.* 6 De instrumentis prædiorum, seu de instrumentis prædiorum dotis, non detrahitur Falcidia. 7 Æs alienum si totam defuncti hereditatem absumit, frustra de legatis, frustra de Falcidia, & Trebellianica quæritur. vide *l.12. supr. de testam. milit. l.15.* ꝟ. *de legat.* §. *ultim. Institut. de l. Falcid.*
8 A coherede, id est, de prælegatis, detrahitur Falcidia. *l.35.* §.1. *ff. de hered. inst.* hoc est, Falcidiam coheres gravatus supra portionis suæ dodrantem, de prælegatis deducit, *ut hic, & l. Nesennius.22. ff. h.t.* 9 Testator Falcidiam, nec directo, nec per indirectum prohibere potest: hodie posse videtur. *Nov.1. cap.2.* 10 *Repleri.* Hal. hinc colligit Cujac. 15. *observ.2.* Falcidiam, quæ deducebatur olim per exceptionem, hodie ipso jure: minora efficere legata. 11 Argumentum a donatione mortis causa ad testamentum observa. 12 De mortis causa donatione Falcidia detrahitur. *l.5. supr. h.t.*
13 *l.1.* §.5. *ff. quod legatorum.* id est naturaliter. hoc innuit. Cum hodie retentionis modus nullus sit, vindicari Falcidiam, & revocari a donatario. *l.77.* §.2. §.6. *in fin. ff. de leg.2.* vid. Cujac. 18. *obs.12.* 14 Vid. *l.1.* ꝟ. *h.t.* ubi dixi. 15 Ὁμολογίαν confessionem. vide quæ notavi ad *l.25. ff. de probationibus:* adde *Novell.1.* 16 Ut qui sciens solvit solida legata, Falcidiam non deducit. *dicta l.1.* ita & qui solida promittit, *ut hic & l.16. h.t.* Id est, valet conventio ne heres Falcidia utatur: alias, si non solida promiserit, intelligitur promisisse deducta Falcidia: & ad legis præscripta suam voluntatem accommodasse: de qua præsumptione vide Alciatum 3. *præsumption.32.* & tamen patronus, qui legem Papiam se omissurum fidejussori cavit, non tenetur. *l.20. ff. de donation.* quo exemplo defendi posse Cujacius putat *Novell.18.* liberos qui legem Gliciam se omissuros caverunt, non teneri.
17 Intelligi potest *d.l.20.* quæ est Marcelli, cui forte nullum discrimen fuit inter legem Papiam & Falcidiam, ut dixi *supr. h.t.*

18 *Ulp.17.* Caducum legatum dicitur, quod a legatario cadit in fiscum, & sic, quod legatarius capere non potest. Ulp. *d.l.* 19 Dixi de etymo caduci *supr. h. t.*
20 Lex Papia Poppea de caducis hereditatibus & legatis lata fuit sub Augusto augendi ærarii gratia, quod bella civilia suscepta inter Pompeium & Cæsarem, & inter Pompeium, Lepidum & Brutum exhauserunt. Tacit. 3. *Annal. l.2. supr. de veteri jure enucleando.* ejusdem ærarii inopis augendi causa vicesima hereditatum excogitata. Plin. *in Panegyrico.* Alia præterea causa fuit Papiæ caducariæ: incitandi scil. cœlibes pœnis. Tacit. *d. loco.* ut pœnas caducitatis veriti animum ad nuptias contrahendas adjicerent, augerentque civibus imperium, quorum numerus incredibilis civilibus belliis amissus fuerat: adeo ut Papius & Poppeus ipsimet orbi consules creati sint non inventis patribus aut maritis, qui eis præponerentur. *Dion.* 56. dicam ad *tit. de infirmandis pœnis cœlibatus* J. 21 Hac oratione Justinianus legis Papiæ caducariæ autoritatem admodum rescindit. 22 De bello & de belli calamitatibus vid. Pet. Gregorium 31. *Syntagm.12.* 23 Cessante ratione legis, cessat legis dispositio. vide Everard. *in Topicis in loco 80. a cessatione rationis.* L. Valerius apud Livium 34. *Quas tempora aliqua desiderant leges mortales, & temporibus ipsis mutatas video: quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat: quæ in bello, pax.* 24 De qua superius dixi.
25 Ne dicas cum Accursio, *l.27. l.28.* ꝟ. *de nuptiis.* sunt enim utræque leges Justiniani, non anteriorum principum: sed ita: Legis Papiæ caput quo præscripta ætas erat habendis liberis. *Ulpian.26.* Severus emendavit, ut scribit Tertullianus *in Apologetico.* Sic Constantinus *l.1.* J. *de infirman. pœnis cœlibatus.* sustulit pœnam cœlibatus & orbitatis, lege Papia introductam.

26 Solent enim jurisconsulti in dubiis contra fiscum, respondere, *l.10. D. de jure fisci.* hinc etiam constat Jurisconsultos versatos in caducorum causis fuisse: quod & alibi quoque satis ostenditur. *l.6. in fin. D. de jure codicill. l.2. D. de auro. l. ult. in fin. D. de his, quæ ut indign. l.59. D. de condit. & demonstr. l.135. D. de verb. sign.* 27 Conditores testamentorum qui hic dicuntur? Testatores ipsi: quinimo & Jurisconsulti, quorum consilio testatores utebantur. *l.88. in fin. D. de leg.2.* adde *l.22. supr. de testam.* 28 Maxime reciprocas. *l. miles.75.* §. *ult. D. de leg.2. l.5. D. de vulgari. l. unic.* J. *tit. prox.* 29 Ulp. *tit.18.* 30 Hoc ad omnes heredes extenditur. 31 Quod scilicet præcessit legem Papiam caducariam. vide Ulpian. 1. §. 15. & *tit.17.* §. 2. 25. 29. *l.5. ff. de vulgari. l.29. in fin. ff. de legat.2.*
32 Quæ legata, aut portiones hereditatis Papia lex noluit in fiscum recidere, sed apud liberos vel parentes instituti ad tertium usque gradum remanere, ad omnes heredes extenduntur, *hic.* 33 Hoc emendatur J. *hic.* 34 Hodie quilibet heres statim a tempore mortis testatoris adire hereditatem potest. dies legatorum ab eo tempore cedit, nec expectatur apertura tabularum & aditio hereditatis, nec desideratur scientia legatarii. *l. ult.* J. *quando dies legat.* 35 Non male hoc adjectum est, velut nonnulli arbitrantur. Eorum enim quæ sub conditione, vel in diem incertum relicta sunt, dies cedit, cum conditio extitit; dies incertus ideo conditionem facit, quod possit non cedere. 36 Triplici modo olim legata deferebantur, vel initio testamenti faciendi scil. vel post testamentum vivo testatore, vel post mortem testatoris. 37 Tribus temporibus distinguuntur inter se, quæ pro non scriptis, quæ in causa caduci, & caduca. Pro non scriptis sunt, quæ ipso testamenti tempore: In causa caduci, quæ post testamentum: Caduca, quæ post mortem testatoris deficiebant.
38 Pro non scripto dicitur quod relinquitur ei, qui in rerum natura non est, tempore testamenti. 39 Primum tempus, de quo vide §.3. J. *hic.* 40 In causa caduci dicebatur, quod relinquebatur ei, qui post testamentum factum moriebatur, aut quod deficiebat, conditione testamento adjecta deficiente. 41 Secundum tempus, de quo vid. §.4. J. *hic.*
42 Caduca dicebantur, quæ mortuo testatore deficiebant. 43 Tertium tempus. vide §.5. J. *hic.* adde *l.3.* J. *de cond. insert.* 44 Ut olim. §.2. *supr. hic.* ita & hodie quæ deficiunt initio testamenti pro non scriptis habentur, neque recidunt in fiscum, nec ad ea pertinent leges caducariæ. & eleganter Plin. 2. *epist.* In codicillis quæ pro non scriptis habentur, delatori locum non esse, sed pertinere ad substitutum, vel ad conjunctum, id est coheredem, vel collegatarium, vel si nullus sit substitutus, aut conjunctus, apud heredem scriptum vel legitimum. *l.55. in fin. ff. de legat.2.* vel a legatario retinentur a quo relicta sunt. *l.88.* §.13. *ff. de leg.2.* & quidem sine onere, quia cum principale pro non scripto habeatur, consequens est & onus ei injunctum pro non scripto haberi: excipe tamen duos casus, quibus legata apud eos resident cum onere. Unus est ex SC. Liboniano. *l.5. in fin. ff. de his, quæ pro non script.* alter exceptus est favore libertatis. *l.26.* §. 6. *ff. de fideic. libert.* De tertio vid. *l.122.* §.1. *ff. de leg.1.* quia non dicitur, Seii portionem esse pro non scripta: sed Seium qui repudiavit pro non scripto habendum. 45 *Sub.* heredes. 46 Id est, personis quarum portio deficit. 47 Id est, onere. Onus est præstare legata, fideicommissa, libertatem. Onus est etiam modi, conditionis, dandi, faciendi. 48 Id est, duobus casibus, de quibus ꝟ. dixi. 49 Olim quæ deficiebant post testamentum vivo testatore, in causa erant caduci. §.2. *supr. hic.* Deficiebant autem, vel morte naturali heredis, vel legatarii, vel conditionis defectu. Ea hodie in causa caduci non sunt, sed pertinent ad substitutum, vel conjuncto adcrescunt, vel remanent apud heredem vel legatarium, vel alium a quo relicta sunt. 50 Quæ in causa caduci, seu quæ deficiunt facto testamento ante mortem testatoris, ea apud eos manent, seu iis adcrescunt a quibus sunt relicta, sive heredes sint, sive legatarii. Quod si ei cujus pars ita deficit, substitutus aut conjunctus datus sit: Pars deficiens illis adcrescit, non heredi, vel legatario, a quibus nimirum res legata est.

gata-

gatarios, vel alios, qui fideicommisso gravari possunt: nisi & in hunc casum, vel substitutus [1], vel conjunctus [2] eos antecedat. Sed omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam gravamen [3], quod ab initio fuerat complexum, omnimodo sentire: sive in dando sit constitutum, sive in quibusdam faciendis, vel in modo, vel conditionis implendæ gratia, vel alia quacunque via excogitatum. Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. §. 5. In novissimo [4] autem articulo, ubi proprie *Caduca* fiebant, secundum quod prædiximus, etiam clausis [5] tabulis tam existere heredes, quam posse adire, sive ex parte [6] sint, sive ex asse instituti, censemus, & dies [7] legatorum & fideicommissorum (secundum quod prædiximus [8]) a morte defuncti cedere. Hereditatem etenim, nisi [9] fuerit adita, transmitti [10] nec veteres concedebant, nec nos patimur: exceptis [11] videlicet liberorum personis, de quibus Theodosiana lex [12] super hujusmodi casibus introducta loquitur: his nihilominus, quæ super his, qui deliberantes ab hac luce migrant, a nobis constituta sunt, in suo robore mansuris. §. 6. Libertatibus [13] proculdubio [&] post præsentem sanctionem propter sui naturam, quæ aditionem heredis expectant, ab [14] adita hereditate una cum aliis, quæ [15] servis in testamento manumissis, vel aliis legatis relicta sunt, competentibus. † Excepto etiam usufructu [16], qui sui natura ad heredes legatarii transmitti non patitur: quia neque a morte testatoris, neque ab adita hereditate, quantum ad transmissionem, dies ejus cedit. † Sed hæc omnia in his observari sancimus secundum præfatam dispositionem, quæ pure, vel in diem certum relicta fuerint. §. 7. Sin autem aliquid *sub conditione* relinquatur, vel casuali [17] vel potestativa, vel mixta: quarum eventus ex fortuna [18], vel ex honoratæ personæ voluntate [19], vel ex utroque [20] pendeat, vel sub incerto die: expectari [21] oportet conditionis eventum, sub qua fuerit derelictum, vel diem: ut tunc cedat, cum vel conditio [22] impleatur, vel dies incertus extiterit. Quod si in medio is, qui [23] ex testamento lucrum sortitus est, decedat, vel eo superstite conditio defecerit, hoc, quod ideo non prævaluit, manere disponimus simili modo apud eos [24], a quibus relictum est: nisi & hic vel substitutus relictum accipiat, vel conjunctus, sive heres, sive legatarius hoc sibi acquirat: cum certi juris sit, & in [25] institutionibus, & legatis, & fideicommissis, & mortis [26] causa donationibus posse substitui. §. 8. Sed ut manifestetur pro qua parte manere oportet hoc, quod fuerit defectum, apud eos, a quibus sit derelictum: sancimus, si quidem ad heredes lucrum perveniat, pro [27] parte hereditaria fieri ejus distributionem: cum & ab ipsis simili modo si valuisset, præstaretur, nisi nominatim ab uno, vel a certis heredibus fuerit derelictum: tunc enim quemadmodum solus, vel soli præstabunt, ita & lucrum sentient. Sin autem legatarii, vel fideicommissarii sint, vel mortis causa donatione honorati, vel alia forte persona, quæ fideicommisso prægravari potest, & hoc evanescat: manere hoc apud enumeratas personas sancimus pro virili [28] omnimodo portione, id est, pro numero personarum. §. 9. Ne autem hoc, quod non ineleganter summi ingenii vir [29] Ulpianus in hac parte cum omni subtilitate disposuit, prætereatur, sanctione nostra hoc apertius inducimus. Cum enim jam statuimus [30] hoc cum suis oneribus ad eum, qui lucratur, pervenire, sancimus, si quidem conditio, vel aliud gravamen in dando [31] sit constitutum: hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoscere. Sin autem in faciendo [32] aliquid impositum est: si [33] quidem hoc per alium impleri possit, simili modo & a lucrante agnosci: puta si honorata persona jubeatur insulam, vel monumentum, vel aliud tale suis sumptibus facere, vel heredi, vel legatario, vel alii forte, cui testator voluerit: vel rem ab herede testatoris emere, vel locationem, vel fidejussionem subire, & si quid hujusmodi facti simile sit: nihil enim refert, sive per eum, de quo testator locutus est, sive per alium ejusdem lucri successorem adimpleatur. Sin vero talis est verborum conceptio, & facti natura, ut quod relictum est, ab alio impleri [34] non possit: tunc etsi lucrum ad aliquem pervenerit, non tamen & gravamen sequi: quia hoc neque ipsa natura concedit, neque testator voluit. Quid enim si [testator] jusserit eum in certum locum abire, vel liberalibus studiis imbui, vel domum suis manibus extruere, vel pingere, vel uxorem ducere? quæ omnia testatoris voluntas in ipsius solius persona intelligitur conclusisse, cui & suam munificentiam relinquebat. Hoc videlicet in omnibus obtinente, ut pro simili parte lucrum sentiant, & gravamen, ubi hoc possit procedere, subeant. Et [hoc] locum habente omni quidem modo in his quæ *in* [35] *causa caduci*, vel *caduca* [36] (secundum quod supra dictum est) fiebant: in *pro* [37] *non scriptis* autem, non omnibus, sed quibusdam: quia eorum quædam, etsi talia sint, tamen cum suo onere veniebant: quæ [&] nos in novi juris compositione specialiter enumerari jussimus, ne quis veteris juris prolixitatem quasi rebus necessariam, vel pro eorum revolvat scientia. §. 10. His ita definitis, cum in superiore parte nostræ sanctionis in plurimis [38] locis *Conjuncti* [39] fecimus mentionem, necessarium esse duximus omnem inspectionem hujus articuli latius, & cum subtiliori tractatu dirimere, ut sit omnibus & hoc apertissime constitutum. Non enim tantum conjunctivo [40] modo quædam relinquuntur, sed etiam disjunctivo [41]. † In his itaque si [42] quidem coheredes sunt omnes conjunctim, vel omnes disjunctim vel instituti vel substituti: hoc, quod fuerit quoquo modo evacuatum, si in parte hereditatis vel partibus consistat, aliis coheredibus cum suo gravamine [43] pro hereditaria parte, etiam si jam defuncti sunt, acquiratur: & [hoc] nolentibus [44] ipso jure accrescat [45], si suas portiones jam agnoverint: cum sit absurdum [46], ejusdem hereditatis partem quidem agnoscere, partem vero respuere, secundum quod in divini nostri numinis decisionibus statutum est.

† Sin [47] vero quidam ex heredibus institutis [vel substitutis] permixti sunt, & alii conjunctim, alii disjunctim nuncupati: tunc [48] siquidem ex conjunctis aliquis deficiat, hoc omnimodo ad solos conjunctos cum [49] suo veniat onere, id est, pro parte hereditatis, quæ ad eos pervenit. † Sin [50] autem ex his, qui disjunctim scripti sunt, aliquid evanescat: hoc non ad solos disjunctos, sed ad omnes tam conjunctos, quam etiam disjunctos similiter cum suo onere pro portione hereditatis perveniat. Hoc ita tam varie, quia conjuncti [51] quidem propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt, & partem conjunctorum sibi heredum quasi suam [52] præoccupant: disjuncti vero ab ipso testatoris sermone [53] apertissime sunt discreti, ut suum quidem habeant [54]: alienum autem non soli appetant, sed cum omnibus coheredibus suis accipiant. Et hæc in heredibus [55] tantummodo statuenda sunt. §. 11. Ubi autem [56] legatarii, vel fideicommissarii duo forte, vel plures sunt, quibus aliquid relictum sit; siquidem hoc conjunctim [57] relinquatur: & omnes veniant ad legatum, & pro sua portione quisque hoc habeat. Si vero pars quædam ex his deficiat [58], sancimus eam omnibus, si habere maluerint, pro virili [59] portione cum omni suo onere adcrescere: vel si omnes noluerint, tunc apud eos remanere, a quibus derelictum est. Cum vero quidam voluerint; quidam noluerint: volentibus solummodo id totum accedere. Sin autem disjunctim [60] fuerit relictum, siquidem omnes hoc accipere & potuerint & maluerint, suam quisque partem pro virili portione accipiat: & non sibi blandiantur, ut unus quidem rem, alii autem singuli solidam ejus rei æstimationem accipere desiderent: cum hujusmodi legatariorum avaritiam antiquitas varia mente susceperit, in uno [61] tantummodo [genere] legati eam accipiens, in aliis respuendam esse existimans. Nos autem omnimodo repellimus, unam [62] omnibus naturam legatis, & fideicommissis imponentes, & antiquam dissonantiam in unam trahentes concordiam. Hoc autem ita fieri sancimus, nisi testator apertissime & expressim disposuerit [63], *Ut uni quidem res solida, aliis autem æstimatio rei singulis in solidum præstetur.* Sin vero non omnes legatarii, quibus [64] separatim res relicta sit, in ejus acquisitionem concurrant, sed unus forte eam accipiat: hæc solida ejus sit: quia sermo testatoris omnibus prima facie solidum adsignare videtur, aliis supervenientibus partes a priore abstrahentibus, ut ex aliorum quidem concursu prioris legatum minuatur. Sin vero nemo alius veniat, vel venire potuerit: tunc

1 Substitutus in fideicommisso, vel legato præfertur heredi. 2 Conjunctus in fideicommisso, vel legato præfertur heredi. 3 In eo distant quæ sunt pro non scriptis, de quib. §. 3. S. ab his quæ sunt in causa caduci. Illa apud eos, a quibus relicta sunt, resident sine onere, *d.* §. 3. hæc cum suis oneribus transeunt, *ut hic.* 4 Id est, tertio, olim quæ deficiebant post mortem testatoris nondum apertis tabulis, directo & proprio nomine sunt caduca §. 2. *vers. vel mortuo. supr. h. t.* Hodie nihil eorum deficit, cum aperturæ tabularum nulla habeatur ratio, *l. unic.* J. *tit. prox.* 5 Et ita ante apertas tabulas heres scriptus hereditatem adire potest. *l.* 3. *supr. de jure delib.* 6 Et sic videtur abrogata *lex* 1. *in fin. ff. de jur. & fact.* 7 Legatorum dies a morte testatoris cedit. 8 §. 1. *in fin. supr. hic.* excipe §. 6. J. *hic.* 9 Hereditas nisi adita non transmittitur, *ut hic, & l.* 7. S. *de jure delib.* excipe *l.* 18. 19. *supr. de jure delib. l. unic.* J. *tit. prox. l.* 84. *ff. de adq. vel omitt. her. l.* 3. §. 31. *ff. de SC. Silaniano.* 10 Transmissionum tres modi. Primus modus fit suitatis jure, quo filius qui in potestate defuncti erat, hereditatem licet non aditam transmittit ad heredes, etiam extraneos. *l. ult. supr. qui admitti.* (quia suus ipso jure est heres etsi non adeat. §. *sui* 2. *Inst. de her. qualit. l.* 1. §. 7. *ff. si quis omiss. causa test. l. in suis* 11. *ff. de lib.*) Quid si repudiavit expresse: aliud dicendum fuerit. *l. un.* J. *tit. prox.* Jas. *in l.* 4. *supr. qui admitti.* Secundus modus transmissionis sanguinis jure fit, quo hereditatem ascendentium cujusque sexus non aditam transmittimus ad solos descendentes. Tertius fit beneficio legis. *l.* 19. *supr. de jure delib.* qua omnis heres intra annum deliberandi moriens transmittit hereditatem non aditam, quod genus transmissionis patet latissime: locum enim habet in quavis hereditate etiam extranei tam ex testamento quam ab intestato. *d. l.* 19. 11 *l. unic.* J. *tit. prox. l.* 18. *supr de jure delib.* 12 Liberi hereditatem etiam non aditam transmittunt. *l. unic.* J. *tit. prox.* 13 Legata vel fideicommissa pure, vel in diem certum relicta, cedunt a morte testatoris, excepto legato libertatis, *ut hic: & l.* 8. *ff. quando dies legat.* sed & usufructu, & quibusdam aliis quæ cedunt a tempore aditæ hereditatis. 14 Libertates ab adita hereditate cedunt. *l.* 14. *ff. qui test. l.* 74. *in fin. ff. de adq. vel omitt. her. l.* 86. *ff. de cond. & demonst. l.* 8. *ff. quando dies legat.* adde *l.* 14. §. 3. *ff. qui & a quibus manumiss.* Hinc Cujac. 4. *obs.* 4. colligit, Catonianam regulam non pertinere ad libertates. qua de re dixi ad *l.* 3. *ff. de reg. Caton.* 15 *l.* 7. *in fin. ff. quando dies legat.* 16 Ususfructus ad heredes non transit. *l.* 2. J. *quando dies.* 17 Conditionum, alia casualis, alia potestativa, alia mixta. *Goth.* Novum hujus §. intellectum vid. apud Johann. Decher. *lib.* 1. *dissert.* 3. *n.* 13. Ans.

18 Casualis conditio est hæc, *si fulserit, si tonuerit.* 19 Ea est potestativa, quæ & promiscua. *l.* 11. §. 1. *ff. de cond. & demonstr.* non quod sit in facili, sed quia nulla fere potestativa est, quæ possit esse non potestativa. 20 Ea est mixta seu communis, ut si quis ita dixerit: *Si Titio reverso ab hostibus decem dederis. Si Titio consule Capitolium ascenderis.*

21 *l.* 5. §. 2. *ff. quando dies legat.* 22 Quid si ante conditionem mortuus heres sit, heredem relinquit obligatum. *l.* 65. *ff. de cond. & demonst.* Quid si legatarius? ejus heredi non cedit legatum. *ut hic & l.* 42. *ff. de oblig.* aliter quam in stipulationibus in quibus obligatio, quæ non extinguitur morte promissoris. *l.* 57. *ff. de verb. obl.* §. *pen. Inst. de inutilib.* §. 3. 4. *Inst. de verb. obligat.* nec morte stipulatoris extinguitur. 23 Legatarius vel fideicommissarius. 24 Heredes. 25 Nota regulam. 26 Vide *l.* 9. *supr. de fideicomm. l.* 1. *in fin. supr. comm. de leg.* 27 §. 10. J. *hic.* 28 Id est, pro virili, proque ratione legati cujusque. 29 De Ulp. dixi ad *l.* 2. §. 5. *ff. qui petant. tut.* 30 §. 4. *supr. h. t.* 31 Add[illegible] 7. *ff. de statulib.* Conditio dandi per alium impleri potest. *l.* 15. *in fin. ff. de statulib. l. ult. ff. de cond. inst.* 32 De faciendi onere quod ab alio præstari potest.

33 Conditio faciendi regulariter per alium impleri potest, aut potius, factorum quædam per alium impleri possunt, quædam non possunt. *l. inter artific.* 31. *ff. de solut.* 34 De faciendi onere quod ab alio præstari non potest. 35 §. 2. *vers. vel vivo. in fin.* §. 4. S. *h. t.*

36 *d.* §. 2. *in fin.* §. 5. 37 *d.* §. 2. *vers. Ea etenim. &* §. 3. 38 *d.* §. 3. §. 4. §. 7. *in fin.*

39 *l.* 80. *l.* 89. *ff. de legat.* 3. *l.* 142. *ff. de verb. sig. l. unic. supr. quando non petent.*

40 De relictis conjunctivo modo. *l.* 81. *ff. de legat.* 3. *hi re & verb. conj.* 41 De relictis disjunctivo modo. Hi re tantum conjuncti. 42 Quoties omnes conjuncti, vel omnes disjuncti sunt in institutione, vel substitutione, & unius eorum pars deficit, toties pars deficiens cæteris coheredibus adcrescit hoc modo: cum suo onere primum: deinde si coheredes illi heredes alios reliquerint, pars deficiens illis heredibus adcrescet: adcrescet, inquam, pro hereditaria parte. Postremo pars deficiens interdum invitis illis adcrescit ipso jure: quoties nimirum hereditatem jam adierunt: est enim absurdum ejusdem hereditatis partem agnoscere, partem repudiare. 43 §. 8. S. *hic.* 44 Coheredi conjuncto, vel disjuncto, pars adcrescit etiam invito & ignoranti. *l.* 35. *ff. de adq. vel omitt. hered.*

45 Adcrescendi jus parte unius deficiente, locum habet: cujus sententiæ plures exceptiones vide apud Soc. *reg.* 213. 46 *l.* 20. *in fin. supr. de jure deliber. l.* 2. *ff. de adquir. vel omitt. hered.* 47 Heredibus conjunctis & disjunctis simul permixtis, si conjunctorum aliquis deficit, pars ejus ad conjunctos: si disjunctorum aliquis deficit, pars ejus ad disjunctos & conjunctos defertur. *Goth.* Confer *l.* 15. *l.* 59. §. 2. *ff. de hered. inst. l.* 34. *in pr. ff. de leg.* 1. Ans. 48 Adcrescit conjunctis quod in uno conjunctorum heredum deficit. 49 Adcrescit pars deficiens cum suo onere. 50 Adcrescit non tantum disjunctis, sed & conjunctis, quod in uno disjunctorum heredum deficit. 51 Heredes conjuncti quasi in unum corpus redacti. 52 Pars conjuncti heredis quodammodo alterius est defuncti. Partem coheredis sibi conjuncti quasi suam percipiunt.

53 Heredes disjuncti sunt sermone, non re. Re quidem conjuncti, sermone disjuncti. Conjuncti vero hic dicuntur re, & verbis conjuncti, neutro modo disjuncti. 54 *Non habeant:* ita legunt nonnulli. 55 Hic paragraphus ad heredes tantum pertinet: ut & proximus ad legatarios. 56 Dixi superiori §. de hered. seu de jure adcrescendi inter heredes. 57 Conjunctim relicta duobus legatariis æqualiter inter eos dividuntur: pars vacans volentibus cum suo onere adcrescit. Collegatario pars non adcrescit invito.

58 Collegatario disjuncto pars disjuncti adcrescit invito, *ut hic.* Conjuncti non adcrescit invito. S. *hic.* coheredi adcrescit etiam invito. §. 10. *supr. hic.* 59 *l.* 7. §. 2. *ff. de reb. dubiis.*

60 *l.* 61. *in fin. ff. de legat.* 2. 61 Pars collegatarii collegatario adcrescit, si disjuncti fuerint: sublata veteri differentia legatorum per damnationem & per vindicationem, de qua, vide Ulp. 24. §. 12. & 13. 62 Una legatorum & fideicommissorum est natura. *l.* 1. *ff. de leg.* 1. 63 Legati res uni, alteri rei æstimatio potest. *l.* 33. *l.* 82. §. 5. *ff. de leg* 1. *l.* 13. *in fin. l.* 20. *ff. de leg.* 2. *l.* 14. *ff. de usu & usufructu.* 64 *l.* 1. §. *pen. ff. de*

non [1] vacuatur pars, quæ deficit, nec alii accrescit, ut ejus, qui primus accepit, legatum augere videatur: sed apud ipsum, qui habet, solida remaneat: nullius concursu deminuta. Et ideo si onus fuerit in persona ejus, apud quem remanet legatum adscriptum: hoc omnimodo impleat, ut voluntati testatoris pareatur. † Sin autem ad deficientis personam [hoc] onus fuerit collatum: hoc non sentiat is, qui non alienum, sed suum [tantum] legatum imminutum habet. Sed & varietatis non in occulto sit ratio: cum ideo videatur testator disjunctim [2] hoc reliquisse, ut unusquisque suum onus, non alienum agnoscat: Nam si contrarium volebat, nulla erit difficultas conjunctim ea disponere. §. 12. Quæ autem antiquis legibus dicta sunt *de his, quæ ut indignis* [3] *auferuntur*, & nos simili modo intacta servamus: sive in nostrum fiscum, sive [4] in alias [5] personas perveniant. §. 13. Cum autem in superiore parte legis non [6] aditam hereditatem minime, nisi [7] quibusdam personis, ad heredes [defuncti] transmitti disposuimus, necesse est, si [8] quis solidam hereditatem non adierit, hanc, si [9] quidem habeat substitutum, ad eum, si voluerit, & potuerit, pervenire. Quod si hoc non sit: vel ab intestato successores eam suscipiant: vel si nulli sint, vel accipere nolint, vel aliquo modo non capiant: tunc ad nostrum ærarium devolvatur. §. 14. Hæc autem omnia locum habere censemus, tam in testamentis, sive in scriptis, sive [10] sine scriptis habitis, quam in codicillis [11], & omni [12] ultimo elogio, vel [13] si quid ab intestato fuerit derelictum, nec non in mortis causa donationibus. Tantum etenim nobis superest clementiæ, quod scientes etiam fiscum nostrum ultimum [14] ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec [15] illi pepercimus [16], nec Augustum privilegium exercemus: sed quod [17] communiter omnibus prodest, hoc [rei] privatæ nostræ utilitati præferendum [18] esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter existimantes. §. 15. Locum autem huic legi constituimus in his defunctorum elogiis, quæ posthac [19] composita fuerint: anteriores etenim casus suo marte discurrere concedimus.

§. 16. Hæc omnia ad vos, *Patres Conscripti*, duximus esse sancienda: [scilicet] ut nemini maneat incognitus nostræ benevolentiæ labor: sed Edictis ex solennitate a nostris magistratibus propositis, omnibus innotescat. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* DN. JUSTIN. A. PP. IV. & PAUL. V. C. CONSS. 534.

TIT. LII.
DE HIS [20] QUI ANTE APERTAS TABULAS HEREDITATEM TRANSMITTUNT.

Hereditas ascendentium etiam non adita, transmittitur ad posteros per liberos institutos morientis, etiam clausis tabulis: quod obtinet in legatis & fideicommissis. Salic.

1. Impp. THEODOS. [21] & VALENT. AA. Hormisdæ P.P.

PEr hanc jubemus sanctionem, in posterum [valituram,] filios [22], seu filias, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, a patre, vel matre; avo, vel avia; proavo, vel proavia scriptos heredes: licet non [23] sint invicem substituti, seu cum extraneis [24], seu soli sint instituti, & ante apertas tabulas defuncti (sive se noverint scriptos heredes, sive ignoraverint) in [25] liberos suos, cujuscunque [26] sint sexus, vel gradus, derelictam sibi hereditariam portionem posse transmittere: memoratasque personas (si [27] tamen hereditatem non recusant) nulla hujusmodi præscriptione sibi obstante, eam tanquam debitam [28] vindicare. Quod scilicet etiam super legatis, seu fideicommissis a patre, vel a matre; avo, vel avia, proavo, vel proavia derelictis locum habet. Siquidem perindignum [29] est, fortuitas ob causas, vel casus humanos, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, avita, vel proavita successione fraudari, aliosque adversus [30] avitum, vel proavitum desiderium, vel institutum insperato [31] legati commodo, vel hereditatis gaudere. Habeant vero solatium tristitiæ [32] suæ, quibus est merito consulendum. Dat. 3. Non. April. post consulatum PROTOGENIS & ASTERII. 450.

TIT. LIII.
QUANDO [33] DIES LEGATI, VEL FIDEICOMMISSI CEDIT.

De annuis legatis vel fideicommissis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Agrippæ.

SI competenti Judici annua [34] legata, vel fideicommissa tibi relicta probaveris, ab initio [35] cujusque anni exigendi ea habebis facultatem. Supposita 3. Kalend. Jun. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

Si agro pluribus relicto, cautum sit, Ut ad eum qui superfuisset, pertineret.

2. Iidem AA. Prisco.

AGrum pluribus relictum nominatim animadvertimus: & cautum esse, *ut ad eum qui* [36] *superfuisset* [37], pertineret: Quicunque igitur is fuerit: ad heredem suum [38], dominium transmittit, nec tali [39] fideicommisso adstringitur [40]. PP. 15. Kal. August. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De conditione, Cum ad certam ætatem pervenerit.

3. Iidem AA. Æliæ.

SI Pontionilla ad [41] eam ætatem pervenit, cui legatum, vel fideicommissum relictum [42] erat; petitionem ad heredes transmisit, licet ante decesserit quam consequeretur legatum, vel fideicommissum. PP. 5. Kal. August. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De conditione, cum liberos habuerit.

4. Iidem AA. Ammiæ.

CUm uxori ususfructus [43] fundi legatur, & ejus proprietas, cum [44] liberos habuerit; nato filio [45] statim proprietatis legati dies cedit: Nec [46] quicquam obest, si is decedat. PP. Kal. August. ANTONINO A. III. & GETA item III. CONSS. 209.

De petitione in tempus dilata.

5. Imp. ALEXAND. A. Maximo.

EX his verbis, *Do lego Æliæ Severinæ filiæ meæ, & Secundæ decem: quæ legata accipere debebit, cum* [47] *ad legitimum statum* [48] *pervenerit:* non conditio fideicommisso, vel legato inserta, sed petitio [49] in tempus legitimæ [50] ætatis dilata videtur. Et ideo, si Ælia Severina filia testatoris, cui legatum relictum est, die legati cedente, vita functa est, ad heredem suum actionem transmisit; scilicet ut eo tempore solutio fiat, quo Severina, si rebus humanis subtracta non fuisset, vigesimumquintum annum ætatis implesset. Non cœptum [51] enim annum, sed impletum [52], si de emolumento relicti fideicommissi tractetur, expectandum esse [juris] prudentibus placuit. PP. 13. Kal. Januar. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De fideicommisso relicto ab intestato.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS, AA. & CC. Eusebio.

SI fideicommissum ab intestato [53] fuerit sorori tuæ relictum codicillis [54], & posteaquam dies fideicommissi cessit, [rebus humanis, licet] ignorans [55] fideicommissum, excesserit: actionem hujusmodi acquiri [56] potuisse, dissimulare non poteris: salva scilicet ab intestato succedenti quarta portione. Suppos. Kal. Maji, *Trallis,* AA. CONSS.

TIT. LIV.
UT IN POSSESSIONEM [57] LEGATORUM, VEL FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA MITTATUR, ET QUANDO SATISDARI [58] DEBEAT.

De cognitione, an debeatur fideicommissum.

1. Divus ANTON. PIUS Salvio.

QUoniam nihil actor amplius [59] postulat, quam *ut fideicommissi nomine satisdetur:* non debet is, qui juri dicundo præest, subtiliter [60] cogno-

usufr. adcrescendo. 1 Jus non decrescendi. 2 Disjunctim legamus, ut unusquisque suum onus non alienum adgnoscat. 3 Vid. *tit. de his, quæ ut indign.* 4 Indignis quæ eripiuntur, certis casibus fisco cedunt, aliis casibus, privato seu privatis. 5 *Alienas:* quidam ita legunt. adde *l.7. supr. de don. inter virum. l. pen. supr. de leg.* hinc etiam observa, non omne quod aufertur indigno, fisco cedere. 6 Transmitti hereditas non adita, nisi in certas personas non potest. *§.5. supr. h.t. l.7. supr. de jure deliber.* 7 Dixi ad *d. §.5.* adde *l. unic. J. tit. prox.* 8 Adcrescit substituto volenti, capaci tamen, aut eo deficiente, heredibus ab intestato: iis rursus deficientibus, fisco pars defuncti ante aditam hereditatem: si modo defunctus fuit ex his personis, quæ non aditam hereditatem transmittant. Quid si heres nullum substitutum habuit, sed coheredem? coheredi pars deficiens adcrescet, *ut S.* Quid si legatarium vel universalem fideicommissarium? idem dixeris. *Nov. 1. c. 1. §. 1.2.3.* 9 *l.2. §.4. ff. d. B. P. secund. tab.* 10 Adcrescendi jus locum habet in omni testamento, sive scripto, sive non scripto. 11 Jus adcrescendi locum habet etiam in codicillis. 12 Adcrescendi jus locum habet in omni ultimo elogio, hoc est, testamento, codicillis, epistola fideicommissaria, mortis causa donatione. Sunt enim hæ species voluntatis ultimæ. 13 Adcrescendi jus locum habet in omnibus ultimarum voluntatum successionibus ut & ab intestato. 14 Lex Julia caducaria ultimum locum fisco dedit. Bonus princeps post omnes est. Cassiod. *in formula Comitivæ privat.* adde *l. 1. in fin. supr. de secund. nupt. l. 10. ff. de jure fisci.* In compendii causis Antonin. Imperator judicans nunquam favit. Capitol. *in ejus vita.* vid. *Novell. 105.* Arist. 3. *pol. 4.* 15 *l.9. ff. de SC. Silan.* 16 *Prospeximus.* Hal. 17 *l.10. ff. de jure fisci.* vid. quæ dixi ad *Nov. 109. c. 1.* 18 Communiter quæ prosunt & publice utilia sunt, utilitati privatæ bonus princeps anteponit. 19 *l.7. supr. de legib.*

20 Puta liberis. 21 *l.1. §.5. S. de caducis.* 22 Transmittitur hereditas ascendentium, etiam non adita, ad posteros institutos morientis quantumvis clausis tabulis: quod & in legatis & fideicommissis obtinet. vid. quæ scripsi ad *l. un. §.5. §. 13. supr. tit. prox. l. 1. §. 8. ff. de coll. bonor.* Goth. Vid. ad hanc l. Joann. Decher. *l. 1. differt. 14. num. 42.* Ans. 23 Inter liberos non præsumitur reciproca substitutio. 24 Datione coheredis extranei jus transmittendi non impeditur. 25 Transmittit hereditatem non aditam parens ad liberos in potestate positos, *ut hic, d. §.5. l.18. §.3. supr. de jure delib.* 26 *l.24. in fin. ff. de leg.2.* 27 Hereditatem recusans nihil ad suos transmittit: hac enim recusatione suitas ejusque jus tollitur. Bart. *in l.84. ff. de adq. vel omitt. hered.* Jason. *in l.4. supr. qui admitti.* 28 Parentum hereditas liberis debita. 29 Fortuitus casus liberis nocere non debet. 30 Contra desiderium parentum hereditas ad extraneos deferri intelligitur. 31 Extranei nihil habent quod sperent in ejus hereditate qui liberos habet. 32 i. e. mortis paternæ, quæ naturaliter liberis tristis & mœsta esse solet.

33 Dixi ad *L.36. D.2. & 44. Ecl.20.* adde Ulp. 24. §. 30. 34 Annua quo tempore solvenda. 35 Annua legata ab initio cujusque anni peti possunt, suntque solvenda. *l.12. §.4. ff. h.t.* aliud in stipulationibus. *l.13. l.42. l.138. ff. de verb. oblig.* 36 *l.87. §.2. ff. de leg.2.* 37 Supervixisse. 38 Etiam extraneum. *l.78. §.3. ff. de legat.2.* 39 *Alii* Cujac. 18. *obs. 16.* 40 Constringitur. In quibusdam codicibus adjicitur hoc quod sequitur: ut heredibus eorum restituat, sicut sunt restituta ab aliis. 41 Legatum relictum alicui *cum ad certam ætatem perveniat*, impleta ætate transmittitur ad heredes. Bald. *l.5. ff. h.t.* Verbi gratia relictum est puellæ cuidam legatum his verbis, *Cum quindecim annorum erit.* ad quam ætatem cum pervenisset, decessit ante quam legatum exegisset: constitutio hæc definit, licet legatum non petierit, si tamen ad eam ætatem pervenerit, ad heredes suos id eam transmisisse. *Synops. Basil. 44. tit. 16. c. 105.* 42 *Derelictum.* Hal. *delegatum.* Cujac. 18. *obs. 16.* sic Egesippus 2. Solomæ delegatum servavit. 43 Vestigium juris veteris hic observandum, quo uxori non habenti solidi capacitatem licebat legare usumfructum tertiæ partis bonorum: & cum liberos habuisset, ejusdem partis proprietatem. ut *l.78. §.14. ff. ad SC. Trebell.* Ulp. *tit. 15. vers. præter decimam. l. 10. ff. de præscriptis verb. l.48. ff. de usur. l.24. ff. de adimendis. l. ult. ff. de usufruct. leg.* adde Cujac. 10. *obs. 17. & 18. obs. 16.* 44 Quandoque liberos habuerit. *Ulp. 15.* quandoque liberos habebit. *l.25. ff. de cond. & demonst.* cum liberos habuisset. *l. 48. ff. de usur.* sublatis liberis. *l.24. ff. de adimendis.* ad tempus liberorum. *l.61. ff. de cond. & demonst.* in tempus liberorum. *l.4. d. tit.* 45 Etiam unico. *l.1. J. de cond. insert.* Nec interest natus sit vivo an mortuo testatore dum post testamentum. *l.9. l.61. ff. de cond. & demonst.* neque ex alio matrimonio. *l.25. ff. de cond. & demonst.* 46 Licet mulier filium, propter quem consecuta est legatum, amiserit, non propterea legatum amittit. 47 *l.22. ff. h.t.* 48 Hæc verba *cum ad statum legitimum pervenerit*, legatum mora, non conditione suspendunt. *l.46. in fin. ff. ad SC. Treb. l.26. §.1. ff. quando dies.* Tempus certæ ætatis adjectum legato, legatum conditionale non facit. Ideoque licet legatarius ante ætatem moritur, petitio legati ad ejus heredes transmittitur. adde Hotom. *cons. 21.* An idem erit, si ita legatum sit, Cum nupserit? vid. *l.10. ff. de cond. & demonst.* vid. Hotom. *ibi.* 49 Aliud mora, aliud conditio. *ut hic, & l.60. §.1. ff. h.t. l.1. §.1. ff. de leg.2. l.66. ff. de cond. & demonst.* 50 *l.13. ff. de probationib. l.77. §.14. ff. de legat.2.* Græci ἀκμήν, id est, justam ætatem quæ & virilis vigor. *l.1. §.2. ff. de minoribus.* ad differentiam vigoris pubentis. *l.4. supr. qui testamenta.* & breviter status, ætas plena, perfecta, integra, vigintiquinque annorum. vid. Cujac. 29. *de præscript.* adde quæ de legitima ætate scripsi ad *l.27. ff. de negot.* 51 An & quando annus cœptus pro completo haberi debeat, dixi ad *l.3. §.3. ff. de minor. l.5. ff. qui testam. l.46. ff. de cond. & demonst. l.74. §.1. ff. ad SC. Treb. l.8. ff. de munerib.* 52 *l.49. ff. de leg.1.* 53 Fideicommissum ab intestato relinqui potest. vid. *l.3. supr. ad SC. Trebell.* 54 Legatorum codicillis relictorum dies perinde cedit atque testamento relictorum. *l.6. in fin. ff. h.t.* 55 *l.77. §.3. ff. de legat.2.* 56 Fideicommissum etiam ab intestato post diem transmittitur ad heredem etiam ignorantem. unde colligitur, interdum dominium adquiri sine traditione, *ut hic, l.64. in fin. ff. de furtis.* vid. Ferrariensem *in forma libelli actionis realis 2. in verbo, Jure dominii 9. n. 27.*

57 Dixi ad *L.36. D.4.* 58 Dixi ad *L.36. D.3.* adde 44. *Ecl. 21. 22. 31.* 59 Etiamsi nondum dies legati venerit, cautionem legatarius ab herede petere potest, qua de re Prætor summatim cognoscit. Summatim, id est, de jure legati non inquirit, sed simpliciter an legatum sit. 60 Id est, summatim, *l.3. §.1. ff. h.t.* facit *l.14. in fin. ff. ut*

scere

scere, *debeatur necne fideicommissum*, sed tantum decernere, *ut satisdetur*. Sine die, & consule.

De cautione remissa.

2. Divus MARCUS [1] Stratonicæ.

IPsis rerum experimentis cognovimus ad publicam utilitatem pertinere, ut satisdationes, quæ voluntatis defunctorum tuendæ gratia in legatis, & fideicommissis introductæ sunt, eorundem voluntate remitti [2] possint. Quocunque enim judicio [3] voluntatis cautio legati, vel fideicommissi remitti potest. Sine die, & consule.

De pignore.

3. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Symphoro.

SI postquam [4] servandi legati, seu fideicommissi gratia in possessionem inductus es, pignoris obligatio, aut venditio ab herede intervenerit: præcedere [5] causam tuam [6] quam jure prætorio [7] veluti pignus habuisti, manifestum est. PP. II. Kal. Decembr. DEXTRO, & PRISCO CONSS. 197.

De rogata restituere hereditatem, cum morietur.

4. Imp. ANTONINUS A. Protagoræ.

CUm Artemidoram patri pupillorum tuorum heredem extitisse proponas: quamvis *ut fideicommissam hereditatem his, cum* [8] *moreretur, restituere* petita sit, nullam tamen adversus debitores hereditarios habent pupilli tui actionem. Plane, ut satis fideicommissorum nomine Artemidora det, (si [9] modo testator id fieri non prohibuerit) apud suum Judicem conveni. PP. 3. Kal. Julii, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De jure missi in possessionem.

5. Imp. ALEXANDER A. Paulinæ.

QUi legati, sive fideicommissi servandi causa in possessionem mittuntur, non [10] proprietatem nanciscuntur, sed jus pignoris [11]. Ut autem, & post acceptum pignus satisfiat defuncti voluntati, competens Judex te adeunte providebit. PP. 3. Id. August. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De fideicommissario in possessionem mittendo.

6. Idem A. Donato.

CErta est forma jurisdictionis, qua fideicommissi servandi causa in possessionem rerum, quæ in causa hereditaria sunt, aut dolo malo esse desierint, is, cui legati, vel fideicommissi nomine satis non datur, mittitur, vel in proprias [12] res heredis, si fideicommisso satis non fit post [13] sex menses quam peti cœperit, secundum divi Antonini [14] patris mei constitutionem. PP. 6. Id. Januar. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

An cautio possit remitti.

7. Idem A. Proculiano.

SCire debetis, fideicommissi [quidem], & legati satisdationem remitti [15] posse, Divum Marcum & Divum Commodum constituisse. Ut autem *boni* [16] *viri arbitratu is, cui usufructus relictus est, utatur fruatur:* minime satisdationem remitti testamento posse. PP. 10. Kal. Martii, FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De relicto civitati.

8. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Zenodoro.

COntra eos, sive successores eorum, qui Rempublicam administrantes [17] per officii necessitatem civitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti Reipublicæ intererit satis acceptum non esse, dirigendam certum est actionem. Suppos. 7. Kal. Mart. CC. CONSS.

TIT. LV.

DE SUIS [18], ET LEGITIMIS LIBERIS, ET EX FILIA NEPOTIBUS AB INTESTATO VENIENTIBUS.

De sorore consanguinea.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Crispinæ.

SI fratri [19] tuo legitima heres esse potes centum [20] dierum præfinitione non excluderis ab acquirenda hereditate [21]. PP. 3. Non. Novemb. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De nepotibus ex diversis filiis.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Aviæ.

NEpotes ex diversis filiis varii numeri avo succedentes ab intestato, non pro virilibus portionibus, sed ex [22] stirpibus succedunt. S. 3. Kal. Martii, *Hadrianopoli*, ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

3. Iidem AA. & CC. Frontoni.

UT intestato defuncti filius [23] ac nepos ex alio, qui mortis ejus tempore in rebus humanis non invenitur, manentes in sacris [24] pariter [25] succedant: evidenter lege duodecim Tabularum cavetur: Quod & honorarii juris observatio sequitur. S. 15. Kal. Jul. AA. CONSS.

De posthumo filio & sorore defuncti.

4. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

INtestato [quidem] defuncto posthumum [26] suum heredem, quam sororem, licet consanguineam, haberi potiorem, ordo successionum lege duodecim [27] Tabularum factus nimis evidenter demonstrat. S. 6. Id. Dec. AA. CONSS.

De adoptato.

5. Iidem AA. & CC. Appiano.

SI te parens, in cujus fuisti potestate, sollenniter in adoptionem [28] dedit: cum filiis naturalibus adoptivi patris ante, vel post quæsitis defuncto intestato succedere potes. Dat. 6. Kal. Mart. CC. CONSS.

De nato ex libera & servo.

6. Iidem AA. & CC. Posidonio.

EX libera conceptus & servo, velut [29] spurius habetur: nec ut decurionis filius (quamvis pater ejus [naturalis] manumissus, & naturalibus [30] suis restitutus hunc adeptus fuit honorem) defendi potest. Supposita 6. Idib. Februar. CC. CONSS.

De filio libertini.

7. Iidem AA. & CC. Æmilianæ.

FIlium habere suum libertus [31] in potestate non prohibetur, cum ob præteritum statum ex legitimis nuptiis ingenuorum exemplo filios habere liberto non sit interdictum. S. 16. Kal. Mart. CC. CONSS.

De filia defuncti apud hostes.

8. Iidem AA. & CC. Catoniæ.

APud hostes patre defuncto, filia communis vobis, qua casu mortis scientia [32] non postulatur, heres extitit sua, & ad te transmisit [33] successionem. S. 12. Kal. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De filiis, seu filiabus, & nepotibus, seu neptibus ex filia.

Avo, vel aviæ ab intestato morienti succedunt nepotes ex filia cum avunculis & materteris, cum deminutione tertiæ partis ejus portionis, in qua parens succederet, si viveret. Salic.

9. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Constantino P. P.

SI defunctus cujuscunque sexus, aut numeri reliquerit filios, & ex filia diem functa, cujuscunque sexus, aut numeri nepotes, ejus partis, quam defuncta filia superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia: tertia [34] pars fratribus, sororibusve ejus quæ defuncta est, id est, filiis, filiabusque ejus de cujus bonis agitur, avunculis scilicet, sive materteris eorum, quorum commodo legem sancimus, accrescat [35].

† Hæc eadem, quæ de avi materni bonis constituimus, & de aviæ [36] maternæ, sive etiam paternæ simili æquitate sancimus: nisi forte avia elogia inurenda [37] impiis nepotibus justa semotis ratione dixerit, [& hoc fuerit legibus approbatum]. Non solum autem si intestatus avus, aviave decesserit [38], hæc nepotibus, quæ sancimus, jura servamus: sed & si avus, vel avia, quibus hujusmodi nepotes erunt, testati obierint, & prætererint [39] nepotes, aut exheredaverint. Eadem [40] & de injusto avorum testamento. Et si quæ filiæ poterant vel de re [41], vel de lite [42] competere actiones, nepotibus deferimus secundum justum nostræ legis modum, quæ de parentum inofficiosis testamentis competunt filiis. Dat. 5. Kal. Mart. *Mediolani*, TIMASIO, & PROMOTO CONSS. 389.

legator. nomine. 1 Fit hujus constitutionis mentio in *l. 46. ff. de pact.*
2 Satisdatio legati vel fideicommissi causa heredi a testatore remitti potest, *ut hic*, *& l. 4. in fine. l. 7. J. h. t. Nov. 159. in pr. vers. Si vero in universum.* Potest etiam remittere testator, ne heredis bona hypothecæ sint subjecta legatariis. vid. Clar. 3. *sent.* §. 3. *testam. q. 70.*
3 Indicio. Idem error multis aliis locis irrepsit. vid. Cujac. *ad Nov.* 22. hinc etiam constat in remittenda cautione vulgari fideicommissario, sufficere quodlibet indicium. *l. 77. in fin. ff. de cond. & demonst.* 4 *l. 2. J. qui potiores.* 5 Habens pignus prætorium in re aliqua, præfertur posterioribus, emptionis etiam titulum habentibus.
6 Causam emptorum scil. at non creditorum anteriorum. *l. 5. §. 4. ff. h. t.* 7 Pignus prætorium dicitur quod jure prætorio, i. e. ex edicto constituitur. vid. *J. de præd. pig.* vid. Cujac. 5. *obs.* 30. 8 Ante eventum diei incerti fideicommissum peti non potest: fideicommissi vero sua diei præstandi cautio peti potest: nisi cautio a testatore sit remissa & merito: causa enim cognita, ante diem & conditionem cavere quis cogitur. *l. 1. in fin. ff. qui satisd.* 9 *l. 2. supr. h. t. l. 7. J. h. t.* 10 *l. 5. ff. h. t.* 11 Prætorii. Prætorium enim pignus est, quod missio in possessionem constituit. *J. de prætorio pign. l. 3. §. 1. ff. de rebus eorum. l. 12. ff. pro empt.* 12 Vid. *l. 5. §. 16. ff. h. t.* 13 Legatarius in res heredis mittitur, si post sex menses quam adiit prætorem, heres neque satisdedit, neque satisfecit. 14 *d. §. 16.* 15 Remittere satisdationem ei quem gravavit legato, vel fideicommisso, testator potest, *ut hic*, *l. 2. supr. h. t. l. 12. ff. ut leg. l. 77. in fin. ff. de condition. & demonstrat.* Remittitur quoque hæc satisdatio fratri gravato restituere alteri fratri: & matri gravatæ restituere suis filiis, nisi ad secunda vota transierit. *l. 6. §. 1. supr. ad SC. Trebellian.* Vide Joseph. Ludovic. *decision. 63. num. 4.* 16 Satisdatio legati heredi quidem remitti potest, sed non illa qua caveat se recte usurum fruiturum: quumque finitus fuerit ususfructus rem restituturum. *Synops. Basil.* 44. *tit.* 21. *cap.* 7. dixi ad *l. 1. supr. de usufruct.*
17 Pro legato reipublicæ tenentur ejus administratores satisdationem ab herede petere, alias negligentes tenentur in id quod reipublicæ interest. facit *l. 1. 2. 3. supr. l. ult. ff. de magistratibus conveniend. l. 2. J. de adm. rer.* facit *l. 26. ff. de neg.*
18 Dixi ad *L.* 38. *D.* 16. 19 Hæc lex non est de liberis, sed de agnatis ex transverso, hoc tamen ideo factum esse potuit, ut intelligeremus in successionibus intestatorum, quid jure civili, & prætorio interesset, quod collata, & conjuncta *l. 2. J. qui amitti.* apparebit statim. Jus prætorium per se temporarium est, *l. 35. ff. de obligationibus. Institut. de perpetuis & temporalibus præscript.* civile, perpetuum. 20 Heres legitimus succedendi jure non excluditur centum diebus. 21 Cur ita? quia tempus centum dierum bonorum possessionibus præfinitum est, non hereditatibus. *Synops. Basil.* 41. *tit.* 2. *cap.* 24. 22 Nepotes ex diversis filiis avo succedunt ex stirpibus. *ut hic.* id est, in stirpes. *§. 6. Inst. de heredit. quæ ab intest. Nov.* 118. *c.* 1. *in fin.* in stirpem Caj. 2. *tit.* 8. *§. 3. in fin.* seu portionem patris sui, non in capita. 23 Cum filiis defuncti vocantur defuncti nepotes. 24 Vid. *l. ult. in fin. J. ad SC. Tertyll.* 25 Si tamen nepos unicus sit: alioquin si filius unus sit, quatuor nepotes: hereditas non in quinque, sed in duas partes dividetur. vide *Nov.* 18. *c.* 1. Ideoque sive nepotes patruis concurrant, *ut hic:* sive patruorum liberi, in stirpes semper succedent. *l. 2. supr. h. t.* 26 Posthumus admittitur ad hereditatem defuncti. *l. 3. §. 9. ff. de suis.* & sorori defuncti præfertur, *ut hic.* 27 *d. §. 9.* 28 Adoptivus admittitur ad successionem cum filiis legitimis & naturalibus, sive ante, sive post adoptionem nati sint. *Synops. Basil.* 45. *tit.* 2. *c.* 26. & 5. Harm. 8. §. 8. *l. 1. §. 6. ff. unde liberi. §. 2. Inst. de her. quæ ab intestato.* 29 Πορνογενής 45. *Ecl.* 2. *c.* 28. *l. 1. supr. soluto.* 30 Dixi ad *l. 2. supr. de jure aureorum.* 31 Nihil impedit quominus libertus filiis possit succedere, cum eos habeat in potestate. 32 Sui heredes etiamsi ignorantes se heredes esse, naturæ concesserint, hereditatem parentum transmittunt ad heredes suos. 33 Transmittit hereditatem etiam non aditam heres suus ad quoscunque heredes licet extraneos, *ut hic.* Cujus sententiæ varias exceptiones vide apud Socinum *reg.* 73. adde quæ de transmissione dixi ad *l. unic. §. 5. supr. de caducis tollendis.* 34 Nepos ex filia avo materno succedit cum avunculis & materteris, cum deminutione trientis ejus portionis in qua mater ejus succederet, si viveret, *ut hic*, & *l. 19. supr. de collat. l. 4. C. Theod. de legit. her. §. 15. in fin. Inst. de her. quæ ab intestato.* Hodie sine deminutione succedit, *l. ult. J. eod. Nov.* 18. *c.* 4. & 118. *c.* 1. licet neque sui, neque legitimi sint. Ideoque hæc lex ejusque similes abrogantur: abrogatur etiam jus vetus quo ex filia nati, post lineam agnatorum vocabantur. *§. 15. Inst. de her. quæ ab intest.* 35 Hic integra sententia. *C. Theod. d. loco.* prætermissa est. Ea ita habet: *Quod si hic defunctus, de cujus bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, sed præterea filios non habebit, sed qui præferri nepotibus possint habebit adgnatos, in quandam Falcidiam, & in dodrantem nepotes jure succedant.* 36 Nepotes ut succedunt aviæ maternæ.
37 Ne dicas cum Accursio, Nepotes ex filio justis de causis posse exheredari ab avia. Nam agitur hic de successionibus ab intestato, nemo vero exheredatur ab intestato, sed nepotem exheredatum a patre, vel matre non repræsentare vicem sui parentis in successione avi, vel aviæ. adde Cuj. 18. *obs.* 17. 38 *Defecerit. d. l. 4. C. Theod.* 39 Nepotes ex filia præteriti rumpunt testamentum aut injuste exheredati querela inofficiosi utuntur.
40 Hæc vox deest in C. Theod. *d. loco.* 41 De hereditatis petitione. 42 Que-

De capitis deminutione.

10. Impp. THEOD. & VALENTIN.[1] AA. Maximo[2] P. P.

UBi aviarum successio morte interveniente discutitur, capitis deminutio[3] paterna[4] quærenda non est. Tunc enim in hujusmodi hereditatibus filiorum status, aut persona spectatur, quotiens de ejus bonis, qui potestatem familiæ potuit habere, tractatur. Dat. 15.[5] Kal. Octobr. *Ravennæ*, THEODOSIO XIII. & VALENTINIANO III. AA. CONSS. 430.

De parentibus & liberis defuncti, vel defunctæ.

11. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Senatum Urbis Romæ.

SI matre[6] superstite filius, vel filia, qui quæve moritur, filios dereliquerit: omnimodo patri suo, matrive [suæ] ipso[7] jure succedant, quod sine dubio & de pronepotibus observandum [esse] censemus. Dat. Id. Novemb. THEOD. XV. & VALENT. [III.] AA. CONSS. 430.

De liberis & transversalibus.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

QUotiens aliquis, vel aliqua, intestatus, vel intestata, mortuus, vel mortua fuerit, nepotibus, vel pronepotibus cujuscunque sexus, vel deinceps aliis descendentibus derelictis, quibus *Unde liberi* bonorum possessio minime competit, & insuper ex latere quibuscunque agnatis, minime[8] possint iidem agnati quartam partem hereditatis mortuæ personæ, sibi vindicare, sed descendentes[9] soli[10] ad mortui successionem vocentur. Quod tantum in futuris[11], non etiam præteritis negotiis servari decernimus. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

De liberis.

In AUTHENT. de heredibus ab intestato. §. 1. col. 9. tit. 1. ex Novell. 118. cap. 1.

IN successionem mortui patrisfamilias, sive filiifamilias liberi ejus[12] si sunt, omnibus aliis prælati succedunt. Primi quidem gradus æqualiter[13] succedunt: nepotes & ulteriores in[14] stirpes: non distinguendo sexum[15], vel jura[16] potestatis, sed sola naturali causa inspecta.

TIT. LVI.

AD SENATUSCONSULTUM TERTYLLIANUM[17].

De infantibus.

1. Impp. DIOCLETIANUS & [18] MAXIMIAN. AA. & C C. Vivianæ.

LIcet liberi matribus ab intestato ita demum per se heredes existant, si fari[19] possint: tamen matres liberis, etiamsi infantes[20] naturæ concesserint, posse succedere, nulla dubitatio est. PP. 10. Kalend. April. TIBERIANO & DIONE CONSS. 293.

Patrem matri præferri.

2. Iidem AA. & C C. Rhesæ.

IN successione filii, vel filiæ communis, sine liberis & fratribus[21] & sororibus morientis, pater[22] manumissor[23], quia ei sit vetus jus servatum, matri præfertur. S. 6. Id. Dec. CC. CONSS. 293.

De præscriptione tutoris non petiti.

3. Imp. CONSTANTIUS A. Catulino proconsuli Africæ.

MAtres, quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus [eis] tutores[24] non petierint, præscriptione[23] [tamen] non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere præscribi, certum est. Dat. 6. Kalend. August. CONSTANTIO A. VII. CONSTANTE CONSS. 354.

De secundo nubentibus.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

SI qua mulier nequaquam religionem[26] priori viro, ex quo filios, seu filias non habet, nuptiarum festinatione[27] præstiterit, ex jure quidem notissimo infamis fit, nisi[28] hujusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: sin autem ei filii erunt, seu filiæ, & impetraverit indulgentiam, infamiæ[29] abolitionem permittimus, & cæterarum pœnarum antiquationem, si facultatum omnium, quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio, vel filiæ, filiis, seu filiabus donaverit, quos habebat ex viro priore susceptos, pure scilicet & omni donationis solennitate completa, nec retento quidem usufructu. Quem quidem semissem si duobus filiis, seu filiabus, pluribusve donaverit, & forte fatali[30] unus, vel una, seu alius, vel alia ex iisdem intestatus, vel intestata obierit: semper ad[31] superstites fratres, vel sorores volumus pertinere.

† Si autem universi, vel universæ intestati diem obierint, duræ[32] fortunæ ad matrem solatia ex integro revertantur: ita scilicet ut hunc semissem, quem filiis, vel filiabus donaverat: intestato diem obeuntibus, rursus ipsa separatim ab ultimi filii, vel filiæ hereditate præsumat. PP. 15. Kal. Januar. GRATIANO V. & THEODOSIO AA. CONSS. 380.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Senatui Urbis Romi.

MAter[33], quæ[34] defuncto filio, filiæve sine liberis, ex testamento, vel ab intestato succedit, si matrimonium secundum post[35] mortem filii, vel filiæ non contraxerit, omnia filii [seu filiæ] morte delata, vel derelicta pleno jure acquirat. Sin vero alterius[36] mariti conjugium elegerit, extrinsecus[37] quidem quæsita filio, filiæve, simili firmitate possideat: rerum vero paternarum[38] defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem [& sororibus, &] fratribus[39] transmissura defuncti. Dat. 7. Idib. Novemb. *Ravennæ*, THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

Mater tutrix filii privatur ejus hereditate, si transivit ad secunda vota, antequam tutorem alium ei fecerit ordinari. Salic.

6. Iidem AA. Florentino P. P.

OMnem[40] [matri] sive ab intestato, sive jure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandam volumus successionem, si ea legitima liberorum tutela suscepta, ad secundas contra sacramentum præstitum adspiravit nuptias, antequam[41] ei tutorem alium fecerit ordinari, eique, quod debetur ex ratione tutelæ gestæ, persolverit. Dat. 7. Id. Jul. *Constantinopoli*, THEODOSIO A. XVI. & FESTO CONSS. 439.

De defuncti vel defunctæ matre, fratribus, sororibus, patruo, patrueli, & patruelis filio. 1. De patre, matre, fratribus, & sororibus. De secundo nubente.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI quis, vel si qua, matre superstite, & fratre vel legitimo, vel sola cognationis jura habente, intestatus, vel intestata decesserit: non excludi a huj successione matrem, sed una[42] cum fratre mortui, vel mortuæ, si superstes vel filius, vel privignus[43] ipsius sit, ad eam pervenire, ad similitudinem sororum mortui, vel mortuæ: ita tamen, ut si quidem solæ[44] sorores agnatæ, vel cognatæ, & mater defuncti, vel defunctæ supersint: pro veterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam [partem] omnes sorores habeant. Sin vero matre superstite & fratre, vel[45] fratribus solis, vel etiam cum sororibus intestatus quis, vel intestata moriatur, in capita distribuatur ejus hereditas: nec liceat matri occasione sororum mortui, vel mortuæ ampliorem partem sibi vendicare, quam rata portio capitum exigit: patruo scilicet mortui, vel mortuæ, & ejus filio, vel nepote nullum jus ad ejus hereditatem (matre [ejus] herede existente) habentibus: nec ex veteribus legibus, vel ex constitutionibus partem matris minui. §. 1. Sin autem defuncta persona non solum matrem, & fratres, & sorores superstites habeat, sed etiam[46] patrem: si quidem sui juris decessit, quia patris persona interveniens matris jura superare videtur: omnibus pio animo providentes, sancimus fratres quidem, & sorores mortuæ personæ ad successionem proprietatis solos pro[47] virili portione vocari: patri autem, & matri usumfructum[48] totius successionis pro besse competere, æqua lance inter[49] patrem & matrem dividendum,

tela inofficiosi. 1 Impp. Honorius & Theodosius AA. *Cod. Theod.* 2 *Maximo præfecto urbi, l. 5. C. Theod. de legit. her.* 3 Adde *l. 1. §. 4. ff. de suis.* 4 Materna, ita extat in C. Theod. *d. l. 5.* & ita legi in Basilicis *lib.* 45. Cujac. 18. *obs.* 7. notat. & rectius, ut sit sensus, Natum post emancipationem matris jure civili avo materno succedere, aviæ paternæ, vel maternæ non succedere. ad hæc frustra quæri, *mater* an fuerit emancipata, quia avia (ut & quævis mulier) familiæ potestatem non habet. *l. 13. ff. de suis. l. 8. J. de præscript. longi tempor. Leon. Nov. 25.* De emancipatione adde *l. 7. C. Th. b. t.*
5 Dat. 5. Kal. Octob. Ravennæ, Theod. A. 9. & Constantino 3. Coss. C. Theod.
6 In successione ab intestato, descendentes ascendentibus præferuntur, *ut hic, & 45. Ecl. 2. c. 32. l. 2. §. 6. ff. ad SC. Tertull. §. 3. Inst. de SC. Tertull. Nov. 118. c. 1. Lex 8. in fin. C. Theod. de legit.* estque hæc lex pars *legis 5. J. ad SC. Tertull.* 7 Liberi ipso jure parentibus succedunt. 8 Abrogatur pars *leg. 9. supr. eod.* & similes, de quibus *ibi dixi.*
9 Descendentium appellatione in infinitum descendentes intelliguntur: ut hac voce fideicommissi progressum in infinitum intelligamus. 4. Simeon. de Præris 3. *de interpretat.* 3. *dubitat. 1. solutione* 10. veluti si dixero: *Bona mea ad descendentes meos pervenire volo & ideo alienari veto.* longissimo etiam gradu descendentes eo fideicommisso continebuntur. Bellovisanus *Nov. de restitut. 39. §. nos igitur:* Alex. 1. *Consil.* 56. Natta *Consil.* 437. 10 *Nov. 18. c. 4. Nov. 118. c. 1.* 11 *l. 7. S. de leg.* 12 In successione defuncti liberi omnibus præferuntur. 13 Primo gradu liberi inter se æqualiter succedunt. 14 Nepotes inter se vel cum patruis vel cum amitis succedunt in stirpes. *l. 2. 3. supr. b. t.* 15 Confirmatur *lex ult. supr. eod. l. 9. supr. b. t.* & similibus legibus abrogatis. 16 Id adjectum videtur propter *legem 10. supr. b. t.*
17 Dixi ad *L. 38. D.* 17. quo matres succedunt liberis ab intestato mortuis nulla relicta prole.
18 Theodosio videtur hæc lex tribui. *Nov.* 158. 19 Major infante per se matris hereditatem potest petere, vid. *l. 18. supr. de jur. delib.* 20 Hoc innuit, Etiamsi filius infans ex SC. Orphitiano matri non succedebat, nisi per patrem aut tutorem: ex Tertylliano tamen, matrem cujusque ætatis filio succedere. 21 Parentes, filiis sine liberis & fratribus mortuis succedunt, *ut hic:* Verum lege Hispanica patrem succedere filio notat Duenazius *reg.* 364. fratre defuncti excluso: Ubi etiam notat alia lege Hispanica, filium qui nullos habeat liberos, patrem vel matrem onerare non posse, nisi ad tertiam bonorum partem, præterquam in locis & civitatibus, quæ bona radici, hoc est, genti addicunt. 22 In successione filii pater præfertur matri. *ut hic, & l. 2. §. 15. ff. h. t. §. 3. Inst. eod. l. 10. ff. de suis.* hodie non præfertur. *l. ult. §. 1. J. h. t.* 23 *l. 10. ff. de suis.* manumittit filium, qui emancipat. 24 Mater quæ filio tutorem non petit, filio non succedit, si quidem is impubes decessit; si pubes, succedit. *l. 6. J. h. t.* 41. *Ecl. 1. c. 32.* adde *l. 2. §. 1. l. 4. §. 2. ff. qui petant tutor. l. 2. supr. si adver. delict. &* 5. Harm. 8. §. 92. 25 De præscriptione, id est, exceptione, non petiti tutoris: Præscriptio enim exceptio: hinc liber Tertulliani *de præscript. adversus hæret.* id est, de defensionibus & exceptionibus adversus hæreticos.
26 Religionem viro mortuo uxor debet, hoc est, intra annum luctus alteri nubere non debet.
27 Intra annum luctus sc. vid. *l. 1. S. de sec. nupt.* Nuptiarum festinatarum hæc est matri pœna, ut fiat infamis (nisi princeps ei infamiam remittat) quin ut princeps remittat, dimidiam bonorum quæ tempore nuptiarum habuerit amittit, liberis adquirendam, ne retento quidem usufructu & eo quidem amplius, ut si unus liberorum decedat, fratres superstites ei defuncto succedant, quod si universi intestato mortui sint, duræ fortunæ ad matrem solatia vertentur, hoc est, successio liberorum ad matrem revertetur. *Synops. Basil. 45 tit. 1. c. 33.*
28 *Novell. 22. c. 22. vers. sed neque.* adde quæ dixi ad *l. 15. supr. ex quibus caus. infam.*
29 Princeps notam infamiæ potest remittere. 30 Mortem intelligit, quam prudentiores non fato, sed Dei providentiæ attribuunt. 31 Et ita fratres matres excludebant, *ut hic, & §. 3. vers. frater. Inst. eod.* hodie non excludunt. *l. 7. J. h. t.* 32 Vid. *l. 28. supr. de inoffic. l. ult. supr. de inst. l. 15. ff. de inoffic. l. 7. in fin. ff. unde liberi. l. 26. in fin. ff. si quis omis. caus. test. l. 78. ff. de cond. & dem.* 33 *Synops. Basil. 45. tit. 1. cap.* 34.
34 Quæ habet jus liberorum defuncto &c. *l. 8. C. Theod. de legit. her.* 35 Quid si ante mortem filii? olim in omnibus bonis filii, cum profectitiis tum adventitiis solum habebat usumfructum. *l. 3. in fin. supr. de secund. nupt.* Hodie id immutatum est, ut mox dicetur.
36 Mater nubens post mortem filii, pro sua parte adventitia filii bona pleno jure capiebat, profectitia a patre usufructus tantum jure, *ut hic:* Hodie mater cum fratribus & sororibus defuncti succedit in virilem pleno jure in bonis adventitiis & profectitiis, sive in viduitate permanserit, sive ad secundas nuptias venerit ante vel post mortem filii. vid. *Nov. 2. c. 3.*
37 Id est, adventitia filii. 38 *Nov. 22. c. 40. l. 10. J. de legit. her.* 39 Vox *fratribus*, deest in C. Theod. quod a Triboniano mutatum, placuit enim Justiniano, ut & cum *sororibus* mater veniret in virilem. 40 Si mater non iteraturam se nuptias promiserit, legitimaque filii tutela suscepta, secundum postea matrimonium contraxerit, filio qui decedit impubes, non succedet, ne quidem a patre substituta: nisi prius ei tutorem petierit, & quæcunque debentur ex ratione gestæ tutelæ persolverit. *Synops. Basil. 45. tit. 1. c. 35.* vid. *l. 3. supr. h. t. l. 10. J. de legit. her.* 5. Harm. 8. §. 92. 41 *l. 3. supr. h. t.* Mater tutrix filii privatur ejus hereditate, si nupsit iterum antequam ei tutorem petierit, & ita cessat Tertyllianum, *ut hic & Novell. 22. c. 40. & d. l. 10.* adde *l. 6. J. in quib. caus. pign.* 42 Olim frater defuncti ejus matrem excludebat. *l. 4. vers. quem quidem. supr. h. t. §. 3. vers. frater. Instit. eod.* hodie non excludit, *ut hic & Nov. 22. c. 47. §. 2. Nov. 118. c. 2.* 43 Vid. Cujac. 12. *obs.* 7. 44 Si defuncti mater & solæ sorores extabant, mater in semissem succedebat, reliquæ sorores in alium semissem, *ut hic:* hodie in virilem. *Nov. 22. c. 47. Auth. & cum solis. J. eod.* 45 Si defuncto mater & fratres, vel mater, fratres, & sorores fuerint, mater virilem obtinet. 46 Si defuncto pater, mater, fratres, & sorores extiterint, quomodo succeditur? Si defunctus sui juris fuit, integra proprietas ad fratres, dimidia usufructus ad patrem & matrem defuncti, *ut hic:* altera dimidia ad reliquos fratres defuncti deferebatur, *ut hic.* Paulo post integer ususfructus patri attributus fuit. *l. 13. J. de legit.* Tandem usus, loco virilis proprietatis, patri datus est. *Nov. 118. c. 2.* Si vero defunctus sui juris non fuit, ususfructus integer patri soli adquirebatur, *ut hic:* quod tamen immutatum est, ut mox dicam. Proprietas vero adquirebatur matri & dimidia ususfructus, si solis sororibus defuncti concurrit: virilis, si cum fratribus solis aut cum fratribus simul & sororibus defuncti concurrebat.
47 *l. 11. supr. fam. ercisc.* 48 Al. *Ususfructus totius successionis semissem competere*, quæ lectio est sincera. 49 Olim pater matri præferebatur, & ita abrogatur *l. 2. §. 15. ff. h. t.*

dendum, reliqua parte usufructus apud fratres & sorores remanente. Sin vero defuncta persona in sacris patris [1] constituta decesserit: pater quidem usumfructum quem & vivente filio habebat, teneat, donec vivat, incorruptum: mater autem, quia [hunc] usumfructum habere vivente patre non potest, totum apud patrem constitutum: una cum fratribus defunctæ personæ ad proprietatem vocetur, scilicet cum sororibus sola in dimidia [2], cum fratribus, vel promiscui [3] generis secundum supradictam distributionem in virilem portionem: Omnibus videlicet, quæ de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt, in suo statu durantibus. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

Si cum matre concurrant fratres, vel sorores, vel fratres & sorores.

In AUTHENT. de nupt. §. quoniam mater. col. 4. tit. 1. Nov. 22. cap. 47.

ET cum solis fratribus, & cum solis sororibus, & cum permixtis vocantur matres in virilem [4] portionem.

De exheredatione.

In AUTHENT. ut cum de appellat. cogn. §. sancimus itaque. §. si vero contigerit. col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 4.

IN testamento quoque non licet liberis parentes excludere, nisi justa causa exheredationis inferatur, quæ septenario numero nova constitutione distribuitur: alioquin rescinditur testamentum circa institutiones: nam in cæteris [5] perseverat [6].

De parentibus, fratribus, sororibus defuncti.

In AUTHENT. de hered. ab intestat. venient. §. consequens. & §. sequenti col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2.

DEfuncto sine liberis filio, parentes, si soli sunt, succedunt salva gradus [7] sui prærogativa: si pari [8] gradu sunt, pariter succedunt: paternis [9] quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata, licet sit dispar eorum numerus. † Sed si cum parentibus fratres & sorores utrinque defuncti conjuncti supersint: vocantur cum ascendentibus gradu proximis, ita ut viriles portiones fiant, exclusa prorsus omni differentia sexus & patriæ potestatis, ubi nulla secundarum nuptiarum fit mentio.

TIT. LVII.
AD SENATUSCONSULTUM ORFITIANUM [10].

De consanguineis, & matre & filia defunctæ.

1. Imp. ALEXANDER A. Evangelo.

SI intestatæ mulieri consanguinei existant, & mater [11], & filia; ad solam filiam ex Senatusconsulto Orfitiano hereditas pertinet. PP. 15. Kal. Febr. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De portionibus.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Metrodoræ.

NOn pro numero superstitum mortis matris tempore: sed succedentium materna scinditur hereditas. Quapropter si mater vestra te, & uno fratre emancipatis; duobus autem aliis in patria positis potestate superstitibus, diem functa est: & hi, qui in potestate patris fuerant, priusquam [12] maternam hereditatem sibi quærerent, rebus humanis exempti sunt [13]: inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones. S. 7. Kalend. April. *Sirmii*, AA. CONSS.

Pro herede gestio.

3. Iidem AA. & CC. Julianæ.

MAtri intestato defunctæ secundum Orfitianum Senatusconsultum, citra [14] bonorum possessionem filia pro herede [15] gerendo, succedere non prohibetur. S. 12. Kal. Novemb. AA. CONSS.

De liberis & parentibus defuncti, defunctæve.

4. Imppp. GRATIAN. VALENTINIAN. & THEODOS. AAA. ad Hilarianum [16] P. V.

QUotiens [17] de emancipati filii, filiæve successione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio; neque [18] ulla [defuncti] defunctæve patri, matrive concedatur intestatæ successionis hereditas. Dat. 15. Kal. Mart. *Mediolani*, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS.

De muliere illustri.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

SI qua illustris [19] mulier filium ex justis nuptiis procreaverit, & alterum spurium habuerit, cui [20] pater incertus sit: quemadmodum res maternæ ad eos perveniant, sive tantummodo ad liberos justos, sive etiam [ad] spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut [21] neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita, justis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat: cum in mulieribus ingenuis [22], & illustribus (quibus castitatis [23] observatio præcipuum debitum est) nominari spurios, satis injuriosum [24], satisque acerbum, & nostris temporibus indignum esse judicemus. Et hanc legem ipsi pudicitiæ [25], quam semper colendam censemus, merito dedicamus. † Sin autem concubina liberæ conditionis constituta filium, vel filiam ex licita [26] consuetudine ab homine libero [27] habita procreaverit, eos [28] etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ jure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla dubitatio est. Dat. 15. Kal. Octob. *Chalced.* DECIO V. C. CONS. 251.

De mora in libertate præstanda.

6. Idem A. Juliano P.P.

QUidam ancillæ suæ per fideicommissum libertatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta est, moram [29] in libertate præstanda faciente, peperit ancilla; & esse [eum] quidem ingenuum puerum, vel puellam qui post moram nati sunt, omnes veteris juris auctores consentiunt: dubitabatur autem inter eos, si matri morienti posset succedere: hujusmodi itaque dubitationem eorum decidentes [30], ulterius eam procedere non patimur: sed sancimus eandem [31] matris progeniem heredem ab intestato ei posse existere: salvo jure legitimo ex auctoritate Senatusconsulti Orfitiani proli servando, & tam matre ex Senatusconsulto Tertulliano, quam prole ex Orfitiano Senatusconsulto invicem ad suas hereditates venientibus. Dat. Kal. Octob. *Constant.* LAMPADIO, & ORESTE, VV. CC. CONSS.

TIT. LVIII.
DE [32] LEGITIMIS [33] HEREDIBUS.

De fratribus & sororibus.

1. Imp. ALEXANDER A. Cassio & Hermionæ.

IN successione, quæ titulo consanguinitatis vel in bonorum possessione, quæ proximitatis nomine competit, tam fratres [34], quam sorores pari jure esse, licet [35] non [ex] eadem matre suscepti sunt, jus certum est. Nec huic derogatur, quod amitas [36] vestras ab avo vestro dotatas [37] fuisse proponitis. PP. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De separatione bonorum.

2. Imp. GORDIANUS A. Tatianæ, & aliis.

SI ejus, quæ vos heredes instituit, patri hereditatem non quæsistis, posteaque mortuo patre, ac repudiata [38] ejus hereditate, defunctæ successionem agnovistis: ea, quæ bonorum sunt defunctæ, ab his separari, quæ patris vestri fuerunt, præses provinciæ non ignorabit. PP. 6. Id. April. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De sorore consanguinea & filiis fratris.

Soror fratris filio antefertur civili ac prætorio jure ex gradus prioritate. Bald.

3. Imp. DECIUS A. Asclepiodotæ.

COnsanguinitatis jure, & fœminas [39] ad intestatorum successionem admitti posse, explorati [40] juris est. Proinde cum fratris tui intestato [41] mortui ad te consanguinitatis jure hereditas pertineat: nulla ratione alterius [42] fratris tu. filii ad eandem successionem adspirare desiderant: nam & cessante jure agnationis in persona omnium, prætorii juris beneficio ad te potius, quæ secundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. PP. 2. Non. Decemb. DECIO A. & GRATO CONSS. 251.

De fratribus, & filiis fratrum, & his qui post eos vocantur.

In AUTHENT. de hered. ab intestato venient. §. reliquum. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2. & ut fratres fin. §. 1. col. 9. tit. 10. al. 7. Novell. 127. cap. 1.

CEssante [43] successione lineæ descendentis, & ejus quæ sola sit ascendentis, vocantur primo [44] fratres, fratrisque præmortui filii in stirpes. Dico autem de fratre, ejusque fratris filiis, qui ex utroque parente contingunt eum, de cujus here-

§. 3. *vers. pater. Inst. eod. l.* 2. *supr. h. t. l.* 10. *ff. de suis & legit.* 1 Sacra paterna quid, dixi plenissime in *l.* 10. §. 1. J. *de adoption.* adde *l. ult. supr. de curat. furiosi. l.* 3. *S. de suis. l.* 3. J. *de bonis matern. l.* 31. *supr. de fideic. l.* 1. §. *ult.* J. *de annali except. l.* 12. *supr. de collat.* Habebant veteres sacra propria & privata. Cic. 2. *de leg.* 7. Val. 7. 2 *In dimidiam* Hal. hodie in virilem. *Auth. & cum solis.* J. *h. t.* 3 i. e. si matri concurrunt fratres simul & sorores defuncti. 4 Olim cum solis sororibus vocabatur, & ita abrogatur pars legis superioris. 5 Id est, legatis & fideicommissis. dixi ad *Nov.* 115. *c.* 3. *in fin.* 6 Olim ita non fuit, dixi ad *d. c.* 3. 7 Ut qui prior gradu fuerit, prior succedat. 8 Pares gradu pariter succedunt. 9 Filio filiave defunctis, una dimidia paternis parentibus, altera maternis cedit. Mirum quod non dixerit: Paterna paternis, materna maternis cedere, ut *l.* 13. J. *de legit. her.* Goth. Vid. Valentin. Forster. *de Successionibus lib.* 3. *c.* 11. *num.* 6. & 7. Ans.

10 Dixi ad *L.* 38. *D.* 17. adde Paul. 4. *sentent.* 10. quo filii & filiæ succedunt matri intestatæ. 11 In successione matris, filia matris consanguineis fratribus, & agnatis ex transverso omnibus defunctæ præfertur. adde *l.* 1. *ff. Inst. eod. in princ.* Id est, Descendentes præferuntur adscendentibus. *l.* 4. J. *h. t.* successio magis descendit, quam ascendit, si mulier extantibus matre & filia decedit, ad filiam defunctæ hereditas pertinet. *Synops. Basil.* 45. *tit.* 1. *c.* 36. 12 *l.* 7. *supr. de jur. delib.* 13 Deficientis portio adcrescit, reliquis adeuntibus. 14 Liberi citra bonorum possessionem matri succedunt. facit *l.* 4. J. *tit. prox.* Cur ita? quia non prætoris, sed senatusconsulti beneficio admittuntur ad successionem. *l.* 1. *C. Th. de legit. hered. l.* 1. *C. Theod. de cretionib. bonor. sublat. l.* 3. *ff. unde legitim.* 15 Sola aditione. Paul. 4. *sent.* §. 10. *ult.* 16 Ad Hilarium P. P. *l.* 3. *C. Theod.* 17 *l.* 3. *C. Theod. de legitim. hered.* 18 Descendentes præferuntur ascendentibus. *l.* 1. *supr. h. t.* 19 Spurius nulla in parte matri illustri, cui legitimi alii liberi sunt, ab intestato succedit: quin ne quidem inter vivos donatione quidquam ab ea accipere potest: matri vero concubinæ liberæ conditionis una cum ejus aliis liberis ex nuptiis legitimis procreatis succedit, qui ex ea concubinatu natus. *ut hic. Synops. Basil.* 45. *tit.* 1. *c.* 36. *l.* 3. *supr. solut. matrim.* 20 Spurius, cui pater incertus. dixi ad *Nov.* 89. *c.* 15. 21 Matri illustri, cui legitimi sunt liberi, non succedit spurius, *ut hic:* non illustri, succedit. *vers. Sin autem.* J. *eod.* 22 Aliud in ingenuis & vilibus. Roland. a Valle 1. *consil.* 74. *n.* 21. 23 Quo mulier illustrior, eo castior esse debet. 24 Injuriosum satis est illustri mulieri, spurios habere. 25 Pudicitiæ cultus. 26 Concubinatus Romanis licita fuit consuetudo atque conjunctio. dixi ad *l.* 1. *supr. de concubin.* adde *l.* 3. *ff. d. t.* 27 Aliud si ab homine servilis conditionis, aut libero quidem, sed uxorem habente. dixi ad *Nov.* 89. *cap.* 15. quod tamen Rolandus a Valle non admittit 1. *cons.* 74. *n.* 32. 28 Quid: vulgo quæsito filio potestne mater donare? posse ex hoc loco notatur. Capella Tholosana *quæst.* 192. 29 Qui post moram fideicommissariæ matris libertati factam nascuntur, ingenui sunt, *ut hic. l.* 1. §. 3. *l.* 2. §. 3. *vers. Et in. ff. ad SC. Tertull. l.* 1. §. 1. *ff. de suis.* ideoque matri succedunt. *vers. fin.* J. & *l.* 2. §. 3. *ff. ad SC. Tertull.* 30 Hæc est 38. decisio ex quinquaginta novis Justiniani. vid. Inglois. *Ans.* 31 Id est ita natam, ita susceptam post moram fideicommissariæ libertatis matri factam.

32 *Pars secund. tit.* 16. *ff. lib.* 38. *Nov.* 118. *c.* 3. 33 Id est agnatis, quo nomine primo intellige fratres consanguineos. 34 Fratres & sorores ad successionem pariter admittuntur. 35 Hodie consanguinei & uterini simul potiores sunt aliis, qui solummodo consanguinei, vel solummodo uterini. *Nov.* 84. *c.* 1. §. 1. 36 Vid. Cuj. 18. *obs. ult.* 37 Dotem non conferunt sorores, cum agitur de hereditate fratris, sed cum de hereditate patrum. 38 Post repudiatam hereditatem patris, filius eam sibi vivente patre delatam adire potest: & separationem bonorum petere, *ut hic & l.* 21. *ff. de adq. vel omitt. her.* 39 Non tamen ultra consanguineorum gradum, idque lege Voconia. vid. Cujac. *hic.* 40 Et quidem lege 12. tabularum. dixi ad *l.* 12. *tab. lib.* 2. *tit.* 20. §. 13. 41 Intestato fratri soror potest succedere. 42 Olim fratres, vel sorores defuncti præferebantur alterius fratris, aut sororis liberis, *ut hic, & l.* 14. J. *h. t.* Hodie repræsentationis beneficium fratris filiis concessum est. *Novell. Justin.* 127. 43 Id est, si nulli sint defuncto descendentes aut ascendentes, quemadmodum succedatur. 44 Frater (quo vocabulo sororem intellige) fratri succedit. Fratres defuncti fratrumque præmortuorum filii in stirpes concurrunt: fratres intellige ex utroque parente conjunctos: fratrum vero filios, fratrum ex utroque paren-

ditate

ditate nunc agitur: quæ personæ veniunt, & [1] *sine defunctæ nunc personæ parentibus, & cum proximis gradu ascendentibus. Et quidem prædicti fratris filius, & si* [2] *tertio gradu sit, præfertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati sunt. In hac successione omnis differentia sexus, & emancipationis cessat.*

In AUTHENT. de hered. ab intest. §. his autem non. & §. illud. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 3.

POst fratres autem ex utroque parente, & eorum filios admittuntur ex uno [3] *latere fratres, sororesve: cum quibus & filii eorum, si qui ex eis jam decesserint. † Hi autem fratrum filii cum pares sint defuncti fratribus, præferuntur* [4] *proculdubio ejusdem defuncti patruis, & aliis similibus: & in his successionibus omnino cessat sexus, & agnationis ratio.*

In AUTHENT. de hered. ab intest. venient. §. Si vero neque. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 3.

POst fratres, fratrumve filios vocantur quicunque gradu sunt proximiores [5]*: ut pares* [6] *in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum, &* [7] *fœminarum. Sola namque cognatio spectatur in talibus. Fiet autem divisio* [8] *in capita* [9] *& non in stirpes* [10].

Si testamentum non valet.

4. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Cæcilio.

SI aut nullum [11] testamentum nepos patrui tui ordinavit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, & agnationis jure successio ejus tibi delata est: etiam citra [12] bonorum possessionis subsidium legitimo jure subnixus es. PP. Idib. Jul. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De agnatione, & cognatione.

5. Iidem AA. & CC. Cupillæ.

AD intestati successionem agnationis [13] quam proximitatis jure venientes haberi potiores, certum est. Supp. 16. Kal. Jul. *Sirmii*, AA. CONSS.

Si suus heres abstineat, vel repudiet.

6. Iidem AA. & CC. Claudianæ.

DEfunctis, suis extantibus heredibus, & abstinentibus, vel repudiantibus hereditatem, frater [14] jure consanguinitatis succedere potest. Suppos. Kal. Januar. AA. CONSS.

De patruo, & matertera.

7. Iidem AA. & CC. Amiano.

PAtruo, ac materteræ tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur, sed patris [15] frater agnationis jure sorori matris anteponitur. S. 17. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

De defunctis apud hostes.

8. Iidem AA. & CC. Silano.

SI his, de quorum successione agitur, apud [16] hostes defunctis, secundum legis Corneliæ beneficium jure agnationis adita hereditate, vel petita bonorum possessione successisti; eorum substantiam vindicare non prohiberis. S. Non. Jul. *Sirmii*, AA. CONSS.

De sorore, & avia.

9. Iidem AA. & CC. Demagoræ.

IN successione intestatæ, sororem [17] quam aviam, vel avum maternum, haberi potiorem non ambigitur. S. 6. Kal. Jul. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De tutore non petito.

10. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P.P.

SCiant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto ejus patre, tutorem [18] ei secundum legem non petierint intra annum, omnem eis, sive ab intestato, sive jure substitutionis, successionem ejus, si impubes moritur, denegandam esse. Dat. 5. Id. Jul. *Constantinop.* THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De emancipatis.

11. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P.P.

SI ab eo, qui ex [19] sacro rescripto secundum nostram constitutionem [20] fieri postulaverit emancipationem liberorum, petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima jura per emancipationem extinguantur: eadem jura tam emancipato vel emancipatæ contra personas alias hoc modo sibi conjunctas, quam [21] aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel in successionibus, & tutelis, necnon cæteris serventur intacta [22]: Collationibus [23] tam ab his secundum ea quæ super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, utpote peracta emancipatione, faciendis. Dat. 15. Kal. August. PROBO & AVIENO JUN. CONSS. 503.

De nato ex majore quinquagenaria.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

SI major quinquagenaria [24] partum ediderit, si [25] debet hujusmodi soboles suo patri succedere, & hereditatem ejus nancisci, a Cæsariana [26] advocatione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis [27] hujusmodi partus inveniatur, & raro [28] contingat; nihil tamen eorum, quæ probabiliter [29] a natura noscuntur esse producta, respui: sed omne jus quod ex quacunque lege liberis præstitum est, hoc merum atque immutilatum hujusmodi [30] filiis, vel filiabus servari in omnibus successionibus: sive ex testamento, sive ab intestato, & summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit: maxime cum & anteriore [31] nostra lege hujusmodi nuptias permisimus, impares [32] eas videri minime concedentes. Dat. 9. Kal. Nov. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

Qui succedunt emancipatis.

13. Idem A. Joanni P.P.

DE emancipatis filiis, qui [ex] sacro [33] rescripto patribus impertito hoc a suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. §. 1. Cum [enim] Anastasiana lex [34] jura fratribus legitima noscitur servare: si quis ex his sine testamento & liberis decesserit, utrumne ad fratrem, vel ad sororem ejus successio devolvatur, an ad superstitem patrem, [dubitabatur,] hujusmodi dubitationem compendioso responso duximus esse finiendam. Ideoque sancimus ad similitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus jam a nobis lex [35] posita est, etiam hujusmodi hereditatem jure quidem dominii ad fratres, vel sorores in totum pervenire, usumfructum [36] autem [ejus] patri totum [37], sive priorem torum servaverit, sive ad secundas migraverit nuptias, adquiri: sive per sacrum oraculum emancipatio procedat, sive alio legitimo modo a sacris [38] paternis fuerint absoluti. §. 2. Cum enim & pater utitur usufructu, & votum [39] ejus est, ad alios filios suas res pervenire: ea propter cum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc a nobis in hac specie plenius [eis] subvenitur: ut pater habeat usumfructum [40], fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis maternis [41] rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos [42] vocari oportet. Sin autem non supersint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus, & non per differentiam personarum, vel rerum vacillare noscatur. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

De differentia inter masculos, & fœminas sublata. De filiis sororis.

14. Idem A. Joanni P.P.

LEge [43] duodecim [44] tabularum bene humano generi prospectum est, quæ unam consonantiam tam in maribus quam in fœminis legitimis, & in eo-

re conjunctorum liberos. 1 Id est, sive non concurrant ascendentibus, sive concurrant. 2 Fratris ex utroque parente mihi conjuncti filius, fratri meo uterino, vel paterno tantum meam evincit hereditatem, id est, Fratri uterino, vel paterno potior est, quod ad jus mihi succedendi, ut hoc casu qui tertio gradu fuerit, eo sit potior qui secundo fuerit. Tanta vis est repræsentationis, ut cujus parens uterinum mihi fratrem semel antecesserit, eundem filius antecedat. Non absimiliter plerisque in locis fieri solet inter nobiles præsertim illustres, apud quos primogenito natus in linea collaterali, patruos etiam proximiores defuncto excludit.
3 Post liberos, post ascendentes, post fratres ex utroque latere conjunctos, post nepotes ex fratre utroque latere conjunctos, fratres sororesve ex uno tantum parente fratris sororisve uterinorum, vel ex patre tantum liberi, succedunt, suntque potiores patruis defuncti, quod & jure fit. Descendit enim successio magis quam ascendit. 4 Nepos ex fratre meo licet uterino tantum, vel paterno tantum, mihi succedit, & patruo meo præfertur, eumque excludit. 5 Ut sunt patrui, amitæ, materteræ, & ab his patrueles, consobrini, amitini: Exempli gratia, si mihi patruus sit Titius, patruelis vero Mævius, patruus patruele potior, nec immerito, cum patruus patruele sit proximior. Patrui enim filius, patruelis, nec ad patruelem, nisi per patruum pervenitur. 6 Gradu pares, jure pares. 7 Id est, agnationis, & cognationis. 8 Plures patrui, avunculi, amitæ, materteræ, patrueles, amitini, consobrini, patrui magni, & deinceps inter se vel alii cum aliis concurrentes succedunt in capita non in stirpes. 9 Ut quot sunt personæ, tot sint portiones. 10 *l. 1. ff. de suis.*
11 Paria sunt, nullum, & inutile. 12 Hereditas agnati jure civili delata adiri potest sine bonorum possessione. adde *l. 3. supr. ad SC. Orphitian. l. 3. ff. de legit.* 13 Hodie adgnati non sunt potiores, *Authen. post fratres fratrumque filios. supr. eod. Nov. 118. c. 3. 4.*
14 Filiis se abstinentibus vel repudiantibus fratres succedunt. 15 Patruus anteponitur materteræ, *ut hic.* hodie non anteponitur. vide *d. Nov. 118.* 16 Adgnati veniunt ad successionem defuncti apud hostes, beneficio legis Corneliæ. adde *l. 2. ff. de testam.*
17 Hodie sorores non anteponuntur avo & aviæ maternis. *Nov. 118. c. 2. Auth. defuncto. supr. ad SC. Tertyll.* 18 Pœna hæc est cognati intra annum cognato pupillo tutorem non petentis, ut ei impuberi morienti sive ab intestato, sive jure substitutionis non succedat. *Synops. Basil. 45. tit. 1. c. 42.* 5. Harmen. 8. §. 92. sumptum autem hoc est ex Nov. Theodos. *de tut.* 5. *l. 6. in fin. supr. ad SC. Tert. l. 6. J. in quibus caus. pignus. l. 2. §. quando muli. tut.* adde *Nov. 22. c. 40.* 19 De emancipatione ex sacro rescripto dixi ad *l. 18. supr. de collat.* adde *l. 13. J. h. t.* 20 *l. 5. J. de emancipation.* 21 Rescriptum principis reservans emancipato jura adgnationis sive succedendi, intelligitur reservare tam active quam passive. *Salyc.* 22 *l. ult. J. eodem. §. ult. Inst. de legit. adgnat. success. l. 4. supr. de legit. tut. l. 5. supr. de curat. fur.* 23 Hæc verba ad finem usque legis Accursius non agnoscit & absunt quoque ab interpretatione: κατὰ πόδας. Cujac. 18. *obs.* 18. 24 De partu quinquagenario adde exemplum Constantiæ uxoris Henrici V. Imperatoris, quæ ea ætate peperit. vide Fazellum, 8. *rerum Sicularum.* adde *l. 15. §. 2. ff. de adop.* 16. Ulp. *ult. l. 27. supr. de nuptiis.* Goth. Vid. Nævisan. *Sylv. nupt. lib. 2. n. 17.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cas. 89.* Tholosan. *de Republ. lib. 7. cap. 16. n. 17.* Molin. *ad consuetud. Paris. tit. des fiefs. num.* 92. Ans.
25 Ratio dubitandi fortassis videbatur, quod hujusmodi partus insolitus & quasi contra naturam, & idem de eo dicendum videretur, quod de natis contra naturam. Quibusdam etiam videbantur ea ætate contractæ nuptiæ minus justæ ac legitimæ: *l. 27. supr. de nuptiis.* proinde & ex ea conjunctione nati injusti liberi & a successione matrum alieni.
26 De Cæsariana advocatione, ad quam Justinianus noster multas constitutiones conscripsit, adde *l. ult. supr. de pactis.* sunt qui Cappadociæ Cæsaream hic accipiunt, quæ Charondæ legum primum usum doctissimosque interpretes habuit. de qua Strabo 12. sed tamen videtur Palæstinæ fuisse *arg. l. penult. J. de fidej.* 27 Nam mulier eo tempore pro sterili habetur. *l. 21. D. de act. empt.* 28 De his quæ raro fiunt, communiter jus aut lex constitui non solet. *l. 3. D. de legib. l. 64. D. de reg. jur.* fit tamen interdum. *l. 12. D. de senatoribus. l. 7. §. 3. D. de adq. rer.* 29 Probabilia Jurisconsultus admittit. 30 Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria, est legitimus, & ideo ad successionem admittitur. 31 *l. 27. §. de nuptiis:* dixi ad Ulp. 16. §. 3. 32 Seu impar matrimonium. Ulp. *d. loco.* 33 Vide *l. 11. supr. h. t.* 34 *l. 5. J. de emancipat. & d. l. 11.* 35 *l. ult. J. comm. de succession.* 36 Hodie pater virilem proprietatis cum fratribus defuncti concurrens obtinet. *Novell. 118. c. 2. vers. Si vero.* 37 Olim semis adquirebatur. *l. 7. §. ad SC. Tert.* 38 De sacris paternis dixi plenius ad *l. 10. §. 1. J. de adoptionib.* 39 *l. 2. §. 2. in fin. D. de bon. liber.* 40 Hodie virilem proprietatis, *d. c. 2.* dixi ad *l. ult. supr. de suis.*
41 In maternis rebus uterini præferuntur. 42 Hinc illa regula, Paterna paternis, materna maternis. *Nov. 84. c. 1. §. 2.* quam immutat *Novell. 118. c. 2.* vult enim fratres conjunctos ex utroque latere uterinis, vel paternis tantum præferri. Extantibus uterinis tantum, & paternis tantum dividi hereditatem defuncti in semissem, nulla habita ratione originis bonorum: quin cognatus, si proximior fuerit, excludit adgnatum. *Novell. 118. c. 3. Auth. Post fratres. §. eod.* quod & in Galliæ regionibus juri scripto subjectis servatur. Hot. *consil.* 23. In aliis regionibus Galliæ, paterna paternis, materna maternis deferuntur. vid. Hot. *ibi.* Pone igitur, patruelis mei filio bona quædam paterna fuisse: eidem Franciscum nepotem ex fratre uterino susceptum fuisse: uter potior in illius paternis? Egone, an vero nepos ex defuncti fratre uterino Franciscus? Paponius 21. *Arrest. n. 17.* & Lucius 8. *Arrest. 10. num.* 4. referunt contra nepotem judicatum fuisse, cum hic agatur de bonis paternis, idque ita judicant Galli ex hac lege. Quod ut plenius intelligamus, rem paucis explicemus: Titius ex Mævia suscepit AB. Mævia ex Sempronio CD. Sempronius ex Caia EF. Quod ad hujusmodi personas attinet, AB. sunt inter se consanguinei; CD. inter se quoque consanguinei: EF. inter se quoque consanguinei. AB. ad CD. uterini, ad EF. nihil. CD. ad EF. paterni. Pone C. mortuum, relictis bonis paternis, maternis, & adventitiis, D. ut frater consanguineus excludet AB. uterinos tantum, & EF. paternos tantum. Finge D. postmodum mori relictis bonis paternis, maternis, & adventitiis: AB. colligerent materna ex hac lege: EF. paterna. Hodie res agitur simplicius. Tota hereditas defuncti D. inter paternos, & uterinos æqualiter dividitur, ut unam mediam ferant paterni, alteram materni. *Novell. 118. c. 2.* 43 Lex 12. tabularum nulla discretione sexus successionem defert. Paul. 4. *sentent.* 8. §. 3. adde §. 3. *vers. & hæc quidem. Inst. de leg. agnat.* dixi ad *l. 12. tab. lib. 2. tit. 20. §. 6. & 21. l. 4. §. de lib. præteritis.*
44 Huic legi contraria est lex Salica Francica *tit. de Allode.* qua cautum fuit, ut ne ulla portio terræ Salicæ ad fœminas deferretur, de qua vide quæ in utramque partem disputat Pyrrhus rum

rum successionibus, necnon & in liberis observandum esse existimavit: nullo [1] discrimine in successionibus habito, cum natura [2] utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale [3], & alterum [4] alterius auxilio egeat, & uno semoto, & alterum corrumpatur. Sed posteritas dum nimia utitur subtilitate [5], non piam induxit differentiam, sicut Julius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertyllianum fecit, apertissime docuit. Cui enim ferendum est, ab intestato successionibus suas quidem filias ad similitudinem masculæ sobolis in parentis vocari successionem, & iterum [6] germanas jure consanguinitatis eandem sibi vindicare prærogativam, deinceps autem legitimas fœminarum personas, si jura consanguinitatis non possident [a] successione legitima repelli, cum maribus eadem successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filii fratris sui una cum masculis vocatur, sed aliud jus in amitis, aliud in patruis observatur? Vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem ejus ab eadem successione recluditur? Hujusmodi itaque legis antiquæ reverentiam & nos anteponi [7] novitati legis censemus, & sancimus [8], omnes legitimas personas (id est per virilem sexum descendentes) sive masculini, sive fœminini generis sint, simili modo ad jura legitimæ successionis ab intestato vocari secundum gradus [9] sui prærogativam: non ideo excludendas, quia consanguinitatis jura secundum germanæ observationem non habeant. Cum enim unius sanguinis jura remaneant per virilem sexum incorrupta: quare naturam [10] offendimus, & legitimo juri derogamus? cum & aliam maximam injuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Cum enim, & ad [11] ipsarum mulierum successionem masculi jure agnationis vocantur: quis patiatur earum quidem hereditatem ad eos legitimo jure deferri, ipsas vero nec invicem sibi, nec masculis eodem jure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quod [12] fœminæ natæ sunt, & paterno [13] vitio (si [14] hoc vitium est) prolem innocentem gravari? §. 1. In his igitur casibus legem [15] duodecim tabularum sequentes, & novum [16] jus [17] novissimo jure corrigentes, etiam unum [18] gradum pietatis intuitu transferri a jure cognationis in legitimam volumus successionem: ut non solum fratris filius, & filia (secundum quod jam definivimus) ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis uterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ una cum his ad jura avunculi sui perveniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis [19], avunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ex utroque latere succedant, tanquam [si] omnes legitimo jure veniant: scilicet ubi frater, & soror superstites non sunt. His enim personis præcedentibus, & hereditatem admittentibus, cæteri gradus remaneant penitus semoti [20]. † Illo procul dubio observando, ut successio non in stirpes, sed [21] in capita dividatur, & is gradus in ordinem legitimum transferatur: cæteris omnibus successionibus secundum jus usque ad præsens tempus observatum in suo statu manentibus. Si qui autem casus jam evenerunt: secundum quod pristina jura volebant, eorum fiat distributio. Dat. 5. Kal. Decembr. post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 532.

Præfatio, & confirmatio superioris constitutionis. 1. *De filiis emancipatorum.* 2. *De fratribus, & sororibus uterinis.* 3. *De tertio gradu.* 4. *De tutela.* 5. *De casibus præteritis.*

15. Idem A. Joanni P. P.

MEminimus antea [22] divinam [nos] promulgasse constitutionem, per quam ad vestigia legis [23] duodecim tabularum totam progeniem ex legitima sobole descendentem, sive masculinam, sive fœmininam legitimo jure hereditatem adipisci sanximus: ut quemadmodum [24] ipsis a legitimis personis succeditur, ita & ipsæ legitimarum personarum amplectantur successionem. In qua constitutione unum gradum ex cognatis in jus legitimum reduximus [25], id est, germanæ [consanguineæ] filios, & filias, & sororis uterinæ filios, ac filias. Quam constitutionem [26] in suo robore permanere censemus, cum & in nostris [27] constitutionibus [28] tenor ejus a nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito, necessarium duximus, & si quid ex prætoria jurisdictione [29] frugi inventum est, & hoc cum perfectissima definitione dispositio nostras leges ampliari. §. 1. Cum igitur prætorem [30] filium emancipatum, licet subtili [31] jure capite fuerat deminutus, attamen in patris successionem sine ulla deminutione vocare manifestum est: non eodem autem jure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur, sed nec filii ejus jure legitimo suis patruis succedebant: necessarium duximus hoc primum corrigere, & legem Anastasianam justo incremento perfectam ostendere: ut emancipati [32] filius, & filia, non solum in paternis [bonis], ad suorum similitudinem succedant: sed etiam in fratrum, vel sororum suarum successione (sive omnes sui, sive omnes emancipati sint, sive mixti) æquo [33] jure invicem sibi succedant, & non secundum legem Anastasianam [34] parte aliqua deminuta. Et hæc quidem de filiis emancipatis sancire bellissimum nobis visum est. §. 2. Sed nec fratrem, vel sororem uterinos [35] concedimus in cognationis loco relinqui [36]: cum enim tam proximo gradu sunt, merito eos sine ulla differentia, tanquam si consanguinei fuerant, cum legitimis fratribus & sororibus vocandos esse sancimus: ut secundo gradu constituti, & legitima successione digni reperti, aliis omnibus, qui sunt ulterioris gradus, licet legitimi sint, præcellant. Et hæc quidem de secundi gradus successione satis abundeque a nobis cum summa utilitate disposita sunt.

§. 3. Cum autem tertio gradui ex transversa linea fuerit locus, ubi patruis, & filiis fratrum, & sororum [locum] antiquitas dedicavit: una cum illis tam emancipati [37] fratris, quam emancipatæ sororis filium tantummodo, & filiam, sive emancipatos, sive suos patribus [suis] constitutos, & neminem alium alterius: necnon fratris uterini & sororis germanæ, vel uterinæ filium & filiam tantummodo ex legitima linea invicem vocari censemus, sicut jam sanximus: ut omnes, qui vel ab antiquo [38] jure, vel a nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt prærogativa, & eodem tertio gradu sunt, simili jure vocentur. Successionis videlicet jure & in hac parte servando: ut si [39] qui ex secundo gradu vocati renunciaverint hereditati, & noluerint eam adire, nullusque alius sit in secundo gradu, qui succedere potest, & vult: tunc hi, quos præsenti lege enumeravimus ex tertio gradu, in locum recusantium succedant. † Illo etiam observando, ut successio non in stirpes, sed in [40] capita dividatur: cæteris omnibus successionibus secundum jus usque ad præsens tempus observatum procedentibus, & nullo ex cognatis supra memoratos gradus ad juris agnatitii [41] formam redigendo, sed suum ordinem suamque proximitatem retinente incorruptam. §. 4. Quas autem personas ex jure cognationis in legitimas successiones transveximus, eas [42] etiam tutelæ gravamini vicissim supponimus, scilicet si masculi sint, & perfectæ ætatis, secundum nostræ constitutionis [43] tenorem: ut non solum lucrum [44] sentiant, sed etiam gravamini subjugentur. §. 5. Si qui autem casus jam evenerunt, & per judicialem sententiam [45], vel amicabilem [46] transactionem sopiti sunt, nullam sententiam ex hac lege retractationem. Dat. Idib. Octobr. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534.

TIT. LIX.
COMMUNIA DE SUCCESSIONIBUS [47].

De his, qui succedunt fratri emancipato.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Varaniæ.

SCire debuisti, fratre emancipato potiorem eam, quæ in familia mansit, in [48] alterius emancipati bonis non haberi: sed eos pariter, si [49] solenniter petierint bonorum possessionem, succedere. S. 15. Kal. Jun. *Sirmii*, CC. CONSS.

De tutelæ actione, & herede heredis.

2. Iidem AA. & CC. Apollinari.

SI pater tuus propius [50] sobrino tuo agnato constituto, & intestato defuncto, civili jure adita hereditate; vel hoc ab initio non interveniente seu capitis deminutione perempto, solenniter [51] bonorum possessione [52] admissa, successit; ac tibi patris tui quæsita hereditas est: adire præsidem provinciæ debes, ac tutorem [53] ejus de tutela convenire. Dat. 14. Kal. Jun. *Veronæ*, AA. CONSS.

An vitricus privigno succedat.

3. Iidem AA. & CC. Ulpianæ.

VItrico [54] privigni successionem intestato civili, vel honorario jure non deberi, certissimum est. S. 15. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

De servis.

4. Iidem AA. & CC. Asterio.

SErvus successores habere [55] non potest [56]. Dat. Non. April. CC. CONSS.

Privignum novercæ non per se, sed per fratres succedere.

5. Iidem AA. & CC. Justinæ.

AMitæ, cui successisse filios suos proponis, hereditatem tuo nomine non recte petis. Sed quoniam hos [etiam] intestatos diem functos adseveras: siquidem hi, quos privignos [57] ejusdem amitæ dicis, eorum consanguinei [58]

disp. 3. *de lege Salica*, & regni successione. 1 *Nov.* 18. *c.* 4. *Nov.* 21. *Nov.* 118. *c.* 4. & 5. §. 3. *Inst. de legitima agnat.* 2 Paria natura jus idem exiguat. 3 Laus nuptiarum, facit *Novell.* 22. adde *Novell.* 33. *in fin. pr. l.* 129. *in fin. ff. de verb. obl.* v. Augustin. *de bono conjugii:* Martialem *epistola ad Tholosanos:* & Columellam *l.* 12. Musonium *apud Stobæum sermone* 65. 4 Vir uxoris auxilio indiget *Geneseos* 2. *vers.* 18. 5 Nimia subtilitas impia. 6 Hoc innuit, jure veteri filias successisse parentibus: sorores etiam fratribus, at non consobrinas consobrinis, & fœminæ ad hereditates legitimas ultra consanguineas ad successionem non admittebantur. Paul. 4. *sent.* 8. §. 3. dixi ad *leges* 12. *tab.* 7 Antiquitas reducta novitati anteponitur. 8 Fœminæ jure adgnationis pariter ut masculi admittuntur. 9 Ut qui proximior sit, semper præferatur. 10 Natura, id est, jus naturæ offenditur: naturam offendere non licet. *l. ult. supr. de lib. præt.* 11 Masculi succedunt fœminis, *ut hic. & l.* 15. *J. h. t.* 12 Non ideo mulieres puniendæ, quod fœminæ. 13 Paternum vitium (fuit hæc Stoicorum sententia) ipsi proli non nocet. 14 Nullum vitium est in fœmina, quod sit fœmina. 15 Dixi ad *l.* 12. *tabular.* 2. *tit.* 20. §. 13. adde §. 4. *Inst. de legitim. adgnator. success.* 16 Novissimis nova corriguntur. 17 Jus videtur hic sumi pro errore, aut certe legem Voconiam intelligit, quam hic tollit, de qua vide Paul. 4. *sentent.* 8. §. 3. 18 *l.* 15. *J. h. t.* 19 Olim fratris filius & filia ad successionem patrui sui vocabantur, si tamen defuncto frater & soror superstites non erant, *ut hic. & l.* 3. *supr. h. t.* Hodie succedunt etiamsi defuncto sint fratres. *Novell.* 12. *c.* 1. 20 Hodie non sunt semoti fratrum filii. *d. c.* 1. 21 Plures fratrum filii in patrui successione inter se concurrentes succedunt in capita. *Nov.* 118. *c.* 3. *in fin.* cum reliquis patruis concurrentes, in stirpes, ut dixi ad *d. c.* 3. adde Rebuff. *in proœm. constit. gloss.* 5. *num.* 81. 22 Id est, *l.* 14. *supr. h. t.* 23 *d. l.* 14. *in pr.* & §. 1. *in pr.* 24 *l.* 14. *vers. cum enim.* 25 *d.* §. 1. *in pr.* 26 *d. l.* 14. 27 Observa hunc Codicem editum fuisse post Institutionum libros. 28 §. 4. *Inst. de legit. adgnat. success.* 29 Ex prætoris Edictis. 30 *l.* 1. *supr. de jure delib. l.* 6. §. 1. *vers. Quamvis. ff. de bonor. poss. l.* 1. *in fin. ff. quis ordo.* 31 Jus subtile. 32 Emancipatus una cum suis patri, fratri, sorori succedit. 33 *l.* 1. *J. tit. prox.* 34 §. 1. *Inst. de success. agnat. l.* 4. *S. de legit. tut.* 35 Uterini fratri succedunt, *l. ult. S. ad SC. Tertull.* si tamen defuncto fratri non fuerint fratres utroque parente conjuncti: vel hujusmodi fratrum filii: hi enim præferuntur & uterinos excludunt. *Novell.* 118. *c.* 3. 36 Ut succedant tanquam cognati. 37 Filii fratrum emancipatorum succedunt omnino cum filiis fratrum relictorum in familia, *ut hic. &* §. 1. *vers. nec interest. Inst. de servili cognat.* 38 Legibus 12. tabularum, scil. 39 Primis repudiantibus, aut non extantibus, proximiores succedunt. 40 Dixi ad *l.* 14. *in fin. supr. h. t. Novell.* 118. *cap.* 3. *in fin. l.* 2. *supr. de suis.* 41 Agnatici. *Novell.* 118. quæ ita inscripta est, de æqualitate agnatici juris. 42 Ubi hereditas, ibi tutela, nisi ætas, vel sexus impediat: adde *l.* 73. *ff. de reg. jur.* 43 *l. ult. S. de legitim. tut.* 44 Ibi gravamen ubi lucrum, vide *l.* 23. §. 3. *supr. de furtis. l.* 149. *ff. de reg. jur.* 45 Legis virtus non extenditur ad lites sententia vel transactione definitas. 46 Amicabilis transactio.

47 Intestati scilicet quæ deferuntur, vel jure civili, vel prætorio. 48 Emancipato sui & emancipati fratres simul succedunt. adde *l. ult.* §. 1. *supr. tit. prox.* 49 Id remissum est. *l. ult. supr. qui admit. ad bon.* 50 *Propior:* quidam ita legunt. 51 Solennitas ea remissa est. *d. l. ult.* 52 Sicut hereditas per bonorum possessionem quæsita transmittitur ita & adita. Jure nostro quod ad transmissionem attinet, nihil interest inter jus civile & prætorium. 53 Heredibus pupilli datur actio tutelæ. *l.* 12. *supr. arbitr. tut.* 54 Vitrico privignus est adfinis. *arg.* §. 6. *Instit. de nupt.* Adfinitatis autem jure nulla successio ei defertur. *l.* 7. *J. h. t.* hoc est, vitricus privigno ab intestato non succedit. *Synops. Basil.* 42. *tt.* 1. *c.* 46. ergo nec vitrico privignus, *ut hic.* 55 Aut alteri succedere, vel dominus per eum cognatis servi. *l.* 9. *J. h. t. & Inst. de serv. cognat.* 56 Nisi certis casibus servus successorem habet. *l. pen. J. de his, quibus ut indign. l.* 8. *J. de suis. l. ult. S. ad SC. Orphitian. l.* 8. *supr. tit. prox. l.* 1. *in pr. &* §. 3. *D. de suis.* quemadmodum & in Gallia hæc lex locum non obtinet, ut in qua nulli sint proprie servi. Quibus enim hodie utimur, liberi sunt. Est etiam plurium locorum consuetudo, ut filiis relinquatur peculium quod pater habuit. *Gloss. in can. illud* 13. *quæst.* 2. *in fin.* 57 Causæ constitutionem ad hanc legem difficilem vide apud Cujacium 12. *obs.* 7. & Hotom. 6. *obs.* 9. 58 *l.* 1. *ff. de suis. Nov.* 118. *c.* 3.

fuerint, fratres tam agnationis, quam cognationis jure secundo [1] gradu constitutos tibi præferri non ambigitur. Nam [2] si amitinis [3] tuis alio etiam patre natis, nunquam [4] eorum matris [5] privigni sunt: admisisse te bonorum possessionem probans, eorum vindica successionem. S. 12. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De avunculo, & consobrino.

6. Iidem AA. & CC. Publiciano.

AVunculo [6] priori, qui est [in] tertio gradu, quam consobrino [7], qui sequentem occupat, deferri successionem intestati, certi juris est. Supposita Kal. Octobr. CC. CONSS.

De affinibus.

7. Iidem AA. & CC. Nicolao.

ADfinitatis [8] jure nulla successio permittitur [9]. S. Idib. Octobr. CC. CONSS.

Si spes testamentariæ successionis duret.

8. Iidem AA. & CC. Justæ.

ANtequam scriptus [heres] cujuscunque portionis capax repudiet hereditatem, vel alia ratione quærendæ facultatem amittat: ei [10], qui testamentum reliquit, intestato nemo succedit. Igitur perspicis, quod testamentariæ [11] successionis spe durante, intestato bona defuncti non recte vindicentur. S. 6. Idib. Mart. *Retiariæ*, CC. CONSS.

De domino ancillæ, quæ cum defuncto contubernium habuit.

9. Iidem AA. & CC. Sopatro.

ANcillæ [12] dominus liberi hominis, cum quo contubernium hæc habuit, per hanc conjunctionem successionem vindicare non potest. S. 15. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De nutritoribus.

10. Iidem AA. & CC. Danubio.

NUtritoribus [13] hoc nomine, nec civili, nec honorario jure defertur hereditas. S. 6. Kal. Januar. CC. CONSS.

De peregrinis & advenis.

In AUTHENT. De statu & consuet. §. omnes peregrini. col. 10. const. fin.

OMnes peregrini & advenæ libere [14] hospitentur, ubi voluerint. Et hospitati si testari voluerint, de rebus suis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitem [15] nihil [16] perveniat; sed, bona ipsorum per manus Episcopi loci, si fieri potest heredibus [17] tradantur, vel in pias causas erogentur. Hospes vero si aliquid ex talium bonis contra hanc constitutionem nostram habuerit: Episcopo triplum restituat, quibus usum ei fuerit adsignandum, non obstante statuto aliquo, aut consuetudine, seu privilegio, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc nostram constitutionem venire præsumserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, uti in eo puniantur, in quo deliquerunt: alias, prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

De lucris nuptialibus & de bonis maternis.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P.P.

SAncimus, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in sacris constitutis ex occasione maritali acquisitæ sunt, certus destinatus [18] est ordo; ut si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars ejus, quam lucratus fuerat, ad liberos ejus, vel nepotes concedatur; quibus non extantibus, ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos, vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos: cumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perveniet, ita & de his, quæ materna [19] linea per quamcumque occasionem, vel inter vivos, vel per ultimas dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo servetur: primo in filii, vel filiæ successionem posteritate ejus vocanda: eaque non inventa, fraterno [20] consortio ejusdem, vel alieni matrimonii secundum prædictum ordinem arcessito: tunc ad ultimum [21] locum pater a legibus conclametur, & sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste [22] lucrum sibi lugeat acquisitum. In omnibus videlicet [casibus] in superstite sobole liberorum & fratribus adhuc viventibus, qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt, usufructu [23] rerum, quarum dominium ad eos pervenit, apud parentes remansuro. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalced.* DECIO V. C. CONS. 529.

De fratribus & sororibus.

In AUTHENT. de consang. & uter. frat. §. 1. col. 6. tit. 13. al. 12. Novell. 84. cap. 1.

ITaque mortuo patrefamilias, si filius decedat intestatus sine liberis, relictis fratribus & sororibus, aliis consanguineis, aliis uterinis, & quibusdam ex utroque parente conjunctis: in eos solos transmittit hereditatem, qui ex utroque [24] latere connexi sunt.

TIT. LX.

DE BONIS MATERNIS [25], ET MATERNI [26] GENERIS [27].

In rebus maternis delatis filio in potestate constituto pater habet hodie solum usumfructum. Salic.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, & Senatui S.

RES, quæ [ex] matris [28] successione, sive ex testamento, sive ab intestato fuerint ad filios devolutæ, ita sint in parentum potestate, ut [utendi] fruendi [29] [duntaxat] habeant in diem vitæ facultatem, dominio [30] videlicet earum ad liberos pertinente. † Parentes autem, penes quos maternarum rerum utendi, fruendique [tantum] potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam [31] adhibere: & quod jure filiis debetur, in [32] examine [per se, vel per procuratorem [33]] poscere: & sumptus ex fructibus impigre facere, & litem inferentibus resistere: atque ita omnia agere [34], tanquam solidum perfectumque dominium [eis acquisitum fuisset], & personam gerant legitimam, ita [35] ut si, quando rem alienare voluerint, emptor, vel is, cui res donatur, observet, ne unquam partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat, vel ignorans: docere enim pater debet, proprii juris eam rem esse quam donat, aut distrahit: & emptori, si velit, fidejussorem licebit accipere: quia nullam poterit præscriptionem [36] opponere filiis quandocunque rem suam vindicantibus. Dat. 15. Kalend. August. *Aquileiæ*, SABINO, & RUFINO CONSS. 316. Recitata apud VECTIUM RUFINUM P.V. in Senatu, Non. Septembr. CONSTANT. A. P. & LICINIO CONSS. 319.

In AUTHENT. de nupt. §. si vero expectet. ver. interminatur. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 23.

NIsi tricennale tempus transeat, quo possessor dominus [37] fit, & detentatio accipientes dominos faciat, vel constituat: tempore incipiente filiis currere, ex quo suæ potestatis esse apparuerint: nisi tamen aliquem impuberem ætas adjuvet.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Florentio P. P.

QUidquid [38] avus, avia, proavus, proavia [ex materna linea venientes] nepoti, nepti, pronepoti, pronepti, testamento, fideicommisso, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam intestati successione contulerint: pater filio, filiæve integra illibataque custodiat, ut vendere, donare, relinquere, alteri obligare [sicut nec materna [39] bona], non possit, [usufructu duntaxat ad eum pertinente:] ita ut quemadmodum ipse super his [rebus] licentiam totius potestatis amittit, defuncto eo, filio, filiæve præcipua [40] computentur, nec ab illis, qui ex parte [41] sunt coheredes, vindicentur. Dat. Idib. Octob. OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Senatum urbis Romæ.

SI [42] viva matre emancipati [43] sunt filii, & postea decessit mater: quoniam omni commodo destituitur pater, neque retinet usumfructum, viriles ei inter filios (sive unus, sive plures sint) usufructus tribuimus portiones. Sin vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in [hoc] casu dispari utetur maritus defunctæ beneficio. Quo casu utrique præscripsimus, id est, circa eorum quidem portionem, qui adhuc in sacris retinentur, usumfructum ex legum autoritate retinebit [pater] & præmium [44] delatæ emancipationis [45], cum volet, accipiet: in eorum vero parte, quos exisse de potestate viva matre constiterit, usumfructum vi-

1 Utpote in &c. 2 Ac si. 3 Id est, filiis amitæ. 4 Non consanguinei eorum &c. Cujac. 12. *observ.* 7. Lego, *nil quam*, 1. G. id est, nudi privigni matris, non etiam amitinorum consanguinei. 5 Matri, Hotom. 5. *observ.* 30. *eo sensu*, Si nunquam eorum matri ex novo matrimonio communes liberi nati, sed privigni tantum quæsiti sunt. 6 Mihi avunculus est & consobrinus, quis eorum potior ut mihi succedat? avunculus. 7 Vide *l.* 2. *supr. unde legitim.* 8 Vide *l.* 3. *supr. h. t.* excipe casum *legis* 5. *supr. h. t.* 9 *Promittitur*, Cujac. 17. *obs.* 6. 10 Dic ut ꝉ. *h. t.* 11 Quandiu ex testamento succedi potest, non succeditur ab intestato, *ut hic*, & *l.* 30. *ff. de adq. vel omitt. her.*
12 Ancilla cum Titio libero homine contubernium habuit? ancillæ dominus Titio non succedet. Nam ut bonorum possessio peti possit, justum matrimonium esse oportet. *l.* 1. *ff. unde vir & uxor.* 13 Nutritor non succedit ab intestato ei quem nutrivit, hoc videlicet solo quod eum nutriverit, facit *l. ult.* ꝉ. *de infantibus expositis. l.* 24. *supr. de episc. audientia.* vide etiam de alumno quæ dicam ad *l.* 1. ꝉ. *quæ res pignor.* sic nec hospes hospiti. *Authent. omnes.* ꝉ. *h. t.* nec socius socio. *l.* 4. *supr. pro socio. l.* 1. ꝉ. *qui testam.* 14 Liberi homines ire & habitare possunt, quo voluerint. *l.* 12. *supr. de oper. libert. l.* 71. §. 2. *ff. de cond. & demonstr.* adeo ut mutatæ habitationis causa Princeps bona confiscare non possit.
15 Peregrini testari quovis loco possunt, & heredem suum etiam ab intestato habent. Olim quibusdam in locis jus successionis hospites sibi vindicabant hospitii jure, quod hæc Authentica tollit. Non etiam probatur a Bartolo hic Accursius in *l. quo tutela* 73. *ff. de reg jur.* existimans, omnibus deficientibus tutorem pupillo suo succedere. 16 Ut quibusdam locis fiebat. 17 Peregrini intestati bona heredibus ab intestato conservantur. In Gallia Rex jure *albinagii* peregrinorum bona occupat, nisi scholastici fuerint: vel albinagii jure privilegio quodam exempti, ut Scoti, Helvetii & similes. vide Rebuff. *in proœm. constit. goss.* 5. *n.* 82. vide Papon. 5. *Arrest.* 1. *du droict d' aubeine* & 3. *Notar.* 6. *des lettres de naturaité.*
18 Leone scil. *l.* 4. ꝉ. *de bonis quæ liber.* 19 Matri succedunt liberi. 20 In maternis etiam bonis frater fratri succedit. 21 *Nov.* 84. *c.* 1. Hodie fratres defuncti non præferuntur ejusdem parentibus. 22 Patri filii hereditas triste lucrum. vide *l. ult. supr. de inst. & substit.* 23 *l.* 13. *supr. de legitimis heredibus.* Hodie id immutatum. *d. c.* & *c.* 3.
24 Utroque latere conjuncti præferuntur solis consanguineis & uterinis.
25 45. *Eclog.* 4. περὶ μητρικῶν ὑπάρξεων. Materna bona, quæ a matre accipimus, *ut hic*, dicuntur & matrimonium Senecæ, Suetonio, Valerio, & D. Augustino: ut & paterna, patrimonium: & fraterna fratrimonium, ut in notis ad Senecam retuli. 26 Materni generis bona quæ a materna cognatione veniunt. *Eclog. d. loco.* ejusmodi sunt ea quæ avus vel proavus maternus, avia vel proavia materna, & deinceps nobis dedit, contulit, reliquit.
27 Additur in Theodosiano Codice *lib.* 8. *tit.* 18. cretione sublata. 28 De bonis maternis vide *l.* 1. *C. Theod. l.* 8 *tit.* 18. *ex editione* Cujac. *Eclog. d. loco c.* 1. Goth. Explicationem *hujus legis* 1. & conciliationem *l. ult.* vide apud Joann. a Sande *decis. Frisicar. lib.* 2. *tit.* 7. *defin.* 4. Ans. 29 In rebus maternis delatis filio in potestate constituto pater habet nudum usumfructum. Olim bona materna filiofamilias pleno jure acquirebantur. *l.* 6. §. 2. *l.* 92. *ff. de adq. vel omitt. hered. l.* 1. §. 6. *ff. ad SC. Tertyllianum. l.* 3. §. 4. *ff. de donationib. int. vir. l.* 1. §. *ult. D. de liber. exhib.* Accurs. *hic.* vide Cujac. *hic.* 30 *l.* 1. ꝉ. *de bon. quæ liber.*
31 In quolibet administratore exigitur asperitas summa. Juvenalis, *sane certus & asper, Procuratorem vultu qui præferat ipso.* 32 Hoc est, parentes qui usumfructum in bonis maternis liberorum habent, omnem tuendæ rei diligentiam adhibere debent, ac præterea lites liberorum in judicio persequi, tam per se quam per procuratores: & sumptus ex fructibus facere. *Synops. Basil.* 45. *tit.* 4. *c.* 1. 33 *l.* 8. ꝉ. *de bonis quæ liberis.* 34 *l.* 6. §. 6. *vers. non autem* ꝉ. *de bonis quæ liberis.* 35 Res maternas liberorum in quibus usumfructum ipse pater habet, non potest ipse pater alienare in fraudem ipsorum liberorum: ut eo casu tutissimum sit, emptori hujusmodi rerum fidejussorem ab ipso patre res eas vendente accipere. 36 Præscriptio nulla liberis opponitur res suas maternas vindicantibus ab earum emptore, hoc est, ab eo cui pater ipsorum liberorum eas vel donavit, vel vendidit: quandocunque enim voluerint ipsi liberi, res suas vindicare poterunt. 37 Possessor dicitur dominus competenti præsumptione. 38 De bonis materni generis. *l.* 7. *C. Theod. de bon. matern.* Bona materni generis filio delata patri adquiruntur nudo usufructu: ideoque pater ea alienare non potest. 39 *l.* 1. ꝉ. *h. t.* 40 Filius mortuo patre bona materna, aut materni generis reliquis fratribus non confert, qui ex parte sint coheredes, id est, fratris consortes. vide Cujac. 18. *obs.* 9. 41 Et ita legitur in *d. l.* 7. *C. Theod.* & in Basilicis, ἀπὸ τοῦ πατρός. Nam extraneis heredibus certissimum est filios defuncti propria non conferre.
42 45. *Eclog.* 4. *c.* 3. *l.* 8. *C. Theod.* 8. 43 Viva matre Titius & Cajus a patre emancipatus est: mater decessit: Proprietas bonorum mortuæ defertur ad ejus liberos: usufructus vero eorum bonorum dividitur inter liberos & patrem viriliter. Quid si mulier mortua duobus liberis relictis, uno emancipato, altero in potestate patris posito? Hic cum illo, id est, cum emancipato fratre pariter succedit, ut proprietatem sibi acquirat, usumfructum patri. Imo quotiescunque hunc emancipabit pater, dimidiam partem pro emancipationis præmio, vel pretio retinere poterit. *ut hic, Syn. Basil.* 45. *tit.* 4. *c.* 3. 44 *Synops. ibid.*
45 Bonorum maternorum & materni generis usufructus filiofamilias delatus patri adquiritur. *l.* 1. 2. *supr. h. t.* Quid si filius emancipetur? patris usufructus extinguitur. Pro præmio tamen emancipationis parens olim potuit retinere trientem pleno jure. *l.* 1. 2. *C. Theod.* hodie semissem usufructus. *l.* 6. §. 3. ꝉ. *tit. prox. l. ult.* ꝉ. *de emanc. lib.* §. 2. *Inst. per quas personas.* ad remunerandum beneficium emancipationis: quod & beneficium bonorum quæren-

rilis

rilis inter eos portionis secundum præscripta percipiet. † In nepotibus etiam, vel neptibus hoc observandum esse censemus, ut maritus qui uxore mortua non extantibus filiis cum solis nepotibus, vel neptibus ex hac lege ad emolumentum [1] vocandus est: si unus, vel una, pluresve nepotes ex filio uno, vel pluribus qui in potestate defecerunt, procreati sunt, hoc jure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam licet hoc novum præsens lex constituat in nepotes: non tamen abs re est, ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non sinantur. Habeat igitur avus veniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium quæ ex defunctæ aviæ successione delata sunt. Cum vero his quoque libertatem emancipatione largitur: similiter & ab ipsis (sicut de filiis constitutum est [2]) præmium [3] manumissionis accipiat, vel si ex pluribus alteros manumittit, alteros retinet, ex parte manumissorum legitimum præmium; ex parte vero in potestate manentium retineat usumfructum. † Quod si nepotes sint neptesve aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso avia vivente sacris [4] dimissi, idem avus virilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si vero ex nepotibus neptibusve tempore quo in aviæ successionem vocantur, alii in avi sunt potestate, id est, mariti defunctæ, alii sui juris sunt: circa personas quidem eorum qui in potestate consistunt, & in usufructu consequendo, & in emancipationis præmio conquirendo ratio supradicta servetur. In his vero qui sui juris sunt, facultas capiendi ususfructus virilis inter eos portionis habeatur. † Eadem [5] autem & de pronepotibus utriusque sexus [6] sancimus: manente definitione quæ de singulis sancita est, si filii sint pariter ac nepotes. Dat. 7. Id. Nov. THEOD. XIII. & VALENT. III. AA. CONSS. 430.

Pater per transitum ad secunda vota non perdit usumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum. Salic.

4. Imp. Leo A. Callistrato P.P. per Illyricum.

OMnem [7] ambiguitatis confusionem amputantes, hac liquida, & compendiosa lege sancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam, sive in priore matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit, sive [8] novercam filiis superinduxerit: legibus quæ de maternis bonis latæ sunt, suam habentibus firmitatem. Patres igitur usumfructum [9] maternarum rerum, etiamsi ad secundas migraverint nuptias, sine dubio habere debebunt, nec ullam filiis, vel quibuslibet ex persona eorum contra patres improbam vocem accusationemque posse competere. Dat. Kalend. Septemb. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

TIT. LXI.

DE BONIS, QUÆ LIBERIS [10] IN POTESTATE PATRIS CONSTITUTIS EX MATRIMONIO [11], VEL ALIAS ADQUIRUNTUR, ET EORUM ADMINISTRATIONE.

De bonis maternis & de lucris nuptialibus.

1. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Senatum urbis Romæ, post alia.

CUm venerandæ leges [12] vetuerint patribus jure potestatis acquiri quidquid eorum filiis avus, avia, proavus, proavia a linea [13] materna venientes quocunque titulo contulissent, hoc [14] quoque convenit observari, ut quicquid [15] vel uxor marito non emancipato, vel maritus uxori in [16] potestate positæ, quocunque titulo vel jure contulerit, sive transmiserit, hoc patri nullatenus [17] acquiratur: atque ideo in ejus tantum cui delatum est, jure durabit. Dat. 3. Id. Novemb. *Ravennæ*, THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De profectitiis.

2. Iidem AA. Hierio P.P.

COnstitutionis [18] novæ [19] capitulum clariore interpretatione sancimus, ut quæ per filios, nepotes, pronepotes, itemque filias, neptes, proneptes, quamvis in potestate sint, minime acquiri [patri] decrevimus a marito, vel uxore quocunque titulo collata, sive ultima transmissa voluntate: nullus ad id quoque pertinere existimet, quod [20] ab ipso parente datum, [vel dotis] vel ante nuptias donationis causa, pro una ex memoratis personis præstitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, revertatur. Prospiciendum est enim, ne hac injecta formidine, parentum circa liberos munificentia retardetur: sed ut [21] his potestatis jure ad parentes reversis, cæterarum rerum, quæ ex substantia speciali conjugis ad superstitem devenerant, quamvis idem in sacris [22] sit, fructu [23] tamen solo atque usu parentibus deputato, dominium ei, qui a conjuge, vel quæ a marito meruit, reservetur: parente propter emancipationis beneficium, si voluerit, sicut in maternis rebus, vel quæ per eandem lineam veniunt, præmium [24] habituro. Dat. 10. Kalend. Mart. FELICE & TAURO CONSS. 428.

Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos suos habent heredes. Bald.

3. Iidem AA. Florentio P.P.

QUod [25] scitis prioribus continetur, nec a filia, quæ in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo addito confirmamus, ut [26] defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis extantibus moriantur, ad [27] liberos eorum eædem res jure hereditatis, non ad patres jure peculii transmittantur, nec per nepotes avo videlicet adquirendæ. † Sin autem idem nepos superstitibus tam patre quam avo paterno diem suum sine liberis obierit: eorum dominium quæ ad ipsum ex [28] matre, vel ab ejus linea pervenerint, non ad avum, sed ad patrem ejus perveniat: usufructu [29] videlicet in hujusmodi casibus avo (dum superest) reservando. Dat. 7. Idus Sept. *Constantinop.* THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De bonis ex matrimonio quæsitis.

4. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P.P.

QUæcunque res ad filium vel filiam, nepotes sive pronepotes utriusque sexus in potestate constitutos, ex priore, vel [30] secundo, aut tertio seu numerosiore [31] conjugio [32] pervenerint, ex [33] dote, vel quacunque donatione, seu hereditate, vel legato vel fideicommisso: earum [34] rerum usque in diem vitæ suæ pater, vel avus, vel proavus usumfructum habeant, easdem res quocunque [35] modo alienandi [36], vel pignoris seu hypothecæ jure obligandi, facultate eis penitus interdicta: dominio videlicet earum apud filios & nepotes sive pronepotes utriusque sexus permanente, etiamsi ex eodem matrimonio procreati non sint, ex quo eædem res ad parentes eorum, qui quæve in potestate sunt, fuerint devolutæ: Eo videlicet observando, ut morientium fratrum sororumve portiones, qui quæve ex eodem matrimonio progeniti vel progenitæ sunt, primo [37] quidem ad liberos [38] eorum (ut dictum est) si tamen fuerint, deinde his non extantibus ad superstites tantummodo fratres [39] vel sorores eorum perveniant, aut ad superstitem, si ex iisdem fratribus aut sororibus unus unave remanserit. Omnibus autem qui ex eodem conjugio fuerint procreati, defunctis: tunc demum ad eos qui ex alio [40] sunt matrimonio editi, easdem res pro virili pervenire statuimus: nulla autem ex memoratis personis existente, parentes [41] eorum eas percipere. Parentibus vero quorum sub potestate sunt, usumfructum duntaxat habituris, memoratas res jure potestatis alienandi vel obligandi licentiam denegamus: non prohibendis iisdem liberis quandocunque sui juris fuerint, nulla temporali præscriptione obsistente, easdem res omnibus modis vindicare: nisi [42] forte postquam potestate parentum eos contigerit liberari, tantum [43] temporis effluxerit, ut ex continua & inconcussa tenentis possessione eorum intentio excludatur. Dat. 5. Kalend. Mart. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

De bonis ex sponsalibus quæsitis.

Sicut quæsita a marito uxor non adquirit patri, nisi quoad usumfructum, sic nec quæsita a sponso. Salic.

5. Iidem AA. Nepotiano Magistro militum Dalmatiæ.

NOn [44] sine ratione de negotio quod inter matremfamilias, cujus vestra suggestio meminit, & germanum ejus vertitur, magnitudo tua diversis legibus ex utraque parte prolatis, nostram credidit consulendam esse clementiam; cum mulier diversis juris lectionibus idem intelligi maritum, & sponsum [45] niteretur probare: germanus [autem] mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxisset, ex recitatione constitutionis [46] divorum retro Principum Theodosii & Valentiniani (qua cavetur, quicquid [47] maritus, vel uxor in potestate constituti invicem sibi reliquerint, non patri acquiri, sed ad eorum jus pertinere) imponere. Quamvis ergo significatione [48] nominis maritus vel uxor post cœptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta est dubietas: attamen quia consequens est ambiguas atque legum diversis interpretationibus titubantes causas benigne [49] atque naturalis juris moderamine temperare: non piget nos in præsenti quoque negotio, de quo sublimitas tua suggessit, æquitati convenientem Juliani tantæ existimationis viri atque disertissimi jurisperiti opinionem sequi: qui quidem de dotali prædio tractatu proposito, idem jus tam de uxore quam [50] de sponsa ob-

dorum dicitur in *l. 1. ff. si quis a parente manum.* Quid si hujusmodi bona filio jam emancipato adquirantur? pater virilem in usufructu consequitur, *ut hic.*
1 Præmium emancipationis collatæ liberis, id est, ut in bonis maternis liberorum parentes ipsi qui liberos ita emanciparunt, dimidiam ususfructus retinere possint, *ut hic.* Præmium idem & eadem præmii ratio est in lucris nuptialibus liberorum. *l. 2. J. tit. prox.*
2 *l. 17. supr. de collat.* 3 Id est, trientem. *l. 2. in fin. l. 6. §. 3. J. tit. prox.* adde Cont. 1. *lect.* 7. seu pretium. §. 2. *Instit. per quas personas nobis:* quasi diceret, virilem illam portionem ususfructus, de quo hic agitur, patri cedere, non jure adquisitionis (nec enim per liberam personam quidquam adquiritur) sed tanquam munus legum, oblatum reverentiæ paternæ.
4 Sacra paterna quid, dixi plenius in *l. 10. §. 1. J. de adopt.* vide *l. ultim. fin. supr. ad SC. Tertyll.* 5 *Synops. Basil. ibid.* 6 Extensio hujus legis ad pronepotes utriusque sexus. 7 *Synops. ibid. c. 4.* 8 Pater secundis nuptiis usumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum non amittit, *ut hic, & Novell. 22. c. 34.* 9 *l. 4. J. tit. prox.*
10 *Quæ filiisfamilias, C. Theod. l. 8. tit. 19.* 11 Puta ex casu dotis, vel donationis propter nuptias, hereditate, legato uxoris, vel mariti. *l. 1. 2. J. h. t.* 12 *Lex 2. supr. tit. prox.* 13 *d. l. 1. & 2.* 14 Ut idem sit in lucris nuptialibus, quæ liberis in potestate positis adquiruntur, quod in bonis eorum maternis; utriusque namque generis bonorum proprietas liberis ipsis adquiritur, non patri. 15 Lucra nuptialia liberorum non quæruntur patri. 45. *Eclog. 4. cap. 5.* An usufructu tantum adquiruntur? *l. 2. in fin. J. h. t.*
16 Patria potestas nuptiis non tollitur, nuptiæ seu matrimonium non est modus tollendæ patriæ potestatis. 17 Si proprietatem spectes: secus, si usumfructum. vide *l. 12. supr. de collat.* 18 Videtur esse pars *legis ultimæ supr. de sponsalib.* 19 Id est, præcedentis. 20 Restrictio legis superioris qua dictum fuit dotem vel donationem propter nuptias filii filiæve patri non quæri: hic excipitur dos, & donatio propter nuptias a patre profecta, nam utrumque, hoc est, & donatio propter nuptias, & dos profectitia, id est, a parente filio, & filiæ constituta, soluto matrimonio ad ipsum patrem, qui dedit revertitur, *ut hic.* Miror ab autore Synopseos 45. *tit.* 4. *cap.* 6. hoc addi ἐὰν τὸ σύμφωνον ὕτω συμβῇ, si ita conventum sit. Nam hoc ipso jure ad patrem reverti constat, *ut hic. in verbo, revertatur. Prospiciendum est enim &c.* 21 Lucra nuptialia liberorum soluto matrimonio, patri non adquiruntur, nisi usufructu tantum. Quid si filium, vel filiam, cui hujusmodi lucri proprietas obvenit, pater emancipare velit, & pro emancipationis præmio, dimidiam ejus proprietatis retinere? non poterit, sed dimidiam tantum ususfructus, ut & in bonis maternis liberorum dimidiam ususfructus retinere potest. *l. 3. S. tit. prox.* 22 Sacra paterna quid, dixi plenius in *l. 10. §. 1. J. de adoptionib.* 23 Hinc colligunt lucri nuptialis filio vel filiæfamilias delati usumfructum ad patrem deferri. 24 *l. 3. S. tit. prox.* 25 Ex Novella de paternis, & maternis bonis. *tit. 7. Eclog. d. l. c. 7.* 26 Lucra nuptialia mortuo eorum proprietario deferuntur hoc ordine: liberis primum defuncti: deinde patri: post, avo. Sic tamen, ut cum patri adquiruntur, avus in illis usumfructum habeat. *Synopsis ibid. cap. 7.*
27 Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos suos habent heredes, id est, ad liberos transferunt ejusmodi bona jure hereditatis potius, quam ad patrem jure peculii.
28 Bona materna eodem ordine deferuntur liberis, patri & avo, quo lucra nuptialia, paulo ante diximus: hoc est, liberis primum, deinde patri, post avo, sic ut avus in illis usumfructum habeat, quoties ea bona patri defuncti adquiruntur. 29 Avus paternus lucri nuptialis filiofamilias suo delati usumfructum habet, maternus proprietatem.
30 Adde *l. 4. supr. tit. prox.* 31 Nuptiæ secundæ, tertiæ, & quartæ numerosiores denique permissæ, *ut hic.* 32 De bonis quæ ex matrimonio filii adquiruntur.
33 *l. 11. supr. com. de success.* 34 Lucra nuptialia, vel aliunde liberis adquisita proprietate liberis ipsis adquiruntur: ususfructus eorum patri, avo, proavo. 35 Usufructuarius dominium rei alienare, pignori, aut hypothecæ dare non potest. 36 *Vers. Parentib. J. h. t. l. 6. §. 2. J. h. t. l. 2. supr. de bonis maternis: Novell. 22. c. 24.* 37 Ad quos, & quo ordine deferantur lucra nuptialia. *l. 7. in fin. l. 8. supr. de secund. nuptiis. Nov. 22. c. 26.*
38 De liberis. 39 De fratribus & sororibus consanguineis tantum & uterinis simul.
40 De fratribus consanguineis tantum & uterinis. 41 De parentibus.
42 *l. 1. §. ult. J. de annali except.* 43 *Novell. 22. c. 24.* 44 *Synops. Basil. 45. tit. 45. §. 7.* 45 De bonis quæ ex sponsalibus filii adquiruntur. 46 *l. 1. supr. h. t.*
47 Lucra nuptialia liberi in potestate positi patri non adquirunt. 48 Mariti propria significatione sponsus: nuptiarum sponsalia non continentur. 49 In ambiguo pro eo quod benignius est judicatur. *l. 1. supr. de legat. l. 168. ff. de reg. jur.* 50 Dotis nomen etiam extenditur ad sponsæ dotes. *l. 14. J. de fideic. lib. l. 8. 25. ff. de leg. l. 11. ff. de serv. præd. rustic. l. 10. in fin. ff. de reb. dubiis. l. 3. ff. de his quæ in testament. l. 42. ff. de pœnis. l. 155.*

servari arbitratus est: licet lex Julia de uxore tantum loquatur. Qua ratione tam sponsalitiam [1] donationem, quam hereditatem, quam memoratus sponsus suam sponsam lucrari voluit, non acquiri patri, sed ad eam pervenire, benignius esse perspicimus. Dat. Kal. Jun. LEONE A.V. CONS. 471.

De bonis, quæ extrinsecus ad filiosfamilias veniunt.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Demosth. P. P.

CUm oportet [2] similem providentiam tam patribus, quam liberis deferri: invenimus autem in veteris juris observatione multas esse res quæ extrinsecus [3] ad filiosfamilias veniunt, & minime patribus acquiruntur: quemadmodum in maternis [4] bonis, vel quæ ex maritali [5] lucro ad eos perveniunt, ita & in his, quæ ex aliis causis filiisfamilias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis itaque filiusfamilias, vel patris sui, vel avi, vel proavi in potestate constitutus, aliquid sibi acquisierit [6], non ex ejus substantia, cujus in potestate sit, sed ab aliis quibuscunque causis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus suis ad eum perveniant: eas suis parentibus non [7] in plenum sicut antea fuerat sancitum, sed usque ad usumfructum solum [8] acquirat, & eorum ususfructus quidem apud patrem, vel avum, vel proavum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat: dominium autem filiisfamilias inhæreat, ad exemplum, tam maternarum, quam ex nuptialibus causis filiisfamilias adquisitarum rerum. Sic etenim & parenti nihil derogabitur, usumfructum rerum possidenti, & filii non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda aspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam gravius multis esse videtur: exceptis [9] castrensibus peculiis, quorum nec usumfructum patrem, vel avum, vel proavum habere veteres leges concedunt: in his enim nihil innovamus, sed vetera jura intacta servamus: eodem observando etiam in his peculiis, quæ quasi [10] castrensia peculia ad instar castrensis peculii accesserunt.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. in princ. col. 8. tit. 18. al. 13.
Nov. 117. c. 1.

E*Xcipitur, quod eis datur, vel relinquitur ab aliquo parentum, conditione hac adjecta, ne* [11] *ad patrem perveniat ususfructus.*

In AUTHENT. de heredibus ab intest. ven. §. si vero cum. col. 9. tit. 1.
Novell. 118. cap. 2.

I*Tem hereditas fratris, sororisve, ad quam una* [12] *cum patre admittitur, & forsan si aliunde quæratur lege prædicta.*

In AUTHENT. ut nulli jud. §. quia vero. col. 9. tit. 17. al. 9.
Nov. 134. cap. 11.

I*Dem est in his, quæ ex lege deferuntur liberis, parentibus præsumentibus solvere matrimonium sine causis lege definitis.*

§. 1. Sub hac tamen definitione hunc legis articulum inducimus, [ut] in successione quidem earundem rerum, quæ extrinsecus [13] filiisfamilias acquiruntur, jura eadem observentur, quæ in maternis [14], & nuptialibus [15] rebus statuta sunt. §. 2. Non autem hypothecam [16] filiifamilias adversus res patris viventis adhuc, seu jam mortui sperare audeant [17], nec [18] ratiocinia ei super administratione inferre: sed tantummodo alienatione, vel hypotheca suo [19] nomine patribus denegata, rerum habeat parens plenissimam potestatem, uti fruique his rebus, quæ per filiosfamilias secundum prædictum modum adquiruntur, & gubernatio [rerum] earum fit penitus impunita [20]: & nullo modo audeat filiusfamilias, vel filia, vel deinceps personæ vetare eum, in cujus potestate sunt, easdem res tenere, aut quomodo voluerit gubernare: vel si hoc fecerint, patria [21] potestas in eos exercenda est: sed habeat pater, vel aliæ personæ, quæ superius enumeratæ sunt, plenissimam potestatem uti frui, gubernareque res prædicto modo acquisitas.

† Et si quid [ex] usu earum pater, avus vel proavus collegerit [22]: habeat licentiam, quemadmodum cupit, hoc disponere, & in alios heredes transmittere, vel si ex earum [rerum] fructibus res mobiles [23], vel immobiles, vel se moventes comparaverit: eas etiam quomodo voluerit, habeat & transmittat, & in alios transferat, sive extraneos, sive liberos suos, seu quamlibet personam. † Sin [24] autem res sibi memorato modo acquisitas parens noluerit retinere, sed [25] apud filium, aut filiam, vel deinceps personas reliquerit: nullam post [26] obitum ejus licentiam habeant heredes alii patris, vel avi, vel proavi eundem usumfructum, vel quod ex hoc ad filiosfamilias pervenit (utpote [27] patri debitum) sibi vindicare: sed quasi diuturna [28] donatione in filium celebranda, qui usumfructum detinuit, quem patrem [ejus] habere oportuerat, ita causa intelligatur, ut eundem usumfructum post obitum patris ipse lucretur: parente jus exactionis, quasi sibi debitæ a filio, qui usumfructum consensu ejus possidebat, suæ posteritati, vel successioni minime transmittente: quatenus in omni [29] pace inter se successio ejus permaneat, nec altercationis cujusdam (maxime [30] inter fratres) oriatur occasio.

§. 3. Cum autem Constantiniana lege [31] cautum erat, si filiifamilias ab his, qui eos in potestate habent, nexu paterno per emancipationem [32] liberentur, debere [33] patrem tertiam [34] partem bonorum, quæ acquiri non solent, quasi [35] remunerationis [36] gratia a filio accipere, vel retinere, & ex hac causa iterum pars non minima [37] substantiæ liberorum adimebatur: sancimus hujusmodi casu interveniente, & emancipatione liberis imposita, non tertiam [38] partem dominii rerum minime acquisitarum, sed dimidiam [39] ususfructus apud majores, qui emancipationem donant, residere: exceptis & in hoc casu castrensibus, & quasi castrensibus tantummodo peculiis, quibus nihil ex hac causa diminuitur. Sic enim nec liberis cujuscunque sexus aliquid dominii auferetur, & patribus amplioris patrimonii ususfructus adsignabitur. Hoc obtinente [40], & si in emancipatione sibi parentes hoc minime servaverint [41]: sed nisi specialiter, vel in emancipatione huic præmio renunciaverint, vel donatione facta sese & ab hujusmodi beneficio alienaverint, & in liberos hoc transtulerint: manere apud eos etiam tacentes jus, & beneficium ususfructus retinendi: ut post obitum [42] eorum ususfructus in omnibus memoratis causis ad eos perveniat, quorum dominium est: scilicet, secundum quod jam diximus: in successionibus eorum omnibus servandis, quæ [de] maternis, & nuptialibus bonis consultissimis legibus definita sunt.

§. 4. Sed cum tacitas hypothecas tam veteres leges in quibusdam certis casibus introduxerunt, quam nos in maternis [43], cæterisque donationibus, quas servare necesse [44] est, & dubitabatur: ex quo tempore hypothecas competere oportet, utrumne [45] ab initio, an ex eo [tempore], ex quo male aliquid gestum est? compendiosa narratione interpretamur, initium [46] gerendæ, vel deferendæ administrationis, vel observationis esse spectandum, & non tempus, ex quo male aliquid gestum fuerit. Recitata in [47] novo consistorio palatii DN. Justiniani. Dat. 3. Kalend. Novembr. DECIO V. C. CONS. 529.

De donatis a Principe, vel ab Augusta.

7. Idem A. Juliano P.P.

CUm multa privilegia Imperialibus donationibus jam præstita sunt, dignum incrementum & his conferre nostra dignata est clementia. Si quis igitur a [48] serenissimo Principe, vel a piissima Augusta, sive masculus, sive fœmina donationes sit consecutus, vel consecuta, sive mobilium [49], sive immobilium, sive se moventium rerum, filiusfamilias tamen constitutus, vel constituta, habeat hujusmodi res omni acquisitione absolutas, & nemini eas acquirat, neque earum usumfructum pater, vel avus, vel proavus sibi vindicet, sed ad [50] similitudinem castrensis [51] peculii omnem facultatem in eas filii, vel filiæfamilias habeant. Ut enim Imperialis [52] fortuna omnes supereminet alias, ita oportet, & principales liberalitates culmen habere præcipuum. Dat. proposita 12. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

§. 2. *l.* 192. §. 1. *ff. de reg. jur.* 1 Quemadmodum res quæsitas a marito uxor non adquirit patri nisi usufructu tantum: ita & quæsita a sponso. adde *l.* 4. *ff. de fundo dot.* hoc est, ut lucra nuptialia filia patri non adquirit, ita nec lucra sponsalia. 2 Hæc lex est ampliativa. *l.* 1. *supr. de bon. matern.* Inglois *decis.* 7. *q.* 6. *num.* 1. Ans.
3 Lucra non ex patris substantia, sed vel fortuito, vel labore quæsita liberi in potestate positi sibi adquirunt proprietate: patri usufructu: ut sit rerum ita quæsitarum eadem ratio quæ rerum maternarum, & lucrorum nuptialium, *ut hic.* ibi, *quemadmodum, ibi, ad exemplum, &* §. 1. J. *h. t.* Quid si filiusfamilias in castris bona quæsiverit aliqua? ea ne quidem usufructu patri adquirit, *ibi, exceptis castrensibus.* Quid si in quasi castris? idem, ut sit eadem ratio quasi castrensis peculii & vere castrensis, *ibi, eodem observando.* Quid? quæ vis ac potestas est ususfructus ita parenti competentis? nempe ut plenissimam potestatem in eo habeat pater: ut eo uti, frui, res eas tenere & quo voluerit modo gubernare possit, & rursus ut liberi eo nomine nullam hypothecam in bonis patris superstitis, vel mortui habeant, nullas rationes ab eo possint exigere, non eum prohibere res eas tenere, vel administrare: denique ut earum rerum administratio patri impunita sit: nisi ea bona vel alienet, vel hypothecæ subjiciat. §. 2. Quid si quid ex fructu talium rerum parens adquisierit? potest ita quæsita parens pro animi sui sententia disponere, & abalienare: in alios denique heredes transmittere, sed & res mobiles, immobiles, se moventes, ex iis quæsitas, in quamcunque voluerit personam liberorum, vel extraneam transferre. §. 2. *vers. & si quid.*
4 *l.* 1. *supr. h. t.* 5 *l.* 1. *in fin. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *supr. h. t.* 6 Filiifamilias adventitiorum usumfructum patri adquirunt: adventitiorum, inquam, exceptis castrensibus & quasi sui; namque dominii & patrimonii res eas faciunt. §. 1. *vers. Quod nobis. vers. Quæ enim invidia est? Inst. per quas personas cuique.* 7 Jus vetus abrogatur, de quo in *l.* 2. J. *de patr. potest.* 8 §. 2. *Inst. de adq. per adrog.* 9 Exceptio regulæ superioris de castrensibus, adde *l.* 7. J. *h. t.* 10 Secunda exceptio de quasi castrensibus.
11 Filiofamilias relictum ne ad ejus patrem perveniret, patri non quæritur.
12 Quoties pater consortium proprietatis cum filiofamilias habet, toties usumfructum in filii portione non habet. 13 Id est, adventitiorum. 14 *l.* 1. *supr. h. t.*
15 *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. *h. t.* 16 Pro rebus filii quas pater velut fructuarius administravit, filius hypothecam non habet. 17 Imo sperare audent, ut disertis verbis ponitur in §. *ult. hujus legis.* 18 Hinc colligunt, Patrem habere plenam administrationem actu & habitu: habitu, quia administrat, actu quia rationem non reddit. Num pater rationes, seu inventarium bonorum filii facere teneatur, vide Mynsing. 2. *obs.* 39. 19 Parentes bona liberorum non possunt alienare suo nomine, filiorum nomine possunt. 20 Quid si bona liberorum evertat? si ultro dissipet? videntur auferenda. *arg. l.* 22. §. 8. *vers. sin vero dotem. ff. soluto. l.* 50. *ff. ad SC. Trebell.* & in negligentia, non nisi magna ex causa, patri administratio adimenda. 21 Patria potestas exercenda. 22 Adquisita per patrem ex usufructu bonorum filii ad eundem delato, filio non adquiruntur: ideoque pater potest res ita adquisitas prout voluerit in quoscunque alienare. 23 Græcis κίνητα, ἀκίνητα, αὐτοκίνητα πράγματα dicuntur. *Synops. Basil.* 45. *tit.* 4. *c.* 10. 24 Sententia hujus loci admodum turbata & perplexa est: sæpius diximus in rebus maternis in lucris nuptialibus & sponsalitiis, in quæsitis casu, vel labore, præterquam in castris vel quasi castris, a liberis in potestate usumfructum patri competere. Quid si eum usumfructum pater sibi non retinuit: sed eum superstes apud filium (cujus ea bona fuerint) esse passus fuerit? Pater diuturno illo silentio usumfructum filio donasse videtur: ut a coheredibus suis, mortuo patre, eo nomine filius conveniri non possit. Petitio talis, ususfructus a patre in vita omissi ad ejus heredes minime transmittetur. 25 Pater usumfructum sibi debitum filiofamilias potest remittere, *ut hic.* 26 Usumfructum adventitiorum sibi a patre donatum filius non confert.
27 Id est, quasi debitum. 28 Baldus *hic numer.* 4. videtur legisse *diurna.* eo sensu, Patrem filiofamilias suum diuturnum & diurnum donare posse: & hic quidem secundus est casus (de priore paulo antea dictum est *supr. h. t.*) quo pater filiofamilias donare possit. Tertius est de dote & donatione propter nuptias. *l.* 35. *ff. familiæ.* Quartus, quando donat filio id quod donaturus esset extraneo. *Novell.* 92. *c.* 1. Quintus si studiorum causa. Bald. *hic.*
29 Ea parentis est voluntas, ut liberi post mortem vivant unanimes. 30 Concordia inter fratres servanda. vide *l.* 4. *supr. comm. divid.* 31 Cujus pars extat *l.* 1. *supr. tit. proxim.* 32 Emancipatio libertatis species. 33 Usumfructum rerum maternarum, *supr. tit. proxim.* lucrorum nuptialium, *l.* 4. *supr. h. t.* sponsalitiorum. *l.* 5. *supr. h. t.* quæsitorum denique casu, vel labore alibi quam in castris, vel quasi castris liberis in potestate positis, patres obtinent. Quid si eos liberos velint emancipare? ususfructus ille liberos ita emancipatos tacite sequitur. *vers. hoc obtinente:* potest tamen parens pro præmio emancipationis liberis ita collatæ, non tertiam partem bonorum, ut olim, retinere, sed dimidium ususfructus. hoc est, præmium emancipationis quod pater eo casu retinere sibi potest, *ut hic. ibi, non tertiam.* 34 Vide *l.* 1. *supr. de bon. matern.* §. 2. *Inst. per quas personas cuiq.*
35 *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de bonis maternis:* non enim potest æstimari emancipatio, unde quasi pro pretio emancipationis dicitur id dari. §. 2. *Inst. per quas personas.* 36 Vide *l.* 2. 8. *de bonis maternis.* 37 Tertia scilicet, unde colligunt, tertiam partem minimam non esse, & quidem eo magis, quo dividi possit. 38 Ut olim. *l.* 2. *C. Theod. de bon. matern.*
39 Hodie præmium emancipationis patri debitum, est semis ususfructus bonorum filii: olim triens erat pleno jure. *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de bon. matern.* 40 Supervacue id protestatione quæri nobis putamus, quod jure satis quæritur. 41 Id est, exceperint.
42 Omnino, ita ut pater revocare non possit, id quod semel donaverit. 43 *l.* 12. §. 1. *vers. exceptis.* J. *qui potiores.* 44 Imo necesse non videtur: cum nulla hypotheca in patris bonis liberis competat. §. 2. *supr. h. t.* 45 Hypothecam tacitam in bonis patrum liberi habent. Patrum, inquam, a quibus res ipsorum liberorum maternæ & similes administrantur. 46 Hypothecæ in bonis patris liberis competentis initium est, non a male gesta administratione, sed ab ipso initio gestionis. *l.* 6. §. 2. *ibi, ex eo die quo eædem res ad eam pervenerint. supr. de secund. nupt.* 47 Vide quæ dixi ad *l.* 30. *supr. de jure dot.*
48 Donata a Principe vel Augusta, non quæruntur patri, etiam quod ad usumfructum. adde *l.* 26. *supr. de donationibus int. vir. Synops. Basil.* 1. *cap.* 13. Goth. Vid. Gomez. ad *leg. Tauri* 50. *num.* 72. Ans. 49 Quid nomine mobilium contineatur, vid. Mantic. de Conject. *lib.* 9. *tit.* 3. Merces tamen negotiationis causa comparatæ mobilium nomine non continentur. *l. periculis.* §. 4. *ff. de auro & arg.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *quæst.* 137. Ans.
50 Filiusfamilias quod a Principe accepit, quasi castrense est. 51 *l.* 6. *supr. h. t.*
52 Imperialis fortuna ut omnes alias supereminet, ita donationes a Principe, vel Augusta

De

De hereditate delata filiofam.

8. Idem A. Joanni P. P.

CUm non [1] ſolum in maternis rebus, quæ filiisfamilias deferuntur, ſed etiam de aliis omnibus, quæ acquiſitionem effugiunt (& maxime poſt novellam noſtri numinis legem [2], [quæ] omnia, quæ extrinſecus ad filiosfamilias perveniunt, [&] non ex paterna ſubſtantia [ſunt,] non eſſe acquirenda patribus ſtatuit, niſi tantummodo ad uſumfructum) variæ altercationes exortæ ſint, & varius eventus, variusque continetur tractatus, & ſemper in judiciis verſantur: neceſſe eſt utiliter, & apertiſſime omnia dirimere. † Sancimus itaque, in omnibus rebus quæ effugiunt quidem dominii acquiſitionem, ſed uſusfructus tantummodo patri offertur: vel aliis parentibus a filiofamilias cujuscunque gradus vel ſexus, ſive pater adire filiumfamilias integræ ætatis compellit, & ille reclamandum [3] exiſtimat, ſive filiusfamilias adire cupit, & pater in contrarium inclinat: liberam habere licentiam, & patrem ipſum ſibi adire hereditatem recuſante filio, & omne ſive damnum, ſive lucrum in ſuam habere fortunam, nullo [4] ex hoc præjudicio filio generando. † Sive e contrario patre recuſante [5] filius adire hereditatem voluerit: nullam acquiſitionem, nec uſumfructum patri offerri, ſed ipſum filium ſibi imputare, ſi quid ex hoc contigerit: nulla actione, neque contra patrem danda, ubi adverſus ejus voluntatem filius hereditatem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel aliud quicquam ex quocunque titulo, ſive donationis, ſive contractus [alterius] ſibi acquirere maluerit: neque adverſus filium ſimili modo actione extendenda, ubi recuſante eo, pater ſua auctoritate hæc ſibi vindicet: hujusmodi aditionis tramite ex præſenti lege patri competente: ſed habeat pater omnem licentiam, & actiones movere, & ab aliis pulſari, ubi ad eum totum commodum advenit: & filius ſimili modo in [6] agendo, & pulſando, ſolus habeat, & detrimentum, & commodum. Neceſſitate [7] per officium [8] [Judicis] patri imponenda [9] tantummodo filio conſentire, vel agenti [10], vel fugienti, ne judicium ſine [11] patris voluntate videatur conſiſtere. Et hoc quidem ſi plenæ [12] ætatis filius eſt, qui paternam voluntatem ſequi non patitur.

§. 1. Sin autem in ſecunda [13] ætate adhuc filius eſt, & hereditate ei delata pater conſentire adeunti hereditatem noluerit, vel patre volente ipſe reclamaverit: ſi quidem recuſaverit filius, licentiam damus patri ſimili modo hereditatem adire, & eam pleno jure habere [14] his omnibus quæ ſuperius diximus, locum habentibus. Sin autem patre recuſante filius adire maluerit: damus quidem licentiam ei hoc facere. Nolente autem patre res filii gubernare propter cauſæ neceſſitatem, habeat [15] facultatem filius adire competentem Judicem, & ab eo petere [16] curatorem [17] hereditati dari, per quem gubernatio rerum ad eum delatarum procedat: in utroque caſu in integrum reſtitutionis auxilio minime ei denegando. §. 2. Similique modo & in milite filiofamilias qui recuſaverit aditionem hereditatis, quæ ei ex [18] caſtrenſibus occaſionibus veniat; patri danda licentia adire hereditatem, ut ad ipſum perveniat pleno jure, tam per uſumfructum, quam per dominium eandem hereditatem poſſeſſurum, quaſi ipſe pater ab initio fuiſſet heres inſtitutus, eo videlicet ſubjacente omnibus oneribus hereditariis, & omnia commoda habituro, & ad filium nullo periculo redundante. Et hæc quidem in his caſibus obſervanda ſunt, quibus diſcordia inter patrem & filium vertitur.

§. 3. Ubi [19] autem in unum voluntas eorum concurrit, & pater uſumfructum, & filius habeat proprietatem: & in agentibus & fugientibus pater quidem ſuſcipiat actiones, & moveat, cujuscunque ætatis filius inveniatur, adhibeatur autem etiam filiorum conſenſus [20], niſi adhuc in prima [21] ætate ſunt conſtituti, vel longe [22] abſunt, ſumptibus [23] videlicet a patre propter rerum incrementa faciendis: cum [24] enim nuda proprietas apud filium inveniatur, ex qua ſubſtantia poſſibile eſt eum ſumptus litis dependere?

§. 4. Sin autem æs alienum [25] ex defuncti perſona deſcendit, cum etiam apud Veteres hæc eſſe ſubſtantia [26] intelligatur, quæ poſt detractum [27] æs alienum ſuperſederit: habeat pater licentiam ex rebus hereditariis (primum quidem mobilibus [28], ſin autem non ſufficiunt, ex immobilibus [29] ſufficientem partem nomine filii venundare, ut illico reddatur æs alienum, & non uſurarum onere prægravetur. Quod ſi pater hoc facere ſuperſederit, ipſe uſuras [30] vel ex reditibus, vel ex ſubſtantia ſua omnimodo dare compelletur. Sin autem legata, vel fideicommiſſa ſive annalia ſive ſemel relicta imminent, hujusmodi perſonis: ſi quidem tales [31] reditus ſunt, qui ſufficiunt ad annalia legata, pater ex hujusmodi reditibus hoc dependere compelletur. Sin autem non habeat ſubſtantia ſufficientem reditum ad legatorum, vel fideicommiſſorum præſtationem, vel minime reditus, vel alias acceſſiones contineat, ſint tamen res mobiles, vel immobiles, ſteriles [32] quidem, non tamen inutiles, veluti domus in provinciis pretioſæ [33], vel ubicunque poſita [ædificia, vel] ſuburbana, ex quibus hujusmodi legata poſſint explicari: licentia dabitur patri ſufficientem partem eorum ſimiliter filii [34] nomine vendere, & ſatisfacere legatis. † Hoc proculdubio obſervando, ut & mancipia [35] ipſe uſufructuarius alere debeat, & omnia circa uſumfructum facere, quæ nullo modo proprietatem poſſint deteriorem [36] facere: paterna reverentia [37] eum excuſante, & a ratiociniis, & a cautionibus, & ab aliis omnibus, quæ ab uſufructuariis extraneis [38] a legibus exiguntur ſecundum noſtræ Conſtitutionis tenorem, quam ſuper hujusmodi caſibus tulimus. §. 5. Ipſum autem filium, vel filiam, filios, vel filias, & deinceps alere [39] patri neceſſe eſt, non [40] propter hereditates, ſed propter ipſam naturam, & leges quæ & a parentibus alendos eſſe liberos imperaverunt, & ab [41] ipſis liberis parentes, ſi inopia ex utraque [42] parte vertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo cauſis habeat licentiam [rite [43]] res filiorumfamilias vendere filii nomine: vel ſi emptorem non invenerit, [rite pignori] ſupponere, nullo modo licentia concedenda filiis easdem venditiones, vel hypothecas retractare. Non autem licentia parentibus danda extra [44] memoratas cauſas, res, quarum dominium apud eorum poſteritatem eſt, alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare: ſed ſi hoc fecerint, ſcituris, quod neceſſe eſt eos in legum laqueos incidere, quibus hujusmodi venditiones, vel hypothecæ ſunt interdictæ: exceptis [45] videlicet [rebus] mobilibus, vel immobilibus illis, quæ oneroſæ hereditati ſunt, vel quocunque [modo] damnoſæ, quas ſine periculo vendere patri cum paterna [46] pietate licet: ut pretium earum vel in res [47], vel in cauſas hereditarias procedat, vel filio ſervetur. † Filiis autem familias in his [duntaxat] caſibus, in quibus uſusfructus apud parentes conſtitutus eſt, donec parentes vivunt, nec de iisdem rebus teſtari [48] permittimus, neque citra voluntatem eorum, quorum in poteſtate ſunt, ulla licentia ei concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori adſignare. Melius enim eſt coarctare juveniles [49] calores, ne cupidini deditі triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum [50] expectat patrimonium. Cum enim (ſicut dictum [51] eſt) parentes alere eos ſecundum leges & naturam compellantur, quare ad venditionem rerum ſuarum proſilire deſiderant? §. 6. Ubi autem puerilis ætas patri licentiam præſtat etiam ſine conſenſu filii hereditatem nomine ejus adire: ſi hoc fecerit [pater] damus quidem [52] filio in integrum reſtitutionem, poſtquam patria fuerit poteſtate liberatus, vel adoleverit: patrem autem [omnibus] oneribus hereditariis, licet nomine filii adiit, modis omnibus illigamus. Quare enim talem hereditatem adiit, qualem nec ipſe, nec nunc filius idoneam ſibi eſſe exiſtimat? Non autem filio damus [53] licentiam, ſi in integrum reſtitutionem petat, reſpuendam credens eſſe hereditatem, adhuc minoribus curriculis inſtantibus, iterum per aliam reſtitutionem adire præfatam hæreditatem, *ne ludibrio [54] leges ei fiant, ſæpius eandem & amplecti & reſpuere hereditatem cupienti.* Si enim quod pater fecit, [filius] ratum non habuit, & propter hoc reſtitutus [55] eſt: quomodo ferendus videatur iterum judicium amplectens, quod poſt patris voluntatem contraria affectione aſpernandum eſſe exiſtimavit? † Sin vero pater quidem hereditatem repudiaverit [56] infante filio conſtituto, ipſe autem filius poſtea vel adhuc in ſacris conſtitutus, vel patria poteſtate liberatus, adeundam eſſe crediderit eandem hereditatem: licentiam damus ei, vel ſi ſui juris efficiatur, tutoribus ejus, vel curatoribus hereditatem adire, nullo præjudicio ex recuſatione paterna ei generando: ſimili modo & in hac parte nulla ei, vel tutori-

factæ privilegium merentur. 1 Omnium fere rerum, quarum uſusfructus patri adquiritur, liberi proprietatem habent: exceptis iis rebus, quæ ex rebus patris proveniunt. *Synopſ. Baſil.* 45. *tit.* 4. *cap.* 14. Goth. Materiam *hujus l.* 10. vid. apud Bellon. *Supputat. lib.* 3. *cap.* 8. Anſ. 2 *l.* 6. *ſupr. h. t.* 3 Si filius res ſibi delatas non vult adquirere, pater pleno jure eas adquirere poteſt, *ut hic*, & e contra *verſ. ſive e contrario. infr. h. t.* 4 Cur ita? vide *l.* 1. §. 1. *ff. de ſucceſſorio. l.* 11. *ſupr. de jure deliber. l.* 2. *ſupr. de repudiand. vel abſtin.* 5 Derogatur *l.* 6. *l.* 13. *in fin. l.* 14. *de adquir. vel omitt. hered.* 6 Adventitiorum nomine agere, vel conveniri filius non poteſt: ſive pro iis agat, ſive conveniatur, *ut hic.* An & ea adquirere poteſt ſine juſſu patris? poteſt, nam & patre etiam invito, & contradicente adire poteſt. *verſ. ſive. ſupr. h. t.* 7 Filiusfamilias in judicio ſine conſenſu patris eſſe non poteſt, *ut hic.* Quid? num hoc perpetuo verum eſt? fallit in cauſa criminali. *l.* 1. §. 2. *C. de caducis:* ut & ſpirituali, ſeu divina, vel religionis: ſed & in iis, quæ voluntariæ jurisdictionis ſunt: ut & quoties pater legitimus non adminiſtrator rerum filii. Poteſt quoque filius coram arbitratore litigare. In cauſis beneficiorum Eccleſiaſticorum idem eſſe cenſent: ut & quoties judicis officium implorat: fallit quoque in reconventionis & appellationis cauſa, vel quoties reſcriptum impetrat, ut & iis caſibus quibus minor in judicio eſſe poteſt ſine auctoritate tutoris, vel ſi alieno nomine comparat, aut in judicio, certam pecuniam confeſſus, a judice damnatus eſt. vide Socin. *reg.* 151. 8 Pater officio judicis cogitur conſentire cauſa cognita. 9 Juſſu magiſtratus quod fit in judicio, metu fieri non dicitur. *l.* 14. §. 1. *l.* 33. *ff. de injuriis.* 10 Judicium redditur in invitum etiam actorem. 11 Filiusfamilias non habet integram perſonam ſtandi in judicio ſine conſenſu patris *ut hic.* vide *l.* 9. *l.* 13. *l.* 39. *ff. de oblig.* ut nec pupillus, nec adultus. *l.* 6. §. 2. *ff. ad leg. Jul. de adulter.* ſine tutoris vel curatoris autoritate. *l.* 1. *l.* 2. *ſupr. qui legitimam perſonam ſtandi in judicio.* 12 Plena ætas, non impubes. 13 Prima ætas impuberis. §. 3. *infr. h. t.* Secunda minoris 25. annis. Thalelæus *hic.* 14 Vid. Anton. Merend. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 8. & 22. Anſ. 15 *l.* 8. *verſic. ad defendendum. ff. de procurator.* 16 Etiam abſente patre. 17 Nota de curatore hereditati dato. 18 Caſtrenſem hereditatem a filio repudiatam pater adire poteſt. 19 In his rebus in quibus pater uſumfructum habet, filius proprietatem, pater proprietatis filio competentis adminiſtrationem habet. *l.* 1. *verſ. parentis. ſupr. de bon. matern.* 20 Explicationem hujus §. 3. & conciliationem *l.* 1. *ſupr. de bon. matern.* vid. apud Joann. a Sand. *deciſ. Friſic. lib.* 2. *tit.* 7. *defin.* 4. Anſ. 21 Prima ætas cui ſecunda ſubopponitur. §. 1. *ſupr. h. t.* 22 Abeſt quis maxime, cum longiſſime abeſt. 23 Pater uſufructuarius proprietatis bonorum filio competentis, actiones ſuſcipere & excipere ſuis ſumptibus tenetur. 24 In particulari uſufructuario id locum non habet, quemadmodum in univerſali, de quo hac conſtitutione agitur. 25 Uſufructuarius univerſalis æs alienum diſſolvere cogitur. 26 Subſtantiæ vocabulo hic bona intellige, alias pro hereditate. *l.* 4. *verſ. Cum enim per. ſupr. de lib. præter.* alias pro pecunia non pro hereditate ſumitur. *l.* 16. *in princip. ad SC. Trebell.* 27 Bona intelliguntur, detracto ære alieno. *l.* 39. §. 1. *ff. de verb. ſignific.* 28 Ordinem rerum alienarum diſtrahendarum obſerva. 29 Immobilia a mobilibus diſtrahenda.

30 Uſufructuarius univerſalis, ex uſuris proprietatem liberare cogitur. 31 Uſufructuarius univerſalia legata præſtare cogitur ex reditibus. 32 A ſterilium rerum alienatione inchoamus. 33 Quæ damnoſis ſimiles. 34 Uſufructu ad onera injuncta exſolvenda non ſufficiente, proprietas delibari poteſt. 35 Uſufructuarius mancipia in quibus uſumfructum habet, alere tenetur. 36 Uſufructuarius deteriorem proprietatem facere non debet. *l.* 7. §. 12. *ff. ſoluto.* 37 Pater a rationibus reddendis reverentia paterna excuſatur. *l.* 6. §. 2. *ſupr. h. t.* idem in orphanotropho. *l.* 32. *ſupr. de epiſc.* adde Novell. 131. *cap.* 11. *circa fin.* 38 Uſufructuarius rationibus obnoxius. adde *l.* 1. *C. de uſufruct.* 39 vide *l.* 3. *ſupr. de alend. lib.* 40 Non propter lucrum quod a liberis parens accepit, ſed propter ipſam naturam & leges liberi a parentibus alendi ſunt. 41 Liberi parentes inopes alere coguntur. *l.* 5. §. 13. *ff. de agnoſcend. & alend. liberis.* 42 *Alterutra,* Hal. 43 Adhibitis ſolennitatibus. v. *infr. h. t.* 44 Quibus de cauſis parentes res liberorum non poſſunt alienare ſine ſolennitate. 45 Mobilia & immobilia oneroſa & damnoſa parens ſine ſolennitate poteſt vendere. 46 Pietatis eſt paternæ bona filiorum non diſtrahere. 47 Quas in cauſas pretia rerum ad filiumfamilias pertinentium verti oporteat. 48 Filiifamilias de rebus ſuis quarum proprietas patri non adquiritur (excipe caſtrenſes vel quaſi caſtrenſes) teſtari etiam non poſſunt. *l.* 3. §. 1. *l.* 11. *ſupr. qui teſtament. fac. l.* 3. *infr. de patria poteſt.* 49 Juveniles calores coërcere melius eſt. 50 Id eſt, everſum. 51 *ſupr. h. t. in pr.* 52 *l.* 1. *in fin. C. de filiofam. minor.* 53 *l.* 41. *ff. de minorib.* Imo datur. *l.* 7. §. 9. *ff. de minorib.* 54 Ludibrio leges eſſe non oportet. 55 Reſtitui adverſus factum patris filius poteſt *ut hic.* Atqui reſtitutio liberis adverſus parentes, ut & libertis adverſus patronos denegatur. *l. ult. ſupr. qui & adverſus quos in integrum reſtitui non poſſunt.* poſſis dicere non reſtitui officio judicis, ſed jure actionis. *l.* 5. *ſupr. de dolo.* Imo actionis reſtitutio rebus & perſonis cohæret, ex obligatione & officio judicis, extra perſonas, extra obligationem denique, ut Caſtrenſis recte notat *in dict. l. ult.* Quin liberi reſtituuntur adverſus factum judicis, cui factum patris ſit immixtum. *l.* 2. *ſupr. ſi adverſus rem judicatam.* datur quoque adverſus patrem indirecte & oblique reſtitutio, *ut hic, l.* 2. *ſi adverſus donationem.* Quin & adverſus turpes perſonas parentum reſtitutio liberis datur maxime, aut ſane actio inſtituitur, qua etiam ſacris paternis ipſi liberi ſolvuntur. *arg. l. lenones.* 6. *infr. de ſpectacul. lib.* 11. *tit.* 40. *l. ſi lenones.* 12. *C. de epiſcop. audientia.* ſed ex juſta & magna cauſa. *arg. l.* 1. *in fin. ff. de in integrum reſtitut. Interpretes in dict. leg. ult. qui & adverſus quos.* Datur quoque reſtitutio liberis, ſi, quod a parente geſtum fuit, ipſo jure nullum ſit. *l.* 2. *ſupr. ſi adverſus donationem.* Eadem ratione reſtitui poſſunt adverſus ea, quæ nimio vel pudore, vel nimia reverentia cum parentibus geſſerint. *arg. l.* 1. §. *quæ onerandæ.* 5. *ff. quarum rerum actio. l. pen. ff. de furtis. Interpretes in d. l. ult.* ſed & verbis temperatis & honeſtis actione in factum adverſus patrem experiri poſſunt, ut de ſe potius queri, ſuamque facilitatem accuſare, quam vel fidem, pudorem & æſtimationem patris accuſare videantur. *l. non debet.* 11. §. 1. *ff. de dolo.* ſuas quoque ut & ſuorum injurias adverſus parentes defendunt recte civili actione non atroci, non criminali. *l.* 11. §. 1. *ff. de accuſat. l.* 5. §. *ad leg. Cornel. de falſis:* ut & venia petita a prætore, parentes in jus vocant. *l. pen. ſupr. de in jus vocando.* His tot modis liberi adverſus parentes directa vel actione, vel reſtituta experiri poſſunt. 56 *l.* 1. *ſupr.*

bus, vel curatoribus ejus licentia concedenda contra priorem ſuam voluntatem in integrum reſtitutionem petere. † Quæ & in legatis [1], & in fideicommiſſis, tam ſpecialibus, quam per univerſitatem relictis, & in aliis cauſis, quas ſupra enumeravimus, ſimilibusque eis obſervanda ſunt. In ſervis autem, qui filiis, [vel filiabus familias] donantur, ſive conſtante matrimonio, ſive ab extraneis ſub ea conditione, ut ſtatim eos in libertatem perducant: nullum impedimentum paterna faciat auctoritas. Qualis enim uſusfructus poteſt ei acquiri, qui momentarius [2] eſſe oſtenditur? Si enim in ipſo momento neceſſe habeat eum & poſſidere, & libertate donare, in talem hominem qualis uſusfructus patri poteſt acquiri?

TIT. LXII.
DE HEREDITATIBUS DECURIONUM [3], [NAVICULARIORUM [4], COHORTALIUM [5] MILITUM [6], ET FABRICENSIUM [7]].

1. Imp. CONSTANTIUS A. Maſtichiano Præfecto annonæ [8].

SI quis navicularius [9] ſine teſtamento & liberis, vel ſucceſſoribus defunctus ſit: hereditatem ejus non ad fiſcum, ſed ad corpus naviculariorum, ex quo fatali ſorte ſubtractus eſt, deferri præcipimus. PP. decimo quinto Kalend. *Laſtronæ*, CONSTANTIO A. VII. & CONSTANT. Cl. Cæſ. Conſulibus 354.

2. Idem A. Bonoſo magiſtro equitum.

UNiverſis [10] tam legionibus [11], quam vexillationibus comitatenſibus ſeu cuneis inſinuare [12] debebis, ut cognoſcant, cum [eorum] aliquis fuerit rebus humanis exemptus, atque inteſtatus, [ſi] ſine legitimo herede deceſſerit, ad vexillationem, in qua militavit, res ejusdem neceſſario pervenire. Dat. 7. Id. Maji, *Hierapoli*, RUFINO & EUSEBIO CONSS. 347.

3. Idem A. Rufino P. P.

SI quis cohortali [13] conditione gravatus, ſine teſtamento, vel quolibet ſucceſſore ultimum diem obierit; ſucceſſionem ejus non ad fiſcum, ſed ad cæteros cohortales ejusdem Provinciæ pertinere jubemus. Dat. 5. Kal. Januar. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

4. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

IN teſtatorum curialium [14] bona, ſi ſine herede moriantur ordinibus patriæ eorum adipiſci præcipimus. Dat. 5. Idib. Mart. FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

5. Iidem AA. & CC. Aureliano comiti rerum privatarum.

SI quis fabricenſis [15] ſine liberis, vel legitimo herede deceſſerit non condito teſtamento: ejus bona cujuscunque ſummæ ſint, ad eos pertinere [ſancimus,] qui velut creditores [16] decedentium attinentur, qui fiſco pro intercepto reſpondere coguntur. Hoc enim facto contingit, ut & Reipublicæ ratio ſalva permaneat: & fabricenſes collegarum ſuorum ſolatiis perfruantur, qui damnis ac detrimentis tenentur obnoxii.

ſi ut omiſſ. 1 Id eſt, in lucro, *l. 7. §. 7. ff. de minorib.* 2 Momentarius uſusfructus vix eſt uſusfructus. Quaſi paria ſunt, non eſſe, aut mox deficere. De momento, vid. Cujac. *cap.* 1. *de præſcriptionib.* adde *l.* 127. *ff. de reg. jur.*

3 *l. 4. infr. h. t.* 4 *l. 2. infr. h. t.* 5 *l. 3. infr. h. t.* 6 *l. 2. infr. h. t.* 7 *l. ult. infr. h. t.* adde & eccleſiaſticorum. *l.* 20. *ſupr. de epiſc. & cler.* præfecti prætorio. *l. 3. C. de appar. præfect. præt. lib.* 12. *tit.* 53. eorum qui conſortes liberalitatis principalis. *l.* 1. *infr. ſi liber. imper. ſoc. lib.* 10. *tit.* 14. Harum enim perſonarum conjunctio fiſcum quoque excludit. 8 Merito hæc conſtitutio ſcripta eſt ad præfectum annonæ, quoniam ſub cura & diſpoſitione ejus erat corpus naviculariorum. *Novell. Valentinian. de naviculariis.*

9 De naviculariis. 10 *l. un. Cod. Theod. de honor. milit.* 11 De eo, qui in legione, vexillatione comitatenſi, aut cuneo militat. *l. 6. §. 7. in fin. ff. de injuſto.* 12 Hinc librarii caducariorum in caſtris *l. ult. ff. de jure immunit.* qui rationes conſcribunt eorum, quæ morte militum in legionem cadunt. 13 De cohortali ſeu officiali præſide. Cohortales perpetui quidam erant in provinciis: ſed vulgares & gregarii. Cohortalis apud autorem *Synopſ.* 45. *tit.* 1. *cap.* 32. & Harmenop. 5. *tit.* 8. *l.* 107. εὐτελὴς dicitur: quo loco Harmenopuli interpres vertit, viſem & abjectum. 14 De decurione. 15 De fabricenſi. Fabricenſis autem eſt, qui in publicis fabricis militat. vid. *infr. de fabricenſib. lib.* 11. *tit.* 9. 16 Nominatores, Græci χειροτονητάς. Cujac. *hic, & d. l. 59. infr. de decur.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER SEPTIMUS.

TIT. I.
DE VINDICTA [1] [LIBERTATE,] ET APUD CONCILIUM [2] MANUMISSIONE.

Decretum ex falſa cauſa interpoſitum, favore libertatis non reſcinditur. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Tertio.

EOrum, qui apud concilium manumittuntur, poſt cauſam [3] a Judicibus probatam, & manumiſſionem ſecutam, non ſolet ſtatus in dubium revocari, ſi dicantur falſa [4] demonſtratione liberati.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Salluſtio.

NIhil civitati Romanæ ſemel præſtitæ vel addere, vel detrahere ſecundam [5] manumiſſionem potuiſſe certiſſimum eſt. Dat. Prid. Kal. Maji, AA. CC.

3. Iidem AA. & CC. Attonitæ.

NEc mulierem per maritum nec alium per [6] procuratorem [vindicta] manumittere poſſe, non eſt ambigui juris [7].

Apud Præſides & magiſtratus manumiſſio fieri poteſt. Salic.

4. Imp. CONSTANTIUS A. Maximo P. P.

APud concilium [8] [noſtrum,] vel apud Conſules [9], Prætores [10], [Præſules [11],] Præſides, Magiſtratusve earum civitatum, quibus hujusmodi jus [12] eſt, adipiſci poteſt patronorum judicio ſedula ſervitus libertatem.

TIT. II.
DE TESTAMENTARIA [13] MANUMISSIONE.

De codicillis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Primo.

SI codicillos [14] major viginti annis feciſſet, confirmationis tempus libertati non nocere certum eſt: nec enim poteſtas juris, ſed judicii conſideratur.

De hereditate non adita, de memoria defuncti damnata.

2. Iidem AA. Phileto.

EX teſtamento defuncti libertates præſtari non poſſunt hereditate [15] non adita, vel ſi rei memoria propter crimen, quod morte non intercidit, damnata eſt.

De in integrum reſtitutione.

3. Iidem AA. Euphroſyno.

LIbertas teſtamento [defuncti] data, adita hereditate contingit, & licet heres ſcriptus per in integrum reſtitutionem abſtinuerit [16] hereditate, [tamen [17]] nihil ea res libertati obeſt. S. 17. Kal. Maji, APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De rationibus reddendis, vel non.

4. Iidem AA. Archelao.

CUm teſtamento directam libertatem pater tuus ſit conſecutus: quamvis ei heres extiteris, fruſtra tamen rationes quas [18] tempore ſervitutis geſſit,

1 Dixi ad *Lib.* 40. *D.* 2. Vindictæ nomen deductum a vindiciis. *l. 2. §. 24. ff. de orig. jur.* Theophil. §. καὶ ἔτος. *Inſt. de libertinis.* Seneca 3. *controv.* 9. Dixi ad *l. 6. infr. de emancip. liberorum.* 2 Alii ſcribunt *conſilium. l.* 19. *ff. h. t.* vid. *l. 2. l. 4. infr. h. t. l. 2. ſupr. de libertis & eorum liberis. l. 2. ſupr. ſi adverſ. libert.* Conſilium quid ſit vid. Ulpianum 1. §. 13. Eſt autem conſeſſus Romæ prætoris cum viginti viris qui peregrini recuperatores dicebantur. 48. *Baſil.* 2. *cap.* 46. Proconſulis autem & præſidis in provincia cum quinque ſenatoribus totidemque equitibus Romanis; tempus autem conventus erat hybernum tempus, litibus dirimendis conſtitutum. Cicero 5. *ad Attic.* 14. Theoph. §. 4. *Inſt. quibus ex cauſis manumittere: & titulo de ſucceſſionibus ſublatis.* Strabo *lib.* 3. Hinc *conventus agere.* Cicero 5. *Verrina* 5. *ad Attic.* 16. & Cæſar 6. Livius 28. Feſtus *in conventus*, quod & *forum agere.* Cicero 3. *epiſt.* 7. Feſtus *in forum agere.* Virgil. *Æneid. Acta Apoſtol.* 3 *l. 9. §. 1. l. 16. ff. h. t.* 4 Falſa demonſtratio manumiſſioni non nocet. facit *d. §.* 1. adde §. 6. *Inſtit. quibus ex cauſ. manumit.* 5 Vindicta manumiſſio non iteratur, *hoc loco.* (ut hinc colligas, Manumiſſionem vindicta olim legis actionem fuiſſe. *l. ult. C. h. t. l. ult. C. de his qui a non domin.*) nec fit etiam per procuratorem. *l. 3. infr. h. t.* Hodie non numeratur inter actus legitimos, ſeu legis actiones. *l. 77. ff. de reg. jur.* & merito: ſublato quippe uſu imponendæ vindictæ: & verbis ſolennibus. *l. 8. l. 23. ff. h. t.* circumductionibus & alapis ſublatis. *l. ult. infr. de emancip. liber.* adde *l. 2. C. de ingenuis.* 6 Vindicta manumiſſio non fit per procuratorem, ſimplicem ſcilicet: fit tamen recte per procuratorem in rem ſuam. *l. 4. ſupr. de dolo malo. l. 7. in fin. ff. de donat. int. vir.* *l. 64. ff. ſoluto.* ſic in antiqua inſcriptione, *Priſcus manumiſſus ad conſilium procuratorio nomine apud Domitianum Imperatorem.* Cauſa quoque manumiſſionis per procuratorem reddi poteſt. *l. 15. §. 3. ff. h. t.* 7 Cur ita? Nemo alieno nomine lege agere poteſt. vid. Cujac. 7. *obſ.* 17. 8 *l. 1. ſupr. h. t.* 9 *l. 1. ff. de offic. conſulis. l. 4. §. 5. ſupr. de advocat. diverſ. judicum.* 10 *l. 1. ff. de officio prætor.* 11 Deeſt in multis, & ita diſpungenda vox *Eccleſiæ* apud Cajum 1. *tit.* 1. §. 2. legendum eſt forte, *proconſulis*, ut *l. 17. ff. h. t. l. 2. ff. de offic. proconſ.* Ulpian. 1. §. 7. niſi referas id ad eas manumiſſiones, quæ in eccleſia fiebant. *l. 1. C. de his, qui in Eccleſ. manumitt. l. un. C. Theod. de manumiſſ. in eccleſia.* 12 Id eſt, qui legis actionem habent. Paul. 2. *ſent.* 25. §. 4. habent, inquam, non quia municipales ſunt magiſtratus: ſed quia lege, vel Senatusconſulto, vel conſtitutione eis data eſt. *l. 6. §. 2. ff. de tutelis:* ut adverſus Robertum ſcribit Mercator 1. *Notar.* 21. apud eosdem magiſtratus municipales lege municipali alienigenæ liberos ſuos potuerunt emancipare. *l. 1. C. de emanc. liber.* quomodo & Ulpianus in peregrinis manumittendis legem peregrinam ſpectat. dixi ad *l. 2. ſupr. h. t.*

13 Dixi ad *Lib.* 40. *D.* 4. adde Ulpian. 1. §. 9. Cajus 1. §. 1. adde §. 1. *Inſtit. de libertin.* 14 Adde *l. 43. ff. h. t.* 15 *l. 23. ff. h. t. l. 1. C. de fideic. libert.* 16 *l. 32. ff. h. t.* 17 Nec revocatur. *d. l. 32. l. 4. §. 2. ff. de fideic. libert.* 18 Sicut liber factus de ante geſto non tenetur rationem reddere, ita nec ejus heres. *l. 1. ſupr. an ſervus pro ſuo facto.* niſi ea conditione libertatem accepit, ut rationes redderet. *Synopſ. Baſil.* 48. *tit.* 3. *cap.* 62.

ut

ut reddas, compelleris, cum non ea conditione acceperit libertatem. Is autem, cui libertas seu fideicommissaria, seu directa, si [1] rationes reddidisset, relicta est: ante reliqua illata, & ea, quæ malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest pervenire. Si autem non debitor ex rationibus fuerit repertus: post aditam hereditatem quasi puram libertatem consequitur. Proposita [2] 7. Kal. Decemb. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De manumissione in fraudem creditorum.

5. Imp. ALEXAND. A. Quintiliano.

IN [3] fraudem creditorum testamento datæ libertates, quamvis debitori heres, qui [4] solvendo est, extiterit: per legem Æliam Sentiam non valent.

De addictione bonorum.

6. Imp. GORDIANUS A. Pisistrato.

SI hereditas ejus, a quo testamento dicis te esse manumissum, ob æs alienum spernitur [5] ab heredibus: conservandæ [6] libertatis gratia non injusta ratione creditoribus hereditariis satis [7] offerens, judicium testatoris observari tibi postulabis: maxime cum id etiam a divo Marco [8] consultissimo Principe sit constitutum, quod in extranei [9] quoque persona observari oportet.

De prohibito manumitti.

7. Idem A. Justæ.

COntra [10] voluntatem matris tuæ libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit [11], non debes, ne videaris jura pietatis violare.

De libertate collata in diem incertum.

8. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Tremellio.

CUm testator libertatem tempore [12] nuptiarum filii sui, vel filiæ servo dari jussit: non tempus præstandæ libertatis præstituit: sed potius conditioni [13] locum fecit, ut non insecutis nuptiis libertas jure posci non possit.

De servo heredis.

9. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Mauro.

SErvo tuo defunctus, licet te heredem scripsisse proponitur, directam tamen libertatem non potuit dare: jure enim directo [14] libertatem servis alienis [15] nemo potest [16] dare.

De impositione pilei & de aditione hereditatis.

10. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Germano.

DIrectis verbis jure data libertate, non solum impositione pilei [17], sed & adita [18] hereditate, (si nulla juris impediat constitutio) liberti constituuntur Orcini [19].

Si testamentum non valeat.

11. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

SI [20] jure non [21] subsistit testamentum: in hoc nec libertates (cum [22] non fuisset adjectum, ut [23] pro codicillis scriptum valeret, proponas) recte datas constabit [24].

De hereditate adita, vel repudiata, & de collusione.

12. Iidem AA. & CC. Rhyso.

SI heredes jure facto testamento solenniter [25] adierint [26] hereditatem: ex testamento tibi libertas quæsita, postea colludentibus [27] tam scriptis heredibus, quam ab intestato vindicantibus successionem, adimi non potuit. Quod si sponte repudiaverint sibi delatam successionem: omnia quæ [in] testamento fuerant scripta, defecisse convenit. Si vero, ut vos defraudarent [heredes] libertate, collusisse eos Præses animadverterit, secundum hæc quæ D. Pius [28] Antoninus constituit, libertatibus consuli providebit.

De statuliberis.

13. Iidem AA. & CC. Martiali.

STatuliberis datam libertatem adimi [29] ab herede non posse certum est: nec alienatio [30], nec usucapio statulibero, quominus existente conditione libertatem consequatur, nocere potest.

De verbis Græcis.

14. Impp. THEODOSIUS & VALENTIN. AA. Florentio P.P.

DIrectas libertates Græcis [31] verbis liceat in testamentis relinquere [32], ut ita libertates directe datæ videantur, ac si legitimis verbis eas testator dari jussisset.

Ad constitutionem divi Marci.

15. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm constitutio divi Marci [33] declaret, si quis [condito] testamento, vel sine testamento moriens, ut locus fiat ab intestato successioni, libertates reliquerit: nemo autem adire velit defuncti hereditatem, eo quod suspecta esse videatur, & fuerint libertates forsitan, & sine scriptis fideicommissariæ relictæ; licere vel cuilibet *extraneo* [34], vel *uni* [35] *ex servis*, qui & ipse libertate donatus est, & pro sua periclitatur conditione, adire hereditatem sub [hac] conditione & satisdatione [36], quod & creditoribus omnibus satisfaciat, & libertates imponat his, quibus voluit testator: variæ dubitationes ex hac constitutione emerserunt: nam si res hereditariæ herede minime invento venierint, an post venditionem earundem rerum possibile sit, vel servum, vel quemlibet alium adire, & recuperare quidem ab emptoribus res, satisfacere autem libertatibus, & creditoribus, quærebatur: & licet D. Severus, semel rebus venditis hoc non admisit, nobis tamen Ulpiani sententia admodum placuit, maxime propter libertates, ne depereant, & post venditionem rerum annale remedium dare divi Marci constitutioni, intra quod & creditoribus omnibus satisfiat, & emptores nihil novi patiantur, qui annalem [37] sæpe sentiebant rescissionem [&] *licere servo, qui libertate donatus est, vel alii cuidam extraneo, vel ante venditionem rerum, vel post venditionem, intra annale tamen tempus adire hereditatem, & res recuperare, prius satisdatione danda*, ut tam libertatibus, quam creditoribus satisfiat. §. 1. Sin autem libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur, creditoribus autem non in solidum, sed in partem solvere creditum, illi autem hujusmodi pactionem [38] admiserint: sancimus, & in hujusmodi casu consultissimi Principis locum habere constitutionem, & eum modis omnibus admittendum [esse] censemus: maxime cum ex voluntate creditorum hæc interponitur; nolentibus [39] etenim creditoribus admitti talem pactionem nullo modo concedimus. §. 2. Sin vero quidam ex servis libertatem amplexi fuerint, alii autem censuerint esse respuendam: & in hunc casum extendenda est divi Marci oratio, & proculdubio, & in hac specie audiendus est petitor hereditatis: & maneat liberum arbitrium servorum, sive ad libertatem venire volunt, sive in servitute remanere. Licet enim Romanam civitatem recusare [40] nemini servorum licitum sit [41]: tamen in hoc casu, ne propter quorundam indevotionem alii maneant in servitute, volentibus quidem omnibus servis licere in libertatem pervenire, nolentibus autem quibusdam, vel recusantibus, spontaneam servitutem imminere oportet, & quem patronum habere noluerint, dominum suum, & forsitan acerbum sentiant. §. 3. Sin vero non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerum servorum ex his, qui ad libertatem venire [jure] sunt jussi: melius est, si quidem res hereditariæ sufficiunt ad implendos [42] creditores: etiam omnibus servis dare libertatem, etsi hoc pollicitus non est. Sin autem deest [aliquid] in exsolvendis creditoribus, humanius est, ut pauci saltem perveniant ad libertatem. §. 4. Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium invenimus: bellissimam autem repletionem præfatæ Constitutioni donantes, sancimus, ut si non unus veniat hereditatis petitor, sed plures quidem uno [43] momento, uterque [44], vel ampliores: omnibus detur licentia communiter hereditatem adire, prius satisdatione ab omnibus danda, ut creditoribus, & libertatibus satisfaciant. Sin autem per intervalla temporum hoc fiat, qui primus venit, habeat prærogativam, si etiam satisdationem præstare potest. Illo autem cessante hoc facere, alii gradatim secundum tempora petitionis succedant, & hoc intra annale tempus observetur. §. 5. Sin autem uno pollicente quosdam liberos facere, non autem totos, alius emerserit, satisdationem paratus idoneam præstare, quod omnibus [45] creditoribus & omnibus libertatibus satisfaciat: æquissimum est eum admitti, ut omnes libertates indistincte celebrentur, quod privilegium damus, non solum servo [46], qui libertate donatus est, sed etiam ei [47], cui nulla libertas relicta est, ut aliquid venustum eveniat: ut per eum cui relicta libertas non est, aliis libertas imponatur. §. 6. Sed si quidem antequam prior hereditarias res & libertatem accipiat, hoc eveniat, secundo petitori, vel tertio, vel deinceps ampliores libertates pollicentibus fieri locum censemus. Sin autem jam rebus servo qui primus petiit hereditatem datis, & libertatibus ab eo quibusdam servis hereditariis impositis, quidam servus alius hereditarius, vel liber extraneus hoc facere maluerit: licebit quidem [hoc] ei impetrare, & sub majoribus pollicitationibus & satisdationibus hereditatem accipere. Sed prior in libertate petitor maneat, licet res ab eo distrahantur, his omnibus intra annum (secundum quod dictum est) celebrandis, ex quo prior petitor judicem adierit.

TIT. III.

DE LEGE FUSIA [48] CANINIA TOLLENDA.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SErvorum libertates in testamento relictas, tam directas, quam fideicom-

1 *l. 41. §. 11. ff. de fideic. libert.* 2 Aut falsa inscriptio, aut vitiosa subscriptio. Hi enim consules fuerunt Antonino solo imperante. 3 Libertas in fraudem creditorum relicta revocatur. Quid si heres ejus qui libertates ita reliquit, sit locuples? etiam revocari libertas potest. *ut hic. Synops. Basil.* 48. *tit.* 26. ex *tit.* 3. *c.* 63. Spectamus igitur libertates in fraudem datas, non aditionem hereditatis non idoneæ ab herede locuplete factam. Denique spectamus facultates defuncti non heredis. 4 *l. 57. ff. h. t. l. 5. l. 18. ff. qui & a quibus manumiss.* Qualitas heredis non facit convalescere testamentum. 5 Hereditatem defuncti spernentibus heredibus, servus libertate donatus petere potest bona sibi addici. 6 *l. 15. §. 5. infr. h. t. l. 20. in fin. ff. h. t. l. 2. in fin. l. 3. l. 4. ff. de fideic. libert.* 7 vid. *Instit. de eo cui liber. caus.* 8 *l. 15. infr. h. t.* 9 *l. 50. ff. h. t.* 10 Manumittere servum contra voluntatem matris filius non potest. *Syn. Basil.* 48. *tit.* 3. *c.* 46. 11 Contra defuncti voluntatem servus manumitti non potest. Vid. *l. 5. §. si mancip. ita fuerit alienat. ut manumit. vel e contra.* 12 Libertas in tempus nuptiarum relicta debetur veris tantum nuptiis secutis: non si simpliciter legatarius ad tempus nuptiarum idoneum venerit. 13 Quam re ipsa evenire oportet. *l. 30. §. 4. ff. de leg.* 1. 14 Per fideicommissum potest. *l. 9. infr. de fideicommiss. libert.* 15 Etiam heredis. Hinc illud Tertulliani 5. *adversus Marcionem: Alienos servos nec Galba manumisit.* Ab eo præstatur libertas, apud quem servitus est legis. 16 Imo potest. *l. 7. infr. l. 31. ff. de liberali.* 17 Pileus libertatis insigne. vid. quæ dixi ad *l. un. C. de Latina libert.* 18 *l. 23. ff. h. t.* 19 Quibusdam Orthini dicuntur. De orcinis sæpius dixi. Accursius legit Orthinum, id est, directo manumissum. 20 Testamento irrito facto, ne quidem libertates in eo datæ valent, nisi fuerit adjectum, ut pro codicillis valeret. *Synops. Basil.* 48. *tit.* 3. *c.* 67. 21 *d. l. 23. l. 24. §. 11. ff. de fideic. libert.* 22 Cur? clausula codicillaris testamentum sustinet. vid. Papon. 20. *Arrest.* 1. *Arrest.* 5. 23 Hæc est clausula codicillaris. *l. ult. §. 1. supr. de codicillis:* adde *l. 29. ff. ad SC. Trebell.* 24 Imo constat valere. *l. 38. ff. de fideic. libert.* 25 Solennitas adeundi sublata. *l. ult. supr. qui admitti.* 26 *l. 10. supr. h. t. l. 25. ff. h. t.*

27 Collusio heredis non præjudicat libertati. *l. 5. §. 1. l. 14. ff. de appellat.* 28 *d. §. 1. d. l. 14.* 29 *l. 7. l. 32. C. de liberali. l. 3. ff. de statuliberis.* 30 Imo alienari potest. *l. 30. ff. de statuliber.* dixi ad Ulp. 2. §. 3. 31 vid. quæ dixi ad *l. 11. in princ. ff. de leg.* 3. & ad *l. 21. §. 4. supr. de testam.* adde *Nov. Theod. de testament.* 32 Ratio dubitandi esse potuit, quod olim Græce legari non poterat. Ulpian. 25. §. 9. 33 De qua *l. 6. supr. & Instit. de eo cui libertat. caus.* 34 *d. l. 6. §. 5. infr. h. t.* 35 *d. l. 6. §. 5. & Instit. de eo cui libert. caus.* 36 *l. 4. §. 8. ff. de fideicommiss. libert. Instit. de eo cui libertat. caus.* 37 Annalis rescissio. 38 Pacisci possumus cum creditore, ut minus debito solvamus. 39 Potest tamen dilatio debiti solvendi a Principe postulari. *l. 4. supr. de precib. Imp.* 40 Libertas invito datur, *ut hic:* sic liberatio invito contingit. *l. 53. l. 91. ff. de solut.* sic servus *in Querulo, sive Aulularia Plauti, Nobis* (inquit) *quotidie nuptiæ, natales, debacchationes, ancillarum feriæ, propter hoc quidem, nec manumitti volunt.* At invito beneficium non datur. *l. 69. ff. de reg. juris.* Invito etiam filio libertas non datur. *Nov.* 89. *cap.* 11. *l. 5. in fin. infr. de emancipat.* Paulus 2. *sent.* 25. *§. ultim.* Cur? in jure sui est commodum, quod eriperetur filio, si emanciparetur invitus. vide Cujac. ad *l. 62. ff. de verborum obligat.* 41 Cur ita? ne videatur libertas tantæ civitatis sperni: quam alii magno redimunt, & impetrant ægre. Nec ineleganter Leo ait, *Novell.* 102. *in fin.* duplex beneficium accipere eum, qui cogitur beneficium accipere. 42 Id est, ut satisfiat creditoribus. 43 Plures uno momento hereditatem possunt petere. 44 Utique. 45 Omnibus qui libertatem offert, ei præfertur qui certis duntaxat. 46 *In princ. §. & l. 6. supr. h. t.* 47 *l. 50. in fin. ff. h. t.* 48 De lege Fusia Caninia dixi 1. *Institut.* 7. adde Paulum 4. *sententiarum* 14. Ulpian. 1. §. 24. Gajum 1. *tit.* 2. adde *legem penultim. C. Theodosiano de Judæis.* ubi loquitur de numero manumittendorum. Plautus in *Querulo*, ait, *Ad legem Portiam Caniniam, Furiam, Fusiam.* & Vopiscus in Tacito, ibi, *Servos manumisit, intra centum tamen ne Caniniam transiisse videretur.* adde *l. 37. ff. de conditionib. & demonstrationibus.* quæ inscripta est, Ad legem Fusiam Caniniam: & *l. 22. §. 1. ff. de fideicomm. libert.* ubi testator servat modum legis Caniniæ.

missarias

missarias ad exemplum [1] inter vivos libertatum indistincte valere censemus, lege Fusia Caninia de cætero cessante, nec impediente testantium pro suis servis clementes dispositiones effectui mancipari. Dat. Kal. Jun. * AA. CONSS.

TIT. IV.
DE FIDEICOMMISSARIIS [2] LIBERTATIBUS.

De hereditate non adita.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Primo.

CUm proponas hereditatem ejus [testatoris] aditam [3] non esse, a quo tibi fideicommissariam libertatem relictam dicis, & ab intestato [4] alium, quam qui scriptus est, hereditatem possedisse: si non [5] a legitimo quoque herede fideicommissaria libertas repetita est, nullo jure præstari eam ab eo, qui rogatus non est, desideras. Plane si pecunia accepta heredem institutum omisisse hereditatem docueris, libertatem tibi præstare cogetur. PP. 13. Kal. Mart. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

Si legatarius manumiserit, deinde codicilli falsi pronunciati sunt.

2. Imp. ANTONINUS A. Valerio.

QUamvis codicilli [6] quibus avunculo defunctæ legatus esse videris, falsi pronunciati sunt: tamen si ante motam criminis quæstionem, justam libertatem es a legatario consecutus, posterior eventus non infirmat ita datam libertatem. Plane secundum D. Hadriani constitutionem datur heredi viginti [7] aureorum repetitio.

De natis ex statulibera.

3. Imp. ALEXANDER A. Lucio.

CUm [8] libertatem mulieribus sub conditione datam proponas: quid dubium est, eos, qui ex his ante [9] impletam eam eduntur, servos nasci, & pertinere ad heredes jure dominii? His enim demum succursum est, qui post [10] moram præstandæ libertatis progeniti sunt, ut liberi [&] ingenui nati videantur.

De ea, quæ voluntate domini in libertate morata est, & ea quæ nunquam fideicommissariam libertatem petiit.

4. Idem A. Hadriano.

SI voluntate domini in libertate est morata, cui [11] fideicommissaria libertas relicta fuit: secundum Senatusconsultum [12], & Constitutiones ad id pertinentes civis Romana facta ingenuos [13] peperit. Sed si [14] nunquam ab ea libertas petita est, sibimet imputare debet, cur interea progeniti ex ea servi sunt.

De minore.

5. Idem A. Dionysio.

MInor [15] annis lege definitis, nec per fideicommissum libertatem supremis suis [elogiis [16]] relinquere potest, nisi his, quorum causam probare potest.

De aliena ancilla.

6. Idem A. Maximo.

DEberi etiam alienæ ancillæ fideicommissariam libertatem placuit: nec [17] deficit hoc debitum, si [18] interim domina (si modo nihil ex judicio ejus qui, quæve reliquit libertatem, perceperit) noluit vendere: quia possit tempore procedente, ubicunque occasio redimendæ ancillæ fuerit, præstari libertas.

Manumissi quorum fiunt liberti.

7. Idem A. Nicomedi.

HI [19], quibus per fideicommissum libertas supremis judiciis relinquitur, eorum [20] liberti efficiuntur, a quibus manumittuntur. PP. Kal. April. FUSCO, & DEXTRO CONSS. 226.

De libertate collata in heredis, qui non adiit, arbitrium.

8. Idem A. Eutycheti.

CUm proponas fideicommissariam libertatem ita tibi datam, si [21] uxori testatoris placuisset: licet [ea] non adeunte hereditatem, pertinere cœperit ad filium solida hereditas, non refragante tamen uxore testatoris, potes petere libertatem.

Si servus non adscripta libertate tutor detur.

9. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Daphnidi.

ETsi non adscripta libertate testator servum suum tutorem filiis suis dederit: receptum [22] est [tamen] & libertatis & *pupillorum* favore [23], ut per [24] fideicommissum [25] manumisisse eum videatur. Et si non suum proprium, sed alienum [26] servum conditionem ejus sciens tutorem adscripserit: æque fideicommissariam libertatem datam (nisi aliud evidenter defunctum sensisse appareat) Prudentibus placuit.

De libertate in tempus dilata.

10. Iidem AA. Mercuriali.

FIdeicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, cum [27] testatoris filius ad annum vigesimum quintum pervenerit, non intercidit, licet heredem intra præstitutam ætatem decessisse proponas: tempore quippe, quo, si viveret, præfinitam ætatem impleturus foret, spem libertatis non intercidere, vetus placitum est.

Manumissionem necessariam esse.

11. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. [& CC.] Flaviano.

SI servus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit, pervides sine [28] manumissione te ad libertatem pervenire non potuisse: quapropter si verbis precariis constitutus servus libertatem accepisti, adire Præsidem Provinciæ te oportet, ut causa cognita, si tibi deberi libertatem perspexerit, ad manumittendum eum, qui debet, urgeat; vel si latitet, contra [29] latitantem interposito decreto tibi prospiciat.

De verbo, commendo.

12. Iidem AA. & CC. Hyrenio.

EX verbo, *Commendo* [30], testamento, vel codicillis non videri fideicommissariam libertatem relictam [esse] auctoritate juris declaratur.

De aliena ancilla, & de eo qui judicium testatoris agnovit.

13. Iidem AA. & CC. Pythagoridæ.

SI te donatam ante matrimonium uxori suæ, postea ei legato relicto, testamento manumitti, seu codicillis, seu verbis precariis a successoribus voluit: tam eos ad redemptionem, & manumissionem, quam eam, quæ in capiendis [31] relictis defuncti consensit judicio, teneri, tibique fideicommissariam deberi libertatem, non ambigitur.

De manumissione eorum, qui sunt in utero.

14. Imp. JUSTIN. A. Juliano P.P.

CUm inter veteres dubitabatur, si fideicommissariam libertatem possibile esset relinqui servo qui adhuc [32] in ventre portaretur, & homo fieri speraretur? Nos vetus jurgium decidentes, libertatis [33] favore censemus & fideicommissariam, necnon directam libertatem suam firmitatem habere sive in masculo, sive in fœmina, qui, quæve adhuc in ventre vehitur, ut cum [34] libertate solem respiciat, etsi mater sua adhuc [35] in servitute constans eum, vel eam ediderit. Sin autem plures [36] creati, vel creatæ sint, sive unius fecit mentionem, sive pluraliter nuncupavit, nihilominus omnes ad libertatem a primis veniant cunabulis: cum in ambiguis [37] sensibus melius sit (& maxime in libertate, favore ejus) humaniorem amplecti sententiam. Dat. Kal. Octobr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De mora.

15. Idem A. Juliano P.P.

ANcillam, sive servum, cum fideicommissaria libertas ei relicta sit, sancimus, si mora libertatis a debitore facta fuerit, sententia [38] Præsidis eripi in libertatem, & nullo facto, aut voluntate ab herede expectanda: sed talem habere eos libertatem, quasi [39] ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti, cum satis impium atque absurdum sit, heredes testatoris differre voluntatem, maxime [40] cum ad libertatem respiciat.

De libertate relicta uni ex liberis ancillæ, quem rogatus elegerit.

16. Idem A. Juliano P.P.

SI quis in testamento [41] suo rogaverit suum heredem, ex liberis ancillæ suæ, quam [42] nominaverit, unum, quem elegerit, ad libertatem perducere: & cum ancilla unum, vel plures enixa est, heres neque dum superest,

1 Argumentum a contractu ad ultimas voluntates; id est, favor contractibus concessus ad ultimas voluntates potest extendi. 2 48. *Ecloga* 1. dixi ad *Lib.* 40. *D.* 5. *L.* 2. *Institut.* 24. 3 *l.* 2. 𝔊. *de testam. manumiss.* 4 *l.* 1. *supr. si quis omissa causa testament.* 5 *l.* 24. §. 11. *ff. h. t.* 6 Manumisit Titius servum sibi falsis codicillis relictum? heres defuncti, idemque servi manumissi dominus, a manumissore servum vindicare, seu in servitutem revocare non potest, sed a manumissore æstimationem servi, hoc est, viginti aureos, *ut hic. Synopsis Basil.* 48. *tit.* 13. *c.* 1. *l. penult.* §. 1. *ff. de jur. patr. l.* 47. *ff. de manumiss. testament.* 7 *l.* 26. §. 5. *ff. h. t. l.* 16. *ff. de statulib.* adde quæ scripsi ad *l.* 1. §. 5. 𝔍. *de communi servo.* Goth. Adde *l.* 8. §. *ult. & l.* 9. *ff. de inoffic. testam.* 8 Libertate mulieri sub conditione relicta, quos pendente conditione ea mulier parit; servos parit: quos post conditionem, & moram, liberos, *ut hic. Synops. Basil.* 48. *tit.* 13. *cap.* 2. 9 *l.* 26. §. 1. §. 2. *l.* 53. *ff. h. t. l.* 22. *ff. de statu hom.* 10 Puta manumissi inter amicos, aut per epistolam, aut convivii adhibitionem. Qui ita manumittebantur, jure veteri non fiebant liberi: sed in libertate tantum morari dicebantur. Nam mutata voluntate patroni in potestatem a domino poterant reduci: quod tamen prætor minime permisit, ut Ulp. in reliquiis quibusdam regularum scribit. Nam & manumissum a peregrino, qui peregrinæ conditionis erat, non civis aut Latinus, ut & Plinius docuit in epistola *ad Trajanum*, Prætor servire non permittebat. Sed postea lex eis Junia Norbana propriam libertatem dedit, ut fierent Latini, id est, ejusdem juris essent, cujus & Latini colonarii: adde Cujac. 18. *observ.* 20. 11 vid. *l.* 9. *supr. de testam. manumiss.* 12 Rubrianum sc. 13 Natus ex ea, quæ in libertate morata est, id est, minus solenniter manumissa, ingenuus est. inde colligunt, ex serva ingenuum nasci posse. *ut hic:* & *l.* 1. §. 1. *ff. de suis.* 14 Hodie non cogitur petere, cum ipso jure sit libera. *l.* 15. *infr. h. t.* 15 *l.* 18. *ff. h. t.* dixi ad *l.* 4. 𝔊. *de testam. manumiss.* 16 Id est, in testamento: testamentum, hominis supremum elogium. 17 Et ita abrogatur §. 11. apud Ulpianum *tit.* 2. 18 Alieno servo libertas relinqui potest. Quid si dominus eum nolit vendere? legatum non extinguitur, sed in futurum tempus differtur, tantisper dum dominus voluntatem mutet, *ut hic.* & §. 2. *Inst. de sing. reb. per fideicommiss.* 19 Servus mihi relictus est, & a me per fideicommissum statu liber factus meus libertus est, *ut hic. Synops.* 48. *tit.* 12. *c.* 2. non ejus qui mihi eum reliquit, ejusve heredum. 20 Manumissus ex fideicommisso fit libertus manumittentis, *ut hic. d.* §. 2. *v. qui autem.* 21 vid. *l.* 14. *ff. h. t.* 22 Cur receptum hoc dicitur? nempe quia stricto jure utroque casu non idem est, aut non eadem est ratio. Qui servum liberis suis dat tutorem, servo dedisse libertatem intelligitur: duplici favore, libertatis & pupilli: qui servum heredem facit, præsumitur quidem liberum eum fecisse, libertatis favore, at nullius pupilli causa. Priore casu duplex ratio libertatem collatam esse suadet: Posteriore una tantum ratio libertatem confirmat. *Goth.* Quando quædam dicuntur favore recepta, innuitur jure stricto contrarium esse, de quo §. 1. *Instit. qui testam. fac. poss.* text. est in *l.* 24. §. 1. *in fin. ff. de fideicomm. lib.* vid. Gloss. *hic.* & Charond. *verisimil. lib.* 1. *cap.* 21. Ans. 23 Vide Emanuelem Costam *lib.* 1. *select. c.* 25. & Pulvæum *de alienæ rei distract. cap.* 7. Mod. 24 *l.* 10. *in fin. ff. de testam. tut.* adde *l.* 24. §. 10. *ff. de fideicomm. libert.* 25 Hodie directo. §. 1. *Instit. qui testam. l.* 5. *vers. cum igitur. supr. de necessar.* vel potius utraque. Cujac. 18. *observat.* 5. Alii putant directam ex testamento, si tutor in eo datus sit, competere: fideicommissariam, si in codicillis, vel alia ultima voluntate. vide Ant. Fabr. 6. *conject.* 16. 26 vid. *l.* 5. *supr. de testam. tut.* 27 Libertas legatarii non perit heredis morte. 28 Hodie etiam sine manumissione. vid. *l.* 15. 𝔍. *h. t.* 29 Contra latitantem decretum interponitur. 30 Verbum *Commendo*, non satis exprimit fideicommissum, aut preces: arbitrium permittit potius quam preces adhibet, quæ in testamentis necessitati permissæ sunt. *l.* 41. §. 6. *ff. h. t. l.* 11. §. 2. *ff. de leg.* 3. Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. v. quæ not. ad *l.* 2. 𝔊. *de codic.* & ad *l.* 186. *ff. de verb. signif.* 31 Agnoscens legatum, judicio defuncti parere tenetur, *ut hic.* & *l.* 40. *in fin. princ. ff. h. t.* 32 vid. *l.* 24. §. 4. *ff. h. t.* 33 Cujus causa favorabilis. *Goth.* Hæc est 39. decisio ex quinquaginta novis Justiniani decisionibus. vid. Inglois. *Ans.* 34 Cum libertate solem respicere, id est, ingenuum & in ipsa ingenuitate nasci. 35 Ex ancilla potest nasci ingenuus, *ut hic:* & *l.* 1. §. 1. *D. de suis.* 36 Libertatis favore pluralis numerus pro singulari, & e contra accipitur. 37 vide *l.* 5. *vers. Quamvis. supr. de bon. quæ liberis. l.* 20. *l.* 179. *D. de regulis juris.* 38 Et ita manumissione heredis, *infr. h. t.* quod olim exigebatur. *l.* 4. *in fin. l.* 11. *supr. h. t.* 39 Propter moram heredis, fideicommissaria libertas in quasi directam mutatur: & ex fideicommissario fit Orcinus libertus. 40 Voluntas defuncti non est differenda, præsertim cum de libertate agitur. 41 *Synops. Basil.* 48. *tit.* 13. *cap.* 3. & 1. Harm. 18. §. 16. 42 Si libertas fideicommissaria est relicta uni ex liberis ancillæ, quem elegerit heres, illo moriente, nulla facta electio-

in

in libertatem aliquem adduxerit; vel cum deliberat, quis ad libertatem perducendus eſt, ab hac luce fuerit ſubtractus: dubitabatur ab Antiquis, utrumne omnes, an quidam, an nemo ex his ad libertatem perveniat? Sed veteris quidem juris altercatio multa ſane ſuper hujuſmodi caſibus reſonuit. Nos autem [1] heredis coërcentes malignitatem, ſi non voluntatem teſtatoris adimpleverit, & mox cum potuerit, non elegerit unum ex liberis ancillæ, & eum libertate donaverit, ſancimus compelli non ſolum eum, ſed etiam heredes, vel ſucceſſores ejus omnes ancillæ liberos in libertatem perducere: [neque enim] hoc contrarium [2] eſt ſententiæ teſtatoris. Cum [enim] omnimodo quendam ex his liberum eſſe diſpoſuerit, & non ad certum corpus, ſed ad omnes reſpexerit: ſi non pareatur ejus voluntati, ſine dubio ex ſententia teſtatoris omnes ad libertatem perveniunt. Similemque eſſe definitionem cenſemus, & ſi non ab herede, ſed a legatario, vel fideicommiſſario teſtator rogaverit libertatem imponi. Sic etenim juſto timore heredes & legatarii, vel fideicommiſſarii perterriti & voluntatem teſtatoris adimplere procurent, & ſibi non ex omnium libertate quandam afferre patiantur jacturam. Quod ſi reclamaverint: ſibi tale diſpendium imputent [3], non ex noſtra lege, ſed ex ſua lugentes inſtantia. Dat. 15. Kal. Decembr. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De ſervo legato, ut manumittatur.

17. Idem A. Juliano P. P.

Cum quidam ſervum ſuum ita legaverit, [ut] legatarius libertatem ei imponat [4], & heres ad hujuſmodi legatum improbe [5] verſatus, ſervum dare legatario dedignatus eſt, ut etiam lite pulſetur, & judex non in ipſum ſervum, ſed in æſtimationem litis condemnationem proferat: veteris juris interpretes dubitabant, ne quod obſtaculum libertati ex hac cauſa procedat. Et ſi placuerit eandem deberi libertatem, a quo danda ſit, utrumne ab herede, an a legatario? Et ſi heres imponat libertatem, an legatarius quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detineat, ſive in totum, ſive ex parte, ſive etiam nihil? Talem itaque altercationem reſecantes [6], miramur [7], quare Judex, qui præpoſitus eſt in prædicta cauſa, non omnimodo condemnationem in ſervum, ſed in æſtimationem ejus fecerit: cum ipſius vitium etiam hujuſmodi præbuit altercationi occaſionem. Unde ſi talis quæſtio emerſerit, nullum quidem judicem ita eſſe ſtultum [8] putamus, ut hujuſmodi proferat condemnationem: ſed ſi legatarius immineat, quatenus ei ſervus reſtituatur, & poſt litem conteſtatam duorum [9] menſium ſpatium effluxerit, cenſemus illico ad libertatem eripi ſervum, & illum quidem liberum eſſe, heredem autem pro ſua indevotione [in] omnes expenſas, quas legatarius in lite fecit, in quadruplum ei condemnari: jure patronatus integro legatario ſervando.

TIT. V.

DE DEDITITIA [10] LIBERTATE TOLLENDA.

1. Idem A. Juliano P. P.

Dedititia conditio nullo modo in poſterum noſtram Rempublicam moleſtare concedatur, ſed ſit penitus deleta: quia nec in uſu eſſe reperimus, ſed vanum [11] nomen hujus libertatis circumducitur. Nos enim, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in noſtris eſſe legibus, quæ re ipſa obtinent.

TIT. VI.

DE LATINA [12] LIBERTATE TOLLENDA, [13] ET PER CERTOS MODOS IN CIVITATEM ROMANAM TRANSFUSA.

Præfatio. 1. *De epiſtola.* 2. *De manumiſſione apud acta.* 3. *De ſervo ægroto a domino derelicto.* 4. *De proſtituta contra legem venditionis.* 5. *De his, qui domini funus pileati antecedunt, vel in ipſo lectulo ſtantes cadaver ventilare videntur.* 6. *Si manumittens voluerit Latinum libertum eſſe.* 7. *De manumiſſione ſtatu liberi.* 8. *Si dominus, qui ſervum judicio liberali ſuperavit, pretium ſervi acceperit.* 9. *De nuptiis & de dotalibus inſtrumentis.* 10. *Si dominus ſervum apud acta filium ſuum nominaverit.* 11. *De inſtrumentis ſervitutis ſervo traditis, vel corruptis.* 12. *De jure antiquo Latinitatis, vel libertatis mentionem faciente, & de variis modis liberandi ſublatis.* 13. *In quibus caſibus hæc lex locum habeat.*

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

Cum dedititii liberti jam ſublati ſint: ea propter imperfecta Latinorum libertas incertis veſtigiis titubat, & quaſi per ſatyram [14] inducta adhuc remanet, & non inutilis quidem pars ejus diminuitur, quod autem ex re ipſa rationabile eſt, hoc in jus perfectum deducitur. Cum enim *Latini* liberti ad ſimilitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in colonis [15] miſſa eſt, videntur eſſe introducti, ex qua nihil aliud Reipublicæ, niſi bellum acceſſit civile [16]: ſatis abſurdum eſt, ipſa origine [17] rei ſublata ejus imaginem derelinqui. Cum igitur multis modis & pene innumerabilibus Latinorum introducta eſt conditio [18], & Leges diverſæ, & Senatusconſulta introducta ſunt, [&] ex his difficultates maximæ emergebant tam ex lege Junia [19], quam ex Largiano [20] Senatusconſulto, necnon ex Edicto [21] divi Trajani, quorum quidem plenæ fuerant noſtræ leges, non autem in rebus [22] [eorum] fuerat experimentum: ſtudioſiſſimum [23] [nobis] viſum eſt, hæc quidem omnia & Latinam libertatem reſecare, certos autem modos eligere, ex quibus antea quidem Latina competebat libertas, in præſenti autem Romana defertur conditio, ut his præſenti lege enumeratis, & civibus Romanis naſcentibus, cæteri omnes modi, per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquieſcant, & non Latinos pariant, ſed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem eſſe libertatem, ex qua ipſo [24] tempore mortis in eandem perſonam ſimul & libertas & ſervitus concurrant: & qui quaſi liber moratus eſt, eripiatur non ſolum in mortem, ſed etiam in ſervitutem?

§. 1. Sancimus itaque, ſi quis *per epiſtolam* [25] ſervum ſuum in libertatem perducere maluerit, licere ei hoc facere quinque [26] teſtibus adhibitis, qui poſt ejus literas, ſive in ſubſcriptione poſitas, ſive per totum textum effuſas, ſuas literas ſupponentes, fidem perpetuam poſſint chartulæ præbere. Et ſi hoc fecerit, ſive per ſe ſcribendo, ſive per tabularium [27], libertas ſervo competat quaſi ex imitatione codicilli delata: ita tamen, ut ipſo patrono vivente & libertatem, & civitatem Romanam habeat. §. 2. Sed & ſi quis *inter* [28] *amicos* libertatem dare ſervo ſuo maluerit: licebit ei ſimiliter quinque teſtibus adhibitis ſuam explanare voluntatem; &, quod liberum [eum] eſſe voluerit, dicere: & hoc ſive inter acta fuerit teſtificatus, ſive teſtium voces atteſtationem ſunt amplexæ, & literas tam publicarum perſonarum, quam teſtium habeant, ſimili modo ſervi ad civitatem Romanam perducantur, quaſi ex codicillis ſimiliter libertatem adipiſcentes. §. 3. Sed ſcimus hoc etiam eſſe in antiqua Latinitate, ex Edicto [29] divi Claudii introductum, *quod ſi quis ſervum ſuum ægritudine* [30] *periclitantem* [a] *ſua domo publice ejecerit, neque ipſe eum procurans, neque alii eum commendans, cum erat ei libera facultas, ſi non ipſe ad ejus curam ſufficeret, in Xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eum adjuvare, hujuſmodi ſervus in libertate Latina antea morabatur: & quem ille morientem antea dereliquit; ejus bona iterum, cum moreretur, accipiebat.* Talis itaque ſervus libertate neceſſaria, domino etiam nolente, re ipſa donatus, fiat illico [31] civis Romanus, nec aditus in jura patronatus quondam domino reſervetur. Quem enim a ſua domo ſuaque familia publice repulit, neque ipſe eum procurans, neque alii commendans, neque eum in venerabilem Xenonem mittens, neque conſueta ei præbens ſalaria, maneat ab eo ejuſque ſubſtantia penitus ſegregatus tam in omni tempore vitæ liberti, quam cum moriatur, necnon poſtquam jam in fata ſua conceſſerit. §. 4. Similique modo, ſi quis ancillam ſuam ſub hac conditione alienaverit, *ne* [32] *proſtituatur,* novus autem dominus impia mercatione eam proſtituendam eſſe tentaverit, vel ſi priſtinus dominus injectionem manus in tali alienatione [ſibi] reſervaverit, & cum ad eum fuerit reverſa [ipſe] ancillam proſtituerit: illico in libertatem Romanam eripiatur: & qui eam proſtituerit, ab omni jure patronatus repellatur. Qui enim ita [demum] degener & impius conſtitutus eſt, ut talem exerceat mercationem, quomodo dignus eſt vel ancillam, vel libertam eam habere?

§. 5. Sed & *qui domini funus pileati* [33] *antecedunt*, vel in *ipſo lectu-*

---

ne, omnes ad libertatem perducuntur. 1 Hæc eſt 40. deciſio ex quinquaginta Juſtiniani. vid. Ingl. Anſ. 2 Oratio de incerto ex certis ſua aptitudine continet univerſos. *Bald.* 3 Sua cuique nocet contumacia. 4 Vide Guibertum *lib.* 1. *quæſt. jur. c.* 9. Rainaldum Corſum *lib.* 2. *indag. c.* 27. Mod. 5 *l.* 26. *in fin. ff. h. t.*
6 Hæc eſt deciſio 41. ex quinquaginta novis deciſionibus Juſtiniani. vide Inglois. Anſ.
7 Quoties res, quæ petitur, dari poteſt, ineptum eſt reum ad æſtimationem ejus condemnari. Alioquin ſententia a libello differret: quod eſſe non debet. *l.* 18. *ff. commun. divid.* vid. Oldend. *in tract. de ſent. & re judic. cap.* 17. 8 Stultus eſt judex qui cum res petitur, in æſtimationem condemnat, ſi res præſtari poteſt & debet. 9 Adde *l. ult. ff. qui ſine manum.* vide Cujac. *c.* 13. *de præſcript.*
10 Vide §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* Ulpian. 1. §. 11. & 20. §. 14. & 22. §. 2. Cajus 1. *tit.* 1. §. 4. *Nov.* 78. §. 3. *Inſtit. de lib.* huc etiam pertinet *l.* 43. *ff. de fid. lib.* vid. Paul. 4. *ſent.* 12. §. 4. 5. 6. 7. 8. 11 Dedititii qui fuerint, vide Cajum *d. loco.* Ulpian. 1. §. 11. adde quæ ſcripſi ad *l.* 7. §. 7. *ff. de dolo.* & Theophil. *de libertinis in fin.* Iſid. *l.* 8. *c.* 4. Teſtamentum facere eis non licebat. Cajus *d. loco.* §. 5. Ulp. 20. §. 14. aut ex teſtamento capere, nullaque ratione ad civitatem priorem perduci. Cajus *d. loco.* §. 5. heredes inſtitui. Ulp. 22. §. 2.
12 Latina libertas quid, vide §. *ult. Inſt. de lib.* §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* Ulp. 1. §. 5. 10. & 19. §. 4. & 20. §. 14. Caj. 1. *tit.* 1. §. 3. 13 Vide Marcum Vertranium *de jur. liber. c.* 7. & Jac. Rævardum *de auctor. prudent. perinde c.* 7. Mod. 14 Per Satyram inductum eſſe, eſt tumultuarie & confuſe, hinc *imperium per ſatyram dare: per ſatyram ſententiam exquirere: per ſatyram abrogare & derogare:* Feſtus in Satyra: *Per ſatyram exquirere ſententias.* Saluſt. in Jugurtha: *Per ſatyram ædilem fieri.* Liv. 1. apud Diomedem 3. *c.* 7. *Opus per ſatyram collectum.* §. 1. *verſ. Et primi. Conſtitutione ad anteceſſores.* ſic apud autorem Panegyrici Flavienſium Conſtantino dicati, *Neque enim quaſi per ſatyram confundenda ſunt beneficia tua.* & *Satyra lex,* lex multis aliis legibus conferta. Feſtus *d. loco.* quæ uno rogatu multa ſimul comprehendit. 3. *Diomedes* 7. quæ de pluribus rebus ſimul loquitur. Iſid. 5. *Etymol.* νόμος πολλὰ περιέχων, ut & *Satyra* cibi genus ex variis rebus conditum. Feſt. *d. loco.* Satyra genus farciminis multis rebus refertum. Varro 2. *Plautinarum quæſtionum.* Satyra eſt uva paſſa & polenta & nuclei pinei mulſo conſperſi. Satyra lanx quæ referta variis multiſque primitiis in ſacro apud priſcos Diis inferebatur, cujus generis lancium in Georgicis Virgilius meminit. vid. 3. *Diomedem* 7. Varro in veteri tabula ænea apud Appianum, *extra quam ſi quid in Satyra foret.*
15 Vide Ulpian. *d.* §. 4. 16 Bellum civile fuit adverſus Latinos, Hetruſcos & Sabinos: cujus meminit Florus *abbreviator* 71. Appianus 1. *belli civilis:* Florus 3. *cap.* 18. Plin. de viris illuſtribus, *cap.* 63. 75. Valer. 6. *c.* 8. Plin. 33. *cap.* 1. Eutrop. 5. *cap.* 1. Auguſt. 3. *de civitate* 17. & 26. Oroſius 5. *c.* 18. Plutarchus *in Sylla.* Solinus *cap.* 2. Euſeb. *in lib.* 5. *de tempor.*
17 Origine ſublata, non eſt cujus ſit imago. 18 Latinorum conditio hæc erat, ut liberi vivebant, moriebantur ut ſervi, veluti cum ſpiritu libertatem exuentes, eorum enim bona a manumiſſoribus occupabantur, non jure hereditatis, quoniam nulla eſt ſervi hereditas, ſed jure peculii: idque ex lege Julia Norbana. Theophil. §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*

19 Lex Norbana conditionem Latinorum prima reperit. Theoph. §. 3. *Inſt. de libert.*
20 Dixi ad *Novell.* 78. adde §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* Porro ſenatusconſultum Largianum in Latini defuncti bonis extraneo manumiſſoris heredi, manumiſſoris filium præponebat, ſi nominatim non erat a patre exheredatus. *d.* §. 4. 21 Hoc edicto cavebatur, ut ſi quis Latinus, invito aut inſcio patrono, civitatem Romanam ſibi petiiſſet: viveret quidem is, ut civis, & omnia ageret, quæ civium Romanorum eſſent, verum ut Latinus moreretur. *d.* §. 4.
22 Vide *l.* 2. *ſupr. comm. de leg.* 23 Id eſt, utile, conducibile. 24 Liberi igitur vitam agebant, atque ipſo ultimo ſpiritu libertatem amittebant, & quaſi ſervorum bona, quaſi jure peculii, manumiſſores detinebant. §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* Salvian. 3. *ad Eccleſ. Jugo Latinitatis addicuntur, quos ſcil. jubent ſub libertorum quidem titulo agere viventes, ſed nolunt quidquam habere morientes, negato his ultimæ voluntatis arbitrio: etiam quæ ſuperſtites habent, morientes donare non poſſunt.* Hæc Salvianus. His contrarii erant manumiſſi *denariales* (ex lege, denario jactato manumiſſi) & Chartularii manumiſſi per epiſtolam. *Burchardus, Aſtulphus rex Longobard. tit. de manumiſſ.* vide Cujac. 4. *obſ.* 5. 25 De manumiſſo per epiſtolam videndus eſt Cajus 1. *tit.* 1. §. 3. 26 Quemadmodum per epiſtolam quis manumittat.
27 Tabularii inter cætera dabant operam ſcribendis manumiſſionibus, *ut hic.* 28 De manumiſſo inter amicos Cajus *d. loc.* adde §. 1. *Inſt. de libert.* 29 De quo vide *l.* 2. *ff. qui ſine manumiſſione.* & Suetonium. 30 *Novell.* 22. *cap.* 12. *Novell.* 153. *cap.* 1. *l.* 4. §. 5. *s. de bon. libert.* adde *l.* 2. *J. de infantib. expoſit. l. ult. ff. pro derelicto. l.* 13 *ff. de ſtatu hom.*
31 Servus æger a domino expoſitus, illico fit civis, *ut hic:* in judicio tamen relictus non fit. *l.* 13. *ff. de ſtatu hominum.* 32 Vide *l.* 1. *ſupr. ſi mancip. ita venier. ne proſtituatur.* 33 Pileus, libertatis inſigne, *ut hic, & J. h. t.* adde *l.* 10. *s. de teſtam. manum.* moris erat ſervis, ſimul atque manumiſſi eſſent, demere capillos, & capiti calvo pileum imponere, ut eo quaſi ſymbolo tempeſtatem ſervitutis viderentur effugiſſe, ut naufragio liberati ſolent. *Nonius.* Huc alludere Paul. *Act.* 27. *verſ.* 34. videtur, in ſummo naufragio conſtitutus, οὐδενὸς θρὶξ, inquit, ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Juvenalis ſatyra 12. *gaudent ibi vertice raſo Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.* Plaut. *in Amphitruone, ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum.* Contra coma apud Spartianos libertatis erat inſigne. Ariſtoteles *Rhetoric.* 1. ut apud Gallos ingenuitatis, unde Gallia comata, libera. Alii igitur putant, caput manumiſſis adraſum, ut ea ratione ſignificarent ſe mutatos, & quaſi novos homines factos: id enim vel apud Athenienſes ſervabatur, teſte Suida in ἀνδραποδώδη τρίχα. Porro ad id quod de pileo dixi, referenda eſt hæc clauſula Cuſpidii teſtamento inſerta: *Tauro pileum do.* Ita directo manumiſſi funus defuncti præcedere ſolebant, ut Appian. indicat *in Mithridate*, dum Pruſiam Bithyniæ regem geſtaſſe pileum refert, ᾧ τρόπῳ τινὲς προΐασι τῶν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐλευθερωθέντων: Perſius 5. *Hæc mera libertas, hæc nobis pilea donant,* & a Plauto *in Captiveis:* & in Aurelii Victoris breviario dicuntur pilei manumiſſionis, id eſt, libertatis. Sueton. *in Tiberio.* Hinc *ad pileum vocare,* Liv. *l.* 3. *dec.* 3. & 10. & 4. *decad* 8. & 5. adde Senec. 6. *ep.* 47. adde Livium 24. 26. 34. 45. 48. De pileo hoc adjicere viſum eſt, pileatos ſervos venum ire ſolitos. vide 7. *Gell.* 4. Porro an & quomodo pileati Romani alias diximus. Hoc etiam notan-

lo [1] *ſtantes cadaver ventilare videntur*, ſi hoc ex voluntate fiat vel teſtatoris, vel heredis: fiant [illico] cives Romani. Et ne quis vana liberalitate jactare ſe concedatur, ut populus quidem eum quaſi humanum reſpiciat, multos pileatos [2] in funus procedentes adſpiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in priſtina ſervitute, publico teſtimonio defraudati: fiant itaque & [hi cives] Romani: jure tamen patronatus patronis integro reſervato.

§. 6. Illo proculdubio obſervando, ut ſi quis ſive in teſtamento, ſive vindicta quendam manumiſerit, licet [3] hoc dixerit vel ſcripſerit, quod voluerit [eum] eſſe Latinum; ſupervacua adjectio Latinitatis aboleatur, [&] ita fiat civis Romanus; ne modi qui ab antiqua obſervatione in civitatem Romanam homines perducebant, per privatorum [4] voluntates diminui videantur. §. 7. Sed & ſi ſub [5] conditione quidem libertatem ſervo ſuo reliquerit, & adhuc pendente conditione extraneus heres libertatem ei impoſuerit: non ut antea Latinus, ſed civis [6] fiat [7] Romanus. Et ſi quidem conditio defecerit, ipſius heredis qui libertatem impoſuerit, maneat libertus. Sin autem fuerit adimpleta [conditio:] ne eripiatur liberis forſitan, & cognatis jus patronatus, Orcinus [8] libertus videatur, & ad eum jura patronatus perveniant, cui leges concedunt. §. 8. Illud etiam ſatis acerbum nobis viſum eſt, quod putabat antiquitas, ſi in liberali judicio ſuperatus fuerat ſervus a domino, deinde ſervi [9] pretium ab aliquo ei perſolutum eſt, in Latinitate eum remorari: quemadmodum enim rationabile eſt, & pretio eum perfrui, & mortis liberti tempore denuo eum in ſervitutem deducere, cum non ſint ambo caſus ſibi conſentanei? Et in præſenti igitur caſu libertas Romana ei accedat, jure patronatus minime ei ſubnixo: quia ipſe quodammodo ſibi libertus invenitur. §. 9. Sed & ſi quis homini libero ſuam ancillam [10], in matrimonium collocaverit, & dotem pro ea conſcripſerit: (quod ſolitum eſt in liberis perſonis ſolum procedere) ancilla non Latina, ſed civis efficiatur Romana. Si enim hoc, quod frequentiſſime in cives Romanos, & maxime in nobiles perſonas fieri ſolet, id eſt, dotalis inſtrumenti conſcriptio, & in hac perſona adhibita eſt, neceſſarium eſt, conſentaneum effectum hujus ſcripturæ obſervari.

In AUTHENT. de nupt. §. ſi vero ab initio. & §. adſcriptitio. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 10. & 17.

AD hoc qui ſuam ancillam credenti tradidit in matrimonium tanquam liberam: ſive confecerit dotalia inſtrumenta, ſive non; aut ſciens eam duci, tacuit ex ſtudio: dominium ejus amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de ſervo. Si vero nec domini voluntas, nec taciturnitas ſtudioſa intervenìat, & quis credidit liberæ ſe jungi perſonæ, illa vero famula exiſtere declaretur: ipſo jure matrimonium non tenet. Adſcriptitio autem alieno nubere liberam non licet ignorante, vel ſciente, nec conſentiente domino: immo datur licentia domino per ſe, vel per Præſidem abſtrahere adſcriptitium ſuum & plagis mediocribus eum caſtigare.

§. 10. Similique modo ſi dominus inter acta quendam ſervum filium ſuum nominaverit [11], voci ejus quantum ad liberam conditionem, credendum eſt: ſi enim ipſe tali affectione fuerit accenſus, ut etiam filium ſuum ſervum nominare non indignetur; & hoc non ſecreto, neque inter ſolos amicos, ſed etiam actis intervenientibus, & quaſi in judicii figura nominaverit, quomodo poteſt eum ſervum iterum ſaltem morientem habere? ſed perducatur & ipſe in civitatem Romanam, vera libertate, & non falſo ſermone domini ſui ſuſtentatus. §. 11. Ille autem noviſſimus antiquæ Latinitatis modus in civitatem Romanam translatus eligendus eſt, ſi quis inſtrumenta [12], ex quibus ſervus oſtendebatur, vel dederit ſervo, vel corruperit. Sed ne furandi occaſio ſervis forſitan detur, & ſua malignitate in libertatem perveniant: talis modus certa, & indubitata probatione manifeſtetur, ut teſtibus præſentibus non minus quinque dominus inſtrumenta, vel det famulo ſuo, vel deleat, aut alio modo corrumpat. Ex eo igitur modo civitatem Romanam ei competere cenſemus, ſalvo jure patronatus, tam in hac ſpecie, quam in cæteris: niſi ubi ſpecialiter hoc patronis denegavimus. §. 12. His tantummodo caſibus ex omni jure Latinitatis ejus electis, cæteri [13] omnes modi, qui in liberis prudentium, vel conſtitutionibus enumerati ſunt, penitus conquieſcant: nec Latini ab eis procedant, ſed maneant (ut dictum eſt) ſervi in ſua conditione, nec tali remedio abuti concedantur: & ne in poſterum aliquod jus Latinæ libertatis noſtris legibus incurrat, lex Junia taceat, Largiano Senatusconſulto ceſſante, ſileat Edictum divi Trajani, quod [ex] ea ſequebatur, & ſi qua alia lex, vel Senatusconſultum, vel etiam Conſtitutio loquitur de Latinis: ea inefficax, quantum ad eam partem, remaneat, & triplex antea via libertatis, quæ multiplices introducebat ambages, uno directo tramite diſcat ambulare. Quod ſi aliqua lex vel conſtitutio libertatis facit mentionem, non autem Latinitatis: ea pro civitate Romana loqui intelligatur. §. 13. Sed ſi quidam liberti jam mortui [14] ſunt, & bona eorum quaſi Latinorum his quorum intererat, aggregata ſunt, vel adhuc vivunt, nihil ex hac lege innovetur: ſed maneant apud eos jure antiquo firmiter detenta, & vindicanda. In futuris autem libertis præſens conſtitutio locum ſibi vindicet. Dat. Kal. Nov. *Conſtant.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS IV. CONSS.

TIT. VII.
DE COMMUNI [15] SERVO MANUMISSO.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

IN communes ſervos, eorumque libertates, & quando cuidam domino pars libertatem imponentis accreſcit, necne, & maxime inter milites qui hujusmodi imponunt libertates, ambiguitas multa exorta eſt apud veteres juris autores: & inventa eſt conſtitutio apud Martianum in conſtitutionibus [16] divi Severi, per quam idem Imperator diſpoſuit neceſſitatem [17] imponi heredibus militis comparare partem ſocii, & ſervum libertate donare. Sed & alia conſtitutio [divorum] Severi, & Antonini principum reperta eſt, ex qua generaliter neceſſitas [18] imponebatur ſocio partem ſuam ſocio vendere, quatenus libertas ſervo imponatur: licet nihil lucri ex ſubſtantia ſocii morientis alii ſocio accedat, pretio videlicet arbitrio Prætoris conſtituendo, ſecundum ea quæ [&] Ulpianus [19] *lib. 6. fideicommiſſorum*, & Paulus *lib. 3.* [20] *fideicommiſſorum refert*: Ubi & hoc relatum eſt quod & Sextus Ælius [21] juris antiqui conditor [22] definivit, ſocium per Prætorem compelli [23], ſuam partem vendere, quatenus liber ſervus efficiatur, quod & Marcellus apud Julianum [24] *in ejus Digeſtis* [25] notat [26]: hocque Marcellum, cum Julianum notaret, retuliſſe palam eſt. §. 1. His itaque apud veteres juris auctores inventis, decidentes [27] tales altercationes generaliter ſancimus, ut nulla inducatur differentia militis ſeu privati in ſervis communibus: ſed in omnibus communibus [28] famulis, ſive inter vivos, ſive in ultima diſpoſitione libertatem quis legitimam imponere communi ſervo voluerit, hoc faciat: neceſſitatem [29] habente ſocio vendere [30] partem ſuam, quantam in ſervo poſſidet, ſive dimidiam, ſive tertiam, ſive quantamcunque. Et ſi plures ſint ſocii, uno ex his libertatem imponere cupiente, alios omnes neceſſitatem habere partes ſuas quas in ſervo poſſident, vendere [31] ipſi qui libertatem ſervo imponere deſiderat, vel heredi ejus: licet & ipſe communis ſervus heres inſtitutus ſit, & hoc moriturus dixerit: ita tamen, ut omnimodo ipſe qui partes alias comparaverit, vel heredes ejus libertatem imponant. §. 2. Sin autem ſocius vel ſocii recuſaverint pretium accipere: licentiam ei damus offerre hoc per publicas perſonas; & ſigillo impreſſo in [32] ædem ſacram deponere, & ſic habere facultatem ſervum libertate donare, & eum habere pleniſſimam libertatem, & civitate Romana perfrui, & nullum timere ex ſociis: ſibimet enim imputent, ſi cum liceret [eis] lucrari pretium, hoc accipere diſtulerunt. §. 3. Sed ne circa peculium ſervi aliqua fiat dubitatio: peculium ejus in omnes ſocios pervenire jubemus ex partibus, pro quibus quisque dominium ſervi poſſidet. Licentia [33] concedenda ei, qui libertatem moriens imponit, etiam ejus peculium, quod ei attingit, liberto concedere. Jura autem patronatus proculdubio pro ſuo ordine ad eum venire, qui libertatem donavit. §. 4. Sin autem ſervus ratiociniis ſuppoſitus eſt: ne ratiocinia pereant, vel libertas impediatur, Præſidem Provinciæ, vel competentem judicem tempus ſtatuere [oportet] intra quod debeat ratiociniis antea factis, & debitis, quæ ex his apparuerint, redditis, ita ad libertatem venire. §. 5. Ne autem quantitas [34] ſervilis pretii ſit incerta, ſed manifeſta: ſancimus ſervi pretium, ſive ancillæ, ſi nulla arte ſunt imbuti, viginti ſolidis taxari: his videlicet, qui usque ad decimum annum ſuæ venerint ætatis, in decem [35] tantummodo ſolidis ponendis.

† Sin autem aliqua arte [36] prædıti ſunt, exceptis Notariis, & Medicis, usque ad triginta ſolidos pretium eorum redigi, ſive in maſculis, ſive in fœminis. † Sin autem *notarius* ſit, vel *medicus*, ſive maſculus ſive fœmina [37]: notarius [38] quidem usque ad quinquaginta, medicus [39] autem usque ad ſexaginta taxetur. † Sin vero *eunuchi* [40] ſint ſervi communes, majores decem annis: ſiquidem ſine arte ſint, in quinquaginta ſolidos computentur, ſi autem artifices, usque ad ſeptuaginta. Minores etenim decem annis eunuchos non amplius triginta ſolidis æſtimari volumus, & eorum partem competentem ſocii accipient, & libertatem eis per competentes Judices imponere compellentur. §. 6. Sin autem uno ex ſociis libertatem, ſive imponere, ſive relinquere ſervo cupiente & pretium dante, alter, vel alteri ex his ipſi ſe velle dixerint libertatem imponere, & pretium dare, melior quidem cauſa erit ejus, qui primus ad hanc rationem pietatis [41] pervenit. Si tamen ſub obtentu libertatis, & ipſi ad hoc proſiluerint, tunc judicem competentem omnes compellere ſine pretio ei libertatem imponere: peculio quidem in omnes ſecundum

dum eſt, videri manumiſſos ſolitos fuiſſe albas veſtes ſumere. Tertull. *de reſurrect. carnis, ſi familiam tuam libertate mutaveris, & veſtis albæ nitore.* vide Cujac. 3. *obſ.* 24. adde Antonium Gutherium *in Polyhiſtore cap.* 1. ubi de veteribus nudo capite propalam incedentibus, ſed & manumiſſi quoque ſumebant plerumque patronorum nomina, ut autor eſt Artemidorus in ὀνειροκριτικοῖς. dixi ad *l.* 9. J. *de liberali cauſa.* De pileis plura nos aliquando, Deo dante, *in noſtris ad hunc locum Commentariis* dicemus. 1 Lecti præferebantur in funere. Tacit. *lib.* 16. *Tres igitur lectulos ad ſuprema retineri jubet.* Cicero 2. *de Legib. Ne lecti plures inferentur lege ſancitum eſt.* adde Halicarn. *lib.* 4. 2 Servi pileati cadaver domini antecedentes, vel in lecto cadaveris ſtantes liberi efficiuntur. dixi *ſuperius.* & in Commentariis dicemus quoque plenius. 3 Non attenditur voluntas teſtatoris Latinum facere geſtientis.
4 Jus publicum teſtamento mutari non poteſt, *ut hic, & l.* 55. *ff. de leg.* 1. *l.* 5. §. 7. *ff. de admin. & peric. tut. l.* 42. *ff. de oper. libert.* 5 Si heres manumittit ſervum pendente conditione libertatis ſibi relictæ, tenet libertus: ſed cujus ſit libertus, eventus oſtendit.
6 *l.* 3. §. 15. *ff. de ſtatulib.* 7 Atqui nemo contra defuncti voluntatem manumittendus. *l.* 22. §. 1. *ff. ad SC. Trebellian.* 8 Dixi ad Ulp. 2. §. 8. 9 Si pretium recipit dominus, ut ſervus in libertate moretur, vel ut manumittatur, non ſit libertus Latinus, ſed libertus tantum. 10 Si dominus jungit ancillam libero, libera efficitur. adde *Nov.* 22. *cap.* 11. 11 Servus apud acta filius a domino nominatus, non ſit quidem filius, ſed liber. *Inſt. de adopt. in fin. & ibi Theophil.* 12 Servitutis inſtrumento ſervo tradito, vel corrupto coram quinque teſtibus ſervus ſit liber. 13 Leges de Latina libertate abrogantur. 14 Hæc conſtitutio non pertinet ad libertos jam mortuos. 15 Paul. 4. *ſentent.* 12. §. 1. Ulpian. 1. §. 18. §. 19. 16 *Inſtitutionibus*, Cujac. *hic.* 17 De ſervo communi a milite manumiſſo. 18 De ſervo communi a pagano manumiſſo.
19 Vide Ulpian. *d. loco.* 20 Adde Paul. *d. loco.* 21 *Cæcilius*, Hal. vide Cujac. 7. *obſerv.* 25. ubi de variis appellationibus Jurisconſultorum tractat. 22 Scripſit enim Ælius *ad leges* 12. *tabul.* 23 Vide *l.* 2. C. *de comm. rer. alien.* 24 *l.* 30. *ff. de liberali cauſa.* 25 Eſt & hæc Marcelli ſententia in *l.* 16. *ff. de SC. Silaniano.*
26 Hæc eſt 43. deciſio ex quinquaginta novis Juſtiniani. vide Inglois. Anſ.
27 Marcellus notas compoſuit ad Digeſta Juliani. 28 Communes famuli, id eſt, paganorum famuli. 29 §. *ult. Inſt. de donat. l.* 18. *ff. de vulgari.* 30 Et ita pars ſocio non adcreſcit, ut olim. vide Ulp. 1. §. 18. §. 19. 31 Inviti nonnunquam cogimur res noſtras vendere. vide quæ ſcripſi ad *l. invito* 69. *l. invitus* 156. *ff. de reg. jur.* 32 Deponebantur res, ut ſæpius, in ædem apud ſacerdotes: cujus rei extat exemplum apud Plautum *in Bacchidib.* ædituos. *Xenoph.* περὶ ἀναβάσεως. Herodianus refert *in Marco*, ſub Commodo templum Pacis arſiſſe, in quo multa privatorum depoſita combuſta. Idem Hieroſolymis factum ac ſervatum fuit. 2. *Machab.* 3. 33 Alias peculium niſi legetur, non debetur. *l.* 1. J. *de peculio ejus qui liber. mer.* §. 20. *verſ. peculium. Inſt. de legatis.* 34 De ſervorum pretiis legitimis, adde *Synopſ. Baſil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 48. *tit.* 14. *c.* 4. & 1. Harm. 18. §. 15.
35 Æſtimatio hæc vulgaris ſervi fuit. *l.* 3. C. *comm. de leg. l.* 2. C. *de fideic. l.* 31. *ff. de minorib. l.* 8. §. 17. *l.* 9. *ff. de inoff. l.* 47. *ff. de manum. teſtam.* olim quindecim. *l. ult. ff. de cond. inſtit. l.* 35. §. 3. J. *de donat. l.* 26. *in fin. ff. mandati.* his adjiciendum, bona fide duobus etiam ſolidis ancillam emi poſſe. *l.* 74. *ff. de furtis.* 36 Servorum artificum pretium.
37 Fœminæ medicinam exercuerunt. 38 Servi notarii pretium. adde *l.* 2. C. *commun. de legat.* 39 Servi medici pretium. vide *d. leg.* 3. Hinc colligas, veteres medicinam per ſervos exercuiſſe. *ut hic. & l.* 3. C. *comm. de legat. l.* 25. §. 1. *ff. de oper. libert.* Sueton. *Nerone.* 7. Quintil. 2. Senec. 3. *de beneficiis* 24. Cicero *pro Deiotaro.* Varro 1. *de re ruſtica* 16. Galenus 1. *de curatione.* ut & per libertos. *l.* 25. §. 1. *l.* 26. *ff. de operis libert. l.* 41. §. 6. *ff. de fideicomm. libert.* Poſtea Julius Cæſar Medicinæ profeſſores civitate donavit, *teſte Suetonio* 42. a Julio Auguſtus valetudine recuperata ope liberti Muſæ (cui & jus aureorum annulorum & ingentem pecuniam cum bonis dedit: quemadmodum etiam patres eidem ſtatuam ære collato, juxta ſignum Æſculapii ſtatuerunt *teſte Sueton*, adde 19. Plin. 8. & 25. *c.* 7. & 29. *cap.* 1.) univerſo Medicorum ordini immunitatem civilium munerum dedit. *Dion.* 53. Hujusmodi poſtea immunitas Medicis Veſpaſiani, Hadriani & aliorum imperatorum reſcriptis conſervata fuit. *l. ult.* §. 30. *ff. de munerib. l.* 5. J. *de profeſſorib. & medicis. lib.* 10. *tit.* 52. ubi dixi *de immunitate medicis conceſſa.* 40 Servi Eunuchi pretium. vide *d. l.* 3. 41 Cauſa libertatis inter pias

partem

partem dominii diſtribuendo: jura autem patronatus ſecundum ſui naturam omnibus, qui libertatem impoſuerint, æqualiter habentibus. §. 7. Jus autem accreſcendi [1], quod antiqua jura in communibus ſervis manumittendis introducebant, nullius eſſe momenti, nec in poſterum frequentari penitus concedimus. Dat. Kal. April. LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si alter ex dominis partem, quam habet in ſervo, ipſi legavit, dicitur ex benigna interpretatione libertatem relinquere. Salic.

2. Idem A. Juliano P.P.

CUm apud omnes juriſperitos hoc placitum eſt, ut ſervus communis apud unumquemque dominum partim ſit proprius [2], partim alienus, ut ex hac cauſa poſſit & ipſe legato honorari, & ipſe legari, hujuſmodi incidit quæſtio: Duo, vel plures domini communem ſervum habebant, ſed unus ex his ipſi ſervo ſuam partem, quam in eo habebat, legavit. Et ſemel accepta dubitationis occaſione, hoc vetuſtas in magnum extulit certamen. Nos igitur ſenſum hujus legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum eſſe opinamur: aut enim putavit teſtator liberum fieri poſſe ex parte ſervum, qui hujuſmodi legatum ei reliquit: aut, ſi hoc minime cogitavit, affectus ſocii fecit, ut ei acquiratur: heredes autem ſuos eundem ſervum poſſidere minime voluit: ut ſit manifeſtum a ſuo patrimonio penitus eſſe eum alienatum. In tali itaque comparatione nos, qui fautores [3] libertatis ſumus, ſic ambiguam teſtatoris interpretamur [4] voluntatem, tanquam ſi voluerit eum libertate in ſua parte donare. Et cum jam de communibus ſervis manumittendis ſtatuimus, quid in hujuſmodi caſibus fieri oporteat: ex illius ſanctionis tenore, & hujuſmodi ſpecies ſit definita. Fiat itaque liber ex parte quidem teſtatoris, ſecundum [ejus] voluntatem: ex altera autem parte, ex noſtra definitione, pretio [5] ſecundum prædictæ [6] conſtitutionis tenorem, [vel ſocio], vel ſociis ab herede præſtando, vel ſi accipere noluerint, tam [eam] offerendo [7], quam conſignando, & periculo [8] eorum deponendo: cum ſatis abundeque imperiale [9] eſt, humaniorem ſententiam pro durioribus ſequi.

TIT. VIII.

DE SERVO PIGNORI [10] DATO MANUMISSO.

Maritus dotis dominus ſervum dotalem manumittit, ſed non invita uxore, cui ſpecialiter pignori dedit. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Proculo.

LIcet dotale mancipium vir, qui ſolvendo eſt, poſſit manumittere: tamen ſi te pignori [11] quoque datum mulieri apparuerit, invita ea non poſſe libertatem adſequi, non ambigitur.

Tacita bonorum obligatio, etiam fiſci, non impedit libertatem ſervi, niſi fraus, & eventus intervenerit. Salic.

2. Iidem AA. Abaſcanto.

LIbertas a debitore fiſci [12] ſervo dato, qui pignori non eſt ex conventione ſpeciali [13], ſed tantum privilegio fiſci obligatus, non aliter infirmatur, quam ſi hoc fraudis conſilio effectum detegatur.

Etiam expreſſa generalis obligatio bonorum non impedit ſervum manumitti. Salic.

3. Iidem AA. Antonio.

AB [14] eo, qui bona ſua pignori obligavit, *quæ* [15] *habet, quæque habiturus eſſet*, poſſe ſervis [16] libertatem dari certum eſt. Non [17] idem juris eſt in his ſervis, qui pignoris jure ſpecialiter [18] traditi vel obligati ſunt.

Conſentiente creditore, debitor jure manumittit ſervum, quem ſpecialiter pignori dedit. Salic.

4. Imp. ALEXAND. A. Sabiniano.

SI (ut proponis) conſentiente [19] creditore, cui pignoris jure cum aliis mancipiis obligatus fuiſti, a debitore manumiſſus es: potuiſti ad libertatem pervenire. PP. 6. Id. Maji, ALEXANDRO A. CONS. 223.

Satisfactio creditorum confirmat libertates manumiſſorum: nec fraus propria a debitore allegata ei patrocinatur. Salic.

5. Idem A. Extritatiano.

SI creditoribus ſatisfactum [20] fuerit: ancillæ, quæ pignori obligatæ a debitore manumiſſæ erant, liberæ fiunt. nam ipſe manumiſſor ſi fraudem ſe feciſſe creditoribus, ut revocet libertates, audeat dicere, audiri [21] non debet, nec heredes ejus.

Servi empti a tutore de pecunia pupilli, intelliguntur ei ſpecialiter obligati. Bald.

6. Idem A. Auctioni.

SI tutor tuus de [22] pecunia tua ſervos emptos manumiſit: quoniam hujuſmodi ſervi, ſicut cæteræ res pupillaribus pecuniis emptæ, jure [23] pignoris ex conſtitutione [24] divorum parentum meorum obligati ſunt, favore pupillorum liberi facti non ſunt.

Servi dotales, ſive empti de pecunia dotali, poſſunt a marito jure manumitti. Salic.

7. Imp. GORDIANUS A. Julianæ.

SIve cum nupſiſſes, mancipia in dotem dediſti, ſive poſt datam dotem de [25] pecunia dotis maritus tuus quædam comparavit: juſtis rationibus dominia eorum ad eum pervenerunt: ideoque fruſtra quæſtionem ſuper ſtatu manumiſſorum conaris inferre: qui ejus [26] facti, qui comparavit, vel in [27] dotem accepit, ab eo jure potuerunt manumitti.

TIT. IX.

DE SERVIS REIPUBLICÆ [28] MANUMITTENDIS.

Servus civitatis poteſt manumitti ab ordine, decreto præſidis interveniente. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Epigono.

SI ita ut lege [29] municipali, conſtitutionibuſque Principum comprehenditur, cum ſervus publicus eſſes, ab ordine [30] (conſentiente [31] etiam Præſide Provinciæ) manumiſſus es: non ex eo quod is quem dederas vicarium [32], in fugam ſe convertit, jugo ſervitutis quod manumiſſione evaſiſti, iterato cogeris ſuccedere.

Manumiſſus ſolenniter a civitate, poteſt matrimonium contrahere. Salic.

2. Idem A. Hadrianæ.

SI decretum [33] ordinis auctoritas Rectoris Provinciæ comprobavit, quo is libertatem acceperat, cui poſtea fueras (ut proponis) matrimonio copulata: natam ex hujuſmodi matrimonio, & civem Romanam eſſe, & in [34] patris poteſtate, non eſt opinionis incertæ.

3. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Philadelpho.

TItulis [35] non præcedentibus quibus dominia ſervorum quæri ſolent, municipum libertus ſervus non efficitur. Si itaque ſecundum legem Vectibulici [36] (cujus [legis] poteſtatem ſenatuſconſulto Jubentio Celſo iterum, & Neratio Marcello [37] conſulibus [38] facto, ad [39] Provincias porrectam conſtitit) manumiſſus, civitatem Romanam conſecutus es: poſt vero ut libertus tabulariam [40] adminiſtrando, libertatem quam fueras conſecutus, non amiſiſti [41]: nec actus tuus filio ex liberis ingenuo ſuſcepto, quominus decurio eſſe poſſit, obfuit.

TIT. X.

DE HIS, QUI A NON [42] DOMINO MANUMISSI SUNT.

Scienter manumittens ſervum alienum, ut proprium, tenetur domino hoc eligenti ad pretium. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Cornelio.

EUm, qui ſervos alienos, ac 43 ſi ſuos manumittit, ut 44 pretium eorum dominis, ſi hoc elegerint [45], dependat, [vel] quanti [46] ſua intereſt 47, ſæpe reſcriptum eſt teneri. PP. Kalend. Mart. ANTONINO & BALBINO CONSS. 214.

Si procurator emit ſibi ſervos, antequam tradat domino, poteſt manumittere illos. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Mercuriali.

FElicisſima, quam mandante 48 te ſervum emiſſe dicis: ſi dominium ſervi,

cauſas numeratur. his adde quæ de libertate dixi *d. l.* 20. *ff. de reg. jur.* 1 Abrogatur, Ulpian. 1. §. 18. §. 19. 2 Res communis dicitur, propria pro parte. vide *l.* 5. *in fin. ff. de leg.* 1. 3 Principes libertatis fautores. 4 Princeps voluntatem defuncti poteſt interpretari. vide Mantic. 3. *de conjecturis ult. volunt.* 1. *num.* 31. 5 De quo vide *l.* 1. *ſupr. h. t.* 6 Id eſt, *d. l.* 1. 7 De oblatione & conſignatione alias dixi. 8 Depoſitum periculo creditoris. 9 Imperio dignum, humaniorem ſententiam pro duriore ſequi.

10 *l.* 3. *ff. de manum. l.* 4. *l.* 27. §. 1. *ff. qui & a quib. manumiſſ.* 11 Maritus ſervum dotalem invita muliere manumittere poteſt, ſi tamen ipſe ſit ſolvendo. qui ut ſolvendo ſit, manumittere tamen ſervum dotalem maritus non poteſt, ſi eum ſpecialiter pignori uxori dedit, *ut hic. l.* 21. *ff. de manumiſſ.* adde *l.* 1. *C. de remiſſ. pign.* 12 *d. l.* 3. *d. l.* 4. *d.* §. 1. 13 Tacita bonorum obligatio, etiam fiſci non impedit libertatem ſervis, niſi fraus intervenerit. *l.* 11. *ff. qui & a quib. manum.*

14 Generalis hypotheca bonorum non impedit ſervi manumiſſionem, hoc eſt nemo tametſi generaliter bona ſua obligavit, impeditur ſervum manumittere. Quid ſi ſpecialiter Pamphilum obligavit? dominus eum manumittere non poteſt, *ut hic. Synopſis Baſilic.* 48. *tit.* 15. *cap.* 3. Specialis ſic hypotheca magis obligat quam generalis. 15 Generalis hypothecæ formulam, vid. *l.* 3. *C. h. t.* 16 Maxime neceſſariis. *l.* 6. *l.* 7. *ff. de pignor. ib.* 17 Vid. *l.* 44. §. 7. *ff. de leg.* 1. vid. quæ notavi *ad l.* 66. *ff. de furtis.* 18 Servus generaliter obligatus manumitti poteſt. *l.* 3. *C. h. t.* ſpecialiter non poteſt, *ut hic.* & *l.* 2. *ſupr. h. t.* niſi creditoris conſenſu. *l.* 4. *C. h. t.* 19 Dixi ad *l.* 3. *ſupr. h. t.* adde *l.* 1. *C. de remiſſ. pign.* 20 Vide *l.* 16. *ff. qui & a quibus manumiſſ. l.* 33. *in fin. ff. de pœn.* 21 Turpitudinem ſuam, ejuſve cui ſucceſſit, allegans nemo auditur. *l.* 30. *ſupr. de tranſact.* 22 Servi a tutore, pupilli pecunia comparati, pupillo ſpecialiter obligati intelliguntur: ideoque a tutore non poſſunt manumitti. 23 Pupillus in re, ſua pecunia comparata, tacitam habet hypothecam. adde *l.* 6. *ff. in quibus cauſ. pign.* adde Neguſantium 2. *de pignoribus* 4. *num.* 163. 24 Quæ citatur *l.* 3. *ff. de rebus eorum qui ſub tutela.* 25 Servos ex pecunia dotali comparatos maritus manumittere poteſt. 26 *l.* 12. *C. de jure dot.* 27 *l.* 21. *ff. de manumiſſ.*

28 Dixi *ad L.* 40. *D.* 3. Servi reipublicæ, ſervi populi Romani, vel alterius civitatis, *l. penult. C. de tabulariis. lib.* 10. *tit.* 69. ad id deputati erant, ut ſervirent tabulario civitatis. Per eoſdem ſervos publicos plerumque ſtipulabantur. *l.* 3. *C. de poſtlim. reverſ. l.* 18. *ff. de adopt. l.* 2. *ff. rem pupill.* 29 Forma manumittendi ſervos publicos in provinciis cauta fuit legibus municipalibus. 30 Id eſt, decreto ordinis. *l.* 2. *C. h. t. l.* 1. *C. ne quis liber invitus. lib.* 11. *tit.* 36. 31 Tria concurrebant in manumiſſione ſervi publici, decretum ordinis, *ſupr. h. t.* conſenſus præſidis, *ut hic:* vicarii ſubſtitutio. *C. h. t.* 32 Dixi *ſupr.* 33 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 34 *l.* 8. *C. de patria poteſtate.* 35 *l.* 6. *C. de ingen. manum. l.* 1. *ſupr. de jure aur. annul.* 36 *Vectii Libici*, Contius: *Vettii Libici*, Cujac. *hic*. fuit Vettiorum familia Romæ. Ita *Vettium Rufinum* legimus, *l.* 1 *ſupr. de bon matern.* & Vettium Atticum, & Vettium Valentem, & Vettium Priſcum, & Vettium Chilonem (cujus nomen Lipſius apud Tacitum 1. *hiſtoriarum* declarat) & alium in oratione pro M. Cœlio: & L. Vettium qui detexit conjurationem Catilinæ apud Dionem; Antonius tamen Auguſtinus legit, *Vectibulitiam.* putatque ea lege conceſſum municipiis quæ in Italia erant, ut ſervos ſuos publicos poſſent manumittere: idque jus poſtea porrectum & ad provincias, & ad collegia conſtitutione D. Marci. Sed ut hereditates libertorum & extraneorum capere ex teſtamento atque ab inteſtato recta via non per fideicommiſſum municipes poſſent, ſenatuſconſulto Aproniano & aliis opus fuit. *l. unic. ff. de libertis municip. & aliar. univerſit. l. omnibus.* 26. *ff. ad SC. Treb. l. hereditates.* 12. *ſupr. de hered. inſtit.* 37 Familiæ is fuit Marcellorum, & Marcellus æque Juriſconſultum fratrem habuit. *l.* 12. §. 43. *ff. de inſtruct.* 38 Jubentius Celſus & Neratius Marcellus Juriſconſulti inſignes fuerunt, & Conſules ſub Hadriano.

39 Leges urbanæ plerunque extenduntur ad provincias & municipia, ut lex Vettii Libici hac conſtitutione, qua ſervi reipublicæ manumiſſi, cives fiunt. Ita lex Attilia de tutoribus dandis in urbe ex lege Julia & Titia ad provincias porrecta. *Inſtitution. de Atiliano tutore.* & lex Julia de ceſſione bonorum. *l.* 4. *C. qui bonis cedere.* & lex Fannia ex lege Didia porrecta eſt in totam Italiam auctore Macrobio 3. *Saturnaliorum* 17. 40 Tabularia, munus tabularii civitatis. hoc innuit, ſervos publicos ſemel manumiſſos, ob id in ſervitutem publicam non deduci, quod ſua ſponte tabulario civitatis ſervierint, vel alium actum pro civitate geſſerint: nullo alio juſto titulo ſervitutis præcedente. 41 Ratio dubitandi fuit, quod tabulariæ adminiſtratio videatur actus ſervilis. vide *l. penult. C. de tabulariis. lib.* 10. *tit.* 69. ſed tamen hic ſatis oſtenditur, liberum hominem tabulariam ultro poſſe gerere ſalva libertate. Id etiam confirmat Livius 43. *hic ubi cenſores ſignatis tabellis publicis, clauſo tabulario & dimiſſis ſervis publicis, negarunt ſe quidquam publici negotii geſturos.* Sed & actis eos interveniſſe Capitolinus indicat *in Gordiano.*

42 *L.* 4. *C. Th.* 9. 43 *l.* 11. *ſupr. de jure deliberandi.* 44 *l.* 31. *in fin. ff. de fideicomm. libert.* 45 Conſervatur libertas ſervo alieno collata, ſi dominus contentus ſit pretio ſervi. 46 Id quod intereſt pretio declaratur. 47 Idem eſt rei pretium & quod intereſt, ut Thalelæus hic notat apud Cujacium 9. *obſ.* 31. 48 Procurator ſer-

quem manumisit, nondum [1] ad te transtulerat: frustra petis, ut denegata libertate ejus, quem manumissum dicis, possessio tibi tradatur.

Non venditione hereditatis, sed traditione rerum transfertur dominium. Salic. & Bald.

3. Idem A. Pompejo.

QUi tibi hereditatem vendidit, antequam [2] res hereditarias traderet [3], dominus earum perseveravit: & ideo [4] manumittendo libertatem servo hereditario præstitit. PP. 6. Kalend. August. AGRICOLA, & CLEM. CONSS. 231.

Tenens servum precario, non manumittit. Salic.

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Zoilo.

SI non proprietatem donaveras, sed ministerium [5] ancillæ dederas: libertatem mancipio dando, ea quæ precarium usum habebat, dominio tuo nihil [6] præjudicavit. Nemo enim alienum servum, quamvis ut proprium manumittat, ad libertatem perducere potest.

5. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Marcellinæ.

SI tradita sunt ex donatione [7] mancipia, jus manumittendi donatrix non habuit.

Filius, qui per se non potest manumittere, nec patri potest consentire. Salic.

6. Iidem AA. & CC. Milio, & aliis.

SI pater servum vestrum [8] licet vobis minoribus viginti [9] annis consentientibus manumisit: ei libertatem præstare non potuit.

Libertas præstita servo alieno cum judicis, vel Principis decreto non præjudicat domino vero. Salic.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. P.

SI [10] a non dominis libertas detur mancipio alieno: siquidem ab his judicibus impetrabitur, quibus dandi [11] jus est: sine ulla trepidatione pœnæ facilis dissolutio est. Si vero jubentibus nobis, quicquam lege [12] actum esse doceatur, & non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petisse [probetur]: tunc eodem, qui in conspectu [13] nostro libertatem monstrabitur [a non domino] consecutus, ei protinus, ad cujus proprietatem pertinet, restituto: is, qui mancipium alienum fallendo [14] Principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino ejus dare, ejusdem sexus, ætatis, atque artis, [cujus] constiterit esse manumissum, & alia tria [fisco] eadem ratione similia. Quæ mulcta non semper imponitur, sed potius conquiescit, si forte manumissus inferentem sib quæstionem status, objecta legitima præscriptione [15] potuerit excludere: cum sibi amissi mancipii damna debeat imputare [is], qui in perniciem suam gesta taciturnitate [16] firmavit. PP. Id. Jul. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

TIT. XI.

QUI MANUMITTERE NON [17] POSSUNT, ET NE IN FRAUDEM [18] CREDITORUM MANUMITTATUR.

Creditor intelligitur etiam, cui ex ultima voluntate ad libertatem præstandam debetur. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Antiocho.

CErtum [19] jus est, non alias directas libertates per legem Æliam Sentiam [20], quæ sunt in fraudem creditorum manumissorum [datæ] revocari [21], *nisi & consilium* [22] *fraudis, hoc est animus manumittentis, & eventus damni suum recipere volentium sequatur.* † Inter [23] creditores autem etiam eos numerandos esse, quibus fideicommissum debetur, olim placuit. PP. 3. Id. Novemb. MAXIMO, & ÆLIANO CONSS. 224.

Servus etiam per interpositam personam servum peculiarem non manumittit. Salic.

2. Idem A. Nataliano.

SErvos meos, nec per interpositam [24] personam ad libertatem perducere homines peculii sui [25] posse, [26] mandatis [Principum] comprehenditur.

3. Idem A. Justinæ.

DIvo Marco [27] auctore amplissimus ordo censuit, *ne quis* [28] *in spectaculo* [29], *quod edatur, actorem* [30] *suum, alienumve servum manumitteret: & si factum esset, pro infecto haberetur.*

Minor annis viginti non potest tradere servum ad manumittendum. Salic.

4. Idem A. Felicissimo.

SI minor [31] annis viginti ad libertatem præstandam homines [32] tradidisti [33]: senatusconsulto [34], quod gestum est, irritum constituitur.

In AUTHENT. ut sponsl. larg. §. & hoc quoque. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 2.

S*Ed hodie ex* [35] *quo testari possunt, & libertates possunt relinquere, antiqua lege cessante.*

In fraudem fisci non potest libertas præstari: nec dicitur fraudari, ubi pretium fuit solutum redemptori manumittenti. Salic.

5. Idem A. Prisco.

SI in fraudem eorum, quæ fisco debebantur, probari potest libertas data, non valet. Sed si [36] pecuniam is, quem patrem tuum appellas emptori [37] dedit, & ab eo redemptus [38], ad libertatem perductus est: nihil videtur bonis defuisse ejus, qui fisci debitor dicitur.

Solus tutor non præstat libertatem a pupillo debitam. Salic.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Olympio.

NEc [39] fideicommissariam libertatem a pupilla sua servis debitam tutorem posse præstare, certi juris est. Unde si hos, quos tu rogata fueras manumittere tempore certo ætatis tuæ, ad libertatem non perduxisti, sed tutor manumisit, remanserunt in servitute [40].

In fideicommissariis libertatibus fraus consideratur ex eventu tantum. Salic.

7. Iidem AA. & CC. Zotico.

SI debitor ex administratione curæ dominus tuus non solvendo constitutus, fideicommissariam tibi reliquit libertatem: cum in [41] fideicommissariis libertatibus eventum inspici tantum obtinuerit, nihil ejus voluntas tibi prodesse potest.

TIT. XII.

QUI [42] NON POSSUNT AD LIBERTATEM PERVENIRE.

Probibitus in pœnam a testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatem perduci. Salic.

1. Impp. SEVERUS [43], & ANTONINUS AA. Torquato.

CUm D. Claudius [44] pater meus constituerit, a Præsidibus Provinciarum, vel qui coërcendorum maleficiorum potestatem habent, *in perpetua* [45] *vincula damnatos* ad libertatem perduci non posse: hi, qui intra tempora pœnæ liberi, & heredes esse jussi sunt, aut legatum, fideicommissumve acceperunt: neque libertatem adipisci, neque quicquam eorum, quæ his data sunt, capere possunt. Quod si pœnæ tempus compleverint: jam omni vinculo exoluti, & quasi ad pristinam, vel simplicem servitutis conditionem redacti, & libertatem, & si qua testamentis dominorum [46] illo tempore defunctorum acceperunt, sine ulla quæstione pœnæ præteritæ consequantur [47]. *

Prohibitus in pœnam a testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatem perduci. Salic.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS, AA. Theodoro.

IS quidem, *qui* [*in*] *testamento* [48] *vetitus est manumitti*, ad libertatem non potest pervenire: sed in proposito interest utrumne eos, quos cum filio educatos esse testator expressit, propter familiare ministerium, & usum filiorum necessarium, & venire, & manumitti vetuerit, an quasi male meritis pœnam irrogaverit. Nam priore casu morte ejus, cui consulebatur, obsequii necessitate finita, libertas potest pervenire: posteriore [autem casu] id, quod pœnæ causa in servos statutum est, necesse est vires suas obtinere: quando divis parentibus meis placuerit hujusmodi testamentorum leges perpetuam ser-

vos a se emptos domini mandato, antequam eos mandatori tradiderit, potest manumittere.

1 *l.* 3. J. *h. t.* vid. *l.* 8. *supr. de act. empt.* 2 Vid. *l.* 2. *supr. h. t. l.* 11. *supr. de act. empt. l.* 2. J. *de mancip. & colon.* 3 Non venditione, sed traditione dominium transfertur. *l.* 20. *supr. de pact.* 4 *l.* 18. *ff. de manum.* 5 Id est, usum precarium. J. *eod.* solve, fructuarius inutiliter servum manumittit. *l.* 9. *supr. de usufruct.* & e contra. 6 *l.* 5. *ff. pro donat.* 7 Et quidem castrensia. 8 Hic ratio dubitandi sumitur ex lege Ælia Sentia. vid. 48. *Eclog.* 1. *c.* 16. 9 *l. un. C. Th.* 10 Manumissionem apud judicem factam a non domino revocare verus dominus potest: nulla pœna multando eo qui manumisit, *ut hic in princ.* Quid si apud Principem quis alienum servum manumisit? servum ita manumissum verus dominus in servitutem potest retrahere: sed & qui ita manumisit, veró domino duo alia mancipia præstare cogitur, ætate, sexu, indole atque arte similia: eoque amplius fisco tria, eadem ratione similia, *Syn. Basil.* 48. *tit.* 25. *c.* 7. 11 Vid. *l. ult. supr. de manumiss. vindict.* 12 Hinc legis actio. 13 Principis conspectus delictum auget. *l.* 16. §. 6. *ff. de pœnis.* 14 Decretum obreptitium non valet. 15 Obreptitia manumissio præscribi potest. 16 Redimendi jus præscribi posse hinc colligunt. vid. Rolandum a Valle 1. *Consil.* 21. *num.* 8.

17 Dixi ad *L.* 40. *D.* 9. *L.* 1. *Instit.* 6. 18 §. 3. *Instit. quibus ex caus. manumit.* 19 Libertates in fraudem creditorum datæ revocantur. *Syn. Basil.* 48. *tit.* 26. ex *tit.* 7. *c.* 34. 20 Vid. Cujac. 8. *obs.* 25. 21 Ipso jure. 22 *l.* 23. *ff. qui & a quib. manumiss.* 23 *l.* 27. *versic. ex omni. ff. qui & a quib. manumiss.* 24 Puta imaginarium emptorem, *l.* 13. *ff. de jure patr.* 25 i. e. Vicarios suos. 26 Quamvis eorum quasi domini sint. *l.* 17. *ff. de peculio.* videbatur etiam hoc quasi præcipuum concedi servis principum, ut de peculio suo testarentur. Iisdem Leo *Nov.* 38. dedit testamenti factionem. 27 Idem D. Adriano placuit: Namque is rogante populo, ut quendam ἁρματηλάτην manumitteret, per tabulam respondit, a se id peti non debere, ut alienum servum liberaret, vel ut dominum cogeret manumittere: idque Dio scribit *in Adriano.* sed hujus ita definiendæ rei primus auctor D. Marcus extitit. Suetonius *in Tiberio cap.* 47. refert, Accium coactum fuisse in spectaculo comœdum manumittere. vid. Petrum Fabr. apud Cujac. 2. *observ.* 22. 28 Puta magistratus qui populo aliquod munus edit. 29 Acclamatione, scil. populi. *l.* 17. *ff. qui & a quibus.* cui forte servus actor fabulæ placuerat. Eandem legem Atticis fuisse refert Æschines contra Ctesiphontem: μήτε οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ. 30 Fabulæ scil. histrionem. 31 Hodie manumittere ea ætate quis potest, qua testamentum facere. *Novell.* 119. *cap.* 2. & ita hæc lex & *l.* 102. *ff. de leg.* 1. abrogantur. 32 Id est, servos. 33 Alteri scil. idque venditionis imaginariæ causa, ut emptor eos postea manumitteret. hoc itaque innuit, minorem per interpositas personas manumittere non posse. *l.* 4. *ff. de servis exportandis.* 34 *Sine consilio*, Ræyardus. 35 Qua ætate quis manumittere possit. 36 Casus est diversus a superiore. Sunt hæc diversa: Servum jam tuum in fraudem fisci manumittere: & servum ea lege emere, ut eum mox manumittas. Prius non licet, *ut hic*, licet posterius. *l.* 45. §. 3. *ff. de jure fisci.* 37 Venditori, τῷ πράτῃ. ita legunt Græci, teste Cujacio *hic & in l.* 83. *ff. de verb. sign.* sic sentio, in hac lege mutari nihil etiam posse, ut hoc velle videatur imperator: licere fisci debitori emere mancipium, ut manumittat, *l.* 45. §. 3. *ff. de jure fisci.* Alias interpretationes vide apud Accurs. & Cuj. *hic.* 38 Id est, emptus. 39 Frustra libertas a tutore servo pupilli sui datur, licet servo ea debetur. *l.* 13. *ff. de manum.* ut hanc particulam referas ad vocem *debitam*, J. *h. t.* quasi dicat, *neque debitam*, alioquin ineptum est dici, neque fideicommissariam, neque directam libertatem a tutore præstari. directa namque libertas non a tutore, sed a defuncto præstatur. 40 Quid si voluntate pupilli manumisit? Cujac. 14. *observ.* 33. putat recte manumissum. Nam si servum patris, consentiente patre, filius potest manumittere. *l.* 16. *l.* 22. *ff. de manumissionibus. l.* 4. *l.* 22. *ff. de manumiss. vindict.* Cur non & servum pupilli tutor manumittet consentiente pupillo? Est enim tutor domini loco: tutor & pupillus unus, pater & filius, unus: & ambo quasi unus. Nec alia etiam ratione curator furiosi servum ejus manumittere non potest, quam quod nullus sit furiosi consensus. vide reliqua apud eundem. 41 In fideicommissariis libertatibus fraus consideratur ex eventu tantum, & ita lex Ælia Sentia locum in fideicommissariis libertatibus non habet, sed in directis tantum.

42 In perpetua vincula damnati. *l.* 1. J. *h. t.* testamento prohibiti manumitti. *l.* 2. J. *h. t.* 43 *Antoninus & Verus A A.* vel ita legendum est, *Antoninus A.* & hæc sententia Papiniano tribuitur in l. *Fratres imperatores* 33. *ff. de pœnis.* 44 Legendum est *Pius*, alias Claudius centum annis senior, non fuerit horum imperatorum pater. 45 Damnati in perpetua vincula manumitti non possunt, aliud ergo fuerit, si in temporaria vincula damnati. 46 Damnatus in temporaria vincula, non est servus pœnæ, sed manet in potestate dominioque ejus, cujus fuit, antequam damnaretur. Quid si in perpetua? idem dicendum in *l.* 8. *in fin. ff. de pœnis.* 47 *Dat.* 16. *Kal. Jul. ipsis Antonino & Vero AA. Consulibus:* Cujacius hic. 48 Pœnæ causa manumitti a testatore vetitus, nullo modo potest manumitti: *l.* 4. §. 9. *ff. de manumiss. l. ult. supr. de rebus alienis:* his adde & cum quis ita veniit ne manumitteretur. *supr. si emancip. ita fuer.*

vitutem

vitutem male meritis ſervis irrogare, ut nec per ſuppoſitum emptorem ad libertatem perduci poſſint.

TIT. XIII.
PRO QUIBUS CAUSIS SERVI PRO PRÆMIO [1] LIBERTATEM ACCIPIUNT.

Cæde *domini indicata.*

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Firmino [ſervo].

QUoniam [2] religioſa ſolicitudo ad augendam, provocandamque fidei obſervationem, juris præmio adſici debet, ſi ad ulciſcendam cædem [3] domini incorruptis probationibus, ac ſtrenuo niſu conſtiteris: libertatem [4] quam his, qui dominorum cædem vindicant [5], jampridem Senatuſconſultis [6], & Statutis Principum præſtari ſancitum eſt, etiam tu pro tam ingentibus meritis, non ex ipſo facto, ſed aditione & ſententia Præſidis reportabis. PP. 7. Id. Decembr.* & MAX. CONSS.

Monetæ *adulteris delatis.*

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

SErvi, qui *Monetarios* [7] adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercentes, in publicum detulerint, civitate Romana donentur, ut eorum domini pretium a fiſco percipiant. Dat. 15. Kal. Decemb. *Romæ*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CC. CONSS. 321.

Raptus *virginis crimine delato.*

3. Idem A. ad populum.

SI quis ſervus *Raptus* [8] [virginis] facinus diſſimulatione præteritum, aut pactione transmiſſum, detulerit in publicum: libertate donetur. Dat. Prid. Kal. April. *Aquil.* CONSTANTIN. A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 320.

Deſertore *militiæ prodito.*

4. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS, AAA. ad Syagrium P.P.

SI *Deſertorem* [9] militiæ ſervus prodiderit, libertate donetur. * Id. Jul. *Romæ.*

TIT. XIV.
DE INGENUIS MANUMISSIS.

Ingenuus teſtamento manumiſſus non efficitur libertinus: & tamen tenetur manumittenti reſtituere quicquid de ejus domo, vel ejus contemplatione meruit. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Phileto.

SI ingenuum te ex teſtamento manumiſſum eſſe dicas: apud ſuos judices cauſam agere debes, ſi tamen juſtum [10] contradictorem habes, id eſt, eum, qui ſe patronum tuum eſſe dicit: memor ſenatum cenſuiſſe, ut qui poſt manumiſſionem originem repetierint, ea, quæ de domo manumiſſoris habent, ibi relinquant [11]. In qua cauſa etiam legata, ut liberto data eſſe, juris prudentibus placuit.

Obſequia ſervitutis non faciunt ingenuum ſervum. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Pompejæ.

INgenuam natam, neque nutrimentorum ſumptus [12], neque ſervitutis obſequium [13] faciunt ancillam, neque manumiſſio [14] libertinam. PP. 5. Id. Maji, SABINO II. & VENUSTO CONSS.

Si manumiſſa eſt, poſtea ex antiqua cauſa pronunciata ingenua, liberi ante nati probantur ingenui. Salic.

3. Imp. PHILIPPUS A. Feliciſſimo.

SI aviam tuam uti ancillam manumiſſam [15], poſtea ingenuam [eſſe] ſolenniter conſtiterit, ſtatumque ejus juſtæ ſententiæ tuetur auctoritas: filios ejus, quamvis ante ſententiam ſuſceptos, ingenuam libertatem non immerito flagitare, ſi cum peritioribus [16] tractatum habuiſſes, facile cognoſceres.

In hoſtilitate inter duas civitates conſiſtente captus, non efficitur ſervus.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Agrippæ.

CUm cognatum tuum ingenuum [17] natum [ex] Palmyrenæ [18] factionis dominatione redemptum [19], velut [20] captivum diſtractum eſſe dicas, Præſes provinciæ ingenuitati ſuæ reddi eum efficiet.

Contra diffamantem aliquem de ſervitute, poteſt judex ad inſtantiam diffamati, tempus illi præfigere, intra quod debeat agere. Salic.

5. Iidem AA. & CC. Creſcenti.

DIffamari [21] ſtatum ingenuorum, ſeu errore, ſeu malignitate quorumdam, periniquum eſt [22], præſertim cum affirmes diu Præſidem unum, atque alterum interpellatum a te, vocitaſſe [23] diverſam partem, ut [24] contradictionem faceret, ſi defenſionibus ſuis confideret, unde conſtat merito rectorem provinciæ commotum allegationibus tuis ſententiam dediſſe, ne de cætero inquietudinem ſuſtineres. Si igitur adhuc diverſa pars perſeverat in eadem obſtinatione: aditus Præſes Provinciæ ab injuria temperari præcipiet. Dat. Prid. Non.

Famulatus liberi hominis, etiam per tempus longum, non facit eum ſervum. Salic.

6. Iidem AA. & CC. Dionyſio.

SCientis conditionem liberum non poſſe fieri ſervum, evidentiſſimi juris eſt. Cum igitur proponas patrem pupillorum, quorum precibus feciſti mentionem, velut liberum te penes ſe habuiſſe [in] miniſterium [25], licet in actu [26] longi temporis: non præcedente vero titulo [27], quo dominia quæri ſolent, mutare tuam conditionem minime potuit. S. 7. Kalend. Maji, AA. CONSS.

Non renunciatio cauſæ, ſed natalium veritas probat quem ingenuum. Salic.

7. Iidem AA. & CC. Matronæ.

SI te & filios tuos ingenuos eſſe conſtat, natalium [28] veritas vos tuetur: nam qui ſervitutis moverat quæſtionem, apud acta cauſæ renunciando [29], ad ingenuitatis probationem nec nocere quicquam, nec prodeſſe poteſt.

Servi, vel liberi ex pacto non efficiuntur ingenui. Salic.

8. Iidem AA. & CC. Callimorpho.

INgenui naſcuntur [30], libertini [31] manumiſſione tantum conſtituuntur, pactum [32] autem nec ſervis, nec libertinis ingenuitatem adſignat: nec his qui transactioni non [33] conſenſeruut, quicquam præjudicare poteſt.

Ex libertina matre natus eſt ingenuus, nec ei reverſo obeſt, quod in captivitate hoſtium fuit. Salic.

9. Iidem AA. & CC. Potamoni.

LIbertina matre procreatam [34], ingenuam naſci natalibus, evidentis ac manifeſti juris eſt. Cum igitur te matre libertina editam, deinde ab hoſtibus captam, poſtliminio [35] reverſam proponas, & nunc tibi ſervitutis moveri quæſtionem: conſequens eſt adiri Præſidem provinciæ [36], qui de cauſa liberali cognoſcet, jure laturus ſententiam: ſciens neque hujuſmodi [37] matris conditionem, neque captivitatem reverſis de ſtatu priſtino quicquam poſſe detrahere.

Nomina ſunt ad recognoſcendum, non ad faciendum quem ſervum, vel ingenuum. Salic.

10. Iidem AA. & CC. Athenodoræ.

AD recognoſcendos ſingulos nomina [38] comparata, publico conſenſu, ob celandos natales ingenuis, ſi mutentur [39], minime nocet: natoſque (licet in miniſterio [40] ſervitutis) liberæ conditionis, non ſervos poſſeſſio, ſed ſtatus ingenuos edi perficit.

Locatio operarum nec facit, nec probat quem ſervum. Salic.

11. Iidem AA. & CC. Maximæ.

SI veſtram poſſeſſionem nullus præceſſit titulus [41], ſed ingenui conſtituti operas [42] mercede placita locaſtis [43]: nec ſtatui [veſtro] quicquam derogatum eſt, nec ad conventionis implendam fidem ſolenniter agere prohibemini. S. Non. Mart. CC. CONSS.

Plagio abducta ingenuitatem non perdit. Salic.

12. Iidem AA. & CC. Quietæ.

AD mutandum liberæ ſtatum, commiſſum plagii [44] nihil promovet: ſed abductam natales, quibus nata eſt, poſt hunc etiam caſum obtinere convenit. S. 3. Kal. Decemb. AA. CC.

13. Iidem AA. & CC. Melandro.

INgenuum quis ſe [45] contendendo, nec probando non amittit libertinitatem. S. 7. Id. Decemb.

1 Sine manumiſſione. *facit L.* 40. *ff.* 8. & 48. *Eclog.* 1. *ex tit.* 18. *cap.* 1. *fol.* 422.
2 Servus qui domini cædem indicavit, ad libertatem pervenit: velut pro præmiis indicii, libertate ei conceſſa præſide liberum eſſe pronunciante, *ut hic.* & *Synopſis Baſil.* 48. *ex tit.* 18. *cap.* 1. & 1. Harmen. 8. §. 29. 3 Id eſt, ſi necem domini ſervus indicaverit.
4 *l.* 5. *in fin. ff. de injur.* 5 *l.* 1. *ſupr. de precib. imperatori off.* indicant. Cujac. 18. *obſervat.* 22. & ita quoque legitur a Græcis, ὁ δοῦλος κατα μηνύσας. *Eclog. d. loco.* ubi etiam præmium indicii ἔπαθλον τῆς μηνύσεως vocant. 6 Duobus ſcilicet, quorum unum eſt Silanianum, de quo *in l.* 1. *ff. de SC. Silaniano.* alterum *in l.* 3. §. 13. *ff. d. tit.* 7 Servus reum falſæ monetæ deferens, pro præmio indicinæ, libertatem conſequitur, *ut hic*, *leg. Præmio* 5. *Cod. Theod. de falſa moneta. Synopſ. Baſil. d. tit.* 18. *cap.* 2. adde *l.* 1. J. *de falſa monet.*
8 Si ſervus raptum detulit, fit liber. *l.* 5. *in fin. ff. ad legem Jul. de vi public. Synopſis d. tit.* 18. *cap.* 3. 9 Si ſervus deſertorem militiæ indicavit, fit liber. adde *l.* 1. J. *de deſertoribus. lib.* 12. *tit.* 46. *Synopſis d. capite* 3. *in fine.* 10 *l.* 1. *ff. ſi ingenuus. l.* 3. *ff. de colluſione.*
11 *l.* 3. §. 1. *ff. ſi ingenuus.* 12 *l.* 3. J. *de infantibus expoſitis.* 13 *l.* 11. J. *h. t. l.* 10. *l.* 23. J. *de liberali. l.* 3. *ſupr. de ſervis reipub. l.* 22. J. *de prob.* 14 *l.* 3. J. *h. t.* vide *l.* 2. *ſupr. de vindict. libertat.* 15 *leg.* 2. *ſupr. h. t.* 16 Peritiores conſulendi.
17 *Ingenuum, factum ex Palmyrenæ factionis velut captivum, diſtractum &c.* Cujacius ita rectiſſime emendat, 18. *obſ.* 22. 18 Motæ ſcil. ſub Gallieno, Valeriano ab Odennato Palmyrenorum rege. *Trebell. Pollio* (ſeu, ut Sextus Rufus ait, Decurione) & Zenobia ejus uxore, quam devicit Aurelianus: his adde quæ de tyrannide Baſilici, & Avidii Caſſii dixi ad *l.* 16. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* 19 Ingenuus, qui ex Odennati vel Zenobiæ tyrannide redemptus fuit, retinetur quidem veluti jure pignoris: non tamen recte diſtrahitur velut captivus, eaque diſtractio ingenuitati ejus nihil præjudicat. facit *l.* 12. J. *h. t.* 20 Recte hoc additum eſt. Nam factio, rebellio vel bellum civile captivum non faciunt. *l.* 21. *in fin. ff. de capt.*
21 Vide repetitionem Blaureri ad hanc legem. *Goth.* Adde Sarmient. *lib.* 1. *c.* 2. Kinſchot. *Reſp.* 19. *num.* 19. An citatio facta ex hac lege inducat litiſpendentiam, vid. Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. & *ſeqq.* Anſ. 22 In hanc legem ſcripſit Cagnolus, præter quem vide Philip. Portium *lib.* 4. *concluſ.* 19. Molinæum *de divid. & individ. part.* 2. *n.* 6. Covarruviam *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 18. Mod. 23 Quid, competens judex in hypotheſi ſeu ſpecie hujus conſtitutionis, quis futurus eſt? Quidam diffamantis judicem putant judicem fore. *argum. l. juris ordinem* 2. §. *de jurisdictione. leg. ult. ſupr. ubi in rem actio.* Contrariam tamen ſententiam communem magis & veriorem refert Blaurerus in repetitione hujus legis, *cap.* 4. *num.* 2. hoc eſt, competentem judicem in hac ſpecie fore judicem diffamati non diffamantis. Quinimo diffamantem ubique poſſe conveniri refert, *argum. l.* 3. *ff. de offic. præſid. l.* 1. *ſupr. ubi de criminibus.* Alex. 5. *conſil.* 103. Cauſam hanc adferunt, quod qui ex hac lege agit, non ſit actor, ſed reus: agit enim ut alius agat, & ut ejus actionem excipiat.
24 Invitus agere nemo cogitur. *l.* 1. *ſupr. ut nemo invitus. l. ult. ſupr. de uſur. pupillari.* niſi alium diffamet quovis modo civiliter. *ut hic.* vel criminaliter, *l.* 7. J. *qui accuſ. l.* 3. §. 7. *ff. de re milit.* aut ſibi jus vel obligationem aliquam in fundo, domo & bonis alterius competere adſerat. dixi quædam ad *l.* 13. §. 30. *ff. de act. empt.* vide Ferrar. *in forma reſponſ. libelli in actione hypothecaria* 44. *in verbo & renunciationis* 10. *num.* 2. vide Mynſing. 3. *obſerv.* 78. adde *l.* 40. *ff. ad l. Aquil.* His enim caſibus cogitur adverſarius intra certum tempus experiri, ac niſi id faciat, perpetuum illi ſilentium a judice indicitur. 25 Miniſterium exhibitum etiam per longum tempus, ingenuum ſervum non facit. *l.* 2. *ſupr. h. t.* 26 *l.* 3. J. *de long. temp.* 27 *l. ult. ſupr. de ſervis reip.* 28 Natalium veritas ingenuum tuetur.
29 Renuncians liti ſtatus, non fatetur omnino adverſarium ingenuum eſſe, quantumvis ipſe ſibi præjudicet. Renunciatione litis non facimus eum ingenuum qui ingenuus non eſt. *l.* 27. §. 1. *ff. de liberali.* 30 Ingenui naſcuntur, libertini fiunt. *Inſt. de ingenuis.*
31 *l.* 3. §. 1. *ff. de ſuis.* 32 *l.* 2. J. *de colluſ. deteg.* 33 Pactis aut transactionibus abſentis & ignorantis cauſæ nemo præjudicat. 34 Vid. *l.* 11. §. *de oper. lib.*
35 Poſtliminio libertas recipitur. 36 Præſides cognoſcunt de cauſa libertatis.
37 Id eſt libertinæ, ut J. *h. t.* 38 Nomina ad ſingulos recognoſcendos inventa, *l.* 9. J. *de liberali.* §. 29. *Inſt. de legat.* vide *l. ult. ſupr. de ſervis reipublicæ.* 39 Nominis mutatio non eſt evidens ſervitutis juſtæ argumentum. Non eſt igitur juſta collectio: Nomen mutavit: ergo & ſervus fuit. 40 *l.* 2. *l.* 6. *ſupr. h. t.* 41 Vid. *l. ult. ſupr. de ſervis reipub.* 42 *l.* 2. 6. & 10. §. *h. t.* 43 Ingenuus operas locare poteſt.
44 Plagio abducta libertatem non amittit. facit *l.* 3. & *l.* 2. §. *h. t. l.* 2. §. *ubi de criminib.* Quid ſi a plagiario vendita? ne tunc quidem libertatem amittit. *l.* 11. J. *ad l. Fab. de plagiariis.* Quid ſi fiſco plagiarii bona commiſſa? ne tunc quoque, *ut hic.* 45 Renunciaſſe libertinitatis probationi non videtur, qui ſe ingenuum dixit, nec obtinuit, *ut hic.* Ad eundem modum putant, utile dominium eum etiam vindicare poſſe, qui directo ſuccubuerit. *l.* 39. §. 1. *ff. de evict.* & velut feudatarium experiri poſſe, qui ut proprietarius non obtinuerit. Baldus *hic.*

Ignoranter desponsata, ut ancilla, suæ ingenuitati non præjudicat. Salic.

14. Iidem A A. & C C. Aristoteli.

STatui ingenuæ ex eo solo, quod velut ancilla sponsaliorum [1] nomine data proponitur, præjudicari nulla ratione potest. S. 7. Kalend. Januar.

TIT. XV.
COMMUNIA [2] DE MANUMISSIONIBUS.

Si proprietarius, & usufructuarius simul libertatem servo imponant; pleno jure liber efficitur. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SAncimus, si proprietarius servo, cujus ususfructus ad alium pertinebat, libertatem imposuerit, non secundum antiquam [3] observationem [4], & libertate carere, & eum sine [5] domino esse intelligi : sed nec inveniri personam, cui res ad se venientes acquirat. Sed si tam proprietarius, quam usufructuarius libertatem ei [consentientes [6]] imposuerint, pleno jure liberum [eum] effici : & si quid postea [sibi] acquisierit, hoc in bonis suis habere. Sin autem proprietarius solus libertatem imposuerit, usufructuario [7] minime consentiente : sit quidem ille, qui libertatem a proprietario accepit, inter libertos proprietarii connumeratus : & si quid in medio possidet, hoc sibi acquirat, sibique habeat, & suæ posteritati relinquat salvo patronatus jure, per omnia custodiendo, nisi & hoc ei legibus fuerit remissum. Ipse tamen libertus, quasi [8] servus apud usufructuarium permaneat, donec usufructuarius vivit, vel ususfructus legitimo modo peremptus est. Etenim si finem ususfructus quocunque modo accipiat : tunc facultas ei tribuatur, quo maluerit degere modo. Si vere adhuc superstite usufructuario ab hac luce fuerit libertus exemtus : hereditas ejus legitimum tramitem sequatur. Sin autem usufructuarius [9] tantummodo libertatem imposuerit : siquidem hoc modo, ut cedat usumfructum proprietario : plenissimum jus habeat in servo proprietarius : ut omnia ei servus acquirat secundum ea quæ generaliter in servos, & dominos constituta sunt. Sin vero gratias agendo usufructuarius eum ab usufructu liberaverit, & libertate donaverit : tunc maneat quidem servus proprietario suo annexus : sed non [10] necessitas ei imponatur, donec vivit usufructuarius, vel ususfructus constare potest, observare proprietarium, & quædam ministeria [ei] adimplere, sed Judices nostri eum in quiete tueantur. Post usufructuarii autem mortem, vel ususfructus quocunque modo interemptionem : tunc serviat quidem domino, & omnia, quæ in medio ad eum pervenerint, hæc suo domino acquirat. Et sit ex nostra constitutione hæc separatio inter servos & liberos : & non secundum jus antiquum idem servus remaneat, & nullum respiciat dominum.

Parentes possunt manumittere per filios cujuscunque sexus, etiamsi non sint in potestate. Salic.

§. 1. Illud quoque huic legi adjicimus, ut explosa antiqua personarum [11] differentia, liceat parentibus tam masculis, quam fœminis, filiis, filiabusve suis in sacris constitutis, sive emancipatis, cujuscunque gradus, mandatum [12] imponere, quatenus servos in libertatem perducant, sive [13] apud Judicem, sive in sacris [14] Ecclesiis [15], sive secundum alium, quem mandator voluerit legitimum modum. cum enim, & in [16] successionibus, & in aliis pene omnibus nulla est inter liberos discretio : oportet hoc observari, & in præsenti casu, maxime pro [17] libertate quam & fovere, & tueri Romanis legibus, & præcipue nostro nomini peculiare est. Dat. 15. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

Potest manumitti, tam in Ecclesia, quam apud judicem, vel in testamento etiam infans, vel ignorans, ut sit civis Romanus. Bald.

2. Idem A. Juliano P. P.

SI quis servo suo libertatem imponat, sive in Ecclesia [18], [sive in æde sacra], sive ad qualecunque tribunal, vel apud eum [Judicem] qui libertatem imponere legibus habet [19] licentiam, sive in testamento, vel alio ultimo elogio, directam, vel fideicommissariam; nullo coërceatur modo eorum qui ad libertatem veniunt, ætatem [20] requirere : neque enim [eum] tantummodo civitatem Romanam adipisci volumus, qui major triginta [21] annis existit : sed quemadmodum [22] in Ecclesiasticis libertatibus non est hujus ætatis differentia, ita in omnibus libertatibus quæ a dominis imponuntur, sive extremis dispositionibus, sive per Judices, vel alio legitimo modo hoc observari sancimus, ut sint omnes cives Romani constituti : ampliandam [23] enim [magis] civitatem nostram, quam minuendam esse censemus.

Si existens sine uxore ancillam propriam in concubinam habeat, & de ejus vel sobolis libertate, vel servitute nihil disposuerit, ad libertatem post ejus mortem perducuntur. Salic.

3. Idem A. Joanni P. P.

SI quis sine uxore constitutus, ancillam suam [24] [sub] nomine habeat concubinæ, & in eadem usque ad mortem suam consuetudine permanserit, & forsitan liberos ex ea sustulerit, sancimus omnimodo non concedi heredibus defuncti eandem, vel liberos ejus, si etiam liberos habuerit, in servitutem deducere, sed post mortem domini sub certo modo eripiatur in libertatem una cum sobole sua, si etiam eam forsitan habuerit. Ipsi etenim domino, dum superest, damus licentiam quomodo voluerit uti tam ancilla sua, quam etiam ex ea progenita sobole, [&] in suo ultimo elogio quidquid voluerit contra eos disponere, id est, quasi servos eos aliis legare, sive in servitutem heredum nominatim relinquere. Sin autem taciturnitate [25] eos præterierit, tunc post mortem ejus ad libertatem eripiantur : ut sit mors domini, libertatis eorum exordium. Hominibus etenim uxores [26] habentibus concubinas, vel libertas [27], vel ancillas habere, nec antiqua jura, nec nostra concedunt. Dat. Kalend. Nov. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS 531.

TIT. XVI.
DE LIBERALI CAUSA [28].

De eo, qui filios vendidit.

1. Imp. ANTONINUS A. Saturnino.

REm quidem illicitam [29], & inhonestam admisisse te confiteris, quia proponis *filios ingenuos a te venundatos.* Sed quia factum [30] tuum filiis obesse non debet, adi competentem judicem, (si vis) ut causa agatur secundum ordinem [31] juris. PP. 5. Idib. Februar. *

De exceptione rei judicatæ.

2. Idem A. Veroniano.

SI hi, quos *servos tuos esse* dicis, liberi esse a diversa parte dicentur, de statu eorum more solito quæri oportet : nec enim res judicata [32] qua de proprietate [33] eorum pronunciatum est, opponi causæ liberali potest. Dat. Non. Febr. *Romæ*, MESSALA, & SABINO CONSS. 215.

Si liber homo alienæ ancillæ contubernium sequatur.

3. Imp. ALEXAND. A. Quirino.

SI liber homo alienæ [34] ancillæ contubernium sequatur : licet ei fuerit denunciatum [35] *ut se abstineret*, servus domini mulieris non [36] fit. PP. Non. Februar. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

De re judicata.

4. Idem A. Jocundo.

SI is, *quem in servitutem petebas*, liber (quamvis absente [37] te) causa cognita pronunciatus est : secunda in servitutem petitio ejus dari tibi non debet. Sed si postea, quam cognovisti [38], de sententia judicis appellasti, an jure lata sit, in auditorio [39] quæretur.

De vendita a fisco, & de onere probationis.

5. Idem A. Sabino.

NOn ideo minus in libertatem proclamare potest ea, *quam ancillam tuam esse dicis*, quod eam vendente fisco [40] comparasti. Sed [41] nec hodie ad præscriptionem operatur, quod venditionis tempore major viginti annis fuerit : cum ætatis allegatio non [42] alias possit præscriptionem adversus civem Romanum accommodare, quam si participandi [43] pretii gratia consensum servituti dedisse probetur. † Probationis [44] sane onus, cum ex servitute in libertatem adseritur, ad te recipit : quæ si affirmationem suam non [45] impleat, inconcussum possessionis jus obtinebis.

De eo, qui scripsit se servum esse.

6. Imppp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. A. Nobilissimus Cæs. Verumeno.

NEc si volens scripsisses [46] *servum te esse, non liberum*, præjudicium juri tuo aliquod comparasses : quanto [nunc] magis, cum eam scripturam dare compulsum [47] te esse testaris ?

Si heres veniat contra factum defuncti.

7. Imp. AURELIANUS A. Secundo.

SI ab eo, cujus servus fuisti, manumissus es : frustra libertatis controversiam sustines, maxime [48] ab herede ejus, qui [te] manumisit : cum etsi jure [49] libertas non processerit, respectu tamen aditæ hereditatis voluntatem defuncti, suo consensu firmare debuit.

1 Vide *l.* 16. ℑ. *de lib. caus.* adde *supr. si rector provinciæ.*
2 Possis dicere, κοινὰ καὶ καινά. Hujus enim tituli constitutiones ad omne genus manumissionis referuntur : His denique Justiniani novis constitutionibus vetus jus abrogatur.
3 Nota jus vetus receptum in servis a proprietario manumissis. 4 Id est, ut ab antiquis usitatum erat. Ulpian. 1. §. 19. 5 *l.* 23. *ff. de liberali causa.* 6 De servo consentiente proprietario simul & usufructuario manumisso. vid. *l.* 15. *ff. quibus mod. ususfructus.* adde *l.* 6. *ff. de manumiss. testament.* 7 De servo a nudo proprietario manumisso.
8 Servus manumissus a proprietario, liber fit, & tamen servit usufructuario. Quo jure id fieri posse dixeris ? servit ut liber. *l.* 11. ꝟ. *de ingenuis.* Multum differunt, servum esse & servire. Illud juris est ; hoc facti. 9 De servo a nudo usufructuario manumisso, adde *l.* 2. *ff. de manumiss. vindict. l.* 9. *supr. de usufruct.* 10 Manumissus ab usufructuario non est liber, nec tamen servit proprietario. 11 Olim filiusfamilias jussu patris manumittere poterat : jussu matris non poterat. Paul. 1. *sentent.* 13. §. 2. per emancipatos etiam non poterat pater manumittere, *ut hic* Thalelæus notat : per suos poterat. *l.* 51. *in fin. ff. de rit.* *l.* 30. §. 1. *ff. qui & a quib. manumiss. l.* 23. *ff. de jure patron. l.* 16. *l.* 22. *ff. de manumiss. l.* 4. *l.* 10. *l.* 22. *ff. de manumiss. vindict.* hodie jus aliud est, ut mox dicetur. 12 Parentes possunt servos manumittere per liberos cujuscunque sexus : etiam si non sunt in potestate.
13 Manumissiones non tantum fiunt apud judicem, vel in Ecclesiis, sed & alio quovis modo, hoc est, testamento, codicillis, directo, vel per fideicommissum. 14 ꝟ. *de his qui in Ecclesiis manumittuntur.* vide *Concilium Africanum* 1. 15 *l.* 2. ℑ. *h. t.*
16 In successionibus nulla est inter liberos discretio. 17 Libertas a lege & Principe defenditur. 18 *l.* 1. *in fin. supr. h. t. &* ꝟ. *de his qui in eccles. manumit.*
19 *l.* 4. ℑ. *de vindict.* 20 Infans etiam manumitti potest. *l.* 25. *ff. de manumiss.* Imo & is qui est in utero. *l.* 14. *supr. de fideic. libert.* 21 Olim ætas hæc erat legitima civitatis Romanæ adipiscendæ : & servus ante hanc ætatem manumissus, non fiebat civis, sed Latinus, Theoph. *Instit. de libert.* Ulp. *l.* 1. §. 12. *l.* 39. §. 2. *ff. famil.* adde *l. ult. ff. de reb. dubiis.* *l.* 46. *ff. de manumiss. testam. l.* 13. *in fin. ff. de statulib.* 22 Extensio juris ecclesiastici ad commune. 23 Amplianda magis respublica, quam minuenda. 24 Ancilla domini concubina ejusque liberi, morte & silentio domini fiunt liberi. adde *Novell.* 78. *c.* 4.
25 Silentio libertas conferri potest. 26 Concubinam uxori superducere non licet. vid. *l. un. supr. de concub.* 27 *Al.* liberas.
28 *L.* 40. *D.* 12. & 4. *C. Theod.* 8. Paul. 5. *sent.* 1. 29 Res illicita & inhonesta patri liberos ingenuos vendere. vid. *l.* 1. *supr. de patribus qui filios suos distraxerunt :* adde *l.* 26. ꝟ. *de transactionib.* adde Paul. 5. *sent.* 1. §. 1. 30 Pater venditos a se filios invito emptore, oblato tamen pretio, potest evincere : ut ita facti sui, altero invito, pœnitere & a contractu suo recedere, suumque factum retractare interdum quis possit : qui casus specialis est.
31 Per adsertorem. Hodie adsertionis solennitas sublata. *l.* 1. ℑ. *de adsert. tollend.*
32 *l.* 25. §. 9. *ff. h. t.* 33 Alia est proprietatis causa, alia libertatis. 34 Contubernio ancillæ alienæ, liber homo non transit in alterius dominium. 35 Protestatio jure non munita, nullam vim obtinet. *Bald.* 36 Vid. *l.* 1. ℑ. *de SC. Claudiano.*
37 Sententia liberalis ferri potest absente parte : potest tamen ab ea appellari.
38 Tempus appellationis interponendæ non currit ignoranti. *l.* 3. ℑ. *quomodo & quando judex.*
39 Causæ appellationum in auditoriis pensantur. 40 Vendita mulier, etiam a fisco, in libertatem proclamare potest. 41 Ratio dubitandi. 42 *l.* 7. *ff. h. t. l.* 1. *ff. quib. ad libert. proclamare.* Ex constitutione Leonis 59. liber homo seipsum vendere non potest, etiam participandi præmii causa. 43 Quemadmodum id fieri potuit, dixi ad *dict.* *Nov.* 59. 44 Dixi ad *l.* 7. §. *ult. ff. h. t.* 45 *l.* 4. *supr. de edendo.*
46 Vide *l.* 39. ℑ. *h. t.* adde *l.* 26. ꝟ. *de transact.* 47 Paul. 5. *sent.* 1. §. 4. 48 Cur ita? vid. *l.* 31. *ff. h. t. l.* 3. ꝟ. *de reb. alien. l.* 13. *supr. de testam. manumiss.* 49 Dire-

De eo, qui nummos accepit, ut manumitteret.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Verinæ.

CUm adfirmes placuisse quondam domino tuo, *ut pro te, & pro filia tua dato*[1] *nummo certæ quantitatis vos manumitteret*, & te tantummodo liberavit: aditus Rector Provinciæ hortabitur[2] eum, salva reverentia, quam patrono liberti solent exhibere, placito suo stare. Dat. Prid. * MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De cognomine.

9. Iidem AA. & CC. Proculo.

CUm precum[3] tuarum conceptio licet eum, contra quem supplicas, *ex ancilla natum esse expresserit*, tamen nomini[4] cognomen, quo liberi duntaxat nuncupantur, addiderit, & non servum esse, sed servili macula adspersum comprehenderit: contra eum, qui servus non est, supplicasse te intelligis[5].

De pactis & administrationibus.

10. Iidem AA. & CC. Stratonico.

LIberos privatis pactis[6], vel actu[7] quocunque administrationis non posse mutata conditione servos fieri, certi juris est.

Si servus honores gesserit.

11. Iidem AA. & CC. Faustino.

NOn[8] mutant servi statum, si ad civiles honores illicite, atque improbe adspiraverint. Unde si status moveatur quæstio, intelligere vobis licet, nihil prodesse posse, quod[9] pater vester civiles honores gessit. Solemnibus itaque ordinatis, apud Præsidem Provinciæ de statu vestro cognoscetur.

De venditione.

12. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI [ex] liberta te natum aliquis comparaverit[10]: statum retines, quem antea habuisti. † Si vero ex ancilla editum naturalis pater, idemque dominus distraxerit, ac post emptori pretium solvisti: non idcirco libertatem consecutus es[11]. PP. 18. Kalend. Maji.

De statu defuncti.

13. Iidem AA. & CC. Paulo.

PRincipaliter de[12] statu defuncti agi non potest. Si vero ex peculio quondam ejus, quem tu bona reliquisse commemoras, res vindicentur, vel ejus filiis moveatur status quæstio: hæc omnia solenniter Præsidali[13] notione decidi debent. Dat. 5. Kalend. Maji.

De effectu litis ordinatæ.

14. Iidem AA. & CC. Quintiano.

LIte ordinata[14], in possessione libertatis, is, de cujus libertate quæritur, constituitur, & interim pro libero habetur. Dat. 4. Kalend. Maji, *Heracleæ*, AA. CONSS.

De probationibus.

15. Iidem AA. & CC. Palladio.

NEc omissa professio[15] probationem generis excludit, nec falsa simulatio veritatem[16] minuit. Cum itaque ad[17] examinationem veri, omnis jure prodita debeat admitti probatio: aditus Præses Provinciæ, solennibus ordinatis, prout juris ratio patitur, causam liberalem inter vos decidi providebit.

De minore in dotem data.

16. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

SI ministerium[18] tuum quasi libera exhibuisti; ac te nesciente quasi ancilla in dotem data, conscriptum instrumentum est: nihil hæc libertati tuæ nocere potuerunt: maxime cum te minorem ætate fuisse commemores, & placuerit minores[19] viginti annis nulla ratione mutare statum [posse,] ac pro liberis servos fieri: ne ante[20] libertatem inconsulte amittant, quam alii propter ætatis rationem sine consilio præstare non possunt. PP. 6. Id. Maji, *Hadrianop.* AA. CONSS.

Si quibusdam ex pluribus fratribus quæstio moveatur.

17. Iidem AA. & CC. Resino.

MUltis rationibus natalibus ingenuis fratribus natis, post delictis, vel casibus intervenientibus, singulorum causæ status separantur. Nihil itaque prohibet eundem, & tibi non[21] movere quæstionem [status] & eos, quos fratres tuos adseveras in servitutem vindicare, sive retinere. Igitur ad demonstrandam fratrum tuorum libertatem, aliæ sunt probationes necessariæ: nam quod[22] tibi non movetur quæstio libertatis, eorum non idoneam constat habere probationem.

De locatione.

18. Iidem AA. & CC. Zotico.

AD probationem ingenuitatis ab eo, contra cujus successores postulas, facta tibi[23] locatio non sufficit: nec[24] tamen hoc solum ad servitutis vinculum argumentum est idoneum. S. Id. Jul. *Philippopol.* AA. CONSS.

Si ab alio manumissus, ab alio servus dicatur.

19. Iidem AA. & CC. Paulo.

PRincipaliter causam ejus, de quo supplicas, esse, quam tuam perspicimus: nam cum te eum ad libertatem perduxisse profitearis, illius interest[25] magis solenniter suum tueri statum: & consequenter[26] tua etiam agetur causa: nam si ab eo contra quem fundis preces, servus dicatur, eique libertas ex manumissione tua vindicetur: probatio servitutis originis, & beneficium manumissionis libertatem illi adsignans, tuum etiam jus patronatus tuetur. Si vero consentiat servituti, tunc jure concesso, adito Præside Provinciæ, eum invitum etiam defendere poteris.

De libertate non revocanda. De his quæ non manumittendi causa fiunt.

20. Iidem AA. & CC. Æternali.

SIcut[27] semel præstitam libertatem revocari[28] non licet: sic per ea quæ non[29] manumittendi causa domini cum servis [propriis] agunt, nihil sibi detrahunt. S. 6. Kal. Septembr. AA. CONSS.

Esse in possessione servitutis vel libertatis.

21. Iidem AA. & CC. Thrasyllæ.

EAm, quæ in possessione[30] libertatis non sine dolo[31] malo reperitur, in servitute constitutæ simile[32] habere præjudicium, Edicto Perpetuo cavetur. [Sed] si controversia erit, utrum ex servitute in libertatem petatur, an ex libertate in servitutem, sui[33] conceptione manifeste probatur: nec quicquam juris ancillæ dolus propriis dominis aufert. S. Non. Octobr. *Sirmii*, AA. CONSS.

De natalibus, & de confessione.

22. Iidem AA. & CC. Pardalæ.

PArentes, natales[34], non confessio adsignat. Quapropter si ex ancilla nata, post ad libertatem manumissa pervenisti: te[35] *servam professa*[36] velut ex ancilla altera natam, hujusmodi simulatione[37] vel errore quæsitam manumissione libertatem amittere minime potuisti: cum servi[38] nascantur ratione certa, non confessione constituantur. Dat. 5. Kal. Decemb. AA. CONSS.

De obsequio præstito.

23. Iidem AA. & CC. Musciæ.

SI tibi testamento directa libertas a domino relicta est, & ex eo successerunt scriptæ [filiæ][39]: non idcirco quod secundum ejus voluntatem, vel contra, de filiabus[40] uni præstas obsequium[41], cæteræ filiæ tuam rescindere possunt libertatem.

De confessione apud acta.

24. Iidem AA. & CC. Sebastiano.

INterrogatam, & professam apud acta *se esse ancillam*, hujusmodi factum defensionem libertatis non excludit[42].

De instrumentis manumissionis.

25. Iidem AA. & CC. Licentiano.

SIcut instrumenta[43] prætermissa[44] manumissionis recte factæ nullum adferunt præstitæ libertati præjudicium[45]: ita si servum ad libertatem perduxisti, instrumentorum amissio nihil ei nocere potest. S. 5. Id. Februar. CC. CONSS.

cto scil. *l. 9. supr. de testam. manumiss.* 1 Id est, data summa aliqua pecuniæ. 2 Hortandus est dominus, ut servet pactum cum servo suo habitum. vid. *l. 9. in fin.* ꝭ. *de cond. ob caus.* 2. *Feud. ult.* id est, cogendus est moderate, ut hortationi nonnihil sit immistum necessitatis. Ideoque Græci sic legunt, ἀναγκάζεται. 3 Confessioni & libello supplicantis in ejus præjudicium, non in favorem statur. 4 Cognomen liberis hominibus usurpare licuit, servis non licuit, sic apud Athenienses decreto sancitum fuit: Ne fortissimorum virorum nomina, Harmodii scil. & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, unquam servis indere liceret. Nefas enim ducebant nomina libertati patriæ devota, servili contagio pollui. Gell. 9. *cap.* 2. Hinc etiam colligitur, Libertos nomen patroni adsumpsisse, suoque (quod unicum ante habebant) cum prænomine adjunxisse. Eo alludens Persius, *verterit*, inquit, *hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.* Idem testatur Artemidorus *lib. de somniis.* 5 Contrarius sibi ipsi testis non auditur. vid. Oldendorp. *cap. 7. n. 1. de testibus.* 6 *l. 37. ff. h. t.* Goth. Ad hanc legem vid. Alciat. *lib. 2. paradox. cap. 5.* Augustin. *lib. 3. emendat. c. 8.* Cujac. *lib. 5. obs. c.* 40 S. L. 7 *l. 2.* ꝭ. *de ingenuis manumiss.* Cujacius legit, *vel actus cujuscunque administrati rationem*, ita quoque Græci legunt. 8 *l. 28. l. 38.* ℭ. *h. t. l. 10 supr. de probat. l. ult.* ℭ. *si servus aut libert. lib. 10. tit. 32. l. 3. ff. de off. prætor.* his adde quæ scripsi ad *Novell.* 117. *c.* 11. ad eundem modum Tertullianus *lib. de præscript.* originis & successionis Apostolicæ jactatores, negat continuo Apostolicos esse, & tamen recte cum hujusmodi hominibus ab ignorante contrahitur. *argum. l. 3. ff. de SC. Macedon.* 9 Vid. *l. 11.* ℭ. *ad l. Fab. de plagiar. l. ult.* ℭ. *de fugit. lib. 11. tit. 62.* 10 *l. 4. §. 2. ff. de manumiss.* 11 Imo consequi debes. *l. 1. supr. h. t.* 12 ℭ. *ne de statu defunct.* 13 *l. 3.* ℭ. *ne de stat.* 14 Vindiciæ dantur secundum libertatem. *l. 24. 25. §. ult. ff. h. t. l. 1. supr. qui dare tutor. l. 2. §. 24. ff. de orig. jur.* adde *l. 21.* ℭ. *h. t.* dixi ad leges 12. tabular. *tit. 22. §. 2.* de ordinatione libertatis, vid. Cujac. 18. *obs.* 23. 15 *l. 39.* ℭ. *h. t.* hoc itaque referendum videtur ad professiones natalium, de quibus dixi ad *l. 6. supr. de fide instr.* 16 Falsa simulatio veritatem non minuit, *ut hic*, & *l. 5.* ꝭ. *de jur. & fact. ignor. l. 6. ff. ad municip.* 17 Ad examinationem veri, omnis justa probatio admittenda. 18 Liber ministerium alteri exhibere potest. *l. 2. 6. & 11.* ꝭ. *de ingenuis manumiss.* 19 *l. ult. supr. de ingenuis manumiss.* 20 *l. 5. supr. h. t. l. 7. §. 1. ff. h. t.* 21 Absurdum est ut quis ultro libertatem suam amittere possit ea ætate, qua alii libertatem conferre non potest. 22 *l. 7. supr. de ingenuis. l. 17.* ꝭ. *de probat.* 23 *d. l. 17.* 24 Etiamsi servus rem aliquam a domino conducit, non ideo fit liber. 25 Facit *l. 22.* ꝭ. *de probat.* 26 Causa dicitur principaliter pertinere ad eum cujus magis interest. *Bald.* facit *lex 3. 4. 5. ff. eodem.*

27 *d. l. 5.* 28 Semel præstita servo a domino libertas, amplius ab eodem domino revocari non potest, *ut hic. Synops. Basil.* 48. *tit. 20. cap. 20.* Nihil difficilius revocatur quam libertas. *l. 26.* ℭ. *h. t.* 29 Vid. *l. 24. §. 8. ff. de fideicomm. liber. l. 17. §. 1. ff. qui & a quib. manum.* 30 *l. 14. supr. h. t. l. 4.* ꝭ. *ubi caus. stat.* 31 *l. 7. §. 5. vers. Etsi. ff. h. t. l. 15. supr. de prob.* 32 Paria sunt in servitute constitutum esse, & dolo malo in possessione libertatis esse. 33 *l. 22. in fin.* ℭ. *de evict.* 34 Parens is proprie est ac vere, ex quo nos geniti, non qui nos filios ac liberos appellat. Parentem enim natales faciunt, non confessio, *ut hic.* hac ratione servi nascuntur: confessione non constituuntur. *in fin.* ℭ. *eodem.* Quod autem hic dicuntur *natales nobis parentem adsignare*, nihil aliud est, quam nos eam sortiri conditionem quam parens habuit cum ei nasceremur. Cæterum non ut natalibus nostris continuo, vel liberi, vel servi dicimur: ita natalibus patris, liberi continuo videmur. *l. 10.* ꝭ. *de probat.* Goth. Vid. hic Brisson. *lib. 1. selectarum cap. 5.* S. L.

35 *Te velut ex altera natam ancillam; servam professa quæsitam manumissione libertatem, hujusmodi simulatione, vel errore amittere &c.* quidam ita legunt. 36 Mutatio hæc multiplex. Ancilla nata ex Arethusa, manumissa est: manumissa postea se ancillam quasi ex Dorcade confessa est, hujusmodi confessio sive simulationem voces, sive errorem, quæsitam semel manumissione libertatem non eripit. 37 *d. l. 15. supr. h. t.* 38 Servitus confessione nuda non contrahitur, sed vel natura, *ut hic.* vel lege. 39 *Scripti*, ita legitur *in libris Basilicis.* 40 *Filiis, libri Basilicon.* 41 Ex obsequio uni heredum præstito a servo libertate donato, præjudicium libertati non fit. vid. *l. 2. supr. h. t.*

42 Si modo metu & impressione alicujus terroris confessio apud acta facta sit. Paul. 5. *sentent.* 1. §. 4. alias confessio apud acta præjudicat, donec contrarium probetur. 43 Facit *lex* 10. *in fin.* ꝭ. *de fide instr. l. 15. supr. de jure dotium.* 44 Mos fuit apud veteres manumissis instrumenta manumissionis tradere, *ut hic*, & *l. 26.* ℭ. *h. t.* eadem status instrumenta appellari puto *in l. 8. §. 1. ff. quod met. caus.* 45 *Vitium:* quidam ita legunt, eamque le-

De libertate non adimenda, de instrumento manumissionis.

26. Iidem AA. & CC. Modesto.

Sicut datam libertatem manumissis adimere [1] patronus non potest: ita manumissionis [2] instrumentum praestare cogitur.

De re judicata, de collusione & confessione ejus qui controversiam passo successit.

27. Iidem AA. & CC. Austerio.

ARrianus mota sibi quaestione a Leonide, *liber fuit pronunciatus* [3]: in servitutem a victo iterum non recte petitus est. Coheres [4] etiam tibi ab Arriano datus, colludens cum eo, sive heredibus ipsius qui statum [ei] moverat quaestionem, nihil tibi obfuit: nec ea, quae in confessione inter eos venerunt, statum veritatis, vel nomen substantiae defuncti mutare potuerunt.

De statu & dignitate parentum.

28. Iidem AA. & CC. Eurymedonti.

AVi paterni magistratu functi dignitas [5], ad libertatis probationem nihil nepoti prodest: si quidem in liberali causa matris [6] non patris inspicitur conditio. Sed nec materni [7] avi sola sufficit: cum licet avia quoque libera probari possit, multis tamen ex causis status mutari consuevit. *Sirmii*, 4. Id. April. AA. CONSS.

De redempta ab eo, in cujus fuit contubernio.

29. Iidem AA. & CC. Troillae.

DE ancilla matre natam, & ab eo redemptam, in cujus fuit contubernio [8], si non manumittitur, in servitute permanere non ambigitur.

De obsequio non praestito.

30. Iidem AA. & CC. Eutychiae.

SOlo obsequii [9] non praestiti velamento, data libertas rescindi non potest.

De quaestione improbe mota.

31. Iidem AA. & CC. Cassianae.

SI tibi servitutis improbe moveatur quaestio: solennibus ordinatis, de calumnia [10], vel injuria (prout vindictae viam elegeris) habita contestatione, posteaquam servus non esse fueris pronunciatus, adversus eam sententiam postulare potes: tunc demum etiam de his, quae direpta probaveris, restitutionem (cum pro libertate fuerit pronunciatum) petiturus. S. 5. Id. Octobr. CC. CONSS.

De subscriptione filiorum domini manumittentis.

32. Iidem AA. & CC. Athenaidi.

SUbscriptio [11] filii [12] domini manumittentis, nec addere secuta, nec omissa detrahere libertati quicquam potest.

De eo, qui accepta pecunia manumisit.

33. Iidem AA. & CC. Melitianae.

LIcet accepta [13] pecunia dominus te manumisit; tamen tributa libertas rescindi non potuit. S. 4. Id. Novembr. CC. CONSS.

De concubinatu.

34. Iidem AA. & CC. Eremoniae.

LIbera, concubinatus ratione non constituitur ancilla [14]. Dat. Id. Nov. CC. CONSS.

De eo, qui pupilli res velut tutor administravit.

35. Iidem AA. & CC. Attalo.

NOn idcirco minus, quod pupilli res velut [15] tutor administrasse dicitur, ex ejus persona servitutis pati quaestionem potest.

De pactis.

36. Idem AA. & CC. Theodoro.

POst [16] certi temporis ministerium ancillae, *liberam eam esse cum ea paciscendo*, conventionis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatem: utque hoc verum est, ita [17] e contrario, si filios suos constituta cum his, libera [18] in ministerium tibi tradere promisisse [19] probetur, parere placitis non compellitur.

De venditione hominis liberi.

37. Iidem AA. & CC. Olympio.

SI filium [20] tuum liberum genero vendidisti [21]; qui tam proxima [22] necessitudine conjunctus, conditionis ignorantiam simulare non potest, utrisque [23] sociis criminis accusator deest.

De Limenarchis.

38. Iidem AA. & CC. Philesarpho.

NOn [24] idcirco minus, quod te *Limenarcha* [25] creato nemo contradixit reipublicae nomine, moveri tibi status quaestio potest. Dat. 16. Kal. Januar. *Nicomed.* CC. CONSS.

De professione.

39. Iidem AA. & CC. Potesentico.

LIberos *velut servos se profitentes* [26], statum eorum mutare non posse constat. S. 6. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De altera parte absente.

40. Exemplum sacrarum literarum AA. & CC. ad Verutum.

JUxta Edicti nostri continentiam [27] in liberalibus quoque negotiis, sive de libertinitate, sive de ingenuitate [quaestio] moveatur, absente [28] nihilominus una parte causam discuti, & pro justitiae ratione sententiam proferri, nihil prohibet.

De epistolis.

41. Impp. CONSTANTIN. & LICINIUS AA. ad Eutychium Praesidem Cappadociae.

JUbemus omnes epistolas [29] actricis, quas ad Aelium *tanquam* [30] *principalem* [31] fecerat, inanes ac vacuas esse, atque in irritum devocari: ac de ingenuitate ejusdem Aelii requiri: nec mulieri id obesse, *quod ad eum tanquam decurionem* [32] *ac principalem scripserit*, vel id, quod idem se finxerit decurionem, vel principalem: maxime cum non solum testium professione, & cognationis ejus jugum servile cognoscitur, verum etiam voce [33] propria ejusdem Aelii apud aliud [34] judicium patuerat, quod conditionis servilis videretur.

De filiis natis ante, vel post litem contestatam super statu matris.

42. Imp. CONSTANT. A. ad Maximum P.P.

PLacuit eos, qui nascuntur, matrum [35] conditionibus uti, quarum mox [36] visceribus exponuntur. Ante [37] vero litem nati, suo nomine omnes in quaestionem vocentur: quoniam hos solos, qui in [38] lite nati erunt, omnem fortunam matrum complecti oportet, aut justis tradi dominis, aut libertate cum lucis [39] auctoribus frui. Dat. Prid. Id. Julii.

TIT. XVII.

DE ADSERTIONE [40] TOLLENDA [41].

Qui de possessione libertatis in servitutem provocatur, per procuratorem potest respondere. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae P.P.

LItes super servili conditione movendas, ad clementiorem tam examinationem, quam terminum transferimus: jubentes, si quis vel adhuc serviens liberum se esse dixerit, vel in libertate commorans, ad servitutem vocatus fuerit: adsertoris difficultatem in utroque casu cessare [42], ipsumque per se [&] ad intentionem ejus, qui dominum sese adserit, respondere: & si ex possessione libertatis ad servitutem ducitur, etiam procuratorem dare minime prohiberi: quod his, qui ex servitute ad libertatem prosiluerint,

ctionem Graeci probant, apud quos legitur ἰλάτιωμα. Cujac. 18. *obs.* 22. 1 *l.* 20. C. *h. t.* 2 *l.* 25. *supr. h. t.* vid. quae notavi ad *l.* 9. *ff. de novationibus.* 3 Liber pronunciatus ab adversario nunquam in servitutem peti potest: ab alio posse videtur, *arg. l.* 63. *ff. de re judic.* 4 Coheredis confessio super statu defuncti non praejudicat coheredi contrarium adserenti. *Salicet.* 5 *l.* 10. *supr. de probationib.* facit *l.* 11. *supr. h. t.* 6 In libertatis causa, matris non patris inspicitur conditio, *ut hic*, & *l. ultim.* J. *eodem.* In nobilitatis causa contrarium hodie observatur. vide quae dixi ad Ulpian. 5. §. 8. 7 Avi paterni vel materni ingenuitate nemo probatur omnino esse ingenuus. 8 Qui ancillam redimit ut ea concubina utatur, eam non liberat. *l.* 34. J. *eodem.* vid. tamen *l. ultim. supr. comm. de manumiss.* 9 Non necessarii, aliud si alimenta denegant. *l.* 6. *ff. de agnosc. lib.* 10 Qui per calumniam dicitur servus, probata causa liberali potest injuriarum experiri. *l.* 39. §. 1. *ff. h. t.* vid. *l.* 9. *l.* 10. J. *de injur.* 11 Tenet manumissio a domino facta, licet manumissioni filius non subscripserit. 12 Puta heredi. *l.* 13. C. *de testament. manumiss.* 13 Dominus accepta pecunia potest servum manumittere, *ut hic*, ut pater filium. *l.* 107. *ff. de verborum obligat.* dicendum alias videbatur manumissionem gratuito fieri, vel omnino non fieri. 14 *l.* 29. C. *h. t.* v. *l. unic.* J. *de SC. Claud.* 15 Pupillus tutorem quondam suum, servum potest dicere: id est, Etiamsi servus titulum domini administraverit, non tamen efficitur libertus. 16 Pactum inter dominum & ancillam non adstringit. *l.* 13. *in fin. supr. de transact.* Igitur ex pacto libera non erit, quae se liberam pacta fuerit, cum ancilla esset: quemadmodum per contrarium ei quae cum filiis est libera, pactum non nocet, quo se ancillam esse pacta est. *Synopsis Basil.* 48. *Tit.* 26. *ex tit.* 26. *c.* 34. 17 Vid. J. *eodem.* 18 *Cum iisdem libertate &c.* ita emendo, hoc nimirum sensu: Servus cum domino stipulari non potest, ut certi temporis ministerio alicui exhibito fiat liber: ita nec filius, ut certi temporis obsequio alicui exhibito emancipetur. Priori pacto dominus non tenetur. & ita quadrat comparatio: nisi malis ita cum Graecis. Ancilla pacto non fit libera. Libera pacto non fit serva. 48. *Ecl.* 20. *c.* 34. vel melius dic: Pacto non potest effici, ut post certi temporis ministerium fiam liber: & vice versa, pacto non potest effici, ut post certi temporis ministerium fiam servus una cum liberis meis, & priori pacto adversus te agere non possum: & posteriori adversus me vel liberos meos agere non potes. 19 *l.* 1. C. *h. t.* 20 *l.* 1. *supr. h. t. l.* 1. C. *de patrib. qui filios distraxerunt.* 21 Qui sciens liberum hominem vendit, plagium committit. 22 Inter proximos & cognatos praesumitur scientia. vid. *l.* 7. *supr. de in integrum restitut. min.* 23 Participes ejusdem criminis invicem se non excusant. *l.* 16. *in fin. ff. de quaestion.* 24 Vid. *l.* 11. *supr. h. t.* 25 De limenarcha dixi ad *l.* 4. *ff. de fugitivis. l.* 18. §. 10. *ff. de munerib.* 26 *l.* 6. *l.* 15. *l.* 22. *l.* 24. C. *h. t.* apud officium aliquod scilicet. vid. Paul. 5. *sent.* 1. §. 3. 27 Id est, formulam, tenorem. 28 *l.* 4. *supr. h. t. l.* 27. §. 1. *ff. h. t. l.* 1. §. 2. J. *tit. prox.* 29 Epistolis ingenuitas probatur. *l.* 22. J. *de agricol. lib.* 11. *tit.* 67. sed & consanguinitas. *l.* 13. *supr. de probat.* licet adversus epistolam contrarium possit probari, admittitur enim probatio per testes, per cognatos: imo propria confessio admittitur. *l.* 29. C. *de probat.* 30 Si dominus ad servum tanquam ad principalem civitatis literas dederit, non ea ratione liberum facit. 31 Principales de quibus *hic*, & *l.* 42. J. *de decurionibus. lib.* 10. *tit.* 11. *l.* 5. *in fin. C. de cohort. lib.* 12. *tit* 1. *l. unic. in fin.* J. *de imponenda lucrativa descript. lib.* 10. *tit.* 33. *l.* 4. *C. Theod. de extraord. sive sordidis muneribus. lib.* 11. Isidor. 9. *Etymol.* 4. decurionum primi, a quibus distributionum omnium forma procedit. *C. Theod. de iis quae ad. vel off. pub. ger. l.* 4. *C. Theod. de extraordin. muner.* Hos intelligit Tertullianus *lib. de corona*, *Coronatur*, inquit, *& vulgus nunc ex principalium proprietatum* (lege *promotionum*) *exultatione.* Illic tamen nonnulli interpretantur principum nativitates. Hi erant decem vel quindecim vel viginti pro curiarum amplitudine. Inde *decem primi curiales*, *l.* 2. *in fin. Cod. Theod. de quaest. l.* 44. *l.* 42. *Cod. Theod. de his, quae super relat. l.* 39. *C. Theod. de episcopis & clericis.* Iidem *viri principales.* Apulejus 8. *de Asino: principales civitatum* dicuntur. *l.* 27. §. 1. *ff. de poenis. l.* 2. §. 1. J. *quando & quibus quarta pars lib.* 10. *tit.* 34. Firmicus 5. Mathes. 2. Salvianus 5. *de vero Dei judicio.* Hinc *principales Antiochenses*, *l.* 2. J. *de excusat. mun. lib.* 10. *tit.* 47. *Alexandrini principales*, *l.* 56. J. *de decurionib.* qui & *summates ordinis Alexandriae*, *l.* 57. *d. tit.* 32 Si dominus ad servum tanquam ad decurionem litteras miserit, eum liberum non facit. 33 Voce propria condemnari, damnatio maxima est. 34 Confessio facta in uno judicio, nocet in alio. 35 *l.* 28. C. *h. t. l.* 7. *supr. de rei vindic.* Goth. Vide hic Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 23. Ans. 36 *Partus*, viscerum matris portio. 37 De liberis ante litem natis. 38 De liberis post litem natis, vide *l.* 10. *ff. de usuris.* 39 Id est, cum parentibus. sunt enim nobis parentes lucis autores.

40 *Adsertio*, est defensio ejus, qui status controversiam patitur. Adsertor, vindex: alienae vindex libertatis. Theoph. *Inst. de his per quos agere.* dixi *in Topicis Ciceronis in loco Notationis.* Ideo admittebatur adsertor, quia is, cujus status vocabatur in dubium, videbatur ea de re per se agere non posse, sed per adsertorem tantum: ne alioquin videretur servus egisse in dominum. vide *l.* 1. 2. 3. 4. *C. Theod. de liberali causa.* vide Paul. 5. *sent.* 1. §. *ult.* Mart. 1. *epigr.* 53. *Adsertor veniat satisque praestes, Et cum se dominum vocabit ille Dicas esse meos manuque missos. Hoc si terque quaterque clamitaris Impones plagiario pudorem.* adde Quintil. 5. *cap.* 2. & 48. *Ecl.* 20. περὶ δουλογραφίας: id est, adsertione in servitutem, vide Suetonium *in Domitiano*, ubi de persuasoriis adsertionibus. 41 Cur tollitur adsertoris usus? quia diu trahitur judicium liberale. Quod jus hodie sit, mox dicam. 42 Hodie in causa libertatis non est necessarius adsertor. Nam ipse aut per se causam agit, cui fit status controversia, aut per procuratorem, si ex libertate in servitutem petatur: non si ex servitute in libertatem. J. *h. t.* quia servus esse praesumitur, qui est in possessione servitutis, & servus habere ad litem procuratorem non potest. In hoc autem differt procurator ab adsertore, quod adsertor suo periculo causam agit, & satis praestat judicio sisti, & res salvas fore quas tenet is, qui servus dicitur. *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de liberali causa.* Et si defecerit in causa (quod non debet.

penitus

penitus interdicimus: illis legibus, quæ dudum & secunda [1], & tertia [2] vice adsertorias lites examinari præcipiebant, in posterum conquiescentibus: cum sit justum primam definitionem in suis manere viribus, cum provocatio nulla oblata fuerit: qua porrecta ad similitudinem aliorum negotiorum judex, ad quem res ex provocatione deducitur, eam examinabit: cujus & ipsius judicium ad secundam exquisitionem minime deducetur occasione legum, quæ super adsertoriis litibus positæ sunt. §. 1. Super peculio [3] etiam eorum, vel aliis rebus, aut causis veterem defensionis observationem tollimus: præcipientes illorum tantummodo peculia, qui ex possessione servitutis super libera conditione litigant, aliasque res, quæ vindicantur, in tuto pro dispositione judicis collocari. §. 2. Omnes vero, qui pro libertate periclitantur, si quidem possunt fidejussorem dare, eum exigi. Sin vero revera datio ejus impossibilis eis sit, hocque judici manifeste ostendatur: juratoriæ cautioni committi. Scientes, quod si post hujusmodi expositionem abfuerint, & Edictis citati [4], in absentia nihilominus per unum annum duraverint, omnimodo servituti obnoxii erunt, & ejus dominio, qui litem eis intulit, sine ulla dubitatione adsignabuntur. §. 3. Scire vero eos volumus, qui aliquem ad servitutem vocant, quod si post primam accusationem in quocunque judicio, vel ex divali jussione factam, & [post] admonitionem ei oblatam, qui servus esse dicitur, in alio [5] judicio eum accusaverint: præterquam si ejus occasionem ipse, qui servus esse dicitur, præstiterit: etsi domini sint, suo jure privabuntur. Dat. 3. Id. Decemb. Dom.

Si is, qui de servitute proclamat in libertatem, moriatur lite pendente, finitur causa. Salic.

2. Idem A. Joanni P. P.

EXpeditam antea quæstionem in præsenti autem ex nostra lege, quam de adsertione tollenda posuimus, in quandam difficultatem incidere periclitantem, compendioso remedio fulciendam esse censemus. Cum etenim per adsertores super libertate judicium agitabatur, si in medio, adsertore litem agente, adsertus ab [hac] luce fuerat [6] subtractus, necessitas imponebatur nihilominus adsertori litem implere: ut emptor, si victus erat, & pro libertate fuerat pronunciatum, habeat regressum adversus venditorem: ut ei, quasi liberæ personæ venditor reddat id, quod emptionali [7] instrumento continebatur, vel [8] natura contractus exigebat. In præsenti autem, quia adsertorum vana nomina rejecta [9] sunt: si persona, pro cujus conditione lis agitur, mortua fuerit: quemadmodum judicium potest adimpleri, una [10] tantum persona in judicium veniente? Sancimus itaque in præsenti casu licentiam esse emptori adversus suum auctorem venire, quatenus vel ostendat [11] venditor servum se vendidisse: vel si non [12] potuerit, quasi libera persona vendita, evictionis periculum ad eum revertatur.

TIT. XVIII.

QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE [13] NON LICET: ET DE REBUS EORUM, QUI AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON PROHIBENTUR.

Si venditus non est pretium participatus, in libertatem se proclamat, alias secus. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Proculo.

DIspar [14] causa est ejus, qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, & ejus, qui pretium participatus est. Nam superiori quidem non denegatur libertatis defensio: posteriori autem, & si civis Romanus sit, & participatus est pretium, libertas denegatur. † Eandemque [&] in eo distinctionem adhibendam, cui [15] fideicommissaria libertas debetur, meritissimi [16] juris auctores responderunt. PP. Kal. Maji, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Servi effecti propter delictum insigne, non possunt in libertatem proclamare. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Melanæ.

DE latronum familia [17] descendentibus, ex largitione principali [18], vel auctoritate fiscali servis factis, retro principes libertatem denegari decreverunt.

3. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. P.

SI quis [19] in libertatem proclamaverit, id, quod apud se esse ejus, qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam non de eo dubitatur, *reddi* [20] *ac deferri* Judex protinus pronuntiabit. † Quod vero petitur, si fuerit negatione dubium [21], per cautionem conservabitur ac petitio differetur: ut si fuerit approbata libertas (quoniam & ipsis, qui his rem commiserunt, medendum est) gestarum rerum ab eodem ratio, atque omne, quod debetur, reposcatur: ut servitute depulsa, qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut servo domini jure largitus est, & quæ ex earum rerum quæstu ac fructibus congregata sunt, & quæ de furtivis compendiis obscure capta ac parata sunt; cum liberum esse non oporteat, quod apud servum dominus peculii nomine collocaverat. Ea vero, quæ testamento, vel donatione quæsita sunt, aut quæ ex earum rerum emolumentis empta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur: quæ tamen universa exacto libertatis judicio, quatenus a supradictis rebus discernuntur, in sequestro [22] esse oportet: ut his ab utroque deductis, atque in medio [23] collocatis, ad eorum proprietatem uterque contendat. Dat. 15. Kal. Mart. *Thessalonicæ*, SEVERO & RUFINO CONSS. 324.

TIT. XIX.

DE ORDINE [24] COGNITIONUM [25].

Pendente lite super statu, non potest servus de crimine suum accusare adversarium. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Vitalio.

CUm & ipse [26] confessus es, *statum te controversiam pati*: qua ratione postulas, priusquam de conditione constaret tua, accusandi [27] tibi tribui potestatem contra eum, qui te servum esse contendit? Cum igitur (sicut allegas) statu tui generis fretus es: juxta jus ordinarium Præsidem [28] pete, qui cognita prius [29] liberali causa, ex eventu judicii, quid de crimine [30] statuere debeat, non dubitabit. PP. Id. * MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De libertate prius, quam de hereditate cognoscitur, si de ea principaliter quæratur: secus si incidenter, & de hereditate principaliter. Salic.

2. Idem A. Gallo.

SI de hereditate [31], & libertate controversia est, [prius [32]] agi causa libertatis debet: Sed si de hereditate agetur: ordinanda prius quidem est causa libertatis: sed sufficit [33] ei, qui libertate utitur, ad victoriam de hereditate secundum eum esse pronunciatum. PP. 5. Idib. August. MAXIM. II. CONS. 224.

Quando pœna delicti dependet a statu, quæstio status est prius determinanda. Bald.

3. Idem A. Valerio.

SI [34] crimen aliquod inferatur ei, *quam ingenuam esse dicis*, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam Præside præbente: quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, [utrum [35]] ut in liberam, & ingenuam, an ut in ancillam constitui oporteat [judicium].

Si sit quæstio de statu accusati, prius de statu debet cognosci, quam super crimine pronunciari. Salic.

4. Imp. GORDIANUS A. Menedemo.

SI status controversiam pateris, lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronunciatum, agere etiam adversus eum, qui se dominum tuum esse contendit, non prohiberis. Quod si ideo te ab accusatione [36] elidat, quasi servum non proprium, sed alienum: liberale quidem judicium cessat, causæ autem examinatio apud eum, qui judicat, ostendet, utrumne accusatio induci debeat propter statum personæ, an evanescat. Dat. 10. Kalend. Decembr. GORDIAN. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Quæstio, vel exceptio status impedit eum, de cujus statu quæritur, actiones movere vel exercere, prius quam de statu fuerit cognitum. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Alpheno.

CUm status quæstionem tibi moveri, & te debita [37] velle petere commemores, ordinarium est, prius solennibus interpositis (si hoc juris admiserit ratio) causam liberalem apud Præsidem provinciæ decidi: ut si liber fueris, vel servus non esse pronunciatus, tunc tibi jure debita restitui jubeat: cum hoc incerto, utrumne tibi libero constituto an domino tuo (si servum te sententia declaraverit,) debeatur, ad solutionem debitorem tuum urgeri non oporteat. S. Prid. Kalend. Maji, *Beraci*, AA. CONSS.

De rebus raptis ab his, quos servos tuos contendis, non prius quæritur quam causa servitutis & libertatis decisa fuerit. Salic.

6. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI res tuas raptas [38], vel amotas [39] esse dicis ab his, *quos servos tuos esse contendis*, hique in libertatem proclamaverint: causa liberalis prius adversus eos, & tunc damni dati, rerumque amotarum lis apud Præsidem provinciæ contestanda est: ut si quidem liberi, vel servi non esse pronuncientur, tunc demum damni dati, & amotarum rerum procedere possit adhibita probatione

l. 2. infr. h. t.) tenetur pœnali actione. Ista omnia cessant in procuratore. 1 Hodie igitur liberale judicium iterari prohibetur sublatis adsertionibus profusoriis: id est, his, quæ dicis causa instituebantur, non strenua opera: alias retractatio causæ, veluti ex oratione Divi Marci non est sublata. *l. 1. §. 3. ff. ne de statu.* 2 Proclamatio in libertatem, *præjudicium*, ob id dicta, quod iteraretur terque quaterque. Martialis 1. *epigramm.* 53. *si terque quaterque clamitaris.* Apud Græcos in hac lege est ἐν τῇ τρίτῃ, καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ: servitus non iteratur. *l. 4. supr. de liberali causa.* 3 Pecunia bonave ejus, qui de statu suo litigat, sequestro non debent deponi, nisi ex servitute proclamaverit in libertatem, quod intellige ex *l. 3. infr. tit. proxim. & l. ult. infr. de ordine cogn.* 4 Is, qui servus dicitur, ob solam contumaciam servus pronunciatur: cum tamen in omnibus aliis causis contumax, si bonam causam habuerit, vincere soleat: idque fit ob causam perjurii. *l. 41. supr. de transact.* 5 Apud quem status controversia incepta, apud eundem finitur: alias, qui servum vindicat, causa cadit. 6 Si servus venditus ante litem contestatam in causa liberali moritur, non debetur evictio: si post, debetur, nisi venditor doceat de dominio. 7 Emptionale instrumentum. 8 Evictio pacto debetur, vel natura contractus. 9 *l. 1. supr. h. t.* 10 Judicii forma destruitur, si unus litigantium principalis de medio subtrahitur. 11 Venditor non præsumitur dominus nisi probet. 12 Præsumitur liber, qui servus non probatur. 13 Dixi *ad L. 40. D. 13.* 14 Sola pretii participatio proclamationem ad libertatem impedit: at non nuda venditio sine participatione, quamvis scienter facta ex æquo, tamen admittitur. vide *l. 5. supr. de liberal.* 15 *l. 4. ff. h. t.* 16 *Meritissimo*, quidam ita legunt. 17 Id est, secta, factione: hoc innuit, Latronis familiares captos, & munificentia principis capienti donatos pro præmio, aut fisci factos in libertatem proclamare non posse. 18 Præmio servi fiunt. *l. pen. C. Th. de lib. caus.* 19 *l. 2. C. Theod. de lib. caus.* 20 Vide *l. 34. ff. de liberali.* 21 Negatione res fit dubia. 22 Dixi ad *l. 1. §. 1. supr. tit. prox.*

23 *Sequestri*, *d. l. 2. C. Theod. medio jure. d. l. 2.* Cujac. 12. *observ.* 6. 24 49. *Eclog.* 22. 25 Id est, judiciorum liberalium, status libertatis, ingenuitatis, servitutis. adde *lib. 3. tit. 8. supr. de ordine judic.* 26 Ad hanc legem vide Revard. *lib. 3. variar. c. 20.* Govean *lib. 1 var. lect. c. 33.* S. L. 27 Pendente lite status servi, servus de crimine suum adversarium accusare non potest. *ut hic, & l. 4. infr. h. t.* 28 His verbis num necessitas præsidi cognoscendi imponitur? Goveanus non putat *lib. variar.* 3. quem vide: Rævardus quoque 3. *variarum* 20. negat Præsidem vel Prætorem de causa status cognovisse, vide tamen *l. 5. infr. h. t. l. 5 supr. ubi causa status. l. 7. infr. Ne de statu defunctorum. l. 4 ff. Si ingenuus.* vide etiam quæ notavi ad *l. 2. supr. de pedan. & ad l. 1. supr. de ordine judic.* 29 Liberalia judicia prius decidi oportet, quam criminalia vel civilia, *l. 2. 3. 4. 6. & 7. J. h. t. l. 18. infr. de evict. l. 26. infr. ad l. Jul. de adulter.* 30 Injuria scil. Nam qui per calumniam status controversiam movet, criminaliter accusari potest. *l. 31. supr. de liberali.* ut eo pacto sententia expressa tacitam includat. 31 *l. 7. ff. de petit. her.* 32 Vide *l. 1. supr. h. t.* 33 Quotiescunque quis in causa principali vincit, omnia incidentia sunt sopita. *Bald.* adde *l. 10. ff. de his qui sunt sui.* 34 Quoties unus & idem ab uno criminis, ab alio status quæstionem patitur: prius de statu quærendum est quam de crimine: ut sciamus utrum ut in ancillam, an ut in liberam crimen constituendum sit. *ut hic*, *Synops. Basil.* 48. *tit.* 26. περὶ διαγνώσεως, *ex tit. 22. c. 3.* 35 Pœna quoties inferenda a qualitate delicti dependet, quæstio status primum deciditur, *ut hic*: aliter enim puniuntur servi, aliter liberi. 36 Vide *l. 1. supr. h. t.* 37 Status cui fit controversia, sibi debitum petere non potest. potest enim accidere, ut servus actor pronuncietur: ideoque status causa prius decidenda: Vel ita, Qui sibi deberi dicit, & status controversiam patitur: primo liber declarari debet, ac tum debita sibi petere. *Synops. Basil. d. tit. 22. c. 1.* 38 *Ruptas*, Cujac. 18. *obs.* 2. estque verbum legis Aquiliæ huic loco optime conveniens, in quo de rebus furto subreptis agitur: de rapto tamen agitur in *l. 7. infr. h. t.* Goth. Vide hic Revard. *lib. 1. de præjud. cap. 4.* S. L. 39 Causa status criminalem præcedit. *l. 1. l. 4. supr. h. t.*

condemnatio. Si vero secus, quæstio rerum amotarum evanescat. Dat. 3. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

Si possessorium rei recuperandæ, & petitorium super libertate simul intentetur ab eodem, petitorium prius deciditur, & ex ejus eventu ad possessionem revertitur.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P.P.

SI quando negotium status fuerit exortum, [si quidem] ab ejus parte, *qui dicitur servus*, aliquid dicatur dominus abripuisse [1], prius considerari placet, utrum de possessione [2] servitutis in libertatem reclamandum putet, an vero ex possessione libertatis in servitutem vocetur. At si eum de obsequiis servilibus libertatem constiterit flagitare: ante [3] decidi status convenit causam, atque ita præberi direptorum negotiorum (si res exegerit) audientiam. † Quod si *ei, qui ad servitutem vocatur*, quicquam direptum esse memoretur: universa, quæ constiterit ablata, ita demum reddi convenit ei, qui servus esse contenditur, si modo *salvam rem futuram* per idoneos fidejussores promiserit. Nam si tales dare non potuerit: tunc ea convenit, de quibus in judicio tractabitur, sequestrari [4] in eum diem [in] quo controversia sopiatur: ita ut ex iisdem (si aliqua alia facultas esse non poterit) tantum litis sumptus [5], & alimoniæ homini subministretur, quantum moderato judicis arbitrio fuerit æstimatum. Cum autem necdum lite de statu mota, res ab aliquo direptæ sint, & sententia de restituenda possessione rerum lata, ille ne [huic] sententiæ satisfieret, de statu controversiam movit: necessitatem habebit, & sine satisdatione easdem res reddere, & tunc causam liberalem secundum juris ordinem exercere.

TIT. XX.
DE COLLUSIONE [6] DETEGENDA [7].

Servus colludendo cum domina non efficitur ingenuus, nec ex rescripto ex falsa causa impetrato. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. [& CC.] Theodoro.

CUm servum matris tuæ, & stupro violasse dominam suam, & turpis conjunctionis maculam excogitandæ ingenuitatis collusione, ac falsæ captivitatis velamento, apud competentem Judicem [8] obtegere voluisse proponas, nec libertatem ei matrem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum nudæ voluntatis mendacio [9] perducere nisam adseveres, servum esse palam est: quando etiam Divi Pii rescriptum [10] super captivitate emissum, quam non intercessisse significas, ingenuum fecisse non videatur: nec asseveratio consensus tui ingenuitatis jus tribuere potuerit. PP. 14. Kal. Jul. DIOCLET. V. & MAXIMIANO IV. CONSS. 293.

Per pactum libertinus non efficitur ingenuus: & detegens collusionem efficitur ejus patronus. Salic.

2. Iidem AA. & CC. Milesio.

LIbertinæ conditionis constitutis, privatis [11] pactis immutare statum suum non licere, Numiano [12] Senatusconsulto [13], contra colluforem pœna statuta, præmioque detegenti promisso, manifeste declaratur. Dat. 5. Kalend. Decembr. CC. CONSS.

TIT. XXI.
NE [14] DE STATU [15] DEFUNCTORUM [16] POST QUINQUENNIUM [17] QUÆRATUR [18].

Si de statu manumissoris defuncti non potest quæri, nec etiam de statu ab eo manumissi. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Niconi.

ADitus competens Judex causam præscriptionis examinabit: & si Domitiæ patronum, qui [ut [19]] civis Romanus [usque] in diem mortis vixit, annos quinque antequam lis bonorum mulieris inchoaretur, vita decessisse constiterit: libertæ status ex persona manumissoris [20] non retractabitur.

Si de matris statu defunctæ non potest quæri post lapsum quinquennium, nec etiam filii. Salic.

2. Iidem AA. & CC. Maximo.

SI is, qui te heredem fecit, propter matris [21] conditionem servus dicitur, & mater ante quinque annos litis motæ vita decessit, præscriptioni locus erit: cum quæri de statu non possit, nisi de conditione matris tractetur. Hoc ita, si quamdiu vixit, sine interpellatione ut civis Romana egit. P.D.S. ANTONINO A. II. & GETA C. II. CONSS. 206.

Quæstio status mota in vita alicujus, durat post ejus mortem, ut sciatur, quem habeat successorem.

3. Imp. ALEX. A. Olympiadi.

QUamvis defunctus sit maritus quondam tuus, cui status quæstio inferebatur, causa tamen [etiam] post [22] obitum ejus propter [23] emolumentum successionis durat, eamque apud eum, qui de hereditate, vel singulis rebus judicaturus est, decidi oportet.

Qui ut civis Romanus vixit per quinquennium, ejus successio non potest in dubium revocari.

4. Idem A. Martiano.

SI is, quem servum tuum fuisse, & a fratre tuo manumissum, atque heredem scriptum [esse] proponis, ut [24] civis Romanus vixit, nec intra quinquennium post mortem ejus status quæstionem movere cœpisti: intelligis, neque heredibus ab eo scriptis, neque his, quos liberos esse voluit, controversiam, [te] contra formam Senatusconsulti [25] facere posse. Quod si prius [26] quam id temporis spatium excederet, agere cœpisti: & peculium ejus morte judiciorum persequi, & cum manumissis ordinata lite, secundum formam Edicti experiri non prohiberis. PP. * Jun. MODESTO, & PROBO CONSS. 229.

5. Imp. GORDIANUS A. Severo.

QUod est constitutum, post quinquennium de statu defunctorum quæstionem incipere [27] non posse, ad speciem emancipationis [28], jure, necne perfecta sit, minime pertinet.

An defunctus vixerit ut ingenuus, inspicitur tempus mortis ejus. Salic.

6. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Pollæ.

SI mater tua quasi ingenua communi [29] opinione vixit, & quinquennium a die mortis ejus excessit, potes Rempublicam, & pupillos [30], si tibi status quæstionem movere tentaverint, nota præscriptione repellere. An autem pro ingenua in die mortis egerit, in judicio requiretur. Quod si varietas intervenniat, posteriora [31] tempora spectari convenit. PP. 6. Id. Jun. SECULARE, & DONATO CONSS. 261.

Etiam contra fiscum currit hæc præscriptio quinquennalis.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & [CC.] Heliodoro.

SI pater tuus velut ingenuus vixit, nec status controversiam, *Quasi fisci servus esset*, apud Præsidem provinciæ, qui super hujusmodi quæstionibus judicare solet, sed apud Procuratorem [32] Reipublicæ, non [33] competentem [34] judicem passus est, postque ejus mortem quinquennium effluxerit: status tuus ex præscriptione, quæ ex Senatusconsulto emanat, protectus est.

8. Iidem AA. Theodoræ.

REpetitio peculii rerum servi tui, si [35] nullo justo titulo intercedente corpora possideantur ab aliquo, nulla temporis præscriptione mutilabitur: Nec enim Senatusconsultum [36], quod super non retractandis defunctorum statibus sancitum est, intervenit, si defunctus in fugam [37] conversus, atque latitans decessit. Dat. 10. Kalend. Decembr. *Mediolani*, DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. CONSS.

TIT. XXII.
DE LONGI [38] TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE, QUÆ PRO LIBERTATE, ET NON ADVERSUS LIBERTATEM OPPONITUR.

Moratus in libertate mala fide, non juvatur longi temporis præscriptione. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Mutiano.

MAla [39] fide morato in libertate diu [40] prodesse non potest [longi] temporis præscriptio. Unde cum confitearis fuga [41] te ab eo, cujus meministi, recessisse: intelligis ex hoc solo sine dolo malo in possessione te libertatis non esse.

2. Iidem AA. & CC. Carcino.

PRæstat firmam defensionem libertatis ex justo initio longo tempore obtenta possessio: Favor [42] enim libertati debitus, & salubris jampridem ratio suasit, ut his, qui [bona [43] fide] in possessione libertatis per viginti [44] annorum spatium sine interpellatione morati essent, præscriptio adversus inquietudinem status eorum prodesse debeat, ut & liberi & cives Romani fiant. Dat. Kalend. Jul. *Antiochiæ*, CONSTANTIO IV. & MAXIMIANO II. [45] CONSS. 302.

1 *l. 6. supr. h. t.* 2 Si de possessorio rei recuperandæ & petitorio super libertate simul agitur ab eodem, petitorium prius deciditur, ejusque eventu ad possessionem revertitur: si a diversis, possessionis causa, prius deciditur. 3 Major quæstio minori præfertur. 4 Dixi ad *l. 1. §. 1. supr. de adsert. tollend. l. 3. in fin. supr. quib. ad libertat.* 5 Vide *l. pen. ff. ut in possess. l. 9. ff. de jur. deliber.*
6 Collusionem Græci συμπαιγνίαν vocant. 48. *Ecl.* 12. dixi ad *L. 40. D.* 16. 7 Intra quinquennium. *l. 2. ff. h. t.* 8 Vide *l. 2. l. 4. ff. h. t.* 9 Perlusoria sententia pro re judicata non habetur. *l. 27. ff. de lib. caus. l. 50. §. 1. ff. de leg. 1. l. 14. ff. de appellat.* 10 Cui simile est in *l. 9. supr. de ingenuis.* 11 Vide *l. 8. supr. de ingenuis manumiss.* 12 *Noniano*, Hal. alii *Juniano*: alii *Viviano*, in aliis *Numano*: lege *Xinniano*: Cujac. *hic*, & ita Græci, τὰ τῶν νιννίων δόγματι ἐγγράφως ἐρισθέντα, ac fortasse Ninnius is fuit, qui in Fastis sub Domitiano Nonnius dictus est. vel L. Ninnius tribunus plebis, qui iniquis rogationibus Claudii intercessit. *Dion.* 38. vid. Cujac. *hic.* 13 Senatusconsultum Numianum fuit Domitiani temporibus. *l. 1. ff. h. t.*

14 Dixi ad *L. 40. D.* 15. 15 Post quinquennium ex Senatusconsulto, de quo *l. 4. & ult. infr. h. t.* de statu defuncti non quæritur, *ut hic*: Ita ex Senatusconsulto intra quinquennium post manumissionem proclamare ad ingenuitatem libertus non potest. *l. 2. l. 4. ff. si ingenuus esse dicetur.* Eadem ratione intra quinquennium collusio domini detegenda, *l. 2. ff. de collusione detegenda.* 16 Qui videlicet ut liberi palam vixerint in diem usque mortis, *l. 1. l. ult. infr. h. t.* 17 Mortis scilicet. 18 Quonam Senatusconsulto id fuerit cautum, vid. *l. 4. l. ult. infr. h. t.* 19 *l. 4. infr. h. t.* 20 Si de statu manumissoris quæri non potest, nec de statu ab eo manumissi. 21 Si de statu matris quæri non potest, nec de filii statu quæri poterit, hoc est, si pater meus materve mea vita decesserunt ante quinque annos, nulla eis de statu lite mota, nec mihi moveri litis quæstio poterit, *ut hic*, *Synops. Basil.* 48. *tit.* 11. *c.* 3. 22 Mota status quæstio post obitum rei durat.

23 Id est, ut scire possit quem habiturus sit successorem. 24 *l. 1. supr. h. t.*
25 De quo *l. ult. infr. h. t.* fuit vero vetus Senatusconsultum. Suetonius in *Titio cap.* 8. vetuit inter cætera quæri de cujusquam defunctorum statu ultra certos annos. 26 Si intra quinquennium a morte defuncti de statu ejus fuerit quæsitum, & de peculio ejus, & de manumissis ab eo quæri poterit. 27 *l. 1. ff. h. t.* 28 Quæstio status servilis post quinquennium incipere non potest: emancipationis potest: est enim minima status quæstio, quoties dubitatur, filiusfamilias, vel paterfamilias quis fuerit. 29 Communis opinio probat. 30 Vide *l. ult. supr. qui & adversus quos. & l. ult. infr. quibus non objicitur longi temporis præscriptio.* 31 *l. 14. §. 2. in fin. ff. de aliment.* 32 Procuratorem rei privatæ. Cujac. 1. *obs.* 24. *in fin.* id est, rationalem: id ita legisse Græcos idem autor testatur in *l. 30. J. de decurion.* De procuratoribus Cæsaris dixi ad *Titul. ff. de officio procuratoris Cæsaris.* 33 Incompetens condemnatio pro non facta habetur. *l. 4. §. 6. ff. de re judicata. & J. si a non competente.* 34 Judices quinam competentes olim fuerunt libertatis atque status? vide *supr. ubi causa status.* adde Fornerium 1. *select.* 23. Rævardum 3. *variar.* 20. Goveanum 1. *variar.* 33. adde quæ dixi ad *l. 1. supr. & l. 5. supr. de ordine cognit.* 35 Quæ nullo titulo possidentur, non præscribuntur. *l. 24. supr. de rei vind.* 36 De quo vide *l. 4. supr. h. t.* 37 Fuga nocet. adde *l. 1. supr. tit. proxim.* 38 Longi temporis præscriptio quid est? continui decennii inter præsentes: vicennii inter absentes. 39 Moratus in libertate mala fide, non juvatur longi temporis præscriptione. 40 Diu moratur, qui vicennio moratur. *l. 2. J. h. t.* 41 *l. 1. supr. ubi causa status. l. 10. in fin. ff. de liberal. caus. l. 15. §. 1. ff. de usurp.* adde *l. ult. supr. tit. prox.* Fugitivus malæ fidei præsumitur. vide quæ scripsi ad *l. 12. J. ad leg. Fab. de plagiar.* 42 Favor libertati debetur. 43 *l. 12. ff. de liberali.* 44 Servus vicennio libertatem bona fide præscribit; hoc est moratus in libertate per vicennium, bona fide, amplius inquietari non potest: secus si in fuga per vicennium quasi liber vixerit: nullum enim servituti ejus præjudicium accidit. *Synops. Basil.* 48. *tit.* 26. *ex tit.* 24. *cap.* 1.
45 Γρ. *IIII.*

3. Exem-

3. Exemplum sacrarum litterarum CONSTANTINI, & LICINII AA. ad Dionysium Vicariam Præfecturam agentem.

SOla temporis longinquitate, etiamsi sexaginta [1] annorum curricula excesserit, libertatis jura minime mutilari oportere, congruit æquitati. Dat. 4. Kalend. Maji, VOLUSIANO, & ANNIANO CONSS. 314.

TIT. XXIII.
DE PECULIO EJUS [2] QUI LIBERTATEM MERUIT.

Peculium si non sit ademptum, sequitur manumissum inter vivos, non in ultima voluntate. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Rufino.

LOnge diversam [3] causam eorum, qui a superstitibus manumittuntur, item illorum, quibus testamento libertas relinquitur, esse, dissimulare non debueras: cum superiore quidem casu concessum tacite peculium [4], si non adimatur: posteriore vero, nisi specialiter fuerit datum, penes successores remanere, juris sit evidentissimi.

TIT. XXIV.
DE SENATUSCONSULTO [5] CLAUDIANO [6] TOLLENDO.

Mulier libera servili amore capta, nec bona perdit, nec amoris fervore libera esse desinit. Bald.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni Magistro officiorum.

CUm [7] in nostris temporibus, in quibus multos labores pro libertate subjectorum sustinuimus, satis esse impium credidimus, quasdam mulieres libertate sua fraudari, & quod ab hostium ferocitate contra [8] naturalem libertatem inductum est, hoc ad libidinem nequissimorum hominum inferri: Claudianum Senatusconsultum, & omnem ejus observationem circa denunciationes [9], & Judicum sententias conquiescere in posterum volumus: ne [ea] quæ *libera* constituta est, semel decepta, vel infelici cupidine capta, vel alio quocunque modo contra natalium suorum ingenuitatem deducatur in servitutem, & sit pessimum dedecus [10] cognationis suæ fulgori: ut quæ forsitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominum pertimescat forsitan cognatis suis inferiorem. † Quod & in *libertis* [observari] oportet: semel etenim libertate potitam, per tale dedecus in servitutem deduci, religio temporum meorum nullo patitur modo.

† Sed ne *servi*, vel *adscriptitii* [11], putent sibi impunitum esse tale conamen (quod maxime in adscriptitio [12] adserendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim hujusmodi hominum conditio decrescat) sancimus, si quid tale fuerit, vel a servo, vel ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum ejus sive per se, sive per Præsidem provinciæ talem servum, vel adscriptitium castigatione competenti corrigere, & abstrahere a muliere tali. Quod si neglexerit: sciat in suum damnum hujusmodi desidiam reversuram.

TIT. XXV.
DE NUDO [13] JURE QUIRITUM [14] TOLLENDO.

Nudum nomen, quod quis in servis habebat, per hanc legem tollitur, & plenum dominium in servis conceditur. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

ANtiquæ subtilitatis [15] ludibrium per hanc decisionem [16] expellentes, nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos, vel nudum *ex jure Quiritum* nomen, vel tantum *in bonis* reperitur: quia nec hujusmodi volumus esse distinctionem, nec *ex jure Quiritum* nomen, quod nihil ab ænigmate [17] discrepat, nec unquam videtur, nec in rebus apparet, sed vacuum est & superfluum verbum, per quod animi juvenum, qui ad primam legum veniunt audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ dispositiones accipiunt: sed sit plenissimus & legitimus quisque dominus, sive servi, sive aliarum rerum ad se pertinentium.

TIT. XXVI.
DE USUCAPIONE PRO EMPTORE [18], VEL TRANSACTIONE [19].

Traditio rei alienæ, licet ex venditione furtum inducit, usucapionem impedit, & dominii vindicationem non tollit. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Flaviano.

MAncipia [20] tua si ab eis distracta sunt, qui [21] jus vendendi non habuerunt, vindicare ea potes. Nec enim usucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita venditione furtum [22] contractum sit. Prid. Id. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Prohibitio alienationis per defunctum facta cum rationabili causa, impedit rei sic prohibitæ usucapionem. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Marcellino.

SI contra defuncti voluntatem servos, quos propter perfectæ artis peritiam heredibus suis defunctus servari [23] testamento præcepit [24], tutores vendiderunt [25], usucapi non potuerunt. Dat. 5. Non. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Partus ancillæ furtivæ apud bonæ fidei emptorem conceptus & editus est usucapibilis. Salic.

3. Idem A. Nepotillæ.

SI matrem ejus, cujus nomine [te] quæstionem pati dicis, bona fide emptam possidere cœpisti; etiam si ipsa in causam furtivam inciderit, tamen postea conceptum [26] apud te partum usucapere potuisti.

Consensus domini, vel usucapio ementis bona fide, præjudicat ei. Salic.

4. Idem A. Achilleo.

VEnditioni ancillæ [27] si consensum [28] dedisse diversam partem probaveris: retractando [29] contractum, quem ipsa ratum [30] habuit, non audietur: [Sed] & hac probatione cessante [31], si bona fide emptam ancillam a venditore bona fide distraheute [longi] temporis spatio usuceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non potest.

Malæ fidei possessor partem, quam possidet, non præscribit, bonæ fidei autem possessor præscribit, nisi res esset vi possessa. Bald.

5. Imp. GORDIANUS A. Marino.

SI partem [32] possessionis malæ fidei possessor vendidit: id quidem, quod ab ipso tenetur, omnino cum fructibus [33] recipi potest: portio autem, quæ distracta est, ita demum recte petitur a possidente, si sciens [34] alienam comparavit, vel bona fide emptor nondum [35] implevit usucapionem. Violenter [36] enim possessione amissa, priusquam [37] in domini potestatem perveniat, usucapio emptori (etsi bona fide mercatus est) non competit.

Vitium furti non purgatum, impedit rem usucapi etiam ab emptore bonæ fidei. Salic.

6. Idem PHILIPPUS A. cum Cœlio [38] collocutus dixit [39].

CUm sit probatum, rem [40] pignori [41] fuisse obligatam, & postea a debitore distractam: palam est non [42] potuisse eam quasi furtivam usucapi. Sine die, & consule.

Vitium furtivitatis officit possidenti, non ratione malæ fidei, sed ratione vitii, quod non est purgatum. Bald.

7. Idem A. & C. Compedi.

SCiens servum [43] alienum contra domini voluntatem venundans, furtum committit. Quod rei vitium priusquam [44] ad dominum ejus revertatur possessio, non permittit usucapionem fieri, licet bona fide possideatur. Dat. 5. Id. Febr. CC. CONSS.

8. Idem A. & C. Severo.

EX [45] causa transactionis [46] habentes justam causam possessionis, usucapere possunt.

1 Servitute sexagenaria libertas non amittitur. adde *l.* 6. *supr. de ingenuis. l.* 21. *infr. de evictionibus.*
2 Adde *L.* 33. *D.* 8. 3 Cur ita? plenior interpretatio sumitur adversus unum manumissorem: quam adversus eum, ejusque heredem simul. 4 Manumisso servo in testamento peculium non videtur concessum, nisi nominatim sit relictum, *ut hic. l. penult. supr. an servus pro suo facto post manumiss. teneatur & l.* 1. §. 3. *supr. de comm. servo manumiss.* 10. *Eclog. in fin.* §. 20. *vers. peculium. Inst. de legatis. l.* 3. *ff. de manumissionibus quæ servis.* Manumisso inter vivos videtur concessum, nisi nominatim sit ademptum. *l.* 53. *ff. de peculio:* nisi quis manumittatur a pupillo. *l. pen. de manumissis vindicta. Synops. Basil.* 10. *in fin. libri.*

5 Senatusconsulto Claudiano locus fuit, quoties mulier libera contra domini denunciationem se alieno servo jungebat. Ex hoc SC. ejus fiebat ancilla, cujus ille servus erat: ut eo non denunciante, liberta. *Tacit.* 12. Idem jus servarum a Longobardis & Francis. Quid si liber alienæ ancillæ jungebatur? huic SC. locus non fuit. *l.* 9. *s. comm. de successionib. l.* 3. *s. de liberali.* Est & hoc adjiciendum, liberam concubinatus ratione non fieri ancillam. *l.* 34. *supr. de liberali.* 6 *L.* 3. *Inst.* 13. §. 1. Ulp. 11. §. 11. *l.* 27. *ff. depositi. l.* 9. *l. ult. Cod. Theod. de liberali causa. l.* 10. *C. Th. de murilegulis.* a D. Claudio *Tacitus:* non a Vespasiano, ut scribit Suetonius *in Vespasiano cap.* 11. 7 Extat integra apud autorem *Syn.* 48. *titul.* 26. *ex tit.* 25. *cap.* 1. 8 Servitus contra naturam. *l.* 4. §. 1. *ff. de statu hominum.* 9 Trina opus erat denunciatione. 10 Dedecus cognatum servire facit *lex* 1. 2. 3. *ff. de liberali causa.* 11 Hi ἀπογραφοὶ & ἐναπογραφοί. 12 *l. ult. infr. de agricolis & censit. lib.* 11. *tit.* 47.

13 Hoc, ut apertius intelligamus, notandum est, Triplex veteribus dominium fuisse, naturale, legitimum, & plenum. Naturale habet qui in bonis habet: unde Bonitarius dicebatur, dominus. Legitimum dominium habet, qui jure Quiritum dominium habet: plenum, qui & legitimum & naturale dominium simul habet. Theophil. *Inst. de libertinis.* Naturale & in bonis dominium servi is habebat, cui civi servus a cive quoque emptione traditus, non tamen ei mancipatus, aut in jure cessus, aut si non anno ab eo possessus. Quandiu quid horum deerat, servus in bonis emptoris erat: venditoris vero, ex jure Quiritium, hoc est uno eodemque tempore duorum erat dominorum. Ulp. 1. §. 16. Unius tamen horum dominii effectus altero potior erat. Nam servus quidquid adquirebat, suo domino bonitario adquirebat: id est, ei in cujus bonis erat, non ei qui jus dominii habebat ex jure Quiritum, unde cum nomen inane juris Quiritum esset, merito sublatum hac constitutione. Porro jure Quiritum adquirebatur dominium hereditatis aditione, mancipio, acceptione, justa usucapione, sub corona emptione. Varro 2. *de re rustica* 10. sine his causis res non abalienabatur jure Quiritum. Cicero *in Topicis.* Ulpian. 19. Idque dominium sibi assumebat is qui vindicabat, hac formula: *Hunc ego hominem ex jur. Quiritum meum esse ajo.* Cicero 4. *Verrina.* 14 Ulpian. 1. §. 16. & 19. §. 20. adde Theoph. *tit. de libertinis.* 15 Subtilitatis antiquæ ludibrium. Subtiles interdum fuerunt antiqui, sed inaniter & inepte plerunque. 16 Hæc lex junct. *l. unic. Cod. de dedit. libert. toll.* facit 43. decisionem ex quinquaginta novis Justiniani. vid. Inglois. *Ans.* 17 Ænigma, & ab ænigmate non differunt.

18 Dixi ad *L.* 41. *D.* 4. 19 *l.* 8. *infr. h. t.* 20 *l.* 4. *l.* 6. *l.* 7. *infr. h. t.* 21 Qui aliena mancipia distrahit, furtum contrahit: ideoque longa possessione non capiuntur. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 4. *c.* 15. 22 Res furtiva usucapi non potest. adde *l.* 2. *infr. de usucap. pro donato:* præscribi tamen potest triennio. *l.* 1. §. 1. *infr. de annali except. l. cum quærebatur* 11. *infr. unde vi.* 23 Justa prohibitio alienationis facta per defunctum impedit usucapionem. 24 Testator certarum rerum alienationem vetare potest. 25 Quod servari debet, vendi non potest. 26 Conceptum apud se partum bonæ fidei possessor usucapit. *l.* 33. *ff. de usuc.* 27 *l.* 1. *supr. h. t. l.* 6. *l.* 7. *infr. h. t.* 28 Qui domini consensu possidet, non indiget usucapione. 29 Contractus invito adversario non retractatur, *l.* 5. *supr. de oblig.* 30 *l.* 7. *in fin. supr. quod cum eo.* 31 Citra domini consensum, longi temporis spatio bonæ fidei possessor præscribit. *l.* 1. *infr. tit. prox. l.* 3. *infr. de longi temporis.* 32 Quod (vi tamen non possessum) bona fide a malæ fidei possessore possidemus, usucapimus. *l.* 4. *supr. de rei vind.* quod ipse possidet, non usucapit. 33 Possessor malæ fidei fructus restituit. 34 Sciens alienum non usucapit. *l.* 7. *infr. h. t.* 35 Nondum impleta usucapione, bonæ fidei etiam possessori res auferri potest. 36 Rerum vi possessarum usucapio non est. 37 *l.* 4. *supr. de rei vind.* §. 8. *Inst. de usucap.* ubi de vi compulsiva agitur, non de expulsiva, *ut hic*, id necesse non est. *l.* 3 *supr. de his quæ vi met.* 38 *Cum concilio:* alii *cum consilio*, ut in Act. Apost. 25. v. 12. συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου ἀπεκρίθη. quæ verba, *cum Concilio collocutus*, moris erat ita exprimi CCC. ut ex antiqua sententia Senetionis constat. Senetio CCC. dixit. vid. Cuj. 18. *obs.* 32. 39 Princeps sententiam dicit. *l.* 1. *infr. de appellat. l. pen. ff. de his, quæ in testament. delentur.* *l.* 3. *infr. de quæstionibus.* 40 Usucapi, quasi furtiva, res non potest, quæ obligata alteri, comparata est: hoc est, re pignori obligata distracta, quasi furtiva usucapi ea res non potest. *Synops. ib. c.* 20. 41 In usucapione rei immobilis sufficit bona fides emptoris, nisi res a venditore, vel ejus autore vi sit possessa, ut *l.* 5. *s. h. t.* in mobili & emptoris & venditoris requiritur, *ut hic. l.* 3. *l.* 4. *s. & l.* 7. *infr. h. t.* 42 Imo potest. *l.* 5. *ff. h. t. l.* 4. §. 21. *ff. de usurpat.* 43 Dixi ad *l.* 6 *supr. h. t.* 44 *l.* 5. *in fin. supr. h. t.* 45 Usucapere potest, qui ex causa transactionis bona fide rem alienam accipit, cum justam causam usucapiendi habeat. *Synops. ibi. c.* 21. 46 *l.* 29. *ff. de usurpat.*

Emens a pupillo sine tutore, non usucapit rem. Salic.

9. Idem A. & C. Cajo.

EUm [1], qui a [2] pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit, nullum temporis [longi] spatium defendit. Sed si locupletior [3] emptoris pecunia factus, post pubertatem occasionem juris ad iniquum trahat compendium, doli mali submovetur exceptione. CC. CONSS.

TIT. XXVII.
DE USUCAPIONE PRO DONATO [4].

Traditione & usucapione pro donato dominium quæritur. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Macedonio.

SIve fuerit dominus [5], qui tibi loca, de quibus supplicasti, donavit: sive a [6] non domino bona fide donata suscepisti, eaque usucepisti, auferri [7] tibi quod jure quæsitum est, non potest. P. 5. Id. Mart.

Res affecta vitio furti, non usucapitur titulo pro donato. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Capitonio.

DOnantem ancillam alienam [8] nihil domino deminuere, non est ambigui juris: furtum etiam contrahere citra [9] voluntatem domini contrectantem, ut ejus rei nec usucapio possit procedere. S. 5. Id. April. AA. CONSS.

Ex donatione putativa sive erronea non procedit usucapio. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Rhodano.

IRritam [10] facere donationem perfectam nemini licet. Utique hoc verum est, si error [11] falsæ causæ ratione bonæ fidei non deferditur. Quod & in dominio pro usucapione quærendo servatur.

TIT. XXVIII.
DE USUCAPIONE PRO DOTE [12].

Res mobilis in dotem data, si vitium usucapionem non impedit, usurpabitur. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Tauriro.

REs mobiles [13] in dotem datæ, quamvis alienæ si sine vitio tamen fuerint a bonæ fidei accipiente [14] pro dote acceptæ, usucapiuntur [15].

TIT. XXIX.
DE USUCAPIONE PRO HEREDE [16].

Sicut suus heres non usucapit titulo pro herede: ita nec heres heredis etiam extraneus ex persona defuncti. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Theophilo.

CUm pro herede usucapio locum non habeat: intelligis, neque matrem tuam, cui heres [17] extitisti, neque te usu mancipia ex ea causa capere posse. PP. 7. Kal. Jul. *Romæ*, LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Maurinæ.

NIhil pro herede posse usucapi, suis heredibus existentibus [18] magis obtinuit.

3. Iidem AA. & CC. Diodoro.

OPinione falsa [19] mortis pro herede possessio rerum absentis procedere non potest.

Usucapio requirit titulum præcedentem Bald.

4. Iidem AA. & CC. Serapioni.

USucapio non præcedente vero [20] titulo procedere non potest: nec prodesse neque tenenti, neque heredi ejus potest: nec obtentu velut ex hereditate esset, quod alienum fuit, domini intentio ullo temporis longi spatio absumitur. Dat. 7. Kal. Januar. CC. CONSS.

TIT. XXX.
COMMUNIA [21] DE USUCAPIONIBUS.

Colonus corporaliter tenet, sed non possidet sibi, sed domino: & ideo non præscribit. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Sabino.

QUi ex conducto [22] possidet, quamvis corporaliter [23] teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere, neque enim colono [24], vel conductori prædiorum longæ possessionis præscriptio acquiritur. PP. 7. Kal. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

2. Idem A. Onesimæ.

JAmpridem quidem mancipium, de quo supplicas, comparasse te dicis: sed si cogitaveris rem fisci [25] mei usucapi non posse, respondere te actionibus fisci mei intelligis: nec alias posse [rei] proprietatem obtinere, quam si non ex ancilla fiscali natum suisse constiterit.

Mala fides auctoris nocet successori singulari, volenti uti actione singulari. Bald.

3. Imp. PHILIPPUS A. & C. Pantino.

SI [26] mala fide servum tuum sciens Antiochus tenuit, intentionem tuam contra successorem [27] ejus, licet bona fide possidet, propter initii vitium usucapio non absumpsit.

TIT. XXXI.
DE USUCAPIONE TRANSFORMANDA, ET DE SUBLATA DIFFERENTIA RERUM MANCIPI [28] ET NEC MANCIPI.

Hodie res provinciales & Italicæ quantum ad usucapionem sunt exæquatæ, & immobiles præscribuntur ubique spatio longi temporis: mobiles vero spatio triennii continui, intervenientibus a principio bona fide & titulo. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm nostri animi vigilantia *ex jure Quiritum* nomen & substantiam sustulerit [29], & communes exceptiones in omni loco valeant [30]: decem vel viginti, vel triginta annorum, vel si quæ sunt aliæ majoris ævi, continentes prolixitatem: satis inutile est usucapionem in Italicis quidem soli rebus admittere, in provincialibus autem recludere. Sed & si quis res alienas, Italicas tamen, bona fide possidebat per biennium [31], miseri rerum domini excludebantur: & nullus eis ad eas reservabatur regressus: quæ & nescientibus dominis procedebant, quo nihil inhumanius erat, si homo absens & nesciens tam angusto tempore suis cadebat possessionibus. Ideo per præsentem legem, & in Italicis soli rebus, quæ immobiles sunt, vel esse intelliguntur, sicut annalem [32] exceptionem, ita & usucapionem transformandam esse censemus: ut tantummodo & his decem [33], vel viginti, vel triginta annorum, & aliarum exceptionum tempora currant, hujusmodi angustiis penitus semotis. † Cum autem antiqui & in rebus mobilibus, vel se moventibus, quæ fuerant alienatæ, vel quocunque modo (bona fide tamen) detentæ, usucapionem extendebant non tantum in Italico solo nexu, sed in omni orbe terrarum, & hanc annali [34] tempore concludebant: & eam duximus esse corrigendam: ut [35] si quis alienam rem mobilem, seu se moventem in quacunque terra, sive in Italica, sive provinciali bona fide per continuum triennium [36] detinuerit, is firmo jure eam possideat, quasi per usucapionem eam acquisitam. † [Hoc] tantummodo observando, ut in his omnibus casibus ab initio [37] eam bona fide capiat, secundum [38] quod exigit longi temporis præscriptio: & ut continuetur [39] ei possessio etiam anterioris justi possessoris, & connumeretur in decennium, vel viginti annorum spatium; vel tricennium. Quod & in rebus mobilibus observandum esse censemus, ut in omnibus justo titulo [40] possessionis antecessoris justa detentio, quam in re habuit, non interrumpatur ex posteriore forsitan alienæ rei scientia, licet ex titulo lucrativo ea cœpta est. Ita etenim ampliatur quidem longi temporis materia, quæ ei subdita est, minuitur autem usucapionum compendiosa dominis jactura, & ejus jura nocentia: cum [etiam] res dividi mancipi & nec mancipi sane antiquum est: & merito antiquari oportet, ut sit rebus & locis omnibus similis ordo, inutilibus ambiguitatibus & differentiis sublatis. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulat. LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXII.
DE ACQUIRENDA [41] ET RETINENDA POSSESSIONE.

De acquisitione per liberam personam.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. & CC. Attico.

PEr liberam [42] personam ignoranti [43] quoque acquiri possessionem; &

1 Usucapere longi temporis spatio non potest rem pupilli, qui eam a pupillo sine tutoris ejus auctoritate comparavit: si tamen probaverit pupillum ex pecunia emptionis ei numerata locupletiorem factum esse, post pubertatem ab ipso conventus doli mali exceptione eum submovet. *Synops. ibi cap.* 23. 2 *l.* 27. *ff. de contrahenda emptione.* 3 *l.* 10. *ff. de institoria.*

4 Dixi ad *L.* 41. *D.* 6. 5 Res a non domino bona fide nobis donatas usucapimus, *ut hic*, & 50. *Ecl.* 60. *c.* 7. 6 Usucapione quæsita semel res aliena donatione a non domino tradita, bona fide accepta, auferri usucapienti non potest, *ut hic*, *Synops. Basil.* 50. *tit.* 6. *cap.* 7. 7 Usucapio prodest adversus rei vindicationem. *l.* 4. *in fin. supr. tit. prox.* 8 Donare aliena non possumus. *l.* 6. *supr. de furtis.* 9 Furtum est contrectatio rei alienæ invito domino. 10 Perfecta donatio irrita fieri non potest invito donatario. *Ecl. d. l. c.* 9. *l.* 4. *in fin. infr. de revocand. donationib.* 11 Falsus titulus ad usucapionem non proficit. Falsus titulus est, quoties quis sibi donatum putat. §. 11. *Inst. de usucap. l.* 1. *ff. pro donato.* Itaque usucapere pro donato is non potest, qui putat sibi donatum esse, cum donatum non sit. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 6. *c.* 9.

12 Dixi *ad L.* 41. *D.* 9. 13 Quæcunque etiam mancipia. vid. Cujac. 14. *obs.* 9. In rebus soli aliud. Nam in immobilibus non facile vitium procedit, quod in eis furtum non fiat. 50. *Eclog.* 8. *cap.* 4. Fundus dotalis usucapi non potest. *l.* 16. *ff. de fundo dotali.* 14 Puta marito. 15 Res mobilis aliena in dotem data, ab accipiente potest usucapi. vid. *l.* 1. *ff. h. t.* vid. Cujac. *d. loco.*

16 Dixi *ad L.* 41. *D.* 5. Si defunctus rem aliquam sine vitio possidet, heres usucapere potest. 17 Quod defunctus usucapere non potuit, heres etiam si bonam fidem habeat, usucapere non potest. Nam vitia defuncti in heredem transeunt. *l.* 11. *ff. de divers. & temp.* 50. *Ecl.* 5. *c.* 5. 18 Non extantibus tamen, id est, abstinentibus: quia sui heredes manent, etiamsi abstinuerint: suis existentibus agnati venire non possunt. Sed quia jure Prætorio venire possunt & pro possessore usucapiunt. *Goth.* vid. Vigl. *de hered. qualit. & diff.* §. *sed ut nepotes.* Ans. 19 Usucapiendi titulum verum esse oportet, *ut hic*, & *l.* 4. *infr. h. t. l.* 1. *ff. h. t. l.* 3. *supr. pro donato. l.* 4. *ff. de præscr. longi temp.* §. 11. *Inst. de usuc.* 20 *l.* 3. *supr. h. t.*

21 Dixi *ad L.* 41. *D.* 3. 22 Quod alteri possidemus, non usucapimus. Conductor alteri possidet, *ut hic.* colonus. *infr. h. t.* & *l.* 1. *infr. in quib. caus. cessat.* qui præstat mercedem. *l.* 2. *infr. de præsc.* 30. *vel* 40. *ann.* emphyteuta. *l.* 7. *in fin. d. tit.* creditor pignus. *l.* 13. *ff. de usurpat.* adde *l.* 36. *ff. de adq. vel amitt. possess.* 23 Conductor corporaliter rem tenet: jure tamen civili non possidet: ideoque nec rem usucapit. 24 *l.* 1. *infr. in quib. caus. cessat.* 25 Res fisci usucapi non potest. *l.* 4. *infr. de præsc.* 30. *l.* 1. 2. 3. *in fin. infr. ne rei dominicæ vel templor.* §. 9. *Inst. de usuc. l.* 18. *l.* 24. *in fin. l.* 45. *ff. de usurpat. Syn. Basil.* 50. *tit.* 10. *c.* 2. 26 Præscribere longi temporis spatio rem non potest heres ejus qui mala fide possedit, licet ipse bonam fidem habeat: Vitia enim defuncti ad heredem transeunt. 2. Harm. 1. §. 44. 27 Vitium defuncti transit in heredem etiam bonæ fidei. *l.* 4. §. 15. *ff. de usurp.*

28 De rebus mancipi, & non mancipi, vid. Ulp. 19. 29 Vid. *l. unic. supr. de nudo jure Quiritum tollendo.* 30 Cujacius videndus *lib.* 10. *observ. c.* 36. Parladorius *quæst. quotidian. c.* 1. §. 10. Brissonius *lib.* 4. *select. Antiq. c.* 7. Geraldus Longol. *de servitut. usucap. c.* 16. Rævardus *ad leges* 12. *tabul. c.* 16. & *in lib. singulari de lege Scribonia, & de usucapionum differentiis.* Mod. 31 Res Italicæ olim biennio usucapiebantur. 32 Jure veteri, id est, 12. Tab. res mobilis anno usucapiebatur, *ut hic: & vers. cum ante. infr. h. t.* qua de re dixi *ad leges* 12. *Tab. l.* 2. *tit.* 23. §. 1. 33 Hodie res omnes, sive sint italicæ, sive provinciales, immobiles præscribuntur decennio inter præsentes: vicennio, inter absentes.

34 De annali usucapione dixi *supr.* 35 Usucapimus res omnes mobiles, aut se moventes bona fide per triennium: immobiles, ubicunque eæ sitæ sint, decem annis adversus præsentes: viginti annis adversus absentes, *ut hic.* 2. Harm. 1. §. 25. 36 Res mobiles triennio usucapiuntur, *pr. Inst. de usuc.* cum titulo & bona fide: Immobiles vero annis decem inter præsentes: viginti inter absentes cum titulo & bona fide. adde *l.* 2. *infr. de præsc. long. temporis.* sine titulo vero annis triginta: & eo modo adquiritur dominium utile. *l.* 8. §. 1. *in fin. infr. de præsc.* 30. *vel* 40. *ann.* apud autorem Synopseos 50. *tit.* 10. *c.* 3. *in fin.* legitur διὰ τετραετίας, per quadriennium. 37 In usucapione satis est, si possessionis initio bona fides intervenerit. *l.* 48. *ff. de adq. rer. dominio. l.* 44. §. 2. *ff. de usurpat.* quod tamen Lateranense concilium non admittit. *c.* 41. 38 Bona fides requiritur in usucapionum & præscriptionum initio. Et de bona & mala fide vid. Baldum 3. *de præscr. & ad eam rem* 19. *quæst.* 39 Continuatur possessio in successorem. §. 12. *Inst. de usuc.* adde *l.* 14. *ff. de usurpat.* hoc est, in diuturna possessione connumeratur etiam tempus anterioris possessoris. 2. Harmen. 1. §. 72. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 11. *c.* 10. 40 Titulus in usucapione requiritur. vid. Bald. 3. *de præscript. quæst.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

41 Dixi *ad L.* 41. *D.* 2. 42 Paul. 5. *sent.* 2. §. 2. 43 *l.* 34. §. 1. *l.* 49. *in fin. ff.*

postquam

postquam scientia [1] intervenerit, usucapionis conditionem inchoari posse, tam ratione utilitatis, quam juris prudentia receptum est. PP. 6. Kal. Dec. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

Si emptor sciente venditore in possessione fuerit.

2. Imp. ALEXANDER A. Mauro.

MInus instructus est, qui te sollicitum reddidit, quasi in vacuam [2] possessionem ejus, quod per procuratorem emisti, non sis inductus: cum ipse proponas te diu [3] in possessione [ejus] fuisse, omniaque, ut dominum gessisse. Licet [4] enim instrumento non sit comprehensum, *quod tibi tradita sit possessio:* ipsa tamen rei [5] veritate id consecutus es, si sciente [6] venditore in possessione fuisti.

De Infante.

3. Imp. DECIUS A. Rufino.

DOnatarum rerum [7] a quacunque persona infanti [8] vacua [9] possessio tradita corpore [10] quæritur. Quamvis enim sint auctorum sententiæ dissentientes: tamen consultius videtur interim, licet animi plenus non fuisset adfectus [11], possessionem per traditionem esse quæsitam: alioquin (sicuti consultissimi viri Papiniani responso continetur) nec quidem per tutorem possessio infanti poterit acquiri. PP. 5. Kal. Apr. DECIO A. V. & GRATO CONSS. 251.

De animo solo.

4. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Nepotiano.

LIcet possessio nudo [12] animo acquiri non possit, tamen solo animo retineri potest. Si ergo prædiorum desertam possessionem non derelinquendi affectione transacto tempore non coluisti [13], sed metus [14] necessitate culturam eorum distulisti: præjudicium tibi ex transmissi temporis injuria generari non potest. PP. Kal. August. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De causa possessionis sibi non mutanda.

5. Iidem AA. & CC. Mennoni.

CUm nemo causam [15] sibi possessionis mutare possit, proponasque colonum nulla extrinsecus accedente causa ex colendi occasione ad iniquæ venditionis [16] vitium esse prolapsum: Præses provinciæ inquisita fide veri dominii tui jus convelli non sinet.

De eo, qui sine causa ingressus est in fundum alienum.

6. Iidem AA. & CC. Valerio.

SI nulla justa ex causa [17] ingressum [18] agrum [tuum] sive vineas, eum cujus meministi, Præses repererit, nec ulla præscriptione tua interpellatur petitio: restituere tibi possessionem cum omni causa [19] non dubitabit. S. Idib. April. AA. CONSS.

De improba possessione.

7. Iidem AA. & CC. Asyncrito.

IMproba possessio firmum titulum [20] possidenti præstare nullum potest. Unde ingredientem in [21] vacuam possessionem alieni fundi non consentiente domino, vel actore, qui ejus rei concedendæ potestatem habuit, causam justam possessionis adipisci non potuisse certum est. PP. 5. Idus Dec. AA. CONSS.

De procuratore.

8. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

PEr procuratorem utilitatis [22] causa possessionem [23], etsi proprietas ab hac separari non [24] possit, dominium etiam quæri placuit. PP. 18. Kal. Mart. *Sirmii,* CC. CONSS.

De improba possessione.

9. Iidem AA. & CC. Sergio.

NEc ex vera venditione possessionem, quam non fuerat emptor [25] adeptus, improbe retinere potest: ac multo minus is, qui adseveratione falsa velut [26] emptor, cum sine obligatione pignoris pecuniam mutuo dedisset, fundum irrumpens alienum, retinendi justam causam habet. PP. 3. Non. April. *Sirmii,* CC. CONSS.

De divisione & interruptione usucapionis.

10. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maternum.

NEmo ambigit, possessionis duplicem [27] esse rationem: aliam [28], quæ jure [29] consistit; aliam, quæ corpore [30]: utramque autem ita demum esse legitimam [31], cum omnium adversariorum silentio, & taciturnitate firmatur: interpellatione [32] vero & controversia progressa, non [33] posse eum intelligi possessorem, qui licet [possessionem] corpore teneat, tamen ex interposita [34] contestatione, & causa in judicium deducta super jure possessionis vacillet ac dubitet. PP. 11. Kal. Feb. *Tribon.* VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De successoribus.

11. Impp. ARCADIUS & HONOR. AA. Petronio Vicario Hispaniarum.

VItia [35] possessionum a majoribus contracta perdurant: & successorem [36] auctoris sui culpa comitatur. Dat. 5. Kal. Jan. CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

Si is, per quem possidebatur, possessionem reliquerit.

12. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P.P.

EX libris Sabinianis [37] quæstionem in divinas nostri numinis aures relatam tollentes, definimus, ut sive servus [38], sive procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem cujuscunque rei dereliquerit [39], vel alii prodiderit, desidia forte vel dolo, ut locus aperiatur alii eandem possessionem detinere: nihil penitus domino præjudicii generetur: ne ex aliena [40] malignitate alienum damnum emergat: sed & ipse, si liberæ conditionis est, competentibus actionibus subjugetur: omni jactura ab eo restituenda domino rei, vel ei, circa quem negligenter [41] vel dolose versatus est. Sin autem necdum sub [42] manibus procuratoris, vel coloni, vel inquilini, vel servi possessio facta est [43], sed ipse eam accipere desidia vel dolo supersedit, tunc & ipse qui eum transmisit, ex mala [44] sua electione præjudicium circa eam possessionem patiatur, ex memoratarum personarum vel machinatione, vel negligentia accedens. Hoc etenim tantum sancimus, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his quos transmiserit: non ut etiam lucrum sibi per eos aliquod acquirat: cum & antiqua [45] regula [juris] quæ definivit *deteriorem conditionem per servum domino nullo modo fieri,* tunc locum habeat, cum dominus de damno [46] periclitetur, non cum sibi lucrum per servum acquiri desiderat.

† Salva videlicet in hoc casu domino rei, vel ei [47], qui ad eam detinendam præfatas transmiserit personas, adversus eas omni actione, (si qua ex legibus ei competit) servata.

TIT. XXXIII.

DE PRÆSCRIPTIONE LONGI [48] TEMPORIS DECEM [49], VEL VIGINTI [50] ANNORUM.

Civilis interruptio præscriptionis non operatur, nisi contra eum contra quem interruptio facta est, & in hypothecaria non contrahitur vitium litigiosi. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Juliano P. P.

CUm [51] post motam & omissam quæstionem res ad nova dominia bona fide transierint, & exinde novi viginti anni intercesserint sine [52] interpellatione, non est inquietanda, quæ nunc possidet, persona: quæ sicut accessione prioris domini non utitur, qui est inquietatus: ita nec impedienda est, quod ei mota controversia sit. Quod si prior possessor inquietatus est: etsi postea per longum tempus sine aliqua interpellatione in possessione remansit, tamen non potest uti longi temporis præscriptione, quod etiam in Republica [53] servari oportet.

In AUTHENT. ut spons. larg. §. rursus. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 7.

M*Alæ [54] fidei possessore alienante [55], cessat longi [56] temporis præscriptio [57], si verus dominus ignoret [58] suum jus, & alienationem factam: spectatur ergo tri-*

h. t. l. 13. ff. de adq. rer. §. 5. vers. & hoc est. Inst. per quas personas cui. acq. 1 Liber ignoranti possessionem: scienti usucapionem adquirit. 2 De vacua possessione agitur in *l. 3. & 7. J. h. t.* vid. *l. 2. in fin. ff. de act. empt.* Goth. Vid. hic Zanger. *de Except. part. 3. c. 10. n. 121.* Ans. 3 Paria sunt in vacuam possessionem induci, & sciente venditore diu in possessione fuisse. *l. 12. S. de contrah. empt. l. 2. supr. si quis alteri.* 4 Hinc colligit Alciat. 2. *præsumpt.* 23. quemque præsumi possidere ex titulo præambulo, id est, ex antecedente aliquo titulo. dixi ad *l. 12. supr. de fide instrument.* 5 Revera possidet, qui sciente venditore possidet. 6 *l. 60. ff. de reg. jur.* aliud nesciente. *l. 5. ff. h. t. l. 14. §. 1. ff. de furtis.* 7 Hanc *l.* cum *l. 1. ff. h. t.* conciliat Charond. *verisim. l. 2. c. 6.* Ans. 8 *l. 32. §. 2. ff. h. t. 50. Ecl. 2. c. 1.* 9 *l. 2. supr. l. 7. J. h. t.* 10 Suo, scilicet. 11 *Affectus,* Hal. 12 Nudo animo possessio retinetur, non adquiritur. vid. 44. *in fin. ff. eodem.* 13 Culturam omittens, possessionem non amittit. 14 Vid. *quæ not. ad l. 1. §. 8. ff. h. t.* 15 Id est, titulum possidendi. vid. *l. 1. §. 19. ff. h. t.* 16 Colono facta venditio domino non nocet. 17 Sine vi, *l. ult. J. unde vi.* 18 Ingressio vacuæ possessionis vitium personale, non reale contrahitur: ideoque poterit res usucapi. 19 Id est, cum fructibus. Causa est quidquid a re proficiscitur, vel rei cohæret. *l. 3. §. 1. l. 8. ff. de usuris & fructibus & causis.* 20 Injusta possessio non est titulus. Sine titulo non est locus præscriptioni. *l. 24. supr. de rei vind. §. 2. Instit. de usurpat.* 21 *l. 2, l. 3. S. h. t.* 22 Cui multum tribui solet. 23 Per procuratorem possessio & dominium adquiri potest. *l. 1. S. per quas personas. l. 1. supr. h. t. l. 20. §. 2. ff. de adq. rer. dominio.* 24 Imo potest. *l. 12. §. 1. ff. h. t.* 25 Verus scilicet. *l. 5. ff. h. t.* de falso mox dicetur. 26 Falsus emptor melioris conditionis esse non debet quam verus. 27 Naturalem, scil. vel civilem: nulla est tertia. vid. Cuj. 9. *observ.* 33. Goth. Adde Zanger. *d. Except. part. 3. c. 10. n. 68.* Ans. 28 Jus & corpus opponuntur. 29 Possessio jure consistens, est civilis possessio. 30 Possessio corpore consistens, est naturalis possessio. 31 Legitima dicitur, quæ defenditur legibus & interdictis possessoriis. 32 Interruptio vitiat justam usucapiendi causam, adeo ut si ad diem res possessa non fuerit, videatur possessio ad verum dominum recurrere, atque ipsa interruptione dominium renovare, 2. Harm. 1. §. 67. 33 Possessor non intelligitur, qui licet possessionem corpore teneat, interposita contestatione & causa in judicium deducta, super jure possessionis vacillat ac dubitat. 34 *l. 26. S. de rei vindicat. l. 2. circa fin. l. 10. J. de præsc. longi temp.* 35 Realia scil. *l. 24. §. 1. ff. de usurpat. l. 5. in fin. C. Theod. unde vi.* estque pars postrema legis 2. *J. si per vim.* 36 Omnem scil. 37 Locus est huic legi, quando res tradita est alii & ab eodem occupatur. Joan. Decher. *l. 1. dissert. 3. n. 25.* Ad emphyteutam Vasallum, vel conductorem ad longum tempus trahi non potest. Valasc. *de jure Emphyt. quæst. 18. num.* 17. neque locum habet in colono tradente, ac deferente possessionem. Joann. a Sand. *decis. Frisic. lib. 5. tit. 4. defin. 7.* Ans. 38 Per servum, procuratorem, colonum, & inquilinum possidemus. 39 Qui alteri non sibi possidet, si possessionem deserit, vel alteri tradit, domino non præjudicat. *l. 31. & 40. §. 1. ff. h. t. l. 31. ff. de dolo. l. 6. in fin. J. unde vi. l. 1. J. si per vim. l. ult. §. 5. J. de delatoribus. lib. 10. tit. 11. l. 133. ff. de reg. jur.* 40 Malitia soli autori nocere debet. 41 In quærenda possessione potest quisque negligentia sua obesse ei cui quærere debuit: & tamen in id quod interest ei tenetur.

42 Possessor naturalem & civilem possessionem amittit, si ille per quem possidet, possessione expellitur: æque ac si possessionem ipsam traderet. Accurs. Bartol. Angel. *hic Gloss. in cap. olim causam. 12. extr. de restit. spoliat.* quod tamen in Ecclesia, *per doctores in d. cap. olim,* fisco & pupillo fallit. *c. 1. extr. de in integr.* adde aliam exceptionem ex Socino *reg.* 297. 43 Possessio facta sub manibus procuratoris. 44 Mala electio eligenti nocet. 45 *l. 133. ff. de reg. jur.* 46 *l. 27. ff. ad SC. Velleian.* 47 Id est, custodi possessionis. *l. 1. J. si per vim. l. 6. J. unde vi.* adde *l. ult. J. de delatoribus. lib. 10. tit. 11.* 48 50. *Eclog.* 11. Præscribimus hoc spatio res immobiles cum titulo, & bona fide. 49 Adversus præsentes. v. *l. 12. J. h. t. Nov. 119. c. 7. & 50. Ecl. 14. 15. & 2. Inst. 6. in prin.* 50 Adversus absentes. v. *l. 12. J. h. t.* 51 Eadem extat sententia apud Paul. 5. *sent.* 2. §. 5. 52 Hanc restrictionem adde *l. unic. S. de usuc. transformanda.* 53 Adversus rempublicam etiam viginti annorum præscriptio prodest ei qui justum initium possidendi habuit: nec medio tempore interpellatus est. Paul. *d. l. §. 4.* 54 Præscribere longo tempore non potest, titulum habens a malæ fidei possessore, *ut hic:* nisi alienatio ab initio bonæ fidei fuerit. Angelus *in l. sequitur 4. ff. de usurpat. Gloss. in d. l. item si res 4. ff. de alien. jud.* nisi debitor alienet rem alteri pignoratam: tunc enim emptor bonæ fidei præscribit adversus hypothecariam: hæc quippe Auth. de præscriptione dominii, non hypothecæ constituta est. Aret. & Cynus *hic.* fallit etiam quoties habens titulum a malæ fidei possessore dominium non præscribit. fallit etiam quoties præscribitur res in qua non requiritur titulus, puta servitus. *l. si quis diuturno, 10. ff. si servitus vindicetur.* sed & si procurator mala fide vendidit, & dominus rei bonam fidem habebit. *l. qui fundum 7. §. procurator 6. ff. pro empt.* Idem esse putat Bartol. in *l. Pomponius 13. §. 1. ff. de adq. vel amitt. possess.* Angel. *in l. sequitur 4. ff. de usurpat.* Bald. *in l. ancillæ 12. supr. de furtis:* in usucapione rei mobilis: cum possit res mobilis mala fide, sine furto distrahi. *l. alienum 6. ubi Gloss. supr. de furtis.* vide alias exceptiones apud Bart. Angel. & Bald. *ibid.* adde Socin. *reg.* 431. Idem dicendum in secundo emptore: ut hæc Auth. locum tantum adversus primum emptorem habeat, Bart. in *d. §. cum quis.* idem censet quoties venditor non in ipsa traditione, sed post, malam fidem habuit. Nam si mala fides superveniens non nocet ipsi possessori malæ fidei, multo minus nocere debebit singulari successori. *Gloss. l. item si res 4. ff. de alien. jud.* Aliud quoque existimant, si de fructibus adquirendis tractetur, cum hic de dominio adquirendo agatur. *Gloss. in l. vitia. 11. supr. de adq. vel amitt. poss.* Aliud etiam existimant in actionum præscriptione. Aret. *hic.* ut & si agatur de malæ fidei possessore ficto, vel præsumpto tantum. Quid si successor præscriptionem velit ex sua persona inchoare? Quid si venditor non mala fide prorsus, sed dubitans vendat? quid si perfecta præscriptione superveniat mala fides? Idem esse censent, Bald. *in l. nihil 2. supr. pro her.* Cast. *in l. ancillæ 12. supr. de furt.* Innocentius *in c. si diligenti 17. x. de præscr.* Bart. *in l. naturaliter 5. ff. de usurpat. c. cum dilectus. de majoritate.* adde Socin. *reg.* 33. 55 Voluntate sua ac sponte: secus si necessario. *l. Pomponius 13. §. si jussu. 9. ff. de adq. vel amitt. possess.* 56 Aliud in præscriptione longissimi temporis, quia mala fides tempore longissimo non nocet. *l. 3. l. 4. J. de præscr. 30.* 57 Præscribere longo tempore non potest, qui titulum habet a malæ fidei possessore, *ut hic.* An mobilia usucapere potest? hæc enim Authentica de præscriptione immobilium est. Bart. *in d. l. Pomponius* 13. 58 Ergo cum scit, neque ignorat, longissimum tempus non requiretur, sed longum tempus

ginta annorum defensio. Si vero is, qui putabat easdem res sibi competere, hoc cognoscens intra decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes litem non fuerit contestatus: possessor præscriptione munitus, firmiter eas habebit.

In AUTHENT. ut sponſ. larg. §. De præscriptione. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 8.

Q*Uod si quis quibusdam annis præsens sit, quibusdam absens, adjiciuntur ei super decennium tot anni quot annis ex decennio fuit absens.*

Præscriptio sortitur effectum re possessa bona fide cum titulo per longum tempus non interruptum. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

LOngi [1] temporis præscriptio his, qui bona [2] fide acceptam possessionem, & continuatam [3], nec interruptam [4] inquietudine [5] litis tenuerunt, solet patrocinari. PP. 5. Kalend. Decemb. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

3. Iidem AA. & CC. Antonio.

SI vineæ, quas mater tua vitrico tuo in [6] dotem dedit, tuæ proprietatis sunt, nec [7] ulla præscriptio ex transacti temporis prolixitate adolevit: Præses provinciæ restitui tibi eas efficiet.

Sine titulo non procedit usucapio longi temporis. Bald.

4. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

DIutina possessio tantum jure [8] successionis sine justo titulo [9] obtenta, prodesse ad præscriptionem hac sola ratione non potest. PP. *Sirmii*, 4. Id. April. AA. CONSS.

Error domini præstans patrocinium alteri in re propria, vel etiam effectus non tribuit possessori titulum. Bald.

5. Iidem AA. & CC. Soterico.

NEc petentem dominium ab eo, cui petentis solus error [10] causam possessionis sine vero titulo præstitit, silentii longi temporis præscriptione repelli, uris evidentissimi est. S. *Sirmii*, 11. Kalend. Maji, AA. CONSS.

Dolus dans causam contractui bonæ fidei, invalidat titulum ad præscriptionem temporis longi. Salic.

6. Pars ex Epistola eorundem AA. & CC. ad Primosum Præsidem Syriæ.

SI [11] fraude [12], & dolo (licet inter majores vigintiquinque annis) facta venditio est, hanc confirmare [13] non potuit consequens tempus, cum longi temporis præscriptio in malæ [14] fidei contractibus locum non habeat.

Instrumentorum amissio, vel subtractio non præjudicat præscriptione munito. Salic.

7. Iidem AA. & CC. Anteæ.

LOngi temporis possessione munitis instrumentorum amissio [15] nihil juris aufert: nec diuturnitate possessionis partam securitatem maleficium [16] alterius turbare potest. Dat. Prid. Kalend. Januar. AA. CONSS.

Adoptio invalida, vel error juris non est sufficiens ad præscriptionem longi temporis. Salic.

8. Iidem AA. & CC. Celso.

SI is, contra quem supplicas, matris tuæ quondam mancipia quasi filius ex causa tantum adoptionis [17] defendit: affectio destinatæ, ac illicitæ [18] adoptionis ad horum dominium ei quærendum sola non sufficit. Quapropter mancipia petere non prohiberis, nullam timens [temporis] præscriptionem: si hoc tantum initio præcedente is, contra quem supplicas, horum possessionem adeptus est.

Exceptio præscriptionis non potest opponi in initio, sed probanda venit fundata intentione actoris. Bald.

9. Iidem AA. & CC. Demostheni.

EMptor [19] bona fide contra præsentem [20] decennii præscriptione, [in] cujus initio [21] contestationem haberi sufficit, posteaquam suam impleverit intentionem petitor, adhibita probatione justæ possessionis defensus, absolvi recte postulat.

Usucapio longi temporis litis contestatione interrumpitur. Bald.

10. Iidem AA. & CC. Rhegino.

NEc bona fide possessionem adeptis longi temporis præscriptio post moram litis contestatæ completa proficit [22]: cum post [23] motam controversiam in præteritum [24] æstimetur. Dat. Id. Decembr. CC. CONSS.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SUper longi temporis præscriptione, quæ ex decem, vel viginti annis introducitur, perspicuo jure sancimus, ut sive ex donatione, sive ex alia lucrativa [25] causa bona fide quis per decem, vel viginti annos rem detinuisse probetur, adjecto [26] [scilicet] tempore etiam [27] prioris [28] possessoris: memorata longi temporis exceptio sine dubio ei competat, nec occasione lucrativæ causæ repellatur. Dat. Kal. Jul. DN. JUSTIN. PP. A. CONS. 528.

Præscriptio longi temporis inter præsentes completur decennio, inter absentes vicennio, & præsentes dicuntur, quando uterque habet domicilium in eadem provincia, licet non in eadem civitate. Salic.

12. Idem A. Joanni P.P.

CUm in longi temporis præscriptione tres emergebant veteribus ambiguitates: prima, propter *res* [29], ubi positæ sunt: secunda, propter *personas* [30], sive utriusque sive alterutrius præsentiam exigimus: & tertia, si in [31] eadem provincia, vel in eadem civitate debent esse personæ tam petentis, quam possidentis, & res, pro quibus certatur: omnes [eas] præsentis legis amplectimur definitione [32], ut nihil citra eam relinquatur. † Sancimus itaque debere in hujusmodi specie, utriusque *personæ*, tam petentis, quam possidentis spectari domicilium: ut tam is qui dominii vel hypothecæ quæstionem inducit, quam is qui res possidet, domicilium habeat in uno loco, id est, in una provincia [33]: hoc etenim magis nobis eligendum videtur: ut non [34] [in] civitate concludatur domicilium, sed magis provincia: etsi uterque domicilium in eadem habeat provincia, causam inter præsentes esse videri, & decennii [magis] præscriptione agentem excludi. † De *rebus* autem de quibus dubitatio est, nulla erit differentia, sive [35] in eadem provincia sint, sive in vicinia, vel trans mare positæ, vel longo spatio separatæ. Sin autem non [36] in eadem provincia uterque domicilium habeat, sed alter in alia, alius in altera: tunc ut inter absentes causam disceptari, & locum [37] esse viginti annorum exceptioni. Nihil enim prohibet sive in eadem provincia res constitutæ sint, sive in alia, super his controversiam in judicio provinciali moveri, & multo magis in hac florentissima civitate. Quid enim prodest in ipsa provincia esse possessionem, an in alia: cum jus vindicationis incorporale est, & ubicunque [38] res positæ sunt, & dominium earum, & vinculum ad dominum, vel creditorem possit reverti? Ideo enim nostri majores subtilissimo animo, & divino quodam motu ad actiones, & earum jura pervenerunt, ut incorporales [39] constitutæ possint ubicunque jus suum & effectum corporalem extendere. Sit igitur secundum hanc definitionem causa perfectissime composita, & nemo posthac dubitet, neque inter præsentes, neque inter absentes, quid statuendum sit: ut bono initio possessionem tenentis, & utriusque partis domicilio requisito sit expedita quæstio pro rebus ubicunque positis: nulla [40] scientia, vel ignorantia exspectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. † Eodem observando, & si res non soli sint, sed incorporales, quæ in jure [41] consistunt, veluti ususfructus, & cæteræ servitutes.

TIT. XXXIV.

IN QUIBUS CAUSIS CESSAT [42] LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIO.

Colonus subtrahendo instrumenta conductionis, non per hoc mutat causam possidendi, & ideo non præscribit. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Marcellinæ.

SI is, cui colendum [43] fundum dedisti, post instrumenta, quibus dominium ad te pertinere probari posset, per novercam tuam subtraxit [44]: hoc sola præscriptione [longi] temporis defendi non potest.

2. Iidem AA. & CC. Dionysio.

IN servorum [45] proprietatis negotio cum usucapio locum habeat, ad quæstionem longi temporis præscriptionis superfluo pervenitur.

tantum. *l.* 1. *supr.* 1 Præscriptio longi temporis prodest his qui bona fide possederunt, nec ullam contestationem litis sustinuerunt. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 11. *c.* 2. ubi Scholiastes separat δίκην, seu προκάταρξιν, & ὄχλησιν, litem sive contestationem ab inquietatione: ut prior usucapionem interrumpat, non posterior. 2 *l.* 27. *ff. de contrah. empt.*
3 *l.* 3. *ff. de usurpat.* 4 *l.* 1. *supr. h. t. l.* 10. *supr. tit. prox.* 5 Præscriptio interrumpitur litis contestatione. *l.* 1. *ſ. l.* 10. *J. h. t. l.* 10. *supr. tit. prox.* 6 Res aliena in dotem dari non potest: si tamen data fuerit, usucapi poterit. 7 *l.* 4. *supr. de rei vind. l.* 2. *l.* 5. *supr. de reb. alien. l.* 4. *supr. de usuc. pro empt.* 8 *l.* 4. *supr. de usucap. pro hered.* 9 Sine titulo non est usucapio: adde *l. unic. supr. de usuc. transform.*
10 Si per errorem causam possessionis meæ tibi præstiti, possum nihilominus rem meam vindicare, neque mihi oberit longi temporis præscriptio. 11 Præscriptio longi temporis emptionem dolo factam confirmare non potest: quum mala fide possidere quis incipiat. *Syn. ibid. c.* 6. 12 Contractus bonæ fidei, titulus est: nisi dolus causam illi dederit. Tunc enim titulus non est, ac proinde ex illo non præscribitur. 13 Dixi ad *l.* 1. *supr. de rescindenda.* 14 Malæ fidei possessor non præscribit. vid. *c.* 2. & ibi Dynum *de reg. in* 6.
15 Instrumenti amissio non nocet præscriptioni, si modo de jure possessionis aliter probari potest. *l.* 6. *l.* 8. *l.* 10. *in fin. supr. de fide instr. l.* 1. *J. in quibus caus. cessat longi temp.*
16 Id est, instrumenti fraudulenta subtractio. 17 *l.* 10. *supr. de suis.* 18 Mulieres non adoptant, vide tamen *l.* 5. *J.* & §. 10. *Inst. de adopt.* nec enim liberos habent in potestate. dixi ad *Nov. Leon.* 28. & ita quod possident illegitime adoptati non præscribunt.
19 Præscriptione longi temporis bonæ fidei emptor munitus auctori exceptionem objiciens, postea quam petitor dominium suum probaverit, adhibita probatione justæ possessionis absolvendus est. *Syn.* 50. *tit.* 1. *c.* 9. 20 *Instit. de usuc. l. unic. supr. de usuc. transform. l.* 7. *J. quibus non objic.* 21 Exceptio præscriptionis initio litis opponitur, post litem contestatam probatur. 22 Præscriptio litis contestatione interrumpitur. *l.* 1. *l.* 2. *supr. h. t.* 23 Vid. *l.* 10. *supr. tit. prox.* 24 *l.* 26. *in fin. supr. de rei vind.* id est, prorogetur. 25 In causis etiam lucrativis præscriptio, & longa possessio possessorem defendit. *l.* 26. *ff. de adquir. vel amitt. possess.* 26 *l.* 2. §. 20. *ff. pro emptore.* hinc colligunt præsumi medio tempore possedisse, qui hodie & ante decennium possederit. Probatis enim extremis, probantur media. vid. Alciat. 2. *præsumt.* 21. 27 In præscriptione longi temporis decem, vel viginti annorum, etiam tempus prioris possessoris computatur. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 11. *c.* 10. & 2. Harm. 1. §. 72. 28 *l.* 11. *ff. de divers. & tempor.*
29 De rebus. 30 De personis. 31 De præsentia. 32 Hæc lex juncta *l. corruptionem. C. de usufruct.* continet 44. decis. ex 50. novis Justin. vid. apud Inglois *decis.* 44. *quæst.* 1. *n.* 1. Ans. 33 Præsentes dicuntur, qui in eadem civitate domicilium habent.
34 Domicilium urbe non circumscribitur, sed provincia. 35 In præscriptione situs rerum non habetur ratio: nam & procul dissitas præscribimus. 36 Absentes dicuntur qui non sunt in eadem provincia. 37 Præscriptio igitur currit contra ignorantem, *ut hic.* Imo non currit. *l.* 7. *J. qui militare.* Solve: Non currit, quod ad incommodum: secus quod ad commodum, *d. l.* 7. Alii putant currere, sed restitutionem dari. Bart. *in l.* 1. §. *si quis autem* 8. *ff. de itinere.* Quid si justa sit ignorantia? currit quidem præscriptio: datur tamen restitutio adversus præscribentem. Bart. *in l.* 1. §. *si quis propter.* 9. *ff. de itinere.* Quid si de servitute præscribenda agitur? non currit adversus ignorantem præscriptio: cum in servitutibus præscribendis requiratur scientia domini, *Gloss. in l.* 2. *supr. de servit.* Aliam exceptionem vide apud Socinum *reg.* 305. 38 Facit *l.* 1. *supr. de contrah. emptione. l.* 15. *supr. de rescind.* 39 Incorporalia jura etiam longe dissita præscribimus. 40 Uno casu id inductum, *Nov.* 119. *c.* 7. puta, si a malæ fidei possessore quis rem bona fide accepit. Nam si sciente domino, locum habet præscriptio: si ignorante, cessat. 41 In jure consistunt ususfructus & servitutes.
42 Id est, in quibus actionibus majoris temporis quam longi præscriptio requiritur.
43 Vid. *l.* 1. *ſ. de usucap. transformanda. l.* 1. *ſ. comm. de usuc. l.* 3. *J. de præscr.* 30. *vel* 40. *annor.*
44. Vid. *l.* 7. *supr. de præscript. longi temporis.* 45 Mobilia, ut servi (nisi cohæreant fundo, ut mancipia rustica: tunc enim servus pro parte juris & fundi habetur. *l.* 3. *ff. de divers. & temp. l.* 9. *ff. eod.* Sunt immobilia quæcunque rebus immobilibus adhærent) usucapiuntur triennio. Ideoque cessat quæstio præscriptionis, ubi de re mobili agitur: atque ita de præscriptione longi temporis in rebus mobilibus quærere superfluum est, quum in illis usu-

Actio

Actio familiæ erciscundæ, vel communi dividundo non tollitur tempore. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Apollinari.

UNus individuum [1] commune [2] pro solido possidens intervallo [longi] temporis, quominus socius portionem vindicare, vel eum communi dividundo judicio provocare possit, non defenditur: cum neque familiæ erciscundæ [3] judicium, neque communi dividundo actio excludatur longi [4] temporis præscriptione. 3. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

Petitioni hereditatis non præscribitur longo tempore, salvo nisi possessor cum titulo, & bona fide dominium usuceperit. Baldus.

4. Iidem AA. & CC. Libroæ.

HEreditatem [5] quidem petentibus longi [6] temporis præscriptio nocere non potest, verum his, qui nec pro herede, nec pro possessore, sed pro empto, vel donato, seu alio titulo res, quæ ex hereditate sunt, vel fuerunt, possident: cum ab [7] his successio vindicari non possit, nihil hæc juris definitio nocet. 3. Id. Septembris.

Sine titulo non procedit longi temporis præscriptio, & pro expensis justis datur retentio. Salic.

Iidem AA. & CC. Hosimo.

SI puerum non pro derelicto habitum, sed ab hostibus vulneratum, sumptibus tuis (sicut adseveras) liberum existimans curasti [8]: longi temporis præscriptione, quominus dominus ejus offerens erogata recte [9] vindicet, defendi non potes.

TIT. XXXV.

QUIBUS [10] NON OBJICITUR LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIO.

Militi in expeditione existente, in effectu non currit præscriptio. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Venulejo.

TEmpus expeditionis [11] adversus petitiones, si quæ competisse juste probari possunt, præscriptionem non parit. 6. Non. Jul. JULIANO, & CRISPO CONSS. 225.

Frustra precibus impetratur, quod per restitutionem in integrum conceditur.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aurelio Archiatro [12].

CUm per absentiam [13] tuam eos, de quibus quereris, in res juris tui irruisse adseveres, teque ob medendi [14] curam a Comitatu nostro discedere non posse palam sit: Præfectus prætorio noster accersitis his, quos causa contingit, inter vos cognoscet. Non [15] necessario autem petis ex longi temporis diuturnitate præscriptionem tibi non opponi, quando justæ absentiæ ratio, & necessitatis publicæ obsequium ab hujusmodi præjudicio te defendat. PP. 15. Kal. Mart. *Nicomediæ*, MAX. II. & AQUIL. CONSS. 286.

Præscriptio longi temporis non currit minori. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Numidio Correctori Italiæ.

NOn [16] est incognitum, id [17] temporis, quod in minore [18] ætate transmissum est, longi temporis præscriptioni non imputari: ea enim tunc [19] currere incipit, quando ad majorem ætatem dominus rei pervenerit. PP. 4. Id. Septembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Absenti reipublicæ causa, vel fortuito, non obstat præscriptio. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Crispino.

SI possessio inconcussa sine controversia perseveravit: firmitatem suam teneat objecta præscriptio, quam contra absentes, vel Reipublicæ [20] causa, vel maxime fortuito casu, nequaquam valere, decernimus. PP. 6. Kalend. Mart. ANNIBALIANO, & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

Personales actiones regulariter non tolluntur longi temporis præscriptione. Salic.

5. Iidem AA. & CC. Januario.

NEque [21] mutui, neque commodati, aut depositi, seu legati, vel fideicommissi, vel tutelæ, seu alii cuilibet personali [22] actioni longi temporis præscriptionem objici posse, certi juris est. S. Kal. Februar. AA. CONSS.

Reversus de captivitate rem non præscriptam vindicat actione directa: præscriptam vero utili rescissoria restitutione præhabita. Salic.

6. Iidem AA. & CC. Dulcio.

AB hostibus captus [23], ac postliminio reversus, actione in rem directa, vel qualibet alia dominium vindicando, temporis adversarii possessionem frustra times: cum adversus [24] eos, qui restitutionis auxilio quacunque ratione juvantur, hujusmodi factum non opituletur.

Præscriptio temporis contra præsentem, finitur annis decem: contra absentem, annis viginti.

7. Iidem AA. & CC. Cassandro.

PRæscriptione bona fide possidentes adversus præsentes annorum decem [25], absentes autem viginti muniuntur. Quod si ex alicujus persona [26] de petitorum parte restitutionis prætendatur auxilium: deducto eo, quo, si quid fuerit gestum, succurri solet, residuum computari, rationis est.

Militibus in expeditione degentibus adversus præscriptionem contra eos inchoatam succurritur, non delicatis in domo sua manentibus.

8. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SAncimus his solis militibus, qui expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, in exceptionibus declinandis opitulari: illis temporibus, per quæ citra [27] expeditionum necessitatem in aliis locis, vel in suis ædibus [28] degunt, minime eos ad vindicandum hoc privilegium adjuvantibus. Dat. Kalend. April. *Constantinop.* DECIO CONS. 529.

TIT. XXXVI.

SI ADVERSUS CREDITOREM PRÆSCRIPTIO OPPONATUR.

Extraneus pignorum possessor titulo, & bona fide præscribit hypothecariæ actioni spatio temporis longi, personali contra debitorem salva manente. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Veneriæ.

DIuturnum silentium [29] longi temporis præscriptione corroboratum, creditoribus pignus [30] persequentibus inefficacem actionem constituit: præterquam [31] si debitores, vel qui in eorum jura successerunt, obligatæ rei possessioni incumbant. Ubi autem creditori a possessore longi temporis præscriptio objicitur, personalis actio adversus debitorem salva ei competit.

Actio personalis contra solum obligatum dirigitur, & ejus heredes, hypothecaria, contra possessorem, qui longo tempore adversus creditorem præscribit. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. [& CC.] Marcellæ.

SI debitori heres [32] non extitisti, sed justa viginti annorum possessione collata in te donatio [33] corroborata est: neque personali [34] actione, quia debitori non successisti, convenire te juris ratio permittit: neque data pignori prædia post intervallum longi temporis tibi auferenda sunt: quando etiam præsentibus creditoribus decem annorum præscriptionem opponi posse, tam rescriptis nostris, quam priorum Principum statutis probatum sit.

capio triennii locum habeat. *Synops.* 50. *tit.* 12. 1 Id est, nondum divisum. 2 Actioni mixtæ non præscribitur longo tempore. 3 *l.* 1. §. 1. *vers. nemo.* Ϳ. *de annali Except. l.* 22. *supr. familiæ. l. ult. ff. pro dot.* excipe *l.* 1. *supr. de com. rer. alien.* 4 Præscriptione longi temporis, hoc est, decem vel viginti annorum non excluditur actio familiæ erciscundæ, & communi dividundo, sed triginta tantum annorum præscriptione. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 12. *c.* 3. 2. Harm. 1. §. 53. 5 Petitio hereditatis non præscribitur longo tempore. *l.* 8. *supr. de jur. delib. Synops. Basil.* 50. *tit.* 22. *c.* 4. 2. Harm. 2. §. 8. nisi possessor cum titulo & bona fide dominium usuceperit: hoc est, si quis alio titulo possidens usuceperit, tutus est; nec enim actione petitionis hereditatis conveniri potest. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 12. *cap.* 4. 6 Decennii spatio inter præsentes, vicennio inter absentes. *l.* 12. *supr. tit. prox.* 7 Petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem, *ut hic, & l.* 1. *supr. de inoffic.* nisi quinque casibus, puta si venditor hereditatis absit nec compareat. *l.* 13. §. 4. *ff. de hered. pet.* si hereditas modico distracta sit. *dict. l.* 13. §. 5. si sciente emptore comparata. *d. l.* 13. §. 8. si empta sit a fisco. *d. l.* 13. §. 9. si titulus habetur pro non titulo. *d. l.* 13. §. 1. Datur itaque petitio hereditatis, quæ mixta est actio, adversus eum qui sine titulo possidet, nec tollitur longi temporis præscriptione. 8 Qui puerum alienum vulneratum curat, eum possidet, non animo domini, qui ita possidet, non præscribit adversus dominum. 9 Alias nisi offerret expensas, locus esset retentioni.

10 50. *Eclog.* 12. 11 Militibus non objicitur longi temporis præscriptio. vid. *supr. de restit. milit.* 12 *Archiatri* qui sint, dixi in *l.* 6. 9. 10. Ϳ. *de professoribus & medicis lib.* 10. *tit.* 52. adde *l.* 8. Ϳ. *de metatis. lib.* 12. *tit.* 41. 13 Absenti necessaria & publica de causa non objicitur præscriptio longi temporis. 14 Qui sunt in comitatu principis medici, absunt necessaria de causa. 15 Frustra precibus a principe impetratur, quod per restitutionem jure communi conceditur. 16 *l.* 1. *in fin. l. ult. supr. si quis ignorans rem minoris.* ut mirum sit, Justinianum hujusce juris constitutionem sibi adrogare. *l. ult. supr. in quib. caus. in integr. rest.* 17 Cum decem vel viginti annorum tempore non computatur id tempus, quo quis minor vigintiquinque annis fuit. Nam præscriptio tunc incipit currere, quando ad majorem ætatem dominus pervenerit, hoc est, cum annum vicesimum quintum compleverit. *Synops. Basil.* 52. *tit.* 12. *c.* 7. 18 Minori non objicitur præscriptio longi temporis. 19 Quando incipit currere præscriptio adversus minorem? vid. *l.* 5. *supr. in quibus causis in integrum restitutio. l.* 3. Ϳ. *de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum.* 20 Absenti reipublicæ causa vel fortuito casu, non obstat præscriptio longi temporis, *ut hic. Synops. Basil. ibid. c.* 7. *in pr.* 21 Præscriptio longi temporis non obstat mutuo, commodato, deposito, legato, fideicommisso, tutelæ, nec alii cuilibet actioni personali, *ut hic. Synops. d. loco.* ut plenius mox dicetur. 22 Hodie personales actiones præscribuntur 30. annis. *l.* 3. *vers. ult.* Ϳ. *de præs.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 1. §. 1. Ϳ. *de annali.* 23 Captus ab hostibus & ab iisdem reversus, adversus præscriptionem restituitur. 24 Adversus eum qui restitui potest, præscriptio non juvat. 25 Vid. *l.* 12. *supr. de præsc. longi temporis.* 26 Præscriptio longi temporis non objicitur agenti in personam. vid. *l.* 3. *supr. tit. prox.*

27 Tempus voluntariæ absentiæ militem non tuetur adversus præscriptionem. Voluntarie miles abest, quoties in expeditione non est: sed alio loco citra causam expeditionis.

28 Dixi ad *l.* 18. Ϳ. *de episc. aud.* quod iterum retractare non pigebit. Quæri enim merito potest: cur in suis sedibus vel ædibus (Ædes enim veræ militum fossata, stationes, castra ipsa) privilegio militari non fruantur: aut cur cum in illis sunt, abesse Reipublicæ causa non dicantur? eo magis quod nisi & in illis locis constituti privilegio militari fruantur, exiguo admodum tempore beneficium militare duraturum eis sit, si in momentum solum expeditionis & procinctus tempus extenditur, neque ad stationum militarium tempora porrigetur. Denique nulla mihi videtur ratio, ut cum in suis sedetis, vel hybernis sunt (*en garnison*) privilegio spolientur, cum vel eo temporis spatio annonas militares accipiant. *l.* 18. *supr. de episcop. audient. l.* 2. *C. Theod. de domesticis & protectoribus. lib.* 6. *tit.* 24. ut mihi suspicio magna justaque sit, *hic & in l. ult. supr. de restit. militum.* (ubi hæc constitutio totidem verbis repetitur) & vers. *illis autem temporibus*, & apud Theoph. *Instit. de militari testamento*, legendum, *milites non juvari:* eos jure denique militari in testando non frui cum citra expeditionis necessitatem in aliis locis quam in suis ædibus, ἢ μὴ ἐν τοῖς λεγομένοις αὐτῶν ἐν σεδέτοις degunt: ut loco τῶν *vel* legamus, ἢ μὴ, id est, *quam.* Quod & Theophilus satis indicat, cum sedeta exponit, ἔνθα διάγειν αὐτοὺς ἀνάγκη, loca in quibus milites agere necesse sit. Quid quod vix a paganis differrent milites, si in expeditione tantum militari eo beneficio fruentur: cum pagani ipsi in expeditione etiam jure militari testari possint. *l. ult. ff. de test. mil.* propter memoriam legum, cæterarumque disciplinarum locis illis intermortuam: ut defendi merito posse videatur, milites cum in ædibus suis positi, hoc est, cum in fossatis, stationibus & castris militares annonas accipiunt & necessario abesse dicuntur, ibidem eos jure militari testari posse, præscriptionem adversus eos non currere, restitutionis beneficio dignos esse, ut a paganis vel in eo differant, neve beneficium militare ad id tantum tempus referatur, quo in procinctu & expeditione sunt, quod nimis exiguum & breve est, & alioquin placet quod a Baldo notatum est *l. ult. supr. de rest. mil.* militiam nudam ac solam non præbere beneficium restitutionis in integrum, sed occupationem: occupationem, inquam, circa res militares: quarum pars non minima est in hybernis stationibus, sedetis, sedibus seu ædibus, castris denique ipsis & fossatis excubatione atque mora. Possis tamen & hunc locum sic accipere: Miles non fruitur privilegio militari, quoties non militaribus locis, vel quoties in suis ædibus citra expeditionis necessitatem moratur.

29 Intellectum harum duarum legum vid. apud Sarmient. *lib.* 2. *cap.* 9. & Hartmann. Pistor. *quæst.* 38. *numer.* 18. & 24. Ans. 30 Præscriptio longi temporis excludit non tantum in rem actionem sed & hypothecariam, *ut hic. l. ult. vers. sancimus. supr. de præsc. longi tempor. l.* 7. *l. ult. supr. de obl. & action. l.* 19. Ϳ. *de evict.* 31 Extraneus pignoris possessor, titulo & bona fide pignus longo tempore potest præscribere: personali contra debitorem manente. Debitor vero heresve ejus, *ut hic. & l.* 2. Ϳ. *h. t.* pignus non præscribit etiam longo tempore. 32 Vid. *l.* 1. *supr. h. t.* 33 Donatarius longo tempore pignus potest præscribere. 34 Personalis actio non competit adversus extraneum pignoris possessorem: sed hypothecaria.

TIT. XXXVII.
DE QUADRIENNII [1] PRÆSCRIPTIONE.

Contra fiſcum præſcribitur quadriennio continuo.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Orphitum P. V.

NOtum eſt, a fiſco quæſtionem poſt quadriennium [continuum] ſuper bonis vacantibus [2] inchoandam non eſſe. Additum eſt & eos, qui noſtra largitate [3] nituntur, nulla inquietudine laceſſendos: nec his a fiſco noſtro controverſiam commovendam, qui quoquo modo, aut titulo easdem res poſſederint.

Qui rem alienam emit a fiſco illam vendente ut propriam, vel qui eam conſecutus eſt a principe, ut fiſcalem, non poteſt a domino nec ab aliis jus in re prætendentibus, inquietari. Salic.

2. Imp. ZENO [4] A. Æneæ Comiti rerum privatarum.

OMnes [5], qui quascunque res mobiles, vel immobiles ſeu ſe [6] moventes, vel in actionibus, aut quocunque jure conſtitutas, a ſacratiſſimo ærario [7] comparaverint [8]: eos quin etiam quibuscunque res mobiles, ſeu immobiles, ſeu ſe moventes, aut in actionibus, vel quocunque jure conſtitutæ, munificentiæ [9] principalis nomine datæ fuerint, omnibus pariter privilegiis quæ ex divinis ſanctionibus inclytæ recordationis Leonis, & noſtræ pietatis ſuper certis patrimoniis antea emptores conſecuti ſunt, perpotiri [ſancimus:] & ita cunctos hujusmodi beneficiis, ſeu privilegiis perfrui, tanquam ſi ſuper ſingulis ſubſtantiis ſeu patrimoniis etiam nunc, vel poſtea data fuiſſet hujusmodi diſpoſitio: nec [10] poſſe contra emptores prædictarum rerum factos jam, [vel futuros,] vel contra eos quibus ſuper hujusmodi rebus largitas noſtra delata eſt, vel fuerit, aliquas actiones in rem [11], dominii, vel hypothecæ [12] gratia, vel in perſonam [13] civiles, ſeu prætorias, vel ex legibus, ſeu ſacratiſſimis conſtitutionibus deſcendentes, vel quaslibet alias (licet [14] nominatim præſenti ſanctione non ſint comprehenſæ) moveri: data volentibus licentia intra quadriennium contra ſacratiſſimum ærarium, ſi quas ſibi competere actiones exiſtimant, exercere: ita tamen, ut poſt elapſum quadriennium, nec [15] ſacratiſſimum fiſcum licere ſibimet quibuslibet actionibus pulſare cognoſcant.

Si officialis fiſci vendens confiteatur ſibi pretium eſſe numeratum, perpetuo eſt ſecurus emptor.

§. 1. Ad hæc fiſcalium rerum emptoribus cum ratione juſtitiæ conſulentes jubemus, quoties competens ſcrinium [16] geſtis intervenientibus diſtractarum rerum pretia ſeſe depoſuerit ſuſcepiſſe, minime poſt hujusmodi ſolutæ pecuniæ depoſitionem emptores, quaſi non numeratis pecuniis moleſtari, vel neceſſitatem iisdem emptoribus imponi (licet non ſolennem conſecuti fuerint ſecuritatem) ſoluta fuiſſe pretia probare. Sed cum ſit in arbitrio pretia ſuſcipientis minime deponere, ſeſe, quod non acceperit, ſuſcepiſſe: ita convenit nec emptores pleniſſimam ex hujusmodi depoſitione ſuper pretii ſolutione ſecuritatem conſecutos, ullum (ſicut dictum eſt) ulterius probationis gravamen penitus formidare.

Fiſcus, vel procurator Cæſaris non tenetur de evictione promittere. Salic.

3. Imp. JUSTINIANUS [17] A. Floro Comiti rerum privatarum, & Curatori dominicæ [18] domus, & Petro viro illuſtri Curatori divinæ domus ſereniſſimæ Auguſtæ, & Macedonio viro illuſtri Curatori & ipſi dominicæ domus [ſereniſſimæ Auguſtæ].

BEne a Zenone [19] divæ memoriæ fiſcalibus [20] alienationibus proſpectum eſt [21], ne [22] homines, qui ex noſtro ærario donationis, vel emptionis, vel cujuslibet alienationis titulo quicquam accipiunt, ſi quid circa contractum contrarium emerſerit, vel evictionis, vel alterius inquietudinis gratia, ad dominium, vel hypothecam reſpiciens, aliquod ſuſtineant detrimentum, ſed adverſus emptores quidem, vel donationem accipientes, vel per alios titulos alienationis quicquam detinentes minime quæcunque actiones moveantur: ſed tantummodo contra ærarium usque ad quadriennium tantum: quo translapſo, neque adverſus fiſcum aliqua remaneat actio. Sed ſcimus hoc quidem in fiſcalibus alienationibus gnaviter obſervari: ſed non ſimili modo rem fuiſſe obſervatam circa eas res, quæ a ſacratiſſimis Imperatoribus [23], non a fiſcalibus rebus, ſed ex privata [24] eorum ſubſtantia procedunt: quod ſatis irrationabile eſt. Quæ enim differentia introducitur, cum [25] omnia Principis eſſe intelligantur, ſive ex ſua ſubſtantia, ſive ex fiſcali fuerit aliquid alienatum? Eodemque modo, & ſi a ſereniſſima Auguſta [26] aliquid alienetur, quare non eadem [27] utatur prærogativa? ſed Curatores noſtri, per quos ſolemus ſubſtantiam noſtram gubernare, neceſſe habeant in venditionibus rerum, & evictionem [28], & alia, quæ ſunt privatæ utilitatis pacta, emptionalibus inſtrumentis addere, vel quasdam tales obligationes in alienationum inſtrumentis agnoſcere, vel in permutationibus, vel in transactionibus, ſi & hoc fuerit celebratum: hoc enim eſt eorum, qui nec majeſtatem Imperialem agnoſcunt, nec quantum inter [29] privatam fortunam, & regale culmen medium eſt, & qui noſtros Curatores, per quos res divinarum domuum aguntur, aliquibus injuriis, vel damnis afficere conantur. Quæ omnia reſecantes, per hanc generalem, & in perpetuum valituram legem ſancimus [30], omnes alienationes de aula procedentes, ſive a noſtra clementia, ſive a ſereniſſima Auguſta conjuge noſtra, ſive ab his, qui poſtea digni fuerint nomine imperiali, ſive jam alienatum quiddam eſt, ſive poſtea fuerit, ſine omni inquietudine permanere, ſive res eis per nosmetipſos, ſive per procuratores (ex epiſtalmate [31] tamen noſtro) fuerint adſignatæ. Et nemo audeat eos, qui res accipiunt per quemcunque titulum alienationis, ſive mobiles, ſive immobiles, ſeu ſe [32] moventes, vel jura incorporalia, vel panes [33] civiles, judiciis adſicere, vel ſperare aliquam contra eos eſſe ſibi viam apertam: ſed omnis aditus præcludatur, omnis motus, & ſpes hujus petulantiæ. Sed adverſus domos noſtras habeant intra quadriennium tantum ſecundum imitationem fiſci, quas exiſtimant poſſe ſibi competere actiones in rem, vel hypothecariam: ut ex noſtra juſſione [34] cauſa moveatur, & competentem mereatur effectum. Quod ſi quadriennium fuerit emenſum; nec adverſus domum noſtram habeat quis quamcunque actionem. Quia igitur multa ſcimus, tam noſmetipſos, quam ſereniſſimam Auguſtam conjugem noſtram variis perſonis jam donaſſe, & vendidiſſe, & per alios titulos adſignaſſe, & maxime [35] ſacroſanctis Eccleſiis, & xenonibus, & ptochotrophis, & epiſcopis, & monachis, & aliis innumerabilibus perſonis: & eandem liberalitatem ex noſtra ſubſtantia, ſive ſereniſſimæ conjugis noſtræ eſſe confectam: ſancimus etiam eos firmo jure habere quod conſecuti ſunt; ita ut contra illos quidem nulla moveatur actio: intra quadriennium autem ex præſenti die numerandum pateat omnibus aditus contra noſtras divinas domos ſuas actiones ſuper eisdem rebus movere: ſcituris, quod præfato quadriennio finito, neque adverſus domos noſtras aliquis eis reſervetur regreſſus. Cum enim multa privilegia Auguſta fortuna meruit [36] & in donationibus [37] ſine inſinuatione geſtorum omnem firmitatem habentibus, & ſuper rebus, quas pro tempore ſereniſſimus Princeps divinæ Auguſtæ conſtante [38] matrimonio donaverit, vel ipſe a ſereniſſima Auguſta per donationis titulum conſequatur, ut maneat illico donatio plena, nullo alio confirmationis tempore expectando: ita & hoc videatur imperiale eſſe privilegium. Qui enim [39] ſuis conſiliis ſuisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctéque laborant, quare non habeant dignam ſua prærogativa fortunam? Quæ ergo pro Auguſto honore, & cautela res accipientium noſtra ſtatuit æternitas, hæc tam ſublimitas tua quam cæteri omnes judices noſtri obſervare feſtinent, ex eo tempore valitura quo nutu divino imperiales ſuſcepimus infulas. Dat. 5. Kalend. Decembr. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXVIII.
NE REI DOMINICÆ [40] VEL TEMPLORUM [41] VINDICATIO TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE SUBMOVEATUR.

Servi, liberi, vel coloni principis, & eorum ſoboles indebite ad aliquam dignitatem obrepentes, ad ſtatum priſtinum debent retrahi omni præſcriptione ſemota. Salic.

1. Impp. VALENS & VALENTIN. AA. ad Probum P.P. Galliæ.

SÆpenumero præceptum eſt, ut ſervi [42] atque liberti, colonique præterea rei noſtræ, necnon etiam eorum ſoboles, ac nepotes, quicunque de noſtris poſſeſſionibus receſſiſſent, ac ſe ad diverſa militiæ genera contuliſſent: cingulo, in quod obrepſerant fraudulenter, exuti, ſi ad aliquas fortaſſe tranſcenderint dignitates, omni temporis definitione ſubmota, noſtro patrimonio reddantur.

---

1 50. *Eclog.* 13. vide Cujac. *c.* 23. *de præſc.* & 5. *obſ.* 30. 2 Vacantium bonorum perſecutionem fiſcus quadriennali ſilentio amittit, *ut hic.* & *l.* 6. §. 7. *ff. ſi quis omiſ. cauſ. l.* 18. *ff. de uſurpat. l.* 10. *ff. de diverſ. temp. præſ. l.* 1. §. 2. *ff. de jur. fiſc.* Præſcribimus quadriennio rem fiſci adverſus ipſum fiſcum. Rem fiſci, puta res vacantes quæ Græcis πράγματα σχολάζοντα. *Synopſ.* 50. *tit.* 13. *c.* 1. 3 Vacantia bona qui ex beneficio principis promeriti ſunt, ſtatim domini fiunt & ſecuri adverſus fiſcum, *Ecl. d. loco.* 4 Hujus conſtitutionis meminit Juſtinianus §. 13. *verſ. conſtitutio autem divæ memoriæ Zenonis. Inſt. de uſucap. autor. Synopſ.* 19. *tit.* 23. *c.* 5. 5 Intellectum hujus & ſeq. leg. vid. apud. Neoſtad. *deciſ. Cur. Holland.* 15. Anſ. 6 Vid. *l.* 93. *ff. de verb. ſig.* 7 De his qui emunt a fiſco, agitur hac lege, ut & ſequenti de his qui emunt ab Auguſto, vel principe, ejusve procuratoribus. 8 Pars major hujus conſtitutionis eſt de eo, qui rem alienam a fiſco emit. 9 Si cui res aliena a fiſco fuerit donata. 10 Qui rem alienam a fiſco comparat, aut quovis alio titulo habet, ſtatim ſecurus eſt adverſus dominum, vel creditorem hypothecarium. Olim neceſſaria erat ei præſcriptio quinquennii ex edicto divi Marci, ut *l.* 3. *ſupr. ſi adverſ. fiſc.* 3. Harmenop. 3. §. 95. *Synopſ. illo c.* 5. dabatur quoque utilis actio. *l.* 13. §. 9. *ff. de pet. hered.* At enim dices etiam hodie emptores conveniri. *l.* 1. *ſupr. de her. vel actione vend.* Quidam putant hic præſcribi adverſus dominium & hypothecarias actiones, non adverſus æs alienum. Putarim dictam legem primam abrogari. Nam ſi hic præſcribuntur hypothecariæ, æs alienum utique præſcribitur. Quid enim aliud hypothecarii creditoris perſecutio, quam æris alieni actio? Quid fiſcus? mox dicetur. 11 Actio in rem dominium, vel hypothecam perſequitur. 12 Serviana. §. *ult. Inſt.* & ibi Theoph. *de uſuc.* 13 Actiones in perſonam ſunt, vel civiles, vel prætoriæ, vel ex legibus vel conſtitutionibus deſcendunt. 14 Vid. Cujac. 10. *obſ.* 12. 15 Poſt quadriennium quam fiſcus rem alienam diſtraxit, vel donavit, dominis & creditoribus in fiſcum denegatur actio. 16 Confeſſio procuratoris Fiſci inter ſcripturas, ſtatim Fiſco præjudicat. 17 §. *ult. verſ. Noſtra autem conſtitutio. Inſt. de uſuc.* 18 Principis ex domo, vel ejus privata ſubſtantia, ex dominicis denique ejus rebus ſi quid alienabatur, id fiebat per comitem rerum privatarum & curatorem Dominicæ domus: habebat & Auguſta curatorem divinæ ſeu dominicæ domus ſuæ & quidem illuſtrem, *ut hic,* quod notandum. 19 *l.* 2. *ſupr. h. t.* 20 Pertinet enim dicta lex 2. ad factas a Fiſco alienationes. 21 Vid. Zoannetum *rerum quotid. c.* 27. Bartholomæum de Las-Caſas *in tractat. An Principes ſubditos a regia corona alienare poſſint.* §. 3. Mod. 22 Emptori auferri non poteſt res aliena ei a Principe vel Fiſco vendita, *ut hic.* Quid ſi Princeps inferior & ſuperiorem recognoſcens quid vendidit? aliud dicendum, niſi in territorio ſuo Regalia & jura Fiſcalia exerceat: multo magis ſi ſuperiorem non agnoſcit & jura Regalia & Fiſcalia poſſidet a tempore, cujus memoria non extet, *c. ſupr.* 26. *Ext. de verb. ſign.* Quid ſi princeps mala fide vendidit: veluti ſciens rem alienam eſſe? ſuperiorem ſententiam locum habere non putat Bart. *in l. ult. §. ſi contra jus:* ut & quoties res Eccleſiæ, vel minoris vendita eſt a fiſco: his enim caſibus minores & Eccleſias reſtitui. *Gloſſ.* 12. *quæſt.* 2. *c. quousque. l.* 1. *ſupr. ſi adverſ. fiſc.* Idem putant ſi princeps alienavit, nondum tamen rem tradidit. Bald. *in c.* 1. *in fin. de nova forma fidelitatis.* vid. Socin. *reg.* 342. 23 Idem locum habet in principibus inferioribus ſuperiorem non recognoſcentibus. vide Rol. a Valle 1. *conſ.* 29. *n.* 17. 24 Obſerva quibus de rebus hac conſtitutione agatur. 25 Dixi de hac ſententia ad *Novell.* 105. *c.* 2. §. 4. *circa fin.* ut breviter interea notemus, Nihil hic aliud dici, quam quod omnia tam fiſcalia quam patrimonialia (de his enim tantum hac lege agitur) principis eſſe intelligantur: alias quæ quisque privatus poſſidet, principis ſunt nudo imperio, non dominio. Scite Tertul. *lib. de Idololatria,* hanc adulatorum ferocem ſententiam pie ſic eludit, *Quid erit,* inquit, *Dei, ſi omnia ſunt Cæſaris?* 26 *l.* 31. *ff. de legibus l.* 6. *in fin. ff. de jure fiſci.* 27 Imo non eadem utitur. *l.* 56. & 57. *ff. de legat.* 2. 28 Curatores vel procuratores rerum principis non cavent de evictione rerum a principe diſtractarum: & merito, cum emptores ſtatim ſecuri ſint. *l.* 13. *ſupr. de non numerata. l.* 2. *infr. de diſcuſſoribus. lib.* 10. *tit.* 30. *l.* 11. *J. de ſuſceptoribus. lib.* 10. *tit.* 70. 29 Magnum medium eſt inter privatam fortunam & regale culmen. 30 Obſerva regulam. 31 Id eſt, juſſu, quidam legunt *epitagmate.* 32 Vide *l* 93 *ff. de verb. ſign.* 33 De quibus alias dixi. 34 Privatus adverſus fiſcum litigaturus, ab eodem fiſco (ſicut libertus a patrono) veniam petere debet. Bald. *conſ.* 432. Bart. *conſil.* 18. Romanus *ſingul.* 9. 35 Principes locis & perſonis religioſis maxime donare ſolent. 36 Principes habent multa privilegia. 37 *l.* 34. *J. de donationibus.* 38 *l. pen. ſupr. de donationib. int. vir. l.* 7. *ſupr. de bon. quæ liberis.* 39 Prilegiorum cauſæ. 40 Id eſt, Principis privatæ, 41 *l.* 2. *J. eodem.* Templa paganorum intellige, quæ principes & imperatores facti Chriſtiani nonnunquam vendebant, ut & eorum jura. *l. ult. infr. de fund. patrimonialibus. lib.* 11. *tit.* 61. *l.* 6. *J. de omni agro, lib.* 11. *tit.* 58. & *J. tit. de diverſ. præd. urban. & ruſt. temp. lib.* 11. *tit.* 69. *l.* 1. *C. Theod. de fide cathol.* 42 Servi liberti & coloni principis ab ejus poſſeſſione recedentes, & ad aliquam dignitatem obrepentes, ad ſtatum priſtinum retrahuntur omni præſcriptione ſemota. vid. *l.* 2. *ſupr. comm. de uſucapionibus.*

Res

Res emphyteuticariæ Cæſaris, reipublicæ, vel templorum, nullo titulo oneroſo, vel lucrativo alienari poſſunt, ut præſcribantur. Bald.

2. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA. Dextro Comiti rerum privatarum.

UNiverſas terras, quæ a colonis, ſive emphyteuticariis dominici [1] juris, Reipublicæ [2], vel juris ſacrorum [3] templorum in qualibet provincia venditæ, vel ullo alio pacto alienatæ ſunt, ab his qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis præſcriptione officiente jubemus reſtitui: ita ut nec [4] pretium quidem iniquis comparatoribus repoſcere liceat. Dat. 5. Nonas Jul. *Conſtantinop.* VALENT. A. IV. & EUTROPIO CONSS. 387.

Deminutio cenſus ſoluti ad modum conſuetum reducitur, reſcripto obtento illicito non obſtante. Jacob. But.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Paulinum Com. dominicæ rei.

SI qua [5] [unquam] loca ad ſacrum dominium pertinentia cujuslibet temeritas occupaverit: ſecundum veteris cenſus fidem in ſua jura retrahantur. Reſcripta [6] igitur obreptionibus impetrata, cum præſcriptione longi temporis, & novi cenſus præjudicio ſubmovebit auctoritas tua: atque ita omnia ſuo corpori, quæ ſunt avulſa, reſtituet: neque enim incubatio [7] diuturna aut novella profeſſio, proprietatis noſtræ privilegium abolere poterit. Dat. 5. Kal. April. ARCADIO V. [8] & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. XXXIX.
DE PRÆSCRIPTIONE XXX. [9], VEL XL. [10] ANNORUM [11].

Fundus ob tributa non ſoluta venditus, ſi in venditione non fuerint ſervata, vel non intervenerint a jure requiſita, vindicatur, niſi triginta annis ſit præſcriptus. Salic.

1. Impp. DIOCLET. [12] & MAXIM. AA. Arianæ.

CUm adſeveres, te abſente, eos qui oculos [13] prædiis tuis impoſuerant, operam dediſſe, ut annonariæ [14] collationis prætextu, vili pretio ab officio Præſidiali prædia tua diſtraherentur; ſi legitimi [15] temporis ſpatium ex venditionis die fluxit: qui provinciam regit, inter vos cognoſcet, & quod publico jure præſcriptum eſt, ſtatuet. Sin autem nondum ex die publicæ venditionis legitimum [16] tempus transmiſſum ſit: Judex examinatis allegationibus tuis, quod rei qualitas dictaverit, ſequetur: non ignarus ſi injuſtam eſſe emptionem perſpexerit, pretium quod pro vitioſo contractu datum eſt, ſecundum principalium ſtatutorum tenorem malæ fidei emptoribus reſtitui [17] non oportere.

2. Impp. VALENT. [18] & VALENS AA. ad Voluſianum P.P.

MAle agitur cum dominis prædiorum, ſi tanta precario [19] poſſidentibus prærogativa defertur, ut eos poſt [20] quadraginta annorum ſpatia qualibet ratione decurſa inquietare non liceat: cum lex Conſtantiniana jubeat ab [21] his poſſeſſoribus initium non requiri, qui [22] ſibi potius quam alteri poſſederunt [23]. Eos autem poſſeſſores non convenit appellari qui ita tenent, ut ob hoc ipſum ſolitam debeant præſtare mercedem. Nemo igitur, qui ad poſſeſſionem conductor [24] accedit, diu alienas res tenendo jus ſibi proprietatis uſurpet: ne cogantur domini, aut amittere quæ locaverunt, aut conductores utiles ſibi fortaſſis excludere, aut annis omnibus ſuper dominio ſuo publice proteſtari. Dat. 8. Kalend. Auguſt. VALENTIN. & VALENT. AA. CONSS. 365.

Omnes actiones, quæ minori tempore non ſunt limitatæ, triginta annorum præſcriptione tolluntur. Salic.

3. Impp. HONOR. [25] & THEODOS. [26] AA. Aſclepiodoto P.P.

SIcut [27] in rem ſpeciales, ita de [28] univerſitate, ac perſonales actiones ultra triginta annorum ſpatium minime protendantur: ſed ſi qua res, vel jus aliquod poſtuletur, vel perſona qualicunque actione, vel perſecutione pulſetur: nihilominus erit agenti triginta annorum præſcriptio metuenda. † Eodem [29] etiam [jure] in ejus perſona valente, qui pignus, vel hypothecam non a ſuo debitore, ſed ab alio [per longum tempus] poſſidente nititur vindicare.

† Quæ ergo antea non motæ ſunt actiones, triginta annorum jugi ſilentio, ex [30] quo jure competere cœperunt, vivendi [31] ulterius non habeant facultatem: nec ſufficiat precibus [32] oblatis ſpeciale quoddam (licet per annotationem) promeruiſſe reſponſum, vel etiam [in] judiciis allegaſſe: niſi allegato ſacro reſcripto, aut in judicio poſtulatione depoſita, fuerit ſubſecuta [per executorem] conventio: non ſexus fragilitate, non abſentia, non militia contra hanc legem defendenda, ſed pupillari ætate duntaxat [33] (quamvis ſub tutoris defenſione conſiſtat) huic eximenda ſanctioni. Nam [34] cum ad eos annos pervenerint, qui ad ſolicitudinem pertinent curatoris, neceſſario eis ſimiliter, ut aliis, annorum triginta intervalla ſervanda ſunt. † Hæ [35] autem actiones annis triginta continuis extinguantur, quæ perpetuæ videbantur, non illæ, quæ antiquis temporibus limitabantur. Poſt hanc vero temporis definitionem nulli movendi ulterius facultatem patere cenſemus, etiamſi ſe legis ignorantia [36] excuſare tentaverit. Dat. 8. Kalend. Decemb. *Conſtantin.* VICTORE, & SYMMACHO CONSS.

Omnes actiones, etiamſi jus publicum concernant, quæ triginta annis, vel paucioribus non tolluntur, quadraginta annis excluduntur. Salic.

4. Imp. ANASTASIUS [37] A. Matroniano P.P.

OMnes nocendi [38] quibuslibet modis artes omnibus amputantes, cunctas quidem temporales [39] exceptiones quæ ex vetere jure, vel ex principalibus decretis deſcendunt, tanquam ſi per hanc legem ſpecialiter, ac [40] nominatim fuiſſent enumeratæ, cum ſuo robore durare, & ſuum cunctis, quibus competunt, vel in poſterum competere valuerint, pro ſuo videlicet tenore præſidium in perpetuum deferre decernimus. Quicquid autem præteritarum præſcriptionum, vel verbis, vel ſenſibus minus continetur, implentes, per hanc in perpetuum valituram legem ſancimus [41], Ut ſi quis contractus, ſi qua ſit actio, quæ cum non eſſet expreſſim ſupradictis temporalibus præſcriptionibus concepta, quorundam tamen vel fortuita [42], vel excogitata [43] interpretatione ſæpe dictarum exceptionum laqueos evadere poſſe videatur, huic ſaluberrimæ noſtræ ſanctioni ſuccumbat, & quadraginta annorum curriculis proculdubio ſopiatur: nullumque [44] jus privatum *vel publicum* [45] *in quacumque* cauſa, vel quacumque perſona [46], quod prædictorum quadraginta annorum extinctum eſt jugi ſilentio, moveatur: ſed quicumque ſuper quolibet jure quod per memoratum tempus inconcuſſum & ſine ulla re ipſa illata judiciaria contentione poſſedit, ſuperque ſua conditione [47] qua per idem tempus abſque ulla judiciali ſententia ſimili munitione potitus eſt, ſit liber, & præſentis ſaluberrimæ legis pleniſſima munitione ſecurus. Dat. 4. Kalend. *Conſtantinop.* * OLYB. V.C. CONS.

5. Idem A. ad Thomam P.P. per Illyricum.

PRæſcriptionem quadraginta annorum ab his, qui ad curialem [48] conditionem vocantur, opponi non patimur, ſed genitalem ſtatum ſemper eos agnoſcere compelli ſancimus. Sacra etenim noſtræ pietatis lex de aliis loquitur conditionibus: nec anterioribus conſtitutionibus per eandem novellam legem derogatur, quæ manifeſtiſſime curiales, & liberos eorum, exploſis temporalibus præſcriptionibus, patriis ſuis reddi præcipiunt.

Prædii tributarii dominium præſcribi poteſt, canon ejus non poteſt.

6. Idem A. Leoni P.P.

COmperit noſtra ſerenitas, quoſdam ſacratiſſimam noſtræ pietatis conſtitutionem [49], quæ de annorum quadraginta loquitur præſcriptione, ad præjudicium etiam publicarum [50] functionum ſolutionis trahere conari: &, ſi quid per tanti vel amplioris temporis lapſum minime, vel minus quam oportuerat tributorum nomine ſolutum eſt, non poſſe requiri, ſeu profligari

1 *Dominicis reipublicæ*, ita legunt veteres. Cujac. 18. *obſ.* 22. Emphyteuticarii dominici, id eſt, rei privatæ. 2 Vide *l.* 6. J. *de operibus publicis.* 3 Hæc vox abeſt a veteribus libris, ut Cujac. monet *hoc tit.* & 18. *obſ.* 22. 4 *l.* 23. *ſupr. de rei vindic.* vid. *l.* 1. *in fin.* J. *tit. prox.* 5 *l.* 15. *C. Theod.* 10. *tit.* 1. *l.* 2. J. *de fundis & ſaltibus rei domin. lib.* 11. *tit.* 66. 6 Vide Papon. 3. *Not. c. des lettres de fief. fol. de aſſignation.* & *l.* 1. J. *de annonis, & tribut.* 7 Incubare (ut & habere) eſt naturalis & civilis poſſeſſionis, Tenere naturalis, Poſſidere civilis. In malam vero partem incubare eſt, mala fide poſſidere, & Servio recte tyrannus, incubator imperii qui & ſubſeſſor. Rex poſſeſſor. Auguſtinus, *homil.* 30. Nec erit vox juſti poſſeſſoris, ſed impudentis incubatoris improbitas. vide quæ notavi *d. l.* 38. *ff. de peculio & commod.* Cujac. 42. *d. l.* 38. & 8. *ad Afric. fol.* 166.
8 IV. *d. l.* 15. *C. Theod.*
9 50. *Ecl.* 14. 15. vide Cujac. 30. *de præſc.* & 9. *obſ.* 24. His ſpatiis temporum res immobiles præſcribimus, ſine titulo, cum bona tamen fide. Hujus præſcriptionis autor fuit Theodoſius magnus Novell. Valent. & Theod. *de* 30. *ann. præſcript.* in qua hoc jus Valentinianus tribuit patri ſuo, ne alioquin colligas Theodoſio patri, id eſt, anteceſſori. vide *l. ult. ſupr. de edendo.* His an contraria ſit lex 1. 2. J. *h. t.* dicemus ibi. Cæterum hanc præſcriptionis legem Caſſiodorus *lib.* 5. vocat patronam humani generis. Sidonius quoque *lib.* 8. omnem litem ea aboleri dicit. His adde Procop. 1. & 3. *de bello Wandal.* Suidam *in Priſco Emiſeno.*
10 *Eclog. d. loco.* Cujac. *c.* 31. *de præſcriptionibus.* Autor præſcriptionis 40. annorum Anaſtaſius, *l.* 4. 5. 6. J. *h. t.* vide tamen *l.* 1. & 2. J. *h. t.* 11 Suntne majores præſcriptiones quam 30. vel 40. annorum? ſunt ſane, & quidem centum annorum Eccleſiis inductæ, de quo tamen vid. *Novell.* 9. & Cujac. *c.* 34. *de præſcript.* ſed & Baſil. Porphyrogenneta vetat inopes damno a potentioribus affectos repelli præſcriptione 40. annorum. 1. Harmen. 3. §. 75.
12 Superius dixi Theodoſium Magnum autorem fuiſſe præſcriptionis 30. annorum: Anaſtaſium 40. Si ita eſt, quo jure hæc conſtitutio de præſcriptione 30. vel 40. annorum ad Diocletianum pertinebit? Juſtinianus hic legitimum, ſeu longum tempus inflectit ad 30. annos vide Cuj. 18. *obſ.* 27. 13 Oculos prædiis alienis hic imponit qui captata occaſione abſentis debitoris contra legem interdicti emit viliore pretio in fraudem fiſci & debitoris fiſcalis. Ab hujusmodi emptore dominus intra longum tempus, *l.* 7. J. *de agricolis & cenſit.* (quod hic inflectitur ad 30. annos) prædia ſua vindicare poteſt, nequidem reſtituto etiam pretio. 14 Fundus ob tributa non ſoluta venditus, ſi ſolennitates omiſſæ fuerint, vindicari poteſt, niſi 30. annis ſit præſcriptus. 15 Id eſt, longi temporis. Cujac. *d. loco.* 16 Dixi ad *l.* 23. §. *de rei vind.* adde *l.* 7. *ſupr. ad SC. Velleian. l.* 2. J. *ſi ven. pig. l.* 19. *in fin.* J. *de evict.* 17 Vid. *l.* 1. *ſupr. de uſucap.* 18 Hæc lex fuit de præſcriptione ſexaginta annorum, quæ a Juſtiniano hic inflectitur ad præſcriptionem 40. annorum, ut mox dicam. 19 Præſcribere annis quadraginta rem non poteſt, qui eam *precario* poſſidet. 20 Præſcriptio 40. annorum, de qua hic agitur, introducta fuerat conſtitutione Conſtantini, cujus pars reſtat *in lege ult.* §. *de long. temp. præſcript. quæ pro libert.* 21 Præſcriptione 40. annorum, rem adquirit, qui eam rem ſibi non alteri poſſedit. 22 Conductores rem non ſibi, ſed alteri poſſident, quia ob hoc ipſum quod tenent, pactam præſtant mercedem. 23 Poſſidens alibi ſibi non præſcribit. *l.* 7. §. 11. *ff. comm. divid.* 24 Præſcriptionem nullam temporis objicere poſſunt, qui tanquam conductores poſſident, qui non ſibi, ſed aliis poſſident. *Synopſ. Baſil.* 50. *tit.* 15. *cap.* 4.
25 *Theodoſius A.* ita legendum eſſe monet Cujacius *cap.* 30. *de præſcript.* Theodoſ. A. A. *P. F. P. l.* 1. *C. Theod. de act. certo tempore finiendis.* Arcad. & Honor. *Hal.* 26 Junior ſcil. non Theodoſius magnus, cujus conſtitutionem non habemus. Cujac. *hic. l.* 18. *obſerv.* 26. Eſt enim præſcriptionis triginta annorum autor Theodoſius magnus, ut ſæpius diximus.
27 Actiones in rem perſonales & mixtæ tolluntur triginta annis. vide Cuj. *c.* 30. *de præſcript.*
28 Quæ περὶ ὁμάδος: ut in rem ἰδικῶς. *Synopſ. Baſil. d. tit.* 15. *c.* 5. Goth. Explicationem hujus legis vide apud Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 22. Anſ. 29 Præſcriptio igitur 30. & 40. ann. non currit adverſus pupillos, ſed adultos. 30 *l.* 1. *in fin.* J. *de annali except.* 31 Actiones vivere dicuntur. Actionibus ſua vita eſt. 32 *l.* 2. *ſupr. quando libell. princip. oblat.* 33 Præſcriptio triginta annorum non currit adverſus pupillos, etiamſi currat adverſus minores vigintiquinque annis. vide tamen *l.* 3. *ſupr. quibus in cauſ. major. in integr.* 34 Pignus & hypothecam a tertio poſſeſſore creditor poſt longum tempus avocare non poteſt, *ut hic. Syn. Baſil. d. c.* 5. vid. *l.* 7. *ff. h. t.* 35 Præſcribuntur annis triginta hæ actiones quæ olim perpetuæ erant: non quæ antiquis temporibus circumſcriptæ. 36 Juris ignorantia nocet, id eſt, non prodeſt. vid. Cujac. 5. *obſ.* 39.
37 Anaſtaſius autor præſcriptionis 40. annorum, *ut hic,* & *l.* 5. 6. J. *h. t.* 38 Ad intellectum hujus legis vid. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 23. Anſ. 39 Quæ ſcil. trigeſimum annum non excedebant. 40 Ut *l.* 2. *ſupr. de quadriennii præſcript.* Clauſula derogatoria ſtatutorum. 41 Præſcribitur annis quadraginta omnis actio, quæ prava quorundam interpretatione annis triginta non eſt extincta, *ut hic. Synopſ. d. tit.* 15. *c.* 6. & 1. Harm. 3. §. 74. 42 Græci τυχοῦσαν, id eſt, qualemcunque appellant. 43 Excogitata interpretatio, ſubtilis & calumnioſa. 44 Inde colligunt, Malæ fidei poſſeſſorem jure civili præſcribere. 45 *l. ult.* J. *de fund. patr. l. ult.* J. *de fund. rei priv.* excipe tributorum cauſam. *l.* 6. J. *h. t.* excipe publicas collationes ſeu functiones, ut quibus nulla temporis præſcriptio objiciatur. *l.* 6. J. *h. t.* 46 Ut ſi quis dicatur eſſe cohortalis. *l.* 12. J. *de cohortalibus.* ſervus navicularius, fabricenſis, metallarius, murilegus, gyneciarius, vel alterius cujuscunque conditionis. 47 Præſcribitur ſtatus controverſia annis quadraginta, *ut hic. Syn. d. c.* 61. 1. Harm. 3. §. 56. videtur & hoc dici: vindicationem in ſervitutem extingui, ſi quis annis quadraginta in poſſeſſione libertatis fuerit. Græci tamen ſervum fugitivum excipiunt; quando ſcil. non deſiit a domino poſſideri vendicationi hujus rei quam poſſidere deſiit, præſcriptio opponi non poteſt. *l.* 2. §. *h. t.* 48 Curialis revocatur ad ſuam curiam, nihil eum juvante præſcriptione quadraginta annorum, *ut hic,* & *l.* 55. J. *de decurionib.* vide *Novell. Majoriani de curialibus.* 49 *l.* 4. §. *h. t.* 50 Præſcribi quadraginta annis publice functiones (quas Græci δημοσίας συντελείας καὶ πολιτικὸν κανόνα appellant) non poſſunt. *Syn. d. c.* 6. *in fin.* 1. Harm. 3. §. 58. & 74. & 2. *tit.* 1. §. 52. Imo poſſunt præterita tributa non exacta præſcriptione quadraginta annorum adquiri. *l. ult.* J. *de fundis patrimonialibus. Schol.*

contendere: cum hujusmodi conamen manifeſtiſſime ſenſui propoſitoque noſtræ legis obviare noſcatur: Ideoque jubemus eos qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum ſine quadam legitima interpellatione poſſederint, de poſſeſſione quidem rei ſeu dominio nequaquam removeri: functiones [1] autem, ſeu civilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem eis impoſitam dependere [2] compelli, nec huic parti cujuſcunque temporis præſcriptionem oppoſitam admitti.

Actioni hypothecariæ ab extraneo poſſeſſore triginta annis præſcribitur. Bart.

7. Imp. JUSTINUS A. Archelao P.P.

CUm notiſſimi juris ſit, actionem hypothecariam in extraneos [3] quidem ſuppoſitæ rei detentatores annorum triginta finiri ſpatiis [4], ſi non interruptum erit ſilentium, ut lege cautum eſt, id eſt, etiam per ſolam conventionem, aut ſi ætas impubes excipienda monſtretur, in ipſos vero debitores, aut heredes eorum primos vel ulteriores nullis expirare luſtrorum curſibus: noſtræ proviſionis eſſe perſpeximus, hoc quoque emendare, ne poſſeſſores ejuſmodi prope immortali timore teneantur. §. 1. Quamobrem jubemus hypothecarum [5] perſecutionem quæ rerum movetur gratia, vel apud debitores conſiſtentium, vel apud debitorum heredes, non ultra quadraginta annos ex quo competere cœpit, prorogari [6], niſi conventio [7], aut ætas (ſicut dictum eſt) interceſſerit: ut diverſitas utriusque rerum perſecutionis quæ in debitorem, aut heredes ejus, quæque movetur in extraneos, in ſolo ſit annorum numero: verum in aliis omnibus ambæ ſimiles ſint: in actione ſcilicet perſonali his cuſtodiendis quæ priſca conſtitutionum ſanxit juſtitia. §. 2. Sed cum illud etiam in forenſibus controverſiis ventilabatur, an creditor anteriora jura prætendens poteſt poſteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam ultra triginta annos inquietare, utpote imaginem [8] debitoris obtinentem, eique poſſidentem: neceſſarium duximus, & hoc dirimere. Et ſancimus [9], donec communis debitor vivit, non poſſe creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, ſed locum eſſe quadraginta annorum præſcriptioni: quia dum ille vivit, merito anterior creditor confidit, utpote apud debitorem ejus poſſeſſione per poſteriorem creditorem conſtituta. Ex quo autem in fata ſua debitor deceſſerit, ex eo quaſi ſuo nomine poſſidentem poſteriorem creditorem merito poſſe triginta annorum opponere præſcriptionem: & ſecundum hanc diſtinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex perſona quidem ſua poſterior creditor triginta annos [per] quos ipſe poſt mortem debitoris poſſedit, opponat. Sin [10] autem conjungere voluerit ſuæ poſſeſſioni, quam poſt mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo vivente debitore vel ipſe creditor, vel communis debitor detinuit, tunc quadraginta annorum exceptionis jura tractari, & quantum deeſt ad quadraginta annorum poſſeſſionem, per quam & ipſe debitor creditorem repellere poterat, hoc ſe poſſediſſe oſtendat. §. 3. Eodem jure pro temporum computatione obſervando, & ſi poſterior creditor anteriori creditori offerre [11] debitum paratus eſt, & is creditor longævam poſſeſſionis præſcriptionem ei opponere conatur. §. 4. Illud autem plus quam manifeſtum eſt, quod in omnibus contractibus, in [12] quibus ſub aliqua conditione, vel ſub die certa vel incerta, ſtipulationes, & promiſſiones, vel pacta ponuntur, poſt conditionis exitum, vel poſt inſtitutæ diei certæ, vel incertæ lapſum, præſcriptiones triginta, vel quadraginta annorum, quæ perſonalibus, vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt. Unde evenit, ut [13] in matrimoniis, in quibus redhibitio dotis [14], vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis, vel repudii differri ſolet, poſt conjugii diſſolutionem earundem curricula præſcriptionum perſonalibus itidem actionibus, vel hypothecariis opponendarum initium accipiant.

§. 5. Immo & illud proculdubio eſt, quod, ſi [15] quis eorum, quibus aliquid debetur, res ſibi ſuppoſitas ſine [16] violentia tenuerit [17]: per hanc detentionem interruptio [18] fit præteriti temporis, ſi minus effluxit triginta, vel quadraginta annis: & multo magis, quam ſi eſſet interruptio per conventionem introducta: cum litis [19] conteſtationem imitetur ea detentio. Sed, & ſi quis debitorum ad [20] agnoſcendum ſuum debitum ſecundam [21] cautionem in creditorem expoſuerit: tempora memoratarum præſcriptionum interrupta eſſe videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quæ ſcilicet innovata permanſit tam in perſonalibus, quam in hypothecariis actionibus. Namque improbum eſt, debitorem hunc contradicere, qui ne [22] ſub accuſatione creditoris [23] more debitoris fiat, ſecundam in eum ſuper eodem debito cautionem expoſuit. §. 6. In his etiam promiſſionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per ſingulos annos [24], vel menſes, aut aliquod ſingulare tempus continent, tempora memoratarum præſcriptionum non ab exordio talis obligationis, ſed ab initio cujusque anni, vel menſis, vel alterius ſingularis temporis computari manifeſtum eſt: nulla ſcilicet danda licentia vel ei, qui jure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, vel quoſcunque alios annos detinuerit, dicendi ex tranſacto tempore dominium ſibi in iisdem rebus quæſitum eſſe: cum in eodem ſtatu ſemper manere datas jure emphyteutico [25] res oporteat: vel conductori, ſeu procuratori rerum alienarum dicenti ex quocunque temporum curriculo non debere ſe domino volenti poſt completa conductionis tempora poſſeſſionem recipere, eandem reddere. Dat. Kal. Decemb. PHILOXENO, & PROBO CONSS. 525.

Præſcriptione longi temporis quæritur præſcriptori jus rem vindicandi a quocunque poſſeſſore. Salic.

8. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI [26] quis emptionis, vel donationis, vel alterius cujuſcunque contractus titulo rem aliquam bona fide per decem, vel viginti annos poſſederit, & longi [27] temporis exceptionem [28] contra dominos ejus, vel creditores [29] hypothecam ejus prætendentes ſibi adquiſierit, poſteaque fortuito [30] caſu poſſeſſionem ejus rei perdiderit: poſſe eum etiam actionem ad vindicandam rem eandem habere ſancimus: hoc enim & veteres leges (ſi quis eas recte inſpexerit) ſanciebant. §. 1. Quod ſi quis eam rem deſierit poſſidere, cujus dominus, vel is, qui ſuppoſitam eam habebat, exceptione triginta, vel quadraginta annorum expulſus eſt: prædictum auxilium non indiſcrete, ſed cum moderata diviſione ei præſtari cenſemus: ut ſi quidem bona [31] fide ab initio eam rem tenuerit, ſimili poſſit uti præſidio: ſin vero mala [32] fide eam adeptus eſt, indignus eo videatur: ita tamen, ut novus poſſeſſor, ſi quidem ipſe rei dominus ab initio fuit, vel ſuppoſitam eam habebat, & memoratæ exceptionis neceſſitate expulſus eſt; commodum detentionis ſibi acquirat. Sin vero nullum jus in eadem re quocunque tempore habuit, tunc licentia ſit priori domino, vel creditori, qui nomine hypothecæ rem obligatam habuit, & heredibus eorum ab injuſto detentatore eam vindicare; non obſtante ei, quod prior poſſeſſor triginta, vel quadraginta annorum exceptione eum removerat: niſi ipſe injuſtus poſſeſſor triginta, vel quadraginta annorum, ex eo tempore computandorum, ex quo prior poſſeſſor, qui evincit, ea poſſeſſione cecidit, exceptione munitus eſt. §. 2. Sed hæc ſuper illis detentatoribus cenſemus, qui ſine violentia eandem rem nacti ſunt. Nam ſi quis violenter [33] eam abſtulerit, omnimodo licebit priori poſſeſſori ſine ulla diſtinctione eam vindicare.

§. 3. Sed & ſi quis non per vim, ſed per ſententiam Judicis eam obtinuerit, ea tantum occaſione quod abſens [34] prior poſſeſſor ad litem vocatus minime [35] reſponderit: licebit ei, & ad ſimilitudinem cæterorum, qui rei dominium habent, intra annum ſe offerenti, cautionemque ſuſcipiendæ litis danti, eandem rem recipere, ſuperque ea cognitionalia ſubire certamina.

§. 4. Exceptionem [36] etiam triginta, vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus uſuræ [37] promiſſæ ſunt, ex illo tempore initium capere ſancimus, ex quo debitor uſuras minime perſolvit. Dat. 3. Id. Decembr. *Conſtantinop.* DN. JUSTIN.

Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos XL. *perpetuatur.* Bald.

9. Idem A. Demoſtheni P.P.

SÆpe quidam ſuos obnoxios [38] in judicium vocantes, & judiciariis certaminibus ventilatis [39], non ad certum finem lites perducebant, ſed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam forte fugientium, vel ſuam imbecillitatem, vel alios quoſcunque caſus (cum ſortes [40] humanæ multæ ſint) qui nec dici, nec numerari poſſunt, deinde jure ſuo lapſi eſſe videbantur, eo quod poſt cognitionem noviſſimam [41] triginta annorum ſpatium effluxerit, & hujusmodi exceptione oppoſita, ſuas fortunas ad alios tranſlatas videntes, merito quidem ſine remedio ante lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem, quæ ex triginta annis oritur, in hujusmodi caſu opponi minime patimur. Sed licet perſonalis actio ab initio fuerit inſtituta [42], eam tamen in quadrageſimum annum extendimus: cum non [43] ſimilis ſit, qui penitus ab initio tacuit ei, qui & poſtulationem depoſuit, & in judicium venit, & ſubiit certamina, litem autem implere per quoſdam caſus præpeditus eſt. Sed licet ipſe actor defecerit, tamen ſuæ poſteritati hujus cauſæ curſum eum relinquere poſſe definimus, ut ejus heredibus, vel ſucceſſoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione ſublata. Quod tempus (id eſt, quadraginta annorum ſpatium) ex eo numerari decernimus, ex quo noviſſima proceſſit cognitio, poſtquam utraque pars ceſſavit.

Syn. d. c. 6. 1. Harm. 3. §. 57. Diſtinguenda præterita ſunt a futuris: Nam futuri temporis functiones poſſunt etiam exigi poſt quadraginta annos, niſi fuerint poſſeſſori a principe donatæ. Scholiaſtes *illo loco.* 1 Lex 4. *ſupr. h. t.* qua dictum fuit juri publico quadraginta annis præſcribi, non pertinet ad publicas functiones, *ut hic*, ſed ad poſſeſſiones & dominia, *ſupr. h. t.* ſed tamen Cujacius *c.* 31. *de præſc.* notat ex Theodoro & Accurſio & ex *l. ult.* *C. de fundis rei privatæ*, eum qui ſine canone agrum principis acceperit & quadraginta annis poſſederit, nullo canone ſoluto, nec de agro, nec de fundo conveniri poſſe. 2 *l.* 2. *ſupr. comm. de uſuc.* 3 Hypothecariam creditor movere poteſt intra quadraginta annos adverſus debitorem: intra decem vel viginti, adverſus extraneos bona fide poſſidentes: intra triginta ſi mala fide poſſideant. *Syn. Baſil.* 50. *tit.* 15. *c.* 17. Scholiaſt. *Syn.* 6. *tit.* 6. *ex lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 7. & 1. Harm. 7. *cap.* 63. 4 Dixi *ut C. h. t.* §. 1. 5 Jus hypothecæ quadraginta annis præſcribitur, *ut hic*, & ita citius perit perſonalis quam hypothecaria: principalis quam acceſſoria. 6 Hypothecæ præſcriptio conventione ut & ætate impediri poteſt.
7 Ὄχλησιν vocant Græci interruptionem. *Syn. d. c.* 7. 8 Poſterior creditor rem pignoratam priori creditori tenens, imaginem principalis debitoris obtinet. 9 Quanto tempore ſecundus creditor rem priori creditori pignoratam tenens præſcribat adverſus priorem. vide apud Wurm. 1. *practic.* 28. *c.* 3. 10 Hypothecariam actionem ſecundus creditor hypothecam tenens, adverſus primum creditorem, hoc eſt, adverſus creditorem priorem tempore, ſeu a quo tempore ſuperatur, præſcribere quadraginta annis poteſt, donec communis debitor vivit: triginta annis vero debitore mortuo. *Syn. & Schol.* Harmen. *dictis locis.*
11 Jus offerendi præſcribitur quadraginta annis: adde *l. ult. C. de his qui in prior. cred. locum.*
12 Præſcriptio in obligationibus conditionalibus & in diem, incipit currere adveniente conditione, vel die, *ut hic*, id eſt, poſtquam conditio extitit, & dies lapſa eſt. *Synopſ. Baſil. d. c.* 7. non ante. Cur? præſcriptio non currit antequam incipiat actio competere. *l.* 8. *in fin. C. h. t.* vide Balbum 6. *de præſcr.* 1. *num.* 16. 13 Præſcriptio dotis & donationis propter nuptias, mulieri currere incipit poſt conjugii diſſolutionem. *Syn. d. c.* 7. 14 *l.* 30. *C.* & *l.* 43. *in fin. ff. de jure dot.* 15 Præſcriptio non opponitur ei qui ſine vi res ſibi pignoratas tenet, *ut hic. Syn. d. c.* 7. Quid ſi debitor ſecundam cautionem expoſuerit ad debitum ſuum recognoſcendum? præſcriptionis tempus rurſus interrumpit. 16 *l.* 5. *C. de except.* 17 Per adprehenſionem rei obligatæ interrumpitur præſcriptio. 18 Quæ ὄχλησις Græcis, ut dixi *ſupr.* 19 Litis conteſtationem imitatur detentio. 20 *l.* 18. §. 1. *ff. de conſtituta pecunia.* 21 Iteratam cautionem Græci vocant γνωστιμαχικὴν ἀσφάλειαν. Ac ſimiliter in *l.* 4. *de advoc. diver. judic.* apud patronum fiſci fieri acta τῶν γνωστιμαχησάντων. Cuj. 13. *obſerv.* 4. Debiti nova cautione interrumpitur præſcriptio. 22 *Nec debitoris, ſed ne ſub accuſatione moræ fiat*, ita legit Cuj. 18. *obſ.* 22. *in fin.* 23 *Debitoris*, Cuj. *d. loco.*
24 In obligationibus annuis, vel menſtruis, non initium obligationis. ſed ceſſationis inſpicitur. hoc eſt, in annuis legatis computatur tempus, non ex quo relicta fuerint, ſed ex quo inſtituta fuerit actio: quæ quidem in ſingulos annos naſcitur. *Syn. d. c.* 7. *in fin.*
25 Tenens ut emphyteuta vel colonus non præſcribit. vide *l.* 1. *C. in quibus cauſis ceſſat. l.* 1. *C. comm. de uſuc.* 26 *Syn. illo loco, c.* 8. 27 Qui rem longo tempore præſcripſit, jus habet vindicandi. 28 De exceptione præſcriptionis, vide Oldend. *c.* 43. *de exception.* 29 *l.* 1. *ff. de publ. in rem.* 30 Nam ſi ſponte ſua rem poſſidere deſierit, non amplius exceptionem habuerit. Schol. *d. c.* 8. 31 Bonam fidem qui ab initio habuit, jus rei detinendæ & vindicandæ longiſſimo tempore præſcribit. Vindicandæ, inquam, adverſus omnes, ne quidem excepto domino & creditore. Malæ fidei namque poſſeſſor adverſus dominum rei non præſcribit. Sine titulo res immobiles annis triginta præſcribimus & utile dominium rei adquirimus: ſi tamen bonam fidem habuerimus. Et hæc præſcriptio longiſſimi temporis dicitur. 32 Malam fidem ab initio qui habuit, non tantum jus retinendæ rei habet, *ut hic*, ſed & vindicandi certis caſibus: puta a violento, ſcil. poſſeſſore. §. 2. *C. h. t.* & in caſu §. 3. *C. h. t.* 33 Ob contumaciam poſſeſſoris malæ fidei actor miſſus eſt in poſſeſſionem rei? intra annum poteſt malæ fidei poſſeſſor rem recuperare.
34 De exceptione contumaciæ, vid. Oldendorp. *c.* 29. *de exception.* 35 *l.* 1. *ff. ex quibus cauſis major.* 36 *Syn. ibi c.* 9. 37 Præſcriptio uſurarum incipit currere ab eo tempore, quo deberi incipiunt. 38 Id eſt, debitores. 39 Id eſt, mortis. *Syn. ibi c.* 10. 40 Sortes humanæ multæ, *l.* 15. *l.* 16. §. 1. *C. de uſufructu.* 41 Cognitio noviſſima, id eſt, ultima. *Nov.* 60. *c.* 2. §. 1. *verſ. cum vero.* 42 Per litis conteſtationem perpetuatur actio ad quadrageſimum usque annum. vide Cujac. *c.* 1. *de præſcript.* & 18. *obſerv.* 29. adde *l.* 1. *C. de præſcript. longi temporis.* Goth. Secus Jure Canonico, *cap. vigilanti*, 5. *cap. ſi diligenti* 17. *cap. fin. extr. de præſcript.* Anſ. 43 Aliud eſt ab initio tacere & ex poſt facto. Paria non ſunt ab initio nullam actionem movere, & ad inſtitutam continuandam caſu impediri. adde *Syn. d. c.* 10.

TIT.

TIT. XL.

DE ANNALI [1] EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTUS TOLLENDA, ET DIVERSIS [2] TEMPORIBUS, ET EXCEPTIONIBUS, ET [3] PRÆSCRIPTIONIBUS, ET INTERRUPTIONIBUS EARUM.

Exceptione annali sublata omnes personales actiones triginta annorum spatio tolluntur. Bart.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SUper annali [4] exceptione, quæ ex Italicis contractibus oritur, tantæ moles altercationum in omnibus judiciis exortæ sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. † Primum etenim natura ejus observationis cum omni scrupulositate, & difficultate composita est, cum multa concurrere debeant, ut ea nascatur. Deinde illud spatium annale alii quidem ita effuse interpretabantur, ut [5] possit usque ad decennium extendi. Alii judicantes usque ad quinquennium standum esse putaverunt. Et in nostris temporibus sæpius super hujusmodi calculo a judicibus variatum est: unde nec facile suum effectum in litigiis ostendere hujusmodi exceptio valuit. Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones vel præscriptiones sufficiant: hujusmodi difficultatibus illigari nostro subjectos imperio minime patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliæ omnes legitimæ exceptiones, & præscriptiones in judiciis suum vigorem ostendant: sive quæ super decennio, vel viginti, vel triginta, vel quadraginta annis introductæ sunt, sive quæ minoribus spatiis concluduntur. §. 1. Ad hæc cum nihil prohibet etiam ea, quæ aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus, & compendiosis sanctionibus renovari: jubemus omnes personales [6] actiones, quas verbosa quorundam interpretatio extendere extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi: nisi legitimus modus, qui & veteribus, & nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit, sola [7] hypothecaria [actione] quadraginta annorum utente curriculis. Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ erciscundæ, neque communi dividundo, neque finium regundorum, neque pro socio, neque [8] furti, neque vi bonorum raptorum, neque [9] alterius cujuscunque personalis actionis vitam [10] longiorem esse triginta annis interpretari: sed ex quo ab initio competit, & semel nata est, & non iteratis fabulis sæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur, post memoratum tempus finiri: exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quæ in judicium deductæ sunt, & cognitionalia acceperunt certamina, & postea silentio traditæ sunt: in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos, ex quo novissimum litigatores tacuerunt, lex nostra antea promulgavit. §. 2. Ne autem imperfecta sanctio videatur, cum in maternis [11] quidem rebus filiisfamilias tempora exceptionum currere dispositum erat, ex quo sacris [12] paternis absoluti sunt, in aliis autem, quæ minime acquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum: apertissima definitione sancimus, filiisfamilias [13] in omnibus his casibus, in quibus habent res minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi [14] ex quo actionem movere potuerunt, id est, postquam manu paterna, vel ejus, in cujus potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minime adimplere lege obviante [15] valebant. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si possessor præscribens conveniri non potest propter absentiam, potentiam, infantiam, vel furorem, potest fieri interruptio præscriptionis per denunciationem factam præsidi, vel episcopo, vel defensori loci. Bald.

2. Idem A. Joanni P.P.

UT perfectius omnibus consulamus, & nemini absentia [16], vel potentia, vel infantia penitus adversarii sui noceat, sed sit aliqua inter desides [17], & vigilantes differentia: sancimus, si [18] quando abfuerit is, qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & desiderat dominus rei, vel creditor suam intentionem proponere, & non ei licentia sit absente suo adversario, qui rem detinet, vel infantia [19], vel furore laborante, & neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in magna potestate constituto, sua auctoritate (eas res usurpare]: licentia ei detur adire Præsidem [provinciæ], vel libellum ei porrigere & hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora, & interruptionem temporis facere, & sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. Sin autem nullo potuerit modo Præsidem adire, saltem ad locorum Episcopum eat, vel Defensorem civitatis, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Sin autem abfuerit, vel Præses, vel Episcopus, [vel Defensor civitatis]: liceat ei proponere [20] publice, ubi domicilium habet possessor, seu cum Tabulariorum subscriptione; vel si civitas Tabularios non habeat, cum trium testium subscriptione: & hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem, sive triennii, sive longi temporis, sive triginta, vel quadraginta annorum sit. Omnibus aliis, quæ de longi temporis præscriptione, vel triginta, vel quadraginta annorum curriculis constituta sunt, sive ab antiquis legum conditoribus, sive a nostra [21] majestate, in suo robore duraturis.

Generalis petitio re, quantitate, vel causa, citatione secuta sufficit ad interrumpendam præscriptionem in omnibus, quæ sub illa petitione possunt includi. Salic.

3. Idem A. Joanni P.P.

SI [22] ex multis causis quidam obnoxium habens, & maxime ex similibus quantitatibus, in unius quidem causæ summa libellum conventionis composuerit, causam tamen non expresserit: apud veteres agitabatur, an videatur omnes causas in judicium deduxisse, an vetustissimam earum, aut omnino nihil fecisse, cum ejus sensus incertus esse apparebat? Sed & in judiciis in multis casibus tales altercationes ventilatas invenimus, & maxime propter longi temporis interruptionem. Si enim personalis forte fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem evanescere taciturnitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat, *obnoxium sibi aliquem constitutum* [23], aliæ dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones hujusmodi narratione contineri credantur: an vero quasi silentio circa eas habito tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei adquisito. Sancimus itaque [24] nullam in judiciis in posterum locum habere talem confusionem: sed qui [25] *obnoxium suum* in judicium clamaverit [26], & libellum conventionis ei transmiserit, licet [27] generaliter nullius causæ mentionem habentem, vel unius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones, vel hypothecarias continentem nihilominus videri jus suum omne eum in judicium deduxisse, & esse interrupta temporum curricula: cum contra [28] desides homines, & sui juris contemptores odiosæ [29] exceptiones oppositæ sunt. Dat. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLI.

DE ALLUVIONIBUS [30], ET PALUDIBUS, ET PASCUIS [31] AD ALIUM STATUM TRANSLATIS.

Flumen alio avertere est prohibitum: ripam autem præmunire est permissum. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Marco.

QUamvis fluminis naturalem cursum opere manufacto alio non liceat avertere [32], tamen ripam [33] suam adversus rapidi amnis impetum munire prohibitum non est. Et cum fluvius priore alveo derelicto, alium sibi facit: ager, quem circumit [34], prioris domini manet. Quod si paulatim [35] ita auferat, ut alteri parti applicet: id alluvionis jure ei quæritur, cujus fundo accrescit.

2. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæsario P.P.

HI, quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores [36], pro terris, quas possident, tributorum præstationem agnoscant. Et qui suum deplorant patrimonium deminutum [37], alieno saltem functionis onere liberentur, & nostræ serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro agitandi census examine respondeant devotioni.

Latentia incrementa ad fiscum non pertinent, nec separatim pro his census exigitur. Bald.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P.P.

EA [38], quæ per alluvionem [39], [sive in Ægypto per Nilum, sive in aliis provinciis per diversa flumina] possessoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque a quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones [40] exigi, hac perpetuo valitura lege sancimus: ne vel alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam possessoribus videamur inducere. † Similiter [41] nec ea qui-

1 Actiones personales in Italia, præscriptione anni utilis submovebantur. Hæc præscriptio a Justiniano tollitur: uti paulo post plenius dicetur: adde *Synops. Basil.* 59. *tit.* 15. *c.* 1.
2 Dixi ad *L.* 44. *D.* 3. 3 *Vel, ut l.* 1. *vers. nemo itaque.* J. *h. t.* Cujac. *hic.*
4 Annus triplex nobis observandus, utilis, continuus, (qui & Constantinianus,) Justinianeus. Utilis utilibus: & continuus continuis diebus constat: Justinianeus certis annis finitus est. utiles dies dicebantur quibus quis experiri atque agere potuit. talibus diebus (utilibus scil.) 365. annus utilis constabat. *l.* 1. *ff. de diversis temporalibus præscript. l.* 11. *l.* 5. *ff.* & *l.* 5. J. *ad l. Jul. de adult.* sic cretionum dies seu cernendæ & adeundæ hereditatis iis diebus constabat quibus quis scit, potestque cernere. Cicer. *de orat.* Ulp. *in frag.* Qua in denumeratione anquisitio varia & anxietas summa occurrebat. Primum enim dies quibus Prætor, Judexque sedisset, suique copiam fecisset acturis, distinguendi erant a cæteris, ut & feriati a fastis, nefastis & intercisis. ut hæc constarent, quærebatur amplius an actor, reusve potestatem eo tempore non habuisset juris sui persequendi sive id per Prætorem non licuisset, sive per occupationes proprias, morbi, justæ absentiæ & similes. Nec enim sufficiebat prætorem sedisse illis diebus, hoc est, dies sessionum fuisse (dies sessionum erant, quibus Prætor pro tribunali sedebat. *l.* 2. §. *dies* 1. *D. quis ordo in bonor. possess.*) sed & prætorea requirebatur actorem illis ipsis sessionum diebus agere potuisse, generis hujus causam fuisse, ut decretum & causæ cognitionem requireret: ut ea ratione dies utiles sessionum diebus non continuo adnumerarentur. Nam ex contrario adnumerabantur, si causa levis ac de plano institui poterat. *l. miles* 11. §. 6. *D. ad legem Juliam de adult.* unde plerumque fiebat, ut annus ille utilis decennium fieret. *vers. deinde.* J. *h. t.* Hæc cum absurda essent, Constantinus in restitutionibus petendis & amittendis pro unico anno plures: pro utili continuos annos substituit: varios tamen pro locorum & regionum varietate. Nam ubi 26. anni dies illuxisset, in integrum restitutionibus petendis, quinque annos Romæ: quatuor in Italia: tres in provinciis præscripsit. *l.* 2. *Cod. Theodos. de in integr. restit. l.* 2. *tit.* 6. Sed prædicta Justiniano displicuere. Nam ubique locorum minoribus restituendis quadriennium constituit, dinumerandum ex die ex quo dies 26. illucescere illis inceperit: majoribus vero, ex quo absentes Reipublicæ causa esse desierint. *l. ult. supr. de temp. in integr. rest.* 5 Effusa anni interpretatio est, quoties annus sic ampliatur, ut ad decennium usque possit extendi. 6 Præscribuntur omnes actiones personales (excepta hypothecaria) triginta annorum spatio. Quid si lis contestata est? aliud. *ibi, exceptis.* J. Goth. Explicationem hujus §. vid. apud Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 23. Ans.
7 Hypothecaria quadraginta annis durat contra debitorem, vel ejus heredem. v. Cuj. 2. *obs.* 18.
8 Præscribi res furtiva a fure & vi capta a prædone triginta annorum spatio potest, *ut hic.* adde quæ scripsi ad *l. ult.* J. *unde vi.* 9 *l.* 3. S. *de præsc.* 30. *vel* 40. *annor. v. l.* 5. *supr. quib. non objicitur.* 10 Actionis vitia. *l.* 3. *supr. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* 11 *l.* 1. *in fin. supr. de bon. matern.* 12 Sacra paterna quid, dixi in *l.* 10. §. 1. J. *de adopt.*
13 Filiofamilias non valenti agere, non imputatur præscriptio. *Bald.* 14 *l.* 3. *supr. de præscr.* 30. *vel. l.* 4. S. *de bon. quæ liber.* vid. Wurms. 1. *pract.* 6. *obs.* 17. adde Pap. 3. *not.* 9.
15 Lege impediente agi non potest. 16 Vid. *l.* 1. *ff. si mulier ventr. nomine. l.* 1. *l.* 21. *D. ex quibus caus. major.* 17 Desides a vigilantibus distinguendi: hi pœnas illorum pati non debent. *l.* 3. *in fin.* J. *h. t.* vid. *l.* 24. *in fin. ff. quæ in fraud. credit.* vid. *l. ult. supr. deposit.*
18 Vid. *l.* 31. *supr. de episc. aud.* 19 *l.* 2. *in fin. ff. ex quibus causis major. l.* 4. *l.* 22. *ff. de in jus vocando.* 20 *l.* 4. §. 5. *ff. de damno.* dixi ad *Nov.* 112. *c.* 3. Cujac. 7. *obs.* 15.
21 Libellus principi datus litis contestationem in aliis causis, quam annalibus facit.
22 Si quis multas actiones habens, de aliquibus libellum obtulerit, omnes perpetuas reddit. Quin qui personales & de proprietate & hypothecarias actiones habet: & libellum offert, quo contineatur, eum personales actiones instituere, vel de proprietate, vel hypothecarias, non tamen ei nocebit aliarum omissio, *ut hic. Synops. Basil.* 50. *tit.* 15. *cap.* 1.
23 Nulla qualitate adjecta. 24 Hæc est una e 45. ex 50. novis decisionibus Justiniani, ut videre est apud Inglois *decis.* 45. & agit de præscriptione mere odiosa. *ibid. n.* 2. Ans.
25 Regulam observa. 26 Proclamaverit, id est, vocaverit. 27 Petitio generalis citatione secuta ad interrumpendam præscriptionem in omnibus quæ sub illa petitione possunt includi sufficit. 28 Præscriptiones inventæ adversus desides & sui juris contemptores. *l.* 2. *in pr.* S. *h. t.* adde *l. ult. supr. depositi.* 29 Odiosæ sunt præscriptiones.

30 *Eclog.* 12. & §. 20. *Instit. de rer. divis. l.* 7. §. 1. *l* 30. §. 2. 3. *ff. de adq. rer. dom.* adde *Nov. Theod. de alluvionib.* 31 Adde *l.* 30. *in fin. ff. de verb. sign. l.* 11. *tit.* 60. 61.
32 Naturales cursus fluminis avertere non licet. vid. *ff. de fluminibus.* 33 Ripam suam adversus impetum fluminis munire permissum. 34 Et insulam facit, *l.* 7. §. 4. *l.* 30. §. 2. *ff. de adq. rer.* 35 *l.* 7. §. 1. *ff. de adq. rer.* 36 Alluvione cui emolumentum adjicitur, eidem onus tributi adcrescit. 37 Deluvione cui quid diminuitur, eidem tributi onus decrescit. *l.* 4. §. 1. *ff. de censibus.* 38 Hæc lex extat apud Aggenum Urbicum, *lib. de limit. agror.* citaturque ex C. Theod. integra. 39 Alluvionis incrementum per se non est censendum, sed unum corpus cum eo cui cohæret, judicandum. 40 Alluvione qui quocunque loco, terram quæsiverunt, ejus domini fiunt, nec ipsius nomine functiones fisco præstant, *ut hic. Synops. Basil.* 50. *tit.* 12. *c.* 20. 41 Paludibus obruta loca, vel pascuis

dem, quæ paludibus antea, vel pascuis videbantur adscripta, si sumptibus possessorum nunc ad frugum fertilitatem [1] translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus: ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligentiam suam sibi damnosam [judicantes] intelligant. Cujus legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coërceri decernimus: Inter quos habendum est Officium quoque tuæ sedis excelsæ, si aliquid hujusmodi casus suggesserit disponendum, vel si preces introduxerit petitoris. Dat. 11. Kal. Octobr. *Constantinop.* VALENT. A.V. & ANATOL. V.C. CONSS. 440.

TIT. XLII.
DE SENTENTIIS PRÆFECTORUM [2] PRÆTORIO.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Thalassio P.P. Illyrici.

Litigantibus in amplissimo Prætorianæ præfecturæ judicio, si contra jus se læsos affirment, [non [3] provocandi, sed] supplicandi [4] licentiam ministramus: licet pro curia, vel qualibet publica utilitate, [seu alia causa] dicatur prolata sententia: nec enim publice prodest singulis legum adminicula denegari: ita videlicet, ut intra biennium tantum nostro numini contra cognitionales sedis Prætorianæ præfecturæ sententias post successionem [5] judicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. Dat. 3. August. *Constantinop.* THEODOS. A. XVII. & FESTO V. C. CONSS. 439.

TIT. XLIII.
QUOMODO [6] ET QUANDO JUDEX SENTENTIAM PROFERRE DEBEAT PRÆSENTIBUS [7] PARTIBUS, VEL UNA PARTE ABSENTE.

An judex possit, vel cogatur absentem damnare.

1. Imp. M. ÆLIUS ANTONINUS A. Publicio.

Non semper compelleris, ut adversus absentem pronuncies, propter subscriptionem Patris mei, qua significavit, etiam contra absentes sententiam dari solere. Id enim eo pertinet, ut etiam absentem damnare possis, non ut omnimodo necesse [8] habeas [9].

De causa peremptorii edicti cessante.

2. Imp. GORDIANUS A. Severo.

Cessante quoque causa peremptorii [10] edicti [11], adversus eos, qui admoniti [12] judicio adesse noluerunt, sententiam a judice posse proferri certum est. 4. Kalend. April. A. & PONT. CONSS. [13] 239.

An sententia contra absentem lata firmitatem habeat.

3. Idem A. Antistio.

Ab [14] eo judicato recedi non potest, quod vobis absentibus & ignorantibus [15] atque indefensis [16] dicitis esse prolatum: si ubi primum cognovistis, non illico de statutis querelam detulistis. Ita enim firmitatem sententia, quæ ita prolata est, non habebit, si ei non sit commodatus adsensus. PP. 4. Id. Jun. GORD. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Die feriato & absente parte lata sententia non valet.

4. Imp. PHILIPPUS A. Domitiano.

Si (ut proponis) pars diversa die feriato [17], absente, vel [18] ignorante te, a Judice dato, ferri sententiam pro partibus suis quasi [19] contumaciter deesses, impetravit: non immerito Præses denuo negotium alterius [20] Judicis notioni terminandum commisit. PP. 5. Id. Octobr. PEREGRINO & ÆLIANO [21] CONSS. 245.

De loco.

5. Idem A. & PHILIPPUS C. Longino.

Si (ut proponis) Præses provinciæ, cum certum locum [22] causæ cognoscendæ dedisset, alibi per obreptionem aditus sententiam adversus te absentem protulit: quod ita gestum est, ad effectum juris spectare minime oportet.

De minoribus, curatore carentibus.

6. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Domitio.

Si Præses quasi desertam [23] ab adultis tuis causam appellationis [24], quæ ab adjutore [25] suo facta fuerat, circumduxit [26], eo tempore, quo adulti curatores non habebant: repetitus notionem suam exhibebit [27]. Neque enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quod defensione [28] justa, & curatoris auxilio fuerant destituti.

De his qui denunciationibus conventi non sunt.

7. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Marino.

Ea, quæ statuuntur adversus absentes [29] non per contumaciam, scilicet denunciationibus [30] nequaquam ex more [31] conventos, judicatæ rei firmitatem non obtinere certum est. PP. 3. Kal. Apr. ipsis V. & IV. AA. CONSS. 293.

Quæ observanda sunt parte absente.

8. Iidem AA. Claudiæ.

Consentaneum [32] juri fuit, temporibus ad præsentiam partis adversæ præscriptis, Præsidem provinciæ impleta juris solennitate [33], & adversario tuo ternis [34] literis, vel uno [35] pro omnibus peremptorio edicto, Ut *præsentiam sui faceret*, commonefacto, si in eadem contumacia perseveraverit, præsentis allegationes audire: quod vel successor ejus facere curabit. A quo ter [36] citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum, ut sese repræsentet [37], vel possessionem [38] bonorum, cui incumbit, ad te transferre, & adversarium petitorem constituere: vel auditis defensionibus tuis, id, quod juris ratio exegerit, judicare. PP. 3. Kalend. Octobr.

In AUTHENT. de litigiosis. §. omnem. col. 8. tit. 13. al. 8. Novell. 112. cap. 3.

Qui semel actionem [39] proponit, sive conventione judiciaria, sive precibus Principi oblatis, Judicique insinuatis, & per eum adversario cognitis: necesse habet usque ad finem litem exercere. Qui si causam persequi distulerat, reo postulante, tribus edictis citetur per intervalla triginta dierum, quia vox præconia [40] paucis innotescit. Quæ citatio & per Principem delegatis permittitur: Quod locum habet, & si lis cœpta non sit. Quod si vocatus litem detrectet: ei aliud anni spatium indulgetur, intra quod si cessat, Judex auditis allegationibus præsentis, & perquisita veritate, pronunciet. Sed nec intra annum veniens auditur, nisi prius reo litis expensas, quas sustinuerit, inferat. His quoque præstitis, si interrupto duntaxat anno denuo litem deserit, post trium edictorum, & anni unius spatii observationem ab omni cadat actione.

De tribus denuntiationibus.

9. Iidem AA. Leontio.

Tres denunciationes [41] ad peremptorii edicti vicem [42] adversus contumaces convalescere, salubriter statutum est. PP. 11. Kal. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De causa absentiæ necessaria.

10. Iidem AA. Blesio.

Cum non [43] voluntatis tuæ arbitrio, sed necessitate [44] profectus sis, quicquid contra te absentem statutum fuerit, quando absentiæ causa necessaria fuit, officere tibi juris ratio non permittit. PP. 3. Idib. Maji, TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De eo, qui non appellavit.

11. Iidem AA. & CC. Valerio.

Cum præsentibus [45] partibus litem inchoatam proponas: si posteaquam contra te (licet absentem) pronunciatum est, intra præfinitum diem non appellasti: latam [46] sententiam rescindi [47] postulanti multæ sacræ constitutiones refragantur.

adscripta, possessorum sumptibus fertilissima facta a functionibus immunitatem habent: pœna quinquaginta librarum auri in temeratorem hujus legis constituta. *Syn. d. cap.* 2.

1 Qui agrum aliquem palustrem & inutilem exsiccavit, exaravit & excoluit, tributis statim non est onerandus, *ut hic.*

2 A præfectis prætorio non appellatur. *l.* 19. *l.* 30. *l.* 35. *J. de appellat. l. unic.* §. 1. *ff. de offic. præfect. prætor. l.* 8. *S. de episcop. aud. Synops. Basil.* 9. *tit.* 1. *cap.* 53. ut nec a principe, vel senatu. *l.* 1. §. 1. §. 2. *ff. a quibus appellare.* 3 A præfecto prætorio principi supplicari licet, *l.* 5. *S. de precibus imper. offerend.* Ea supplicatio ἀναψηλάφησις, id est, retractatio. dixi ad *Novell.* 82. *cap.* 12. *in fin. Nov.* 123. *c.* 1. διδασκαλικὸν, *Novell.* 119. *c.* 5. & retractatio dicta est. *l. pen. in fin. supr. de fide instrument. l. ult.* §. 5. *J. de temporibus appellat.* Quoties autem de sententia P. Prætorio principi supplicatur, ipsa sententia ad principem una cum precibus mittenda: licet ea pro republica lata sit, & quidem intra sententiæ latæ biennium, *ut hic. Synops. ibid. cap.* 53. 4 Supplicatio, quæ fit Principi, genus est remedii adversus sententiam, *ut hic*, ut hæc ad superiorem judicem appellatio. *J. de appellat.* apud alium remissio: accusatio seu querela falsi, *S. si ex falsis instrumentis.* erroris propositio: ut & nullitatis seu invaliditatis, *l. si se non obtulit*, 4. §. *condemnatum* 6. *ff. de re judicata.* Restitutio in integrum, qualis minoribus ob ætatem, majoribus etiam, ob absentiam justam conceditur. *l. cum & minores.* 4. *S. si advers. rem judicatam. l. is, qui reipublicæ.* 39. *D. ex quibus causis majores.* Porro supplicatio de qua *hic, & l. si quid adversus* 5. *supr. de precibus imperatori offerendis*, differt ab appellatione: quia appellatio iniquitatem judicis arguit: supplicatione vero errorem quisque proprium fatetur, *l. præfecti* 17. *l. minor.* 18. *ff. de minoribus, Novell. in medio litis non fieri sacras formas* 113. *c.* 1. 5 Intra biennium postquam præfectus prætorio deposuit præturam, & ejus dignitati successit alter, supplicari ab ejus sententia potest oblato libello principi. Hodie ipsimet præfecto prætorio intra decem dies latæ sententiæ supplicari potest. *Nov.* 119. *c.* 5. ubi vid. Cujac. & *Nov.* 82. *in fin.*

6 *l.* 47. *ff. de re judic.* 7 Sumptum hoc est ex legibus 12. Tabularum, de quibus dixi ad easdem, *l.* 2. *tit.* 7. §. 10. adde 7. *Gell.* 2. 8 Vid. *l.* 13. *supr. de judiciis.*

9 Et ita pro absente judicari potest. 10 De peremptorio, vid. *l.* 68. *l.* 69. *l.* 70. *ff. de judic.* 11 Sententia ut valeat, citatio peremptoria requiritur, *ut hic:* Cujus sententiæ viginti septem exceptiones, vid. apud Socinum *reg.* 352. 12 A Judice. unde colligunt, Simplicem judicis jussum vim peremptorii consequi, & in vera contumacia reum constituere. Mihi tamen videtur id Imperator innuere, Cessante interdum quarto edicto seu peremptorio absentes condemnari. dixi ad *l.* 13. §. 2. *S. de judiciis:* vel, Non semper requiri, ut peremptorium palam proponatur: sufficere, si in notitiam rei venerit, cum & literæ & denunciationes sufficiant, *ut hic, & l.* 9. *J. h. t. l.* 1. *C. Theod. de petit. & desist.* Denique satis esse quoquo modo reus conventus fuerit. *l.* 47. *in fin. ff. de re judic.* 13 *Dat.* 3. *Id. Aug. Constant. Theod.* 17. & *Festo.* 5. *Coss.* Qui ita censent subscriptionem restituunt, ne ἀνεπιγραφίᾳ laborent. Hujus enim tituli series hujusque legis inscriptio id non patitur.

14 Si adversus absentem prolata sententia fuerit, is vero, cum primum cognovit, non appellaverit, non potest amplius absentiæ prætextu rescindi, *ut hic, Synopsis Basil.* 8. *tit.* 1. *ex lib.* 9. *tit.* 1. *c.* 55. & 1. Harm. 4. §. 52. 15 Contumax alias non est qui se vocatum in jus esse nescivit. 16 Non potest sententiam impugnare, qui legitimo tempore non appellavit: quia videtur ei adquievisse. dixi ad *l.* 9. *supr. de liberali.* 17 Die feriato sententia non profertur: prolata, vitiatur. *l.* 1. *ff. de feriis.* vid. Oldend. *c.* 23. *de sent.* Goth. Vid. in hanc leg. Bellon. *supputat. lib.* 3. *c.* 18. Ans. 18 Vid. Cuj. 18. *obs.* 30. 19 Sententia lata contra contumacem, qui non erat contumax, ipso jure nulla est. 20 Per sententiam nullam delati judicis, extinguitur ejus jurisdictio, *ut hic, & l. ult. T. de sent. quæ sine certa quantit.* Quid ordinarii? non extinguitur. vid. Wurmf. 1. *pract.* 22. *obs.* 3. 21 Æmiliano.

22 Si alio loco quam quo debeat, judex judicet, sententia nulla est. *l.* 21. §. 10. *ff. de recept. qui arbitr. l.* 6. *J. de sent. & interlocut.* dic idem de loco non tuto. v. Oldend. *c.* 24. *de sententiis.*

23 Res ita habet: Minor condemnatur. Curator & curatoris adjutor appellant, postea moriuntur: cum nemo appellationem prosequeretur, quasi desertam appellationis causam præses circumduxit. Quid juris? Sine restitutione eremodicii, vel appellationis, ipso jure tutus est minor vigintiquinque annis indefensus, *ut hic. l.* 45. *in fin. ff. de re judicata.* 24 A sententia desertæ appellationis appellari potest. vid. Wurmf. 1. *pract.* 24. *obs.* 17. 20. 21. 22. *ubi de deserta appellatione.* 25 De quo vid. *l.* 13. §. 1. *ff. de tutelis.* adde Alciat. 5. *parerg.* 18.

26 Circumducere causam appellationis, Galli dicunt, *mettre l'appellation & ce dont a esté appellé au neant.* ita quoque dicitur circumduci cognitio in *l.* 27. §. 1. *in fin. ff. de liberali: & in l.* 73. §. 1. *ff. de judiciis.* Circumducere edictum, Galli dicunt, *Rabatre un defaut*, & in *l.* 45. *ff. de re judic.* acta circumduci quiddam plenius videtur. 27 Atqui judex sententiam suam mutare non potest? vid. Dynum ad *c.* 21. *de reg. in* 6. v. *l.* 75. *ff. de reg. jur.*

28 *d. l.* 45. *d. l.* 75. 29 Paul. 3. *sent.* §. 5. v. *l.* 47. *ff. de re jud. l.* 6. §. 3. *ff. de confessis.* vid. quæ notavi *dicta l.* 1. §. *penult. ff. quæ sent. sine appell.* 30 *l.* 9. *J. h. t.*

31 Vid. *l.* 8. *J. h. t.* 32 Vid. quindecim exceptiones apud Fellinum in *cap. licet* 9. *extra. de probat.* Goth. Vid. in hanc leg. Gœdd. *de sequestr. cap.* 1. *num.* 110. Ans.

33 *l.* 7. *supr. h. t.* 34 Trinis literis. Paul. 5. *sent.* 5. §. 6. tribus edictis, *l.* 53. §. 1. *D. de re judic.* per tres vices, *l.* 13. §. 2. *supr. de judiciis.* edictis legitimis, *l.* 2. *in fin. S. ubi in rem actio.* 35 *d.* §. 6. *d.* §. 1. *l.* 72. *D. de judiciis.* 36 Iterum Cujac. 18. *obs.* 30. ita legit, ut hoc verbum referatur ad successorem judicantis. 37 Hæc enim via humanior est.

38 *Novell.* 53. *c.* 4. 1. *l.* 3. *in fin. S. de procuratorib. l.* 13. §. 3. *supr. de judiciis. l.* 2. *ff. quibus ex causis in poss.* vid. *l.* 15. §. 6. *D. de damno.* 39 Actor ad finem usque litem exercere cogitur: cujus sententiæ octo exceptiones vide apud Socin. *reg.* 32. 40 Id est, præconis.

41 *l.* 7. *supr. h. t.* 42 Dixi ad *l.* 13. §. 2. *S. de judiciis.* 43 Absenti ex causa probabili & necessaria, sententia non nocet. *l.* 4. *S. de procuratorib. l.* 1. *S. ex quibus causis major. l.* 7. *in fin. ff. de minor. l.* 53. §. 2. *ff. de re judicata. Syn. Basil.* 8. *tit.* 1. *ex lib.* 9. *tit.* 1. *c.* 60.

44 *l.* 26. *in fin. ff. ex quibus causis major.* 45 Solenniter condemnatus intra legitima tempora non appellans amplius non auditur. 46 Legitime scil. 47 Vid. *l. ult. T. sentent. rescindi non posse.*

TIT.

TIT. XLIV.
DE SENTENTIIS [1] EX PERICULO [2] RECITANDIS [3].

Non sufficit sententiam latam esse in scriptis, si non fuit recitata. Paul. de Cast.

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Quinto.

ARbitri nulla sententia est, quam scriptam edidit litigatoribus, si [4] non ipse recitavit. Si igitur nihil fallis, omissa provocationis mora; ex integro judicari impetrabis a Rectore provinciæ.

Sententia primo scripta, & postea recitata non potest corrigi, vel mutari. Bald.

2. Imppp. VALENS, VALENT. & GRATIAN. AAA. ad Probum P.P.

HAc lege perpetuo credimus ordinandum, ut Judices, quos cognoscendi, & pronunciandi necessitas tenet, non [5] subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante forment, & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptasque ex libello [6] partibus legant. Sed nec sit eis posthac copia corrigendi, vel mutandi [7]: Exceptis [8] tam viris eminentissimis Præfectis prætorio [9], quam aliis illustrem administrationem gerentibus, cæterisque illustribus Judicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium [10] suum, & eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitivas recitare. Dat. 12. Kalend. Februar. GRAT. A. II. & PROBO CONSS. 371.

Non sufficit sententiam scribi, nisi legatur, & verbis proferatur. Bald.

3. Iidem AAA. ad Probum P.P.

STatutis generalibus jussimus, ut universi Judices, quibus reddendi juris in provinciis permisimus facultatem, cognitis causis ultimas [11] definitiones de scripti [12] recitatione [13] proferant. Huic adjicimus sanctioni, ut sententia, quæ dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem *sententiæ* habere mereatur: nec [14] ad rescissionem perperam decretorum, appellationis solennitas requiratur. Dat. 3. Non. Decembr. *Tribus*, GRAT. A. III. & EQUITIO CONSS. 374.

In AUTHENT. de mand. princ. §. sit tibi. col. 3. tit. 4. Novell. 17. cap. 3. & col. 6. tit. 12. al. 11. ut clerici apud. §. 1. Novell. 83. in princ.

N*Isi breves sint lites, & maxime vilium personarum, vel causarum (tunc enim sine scriptis & sine aliqua expensa cognoscere Præsidem oportet) & nisi Episcopus cognoscat inter suos subditos.*

TIT. XLV.
DE SENTENTIIS [15] ET INTERLOCUTIONIBUS [16] OMNIUM JUDICUM.

De eo, qui per procuratorem litigavit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Quintiliano.

NOn videtur nobis rationem [17] habere sententia decessoris tui: qui cum cognovisset inter petitorem, & procuratorem, non [18] procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnavit [19], cujus persona in judicio non fuit. Potes igitur, ut re integra, de causa cognoscere. Dat. 4. Kal. Jun. ANTON. A. III. & GETA C. CONSS. 209.

De statu arbitri.

2. Imp. ANTONINUS A. Sextilio.

SI arbiter datus a Magistratibus, cum sententiam dixit, in libertate morabatur, quamvis [20] postea in servitutem depulsus sit, sententia tamen ab eo dicta habet rei judicatæ auctoritatem [21].

De sententia definitiva.

3. Imp. ALEXANDER A. Vectio.

PRæses provinciæ non ignorat definitivam sententiam, quæ condemnationem [22], vel absolutionem non continet, pro justa non haberi. PP. Kal. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS.

De ordine judiciorum servando.

4. Idem A. Severo.

PRolatam a Præside sententiam contra [23] solitum judiciorum ordinem [24], auctoritatem rei judicatæ non obtinere certum est. PP. 15. Kalend. Januar. ALEX. A. & DIONE CONSS. 230.

De sententia lata sub modo.

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPP. C. Montano.

CUm eorum, qui principaliter fisco tenebantur, bona ea lege fidejussoribus Procurator tradi jusserit, ut [25] ipsi indemnitatem [26] fisco præstarent, nec a sententia ejus intercesserit provocatio: consequens est datæ formæ obtemperari.

De loco & de officii præsentia adhibenda.

6. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Zoilo.

CUm sententiam Præsidis irritam esse dicis, quod non publice [27], sed [28] in secreto [29] loco officio ejus non præsente, sententiam suam dixit, nullum tibi ex his quæ ab eo decreta sunt, præjudicium generandum esse constat. PP. 5. Kalend. Decembr. CARO & CARINO CONSS. 283.

Si Præses pacisci suaserit.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Isidoræ.

EX stipulatione parta actione, pacisci proximis personis suadendo [30] Præses provinciæ, verborum obligationem, quam certo jure tolli tantum licet, extinguere non potest: nec vox [31] omnis Judicis judicati continet auctoritatem: cum potestatem sententiæ certis [32] finibus concludi, sæpe constitutum sit. Quapropter si [33] nihil causa cognita secundum juris rationem tuam pronunciatum est: vox pacisci suadentis Præsidis actionem perimere, si quam habuisti, minime potuit.

Si empta evincatur in libertatem.

8. Iidem AA. & CC. Licinio.

LIbera quidem Theodora, quam ex emptionis causa, vel in solutum creditori traditam proponis, pronunciata [34]: citra provocationis auxilium sententia rescindi non potest. Verum [35] si mota quæstione, præmissa denunciatione ei, qui auctor [36] hujusmodi mulieris fuit, judicatum processit: quanti tua interest, empti, si emisti: vel ob debitum reddendum, si in solutum data est, repetere non prohiberis.

De retractatione.

9. Iidem AA. & CC. Domno.

POst sententiam, quæ finibus [37] certis concluditur, ab eo, qui pronunciaverat, vel ejus successore, de quæstione, quæ jam [38] decisa est, statuta rei judicatæ non obtinent auctoritatem: Nam nec de [39] possessione pronunciata, proprietati ullum præjudicium afferunt, nec causam ullam interlocutiones [40] plerumque [41] perimunt. S. Non. April. CC. CONSS.

1 Judicum scil. An idem in arbitris, ut ab eis dictæ sententiæ homologationem de scripto fieri oporteat, ne alioquin condemnatus arbitri sententiæ stare non teneatur? ita dici posse videtur. *l. 1. infr. h. t. l. 4. §. 6. ff. de arbitr.* compromissum enim ad similitudinem judiciorum redigitur. *l. 1. ff. de recept. qui arbitr.* 2 *l. 4. C. Theod. 16. breviculo.* Haloand. quæ lectio a Budæo & Alciato probatur, 1. *dispunct.* 2. Breviculum, Sext. Ruff. Isid. 1. *l. ult. J. de conven. fisci debitoribus. lib. 10. tit. 11.* diminutivum a brevi. Plautus *in Mercatore, Canum, vanum, ventriosum, succulentum, breviculum.* Est quasi scedula, Galli, *Dicton ou brevet.* Quidam vulgarem lectionem defendunt, hoc sensu, quemadmodum Judex sine periculo sententiam proferre possit, & in exemplum proferunt Prætorem nescio quem Genuensem, qui cataphractus equo insidens sententiam olim tulerit, dum iram viri damnatique formidaret: sed ea opinione nihil ineptius. Cujac. 5. *obs. 25. in fin.* periculum existimat esse indicem sive libellum. Nam quod in Apophthegmatis, Plutarchus appellat στήλην, Æmilius Probus in Epaminonda & Alcibiade *periculum* vocat Cicer. 1. *de legib.* Qui in isto periculo non ut a poëta veritatem exigunt: & *in frumentaria*, Pericula magistratuum, & *in antiquiss. lib. notarum*, quem idem Cujacius habet, Hæc ita scripta sunt, *DP. de periculo, DL. de libello*, adde *l. 15. J. qui accusare.* Hæc tamen interpretatio Hotomano 3. *obs.* 20. non probatur: putat namque Hotomanus, Periculum superioribus locis non ea significatione accipi, sed pro judicii discrimine in dubio litis eventu. absurdum alioquin fore constitui, ut per indicium, id est, summatim tantum sententiæ recitentur, ac non potius integræ; ut res sit, certum est hoc innui, Sententiam sine scripto latam nullam esse, id est, si dicta, non lecta, vid. *l. ult. infr. commin. epist. program. Nov. Leon.* 45. Oldend. *c. 20. sent.* Ex periculo igitur est, ex tabella, ex libello, ex scripti recitatione. vid. *l. 2. infr. h. t.* Est qui, *sententiam ex periculo recitare*, interpretetur, de memoria, seu memoriter, ἀπὸ τῆς πείρας a tentamento. Ferrand. 2. *Explic.* 13. 3 Recitatis, *C. Theod. h. t.* Goth. Vide hac de re Rebuffum *ad l. quod jussit. no. 2. num. 208. de re jud.* Lucium *in placitis curiæ tit. de re judic.* Rainaldum Corsum *lib. 1. indag. c.* 8. Rævardum *protribunal. c.* 21. Mod. 4 Arbitri sententia nulla est, si dicta tantum, non lecta, vel scripta. *l. 6. §. 5. supr. de modo multarum. l. 8. vers. Hoc etiam. J. de princ. agent. in reb.* Goth. Sed Jure Canonico sententia enim sine scripto & voce prolata valebit. *cap. 43. extr. de test. & attest.* Ans. 5 *l. 6. in fin. ff. de modo multar. l. 1. J. de requir. reis. l. 20. J. de pœnis. l. 11. supr. de judic.* 6 Ex breviculo, ex periculo, *supr. de epigraph. hujus tit.* De scripti recitatione, *l. 3. J. h. t.* ex tabella, ex pila. 7 Ideoque quod judex correxerit, vel mutaverit, ipso jure nullum fuerit. Seneca *in declam. & controv. Judex quam tulerit de reo tabellam revocare non potest. Quæsitor non mutat pronuntiationem.* Apul. 1. Florid. *Tabella semel lecta, nec augeri litera una nec minui potest.* Non idem est in interlocutione. *l. 14. ff. de re jud.* 8 Sententiam per alium recitare judici non licet, nisi sit illustris, *ut hic.* nisi unus ex pluribus judicibus recitet sententiam ex mandato & aliorum præsentia. *cap. cum ab uno. 4. de sent. & re judic. in 6.* nisi sententia sit interlocutoria. Bald. *l. ult. J. h. t.* nisi quibus casibus valet sententia sine scriptura. *c. ult. extr. de re jud.* vid. Socin. *reg.* 101. 9 Qui sine scripto sententiam proferre possunt. Cassiod. *de sentent. præf. præt.* verbo, *sententiam dicis.* 10 Aut præconem. 11 Sententia definitiva scripturam requirit, *ut hic*, interlocutio non requirit, quin & definitivæ sententiæ certis casibus non requirunt. *Auth. prox. infr. h. t.* & super incidenti sententia. *l. pen. ff. de aut. tut.* Goth. Hæc lex canonisata est. *can. 8. caus. 2. quæst.* 1. Ans. 12 vid. *l. 2. supr. h. t.* ibi, *ex libello.* 13 Sententiam dici non sufficit, nisi scripta prius legatur, *ut hic. Synops. Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. cap. 64.* 1. Harmenop. 4. §. 41. 14 *l. ult. infr. sentent. rescind. non posse.*

15 *L. 42. D. 1.* Sententia quid est? Decretum a judice interpositum servato judiciorum ordine, de summa aut capite quodam litis, quod absolutionem rei continet, vel condemnationem certam actoris vel rei. 16 Interlocutio quid est? præceptum judicis in principio vel medio litis interpositum, quod ad finiendæ litis præparationem spectat: nec enim finit aut perimit litem: dicitur & præjudicium, jussum, articulus, suasio. *l. 7. infr. h. t.* improprie sententia. 17 Sententia rationem non habens nulla est. 18 Sententia nulla est, si litigante procuratore sententia in personam domini concipitur. Cur? Procurator sive ab initio litem exercuit, sive lite composita, sententia damnandus est. *l. 31. in fin. ff. de negot. l. 20. ff. judicat. solvi. l. inter 8. in fin. de in integr. rest. l. 42. §. 6. ff. de procur. l. nihil. 20. ff. de procurat.* Oldend. *c. 35. de sent.* quod quidem Wurmf. 1. *pract. 22. c. 7. & tit. 23. c. 2.* notat verum esse jure civili, non jure canonico ex gloss. & Abbate in *c. sciscitata. 6. ext. de in integr. rest. & c. querelam. 24. ext. de elect.* Negat etiam id locum habere in tutore, curatore & syndico: cum possit sententia in pupillum, minorem, & Ecclesiam ferri, tametsi in judicio non fuerint, sed per conjunctas personas litigaverint. Idem quoque esse, si procurator lite contestata, ad unum tantum actum substitutus sit. Bald. *hic*: ut & in sententia interlocutoria minus præjudiciali. Item si dominus præsens in judicio sit, si illustris persona condemnanda sit, aut si de causa matrimonii agetur. *d. l. nihil* 20. postremo in servitute reali: sententiam enim prædio dici. *l. liberto. 31. in fin. ff. de negot.* Soc. *reg.* 316. Goth. Adde Andr. Gail. *lib. 1. obs. 111. n.* 2. Ans. 19 Sententia condemnatoria adversus procuratorem ferenda est, *ut hic.* An & absolutoria? ferenda est: ut notavi ad Accurs. *l. 6. §. Marius. 7. ff. mandati.* Adde Roman. *singul.* 499. 20 Facit *l. 3. ff. de offic. prætor. l. 1. supr. de testam.* 21 Communis enim error excusat. 22 Sententia absolutionem vel condemnationem requirit: alioquin ipso jure nulla est. *l. 7. & 11. infr. h. t.* 23 Sententia contra ordinem judiciorum lata nulla est. *l. 7. J. h. t. l. 12. ff. de appell.* vid. Old. *c. 11. de sentent.* 24 Qui & τύπος, *Synops. Basil. 2. ex lib. 9. tit. 1. c. 68.* & 1. Harmenop. 4. §. 42. 25 Modus ita concipi solet: Si sententia lata est sub modo, valet: & servandus est modus, si non est appellatum. 26 Rationem dubitandi collige ex *l. 2. J. de sent. quæ sine certa quantitate.* 27 Id est, publico loco. 28 Sententia dicta secreto irrita est. *Synops. Basil. 8. tit. 10. ex lib. 9. tit. 1. c. 70.* 29 Dixi ad *l. 5. supr. tit. prox.* puta inconsueto. vid. Oldend. *c. 25. de sentent.* 30 Judex pacisci suadens, sententiam non fert, neque actionem tollit. Judicis suasio inter propinquos, ut transigant, vim transactionis, aut sententiæ non habet. adde *l. 1. infr. comminationes, epist. program. subscript.* 31 Judicis vox omnis autoritatem judicati non continet. 32 *l. 9. infr. h. t.* certa decisione, certa qualitate, & plena cognitione. 33 *l. 4. supr. h. t. l. 11. infr. h. t.* 34 Vid. quæ notavi ad *l. 46. ff. de verb. sign.* & ita emptori evicta per sententiam. 35 Si ancilla in solutum mihi data est, eaque libera pronunciata sit, agam actione primitiva: si mihi vendita fuerit, utili ex empto. 36 Id est, qui vendidit, vel in solutum dedit. 37 *l. 7. supr. h. t.* 38 Judex in re eadem suam, vel antecessoris sententiam retractare non potest, *ut hic, & l. 3. infr. si a non competente.* 39 Non eadem est causa possessionis & proprietatis. Ideoque qui sententiam tulit de possessione, non prohibetur postea sententiam ferre de proprietate. *l. 3. infr. si a non competente.* 40 Interlocutoria sententia ut sæpius non definit. Interlocutoria est præceptum judicis in principio vel medio litis interpositum, quod ad finiendæ litis præparationem spectat: non etiam dirimit aut finit. Id & præjudicium dicitur & articulus, & improprie sententia & suasio. *l. 7. supr. h. t.* vid. Cujac. *hic.* 41 Recte hoc additum est, quia interlocutio plerumque rem perimit, veluti admissa exceptione peremptoria. *l. 37. C. Theod. de appellat.* vel ad-

Qui possunt patria interdicere, vel non.

10. Iidem AA. & CC. Menodoro.

NUlli, qui statuendi [1] non habet facultatem, interdicere patria cuiquam permittitur. 3. Non. *

De jurejurando.

11. Iidem AA. & CC. Luciano.

CUm judex in definitiva sententia *jusjurandum* [2] *solummodo præstari* præcipiat, non tamen addat, quid, ex recusatione, vel præstatione sacramenti fieri oportet: hujusmodi sententiam [3] nullam vim obtinere palam est.

De Latina & Græca lingua.

12. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Juliano Procons. Asiæ.

JUdices tam [4] Latina, quam Græca lingua sententias proferre [5] possunt [6]. Datum 5. Id. Januar. CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

Ne exemplis, sed legibus judicetur. Bart.

13. Imp. JUSTINIAN. A. Demostheni P.P.

NEmo [7] judex, vel arbiter existimet, neque consultationes, quas non rite judicatas esse putaverit, sequendum, & multo magis sententias eminentissimorum Præfectorum, vel aliorum procerum, (non enim si quid non bene dirimatur, hoc & in aliorum Judicum vitium extendi oportet, cum *non exemplis* [8], *sed legibus judicandum* [9] *sit*) neque si cognitionales sint amplissimæ Præfecturæ, vel alicujus maximi magistratus prolatæ sententiæ: sed omnes judices nostros veritatem, & legum, & justitiæ sequi vestigia sancimus. Datum 3. Kalend. Novembr.

De reconventione.

14. Idem A. Demosthenі P. P.

CUm Papinianus summi ingenii vir in quæstionibus suis rite disposuerit, non [10] solum judicem de absolutione rei judicatæ [11], sed [12] & [13] ipsum actorem, si e contrario obnoxius fuerit inventus, condemnare: hujusmodi sententiam non solum roborandam, sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat judici, vel contra actorem ferre sententiam, & aliquid eum daturum, vel facturum pronunciare: nulla ei opponenda exceptione, quod non competens judex agentis esse cognoscatur. Cujus [14] enim in agendo observat arbitrium, eum habere, & contra se judicem in eodem [15] negotio non dedignetur. Dat. 15. Kalend. Decembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. De executoribus. §. fin. col. 7. tit. 8. al. 7. Novell. 96. cap. 2.

ET consequenter ego ab aliquo conventus, si vicissim ipsum pulsare velim, statim quidem hoc non licet, nisi apud [16] *eundem judicem. Quid si displiceat, intra viginti dies recusari potest* [17], *aliusque mereri, apud quem rursus utrumque negotium ventiletur. Alioqui lite contra me mota prius ventilata, & terminata, tunc demum & ego admittar.*

De lite habente plura capita.

In Auredani libro notatur hic deesse Græcam constitutionem: eam ex Basilicis edidit Cujacius lib. 12. obs. cap. 2. *eamque Justiniani esse tradit.*

15. Imp. JUSTINIANUS.

COnstitutio jubet, ut si multa sint in lite capita [18], possit Judex super quibusdam eorum sententiam definitivam ferre, tuncque iterum de aliis quærere, & sententiam proferre, quæ ipsi videatur: neque compellatur unam sententiam de omnibus capitibus simul dicere.

De appellatione, & de judicis recusatione.

16. Idem A. Juliano P.P.

CUm solitum est in sententiis judicum sic interlocutionem proferri, *ut non liceat partibus ante definitivam sententiam ad appellationis* [19], *vel recusationis venire auxilium:* quidam putabant [20] non licere ante litem contestatam, nec judicem recusare, quemamodum nec ab eo appellare. Cum enim simul utrumque vocabulum ponitur: tam *appellationis*, quam *recusationis*, provocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi: putabant, quod nec recusare quidem Judicem cuiquam concedatur ante litem contestatam: quod minime vetitum est. Caveant itaque Judices hujusmodi sermonem simul, & sine certa distinctione proferre.

TIT. XLVI.

DE SENTENTIA [21], QUÆ SINE CERTA [22] QUANTITATE PROFERTUR [23].

Valet sententia de futuro, si dependeat a jure, quod est de præsenti. Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Ælianæ.

CUm judicem, quoad [24] pecunia condemnationis soluta fuisset, de [25] pendendis [26] usuris legem dixisse profitearis: non [27] contra juris formam sententiam datam palam est.

Sententia, qua pronunciatur indemnitatem esse præstandam, valet. Salic.

2. Imp. ALEXANDER A. Marcellino.

QUamquam pecuniæ quantitas sententia Curatoris [28] reipublicæ non continetur, sententia tamen ejus rata est, quoniam indemnitatem [29] Reipublicæ præstari jussit.

Sententia, & mens judicantis talis esse præsumitur, qualis & quanta ex allegatis, & probatis concipitur. Bald.

3. Imp. GORDIANUS A. Æmiliæ.

HÆc sententia, *Omnem* [30] *debiti quantitatem cum usuris competentibus* [31] *solve*, Judicati actionem præstare non [32] potest: cum apud Judices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio, auctoritate rei judicatæ censeatur, si [33] parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa.

Ubi sententia incerta est ipso jure nulla, prohibetur judex aliam certam proferre, etiam contrariam primæ. Salic.

4. Idem A. Saturninæ.

HÆc sententia, *Quæ bona* [34] *accepisti, solve:* cum incertum esset, quid accepisset, quantumque ab eo peteretur [35], præsertim cum ipse, qui extra ordinem judicabat, interlocutus sit *dotem* [36] *datam, quæ repeteretur, non* [37] *liquidam esse: judicati auctoritate* non nititur. Cum igitur is, qui postea judicabat, contra te certam sententiam protulerit, neque a statutis provocaveris: ipsa tuo facto confirmasti judicatum.

TIT. XLVII.

DE [38] SENTENTIIS, QUÆ PRO EO QUOD INTEREST [39], PROFERUNTUR.

Id, quod interest in casibus certis, *duplum excedere non debet: in aliis autem, qui* incerti *esse videntur, quod revera interest præstatur: illud autem locum habet non solum in damno, sed etiam in lucro.* Charond.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm pro eo, quod interest [40], dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint [41]: melius nobis visum est hujusmodi prolixitatem [42], prout possibile est, in angustum coarctare. † Sancimus itaque, in omnibus casibus [43], qui *certam* [44] habent quantitatem [45], vel naturam [46], veluti in venditionibus [47], & locationibus [48], & omnibus [49], contracti-

notat reo absente & obsignatis bonis, *l. 2. J. si pendent. appell.* 1 Qui statuere non potest, non potest interdicere. vid. *l. 20. ff. de jurisdict.* 2 Delatio juramenti vim definitionis non habet. 3 *l. 4. l. 7. supr. h. t.* 4 Ordo est inversus, lege *tam Græca quam Latina*, Petr. Fab. 1. *Semest. 25.* similis præposteratio est apud Senecam *lib. de ira 12. & in l. 53. ff. de reg. jur. l. 43. §. 6. ff. de ritu. l. 25. §. idem scribit. ff. familiæ. l. 85. ff. de solutionibus. l. 2. §. 1. ff. testam. quemadmod. aper. l. 222. ff. de verb. sign. l. 11. §. mulier. ff. ad l. Jul. de adult.* adde Cujac. 3. *obs. 5. & Instit. de l. Aquilia.* 5 An etiam inter Latinæ gentis homines, hoc est, Latinæ nationis sive linguæ? Forcatulus *in sphæra legali*, ita putat. Notat enim Romæ, ubi lingua Græca satis familiaris fuit, permultas sententias Græcis verbis latas fuisse. *l. 17. supr. ex quib. causis infam. l. 13. in fin. ff. de jurejur. l. 9. §. 8. ff. de pœnis.* adde *l. 2. in fin. de verb. oblig.* 6 Et ita derogatur legi 48. *ff. de re judicata.* 7 Sententiam ab alio dictam judex appellationis sequi non debet: sed quod legibus consentaneum. *Synops. Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. c. 75.* & 1. Harm. 4. §. 40. 8 Legibus non exemplis judicandum est. *l. 12. ff. de offic. præsid. l. 1. §. 10. supr. de veteri jure enucl. §. ult. Inst. de satisdat.* fallit nisi sint exempla publicæ cujusdam personæ velut principis, vel plurium publicarum personarum: aut si jus deficit: tunc enim exemplis judicari potest. vid. Socinum *reg. 225.* 9 Vivitur tamen exemplo, *Nov. 22. c. 21. in pr.* 10 Sententia absolutionem vel condemnationem continere debet. 11 Al. *judicare.* 12 Reconveniri actor a reo potest apud eum judicem ad quem in jus vocatus est ab ipso actore: licet alias non sit competens: licet quoque causa sit diversa & separata, *ut hic.* Cujus sententiæ octodecim exceptiones vide apud Socinum *reg. 332.* 13 *l. 22. ff. de judiciis. Nov. 96. cap. 2. Novell. 123. c. 25.* adde 3. *q. 8. c. accusatores. vers. cujus in agendo.* 14 Male hinc colligunt: Eundem advocatum, & judicem esse posse, cum hic de mutuis petitionibus agatur, eo sensu, in causa reconventionis non habere locum exceptionem judicis incompetentis. 15 Id est, in eadem lite, non diversa. 16 Coram eodem judice conventionem fieri oportere. 17 Vid. *Novell. 53. cap. 3.* Rittershus. *part. 9. c. 17.* Ans. 18 *l. 12. §. 2. supr. de rebus cred.* 19 Sententiam sub alternatione ferri non posse hinc quidam colligunt. 20 Et male. *l. 16. supr. de judiciis.* vid. Cujac. 9. *obs. 23.*

21 Idem fit in arbitrio. *l. 21. §. 3. ff. de recept. qui arbitr.* 22 §. 32. *Inst. de act. l. 5. l. 59. §. 2. ff. de re judicata.* 23 Sententia judicis incerta nulla est: ne duplicentur alioquin lites. vid. Olden. *c. 18. de sentent.* Wurmf. 1. *pract. 22. c. 2.* 24 Judex diem legitimum judicari faciendi non tantum arctare, vel prorogare potest: v. *l. 2. ff. de re judicata.* sed ne dare quidem, *ut hic.* 25 *l. 13. in fin. supr. de usur.* 26 Hinc ratio dubitandi sumitur. Nam si judex reum in usuras condemnat, nec usurarum quantitatem addit, sententia incerta, ideoque nulla videbitur. Sed ratio decidendi in eo est, quod usurarum quantitas satis ex ipso jure publico intelligitur. *t. de usur. rei jud.* veluti, si ita judex pronunciaverit, *L. Titio G. Sejum ex causa venditionis C. debere videri; placere ejus pecuniæ usuras dependi, quoad sors soluta sit.* Certum dici potest, non modo quod est nominatim expressum: sed quod aliunde per certi relationem potest colligi. *l. 3. in fin. infr. h. t.* 27 *l. 31. ff. de usuris*, imo est, *l. 3. infr. h. t.* 28 *l. 5. supr. tit. proxim.* 29 Qui reum jubet actorem indemnem conservare, licet nominatim certam quantitatem non adjiciat: re tamen ipsa certum exprimit. vid. *l. 5. in fin. l. 59. ff. de re jud.* 30 *l. 21. §. 3. ff. de recept. qui arbitr. l. 59. §. 1. ff. de re jud. l. 41. in fin. ff. de usuris* 31 *l. 31. ff. de usuris.* Goth. Rationem hujus leg. vid. apud Rainald. Cors. *indagat. lib. 1. cap. 7.* Ans. 32 Imo potest. *l. 1. supr. h. t.* 33 Certa sententia est quoties ejus certitudo, vel ex libello conventionis, vel instrumento obligationis, vel parte aliqua actorum repeti potest. *l. 5. in fin. l. 59. ff. de re judicat.* Usurarum rei judicatæ quantitas satis intelligitur ex jure & tit. *de usuris rei judicatæ.* 34 *Bona fide accepisti &c.* Hal. 35 *l. 59. §. 1. ff. de re judicat.* 36 Ne quidem favore dotis valet sententia sine certa quantitate. 37 Sententia sine certa quantitate nulla, *ut hic.*

38 De eo quod interest, vide Alciat. Donellum hic, Hotom. 2. *observ. 12. & 13.* Forcatulum *Necyomant. 33. & 42.* & Fumeum *tract. de eo quod interest.* 39 Id quod interest quid, vid. *l. 21. in fin. ff. de novi operis nunciatione.* Fumeus *d. tract.* damni dati vel lucri cessantis æstimationem definit: Cujac. ita 8. *ad Africanum. Utilitatem quam haberem, vel habere possem, si mihi damnum datum, vel lucrum interceptum non fuisset. Item rem quæ mihi abest, quamque lucrari potui ex causa qua de agitur. Id denique quo jus nostrum deterius, aut certe non melius factum est.* Cæterum, An interesse vox sit Latina? vid. *l. debitor decem 82. ff. de legat. 2. in not. ad verb. interusurium.* 40 In hanc l. vid. Charond. *verosimil. lib. 1. cap. 8.* Petr. de Bella Pertic. Alciat. & Caball. tract. *de eo quod interest.* Hotomann. *lib. 2. obs. cap. 10. & 11.* Ans. 41 Tota enim hæc quæstio, de eo videlicet quod interest, in facto consistit, quæ ad Jurisconsultos parum pertinet. *l. ult. ff. de stipul. prætor. l. 13. §. 1. ff. de annuis legat. l. 14. ff. de divers. temp. l. 14. ff. de reg. jur.* Goth. Hæc lex nobilis est doctissimorum hominum in eam commentariis Alciati, Cagnoli, Rebuffi, Fumei, Feretti, Plantii, Donelli, Molinæi, Hotomanni. vide & Charondam *lib. 1. verisimil.* Vandum *l. 2. quæst. jur. cap. 8.* Menoch. *de arbitr. jud. cas. 260.* Rainald. Corsum *lib. 1. indag. c. 21.* Mod. 42 Et difficultatem. *l. ult. ff. de prætor. stipul.* 43 Εν πᾶσι τοῖς θέμασι. Casus propositiones. 44 Id est, finitam. 45 Puta pretium certum, certam mercedem. In certis casibus, id quod interest duplum non excedit, *ut hic:* in incertis temperatur vera rei æstimatione. 46 Puta rem. 47 *l. 1. ff. de act. empt. l. 1. supr. de rer. permut.* nisi cum alea, vel spes emitur. *l. 11. in fin. l. 12. ff. de act. empt.* nisi emptoris intersit non decipi. *l. 13. §. 2. ff. de act. empt.* nisi minoris eram empturus: tunc enim omnia detrimenta consequor, quæ emptionem sunt secuta. *d. l. 13.* 48 *l. 33. in fin. ff. locat.* Locatio certam rem & æstimationem habet nisi si quid faciendum locetur. *l. 13. in fin. ff. de re judic.* 49 Id quod interest non modo damnum perce-

bus,

bus [1], hoc, quod interest, dupli [2] quantitatem minime excedere [3]. † In aliis autem casibus, qui *incerti* [4] esse videntur, Judices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, ut hoc, quod re [5] vera [6] inducitur damnum, hoc reddatur, & non ex quibusdam machinationibus [7], & immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate [8] cadat: cum sciamus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur [9], vel a legibus certo fine conclusæ statuuntur. † Et hoc non solum in damno [10], sed etiam in [11] *lucro* [12] nostra amplectitur constitutio: quia & [13] ex eo veteres id, quod interest, statuerunt. Et sit omnibus secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis, hujus constitutionis recitatio. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPAD. & OREST. CONSS. 530.

TIT. XLVIII.
SI A NON [14] COMPETENTE JUDICE JUDICATUM ESSE DICATUR.

1. Imp. ALEXANDER A. Sabiniano.

JUdex *ad certam rem datus*, si de aliis [15] pronunciavit, quam quod ad eam rem pertinet, nihil egit. 4. Non. * MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Magister militum non potest pronunciare contra non militem, si non habet commissionem ab eo, sub cujus jurisdictione ille est. Paul. de Cast.

2. Imp. GORDIANUS A. Liciniæ.

SI militaris [16] judex super ea causa, de qua civilibus actionibus disceptandum fuit, non datus a quo dari poterat, cognovit: etiam remota appellatione, id, quod ab eo statutum est, firmitatem judicati non habet.

Delegatus ad causam proprietatis, non potest cognoscere de causa possessionis, super qua non fuit delegatus. Bald.

3. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Philetæ.

SI *de* [17] *proprietate datus* judex adversus te nihil super hoc statuit: Rector provinciæ aditus hanc causam cognoscere, suaque decidere sententia curabit: cum [&] si quid de [18] possessione pronunciatum probetur, hoc causæ proprietatis minime noceat. S. Non. Novembr. HERCUL. & CÆSAR. CONSS. 297.

Et in publicis & privatis causis sententia a non suo judice lata non valet. Salic.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOS. AAA. ad Potitum Vicarium post alia.

[ET] in privatorum [19] causis hujusmodi forma servetur, ne quenquam litigatorum sententia non a suo Judice [20] dicta constringat. Dat. 10. Kal. Octobr. *Romæ*, AUXONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

TIT. XLIX.
DE POENA JUDICIS [21], QUI MALE [22] JUDICAVIT, VEL EJUS, QUI JUDICEM, VEL ADVERSARIUM CORRUMPERE CURAVIT.

Qui diffidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit: sive privata sit lis, sive publica, sive fiscalis. Bald.

1. Imp. ANTONINUS [23] A. ad Gaudium.

COnstitit in quacunque causa, sive privata, sive publica, sive fiscali, ut cuicunque data fuerit pecunia [24], vel judici, vel adversario: amittat actionem [25] is, qui diffidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negotii reposuerit. Dat. 14. Kal. Januar. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

In AUTHENT. ut litigantes in exordio litis jurent. §. si quis autem ex litigatoribus. col. 9. tit. 7. al. 5. Nov. 124. cap. 2.

NOvo jure, qui dicit [26] *se dedisse alicui, vel promisisse, & personam declaraverit, & hoc probaverit, veniam meretur. Sed qui accepit, vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit, dati triplum, promissi duplum a Comite privatarum rerum exigatur, dignitate seu cingulo amisso.* † *Si vero criminalis causa fuerit, confiscatis omnibus bonis, in exilium mittatur. Sed si datum vel promissum probare litigator nequiverit, persona, quæ dicitur suscepisse, juret,* quod neque per se, neque per aliam personam accepit, aut promissionem habuit, *& sic libera sit. Sed litigator, qui ostendere non potuit, in causa pecuniaria æstimationem litis a Comite rerum privatarum exigatur, lite sustinente proprium eventum: in criminali bonis omnibus confiscatis: causis apud competentem Judicem legitime terminandis. Sed si persona a litigatore manifestata prædictum jusjurandum refutaverit, memoratis subjaceat pœnis. Sed si quis litigantium juraverit* se non dedisse, vel promisisse: *si intra decem menses post sententiam memoratam ostendatur dedisse, vel promisisse, memoratis pœnis dantes & accipientes subjacebunt.*

Judex corruptus famam perdit, & damnum resarcit. Bald.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Felicem.

DE eo, qui pretio [27] depravatus, aut gratia perperam judicaverit, ei vindicta, quem læserit, non solum æstimationis dispendii, sed etiam litis discriminis præbeatur. Dat. 8. Kalend. Novemb. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

TIT. L.
SENTENTIAM RESCINDI [28] NON POSSE.

Nemo post suam, vel antecessoris sui sententiam revocare: & si revocat, non est appellare necesse. Bald.

1. Imp. GORDIANUS A. Secundo.

NEque suam, neque decessoris [29] sui sententiam quemquam posse retractare [30] in dubium non venit: Nec necesse esse ab hujusmodi decreto [31] interponere provocationem, explorati juris est. P. P. Kalend. Mart.

Exceptio peremptoria potest opponi ante sententiam, non postea, nisi ope restitutionis in integrum ratione ætatis. Salic.

2. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Alexandro.

PEremptorias exceptiones omissas [32] in initio, antequam [33] sententia feratur, opponi posse, perpetuum Edictum manifeste declarat. Quod si aliter actum fuerit, in [34] integrum restitutio permittitur. Nam judicatum contra majores annis vigintiquinque non oppositæ præscriptionis [35] velamento, citra remedium appellationis rescindi non potest. 7. Kalend. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Virtute rescripti principis non retractatur sententia legitime lata. Paul. de Cast.

3. Imp. CONSTANTIN. A. ad Proculum.

IMpetrata rescripta non placet admitti, si [36] decisæ semel causæ fuerint judiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit, sed eos, qui talia rescripta meruerunt, etiam lumine [37] judiciorum expelli. Dat. 6. Kalend. Januar. CONSTANT. & LICINIO AA. CONSS. 312.

TIT. LI.
DE FRUCTIBUS ET LITIUM [38] EXPENSIS [39].

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Alexandro.

HOc *fructuum* [40] nomine continetur, quod justis sumptibus deductis [41] superest. 3. Non. April. CC. CONSS.

ptum, sed & lucrum interceptum persequitur. *l.* 13. *ff. ratam rem haberi.* 1 Nam ex omnibus contractibus certum condici potest. *l.* 9. *ff. de reb. cred.* adde *l.* 74. *de verb. obl.* 2 Dupli æstimatio, alia est a vera æstimatione: de quæ infra, puta si res empta sit X. quæ hodie digna sit XXV. emptor non consequetur ultra XX. nempe X. pretii nomine quæ numeravit, & alia X. id est, ἰσόμετρον, nomine ejus quod interest supra pretium quo res venit. Quid si emptor pretium non numeravit? venditor non est in mora. *l.* 13. §. 8. *ff. de act. empt.* ideoque nihil præstat. Quid si venditor rem tradidit, emptor pretium non solvit? usura pretii debetur. *d. l.* 13. §. 20. ut fœnus: quia non propter lucrum actoris: sed ut id quod interest propter moram. *l.* 60. *ff. pro socio.* Fœnus propter lucrum datur, etiamsi nihil actoris intersit, quemadmodum & pœna in conventionem deducta. *l.* 38. *ff. de recept. arbitris. l.* 38. §. 17. *ff. de verb. obl.* 3 Sic in usuris duplum excedere non debet. *Nov.* 121. *l.* 10. *supr. de usuris.* In evictionibus olim etiam plus duplo stipulari non licuit. *l.* 44. *ff. de act. empt. l.* 48. *ff. de evictionibus.* In jurejurando in litem, in stipulatione pœnali. *l.* 10. *ff. de servo corrupto.* Goth. Quomodo intelligendum quod interest non excedere dupli quantitatem, vid. Andr. Fachin. *lib.* 1. *controv.* 48. Ans. 4 Quantitate & re: veluti si de fundi possessione agitur, quæ neque corpore, neque certa quantitate constat, quanti interest officio judicis æstimabitur. *l. pen.* §. *ult. ff. uti possidetis. l.* 1. §. 40. *ff. de vi & vi armat.* Idem si agitur de restitutione operis, quod vi aut clam factum est: quia restitutionis, utpote facti, causa incerta est. Quanti intersit restitutionem fieri, æstimatur officio judicis. *l.* 15. §. 7. *ff. quod vi aut clam.* rei veritate. *l.* 9. *in fin. ff. de aqua & aqua pluv.* Idem erit in obligationibus faciendis. *l.* 13. *in fin. ff. de re judic. l.* 2. *in fin. ff. qui satisdare.* Idem quoque est, quoties agitur de cautione præstanda. *d. l.* 13. vid. Cujac. *hic.* In veram namque quantitatem fidejussor tenetur, quoties de incerta quantitate agitur. *d. l.* 2. 5 Verum interesse, damnum quod revera patimur: veritas enim extra affectionem privatam ejus, qui damno est affectus, extraque conventionem contrahentium est. unde nostri interesse aliud commune, aliud singulare, aliud conventum tradiderunt. 6 In casibus incertis, qui certam quantitatem, vel rem non habent, ad finem dupli non taxatur id quod interest: sed arbitrio judicis relinquitur, ut ipse æstimet in rei veritate, quantum intersit actoris vel rei. Nec enim incertæ & infinitæ rei alia potuit quam infinita regula constitui, ut Aristoteles ait, τοῦ ἀορίστου ἀόριστον κανόνα εἶναι, & ita certi casus ab incertis definiuntur, in certis lex taxat id quod interest: in incertis, officium judicis: vid. Cujac. *hic:* adde quæ scripsi ad *l.* 13. §. 18. *ff. ratam rem.* 7 Petitoris scilicet qui debitoris in necem quanti sua intersit plus æquo rem æstimat. 8 Infinitum impossibile. 9 Judicis sententia scilicet, eorum enim est modus aliquis, *l. ult. supr. de modo mult.* & ita hanc legem accipe: non de his quæ quisque sibi ex conventione cavit: licet enim utique etiam triplum, *l.* 5. *ff. de jure fisci.* quadruplum stipulari *l.* 56. *ff. de evict.* vid. Cuj. 16. *obs.* 34. 10 Id quod interest, lucrum cessans est & damnum emergens. *l.* 2. *in fin. ff. de eo quod certo loco.* 11 Imo lucri non habetur ratio. *l.* 21. §. 2. *ff. de act. empt.* 12 *l.* 2. *ff. de eo, quod certo loco. l.* 33. *ff. locati. l.* 13. *ff. ratam rem haberi. l.* 73. *ff. de furtis.* ut usurarum, quæ percipi potuerunt a creditore, ratio habeatur. Roland. a Valle 1. *consil.* 35. Porro de lucro facto a fure ex re furtiva, vid. *l.* 3. §. 8. *ff. de sepulchro violato.* Goth. Lucri cessantis & damni emergentis interesse an & quando debeatur? vid. Menoch. *de arbitr. cas.* 119. Ans. 13 Id quod interest, non modo damnum perceptum, sed & lucrum interceptum persequitur. *l.* 13. *ff. ratam rem.*

14 *l.* 2. *supr. de jurisd. l. ult. ff. de jurisd. l. pen. ff. de judic. c. At si clerici.* 4. *x. de judic.* vid. Oldend. *C. de sentent. & re judic.* 15 *l.* 3. *supr. de pedaneis judicibus. l.* 7. *supr. ne de statu defunct. l.* 10. *supr. de sentent. & interlocut. l.* 6. *infr. de except. rei judic. l.* 5. *infr. quando provocare non est necesse. l. ult. ff. de jurisd.* puta si datus ad actionem locati, judicet de pecunia credita: si datus in causa possessionis, judicet de proprietate. *l.* 3. *infr. h. t.* 16 Militaris judex de causa civili judicare non debet. *l.* 20. *ff. de jurisd. l.* 6. *C. Theod. de jurisd. l.* 1. *supr. de offic. milit. jud.* 17 Dixi ad *l.* 1. *supr. h. t.* 18 Datus judex, ut de proprietate cognoscat, de possessione judicare non potest. 19 Sententia a non suo judice (puta dato a Procuratore Cæsaris) inter privatos dicta non parit judicati actionem. 20 Puta Procuratore Cæsaris. *l.* 1. *supr. de pedaneis judic.*

21 Competentis. 22 *L.* 50. *D.* 13. si per imprudentiam, non convellitur quidem res judicata. *l.* 65. §. 2. *ff. ad SC. Treb. l.* 12. §. 3. *ff. de bon. libert. l.* 55. *ff. de re jud.* sed in solidam æstimationem ei quem damnavit, tenetur: salva tamen æstimatione vel fama. *l. ult. ff. de extraord. cogn.* Si vero per ambitionem & gratiam, etiam notatur infamia. vid. *l.* 2. *infr. h. t.* si pecunia corruptus, sententia ipsius nulla est. *l.* 7. *infr. quando provocare.* Goth. De pœna corrupti Judicis, & corrumpentis judicem, vid. Menoch. *de arbitr. cas.* 242. *& seq.* Ans. 23 *l.* 1. §. 3. *supr. de calumniatoribus.* 24 *d. l.* 1. §. 2. 25 Id est, si actor corrupit, amittit actionem: si reus defensionem: Nam actionis verbo continetur exceptio. 26 Corruptori medicina est confessio. 27 Vid. *l.* 7. *infr. quando provocare. l.* 15. §. 1. *ff. de judiciis.*

28 *l.* 9. *supr. de sentent.* Sententia prior posteriore potior: lex vero posterior priore potior. *Goth.* Fallit in sententia lata in causa matrimoniali, quæ quocunque tempore errore detecto retractari potest. *cap.* 7. *Later. cap.* 10. *consanguin. extr. de sentent. & re jud.* vid. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 39. Ans. 29 *d. l.* 9. 30 *l.* 3. *infr. comm. ep.* 31 Quo sententia retractatur. 32 *l.* 4. *J. de except. l.* 23. §. 3. *ff. de condict. indebiti.* 33 An & post? Minime nisi a milite. *l.* 1. *supr. de juris & fact.* Quid si ipsa exceptio notoria sit? quid si qui ea utitur, in continenti probationem offerat? vide Socinum *reg.* 127. 34 Adversus sententiam datur in integrum restitutio & appellatio, *ut hic.* 35 Id est, exceptionis. 36 Rescripto non potest rescindi sententia a qua non est appellatum. *l.* 2. *in fin. l.* 3. *infr. ut lite pendente. l. ult. supr. de err. adv. l. ult. supr. quomodo & quando judex.* vid. Papon. 3. *notar.* 14. *c. des rescrits contre Juges.* 37 *Limine judiciorum.* Vulg. Hal.

38 Litis, *C. Theod. lib.* 4. *tit.* 17. 39 Præstandis victori a victo. vid. *l.* 79. *ff. de judiciis. l.* 6. §. 2. *infr. de appell.* 40 Fructus intelligitur, quod justis sumptibus deductis superest. 41 *l.* 36. *in fin. ff. de her. pet.*

Factus

Factus malæ fidei possessor per litem contestatam, tenetur de perceptis, & de percipiendis & vitium ejus transit in heredem. Salic.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. Olybrio P.P.

LItigator [1] victus, qui post conventionem rei incumbit [2] alienæ, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum fructuum præstationem eorum, quos ipse percepit, agnoscat: sed [etiam] eos, quos [3] percipere potuisset, non quos eum redegisse constat, exolvat, ex eo [tempore] ex quo re in judicium deducta, scientiam [4] malæ fidei possessionis accepit. Heredis [5] quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est. Dat. 7. Kal. Maji, *Trev.* VALENT. N.P. & VICTORE CONSS. 369.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Asclepiodoto P.P.

TErminato [6] transactoque negotio, posthac nulli actio, neque ex rescripto super sumptuum petitione [7] præstetur, nisi [8] Judex, qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis, juridica pronunciatione significaverit *victori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam jure competere.* Post [9] absolutum enim dimissumque judicium, nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia. Dat. 3. Kal. April. *Constantinop.* ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

Contra actorem non prosequentem, vel defendentem, vel perdentem profertur sententia calumniæ, damnorum, & expensarum. Bart.

4. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Edictum ad populum.

NOn ignoret is, cujus ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua protractus fuerit examina, quod si culpa sua fuerit dilata cognitio, vel minime actioni suæ adfuerit, vel delata [non] probaverit: pro calumnia quidem pœnam luat legibus constitutam, pro pecuniaria [10] vero causa, post [11] sumptus considerata quantitate postulatorum, vel medii itineris intervallo, condemnationem pro æstimatione judicis sustinebit. Dat. 5. Id. Novemb. *Constantinop.* VALENT. A. VII. & AVIENO CONSS. 452.

5. Imp. ZENO [12].

COnstitutio [13] præcipit, ut quivis Judex in sententia sua jubeat victum [14] factos in judicio sumptus præstare. Habet & potestatem Judex transcendendi sumptum ad decimam usque partem eorum, quæ impensa sunt, si eum ad hoc partis ejus, quæ sumptum profudit, impudentia permoverit: ita ut ea, quæ impensas excedunt, ad fiscales rationes pertineant, nisi forte Judex detrimentum partis victricis sarcire volens, partem aliquam horum ei adsignet. Neque tantum actor atque reus (in expensas) condemnantur, quum judex utrique competens est; verum etiam quum non est judex actoris competens: qui tamen ex reconventione victus sit, nec eum judicem recusare posit: sive adeo Præsides, sive dati a principe arbitri, judices fuerint. Nam & hi suos executores [15] atque compulsores habent. Quod si judex hoc non fecerit, ipse parti victrici damnum illud compensare cogitur. §. 1. Si quis vero conventus bona fide solverit, aut actor lite destiterit, aut etiam judex inveniat eum non calumniatorem, sed de re dubia litigantem: hic evitabit impensarum condemnationem. §. 2. Manifestum est autem, quod in judicibus pedaneis Præses [seu magistratus] est, qui debet eis assignare officialem [seu apparitorem] hæc tractantem [seu dirigentem]. Dat. 7. Kal. April. post consulatum Longini.

Privilegium concessum super litis expensis in totum, vel in parte non agnoscendis, extenditur ad adversarium propter æqualitatem servandam in judiciis.

6. Imp. ANASTASIUS A. Stephano Magistro militum.

CUm quidam per [16] leges sacrasque constitutiones, alii per speciales largitates sibi præstita privilegia prætendunt, tam super sportulis [17] pro conventionibus usque ad certam quantitatem præbendis, quam super expensis litium, vel minuendis, vel penitus non agnoscendis: per hanc legem decernimus, ut quicunque hujusmodi privilegio munitus est, vel postea talem prærogativam quolibet modo meruerit, sciat, & si quos ipse, utpote obnoxios sibi pro quacunque criminali, vel civili causa constitutos, in accusationem deduxerit; hos nihilominus iisdem [18] privilegiis potituros: quoniam non [19] est ferendum, eos, qui præfatas prærogativas (ut [jam] ante latum est) prætendunt, aliquid plus ab adversariis suis quærere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur: ita scilicet, ut hæc quidem forma modis omnibus observetur super privilegiis per liberalitates, vel generaliter quibusdam officiis, aut scholis, seu dignitatibus, vel specialiter certis personis præstitis, vel postea præbendis; sive hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus, vel affatibus insertum, sive prætermissum sit, vel fuerit.

TIT. LII.
DE RE JUDICATA [20].

Rebus judicatis paretur, nisi petatur quod jam habetur. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Stellatori.

REbus quidem judicatis standum [21] est. Sed si probare poteris eum, cui condemnatus es, id, quod furto amisisse videbatur, recepisse [22]: adversus judicati agentem, doli exceptione opposita tueri te poteris. 12. Kal. Mart. ANTON. A. IV. & BALBINO CONSS.

Propter calculum male summatum, non debet sententia rescindi, quæ transivit in rem judicatam. Paul. de Cast.

2. Idem A. Pacatiano.

REs judicatæ si sub prætextu *Computationis* [23] instaurentur, nullus erit litium [24] finis. PP. Prid. Non. * *Romæ*, LÆTO, & CEREALE CONSS. 216.

3. Idem A. Demetrio, & aliis.

SI pecuniam, quam mala ratione intercepisse vos apparuerit, jussi sitis inferre cum [25] pœna, & comperto præcepto Præsidis non [26] provocaveritis: universam quantitatem debetis inferre.

Propter instrumenta de novo reperta, non retractatur sententia jam lata. Bald.

4. Imp. GORDIANUS A. Antonino.

SUb specie [27] *novorum instrumentorum* postea repertorum, res judicatas restaurari [28], exemplo grave est. Dat. 8. Id. Mart.

Qui petit dilationem ad solvendum, dicitur sententiam approbare, & appellationi renunciare. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Valentino.

AD [29] solutionem *dilationem* [30] petentem acquievisse sententiæ manifeste probatur: sicut eum, qui quolibet modo sententiæ acquieverit. Nec enim instaurari finita, rerum judicatarum patitur auctoritas.

Acta judicii semel publicata faciunt perpetuam fidem etiam mortuo, vel remoto judice, qui de causa cognovit. Paul. de Castr.

6. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Juliano Proconsuli Africæ.

GEsta [31], quæ sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte [32] cognitoris perire debet publica fides. Dat. 3. Kal. Sept. *Romæ*, CONSTANTIO, & CONSTANTE CONSS. 414.

TIT. LIII.
DE EXECUTIONE [33] REI JUDICATÆ.

Ab executione non est inchoandum: sed primo debet de causa cognosci, & per definitivam sententiam terminari.

1. Impp. SEVER. & ANTONINUS AA. Justino.

NImis propere Judex *Pignora Marcellæ capi, ac distrahi jussit* ante [34] rem judicatam. Prius est ergo, ut servato ordine, actionem adversus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias. PP. 3. Kal. Februar. ALBINO, & ÆMILIANO CONSS. 207.

Sententia tunc habet executionem paratam, quando non fuit per stipulationem novata: alias non petitur executio sententiæ, quæ sublata est per novationem, sed agitur ex stipulatione novantis ordinaria via.

2. Iidem AA. Agrippæ.

SI causam judicati non novasti [35], rem judicatam Præses provinciæ etiam *Pignoribus* [36] captis [37] ac distractis ad emolumentum perduci jubebit. Quod si novata causa est, ex stipulatu tibi actio competit: & Judice accepto secundum juris formam experire.

1 Malæ fidei possessor non rem tantum redhibet & fructus quos percepit: sed etiam eos quos percipere potuisset lite contestata. Aliud in hereditatis petitione, in qua fructus etiam ante litis contestationem percepti deducuntur. Quin si relicto herede moritur, etiam ab herede, qui in ejus vitium successit, fit repetitio eorundem fructuum. *Synops. Basil.* 9. *tit.* 3. περὶ καρπῶν. *cap.* 66. 2 *Incubarit*, *l.* 1. *Cod. Theod. h. t.* quæ vox malæ fidei possessionis index, dixi *l. ult. supr. Ne rei dominicæ vel templorum.* 3 *l.* 22. *supr. de rei vind. l.* 10. *de usur.* §. 2. *in fin. ff. de offic. jud.* Goth. Adde *l.* 62. §. 1. *ff. de rei vindicat.* S.L. 4 *d. l.* 22. vid. *l.* 25. §. 7. *ff. de hered. pet.* 5 Heres possessoris tenetur de fructibus. *l.* 2. *Cod. Theod. h. t.* 6 Post sententiam definitivam de sumptibus litis non agitur, nisi judex sumptuum taxationem reservaverit. 7 Repetitione, *d. l.* 2. 8 Expensæ ante litem contestatam & post factæ, officio judicis petuntur. *ut hic, Gloss. & Doctores in c. finem. extr. de dolo.* nisi promissæ in instrumento fuerint: hoc enim casu jure actionis peti possunt, etiam post sententiam in principali latam. *l.* 3. §. 2. *ff. de legat.* 3. Item nisi statuto debeantur: tunc enim condictione ex statuto peti possunt. Bart. *in d. l.* 3. Socinus *reg.* 140. Idem si nihil sit quod actori imputetur, ob expensas non petitas. *l. utique* 16. ubi Accurs. *ff. de rei vind.* Idem in sententia interlocutoria, aut si judex sententiam supplere velit. Idem & in specie. *l. eum* 5. §. *Julian.* 3. *ff. de constit. pecun.* 9 *l.* 10. *supr. de transact.* 10 *Post pecuniaria dispendia, post sumptus*; sic enim ex veteribus, ut Novella Marriani, & prima omnium editione Moguntina hic locus restituendus est, & ex Basilicis in quibus hæc duo leguntur, τὰ δαπανήματα καὶ τὰ ζημιώματα. vid. Cujac. *hic.* 11 *l.* 13. §. 6. *l.* 15. ff. & *l.* 79. *ff. de judiciis.* §. 1. *vers. hæc autem omnia. Inst. de pœna temer. litig.* 12 Cujacius hanc legem restituit, 12. *observ.* 21. sumpta est ex 9. *Synopseos Basil.* 3. *cap.* 70. 13 Interpretatio Leunclavii. 14 *l. ult.* C. *quando provoc. non est necess. &* §. 1. *vers. hæc autem. Inst. de pœna temere litigant.* 15 Ἐκβιβαστὰς καὶ ἐπίκτας. *d. c.* 70. 16 Privilegia super sportulis judiciariis, lege, vel beneficio principis concedi possunt. 17 Adde *l.* 12. *infr. de prox. sacr. scrin.* 18 Victus victori condemnatur in expensas quas fecit, non in eas quæ privilegio remittuntur aliquo. 19 Ad æqualitatem videlicet servandam, ut quod uni privilegio remittitur, idem alteri remittatur. *ff. quod quisque jur. l.* 1. *in fin. ff. de constit. l.* 81. *ff. pro socio.*

20 Dixi ad *L.* 42. *D.* 1. adde 4. *Cod. Theod.* 15. & 9. *Synops. Basil.* 3. *c.* 70. 21 Statur rebus judicatis. 22 Victor a reo frustra postulat quod ipse jam habet. 23 Computationis prætextu sententia non rescinditur. *l. un.* C. *de errore calculi.* vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 1. *ff. quæ sentent. sine appellat.* 24 Fines litium esse oportet. 25 Potest quis ad rem & pœnam condemnari. 26 Tenet sententia, a qua non est appellatum. vide *l.* 1. C. *de his qui per met. jud. non appellaver.* 27 Sententia propter instrumenta de novo reperta non retractatur. *l.* 27. *in fin. ff. de except. rei jud. l.* 35. *ff. hoc tit. Synopsis Basil.* 8. *tit.* 1. *ex lib.* 9. *tit.* 3. *cap.* 75. & 1. Harmenop. 3. *cap.* 35. fallit in fisco seu republica, minore, furioso, prodigo, libertate, spiritualibus, & Ecclesia, criminalibus, arbitratorum causis, quoties sententia lata est ex subsidiariis probationibus, puta, juramento ex *l. admonendi.* 31. *ff. de jurejur.* fallit quoque, si quis ante sententiam, adhibita omni diligentia, instrumentum recuperare non potuit: fallit præterea, quoties instrumentum alterius sententiæ est. *l. post sententiam.* 9. C. *de sententiis.* Idem si instrumento sic reperto, constabit sententiam latam ex falsis instrumentis, vel probationibus esse. *l. penult.* C. *de transact. l. pen. ff. de confessis.* Fallit quoque in sententia condemnatoria: ut & si testamentum repertum est. Gloss. in *l.* 1. §. *ratio. ff. quemadmodum testam. l. si mater.* 11. *ff. de except. rei judicatæ.* licet contrarium sentiat in *l.* 3. §. *si legatarius.* 6. *ff. si cui plus quam per legem Falcidiam.* vid. Socin. *reg.* 361. His ex causis restitutio datur adversus rem judicatam ob instrumenta de novo reperta. vide Sfortiam Oddum 2. *de rest. quæst.* 75. 28 Ἀνανεοῦσθαι. *Synops. Basil.* 8. *ex l.* 9. *tit.* 3. *c.* 75. Harm. 3. §. 35. 29 *Synopsis Basilicon d. tit.* 3. *c.* 76. 1. Harm. 3. §. 92. 93. 30 Dilationem solvendi qui petit, tacite sortem deberi fatetur, & sententiæ adquiescit. Silentio sententia adprobatur. vid. *l.* 5. *supr. de arbitris. l.* 40. *ff. de pactis.* 31 Hanc legem proprie pertinere ad gesta a Marcellino, V. S. Tribuno & notario confecta adversus Donatistas, constat ex *l.* 55. *C. Theod. de hæret.* & D. Aug. *epist.* 158. 159. 160. 32 Acta judicis semel promulgata perpetuam fidem faciunt, etiam mortuo vel remoto judice, qui de causa cognovit.

33 Vid. Wurmser. 1. *pract.* 23. Executio rei judicatæ fit re perducta ad effectum eoque pertinet pars tituli 1. *lib.* 42. *ff.* & 52. *Eclog.* 53. περὶ ἀπαιτήσεως τῆς ἀπὸ καταδίκης ἢ τῆς ἀποφάσεως καὶ ψήφου δικαστικῆς. Executio fit vel per actionem, vel per officium judicis, vel per ministrum, vel apparitorem. *l.* 4. *ff. de appellat.* De exceptionibus adversus executionem sententiæ, vide Oldendorpium *c.* 59. *de exception.* 34 Ante rem judicatam non fit executio. *l.* 4. §. 6. *l.* 56. *ff. de re judicata.* 35 Sententia habet paratam executionem, nisi sit novata, *l.* 4. §. 4. *ff. de re judic.* de exceptione novationis, vide Oldend. *c.* 46. *de exception.* 36 *l. ult. infr. h. t.* 37 Per officium scilicet, non occupatis a creditore, licet ei dari dicantur.

Si

Si pignora capta in cauſam judicati non reperiunt emptorem, factis ſubhaſtationibus dantur creditori in ſolutum. Paul. de Caſtr.

3. Iidem AA. Agrippæ.

ORdo rei geſtæ, & mora ſolutionis, quæ interceſſit, conſtantius [1] deſiderat remedium. Si itaque Præſidem provinciæ, qui rem judicatam exequi debet, adieris, & allegaveris res ſoli, quæ *Pignori* datæ [2] ſunt, diu ſubhaſtatas [3], ex compacto [4], ſive ambitione [5] diverſæ partis emptorem non [6] invenire [potuiſſe], in poſſeſſionem earum te mittet, ut [vel] hoc remedio res tamdiu protracta ad effectum perducatur. Dat. 11. Kal. Jul. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

Publica ſtipendia non venduntur, nec in ſolutum adjudicantur, niſi in ſubſidium. Bald.

4. Iidem AA. Marcello militi.

STipendia [7] retineri [8] propterea, quod condemnatus es, non patietur [9] Præſes provinciæ: cum rem judicatam poſſit aliis rationibus exequi. PP. 3. Non. *

Nomen debitoris poteſt capi pignori in cauſam judicati. Bald.

5. Imp. GORDIANUS A. Amando.

ETiam *Nomen* [10] *debitoris* in cauſa judicati capi poſſe, ignotum non eſt. PP. 3. Id. Octob. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Merus executor non poteſt aſſumere partes judicis, & de juſtitia ſententiæ cognoſcere, vel pronunciare. Paul. de Caſt.

6. Imp. PHILIPPUS A. & C. Titiano.

SI (ut proponis) rerum judicatarum *Executor* [11] datus partes [ſibi] Judicis vindicavit [12], & contra ea, quæ pridem pro partibus tuis fuerunt ſtatuta, aliquid pronunciandum putavit: ſententia ab eo dicta vim rei judicatæ obtinere nequaquam poteſt [13].

Condemnans ſi moram committat, tenetur de interitu, & acceſſionibus. Salic.

7. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Theodoro.

SI [14] longis apertiſque fruſtrationibus partis adverſæ reſtitutio remorata eſt, etiam ſervis [15] rebus humanis exemptis [16]: a fruſtratore æſtimatio eorum reſtituenda eſt. Animalia quoque cum fœtibus [17] tibi interceſſu Præſidis repræſentabuntur.

Executor eſt ille, qui ſententiam rite latam ad effectum perducit. Paul. de Caſt.

8. Iidem AA. & CC. Nicomacho.

EXecutorem [18] eum ſolum eſſe manifeſtum eſt, qui poſt ſententiam inter partes audita omni & diſcuſſa lite prolatam, rei judicatæ vigorem ad effectum videtur adducere. Sine die & conſule.

Tunc eſt petenda executio, quando reus confeſſus eſt: vel ſi negavit, cum eſt convictus, & condemnatus. Paul. de Caſt.

9. Iidem AA. & CC. Glyconi.

EOs, quos debitores tuos eſſe contendis, apud Rectorem conveni provinciæ: qui ſive debitum confeſſi [19], ſive negantes & convicti fuerint condemnati, nec intra ſtatutum [20] ſpatium ſolutioni ſatisfecerint: cum latæ ſententiæ pignoribus [21] etiam captis, ac diſtractis, ſecundum ea, quæ ſæpe conſtituta ſunt, meruerint executionem, juris formam tibi cuſtodiet. S. Non. Novembr. CC. CONSS.

TIT. LIV.
DE USURIS [22] REI JUDICATÆ.

Mora ſolutionis poſt ſententiam, & quadrimeſtre tempus parit effectum uſuræ centeſimæ. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Procuratoribus hereditatum [23].

IS, qui bona ſecundum dictam ſententiam proſequitur: eas quoque rationes habiturus eſt, ut qui poſt legitimum tempus placitis non obtemperavit, uſuram centeſimam [24] temporis, quod poſtea fluxerit, ſolvat.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

EOs, qui condemnati ſolutionem pecuniarum, quas dependere juſſi ſunt, ultra [25] quatuor [26] menſes a die condemnationis [27], vel ſi provocatio fuerit porrecta, a die confirmationis [28] ſententiæ connumerandos diſtulerint: centeſimas [29] uſuras exigi præcipimus: nec priſcis legibus, quæ duas [30] centeſimas [eis] inferebant, nec noſtra ſanctione [31], quæ dimidiam centeſimæ ſtatuit, locum in eorum perſonam habentibus. Dat. 7. Id. April. *Conſtantinop.* DECIO CONS. 529.

Uſura centeſima debetur ex ſorte tantum, & non ex priore uſura, licet in condemnatione cum ſorte ſit deducta.

3. Idem A. Joanni P.P.

SAncimus, ſi quis condemnatus fuerit poſt datas a nobis quadrimeſtres inducias, centeſimas quidem uſuras ſecundum naturam judicati eum compelli ſolvere, ſed tantummodo ſortis [32], & non uſurarum, quæ ex priſtino contractu in condemnationem deductæ ſunt. Cum enim jam conſtituimus *uſurarum* [33] *uſuras penitus eſſe delendas*, nullum caſum relinquimus, ex quo hujuſmodi machinatio poſſit induci. Si enim ſine emendatione relinquatur, aliquid abſurdum, atque inelegans neceſſe eſt evenire: cum [uſuræ] utiliter ex contractibus deſcendentes, plerumque minores centeſimæ [34] ex noſtra lege factæ ſunt: & neceſſe eſt minoribus uſuris graviores ſupponi. Si enim ex judicati actione centeſimæ omnimodo currunt uſuræ, ex contractibus autem hoc raro contingit: in capitulis lege noſtra tantummodo exceptis hujuſmodi iniquitatem ipſa rerum neceſſitas introducebat. Et ideo pio remedio cauſam corrigentes, ſancimus [35] ſortis tantummodo uſuras uſque ad centeſimam currentes, ex judicati actione profligari: non autem uſurarum quantaſcunque uſuras. Si enim novatur [36] judicati actione prior contractus: neceſſe eſt uſurarum quidem, quæ anterioris contractus ſunt, curſum poſt ſententiam inhiberi: alias autem uſuras ex judicati actione tantummodo ſortis procedere, & non ideo, quod forſitan conſummata [37] eſt quantitas ſortis, & uſurarum, totius ſummæ uſuras poſtea colligi, ſed ſortis tantummodo.

Tempus quadrimeſtre, quod datur reis principalibus, datur & eorum fidejuſſoribus. Salic.

§. 1. Et cum antiquitas peſſimo exemplo reis quidem condemnatis laxamentum duorum menſium præſtabat: fidejuſſores [38] autem eorum eodem uti beneficio non concedebat, ut liceret victoribus, relictis propter legem condemnatis perſonis, a fidejuſſoribus eorum, vel mandatoribus ſtatim pecunias, vel res in condemnatione poſitas exigere: hujuſmodi acerbitatem reſecantes, ſancimus quadrimeſtres [39] inducias, quas dedimus condemnatis, etiam [40] ad fidejuſſores eorum, & mandatores extendi, ne legi fiat derogatum. Cum enim interventor ſolvere compellebatur, & ipſe reum coërcebat ad invitam ſolutionem, nullum condemnatus habebat ſenſum noſtræ humanitatis: quia per [41] medium fidejuſſorem ſtatim pecunias perſolvere compellebatur.

TIT. LV.
SI PLURES UNA SENTENTIA CONDEMNATI SUNT [42].

Si plures condemnantur ad unam ſummam ſimpliciter debitam ex una cauſa, quilibet cenſetur condemnatus pro parte virili, vel æquali. Paul. de Caſt.

1. Imp. ALEXANDER A. Victori.

SI non ſinguli in ſolidum, ſed generaliter tu, & collega tuus, una & certa quantitate condemnari eſtis: nec [43] additum eſt, *ut quod ab altero ſervari non poſſit, id alter ſuppleret*: effectus ſententiæ [pro] virilibus [44] portionibus diſcretus eſt. Ideoque parens pro tua portione ſententiæ, ob ceſſationem alterius ex cauſa judicati conveniri non potes.

Sententia contra plures tutores lata in viriles intelligitur diviſa. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Anniano.

QUoties e tutoribus [45] ſingulis procuratoribus datis, ſequitur in omnium perſona condemnatio, periculum ſententiæ videtur eſſe diviſum [46]: ideoque quod ab uno ſervari non poterit, a cæteris exigi non poſſe explorati juris eſt.

1 Id eſt, promptius. 2 *Captæ* quidam etiam legunt. 3 Subhaſtationem in rebus abſentis diſtrahendis ſemper exigi hinc colligunt. vid. *l.* 16. *ſupr. de reſcind.*
4 Compactum, Græci κακεργίαν, calliditatem, vid. *l.* 3. J. *ſi in cauſa judicati.*
5 Ambitio, amicorum copia, non πειδρομὴ, ut putat Theodorus. 6 Emptore pignoris non invento, pignus addicitur creditori. *l.* 3. §. 2. J. *de jure dominii impetr.*
7 Stipendia & annonæ militum judicari cauſa capi non poſſunt. 52. *Eclog.* 3. *c.* 81. niſi deficientibus aliis bonis in ſubſidium, *ut hic.* Quid præmia athletarum? poſſunt capi. *l.* 40. *ff. de re judic.* Quid annonæ clericorum? (præbendas & fructus beneficiorum vocant) capi poſſunt: nam & inter Græcos Theodorus hanc legem ſpecialiter intelligit de militibus armatæ militiæ. dixi ad *Novell.* 53. *c.* 5. *in fin.* vide Rip. ad *l.* 6. 7. 8. 9. *ff. de pign. num.* 43. Quid mercedes diurni laboris? vide Ripenſem *d. loco.* 8 An pignorari? dixi *d. c.* 5. adde Ripenſ. ad *l.* 6. 7. 8. 9. *ff. de pign. n.* 43. 9 Ne ſtipendiis ablatis militiam milites deſerant, & utilitas publica communiſque ſalus privati creditoris unius ergo detrimentum capiat.
10 Nomina debitoris in ſubſidium, judicati nomine, capi poſſunt: in ſubſidium, quoties deficiunt res corporales. vid. *l.* 15. §. 2. §. 8. *ff. de re judicata.* 11 Executoris officium hoc eſt, ut exigat, capiat, diſtrahat, addicat: non etiam, ut judicet, aut judicatum retractet, vel interpretetur, *l. pen.* J. *h. t.* cogitur etiam reddere rationem. Roland. a Valle *conſ.* 49.
12 Vide *l.* 20. *ff. de juriſdict.* 13 Ideoque ab eo appellari non ſolet. *l.* 4. *ff. de appell.* ſed ſimpliciter reclamare conteſtatione ſive invocatione ſuperioris facta ſufficit. vide Oldend. *cap.* 59. *de except.* 14 Si poſt condemnationem reus moras nectat, & corpora, id eſt, mancipia & animalia, in condemnatione poſita rebus humanis eximi contingat, æſtimationem eorum præſtare cogitur, *ut hic. Synopſ. Baſil.* 1. *tit.* 17. *ex lib.* 9. *tit.* 3. *c.* 84. *& lib.* 16. *tit.* 1. *c.* 36. 15 Si herede moram faciente, ſervus mortuus fuerit, cujus uſus relictus eſt, in id quod intereſt condemnatur a tempore moræ, ad mortem uſque ſervi: in id quod intereſt, id eſt, quanti intereſt ejus, cui uſus relictus fuit, ſervum habere. Fortaſſis enim ex affectione in illum, qui uſum ſervi habere debuit, ſervo quis legatum reliquit, & propter moram legatum periit. *Synopſ. Baſil.* 7. *tit.* 16. *ex lib.* 12. *tit.* 1. *c.* 36. *& ib. Scholiaſtes.*
16 Mortua ſpecie debita, fit in æſtimationem rei executio. Bald. *l.* 68. *ff. de rei vind. l.* 8. *ff. de re judic.* 17 Condemnatus, ſi moram committit, interitum & acceſſiones rei præſtat. *l.* 2. *C. de fructibus & lit. expenſ.* Exinde litis conteſtatæ veniunt fructus. 18 Executor rei judicatæ quis? adde *l.* 6. *ſupr. h. t. l.* 4. *ff. de appell.* Eſt vero ἐκβιβαστὴς, ſeu exequutor, qui poſt ſententiam adhibetur, ut quæ judicata ſunt exequatur. *Synopſ. Baſil.* 7. *tit.* 4. *ex lib.* 9. *tit.* 3. *c.* 85. adde Theophilum §. 24. *Inſt. de act.* 19 Eorum qui debita confeſſi ſunt, pignora capi & diſtrahi poſſunt. Paul. 5. *ſent.* 5. §. 4. 20 Quatuor menſium. *l.* 2. J. *tit. proxim.* olim 30. dierum ex legibus 12. tabularum, dixi ad *l.* 12. *tabul. lib.* 2. *tit.* 20. §. 27. 21 *l.* 2. *ſupr. h. t. l.* 31. *in fin. ff. de re judic.*

22 *L.* 4. *C. Th.* 17. de centeſimis, vide *l.* 2. J. *h. t.* De uſu hujus tituli vid. Grœneweg. & Chriſtin. *deciſ.* 105. *num.* 4. Sande *deciſ. Friſic. lib.* 3. *tit.* 14. *deciſ.* 10. 11. Neoſtad. *deciſ. Senat. Holland.* 38. Ant. Fab. *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 75. Anſ. 23 *Hereditatum fiſci*, Contius: *heredum*, Haloand. 24 Morator judicati faciendi poſt quadrimeſtre tempus præſtat uſuras centeſimas. *l.* 2. *in fin.* J. *h. t.* 25 Quod & *legitimum tempus*, *l.* 1. S. *h. t. ſtatutum ſpatium*, *l. ultim. ſupr. tit. prox. quadrimeſtres induciæ*, *l. ult.* J. *h. t.* Aliud olim tempus fuit. dixi ad *l.* 12. *tabularum lib.* 2. *tit.* 20. §. 27. adde Forner. 2. *ſelect.* 15. *ubi agit de tempore judicati faciendi.* 26 Numerandos a lata ſententia, vel ſi appellatio ſubſecuta ſit, a ſententia judicio appellationis confirmata. Vide Harmenopulum & ibi Scholiaſtem 1. *tit.* 4. §. 88. 89. & 85. 86. 27 Dies condemnationis. 28 Dies confirmationis ſententiæ.
29 *l.* 1. *ſupr. h. t. l.* 64. *in fin. ff. de re judic. l.* 24. *ff. de appellat. l.* 41. *ff. de uſuris.*
30 Aboletur bina ſeu duplex centeſima uſura, quæ olim obtinuit, *ut hic. l. un. C. Theod. eod.* Hodie itaque duplices centeſimas condemnari non præſtant. Molinæus *de uſuris num.* 42. 44. abolentur quoque ſemiſſes. *l.* 26. §. 1. *verſic. cæteros. ſupr. de uſuris.* 31 *d. verſic. cæteros.*
32 Uſura rei judicatæ, ſortis eſt tantum, non uſurarum, quæ in condemnationem deductæ ſunt. Anatociſmus enim ſive fiat ſtipulatione, ſive judicato, prohibitus eſt. *l. unic. C. Theod. eod.* Uſurarum uſuræ non debentur, etiamſi in ſortem redigantur, id eſt, etiamſi fiat anatociſmus: & ita abrogatur *dict. lex unic. C. Th. eod.* 33 *l.* 28. S. *de uſuris.*
34 Centeſima. 35 Obſerva ſententiam, adde *l.* 13. *ſupr. de uſuris*, *l.* 4. S. *depoſiti*, *l.* 49. *in fin. ff. de act. empt.* 36 Judicati actio novat contractum. 37 Συναφθεῖσα, vide quæ notavi ad *l.* 36. *ff. de ædilitio.* 38 Fidejuſſor olim tenebatur & exigi ſtatim poterat, licet reo data erat, vel eſſet dilatio, quæ res peſſimi exempli fuit. adde *l.* 27. §. 1. *ff. de pactis. l.* 21. §. 5. *ff. de recept. qui arbitr.* Marſil. *tract. de fidejuſſorib. ibi*, *Quare ſexto.*
39 Tempus quadrimeſtre quod datur reis principalibus, datur & eorum fidejuſſoribus, *ut hic. Synopſ. Baſil.* 7. *tit.* 17. *ex lib.* 9. *tit.* 3. *cap.* 8. 9. 40 Fidejuſſori prodeſt dilatio, quæ reo principali conceſſa eſt. 41 Adde *l.* 31. *ff. de re judicat.*

42 Singuli pro virili portione tenentur. *l.* 1. J. *h. t.* 43 Plures ſimpliciter condemnati, cenſentur in partes æquales damnati, niſi ſit aliud expreſſum. Judicato non fiunt duo rei, niſi hoc nominatim expreſſum fuerit. *l.* 39. *in fin. ff. de jure fiſci.* 44 *l.* 2. J. *h. t. l.* 43. *ff. de re judic. l.* 10. §. 3. *ff. de appell.* 45 Sententia adverſus plures tutores data, in viriles intelligitur diviſa. 46 Vid. *l.* 1. *ſupr. h. t.*

TIT. LVI.

QUIBUS [1] RES JUDICATA NON NOCET.

Licet sententia sit lata contra conjunctam personam, non propterea præjudicat non mandanti, neque ratum habenti. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Masculino.

SI neque mandasti [2] fratri tuo defensionem rei tuæ, neque quod gestum est, ratum habuisti: præscriptio rei judicatæ tibi non oberit. Et ideo non prohiberis causam tuam agere sine præjudicio rerum judicatarum. PP. Non. Maji, ALEXAND. A. CONS.

Sententia super jure tertii lata, non patrocinatur, neque nocet alteri. Bald.

2. Imp. GORDIANUS A. Athemio.

R*Es inter* [3] *alios judicatæ, neque emolumentum afferre his, qui judicio non interfuerunt, neque præjudicium* [4] *solent irrogare:* Ideo nepti tuæ præjudicare non potest, quod adversus *coheredes* ejus judicatum est, si [5] nihil adversus ipsam statutum est.

Sententia in criminali cum uno lata, non præjudicat alii. Bald.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Honorato.

JUris manifestissimi est, & in accusationibus [6], his qui congressi [in] judicio non sunt, officere non posse, si quid forte præjudicii videatur oblatum.

Non exemplis, sed legibus est judicandum. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Soteriano.

NEc 7 in *simili* 8 negotio res inter 9 alios actas absenti præjudicare, sæpe constitutum est. Dat. *Sirmii*, 6. Kal. Decembr. C. CONS.

TIT. LVII.

COMMINATIONES [10], EPISTOLAS [11], PROGRAMMATA [12], SUBSCRIPTIONES [13] AUCTORITATEM REI JUDICATÆ NON HABERE.

Comminationes.

1. Imp. ANTONINUS A. Rogatiano.

NEc vim stipulationis obtinere potest comminatio [14] Judicis, qui *Certas* [15] *usuras præstituros eos* dixit, qui intra certum diem debitum non exolvissent. Prid. Id. Januar. ANTON. A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Epistola.

2. Imp. ALEXANDER A. Maximo.

REi judicatæ effectum non habet, quod per epistolam [16] Rector provinciæ solvere vos pecuniam Reipublicæ jussit. 4. Id. Mart. MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Subscriptiones.

3. Idem A. Zotico.

EA, quæ causa cognita statuuntur, subscriptionibus [17] revocari non posse, sæpe rescriptum est. PP. 6. Id. Septembr. ALBINO, & MAXIMO CONSS. 228.

Verbum judicis indistincte prolatum, necessitatem non importat, etiam scriptum in actu. Bald.

4. Imp. GORDIANUS A. Asclepiodoto.

INterlocutio [18] Præsidis apud acta signata, [*ut*] *nisi solutioni debiti* [19] *is, qui convenitur, obsequium præstitisset, duplum seu quadruplum inferat:* voluntas potius comminantis [20], quam sententia judicantis est: cum placitum hujusmodi, nec rei judicatæ auctoritatem obtineat, juris ratio declaret.

Fulminatio judicis statim libellum exequentis non habet auctoritatem rei judicatæ. Salic.

5. Idem A. Jucundo.

JUdex, qui disceptationi locum dederat, partium allegationes audire & examinare debuit: nam subscriptionem [21] ad libellum datam talem, quæ diversam partem in possessionem fundi mitteret, vicem rei judicatæ non obtinere non ambigitur. PP. 12. Kal. Febr. GORDIANO A. V. & POMPEIANO CONSS. 242.

Programma, Comminatio.

6. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Cassiano,

PRogramma, si quod a Præside provinciæ propositum est, vim rei judicatæ nequaquam obtinere potest: nec comminationem [22] vim rei judicatæ obtinere manifestum est.

Descriptum temere.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P.P.

QUod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis litteris temere [23] descriptis definiri fas non est. Dat. 15. Kal. April. CONSTANT. A. VI. & MAXIM. CONSS. 306.

TIT. LVIII.

SI EX FALSIS [24] INSTRUMENTIS, VEL TESTIMONIIS [25] JUDICATUM SIT.

Retractatur *causa, si judicatum dicatur ex f. in. v. t. h. l. & l. 3. in pr. inf.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. ad Bassianum.

SI [26] tabulas testamenti, quas secutus Proconsul Vir Clarissimus sententiam dixit, falsas dicere vis, præbebit notionem suam non obstante præscriptione rei judicatæ, quia nondum [27] de falso quæsitum est.

Rescindi, & si non pronunciatum sit.

2. Imp. ALEXANDER A. Optato.

ET qui non [28] provocaverunt, si instrumentis falsis se victos esse probare possunt, cum de crimine docuerint, ex integro [29] de causa audiuntur. PP. 16. Kal. Octobr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Sententia lata prætextu falsarum attestationum rescinditur, dummodo probetur, judex illis fuisse usus. Bald.

3. Idem A. Clementi.

FAlsam [30] quidem testationem [31], qua diversa pars in judicio adversus te usa est, ut proponis, solito more arguere non prohiberis; sed causa judicati in irritum non devocatur, nisi probare poteris, eum, qui judicaverat, secutum ejus instrumenti fidem, quod falsum esse constiterit, adversus te pronunciasse. PP. 7. Kal. Septembr.

4. Imp. GORDIANUS A. Herennio.

JUdicati executio solet suspendi [32], & soluti dari repetitio, si falsis instrumentis [33] circumventam esse religionem judicantis, crimine postea falsi illato, manifestis probationibus fuerit ostensum. PP. 5. Idib. Septemb.

TIT. LIX.

DE CONFESSIS [34].

Pro Judicatis *habentur confessi.*

1. Imp. ANTONINUS A. Juliano.

C*Onfessos in jure pro* [35] *judicatis haberi* placet. Quare sine [36] causa desideras recedi [37] a confessione tua, cum & solvere cogeris. Accept. 3. Kal. Octobr. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

TIT. LX.

INTER ALIOS [38] ACTA [39], VEL [40] JUDICATA, ALIIS NON [41] NOCERE.

Solutio.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Epicrati.

I*Nter* [42] *alios res gestas aliis non posse præjudicium facere* sæpe constitutum est. Unde licet, quosdam de heredibus ejus, quem debitorem tuum fuisse signi-

---

1 Res inter alios judicata aliis non nocet. *l. 2. J. h. t.* vid. *l. 63. ff. de re judicata.* 2 Etiamsi sententia contra conjunctam personam lata sit, non propterea mihi præjudicat, si non mandavi, vel ratum habui. 3 Inter alios res judicatæ nec emolumentum, nec damnum absenti adferunt. Ideoque nec uno heredum condemnato, alteri præjudicatur. *Synops. Basil. 7. tit. 3. c. 93.* 1. Harm. 4. §. 32. *in fin. d. l. 63.* vide *J. inter alios acta. l. 7. 14. 22. & 27. ff. de except. rei judic.* vid. *l. 14. in fin. ff. de probat.* Exceptiones hujus regulæ vide apud Accurs. *hic.* 4 *l. 1. ff. de except. rei judicatæ.* 5 *l. 2. supr. de fide instrum.* 6 Id est, in causis criminalibus. *l. 9. J. de accusat.* Etiam in criminibus ea, quæ inter alios judicata sunt, aliis non officiunt. *Synopsis ibid. c. 94.* adde *d. l. 2.* 7 Quæ in judicio sunt judicata, quamvis alius quispiam in eandem causam inciderit, tamen in eo valere non debent. Nec enim absenti ex rebus judicatis præjudicium nasci debet. *Synopsis Basil. ibi c. 95.* 8 Exemplis non est judicandum, sed legibus. *l. 13. s. de sentent.* 9 *l. 2. s. h. t.* vide *J. inter alios acta.* 10 *l. 1. 4. & 6. in fin. J. h. t.* 11 *l. 2. J. h. t.* 12 *l. 6. J. h. t.* 13 *l. 3. & 5. J. h. t.* 14 Comminatio judicis vim stipulationis habet, *ut hic, & l. 4. l. 6. J. l. 7. s. de sent.* Symmachus in epistolis: *Sententia sub comminatione deprompta, effectu atque executione vacuatur.* Species ita proponitur a Græcis: Judex cum condemnasset quendam, ut centum aureos præstaret, postea quasi minitans ait, Ni solverit intra certum diem usuras dimidiæ, veluti centesimæ præstiturum. Hæc constitutio, neque sententiam neque stipulationem esse ait. *Synops. Basil. 8. ex tit. 1. ex lib. 9. tit. 3. cap. 96.* 15 Verbi gratia, dimidias centesimæ. 16 Per epistolam sententia ferri non potest etiam in reipublicæ favorem. adde quæ scripsi ad *l. 13. J. de donat.* 17 Sententia non revocatur judicis subscriptione. *l. 5. J. h. t. l. 1. s. sent. rescindi non posse.* vide *l. 45. ff. de re judic.* 18 Si præses interloquendo, centum verbi gratia, solidos dari jusserit, & ni centum, intra diem dati fuerint, dari debere duplum vel quadruplum adjecerit, ea potius est comminatio quam sententia. *Synops. ibid. c. 98.* 19 Lex hæc ad publicos seu tributorum debitores pertinet: eo quippe pertinet dupli vel quadrupli pœna, cujus hac lege mentio fit: ut ostendit lex 18. *C. Theod. de annona & tributis.* Sed & *Debiti* vox & *obsequii* in re tributaria propria: de quo in Glossis Theodosianis nostris. Ac nominatim *obsequii* in hac ipsa sp. *d. l. 18.* J. G. 20 Verba comminatoria vim non habent rei judicatæ. vide *l. 1. s. h. t.* 21 *l. 3. s. h. t.* 22 Vide *l. 1. l. 4. s. h. t.* 23 Non omnis vox, non omnis voluntas judicis sententia est: sed ea tantum quæ causa cognita ab ipso judice de libello clarius præscripto literis recitatur. 24 Falsis ex instrumentis, vel testimoniis lata sententia rei judicatæ exceptionem non inducit. *l. 1. l. 3. J. h. t.* non nocet non appellanti, *l. 2. J. h. t.* judicati executionem suspendit & soluti petitionem parit. *l. 1. J. h. t.* Paul. *5. sent. 5. §. ult.* vide Oldend. *cap. 13. de sent. & c. 63. de except. l. 1. 2. 3. J. h. t.* 25 *l. 3. J. h. t.* adde *l. pen. supr. de transact. l. 33. ff. de re jud.* falso jurejurando. *l. 31. ff. de jurejurand.* falsis allegationibus. vide *l. 2. l. 3. supr. si tutor vel curator falsis allegationibus accusatus sit.* adde *l. 75. ff. de judiciis.* 26 Si judex quasi probato, testamento sententiam dixit, & secundum ea testamentum illud falsum deprehensum fuerit: de novo judicium constituitur præscriptione rei judicatæ nihil obstante. *Synops. ibid. cap. 113.* 27 Aliud est judicem de falsis instrumentis cognovisse, aliud ex falsis instrumentis judicasse. Posteriore, non priore casu sententia non revocatur: sententia ex falsis instrumentis lata revocatur, nisi de falso sit cognitum. 28 Sententia ex falsis instrumentis lata citra appellationem, citra prætoriam restitutionem ipso jure rescinditur, *ut hic, Synops. d. cap. 113.* Imo restitutio in integrum est necessaria. *l. 33. ff. de re judic.* Solve, Restitutio in integrum *d. loco*, est παλινδικία, ut & *l. 3. §. 9. ff. de jure fisci*, non juris amissi redintegratio: quia nihil amissum intelligi potest, re judicata ex falsis instrumentis. Quid si ex falsis probationibus sententia lata sit in absentem? in minorem? in fiscum? ipso jure nulla est. *l. si Prætor. 75. versic. Marcell. ff. de judiciis. l. 1. s. h. t. l. unic. J. de sent. advers. fisc.* Quid si falsa illa instrumenta, de quibus quæritur, ad instantiam partis sint confecta? ipso jure nulla est ipsa sententia. *l. si quis obrepserit. 29. ff. ad l. Corn. de falsis.* fallit quoque in decreto quolibet quod sententiæ nomine contineri potest: vide Socin. *reg. 364.* 29 Ea est παλινδικία. 30 Tametsi maxime quis instrumentum falsum in judicio prolatum esse docere possit, non aliter tamen sententiam rescindet, quam si probaverit judicem sequutum illud ipsum instrumentum condemnasse. *Synops. d. cap. 193.* 31 Vide *l. 33. ff. de re judic.* 32 Suspenditur executio rei judicatæ ex falsis instrumentis vel testimoniis. 33 *l. 1. l. 2. supr. h. t. l. 11. ff. de exceptionib.* 34 Dixi ad *L. 42. D. 2. & 2. Extra. 18.* 35 Confessus in judicio pro judicato habetur. *Syn. Basil. 9. tit. 4. c. 8. l. 6. §. 2. ff. h. t. l. 13. ff. de non numerata. l. 26. ff. depositi. l. 25. in fin. ff. de probat.* vide Molin. *de usur. n. 208.* An qui fatetur se ad sui defensionem aliquem occidisse, pleno jure sit confessus, vide Petrum Ancharan. 1. *quæst. 40.* 36 Sunt tamen interdum justæ causæ, ex quibus licet confessionem revocare. Mynsing. 1. *observ. 51.* 37 Instrumento a se producto quemque stare cogi in solidum, non pro parte hinc colligit Cynus, cujus sententiæ vide duas exceptiones apud Socin. *reg. 186.* 38 Symmachus in epist. *Quando absentibus atque ignorantibus inter alios gesta nocuerunt?* 39 Gesta soluta. *l. 1. J. h. t.* transacta, divisa donata. *l. 2. J. h. t.* pacta. *l. 3. J. h. t.* 40 Hæc verba *vel judicata* abundant: ad hæc tamen alia referunt, ut *l. 2. l. ultim. s. tit. 56. l. 16. in fin. ff. qui potiores. l. 56. ff. de re judicata. l. 7. §. 2. ff. de excusation.* 41 Acta habita in uno judicio, in alio inter diversas personas non probant, *ut hic*, successores & heredes excipe. *l. si a te 9. in fin. ff. de except. rei judicatæ.* sed & eos quibus noceret, vel prodesset sententia: adde alias exceptiones *in c. tam literis vestris 33. extr. de testib.* Socin. *reg. 6.* 42 Gestæ res inter alios aliis præjudicium non faciunt. *l. 2. l. 3. J. h. t. l. 1. l. 26. supr. de*

ficas, solvisse [1] commemores: tamen cæteri non alias ad solutionem urgentur, nisi debitum probatum fuerit. 5. Kal. April. *Byzantio*, AA. CONSS.

Transactio cum uno facta, alteri non præjudicat, & qui rem quam donavit, postea cum alio dividit in præjudicium donatarii, nihil agit. *Sal.*

2. Iidem AA. & CC. Epicrati.

INter alios *factam transactionem* [2] *absenti non posse facere præjudicium* notissimi juris est. Quapropter, adito Præside Provinciæ, aviam tuam mancipium tibi donasse proba: ac si hoc jure ad te pertinere perspexerit, restitui tibi providebit. Neque enim si te absente divisionem [3] ejus fecerunt [4], aliquid juri tuo derogari potuit. S. Idib. Aprilis.

Pactio *cum debitoribus hereditariis.*

3. Iidem AA. & CC. Fortunatæ.

SI cum fratre tuo matri successisti: fratre pro portione tua cum debitoribus hereditariis paciscendo [5], vel agendo, non ex tua voluntate, pro hereditaria parte tibi quæsitam obligationem extinguere non potuit. 5. Idib. Octob. *Retria*, AA. CONSS.

TIT. LXI.
DE RELATIONIBUS [6].

Habens referre, pronunciare non potest. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Profuturo PF. annonæ.

SI quis [7] judicum duxerit esse referendum, nihil [inter partes] pronunciet; sed magis super quo hæsitandum putaverit, nostram consulat scientiam, aut si [8] tulerit sententiam, minime postea, ne a se provocetur, relatione præmissa [9] terreat litigantes: sciens quod si hoc fecerit, nihilominus jure appellationis res agitabitur. Sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena [10] instructione indigeat. Quoties autem ad nostram scientiam Judex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum [11] litigatoribus illico [12] edi apud acta jubeat: ut si cui forte relatio minus plena, vel contraria videatur, is refutatorias [13] preces similiter apud acta sine [14] aliqua frustratoria dilatione offerat. Dat. 4. Kalend. Februar. *Sirmii*, CONSTANT. A. V. & LICINIO CONSS. 312.

In AUTHENT. ut Judices non expect. sacras Jussiones. §. jubemus 1. col. 9. tit. 8. al. 4. Novell. 125. cap. 1.

N*Ovo jure causa perfecte examinata, sententia terminetur: quæ executioni legitimæ demandatur, nisi ab ea fuerit appellatum.*

In causa criminali relatio est permissa.

2. Impp. VALENTINIANUS, & VALENS AA. ad Viventium P.P.

SUper [15] delictis provincialium nunquam Rectores provinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum: quippe tunc [16] demum relationibus plena veritas [17] est, cum vel allegationibus repelluntur [18], vel probantur assensu. Dat. 3. Kal. Jan. *Trev.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

Pendente relatione, judicis officium conquiescit. Bald.

3. Iidem AA. & GRATIAN. A. ad Apodemium.

SI [19] quando ratio, aut necessitas est in negotiis nostra judicia requirendi, expectandique responsa, omnes [20] omnino causas relationis series comprehendat: ut recitata consultatione, quæ ita est dirigenda, propemodum actorum [21] recensione non [22] sit opus: actis etiam necessario sociandis. Dat. 6. Id. Maji, *Trev.* VALENTINIANO NB. P. [23] & VICTORE CONSS. 369.

TIT. LXII.
DE APPELLATIONIBUS [24] ET [25] CONSULTATIONIBUS [26].

De possessione & vi.

1. Sententia Divi SEVERI A. data in persona Marci Prisci Idibus Januar. POMPEIANO & AVITO CONSS. [27] 210.

PRius [28] de possessione pronunciare, & ita crimen violentiæ excutere [29] Præses provinciæ debuit: quod cum non fecerit, [juste ab eo] provocatum est.

De rescriptis.

2. Imp. ALEXANDER A. Plautiano.

NOvum quod postulas, non est, quod etsi rescripti [30] mei auctoritas intercesserit, provocandi tamen facultas tibi non denegetur.

De effectu appellationis.

3. Imp. GORDIANUS A. Victori.

APpellatione [31] interposita, licet a [32] Judice repudiata sit, in præjudicium deliberationis nihil fieri debere, & in [33] eo statu omnia esse, quo tempore pronunciationis fuerunt, sæpissime constitutum est. PP. 4.*

De nominato ad Scribatum.

4. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Probo.

SI ad scribatum [34] nominatus [35] non provocasti, convelli statuta non possunt.

De Apostolis.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Valenti, & aliis.

PRæses provinciæ, ad quem appellasti, si non vitio negligentiæ vestræ tempus, quod ad reddendos *Apostolos* [36] præscriptum est, exemptum esse animadverterit, sed ex fatalis casus necessitate diem [37] functo eo [38], qui eos perferebat, id accidisse cognoverit, juxta perpetui juris formam desiderio vestro medebitur.

De causa decidenda a Judice appellationis. 1. De allegationibus, & probationibus. 2. De sumptibus testibus evocatis præbendis. 3. De causa capitali. 4. De pœna temere litigantis. 5. Intra quæ tempora appellandum sit. 6. De Apostolis.

6. Iidem AA. & CC. dicunt.

EOs, qui de appellationibus cognoscent, ac judicabunt, ita judicium suum præbere conveniet, ut intelligant, quod cum appellatio post decisam sententia litem interposita fuerit, non ex occasione aliqua remittere [39] negotium ad judicem suum fas sit, sed omnem causam propria sententia determinare conveniat: cum salubritas legis constitutæ ad id spectare videatur, ut post sententiam ab eo, qui de appellatione cognoscit, recursus fieri non possit ad judicem, a quo fuerit provocatum. Quapropter remittendi litigatores ad provincias, remotam occasionem atque exclusam penitus intelligant: cum super omni causa interpositam provocationem, vel [40] injustam tantum liceat pronunciare, vel justam. §. 1. Si quid autem in agendo negotio minus [41] se allegasse litigator crediderit, quod in judicio acto fuerit omissum, apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur: cum votum gerentibus nobis aliud nihil in judiciis, quam [42] justitiam locum habere debere, necessaria res forte transmissa non excludenda videatur. §. 2. Si quis autem post interpositam appellationem necessarias sibi putaverit esse personas, per quas apud Judicem, qui super appellatione cognoscet, veritatem possit ostendere, quam existimavit occultam, hocque fieri Judex perspexerit; sumptus [43] iisdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cum id ipsa justitia persuadeat ab eo hoc recognosci, qui evocandi personas sua interesse crediderit. §. 3. Super his vero, qui in capitalibus [44] causis constituti appellaverint: quos tamen & ipsos, vel qui pro his provocabunt, non [45] nisi audita omni causa atque discussa, post sententiam dictam appellare conveniet: id observandum esse sancimus, ut inopia [46] idonei fidejussoris retentis, in custodia reis, opiniones suas Judices, & exempla [47], ab appellatoribus edita, ac refutatorias [48] eorum ad scrinia, quorum interest, transmittant: quibus gestarum rerum fides manifesta relatione pandatur, ut meritis eorum consideratis, pro fortuna singulorum sententia proferatur. §. 4. Ne temere autem ac passim provocandi omnibus facultas præbeatur, arbitramur eum, qui malam litem fuerit persecutus, mediocriter pœnam [49] a competenti judice sustinere. §. 5. Sin autem in judicio propriam [50] quis fuerit causam persecutus, atque superatus voluerit provocare: eodem [51] die, vel altero [52] libellos appellatorios offerre debebit. Is vero, qui negotium tuetur alienum supradicta conditione etiam tertio die provocabit.

transact. l. 14. ȣ. de jure dot. l. 2. l. ult. ȣ. quando res jud. l. 2. C. de exception. l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact. l. 3. ff. de transactionib. l. 63. ff. de re judic. l. 7. §. 2. ff. de accusat.
1 Coheres solvendo, coheredi non præjudicat. facit *l. 19. supr. locati. l. 31. ff. de judiciis.*
2 Unius transactio alteri non nocet, *l. 1. l. 26. supr. de transact. l. 3. ff. de transaction.*
3 Donator rem donatam cum alio dividens in præjudicium donatarii, nihil agit.
4 Alii heredes. vid. *l. 17. supr. famil.* 5 Fratres fratri non præjudicant, paciscendo, vel agendo sine mandato.

6 *L. 11. C. Theod. 29. & L. 49. ff. 1.* Symmachus 1. *epist.* Relatio a judicibus fiebat ad Principem: Appellatio vero ab ipsis partibus. *l. 2. ȣ. ut lite pendente:* Optatus 1. *Relatio missa est, rescriptum venit:* & ȣ. *ut de talibus factis ab illius temporis judicibus relatio mitteretur:* adde *Nov. 125. c. 1.* Hodie genus id relationis sublatum. *Nov. 125.* 7 Referre qui ad Principem judex cœpit, judicare non potest. *l. 2. C. Th. h. t.* 8 Referre qui ad Principem judex cœpit, si judicaverit, appellari poterit. 9 *Promissa* Hal. Symmachus, *Promissa relatione discedo.* 10 Relatio judicis ad Principem plena esse debet. *l. 2. C. h. t. l. 15. C. tit. proximo:* dixi ad *l. 5. in fin. ȣ. de dilationibus.* 11 Relationis exemplum partibus edi debet. Cur ita? vide *C. h. t.* 12 Intra decem dies. *l. 1. C. Th. de appellat.* 13 Refutatoriæ preces, quæ judicis relationem refutant. Refutatoria etiam dicuntur in *l. 5. C. Th. h. t.* adde *l. 39. C. de appellat.* 14 Hoc est, sine dilatione offero. *l. 6. in fin. C. de appellat.* 15 Relatio in causa criminali est permissa. *l. 3. C. Theod. h. t.* 16 Plena relatio quid. 17 *Maturitas d. l. 3.* 18 *Refelluntur d. l. 3.* 19 *l. 4. C. Th. h. t.* 20 Appellatione vel in integrum restitutione pendente, omnia in suo statu manere debent. *l. 1. ȣ. h. t. l. 6. §. 1. in fin. ff. de interdict. & relegat. Syn. Basil. 8. tit. 1. ex lib. 5. tit. 32. cap. 1.* adde *l. 1. supr. de in integr.* 21 *Auctorum d. l. 4.* 22 Vid. *l. ult. §. 1. C. de appellationib.* fieri itaque debet brevi sermone relatio. 23 Id est, nobili puero.

24 Dixi ad *L. 49. D. 1.* adde *Nov. 23. 75. 126.* 25 *Et pœnis earum, & consultationibus, in C. Th.* ita legitur 11. *lib.* 30. 26 Quas princeps cum suo conventu & consilio collocutus facere solet. Hujusmodi consultatio συνέλευσις. Septuaginta *Psalm.* 1. vertunt βουλήν. vide quæ dixi ad *inscript. l. 6. ȣ. de usucapione pro emptore.* 27 *Cos. Severus A. dixit*, ita habent veteres, ut in formula legis penultimæ *ff. de his quæ in testam. delentur, & l. 3. C. de quæstionib.* scripsi: adde *l. 6. C. h. t.* 28 *l. 3. supr. finium regund.* vide ad hanc legem Cujac. 5. *obs.* 15. adde *l. 37. ff. de judiciis, l. 7. C. ad l. Jul. de vi.* 29 Sententiæ rationem inserendam esse hinc colligunt. *l. 122. in fin. ff. de verb. obl.* Hinc Servius 10. Æneidos: *Antequam dicatur sententia, ejus præmittitur ratio.* 30 Appellatio vim etiam suam exerit adversus sententiam rescripto Principis accommodatam. *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 48. ff. de jure fisci.* vel ita: Appellari potest, etiam sine rescripto Principis. 31 Appellatione interposita suspenditur jurisdictio judicis a quo appellatum est, & sic interim nihil innovandum, *ut hic, & l. 1. ff. nihil novari appellatione pendente.* Cujus sententiæ vide sex exceptiones apud Socinum *reg.* 21. quinque alias vide apud Corsetum *singulari appellat.* adde Ludovicum Romanum *singulari* 161. Catellianum Cottam *in verbo Appellatio.* adde viginti tres exceptiones ex Duenazio *reg.* 42. 32 Appellatio sententiam extinguit, invito etiam eo judice qui sententiam pronunciavit. 33 Appellatione interposita, lis in suo statu perdurat. 34 *l. 1. §. 2. ff. de muneribus.* 35 A nominatione duumviri (cui jus est nominare ad munera) appellatur ad præsidem, *ut hic, & l. 7. l. 11. C. h. t. l. 2. C. de decur.* vid. Cuj. 9. *obs.* 35. 36 Apostolos qui morte præventus intra certum tempus offerre judici non potuit, ab appellationis desertæ pœna excusatur. Quid Apostoli, vide *l. un. ff. de libell. dimiss.* 37 *l. 6. C. si pendente appellat. mors intervenerit.* 38 Gerulus hic appellatur, *l. 29. & 31. C. Theod. h. t.* cujus verbi meminit persæpe Sidonius Apollinaris. 39 Judex appellationis non remittit causam definiendam ad eum judicem a quo provocatum est. *Nov. 82. c. 13.* 40 Judex appellationis ita plerumque solet pronunciare, Juste recteve appellatum, aut injuste appellatum, aut justam injustamve appellationem videri. *l. 21. §. 2. l. 24. D. h. t. l. 39. D. de minoribus. l. 57. §. 1. D. de admin. & peric. tut. l. 97. ff. de leg. 3. l. 11. §. 3. ff. ad l. Falc. l. 122. §. 5. ff. de verb. oblig. l. 20. in fin. ff. de quæstionibus. l. 2. in pr. ff. quando appelland.* videtur & hic mos pronunciandi Imperatoribus fuisse: *A re bene judicata temere appellasti furoris audacia.* Adde: Optatum *libro de schismat. Donatist. l. 7. C. unde vi.* 41 Omissa in causa principali, in causam appellationis deduci possunt. *l. 4. C. de temporibus & reparat. appellat.* 42 In judiciis justitia potissimum spectanda. 43 Qui testes producit, expensas administrat. *l. 11. supr. de testibus.* vid. *l. 1. ȣ. de fructib. & lit. expens.* vid. Bellovisan. 2. *pract.* 3. 44 Judex a quo, si in causa criminali appellatur, reum transmittere debet ad judicem ad quem, sub fida custodia cum actorum & sententiæ exemplo, & cum libellis dimissoriis. 45 *l. 7. C. quorum appellat. l. 4. ff. de appellat. recipiendis.* 46 Inopia fidejussoris reus in custodia retinetur. *l. 12. in fin. C. h. t.* 47 *l. 19. C. h. t.* 48 *l. 39. §. 1. C. h. t.* 49 Pœna injustæ appellationis quinquaginta libræ argenti. *l. 5. in fin. C. quor. appell.* Goth. Adde *l. 19. C. h. t.* Ans. 50 *l. 1. §. 11. ff. quando appell.* 51 Tempus appellandi hodie emendatum est. *Authent. proxim. C. h. t.* 52 *Nov. 23. in pr.*

In AUTHENT. de appell. & intra quæ tempora, §. 1. col. 4. tit. 2. Novell. 23. cap. 1.

HOdie autem cuilibet tribuitur ſpatium decem [1] *dierum, a ſententiæ recitatione numerandum* [2].

§. 6. Apoſtolos [3] autem poſt interpoſitam provocationem, etiam non petente appellatore, ſine aliqua dilatione [4] judicem dare oportet, cautione [5] videlicet de exercenda provocatione in poſterum minime [6] præbenda. Sine die & conſule.

De muneribus & honoribus.

7. Iidem AA. & CC. Neroni.

[HI] qui ad civilia munera, vel ad decurionatum, vel honores evocantur [7], licet vacationem a Principibus acceperint, ſi appellationis [8] auxilio non utantur, conſenſu ſuo nominationem confirmant. Cum igitur ad munus vocatus appellaveris: apud Præſidem provinciæ juſte te appellaſſe oſtende.

Si appellans nec appellationem proſecutus ſit, nec tranſegerit.

8. Iidem AA. & CC. Opimiano.

SI [9] contra majorem vigintiquinque annis ſententia prolata, provocationis ſecutæ tempore [10] præfinito cauſas non eſſe repræſentatas [11], nec appellatione pendente tranſactione [12] finitum negotium rector animadverterit: res judicatas exequi curabit.

Si procurator appellaverit.

9. Iidem AA. & CC. Habe Rad. chariſſ. nobis.

DOminus litis cauſam appellationis, quam [13] procurator ſuus litigando interpoſuit, etiam abſente procuratore exequi poteſt.

Si actor a curatore ordinatus deteriorem calculum reportaverit.

10. Iidem AA. & CC. Titiano.

SI actor [14] a curatore ordinatus deteriorem calculum reportaverit [15]: tam ipſe [16], quam curator [17] ad provocationis auxilium poſſunt pervenire: curator vero ſolus provocationis litem exercebit. Sin autem interim adoleſcens veniam [18] ætatis impetraverit, vel ad legitimam ætatem pervenerit: poteſt ſuo nomine appellationem exercere. S. Prid. Kalend. Octobr. *Viminacii*, CC. CONSS.

De nominationibus.

11. Iidem AA. & CC. Antonino.

CIves, & incolæ manifeſtas etiam excuſationes habentes, [ſi] ſub juſta nominatione [19] non appellaverint, ad earum probationem non admittuntur.

De cuſtodia, injuriis, tormentis.

12. Imp. CONSTANTIN. A. ad Catulinum poſt alia.

MInime fas eſt, ut in civili [20] negotio libellis appellatoriis oblatis, aut carceris cruciatus, aut cujuslibet injuriæ genus, ſeu tormenta, vel etiam contumelias [21] perferat appellator: abſque his criminalibus cauſis, in quibus etiamſi provocare poſſit, eum tamen ſtatum debet obtinere, ut poſt provocationem in [22] cuſtodia (ſi [23] fidejuſſoris idonei copiam non habeat) perſeveret. Dat. 3. Non. Novemb. *Trev.* acc. 15. Kal. Maji, *Hadrumeti*, VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De cauſis privatis.

13. Idem A. Petronio Probiano ſuo ſalutem dicit.

EX [24] illo [25] tempore, [ex] quo in civilibus cauſis, quæ inter privatos moventur, conſultaturum, vel relaturum te eſſe promiſeris, vel appellationis a te interpoſitæ ſolennia completa fuerint: nihil poſthac tibi quodlibet ſpeciale ac requiſitum, vel quibuſcunque modis favoris gratiam præferens, audiendum eſt: ſed obſervandum, ut juxta priora ſtatuta ſolennitatis more expleto, geſta ad comitatum omnia dirigantur &c. Dat. Idib. Auguſt. Arelato PP. Id. Octobr. *Thebaſte*, SABINO & RUFINO CONSS. 316.

Si illico viva voce appelletur.

14. Idem A. ad Baſſum P. V.

LItigatoribus [26] copia eſt etiam non ſcriptis libellis illico [27] appellare voce, cum res popoſcerit judicata, [tam in civilibus [28], quam in criminalibus cauſis]. Dat. 8. Idib. Jun. *Sirmii*, GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De actis ad judicem appellationis mittendis.

15. Idem A. ad Severum Vicarium.

NE [29] cauſas, quæ in noſtram venerint ſcientiam rurſus [30] transferri, ad judicia neceſſe ſit: inſtructiones neceſſarias [31] plene actis inſeri præcipimus: nam cogimur a proferenda ſententia temperare: quoniam verendum eſt, ne lis incognito negotio dirimatur, adempta copia conquerendi. Quare perennibus inuretur [32] judex notis, ſi cuncta, quæ litigatores inſtructionis probationisque cauſa recitaverint, indita actis, vel ſubjecta non potuerint inveniri. Dat. 10. Kal. Jul. *Aquilejæ*, CONSTANTINO V. & LICINIO CC. CONSS. 319.

De judicibus delegatis a Principe.

16. Idem A. ad Maximum poſt alia.

EOs etiam, qui imaginem [33] principalis diſceptationis accipiunt, appellationum adminicula neceſſe eſt accipere. Dat. Prid. Id. Jan. *Sirmio*, CRISPO II. & CONSTANTIN. II. CONSS. 321.

De ſententiis Prætorum.

17. Idem A. ad Julianum Præfectum urbi.

SI apud utrumque Prætorem, dum quæſtio ventilatur, ab aliqua parte auxilium provocationis fuerit objectum: Præfecturæ [34] urbis judicium ſacrum appellator obſervet. Dat. 3. Non. Auguſt. *Heracleæ*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. III. CONSS. 326.

De debitoribus fiſci.

18. Idem A. Victori Rationali urbis Romæ.

QUoniam [35] nonnulli fiſci debitores cum juſſi fuerint debitam ſummam exolvere, interpoſito provocationis auxilio vim executionis eludunt; nec jam opinionis [36] exemplum, nec refutatorias [37] preces curant petere, vel offerre: placuit, ut ſi [38] intra dies ſolennitatibus præſtitutos ad facienda hæc appellatoris cura defuerit, deſerta [39] ab eo provocatio exiſtimetur, moxque debitum exigatur. Dat. Prid. Kalend. Auguſt. CONSTANTINO, & MAXIMO CONSS. 327.

A quorum ſententiis appellare licet, vel non.

19. Idem A. ad univerſos provinciales.

A [40] Proconſulibus, & Comitibus, & his, qui vice Præfectorum cognoſcunt, ſive ex appellatione, ſive ex delegatione, ſive ex ordine [41] judicaverint, provocari permittimus: ita ut appellanti Judex præbeat opinionis [42] exemplum, & acta cum refutatoriis [43] partium, ſuisque litteris ad nos dirigat. A Præfectis [44] autem prætorio [45] provocare [46] non ſinimus: Quod ſi [47] victus oblatam, nec receptam a judice appellationem affirmet: Præfectos adeat, ut apud eos de integro litiget, tanquam appellatione ſuſcepta. Superatus enim ſi injuſte appellare videbitur, lite perdita notatus [48] abſcedet. At ſi vicerit, contra eum Judicem, qui appellationem non receperit, ad nos referri neceſſe eſt, ut digno ſupplicio puniatur. Dat. Kal. Auguſt. PP. Kal. Septemb. *Conſtantinop.* BASSO, & ABLAVIO CONSS. 331.

De majoribus, vel minoribus negotiis.

20. Idem A. Albino.

ET [49] in majoribus [50], & [51] in minoribus negotiis appellandi facultas eſt. Nec [52] enim Judicem oportet injuriam ſibi fieri exiſtimare, eo quod litigator ad provocationis auxilium convolavit. Dat. 7. Id. April. MARCELLINO, & PROBINO CONSS. Dat. Kalend. Auguſt. P. P. Kalend. Septemb. *Conſtantinop.* BASSO, & BALBINO CONSS.

De appellatione recipienda.

21. Impp. CONSTANTIUS, & CONSTANS AA. ad Lollianum.

QUoniam [53] Judices ordinarii provocationes exiſtimant reſpuendas: placet, ut ſi quis appellationem ſuſcipere recuſaverit [54], quæ non contra executionem [55], ſed adverſus ſententiam intentionem jurgiumque terminantem fuerit interpoſita, triginta [56] auri pondo cogatur largitionibus noſtris inferre: triginta alia officio [57] ejus itidem ſoluturo, niſi ei pertinaciter reſtiterit, atque actis contradixerit, & quid jure ſit conſtitutum, oſtenderit. Dat. 8. Kalend. Auguſt. *Meſſadenſi*, PP. *Capuæ*, ARBITIONE, & LOLLIANO CONSS. 355.

1 A ſententia judicis intra decem dies appellari oportet, ſive propria cauſa ſit, ſive aliena, *ut hic.* adde quæ ſcripſi in *l. 1. §. 11. ff. quando appellandum.* In Gallia non obſervatur id, auditur enim appellans aliquando poſt decem annos & viginti. vid. Rebuff. *in proœm. conſtit. gl. 5. n. 93.*
2 Appellationis interponendæ decendium, id eſt, decem dierum ſpatium datur, a die ſcientiæ, *ut hic notant Interpretes.* quibus elapſis jus appellandi non eſt. *c. concertationi. 8. extr. de appellat. in 6.* Quid ſi quis per procuratorem litiget? quid ſi ſententia damnata ad domum inſinuata? Quid ſi ſententia ſub conditione lata? Quid ſi non ſententia ſit, ſed comminatio? etiam ultra decendium licet appellare. Socin. *reg.* 397.
3 Judex debet Apoſtolos, etiam non petenti dare. *l. 32. §. 2. J. h. t.*
4 Fruſtratoria ſcilicet. *l. 1. in fin. ſupr. de relat.*
5 Cautio provocationis interponendæ, his fere verbis concipiebatur. *Ni juſte appellaveris, tantum dare te ſpondes.* Paul. 5. *ſent.* 33. *ubi de cautionibus & pœnis appellationum.*
6 Cautio appellationis exercendæ hodie ſublata, de qua vide Paul. *d. loco.* Appellantibus injuſte pœna apud veteres impoſita. (Apud Gallos in curia, qui temere appellat, 60. librarum pœnam patitur.) Cujus pœnæ nomine datis fidejuſſoribus ſolitum erat caveri. Paul. *d. loco.* Id genus cautionis tollit hoc loco Diocletianus, non tamen pœnam provocationis injuſtæ tollit. Cæterum ad hanc legem referri poteſt illud Taciti 14. *Auxitque* (de Nerone loquitur) *patrum honorem ſtatuendo, ut qui a privatis judicibus ad ſenatum provocaſſent, ejusdem pecuniæ periculum facerent, cujus qui ad imperatorem appellaverunt.*
7 Nominatim. vid. *l. 4. S. h. t. l. 11. J. h. t. l. 4. J. de muner. patrimon. l. 1. ff. de vacat. muner.*
8 *Aut querelæ*, *l. 12. C. Theod. de appellat.*
9 Si ſententia prolata fuerit adverſus majorem 25. annis, nec is provocaverit, nec tranſegerit, res judicatas exequi neceſſario debet. *Synopſ. Baſil. 8. Tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. c. 98.*
10 Vid. *l. 18. J. h. t.*
11 Deſerta appellatione ſententia datur executioni, niſi ſit interim tranſactum.
12 Tranſactio ſententiæ executionem impedit.
13 Appellationem a procuratore interpoſitam dominus exequi poteſt. *l. 10. J. l. ult. in fin. ff. h. t. l. 1. l. 2. ff. an per alium cauſæ appellationis.*
14 *§. ult. Inſt. de curatoribus.*
15 Id eſt, ſuccubuerit.
16 *l. 9. ſupr. h. t. l. 3. in fin. J. quorum appellat.*
17 *l. 4. in fin. ff. h. t.*
18 Qui veniam ætatis impetravit, in omnibus habetur pro majore. Agitur major qui veniam ætatis impetravit, *ut hic, & l. ult. ſupr. ſi major factus.* his exceptis, ut ne immobilia ſua vendat, pignoretve. *l. 3. ſupr. de his qui veniam ætatis impetr.*
19 Dixi ad *l. 4. l. 7. S. h. t.*
20 Judex appellanti injurius eſſe non debet. vid. *Harm.* 4.
21 *l. 6. §. 3. ſupr. h. t.*
22 Vid. quæ ſcripſi ad *l. 26. S. de procur.*
23 Civiliter enim condemnatus in cuſtodia publica ſeu carcere detineri non debet: criminaliter debet, niſi fidejuſſorem habeat.
24 *l. 5. C. Theod. h. t.*
25 Lite pendente per appellationem vel conſultationem, principi ſupplicare non licet. *Novell. 82. & 113. cap. 2.*
26 *l. 7. C. Theod. h. t.*
27 Quando illico appellari poteſt, ſine libello, viva voce. *l. 2. l. 5. in fin. ff. h. t.*
28 Vid. *l. 3. in fin. ff. ratam rem.*
29 *l. 9. C. Theod. h. t.*
30 A principe non appellatur. *l. 1. §. 1. ff. a quibus appellari non licet.*
31 *l. 24. J. h. t. l. 1. l. ult. ſupr. de relationibus.*
32 Judex omnia qui litis acta ad principem cogniturum non remiſerit, fit infamis. *Salic.* Judex non plene referens notatur. *Bald.*
33 A delegato principis poteſt appellari, licet repræſentet imaginem principis a quo appellari non poteſt, *ut hic, & l. 11. verſ. ſane etiam. C. Theod. h. t.*
34 A prætore ad præfectum urbi appellatur, *ut hic, & l. 13. Cod. Theod. h. t.*
35 *l. 14. C. Theod. h. t.*
36 *l. 19. J. h. t.*
37 *l. ult. §. 1. J. h. t. l. 1. ſupr. de relation.*
38 *l. 2. in fin. l. 5. J. de temporibus & reparat. appellat. l. 2. in fin. J. quando provoc. non eſt neceſ.* vid. Wurmſer. 1. *pract. 24. obſ. 23.*
39 Appellatio habetur pro deſerta, ſi reus intra legitimum tempus apoſtolos non petit.
40 *l. 16. C. Theod. h. t.* A quibus judicibus appellari poſſit.
41 Vid. *l. 34. J. h. t.*
42 *l. 6. §. 3. l. 18. ſupr. h. t.*
43 Vid. *l. ult. §. 1. J. h. t.*
44 A præfecto prætorio non appellatur. *l. 8. S. de epiſc. aud. l. un. S. de ſent. præfecti prætor.*
45 *Qui ſoli vice ſacra cognoſcere vere dicendi ſunt:* hoc additur *in d. l. 16. C. Theod. h. t.*
46 Atqui a reſcripto principis non appellatur. *l. 2. ſupr. h. t.*
47 *l. 5. ff. de appell. recip.*
48 Infamia ſcilicet: & hæc quidem pœna ei tantum imponitur, cujus appellatio non fuit recepta. alias mitius punitur. *l. 5. in fin. J. quorum appell. non recip.*
49 Appellatio in qualibet cauſa permiſſa eſt, *ut hic.* Cujus ſententiæ vide viginti novem exceptiones apud Socinum *reg.* 24.
50 *l. 20. C. Theod. h. t. criminalibus.*
51 Appellari ab omnibus judicibus tam ordinariis, quam delegatis poteſt, *ut hinc colligunt & can. omnis. c. ad Romanam 2. quæſt. 6.* Cujus ſententiæ centum viginti exceptiones vide apud Antonium Nicellum *in tract. de concordantiis Gloſſarum, concordia 6.* Bernardum de Luco *reg.* 15. Marantam *tract. de ordine judicior. part. 6. art. 2. n. 225.* Duenazium *reg.* 45.
52 *l. 18. C. Theod.* Injuria non fit judici, ſi ab eo appellatur.
53 *l. 25. C. Theod. h. t.*
54 Judex non deferens appellationi punitur.
55 Ab executione ſententiæ non appellatur, ideoque judex executioni deferre non cogitur. *l. 4. ff. h. t. l. 5. J. quorum appellat.*
56 Hodie Judex appellationem non recipiens damnum litis ſuſtinet, & præterea decem libris auri multatur. *Novell. 126. c. 3.*
57 Id eſt, officiali. *l. 58. in fin. C. Theod. h. t.*

De

De bonis vacantibus, & de his, quæ ut indignis auferuntur.

22. Iidem AA. ad Voluſianum P. P. poſt alia.

LAta [1] ſententia, quæ [2] pertinet ad bona vacantia, & ad ea, quæ [ut] indignis [3], legibus cogentibus, auferuntur, ſi quis putaverit provocandum, vox ejus debebit admitti. Dat. 3. Kal. Auguſt. ARBITIONE & LOLLIANO CONSS. 355.

De provinciis, ex quibus appellatur ad Præfectum urbis Conſtantinopolitanæ.

23. Iidem AA. ad Senatum.

CUm appellatio interpoſita fuerit per [4] Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Helleſpontum, inſulas etiam, ac Phrygiam ſalutarem, Europam ac Rhodopen & Hemum [5] montem Præfecturæ hujus urbis judicium ſacrum appellator obſervet.

De appellatione recipienda, & geſtis una cum relatione litigatoribus præſtandis.

24. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ſalutem [6] dicunt Ordini civitatis Carthaginenſis [7].

JUdicibus non ſolum appellationis ſuſcipiendæ neceſſitas videtur impoſita, verumetiam triginta [8] dierum ſpatia [ex die ſententiæ] definita ſunt, intra quæ geſta [9] una cum relatione [10] litigatoribus convenit præſtari: Judice & Officio ejus, ſi ſtatuta fuerint aliqua parte mutilata, multæ ſubjacentibus. Dat. Prid. Non. Februar. *Mediolan.* Divo JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

De multis.

25. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA. ad Syagrium P. P. poſt alia.

ET in [11] multis a Judicibus inferendis appellationes jubemus admitti. Dat. 14. Kal. Jul. GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

De ſententia Diſcuſſoris, vel Rationalis.

26. Iidem AAA. ad Pelagium Com. R. P. poſt alia.

CUm [12] poſt ſententiam Diſcuſſoris [13], vel Rationalis fuerit provocatum, ad ſinceritatem [14] tuam negotium transferatur: ut ſi mediocritas [15] negotii, aut longinquitas regionis ad judicium tuum litigatores venire non patiatur, judicio Rectoris [16] provinciæ, quem ipſe probaveris, negotium deleges. Datum 15. Kalend. Mart. *Mediolan.* ARCAD. A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De nominationibus.

27. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Ennodio Proconſuli Africæ poſt alia.

NOminationes libellis [17], vel edictis factæ citra [18] concilium publicum non valent: de quibus nec appellare neceſſe eſt, ſi ſolennitas deeſt. Dat. 17. Kal. Jun. *Mediol.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

De revocatione appellationis.

28. Iidem AA. Nebridio Proconſuli Aſiæ.

SI [19] quis libellos appellatorios ingeſſerit, ſciat ſe habere licentiam arbitrium commutandi [20], & ſuos libellos recuperandi, ne juſtæ pœnitudinis [21] humanitas amputetur. Dat. 11. Kalend. Auguſt. *Conſtantinop.* ARCAD. IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De cauſis criminalibus.

29. Iidem AA. Cæſario [22] P. P.

ADdictos [23] ſupplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli [24] per vim, atque uſurpationem vindicare liceat, ac tenere: quibus in cauſa criminali humanitatis [25] conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus: ut ibi diligentius examinetur, ubi [26] contra hominis ſalutem per errorem [27], vel gratiam Cognitoris oppreſſa putatur eſſe juſtitia: ea conditione, ut ſi Proconſul, vel Comes Orientis, vel [Præfectus] Auguſtalis, vel Vicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam noſtram [28], quam ad Ampliſſimas [29] poteſtates ſciant eſſe referendum. Eorum enim de his plenum volumus eſſe judicium, qui (ſi ita res eſt, & crimen exegerit) rectius poſſint [30] punire damnatos. Dat. 6. Kal. Aug. *Mnizo*, HONORIO, A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De ſuſpectis Judicibus, a quorum ſententiis appellare liceat.

30. Iidem AA. Theodoro P. P.

SI [31] quis provocatione interpoſita ſuſpecti Judicis velit [prolatam] evitare ſententiam, in hac voce liberam habeat poteſtatem: nec timeat contumeliam judiciorum: cum & ab ipſa injuria poſſit facile provocare: & maxime cum a ſolo tantum Præfecto [32] prætorio, non ſine diſpendio cauſæ provocare permiſſum ſit. Sciant igitur cuncti ſibi ab injuriis, & ſuſpectis judicibus, & in capitali [33] ſupplicio, ac fortunarum diſpendio provocationem eſſe conceſſam. Datum 7. Id. Jun. *Mediol.* THEODORO V. C. CONS. 399.

De appellatione non ſuſcepta, vel apoſtolorum copia denegata.

31. Impp. THEOD. & HONOR. AA. ad Aſclepiodotum P. P. poſt alia.

SI [34] appellationem oblatam, in qua vel tuæ amplitudinis, vel Urbicariæ Præfecturæ ſacrum auditorium poſtulatur, judex non [35] ſuſceperit, vel ſuſcepta appellatione apoſtolorum copiam denegaverit: ad deponendam ſuper hac iniquitate querimoniam, necnon etiam conveniendum adverſarium ex ſententia prolata, juxta antiquum [36] jus anni metas habeat litigator: vel ſi hujusmodi appellatio ſuſcepta non fuerit, in qua inferiorum Judicum ſacra deſideratur auditio, ad hæc eadem facienda ſex menſes habeat litigator.

† Si vero arbiter appellationem ſuſcipere, aut relationem dare contempſerit [37], quatuor menſium tempora obſervantur: ut his, quæ ſtatuimus, actitatis, pareat appellator temporibus, quæ de appellationibus definita noſcuntur. Dat. 3. Kalend. April. *Conſtantinopoli*, ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 425.

De appellationibus ad Principem.

32. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. P.

PRæcipimus [38] ex appellationibus Spectabilium Judicum, quæ per conſultationes noſtri numinis diſceptationem implorant, non noſtram ulterius audientiam expectari: ne noſtris occupationibus [39], quibus pro utilitate mundi a ſingulorum nonnunquam negotiis avocamur, aliena defraudari commoda videantur. Sed ſi a Proconſulibus, vel Auguſtali, vel Comite Orientis, vel Vicariis fuerit appellatum: virum [40] illuſtrem Præfectum prætorio, qui in noſtro eſt comitatu, virum etiam illuſtrem [41] Quæſtorem noſtri palatii, ſacris judiciis præſidentes, diſceptationem jubemus arripere eo ordine, ea obſervatione, iisdemque temporibus, quibus cæteræ quoque lites fatali die poſt appellationem in ſacris auditoriis terminantur: [&] hoc, licet quidam prædictorum Spectabilium judicum jure conceſſo, ut ſacri judices, appellationes acceperint. §. 1. Quod ſi a Duce [42] fuerit appellatum, ſi idem & Præſes ſit, Præfectura [43] neceſſario tantum jure ordinario in ſacro auditorio judicabit.

§. 2. In his autem omnibus judiciis, quæ conſultationum introduximus loco, vel apoſtolos [44], vel ea, quæ apud eum geſta ſunt, contra cujus ſententiam dicitur appellatum, ſuſcipere ab appellatoribus, & cognitiones inducere, apud viros illuſtres prædictos Judices, & ea, quæ geruntur, excipere, ſcribere, ſcriptaque litigatoribus edere noſtros epiſtolares præcipimus: officiis videlicet eorum cum quibus vir illuſtris Quæſtor judicat, exequentibus judicata.

§. 3. Hæc ſi appellatio fuerit oblata Judici, qui non ex delegatione cognoſcit: eorum enim ſententiis appellatione ſuſpenſis, qui ex delegatione cognoſcunt: neceſſe eſt eos [45] æſtimare, juſte, necne fuerit appellatum, qui cauſas delegaverint judicandas. §. 4. Huic ſaluberrimæ legi, illud etiam conſultiſſime credidimus inſerendum, ut ſi privato non illuſtri uni, pluribusve (ut aſſolet) noſtra ſerenitas adita delegaverit cauſam, & ejus, eorumve definitio fuerit appellatione ſuſpenſa: vir quidem magnificus Præfectus prætorio, qui in noſtro eſt comitatu, cum viro illuſtri Quæſtore temporali [46] judicet die. Noſtri vero libellenſes [47], quæ apud arbitros geſta ſunt, ſuſcipiant, cognitiones inducant, & ea, quæ geruntur, excipiant, ſcribant, ſcriptaque litigatores edant: qui etiam apud arbitros (licet illuſtres ſint) ex delegatione noſtra cognoſcentes excipiunt, ſi in ſacratiſſimo noſtri numinis comitatu cauſæ dicantur. §. 5. Sane ſi illuſtrium ac magnificorum judicum ſententiæ fuerint appellatione ſuſpenſæ, eorum videlicet, quorum ſententias licet appellatione ſuſpendi, per conſultationem noſtram volumus audientiam expectari, licet antea privato homini (id eſt, non illuſtri) lite a nobis delegata, is poſtea tempore definitionis illuſtri decoratus dignitate reperiatur. Eodem obſervando & ſi alter ei conjunctus ſit arbiter, qui non illuſtrem meruit dignitatem.

§. 6. Quicquid autem hac lege ſpecialiter [48] non videtur expreſſum, id veterum legum conſtitionumque regulis omnes relictum intelligant.

De ſententia lata ſuper ſtatu curialium.

33. Iidem AA. Cyro P. P.

EO caſu, quo apparitor Magiſteriæ poteſtatis de curia [49], vel officio cohortali, de ſtatu in provincia patitur controverſiam, vel ut tributa, vel functiones debens in provincia detinetur: ſi ſententia Rectoris provinciæ fuerit appellatione ſuſpenſa: cum tua ſublimitate viro quoque magnifico Magiſtro militum cognoſcente, cauſæ jubemus merita ponderari: licet Magiſter militum Rectori provinciæ cauſam delegaverit perorandam.

1 *l. 26. C. Th. h. t.* 2 A ſententia lata fiſci nomine appellari poteſt. adde *l. 18. ff. h. t.* 3 vid. *ſupr. de his quæ ut indignis.* 4 Quibus ex provinciis appelletur ad præfectum urbis. 5 Hæmi montem. vid. Cujac. 1. *obſ. 26.* 6 *l. 32. C. Theod. h. t.* 7 Carthaginis, *d. l. 32.* 8 Intra triceſimum diem dantur apoſtoli. *Goth.* Hæc lex canoniſata eſt in *can. 41. cauſ. 2. q. 6.* Anſ. 9 *l. 15. l. 19. ſupr. l. 32. §. 2. ff. h. t. Novell. 134. cap. 3. Nov. 126. c. 3. l. 5. §. 2. infr. de temp. & repar. appell.* 10 Cum ſua ſubſcriptione. vid. *Nov. 126. cap. 3.* 11 *In Cod. Theod. l. 38.* ita legitur: *In condemnationibus appellationes jubemus admitti:* hoc autem innuit, Ab injuſta judicis multa poſſe appellari. adde *l. 29. Cod. Theod. quor. appell.* 12 *l. 45. C. Theod. h. t.* 13 *l. 7. infr. quor. appell. l. ult. ff. de diſcuſſorib. lib. 10. tit. 30.* 14 A procuratore Cæſaris ad Præfectum prætorio appellatur. 15 Mediocritas negotii, vel regionis intercapedo facit, ut judex appellationis litigantes in ſuam provinciam ad delegatum aliquem remittat. 16 *Judici provinciæ, d. l. 45. Cod. Theod. h. t.* 17 *l. 53. Cod. Theod. h. t. l. 54. ff. de decurionib.* 18 Ab electione & nominatione invalida non eſt neceſſe appellare. 19 *l. 56. Cod. Theod. h. t.* Goth. Hæc lex relata eſt a Gratiano *cauſ. 2. q. 6. can. 41.* Anſ. 20 Appellationem revocare licet. adde Mynſing. 10. *obſ. 7.* An & proteſtationem revocare? licet. *c. præſentium. 2. de teſtibus: in 6.* niſi adverſarii jam interſit (puta propter impenſas vel quid ſimile) & qui proteſtationem revocare poſtulat, impenſas non refundat. *cap. cum interpoſita: extr. de appellat.* Tres alias exceptiones vide apud Socinum *reg. 327.* 21 Pœnitenti parcitur. facit *l. 4. §. 6. ſupr. de hæret. Nov. 12. c. 3. verſ. damus. Novell. 18. cap. 8. verſ. Si vero. l. 11. ff. de in jus vocando.* 22 *Ad Eutychianum P. P. poſt alia, l. 57. Cod. Theod. h. t.* 23 Damnati ad ſupplicium, per vim eximendi non ſunt. *l. 30. in fin. infr. h. t. l. 6. ſupr. de epiſc. aud. l. 6. ff. h. t. l. 57. Cod. Theod. h. t. & l. 16. Cod. Theod. de pœn.* 24 Etiam clerico vel monacho. *l. 6. ſupr. de epiſcopali audientia.* 25 Pro damnato ad ſupplicium intra tempus appellare licet. *l. 6. ff. de appellat.* 26 Cauſæ ſalutis graviorem merentur conſiderationem.

27 Errori & gratiæ juſtitia opponitur. 28 Ad principem non appellatur omiſſo medio. 29 Id eſt, Præfectum Prætorio, quæſtorem ſacri palatii. *l. 32. in fin. infr. h. t.* 30 Judex appellationis etiam in criminalibus, ſuam exequitur ſententiam. 31 *l. 58. C. Theod. h. t.* 32 vid. *l. un. ſupr. de ſentent. præfect. prætor.* 33 In qualibet cauſa capitali appellare licet, *l. 19. ſupr. h. t.* 34 *l. pen. Cod. Theod. h. t.* 35 Querela appellationis aut apoſtolorum delegatorum pro diverſitate judicum aliis atque aliis temporibus proponatur. 36 *l. 5. in fin. ff. de appellation. recip. vel non.* 37 Hinc colligunt: Statuto jus appellationis prohiberi non poſſe. vide Wurmſer. 1. *practic. 24. obſerv. 29.* 38 Ex Novella Theodoſii quæ non extat. Notant nonnulli ad hanc legem, A delegato principis ejusve ſubdelegato, ad principem appellari. vid. Wurmſer. 1. *practic. 24. obſerv. 5.* 39 Princeps negotiis occupatus provocationis cognitionem aliis committit. 40 *Novell. 126.* vid. Cujac. *ad Novell. 22.* Goth. Adde Rittershuſ. *in expoſ. Novell. parte 10. cap. 6.* Anſ. 41 *l. 38. in fin. infr. h. t. d. Novell. 126. in princ.* 42 Hinc, Ducianum judicium, *l. 38. infr. h. t.* 43 Hodie magiſter officiorum, *l. 38. infr. h. t.* 44 *l. 6. in fin. ſupr. h. t.* 45 *l. 1. l. 3. ff. quis & a quo appellat.* ſi pedaneus datus eſt a magiſtratu, ad magiſtratum appellatur? ſi a Principe ad magiſtrum officiorum vel præfectum prætorio & quæſtorem. *Novell. 23. cap. 4.* Hoc interim notandum eſt, duobus caſibus a pedaneis non appellari. *l. 1. infr. quorum appell. l. un. infr. ne liceat in una eademque cauſa ter provoc.* 46 Dies temporalis, fatalis. *l. 2. l. 5. §. 1. infr. de temp. appellat. l. 63. Cod. Theod. de appellat. l. ult. in fin. Cod. Theod. de reparat. appellat.* 47 Dixi ad *d. l. ult. in fin. princ. ſupr. ubi ſenatores.* 48 Correctio & mutatio legum non præſumitur: *ut hic, l. 17. in fin. ſupr. de collat. c. cum expediat. 29. de elect. in 6.* vide Roland. a Valle 1. *conſ. 68. num. 30. & conſ. 72. num. 44.* Molin. *de uſur. num. 58.* Menochium 6. *præſumptionum 48.* 49 De ſtatu curialis vel cohortalis a præſide ad Præfectum prætorio & magiſtrum militum appellatur,

De suggestionibus, & relationibus.

34. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

JUbemus, si [1] qua suggestio majoris, vel minoris Judicis ad nostram referatur clementiam de negotio, quod judicandum ei tradidimus, vel de quo pro sua jurisdictione [2] judicaverit, petentis a nostro numine finem eidem imponi negotio, quod ab eo disceptatum est: sive additum sit eidem suggestioni, quid referenti placeat (dum id partibus per sententiæ suæ recitationem manifestum non fecit) sive nihil hujusmodi adjectum sit, sed simpliciter nostri numinis responsum expectat: non prius causam discerni, quam per sacram pragmaticam nostri numinis jussionem duo magnifici viri, vel Patricii, vel Consulares, vel Præfectorii, quos [pro tempore] nos elegerimus, jubeantur adjungi viro illustri pro tempore Quæstori nostri palatii & una cum eo in scriptis relationem discernere (sive præsentibus partibus hoc perspexerint, sive absentibus) & responsum relationi dandum sua sententia manifestare: ut tamen dispositio hujusmodi excellentissimorum judicum omnimodo rata sit: nulli danda licentia contra provocationem eorum proferre sententiam, vel aliam quamcunque dubitationem introducere. Quam observationem non solum si unus judex suggestione, vel relatione usus fuerit, tenere censemus: sed etiamsi duobus, vel amplioribus datis judicibus, in unam sententiam minime omnes convenerint: sed diversas suas sententias unusquisque nostræ mansuetudini retulerit, vel omnes nos consuluerint quid decernendum sit.

De sententiis Præfectorum prætorio.

35. [3] Imp. [4] JUSTINIANUS. *

JAm trigesima secunda constitutione dicente, de omnibus magistratibus illustribus a quibusdam est appellatio, Principem fore appellationis Judicem, præsens constitutio inveniens jus certum, quod adversus sententiam Præfectorum prætorio appellatio quidem non est, retractatio vero est: & si alius quidem sit Præfectus, credibile est, quia rescindet, quæ fuerint ab altero judicata: si vero idem ipse fiat Præfectus iterum, is, qui jam sententiam tulit, contra cujus calculum & supplicationes oblatæ sunt, quia præsumitur pro vetere sua sententia dicturus, jubet constitutio, ut Quæstor una audiat cum ipso iterum aut tertium Præfecto creato, & examinante suas in priore magistratu dictas sententias, statuens, ut nulla sit contra hujusmodi sententias retractatio.

De sententiis definitivis, & interlocutionibus.

36. [5] Imp. [6] JUSTINIANUS.

OPortet post omnem litem finitam tunc appellationem reddi: neque enim læditur quis, si interea facta fuerit interlocutio, quæ illi deneget jus competens, id est, vel testium productionem, aut relectionem instrumenti, potest enim in appellatione omnia denudare, seu exercere, ne contra medii temporis interlocutionem, data appellatione, mora injiciatur dilationibus, sæpius in eadem causa data appellatione, & examinata, iterum alio capitulo ventilato, & iterum contra etiam ipsum porrecta appellatione. Si vero dixeteta est is, qui in media interlocutione jus aliquod ipsis denegavit, jubet scripto istud insinuent, ut ita in appellatione servent sibi suam de hoc allegationem impræjudicatam, si vero contra hæc fiat, neque recipiat appellationem judex, & ipse qui appellavit, pro transgressione quinquaginta libras argenti præstet.

De varietate judicum appellationis pro varietate summarum.

37. Idem A. Mennæ P.P.

IN [7] offerendis provocationibus, ex quibus consultationum more negotium in sacrum nostrum palatium introduci solebat, hoc addendum esse censemus: Ut [8] si quidem non excedat litis æstimatio [9] decem [10] librarum auri quantitatem, ex ipsa scilicet sententia judicis decernendam [11], non duobus (sicut antea) magnificis Judicibus, sed uni tantummodo disceptatio negotii deputetur. Sin vero memoratam excedens quantitatem, viginti libris auri terminetur, duobus tradatur [disceptatio] magnificis judicibus, viris scilicet devotis epistolaribus cognitionalia certamina excipientibus: ita tamen, ut si dissentiant, virum illustrem pro tempore Quæstorem adhibeant, ut eo dubietatem dirimente finiatur negotium. His videlicet litibus, quarum æstimatio viginti librarum auri quantitatem excedit, in commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatii procerum introducendis: ut tamen secundum jam statuta [12] liceat quidem non solum victo, sed etiam victori consultationem ad unum, vel duos judices mittendam, intra biennii [13] tempus ei, vel eis intimare. Post excessum enim memorati temporis hujusmodi licentiam amputamus. Quæ vero fuerint ab eo, vel eis decreta, nulla provocatione suspendantur. Novas [14] etiam adsertiones a partibus apud eundem, vel eosdem judices addi, ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum palatium introducendæ permittimus. Dat. 8. Id. April. *Constantinop.* DECIO CONS. 529.

De Duciano judicio.

38. Idem A. Demostheni P. P.

SI quando Duciano [15] judicio appellatio fuerit oblata: sive ab ipsa [16] qualitate judicis, sive ex divina delegatione viro spectabili Duci destinata, sive inter spectabiles idem Dux connumeretur, sive illustri dignitate decoretur, sive etiam majore (cum etiam Magisteriæ potestatis homines, necnon Consulares sæpe utilitate publica poscente ad hujusmodi curam perveniant) nullo discrimine habito, non dignitatem, sed ducatus magistratum spectari: & appellationem ex quocunque duce pervenientem, non ut antea erat, dispositum, sed apud [17] virum sublimissimum Magistrum officiorum, necnon virum excellentissimum nostri palatii Quæstorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationum, viris devotis epistolaribus excipientibus ventilari [sancimus:] nulla veteris legis in hac causa observatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos judices causa trutinanda.

De sententia oppugnanda, etiam ab adversario appellatoris. 1. De libellis refutatoriis. Ad l. 37. sup. h. tit.

39. Idem A. Juliano P. P.

AMpliorem providentiam subjectis conferentes, quam forsitan ipsi vigilantes inveniunt, antiquam observationem emendamus: cum in appellationum auditoriis, is solus post sententiam judicis emendationem meruerat, qui ad provocationis convolasset auxilium, altera parte, quæ hoc non fecisset, sententiam sequi (qualiscunque fuisset) compellenda. Sancimus itaque, si appellator semel in judicium venerit, & causas appellationis suæ proposuerit, habere licentiam, & adversarium [18] ejus, si quid judicatis opponere maluerit, si præsto fuerit, hoc facere, & judiciale mereri præsidium. Sin autem absens fuerit, nihilominus judicem per suum vigorem ejus partes adimplere.

§. 1. In refutatoriis [19] autem libellis, qui solent maxime in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerum recitari, caveant tam litigatores, quam libellorum dictatores, verbosis [20] uti adsertionibus, & ea, quæ jam perorata sunt, iterum resuscitare: sed hæc sola eis inscribere, quæ compendiosa [21] narratione causas provocationis possunt explanare, vel aliquid novi continent, vel addere quod derelictum est: sciturі, quod si hoc fuerit prætermissum, non deerit adversus libellorum [22] conditores amplissimi judicii competens indignatio, quod sufficiant gestorum volumina introducta, & virorum spectabilium Magistrorum scriniorum breves omnia apertissime ostendere.

§. 2. Sed enim scimus legem nostram [23] esse promulgatam, per quam more consultationum in causis quidem, quæ usque ad decem libras auri extenduntur, unum judicem sancimus supponi: viginti autem duos sublimissimos judices. Sed cum prima quidem facie videbatur, non tantam summam excedere: in definitiva [24] autem sententia apparebat judici, vel judicibus etiam majorem quantitatem debere imponere: non erat eis possibile formam, qua erant conclusi, excedere. Sed nos definimus, & omnem eis damus facultatem, si hoc ita fuerit subsecutum, licere eis, & ampliorem summam præfata quantitate, in qua dati sunt judices, excedere: & non ad modum suæ rationis, sed ad veritatis indaginem ferre sententiam: ne tanti judices, quasi vinculis præpediti non possint legum veritati, & judiciali vigori per omnia satisfacere. Dat. 6. Kalend. April. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE CONSS. 530.

TIT. LXIII.

DE TEMPORIBUS [25] ET REPARATIONIBUS [26] APPELLATIONUM, SEU CONSULTATIONUM.

Tempus exercendæ appellationis interpositæ a nominatione ad munera, est duorum mensium a tempore scientiæ. Bart.

1. Imp. CONSTANTIN. A. ad Crispinum.

SI [27] quis per absentiam nominatus [vel ad Duumviratus [28], aliorumque honorum infulas, vel munus aliquod evocatus] ad provocationis auxilium cucurrerit: ex eo die interponendæ appellationis, duorum [29] mensium spatia ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstraverit. Nam præsenti, qui factam nominationem cognoverit, & appellare voluerit: statim [30] debent duorum mensium spatia computari. Datum 8. Id. Jul. CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTIO CC. CONSS. 320.

Si appellatur ab ordinario, ad appellationis prosecutionem inchoandam primum fatale est sex mensium: & dantur alia tria unius mensis pro quolibet. P. de Castr.

2. Impp. THEOD. [31] & VALENT. AA. Cyro P.P.

TEmpora [32] fatalium [33] dierum pro seculi nostri [34] beatitudine credimus emendanda, ubique dilationum materias amputantes. † Et primi quidem fatalis diei tempora post appellationem, sive a viro clarissimo [35] *Rectore* provinciæ, sive a *spectabili* judice fuerit appellatum, sex [36] mensium

etiamsi magister militum causam præsidi delegaverit. 1 Consultationibus principes respondent, adhibito suorum concilio. 2 Ex ordine, *l.* 19. *supr. h. t.* ex qualitate judicis, *l.* 38. *infr. h. t.* vide Cujac. *ad Novell.* 20. 3 Hanc legem restituit Cujac. 12. *obs.* 3. 4 Interpretatio Contii. 5 Hanc legem restituit Cujac. 12. *obs.* 3. 6 Interpretatio Contii. 7 *Synops. Basil.* 1. *cap.* 103. 8 Si lis, cujus ad consistorium provocatio pertinet, decem libras auri non excedit, unus tantum judex negotium disceptat: non duo, ut olim: si decem libras auri excedit, duo judices definient: quibus epistolares duo sive notarii subservient: qui si dissentient, quæstorem adhibebunt: si viginti libras auri lis excedet, in commune auditorium senatorum lis introducetur, ut liceat victo in priore judicio, intra biennium vel uni vel duobus judicibus, vel omnibus senatoribus appellationem intimare. Nec ulla appellatione, quæ ab eis decreta fuerint, suspendantur: uti nec factæ apud principem examinationes retractentur. *Synops. d. c.* 123. 9 Contestatio. 10 Pro varietate summarum, de quibus agitur, ad alios atque alios judices appellatur. *Novell.* 23. *cap.* 1. & sic aliis atque aliis causa committitur in consistorio Principis ad quem provocatum est. 11 Discernendam. 12 *l. unic. supr. de sentent. præf. præt.* 13 Hodie anni. *l. ult.* §. 2. *infr. tit. prox.* 14 *l.* 4. *infr. de tempor. & reparat. appellat.* 15 Appellatur a duce ad magistrum officiorum, & quæstorem sacri palatii. 16 *l.* 19. *l.* 32. §. 1. *l.* 34. *supr. h. t.* 17 Olim apud Præfectum prætorio. *l.* 32. §. 4. *supr. h. t.* 18 Is qui vicit, hoc est, adversarius ejus qui appellavit, potest petere sententiam reformari. *l.* 10. *J. quando provocare.* 19 *l.* 6. §. 3. *l.* 19. *supr. h. t. l.* 1. *in fin. supr. de relationibus.* 20 Libellorum forma verbosa esse non debet. 21 Symmachus in *epist. ad Theod. Ego in referendo prolixus esse non debui.* 22 Libellus generalis esse non debet. facit *l.* 7. *l.* 10. *ff. comm. prædior. l.* 40. *ff. de jure fisci. l. domum.* 5. *S. de rei vindicat. l. verbum.* 181. *ff. de verb. sign. l.* 2. §. *circa.* 3. *ff. de doli mali & met. except. Nov. de testam.* 107. §. *non igitur. cap. cum clamor.* 53. *extr. de testibus. cap. literæ. extr. de dilation.* Dixi in Pandectis practicis civilibus *titul. de edendo.* 23 *l.* 37. *supr. h. t.* 24 Si tempore sententiæ summa reperitur major quam litis initio videbatur, non impeditur judex sententiam proferre. Crescente lite crescit jurisdictio.

25 Dixi ad *L.* 49. *D.* 4. *& ad l. ult.* §. 4. *J. h. t.* De temporibus appellationum hæc addantur, In propria causa biduum: in aliena, triduum olim fuisse. *l.* 1. §. 11. *ff. quando appellandum.* Postea decem dierum spatium a recitatione sententiæ constitutum est a Justiniano & sic Justiniani constitutione hodie appellandum est intra decem dies a recitatione sententiæ. *Nov.* 23. *cap.* 1. Intra quintum diem libelli appellatorii petebantur. Paul. 5. *sent.* 34. quod a Gratiano transcriptum *in c. propter. c.* 2. *q.* 6. Peragendæ vero appellationi, biennium. *l. ult.* §. 2. *infr. h. t.* 26 *L.* 11. *Cod. Theod.* 31. 32. 33. 27 *l.* 10. *Cod. Theod. de appell.* 28 *l.* 19. *Cod. Theod. de appell.* 29 Ei qui ad honorem, vel munera nominatur, dantur duo menses exequendæ appellationis causa, *ut hic.* Mensis autem hic non numeratur ex initio Kalendarum, sed ex numero dierum: id est, ut triginta dies habeantur pro uno mense. *l.* 1. *Cod. Theod. de decur.* 30 vid. *l.* 2. *J. de decur.* 31 Ex Nov. Theodosii quæ non extat. 32 *Synops. Basil.* 1. *cap.* 126. 33 vide *l.* 5. *J. h. t.* De fatalibus diebus dixi ad *Novell.* 49. *cap.* 1. 34 vid. Cujac. 12. *obs.* 4. 35 De fatalibus sententiæ latæ ab aliquo clarissimo vel spectabili. 36 Appellare a Præside vel spectabili judice licet intra sex menses: ut qui ab eis appellet, sex mensium diem habeat. *Synops. Basil.* 9. *tit.* 2. *cap.* 126. Quod si nihil præstiterit intra sex hosce menses, dies alios triginta & unum habeat. Si ex-

esse

esse jubemus. Quod si primo fatali die lapsus [1] est appellator, tricesimum primum diem alterum volumus esse fatalem. Quod si eo [quoque] appellator exciderit: tertium similiter totidem diebus intermissis fatalem observari decernimus. Quod si tertius [2] quoque lapsus fuerit temporalis, quartum etiam fatalem post tricesimum primum diem similiter observari decernimus. Quod si ita contigerit, ut quatuor [3] fatalibus diebus, qui appellavit, exciderit, tunc intra trium aliorum mensium spatium a nostro numine reparationem peti præcipimus: qua petita nec adversarium decernimus admoneri, nec temporalem diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spatio ex quarto [4] fatali numerando causam induci præcipimus, licet ante unum diem reparatio fuerit impetrata, licet allegata in judicio virorum illustrium Præfectorum non fuerit. Nec hoc parti nocebit adversæ: cum non dubius, sed notus omnibus dies fatalis appareat. Et hoc si adversus viri clarissimi Rectoris provinciæ, vel spectabilium judicum sententias fuerit appellatum.

† Quod si ab *Arbitro* [5] in provincia ex delegatione sacra disceptante appellatio subsequatur: post priorem fatalem lapsum tres alii tantum fatales dies similiter (ut supra dictum est) servabuntur, nulla reparatione a nostro numine postulanda: ita, ut nonaginta tribus diebus elapsis, judicata congruæ executioni mandentur. † Sin [6] autem ex sententia *Prætorianæ* [7] *præfecturæ*, vel *Magistri officiorum*, vel *ab alio illustri dignitate decorato* arbiter in hac sacratissima civitate fuerit delegatus, & appellatio contra definitionem, vel sententiam ejus subsecuta fuerit: primus quidem fatalis dies duorum mensium, alii vero tres ad similitudinem supradictorum fatalium numerentur.

† Qui vero delegatum [8] vel a Spectabili judice, seu Præside provinciæ arbitrum appellaverit: primum quidem fatalem diem duorum mensium, tres vero alios ad similitudinem prædictorum fatalium dierum habet.

† Illud etiam circa observationem fatalium dierum custodiri decernimus, ut si forte temporales [9] in feriatos dies quoquo modo inciderint: præcedentes eos dies, ut temporales a litigantibus observentur. † Quod si quis secus ac jura præcipiunt [10], lapsus dies fuerit temporalis, & hoc primo loco vel a præsente adversario, vel etiam a judice, si solus litigat appellator, fuerit oppositum, probatumque, pro eo habebitur [11] appellator, ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit. Dat. 12. Kal. Maji, VALENT. A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

In AUTHENT. de his qui ingred. ad appell. §. 1. col. 5. tit. 2. al. 11. Novell. 49. in princ.

SI, qui appellat, impertitur annus [12] intra quem secundum se communiterve cum adversario litem exequatur, aut si justa causa intercesserit, alius annus indulgeatur: quo transacto lite non completa, rata manet sententia. Appellatore cessante, cum unus mensis superest ex biennio: licet victori ingredi, ut reus quæratur: quo sive invento, sive non, suas afferat allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia: in omni casu absente in expensis condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro vero occurrente, post secundum fatalem permanet sententia rata.

In AUTHENT. de appellat. §. 1. col. 7. tit. 5. al. col. 8. tit. 2. Novell. 93. cap. 1.

SI tamen in medio causæ apud Judicem appellationis, vel motæ, vel non motæ aliqui eligantur arbitri [13] & propterea biennium transeat, intra quod oporteat appellationem finiri, & per quamlibet occasionem ad judicem appellationis causa revertatur: non lædatur ex cursu temporis, sed exerceatur, & terminum legitimum suscipiat, etsi decies millies plus quam biennii tempus transierit, nisi biennium cesserit, postquam arbitrium fuerit desertum.

In AUTHENT. de appellat. & intra quæ temp. §. ad hæc sancimus. col. 4. tit. 5. al. 2. Novell. 23. cap. 2.

SEd & lis, quæ speratur in consistorium Principis [14] inferri, absque damno moræ maneat intacta, donec ipse faciat eam introduci, & a proceribus secundum morem dirimi.

In AUTHENT. ut sponsal. larg. §. hoc quoque. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 4.

SI appellatione secuta, novissimo induciarum die aut pars utraque aut solus, qui appellatione usus est, occurrerit, & suam præsentiam manifestaverit Judici futuro appellationis examinanti negotium, vel ejus consiliariis, aut his, qui lites intromittunt, & Judex [15] in definitis diebus cum suscipere differat, nullum præjudicium partibus, aut uni earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinari appellationes hujusmodi, & legitima sententia terminari.

Ad appellationem exercendam post tempora statuta, non conceduntur alia. Salic.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Appioni P. P.

NEmo [16] arbitretur in posterum licentiam futuram consultationibus ultra statuti temporis vivendi [17] spatia, neque [18] per oblationem precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neque sub prætextu quodam altero, sed omnibus incumbendum esse vigilanti diligentia, quo provocationes eorum intra statutum tempus introducantur: ita ut [19] etiam gesta in judicio, contra quod provocatum est, non prope finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistolarum; ne præpediatur per astutias fatalis rei terminus; sed aut statim postquam appellatum sit, aut non minus, quam ante dimidiam partem temporis præbeantur scrinio, ne (quod per angustias [20] contingit temporum) tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur.

In causa appellationis potest utraque pars non allegatum in causa principali allegare, & non probatum probare. Cyn.

4. Idem A. Tatiano Magistro officiorum.

PEr hanc divinam sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus [21], tam appellatori, quam adversæ parti novis [22] etiam adsertionibus [23] utendi, vel exceptionibus, quæ non [24] ad novum capitulum pertinent, sed ex [25] illis oriuntur, & illis conjunctæ sunt, quæ apud anteriorem judicem noscuntur propositæ. Sed & si qua dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerint tempore, verum apud sacros cognitores sine procrastinatione præberi poterunt, id quoque eos admittere, quo exercitatis jam negotiis pleniore subveniatur veritatis lumine [26].

Tempus appellationis intimandæ, quod per l. 2. sup. eod. erat variatum ex diversitate judicum, hic variatur ex diversitate locorum. Salic.

5. Idem A. Triboniano Quæstori sacri palatii.

CUm anterioribus legibus ex omni provincia ad hunc nostrum sacratissimum comitatum similis cursus ad appellationes exercendas impertitus est, necessarium nobis visum est hujusmodi spatiis justum imponere libramentum.

† Sancimus itaque, si [27] quidem ab Ægyptiaco [28], vel Libyco limite, vel Orientali tractu usque ad utrasque Cilicias numerando, vel [Armeniis gentibus] & omni Illyrico causa fuerit more appellationum transmissa: primum semestre spatium in antiqua definitione permanere, & nihil penitus neque diminui, neque accrescere. † Sin autem ex aliis nostri imperii partibus, sive Asianæ, sive Ponticæ, sive Thraciæ diœceseos lis provocatione suspensa in hanc regiam urbem perveniat: pro semestri spatio trium tantummodo mensium spatium eis indulgeri, aliis trium mensium spatiis, id est, nonaginta & tribus diebus, simili modo sequentibus: sive semestre tempus, sive tres priores menses, secundum locorum definitionem, quam designavimus. Sed & aliis tribus mensibus, qui ex reparatione ab [29] aula concedi solent in suo robore duraturis & prioribus accedentibus: ut partim annale numeretur, partim novem mensium [spatium] consequatur. §. 1. Et cum antea in fine cujuscunque temporis unus fatalis dies ex antiquis legibus constitutus esset, & sæpe eveniebat, cum multæ sint occasiones mortales appellationum, vel ægritudine vel spatii prolixitate, vel per alias causas, quas nec dici, nec enumerari facile sit, eundem diem fatalem non observari, & lites expirare, hujusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominum titubare: propter hoc fortunæ relevantes insidias, sancimus non [30] in unum diem fatalem standum esse in posterum: sed sive ante quartum diem fatalis luminis, & ipsum fatalem, sive post quinque dies, ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator venerit, & litem instituendam curaverit, & eam in competens judicium deduxerit, legi videri satisfactum: nec ingemiscat mortuæ causæ dispendio, sed nostro gaudeat beneficio: cum nobis cognitum sit, etiam ex errore calculi dierum, quem officium habuit, sæpe esse causas periclitatas: quod in posterum non fieri ex remedio legis præsentis sperandum est. Eodem beneficio & in omnibus fatalibus aliis, qui vel a pedaneis judicibus, vel ab aliis dantur, quos leges suis sanctionibus enumeraverunt, custodiendo, vel observando: ut decem fatales dies pro uno ubique instituantur. §. 2. In [31] his autem casibus in [32] quibus biennium constitutum est, quatenus more consultationum in regia urbe sub communi audientia florentissimorum sacri nostri palatii procerum ventilentur, biennii metas unius anni termino coartamus: ut intra eum & gesta colligere, & ea viris devotis epistolaribus [33] tradere, & refutatorios [34] libellos (si voluerint) offerre, & litem in sacrum nostrum consistorium introducere cogantur. Nulli licentia deneganda victrici parti, si voluerit, secundum quod jam constitutum est, etiam præmature causam inducere: neque annali

ciderit & illo tempore, tertio dies alios triginta & unum habeat, si rursus & illi fuerint elapsi, totidem quarto dies impetret. Quodsi tot diebus exciderit, tunc intra tres alios menses principem adeat, & reparationem appellationis petat, qua reparatione concessa, præcipitur, ne dies alius sex mensium ei concedatur, sed trium duntaxat mensium intervallum, numerandorum ex quo fatalis dies quartus præteriit. *ibid. Synops.* 1 De secundo lapsu, *l. 11. C. Theod.* 23. vid. Cujac. 16. *obs.* 7. 2 Tertius lapsus. 3 Quatuor fatales dies. 4 Quartum fatale. 5 Notæ di[...]iones minus nocent. 6 De fatalibus in arbitris delegatis a P. Prætorio, magistro officiorum, illustribus. 7 Si judex vel a Præfectis, vel a magistro officiorum, vel ab alio quodam illustrium magistratuum in urbe Constantinopoli delegatus fuerit, & appellatio contra ejus sententiam subsequuta: ἡ μὲν πρώτη κυρία, primus quidem fatalis dies esto duorum mensium, cæteri vero tres ad similitudinem supradictorum fatalium numerantur. Idem in arbitro delegato. *Synops. ibid.* 8 De fatalibus in sententiis illustrium. 9 Appellandi eadem ratio ab arbitro delegato, quæ a delegatis judicibus, de quibus paulo ante dictum est. *Synops. ibid.* 10 Dixi ad *l. 32. §. 4. supr. de appell.* 11 *l. 18. supr. de appellat.* 12 Tempus exercendæ & finiendæ appellationis, annuum est, nisi impedimentum aliquod subsit: tunc enim biennii est. Goth. Hæc auth. canonisata est *can. 41. caus. 2. q. 6.* Ans. 13 Si de causa appellationis compromittitur, tempora interim non currunt. 14 Si stat per principem quominus judicetur, non currunt tempora appellationis, donec princeps constituat, quis cognoscat. 15 Si stat per judicem appellationis, non currunt fatalia. 16 Appellationes ad consistorium pertinentes nunquam ultra statutum tempus fiant: sive quis preces offerat, sive sacrum a Principe rescriptum impetret: non alio denique prætextu: sed ut omni modo quisque suam provocationem insinuare studeat: & gesta in illo judicio, contra quod provocavit, vel statim, vel omnino citius dimidio appellationis tempore tradat. Qui hoc tempus præterlabi siverit, dispendio suo multabitur. *Synops. Basil. 9 tit. 8. cap. 127.* 17 *Utendi. Synops.* Βασιλικῶν, & male: aut sane non necessario. Recte dicitur actio vivere. *Instit. de perpet. & temp. act. l. 1. §. 1. vers. nemo. supr. de annali except.* vid. Cujac. 18. *obs.* 37. 18 9. *Ecl. 1. c. 127.* 19 *l. 24. ff. de appellat.* 20 Adde *l. 29. in fin. ff. de evictione.* 21 In appellationis causa produci & probari possunt non deducta, vel probata in causa principali, *ut hic.* Quid si qui appellat, sciens noluit ea in judicium deducere in causa principali? non audietur. Bald. *hic.* Quid si judex inquisitione facta sententiam tulit? sententiam suam tueri atque defendere non poterit, novarum probationum prætextu. Bald. *hic.* adde alium casum ex Socino *reg. 323.* 22 *Eclog. d. loco cap. 128. & l. 6. §. 1. l. 37. supr. de appellat.* Appellatio a definitiva novis ex causis & probationibus defendi potest, *ut hic.* Quid si probationes non omnino novæ sint, sed ex veteribus pendentes? Quid si probationes novæ quidem, sed super alia re sint? Quid si exceptio dilatoria proponatur? Quid si probationes à sciente omissæ? aliud dicendum fuerit, ut notat Duenazius *reg. 48.*

23 Adstructionibus. 24 Appellatio ab interlocutoria ex iisdem actis defendi debet. adde *Clement. C. appellantis. 5. de appell.* Quid si lata contra absentem? Quid si in causa principali judex probationes admittere noluit? Quid si interlocutoria injuriam, cujus nulla reparatio sit, contineat? Quid si appellatio ex ipsius adversarii facto descendat? appellari potest. Socin. *reg. 22.* 25 Appellatio cum exercetur, licentia est utrique parti novis assertionibus, quæ in priori judicio usurpatæ non sunt, & exceptionibus utendi, modo ad ipsum caput pertineant, & jam in priore judicio motæ sint. *Synops. Basil. 9. tit. 1. cap. 128.*

26 Probatio, veritatis lumen. vid. quæ notavi *ad tit. de probat.* 27 Tempus appellationis inchoandæ, quod per *l. 2. supr. h. t.* erat varium ex diversitate judicum, hic variatur ex diversitate locorum. 28 *Synops. d. loco, cap. 128. vers. constitutio jubet.* 29 Non ipso jure de reparatione ab aula concedi solita, vide quædam apud Cujacium *cap. 16. de præscript.* 30 Pro quinque fatalibus diebus qui per *l. 2. ff. h. t.* introducebantur, hic unus tantum introducitur decem dierum propter labilem hominum memoriam. vel ita: Fatales dies, non ii omnino quibus fatum completur, sed decem dies fatalem præcedentes, cum ipso fatali & aliis quinque. Nam fortassis in calculo dierum erratur. Igitur ubicunque fatalis diei mentionem inveniemus, decem dies præstabimus. *Synops. d. c. 128.*

31 Appellationis causa unius anni spatio finitur, ut tamen nihilominus altera pars, quæ victrix in provinciali judicio fuit, potestatem habeat, si quidem velit, etiam citius introducendæ causæ, & ita peragendæ, ut etiam absente parte quæ provocavit, lis decidatur. *Synops. d. c. 128.* 32 Ubi olim biennium dabatur ad introducendam appellationem in consistorio principali, per hanc legem datur annus, tam appellatori quam appellato, si voluerint causam introducere. 33 Epistolares, qui cancellarii. *l. 8. ff. de adsessoribus.* 34 *l. ult. §. 1.*

spatio

spatio expectato. §. 3. Si tamen in [1] sacro nostro consistorio lis exordium ceperit, etiam si non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus: cum iniquum sit propter occupationes [2] florentissimi ordinis, quas circa nostræ pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum deperire. §. 4. Illud [3] etiam merito addendum huic legi censemus, ut si quis fatali die apud appellationis judicem introductus, sive ex parte una [4] sive cognitionaliter causæ appellationis imponat [5] exordium; deinde relicta ea discedat, & in desidia reliquum tempus permaneat, & annale tempus post inchoatam litem præterierit; victore neque sententiam ad effectum perducere valente, propter litem jam inchoatam, neque jam terminum accipere inveniente, cum appellatoris absentia eam finiri non facile concedat: hujusmodi iniquitatem amputantes, cum adversarius potest etiam minime præsente appellatore [6] litem exercere, quia hoc speciale privilegium ejus est, qui appellationi examinandæ præsidet, posse & ex una parte causam dirimere: jubemus eundem appellatorem, nisi observaverit judicium, & causam usque ad finem peregerit, sed etsi per eum steterit, quo [7] minus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari, & sententiam contra eum latam in suo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam si ab initio minime fuerit provocatum: nisi ipse appellator evidentissimis probationibus [8] possit ostendere, se quidem summa ope nisum, voluisse litem exercere; per [9] judicem autem stetisse, vel aliam inexorabilem causam subsecutam, propter quam hoc facere minime valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus, quo effluente, & lite minime finem accipiente, cadere eum de appellatorio juvamine disponimus: cum ei sit apertissima facultas & nostram adire majestatem, & tarditatem [10] judicis in querelam deducere, & nostro beneficio perpotiri. §. 5. Cui consentaneum est, ut & in sententiis omnium amplissimorum Præfectorum prætorio [11] ex divino oraculo retractandis [12] eadem observatio, quæ supra dicta est, post ingressum unius, vel utriusque partis tam propter absentiam personarum, quam propter statuta tempora teneat.

§. 6. Sin autem partes inter se scriptura interveniente paciscendum [13] esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire, vel ullum fatale [14] observare: eorum pactionem firmam [15] esse censemus. Legum etenim austeritatem in hoc casu volumus pactis [16] litigantium mitigari. Dat. 15. Kal. Decembr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LXIV.

QUANDO PROVOCARE NON EST NECESSE [17].

De sententia lata contra res judicatas, a quibus appellatum non est.

1. Imp. ALEXAND. A. Apollinari, & aliis.

Latam [18] sententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod [19] contra [20] res prius judicatas, a quibus provocatum non est, lata sit. Cujus rei probationem si promptam habetis, etiam citra provocationis adminiculum, quod ita pronuntiatum est, sententiæ auctoritatem non obtinebit. PP. 8. Kal. April. ALEX. A. CONS. 223.

De sententia lata contra jus institutionis, vel contra jus litigatoris.

2. Idem A. Capitaneis.

Si cum inter te & aviam defuncti quæstio de successione esset, judex datus a Præside provinciæ pronunciavit [21] *potuisse* [22] *defunctum etiam minorem quatuordecim annis testamentum facere, ac per hoc aviam potiorem esse*: sententiam ejus contra tam manifesti juris formam datam nullas habere vires palam est: & ideo in hac specie nec provocationis auxilium necessarium fuit. Quod si, cum de ætate quæreretur, implesse defunctum [23] quartum decimum annum, & per hoc, *jure factum testamentum* pronunciavit, nec provocasti, aut post appellationis impletam causam destitisti: rem judicatam retractare non debes.

De Decurionatu, & Duumviratu.

3. Imp. GORDIANUS A. Ingenuo.

Si (ut proponis) suspensa apud Amplissimos judices cognitione provocationis, quam te ob id interposuisse dicis, quod Decurio [24] nominatus esses, ad Duumviratum vocatus es: manifestum est præjudicium futuræ [25] notioni memoratorum Judicum fieri non potuisse.

Si Magistratus dentur judices.

4. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALER. C. Juliano.

Cum magistratus datos Judices, & [26] unum [27] ex his pronunciasse proponas: non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia jure non teneat.

De multis.

5. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Domitiano.

Certa ratione & fine [28] multare Præsides possunt. Quod si aliter, & contra [29] legis statutum modum provinciæ Præses multam vobis irrogaverit: dubium non est, id quod contra [30] jus gestum videtur, firmitatem non tenere, & sine appellatione posse rescindi. PP. Id. Januar. CARO & CARINO CONSS. 283.

De die sententiæ.

6. Iidem AAA. Germano.

Cum non [31] eo die, quo Præses provinciæ præcepit, Judex ab eodem datus pronunciaverit, sed ductis diebus alieniore tempore sententiam dedisse proponatur: ne ambages frustra interpositæ provocationis ulterius negotium protrahant, Præses provinciæ, superstitiosa appellatione submota, ex integro inter vos cognoscet.

De sententiis venalibus.

7. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Nicagoræ.

Venales [32] sententias, quæ in mercedem a corruptis Judicibus [33] proferuntur, etiam citra interpositæ provocationis auxilium jam pridem a divis Principibus infirmas esse decretum est.

De Decurionatu.

8. Iidem AA. Constantino.

Si pater tuus, cum Decurio creareris, non [34] consensit, & decimum quintum annum ætatis agis, aditus Præses provinciæ, si inhabilem [35] te ad eundem Decurionatus honorem esse perspexerit: quando hujusmodi ætati etiam prætermissa appellatione subvenitur, iniquam nominationem removebit.

De vacatione onerum, & munerum veteranis concessa.

9. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

Veteranis [36], qui in legione, vel vexillatione militantes, post vicesima [37] stipendia honestam, vel causariam [38] missionem consequuti sunt; onerum, vel [39] munerum personalium vacationem concessimus. Hujusmodi autem indulgentiæ nostræ tenore remunerantes fidam [40] devotionem militum nostrorum, etiam provocandi necessitatem remisimus.

De condemnatione impensarum omissa.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Omnem honorem [41] salvum Judicibus reservantes, si quando una pars quasi læsa per definitivam eorum sententiam, provocatione usa fuerit, interdicimus alteri parti, quæ vicit [42], pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro sumptibus [43], litis, vel detrimentis, vel minus quam oportuerat, jussa est, provocationem offerre: cum & ipsa decisionem litis recte factam esse confiteatur: Judicibus scilicet, sive florentissimis proceribus sacri nostri palatii, sive his quibus pro minore litium æstimatione consultationes delegantur, (si perspexerint adjuvandum [44] esse victorem sumptuum perceptione) etiam sine provocatione ejus, hoc statuentibus, & justam eorundem sumptuum quantitatem definientibus. Sed nec occasione consultationis introducendæ victori provocare concedimus: cum & priscis legibus liceat ei & sine provocationis auxilio eandem consultationem differente suo adversario introducere: & nos ei nihilominus hoc permittimus, injuriam ex supervacua provocatione judicibus fieri prohibentes. Dat. 7. Id. April. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

supr. de appell. 1 *Nov.* 123. *c.* 1. 2 Tempora quibus jus non redditur in consistorio principis, ipso jure non currunt. 3 *Novell.* 93. 4 *l.* 12. *supr. de legib. l.* 4. J. *de accus. l.* 3. J. *de quæst.* adde *Novell.* 49. *Novell.* 126. Cujac. 4. *obs.* 32. 20. *obs.* 11. 5 Appellationis causa ob omissam in ea litis contestationem non vitiatur si modo in prima litis instantia contestata lis fuerit. Effectus enim litis contestationis durat post sententiam in causa appellationis, neque per eam extinguitur aut suspenditur. Decius *in cap. per tuas* 58. *Extr. de appell.* Rota *decis.* 107. Guido Papæ *decis.* 58. Bellamera *decis.* 697. Neque distinguitur, pars sit præsens vel absens: ut si non necessaria sit litis contestatio in causa appellationis parte absente, præsente sit necessaria: & ita judicatum in Camera Spirensi refert Mynsing. 1. *observ.* 1. 6 Idque μονομερῶς *Nov.* 49. An appellationis processus vitietur ob missam litis contestationem, vid. Mynsing. 1. *obs.* 1. 7 Lite non contestata ad sententiam definitivam perveniri non potest, *ut hic, Doctores in c. quoniam frequenter* 5. *Extr. ut lite non contestata.* fallit in causa appellationis, nullitatis adnexa appellationi, si actor judicium fugit, si officio judicis cogitur in causa criminali, si judicium non dirigitur adversus tertiam personam, si de libertate obtinenda agitur. *l.* 1. §. 2. ff. *de adsertione.* in beneficiorum causis. *c.* 1. *de eod. qui missus in possess. in* 6. vide Socin. *reg.* 239. 8 Desertor excusatur causa cognita. 9 Vide Cujac. *ad Novell.* 49. & 93. 10 Tarditas sive mora judicis in querelam deduci potest. 11 Statuta in causis appellationis, locum habent in causa supplicationis, interpositæ a Præfecto prætorio. 12 Vide *l. pen.* ff. *de fide instrum.* vide Cujac. *ad Nov.* 82. 13 Juri appellandi potest facto renunciari. *l.* 1. §. 3. *ff. a quibus appellat.* Pactum valet, ut dies fatales non observentur. *Synops. Basil. d. c.* 128. *in fin.* 14 Potest conveniri, ne ullum fatale servetur. 15 Imo est infirma. vide Roland. a Valle 1. *cons.* 29. *n.* 7. 28. 29. 16 *l.* 43. *ff. de pact. l.* 25. *l.* 27. *ff. de reg. jur. l.* 1. *supr. fin. regundo.*

17 Vid. *L.* 49. *D.* 8. In regno Galliæ hic titulus non servatur: quia necessaria est appellatio, etiam in casibus, ubi sententia est ipso jure nulla. Rebuff. *in proœm.* 1. *const. gloss.* 5. *n.* 90. 18 Sententia si adversus aliam sententiam lata sit, ad eam rescindendam appellatio non est opus. *Synops. ibid. c.* 128. *in fin.* 19 Vide quæ scripsi ad *l.* 2. J. *h. t.* 20 Una & eadem res non admittit contrarias sententias, id est, contra sententiam quæ in rem judicatam transiit, provocari non potest: & si pronunciatum fuerit, appellare non erit necesse. 29. *Ecl.* 1. *c.* 128. *in fin.* vide Oldend. *cap.* 21. *de sent. si contra rem judicatam iterum pronuncietur.* 21 Sententia contra jus expresse lata, ipso jure non valet, *ut hic*, & *l. si expressim.* 19. *ff. de appellat.* Cujus sententiæ sedecim exceptiones vide apud Socin. *reg.* 354. 22 Jure scil. & male, cum id contra leges fit. *l.* 5. J. *h. t. l.* 19. *ff. de appell. l.* 1. §. 2. *ff. quæ sent. sine appell.* Error juris in sententia expressus sententiam vitiat, facti non vitiat, ideoque appellandum est, vide Wurmser. 1. *pract.* 22. *c.* 12. 23 *l.* 5. *ff. qui testam.* 24 Causa præjudicialis impedit electionem ad munera. vid. *Nov.* 134. *c.* 3. adde *l.* 7. §. 1. *ff. de decurionib.* 25 Suspenso genere, suspenditur quælibet ejus species. 26 Sententia ab uno ex pluribus delegatis lata, non valet, & nulla est. Quid si potestas ea facta est ipsis delegatis, ut alter sine altero posset judicare? Quid si qui sententiam non tulit, juret sibi non liquere? valere sententiam ab uno latam refert Socin. *reg.* [illegible]5. 27 Tantum sine aliis. Pluribus simul delegatis, sententia non valet ab uno tantum lata. *l.* 39. *ff. de re judic.* vide Oldendorp. *c.* 12. *de sentent.* 28 Judex ultra modum suæ jurisdictionis multare non potest. *l.* 20. *ff. de jurisd. v.* ff. *de modo multarum.* Oldendorp. *c.* 29. *de sentent.* 29 *l.* 2. *sup. h. t.* 30 Quod contra jus geritur, firmitatem non habet. *c.* 64. & 82. *de reg. jur. in* 6. 31 Non valet sententia lata per judicem delegatum extra delegationis tempus, *ut hic*, nisi consensu partium dies prorogatus fuerit. *l.* 2. §. 2. *ff. de judic.* 32 Venalis sententia ipso jure nulla. vid. Old. *c.* 7. *de sent. & re jud. l. ult. supr. de pœna jud. qui male. l.* 15. *in fin. ff. de judic.* Quid si arbitraria sit sententia, hoc est, a compromissario lata? Quid si ab uno ex pluribus judicibus pecunia corrupta lata? valet. Socinus *reg.* 356. 33 Quid si arbitro? paulo ante dixi. 34 *l.* 1. *supr. ne filius pro patre. l.* 1. *supr. quod cum eo qui in aliena.* 35 Minor ætate, vocatus ad decurionatum tutus est ipso jure sine appellatione: maxime si pater non consentit. *l.* 6. §. 1. *l.* 11. *ff. de decurionibus. l.* 2. *ff. de vacat. & excusat. mun. l.* 8. *ff. de munerib. l.* 2. *in fine ff. de jure immunit. l.* 2. *in fin. ff. de regulis jur.* 36 Veteranus habens immunitatem, vocatus ad munera personalia, non tenetur appellare. vid. *l. ult.* J. *de veteran.* adde *l.* 2. J. *de re milit. l.* 8. §. 5. 6. *ff. de excusat. tut. l. ult.* J. *de his qui non implet. stipendiis.* Tacit. 1. Suidas 2. vide Cujac. 9. *obs.* 35. 37 Vicesima stipendia militum. de quibus vide quæ scripsi ad *l.* 2. J. *de re judic.* 38 *l.* 2. §. 2. *ff. de his qui notantur.* 39 *Et*, Haloander. 40 Fida devotio militum. 41 Honor judici præstandus. 42 Victor, victo appellante, necesse non habet & ipse appellare: ob hanc unam causam, quod videlicet nulla, vel minor expensarum litis, & detrimentorum ratio habita sit, quoniam hoc sententia judicis, ad quem victus appellavit, suppleri potest. 43 ff. *de fructibus & litium expensis.* 44 Judici appellationis data licentia est, appellantem in sumptus non condemnatum, condemnandi. *l.* 39. *vers. sancimus. supr. de appellat.*

TIT.

TIT. LXV.
QUORUM APPELLATIONES NON [1] RECIPIUNTUR [2].

De absente per contumaciam.

1. Imp. ANTONINUS A. Sabino.

EJus, qui per contumaciam [3] absens, cum [ad] agendam causam vocatus esset, condemnatus est negotio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest. PP. Non. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De criminibus.

2. Impp. CONSTANTIUS, & CONSTANS, AA. ad Hieroclem Consularem Syriæ Cœles.

OBservare [4] curabis, Ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum [5], adulterorum, itemque [eorum, qui manifestam violentiam commiserunt,] argumentis [6] convictus, [7] testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus [8] audiatur appellans. Sicut enim hoc observari disposuimus; ita æquum est testibus productis, instrumentisque prolatis, aliisque argumentis præstitis, si sententia contra eum lata sit, & ipse, qui condemnatus est, aut minime voce sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari. Dat. 5. Idib. Decemb. LEONTIO & SALUSTIO CONSS. 344.

De officialibus.

3. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. ad Modestum P. P.

NUlli [9] Officialium *a sententia proprii judicis* provocatio tribuatur: nisi [10] in eo tantum negotio, quod ratione civili super patrimonio forte apud proprium Judicem inchoaverit: scilicet ut in eo tantum negotio a sententia, ejus cui paret, Judicis, quisquis velit Officialis appellet: quod per procuratorem etiam [11] persequi jure tribuitur. Dat. 4. Id. Jun. *Cyzici*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De causa fisci, vel principis.

4. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS, & GRATIANUS, AAA. ad Olybrium P. V.

ABstinendum [12] prorsus [ab] appellatione sancimus, quoties fiscalis [13] calculi satisfactio postulatur, aut tributariæ functionis solenne munus exposcitur, aut publici, vel etiam privati (dummodo evidentis atque convicti [14]) redhibitio debiti flagitatur: [ut] necessario in contumacem [15] vigor judiciarius excitetur. PP. Romæ, 15. Kalend. Septemb. VALENTINIANO & VALENTE II. AA. CONSS. 368.

De executione sententiæ.

5. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTINIANUS, AAA. ad Thalassium Proconsulem Africæ.

AB [16] executione appellari non posse, satis & jure & constitutionibus cautum est: nisi forte executor sententiæ modum judicationis excedat. A quo si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, ut si res mobilis [17] est, ad quam restituendam executoris opera fuerit indulta: appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur, & [sequestro [18]] idoneo collocetur reddenda ei parti, pro qua facer cognitor judicaverit.

† Quod si de possessione, vel de fundis executio [cessaverit,] & eam suspenderit provocatio, fructus omnes, qui tempore interpositæ provocationis capti, vel postea nati erunt, in deposito [19] collocentur, jure fundi penes eum, qui appellaverit, constituto. † Sciant autem provocatores, se vel ab executione appellantes, vel ab articulo [20], si eos perperam [21] intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta [22] librarum argenti animadversione multandos. Dat. 3. Kalend. Febr. *Trev.* VALENTE VI. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 378.

De testamentis aperiendis, & de heredibus in possessionem mittendis.

6. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. V.

QUisquis [23] ne voluntas defuncti [24] testamento scripta reseretur [25], vel ne hi, quos scriptos patuerit heredes [26], [in possessionem [27] mittantur,] ausus fuerit provocare, interpositamque appellationem is, cujus de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit, viginti librarum argenti [28] multa, & litigatorem, qui tam importune [29] appellaverit, & judicem, qui tam ignavam [30] conniventiam [31] adhibuerit, involvat. Datum Non. April. *Trev.* AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

De Discussore & Rationali.

7. Iidem AA. & ARCAD. ad Pelagium Comitem rerum privatarum.

ANte [32] sententiæ tempus, & ordinem [33] eventus, nec [34] a Discussore [35], nec a Rationali appellari liceat. Dat. 15. Kal. Mart. *Mediol.* ARCAD. A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De publico debitore.

8. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Comiti rerum privatarum.

ET [36] publicarum necessitatum, & privati ærarii deposcit utilitas, ne commoda, quæ domui nostræ debentur, callidis debitorum [37] artibus differantur. Quamobrem appellatione eorum rejecta, qui aperte manifesteque convicti sunt: hoc observari præcepi hujus auctoritate censemus, ut ei quem constiterit esse publicum [38] debitorem, appellationis beneficium denegetur. Dat. 3. [39] August. *Med.* ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

TIT. LXVI.
SI PENDENTE [40] APPELLATIONE MORS [41] INTERVENERIT.

Instantia causæ appellationis transit ad heredem. Bart.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

ETiam post mortem ejus, qui [42] appellavit, necesse est heredibus ejus, vel reddere causam provocationis, vel statutis acquiescere. PP. 3. Non. Decembr. ALEXAND. CONS. 223.

2. Idem A. Marcellinæ.

EJus, qui requirendus [43] annotatus appellavit, & ante actam causam mortuus est, bona [44] ad successorem pertinere, Parentibus meis placuit. PP. 3. Non. Decembr. ALEX. CONS. 223.

Expressa ademptio bonorum morte appellantis non perimitur: secus in tacita. Bald.

3. Idem A. Ulpio.

SI is, qui ademptis bonis in exilium datus est appellaverit, ac pendente provocatione defunctus est: quamvis crimen in persona ejus evanuerit, tamen causam bonorum agi oportet. Nam multum [45] interest, utrum capitalis pœna irrogata bona reo quoque adimat, quo casu morte ejus extincto crimine, nulla quæstio superesse potest: an vero non ex damnatione [capitis,] sed speciali Præsidis sententia bona auferantur: tunc etenim subducto reo, sola capitis causa perimitur, bonorum remanente quæstione. PP. 6. Id. Mart. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

Causa appellationis interpositæ a muneris nominatione morte appellantis expirat. Paul. de Castr.

4. Imp. GORDIANUS A. Alexandro.

SI pater tuus ad Decurionatum [46] evocatus appellationem interposuit, eaque pendente concessit in fatum, honoris ejus quæstio morte finita est.

Licet moriatur ancilla petita cum peculio: durat tamen causa appellationis propter peculium. Paul. de Castr.

5. Idem A. Felici.

QUamvis ancilla [47], de cujus dominio disceptabatur, & a Rectore provinciæ contra te jus dictatum fuerat, in fatum concesserit: tamen cum ap-

1 *L.* 11. *C. Theodos.* 36. dixi *L.* 49. *D.* 5. 2 Hic titulus rarius in Gallia servatur: cum omni appellationi, propter superioris reverentiam, deferatur: nisi sententia, ex constitutione regia executioni mandari possit, non obstante provocatione. *gloss.* §. 1. *versic. injusta. de frivolis appellat. in Pragmat.* Reb. *ff. in proœm. const. gloss.* 3. *num.* 99. Bugnon. *in legibus abrogat. duobus locis.* 3 Contumax non auditur appellans. *l.* 4. *in fin. infr. l.* 13. §. 2. *supr. de judiciis. Novell.* 82. *cap.* 5. *in fin.* 4 *l.* 7. *Cod. Theod. h. t.* 5 Legem hanc repetiit Ludovicus Carrerius. Vide Guterium 3. *part. resol. c.* 8. *n.* 5. & Menchacam *illustr. controvers. c.* 41. Mod. 6 Convincendorum reorum tres modi, argumenta, testes, confessio. 7 Convictus & sponte confessus non appellat. Convictus non confessus: aut confessus quidem, sed vi tormentorum appellat. *l.* 244. *ff. de verb. significat.* 8 Confessus non appellat. *Goth.* Vide Zanger. *de Tortur. reorum cap.* 5. *num.* 72. Estque hæc lex canonizata *can.* 41. *caus.* 2. *q.* 6. Ans. Usum hujus l. vid. apud Grœneweg. *de legib. abrogat. hic.* S. L. 9 *l.* 17. *C. Th. h. t.* 10 Officialis delicti in officio suo commissi a suo judice condemnatus non appellat, *ut hic.* Quid si in causa rei suæ sive patrimonii sui damnatus sit? potest appellare. *ut hic.* 11 Adde *l.* 2. *supr. de procurat. l.* 10. *C. de appellat.* vide *l.* 1. *ff. an per alium causæ appellat.* 12 *l.* 19. *C. Theod. h. t.* 13 In causa fiscali condemnatus non appellat. adde *l.* 8. *in fin. infr. h. t.* 14 Convictus non est qui negat, nisi contrarium probetur. v. Mynsing. 4. *obs.* 50. 15 *l.* 1. *supr. h. t.* 16 Ab executione & executore, nisi modum excedat, non appellatur. *l.* 25. *C. Th. h. t.* Symmachus 1. *epist.* 25. *l.* 21. *C. de appell. l. ab executore* 4. *ff. de appell.* vide Roland. a Valle 1. *cons.* 43. *n.* 5. Wurmſ. 1. *pract.* 24. *c.* 10. adde quæ dixi ad *l.* 2. *C. de episc. audient.* Quid si executionis ipsius injuria reparari non potest, nisi appelletur? Quid si non executio, sed interlocutoria sit, quæ vim definitivæ habeat? Quid si nulla definitiva post speretur? Quid si judex ab interlocutoria appellari permittat? Quid si pronunciatio de exequendo nuda sit? appellari posse notat Socin. *reg.* 26. 17 In executionibus, res mobilis (si ab executoris injuria appellatur) non traditur actori, sed apud tertium deponitur: immobilis vero fructus sequestrantur. 18 Dixi *supr.* de sequestratione. 19 Ἐν μέσῳ τῷ δικῶν Græci: his adde *l. ult. supr. quibus ad libert. proclam.* v. Cuj. 12. *observ.* 6. Paul. 15. *sentent.* 36. §. 1. si possessor condemnatus appellaverit, fructus sequestrantur. Symmachus in epistolis, *Constitutionis memor sequestravi mobilia, fructusque percepi, ne abutantur indebitis.* Quid si petitor sive actor appellaverit? non ita fit, nisi fructus populitentur ab adversario. *l. Imperatores* 21. §. *ult. ff. de appellationib.* 20 Id est, interlocutione. Jure canonico a quacunque interlocutione ex causa appellari potest. *can. Non ita* 2. *q.* 6. eoque jure utimur. 21 Pœna injusta appellatoris quinquaginta argenti libræ. *l.* 10. *l.* 25. *C. Theod. l.* 6. §. 4. *supr. de appellat.* adde Wurmſ. 1. *pract.* 24. *c.* 24. 22 *d. l.* 10. *d. l.* 25. 23 Appellari non potest ab iniquo statuto, licet a sententia dicta ex hujusmodi statuto appellare liceat. Bald. *hic, & in cap. cessante. extr. de appellat.* Soc. *reg.* 20. 24 *Diem functi, l.* 26. *Cod. Theod. h. t.* 25 *l.* 26. *C. Theod. h. t. ne testamentum reseretur & aperiatur, l. ult. ff. de appell. recip.* 26 *Edicti per D. Adrianum conditi beneficium consequantur, ausus fuerit &c.* & ita scriptum est in *d. l.* 26. de hoc edicto vide *l.* 2. *supr. de edicto D. Had. l. ult. supr. de codic.* 27 Ne scriptus heres in possessionem mittatur, non appellatur: & punitur tam appellans, quam appellationi deferens. vide *l. unic. J. si de momentanea possessione.* vide Wurmſ. 1. *pract.* 24. *cap.* 12. 28 *Auri, d. l.* 26. 29 *Importuna appellatio, ut hic, callida, l. ult. infr. h. t. moratoria, l.* 1. *C. Theod. h. t. superstitiosa, l.* 42. *C. Theod. de appellat.* 30 *Ignave, d. l.* 26. 31 *Cobibentiam, d. l.* 26. 32 *Ante certum sententiæ &c. l.* 29. *Cod. Theod. h. t.* περὶ ἀποφάσεως. 9. *Ecl.* 1. *c.* 78. adde *l.* 6. §. 3. *supr. de appellat.* vide Mynsing. 4. *obs.* 43. 33 Appellari a sententia interlocutoria jure civili non posse hinc colligunt, ut ex *l. ante* 2. *ff. de appell. recipiendis:* nisi appelletur a carcere vel a quæstione, vel ab excommunicatione, vel a cæteris denique omnibus quæ citra appellationem reparari non possunt, aut sane nonnisi difficulter reparari possunt. Idem censent, quoties interlocutoria ad negotium principale & substantiam negotii refertur: aut si judex actorum copiam deneget. *l.* 2. *C. ut lite pendente.* Idem etiam putant, si excusatio tutoris sententia rejecta fuerit. *l.* 1. §. *si quis tutor.* 1. *ff. quando appellandum:* ut & si sententia super legitimatione personæ lata: si judex fidejussorem idoneum esse pronunciavit. *l. arbitro.* 9. *ff. qui satisdare*, si minori sine curatore solvi jubeat. *l. ait prætor* 7. §. 2. *vers. permittitur. ff. de minorib.* aut probationes admittat vel deneget; si interlocutoria executionem meretur: si sententia lata in causa momentaneæ possessionis sit. Bart. *hic.* vide Duenazium *reg.* 54. 34 Imo licet ab interlocutoria appellare. *l.* 2. *ff. de appell. recip.* Goth. Et jure Canonico ante definitivam permittitur appellatio. *cap. ut debitas.* 59. *& cap. cum causam* 62. *& seq. extr. de Appell.* Adde Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. & *sess.* 13. *cap.* 1. *De Reformatione.* Ans. 35 *l.* 26. *supr. de appell.* vide *l. ult. infr. de discussoribus. lib.* 10. *tit.* 30. 36 *l.* 32. *C. Theod. h. t.* 37 Publicus debitor, manifeste convictus non appellat. 38 Adde *l.* 4. *supr. h. t.* 39 *Dat.* 4. *Id. Aug. C. Theod.*

40 *L.* 11. *C. Th.* 35. Dixi ad *L.* 49. *D.* 13. *l.* 2. *ff. quæ sent. sine appellat.* 41 Ejus qui appellavit, scil. vel ejus contra quem appellatum, vel hominis controversi. 42 Omnis instantia appellationis transit ad appellatoris heredes. Appellans tenetur heredes appellati citare: at non e contra. vid. Rebuff. *in proœm. const. gloss.* 5. *num.* 97. 43 Adnotatio inter reos non est condemnatio: & tamen ab ea appellatur. vid. *l.* 6. *infr. de accusat.* 44 Bona adnotata inter reos mortui pendente appellatione transeunt ad heredem defuncti, non ad fiscum. 45 Mortui pendente appellatione crimen morte extinguitur. An & quæstio bonorum ejus? utique: nisi nominatim bona ei fuerint adempta. Expressa ademptio bonorum morte appellantis non perimitur, secus si tacita. adde *l. ult. infr. si reus vel accusator mortuus fuerit. l. unic. ff. si pendente appellat. l.* 9. *in fin. ff. de jure fisci.* 46 Causa appellationis interposito honore, vel munere delato, morte finitur. 47 Mortua ancilla pen-

pellationem super ea re interpositam fuisse, & in numero [1] cognitionum pendere proponas, ea provocatio suo ordine [2] propter peculium ancillæ audiri debet.

Ultra tempus, quod datur ad prosequendam appellationem, dantur heredi appellantis quatuor menses. Paul. de Castr.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum Præf. urbi post alia.

SI [3] unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione [4] defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes ejus habeant, sed etiam alios quatuor [5] menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post lapsum ejus temporis quatuor [6] mensium numerabitur [spatium:] ne ignorantes negotium, vel etiam super adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. PP. 13. Kalend. Jun. *Sirmii*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CC. CONSS. 321.

TIT. LXVII.
DE HIS, QUI PER [7] METUM JUDICIS NON APPELLARUNT.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dorophani.

SI contra te jure pronunciatum est, nec appellationis auxilium imploratum est, intelligis acquiescere te statutis oportere. In sacro [8] enim comitatu nostro timere nihil potuisti. S. 15. Kal. Jun. *Philippopoli*, AA. CONSS.

Qui propter timorem vanum omittit appellare, videtur sententiæ acquiescere. Paul. de Castr.

2. Imp. JULIANUS A. Geminiano [9].

HIs [10], qui tempore competenti non appellant, redintegrandæ audientiæ facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra Præfectos urbi, [Magistros officiorum,] vel Magistros militum, seu Proconsules, seu Comites [11], seu Præfectos Orientis, [seu Vicarios Augustales,] vel alium judicem sub [12] specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a revocanda lite repellantur [13]. † Qui vero vim sustinuerunt, contestatione [14] publice proposita, intra dies videlicet legitimos, quibus appellari [15] licet, causas appellationis evidenti affirmatione distinguant: ut hoc facto tanquam interposita appellatione iisdem æquitatis adminicula tribuantur. Emissa 15. Kal. Jul. [16] MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

TIT. LXVIII.
SI UNUS EX PLURIBUS APPELLAVERIT [17].

Ubi est defensio communis, & eadem ratio vincendi, appellatio unius omnibus prodest, sed restitutio minoris non suffragatur majori. Bald.

1. Imp. ALEX. A. Licinio.

SI Judici probatum fuerit, unam [18] eandemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio justa pronunciata est, fuisse, nec diversitate factorum separationem accipere, emolumentum victoriæ secundum ea, quæ [sæpe] constituta sunt, ad te quoque, [qui nec provocasti] pertinere non ignorabit. PP. 14. Kal. Septembr. 2. *

2. Idem A. Sereno.

SI in una [19] eademque causa unus appellaverit, ejusque justa appellatio pronunciata est: ei quoque prodest [20], qui non appellaverit. Quod si ætatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetraverit, majori, qui suo jure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest.

TIT. LXIX.
SI DE MOMENTANEA [21] POSSESSIONE FUERIT APPELLATUM [22].

Sententia lata in possessorio etiam appellatione interposita, statim sortitur effectum: ita tamen possessio reformatur, ut quæstio proprietatis integra servetur. Bald.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Eusignium P.P.

CUm [23] de possessione [24], & [ejus] momento causa dicitur, etsi [25] appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. Ita tamen possessionis reformationem [26] fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur. Dat. 14. Kal. Decemb. *Mediolan.* HONOR. N.P. & EVODIO, CONSS. 386.

TIT. LXX.
NE LICEAT IN UNA EADEMQUE CAUSA TERTIO [27] PROVOCARE [28], VEL POST DUAS [29] SENTENTIAS JUDICUM, QUAS DEFINITIO PRÆFECTORUM ROBORAVERIT, EAS RETRACTARE.

Qui succubuit in duplici appellatione, non potest tertio appellare super eisdem articulis, & etiam supplicare. Bart.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI quis in quacunque lite iterum provocaverit, non liceat ei tertio [30] in eadem lite super iisdem capitulis provocatione uti, vel sententias excellentissimorum Præfectorum prætorio retractare [31]: licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam qui [32] eum dedit, ante [33] litem contestatam invocare: & hujusmodi petitione minime provocationis vim obtinente.

TIT. LXXI.
QUI [34] BONIS [35] CEDERE [36] POSSUNT.

De effectu cessionis.

1. Imp. ALEX. A. Irenæo.

QUi bonis cesserint, nisi [37] solidum creditor receperit, non sunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne judicati detrahantur in carcerem [38]. PP. 12. Kal. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, qui solvere paratus est.

2. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Abascanto.

SI quantitatem, quam licet Reipublicæ condemnatus debebas, inferre paratus es: frustra vereris, ne [39] verbum [40] *bonorum cessionis* temere a te prolatum, privare te necdum [41] distractis [42] facultatibus, juris rationibus possit. PP. 13. Kalend. Februar. PHILIPPO A. & TITIANO [43] CONSS. 246.

Si pater bonis cesserit.

3. Impp. VALERIANUS, & GALLIENUS, & VALERIANUS, Nobilissimus Cæsar AA. Juliano Lenissæ.

SI pater [44] tuus bonis cessit propter onera civilia [45], ipsius facultates oportet inquiri: non patrimonium, quod tibi emancipato quæsitum dicis, inquietari. Quod ut fiat, implorare æquitatem Præsidis debes.

De provinciis & de effectu cessionis.

4. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Chiloni.

LEgis Juliæ [46] de bonis cedendis beneficium, constitutionibus Divorum nostrorum Parentum ad provincias porrectum esse, ut cessio bonorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus sua [47] auctoritate dividere hæc bona, & jure dominii detinere; sed venditionis [48] remedio, quatenus [49] substantia patitur, indemnitati suæ consulere permissum est. Cum itaque contra

dente appellatione, licet quæstio proprietatis ejus evanuerit, durat tamen lis peculii ejus, *ut hic*, ut & fructus & partus & stipulationes de evictione. *l.* 16. *ff. de rei vind.* adde *l.* 3. *supr. ne de statu defunct.* 1 In numero cognitionum pendet appellatio, nondum re judicata ex appellatione: quemadmodum & *rei* ipsi *pendere* dicuntur nondum crimine liberati. 2 Id est, servato ordine introductionum. 3 Appellantium uno defuncto, heredes ejus quatuor alios menses habent. Nam de hereditate adeunda deliberare possunt, ac deinceps, vel accipere & exercere appellationem, vel non accipere, *ut hic. Synops. Basil.* 9. *tit.* 1. *cap.* 148. 4 *l.* 5. *supr. de appellat.* 5 Vid. *l.* 29. *ff. de re jud.* 6 Ultra tempus concessum appellanti ad exercendam appellationem, heres ejus quatuor menses habet, qui non currunt ex morte defuncti: sed ex quo finitum est tempus heredi deliberandi causa datum, vide omnino ad hanc constitutionem Cujac. *c.* 16. *de præscript. vers. Quintum est, ubi de temporib. exequendæ & agendæ appellationis.*
7 *L.* 11. *C. Theod.* 34. *propter*, Hal. 8 Ubi princeps, ibi securitas: ibi etiam cessat justi timoris præsumptio. *l. ult. supr. quod metus causa.* 9 *Ad Germanianum*, *l.* 30. *C. Theod. de appellat.* 10 *l.* 30. *C. Theod. de appellat.* 11 Metathesis, ita legendum est, Comites Orientis, seu præfectos Augustales, seu vicarios vel alium judicem. *d. l.* 30. vid. Cuj. 8. *obs.* 21. 12 Qui vano timore non appellat, sententiæ videtur acquiescere. 13 Adde *ex d. l.* 30. *Nobis enim moderantibus rempublicam, nullus audebit judex provocationis perfugium jurgantibus denegare.* 14 Qui justo metu ductus non appellat, intra tempora appellationis coram notario protestari debet, per se non stare quominus appellet. Hujusmodi protestatio vim habet appellationis legitimæ. vide Mynsing. 4. *observ.* 44. 45.
15 *Appellare*, *d. l.* 30. 16 *Jun. d. l.* 30.

17 Et obtinuerit in causa appellationis, ejus victoria correo prodest. 18 *l.* 2. *T. h. t. l.* 10. §. 2. *ff. de appellat. l.* 1. *supr. de divers. rescript.* 19 *l.* 1. *supr. h. t.* Goth. Totum hunc & seq. tit. Gratianus refert in *can.* 41. *caus.* 2. *q.* 6. Ans. 20 In Gallia non prodest. Nam quilibet tenetur appellare. vid. Rebuff. *in proœmio constit. glos.* 5. *num.* 98.

21 *Momentaria*, Hal. *si de momento fuerit appellatum*, *L.* 11. *C. Theod.* 37. Momentum est celeris reformatio, & restitutio possessionis per vim, aut alio modo ablatæ, aut interpellatæ. vid. Isid. 5. *Etymol.* adde *l.* 8. *infr. unde vi.* 22 Possuntne judices de causa proprietatis & possessionis simul cognoscere? possunt, si casus ita tulerit, non tamen coguntur. vid. Cujac. 2. *observ.* 35. 23 *l. un. C. Th. h. t.* 24 Mitti in possessionem si quis velit, contradictorem in jus vocare cogitur: qui si compareat, & missionis tempore expulsus non appellaverit, ad contradicendum postea non admittitur, *ut hic.* de quo vide Socinum *reg.* 163. 25 Ita celeris est momenti reformatio, *l.* 14. *infr. de agricolis, & censit. lib.* 11. *tit.* 47. ut appellatione retardari non possit. Symmachus 1. *epist.* In causis quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. A sententia, quæ causam possessionis dirimit, non licet appellare: ne quod beneficio celeritatis inventum est, subdatur injuriis tarditatis. *l.* 22. *Cod. Theod. quorum appellationes.* Hodie jure canonico appellari potest a possessione *cap. cum ad sedem* 15. *Extr. de restit. spoliat.* vid. Wurmserum 1. *practic.* 24. *obs.* 12. Sic appellare licet a causa momentaneæ possessionis, ubi notoria est injustitia: sed & injuria per sententiam illata reparari non potest: quoties melior est causa possidentis (ut in turpi causa) ubi missio facta est ex secundo decreto: ubi sententia super fructibus & eo quod interest lata. vide Socinum *reg.* 18. in Gallia sententia possessorii (*recredentiam* vocant) executioni mandari potest, non obstante appellatione. Imbert. *in Enchirid. in versic. Un mineur.* Rebuff. *in proœm. const. gloss.* 5. *n.* 101. Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Radelant. *decis. Ultraject.* 10. *n.* 7. Cujac. 1. *obs. c.* 20. Ans. 26 Reformari id dicitur quod restituitur.
27 Titulus ita conceptus est in Codice Theodosiano, *De possessione ab eo, quibus provocaverit, transferenda*, *l.* 11. *tit.* 38. adde *l.* 122. §. 5. *ff. de verb. oblig. Nov.* 82. *c.* 5.
28 In eodem articulo scilicet. vid. Wurmserum 1. *pract.* 24. *c.* 25. 29 Veluti si appellavero a duumviro ad præsidem, a præside ad præfectum urbi. 30 Appellare tertio in una eademque causa non licet, *ut hic.* Quid si judex secundus appellationis reum expensis oneravit? tertio appellare posse refert Angelus *hic.* Quid si consensu partium tertio, quartove appelletur? id permitti notat Bartolus *hic.* vid. Socinum *reg.* 328. 31 Retractatio est pro appellatione. 32 A sententia judicis dati appellatur ad eum qui dedit. *l.* 1. *ff. quis & a quo appell.* 33 Recusatio judicis non est appellatio.
34 An fœmina bonis cedere potest? vid. *l.* 7. *infr. h. t.* An ecclesia, minor, obligatus ad factum, mercator qui foro cessit, heres qui non confecit inventarium, debitor nulla molestia a creditoribus affectus, excommunicatus, subditus ob vectigalia & collectas non solutas: Doctor, miles, obligatus in specie debitor, Si creditorem habeat pauperiorem: spoliatus bonis in bello vel propter bellum: bannitus bonis restitutus: Debitor dives condemnatus pro delicto, vide apud Martin. Brunum *tract. de cessione bonor.* 4. *q.* 1. ubi alias quoque quæstiones proponit. adde Socin. *reg.* 46. ubi sedecim casus enumerat in quibus cessio bonorum non admittitur.
35 *Qui bonis ex lege Julia cedere possunt*, 4. *Cod. Theod.* 19. legis Juliæ meminit *lex* 4. *T. h. t.*
36 Dixi *L.* 42. *D.* 3. *Novell.* 135. 37 Qui bonis cedit, debito ipso non liberatur ipso jure, sed solo carcere: potest enim rursus a creditoribus conveniri, *l.* 7. *ff. h. t. Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex tit.* 5. *c.* 8. Quid, teneturne tantum quatenus facere possit? tenetur. §. *cum eo quoque* 40. *Inst. de act.* Excipe quatuor casus de quibus vide Socin. *reg.* 47. 38 Vincula & verbera proposita erant iis, qui creditoribus suis satis non facerent, *ut hic. & l. ult. infr. l.* 1. *Cod. Theod. h. t.* vide quæ scripsi ad leges 12. Tab. *tit. de hered. ab intest. in fin.*
39 Bonorum facta cessio, si res adhuc est integra, revocari potest. *l.* 3. *l.* 5. *ff. h. t. l.* 8. *infr. de distract. pign.* Pœnitere in ea licet rebus adhuc integris. 40 Adde *l.* 7. *ff. ad l. Jul. majest.*
41 Id est, re integra. 42 Qui cedit bonis, distractionem bonorum patitur. *l.* 3. *l.* 5. *ff. h. t. l.* 11. *supr. ex quib. caus. infam.* adde *Novell.* 135. dixi ad *leg.* 12. *Tab. lib.* 2. *tit.* 20. §. 27.
43 Γρ. Titiano. 44 Cessio bonorum facta a patre, ad bona liberorum ejus non extenditur. 45 Debitor principis, bonis potest cedere, *ut hic*, & *l.* 2. *in princ. supr. h. t.*
46 Lege Julia beneficium bonorum cessionis introductum. *Cod. Theod. h. t.* vid. Alciat. 2. *Parerg.* 4. 47 Facta bonorum cessione, creditores bona debitoris, autoritate sua jure dominii detinere non possunt. 48 Publice scilicet. 49 Id est, si modo res pro-

juris

juris rationem res jure [1] dominii teneas ejus, qui bonis cessit, te creditorem dicens, longi [2] temporis præscriptione petitorem submoveri non posse manifestum est. Quod si non bonis eum cessisse, sed res suas in [3] solutum tibi dedisse monstretur, Præses provinciæ poterit de proprietate tibi accommodare notionem.

De muneribus & honoribus.

5. Iidem AA. & CC. Myroni.

PRopter [4] honorem municipalem, vel munus [5], bonis cedentium invidiosam admitti cessionem minime convenit: sed his obnoxios pro modo substantiæ fungi.

De professione.

6. Imp. THEODOS. A. [apud acta] dixit.

IN [6] omni cessione [bonorum,] ex qualibet causa facienda, scrupulositate [7] priorum legum explosa, professio [8] sola quærenda est. §. 1. *Idem dixit,* In omni cessione sufficit voluntatis sola professio. Dat. Kalend. Maji, HONOR. N.P. & EUODIO CONSS. 386.

De filiisfamilias.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

CUm & filiifamilias [9] possint habere substantias, quæ patribus acquiri vetitæ sunt, necnon peculium [10], vel castrense, vel quod patre volente possident; quare cessio bonorum eis deneganda sit? cum & [si] nihil in suo censu hi, qui in potestate parentum sunt, habeant: tamen ne patiantur injuriam, debet bonorum cessio admitti. Si enim & paterfamilias admittendus est propter injuriarum timorem ad cessionis [11] flebile veniens adjutorium, quare filiisfamilias utriusque [12] sexus hoc jus denegamus? cum apertissimi juris est, & inter patresfamilias & inter alieno juri subjectos, si quid postea [13] eis pinguius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse a creditoribus legitimo modo avelli. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulat. LAMPAD. & ORESTIS, VV. CC. 531.

Si quidam ex creditoribus inducias dare & alii cessionem bonorum accipere velint.

8. Idem A. Joanni P.P.

CUm [14] solito more a nostra majestate petitur, *Ut ad miserabile [15] cessionis bonorum homines veniant auxilium, & electio detur creditoribus, vel quinquennale [16] spatium eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, salva [17] eorum videlicet existimatione, & omni corporali cruciatu semoto* [18]: quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias, alii autem jam nunc cessionem accipere velint, qui audiendi sint? In tali itaque dubitatione nemini putamus esse ambiguum, quod sentimus, & quod humaniorem sententiam [19] pro duriore eligimus, & sancimus, ut vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum causa judicetur. † Et si quidem unus creditor aliis omnibus gravior [20] in summa debiti inveniatur, ut omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum computatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, sive indulgere tempus, sive cessionem accipere desiderat. Si vero plures quidem sint creditores, ex diversis autem quantitatibus: etiam nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, sive par, sive discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinetur. Pari autem quantitate debiti inventa, dispari vero creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtineat: ita ut quod pluribus [21] placeat, hoc statuatur. Sin vero undique æqualitas emergat tam debiti, quam numeri creditorum, tunc eos anteponi, qui ad humaniorem [22] declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias: Nulla quidem differentia inter hypothecarios, & alios creditores quantum ad hanc electionem [23] observanda; in rebus autem officio Judicis partiendis, suam vim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum præstabit regula: Nullo præjudicio creditorum cuiquam ex quinquennii dilatione circa temporalem [24] præscriptionem generando.

TIT. LXXII.

DE BONIS [25] AUTORITATE JUDICIS POSSIDENDIS [26], SEU VENUNDANDIS, ET DE SEPARATIONIBUS BONORUM.

1. Imp. ANTONINUS A. Atticæ.

IN bonis mortui potiorem esse causam legatariorum, qui eum (utpote heredem) convenire potuerunt [27]: quam eorum [28], quibus ipse [heres] legavit, manifestum est: cum prius legatum quasi [29] æs alienum exigatur: legatum autem a mortuo relictum, post [30] debiti detractionem inducatur.

Creditores defuncti impetrant separationem a bonis, si fidem heredis non sunt secuti. Paul. de Cast.

2. Imp. GORDIANUS A. Aristoni.

EST jurisdictionis tenor promptissimus, indemnitatisque remedium Edicto prætoris creditoribus hereditariis [31] demonstratum, ut quoties separationem [32] bonorum postulant, causa cognita impetrent. Reportabis igitur convenientem desiderii tui fructum, si te non heredum fidem [33] secutum, sed ex [34] necessitate [35] ad judicium eos provocare demonstraveris.

3. Idem A. Claudianæ.

EX contractu, qui cessionem rerum antecessit [36], debitorem contra juris rationem convenies, cum eum æquitas auxilio exceptionis [37] muniat. At tunc demum iterato possis desiderare conventionem, cum [38] tantum postea quæsivit, quod Præsidem ad ejus rei licentiam debeat promovere.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Clarianæ.

INcivile est, quod postulas, ut unus ex chirographariis [39] creditoribus debitoris bona compellatur [40] suscipere, satis [cæteris] ejus creditoribus facturus.

5. Iidem AA. & CC. Acyndino.

SI bona debitoris tui vacare [41] constet, & hæc a fisco non agnoscantur, in possessionem eorum mitti te a competente Judice recte postulabis. 17. Kal. Januar. * CONSS.

Creditores hypothecarii chirographariis præferuntur. Bald.

6. Iidem AA. & CC. Agathomaro.

PRo debito creditores addici [42] sibi bona sui debitoris non jure postulant [43]. Unde, si quidem debitoris tui cæteri creditores pignori res acceperunt, potiores eos, quam [44] te chirographarium creditorem haberi non ambigitur. Quod si specialiter, vel generaliter nemini probentur obligatæ, ac sine [45] successore communis debitor, vel ejus heres decessit: non dominii rerum vindicatione, sed possessione bonorum, itemque venditione, æquali portione, pro [46] rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

Ubi creditor succedit debitori pro parte: pro ea parte debitum confunditur, & non ultro, nisi esset relictum animo compensandi. Bald.

7. Iidem AA. & CC. Domno.

SI uxor tua pro [47] triente patruo suo heres [48] exstitit, nec ab eo [49] quicquam exigere prohibita est; debitum a coheredibus pro [50] besse petere non prohibetur: cum ultra [51] eam portionem, qua successit, actio non confundatur [52]. Sin autem coheredes solvendo [53] non sint, separatione postulata, nullum ei damnum fieri patiatur. Dat. Kal. Decembr. AA. CONSS.

8. Iidem AA. & CC. Ælidæ.

IN possessionem rei servandæ uxor defuncti, vel alii creditores missi, dominium [54] ex ea causa tenentes adipisci minime possunt.

Si citatus debitor comparet, ordinarie proceditur contra eum ad sententiam ferendam, & exequendam, si non comparet, procedatur ad missionem, & venditionem. Bald.

9. Iidem AA. & CC. Teruncio.

CUm proponas, eum, contra quem supplicas ex administratione negotiorum tibi obligatum, hunc secundum juris rationem adito Rectore provinciæ potes convenire. Nam si [55] ad circumscriptionem [56] tui juris latitat, nec defenditur, & eum *tuum esse debitorem* constat: ad exemplum Edicti, bonorum [57] ejus possessionem poteris impetrare. Tempore autem transacto, etiam venditionem eorum a competenti Judice postulare non prohiberis. Dat. 14. Kal. Septemb. DIOCLET. * & MAXIM. * AA. CONSS.

In AUTHENT. de exhib. & introducend. reis. §. si vero semel. col. 5. tit. 8. al. 6. Novell. 53. cap. 4.

ET *qui jurat* [58] se venturum ad Judicem, *si se subtraxerit, Judex ipse si administrator sit, vel is, qui Judicem dedit, jubeat, eum exhiberi. Si vero omnino*

pria debitoris fuerit. 1 *l.9. infr. tit. proxim.* 2 Vid. *l.31. ff. de usurpat.* 3 Debitoris bona creditoribus in solutum dari possunt. 4 Facit *l.12. in fin. supr. de episc. & cleric. l.17. supr. de rescind. vend. l.16. ff. de munerib. l.9. infr. de excus. munerum.* 5 Evitandum scilicet. 6 *l.2. Cod. Theod.* 7 Videtur cessio bonorum olim facta solennibus verbis. 8 Nuda voluntas, *d. l.2. l. ult. ff. h.t.* vid. Fornerium 2. *select.27.* 9 *Filiusfamilias possit. Hal.* Etiam filiifamilias bonis possunt cedere. 10 Vid. Cuj. 13. *obs.* 18. 11 Cessionis bonorum flebile auxilium est. 12 Cedere bonis mulier potest. vid. Matthæum Brunum *tract. cess.* 4. *quæst.* 1. Quid Ecclesia? potest quoque. *Nov. ut determinetur.* 11. *§. si quis autem.* 13 *l.4.6.7. ff. h.t. l.3. infr. tit. prox. §. ult. Inst. de act.* 14 Si creditorum alii dilationem dare debitori volunt ea lege, ne cedat bonis & integrum solvat: alii præsentem bonorum cessionem admittunt: qui potiores? Numerus creditorum inspicitur. 15 Miserabile bonorum cessionis auxilium. 16 Vid. *l.4. §. de precib. imper. off.* vid. Papon. 10. *Arrest.* 9. *des respits & quinquenelles: & 3. notar.* 8. Cujac. 2. *observ.* 10. Rebuff. *in tract. de litteris dilatoriis.* spatium hoc quinquennii a principe impetrabatur, at non beneficium cessionis bonorum. 17 Vid. *l.11. supr. ex quib. caus. infam.* vid. Hot. 24. *Illustr.* 18 *l.1. in fin. supr. h.t.* adde *Nov.135. & ibid.* Cujac. Fornerium 2. *select.27.* 19 Humanior sententia, duriore rejecta, præferenda est & eligenda. 20 Facit *l.10. ff. de pactis.* 21 Quod pluribus in bonorum cessione concedenda placet, admittendum. 22 *l.3. in fin. ff. de his quæ in testamento:* dixi ad *l.56. ff. de reg. jur.* 23 Secus quod ad jus debiti consequendi. *l.1. ff. h.t. l.6. infr. tit. prox.* Goth. An & quatenus majori parte creditorum consentiente in induciarum concessione, aut debiti remissione minor pars sequi debeat: vid. Censur. forens. nostr. *lib.4. c.44. num.4. & seqq.* S.L. 24 Dilatione pendente præscriptio adversus creditores non currit. 25 *De rebus, L.42. D.5.* 26 In Gallia non mittuntur actores in possessionem bonorum, maxime in causis beneficialibus, uti Rebuffus notat *proœm. const. gloss.5. n.10.* 27 *l.11. in fin. ff. ut in possess.* 28 Legatarii defuncti priores sunt legatariis heredis, atque ita ordo est inter legatarios diversorum testamentorum, quia legatarii prioris testamenti, respectu legatariorum secundi testamenti, quasi creditores censentur. 29 Legatum, quasi æs alienum. 30 Legatum detracto ære alieno solvitur. 31 *l.6. in fin. §. de hered. act.* 32 *l.1. §.1. ff. de separation.* 33 Creditores defuncti separationem a bonis heredis impetrant: nisi heredis fidem sunt secuti. Cur ita? quia qui fidem heredis sequitur, cum herede contrahit: ideoque creditor est heredis. 34 Necessitate qui litigat, adversarium non probat. 35 Facit *l.1. §.15. l. ult. ff. de separation.* vid. Cujac. 10. *obs.* 25. 36 *l.7. supr. tit. prox.* 37 Exceptio cessionis. *§. ult. vers. ecce enim. Inst. de replic.* 38 *d.l.7.* 39 Quid in hypothecariis? idem. Bald. *hic.* 40 *l.2. §.3. ff. de curatore bonor. dando.* 41 Mortuus si heredem non habet, creditores in possessionem mittuntur. vid. *l.6. in fin. J. l.4. ff. h.t. l.1. supr. ne pro dote mulieris, bona quond.* Aliæ sunt causæ possessionis bonorum rei servandæ causa, puta si quis fraudationis causa latitet, ne in jus vocetur. vid. *l.9. J. h.t.* aut vocatus non veniat, nec defendatur. *l.2. ff. quib. ex caus. in possess.* si exilii causa solum verterit, nec defendatur. *l.13. d. tit.* si heres satisdare jussus non satisdet. *l.15. ff. de rebus auctor.* adde Cujac. 10. *obs.* 31. 42 Statim scil. 43 *l.1. J. de jure dominii impetrando. l.4. supr. tit. prox. l.14. supr. de pactis.* 44 Hypothecarii creditores præferuntur chirographariis. vid. quæ dixi ad *l. ult. in fin. supr. tit. prox. l.9. infr. qui pot.* 45 *l.5. supr. h.t.* 46 Pro rata debiti, chirographarii creditores pretium ex bonis debitoris redactum inter se partiuntur. 47 Heres particularis non repræsentat defunctum, nisi quatenus est heres: ut non in majorem quantitatem confundatur actio. 48 Pro rata qua creditor succedit, confunditur actio. 49 *l.6. supr. de hered. inst.* 50 *l.1. l.6. supr. de hered. act.* 51 Dixi ad *l.5. l.6. supr. de hered. act.* 52 Confusionis habetur ratio hic: ne duo contraria sint in eodem subjecto. 53 *l.1. §.1. ff. de separat.* 54 Missus in possessionem ex primo decreto dominium non adquirit. *l.4. supr. qui bon. ced. poss. l.5. ff. ut in poss.* 55 Missio ut fiat, hæc intercedere prius oportet. Oportet enim debitorem primum latitare, id est, abesse turpiter & quidem in fraudem creditorum: deinde non defendi: tum constare eum debitorem esse ipsius actoris summatim saltem. Inde petitur bonorum possessio & fit missio. Tempus postea aliquod labi & interjici necesse est, ut ad venditionem bonorum latitantis perveniatur, (quod spatium arbitrio judicis definitur) ut ex pretio redacto satisfiat creditoribus. 56 Decretum primum, vel secundum ut interponatur, reum latitare necesse est. *ut hic.* nisi adversus reum jam damnatum agatur, & in ejus bona fiat eo nomine executio. *l. properandum 13. §. sin autem reus 3. supr. de judiciis.* nisi quis absens sit dolo malo reipublicæ causa. *l. & qui data opera. 5. ff. ex quib. causis majores.* nisi reus ipse fisco debeat, & a fisco conveniatur. *l.1. supr. si propter publicas pensitat.* 57 *l.19. ff. de in jus vocand. l.7. §.1. quib. ex caus. in poss.* adde quæ dixi ad *l.5. supr. h.t.* 58 Perjurus qui juravit judicio sisti, nec comparuit, adhuc citandus est, antequam missio fiat in ejus bona.

absit, examinet Judex, ubi sit, induciis [1] *datis, intra quas si non occurrat, secundum unam partem examinato negotio mittet actorem in possessionem rerum ejus juxta* [2] *mensuram declarati debiti* [3]. *Quod si redeat* [4], *antequam prosequatur causam, resarciat actori omne damnum: præstabitque fidejussorem de lite prosequenda, & res suas suscipiet.*

Misso uno ex creditoribus in possessionem ex primo decreto, cæteri venientes debito modo, & congruo tempore, videntur in possessionem missi. Bald.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm apud veteres quæstionem ortam invenimus super pecuniis debitis, pro quibus hypothecæ non sunt constitutæ, propter res ad debitorem pertinentes, dum is severiores creditores formidans, sese celaverit, & illi de rebus ad eum pertinentibus competentia ingrediantur judicia, postulentque in possessionem rerum sese transmitti: si [5] etiam alii creditores, quibus obnoxius esse videtur, possint quandam habere communionem in rerum possessione: hujusmodi dubitationem amputantes, censemus per præsentem divinam generalem constitutionem, Ut si non omnes hujusmodi debita prætendentes, sed ex his certi ab judiciali sententia in possessionem rerum mittantur, non solum hi, sed etiam [6] alii omnes talia debita prætendentes, eadem commoditate potiantur, ut possint cum prioribus rerum detentatoribus communionem habere in rebus, de quibus (sicut superius declaratur) prolata fuerit sententia. Quid enim justius est, quam [7] omnes, qui ad res debitoris mitti debent, esse participes hujusmodi commoditatis? Ut autem non in perpetuum aliorum negligentia illi, qui pro suis debitis alacriores creditoribus aliis ostenduntur fuisse, prægraventur: rectius nobis esse videtur, tunc communionem habere in possessione rerum alios creditores, qui non hoc peregisse noscuntur, cum præsentes [8] quidem in una eademque degentes provincia, in qua & possessores rerum commorantur, intra duorum annorum spatia, absentes [9] autem intra quadriennium creditoribus possessionem antelato modo detinentibus suum debitum certum [10] faciant, & expensas [11] secundum quantitatem debitorum persolvant eis, qui sententias consecuti sunt, per sacramentum [12] eorum manifestandas, qui eas adipiscendæ gratia possessionis rerum sustinuerunt: quia & secundum debita satis eis fieri, explorati juris est. Post [13] completum autem memoratum tempus, nullam eis esse licentiam eos, qui possessionem adepti sunt, molestare, vel aliquibus damnis afficere: actiones autem, quas ex legibus sibi competere putaverint: contra suos exercere debitores.

§. 1. Sin autem hi, qui detinent possessiones, vel ex sententia judicis res vendiderint, vel alio quocunque legitimo modo omne jus, quod in iisdem rebus habere noscuntur, in alias personas post definitum a nobis [14] tempus transtulerint [15], & certas pecunias acceperint: quicquid superfluum inventum fuerit, & amplius quam eis debetur, hoc modis omnibus necesse est eos præsentibus tabulariis signare, & in cimeliarchio [16] sanctæ Ecclesiæ illius civitatis, in qua hujusmodi contractus celebratur, deponere: attestatione videlicet prius per memoratos tabularios conscribenda: præsente etiam eo, qui res eas vendiderit, vel in alias personas transtulerit, ut per eam manifestetur tam quantitas pecuniarum, quæ pro venditione rerum, vel translatione præstitæ sunt: quam earum, quæ superfluæ post dissolutum debitum inveniantur: ut si quis postea creditor apparuerit, & debiti cautionem ostenderit, possit ex his satis sibi facere: prius scilicet Rectore provinciæ sine aliquo damno causæ faciente examinationem, & non concedente nec viros reverendissimos œconomos, vel cimeliarchas [17] sanctæ ecclesiæ, in qua pecuniæ deponuntur, aliquod detrimentum, vel dispendium sustinere: per suam autem interlocutionem creditorem præcipiente secundum modum debiti ex depositis pecuniis suum accipere debitum. Ut autem non liceat creditoribus in [venditione, vel] translatione rerum, dolum, vel aliquam machinationem, vel circumscriptionem facere: jubemus attestationem super hoc celebrandam, apud Defensorem locorum, gestis intervenientibus, insinuari, sive tantum ex pretio, quantum debetur, sive plus, sive minus colligitur: & præsentibus non tantum (sicut dictum est) tabulariis, sed etiam viro reverendissimo cimeliarcha [18]: Apud quem (si ita contigerit) superfluæ pecuniæ signatæ deponendæ sunt: jusjurandum [19] sacrosanctis evangeliis propositis venditore, vel translatore rerum præstante, *quod neque per gratiam emptoris, vel ejus ad quem res jure cessionis transferantur, nec aliquo dolo interveniente minorem justo pretio rerum quantitatem acceperit, sed eam, quam revera cum omni studio potuerit invenire.* Dat. 15. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS virorum clarissimorum anno secundo 532.

TIT. LXXIII.
DE PRIVILEGIO FISCI [20].

Res paraphernales uxoris non obligantur fisco ex mariti primipilaris officio. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Eutropiæ.

BOna mariti tui si ob reliqua administrationis primipilariæ [21] a fisco occupata sunt: res, quas tuas [22] esse liquido probaveris, ab aliis separatæ tibi restituantur.

Mulier & fiscus in tacita hypotheca paribus passibus ambulant. Bart.

2. Idem A. Valerianæ.

QUamvis [23] ex causa dotis vir quondam tuus tibi sit condemnatus, tamen si priusquam res ejus tibi obligarentur, cum fisco contraxit, jus fisci causam tuam prævenit. Quod si post bonorum [ejus] obligationem rationibus meis cœpit esse obligatus, in ejus bona cessat privilegium fisci [24]. PP. 14. Kal. Novembr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Uxor solvens fisco pro marito, non succedit in hypotheca fisci, nisi cessa sit actio. Bald.

3. Idem A. Julianæ.

SI cum pecuniam pro marito solveres, neque jus fisci in [25] te transferri impetrasti, neque pignoris causa domum vel aliud quid ab eo accepisti, habes personalem actionem: nec [26] potest præferri fisci rationibus, a quo dicis ei vectigal denuo locatum esse: cum eo pacto universa, quæ habet habuitve eo tempore quo ad conductionem accessit, pignoris jure fisco teneantur. Salva igitur indemnitate fisci debitorem tuum pro pecunia, quam pro eo fisco solvisti, more solito convenire non prohiberis. PP. 3. Kal. Jan. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

4. Idem A. Quinto.

SI debitor cujus fuisse fundum ipse confiteris, prius [27] eum distraxit, quam fisco aliquid debuit, inquietandum te non esse Procurator meus cognoscet: nam etsi postea debitor extiterit, non ideo tamen ea, quæ de dominio ejus excesserunt, pignoris jure fisco potuerunt obligari. PP. 3. Kal. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Fiscus potest revocare pecuniam alii creditori solutam sine usuris. Bart.

5. Imp. ALEXANDER A. Mennæ.

PEcunia quam creditor a debitore suo recepit, si postea ex justa causa fisco restituenda [28] erit, sine usuris debetur [29]: quia non fœnus contractum [30], sed suum recuperatum extraordinario [31] jure [32] aufertur [33]. PP. 15. Kal. Jun. FUSCO, & DEXTRO CONSS. 226.

6. Imp. GORDIANUS A. Severianæ.

CUm patrem tuum fisci debitorem fuisse demonstres, eumque nubenti [34] tibi possessionem dedisse alleges: Procuratorem jus fisci exequentem eam jure pignoris revocare potuisse intelligis. PP. Non. Jun. SABINO, & VENUSTO CONSS. 241.

7. Impp. VALER. GALLIEN. AA. & VALERIAN. C. Diodoro.

SI [35] in [36] te jus fisci, cum reliqua [solveres] debitoris, pro quo satisfaciebas, tibi competens Judex adscripsit [37], & transtulit: ab his creditoribus, quibus fiscus potior habetur, res quas eo nomine tenes, non possunt inquietari. PP. 15. Kal. Jun. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

1 Induciæ dantur absenti. 2 Non in omnia bona, ut olim. *l. 1. ff. quib. ex caus. in possess.* 3 Quo nomine etiam expensas & damna intellige. 4 Contumax reversus re integra, rerum suarum possessionem certa lege revocat, *ut hic.* 5 *Si*, pro *utrum.* 6 Si creditorum unus missus fuerit in possessionem ex primo decreto, ejus missio proderit omnibus aliis creditoribus præsentibus, & intra biennium venientibus & debitum ostendentibus, & expensas pro rata refundentibus: absentibus vero si intra quadriennium venerint & superiora præstiterint. 7 *l. 12. ff. de rebus autorit. judic.* 8 De creditoribus præsentibus. 9 De creditoribus absentibus. 10 De qualitate debiti. 11 De præstandis expensis. 12 Missus in possessionem jurat de expensis. 13 Intra quod tempus creditores admittuntur adversus missum in possessionem. 14 Hæc verba *à nobis*, Alciatus expungit 1. *dispunct.* 19. 15 Missionis utilitas alteri cedi potest. 16 *Cimeliarcho*, quidam etiam ita legunt, & male: de cimeliarchio adde *l. 20. §. 1. J. de agricolis & censit. lib.* 11. *tit.* 4. vid. quæ dixi ad *l. 9. §. 6. ff. de pœnis. Novell.* 74. *c. 4. §. 2. l. 30. supr. de episcopali audient.* adde Theophilum *in §. sacræ 8. Institut. de rerum divisione.* 17 *Cimeliarchos, Nov. 40. in præf. §. 1.* 18 Cimeliarcho, hunc quidam vertunt thesaurarium. 19 Vid. quæ dixi ad *l. 6. §. 4. supr. de his qui ad ecclesias.*

20 Adde *lib. 10. tit. 1. infr.* adde *L. 49. D. 14. Synops. Basil. 7. tit. 6. ex tit. 9.* His adde Everardum in Topicis *loco* 61. a fisco ad Ecclesiam & piam causam: in *loco* 62. a fisco ad dotem: in *loco* 63. a fisco ad minores: in *loco* 64. a minoribus ad fiscum: in *loco* 65. ab Ecclesia ad fiscum. 21 Id est, administratæ annonæ. 22 Propter dotem non dotales. *l. 4. infr. in quibus caus. pign. tacite.* dixi ad *l. 2. supr. ne uxor pro marito.* Res paraphernales uxoris fisco non obligantur ex mariti primipilaris officio. 23 Tacita hypotheca fisci & dotis, pari jure censetur, si quis prius debitor fisci factus sit, ita ut ei bona ipsius obligarentur, ac deinceps uxorem duxerit, ita ut dotis quoque nomine sint obligata, fiscus dote potior est. sin e contrario dotis nomine prius obligatus fuerit, dos fisco præfertur, *ut hic, Synops. Basil. 9. tit. 5. ex tit. 9. c. 2.* Itaque mulier & fiscus in tacita hypotheca pares, & ideo qui prior eorum fuerit tempore, potior erit jure. Pares enim privilegii ratione, privilegiati ad jus commune rediguntur. vid. *l. 12. infr. qui potior. l. 9. supr. de jure dot.* Dos & fiscus denique in tacita hypotheca paribus passibus ambulant, *ut hic l. dotis tuæ 9. supr. de jure dotium. Nov. 91. c. 1.* uterque (fiscus scil. & mulier) tacitam hypothecam suis ex contractibus habet. *l. 2. infr. in quib. caus. pignus tacite contr. l. 1. l. aufertur. l. 46. §. fiscus. 3. ff. de jure fisci. l. unica §. 1. S. de rei uxoriæ act. l. ult. supr. de pactis conventis. l. assiduis* 12. *J. qui potiores. §. fuerat* 29. *Inst. de act. c. ex litteris 5. extr. de pign.* Et proinde si inter se concurrant, præfertur is eorum qui prior tempore fuerit. *hac l. & d. l. dotis* 9. Quemadmodum ergo fiscus non præfertur prioribus & anterioribus expressam hypothecam habentibus. *l. si fundum 4. J. & l. si pignus 8. ff. qui potiores.* ita nec dos. *communis opinio in d. l. assiduis* 12. ut fiscus præfertur anterioribus creditoribus generalem tantum habentibus in bonis debitoris postea quæsitis. *l. si qui mihi 28. ff. de jure fisci. l. 3. J. h. t.* sic & dos: quia in ambiguis doti favendum est. *l. in ambiguis 85. ff. de regulis.* Salycet. *in d. l. assiduis* 12. (licet Glossa ibidem contrarium sentiat). Ut fisci obligatio præsumitur privati obligationem præcessisse. *l. 1. S. de jure fisc.* sic & dotis obligatio. Salycet. *d. l. assiduis* 12. Melior est tamen fisci conditio in causa primipili, id est, annonæ militaris, quam conditio dotis. *l. 1. supr. h. t.* Contra quibusdam casibus potior est causa dotis quam fisci: quia tacita mulieris præfertur privati creditoris tacitæ, licet anteriori. *d. l. assiduis.* Salycet. *Authent. quo jure. J. qui potiores:* fiscus tamen non item, *l. unica S. rem alienam gerentibus. l. si pignus 8. ff. qui potiores.* Plateus *l. unica. J. pœnis fiscalibus credit. præferri.* Idem tacita dotis hypotheca, licet posteriori, præfertur fisco, bona alicujus occupare volenti ex causa maleficii, quia in delictis fiscus tacitam hypothecam non habet. *Gloss. in d. §. fiscus & l. rescriptum 10. ff. de pactis.* 24 Inter mulierem & fiscum servatur ordo temporis. Quid si mulier concurrit cum privato antiquiore? privatum vincit. *l. assiduis 12. J. qui potiores.* concurrens cum fisco antiquiore, vincitur. Concurrens cum privato & fisco antiquioribus (demus maritum contraxisse cum privato, ac fiscum cum muliere) vincit privatum & fiscum; fiscum quidem non concurrendo cum fisco, sed concurrendo cum privato, eumque vincendo qui jam vicit fiscum. vid. Anton. Mercatorem 3. *Notar.* 14. Robert. 3. *Animadvers.* 14. 25 Uxor solvens fisco mariti nomine in hypothecam fisci non succedit, nisi ei cessa sit actio. vid. *l. 7. J. h. t.* Ideoque si maritus denuo conduxit vectigalia, potior erit causa fisci quam mulieris. Cur ita? fiscus præfertur omnibus hypothecam non habentibus: mulier solvens pro marito tacitam hypothecam in bonis mariti non habet. 26 *l. 2. infr. in quib. caus. pign. l. 46. §. 3. ff. de jure fisci.* 27 Si quis distraxerit, & postea fisco debuerit, a fisco non convenitur is qui ab eo rem comparavit. *Synops. d. tit. 9. c. 4.* Privilegium fisci non extenditur ad bona debitoris, vendita antequam contraxerit cum fisco, *ut hic, & l. 1. infr. de conveniend. fisci debitoribus. l. 9. §. 2. J. de bonis præscript. l. 15. ff. de donat.* nisi in fraudem fisci alienatum. *l. 1. J. de jure fisc.* 28 Fiscus potest ex suo privilegio pecuniam creditori solutam sine usuris revocare. *l. 19. ff. de jure fisci.* 29 Cur sine usuris? fiscus rem persequitur, non personam. In persecutione in rem usuræ non veniunt. *l. 62. ff. de rei vind.* 30 Id est, creditor pecuniam recipit ut suam, non ut mutuum fœneratitium quod ei auferri non potest, nisi extraordinaria persecutione, in quam usuræ venire non possunt. 31 Id est, cognitione præsidis: puta si debitor non sit solvendo. 32 Sui scilicet privilegii. 33 Soluta plerumque pecunia creditori aufertur, *ut hic, & l. 6. §. 2. ff. de reb. aut. jud. l. 24. ff. quæ in fraudem cred. l. 18. §. ult. l. 19. ff. de jure fisci.* 34 Debitor filiam in fisci præjudicium dotare non potest, & si dotaverit, dos retrahetur. 35 Imo ut judex non transtulerit, privilegiarii tamen ii quoque videntur, quorum pecunia ad privilegiatum pervenit. *l. 2. ff. de cess. bon. l. 24. §. 1. 2. ff. de reb. aut. jud.* vid. Cujac. 18. *obs.* 40. 36 Fisco seu in jus fisci succedens, potior est illis creditoribus quibus & fiscus præferebatur. *Synops. d. tit. 7.* 37 Privilegium fisci transferri potest. *ut hic. & l. 3. supr. h. t. l. 45. §. 8. ff. de jure fisci.* Galli, *le faire subroger & mettre aux droicts du Roy.*

TIT. LXXIV.
DE PRIVILEGIO [1] DOTIS.

Privilegium, quod datur ratione personæ, ad heredes non transit. Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Firmo.

SCire debes, privilegium dotis quo mulieres utuntur in actione de dote, ad [2] heredem non transire. PP. Kalend. Maji, POMPEJANO & AVITO CONSS. 210.

TIT. LXXV.
DE REVOCANDIS [3] HIS, QUÆ IN FRAUDEM [4] CREDITORUM ALIENATA [5] SUNT [6].

Alienatis bonis a debitore in fraudem creditorum, superest postea creditori actio personalis contra debitorem, & revocatoria contra eum, in quem facta est alienatio. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Cassiæ.

HEres, qui post aditam hereditatem ad eum, cui res cessit, corpora hereditaria transtulit: creditoribus permansit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis ejus excussis 7, usitatis actionibus (si tibi 8 negotium gestum fuerit) ea, quæ in fraudem alienata probabuntur, revocabis. PP. 2. Id. Octob. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Pater non potest dotare filiam in præjudicium creditorum.

2. Imp. ALEXAND. A. Symphorianæ.

SI successione patris abstenta 9 fuisti: ob ea, quæ in dotem [10] data sunt convenire te creditores nequeunt, quibus pignora in dotem data non docentur: nisi bonis defuncti non sufficientibus, in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur. PP. 10. Kalend. Julii, PROBO, & MAXIMO CONSS. 233.

Filius, qui nihil possidet de bonis paternis, nec titulo donationis, nec alio, non potest a creditoribus paternis conveniri. Bald.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Acyndino.

SI paterna [11] hereditate abstinuisti [12], nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis ejus in te donationis [13] jure transcriptum est: a privatis creditoribus Præses provinciæ conveniri te non patietur. PP. 10. Kalend. Jul. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Heres non revocat alienata in fraudem a defuncto. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Epagatho.

FIlios [14] debitoris, ei succedentes, veluti in creditorum fraudem alienatorum facultatem revocandi non habere, notissimi juris est. Subscripta 10. Kal. Maji, AA. CONSS.

5. Iidem AA. & CC. Crescentio.

IGnoti juris non est, adversus eum, qui sententia condemnatus, intra statutum tempus [15] satis non fecit, nec defenditur, bonis possessis, itemque distractis: per actionem in factum contra emptorem, qui sciens [16] fraudem comparavit, & eum, qui ex lucrativo [17] titulo possidet, scientiæ mentione detracta, creditoribus suis esse consultum. S. 10. Kal. Novembr. AA. CONSS.

6. Iidem AA. & CC. Menandræ.

SI actu [18] solenni [19] præcedentem obligationem peremisti: perspicis adversus fraudatorem intra [20] annum [21] in quantum facere potest, vel dolo malo fecit, quominus possit, Edicto perpetuo tantum actionem permitti.

1 Privilegia dotis varia sunt, de quibus vide Baldum Novellum, Campegium, & alios *in tractatib. de dote. Nov. 97. cap. 3. & 109. & 29. Ecl.* 1. vid. Baldum *ad l. 1. ff. soluto:* Oldend. *cap. 13. de jure singulari.* Fisci privilegiis dos in tacitis hypothecis fruitur, & cum fisco paribus passibus eo casu ambulat, de quo vid. quæ diximus *ad l. 2. J. tit. prox.* 2 Privilegium dotis non transit ad heredem extraneum mulieris, *ut hic. Synops. Basil. 7. tit. 6. ex tit.* 9. Imo ad heredem indefinite transit. *l. 13. §. 3. ff. de fundo dotali.*

3 In Gallia literis regiis hujusmodi revocatio fieri debet. Rebuff. *proœm. const. gl. 5. n.* 102. 4 Dixi ad *L. 42. D. 8. & §. 6. Inst. de act.* 5 Alienandi verbum latissime patet. *l. 1. in fin. ff. h. t. l. ult. supr. de reb. alienis non alienandis.* 6 Per actionem Paulianam scil. de qua vide Oldend. *Class. 6. act.* 1. 7 Pauliana adversus possessorem non competit, nisi bonis debitoris excussis. 8 *Sicut negotium* &c. quidam ita legunt. vide Cujac. *7. observ. ult.* Putat autem intelligi usitatas actiones in factum quæ rem gestam demonstrant. *l. 6. supr. de transact.* 9 Vide *l. 3. J. h. t.* 10 Dos filiæ in bonis patris non est. vide *l. 11. ff. quib. mod. pign.* 11 Dos in fraudem creditorum constitui non potest. facit *l. 13. supr. de don. ante nupt. l. 6. supr. de privil. fisci.* vid. tamen *l. ult. J. de primip. lib. 12. tit. 63. Syn. Basil. 2. tit. 6. tit. 8. c. 17.* & 3. Harm. 5. §. 51. 12 *l. 2. in pr. supr. h. t. l. 4. supr. arbitr. tut. l. 22. §. 1. verb. similique. supr. de jure deliberandi. l. 1. supr. de repudianda hered. l. 4. J. de primip. l. 57. ff. de adquir. vel omitt. heredit.* Abstinendi verbum hic pertinere ad emancipatum filium Cujacius putat. Nam emancipatus abstinere dicitur. 13. *obs.* 33. 13 Donare in fraudem creditorum non possumus. 14 Filii non revocant alienata in fraudem, ne patris alioquin turpitudinem detegant. 15 Utilis anni. *l. ult. J. h. t. l. 6. in fin. J. h. t. & l. 10. §. 19. ff. h. t.* 16 Adde *l. 1. l. 6. §. 8. l. 10. ff. h. t.* 17 Revocatoria quoties actione agimus, qualitas alienationis spectanda, quippe si titulo lucrativo res alienata est, fraudem dantis intervenisse sufficit: Sin vero oneroso, dantis simul, & accipientis intervenisse necesse est. *l. 6. §. 11. ff. h. t.* 18 Actus solennis stipulatio. 19 Puta acceptilatione. *l. 1. in fin. ff. h. t.* 20 Vide ad hanc legem difficilem satis, Cujac. 12. *obs.* 5. 21 Vid. *l. 5. in pr. supr. h. t.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER OCTAVUS.

TIT. I.
DE INTERDICTIS [1].

Interdicta, ne rami arborum noceant, per identitatem rationis extenduntur, ne earum radices officiant. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A. Evocato.

CUm [2] proponas, radicibus [3] arborum in vicinia Agathangeli area [4] positis crescentibus, fundamentis domus tuæ periculum afferri: Præses, ad exemplum interdictorum, quæ in albo [5] proposita habet [Prætor,] *Si arbor in alienas ædes impendebit:* item, *Si in alienum agrum impendebit:* quibus ostenditur, nec [6] per arboris quidem occasionem vicino nocere oportere, rem ad suam æquitatem rediget. PP. 6. Kal. April. JUL. II. & CRISPINO CONSS. 225.

2. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Mesiæ 7.

PRæses provinciæ in eum, qui ejusdem 8 provinciæ non est, nec ex interdicto 9 potest cognoscere. PP. 7. Kalend. Maji, SECULARE, & DONATO CONSS. 261.

Possessorium præfertur petitorio, cum de utroque simul est quæstio, & succumbens in eo, debet probare in petitorio, & agitur interdictorum exemplo. Salic.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Pompejano P.P.

INcerti juris non est, orta proprietatis & possessionis lite, prius [10] possessionis decidi oportere quæstionem competentibus actionibus, ut ex hoc, ordine facto, de dominii disceptatione probationes ab eo, qui de possessione victus est, exigantur. Interdicta autem licet in extraordinariis [11] judiciis proprie locum non habent, tamen ad exemplum [12] eorum res agitur. Subscripta Kal. Januar. *Sirmii*, ipsis AA. CONSS.

Ille, qui proponit interdictum in limine judicii, tenetur actionem exprimere. Bald.

4. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Æmiliano P.P.

SI quis quodlibet interdictum efflagitet, ruptis veteribus ambagibus [13], inter ipsa cognitionum auspicia [14] actionem [15] exprimere [16], ac suas allegationes jubeatur proponere. Dat. 13. Kal. August. *Constantinop.* ARCADIO A. VI. & PROBO CONSS. 406.

1 Dixi ad *L. 43. D. 1.* Interdicta suntne hodie usitata? vid. *l. 3. & 4. J. eod. & l. ult. J. de liber. exhib. & ff. de interdictis sive de extraordinariis actionibus quæ pro his competunt.* 2 Arbor si vicini in media area posita magnis actis radicibus, domus meæ fundamentis periculum affert: cogitur vicinus prætoris seu magistratus providentia eum excidere. 2. Harmenop. 4. §. 102. 3 Interdictum *Ne rami arborum noceant*, per identitatem rationis extenditur, ne arborum radices officiant. 4 Εν τῷ μεσαυλίῳ. 5 Interdicta in albo proposita. vid. Cujac. 5. *obs. 17. in princ.* Goth. Adde Cujac. *lib. 8. obs. cap.* 15. Duaren. 1. *cap.* 13. Leonin. *Emendat. lib. 5. cap.* 8. Ans. 6 Neque per arboris quidem occasionem vicino noceri oportere. 7 Adde *l. 1. supr. ubi de hered. agit.* 8 *d. l.* 1. vid. *l. ult. ff. de jurisd.* his adde quæ scripsi ad *l. 3. ff. eodem.* Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 2. num.* 320. 321. Ans. Adde Cujac. *lib. 5. obs. cap.* 19. S. L. 9 De possessione scil. plerumque enim interdicta fiunt de possessione, vel quasi. vid. Cujac. 5. *obs.* 19. 10 Causa possessionis ante proprietatis causam deciditur. Possessorium præfertur petitorio, id est, petitorium causamque proprietatis præcedit. *§. 4. Inst. h. t. l. 3. supr. fin. regund. l. 37. ff. de judiciis. l. 13. supr. de rei vind. l. 35. ff. de adq. vel amitt. poss. l. 1. §. 3. ff. uti possidetis. 2. Feud. 4. & 20. & 87.* Unde colligitur, Interdictum retinendæ possessionis cum petitorio proponi simul non posse: ne sibi contrarius actor videatur, facit *l. ult. ff. de jud. l. ordinarii. l. 13. supr. de rei vind.* fallit, si agitur de re incorporali. *c. pastoralis 5. extr. de causa poss. & propriet.* aut diversis possessionibus: potest enim quis petitorio experiri ad possessionem naturalem adipiscendam: ut & retinendæ interdicto agere, ad civilem defendendam. Bart. *l. naturaliter 12. §. nihil commune 1. ff. de adq. vel amitt. poss.* Quid? interdictum recuperandæ vel adipiscendæ, potestne simul una cum petitorio proponi? potest. *l. 18. ff. de vi. l. 10. supr. de judic.* ubi dixi. Cujac. 7. *obs.* 35. adde Socinum *reg.* 187. 11 Quæ non concepta a Prætore formula impetrabantur. Frontinus & Aggenus *in lib. de limitibus agror.* ostendunt, jure ordinario ex interdictis actum fuisse. adde *l. 47. ff. de negotiis.* 12 Hodie ex interdictis non agimus veteri more per formulam: sed extra ordinem non directo, sed utiliter: non directo, sed quasi interdicto sive exemplo interdicti, *ut hic & l. ult. J. h. t. l. ult. J. de lib. exhib. l. 2. 4. infr. unde vi.* id est, actione in factum. *§. ult. Inst. h. t.* Inde titulus Pandectarum, *de interdictis sive extraordinariis act. quæ pro his competunt.* 13 Id est, omisso veteri ordine. *l. 4. supr. h. t. l. 3. infr. tit. prox.* ordine, inquam, adeundi Prætoris impetrandæ formulæ. vid. Cuj. 5. *obs.* 17. remotis denunciationum & temporum ambagibus, de quibus dixi ad *l. 2. supr. si ex plurib.* 14 Id est, confestim. 15 Utilem in factum. 16 Dixi ad *l. 2. supr. si ex plurib. tut.*

TIT. II.

QUORUM BONORUM [1].

Qui habet bonorum possessionem, non possidet: ideo pro adipiscenda possessione debet illud interdictum proponere, & de suo jure docere.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Justo.

HEreditatem [2] ejus quem patrem tuum fuisse dicis, petiturus, judicibus qui super ea re cognituri erunt, de fide intentionis [3] allega. Quamvis enim bonorum possessionem, ut præteritus agnovisti, tamen [4] interdicto, *quorum bonorum*, non aliter possessor constitui poteris, quam si [5] te defuncti filium esse, & ad hereditatem, vel [6] bonorum possessionem admissum probaveris. PP. 8. Kalend. Januar. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

Succedens ab intestato sorori patrueli per bonorum possessionem unde agnati, bona hereditatis avocat ab injustis possessoribus per interdictum, Quorum bonorum. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Marco.

SI ex edicto sororis patruelis intestatæ [7] sine liberis defunctæ, recte petita bonorum possessione quæsisti successionem, ac negotium integrum [8] est: quæ cum moreretur, ejus fuerunt, secundum interdicti, *quorum bonorum*, tenorem ab [9] his, qui pro [10] herede, vel pro possessore possident, dolove malo fecerint, quo magis desierint possidere, tibi Rector provinciæ restitui efficiet. PP. 6. Kal. April. CC. CONSS.

Consanguinei defunctæ in successione præferuntur ejus viro, & exceptio dominii requirens altiorem indaginem in hoc interdicto contra negantem non debet admitti. Salic.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Petronio Vicario Hispan.

COnstat [11] virum [12] a bonis intestatæ uxoris superstitibus consanguineis esse extraneum: cum prudentium omnia responsa, & lex ipsa naturæ successores eos faciant. Ergo jubemus, ut omnibus frustrationibus [13] amputatis, per interdictum *quorum bonorum*, in petitorem corpora transferantur, secunda actione proprietatis non exclusa. Dat. 6. Kalend. August. *Mediolani*, OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

TIT. III.

QUORUM [14] LEGATORUM [15].

Heres contra legatarium possidentem habet hoc interdictum, ut sibi possessionem restituat, ut possit Falcidiam retinere. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Latinæ.

HEredi [16] scripto satis idonee [17] lege Falcidia, si exhausta legatis successio probetur, per quartæ retentionem prospectum est. Unde si legatarius, vel fideicommissarius non consentiente patre tuo, quem adseveras testatori successisse, & bonorum possessionem accepisse, relicta sibi legata, vel fideicommissa detinuit: secundum sententiam interdicti [18], quod adversus legatarios scriptis heredibus propositum est, oblata [19] satisdatione, quam præstari oportet, in possessionem te constitui, ut ita retentione [20] competenti utaris, experiri potes. Dat. 16. Kal. Jun. AA. CONSS.

TIT. IV.

UNDE [21] VI.

De vi propulsanda.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Theodoro.

REcte possidenti, ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat, inculpatæ [22] tutelæ moderatione illatam vim [23] propulsare [24] licet [25]. PP. 15. Kalend. Decembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De anno, de heredibus.

2. Iidem AA. & CC. Alexandro.

VI [26] pulsos restituendos [27] esse interdicti exemplo [28], si necdum utilis [29] annus excessit, certissimi juris est: & heredes [30] teneri in tantum, quantum [31] ad eos pervenit. S. AA. CONSS.

De violenta possessione non tuenda.

3. Iidem AA. & CC. Ulpiæ & Proculinæ.

AUctoritatem vobis Rescripti [32] nostri tenendæ possessionis, quam vos per violentiam adeptam profitemini, accommodari nimis improbe postulatis. S. 8. Id. April. CC. CONSS.

De criminali & civili judicio. De fructibus.

4. Iidem AA. & CC. Hygino.

SI de possessione vi dejectus es, eum & lege Julia [33] vis privatæ reum postulare, & ad instar [34] interdicti *unde vi* convenire potes, quo reum causam [35] omnem præstare oportet: in qua fructus [36] etiam quos vetus possessor percipere potuit, non [tantum] quos prædo percepit, venire non ambigitur. S. 6. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

De vi, errore, & domini incuria.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Tertullianum.

INvasor [37] locorum pœna teneatur legitima [38]: si tamen vi loca eadem [39] invasisse constiterit: Nam si per errorem aut incuriam [40] domini loca [41] ab aliis possessa sunt: sine pœna possessio restitui [42] debet. Dat. 6. Kal. Maji, GALLICANO & SYMMACHO CONSS. 330.

De rescriptis & sententiis. 1. De tutoribus & curatoribus.

6. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Potito P. V.

MEminerint cuncti, sive vulgato [43] rescripto [44] mansuetudinis nostræ, sive [45] sententia cujuslibet judicis utantur in causis, conveniendos [46] dominos locorum esse: aut si forte defuerint, eorum actores ad insinuandas sententias, procuratoresque esse quærendos, ne inde [47] injuriarum nascatur occasio unde jura nascuntur. Quod si præcepta nostra implere neglexerint: omni negotio de quo jurgare cœperant, privabuntur. §. 1. Sin autem habito plerumque colludio [48], curatores vel tutores minorum his rem debitam ea occasione pervadant, ut pupillis vel adultis jurgandi copia & fructus adimatur: his eatenus subvenimus, ut eosdem non atterat [49] damno culpa temeritatis alienæ: sed illico [50] quidem possessio ei a quo est ablata, reddatur: curatores autem vel tutores æterna deportatione punitos, bonorum quoque publicatio persequatur. Dat. 2. Non. Aprilis, ANTONINO & SYAGRIO CONSS. 382.

Pœna invasorum.

7. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Messianum Com. rerum privatarum.

SI [51] quis [52] in tantam furoris [53] pervenerit audaciam [54] ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud homines quoslibet [55] constitutarum ante adventum Judicialis arbitrii violenter invaserit [56]; dominus quidem constitutus possessionem quam abstulit [57], restituat [58] possessori, & dominium ejusdem rei amittat [59]. Si vero alienarum rerum possessionem invasit: non solum eam possidentibus reddat [60], verum etiam æstimationem earundem rerum restituere compellatur. Dat. 17. Kal. Jun. *Treveris*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 391.

De momentaria possessione.

8. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Pasiphilo [61].

---

1 *L. 4. C. Th. 20. & 43. D. 2. §. 3. Inst. de interdict.* unde ita dictum vide *l. 1. ff. eodem.*
2 Id est, possessionem rerum hereditariarum. 3 Id est, proba te esse filium.
4 Probationes factæ in judicio summario, fidem non faciunt in eo ubi plena causæ cognitio requiritur, *ut hic:* nisi probationes ipsæ de quibus agitur, confessiones sint partis, aut in ipso summario judicio sint etiam receptæ: nisi denique aliud conventum inter ipsos litigatores. Socinus *regul.* 311. 5 Agens hoc interdicto non aliter adipiscitur bonorum possessionem, quam si judici probaverit se filium esse, si tanquam filius præteritus petierit bonorum possessionem contra tabulas. 6 Hæc particula adjecta est, ἐκ τοῦ παρέλκειν: nam hoc interdictum datur bonorum possessori non heredi qui jure civili heres extiterit.
7 Interdictum hoc competit etiam ab intestato. 8 Hoc interdicto usurus probare debet bonorum possessionem agnovisse cum re. vid. Cujac. *hic.* 9 In quos detur hoc interdictum. 10 *l. 1. ff. h. t.* 11 *l. un. C. Theod. h. t.* 12 Consanguinei defunctæ in successione præferuntur defuncto marito. *l. un. supr. unde vir & uxor.*
13 Remota denunciatione solenni & observatione temporum. *l. 4. supr. de interdictis.*

14 *Quod legatorum*, *L. 43. D. 3.* 15 Legatarius propria autoritate ante aditam hereditatem occupans rem legatam, tenetur rem restituere heredi, ut Falcidiam detrahat. vid. *l. 1. §. 2. ff. h. t.* 16 Executionem sententiæ, vel instrumenti in singularem successorem non dari, sed heredes tantum obligari, licet in ipsa sententia nulla facta sit eorum mentio, Baldus ad hanc legem notat: ut & Accursius in *l. ea lege 3. supr. de cond. ob causam.* Angelus *l. si debitori 2. supr. si adversus creditorem præscriptio opponatur.* nisi reus principalis nomine creditoris, in instrumento confessus sit se possidere, hoc enim casu singularem etiam successorem conveniri notat Socinus *reg.* 235. 17 Lege Falcidia datur quartæ retentio exhausta legatis successione. vid. Cujac. 2. *obs.* 2. & 10. *obs.* 28. 18 Interdictum *quorum legatorum* datur scriptis heredibus adversus legatarios & fideicommissarios non consentientibus heredibus legata, vel fideicommissa detinentes. 19 Offerre satisdationem legatario bonorum possessorem non cogi, sed satis esse, ut moram non admittat legatario satisdationem petenti, ex hoc loco notant: & breviter in facti obligationibus, neminem offerre cogi, cum sufficiat interpellatum moram non facere. quod tamen negant verum esse, quoties dies legato adjecta est: quoties heres jurejurando interposito aut geminatis verbis a testatore legatum præstare damnatus est: quoties denique in ipso actus qui geritur, momento, oblatio præcise requiritur: his enim casibus offerendam esse satisdationem, notat Socinus *reg.* 299.
20 Vide *l. 10. supr. ad l. Falcid.* 21 *§. 6. Inst. de interdict. 4. C. Theod.* 21. adde *tit. De vi & vi armata. L. 43. D. 16.* Hoc interdictum recuperandæ possessionis est: Cujus causa, Prætor: materia, res immobiles: Forma, vi dejectio: Effectus, restitutio possessionis, & ejus quod interest. 22 Inculpata tutela æquabilis, & remota ab omni culpa, quæ defendendo, non ulciscendo servatur. vid. Cujac. 5. *obs.* 18. Quid si quis modum in se defendendo excessit: & occidit, cum posset effugere? Bartolus *in cap. 1. de pace Constantiæ.* & post eum Romanus *sing.* 2. negant, eum teneri de occiso: sed ut reum puniri arbitrio judicis. *arg. l. 4. J. ad l. Jul. de adult.* 23 Quid? convicium convicio liceatne propulsare? vide Gailium 2. *obs.* 100. 101. 24 *l. 1. §. 27. l. 17. ff. de vi & vi. l. 3. ff. de justitia.*
25 Inde colligi volunt, præsumi pro vivente adversus interfectum: hunc scilicet aggressorem fuisse. vide Alciatum 3. *præsumpt.* 39. 26 Vi dejectus de possessione, interdicto *unde vi* restituitur intra annum. In heredes vero non agitur, nisi in quantum ad eos pervenit, *Synops. Basil. 10. titul. 2. ex lib. 10. tit. 3. cap. 51. & 1.* Harm. 11. §. 9. 27 *l. 1. §. 3. ff. de vi & vi. §. 6. Inst. de interdict.* 28 *l. 4. J. l. 3. l. 4. supr. de interdict.*
29 *l. 1. §. 39. ff. h. t.* 30 *l. 1. in fin. ff. h. t.* 31 *l. 38. ff. de reg. jur.*
32 Violenta possessio, ne quidem rescripto confirmari potest. *l. 6. J. h. t. l. 2. l. 3. supr. de precibus imper. l. 4. J. de emancip. l. 2. §. 10. ff. ne quid in loco publico. Synops. d. loco cap. 52. & 1.* Harm. 11. §. 11. 33 *l. 1. §. 2. ff. h. t. §. 6. vers. Qui autem. Inst. de interdictis.*
34 Vid. *l. 2. supr. h. t. l. 3. J. de liber. exhib. l. 3. l. 4. supr. de interdictis.* Idque criminaliter. *l. 1. J. quando civil. act.* vid. Cujac. 5. *obs.* 15. 35 *l. 6. ff. h. t.* 36 *l. 1. §. 40. ff. h. t.*
37 *l. 7. J. h. t. l. 3. S. finium regund.* Est autem hæc lex interpolata a Triboniano, ut ex Frontino constat. adde Cujac. 19. *obs.* 16. ubi de locis alienis invasis agitur. 38 Id est, legibus Juliis. *l. 4. supr. h. t.* vel lege ejusdem Constantini. *l. 6. l. 7. J. ad l. Jul. de vi.* pœna capitis vel deportationis, quæ differtur post negotii totius exitum, ut ait lex 14. *C. Theod. quorum appellat.* 39 Eundem. 40 Dum segnis est in inspectione & conservatione locorum suorum. 41 *Loca data ab aliis* &c. Cujac. 19. *obs.* 16. 42 Interdicto restitutorio momentariæ possessionis, de quo v. *l. 8. J. h. t.* 43 *l. 3. supr. h. t.*
44 *l. 2. C. Theod. h. t.* 45 Rescripto vel interlocutoria judicis nemini concessum est alienam possessionem ingredi. 46 Sententia, libelli conventione, *ut hic, & l. pen. J. de dignitatib.* vid. Cujac. *Novell.* 1. Goth. Adde Menochium *de recuperanda possessione remed.* 8. Fornerium *lib. 2. select. c.* 11. Zoannettum *rerum quotid. c.* 25. Lapum *allegat.* 101. Mod.
47 Inde injuria nasci non debet, unde jus nascitur. adde *l. 1. in fin. supr. de his qui ven. ætat. l. 2. supr. de indict. viduit. l. 19 supr. de testam. 16. q. 6. can.* 2. 48 Colludium tutoris.
49 Imo atterit. *l. 2. supr. de his quæ ut indign.* 50 *l. 12. §. 1. ff. de adq. vel amitt. poss.*
51 Si quis vi res vel fisci, vel alterius alicujus possidentis, absque jussu judicis ademerit, si quidem dominus est, rem amittit: sin aliena res erat, non solum eam reddit ei qui rapinam passus est, verum etiam ipsius æstimationem. *Synops. Basil. 10. tit. 2. ex lib. 50 tit. 3. cap.* 57. vel ita, De finibus litigans, si nondum finita lite locum, de quo est controversia, occupaverit, & postea victus fuerit, alterum tantum victori præstat: sin locus ipsius proprius fuerit, sufficit eum loco ipso excidere. *Synops. 58. tit. 9 ex lib. 60 tit. 31. cap.* 3. Goth. Hæc lex canonizata est in *can. 13. caus. 1. q. 4.* Ans. 52 *l. 3. vers. illi vero. Cod. Theod. unde vi.*
53 De furoris audacia, *l. 2. J. de aquæd.* dixi, *l. 6. §. 1. supr. de appell.* 54 Vide Sarmientum *lib. 2. select. c.* 13. Covarruviam *lib. 3. var. resol. c.* 16. Menochium *ubi sup. remed.* 9. Pileum *q. 86. & 87.* Alphons. de Castro *de potest. leg. pœnalis lib. 1. c. 5. primo documento.* Mod.
55 An idem jus est in rebus Ecclesiasticis? negat Socin. *reg.* 292. in duobus casibus.
56 *l. 5. supr. h. t.* 57 Autoritate propria rem ipsam controversam nemo jure capere potest, *ut hic.* Quid si debitor ipse fugiat, *ut in l. ait 10. §. si quis debitorem. 16. ff. quæ in fraud.* Quid si nocturnus sit depopulator, *ut in l. 1. supr. quando liceat.* Quid si ita conventum, ut liceret propria autoritate capere? vid. *l. 2. J. de pign.* Quid si de legato controversia sit? vid. *l. 5. supr. de legatis.* Actori jus prehendendi esse notat Socinus *reg.* 34.
58 Prima pœna invasoris. adde *l. 10. J. h. t. 13. in fin. ff. de eo, quod met. caus. l. un. in fin. supr. de suffrag. l. 54. J. de decur. l. 176. ff. de reg. jur. §. 1. vers. sed ne, dum. Inst. de vi bon. §. 6. Inst. de interd. 2. Feud. 27. §. 2. in fin.* 59 Altera pœna. 60 Immo non reddit. *l. 55. ff. de furt.*
61 Passibo, *l. 8. vers. momentariæ etiam possessionis. C. Theod. de jurisd.* qua ex constitutione

Momen-

MOmentariæ [1] possessionis interdictum [2], quod non semper ad vim publicam pertinet [3], vel privatam, mox audiri, interdum etiam sine inscriptione meretur. Dat. 6. Idib. Jun. *Mediolani*, OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De jurejurando.

9. Imp. ZENO A. Sebastiano P.P.

SI [4] quando vis in judicio fuerit patefacta, deinde super rebus abreptis, vel invasis [5] vel damno dato tempore impetus quæstio proponatur: si [6] non potuerit, qui vim sustinuit, quæ perdidit, singula comprobare, taxatione [7] a Judice facta pro personarum atque negotii [8] qualitate; sacramento [9] æstimationem rerum quas perdidit, manifestet [10]: nec liceat ei ultra [11] taxationem [12] a Judice factam jurare [13]: & quod hujusmodi jurejurando [14] dato [15] fuerit declaratum, judicem condemnare oportet. Dat. Id. Decembr. *Constantinop.* post Conf. BASILII II. & ARMATII V. C. 479.

De conductoribus & precario possidentibus.

10. Idem A. Sebastiano P.P.

NOn abs re est, quemadmodum possessionis alienæ invasores [16], tam vetus quam præsens sacra constitutio censuit esse puniendos: ita nec conductoribus [17], & possessionis alienæ detentoribus impune procedere, si locatoribus forte, vel possessionem rerum suarum, quam apud alios precario modo esse concesserant, recuperare secundum leges volentibus, cum nulla sibimet cognita legibus allegatio competeret, duxerint resistendum [18]: & non protinus, id est, non expectato judiciorum ordine [19], alienam possessionem recte eam recuperantibus, cedere patiantur. Eos namque jubemus pro tanta suæ iniquitatis impudentia, si cognitionis judiciariæ eventu fuerint condemnati: rei cujus possessionem sponte restituere usque ad definitivam sententiam minime passi sunt, æstimationem victrici parti una [20] cum ipsa re præbere compelli. Dat. 5. Kalend. April. *Constantinop.* THEODORICO & VENANTIO CONSS. 484.

De vacua possessione.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm quærebatur inter Illyricianam [21] advocationem quid fieri oporteret, propter [22] eos qui vacuam [23] possessionem absentium sine judiciali sententia detinuerunt [24], quia veteres leges nec *unde vi*, interdictum, nec *quod vi, aut clam*, vel aliam quandam actionem ad recipiendam talem possessionem definiebant, violentia in ablatam possessionem minime præcedente, nisi domino tantummodo in rem actionem exercere permittentes: Nos [25] non concedentes aliquem alienas res, vel possessiones per suam auctoritatem usurpare, sancimus, talem possessorem, ut [26] prædonem intelligi, & generali jurisdictione ea teneri, quæ pro restituenda possessione contra hujusmodi personas veteribus declarata sunt legibus. Ridiculum etenim est dicere vel audire, quod per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propriam occupaverit. † Omnes autem scire debent, quod suum [27] non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere: cum talis depositio in furti actione jam dudum veteribus legibus definita est, dicentibus, si quis alienam rem adversus [28] domini voluntatem attigerit, furti actione teneatur? his videlicet quæ super recipienda possessione a nobis disposita sunt, locum habentibus, si [29] non ex die ex quo possessio detenta est, triginta [30] annorum excesserint curricula. Dat. 13. Kalend. Novembr. *Constantinop.* post consulat. LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo 532.

TIT. V.

SI PER VIM [31] VEL ALIO MODO ABSENTIS [32] PERTURBATA SIT POSSESSIO.

Ad recuperandam possessionem absentis admittuntur carentes mandato: supple, caventes de rato. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Severo.

JUdices [33], absentium qui cujuslibet rei possessione privati sunt, suscipiant in jure personas, & auctoritatis suæ formidabile ministerium objiciant: atque ita tueantur absentes, ut id solum diligenter inquirant, an ejus qui quolibet modo peregrinatur, possessio ablata sit, quam propinquus, vel parens, vel proximus, vel amicus, vel colonus [34], vel libertus seu servus quolibet titulo retinebat: nec eos [35] qui dejecti sunt absentium nomine possidentes, quia minime ipsis decisio [36] causæ mandata [37] sit, ab experiunda [38] re secludant: nec si servi [39] sint, eorum rejiciant in jure personas, quia [40] hujusmodi conditionis hominibus causas perorare fas non sit. Sed post [41] elapsa quoque spatia recuperandæ possessionis legibus præstituta, litigium eis inferentibus largiri convenit: ut eos momentariæ perinde possessioni [sine ulla cunctatione] restituant, ac si reversus dominus litigasset. Cui tamen [domino] quolibet [42] tempore reverso, actionem possessionis recuperandæ indulgemus, quia fieri potest, ut restitutio propter servos infideles, vel negligentes propinquos, vel parentes, vel proximos, vel amicos, vel colonos, vel libertos interea differatur. Absentibus enim officere non debet tempus emensum, quod recuperandæ possessioni legibus præstitutum est: sed reformato statu qui per injuriam sublatus est, omnia quæ superesunt ad disceptationem litigii, immutilata permaneant: judicio servato justis [43] legitimisque [absentibus] personis: cum valde sufficiat possessionem tenentibus absentium nomine contra præsentium violentiam subveniri. Dat. 10. Kalend. Novembr. *Constantinopol.* [44] CONSTANTINO VII. & CONSTANTINO C. III. CONSS. 326.

Nec auctoritate rescripti, nec auctoritate interlocutoria judicis potest non citatus de possessione repelli. Bald.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Petronio Vicario Hispaniarum.

NEc [45] Imperiale responsum, quod supplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio Cognitoris ex quacunque parte innovare possessionis statum, eo qui rem tenet absente, permittit: quia negotiorum merita, partium adsertione [46] panduntur. Datum 15. Kalend. Januar. *Mediolani*, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

TIT. VI.

UTI [47] POSSIDETIS.

Interdicto uti possidetis ille est in possessione tuendus, qui possidet non vi, non clam, non precario ab adversario. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAX. AA. & CC. Cyrillo.

UTi [48] possidetis fundum, de quo agitur, cum ab altero, nec vi, nec clam, nec precario possidetis, Rector provinciæ vim fieri prohibebit: ac satisdationis [49], vel transferendæ [50] possessionis Edicti perpetui forma servata, de proprietate cognoscet. Subscripta 3. Id. Octobr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. VII.

DE TABULIS [51] EXHIBENDIS [52].

Pupillari substituto, si pupillus in pupillari ætate decessit, datur interdictum de tabulis testamenti exhibendis. Bald.

1. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Germano.

SI in potestate patris fuerunt impuberes filii, & vos eis estis substituti [53], atque ita ad vos intra pubertatem illis decedentibus cœpit hereditas pertinere: de exhibendis testamenti tabulis interdicto uti potestis [54]. PP. 7. Kal. Maji, SECULARI, & DONATO CONSS. 261.

tres leges desumptæ sunt, hæc scil. *l. pen.* ℑ. *de accus. l.* 1. ℑ. *de abigeis.* qua de re vid. Cujac. 1. *obs.* 20. 1 Adde *l. un. supr. si de momentanea. l. ult. supr. qui legit.*
2 Hoc interdictum hodie vocatur *redintegrandæ possessionis:* cujus videtur usus ex hac lege deductus & *l.* 5. *supr. h. t.* 3 Nam & alia ex causa quam ex vi publica hoc interdictum *unde vi* ad possessiones ablatas pertinet; veluti si sub specie & terrore rescripti, aut judicati ablata possessio. *l.* 6. *supr. h. t. l. ult.* ℑ. *h. t. l.* 2. ℑ. *si per vim vel alio modo.* ad occupatam possessionem vacantem, absente domino sine autoritate judicis a non creditore, pertinet quoque hoc interdictum. 4 1. Harm. 6. §. 69. Goth. Vide in hanc legem Plot. *de in litem jurand.* & Petr. de Bell. Pertic. Ans. 5 Vid. quæ not. *ad l.* 15. §. 9. *in fin. ff. quod vi.* 6 *l.* 3. *l.* 7. *supr. h. t.* 7 De taxationis verbo vid. Cujac. 2. *obs.* 12.
8 Pervestigat etiam judex locum ubi jactura facta fuerit. Harmen. *d. loco.* 9 Si damnum ab invasore illatum liquido probari non potest, judex habita personæ qualitate, & ratione negotii, potest damnum definire, & postea juramentum actori deferre. Quid? heredi spoliati num juramentum quoque defertur? Mynsing. negat, 4. *observ.* 12.
10 Vid. Cujac. *ad Nov.* 18. 161. *Quinta parte.* 11 Ultra taxationem judicis non juratur.
12 Judex jubet rebus ita bene cognitis actorum jurare ad certam usque quantitatem: jurare denique, ὅτι οὐχ' ἧττονα τῶν τοσούτων ἀπώλεσεν, quod his non minora detrimenta percepit.
13 Contra furem juratur. vid. Clar. 5. *sent.* §. *furt.* 6. *vers. item contra furem juratur.*
14 Probari jurejurando actoris vis, & id, quod interest, potest, *ut hic. Glos. in c. qualiter. extr. de accus.* Cujus sententiæ duas exceptiones vide apud Socinum *regul.* 190. qua in re priore loco vis ipsa probanda est. 15 Post ejusmodi juramentum probatio non admittitur. Tiraq. *de retract. gentil.* §. 4. *gl.* 1. *n.* 28. 16 *l.* 5. *l.* 7. *l.* 9. *supr. h. t.*
17 Coloni, & inquilini rei restitutionem denegantes sine causa, in rem ejusque æstimationem simul condemnantur. 18 Opposita dominii exceptione: de qua vid. Oldendorpium *c.* 34. *de except.* 19 Judiciorum ordo servandus. 20 *l.* 34. *supr. de locat.*
21 De Illyriciana advocatione alibi, ac persæpe dictum est. 22 Si quis absentis rem vacuam detinuisset, non conveniebatur olim nec interdicto, *unde vi*, nec *quod vi, aut clam:* sed tantum actione in rem quamdiu dominus erat qui aberat. Hodie velut possessor, interdicto generali de vi tenetur. Nam ridiculum est dicere, putabam rem alienam meam esse. Itaque hic idem constituitur, quod de furti actione in duplum: in qua si quis alienam rem invito domino attingit, furtum committit. Ut interim sciamus in hujus constitutionis specie superiora obtinere adversus vacuæ possessionis detentorem, si non anni triginta præterierint, ex quo possessionem adeptus est. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 2. *ex lib.* 50. *tit.* 3. *cap.* 61.
23 *l.* 6. *supr. de adquir. vel amitt. poss.* 24 Id est, occuparunt: hoc innuit, Occupantem vacantem possessionem ad eam restituendam, furis, & invasoris exemplo teneri.
25 Justinianus momentariæ possessionis interdictum primus dedit adversus eum, qui vacuam possessionem occupavit. vid. Cujac. 19. *obs.* 16. 26 Qui sciens rem alienam vacantem occupat, quasi prædo est. 27 Meum quod non est, alterius est, *ut hic, & l.* 15. *ff. de except. rei jud.* fallit in re sacra aut nullius. 28 Furtum est contrectatio rei alienæ invito domino. 29 Præscribi triginta annis jure civili rem furtivam ex hoc loco notatur. Est enim species hujus constitutionis de eo qui vacuam possessionem absentis sine judiciali sententia detinet, quem hæc lex vocat ut prædonem, *ibi, uti prædonem intelligi*, quem denique hæc constitutio negat rem vacuam ita a se possessam præscribere, si non ex die, ex quo possessio ab eo detenta est, triginta annorum spatium excesserit, *ut hic.* adde *l.* 1. §. 1. *supr. de annali except.* Quid? qui a quasi-prædone bona fide causam habent, quo tempore præscribunt? longo tempore. §. *quod autem. Inst. de usuc. & ibi Angel.* Quid jure canonico? Possessor ipse malæ fidei nullo tempore præscribit *c. possessor.* 2. ubi Dinus *de reg. jur. in* 6 *cap. ult. extr. de præscript.* Qui vero ab eo causam habet, triennio. Cæpola *in l.* 1. *sup. pro emptore. num.* 10. 30 Condictio ex hac lege finitur triennio.
31 *L.* 43. *D.* 4. 32 Interdictum *unde vi* competit etiam ei qui absens expulsus est.
33 *l.* 1. *Cod. Theod. unde vi.* 34 *l. ult.* ℑ. *de adquir. vel amitt. poss.* 35 vide *l.* 3. *supr. qui legitimam personam.* 36 *Dictio, d. l.* 1. *Haloand.* 37 In recuperanda absentis possessione, admittuntur etiam carentes mandato, *ut hic*, si tamen de rato caveant. 38 *Experiundo secludant.* Hal. *experiundare, d. l.* 1. 39 Pro recuperanda alteri possessione, etiam servus auditur. *d. l.* 1. *& l.* 4. *C. Theod. unde vi.* 40 Ratio dubitandi.
41 Id est, post annum. 42 Dominus reversus auditur perpetuo. *v. l. ult.* ℑ. *tit prox.*
43 *l. ult. supr. qui legitimam personam.* 44 *Mediol. Constantino A. VII & Constantio Cæs. Cons. d. l.* 1. 45 *l.* 5. *Cod. Theod. unde vi.* Possessor citra conventionem in sua possessione turbandus non est, seu rescripto principis, seu interlocutione judicis.
46 *His horis causarum merita & fata panduntur, l.* 1. ℑ. *de offic. civil. judic.* vid. Cuj. 16. *obs.* 8.
47 *L.* 43. *D.* 17. §. 4. *Inst. de interdict.* vid. Cujac. 5. *obs.* 32. vid. Festum *in verb. Possessio* Est autem hoc interdictum, Retinendæ possessionis, cujus causa, Prætor: materia, res immobiles: Forma, ut qui possedit tempore turbationis, vel litis, non vi, non clam, non precario injuria afficiatur. Effectus, vim fieri vetari, & satisdari possessionis translatio. 48 *l.* 1. *ff. h. t.* vid. Duaren. 1. *disp.* 21. Robert. 3. *sent.* 21. Goth. Adde Gœdd. *de contr. stipulat. cap.* 5. *num.* 289. *& de sequestr. cap.* 2. *num.* 45. Ans. 49 Reddito interdicto *uti possidetis*, si petitorio judicio agitur, satisdare *judicatum solvi* debet petitori is qui in possessione potior est: aut si non satisdat, in petitorem satisdantem transferenda possessio est, ita ut alteri incumbat onus probandi. vid. *vers. olim. Inst. de satisd.* Paul. 1. *sent.* 11. §. 1. vid. *ibid.* Cujac.
50 Pœnæ causa transfertur possessio. *l.* 5. §. 1. *in fin. ff. ut legator. l.* 2. *in fin. ff. de collationib. l.* 6. *in fin. ff. de Carboniano. Nov.* 18. *cap.* 10.
51 *L.* 43. *D.* 5. 52 Illi cujus interest, legatario, fideicommissario, substituto, & similibus.
53 Interdictum competit primis heredibus vel secundis, existente causa substitutionis, *ut hic*; competit etiam legatariis aut fideicommissariis quorum interest. *l.* 3. §. 10. *ff. h. t.*
54 Quodnam intra tempus? Robertus 2. *recept.* 39. *&* 2. *animadv.* 14. putat perpetuo dari & post annum. Nam & hic anni nulla fit mentio, & casus substitutionis in hac lege potest annum excedere, quo nomine reprehenditur a Cujacio 16. *obs.* 28. & Antonio Mercatore, 2. *Nota* 24. Notant itaque ex Paul. 4. *sent.* 7. §. 6. interdictum *de tabulis exhibendis* annuum esse. Annum interdicti non cedere hac constitutione a morte patris, sed pupillorum: a qua primum hereditas ad substitutos pertinere cœpit, cum superstitibus pupillis ad eos pertinere non potuerit. *l.* 2. §. 2. *ff. de vulg. l.* 1. *ff. de hered. vel action. vendita.*

TIT. VIII.
DE [1] LIBERIS [2] EXHIBENDIS, SEU DEDUCENDIS, ET DE LIBERO [3] HOMINE EXHIBENDO.

Filio, cui non infertur quæstio status, competit hereditatis petitio contra possidentem bona materna. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Justino.

SI (ut proponis) cum tuæ potestatis esses, super rebus maternis obtinuisti: potes eos, qui tibi condemnati sunt, convenire. Quod si extiterit, qui [4] te filium, & in sua potestate esse contendit: interdicto in eam rem proposito, de fide intentionis ejus quæritur. PP. *6.* Idib. April. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Cyrillæ [5].

ADi Præsidem provinciæ, ac postula filios tuos exhiberi. S. *5.* Id. April. *Byzantii,* AA. CONSS.

Interdictum de uxore exhibenda competit contra patrem puellæ, qui habet eam in sua potestate. Bald.

3. Iidem AA. & CC. Euodiæ [6].

SI ad instar [7] interdicti de exhibenda filia Philippi eum conveniendum putaveris: Rector provinciæ aditus suam vobis accommodabit notionem. S. 12. Kalend. Decembr. *Nicomediæ.* AA. CONSS.

TIT. IX.
DE [8] PRECARIO [9], ET SALVIANO [10] INTERDICTO.

Pro pignore vendito, contra emptorem non competit interdictum Salvianum directum, sed ad hypothecariam actionem est recurrendum. Bart.

1. Imp. GORDIANUS Aristoni.

SI te non remittente pignus, debitor tuus ea quæ tibi obnoxia sunt, venundedit [11]: integrum tibi jus est ea persequi, non interdicto Salviano [12] (id enim tantummodo [13] adversus conductorem, debitoremve competit) sed Serviana [14] actione, vel quæ ad exemplum [15] ejus instituitur, utilis adversus emptorem exercenda est. PP. *6.* Idib. Septembr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Fabricio.

HAbitantis precario heredes [16] ad restituendum habitaculum [17] teneri [18], contra eos interdicto [19] proposito, manifeste declaratur. S. Kal. Decembr. *Sirmii,* AA. CONSS.

TIT. X.
DE ÆDIFICIIS PRIVATIS [20].

De balneis.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Tauro.

ET balneum [21] (ut desideras) exstruere, & ædificium ei superponere potes: observata tamen forma [22], qua cæteris super balneum ædificare permittitur, id est, ut concameratis [23] superinstruas, & ipsum concameres, nec modum [24] usitatum altitudinis excedas. PP. Sine die & Consule.

De ædificiis non demoliendis.

2. Imp. ALEXANDER A. Diogeni.

NEgotiandi [25] causa ædificia demoliri, & marmora detrahere, Edicto divi Vespasiani & Senatusconsulto [26] vetitum est [27]. Cæterum de [28] alia domo in aliam transferre quædam licere, exceptum est. Sed nec dominis ita [29] transferre licet, ut integris [30] ædificiis depositis, publicus deformetur [31] aspectus. PP. 11. Kal. Januar. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De ruinis.

3. Idem A. Evocato.

AN in totum ex ruina domus licuerit non eandem faciem in civitate restituere, sed in [32] hortum convertere, & an hoc consensu tunc Magistratuum non prohibentium, item vicinorum factum sit: Præses probatis his quæ in oppido [33] frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt, causa cognita, statuet. PP. 7. Kal. April. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De ædificio communi.

4. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIP. C. Victori.

SI [34] (ut proponis) socius [35] ædificii ad refectionem ejus sumptus conferre detrectat: non necessario extra [36] ordinem tibi subveniri desideras. Etenim si solus ædificaveris, nec intra quatuor mensium tempora cum centesimis [37] nummus pro portione socii erogatus restitutus fuerit, vel quominus id fieret, per socium stetisse constiterit, jus [38] dominii pro solido vindicare, vel obtinere juxta placitum [39] antiquitatis poteris. PP. 4. Kal. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De balneis extructis in solo communi.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Octavio.

SI is, contra quem preces fundis, sciens prudensque soli partem ad te pertinere, non quasi socius, vel collega communis operis sollicitudine, solidam balneorum [40] extructionem ea [41] mente, ut sumptus pro portione tua [non] reciperet, aggressus est, sed ut totius loci dominium usurparet, & collapsum balneum refabricare enisus est: cum ædificia [42], quæ alieno loco imponuntur, solo cedant, nec impensæ [43] his qui improbe id fecerint, restitui debeant: antiquato D. Hadriani [44] edicto Præses provinciæ memor juris publici, in dirimenda disceptatione legum placita custodiet. PP. *6.* Non. Octobr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De translatione.

6. Imp. CONSTANTINUS A. Elpidio agenti vicem P.P.

SI quis post hanc legem civitate [45] spoliata ornatum (hoc est, marmora, vel columnas) ad rura transtulerit, privetur ea possessione, quam ita ornaverit. Si quis autem ex alia in aliam civitatem labentium parietum marmora vel columnas de propriis domibus in proprias transferre voluerit: quoniam utrobique hæc esse publicum decus est, licenter hoc faciat. Data similiter facultate etiam de possessione [46] ornatum hujusmodi ad possessionem aliam transferendi, quamvis [47] per muros, vel etiam per mediam civitatem ea transferri necesse sit: ita ut ea solummodo quæ illata fuerint civitatibus exportentur. Dat. *6.* Kal. Jun. *Viminacii,* CRISPO II. & CONSTANTINO II. CONSS. 321.

7. Imp. JULIAN. A. ad Vitianum [48] Vicarium Africæ.

NEmini columnas, vel statuas cujuscunque materiæ ex alia eademque provincia vel afferre [49] liceat [50], vel movere. Dat. *6.* Kal. Novemb. JULIANO A. IV. & SALUSTIO CONSS. 363.

Differentia curialium & non curialium.

8. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. Modesto P.P.

SIngularum urbium Curiales [51] etiam inviti, vel reparare intra civitates, quas olim habuerunt domos, vel de novo ædificare cogantur, illic semper muniis inservituri, & aucturi propriarum frequentiam civitatum. Possessores vero qui non erunt Curiales [52], in urbibus, in quibus domos possident, easdem domos dirutas [53] neglectasque reparent, judiciaria ad conservandum hoc præceptum auctoritate retinendi. Dat. 13. Kal. Novembr. GRATIANO IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

---

1 Hoc interdictum *de liberis exhibendis* competit adversus detinentem dolo malo liberos nostros cujusque sexus & potestatis sint. 2 §. 1. *vers. exhibitoria. Instit. de interdictis.* vid. *L.* 43. *D.* 30. 3 Vid. *L.* 43. *D.* 29. 4 Pater emancipatum filium hoc interdicto abducit. 5 Etiam fœminis competit interdictum de liberis exhibendis, *ut hic:* & *l.* 3. §. 11. *ff. de hom. lib. exhib.* 6 *Euodio* quidam ita legunt, putantque hic agi de uxore marito exhibenda & ab eo ducenda. *l.* 11. *supr. de nuptiis. l.* 2. *ff. de liberis exhibendis.* vide Cujacium *hic*, & apud Paul. 5. *sent.* 6. §. 15. 7 Vide quæ dixi ad *l.* 2. *l.* 4. *supr. unde vi.*

8 Transit ad interdicta adipiscendæ possessionis. 9 *De precario* interdicto, dixi ad *L.* 43. *D.* 26. 10 De Salviano interdicto, dixi ad *l.* 43. *ff. ult.* 11 Contra pignoris emptorem creditor experitur *Serviana vel quasi, seu hypothecaria,* non *Salviano interdicto.* 12 Interdictum hoc Salvianum, cujus causa efficiens, Salvius Julianus Prætor: Materia, res judicatæ & invectæ in prædium rusticum vel urbanum quæ locatori pro pensione tacite sint obligatæ: Forma, ut petatur revocatio rerum invito domino a conductore distractarum: Effectus, earum adeptio: Affinia actio Serviana. *l.* 1. J. *h. t.* 13 Imo & adversus extraneum quemque datur. *l.* 1. §. 1. *ff. de Salviano.* dixi ibi. 14 Datur pro revocandis rebus hypothecæ subjectis, dixi ad Theophilum §. 7. *Instit. de action.* 15 Quasi Servianam intelligit. vid. §. 7. *Inst. de act.* 16 *l.* 8. §. 8. *ff. de precario.* 17 Hoc est, habitationem. 18 Imo non tenetur. *l.* 11. *ff. de divers. tempor.* 19 De precario, quod restitutorium est.

20 Huc refer 2. Harm. 4. 21 Vid. Harm. *d. loco, cap.* περὶ βαλανεῖα κτίσματος. Vitruvium 5. *c.* 10. de balneo, adde *l.* 5. J. *h. t.* 22 Forma ædificiorum veterum, reficienti servanda, ut neque luminibus aut vicinorum prospectui officiat, nisi hujusmodi servitutem habeat pacto aut stipulatione sibi concessam, 2. Harm. 4. §. 58. Goth. Adde Rævard. *conject. lib.* 3. *cap.* 12. Ans. 23 Camerare, est ad fornicis morem ædificare, *l.* 31. *ff. de leg.* 3. hinc arca concamerata in *l.* 19. §. 5. *ff. locati.* 24 Vid. *l.* 11. *ff. de servit. præd. urb. l.* 1. §. 17. *ff. de operis novi nunciat.* De modo altitudinis ædificiorum Rutilius Florens stante Republica orationem habuit. Quis modus fuerit præscriptus, incertum, sub Augusto sexaginta pedum altitudo finita. *Strabo* 5. hanc altitudinem postea cohibuit Nero. Tacit. *lib.* 15. quem tamen ad modum non constat. Certe Augusti constitutionem Trajanus postea revocavit teste Sexto Aurelio Victore. adde 2. Vitruvium 9. Senecam 1. *controvers.* 3. De crassitudine parietum dixi ad *l.* 52. §. 13. *ff. pro socio.* 25 *l.* 41. §. 9. *ff. de leg.* 1. *l.* 45. *in fin. ff. de donat. inter virum. l. ult. ff. de damno. Synops. Basil.* 19. *tit.* 1. *ex lib.* 58. *tit.* 11. *c.* 2. *l.* 52. *ff. de contrahend. empt.* 26 Contius putat hoc senatusconsultum factum fuisse anno quinto Imperii Adriani, Aviola & Pansa consulibus, ex *l.* 41. §. 1. *ff. de legat.* 1. Sed Cujacius 5. *observ.* 26. putat aliud SC. fuisse quod edictum D. Adriani subsecutum sit. Nam edicta senatusconsultis confirmari solebant. *l.* 1. *ff. in quibus caus. pign.* vel errorem hic esse in Imperatoris nomine: eo magis, quod hujus legis sententia Adriano tribuatur. *d.* §. 1. 27 Vid. *l.* 6. 7. J. *h. t.* Imo potest distrahere. *l.* 43. §. 1. *ff. de leg.* 1. 28 De alia in aliam domum transferre licet quum integra non est: item alioqui prohibitum est propter ornatum & aspectum urbis. *Synopsis Basil. ibid.* 29 Id Spartianus Adriano tribuit. 30 Aliud si non integra ædificia deponantur. *d.* §. 5. 31 Publicus urbis aspectus non deformandus. 32 Ædes ruinosas in hortum convertere interdum non licet. Liceat autem necne judicis arbitrio relinquitur. 33 Ex his quæ in oppido frequenter servantur, judicari potest. 34 Si socius ad refectionem ædificii sumptus fecit, non necessario, extra ordinem ei subvenitur: sin autem solus ædificasti, nec cum centesima τὸ ἀναλογοῦν μέρος, certam portionem recepisti, ubi quadrimestre præterierit, dominium ejus in solidum consequeris, nisi quominus tibi solveretur, per socium non steterit. *Syn. Basil.* 12. *tit.* 1. *in fin.* 35 Socius ædificii expensas repetit, *ut hic, & l.* 16. *supr. de rei vind.* id oratione D. Marci constitutum fuit. *l.* 52. §. 10. *ff. pro socio.* De sumptibus ædificii repetendis, adde *l.* 33. *in fin. ff. de cond. indeb l.* 45. §. 1. *ff. de act. empt. l.* 29. §. 2. *ff. de pign. & hyp. l.* 14. *ff. de doli mali.* §. 30. *vers. Certe. Inst. de rerum divisione.* 36 Ἔξω τῶν διατεταγμένων *Synops.* 11. *tit.* 1. *in fin.* 37 Id est, centesimas usuras. vide Molinæum *de usur. num.* 57. ubi duos alios casus speciales usuræ centesimæ enumerat ex *l.* 1. C. *de usuris pupillar. & l. ult.* C. *de usur. rei jud.* 38 Socius moram quadrimestrem committens in sumptibus socio qui ædificavit restituendis, dominium rei communis amittit. 39 Orationem Divi Marci, *l.* 52. §. 10. *ff. pro socio.* 40 De balneo, adde *l.* 1. C. *h. t.* 41 Qui sciens nomine proprio commune ædificium reædificat, sumptus non repetit, *ut hic, & l.* 6. §. 2. *ff. comm. dividundo.* vide quæ dicam J. *h. t.* 42 Ædificium solo cedit. 43 Vide tamen quæ de ea re alias dixi ad *l.* 38. *ff. de hered. petit.* adde *l. ult. supr. de negot. l.* 5. C. *de rei vind. l.* 37. *ff. de rei vind. l.* 46. *in fin. ff. de damno.* aliud æquitatis esse videtur. 44 Vespasianus idem edixerat. Suetonius, *Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat, vacuas areas occupare & ædificare, si possessores cessarent, cuique permisit.* & Victor *Romam deformem incendiis veteribus ac ruinas reparavit, permissa, si domini deessent, ædificandi copia, Vespasianus & Adrianus dominium dederunt instauratori statim: Divus Marcus a quatuor mensibus.* vid. *l.* 1. *ff. in quibus causis pignus. l.* 52. §. 10. *ff. pro socio.* adde Cujac. 19. *obs.* 20. 45 Ex civitate in aliam civitatem columnas ædificii transferre licet. *vers. si quis autem* J. *h. t.* rus eis transferre non licet, *ut hic*, ex agro in alium agrum licet. *vers. Data similiter.* J. *h. t.* Ex domo in urbe sita ad aliam in urbe sitam quædam transferre licet, *l.* 2. *vers. Ceterum. supr. h. t.* Ex una provincia in aliam non licet. *l.* 7. *infr. h. t.* & ita potest accipi hæc constitutio quam nonnulli de rebus intelligunt sublatis *promercii* causa: alii de non labente ædificio. Alia quædam ad hanc legem adfert Cujac. 19. *obs.* 19. quem vide. Causa constitutionis hujus hæc esse potest, impensarum immensitas. 46 Id est, agro, villa. 47 Ratio dubitandi. 48 Avitianum. ut *l.* 1. *C. Th. de itinere publico. l.* 1. *C. Th. de ind. deb. l.* 15. *C. Th. de cursu publico.* 49 *Auferre,* Hal. 50 Imo licet. dixi ad *l.* 6. *supr. h. t.* 51 Curiales urbium, domos proprias suis in urbibus habere, sed & antiquas reparare vel de novo ædificare coguntur. 52 Nam curiales urbium coguntur tantum ad antiquarum ædium reparationem: non ad novarum extructionem. 53 Restitutio ædium præcipitur, *ut hic, & l.* 7. *ff. de offic. præsid. l.* 46. *ff. de damno,* e contrario destructio inhibetur. *l.* 2. C.

De

De spatio inter novum ædificium & publicas ædes relinquendo.

9. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Æmiliano Præfecto urbi.

SI cui loci proprietas ædificandi juxta publicas ædes animum dederit, is quindecim [1] pedum spatio interjecto inter publica ac privata ædificia, ita sibi noverit fabricandum, ut tali intervallo, & publicæ ædes a periculo vindicentur, & privatus ædificator velut perperam fabricato loco, destructionis quandoque futuræ non timeat detrimentum. Dat. 10. Kal. Novemb. ARCAD. A. VI. & PROBO CONSS. 406.

De muralis ambitus constructione.

10. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P.P.

PEr provincias Mesopotamiam, Osdroenam, Euphratensem, Syriam secundam, Phœnicium, Libanensem, Ciliciam secundam, utramque Armeniam, utramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum, atque Hellespontum, ubi magis hoc desideratur, cæterasque provincias cunctis volentibus permittatur murali [2] ambitu fundos proprios seu loca sui dominii constituta vallare. Dat. 3. Non. Maji, *Constantinop.* THEOD. A. IX. & CONSTANTIO III. CONSS. 422.

De mœnianis.

11. Iidem AA. Severino P.P.

MOeniana [3], quæ Græco vocabulo τειχιοσὰς [4] appellant, sive olim constructa, sive in posterum in provinciis [5] construenda, nisi spatium inter se per decem [6] pedes liberi aëris habuerint, modis omnibus detruncentur. In his vero locis in quibus ædificia privatorum horreis publicis videntur objecta, obstructione mœnianorum, quindecim pedum intervalla serventur, quem intercapedinis [7] modum ædificaturis quoque proponimus, ita ut si quis intra definitum spatium, id est, decem [8] pedum mensuram [9] ædificare, vel intra quindecim [10] pedum mœnianum possidere tentaverit: sciat non solum fabricata demolienda, sed etiam ipsam domum fisco nostro adscribendam. Dat. 3. Kal. Octob. ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

Præfatio. 1. *De spatio ab eo, qui ædificat, relinquendo.* 2. *In quantum liceat domum attollere.* 3. *De fenestris.* 4. *De prospectu.* 5. *De solariis, mœnianis & scalis.* 6. *De columnis & publicis porticibus ac stationibus.* 7. *Si ædificaturo lis moveatur.* 8. *De opere inchoato perficiendo.*

12. Imp. ZENO [11] A. Adamantio Præfecto urbis.

EX [12] quo pace frui cœpimus, & litibus & externis bellis populos nostros eximere studentes, variis legibus condendis animum applicuimus; inter quas & hanc quoque referri volumus, dilucide demonstrantem, & quæ tua magnificentia, suggessit, & cautissime omne ambiguum definientem: Non multum autem a civilibus verbis recessimus, sed vulgo [13] notioribus uti maluimus, ut ita quicunque in eam inciderint, alterius interpretis non egeant auxilio. Ex relatione igitur magnitudinis tuæ cognovimus, divinam legem immortalis memoriæ patris [14] nostri Leonis, quam super his posuit qui in hac gloriosa civitate ædificare voluerint, quibusdam sui partibus propter pravas interpretantium opiniones ambiguam esse. §. 1. Et nos itaque præcipimus, ut qui proprias domos renovare cupiunt, non solum veterem [15] formam [16] non excedant, (sicut nec hi qui novas ædificant) aut lumen, vel prospectum [17] vicinis auferant, adversus ea quæ pridem constituta sunt: verum etiam addimus, quale jus is qui ædificat, habere debeat, cum facultatem habet ex pacto, vel stipulatione mutandæ, si velit, veteris formæ. Tunc enim sancimus, ut si [18] pactum vel stipulatio ædificanti suffragetur, liceat ipsi secundum vim pacti & stipulationis ædificare, etiamsi officere vicinis quibus pactum adversatur, ita ædificando videatur. §. 2. Sed cum nostra constitutio dicat, duodecim [19] pedes oportere relinqui ab eo, qui ædificaturus est, inter propriam & vicini domum, & *plus* vel *minus* adjiciat: quod magnam sane ædificantibus securitatem præstat: (nihil autem dubium [20] aptum est ad tollendam ambiguitatem) diserte ac perspicue jubemus, duodecim pedes relinqui intermedios inter utramque domum, incipientes [21] a superposita fundamentis ædificii parte: eademque observatione perseverante ad summum usque altitudinis culmen. Et ei, qui hoc in posterum observaverit, licere domum in quantam [22] voluerit altitudinem excitare, & attollere, & fenestras fabricare, tam quæ prospectivæ [23] dicuntur, quam quæ luciferæ [24], secundum divinam constitutionem, sive novam domum velit extruere, sive veterem instaurare, sive ex incendio collapsam exædificare: Nulla licentia ex hoc spatio concessa tollendi vicino directum [25] & omni ex latere domus inviolatum in mare prospectum: quem domi stans vel sedens habet, non autem detorquendi hunc ipsum prospectum, ita ut cogatur vicinus ex obliquo [26] mare aspicere. Quod autem ad hortos [27] atque arbores attinet: nec aliquid in superioribus constitutionibus comprehensum est, nec de his hic aliquid addetur: neque enim convenit. §. 3. Nulli autem liceat ædificanti domum juxta [28] compitum forte aut angiportum [29], vel plateam duodecim pedibus latiorem auferre partem plateæ, vel compiti, & proprio superaddere ædificio. Non enim quæ ad rempublicam pertinent, minuere, & ædificantibus dividere volentes, duodecim pedum intervallum in medio domorum definimus, sed ne angustiora sint domorum intervalla. Si autem majus sit spatium, maneat vetus distantia: non enim eam minui concedimus, sed servari urbi propria jura. Si autem vetus ædificium secundum veterem formam tale erat, ut minus esset domorum abs se invicem spatio duodecim pedum intervallum, ne liceat præter veterem formam in altitudinem ædificium erigere, vel fenestras facere, nisi decem pedes in medio intercedant. Tunc enim prospectivas [30] is, qui ædificabit, non poterit facere, nisi antea quoque fuerint, ut dictum est. Luciferas [31] vero faciet utique sex pedum servato ab imo pavimento in altum intervallo: eo tamen non audente ullo modo facere id, quod vocatur pseudopatum [32] (id est, falsum aut fictitium tabulatum, aut pavimentum in ipso ædificio) & ita ab hoc pseudopato ad sex pedum altitudinem luciferas fenestras excitare, & sophistice [33] legem interpretari, & cavillari. Si enim hoc liceat: eveniet iterum, ut luciferæ [34] æquent prospectivarum utilitatem, & nihil distent a prospectivis [35], & vicino noceant: quod quidem fieri prohibemus, nullatenus competens ædificantibus, vel ex pacto [36], vel ex stipulatione jus tollentes, si quod tale prorsus competat. §. 4. Insuper cum priore lege cautum sit, centum [37] pedes altas domos combustas instaurare licere, etiam si alteri prospectum in mare prohibeant: hanc etiam tollentes ambiguitatem, constituimus hoc obtinere tam in his quæ post conflagrationem renovatæ sunt, quam quæ nunquam antea fuerunt, & nunc primum extruuntur. Sed & in his quæ nullam ignis injuriam senserunt, vetustate autem, aut alia quacunque causa defecerunt, & in omnibus omnino domibus quæ ædificantur, si centum pedum spatium relinquatur inter circumjacentia loca, omni impedimento cessante fiant ædificia, etiamsi aliis domibus prospectum in mare adimant. Prospectum autem hunc liceat auferre [38] a solis culinis [39], vel latrinis, vel secessibus, vel scalis [40], vel trajectibus ad sola diverticula vicorum pertinentibus, vel basternis [41], quamvis, & intra centum pedes velit quis ædificare, ita modo tamen duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autem observari volumus quando nullum adest pactum [42], quod ædificare volentem adjuvet. Qui autem ex pacto vicini ædificant, intra definitum ab eis modum ædificent: tunc enim & eo non custodito spatio permittimus attollere ædificia, etiam si prospectum adimant iis, qui consenserunt, & pacti sunt, aut qui in eorum domos successerunt, quandoquidem competentia jam quibusdam ex conventione jura, per generalem auferri legem non oportet. §. 5. Item illud etiam statuimus, ne ea quæ vocantur solaria [43], post hanc legem ex solis lignis & tabulis construantur, sed ad eorum quæ Romanensia [44] dicuntur, modum &

h.t.l.ult. ℑ. *de jure reip.* 1 Legitimum spatium novi ædificii ab ædibus publicis, quindecim pedes, *ut hic, & l.* 46. *C. Th. de operib. publ. & 56. Syn.* 2. *cap.* περὶ παραγγελίας *ex tit.* 11. *c.* 7.2. Harm. 4. §. 76. adde *l.* 11. *in fin.* ℑ. *h.t. & l.* 14. *ff. de servitut. præd. urb.* 2 Muris seu murali ambitu fundos cingere cuivis licet, *ut hic.* unde notant Fortalicium, vel castrum in suo quemque jure ædificare (est enim jus ædificiorum, juris gentium.) *l. ex hoc jure* 5. *ff. de justit.* nisi hujusmodi ædificia ad æmulationem vel injuriam alterius fierent. *l. opus novum.* 3. *D de oper. publicis.* aut in limitibus imperii. *l. quicunque castellorum.* 2. ℑ. *de fundis limitrophis. lib.* 11. *tit.* 53. vel materiam præberent seditionis, vel offensionis. (Tunc enim merito publica utilitas privatæ anteponenda est. *l. Lucius.* 11. *ff. de evict. l. item, si verberatum.* 15. *ff. de rei vind.* etiamsi privilegio principis id fieret. *c. suggestum* 9. *Extr. de decimis.*) Eadem est ratio, si quis ædificat non contentus ædificio, jurisdictionem inde vel jus civitatis, aut municipii usurpare voluerit: id enim sine principis permissu non licet. Bartol. *in l. ult. ff. de collegiis.* Eadem quoque ratio si sententia judicis muri disjecti sint. Joann. Faber *in l. servus.* 10. ℑ. *de pœnis.* Chassanæus *in consuet. Burg. tit. des forests* §. 9. *n.* 4. facit *l. sacra loc.* 9. §. *muros.* 4. *ff. de rerum divisione.* Idem si vel consuetudo, Chassanæus *illo loco*, vel constitutio principis contraria sit, ut & apud Hispanos est. *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 4. *Ordinationum, & l.* 47. *Tauri. in fin. & in Pragmatica* 70. *in antiquis*, ubi habetur, Neminem posse sine licentia principis ædificare aut reficere castella. 3 De Mœnianis, *l.* 242. §. 1. *ff. de verb. sign.* 4 Κρόσσας. *Hal.* alii legunt σκιότας, alii ὀρσοθύρας, alii ὄρθας. Vetustissimi habent ἐξώστας, uti Cujacius monet *lib.* 4. *Instit. de act. &* 1. *observat.* 30. ἐξῶσται sunt projectiones ἀπὸ τοῦ ἐξωθεῖσθαι, quod est expellere & projicere. Eam quoque lectionem confirmat autor Synopseos *ibid. cap.* 9. Harm. 2. *tit.* 4. *cap.* περὶ ἐξώστου §. 65. dicitur etiam ἐξώστης a quibusdam ἡλιακὸς. Har. *ibid. c.* περὶ ἡλιακοῦ ἤτοι ἐξώστου §. 65. solarium. *Nov. Leon. ult. &* Harm. *d. loc. c.* περὶ σωλαρίων. *l.* 12. §. 5. ℑ. *h.t.* 5 Recte hoc additum. Nam in provinciis permissum erat ædificare Mœniana non tamen in urbe semper. *Ammian.* 27. Nam & Mœniana Prætextatus præfectus urbi sustulit omnia fabricari Romæ priscis quoque vetita legibus. 6 Mœnianum, seu solarium a privati ædificio extruere quis potest, relicto decem pedum spatio: a publico ædificio quindecim pedibus. *Syn. ibid. c.* 9. 2. Harm. 4. §. 65. 7 De intercapedinis modo dixi ad *l.* 14. *ff. de servit. præd. urban.* Goth. Vide *l.* 9. *supr. h. t.* Tholosan. *de Republ. l.* 2. *c.* 3. *n.* 2. Ans. 8 Inter ædificia privatorum Theodosium reliquisse intervallum decem pedum, leges Gundebaldi Burgundionum docent, & jus hoc fuisse vetus Leo scribit *Nov. ult.* hodie duodecim. *l.* 12. ℑ. *h. t.* 9 *Mensuram, vel intra quindecim pedes ædificare, vel Mœnianum possidere tentaverit.* Cujac. ita restituit *l.* 19. *observ.* 21. 10 *l.* 9. *supr. h. t.* adde *l. ult. D. fin. regundor.* 11 Adde *Novell.* 63. 165. & 2. Harm. 4. §. 59. 12 Interpretatio Contii. 13 Vid. Gell. 1. *c.* 10. 14 Id est, antecessoris. 15 58. *Ecl.* 2. *c.* περὶ παραγγελίας *ex tit.* 11. *c.* 10. & 2. Harm. *cap.* 4. περὶ ἀνανεώσεως οἴκου παλαιοῦ, *l.* 1. ℑ. *de servitutib. l.* 11. *ff. de servitut. præd. urban. l.* 8. §. 3. *ff. de oper. novi. l.* 17. §. 1. *ff. de aqua & aquæ.* 16 De forma dicam ℑ. *h. t.* 17 Quo nomine Constantinopoli duos inter vicinos controversia fuit, Anthemium mathematicum, & Zenonem rhetorem de prospectu instituto contra veterem morem, de servitute altius non tollendi, & non officiendi luminibus, Agathias scholasticus *lib.* 5. *hist.* Similem quoque in urbe, refert Zonaras fuisse querelam mulieris cujusdam adversus Petronam præfectum vigilum vicinum suum. τὰς ἑαυτοῦ διαίτας ὑψῶντα, καὶ τῇ αὐτῆς οἰκίᾳ ἐπισκοποῦντα. adde Cujac. 17. *obs.* 35. 18 Harm. *d. loco, Eclog. d. loco.* §. 3. *in fin.* ℑ. *h. t.* §. *ult. Inst. de servitutibus.* 19 Ædificaturus duodecim pedes relinquit inter propriam, & vicini domum, & ita abrogatur lex 11. *vers. quem intercapedinis.* ℑ. *h. t.* & Harmenopuli locus 2. *tit.* 4. *c. de domuum extructione, cap. de domuum elevationib.* Reducitur tamen a Leone *Nov. ult.* Legibus duodecim tabularum sufficiebat intra vicinorum domos spatium duorum pedum, dimidii interdum, ut ait Festus, & Isidorus 15. *Etym. ult.* dixi ad *leges* 12. *tabul. l.* 2. *tit.* 11. §. 6. 20 Dubium ambiguitatem non tollit. 21 Principium intervalli a vicini ædificio relinquendi sumendum est a fundamentis. Est enim fundamentum altitudinis norma. 22 Licet in infinitum ædes suas tollere intra legitimum spatium. Augusti lege non licebat septuaginta pedibus altius tollere, *Strab.* 5. Trajani sexaginta, Sextus Aurelius Victor *in Trajano.* Leon. 100. *v.* §. 4. ℑ. *h. t.* 23 Παρακυπτικὰς καὶ φωταγωγὰς *hic. &* §. 3. ℑ. *h. t.* Glossis Transenna κιγκλὶς φωταγωγὸς. Harm. *d. loco.* παρακυπτικῶν tantum fecit mentionem: Ecloga fenestrarum tantum, τοξικαὶ vero aliud genus fenestrarum est apud Harmenopulum *d. l. cap.* περὶ τοξικῶν. Galli videntur appellare, *archieres, & barbacanes.* 24 Fenestræ prospectivæ, & luciferæ. 25 Directus in mare prospectus nemini tollendus, nisi intermisso spatio centum pedum: obliquus tolli potest intermisso spatio duodecim pedum. Hodie etiam in obliquum servatur spatium centum pedum. *Nov.* 63. 165. Harm. *d. loco, cap.* περὶ ἀπόψεως *in fin.* idque Harm. *d. c.* περὶ ἀπόψεως ὀρῶν, ex Papiniani *lib.* 3. *quæstionum*, porrigit ad prospectum montium. *Synops. Basil. d. loco.* negat ullo modo etiam per obliquum adimi posse.
27 Obliquus prospectus maris, ἐκ πλαγίου. *Ecl. d. loco.* 27 Hortorum, atque arborum nulla servitus esse debet: Græci id ita explicant. *Ecl. d. loco.* Apud Harmen. *d. loco. c.* περὶ κήπων καὶ φυτῶν, licet horum prospectum impedire interpositis quinquaginta pedibus.
28 Ἐν στενωπῷ *Syn.* & Harm. *illo loco.* 29 Vide *Eclog. d. loco.* 30 Παρακυπτικὰς *ut supr.* §. 2. 31 Φωταγωγὰς, *ut* ℑ. §. 2. Harmenop. *d. loco cap.* περὶ φωταγωγῶν θυρίδων, ubi in notis, & nomenclatore exposui quid essent φωταγωγοὶ & παρακυπτικαὶ θυρίδες.
32 Ψευδόπατον. 33 Σοφίζεσθαι τὸν νόμον. 34 Fenestræ luciferæ prospectivis minus utiles: illis lumen tantum; his prospectum percipimus. 35 Fenestris prospectivis nocetur vicino. 36 §. 1. *supr. h. t.* 37 Centum pedum spatio intermisso prospectum etiam directum vicino possumus adimere. *Eclog. d. loco.* Harmen. *d. loco cap.* περὶ ἀπόψεως. 38 Intra minus spatium quam centum pedum scilicet. minus, puta intra duodecim pedes. 39 Μαγειρίων *hic, Ecl. d. loco,* μαγειρείων Harm. *d. loco.* 40 Κλιμακὸς *hic,* κλιμακώνος. Harm. *d. loco.* 41 Ἢ διαβάσεων πρὸς πάροδον μόνην χρησίμων ἢ καὶ τούτων ἃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ βαστέρνια *hic.* ἢ ἀποβαστερνίων ἤγουν τῶν λεγομένων παρόδων ἤτοι διαβατῶν. Harm. *d. loco.* quidam legunt διαβάσεων. Porro *basternæ* sunt transennæ, sive protecta, quæ habentur in ædibus transeundi vel spatiandi gratia. Alio sensu, *basternæ*, vehicula sunt, sive lecticæ, vel, ut est in glossis veterum, Esseda, quæ (quod plerumque speculari lapide clauderentur) eædem Glossæ illo loco, Juven. 1. *Quæ vehitur clauso latis specularibus antro*, recte interpretantur basternas. Antrum dixit ut & Hieronymus caveam basternarum. Palladio Amites basternarum, sunt perticæ quibus ea vehicula sustinentur. Servius Honoratus, *Pilenta sunt vehicula, sicuti nunc basternas videmus.* Lampridius *in Heliogabalo, Dedit basternas & rhedas.* Ammianus 14. Basternis per latera civitatis cuncta discurrunt. adde Cujac. 13. *obs.* 30.
42 §. 2. §. 3. *supr. h. t.* §. *ult. Inst. de servitutib.* 43 Σολάρια *hic,* σωλαρίων *Eclog. d. loc.* Harmen. *d. loc.* περὶ σωλαρίων. 44 ῥωμαΐσια *Græci hic, & Eclog. d. loco.*

figuram ædificentur, & inter duo solaria ex adverso sese spectantia decem pedes reliquantur. Sin hoc præ loci angustia fieri non possit, tunc solaria fiant ἐκ παραλλαγῆς, hoc est, ut se invicem non ex adverso vel ἐκ παραλλήλου respiciant, sed alternis, & ex obliquo atque transverso. Si vero spatium medium decem pedes non excedat, tunc nulla ex parte nec adversa, nec transversa liceat solaria, aut mœniana [1] fabricare. Quæ vero secundum supra scriptam formam ædificabuntur, jubemus alta esse ab imo solo pedes quindecim & eorum quidem columnas lapideas, aut ligneas ita solo imponi jubemus, aut non ad cathetum [2] sive perpendiculum stent, sicuti nec muros, ut nec aër, qui est sub illis in superiore parte, ut dictum est, constitutis solariis, obturetur, nec ex hoc angustior fiat angiportus, & publicum iter. Prohibemus autem & scalas [3] a solo angiportus inchoare, & ad solaria ducere, ita ut tam ex impensa & præparatione firmiore, quam quod non ita proxima sint inter se solaria, breviora & rariora & extinctu faciliora ex igne pericula civitati, & his, qui domos habent, immineant. Si autem contra nostram hanc legem fiat solarium vel scala; non id solum, quod factum fuerit, detruncabitur, sed etiam ædificii dominus decem auri librarum pœnam expectabit: & qui designavit architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras persolvet, & qui fabricaverit artifex, si per inopiam [4] non potuerit pœnam solvere, corpore luens a civitate fiat extorris. §. 6. Præterea jubemus nemini [5] licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus & stationibus ab eo quod vocatur Milium [6], usque ad Capitolium obstruere ædificiis, vel solis etiam tabulis, vel aliis quibusvis rebus in medio columnarum extructis: sed ipsa quidem ædificia non excedant in latitudine pedes sex, comprehensis etiam parietibus plateam versus: in altitudine vero pedes septem. Omnimodo autem volumus per quatuor columnarum ordines relinqui a porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque hujusmodi tabernacula sive officinas exterius saltem marmore: ut & civitati sint decori, & transeuntibus voluptati: In reliquis autem civitatis regionibus [7] extructas [8] in mediis columnis officinas, prout urbi esse utile, & quatenus & quomodo existimaveris, extrui sancimus, omni [9] æqualitate servata, ne quod uni permittitur, cæteris prohibeatur.

§. 7. Et hoc quidem constituimus, ut ne calumniantium dolis & machinationibus, æquis & bonis viris periculum struatur. Multi enim ædificaturis lites, non ex injuria aliqua accepta, sed per invidiam substruentes, intermissionum illis causam præbent: ut eum, qui jam cœperat ædificare, prohibitum, & opus imperfectum relinquere coactum, & in jus tractum, pecuniam ad ædificationem repositam, litigando consumere cogant: & (quod omnium incommodissimum est) postquam victricem sententiam retulit, adhuc quasi indissolubilibus vinculis obligari contingit, dum appellationis prætextu fatales dies expectare cogitur, & ex hac frustratione, & ædificationis interruptione voluptatem capit ejus adversarius. † Adjicimus itaque in ejusmodi casibus, ut si [10] appellatio ab his, quæ ab arbitro definita sunt, intercesserit, simul atque missa fuerit ad judicem relatio, vel forma scriptis redacta, licere victori & victo, non observato legitimo appellationis introducendæ tempore, una cum adversario, vel soli ad tuæ [11] magnificentiæ tribunal accedere, & adversario ex more vocato, si absit, terminum rei controversæ facere: ut omni mora abscissa, legitimus liti finis imponatur, ne hyeme, si ita acciderit, præsente vel imminente, dum longos appellationum dies [12] statos expectare cogitur is, qui injuste ab incepto ædificio prohibitus est, damna intolerabilia sustineat.

† Quod autem est proximum, si etiam quis in hujusmodi controversiis appellare [13] voluerit, conquerens de magnitudinis tuæ sententia, illico eam, quam dicunt consultationem [14] fieri jubemus; & dari tam victo quam victori, ut de more sententiam ipsam accuratius expendant, in sacro nostro palatio, omni mora cessante. Noverint autem quicunque ædificantes impedire præsumpserint, quod si victi fuerint, & omne [15] quodcunque contigerit damnum resarcient, & materiæ pretia, quam probabile erit corruptam aut deterioratam esse inter litium moras rependent. † Quod autem ad eos, qui injuste ædificare tentaverint, attinet & hi si victi fuerint, damna ei, qui ædificium prohibuerit, & causæ ideo adesse coactus fuerit, refundent. † Omnem autem hujusmodi controversiam in solo magnitudinis tuæ judicio decidi præcipimus, & neque ulli cuiquam illustrium magistratuum audire hujusmodi causas, neque ex hac causa litigantes, militiæ, vel fori præscriptione ad detrectandum [16] judicium, vel sumptuum, & damnorum, quæ sententia gloriosissimi præfecti urbis, aut ab ipso dati cognitoris continebuntur, solutionem detrectandam permittimus: sed exactioni eos subjici volumus, qui ex decreto magnificentiæ tuæ victi fuerint, nemine ad hoc fori præscriptione utente.

§. 8. Provideat autem magnificentia tua, ne [17] quis redemptorum, aut fabrorum, aut artificum opus a se inchoatum relinquat imperfectum [18], sed ut accepta mercede opus, quod incepit, perficere cogatur: vel omne damnum, quod inde ædificare volens acceperit, & quidquid omnino dispendii sensit ex eo quod opus perfectum non fuerit, sarciat. Si autem penuria [19] laboret qui ita deliquerit, fustibus cæsus civitate ejiciatur. Nullus [20] autem id perficere prohibeatur, quod ab altero cœptum opus fuerit: quod præsumi cognovimus a quibusdam artificibus, vel redemptoribus, nec iis, quæ ipsi cœperint, finem imponentibus, nec alios id perficere sinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus iis, qui domos suas fabricari cupiunt. Qui itaque hoc solo recusat opus perficere, quod ab alio antea inchoatum sit, is eandem pœnam excipiat, quam is excepit, qui opus reliquit.

Antonius Contius *juris studiosis: Quid in hac lege restituenda, vel in Latinum sermonem transferenda præstiterimus, experiemini, si hanc nostram operam cum editione Portana & Scrimgeriana contuleritis. Nam in utraque sequens constitutio erat acephala, & in altera ita corrupta & translata, ut magna ex parte aieret, quæ hæc negat; negaret quæ hæc asserit. En quanta in legibus, vel edendis, vel transferendis cautio. Utraque etiam editio prima ipsius constitutionis verba in inscriptionem ipsius transtulit: altera sic,* Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως καὶ δικῶν. Εἰρήνης ἀπολαύοντες &c. Altera vero sic, Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως καὶ δικῶν εἰρήνης ἀπολαύοντι τὸν παρόντα &c. *Qui error ei contrarius est, qui ante Haloandrum obtinuerat in principio constitutionis de Justinianeo Codice confirmando: ut illa verba inscriptionis,* Ex præfecto hujus almæ urbis, *in textum ipsius constitutionis irreperent, hoc modo:* Ex præcepto hujus almæ urbis &c. *Quis autem unquam appellari audiit Præfectum urbis præfectum judiciorum aut judiciorum pacis? Itaque quamvis sola conjectura adjutus sim, in hujus legis principio restituendo: omnibus tamen vobis probatum iri judicium meum spero. Est autem elegantissima lex, & ad multos juris articulos controversos, si qua alia, adprime utilis.*

Ad superiorem legem Zenonis.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm dubitabatur, utrum constitutio Zenonis [21] divæ memoriæ ad [22] Amantium Præfectum urbi scripta, quæ de servitutibus loquitur, localis esset, & huic florentissimæ urbi dedicata, deberent illius quidem jura in hac observari, antiqua vero quæ contraria sunt, locum habere in provinciis: indignum esse nostro tempore putantes aliud [jus [23]] in hac regia civitate de hujusmodi observari, aliud apud nostros esse provinciales: sancimus eandem constitutionem in omnibus urbibus Romani Imperii obtinere, & secundum ejus definitionem omnia procedere: & si quod jus ex ea lege innovatum est a vetere dispositione, hoc & in provinciis a Præsidibus earum observari: cæteris [24] videlicet omnibus, quæ non per Zenonianam legem innovata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate in omni loco manentibus. Dat. Kalend. Septemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XI.

DE NOVI [25] OPERIS NUNCIATIONE.

Si nunciator novi operis sit paratus statim de jure suo docere, debet audiri, & de causa cognosci, & intra tres menses terminari. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

DE operis novi nunciatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem nostra cognovit tranquillitas: dicentibus, si quis denunciationem ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum ex quo denunciatio missa est, iterum ædificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur: sive etenim non recte opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri: sive recte denunciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denunciationem emiserit, in hac quidem regia urbe Præfectum urbi festinare: in provincia vero Rectorem ejus intra trium [26] mensium spatium causam dirimere: sin vero aliquod fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, licentiam habere eum qui ædificationem deproperat, opus de quo agitur, efficere, prius fidejussore ab eo dato officio Urbicariæ Præfecturæ, vel provinciali, *Ut si non recte ædificaverit, omne opus quod post denunciationem fecerit, suis sumptibus destruet.* Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & recte denunciantibus consuletur. Dat. 12. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno secundo. 532.

TIT. XII.

DE OPERIBUS PUBLICIS [27].

De immunitate.

1. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. [28] ad Catulinum.

PLurimi [29] immunitates operum publicorum concessione [30] Judicum adepti sunt: & ideo jubemus imposterum elicitas immunitates nullius esse momenti. Dat. 6. Kalend. August. *Sirmii*, URSO [LUPULO] & POLEMIO CONSS. 338.

De impensis accepto ferendis.

2. Iidem AA. ad Marcellinum Comitem Orientis.

QUæ [31] operibus publicis impensa [32] constiterit, accepto ferri oportere cognoscas. Datum 5. Non. Octob. *Constantinop.* LIMENIO, & CATULINO CONSS. 349.

1 Ἤτοι ἐξώστας, *Græci hic.* adde Harm. *d. loco,* περὶ ἡλιακοῦ καὶ ἐξώστου. ibi ἡλιακοῦ καὶ ἐξώστου: ibi ἡλιακὸν τὸν παρά τινων ἐξώστην καλούμενον, dixi ad *l.* 11. *supr. h. t.* adde *Novell. ult. ubi* περὶ ἡλιακοῦ.
2 Κατὰ κάθετον. Sic κατωθεν *Eclog. d. loco.* Harmen. *d. loco.* 3 *Eclog. d. loco.* Harmen. *d. loco.* Scalæ trajectus maritimi *Nov.* 159. sive portus aut stationes navium auctore Moschopulo περὶ σχεδῶν. Alciatus perperam cœnacula interpretatur. 4 Dixi *l.* 1. *in fin. ff. de pœnis.* 5 58. *Ecl.* 1. *c.* περὶ παραγγελίας *ex tit.* 12. *c.* 22. 6 Ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου, hic ἀπὸ τοῦ μιλίου. *Eclog. d. loc.* ubi Leunclavius *miliarium* vertit. Miliarium columna Romæ posita in foro ab Augusto, a qua omnes viæ Italiæ initium & finem capiebant. dixi ad *l.* 154. *ff. de verb. sign.* adde Suet. *in Othone.* 7 De regionibus urbis alias dixi. adde *l.* 1. §. 13. *ff. de offic. præfecti urbi.* 8 Τὰ δὲ μεσόστυλα &c. Tabernæ quæ in medio columnarum consistunt, prout existimaverit præfectus urbi, struantur, qui parem in omnibus modum servabit. *Synops. Basil.* 58. *tit.* 21. *ex tit.* 11. *cap.* 10. 9 Æqualitas est, quoties quod uni permittitur, cæteris non negatur. 10 58. *Eclog.* 2. *c.* περὶ παραγγελίας *ex tit.* 11. *c.* 11.
11 Præfectum urbis intellige ex inscriptione hujus constitutionis. 12 Ἕως περιμένουσι τὰς μακρὰς τῶν ἐμποδίσμων χρόνους. Græci *hic* μὴ ἀναμένειν τὰς κυρίας, *Eclog. d. loco.* ubi alii legunt κυρίας easque definiunt τὰς ἐμποδίσμους ἡμέρας. qua de re dixi ad *Nov.* 49. *c.* 1.
13 Hic constat licuisse appellare a Præfecto urbi, quod tamen aliquando prohibitum fuit, sed postea iterum permissum. *l.* 23. *C. Theod. de appell. l.* 2. *ꝟ. de his, qui propter met. jud.* ut in ea re minor fuerit auctoritas præfecti urbi quam præfecti prætorio. Idem significat Symmachus & ipse præfectus urbis, *lib.* 1. *epist.* 41. 14 Τὴν καλουμένην κονσουλτατίωνα. Consultatio, species appellationis. 15 *Ecl. d. loc. in fin.* 16 *Ecl. d. loco.*
17 *l. unic. supr. de monopoliis.* 18 *d. l. unic.* 19 Adde §. 5. *in fin. supr. h. t. l.* 1. *in fin. ff. de pœn.* 20 Perficere id nemo prohibetur, quod ab alio inceptum.
21 *l.* 12. *supr. h. t. Novell.* 63. *in princ.* 22 Ad Adamantium, ut ex inscriptione *d. l.* 12. constat. 23 Jus urbanum ad provincias plerumque extenditur.
24 Ubique terrarum, hoc est, non modo in urbe, sed etiam in provinciis, quæ de ædificiis superius dicta sunt, obtinent, excepto prospectu in mare. Nam is tantum Constantinopoli & in ejus continentibus duntaxat locum habet. *Synops. Basil.* 58. *tit.* 21. *ex tit.* 11. *c.* 12. adde 2. Harm. 4. §. 59.

25 Dixi ad *L.* 39. *D.* 1. 26 Hæc nunciatio novi operis intra tres menses finienda: post tres menses is cui novum opus nunciatum est, impune ædificare potest, præstita cautione de opere restituendo.

27 *L.* 15. *C. Theod.* 1. & *L.* 50. *D.* 10. 54. *Eclog.* 12. Pertinet itaque hic titulus ad interdicta *de operibus publicis. l.* 1. *ff. de interdictis.* 28 Have Catuline karissime nobis, *l.* 5. *Cod. Theod. h. t.* vid. *l.* 6. J. *h. t.* 29 *d. l.* 5. *C. Theod. h. t.* 30 Judex immunitatem ab opere publico concedere non potest. 31 *l.* 6. *C. Theod. h. t.* Quæ operi publico vere impensa constiterit, præfectis operum (ἐργεπιστάταις) accepto ferri debent. *Syn. Basil.* 54. *tit.* 12. *ex lib.* 58. *tit.* 12. *c.* 1. 32 Impensas in operibus publicis accepto ferri oportet. 54.

De

De cruce & ſanctis reliquiis.

3. Græcæ conſtitutionis epitome [1].

NEque monachus, neque alius quivis in loco publico, vel ubi ſpectacula fiunt, crucem [2] imponat, aut reliquias ſanctas.

De prætoriis & publicis domibus.

4. Iidem AA. Ecdicio Præfecto Ægypti.

PRætoria [3] judicum & domus publicas [4] oportet publico juri atque uſui [5] [ſemper] vindicari. PP. 4. Non. Decemb. *Antiochiæ*, MAMERTINO, & NEVITTA CONSS. 362.

De Judicibus.

5. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Symmachum Præfectum urbis.

INtra [6] urbem Romam, [veterem, & novam [7]] nullus Judicum novum opus informet [8], quoties ſerenitatis noſtræ [9] arbitria ceſſabunt, [niſi [10] ex ſuis pecuniis hujuſmodi opus conſtruere voluerit]. Ea tamen inſtaurandi, quæ jam deformibus ruinis intercidiſſe dicuntur, univerſis licentiam damus. Dat. 8. Kal. Jun. *Philippis*, Divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

De temporis præſcriptione, & de reſcriptis.

6. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad [11] Proculum.

PRæſcriptio [12] temporis [13] juri publico non debet obſiſtere: Sed nec reſcripta [14] quidem: atque ideo diruenda ſunt [15] omnia, quæ per diverſas urbes, vel in foro, vel in publico quocunque loco [contra [16] ornatum, & commodum, ac decoram faciem] civitatis extructa noſcuntur. Dat. 3. Idus Jun. *Conſtantinop.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

A quibus operibus dignitas non eximit.

7. Iidem AAA. Cynegio P.P.

AD [17] portus, & aquæductus, [& murorum] inſtaurationem, ſive extructionem, omnes certatim facta operarum collatione inſtare [18] debent: neque aliquis ab hujuſmodi conſortio dignitatis privilegiis excuſari. Dat. 15. Kal. Febr. *Conſtantinop.* RICHOMERE, & CLEARCHO CONSS. 384.

De operis vitio.

8. Iidem AAA. Cynegio P.P.

OMnes [19], quibus, vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad extructionem ſolito more credita, usque ad annos quindecim [20] ab opere perfecto cum ſuis heredibus teneantur obnoxii: ita ut ſi quid vitii in ædificatione intra præſtitutum tempus pervenerit, de eorum patrimonio (exceptis tamen his caſibus, qui ſunt fortuiti) reformetur. Dat. 3. Non. Febr. *Conſtantinop.* ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

An domus diruendæ ſint, inchoandæ publicæ fabricæ gratia.

9. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Aureliano Præfecto urbi.

SI [21] quando conceſſa a nobis licentia fuerit extruendi: id ſublimis magnificentia tua ſciat eſſe ſervandum, ut [22] nulla domus inchoandæ publicæ fabricæ gratia diruatur: niſi usque ad quinquaginta libras argenti pretii æſtimatione taxabitur. De ædificiis vero majoris pretii ad noſtram ſcientiam referatur: ut ubi amplior poſcitur quantitas, Imperialis extet auctoritas. Datum 3. Kalend. Mart. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De inſcriptione nominis.

10. Iidem AAA. Rufino P.P.

SI [23], qui judices perfecto [publicis pecuniis] operi, ſuum [24] nomen ſine noſtri numinis mentione inſcripſerint, majeſtatis teneantur obnoxii. Datum 3. Non. Jul. *Conſtantinop.* ARCADIO III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

De refectione publicorum mœnium, & thermarum.

11. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Euſebio Comiti ſacrarum largitionum.

NE [25] ſplendidiſſimæ urbes, vel oppida vetuſtate labantur, de [26] reditibus fundorum juris reipubl. tertiam [27] partem reparationi [28] publicorum mœnium, & thermarum ſubſtitutioni [29] deputamus. Dat. 11. Kal. Jul. *Mediolani*, OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

De muris urbium.

12. Iidem AA. Cæſario P.P.

OMnes [30] provinciarum rectores literis moneantur, ut ſciant ordines, atque incolas urbium ſingularum muros, vel novos debere facere, vel veteres firmius renovare: ſcilicet hoc pacto impendiis ordinandis, ut adſcriptio currat pro viribus ſingulorum, deinde adſcribantur pro æſtimatione operis futuri territoria civium: ne plus poſcatur aliquid, quam neceſſitas impetraverit, neve minus: ne inſtans impediatur effectus. Oportet namque per ſingula [non ſterilia] juga [31] certa quoque diſtribui, ut par cunctis præbendorum ſumptuum neceſſitas imponatur, [nemini excuſatione, vel alia præſumptione ab hujuſmodi immunitate præbenda]. Dat. 9. Kal. April. ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De judicibus & ordinibus civitatum.

13. Iidem AA. Theodoro P.P.

NEmo [32] Judicum in id temeritatis erumpat, ut, inconſulta pietate noſtra, novi aliquid operis exiſtimet inchoandum: vel ex diverſis operibus ornamenta [33], aut marmora, vel quamlibet ſpeciem, quæ fuiſſe in uſu & ornatu probabitur civitatis, eripere, vel alio transferre ſine juſſu ſublimitatis tuæ audeat. Etenim ſi quis contra fecerit, ſex libris auri multabitur. Similis etiam condemnatio ordines civitatum manebit, niſi ornamentum genitalis [34] patriæ decreti hujuſmodi auctoritate defenderint. Horreorum autem, vel ſtabulorum fabricas arbitratu proprio provinciarum Judices ſtudio laudandæ devotionis arripiant. Dat. [3.] Kal. Jan. *Mediolani*, HONORIO IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

Quæ ædificia dirui debeant.

14. Iidem AA. Severo P.V.

ÆDificia [35] quæ vulgo [36] *parapetaſia* [37] nuncupantur, vel ſi qua alia opera [38] mœnibus, vel publicis operibus ita ſociata cohærent, ut ex his incendium, vel inſidias vicinitas reformidet, aut anguſtentur [39] ſpatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo; dirui ac proſterni præcipimus. Dat. 6. Id. Octob. *Conſtantinop.* HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

Si princeps opus publicum alicui conceſſerit.

15. Iidem AA. Eutychiano P.P.

SI [40] aliquando homines emergant, qui a noſtra Clementia opus publicum ſibi præberi poſtulaverint: non niſi diruta [41] penituſque deſtructa, & quæ parum ſunt in uſu civitatum, percipiant: intimandis hujuſmodi reſcriptis judicio ampliſſimæ tuæ ſedis. Dat. Idib. Decemb. HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De imagine Principis.

16. Iidem AA. Æmiliano P. [42] P.

SI [43] quando uſus exegerit, vel porticus, vel quaſlibet ædes ætatis ſenio ſeu fortuitis concuſſas caſibus reparari: liceat, etiam inconſulta Clementia noſtra, cum reverentia ſui imaginem [44] deponere, vel noſtram, vel retro Principum, reportatamque poſt refecta ædificia loco proprio denuo collocare. Dat. 5. Kal. Juli. *Conſtantinop.* ARCADIO A. VI. & PROBO CONSS. 406.

Ne locus in publico palatio privatis ædificiis occupetur.

17. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Monaxio P.P. [45].

QUicunque [46] locus in Palatio [47] hujus urbis privatis ædificiis incommode occupatus eſt: is quamprimum ſubrutis omnibus quæ in eo ſunt, ædificiis, Palatio reformetur: quod privatorum non eſt parietibus coarctandum. Nam imperio magna ab univerſis ſecreta [48] debentur, ut hi tantum locum habeant habitandi, quos legitimus majeſtatis noſtræ uſus, & Reipublicæ diſciplina delegit: in futurum etiam univerſis ab hujuſmodi uſurpatione prohibendis. Dat. 9. Kalend. Mart. *Conſtantinop.* HONOR. VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

De turribus novi muri ad munitionem urbis extructi.

18. Iidem AA. Anthemio P.P.

TUrres [49] novi [50] muri, qui ad munitionem ſplendidiſſimæ urbis extructus eſt, completo opere præcipimus eorum uſui deputari, per quorum terras idem murus ſtudio ac proviſione tuæ magnitudinis ex noſtræ ſerenitatis arbitrio celebratur: Eadem lege in perpetuum, & conditione ſervanda, ut annis ſingulis hi, ad quorum jura terrulæ demigraverint, proprio [51] ſumptu eorum inſtaurationem ſibimet intelligant procurandam; eorumque uſu pu-

Ecl. 12. *c.* 5. *ex lib.* 58. *tit.* 12. *c.* 2. 1 Cujacius *hic*, negat Græcam eſſe conſtitutionem, ſed potius Latinam eſſe ait, *ex l.* 26. *ſupr. de epiſcop. & cler.* 2 *d. l.* 26. 3 *l.* 8. *C. Theod. h. t.* Syracuſis prætorium erat domus quodam Hieronis regis Siciliæ. Cic. *in Verrem.* Prætoria autem dicta quod prætores Romani in provincias Romanas miſſi ea loca inhabitabant, ſive quia a regibus quondam earum provinciam commode ædificata, ſive quia ad majeſtatem populi Romani conſervandam pertinere putaint magiſtratus Romanos in hujusmodi ædibus vivere, in quibus olim Reges vixiſſent, vel omicilium ſuum habuiſſent. 4 Domos judiciarias, *d. l.* 8. 5 Non in privatorum u. 6 *l.* 11. *C. Theod. h. t.* 7 Id eſt, Conſtantinopolim, vetus enim Roma non eſt Cnſtantinopolis, ſed quæ a Romulo ædificata. 8 Sumptu ſcil. publico. 9 4. *Ecl.* 12. *c.* 5. 10 Judex, ſua pecunia ſine reſcripto principis novum opt poteſt ædificare. 11 Have Procule K. N. (id eſt, cariſſime nobis) *l.* 22. *C. Thd. h. t.* adde *l.* 1. *ſupr. h. t.* 12 Præſcriptio temporis defendi non poteſt, ab eo qui ita ædificavit in loco publico, ut inde damnum civitati daret: ne quidem ſi princeps ei poteſtatem dificandi fecerit. *Syn.* 58. *tit.* 27. *ex tit.* 11. *c.* 6. 13 *l.* 9. *l.* 45. *ff. de uſurpat. l.* 2. *ſup. ne rei dominicæ.* adde §. 1. 9. *Inſt. de uſuc. Nov.* 30. *c.* 7. 14 *l.* 3. *ſ. de precib. impat.* 15 58. *Ecl.* 22. *c.* περὶ περιγγιλίας *ex tit.* 12. *c.* 6. *& ibi tit.* 12. *ex lib.* 18. *tit.* 11. *c.* 16 Contra ornatum urbanum ædificare non permittitur. 17 *l.* 23. *C. Thd. c.* 54. *Eclog.* 12. *c.* 7. *l.* 7. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* adde *Nov.* 38. *Nov.* 149. *c.* 3. 18 *Imurare*, Hal. 19 *l.* 24. *C. Theod. h. t. Ecl. d. loco c.* 8. 20 Curator operis public vel qui pecuniam ad extructionem accepit, tenetur de operis vitio intra quindecim anno: nec is tantum, ſed & ejus heredes, ut ſi quid ob operis vitium acciderit (non tamen fortuitcaſu) ex ejus patrimonio reformetur. *Synopſ. Baſil.* 54. *tit.* 12. *ex lib.* 58. *tit.* 12. *c.* 8. Decemnnorum tantum ſpatii meminit Harmenop. 3. *tit.* 8. §. *ult.* quod veriſimile eſt in operibi privatis ſervatum. 21 *l.* 30. *C. Theod. h. t.* 22 Domus ſummam quinquginta librarum argenti excedentes, etiam ad opus publicum ædificandum non diruendæ, *ut hic.* poteſt tamen excipi caſus legis 14. J. *h. t.* 23 *l.* 31. *C. Theod. h. t.* 24 De nomine inſcribendo ædificiis vel operibus publicis. adde *l.* 3. *in fin. ff. h. t.* 25 *l.* 32. *C. Theod. h. t.* 26 Unde ſumptus reparandis ædificiis publicis ſumantur. adde *l.* 3. J. *de vend. reb. civ. lib.* 11. *tit.* 11. *l.* 3. J. *de diverſis prædiis, lib.* 11. *tit.* 11. adde *l.* 17. J. *h. t.* 27 *Ecl. d. lib. c.* 11. 28 Εἰς τὰ δημόσια ἔργα καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν δημοσίων βαλανείων, in opera publica publicorumque balneorum exitus. *Syn. ibid. c.* 11. ſed haud dubie legendum eſt ἐγκαύσεις non ἐκβάσεις, ut ſint balnearum calefactiones. Jubet enim Arcadius, in opera publica & publicorum balneorum calefactiones tertiam partem fundorum reipublicæ impendi. 29 *Subuſtioni*, *d. l.* 32. ἐγκαύσεις: male in Synopſi Eclogæ *d. l. c.* 11. legitur ἐκβάσεις. vid. Cujac. 18. *obſ.* 37. 30 *l.* 34. *C. Theod. h. t.* 31 Quidam legunt *jugera*, & male. *Goth.* Vid. Teſſaur. *deciſ.* 254. Schurf. *conſil.* 83. *n.* 2. *centur.* 2. Henning. Goden. *conſil.* 31. *& ſeq.* Heig. *part.* 1. *q.* 20. Anſ. 32 *l.* 37. *C. Theod. h. t.* adde *l.* 5. *l.* 6. *ſupr. h. t.* 33 *Æramen*, *d. l.* 37. 34 Genitalis patria. 35 *l.* 39. *C. Theod. h. t.* 36 *Vulgi more*, *d. l.* 39. 37 *d. l.* 39. *pararesſia*, Hal. παραπετασία *Baſilic.* παραπηγασία Cujac. *hic.* i. e. adplicita, vel adficta muris, vel aliis operibus publicis. Parapetaſia vero, quaſi adtenſa. 38 *Opera publicis mœnibus, vel privatis ſociata &c. d. l.* 39. 39 Nota. 40 *l.* 40. *C. Theod. quæ hic admodum immutata eſt.* 41 Conceſſio generalis de opere publico, intelligitur de deſtructo & diruto, quod tamen non ſit in uſu publico. 42 Præfecto urbi. *l.* 44. *C. Th. h. t.* 43 *d. l.* 44. 44 Imago principis reponenda. De honore principum imaginibus adtributo dixi ad *l.* 7. *in fin. ff. ad l. Jul. majeſt.* 45 Præfecto urbi. *l.* 47. *C. Theod. h. t.* 46 *d. l.* 47. 47 Palatii loca, privatorum ædificiis occupari non oportet. 48 Imperio magna ſecreta debentur. 49 *l.* 51. *C. Theod. h. t.* 50 Muri novi Conſtantinopolitanæ urbis a Theodoſio juniore ædificati, dixi *Novell.* 59. *c.* 5. adde *l.* 7. J. *de metat. lib.* 12. *tit.* 41. *l.* 18. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* 51 Turres & muri pro munitione civitatum in agris privatorum ædificati eorum ſumptu

blico beneficio potientes, curam reparationis ac solicitudinem ad se non ambigant pertinere. Ita enim splendor operis, & civitatis munitio, cum privatorum usu & utilitate servabitur. Dat. prid. Non. April. LUCIO V. C. CONS. 413.

De reditibus domuum, & officinarum, quæ sunt in porticibus Zeuxippi.

19. Iidem AA. Severino P.[1] P.

QUia [2] plurimæ domus cum officinis suis in porticibus Zeuxippi esse memorantur: reditus memoratorum locorum pro quantitate, quæ placuit, ad præbenda luminaria [3], & ædificia ac tecta reparanda [4], regiæ hujus urbis lavacro sine aliqua jubemus excusatione conferri. Datum [5]. Idib. Januar. VICTORE V.C. CONS. 424.

De angiportis & porticibus.

20. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Cyro Præfecto urbi [5].

QUi [6] sine auctoritate divini rescripti ad judicium tuæ celsitudinis destinandi, angiportus [7] integros vel partes suis domibus incluserunt, seu porticus usurparunt [8]: proculdubio jura pristina sacratissimæ reddere civitati [jubemus]: multa [auri] quinquaginta librarum non defutura, si quis posthac in similem audaciam prodire tentaverit. Dat. Kalend. Novembr. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De Basilica.

21. Iidem AA. Cyro P.V.

BAsilicam [9] inauratam & marmoribus decoratam, liberam in perpetuum manere, neque alicujus imaginis, aut pictarum cujuslibet honoris tabularum obumbratione fuscari jubemus, neque in aliqua parte ejusdem basilicæ tabulato quidquam opere stationes [10], ergasteriave constitui sancimus. Illud quoque decernimus, ne in eam equos [11] liceat intromitti, vel nuptias celebrari. Dat. 11. Kalend. Febr. *Constantinop.* VALENT. A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

De novis operibus non inchoandis, antequam imperfecta perficiantur.

22. Imp. LEO A. Erythrio.

NEmini [12] Judicum liceat in hac inclyta urbe, vel in provinciis nova opera inchoare, priusquam [13] ea, quæ incepta invenerit a decessore vel prædecessoribus suis, vetustate diruta, aut desidia derelicta, diligenti studio instantiaque compleverit: cum ex hoc plurimum laudis acquirat, si ea culta & perfecta reddiderit, quæ vetusta sunt, & instaurationem requirunt, quæque ab aliis initiata & imperfecta resederant. Dat. 2. Kalend. Martii, *Constantinop.* MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

Desideratur Græca constitutio id continens, quod primo cap. l. 26. supr. de *episcop. aud. cavetur, quod miror Anton. August. non advertisse: illius ergo constitutionis prior pars hic videatur.*

TIT. XIII.

DE RATIOCINIIS [14] OPERUM PUBLICORUM ET DE PATRIBUS [15] CIVITATUM.

Provinciarum rectores & cæteri viri spectabiles prohibentur discussores esse operum publicorum: & etiam siliquam pro solido recipere, ut olim faciebant: hujus rei cura defensoribus civitatum imminente. Salic.

1. Imp. ZENO A. ARCADIO P.P.

JUbemus provinciarum quidem rectores [16] & singulæ Diœceseos viros spectabiles judices, id est, Præfectum Augustalem, & Comitem Orientis, & utrosque Proconsules, & Vicarios, una cum suis apparitoribus pro tenore generalium magnificæ tuæ sedis dispositionum, discutiendis [17] publicis operibus, vel aquæductibus qui ex civilibus reditibus, vel a quolibet spontanea munificentia facti sunt, vel fuerint, modis omnibus abstinere: nec aliquid quolibet modo, vel quolibet tempore in discutiendo civiles reditus, vel facta opera, vel quæ fieri adsolent, unam siliquam sibi ex singulis erogandis solidis vindicando, aut quodcunque lucrum captando, cum hujusmodi rebus habere commune, utpote patribus [18] civitatum, & curæ eorum deputatis. Qui vero opus aliquod pro sua liberalitate se facturos promiserint, licet certum sit eos [ex sola [19]] pollicitatione, vel pactione ad implendum suæ munificentiæ opus necessitate juris teneri: nullum tamen eos, vel heredes eorum super facto opere ratiocinium, vel discussionem aliquam, utpote non integram promissam quantitatem ad id opus erogatam, vel inutiliter facto opere, aut alia quacunque ratione, quocunque modo, quocunque tempore inquietudinem sustinere concedimus. Quod si vir clarissimus provinciæ moderator, vel ejus officium, reditus publicos, vel opera publica contra vetitum discutiendo, vel unam siliquam, aut quodlibet ex iisdem reditibus, vel operibus vindicando sacratissimæ nostræ legis præcepta transierit, quinque quidem officii primates exilio damnati perpetuo, bona sua civitati, quam læserint, non dubitent vindicanda: Rector vero provinciæ quinquaginta librarum auri ferietur dispendio: Hac eadem pœna Spectabilibus quoque Judicibus (licet illustri dignitate fuerint decorati) & eorum officiis (sicut superius dictum est) imminente. Dat. *

TIT. XIV.

DE PIGNORIBUS [20] ET HYPOTHECIS.

De pignoris cessione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Timotheo.

DEbitor, qui pignoribus profitetur se creditoribus cedere [21], nihilo magis liberabitur. PP. 5. Kalend. Mart. SEVERO A. II. & ALBINO CONSS. 195.

De eo, cui quædam specialiter, & universa bona generaliter obligata sunt.

2. Iidem AA. Lucio.

QUamvis constet specialiter [22] quædam & universa bona generaliter adversarium tuum pignori accepisse, & æquale jus in omnibus habere: jurisdictio tamen temperanda est. Ideoque si [23] certum est, posse eum ex his, quæ nominatim [24] ei pignori obligata sunt, universum redigere debitum: ea, quæ postea ex eisdem bonis pignori accepisti, interim tibi [25] non [26] auferri Præses [provinciæ] jubebit. PP. 2. Kal. Jul. CHILONE, & LIBONE CONSS. 205.

De acquirenda possessione.

3. Iidem AA. Maximo.

CReditores, qui non reddita sibi pecunia, conventionis [27] legem [28], ingressi possessionem [29], exercent, vim quidem facere non videntur: attamen [30] auctoritate Præsidis possessionem adipisci debent [31]. PP. Kal. Maji, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

Si debitor se dicat vi coactum pignori dare.

4. Iidem AA. Bellio.

CUm te pecuniam accepisse, & agros tuos obligasse fatearis: non habet rationem, quod quereris vi [32] te coactum pignori dare. Si igitur recipere vis rem tuam, solve creditori [tuo] pecuniam debitam. Dat. 3. Kal. Junii, ANTONINO A. III. & GETA III. CONSS. 209.

An sententia lata contra debitorem præjudicet creditori.

5. Imp. ANTONINUS A. Domitio.

PRæses [33] provinciæ vir clarissimus jus pignoris tui exequentem te audiet. Nec [34] tibi oberit sententia adversus debitorem tuum dicta, si eum collusisse [35] cum adversario tuo, aut (ut dicis) non causa cognita, sed præscriptione [36] superatum esse constiterit. PP. Idib. Majis, *Romæ*, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De eo, quod propter pignus debitor solvit.

6. Iidem A. Quinto.

IN summa debiti computabitur etiam id, quod propter possessiones pignori datas ad collationem [37] viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium [38] obsequium præstitisse [39] creditorem constiterit. PP. 3. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De usucapione.

7. Imp. GORDIANUS A. Mattiano.

USucapio [40] pignoris [41] conventionem [42] non extinguit [43]. PP. Non. Septemb. PIO & POITIANO CONSS. 234.

1 Præfecto urbi. *l. 52. C. Theod. h. t.* 2 *d. l. 52.* 3 De sumptibus ad præbenda luminaria ædificia & tecta reparanda adde *l. 11. supr. h. t.* adde quæ scripsi *ad l. 2. supr. de aleatorib.* 4 *Reparandæ gratia urbis hujus lavacro, d. l. 52.* 5 Et consuli designato. *Novell. Theod. tit.* 10. 6 58. *Ecl.* 2. *c.* περὶ ἀγγελίας ex *tit.* 11. *c.* 19. & 1. Harm. 4. §. 136. 7 Στενωπὸν ἢ στοὰν angiportum vel porticum, *Synops. illo loco*, πολλὰς ῥύμας ἢ μέρη τούτων: multos vicos aut horum partes. Harmen. *illo loco.* 8 *l. 4. supr. h. t. l. 21. J.* 9 Quæ opera in Basilica inaurata fieri non liceat. 10 *l. 7. §. 13. ff. quib. ex caus. in poss.* 11 Adde *l. 4. supr. de Judæis.* 12 Huc refer *l. 3. C. Theod. h. t.* 13 *d. l. 3.*

14 *l. 2. supr. tit. prox.* 15 Patres civitatum curam habent operum publicorum. *l. un. J. h. t.* eorundem fit mentio in *Nov.* 17. 75. 84. 104. 128. 160. Curam quoque armamentariorum habent. *d. Nov.* 17. 128. (quæ & ipsa numerantur inter publica opera) & pecuniæ publicæ. *l. 1. supr. de aleat.* adde *l. ult. J. de infantib. exposit.* adde *l. 3. J. de his qui sponte. l. 1. J. quib. muner. excus. lib. 10. tit. 55. l. 2. J. de debitor. civit. lib. 11. tit. 32. l. 1. J. de solut. & liberat. debit. l. 46. ff. de damno.* 16 *Novell.* 17. *c.* 3. 17 Id est, curandis. 18 Dixi in *epigraphe supr. h. t.* 19 *l. ult. J. de discussoribus.* vid. *l. 1. l. 3. ff. de pollicit.* adde 54. *Ecl.* 12. *ex tit.* 13. *c.* περὶ τῶν ἐπαγγελλομένων δημόσιον τὸ ἔργον ποιεῖν.

20 Dixi ad *L. 20. D. 1.* 21 Pignoris cessio non liberat debitorem. *l. 6. in fin. §. si certum. l. 28. ff. de reb. cred.* 22 Adde *l. 2. ff. qui potior.* Cujac. 11. *obs.* 32. *in fin.* 23 Pignore speciali idoneo, creditor ex generali sua hypotheca recte non agit. Specialis hypotheca secundi creditoris præfertur speciali prioris idoneæ, id est, jus retinendi tribuit, quamdiu prima idonea est. 24 Id est, specialiter. 25 Secundo creditori, hæc enim exceptio datur secundis creditoribus, non tertiis quibuscunque possessoribus. vid. Negusantium *tract. de pignorib.* 1. *membro. parte* 8. *n.* 9. dixi ad *l. ult. supr. de obligat.* 26 Ut non obstet *l. 2. J. qui potiores.* 27 Pacto pignus propria auctoritate capi potest, *ut hic. l. 11. in fin. §. de pignorat. l. 9. supr. soluto. l. 56. ff. de contrahenda empt.* facit *l. 1. §. 2. ff. de arborib. cædend.* vid. Wurms. 1. *pract.* 30. *c.* 9. vel ita: pactum de ingrediendis & occupandis bonis autoritate propria valet, & proinde creditorem occupantem a pœna bonorum raptoris excusat. vid. Negusantium *tract. de pignorib. membr.* 3. *parte* 4. *num.* 9. vel ita, Creditor qui ex pacto pignus accipit, vim tamen facere non debet, sed autoritate præsidis possessionem adipisci. *Syn. Basil.* 25. *tit.* 2. *cap.* 2. Goth. Ad intellectum hujus *l. & l. pen. supr. de pignorat. act.* vid. Edmund. Merill. *lib.* 1. *obs. ap.* 7. & de pacto Executivo vid. Joan. Sande *decis. Frisic. lib.* 1. *tit.* 12. *defin.* 3. & intellectum. 2. præcedent. cum *l. 2. ff. qui pot. in pignor.* ibid. *lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 16. Ans. 28 Conventionis legem exercere, est sequi conventionem, utique conventione. 29 Pactum, ut debitor a creditore possit etiam capi num valeat? ita putat Zasius 2. *respons.* 8. 30 Quæ mihi licet exigere meo jure honestius, melius ac tutius est exigere per judicem. 7. §. 1. *ff. de reb. cor. qui sub tut. l. 7. §. 3. in fin. ff. quod vi. l. 81. in fin. ff. de solutionib.* fac. *l.* 10. *J. h. t.* ita Cæsar Herodi licentiam dedit in liberos, sed consilium adjunxit, asserens, melius consulturum, si proximiores reges eorumque qui præsunt provinciis, concilium congregaret. *Josephus, Egesippus.* adde Cujac. 16. *obs.* 12. 31 Vid. Menochium *de adipiscenda possess. remed.* 5. *& de arbitr. jud. cas.* 380. Zoannettum *rerum quotid. c.* 61. Mod. 32 Qui pignus dedit creditori, non aliter mutuare volenti: non dicitur vim pati. *l. 12. sup. de rescind. vend.* 33 Vid. quæ notavi ad *l. 7. J. h. t.* 34 Victoria tertii adversus debitorem non nocet creditori litis contestationem ignoranti, *ut hic. l. 3. ff. h. t. l. 63. vers. scient. ff. de rei judic. l. 4. in fin. ff. de appellat.* Secus est, si pignoris conventionem sententia præcesserit. *l. 29. in fin. ff. de except. rei judicatæ.* 35 Pignus debitor per collusionem judiciariam alienans, creditori non nocet: ut & sententia adversus eum contumacem lata. Bart. *il.* 3. *ff. h. t.* 36 *l. 7. J. h. t.* 37 Dixi ad *l. 27. §. 3. ff. de usufructu.* 38 *l. 8. 25. ff. de pignoratitia act.* 39 Creditor sumptus necessarios circa pignus factos petit. *l. 7. in fin. supr. de pignorat. l. 8. ff. de pignorat. l. 32. §. 5. in fin. ff. de adm. & peric. tut.* 40 *l. 1. §. 2. D. h. t. l. 44. §. 5. ff. de usurpat.* ἡ χρονία νομή. 25. *Ecl.* 2. *c.* 1. & 3. Harmen. 5. §. 35. id est, longi temporis præscriptio. *l. ult. in fin. supr. de oblig.* 41 Puta pignorati servi. 42 An id innuitur usucapionem pignoris non perfici si conventum ita sit, ut ne unquam pignus usucaperetur, seu conventione impediri posse saltatem usucapiendi, vel usucapionem pignoris conventione impediri? An id potius, præscriptionem pignoris dominii currere adversus debitorem posse, at non hypothecariam? 43 Et ita usucapto servo jus pignoris aut ususfructus non perimitur, *ut hic. l. 17. §. 2. ff. de usufructu.* Cur ita: cum operæ mihi legatæ perimantur? *l. 2. ff. de usufructu legato.* Operæ jus dominii sequuntur, pignus & ususfructus non item. vid.

Per

Per sententiam latam in personali, non intelligitur creditori satisfactum: & ideo potest agere hypothecaria. Bald.

8. Idem A. Festo.

QUamvis personali [1] actione expertus adversus reum vel fidejussores seu mandatores ejus feceris [2] condemnationem: pignoris tamen adhuc habes [3] persecutionem [4]. PP. Id. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De eo, ad quem pignoris dominium translatum est.

9. Idem A. Attico.

SI dominium ejus possessionis, quæ pignori data esset, a debitrice domina ad te translatum est, eamque postea creditor, vel ejus heredes detinere cœperunt: vindica eam rem, Præside provinciæ curante, ut fructuum [5] deducta [6] ratione, residuoque a te oblato, si [7] fuerit satisfactum, ea possessio tibi reddatur. PP. 3. Kalend. Octobr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De debitore conveniendo.

10. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Alexandro.

DEbitores præsentes prius [8] denunciationibus conveniendi sunt. Igitur si [9] conventi debito satis non fecerint, persequenti tibi pignora seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, competentibus actionibus Rector provinciæ auctoritatis suæ auxilium impartiri non dubitabit. Dat. 14. Kal. Febr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De nominatoribus.

11. Iidem AA. & CC. Euphrosino.

NOminatori [10] pignori capere sine [11] præsidis auctoritate res nominati non licet. S. 3. Id. Mart. AA. & CONSS.

De instrumento non confecto.

12. Iidem AA. & CC. Eusebio.

SI uxor tua pro pecunia, quam accepit mutuo, res proprias obligavit pignori, eique tu successisti [12]: licet instrumento ejus facti testimonium collatum non sit: soluto [tamen] debito, creditorem de his tibi reddendis solenni jure convenies. S. 5. Kal. April. AA. CONSS.

De pignore dato in solutum.

13. Iidem AA. & CC. Matronæ.

CUm dominam non [13] minorem vigintiquinque annis ea, quæ obligaverat tibi, jure [14] dominii possidere permisisse, & in solutum dedisse, precibus significes: dominæ contractus & voluntas ad firmitatem tibi sufficit. S. 3. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De concurrentibus actionibus.

14. Iidem AA. & CC. Apiano.

DIstractis [15] a debitore pignoribus, creditores potestatem habere [16] utrumne personali obligatos sibi, an pignora possidentes in rem actione convenire velint, non est incerti juris. S. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

In AUTHENT. de litigiosis. §. ab hoc autem. coll. 8. tit. 13. al. 28. Novell. 112. cap. 1.

H*Oc ita, si* [17] *debitor ei non satisfaciat ex pretio rei venditæ: quod ut fiat permittitur ei vendere.*

Debitorem non posse deteriorem facere creditoris conditionem.

15. Iidem AA. & CC. Basilidæ.

DEbitorem neque [18] vendentem, neque donantem, neque legantem, vel fideicommissum relinquentem, posse deteriorem [19] facere creditoris conditionem certissimum est. Unde si tibi obligatam rem probare posse confidis, pignora persequi debes. S. 5. Non. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De eo, qui pecuniam alienam credidit.

16. Iidem AA. & CC. Heroidi.

ET si frater tuus non suam, sed ad te pertinentem [20] pecuniam mutuam suo nomine dedit, ac pignus accepit: tamen tibi pignoris obligationem quærere non potuit. S. 3. Idus Maji, *Hadrianopoli*, AA. CONSS.

De re empta ex pecunia credita.

17. Iidem AA. & CC. Pontiæ.

QUamvis ea pecunia, quam a te mutuo [21] frater tuus accepit, comparaverit prædium: tamen nisi [22] specialiter vel generaliter hoc tibi obligaverit, tuæ pecuniæ numeratio in causam pignoris non deduxit: Sane personali actione debitum apud Præsidem petere non prohiberis. S. 12. Kal. Jun. AA. CONSS.

Actionem hypothecariam esse in rem.

18. Iidem AA. & CC. Euodio.

PIgnoris vel hypothecæ persecutio in [23] rem est. S. Kalend. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS.

De vi majore, dolo, culpa & custodia.

19. Iidem AA. & CC. Maximo.

SIcut [24] vim [25] majorem pignorum creditor præstare non habet necesse: ita dolum [26], & culpam, sed & custodiam [27] exhibere cogitur. Datum 17. Kalend. Januar. AA. CONSS.

Si creditor non petat.

20. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CReditor ad petitionem [debiti] urgeri jure minime [28] potest. Quapropter eo quod vos heredibus Euodiani debere confiditis, oblato [29], & si non velint accipere, consignato atque deposito: de reddendo pignore hos Præsidali notione convenite. PP. 17. Kalend. Febr. AA. CONSS.

Si extraneus debitum solverit.

21. Iidem AA. & CC. Vieto.

REs obligatas exterus [30] debito soluto liberando, datum petere, non earum dominium adipisci potest. Dat. 2. Kalend. Novembr. *Retiariæ*, CC. CONSS.

De secundo creditore.

22. Iidem AA. & CC. Antiochiano.

SEcundus [31] creditor offerendo priori debitum, confirmat sibi pignus; & a debitore sortem ejusque tantum usuras, quæ fuissent præstandæ, non etiam usurarum usuras accipere potest. PP. 3. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De remissione pignoris.

23. Iidem AA. & CC. Macedoniano.

MAjor annis vigintiquinque pignoris conventionem remissam, cum hoc solum [32] pactum, vel jurisdictio [33] secundum ipsius voluntatem tueatur, persequi non potest. S. 18. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De concurrentibus actionibus.

24. Iidem AA. & CC. Marco.

PErsecutione pignoris omissa [34], debitores actione personali convenire creditor urgeri non potest. S. 15. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

In AUTH. de fidejuss. §. sed neque ad res. col. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 2.

H*Oc si* [35] *debitor possideat: alio vero possidente inhibetur hypothecaria, donec personaliter actum sit cum reo & intercessore. Et si nec ex hypothecis debitoris satisfiat, tunc demum intercessoris hypothecæ, si quæ sunt, petantur:* Quod jus & in *heredibus locum habet.*

De morte servi pignorati.

25. Iidem AA. & CC. Dracontio.

SErvo, qui fuerat pignori obligatus, defuncto [36]; debiti permanet integra petitio. Dat. 6. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De servo pignorato abrepto.

26. Iidem AA. & CC. Mauritio.

SI tibi notarium [37] pignoris titulo debitor tuus obligavit: eum, a quo mancipium abreptum [38] proponis, apud Rectorem provinciæ conveni. S. 4. Kalend. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS.

De militia.

27. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SUper [39] hypothecis, quas argenti distractores, vel metaxarii [40], vel alii

Cujac. 19. *observ.* 23. 1 Debitor actione personali conventus & ob eam causam condemnatus non ideo jus pignoris amittit. *l.* 13. §. 4. *ff. h. t. l. un. infr. etiam ob chirographar.* 2 Facere condemnationem, est vincere: hoc denique efficere, ut adversarius condemnetur. 3 Et merito: constat enim pecuniam creditori solutam non esse. *l.* 11. §. 1. *ff. de pignorib. l.* 13. §. 1. *ff. ad SC. Velleian.* 4 Persecutio pignoris, ejusdem vindicatio. vide Cujac. 15. *observ.* 21. 5 Creditor fructus perceptos in sortem imputat. Quid si nondum sortem exæquant? debitori, aut ejus vicem sustinenti residuum offerenti pignus reddere cogitur. 6 Fructus debitum extenuant. 7 *l.* 9. §. 3. *ff. de pign. action.* 8 Si convenit, ne pignus debitoris distrahatur, & perpetuam moram solvendi faciat, solenniter ac testibus denunciare eidem possum, ut pignus luat, *ut hic.* Paul. 2. *sentent.* 5. §. 1. *l.* 4. *ff. de pign. action.* eo moram faciente, jussu judicis pignus vendi potest. *l.* 18. *in fin. supr. de adm. tut.* alias denunciatio præcise non requiritur. §. 15. *in fin. Instit. de act.* ut male quidam hic adferunt. adde *l.* 13. *ff. de serv. præd. urb.* adde *l.* 3. *in fin. supr. h. t.* adde quæ scripsi ad *l. pen. ff. de distract. pign.* Cujac. 5. *observat.* 31. 9 Debitore moram faciente, pignoratitia agimus. 10 Vid. *l.* 2. §. *si eo.* 7. *ff. de administr. rer. ad civit. pertin. l.* 9. *ff. de minorib.* 11 Citra pactum vel jussum judicis rem alienam pignori non capimus. 12 Qui pignus accipit, non modo debitori, sed & ejus heredi pignoris nomine tenetur: licet in instrumento nulla sit heredis facta mentio, nam tacite id conventum intelligitur, ut heredi soluto tamen debito pignus redderetur. *§. ult. Inst. quib. modis re contrahitur.* 13 vid. *l.* 44. *ff. de solut.* Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Gaspar. Roderic. *de ann. reditib. l.* 2. *quæst.* 2. *num.* 37. Ans. 14 Creditor pignus jure dominii possidere potest. 15 vid. *l.* 12. *infr. de distract. pign.* 16 Hodie non habet, vid. quæ dicam *l.* 24. *infr. h. t.* 17 Debito recepto creditor jus pignoris amittit. 18 Pignus vendendo, donando, vel legando, debitor deteriorem causam creditoris non facit. Quo fit ut ipsum pignus creditor possit persequi. *Synopsis Basilic.* 25. *tit.* 2. *c.* 48. vid. *l.* 12. J. *de distract. pign.* 19 Debitor nullo jure deteriorem creditoris conditionem facere potest. 20 Id est, alienam. Mutuans alienam pecuniam (non tamen minoris. *l.* 7. *ff. qui potiores*) in dubio sibi, non pecuniæ domino, jus pignoris adquirit. *l.* 2. *supr. si certum pet. l.* 19. *infr. de distract. pign.* adde *l.* 52. §. 18. *ff. de furtis.* 21 Empta res ex pecunia credita creditori non est obligata, nisi & id quoque specialiter vel generaliter sit conventum, ut obligata esset. 22 *l.* 7. *infr. qui potiores. Nov.* 136. *c.* 3. *vers. Neque enim justum.* 23 vid. *l.* 17. *ff. h. t.* 24 Pignoris fortuitos casus creditor non agnoscit, sed dolum, culpam & custodiam tantum. *Syn. ibid. c.* 11. 25 *l.* 5. 6. *supr. de pign. action.* 26 *l.* 23. *ff. de reg. jur. l.* 13. *in fin. ff. de pig. act.* 27 *§. ult. Inst. quibus modis re.* An id perpetuo verum est? Cujacius 19. *observ.* 24. putat id tantum verum esse, si solius creditoris gratia pignus sit contractum, non si utriusque gratia. *argum. l.* 5. §. 2. *ff. commodati.* ut eo casu nulla sit differentia inter commodati actionem & pignoratitiam. 28 Et merito, cum invito beneficium non detur. vid. *l. un. supr. ut nemo invitus.* Goth. Sensum hujus l. vid. apud Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 46. Ans. 29 De oblatione, depositione, vid. *l.* 10. *supr. de pign. act. l. acceptam.* 19. *infr. de usuris.* 30 vid. *l.* 1. J. *de his qui in prior. credit.* 31 Secundus creditor priori debitum offerens, pignus suum confirmat. *l.* 8. J. *qui potiores. l.* 12. §. 6. *ff. qui potiores. l.* 5. *ff. de distract. pig.* secundus, id est, novissimus. Paul. 2. *sent.* 13. *§. penult.* posterior. *l.* 11. *in fin. ff. qui potior.* qui posteriore loco pignus accepit. *l.* 1. *l.* 5. J. *qui potior.* 32 Nudo pacto pignus remitti potest. *l.* 2. *in fin.* J. *de remiss. pign.* 33 Id est, Edictum Prætoris tuetur nudam pignoris remissionem. *l.* 9. *ff. qui potiores.* 34 Liberum est creditori, omissa personali actione pignus persequi. Quid si tertius pignus possidet, hodie non est creditori liberum pignus persequi inexcusso debitore principali, vel ejus fidejussore. *Novell.* 4. *cap.* 2. *Auth. prox.* J. & ita hæc constitutio restringitur, & *lex* 14. *supr. h. t.* 35 Restringitur, *lex* 14. *lex* 24. *supr. h. t.* Goth. Conciliationem hujus auth. cum *Novell.* 112. & *Nov.* 4. vid. apud Rittershus. *in exposit. Nov. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. & *cap.* 3. Porro de Jure Canonico quidam volunt cessare beneficium cessionis. Gail. *lib.* 1. *obs.* 27. Wesenbec. *cons.* 10. *num.* 4. Ans. 36 Interitu pignoris reus non liberatur. *l.* 21. §. 2. *ff.* & *l.* 9. *supr. h. t.* *§. ult. Inst. quibus mod. re.* & ita creditor debitum petit, etiamsi pignus acceptum non reddat. 37 Servum scilicet. 38 Creditor pro re pignori data furto subtracta agit furti. *l.* 12. §. 2. *ff. de furtis.* 39 vide *Authent.* J. 40 Μεταξάριοι 25. *Ecl.* 2. *cap.* 56. serici distractores; dicam *ad l.* 10. J. *de murilegulis.* Metaxalini Festus *in Serici.* Moschopulus, σὴρ ὁ σκώληξ ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος, ἀφ' οὗ σηρικὰ ἱμάτια τὰ μετάξατα. Zonaras in *Niceta* 2. ἐκ μετάξης ἐσθῆτας, αὐτὰς

quarumcunque specierum negotiatores, pecunias sibi credentibus dare solent, hoc specialiter super amputanda omni machinatione sancimus, ut si post hujusmodi contractum liberis suis, vel alio modo cognatis, quamcunque militiam [1] iidem negotiatores acquisierint (eam tamen, quæ vendi [2], vel ad heredes [3] sub certa definitione transmitti potest) liceat [4] creditoribus eorum etiam non probantibus ex pecuniis eorundem negotiatorum liberos eorum, vel cognatos militasse (dum tamen contrarium non probetur, alios ex suo patrimonio dedisse pecunias) creditum ab his, qui militarint, exigere: vel tantum eos efflagitare quanti vendi eadem militia possit. Quod ita obtinere sancimus, & si extraneis [5] quibusdam iidem negotiatores de suis pecuniis hujusmodi militiam acquisisse probentur: ut quod generaliter in ipsis debitoribus militantibus talem militiam, quæ vendi, vel ad heredes transmitti potest, permissum est, ut liceat creditoribus, & adhuc viventium debitorum jure hypothecæ vindicare militias, nisi sibi satisfiat, & post mortem eorum exigere quod pro iisdem militiis pro tenore communis militantium [6] placiti, vel divinæ sanctionis tale præstantis beneficium, dari solet: hoc in negotiatorum personis, licet ipsi militantes minime debito obnoxii sint, integrum creditoribus eorum servetur. Quod scilicet in futuris militiis, non etiam in his, quas liberi, vel cognati eorundem negotiatorum, vel extranei pecuniis eorum meruerunt, tenere sancimus. Dat. Kalend. Jun. DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de exhib. & introduc. reis. §. optimum quoque. col. 5. tit. 8. al. 6. Nov. 53. c. 5. est etiam ex titulo de æqualitate dotis, & propter nuptias don. coll. 7. tit. 9. al. 8. §. quia vero, & hujusmodi Nov. 97. cap. 4.

QUod obtinet [7], si [8] adhuc [9] mutuaverit pecuniam, ut militia emereretur: alioquin filii, aut uxor defuncti omnibus præponentur [10]. Sed & si nullus prædictorum fuerit, tunc aliis creditoribus hoc damus.

TIT. XV.

IN QUIBUS CAUSIS PIGNUS, VEL HYPOTHECA TACITE [11], CONTRAHITUR.

De tributis.

1. Imp. ANTONINUS A. Sperato.

UNiversa [12] bona eorum, qui censentur, vice pignorum tributis [13] obligata sunt. PP. Kalend. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De contrahentibus cum fisco.

2. Idem A. Proculo.

CErtum est ejus, qui cum fisco [14] contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamvis specialiter id non exprimatur. Dat. 6. Kalend. Mart. MESSALA, & SABINO CONSS. 215.

De fructibus prædii pignerati, & prædiis emptis ex fructuum pretio.

3. Pars ex rescripto ALEXANDRI A. ad Demosthenem.

QUamvis fructus [15] pignori datorum prædiorum, etsi id aperte non sit expressum, & ipsi pignori credantur tacita pactione inesse: prædia tamen [16] quæ emuntur [17] ex fructuum pretio, ad eandem causam venire, nulli prudentium placuit. PP. Idib. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De debito primipili: & bonis dotalibus.

4. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Africano.

SAtis notum est, & ratione constitutum, bona earum in dotem [18] data quæ nuptæ sunt his qui primipili [19] sarcinam subeunt, obnoxia necessitati ejus teneri: verum certo ordine, ut scilicet tunc demum ad hoc periculum mulieris patrimonium respiciat, si universis viri ac nominatorum facultatibus exhaustis, nihil residuum invenietur. Datum 5. Id. August. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De inductis & illatis in fundum.

5. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Corinthiæ.

SI non [20] inducta, & illata in fundum, quæ pignoris teneri causa placuerat, mancipia fuissent, nec hæc specialiter obligata monstrentur: Rector provinciæ ea restitui jubebit. Nec enim prætextu debiti pensionum, restitutionem eorum morari potest: cum, si quid sibi deberi domina fundi ex pensionibus, vel quacunque ratione probare possit, hujus solutionem solenniter fieri conveniat. S. 12. Kalend. Febr. CC. CONSS.

Si tutrix secundo nubat, non reddita ratione.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P. P.

SI mater legitime liberorum tutela suscepta, ad secundas (contra sacramentum præstitum) adspiraverit nuptias, antequam [21] eis tutorem alium fecerit ordinari, eisque quod debetur ex ratione tutelæ gestæ persolverit: mariti [22] quoque ejus præteritæ tutelæ gestæ ratiociniis bona jure pignoris tenebuntur obnoxia. Dat. 6. Id. * [THEOD.] A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De invectis, illatis.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SAncimus, de invectis [23] a conductore [24] rebus, & illatis, quæ domino pro pensionibus tacite obligantur, non solum in utraque Roma, & territorio earum hoc jus locum habere, sed [25] etiam in nostris provinciis. Tali enim justa præsumptione etiam omnes nostros provinciales perpotiri desideramus. Datum 15. Kalend. Novembr. post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno secundo 532.

TIT. XVI.

SI ALIENA [26] RES PIGNORI DATA SIT.

De procuratore.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Carpo.

PRocurator [27] citra domini voluntatem domum pignori frustra dedit: Si tamen pecuniam creditoris in rem domini versam [28] constabit, non inutilis erit exceptio [29], duntaxat quod numeratum est exsolvi desideranti. PP. 11. Kal. Nov. SEVERO A. II. & ALBINO CONSS. 195.

De scientia vel ignorantia domini.

2. Iidem AA. Latinæ.

SI probaveris Præsidi [prædia vel] hortos, de quibus agebatur, tuos esse, intelligis obligari eos creditori ab alio non potuisse, si [30] non sciens hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti. PP. Id. Octob. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De tutore, vel curatore.

3. Imp. ANTONINUS A. Martiæ.

CUrator [31] adulti, vel tutor pupilli, propriam rem mobilem ejus cujus negotia tuetur, pignoris jure non obligare potest: nisi in rem [32] ejus pecuniam mutuam accipiat. PP. 6. Kal. Feb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De filio.

4. Imp. ALEXAND. A. Secundo.

NEc si major annis viginti quinque fuisset filius [33] tuus, qui in potestate tua erat, te invito rem tuam obligare potuit [34]. PP. 3. Kal. Novembr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si is qui pignoravit, postea dominus esse cœperit.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Eutychio.

CUm res quæ necdum in bonis debitoris est, pignori data ab eo, postea [35] in bonis ejus esse incipiat: ordinariam quidem actionem super pignore non competere, manifestum est: sed tamen æquitatem [36] facere, ut facile utilis [37] persecutio exemplo pignoratitiæ detur. PP. 13. Kal. Jun. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De prædio quod mater filio donavit.

6. Iidem AA. & CC. Zosimo.

QUæ [38] prædium in filios a se titulo donationis translatum, creditori suo dat pignori, se magis contrario pignoratitio obligat judicio, quam quicquam dominis noceat: cum Serviana [39] etiam actio declaret evidenter jure pignoris teneri non posse, nisi quæ obligantis in bonis fuerint: & per alium rem alienam invito domino pignori obligari non posse certissimum est. S. 5. Idib. Jul. *Philippop.* AA. CONSS.

De tutore.

7. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

SI in rem suam accepta pecunia mutua tutor [40] mancipium tuum pignori dedit, nec huic post [41] perfectam ætatem consensum accommodasti, pignori res obligari non potuit. S. 6. Kal. Jan. AA. CONSS.

γὰρ αἱ σηρικαί, est autem Metaxa non quodvis sericum, sed rude αὐτοφυής, neque tinctum neque in fila deductum: separatur a nemate serico, *l. ult. §. 7. ff. de publicanis & hic. & l. 10. infr. de murilegulis*, a sericoblatta, id est, serico in purpureum colorem verso. 1 Militiam liberis, vel cognatis emere licet, *ut hic:* An & exteris? licet. *vers. quod ita. infr. h. t.* 2 Militia non omnis emi potest. dixi ad *Novell. 53. cap. 5. §. 1.* adde *l. 5. infr. qui militare. l. 52. §. 2. ff. de act. empt. l. 3. §. 7. ff. de mun.* 3 Militia non omnis ad heredes transmitti potest. 4 Argentarii si militiam liberis aut cognatis, *ut hic*, & extraneis, *vers. quod ita. J. h. t.* comparant, militia creditoribus argentariorum obligata intelligitur: quia præsumitur in dubio comparata ex pecunia credita, *ut hic.* Quid si argentarii pecunia militiam liberis, vel cognatis emero? militia argentario æqua vicissitudine obligata erit. *Nov. 136. c. 2. & ibid. Julianus.* Creditorem cum hic dicimus, eum tantum creditorem intellige, qui specialiter ea lege credidit, ut militia emeretur. *Authent. prox.* adde quæ scripsi *ad Novell. 136. c. 2.* 5 Extraneis etiam militiam emere possumus. 6 Placitum militantium, quod & *casus militiæ & scholæ placitum* in Novellis. 7 Id est, jus hypothecæ adquiritur. *Goth.* vid. Rittershus. *Expos. Novell. part. 3. cap. 8.* Ans. 8 Qui scilicet argentario succedit, aut ipse argentarius qui alteri credidit. 9 Idque nominatim. 10 Observa gradus hypothecæ: Priore loco constituitur qui specialiter credidit, ut militia emeretur, deinde dotis causa: tertio reliqui creditores.

11 Dixi ad *L. 20. D. 2. l. 1. supr. comm. de legat.* 12 Tributaria sc. vid. quæ dixi ad *l. 1. in fin. supr. si propt. public. pensit.* 13 Fiscus tacitam habet hypothecam ex causa tributorum. 14 Fiscus tacitam habet hypothecam ex causa suorum contractuum, & ita accipe *l. 46. §. 3. ff. de jure fisci, ut hic.* non si privato alicui succedit. *l. 10. in princ. ff. de pactis. l. 2. ff. de rebus eorum qui sub tutela.* 15 Fructus rei obligatæ tacite obligari intelliguntur, *ut hic:* si extant: alias consumpti ab emptore non condicuntur. *l. 16. §. 4. ff. de pign.* 16 Ratio dubitandi. 17 Emptum ex fructibus rei pignoratæ non est in causa pignoris. 18 Dixi ad *l. 2. supr. ne uxor pro marito.* aliud est in rebus non dotalibus & paraphernis. *l. 1. supr. de priv. fisci.* 19 Si maritus ex administratione primipili fisci debitor factus est, res uxoris dotales tacite fisco obligantur, marito idoneo non existente, atque ita hæc lex exceptio est ad titulum *ne uxor pro marito.* 20 Fructus coloni tacite obligantur pro herede: at non invecta & illata, nisi id nominatim convenerit. *l. 7. ff. h. t. l. 32. ff. de pignor. & hyp. l. 5. supr. de locato.* Contra in urbanis invecta & illata tacite obligata intelliguntur locatori. *l. 4. ff. de pact.* adde *l. 7. infr. h. t.* 21 Dixi ad *l. 6. supr. ad SC. Tert.* adde *l. 14. supr. de legat. hered. l. 3. ex Nov. Theod. de tut. §. ult. 25. Eclog. cap.* περὶ ἐπιτροπευούσης μητρός. *tit. 2. c. 60.* 22 Matre nubente non redditis rationibus, liberi ex priore ejus matrimonio nati in ejus, ejusque mariti, id est, vitrici sui bonis tacitam habent hypothecam, *ut hic.* dixi ad *Novell. 22. cap. 40. & l. 2. supr. quando mulier tutelæ offic. fungi possit.* 23 *l. 5. supr. h. t.* 24 *l. 4. ff. de pact. l. 4. ff. h. t. l. 5. supr. de locato.* adde *l. 5. supr. h. t.* 25 Lex de tacita hypotheca invectorum & illatorum, locum etiam habet in provinciis.

26 Adde *l. 6. in fin. J. tit. prox. l. 1. in fin. ff. de pig. & hyp. l. 2. ff. de pig. act.* adde *s. tit. de rebus alienis non alienand.* 27 *l. ult. infr. h. t.* 28 In rem domini versio pignus conciliat alias invalidum a procuratore constitutum. 29 Id est, retentio, *l. 1. in fin. ff. de pig. l. 1. ff. quibus modis pign. l. un. J. etiam ob chirograph. l. 26. §. 4. in fin. ff. de cond. indeb.* 30 Invito domino res obligari non potest. *l. 6. in fin. infr. h. t.* sciente & dissimulante potest, *ut hic, l. 11. J. de distr. pig. l. 30. ff. de rei vind.* res tamen aliena sub conditione, *si debitoris fuerit*, potest obligari. *l. 16. §. 7. ff. de pign.* 31 Tutor pupilli, Curator rem adulti proprio nomine inutiliter obligant. adde *l. 56. §. 4. ff. de furt. l. 7. infr. h. t. l. 7. §. 3. ff. pro empt. l. 22. supr. de pact.* 32 *l. 16. ff. de pign. act.* adde *tit. præd. & aliis reb. min. supr.* 33 Filius rem patris inviti obligare non potest. adde *l. 1. §. 1. ff. quæ res pig. l. 23. supr. de pact. l. 7. supr. de reb. cred.* 34 Licet quodammodo dominus videatur. *§. 2. vers. sed sui. Inst. de her. qualit.* 35 Adeptione dominii, pignus rei alienæ convalescit. *l. 16. §. 7. ff. de pig. & hyp.* ut & emptio. *l. 72. ff. de rei vind.* 36 Quasi diceret aliud videri stricto jure. 37 Vide quæ notavi ad *l. 22. ff. de pign.* 38 Quod mater filio donavit, obligare non potest. 39 Servianæ actionis effectus. 40 vide *l. 3. supr. h. t.* 41 Ratihabitione pignus inutile confirmatur.

De

De servo procuratore, colono, conductore, actore.

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P.P.

NExum [1] non facit prædiorum, nisi persona quæ jure potuit obligare. Per servum [2] autem, aut per Procuratorem [3] colonumve [4], actorem, seu conductorem, [ullum] præjudicium possessioni invito, vel inscio domino imponi non posse, & jure, & legum auctoritatibus declaratur [5]. Dat. Id. Jul. *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 424.

TIT. XVII.

QUÆ [6] RES PIGNORI OBLIGARI POSSUNT, VEL NON, ET QUALITER [7] PIGNUS CONTRAHATUR.

De his, quæ non continentur generali hypotheca.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Optato.

ALumnos [8] tuos, & cæteras res, quas neminem credibile [9] est pignori specialiter daturum fuisse, generali [10] pacti conventione, quæ de bonis tuis facta est, in causa pignoris non fuisse rationis est. PP. 7. Kal. April. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De emptoribus agrorum pignoratis.

2. Iidem AA. Rogato.

CUm constet pignus consensu [11] contrahi: non dubitamus, eum, qui emptiones [12] agrorum suorum pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse. PP. 5. Kal. Jul. APRO, & MAXIMO CONSS. 208.

De religiosis.

3. Imp. ANTON. A. Restituto.

SI monumento [13] corpus filiæ tuæ intulisti, religiosum [14] id fecisti: quo facto obligari a quopiam, prohibente juris religione non posse, in dubium non venit. PP. 3. Kal. April. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De nominibus.

4. Imp. ALEXAND. A. Evocato.

NOmen [15] quoque debitoris pignorari, & generaliter, & specialiter posse, jam pridem placuit. Quare si debitor is satis non fecerit, cui tu credidisti: ille, cujus nomen tibi pignori datum est, nisi [ei] cui debuit, solvit, nondum [16] certior a te de obligatione tua factus, utilibus actionibus satis tibi facere usque ad id, quod tibi deberi a creditore ejus probaveris, compelletur: quatenus [17] tamen ipse debet. PP. Prid. Kalend. Mart. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De spe præmii athletici.

5. Idem A. Septimio.

SPem [18] eorum præmiorum [19], quæ pro coronis [20] athletis pensitanda sunt, privata pactione [21] pignorari minime admittendum est: & ideo, nec si generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis intervenerit, tenet. PP. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De filiis, & aliis liberis hominibus.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Rufo.

QUi filios [22] vestros, vel [23] liberos homines pro pecunia quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, dissimulatione se juris circumvenit: cum sit manifestum, obligationem pignoris non consistere, nisi [24] in his, quæ quis de bonis suis facit obnoxia. S. Kal. Majis, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De his, quæ ad culturam agri pertinent.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad universos provinciales.

EXecutores [25] a quocunque judice dati ad exigenda debita [26] ea, quæ civiliter [27] poscuntur, servos [28] aratores [29], aut boves aratorios [30], [aut instrumentum aratorium [31]] pignoris causa de possessionibus non abstrahant, ex [32] quo tributorum [33] illatio retardatur. Si quis igitur intercessor, aut creditor, vel præfectus [34] pagi [35] [vel vici,] vel decurio in hac re fuerit detectus: æstimando a Judice supplicio subjugetur. Dat. 3. Non. Jun. *Sirmii*, CONSTANTINO A. & LICINIO CONSS. 312.

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Probo Com. sacr. larg.

PIgnorum [36] gratia aliquid, quod ad culturam [37] agri pertinet, auferri non convenit. Dat. 6. Id. Jun. CONSTANTE & CONSTANTIO CONSS. 414.

In AUTHENT. col. 10. de statutis, & consuetud. contra ecclesiæ libertatem editis. §. agricultores. & est constitutio Friderici.

AGricultores circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint, in quacunque parte terrarum: ita ut nullus inveniatur tam audax, ut personas [38], boves, & agrorum instrumenta [39], aut si quid aliud sit, quod ad agrorum operam rusticam pertineat, invadere, aut capere, aut violenter auferre præsumat. Si quis autem hujusmodi statutum ausu temerario violare præsumpserit, in quadruplum ablata restituat: & infamiæ notam ipso jure incurrat: imperiali animadversione nihilominus puniendus.

De generali hypotheca, & de bonis præsentibus, ac futuris.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI quis in cujuscunque contractus instrumento ea verba [40] posuerit, *Fide, & periculo rerum ad me pertinentium* [41], vel *per earum exactionem satisfieri tibi promitto*: sufficere ea verba ad rerum tam earum quas in præsenti debitor habet, quam futurarum [42] hypothecam sancimus: nec ex prioribus sanctionibus minus habere specialis hypothecæ memoriam videri: cum sit justum voluntates [43] contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conservandam contrahentium voluntatem sancimus, ut si res suas [44] supponere debitor dixerit, non adjecto, *tam præsentes quam futuras*, jus tamen generalis hypothecæ etiam ad futuras [45] res producatur. Dat. 3. Id. Dec. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

TIT. XVIII.

QUI POTIORES [46] IN PIGNORE HABEANTUR.

Quibus modis secundus creditor jus suum confirmat.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Secundo.

QUi pignus secundo [47] loco accepit, ita jus suum confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniam solverit; aut cum obtulisset [48], isque accipere noluisset, eam obsignavit, & deposuit, nec in usus suos convertit. PP. Kal. Febr. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De prioribus tempore.

2. Imp. ANTONINUS A. Chresto, & aliis.

SI decreto Prætoris, qui [49] de fideicommisso jus dixit, in possessionem fundi hereditarii fideicommissi [50] conditionalis servandi gratia prius inducti

1 *l. 2. C. Th. de pign.* Obligare nemo rem potest, nisi quis obligare potest &c. *Syn. Basil.* 4. *tit.* 4. *cap.* 12. 2 Servus, procurator, colonus, actor, conductor domino invito rem obligare non possunt. 3 *l. 1. supr. h. t.* 4 Διοικητὴς dicitur autore *Syn. ibid.* 5 *Decantatur. d. l. 2.*

6 Dixi ad *L. 20. D. 3. conjunge tit. s. quæ res venire non possunt.* 7 Consensu, *l. 2. J. h. t.* adde *l. ult. J. h. t. l. 4. ff. de pignor.* 8 *l. 8. ff. de pignor.* Paul. 5. *sent.* 6. §. *ult.* Alumni, θρέπτοι, 25. *Ecl. 2. cap. 6.* dixi ad Festum *in Altellus.* τρόφιμοι. Alumni porro dicuntur, quia Latini non habent nomen quod nutritori opponatur. Servius 10. *Æneid.* ibi: *Charo datus ibat alumno.* Ostendit itaque Servius *Nutritii* nomen Latinum non esse, vel ad alumnum exprimendum non sufficere. Id merito de alumnis constitutum; Ne in generalem obligationem accederent: sunt enim pene liberorum loco, & a nutritore vel nutrice non separantur. *l. 3. §. 4. ff. de homine libero.* & ex nomine educatoris sunt, *l. 88. §. 6. ff. de leg. 2.* a minore viginti annis manumitti possunt. §. 5. *Instit. quibus ex caus. manumitt. l. 13. l. 14. ff. de man. vind.* Et dubitatur, an sit in eis locus SC. Silaniano. *l. 1. §. 10. ff. de SC. Silan.* & ad eorum successionem educator veniat? responsum est tamen non venire. *l. 10. supr. commun. de success.* an sit cum alumna connubium? responsum est esse. *l. 26. supr. de nupt.* Eisdem ex testamento imperfecto hereditas conservatur. *l. 38. ff. de fideicomm. liber.* dati tutores confirmantur. *l. 32. vers. Similis est. ff. de excus. tutor.* vide Cujac. *apud Paul. dict. loco.* vid. *l. 34. §. 1. ff. de usufr. leg.* 9 Non credibile non attenditur. 10 Generali obligatione alumni & ea quæ nemo verisimiliter obligat, non continentur. *l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pig.* 11 Pignus consensu contrahitur, *ut hic & l. 2. in fin. infr. de remis. pign.* Imo re §. *ult. Inst. quib. mod. re contr.* Hæc inter se non sunt contraria. 25. *Eclog.* 1. *cap.* 1. 12 Id est, instrumenta emptionis. Qui instrumenta emptionis obligat, rem emptam seu rem instrumenti obligare videtur. adde *l. 1. infr. de donat.* 13 Monumentum obligari non potest. 14 Res religiosæ non possunt obligari. 15 Nomen generaliter & specialiter obligari potest. *l. 3. l. 7. supr. de hered. vel act. vend. l. 18. ff. de pign. act.* 16 Pignus pignori dari potest. *l. 13. §. 2. ff. de pign.* Qui pignus meum a meo creditore accipit, pignoris adquisitionem mihi denunciare statim debet: alioquin ignoranter creditori meo solvens, pignus evincam. 17 Titio dedi pignus in decem: Titius Mævio dat idem pignus in viginti? non teneor nisi in decem. Quatenus, id est, quandiu utraque pecunia debetur, pignus Mævio secundo creditori tenetur. *l. 13. §. 2. ff. de pign.* & tamen pignus, quatenus tantum debeo tenetur, *ut hic.* 18 Spes præmiorum ex sacris certaminibus pensitanda pignorari non potest pactione privata, *ut hic:* aut ipsamet pecunia sacra. *l. 40. ff. de re jud.* adde & stipendium armatorum militum. *l. 4. s. de execut. rei jud.* Porro præmia, de quibus s. consistebant in annonis, obsoniis, pensitationibus, quæ athletis pro indepta victoria totius vitæ suæ tempore præstabantur de publico, exinde, quo in suam civitatem invecti fuissent, non per portam civitatis, sed disjecta parte muri, ut Suetonius scribit *in Nerone*, & Plinius *in epist.* 17. 19 Dixi ad *Novell.* 53. *cap.* 5. §. 1. adde *d. l. 40.* 20 Athletæ pro præmio coronantur. *l. un. infr. de athletis. l. 6. §. 13. ff. de excus. tut.* quod pro coronis dabatur corollarium ἐπιστεφάνωμα. Gloss. 21 Nam judicis auctoritate possunt. *d. l. 40.* 22 *l. ult. ff. h. t.* 23 Filii & liberi homines obligari non possunt, quia in bonis debitoris non sunt. *l. 12. & Auth. Imo. s. de obl.* 24 *l. 2. s. tit. prox.* 25 *Intercessores, l. 1. C. Th. de pign. l. 8. supr. de officio rectoris provinciæ* ἐκβιβασταί. *Syn. Basil.* 25. *in fin.* 26 Vide Menochium *de adipisc. possess. remed. s. & de arbitr. judic. tractat. cas.* 378. Gilbertum Regium *lib. 2.* ἐναντιοφανῶν. *c.* 20. Mod. 27 Aliud in debito fiscali. Et ita quidem in Gallia servatur. vide Renatum Choppinum 1. *de privileg. rustic.* 7. *num.* 1. aliud etiam, si per quadrimestre tempus a die sententiæ moram fecit in solvendis decimis, & ita Arresto Parisiensi judicatum 8. Kalend. Dec. anno 1573. refert idem Choppinus *ibid. n.* 2. 3. 28 Servi, boves aratorii, instrumentum aratorium, puta vomeres & aratra, a creditoribus, & executoribus sententiarum, aut exactoribus tributorum capi non possunt, propter rei rusticæ & agriculturæ utilitatem omnium communem. *l. 8. infr. h. t. Auth. Agricultores. infr. h. t.* & fisci tributa. *ut hic.* Vix est ut hodie constitutio servetur. In Normania Gallica locum non habet, quoties de fisci debito agitur. vid. *Francisci I. const. anni* 1540. *Jan.* 8. Et ita judicatum fuisse Parisiensi Arresto Bugnonius refert in *leg. abrogatis.* Novissime ann. 1571. lege lata 8. Id. Oct. confirmata a senatu Prid. Non. Februar. ann. 1572. Personis rusticorum indultum, ne ob æs alienum qualecunque privatum abducerentur in carcerem. Qua in re legislatores Galli Græcos superant, qui aratra quidem vetabant ob fœnus addici creditori: corpora tamen his utentia, necti permittebant. 2. *Diod.* 3. His adde Ripens. *ad l. 6. & 9. ff. de pig. n. 57. & in tract. de peste. 3. par. 6. remed. vers. item boves.* 29 Servos cultores Anianus *d. l.* 1. 30 Quidam hoc extendunt ad instrumenta quorumvis artificum necessaria. Ad rusticos revertor. Quid si rustico nulla alia sint bona? capi possunt. Accurs. *hic.* Quid si rusticus fundum habeat? una cum fundo possunt distrahi. Cynus Perticensis, Rosatiensis, Choppinus 1. *de priv. rust.* 7. *n. ult.* 31 Ob civilia debita boves aratorii capi non possunt. Eadem ratione lege Attica mactari boves aratorios non licuit, tanquam & ipsius agricolæ & hominis socios, atque participes laboris. Ælian. 5. Arist. *in Oeconom.* βοῦς ἀντὶ οἰκέτου τοῖς πένησιν ἐστίν. Refert & Plin. 8. *cap.* 45. judicio populi Romani in exilium actum eum qui bovem aratorium occidisset, tanquam colono suo interempto. & Varro, 2. *de re rust.* 5. socium laboris agriculturæ, & quasi colonum occidi, dum bos occiditur: Capitale denique fuisse bovem occidi scribit: quo loco forte legem quandam Phrygiæ intelligit. vide Stobæum *sermone* 42. Constantinus quoque vetuit, ne boves aratorii deficientibus his etiam qui cursui publico destinati sunt, ab his qui iter faciunt, abstraherentur. *l. 1. C. Th. de cursu pub.* Eo spectat quoque constitutio quædam Valentis, ne quis vitulorum carnibus vescatur. 1. *Hier. 2. adversus Jovinianum.* adde de bove aratore Hesiodum *in lib. opera & dies:* Aristotelem 1. *Polit.* Aret. *consil.* 158. boves aratorios, instrumenta fundi esse refert: quod confirmatur *l. 4. ff. de instructo.* adde Cujac. 4. *obs.* 20. 32 Ratio decidendi alia est in *l. 8. J. h. t.* 33 Fisci debita, tributaque minuuntur, si ablatis aratoribus agricultura cesset. 34 Εἰρήναρχος. *Syn. Basil.* 25. *in fin.* 35 *Pacis, d. l. 1.* 36 *Syn. Basil.* 25. *in fin.* 37 Dixi ad *l. 7. s. h. t.* 38 Servos aratorios, *d. l. 7.* 39 *l. 8. ff. de instructo.* Goth. De furto aratri vid. Petr. Heig. *part. 2. quæst.* 30. Ans. 40 Quibuscunque verbis pignus constitui potest. *l. 2. supr. h. t. l. 4. ff. de pig.* 41 Obligatio rerum ad nos pertinentium res etiam futuras comprehendit. Idem si quis res suas obligaverit. Idem in obligatione tacita. Ripensis *ad l. 1. num. 3. ff. de pign.* 42 Generali obligatione futura etiam continentur, vid. Romanum *sing.* 607. Adde Socin. *reg.* 247. ubi notat ex hac lege, Indefinitam orationem ad futura quoque extendi, in juramento tamen & odiosis eam sententiam non obtinere, ut quæ stricti juris sint. 43 Voluntatem contrahentium magis quam verba inspici oportet. *l. 2. in fin. supr. comm. de legatis. l. 34. ff. de reg. jur.* 44 Obligatione rerum indefinita, res futuræ etiam intelliguntur obligatæ, & quidem omnes, sive sint mobiles & immobiles, jura, actiones, *l. 4. s. h. t.* merces. *l. 34. ff. de pignor.* Ripensis *d. locon.* 8. bona emphyteutica adquisita & adquirenda. *l. 16. in fin. ff. de pign. action. l. 31. ff. de pign. & hyp.* Ripensis *d. loco, num.* 10. *& seq.* An peculium servi obligati? vid. *l. 1. §. 1. ff. de pign. & hyp.* An fructus? vid. *l. 1. §. 2. ff. de pignor. & hyp.* Casus ad hanc legem explicandam, vid. *in l. 1. supr. h. t. & l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pign.* adde quæ scripsi initio hujus legis ex Romano & Socino. 45 Futura etiam obligari posse hinc colligunt: censent tamen factam obligationem sub ea conditione, *Si nostra futura sunt.*

46 Dixi ad *Lib. 20. D. 4.* 47 Prior tempore, potior est pignore, nisi posterior priori debitum offerat. *l. 2. l. 3. l. 4. l. 8. J. h. t. l. 11. ff. h. t. l. 3. supr. ut in possess. leg. l. 5. s. de priv. fisci,* Paul. 2. *sent.* 13. §. 8. 48 Vis obligationis, obsignationis & depositionis, Paul. *d. loco.* adde *l. ult. §. 6. supr. de jur. delib.* 49 De prætore fideicommissario, dixi ad Ulpian. 25. §. 12. 50 Missio fit in universa bona pro modo judicati, id est, judicati servandi

estis,

estis, quam adversarius vester in causam judicati [1] ejusdem fundi pignus occupaverit: jussu ejus, qui jure sententiam exequebatur, tempore potiores estis. Nam cum de pignore utraque pars contendit, prævalet [2] jure, qui prævenit tempore. PP. 5. Idus Maji, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Rempublicam missam in possessionem præferri creditori, qui contraxerat cum defuncto.

3. Idem A. Sylvano.

CUm Rempublicam Heliopolitanorum propter emolumentum sententiæ in rerum, tam heredis, quam hereditariarum possessionem missam [3] esse proponas; intelligis, quamvis pater tuus cum Sosiano contraxerit, tamen si [4] personali actione eum habuit obligatum præponi Rempublicam [5] jure pignoris [in] his, quæ ex auctoritate ejus, qui jubere potuit, servandi judicati [6] causa occupavit. PP. 2. Id. Decembr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De prioribus Republicæ.

4. Idem A. Varo.

SI fundum pignori accepisti, antequam [7] Reipublicæ obligaretur, sicut prior [8] es tempore, ita potior es jure. PP. 5. Id. Octobr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De oblatione debiti.

5. Imp. ALEXAND. A. Septimio.

PRior quidem creditor compelli non potest [9] tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre [10], sed si tu illi [id] omne quod debetur, solveris, [pignoris] tui causa firmabitur. PP. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De priore hypotheca generali, & posteriore speciali.

6. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Philoxeno.

SI generaliter bona sint obligata, & postea res alii specialiter pignori dentur: quoniam ex [11] generali obligatione potior habetur creditor, qui antea contraxit, si ab [12] illo priore [tempore] tu comparasti: non oportet [te] ab eo, qui postea credidit, inquietari. PP. 2. Id. Maji, SECULARE II. & DONATO CONSS. 261.

De prædio empto pecunia creditoris.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Juliano.

LIcet iisdem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus datis priores habeantur potiores, tamen eum, cujus [13] pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter [14] [obligatum] statim convenit, omnibus anteferri juris auctoritate declaratur. Subscripta 16. Kalend. Februar. AA. CONSS.

De improba exceptione.

In AUTHENT. de trien. & semiss. §. illud quoque in judiciis. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 10.

ITem possessor pignoris, negans [15] rem ejus, cujus actor eam esse adseverat: si probata ea intentione nitatur rem retinere, dicens ex hypotheca, vel alia causa in eandem personam delata, se propinquiorem esse, quam qui movet causam: prius transferat possessionem, quam jus suum proponat.

De prioribus, & posterioribus tempore.

8. Iidem AA. & CC. Fabricio.

DIversis temporibus eadem re duobus jure pignoris obligata, eum, qui prior data mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi, certi ac manifesti juris est: nec alias secundum [creditorem] distrahendi [16] potestatem hujus pignoris consequi, nisi [17] priori creditori debita fuerit soluta quantitas. S. Prid. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De jure pignoris, & privilegiis personalium actionum.

9. Iidem AA. & CC. Asclepiodoto.

EOs [18], qui acceperunt pignora, cum in [19] rem actionem habeant, privilegiis [20] omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constat. Dat. 3. Non. Decemb. CC. CONSS. 293.

De dote.

10. Iidem AA. & CC. Pollipeucæ.

CUm tibi pro dote [21] quam acceperat maritus, res obligavit: eo mortuo hi, quibus easdem pignori dederat, non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione. Nam chirographarios creditores, nec in rem, nec in personam eos, qui debitori non probantur successisse [22], ulla ratione convenire posse, manifestum est. PP. Non. Decemb. CC. CONSS. 293.

De scripturis.

11. Imp. LEO A. Erythrio P.P.

SCripturas, quæ sæpe assolent a quibusdam secreto [23] fieri, intervenientibus amicis necne, transigendi, vel paciscendi, seu fœnerandi, vel societatis coeundæ gratia, seu de aliis quibuscunque causis, vel contractibus conficiuntur (quæ ἰδιόχειρα [24] Græce adpellantur:) sive tota series earum manu contrahentium, vel notarii, vel alterius cujuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant subscriptiones [25], sive testibus adhibitis sive non: licet conditionales [26] sint, (quos vulgo *Tabularios* appellant,) sive non, quasi publice conscriptas, si personalis actio exerceatur, suum robur habere [decernimus.] Sin autem jus pignoris vel hypothecæ ex hujusmodi instrumentis vindicare quis sibi contenderit: eum qui instrumentis publice [27] confectis nititur, præponi [decernimus,] etiamsi posterior is contineatur: nisi forte probatæ atque integræ opinionis trium [28], vel amplius virorum subscriptiones eisdem idiochiris contineantur: tunc enim quasi [29] publice confecta accipiuntur. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* MARTIANO, & ZENONE CONSS. 469.

In AUTHENT. de instrum. cautela & fide. §. si quis igitur. & §. sed & si quis. col. 6. tit. 2. al. 3. Novell. 73. c. 1. & 2. quam posuit hic Albericus.

SI quis vult caute deponere [30], non soli credat accipientis scripturæ, sed advocet etiam testes idoneos, & fide dignos non pauciores tribus. Sed & si quis aut mutui [31] instrumentum, aut alterius cujuspiam contractus fecerit, & noluerit hoc specialiter in publico consiteri: non ex ipso videatur credibile, quod scribatur super mutuo documentum, nisi etiam trium testium adhibeatur præsentia fide dignorum, ut sive veniant, & subscriptionibus propriis attestentur, sive alii quidem testificentur, quia eis præsentibus confectum est documentum: fidem eandem ex utraque causa percipiat. Si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut alias contrahens, contentus sit sola scriptura ejus cum quo contrahit, sciat scripturam non [32] sufficere ad probationem.

De dote & donatione ante nuptias.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

ASsiduis [33] aditionibus mulierum inquietati sumus [34], per quas suas dotes deperditas esse lugebant, & ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges respeximus, in personalibus actionibus rei uxoriæ actioni (quam in præsenti sustulimus [35]) magnam prærogativam præstantes, ut contra [36] omnes pene personales actiones haberant privilegia, & creditores alios [37] antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc cum in personalibus statuerant actionibus, si hypothecam respiciebant, illico justitiæ vigorem relaxabant, & senioribus hypothecis novas mulierum hypothecas, si habebant actiones, expellebant: nec ad fragilitatem [38] muliebrem respicientes, nec quod, & corpore [39], & substantia, & omni vita sua maritus fungitur: cum pene [40] mulieribus tota substantia in dote constituta est. Oportebat enim disponi maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, quam ad suos victus, suasque alimonias mulier possidet, vel [41] a semetipsa datam, vel pro ea ab alio. §. 1. Ad [hæc] omnia respicientes, & reminiscentes, quod & alias duas [42] constitutiones fecimus pro dotibus [43], mulieribus subvenientes, & hæc omnia in unum colli-

causa, *ut hic, & l. 3. in fin.* J. *h. t.* ut & alibi debiti sive crediti, *l. 1. in princ. ff. si quis omissa causa.* & alibi dotis servandæ causa, *l. 9. vers. denique ff. de rei vind. l. 15. §. 4. ff. de diver. tempor. l. 26. in fin. ad munic.* 1 Chrestus pignus prætorium fideicommissi servandi causa, habet: Titius creditor in ejusdem pignoris possessionem missus est, diversi hic tituli sunt pignoris. Quid juris? Etiam in pignoribus prætoriis, qui prior tempore prior est jure. 2 Prævalet jure, qui prævalet tempore. Prior tempore potior jure. *l. 11. ff. h. t.* 3 Missio in possessionem est prætorium pignus. 4 Respublica missa in possessionem judicati servandi causa, præfertur chirographario creditori pignus non habenti, *ut hic:* quia & non missa idem privilegium habet. *l. pen. §. 1. ff. de rebus auctor.* vide Cujac. 9. *observ.* 37. est enim respublica in actione personali privilegiata. adde *l. 8. l. 10. ff. h. t.* adde Fornerium 20. *select. 7. in fin.* 5 *l. 3. infr. de primipilo. lib. 12. tit. 63.* 6 Dixi ad *l. 2. supr. h. t.* 7 Privatus prior tempore in causa pignoris, præfertur reipublicæ tempore posteriori. *l. 8. ff. h. t.* 8 *l. 2. in fin. supr. eodem.* 9 Potest tamen offerre ut possessionem retineat. Paul. 2. *sent. 13. §. pen.* 10 Prior posteriori pignus tenenti debitum offerre non cogitur. Posterior priori offerens, sibi pignus conservat, *ut hic, & l. 1. supr. h. t.* 11 Generalis hypotheca anterioris, generali vel speciali posterioris præfertur, *ut hic Synopsis Basil. 9. tit. 5. ex tit. 10. cap. 34.* dixi ad *Nov. 112. c. 1. vers. Hoc autem. l. 2. ff. h. t.* adde quædam ex Cujacio 11. *obs.* 32. 12 Causam habens a creditore tempore priore, jus privilegii habet. vide *l. 1. si antiquior credit. pign. vend.* 13 Creditor in speciali hypotheca rei (sive sit mobilis sive immobilis) pecunia sua comparata, præfertur etiam antiquioribus creditoribus hypothecariis. adde *l. 5. 6. 7. ff. h. t. Novell. 136. cap. 3. Synops. ibid. c. 35. &* 3. Harmenop. 5. §. 42. 14 *l. 17. supr. de pignor.* Generalis igitur hypotheca non sufficeret. adde quæ scripsi ad *l. 5. in fin. ff. h. t.* 15 Prior creditor negans improbe rem ejus esse a quo causam habet, ex priore fit posterior: ex possessore petitor. 16 Secundus creditor in præjudicium prioris creditoris pignus distrahere non potest. adde *l. 1. ff. de distract. pign.* 17 *l. 1. l. 5. supr. h. t. l. 22. supr. de pignor. & hypoth.* 18 Jus hypothecæ præfertur omnibus privilegiis personalibus, ut & jus reale personali. *l. 11. ff. h. t.* vide *l. 6. supr. de bon. aut. jud.* 19 *l. 18. ff. de pign. & hyp.* 20 Id est, præfertur omnibus qui privilegium in actionibus personalibus habent. *Synops. ib. cap.* 37. 21 Creditores posteriores etiam bona uxori pro dote obligata avocant, si dotis debitam ei offerant. 22 Hypothecaria & in rem actio datur in successorem. 23 Puta epistolas. *l. 34. §. 1. ff. de pign. & hyp.* Goth. Intellectum hujus legis vide apud Trivisan. *lib. 1. decis.* 40. Leonin. *consil. 81. num.* 1. Decis. Holl. 28. Everhard. *consil.* 18. Ans. 24 Ἰδιόχειρα. *de quibus hic, & quod* Harm. 1. *tit.* 8. §. 10. præjudicant scribenti, at non tertio: plena sunt ἰδιόχειρα quæ trium testium subscriptionem habent. *ut hic.* vide Ancharanum 2. *quæst.* 9. 25 *l. 17. supr. de fide instrum.* 26 Conditionales, tabularii. *l. 7.* J. *de jure fisci. l. 3. 5. 7. 8. C. Th. de numerariis actuar.* quasi huic conditioni addicti. 27 Publico instrumento jus hypothecæ probari potest, privato non potest. Privatum, licet tempore prius publico quantumvis posteriori, cedit: & merito. Nam privata ratio non probat adversus tertium. *l. 6. supr. de probationib.* facile quoque dies præferri posset in fraudem antiquioris. vid. Tiraquell. *de retractu. §. 1. gloss. 5. num.* 43. Ideoque Gail. 2. *obs. 25. num.* 93. commendat Viennæ Austriæ statutum, quo jus hypothecæ constituitur tantum apud acta, in ipso judicio & publice. Privatum vero instrumentum non censetur, quod trium testium subscriptione munitum est, *ut hic.* etiamsi summa excedat auri libras quinquaginta. *l. ult. supr. si certum.* nisi forte de literarum imperito obligando ageretur: tunc enim quinque testes requiruntur, si contractus auri libram excedat. *Nov. 73. cap.* 8. Reperio interdum instrumenta publica egere trium testium subsignatione. *l. 23. supr. ad SC. Velleian.* vid. Cujac. 8. *obs.* 13. 28 *l. 22. supr. de fide instrum.* 29 Scriptura a tribus testibus subscripta, quasi publice confecta accipitur. 30 Instrumentum depositi caute fit, tribus testibus adhibitis. 31 Mutui instrumentum caute fit, tribus testibus adhibitis, *ut hic, & l. ult. supr. si cert. pet.* 32 Privata scriptura non probat adversus tertium, *l. 6. supr. de prob.* 33 Sententiam hujus legis vid. *in §. 1. vers. cum enim. infr. h. t.* adde *Synops. 8. tit. 5. ex tit. 10. cap. 40. &* 3. Harm. 5. §. 57. 34 Adde Vallam *de rebus dubiis & quæst. in jur. controv. tract.* 11. Vaconium *lib. 6. declarat. 92. &* 93. Peckium *de eccles. repar. c.* 5. Mod. 35 Rei uxoriæ actio sublata, *ut hic, supr. de rei uxoriæ act.* 36 Dixi ad *Novell. 97. cap. 2. in princ. & Novell. 109. cap.* 1. 37 Tacitam hypothecam habentes scil. dixi *d. c.* 1. 38 Fragilitas muliebris. 39 Uxores earumque substantia addicitur maritis, *l. 21. in fin. ff. de admin. tut.* 40 Hoc addidit propter bona paraphernalia. 41 Dos datur marito, vel ab uxore, vel alio uxoris loco. 42 *l. 30. supr. de jure dot. l. un. supr. de rei uxor. act.* 43 Re ipsa numeratis, non cautis tantum, seu confessis. Nam in confessa dote potest esse simulatio: Deinde cum sententia hujus constitutionis a jure communi deerret, ad veram & numeratam dotem merito restringenda est. Postremo, ordinis privilegium datur hic actioni ex stipulatu, at non condictioni ex lege, quando dos cauta seu confessa tantum exigitur. Quid si dotis non numeratæ exceptioni maritus renunciavit: aut eidem transacta tempora sint opponendæ exceptionis dotis non numeratæ? inter virum & uxorem hæc nocebunt, vel proderunt, non tamen creditoribus anterioribus oberunt. *l. 14. in fin. l. 25. §. 1. ff. de his quæ in fraud. cred.* Periniquum est enim fictam dotem, hoc est, confessam tantum: aut ad quam exigendam jus quæritur non ex numeratione, sed vel ex renunciatione tantum, vel lapsu temporis, anterioribus creditoribus præferri, veram, &, ut loquuntur, actualem numerationem probantibus. Quid si creditores non alio jure nitantur? Dos confessa, cautaque tantum anterioribus creditoribus creditum confessum tantum probantibus non numeratum, præferretur. Quid si confessio dotis facta sit non constante matrimonio, sed ante jam contractum matrimonium? Omnibus quibuscunque creditoribus dotem ita confessum præferri putant, cum pro vera & numerata dos ita confessa habeatur. Quid si conjecturis probatur numerata? Quid si statutum dotis confessæ ingentes,

gentes, sancimus, ex [1] stipulatu actionem, quam mulieribus jam pro dote [2] instituenda [3] dedimus [4], cuique etiam tacitam donavimus inesse hypothecam, potiora jura contra omnes [5] habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati. † Cum [6] enim in personalibus actionibus (secundum quod diximus) tali privilegio utebatur res uxoria: quapropter non in hypotheca hoc mulieri etiam nunc indulgemus beneficium, licet [7] res dotales, vel ex his aliæ comparatæ non extent: sed quocunque modo, vel dissipatæ, vel consumptæ sint, si tamen reipsa fuerint parti mariti datæ? Quis enim earum non misereatur [8] propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus [9] periculum, & ipsam liberorum [10] procreationem, pro quibus multa nostris legibus [11] inventa sunt privilegia? † Et ideo, quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno legis articulo consummavimus; & sive [12] liberos habeat mulier, sive ab initio non habuit, sive progenitos amisit, hoc ei privilegium indulgemus. † Exceptis videlicet contra novercas anterioris [13] matrimonii filiis, quibus pro dote matris suæ jam quidem dedimus hypothecam [14] contra paternas res, vel ejus creditores: in præsenti autem similem eis prærogativam servamus, ne [jus] quod posteriori datum est uxori, hoc anteriori denegetur: sed sic maneat eis jus incorruptum, quasi adhuc vivente matre eorum. Duabus enim dotibus ab eadem substantia debitis, ex tempore prærogativam manere volumus.

§. 2. Hæc autem tantum ad dotem sancimus, non [15] ad ante nuptias donationem, quam suo [16] tempori servire disponimus, & habere inter creditores sui temporis ordinem. Non enim pro [17] lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suisque rebus defraudentur, curamus. §. 3. Quam legem ex præsenti tempore locum habere sancimus: & non [18] retrorsum referimus. Dat. 5. Kal. Decembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

In AUTH. de æqual. dot. & propter nupt. don. §. his consequens. §. seq. col. 7. tit. 9. al. 8. Nov. 97. c. 3.

QUo jure utatur & adversus eos qui personali privilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res emptæ sunt, sive refectæ: nisi qui nova constitutione sunt excepti, sicut qui emendæ militiæ causa marito in scriptis mutuarunt.

In AUTH. ut exact. instan. do. §. his igitur. col. 7. tit. 3. al. 5. Nov. 91. cap. 1.

SI quid ex rebus ipsius dotis [19] appareat: mulieri, cui & in rem actio competit, vel filiis ejus servetur: alioqui sive supersint ambæ mulieres, sive defecerint, sive altera duntaxat extet, prior omnino seu qualibet soboles ejus superior habeatur: quod nova constitutione factum est apertius.

TIT. XIX.

DE HIS, QUI IN [20] PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT.

Secundus creditor cujus pecunia pervenit ad priorem, non succedit in hypotheca prioris creditoris, nisi actum sit, quod succedat in ipsa. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Marcellinæ.

NOn omnino succedunt in locum hypothecarii creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit [21]. Hoc enim tunc [22] observatur: cum is qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, *Ut idem pignus ei obligetur, & in locum ejus succedat.* Quod cum in persona tua factum non sit: (judicatum est [23] enim te pignora non accepisse) frustra putas tibi auxilio opus esse constitutionis nostræ [24] ad eam rem pertinentis. PP. Id. Jul. POMPEIANO & AVITO CONSS. 210.

2. Imp. ANTONINUS A. Felici.

CUm pro patre in cujus potestate non eras, pecuniam fisco intuleris: & jure [25] privilegio ejus successisti, & ejus locum cui pecuniam numerasti consecutus es: nec hi creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem, vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante [26] distrahendo, juri tuo aliquid derogaverunt. Unde intelligis, si quid tuo [27] nomine te absente ab actoribus tuis solutum est: ut indebitum numeratum restitui, pignoraque tibi nexa persequi te posse. PP. Kalend. Octobr. *Romæ*, SABINO II. & ANULINO CONSS. 217.

3. Imp. ALEXAND. A. Valenti.

SI [28] potiores creditores pecunia [29] tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ita [30] ut pretium perveniret ad eosdem priores creditores: in jus eorum successisti: & contra eos qui inferiores illis fuerunt, justa defensione te tueri potes. PP. Kal. Febr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De Republica.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Carpophoro.

SI prior Respublica [31] contraxit, fundusque ei est obligatus, tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est, ut [32] succedas etiam in jus Reipubl. PP. 15. Kalend. Jun. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

TIT. XX.

SI ANTIQUIOR [33] CREDITOR PIGNUS VENDIDERIT.

Emens a priore creditore, a secundo inquietari non potest: sed si primus creditor emit a debitore, conveniri potest hypothecaria per creditorem secundum, oblato debito.

1. Imp. ALEXANDER A. Athenioni.

SI vendidisset, qui ante [34] pignus accepit: persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. Cum autem debitor ipsi priori creditori eadem pignora in solutum [35] dederit, vel vendiderit: non magis tibi persecutio adempta est, quam si aliis easdem res debitor vendidisset: Sed ita persequens res obligatas audieris, si quod eidem possessori propter præcedentis contractus auctoritatem debitum est, obtuleris. PP. Id. Maji, AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eudemiæ.

OBligata pignoris jure creditore recte distrahente [36], post debitor emptori pretium offerens, vel creditori quod debuit, evincere non potest. S. 16. Kal. Januar. AA. CONSS.

3. Iidem AA. & CC. Theophilo.

QUo minus creditor, qui antea [37] pignus accepit, distrahat: non [38] offerendo secundus priori debitum, interpellare non potest. Dat. 6. Kal. April. CC. CONSS.

TIT. XXI.

SI COMMUNIS RES PIGNORI DATA SIT.

Frater unius non potest obligare alterius fratris portionem, sed suam propriam potest. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Venusto.

FRater [39] vester, sicut vobis invitis portionem vobis competentem obligare non potuit [40], ita suam dando, obligationem creditori quæsivit. Unde intelligitis contractum ejus nullum præjudicium dominio vestro facere potuisse. Accept. 3. Kalend. Decembr. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

strumentum, vim atque autoritatem rei judicatæ habere velit? Idem esse refert Socinus *reg.* 109. Cynus tamen & Angelus ita distinguunt: Mulier & tertius creditor concurrunt, expressam æque hypothecam habentes: quæritur quis jure potior sit? Horum qui prior tempore fuerit, potior erit jure. Quid si uterque & mulier & tertius creditor tacitam habent hypothecam? Potior est mulier, licet posterior tempore, *ut hic:* licet fiscus eodem casu anteriori non præferatur. *l. si pignus* 8. *ff. qui potiores.* Quid si fisco tacitam habenti, concurrat mulier tacitam habens hypothecam? fisco anteriori non præfertur, sed posteriori tantum. *Gloss. & Doctores in l. 2. supr. de privileg. fisc.* Quid si tacitam habeat mulier, tertius expressam anteriorem? potior est muliere tertius, & hanc Accursii quoque sententiam communi opinione & in praxi receptam refert apud Capellam Tholosanam *decis.* 217. Aufrerius.

1 Actio ex stipulatu. 2 Reipsa numerata, in dote cauta. aliud *gloss.* Bart. Bald. Roland. 1. *cons.* 17. *num.* 10. 3 *Restituenda*, Hal. 4 *l. un. supr. de rei uxor. act.* 5 Tacitam tantum habentes. dixi ad *Novell.* 109. *c.* 1. Gloss. hic communiter probata. Soc. *reg.* 109. Capell. Tholos. *decis.* 217. quin dos uxoris cedit posterioribus militiæ emendæ causa credentibus. *Novell.* 97. *c.* 3. cedit & anteriori doti, ut ante dixi. 6 Mulier, sive personali actione, *in princ. supr. h. t.* sive hypothecaria agat, præfertur omnibus prioribus tacitam hypothecam habentibus, *ut hic:* eo excepto qui militiæ emendæ causa credidit. *Auth. quo jure. infr. h. t.* & hoc in dote, non in donatione propter nuptias. §. 2. *infr. h. t.*
7 Dotis causa mulier anterioribus licet hypothecis præfertur: tametsi res mulieris dissipatæ sint, *ut hic.* & liberos ipsa nullos susceperit. *vers. & ideo.* C. *h. t.* Quid? præferturne anteriori cuidam doti? non præfertur. *vers. Exceptis. infr. h. t.* Idemne donationis propter nuptias quod dotis, privilegium est? non est. §. 2. *infr. h. t.* Cur tam varie? Quæ dotem repetit, de damno vitando sollicita est: quæ de donatione propter nuptias, lucrum affectat seu persequitur: minus autem hic favetur quam illic. 8 Mulieres commiseratione dignæ. 9 Partus periculum. §. 2. *Inst. de SC. Tert. Novell.* 162. *cap.* 3. *Novell.* 156. *cap.* 1. *Novell. Leon.* 17. *l.* 2. §. 4. *ff. si quis cautionibus.* quod ad Illyricas vix pertinet. Varro 2. *de re rustica* 10. *in fin. In Illyrico,* inquit, *hoc amplius, Prægnantes fœminæ, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibique enixum puerum referre, quem non peperisse, sed invenisse putes.* Idem de Iberis mulieribus refert Clemens 4. 10 Liberorum procreatio favorabilis. 11 Vid. *l.* 1. *ff. solut.*
12 Merito hoc adjectum, hoc enim privilegium datur uxoribus, non matribus.
13 Duæ si mulieres sunt, quæ de dote sua agant, antiquior causa dotis præfertur. Dic apertius: Filii prioris matrimonii dotis maternæ causa præferuntur novercæ ejusve liberis dotem suam repetentibus: nisi res secundæ dotis adhuc extent. *Auth. si quid.* C. *h. t. ut hic. & Nov.* 91. *c.* 1. Præfertur ergo prior uxor secundæ: Præfertur socer nurui, *in declam.* Quintil. 360.
14 Adde *l.* 8. *in fin. supr. de secun. nupt. l.* 6. *in fin. supr. de bon. quæ lib. Nov.* 22. *cap.* 24.
15 Dotis actio privilegiaria est, at non donatio propter nuptias, *ut hic*, *Nov.* 97. *cap.* 3. Theoph. *in §. fuerat.* 29. *Instit. de act.* in alio tamen casu donatio propter nuptias doti comparatur. *Nov.* 61. 16 Græcus Scholiastes apud autorem Synops. 9. *tit.* 5. ex *tit.* 10. *cap.* 40. hunc ita locum exponit: Ante nuptias donatio, κατὰ τοὺς οἰκείους ἐξετάζεται χρόνους, pro suis temporibus examinatur, verbi gratia, si anterior fuerit, præfertur posterioribus creditoribus: sin posterior, posteriore loco habebitur. Nam ea mulieris lucrum est. In dote seu dotis judicio mulieres exigunt eas res quas maritis attulerunt: in ante nuptias donatione ea potius exigunt, quæ sunt eis donata pro tempore præsenti, non in futurum tempus, vel ne secundus creditor adversus anteriores veniat. 17 Ratio diversitatis hæc est: In dotis repetitione mulier certat de damno vitando: in donatione propter nuptias, de lucro captando. Lucrum petentis quam vitantis damnum semper causa durior est. *l.* 33. *l.* 41. §. 1. *ff. de reg. jur.*
18 Id est, ad dotes jam constitutas. 19 Secundæ scil.
20 *Pars tituli* 4. Dig. lib. 20. 21 Sive fortuito, sive ab extraneo. 22 Extraneus (id est, non hypothecarius, sed chirographarius tantum. Molin. *de usur. n.* 276.) cujus pecunia priorem ad creditorem pervenerit, ejus in locum non succedit, nisi sub hoc pacto ei crediderit, *ut hic, & l.* 21. *supr. de pignor.* hypothecariis offerens succederet. *l. ult.* C. *h. t. l.* 1. §. *qui potior. l.* 11. *in fin. ff. qui potior.* 23 Et ita post sententiam Marcellina supplicat. 24 *l.* 1. §. *tit. prox.* 25 Id est, cessione & translatione eo sensu, Filius pignus nominatim factum auctore judice fisco pro patre solvens ea conditione, ut in fisci locum succedat, jus fisci & prælationis consequitur. *l. ult. in fin.* C. *h. t. l.* 11. C. *de fidejuss. l.* 3. *l ult.* §. *de privil. fisci.* idem dicendum, si consensu debitoris solvit. *l.* 3. *ff. quæ res pignori.* Ex superioribus constat nominatim transcribi oportere jus fisci in eum qui pro debitore fiscali solverit. Cui tamen sententiæ objicitur lex 2. *ff. de cess. bon. l.* 24. §. 2. 3. *ff. de reb. auct. jud.* qua de re vide Cujac. 18. *obs.* 40. 26 Ignorante creditore pignus in ejus præjudicium vendi non potest a quocunque creditore. *l.* 4. *infr. & l.* 1. *ff. de distract. pign.* 27 Vid. Cuj. 8. *observ.* 9.
28 Pignus a priori creditore comparans, quoniam in jus venditoris successit, adversus alios defenditur. *Synops. Basil.* 25. *tit.* 4. *c.* 25. 29 *l.* 6. *l.* 12. §. 8. *l.* 16. *l.* 17. *in fin. l.* 21. *ff. qui potior. l.* 3. *ff. de distract. pign.* 30 Valet conventio, ut ex pretio venditi pignoris pignus dimittatur. 31 Etiam reipubl. debitum a secundo creditore potest offerri.
32 Dixi ad *l.* 2. *supr. h. t.*
33 Quid si pignori dederit. vid. C. *si pignus pignori datum sit.* 34 Antiquissimus creditor in præjudicium posterioris pignus recte distrahit. *l.* 3. C. *h. t. l.* 9. §. *qui potior. l.* 6. *supr. de oblig. & act. l.* 3. *ff. de distract. pign.* 35 Debitor creditori priori pignus vendendo, jus offerendi debiti posterioribus creditoribus adimere non potest. adde *l.* 20. *ff. de solut.*
36 Post pignus a creditore legitime distractum, creditori, vel emptori sero pretium offertur, *ut hic, & l.* 7. *infr. de distr. pign. l.* 1. *supr. si propt. publ. pensit. l.* 1. *in fin.* C. *si pignus pignor.*
37 *l.* 1. *supr. h. t.* 38 Secundus creditor offerens debitum priori creditori impedire venditionem pignoris potest: non offerendo, non potest.
39 Socius partem socii obligare non potest, *ut hic, & l.* 2. §. *comm. divid. l.* 7. *supr. commun. utriusque judicii. l.* 3. *in fin. ff. qui potior.* adde *l.* 2. *ff. de Salviano interd.* etiamsi totorum bonorum socius sit. *l.* 68. *ff. pro socio.* Quid fiscus rem communem habens cum privato? rem etiam integram potest vendere. *l.* 2. *supr. de comm. rer. alien. l.* 1. *infr. de vend. rer. fisc. lib.* 10. *tit.* 4. ergo & pignori subjicere? Accurs. putat, quod Ripensi non placet. in *l.* 1. *n* 16. *ff. de pign.*
40 Ratio dubitandi potest esse, quod commune, quasi meum videatur. *l.* 5. *in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 239. *in fin. ff. de verb. sign.*

TIT. XXII.
DE PRÆTORIO [1] PIGNORE, ET UT IN ACTIONIBUS [2] DEBITORUM MISSIO [3] PRÆTORII PIGNORIS PROCEDAT.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI prætorium pignus quicunque judices dandum alicui perspexerint, non solum super mobilibus rebus, & immobilibus, & se moventibus, sed [4] etiam super actionibus [5] quæ debitori competunt, præcipimus hoc eis licere decernere. Dat. Kal. April. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

Sicut pignus conventionale recuperatur per hypothecarium, si creditor cadat a possessione: ita & pignus prætorium. Salic.

2. Idem A. Juliano P.P.

VEteris juris dubitationem decidentes [6] ad duplum [7] genus hypothecarum respeximus: unum quidem, quod ex conventionibus, & pactis hominum nascitur: aliud, quod a judicibus datur, & *prætorium* nuncupatur. Et cum [8] invenimus in conventionalibus pignoribus, vel hypothecis, non solum tenentem creditorem adjuvari, sed etiam si ab ea [possessione] cadat [9], sive sua culpa, sive non, sive fortuito casu: humanius esse perspeximus, & in prætorio pignore dare recuperationem creditori, quocunque modo possessionem amittat, sive culpa sua, sive non, sive fortuito casu. Licet enim debuerat [10] incumbere suo pignori, ne aliquam patiatur [inde] jacturam: tamen ne quid amarum [11] in creditoribus consequatur, benignius [12] causam interpretamur, & ei recuperationem donamus. Dat. Kalend. Aug. *Constantinopoli*, LAMPADIO, & ORESTE, VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXIII.
SI IN CAUSA JUDICATI PIGNUS CAPTUM SIT.

Bona condemnati debent per judicem capi, & distrahi alii, quam victori, nisi in subsidium, si alium non reperit emptorem justum. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Gabinio.

RES ob [13] causam judicati [datas] ejus jussu, cui jus jubendi fuit, pignoris jure teneri, ac distrahi posse, sæpe rescriptum est. Nam in [14] vicem justæ obligationis succedit ex causa contractus auctoritas jubentis. PP. 5. Kal. August. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Pignus prætorium debet vendi cum judicis auctoritate, non cum auctoritate creditoris in possessionem missi. Bald.

2. Imp. ALEXAND. A. Valeriano.

CUm [15] in causa judicati aliqua res pignori capitur, per officium ejus, qui ita decrevit, venundari solet, non per eum, qui judicatum fieri postulavit. Et si alio emptore non existente, vel existente quidem, sed non dignum pretium offerente, is, cui judicatus satis non fecit, ad [16] licitationem secundum constituta fuerit admissus, cujuslibet alterius [17] vice ex officio emere debet. PP. 6. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

3. Imp. GORDIANUS A. Antigono.

IN causa judicati pignora ex auctoritate Præsidis capta, potius [18] distrahi, quam jure dominii possideri consueverunt: Si tamen per calliditatem condemnati emptor inveniri non potest, tunc auctoritate Principis dominium creditori addici solet. PP. Id. August. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

TIT. XXIV.
SI PIGNUS [19] PIGNORI DATUM SIT.

Pignus dari non potest.

1. Imp. GORDIANUS A. Lamponi, & aliis.

ETiam [20] id, quod pignori obligatum est, a creditore pignori obstringi posse jamdudum placuit: scilicet ut sequenti [21] creditori utilis [22] actio detur, tamdiuque eum is [23], qui jus repræsentat, tueatur, quamdiu in causa pignoris manet ejus [24], qui dedit. Sed si vos usumfructum [25] possessionis tantummodo pignori dedistis, isque, qui accepit, alii [26] eam possessionem, cujus usumfructum nexum habeat, sine vestra voluntate pignoraverit: creditor ejus id, in quo pignoris vinculum non constitit, distrahens, dominio vos privare nequivit. Quod si non fuit vestro creditori ususfructus, sed ipsa possessio [27] pignorata, & ante exolutam a domino pecuniam creditor secundus pignus acceptum vendidit, non posse venditionem post [28] solutam pecuniam rescindi, divorum principum placitis continetur. PP. Id. Sept. PIO & PONTIANO CONSS. 230.

Heres debitoris rem recuperat a secundo creditore, debito soluto, vel oblato. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Gemello.

SI creditor possessionem quæ a parentibus tuis pignoris juri fuerat obligata, non vendidit, sed alii creditori pignori dedit: examinata fide veri, poteris eam soluto [29] eo quod ex hac causa creditori [30] debetur, intercessu Præsidis provinciæ recuperare. PP. 13. Kal. Januar. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

TIT. XXV.
DE PARTU PIGNORIS ET OMNI CAUSA.

1. Imp. ALEXAND. A. Mestriano.

PArtus [31] pignoratæ [32] ancillæ in pari causa esse, qua mater est, olim placuit. PP. Id. Maji, AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Annoso & Antonino.

CUm pignoris titulo mancipia vos obligasse pro mutua quam accepistis pecunia proponatis, horum mancipiorum operis [33] quas creditor accepit, vel quas percipere [34] potuit, in usuras computatis, & post in sortem extenuato debito residuum offerentibus, vel si non accipiat, consignatum deponentibus, mancipia vobis Præses provinciæ restitui jubebit. S. 5. Kalend. Januar. AA. CONSS.

TIT. XXVI.
DE REMISSIONE [35] PIGNORIS.

Si servus manumittatur sciente creditore.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Proculo.

SI te manumissum, & in libertate moratum [36] sciente ea cui pignoris nomine obligatus diceris, Præsidi probaveris, ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit: & per hoc jure manumissum, nec ab herede creditricis in servitutem peti posse, certum est. PP. 12. Kalend. Maji, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

Si creditor consentiat alienationi fundi obligati.

2. Iidem AA. Materno.

SI probaveris te fundum mercatum, possessionemque ejus tibi traditam [37], sciente & consentiente ea, quæ sibi eum a venditore obligatum dicit, exceptione [eam] removebis. Nam obligatio pignoris, consensu & contrahitur [38], & dissolvitur. PP. 2. Idib. Febr. ANTONINO A. III. & GETA III. CONSS. 209.

Si creditor cum Republica contraxerit.

3. Imp. ALEXANDER A. Tauro.

SI ignorante, vel invito te debitor tuus, qui universa bona sua ob pecuniam debitam tibi obligaverat, cum Republica postea [39] contraxit, jus tuum non læsit. PP. 3. Id. April. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

Si creditor alienationi pignoris consenserit.

4. Imp. GORDIANUS A. Aquilino.

CUm te a debitore mercatum proponas eam rem, quæ alii pignorata erat, si sciente eo, ac pignus suum remittente [40], eam mercatus [41] es, cum ejus consensu nexus pignoris evanuerit, si non nova [42] voluntas intercesserit, quæ denuo obligationem pignoris constitueret, ea res velut obstricta non potest vindicari. PP. 11. Kalend. Maji, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De pacto inutili.

5. Idem A. Asclepiadi.

DEbitum, cujus meministi, quod per pacti conventionem inutiliter [43] factam remisisti, etiam nunc petere non vetaris, & usitato more pignora vindicare. PP. 6. Id. Septemb. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

---

1 *Prætorium pignus* dicitur, non quia jubente prætore constituitur: alioquin quod ab executoribus rei judicatæ jubente Prætore capitur, *prætorium* dicemus: sed quia jure prætorio, id est, ex edicto, constituitur. *l. 3. supr. ut in possess. legat.* 2 *Auctionibus.* 3 Prætorium pignus est, quod missio in possessionem constituit. *l. 12. pro emptore. l. 3. §. 1. D. de reb. eor.* adde Cujac. 5. *obs.* 30. 4 Pignus prætorium in universa bona & jura constituitur. 5 Pignus Prætorium in nominibus potest consistere. 6 Hæc est 46. decisio ex 50. novis Justinianeis. vid. Inglois. *Ans.* 7 Pignus aliud conventionale, aliud judiciale & prætorium. 8 Argumentum a pignore conventionali ad prætorium observa. 9 Pignus conventionale & prætorium recuperatur per hypothecarium, si forte missus a possessione ceciderit. *l. 11. §. 1. in fin. ff. de pignor.* 10 Negligentia possessio facilius amittitur, quam jus reale. 11 Favetur creditoribus jus suum persequentibus. 12 Vid. *l. 56. l. 192. in fin. ff. de reg. jur. c. 49. de reg. in 6.*

13 Pignus ex causa judicati acceptum distrahere quis potest. Nam pignoris ex causa contractus accepto adsimilatur, & eandem vicem obtinet. *Synops. Basil. 25. tit. 7. cap. 16.* 3. Harmen. 5. *c.* 18. *l. 25. ff. de pignor.* 14 Ut consensu partium, sic auctoritate judicis pignus vendi potest. *l. 3. §. 1. versic. sin autem. infr. de jure dominii.* 15 Pignus ex causa judicati captum, ab officio solet distrahi, quod si nullus emptor extiterit, aut extiterit quidem, sed pretium minus offeratur, ac voluerit creditor licitatione facta rem comparare, perinde hoc illi facere atque extraneo licebit. *Synopsis illo loco, c.* 16. Harmenop. 5. *cap.* 17. 16 Ad licitandum creditor qui pignus cepit admittitur. *d. l. 3. §. 2. l. 16. ff. de reb. auct. jud.* 17 Vice extranei, creditori pignus emere licet. 18 Emptore non reperto jure dominii creditor pignus possidere solet. Subsidium emptionis, dominii addictio. *dict. §. 2.*

19 Pignus pignori creditor dare potest. *l. 13. §. 2. ff. de pig.* adde *l. 4. supr. quæ res pign. l. 40. in fin. ff. de pignerat. act.* quod Græcis est *μετενεχυριάζειν.* 20 *dict. §. 2. d. l. 4.* 21 Id est, creditores creditori. 22 Pignus a te mihi obligatum possum alteri pignori dare, quamdiu mihi obligatus fueris, tamdiu alter ille pignus tenere poterit. 23 Jus repræsentans, judex. 24 Id est, primi creditoris, ut sit sententia: Tamdiu secundum creditorem pignus possidere, quamdiu primus creditor pignus obligatum habet. *Synopsis 25. tit. 5. cap. 19. &* 3. Harm. 5. §. 18. Pignus obligatum habere creditor desinit, cum nihil debetur.

25 Usumfructum fundi tibi obligavi: eundem Titio obligasti, Titius eundem fundum vendidit, quid juris? venditio non valet. Nam pignoris nudus fructuarius proprietatem obligare, vel alienare non potest: solum usumfructum potest. 26 Ususfructus rei pignorari potest. *l. ult. ff. de usuris.* 27 Fundum pignoravi. Creditor eundem fundum pignorat. Novus ille creditor ex causa judicati fundum distrahit, novo creditori pecunia ab emptore solvitur: quid juris? sero emptori fundum evinco, *ut hic, l. 2. supr. si antiquior credit.* 28 Id est, re non amplius integra. 29 Fundum a parentibus tuis pignori mihi datum Titio pignoravi, potes a Titio pignus recuperare debito mihi soluto, vel oblato, *ut hic, & l. 40. in fin. ff. de pignorat. l. 13. §. 2. ff. de pignorib.* vid. *l. 4. supr. quæ res pignor.* ut hoc modo, Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis. *l. 31. ff. de pignorib.* 1. *Feudor.* 13. & 2. *Feudorum* 8. & *tit.* 9. 30 Tuo scil.

31 Vid. *leg. 13. l. 26. in fin. l. 29. §. 1. ff. de pign. l. 1. ff. de Salviano interd.* 32 Id est, partus editus ante ancillam pignoratam non est pignori, nisi expresse convenerit: & ita intellige quod Paulus scribit 2. *sent.* 5. §. 2. post pignoratam, est pignori, *ut hic, & l. 13. in pr. & l. 15. in princ. ff. de pignoribus.* nisi apud alium quam apud dominum partus sit editus. *dict. §. 1. in fin.* Editus apud debitorem est pignori: apud emptorem seu tertium possessorem non est. 33 Creditor quas operas servi pignorati percepit aut percipere debuit: in usuras primum imputat, deinde in sortem, *ut hic, l. 1. 2. 3. l. 12. supr. de pignorat. l. 11. supr. de usur. l. 9. in fin. supr. de pignorib. l. 1. infr. de distract. pignor. l. 10. §. 9. ff. mandati.* 34 Vid. Cujac. 11. *obs.* 31.

35 Pignoris remissione jus pignoris perimitur. adde *L. 20. D. 6.* 36 Creditor, qui sibi pignoratum servum sciens manumitti & in libertate morari patitur, jus pignoris remitti, facit *lex 4. supr. de servo pignor. dato.* 37 Qui rem pignoratam vendi & tradi patitur ac consentit, pignus remittit, *l. 4. infr. h. t. l. 4. §. 1. D. quibus mod. pign.* 38 *l. 9. in fin. J. h. t. l. 23. supr. de pign. l. 2. supr. quæ res pignori. l. 5. D. quibus mod. pign.* 39 Prior creditor hypothecarius etiam privatus fisco tempore posteriori præfertur. *l. 12. J. de distract. l. 8. ff. qui potior.* 40 Expressum. Dixi *leg. 2. supr. h. t.* alioquin silentium sine scientia non sufficit. 41 Vid. Harm. 3. *tit.* 5. §. 20. 42 Pignus remissum novo pacto potest restitui, vid. Cujac. 19. *obs.* 27. 43 Pacto inutili pignus remitti non potest: utili potest, *l. 2. infr. h. t. l. 11. §. 2. ff. de act. pig. l. 5. ff. quib. mod. pign.* Imo potest, nam utcumque donatio pignoris

De

De programmate.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Argio.

SI eo tempore, quo prædium distrahebatur, programmate [1] admoniti [2] creditores, cum [3] præsentes essent, jus suum executi non sunt: possunt videri obligationem pignoris amisisse. PP. 3. Id. Febr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De redditione chirographi.

7. Iidem AA. Paulino.

CReditricem patrui tui sub obligatione fundi, qui per chirographum nexus pignori fuerat, jubentem eandem cautionem [4] reddi, pignoris etiam jus remisisse videri manifestum est. PP. 5. Id. Sept. DIOCLETIANO III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

Si fiscus distraxerit.

8. Iidem AA. & CC. Apollonio.

SI hypothecas fisco [5] distrahente, creditores silentio [6] tradiderunt negotium: palam est [etiam] actionem suam amisisse eos, quam in rem habebant: nam fiscalis hastæ fides [7] facile convelli non debet. PP. 13. Kalend. Septemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De eo, qui solvit pro debitore.

9. Iidem AA. & CC. Hermiano.

CUm ex causa mandati [8] pro socero tuo te fœnebrem pecuniam exolvisse proponas, curabit Præses provinciæ in restituenda pecunia, quam pro eo exolvisti, necnon etiam in usuris [9] ejus indemnitati tuæ prospicere. Nam si recepta [10] a creditore mancipia, quæ pignori fuerant data, hac mente socero tuo tradidisti, ut pignoris vinculum [tuum] dissolvatur: obligatio semel extincta instaurari non potest. PP. 10. Kalend. Octobr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De alienatione pignoris.

10. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

REs pignoris hypothecæve jure creditoribus obnoxias, citra [11] consensum eorum debitores alienantes, præcedentem non dissolvunt obligationem. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS.

Si pignus consensu creditoris alienatum, postea ad priorem dominum revertatur.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SOlita providentia utimur etiam de pignoribus, vel hypothecis rerum, quæ quibusdam creditoribus suppositæ, postea a debitoribus venduntur, vel alio modo transferuntur, creditore suum [12] consensum contractui præbente: & quodam legitimo postea modo [res] ad priorem dominum revertuntur. In hoc etenim casu diversæ sententiæ a legum prudentibus habitæ sunt, quibusdam dicentibus jus pignoris creditori renovari, propter [13] verbum *futurarum* [14] *rerum*, quod in generalibus hypothecis poni solitum est; aliis penitus extingui. Nobis autem visum est [15] eum, qui semel [16] consensit alienationi hypothecæ, & hoc modo suum jus respuit [17]; indignum [18] esse eandem rem utpote ab initio ei suppositam, vindicare, vel tenentem inquietare. Dat. * Constantin. post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. ann. secundo 532.

TIT. XXVII.

ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM [19] PECUNIAM PIGNUS TENERI POSSE.

Per novationem voluntariam debiti principalis pignus extinguitur, nisi fuerit repetitum. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Festo.

PIgnus intercidit, si novatione [20] facta in [21] alium jus obligationis transtulisti, nec ut ea res pignoris nomine teneretur, tibi cautum est. Quod si pactum inter te eumque, qui postea dominus fundi constitutus novam obligationem susceperat, intercessit, ut idem fundus tibi pignoris nomine teneretur, quamvis personali actione expertus feceris [22] condemnationem, pignoris tamen habes persecutionem [23]. At si [24] in possessione fueris constitutus: nisi ea [quoque] pecunia tibi a debitore reddatur vel offeratur, quæ sine pignore debetur, eam restituere propter [25] exceptionem doli mali non cogeris. Jure enim contendis debitores [26] eam solam pecuniam, cujus nomine ea pignora obligaverunt, offerentes, audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam simpliciter acceperunt: Quod in secundo [27] creditore locum non habet: nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. PP. Idib. Martiis, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

TIT. XXIIX.

DE DISTRACTIONE [28] PIGNORUM.

Si creditor ex fructibus debitum consecutus est.

1. Imp. ALEXAND. A. Pacatæ.

FUndum pignori obligatum, si creditor ex [29] fructibus debitum [30] consecutus est, cum ipso jure pignus [ab] obligatione liberatum sit, distrahere minime potest. PP. Idib. Jan. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Creditorem rem litigiosam non vendere, quia debitor precario possidet.

2. Idem A. Maximæ.

CReditor, qui hypothecæ seu pignori rem sibi nexam vendidit, litigiosam [31] rem non videtur vendere: quia precario [32] debitor possidet. PP. 12. Kal. Octob. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si non solidum servet creditor ex venditione pignoris.

3. Idem A. Luciano.

HYpothecis, vel pignoribus a creditoribus venundatis, in id, quod deest [33], adversus reum, vel fidejussorem [ejus] actio competit. PP. 3. Non. Novembr. MAXIMO II. & ÆLIAN. CONSS. 224.

Quæ observanda sunt a creditore distracturo.

4. Idem A. Crescenti.

CReditor hypothecas, sive pignus cum proscribit, notum [34] debitori facere, & sibi bona fide rem gerere, & quando licet testato dicere [35] debet. Si quid itaque per [36] fraudem in pignore villæ venditæ commissum probare potes, ut inferatur actio, quæ eo nomine competit, adi eum, cujus de ea re notio est. PP. Kal. Jun. FUSCO, & DEXTRO CONSS. 226.

Si debitor sit paratus solvere residuum debiti.

5. Idem A. Sossiano.

SI residuum [37] debiti paratus es solvere, Præses provinciæ dabit [tibi] arbitrum: apud quem quantum [38] sit, quod superest ex debito, examinabitur: & sive ad Judicem venire adversa pars cessaverit, sive oblato superfluo ad venditionem prosiluerit: improba alienatio proprietatis tuæ jus non aufert. PP. 12. Kal. Augusti POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

Si quid supersit ex debito.

6. Imp. GORDIANUS A. Rogato.

QUamdiu [39] non est integra pecunia creditori numerata, etiamsi pro parte majore eam consecutus sit, distrahendi rem obligatam non amittit facultatem. PP. 13. Kal. Septembr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

sit inutilis, non potest tamen revocari, *l.* 1. §. 1. *ff. quib. mod. pig.* 1 Programmata, Galli *affiches & panonceaux*. Libellus publice propositus. Programma quid esset, dixi etiam ad *Nov.* 112. *c.* 3. adde Papon. 18. *Arrest.* 6. *de cries & subhastations.* 2 Sunt enim monendi hi quorum interest. *l.* 26. §. 7. *ff. de fideicomm. libert. l.* 47. *ff. de re judic.* 3 Si pignus publice proscribitur, vel subhastatur, creditore præsente & tacente, jus pignoris remittere intelligitur, *ut hic*, & *l.* 8. ℑ. *h. t.* Quid si creditore absente res ei pignorata proscribitur? juvari posse videtur, & ita judicatum a senatu Burdegalensi Paponius refert *dict. loco. Arrest.* 4. maxime si reipublicæ causa abfuit, aut pupillus fuerit. *l.* 6. §. 1. *ff. quibus ex caus. in possess.* sive minor sit deceptus in pretio, sive ex falsa causa decretum fuerit interpositum. *l.* 2. *l.* 5. *supr. de præd. & aliis rebus min. l.* 9. *ff. de rebus eor. qui sub tut.* adde *cap. constitutus* 8. *Extr. de in integr. rest. l. pen.* ℭ. *de integr.* vid. *Arresta Burdegal.* apud Paponem *d. loco, Arrest.* 1. ut ita quarumdam gentium usu discessum sit a *l.* 5. *in fin. infr. de fide & jure hastæ. lib.* 10. *tit.* 3. 4 Creditor jubens debitori cautionem reddi, pignus remisisse intelligitur, *ut hic*, & merito. Nam & eo casu actum etiam id videtur, ne debitum, ℑ. *h. t. ibi, etiam jus. l.* 2. *ff. de pact.* id est, quod chirographo continetur, petatur. *l.* 59. *ff. de leg.* 3. eo nomine debitori competit exceptio. *l.* 3. §. 1. *ff. de liberatione.* 5 Dixi ad *l.* 6. *supr. h. t. l.* 1. *supr. si propt. publicas pensitationes.* 6 Publicæ auctioni (ad privatam venditionem refer *l.* 8. §. 15. *ff. h. t.*) creditor contradicere debet: alioquin silentio jus pignoris amittit *hic*, & *l.* 6. *supr. h. t.* ut hinc constet, præsentiam tertii tacentis in actu alterius eidem tertio nocere, qua in re vix certa potest tradi regula. Patris præsentia habetur pro consensu. *l.* 7. *ff. de sponsalibus. l.* 5. *supr. de nupt.* tutoris non habetur, *l.* 3. *ff. de auct. præst.* subscribens testamento, non consentit. *l.* 39. *ff. de pignor. act.* contractui, consentit. *l.* 26. §. 1. *ff. de pig.* Divisio coheredum præsenti legatario non nocet. *l.* 34. *ff. de legat.* 2. Factum heredis præsenti fideicommissario non nocet. *l.* 92. *ff. de legatis* 1. socii, socio aliquid faciente nocet. *l.* 28. *ff. comm. divid.* ut & coheredis coherede aliquid faciente. *l.* 12. *ff. de evict.* vel vicini vicino novum opus facienti. *l.* 19. *ff. de aqua & aquæ pluviæ.* Nemo fit silentio procurator in *l.* 8. §. 1. *ff. de procuratorib.* silentio fit fidejussor. *l.* 4. *in fin. ff. de fidejuss. tutor.* vid. Hotom. 4. *obs.* 27. 7 Fiscalis hastæ fides facile convelli non debet. 8 Si mandatarius solutionis pignus reddit debitori, mandatori jus pignoris remisisse intelligitur. 9 In mandati actione contraria veniunt etiam usuræ. *l.* 1. *l.* 18. *l.* 19. *supr. mandati.* 10 Tuo creditori, cum id mihi mandasses, debitum solvi: pignus liberatum ubi reddidi, jus pignoris extinctum, *ut hic*, non tamen jus debiti, in *l.* 1. *supr. h. t.* pignoris, inquam, ita ut pignus tibi semel datum revocare non possim, *ut hic.* 11 Pignus citra consensum creditoris a debitore non potest alienari, *ut hic. l. ult. supr. h. t. l.* 12. *infr. de distr. pign. l.* 15. *supr. de pign. & hyp.* 12 Pignus consentiente creditore potest alienari, *ut hic* & *l.* 10. *supr. h. t.* finge pignus *l.* 1. *supr. de precario. l.* 1. *ff. de alien. jud. mut. causa.* ita alienatum postmodum in potestatem debitoris rediisse: num tacite pignus redintegratum est? non est. *infr. h. t. ibi, indignum.* Imo est. *l.* 8. §. 7. *in fin. ff. quib. modis pign.* 13 Ratio dubitandi hæc fuit: Res futuras Titius mihi obligavit, pignus illud mihi obligatum, meo consensu alienatum, postmodum, me inscio, adquisivit idem Titius: pignus de quo quæritur, mihi obligatum censetur. Multi hunc casum singularem ignorantes contrarium responsuri essent, ut Salycetus hic notavit. 14 Formula generalis hypothecæ. 15 Hæc est 47. decisio ex 50. novis decis. Justinian. v. Ingl. *Ans.* 16 *l.* 158. *ff. de reg. jur.* 17 Ratio decidendi. 18 Decisio.

19 *Chirographaria pecunia* est, quæ sine pignore creditur. 20 Novatione debiti voluntaria pignus remittitur. *l.* 11. *ff. de pignor. l.* 18. *ff. de novat.* id est, Pignus obligationis novatæ in obligationem novatam, nisi ex pacto non transfertur. 21 Novationis, seu delegationis definitio. *l.* 11. *ff. de novat.* 22 Id est, tibi condemnatus fuerit debitor. *d. l.* 11. *l.* 13. §. 4. *ff. de pign.* 23 Adversus eum qui pignoris dominus constitutus est. 24 Fundum tibi obligavi in decem, delegavi tibi Titium, nulla facta mentione pignoris: fundum postea Titio vendidi: jus pignoris non habes, nisi cum Titio pactus sis de pignore. Quid si fundi possessio adhuc apud te est, *ut hic?* Fundi retinendi jus habes, etiamsi sine pignore pecuniam, id est, chirographariam tantum debeas, retinendi, inquam, adversus ipsum debitorem. *vers. jure enim contendis debitores. infr. h. t.* at non adversus secundum creditorem. *infr. h. t. quod in secundo creditore &c.* 25 *l.* 1. *supr. si res alien.* 26 De ipso debitore. 27 De secundo creditore.

28 Dixi ad *L.* 20. *D.* 5. 29 Creditor ex fructibus pignoris debitum consecutus, pignus distrahere non potest, *ut hic.* adde *l.* 2. *supr. de partu pignor. l.* 9. *supr. de pignorib. l.* 1. 2. *ff. de pign. act.* 30 Et usuras. dixi ad *d. l.* 2. adde *l.* 7. *in fin. ff. de pign.* 31 Pignus sua natura non est res litigiosa, ideoque pignus citra vitium litigiosi vendi potest, *ut hic*, & *l.* 1. *infr. de litigiosis.* 32 Creditor pignus domino ac debitori precario potest concedere, *ut hic*, hujusmodi precario jus pignoris non remittitur. *l.* 3. *ff. de pactis.* nec ea precarii concessione jus pignoris vendendi, *ut hic.* Est vero precario possidere κατὰ παράκλησιν νέμεσθαι. *Syn. Basil.* 25. *tit.* 7. *c.* 24. 33 Venditio pignoris non idonei, residui petitionem non adimit. Hyperochæ seu residui repetitio superest, *ut hic*, & *l.* 9. *infr. h. t. l.* 9. *in fin. ff. h. t.* & *l.* 10. *in fin. supr. de obl. & act. l.* 8. *in fin.* ℭ. *si cert. pet. l.* 28. *ff. de reb. cred. l.* 9. *in fin. prin. ff. de distract. pig.* 34 Debitor clam & creditore non denunciato pignus vendere non potest. Solenniter igitur & denunciato potest. facit *l.* 6. *l.* 8. *supr. de remiss. pig. l.* 3. §. 1. *v. sin autem. infr. de jure dom.* alias non sufficit creditoris silentium. *l.* 8. §. 15. *ff. quibus mod. pig.* 35 *l.* 1. *infr. si vendito pig.* 36 Id est, concedere, denunciare. 37 Dixi ad *l.* 3. *supr. h. t.* Residui debiti oblatio pignoris venditionem impedit. adde *l.* 8. *infr. h. t. l.* 2. *infr. debit. vend. pign. imped. non posse.* Goth. Vid. ad hanc l. Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 2. *num.* 36. Ans. 38 Residuum debiti a judice æstimatur. 39 Etiam pro residuo debiti jus totius pignoris vendi potest (quatenus debito majus) *ut hic*, & *l.* 3. *supr. h. t. l.* 2. *in fin. infr. tit. prox. l.* 25. §. 14. *ff. famil. l.* 8. §. 2. 3. *l.* 11. §. 4. *ff. de pign. act.* adde *l.* 3. §. 5. *ff. de statul.* quia jus pignoris est individuum. *l.* 65. *ff. de evict.* atque ita pignus creditor vendere potest: etiamsi majorem crediti partem jam receperit, ac cum ita

An venditio revocanda sit, & de fraude creditoris.

7. Idem A. Caro.

SI cessante [1] solutione, creditor non reluctante lege contractus [2], ea, quæ sibi pignori nexa erant, distraxit, revocari [3] venditionem iniquum est: cum si quid in ea re fraudulenter [4] fecerit; non emptor a te, sed [5] creditor conveniendus sit. PP. 5. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De oblatione debiti.

8. Idem A. Maximo.

SI priusquam [6] distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoque non accipiente, facta contestatione eam deposuisti, & hodie [quoque] in eadem causa permanet, pignoris distractio non valet. Quod si prius quam offerres, legem venditionis exercuit: quod jure subsistit, revocari non debet. PP. 3. Non. April. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Quæ observanda sint in distractione pignoris, & de residuo debiti.

9. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Cillo.

QUæ specialiter [7] vobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide debetis & solenniter vendere. Ita enim apparebit, an ex pretio pignoris debito satisfieri possit. Quod si quid deerit [8], non prohibemini cætera [9] etiam bona jure conventionis consequi. PP. 13. Kal. Jul. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

An creditor pignus emere possit.

10. Iidem AA. & CC. Ruffino.

ET qui sub imagine [10] alterius personæ quam supposuerat, jugiter [11] tenet: cum sibi negotium gerat, alienasse non videtur. Jure enim pignoris obligatum prædium; neque si per subjectam [12] personam creditor comparaverit, neque si sibi addixerit, debitori affert præjudicium; sed in eadem causa permanet, in qua fuit ante hujusmodi collusionem. Sane si [13] debitore distrahente comparaverit, consensu emptionem perfectam (si neque dolus [14] adversarii, neque metus [15] causa gesta arguentur) revocari [16] exemplo grave est. Si igitur poteris evidentibus probationibus monstrare creditorem [17] per suppositam imaginarii [18] emptoris personam semper possessionem tenuisse, nec vendita bona [19] fide prædia postea sinceriter comparasse, potes oblata pecunia cum usuris ad restitutionem creditorem compellere. PP. 3. Non. Octobr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De muliere.

11. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

MUlier [20], licet specialiter res pignori dederit pro alio [21], creditor eas distrahendi [22] non habet facultatem: nisi dissimulatione [23] marito obligante velut [24] proprias, creditoris ignorantiam circumscripserit. PP. 5. Kal. Maji, Heracliæ, AA. CONSS.

Si debitor distraxerit.

12. Iidem AA. & CC. Zotico.

SI debitor [25] rem tibi jure pignoris obligatam, te non consentiente distraxit: dominium cum [26] sua causa transtulit ad emptorem. S. Prid. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

Si emptor in possessionem inductus non est.

13. Iidem AA. & CC. Theodotæ.

QUi prædium obligatum a creditore comparavit, si in [27] vacuam possessionem inductus [28] non est, nullam in rem actionem habet.

Si debitor rem obligatam teneat.

14. Iidem AA. & CC. Modesto.

SI in hoc, quod jure tibi debetur, satisfactum [29] non fuerit, debitoribus res obligatas tenentibus [30], aditus Præses provinciæ, tibi distrahendi facultatem jubebit fieri. PP. 16. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS.

Si debitor mancipia a creditore distracta sollicitaverit.

15. Iidem AA. & CC. Avianæ.

OBligatis pignori mancipiis a creditore distractis ac traditis; si post debitor quondam hæc sollicitaverit: non venditori, sed emptori [31] contra possidentem in rem competit actio. Dat. Kalend. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

Si unus ex heredibus debitoris pro sua portione solverit.

16. Iidem AA. & CC. Sylvano.

UNus [32] ex multis debitoris, qui pignora tradiderat, heredibus, quod ab eo personali actione peti potuit, solvendo, res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit. S. 3. Non. April. CC. CONSS.

De re vendita a creditore, cui non erat obligata.

17. Iidem AA. & CC. Agapæ.

REi creditor obligatæ generali sive speciali conventione, per creditorem alium, cui [33] non fuerat nexa, venundatæ, non amittit persecutionem. D. Prid. Non. April. CC. CONSS.

Proprietatem transferri in emptorem.

18. Iidem AA. & CC. Cajano.

QUi a creditore pignori obligatum prædium jure [34] emit, de proprietate [35] vinci non potest. S. 6. Kalend. Maji, CC. CONSS.

Si maritus uxoris pecuniam crediderit.

19. Iidem AA. & CC. Libyæ.

SI maritus [36] tuus mutuam (licet tuam) dedit pecuniam; eorum, quæ pignoris titulo accepit, si ei non successisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem. S. 6. Id. Novembr. *Heracliæ*, AA. CONSS.

De superfluo pretio pignoris, & re ex eo empta.

20. Iidem AA. & CC. Sabino.

SEcundum placiti fidem, si nihil convenit [37] specialiter, pignoribus a creditore majore, quam ei debebatur, pretio distractis [38]; licet ex eo [39] fundus comparatus [40] sit, non super hoc in rem, sed in personam, id est, pignoratitia de [41] superfluo competit actio. S. 6. Id. Novembr. *Byzantii*, CC. CONSS.

TIT. XXIX.
DEBITOREM VENDITIONEM PIGNORIS IMPEDIRE NON POSSE.

Debitor in sua ultima voluntate non potest impedire, quominus creditor jure possit vendere prædia sibi obligata. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Marcello.

SI sunt qui emere prædia tibi obligata velint, non impediuntur scriptura [42] testamenti, qua complexus est debitor *nulla a se prædia venundari*, & pœnam addidit, *ut* [43] *fisci fierent*. Nec enim potuisse eum hujusmodi lege jus creditoris facere deterius, manifestum est. Datum 6. Kalend. Maji, APRO & MAXIMO CONSS. 208.

Nisi debitor universum debitum offerat, non habet potestatem denunciandi creditori, ne pignora vendat, nec emptori, ne emat. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Nepoti.

DEbitoris [44] denunciatio [45], qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligatam distrahat, vel his, qui ab eo volunt comparare, denunciat, ita demum efficax est, si universum [46] tam sortis, quam usurarum offerat debitum creditori: eoque non accipiente, idonea fide probationis (ita ut oportet) depositum ostendat. Nam si vel [47] modicum de sorte, vel usuris [48] in debito perseveret: distractio rei obligatæ non potest impediri: neque ea ratione emptor, tametsi sciat interpositam a debitore [49] creditori denunciationem, malæ fidei fit possessor. PP. 3. Non. August. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

TIT. XXX.
SI VENDITO PIGNORE AGATUR.

Si creditor per fraudem minori pretio pignus vendidit, ad interesse debitoris tenetur. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Agrippæ.

PRæses provinciæ aditus, si fuerit probatum, tuum creditorem, cui jus distrahendi pignora fuit, dolo [50] malo fundum vendidisse: quanti tua interest, restituere tibi eundem creditorem jubebit. Quod si [51] de bonis creditoris condemnati solvi pecunia non potuerit, & probatum fuerit, emptorem mala fide emisse: offerente [52] te pecuniam cum usuris, quanti

vendit, rata venditio est. *Synops. Basil.* 15. *tit.* 7. *c.* 28. 1 *l.* 2. *in fin. supr. de pign. act.* *l.* 3. *supr. de pignorib. l.* 4. *l.* 18. *ff. de pign. act.* 2 *l.* 8. *in fin.* J. *h. t. l.* 2. *§. si antiquior.* 3 Facta legitime venditio pignoris non revocatur: adde *l.* 85. §. 1. *ff. de reg. jur. & cap. factum.* 73. *de regulis in* 6. 4 Fraus venditoris bonæ fidei emptori non nocet. vid. *l.* 1. *infr. si vendito pignor.* 5 *l.* 5. *infr. si vendito pign.* 6 Præcedens oblatio, pignoris venditionem impedit: subsequens factam non revocat. adde *l.* 2. *supr. qui bon. ced.* 7 Pignora specialiter obligata priore loco distrahuntur: posteriore generaliter obligata. 8 Vid. *l.* 3. *supr. qui potior.* 9 Id est, res generaliter obligatas. dixi ad *l.* 2. *ff. qui potior.* 10 Creditor per interpositam personam rem sibi pignoratam emere non potest, *ut hic*, adde Paul. 2. *sentent.* 13. §. 4. *l.* 8. *supr. de pign. act.* adde *l.* 54. *ff. de oblig.* Palam potest emere. *l.* 3. §. 3. *infr. de jure dominii.* aut ab ipso debitore. *l.* 20. §. 3. *l.* 34. *ff. de pign. action.* 11 Qui jugiter tenet possessionem, eam non amittit. 12 *Suppositam d.* §. 4. 13 *d. l.* 20. §. 3. *d. l.* 34. 14 *supr. de dolo, & l.* 5. *supr. de rescindenda vendit.* 15 *supr. quod metus causa. l.* 1. *supr. de rescind. vend.* 16 *l.* 7. *supr. de rescind. vend.* 17 Dixi ad *l.* 5. *supr. de legib.* adde *l.* 26. *supr. de usur. l.* 5. §. 3. *ff. de autor. tut. Novell.* 22. *c.* 27. *vers. Namque ex secundis. Novell.* 123. *can.* 2. *vers. præ omnibus illud.* 18 Actus *imaginarii* juris vinculum non obtinent. *l.* 54. *ff. de oblig.* 19 Bona fide, sinceriter. vid. *l.* 1. *supr. de suffrag. l.* 2. *supr. si propter publ. pensit.* 20 Licet mulier pro alio pignus dederit, non tamen id creditor distrahere potest, nisi marito res uxoris obligante, simulans ipsa non esse suas, creditorem ignorantem circumscripserit. *Syn. Basil.* 6. *tit.* 36. *ex lib.* 25. *tit.* 7. *capite* 32. 21 Mulier pro extraneo pignus dare non potest. *l.* 39. *in fin. l.* 40. *ff. de rei vind.* 22 Inutile est pignus quod alii vendi non potest. 23 *l.* 18. *supr. ad SC. Velleian.* Mulier colludendo recte pignorat. 24 Si maritus res uxoris velut proprias obligavit, sciente & dissimulante uxore obligatio non rescinditur. 25 Debitor pignus potest vendere, salvo jure creditoris. *l.* 14. *l.* 15. *supr. de pignorib. l.* 3. *l.* 10. *supr. de remiss. pignor. l.* 18. §. 2. *ff. de pign. action.* 26 *d.* §. 2. adde quæ notavi ad *l.* 20. §. 1. *ff. de adq. rer.* 27 Non venditione, sed traditione dominium transfertur. vid. *l.* 20. *supr. de pact.* adde Ulp. 19. §. 7. *l.* 9. *supr. de don. inter vir.* 28 Inductione vacuæ possessionis quæ scil. in vacuam possessionem fit, dominium acquiritur. Non inductus itaque non fit dominus. 29 *l.* 18. *supr. de adm. tut.* vid. *l.* 4. *supr. de pign. act.* 30 Creditor pignus etiam apud debitorem constitutum potest vendere. 31 Emptori pignoris legitimo rei vindicatio competit in debitorem pignoris possessorem. 32 Vid. *l.* 1. *infr. de luit. pign.* 33 Creditor chirographarius in præjudicium creditoris hypothecarii pignus vendere non potest. vid. *l.* 2. *supr. de his, qui in priorum cred.* 34 Pignus a creditore jure venditum debitor non evincit. 35 Effectus justæ emptionis. 36 Nummis uxoris pignus adquisitum, non est uxoris. adde *l.* 26. *de pign.* 37 Justa est conventio, si convenerit, ut quod ex venditione pignoris redegerit creditor, id omne creditor sibi habeat, *ut hic*, propter incertum eventum venditionis (quem recte *sortem hastarum* vocat lex *pen. C. Th. de prædiis navicul.*) sicut e contrario, valet conventio, ut si creditor vel minimum redegerit in crediti vicem, eo sit contentus. *l.* 15. §. 3. *ff. de re jud.* at non ita pactum legis commissoriæ in pignoribus admittitur. vid. *infr. de pact. pign. & de l. com.* 38 Puta superfluo pretii. Emptum ex hyperocha, seu pretii venditi pignoris superfluo, non est debitoris. 39 Superfluum debitori servari debet. *l. ult.* §. 5. *infr. de jur. dom.* & reddi. *l.* 24. §. 2. *in fin. ff. de pign. action.* 40 Quid si ex hyperocha fœneret aut ea sit usus? usuras præstabit. *l.* 6. *in fin. ff. de pign. act.* quemadmodum si tardius idem superfluum reddidit. *l.* 7. *d. t.* 41 Dixi ad *l.* 24. §. 2. *ff. de pign. act.*

42 Debitor venditionem pignoris testamento impedire non potest, *ut hic*, *& l.* 114. §. 12. *ff. de leg.* 1. adde Cujac. 5. *obs.* 16. 43 *l.* 38. §. 3. *ff. de leg.* 3. 44 Pignoris distractionem debitor non aliter impedire potest, quam si sortem universam & usuras offerat, vel saltem deponat. Nam si quid defuerit, non modo non impedit, sed ne emptor quidem malæ fidei possessor est. *Synops. Basil.* 25. *tit.* 7. *c.* 43. 45 Denunciatio debitoris non solennis pignoris venditionem non impedit. 46 Dixi ad *l.* 5. *supr. de distract. pignor.* 47 Dixi ad *l.* 6. *supr. de distract. pig.* adde *l.* 2. J. *de fidejuss. l.* 25. §. 13. *ff. familiæ. l.* 9. §. 3. D. *de pignor. act. l.* 85. §. 6. *ff. de verb. obl.* 48 Adde *l.* 4. *supr. de usur.* 49 Illegitima denunciatio debitoris emptorem pignoris in mala fide non constituit, nec rem litigiosam facit. *l.* 1. *infr. de litigios.* 50 *l.* 4. J. *l.* 7. *supr. de distract. pignor.* 51 Debitori in emptorem malæ fidei restituitur in rem actio, creditore, qui pignus vendidit, non idoneo. *l.* 3. *infr. h. t.* 52 *l.* 9. *ff. de rescind.* Imo emptori malæ fidei pretium offerri non oportet, cum pretium amittere debeat.

fundus

fundus venit, restituere tibi fundum cum fructibus malæ fidei emptorem jubebit. PP. Kal. Septembr. ALEXAND. A. CONS. 223.

Si creditor per fraudem minori pretio pignus vendidit, ad interesse debitoris tenetur. Salic.

2. Idem A. Æmiliano.

SErvos, quos nullo [1] jure a creditore venisse dicis, pater tuus, vel [2] tu, si hereditas ejus ad te pertinet, a possessoribus petere potes. Quod si usucapti [3] sunt, petat pater tuus pretium eorum a creditore, qui non jure eos vendidit. PP. 3. Kal. Januar. ALEXAND. A. CONS. 223.

Debitor, vel ejus heres pignus non jure distractum potest vindicare, nisi sit usucaptum. Salic.

3. Idem A. Claudio.

SI uxor tua Præsidi provinciæ probaverit, cum aureos triginta deberet, servos suos amplioris pretii per gratiam [4] aureis viginti [5] creditorem vendidisse, eumque solvendo [6] non fuisse: jubebit [7] emptores, recepto pretio, restituere servos. PP. 16. Kalend. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Debitor pignus jure non distractum potest a possessoribus vindicare, vel pignoratitia cum creditore agere. Salic.

4. Imp. GORDIANUS A. Eudemo.

CUm [8] contra bonam fidem venditionem obligatæ possessionis a creditore factam alleges, non observatis [9], quæ in distrahendis pignoribus celebrari consueverunt, adito Præside provinciæ experire actione competenti non tantum adversus creditorem, verum etiam [10] adversus possessorem, si fraudem eum participasse [11] cum creditore docere potueris: ut revocatis, quæ mala fide gesta constiterit, & fructuum ratio, & damni, quod irrogatum apparuerit, haberi possit. PP. Kal. April. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

Emptor, qui participat fraudem, tenetur in subsidium, si creditor non est solvendo. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Noniæ.

SI creditore pignus, priusquam ei satisfieret, distrahente, non per collusionem emptor comparaverit, successor [12] ejus de superfluo [13], non emptoris heres, qui rem possidet, conveniendus est. S. 16. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. XXXI.

DE [14] LUITIONE PIGNORIS [15].

Nisi debitum integraliter solvatur, pignus non recuperatur. Bald. *Justus emptor non debet pati controversiam: sed debet conveniri creditor, vel ejus heres.* Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antiochiæ.

QUi pro parte heres extitit: nisi [16] totum debitum exolvat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest. PP. 3. Kalend. April. ALBINO & ÆMILIANO CONSS. 207.

Actione personali sublata tempore, potest durare hypothecaria. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Domitio.

INtelligere debes vincula pignoris durare [17] personali actione submota [18]. PP. 12. Kal. Jun. SABINO, & VENUSTO CONSS. 241.

Soluto debito, vel aliter satisfacto, potest creditor pignoratitia conveniri. Bald.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Floro.

SI reddita [19] debita quantitate, vel rebus [20] in solutum datis sive distractis, & compensato pretio, satis ei, contra quem supplicas, factum esse adito Præside provinciæ probaveris: vel si quod residuum [21] debetur, obtuleris, ac, si non acceperit, deposueris consignatum: restitui tibi res pacto pignoris obligatas providebit: cum etiam Edicto perpetuo actione proposita, pecunia soluta creditori, vel si per [22] eum factum sit, quominus solveretur, ad reddenda [23] ea, quæ pignori acceperat, jure eum satis evidenter urgeri, manifestum est. S. 6. Id. Octobr. AA. CONSS.

TIT. XXXII.

SI UNUS EX PLURIBUS HEREDIBUS CREDITORIS, VEL DEBITORIS [24], PARTEM SUAM DEBITI SOLVERIT, VEL ACCEPERIT.

Inter heredes creditoris personalis actio dividitur pro rata, non realis hypothecaria. Salic.

1. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Tauro.

MAnifesti, & indubitati juris est, defuncto creditore [25] multis relictis heredibus, actionem quidem personalem inter eos ex lege [26] XII. tabularum dividi [27]: pignus vero in solidum unicuique teneri. Dat. 12. Kalend. Maji, ipsis AA. IV. & III. CONSS. 258.

Licet actio personalis dividatur pro rata inter heredes debitoris, non tamen hypothecaria, sed unusquisque convenitur pro rebus a se possessis. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Claudiæ.

ACtio quidem personalis inter heredes [28] pro [29] singulis portionibus quæsita scinditur [30]: pignoris autem jure multis obligatis rebus, quas diversi possident: cum ejus vindicatio non [31] personam obliget, sed rem sequatur: qui possident, tenentes non pro modo singularum rerum substantiæ conveniuntur, sed in solidum: ut vel totum debitum [32] reddant, vel eo, quod detinent, cedant. S. 5. Non.* *Antiochiæ.*

TIT. XXXIII.

SI PIGNORIS CONVENTIONEM NUMERATIO [33] PECUNIÆ SECUTA NON FUERIT.

Debitor potest creditorem, qui pecuniam non numeravit, ad restitutionem pignoris convenire. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Illaro.

SI pecuniam [34] tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam adseris, & pignus datum probaturus es, in rem experiri potes: nam intentio [35] dati pignoris, neque redditæ pecuniæ, non aliter tenebit, quam si de fide debiti constiterit. Eademque ratione veritas servetur, si te [36] possidente pignus adversarius tuus agere cœperit. PP. Kalend. Sept. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

2. Imp. ALEXANDER A. Peregrino.

SI (ut nunc adseveras) nihil creditor numeravit uxori tuæ, quæ pignus dedit, sed inanem [37] extorsit cautionem: mendaci scriptura contra fidem veritatis obligari ejus res non potest. Sine die & consule.

TIT. XXXIV.

DE [38] JURE DOMINII IMPETRANDO [39].

Impetrans possidere pignus jure dominii, debet exprimere nomina debitorum cessantium, & solennia peregisse.

1. Imp. ALEXANDER A. Nicolæ.

DOminii jure pignora possidere desiderans, nomina debitorum quos in solutione cessare dicis, exprimere, & an solennia [40] peregisti, significare debuisti: dummodo scias omnia bona [41] debitoris, quæ pignori dedit, ut universa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non posse. PP. 14. Kal. Dec. ALEXAND. AUGUST. III. & DIONE CONSS. 230.

vide *l.27. J. de evict.* 1 Id est, non observatis solennitatibus. *l.4. J. eod. l.2. supr. si propt. publ. pensit. l.3. supr. si advers. fisc.* 2 Vid. Cujac. 7. *obs.26. in fin.* 3 Debitor ejusve heres pignus non jure distractum vindicare potest, nisi sit usucaptum: quo casu venditor de pretio tenetur. 4 Et ita dolo malo. *l.1. supr. h.t.* 5 Id est, minore pretio. 6 *l.1. vers. quod si. supr. h.t.* 7 Emptor fraudis particeps tenetur in subsidium, si creditor non est solvendo. *d.l.1. l.4. J. eod.* 8 Vid. Cujac. 19. *obs.28.* 9 Id est, omissis solennibus, id est, indictionibus, adjectionibus, licitationibus: vel si is vendidit, qui jus vendendi non habuit. 10 Discusso tamen prius venditore. 11 *l.3. supr. h.t.* 12 Actio *de superfluo* datur in heredem venditoris, non emptoris. 13 *l.7. supr. de dist. pig.*

14 Jus luendi pignoris an præscribatur, dixi ad *l.13. ff. de usurpat.* 15 Id est, quibus modis pignus solvitur. *L.20. D.6.* est enim luere, solvere. Varro 4. & 5. *de lingua.* hinc reluere, resolvere *Fest. in Reluere.* sic Festo *reluit*, est solvit. 16 *l.16. supr. de dist. pign. l.8. §.2. & l.9. §.3. ff. de pig. act.* 17 Quod hic dicit actione personali tempore sublata durare posse hypothecariam, contra juris principia est. Nam subducta principali non remanet hypothecaria. vid. Cujac. 15. *obs.23.* Sed conjungenda est hæc lex superiori hoc modo: Debitori pignoris duo heredes fuerunt: si pro sua parte illi solverint, omni jure actio personalis tolletur: at non hypothecaria qua heredes tenentur in solidum propter indivisam pignoris causam. *l.65. ff. de evict.* vid. Cujac. 5. *obs.32.* Aliis quoque casibus, finita etiam personali actione, durat hypothecaria, ut si creditor non merito causæ, sed merito & culpa sua principalem litem amiserit. forte quia male instituit, plus petiit, judicio non adfuit. *l.30. §.1. ff. ad l. Aquil. l.27. ff. de pign. act. l.95. §.5. ff. de solutionibus.* Nam in causa hypothecaria nullum simile vitium arguitur. vide Cujac. *hic.* 18 Hypothecaria durat, sublata personali, *ut hic:* quod verum esse dicitur, etiamsi personalis actio sit sublata, vel præscriptione triginta annorum ex *l. sicut. 3. supr. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Bald. Salycetus *hic.* Castrensis *in l. eos.26. supr. de usuris.* vel confusione successionum. *l. debitori.7. supr. de pactis. & ibi* Alex. *l. debitor.59. ff. ad SC. Trebell. text. & gl. in l. ex sextante 30. §. Latinus 1. ff. de except. rei judic.* Quinimo sublata fidejussoria actione durat etiam hypothecaria. *l. cum quis 38. in fin. & ibi* Bart. *ff. de solut.* Nam fidejussoria obligatio neque initio, neque ex post facto sine principali potest subsistere. *l. si heres. 73. ff. ad SC. Trebell.* hypothecaria ex post facto sine principali potest consistere. *Doctor. hic. Castrens. in l. ult. supr. de fide instr.* Quid si sententia absolutoria lata est pro debitore adversus creditorem? Quid si jurejurando sibi a creditore delato, debitor juravit se debitorem non esse? Quid si principalis ipsa obligatio pacto seu conventione sublata est? Quid si quoquo justo modo satisfactum est creditori? hypothecaria superioribus casibus una cum ipsa principali actione sublata intelligitur. *l.1. in prin. & §. ult. l. solvitur. 5. in fin. & §.1. l. item liberatur. 6. ff. quib. mod. pign. l. cum solvendæ. 4. ff. de distract. pign.* Quid, quæ vita quodque spatium est personalis & hypothecariæ? Personalis triginta annorum: hypothecariæ adversus debitorem, & heredes ejus & adversus posteriores creditores debitore superstite quadraginta annorum est. *l. cum notissimi 7. supr. de præscript. 30. vel 40. ann.* Citius perit iis casibus personalis quam hypothecaria, *ut hic, l. qui occidit. 29. §.1. ff. ad l. Aquil. l. debitor. 59. ff. ad SC. Trebell.* vide Balbum *tractatu de præscript. 4. parte 4. num.2.* Bart. *in l.17. ff. de fidejuss.* 19 Soluto, satisfacto, aut compensato debito, pignus petitur, *ut hic. l.1. supr. de pignor. l.7. supr. de distr. pignor. l.4. §.1. ff. de reb. credit. l.11. §.3. §.5. ff. de pignor. actione. l.11. l.2. ff. de pignorib. l.6. ff. quib. mod. pign. §. ult. Instit. quib. mod. re.* sed & instrumentum. *l. ult. supr. ad exhibend. l.2. supr. de condict. ex lege l. ult. J. de solut. l.18. ff. ad exh.* 20 Res in solutum dari potest. 21 De residui oblatione adde *l.9. supr. de pignor.* 22 Mora factum repræsentat. 23 *l.1. §.6. ff. de oblig.*

24 *l.16. supr. de distr. pign. l.1. J. de exceptionib.* 25 De creditoris heredibus, adde *l.11. §.4. ff. de pign. act.* 26 Dixi ad *leges 12. Tabul. lib.2. tit.21. §.2. §.3. l.25. §.13. ff. familiæ.* adde *l.6. supr. familiæ.* 27 Personalis actio dividua: pignoratitia, seu hypothecaria actio individua, *ut hic, & l.2. J. h.t. l.65. ff. de eviction.* 28 Debitoris scilicet. 29 Vide *l.1. §. si cert. petat.* 30 Dixi ad *l.1. supr. h.t. l.2. supr. de act. her.* 31 Pignus non personam, sed rem sequitur. *l.18. supr. & l.17. ff. de pign. & hyp.* 32 Hæc lex pertinet ad heredes debitoris, ut superior ad heredes creditoris.

33 Adde titulum *J. de non numerata pecunia, & supr. de dote cauta non numerata.* 34 *l.1. supr. de non num. pecun.* 35 Id est, exceptio, cujus hæc fuit formula, ἀλλ' ἃ μὴ δέδωκας τὸ χρέος. Græci hic: hæc est exceptio dati pignoris: Creditor ex detentione pignoris numeratam a se pecuniam colligebat, necdum sibi redditam a debitore. Conclusio est infirma: recurrendum est enim ad ipsam rei gestæ veritatem, ideoque non continuo verus creditor censebitur, qui pignus possederit aut possidebit. 36 Qui debitor diceris, scilicet ideoque nuda conventio pignoris constituti non secuta, nihil efficit. 37 Inanis hypotheca est, pecunia non numerata. 38 Adde *l.24. ff. de pign. act. l.63. in fin. ff. de acq. rer. dom.* Jus id dominii quemadmodum impetretur, vide in *l. ult. J. h.t. l.63. in fin. ff. de acq. rer.* 39 Vide Brissonium 4. *select. 9.* Rebuffus monet solennia hujus tituli non servari in Gallia. *proœm. constit. gloss. 5. numer. 103.* Goth. Vid. Molinæum *ad consuetud. Paris. §.52. glos.1. num.114.* & Ræváardum *de auctor. prudent. cap.5.* Mod. 40 *l.3. J. h.t.* his solennibus continetur denunciatio debitori facta *l.4. supr. de dist. pig.* Paul. 2. *sent.13. §.5. l.78. §.6. ff. ad SC. Trebell.* proscriptio. Plin. 7. *ep.11. l.3. in pr. infr. h.t.* hastarum solennitas. adde *l.6. supr. de remission. pign.* 41 Specialis hypothecæ domi-

2. Imp. GORDIANUS A. Juſtæ.

SI creditor pignus jure dominii a noſtra [1] ſerenitate poſſidere petiit, & poſt formam reſcripti alio anno uſuras [2] a vobis acceperit, a beneficio impetrato receſſiſſe videtur. PP. prid. Non. Decembr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Antiqua obſervatione ſublata, debitor moneatur, ut certo tempore ſolvat: quo elapſo, a principe dominium impetratur. Bart.

3. Imp. JUSTINIANUS [3] A. Demoſtheni P. P.

VEtuſtiſſimam obſervationem [4] quæ nullatenus in ipſis rerum claruit documentis, penitus eſſe duximus amputandam, immo magis clarioribus remediis corrigendam. Igitur in pignoribus quæ jure dominii poſſidere aliquis cupiebat, proſcriptio [5] publica, & annus [6] luitionis antiquitus introducti ſunt: pignus autem publice proſcriptum, neque vidimus, neque (niſi tantummodo ex librorum recitatione) audivimus. §. 1. Sancimus [7] itaque, ſi quis rem creditori ſuo pignoraverit, ſi quidem in [8] pactione [9] cautum eſt, *quemadmodum debet pignus diſtrahi*, ſive in tempore, ſive in aliis conventionibus, ea obſervari [10], de quibus inter creditorem & debitorem conventum eſt. Sin autem nulla pactio interceſſerit, licentia dabitur fœneratori ex denuntiatione [11] vel ex ſententia judiciali [12], poſt [13] biennium ex quo atteſtatio miſſa, vel ſententia prolata eſt, numerandum, eam vendere [14].

§. 2. Sin vero nemo [15] eſt qui comparare eam maluerit, & neceſſarium fiat creditori ſaltem ſibi eam jure dominii [16] poſſidere: in hujuſmodi caſibus [hanc] cauſam eſſe obſervandam cenſemus, ut ſive præſens ſit debitor, denunciatio ei ſcil. poſt biennium mittatur: ſive abſuerit, provinciale tribunal creditor petat, & judicem certiorare [17] feſtinet, quatenus ille eum requiſierit, certo tempore ſuper hoc ab eo ſtatuendo: ut fiat debitori manifeſtum per apparitionem [18] judicis, quod a creditore petitum eſt: & certum tempus ſtatuatur, intra quod ſi fuerit inventus debitor, debet is qui pecunias creditas accepit, debitum offerre, & pignus recuperare. §. 3. Sin autem nullatenus fuerit inventus, Judex certum tempus definiat intra quod ei licentia dabitur ſeſe manifeſtare, & offerre pecuniam, & pignus a pignoratione liberare. Sin autem tempore ſtatuto, vel minime fuerit inventus, vel creditam pecuniam totam offerre noluerit: tunc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis, jure dominii [a noſtra ſerenitate] habere eandem rem expetat, habeatque ex divino oraculo eam in ſuo dominio. † Et poſtquam hoc fuerit ſubſecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra [19] biennii tempus in ſuam rem humanum regreſſum [20], ex die ſacri oraculi numerandum: & liceat ei, creditori qui jam dominus factus eſt, offerre debitum cum uſuris, & damnis vitio ejus creditori illatis: quorum quantitatem creditor debet ſuo juramento [21] manifeſtare, & ſuum pignus recuperare. Sin autem biennium fuerit elapſum, pleniſſime habeat rem creditor, idemque dominus jam irrevocabilem factam. §. 4. Sed ſi quidem minus [22] in pignore, plus in debito inveniatur: in hoc quod noſcitur abundare, ſit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex utraque parte quantitas æqua [23] inveniatur, ſine omni dubitatione totam rem antea pignoratam retineat. Sin autem minus [24] quidem in debito, amplius [25] autem in pignore fiat: tunc in hoc, quod debitum excedit [26], omnia debitori jura integra lege noſtra ſervabuntur: creditoribus quidem fœneratoris non ſuppoſitum, aliis autem debitoris creditoribus, vel ipſi debitori ſervatum. Et ne ex communione fiat aliqua difficultas, licentia dabitur creditori, ſeu domino, æſtimationem ſuperflui debitori, vel creditori debitoris cum competenti cautela in eum exponenda offerre [27].

§. 5. Sin vero creditor poſtquam jure dominii hoc poſſideat, vendere hoc maluerit, liceat quidem ei hoc facere: ſi quid autem ſuperfluum ſit, debitori ſervare [28]. Sin autem dubitatio exorta fuerit pro venditione, utpote viliore pretio facta, ſacramenti [29] religionem creditor præſtare compellatur, quod nulla machinatione, vel circumſcriptione uſus eſt: ſed tanti [30] vendiderit rem, quanti potuerit venire: & hoc tantummodo reddi debitori quod ex juramento ſuperfluum fuerit viſum. Sin autem ex jurejurando [etiam] minus habuiſſe creditor inveniatur, in reſiduum habeat integram actionem. §. 6. Æſtimationem autem pignoris, donec apud creditorem eundemque dominum permaneat, ſive amplioris ſive minoris, quantum ad debitum quantitatis eſt, judicialis eſſe volumus diſceptationis: ut quod Judex [31] ſuper hoc ſtatuerit, hoc in æſtimationem pignoris obtineat. Dat. 15. Kalend. Aprilis, *Conſtantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXXV.

DE PACTIS [32] PIGNORUM ET DE LEGE [33] COMMISSORIA [34] IN PIGNORIBUS RESCINDENDA.

Lex commiſſoria in pignoribus nihil operatur.

1. Imp. ALEXANDER A. Victorino.

QUi pactus eſt, *Niſi* [35] *intra certum tempus pecuniam quam mutuam accepit, ſolveret, ceſſurum* [36] *ſe creditoribus*, hypothecæ venditionem non contraxit [37]: ſed id comprehendit, quod jure ſuo creditor in adipiſcendo pignore habiturus erat. Communi itaque jure creditor hypothecam vendere debet. PP. Id. Octob. ALEXANDRO A. CONS. 223.

Pactum quod ſi res vendita non evincatur, alia res pro ea obligata debitori reddatur, eſt validum & ſervandum. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dionyſio.

SI fundi nomine quem vendideras, emptori ab alio mota proprietatis quæſtione, alterum fundum pro ejus evictione pignoris hypothecæve titulo emptionis inſtrumentis ea lege dediſti, *Ut* [38] *quem ſecundo tradideras, ſi is quem vendideras, evictus non fuerit, obtineas*: de hoc contra eum qui moverat quæſtionem lata ſententia: emptori parata ſecuritate circa eum quem obligaveras reſtituendum: conventionis fidem impleri (ſi negotium integrum eſt) Præſes jubebit. S. Kalend. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS.

3. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

QUoniam [39] inter alias captiones [40] præcipue commiſſoriæ [pignorum] legis creſcit aſperitas, placet infirmari eam, & in poſterum omnem ejus memoriam aboleri [41]. Si quis igitur tali contractu laborat, hac ſanctione reſpiret, quæ cum præteritis [42] præſentia quoque repellit, & futura prohibet. Creditores enim re amiſſa jubemus recuperare quod dederunt. Dat. 2. Kal. Febr. *Serdicæ*, CONST. A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 327.

TIT. XXXVI.

DE EXCEPTIONIBUS [43] SEU [44] PRÆSCRIPTIONIBUS [45].

De debitoribus hereditariis.

1. Imp. ANTONINUS A. Claudio.

DEbitores quidem hereditarii unicuique heredum pro portione hereditaria, antiqua lege [46] obligati ſunt. Sed ſi eis heredibus omnem pecuniam exolviſti, quibus nomen [47] patris tui teſtator in diviſione adſcripſerat [48], doli mali exceptione [49] adverſus alios [50] agentes tueri te potes. PP. 10. Kal. Aug. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De exceptione rei judicatæ.

2. Idem A. Julio.

PRo portione tua, qua domum ad te pertinere dicis, ſi judicatum non eſt, actionem dirigere potes. Nam exceptio rei judicatæ ei [51] demum obſtat, vel ſucceſſoribus ejus, inter quos cognitum ſuper ea re & pronunciatum eſt. PP. 15. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De exceptione pacti & replicatione doli.

3. Idem A. Vitali.

ADverſus fratrem [52] tuum quondam tutorem legitimum tutelæ judicio ſi expertus non es, propoſita actione conſiſte: nec timueris exceptionem pacti, ſi in ea fraudem [53] dolumque admiſſum probare [54] potes: nam replicatio [55] doli oppoſita [56] bonæ fidei judicium facit, & commentum fraudis repellit.

nium princeps poteſt addicere, non autem generalis. 1 *l. ult. ſupr. ſi in cauſ. judic. l. 24. ff. de pig. act. l. 59. ff. ad SC. Treb. l. 63. in fin. ff. de acq. rer. dom.* 2 Dominio impetrato renunciat, qui uſuras a debitore recipit. *l. 4. ſupr. de pactis int. empt. l. 8. ſupr. de uſur. l. 7. §. 1. verſ. quoties. in fin. ff. depoſiti.* Actu enim contrario beneficium amittitur. *l. 2. ſupr. de his quæ vi metusve cauſa. l. 4. §. 2. in fin. l. 7. ff. de lege commiſſ. l. 13. ff. de uſur.*
3 Fit hujus legis mentio §. 1. *Inſtit. quib. alien. licet.* 4 Dixi ad *l. 1. ſupr. h. t.*
5 Plinius 7. *epiſtol.* 1. *l. 4. ſupr. de diſtract. pign.* 6 *l. 63. in fin. ff. de adquir. rerum dominio.* 7 *Syn. Baſil. 25. tit. 7. c. 57.* 8 *l. 4. ſupr. de pignorat. act.* 9 Pacta pignoribus adjecta ſervanda. Quid ſi nihil convenit, ſed poſt rem judicatam, vel denunciationem biennium præterierit? pignus vendere licebit. *verſ. ſin autem.* Quid ſi creditor emptorem non inveniat, adeoque neceſſe ſit, creditorem jure dominii rem poſſidere? Præſenti debitori denunciabitur: abſens judicis decreto atque officio intra certum tempus requiretur: ſi inventus debitum ſolverit, pignus recuperabit. §. 2. J. *eod.* ſi nuſquam apparuerit, rurſum judex tempus ſtatuet intra quod veniat, & debitum ſolvat & pignus recuperet. Quid ſi ne tum quidem compareat: aut certe compareat, partem tantum debiti offerens? adito principe, creditor pignus jure dominii impetrare poterit. §. 3. *infr. hic.* Quid? debitor num perpetuo jus dominii ita amittit? non amittit. Nam intra biennium, jus ei eſt debiti offerendi una cum uſuris & damnis creditori datis, quæ jurans creditor indicabit, §. 3. *verſ. & poſtquam.* Quid ſi hoc rurſus biennium elapſum fuerit? jus omnino ſuum amittet ſine ulla rei recuperandæ ſpe. *Synopſ. Baſil. 25. tit. 7. c. 57.* (His adde quædam ex Harmen. 3. *tit.* 5. §. 34.) Et his quidem modis jus dominii impetrari olim ſolitum fuit. Creditor primum pignus poſſidebat, ac venale proponebat. Nam invento emptore, vel minus idoneo, a principe impetrabat, ut ſibi jure dominii tenere habereque liceret: dato anni ſpatio debitori pignoris luendi ac revocandi. Anno elapſo creditor deinceps ex reſcripto principis pro dominio pignus poſſidebat: adde Briſſonium 4. *ſelect. 9.* 10 *d. §. 11.* 11 Paul. 2. *ſent. 13. §. 5.* 12 Vide *l. 1. l. 2. ſupr. ſi in cauſa judic.* 13 Creditor, etiamſi nihil de eo convenit, poteſt pignus diſtrahere poſt biennium, ſi tamen debitori denunciaverit, vel judex pronunciaverit pecuniam ſolvi. vid. *l. 4. ff. de pignorat. act.* Goth. Putant alii ex *d. l.* 4. diſtractionem pignoris etiam ante biennium fieri poſſe, late Arum. *exerc. 12. th. ult.* Donell. *de pignor. cap.* 12. Anſ. Adde Treutler. *vol. 2. diſputat.* 1. *theſ. 8. litt. g.* & ibi Bachov. *S. L.* 14 De venditione pignoris. 15 *l. 3. ſupr. de execut. rei jud. l. 2. l. 3. ſupr. ſi in cauſa judic. l. 15. §. 3. ff. de re jud.* 16 De dominii impetratione.
17 Admonere. 18 Per officia. 19 Non invento tempore creditori a principe jus dominii addicitur: ſed tamen intra biennium debitor ſoluta ſorte & uſuris id recipere poteſt.
20 De luitione pignoris. 21 Creditor expenſas a ſe factas in pignore, juramento definit. 22 Si minus in pignore, plus in debito. adde *l. 10. ſupr. de obl.*
23 Si tantum in pignore, quantum in debito. 24 Si minus in debito, plus in pignore. vide *l. 42. ff. de pignor. act. l. ult. ſupr. de diſtract. pign.* 25 Quid ſi in fundo ſic addicto creditor theſaurum invenit? vide *l. 63. ff. de acq. rer. dom.* 26 Superfluum pretii creditori non eſt obligatum. 27 Vide *d. l. 42.* 28 Vide *l. ult. ſupr. de diſtract. pign.*
29 De juramento creditori delato adde §. 3. *ſupr. eodem.* dixi ad *l. 9. §. 1. ff. de teſtib.*
30 Id eſt, juſto pretio. 31 Judex æſtimationem pignoris definit.
32 De quibus quædam dixi ad *l. ult. ff. de diſtract. pign.* adde *L. 20. D. 1.* 33 De lege commiſſoria pignorum adde Ciceronem 13. *epiſt. fam. 56.* 34 *L. 3. C. Theod. 2.* facit *L. 18. ff. 3.* Paul. 2. *ſent.* 13. quæ & fiduciaria: Fiducia dominium transfertur in creditorem, non pignus. *l. 35. in fin. ff. de pign. act.* Iſid. 5. *Etym.* Fiducia famoſa Cicero *pro Flacco.* In Longobardicis legibus fiduciæ fit mentio. *l. 3. de don. quæ cum thing. l. 2. ſupr. de prohib. alien. min. & C. Th. l. 9. C. de infirm. his quæ ſub tyrannis.* Sidonius *l. 4.* Pecuniam mutuam poſtulavit, nihil quidem loco fiduciæ pignorisve, vel argenti ſequeſtrans, vel obligans prædiorum: Ambroſius *c. 12. de Tobia.* fiduciam vocat. 35 Pactum commiſſorium, id eſt, lex commiſſoria. *l. 2. ff. de lege comm.* pignoribus alienum. *ut J. h. t.* adde *l. 38. ff. de minor.* Quid his verbis intelligitur? hoc ſcil. non ut creditor pignus habeat emptionis jure, ſed ut id creditor jure ſuo diſtrahat, *ut hic.* unde colligunt, pactum potius cenſeri ſuperfluum eſſe, quam juri contrarium.
36 Pactum, ut pignoris fiat dominus creditor, ſi intra certum tempus pecunia ei ſoluta non fuerit, invalidum eſt, *ut hic. Synopſ. Baſil. 25. tit. 7. c. 60.* 37 Vide *l. 4. ff. de pign. act.*
38 Cum rei quam tibi vendideram, fieret tibi controverſia, pignus dedi, adverſus actorem judicatum eſt: pignus utique jure poſſum petere, ut ceſſante cauſa propter quam pignus datum eſt, pignus reddi oporteat. 39 Vide *l. un. C. Theod. h. t.* 40 Captioſa lex commiſſoria in pignoribus. Lex hujuſmodi fuit, ut ſi ad diem pecunia ſoluta non eſſet, pignus creditor ſibi haberet, id eſt, perpetuo jure apud creditorem remaneret: Huic conventioni fraus ineſt maxime, quoties pro ære modico debitor pretioſa monilia ſupponit.
41 Aboletur lex pignorum commiſſoria, *ut hic:* Aboletur eadem in Feudis 1. *Feud. 29.*
42 Lex ad præſentia & futura pertinet. *l. 7. ff. de legibus.* interdum trahitur ad præterita. vide *l. un. §. 4. ſupr. de contractib. jud.* Goth. Adjectione tamen juramenti ejuſmodi pactum valebit. Gloſſ. *in cap. 9. extr. de jurejur.* Vid. Rittershuſ. *de differ. lib. 3. cap. 4.* Ant. Merend. *Controv. lib. 1. cap. 2.* Anſ.
43 Dixi ad *L. 44. D. 2.* 44 Id eſt, *Et*, eſt enim exceptio & præſcriptio: Imo non eſt, ut dixi, *ff. de exceptionib. in rubrica & l. 14. l. 20. ibi.* 45 *d. loco.* 46 Duodecim Tabularum ſcil. dixi *ſupr. ſi unus ex plurib. & ad leg. 12. Tab. lib. 2. tit. 21. §. ult.*
47 Quod uni heredum ſolutum eſt teſtatoris mandato, reliqui coheredes id exigere a debitore hereditario non poſſunt. 48 Id eſt, præbuerat. 49 Ut qui defuncti voluntatem impugnent. 50 Coheredes. 51 Vide *l. 1. ſupr. res int. alios act.*
52 Vide Goedd. *de contrah. ſtipul. cap. 8. num. 35.* Anſ. 53 Pactum fraudulentum exceptionem non parit. vide *l. 5. J. de inut. ſtip.* 54 *l. 18. §. 1. ff. de probat.*
55 Actioni tutelæ quæ bonæ fidei eſt, exceptio & replicatio doli ineſt, *l. 21. ff. ſolut. l. 84. §. 5. ff. de legat. 1. l. 71. ff. de furt.* 56 Doli exceptio oppoſita bonæ fidei judicium facit.

De

De dilationibus.

4. Imp. ALEXANDER A. Juliano & aliis.

CUm [1] nondum [2] finitam ſententia cauſam, ſed dilatam allegetis, non eſt dubium, omnes integras defenſiones [vobis] eſſe. PP. 2. Non. Octob. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De vi.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Baſilio.

LIcet *Unde vi* interdictum intra [3] annum locum habeat, tamen exceptione [4] perpetua ſuccurri ei, qui per vim expulſus poſt retinuit poſſeſſionem, auctoritate juris manifeſtatur. 5. Kal. Maji, *Trallis*, AA. CONSS.

De exceptione pacti & replicatione doli.

6. Iidem AA. & CC. Helenæ.

SI pactum interceſſit, in exceptione [5] ſine temporis præfinitione de dolo replicare potes. S. Kal. Sept. *Viminacii*, AA. CONSS.

De minore quantitate ſoluta.

7. Iidem AA. & CC. Menandro.

SI ex majore debiti quantitate minor tibi ſoluta eſt, nec liberationem debitori tuo præſtitiſti: petere, quod [6] non probatur redditum, contra exceptionem pacti replicatione [7] tuam adjuvans intentionem, minime prohiberis. S. 2. Kal. Mart. CC. CONSS.

De exceptione peremptoria.

8. Iidem AA. & CC. Aurelio.

PRæſcriptionem peremptoriam [8], quam ante [9] conteſtari ſufficit, omiſſam, priusquam ſententia feratur, objicere quandoque licet. S. 15. Kalend. Novemb. CC. CONSS.

De inficiatione & exceptione.

9. Iidem AA. & CC. Mutiano.

SI quidem intentionem [10] actoris probatione [11] deficere confidis, nulla tibi defenſio neceſſaria eſt. Si vero de hac confitendo [12], exceptione te munitum aſſeveras, de hac tantum agi convenit. Nam ſi etiam de intentione dubitas: habita exceptionis conteſtatione, tunc demum, cum [13] intentionem [ſuam] ſecundum aſſeverationem ſuam petitor probaverit, huic eſſe locum monſtrari convenit. S. 3. Non. Novemb. *Burtadizi*, CC. CONSS.

De exceptione & replicatione.

10. Iidem AA. & CC. Aquilinæ.

NOn exceptionibus [14] actores, quibus reis auxilium tribuitur certis ex cauſis, ſed replicationibus [15] ſuam intentionem, ſi quam habeant, muniant. S. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De interceſſoribus.

11. Iidem AA. & CC. Neoni.

DEfenſiones ſive exceptiones ad [16] interceſſores extendi, quibus reus principalis integro manente ſtatu munitus eſt, conſtat.

De exceptione dilatoria.

12. Imp. JULIANUS A. ad Julianum Comitem Orientis.

SI quis advocatus inter exordia litis prætermiſſam dilatoriam [17] præſcriptionem poſtea voluerit exercere; & ab hujusmodi opitulatione ſubmotus, nihilominus perſeveret, atque præpoſteræ defenſioni inſtiterit: unius libræ auri condemnatione multetur. Dat. 7. Id. Mart. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De fori præſcriptione.

13. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Symmacho Proconſuli Africæ.

PRæſcriptiones [18] fori [19] in principio [litis] a litigatoribus opponendas eſſe, legum decrevit auctoritas. Dat. 5. Kal. Sept. *Ravennæ*, HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 415.

TIT. XXXVII. DE [20] LITIGIOSIS [21].

Venditio pignoris facta per creditorem, etiamſi debitor contradicat, non facit rem litigioſam. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Paulinæ.

CUm creditor pignus vendit, non poteſt videri litigioſæ rei emptio contrahi, etſi debitor interdicat [22], *ne venditio perficiatur*. PP. Kal. Maji, APRO & MAXIMO CONSS. 208.

In AUTH. de litigioſis. §. 1. coll. 8. tit. 13. al. 8. Novell. 112. c. 1.

L*Itigioſa* [23] *res eſt, de cujus dominio cauſa movetur inter poſſeſſorem, & petitorem, judiciaria conventione, vel precibus Principi oblatis, & Judici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis.*

Actio mota in judicio, lite pendente in alium non poteſt transferri.

2. Imp. CONSTANTIN. A. ad provinciales.

LIte [24] pendente actiones, quæ in judicium deductæ ſunt, vel res, pro quibus actor a reo detentis intendit, in conjunctam perſonam, vel extraneam donationibus, vel emptionibus, vel quibuslibet aliis contractibus [25] minime transferri ab eodem actore [26] liceat: tanquam [ſi] nihil factum ſit, lite nihilominus peragenda. Dat. Kal. Mart. BASSO, & ABLABIO CONSS. 331.

Ubi legatur res, quæ alienari non poteſt propter judicium præcedens, debetur æſtimatio. Bald.

3. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Tatiano P.P.

QUicunque rem litigioſam, vel ambiguum chirographum, quodlibet denique mobile, vel immobile fiſco noſtro, vel potentiori, ſeu aliis perſonis in teſtamento ſive codicillo legaverit [27], fideive commiſerit, aut per hereditatem reliquerit, nullam fiſcus noſter, vel alia perſona licentiam habeat jurgiorum, nec judicium ſubeat: ſed æſtimatio ejus litis ineatur, præſtanda his, quibus actiones, vel res litigioſæ relictæ ſunt. Eandem litem ipſi heredes peragant, ſuarum actionum periculo ea, quæ litigioſa fuerant relicta, vindicantes. Quod & de chirographis placet, ut heredes relictorum fiſco, vel aliis perſonis præſentem pecuniam numerent, & judicio eos, quos obnoxios exiſtimant, perſequantur. Dat. 15. Kal. Jul. *Theſſalonicæ*. *Item rurſus* Conſtant. 13. Kalend. Januar. GRATIANO V. & THEODOSIO AA. CONSS. 380.

Emens ſcienter rem litigioſam tenetur illam reſtituere, nec pretium repetit, ſed illud & tantundem venditor fiſco ſolvit: emens vero ignoranter, pretium repetit, & ultra illud tertiam partem, alienatione irrita manente. Salic.

4. Imp. JUSTIN. A. Joanni P.P.

CEnſemus, [ut] ſi quis lite pendente, vel actiones, vel res, quas poſſidet, ad alium quendam tranſtulerit, ſive ſcientem, ſive ignorantem, vitio litigioſi contractus ſubjacere: diſtinctione quadam inter contrahentes obſervanda, ut ſi quis ſciens, vel ad venditiones [28], vel ad donationes, ſeu ad alios contractus acceſſerit, cognoſcat ſe compellendum non tantum rem redhibere, ſed etiam pretio ejus privari, non ut lucro cedat ei, qui rem alienavit, ſed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fiſci [29] juribus inferatur. §. 1. Sin autem ignorans rem litigioſam emerit [30], vel per aliam ſpeciem contractus eam acceperit: tunc irrita rei alienatione facta, pretium cum alia tertia parte recipiat. Juſtum eſt etenim propter doloſam mentem, & abſconditam machinationem, cum non emtori manifeſtaverit rem in judicium deductam fuiſſe, [in] tertia parte pretii (ſicut jam etiam diſpoſuimus) eum puniri: Tali videlicet pœna non ſolum in aliis contractibus, verum etiam in donationibus [31] porrigenda: ut vera æſtimatione facta, cum pretii datio non eſt, rem ad alium transferens, multetur: omnibus inſtrumentis, quæ ſuper hoc conficiuntur, nullam vim obtinentibus: exceptis videlicet hujus ſanctionis diſpoſitione his, qui vel dotis nomine, vel ante nuptias donationis, vel tranſactionis, aut diviſionis rerum hereditariarum factæ, vel per legati [32], vel per fideicommiſſi cauſam tales res, vel actiones dederint, vel acceperint. Dat. 15. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. ann. ſecundo 532.

In AUTHENT. de litigioſis. §. & hoc autem præſenti. coll. 6. tit. 13. al. 8. Novell. 112. cap. 1.

N*Unc ſi heres in lite victor extiterit, rem ipſam, cujus dominus eſſe apparet, legatario præſtet: qui nihil* [33] *conſequitur, ſi victus fuerit heres, cum litis eventus ei videatur relictus. Igitur liti adeſſe poteſt, ne colludatur.*

TIT. XXXVIII. DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA STIPULATIONE [34].

De ſcriptura.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Secundo.

LIcet [35] epiſtolæ [36], quam libello inſeruiſti, additum non ſit, *ſtipulatum eſſe eum, cui cavebatur:* tamen ſi res inter præſentes geſta eſt, creden-

Dorothæus ἐν τῷ πλάτει. *l. Seia.* 42. *ff. de don. cauſ. mort.* Sed reprehenditur ab alio interprete Græco *l.* 47. βασιλικῶν, defenditur a Cujac. 3. *obſ.* 17. 1 *l.* 8. *infr. h. t. l.* 2. *ſupr. ſentent. reſcind. non poſſe.* 2 Diuturnus judicii tractus peremptorium non excludit, ſed rei judicatæ exceptio. 3 *l.* 2. *ſupr. unde vi. l.* 1. *ff. de vi & vi.* 4 Annua quæ ſunt ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. adde *l.* 6. *Ꞁ. h. t. l.* 7. *§.* 5. *ſupr. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* 5 De dolo actio temporalis. *l.* 30. *in fin. ff. de peculio.* exceptio de dolo perpetua, *ut hic.* 6 Pactum, *Nihil amplius peti*, reſtringitur ad eas tantum quantitates, quæ vere ſunt ſolutæ. adde *l.* 24. *l.* 31. *ſupr. de transact. l.* 13. *ſupr. de furtis. l.* 6. *l.* 13. *Ꞩ. de ſolutionib. l.* 67. *§.* 3. *ff. de cond. indeb.* 7 Replicatio ſolutæ pecuniæ adverſus pactum de non petendo nimis generalis eſt. 8 Exceptio, quæ ſemper agentibus obſtat, ſemper rem de qua agitur, perimit. §. 9. *Inſtit. & l.* 3. *ff. de exceptionibus.* 9 Peremptoria exceptio ante definitivam ſententiam, poteſt quandocunque objici poſt litem conteſtatam. vide *l.* 4. *Ꞩ. h. t.* dilatoria non poteſt. *l.* 12. *Ꞁ. h. t.* 10 *l.* 9. *ff. de Except. l.* 83. §. 1. *ff. de verb. oblig.* S. L. 11 Si reus certus eſt, actorem minime probaturum, negatio ſufficit, nec neceſſaria exceptio eſt. adde *l.* 4. *ſupr. de edendo. l.* 9. *ſupr. de obligationibus.* 12 *Confidendo*, quidam ita legunt. 13 Non continuo fatetur qui excipit. vid. *l.* 9. *ff. h. t.* 14 Actor non excipit, ſed reus. 15 Vide *Inſtit. de replicationibus in princ. l.* 2. §. 1. *l.* 22. *in fin. ff. h. t.* 16 Rei defenſio competit fidejuſſori. dixi ad *l.* 19. *ff. h. t.* adde *l.* 16. *l.* 49. *ff. de fidejuſſorib.* §. 4. *Inſt. de replicationibus.* An bonorum ademptio debitorem liberet, an fidejuſſorem ejus? vid. Cujac. 15. *obſ.* 35. 17 Dilatoria exceptio ante litem conteſtatam opponenda, *ut hic. & l.* 19. *ſupr. de probation.* Atqui poſt litem conteſtatam peremptoriæ admittuntur? *l.* 8. *ſupr. h. t.* Peremptoriæ judicii conſtituendi non ſunt, ſed conſtituti finiendi: dilatoriæ vero conſtituendi. Conſtituto judicio præpoſtere agitur de conſtituendo. adde Cujac. 18. *obſerv.* 34. 18 *l.* 65. *C. Theod. de appellationib.* Goth. Canoniſata eſt hæc lex in *can.* 3. *cauſ.* 3. *quæſt.* 3. *in fin.* Anſ. 19 Id eſt, judicis incompetentis. *l.* 52. *ff. de judiciis. l.* 4. *ſupr. de jurisdict. omnium jud.* adde *Nov.* 53.

20 De exceptione litigioſi vide Oldendorp. *c.* 20. *de except.* litigioſa res quibus caſibus vendi poſſit, vide apud Angelum *Novella de litigioſis n.* 7. 21 *L.* 44. *D.* 6. dixi ad *Nov.* 112. adde 4. *C. Theod.* 5. περὶ ἐπιδίκων τοῦτ' ἔστιν ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικεῖται 27. *Synopſ. Baſil.* 1. adde quæ dixi ad *leg.* 12. *Tab. lib.* 2. *tit.* 4. & *l.* 22. 23. *ſupr. mandati.* Hodie in Gallia res litigioſa vendi poteſt. dixi ad *d. Nov.* 112. 22 Prohibitio nuda debitoris rem litigioſam non facit. *l.* 1. *ff. h. t. l.* 2. *ſupr. de diſtract. pignor.* adde *l.* 2. *ſupr. debit. vend. pignor. imp. non poſſe.* adde *l.* 3. *ſupr. ſi antiq. cred.* 23 Litigioſa res quid. 24 *l. un. C. Theod. h. t.* Pendente lite facta alienatio rem vitio litigioſi adficit. 25 Excipe caſum *l.* 3. *l. ult. Ꞁ. h. t.* 26 Et reo. *l. ult. Ꞁ. h. t. l. ult. ff. de alienat. jud. l.* 3. *ff. familiæ. l.* 1. *in pr. l.* 22. *ff. de jure fiſci.* 27 Re litigioſa legata, fideicommiſſa, teſtamentove relicta debetur æſtimatio, *ut hic*. imo res ipſa. *l.* 4. *in fin. infr. h. t.* utrumque abrogatum eſt hodie, ſolus enim litis eventus debetur. *Novell.* 112. *cap.* 1. 28 Emptor & donatarius rei litigioſæ, pretium rei amittit, & aliud tantumdem fiſco præſtat. 29 Imo emptoris. *l.* 3. *in fin. ff. h. t.* 30 Emens ſcienter rem litigioſam, pretium amittit: ignoranter, pecuniam repetit, ac præterea partem tertiam alienatione irrita manente. 31 Donatio non eſt contractus. 32 Dixi ad *l. pen. ſupr. h. t.* 33 Et ita reſtringitur *d. l. pen.*

34 Huic titulo reſpondent tituli *de verborum obligationibus*, qui in Inſtitutionibus & Pandectis ſunt & ſi qui ſimiles occurrunt, dixi ad *L.* 45. *D.* 1. 35 Adde *l. ult. ff. mandati.* Goth. Vide Gœdd. *de contrah. ſtipulat. cap.* 3. *num.* 191. Anſ. 36 Vide *l. penult. infr. h. t. l.* 30. *l.* 134. *§. penult. ff. h. t.* §. 16. *Inſt. de inutil. ſtipul.* §. *ult. Inſt. fidejuſſorib.*

dum

dum [1] eſt præcedentem ſtipulationem vocem ſpondentis ſubſecutam eſſe. Accepta 17. Kalend. Maji, SEVERO III. & VICTORINO CONSS. 201.

Si pater filiæ ſtipuletur.

2. Iidem AA. Petronio.

SI filiæ [2] tuæ, quam in poteſtate habebas, pecuniam dari ſtipulatus es: paratam obligationem exercere non prohiberis. PP. Non. Novemb. FAUSTINO, & RUFINO CONSS. 211.

Si quis alteri ſtipuletur.

3. Imp. ANTONINUS A. Hadriano.

SI cum pecuniam tuam crederes accommodato nomine Juliani, ſtipulatio in perſonam ejus abſentis [3] directa eſt, cum nihil ſit actum ea verborum conceptione, intelligis ſuperfuiſſe [4] tibi rei contractæ obligationem: ac propterea ſi pecuniam a debitore Julianus exegerit [5], eamque ſolutionem ratam habuiſti: habes adverſus eum negotiorum geſtorum actionem. PP. 6. Kal. Mart. PRÆSENTE, & EXTRICATO CONSS. 218.

De dote.

4. Imp. ALEXANDER A. Sabinæ.

SEcundum reſponſum Domitii [6] Ulpiani Præfecti annonæ Juriſconſulti amici mei, ea, quæ ſtipulata eſt, cum [7] moreretur, partem dimidiam dotis, cui [8] velit relinquere: reddi ſibi, cum moreretur, eam partem dotis ſtipulata videtur. PP. 2. Kal. April. ALEXAND. A. CONS. 223.

De nuda pollicitatione, & pœnali ſtipulatione ſubjecta.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Iſidoræ.

NUda [9] pollicitatione, ſecundum ea, quæ ſæpe conſtituta ſunt [10], ad præſtanda ea, quæ promiſerat [11], urgeri quenquam non [12] ſemper jura permittunt. Verum quoniam præterea ſi contra pactum fecerit [13], quanti [14] ea res eſt, dari tibi ſtipulanti [15] adverſarium tuum promiſiſſe proponas: hujuſmodi etiam obligationis poſt motam litem extitiſſe conditionem [16], & ejus ſummæ, quæ in hac [17] quoque ſtipulatione continetur, petitioni locum factum eſſe convenit. S. 5. Kal. Dec. AA. CONSS.

De ſtipulatione ſubjecta transactioni.

6. Iidem AA. & CC. Erotio.

SCire debuiſti, quæ ſub transactione dari placita ſunt, certi [18] vel incerti ſtipulatione ſubſecuta peti poſſe. S. 16. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De abſentia tutoris, vel curatoris.

7. Iidem AA. & CC. Antonio.

NEque tutoris [19] neque curatoris abſentia quicquam ſtipulationi nocet: cum & fœminam [20] minorem vigintiquinque annis abſente curatore ſtipulari [21] poſſe non ambigatur [22]. S. 16. Kal. Februar. CC. CONSS.

De promisſione impoſſibili.

8. Iidem AA. & CC. Poſidonio.

NOn moriturum præſtari ſervum impoſſibilis [23] promiſſio eſt. Poſt [24] mortem autem ejus ſtipulatus, recte ſolutionem poſtulat. S. 12. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De metu.

9. Iidem AA. & CC. Capitoni.

SI [25] quidem Zenoni ſtipulanti mortis [26], vel cruciatus corporis territus timore ſpopondiſti: adverſus experientem exceptione propoſita defendi potes. † Sin vero nihil tale probetur, accuſationis [27] inſtitutæ, vel futuræ prætextu: non ob turpem, ſed probabilem cauſam habita ſtipulatione, promiſſio non infirmatur. † Sin autem ob [28] non inſtituendam accuſationem criminis pecunia promiſſa ſit, cum de hujuſmodi cauſis paciſci non liceat, petitio denegatur. S. 5. Id. Octob. *Varuariæ*, CC. CONSS.

De verbis.

10. Imp. LEO A. Erythrio P.P.

OMnes ſtipulationes, etiamſi non ſolennibus [29], vel directis, ſed quibuscunque verbis conſenſu contrahentium compoſitæ ſunt, vel legibus cognitæ, ſuam habeant firmitatem. Dat. Kalend. Januar. *Conſtantinop.* MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

Poſt mortem, cum morietur, pridie quam moriatur.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SCrupuloſam [30] [veterum] inquiſitionem utrum *poſt* [31] *mortem*, an *cum* [32] *moreretur*, vel *pridie* [33] *quam moreretur*, ſtipulatus ſit aliquis, vel in teſtamento legati, vel fideicommiſſi nomine aliquid dereliquerit, penitus amputantes; omnia [34] quæ vel quocunque contractu, vel ſtipulati, vel pacti ſunt contrahentes, vel teſtator in ſuo teſtamento diſpoſuerit, etiamſi poſt mortem, vel pridie quam moreretur, ſcripta eſſe noſcuntur; nihilominus pro tenore contractus, vel teſtamenti valere præcipimus. Dat. 3. Idib. Decemb. *Conſtantinop.* D. N. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

De pœna promiſſa, ſi ſtatuta die ſolutum non fuerit.

12. Idem A. Mennæ P.P.

MAgnam legum veterum obſcuritatem, quæ protrahendarum litium magnam occaſionem usque adhuc præbebat, amputantes, ſancimus: ut ſi quis certo tempore facturum ſe aliquid, vel daturum ſtipuletur [35] vel quæ ſtipulator voluit, promiſerit, & adjecerit, quod ſi ſtatuto tempore minime hæc perfecta fuerint, certam pœnam dabit: ſciat minime ſe poſſe debitor ad evitandam pœnam adjicere, quod [36] nullus [37] eum admonuit: ſed etiam citra ullam admonitionem eidem pœnæ pro ſtipulationis tenore fiet obnoxius: cum ea, quæ promiſit, ipſe in memoria [38] ſua ſervare, non ab aliis ſibi manifeſtari [39] debeat poſcere. Datum 9. Idib. April. *Conſtantinop.* DECIO V.C. CONS. 529.

De heredibus.

13. Idem A. Juliano P.P.

VEteris juris altercationes decidentes, generaliter ſancimus [40] omnem ſtipulationem, ſive in dando, ſive in faciendo [41], ſive mixta ex dando & faciendo inveniatur, & ad [42] heredes & contra [43] heredes transmitti, ſive ſpecialis [44] heredum fiat mentio, ſive non. Cur enim quod in principalibus perſonis juſtum eſt, non ad heredes & adverſus eos transmittatur? Et ſic exiſtimentur hujuſmodi ſtipulationes, quaſi tantummodo in dando fuerint conceptæ, cum nihilominus, & heredes factum poſſint adimplere: illa ſubtili, & ſupervacua ſcrupuloſitate exploſa, per quam putabant non eſſe poſſibile factum [45] ab alio compleri, quod alii impoſitum eſt. Et quare, cum pene [46] ſimilis omnium hominum natura eſt, non etiam facta omnes, vel plus, vel paulo minus adimplere poſſint: ne ex hujuſmodi ſubtilitate [47] cadant hominum voluntates. Dat. Kal. Aug. *Conſtantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De ſcriptura.

14. Idem A. Joanni P.P.

OPtimam quæſtionem, & frequenter in judiciis verſatam, ſatis humanum eſt ſaltem in præſenti dirimere, ne diutius noſtram rempublicam moleſtare concedatur. In multis etenim contractibus, & maxime in fœneratitiis cautionibus, ſolitum [48] eſt adſcribi, ſtipulationes per certos ſervos celebrari: ſed quidam in devotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt: & alii quidem non eſſe ſervum adhibitum contendebant: alii vero non ejus ſervum eſſe, ad quem pertinere ſcriptura proteſtabatur. Et ſi non per ſervum, ſed inter præſentes celebratam [eſſe] rem fuerat ſcriptum, & hoc iterum dubitabatur debere oſtendi partes eſſe præſentes. Cum itaque ſatis utile eſt [49] in contractibus, & ſervos adhiberi, & præſentes eſſe perſonas adſcribi, forte propter perſonas dignitate excelſas [50], vel mulieres (quas naturalis [51] pudor non omnibus perperam ſeſe manifeſtare concedit) ſancimus tales ſcripturas omnifariam eſſe credendas [52]: & ſive adſcriptus fuerit ſervus, & ad quandam perſonam dicitur pertinere, credi omnimodo, & ſervum adfuiſſe, & feciſſe ſtipulationem, & eam eſſe ſcripto domino acquiſitam: & non dubitari, ſi ſervus ipſe præſto fuerit, vel ejus dominus, pro quo ſcriptus eſt feciſſe ſtipulationem. Et ſi inter præſentes partes res acta eſſe dicitur, & hoc eſſe credendum: ſi tamen in [53] eadem civitate utraque perſona in eo die commanet, in quo hujuſmodi inſtrumentum conſcriptum eſt: niſi is, qui dicit ſeſe, vel ad-

1 *d. l.* 30. *l.* 134. *d.* §. 16. *d.* §. *ult.* 2 Pater filio in poteſtate poſito ſtipulando, videtur ſibi ipſi ſtipulari & ſibi adquirere: vide *l.* 39. *ff. h. t.* 3 Alteri nemo ſtipulatur. *l.* 38. §. 17. *ff. h. t.* 4 Cum duo contractus uniuntur, unus utilis, alter inutilis, agitur ex utili. *l.* 9. §. 4. *ff. de reb. credit. l.* 46. *ff. ſoluto:* adde *l.* 126. §. 2. *ff. de verb. oblig.*

5 Qui pecuniam alterius exigit, negotiorum geſtorum actione tenetur. 6 Ulpianus Præfectus annonæ, Juriſconſultus & amicus ab Alexandro Imperatore appellatus.

7 *l.* 45. §. 1. *ff. h. t.* §. 15. *Inſt. de inutilib. ſtipulat.* 8 *Cui ſi moriens dotem reliquero, eidem dotem dare ſpondes?* Mulier inteſtata mortua eſt, aut certe dotem nulli reliquit. Quid juris? videtur mulier heredi ſuo ſtipulata, *ut hic:* Inteſtata quoque muliere ſtipulatio committitur. *l.* 25. *in fin. ſupr. de jure dot.* 9 Nuda pollicitatio. vide *l.* 10. *C. de pactis.* ψιλὴ ἐπαγγελία. *Syn. Baſil.* 24. *tit.* 9. *ex l.* 44. *tit.* 5. *c.* 5. 10 Qua de re conſtituitur juris regula *l.* 7. §. 5. *in fin. ff. de pact.* & νόμιμον ψήφισμα dicitur a Leone. *Nov.* 72. 11 Promittendi verbo quid continetur, vid. Cuj. 15. *obſerv.* 22. 12 Non ſemper quis ex nuda pollicitatione tenetur. Verum ſi promiſerit, Ni fecero, pœnam præſtabo, quanti res promiſſa fuerit, promiſſum non præſtans, pœnam committit. *Synopſ. d. c.* 5.

13 Adverſarius ſcil. 14 Vide *l. ult. ff. de ſtipul. prætor.* 15 Stipulatio pœnalis pacto adjecta pactum confirmat. *l.* 27. 28. *C. de pact. l.* 3. *ſupr. de rer. permut. l.* 45. *ff. de pactis. l.* 15. *ff. de transact.* 16 Quia judicio commonitus adverſarius pactum non implevit: & ita ſtipulatio quanti res eſt ob litem non defenſam, non protinus committitur: ſed lite conteſtata aut in ipſo articulo litis conteſtatæ, & ipſa ſtipulatione *l.* 13. *verſ. proinde. ff. judicat. ſolvi.* vide Cujac. 19. *obſ.* 33. 17 Id eſt, conteſtatam. 18 Vide *Inſt. de verb. oblig.* 19 §. 9. *Inſt. de inutilib. ſtipul. in pr. l.* 1. *ſupr. de auct. præſt.* 20 Aliud jus in maſculo pubere: poteſt enim pubes obligari. *l.* 101. *ff. de verb. oblig. l.* 1. *C. de inutil. ſtip.* datur tamen ei præſcriptio, id eſt, exceptio, ſi deceptus ſit vel læſus. *l.* 7. *in fin. ff. de exceptionib.* Nam lex 3. *ſupr. de in integ.* ad venditiones pertinet: hoc *in d. l.* 3. *in fin.* pubes curatorem habens, ſine curatore vendidit, ideoque non obligatur: curatorem non habens, venditione obligatur quidem, verum reſtituebatur: nec ſola exceptione juvabatur. vide Cujac. 19. *obſ.* 33.
21 At non promittere. Ulp. 11. §. 27. 22 Lege Lætoria id conſtitutum fuit. vid. Cujac. 19. *obſ.* 33. 23 Vid. *l.* 35. *ff. h. t. l.* 1. §. 2. *de cond. & demonſtr.* 24 Vide *l.* 45. §. 2. *ff. h. t.* §. 15. *Inſt. de inutil. ſtip.* 25 Stipulanti promittens metu mortis, vel cruciatus corporis conventus exceptionem habet, *ut hic in pr.* ſin vero ob probabilem, non ob turpem cauſam promiſit, tenetur, *verſ. ſin vero:* ſin ob non inſtituendam criminis accuſationem, non tenetur. *verſ. ſin autem. Synopſ. Baſil. ib. c.* 9. 26 Metus mortis vel cruciatus ſtipulationem vitiat. *l.* 5. *C. de inutil. ſtipul.* §. 1. *Inſtit. de exceptionib. l.* 1. *ff. quod met. cauſa.*
27 Metus litis motæ vel movendæ non vitiat ſtipulationem. *l.* 10. *ſupr. de his quæ vi met.*
28 Adde *l.* 18. *C. de transact.* 29 Quænam verba ſolennia & directa eſſent, vide §. 1. *verſ. ſed hæc ſolennia. Inſt. de verb. obl.* adde quæ notavi ad *l.* 1. §. 2. *ff. h. t.* 30 Nam olim *poſt mortem ſuam* nemo ſtipulari, aut promittere poterat. §. 13. *Inſt. de inut. ſtip. Cum moreretur.* aut, *cum morietur*, poterat. §. 15. *Inſt. de inutil. ſtipul.* Goth. Declarationem hujus l. vide apud Teſſaur. *deciſ.* 212. & quando purgatio moræ admittatur quando non. adde Papon. *lib.* 12. *tit.* 10. *arreſt.* 1. Chriſtin. *deciſ. Belg. vol.* 4. *deciſ.* 176. & Grivell. *deciſ.* 92. Anſ.
31 *l.* 45. §. 1. §. 2. *ff. h. t.* §. 2. & 15. *Inſtit. de inutil. ſtipul. l.* 20. *ff. de jure dot.*
32 *l.* 4. *ſupr. h. t.* §. 14. *Inſt. de inutilib.* 33 *d.* §. 12. *verſ. ſed & ſi quis.* 34 Obſerva regulam *l. un. C. ut act. ab hered.* 35 *Stipulatori*, Haloand. Stipulatori aliive quem ſtipulator voluit, promiſerit &c. vid. Cujac. 19. *obſerv.* 37. 36 Ubi dies interpellat, pœna committitur. *l.* 23. *ff. de verb. oblig.* adde *l.* 4. *ff. de l. commiſſ. l.* 18. *de uſur.* alias ibi nulla mora eſt, ubi nulla eſt petitio. *l.* 127. *ff. h. t.* 37 Dies interpellat pro homine, *ut hic, & l. trajectitiæ*, 23. *verſ. de illo. ff. de obl.* niſi dies adjecta ſit obligationis augendæ, vel finiendæ cauſa, vel brevior ſit, vel legitima, non tacita: vide Socinum *regula dies* 90.
38 Facti proprii ignorantia non excuſat. 39 Certiorari non debet, qui non ignoravit. *l.* 1. *in fin. ff. de act. empt. cap.* 31. *de reg. jur. in* 6. adde *l.* 43. §. 1. *ff. de contrab. empt.*
40 Obligationes & ſtipulationes & promiſſiones dandi vel faciendi, vel ex utroque mixtæ heredibus & in heredes competunt: ſive heredum ipſorum facta mentio ſit, ſive non ſit. Nam quod in principalibus conſtitutum eſt, idem & heredes præſtare poſſunt, nec tantopere jus ſtrictum ſpectandum eſt. *Synopſ. Baſil. d. tit.* 4. *c.* 13. Goth. Hæc eſt 47. deciſio ex 50. novis Juſtiniani. Vide Inglois, & Gœdd. *de contrab. ſtip. cap.* 4. *num.* 145. 147. & 150. *cum ſeqq.* Anſ.
41 *l.* 2. *ff. h. t.* 42 Cur ita? vide *l.* 9. *in fin. ff. de probationib.*
43 *l.* 133. *ff. h. t.* 44 *d. l.* 133. 45 Hodie factum per alium impleri poteſt, *ut hic:* adde *l.* 5. *ff. de duobus reis.* 46 Non tamen vere: eſt enim inter artifices longa differentia, ingenii, naturæ, doctrinæ & inſtitutionis. *l.* 31. *ff. de ſolut.* operæ non ſunt eædem. vide *l.* 26. §. 12. *verſ. Sed ſi. de condict. indeb. l.* 12. *ff. de leg.* 3. 47 Subtilitas nimia legibus odioſa. 48 Cur ita? dixi de hac lege ad Edictum Juſtiniani 7. *cap.* 2. *l.* 5. §. 4. *D. de auct. tut.* 49 *d.* §. 4. *d. c.* 2. 50 *d.* §. 4. 51 Pudor naturalis in muliere, *ut hic. l. ult. C. de arbitris.* 52 Statur ſcripturæ, & inſtrumento, niſi contrarium probetur. *l.* 1. *ſupr. h. t.* præſumitur pro inſtrumento. *l.* 18. *ſupr. de probat.* §. 11. *Inſt. de inut. ſtipul.* 53 Hinc colligunt, præſumi quemlibet ex ea civitate eſſe in qua reperi-

verſarium

verſarium abfuiſſe, liquidis, ac manifeſtiſſimis probationibus, & melius quidem ſi [1] per ſcripturam, vel ſaltem per teſtes [2] undique idoneos, & omni exceptione majores oſtenderit, ſeſe, vel adverſarium ſuum eo die civitate abfuiſſe: ſed hujuſmodi ſcripturas propter utilitatem contrahentium eſſe credendas. Datum Kalend. Novemb. poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

Si quis ſpoponderit inſulam, cum moriebatur, ædificare.

15. Idem A. Joanni P.P.

SI quis ſpoponderit inſulam, *cum* [3] *moriebatur*, ædificare [4] ſtipulatori, impoſſibilis veteribus [5] videbatur hujuſmodi ſtipulatio: ſed nobis ſenſum contrahentium diſcutientibus, veriſimile eſſe videtur hoc inter eos actum, ut incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem heredibus ejus, donec ad effectum perducatur. Nemo enim ita ſtultus invenitur, ut tali animo faceret ſtipulationem, ut putaret poſſe tantum ædificium in uno [6] momento horæ extollere: vel eum, qui moritur, talem habere ſenſum, quod ipſe ſufficeret [7] ad hujus operis completionem. §. 1. Sancimus itaque ſi quid tale evenerit, heredes [8] ejus teneri, ut factum quod mortis tempore facere promiſit, hoc heredes ejus adimpleant, quaſi ſpeciali heredis mentione habita, licet hoc minime fuerit expreſſum. Quemadmodum enim ſi in dando [9] concepta fuerit ſtipulatio, & contra heredes transmittebatur: ita & ſi in faciendo eſt, licet in mortis tempore colligatur, attamen ad ſimilitudinem in dando conceptæ ſtipulationis, & heredes obligari: ut non [10] diſcrepet factum a datione, ſed ſit lex noſtra per omnia ſibi conſentanea. Quod & [11] in legatis ſimili modo relictis obſervari cenſemus. Dat. 15. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. anno ſecundo 532.

TIT. XXXIX.
DE INUTILIBUS [12] STIPULATIONIBUS.

De pupillo.

1. Imp. ANTONINUS A. Paulino.

EX ſtipulatione, in qua impubes [13] ſine tutore auctore ſpopondiſti, non [14] es obligatus. PP. Kal. Jul. *Romæ*, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De divortiis.

2. Imp. ALEXANDER A. Menophilo.

LIbera [15] matrimonia eſſe antiquitus placuit: ideoque pacta, *ne* [16] *liceret divertere*, non valere; & ſtipulationes, quibus pœnæ irrogarentur ei, qui [quæve] divortium feciſſet, ratas non haberi conſtat. PP. 3. Non. Februar. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De abſentibus: ſi quis alteri ſtipuletur.

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Iſidoræ.

UT inter abſentes [17] verborum obligatio contrahi non poteſt: ita alteri [18], cujus juri ſubjectus non eſt, aliquid dari, vel reſtitui (niſi ſua interſit [19]) nemo ſtipulari poteſt. Cum igitur defuncta in matrimonio filia tua, ſuperſtitis filii nomine partem dimidiam dotis a marito detineri, alteram vero partem nepoti tuo, vel ſi is in rebus humanis non eſſet, Juliano reſtitui per pactum conveniſſe proponas: præventoque morte nepote, etiam ſtipulationem ad Julianum factam, ob abſentiam ejus non valuiſſe ſignifices: ac propterea ex perſona, ac ſtipulatione tua, qua reſtitui cuncta juxta pactorum tenorem provideras, reddi tibi deſideres; ſuper ſtipulatu [20] tuo adi Præſidem provinciæ: ut examinatis partium allegationibus quanti [21] conſtiterit intereſſe tua juxta placiti fidem dotis portionem Juliano fuiſſe reſtitutam, ob incertæ actionis effectum concludat condemnationem taxatæ quantitatis. PP. Idib. Dec. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De ſucceſſione futura, & omnino de his, quæ ſunt contra bonos mores.

4. Iidem AA. & CC. Dominæ.

EX eo inſtrumento nullam vos habere actionem [in quo] contra [22] bonos mores de ſucceſſione [23] futura [24] interpoſita fuit ſtipulatio, manifeſtum eſt: cum omnia, quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in ſtipulationem deducuntur, nullius momenti ſint. PP. 3. Kal. Maji, AA. CONSS.

De dolo & metu.

5. Iidem AA. & CC. Aquilinæ.

DOlo [25] vel metu [26] adhibito, actio quidem naſcitur ſi ſubdita ſtipulatio ſit: per doli mali tamen vel metus exceptionem ſummoveri petitio debet. S. 13. Kal. Octobr. AA. CONSS.

Si quis alteri ſtipuletur.

6. Iidem AA. & CC. Septimio.

SI avia veſtra ſibi & Euſtolio, quam mutuam dederat pecuniam, dari fuerat ſtipulata: nihil ei [27] cujus ſubjecta juri non fuerit, quærere potuit. Sane, ſi ipſe quod ei ſolvi placuerat, in ſtipulationem ſuo nomine deduxerit, obligationem in ejus etiam perſonam conſtitiſſe non ambigitur. S. 5. Kalend. Octobr. CC. CONSS.

TIT. XL.
DE DUOBUS [28] REIS STIPULANDI, ET PROMITTENDI.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Paulinæ.

SI [29] duo pluresve, rei cujuſdam traditione [30] conventionem in ſolidum inierint, cuicunque eorum, quamdiu [31] res in eadem cauſa permanſerit, ſi caſus obtulerit, actio in ſolidum competit. PP. 3. Non. Decemb. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

2. Iidem AA. Diogeni.

CReditor prohiberi non poteſt exigere debitum, cum ſint duo rei promittendi ejuſdem pecuniæ, a quo [32] velit; & ideo ſi probaveris te conventum in ſolidum exſolviſſe, Rector provinciæ juvare te adverſus [33] eum cum quo communiter mutuam pecuniam accepiſti non cunctabitur. S. 5. Kal. Mart. DIOCLETIANO III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

In AUTH. de duobus reis. in princ. & §. ſeq. coll. 7. tit. 13. al. 9. Novell. 99. cap. 1.

HOc ita, ſi pactum fuerit ſpeciale [34]*, unumquemque teneri in ſolidum: & ſi alter inops ſit in ſolidum, vel in partem: ut id ſaltem ab altero petatur: vel ſi abſens ſit. Cum enim ambo adſunt, per Judicem producuntur, negotiumque communiter examinatur, & ſententia communiter infertur. Quod fiet per adminiſtratorem, ſi Judex ſit delegatus. Sin autem non convenerint ſpecialiter, ex æquo ſuſtinebunt onus. Sed & ſi convenerint, ut uterque eorum ſit obligatus: ſi ambo præſentes ſint, & idonei, ſimul cogendi ſunt ad ſolutionem.*

3. Iidem AA. & CC. Fabiano.

EXprimere debueras tuis precibus, utrumne *in partem*, an *in ſolidum* ſinguli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum ſi quidem ab initio unusquiſque pro [35] parte ſit obligatus, egredi contractus fidem non poſſit. Si vero in ſolidum, electio reſcripto [36] adimi non debeat. S. Id. April. *Byzantii*, AA. CONSS.

4. Iidem AA. & CC. Andronico.

PRopter mutuam uni [37] datam [38] pecuniam aliis reis promittendi factis, ob [39] non numeratam ſibi pecuniam obligationem remitti deſiderio poſtulantium jura refragantur. S. 5. Idus Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

Interpellatio facta ab uno de correis credendi, interrumpit præſcriptionem etiam quoad cæteros. Salic.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm quidam rei ſtipulandi certos habebant reos promittendi, vel unus forte creditor duos, vel plures debitores habebat, vel e contrario multi creditores unum debitorem, & alii ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnoverunt, vel per ſolutionem, vel per alios modos quos in anterioribus ſanctionibus interruptionis invenimus poſitos: & nos ampliavimus, vel forte ad unum creditorem quidam ex debitoribus devotionem ſuam oſtenderunt, vel cum plures eſſent creditores, debitor qui ſolus exiſteret, ad unum ex his, vel quoſdam debitum agnovit: & *quærebatur*, ſi eis vel ei daretur licentia adverſus alios indevotionem ſuam exercere, & quaſi tempore emenſo exactionem recuſare, vel quibuſdam ex debitoribus debitum agnoſcentibus, vel in judicio pulſatis, deberent & alii ab omni contradictione repelli: nobis [40] pietate ſuggerente videtur eſſe humanum, ſemel in uno eodemque contractu qualicunque interruptione [41], vel agnitione [42] adhibita, omnes ſimul compelli ad perſolvendum debitum, ſive plures ſint rei, ſive unus: ſive plures ſint creditores, ſive non amplius quam unus: ſancimusque in omnibus caſibus quos noſter ſermo complexus eſt, aliorum devotionem vel agnitionem, vel ex libello admonitionem aliis debitoribus præjudicare, & aliis prodeſſe creditoribus. Sit itaque generalis devotio, & nemini liceat alienam indevotionem ſequi, cum ex una ſtirpe unoque fonte unus effluxit contractus, vel debiti cauſa ex eadem actione apparuit. Dat. Kal. Septemb. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

tur. Vide Alc. 2. *præſ.* 15. 1 Vide *l.* 3. *in fin.* §. *ſi minor ſe major.* 2 Plures quam inſtrumento contineantur. vide *l.* 1. *ſupr. de teſtibus.* 3 Id eſt, poſt mortem. §. 12. *Inſt. de inutil. ſtipul.* 4 *d. l.* 13. 5 Promiſſio faciendi, cum quis morietur, utilis eſt. *l.* 13. *ſupr. h. t.* 6 Momento ædificium perfici non poteſt. 7 Morientis operæ morte finiuntur. 8 Vide *l. un. ſupr. ut actiones & ab hered. & contra.*
9 Vide *d. l.* 13. 10 Non diſcrepat factum a datione. 11 Extenſio contractuum ad legata.

12 *L.* 3. *Inſt.* 20. 13 Quid ſi pubes? dixi ad *l.* 101. *ff. de verb. oblig.* adde *l.* 7. *ſupr. de contrah. ſtip.* 14 Imo es. *l.* 101. *ff. de verb. oblig.* Solve: Impubes non poteſt, *ut hic*, Pubes poteſt *ut d. l.* 101. 15 Libera matrimonia eſſe oportet. vid. *l.* 134. *ff. de verb. obl.* 16 Pactum *Ne liceat divertere*, non valet. *l.* 19. *ff. de verb. obl. l.* 71. §. 1. *ff. de cond. & demonſt.* In matrimonio nemo detinetur invitus. Hodie detinemur inviti nec libera nobis ſunt divortia. vid. *Novell.* 22. *cap.* 14. 17 *l.* 1. *ff. h. t.* Paul. 5. *ſent.* 7. §. 2. *l.* 1. *in pr. ff. de verb. oblig.* 18 *l. ult.* J. *h. t.* §. 18. *Inſtit. h. t. l.* 38. §. 17. *ff. de verb. oblig.*
19 §. 19. *Inſt. h. t. l.* 39. §. 20. *ff. de verb. oblig.* 20 Quoties de eo quod intereſt agitur, petitio incerta admittitur per ſententiam definiendum. 21 Quantum vide quæ notavi ad *l. ult. in fin. ff. de ſtip. præt.* 22 Stipulatio contra bonos mores, inutilis. *l.* 6. *ſupr. de pactis. l.* 26. *l.* 123. *ff. de verb. oblig.* 23 De ſtipulatione mutuæ ſucceſſionis, ſeu ἀλληλοκληρονομίας dixi ad *l.* 19. *l.* 30. §. *de pact.* 24 Si qui ſtipulati fuerint, ut prior ex eis moriens alteri det patrimonium ſuum, inutile pactum eſt. *Syn. Baſil.* 24. *tit.* 9. *ex l.* 44. *tit.* 6. *c.* 4. ubi in ora dicitur, hoc pactum eſſe ἀλληλοκληρονομίας. 25 *l.* 9. §. *de pactis. l.* 3. *ſupr. de collat. l.* 7. §. 7. *ff. de pactis. l.* 36. *ff. de verb. obl.* §. 1. *Inſt. de except.* 26 *l.* 9. §. *de contrah. & comm. ſtipulat.* 27 *l.* 3. *ſupr. h. t. l.* 38. §. 17. *ff. de verb. obl.*

28 Dixi ad *L.* 3. *Inſt.* 17. & *L.* 45. *D.* 2. *Novell.* 99. 29 Cujacius 5. *obſ.* 35. monet hanc legem delendam eſſe non injuſte. Nam nec Accurſius, nec veteres eam cognoverunt. Abeſt etiam a veteribus, ut idem monet. 30 *Traditionem* quidam ita legunt, eo ſenſu. Duos ejuſdem rei vindicationem habere in ſolidum, quod eſt falſum: hoc potius innuitur, re tradita, ſi convenerint duo ſibi viciſſim aliquid in ſolidum dari, vel fieri, ſingulos quærere in ſolidum. 31 Hæc etiam verba ſuſpecta Cujacio videntur *d. loco.* Inde putat hanc conſtitutionem damnandam delendamque eſſe. 32 Hodie id immutatum eſt *Auth. proxima* J. *h. t.* 33 Correo ſolventi datur regreſſus in correum. 34 Duo rei in ſolidum ſpecialiter debent conſtitui: ſin minus, in dubio pro parte tenentur, niſi alter ſit abſens aut non ſolvendo. *Goth.* Vid. Rittershuſ. in *explicat. Nov. part.* 3. *cap.* 6. & Joann. Gœdd. *de contr. ſtipul. cap.* 9. *n.* 128. Coſtal. *in l.* 17. *ff. ad Vellejan.* Cujac. *Inſtit. de duob. reis.* Anſ. 35 Pro parte obligati, in ſolidum conveniri non poſſunt. 36 Reſcripto jus litigantium adimi non poteſt. 37 Numeratio uni facta, omnibus facta videtur. *l.* 5. *ſupr. ſi cert.*
38 Adde *l. ult.* J. *h. t.* 39 Vid. *l.* 6. *ſupr. de non num.* 40 Nota regulam.
41 Interpellatio unius correorum debendi impedit præſcribi adverſus cæteros.
42 Agnitio unius correorum alteri correo nocet. adde *l. pen. ſupr. h. t.*

TIT. XLI.
DE FIDEJUSSORIBUS [1], ET MANDATORIBUS [2].

De publicatione bonorum.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Lysiæ.

SI Lysias adempta parte bonorum exulare [3] jussus est, nonnisi pro parte, quam retinuit, creditoribus obligatus est. Verum qui pro eo [4] fidem suam adstrinxerunt, jure pristino conveniri possunt. PP. Idib. Octobr. SEVERO A. III. & VICTORINO CONSS. 201.

De pignoribus.

2. Iidem AA. Plotio.

CReditori [5], qui pro eodem debito, & [6] pignora, & fidejussorem accepit, licet, si malit, fidejussorem convenire in eam pecuniam, in qua se obligaverit, quod cum facit, debet jus pignorum in eum transferre. Sed cum in alia quoque causa eadem pignora vel hypothecas habet obligatas, non prius [7] compellendus est transferre pignora, quam omne debitum exolvatur. Dat. 5. Kalend. Februar. APRO II. & MAXIMO CONSS. 208.

De electione & beneficio divisionis.

3. Iidem AA. Maximo.

NOn recte procuratores nostri, si allegationi tuæ fides adesset, audire te noluerunt, ex bonis fidejussoris, quæ ad fiscum pervenerunt, pecuniam repetentem, sed reum principalem convenire jusserunt: cum electionis potestas permittatur [8] creditori. Sed cum duos fidejussores accepisse te proponas: si alter idoneus est, intelligis te divisa quantitate partem competentem a Procuratore [nostro] petere debere, & adversus alium fidejussorem [ejus] experiri. Nam licet significes adjectum esse in obligatione, *ut singuli in solidum tenerentur:* tamen nihil hæc res mutat conditionem juris & constitutionem. Nam & cum hoc non adjiciatur [9], singuli [10] tamen in solidum tenentur: sed ubi sunt omnes idonei, in portionem obligatio dividitur. PP. 17. Kal. Septembr. ANTONINO A. III. & GETA III. CONSS. 209.

In AUTH. de fidejuss. & mandat. §. si quis igitur, & §. non solum. col. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 1.

PRæsente tamen utroque non [11] permittitur intercessorem conveniri, prius quam reus inventus est minus idoneus, sive in totum, sive in partem. Absente autem reo, præsens intercessor jure quidem convenitur: Ipso tamen desiderante judex definiet tempus, intra quod deducat reum primo conveniendum, ipso in subsidium reservando. Nam transacto tempore compellitur intercessor satisfacere, cessis sibi a creditore actionibus absque distinctione contractus sive intercessionis.

De novatione.

4. Imp. ANTONINUS A. Rufæ.

NOvatione [12] legitime perfecta debiti in alium translati, prioris contractus fidejussores, vel mandatores liberatos esse non ambigitur: si modo in sequenti se non obligaverunt. PP. 15. Kal. Octobr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De electione.

5. Idem A. Potamoni.

JUre nostro est [13] potestas creditori, relicto reo, eligendi fidejussores, nisi [14] inter contrahentes aliud placitum doceatur. PP. 6. Non. Maji, MESSALA, & SABINO CONSS. 215.

De eo, qui tabulas mutui ut testis signavit.

6. Idem A. Pollæ.

SI pater tuus pro Cornelio, cum pecuniam mutuam acciperet, se non obligavit, frustra ex eo quod tabulas obligationis, ut testis signavit [15], conveniris. PP. 11. Kal. Jul. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De eo qui mandavit, ut crederetur sub pignoribus.

7. Idem A. Eroti.

SI creditor conditioni [16] mandato adscriptæ, cum pecuniam mutuam daret, in accipiendis hypothecis non paruit: frustra te judicio mandati convenit, quando non aliter te obligasse intelligaris, quam si pignoribus contraheretur obligatio. PP. Kal. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Si filius pro patre fidejusserit.

8. Imp. ALEXANDER A. Longo.

FIliusfamilias [17], qui pro patre [18], quamvis in venditione fundi, fidejussit, tenetur [19]. PP. 2. Idus Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De pignoribus.

9. Idem A. Aristocrati.

ETiamsi de jure obligationis pignorum [20] actum fuerit, fidejussoribus liberatio non contingit. PP. 5. Kalend. Decemb. MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De usuris. 1. De beneficio divisionis.

10. Idem A. Vitali.

FIdejussor, seu mandator, si [21] in [22] usuras quoque obligatus est, justam causam recusandi eas solvere non habet. §. 1. Ut autem is, qui cum altero fidejussit, non solus conveniatur, sed dividatur [23] actio inter eos, qui solvendo sunt: ante condemnationem ex ordine postulari solet. PP.*

De actionibus cedendis.

11. Idem A. Salustio.

CUm alter ex fidejussoribus [24] in solidum debito satisfaciat, actio ei adversus eum, qui una fidejussit, non competit. Potuisti sane, cum fisco solveres, desiderare, ut jus pignoris, quod fiscus habuit, in te transferretur [25]: & si hoc ita factum est, cessis actionibus uti poteris. Quod & in privatis debitis observandum est. PP. 7. Kalend. Novembr. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De verbis Græcis.

12. Idem A. Theodoto.

BLanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quod cum pro alio intervenires, ὅτι [26] ὃν θέλεις ποιήσω [27] dixisti: cum & his verbis obligationem verborum [posse] contrahi, pridem receptum est. PP. 6. Kalend. Septembr. AGRICOLA, & CLEMENTE CONSS. 231.

De latrone inveniendo.

13. Pars ex epistola GORDIANI A. ad Auxium.

SI Barsatoram [28] latronem Lysanias Decurio inventurum [29] se spopondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad Præfectum prætorio, vel ad Præsidem provinciæ.

Quando succurratur fidejussori solventi, adversus debitorem.

14. Idem A. Salvio.

MAndati [30] actio personalis est, quæ si nomine fidejussoris [31], vel adversus debitorem, seu heredes ejus competit: Præses provinciæ, quæ deberi compererit, reddi jubebit. Pignora etenim, quæ reo stipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt, si facta nominis redemptione solutio celebrata est, vobisque mandatæ [32] sunt actiones. Quod si factum est: ea quoque vobis persequentibus adversus [pignorum] possessores extraordinariam jurisdictionem idem vir Clarissimus impertietur. PP. 3. Non. Julii, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De indebiti condictione.

15. Idem A. Claudiano.

SI indebitam [33] pecuniam quasi ex causa fidejussionis obstrictus in cautionem per errorem deduxisti, tam doli mali exceptione uti, quam condicere [34], ut obligatio tibi accepto feratur, potes. Non est autem dubium, fidejussorem rei promittendi, bonis ad fiscum devolutis, si idem fiscus ob debitum restituendum fuerit conventus, & solverit [35], liberari. PP. 5. Kalend. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De electione.

16. Idem A. Maximo.

LIberum fuit [36] antequam lis adversus omnes fidejussores contestaretur, unum eorum eligere [37] creditori, si modo cæteros minus idoneos existi-

1 Dixi ad *L. 46. D. 1. & L. 3. Inst. 21. Novell. 4.* Goth. Vid. Zanger. *de Except. part. 3. c. 8. num.* 40. Ans. 2 *d. tit. 1.* 3 Publicatio bonorum debitoris fidejussorem non liberat, *ut hic, & l. 20. J. h. t. l. 53. ff. h. t.* Cæterum hoc verbo *exulandi* proprie significatur deportatio. vid. Cujac. 15. *obs.* 35. 4 *l. 3. ff. de minoribus.* 5 Licet creditori habenti pignora agere adversus fidejussorem: debet tamen ei pignora cedere, nisi in aliud debitum possit venire. *Goth.* Intellectum hujus legis vid. apud Joann. a Sande *decis. Frisic. lib. 3. tit.* 10. *defin.* 6. Donell. *hic.* Modestin. Pistor. *part.* 2. *q.* 1. Decium *cons.* 104. Ans. 6 *l. 32. ff. de negotiis.* 7 Vid. *l. 2. supr. debitor. pign.* 8 *l. 5. l. 16. J. & §. 4. Inst. h. t. l. 59. §. 3. ff. mandat.* hodie non permittitur, nisi absente correo, vel inidoneo. *Novell. 4. c. 1.* 9 Supervacua adjecta non nocent. *l. 22. §. 1. ff. quando dies.* 10 Etiamsi centum aut plures sint fidejussores, competit tamen eis divisionis beneficium. 11 Præsens debitor seu principalis prius hodie conveniendus est quam fidejussor: abrogatur itaque *l. 3. supr. l. 16. l. 19. l. 21. l. 23. J. h. t.* Quid si reus principalis, jure vel facto discuti non potest? vid. *l. Marcell. 25. ff. h. t.* Vel difficultate summa conveniri tantum potest. *ut l. 2. ff. qui satisdare.* Quid si reus principalis citra ullas alienationes in fraudem creditorum factas, *ut l. bona 39. ff. de jure fisci.* palam solvendo non sit. Quid si veterator manifestus, aut tyrannus sit, *ut l. si quis stipulatus sit Stichum 112. in fin. ff. de verb. oblig.* vel exceptione munitus. Bart. *in d. l. Marcellus.* Quid si beneficio hujus Authenticæ, fidejussor renunciavit? Quid si lis, qua de agitur ex æquo & bono, non ex apicibus juris sit decidenda? Quid si bona rei principalis apud ipsum fidejussorem sint? *l. si procuratorem 8. §. si ignorantes 7. ff. mandati.* successionis jure. *l. 24. J. h. t.* Quid si facta novatione, rei principalis obligationem fidejussor in se suscepit? Bald. *in l. antiquæ 23. §. sed si minus. C. ad SC. Vellejan.* aut negavit se fidejussisse. *l. si dubitet. 10. §. 1. ff. h. t. & ibi Angel. Bald. Auth. contra qui propriam. supr. de non numerata.* Quid si pro filio pater fidejussit. vid. *l. 3. §. Sed utrum 4. ff. de minorib.* Quid si fidejussor judicio sisti sit, *ut in Gloss. l. 2. ff. qui satisdare?* Quid si reus principalis naturaliter tantum obligatus est, ut servus & pupillus. *d. l. Marcell. 25.* aut absens sit extra territorium elapsa dilatione ejus requirendi fidejussori data, *ut hic:* aut mora jam admissa mortuus sit. Pet. Accurs. Bald. *l. pen. supr. de condit. insertis.* His casibus fidejussor etiam non discusso principali conveniri poterit. vid. Capellam Tholozanam *& ibi* Aufrerium *dec.* 191. adde & alios casus, de quibus dixi *Nov. 4. c. 1.* 12 Novata rei principalis obligatione fidejussor liberatur, nisi in novata posteriore se obligaverit. *l. 60. ff. h. t. Synops. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 1. c. 72.* 13 *l. 3. supr. h. t.* hodie non est. *Auth. præsente supr. h. t.*
14 Potest conveniri, ut reus principalis prius conveniatur quam fidejussor.
15 *Adsignavit*, Cuj. *ad l. 126. §. 2. ff. de verb. oblig.* Subscribens ut testis non fidejubet, nec obligatur. dixi ad *l. 14. supr. si cer.* add. *d. §. 2.* Idem si quis se non visis, vel non lectis subscripsit: vel si instrumento subscripsit quædam utilia, quædam sibi damnosa continenti: tunc enim damnosis non censetur subscripsisse: alias subscribens instrumento id adprobare intelligitur. vid. Socin. *reg. subscribens* 385. 16 Conditioni mandato adscriptæ parendum. *l. 44. in fin. ff. h. t.* ideoque mandans, ut alicui credat pignoribus datis non potest ab illo conveniri sine pignoribus credente. 17 Filiusfamilias pro patre fidejubere potest. *l. 10. §. 1. ff. h. t. l. 1. in fin. C. de filiofam. minor. l. 9. supr. quod cum eo, qui in alio. l. 8. C. ad SC. Vellejan. l. 2. §. 3. ff. qui satisdare.* 18 Et alio. *l. 7. supr. quod cum eo.* 19 Nisi non sit heres. *l. 1. supr. de filiofam. minore.* 20 Persecutio pignoris fidejussorem non liberat. *l. 13. §. 4. ff. de pignorib.* & e contra. *l. 8. supr. de pignorib.* 21 Fidejussor usurarum nomine non tenetur, nisi usuras expresse promiserit, *ut hic:* aut in omnem causam fidejusserit. *l. 68. §. 1. ff. h. t. l. 54. ff. locati. l. 2. §. 12. ff. de administr. rerum.* 22 In usuras etiam potest obligari fidejussor. 23 Beneficium illud divisionis vocatur, & epistolæ Divi Hadriani. *l. 26. l. 28. ff. §. 4. versic. sed ex epist. Inst. h. t. Novell. 99.* adde *l. 1. supr. de dividend. tutel.*
24 Fidejussor solvens, cessis actionibus agit in confidejussorem.
25 Id est, ut cedantur actiones. De beneficio cedendarum *l. 14. l. 21. J. & l. 17. l. 36. l. 39. D. h. t. l. 76. ff. de solut. l. 2. C. de his, qui in prior. credit.* 26 Ὅτι ἐγγυῶμαι τόνδε. *Basil.* Cujac. 14. *obs. ult.* alii legunt, τι μή. Cujac. *Inst.* 10. ἐγγυάομαι. Alciatus 1. *parerg.* 3. reponit, λέγω. adde Cujac. 14. *obs. ult.* 27 Græce potest obligari fidejussor. *l. 8. ff. h. t.*
28 Abarsacoram *Hal.* alii Barsotoram. 29 Inventa res non dicitur, nisi adprehensa. vid. quæ notavi *ad l. 3. §. 3. ff. de adq. vel amitt. possess.* 30 Mandati actio personalis. 26. *Ecl. c.* περὶ μανδατώρων. vid. *tit. 1. ex cap.* 81. 31 Fidejussori adversus debitorem, ejusve heredem competit mandati actio sine cessione. *l. 26. §. 3. ff. mandati.* hypothecaria vero, facta cessione. *J. h. t.* 32 Vid. *l. 11. supr. h. t.* 33 Fidejussor solvens indebitum, agit condictione indebiti. *l. 22. C. h. t. l. 3. C. de condict. indeb.* adde *l. 7. supr. de non num. l. ult. C. de condict. ex lege.* 34 Condictionem liberationis Græci vocant τὸ ἄδηλον, quod sit incerta. vid. Cujac. 19. *observ.* 35. 35 *l. 52. in fin. ff. h. t.* 36 Hodie non est. vid. *Nov. 4. c. 1.* 37 *l. 3. supr. h. t.*

maret.

maret. At nunc post [1] litis contestationem, petitionem divisam redintegrari, juris ratio non patitur. PP. 2. Id. Jun. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De pignoribus.

17. Idem A. Brasidæ.

OMissis [2] quoque pignoribus fidejussorem a creditoribus utiliter conveniri, nisi [3] in id tantum, quod ex his refici non poterit [4] acceptus sit: explorati juris est. PP. 6. Id. Mart. ATTICO, & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

18. Imp. PHILIPPUS A. Smyrnæ.

SI (ut proponis) fundum ob debitum obligatum non justo [5] pretio vendidisti: residuam quantitatem, quam ex pretio ejusdem servare potuisses, refundi tibi a fidejussore non jure poscis. PP. 5. Kalend. August. PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

De electione.

19. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabino.

SI alienam reo principaliter constituto, obligationem suscepisti, vel fidejussorio, sive mandatorio, vel quocunque alio nomine pro debitore intercessisti, non [6] posse creditorem urgeri, eum, qui mutuam accepit pecuniam [magis] quam te convenire, scire debueras: cum si hoc in initio contractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. S. 2. Kalend. Maji, AA. CONSS.

20. Iidem AA. & CC. Aureliano.

SEntentia [7] bonorum omnium ademptionem continente, rei damnati principalis intercessores eligendi creditori potestas non adimitur.

De electione, & de actionibus cedendis.

21. Iidem AA. & CC. Juliano.

SIcut eligendi [8] fidejussores creditor habet potestatem, ita intercessorem postulantem cedi [9] sibi hypothecæ, sive pignoris obligata jure, non prius ad solutionem (nisi mandata super hac re fuerit persecutio) convenit urgeri. S. 11. Kalend. Novembr. AA. CONSS.

De quantitate debiti.

22. Iidem AA. & CC. Hermiano.

SI ultra [10] hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatorio nomine intercessisse commemoras, daturum te scripsisti [11]: Præses provinciæ ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est, a te nihil exigi patietur. S. 12. Kalend. Maji, CC. CONSS.

De electione.

23. Idem AA. & CC. Antipatro.

REos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere [12] vel pro parte convenire, vel satis non faciente, contra quem egeras primo, post [illum] ad alium reverti (cum nullus de his electione [13] liberetur) licet. S. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De successoribus.

24. Iidem AA. & CC. Pergamio.

FIdejussoris quidem heres [14] exemplo rei principalis tenetur. Sed si idem utrisque [15] succedat, intercessionis obligatione finita, velut principalis tantum debitoris heres conveniri potest. S. 11. Kal. Januar. CC. CONSS.

De pignoribus.

25. Iidem AA. & CC. Philippo.

PIgnoribus datis a reo principali distractis, nec post longi temporis intervallum residuum [16] a fidejussore creditor petere prohibetur. S. 6. Kalend. Januar. CC. CONSS.

De eo, qui promisit se traditurum aliquem, *vel* certam summam, nisi id fecerit.

26. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SAncimus [17], si quis pro alio spoponderit, *quatenus cum intra certum* [18] *tempus tradat*, vel *certam quantitatem pecuniarum pro eo inferat*: & tempore statuto jam effluente, non poterit eum repræsentare, non [statim] pecunias pro eo stipulatas inferre, sed competere quidem post temporis lapsum omnimodo pœnalem actionem; non autem statim summam pro qua fidejussor admissus est, profligari. Sed si quidem usque ad sex [19] mensium spatium tempus statutum sit, aliud tamen ei indulgeri [sancimus], intra quod si possit personam exhibere, & eam tradere, pœna sit liberatus. Sin autem amplius, quam sex mensium tempus ab initio constitutum est: tunc quantacunque temporis curricula data sunt, tamen post lapsum eorum semestres tantum habere eum inducias, intra quas sit ei licentia personam, & [20] non pecunias reddere. Sin autem, & secunda [21] adjectio temporis excedat; tunc omnimodo pœnam pecuniariam persolvat. Sed siquidem post statutum ab initio tempus completum maluerit reum pro quo convenitur, defendere: licere ei hoc facere: nisi pacti tenor ad hoc reclamaverit, si forsitan sine [22] defensione facienda pro eo fidejussit. Sed si defensionem subierit [23], eam usque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio personam tradere, & pecuniarum dationem effugere. Sin autem & secundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur, nec ad defensionis venire præsidium: sed omnimodo pœnam conferat, nisi intra primum tempus, quod statutum est, reus principalis ab hac luce [fuerit] subtractus [24]: tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberum eum custodiri oportet. Quod si secundo tempore instante mortuus fuerit, nihilominus pœna jam commissa a fidejussore exigatur: omnibus, quæ in fidejussores, quando tali pœnæ fuerint illigati, statuimus, & in heredes [25] pro utilitate eorum obtinentibus. Dat. 6. Kalend. April. *Constantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De eo, qui sine scriptis promisit aliquem exhibere, *vel* judicio sistere.

27. Idem A. Joanni P.P.

SI fidejussor nullam quidem cautionem [26] faciat, ostendens [27] se fidejussorem extitisse, præsentibus [28] autem tabulariis hoc confessus est, *Quod in fide sua eum suscepit*: dubitabatur a Palæstina [29] advocatione, Utrumne post duos menses liberetur, quasi sine scriptis fidejussione facta secundum [30] generalia edicta sublimissimæ Prætorianæ sedis: an, utpote scriptura interveniente, teneatur. Et divisio alia introducebatur, si idem juris esse debeat tam in publicis [31] causis, quam in privatis. † Sancimus itaque, nisi confessio literis exposita fuerit a fidejussoribus [32] ex repræsentatione personarum, licet attestatio [33] super hoc processerit, attamen [34] [adhuc] sine scriptis esse fidejussionem videlicet in [35] causis privatis existimari: & duobus [36] mensibus effluentibus ab hujusmodi nexu fidejussores liberari: nisi in tempus certum data est fidejussio. Tunc enim in tantum eam extendi, in quantum etiam attestatio fuerit expressa. Sin autem in publica causa [necessitas interveniat], tunc omnimodo attestationem pro scriptura haberi. Multis etenim privilegiis propter publicas necessitates publico juri præstitis, non abs re est, & nos hujusmodi prærogativam ei condonare. Dat. 12. Kalend. Mart. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

De electione.

28. Idem A. Joanni P.P.

GEneraliter sancimus, quemadmodum in mandatoribus [37] statutum est, ut contestatione contra unum ex his facta, alter non liberetur: ita [38] & [39] in fidejussoribus observari. † Invenimus etenim & in fidejussorum cautionibus plerumque ex pacto hujusmodi causæ esse prospectum: & ideo generali lege sancimus, nullo modo electione [40] unius ex fidejussoribus, vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsum reum, fidejussoribus, vel uno ex his electo, liberationem mereri, nisi satisfiat creditori: sed manere jus integrum, donec in solidum ei pecuniæ persolvantur, vel alio modo satis ei fiat. † Idemque in duobus [41] reis promittendi constituimus, ex unius rei electione præjudicium creditori adversus alium fieri non concedentes: sed remanere & ipsi creditori actiones integras, & personales, & hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim pactis [42] conventis hoc fieri conceditur, & in usu quotidiano [43] semper hoc versari aspicimus, quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, ut nec simplicitas suscipientium contractus ex quacunque causa possit jus creditoris mutilare? Dat. 15. Kal. Novembr. *Constantinopoli*, post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

1 Contestatione litis tollitur electio, *l.* 53. §. 3. *ff. h. t.*
2 Omissis pignoribus fidejussor potest conveniri, nisi in subsidium pignoris sit acceptus.
3 Id est, in subsidium. 4 *l.* 41. *l.* 63. *ff. h. t. l.* 56. *ff. mandati.*
5 Vid. *l.* 2. *l.* 8. *supr. de rescind.* Si creditor non justo pretio pignus vendidit, residuum justi pretii a fidejussore non petit. 6 Hodie potest. *Auth. præsente.* ꝟ. *h. t.* 7 Dixi ad *d. l.* 2. ꝟ. *h. t.* 8 Hoc hodie correctum. *d. Auth.* 9 De cessione actionum dixi ad *l.* 11. *supr.*
10 Speciem ita constitue: Hermianus mandavit credi 20. Mæviæ: 10. duntaxat numerata sunt Mæviæ? Hermianus ultra id quod accepit Mævia, conveniri non potest, ut hæc constitutio pertineat ad legem 15. *supr. h. t.* adde *l.* 17. *ff. de pactis* alia species proponitur a Cujacio 19. *obs.* 35. alia ab interpretibus. 11 Epistola fidejussor & mandator potest constitui. *ut hic*, ut & pignus. *l.* 34. §. *idem. ff. de pign. & hyp.* 12 Hodie in dubio fidejussorem ante principalem eligere non licet. *Authent. præsente.* ꝟ. *h. t.* 13 Qui ab uno reorum debitum petit, non dividit obligationem. Sola petitio non est divisio. vid. *l.* 2. §. 3. *ff. de verb. oblig.* 14 Vid. *l.* 4. *in fin. l.* 5. *ff. h. t.* An & in delictis, vid. *l.* 26. ꝟ. *h. t.* vid. Roland. a Vall. 1. *consil.* 57. *n.* 4. 15 Heres fidejussoris reo principali succedens convenitur ut principalis, non ut fidejussor. 16 Actio de residuo datur etiam in fidejussorem. *l.* 56. *ff. mandati.* 17 Fidejussor hominis sistendi sub pœna, intra semestre tempus (ponamus hoc spatium temporis conventum) si intra id spatium hominem non exhibuerit, tantundem insuper ipsi temporis conceditur. Sin longius ab initio tempus constitutum fuerit, sex tantum mensium spatium habet, ut eum sistat quem promisit. *ut hic. Synops. Basil.* 7. *tit.* 16. *c.* 87. 3. Harm. 6. §. 25. 18 Puta sex, septem, vel octo menses. adde *l.* 27. 28. ꝟ. *h. t.*
19 Si quis fidejusserit reum judicio sisti intra certum tempus hodie pœna statim non exigitur, sed dantur fidejussori sex menses intra quos sistendo, reus evitet pœnam ipso jure commissam ex priore lapsu; vel brevius: Fidejussor intra sex menses, moram rei exhibendi vel sistendi evitat. adde quæ scripsi ad *l.* 4. *ff. de custod.* Id spatium usus non adprobavit. Clar. 5. *sent.* §. *ult. q.* 46. coguntur enim fidejussores reum exhibere toties quoties (ut illi loquuntur). De hoc remedio fidejussorum, vid. Cujac. 19. *obs.* 34. 20 Primo lapsu reus judicio sistendi personam rei sistere debet, non pœnam numerare. 21 Secundo lapsu reus judicio sistendi pœnam solvit. 22 Reus alterius sistendi quis esse potest, etiamsi eum defendere non cogatur. 23 Ultro scil. 24 Id est, mortuus. Reo intra primum lapsum moriente, fidejussor non tenetur, *ut hic*, intra secundum, tenetur. *vers. quod si secundo* ꝟ. *h. t.* adde *l.* 4. *l.* 5. *ff. qui satisdar.* 25 Jus purgandæ moræ fidejussori competens, ad ejus heredes transmittitur. 26 Subaudi scriptam. *vers. sancimus. ibi litteris exposita.* ꝟ. *h. t.*
27 Legendum videtur, *ostendentem*: ut cohæreat antecedenti suo, cautionem.

28 Confessio vel contestatio non scripta, coram tabulariis facta, utrum vim habeat scripturæ cautionis. 29 Palæstina advocatio, quæ & Cæsariensis, a Cæsarea Palæstinæ advocatione. dixi ad *l.* 30. *supr. de pact.* & *l.* 12. *supr. de legitimis heredibus, ubi dixi plenius.*
30 Vid. *l.* 2. *supr. de off. præf. præt.* 31 Fidejussor judicio sisti sine scripto accipitur in privatis causis, etiamsi apud tabularium fidejubeat, ὡς ἐν καταστάσει, velut cum attestatione. 3. *Harm.* 6. §. 29. In publicis causis hæc depositio pro scriptura est. adde *l.* 17. *ff. de in jus voc.*
32 Fidejussores ex *repræsentatione personarum* barbare hic dicuntur, qui fidejusserunt aliquem judicio sisti. 33 Attestatio quæ hic dicitur, nihil aliud est quam cautio non scripta confessio coram tabulariis facta. 34 Fidejussio, confessio vel attestatio facta in privata causa, etiam coram tabulario, sine scriptis est fidejussio: non meretur denique nomen cautionis scriptæ, licet coram notario, instrumentorum & scripturarum opifice facta sit. In publica vero causa facta hunc in modum fidejussio vel confessio apud notarium pro scriptura est: propter publicarum necessitatum privilegia, *ut hic.* Diversitatis autem hæc ratio est, quod fidejussio sine scriptis indefinita duorum mensium spatio præscribitur: post bimestre tempus exspirat, desinit esse fidejussio: fidejussio scripta, eademque indefinita. (Indefinitam dicimus fidejussionem, cui nullum certum tempus adjectum est) etiam ultra duorum mensium spatium excurrit atque protenditur. Dubitandi ratio priore casu fuit, quod fidejussio facta apud tabularium dicatur: tabularii autem munus sit acta gesta apud se in instrumentum, commentarium & scripturam referre: ut nisi retulerit, errasse videatur, suoque errore contrahentibus non obesse. *arg. l.* 7. ꝟ. *de testam.* 35 Dixi *supr. h. t. vers. & divisio.* 36 Fidejussor judicio sistendi sine scripto acceptus duos ultra menses non tenetur. Qui vero scripto se obligavit, in perpetuum convenitur, id est, ad finem usque triennii: tanquam sit majus vinculum fidejussionis scriptæ, quam non scriptæ. Præsumunt enim auctores hujus beneficii, eum qui ex scripto fidem suam obsignare noluit, se in longum tempus obligare noluisse: quod & Isidorus Græcus adnotat *ad l.* 8. ꝟ. *de don.* & alii ad legem 36. *ff. de fideicomm. libert. l.* 3. *in fin. ff. de adimendis legat. l.* 12. *ff. de his quæ ut indign.* & Scholiastes apud Harmenopulum 3. *tit.* 6. §. 30. v. Cuj. *d. loco* & *c.* 13. *de præscr. n.* 13. adde *Nov.* 112. *c.* 2. 37 *l.* 23. ꝟ. *h. t. l.* 71. *ff. h. t.* Paul. 2. *sent.* 17. §. *ult.*
38 Fidejussoris, mandatoris & correi similitudo hæc est, ut ne unius eorum electione seu conventione alter liberatus intelligatur. 39 Olim electo reo principali, fidejussor, ejusque heres liberabatur: mandator non liberabatur, *d.* §. *ult.* hodie sublata est superior differentia.
40 Unius fidejussoris vel rei electione alter liberatur. Hodie jus electionis sublatum est. *Nov.* 4. *cap.* 1. 41 De duobus reis promittendi. 42 Quod pactis fit, quodque usu consuetum, in perpetuam legislationem converti potest: argumentum itaque a pacto ad legem observa. 43 Usitata sequi atque amplecti debemus.

Lex 29 [1].

SI quis fidejusserit in [2] usuras, non in biennium tantum, sed in tantum temporis in quantum cavit, tenetur. Quanto igitur voluerit tempore fidejussor in usuris se obliget, modo nec supra duplum [3] teneatur.

TIT. XLII.
DE [4] NOVATIONIBUS [5], ET DELEGATIONIBUS.

Delegatio debitoris non potest fieri, nisi eo consentiente: venditio vero nominis sic. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A. Timotheo.

DElegatio debiti, nisi [6] consentiente, & stipulanti [7] promittente debitore [8] jure perfici non potest. Nominis [9] autem venditio, & ignorante, vel invito [10] eo adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. 5. Id. Febr. MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Ex delegatione, animo novandi facta, tollitur prior obligatio. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Firmino.

EX contractu pecuniæ creditæ actio inefficax dirigitur [11], si delegatione personæ rite [12] facta, jure novationis vetustior contractus evanuit [13]. PP. Kal. Sept. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

Cessio actionum non liberat debitorem. Salic.

3. Idem A. Mutiano.

SI delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud [14] te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causa mandaveris actiones, tamen antequam lis [15] contestetur, vel [16] aliquid [17] ex debito accipiat, vel [18] debitori tuo denunciaverit [19], exigere a debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quod si delegatione facta jure novationis tu liberatus [20] es, frustra vereris ne eo, quod quasi a cliente [21] suo non faciat exactionem [22], ad te periculum [23] redundet: cum per [24] verborum obligationem voluntate novationis interposita, a debito liberatus sis. PP. 5. Id. Jun. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Procurator simpliciter factus ad exigendum, habet potestatem recipiendi, non novandi, vel aliter liberandi. Salic.

4. Idem A. Stratonico.

NOn abstulit tibi procurator tuus actionem, si cum ei mandasses exactionem [25] pecuniæ, quam hi tibi debebant contra quos supplicas, parte accepta, de reliquo eos liberavit: cum neque contra [26] voluntatem tuam novationem facere, neque in eo, quod non solvebatur, eos liberare potuerit. PP. Id. Nov. GORD. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Non debet quis mihi fidem rumpere, licet sibi rumpatur ab alio. Bald.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Septimiæ.

SI [27] pater tuus, cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine [28] certam pecuniam stipulanti spopondit, licet per improbitatem Alexander ei satis non fecit, tamen summæ promissæ nimis improbe solutio negatur. S. 2. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

Etiam creditori debitor invitus non delegatur. Bald.

6. Iidem AA. & CC. Dertiparo.

NEc [29] creditoris creditori quisquam invitus [30] delegari potest. S. 12. Kal. Nov. *Dorostoli*, CC. CONSS.

Personalis actio non sequitur debitorem debitoris. Bald.

7. Iidem AA. & CC. Zoilo.

SI [31] solvere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spopondit: vel debitum constituit, suo nomine conveniri potest: alioqui adversus eum experiri pro chirographario [32] debitore tuo frustra conaris. S. 7. Kal. Januar. CC. CONSS.

Obligatio non novatur per obligationem, etiamsi nova persona interveniat, vel obligationi aliquid addatur, vel detrahatur.

8. Imp. JUSTINIANUS A. ad Senatum.

NOvationum nocentia corrigentes volumina [33], & veteris juris ambiguitates resecantes, sancimus: Si quis vel [34] aliam personam adhibuerit, vel mutaverit [35], vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam esse crediderit, vel conditionem, seu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem [36] acceperit, vel aliquid fecerit, ex quo veteris juris conditores introducebant novationes: nihil penitus prioris cautelæ innovari, sed anteriora stare, & posteriora incrementum illis accedere: nisi [37] ipsi specialiter [38] remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, *Quod* [39] *secundam magis pro anterioribus* [40] *elegerint*: Et generaliter definimus [41], voluntate [42] solum esse, non lege novandum [43]: & si non verbis exprimatur, ut sine novatione (quod solito vocabulo ἄνευ καινότητος [44], Græci dicunt) causa procedat, hoc enim naturalibus inesse rebus volumus, & non verbis extrinsecus supervenire. Dat. 11. Kalend. August. *Constantinopoli*, LAMPADIO, & ORESTE, VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XLIII.
DE SOLUTIONIBUS [45], ET LIBERATIONIBUS.

In quam causam solutum imputetur.

1. Imp. ANTONINUS A. Aristeneto.

IN [46] potestate ejus est, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, tempore solutionis exprimere, in *quam causam reddat*. Quod si [47] debitor id non fecit, convertitur electio ad eum, qui accepit [48], si neuter voluntatem suam expressit [49], prius in usuras id, quod solvitur, deinde in sortem accepto feretur. PP. 2. Non. Novembr. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Si fiscus tam debitori, quam creditori successerit.

2. Imp. ALEXANDER A. Bassæ.

LIberari fidejussores, quoties fiscus, tam debitori, quam creditori (licet diversis stationibus [50]) succedit, jus certum est. Quod & in tua persona Procuratores mei custodient. PP. Kal. Jul. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

Si servo solvatur.

3. Imp. GORDIANUS A. Apollonio.

SI cum servus liberam peculii administrationem haberet, mutuam ab eo accepisti pecuniam, eique ante [51] ademptum peculium, vel prius quam ademptum cognosceres, eam exolvisti, ea solutione liberatus es. PP. 5. Kalend. Octobr. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

Si servo solvatur. De instrumento non reddito.

4. Idem A. Rufinæ.

1 Hæc constitutio restituta est a Cujacio 19. *obs.* 35. 2 Usurarum fidejussor potest accipi. *l.* 10. *supr. h. t.* 3 Vid. *l.* 10. *supr. de usur.* 4 Dixi ad *L.* 46. *D.* 2. §. 3. *Inst. quibus mod. toll. obl.* 5 Novatio ἀνακαινονισμὸς (unde καινοποιεῖσθαι novari) delegatio vero μετάθεσις, hoc est, translatio. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 1. *cap.* 72. καινότης *in l. ult.* J. *h. t.* 6 Debitor invito creditore, alium vice sua debitorem constituere non potest. vid. *l.* 6. J. *h. t. l.* 8. *in fin. supr. de obligat.* 7 Creditori sc. fit enim delegatio per stipulationem, *l.* 11. *ff. h. t.* & litis contestationem. *ib.* 8 Qui delegat scilicet. 9 Nomen vendi potest. *l.* 3. *supr. de hered. vel act.* 10 Invito debitore nomen alteri possum cedere, *ut hic.* Debitorem invitum delegare non possum. *supr. h. t.* 11 Si translatio debiti fiat, in universum obligatio prior perimitur, *ut hic. Syn. Bas. tit.* 6. *ex lib.* 26. *c.* 33. & 3. Harm. 5. §. 88. 12 Per stipulationem: ut & litis contestationem. *l.* 11. *in fin. ff. h. t.* 13 Debitorem rite delegatum convenire possumus, *ut hic.* Cur ita? vid. *l.* 18. *ff. de fidejuss.* §. 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig.* 14 Cedens nomen debito non liberatur, *ut hic*, qui delegat liberatur, *vers. quod si delegatione.* J. Cur ita? mandari actio nescio debitore debitoris potest: delegatio vero fit, eo præsente; eo promittente creditori, cui fit delegatio. adde Socin. *reg.* 80. Goth. Vid. Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 6. *num.* 38. & Joann. a Sand. *decis. Frisicar. lib.* 3. *tit.* 7. *defin.* 2. Ans. 15 Primus casus quo nomen cedenti solvi non potest. adde Socin. *reg.* 79. 16 Fit enim per litis contestationem delegatio. *l.* 11. *in fin. ff. h. t.* 17 Secundus casus. 18 Tertius casus. 19 Nomen creditori solvi potest, tribus casibus exceptis. *supr. h. t.* 20 *l. ultim. ff. de lege commiss.* 21 Delegatione debitor liberatur. 22 Cliens hic delegatum significat, quibusdam videtur significare susceptum in fidem, ut & alibi *in l.* 3. *ff. de usu & habit. l.* 5. §. 1. *ff. de his qui effud. vel dejec. l.* 3. §. 6. *ff. de pœnis. l.* 89. *ff. de furtis. l.* 7. §. 1. *ff. de captiv.* vide Petrum Pithœum *tit.* 9. *Notar. Mosaic.* 23 Periculum delegati creditor sustinet, at non delegans. *l.* 96. §. 2. *ff. de solutionibus.* 24 Novatio fit per verborum obligationem, voluntate novationis interposita. 25 Procurator ad exigendum datus, accepto ferre & novare non potest, *ut hic*, & *l.* 21. *ff. h. t. l.* 13. §. 10. *ff. de acceptilat.* 26 Procurator sine mandato novare non potest, *ut hic.* cum mandato potest *d. l.* 13. accepto ferre non potest, nisi antea mandatum habuerit novandi. Ideoque directo per procuratorem non fit acceptilatio, sed per obliquum. & ita intellige quod scripsi ad *d. l.* 13. 27 Qui ex stipulatu pro alio spopondit, satisfacere debet, quamvis ipse nihil accepit, *Syn. ibi. c.* 36. & 3. Harm. 6. §. 3. 28 Susceptor alienæ obligationis solvere tenetur, etiamsi reus principalis ei non satisfaciat. *l.* 12. *ff. h. t.* 29 Invitus nemo creditori creditoris sui delegari potest. *Syn. ibid.* 30 *l.* 1. *supr. h. t.* 31 Ab eo qui delegatus est solvere alterius debitum, si mihi dare spoponderit, aut debitum constituerit, recte petetur. *Synops. Basil.* 29. *tit.* 3. *ex tit.* 4. *cap.* 37. vel ita: Qui alterius debitum in se recepit, si spoponderit & debitum constituerit, recte suo nomine convenitur. 3. Harm. 6. §. 2. 32 Chirographarius creditor debitorem debitoris convenire non potest. vid. Cujac. 8. *obs.* 19. 33 Volumina novationum hic idem quod difficultates, ambiguitates. 34 Novatio non fit persona alia adhibita, mutata, pignore accepto, quantitate aucta, minuta: conditione vel tempore adjectis: cautione minore accepta & similibus. Quid igitur? fit tantum novatio, si hoc nominatim expressum fuerit, *ut hic.* 35 Ἐναλλάξῃ *Basil. l.* 7. *Eclog.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 1. *cap.* 38. mutuaverit, *Hal.* & male, significatur hic novatio quæ fit interventu novi debitoris. 36 *Juniorem*, ita legitur in quibusdam manuscriptis, quam lectionem probat Cujac. 19. *obs.* 36. confirmatque ex lege 57. *ff. de adm. & peric. tut.* quæ docet novationem fieri (etiamsi prius amissum sit chirographum) facto chirographo, licet nec persona, nec causa obligationis mutata sit. 37 Εἰ μὴ ἰδικῶς τοῦτο ῥηθῇ, nisi specialiter expressum fuerit. *Syn. ib. c.* 38. ὅτι ῥητῶς συμφωνήσει τὶς, cum disertis verbis ita convenit. 3. Harm. 5. §. 89. 38 Novatio debiti nulla fit, nisi specialiter expressum fuerit, *a priori debito recidi*: neque sufficit aliam personam adhibitam, mutatamve: non sufficit denique pignus acceptum esse, debitum auctum: conditionem minutam, tempus adjectum. *Syn. & Harm. d. loco.* adde *l.* 22. *ff. de leg.* 3. 39 Hanc formulam referunt Græci, ὅτι ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἀναχωροῦμεν χρέους, id est, quod a priori debito recedamus. *Synops. ibid.* ἀφίημι τὸν πρότερον τῆς ἐνοχῆς καὶ λαμβάνω σε, id est, priorem debitorem obligatione libero, & te accipio. *Harm. ibid.* 40 Id est, pro anteriori obligatione. 41 Quid definit Justinianus? sane hac constitutione definit, Novationem non præsumi, sed probari factam oportere: non intelligi factam nisi specialiter dictum sit, *ut a priori debito recederetur.* Quod cum ita sit: cur hic addidit, voluntate solum esse, non lege novandum? Nam si voluntate solum novatur, non lege, verbis generalibus fiet novatio, nec specialis mentio novationis exigitur. Deinde quid hæc sibi volunt? *novandum, etsi non verbis exprimatur, ut sine novatione causa procedat.* Postremo, cum hic statuat Justinianus, non alias novationem esse, quam si specialiter adjiciatur, discedi a priore obligatione, cur in fine hæc verba adjicit? *hoc naturalibus inesse rebus & non verbis extrinsecus supervenire.* hæc enim satis innuunt, quibuscunque verbis inesse vim novandi: specialem formulam non requiri: tacite vim novationis quibuscunque verbis inesse: subintelligi denique novationes natura ipsa, sine ulla verborum solennitate. Paulo sunt apertiores Græci (apud *autor. Syn. d. c.* 38.) cum adscribunt, Ideo novationis specialem & expressam mentionem fieri oportere, quod verba, uti reapse sunt, non interpretationem spectamus: quasi dicerent, Novationem factam tacito quodam intellectu interpretationis, non intelligi oportere, sed tum demum cum certa, & expressa formula adjectum fuerit: novationem factam esse. His ita constitutis verisimile fit mihi, locum hujus constitutionis corruptum esse: nisi dicamus Justinianum aut Tribonianum ita scripsisse, *Et generaliter definimus lege solum esse, non voluntate novandum: & si hoc verbis exprimatur, ut cum novatione (quod solito vocabulo* κατὰ καινότητος *Græci dicunt) causa procedat, hoc enim naturaliter inesse rebus non volumus, sed verbis extrinsecus supervenire.* Sic sentio, aut ita scripsisse Tribonianum, aut ita loqui voluisse. Quid est enim lege *novari*, nisi expresse? Quid *voluntate novare*, nisi verbis generalibus? *lege novat*, qui certa conceptaque formula legem novationi dicit: *voluntate novat*, quem non tam verbis quam voluntate qualiquali & tacita novasse apparet. Qui lege ita novat, verbis exprimit, ut μετὰ καινότητος, id est, ut cum novatione caute procedat. Igitur hac constitutione Justinianea, vis novandi naturaliter rebus non inest, hoc est, non subintelligitur ex rebus ipsis aut ipso actu, sed ex verbis extrinsecus supervenit, hoc est, ex concepta & speciali novationis formula. Cum hæc Triboniani sententia sit (quam & Græci sequuntur interpretes) mirum non ita hic legi. Mirum quoque ex hac constitutione ab interpretibus colligi, sufficere, ut conjecturis constet novationem factam esse. Cagnol. *ad l. expressa* 195. *ff. de reg.* cum alioquin ex *l.* 3. *in fin. supr. h. t.* constet novationem fieri per verborum obligationem; voluntate novationis interposita. 42 In novatione facienda sufficit stricto jure quælibet voluntas: sed hac regula neglecta Tribonianus specialem exigit, *ut hic. & Nov.* 99. vid. Cujac. 14. *obs.* 7. Nam tametsi Tribonianus hic constituat, quamlibet voluntatem in novando sufficere, specialem tamen novandi voluntatem exigit. 43 An idem in delegatione? vid. Jason. *ad l. singul.* 15. *ff. si certum.* 44 Ἀνευκτεύτως, *Hal.* ἀνευκατεύτως. Cujac. *Inst. quib. mod. toll. obl. in fin.* & 19. *obs.* 36. *in fin.* ἀνευκατεύτως, Cont.

45 Dixi ad *L.* 46. *D.* 3. & 7. *Ecl.* 6. & *lib.* 26. *tit.* 5. 46 *Ecl. d. loco, cap.* 1. *l.* 101. *in fin. ff. h. t.* 47 *l.* 1. *ff. h. t.* & *l.* 21. *supr. de usuris.* 48 Id est, in creditorem. 49 Vid. *l.* 5. §. *pen. ff. h. t.* 50 Rationibus, *Hal.* & male: Statio quid esset, dixi *l.* 10. *supr. de compens.* hoc interim innuit: Fisco succedente debitori & creditori diversarum stationum, seu ex diversis stationibus, liberari fidejussorem. *his adde quæ ad Accurs. scripsi.* 51 Servo ante ademptum peculium, ex contractu peculiari solvi potest: post ademptum etiam, sed ab ignorante, *ut hic*, & *l.* 35. *ff. h. t.* adde *l.* 21. *ff. de jurejur. l.* 11. *ff. depositi.*

Nihil

NIhil interest, utrum creditori mutuam pecuniam solveris, an ex ejus voluntate [1] servo [2] numeraveris. Nec enim ex eo quod creditor concessit in fatum, prius quam instrumenta [3] redderet, evacuatæ obligationis vires reparari queunt. PP. 2. Id. Octob. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

De eo, qui quantitatem ab alio debitam creditori offert, aut solvit.

5. Idem A. Celso.

NUlla tibi adversus [4] creditorem alienum actio superest, eo quod ei debitam quantitatem offerens, jus obligationis in te transferri desideras: cum ab eo te nomen comparasse non suggeras: licet [5] solutione ab alio facta nomine debitoris, evanescere soleat obligatio. PP. 15. Kal. Nov. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

De errore apochæ.

6. Idem A. Alexandro.

SI inter patrem tuum, eosque quos debitores esse dicebas, non de [6] dubia lite transactio facta est, sed parte tantummodo recuperata, *universum* [7] *se recepisse* cavit, nec de superfluo eos, quos verbis obligavit, per acceptilationem liberavit, nec donationis [8] causa id factum est; exuberantis debiti integra ei repetitio competit. PP. Id. Febr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De usuris.

7. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Antiocho.

EJus quantitatis, cujus petitionem ratio compensationis [9] excludit, usuras [10] non posse reposci manifestum est. PP. 5. Kal. August. PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

8. Idem A. & C. Rufino.

USuras, quæ quotannis in [11] urbe numerandæ sunt, promittere [12] alio loco dependi [13], nisi [14] ex justa causa [15] exempli ratio minime finit. PP. 5. Id. Maji, PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De obligatione, & consignatione pecuniæ debitæ.

9. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. Cassio.

OBsignatione [16] totius [17] debitæ pecuniæ solenniter [18] facta, liberationem [19] contingere manifestum est. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit, si eo loco [20] quo debetur, solutio [21] fuerit celebrata. PP. 5. Id. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De datis in solutum.

10. Iidem AA. & CC. Ambrosio.

SUccessores ejus, qui major vigintiquinque annis in solutum [22] pro debito jure mancipia [23] dedit, hæc revocare non posse constat. S. 5. Id. April. *Bizantii*, AA. CONSS.

Si marito solvatur, quod uxori debetur.

11. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

CUm [24] maritum [25] tuum a debitoribus tuis minoris vigintiquinque annis constitutæ, velut ex causa tibi debiti aliquas accepisse quantitates, nec tamen te consensum accommodasse significes, nullum tibi præjudicium potuit fieri, nisi factam solutionem post majorem [26] ætatem ratam [27] feceris. S. 5. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

Si extraneo solvatur.

12. Iidem AA. & CC. Eutychio.

INvito vel ignorante creditore qui solvit alii [28], se non liberat obligatione. Quod si hoc, vel mandante [29], vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationem consequitur, quam si eidem creditori solvisset. S. 3. Id. Maji, AA. & CC. CONSS.

De simulata liberatione.

13. Iidem AA. & CC. Philotimo.

SI obligatum hominem ex causa mandati, non per stipulationem facta novatione [30] post acceptilationem liberasti, sed [31] tantum receptam ex [32] eadem causa debitam quantitatem falso [33] scripsisti: figmento veritatis extingui non potuit obligatio. S. 6. Kal. Jun. AA. CONSS.

Collatio apochæ, & redditi chirographi.

14. Iidem AA. & CC. Cohortæ.

PEcuniæ [34] solutæ professio [35] collata instrumento, majorem rei gestæ probationem continet, quam [36] si chirographum acceptæ pecuniæ mutuæ fuisset redditum [37]. S. 5. Id. Jul. AA. CONSS.

De chirographo reddito contra voluntatem creditoris.

15. Iidem AA. & CC. Quartino.

QUod debitori tuo chirographum [38] redditum [39] contra [40] voluntatem tuam adseveras [41], nihil de jure tuo diminutum est. Quibuscumque itaque argumentis jure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro hujusmodi facto liberationem minime consecutum, Judex ad solutionem debiti jure compellet. S. 5. Kal. Sept. AA. CONSS.

Quid solvendum sit.

16. Iidem AA. & CC. Charidemo.

EUm, a quo mutuam sumsisti pecuniam, in solutum nolentem suscipere nomen [42] debitoris tui compelli juris ratio non permittit.

In AUTHENT. de fidejussor. & mandato. §. quod autem. col. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 3.

HOc, nisi debitor in pecunia vel alia re mobili solvere nequeat: tunc enim res immobilis quam debitor habet meliorem, solvi potest, facta per Judicem subtili ejus causæ æstimatione, ut rem prædictam, & debitori solvere, & creditori liceat petere, præstanda creditori cautela de evictione quæ debitori possibilis sit: quod est in omni actione. At si creditor paratus sit emptorem rei præstare, oportet debitorem cautela Judicis arbitrio creditori præbita, rem tunc distrahere, ut satisfiat creditori.

Si alius pro debitore solverit. De rebus pro numerata pecunia in solutum datis.

17. Iidem AA. & CC. Cassio.

MAnifesti juris est, tam alio [43] pro debitore solvente, quam rebus [44] pro numerata pecunia consentiente creditore datis, tolli paratam [45] obligationem. S. Kal. Dec. *Sirmii*, AA. CONSS.

De chirographis debitori redditis cum subscriptione procuratoris significantis nihil creditoribus deberi.

18. Iidem AA. & CC. Domitio.

INquisitio veritatis tolli non potuit, quod chirographa, quæ fecerat procurator tuus, recepta, tibique restituta ab ipsius herede proponas, cum subscriptione procuratoris significante, *Quod* [46] *nihil creditoribus debeatur*: cum nihil prohibeat, & creditoribus satisfactum [esse,] & non vestræ pecuniæ, sed ipsius, cui negotium gerendum mandaveras, processisse solutionem. S. Id. Febr. CC. CONSS.

Si servo solvatur.

19. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI actori [47] [servo,] tam mutuis dandis pecuniis, quam debitis accipiendis præposito [48], in hoc quod susceperas, ejus dominæ per ipsum satisfecisti: instrumentum inane [49] solutione celebrata nihil tibi nocere potest. Aliter enim solventes servo de actione dominæ liberare se minime possunt. S. 5. Id. Octobr. CC. CONSS.

1 Aut jussu. *l. 49. ff. h. t. l. 22. §. 12. ff. solut.* 2 Non peculiare etiam debitum volente creditore ejusdem servo solvi potest. 3 Solutione tutus quis esse potest, etiamsi debiti instrumentum non recipiat. vid. *l. 5. supr. depositi.* 4 Nemo cogitur invitus extraneo debitum cedere. Extraneum voco, alium a debitore. 5 Ratio dubitandi. Invitus debitor liberatur. *l. 17. J. h. t. l. 23. ff. h. t. l. 39. ff. de negot. Inst. quib. mod. toll. obl. in pr.* ergo & creditori invito solvi potest. 6 Transactio fit de lite dubia. *l. 1. ff. de transact.* adde *l. 21. J. h. t.* 7 Confessio totius recepti per errorem facta, ad id, quod receptum non est, seu ad id quod non probatur redditum, non porrigitur. *l. 13. J. h. t. l. 7. supr. de except. l. 24. l. 31. de transf. l. 67. §. 3. ff. de cond. ind.* 8 Hæc adjectio *donationis hyperoches aut superflui*, ab his præsertim qui non ita bona fide cum aliquo contrahunt, omitti non solet. Donatio hyperoches, Gallis est *donation de plus value.* dixi ad *d. §. 3.* 9 Hanc legem interpretari potes ex *l. 4. supr. de compens.* 10 vid. *d. l. 4. in fin.* Goth. vid. Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 8. *num.* 130. Ans. 11 Loci utilitas debitori arbitraria actione potest eripi. *l. 1. 2. 8. & 10. ff. de eo quod certo loco. §. 33. vers. loco. Inst. de act.* 12 *Permittere*, quidam ita legunt apud Accursium. 13 *Deferri*, quidam ita legunt. 14 Alias pura actione loci utilitatem nemo creditori auferre potest. *§. 33. vers. si quis tamen. Inst. de act. l. 8. ff. de eo quod certo loco.* 15 De qua vid. *d. §. 33. vers. propter quam causam. vers. quæ utilitas.* 16 *l. 39. ff. h. t. l. 19. supr. de usur. l. 56. §. 1. ff. mandati.* 17 Nisi forte id quod non offertur, liquidum non sit, sed incertum. *arg. l. 21. ff. de reb. credit.* 18 Obsignatio debiti solenniter fieri intelligitur, quæ jure fit. Non est nuda, *l. 11. supr. de usur.* quæ fit opportuno tempore & loco. *infr. hic. si eo loco. d. l. 39.* quæ pure, quæ citra conditionem, quæ totius debiti. *supr. hic. ibi, totius debitæ pecuniæ.* Quid si incerta debiti sit summa? fidejussores dari volunt qui de eo quod obscurius est, spondeant, Alex. *cons. 24. n. 9. argum. l. 5. l. 34. in fin. ff. de statulib.* Quid, verbalis oblatio sufficitne? interpretes dissentiunt *in l. qui Romæ. 122. ff. de verb. oblig.* ubi vid. Cuj. 8. *ad Afric. ad l. 39. ff. de solutionib.* Nonnulli ajunt, alii negant, adeo ut realis in folle non sufficiat, *l. 82. ff. de cond. & demonst.* potest tamen pecunia ex sacculo exhiberi testibus præsentibus, postea obsignari. *l. ult. ff. de l. commiss.* ac deponi in publicum. *l. 19. supr. de usur. l. 20. supr. de pign. act.* vid. Ferrariens. *in forma libelli compromiss. 28. in verbo, legitime obtulerit.* 17. 19 Adeo ut postea pecunia creditori pereat. *l. 39. ff. h. t.* 20 *l. 32. ff. de usur.* 21 Hæc vox meo judicio superest. Hic enim agitur de effectu oblationis, non solutionis, aut legendum *oblatio*, vel ita legendum est: *si eo loco quo debetur solutio fieri fuerit celebrata.* 22 Solutio legitime facta defuncto, revocari non potest. adde *l. 3. supr. de reb. alienis non alienan.* 23 Mancipia in solutum dari possunt. vid. *l. 27. infr. h. t.* adde *l. 13. supr. de pign. & hyp.* 24 3. Harm. 5. §. 78. 25 Uxori quod debetur, marito solvi non potest citra consensum uxoris etiam minoris 25. annis. *l. 39. ff. de negot.* adde *l. 8. in fin. ff. de novation.* 26 Ea ætas τέλεια Græcis, Harmenopulo & autori Synopseos, de quo mox dicemus. 27 Ratihabitione major inutilem solutionem confirmat, *ut hic.* Ratum habere hic quid est? aut quo sensu ratum habere ipsa mulier dicitur? Scholiastes Græcus Synopseos Basil. *7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 3. c. 112.* ratum haberi scribit, quoties ipsa mulier accepit συγχρησαμένη καὶ καταναλώσασα ὡς κυρία καὶ μὴ ὑποκειμένη τῷ ἀνδρὶ &c. id est, quoties ipsa mulier non tantum accepit, sed acceptum una cum marito consumpsit, ut domina, non ut marito subjecta, ut alias consensisse non intelligatur. Nam viro petenti non contradicere, creditorem non inquirere, pro consensu non habetur, quum in viri petentis potestate sit. 28 Puta procuratori. *l. 34. §. 4. ff. h. t.* 29 Jussu aut ratihabitione creditoris alii solvi potest. *l. 19. l. 49. ff. h. t.* 30 *Novatione, post acceptilationem liberasti.* Hal. qua lectione nihil facilius. 31 Differentia hæc est apochæ & acceptilationis, de qua vid. *l. 19. §. 1. ff. de accept.* 32 *l. 6. supr. h. t. l. 23. infr. h. t. l. 6. supr. de compens.* vid. *l. ult. §. 3. ff. de cond. indeb.* 33 Confessio recepti per errorem facta, veritatem non extinguit. Erronea liberatio, liberatio non est. 34 Apocha practicis dicitur *quitantia.* 35 Professio recepti probat veram numerationem. vid. *l. 2. infr. de apoch.* Rolan. a Val. 1. *cons. 17. n. 8.* Professio interdum fit tribus testibus præsentibus. *l. ult. supr. si cert.* 36 An hoc innuit, chirographi minorem esse fidem quam instrumenti? An potius si de solutione facta probanda agetur, majorem autoritatem esse apochæ debitori conscriptæ ac traditæ, quam chirographi redditi? 37 Chirographi redditio, minus probat quam confessio recepti. Non plene liberat debitorem: imo liberat. *l. 7. supr. de remiss. pignor.* liberat quoties constat chirographum ab ipso creditore redditum: sin minus, non plene liberat. *l. 15. infr. h. t.* 38 Dixi ad *l. 14. supr. h. t.* 39 Redditio instrumenti, facti est. 40 Probare id tenetur is, qui ait. 41 Quid si debitor redditam sibi non a creditore, sed ab alio dixerit? Debitori probatio incumbit. 42 Nomen pecuniæ loco invito creditori non solvitur: volenti solvi potest. *l. 17. supr. h. t.* aut si debitor aliunde non potest solvere. *Authent. prox.* 43 Solvere quivis debitoris loco potest. *l. 39. ff. de negot. l. 23. l. 102. ff. de solut. Inst. quib. mod. tollitur obligat. in princ. & ibi Theophilus.* 44 Fundo. *l. 2. infr. h. t.* mancipiis. *l. 10. supr. h. t.* nominibus. *l. 16. supr. h. t.* pecoribus. *l. 19. supr. de rescind.* vino. *l. 10. supr. si cert. pet.* jumentis. *l. 8. supr. si cert.* aureis obryzatis. *l. 2. J. de vet. numism. lib. 11. tit. 10.* & ita, Res pro pecunia volenti solvi potest. *l. 10. l. 16. supr. h. t. l. 20. infr. h. t. l. 9. supr. de rescind. l. 20. §. 4. ff. de cond. indeb.* adde *l. 3. infr. de veter. numism. lib. 11. tit. 10.* & quæ dixi ad *l. 3. ff. de reb. cred.* 45 *Al. pariatam.* id est, parem redditam. Tert. 5. *adversus Marcionem. non rapinam existimavit pariari Deo (dixit Paulus ad Philipp. 2.* ἶναι ἴσα θεῷ.) Tractum est autem hoc a veterum more, qui suas expensi & accepti tabulas habebant, in quarum una parte expensa: altera vero accepta notabantur. Ita solutione pariabatur obligatio, pariari & paria facere dicebantur. *l. 67. §. 3. ff. de cond. ind. l. 40. §. 8. ff. de statulib. l. 5. §. 10. in fin. ff. de jure immunit. l. 4. §. 1. ff. de manum.* Senec. *ep. lib. 11. & 17.* Tert. 4. *divers. Marcionem.* 46 Procurator subscribens, *Nihil deberi creditoribus ejus cujus negotia gerit*, non continuo fatetur creditoribus satisfactum fuisse domini pecunia: neque sibi vel heredibus tollit jus agendi. in dubio quid dicendum? Lex jubet veritatem inquiri. *supr. hic.* Puto præsumptionem procuratori prodesse. Hinc etiam colligunt, In generali sermone non contineri personam loquentis. *l. 30. in fin. ff. locati. l. 29. in fin. ff. de pign.* verum, duriter satis. Nam hic procurator subscripsit, nihil deberi creditoribus ejus cujus gerebat negotia, non autem subscripsit, nihil sibi deberi. Procurator denique subscripta a creditoribus chirographa accepit; acceptis subscripsit & ipse, nihil creditoribus (a quibus nimirum ea chirographa acceperat) deberi, eam subscriptionem retulit ad illos creditores, quorum erant chirographa, non ad seipsum. 47 *l. 4. supr. h. t. l. 49. vers. tutori. ibi, vel servo actori. ff. h. t.* 48 Recipiendarum pecuniarum præposito recte solvitur. 49 Solutione chirographum fit inane.

De operis servi in solutum concessis.

20. Iidem AA. & CC. Eucrati.

SI operas [1] certi servi pro pecunia sumpta sibi in debitum compensare placuit creditori: his secundum conventionis fidem præstitis, de mancipio restituendo pacti tenor servari debet. S. 5. Kalend. Novembr. *Hadrianopoli*, CC. CONSS.

De eo, qui scripsit se recepisse plus quam recepit.

21. Iidem AA. & CC. Rufo.

INterest multum utrumne spe [2] futuræ numerationis suscepisse te, quod instrumento continetur, scripsisti, an accepta minore quantitate tantum quantum lectio probat, in scriptura conferri placuit: Nam superiore quidem casu residui petitio debiti manet integra: posteriore vero consensu transactionis [3] finitis stare convenit. S. 3. Non. Decembr. CC. CONSS.

Si chirographum cancellatum sit, vel non.

22. Iidem AA. & CC. Grato.

INductum [4] (id est cancellatum [5]) necne sit chirographum, vestram [6] solutionem semel debiti causa factam ei qui exigendi potestatem habuit, probantium, nihil interest. S. 5. Id. Decembr. CC. CONSS.

De causa confessionis non secuta.

23. Iidem AA. & CC. Vacio.

SI literarum [7] Auxenonis contemplatione, quas ad Aristonem de numeranda tibi pecunia dederat, recepisse te scripsisti debitum ab Aristone, mandato non impleto, cum petitio debiti maneat integra, nihil legitimam exactionem impedire potest. S. 15. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De fundo in solutum dato.

24. Iidem AA. & CC. Rufino.

CUm [8] pro pecunia quam [mutuo] acceperas, secundum placitum Euandro te fundum [9] dedisse profitearis: ejus industriam [10], vel eventum meliorem tibi non ipsi prodesse, contrarium non postulaturus, si minoris distraxisset, non juste petis. S. 7. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De probatione.

25. Iidem AA. & CC. Aureliano.

SOlutionem asseveranti [11] probationis onus incumbit: quo facto, chirographum condicere [12] potest [13]. S. 3. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. XLIV.
DE ACCEPTILATIONIBUS [14].

Pupillus cum tutoris auctoritate potest per acceptilationem liberare: nec potest conveniri, nisi ex causa legitima. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Apronio.

JAm tibi scripsi, posse apud Judicem quæri an solennibus [15] verbis tutoris [16] auctoritate interveniente, soror tua acceptilatione debitorem suum liberavit: quare si in repetenda pecunia quam exsolvit, diversa pars perseveraverit: uteris defensionibus competentibus. PP. 3. Id. Februar. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Acceptilatio facta ex causa donationis, omnem viam agendi perimit. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Claro.

SI donationis [17] gratia novatione facta per acceptilationem præstitisti liberationem, omnis agendi via perempta est. S. 6. Kal. Jan. AA. & CC.

Interveniente Aquiliana stipulatione, & acceptilatione sequente, nisi creditor sit talis ætatis, cui restitutio indulgeatur, omnis agendi via præcluditur. Bald.

3. Iidem AA. & CC. Demetriæ.

PEr Aquilianam [18] stipulationem pacto subditam obligatione præcedente sublata, & acceptilatione, quæ fuit inducta, perempta: ei, qui ex nulla causa restitui potest [19], omnis agendi via præcluditur. S. 5. Kal. Dec. CC. CONSS.

TIT. XLV.
DE EVICTIONIBUS [20].

De hereditate vendita.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Munitio.

EMptor hereditatis rem a possessoribus sumptu, ac periculo suo [21] persequi debet. Evictio quoque non præstatur in singulis [22] [rebus,] cum hereditatem jure venisse constet, nisi aliud nominatim inter contrahentes convenit. PP. 6. Kalend. Mart. SEVERO A. III. & VICTORINO CONSS. 201.

De donatione.

2. Iidem AA. Quartæ.

QUoniam avus tuus, cum [23] prædia tibi donaret, de evictione eorum cavit: potes adversus coheredes tuos ex causa stipulationis consistere ob evictionem prædiorum, pro portione scilicet hereditaria. † Nudo [24] autem pacto interveniente minime donatorem hac actione teneri certum est. PP. 2. Kal. Mart. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De re empta nondum evicta.

3. Iidem AA. Aureliano.

QUi rem emit, & post possidet, quamdiu [25] evicta non est, autorem suum propterea, quod aliena, vel obligata res dicatur, convenire non potest. PP. 8. Kal. August. FAUSTINO, & RUFINO CONSS. 211.

De datione in solutum.

4. Imp. ANTONINUS A. Georgio.

SI prædium [26] tibi pro soluto datum [est, quod] aliis creditoribus fuerat obligatum: causa [27] pignoris mutata non est. Igitur si hoc jure fuerit evictum, utilis [28] tibi actio contra debitorem competit. Nam hujusmodi contractus vicem [29] venditionis obtinet. PP. 11. Kalend. Aug. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De re vendita, & nondum tradita.

5. Idem A. Petroniæ.

EX [his] prædiis, quæ mercata es, si aliqua a venditore obligata, & necdum [30] tibi tradita sunt: ex empto actione consequeris, ut [31] ea a creditore liberentur. Idem etiam fiet, si adversus venditorem ex vendito [32] actione pretium [33] petentem, doli exceptionem opposueris. PP. 15. Kal. Octob. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Si specialiter venditor evictionem non promiserit.

6. Imp. ALEXANDER A. Octavio.

NOn dubitatur, & [34] si specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex empto competere actionem. PP. 8. Idib. Mart. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De fidejussore.

7. Idem A. Hilariano.

AUctore laudato [35], si evicta res est, fidejussorem (etiam [36] si agi causam ignoraverit) conveniri evictionis nomine posse non ambigitur. PP. 3. Non. April. ALEXANDRO A. CONS. 223.

Quæ requiruntur, ut evictio præstetur.

8. Idem A. Clementino.

EMptor [37] fundi, nisi [38] auctori aut heredi [39] ejus denunciaverit: evicto [40] prædio, neque ex stipulatu, neque ex dupla, neque ex empto actio-

adde *l. 5. in fin. supr. depositi. l. ult. supr. ad exhib. l. 2. §. de condict. ex lege.* 1 Opera pro pecunia solvi potest consentienti creditori. vid. *l. 17. supr. h. t.* 2 Spe futuræ solutionis emissa totius debiti liberatio, non præjudicat parti non solutæ. vid. *l. 6. supr. h. t.* 3 Transactionis causa si creditor se totum recepisse scripserit, nihil amplius petere potest, *ut hic, & d. l. 6. l. 24. l. 31. supr. de transact.* 4 vid. *l. 1. ff. de his quæ in test. delentur.* 5 Cancellatione instrumenti licet præsumptione debitor liberatur. *l. 24. ff. de probat.* non tamen semper exigitur cancellatio, vel inductio instrumenti. Potest enim quis solutione liberari, licet instrumentum neque sit inductum neque cancellatum. 6 *Vestrum*, Hal. *vestra*, Cujac. 19. *obs.* 37. ut sit, vestra nihil interest. 7 Spe futuræ numerationis plerunque debitores liberamus. *l. 4. §. 2. de non numerata pecunia.* Numeratione reipsa non secuta non valet liberatio. *l. 13. l. 21. supr. h. t.* 8 Si in optione (Græci ἐν ἐπιλογῇ) fundum pro pecunia dedisti, & deinde pluris eum vendidit, lucrum hoc ipsi cedit qui & damnum sensurus fuerat, si minoris vendidisset. *Syn. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 5. cap.* 125. 9 Fundus pro pecunia, & si aliud sit genere, in solutum dari potest volenti. *l. 17. supr. h. t.* adde *Nov. 4. cap. 3.* 10 Si fundus in solutum datus industria accipientis melior factus est, non propterea debet restitui etiam minori. facit *l. 2. l. 8. supr. de rescind.* 11 Probare debet solutam esse pecuniam, qui solutam fuisse asserit. *l. 1. supr. de probat. l. 2. l. 8. ff. de probat.* 12 De condictione chirographi dixi ad *l. 7. supr. de non num. l. 9. supr. ad exhib. l. 2. supr. de condict. ex leg.* 13 Solutionem igitur recusare seu negare potest debitor creditori, si non ab eo vel tantisper dum ab eo non accipit apocham solutionis. *l. 9. ff. de novat.* ut per contrarium creditori apocham recusare, nisi integrum debitum a debitore recipiat. *l. 19. supr. ff. de fid. instrument.*

14 Dixi ad *L. 46. D. 4.* quid sit acceptilatio, vid. *l. 1. ff. h. t.* 15 De quibus vid. *§. 1. Inst. quib. mod. tollit. & Schol. 27. Eclog. 6.* τυπικοῖς ῥήμασι. *Theophil. §. ult. quib. mod. tollit.* 16 Pupillus tutoris auctoritate, accepto ferre potest. *l. 13. §. 10. ff. h. t.* sine causa non potest. *l. 27. §. 2. ff. de minoribus.* 17 Donationis gratia accepto ferri potest, *ut hic*, interdum etiam ex causa. *l. 9. ff. de præscript. verb.* 18 *l. 13. supr. tit. prox. l. 4. l. 15. l. 32. l. 40. supr. de transf. l. 27. ff. de don.* cujus formula ab Aquilio condita. *§. 2. Inst. quibus mod. toll. oblig.* 19 Acceptilatio stipulationi Aquilianæ adjecta, ipso jure liberat, *ut hic, & l. 4. 5. ff. de transact.*

20 Dixi ad *L. 21. D. 2.* 21 Emptor universitatis res singulas suo periculo ac sumptu persequitur. 22 Evictio rerum singularum non præstatur emptori universitatis, hoc est, rerum universarum. Hereditatis venditor, evictione rerum singularum non tenetur, nisi aliud sit conventum: Rei singularis tenetur. *l. 66. ff. de contrah. empt.* 23 Donator, evictionis ex nuda promissione non tenetur: ex stipulatione tenetur. adde *l. 18. in fin. de donat.* Paul. 5. *sent.* 11. §. 5. 24 De nudo pacto vid. *l. 7. ff. de pactis.* 25 Ante evictionem non agitur de evictione. *l. 74. §. 2. ff. h. t. l. 1. pr. vers. itaque. ff. de rer. perm.* nisi contractus initio rei evictio immineat. *l. 24. infr. h. t.* Imo agitur. *l. 30. in fin. ff. de act. empt.* utique agitur, si modo venditor rem alienam sciverit. 26 Vide *l. 17. supr. de solut.* 27 Debitor pignus alienum in solutum dando, pignoris causam non mutat. 28 Utilis de evictione actio datur quasi emptori, *ut hic.* directa vero emptori. 29 In solutum datio, quasi emptio. *l. 44. ff. de solut.* adde *Novell. 4.* 30 Ante rem traditam solutumve pretium agi potest de evictione. 31 Libera res est emptori tradenda. *l. 41. ff. de contrah. empt. l. 1. l. 52. §. 1. ff. de act. empt. l. 61. ff. de ædilit. l. 29. §. 3. ff. de leg. 3.* & transigenti, (potest alias ad primam actionem reverti. vide *l. 28. in fin. l. 33. supr. de transact.* Ludovicus *decis.* 101. *l. 30. §. 1. ff. de except. rei judic.*) ut & creditori. *l. 46. ff. de solut.* 32 Actio ex vendito venditori competit. *l. 13. §. 19. ff. de act. empt.* 33 Venditori pretium petenti opponitur exceptio de re non tradita. *l. 25. l. 41. in fin. ff. de action. empt.* 34 Evictionis venditor etiam citra conventionem, ex ipsa contractus natura tenetur. *l. 25. in fin. J. & l. 2. l. 19. ff. h. t. l. ult. supr. de comm. re. alien.* adde *l. 12. supr. de contrah. empt.* 19. *Ecl.* 11. *ex tit.* 15. *c.* 6. 35 Laudare prisca lingua, est denunciare, nominatim appellare. 6. *Gell.* 6. de Laudatione autoris, vide Marantam *in praxi parte 6. membro* 4. ut differat a nominatione auctoris dixi, *l. 2. supr. ubi in rem actio.* 36 Evictus venditori fundus fidejussori evictus intelligitur: Reo principali facta denunciatio, nocet fidejussori etiam ignoranti. adde *l. 18. in fin. infr. & l. 41. §. 2. ff. h. t.* 37 Evictio tribus casibus hic emptori a venditore non præstatur. Primus casus est, si venditor evictionem non denunciavit: secundus, si emptor ipse judicio non adfuit: tertius, si judicis injuria res ei fuerit evicta: idem dicitur, si evincentem, nimia sedulitate quærendi rei dominium provocavit, vel sibi accersivit, *l. si dictum. 56. §. simili modo. 5. ff. h. t.* si jus aliquod universum emit: puta hereditatem, & res quædam hereditaria ei fuerit evicta. *l. 1. supr. h. t.* Idem quoque, si sciens rem alienam comparavit: tunc enim neque evictionis, neque ad pretium de re agit. *l. 27. infr. h. t.* si ancillæ venditæ partus fuerit evictus. *l. si prægnans. 42. ff. h. t.* Quindecim casus, quibus superior sententia locum non habeat, enumerat Montal. *lib. 3. scr. tit. 10. l. 7.* quadraginta vero duos Matthæus de Afflictis *in cap. 1. §. rursus. Quib. mod. feudum amittatur.* 38 Primus casus. adde *l. 9. l. 20. infr. & l. 53. in fin. ff. h. t.* 39 *l. 20. in fin. infr. h. t.* 40 Evictionis causam venditori, etiam ante litem motam, denunciare emptor cogitur, *ut hic.* Bart. *in l. denunciasse. 17. ff. ad l. Jul. de adulteriis. l. non solum. 3. ff. soluto. l. nomen. 4. §. quæ res pignori.* nisi venditor sciens rem alienam vendidit. *l. servus. 30. §. si sciens. 1. ff. de act. empt.* nisi minor vel creditor sit qui emit: tunc enim mora sine denunciatione committitur. *l. in minor. 3. supr. in quib. caus. in integ. restit.* nisi venditor sciens litem emptori motam esse, instrumenta & auctoritates rei venditæ non tradidit, cum posset tradere. *l. Titius. 48. ff. de act. empt.* nisi denique ipsi venditori prorsus constet litem motam esse. *Gloss. in l. 21. infr. h. t.* nisi juri denunciandi renunciaverit venditor. *l. Herennius. 63. ff. h. t.* aut si juravit, se in lite emptorem defensurum, & litem motam non ignoravit. *c. brevi. extr. de jurejurand.* Socin. *reg.* 117. Quid? quibus casibus denunciare venditori emptor cogitur, an necesse habet libellum ei offerre? teneri putant interpretes si modo venditor petierit: aliud tamen consuetudine posse

nem

nem contra venditorem vel fidejussorem ejus habet. Sed & si [1] judicio emptor non adfuit, aut [2] præsens per injuriam [3] Judicis victus est absente auctore, vel fidejussore: regressum adversus eum non habet. PP. 8. Id. Dec. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De denunciatione facienda. Quid præstandum ei, cui res evicta est.

9. Idem A. Terentio.

SI controversia tibi possessionis, quam bona fide te emisse allegas, ab aliquo movetur: auctori heredive ejus denuncia [4]: & si quidem obtinueris [5], habebis [6] quod emisti. Sin autem evictum fuerit, a venditore successoreve [7] ejus consequeris, quanti [8] tua interest: In quo continetur etiam eorum persecutio, quæ in rem emptam a te, ut melior fieret, erogata [9] sunt. PP. 2. Kal. Januar. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De finibus.

10. Idem A. Largo.

SI fines [10] agri venditor demonstravit, & legem dixit *intra eos neminem ingressurum*: si quid inde evincatur, periculo fit auctoris. Quod si finibus suis [11], quos demonstravit, agrum vendidit: lis [12] finalis ad venditorem non pertinet. PP. 7. Kalend. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si is agat qui de evictione tenetur.

11. Idem A. Clementi.

EXceptione doli recte eum [13] submovebis, quem ab auctore tuo fidejussorem accepisti: si ejus nomine controversiam refert, quasi per uxorem suam antequam tu emeres, comparaverit: qui venditioni adeo consensum [14] dedit, ut se etiam pro evictione obligaverit. PP. Non. Februar. POMPEJANO, & PELIGNO CONSS. 232.

De servo in libertatem evicto: & de pacto, ut quæstione mota ante evictionem pretium reddatur.

12. Imp. GORDIANUS A. Philippo.

SIve in libertatem evictus est servus, quem mercatus es, sive, cum comparares, convenit [15], *Ut si qua quæstio nomine ejus relata esset, & si necdum evictus esset, tu pretium recuperares*: Præses provinciæ, quod tibi præstandum animadverterit, restitui jubebit. PP. 7. Idib. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De causa judicati.

13. Idem A. Zoilo.

SI ob causam judicati [16] pignora capta sunt ex ejus auctoritate, cui [17] præcipiendi jus fuit, eaque, de quibus complecteris, tu mercatus es: frustra ab [18] ea quæ condemnata est, vel quæ in ejus locum successit [19], eorum refertur quæstio: quandoquidem [20], & si evictio eorum ab alio subsecuta fuisset, adversus eos debuisse dari actionem, quibus pretii solutio proficit, rectissime responsum est. PP. 16. Kalend. Jun. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De filio eodemque herede venditoris.

14. Idem A. Secundino.

SIve possessio venditoris fuit, filius [21] ejusdemque patris heres frustra quæstionem movet: sive non patris, sed filii ejus possessio fuit, de qua jure hereditario [22] auctor laudari [23] potest, controversiam movere non potest. PP. 14. Kal. Aug. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De pignore ob evictionem accepto.

15. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Menandro.

SI non injuria [24] judicantis, sed juris [25] ratione superatus es, pignus [26] ob evictionem acceptum solenniter persequi [27] potes. PP. Kal. Aug.

Quid & a quo præstatur ei, cui res est evicta.

16. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Alexandro & Diogeni.

SUper empti agri quæstione disceptabit Præses provinciæ: & si portionem [28] diversæ partis esse cognoverit, impensas [29] quas ad meliorandam rem vos erogasse constiterit, habita fructuum [30] ratione, restitui vobis jubebit. Nam super pretio evictæ portionis non [31] eum, qui dominium evicerit, sed auctricem [32] conveniri consequens est. PP. 10. Kalend. Jul. ipsis IV. & III. A. CONSS. 290.

Quid præstat autor certioratus evictionem passo.

17. Iidem AA. Mutiano.

SI cum quæstio [33] tibi super eo, quem comparaveras, moveretur, auctorem tuum certum fecisti [34], nec [35] citra Judicis disceptationem eum, quem emeras, tradidisti: Præses provinciæ in damnis [36], quæ te tolerasse meministi, medelam juris adhibebit. PP. 5. Idib. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De homine vendito.

18. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI status tibi super homine venundato mota quæstio est, solennibus [37] quæ juris admittit ratio, interpositis: si [38] secundum libertatem fuerit lata sententia, poteris de evictione [ejus, quem comparaveras,] si nesciens ejus conditionem comparasti, sine aliqua dubitatione auctorem, vel ejus fidejussores, heredesve eorum convenire. Quod si fuisse servum sententia declaraverit, intelligis ad venditorem te reverti non posse.

Si emptores præscriptione se tueri possint.

19. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SI obligata prædia venundedisti, & longi temporis præscriptione [39] solita emptores [40] se tueri possunt: evictionis periculum timere non potes. S. 2. Kal. Maji, AA. CONSS.

Re evicta agitur de evictione etiam contra venditoris heredem. Bald.

20. Iidem AA. & CC. Solidio & aliis.

SI parentes [41] vestri mancipia venundederunt, & quæstio dominii mota est, emptoribus adesse ac defendere causam non prohibemini. Quod si eis [42] hæc etiam evicta sunt, instauratio litis ex persona vestra, si appellationem non interposuistis, contra jus desideratur. Empti sane judicio pro evictione si conveniri cœperitis, nec [43] vobis negotium, ut defendatis denunciatum probetur: intelligitis, quatenus vosmetipsos tueri debeatis. S. 6. Kalend. Jul. AA. CONSS.

De re post longum tempus evicta.

21. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

EMpti [44] actio longi temporis præscriptione non submovetur [45], licet post multa spatia rem evictam emptori fuerit comprobatum. Si itaque is, quem te comparasse commemoras, nunc in libertatem proclamet, interpellare venditorem, sive successorem ejus debes, ut tibi assistant, causamque instruant. Quem si *liberum* [46] *esse*, vel *servum non esse*, fuerit pronunciatum: nec te conventione remisisse periculum evictionis fuerit comprobatum, Præses provinciæ, si res integra est, quanti tua [47] interest, restitui tibi providebit. S. 11. Kal. Aug. *Serdicæ*, AA. CONSS.

Stipulatio de indemnitate.

22. Iidem AA. & CC. Julio.

CUm tibi liberum venundatum fundum ab auctore proponas: si ex antecedente obligatione, quod debebatur, jure solvisti [48], stipulationem quam subjectam emptioni de indemnitate proponis, ipsius conceptio [49] commissam manifeste declarat. S. 7. Kal. Septemb. *Viminacii*, AA. CONSS.

De præsentia, vel absentia heredum auctoris; quibus denunciatum est. Quid præstatur evictionem passo.

23. Iidem AA. & CC. Eustochiæ.

CUm successores [50] etiam venditoris pro evictione teneri possint, si velut obligata sibi Respublica Thessalonicensium pignoris instituat jure persequi, quæ comparasti: auctoris heredibus quocumque gradu constitutis adsistere negotio denuncia. Quod sive præsentibus his fundus quem emisti, fuerit evictus, sive absentibus postea, quanti [51] tua interest rem evictam non esse, teneri, non quantum [52] pretii nomine dedisti, si aliud non placuit, publice notum est. S. 2. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS.

Si in limine contractus immineat evictio.

24. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI post perfectam venditionem ante [53] pretium numeratum rei venundatæ mota fuerit quæstio, vel mancipia vendita proclament in libertatem, cum in [54] ipso limine contractus immineat evictio, emptorem, si [55] satis ei non offeratur, ad totius vel residui pretii solutionem non compelli, juris auctoritate monstratur. Unde cum parte pretii numerata, domus quam emisti, tibi velut pignoris jure obligatæ, ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas, Judex tibi quæ ex emptione veniunt, præstari providebit. S. 6. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS.

constitui: vide plura apud Duenazium *reg.* 243. 1 Secundus casus. *l.* 55. *ff. h. t. l.* 1. *supr. de periculo & comm.* 2 Tertius casus. *l.* 15. ℑ. & *l.* 51. *ff. h. t.* 3 vide *l.* 15. ℑ. *h. t.* κατὰ πλάνην ἢ ἀγνοίαν ἢ ῥυπαρίαν, per errorem vel impudentiam, vel sordes. *Syn. Bas.* 19. *tit.* 11. *c.* 43. 4 *l.* 8. *supr. h. t.* 5 Victo emptori debetur evictio. *vers. sin autem. infr. h. t.* non vincenti, *ut hic.* & *l.* 17. *infr. h. t.* 6 Adde *Syn.* 9. *tit.* 11. *cap.* 51. & 3. Harm. 3. §. 89. 7 Actio de evictione datur in successorem. *l.* 13. *l.* 14. *l.* 20. *l.* 21. *l.* 23. ℑ. & *l.* 70. *ff. h. t. l. ult. D. de except. rei vendit. l.* 14. *supr. de rei vind.* 8 In evictione petitur quanti nostra interest. *l.* 17. *l.* 21. *in fin. l.* 21. *in fin. infr. h. t.* quo etiam continetur pretium numeratum. 9 Id est, impensas. *l.* 40. §. 1. *ff. de cond. & demonstr.* 10 Adde *l.* 45. *ff. h. t.* 11 Aliud est fundum vendere specialiter expressis finibus, *ut supr. h. t.* aliud suis finibus vendere. Priori casu si quid evincitur, venditor obligatur: altero, non obligatur. facit *lex* 74. *in fin. ff. h. t.* expressi fines debentur conventionis lege: sui fines agrorum anteriore seu antiquiore lege. Pleniorem pete hypothesin hujus legis ex Harmenop. 3. *tit.* 3. §. 66. 12 Finium vindicatio, a vindicatione dominii separatur. *l. quinque pedum.* 5. *supr. fin. regund.* 13 Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l.* 13. 14. *infr.* & *l.* 17. *ff. h. t.* excipe *l. ult. infr. h. t.* 14 Consentit venditioni, qui fidejubet, *ut l.* 7. *in fin.* §. *quod cum eo.* 15 Valet conventio, ut lite duntaxat mota pretium restituatur emptori, alias citra pactum non agitur ante evictionem. dixi ad *l.* 3. *supr. h. t.* 16 *l.* 74. §. 1. *D. h. t. l.* 46. *ff. de adquir. rer.* 17 Alias pignoris venditio facta jussu judicis incompetentis, nulla. 18 Emens a judice judicatum exequente, debitorem habet obligatum: ideoque debitor agens non auditur. 19 Vide *l.* 9. *supr. h. t.* 20 Ratio dubitandi sumpta ex communi regula: Quem de evictione tenet actio &c. dixi ad *l.* 11. *supr. h. t.* 21 Filius non evincit rem a patre venditam. 22 vid. *l.* 9. *supr. h. t.* 23 Dixi ad *d. l.* 11. 24 vide *l.* 8. *in fin. supr. h. t.* adde *l.* 50. *l.* 51. *ff. h. t.* 19. *Eclog.* 11. *cap.* 43. 25 Id est, re legitima evicta. 26 Pignus amittit creditor, injuria judicis condemnatus. adde *l.* 3. §. 1. *ff. de pign.* 27 *l.* 2. *supr. de partu pignor. l.* 2. *supr. de prædiis min.* Pignus, subsidium rei. 28 Etiam evicta parte, venditor tenetur de evictione. *l.* 10. §. *h. t.*

29 *l.* 9. *in fin. supr. h. t. l.* 45. §. 1. *ff. de act. empt.* 30 Perceptorum scilicet. 31 Evincens, pretium restituere non tenetur. 32 Id est, venditricem, eadem ratione dicitur qua ab Ammiano 25. Ambestrix: ab Africano adsestrix, possestrix, impulsatrix, curatrix, palustrix, & in legibus nostris, *l.* 74. *in fin. ff. ad SC. Trebell.* Petitrix, & Venditrix, *l.* 8. *ff. de l. commiss.* Testatrix, *l.* 20. *ff. si servitus vindicetur.* 33 Debetur evictio emptori, non ultro, sed ex sententia rem restituenti. vide *l.* 56. §. 1. *ff. h. t.* 34 Id est, nominasti. *l.* 8. *l.* 9. *infr. h. t.* 35 Id est, non ultro. 36 Dixi ad *l.* 9. *supr. h. t.* 37 Jus antiquum forte adserendi intelligit, de quo *supr. de adsertione tollenda.* 38 Emptor servi, si servus liber pronunciatus, agit de evictione, *ut hic.* si servus, non agit. *vers. quod si.* ℑ. *h. t.* Cur ita? emptori victo, non vincenti, venditor evictionem præstat. *l.* 9. *supr. l.* 21. *in fin. infr. h. t.* 39 vide *l.* 21. *infr. h. t.* 40 Emptoris præscriptio creditori eidemque venditori prodest. adde *l.* 54. *ff. h. t. l.* 2. *in fin. supr. de reb. alien.* 19. *Eclog.* 11. *ex tit.* 15. *cap.* 19. 41 Agitur de evictione in heredem venditoris, dixi ad *l.* 9. *supr. h. t.* 42 Semel quod evictum est defuncto, ab herede non potest retractari. vel ita: Venditor, cum evictio fit, adesse potest: ubi ea facta est, litem instaurare nequit, nisi appellavit. *Ecl. d. l. c.* 20. *in princ.* 43 Denuncianda est etiam venditoris successoribus evictio. *l.* 8. §. *h. t.* cujuscunque gradus sint. *l.* 13. *supr. h. t.* 44 Duæ emptori actiones præcipue de evictione, una empti, *ut hic,* & *l.* 25. *supr. h. t.* altera ex stipulatione duplæ. 45 *Ecl. d. loco c.* 20. *in fin.* Imo submovetur, *l.* 19. *supr. h. t.* non submovetur in his quæ præscribi non possunt, *ut hic,* & *l. ult. supr. de longi temporis præscript. quæ pro libert.* 46 *l.* 18. §. *h. t.* 47 Dixi ad *l.* 9. *supr. h. t.* 48 Stipulatus de indemnitate, hypothecaria conventus, creditori ultra debitum offerre potest non exspectata evictionis sententia: quo secuto, ex empto agitur ad indemnitatem promissam. 49 vid. *l.* 21. *in fin. supr. de liberali caus.* 50 Dixi ad *l.* 9. *vers. sin autem. supr. h. t.* 51 *d. vers. sin autem.* 52 Id est, non id tantum quod. 53 *l.* 18. *in fin. ff. de periculo & commodo.* 54 In limine venditionis evictione imminente, pretii, vel residui nomine, emptor citra fidejussionem conveniri non potest. 55 *l. ult. ff. de rescin. l. pen. ff. de peric. & comm.*

Si

Si is, qui liberam vendidit, eam evincat in libertatem.

25. Iidem AA. & CC. Saturninæ.

SI tibi liberam Saturninus, conditionem ejus ignorans distraxit, ac nunc eam defendit in libertatem, hac libera pronunciata, venditorem vel ex stipulatione duplæ, quantum [1] in hanc deductum est, vel empti [2] actione, quanti [3] tua interest, convenire potes. S. Idib. Febr. AA. CONSS.

De rei interitu.

26. Iidem AA. & CC. Neoni.

SI quis tibi servum vendidit, postquam is rebus humanis exemptus [4] est, cum evictionis periculum finitum sit, a te conveniri non potest. S. 2. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

De scientia, vel ignorantia emptoris.

27. Iidem AA. & CC. Theophilo.

SI fundum sciens [5] alienum, vel obligatum comparavit Athenocles, neque quicquam de evictione convenit [6]: quod eo nomine dedit, contra [7] juris poscit rationem. Nam si ignorans, desiderio tuo juris forma negantis hoc reddi refragatur. S. 15. Kal. Octobr. CC. CONSS.

Quibus defensionibus emptor uti potest.

28. Iidem AA. & CC. Maximiano, & aliis.

EMptori etiam venditoris [8] jura prodesse non ambigitur. Si igitur vobis propter rei proprietatem mota fuerit quæstio: tam propriis quam venditoris defensionibus uti poteritis. S. 3. Non. Octobr. * *Scuppis*, CC. CONSS.

De permutatione.

29. Iidem AA. & CC. Rheso.

SI permutationis [9] gratia prædia curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit: his, quæ in eorum vicem accepit, posteaquam ad defensionem fuerit denunciatum [10], vel cum eorum non haberet facultatem, evictis, quanti [11] interest, eos conveniri posse, rationis est. S. Idib. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De stipulatione duplæ, & probatione malæ fidei emptori.

30. Iidem AA. & CC. Hastio.

NOn [12] ex eo quod duplum [is] qui a matre [tua] mancipium comparavit, evictionis nomine stipulatus est, alienæ rei scientia convincitur: nec opinio ejus ex hoc læditur, ut malæ fidei emptor existimetur. Aliis itaque hoc indiciis, si vis, probare debes. S. Id. Decembr. AA. CONSS.

De herede fidejussoris.

31. Iidem AA. & CC. Agathoni.

HEredem [13] fidejussoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore, factum ejus, cui successit, ex sua persona dominium vindicare non impedit: scilicet evictionis causa durante actione. S. 18. Kal. Jan. CC. CONSS.

TIT. XLVI.
CREDITOREM EVICTIONEM [PIGNORIS [14]] NON DEBERE.

Creditor vendens jure creditoris rem, quam putabat esse debitoris, non tenetur de evictione, nisi expresse promiserit.

1. Imp. ALEXANDER A. Publicio.

CUm jure [15] creditoris propter fisci debita prædium obligatum Procurator meus venundedit, evictio non debetur: quia & privatus creditor eodem jure utitur: nisi nominatim hoc repromissum a privato fuerit creditore. Si tamen fiscus in jus alterius creditoris successit, emptori non justa nomine fisci movetur controversia: sive quia potior fuerat, quando vendebat, sive quia infirmior: quoniam hoc [16] utique præstare debet, qui pignoris jure vendit, potiorem se cæteris esse creditoribus. PP. 15. Kalend. Novemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Creditor vendens jure pignoris, tenetur de evictione duobus casibus, scilicet quando expresse se obligavit de evictione, item quando mala fide contraxit. Bald.

2. Imp. GORDIANUS A. Sabinæ.

SI a creditrice jure pignoris fundos obligatos pater tuus comparaverat: evictis prædiis ita demum petitionem adversus creditricem habere jure potes, si [17] vel cum vendidit, de evictione rei promisit: vel etiam dolo malo, cum sciens, prudensque esset rem sine [18] vitio non esse, eam patri tuo, cui successisti, venundedit. Nam sicuti genus hujusmodi contractus inscium creditorem vinculo evictionis non adstringit: ita eum, qui fraudem admisit, vel decepit, non excusat. PP. 7. Id. April. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

TIT. XLVII.
DE PATRIA [19] POTESTATE [20].

De longi temporis præscriptione.

1. Impp. ANTONINUS & VERUS AA. Titio.

SI filium tuum in potestate tua esse dicis, Præses provinciæ æstimabit, an audire te debeat: cum diu passus [21] sis, ut patrisfamilias res ejus agi per eos, qui testamento matris tutores nominati fuerunt. PP. sine die & consule.

De rerum dominio.

2. Imp. ANTONINUS A. Maroniæ.

EJus, quod in potestate patris agens habuisti, dominium [22] ad patrem tuum pertinuit, extra ea, quæ non acquiruntur. PP. 15. Kal. Mart. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De jure alienandi, de castigatione.

3. Imp. ALEXAND. A. Artemidoro.

SI filius tuus in potestate tua est, res acquisitas tibi alienare [23] non potuit. Quem, si pietatem [24] patri debitam non agnoscit, castigare [25] jure patriæ potestatis non prohiberis: acriore remedio usurus, si in pari contumacia perseveraverit; eumque Præsidi [26] provinciæ oblaturus [27], dicturo sententiam, quam [28] tu quoque dici volueris. PP. 6. Id. Decemb. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

De controversiis & injuriis. De reverentia matri præstanda.

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Calæ.

COngruentius quidem videtur, intra [29] domum inter te ac filios tuos, si quæ controversiæ oriuntur, terminari. Sed si ita res fuerit: ut [pro] injuriis eorum & ad jus experiendum, & ad vindictam processeris, aditus Præses [30] provinciæ super disceptationibus quidem pecuniariis consuetum exerceri jubebit ordinem juris: reverentiam [31] autem debitam exhibere matri filios coget. Et si provectam ad inclementiores injurias improbitatem deprehenderit, læsam [32] pietatem severius [33] vindicabit. PP. 15. Kal. Jun. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

De reverentia & alimentis.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. Donato.

FIlia tua non solum reverentiam [34], sed etiam subsidium [35] vitæ ut exhibeat tibi, Rectoris provinciæ auctoritate compelletur. PP. Kalend. Mart. DIOCLET. III. & MAXIMIANO, AA. CONSS. 287.

De abdicatione.

6. Iidem AA. Hermogeni.

A*Bdicatio* [36], quæ Græco more [37] ad alienandos liberos [38] usurpabatur, & ἀποκήρυξις [39] dicebatur, Romanis legibus non comprobatur [40]. PP. 17. Kal. Decemb. MAXIM. A. II. & JANUARIO, CONSS. 288.

De nepote ex filio milite.

7. Iidem AA. & CC. Duplianæ.

SI maritus tuus, licet [41] militans, in patria potestate constitutus filium [ex] legitimis suscepit nuptiis, eum in potestate avi perseverasse non ambigitur. S. 2. Non. April. CC. CONSS.

De filiis libertinorum.

8. Iidem AA. & CC. Æmilianæ.

LIbertos [42] exemplo ingenuorum filios suos post libertatem ex legitimis nuptiis natos, in potestate habere non est prohibitum. S. 16. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

Si filius esse negetur.

9. Iidem AA. & CC. Niconagoræ.

NEc filium *Negare* [43] cuiquam esse liberum, Senatusconsulta [44] de partu

1 Vid. *l.74. ff. h.t.* 2 vid. *l.6. l.21. supr. h.t.* 3 vide *l.9. s. h.t.* 4 Re ante litem perempta cessat evictio. *l.21. ff. h.t.* 5 Malæ fidei emptor de evictione actionem non habet. Non datur ei de evictione actio, quia sciens prudens fundum alienum comparavit, nisi evictio specialiter sit promissa. *ut hic. l.7. in fin. supr. commun. utr. judic. l. ult. §.4. supr. comm. de leg.* 6 *d. leg. 7. l.5. §.4. ff. de doli mali & met.* 7 Imo non contra. *l.1. supr. si vend. pign.* 8 Jus venditoris emptori prodest. *ut hic. & l.76. §.1. ff. de contr. empt. l.156. §.2.3. ff. de reg. jur.* & e contra, præscriptio emptoris venditori prodest. *l.19. supr. h.t.* 9 Permutanti debetur evictio. *l.1. in fin. supr. de rerum permutat.* facit *l.4. in fin. supr. h.t.* 10 Adde *l.8. supr. h.t.* 11 *l.9. supr. h.t.* 12 Stipulatio duplæ propter evictionem, non arguit emptorem malæ fidei, *ut hic.* Præsumitur bona fides in possidente. vide Alciat. *præsumpt. 5.* 13 Exceptio est ad *l.11. supr. h.t.* eo sensu, In fidejussoris herede cessat regula, Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l.17. ff. h.t.* si nomine proprio agit.

14 Hæc vox superest in editione Haloandri. 15 *l.11. §.16. ff. de act. empt. l.10. ff. de distract. pign. l.50. ff. de evictionib.* 16 Creditor jure pignoris vendens, potiorem se cæteris creditoribus esse præstat, at non evictionem. adde *l.11. §.15. ff. de act. empt.* 17 Creditor rem jure pignoris vendens, de evictione teneri potest ex pacto: aut si mala fide contraxit, tacendo rem esse alterius, Græci ita hunc locum reddunt. Qui pignus jure creditoris emit, non recte de evictione agit: nisi de hoc convenerit, aut dolo facta sit venditio: tunc enim agitur. *Syn. Bas. 25. tit. 7. c.62.* 18 Id est, obligatam. *l.11. §.16. ff. de act. empt.* Vitium rei ipsius rei obligatio.

19 Adde *Novell. 81. l.11. ff. de liberis & posthum.* 20 *L.1. Inst. 9. & 31. Eclog. 1. cap.* περὶ ὑπεξουσίων, 1. *cap. 2. §. ult.* 21 Liberatio potestatis præscribitur. Diutina patientia pro veritate est. 22 Filius in potestate patri adquirit dominium rerum omnium exceptis castrensibus, *ut hic.* hodie adventitiorum nudum usumfructum. *l.6. l.8. supr. de bonis, quæ liber. §.1. in fin. Inst. per quas personas cuique adquiratur.* 23 Filius res patris alienare non potest. 24 Pietas patri debetur. 25 Patri permissa est liberorum castigatio. 26 *l.4. J. h.t. l.2. ff. ad l. Corn. de sicar.* Pater filium indemnatum inaudita & indicta causa interficere non potest. *l.2. ff. ad l. Cornel. de sicar.* vide Cujac. 4. *observ.* 12. eadem ratio in servo. Cajus 1. *Inst.* adde Cujac. 6. *observ.* 17. 27 Pater filium accusare potest, *d. l.4. d. l.2.* 28 Impietas in parentes ex ipsorum parentum (si velint) sententia vindicatur. 29 Inter parentes & liberos lites privatim dirimendæ. adde *l.16. ff. de furtis.* 30 vide *l.3. supr. h.t.* 31 Reverentia matri debetur, *ut hic. l.5. J. h.t.* 32 Læsa pietas severius vindicanda. 33 Parente etiam non consulto. 34 *l.4. vers. sed si. in fin. supr. h.t.* 35 Id est, alimenta. *l.1. supr. de alendis liberis.* 36 *Abdicatio* est filii ignominiosa missio, multum differens ab exheredatione. *l. pen. infr. h.t.* adde *l.132. ff. de verb. oblig.* Abdicatus, familia ejectus. hoc tamen interest: Abdicatio fit inter vivos, exheredatio causa mortis. Utrumque conjunxit Tertullianus *de præscriptionib. quos exheredaverunt semper & abdicaverunt ut extraneos.* 37 Vestibus spoliatus dimittebatur abdicatus: qui abdicatum recipiebant, læsæ reipublicæ rei fiebant. A parentibus recipi poterant, & rursus abdicari, fiebat ad *tempus* etiam abdicatio, Seneca *lib. controv.* de quo plenius in *commentariis hic aliquando dicemus.* vid. Alc. 2. *disp.* 28. his adde exheredationum causas ex *Novell. 115. cap. 3.* 38 Et e contra ad alienandos parentes. vide Arist. 8. *Ethic.* 14. 39 Quidam legunt ἀποσίρησις. Alciat. videtur legisse ἀποκήρυσις, 2. *dispunct.* 18. ἀποκήρυξις quod parentes abdicaturi soleant liberos, ὑπὸ κήρυκος ἐναντίον ἁπάντων ἀπειπεῖν. Plato 11. *de legibus.* adde Fabium 3. *c.* 6. & 7. *c.* 4. Plinium 7. *c.* 45. 40 Abdicandi causæ hæ fuerunt: si filius noctu foris cubuisset, si commessaretur, si lenones pulsasset, si libidini incumberet. Lucianus *in abdicato:* si voluntati paternæ repugnasset. *Fabius.* 41 Militia nemo solvitur patria potestate. *l.3. J. de castrensi peculio: §.4. Inst. quib. mod. jus patr. potestat.* 42 Liberti filios in potestate habere possunt. *l.7. supr. de suis & legit. l.2. J. de serv. reipubl.* 43 Id est, *abdicare. l.6. supr. h.t.* ut plerique interpretantur, sed male. 44 Plancianum scilicet & aliud quod factum est Adriani temporibus. *l.3. §.1. ff. de agnosc. & alend. liber.*

agnoscendo,

agnoscendo, ac denunciata [1] pœna, item præjudicium [2] Edicto perpetuo propositum, & remedium [3] alimentorum apud Præsidem majori trimo [4] petenti [5], nomine ejus monstratum, jure manifesto declarant. S. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

De libertate, de jure vitæ & necis.

10. Imp. CONST. A. ad Maximum P.U.

LIbertati [6] a majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus [7] vitæ in liberos, necisque potestas [olim] erat permissa, libertatem eripere [8] non liceret. Dat. 15. Kalend. Jun. *Thessalonicæ*, SEVERO & RUFINO CONSS. 323.

TIT. XLVIII.

DE ADOPTIONIBUS ?.

Apud quem adoptari potest.

1. Imp. GORDIANUS A. Martiæ.

HI, qui in aliena potestate sunt, juxta jus civile non nisi apud eum apud quem plena legis [10] actio est, adoptari possunt. PP. Kal. Jun. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De impuberis arrogatione. Apud quem arrogatur.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Timotheo.

IMpuberem [11], quem ad vicem [12] naturalis sobolis arrogare [13] desideras, si hi, qui sanguinis [14] necessitudine [sibi] junguntur; id ei expedire apud Præsidem provinciæ confirmaverint, filium habebis: ita ut bonorum tuorum quarta [15] pars tam in postremo judicio tuo, quam si a te emancipatus fuerit, ei præbeatur, & super patrimonio ejus idoneis fidejussoribus [16] datis servo publico [17] caveatur: ne sub copulandæ adoptionis obtentu, in facultates ejus, quæ ei diligenti provisione servandæ sunt, irruat. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud Prætorem vel Præsidem intimata, ac si per populum [18] jure antiquo facta esset. PP. 5. Id. Mart. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De arrogatione liberti.

3. Iidem AA. Martiano.

CUm eum, quem arrogaveris, libertum [19] tuum esse profitearis, nec ullam idoneam causam precibus addideris, id est, Quod [20] *liberos non habeas*: intelligis juris auctoritatem desiderio tuo refragari. PP. 16. Kal. Jul. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Quomodo fit adoptio.

4. Iidem AA. & CC. Proculiano.

ADoptio non [21] tabulis [22], licet per tabellionem [23] conficiendis, sed solenni [24] juris ordine apud Præsidem solet copulari. PP. Kal. Sept. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De fœminis.

5. Iidem AA. & CC. Syræ.

MUlierem [25] quidem, quæ [26] nec suos filios habet in potestate, arrogare non posse certum est. Verum [27] quoniam in [28] solatium amissorum tuorum filiorum, privignum [29] tuum cupis vicem [30] legitimæ sobolis obtinere: annuimus votis tuis, secundum ea quæ annotavimus: & eum perinde atque ex te progenitum, ac vicem naturalis legitimique filii habere permittimus. PP. 3. Non. Decemb. *Triballis*, TYBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Quomodo fit arrogatio.

6. Iidem AA. & CC. Meliano.

ARrogationes eorum qui sui [31] juris sunt, nec in Regia Urbe, nec [32] in provinciis, nisi [ex [33]] rescripto principali fieri possunt. PP. 6. Non. April. *Byzantii*, CC. CONSS.

Si quis adoptetur a cive alterius civitatis.

7. Iidem AA. & CC. Attico.

IN adoptionem quidem alienæ civitatis [34] civi recte dato additur [35], non mutatur patria [36]: ac propterea jus originis in honorum ac munerum obsequio per adoptionem non minui perspicis. S. 11. Kalend. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

Si patronus adoptet filiam libertæ.

8. Iidem AA. & CC. Isioni.

IN adoptionem patre, in cujus est potestate, filiam dante, matris [37] patronus adoptare non prohibetur. Nam sui juris arrogatio fœminæ nisi ex nostro rescripto nunquam procedit. S. 5. Id. Februar. CC. CONSS.

De emancipatione.

9. Iidem AA. & CC. Marino.

ADoptatum [38], licet ex beneficio nostro, emancipatione [39] solenni separare a familia sua pater adoptivus minime prohibetur.

Qui possunt adoptare, 5. vel arrogare.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

CUm in adoptivis filiis, qui filiifamilias constituti, a patribus naturalibus aliis in adoptionem dantur, antiquæ sapientiæ incidit quædam dubitatio; si oporteret talem filium, qui præteritus a naturali patre fuerat, habere contra ejus testamentum de inofficioso actionem (quam Papinianus [40] quidem negat, Paulus autem sine effectu derelinquit, Martianus vero distinguit, ne ex hac causa utriusque patris perderet successionem, naturalis quidem, voluntate ejus circumventus, adoptivi propter egestatem quam forte habebat) & iterum aliud vitium erat exortum: si enim post patris naturalis obitum pater adoptivus per emancipationis modum jus adoptionis dissolvisset, nulla spes ei remanebat: neque [enim] contra patris naturalis voluntatem, quia mortis ejus tempore in aliena fuerat familia constitutus: neque contra adoptivum patrem: (quia per emancipationem ejus familia exemptus est) ideo talem dubitationem [resecantes,] & tale vitium corrigentes, sancimus [41] per adoptionem quidem ad extraneam personam factam, jura naturalis patris minime dissolvi, sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatus. Cum enim tanta fragilitas [42] est adoptionis, ut possit in ipso die, & filius fieri, & extraneus per emancipationem inveniri: quis patiatur jura patris naturalis nexu divino [43] copulata, ludibrio defraudari? Cum in hoc casu & contradicendi filio [44] ex jure veteri detur licentia, & invitus [45] transire ad aliam non cogitur familiam. Omnia igitur (secundum quod jam dispofuimus, cum ad extraneum patrem filius per adoptionem transfertur, maneant integra jura, sive ad [46] inofficiosi querelam, sive ad alias omnes successiones, sive ab intestato, sive ex testamento, quæ liberis deferuntur; ut ipse possit & prodesse [47] patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si vero pater naturalis avo materno [48] filii sui, vel si ipse fuerit emancipatus, [etiam] avo paterno, vel proavo simili modo paterno, vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia in unam personam concurrunt & naturalia, & adoptionis jura, maneat stabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo constrictum: & ad eum solum respiciat filius, cui eum & natura aggregavit, & lex per adoptionem assignavit: & Papiniani sententia in hac specie procedat, & ad eam tantummodo filius adoptivus spem totam extendat, & non [49] patris naturalis successionem molestare concedatur: sed avita & proavita tantummodo reverentia protegatur: eique acquirat quæ possunt acquiri & prodesse. Et is ei solus pater intelligatur, quem lex fecit, & natura non dereliquit. Neque enim Martiani distinctioni locum esse in hoc casu invenimus, ubi nullius circumventionis [50] suspicio potest aliquam sibi vindicare licentiam, avita & proavita affectione hæc omnia resecante: sed hæc omnia manere integra, nisi avus & proavus emancipatum fecerint filium adoptivum: tunc etenim necesse est iterum ad patrem naturalem eum reverti: cum emancipationis interventu adoptio in quacunque persona facta solvitur. §. 1. Sed ne articulum adoptionis in extraneam personam factæ sine lege relinquamus: licentiam damus tali adoptivo patri, id est, extraneo, si voluerit, nihil ei testamento suo relinquere, sed quidquid ei reliquerit hoc liberalitatis sit, [&] non legitimo vinculo adstrictum. Cum enim per omnia naturæ suæ filium aggregaverimus: manifestissimum est, quod & acquisitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias pervenerint, secundum leges nostras, non adoptivo extraneo patri, sed naturali [51] usque ad modum ususfructus perveniant, & permaneant in sacris [52] patris naturalis, quasi imaginaria [53] quadam & nova affectione ei acquisita, non pristinæ cognationis diminutione introducta. Sed si quidem remaneat in tali adoptione: nulla interveniente emancipatione, in hoc tantummodo prodesse ei volumus adoptionem, ut non successione ab intestato patris extranei adoptivi defraudetur, sed habeat accessionem fortunæ [ex patris naturalis sibi voluntate acquisitam]. Neque enim ex veteri jure cognationis nexus naturalis patris per adoptionem filio dissolvebatur, sed accedebant jura adoptiva, certis reliquiis ex jure naturali remanentibus: & qui legitimus erat familiæ adoptivæ, is naturali fuerat cognatus. Quis enim materna [54] jura posset abolere, cum videbatur, & ex antiquo jure patrem quidem habere adoptivum, matrem autem eam, quam

1 *Denunciati*, Cujac. 19. *obs. ult.* autoritate. *l.* 1. §. *pœna*, 4. *ff. de liber. agnosc.* Pœna scilicet mariti denunciati intelligitur, id est, cui facta est denunciatio: ut venditor denunciatur. *l.* 49. *ff. de judiciis.* 2 De agnoscendis liberis. §. 13. *Inst. de act.* 3 De qua est tota. *l.* 5. *ff. de liber. agnosc.* 4 Id est, nuper lacte depulso, exuberi, delactato, syringiato: quia non solebant ante triennium infantes mamma depelli. vi. 2. *Macab.* 7. υἱὲ ἐλέησόν με τὴν θηλάσασάν σε ἔτη τρία, & in lege Papia, apud Ulpian. 19. §. 1. duo trimi, id est, nuper mamma depulsi. vide Cujac. *d. loco.* 5 *Petendi*, Cujac. *ibid.* ex quibusdam codicibus. 6 Favor libertatis. 7 *l.* 11. *in fin. ff. de lib. & post.* 8 *l.* 6. *supr. h. t. l.* 12. *supr. de oblig.* vid. *l.* 1. *supr. de patrib. qui filios distr. l. ult. ff. quæ res pign.* Paul. 5. *sent.* 1. §. 1.
9 Dixi ad *L.* 1. *ff.* 7. 37. *Ecl.* 1. περὶ υἱοθετηθέντων καὶ υἱοθετουμένων *L.* 1. *Inst.* 11. adde *Novell.* 74. *c.* 3. Gajus 1. *Inst.* 5. Ulpianus 8. & 2. Harmen. 8. 10 Adoptio est legis actio. *l.* 4. *ff. h. t.* vide *l.* 1. *ff. de off. juridic. l.* 2. *ff. de off. procons.* Constabat solennitate. *l.* 4. *J. h. t. l.* 5. *supr. de suis & leg.* inde a Theoph. νόμιμος πρᾶξις: non tamen refertur inter actus legitimos. *l.* 77. *ff. de reg. jur.* utpote solennibus adoptionis jam sublatis. 11 §. 3. *Inst. h. t.* 12 Hinc adoptio naturæ similitudo dicitur a Cajo 1. *Inst.* 5. §. 1. 13 Quemadmodum fiat adrogatio. 14 Facit *l.* 17. §. 1. *ff. h. t.* 15 Vide §. 3. *Inst.* & *l.* 22. *ff. h. t.* 16 *l.* 17. *in fin. l.* 18. *ff. h. t.* 17 *Personæ publicæ*, *d.* §. 3. tabellioni, *l.* 4. *infr. h. t.* 18 De adrogatione per populum vide Ulp. 8. §. 2. & 3. Gaj. 2. *Inst.* 3. §. 4. & 5. Gell. 19. Goth. Adde Brisson. *lib.* 4. *select. c.* 20. S. L. 19 Libertus arrogari non potest. *l.* 8. *J. h. t.* 5. Gell. 19. 20 Justam adrogandi causam habent qui liberos non habent. *l.* 15. §. 2. *l.* 17. §. 3. *ff. h. t.* 21 In adoptione non sufficit tabulas & instrumenta intervenire, nisi judicis auctoritas intervenerit. 22 An testamento fieri potest. Vellejus Paterculus *lib.* 2. vide Cujac. 7. *observ.* 7. 23 Dixi ad *l.* 2. *supr. h. t.* 24 Adoptio solennitatem exigit: non fit nisi solenniter: & quidem apud præsidem. adde 5. Gell. 19. vid. *l.* 1. *supr. h. t.* adde Revard. *c.* 6. *de auctoritate prudentum.* 25 Mulieres non adoptant. §. 10. *Instit. h. t.* Ulpian. 8. §. 9. 1. Gaj. 5. §. 3. & 5. Gell. 19. *l.* 29. §. 3. *ff. de inoff. testam. l.* 8. *supr. de præscript. longi temp.* 4. Harm. 8. & 33. *Ecl.* 1. *cap.* 46. 26 Ratio cur fœminæ non adoptant neglecta Leonis *Nov.* 27. 27 Exceptio. 28 Ex *Nov. Leon.* 27. licet mulieribus adoptare, etiamsi nunquam liberos habuerint. 29 Privignus adoptari potest, *ut hic*, & *l.* 32. *in fin. ff. h. t.* adde quæ scripsi ad *l.* 1. *supr. ubi pupill.* 30 *l.* 2. *supr. h. t.* 31 Adrogantur qui sui juris sunt. *l.* 1. *in fin. ff. h. t.* 32 Olim fiebant adrogationes tantum Romæ: adoptiones ubique. Ulp. 8. §. 4. 33 Adrogatio fit ex rescripto, *ut hic*, & *l.* 9. *infr. h. t. Ecl. d. loco* 47. 34 Civis alienæ civitatis adoptari potest. 35 Id est, augetur, adde *l.* 35. *ff. h. t. l.* 15. §. 3. *l.* 17. §. 9. *ff. ad municip.* 36 Originis scilicet.
37 Ex liberta filiam adoptare possumus non libertum. *l.* 3. *supr. h. t.* vel liberti filium.
38 Adoptatus principis rescripto, etiam emancipari potest: ne quis alioquin putet, adoptatos principis rescripto, perpetuo in adoptione manere cogi. 39 Vid. *infr. de emancip.* §. 6. *Inst. quibus modis jus patriæ.* 40 Addatur & hæc trium jurisconsultorum diversitas his quæ dixi ad Ulp. 11. §. *ult.* 41 Adoptatus ab extraneo succedit etiam patri naturali. §. 2. *Inst. h. t.* & §. 5. *in fin. Inst. de exher. lib.* & §. 14. *vers. hoc solito. Instit. de hered. ab intest.* Goth. Hæc est 49. decisio ex 50. novis Justiniani. vid. Inglois. *Ans.* 42 Fragilitas adoptionis summa olim fuit. Poterat enim quis olim eadem die filius per adoptionem fieri, & eadem rursus die per emancipationem extraneus reddi. 43 Jura naturalis patris nexu divino copulata. 44 Filius interdum juste patri suo potest contradicere. §. 8. *Instit. quib. mod. jus pat. potest.* 45 Filius invitus non datur in adoptionem, *ut hic*, & *l.* 5. *ff. h. t.*
46 §. 1. *Inst. de inofficioso testam.* 47 Adoptivus etiam patri naturali prodest.
48 §. 2. *vers. Si vero. Inst. h. t.* 49 Adoptatus ab avo materno patri naturali non succedit. 50 Parens non præsumitur liberos decipere velle. *l. pen. in fin. ff. de jure dot.*
51 Adoptatus quod ab extraneo adquirit, patri naturali adquirit usufructu tantum.
52 Sacra privata fuerunt cuique genti, quæ diis penatibus paterfamilias faciebat. Cic. 2. *de leg.* filiifamilias in his sacris dicebantur esse, *l.* 2. *supr. de bonis quæ liberis.* manere, *l.* 12. *supr. de coll.* id est, permanere, *ut hic*, constituti, *l. ult.* §. 2. *supr. de inoff. test. l. ult.* §. 1. *vers. Sin vero.* ꝗ. *ad SC. Tertull. l. ult. supr. de curat. furiosi.* positi, *l.* 20. ꝗ. *de nuptiis.* retenti. *l.* 3. *supr. de bonis maternis.* Adoptati quoque qui in alterius gentem transibat, in ejus gentis sacra simul transibant. 7. *Valer.* 27. Emancipati vero suo arbitratu sacra sibi privata faciebant: per emancipationem a sacris paternis dimitti & absolvi dicebantur. *l.* 31. ꝗ. *de fideic. l.* 1. §. 2. *supr. de annali except. l.* 13. *supr. de legit. hered.* 53 Imaginario affectu. 54 Materna natura

natura cognoscit? Et ideo sancimus, etsi habeat hujusmodi filius jura integra naturæ, attamen si intestatus pater [extraneus] adoptivus decesserit, habere eum etiam sui heredis jus ad ejus tantummodo successionem: ut non etiam legitima jura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, nec ipsa ad eum communionem aliquam habeat, sed quasi extraneus ita ad illam familiam inveniatur. §. 2. Sin autem per emancipationem jura adoptiva fuerint dissoluta, tunc nullus ei penitus regressus ad adoptivum extraneum patrem, etsi moriatur intestatus [1], relinquatur: sed maneat tantummodo patrem naturalem cognoscens, tanquam non fuisset ab initio in adoptionem translatus. §. 3. Quæ autem de aliis adoptivis diximus, hæc sancimus etiam de his, qui ex Sabiniano senatusconsulto [2] ex tribus [3] maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptivos, & eos introducenda. §. 4. Quæ in filio diximus in adoptionem a patre dato, hæc & in filia [4], & in nepote, [&] nepte, & deinceps personis utriusque sexus in sacris patris constitutis extendimus: si tamen tempore mortis avi sui parentes eos, vel eas non antecedant: si enim patres eos antecedant: (ubi nec imponitur necessitas avo aliquid nepoti, vel nepti relinquere) maneant omnia jura adoptiva [ei] intacta. Hæc enim omnis sanctio de filio & filia, de nepote, & nepte, & deinceps personis in sacris constitutis introducta est, ubi dubitabatur, quid statuendum esset, quasi duobus patribus ei, uno ex natura, & altero ex lege, impositis. §. 5. Ubi autem homo sui juris constitutus *per arrogationem* [5], ex Augusta liberalitate sese dederit in adoptionem, tunc omnia jura patris adoptivi habeat intacta. Cum enim nullum inter patres inducitur discrimen, sit suus heres adoptivus patri arrogatori, & familiæ ejus aggregetur: & omnia, quæ ad filium arrogatum veteres legumlatores introduxerunt, intacta illibataque in eorum personis reserventur. Dat. Kal. Sept. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Quomodo fit adoptio.

11. Idem A. Juliano P.P.

VEteres circuitus in adoptionibus quæ per tres emancipationes [6] & duas [7] manumissiones in filiis, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri solebant, corrigentes sive tollentes, censemus licere parenti, qui liberos in potestate sua constitutos in adoptionem dare desiderat, sine vetere [8] observatione emancipationum & manumissionum hoc ipsum actis [9] intervenientibus [10] apud competentem judicem manifestare, præsente [11] eo, qui adoptatur, & non contradicente [12], nec non eo, qui eum adoptat. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XLIX.
DE EMANCIPATIONIBUS [13] LIBERORUM.

Habens jurisdictionem a lege municipali, potest illam exercere etiam inter non subditos consentientes: & valet apud omnes. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Herennio.

SI lex [14] municipii, in quo te pater emancipavit, potestatem Duumviris dedit, *Ut etiam alienigenæ* [15] *liberos suos emancipare possint*: id, quod a patre factum est, suam obtinet firmitatem. PP. 3. Non. Decemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

2. Iidem AA. & CC. Gennadiæ.

IN emancipationibus liberorum, nec non donationibus [16] non tam scriptura [17], quam veritas considerari solet. PP. 5. Id. Mart. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

In emancipatione non requiritur causa, sed judicis auctoritas. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

NOn [18] nudo consensu patria liberi potestate, sed actu solenni [19], vel casu [20] liberantur: nec causæ [21], quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solennitas quæritur. S. 15. Kalend. Octob. AA. CONSS.

Invitus quis non liberat filium, vel nepotem sua potestate. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Coloniæ.

NEc avus neptem suam liberare potestate cogitur [22], nec [23] in cujusquam injuriam beneficia tribuere moris est nostri. Dat. Id. Octobr.

Per rescriptum principis judici apud acta intimatum, possunt parentes eorum liberos emancipare: accedente antea, vel postea eorum voluntate, nisi fuerint infantes, quorum consensus non requiritur. Salic.

5. Imp. ANASTASIUS [24] Constantino P.P.

JUbemus licere parentibus, id est, patri, avo paterno [seu] proavo, cæterisque ulterius per masculini sexus personas continua generis serie conjunctis, si liberos, quos habent in potestate propria, id est, filium vel filiam, nepotem seu neptem ex filio, pronepotem seu proneptem, cæterosque itidem per masculini sexus personas continua generis linea sibi conjunctos, per emancipationem, vel absentes, & peregre degentes, vel in iisdem locis seu regionibus, vel civitatibus commorantes, in judicio vero non præsentes, juris sui constituere maluerint: supplicationibus [25] porrectis mereri super hoc divinum oraculum: hocque apud competentem judicem, ad [26] cujus jurisdictionem actus emancipationis pertinet, insinuare [27], superque precibus a [28] semet oblatis apud eum deponere: ut hoc subsecuto, & auctoritate præcedente principali, plenissimum robur emancipatio [29] sortiatur: & personæ, in quas talis liberalitas collata sit, de aliena potestate quasi a parentibus ex emancipatione manumissæ liberentur: si tamen ipsæ nihilominus sub gestorum [30] testificatione, vel apud eundem judicem, vel apud alium quemlibet proposito parentum suam etiam voluntatem consonare [31] vel ante preces oblatas, & sacros apices promulgatos, vel postea deposuerunt, nisi infantes [32] sint, qui & sine consensu etiam hoc modo sui juris efficiuntur. Dat. 2. Kalend. Aug. *Constantinop.* PROBO, & AVIENO Jun. CONSS. 503.

Vana observatione sublata, emancipationes possunt fieri coram judicibus competentibus, & emancipatis potest etiam donari: & per emancipationem non solvuntur jura agnationis. Bald.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm inspeximus in emancipationibus *vanam observationem custodiri, & venditiones* [33] *in liberas personas figuratas* [34] *& circumductiones* [35] *inextricabiles & injuriosa rhapismata* [36] quorum nullus rationabilis invenitur exitus: jubemus hujusmodi circuitu in posterum quiescente, licentiam ei esse, qui emancipare vult, vel ex lege Anastasiana [37] hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis [38] judicis tribunal, vel eos adire magistratus, quibus [39] hoc facere, vel legibus, vel ex longa [40] consuetudine permissum est: & filios suos, vel filias, nepotes, vel neptes, vel deinceps progeniem in potestate sua constitutam, a sua manu dimittere: & legitima [41] jura omnimodo

jura non possunt aboleri. 1 §. 10. *Instit. de hered. ab intestat.* 2 Ex Sabinianorum sententia. Revardus *c. 6. de autoritate prudent. in fin.* 3 §. 14. *versic. testam. Inst. de hered. quæ ab intest. l. ult. in fin. J. de decurionib.* ἐξ τρίβους μάριβους, Theophil. *d.* §. 14. tribus manibus, Alciat. 4. *parerg.* quod de patris naturalis manu in fiduciariam manum traderetur, qui deinde in manum & potestatem adoptivi dabatur. Tribus mancipationibus. Revard. *cap. 6. de auth. prudentum in fin.* errore ut putat, creato ex hujusmodi notis, TRIB. MA. uterque male. Pejor est his interpretatio Accursii divinantis, Tres parentes inter se certare de filio in adoptionem dando, vel de aliquo adoptando. Commodius est nihil hic mutari & ita legi, *Tribus marib.* ut hic agatur de ejus privilegio, qui tres mares filios susceperit, *l. 122. Cod. Theod. de decurionib.* Eratque hoc jus parentis habentis tres mares liberos, ut uni dato senatui, curiæ liberatio contingeret. *d. l. ult.* uni in adoptione dato quarta omnium bonorum adoptatoris ex SC. Sabiniano deferretur: sicut impuberi arrogato ex constitutione Antonini. vid. Cujac. *ad d. l. ult.* 4 De filia, nepote, nepte. 5 De arrogato.
6 Id est, venditiones. Nam emancipare est vendere. §. 1. *Instit. de testament. ord.* 8. Valer. 6. adde §. 6. *Instit. quib. mod. jus patr. potest. l. 3. ff. de capit. minut. Novell.* 81. *l. ult. J. prox. tit.* Goth. Ad hac l. vide A. Gell. *Noct. Att. lib. 5. c. 19. &* Vacon. *lib. 1. declarat.* 16. S. L.
7 Filiifamilias trina emancipatione duabus manumissionibus, cæteri una emancipatione, una manumissione adoptabantur: vid. Ulp. 10. §. 1. 8 Vetus observatio emancipationum & manumissionum sublata. 9 De formulis adoptionis & adrogationis, vid. apud Gell. 5. *cap.* 19. Vopiscum *in Aureliano.* 10 In adoptione requiruntur acta, requiritur scriptura, *ut hic*, ut & in emancipatione. *l. 2. infr. tit. prox.* 11 *l. 24. 25. ff. h. t.*
12 *l. 10. supr. h. t. l. 5. ff. h. t.* vid. Ulp. 10. Festum *in emancipatio.*
13 *l. 9. S. tit. prox.* dixi ad L. 1. *ff.* 6. adde 1. Harm. 17. περὶ διαλύσεως ὑπεξουσιότητος, L. 1. *Inst.* 12. §. 6. *Novell.* 81. 1. Gaj. 6. Paul. 2. *sent.* 25. Ulpian. 10. §. 1. *l. 5. supr. de dolo. Novell. Leon.* 25.
14 Hinc colligunt, cujuscunque municipii leges ad suum territorium restringi; Actus civiles ex eo quo geruntur loco vires capere, non futuro. Jus contractuum & testamentorum ex regione in qua fiunt, æstimari. vid. Hotom. 2. *consf.* 2. Sed & illud consuetudine ea præscribi, quæ sunt jurisdictionis. Cynus *hic*, Bart. *in l. 1. ff. de aqua pluvia.* Quid si jus id de quo agitur, ex eorum numero sit, quæ principi reservata sint? Quid si jus sit quod vel supremæ potestatis, vel inter regalia refertur, aut meri imperii sit? Id generis jura consuetudine præscribi non posse notant. *arg. l. comperit. 6. supr. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* vid. Socin. *reg.* 307.
15 Jurisdictionem habens ex lege municipali, potest eam exercere etiam inter non subditos consentientes. *Salic.* 16 Donationes fiebant a patre filio emancipato, ut vitam suam tolleret; id est, ut se aleret. *l. ult. infr. h. t. l. ult. C. Theod. de revocand. donat. l. 8. J. de bon. prosc. Nov. Leon.* 25. 17 Scriptura in emancipationibus exigitur, *ut hic, l. 5. J. h. t.* v. Guliel. Onciacum 1. *q.* 64. quod remittere videtur *Nov. Leon.* 25. ut & in adoptione. *l. ult. S. tit. prox.* in nuptiis senatorum. *Nov. 74. c. 4.* in mutuo emendæ militiæ, *Nov. 97. c. 4.* in prærogativa hypothecæ postulanda. *Nov. 136. c. 3. vers. neque h. t.* in arbitraria probatione. *l. 4. §. 5. S. de receptis arbitris.* contestatione non numeratæ pecuniæ. *l. 4. §. 4. supr. de non num. pecun. Novell.* 100. *c.* 1. his adde quæ scripsi ad *l. 17. supr. de pact.* 18 Ex *Novell. Leon. 25. in fin.* nudo consensu perficitur adoptio, veluti si pater patiatur filium seorsim vivere resque suas gerere: quamvis nondum ad ætatem nuptiis, vel matrimonio aptam pervenerit: hujus constitutionis meminit Harmen. 1. *tit.* 17. In Gallia, filii per matrimonium emancipantur, aut ætate 25. annor. Boër. *decis.* 197. negotiatione a patre separata, dignitate, furore patris, aut ejusdem contestatione simplici apud judicem, & ita sex modis solvuntur apud Gallos liberi patria potestate. v. Pap. 3. *Not. 10. tit. des lettres incidentes en civil.* 19 De quo vid. *l. ult. J. h. t.*
20 Id est, morte. *pr. Instit. quib. mod. jus patr. in pr.* deportatione. §. 1. *d. tit.*
21 Invitus justa de causa emancipari potest. 22 Inviti parentes non coguntur emancipare liberos. *l. 31. ff. de adopt. l. 92. ff. de cond. & dem. l. ult. ff. si quis a par. man. l. pen. ff. unde liberi. §. ult. Inst. quib. mod. jus patr.* Cic. *pro Cluentio.* excipe casum, *l. 6. J. de spectat. lib. 11. tit. 40. l. 12. S. de episc. aud.* fallit & hoc, si justa emancipationis subsit causa. Bart. *in l. quidam cum filium 132. ff. de verb. obligat.* potest & invitus filius emancipari malos ob mores, ut ne deinceps ejus nomine pater teneatur, quod plerunque statuto fieri posset. vide Socin. *reg.* 138. 23 Vid. *l. 3. supr. unde vi.* 24 *l. 11. supr. de legit. heredib.* dixi ad *l. 18. supr. de collat.* 25 Emancipatus rescripto principis, reservato jure legitimarum hereditatum, vocatur ad legitimam hereditatem patris cum fratribus in familia retentis, hoc genus emancipationis *ex imperiali rescripto* appellatur in §. 6. *Instit. quib. mod. jus pat.* adde Roland. a Vall. 1. *consil. num.* 4. 26 Emancipatio non apud quemcunque judicem expediri potest. 27 Intimare. vid. *l. 2. supr. h. t.* 28 Per procuratorem emancipatio non potest fieri, *ut hic*, ut & adoptio & adrogatio. *l. neque absens 24. l. post mortem 25. ff. de adopt.* impetratio veniæ ætatis. *l. omnes, supr. de his, qui veniam ætatis impetrarunt,* manumissio. *l. nec mulierem 3. supr. de man. vind.* compaternitas, ut loquitur, spiritualis, Bart. *in l. Gallus 29. ff. de liber. & posth. l. excusare 15. J. de excus. tut.* licet per procuratorem possit fieri legitimatio liberorum. Bart. *ibid.* desponsatio. *l. ult. ff. de sponsalib. c. ult. de procur. in 6.* revocatio in servitutem. *l. per procuratorem, 4. ff. de obsequiis. l. sed & hæ. 35. §. 1. ff. de proc.* Cur manumissio per procuratorem recte non fit, at in servitutem revocatio? qui manumisit, reapse dominus esse debet. *l. si pater. 4. ff. de manumiss. vid.* At per epistolam recte manumittimus ut & per nuncium. *Instit. de libertin.* §. 1. Nam quæ per epistolam fiunt, ea recte per nuncium expediri possunt. *l. 1. §. 2. ff. de contr. empt.* Epist. vel nuncio cum manumisit dominus, ipse manumittit: cum per procuratorem ipse procurator: hic enim negotium in suam ipsius personam concipit, non ille. *l. qui autem 14. §. 3. ff. de pecunia constituta.* At per procuratorem in servitutem revocari servus potest, *ut supr. dictum est?* hoc ideo forte permissum est, quod in adquirendo servo jus magis connivet domino quam in alienando. Quidam tamen putant hoc inductum, quod in manumisso in servitutem revocando pecuniarum commodum versetur. 29 Hoc interpretes ad legitimationem transferunt: volunt enim ab emancipatione ad legitimationem valere argumentum. vid. Roland. a Valle *d. loco.*
30 Dixi ad *l. 2. supr. h. t.* 31 Invito filio non datur libertas. *Novell. 89. cap. 11.* Paul. 2. *sent.* 25. datur servo invito. dixi *l. pen. Cod. de necessar. servo.* 32 Infans consensum non habet. 33 Olim fiebat manumissio quinque testibus præsentibus & libripende stateram & æreum nummum ferente & medio aliquo intercedente, medio illi filius a patre mancipabatur, id est, vendebatur. Patri in vicem pretii nummus ab emptore tradebatur. Filius ita emptus emptori quasi servus erat, sed tamen mox ab emptore vindicta manumittebatur: manumissus tacito jure in patris potestatem revertebatur. Id iterum atque tertio fiebat. Hinc Ulpian. 10. §. 1. *Filius*, inquit, *ter mancipatus, ter manumissus sui juris fit: id enim lex 12. Tabularum jubet. Si pater filium ter venundarit, filius a patre liber esto.* His omnino adde Cajum 1. *Inst.* 6. §. 4. ubi genus id mancipationis fusius explicat. 34 Εἰκονικὰς πράσεις, vocat Theophil. *d. loco.* imaginarias. §. 6. *Inst. quib. mod. jus pat. potest:* hinc servitus imaginaria. *l. 3. ff. de cap. min.* 35 Vindicta manumissione lictor prætoris servum præmissis solennibus verbis tangebat, mox dextera vertebat. Persius *Satyr.* 5. *Quibus una Quiritem Vertigo facit:* & post; *verterit hunc dominus momento turbinis exit Marcus Dama. Quintil. in ea declamatione cui tit. est:* Ancilla in Archipiratæ nuptiis manumissa. *An vero in hoc putamus esse momentum, si vindicta ferires & circumverteres mancipium, aut si una voce liberum esse jusseris?* Cornutus *in Persium: Quoties servos manumittebant, eos etiam alapa percussos manumittebant.* Seneca 1. *epist. 8. & 2. Controvers. Qui se Philosophiæ subjecerit, statim circumagitur,* id est, fit liber. Hujusmodi servus, ambactus dicitur Festo *in Am.* Verum circumductiones istæ ad servorum manumissiones pertinuerunt. An similes fuerint in emancipationibus liberorum, alio loco tractabitur. 36 Hinc illa verba, *Novell.* 81. μετ' ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων: alapas lictoris manu inflictas manumisso intelligit, de quo more vid. Isidorum 9. *cap.* 4. de quo etiam dixi ad *Novell.* 81. alii ῥαπίσαι virga cædere. Est enim ῥάπις Hesychio virga.
37 *l. 5. supr. h. t.* 38 Nam apud incompetentem judicem non fit manumissio.
39 Non apud quemvis judicem manumittitur. 40 Longa consuetudo jus manumittendi tribuit. 41 Vid. *l. 3. supr. de bonis maternis.*

habere,

habere, etsi [1] non specialiter hoc sibi servaverit: & peculium donare, vel alias res liberalitatis [2] titulo in eos transferre: & eas res, quæ acquiri indignantur, per usumfructum secundum nostræ constitutionis modum detinere, & omnia facere: vana, tantummodo (secundum quod jam dictum est) observatione [3] sublata. Dat. Kalend. Novembr. *Constantinopol.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. L.
DE INGRATIS [4] LIBERIS.

* *Filius emancipatus propter ingratitudinem reducitur in patriam potestatem.* Bald.

Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. ad Prætextatum P.P.

FIlios [5] [& filias, cæterosque liberos] contumaces, qui parentes, vel acerbitate convicii, vel cujuscunque atrocis injuriæ dolore pulsassent, leges [6] emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ multari voluerunt. Dat. 12. Kalend. Septemb. *Mediolani*, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

TIT. LI.
DE POSTLIMINIO [7] REVERSIS ET REDEMPTIS [8] AB HOSTIBUS.

Conceptus in captivitate patris & matris, revertens cum patre & matre, sequitur patris originem. Bald.

De natis ex duobus captivis.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Ovinio.

EX duobus [9] captivis Sarmatia nata patris originem ita secuta videtur, si [10] ambo parentes in civitatem nostram redissent. Quamquam enim jure proprio postliminium habere non possit, quæ [11] capta non est, tamen parentum restitutio reddet patri filiam: qui cum ab hostibus interfectus sit, matris [12] duntaxat conditionem, quæ secum filiam duxit, videtur necessario secuta: nam fictio legis Corneliæ, quæ legitimos apud hostes defuncto constituit heredes: ad eam, quæ illic suscepta est, non pertinet: cum eo tempore, quo captus est, diem suum pater obiisse existimetur. PP. sine die & consule.

De redemptis ab hostibus.

2. Imp. GORDIAN. A. Publiciano.

AB [13] hostibus redempti [14], quoad exolvatur pretium, [magis] in causam pignoris [15] constituti, quam [16] in servilem conditionem esse detrusi videntur: & ideo si nummi eo nomine expensi donatio [17] intercedat, pristinæ conditioni eos reddi manifestum est. † Proinde si ab hostibus redemptam, post dissolutum veluti naturalis [18] pignoris vinculum habere in [19] matrimonio [20] cœpisti: nil est quod de statu ejus, seu liberorum communium debeas pertimescere. PP. Id. Jun. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De curatore dando.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Varo.

CUm cognatos tuos nondum postliminio regressos affirmes, sed adhuc in rebus esse humanis, & bona eorum fraudibus diversæ partis dissipari: interpellatus Rector provinciæ providebit [21] eum sub observatione [consueta] constituere, qui stipulante servo publico satis idonee dederit. PP. 5. Kal. Sept. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO CONSS. 287.

De hereditate.

4. Iidem AA. & CC. Hermogeni, & aliis.

NEc nos præteriit, hereditatem [22] ejus, quam incognitum erat ab hostibus interfectam, an captam esse, a filio adiri non potuisse, quoniam eorum bona, qui in hostium potestatem rediguntur, eo demum tempore successionis [23] jure acquiri possunt, cum captos apud hostes mortuos esse cognoscitur. Nec super facultatibus ejus, cujus [24] incerta vita ac fortuna fuit, transigi [25] vel judicari [26] potuit. Unde postea quam apud hostes materteram vestram fati munus implesse innotuit: tunc vobis licentia permittitur agnoscendæ per bonorum possessionem [27] successionis, non officientibus enim [his] quæ perperam gesta sunt, si priorem gradum obtinetis, successionis compendium [28] ad vos pertinet. PP. 5. Kalend. Jun. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De tradito a Barbaris.

5. Iidem AA. & CC. Ursæ.

CUm non redemptum ab hostibus filium tuum, sed sine [ullo] contractu [29] traditum [30] a Barbaris Præfecto [31] legionis dicas, postliminii jus locum habuit: & illico ingenuitati suæ reddi eum Præses provinciæ jubebit. PP. 16. Kal. Jun. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De redemptis ab hostibus.

6. Iidem AA. & CC. Justo.

CUm & postliminii jus, & communis [32] utilitatis ratio exigat, ut si qui captos ab hostibus redemerint, accepto [33] pretio redemptos suæ ingenuitati restituant: proponasque redemptorem tuum noluisse [34] oblatum pretium a te, vel ab alio recipere: Præses provinciæ efficaci instantia compellet eum legibus obtemperare, & percepto eo, quod pretii nomine dependitur, status securitatem [35] non inquietare. PP. Kalend. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De puella redempta, & prostituta.

7. Iidem AA. & CC. Claudio.

FOedissimæ mulieris nequitia permovemur. Cum igitur filiam tuam ab hostibus captam, ac prostitutam [36] ab ea, quæ eam redemerat, ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac servandam natalium honestatem ad te confugisse [37] proponas: Præses provinciæ, si filiæ tuæ supradictam injuriam ab ea, quæ sciebat ingenuam esse, inflictam cognoverit: cum hujuscemodi persona indigna sit pretium recipere, propter odium [38] detestabilis quæstus [39]: etiamsi pretium compensatum non est, ex necessitate miserabili custodita ingenuitate natæ tuæ adversus flagitiosæ mulieris turpitudinem tutam eam, defensamque præstabit. PP. 3. Non. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De natis ex redempta.

8. Iidem AA. & CC. Matronæ.

PRæses provinciæ, ne ulterius in servitutis jugo detinearis, curæ habebit, qui pro solertia sua parum ignorat filiorum tuorum statum tueri, quos posteaquam [40], redempta es, enixam te esse significas: cum eos, qui post redemptionem nascuntur, ne pignoris [41] quidem vinculo ob pretium, quod pro his datum non est, teneri, nullis auctoribus visum est. PP. 5. Id. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

An filius reversus succedat patri.

9. Iidem AA. & CC. Gregorio.

CAptum ab hostibus filium, patre mortuo medio tempore lex Cornelia reversum [42], si in potestate patris tempore, quo capiebatur, fuit, suum facit heredem, unde sive ex testamento [43] ad te, sive [ab] intestato [44] successionem patris tui pertinere apud præsidem provinciæ probaveris: restitui tibi res hereditarias jubebit, si non tantum, postquam reversus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere faciat. PP. 5. Id. April. AA. CONSS.

De servo reverso ab hostibus.

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

SIcut liberis captis ab hostibus, ac postliminio reversis status pristinus restituitur, sic servi [45] domino. Unde, si hæc cujus meministi, ancilla patris tui fuit, nec commercio redempta [46] est: reversa dominum, vel ejus sequitur successorem, qui per captivitatem hanc amiserat. S. 3. Kal. Maji, *Hadrianopoli*, AA. CONSS.

De redempto, & gratis dimisso.

11. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI liberum captum te ab hostibus commercio [47] redemit Sabinus, & eum vinculum pignoris [48] superstitem remisisse [49] tibi probetur: non libertus effectus, sed ingenuitati, quam amiseras, restitutus, nullum filiis ejus obsequium debes. S. 15. Kal. Jan. AA. CONSS.

De liberatis virtute militum.

12. Iidem AA. & CC. Quintianæ.

AB hostibus capti, non commercio [50] redempti, sed virtute [51] militum nostrorum liberati, illico statum, quem captivitatis casu amiserant, recipiunt: servi [52] autem dominis suis restituentur. Receptos enim eos, non

1 *l. 17. supr. de collationib.* 2 Vid. quæ notavi ad *l. 2. supr. h. t. l. 1. §. 3. ff. si quis a par. manumiss.* 3 Brevem manumittendi formulam exprimit. Harm. 1. *tit.* 7. ὅτι τὸν δὲ ποιῶ αὐτεξούσιον (Theophilus in §. διαλύει, *Instit. quib. mod. jus patr. potest.* legit ἐμαγκίπατον καὶ τῆς αὐτοῦ (Theophilus ἐμαυτοῦ) ἀφίημι χειρὸς, id est, Hunc sui juris esse patior meaque manu mitto.

4 *L. 8. Cod. Theod. 7. & 31. Eclog. 3.* Ingratitudinis ob causam liberi in potestatem parentum revertuntur, adde *Novell.* 115. *c.* 3. ubi de exheredandis justa de causa liberis agitur: de ingratitudine dixi ad *Novell. Leon.* 25. 5 *l. 1. C. Th. h. t.* 6 Antiquæ: puta Romuli, dixi ad *leg.* 12. *Tabularum lib.* 2. *tit.* 27. §. 7. ubi hoc addendum est, *Diveis parentum sacrum fieri*, nihil aliud esse, quam in sacra & potestatem parentum reverti: ut filius ita reversus a parente impune possit occidi, videlicet si manus impias ei intulerit.

7 *l. 9. 10. 14. 18. 19. ℑ. h. t.* post captivitatem regressis *l. 6. C. Th. 5.* Paulo plenius explicatur hic tit. a Græcis 34. *Ecl.* 1. περὶ αἰχμαλώτων recte de captivis dicitur: nam transfugæ postliminium non habent. *l. 9. §. 4. ff. h. t.* δούλων (hi etiam postliminio redeunt. Fest. in Postliminio, *l. 8. infr. h. t.*) τε καὶ ἐλευθέρων καὶ περὶ ὑποστροφῆς αὐτῶν καὶ περὶ παίδων (huc pertinet, *l. 1. infr. h. t.*) αὐτῶν καὶ (δικῶν) huc pertinet *lex* 3. 4. *infr. h. t.* Est & titulus *ff. de captivis & de postliminio, & redemptis ab hostibus l. 49. D. 15.* 8 *l. 2. 6. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 20.* adde & traditis ab hostibus. *l. 5. ℑ. h. t.* liberatis virtute militum. *l. 12. infr. h. t.* 9 Ex duobus captivis natus, ambobus parentibus reversis liber intelligitur, *ut hic.* ex *Novell. Leonis* 36. sive non revertantur parentes, sive unus tantum revertatur, liber intelligitur & heres parentum.
10 Imo sufficit, ut unus redierit. *l. 16. ℑ. h. t.* 11 Quæ capta non est, postliminium non habet. *l. 9. ff. h. t.* 12 *l. 16. infr. l. 9. 26. ff. h. t. l. 6. ff. de statuliber.*
13 *Synops. Basil.* 34. *tit.* 2. *c.* 1. 14 Sic lege Francica in hostem bannitus, hoc est ad delectum vocatus & in veniendo contumax, plenum *heribannum*, hoc est, 60. solidos persolvere cogebatur: si eam summam solvere non poterat, semetipsum *pro vuadio*, hoc est, pignore in servitium principis tradebat, donec tandem eam summam persolvisset. Quod si is homo in tali servitio moriebatur, hereditatem defuncti non amittebat, sed nec libertatem, nec denique ipsi banno fiebat obnoxius. 4. *legum Francicarum*, *c.* 71. *de libero homine in hostem bannito.*
15 Redemptus non est servus redimentis, sed pignoris est tantum loco, donec redimatur. vid. *l. 15. 21. ff. h. t.* An & ejus liberi? non sunt pignori. *l. 8. ℑ. h. t.* 16 Vid. *l. 2. ff. de lib. homin. exhib.* 17 Pretio redemptionis donato redemptus libertatem consequitur, *ut hic, & l. 11. infr. h. t.* 18 Redemptus redemptori naturalis pignoris loco.
19 Natus ex ingenuo, & redemptus ab hostibus ingenuus est. 20 Redempta redemptori potest nubere, vid. *l. 13. infr. h. t.* 34. *Eclog.* 2. *c.* 1. 21 Id est, curatorem, de curatore dando bonis capti, adde *l. 15. ff. ex quib. causis major. l. 6. in fin. ff. de tutel. l. 6. in fin. ff. quib. ex caus. in possess.* adde Hotom. *consil.* 6. 22 Incertus de morte captivi ab intestato succedere, transigere, vel judicio de ejus bonis experiri non potest. 23 De successione adde *l. 19. l. 32. ff. de adqu. vel amitt. possess.* 24 De viventis hereditate sententia ferri non potest, *ut hic*, sed nec de ea pacisci licet, & transigere, *ut hic*, *l. 2. §. 2. ff. de vulgar. & pupill. l. 1. §. 21. ff. de collat. l. ult. ß. de pact.* (Senec. 96. *epist. si vultur es, cadaver expecta.*) nec donare eandem. *l. 2. ff. de his, quæ ut indign.* 25 De transactione.
26 De sententia. 27 Vid. *l. 1. §. 9. ff. de secund. tab.* 28 Itaque ideo gratis.
29 Cum hoste contractus iniri potest. adde *l. 5. in fin. D. de pactis. l. 21. D. de negotiis.*
30 Sine stipulatione pretii, sine commercio. *l. 17. infr. h. t.* 31 Præfectus legionis.
32 Utilitas ac necessitas postliminii, *l. 19. ff. h. t.* 33 Vid. *l. 17. ℑ. h. t.* adde *l. 2. ß. h. t.*
34 Redemptor oblatum a redempto pretium invitus accipere cogitur. 35 Securitas status. 36 Qui redemptam prostituit, pretium jusque pignoris amittit. adde *l. 12. supr. de episc. aud.* 34. *Eclog.* 2. *c.* 6. 37 Redempta a redemptore prostituta, justam fugiendi rationem habet. 38 *Novell.* 14. *in princ.* 39 Lenocinii quæstus detestabilis.
40 Nati ex redempta liberi sunt, ideoque ne pignoris quidem loco a redemptore possunt retineri *hic*, ut & ipsi redempti. *l. 2. supr. h. t. l. 15. ff. h. t.* 41 Ratio dubitandi ex *d. l. 2. l. 15.* 42 Reversus fingitur nunquam captus. 43 Vid. Paul. 3. *sent.* 4. §. 8. 44 *l. 14. infr. h. t.* §. 4. *Instit. de hered. ab intest.* 45 Etiam servi postliminii jus habent, *ut hic*, *l. 12. vers. servi. infr. h. t.* Fest. *in postliminium:* dixi quoque *in epigraphe.* 46 *l. 11. 12. & 16. infr. h. t.* 47 *l. 17. infr. h. t.* adde quæ scripsi ad *l. 12. §. 7. ff. h. t.* 48 De quo *l. 2. supr. & l. 15. ff. h. t.*
49 *l. 2. supr. h. t.* 50 Captivi, recepti ab hoste virtute militari & citra pretium, recipientis non fiunt servi: fiunt liberi. Si qui tamen servi recepti sint, dominis suis restituendi, *ut hic. Synops. Basil.* 34. *tit.* 2. *c.* 11. vide *l. 10. supr. h. t.* adde quæ scripsi ad *l. 12. §. 17. ff. h. t.* 51 Id est, fortitudine. *l. 21. vers. quod si. ff. h. t.* 52 Vide *l. 10. supr. h. t.*

captos judicare debemus: & militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. S. 5. Kal. Januar. AA. CONSS.

Si redempta redemptori nubat.

13. Iidem AA. & CC. Quartinæ.

SI is [1], qui te ab hostibus ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio [2] conjunxit: dignitate [3] nuptiarum, & voto futuræ justæ sobolis, vinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos rationis est. S. 5. Id. Martii, CC. CONSS.

An filia reversa succedat matri.

14. Iidem AA. & CC. Severæ.

JUs postliminii filiam (rebus humanis exempta matre, dum in servitutis ipsa necessitate per captivitatis causam fuit) eventus purgato vigore, ad ejus legitimam [4] invitat hereditatem; nec tibi medii temporis fortuna, quominus res maternas successione quæsitas persequi possis, injuriam fieri patimur. S. 16. Kal. April. CC. CONSS.

De redemptis ab hostibus.

15. Iidem AA. & CC. Macrotraulo [5].

IS, qui liber constitutus captus ab hostibus commercio [6] redimitur, etiam [7] antequam restituatur, pro eo data pecunia, successionis [8] jura sibi vindicare favore ingenuitatis potest: ut ex ea possit pretium pro se datum exolvere.

De natis ex redempta.

16. Iidem AA. & CC. Basilidæ.

COmmercio [9] redemptæ [10] fœminæ filios, licet ex servo medio susceptos tempore, origini ingenuitatis matris, juxta ea quæ benigne placuerunt, reddi convenit. S. 5. Kal. Septembr. Viminacii, AA. CONSS.

An redemptus debeat pretium emptori.

17. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

LIber [11] captus ab hostibus, & commercio redemptus, tunc demum, cum [12] pretium solverit, vel ei hoc, qualicunque remittatur judicio [13], statum pristinum recipit: quo genere matre [14] filium redimente, cum hujusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit: ita ut [a] civilium obsequio munerum propter casum præteritum [filius] non excusetur. Pro [15] pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere ac de pretio quicquam tractare non convenit: dotem tamen ab eo debitam jure concesso reddi postulas. S. 3. Kal. Novembr. * *Devellio*, CC. CONSS.

De actionibus quæ competunt reversis.

18. Iidem AA. & CC. Trypliniano.

AB hostibus captis ac postliminio reversis, pro hujusmodi casu amissa [16], quæ in eadem causa quidem durant, omnimodo directa: quæ vero per usucapionem, vel liberationem ex bonis subtracta, vel non utendo finita esse videntur, intra annum utilem experientibus actione rescissoria [17] restituuntur. PP. 12. Kal. Decembr. CC. CONSS.

Quibus competit jus postliminii.

19. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS AAA. ad Severinum Ducem.

SI [18], quos forte necessitas captivitatis abduxit: sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare [se] debere: recepturos [19] jure postliminii ea, quæ in agris, vel mancipiis, [seu aliis rebus] ante tenuerunt, etsi a fisco nostro possideantur. Nec timeat quisquam alicujus contradictionis moram: cum hoc solum requirendum sit, utrum [forsitan] aliquis cum barbaris voluntate [20] fuerit, an coactus. Dat. 5. Kalend. Jul. *Romæ* [21], GRATIAN. A. V. & DAGALAIFO CONSS. 366.

De redemptis ab hostibus.

20. Impp. HONORIUS, & THEODOSIUS AA. Theodoro P.P.

DIversarum [22] homines provinciarum cujuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captivitatis necessitate transvexerat, invitos [23] nemo retineat: sed ad propria [24] redire cupientibus libera sit facultas (quibus si quicquam in [25] usum vestium vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio:) exceptis his quos barbaris vendentibus emptos [26] esse docebitur: a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem: decet redemptos, aut [27] datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennii [28], vicem referre beneficii, habituros incolumem (si in ea nati sunt) libertatem. Reddantur igitur ædibus [29] propriis sub moderatione quam jussimus: quibus jure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servanda sunt. Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, conductor procuratorque dari [30] se metallis cum pœna deportationis non ambigat: sin vero possessionis dominus, rem suam [a] fisco noverit vindicandam, seque deportandum, & ut facilis executio perveniat, Christianos [31] proximorum locorum volumus hujusmodi rei sollicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis, sciant legis nostræ auxilium deferendum: ita ut noverint rectores universi decem libras auri a se, & tantundem a suis apparitoribus exigendum, si præceptum [nostrum] neglexerint. Dat. 3. Id. Decembr. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOS. III. AA. CONSS. 409.

TIT. LII.

DE INFANTIBUS [32] EXPOSITIS [33] LIBERIS ET SERVIS, ET DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS [34] NUTRIENDOS ACCEPERUNT.

Partus ancillæ domino ignorante expositus, repeti potest, ad expensas tamen restituendas tenetur, nisi sint facta a fure. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Claudio.

SI invito [35] vel ignorante te partus ancillæ, vel adscriptitiæ [36] tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio ejus, (si non a fure [37] vindicaveris) ita fiet, ut si qua in [38] alendo eo vel forte ad discendum artificium [39] juste consumpta fuerint, restituas [40]. PP. 3. Kal. Jun. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Exponens sobolem propriam quam nutrire tenetur, venit puniendus: nec dominus recuperat servum quem exposuit. Salic.

2. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. ad Probum P.P.

UNusquisque sobolem [41] suam nutriat. Quod si exponendam putaverit [42], animadversioni quæ constituta est, subjacebit. Sed nec [43] dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab [ipsis] expositos [44] quodammodo ad [45] mortem voluntas [46] misericordiæ amica collegerit: nec enim suum [47] [quis] dicere poterit, quem pereuntem contempsit [48]. Dat. 4. Non. Mart. GRATIAN. A. III. & EQUITIO CONSS. 374.

Expositi cujuscunque conditionis per exponentem non possunt vindicari, nec per colligentes possunt ut servi vel libertini retineri: sed ingenui intelliguntur. Salic.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P.P.

SAncimus nemini licere, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus; expositus sit: eum puerum in suum dominium [49] vindicare, sive nomine dominii, sive adscriptitiæ, sive colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos [50] sustulerunt, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione [ita] eos tollere, & educationem eorum procurare, sive masculi sint, sive fœminæ, ut eos vel loco servorum, aut loco libertorum, vel colonorum, aut adscriptitiorum habeant: sed nullo discrimine habito, hi qui ab hujusmodi

1 Qui ab hostibus captam redemit: & cum ea tanquam uxore, congressus est, cum videatur, eo quod ipsam insuper uxorem assumpsit, pretium ei ac velut pignoris vinculum remisisse, efficit proculdubio, ut & ipsa pristinis restituatur natalibus & ex ea suscepti liberi legitimi sint atque ingenui. 1. Harm. 13. §. 31. & 4. *tit.* 5. §. *ult.* 2 Redemptor nuptiis cum redempta contractis, tacite eam liberat nexu pignoris. 3 Id fit præsumptione quadam. Sic Græci, ὡς προλήψει δοκῶν αὐτῇ συγχωρεῖν τὸ τίμημα. adde *l.* 2. *in fin. supr. h.t.* adde 34. *Ecl.* 1. *c.* 18. & *Schol. ibid.* 4 Reversus ab hostibus, matri succedit. v. *l.* 9. ℥. & *l.* 15. *infr. h.t.* 5 Mucatraulo, Cujac. *ad l.* 4. *infr. de jure fisci.* 6 Vide *l.* 10. *in fin. supr. h.t.* 7 Ratio dubitandi. 8 Redempti succedunt. vide *l.* 9. *supr. h.t.* 9 *l.* 10. *in fin. l.* 11. *l.* 12. *l.* 15. *supr. h.t.* 10 Matre redempta, natus in captivitate fit liber, *ut hic*, & ex *Nov. Leon.* 36. etiamsi non revertatur. 11 Redemptus ab hostibus non fit servus redimentis, sed pignoris tantum jure ei tenetur. 1. Harm. 18. §. 33. 12 Vide *l.* 2. *supr.* & *l.* 12. §. 7. §. 14. *ff. h.t.* 13 *Indicio*, Cujacius *Novell.* 22. dixi de hac lectione *ad l.* 21. *supr. familiæ erc̃isc.* 14 A matre redemptus, nullum matri debet redemptionis pretium. 15 Donatio quandoque præsumitur ratione proximitatis & adfinitatis. vide Alciat. 1. *præsumpt.* 32. adde quæ dixi ad *l.* 11. *supr. de negotiis.* 16 Absentes captivi reversi res amissas recuperant directo: usurpatas actione rescissoria, *ut hic.* 17 Rescissoria actio datur absentibus reipublicæ causa. *l.* 24. *in fin. supr. de rei vind. l.* 2. §. 1. *ff. quibus ex caus. major. l.* 82. §. 1. *ff. de leg.* 1. 18 *l.* 1. *C. Theod. h.t.* 19 *l.* 5. *ff. h.t.* 20 Et ita fuerit transfuga. Transfugæ nullum jus postliminii competit. *l.* 19. §. 4. *l.* 20. *ff. h.t.* 21 Remis, *d. l.* 1. *C. Theod. h.t.* 22 *l.* 2. *C. Th. h.t.* 23 *l.* 11. *supr. de episc. aud.* 24 Id est, ad suas & proprias ædes. *infr. h.t.* 25 Quod ab hostibus reverenti in usum vestium aut alimentorum datur, non repetitur. 26 Expensas factas circa hominem a Barbaris redemptum repetimus. 27 Quousque redempti redemptori obligentur. 28 Redempti ab hostibus redemptori pretium reddere debent, aut quinquennium servire, *ut hic.* 34. *Ecl.* 2. *c.* 18. Harm. 1. *tit. ult.* §. 27. Idem tamen §. 33. triennii meminit tantum, non quinquennii. 29 Sedibus, *d. l.* 2. *C. Theod. h.t.* 30 *Dari metallis*, est ad metallum damnari. 31 Vide *l.* 11. *supr. de episc. aud.* 32 Expositi plerique magna regna, vel Imperia condidere. Hujusmodi sane fuit Moses 2. *Exod.* 3. talis Cyrus *Justin.* 1. talis Romulus *Livius* 1. Ille Judæorum: alter Persarum: postremus Romanorum imperii auctor. Talis etiam Semiramis Assyriaci imperii fundatrix: & si veri historici, a columbis nutrita. Diodor. 2. ut Romulus a lupa, Livius 1. Cyrus a cane, *Justin.* 1. 33 *L.* 5. *C. Theod.* 7. & *l.* 4. *ff. de lib. agnosc. l.* 1. §. 2. *ff. de juris & facti.* περὶ νηπίων ἐκτιθεμένων ἤτοι ῥιπτομένων. 33. *Eclog.* 2. Expositus dicitur etiam ἀπεῤῥιμμένος 1. Harm. *ult.* §. 30. quasi neglectus, adde *Novell.* 54. περὶ τῶν χαμαιρριπτῶν βρεφῶν. & 5. *extrav.* 11. dicuntur & θρέπτοι. Plinius ad Trajanum: *Magna quæstio est de conditione & alimentis eorum, quos θρέπτους vocant.* adde quæ scripsi ad Festum in voce *Larentalia* & voce *Nutricius.* 34 *Sanguinolentos emptos, vel nutriendos &c. C. Theod. h.t.* sanguinolentos, id est, recens natos, *l.* 1. *in fin. C. Th. h.t.* de quibus dixi ad *l.* 1. *supr. de patrib. qui filios distraxerunt.* Goth. A quibus expositi infantes alii & suscipi debent. Vide Censur. for. nostr. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 7. De exponentium pœna vide Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas.* 396. Cujac. *lib.* 16. *obs.* 36. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 83. *n.* 7. *S. L.* 35 Quid si te volente? dominium amittis. *l.* 2. ℑ. *h.t.* 36 Partum adscriptitiæ expositum dominus vindicare potest. 37 Fur expensas non deducit. 38 *l.* 16. *supr. de nupt. l.* 4. §. 9. *ff. de doli mali & met.* ob præstita alimenta, corpus educati retineri potest. Hæc conditio est bene depensi. vide Forner. 2. *select.* 34. 39 Eruditionis, artificii, atque disciplinarum expensæ condicuntur. 40 Quid si dominus aliud solvere non potest? non restituet, melius erit possessorem carere sua pecunia, quam dominum suo servo. Nihil etiam hic est, quod tollat possessor, quia eruditio avelli non potest: est enim habitus ἀναγκαιότερος. *l.* 27. *in fin. ff. de rei vind.* Duo sunt tamen casus quibus impensæ deductio est, etiamsi aliunde dominus solvere non possit: unus, si institutum dominus mox venditurus sit, & plus pretii laturus propter eruditionem. *l.* 29. *l.* 38. *in fin. ff. de rei vind.* alter, si sciente domino eruditus sit. *l.* 30. *ff. d. tit.* Quid, si fructus pueri petuntur? compensantur cum hujusmodi expensis: Operarum autem æstimatio incipit esse *quinto* anno. *l.* 32. *ff. de rei vind. l. ult. ff. de oper. serv. l.* 37. *ff. de oper. libert.* adde Cujac. 9. *ob.* 38. 41 33. *Eclog.* 2. *cap.* 2. 42 Pater, *ut hic*, dominus, patronus, *vers. sed nec dominis vel patronis.* ℑ. *h.t.* liberos, servos, libertos exponentes, jus potestatis amittunt: adde *Nov.* 153. *c.* 1. & *c. un. extr. h.t.* 43 *l.* 2. *C. Theod. h.t.* 44 Tales fiunt Latini ex Claudii constitutione. vide *l.* 2. *ff. qui sine manum.* cives Romani, ex constitutione Justin. *l. ult. supr. de bon. lib.* vid. *l. un.* §. 3. *supr. de Lat. libert. toll.* adde *l.* 4. ℥. *de oper. lib.* 45 Expositi ad mortem quodammodo expositi. *l.* 3. *vers. neque.* ℑ. *h.t.* quod Græcis χυτρίζειν. 46 Voluntas amica misericordiæ. 47 Suum nemo dicere potest, quem pereuntem contemnit. 48 *Si modo testes episcopalis* (ita legendum non *episcopales*) *subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitus ad securitatem possit esse cunctatio. d. l.* 2. *C. Th. h.t.* id est, ut Annianus interpretatur: si contestationi de collectione ejus, episcopus & clerici subscripserint, ut merito possimus dicere, *d. l.* 2. intelligi, Vasensis Concilii *c.* 9. ut secundum statuta piissimorum Augustorum quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur. 49 Expositus, exponentis servus, adscriptitius, colonus, *ut hic*, aut libertus non est, *h.t. ibi locu libert.* 50 Expositum qui nutrit, servum,

homi-

hominibus educati ſunt, liberi [1], & ingenui appareant, & [2] ſibi acquirant, & in poſteritatem ſuam, vel in extraneos heredes [3] omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant, nulla macula [4] ſervitutis, vel adſcriptitiæ, aut colonariæ conditionis imbuti, nec quaſi patronatus jura in rebus eorum his, qui eos ſuſceperint, prætendere concedimus: ſed in omnem terram quæ [5] Romanæ ditioni ſuppoſita eſt, hoc obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio infantes abjecerunt, & mortis [6] forte ſpem circa eos habuerunt, incertos conſtitutos, ſi qui eos ſuſceperint, hos iterum ad ſe revocare conari, & ſervili [7] neceſſitati ſubjugare. Neque hi, qui eos pietatis ratione ſuadente ſuſtulerint [8], ferendi ſunt denuo ſuam mutantes [9] ſententiam & in ſervitutem eos retrahentes, licet ab initio [10] hujusmodi cogitationem habentes ad hoc proſiluerint: ne videantur quaſi mercimonio [11] contracto ita pietatis officium gerere. Hæc obſervantibus, tam viris clariſſimis præſidibus provinciarum, quam viris religioſiſſimis Epiſcopis [12], necnon officiis præſidalibus, & patribus, & defenſoribus civitatum, & omni civili auxilio. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

In AUTHENT. conſtit. quæ ex adſcript. §. 1. col. 5. tit. 9. al. 8. Novell. 54. cap. 1.

Antiqua lex erat, quæ dicebat ex perſona libera, & altera adſcriptitia natos, adſcriptitiam ſequi conditionem: quod per Juſtinianum ad jus commune liberi ventris redactum eſt.

4. [13] Imp. JUSTINIANUS. *

Sancimus [14] ut quoscunque, vel in eccleſiis, vel in vicis, vel aliis locis abjectos conſtiterit, ii modis omnibus liberi ſint: etiamſi certam quandam probationem petitor habeat, qua oſtendat ejusmodi perſonam ad ſuum pertinere dominium. Nam ſi legibus noſtris [15] ſtatutum eſt, ut ſervi ægrotantes a dominis neglecti, & qui velut deſperata eorum valetudine poſſeſſorum curatione digni non cenſentur, omnino in libertatem abripiantur: quonam pacto in ipſis vitæ primordiis aliorum hominum pietati relictos, & ab eis educatos, in ſervitutem iniquam pertrahi patiamur? Enimvero liberos eſſe ſancimus, ne illis quidem, qui hæc faciunt, irrogandas ex legibus noſtris pœnas effugientibus; velut omni refertis inhumanitate, & crudelitate, quæ tanto quovis homicidio pejor eſt, quanto miſerioribus eam inferunt.

TIT. LIII.

QUÆ [16] SIT LONGA [17] CONSUETUDO [18].

Conſuetudo loci probata debet ſervari, & ratio conſuetudinis debet attendi. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Apro.

Præſes [19] provinciæ probatis his [20], quæ in oppido [21] frequenter [22] in [23] eodem controverſiarum genere ſervata ſunt, cauſa cognita ſtatuet. Nam & conſuetudo præcedens & ratio [24], quæ conſuetudinem ſuaſit, cuſtodienda [25] eſt. Et ne quid contra [26] longam conſuetudinem fiat, ad ſolicitudinem ſuam revocabit Præſes [27] provinciæ. PP. 6. Kalend. April. JULIANO II. & CRISPO CONSS. 225.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Proculum [28].

Conſuetudinis [29] uſusque longævi non vilis auctoritas [30] eſt: verum non usque adeo ſui valitura momento, ut aut rationem [31] vincat, aut legem [32]. Dat. 7. Kal. Maji, CONSTANTINO. PP. A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

Conſuetudo legem imitatur, & pro lege ſervatur. Salic.

3. Imp. LEO, & ANTHEMIUS AA. Alexandro.

Leges quoque ipſas antiquitus probata [33] & ſervatæ tenaciter [34] conſuetudo imitatur [35], & retinet [36]: & quod officiis, Curiis, Civitatibus, Principiis [37], vel Collegiis præſtitutum fuiſſe cognoſcitur, perpetuæ legis vicem obtinere ſtatuimus. Dat. 7. Id. Sept. MARTIANO, & ZENONE CONSS. 469.

TIT. LIV.

DE DONATIONIBUS [38].

De traditione inſtrumentorum.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Lucio.

Emptionum mancipiorum inſtrumentis [39] donatis, & traditis, & ipſorum mancipiorum donationem [40], & traditionem factam intelligis: & ideo potes adverſus donatorem in rem actionem exercere. PP. 5. Kal. Jul. FAUSTINO, & RUFINO CONSS. 211.

De actionibus.

2. Imp. GORDIANUS A. Leonidæ.

Si nominis [41] perſecutionem in te emancipatam pater tuus titulo donationis transtulit [42], fruſtra prætendit, qui debitori tuo heres extitit, conſenſum [43] fuiſſe debitoris neceſſarium: cum ſatis fuerit actiones eo [44] nomine tibi mandatas fuiſſe. PP. 2. Id. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De ſpe futuræ actionis.

3. Imp. DECIUS A. Marcellino.

Spem [45] futuræ actionis plena intercedente donatoris voluntate poſſe transferri non immerito placuit. PP. Non. Mart. DECIO A. I. & GRATO CONSS. 251.

De functionibus, exactionibus vel tributis.

4. Imp. PROBUS A. Marſiæ.

Si functiones [46], [exactiones, vel tributa] per eum, cui donata res non erat, vel ab actoribus ipſius nomine celebratæ ſunt, tibi obeſſe non poteſt. PP. 5. Kal. Jan. MESSALA, & GRATO CONSS. 280.

De ultima voluntate.

5. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Flacconillæ.

Si donatio per epiſtolam [47] facta non apparet: verba tamen teſtamenti, quibus liberalitas teſtatricis confirmata eſt, fideicommiſſum continere non ambigitur. PP. 6. Kal. Febr. *Romæ*, CARINO II. & NUMERIANO CONSS. 284.

De abſentibus.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Chriſtianæ.

Nec ambigi oportet, donationes etiam inter [48] abſentes (& maxime ſi ex voluntate donantium poſſeſſiones, hi, quibus donatum eſt, nanciſcantur) validas eſſe. PP. 3. Id. Febr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De cenſuali profeſſione.

7. Iidem AA. & CC. Julio.

Cenſualis [49] quidem profeſſio [50] domino præjudicare non ſolet [51]. Sed ſi in cenſum, velut ſua mancipia deferenti privigno tuo conſenſiſti [52], donationem in eum contuliſſe videris. PP. Id. Jul. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

8. Iidem AA. & CC. Floræ.

Si præſes provinciæ non [53] donandi voluntate filiorum tuorum nomine prædia in [54] cenſum detuliſſe te manifeſtis probationibus cognoverit, quod fides veri ſuggeſſerit, id ſtatuet. PP. 8. Id. Sept. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De lege donationis.

9. Iidem AA. & CC. Auguſtianæ.

Legem [55], quam rebus tuis donando dixiſti, ſive ſtipulatione tibi proſpexiſti, ex ſtipulatu, ſive non: incerto [56] judicio id eſt, præſcriptis [57] verbis, apud Præſidem provinciæ debes agere, ut hanc impleri provideat. PP. 16. Kal. Maji, AA. CONSS.

colonum, aut libertum non facit. 1 Expoſiti liberi & ingenui. 2 Fructus libertatis. 3 Vide *l.* 8. *l.* 11. *ſupr. commun. de ſucceſſionibus.* 4 Maculæ contrariæ libertati. 5 Extra territorium ſtatuta non obligant. *l. ult. ff. de juriſdict. l.* 1. *ſupr. ſi a non competente.* 6 Dixi ad *l.* 2. *ſupr. eod.* 7 Neceſſitas ſervandi. 8 Piam ſententiam mutare non licet. 9 Id eſt, aluerint. Alimentorum cauſa veritati non officit. *l.* 10. *ff. de his qui ſui vel al. jur.* 10 Tametſi in quibusdam negotiis initium ſpectetur & voluntas gerentis. 11 Gratuita mercedem non admittunt. 12 Vide *l.* 24. *ſupr. de epiſcopali audientia, &* 2. Harm. 18. §. 26. 13 Sumpta *ex* 33. *Eclog.* 2. *cap.* 4. 1. Harm. *ult. in fin.* 14 Leunclavii interpretatio. 15 *l. unic.* §. 3. *ſupr. de Latina libertate.*

16 De longa conſuetudine & quam vim habeat, adde *L.* 5. *Cod. Theod. ultim. & L.* 1. *D.* 3. *&* §. 9. *Inſt. de jur. nat.* Ulp. 1. §. 4. 1. Harm. 1. *c.* περὶ ἔθ. adde 2. *Eclog.* 1. *cap.* περὶ νόμυ καὶ μακρᾶς συνηθείας. adde *l. ult. ſupr. de emancip.* de vi conſuetudinis plura dixi 2. *feudorum* 1.

17 *l.* 35. *ff. de legibus.* Ulp. 1. §. 4. vetus, *l. Imperatores.* 13. §. 1. *in fin. ff. de pollicitat.* antiqua, vetuſtiſſima, *l.* 9. J. *de jure fiſci. l. ult.* J. *de privilegiis ſcholarum. lib.* 12. *tit.* 30. inveterata, *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* diuturna, *l.* 33. *ibid.* uſus longævus, *l.* 2. J. *h. t.* παλαιά. Harm. *d. loco.* μακρὰ συνήθεια. *Eclog. d. loco.* 18 Conſuetudo quid eſt? Jus moribus conſtitutum, judicio populi receptum, ac ſine ullo ſcripto probatum rebus ipſis & facto ſeu tacito conſenſu. *l.* 32. *ff. de legibus:* Id quod ſine lege vetuſtas comprobavit. Cic. *de inventione.* 19 *Eclog. d. loco, c.* 43. Harm. *d. loco.* 20 Finge hoc proponi, in judicio communi omnium uſu hoc ſervari, ut ad unius libræ exactionem duo ſatis ſint teſtes, ut ne jurejurando ſe adſtringant præſides & præſules, ut ne jurati ſint teſtes, neve a loco domicilii ſui ferendi teſtimonii cauſa pertrahantur: cujusmodi exempla proponit Scholiaſtes apud Harm. 1. *tit.* §. 43. *&* 44. adde aliud exemplum ex *Novell.* 123. *cap.* 3. *verſ. pro conſuetudin. & l. ſi non ſpecial.* 9. *ſupr. de teſtamentis.* 21 In quo agitur ſcilicet: alias extranea conſuetudo non probat. 22 Non omnis uſus, ſed frequens conſuetudinem facit. 23 Argumentari a conſuetudine non licet in caſu extraneo. vide Everardum *Topicis loco a ſolitis.* 567. 24 Conſuetudo non eſt ſine ratione: adeo ut ab errore ducta conſuetudo, nec in ſimilibus obtineat, *l.* 39. *ff. de legib.* Ideoque a Tertulliano *lib. de corona,* conſuetudo rationis interpres dicitur. 25 Conſuetudo ſervanda. vide *l.* 3. J. *h. t.* 26 Adverſus conſuetudinem non eſt judicandum. 27 Præſes conſuetudinis cuſtos. 28 *Proconſ. Afr.* 29 *c. conſuetudinis.* 4. *diſtinct.* 11. *Synopſ. Baſil.* 1. *tit.* 1. *cap.* 45. 30 Auctoritas conſuetudinis, non vilis. *l.* 36. *ff. de legibus.* Gothofred. Vide Foreatulu[m] ... *cyomant. dialog.* 1. & Vitalem *lib.* 2. *var. lect. c.* 28. Mod. 31 Conſuetudo rationem non vincit aut legem, *Ecl.* & Harm. *d. l.* 32 *Eclog.* Harm. *d. loco. l.* 33. *ff. de legib.* Imo uſus ac mores Romanas leges ſuperant: 2. *Feudor.* 1. *verſ. legum. l.* 32. §. 1. *ff. de legibus.* Solve, ſpecialis conſuetudo generalem legem tollere non poteſt, *ut hic.* ſpecialem poteſt. *d. l.* 32. *l.* 13. *ff. communia præd.* generalis generalem poteſt. *d. l.* 32. 33 Conſuetudo maxime dicenda eſt, quæ antiquitus probata & ſervata tenaciter. 34 Præſertim aliquo contradictorio. *l.* 34. *ff. de legib.* & eodem caſu. *l.* 37. *ff. de legibus,* per annos plurimos. *l.* 37. *ff. de legib.* 35 Conſuetudo legem imitatur, pro lege obſervatur. *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* pro lege & jure cuſtoditur. *l.* 33. *ff. de leg.* pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. Tertull. *lib. de Corona.* vim legis, *l.* 38. *ff. de legib.* vim perpetuæ legis obtinet. J. *eod.* τάξιν ἔχει νόμυ. *Eclog. d. loco.* ἀντὶ νόμυ φυλάττεται. Harm. *d. loco.*

36 Conſuetudo legem retinet, id eſt, impedit quominus deſueſcat, *ut hic,* ejusdem interpres optima. *l.* 37. *ff. de legib.* 37 Αρχεῖον *Syn. Baſil. d. l.* Principia *hic & l.* 12. *in fin. ff. de re milit. l.* 1. J. *de veteranis. l.* 11. *tit.* 47. loca ubi principes milites ſtabant: hinc *principalis porta,* quæ in eo erat loco, in quo principes ordines tendebant. Feſtus *in principalis.*

38 Dixi ad *L.* 39. *D.* 5. περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν, *& c.* 47. *Eclog.* 1. *&* 4. *Baſil.* 39 Tradito inſtrumento rei donatæ, res tradita intelligitur. Perficitur donatio non tantum vera traditione, ſed & fictitia aut potius ſymbolica, vide Hot. 12. *Illuſt.* 1. adde *l.* 49. *ff. ſolut. l.* 44. §. 5. *ff. de legat.* 1. 40 Donatio traditione facta &c. 41 Nomen donari poteſt. 42 Transferre, idem quod mandare. An idem quod cedere? Bart. negat in *l.* 1. *ſupr. de obligat.* Nam ut ille putat, per mandatum non transfertur utilis actio, ſed per ceſſionem tantum. 43 Citra conſenſum debitoris nomen cedi poteſt. 44 Actio poteſt mandari. 45 *Spes* futuræ actionis poteſt donari, *ut hic,* ſpes, ut conditionalis ſtipulatio. *l.* 7. *l.* 11. *ff. de hered. vend. l.* 54. *ff. de verb. ſign.* §. 4. *in fin. Inſtit. de verb. oblig.* vide quæ ſcripſi ad Accurſ. *in l.* 25. *ff. de adm. tut.* adde Tiraquellum *tract. de retract. lignag.* §. 25. *Gloſſ.* 3. 46 Nuda ſolutio functionum, nec ſolventem, *ut hic,* nec eum, cujus nomine cenſus ſolvitur, rei dominum facit. vide *l.* 7. *l.* 8. J. *h. t.* adde *l.* 2. *ſ. pro ſocio. l.* 8. *ſ. de act. empt.*

47 Confeſſio teſtamentaria facta inter vivos donationis tranſit in fideicommiſſum, quoties de inſtrumento inter vivos non apparet, *ut hic, & l.* 16. *ff. h. t.* 48 Abſenti facta donatio valet. *l.* 4. *l.* 10. *ff. h. t.* an ante ratihabitionem: vide Clar. 4. *ſent.* §. *donatio. qu.* 12. 13. & Roland. a Valle 1. *conſil.* 19. *n.* 3. 49 Id eſt, rei in cenſum delatæ ſc. de qua dixi ad *l.* 6. *ſupr. de fide inſtrumentorum.* 50 De cujus forma vide *l.* 4. *ff. de cenſib.* 51 Facta ſc. ab extraneo: nam a vero domino facta profeſſio nocet. *l.* 10. *ff. de probat.* 52 Profeſſio cenſualis facta a non domino, non nocet domino, niſi dominus conſentiat. eo enim caſu donare videtur. 53 Simulato conſenſu non perficitur donatio. vide *l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 10. *ſupr. de contr. empt.* 54 Dixi ad *l.* 4. *ſupr. h. t.* Adde *l.* 8. *ſ. de act. empt. l.* 64. *ff. de adq. rer. l.* 4. *ff.* §. 4. *de cenſibus.* 55 Lex donationis ſervanda. 56 Incerti, *Hal.* adde *l.* 22. *in fin.* J. *h. t.* 57 Vide *l.* 2. *ſupr. de pact. inter empt.*

De ignorante vel invito.

10. Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

NEc [1] ignorans, nec invitus [2] quisquam donat. Unde si de hoc fundo non cogitasti, cujus velut [3] donationi te consensisse continetur instrumento: majores [4] veritate [5] rei, quam scriptura, vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti, nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. S. 5. Kal. Maji, CC. CONSS.

Si pater filio donaverit.

11. Iidem AA. & CC. Sabino.

CUm de bonis tuis partem [6] quidem penes te retinuisse, partem vero in eum, quem in potestate [7] habes, donationis titulo contulisse commemores: non est incerti juris in eum qui in sacris familiæ tuæ remanet, destinatione [8] magis paternæ voluntatis factam, quam perfectam donationem pervenisse. † Delegationes [9] autem nominum in emancipatum [10] collatæ, perfectam donationem actionum efficiunt. S. 2. Kal. Maji, AA. CONSS.

De rebus communibus.

12. Iidem AA. & CC. Aureliano.

POrtionem propriam, rebus nondum [11] divisis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. Dat. 17. Kal. Jun. AA. CONSS.

De brevi epistola.

13. Iidem AA. & CC. Vraniæ.

SI aliquid per epistolam [12] donatum tibi probetur, brevitas [13] chartulæ, donationi (si hæc recte facta probetur) nihil quicquam derogat. Dat. 15. Kal. Jun. *Sirmii*, AA. CONSS.

Si filiusfamilias sponsæ donet.

14. Iidem AA. & CC. Ideo.

SI filius tuus res ad te [14] pertinentes sponsæ suæ te non consentiente donavit: ad eam, quod non habuit, transferre non potuit. S. 13. Kal. Octobr. AA. CONSS.

De ære alieno.

15. Iidem AA. & CC. Severæ.

ÆRis [15] alieni [16], quod ex hereditaria causa venit, non [17] ejus [18], qui donationis titulo possidet, sed totius juris successoris onus est. Si itaque nemini obligata [19] prædia per donationem consequuta es, supervacuam geris solicitudinem, ne vel heredes donatricis, vel ejus creditores te jure possint convenire. S. 15. Kalend. Decembr. AA. CONSS.

De Senectute.

16. Iidem AA. & CC. Theodoro.

S*Enectus* [20] ad donationem faciendam sola, non est impedimento. Dat. 5. Kal. Decembr. AA. CONSS.

Si pater filio donaverit.

17. Iidem AA. & CC. Hermiæ.

SIve emancipatis [21] filiis res donasti, sive in potestate constitutis, & sui juris effectis, ac tenentibus non ademisti: blandiri [tibi] non debes, veluti res donatas ex pœnitentia [22] liceat auferre. † Sane, si ea quæ in tua positis potestate donaveras, post emancipationem contra tuam tenuerint voluntatem: horum penes te dominium [23] remansit: si quidem nec tempore, quo voluisti propter vinculum potestatis sibi quicquam quærere, nec post te invito de rebus tuis potuerunt. S. 6. Kal. Jan. AA. CONSS.

De furti actione remissa.

18. Iidem AA. & CC. Audiano.

SI donationis causa furti [24] actionem tibi remissam probetur: supervacuam geris solicitudinem. S. 5. Kalend. Januar. AA. CONSS.

Quæ res donari possunt.

19. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI avia vestra proprias res quacunque ratione factas titulo liberalitatis in eum, contra quem preces funditis, contulit: quominus hæc rata maneant, quod ex [25] origine patris, vel avi vestri descendunt, nihil prodest. S. 16. Kalend. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De subscriptione.

20. Iidem AA. & CC. Helinio.

VIce [26] donatricis alio voluntate ejus subscribente, jure facta donatio non habetur irrita. S. 7. Kalend. Febr. CC. CONSS.

De dote.

21. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

COnstante matrimonio dotem [27] penes maritum suum constitutam, avia tua tibi donare non potuit. S. 5. Idus Mart. CC. CONSS.

De lege donationis.

22. Iidem AA. & CC. Diomedi.

CUm res filio [tuo] emancipato ea [28] conditione, *Ut creditoribus tuis solveret*, te donasse proponas: si stipulatione, vel in continenti [29] habito pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem [30] non [31] contra eum ex placito vestro, sed adversus te competit actio. Eum autem, cui certa lege prædia donasti, incerta [32] civili actione ad placitorum obsequia urgeri secundum legem donationibus dictam convenit. S. 7. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

De rebus redditis donatori.

23. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

SI ea, quæ donaveras, posteriori placito, qui acceperat, dono tibi reddidit [33]: donationis antecedentis, instrumentum actis sequentibus [34] nihil obesse potest. Subscriptum 5. Kal. Octob. CC. CONSS.

De filio donatoris.

24. Iidem AA. & CC. Macario.

SI patri tuo heres [35] non extitisti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse jura tua lædi, manifestissimi juris est. PP. Non. Febr. *Antiochiæ*, DIOCLETIANO IX. & MAXIMIANO VIII. AA. CONSS. 304.

Ratio conficiendæ donationis.

25. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P.P. [36].

DOnatio [37] sive directa [38] sit, sive mortis [39] causa instituta, sive [40] conditione faciendi, aut non faciendi suspensa, sive ex aliquo notato [41] tempore promissa, sive animo dantium, accipientiumve sententiis (quantum jus sinit [42]) cognominata [43], sub hac fieri debet observatione, ut quas leges [44] indulgent actiones [45], conditiones, pactionesque contineat. Hisque penitus cognitis [46], vel recipiantur, si complacitæ sunt: vel rejiciantur, si sunt molestæ [47]: In conscribendis [48] autem donationibus [49], *nomen* [50] *donatoris, jus, ac rem* notari oportet: neque id occulte [51], aut privatim [52], sed aut [53] tabula, aut quodcunque [54] aliud materiæ [genus] tempus dabit, ut ab ipso, vel ab eo, quem sors ministravit [55], perscribatur: actis [56] etiam annectendis, quæ apud judicem, vel magistratus conficienda sunt, ubi hoc leges expostulant. Dat. 3. Non. Februar. *Romæ*, SEVERO, & RUFINO CONSS. 323.

1 Ignorans non donat. 47. *Eclog.* 1. *c.* 25. *&* 3. Harm. 1. 2 Invitus non donat. *d. c.* 45. *d. l.* 1. *l.* 29. *ff. h. t.* dixi ad *l.* 82. *ff. de reg. jur.* 3 *l.* 18. *§. de probat. l.* 14. *supr. de contrah. & committ. stipul.* 4 Veritas instrumenti narrationi præfertur. *l.* 10. *supr. de contrah. empt.* 5 *l.* 1. *§. plus valere.* facit *l.* 7. *supr. h. t.* 6 Pars bonorum donari potest. 7 Donatio facta a filio in potestate posito, donandi potius est destinatio, quam perfecta donatio. 8 Destinatio donationis aliud est, & aliud donatio.
9 Rerum incorporalium, veluti nominum sive obligationum donatio perficitur cessis actionibus. 10 Pater filio emancipato recte donat. 11 Pars pro indiviso seu indivisi donari potest. Socius pro indiviso portionem suam donare potest. 47. *Eclog.* 1. *c.* 46. non tamen a lite contestata. dixi *l.* 1. *§. comm. divid. l.* 3. *supr. de comm. rer. alienat.* adde *l.* 16. *supr. de jure dot.* 12 Epistola donare possumus, *ut hic*, *& l.* 5. *supr. h. t.* fideicommittere, *l.* 22. *§. de fideicomm.* at non hereditatem conferre, *arg. l.* 10. *ff. de jure codic.* dare tutorem, *l.* 2. *supr. de confir. tut.* ferre sententiam. *l.* 2. *supr. commination. epistol.* nemo quoque ex epistola ad muneris editionem compellitur. *l.* 5. *ff. de pollicit.* 13 Brevitas fidem chirographo non minuit. 14 Alienum citra domini consensum donari non potest. *l.* 9. *in fin. ff. h. t.* vide *l.* 20. *ff. de adquir. rer. l.* 54. *ff. de reg. jur.* 15 Æs alienum, obligatio personalis.
16 Donatarium æs defuncti non sequitur, sed heredem, id est, personalis actio non sequitur singularem successorem, sed realis, *ut hic, & l.* 22. *l.* 24. *J. h. t. l.* 1. *§.* 16. *ff. ad SC. Trebell. l. ult. supr. de hereditariis action.* Quid si donatarius omnium bonorum sit? ne is quidem creditoribus satisfacere cogitur. Cynus *in l.* 2. *J. ad l. Jul. de vi publ.* si quota aut (ut loquuntur) sub nomine quantitatis ad aliquem defertur partium conventione *l.* 24. *J. h. t.* non ex dispositione juris, *d. l.* 2. aut hereditatis nomine. *l. hereditatem* 28. *ff. de donat.* v. *l. mulier.* 72. *ff. de jure dot.* aut rescripti principis. *l. princeps.* 21. *ff. de verb. signif. & ibid.* Bart. Quid si omnia bona fisco deferuntur? habetur fiscus loco heredis. *text. & ibid.* Bart. *in l. non intelligetur.* 3. *§.* 1. *cum ex causa.* 4. *ff. de jure fisci. l.* 1. *§. de heredit. vel act. vend.* Quid si debitor solvendo non est? donatarius omnium bonorum conveniri potest. *l. plane* 94. *§.* 1. *ff. de leg.* 1. & notatur *in d. leg.* 1. Salicet. *in d. l.* 2. Quid si testamento omnia bona delata sint? vide *l. cogi.* 16. *ff. ad SC. Trebell. l. statuliberum* 11. *in fin. ff. de legat.* 2. Bartol. *in d. l. princeps.* 21. Salic. *in d. l.* 2. Ratio dubitandi sumi potest ex *l.* 149. *ff. de reg. jur.* 17 Cur ita? vide *l. ultim. in fin. ff. de contr. empt.*
18 Id est, non ejus qui titulo singulari successit: hic enim opponitur ex hereditaria causa successori. 19 Pignus obligatio realis. 20 Senex donare potest, *ut hic*, & testamentum facere. *l.* 3. *supr. qui testam. fac.* & transigere. *arg. l.* 27. *§. de transact.* id est, Sola ac per se senectus donationem, testamentum, aut transactionem non vitiat. 21 Quod emancipationis tempore filio pater non adimit, ei donare intelligitur. *l.* 31. *§.* 2. *ff. h. t.*

22 Pœnitere semper non licet, *ut hic.* 23 Suo quod pater donat, non alienat, etiamsi id velit maxime. 24 Furti actio remitti potest. *l.* 13. *supr. de furt. l.* 7. *§.* 14. *l.* 16. *ff. de pactis. l.* 16. *§.* 1. *ff. de furtis.* dixi ad *leges* 12. *tabularum lib.* 2. *tit.* 24. *§.* 5.
25 Res a parentibus acceptas etiam donare possumus, *ut hic.* dubitandi ratio sumi potest ex *l.* 14. *supr. de contrah. empt.* adde *l.* 3. *supr. de comm. rer. alienat.*
26 Vide *l.* 31. *vers. verum. J. h. t.* 27 *l.* 17. 23. *supr. de jure dot.* 47. *Eclog.* 1. *cap.* 55.
28 Lex donationis implenda. *l.* 9. *supr. h. t. l.* 3. *in fin. supr. de contrah. empt.*
29 Pactum in continenti habitum. *l.* 7. *§.* 5. *ff. de pact.* 30 Donavi prædia Titio, ea lege, ut creditoribus meis satisfaceret? creditor potest adversus me agere, nec adversus donatarium experiri cogitur. 31 Vide quæ scripsi ad *l.* 15. *§. h. t.* 32 Ad implendam legem donationis adversus donatarium incerti præscriptis verbis actione utimur. *d. l.* 9. *in fin. supr. & l.* 28. *in fin. ff. h. t.* 33 Res a me donata mihi redonari potest. 34 Posteriora prioribus actis derogant. facit *l.* 12. *supr. de pactis.* 35 Pater res filii non succedentis inutiliter donat, *ut hic, & l.* 14. *supr. de rei vind,* facit *l.* 15. *supr. h. t.* 36 Præfectum urbi. *l.* 1. *C. Theod. h. t.* vide Cujac. 20. *observ.* 4. 37 Dicta *l.* 1. hujus etiam constitutionis pars continetur in lege 21. *supr. de adm. tut.* 38 Directa donatio, inter vivos: cui hic opponitur mortis causa. 39 Hodie mortis causa donatio contestationem & insinuationem exigit. *l. ult. J. de donat. causa mort.* 40 Donationes conditione vel tempore suspenduntur. 41 Puta ex certo tempore ad certum, vel incertum tempus. *l.* 2. 3. *J. de donat. quæ sub modo. l. ult. supr. de legatis.* 42 Quibusdam enim casibus permissa imaginaria venditio est, aliud erit, si in fraudem legis Cinciæ, vel legis, puta repetundarum, facta fuerit. *l.* 8. *in fin. ff. ad l. Jul. repetund.* 43 Venditio imaginaria est, cui nomen venditionis, conductionis & similium adscribitur. *l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 10. *supr. de contrah. empt. l.* 46. *ff. locati. l.* 66. *in fin. ff. de jure dotium.* Paul. 2. *sent.* 23. *§.* 4.
44 Donationis lex servanda. *l.* 9. *l.* 22. *supr. h. t.* modo contra bonos mores non sit, *ut hic.*
45 Πράξεις *Theod.* actus legitimos, *Constantin.* puta cessionem in jure, mancipationem, traditionem solennem: potest enim perfici donatio legis actione, ut cessione in jure. *l.* 1. *C.* Hermog. *h. t.* emancipatione. *l.* 4. *C. Theod. h. t.* vel utroque. *l.* 7. *J. h. t.* Inter parentes & liberos perficitur nuda voluntate. *d. l.* 4. hodie inter omnes perficitur quidem nuda voluntate: consumitur vero & perficitur traditione. 46 Donationis lege intellecta, donatori liberum est, donationem recipere vel rejicere: fit igitur donatio non μονομερῶς, *ut hic:* id etiam indicat lex 26. *infr. h. t. l.* 15. *supr. de sacros. l.* 21. *supr. de adm. tut.* 47 Molestæ ita ut minorum defensores, si donationis conditionem neglexerint, rei amissæ periculum præstent. *l.* 2. *C. Th. h. t.* quæ verba *in leg.* 21. *supr. de admin. tut.* sunt translata. 48 Hodie non passim in omnibus donationibus requiritur scriptura. *l.* 21. *J. h. t.* 49 Quænam donationis instrumento inseri oporteat, observa. 50 Possumus inde colligere donationem conferri non posse in ignotum. vid. tamen *l.* 29. *J. h. t.* 51 Occulte an per imperitos, aut privatim &c. *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 52 Clandestina donatio vetita. 53 Idem in testamento. vid. *l.* 11. *l.* 15. *in fin. supr. de testam. §.* 12. *Instit. de testam. ordin.*
54 Materia quævis capax est donationis continendæ: hoc est, in quavis materia donationis instrumentum scribi potest, *ut hic.* ita brevitas chartulæ non officit factæ donationi *l.* 13. *supr. h. t.* eadem ratione in quavis materia testamentum scribi potest, ut nihil intersit, tabulæ sint, an chartæ, an membranæ, an pelles, aut eburnei pugillares. *§.* 12. *Inst. de test. ord. l.* 15. *in fin. supr. de testam.* Quin miles in pulvere, vel clypeo testamentum potest scribere. *l.* 15. *§. de milit. test.* 55 *Ministraverit, scientibus pluribus præscribatur, & corporalis traditio subsequatur ad excludendam vim atque irruptionem advocata vicinitate, omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur, donatam rem, si est mobilis: et voluntate traditam donatoris: vel si immobilis, abscessu donantis novo domino patefactam: actis etiam &c. d. l.* 1. *C. Th.* quæ verba, a Justiniano hic sublata, id significant, vicinos ac testes fuisse advocandos: quod Zeno mutat, *l.* 31. *J. h. t.* insinuatione publica, vel instrumento donationis contentus. 56 *l.* 27. *in fin. h. t. l.* 35. *§.* 3. *infr. h. t.* videtur remissa insinuatio a Leone

De

De infante.

26. Idem A. Catulino Proconsuli Africæ.

SI quis in emancipatum minorem, prius quam fari possit [1], aut habere rei, quæ sibi donatur, adfectum, fundum crediderit conferendum, omne jus compleat instrumentis ante præmissis. Quod jus per eum servum, quem idoneum esse constiterit, transigi placuit: ut per eum infanti acquiratur. Dat. 12. Kal. Maji, *Serdicæ*, SABINO, & RUFINO CONSS. 316.

De insinuatione.

27. Idem A. ad Severum Com. Hispaniarum.

DAta jampridem [2] lege [3] statuimus, Ut donationes interveniente [4] actorum testificatione conficiantur: quod vel maxime inter necessarias conjunctasque [5] personas convenit custodiri. Si quidem clandestinis [6] ac domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii oportunitate confingi potest: vel id quod vere gestum est, aboleri. Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat: id quod necessario super donationibus apud acta conficiendis jampridem statuimus, universos teneat: gesta autem confici super rebus [etiam] alibi [7] collatis [8], ubicunque sufficit. Dat. 3. Non. Maji, DALMATIO, & ZENOPHILO CONSS. 333.

De usufructu retento.

28. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P.P.

QUisquis [9] rem aliquam donando, vel in dotem dando, [vel vendendo,] usumfructum [10] ejus retinuerit: etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio: sed omnimodo idem [11] sit in his causis usumfructum retinere, quod tradere. Dat. 2. Id. Mart. HONORIO A. XI. & CONSTANTIO C. II. CONSS. 417.

De extraneis, & ignotis. De scriptura, & aliis documentis.

29. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio [12] P.P.

IN extraneos [13], & sæpe ignotos [14], donationem [15] collatam valere receptum est: & si sine [16] scripto donatum quid fuerit, adhibitis aliis [17] idoneis documentis, hoc quod geritur, comprobatur. Dat. 11. Kal. Maji, FELICE, & TAURO CONSS. 430.

De insinuatione.

30. Imp. LEO [18] Constantino PP.

IN hac sacratissima urbe conscriptæ donationes ubicunque [19] positarum rerum, apud Magistrum census [20] insinuentur. † In aliis vero civitatibus, sive absens, sive præsens rector [21] provinciæ sit, sive eadem civitas habeat Magistratus, sive non habeat, & Defensor [22] tantummodo sit: donator habeat liberam facultatem donationes rerum suarum ubicunque [23] positarum, sive apud moderatorem cujuslibet provinciæ, sive apud magistratus, sive apud defensorem cujuscunque civitatis prout maluerit, publicare [24]. † Atque ut ipsa donatio sita est in voluntate [25] donantis, ita ei liceat donationem suam apud quemcumque ex memoratis voluerit intimare: & hæ donationes, quæ in diversis provinciis, & civitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatæ, obtineant inconcussam, ac perpetuam [26] firmitatem. Dat. 5. Non. Mart. *Constantinopoli*, PATRICIO, & RICHOMERE CONSS. 459.

De testibus.

31. Imp. ZENO A. Sebastiano P.P.

IN donationibus, quæ actis insinuantur, non [27] esse necessarium judicamus vicinos, vel alios testes [28] adhibere. Nam superfluum [29] est privatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant. Verum & illas donationes, quas gestis non est necessarium alligari, si forte per Tabellionem, vel alium scribantur, & sine [30] testium subnotatione valere præcipimus: ita tamen, si ipse donator, vel alius [31] voluntatem ejus secundum solitam observationem subscripserit: donationibus, quæ sine scriptis conficiuntur, suam firmitatem habentibus secundum constitutionem [32] Theodosii, & Valentiniani ad Hierium Præfectum prætorio promulgatam. Dat. Kal. Mart. *Constantinop.* & ELLO V. C. CONS. 478.

De insinuatione.

32. Imp. ANASTAS. A. Euphemio P.P.

SEcundum Divi Leonis constitutionem [33] donationes apud virum clarissimum Magistrum census tantummodo [34] insinuari præcipimus: Hujusmodi forma in illis instrumentis observanda, quæ in hac regia urbe confecta, seu celebrata fuerint: nec concedi quenquam vel apud defensores, seu magistratus aliarum civitatum, vel in aliis quibuscunque locis præter memoratum judicium insinuare: scientibus, tam his, qui ad hujuscemodi insinuationem pervenerint, quam his, qui eam susceperint, necnon tabellionibus quicunque testimonium suum non in competenti [35] (ut dictum est) loco [36] vel judicio præbuerint, vicenarum librarum auri multa, & alia gravissima indignatione se esse feriendos. S. Dat. Prid. Kal. Maji, PAULO V. C. CONS. 496.

De cessione actionum.

33. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

ILlam subtilem observationem amputamus, per quam donationis titulo cessiones [37] actionum accipientes, non aliter suis eas transmittere heredibus poterant, nisi litem ex his contestati essent, vel jus contestationis divino rescripto [38] meruissent. Nam sicut venditionis [39] titulo cessas actiones etiam ante litis contestationem ad heredes transmitti permittitur, simili [40] modo & donatas ad eos transferri volumus: licet nulla contestatio vel facta, vel petita sit. Quod & in procuratore constituendo ad movendas easdem cessas actiones similiter observandum erit, ut minime quis impediatur procuratorem [41] cessarum sibi super donatione actionum dare, licet nulla litis contestatio facta vel petita sit. Quæ in his tantummodo personis locum habere censemus [42], quæ susceptis per donationem cessionibus, adhuc superesse noscuntur: nam jam mortuis hujuscemodi personis, vetera jura super hisdem cessionibus posita servari concedimus. Dat. Kalend. Jun. *Constantinop.* JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

De insinuatione. 2. De communione inducta & jure offerendi æstimationem. 3. De numero donationum.

34. Idem A. Demostheni P.P.

SAncimus, omnem [43] donationem, sive communem, sive ante [44] nuptias factam, usque ad trecentos [45] solidos cumulatam, non indigere monumentis, sed communem formam habere: ut non usque ad ducentorum solidorum summam teneat: sed in hujusmodi observatione similes sint tam communes [46], quam ante [47] nuptias donationes. † Si quid autem supra legitimam definitionem fuerit donatum: hoc quod superfluum est [48], tantummodo non valere: reliquam vero quantitatem, quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare: quasi nullo penitus alio adjecto, sed hoc pro non scripto, vel non intellecto esse credatur. † Exceptis [49] donationibus, tam Imperialibus, quam iis, quæ in causas [50] piissimas procedunt: quarum Imperiales quidem donationes merito indignari [51] sub observatione monumentorum fieri, tam a retro Principibus, quam a nobis sancitum est, sed firmam habere propriam majestatem.

In AUTHENT. ut non fiant pign. §. 2. alias. §. illud quoque. col. 5. tit. 7. al. 5. Novell. 52. cap. 2.

I*Tem a privatis in principem etiam cessantibus actis fit donatio.*

§. 1. Alias vero, quæ ad pietatem respiciunt, usque [52] ad quingentorum solidorum summam, & sine monumentis esse validas censemus. His insuper ante nuptias donationibus, quæ in adultas minores [53] sui juris constitutas cu-

Novell. 50. 1 Pater filio infanti donare potest, adhibito servo, qui infantis nomine donationi consentiat, *ut hic.* adde *l. 28. ff. de usurp.* 2 Anno 323. 3 *l. 25. in fin. supr. h. t.* 4 Insinuare est in acta & testationem publicam judiciariam referre donationem. De insinuationibus donationum, vide Josephum Ludov. *Tit. de donat. concl. 2.* 5 *Conjunctissimasque*, Hal. quales sunt parentes & liberi. Quid si donatio facta in hujusmodi personas legitimam summam non excedit, an insinuatio necessaria fuerit? non requiritur. *l. 23. supr. de donat. int. vir.* ut in eo Domninus inter Græcos, Placentinus inter Lat. falsus sit. Quid, inquies, necesse fuit statui insinuationem donationis inter conjunctissimas personas factæ intra legitimam quantitatem requiri? Arg. aut inductione D. Pii, quæ conjunctissimis remisit solennitatem mancipationis & traditionis. *l. 4. 5. 7. C. Th. h. t.* dicendum videbatur remitti quoque omnino insinuationem, præsertim cum Paul. 4. *sent.* scribat: In donatione facta inter conjunctas personas sufficere quibuscunque verbis expressam voluntatem. vid. Cujac. 20. *obs.* 2. Causa sed hæc decidendi fuit, ne fraudibus conjunctarum personarum via pateficeret: fit enim fraus facile inter conjunctas personas. 6 Clandestinæ ac domesticæ fraudis magnum est periculum. Inter conjunctas personas facile fraus præsumitur. 7 Vide *l. 30. J. h. t.* vide quæ dixi ad *l. 1. supr. de contrahend. empt. l. 15. supr. de rescind. vend. l. ult. supr. de præscript. longi temp.* 8 Collocatis. 9 *l. 9. C. Theod. in fin.* 10 Perficitur donatio retentione usus fructus, *ut hic, & l. 35. §. 5. J. h. t. l. 9. C. Theod. h. t. l. 42. ff. de mort. caus. donat. 47. Eclog. 1. cap. 61.* Retentio usus fructus traditionem dominii perficit. Pro traditione habetur, vel citra stipulationem, etiamsi donator de evictione non teneatur citra stipulationem. *l. 2. supr. de evict.* eoque casu donator donatario possidet, non sibi. Idem perficitur constitutione precarii. *l. 18. l. 28. ff. de adquir. possess.* conductione rei donatæ. *l. 77. ff. de rei vind.* si rem a se donatam quis retineat tanquam in causa pignoris vel depositi, ut *l. 1. supr. h. t.* idem perficitur traditione instrumenti. *l. 7. l. 8. supr. h. t.* Sic aditio hereditatis fiebat re aliqua hereditaria accepta. *l. 1. C. Theod. de leg. hered.* Notanda sane est consuetudo Regni Daciæ ex *cap. 2. extr. de consuetudine*, qua fundos donatos tradidisse Ecclesiæ donator videtur, delata una gleba in Ecclesiam, vel altari imposita, vel tradita in manum episcopi, vel alterius Ecclesiæ prælati, qui mos desumptus videtur ex jure civili, quo una gleba in jus delata, in ea tanquam in toto fundo vindicatio fieri solebat, 20. *Gell.* 9. dixi ad *leges 12. tab. lib. 2. tit. 22. §. 1.* adde Cujac. 19. *observ.* 18. his adde quæ scripsi ad *l. 3. §. 1. ff. de adq. poss.* 11 Idem usumfructum retinere quod tradere. Quid, an præsente donatario usus fructus exceptio facienda? procuratori, domino, patri, curatori, tutori recte: aliis non recte fieri judicatum fuisse refert Papo 11. *Arrest.* 1. *n.* 28. 12 *l. 31. in fin. J.* 13 Vide *l. 3. J. de donat. causa mortis.* 14 Vide quæ notavi ad *l. 15. §. 14. ff. de excus. tut.* dixi etiam quædam ad *l. 25. supr. h. t. vers. in conscribendis, ibi nomen donatoris.* 15 Ut & legata & hereditates. dixi ad *d. §. 14.* 16 In donatione non requiritur scriptura. *l. 31. in fin. J. h. t. l. 12. supr. de fide instr.* olim requirebatur. *l. 25. in fin. supr. h. t.* 17 Idonea instrumenta vicem instrumenti sustinent. 18 *l. 32. J. h. t.* 19 Vide *l. 27. in fin. supr. h. t.* 20 De quo vide *l. 23. supr. de testam.* 21 *l. un. supr. de off. jud.* 22 Quædam enim civitates habuere curias pro senatu, duumviros pro consulibus, defensores plebis pro tribunis plebis, quædam defensorem tantum. vide *l. 9. supr. de defensor. civ.* vid. *Novell. 15.* 23 *d. l. 27. in fin.* 24 Urbanæ donationes apud magistrum census: provinciales, apud judices locorum insinuandæ erant, postea constitutum, ut omnes apud magistrum census insinuarentur. *l. 32. J. h. t.* 25 Donatio, est actus voluntarius. *l. 35. §. 5. h. t.* 26 Rite facta insinuatio ubicunque vim & effectum habet. 27 Abrogatur pars legis 1. *C. Th. h. t.* de qua dixi ad *l. 25. supr. h. t. in fin. in verbo, ministraverit.* 28 In donatione quæ fit apud acta judicis, testes non requiruntur. In ea quæ fit extra acta, subscriptio donatoris requiritur: etiamsi a tabellione scripta fuerit. adde *Novell. 52. c. 2. Novell. 73. c. 5.* & breviter, Testes in scripturis publicis requiruntur, saltem ut per notarium describantur, *cap. 1. extr. de fide instrumentor.* nisi consuetudo contraria sit. *Innocentius in c. 1. extr. de his quæ fiunt a præl.* nisi scripturæ publicæ, de quibus agitur, acta sint judiciaria, *ut hic. c. quoniam. extr. de probat.* nisi instrumentum fiat coram populo publice. vide Socin. *reg.* 418. 29 Vide *l. 5. & l. 10. ff. de prob.* 30 Videtur id abrogari *d. c. 5. l. 29. supr. h. t.* 31 *l. 29. supr. h. t.* 32 *l. 2. supr. eod.* 33 *l. 30. supr. h. t.* 34 Abrogatur pars legis 30. *supr. h. t.* 35 Donatio apud incompetentem judicem inutilis. *l. 27. l. 30. supr. h. t.* 36 Quid? temporis nulla habebitur ratio in insinuatione? vide Paponem 11. *Arrest.* 1. *Arrest.* 24. ubi existimat intra trigesimum annum donationem insinuari posse: *ibid. Arrest.* 15. negat quoque valere factam a morte donatoris. vide Joseph. Ludovic. *tit. de donat. conclus. 2. limitat.* 1. 2. 3. Procurator in rem suam mortuus ante litem contestatam rei sibi mandatæ cessæ ac donatæ jus ad heredes transmittit. 37 Vid. *Gloss. & script. add. 1. supr. de oblig. & act.* S. L. 38 Vide *tit. supr. quando libell. principi datus.* 39 Morte ejus qui nomen emit, mandatum non finitur. vide Cujac. 20. *observ.* 31. 40 Argumentum a venditione ad donationem.

41 Donatarius procuratorem constituere potest rei donatæ persequendæ causa. adde *l. 8. supr. de procur.* vide Wurmser. 1. *pract.* 5. *obs.* 19. 42 Vide *Novell. 52. cap. 2.* 43 Insinuari debet omnis donatio. dixi ad *l. 25. supr. de donat. inter vir.* 44 An & eam donationem insinuari oportet, quæ inter vivos fit in aliquo testamento? ita judicatum fuisse refert Papon. 11. *Arrest.* 1. *n.* 33. An & mutuam inter conjuges? non requirit scripturam: & ita judicatum idem refert *ibid. n.* 29. 45 Hodie usque ad quingentos solidos facta donatio sine insinuatione valet. *l. 36. §. 3. infr. h. t.* 46 Donationes communes hic, quæ alibi directæ. *l. 25. supr. h. t.* quæ inter vivos. 47 *d. l. 25.* 48 Utilis donatio non vitiatur propter aliam inutilem adjectam. adde *l. 21. in fin. ff. h. t. Novell. 162. c. 1. l. 94. ff. de reg. jur. l. 1. §. 5. in fin. ff. de verb. oblig.* 49 *l. 19. supr. de sacros. eccles. l. ult. §. fin. supr. de quadriennii præscr. Novell. 52.* 50 *d. l. 19.* 51 Scripturam publicam publicatione non egere hinc colligunt. adde *c. 1. & ult. extr. de fide inst.* Quid si dubitetur ne pereat? aliud dicendum fuerit. *d. c. ult.* Quid? Testamentum a tabellione publico confectum, indigetne publicatione? Quibusdam videtur, non alias probare, quam si judicis autoritate publicum dictum, id est, publice apud acta insinuatum fuerit. *l. publicati 2. supr. de testam.* Pone scriptura publica contineri donationem, quæ 500. aureos excedat? quidam putant egere publicatione, *arg. hujus legis.* Verum insinuatio, de qua hac constitutione agitur, improprie publicatio est: nec enim fit, ut donatio probetur, sed ut valeat donatio, quæ alias non valeret. vide Socin. *reg.* 351. 52 Quid si donatio juramento sit firmata? vide Roland. a Valle 1. *consil.* 19. *num.* 48. *l. ult. J. de mort. causa.* 53 Vide *l. 17. supr. de do-*

juscun-

juſcunque ſummæ procedunt, ſecundum veterum legum ſcita etiam [1] niſi actis intervenientibus corroboratæ ſunt, ſuam retinentibus firmitatem. Sin autem non in auro res donationis fuerint datæ, ſed per res mobiles, vel immobiles, vel ſe moventes: quantitatem earum æſtimari, & ſiquidem usque ad legitimam ſolidorum ſummam erigatur, validam eam eſſe, & ſine monumentis conſervari. Sin autem amplioris ſummæ inveniatur, & minime actis comprobata eſt, ſuperfluum [2] tantum vacuari. §. 2. Ne autem communione [3] inducta, donatori, & ei, qui liberalitatem ſuſcepit, aliqua oriatur contentio: electionem damus ei, qui ampliorem [4] ſummam in re donata habuerit, reliquam æſtimationis quantitatem offerre ei, qui minorem cauſam habuit, & totum poſſidere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res dividi ſecundum quantitatem utrique parti competentem, ſi [5] res dividi ſine ſuo periculo poſſibilis eſt. Sin autem in hujusmodi caſibus, in quibus partitio utiliter celebrari minime poteſt, amplioris ſummæ dominus noluerit offerre æſtimationem: tunc licebit etiam ei, qui minoris ſummæ habet poteſtatem, offerre pretium, & totum ſibi vindicare. §. 3. Si quis autem per diverſa [6] tempora in eandem [7] perſonam multas faciat liberalitates, quarum ſingulæ quidem legitimam quantitatem non excedunt: in unum autem compoſitæ, & prædicto modo exaggeratæ redundare videntur, & majoris eſſe quantitatis: non videatur eas oportere in unum coadunare, & introducere modos per quos non valeant, & in irritum revocentur: ſed e contrario, & plures intelligantur, & ſingulæ ſecundum ſui naturam obtineant, & monumentorum obſervatione non indigeant. Cum enim a *veteribus* ſuper hac re variatum eſt, aliis multas, aliis unam eſſe definientibus: nobis cauſa placuit humanior, ut & multæ intelligantur, & omnes validæ, & hi, qui liberalitates accipiunt, ſciant veros non falſos ſuos eſſe donatores. §. 4. Si quis autem talem acceperit donationem, in qua ſtipulatus fuerit annuam [8] quandam ſibi præſtari quantitatem tantæ ſummæ, quæ non excedit legitimum donationis modum: variabatur, utrum eum ex particulari donatione multas feciſſe donationes exiſtimandum ſit, & eas actis non indigere: an ex totius ſtipulationis fundamento, & fonte ejus, ex quo annuæ donationes profluxerunt, & unam eſſe eam donationem putandam, & proculdubio monumentorum obſervatione vallandam: quod veteres quidem ſatis, abundeque variaverunt. Nos autem [omnia] certa diviſione concludimus [9], ut ſi hujusmodi quidem fuerit donatio, ut intra vitam perſonarum ſtetur, vel dantis, vel accipientis: & multæ intelligantur donationes, & liberæ a monumentorum obſervatione. Incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis ſuggeſſit: ut poſſibile ſit unius anni tantummodo, vel brevioris, vel etiam amplioris temporis metas ſupervivere, vel donatorem, vel eum, qui donationem accepit, & ex hoc inveniri etiam totam ſummam donationis non excedere legitimam quantitatem. † Sin autem etiam heredum ex utraque parte fuerit mentio, vel [10] adjiciatur tempus vitæ, vel donatoris, vel ejus, qui donationem accepit: tunc ei quaſi perpetuata donatione, & continuatione ejus magnam, & opulentiorem eam efficiente, & una intelligatur [donatio,] & quaſi denſioribus donationibus cumulata, excedere legitimum modum, & omnimodo acta depoſcere, & aliter minime convaleſcere. Recitata ſeptimo [11] in novo conſiſtorio palatii Juſtiniani. Datum 3. Kalend. Novembr. DECIO V. C. CONS. 529.

De argento. 1. *De annuo reditu.* 2. *De certo numero ſervorum.* 3. *Si donator non habeat argentum, vel annuum reditum, vel numerum ſervorum donatum.* 4. *De donatione univerſitatis.* 5. *De uſufructu retento, vel non retento.*
De nudo pacto.

35. Idem A. Juliano P.P.

Si quis argentum donaverit [12], certumque [13] pondus nominaverit, non autem alias, vel generaliter, vel ſpecialiter expreſſerit: neceſſitatem [14] ei imponimus omnimodo præfatum pondus argenti dare, ſive in vaſis quibus voluerit, non tamen pejoribus [15] æſtimatione [16] maſſæ, ſive in ipſa æſtimatione, quæ pro maſſa rudi in illis [17] locis frequentata eſt. §. 1. Si vero reditum [18] certum ex poſſeſſionibus donaverit, non tamen nomina poſſeſſionum edixerit: neceſſe habere de ſua ſubſtantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes, quantum in donatione poſuerit: in talibus tamen agris, qui nec omnibus quos habet in poſſeſſione anteponuntur: nec deteriores omnibus ſunt, ſed ſtatus [19] mediocris inveniuntur. §. 2. Similique modo ſi quis certum [20] numerum ſervorum donaverit, non tamen & hic nominatim ſervos inſcripſerit: & hic mediocris figuræ [21] ſervos tradere, & neque tales quos non habere magis, quam habere prodeſt: nec iterum eos [22], qui omnem ſervorum familiam donatoris antecellunt, ſed & hic mediocritas ſpectetur. §. 3. Sin autem donator neque argentum, neque ſervos habens, vel non tantum quantum donavit, fecerit eorum donationem: æſtimationem in his celebrari pro eo quod deeſt: ita tamen, ut argenti quidem (ſecundum quod prædiximus) æſtimatio detur: in ſervis autem non amplius nec minus quindecim [23] ſolidis quantitas pro ſingulis detur. In reditibus autem in quindecim [24] annos æſtimationem præſtet. Sed in his omnibus, ſi quidem intra legitimam ſummam donatio fiat, nulla monumenta requirantur. Sin autem amplioris ſummæ, tunc ad acta publica recurratur: ita ut in his quæ amplioris ſunt æſtimationis, ſecundum noſtram legem non totum, ſed ſolum ſuperfluum evaneſcat. §. 4. Sed & ſi quis univerſitatis [25] faciat donationem, ſive beſſis, ſive dimidiæ partis ſuæ ſubſtantiæ, ſive tertiæ, ſive quartæ, ſive quantæcunque, vel etiam totius, ſi non de inofficioſis [26] donationibus ratio in hoc reclamaverit, coartari donatorem legis noſtræ auctoritate tantum quantum donavit, præſtare: obſervatione & hic monumentorum (ſecundum quod jam ſanximus) omnimodo requirenda. §. 5. Sed ſiquidem in omnibus ſupradictis caſibus uſusfructus [27] fuerit a donatore retentus, & traditionem jure intelligi fieri. Sin autem hoc minime donator expreſſerit; ſiquidem ſtipulatio [28] donationi inſerta ſit, ex ejus auctoritate traditionem compelli fieri. Sin [29] vero & hoc prætermiſſum ſit, & uſumfructum minime detinuerit, nihilominus ex lege noſtra neceſſitatem [30] ei imponi etiam tradere hoc quod donare exiſtimavit: ut non ex hoc inutilis ſit donatio [31], quod res non traditæ ſunt: nec confirmetur ex traditione donatio: ſed liberalitatem plenam, & ſecundum legem noſtram perfectiſſimam conſtitutam neceſſarius traditionis effectus ſequatur, & neceſſitatem habeat donator omnimodo, vel res, vel partem ſubſtantiæ quam nominaverit, vel totam ſubſtantiam tradere. Cum enim in [32] arbitrio cujuscunque ſit hoc facere quod inſtituit: oportet eum vel minime ad hoc proſilire, vel cum ad hoc venire properaverit, non quibusdam excogitatis artibus ſuum propoſitum defraudare, tantamque indevotionem quibusdam quaſi legitimis velamentis protegere. † Tantoque magis [33] hæc firma eſſe, ſi piis actibus, vel religioſis perſonis donatio deputata ſit: monumentorum obſervatione [in his modis] ſecundum quod ſpecialiter a nobis in hujusmodi caſibus prædictum eſt, obſervanda: ne in præfatis [piis] cauſis ex quibusdam machinationibus non ſolum indevotus [34], ſed etiam impius donator intelligatur: pœnasque non ſolum legitimas, ſed etiam cœleſtes expectet, resque donatas in omnibus ſupradictis caſibus non ſolum eos, dum ſuperſunt, ſed etiam eorum ſucceſſores [35] reddere compelli non tantum his, in quos donatio facta eſt, ſed etiam eorum heredibus. Dat. 15. Kal. April. *Conſtantinopoli*, LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De inſinuatione.

36. Idem A. Joanni P.P.

Si quis pro redemptione [36] captivorum pecunias dederit, ſive per cautionem dare promiſerit, cujuscunque [37] quantitatis: cognoſcat ſe neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis poſſe declinare, utpote geſtis (ſicut in donationibus) non ſubſecutis ſuper inſinuatione ejusdem quantitatis: eo videlicet, qui pecunias accepit, vel prima vice, vel poſt cautionem, neceſſitatem habente piiſſimam adminiſtrationem adimplere: nulla ei moleſtia, vel inquietudine inferenda, vel ab eo, qui pecunias præbuit, vel ab aliis ex auctoritate legum permiſſis hoc requirere: ſed tantummodo ſacramentum præſtare, quod revera omnem quantitatem ſine dolo malo vel aliqua deminutione ad redemptionem dederit captivorum. §. 1. Simili etiam modo a geſtorum abſolvimus ordinatione donationes rerum mobilium, vel ſeſe moventium, quas viri glorioſiſſimi magiſtri [38] militum fortiſſimis præſtant militibus, tam ex ſua ſubſtantia, quam [39] ex ſpoliis hoſtium, ſive in ipſa bellorum occupatione, ſive in quibuscumque locis degere noſcuntur. §. 2. Eandemque liberalitatem noſtræ legis indulgemus etiam his quorum domus [40] incendio vel ruina corruptæ ſunt: quibusdam forte pecunias cujuscunque quantitatis præbentibus, vel cautionem conficientibus, ut & ipſi nec repetitionem timeant, verumetiam exactionem pecuniarum confeſſioni inſertarum facere poſſint, licet geſta non fuerint ſubſecuta; nulla eis licentia danda pecunias ad alias cauſas niſi ad refectionem domorum erogare. Quod ſi aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas, an pars ejus in ædificiis expenſa

nat. ante nupt. 1 *Et niſi*, Hal. 2 *In princ. ſupr. h. t.* 3 Per donationem inducitur inter plures donatarios communio. 4 Amplioris ſummæ donatario primo defertur jus offerendi pretii: eo recuſante minoris ſummæ donatario. 5 Alioquin, quod ſine periculo dividi non poteſt, jure indiviſibile eſt. 6 Si diverſis temporibus res variæ donantur, plures donationes intelliguntur. 7 Quid ſi quis duabus perſonis uno & eodem momento 900. donaverit: utrum ea donatio ut in concreto: an ut in abſtracto cenſenda eſt? hoc eſt, an ut una habenda eſt, an ut plures? Nam, ſi velut una, cenſebitur inſinuanda, cum 500. aureos excedat: ſi ut plures, non inſinuanda, cum diviſa in duos donatarios duas ſummas efficiat, quarum neutra 500. aureos excedit? unica cenſetur, ex unius donatoris perſona: non plures, pro donatariorum numero, & ita poſt Simonem Vincentium notat Romanus *ſingulari* 716. Cremenſis *ſingulari* 131. 8 De annuæ donationis inſinuatione. 9 In ſtipulatione annua præſtanda ab herede & heredi requiritur inſinuatio. Quid ſi heredis nulla facta eſt mentio? non requiritur. 10 *Vel non adjiciatur*, ita legit Iſidor. 47. βασιλικῶν, idque Cujacius probat. adde *l. 16. in fin. ff. de verb. oblig.* quæ lectio Roberto diſplicet 5. *recept.* 25. legit poſtmodum Cujacius 15. *obſerv.* 22. *nec adjiciatur.* Movetur libris Baſilicon, in quibus ita legitur ἃ δὲ μὴ ῥητὸν χρόνον ὁρίζωσιν. Idem Cujac. 15. *obſ.* 22. quo nomine ab eodem Roberto reprehenditur, 1. *animad.* 5. 11 Dixi ad *l. 30. ſupr. de jure dotium.* 12 An idem, ſi legaverit? vide *l. 1. in fin. l. 19. l. 35. ff. de auro.* An idem ſi mortis cauſa donaverit: ut in mortis cauſa donatione hæc lex locum habeat? idem Accurſ. *in l. cum pater 77. §. Mævio 6. ff. de legat. 2. & in l. 2. ſupr. de jure dotium.* vide Romanum *ſing.* 525. 13 Qui donationis cauſa promiſit certum pondus argenti, poteſt id dare vel in maſſa, vel in vaſis. 14 Vide *Novell.* 162. *c.* 1. §. 3. *Inſt. de donationib.* Quid? Donandi pactum an idem quod donatio eſt: ut & vendendi pactum venditio? vide Joſephum Ludovicum *Titulo de donationibus concluſ.* 3. Sane ex pacto nudo donationis, actio hodie oritur, *ut hic.* donationis etiam remuneratoriæ, cauſa mortis, ob cauſam, etiam in favorem donatoris, ut & ex pacto nudo donationis propter nuptias: etiamſi hodie donatio contractus ſit nominatus. Quinimo id etiam obtinet, licet in illo pacto nudo donationis factum promittatur, aut donatio cum conſtituto miſta ſit. Non idem eſſe putant in donandi, vel donationis præſumptæ pacto, ut poſt Salicetum, Imolam, Alexandrum, Lancelotum, Galiaulam, Matheſilanum (*notabili* 46.) Purpuratum, Fortunium Garciam, Claudium Seiſſellum, Socinum, Jacobum de Nigris, Paulum de Monte Pico, Corneum refert, Duenazius *regula* 19. Adde caſum alium ex Matheſilano *ſingulari* 27.
15 Indefinito promiſſo, nec peſſimum nec optimum ſolvi ſolet. Medium itaque ſolvendum.
16 Æſtimationis ſolutio loco rei ſuccedit. 17 Pretia communiter funguntur, vide *l. 63. ff. ad l. Falcid.* id eſt, æſtimanda ſunt ex forenſi vulgarique ſimilium rerum pretio.
18 Donator certi reditus intelligitur fundum tanti reditus donare velle. 19 Status fundi.
20 Donatis ſervis, mediocris figuræ donati intelliguntur, *ut hic.* adde *l. 37. ff. de legat.* 1.
21 Id eſt, æſtimationis & artificii. 22 Tales ſunt, qui actores dicuntur. *l. 37. ff. de leg.* 1. 23 Æſtimatio ſervi donati. vide. *l. ult. ſupr. de cond. inſert. l. ult. ſupr. comm. de leg. l. ultim. ſupr. de comm. ſer.* 24 Donator reditus annui, ſi fundos habet, ex quibus donatario, reditus præſtet, ſemel ſolvendo quindecim annorum reditum liberatur, donatoris pauperis id favore introductum: ne putemus alioqui juſtam æſtimationem prædii & fundi eſſe, quantum cumulus fructuum quindecim annis facit. vide Molinæum *de uſur. quæſt.* 5. *n.* 119. His addatur, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ permiſſum fuiſſe, domos ſuas urbanas vendere pretio, quod ex 50. annorum penſionibus colligebatur *Novell.* 120. *c.* 9. aliis Eccleſiis pro 25. vel ut a Græcis legitur 35. *Novell.* 131. *c.* 12. *in fin.* 25 Donatio totius vel quotæ bonorum valet: requiritque inſinuationem, ſi modum legitimum excedat. adde quæ ſcripſi ad *l. ſi unquam*, 8. §. *de revocandis donat.* 26 *ſupr. de inoff. donationibus.*

27 Dixi de uſusfructus retentione, *leg.* 28. *ſupr. eodem.* Goth. Intellect. hujus §. 5. contra Ant. Fab. vid. Joh. Decher. *lib.* 1. *diſſert.* 4. *n.* 34. Anſ. 28 Vide *princ. hujus legis.*
29 Quid ſi ſtipulatio non adjicitur? Ne tum quidem donatio contractus bonæ fidei fuerit. *l. 22. in fin. ff. de donationibus.* 30 *Novell.* 162. *cap.* 1. Valet igitur donatio nudo pacto, nec in ea requiritur præſtatio, vel traditio, ut olim. vide Clar. 4. *ſentent.* §. *donatio. quæſt.* 14. Conſenſu perficitur donatio ſicut emptio. 31 Et actus pereat.
32 Donatio actus voluntarius. *l. 30. ſupr. h. t.* Traditio vero, ex cauſa donationis neceſſarius. vide *l. 6. ſupr. de oblig.* Si ita eſt, hoc caſu dabitur actio etiam ex nudo pacto. adde *l. 6. ſupr. de dot. promiſſ.* 33 Quod in actibus non piis valet, multo magis in piis valere debet. 34 Indevotus & impius donator. 35 Donationes tranſeunt ad heredes active vel paſſive. 36 *leg. 21. ff. ſoluto:* adde 12. *quæſt.* 2. *c. ſacrorum.* 15. Donatio vel promiſſio pro redemptione captivorum facta inſinuationem non exigit, *ut hic*, adde *l. 19. ſupr. de ſacroſ. Eccleſ.* 37 Donatio bonorum omnium pro redimendis captivis facta valet. 38 Magiſter militum quod donat, inſinuatione non indiget.
39 Dux belli, vel Capitaneus, urbe aliqua capta vel hoſte devicto, militibus ſuis prædam ſeu diripienda hoſtium ſpolia donare poteſt: & eo quidem effectu, ut ne quidem a Principe retractari ſeu revocari poſſit ea donatio: quod adeo verum, ut non modo in ipſa occupatione belli, ſed in quibuscunque aliis locis fuerint, eá donare poſſit, *ut hic.* vide omnino Gellium, 4. *cap.* 18. 40 Inſinuatione non indiget quod pro refectione domus incendio, ſit,

sit, hæc domini domus sacramento dirimetur. §. 3. Cæteris etiam donationibus quæ gestis intervenientibus [1] minime sunt insinuatæ, sine aliqua distinctione usque ad quingentos [2] solidos valituris: hoc etenim tantummodo ad augendas hujusmodi donationes addendum esse ex præsenti lege decernimus, anteriore tempore nostra lege præcedente moderando, qua usque ad trecentos solidos factæ donationes, & sine insinuatione firmitatem obtinere jussæ sunt. Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De antiquis verbis rejectis.

37. Iidem A. Joanni P. P.

VErba superflua [3] quæ in donationibus poni solebant, scil. *sestertii* [4], *nummi unius, assium quatuor*, penitus esse rejicienda censemus. Quid enim verbis [5] opus est quæ rerum effectus nullus sequitur? Sancimus itaque nullo modo eorum verborum mentionem vel [in] Imperialibus donationibus, vel in omnibus aliis de cætero fieri: sed &, si [6] quisquam per verbositatem aliquid tale inscripserit, sive remiserit, nulla differentia sit.

TIT. LV.

DE DONATIONIBUS QUÆ [7] SUB MODO [8], VEL CONDITIONE [9] VEL CERTO TEMPORE [10] CONFICIUNTUR.

Si donatarius non præstat alimenta donatori, quæ ex pacto præstare tenetur, donatio revocatur, & potest donans rem suam vindicare. Bald.

1. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Gamicæ.

SI doceas (ut affirmas) nepti tuæ ea lege esse donatum a te, *ut* [11] *certa tibi alimenta præberet* [12]: vindicationem etiam [in hoc] casu utilem eo, quod legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes: id est, actionem qua dominium [13] pristinum tibi restituatur. Nam [non solum] condictio quidem tibi in hoc casu, id est, in personam actio jure procedit, verum etiam vindicationem quoque divi principes in hoc casu dandam esse sanxerunt. PP. 6. Kal. Decembr. TUSCO, & BASSO CONSS. 259.

Si donatur alicui ad vitam suam, post mortem ejus res redit ad donatorem. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zenoni.

SI rerum tuarum proprietatem [dono] dedisti, *ita ut* [14] *post mortem ejus, qui accepit, ad te* [15] *rediret* [16], donatio valet: cum etiam ad tempus certum [17], vel incertum ea fieri potest, lege scilicet, quæ ei imposita est, conservanda. PP. 5. Id. Mart. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Ex pacto celebrato inter donantem, & donatarium, acquiritur utilis actio sequenti secundo donatario, sine aliqua cessione. Bald.

3. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

QUoties donatio ita conficitur, *ut post* [18] *tempus id, quod donatum est, alii* [19] *restituatur*: veteris juris auctoritate rescriptum est, si is in quem liberalitatis compendium conferebatur [20], stipulatus non sit: placiti fide non impleta ei qui liberalitatis auctor fuit, vel heredibus ejus condictitiæ actionis persecutionem competere. Sed cum postea benigna [21] juris interpretatione divi principes ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem juxta donatoris voluntatem competere admiserint: actio quæ sorori tuæ, si in rebus humanis ageret, competebat, tibi accommodabitur. PP. 11. Kal. Octobr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Postea quam donatio est perfecta: forma substantialis ipsius potest mutari voluntate unius. Bald.

4. Iidem AA. & CC. Idæ.

PErfecta donatio conditiones postea [22] non capit. Quare si pater tuus donatione facta quasdam post aliquantulum temporis fecisse conditiones videatur, officere hoc nepotibus ejus fratris tui filiis minime posse non dubium est. Dat. Kal. Octobr. TIBERIANO, & DIONE CONSS. 291.

Donatio facta sub conditione emancipationis habet effectum quandocunque donatarius efficiatur sui juris. Salic.

5. Iidem AA. & CC. Dexippo.

SI quid mater filiæ suæ in potestate patris constitutæ sub hac conditione [23], si fuerit intra biennium emancipata [24], donaverit: licet hoc matris voluntate sui juris effecta non tenuit, tamen prius marito defuncto, sui juris quocunque modo effecta, ad similitudinem [25] legati ita relicti, rem donatam firmiter habere, vel vindicare potest. S. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. LVI.

DE REVOCANDIS [26] DONATIONIBUS.

Ingratitudine liberti revocatur donatio. Filii heredes donationem revocare non possunt.

1. Imp. PHILIPPUS A. Cosmino.

ETsi perfectis donationibus in possessionem inductus libertus [27], quantolibet tempore ea, quæ sibi donata sunt, pleno jure ut dominus possederit, tamen si *ingratus* [28] sit, omnis donatio mutata patronorum voluntate revocanda est. Quod observabitur, & circa ea, quæ libertorum nomine, pecunia tamen patronorum & beneficio comparata sunt. Nam qui obsequiis suis liberalitatem patronorum provocaverunt, non sunt digni quo eam retineant, cum cœperint obsequia negligere: cum magis in eos collata liberalitas ad obsequium [eos] inclinare deberet, quam ad insolentiam erigere. † Hoc tamen jus stabit inter ipsos tantum [29], qui liberalitatem dederint: Cæterum, neque filii eorum, neque successores ad hoc beneficium pertinebunt. Neque enim fas est ullo modo inquietari donationes [quas] is, qui donaverat, in diem vitæ suæ non retractavit. Dat. 15. Kal. Jul. ÆMILIANO, & AQUILINO CONSS. 250.

Pœnitentia *non revocatur donatio hac l. & duabus sequent.*

2. Imp. PROBUS A. Felici.

SI apud provinciæ Præsidem aviam filiæ tuæ quasi *pœnitentia* ductam subtracta instrumenta donationum igne exussisse [30] constiterit, vereri te non oportet, ne id quod jure vires acceperat, ex post facto possit in dubium revocari. PP. 3. Non. Maji, *Sirmii*, PROBO A. & PAULINO CONSS. 279.

3. Impp. CARINUS, & NUMERIANUS AA. Januario, & Felicio.

POssessionem, quam in vos emancipatos per donationem mater contulit, ex *pœnitentia* [31] sola alienare non potuit. PP. 2. Id. Januar. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

Donatio in fraudem facta non revocanda sub obtentu pœnitentiæ.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Proculæ.

CUm [32] profitearis in [33] fraudem te alterius donasse, professionem inhonestam continere intelligis. Itaque si donationem perfecisti, eam revocare [34] non potes ex memorata allegatione, sub obtentu *pœnitentiæ*. PP. Kal. April. *Heracliæ*, AA. CONSS.

Rescripto *Principis donatio non revocatur.*

5. Iidem AA. & CC. Epagatho.

SI donationem rite fecisti, hanc auctoritate [35] *Rescripti* nostri rescindi non oportet. S. 5. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

Absentiæ *mariti & liberorum prætextu, donatio non revocatur.*

6. Iidem AA. & CC. Herenniæ.

VElles necne filio tuo prædia itemque mancipia donare, fuit in initio tibi liberum [36]. Desine itaque postulare, ut donatio, quam perfeceras, revocetur prætextu [37] mariti & liberorum absentiæ: cum hujus firmitas ipsorum præsentia non indigeat. S. 5. Kal. Octobr. *Viminacii*, CC. CONSS.

Ingratitudine *revocatur donatio, Quæ mater, & quando revocare possit.*

7. Impp. CONSTANTINUS & CONSTANTIUS AA. ad Philippum.

HIs solis matribus, quæ non in secundi [38] matrimonii fœdus nupserint, sed unius tantum matrimonii sunt, revocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quicquid igitur is, qui a matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet, eo die, quo controversiæ qualecunque principium jussu judicantis datur, matri cogatur reddere. † Cæterum ea, quæ adhuc matre pacifica jure perfecta sunt, & ante inchoatum cœptumque jurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæterisque causis legitime alienata: mi-

vel ruina corruptæ donatur. 1 Apud competentem judicem. *l. 32. in fin. supr. h. t.* 2 Insinuationem hodie non requirit quælibet donatio intra vel infra summam 500. aureorum facta, *ut hic, &* §. 2. *Instit. de donat.* olim intra 300. aureos facta, insinuationem non exigebat: ultra exigebat. *l. 34. supr. hoc tit.* vide Clarum 4. *sentent.* §. *donatio quæst.* 15. 16. 17. 18. ubi inter cætera tractat, quibus in donationibus requiratur insinuatio. *Novella Leonis* 50. remittit insinuationem donationibus etiam ultra 500. solidos, si tamen tribus testibus probari possit: cujus etiam constitutionis meminit Harmenopulus 3. *tit.* 1. *in fin.* Quid; donatio ob causam excedens summam 500. aureorum, estne insinuanda? necessariam insinuationem non exiget. Accurs. *in l. Aquilius* 27. *ff. h. t.* Bart. *in l. 2. ff. h. t.* Idem si donatio remunerandi causa fiat & merita seu servitia constent obligatoria. Bartol. *in d. l. Aquilius* 27. Bald. *in l. illud.* 19. *supr. de sacrosanctis.* Quid? poteſtne donator renunciare insinuationi? non posse cessent Bartolus & Salycet. *in d. l. illud.* Quid si jurata donatio est? requirit insinuationem: nisi juramento interposito renunciatum fuerit insinuationi: ut post Joan. Fabrum. 8. Angel. Aretinus, Antonius de Canario, Aufrerius in decisionibus Capellæ Tholozanæ notat *decis.* 381. Goth. Adde Jul. Clar. §. *donatio. quæst.* 18. Andr. Gail. *lib.* 2. *obs.* 39. Anton. Merend. *controv. lib.* 1. *c.* 12. *& seqq.* Ans. De Insinuatione Donationum an & quatenus hodie necessaria, & quanti valeat solidus, sive aureus Romanus, ære nostro: vid. Censur. Forens. Nostr. *lib.* 2. *cap.* 8. S. L. 3 Adde *l. 65. ff. de verb. oblig.* 4 Contius, 1. *disputat.* 16. *sestertius nummi unius, assium quatuor*, Haloand. *sestertio nummo uno, assium quatuor &c. Basilic.* apud Cujac. 10. *observ.* 37. verba solennia erant donationis, quæ fiebat per mancipationem: ut in veteri inscriptione urbis Romæ: *Hoc monumentum L. Tiberius Sabinus se vivo donavit L. Sanio Symphoro, mancipavitque sestertio nummo uno.* Vitruvius 1. *c.* 4. Nummo sestertio mancipio dedit. In mancipationibus interveniebat sestertius unus dicis gratia. *l. 4. ff. commodati.* Dixi plura de sestertio nummo ad Ciceronem, *oratione pro Roscio Comœdo, & pro Rabirio Posthumo.* 5 Verborum sine effectu nullus est usus. 6 Vid. *l. 17. supr. de testamentis.*

7 Vid. Clar. 4. *sentent.* §. *donatio quæst.* 2. 8 De quibus vid. *l. 1. J. h. t.* 9 De qua vide *l. 4. l. 5. J. h. t.* 10 *l. 2. l. 3. l. 5. J. h. t.* 11 Donatum sub modo, *si modo non satisfit*, condici vindicarique potest. *Goth.* Intellectum hujus *l. 1.* vid. apud Johann. Decher. *lib.* 1. *dissert.* 4. *n.* 37. Ans. 12 *l. 5. l. 6. in fin. ff. de donat. int. vir.* 13 Dominium interdum nanciscimur sine possessione. 14 *l. 42. ff. de mort. caus.* 15 Potest etiam ita conveniri, ut ad alium redeat. *l. 3. J. h. t.* 16 Proprietas scilicet rei donatæ. 17 Donatio potest fieri ad tempus certum vel incertum. 18 De donatione ex certo tempore. 19 Puta Titio: potest etiam conveniri, ut ad donatorem revertatur proprietas præmortuo donatario, ut *l. 2. supr. h. t.* 20 *l. 37. §. 3. in fin. D. de leg.* 3. 21 Speciale est in donationum contractibus, ut alteri per alterum quæratur actio. 22 Conditiones initio donationis imponuntur. *l. 9. l. 22. in fine. l. 25. supr. tit. proximo:* at non perfectæ jam donationi. Perfecta jam donatio conditiones invito donatario non capit. 23 De donatione conditionali. 24 Conditioni emancipationis satisfit quovis emancipationis genere. vide *leg.* 3. *s. de instit. & substit.* 25 Res donata ad similitudinem legati vindicatur. 26 *L. 8. C. Theod.* 13. & 3. Harm. 2. & 47. *Ecl.* 2. adde Clarum 4. *sent.* §. *donatio. quæst.* 21. 27 Donatum liberto propter ingratitudinem revocari potest. 28 Ingrati actio donatori certis casibus competit. 29 Actio ingrati heredi & in heredem non datur. 30 Qui donationis instrumentum exurit, factam donationem revocare intelligitur: quæritur tamen, an invito donatario citra causam legitimam donatio revocari possit? non potest, facit *l. 3. J. h. t. l. 39. s. de trans.* 31 *l. 2. supr. h. t.* 32 *Confiteri in &c.* Cuj. 19. *obs.* 37. 33 Invito scilicet donatario, & sine causa legitima. 34 Donatario turpitudinem suam proferre non licet, ut eo prætextu factam donationem revocet. *l. 2. in fin. l. 3. supr. h. t. l. 3. D. de usucap. pro donato.* §. 2. *Instit. de donat.* facit *l. 30. supr. de transact. l. 4. s. quæ in fraud.* 35 47. *Ecl.* 2. *c.* 4. *l. 12. supr. de rei vindic. l. 3. s. de resc. vend. l. 9. supr. de donat. ante nupt. l. 4. supr. de emancip.* 36 Vid. *l. 5. s. de obligat. l. 35. in fin. supr. de donationibus.* 37 Absente etiam marito & liberis aliis, uni liberorum mater donare potest. Hujusmodi personarum absentia donationem non vitiat. An absentia rei donationem vitiat? Minime. *l. data* 27. *in fin. supr. de donat.* ut nec stipulationem. *l. parvi* 17. *D. de condict. furtiva.* An absentia patroni sententiam vitiat? vid. *l. 4. supr. de postul.* 38 47. *Ecl.* 1. *cap.* 5. *l. 1. C. Th. in fin.* Mater quæ iterum nupsit, ab ingratis liberis donationem non revocat, *ut hic*, nisi tribus casibus, *Authen. proxim.* Quod dictum est de secundo nubente muliere, ad eam quæ inhoneste vivit, extenditur. *Goth.* Vid. in hanc l. Sarmient. *lib. select.* 6. *cap.* 7. Ans. Adde

nime revocamus. Actionem vero matris ita personalem [1] esse volumus, ut vindicationis [2] tantum habeat effectum: nec in heredem detur, nec [3] tribuatur heredi. † De cæteris autem, quæ portentosæ vilitatis abjectæque [4] pudicitiæ sunt, satis etiam tacite cautum putamus. Quis est enim, qui his [5] aliquid arbitretur tribuendum esse: cum [6] etiam illis, quæ jure secundas tantum contraxerunt nuptias, nihil ex his privilegiis tributum esse velimus? Dat. 12. Kal. Octobr. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

In AUTHENT. de nupt. §. mater tamen. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 35.

Quod mater filio donat, ex ingratitudine non revocatur, postquam transit ad secundas nuptias, nisi [7] ex tribus causis. Prima, si vitæ ejus insidiatur. Item, si manus impias in eam intulerit. Tertia, si totius substantiæ molitus est jacturam.

Liberorum *supervenientia revocatur donatio a patrono in libertum collata.*

8. Iidem AA. ad Orphitum P.P.

SI [8] unquam libertis [9] patronus [10] filios non [11] habens bona [12] omnia vel partem [13] aliquam facultatum fuerit donatione [14] largitus, & postea susceperit [15] liberos [16], totum quidquid largitus fuerat, revertatur [17] in ejusdem [18] donatoris arbitrio ac ditione [19] mansurum [20]. Dat. 5. Kalend. Apr. ARBITIONE & LOLLIANO CONSS. 355.

Ingratitudinis *causis probatis revocatur donatio.*

9. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Senatum post alia.

DOnationes [21] circa filium filiamve, nepotem neptemve, vel pronepotem proneptemve emancipatos [22] celebratas, pater, vel avus, vel proavus revocare non poterit, nisi edoctis manifestissimis [23] causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, contra ipsam venire pietatem, & ex causis, quæ legibus continentur, fuisse constabit ingratam [24]. Dat. 5. Id. Nov. *Ravennæ*, THEODOSIO XIII. & VALENTINIANO III. AA. CONSS. 430.

Quibus ex causis *donatio revocari possit.* Heres *donationem revocare non potest.*

10. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

GEneraliter sancimus, omnes donationes lege confectas, firmas illibatasque manere, si [25] non donationis acceptor ingratus [26] circa donatorem inveniatur, ita ut injurias [27] atroces in eum effundat, vel [28] manus impias inferat, vel [29] jacturæ molem ex insidiis suis ingerat, quæ non levem sensum substantiæ donatoris imponat, vel [30] vitæ periculum aliquod ei intulerit, vel [31] quasdam conventiones, sive in scriptis donationi impositas, sive sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime implere voluerit. † Ex his enim tantummodo causis, si fuerint in judicium dilucidis [32] argumentis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas everti concedimus: ne sit cuiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem [33] irridere donatoris, & ipsum iterum donatorem suasque res perdere: & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici. † Hoc tamen usque ad primas [34] personas tantummodo stare censemus, nulla licentia concedenda donatoris successoribus [35] hujusmodi querimoniarum primordium instituere. Etenim si ipse, qui hoc passus est, tacuerit; silentium ejus maneat semper: & non a posteritate ejus suscitari concedatur, vel adversus eum, qui ingratus esse dicitur, vel adversus ejus successores [36]. Dat. 15. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LVII.

DE DONATIONIBUS CAUSA MORTIS [37].

In donatione causa mortis potest per fideicommissum substitui.

1. Imp. ALEXANDER A. Daphnæ.

SI donatione contineatur, *Ut altero defuncto, ad* [38] *alterum portio eorum, quæ donabantur, pertineret*: existente conditione, si mortis causa donatio perficiebatur, fideicommissi actio competit. PP. 4. Kalend. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Imp. GORDIANUS A. Zoilo.

INtestata mortua quondam nuru tua, neptis tua, quæ ex ea filioque tuo quæsita est, quandoque potest ad ejus venire successionem: nec tamen ea post mortem filii tui, ex quo quæsierat filiam, alii nuptui se collocando dotem dans prohibeatur quam velit conditionem eidem doti dicere. Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens, in causam mortis suæ eam [dotem] eundem fratrem suum stipulari passa est, cum divi Severi constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de cætero patrimonio quantum Falcidia [39] jubet, heres non habet, provisum sit: is, qui nurui tuæ heres extiterit, ejus constitutionis beneficium non prohibetur postulare. PP. 10. Kal. Febr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Heredi.

NEc fratris [40] sui mortis causa recte factam donationem sorori rescindere [41] licet. S. 3. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

4. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

CUm de mortis causa donatione dubitabatur; & alii quidem inter ultimas voluntates eam posuerunt, & legatis [42] aggregandam esse censuerunt, alii autem inter donationes, quæ inter vivos consistunt, eam posuerunt: dubietate eorum explosa, sancimus [43] omnes mortis causa donationes, sive juxta mortem facientis fuerint celebratæ, sive longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt, actis minime [44] indigere: neque expectare publicarum personarum præsentiam, & ea, quæ super hujusmodi monumentis solent adhiberi: sed ita res procedat, ut si quinque [45] testibus præsentibus vel in scriptis, vel sine literarum suppositione aliquis voluerit mortis [46] causa donationem facere: & sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate vallata, & nullam in ea calumniam accipiat: neque propter hoc, quod gesta non ac-

Cujac. *lib.* 4. *observat. c.* 19. S. L. 1 Ingrati actio personalis, id est, heredi vel in heredem non datur. 2 Id est, vindictæ, ultionis, hac enim actione mater suam injuriam potius ulciscitur, quam rem persequitur. Huic actioni similis est injuriarum actio. *l.* 10. *§.* 2. *ff. si quis cautionib. l.* 2. *§.* 4. *ff. de collationib.* & de moribus actio. *l. ult. C. Th. de incestis nuptiis.* adde Cujac. 4. *obs.* 19. 3 Imo heredi tribuitur. *l.* 3. *supr. de cond. ob causam.* 4 Mater abjectæ pudicitiæ non revocat donationem a filio ingrato, *ut hic*, nisi tribus casibus. 5 Id est, inhoneste viventibus. 6 Est enim minus, secundas contrahere nuptias, quam vivere inhoneste, *ut hic*. Imo secundæ nuptiæ honestæ. 7 Nota exceptiones legis 7. *supr. h. t.* 8 *l.* 3. *C. Theod. h. t.* 3. Harm. 2. *in prin.* 47. *Ecl.* 2. *c.* 8. vid. Tiraquellum & Ripam *ad hanc legem*, Cujac. 20. *observ.* 5. Clar. 4. *sent. §. donatio. quæst.* 22. *& seq.* 9 Quid si uni ex liberis parens omnia donavit? huic constitutioni locus non est: sed legi 2. 5. *supr. de inoffic. donat.* cum donatio superiore casu, in solidum non revocetur, sed fini legitimæ. Clarus *d. loco, vers.* 2. Quid si ecclesiæ? idem dicendum, hinc illud Augustini, *c. ult.* 17. *q.* 4. *Quicunque vult exheredato filio heredem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum.* Quid si uxori, & ex ejus matrimonio pater liberos susceperit? Idem dicendum videtur, etiamsi in donatione verisimilem suscipiendorum liberorum habuerit opinionem. 10 Sed & quivis alius præter patronum, quia in omnibus ratio hujus legis valet, posita in pietatis conjectura; quia nemo verisimiliter extraneo donat in perpetuum, qui de liberis suscipiendis cogitat. *l.* 6. *§.* 1. *supr. de inst. & subst. l.* 102. *in fin. ff. de cond. & demonst.* Quod si valet in omnibus, idem jus in omnibus statuendum. vid. Clar. *d. loco.* 11 Quid si cum donaret, liberos habuit? non potest, prætextu aliorum, qui postea nati sunt, donationem revocare ullo modo. Quid ejus liberi? possunt, sive ante, sive post donationem nati: non tamen solidam, id est, ut inutilem, sed ut immodicam & inofficiosam pro modo legitimæ portionis. *l.* 2. *in fin. l.* 5. *supr. de inoffic. donat. l.* 87. *§.* 3. *ff. de leg.* 2. dixi ad *Novell.* 92. 12 Donatio omnium bonorum estne valida, ut omnia bona donando ea confestim præstare vel tradere teneatur? in genere non valet. *l.* 15. *supr. de pactis.* Quid? donasse omnia bona num is intelligitur, qui omnia mobilia & immobilia sua donavit? non censetur: est enim tertium genus bonorum, quod neque mobile sit, neque immobile per se: ut sunt jura & actiones, de quibus donator in hac specie testari poterit. Idem esse existimatur, si quis omnia bona sua præsentia & futura ubicunque sita fuerint, donaverit. Nam jura & actiones hac donatione quoque videntur excipi, cum incorporalia sint, neque loco contineantur. Idem quoque si quis reservato, hoc est, excepto usufructu donaverit omnia sua bona: hujusmodi enim donatio improprie bonorum omnium est. Quid si quis Ecclesiæ omnia bona donaverit? in fraudem liberorum non valet donatio: ut paulo ante diximus. Quid? si uxori vel filio in potestate donaverit, & morte confirmata fuerit hujusmodi donatio? Vim & potestatem ultimæ voluntatis obtinet ea donatio: ut etiam Falcidiæ obnoxia sit. *l. in donationib.* 12. *supr. ad l. Falc.* Quid? si non expresse omnia bona præsentia & futura, sed summam seu quantitatem vires patrimonii excedentem donaverit? sustinetur ea donatio, propter spem lucri. Socinus *reg.* 144. 13 Habet itaque locum hæc constitutio non tantum donatis omnibus bonis, sed eorum parte aliqua. Aliqua inquam, etiam intra dimidiam: & in donatione particulari, magnæ tamen æstimationis. Clarus *ex communi opinione d. loco, quæst.* 22. *vers.* 4. 14 Inter vivos: multo facilius donatione causa mortis, quæ pœnitentia revocari potest, etiam non susceptis liberis. Quid dicendum in donatione remunerandi causa? Cujac. *d. loco post Vallam*, ne eam quidem excipit. Clarus ex communi opinione *d. loco quæst.* 23. *vers. quæro.* non admittit hujusmodi donationem in eo, quod excedit justam æstimationem remunerandi. Alii hanc legem ad remunerationem pertinere non putant. vid. Cujac. 17. *observ.* 33. 15 Quid si legitimaverit? idem dicendum, nam legitimatus non differt a legitimo. *Novell.* 89. *c.* 3. nisi ante donationem a patre factam, qui legitimatus est, natus fuit. vide communem opinionem apud Clarum *d. loco quæst.* 23. *vers. sed quæro. versic. sed quid.* 16 Ex legitimo matrimonio scil. quid si naturales tantum suscipiat? puto saltem a donatario alendos, argumento eorum, quæ diximus ad *Novell.* 89. *c.* 15. 17 Ipso jure, ita ut nullius hominis ministerio sit opus. *Communis opinio* apud Clarum *d. loco quæst.* 23. *vers. præterea quæro.* Quid si suscepti post donationem liberi moriuntur? convalescit donatio, nisi donator tacite vel expresse donationem revocaverit. *communis opinio adversus* Bart. apud Clarum *d. loco quæst.* 23. *vers. pen.* 18 An & heredum? finge donatorem condictionem neglexisse? dabitur etiam ejus heredibus benigna interpretatione legis 3. *vers. sed cum. supr. de don. quæ sub modo.* ut contrariam opinionem a Claro defendi mirum sit *d. loco, quæst.* 23. *in fin.* Quid si parens generaliter revocationi donationis renunciavit? renunciatio heredibus non nocebit. *Communis opinio* apud Clarum *d. loco quæst.* 23. *vers.* 3. *infertur.* Quid si sciens prudens specialiter beneficio hujus constitutionis renunciavit? putant a majore vigintiquinque annis renunciari posse, non a minore. Clarus *d. loco.* quod vix concedendum, magnus enim liberorum favor nobis semper esse debet, ut huic constitutioni renunciari tacite non possit. Quid si parens specialiter juramento interposito renunciavit hujus legis privilegio? non impeditur revocatio: vide doctores apud Mynsingerum 5. *observ.* 63. 64. quod Tiraquellus hac lege *num.* 95. 96. 100. non probat: nisi quatuor casibus. adde Zoanetum 47. *rerum quotidianarum num.* 5. Probo Mynsingeri opinionem: eo magis quod juramentum hujusmodi naturæ legem impugnet. vid. *l.* 7. *ff. de bon. damnat.* ideoque bonis moribus contrarium. *arg. l.* 6. *supr. de pactis*, & illicitum esse debeat. *l.* 5. *§.* 3. *ff. de jurejurando.* Possumus & hoc argumento uti: si ejusmodi jusjurandum in fraudem creditorum non valet, *l.* 9. *§.* 5. *d. tit.* in liberorum fraudem non valere merito dicendum videtur, quibus bona parentum lege naturæ debentur. Quid? superioribus casibus, num in solidum ab heredibus revocatur donatio? non in solidum, sed pro modo Falcidiæ, sive ex testamento sive ab intestato. vid. Cujac. *d. loco.* 19 Conditione, *l.* 5. *C. Theod. hoc tit.* 20 Cur ita? de liberis non cogitat, qui ita donat. donans eo modo, non præsumitur de liberis cogitasse. vid. Mynsing. 5. *observ.* 64. Nemo successores extraneos suis anteponere intelligitur. *l.* 6. *§.* 1. *supr. de inst. l.* 102. *in fin. ff. de cond. & demonstr.* 21 *l.* 4. *C. Theod.* 22 *Emancipationis tempore celebratam pater &c. d. l.* 4. 23 Donationes in emancipatos liberos collatæ nisi legitimis de causis revocantur. *l. ult. vers. ex his.* J. *h. t.* 24 Adde quæ sequuntur ex *d. l.* 6. *quas tamen causas in cognitione discuti oportebit, & vestro* (alii legunt *nostro*) *admitti judicio, cum hoc inter patres* (lege *partes*) *competentes visum fuerit cognitori: alias jubemus non audiri patris querelas.* 25 Quinque ex causis donatio revocari potest, *ut hic.* adde §. 2. *vers. sciendum, Inst. de donat.* 4. *Ecl.* 2. *c.* 10. *&* 3. Harm. 2. *in fin.* 26 Ingratitudinis causa donatio revocari potest *ut hic.* Quid si remuneratoria donatio fuit? etiam ob ingratitudinem revocari non potest. *l. si pater* 34. *§.* 1. *in verbo, irrevocabilis. ff. de donationibus.* 27 Prima causa Græci ita legunt, ἐὰν σφοδρῶς ὑβρίζῃ. *Eclog. d. loco:* καὶ αἰσχρῶς κατὰ τούτου χρησάμενος ὕβρεσιν. Harmen. *d. loco.* 28 Secunda causa, χεῖρας ἀδίκως. Harm. *d. loco.* 29 Tertia causa. Græci ita legunt. ἢ ζημίαν μεγίστην. *Ecl. d. loco.* Propius vero accedit huic loco Harmenopulus hoc modo ἢ ζημίαν μεγίστην προβαλεῖ ἐξ οἰκείας ἐπιβουλῆς. 30 Quarta causa, ἢ ὡς (Harmenopulus legit περὶ) τὴν ζωὴν ἐπιβουλεύσῃ. *Ecl. d. loco.* 31 Quinta causa. 32 *l.* 9. *in fin. supr. h. t.* 33 *Fragilitatem.* Hal. 34 *Ecl. d. loco in fin.* donatoris, scil. Ideoque donatio a patre non revocatur propter ingratitudinem ejus filiæ. 35 Actio revocatoria ob ingratitudinem non datur heredi, *ut hic*, vel in heredem. *in fin.* J. *h. t.* adde *l.* 1. *l.* 7. *supr. h. t.* 36 De heredibus ingrati hinc colligunt, Pœnam non declaratam adversus auctorem contra ejus heredem non posse declarari. vid. Gabrielium 7. *concl.* 35.

37 Dixi ad *L.* 39. *D.* 6. *&* §. 1. *Inst. de donationib. Novell.* 87. *&* 47. *Ecl.* 3. *&* 3. Harmen. 1. *&* Paul. 3. *sentent.* 7. Clar. 4 *sent. §. donatio, quæst.* 4. 6. 7. Grass. *lib. sent. §. donatio mortis caus.* Donatio causa mortis donatio veluti fiduciaria. 38 In donatione causa mortis potest per fideicommissum substitui. Fideicommissum relinqui potest in instrumento donationis. vid. Cujac. 20. *obs.* 1. dic melius, etiam per fideicommissum revocari donationem causa mortis. 39 Ut in legatis & fideicommissis: ita & in donatione causa mortis, Falcidia locum habet. adde Cujac. 20. *observ.* 6. adde *l.* 6. *l. pen.* S. *ad l. Falc. l.* 66. *in fin. l.* 93. *ff. ad leg. Falc. l.* 1. *§.* 5. *ff. quod legator.* An & in mortis causa capione? vid. Ripensem *ad l.* 1. *ff. quod legat. fol.* 71. *num.* 123. 40 Ne dicas cum interpretibus communiter, id innui, Etiam ex causa alienæ mortis, mortis causa donari posse. ut *l.* 11. 18. *ff. h. t.* dic potius cum Cujac. 20. *obs.* 6. Donationem mortis causa in extraneum collatam a cognatis donatoris revocari non posse. Idem de donatione inter vivos etiam constituitur. *l.* 29. *supr. de donationibus.* 41 Jure legitimæ vel inofficiosi querelæ. 42 *l.* 15. 37. *ff. hoc tit. §.* 1. *vers. hæ mortis. Instit. de donat. l.* 2. *ff. de Publiciana: Novell.* 87. adde quæ scripsi ad *l.* 1. *&* 15. *in fin. ff. h. t.* vide ad hunc locum Cujac. 10. *obs.* 28. ubi probat donationes causa mortis ad exemplum legatorum capi. 43 Hæc est quinquagesima, & ultima decisio Justiniani, ut videre est apud Inglois. *Ans.* 44 Donatio causa mortis, cujuscunque sit summæ & quantitatis, insinuatione non eget: olim indigebat. *l.* 25. *in fin. supr. de donationib.* non ita in simplici inter vivos donatione summam quingentorum aureorum excedente. *l. ult. §.* 3. *supr. de donat.* 45 Donatio mortis causa quinque testibus præsentibus perfici debet, tanquam ultima voluntas. Donatio inter vivos (quibus casibus non indiget insinuatione) scripto contenta est a donatore subscripto, nec ullos testes exigit. *l.* 31. *supr. de donat.* 46 *d. vers. hæ mortis.*

cesserunt,

cesserunt, inefficax esse atque inutilis videatur: & omnes [1] effectus sortiatur, quos ultimæ habent liberalitates: neque ex quacunque parte absimilis [eis] intelligatur. Dat. Kal. Sept. *Constantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LVIII.

DE [2] INFIRMANDIS POENIS COELIBATUS [3], ORBITATIS [4] ET [DE] DECIMARIIS [5] SUBLATIS [6].

1. Imppp. CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS AAA. ad populum.

QUi jure veteri *cœlibes* [7] habebantur, imminentibus legum [8] terroribus liberentur: atque ita vivant, ac si numero maritorum matrimonii fœdere fulcirentur. Sitque omnibus æqua conditio capessendi quod quisque mereatur. † Nec vero quisquam *orbus* [9] habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant. † Quam rem & circa fœminas existimamus, earumque cervicibus imposita juris imperia, velut quædam juga, solvimus promiscue omnibus. Dat. Kalend. April. *Romæ*, CONSTANTIO II. & CONSTANTE AA. CONSS. 339.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Isidoro P.U.

INter virum & uxorem [10] rationem cessare ex lege Papia *decimarum* [11]: & quamvis [12] non interveniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis (nisi forte Lex alia imminuerit derelicta) decernimus. Tantum igitur posthac maritus vel uxor sibi invicem derelinquant, quantum superstitis amor exegerit. Dat. PP. Non. Sept. VARANA [13] CONS. 410.

TIT. LIX.

DE [14] JURE [15] LIBERORUM [16].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Isidoro P.U.

NEmo posthac a nobis jus [17] liberorum petat: quod simul hac lege omnibus concedimus. Datum PP. Non. Septembr. VARANA [18] CONS. 410.

Mater succedit filio per Tertyllianum. Bald.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

ILlam injuriam, quæ contra matrem defuncti, vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro justitiæ ratione amputamus, & legitima jura, quæ ex Tertylliano Senatusconsulto [19] ei præstantur, omnimodo eam habere sancimus: licet tres [20] liberos ingenua, vel libertina quatuor minime pepererit. Dat. Kalend. Jun. *Constantinop.* ipso A. II. CONS. 528.

l.2. ff. de Publiciana. l.87. ff. de leg.3. Igitur ex donatione mortis causa dominium transfertur sine traditione. 1 Quibus non est potestas accipiendi ex aliorum testamento, iisdem nec ex mortis causa donatione. *l.35. ff. de mort. caus. donat.* ut non ita male hic titulus superiori cohæreat.

2 *l.1. in princ. J. hoc tit.* 3 Cœlebs lege Julia & Papia ex aliorum testamentis quidquam capere non poterat, nisi post mortem testatoris intra centesimum diem matrimonium contraheret; præterquam ex testamento cognati ad sextum usque gradum, hinc illa lex instituendi in tempus capiendæ hereditatis. *l.62. ff. de hered. instit.* dixi ad Ulpian. *tit.* 13. *de cœlibe, orbo, & solitario patre.* 4 *l.1. vers. nec vero quisquam orb. J. h.t.* Orbi liberis semisse relicti testamento multabantur: semis cedebat fisco: & breviter, orbus partem tantum relicti capiebat. *l.42. ff. de leg.2.* non solidum. *l.6. ff. de vulg. & pupill. l.16. §.15. D. ad SC. Trebell. l.13. in fin. ff. de jure fisci.* hinc illæ heredis instituendi leges in tempus capiendæ hereditatis, *l.62. ff. de hered. inst.* ex parte, quam quis per legem capere potest. *l.78. §.3. ff. de hered. inst.* 5 Virum & uxorem intelligit qui inter se matrimonii nomine decimam capere possunt jure veteri certis de causis. *l.2. J. h.t.* dixi ad Ulp. 15. *tit. de decimis.* §.1. *l.18. ff. de auro.* interdum solidum. Ulp. 16. §.1. interdum nihil. Ulp. *ibi* §. 2. 3. 6 Hodie cœlibes, orbi, vir & uxor inter se solidi capiendi sunt capaces. 7 De cœlibe. 8 Legem Juliam & Papiam intelligit. vid. *l. 11. ff. de vulgari.* 9 De orbo. 10 De viro & uxore seu decimariis. 11 Decimam vir & uxor inter se matrimonii nomine seu ob honorem matrimonii capiebant. Ulp. *de decimis.* 15. §. 1. *l.18 ff. de auro.* nisi ipsi legato additum sit onus fideicommissi. *l.6. ff. de vulgari. l.41. & 42. ff. de leg.2. l.28. ff. de leg.3.* Quod si ex alio matrimonio liberos superstites habebant, præter decimam illam quam matrimonii nomine capiebant, totidem decimas pro numero liberorum accipiebant. Ad hæc communis filius, filiave post nonum diem (Nominalia, seu Nominalium dies is erat, qui & Lustricus, quo infantes lustrabant, & eis imponebant nomina, Tertull. *lib. de Idololatria.* Macrob. 1. *Saturn.* 16. Festus *in voce Lustrici dies*) unam decimam adjiciebat: duo autem post nonum diem amissi duas decimas adjiciebant. Præter decimam etiam usumfructum tertiæ partis bonorum ejus capere poterant: & quotcunque vel quandoque liberos habuissent, ejusdem partis proprietatem. Ulp. *d.loco.* adde *l.25. ff. de cond. & demonst. & quæ scripsi ad l.4. supr. quando dies legati.* Hoc amplius mulier petere præter decimam, dotem poterat legatam sibi. Goth. Vid. Cujac. *lib.* 10. *obs.* 17. 18. S.L. 12 Olim solidum tantum capiebant, si unum filium superstitem habuissent, vel si eum puberem amisissent. vid. Ulp. 16. §. 1. adde *tit. prox. J.* 13 Vid. *J. num.* 18.

14 Vir & uxor jure veteri decimas inter se tantum interdum capiebant. *l. ult. supr. tit. prox.* interdum solidum, interdum nihil. Ulp. *tit. de solidi capacitate inter virum & uxor.* 16. Solidum capiebant, si alteruter eorum nondum ejus ætatis erat, quæ liberos exigebat (hoc est, si vir minor vigintiquinque, uxor viginti annorum minor) vel si utrique lege Papia finitos in matrimonio annos excessissent (hoc est, si vir sexaginta, uxor quinquaginta). Item si cognati inter se coiissent usque ad sextum gradum. Item si vir abesset & donec abest, & intra annum postquam abesse desiisset, libera inter virum & uxorem erat testamenti factio. Præterea, solidum capiebant, si jus liberorum a principe impetrassent: aut si filium filiamve communem habebant: quatuordecim annis filium vel duodecim filiam amisissent: vel si duos trimos, vel tres post nonum diem amisissent, ut intra annum tamen & sex menses. Etiam uniuscujusque ætatis impubes amissus solidi capiendi jus præstabat. Item si post mortem intra decem menses uxor ex eo perperisset. Ulp. *d. tit.* Goth. De hac materia scripsit librum singularem Marcus Vertranius. *Mod.* 15 Jus liberorum, erat conjugum sine liberis invicem loco pignorum, hereditatis alternæ conscriptio. 5. Isidor. 24. *l.9. C. Th. de infirmandis his quæ sub tyrannis.* 16 Vir & uxor olim poterant inter se solidum capere, si jus tot liberorum, quot sufficiebant obtinendæ capacitati assis, a principe impetrassent. Ulp. *tit.* 16. §. 1. *vers. si jus liberorum.* Proderat etiam matri impetratio, ut filiis ab intestato succederet. vid. *l.2. J. h.t.* Hodie jus liberorum etiam non petentibus concessum. *l.2. J. h.t.* 17 Jus liberorum hodie omnibus concessum. 18 Al. *Varari*, al. *Varano.* al. quod verisimilius *Varrone & Tertullo* Coss. ita Russard. *S.L.* 19 Matres succedunt liberis ex SC. Tertylliano. Olim non passim, nisi tres liberos ingenua peperisset, vel libertina quatuor. *J. h. t.* nisi jus liberorum a principe impetrasset. Hodie jus liberorum matribus hac lege datur. *Nov.* 78. *c.* 5. vid. Paul. 4. *sent.* 9. *§. ult. l.7. C. Theod. de legitim. hered. l.8. C. Theod. de bonor. poss. l.9. C. Theod. de infirmand. his quæ sub tyr. Novella Valentiniani de testamentis.* 20 Paul. *d. loco.* §. 4. *Inst. de SC. Tertyll.*

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER NONUS.

TIT. I.

DE HIS, QUI ACCUSARE [1] NON POSSUNT.

De mutuis accusationibus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Sylvano.

PRius est, ut criminibus, quæ tibi ut graviora [2] ab adversario tuo objiciuntur, cædis, atque vulnerum respondeas: & tunc ex eventu causæ Judex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior [3] inscriptionem [4] deposuisti. PP. 5. Id. Martii, TERTULLO, & CLEMENTE CONSS. 196.

De tutore & curatore.

2. Imp. ANTONINUS A. Ingenuo.

SI cautiones quibus Secundinus *solutam Eugenio pecuniam* probare se dicit, tutores [5], vel curatores tui suspectas, ut falsas habent: proprio [6] nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falsi subscribere. Nec enim facile, vel tutores, vel curatores, qui ex officio periculo [suo] res pupillorum, vel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi evidens eorum calumnia [7] judicanti apparebit. PP. 12. Kalend. Octobr. ANTON. A. & GETA CONSS. 206.

De ratione accusationis instituendo.

3. Imp. ALEX. A. Rufo.

QUi crimen publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius [8] inscriptionum pagina [9] præcesserit, & fidejussor [10] de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin vero post satisdationem præsentes non fuerint, [edicto] admonendi sunt, ut [11] veniant ad causam agendam: & si non adfuerint, non solum extra [12] ordinem æstimatione Judicis puniendi sunt, sed etiam sumptus [13] quos in eam rem, & circa ipsum iter [14] ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. 3. Non. Februar. ALEX. A. CONS. 223.

De fœminis.

4. Idem A. Dionysio.

UXor [15] tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat, adeat Præsidem provinciæ. PP. 16. Kal. Jul. ALEX. A. CONS. 223.

Accusatio falsi existentibus tutoribus vel curatoribus non pertinet ad matrem. Bald.

5. Idem A. Marcellinæ.

SEnatusconsulto permissum non est mulieri legis Corneliæ crimine reum facere, nisi res ad eam [16] pertineat. Cum igitur filii tui tuto-

1 Vide Clar. 5. *sent.* §. *ult. q.* 14. 2 Accusatori suo reus majus crimen potest objicere, *ut hic.* par aut minus non potest. vide *l.19. J. h.t. l.5. ff. de public. jud.* Gravius igitur crimen, quod relatum est, oportet prius expediri. *Synops. Basil.* 60. *tit.* 1. *tit.* 34. *c.* 17. & 1. Harm. 2. §. 11. de Anticategoriis vide Cujac. 20. *obs.* 7. 3 In minori tamen crimine. 4 Vide *l.3. J. h.t. l.17. J. de accusat.* 5 Tutor pupilli, curator adolescentis nomine accusare non potest: proprio tamen nomine subscribit. *l.5. versic. cum igitur. J. h.t. l.2. supr. de his quibus ut indign. l.14. ff. ad SC. Turpil.* adde *l.18. §.8. ff. de jure fisci.* 6 Pupilli nomine, Cujacius apud Paul. 5. *sent.* 12. §. 4. 7 *l.15. §.2. ff. ad SC. Turpil. l.22. ff. de his quæ ut indig.* 8 Accusare non potest qui libellum inscriptionis non edidit, *ut hic, & l.10. J. h.t. l.16. l.17. J. & l.7. ff. de accusat.* usu invalescente libellum inscriptionis hodie neglectum esse monet Clarus 5. *sent.* §. *ult. qu.* 18. *in princ.* 9 Consuetudine Italiæ libellus accusationis non datur, sed simplex accusatio sine querela. Clar. *d. loco, vers. postea.* 10 *l.7. §.1. ff. de accusat.* Clarus *d. loco, vers. h.t. etiam.* negat consuetudine hanc satisdationem exigi & nihilominus tamen accusatorem cogi de calumnia jurare. Idem *ibid. vers. dic etiam.* Bart. 11 Citatio generalis an ad causam sufficiat, vide Mynsing. 4. *observ.* 33. 12 *l.2. in fin. J. ad SC. Turpillian.* 13 Satisdationem de sumptibus præstandis observari, Clarus negat *d. loco, vers. tenetur etiam.* 14 *l.79. ff. de judiciis.* 15 Vide *l.5. J. h.t.* 16 *l.14. J. h.t.* ad eam etiam pertinet liberorum causa, *ut hic, & l.9. J.*

res [1] vel curatores habeant: ipsi deliberare debent, an instrumenta ex quibus adversarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. PP. Kal. Octobr. ALEX. A. CONS. 223.

De accusatione relicta.

6. Idem A. Probo.

ACcusationem a qua discedere [2] te professus es, repetere non debes. PP. 5. Non. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De mora accusatoris.

7. Idem A. Felici.

SI ea quæ crimen intendit, cognitionem moratur: certa [3] perferendæ accusationis tempora Judex competens præstet: intra quæ si agere supersederit, renunciasse [4] causæ intelligitur. PP. 15. Kal. Septembr. AGRICOLA & CLEMENTE CONSS. 231.

De militibus.

8. Imp. GORDIANUS A. Cajo militi.

NOn prohibentur milites [5] accusationem quæ publici judicii instar obtineat, intendere, si [6] suam suorumque injuriam exequantur. Ideoque consobrini tui necem defendere tibi permittimus. PP. 17. Kalend. August. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De fœminis.

9. Idem A. Severiæ.

NOn ignorat competens Judex, eam [7], quæ ultionem, & mortem filii persequi allegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probaverit. PP. 6. Non. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De militibus.

10. Idem A. Mucatraulo [8] militi [9].

SI crimen ad tuam tuorumque injuriam pertinens exequaris, solennibus te inscriptionibus adstringe, ut præsidem provinciæ habere judicem possis. PP. Kalend. Aug. GORDIAN. A. & AVIOLA CONSS. 240.

De incendio.

11. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Saturnino & aliis.

DAta [10] opera partis adversæ res vestras incendio [11] exarsas esse asseverantes, crimen legis Corneliæ de sicariis exequi potestis. PP. 13. Kalend. Jul. PEREGR. & ÆMIL. CONSS. 245.

De fœminis.

12. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Corinthiæ.

DE [12] crimine quod publicorum fuerit judiciorum, mulieri [13] accusare non permittitur: nisi certis ex causis, id est, si suam suorumque persequatur injuriam secundum antiqui juris statuta tantum, de quibus specialiter ei concessum est, non [14] exacta subscriptione. Unde aditus præses provinciæ inprimis examinabit, an tale sit crimen cujus accusationem mulier subire non prohibeatur. S. 5. Kal. Maji, AA. CONSS.

De fratribus.

13. Iidem AA. & CC. ad Asclepium.

SI magnum & capitale crimen ac non leve frater [15] contra fratrem suum instituit, non solum audiendus non est, sed etiam exilii pœna plectendus est. Dat. 10. Kalend. Febr. CC. CONSS.

De matre filium accusante.

14. Iidem AA. & CC. Æliæ.

PRopter insidias quas tuæ vitæ paratas contendis, accusationem apud Præsidem provinciæ contra filium [16] tuum, si pietas & ratio naturalis animi tui non revocat intentionem, constituere potes. S. 16. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De existimatione & de periculo calumniæ.

15. Iidem AA. & CC. Lupioni.

CRiminis accusationem instituere cum [17] periculo [18] calumniæ, si tibi existimatio [19] integra est, minime prohiberis. S. 3. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De pluribus accusatoribus.

16. Iidem AA. & CC. Callitico.

CUm rationibus juris congruit desiderium tuum, postulantis accusationem tertiam [20] ei, qui duos reos delatos habeat, non permitti contra legis præscripta [21], nisi suas suorumque injurias quis persequatur. S. 12. Kalend. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De eo, qui in rei domo educatus est.

17. Pars sententiæ eorundem AA. & CC. Dat. 5. Id. Januar. DIOCLETIANO & MAXIM. AA. CONSS.

INiquum & longe a seculi nostri beatitudine esse credimus, ut Thaumasius accusandi ejus habeat facultatem, in [22] cujus domo [23] eum (licet ingenuum) a prima ætate tamen fuisse constabat. Quare ex nomine Thaumasii mentio super conflictu criminis cum Symmacho conquiescat. † Si quam sane civilem [24] petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit: judicio Præsidali poterit experiri.

De fratre & sorore.

18. Iidem AA. & CC. Juliano.

SI sororem [25] [tuam] leviorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere in judicio præsidali: quo temerarie commissa, congrua ultione plectantur. Dat. 3. Kalend. Mart. DIOCLET. IX. & MAXIM. VIII. AA. CONSS. 304.

Si accusatus accuset.

19. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. Laodiceo [26] Præfecto Sardiniæ.

NEganda [27] est accusatis [28], [qui non suas suorumque [29] injurias exequuntur, licentia criminandi in pari vel minori crimine,] priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum juris conditorum: [ita tamen,] ut & ipsi inscriptiones [30] contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. Dat. Prid. Idib. August. *Carnunti*, GRATIANO A. III. & EQUITIO V. C. CONSS. 374.

De familiaribus & servis.

20. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

SI quis [31] ex [32] familiaribus [33] vel ex servis cujuslibet domus cujuscumque criminis delator atque accusator emerserit, ejus existimationem, caput, atque fortunas petiturus, cujus familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, atque examinationem judicii, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, ultore [34] gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius, quam audiri. Majestatis [35] autem crimen [tantum] excipimus [36]. Dat. 6. Id. Novembr. *Constantinop.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De libertis.

21. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus, & Trib. pleb. Senatui S. D.

SI liberti [37], accusatores manumissorum heredumve esse præsumpserint [38]: eodem, quo servi supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. Dat. 7. Id. August. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS [39], ET INSCRIPTIONIBUS [40].

De terminis effossis.

1. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

EOs, qui terminos [41] effoderunt, extraordinaria [42] animadversione coerceri debere, præses provinciæ non ignorabit. PP. 3. Kalend. August. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De servo accusato.

2. Idem A. Syro.

SI cuidam crimini obnoxius servus [43] postulatur, dominus eum defendere potest, & in judicio sistere, accusatoris intentionibus responsurum. Post

h. t. l. 1. ff. de accus. consobrini, *l. 4. s. h. t.* parentum, *d. l. 1.* patroni, patronæ, *d. l. 1.* mariti, Clar. *d. §. ult. q. 14. vers. præterea.* eorum denique, in quos ex lege publicorum judiciorum testimonium non dicitur. vide *l. 1. ff. de accusat.* de quibus vide *l. 4. 5. ff. de testibus.* Goth. Hæc lex canonizata est *can. 3. caus. 15. q. 3.* Ans. Ergo & fratrum. *l. 1. §. 10. ff. de quæstionibus.* alias mulier non accusat. *l. 12. J. h. t. l. 8. ff. de accus.* neque populari actione utitur. *l. 6. ff. de popul. act.* 1 Vide *l. 2. supr. h. t.* 2 Desistens ab accusatione expresse, *ut hic. l. 3. in fin. l. 4. J. & l. 2. ff. ad SC. Turpill.* vel tacite, ut *l. 7. J. h. t.* non accusat. 3 Dixi ad *l. 5. supr. de ing. man. l. ult. J. ut intr. cert. temp. l. 18. ff. de accusat.* 4 Accusationes etiam tacite remittuntur. dixi ad *l. 6. s. h. t.* 5 *l. 8. ff. de accusat.* 6 *l. 18. J. h. t.* hodie passim admittuntur ex usu. Clar. *5. sent. §. ult. quæst. 14. vers. quæro.* 7 Dixi ad *l. 4. supr. h. t.* 8 *Buccarrachio*, Hal. 9 Dixi ad *l. 8. supr. h. t.* 10 Incendium dolo, lata culpa, levi, levissima vel fortuito admissum, quomodo puniatur, vide apud Angelum *tract. de maleficiis. §. Incendiario.* 11 Incendiarius tenetur lege Cornelia de sicariis. *l. 1. ff. de sicar.* Cæterum non ita commode huic titulo respondet hæc constitutio. 12 Mulier accusare de crimine nisi sua in causa non potest. *Syn. Basil. 6. Tit. 36. ex lib. 60. tit. 41. cap. 24.* nisi ob cædem parentum, liberorum, patroni, patronæve & eorum filii, filiæve, nepotis, neptisve, & cæterorum in quos invita testimonium dicit: licet & ei lege Cornelia testamentaria agere (vel de falsis) item & de testamentis paternorum, vel maternorum liberorum. 1. Harm. 2. §. 40. Goth. Hæc lex translata est in *can. 1. quæst. 3. causa. 15.* Ans. 13 *l. 3. C. Theod. de accus.* dixi ad *l. 5. supr. h. t.* 14 Subscriptio an exigatur hodie, dixi ad *l. 3. supr. h. t.* 15 Frater fratrem, *ut hic*, vel sororem. *l. 18. J. h. t. l. 1. §. 10. ff. de quæstionibus.* de crimine capitali non accusat, accusans punitur, *ut hic.* 1. Harmen. 2. §. 48. Goth. Secus Jure Canonico. *c. litteras. 14. extr. de Præsumpt.* Ans. 16 Mater filium sibi insidiantem accusare potest. adde *l. 3. supr. de patria potestate.* & sic publicam accusationem instituere. 1. Harm. 2. §. 41. Filius ex contrario de facto matris queri potest. *l. 11. §. 1. ff. de accus.* 17 Falsus accusator, calumniator. 18 Periculum hic vocatur accusatoris inscriptio in crimen, quod ex ea accusator periclitetur, ne reus fiat: sicut ex sententia judex periclitatur, ne litem suam faciat, & ne teneatur, *Quod quisque juris:* & is utique quicunque condemnationem patitur & omnes scripturæ nostræ maxime in judiciis similiter pericula dici possunt, non etiam verba quæcunque. Cujac. *ad tit. supr. de sententiis ex periculo recitandis.* 19 Infamis accusare non potest. *l. 4. l. 8. ff. de accus.* adde *l. 1. supr. de advoc. divers. judic. Synops. 60. tit. 1. c. 16.* nisi suam suorumque injuriam exequatur. *l. 11. ff. de accus.* & in læsæ majestatis crimine. *l. 7. ff. ad leg. Jul. majest.* 20 Duos qui reos delatos habet, tertium deferre & accusare non potest, nisi suam injuriam persequatur. De tribus reis nemo queri potest, nisi suarum injuriarum causa. *l. 8. in fin. l. 12. §. 2. ff. de accus. l. 6. in fin. ff. ad leg. Jul. de adulter.* adde Cujac. *6. obs. 12.* 21 Quidam legunt *præcepta.* 22 Domesticus, ὁ διάγων ἐν οἴκῳ τινὸς &c. Qui degit in alicujus domo, non potest eum accusare: sed si quid pecuniarium sit, recte de eo agit, *Synops. Basil. 60. tit. 1. ex tit. 34. c. 17.* 1. Harmen. 2. §. 49. unde a quibusdam hic locus refertur ad inquilinos & domesticos. 23 Alumnus educatorem accusare non potest. his adde quæ de alumno alias dixi *l. 1. supr. quæ res pignor.* facit *lex* 20. *J. h. t.* nisi forte sua, suarumque injuriarum causa. *arg. l. 11. ff. de accus.* 24 Civilis petitio, quæ & pecuniaria Græcis, Harmenopulo & autori Synopseos. facit *d. l. 11. §. 1.* 25 Sororem levioris admissi ream facere licet. 1. Harmenop. 2. §. 50. dixi *d. l. 13. s. h. t.* 26 Laodicea præsidi Sardiniæ. *C. Th.* 27 Accusatorem suum accusare non potest is cujus nomen inter reos receptum, nisi prius se crimine purgaverit in se collato. *Synops. 60. tit. 1. ex tit. 34. c. 17.* adde *l. is qui 4. ff. de accus. can. neganda. caus. 3. quæst. 11.* (Hujus sententiæ decem exceptiones adfert Marianus Socinus *in c. ex literis* de mutuis petitionibus) potest tamen etiam pendente causa in eos, qui accusant ipsum, inscriptiones deponere, *ut hic. Synops. ibid.* 28 *l. 12. C. Th. de accus.* dixi ad *l. 1. supr. h. t.* 29 Paria sunt pene, suorum, & suas injurias defendere. 30 Vide quæ dixi ad *l. 3. supr. h. t.* 31 *l. 3. C. Theod. ne præter crimen majestatis servus dominum, vel patronum libertus, seu familiaris accuset, 3. quæst. 11. c. si quis, l. 6. l. ult. J. de delat. lib. 10. tit. 11. Synopsis d. tit. 34. c. 28. &* 6. Harm. 12. 32 Οἰκιακός: cui adjungitur apud autorem Synopseos, *ibid.* servus, ancilla, filius. 33 De familiaribus & servis, *l. 6. §. 5. supr. de his, qui ad ecclesias.* 34 Σιδήρῳ τιμωρεῖται, ferro punitur. *Syn. ibid.* 35 Adde *l. 7. J. ad leg. Jul. majest.* 36 Quod ne quidem excepit Tacitus, auctore Vopisco, nec Trajanus, auctore Plinio. 37 *Synops. d. c. 18. in fin. l. 4. C. Theod. tit. Ne præter. l. 8. ff. de accus.* adde *l. 20. supr. h. t.* 38 Certis tamen casibus possunt. *l. 38. §. 9. ff. ad leg. Jul. de adult.*

39 *L. 9. C. Theod. 1.* dixi hoc 48. *D. 2.* notandum, In Gallia, reum a privato non accusari ad pœnam criminalem, sed a procuratore Regio. vide Rebuff. *in proœmio constit. gloss. 3. num.* 105. qua de re alias etiam dixi. 40 Vide quæ dixi ad *l. 3. s. tit. proxim.* 41 Paul. *5. sent. 22. §. 2.* 42 Vide Paul. *d. loco. & 1. sent. 16. §. un. l. 1. 2. 3. ff. de termino moto. l. 4. §. 4. ff. fin. regund.* 43 Servus a domino defendi potest. *l. 17. ff. h. t. l. 11. ff. de public.*

proba-

probationem autem criminis, non [1] ipse dominus; sed servus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim servum suum domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre. PP. 11. Kalend. Decembr. ALEX. A. CONS. 223.

De absentibus.

3. Idem A. Stephanidi.

REos capitalium criminum absentes [2], etiam per [3] procuratorem defendi, leges publicorum judiciorum permittunt [4]. PP. 4. Non. Nov. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Non tenet sententia absolutoria lata pro præsente contra absentem non citatum legitime. Bald.

4. Imp. GORDIANUS A. Archelao.

SI accusatoribus [5] absentibus [6], & non [7] per contumaciam [8] adesse judicio cessantibus, ex una [9] postulatione aditus præses provinciæ non causa cognita sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulisti, liberandum existimavit: criminatione etiam nunc perseverante, quæ contumacia, vel cessatione accusatorum non interveniente auferri non potuit: causa intentati criminis apud [10] eundem, vel successorem ejus more judiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De mandato.

5. Idem A. Paulino.

NOn [11] ideo minus crimine, sive atrocium injuriarum judicio tenetur [12] is, qui in justam accusationem incidit, quia dicit alium se hujusmodi facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu præter principalem reum, mandatorem [13] quoque ex sua persona conveniri posse ignotum non est. PP. 3. Idib. Septembr. GORDIANO A. II. & POMPEJ. CONSS. 242.

De absentibus.

6. Idem A. Avidiano.

ABsentem [14] capitali crimine accusari non [15] posse, sed requirendum tantummodo annotari [16] solere, si desit, vetus jus est. Et ideo cum absentem te & ignorantem, cui nunquam ullum crimen denunciatum [17] esset, per injuriam a præside provinciæ in metallum damnatum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (ut asseveras) jam nunc fides veri possit illuminari, præfectum prætorio adire [18] cura: qui quidquid novo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua justitia reformabit. PP. 4. Non. April. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De relationibus a publicis personis factis.

7. Idem A. Proculo.

EA quidem, quæ per Officium [19] præsidibus denuntiantur & citra [20] solennia accusationum posse perpendi [21] incognitum [22] non est. Verum si falsis necne notoriis [23] insimulatus sit, perpenso judicio dispici debet. PP. 8. Id. Jan. PEREGR. & ÆMIL. CONSS. 245.

Apud quem accusari debet.

8. Exemplum sacrarum litterarum DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

SI quis se injuriam ab aliquo passum putaverit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios [24] decurrat, sed [25] præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die & consule.

Si quis sæpius accusetur.

9. Iidem AA. Honorato.

QUi [26] de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio [27] super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex [28] eodem facto plurima crimina nascuntur, & de uno crimine in accusationem fuerit deductus: de [29] altero non prohibetur ab alio deferri. Judex autem super utroque [30] crimine audientiam accommodabit. Nec enim licebit ei separatam [31] de uno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiat. PP. 4. Kalend. Septemb. BASSO II. & QUINTIANO CONSS. 289.

De promissione victoriæ.

10. Iidem AA. & CC. Ursæ.

QUi explicandi negotii spem [32] (cujus finis in Judicis potestate ac motu situs est) pollicetur: non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quam qui ad hujusmodi promissionis commercium [33] contra disciplinam publicam adspirat. PP. 3. Kalend. Novembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

An absolutus accusari possit.

11. Iidem AA. & CC. [34] liberis Crispinæ charissimæ nobis.

SI quis homicidii crimen existimat persequendum, secundum juris publici formam debebit eum, qui in primordio homicidii postulaverit reum, neque probaverit, ideoque reus absolutus est, prævaricationis [35] arguere: Id enim salubriter statutis principum parentum nostrorum jurisque forma præscriptum est. Vel si id non putaverit [36] agendum: ad sequens crimen (id est pastorum [37] latronumve) descendere eum coges [38], atque id exequi judicio tuo: cum siquidem id ab incusato appareat esse commissum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. 8. Id. April. ANNIBAL. & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

De eo, qui se sponte præcipitavit.

12. Iidem AA. & CC. Aurelio.

FActum sponte se præcipitantis [39], innocenti [40] criminis periculum afferre non potest. S. 14. Kalend. Jun. *Sirmii*, AA. CONSS.

De servis accusatis.

13. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. Mariniano [41] Vic. Hispaniæ.

SI [42] quis servos crediderit accusandos, non [43] prius ad corporum tormenta veniatur, quam se vinculo subscriptionis adstrinxerit. Dat. 6. Kalend. Jan. *Patavii*, MEROBAUDE II. & SATURN. CONSS. 383.

De officio judicis.

14. Iidem AA. & ARCADIUS A. Cynegio P. P.

SInguli universique [Judices] cognoscant [in publicis criminibus] non oportere emendicatis uti suffragiis decretorum, [aut relationibus [44] a pu-

jud. l. 19. *ff. de pœnis.* 1 Dominus ex servi delicto non accusandus. *l.* 7. §. 1. *ff. de damno. l.* 5. §. 5. *ff. de oper. novi.* e contrario, ex delicto domini servus non convenitur. *l.* 5. *C. ne filius pro patre.* 2 Absens reus per procuratorem potest defendi. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium deferri potest, nisi ingratum libertum patronus accuset. Paul. 5. *sent.* 16. §. 11. *l. sed & hæ.* 35. §. 1. *ff. de procur. l.* 4. *ff. de obsequiis.* aut rei absentia defendatur. Paulus *illo loco. l. absens.* 71. *l. servum.* 33. §. *publice.* 2. *ff. de procur. l. inter.* 10. *l. pen. ff. de publ. jud.* 3 *l.* 33. §. 2. *ff. de procurat.* 4 Imo non permittunt. *l.* 13. *in fin. ff. de publ. jud.* non permittunt in crimine non capitali, velut adulterio, *l.* 11. §. 2. *ff. ad leg. Jul. de adult.* quod olim non fuit capitale, de quo dicam ad *l.* 30. *in fin. infr. ad leg. Jul. de adult.* in capitali permittunt, *d.* §. 2. *l.* 6. *ff. de appell.* Nam & ita Sthenio Thermitano reo criminis cognitor (qui quasi procurator est) datus est apud Ciceronem *de jure dicundo in Verrem.* Potest etiam per procuratorem is defendi, quo præsente lis criminalis contestatur. *l.* 14. *infr. ad leg. Jul. de adult. l.* 10. *ff. de publ. jud. l.* 4. §. 2. *ff. ad leg. Corn. de sicariis:* adde Cujac. 20. *obs.* 20. Accursius putat permitti absentem defendere ad sententiam usque, *ut hic.* defendentem, suam quodammodo utilitatem & causam defendere. Cætera vide apud Clar. 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 32. Goth. *Permittunt:* Scilicet de alia causa quam objecto crimine, ut de justa absentia. *l.* 71. *ff. de procurat.* Cujac. post Accurs. *in Gloss. hic.* S. L. 5 De sententia lata pro reo accusatore absente. Inde colligunt, Plures posse uno & eodem libello accusare: si tamen suam suorumque injuriam prosequantur, alias, plures simul accusare non posse, nisi per procuratorem. *l.* 3. §. 6. *ff. de sepulchr.* dixi ad *l.* 16. *ff. h. t.* adde Clar. 5. *sent.* §. *ult. qu.* 13. *in princ.* Duar. 1. *disp.* 39. 6 Accusatore citra contumaciam absente, reoque absoluto, absolutio ipso jure nulla, & ex integro causa agi potest apud eundem vel ejus successorem. *C. h. t.* 7 Puta, si inutiliter citatus. vide Roland. a Vall. 1. *cons.* 39. *n.* 9. 10. *ad* 33. 8 Alias si per contumaciam a lite primum contestata abesset, notaretur calumniæ. *l.* 10. *ff. de publ. jud.* ante litem contestatam post inscriptionem extra ordinem. *l.* 3. *supr. de his qui accus. l.* 2. *infr. ad SC. Turp.* adde Cujac. 20. *observ.* 11. 9 Id est, μονομερῶς, cui contrarium est συςάδην, vel causa cognita. adde *l.* 5. §. 4. *C. de temp. appell.* 10 *l.* 6. *C. quomodo & quando judex.* 11 Mandatarius criminis auctorem laudando non excusatur. *l.* 1. §. 11. *ff. de vi & vi.* Mandatarii criminum puniuntur. *l.* 3. §. 1. *ff. ad leg. Jul. de vi privata.* quin mandator tenetur, *ut hic. Synopsis Basil.* 60. *tit.* 1. *ex tit.* 33. *c.* 18. 12 Imo minus tenetur mandatarius, si parere necesse habuit. *l.* 169. *ff. de reg. jur.* præsertim si de non atroci facinore quæritur. *l.* 20. *ff. de oblig. l.* 157. *ff. de reg. jur.* aut si id ab aliquo committitur quod mandator (exemplum sit in patre filiam in adulterio interficiente) impune præstare potuit Clar. 5. *sentent.* §. *ult. quæst.* 60. *vers. solut.* aut si vis illata facienti, ideoque volunt mulieri, quæ per metum adulterium commiserit, ignosci. Clar. *d. loc. vers. quæro modo.* Judicem excusari a pœna, si principis jussu non observatis juris solennibus, capitalem in aliquem sententiam tulerit. Clarus *ibid. vers. solet dubitari.* fabrum excusari, si mercede conductus in aliena silva, alterius mandato arbores exciderit, aut in alieno quid everterit. Clarus *dict. vers. solet.* 13 Mandator criminis tenetur. *l.* 11. §. 3. *ff. de injur. l.* 15. *in fin. ff. ad l. Corn. de sicar.* Paul. 5. *sent.* 23. §. 5. adde quæ dixi ad *l.* 4. *supr. de fugitivis.* 14 De absente non accusando. 15 Absens accusari non potest, *ut hic, & l.* 15. *C. ad l. Jul. de adult.* multo minus damnari. *C. h. t. l.* 5. *C. de pœnis.* alioquin sententia nulla est. Quod igitur remedium est adversus absentem? Bonorum ejus fit annotatio. *infr. h. t.* quod hodie in Gallia, Italia, Hispania, & foris Ecclesiasticis locum non obtinet, possunt enim absentes contumaces, etiam ad mortem damnari, eorumque bona fisco adjungi. vide Clar. 5. *sent.* §. *ult. qu.* 44. *vers. factus. vers. sed hodie. vers. licet.* 16 An hodie locum habet bonorum alienatio, dixi ad *l.* 1. *C. de requir. reis.* 17 Reus citandus est, etiamsi princeps accuset aut agat. *Clem. cap. Pastoralis.* 2. *de sentent. & re judic.* etiamsi de censura, excommunicatione, aut interdicto ferendo agatur. *Communis opinio* apud Clar. 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 31. *in princ.* Fieri autem citatio in civitatibus debet judicis mandato. Clar. *ibid. vers. unus.* Quid si reus in alieno vivit in territorio? dixi ad *l.* 7. *ff. de cust. l. ult. ff. de accus.* Novell. 134. *c.* 5. *l.* 4. §. 6. *ff. de damno. l.* 15. §. 1. *ff. de re jud.* quid si defunctus? vide *l.* 1. §. 1. *ff. de curat. bon. dand.* de citatione vide quædam alia apud Clarum *d. loco.* 18 Nullitas sine appellatione potest proponi, vel apud superiorem, vel apud eum ipsum, qui sententiam tulit, quinimo executio impediri potest nullitate objecta. Bald. *hic.* adde Wurmser. 1. *pract.* 24. *observ.* 35. 19 Officium stationarii, *l.* 8. *C. h. t.* publicæ personæ, *l.* 14. *infr. h. t.* nunciatores. *l.* 6. §. 3. *ff. ad SC. Turp.* Goth. Hanc legem explicat Zanger. in prooemio *tractat. de tortur. reor. cap.* 1. *num.* 23. Ans. Vide Ægid. Bossium *titulo: Quomodo procedatur in crimine.* 20 Notoriæ & relationes apparitorum, vel aliarum publicarum personarum non exigunt apparitoris inscriptionem: sunt tamen accusationibus proximæ, quia non minus subit periculum, qui ex eis denunciat crimina, quam qui defert ex inscriptione, *ut hic, & d. l.* 14. *l.* 6. §. 3. *ff. ad SC. Turpill.* Alias ridicula sunt, quæ sermonis ignoratione Latini veteres interpretes hic sunt commenti de Notorio. 21 Ex indiciis scil. 22 Denunciantibus an & quatenus jure credatur, vide apud Socin. *reg.* 89. 23 Notoria, *ut hic*, quæ & notoria indicia *in l.* 6. §. 3. *ff. ad SC. Turp.* πιττακώματα. *Syn. Basil.* 6. *tit.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 1. *cap.* 15. sunt elogia (Galli *Informations*) ab apparitoribus præsidum, irenarchis, & publicis personis, *l.* 14. *C. h. t.* ad magistratus transmissa. 24 Stationarii sunt apparitores dispersi per vicos & provincias certis locis, ut magistratibus denuncient crimina, quæ geruntur. *l.* 1. *infr. de curiosis. lib.* 12. *tit.* 23. vide *l.* 1. §. 12. *ff. de offic. præfect. urb. l.* 31. *C. Theod. de episc. & cler. l.* 1. *C. Theod. de cursu publico.* vide *l.* 6. *C. de dignitat.* 25 Apud præsidem, non apud stationarios libellus accusationis proponendus. 26 Accusatus de crimine ab uno, de eodem crimine ab alio non accusatur. Quod si ex eodem crimine plures actiones nascantur, a diversis personis accusari potest. *Synops. Basil.* 60. *tit.* 1. *ex tit.* 33. *cap.* 24. 27 vide *l.* 16. *ff. h. t.* 28 Ex eodem facto plurima delicta nasci possunt. 29 Unum & idem delictum unius ejusdemque hominis a pluribus deferri potest. *l.* 4. *supr. & l.* 11. §. 2. *l.* 16. *ff. h. t.* Diversa vero delicta unius hominis a diversis hominibus possunt deferri, *ut hic*, possunt & ab eadem persona. *l.* 3. §. 3. *ff. h. t.* 30 Diversis unius ejusdemque hominis delictis ad judicem delatis, judex habita ratione gravioris condemnare debet: nec in ejus arbitrio est, minoris habere rationem. 31 Ne alioquin causæ continentia dividatur. *l.* 10. *supr. de judiciis.* 32 Spem explicandi negotii vendere quid est? eventum sententiæ vendere. vide Paul. 5. *sentent.* 25. §. *ult. l.* 15. §. 30. *ff. de injuriis.* Goth. Adde Duaren. *l.* 1. *disputat. cap.* 25. Joann. Papon. *l.* 6. *tit.* 2. *Arrest.* 12. *& seqq.* Ans. 33 Hæc constitutio pertinet proprie ad fumi venditores (quales fumo necari Alexander Severus jussit) non ad impunitatis promissores. vid. Cujac. 20. *observ.* 9. 34 *Have Crispine, Carissime nobis*, Cont. 1. *disp.* 15. Cujac. 1. *obs.* 15. Fuit autem is Crispinus præses provinciæ. vide Cujac. *ibid.* 35 Prævaricationis tenetur, qui reum non probavit. adde *l.* 1. *supr. de advoc. divers. judicior.* 36 Sit hæc hypothesis: Qui homicidii & criminis simul pastorum & latronum accusari potuit, accusatus tantum fuit homicidii. Accusator homicidium non probavit? Prævaricationis poterit condemnari accusator, nisi a judice cogatur descendere ad alterius criminis executionem. 37 Crimen *pastorum* hic dicitur, non quod, ut Accursius putat, a Caino & Abele pastoribus initium sumpsit: sed ad quod pastores latrociniis dediti esse consueverunt, ut de Abasgis & Heniochis scribit Strabo, quos ait vivere λῃστρικῶς καὶ νομαδικῶς, eamque sententiam confirmat lex unica, C. Th. *Ne pastoribus dentur filii nutriendi. lib.* 9. *tit.* 31. fore alioquin, ut qui nutriendos dederit, societatem latronum videatur iniisse: quamvis alias rusticanis nutriendos dare liceat. Ita conjungi recte hanc vitam, pastoritiam & latronum refert Aristoteles 1. *Polit.* 11. 38 Clarus 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 15. *vers. item quæro.* scribit neminem hodie cogi accusare: ne heredes quidem occisi. 39 Dixi *infr. h. t. de bon. eorum, qui mortem sibi consciver.* 40 Potest enim id accidere doloris impatientia, vel tædio vitæ. vide *l.* 6. §. 7. *ff. de injust. rupt.* 41 Ad Marinum, *l.* 14. *Cod. Theod. h. t.* 42 *d. l.* 14. 43 Dixi de subscriptione ad *l.* 3. *supr. qui accusare.* 44 Dixi ad *l.* 7. 8. *supr. h. t.*

blicis personis destinandis credere:] sed rei veritatem inquirere. Dat. prid. Kal. Maji, *Constantinop.* ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De viris potentioribus.

15. Iidem AA. Tatiano Præfecto præt. post alia.

TUnc [1] convenit potentiores [2] viros adesse judiciis, cum eorum præsentiam [in criminibus publicis [3]] per inscriptionem causa deposcat: licet in pecuniariis causis per procuratores litem sustineant. Dat. 15. Kal. Mart. *Mediolani*, VALENT. A. V. & NEOTHERIO CONSS. 390.

De forma libelli.

16. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Pasiphilo [4].

IN causis criminalibus dignum est [5], ut inscriptiones præponantur [6], quæ magnitudinem videlicet criminis, tempusque designent [7]: ut alterutram partem digna legum terrere [8] possit auctoritas [9]. Quod si fuerit statutum forte contemptum, hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium [10], quinque librarum auri, condemnatione ferientur. Dat. 8. Id. Januar. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De accusationis ordine.

17. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus & Trib. pleb. Senatui, S. D.

ACcusationis ordinem jam dudum legibus institutum servari jubemus: Ut quicunque in discrimen capitis accersitur, non statim [11] reus, qui accusari potuit, existimetur: ne subjectam innocentiam [12] feriamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum [13] inscriptionis arripiat, custodiæ [14] similitudinem (habita tamen dignitatis [15] æstimatione) patiatur: nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi [16], cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo [17] supplicii. Nemo tamen sibi blandiatur objectu cujuslibet criminis, de se in quæstione confessus, veniam [18] sperans propter flagitia adjuncti, vel [pro] communione criminis consortium [19] personæ superioris optans, aut inimici [20] supplicio in ipsa supremorum suorum forte satiandus, aut eripi se posse confidens, aut studio, aut privilegio nominati: cum veteris juris auctoritas de se confessos, ne [21] interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Dat. 8. Id. August. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. III.
DE EXHIBENDIS [22], ET TRANSMITTENDIS REIS.

Miles a præside captus, est magistro militum sub fida custodia remittendus. Bald.

1. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. Valentino Consulari Piceni.

SI miles [23] in provincia repertus crimen publicum commiserit, eum Rector provinciæ sub custodia constituat: atque ita, vel causæ meritum, vel [etiam] personæ qualitatem ad Magistrum militum referat. Dat. 12. Kalend. Februar. *Mediolani*, VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

Non est quis in carcere ligandus antequam convincatur. Bald.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

NUllus [24] in [25] carcerem priusquam [26] convincatur, omnino vinciatur [27]. Ex [28] longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti, [id est, accusatori,] accommodetur adsensus, quam [29] solenni lege se vinxerit, [& in pœnam [30] reciproci stylo trepidante recaverit.] Ei vero qui reducendus erit, ad disponendas res suas, componendosque mœstos [31] penates [32], spatium coram loci judice, aut etiam Magistratibus sufficientium dierum non minus tamen triginta tribuatur, nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi [33]. Qui posteaquam ad judicem venerit, adhibita advocatione, jus debebit explorare quæsitum: ac tamdiu pari [34] cum accusatore fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata discrimen. Dat. 3. Kalend. Januar. *Constantinop.* GRATIANO V. & THEODOSIO AA. CONSS. 382.

Nullus debet exhiberi, ut reus ad judicium, nisi præcesserit judicis mandatum. Salic.

3. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Drepanio Proconsuli Africæ.

NEminem [35] [in] judicio exhibendum esse præcipimus, nisi [36] de cujus exhibitione Judex pronunciaverit. Dat. PP. Non. Februar. *Mediolani*, VALENTINIANO A. III. & NEOTHERIO CONSS. 390.

TIT. IV.
DE CUSTODIA [37] REORUM.

In cognitione causæ criminalis quando partes sunt præsentes debet statim de crimine quæri, quod si accusator præsto non sit, reus custodiri debet loco lucido, nec torqueri, vel ferro necti, vel a custodibus vexari.

1. Imp. CONSTANTIUS A. ad Florentium Rationalem.

IN [38] quacunque [39] causa reo exhibito, sive accusator existat, sive eum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur. † Quod si accusator aberit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria videatur: id quidem debet quam celerrime procurari. Interea vero reum exhibitum non [per] ferreas [40] manicas, & inhærentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas [41] [si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulaverit,] ut & cruciatio desit, & permaneat [sub] fida custodia. Nec vero sedis [42] intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari, [ac sublevari:] & ubi nox [43] geminaverit custodiam [in] vestibulis [44] carcerum, & salubribus locis recipi: ac revertente iterum die ad primum Solis ortum illico ad publicum [45] lumen educi, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus miserum, noxiis non satis severum esse dignoscitur. † Illud etiam observabitur, ut neque his qui Stratorum [46] funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem [47] suam accusatoribus vendere: & innocentes intra carcerum septa letho dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere. Non enim existimationis tantum, sed etiam periculi metus Judici imminebit, si aliquem ultra debitum tempus inedia [48], aut quocunque modo aliquis Stratorum exhauserit, & non statim eum penes quem officium custodiæ est, atque ejus ministros capitali pœnæ subjecerit. Dat. Prid. Kalend. Jul. *Serdicæ*, CONSTANTIO A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 353.

Gravioris criminis reus debet a judice apud acta audiri, & si deliquisse convincatur, non statim puniri debet, sed conjici in custodiam, & rursus productus interrogari. Nam hæc dilatio iram judicum moderatiorem reddit, ex Basilicis.

2. Idem A. & C. ad Evagrium P. P.

SI quis [49] in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quo dignus claustris carceris, & custodiæ squalore videatur, auditus apud acta, cum [50] de admisso constiterit, pœnam carceris sustineat: atque ita postmodum eductus [51] apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet, ut judicibus immodice sævientibus freni [52] quædam temperies adhibita videatur. Dat. 3. Non. Febr. *Heracliæ*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. II. CONSS. 354.

Carcer mulierum debet esse separatus a carcere masculorum. Bald.

3. Idem A. Acindino P. P.

QUoniam [53] unum carceris conclave permixtos sexu criminosos includit, hac lege sancimus, ut etiamsi pœnæ qualitas permixtione jungenda est, sexu [54] tamen dispares, diversa claustrorum habere tutamina jubeantur. Dat. Non. April. ACYNDINO & PROCULO CONSS. 340.

In AUTHENT. ut nul. judic. §. necessarium. col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 9.

H*Odie novo jure nullam mulierem pro pecunia fiscali, seu privata causa, aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut custodiri concedimus. Sed si pro fiscali aut privato debito pulsetur, per virum suum, aut quem alium legitime respondeat. Quod si noluerit vel respondere, vel persequi litem suam, legitime in rebus suis executio procedat. Si vero tale sit crimen, ut necesse sit eam*

1 *l. 17. C. Theod. h. t.* 2 vide *l. 25. & Auth. Hoc jus. supr. de procurat. Nov. 71. c. 1.* 3 Aliud in pecuniariis causis. *d. l. 25.* adde *l. 26. d. tit. de procurat.* 4 Ex una & eadem *l. 8.* scil. *C. Theod. de jurisd.* hæc lex sumpta est, & lex 8. *supr. unde vi, & l. 1. infr. de abigeis.* 5 Vide quæ dixi ad *l. 3. supr. de his, qui accusar.* adde Cujac. 1. *observ.* 20. 6 Sumptum ex *l. 8. C. Theod. de jurisdict. lib. 2.* 7 vid. *l. 3. ff. h. t.* 8 Tenere, *d. l. 8.* 9 Austeritas. *d. l. 8.* 10 *d. l. 8.* Secretarium, locum in quem judices solent convenire. In eundem locum certo tempore Carthagini admittebatur populus ad ordinandum exactorem. adde *l. 20. C. Theod. de exactionib. in princ.* 11 Innocens nemo, si accusasse sufficiat. Goth. Corasium consule *epist. quæst. c. 3.* & latissime in his disputantem Anton. Corream *ad lib. 5. tit. 1. ordinat. Lusitaniæ.* 12 Innocentiam subjectam leges non feriunt. facit *l. 12. S. h. t.* 13 *l. 2. J. tit. prox.* vide *l. 3. supr. qui accusare.* Hodie consuetudine passim recepta nemo accusaturus se inscribere ad pœnam talionis cogitur: ut ea ratione valeat consuetudo per quam pœna talionis sit sublata. Bart. *in leg. si cui. 7. ff. h. t.* ne metu talionis quis ab accusando deterreatur, & delicta impunita sint, contra legum voluntatem. *l. ita. 51. in fin. ff. ad l. Aquil.* Quod in testibus locum habere negat Baldus in *cap. 1. §. injuria. de pace juramento firmanda, arg. l. 1. §. præterea. ff. ad leg. Cornel. de sicariis, & leg. 2. supr. de rebus credit.* Corsetus *sing.* 12. 14 vid. *l. 2. infr. tit proxim.* 15 Pœnæ judicantur majores vel minores dignitatis ratione. 16 Mendacia haud impunita. 17 Pœna talionis. *dict. l. 2. l. 7. l. ult. infr. de calumn. l. 7. infr. de vi publ.* de qua sæpius alibi dixi. 18 Nempe quia detexit alios criminis socios. Pœna igitur reo de se confesso non minuitur, ob id quod socios criminis indicarit. 19 Consolatio miserorum est habere pares. 20 Inimicus de se confessus sua confessione inimicum onerare non potest. 21 De se confessus, non potest de alio interrogari, adde Rolandum a Valle 1. *consil. 16. num. 7. & 17. & consilio 73. num. 1. & 20.* nisi in causis lege, vel statuto exceptis, alii tamen putant hoc hodie non servari. vid. Clarum 5. *sententiarum. §. ult. quæst. 21. versic. dictum socii.* utut sit, criminis confessio ad majorem inquisitionem sociorum habendam sufficit. Clarus *dicto loco, versic. retenta.* non ad diem præcise eis dicendum, aut quæstionem habendam, nisi in casibus & criminibus exceptis, & aliis, concurrente tamen aliqua suspicione. Clarus *dicto loco, versic. 4. si vero quæris. versic. successive. versic. sed quid.* Quid si reus socii, vel mandatoris delator, fuerit alias perjurus? causa cognita faciet etiam judicium ad quæstionem habendam. Clarus *dicto loco, versic. scias tamen.* Quod si duo socii criminis tertium aliquem accusent? faciunt indicium ad quæstionem, non ad condemnationem mortis. Paponius 22. *Arrestorum* 13. *n. 2. 3.* Clarus *dicto loco, versic. sed pœnæ.* Hic addendum, Socio criminis accusati fidem non haberi nisi jurato. Clar. *ibidem, versic. quæro.* An vulnerati accusatio oneret accusatum, vid. Clarum *ibid. versic. assertio vulnerati.*

22 L. 9. *Cod. Theod.* dixi ad L. 48. *ff.* 3. 23 *l. 2. Cod. Theod. h. t.* adde *l. 6. supr. de jurisd. omn. judic.* 24 *l. 3. Cod. Theod. h. t. Synops. Basil. 60. tit. 1. ex tit. 35. cap. 16.* 25 Nemo criminis accusatus in vincula prius conjiciatur, quam convictus fuerit. Quod si etiam longo intervallo abest, non exhibeatur ante, quam actor inscripserit. Nam cum is inscripsit, tum deinde vel eum exhiberi oportet, vel requirendum fieri: data ei dilatione dierum, quantum satis erit ad res suas disponendas, non minus triginta. *Synopsis dict. cap. 16.* 26 *l. 5. ff. h. t.* 27 Imo vinciri potest. *l. 1. vers. Interea. infr. tit. prox.* 28 *l. 7. infr. de calumniatoribus.* 29 vid. *l. 3. supr. qui accusare.* 30 Pœna reciproci, pœna talionis. vid. *l. ult. supr. tit. prox.* 31 *d. l. 3. Cod. Theod. h. t.* 32 Penates, *dict. lege 7.* Spatium ad mœstos penates componendos. 33 Id est, *corruptelæ.* adde quæ scripsi ad *leg. unic. supr. de nundinis.* 34 Reus & accusator pariter & simul in custodiam publicam conjiciendi. *leg. ult. supr. titul. proxim.* vide Clar. 5. *sententiarum. §. ult. quæst. 18. versic. quando* 35 *l. 4. Cod. Theod. h. t.* 36 Vide exceptiones apud Accursium.

37 *l. 9. C. Theodos. 3. pars tit. 3. lib. 48.* 38 *l. 1. C. Theod. h. t.* 39 Quum quis reus sit criminis, quodcunque tandem id fuerit, sive habuerit accusatorem, sive a publicis personis transmissus fuerit, statim quæstio fiat. Si vero paulum differri oporteat vel propter temporariam accusatoris absentiam, vel quia socii non adsint, interim ei tormenta non adhibeantur, nec ferramenta sint arctiora vel in parte interiori custodiæ includatur, sed particeps lucis esto. Nocte revertente in locis custodiæ humanioribus eum recipi oportet, ac illuscente die emitti, & solis lumine frui, ne sæpenumero etiam innocens in hisce tormentis perimatur. *vers. quod si accusat.* Non liceat autem custodibus inhumaniter eos tractare. Nam præses de salute sua periclitabitur, si hoc cognito, non statim capita custodiæ præpositis absciderit. *versic. Illud. Synopsis Basil. 60. tit. 1. ex tit. 35. cap. 19.* 40 Ferreæ manicæ. 41 Catenæ prolixiores. 42 Carceris locus. Sedes intima, in qua tenebræ multæ, lux nulla aut paucissima. Petrus Gregor. *Syntag.* 33. *n.* 10. adde quæ dixi ad *l. 8. §. 9. ff. de pœnis.* 43 Nox geminat custodiam. 44 *Vestibulum*, carcer. 45 *Publicum* lumen quod cuivis patet. 46 *Statorum*, Haloand. de quibus alias dixi. 47 Crudelitas stratorum adversus custodias, id est, reos custodia inclusos, *ut hic.* de eorum indulgentia in easdem vide *l. 8. ff. h. t.* 48 Adde *l. 9. supr. de Episc. aud.* 49 *l. 2. Cod. Theod. h. t.* Goth. Declarationem hujus l. vid. apud Zanger. *de tortur. reor. cap. 5. num. 71.* Ans. 50 *l. 2. supr. tit. prox.* 51 Educuntur ex carcere custodiæ apud acta. 52 Freni temperies judicibus severis injicienda, ne quem temere in carcerem conjiciant, vel conjectum detineant, vel damnent. 53 *l. 3. C. Theod. h. t.* 54 Mulieres a mascu-

custodiri:

custodiri: si quidem fidejussorem dare potest, ipsi credatur: si vero juraverit fidejussorem dare se non posse, *juratoriam cautionem præstet de judicii observatione. Sed si crimen gravissimum sit de quo accusatur, in monasterium vel asceterium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Judices autem qui hæc non servant, si majores sint, viginti librarum auri pœnam: si minores, decem solvant. Obedientes autem eis in prædictis casibus, spoliati cingulo dentur in exilium.*

4. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P.P.

AD [1] Commentariensem [2] receptarum personarum custodia observatioque pertineat [3]: nec putet hominem abjectum atque vilem objiciendum esse Judici, si reus modo aliquo fuerit elapsus [4]. Nam ipsum [5] volumus hujusmodi [6] pœna consumi, cui obnoxius docebitur fuisse qui fugerit. Si vero Commentariensis necessitate [7] aliqua procul ab Officio egerit: Adjutorem [8] ejus pari jubemus invigilare cura, & eadem statuimus legis severitate constringi. Dat. 3. Kal. Jul. *Contionati*, GRATIANO A. V. & PROBO CONSS. 371.

Causæ carceratorum debent velociter terminari. Bald.

5. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

DE [9] his [10], quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Jubemus autem ut intra tricesimum [11] diem semper Commentariensis [12] ingerat numerum [13] personarum, varietatem [14] delictorum, clausorum ordines, ætatemque vinctorum. [Quod si hæc prætermiserit,] Officium [quidem] viginti libras auri ærario nostro jubemus inferre: Judicem vero desidem ac resupina cervice tantum titulum gerentem, extorrem impetrata fortuna, decem auri libris multandum esse censemus. Dat. 3. Kal. Jan. *Constantinopol.* GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

Græca constitutio Justiniani hic deest. Ejus quædam pars a Triboniano jam posita fuit in l. 22. supra de episcopali audientia, *sed integrior, & prolixior, quæ hic esse debuerat, injuria temporum obliterata est. Ejus epitomen ex* l. 60. Basil. tit. 35. *& Antonio Augustino ita restituimus: nam multa idem Anton. Augustinus ad eam non pertinentia permiscuit.*

6.

Latine Antonii Contii.

NEminem [15] oportet injici custodiæ absque jussione magnorum magistratuum [16], aut locorum [17] defensorum. §. 1. Oportet autem episcopum [18] per quartam feriam [19], aut *parasceven* inquirere eos, qui sunt in custodia, quam ob causam inclusi sint, & siquidem servi sint, intra viginti dies emittere eos, vel castigatos, atque [20] etiam dominis redditos, aut si non appareant eorum domini, solvere ipsos. Si vero liberi sint pro [21] seditione [22] detenti, confestim [23] judicare ipsos, vel si pro alia quacunque causa, siquidem non habeant fidejussores, & pro criminibus detinentur, excepto crimine homicidii, statim eos judicari, si vero capitale crimen sit, intra triginta dies.

§. 2. Si vero [24] majore postea dilatione necessaria existente, is, qui detinetur, non præbeat causam, committatur [25] suæ [26] juratoriæ cautioni, si absens fuerit. Si vero cædis est causa, siquidem ex delatione publicarum [27] personarum, intra sex menses judicetur. Scientibus publicis personis, quod si mentitæ fuerint, se iisdem subdendos pœnis. Si vero accusator, qui se inscripsit, auctor fuit ejus detentionis, detur reus sub fidejussione: vel si non reperiat fidejussores, maneat quidem in carcere: causa autem intra annum [28] terminetur.

§. 3. Facta autem præsumptione, tanquam reus sit, in custodia maneat, donec causa terminetur. Si vero jam sententia lata est de inclusis, ea executioni mandetur, sive corporalis sit, sive pecuniaria. §. 4. In pecuniaria condemnatione potestatem habentibus cedere [29] bonis. §. 5. Episcopis [30] monentibus præsides, scituros se, & officium suum illaturos decem libras.

§. 6. Habentibus etiam Episcopis potestatem deferendi principi, negligentiam (hisce in rebus) præsidum.

TIT. V.
DE PRIVATIS [31] CARCERIBUS INHIBENDIS.

Privati carceris crimen committentes, afficiendi sunt ultimo supplicio, & datur facultas judici de hoc crimine inquirendi. Salic.

1. Imp. ZENO A. Basilio P. P.

JUbemus [32], nemini penitus licere per Alexandrinam splendidissimam civitatem, vel Ægyptiacam diœcesim, aut in quibuslibet imperii nostri provinciis, vel in agris suis, aut ubicunque domi privati carceris exercere custodiam, viro Spectabili pro tempore Præfecto Augustali, & viris clarissimis omnium provinciarum Rectoribus daturis operam semperque futuris in speculis, ut sæpe dicta nefandissimorum hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam post hanc saluberrimam constitutionem, & vir Spectabilis pro tempore Præfectus Augustalis, & quicunque provinciæ moderator, majestatis [33] crimen proculdubio incursurus est, qui cognito hujusmodi scelere, læsam non vindicaverit majestatem. † Primatibus [34] insuper officiorum ejusdem criminis laqueis constringendis: qui simul atque noverint memoratum interdictum facinus in quocunque loco committi, proprios Judices de opprimendo nefandissimo scelere non protinus curaverint instruendos. Nam illud perspicuum est, eos, qui hoc criminis genus commiserint, etiam pro veterum legum, & constitutionum tenore, tanquam [35] ipsius majestatis [36] violatores ultimo [37] subjugandos esse supplicio. Dat. Kalend. Jul. *Constantinop.* LONGINO V. C. CONS. 486.

Notatur hic deesse Græca constitutio. Ejus epitomen Latine ediderat Contius ex lib. 60. Basil. tit. 55. *interprete Cujac.*

2 * 38.

COnstitutio jubet privatas custodias non fieri, & eos, qui fecerint, pœnæ subjici, & tot [39] dies manere in publico carcere, quot fuerit quis in privato ab eis inclusus, cujuscunque sint *conditionis, vel dignitatis:* amittere etiam [40] *eos causam, quam habent,* adversus inclusos, providentia *episcopi* [41], & præsidis: quod si neglexerit præses, & bonorum, & salutis periculum sustinebit.

TIT. VI.
SI REUS [42], VEL ACCUSATOR [43] MORTUUS [44] FUERIT.

1. * Epitome ex lib. 60. βασιλ. titul. 56. cap. 1.

SI miles λιποτακτὴς [45], (id est, desertor militiæ,) decesserit, solvitur [46] crimen.

Possunt plures de eodem crimine accusari in uno libello: & uno mortuo pendente processu, nihilominus durat instantia quoad reliquos. Bald.

2. Imp. ANTONINUS A.

ETsi Marcellus, qui crimine falsi [47] postulabatur, vita functus est, ac per hoc crimen in persona ejus sit extinctum, accusatio [48] tamen non est abolita: cum tam uxorem ejus, quam [49] te eodem crimine postulatos esse proponas. PP. 7. Kal. Octobr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Morte accusati liberatur accusator a prosecutione criminis instituti. Salic.

3. Idem A. Proculo.

SI is, quem homicidii [50], seu cujusvis criminis postulasti reum, vita functus est, frustra ob pœnam desertæ [51] accusationis conveniris: cum morte ejus crimen cum pœna sit extinctum, ac per hoc tibi adempta est necessitas accusationis. PP. 4. Kal. Octobr. *Romæ*, SABINO, & ANULINO CONSS. 217.

Etiam eo mortuo, qui fabricavit falsum instrumentum, si quis illo instrumento utatur scienter, potest accusari de falso. Bald.

4. Imp. ALEXAND. A. Veronitiano.

SI (ut proponis) causa pecuniaria [52] ad emolumentum tuum spectat, licet Annianus cui falsi [53] crimen auctor tuus intendebat, vita functus sit: non prohiberis, si quis adversus te instrumento quod in dubium vocatur, uti cœperit, accusationem instituere. Quamvis enim in persona principalis rei morte subducti jam subsistere non possit; tamen si [54] quis illo uti voluerit, intelligit se periculo criminis esse subjectum. PP. 6. Kalend. Januar. ALBINO & ÆMILIANO CONSS.

5. Imp. GORDIANUS A. Rufino.

DEfunctis reis publicorum criminum, sive ipsi per se ea commiserunt, sive aliis mandaverunt [55], pendente accusatione, præterquam si sibi mortem [56] consciverint, bona successoribus eorum non denegari notissimi juris est. PP. 7. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

lis in carcere separandæ. adde *l.* 1. *supr. divortio facto.* 1 *l.* 5. *C. Th. h. t.* 3. *Reg.* 20. *Act.* 16. & 17. 2 *Commentariensis*, qui in commentarium custodias refert ὑπομνηματόγραφος. 60. *Synops.* 35. *cap.* 21. 3 *l.* 2. *ff. h. t.* 4 Fugiens ex carcere publico, delictum confiteri intelligitur: ideoque, etsi criminis innocens, punitur. *l.* 13. *ff. h. t.* Quid qui vinculis ruptis, aut effracto carcere, ostiove aperto, aufugit? capitaliter puniri negant Interpretes: Sed nec eum qui aufugere conatus est, nec aufugit, quive non legitime in carcerem conjectus est. Clar. 5. *sentent.* §. *ult. quæst.* 2. *vers. Tertio autem.* Quid si antequam in carcerem conjiceretur, accusatus aufugit? Hujusmodi fugam facere indicium ad quæstionem negant: quin spontanea præsentia ejus fugam purgari existimant. vide Clar. *dict. loco, vers. fuga.* Quid fuga militis ab exercitu? alias dixi. adde de fuga, *l.* 1. *supr. de servis fug. Novell.* 53. *cap.* 4. *l.* 15. *supr. de probat. l.* 7. §. 2. *de suspect. l.* 28. *in fin. ff. de bon. libert.* 5 Idem in judice: si pecunia accepta reum absolvit. Paul. 5. *sentent.* 16. §. 12. 6 *Commentariensis*, cujus dolo vel negligentia custodia evadit, eandem pœnam sustinet quam is, qui effugit, sustinere potuit, *ut hic.* Negligentia tamen substituti, commentariensi non est capitalis. *vers. Si vero. infr. h. t.* vid. Boss. *c.* 4. *de comment.* vid. Clar. 5. *sentent. ult. quæst.* 68. Eodem modo judex cujus dolo reus legitimam pœnam evasit, pœnam quam absolutus pati debuit, sustinet. Paul. 5. *sentent.* 16. §. 12. Quod si Commentariensis muliere in custodiam conjecta abutitur? suspendio dignum esse putant. vid. Clar. 5. *sentent.* §. *Fornicator, vers. cum carcerata.* 7 Negligentia substituti vel adjutoris Commentariensis, pœnam Commentariensis justa ex causa absentis elevat. 8 *l.* 6. *Cod. Theod. h. t.* 9 Deest hic sententia integra, vide *d. l.* 6. 10 Diu Custodias in carcere detineri non oportet: sed cito vel absolvi, vel puniri. *Synops. Basil.* 60. *tit.* 35. *cap.* 21. 11 Commentariensis intra trigesimum diem debet numerum & quantitatem custodiarum præsidi inculcare. Græci *lib.* 6. *Basil.* ita interpretantur καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕως λ. ἡμέρας. 60. *Ecl.* 35. *cap.* 12. id est, per singulos dies usque in trigesimum diem. vid. Cuj. *c.* 10. *de præscript.* 12 Ὑπομνηματόγραφος. *Syn. ibid.* 13 Τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκεκλεισμένων, notitiam inclusorum. *Synops. ibid.* 14 Ποιότητα. *d. c.* 12. id est, qualitatem. 15 *Synops. d. c.* 21. 16 Adde regiæ urbis. *Synops.* 17 *Subaudi* in provinciis. *Synops.* Porro loci defensores, ἔκδικοι κατατοποί. 18 *l.* 22. §. 1. *supr. de episc. aud.* 19 Κατὰ τετράδην. alii κατὰ τετράδα. *Ecl. d. loco.* dixi ad *d. l.* §. 1. 20 Καὶ τοῖς, alii legunt, ἢ τοῖς. *Eclog. d. loco.* 21 Ἐπὶ ἀταξίᾳ. *Syn.* 22 Ἐπὶ ἀταξίᾳ, Græci hic ἐπὶ ταξίᾳ. *Ecl. ibid.* 23 Seditionis causa moram non recipit. *l.* 6. §. 9. *ff. de injusto rupto.* 24 Vid. Cujac. 20. *observat.* 13. 25 vid. Cujac. *dict. loco.* 26 Ἐξωμοσίᾳ. *Synops.* 27 vid. *l.* 14. *supr. de accusationib.* 28 Annus datur causis criminalibus custodiarum finiendis, *ut hic*, biennium, quoties rei causam non dicunt ex carcere. *l. ult. infr. ut intra cert. tempus.* 29 Ut *supr. qui bonis cedere.* 30 Vide quædam in editione Nivelliana ex Paratitlis Græcis & Theodoro Hermopolita.

31 *L.* 9. *Cod. Theod.* 11. 6. *Harm.* 14. *c.* περὶ ἰδιωτικῶν φυλακῶν, *l.* 23. *supr. de episcop. aud. l.* 39. §. 1. *ff. ad leg. Aquil.* excipe *l.* 25. *ff. ad leg. Jul. de adult. l.* 224. *ff. de verb. signif.* 32 *Synops. Basil.* 60. *titul.* 35. & *titul.* 55. *cap.* 1. 33 Ἱεροσυλίας, 60. *Eclog.* 35. *ex tit.* 55. *cap.* 1. 34 Primates officiorum. 35 *l. un. C. Theod. h. t.* 36 Καθοσιώσεων. *Ecl. d. loco.* 37 Pœna privatorum carceres habentium, *ut hic*, est & alia in *l.* 2. *infr. h. t.* hanc legem quidam extendunt ad judices qui quæstioni subjiciunt immeritos seu non torquendos. dixi ad *l.* 17. *infr. de quæst.* 38 Ad Mennam P. Prætorio. vid. Cujac. *hic.* 39 Prima pœna. 6. Harmenop. 14. *d. loco.* 40 Altera pœna. 41 *d. l.* 23. *supr. de episc. aud.*

42 *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *infr. h. t. l.* 3. *l.* 6. *ff. de public. judic. l.* 15. §. 3. 4. *ff. ad SC. Turpill.* 43 *l. ult. vers. idem observatur.* J. *h. t. l.* 13. *ff. de publ. jud.* 44 60. *Eclog.* 36. *lib.* 59. *cap.* 2. Morte rei crimen extinguitur excepto crimine majestatis, proditionis, & insidiarum contra principem. *Eclog. d. loco, c.* 12. *l.* 20. *ff. de accusat.* repetundarum. *d. l.* 20. peculatus & de residuis. *l. ult. ff. ad l. Jul. peculatus.* mariti ab uxore veneno interfecti. *l.* 9. *in fin. ff. de jur. fisc.* hæreseos. *l.* 4. §. 4. *supr. de hæret. & Manichæis.* ἀποστασίας, *l.* 4. §. *de apost.* sui ipsius interfectoris. vid. Clar. 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 51. *vers. quæro nunc & seq.* & breviter: In quibus casibus pœna amissionis bonorum est imposita a lege, ipso jure potest de eo crimine tractari contra heredes, ad bonorum & fructuum inde perceptorum confiscationem. In causis vero pecuniariis, si lis contestata. Clar. *ibidem versic. scias etiam.* Quid, in cadaver mortui potestne judex aliquid statuere, vel ut suspendatur, vel ut exuratur? Quidam negant statui id posse: Sed tamen fatentur contrarium observari, & exempla simul apud Gallos, Castellanos, & Italos extare. Clar. *ibid. versic. sed hic incidenter.* Nequaquam vero delicto defuncti heredes obstringi, ultra vires hereditarias: multo minus pœna corporali puniri. Clar. *ibid. vers. ulterius, & versic. scias tamen.* 45 De reo desertæ militiæ. 46 Imo non solvitur. *l.* 4. *infr. de re milit. l.* 12. *t.* 36. 47 De reo criminis falsi. 48 Morte rei crimen extinguitur, at non accusatio. 49 Plures eodem libello de eodem crimine accusari possunt. 50 De reo homicidii seu cujusvis criminis mortuo. 51 Mortuo reo, accusator juste accusatione desistit, *ut hic*, & *l.* 15. §. 3. *ff. ad SC. Turpillian.* 52 *l.* 6. *ff. de publ. jud.* 53 De reo criminis falsi. *l.* 2. *supr. h. t.* 54 Etiam mortuo auctore falsi instrumenti, qui eo utetur, accusari potest. 55 De reis publicorum criminum. 56 De mandatore criminis alias dixi.

Si moritur accusatus, vel accusator appellatione pendente, finitur instantia etiam quoad bona.

6. Idem A. Juliano.

SI quis cum capitali [1] pœna, vel deportatione damnatus esset, appellatione [2] interposita, & in suspenso constituta, fati diem functus est, crimen morte finitum est. Idem observatur, & si accusator [3] pendente appellationis tempore ultimum diem obiisset. Sin autem relegationis pœnam sustinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione usus est, etiam post mortem ejus nihilominus appellationis ratio examinabitur: cum desideretur, utrum valeat necne particularis publicatio. PP. 6. Kal. Aug. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

TIT. VII.

SI [4] QUIS IMPERATORI [5] MALEDIXERIT.

Ex levitate, vel insania maledicens Principi, non punitur, sed si per injuriam, Principis est æstimatio, utrum, & qualiter puniatur, quod facit ex causis, & personis. Bald.

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

SI [6] quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia [7] turbulentus obtrectator *temporum* [*nostrorum*] fuerit; eum pœnæ nolumus subjugari, neque durum aliquid, nec asperum [volumus] sustinere: quoniam si [8] id ex *levitate* [9] processerit, contemnendum est: si ex *insania* [10] miseratione dignissimum: si ab *injuria*, remittendum [11]. Unde, integris omnibus, hoc ad nostram scientiam referatur, ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum prætermitti, an exquiri debeant, censeamus. Dat. 6. Id. Aug. *Constantinop.* THEOD. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. VIII.

AD LEGEM JULIAM MAJESTATIS [12].

Si Judex contra constitutiones pronunciasse dicatur.

1. Imp. ALEXAND. A. Paulino.

ETiam ex aliis causis Majestatis crimina cessant meo seculo: nedum etiam admittam te paratum accusare Judicem propterea [13] crimine majestatis, quod contra constitutionem meam [eum] dicis pronuntiasse [14]. PP. 3. Idib. April. MAXIMO II. & JULIANO CONSS. 224.

De jurejurando.

2. [15] Idem A. Faustiniano.

ALienam sectæ meæ solicitudinem concepisti, quasi crimen majestatis sustineres, si servo tuo iratus [16] [esse] non perseveres, quod semper te facturum inconsulte juraveras [17]. PP. 3. Non. Febr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si crimen non probetur.

3. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. U.

SI quis [18] alicui majestatis crimen intenderit, cum in hujuscemodi re convictus, minime quisquam privilegio [19] dignitatis alicujus a striciore inquisitione defendatur: sciat se [20] quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indiciis accusationem suam non potuerit comprobare, cum eo, qui hujusmodi esse temeritatis [reus] deprehenditur. † Illum quoque tormentis subdi oportet, cujus consilio [21], atque instinctu ad accusationem accessisse videbitur, ut ab omnibus commissi conscii instituta vindicta possit reportari. PP. Kal. Januar. VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De tormentis.

4. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIANUS AAA. ad Olybrium P. U.

NUllus [22] omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fidicularum [23] tormenta inferuntur, militiæ vel generis, aut dignitatis defensione uti prohibeatur: excepta [24] tantum majestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est. Datum 8. Id. Jul. VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 369.

Quibus modis hic crimen admittitur, & de ejus pœna. 1. *De filiis damnatorum.* 2. *De his, qui pro illis supplicant.* 3. *De filiabus damnatorum.* 4. *De emancipatione, & rerum alienatione.* 5. *De uxoribus damnatorum.* 6. *De satellitibus, consciis, ministris, filiisque eorum.* 7. *De eo, qui conjurationem patefecit.*

5. Impp. ARCADIUS, & HONOR. AA. Eutychiano P.P.

QUisquis cum [25] militibus, vel privatis [26], vel barbaris [27] scelestam inierit factionem [28], aut factionis ipsius susceperit sacramentum [29], vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis [30], & consistorio nostro intersunt, Senatorum [31] etiam (nam & ipsi pars [32] corporis nostri sunt,) vel cujuslibet postremo, qui nobis militat [33], cogitaverit: (eadem enim severitate voluntatem [34] sceleris, qua effectum, puniri jura voluerunt) ipse quidem, utpote majestatis reus, gladio [35] feriatur, bonis ejus omnibus [36] fisco nostro addictis. §. 1. *Filii* [37] vero ejus, quibus vitam imperatoria specialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent [38] perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarii criminis exempla [39] metuuntur) a materna, vel avita, omnium [40] etiam proximorum hereditate, ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perveniant: sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. §. 2. Denique jubemus etiam eos [41] notabiles esse sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire [42] tentaverint. §. 3. Ad *filias* [43] sane eorum, quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata, sive intestata decesserit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum ac nomen heredis. Mitior [44] enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus [45] minus ausuras esse confidimus. §. 4. *Emancipationes* [46] [quoque] quæ a prædictis sive in filios, post legem dumtaxat latam, sive in filias fuerint collatæ, non valeant. *Dotes, donationes* [47], quarumlibet postremo rerum *alienationes*, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel jure factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti.

§. 5. *Uxores* [48] sane prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ a viris titulo donationis acceperunt, filiis debeant reservare: tempore, quo ususfructus absumitur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ juxta legem filiis debebantur: [&] Falcidia ex his etiam rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputata [videatur.] §. 6. Id, quod de prædictis eorum [que] filiis cavimus, etiam de *satellitibus* [49] consciis, ac ministris filiisque eorum simili severitate censemus. §. 7. Sane si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, initam *prodiderit* [50] factionem, & præmio & honore a nobis donabitur. Is vero qui usus fuerit factione, si vel sero (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit [51]: absolutione tantum, ac venia dignus habebitur. Datum Prid. Non. Sept. *Ancyræ*, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

† *In libro Auredani sic in margine notatur: Ante has leges legitur a Bulgaro Græca constitutio. Sed alii non habent: quia Græca est. Sed ne quid Codici deesset, quod ad ejus restitutionem pertineret, adjiciendam existimavi legem ultimam ejusdem tituli βασιλικῶν, ut eam edidit, & interpretatus est Cujacius.*

1 Morte naturali, non adscita in reatu, capitale crimen extinguitur. adde *l.* 2. ℥. *qui testam. fac.* ut in reatu Libonis apud Tacit. *lib.* 2. 2 vid. *l.* 3. ℥. *si pendente appell.* 3 *l.* 3. *in fin. ff. de accusat. l.* 1. *in fin. ff. ad SC. Turpill.* adde *l.* 10. ℥. *de inofficioso.*

4 *L.* 9. *C. Theod.* 4. vid. *l.* 7. §. 3. *ff. ad leg. Jul. majest. cap.* 83. *Can. Apost can. paratus.* 23. *quæst.* 2. *Exod.* 22. *vers.* 28. *Numer.* 16. & 12. *Actor.* 23. & *Proverb.* 17. & 20. *Epistol. ad Tit.* 3. 1. *Corinth.* 10. & 6. Harmenop. 14. Paul. 5. *sentent.* 29. §. 1. *in fin.* Tacit. *lib.* 1. 60. *Basil.* 36. *cap.* 13. Cujac. 10. *observ.* 10. adde & 5. *Decret.* 26. *de maleficis.* Goth. Placa *miscellaneorum criminalium lib.* 1. *cap.* 4. Contius *lib. singul. ad leg. Juliam majest. num.* 15. *pag.* 18. Menochius *de arbitr. jud. cas.* 377. Aym. Cravetta *cons.* 6. & 9. Mod. 5 Quid si quis in Curatorem aut consiliarium regis aliquem, aut coram Curia verbis injuriosis sit usus? vid. Arrestum apud Papin. 8. *Arrest* 3. *Arrest.* 6. 7. 8. Goth. Adde Farinac. *de var. criminib. quæst* 105. *inspect.* 10. Menoch. *de arbitr. Jud. quæst. Cas.* 377. Ans. 6 *l.* 1. *Cod. Theod. h. t.* 7 De temulentia & vino adde *l.* 12. *in fin. princ. ff. de custod. l.* 11. §. 2. *ff. de pœnis. l.* 6. §. 7. *ff. de re milit.* adde Bellovisa *cap.* 3. *in fin. num.* 15. Clar. 5. *sentent.* §. *ult. quæst.* 60. *num.* 7. Ancharanum 2. *quæst.* 13. 8 *d. l.* 1. Harmenop. *d. loc.* 9 Κυφότητος, Zonaras & Harmen. *d. loc.* 10 Ἐξ ἀκακίας Harmen. *d. loco.* i. e. *ex simplicitate*; & male: legendum est ἐξ ἀδικίας: sic apud Zonaram ὡς ἀδικούμενος. De *furioso* dixi ad *l.* 13. *ff. de offic. præsid.* 11 Id est, condonandum. facit *l.* 2. *supr. de reb. cred.* ἄξιος ἐςὶ συγχωρήσεως. Harm. *d. loco.* Simile quiddam est Titi apud Xiphilinum in *Tito. Nemo*, inquit, *me injuria adficere, vel insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur. ea vero quæ falso de me dicuntur, prorsus negligo.* Ad eundem modum Julianus injurioso poëtæ Agamemnoni ignovit, Libanius *epist.* 6. Cæterum sunt qui hoc verbum *Remittendum*, ita accipiunt, ut intelligant reum majestatis *remittendum ad principem*: male tamen meo judicio. vid. Papon. 2. *Not. c. de crime de lese majesté.*

12 Dixi ad *Lib.* 48. *D.* 4. adde Menochium 2. *de arbitr. judic. quæst. casu* 377.

13 Judicare contra leges principum non est crimen læsæ majestatis, sed repetundarum, si judex pecunia corruptus judicet. vid. *l. ult. infr. ad leg. Jul. repetund.* stellionatus, & falsi, si sine pecunia. *l.* 1. §. 3. *ff. de leg. Corn. de falsis.* Civiliter etiam tenetur judex eo casu. *Inst. de oblig. quæ quasi ex delicto.* 14 Similis est *lex* 2. *supr. de rebus creditis* & altera Alexandri *l.* 5. *supr. famil. ercisc.* 15 Huc refer quod Paponius scribit 22. *Arrest. num.* 22. apud Gallos læsæ majestatis esse crimen a rege ad alium principem appellare. 16 Vid. *l.* 48. *ff. de reg. jur.* 17 Perjurio per nomen principis non contrahitur crimen læsæ majestatis. facit *l.* 2. *supr. de reb. cred.* 18 *l. un. C. Theod. h. t.* 19 Cum de crimine majestatis quæritur, nulla dignitas a tormentis eximitur, Paul. 5. *sent.* 29. §. 2. *in fin. l.* 4. *in fin.* ℑ. *h. t. l.* 16. *infr.* & *l.* 10. ℑ. §. 1. *ff. de qu.* Ammian. 19. *ubi majestas pulsata defenditur, a quæstionibus vel cruentis nullam Corneliæ leges exemere fortunam.* Chrysost. *Homil.* 13. ἔνθα ἂν ἡ καθοσίωσις ἀξίωμα οὐδὲν ὠφέλει. 20 Qui crimen læsæ majestatis probavit semiplene tantum, vel per indicia torquetur una cum accusato & instigatoribus accusationis, *ut hic*, & 60. *Eclog.* 36. *c.* 16. 21 De instigatoribus accusationis. 22 *l.* 1. *Cod. Theod. de quæst. l.* 16. *infr. de quæst.* Goth. Explicat hanc l. Zanger. *de tortur. reorum cap.* 1. *num.* 71. Ans. 23 Fidiculas ob id dici Isidorus putat 5. *Etymol.* 27. quod eis rei in eculeo torquentur, ut fides inveniatur. Ungulas etiam vocari puto. Fidicularum meminit Prudentius in hymno ςεφάνων. 24 vid. *l.* 3. *supr. h. t. l.* 16. *infr. de quæst.*

25 *l.* 3. *Cod. Theod. ad leg. Corn. de sicar.* Quibus modis crimen majestatis admittitur. *Goth.* Poterant sufficere, quæ ad hanc legem notavit eruditissimus Gothofredus; sed vide tamen qui voles Covarruviam *lib.* 2. *var. resol. cap.* 8. Grammaticum *decis.* 6. *n.* 15. Benedictum Capram *in reg. conclus.* 76. Menochium *de arbitr. jud. cas.* 360. Bossium *tit. de requisitione n.* 121. & *tit. de crimine læsæ majestatis.* Mod. 26 *Privatis, barbaris, d. l.* 3. *Privatorum* nomine intelligit paganos, non milites. 27 Quid? Exteri in exterum principem num committunt crimen læsæ majestatis? Clarus negat 5. *sentent.* §. *læsæ majestatis.* 11. *vers. vidi quandoque* 1. adde *Clem. pastoralis, ubi gloss. in verbo, non subsunt, de re judicat.* Quid, clerici, quos putant ab indepto clericatu, subditos Principis sui esse desinere? Negant doctores committi ab iisdem crimen læsæ majestatis: quod falsum esse censeo. Ideoque merito Principes contrarium observant. Clar. *d. loco. vers. hinc infertur.* 28 Factio scelesta; adde Paul. 5. *sent.* 29. §. 2. 29 Sacramentum factionis suscipere, dareve. 30 vid. Clar. 5. *sentent.* §. *læsæ majestatis.* 11. *versicul. Quæro etiam negando.* vid. Mynsing. 5. *resp.* 44. 31 6. *Harm.* 6. 32 Senatus pars corporis imperatorii, & econtra, *l.* 8. *infr. de dignitatib.* 33 Harmenop. *d. loco.* Duces exercituum intelligit Paponius 2. *Nota* 7. *c. de crime de lese majesté.* 34 Primum speciale criminis læsæ majestatis. Nuda voluntas hic punitur, vide quæ scripsi ad *l.* 18. *ff. de pœn.* adde Clar. *d. loco. versic. scias autem. l. ult.* ℑ. *h. t.* 35 Prima pœna reorum læsæ majestatis mors. *l.* 3. *ff. h. t.* §. 3. *Instit. de publ. jud.* consuetudine quorundam locorum solent in partes secari. Clarus *d. loco vers. sed quæro.* Remissum tamen legimus hoc crimen aliquando. vid. Papon. 22. *Arrest.* 1. *n.* 3. 36 Pœna secunda confiscatio bonorum omnium, quæ ipso jure fit, licet non sortiatur effectum ante sententiam. adde *l. ult. infr. h. t. l. ult.* ℑ. *de bon. proscr.* 6. Harmenop. 14. 37 Secundum speciale. adde §. 5. ℑ. *h. t.* Quid filiæ? vid. §. 3. ℑ. *hic.* Quid filii naturales? idem quod in filiis legitimis, communis opinio apud Clar. *d. loco, versic. sed nunquid.* Quid si legitime concepti sunt & nati ante delictum? Communi opinione apud Alciat. *cons.* 467. *n.* 7. negatur hanc legem ad eos pertinere: sed ad conceptos & natos post patris damnationem, ut scilicet eis denegetur legitima. Clar. *d. loco, vers. fuit etiam.* Quid, nepotes ex filiis? ad eos etiam pertinet hæc constitutio, non tamen ad pronepotes, *communis opinio.* Clar. *d. loco, vers. præterea.* Quid masculi ex filiabus? Idem esse volunt, sed non ultra filios id extendi. Clar. *d. loco.* Illud adjiciendum est, hanc pœnam communi opinione ad eos tantum pertinere, qui in ipsum principem committunt, non adversus eum, qui superiorem aliquem recognoscit. Clar. *d. loco, vers. unum tamen.* adde Cic. *epist. ad Brutum* 15. 38 Vide quæ scripsi ad *l.* 26. *ff. de pœnis.* vid. Capitolin. *in Marco Antonino.* 39 Exempla criminis hereditarii metuuntur: & quidem præsumptione quadam. de qua vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 24. 40 Imo non omnium. *l.* 9. *ff. h. t.* 41 Tertium speciale, de his qui supplicant pro læsæ majestatis reo. 42 Pœna supplicantis pro reo majestatis. 43 Quartum speciale de filiabus. 44 Mitius agitur cum mulieribus, quam cum masculis, hoc est, mitius puniendæ, vid. Tiraq. *de pœn. causa* 9. *l.* 38. §. 7. *ff. ad leg. Jul. de adult. l.* 6. *ff. ad l. Jul. pecul.* 45 Sexus infirmus minus audere præsumitur. 46 Quintum speciale de emancipationibus, dotibus, donationibus. *l.* 6. §. 1. *infr. h. t.* adde & de solutionibus reo factis, *l.* 8. *infr. h. t.* 47 *l.* 31. *in fin. ff. de donat.* 48 Sextum speciale de uxoribus. 49 Septimum speciale de satellitibus: vide quæ notavi ad *Nov.* 117. *c.* 8. 50 Octavum speciale de conjurationis ac criminis læsæ majestatis indicibus. Est vero exceptio ad *l.* 10. *supr. de testib. l. ult. supr. de accus.* 51 Ignosci-

De

De morte rei. 1. *De alienatione & manumissione.* 2. *De servis in dominum torquendis.* 3. *De morte rei.*

6. Ex lib. 60. Basilic. tit. 36.

MAjestatis rei etiam post [1] mortem tenentur, & confiscatur eorum substantia: & post mortem hoc crimen moveri incipit, & memoria defuncti damnatur, & res ejus heredibus auferuntur: nam ex eo tempore, quo hanc cogitationem subiit, propter cogitationem dignus est pœna. §. 1. Qui vero incidit in hoc crimen, neque [2] vendere potest, neque manumittere, neque ullo modo alienare, nec recte ei solvit debitor. §. 2. Sed & [3] servi in eum torquentur. §. 3. Et mortuo eo res ejus servantur, quia existente herede agi oportet.

De morte rei. 1. *De servis in dominum torquendis.*

7. Paulus libro singulari de publicis judiciis.

MEminisse oportebit, si quid contra majestatem Imperatoris commissum dicatur, etiam [4] post rei mortem id crimen instaurari solere, postea quam D. Marcus Drunciani [5], utpote senatoris, qui Cassiani furoris socius [6] fuerat, bona post mortem fisco vindicari jussit [7]: & nostro tempore multis heredibus ablata sunt. §. 1. In hoc item crimine, quod ad læsam majestatem Imperatoris pertinet etiam [8] in caput domini servi torquentur.

De morte rei. 1. *De servis in dominum torquendis.* 2. *De morte rei.*

8. Marcianus lib. 1. de publicis judic. ad legem Juliam Majestatis.

POst D. Marci constitutionem hoc jure uti cœpimus, ut etiam [9] post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit: ut convicto mortuo memoria ejus damnetur, & ejus bona successori ejus eripiantur: nam ex quo sceleratissimum quis consilium cepit, exinde quodammodo sua mente punitus [10] est. Sic & divi Severus & Antoninus constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare [11] neque manumittere eum posse: nec ei solvere [12] jure debitorem, magnus [etiam] Antoninus rescripsit. §. 1. In hac causa [13] in caput domini servi torquentur, *id est*, propter causam majestatis. §. 2. Et si decesserit quis: propter incertam personam successoris, bona observantur [14], si in causa majestatis fuisse mortuus arguatur: ut Severus & Antoninus literis ad Rationales [15] missis rescripserunt. Dat. 3. Non. Mart.

TIT. IX.
AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS [16], ET STUPRO [17].

An mulieres accusare possint.

1. Impp. SEVERUS [18], & ANTONINUS AA. Cassiæ.

PUblico judicio non habere mulieres [19] adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Julia declarat: quæ cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem fœminis privilegium detulit. PP. 13. Kalend. August. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De lenocinio.

2. Iidem AA. Cyro.

CRimen lenocinii [20] contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt [21], non qui suspectam [22] adulteram habuerunt. PP. Kal. Jul. ANULINO & FRONTONE CONSS. 200.

De servis torquendis.

3. Imp. ANTONINUS A. Juliano.

NOn solum [verba] legis Juliæ de adulteriis coercendis, sed etiam sententia, per quæstionem quoque servorum, sive ancillarum crimen admissum probare volentis, ad earum tantum personarum servos [23] ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter comprehendit, id est, mulieris, & patris ejus, non naturalis, sed justi dumtaxat, quos intra sexagesimum [24] diem ex dissolutione matrimonii numerandum, manumitti, vel distrahi prohibet, & quorum dominis caveri præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores, secuta absolutione. PP. 15. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De adultero occiso.

4. Imp. ALEXAND. A. Juliano Procons. Narbo. provinciæ.

GRacchus [25], quem Numerius in adulterio [26] noctu deprehensum interfecit, si [27] ejus conditionis fuit, ut per legem Juliam impune occidi potuerit: quod legitime [28] factum est, nullam pœnam meretur. Idemque filiis ejus, qui [29] patri paruerunt, præstandum est. Sed si legis auctoritate cessante inconsulto [30] dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit, tamen quia, & nox [31], & dolor justus factum ejus relevant, potest in exilium dari. PP. sine die, & consule.

De quinquennii præscriptione.

5. Idem A. Vadanti.

ADulter post [32] quinquennium quam commissum adulterium dicitur, (quod continuum numeratur) accusari non potest: easque præscriptiones [33] legibus reo datas auferri non oportet. PP. Id. Jun. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De marito accusante adulterii.

6. Idem A. Sebastiano.

JUre [34] mariti adulterii accusare volenti, sexaginta [35] dies utiles [36] computantur: quibus in publico ejus facultas fuerit apud quem reus, vel rea postulari potest. Et cum præterierint dies isti utiles, maritus quoque jure extranei agere potest. Et qui confidit accusationi, calumniæ [37] notam timere non debet: nam ad probationem sceleris Divi Parentes mei quæstionem de mancipiis eodem modo haberi permiserunt, quasi jure mariti ageretur. PP. 2. Id. August. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De virgine violata.

7. Idem A. Herculano.

PRopter violatam virginem [38] adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator justus non est, & ideo jure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata [39] sponsa ejus fuerat. Sed si ipsa injurias suas adsistentibus [40] curatoribus [41], per quos etiam negotia ejus gerenda sunt, persequatur, Præses provinciæ pro debita tanto delicto, si probetur, severitate examinabit. PP. 12. Kal. Jun. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Ne eodem tempore adulter & adultera accusentur.

8. Idem A. Domno.

REos adulterii [42] duos [43] simul marem & fœminam ex eadem [44] causa fieri lex Julia de pudicitia vetat [45] sed ordine [46] peragi utrosque licet. PP. Idib. Jun. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De lenocinio.

9. Idem A. Proculo.

CAstitati temporum meorum convenit, lege Julia de pudicitia [47] damnatam in pœnis legitimis [48] perseverare. † Qui autem adulterii damnatam, si quocunque modo pœnam capitalem [49] evaserit, sciens duxerit [50] uxorem [vel reduxerit [51],] eadem lege ex causa lenocinii punietur. PP. 7. Kal. Februar. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De pactis, de prævaricatione, de pretio pro comperto stupro accepto.

10. Idem A. Demetriano.

DE crimine adulterii pacisci [52] non licet, & par [53] delictum est accusatoris prævaricatoris, & defugientis [54] veritatis inquisitionem. † Qui autem pretium [55] pro comperto stupro accepit, pœna legis Juliæ de adulteriis tenetur. PP. 5. Non. Maji, FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

An maritus retentam in matrimonio accusare possit.

11. Idem A. Narvano.

CRimen adulterii maritum retenta in matrimonio uxore inferre non [56] posse, nemini dubium est. PP. Kal. Septembr. ALEXAND. II. & MARCELLO CONSS. 227.

tur interdum reo se offerenti. vid. *l.* 13. *ff. de custod.* 1 Nonum speciale. Crimen majestatis post mortem objicitur, de quo vid. *l.* 7. *l. ult. infr. l. ult. ff. h. t. l.* 6. §. 11. *ff. de injust. l.* 1. §. 3. *ff. de suis. l.* 20. *ff. de accusat.* §. 5. *Inst. de heredit. quæ ab intest.* 60. *Ecl.* 36. *c.* 20. & *c.* 12. Quinquennio tamen id præscribi posse putant. vid. Clar. *d. loco. vers. Item in fin.*
2 Vid. *l.* 5. §. 4. *supr. h. t.* 3 Vid. *l.* 7. *in fin. infr. h. t.* 4 Vide *l.* 6. *in fin. supr. h. t.*
5 *Depitiani*, alii *Epigrani.* vid. Cujac. 6. *obs.* 19. *in fin.* 6 Et gener Avidii, Cassii.
7 Imo D. Marcus Drunciano pepercit. vid. Capitol. & Volcatium Gallicanum. *Drunciani* hic non esse legendum Cujacius monet, *d. loco.* 8 Decimum speciale, Servi torquentur in dominum majestatis accusatum, de quo *l.* 6. §. 2. *supr. h. t. l.* 1. *infr. de quæst.* vid. *l.* 1. 2. 3. 4. *C. Th. Ne præter crimen majest. servus dominum, vel patronum libertus seu familiares accuset.*
9 Dixi ad *l.* 6. *supr. h. t.* 10 Privatus. 11 Dixi ad *l.* 5. §. 4. *supr. h. t.*
12 Quod est contra regulam juris communis, *l.* 41. *ff. de solut. l.* 46. *ff. de jure fisci.*
13 Dictum in *l.* 6. §. 2. *supr. h. t.* 14 *Sequestrantur.* 15 Vid. *leg. ult. supr. de advoc. fisci.*
16 §. 4. *Inst. de publ. jud.* 60. *Ecl.* 37. περὶ μοιχείας, huc refer Clar. 5. *sentent.* §. *adult.* vid. *L.* 48. *D.* 5. 17 Adulterium quid differat a stupro, vid. *l.* 101. *ff. de verborum signif.*
18 Leges de mœchis, SERVUM tulisse ait Dio in ejus v. & 300. millia mœchorum sub eo accusata. 19 Mulier secti sui injuriam adversus virum persequi non potest: id est, de adulterio cum virgine aut vidua commisso virum accusare non potest. 6. Harm. 2. §. 5. Zonar. *c.* 48. *Apost. August. de verbis Apost. serm.* 4. cum aliena uxore hodie potest. *Novell.* 117. *c.* 9. *Novell.* 134. *c.* 10. potest etiam mulier in maritum retorquere crimen. *l.* 13. §. 5. *ff. h. t.* olim repudiari etiam potuit, vel si impudice vixisset. vid. Eusebium 4. *c.* 17. Goth. Secus Jure Canonico *c.* 4. *nemo caus.* 32. *q.* 4. *c.* 20. *apud nos. & can. ult. quæst.* 5. vid. Wurmser. *pract. tit.* 36. *obs.* 7. *num.* 3. Ans. 20 Harmenopulus dicit cæsos relegari, 6. *tit.* 2. *in fin.*
21 *l.* 2. §. 2. *in fin. l.* 29. *ff. h. t.* Paul. 2. *sentent.* 26. §. 2. Idem Paulus apud Rufinum *tit.* 4. *collat. leg. Mosaic.* 22 *l.* 30. *vers. In primis.* ℣. & *l.* 26. *ff. h. t. l.* 34. §. 1. *ff. de ritu nupt.*
23 *l.* 12. §. 1. *ff. qui & a quibus manumiss.* Servi mulieris de adulterio accusatæ, sed & patris mulieris torqueri possunt adulterii detegendi causa: nec possunt intra sexagesimum diem dissoluti matrimonii alienari vel manumitti, ne alioquin pereat adulterii probatio.
24 Vid. *l.* 6. ℣. *h. t.* 25 Adulterum noctu deprehensum marito impune licet occidere: sed & si filii ejus ei obtemperantes occiderint, extra noxam sunt. Quod si præcipiente lege hoc non facit maritus, ignoscitur ei, quia & noctu deliquit, & facti dolore permotus, ideoque tantum relegatur. *Syn. Basil.* 60. *tit.* 37. *c.* 45. 26 60. *Eclog.* 37. *c.* 44. ἐν συμπλοκῇ. 6. Harmen. 2. in adulterio, inquam, uxoris. Harm. *ibi.* facit *l.* 10. §. 1. *ff. soluto.*
27 Non omnem adulterum in adulterio licet interficere. *l.* 24. *ff. ad l. Jul. de adult.*
28 Vid. *l.* 151. *ff. de reg. juris:* facit *lex* 25. *supr. de administ. tut.* 29 *Eclog. d. loco.* vid. *l.* 4. *ff. de reg. juris.* Seneca 1. *controv.* 4. *Vir fortis in bello manum perdidit, deprehendit adulterum cum uxore ex qua filium adolescentem habebat: imperavit filio, ut occideret. Non occidit, adulter effugit, abdicat filium.* vide eundem Senec. 1. *decl.* 4. 30 Vide *l.* 38. §. 8. *ff. h. t.* 31 Nox & dolor justus factum elevant. 32 Adulter post quinquennium accusari non potest. *l.* 28. ℣. & *l.* 29. §. 7. *ff. h. t.* Adulterii actio intra quinquennium continuum tantum intenditur. 6. Harm. 2. & 60. *Ecl.* 39. *c.* 45. 33 Exceptiones legum auferri non oportet. 34 Intra sexaginta dies post repudium, hoc est, diremptum matrimonium, si uxorem adulteram vir accuset, calumniæ pœnam nihil est quod metuat, sin post sexaginta dies id faciat, calumniæ notam subit. *Syn. Basil.* 6. *tit.* 2. §. 19. 35 Intra sexaginta dies a divortio vir jure mariti accusare potest, ab inde jure tantum extranei. *l.* 3. *supr. h. t. l.* 11. §. 7. *l.* 14. §. 2. *ff. h. t.* 6. Harmenop. 2. §. 19. Tacit. 2. 36 *l.* 1. *ff. de divers. & temp. præscr.* 37 Vid. *l.* 15. §. 2. *ff. ad SC. Turpill.* 38 Hanc vocem *virginem* quidam expungunt: Alii ita, *virginem quæ postea adulta esse cœpit.* 39 Rem paucis ita definio: Nemo potest agere de uxore, antequam sponsam eam haberet, violata. *l.* 13. *in fin. ff. h. t.* de sponsa violata potest sponsus agere. *d. l.* 13. §. 3. nisi alteri quam sponso nupserit. *l.* 11. §. 7. *ff. h. t.* maritus factus potest de ea violata, cum sponsa esset, agere, non tamen jure mariti. *d. l.* 13. §. 6. ergo extranei potest? Extranei hodie non possunt. *l.* 30. *versic. extraneos. infr. h. t.* alia quædam vide apud Cujac. 6. *observ.* 16. & 20. *obs.* 16. 40 *Subsistentibus*, Hal. 41 *l.* 4. ℥. *de autor. præstanda.* 42 Aliud in incesto. *l.* 7. *in fin. ff. h. t.*
43 *l.* 15. *in fin. l.* 39. §. 6. *l.* 32. *in fin. ff. h. t.* 44 Ex diversa non vetatur. *d. l.* 32. *in fin.*
45 In Gallia id non servatur. vid. Papon. 11. *Arrest.* 9. *n.* 2. *in fin.* 46 Ut incipiat a quo velit. 47 Jurisconsulto dubitanti: de eo vid. Lampridium *in Alexandro.*
48 De quibus vid. *l.* 30. *in fin.* 49 Hinc colligunt, Alexandrum primum constituisse, ut adulterium capitale esset. vid. *d. l.* 30. *in fin.* 50 *l.* 29. §. 1. *ff. h. t.*
51 *l.* 31. §. 1. *ff. h. t.* 52 Pacisci de adulterio non licet. *l.* 18. *supr. de transact.* 60. *Ecl.* 37. *c.* 49. vid. Cujac. 6. *obs.* 11. Hotom. 21. *Illust.* Cujac. 20. *observ.* 10. Forcat. 5. *Cupid. num.* 2. Donel. *ad d. l.* 18. 53 Paria sunt maritum prævaricari, postquam accusaverit adulterum uxoris, & fugere inquisitionem veritatis, hoc est adulterii commissi. *Synops. h. t. c.* 49.
54 *Rei fugientis*, Cujac. *hic.* verum ita Græci legunt, ut hic excusum. 55 Adulterii tenetur qui pretium pro comperto stupro accepit. *l.* 29. §. 2. *ff. h. t. l.* 5. *ff. de cond. ob turp. l.* 37. *in fin. ff. de minorib. l.* 8. *ff. quod met. causa.* 56 *l.* 11. §. 10. *l.* 26. *ff. h. t.* hodie potest, *Auth. prox. infr. h. t.* vid. Cujac. 20. *observ.* 15. ubi de differentia *adulteri & adulteræ.*

In AUTHENT. ut. lic. matri & aviæ. §. quia vero plurimas. col. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 8.

Sed novo jure [1] *potest: & si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debet, & in scriptis eam accusare debet. Si vero illatam adulterii accusationem maritus non probaverit, illis subjiciatur suppliciis, quæ esset passura mulier, si accusatio comprobata fuisset.*

An sententia lata contra adulterum noceat adulteræ.

12. Idem A. Basso.

Etsi [2] crimine adulterii damnatus restitutus non esset, ut proponis, si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, non est accusata: nec pœnæ nec infamiæ subjici potuit, & multo magis cum & accusatorem vita esse functum proponas. PP. Kal. Jun. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De absente.

13. Idem A. Sylvano.

Adulteram, si posteaquam crimen contra eam inchoatum est, provinciam excesserit, etiam absentem [3] inter reos recipi posse [4], explorati juris est. PP. Non. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

De foro competente. De ea, quæ post adulterium nupsit.

14. Imp. GORD. A. Aquiliæ.

Si dum in tuo matrimonio uxor tua esset, se adulterio polluit, in [5] ea provincia, in qua id [ipsum] factum est adulterium more solito persequi debes. Nec enim ab ea [6], quæ jam nupta [&] adulterium passa est, exordium accusationis sumi potest, si [7] denunciatio criminis nuptias non præcessit. PP. Non. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De absente. De milite.

15. Idem A. Hilarino militi.

Si quondam uxor tua, antequam crimine adulterii accusaretur, provinciam excessit, neque absens accusari potest [8], neque in [9] eam provinciam, in qua stipendium facis, transmitti jure deposcitur. Sane cum per occupationem militarem non licuerit accusare eam, solenniter poteris. Nec enim tempus, quo muneribus militaribus occuparis [10], vindictam tibi, quam maritali dolore percussus deposcis, debet auferre. PP. 4. Id. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

In AUTHENT. ut nulli. §. Si vero quis. col. 9. tit. 17. al. 1. Novell. 134. cap. 5.

Si vero criminis commissi occasione latuerit, aut provinciam illam reliquerit, in qua deliquit, jubemus legitimis edictis a Judice vocari eum, & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus sunt definita. Si vero cognoscatur, quod in alia provincia degat, jubemus provinciæ illius Judicem, in qua crimen commissum est, epistola publica uti ad provinciæ illius Judicem, in qua delinquens degit. Ille vero, qui publicas susceperit literas, periculo suo, & officii sui comprehendet eum, & ad Judicem provinciæ transmittet, in qua peccavit, suppliciis legitimis subjiciendum. Si vero, qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut Officium ejus imperata neglexerit, tunc & ipsum judicem tres libras auri, & officium ejus alias tres pro pœna inferre jubemus. Sin autem Judex, aut aliquis Officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, qui hoc fecisse convincatur, spolietur cingulo, & exilio tradatur.

Si maritus desistat.

16. Impp. VALERIAN. & GALLIENUS AA. Archesilao.

Abolitionem adulterii criminis postulans, Præsidem [11], in cujus officio accusatio fuerit instituta, adire debes. Cæterum erras tu marite existimans etiamsi simpliciter, id est, sine abolitione destitisses [12], Senatusconsulto [13] in persona tua futurum locum non fuisse: diversum enim Divi Principes sæpe sanxerunt. Quin hoc amplius scias, nullam fuisse tibi ulterius potestatem instituendi hujusmodi accusationes: quia & decreto Patrum, [&] lege Petronia [14] ei, qui jure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. PP. 15. Kal. Jun. MAXIMO, & GLABRIONE CONSS. 257.

De lenocinio.

17. Iidem AA. Victorino.

Sine metu legis Juliæ de adulteriis coërcendis revocare uxorem in matrimonium potes: cum nihil [15] amplius, quam libellos accusationis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas, quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. Is enim committit in pœnam quam lex certo capite denunciat, qui vel publice adulterio damnatam habet: vel adulteram sciens [16], ut ignorantiam simulare non possit, retinet uxorem. PP. 6. Kal. Aug. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 258.

De polygamia.

18. Iidem AA. & VALERIANUS C. Theodoræ.

Eum [17], qui duas [18] simul habuit uxores, sine dubitatione comitatur infamia. In ea namque re non juris effectus, quo cives nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi [19] destinatio cogitatur. Verumtamen ei, qui te ficto [20] cœlibatu, cum aliam matremfamilias in provincia reliquisset, solicitavit ad nuptias: etiam [21] crimen [22] stupri, a quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. Cæterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis a Rectore provinciæ: nam ea quidem, quæ se tibi, ut [23] sponsæ daturum promisit, quomodo repetere cum effectu potes, quasi sponsa? Accepta Id. Majis, *Antiochiæ*, TUSCO, & BASSO CONSS. 259.

De absente.

19. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. ad Pompeianum.

Quamvis indubitati juris sit, quotiens adulterii crimen intenditur, præsentiam accusatoris præcedere oportere [24]: tamen quoniam ex literis tuis cognovimus Materiam Prepositi Viatoris uxorem, habitis quæstionibus, cum Juliano quodam adulterium commisisse detectam sub ipsa prolatione sententiæ, Viatoris ipsius præsentiam [25] postulasse; non putavimus confecto pene judicio, facinore etiam agitata quæstione convicto, Propositum ab excubiis limitis revocandum. Dat. S. Non. Decembr. AA. & CONSS.

De stupro.

20. Iidem AA. & CC. Didymo.

Fœdissimam [26] earum nequitiam, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, non etiam earum, quæ per vim [27] stupro compressæ sunt, irreprehensa [28] voluntate, leges ulciscuntur: quin etiam inviolatæ existimationis esse, nec nuptias earum aliis interdici, merito placuit. PP. 3. Non. Octobr. ipsis IV. & III. A. CONSS. 290.

De eo, qui per occupationes publicas accusationem instituere non potuit.

21. Iidem AA. & CC. Silano.

Ob commissa adulteria, atque accusandas uxores, certa tempora, quæ utiliter [29] computari solent, præscripta sunt. Si igitur per occupationes [30] publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus præscripta tempora transacta sunt: post depositam solicitudinem, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis: ad quam cum vacare cœperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam adversariam futuræ accusationis speciem prætendas. PP. 14. Kal. Novembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De meretrice.

22. Iidem AA. & CC. Oblimosi.

Si ea, quæ stupro tibi cognita est, & passim [31] venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se præbuit: adulterii crimen in ea cessat. PP. 12. Kal. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De servis. 1. De pecunia data ad redimendam litis vexationem, vel captandam impunitatem.

23. Iidem AA. & CC. Proculo.

Servi [32] ob violatum contubernium [suum] adulterii crimine accusari non possunt. §. 1. Is autem, qui post [33] dissociatum matrimonium uxorem licito jure duxit, obque intentatæ accusationis, ac potentis patrocinii metum ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit, ad recipiendum id, ulciscendamque turpis lucri cupiditatem, adire Præsidem potest, qui examinatis [partium] allegationibus, & inquisita fide veri, siquidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognoverit: quemadmodum sententiam formare debeat, ex evidentibus juris placitis instruetur. Sin vero constiterit corrupti matrimonii velut mercedem ad captandam impunitatem solutam [pecuniam] esse: eum, qui etiam adversus Senatusconsulti censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri jubebit. PP. Kalend. Novembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De injusto contubernio.

24. Iidem AA. & CC. Dionysio.

Si ejus, a quo nunc adulterii rea postularis, contra juris formam contubernio [34] hæsisti, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

De existimatione.

25. Iidem AA. & CC. Sossiano.

Etsi libidine intemperatæ cupiditatis ex Actorum lectione exarsisse te cognitum est: tamen cum ancillas [35] compressisse, & non liberas stuprasse detectum sit, ex hujusmodi sententia gravatam [36] potius [37] opinionem tuam, quam infamia afflictam esse manifestum est. PP. 5. Id. Mart. TIBERIANO, & DIONE CONSS. 291.

1 Vid. Rittershus. in *exposit. Novell. part.* 12. *c.* 5. Ans. 2 Condemnatio adulteri, adulteræ, quæ accusata non fuit, non nocet: adde *l.* 17. §. 6. *vers. Si condemnatus. ff. h. t.* 3 *l.* 11. §. 2. *ff. h. t.* dixi ad *l.* 3. *supr. de accusat.* 4 Imo non potest. vid. *l.* 15. *infr. h. t.* 5 Forum adulterii criminis observa: In qua provincia mulier adulterium commisit, in eadem accusari debet. vid. *l.* 1. *C. ubi de crim.* adde *l.* 15. *J. h. t.* 6 Imo ab ea, *l.* 5. *ff. h. t.* 7 *l.* 16. *d. l.* 17. *in prin. &* §. 6. *ff. h. t.* 8 Imo potest. *l.* 13. *supr. h. t.* potest, postquam adversus eam inchoatum est. *d. l.* 13. antequam sit inchoatum, non potest. *ut hic.* 9 Vid. *l.* 14. *supr. h. t.* 10 Vide *l.* 21. *infr. h. t.* 11 Vid. *l.* 2. *infr. de abolitionibus.* 12 *l.* 2. §. 1. *ff. h. t.* 13 Turpilliano. *l.* 14. *in fin. ff. h. t.* & pœnæ quinque librarum auri. *l.* 3. *in fin. ff. de prævaricat.* non tamen talionis. 14 Legis Petroniæ alterum cap. vid. in *l.* 11. *in fin. ff. ad l. Corn. de sicariis.* 15 Vid. *l.* 5. *ff. ad SC. Turpill.* 16 *l.* 11. *in fin. ff. h. t. l.* 26. *ff. de ritu.* 17 Bigamiæ varias pœnas vide apud Menochium 2. *de arbitrar. jud. quæst.* 5. *casu* 420. 18 Infamia notatur, qui duas simul uxores habet. vid. *l.* 2. *C. de incestis. l.* 1. *in fin. ff. de his qui notant.* §. 6. 7. *Instit. de nupt.* 4. Harmen. 4. dixi ad *l.* 7. *supr. de Judæis.* Imo pœna capitalis est Theoph. §. 6. *de nuptiis.* adde Romanum *singul.* 533. argumento ex hac lege ducto, ut dicetur. 19 Vid. *l. pen. ff. de concubinis.* vid. Paul. 2. *sent.* 20. §. *unic.* 20 Fictus cœlibatus. *l.* 5. *supr. de don. ant. nupt.* 21 Adulterium cum secunda muliere bigamus committit, ut ex hac particula colligit Menochius, *d. l.* 10. *n.* 10. vult enim hanc particulam *etiam*, implicare alium casum: perinde ac si dixisset Imperator: Non solum ille adulterium commisit, sed etiam stuprum. 22 Bigamiam jure civili capitalem esse hinc Romanus colligit *sing.* 533. cum stupri pœna sit capitalis. 23 *l.* 32. §. *pen. ff. de donat. int. vir.* 24 *l. ult. supr. de accus.* 25 Etiam absente accusatore, reus præsens condemnari potest. 26 Quidam hanc legem referunt ad Tribadas seu frictrices, de quibus vid. Juvenal. *Sat.* 6. Martial. 1. *Epig.* 58. vid. Pap. 22. *Arrest.* 7. *n.* 2. Clar. 5. *sentent.* §. *Fornicatio. vers. inter mulieres.* Petrum Gregor. 6. *syntag.* 14. sed male: agitur enim hac lege de mulieribus ultro se stupro dedentibus. 27 Vim passæ mulieri, nuptiis aliorum non interdicitur. *l.* 13. §. 7. *l.* 39. *ff. h. t.* adde Tiraquellum *tract. de pœn. causa* 39. nec est hujusmodi mulier infamis, *ut hic.* 28 Integra voluntate vim mulier pati potest. Tolle voluntatem ex medio, omnis actus est indifferens. *Bald.* 29 *l.* 5. *l.* 15. *in fin. C. & l.* 11. §. 5. *ff. h. t.* 30 Marito reipublicæ causa occupato non currunt tempora ad accusandam uxorem de adulterio constituta. 31 Vid. *l.* 29. *in fin. infr. h. t.* πρὸς ἣν ἤδη πολλοὶ ἐπόρνευσαν. Adulterii non tenetur, qui conjungitur ei, quæ jam se multis meretricio more prostituit. *Synops. Basil. h. t. cap.* 38. & 6. Harm. 2. §. 21. 32 *l.* 24. *infr. h. t.* vid. *l.* 6. *ff. h. t.* adde quæ scripsi ad *l.* 3. *in fin. ff. de cap. min.* Cur ita? Matrimonium quod non est, violari non potest. adde *l.* 13. §. 1. *ff. h. t.* 33 Juste repudiata mulier duci potest. 34 Vid. *l.* 23. *supr. h. t.* 35 Stupri cum ancilla damnatus non fit infamis. *l.* 29. *in fin. infr. & l.* 6. *ff. h. t. l.* 25. *ff. de injur.* 36 Opinionis gravatæ & infamiæ differentia. 37 Verberibus eum affici qui cum ancilla propria rem habeat, ex

Si

Si de statu accusati dubitetur.

26. Iidem AA. & CC. Crispino.

QUoniam Alexandrum qui in crimen vocatur, etiam præscriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator uxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur, & de statu suo agere nunc velle perspeximus: ita ordo [1] quæstionis dirimendus videtur, ut in primis [2] quidem de statu Alexandri quæratur: ita ut si liberum eum esse adhibita audientia deprehenderis, præscriptionis ei objiciendæ facias [3] potestatem. Sin vero eundem esse servum [4] cognoveris, remotis præscriptionis impedimentis, in adulterum crimen protinus debebis inquirere: ac si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, pœnam decernere quam in adulterii crimen legum sanctio statuit. Dat. 5. Kalend. Septembr. AA. CONSS.

De nuptiis inter adulteros.

27. Iidem AA. & CC. Phœbo.

COmmissum antea adulterium cum eo cui se postea nuptiis [5] sociavit, velamento [6] matrimonii non extinguitur. PP. 18. Kal. Januar. CC. CONSS.

De exceptione temporis, lenocinii, & ordinis.

28. Iidem AA. & CC. Concordio Proconf. Numidiæ.

ITa nobis cordi pudor est, ut removeamus prisci juris ambages, & constituamus in adulterii quæstione, abolitis de medio cæteris præscriptionibus, præter quinquennii [7] temporis, & lenocinii [8] quod marito objicitur, exceptionem, illam [9] etiam quæ post solutum prius matrimonium ante denunciationem [10] nuptæ competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim, ut ultionem pudoris [11] præstigia [12] versuti [13] juris excludant. PP. Kalend. Jun. TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

De domina cauponæ vel famulæ.

29. Imp. CONSTANTINUS A. Africano.

QUæ [14] adulterium commisit utrum domina cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata servili [15], ut plerumque ipsa intemperantiæ vina præbuerit: ut si [16] domina tabernæ fuerit, non sit a vinculis juris excepta: Si vero potantibus ministerium [17] præbuerit, pro vilitate [18] ejus, quæ in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi, qui accusantur, abscedant: cum ab his fœminis pudicitiæ ratio requiratur, quæ juris nexibus detinentur, & *matrisfamilias* [19] nomen obtinent. Hæ autem immunes a judiciaria severitate, & stupri & adulterii præstentur, quas vitæ vilitas [20] dignas legum observatione non credidit. Suprascripta. Dat. 3. Non. Febr. *Heracliæ*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

De accusatoribus. Pœna adulterii.

30. Idem A. ad Euagrium.

QUamvis [21] adulterii [22] crimen inter publica [23] referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur: tamen ne volentibus temere liceat fœdare connubia, proximis [24] necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, fratri, nec non patruo, & avunculo, quos verus dolor ad accusationem impellit. Sed etiam his personis legem imponimus, ut crimen abolitione [25] (si voluerint) compescant. † In primis [26] maritum genialis tori [27] vindicem esse oportet: cui quidem & ex suspicione [28] ream conjugem facere licet, vel eam, si tantum suspicatur, penes se retinere non prohibetur: nec inscriptionis [29] vinculo contineri, cum jure mariti accusaret, veteres retro Principes annuerunt.

† Extraneos [30] autem procul arceri ab accusatione censemus: nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proterve id faciunt, & falsis contumeliis matrimonia deformant. §. 1. Sacrilegos [31] autem nuptiarum gladio [32] puniri oportet. PP. *Nicomediæ*, 7. Kal. Maji, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. [IV.] CONSS. 326.

In AUTHENT. ut nulli jud. §. Si vero quando. col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 10.

SEd hodie [33] *adultera verberata* [34] *in monasterium mittatur: quam intra biennium viro recipere licet. Biennio transacto, vel viro, priusquam reduceret ream, mortuo: adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi dum vivit, permaneat, duabus partibus propriæ substantiæ liberis si habet applicandis: tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus extantibus, hujusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur: duæ monasterio, quibus prædictis non extantibus, omnis ejus substantia monasterio quæretur, pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro servandis.*

* In AUTHENT. ut lic. matr. & aviæ. §. his quoque. col. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 15.

SI quis ei, quem suspectum habet de sua uxore, ter in scriptis denunciaverit sub præsentia trium testium fide dignorum, & post invenerit eum convenientem uxori suæ in domo sua, vel uxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat [35]. *Si alibi inveniat, tribus testibus convocatis tradat eum judici: qui nulla alia ratione quæsita habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inveniantur, post tres ut dictum est, denunciationes: liceat marito utrasque personas defensori ecclesiæ tradere, aut aliis clericis, ut ad eorum periculum divisim isti serventur, donec judex cognoscens hoc, mittat episcopo civitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant subire tormentum, ut nuncietur per eum ad præsidem provinciæ, qui secundum leges pœnam imponet legitimam.*

De venere mascula.

31. Impp. CONSTANTINUS & CONSTANS AA. ad populum.

CUm [36] vir nubit [37], in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur, ubi sexus [38] perdidit locum? ubi scelus est id, quod non proficit scire? ubi Venus mutatur [39] in alteram formam? ubi amor quæritur, nec videtur [40]: jubemus insurgere leges, armari jura [41] gladio ultore, ut exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei. PP. *Romæ*, 17. Kalend. Jan. CONSTANTINO VIII. & CONSTANTIO C. IV. CONSS.

De servis torquendis.

32. Imppp. GRAT. VAL. THEOD. & ARCAD. AAAA. Cynegio P. P.

IN [42] adulterii quæstione ab omni [43] familia non solum mariti, sed etiam uxoris, (quæ [44] tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum) quærendum est sine defensione cujusquam. Dat. 3. Id. Decembr. *Constantinopoli*, ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De repetitione dotis, vel alterius debiti.

33. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

ADulterii [45] accusatione proposita, præscriptiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere, atque perstrepere examini consueverunt, jussimus sequestrari, nec earum [46] obice aliquid negotio tarditatis afferri: sed accusatione fundata, hoc est, cum constiterit quo jure, id est, maritine, an extranei, [quove] tempore accusatio fuerit intromissa, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur: cum & jurgia, quæ magnitudine superantur [47], & civilis actio criminali jure postponatur, idem tamen, cum competere cœperit, habitura momenti, dummodo non obsit [huic] examini. Dat. 7. Id. Decembr. *Constantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De nuptiis inter accusatos secutis.

34. Iidem AAA. Rufino P.P.

SI [48] qui adulterii fuerint accusati, & obtentu proximitatis [49] intentata depulerint, per [50] commemorationem necessitudinis crimini fidem derogan-

novo jure Orientis refert Harmenopulus 6. *tit.* 3. §. 2. 1 Vid. *l.* 1. *supr. de ord. cognit.* *l.* 1. *supr. de off. rect. provinc.* 2 Et ita quibusdam in causis civilis causa criminali anteponitur, *ut hic, & l.* 8. *infr. ad l. Fab. l.* 2. *C. Th. ad leg. Corn. Pap. de falso.* 3 Imo non est ei facienda. *l.* 2. §. 7. *ff. h. t.* 4 Servi adulterii accusari possunt. *l.* 5. *l.* 12. §. 3. *ff. de accus.* 5 Damnatis pœnam remitti, si ab aliqua muliere in matrimonium postulantur, hinc colligunt. Rebuff. 1. *c.* 9. *n.* 34. Pap. 24. *Arrest.* 10. *n.* 14. dixi *l.* 31. *ff. de pœnis.* vid. Tiraq. *tract. de pœn.* 6 Dixi ad *Novell.* 134. *c.* 12. 7 De qua vid. *l.* 5. *supr. h. t.* Adulterii accusatorem repellit temporis exceptio, lenocinii & ordinis. 8 De lenocinio vid. *l.* 2. §. 4. & 5. *ff. h. t. l.* 39. *in fin. l.* 47. *ff. solut. matrim.* 9 Ordinis scil. quo primum accusandus est is, cui adultera post matrimonium nupsit. 10 *l.* 14. *supr. h. t.* 11 Id est, violatæ castitatis, quæ pudore retinetur. 12 Al. *præstigiæ.* 13 Hac versutia sublata admittitur accusatio, si lege non reprobetur accusatoris persona & afferantur probationes per testes extraneos & domesticos, etiam cum quæstione. ut *l.* 32. *infr. h. t.* 14 Adulterium an & quando admittatur in Tabernæ propositam mulierem. *l.* 1. *C. Th. h. t.* 6. Harm. 2. §. 22. *Syn. Basil. h. t. c.* 63. 15 *l.* 25. *supr. h. t.* 16 Adulterium commissum cum domina cauponæ, puniri potest, si ipsa per se vinum in taberna præbere solita est. adde *l.* 47. *ff. de ritu nuptiarum.* 17 *d. l.* 25. 18 Vinum per se potantibus præbere, vile & servile est ministerium: unde negatur hic, adulterium cum ejusmodi muliere committi. Nam leges bonæ existimationis mulierum pudicitiæ prospexerunt, nulla vilium & commiseratione dignarum ratione habita. *Syn. Basil. h. t. c.* 63. 19 Vide *l.* 49. §. 4. *ff. de leg.* 3. 20 Stuprum jure civili non committi cum meretrice, hinc colligunt, vide Clar. 5. *sent.* §. *fornicatio* 5. *vers.* 1. 21 *l.* 2. *Cod. Theod. h. t.* 22 Adulterii crimen non omnibus sine ullo discrimine intendere permissum est: ut ne volentibus temere liceat fœdare connubia, sed solis proximis, maximeque necessariis personis, avo aut patri, fratri, patruo, avunculo: sed inter omnes maxime viro. 6. Harm. 2. §. 4. 23 Etiam hodie publicæ accusationes adulterii sunt. vide Cujac. 20. *observ.* 22. 24 6. Harmen. 2. 25 *l.* 2. *in fin. infr. de abolit.* 26 *l.* 2. §. 8. *l.* 14. §. 2. *ff. h. t.* deinde pater. *d.* §. 2. socer. *l.* 11. §. 3. *ff. h. t.* Quid sponsus? vide *l.* 7. *supr. h. t.* 27 Maritus tori genialis vindex esse debet: potest tamen mitius experiri cum adultero. vide Papon. 22. *Arrest.* 9. *num.* 12. 28 *l.* 2. *supr. h. t.* 29 Vide *Nov.* 117. *cap.* 15. 30 Extranei hodie non accusant de adulterio. 31 Id est, adulteros, deest hæc sententia in Cod. Theod. quam tamen verisimile est desumptam ex *l.* 4. *C. Theod. quor. appell. non recipiuntur.* 32 *l.* 9. *supr. h. t. l.* 18. *supr. de transact.* §. 4. *Inst. de publ. jud.* deportationis meminit *l.* 4. *T. de quæstion.* vid. *l.* 5. *ff. de quæst.* vide Cujac. 6. *obs.* 11. 19. *obs.* 39. & 20. *obs.* 19. Hotom. 21. *Illust.* hodie adultera aliter punitur. *Auth. prox. infr. h. t.* dixi ad *Novell.* 134. *c.* 10. 33 Adulteri pœna olim deportatio. *l.* 5. *ff. de quæst.* Hodie, hoc est, novo jure civili, adulterium punitur hac constitutione. Novissimo jure & consuetudinario, quibusdam in locis fustigatione, & exilio arbitrario punitur adultera: adulter ultimo supplicio aliis locis adulterium mulieri & masculo capitale. adde *Novell.* 134. *c.* 10. Roman. *singul.* 31. Clarum *in sentent.* §. *adulterium.* De variis adulterii pœnis, vide apud *autorem Synopseos*, *h. t. c.* 67. Ferrand. 1. *Explicat.* 4. vide omnino Menoch. *de arbitr. judic. centur.* 5. *c.* 419. 34 Pœna adulteræ nova. 35 Dixi ad *Novell.* 117. *c.* 15. 36 *l.* 3. *C. Theod. h. t.* adde *Novell.* 77. & 141. Goth. Intellectum hujus legis vide apud Rævard. *var. lib.* 4. *cap.* 20. Alciat. *parerg. lib.* 10. *cap.* 11. Ans. Damhoud. *prax. civ. c.* 98. Jul. Clar. §. *Sodomia num.* 4. *S. L.* 37 Al. *nubit, in fœmina viros projectura, quid cupiat &c. d. l.* 3. *nubit in fœmina viros paritura, quid cupiat &c.* Hal. *nubit ut fœmina viris paritura: quid cupiatur &c.* Rævar. 4. *Var.* 20. Ita legi potest, *Cum vir nubit in fœmina viris porrectura quid cupiatur?* Vir nubere dicitur, quoties muliebria patitur: quoties contra naturam sexus non agit, sed patitur. *J. h. t. ibid. Ubi sexus perdidit locum*, hoc est, venerem in alteram formam mutare, *infr. h. t. ibi, ubi Venus mutatur in alteram formam.* viri corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihil discretum habere cum fœminis, suum sexum turpiter perdere & alienum expetere, sacrosanctum hospitium virilis animæ fœdare. vide *const. Valentin.* apud Ruffin. *tit.* 5. *collat. legum Mosaic.* Salvian. *lib.* 7. *de gubern. viri in semetipsos fœminas profitebantur.* Clemens 3. *Pædago.* ἄνδρες θηλύνονται καὶ γυναῖκες ἀνδρίζονται. Lamprid. *in Heliog. Nupsit*, inquit, *& coiit, ut & pronubum haberet.* Dion. *in Nerone*, συνεγίνοντο ἅμα τῷ Νέρωνι Πυθαγόρας μὲν ὡς ἀνήρ, Σπορὸς δὲ ὡς γυνή. Agebatur id genus infamiæ habitu (quod verbo *mutandi* aptissime hic ostenditur) vultu & incessu fœmineis adsumptis, Salvian. *d. loco. Cum enim muliebrem habitum viri sumerent & magis quam mulieres, gradum fingerent*, & post, *cum fœmineis tegminum illigamentis capita velarent.* Lamprid. *ibid. Vultum eodem, quo Venus pingitur, schemate figurabat: corpore toto expolitus.* Id nemo Martiale melius expressit *l.* 12. *Barbatus rigido nupsit Callistratus Apro, Hac qua lege viro nubere virgo solet. Præluxere faces, velarunt flamina vultus, Nec tua defuerant verba, Thalasse, tibi: Dos etiam dicta est, Nondum tibi Roma videtur Hoc satis, expectas, nunquid & ut pariat*; & hæc de masculis. Fœminæ eodem quoque pene vitio assuetæ. Seneca *contr. Jactatur modo in puerilem, modo in muliebrem habitum composita. Lupanaria virorum eum in finem erant.* vide *prædictam const. it.* apud Ruffin. *tit.* 5. *coll. leg. Mos.* 38 Ubi nulla habetur ratio sexus a Deo distincti, Paulus *ad Rom.* 1. *vers.* 27. ἄρσενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους &c. 39 Vide Paul. *ibi, v.* 26. μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν. 40 Nec invenitur. 41 Vide quæ dixi ad *Novell.* 77. *Novell.* 141. 42 *l.* 4. *Co. Theod. eodem.* 43 *l.* 3. *supr. h. t.* vid. *l.* 27. §. 6. *ff. h. t. l.* 8. §. 6. *supr. de repud.* 44 Et ita mitigatur durities *legis* 12. §. 1. *ff. qui & a quib. manum.* 45 *l.* 7. *C. Theod. h. t.* 46 *l.* 27. *ff. rer. amot.* Quæstione dotis petitæ ac similium, adulterii quæstio prorogari seu evitari non potest. 47 Superant, *d. l.* 7. 48 *l.* 8. *C. Th. h. t.* 49 Vide *l.* 19. *supr. de episc. & cleric.* Audita est Mævia negans adulterium cum Titio commissum, vel eo solo, quod Titius genere nimis propinquus ei esset. Si Mævia postmodum nubit Titio, præsumetur adulterium commisisse, ut actu contrario subsecuto præsumatur aliquid in præteritum, quod alias erat incredibile. 6. *Martial.* 22. 50 Præsumitur nemo cum proxima consanguinea adulteria committere velle, *ut hic.* Quid si mulieris marito mortuo, cum ea post nuptias contrahat? præsumitur adulterium cum de,

do, dum exiſtimatur *non debere credi, quod allegatur, vel non potuiſſe committi*: hi, ſi poſtmodum in nuptias, conſortiumque convenerint, facinus illud [in] quo fuerint accuſati, manifeſta fide, atque indiciis [1] evidentibus publicabunt. Unde ſi qui ejusmodi reperti fuerint, juſſimus in eosdem ſeveriſſime vindicari, & velut convictum facinus, confeſſumque puniri. Dat. 2. Non. Decembr. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De divortio.

35. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P. P.

SI [2] mulier repudii oblatione ſine ulla legitima cauſa a ſe dati diſceſſerit, ne viduitatem ſtupri procacitate commaculet: accuſationem repudiato marito jure deferimus. Dat. 12. Kal. Mart. *Ravennæ*, EUSTACHIO, & AGRICOLA CONSS. 421.

De manumiſſione ſervorum adulteræ poſt ejus mortem.

36. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Libertatem ſervorum, qui ad dominium pertinent uxoris, vel mariti, vel parentum eorum: repudio miſſo propter ſuſpicionem criminis adulterii, legum conditores intra duorum [3] menſium ſpatium poſt miſſionem repudii dinumerandum ſuſpendi definiunt, propter tormentorum quæſtionem (ſi opus exegerit) eis imponendam. Si vero uxor [tua] matrimonio ſub præfato modo diſſoluto, rebus humanis exempta fuerit: nihil de tempore quousque ſervos eos, propter memoratam cauſam permanere deceat, adjiciunt. Nobis vero neceſſarium eſſe videtur, certum tempus etiam in hoc caſu ſtatuere propter dotis quæſtionem, utrum in lucro marito cedat, an heredibus mulieris reſtituatur. Sancimus itaque duos [etiam] menſes poſt mortem mulieris ſervari, ut intra eos ante dicti ſervi [4] permaneant, & facultatem maritus habeat probationes adulterii per eos præſtare. Transacto vero memorato tempore licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere: niſi per culpam ejus maritus prohibitus fuerit cauſam adulterii, tempore videlicet imminente, exercere. Dat. 5. Kal. Novembr. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno ſecundo 532.

De adulterii pœna.

37. *

ADulteris [5] verberatis, & tonſis nares abſcinduntur. Nuncii vero & impii hujusce facinoris adminiſtri, verberati, & tonſi in perpetuum relegantur.

TIT. X.

SI [6] QUIS EAM, CUJUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.

Si tutor quondam committit ſtuprum cum adulta, debet deportari, bonis omnibus confiſcatis. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Baſſum Vicar. Italiæ.

SI [7] tutor pupillam quondam ſuam violata caſtitate ſtupraverit, deportationi ſubjugetur: atque univerſæ ejus facultates fiſci [8] juribus vindicentur, quamvis eam pœnam debuerit ſuſtinere, quam raptori leges imponunt. Dat. Prid. Non. April. *Aquil.* CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

TIT. XI.

DE [9] MULIERIBUS [10], QUÆ SE PROPRIIS SERVIS [11] JUNXERUNT.

Servus, qui concubuit cum domina, debet comburi, & domina decapitari. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

SI [12] qua cum ſervo [ſuo] occulte rem habere detegitur, capitali ſententiæ ſubjugetur: tradendo ignibus [13] verberone [14]. † Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, ſit Officio copia nunciandi, ſit etiam ſervo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. † Filii etiam, quos ex hac conjunctione habuerint, exuti omnibus dignitatis inſignibus, in nuda maneant libertate: neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris.

† Succeſſio autem mulieris ab inteſtato, vel filiis, ſi erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur, vel ei, quem ratio juris admittit. † Id autem & quod ille, qui condemnatus eſt, & quod ex eo ſuſcepti filii quolibet caſu in ſua videantur habuiſſe ſubſtantia, mulieris dominio ſociatum, a memoratis ſucceſſoribus vindicetur. Dat. 4. Kalend. Jun. *Serdicæ*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

TIT. XII.

AD LEGEM JULIAM [15] DE VI PUBLICA [16], VEL PRIVATA [17].

Si ob viri debitum res uxoris pignori capiantur.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Pelitiæ.

OB [18] debitum viri, vel civile munus, res uxoris, qui pignori capiunt, vim contrahere videntur. Dat. Kalend. Juliis, *Romæ*, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De tertia parte bonorum tutoris publicata.

2. Imp. ANTONINUS A. Vero.

TUtoris tui lege Julia de vi privata damnati, ſi tertia [19] pars [20] bonorum fiſco vindicata eſt, tutelæ actionem pro ea portione adverſus [21] fiſcum dirige: modo ſi nulla præſcriptio locum habeat. Nam ſucceſſio [22] pro oneribus portionis ſuæ reſpondet [23]. PP. 15. Kalend. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De ſponſa rapta, vel filio alterius incluſo.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Bianori.

SI confidis ſponſam [24] filii [tui] raptam eſſe, vel filium tuum incluſum [25]: inſtituere ſolenni more legis Juliæ de vi accuſationem apud Præſidem provinciæ non prohiberis. PP. 8. Kalend. Maji, *Veronæ*, AA. CONSS.

De delictis ſervorum. De verberibus.

4. Iidem AA. & CC. Liberatio.

SI criminis accuſationem propter res a ſervo raptas intentandam putaveris, non [26] contra dominum, ſed contra eum, quem facinus commiſiſſe proponis, hanc inſtituere debes. Sed quoniam a Fiſcinulo etiam te verberibus afflictum adſeveras: ſi hominibus coactis [27] hoc fecerit, de hoc etiam, ſi legis Juliæ de vi privata reum deferendum putaveris, apud præſidem provinciæ age, non ignarum, quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat. S. 17. Kal. Jul. *Sirmii*, AA. CONSS.

De ingreſſu in poſſeſſionem fundi.

5. Iidem AA. & CC. Oploni.

IN [28] poſſeſſionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, Juliæ legis vis privatæ reus deferri poteſt. S. 6. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De eo, qui vim facere tentat, & cauſam malorum præbet.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Catulinum Proconſulem Africæ.

QUoniam [29] multa facinora ſub uno *violentiæ* nomine [30] continentur; cum [31] aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione reſiſtentibus, verbera cædesque crebro deteguntur admiſſæ: placuit, ſi forte quis, vel ex poſſidentis [32] parte, vel ex ejus, qui poſſeſſionem temere tentaverit, interemptus [33] ſit: in eum ſupplicium exerceri, qui vim facere tentaverit, & alterutri parti cauſam [34] malorum præbuerit: & non jam relegatione, aut deportatione inſulæ plectatur, ſed ſupplicium capitale [35] excipiat, nec interpoſita provocatione ſententiam, quæ in eum fuerit dicta, ſuſpendat. Dat. 15. Kalend. Maji, *Serdicæ*, GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De pœna non probantis crimen. De cauſa poſſeſſionis ante accuſationem de vi decidenda.

7. Idem A. ad Baſſum P. U.

SI [36] quis ad ſe fundum, vel quodcunque aliud aſſerit pertinere, ac reſtitutionem ſibi competere poſſeſſionis putat: [aut] civiliter [37] ſuper [38] poſſidendo agat, aut impleta ſolennitate juris crimen violentiæ opponat [39]: non ignarus, eam [40] [ſe] ſententiam ſubiturum, ſi crimen objectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quod ſi [41] omiſſa interpellatione vim poſſidenti intulerit, ante [42] omnia violentiæ cauſam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem pervenerit poſſidentem: ut ei, quem conſtiterit expulſum, amiſſæ poſſeſſionis jura reparentur: eademque protinus [43] reſtituta, [ſi criminalis quæſtio agitetur,] violentus pœnæ non immerito deſtinatus in totius litis terminum differatur: ut agitato negotio [44] principali,

admiſiſſe, cum accuſaretur. 1 *l. ult. ſupr. de probationibus.* 2 Plenior eſt hæc conſtitutio *in lege* 2. *C. Theod. de repud.* 3 Id eſt, ſexaginta dierum. *l.* 3. *ſupr. h. t.* 4 *l.* 12. *in fin. ff. qui & a quib. manum.* vide Cujac. 2. *obſ.* 33. 5 Sumpta eſt hæc conſtitutio ex 60. *Ecl.* 37. *c.* 67. & 6. Harm. 2.

6 *L.* 9. *C. Theod.* 8. vide *Nov. Leon.* 34. *Syn. Baſil.* 37. *tit.* 11. *ex tit.* 57. adde *l.* 7. *ff. ad l. Jul. de adult.* Clar. 5. *ſent. §. fornicatio, verſ. cum pupillæ.* 7 *l. un. C. Theod. h. t. &* 37. *Ecl.* 12. *& lib.* 60. *tit.* 57. 8 *Nov. Leon.* 34. pupillæ addicit. 5. Harmenop. 11. §. 58. Goth. Adde *l.* 7. *ff. ad l. Jul. de adult.* vid. la Roche *deciſ. Tholoſan. lib.* 4. *tit. tuteurs* 9. *arreſt.* 2. Damhoud. *tit. de tut. & curat. mun. cap.* 10. *num.* 71. Choveron *de publ. Concub. verb. de plagio: num.* 34. Jul. Clar. *l.* 5. §. *fornicatio. verſ. cum pupilla.* Montan. *de Tutel. cap.* 31. *effect.* 8. *num.* 18. Anſ.

9 *L.* 9. *C. Theod.* 9. *&* 60. *Ecl.* 37. περὶ φθορέων παρθένων. *c.* 68. & 6. Harm. 2. *in fin.* Clar. *d. loco, verſ. mulieri etiam.* Senec. 7. *contr.* 6. *Inſt. de her. inſt. verſ. ſervum adulterio.* *l.* 12. §. 6. *ff. qui & a quib. man.* 10 Aliud eſt in dominis, ſi ſe ancillis ſuis junxerint. vide *l. ult. ſupr. comm. de man.* 11 Quid ſi libertis? vide *l.* 3. *ſupr. de nupt.* 12 *l. un. C. Theod. h. t.* 13 De ignis ſupplicio dixi ad *l. un. infr. de Nili aggerib.* 14 Vox eadem eſt in *l.* 6. *ſupr. de ſerv. fugit.*

15 De lege Julia ſcripſi ad *l.* 1. §. 2. *ff. de vi & vi.* 16 Dixi ad *L.* 48. *D.* 6. *&* §. 8. *Inſt. de publ. jud.* 17 Dixi ad *L.* 48. *D.* 7. 18 *l.* 1. 2. 9. *ne uxor pro marito.* *l.* 24. *ſupr. de don. inter vir.* 19 Vide *l.* 1. *ff. de vi privat.* §. 8. *Inſt. de publ. jud.* Fiſcus pro quota bonorum ad eum delata tenetur creditoribus, *ut hic.* Demus, fiſcum majori Titii filio ſucceſſiſſe jure municipali, ſorores arbitrio fratris majoris natu dotari: Num tenetur fiſcus filias dotare? Cum lis ea moveretur Rothomagi anno 1563. coram Carolo IX. Francorum rege, tunc primum majore declarato pronunciatum fuit in re ita dubia adverſus fiſcum. vide *tom.* 2. *conſt. Gal. tit.* 1. 20 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 15. *ſupr. de donationibus.* 21 Vide *l.* 1. *ſupr. qui fidejuſſorib.* *l.* 1. *ff. de vi privata.* 22 *Succeſſor*, quidam ita legunt.

23 Fiſcus heredis loco habetur. dixi ad *l.* 128. §. 1. *ff. de reg. jur.* vide Roland. a Valle 1. *conſ.* 31. *num.* 33. 24 De raptu ſponſæ poteſt agi legibus Juliis. 25 *l.* 5. 6. *ff. ad l. Jul. de vi publica.* 26 In criminalibus noxalis actio non datur in dominum. 27 *l.* 10. §. 1. *ff. ad leg. Jul. de vi publica.* *l.* 3. 4. §. 1. *ff. ad leg. Jul. de vi privata.* 28 *l.* 6. 7. *infr. h. t.* vide *l.* 7. *verſ. quod ſi omiſſa.* J. *h. t.* *l. ult. ff. de vi privata.* adde *l.* 3. *ſupr. unde vi.* 29 *l.* 1. *verſ. quoniam. C. Theod.* 30 Violentiæ nomen. 31 Vi facta, ſi cædem fieri contigerit, ſive ab iis, qui vim inferunt, ſive ab iis, qui patiuntur, ille ſupplicio ſubjiciatur, qui vim inferre auſus eſt. Ipſe enim eam cauſam dedit. *Synopſ. Baſil.* 10. *tit.* 2. *ex tit.* 18. *cap.* 13. 32 Vide *l.* 5. *ſupr. h. t.* 33 Si cædes vi illatæ mixta, pœna vis illatæ, capitalis, *ut hic, &* J. *h. t.* 34 Cauſam dans cædi, vel damno, cædem & damnum intuliſſe videtur. Cædes auctori vis inferendæ imputatur. *l.* 7. *l.* 9. *l.* 51. *ff. ad l. Aquil.* Pone: mandavit Seius Titio, ut domum Baji ingrederetur: hoc facto, non Titius ipſe, ſed ejus mandato, vel rogatu, Sempronius domum ingreſſus eſt, quæritur utrum Seius teneatur? Hippolytus Marſilius *conſ.* 67. *num.* 36. teneri negat: & huic legi locum eſſe putat, ſi primus tantum mandatarius ingrediatur: ut cum hæc lex odioſa ſit, non ſit ad alias perſonas extendenda. 35 Alias ordinaria vis illatæ pœna, deportatio. §. 8. *Inſt. de publ. jud.* 36 *l.* 3. *C. Th. h. t.* 37 De vi duobus modis agitur. Civiliter per interdictum *unde vi*, criminaliter, legibus Juliis. *l.* 4. *S. unde vi.* *l. unic.* J. *quando civil. act.* *l.* 1. §. 2. *ff. de vi.* Cum de vi criminaliter agitur, poſſeſſorium judicium cum criminali nihil commune habet, *ut hic.* 38 *l.* 5. *ſupr. h. t.* 39 Hinc naſcitur *exceptio ſpolii*, de qua vide Oldend. *c.* 13. *de except.* *Gloſſ. c.* 2. *de ordine cogn.* Spoliato agenti interdicto *recuperandæ poſſeſſionis* exceptio dominii objici non poteſt, etiamſi in continenti de dominio probare velit, & ad id probandum ſe ultro offerat, *ut hic:* Cujus ſententiæ quinque exceptiones vide apud Socinum *reg.* 122. 40 Pœnam talionis, *l.* 17. *ſupr. de accuſ.* 41 Vide *l.* 5. *ſupr. h. t.* 42 Vide quæ not. ad *l.* 156. §. 1. *ff. de reg. jur.* vid. Cujac. 5. *obſ.* 15. 43 Spoliatus ante omnia reſtituendus, *ut hic, & c.* 2. *c. in litteris.* 5. *ext. de reſtit. ſpol.* Cujus ſententiæ vide duodecim exceptiones apud Socinum *reg.* 379. 44 Vide *l.* 10. *ſupr.*

ſi con-

si contra eum fuerit judicatum, in insulam deportetur, bonis [1] omnibus abrogatis. PP. prid. Non. Octobr. *Romæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 319.

De servis. 1. *De vilibus personis. De his, qui sæpius deliquerunt.* 2. *De judice, qui legitimam pœnam non irrogavit.*

8. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Albinum P. U.

Servus, qui proprio motu vim intulit, debet mori: si hortatu, vel jussu domini, pœna mitigatur: & ideo damnatur in metallum. Bald.

SErvos [2], qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quod si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secundum [3] legem Juliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate [4] non uti: servos vero, quos furoribus talibus paruisse [5] constiterit, metallo post sententiam dedi. §. 1. Viles autem, infamesque personæ, & hi, qui bis aut sæpius [6] violentiam perpetrasse convincentur, constitutionum divalium pœna teneantur. §. 2. Judicem vero nosse oportet, quod gravi [7] infamia sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunitate [8] donaverit, aut molliorem [9] quam præstituimus, pœnam protulerit. Dat. prid. Non. Mart. *Mediolan.* VALENT. A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

De raptore, & eo qui raptori rem servat.

9. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Aureliano P.P.

CRimen [10] non [11] dissimile est rapere, & ei, qui rapuit, raptam [rem] scientem delictum servare [12]. Dat. 3. Non. Mart. HONOR. IX. & THEOD. VI. AA. CONSS. 415.

De Buccellariis, Isauris, armatis servis.

10. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P.P.

OMnibus per civitates & agros habendi Buccellarios [13], vel Isauros [14], armatosque servos [15] licentiam volumus esse præclusam. Quod si quis præter hæc, quæ nostra mansuetudo salubriter ordinavit, armata mancipia, seu Buccellarios, aut Isauros in suis prædiis, aut juxta se habere tentaverit, post exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos severissimam proferri sancimus. Viri quoque Clarissimi provinciarum Rectores in speculis esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ mansuetudinis in aliquo violare: scientes, quod ex dissimulatione [16], dignitatis & administrationis cingulo privabuntur, & post centum librarum auri multam, salutis vitæque suæ periculum sustinebunt: primatibus videlicet apparitionis suæ personis præter amissionem fortunarum suarum capitali quoque supplicio feriendis. Dat. 5. Kalend. Septembr. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

TIT. XIII.

DE RAPTU [17] VIRGINUM, SEU VIDUARUM, NECNON SANCTIMONIALIUM.

Pro raptu mulieris honestæ imponitur pœna amissionis capitis. Et deprehensus in flagranti crimine, id est, in instanti, potest a conjunctis personis, & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impune, & fugiens ubicunque comprehendi potest. Bald.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni Magistro offic.

RAptores [18] virginum [19] honestarum, vel ingenuarum, sive jam desponsatæ [20] fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum [21] fœminarum, licet [22] libertinæ, vel servæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis [23] supplicio plectendos decernimus: & maxime, si [24] Deo fuerint virgines, vel viduæ dedicatæ: quod non solum ad injuriam hominum, sed etiam ad ipsius Omnipotentis Dei irreverentiam committitur: maxime cum virginitas, vel castitas corrupta restitui [25] non possit. Et merito mortis damnantur supplicio: cum nec ab homicidii [26] crimine hujusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, ut hi, qui hujusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium [27] invasionis tempore præbuerint: ubi inventi fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehensi, & a parentibus [28] virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis [29], aut [a] tutoribus [30], vel curatoribus, vel patronis, vel dominis convicti interficiantur. † Quæ multo magis [31] contra eos obtinere sancimus, qui nuptas [32] mulieres ausi sunt rapere: quia duplici [33] tenentur crimine, tam adulterii [scilicet] quam rapinæ: & oportet acerbius [34] adulterii crimen ex hac adjectione puniri. Quibus connumeramus etiam eum, qui saltem sponsam [35] suam [36] per vim rapere ausus fuerit.

† Sin autem post commissum tam detestabile [37] crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga evadere potuerit: in hac quidem regia urbe tam viri [38] excelsi præfecti prætorio, quam vir gloriosissimus præfectus urbi: in provinciis autem tam viri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quam Magistri militum per diversas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis præfectus Ægypti, & Comes Orientis, & Vicarii, & Proconsules, & nihilominus omnes viri spectabiles & Duces, & viri clarissimi Rectores provinciarum, nec non alii cujuslibet ordinis Judices, qui in illis locis inventi fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas & juri cognitas probationes sine [39] fori præscriptione durissimis pœnis afficiant, & mortis condemnent supplicio. † Quibus, & si appellare [40] voluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquæ Constantinianæ [41] legis definitionem.

§. 1. Et si quidem ancillæ [42], vel libertinæ sint, quæ rapinam passæ sunt, raptores tantummodo supradicta pœna plectentur: substantiis eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam [43] personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles seu etiam immobiles, & se moventes, tam raptorum, quam eorum [sodalium comitum, vel sequentium [44],] qui eis auxilium præbuerint, ad dominium [45] raptarum mulierum liberarum transferantur providentia judicum, & cura parentum [46] earum, vel maritorum, vel tutorum seu curatorum. Et si non nuptæ mulieres alii cuilibet præter [47] raptorem legitime conjungentur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere: sive maritum nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari: nemine Judice, vel alia quacunque persona hoc audente contemnere.

† Nec [48] sit facultas raptæ virgini vel viduæ, vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulent matrimonio: quoniam nullo modo, nulloque tempore datur a nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili [49] more in nostra republica matrimonia student sibi conjungere. Oportet etenim, ut quicunque uxorem ducere voluerit, sive ingenuam, sive libertinam: secundum nostras leges, & antiquam consuetudinem, parentes [50], vel alios, quos decet petat, ut cum eorum voluntate fiat legitimum conjugium. §. 2. Pœnas autem, quas prædiximus, id [51] est, *mortis, & bonorum amissionis*, non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati [52] in ipsa invasione, & rapina fuerint, constituimus: cæteros autem omnes, qui conscii [53], & ministri hujusmodi criminis reperti, & convicti fuerint, vel qui eos susceperint [54], vel quicunque opem [55] eis tulerint, sive masculi, sive fœminæ [56] sint, cujuscunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ tantummodo capitali subjicimus, ut huic pœnæ omnes subjaceant, sive volentibus [57] sive nolentibus virginibus, sive aliis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptores metu, vel atrocitate pœnæ ab hujusmodi facinore se temperaverint, nulli mulieri sive volenti, sive nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle mulierum ab insidiis nequissimi hominis qui medi-

de jud. 1 Testari non potest, qui de vi damnatus est, 1. Harmen. 1. §. 27.
2 *l. 4. C. Theod. h. t.* adde *l. 157. ff. de reg. jur.* Vim admittens servus inscio domino, punitur ipse non dominus: voluntate domini admittens, punitur quoque: ipse vero dominus si in dignitate positus sit, dignitatem amittit, & fit infamis: sin vilis vel infamis, vel alias quidem in dignitate constitutus, sed tamen sæpius vim admisit, pœna de vi tenetur. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 2. *ex tit.* 18. *c.* 13. 3 Infamis fit lege Julia de vi damnatus.
4 *l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi priv.* 5 Jussus domini in atrocibus delictis non excusat. vide *l. 157. ff. de reg. jur.* 6 Perseverantia in delictis graviter punitur. *l. 28. §. 3. ff. de pœnis.* 7 Vim apud se probatam punire negligens, aut mitius puniens judex infamia notatur. *Syn. Basil.* 10. *tit.* 2. *ex tit.* 18. *c.* 13. 8 Impunita delicta esse non oportet. 9 Pœnas legibus constitutas mollire judex non potest. 10 6. Harm. 7. cap. περὶ τῶν ἐξ ἐμπρησμοῦ &c. 11 Paria sunt rapere, & raptas res scienter servare. vide *hic*, 6. Harm. 6. §. 8. 12 Iterata delicta, & sæpius delinquentes, seu perseverantes, gravius puniuntur. *l. capital.* 28. *§. solent.* 3. *ff. de pœnis.* vide *l. 1. ff. de receptat.* Paul. 5. *sent.* 24. §. 1. 13 Buccellarii milites, corporis custodes, qui suis dominis adsistunt semper. Renatus, apud Gregorium Turonensem, Occylla buccellarius Ætii, & interpretes Græci βυκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. & in veteribus glossis, Adsecla, buccellarius: & lege Gothorum sive Wisigothorum 5. *tit.* 3. Si in patrocinio constitutus sub patrono aliquid adquisierit, medietas in patroni, vel filiorum ipsius potestate consistat: aliam medietatem buccellarius, qui adquisivit, obtineat: adde Cujac. 2. *Feud.* 7. 8. Alciat. 3. *dispunct.* 20. apud Suidam Buccellarios esse ait Gallogræcos: & ab eodem Gallogræciam, Buccellariorum regionem dici. Is vero, qui sub Theodosio juniore militiam Romanam descripsit, auctor est, Buccellarios equites fuisse in exercitu Romano, quibus magister militum per Orientem præerat: aliosque juniores dictos, alios seniores, ut existimare libeat, milites hosce, cum missionem impetrassent, latrocinio & raptu vivere solitos. Turneb. 24. *advers.* 25. *&* 26. *c.* 15. ex Mauricio, qui de militia Romana Græce scripsit, Buccellarios, equites armatos Zabis notat: & in agmine ante Imperatorem exercitus equitasse, hinc βυκελλαρικῶν βανδοὶ apud eundem Mauricium. Meminit etiam Zonaras Ducis Buccellariorum. Quidam a buccellato, pane militari, dici putant. his adde quæ de buccellariis alias scripsi. 14 De Isauris jam dixi ad *l. 10.* ȣ. *de feriis.* 15 *l. 3. ff. ad l. Jul. de vi publica.* 16 Dissimulanda non est legum executio præsidibus provinciarum vel judicibus.
17 *L. 9. C. Th.* 24. 25. 6. Harm. 60. *Ecl.* 58. adde *Nov.* 143. 150. *Nov. Leon.* 35. v. Clar. 5. *sent.* §. *Raptus.* 5. *Extr.* 17. Goth. V. Ægidium Bossium *de raptu mulieris* & de meretricis raptu quædam apud Menoch. *tract. de arbitr. jud. cas.* 291. *&* 360. Mod. Adde Raptus crimen publicum esse, *l. 4.* ȣ. *de noxalibus.* §. 8. *Inst. de publ. jud.* 18 *Ecl. d. loco.* §. 8. *vers. Sin autem. Inst de publ. jud.* 19 *Ecl. d. loco. d. vers. Sin autem.* Harm. *d. loco. l. 5. §. 2. ff. ad l. Jul. de vi publica.* Goth. Intellect. hujus leg. vide apud Trevisan. *l. 2. decis.* 17. 26. 33. 40. 41. *& decis.* 25. Si vir rapiat virum vel mulier mulierem, non habet locum. Damhoud. *prax. crimin. c.* 97. *n.* 17. Jul. Clar. §. *raptus. num.* 3. Decian. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 27. Ans. 20 Harm. *Ecl. d. loco.*
21 *Ecl.* Harm. *d. loco*, *l. 1. C. Theod.* 22 Harm. *Ecl. d. loco.* 23 Pœna raptus. Quid si raptor cum rapta non coiit? punitur hac lege, nisi, cum posset, noluerit: vel si ultro pœnituerit: tunc enim arbitraria pœna puniendus est. vide Clar. 5. *sentent.* §. *raptus. vers. sed quid.* 24 *l. 2. §. 4. l. 5. l. 54. supr. de episc. & cleric.* 25 Dixi ad *l. 31. ff. de reg. jur. c. Si Paulus* 11. *caus.* 32. *quæst.* 5. adde Arist. 6. *Ethic. in fin.* 26 Raptor ab homicidii crimine non est vacuus. 27 De raptus consciis & complicibus.
28 De parentibus, vide *d. l. 54.* 29 De consanguineis: Consanguineus consanguineæ raptorem potest in ipso raptu interficere. 30 Tutor raptorem pupillæ suæ potest in ipso raptu interficere. 31 Gravior est raptus in nuptam, quam non nuptam; Duplex enim crimen hic concurrit, & ideo gravius puniendum. 32 De nuptæ raptu.
33 Duplex crimen majorem pœnam meretur, quam quod simplex est. 34 Acerbius puniuntur duplicia crimina quam simplicia. 35 De raptu sponsæ. 36 Sponsam suam per vim rapere non licet. Rapere virginem, vel viduam, etsi sponsam, non licet: neque quis potest eam etiam consentiente quidem ejus patre ac crimen remittente, uxorem ducere. 6. Harm. 7. §. 1. Quidam tamen putant hanc vocem *sponsam*, suppositam subdititiamque esse, *arg. Novell.* 143. *l. 2. 3. C. Theod. de raptu. Novell. Leon.* 35. *c. si quis virginem*, *c. denique. caus.* 36. *quæst.* 2. hac sententia, Neminem suæ sponsæ raptorem esse. *Goth.* Adde *cap. pen. extr. de raptorib.* Thom. Zancher. de matrimonio *lib.* 7. *disputat.* 12. *num.* 15. Ans.
37 Raptus detestabile crimen. 38 Raptores conquirendi. 39 Raptori fori præscriptio denegatur. *d. l. 54. vers. Sin autem.* adde *l. 1.* ȣ. *ubi de criminibus.*
40 Raptor appellare non potest. 41 *l. 1. vers. Raptor autem. C. Theod. de raptu virg.* 9. *tit.* 24. 42 Ancillam vel libertinam rapientis pœna. 43 Ingenuam rapientis pœna. Hoc quidam adjiciunt, scorto abrepto arbitrariam pœnam infligi. vide Clar. *d. loco. vers. quæro nunquid.* 44 Sequi interdum crimen est. 45 Adde *l. 54. vers. bona autem. Novell.* 143. nisi raptori nupserit: Tunc enim bona ad parentes raptæ, qui raptui non consenserunt: vel his deficientibus, ad fiscum deferuntur. *d. Novell.* 143. *& Novell.* 150. adde *vers. Etsi non.* J. *h. t.* 46 Raptum mulieris, cui vis illata sit, vindicant fratres, parentes, tutores, curatores, *ut hic.* 6. Harmenop. 7. §. 3. 47 Raptam raptori nubere non licet. Olim si nupsisset pœnæ causa, rapta per lictorem deducebatur ad raptorem. *Quintil.* quod & Pontifices reduxisse videntur, permisso matrimonio inter raptam & raptorem. *c. ult.* x. *de raptoribus.* Quid? eo casu bona raptoris cui cedunt? fisco: & ita putat Clarus *dict. loco vers. Quæro.* non habita ratione matrimonii jure canonico permissi.
48 Rapta raptori nubere non potest. adde 6. Harm. 1. §. 1. Goth. Et *Nov.* 105. facit *caus.* 3. *q.* 2. *per tot.* Concilium tamen Trident. hanc prohibitionem restringit, donec rapta permanserit in potestate raptoris. *Sess.* 24. *de reform. matrim. c.* 6. Ans. 49 Hostili more conjugia non sunt ineunda. 50 Parentum consensus in nuptiis liberorum requiritur. vid. quæ scripsi *ad l. 25. ff. de ritu nupt.* 51 Raptus pœna, mors & bonorum amissio.
52 Comites raptoris puniuntur. 53 De consciis & ministris raptoris, *vid. Nov. Leon.* 70.
54 De susceptore raptoris. 55 De his, qui raptori opem ferunt. 56 Fœminæ raptus auxiliatrices tenentur etiam hac lege. Clarus tamen negat mulierem virum libidinis causa rapientem teneri hac pœna. 5. *sent.* §. *Raptus. vers. sed pone.* 57 Pœna raptus locum habet, etiamsi mulier ipsa raptui consenserit. vid. Clar. *d. loco vers. adde pœna.* Quid si citra raptoris ullas persuasiones raptori sponte, neque coacta consentiat? Hippolytus Marsi-

tatur rapinam, inducitur. Nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non faciet eam velle in tantum dedecus sese prodere: parentibus [1] (quorum maxime vindictæ intererat) si patientiam præbuerint, ac dolorem remiserint, deportatione plectendis. §. 3. Sed & si quis inter hæc ministeria servilis [2] conditionis fuerit comprehensus, citra sexus discretionem eum concremari [3] jubemus: cum hoc etiam Constantiniana lege recte fuerit prospectum. Omnibus legis Juliæ capitulis, quæ de raptu virginum, vel viduarum, sive sanctimonialium, sive in antiquis legum libris, sive in sacris constitutionibus posita sunt, de cætero abolitis, ut hæc tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus [4] etiam virginibus, & viduis locum habere sancimus. Dat. 15. Kal. Decemb. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

TIT. XIV.
DE EMENDATIONE SERVORUM [5].

Dominus servum potest castigare, sed non dolo malo occidere. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum.

SI [6] virgis [7] aut loris [8] dominus servum afflixerit, aut custodiæ causa in vincula conjecerit: dierum distinctione [9] sive interpretatione depulsa, nullum criminis metum servo mortuo sustineat. Nec vero immoderate [10] suo jure utatur: sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ictu fustis [11] aut lapidis cæciderit: vel certe telo usus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo præceperit, vel jussione [12] tetra præcipitandum esse mandaverit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniaverit pœnis publicis corpus, ferarum unguibus [13] latera persecando [14], vel exurendo [15] oblatis ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes, prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sævitia immanium Barbarorum. Dat. 5. Id. Maji, *Romæ*, CONSTANTINO A. & LICINIO CONSS. 312.

TIT. XV.
DE EMENDATIONE PROPINQUORUM [16].

Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes, nisi facti atrocitas exigat judicium ultionis judiciariæ. Bald.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Senatum.

IN [17] corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis [18] tribuimus potestatem: ut quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat: Neque [19] tamen nos in puniendis minorum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed jure [20] patrio auctoritas corrigat propinqui juvenis erratum, & privata animadversione compescat. † Quod si atrocitas facti jus domesticæ [21] emendationis excedat, placet enormis [22] delicti reos dedi Judicum notioni. Dat. prid. Kalend. April. VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

TIT. XVI.
AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS [23].

De eo, qui non animo occidendi percussit.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano, & aliis militibus.

FRater [24] vester rectius fecerit, si se Præsidi provinciæ obtulerit. Qui si probaverit *non [25] occidendi animo hominem a se percussum esse*, remissa homicidii pœna, secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimen enim contrahitur, si & voluntas [26] nocendi intercedat. Cæterum [27] ea quæ ex improviso [28] casu [29] potius [30] quam fraude accidunt, fato [31] plerumque non noxæ imputantur. PP. 2. Kal. Febr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De eo, qui salutem suam defendit.

2. Imp. GORDIANUS A. Quintiano.

IS, qui aggressorem [32] vel quemcunque [33] alium in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. 3. Non. April. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

3. Idem A. Quintiano.

SI quis percussorem [34] ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.

4. Imp. GALLIENUS A. Monatio.

SI (ut allegas) latrocinantem [35] peremisti: dubium non est, eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, jure cæsum videri. PP. 13. Kalend. Febr. VALERIANO & LUCILLO CONSS. 266.

Post hanc legem subjicitur in Basilicis lex quarta, videntur enim basilici autores secundam, & tertiam hujus tituli una complecti, quæ est ejusdem tituli in Basilic. 20. illius autem, quæ hic omissa est, atque in Basilicis inter constitutiones refertur, ea sunt verba Cujacio interprete.

LIceat [36] cuilibet aggressorem [37] nocturnum in agris, vel obsidentem vias, atque insidiantem prætereuntibus, impune occidere, etiamsi miles sit: melius namque est his occurrere, & mederi, quam injuria accepta vindictam perquirere.

De casu fortuito.

5. Exemplum sacrarum literarum DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. [38] Agatho [39].

EUm, qui adseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito [40] fecisse, cum calcis [41] ictu mortis occasio [42] præbita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione [43] nostra comprehensum est, volumus liberari. Dat. 7. Kal. Decembr. *Sirmii*, ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De ætate.

6. Iidem AA. & CC. ad Agotium.

SI quis te reum legis Corneliæ de sicariis fecerit, innocentia [44] purgari crimen, non adulta [45] ætate defendi convenit. S. 6. Kalend. Novembr. *Romæ*, CC. CONSS.

De eo, qui cum telo ambulavit.

7. Iidem AA. & CC. Philisco.

IS, qui cum [46] telo ambulaverit hominis necandi causa [47], sicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo factum erit commissum, legis Corneliæ de sicariis pœna coërcetur [48]. S. 7. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De infante.

8. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. ad Probum P. P.

SI [49] quis necandi infantis [50] piaculum aggressus [51], aggressave sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. PP. 7. Id. Febr. *Romæ*, GRATIANO A. III. & EQUITIO CONSS. 374.

lius *cons.* 61. *n.* 23. nuptias hoc casu non impediri scribit: & ea facti specie, hanc constitutionem coërcet atque restringit. 1 Pater raptum filiæ raptori remittere non potest. adde *Novell.* 143. *c.* 1. *vers. illio quoque. Nov.* 150. 2 Servi raptoris aut raptui adsistentis pœna, exustio, *ut hic*, quod ad raptum dominarum referunt Græci, ut nimirum ignis supplicium subeat servus, qui raptus dominæ suæ conscius & particeps fuerit. 6. Harm. 7. *Ecl. d. loco in fin.* 3 De ignis supplicio dixi ad *l. un.* J. *de Nili agger.* 4 *l.* 5. *l.* 54. S. *de epis. & C. Theod. de raptu & matrim. sanctim.*
5 *L.* 9. *C. Theod.* 12. Ruffin. 2. *coll. leg. Mosai. l.* 2. *ff. & §.* 2. *Instit. de his qui sui vel al.* 6. Harm. 9. §. ἐάν τις τὸν ἴδιον οἰκέτην. *l.* 1. §. 8. *ff. de off. præf. urb.* 6 *l.* 1. *C. Theod. h. t.*
7 Dominis in servos virga, lora, vincula permittuntur, at non fustes, lapides, tela, venena, ferarum ungues, ignes. 8 Λώροις ἢ ῥάβδοις 36. *Ecl. c.* περὶ πατροκτόνων *ex tit.* 39. *c.* 3. Supplicium erat servile. Terent. *in Adelph. operiere loris. S. loris liberi? Æ. sic erit.* ad. *l.* 8. *supr. de repud.* 9 Vid. *Exod.* 20. 10 Nemo suo jure immoderate uti debet.
11 Aliud fustis, aliud virga. *l.* 2. *Cod. Theod. de cursu publico.* 12 De Vedii Pollionis immanitate, servos murenis invadendos objicientis, vid. Tertull. *lib. de Pallio*, Senecam 3. *de ira* 40. *&* 1. *de clementia* 18. *&* 9. Plinium 23. adde & aliud de immanitate dominorum ex *l.* 11. §. 1. *& §. ult. ff. ad l. Corn. de sicariis.* 13 *Ferarum vestigiis*, ita legit *d. l.* 1. & alibi, *ungulis sulcantibus latera, l.* 7. *in fin. infr. de maleficis.* Tert. *in Scorpiaco: Alios ignis, alios gladius, alios bestiæ Christianos probaverunt, alii fustibus interim & ungulis insuper degustata martyria in carcere esuriunt.* Et *in libro de jejunio: Contra ungulas Corneus: & in Apologet.* 12. *ungulis deraditis latera Christianorum*, & Cap. 30. *Sic itaque nos ad Deum passos ungulæ fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent, bestiæ insiliant.* Hinc apud Ammianum 14. *unguibus sulcari:* & Glossis, ungulæ ὄνυχες οἱ ὡς τὰ βασανιστήρια. *Ferrum in ungues ferarum compositum. Eædem Scorpio quod arcuato vulnere in corpus figantur.* Tert. *in Scorpiaco.* Isidor. 14 Persulcando. 15 Seneca, *in Regnum Fortunæ & quidem durum pervenimus. Illius arbitrio digna atque indigna passuri, Corporibus nostris insolenter, contumeliose, crudeliter: alios ignibus perurit, vel in feras adinotos excruciat.*
16 *L.* 9. *C. Theod.* 13. 17 *l. un. C. Theod.* 18 Propinqui seniores propinquos juniores pro qualitate delicti corrigere possunt: ut ea parte senioribus propinquis in juniores sua quasi jurisdictio sit. 19 Propinqui seniores quibus jus est propinquos juniores castigare, modum in castigando excedere non debent, sed in puniendo eam servare rationem, quam parentes in liberos servare solent: ut ne plus extraneo in extraneum, vel propinquo in propinquum sibi sit commissum, quam parentibus in liberos sit permissum.
20 *l.* 16. §. 2. *ff. de pœnis.* Nov. Leonis. Quod in dubio magis præsumitur, quam nocendi. vid. Alc. 1. *præsumpt.* 3. adde *l.* 3. *supr. de patr. potest.* 21 Domestica emendatio, vid. quæ notavi ad *Novell.* 117. *cap.* 14. 22 Seu nimiæ sævitiæ. *l.* 5. *in fin. l.* 6. *ff. ad l. Aquil. l.* 7. §. 3. *ff. de injuriis. l.* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid. l.* 2. *ff. ad l. Corn. de sicariis.*
23 Dixi ad *L.* 48. *ff.* 8. 24 Sumpta est hæc constitutio ex Codice Gregoriano *lib.* 4. *tit. ad l. Corn. de sicariis.* uti constat ex fragmentis Rufini 1. *collat. leg. Mosaic.* Goth. Hæc l. canonizata est in *can. frater vester* 47. *distinct.* 50. Ans. 25 Animus homicidam facit. *l.* 5. J. *de injuriis.* 26 Voluntas distinguit maleficia. vid. quæ dixi ad *l.* 53. *ff. de furtis.* 27 Sumptum ex eodem Codice Gregoriano *d. tit.* & ex constitutione Alexandri: ut hæc constitutio composita sit ex duabus Gregorianis, & quidem diversorum principum, nec unius Antonini, *ut hic*, legitur. 28 Improvisa excusationem merentur.
29 Homicidium casu admissum non punitur lege Cornelia de sicariis. adde *l.* 5. J. *h. t.*
30 Fraus prævideri potest: casus est improvisus, *ut hic.* 31 Fato imputari. adde *l.* 5. J. *h. t.* Fato autem imputari hic dicuntur, quæ causis ex occultis sunt: quæ extra facientem sunt posita: unde fato hic noxa opponitur. 32 *l.* 3. *l.* 4. J. *h. t. l.* 4. *l.* 5. *ff. ad l. Aquil.* 6. Harm. 6. *in fin.* 36. *Eclog.* περὶ φόνων *ex tit.* 39. *cap.* 18. Hinc nascitur exceptio justi homicidii. vid. Gribald. *in tractatu de Homicidio*, Paponem 2. *Notar.* 7. Clar. 5. *sent.* §. *ult. q.* 60. Mynsing. 5. *observ.* 17. 33 Puta stuprum per vim inferentem. 6. Harmen. 6. §. 20.
34 Vid. Paul. 5. *sent.* 23. §. 3. 6. Harm. 6. *Ecl. d. loco. cap.* 19. 35 Aggressor m, *l.* 2. *supr.* & *l.* 4. *l.* 8. J. *h. t.* percussorem, *l.* 3. *supr. h. t.* 36 Homicida non est, qui aggressorem in vitæ discrimine constitutus, interficit, nec primum ictum quis expectare debet, quia irreparabilis esse potest. Bald. *l.* 1. *supr. unde*, vid. Corsetus *singulari Metus.* Marsilius *l.* 1. *ff. de sicariis & consil.* 41. *in fin.* Goth. Hæc l. verbotenus canonizata est *dist.* 50. *can.* 46. Ans.
37 Vid. *l.* 2. *supr. h. t. Ecl. d. loco, c.* 19. 6. Harm. 6. §. 17. 38 *Habe Agatho K. N.* ita legitur in Codice Gregoriano *lib.* 4. *tit. de sicariis*, uti constat ex Rufino 1. *collat. legum Mosaic.* Ejusmodi salutationem *Habe, id est, Ave*, principes solebant præmittere, quoties ad judices scribebant. vid. Cujac. 10. *obs.* 15. 39 Plures sunt leges ad eundem Agathonem scriptæ, *ut l.* 15. J. *de pœnis, l.* 22. *supr. de probat. l.* 31. *supr. de evict.* 40 Calcis ictu. J. *h. t. & Eclog. d. loco. c.* 21. vel dormiendo, *l.* 1. §. 3. *ff. de adq. poss. can. majores* 3. *X de baptismo.* vid. Clarum 5. *sent.* §. *ult. q.* 60. Papon. 5. *Notar.* 7. 41 Homicidii non continuo tenetur eques aut mulio, cujus equus calce mortis occasionem alteri præbuit. Facti enim hæc quæstio est: cujus probatio incumbit ipsi equiti vel mulioni. 42 Occasionem mortis præbens non semper tenetur. 43 Id est, indulgentia subscripta principis manu: sine qua homicidium omnino factum non omnino impunitum remanere debet. Homicidium vero dolo malo factum ne adnotatione quidem principis remitti potest. *Novell. Valentin. de homicidio casu facto.* 44 *l.* 6. *supr. de procuratoribus.* 45 Homicidii lege de sicariis tenetur minor vigintiquinque annis, si cædem fecerit. 6. Harm. 6. *l.* 1. *supr. si advers. delictum. l.* 7. J. *de pœn. l.* 13. §. 8. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 37. §. 1. *ff. de minor.*
46 *l.* 1. *ff. h. t.* §. 5. *Inst. de publ. jud. l.* 3. §. 1. *ff. ad l. Jul. de vi publ. Eclog. d. loco, cap.* 23. adde Cicer. *pro C. Rabirio.* vid. Bellovis. 1. *pract.* 13. Goth. Adde Menoch. *eod. tract. de arbitr. jud. d. cas.* 360. qui & late tractat *cas.* 361. quando conatus puniatur: & quomodo probetur animus deliberatus. vide & Grammatic. *decis.* 2. Mod. 47 Adtentatio, seu conatus homicidii punitur: licet effectus non sequatur, *ut hic.* Quid si sponte, nec deprehensus reus destitit? excusatur. *l. qui falsam.* 19. *ff. ad l. Corn. de falsis.* Quid? si vel ipso jure vel statuto pœna imponatur? ut pœnam reus subeat, consummatum ac perfectum re ipsa delictum esse oportere, notant nostri: non fictum vel ficte consummatum, *c. cum in cunctis.* 7. *X. de elect. c. perpetuo* 7. *de elect. in* 6. *DD. in l.* 1. §. *Divus.* 3. *ff. h. t. l.* 3. §. *hæc verba.* 6. *ff. de neg. l. quidquid.* 99. *de verb. obl.* Quid si falsum nemini noceat? idem putant. *Gloss. in c. quanto* 18. *de jurejur.* Quid si nuda cogitatio est? non punitur, *l. cogitationis.* 18. *ff. de pœn.* Quid si delictum leve sit, aut civile? Idem Bald. *in l. si quis non dicam.* 5. *supr. de episc. & cleric. Gloss. &* Bald. *in l. si constiterit.* 4. *supr. fin. reg.* Quid si excommunicationis, vel censuræ pœna imponenda sit? ut id pœnæ genus infligi possit, factum requiritur. Clar. *in cap. præterea requisisti.* 40. *X. de appell.* adde Soc. *reg.* 31. Quid quod Hippolytus Marsilius *cons.* 7. *num.* 50. tradit, hanc constitutionem & consuetudine & æquitate non servari, cum in pœnis imponendis consideretur effectus, potius quam affectus, laudatque ejus opinionis Castrensem *cons.* 197. Alex. *cons.* 40. quod ut iniquum censeo. 48 In Gallia conatus sine effectu non punitur, ita ut hæc constitutio a Gallis non servetur. vid. Rebuff. *in proœm. const. gl.* 5. *n.* 28.
49 *l.* 1. *Cod. Theod. h. t.* & 6. Harm. 6. 50 Causa dubitandi fuit, quia lex Cornelia ad eum qui hominem occidit, pertinet. Infans autem homo nondum est. *arg. l.* 38. §. 5. *ff. de pœn.* Sed ut in lege Julia & Papia hominis significatio augetur a Jurisconsulto: ita & in lege Cornelia fœmina *d.* §. 5. infantem quoque demonstrat, *ut hic.* Hinc Homerus *Iliad.* 23. *in l.* 16. §. 8. *ff. de pœnis.* infantis cædem ἀνδροκτασίαν vocat. Sic in edicto Publico *hominis* appellatione continetur etiam infans. *l.* 12. §. 5. *ff. de publiciana.* adde Cujac. 6. *obs.* 21. adde *l.* 3. §. 4. *ff. de vi publ.* 51 Si hanc particulam referas ad consilium, huic constitutioni in Gallia derogatum erit. Nam conatus in Gallia non punitur. Rebuff. *d. loco.* vid. quæ de conatu scripsi

De

De ſervis torquendis.

9. Imppppp. GRAT. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAAA. Cynegio P.P.

SI forte mulier marito [1] mortis paraſſe inſidias, vel quovis alio genere voluntatem occidendi habuiſſe inveniatur, vel ſi forte maritus eodem modo inſectetur uxorem: in eadem quæſtione [2] ab omni familia non ſolum mariti, ſed [3] etiam uxoris ſuæ (quæ tamen tunc temporis domi fuerit,) quærendum eſt, ſine cujusquam defenſione. Dat. Id. Decemb. ARCAD. A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

TIT. XVII. DE HIS, QUI PARENTES [4], VEL LIBEROS OCCIDERUNT.

Parricida, & ſimiles debent inſui in culeo, ubi ſit canis, gallus, vipera & ſimia: & projici debent in flumen. Bald.

1. Imp. CONSTANTIN. A. ad Verinum Vicarium Africæ.

SI quis [5] parentis, aut filii, aut omnino adfectionis ejus, quæ nuncupatione *parricidii* continetur, fata properaverit: ſive clam, ſive palam id eniſus fuerit, [pœna parricidii puniatur:] & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii ſolenni pœnæ ſubjugetur, ſed inſutus [6] culeo [7] [cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia,] & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, ſerpentium [8] contuberniis miſceatur: & ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omni elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur. Dat. 11. Kalend. Decemb. LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318. [Accep. prid. Id. Mart. *Carthagine*, CONST. A. V. & LICINIO CC. CONSS.] 319.

TIT. XVIII. DE MALEFICIS [9] ET MATHEMATICIS [10], ET CÆTERIS SIMILIBUS [11].

Collatio veneni & gladii.

1. Imp. ANTONINUS A. Titio.

PLus [12] eſt hominem extinguere veneno [13], quam occidere gladio. PP. ſine die & conſule.

De geometria & mathematica.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Tiberio.

ARtem geometriæ [14] diſcere atque exercere publice intereſt. Ars autem mathematica [15] damnabilis [16] eſt & interdicta omnino. S. 13. Kalend. Sept. *Sirmii*, CC. CONSS.

De aruſpicibus, & Sacerdotibus.

3. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maxim.

NUllus [17] aruſpex [18], [nullus ſacerdos [19], nullus eorum, qui huic ritui adſolent miniſtrare [20], ad] limen alterius accedat, nec ob alteram cauſam, ſed hujusmodi hominum amicitia (quamvis vetus [21]) repellatur: concremando illo [22] aruſpice, qui ad domum alienam acceſſerit: & illo in inſulam deportando poſt ademptionem bonorum, qui eum advocaverit [23], ſuaſionibus, vel præmiis. Accuſatorem [24] autem hujusmodi criminis, non delatorem eſſe, ſed dignum magis præmio arbitramur. PP. Kalend. Febr. *Romæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 312.

De magia.

4. Idem A. & C. ad Baſſum P. V.

EOrum eſt ſcientia [25] punienda, & ſeveriſſimis merito legibus vindicanda, qui magicis [26] accincti artibus, aut contra [27], ſalutem hominum moliti, aut [28] pudicos animos ad libidinem deflexiſſe detegentur. † Nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia [29] humanis quæſita corporibus [30], aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres [31], aut ventis [32] grandinisque [33] lapidatione quaterentur: quibus non cujusquam ſalus, aut æſtimatio læderetur, ſed quorum proficerent actus, ne divina munera, & labores hominum ſternerentur. Dat. 10. Kal. Jun. *Aquilejæ*, CRISPO & CONSTANTIO CC. CONSS. 321.

De divinatoribus.

5. Impp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS C. ad populum.

NEmo aruſpicem [34] conſulat, aut mathematicum [35], nemo ariolum [36]. † Augurum [37] & vatum [38] prava confeſſio conticeſcat. † Chaldæi [39], ac magi, & [40] cæteri, quos *maleficos* [41], ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. † Sileat omnibus perpetuo divinandi [42] curioſitas. Etenim ſupplicio capitis ferietur gladio ultore proſtratus, quicunque juſſis [noſtris] obſequium denegaverit. Dat. 8. Kalend. Februar. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. CONSS. 357.

De magis.

6. Iidem A. & C. ad populum.

MUlti [43] Magicis [44] artibus uſi, elementa [45] turbare [46], vitam [47] inſontium labefactare non dubitant, & manibus [48] accitis audent, ventilare, ut quisque ſuos conficiat [49] malis artibus, inimicos: hos, quoniam naturæ peregrini ſunt, feralis [50] peſtis abſumat. Dat. prid. Non. Decemb. *Mediol.* CONSTANTIO A. IX. & JULIANO II. CONSS. 357.

De dignitatibus.

7. Iidem A. & C. ad Taurum P.P.

ETſi excepta [51] tormentis ſunt corpora honoribus præditorum, præter illa videlicet crimina, quæ legibus demonſtrantur: etſi omnes magi [52] in quacunque ſint parte terrarum, humani generis inimici [53] credendi ſunt: quoniam tamen, qui in Comitatu [54] noſtro [55] ſunt, ipſam pulſant propemodum majeſtatem: ſi quis magis, vel magicis carminibus [56] adſuetus, qui *maleficus* [57] vulgi conſuetudine nuncupatur, aut aruſpex [58], aut ariolus [59], aut certe augur [60], vel mathematicus [61], aut enarrandis ſomniis [62] occultans [63] artem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum ſimile [64] exercens, in Comitatu [65] meo vel [66] Cæſaris fuerit deprehenſus, præſidio [67] [dignitatis exutus] cruciatus & tormenta non fugiat. † Si [vero] convictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnaverit pernegando: ſit eculeo [68]

ad l. 18. ff. de pœn. 1 *l. 4. verſ. idem volumus. Cod. Theod. de adult.* 2 *Interrogatione, d. verſ. idem.* 3 Quin pueri & infantes etiam indicium faciunt. vid. Papon. 24. *Arreſt. 6. num. 7.*

4 *Eclog. d. loco. cap. 26.* Voluntas mariti vel uxoris interficiendæ probatur ſervis etiam domeſticis. adde *l. 8. §. 6. ſupr. de repudiis.* 5 De parricidiis *L. 9. C. Th.* 15. dixi *L. 48. ff. 9. ad l. Pompejam de parricid.* adde *§. 6. Inſt. de publ. judic.* 6 *l. unic. C. Theod. h. t.* 7 Vid. *l. 9. ff. h. t. & d. §. 6.* comburendum ait lex Græca *Ecl. d. l. cap.* περὶ πατροκτόνων *cap. 1.* 8 Corium bovis appellat Juvenal. *Satyr.* 13. Græci ita δέρματι βοῒ νεοδάρτῳ. *Cedr.* adde & illud ex Seneca 5. *controv. 4. in fin. Imaginabar mihi culeum, ſerpentem, profundum.* Huc reſpexit Tertull. *lib. de anima* 15. *Si cæterorum ſcelerum mercedem cogitemus patibula, vivicomburia, culeos, uncos & ſcopulos.* Plura diximus ad *§. 6. Inſt. de publ. judic.*

9 *L. 9. C. Theod.* 16. περὶ γοητῶν, 60. *Eclog.* 39. περὶ γοητῶν. &c. *Harm.* 10. Malefici, qui φίλτροις ad libidinem concitandam utuntur. *Ecl. d. loco, cap.* 39. Harm. *d. loco, cap.* περὶ γοητῶν & breviter magi, quorum finis atque ſcopus eſt incantamentis alicui nocere. *l. 4. 5. verſ. Chaldæi. l. 7. J. h. t.* 10 Mathematici hic & *l. 2. J. h. t.* Paul. 5. *ſent.* 21. *in inſcript. & §. 3.* Ruffin. *tit.* 33. *collat. leg. Moſaic.* ſunt vaticinatores, qui Mathematicorum liberali nomine adumbrantes ſuas ineptias, profitentur ſe fata cujusque noſſe & natales ſyderum obſervationes. 1. *Ecl. c.* περὶ μαθηματικῶν. *l. 10. ſupr. de epiſc. aud.* Ammianus 19. Mathematicos, ut memorat vulgus: Mendaciſſimi homines erant. Seneca *in ludo, Patere, Mathematicos aliquando vera dicere. Fuerint igitur hic mathematici, non Geometræ, Arithmetici, Muſici vel Aſtrorum periti, ſed qui illis artibus abutuntur ad futura ſingulis prædicanda.* Juvenal. *Satyr.* 14. *Nota Mathematicis geneſis tua.* Mathematicæ alioqui artes modis omnibus propter utilitates varias laudandæ. Caſſ. 1. *Variar. 55. & 7. c. 5. & c. 17.* 11 Veluti veneficis, περὶ μαντίων. Harm. *d. loco. &* Paul. *d. loco.* de vaticinatoribus. de veneficiis, *l. 1. J. h. t.*

12 Clam interficere gravius eſt, quam palam. 13 De veneficiis. *l. 3. ff. ad l. Corn. de ſicariis.* vid. 60. *Ecl. tit.* 39. Harm. *d. l. c.* περὶ φαρμακῶν &c. Paul. 5. *ſent.* 23. §. 1. Goth. Vid. hic Binsfeld. & Alber. Gentil. Anſ. 14 Geometriam diſcere & exercere expedit, *ut hic:* ad omnes enim artes diſcendas conducit, Plato 7. *de repub.* Hinc illud jactatum & familiare Platonis, οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω; & Philo Geometriam ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν omnium diſciplinarum appellat. Et ita ſane eſt, res admiratione dignas ejus ductu fieri, ut Lucianus notat *in Hermotimo.* Confert maxime ad bella gerenda, urbes tuendas aut oppugnandas. Plut. *in Marcello.* Livius 34. & 7. Plin. 37. Euclid. *lib.* 15. Confert maxime ad dimenſiones corporum. Hinc denique templa, theatra, amphitheatra, portus, ædificia, naves, urbes, menſuræ, pondera, domeſtica ſupellex, aratoria: omnia denique utenſilia & inſtrumenta, ſine quibus hominis vita nulla eſt aut miſera. Quid quod Plato (etſi paulo durius) Deum ipſum Geometram facit? quem ſane in numero, pondere & menſura omnia creaſſe conſtat lege noſtra. Quod ad inventam Geometriam attinet, ea reperta in Ægypto. Plato *in Phædro.* Herodot. *in Euterpe.* Cic. 1. *Tuſc.* Diod. 1. Suid. adde *cap. ſi quis artem* 10. *diſtinct.* 37. vel a Chaldæis, ut ait Caſſiod. 3. *Variar.* 53. de partibus Geometriæ, vid. 16. Gell. 18.

15 Dixi in epigraphe. 16 Atqui Geometriæ artem paulo ante admittit: quæ pars Mathematicæ eſt. 17 *l. 1. l. 2. Cod. Theod.* 18 *l. 5. J. h. t.* 19 Aruſpicum ſacerdotes, miniſtri, amici, conſultores, Sacerdos aruſpicum. 6. Harm. 10. τὸ διὰ θυσιῶν μαντεύεσθαι κεκώλυται. 20 Miniſter aruſpicum. 21 Amicitia interdum licet vetus ſit, diſſolvenda. 22 Pœna aruſpicis. 23 Pœna aruſpicem conſulentis. de vivicomburio dixi ad *l. un. J. de Nili aggeribus.* 24 De accuſatore aruſpicum. 25 *l. 3. C. Theod. h. t.* 26 De Magis, *l. 5. verſ. Chaldæi. J. h. t.* de magicis artibus, *l. 6. J. h. t.* de magicis carminibus, *l. 7. J. h. t.* 27 Magorum primus finis, adde *l. 7. J. h. t.* adde & contra conceptum & copulam maris & fœminæ. vid. Pet. Greg. 35. *ſyntag. cap. 9.*

28 Secundus finis magorum. 6. *Ecl. c.* περὶ γοητῶν *c.* 28. Harm. *d. loc. c.* περὶ γοητῶν §. οἱ διὰ γοητειῶν. *l. 38. §. 5. ff. de pœn.* vid. Pet. Greg. 34. *ſyntagm.* de amatoriis incantationibus. Bonum tamen hoc amatorium ſine medicamento, carmine, vel herba, *ſi vis amare ama,* Seneca 1. *epiſt. 9.* 29 *l. 1. §. 3. in fin. ff. de extraord. cogn.* adde Petr. Greg. 34. *ſyntag.* 17. ubi de magicis circa morborum curationes &c. *cap.* 18. de magicis ad bonorum quendam finem, & *cap.* 22. de remediis maleficorum ex antiquorum obſervationibus. 30 Huc refer, Quæſtionis dolorem magicis artibus eluſum, ex Petr. Greg. 34. *cap.* 11. *num.* 5.

31 Dixi ad *leg.* 12. *Tabul. lib. 2. tit. 27. §.* 10. de aquis elicitis e cœlo, de remediis adverſus tempeſtates, vid. Petr. Greg. 34. *ſyntag.* 13. 32 De ventis ſopitis, vid. Petrum Greg. *d. cap.* 13. *num.* 3. 33 De grandinum depulſatoribus, vid. Petrum Greg. 34. *ſyntag.* 13. *num.* 7. & Senecam 4. *Natural.* 6. & 7. 34 De aruſpice, vid. *l. 3. ſupr. h. t. l. 4. Cod. Theod. h. t.* 35 De mathematico, *l. 2. in fin. ſupr. h. t.* 36 De ariolo adde *l. 7. J. h. t.* 37 De augure adde *d. l. 7.* 38 De vate vid. Paul. 5. *ſent.* 21. §. 1. 39 De Chaldæo. Chaldæi apud Aſſyrios & Babylonios: ut Magi apud Perſas, Gymnoſophiſtæ apud Indos: Druidæ qui & Semnothei apud Gallos, ut ex Ariſtotele *in Magico & Sotione* 13. *ſucceſſionis* refert Laërt. *in pr. operis ſui.* Pro divinis aſtrologis & Genethliacis & auguribus aſtrorum ſpeculatoribus ſumuntur apud Danielem 2. *verſ.* 2. quia primum hæc diſciplina tradita apud Chaldæos Cicer. 1. *de divin.* & 1. Gell. 9. Denique ut Arabs pro latrone: Chananæus, pro mercatore, ſic Chaldæus pro Aſtrologo: quia gens illa valde dedita fuit Aſtrologiæ: ſed & in ea ſacerdotes maxime. Diodor. 2. vid. Juven. *ſatyr.* 6. 40 De Magis, Magi apud Perſas. 41 De maleficis, & cur ita dicti, adde *l. 7. J. h. t.* 42 De divino. 60. *Ecl.* 10. *cap.* 31. *l. 15. §. 13. ff. de injur.* Paul. 5. *ſent.* 21. *§. ult.* 43 *l. 5. Cod. Theod. h. t.* 44 De magicis artibus. 45 Chymicos, ſeu mavis Alchymiſtas hoc in numero collocandos puto: de quibus alio dicetur commodiore loco. 46 Imbres, ventos, grandines, *l. 4. ſupr. h. t.* De elementorum per magos turbatione, vid. Petr. Greg. 34. *ſyntag.* 13. 47 Salutem, *l. 4. ibi, aut contra ſalutem. ſupr. h. t.* mentem, *l. 15. in pr. ff. de injur.* 48 Qui in necem hominum dæmones invocat, gladio plectitur. 60. *Ecl.* περὶ γοητῶν *cap.* 39. 31. 6. Harm. 10. §. 9. De manium evocatione vid. P. Greg. 34. *ſyntag. c. 6.*

49 De hoſtibus incantatione fuſis vid. Pet. Greg. 34. *c.* 2. De excantatione urbis obſeſſæ vid. eundem 34. *c. 12. n.* 3. De pluviis e cœlo elicitis vi magica ab oppidanis Rocræ montis Draconis, vid. apud Pontanum *lib. 5. de Ferdinando I. rege Neapol.* De peſte ſedata Romæ facto publice ſacrificio ritu gentili vid. Jovium *lib.* 21. 50 Feralis peſtis. Quid? ultimum ſupplicium, vel feralis peſtis, ignis ſupplicium eſt: nempe, ut Magi diis manibus conſecrentur. Feralia enim diis manibus ſacrata feſta, *Feſtus*, quod ferrent epulas ad ſepulchrum, *Varro*, unde *ferale officium*, Apul. 1. *de Aſino. ferales reliquiæ*, Tacit. 2. *Annal. feralis urna*, Tacit. 3. *feralis veſtis*, Tacit. 13. ut quemadmodum in feralibus pecudes abſumebantur & ipſa cadavera, ita manibus conſecrentur, quos in carminibus ſuis invocaverint. Alias ferale ſupplicium capitale: ſic crucis *ligna feralia* Minutio Felici in *Octavio.* Goth. Plenius Rævard. *Var. c.* 3. Anſ. 51 *l. 6. C. Theod. h. t.* Nulla dignitas maleficium excuſat a quæſtione.

52 De Magis adde *l. 4. 5. 6. ſupr. h. t.* 53 Magi generis humani inimici.

54 Comitatus principis, locus in quo vitam agit princeps: unde Palatini omnes, qui iter inſtituenti Cæſari ſeu principi, adſiſtunt, dicuntur ejus Comitatus: ipſi comites, & comitatenſes, ut Græcus legum interpres autor eſt. 55 Magis comitatus imperialis interdictus, vid. *J. h. t.* 56 De carminibus magicis. 57 Maleficus vid. *l. 5. ſupr. h. t.*

58 De quo vid. *l. 3. ſupr. h. t.* 59 De quo vid. *l. 5. ſupr. h. t.* 60 *d. l. 5.*

61 De quo vid. *d. l. 5.* 62 De quo vid. *l. 2. l. 5. ſupr. eodem.* 63 Legendum videtur: *occultam artem aliquam divinandi* &c. ut Artes occultæ ſint magicæ. 64 De ſomniorum interpretibus. 65 Hinc vetitum de ſalute principis, vel reipublicæ quenquam conſuli. vid. Paul. 5. *ſent.* 21. §. 3. Tertull. 35. *Apologetic. Cui*, inquit, *opus eſt perſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi a quo aliquid adverſus illam cogitatur vel optatur: aut poſt illam ſperatur: aut ſuſtinetur?* Firmicus 2. *mathe. ult. Cave ne quando de ſtatu reipublicæ, vel de vita Romani Imperatoris aliquid interrogatus reſpondeas. Cavendum quoque ne conſtellationem principis quis colligat.* vid. Ammianum *lib.* 29. 66 Male Accurſius hanc particulam accepit, pro & non intelligens differentiam Auguſti & Cæſaris. Auguſtus dicebatur, qui reipſa imperabat: Cæſar, qui ab Auguſto electus Imperii ſucceſſor, *ut ex* Ammiano *conſt.* Hodie in Imperio tales ſunt, qui *Reges Romanorum:* in Gallia, *Delphini*, in Hiſpania *Infantes.*

67 Pœna malefici & maledici in comitatu Cæſaris verſantis. 68 Æculeo, *d. l. 6. C.*

deditus,

deditus, ungulisque [1] sulcantibus latera, perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. 3. Non. Julii, *Arimini*, TITIANO & CEREALE CONSS. 358.

De eo, qui discit, vel docet.

8. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Modestum P.P.

CUlpa [2] similis [3] est, [tam] prohibita discere [4], quam docere. Dat. Prid. Idib. Decemb. *Constantinopol.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De maleficis comprehendendis & ad publicum pertrahendis.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino P.P.

QUicunque [5] maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum pertrahat [6], & Judicum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam [7] ex agitatoribus [8], [id est, aurigis,] seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit: ultimum [9] supplicium non evadat, geminæ suspicioni [10] obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris [11] socios publicaret, severitati legum, & debitæ subtraxerit quæstioni: aut proprium fortassis inimicum sub hujusmodi vindictæ nomine consilio atrociore confecerit. Dat. 17. Kal. Septemb. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

TIT. XIX.

DE [12] SEPULCHRO [13] VIOLATO.

De contrectatione rerum religiosarum.

1. Imp. GORDIANUS A. Zenoni.

RES religioni destinatas [14], quinimo jam religionis [15] effectas, scientes, qui contigerint, & emere [16], & distrahere non dubitaverint: tametsi jure venditio non subsistat, læsæ [17] tamen religionis incidérunt in crimen. PP. 3. Kalend. Mart. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De servis.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Tatianum P. U.

SI servus [18] in demoliendis [19] sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur: sin vero domini auctoritate, vel jussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum [20] aliquid de sepulchro ad domum ejus villamque provectum [21] reperitur: villa, sive domus, aut ædificium quodcunque erit, fisci juribus vindicetur. Dat. 7. Id. Jul. ACYNDINO & PROCULO CONSS. 340.

Si judex pœnam non irrogaverit.

3. Idem A. ad Limenium P.P.

SI [22] quis sepulchrum violaturus attigerit, locorum Judices [23], si hoc vindicare neglexerint, non minus quam viginti librarum auri, in sepulchrorum violatores statuta pœna multentur: ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. 5. Kal. April. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

Pœnæ violantium sepulchra, cadavera, vel reliquias.

4. Idem A. ad populum.

QUi sepulchra [24] violant, domos [25] (ut ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare: nam & sepultos spoliant destruendo, & vivos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro [26] abstulerit saxa, vel marmora, vel columnas, aliamve quamcunque materiam fabricandi gratia: sive id fecerit venditurus, decem [27] pondo auri cogatur fisco inferre: sive quis propria sepulchra defendens, hanc in judicium querelam detulerit, sive quicunque [28] alius accusaverit, vel ad officium nuntiaverit: Quæ pœna priscæ severitati accedit: Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum. Huic autem pœnæ subjacebunt, & qui corpora [29] sepulta [30], aut reliquias contrectaverint. Dat. Id. Jun. *Mediolani*, CONSTANTIO IX. & JULIANO CC. CONSS. 357.

De ablatis a sepulchris.

5. Imp. JULIANUS A. ad populum.

PErgit [31] audacia ad busta defunctorum, & aggeres [32] consecratos: cum & lapidem [33] hinc movere, terram [34] evertere, & cespitem [35] evellere, proximum [36] sacrilegio majores [nostri] semper habuerint: sed [&] ornamenta [37] quædam tricliniis, aut porticibus [38] auferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus, pœna [39] sacrilegii cohibentes. Dat. prid. Id. Februar. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De non impedienda sepultura defuncti prætextu debiti.

6. Imp. JUSTINUS A. Theodoro.

CUm sit injustum, & nostris alienum temporibus injuriam fieri reliquiis [40] defunctorum ab his, qui debitorem [41] sibi esse mortuum dicendo, debitumque exigendo, sepulturam ejus impediunt: ne in posterum eadem injuria procederet, cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, sua jura perdere: ea quidem, quæ mortuo posito ante sepulturam ejus facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fidejussorem, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis vero pignoribus [42] vel pecuniis, quæ solutæ sunt, vel absolutis fidejussoribus, & generaliter omnibus sine ulla innovatione in pristinum statum reducendis, principale negotium ex integro disceptari. Eum vero, qui in hujusmodi fuerit deprensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere, vel si minus idoneus ad eas persolvendas sit, suo corpore, sub competenti judice pœnas luere. Dat. Kalend. Decembr. *Constantinop.* OLYBRIO V. C. CONS. 526.

In AUTHENT. ut defuncti seu fun. §. sancimus igitur. & §. si vero. col. 5. tit. 15. al. 13. Novell. 60. cap. 1.

ITem qui domum moribundi accedit, ipsum aliosve, qui ejus sunt, molestans, aut in rebus ejus non servato legali officio signacula imponit: ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab heredibus injuriati: publicanda tertia parte bonorum, ipsoque infamia notato. Eisdem pœnis subjaceat, qui eo moriente circa funus peccat, cum prohibeat exequias.

In AUTHENT. ut cum de appellat. cog. §. meminimus, col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 5.

SEd neque ante novem dies ab obitu numerandos, ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit ex hoc nullo præjudicio creditori generando.

TIT. XX.

AD LEGEM FABIAM [43] DE PLAGIARIIS [44].

Vendens ancillam alienam subtractam, potest conveniri rei vindicatione, quia dolo desiit possidere: & criminaliter coërceri, proposita actione legis Fabiæ de plagiariis. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Placido.

PAter tuus adversus eum, a quo sollicitatam ancillam [45], plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum Judicem civiliter in rem [46] actione instituta consistat. Si [vero] in causa tenuerit, etiam legis Fabiæ crimen persequi poterit. Quod si per violentiam mancipium obreptum est, accusationem ejus non prohibetur intendere. PP. 12. Kalend. April. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Actio legis Fabiæ non potest per procuratorem institui: sed in actione civili servi corrupti bene admittitur procurator. Bald.

2. Idem A. Aurelio.

SI ab Æliano servum tuum susceptum, & aliquandiu occultatum [47], moxque eo suadente fugæ datum probare potes, legis Fabiæ crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est servi corrupti, per [48] procuratorem tuum persequi potes. PP. 7. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Via ordinaria in crimine legis Fabiæ proceditur. Salic.

3. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

UT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio [49], & accusatio, & sententia necessaria est. PP. 8. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Procurator Cæsaris de hoc crimine non cognoscit, nisi gerat vices præsidis. Salic.

4. Imp. GORDIANUS A. Paulinæ.

NOn valet Procuratoris [50] sententia, si Vicem Præsidis non tueatur, *qui legi Fabiæ locum esse* pronunciavit: cum ejus legis disceptatio ad Præsidis provinciæ [51] pertineat notionem. PP. 3. Non. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Theod. h. t. aculeo, Hal. 1 De ungulis dixi ad *l. un. supr. de emend. serv.* adde Fornerium *detorment. generib. 2. select.* 1. 2 *l. 8. in fin. Cod. Theod. h. t.* 3 Apud veteres culpa dissimilis fuit. Sola namque professio, non simplex notitia erat prohibita. vid. apud Rufinum *cap. 15. collat. leg.* 4 Vid. *l. 2. l. 6. supr. de hær. & Manich.* Paul. 5. *sent. 21. §. 4. & 5. sent. 23. §. 11.* vid. quæ scripsi ad *Novell.* 133. *cap. 2.* Tertull. *de idololatria, cap. 9.* Eadem pœna est exitii discipulis & magistris. Hinc libri comburuntur. vid. *l. 10. C. de episc. audient.* adde *l. 4. §. 1. ff. famil. ercisc.* Illud sane Phocylidis est μαγικῶν βιβλῶν ἀπέχεσθαι. De Codice noxiarum artium vid. Ammianum 28. *paulo post principium.* 5 *l. 11. Cod. Theod. h. t.* 6 Protrahat *d. l. 11. 6.* Harm. 10. *cap.* περὶ φαρμακῶν ὁ συνειδώς. 7 Agitatores, quorum plerique magicis nonnunquam artibus adversariorum equos impediebant, & suos ad cursum incitabant, ut testatur D. Hieron. *in vita sancti Hilarionis.* Arnobius *adversus gentes.* Cassiodorus *l. 3. Variar. epigr. 51.* 8 *l. 11. C. de spectaculis.* ὁ δέ τις οἷός δήποτε. Harm. *d. loco.* Quæ lectio sincera videtur. 9 De pœna maleficum non deferentis. 10 Qua suspicione tenetur maleficium non deferens, sed opprimens. 11 Facinoris socios publicare licet.

12 De sepulchris violatis *L. 9. C. Theod.* 17. adde *Nov. Leon.* 96. dixi ad *L. 47. ff.* 12.
13 Non male hic titulus adjungitur superiori. Nam & infames sunt sepulchri violatores. Apulejus 2. *Ne mortuorum quidem sepulchra tuta esse dicuntur: sed & bustis & rogis reliquiæ quædam & cadaverum præsegmina ad exitiabiles viventium fortunas petuntur. Culpantur eo nomine Clerici potissimum: quo tempore a Theodosio emissa est Novella de sepulchris.* 14 Destinata religioni. 15 Religiosas. 16 *l. 21. C. de sacros. eccles. §. 9. Instit. de rer. divis.* 17 Cornelius Tacitus 3. *Grave Crimen læsæ religionis.* 18 *l. 1. C. Th. h. t.* ubi ita legitur, *si quis in demoliendis*, Græci legunt ἐὰν οἰκέτης 60. *Ecl. 23.* περὶ τάφων *c. 9.* facit *l. 3. §. 11. ff. h. t.* 19 De demoliendo sepulchro. 20 De rebus ex sepulchro detractis. 21 *Pervectum. d. l. 1.* ἔφερεν. *d. cap. 9.* 22 *l. 2. in fin. C. Theod. Eclog. d. cap. 9. vers.* ἐὰν ὁ ἄρχων. 23 De pœna judicis sepulchri violatorem non plectentis. 24 *Qui ædificia manium violant, l. 4. Cod. Theod. h. t.* 25 Domus defunctorum, sepulchra. 26 Materia sepulchri, venditionis causa, vel fabricæ gratia, non est detrahenda. *Eclog. d. loco c. 9. in fin.* adde *l. 5. C. h. l.* 27 Viginti. *Basil. hic. ut l. 3. supr. h. t.* 28 Crimen est publicum sepulchrum violare. *l. 8. ff. h. t.* 29 *Eclog. d. l. versic.* τῇ αὐτῇ. 30 Τὰ οἰκοδομούμενα ἤδη τελείᾳ τάφῃ. *Eclog. d. l. 1.* tradita jam perfectæ sepulturæ. adde *l. 3. §. 4. l. 7. l. ult. ff. h. t. l. 38. ff. de religios.* 31 *l. 5. C. h. t.* 32 Aggeres consecrati, sepulchra. 33 De lapide ex sepulchris moto. 34 De terra ex sepulchris eversa. 35 De cespite ex sepulchris evulso. 36 Crimen sacrilegio proximum. 37 De spoliatoribus cadaverum & more veteri condendorum ornamentorum, dixi *l. 3. §. 7. ff. h. t.* 38 Qui & *porticationes, l. 37. in fin. ff. de religiosis.* 39 *Pœna manium vindice cohibentes, l. 5. Cod. Theod. h. t.* 40 Reliquiæ defunctorum Græcis λείψανα. de detestabili concubitu cum mortua, vide Clar. 5. *sent. §. Fornicatio. vers. cum mortua.* 41 Vid. *Nov. 60. Novell. 115. cap. 5. l. 2. ff. de in jus vocand. l. 8. ff. h. t. l. 38. ff. de relig.* Goth. Adde Covarruv. *var. resol. lib. 2. c. 1. n. 10.* Andr. Gail. *de arrest. cap. 11. num. 20.* Ans. 42 Vid. Ripensem *ad l. 6. 7. 8. 9. ff. de pign. & hypoth. num.* 34.

43 *L. 9. C. Th.* 18. & *Novell. Leon.* 66. quæ & Flavia & Favia. dixi ad *L. 48. D.* 15.
44 Et Lavernæ & Fraganæ dicuntur, qui ingenuarum liberos aut servos alienos vendunt, vel supprimunt. 45 De ancilla aliena sollicitata & exportata. 46 Plagiarius conveniri potest rei vindicatione, *ut hic*, lege Fabia, *vers. si vero.* & criminaliter interdum. *vers. quod. C. h. t.* 47 *l. 9. C. h. t. l. 1. §. 2. ff. de servo corrupto.* 48 *l. 4. C. de furtis.* 49 Vid. *l. 3. supr. qui accusare.* 50 Cæsaris scil. Quidam Procuratores Cæsaris hoc sibi usurpaverunt tam Romæ, quam in provinciis: ut hanc legem intelligas, vid. Ulp. *l. 6. ff. de off. procons.* apud Ruffin. *tit. 24. collat. l. Mosaic.* 51 *l. 8. C. h. t.* in provincia scil. in Italia vero extra centesimum, ad Præf. Præt. in urbe, & intra centesimum ad Præfectum urbi. Ruf-

Pro

Pro fratre suppresso fratri competit legis Fabiæ accusatio. Bald.

5. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALERIAN. C. Julianæ.

SI fratrem [1] tuum adversarius [tuus] supprimit [2], legis eum Fabiæ [3] adito Præside provinciæ reum debes postulare. PP. Non. Maji, ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Servum in fuga constitutum vendens, incidit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Martianæ.

IN fuga servum constitutum, neque [4] vendere, neque donare licet [5]: unde intelligis te in legem incidisse quæ super hujusmodi delictis certam [6] pœnam fisco inferendam statuit: exceptis coheredibus, & sociis quibus in divisione communium [7] rerum licitationem de fugitivo servo invicem facere permissum est. Ita vero liceat fugitivum [servum] vendere, & tunc venditio valeat, quando [8] ab emptore requisitus fuerit, & deprehensus. PP. 3. Id. Mart. AA. CONSS.

Alienans servum vel liberum quem plagio abduxit, punitur capite: & de hoc crimine judex potest inquirere. Salic.

7. Iidem AA. Maximo P. U. [9].

QUoniam servos a plagiariis alienari ex Urbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere perscribis, horum tibi delictorum licentiæ majore severitate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si quem in hujusmodi *facinore* deprehenderis, capite [10] eum plectere non dubitabis: ut pœnæ genere deterreri cæteri possint, quominus istiusmodi audacia vel servos, vel liberos, ab Urbe distrahere atque alienare audeant. Dat. 6. Id. Decembr. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

Objiciens exceptionem peremptoriam, quæ habet examinari seorsum a crimine, impedit processum in criminali. Bald.

8. Iidem AA. & CC. Confidio.

PRæses provinciæ, discreto prius [11] jure dominii, intelligat, an audiendum sit plagii crimen, necne. Nam si proprietatis tuæ mancipium esse constiterit, expirasse criminis intentionem, emersa dominii luce, manifestabit. Si vero servum alienum esse constiterit, [post] disceptatam proprietatis quæstionem, & criminis causam audiet. PP. 8. Kal. Septembr. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

Celans mancipium alienum, committit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

9. Iidem AA. & CC. Eugenio.

EUm, qui mancipium alienum celat [12], Fabiæ legis crimine teneri, non est incerti juris. S. 3. Idus Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

Bonæ fidei emptor non incidit in crimen legis Fabiæ de plagiariis, a plagiario comparans. Bald.

10. Iidem AA. & CC. Dizæ.

COmparantem [13] ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri convenit. S. Non. Novemb. * *Lucione* [14] AA. CONSS.

Venditione status non mutatur. Salic.

11. Iidem AA. & CC. Marpiatæ.

ABducti plagio facta venditio, statum [15] non mutat: liberæ enim personæ sollicitatione crimen committitur, non conditioni præjudicatur. S. Id. Novembr. *Lucione* *, AA. CONSS.

Suscipiens fugitivum cum rebus subtractis, furti tenetur, & plagii. Salic.

12. Iidem AA. & CC. Mutiano.

SI quis servum fugitivum sciens [16] cum [17] rebus furtivis susceperit, cum horum nomine furti [18] actione teneatur, hæc tibi Rector [19] provinciæ cum solita pœna restitui efficiet. † Sed et si criminis plagii accusationem institueris, tibi audientiam præbere non dubitabit. S. Kal. April. *Singiduni*, CC. CONSS.

Plagii criminis accusatio publica est. Bald.

13. Iidem AA. & CC. Severino.

PLagii criminis accusatio publici [20] sit judicii. S. 5. Kalend. Decemb. CC. CONSS.

Excusatur errans in delictis, in quibus requiritur dolus. Bald.

14. Iidem AA. & CC. Callistheni.

PLagii criminis accusatio cessat [21], si suos servos, vel liberos adseverent hi, qui suppressisse dicuntur non commissi velandi causa, sed ad hanc opinionem [22] justa ducti ratione. S. Prid. Non. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Scienter vendens liberum hominem, plagium committit. Bald.

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

LIberum, sciens conditionem ejus, invitum [23] venundando, plagii criminis pœna tenetur. Dat. 13. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Nobiles de crimine plagii convicti, in metallum damnantur verberati: ignobiles vero servi, vel liberti, bestiis subjiciuntur: ingenui capite puniuntur. Salic.

16. Imp. CONSTANTINUS A. ad Domitium Celsum Vicarium Africæ.

PLagiarii [24], qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli [25] pœna cum cæteris ante cognitis suppliciis teneantur.

† Si quis tamen hujusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine claruerit, servus quidem, vel libertate donatus bestiis subjiciatur, ingenuus autem gladio consumatur. Dat. Kal. August. CONSTANTINO A. IV. & LICINIO CONSS. 315.

TIT. XXI.
AD [26] LEGEM VISELLIAM [27].

Servus, vel libertus ad publicos honores tacita veritate promotus, incidit in legem Juliam Visselliam: nisi libertus impetrasset jus aureorum annulorum. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Bacco.

LEx Visellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea [28] quæ ingenuorum sunt, contra [29] honores [30], & dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionatum [31] arripere: nisi [32] jure aureorum annulorum impetrato a Principe sustententur. Tunc enim quoad vivunt, imaginem [33], non statum ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam ex lege Visellia criminaliter poterit perurgeri.

† In [34] curiam autem se immiscens, damno quidem cum infamia afficitur: Muneribus [35] vero personalibus in patria patroni, quæ congruunt hujusmodi hominibus, singulos pro viribus adstrictos esse non dubium est. PP. 2. Id. Febr. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

TIT. XXII.
AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS [36].

De accusatione subjecti partus.

1. Imp. ANTONINUS A. Severino.

SI partus [37] subjecti crimen diversæ parti objicitis, causa capitalis [38] in tempus pubertatis pueri differri non debuit: sicut jampridem mihi & Divo Severo patri meo placuit. Neque enim verisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De solutione.

2. Imp. ALEXANDER A. Valerio.

SAtis aperte Divorum Parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ [39] solutionis gratia, a debitore, falsi crimen objicitur, nihilominus salva executione [40] criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. PP. 3. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si Filius legatum consecutus ex testamento, quod verum putavit.

3. Idem A. Cassio.

LIcet ex tabulis, quas sub nomine patris tui uxorem ejus, id est novercam tuam, subrepto vero testamento falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares [41], legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impedieris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. PP. 11. Kal. Januar. ALBINO, & MAXIMO CONSS. 228.

De his qui falsis rescriptionibus utuntur.

4. Idem A. Maximo.

MAjorem severitatem exigit, ut merita eorum, qui falsis rescriptionibus [42] utuntur, digna coërceantur pœna: sed qui [43] deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, & eum a quo accepit, exhibet, se liberat. PP. 4. Kalend. Januar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

An filius agere contra matrem possit.

5. Idem A. Petronio.

fin. *d. l.* cui rei accedit inscriptio legis 7. J. *h. t.* 1 Fratri & sorori datur etiam hæc actio. 2 *l. 6. in fin. ff. h. t.* 3 Vid. *l. 3. ff. de homine libero.* 4 7. *Eclog. 6. ex lib. 60. tit.* 48. *c.* 10. adde *l. 6. in fin. ff. h. t.* 5 Imo licet. *l. 2. ff. h. t.* vid. *l. 5.* 8. *de fugitivis.* 6 Pecuniariam, *l. ult. D. h. t.* 7 *l.* 19. §. 3. *ff. comm. divid. l.* 35. §. 3. *D. de contrahend. empt.* 8 *l. 2.* §. 2. *D. h. t.* 9 Vid. quæ dixi ad *l. 4. supr. h. t.*
10 Id abrogatum. *Leon. Novell.* 66. 11 *l.* 14. J. *h. t.* id est, cognito, quis sit proprietarius.
12 60. *Eclog.* 48. *cap.* 12. *l. 2. supr. & l. 5. D. h. t. l.* 1. §. 2. *D. de servo corrupto.*
13 *Eclog. d. loco, c.* 13. 14 Lucione vid. Peutinger. 15 *l. 12. supr. de ingenuis.* vid. *l.* 12. 8. *de liberali.* 16 *l. 6. supr. de fugit.* 17 Vix servus fugit, quin secum res aliquas domino suo auferat. *l. ult. D. de fugitivis. l.* 36. §. 2. *D. de furtis.* Vitia hæc duo sunt conjuncta, fuga & furtum. Hinc Martialis *epigr.* 55. *A pedibus didicere manus peccare protervæ, Non miror furem qui fugitivus erat.* 18 Vid. *l. 1. D. de fugit.*
19 *l. 4. l. 8. supr. h. t.* 20 §. 10. *Inst. de publ. jud.* 21 Imo non cessat. *Ecl. d. loc. cap.* 3. cessat, si quæstionem proprietatis justa ratione ductus moveris, *ut hic.*
22 Opinio justa excusat a delicto. adde *l.* 12. §. 1. 2. 3. *l.* 13. *D. de liberali.*
23 *Eclog. d. loco, c.* 18. *l. 2. tit.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 48. *c.* 18. *l.* 1. 4. *D. h. t. l.* 2. 8. *ubi de criminib.*
24 *l. un. C. Th. h. t.* 25 De pœna plagii dixi ad *l. ult. D. h. t.*

26 Hæc lex abrogata videtur. Nam cum hodie libertini omnes restituti sint natalibus, *Nov. ut libert. de cætero* 78. nihil est necesse hic edicere, ut ne libertis hominibus liceat eos honores adipisci, qui ingenuorum sint proprii, eosve extraordinaria pœna adficere.
27 *l. un. vers. Et cum.* J. *quando civilis actio.* Ulp. 3. §. 5. *Viscelliam* Hal. & ita scriptum extat in *l. un. C. Theod. victum civiliter criminaliter agere.* Alii legunt *Miscelliam, editio Nivelliana.* alias falso *Miscellam* dici puto, ut ibidem quidam adnotarunt *ex tit. de indicta viduitate, & l. Julia Miscella tollend.* Lata fuit anno urbis 776. Sententiam legis Viscelliæ vid. J. *h. t.*
28 *d. l. un.* 29 *Circa.* Hal. 30 *l. 3. ff. de jur. aur. ann.* insignia alterius ordinis. Paul. 5. *sent.* 25. §. 11. adde & §. 10. *ibi l.* 13. *ff. de falsis.* 31 *l. 1.* J. *si servus aut liber ad decurionat. l.* 10. *tit.* 32. 32 *l. 5. 6. ff. de jure aur.* Suet. *in Claudio c.* 14.
33 Imago a statu differt. Prior momentanea ad tempus & extrinsecus est. Status durabilior est. 34 *l. 2.* J. *si servus aut liber ad decurion. adspiraverit. l.* 10. *tit.* 32.
35 Vid. *l. 6. ff. ad municip.*

36 *L. 9. C. Theod.* 14. 37 *l.* 10. J. *& l.* 19. §. 1. *l.* 30. §. 1. *ff. h. t. l.* 1. *ff. de agnosc. liber.* 60. *Eclog.* 41. περὶ ὑποβολιμαίων τοκετῶν. vid. Bossium *tit.* 41. Pap. 7. *Not.* 7.
38 Pœna falsi ex lege Cornelia capitalis. *l. 5. l. 22. in fin.* J. *h. t.* Cypr. 2. *ad Donatum.* Hic testamentum subjicit, ille falsum capitali fraude conscribit. postea facta est non capitalis *d. l. 22. in fin. l. 1. in fin. ff. h. t. l.* 18. 8. *de transact.* §. 7. *Inst. de publ. jud.* Quanam pœna hodie falsarii afficiantur, dixi ad *Novell. Leon.* 77. 39 Si a debitore falsum instrumentum dicitur morandæ solutionis gratia. facit *l. 31. D. de re jud.* 40 I. e. persecutione, accusatione. *Goth.* Hinc collige, pendente restitutione in integrum non impediri executionem. Fachin. *l. 12. controv. cap.* 12. Ans. Adde Stort. Odd. *de restit. in integr. q.* 42. Joann. Sand. *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 8. *defin.* 4. Christin. *decis. Belg. vol.* 2. *decis.* 137. S. L. 41 Vid. *l. 3. D. h. t. l. 5. ff. de his quæ ut indig.* 42 Paul. 5. *sent.* 25. §. 9. Paul. 1. *sent.* 12. §. 1. constitutionibus. *l. ult. D. h. t.* falsis Prætoris literis. *l. 25. D. h. t.* de eo, qui falso prætoris jussu utitur, vid. *l. 1. D. de concussion.* & eo qui utitur falsis instrumentis, actis, epistolis. Paul. *d. loco.*
43 Idem heredi accidere potest ob justam ignorantiæ præsumptionem: eo casu id beneficii reo datur, ut producens falsum instrumentum interrogetur, eo necne velit uti, dato debitori in eum finem spatio, quo elapso, si falsis instrumentis heres uti cœperit, falsi tenebitur. *com-*

FAlsi quidem crimen, vel [1] aliud capitale [2] movere vos matri [3] vestræ, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium [4] compendium [5] non aufert. Si enim de fide scripturæ, unde eadem mater vestra fideicommissum sibi vindicat, dubitatio est, inquiri fides veritatis etiam sine metu criminis potest [6]. PP. 3. Kal. Septembr. AGRICOLA & CLEMENTE CONSS. 231.

Si is, cui quid relictum est, falsas tabulas dixerit.

6. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Gulpio.

QUi falsas tabulas [7] dixerit, nec obtinuerit: ad defuncti judicium [8] aspirare non potest. PP. 15. Kalend. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De transactione.

7. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. C. Heliodoro.

IPse significas, cum primum adversarii instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse [9] suspectam [10]. Facta igitur transactione [11], difficile est, ut is, qui provinciam regit, velut falsum, cui semel acquievisti, tibi accusare permittat. PP. 3. Kal. Jul. TUSCO, & BASSO CONSS. 259.

De codicillis.

8. Iidem AA. & CC. Marino.

SI falsos codicillos [12] ab his contra quos supplicas, factos esse contendis: non ideo accusationem evadere possunt, quod [13] se illis negent uti: nam illis [14] prodest instrumenti usu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur, & quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem compositis per scelus codicillis, in severitatem legis Corneliæ inciderunt: non possunt defensiones ejus recusando, crimen evitare. PP. 3. Kal. Jul. ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Succedens ab intestato, tenetur præbere fideicommissa relicta in codicillis: nisi codicillus arguatur de falso criminaliter accusando, vel civiliter excipiendo. Bald.

9. Impp. CARINUS, & NUMER. AA. Mesio.

SI docueris apud Præsidem provinciæ, ab intestato [15], te heredem ejus extitisse, qui codicillos scripserat, ordinarium est, ut in hereditatis possessione constitutus, fideicommissa præbeas, quæ jure relicta sunt: nisi consilium est codicillos [16] falsos arguere. Quod si criminaliter [17] cœptum [judicium] interventu indulgentiæ [18] sopitum est: habes tamen residuam indignationem, & potes de fide scripturæ civiliter queri. PP. 3. Kalend. April. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De partu supposito.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Legitimo.

CUm suppositi [19] partus crimen patrui tui uxori moveas, apud Rectorem provinciæ instituta accusatione id proba [20]. PP. 11. Kalend. Octobr. DIOCLETIANO A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De lite pecuniaria.

11. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI lis pecuniaria [21] apud pedaneos [22] judices remissa est, etiam de fide instrumenti civiliter apud eos juxta responsum viri prudentissimi Pauli requiretur. PP. 10. Kal. Jul. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

De præscriptione temporis.

12. Iidem AA. & CC. Primo.

QUerela falsi [23] temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti [24] annorum exceptione: sicut cætera quoque fere [25] crimina. S. 6. Id. Januar. *Viminacii,* CC. CONSS.

De effectu falsæ scripturæ.

13. Iidem AA. & CC. Marco.

QUi velut [26] præsentem [scripsisse] res recepisse suas, cum absens esset, conscripserit, non ignoranti quicquam aufert, sed se criminis obligat periculo. PP. 6. Kalend. Januar. *Sirmii,* AA. CONSS.

De testamento celato, vel amoto.

14. Iidem AA. & CC. Gentianæ.

EUm, qui celavit [27], vel amovit [28] testamentum, committere crimen falsi, publice notum est. S. Kal. Januar. *Sirmii,* AA. CONSS.

De collusione creditoris cum debitore.

15. Iidem AA. & CC. Rufo.

SI creditor [29] colludens cum debitore suo tibi prædium venundedit, falsum commisit: & tibi [30] nihil offecit, sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. 13. Kal. Febr. CC. CONSS.

De testamentis.

16. Iidem AA. & CC. Fortunato.

DE fide testamenti querenti duplex [31] via litigandi tributa est. Quamvis itaque per procuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamen privata de ejusdem fide queri non prohiberis: cum reus ita conventas, non tantum ab alio juste, sed etiam ab eo, qui civiliter egit, solenniter accusari possit. S. 8. Id. Febr. *Sirmii,* CC. CONSS.

De temporis intervallo.

17. Iidem AA. & CC. Menelao.

SIcut falsi [32] testamenti, vel codicillorum scriptura, temporis intervallo firmari non [33] potest, ita vera quæ jure subsistit, non evanescit. Si itaque de fide delicti, vel per accusationem, vel per privatum judicium quereris, Rector provinciæ tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, jubebit, si prius cæteris indiciis [34] fuerit commotus. S. 3. Id. Februar. *Sirmii,* CC. CONSS.

De effectu falsi.

18. Iidem AA. & CC. Maximo.

EX initio [35] falsi commissi justa possessio non paratur. Unde contra eos, quos de dominio fundi tecum contendere proponis, accusationem instituere potes. S. 3. Non. Mart. CC. CONSS.

De fœminis.

19. Iidem AA. & CC. Cosmiæ.

ET si ad te negotium pertinuit: etiam, atque etiam tecum deliberare debueras, ne improbam institueres accusationem, hoc instrumentum, in quo subscripseras, falsum arguere contendens. At cum mulieribus [36] in aliena causa falsi non sit concessum accusare, tu autem *hæc eadem prædia te prius alii donasse,* proponas: fieri tibi facultatem accusandi contra juris postulas formam. S. 8. Idus Martii, CC. CONSS.

De errore, & dolo.

Non est falsum sine dolo.

20. Iidem AA. & CC. Rufino.

NEc [37] exemplum editionis precum aliter per [38] errorem scriptum, cum non [39] nisi dolo [malo] falsum committentes crimini subjugentur, cognitionem dati Judicis moratur. S. 11. Kal. Nov. *Dorostoli,* CC. CONSS.

De decurionatu.

21. Imp. CONSTANTINUS A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ, & Brutiorum.

SI [40] quis decurio testamentum [41], vel codicillos, aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis, privatisque instrumentis præbuerit officium: si falsi quæstio moveatur, decurionatus honore seposito, quæstioni [42] (si ita poposcerit causa) subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, qui in hujusmodi facto fuerit deprehensus: Quantum [43] enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet: quantum [44] ad rem gestam, & veritatem referandam, uti decurionatus honore non poterit [45].

† Nec vero is qui ante fuerit tabellio [46] ad eludendam quæstionem super his quæ ante scripserit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: quoniam scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum [47] debet probari auctorem. Dat. 3. Kal. Febr. SABINO & RUFINO CONSS. 316.

munis opinio apud Clarum 5. *sent.* §. *Falsum. vers. utens falso.* 1 Falsi crimen capitale hoc ex loco satis colligitur. 2 Dixi ad *l.* 1. s. *h. t.* 3 *Mater* a liberis falsi criminaliter conveniri non potest: civiliter potest. *l.* 1. §. 43. *ff. de vi & vi arm. l.* 11. §. 1. *ff. de accusation.* Immo criminaliter potest. *l.* 14. *supr. qui accusare.* 4 Hinc colligunt, duobus modis agi de falso: civiliter, *ut hic,* criminaliter, *ut* s. *h. t.* 5 Id est, actionem civilem. 6 Quomodo? actione in factum. *d.* §. 43. 7 Testamenti scil. vid. *l.* 6. *ff. de heredit. petit.* Papon. 2. *Notar.* 7. 8 Id est, ad legata. 60. *Ecl.* 42. *ex l.* 35. *c.* 35. 9 *Accusasse, Synops. Basil.* 11. *tit.* 2. *lib.* 60. *tit.* 41. *c.* 42. 10 Suspectum habens instrumentum, qui ex eo transigit, dubius transigit, non enim transigit per errorem, quia suspectum habet: neque sciens omnino, quia tantum suspectum habet. 11 Hanc controversiam paucis ita definio. Qui per errorem ex falsis instrumentis transigit, vel paciscitur, *l.* 42. s. *de transact. l.* 2. s. *de his quibus ut indig.* instrumentum falsi accusare potest. Qui dubius ex falsis instrumentis transigit, difficulter potest ab inita transactione falsi accusationem movere, *ut hic.* Qui vero sciens de falso instrumento transigit, jure transigit: jure, inquam, id est, jure Romano. *Græci* 11. *Eclog.* 2. *cap.* 26. & 1. Harm. 10. vid. Cujac. 6. *obs.* 11. & 20. *obs.* 19. & ita etiam veteres accipiunt legem 18. s. *de transaction.* quod Alciato *in d. l.* 18. & 5. *Paradox.* 8. 9. 10. Hotomano *ad d. l.* 18. & 21. *Illustr.* Donello *ad d. l.* 18. Paponi & aliis, de quibus dixi ad *d. l.* 18. *supr. de transaction.* displiceret, quibus accedit usus & praxis Galliæ, ut *ibid.* notavi. 12 Vid. *l.* 9. J. *h. t.* 13 Falsarius falsi tenetur, etiamsi falso instrumento quod ipse fecit, se velle uti neget. Imo, pœnitentia videtur excusandus. *l.* 18. *ff. h. t.* vide Papon. 2. *Notar.* 7. 14 Imo & aliis, *d. l.* 9. 15 Heres ab intestato cogitur præstare fideicommissa relicta in codicillis. 16 Etiam codicillos falsi arguere licet. 17 Vid. *l.* 16. J. *h. t.* 18 Abolitio criminis non tollit actionem civilem. 19 Vid. *l.* 1. s. *h. t.* 20 Accusatori incumbit probatio. 21 Vid. *l.* 9. *supr. h. t.* 22 Etiam coram pedaneis & delegatis judicibus excipi potest de falso instrumento. 23 Quid? licebit-ne actori agere ex falso instrumento post vicennium? Paponius 2. *Notar.* 7. *cap. du parricide.* negat hunc locum pertinere ad actionem civilem, eo sensu: etiam intra triennium excipi posse de falso civiliter, non tamen criminaliter. *arg. l.* 5. *in fin. ff. de doli mali exceptione.* facit *l.* 17. J. *h. t.* Goth. De hac præscriptione vid. Tessaur. *decis.* 20. Imbert. *Instit. forens. lib.* 3. *cap.* 9. Boer. *decis.* 26. Et quanto tempore præscribatur accusationi, Tessaur. *decis.* 208. Damhoud. *prax. crimin. cap.* 8. *num.* 25. & *seq.* Ans. 24 60. *Ecl.* 41. *c.* 47. Præscribuntur crimina regulariter vicennio. Vid. Tiraquellum *tract. de pœnis, causa* 29. 25 Recte id additum. Sunt enim quædam crimina, quæ quinquennio tolluntur, ut quæ descendunt ex lege Julia de adulteriis. *l.* 29. §. 6. *ff. ad l. Jul. de adulteriis.* peculatus. *l.* 7. *ff. ad l. Jul. peculat.* Silaniano senatusconsulto. *l.* 13. *ff. de SC. Silaniano.* Quid suppositi partus crimen? nulla præscriptione temporis depelli dicitur. *l.* 19. *in fin. ff. h. t.* nulla, inquam, nisi vicennali, & ita hanc legem accipe, ut & legem *ult. ff. ad l. Pomp. de parricid.* qua ostenditur, eos qui parricidii teneri possunt, semper accusari posse. adde Cujac. 4. *obs.* 14. Quid Apostasia? vid. *l.* 4. *supr. de apostatis,* & ita accusatio criminalis tollitur vicennio. vid. Clarum 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 51. adde Bossium *c.* 41. *num.* 12. Ancharanum 2. *quæst.* 29. 26 Falsa recepti confessio depositarium non liberat. 27 *l.* 2. *D. h. t.* 28 *d. l.* 2. Paul. 5. *sent.* 25. §. 1. 29 Falsum committi intelligitur, si creditor die obligationis protulit, repetiit, anticipavit, aut antevertit. *l.* 28. *D. h. t.* vid. *l.* 3. *D. de probat. l.* 3. *D. de fide instrumentorum.* 30 Qui prior tempore fuisti. 31 Civilis & criminalis, *l.* 5. *l.* 9. *l.* 11. s. *l.* 23. *l. ult.* J. *h. t.* adde *legem unic.* J. *quando civilis actio.* 60. *Ecl.* 41. *c.* 57. *versic.* ἡ διάταξις. vid. Cujac. 13. *obs.* 38. 32 Falsum ab initio testamentum, seu falsa omnis voluntas tractu temporis non firmatur. 33 Temporis tractu non confirmatur, quod de jure ab initio non subsistit. adde *l.* 29. *l.* 201. *D. de reg. jur. c.* 18. *de reg. jur. in* 6. 34 Ex indiciis potest judex interrogare. adde *l.* 8. *in fin.* J. *de quæst.* 35 Græci ita legunt, ἀπὸ πλαστοῦ. in 60. *Ecl.* 41. *c.* 53. & eo sensu: Ex falso possessionem nemo sibi parare potest. 36 Fœminis accusatio falsi non est permissa: sed ita demum, si suam suorumve injuriam persequantur. adde *l.* 1. §. 10. *Atquin Papinianus. ff. ad SC. Turpill.* 37 Vid. *l.* 2. *supr. de errore advocat. l.* 92. *ff. de reg. jur.* 38 *l.* 31. *in fin. ff. h. t. l. unic.* J. *de mutatione nominis.* vid. Paul. 1. *sent.* 12. §. 3 alias præsumitur pro instrumento præsertim notarii. vid. Alciat. 3. *præsumpt.* 13. 39 Falsum sine dolo, non punitur. 40 *l.* 1. *C. Th. h. t.* adde *l.* 15. J. *de decurion.* 41 Testamentum a decurionibus interdum de facto, non de jure, vide *l.* 3. *C. Th. de decurion.* quæ cum hac lege conjungenda est, scribi solitum. 42 Ob falsum decurio torqueri potest. 43 Respectu diverso unus & idem varie consideratur. 44 Vid. *d. l.* 15. vid. *Novell.* 44. 45 Cur ita? vid. *l.* 14. *supr. de testibus.* 46 Tabellionis munus exercere, qui decurio est, non potest. 47 Vid. 1. *Harm.* 6.

De inquisitione veritatis, & lite compendioso spatio terminanda.

22. Idem A. ad Maximum P. U.

UBi [1] falsi examen inciderit, tunc acerrima [2] fiat indago [3] argumentis [4], testibus, scripturarum collatione [5], aliisque vestigiis [6] veritatis: Nec [7] accusatori tantum quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur: sed inter [8] utramque personam sit judex medius: nec ulla interlocutione divulget quæ sentiat: sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum *audiendi* mandat officium, præbeat notionem: postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus. † Ultimum autem finem strepitus criminalis compendioso [9] spatio limitamus, quem litigantem disceptantemque fas non sit excedere: cujus exordium nascetur auspicio contestatæ accusationis apud judicem competentem: post probationem supplicio capitali [10], si id exigat magnitudo [11] commissi, vel deportatione ei, qui falsum commiserit, imminente. PP. 8. Kal. April. in foro *Trajani*, CONSTANTINO A. VIII. & CONSTANTIO C. CONSS. 354.

De judicio civili & criminali.

23. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENTIN. AAA. ad Maximum P. P.

DAmus [12] licentiam litigantibus, si apud judicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, profitendi, utrum de falso criminaliter [13] statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri, an civiliter. Quod si expetens vindictam [14], falsi crimen intenderit, tunc quæstione civili per sententiam, terminata, criminis fiat indago: ut si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationesque, necnon & rationes privatas, vel publicas, pacta & epistolas vel ultimas voluntates, donationes, venditionesve, vel si quid prolatum aliud instituere [15] conabitur: habeat accusandi facultatem. Civilis autem inquisitionis inter utrasque partes consligentium levior examinatio procedat: cum judex qui præerit quæstioni, intentiones [actoris] falsas, & consicta crimina [reorum] ex legibus pœnis competentibus possit ulcisci. PP. 16. Kal. Maji, *Romæ*, VALENTE V. & VALENTINIANO AA. CONSS. 376.

De onere probationis.

24. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Proculo P. U.

PRæbemus licentiam, ut sive [16] civiliter, sive criminaliter (ut actor elegerit) super prolatis codicillis, vel aliis instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumenti [17] ei primitus, qui scripturam obtulerit, deinde ei, qui stricta [18] instantia falsum arguere paratus sit. Dat. 10. Kalend. Februar. TIMASIO, & PROMOTO CONSS. 389.

TIT. XXIII.
DE HIS, QUI SIBI ADSCRIBUNT [19] IN TESTAMENTO.

Filius emancipatus sibi adscribens in testamento patris patre dictante, de æquitate a pœna legis Corneliæ excusatur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Valatio.

QUamquam ita [20] interpretantur jurisperiti, ut contra legem Corneliam videatur se scribere heredem emancipatus [21] filius patre dictante: tamen si cum testamentum non esset scriptum, justus [22] successor futurus esset accepta bonorum possessione, filius patri: perinde habebitur, atque si sua manu pater tuus te heredem scripsisset, functus [23] dulci [24] officio. Proposita Non. Sept. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Testatoris subscriptio etiam generalis excusat a pœna, sed non tribuit jus petendi legatum extraneo, qui sibi adscripsit, nisi specialis fuerit subscriptio testatoris. Salic.

2. Idem A. Atticio.

SI testator codicillis quos scripsisti, *legatum* quoque seu *fideicommissum reliquisse tibi* sua [25] manu adscripsit: non videris in pœnam Senatusconsulti incidisse. † Quod si [26] *testamentum dictasse* codicillis significavit, legato quidem vel fideicommisso abstinere debes: pœna vero falsi tibi principali [27] beneficio remittitur. PP. Id. Decembr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Vere ignorantiam alleganti, & a delicto desistenti, pœna remittitur quam incurrat, quia sibi adscripserat. Bald.

3. Imp. ALEXANDER A. Martiali.

SEnatusconsulto, & [28] Edicto divi Claudii prohibitum est, eos qui ad scribenda testamenta adhibentur [29], quamvis [30] dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: & pœna legis Corneliæ facienti irrogata est: cujus veniam [31] deprecantibus ob ignorantiam [32], & profitentibus a relicto discedere [33], Amplissimus Ordo, vel divi Principes veniam [raro] dederunt. PP. 17. Kal. April. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Maritus sibi adscribens in testamento uxoris, incidit in pœnam. Bald.

4. Idem A. Crescenti.

QUæ in testamento uxoris [34] maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur: & legis Corneliæ pœna, si venia impetrata non est, locum habet. PP. 3. Non. Februar. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Miles sibi adscribens, præsumitur juris errore, non malitia, in legem incidisse. Bald.

5. Idem A. Gallieno militi.

QUod adhibitus ad testamentum commilitonis [35] scribendum, jussu ejus servum tibi adscripsisti, pro non scripto habetur, & ideo id legatum petere non potes: sed secuto tenore indulgentiæ meæ, pœna legis Corneliæ tibi remittitur: in quam credo te magis errore quam malitia incidisse. PP. 17. Kal. Jun. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Servus jussa domini sibi adscribens, excusatur a pœna: libertatem tamen non consequitur, nisi de scriptione testatoris subscriptione doceatur. Salic.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aufidio.

SI libertatem [36] tibi manu tua imperante domino adscripsisti, cum proponas dominum non subscripsisse, & [37] suis literis tuam libertatem expressim agnovisse, ad impetrandam libertatem Senatusconsulti auctoritas tibi obest: pœna tamen falsi tibi remittitur: quoniam non potueras contra domini voluntatem venire. PP. 6. Id. Decembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

TIT. XXIV.
DE FALSA MONETA [38].

Fabricantes falsam monetam puniendi sunt ultimo supplicio sine appellandi remedio. Salic.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

QUoniam [39] nonnulli monetarii adulterinam [40] monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere hujusmodi homines inquirendi: ut [41] investigati tradantur judici, facti conscios per tormenta illico prodituri, ac sic dignis [42], suppliciis addicendi, accusatoribus [43] etiam eorum immunitatem [44] permittimus, cujus modus, quoniam dispar patrimonium est, a nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum hujusmodi personam suspectam de custodia [45] exire fecerit, capite puniatur. Appellandi [46] etiam privato licentia denegetur [47]. Si vero miles [48] aut promotus [in gradum] hujusmodi crimen incurrerit, super ejus nomine & gradu ad competentes judices referatur. Domus [49] vero, vel fundus, in quo hæc perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cujus incuria, vel negligentia punienda est, etsi ignoret, fisco [50] vindicetur: nisi [51] dominus ante ignorans, ut primum repererit, scelus prodiderit perpetratum: tunc enim possessio, vel domus ipsius, proscriptionis injuriæ minime subjacebit. Sin vero longissime ab ea domo, vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum: actore videlicet fundi, vel servis, vel incolis, vel colonis, qui ad hoc ministerium præbuerint, cum eo, qui fecit, supplicio [52] capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credimus, ut viduæ, nec in proximo constitutæ, domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tam gravis conscientiæ noxa resideat. Impuberes [53] vero etiamsi conscii fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid videat [54], ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare [55] eos quid in rebus pupilli geritur, non oportet, hæc pœna expectabit, ut de rebus eorum, si idonei fuerint tantum fisco inferatur, quantum a pupillo fuerat inferendum. Dat. 12. Kal. Decembr. *Romæ*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CC. CONSS. 321.

Qui nummos falsa fusione formavit, debet comburi, & præmium datur accusatori. Salic.

2. Idem A. ad Tertullum Præfectum [56] urbis Africæ.

SI [57] quis nummos falsa fusione [58] formaverit, universas ejus facultates

1 *l. 2. vers. sed ubi falsi examen. C. Theod. h. t.*
2 In crimen falsi acerrima fit indagatio.
3 Indagatio veritatis, fit argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis.
4 Argumenta admittuntur probationis loco. vid. *l. indicia* 19. *supr. de rei vindicat. l. ult. supr. de probat.*
5 Scripturarum collatione falsum detegi potest. vid. *l.* 20. *supr. de fide instrum.*
6 Probationes, conjecturæ, indicia & argumenta, veritatis vestigia sunt. *d. l.* 19. *d. l. ult.*
7 *l. ult. J. h. t. l. pen. J. de probat.*
8 Inquirere judex in ipsa maleficia debet, etiamsi sit, qui accuset: ut hinc constet, accusatione non tolli facultatem inquirendi.
9 Id est, annali. *d. ver. sed ubi.* adde *l. ult. J. ut intra certum tempus crim.*
10 Vid. quæ dixi ad *Novell. Leon.* 77.
11 Puniuntur levius levia delicta: vid. Tiraquell. *tract. de pœn. causa* 14.
12 *l. 4. Cod. Theod.*
13 *l. 16. S. & l. ult. J. h. t.*
14 Electa actione civili falsi, criminalis suspenditur: finita, reviviscere potest.
15 Insimulare, *Cod. Theod.*
16 *d. l.* 16.
17 60. *Eclog.* 41. *cap.* 57. *in fin.*
18 *Instructa*, Hal.
19 *l. 6. in fin. l. 17. ff. ad leg. Corn. de falsis. l. 1. ff. de his quæ pro non script.* adde Bossium *in prax. cap.* 38. Clar. 5. *sent. §. Falsum, vers. Ascribens etiam.*
20 Intellectum hujus legis vide apud Johann. Decher. *lib. 2. dissert. 3. num.* 21. 22. & Cujac. *tract. ad African. ad l. Si quis legatum* 6. *ff. de leg. Corn. de fals.* Ans.
21 Si emancipatus patre dictante se heredem scripserit, non incidit in falsum. Est enim alioquin hereditatis paternæ capax.
22 Ratio decidendi.
23 Id est, mortuus. Isid. *in Gloss. Functus dulci officio dicitur, qui officium vitæ implevit.* Igitur dulce officium, dulceve munus, vita dicitur. Seneca in Hippolyto: *Cur datum munus redditæ lucis fugis?* sic *munus lucis* dicitur, *l. un. C. Theod. de her. pet.*
24 Lucis officio: *ut d. l. un. J.* τελευτῶν. Cujac. 3. *ad Afr. in fin.*
25 Ubi testator testamento aliquid adscribit, cessat pœna falsi. Subscriptio testatoris generalis excusat a pœna. *l. 1. §. 8. l. 15. §. 1. ff. de leg. Corn. de falsis.*
26 Observa hypothesin.
27 Testamentarius veniam a Principe vel senatu potest petere, non etiam jus capiendi.
28 *Ex edicto*, Cujac. ita hic videtur legisse: intelligit autem SC. Claudianum, aliud a Liboniano.
29 Id est, testamentarios.
30 *l. 5. J. h. t. l. 14. §. 1. ff. ad leg. Corn. de fals.*
31 Id est, pœnitentibus.
32 *l. 2. supr. h. t.*
33 Error excusat a pœna.
34 Non licet marito quidquam sibi adscribere in uxoris testamento. *l. 18. ff. de leg. Corn. de falsis.*
35 Miles excusatur, si sibi adscripsit, legatum tamen non petit.
36 Vid. *l. 15. §. 3. ff. de leg. Corn. de falsis.*
37 *Nec suis*, Cujac. *ad l. 4. §. si pupilli. ff. de usuc.* reprehensus a Roberto 1. *Recept.* 9. & 1. *Animadv.* 10. defensus ab Antonino Mercatore 1. *notar.* 10. vide eundem Cujac. 15. *obs.* 19.
38 *l. 10. ff. de leg. Corn. de falsis & L. 9. C. Th* 21. περὶ μονίτας 60. *Ecl.* 44. περὶ παραψαλιστῶν, de monetariis & circumcisoribus, παραψαλισταὶ sunt, qui forciculis nummos circumcidunt, Paul. 5. *sent.* 12. *§. ult.* Clar. 5. *sent. §. falsum. versic. dico etiam.* ubi de falsa & adulterata, & diminuta seu abrasa moneta, & eam expendentibus.
39 *l. 2. C. Th. h. t.*
40 De adulterina moneta. Sic adulter solidorum. *l. 2. J. h. t.* Huc facit *l. 8. 9. l. 19. ff. de Corn. de fals.* nummi adulterini, *d. l.* 9.
41 Adulteri monetæ inquirendi.
42 Manus amittunt. *Ecl. d. loco. tit.* 60. *§. 1.* & Harm. *d. loco.* vide tamen *l. 2. J. h. t.* est vero supplicium capitale. *J. h. t. hac l.* Est & ignis supplicium. *l. 2. J. h. t.* sane bona ejus qui falsam monetam cudit, Fisco vindicantur. Quod si servi id ignorante domino fecisse dicentur, ipsi quidem summo supplicio afficientur, domino tamen nihil aufertur, quia pejorem domini causam servi facere, nisi forte scierit, omnino non possunt. Paul 5. *sent.* 12. *§. ult.*
43 De accusatoribus monetarii adulterini. *l. 2. J. h. t.*
44 Immunitas plerumque promittitur conscio sceleris participes detegenti. adde *l. 2. supr. pro quibus causis serv. l. 5. Cod. Theod. hoc tit.*
45 Pœna custodia liberantis reum falsæ monetæ hæc inter cæteras est, ut non appellet.
46 Reus falsæ monetæ non appellat.
47 Id non observatur in Gallia. vide Rebuff. *in prœmio constit. gloss.* 5. *n.* 116. cum etiam reus majestatis appellet.
48 Si miles reus monetæ fuerit.
49 De domibus & agris in quibus falsa moneta cusa est. *Ecl. d. loco, vers.* ὁ δὲ δεσπότης. Harm. *d. loco vers.* ἡ δὲ τοῦ ἀγροῦ. 9. *Th.* 21. *l.* 4.
50 Paul. 5. *sent.* 12. *§. ult.*
51 Indicare scelus interdum cogimur. *Nov.* 117. *cap.* 8. *§. 1.*
52 Vide *l. 2. J. h. t.*
53 Impubes quamvis conscius adulterinæ pecuniæ non tenetur. adde *l. 22. ff. de l. Corn. de falsis.* & *l. 2. §. 19. ff. vi bonor.*
54 Id est, quid videndum, vel quid fugiendum.
55 Tutor res pupilli ignorare non præsumitur.
56 Proconsulem Africæ.
57 *l. 3. C. Th. h. t.*
58 *Effusione*, *Hal.* Fusio Græci, τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον ἢ ὑελωτήριον. Harm. *dict. loco. vers.* μονίτα, sive iconium, ut est in historia Antonini Florentini & apud Suet. *in Calig.* Aureum iconium. χαρακτήρ. *Eclog. d. loco. cap.* 8. vel

fisco [nostro] præcipimus addici. In monetis [1] etenim tantummodo nostris [2] cudendæ pecuniæ studium frequentari volumus: cujus obnoxii, majestatis [3] crimen committunt: & præmio [4] accusatoribus [5] proposito, quicunque solidorum adulter [6] poterit reperiri, vel a quocunque fuerit publicatus, illico omni dilatione summota, flammarum [7] exustionibus mancipetur. Dat. Prid. Non. Jul. *Mediolani*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. IV. CONSS. 326.

Obreptitium rescriptum impetratum, non excusat a crimine læsæ majestatis. Bald.

3. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Rufino P. P.

SI quis super cudendo ære, vel rescripto [8] aliquo, vel [etiam] adnotatione nostra sibi arripuerit facultatem, non solum fructum propriæ petitionis amittat, verum etiam pœnam quam meretur, excipiat. Dat. 4. Id. Jul. *Constantinop.* THEOD. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. XXV.
DE MUTATIONE NOMINIS [9].

Mutatio nominis non fraudulosa, libero homini est permissa. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Juliano.

SIcut in initio nominis [10], cognominis, prænominis recognoscendi singulos impositio libera est privatis: ita eorum mutatio innocentibus [11] periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel prænomen, [sive cognomen,] sine aliqua fraude licito jure, si liber es, secundum ea, quæ [sæpe] statuta sunt, minime prohiberis: nullo ex hoc præjudicio futuro. S. 15. Kal. Jan. AA. CONSS.

TIT. XXVI.
AD LEGEM [12] JULIAM DE AMBITU [13].

Qui honores repetit, in legem ambitus incidit, & pœnam legitimam subit. Salic.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. Pompejano P. P. Africæ.

NUllus [14] omnino [15] principatum [16], vel numeratum, seu commentariensis gradum, vel cætera [17] officia repetere [18] audeat: cum publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. At si quispiam promotorum denuo ad munus [etiam] per sacras litteras irrepserit, quod ante docebitur gessisse [19]: cassatis quæ hoc modo sunt impetrata, ad solutionem debiti primitus urgeatur: & qui contra fecerint, pœnam deportationis [ad instar legis Juliæ ambitus] excipiant. Dat. prid. Kal. Jun. *Mediolani*, STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

TIT. XXVII.
AD LEGEM [20] JULIAM REPETUNDARUM [21].

Delinquentes in officio, ibi debent remitti puniendi: & ad quadruplum pecuniæ per se, vel per ministros receptæ tenentur. Salic.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Matroniano Duci & præsidi Sardiniæ.

UT [22] unius [23] pœna metus possit esse multorum: Ducem, qui male egit, ad provinciam, quam nudaverit, cum custodia competenti ire præcipimus: ut non solum, quod ejus non dicam domesticus, sed [24] manipularius & minister [25] acceperit: verum etiam quod ipse a provincialibus nostris rapuerit, aut sustulerit: in quadruplum [26] exolvat invitus. Dat. Prid. Id. Jun. *Constantinop.* ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

Pœna pecuniaria delinquentis in officio transit in heredes. Salic.

2. Iidem AAA. Floro P. P.

SCiant [27] judices super admissis propriis, aut a se, aut ab heredibus [28] suis pœnam esse repetendam. Dat. Kalend. Septembr. ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

Judex corruptus pecunia, puniendus est hujus legis pœna. Salic.

3. Iidem AAA. Marcellino.

OMnes [29] Cognitores, & Judices a pecuniis, atque patrimoniis manus abstineant [30], neque alienum jurgium putent suam prædam. Etenim privatarum quoque litium cognitor, idemque mercator [31] statutam legibus cogetur subire jacturam. Dat. Prid. Non. April. *Mediol.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

Concussionem inferens, & processum venalem faciens, vel sententiam venalem proferens potest a quolibet accusari. Bald.

4. Iidem AAA. & ARCAD. A. Edictum ad provinciales.

JUbemus [32] [atque] hortamur, ut si quis forte Honoratorum, decurionum, possessorum, postremo etiam colonorum, aut cujuslibet ordinis, a judice fuerit aliqua ratione concussus: si quis scit venalem fuisse [33] de jure sententiam: si quis pœnam, vel pretio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam: si quis postremo quacunque de causa improbum judicem potuerit approbare: is vel administrante eo [34], vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet: cum probaverit, & victoriam reportaturus, & gloriam. Dat. 10. Kal. Jul. *Constantinop.* HONORIO N. P. & EUODIO CONSS. 386.

Si procurator Cæsaris pecuniam extorquet a colonis, vel aliis sibi subditis, potest conveniri intra annum a tempore depositæ administrationis, non postea. Salic.

5. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Severino Comiti rerum privatarum.

UNusquisque [35] procurator, præpositus gynæcio, tabularius, susceptor, colonus, vel quicunque se a Comite [36] domorum meminerit esse concussum: cum ipse, cui pecuniam numeravit, [ab] administratione decesserit, intra anni [37] spatium ad judicium Spectabilitatis tuæ, quidquid dederit, repetiturus occurrat: ut prosit pensionibus quidquid ille reddiderit. Si vero ex tempore depositæ administrationis præstituti temporis curricula transfluxerint, nulla vox advocationis emergat: sed ipsos procuratores, præpositos, colonos, tabularios, susceptores, obnoxios ad solutionem volumus coartari. Dat. Prid. Non. Jun. *Mediolani*, VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

Accedentes ad regendas provincias, debent jurare forma hic scripta. Salic.

6. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Florentio P.P.

SAncimus ejusmodi viros ad [38] provincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione, vel pretio, sed probatæ [39] vitæ, & amplitudinis tuæ solent testimonio promoveri: ita sane, ut quibus hi honores per Sedis tuæ, vel per nostram fuerint electionem commissi, jurati [40] inter gesta depromant, *Se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se, sive per interpositam [personam] in fraudem legis sacramentique: aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cujuscunque contractus: & ob hoc (exceptis [solis] salariis) nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos.* Et licet neminem [41] *divini timoris*, contemnendo jusjurandum *arbitramur* [42] *immemorem: ut saluti propriæ ullum commodum anteponat:* tamen, ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subjungatur: si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus dantem [43] accusandi cunctis tanquam crimen publicum concedimus facultatem: quadrupli [44] pœna eo qui convictus fuerit, modis omnibus feriendo. Dat. 6. Kalend. Decembr. *Constantinop.* THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XXVIII.
DE CRIMINE PECULATUS [45].

Pecunias publicas surripientes, & qui ministerium tunc, vel postea præbuerint, pœna capitali puniuntur. Salic.

1. Imppp. HONOR. THEOD. & [46] ARCAD. AAA. Rufino P.P.

JUdices qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, lege Julia peculatus obnoxii sunt, & capitali [47] animadversioni eos subdi jubemus. His quoque nihilominus, qui ministerium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui subtractas ab his scientes susceperunt, eadem pœna percellendis. Dat. 5. Non. Martii, *Constantinopoli*, HONOR. X. & THEODOS. V. AA. CONSS. 415.

TIT. XXIX.
DE CRIMINE SACRILEGII [48].

Errans in articulis fidei punitur ut sacrilegus. Salic.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

QUi [49] divinæ legis [50] sanctitatem [51], aut nesciendo omittunt, aut negligendo violant, & offendunt [52] sacrilegium committunt. Dat. 3. Kal. Mart. *Thessalonicæ*, GRATIANO A. V. & THEODOSIO A. I. CONSS. 380.

locus in quo moneta formatur. Ꞁ. *h. t.* Falsa fusione formare, *à faux coing.* 1 Moneta, locus in quo moneta cuditur. 2 In monetis tantum regiis pecunia cudi potest. 3 Falsitas monetæ, crimen majestatis. adde 2. *Feud. 56. ibi moneta.* 4 Præmia accusatoribus interdum proponuntur. *l. 5. C. Theod. h. t.* 5 *l. 1. vers. accusatoribus.* s̄. *h. t.* 6 Solidorum adulter. 7 Pœna adulteris monetæ proposita, ignis. *ut hic.* manuum amissio. *Ecl. d. loco. tit. 60. c. 1. in pr.* Harm. *d. loco.* In Gallia aqua oleoque fervente, sive bulliente suffocantur. vide Clar. *5. sent. §. Falsum, vers. dixi.* De ignis supplicio dixi ad *l. un.* Ꞁ. *de Nili aggerib.* 8 *l. 9. C. Th. h. t. Ecl. d. loco. c. 1. in fin.* facit *l. 6. §. 1. ff. ad l. Jul. pecul.* 9 *l. 13. ff. de falsis.* Paul. *5. sent. 25. §. 10.* 10 Vide *l. 4. supr. de testam.* 11 *l. 20. supr. ad l. Corn. de falsis.*

12 *Ambitionem* Judicum hæc lex coërcet. 13 *L. 9. C. Th. 26.* dixi ad *L. 48. D. 14.* Superiore titulo magistratuum ambitus, hoc vero tit. magistratus & Judicum avaritia, qui a privatis pecunias accipiunt, coërcetur, ut & sequentibus, qui ex publico. 14 *l. 2. C. Th. h. t.* 15 Principes officiorum & alii beneficiarii, eadem officia repetere & continuare prohibentur, antequam rationes reddiderint. 16 Principatus ὁ ἔξαρχος τῆς τάξεως: Quid hic sit, vide *l. ult.* Ꞁ. ut *Rusticani ad nullum obsequium, libro XI.* 17 V. *l. 6.* s̄. *de adsessoribus.* 18 Ambitio est ante redditas officiorum rationes eadem officia repetere atque continuare. 19 Vide *l. 12.* Ꞁ. *de susceptorib. lib. 10. tit. 70.*

20 Avaritiam Judicum hæc lex coërcet. 21 *L. 9. C. Th. 27.* dixi ad *L. 48 D. 11.* 22 *l. 3. C. Theod. h. t.* 23 *l. 31. in fin. pr. ff. depositi.* 24 *l. 1. §. 5. ff. h. t.* 25 Qui & ordinarius. dixi ad *Novell. 20.* 26 *l. ult. in fin.* Ꞁ. *h. t. l. 3. supr. de adsessorib.* vide Cujac. *ad Novell. 8.* 27 *L. 4. C. Th. 10.* 28 Lex repetundarum datur in heredem ejus, qui repetundarum arguitur, etiamsi lis non sit contestata cum defuncto, *ut hic. l. 2. ff. h. t.* At de eo quod pervenit ad heredem actio perpetua est. *l. 2. ff. h. t. l. 14. ff. ad l. Jul. peculat.* 29 *l. 5. C. Theod. h. t.* 30 Vide Cujac. *6. obs. 18. in fin.* Petr. Greg. 36. *syntagm. 28. num. 3.* 31 *Litium mercator:* sic apud Lampridium in Alexandro *mercator potestatum.* 32 *l. 6. C. Theod. h. t.* vide Cujac. *6. observ. 30.* 33 Vide *l. 7.* s̄. *quando provocare.* 34 *Novell. 80. c. 2. Nov. 86. Nov. 87. c. 4.* 35 *l. 7. C. Theod. h. t.* 36 Comes domorum in Cappadocia erat sub Comite rerum privatarum, sub eo procuratores, præpositi gynæcco, susceptores, tabularii, coloni. Hi Fisco si non inferant pensiones, quod dicunt sibi pecunias acceptas a comite domorum, intra annum id probare & pecunias repetere debent; quod si non fecerint, nihilominus conveniuntur a Fisco. Tentari potest adversus comitem repetitionum, id est, actionum repetundarum. Perseverare etiam post annum, id est, perpetuam esse, & hanc legem eo tantum spectare, ut ostendat, eis a ratione anni inducias dari. 37 Quid? repetundarum actio estne annalis? an potius perpetua? perpetua est: excepto eo casu, de quo superius diximus. 38 *l. 2. C. Theod. h. t.* 39 Vide *l. 1. supr. de off. magist. off.* 40 *Nov. 8. c. 7.* vide Petr. Gregor. 36. *Syntagm. 28. n. 36.* 41 *dict. Nov.* Præsumitur pro juramento. Alciat. 3. *præsumpt. 16.* 42 Præsumitur nemo moriens immemor salutis vitæ æternæ. vid. Alc. 1. *præsumt. 39. &* 3. unde colligunt, morientis confessiones, scripturas, responsa evidentius probare, quam aliorum: cum in extremis constituti, non præsumantur immemores cœlestis vitæ, quod videlicet vitæ æternæ, judicioque divino proximos se videant. vide Medicæum *tract. de morte.* 43 Si accipere turpe, dare quoque turpe est. vide *Nov. 8. cap. 7. l. 31. in fin. supr. de episc. & Cler. Nov. 123. cap. 2.* 44 *d. Novell. 8. cap. 7. in fin.*

45 *L. 9. C. Th. 28.* dixi ad *L. 48. D. 13.* id est, pecuniis publicis interceptis. *§. 9. Inst. de publ. jud.* 46 Inducendum hoc *Arcadii* nomen. 47 *l. 1. C. Theod. h. t.* capitali & vitæ, *l. 5. Cod. Theod.* adde *l. Jul. repet.* interdictioni aquæ & ignis, deportationi. *l. 3. §. 10. in fin. ff. h. t. §. 9. Instit. de publ. jud.* Olim multa cum infamia, *d. l.* quæ pœna reducitur, *Novell. Leon.* 105. constituta pœna dupli.

48 Dixi ad *L. 48. D. 13.* Paul. *5. sent. 19. l. 1. ff. ad leg. Jul. majest. lib. 6.* Harm. *5. cap.* περὶ ἱεροσύλων. Clar. *5. sent. §. sacrilegium.* Sacrilegos excommunicari, non tamen ipso jure, refert Socinus *regul.* 33. quem vide. 49 *l. 25. C. Theod. de episcop. eccl. & cler.* 50 Sacrilegi dant pœnas, quamvis nemo usque ad deos manus porrigat. Seneca 5. *de benef.* 14. 51 Fides divinæ legis sanctitas. 52 Confundunt, sic Græci συγχέουσι.

2. * Qui

2. *

QUi [1] confugientem ad ſanctam eccleſiam ſua auctoritate abſtraxerit, verberatus, & tonſus deportator.

Præſumitur dignus, qui eſt electus a Principe. Bald.

3. Iidem AAA. ad Symmachum P. U.

DIſputare [2] de [3] Principali judicio non oportet : ſacrilegii enim inſtar eſt, dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Imperator. Dat. 5. Kalend. Jan. *Mediolani*, RICHOMERE, & CLEARCHO CONSS. 384.

In propria provincia quis non debet adminiſtrationem aſſumere, niſi ex certa ſcientia ſibi concedatur a Principe. Salic.

4. Iidem AAA. & ARCAD. A. Eutropio P. P.

NEc [4] quis ſine ſacrilegii [5] crimine deſiderandum intelligat gerendæ ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis [6] officium intra [7] eam provinciam, in qua provincialis, & civis habetur : niſi hoc cuiquam ultronea liberalitate per divinos affatus Imperator indulgeat. Dat. 16. Kalend. Auguſt. ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

TIT. XXX.
DE SEDITIOSIS [8] ET DE HIS [9], QUI PLEBEM CONTRA REMPUBLICAM AUDENT COLLIGERE.

Suſcipiens populum contra rempublicam, graviſſime eſt puniendus. Salic.

1. Imppp. GRATIANUS, & VALENT. & THEODOS. AAA. Florentio. PF. Auguſtali.

SI quis [10] contra evidentiſſimam juſſionem, ſuſcipere plebem [11], & adverſus publicam diſciplinam defendere fortaſſe tentaverit, multam graviſſimam ſuſtinebit. Dat. 13. Kalend. Jan. *Conſtantinop.* RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Provocans tumultum & clamorem in populo, debet mori pœna ſeditionis. Bald.

2. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

IN [12] nullis locis aut civitatibus tumultuoſis clamoribus [13] cujuſquam interpellatio contumelioſa procedat, nec ad ſolam cujuſquam invidiam petulantia verba jactentur : ſcituris his, qui hujuſmodi voces emiſerint, moverintque tumultus, ſe quidem fructum ex his, quæ poſtulant, nullatenus habituros, ſubdendos autem pœnis iis, quas de ſeditionis [14], & tumultus auctoribus vetuſtiſſima decreta ſanxerunt. Dat. 2. Non. Martii, *Conſtantinop.* LEONE A. VI. CONS. 474.

TIT. XXXI.
QUANDO [15] CIVILIS ACTIO CRIMINALI PRÆJUDICET, ET AN UTRAQUE AB EODEM EXERCERI POSSIT.

In criminalibus publicis & privatis civilis intentata de re familiari non tollit criminalem, nec e contra. Salic.

1. Imppp. VALENS, & GRATIAN. & VALENTIN. AAA. Antonio P. P.

APleriſque [16] Prudentium generaliter definitum eſt, *Quoties* [17] *de re familiari & civilis & criminalis competit actio, utraque licere experiri: ſive* [18] *prius criminalis, ſive civilis actio moveatur :* [*nec ſi civiliter fuerit actum, criminalem poſſe conſumi :*] & ſimiliter e contrario. † Sic denique & per vim [de] poſſeſſione dejectus, ſi de ea recuperanda interdicto, *Unde vi* fuerit uſus, non prohibetur tamen etiam lege Julia de vi, publico judicio inſtituere accuſationem. Et ſuppreſſo teſtamento, cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilominus ex lege Cornelia teſtamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus ſe dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam lege Viſellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio, & legis [19] Fabiæ conſtitutio : & plurima alia ſunt quæ numerari non poſſunt: ut cum altera prius actio intentata ſit, per alteram quæ ſupererit, judicatum liceat retractari. † Qua juris definitione non ambigitur, etiam falſi crimen, de quo civiliter jam actum eſt, etiam criminaliter eſſe repetendum. Dat. Prid. Kalend. Januar. *Trev.* VALENTE VI. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 378.

TIT. XXXII.
DE CRIMINE EXPILATÆ [20] HEREDITATIS.

Poſt aditam hereditatem & apprehenſam poſſeſſionem ceſſat hoc crimen. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Euphratæ.

EXpilatæ [21] quidem hereditatis crimen intentare non potes, quando communis arcæ rebus inſpectis claves [22] traditas coheredi profitearis. Sed cum de his exhibendis apud Judicem quæreretur, rationem compenſationis induci non oportuit. Exhibitis enim quæ deſiderantur, ſuis judicibus directa quæſtio relinquenda eſt. PP. 12. Kalend. Maji, ANTON. A. II. & GETA II. CONSS. 206.

Privignus poteſt agere contra vitricum crimine expilatæ hereditatis. Bald.

2. Imp. ANTONINUS A. Primo.

EXpilatæ hereditatis crimen adverſus vitricum [23] adito Præſide provinciæ non prohiberis perſequi. PP. 7. Kalend. Mart. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Reverentia novercæ non facit hoc crimen ſilere, quando de alia quam de mariti agitur hereditate. Salic.

3. Idem A. Helenæ.

SI avi hereditatem adiiſti, expilatæ hereditatis crimen adverſus [24] novercam quondam tuam experiri non prohiberis [25]. PP. 3. Non. Jan. SABINO, & ANULINO CONSS. 217.

Uxor defuncti non poteſt conveniri ab herede crimine hereditatis expilatæ, ſed res, & fructus exſtantes poſſunt vindicari, & conſumpti poſſunt condici. Salic.

4. Imp. GORDIANUS A. Baſſo.

ADverſus uxorem [26] (quæ ſocia [27] rei humanæ, atque divinæ domus [28] ſuſpicitur) mariti diem ſuum functi ſucceſſores, expilatæ hereditatis crimen intendere non poſſunt. Et ideo res, quas per eandem abeſſe quereris, competenti in rem actione, vel ſi dolo malo fecerit, quo minus res mobiles poſſideret, ad [29] exhibendum perſequere. Fructus autem rerum, quas mala fide tenuit, licet expilatæ hereditatis non teneatur crimine, ſuos non facit, ſed exſtantes [30] quidem vindicari, conſumptos vero condici [31] poſſe proculdubio eſt. PP. 16. Kal. Mart. ATTICO, & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Legata non minuuntur, licet hereditas expiletur. Salic.

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Simplicio.

OBtentu expilatæ hereditatis emolumentum legatorum, maxime ſuſpenſa cognitione, legatariis iiſdemque libertis [32] defuncti auferri non oportet. PP. 15. Kal. Febr. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Hæc accuſatio eſt ſubſidiaria. Salic.

6. Iidem AA. & CC. Baſiliæ.

EXpilatæ hereditatis crimen loco [33] deficientis actionis intendi conſueviſſe, non eſt juris ambigui. PP. 10. Kal. Mart. ÆMIL. & AQUIL. CONSS. 250.

TIT. XXXIII.
VI BONORUM [34] RAPTORUM.

Actio vi bonorum raptorum habet locum pro vi illata in rebus mobilibus tantum. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Valerio.

VI bonorum raptorum actionem, quæ cum [35] pœna ſua retrahit ablata : potius ad mobilia, moventiaque [36], quam ad [37] fundos per injuriam occupatos ſpectare explorati juris eſt. PP. Kalend. Mart. ATTICO, & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Heres donatoris a donatario auferre res non poteſt. Bald.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Longino.

SI res mobiles [38] quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translatum, violenter heres donatricis abripuit, vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem quo experiundi poteſtas fuit, in quadruplum [39] : poſt annum in ſimplum intendere non vetaris. PP. 7. Maji, SECULARI, & DONATO CONSS. 261.

Etiam rapiens res ſibi obligatas, intra annum tenetur ad quadruplum. Salic.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Euelpiſto.

RES obligatas [40] ſibi creditorem vi rapientem, non [41] rem licitam facere, ſed crimen committere convenit, eumque etiam vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum [42], poſt, ſimpli actione conveniri poſſe, non ambigitur. S. 7. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS.

De raptis a ſervo dominus ignorans tenetur noxaliter ad quadruplum intra annum. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Attalo.

DE his quæ ſervus alienus neſciente domino vi rapuiſſe dicitur, intra annum in quadruplum [43] vi bonorum raptorum, & poſt in ſimplum dominus ejus noxali actione apud competentem judicem conveniri poteſt. S. 2. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

Venditionem rei raptæ poteſt dominus ratam habere, & agere ad ſimplum : vel improbare, & agere vi bonorum raptorum ad quadruplum. Salic.

1 Leunclavius 5. *Eclog. tit.* 5. *ex lib.* 60. *tit.* 45. *cap.* 17. notat hanc conſtitutionem huc referendam. cui adde *l.* 1. *§. de his qui ad eccleſ.* 2 *l.* 20. *ff. de legib. l.* 51. *ff. ad l. Aquil.* 3 Adde *l.* 5. *§. de diverſ. reſcript.* 4 vide *ſupr. lib.* 1. *tit.* 41. *ut nulli patriæ &c. Syn. Baſil.* 2. *tit.* 19. *ex libr.* 60. *tit.* 45. *c.* 18. 5 Id eſt, violatæ religionis. 6 De adſeſſore, vide *l.* 10. *ſupr. de adſeſſoribus*, ubi dixi. 7 In ea provincia in qua quis originem ducit, officium fiſcale adminiſtrare prohibetur, ne aut glorioſus, aut calumnioſus apud ſuos videatur. Paul. 5. *ſent.* 12. §. 5. *l. ult. §. de off. rector. provinc. l.* 38. *ff. quibus ex cauſis major.* adde Pap. 3. *Not.* 8. *cap. des lettres d' office & proviſion.* 8 Paul. 5. *ſent.* 22. 60. *Syn.* 17. περὶ στασιωτῶν ἤτοι τῶν στάσεις καὶ θορύβους καὶ ὀχλαγωγίαν ποιούντων. *ex tit.* 61. *c.* 1. *&c.* 6. Harm. 7. περὶ νεωτερικῶν. *l.* 3. *ff. ad l. Jul. de vi publ. l.* 38. §. 2. *ff. de pœn. l.* 6. §. 9. *ff. de injuſto, rupt. & irrit.* 9 *L.* 9. *C. Th.* 33. Taraxopolides, id eſt, turbatores civitatum dicuntur a Philone adverſus Flaccum. *Goth.* Ad hunc titulum ſcripſit Claudius Mondain. de materia autem tractatum edidit Boerius; & item alterum Conradus Brunus. *Mod.* 10 *l. un. C. Th. h. t.* Quicunque ſuſcipit plebem, ut quid faciat contra publicam diſciplinam, graviſſimæ pœnæ ſubjicitur. *Synopſ. d. loco in fin.* 11 Vide Tacit. 1. *Annal.* 12 Qui adclamarunt alicui & ex eo turbam concitarunt, nihil eorum, quæ poſtulant, conſequantur : & pœnis ſubjiciantur, quibus tumultus auctores tenentur, *Synopſ. ibid. d. cap.* 1. 13 *Eclog. d. loco.* 14 De ſeditionis auctoribus, vide Paul. 5. *ſent.* 22. §. 1. *l.* 1. §. 1. *ff. ad leg. Jul. majeſt. l.* 38. §. 2. *ff. de pœnis.*

15 Vide *l.* 16. *ſupr. ad l. Corn. de falſis.* Clar. 5. *ſent. §. ult. q.* 2. & 9. *Cod. Theod.* 20. *victum civiliter agere criminaliter poſſe:* adde *tit. de ordine judiciorum. §.* 16 *l. un. C. Th. h. t.* 17 *l.* 4. *ff. de publ. jud.* obſerva regulam, *l.* 15. *ff. de accuſat. l.* 60. *ff. de obligat. & act.* 18 vide Cujac. 5. *obſerv.* 15. 19 vide Cujac. *ad hunc locum* 20. *obſerv.* 26. 20 Dixi ad *L.* 47. *D.* 19. 21 Vide ad hanc *leg.* Cujac. 20. *obſerv.* 27. 22 Clavibus arcæ communis ſocio traditis, ſocius rei dominium adquirit. vide *l.* 2. *ſupr. de periculo & comm. l.* 47. *ff. de contr. empt.* 23 15. *Eclog.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 29. *c.* 8. adde *l.* 3. *J. h. t.* 24 Ut ſit eadem ratio, quæ vitrici in *l.* 2. *ſupr. h. t.* 25 Imo prohiberis. *l.* 33. *ff. de negot. geſt.* 26 *l.* 5. *ff. h. t. l.* 1. *ff. de ritu nupt. l.* 1. *ff. rer. amot.* 27 Dixi ad leges 12. tabul. *lib.* 2. *tit.* 17. §. 3. vide Forcat. 10. *Cup. cap.* 5. 28 Divinæ domus ſocietas hic nihil aliud, quam religionis & ſacrorum ſocietas. vide *l.* 1. *ff. de ritu nupt.* 29 *l.* 2. *in fin. ff. h. t.* 30 vide *l.* 22. *ſupr. de rei vind.* 31 vide *l.* 3. *ſupr. de cond. ex leg.* 32 *l.* 23. *ff. de fideic. libert.* 33 *l.* 2. *ff. h. t.* vide *l.* 3. *ſupr. familiæ.* 34 Dixi ad *Lib.* 47. *D.* 8. 35 Pœna vi bonorum raptorum, tripli eſt. Præter pœnam res reſtituitur. *pr. Inſt. h. t.* 36 *l.* 2. *infr. h. t. l.* 1. §. 32. *l.* 14. *in fin. ff. de vi & vi.* 37 vid. quæ dixi ad *l.* 1. *in fin. ff. de furt. in verbo Rei.* 38 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 39 vide *l.* 4. *infr. h. t.* 40 *l.* 2. §. 18. *in fin. ff. h. t.* 41 Imo rem licitam. *l.* 55. *ff. de furtis.* 42 vid. *d. l.* 4. 43 *l.* 2. *in fin. l.* 3. *in fin. ſupr. l.* 5. *infr. l.* 1. *ff. Inſt. h. t. & pr. verb. quadrupli.*

6. Iidem AA. & CC. Domnæ.

SIve negotiorum geſtorum contra novercam [1] tuam, ſive actione vi bonorum raptorum (quæ in quadruplum [2] intra annum utilem, ac poſt in ſimplum conſtituta eſt) putaveris agendum: notione Præſidali poteris experiri. S. 6. Non. Jul. *Philippopoli*, AA. CONSS.

TIT. XXXIV.
DE CRIMINE STELLIONATUS [3].

Diſſimulanter rem aliquam pignorans pluribus ſucceſſive tenetur crimine ſtellionatus. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Alexandro.

IMprobum quidem & criminoſum fateris, eaſdem res pluribus [4] *pignoraſſe*, [diſſimulando] in poſteriore obligatione, quod eædem aliis pignori tenerentur. Verum ſecuritati tuæ conſules [5], ſi oblato omnibus debito, criminis inſtituendi cauſam peremeris. PP. 5. Id. Februar. POMPEJANO & PELIGNO CONSS. 232.

Etiam rem filii donatam, ſi pater obligat ignoranti, tenetur crimine ſtellionatus. Bald.

2. Imp. GORDIANUS A. Valenti.

SI pater tuus in te donationem contulerit, & cum emancipatus eſſes traditionibus [6], dominium corporum in te tranſtulit, poſteaque creditores ſortitus, quaſdam earum rerum ſine voluntate tua velut proprias ſuas obſtrinxit, jus tuum non læſit. Nec tamen injuria ſtellionatus crimine petetur, cum ſciens [7] alienam rem, te non conſentiente, velut propriam ſuo nexuerit creditori. PP. 2. Kal. Jan. GORDIANO, A. & AVIOLA CONSS. 240.

3. Idem A. Hadriano.

STellionatus accuſatio inter crimina publica [8] non habetur. PP. Idib. April. ATTICO, & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Crimen committit, qui rem obligatam priori obligat ſecundo ignoranti: vel qui animo decipiendi creditorem cum alio fingit anteriorem obligationem. Salic.

4. Imp. PHILIPPUS A. Euprepio.

IGnorantia creditoris, cui [9] res pridem apud alios obligatæ, pignoris, ſive hypothecæ jure obligantur, non ſine periculo capi conſuevit. Etenim hujuſmodi fraudes ad extraordinariam criminis executionem ſpectare, ac ſtellionatus commiſſum ſeveriſſime [10] eſſe vindicandum ſæpe reſcriptum eſt: Proinde ſive ignorantiam tuam debitor circumvenire [11] tentaverit, ſive obligatione rite perfecta, participato fraudis conſilio, per ſubjectam quaſi anteriorem [12] perſonam diſpendium tuum ad occultum compendium ſuum [trahere] pertentat, adire ſuum judicem potes, congruentem juri, ac debitæ religioni ſententiam relaturum. PP. 6. Idib. Maji, PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

TIT. XXXV.
DE INJURIIS [13].

Servo *alieno injuriam facere non licet.*

1. Imp. ALEXANDER A. Syro.

NEc ſervis quidem alienis licet [14] facere injuriam. PP. 11. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De marito, & patre affecto injuria.

2. Idem A. Clavo.

INjuriarum actio tibi duplici [15] ex cauſa competit cum & maritus [16] in uxoris pudore, & pater [17] in exiſtimatione filiarum propriam injuriam pati intelligantur. PP. prid. Id. Maji, AGRICOLA, & CLEMENTE CONSS. 231.

Delator *appellatus ſi quis fuerit.*

3. Imp. GORDIANUS A. Donato.

SI non es nunciator, vereri non debes, ne ea propter quod injuriæ faciendæ gratia quidam te veluti *delatorem* [18] eſſe dixerunt, opinio tua maculata ſit. Quinimo adverſus eos, qui minuendæ opinionis tuæ cauſa aliquid confeciſſe comperientur more ſolito injuriarum judicio experiri potes. PP. 2. Id. Julias, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Sacerdoti *in habitu, & ornamento facta injuria.*

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Vindio.

ATrocem [19] ſine dubio injuriam eſſe factam manifeſtum eſt, ſi tibi illata eſt cum [20] eſſes in Sacerdotio [21], & dignitatis habitum [22], & ornamenta præferres: & ideo vindictam potes eo nomine perſequi. PP. 2. * ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

Veritas *a calumnia excuſat:* Anno *actio injuriarum præſcribitur.*

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Victorino.

SI non [23] convicii conſilio [24] te aliquid injurioſum dixiſſe probare potes: fides [25] veri [26] a calumnia te defendit. † Si autem in rixam inconſulto [27] calore prolapſus homicidii convicium objeciſti, & ex eo die annus [28] exceſſit: cum injuriarum actio annuo tempore præſcripta ſit, ob injuriæ admiſſum conveniri non potes. PP. 6. Id. Jul. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

Patronus vel ejus heres injuriam liberto facere non poteſt. Salic.

Libertis *a patrono injuria fieri non debet.*

6. Iidem AA. & CC. Flaviano.

CUm nec patronos [29] injuriam facere libertis juris æquitas permittat, proponaſque patronæ heredes eum, qui libertatem a defuncta acceperat, injuriis [30] afficere: curabit Præſes provinciæ contumeliam heredum compeſcere. PP. Id. Jul. ipſis IV. & III. A. 290.

Hoc crimen eſt privatum. Salic.

7. Iidem AA. & CC. Potentiano.

INjuriarum cauſa non publici judicii, ſed privati [31] continet querelam. S. Id. Febr. *Sirmii*, AA. CONSS.

Pro atroci injuria in perſonam ſervi illata, dominus poteſt agere civiliter & criminaliter ad vindictam. Salic.

Servi *injuriati nomine dominus agit.*

8. Iidem AA. & CC. Martiano.

DOminum pro atroci injuria quam ſervus ejus paſſus eſt, Edicti perpetui actione propoſita, qua damni [32] etiam haberi rationem verbis evidenter exprimitur, agere poſſe convenit. S. 15. Kal. Nov. AA. CONSS.

Qui liberum dicit ſervum, infamandi cauſa tenetur injuriarum, niſi ſic eſſe faciat pronunciari. Salic.

Servum *liberum vocans injuriarum tenetur.*

9. Iidem AA. & CC. Nonnæ.

QUi liberos infamandi gratia dixerint *ſervos* [33] injuriarum [actione] conveniri poſſe, non ambigitur. S. 6. Kalend. Decembr. *Nicomediæ*, AA. CONSS.

Dicens alicui verba injurioſa per viam judicii, ſi deſiſtit a procedendo, poteſt injuriarum conveniri. Bald.

10. Iidem AA. & CC. Paulo.

SI quidem aviam tuam ancillam [34] (infamandi cauſa) Reipublicæ civitatis Comanenſium [35] dixit Zenodorus ac receſſit: injuriarum actione ſtatim conveniri poteſt. Nam ſi perſeveret in ea cauſa facultatem habens agendi, ſuper hac re deferri querelam, ac tunc demum, ſi non eſſe ſerva fuerit pronunciata, poſtulari convenit. S. 15. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Cauſam injuriarum civilem, vel criminalem, tam active quam paſſive poſſunt illuſtres per procuratorem exercere. Salic.

De perſonis Illuſtribus.

11. Imp. ZENO [36] A. Alexandro viro illuſtri.

SI quando injuriarum actio (quam inter privata [37] delicta veteris juris auctores connumerant) [a] quibuſlibet Illuſtribus viris militantibus, ſeu ſine cingulo conſtitutis, vel uxoribus eorum vel liberis maſculini ſexus, vel filiabus (ſuperſtitibus videlicet patribus aut maritis illuſtribus) vel ſi adverſus aliquam hujuſmodi perſonam criminaliter forte movetur, ipſos quidem qui ſuper injuria queruntur inſcribere: aliaque omnia quæ in hujuſmodi cauſis de more procedunt, ſolenniter obſervare decernimus: licere [38] autem Illuſtri [39] accuſatori, vel reo, vel uxori, vel liberis maſculini ſexus, ſeu filiæ itidem Illuſtris ſuperſtitis, cauſam injuriarum [40] in quocumque judicio competenti per procuratorem criminaliter ſuſcipere, vel movere: ſententiam Judice contra eum qui procuratorem dederit (etſi ipſe non adeſſet judiciis, ſed cauſam per procuratorem diceret) legibus prolaturo: ita tamen, ut nullus alius idem ſibi audeat vindicare, vel a noſtro numine poſtulare: ſed in cæteris mos judiciorum [41], qui hactenus obtinuit, in poſterum ſervetur intactus. Dat. 5. Non. Novemb. *Conſtantinop.* Illo V. C. CONSS. 478.

1 Adverſus novercam negotiorum geſtorum & vi bonorum raptorum agi poteſt, *ut hic*, & expilatæ hereditatis. 2 Vide *l. 4. ſupr. h. t.*
3 Dixi ad *L. 47. D. 20.* 4 Si res eadem pluribus pignorata. 5 Pœnitentia plerumque purgatur delictum. vid. *l. 65. ff. de furtis.* 6 *l. 20. ſupr. de pactis.* vide Cujac. *cap.* 13. *obſerv.* 21. Hotom. 3. *obſerv.* 4. 7 *l. 16. §. 1. ff. de pign.* vide Menoch. 2. *de arbitr. jud. caſu* 38. 8 *l. 1. ff. h. t. l. 3. de extraord. crim.* 9 *l. 30. in fin. ff. de pign.* 10 Stellionatus ſeveriſſime vindicantur. 11 Vid. Cujac. 13. *obſerv.* 21. *in fin.* 12 Gallis *antidata.*
13 Dixi ad *L. 47. D. 10.* 14 Si ſpectemus ſervi dominium; alias ſervis nulla fit injuria jure Romano. §. 3. *Inſt. h. t.* adde *l. 1. §. 3. l. 15. §. 34. ff. h. t.* 15 *l. 1. in fin. l. 30. in fin. ff. h. t.* 16 *d. l. 1. §. 3. & §. ult. l. 18. in fin. ff. & §. 2. Inſt. h. t.* 17 *d. §. 3. d. §. ult. d. l. 18. d. §. 2.* 18 Delatoris nomen turpe eſt, ideoque injuriarum tenetur, qui alium delatorem appellat. 19 *l. 7. in fin. l. 8. l. 9. ff. it. §. 9. Inſt. h. t.* 20 Creſcit injuria ex tempore. *l. 16. §. 5. ff. de pœnis.* 21 Dixi ad *l. 16. §. 3. ff. de pœn.* 22 *l. 9. ff. h. t.* 23 *l. 15. §. 38. l. 18. ff. h. t.* Præſumitur dolus, quoties aliquid de genere prohibitorum, id eſt, quod legibus prohibitum ſit, vel moribus, admittitur: vide tamen Socin. *reg.* 92. ſic verba injurioſa animo conviciandi prolata fuiſſe præſumimus, eo tamen caſu purgationis juramentum, cauſa cognita, deferri poteſt: habita nimirum ratione perſonæ, quæ injurioſis natura ſua verbis uſa eſt: veluti ſi perſona propinqua, ſi ætate ſenili, ſi imperium juſve aliquod habens talibus verbis uſa fuerit. vide Gaylium 2. *obſerv.* 106. Goth. Adde Maſcard. *de probat. concluſ.* 902. *num.* 4. *& ſeq.* Anſ. 24 *l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 41. in fin. ff. ad l. Aquil.* adde *l. 50. §. 2. l. 53. ff. de furtis. §. 7. Inſt. de oblig. ex delicto. l. 1. ſupr. ad l. Corn. de ſicar. l. 1. §. 8. ff. de inſpiciendo ventr.* Quid ſi quis proteſtatione habita, vel ſecuta, convicium alicui dixerit? tenetur injuriæ. Proteſtatio enim facto contraria non excuſat, maxime ſi factum ipſum proteſtatione potentius, id eſt, gravius eſt. vide *l. 21. ff. de adquir. hered.* 25 Fides veri & innocentiæ maximam habet ſecuritatem. vid. Roland. a Valle 1. *conſ.* 54. 26 Veritas convicii an excuſet injuriantem ſive conviciantem, vid. Gaylium 2. *obſ.* 99. 100. 101. 27 *l. 16. §. 2. ff. de pœn. l. 48. ff. de reg. jur.* vid. *Novell.* 2. *Conſtantin. Porphyrogenet. in fin.* Ira an a delicto excuſet, vid. Clar. 5. *ſent. §. injuria, in fine, & eo libr. §. ult. q.* 68. *n.* 4. 28 Injuriæ actio anno tollitur, *l. 17. §. 6. in fin. ff. h. t.* vide Bellovisan. 1. *cap.* 3. *num.* 11. Clar. 5. *ſent. §. injuria.* Injuriæ, inquam, verbalis, at non realis & ſcriptæ ſeu libello, ſcripturave propoſitæ. Cum enim duret & continuetur hujuſmodi injuria: anno tolli non debet, & ita ſervari in Camera Spirenſi, notat Gaylius 2. *obſerv.* 204. Quid annus in actione injuriarum, eſtne continuus vel utilis? curritne ignoranti, ut ſcienti? ita putat Accurſius: ſed contra cenſuit Camera Spirenſis. vide Gayl. 2. *obſerv.* 106. 29 *l. 7. §. 2. ff. h. t. l. 10. §. 12. ff. de in jus vocand.* 30 Atrocibus ſcilicet, *d. §. 2. d. §. 12.* 31 *l. ult. J. h. t.* 32 *l. 15. §. 46. ff. h. t.* 33 Liber ſine injuria ſervus appellari non poteſt. Injuria eſt libero, ſervum appellari. *l. 10. infr. l. 11. §. ult. l. 12. ff. h. t. l. 31. ſupr. & l. 39. §. 1. ff. de liberali cauſa.* 34 Dixi ad *l. 9. ſupr. h. t.* 35 *Commenſium.* Hal. alii legunt *Cumanenſium.* 36 Fit hujus conſtitutionis mentio in §. 10. *Inſt. h. t.* 37 Injuria privatum eſt delictum. *l. 7. s. h. t. l. 4. §. 1. ff. de procuratorib.* 38 Viri illuſtres, ordinarii, vel honorarii de injuria criminaliter agere & excipere per procuratorem poſſunt, *ut hic, & l. 25. ſupr. de procuratoribus.* (Idem epiſcopis & presbyteris tribuitur. *Novell. Valentiniani de epiſcop. jud.*) ea tamen lege, ut ſubſcribant in crimen & in eorum perſona nominatim fiat condemnatio. Alia injuriarum accuſatio non fit per procuratorem. *d. §. 10.* Hinc illud, *injuriarum non niſi præſentes accuſare poſſunt.* Paul. 5. *ſentent.* 4. §. 12. 39 Imo idem alii conceditur. *d. l. 4. §. 1. ff. de procurator.* 40 Specialiter illuſtribus hoc datum eſt in cauſa injuriarum. Nam criminaliter nemo agit per procuratorem. *l. ult. ſupr. ubi ſenator. l. penult. ff. de publicis judic. l. 1. ff. an per alium cauſ. appellat. His adde Nov. 71.* 41 *l. 12. Cod. de reb. cred.* Guid. Pap. *in præfat. deciſ.* Everhard. *loco a ſtylo ad curiam.* Anſ.

TIT.

TIT. XXXVI.
DE FAMOSIS [1] LIBELLIS.

Qui famosum carmen de aliquo invenerit, illud pandere non debet. Salic.

1. Impp. VALENTINIANI & VALENTIS AA. Edictum.

SI quis [2] famosum libellum sive domi, sive in publico, vel quocunque loco ignarus repererit, aut corrumpat priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si vero non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestaverit, sciat se quasi auctorem hujusmodi delicti capitali sententiæ subjugandum. Sane, si quis devotionis suæ, ac salutis [3] publicæ custodiam gerit: nomen suum profiteatur [4], & quæ per famosum [libellum] persequenda putaverit, ore proprio edicat: ita ut absque ulla trepidatione accedat, sciens [quidem,] quod si adsertionibus [suis] veri fides fuerit opitulata, laudem maximam & præmium [5] a nostra clementia consequetur: Sin vero minime hæc vera ostenderit, capitali [6] pœna plectetur. Hujusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat. PP. 16. Kalend. Mart. *Constantinop.* VALENTINIANO & VALENTE, AA. CONSS. 365.

TIT. XXXVII.
DE ABIGEIS [7].

Crimen abigeatus sine inscriptione potest proponi. Salic.

1. Impp. HONOR. & ARCAD. AA. Pasiphilo.

ABacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine [8] ea observatione proponitur. Dat. 8. Kal. Jan. *Mediolani*, OLYBRIO & PROMOTO [9] CONSS. 395.

TIT. XXXVIII.
DE [10] NILI [11] AGGERIBUS [12] NON RUMPENDIS [13].

Rumpentes aggeres Nili, vel ejus aquam ultra solitum occupantes concremantur: & ejus criminis participes deportantur, sine spe veniæ. Salic.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI quis posthac per Ægyptum intra [14] duodecimum [15] cubitum, fluminis Nili ultra [16] fluenta [17] de propriis ac vetustis usibus, præter fas præterque morem antiquitatis, usurpaverit: flammis eo [18] loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam, & propemodum ipsius Imperii appetierit securitatem, conscriis & consortibus ejus, deportatione constringendis: sic ut nunquam supplicandi eis, vel recipiendi civitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. Dat. 10. Kal. Octobr. *Constantinop.* HONORIO VIII. THEOD. III. AA. CONSS. 409.

TIT. XXXIX.
DE [19] HIS QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT [20].

Eadem pœna puniuntur receptatores, qua rei principales. Salic.

1. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. Simplicio Vic.

EOs qui secum alieni criminis reos occultando, eum eamve sociarunt: par [21] ipsos & reos pœna expectet: & latrones [22] quisquis sciens susceperit, & eos offerre Judicibus supersederit, supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ & judicis æstimatione plectetur. PP. *Romæ*, 10. Kal. Apr. GRATIANO A. III. & EQUITIO, V. C. CONSS. 374.

2. Imp. MARTIANUS A. Palladio P. P.

SI qui latrones, seu aliis criminibus obnoxii in possessione degunt seu latitant: dominus possessionis si præsto est, aut procuratores si dominus abest, seu primates [23] possessionis ultro eos offerant: aut si scientes hoc sponte non fecerint, conveniantur a civili officio, ut tradant provinciali judicio eos qui requiruntur, sub examine judicis arguendos, & pœnas post documenta congruas subituros. Si vero exhibere eos domini, vel procuratores aut primates [24] possessionis distulerint: tunc ad detinendos eos [adito] rectore provinciæ omnia civilia dirigantur auxilia. † Sin autem propter multitudinem forte eorum qui in prædio sunt, civile adminiculum sufficere non posse constiterit, & memorati audaces executoribus objecerint manus, vel alias parere distulerint: tunc judex provinciæ memor periculi sui, a viro devoto tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet: ut per militarem [25] manum correpti accusati, sine damno atque læsione cujuslibet legibus offerantur, & convicti pœnas subeant competentes: non ignaro judice, quod si adversus innocentem ob aliam causam præter latronum vel aliorum nocentium investigationem, militare auxilium postulaverit, aut dispendiis affici provinciales concesserit: commotione severissima (prout tua celsitudo judicaverit) ferietur. Tribuni etiam sive primates numerorum [vel officiorum] qui in locis sunt, admoniti per literas judicis, si adminiculum militare præbere noluerint, aut si ab ipsis militibus damna provincialibus inflicta fuerint: & damna & læsiones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium magistrorum militum ferientur. † Domini etiam prædiorum, seu procuratores vel primates possessionum impunes non manebunt, si præsentes & scientes ultro non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint: nam dominus quidem possessionis dominio privabitur: procurator vero seu primates perpetuo exilio subjacebunt. † Ipsi quoque procuratori vel domino vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticanorum sufficere non posse firmaverint, & id provinciali judicio palam fecerint: militare auxilium rector provinciæ a tribuno vel a primatibus numeri faciet dari; si civilia non posse sufficere perspexerit. † Si vero post exhibitionem eorum, qui accusantur, innocentes eos esse, & nihil criminis admisisse patuerit: accusatores pœnam quæ in calumniatores exercenda est, subire cogantur. † Exemplo enim grave est sic latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. Dat. 12. Kal. Jan. *Constantinop.* MARINIANO & ASCLEPIODOTO CONSS. 423.

TIT. XL.
DE REQUIRENDIS [26] REIS.

Contra absentem de gravi crimine accusatum non fertur definitiva, sed citati non comparentis bonorum annotatio debet fieri. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Rustico.

CUm absenti reo gravia crimina intentantur, sententia [27] festinari non solet, sed adnotari [28], *ut requiratur:* non utique ad pœnam, sed ut potestas ei sit purgandi se, si potuerit. Postquam vero requirendus factus intra annum redierit: si se crimine purgaverit, res arbitrio Judicis signatas recipiat. Sin vero intra id tempus reversus, post intimationem suam fuerit defunctus: etsi necdum se purgaverit, ad heredes proprios res transmittat. Dat. * TUSCO & BASSO CONSS. 212.

Adnotati bona intra annum non comparentis, irrevocabiliter confiscantur: & postea veniens repertus nocens, punitur, innocens vero absolvitur, non propterea bona recuperat. Salic.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

QUicunque ex eo die, quo reus fuerit in judicio petitus, intra anni [29] spatium noluerit adesse judicio, res ejus fisco vindicentur. Et si postea repertus, nocens fuerit deprehensus, severiori sententiæ subjugetur. Sed si argumentis evidentibus & probatione dilucida innocentiam suam purgaverit, nihilominus facultates ejus penes fiscum remaneant. Dat. Id. Jan. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

Contumax in civili causa, non notatur etiam facti infamia, contumax vero in causa criminali, adficitur infamia facti. Salic.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P. P.

IN pecuniariis causis edictum contra latitantem propositum, existimationem ejus non lædit. † Criminalis vero programmatis [30] tenor hanc tantam ferat de jure censuram, ut inter reos adnotati, non tantum patrimonium debeat transferre, sed & famæ existimationem lædere. Dat. 7. Kal. Jul. *Ravennæ*, EUSTACHIO & AGRICOLA CONSS. 421.

TIT. XLI.
DE QUÆSTIONIBUS [31].

De servis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antianæ [32].

QUæstionem [33] de servis contra dominos haberi non oportet: exceptis [34] adulterii [35] criminibus, item fraudati census [36] accusationibus, & crimine majestatis [37], quod ad salutem Principis pertinet. In cæteris autem quanquam ea, quæ servus contra dominum dixit, judicaturi sententiam formare non debeant, tamen si aliis quoque probationibus [38] fides veritatis investigetur, præscriptionis invidia evanescit. † In [39] pecuniariis [40] vero causis nec [41] inopia probationum servos contra domi-

---

1 *L.9. C. Theod.* 34. dixi ad *Lib.* 47. *D.*10. adde 60. *Ecl.* 63. περὶ φλυαρῶν χαρτῶν &c. id est, de famosis libellis, hoc est, de pugillaribus, qui abjiciuntur & criminationes quorundam continent &c. 6. Harm. 9. Paul. 5. *sent.* 4. §. 6. 2 *l.* 9. *C. Th. h. t. Eclog. dict. loco, cap.* 1. 6. Harm. *dict. loco, vers.* ὁ εὑρίσκων. §. 1. *Inst. de injuriis. l.* 5. §. 9. *l.* 15. §. 29. *ff. de injuriis.* Paul. 5. *sent.* 4. §. 15. 17. 3 *l.* 33. *ff. de injur.* 4 Id enim scire expedit. *l.* 18. *ff. de injuriis.* 5 *l.* 5. *in fine ff. h. t.* 6 Dixi ad *leg.* 12. *tabularum, lib.* 2. *tit.* 25. §. 3.

7 Dixi ad *L.* 47. *D.* 14. 60. *Ecl.* 25. 8 *Ecl. d. loco. c.* 4. *in fin. l.* 8. *C. Theod. de jurisdict.* ex qua præter hanc desumpta est *l.* 8. *supr. unde vi, & l. pœna. supr. de accus.* adde Cuj. 1. *obs.* 20. *in fin.* 9 Probino.

10 *L.* 9. *C. Theod.* 32. 11 De Nilo, vide *l.* 1. §. 5. *ff. de fluminib. can. Ecclesia* 45. *de consecratione dist.* 4. *Gen.* 2. *Diodor.* 1. Cœlium Rhodiginum 14. *cap.* 39. 12 Qui & *chomata, l.* 10. *ff. de extraord. crim.* 13 *Corrumpendis, C. Theod. h. t.* 14 Id est, cum incrementum Nili nondum excesserit duodecim cubitos. 15 Plin. 5. *cap.* 9. loquens de Nilo, *Justum*, inquit, *incrementum est cubitorum* 16. *Minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedendo. Hæ serendi tempora absumunt, solo madente: illæ non dant, sitiente. Utrumque reputat provincia. In* 12. *cubitis* (*nota causam hujus constitutionis*) *famem sentit; in* 13. *etiamnum esurit:* 14. *cubita hilaritatem afferunt,* 15. *securitatem,* 16. *delicias.* (*hinc illud Ammiani* 22. de Nilo. *Eum nemo aliquando extolli cubitis altius* 16. *possessor optavit*) *Maximum incrementum fuit cubitorum* 18. *Claudio principe, minimum quinque Pharsalico bello, veluti necem Pompeji Magni prodigio quondam flumine aversante. Cum stetere aquæ, apertis molibus admittuntur.* Hæc Plinius. Visum est & illud adjicere, Nilum augescere Sole in Cancro, vel ut Græci 58. *Ecl.* 16. ἐν τῷ θέρει adusque transitum in Libram diebus 100. Ammian. *lib.* 22. His adde Herodot. *lib.* 2. Diodor. 1. *cap.* 3. 16 *Valla fluentis*, Hal. *Ulla fluenta, l. un. C. Th. h. t.* 17 Hoc innuit, Nemini licere ullos rivos, ullave fluenta intra 12. cubitum, seu πρὸ τῆς ἀναβάσεως τῆ δωδεκαπήχεως. *Græci hic*, id est, cum incrementum Nili nondum excessit 12. cubitum, derivare sibique usurpare, & hic quidem casus diversus est a *l. penult. ff. de extr. criminib.* Qui contrarias leges existimaverunt, finxere duplices Nili aggeres: unos altissimos ad arcendam aquam Nili, ne urbes & villas obrueret: & de his quidem agi hac constitutione: alios minores ad limum retinendum. vid. Forcat. *cap.* 14. *penus.* 18 De ignis supplicio, adde *l.* 28. *ff. de pœn. l.* 9. *in fin. supr. ubi causæ fiscal. l. un. supr. de mulierib. quæ se propriis servis junx. l.* 3. *supr. de maleficiis. l. un. in fin. supr. de raptu. l. un. infr. de his qui parent. vel liber. l.* 2. *supr. de falsa moneta. l.* 6. *ff. ad leg. Jul. peculat. l.* 8. §. 2. *l.* 28. §. 11. 12. *ff. de pœn. l.* 1. *infr. de immun. nemini conced. l.* 9. *infr. de re mil.* adde *l.* 8. *supr. de summ. trin. l.* 3. *in fin. supr. de Judæis. l.* 6. §. 1. *supr. de hæret. l.* 6. *infr. de jur. fisci.*

19 *L.* 6. *C. Theod.* 28. 20 Περὶ ὑποδεκτῶν τῶν ὑποδεχομένων λῃστὰς &c. 60. *Ecl.* 27. dixi ad *Lib.* 47. *D.* 16. 21 *l.* 1. *ff. h. t. l.* 1. *C. Theod. h. t. Eclog. d. loco cap.* 1. 22 *l.* 2. *C. Theod. h. t. Ecl. d. loc. c.* 2. 23 Primates possessionis videntur esse, quibus præcipua possessionis cura demandata est, licet non sint specialiter procuratores possessionis constituti. 24 De primatibus possessionis, vide *supr. h. t.* 25 *l.* 68. *ff. de rei vindicat. l.* 3. *ff. ne vis fiat.*

26 Dixi ad *L.* 48. *D.* 17. 27 *l.* 1. *ff. h. t. Nov.* 134. *cap.* 5. *l.* 6. *supr. de accus. l.* 2. *supr. de sent. ex periculo.* 28 An hodie adnotatio locum habeat, vid. Clar. 5. *sent.* §. *ult. q.* 44. 29 *l.* 1. §. 3. *l.* 2. *l.* 4. *ff. h. t.* 30 vid. *supr. comminat. epist. programm.*

31 Dixi ad *L.* 48. *D.* 18. adde *L.* 9. *C. Theod.* 35. *genera quæstionum.* vid. apud Cujac. 5. Paul. *sent.* 14. §. 1. 32 *Antigono.* vide Cujac. 2. *obs.* 33. 33 vide Cujac. *d. loc.* Goth. Hæc lex est canonizata in *cap.* 59. *q.* 2. & est Impp. *Antonini & Veri*, non *Severi*, *d. loco.* Ans. 34 Servus in dominum non torquetur, nisi in adulterii, vel majestatis quæstione. Quod si præter ea, quæ servus deposuit, aliæ contra dominum probationes sint, ne tum quidem dominus torqueri debet, sive depositionem servi, sive probationes illas consideres. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 60. *tit.* 50. *c.* 22. 1. Harm. 14. §. 19. 35 *l.* 8. §. 6. *supr. de repud.* 36 *l.* 1. §. 20. *ff. h. t.* 37 *l.* 7. 8. *ff. ad leg. Jul. majest.* 38 vid. Papon. 24. *Arrest.* 9. *arg.* 2. 39 Servi in caput domini, neque a præside, neque a procuratore, neque in pecuniariis, neque in capitalibus causis interrogari possunt. Paul. 5. *sent.* 16. §. 5. servi in pecuniariis causis, ne quidem inopia probationum, contra dominos torquentur. *Synops. ibi cap.* 22. 40 De differentia pecuniariæ & criminalis causæ, vid. Cujac. 2. *observ.* 28. 41 *l.* 6. *in fin.* J. *h. t. ex inopia*, Hal. quæ lectio a Cuj. 20. *observ.* 33. probatur: reprehenditur

num

num interrogari posse manifestum est. PP. Kalend. Januar. FUSCO [1] II. & DEXTRO CONSS. 197.

Servi non audiuntur contra tutorem, vel matrem domini sui. Bald.

2. Iidem AA. & CC. Catulo.

INsolitum est [2], & grave exemplo, audiri servos adversus tutores [3], vel matrem [4] dominorum suorum: nisi tutelæ agatur. Proposita tertio Idib. Sept. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De fœminis.

3. Imp. ANTONINUS A.

CUm [5] cognitionaliter audisset, dixit:

PRimum [6] servi alieni interrogabuntur, si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, ut videantur accedere ad verisimilia [7] causæ crimina.

† Ipsa quoque mulier [8] torquebitur. Neque enim ægre feret, si torqueatur, quæ venenis suis viscera [9] hominis extinxit. PP. 7. Kal. April. SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De convictis & confessis alios accusantibus.

4. Pars ex rescripto Imp. ANTONIN. A.

SIcuti [10] convictis confessisque ad societatem [11] scelerum vocantibus eos, a quibus apprehensi [12], custoditive sunt, facile credi non oportet: ita si evidentibus [13] rationibus post commissum communiter facinus, ad evitandam de se sententiam id [14] fecisse fuerint probati, publicæ vindictæ non sunt subtrahendi. PP. 5. Kal. April. SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De his, qui libertatem supremo judicio acceperunt.

5. Imp. ALEXANDER A. Respecto.

NEc si mors testatoris vindicanda est [15], quæstioni indiscrete subjiciuntur hi, qui libertatem [16] supremo judicio acceperunt. PP. 6. Idib. Mart. JULIAN. II. & CRISPO CONSS. 225.

De servis & libertis.

6. Imp. GORDIANUS A. Herodiano.

PRidem placuit, domestica servorum seu libertorum propriorum, vel maternorum interrogatione in causis ad dominos, vel patronos pertinentibus abstinendum esse: ut neque pro [17] his, neque adversus [18] eos in capitalibus, vel pecuniariis [19] quæstionibus veritatis vim obtinere possit, quod in confessionem ab eis fuerit deductum. PP. 7. Idib. Maji, SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De servis.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbanæ.

SErvos, qui proprii indubitate juris tui probabuntur, ad interrogationem nec offerente [20] te produci sineremus: tantum abest, ut etiam invita te contra dominam vocem rumpere cogantur. PP. Kalend. Novemb. MAXIMO, II. & AQUILINO CONSS. 286.

De militibus & militia missis & eorum filiis. 1. Non esse a tormentis incipiendum: & de conditione personarum spectanda.

8. Iidem AA. ad Salustium præsidem.

MIlites [21] neque tormentis, neque plebeiorum pœnis in causis criminum subjungi concedimus, etiamsi non emeritis stipendiis suis videantur esse dimissi: exceptis his, qui scil. ignominiose [22] sunt soluti: quod & in filiis militum & veteranorum servabitur. §. 1. Oportet autem judices nec in his criminibus, quæ publicorum judiciorum sunt, ad investigationem veritatis a tormentis *initium* [23] *sumere*; sed argumentis [24] primum verisimilibus [25] probabilibusque uti. Et si his veluti certis indiciis [26] ducti, investigandæ veritatis gratia ad tormenta putaverint esse veniendum: tunc id demum facere debebunt, si personarum [27] conditio patiatur. Hac enim ratione etiam universi provinciales nostri fructum ingenitæ nobis benevolentiæ consequentur. PP. sine die & CONS.

De causa ingenuitatis.

9. Iidem AA. & CC. ad Charissimum præsidem Syriæ.

SUper statu *ingenuitatis* per omnia interrogationum & quæstionum vestigia [28] decurrendum est: ne alienæ forte sordidæ stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari: vel propria ac debita, per compositam quæstionem, quibus competit, successio denegetur. Dat. 6. Id. Maji. Emissa ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Si testamentum falsum dicatur.

10. Iidem AA. & CC. Ptolemæo.

CUm [29] testamentum falsum esse proponas: ad illuminandam veritatem *servos* hereditarios [30] (etsi libertas eis ab eo, qui se heredem esse adfirmet, præstita est) etiam per tormenta interrogari, constitutionibus principum est permissum. PP. 6. Kal. Septembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De his, qui torquendi non sunt.

11. Iidem AA. & CC. Boëtho.

DIvo Marco placuit, *eminentissimorum* [31] quidem, necnon etiam *perfectissimorum* virorum usque ad pronepotes [32] liberos, *plebeiorum* pœnis, vel quæstionibus non subjici: si tamen propioris gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transgreditur, nulla violati *pudoris* macula adspergit. † In *decurionibus* [33] autem & filiis [34] eorum hoc [35] observari vir prudentissimus Domitius Ulpianus in publicarum disceptationum [36] libris ad perennem scientiam & memoriam refert. PP. 5. Kal. Decembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Si quæstio sit de dominio servi.

12. Iidem AA. & CC. Alpro.

QUoties de dominio *mancipiorum* tractatur, si aliis probationibus veritas illuminari [37] non possit: de se [38] ipsa esse [39] cum tormentis interroganda, juris auctores probant. PP. 3. Id. Maji, *Sirmii*, TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Si de hereditate quæratur.

13. Iidem AA. & CC. Philippæ.

HOc, quod placet, si de hereditate quæratur, hereditarios [40] *servos* interrogari, tibi opitulari non potest. Ubi [41] enim de dominio incertum est [42], ad quem hereditas pertineat: merito per interrogationem hereditarii servi ad veritatis indaginem pervenitur. Tu autem adseverando servum communem esse, non dubitas portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quæ res quæstionem haberi ab eo non permittit: cum nec communis [43] servus adversus dominum communem, qui non occidisse socium [suum] dicatur, interrogari possit. S. 3. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De servis.

14. Iidem AA. & CC. Constantio.

SErvos non solum pro dominis, sub quorum dominio sunt constituti, sed nec pro his, quorum antea [44] fuerunt, interrogari posse constat. S. 8. Id. April. CC. CONSS.

Ubi de facto servi quæritur, ipse potest torqueri. Salic.

15. Iidem AA. & CC. Maximo.

INterrogari *servos* de facto suo [45], non solum in criminali causa, sed etiam in pecuniaria (veluti [46] quando per eos depositi, vel commodati nomine, vel aliis causis legibus cognitis res aliis præstitæ sunt) posse, non ambigitur. S. 5. Id. April. CC. CONS.

De decurionibus.

16. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. ad Antonium P. P. Galliarum.

DEcuriones [47] sive ob alienum, sive ob suum debitum exortes omnino earum volumus esse pœnarum, quas fidiculæ & tormenta constituunt. Quod quidem capitale [48] judici erit, si in contumeliam ordinis exitiumque tentetur. Majestatis [49] tantummodo reos, & (quæ nefanda dictu sunt) conscios, aut molientes ex ordine municipali, maneat tam cruenta conditio. Dat. 15. Kalend. Octob. *Treveris*, VALENTE V. & VALENTINIANO AA. CONSS. 376.

De his, qui torqueri non debent.

17. Impp. ARCAD. & HONORIUS AA. Messalæ P.P.

NIhil [50] sibi deflectens a justitia indignatio cognitorum, nihil venalis [51] exigentium terror in eas, quæ aut innocentia securæ, aut principali sunt honore munitæ, intelligat licere personas, ad inferendas injurias corporales: habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimoniis commendata devotio. Idemque & si munera decurionatus [52] quis deposuerit: nam & ipse propter pristinam dignitatem quæstionem non patitur. Datum 12. Kal. Sept. THEODORO V. C. CONS. 399.

tamen a Roberto 2. *recept.* 8. 1 Prisco. 2 Servi ne quidem inopia probationum torquentur contra dominorum tutorem, vel matrem: nisi actio tutelæ instituatur. *Synops. Basil. d. c.* 22. 3 Sunt enim domini loco. *l.* 56. §. 4. *ff. de furtis.* 4 *l.* 10. §. 2. *ff. h. t.* 5 Vide inscriptionem legis 1. *supr. de appellation.* 6 Si mulier accusetur, quasi maritum suum veneno necaverit, non in eam servi sui tantum, sed & alieni torquentur: prius tamen alieni, ac siquidem veritatis argumentum demonstratum fuerit, ipsa quoque mulier torquetur. *Synops. Basil. ib. cap.* 24. 7 *l.* 8. §. 1. J. *h. t.* 8 Mulier torqueri potest. 9 Potest ita legi, *venenis suis in visceribus hominem extinxit.* 10 *Quæstioni ejus latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non convenit, nisi id forte velandæ conscientiæ suæ gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur.* Paul. 5. *sentent.* 16. §. 10. hoc est, latroni convicto, confessoque non facile credendum, quoties ad societatem sceleris vocat eum, a quo oblatus & proditus est, nisi evidenter appareat commisso communiter scelere, captandæ impunitatis gratia, hunc ad illius proditionem festinasse. adde *l.* 1. §. *cum quis.* 26. *ff. h. t.* 11 *l.* 1. §. 26. *ff. h. t. l.* 37. *in fin. supr. de liber. caus. l. ult. supr. de accus.* 12 vide *l.* 1. §. 26. *ff. h. t.* 13 Socio criminis creditur, quoties evidenter probat. 14 Hoc est, socium adprehendisse, custodisse, obtulisse, prodidisse. 15 Nam de minore vigintiquinque annis quæstio non habetur. *l.* 10. *ff. h. t.* sed nec de eo, qui non fuit sub eodem tecto. *l.* 1. §. 26. *ff. de SC. Silaniano.* 16 *l.* 19. *ff. h. t. l.* 1. §. 5. *ff. de SC. Silaniano.* 17 Servus in dominum & pro domino; libertus in patronum & pro patrono torqueri non debet. *l.* 7. *infr h. t.* 18 *l.* 1. §. 5. *ff. h. t.* 19 *l.* 1. *in fin.* S. *h. t.* 20 *l.* 6. *supr. h. t. l.* 18. §. 7. *ff. h. t.* 21 Idem de quibusdam aliis personis. *l.* 11. *infr. h. t.* & decurione. *l.* 9. §. 11. *ff. de pœn.* sed hæc desueta sunt in Gallia. Rebuff. *in proœm. const. gloss.* 5. *num.* 115. 22 Ignominiose missi non fruuntur privilegio militum. 23 A tormentis initium sumi non oportet, *ut hic*, & *l.* 1. *ff. h. t.* *In criminibus eruendis, quæstio quidem adhibetur, sed non statim a tormentis incipiendum est: ideoque prius argumentis quærendum est: & si suspicione aliqua reus urgeatur, adhibitis tormentis, de sociis & sceleribus suis confiteri compellitur.* Paul. 5. *sent.* 14. §. 1. 24 *l.* 1. §. 1. *l.* 18. §. 2. *ff. h. t.* 25 *l.* 3. S. *h. t. l.* 17. *supr. ad l. Corn. de falsis.* 26 Suspicionibus, *l. ult. ff. h. t.* plus est, quam si indicio dixisset. An dictum unius testis sufficit ad quæstionem? sufficere non videtur *l.* 20. *ff. h. t.* quod Bossius non probat 3. *pract.* 6. *num.* 26. 27. 28. 27 vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 24. *num.* 36. *& seq.* 28 Puta per servos, maxime si aliter veritas cognosci non potest. *l.* 9. *l.* 18. §. 4. *ff. h. t.* 29 Torquentur servi hereditarii, quum testamentum falsum esse dicitur. *Synops. d. tit.* 50. *l.* 31. 30 Servi hereditarii torqueri possunt. *l.* 18. *infr. h. t.* 31 *l.* 10. *infr. de dignitat. l.* 16. *infr. h. t.* id non usitatum est in Gallia. vid. Rebuff. *in proœm. constit. gloss.* 5. *num.* 115. 32 vid. *l.* 3. *ff. de veteranis.* vid. Forn. 2. *select.* 10. 33 *l.* 16. *infr. h. t. l.* 9. §. 11. *ff. de pœnis.* 34 *l.* 2. §. 2. *ff. de decurionib.* 35 *Hoc non observari.* Cujacius ita legit, 20. *observ.* 29. 36 *Disputationum.* Hal. 37 Φωτισθῆναι. *Synops. Basil. ibid. cap.* 32. 38 *l.* 15. *infr. h. t.* 39 Legendum videtur, *de se*, nam Græci legunt, περὶ ἑαυτῶν, hac sententia. Quoties de dominio mancipiorum quæritur, si veritas aliis probationibus illuminari non potest, ipsa de se cum tormentis interroganda sunt mancipia. *Syn. d. loco.* 40 *l.* 10. *supr. & l. ult.* J. *& l.* 1. §. 6. *l.* 2. *l.* 6. *in fin. l.* 17. §. 2. *ff. h. t.* 41 Hæc distinctio hodie sublata est. *l. ult. infr. h. t.* 42 Id est, ubi de hereditate inter duos litigatur. 43 *l.* 3. *ff. h. t.* 44 vid. *Synops. ibid. cap.* 33. vid. quæ dixi ad *l. ult. supr. de legatis. l.* 8. §. 1. *ff. de in jus vocando.* 45 Pro facto suo, de se, in se. *l.* 12. S. *& l.* 1. §. 22. *ff. h. t. l.* 8. *supr. de testib. l.* 7. *ff. de probationib.* Paul. 5. *sent.* 16. §. 1. 46 Servum de facto suo interrogari posse, ratio æquitatis ostendit. Nec enim obesse ei debet, qui per servum aliquid sine cautione commodat aut deponit. *d.* §. 1. 47 *l.* 2. *C. Theod. & l.* 17. *in fin.* J. *& l.* 11. *in fin.* S. *h. t. l.* 33. J. *de decurionibus. l.* 10. J. *de dignitatibus.* vid. quæ dixi ad *l.* 9. *supr. h. t. & ad tit. infr. de decurionib.* 48 Torquens, aut quæstioni subjiciens eum, qui torqueri non debet, judex capite punitur, *ut hic, argumento* quoque *a minori ad majus ducto ex l.* 1. *in fin. C. de privatis carcerib.* non igitur nuda injuriarum actione tenentur: cum ipsi vicissim suo ex scelere torqueantur talionis lege, *l. pen. ff. h. t.* ut ex communi opinione refert Hippolytus Marsilius *in l.* 1. §. *præterea.* 1. *num.* 8. *ff. ad leg. Cornel. de sicariis.* 49 *l.* 10. §. 1. *ff. h. t. l.* 3. 4. *supr. ad l. Jul. majest.* 50 *l.* 6. *Cod. Thed.* 51 *l.* 7. S. *quando provoc.* 52 vid. *l.* 16. S. *h. t.*

Si de hereditate, vel de rebus hereditariis quæratur.

18. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

DE tormentis hereditariorum [1] *servorum* sancimus nullo [2] discrimine secundum anteriores leges & constitutiones interposito, sive de jure hereditatis aliqua moveatur inter heredes quæstio, sive de corporibus tantum hereditariis, sive de utroque eorum: servos de corporibus tantum hereditariis interrogari, & licere servos eos tantummodo, qui res gerendas detinent [3], sive in servitute relicti sunt, sive libertatem adipisci per ultimam testatoris voluntatem præcepti sunt, in quæstionem rerum hereditariarum deduci, & ex his ea, quæ occultata sunt, revelari: prius tamen sacramento [4] super his a nobis statuto, præstando. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. XLII.
DE ABOLITIONIBUS [5].

Accusatio cujus abolitio concessa est a Præside, non repetitur nisi a Principe impetretur. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Paternæ.

PRæses provinciæ si perspexerit abolitionem ad [6] omnia crimina, quæ mota sunt, pertinentem a se impetratam: ne semel [7] finita instaurentur, intercessione auctoritatis suæ prospiciet. Supplicatione [8] vero porrecta nutui Principali, præfata abolitione sopitum crimen ab [9] eadem persona revocari [10] potest. PP. 15. Kal. Dec. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

Abolitio privata concedenda est a judice causa cognita. Salic.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium P. U.

ABolitio [11] præsentibus partibus causa cognita non a Principe, sed a competenti [12] Judice postulari debet: id est, si per errorem [13] seu temeritatem, seu calorem ad accusationem prosiluerit: hoc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem, vel pecuniis a reo corruptus ad postulandam abolitionem venit: redemptæ [14] miserationis vox minime admittatur: sed adversus nocentem reum inquisitione facta, pœna competens ingeratur [15]. Hi autem, qui suam [16] suorumque injuriam defendunt, & qui cognatos suos in accusationem deducunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. Dat. 16. Kal. Decemb. *Serdicæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 319.

Per calumniam accusanti non debet abolitio concedi. Salic.

3. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Probum.

FAllaciter [17] incusantibus accusationis abolitio non dabitur. Sin autem sincera mente accusationem instituerit, & reus aliquid injuriæ inscriptionibus illatæ toleraverit, (id est, si vel carceres [18] sustinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas) abolitio non petetur: nisi forte ille, qui hæc passus est, suum consensum [19] ad petendam abolitionem accommodaverit. Quando autem reus nihil tale passus est: postquam [20] fuerit Officii custodiæ traditus, intra dies triginta accusatori petenti, etiam invito reo, dari permittitur: Post hoc vero tempus nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. Quod si ingenuorum, licet plebejorum, qui conscii & participes criminum non erant, testimonii [21] gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormentisque vexata, abolitionem etiam duarum partium consensu petitam, jubemus vigore Judicis denegari: & crimen propositum, cujus examen tormentis jam cœperat agitari. Sin autem testibus tormenta minime sunt illata, etiam sic [22] abolitio non dabitur in [23] illis criminibus (ut in violata majestate [24], aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admisso, aut sacramentis desertis, omniaque quæ jure vetere continentur) in quibus judex non minus accusatorem ad docenda quæ detulit, quam reum ad purganda quæ negat, debet urgere. Dat. 2. Id. Oct. *Treveris*, VALEN. N. P. & VICTORE CONSS. 369.

TIT. XLIII.
DE GENERALI [25] ABOLITIONE.

Generali abolitione finita, intra XXX. *dies accusatio potest repeti, & non ultra.* Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Rutiliano Consulari Ciliciæ.

QUi potentatus [26], & vis, aliorumque criminum reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorum factam, & post edicta proposita intra diem statutum [27] repetere supersederit: persequi crimina volens non est audiendus. PP. 8. Kal. Maji, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Si reus non erat accusatus tempore, quo publica abolitio supervenit: ea finita etiam post XXX. *dies accusari non prohibetur.* Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Paulino.

CUm eo tempore, quo indulgentia nostra crimina extinxit, accusatio a te instituta non [28] fuerit: publicæ abolitionis præscriptio cessat. PP. 6. Id. Februar. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Indulgentia remittit pœnam, non infamiam. Salic.

3. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Senatum.

INdulgentia [29], Patres [30] Conscripti, quos liberat, notat [31]: nec infamiam [32] criminis tollit: sed pœnæ [33] gratiam facit. Dat. 14. Kal. Jun. *Treveris*, GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

TIT. XLIV.
UT INTRA [34] CERTUM [35] TEMPUS CRIMINALIS QUÆSTIO TERMINETUR.

Non prosequens accusationem intra tempus legitimum, in quarta parte bonorum multatur, & infamia notatur. Salic.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Desiderio Vic. Asiæ.

QUisquis [36] accusator reum in judicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum tempus accusationem cœptam persequi supersederit, vel (quod est contumacius) ultima die adesse neglexerit: quarta [37] bonorum omnium parte multatus, aculeos consultissimæ legis incurrat: scilicet manente infamia, quam veteres jusserant sanctiones. Dat. 4. Id. Jul. *Treveris*, ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

Dilationes necessarias non supervacuas debet judex dare utrique parti. Salic.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P. P. post alia.

NOverint [38] judices, cuilibet culmini, honorive præsidentes, necessariis utrique parti (si petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus scilicet inscriptionibus, intra [39] certum tempus criminales causas limitandas: quo emenso, subeat accusator, qui destitit [40], pœnam legibus constitutam. Et si persona vilior fuerit, cui [41] damnum famæ non sit injuria, pœnam patiatur exilii [42], nisi forte intra statuti temporis metas consensus partium abolitionem poposcerit. Judicum autem debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis a reo, vel accusatore dilatio [43] postuletur, urgeant talium causarum notionem non expectatis moris. Dat. 12. Kal. Februar. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

Causæ criminales intra biennium sunt terminandæ, pœna judici negligenti imminente.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

CRiminales causas omnimodo intra duos [44] annos a contestatione [45] litis connumerandos finiri censemus, nec ulla [alia] occasione ad ampliora produci tempora: sed post biennii excessum minime ulterius lite durante [46], accusatum absolvi: scientibus Judicibus eorumque Officiis, quod si litigatoribus admonentibus, ipsi litis introductionem vel examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur. Dat. Kal. April.

TIT. XLV.
AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIANUM [47].

Desistens præter abolitionem a causa criminis publici judicii, incidit in Turpillianum. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Amato.

IS [48] demum in Senatusconsultum incidisse videtur, qui crimen publici [49] judicii detulit: & causa criminis ordinata (id est, *inscriptionibus depositis, & fidejussore* [50] *de exercenda lite præstito*) eoque qui accusatur, sub cu-

1 *l.* 13. *supr. h. t.* 2 Abrogatur lex 13. *vers. ubi. supr. h. t.* 3 Detentionem rei alienæ ad quæstionem sufficere, hinc nonnulli colligunt, & male. Nam *detinentis* vocabulo hic intelligitur servus, qui notitiam rerum domini habet. *l.* 22. *vers. Ante. supr. de adm. tut.* 4 *l.* 1. *supr. de jurejur. propter calumn.*

5 *L.* 9. *C. Theod.* 37. dixi ad *L.* 48. *D.* 16. & 60. *Synops. Basil.* 1. *ex tit.* 64. περὶ τῶν συγχώρησιν αἰτούντων κατηγόρων, de accusatoribus abolitionem petentibus, *l.* 16. *supr. ad l. Jul. de adult. l.* 15. *ff. de jure fisci.* 6 Abolitionis ad omnia crimina, quæ mota sunt, genus observa. 7 Semel finita non instaurentur. 8 Rescripto principis abolitio a præside concessa repeti potest. 9 Post abolitionem privatam, reus intra trigesimum diem a delatore suo repeti non potest, *ut hic*, *l.* 3. §. *ult. ff. de accus. l. mulier.* 4. *in fin. ff. ad SC. Turpill* post abolitionem publicam, intra illud etiam spatium a suo delatore repeti potest. vid. *l.* 1. *infr. de generali abolitione.* 10 *Renovari*, Hal. 11 *l.* 1. *C. Th. h. t.* 12 *l.* 16. *supr. ad l. Jul. de adult.* 13 *l.* 10. *ff. de judiciis. l.* 15. *ff. de jure fisci.* 14 Desumptum *ex l.* 1. *in fin. Cod. Theod. h. t.* 15 *Exeratur. d. l.* 1. 16 *l.* 29. §. 1. *in fin. ff. ad l. Jul. de adult.* Abolitionis petendæ justa causa est, si quis suæ suorumve injuriæ gratia accusationem instituit. 17 *l.* 2. *C. Th. h. t. Gratiani, Valentiniani & Theodosii, l.* 9. *J. de calumn.* Abolitionem petere non potest, qui sciens, se non vera proferre, accusavit. At si quis vere commissum crimen existimans, egerit, & injuriam reus perpessus fuerit, abolitio non petitur, nisi consentiat is, qui adfectus est injuria. Quod si nihil injuriæ pertulit, potest accusator intra triginta dies pœnitere. Post illos dies triginta, nisi reus consentiat, non potest: sin & testes, qui producti erant, torti fuerint, quamvis alii consenserint, abolitio dari non debet. *Syn. ibi cap.* 3. 18 Vid. *Act. Apost.* 16. *vers.* 37. 19 *Ecl. d. l.* 3. *l. ult. ff. ad SC. Turpill.* 20 Sumptum ex *l.* 4. *C. Theod. h. t.* Honorii & Arcad. 21 Sine quæstione, & sic sine testibus tortis abolitio non petitur, etiamsi accusatori consentiat reus.
22 *Etiamsi*, Hal. adde *l.* 3. *supr. de episc. aud.* 23 Sumptum ex *l.* 2. *in fin. Cod. Theod. h. t.* Ideoque hæc constitutio conflata ex tribus constitutionibus, una Valentiniani, Valentis & Gratiani, altera Valentiniani & Theodosii, tertia Arcadii & Honorii: utraque hic tribuitur Valentiniano & Valenti. 24 Hinc colligunt, aliud majestatis, aliud perduellionis crimen. vid. Cujac. 6. *obs.* 25. *in fin.*

25 Et publica, *l.* 10. §. 10. *ff. ad SC. Turpill.* quæ fit ipso jure, pro tempore certo feriarum. vid. *l.* 3. *supr. de episc. aud.* huic titulo respondet titulus *C. Theod. de indulg. crimin.*
26 Post abolitionem publicam reus a suo delatore etiam intra trigesimum diem repeti potest, *ut hic*, *l. aut privatum.* 10. *ff. ad Senat. Turpill.* Paul. 5. *sent.* 17. §. 1, post privatam non potest. *l.* 1. *supr. tit. prox.* 27 Dierum 30. *d. l.* 10. §. 2. Paul. 5. *sent.* 17. §. 1.

28 *d.* §. 2. 29 *l.* 5. *C. Theod. de indulg.* abolitionem princeps concedens facit, ut pœna corporalis aboleatur: infamiam vero, quæ naturaliter publica crimina comitatur, non abolet. *Syn. ibid. c.* 4. 30 Patres conscriptos, etiam a principe, senatores inter se junctos appellari solitos, alias dixi. 31 *l.* 7. *J. de sent. pass. l.* 7. *ff. ad SC. Turpill.* Hinc illud Ovidii, *Pœna potest tolli, culpa perennis erit.* Imo non notat. *l.* 1. §. 10. *in fin. ff. de postul.* & ita servatur apud Gallos, vid. Papon. 3. *Not.* 10. *c. d'abolition.* 32 Indulgentia sive generalis sit, sive specialis, infamiam non tollit. *ut hic.* adde *l.* 6. *l.* 7. *J. de sent. passis.* vid. Sfortiam Oddum *tract. de restit. q.* 49. *artic.* 4. 33 Indulgentia pœnam corporalem remittit, non infamiam. vid. Sfortiam Oddum *d. loco n.* 2.

34 Accusator intra biennium suam accusationem implere debet. Quod si negligens fuerit, & ultima die non adsit, vel differat, quarta bonorum suorum parte multatur, & infamia notatur. 60. *Syn. Bas. tit.* 1. *ex tit.* 65. & 1. Harm. 2. §. 37. 35 *Ut intra annum &c. L.* 9. *C Th.* 36. vid. Cujac. 1. *obs.* 8. annum, inquam, *ut l.* 6. §. 2. *in fin.* ff. *de custodia. l.* 2. *in fin. C. Theod. ad l. Corn de fals. l.* 15. §. 3. *ff. ad SC. Turpill. l.* 7. *ff. de munerib.* adde *l.* 13. *supr. de jud.* hodie biennium, *l. ult. infr. h. t. Eclog. d. loco.* 36 *l.* 1. *C. Th. h. t.*
37 Pœna non agentis actoris intra legitimum tempus, multa quartæ partis bonorum & infamia.
38 Vid. *l.* 2. *C. Th. h. t.* vid. Cujac. *d. loco.* Causa criminalis intra duos annos impleri debet, ab inscriptionis die computandos, necessariis dilationibus utrique parti concessis. Elapso hoc tempore, qui negligens fuit accusator, pœnam legibus constitutam subeat: & si vilior est, relegetur, nisi forte interjecto tempore abolitionem petierit. *Synops. d. c.* 65. 39 Vid. *l.* 13. *supr. de judic. l.* 6. §. 2. *l.* 12. *ff. ad SC. Turpill.* 40 *l.* 16. *supr. ad l. Jul. de adult.* 41 Vili personæ damnum famæ injuria non est. adde *l.* 15. §. 28. *ff. de injuriis.* vid. Bellovis. 1 *pract.* 3. *n.* 70. 42 Id est, relegationis. *Græci in l.* 4. *supr. ad l. Jul. de adult.* Puniendus infamia, si ipse jam infamis sit, alia puniendus est pœna. vid. Anton. Corset *singulari, pœna.* quo jure notant, eum, cui membrum aliquod abscindi debeat, aliam pœnam subire, si eo membro destituatur. 43 Vid. *l.* 1. *in fin. ff. de feriis & dilat.* 44 Olim annus *L.* 9. *C. Theod.* 36. dixi ad *inscription. hujus tit.* Instantia igitur litis seu causæ criminalis, biennio tantum durat, *ut hic*, fallit in specie, *l. un.* §. 1. *supr. ut omnes judices*, *l. de submersis* 5. *J. de naufragiis. l. ult. supr. de dolo*, *cap. venerabilis* 20. *extr. de jud.* civilis, triennio. *l. properandum*, 13. *supr. de judiciis.* 45 Olim a die inscriptionis. *d. l.* 2. *Cod. Theod.* 46 *l.* 7. *supr. qui accusare*, *l.* 18. *ff. de accusat.*
47 Dixi ad *L.* 48. *D.* 16. 48 Calumniæ tenetur, qui & inscripserit & fidejussores dederit, & aliquem adprehendi curaverit, & citra abolitionem destiterit. *Synops. Basil.* 60. *tit.* 1 *ex tit.* 61. *cap.* 6. 49 *l.* 5. *infr. de calumn.* 50 60. *Eclog.* 1. *ex tit.* 66. *cap.* 1.

stodia [1] Officii facto, non impetrata abolitione ab executione [criminis] destitit.

Fidejussor non tenetur ultra quantitatem quam promisit. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Appio.

SI pro eo qui in crimen subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, isque destitit, & commissa stipulatio est: non ultra [2] quantitatem quam spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilominus notando [3], & extra ordinem [4] secundum judicialem motum puniendo.

Desistens ab accusatione criminali sub prætextu certæ finalis causæ, non potest ad illam reverti. Bald.

3. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Syllano.

QUamvis eum ordinem scriptura contineat, ut primo abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur, non observantibus tamen adversariis pactorum fidem, instaurare [5] accusationem minime potes, a qua ipse destitisti. PP. Prid. Non. Jul. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

Qui accusationem deseruit, amplius illam non repetit. Salic.

4. Iidem AA. Patrophilo.

SI is de quo supplicas, contra parentes vestros desertam (ut dicis) accusationem cœperit persequi: præscriptio illi in judicio Præsidis destitutæ [6] rei poterit opponi. PP. Prid. Non. Maji, SECULARI & DONATO CONSS. 261.

Mulier pacto desistens ab accusando, incidit in Turpillianum. Salic.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Matronæ.

SI fœmina suam [7], suorumque injuriam exequatur, cum ipsa pacto [8] contra vetitum destitisse profiteatur: in Senatusconsulti Turpilliani pœnam eam incidisse certi juris est. S. 7. Non. April. CC. CONSS.

Ille dicitur destitisse, qui deposuit animum prosequendi, non qui aliquantisper distulit. Bald.

6. Iidem AA. Lucilio.

IN executionibus criminum obtinuisse videtur, illos destitisse, qui animum [9] accusationis implendæ prorsus deseruerunt. Cum igitur aliis ex causis [10], vel simplicitatis [11] ratione, necdum te ad finem vindictæ pervenisse preces tuæ testentur, poteris postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens, quam probabis tibi debitam vindictam reportare. PP. 3. Kal. Jul. DIOCLET. VI. & MAXIM. AA. CONSS. 296.

TIT. XLVI. DE CALUMNIATORIBUS [12].

Accusatoris calumnia judicis officio mercenario punienda est tempore, quo fertur absolutoria, non postea. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Sabino.

CAlumnia eo *tempore* coërceri solet, quo [13] de causa præsente accusatore judicatur: ideoque posteaquam de causa judicatum est, contra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

A præsumpta calumnia excusatur mater, & heres vindicans necem defuncti. Salic.

2. Idem A. Apolloniæ.

MAter [14] inter eas personas est, quæ [15] sine calumniæ timore necem filii sui vindicare possunt. Ideoque beneficium Senatusconsulti, & in aliis publicis judiciis servatum est. † Sed extraneus *heres* [16], qui suspicionem quam de morte sua habuisse defunctus cavit, exequitur, hoc nomine a calumnia excusatus est: cum inter voluntariam accusationem [17], & officii necessitatem heredis, multum intersit. PP. 6. Kal. Jul. JULIANO & CRISPO CONSS. 225.

Non probans crimen, quod intendit, non infamatur, nisi de calumnia damnetur. Salic.

3. Idem A. Æmilio.

QUi *non* [18] *probasse crimen, quod intendit*, pronunciatur, si calumniæ non damnetur, detrimentum existimationis non patitur. Non enim si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest justam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

Filius accusans de morte patris, excusatur a præsumpta calumnia. Bald.

4. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Arcadio.

CAlumniæ pœna in *paternæ* [19] *mortis accusatione* cessat. PP. 11. Kal. Decembr. CARO, & CARINO AA. CONSS. 283.

In causa criminali non probans punitur de calumniis, non in causa civili etiam liberali. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Cæsio.

QUi *calumniatores* [20] pronunciantur, in publicorum [21] duntaxat judiciorum quæstionibus, non etiam in liberalibus causis, quæ privatas disceptationes continent, periclitari solent.

Faciens torqueri servos alienos per calumniam, tenetur ad duplum. Bald.

6. Iidem AA. Domitio.

DOminis [22] *servorum* per accusatoris calumniam tortorum, adversus eum pœna dupli [23] lege Julia providetur. S. 15. *

Ante inscriptionem accusatoris nedum reus non debet adduci, sed nec accusatio recipi. Salic.

7. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Valerianum P. U.

NOn [24] prius quenquam Sinceritas tua ad tuæ sedis examen jubebit adduci, quam solennibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris adserere: cum juxta formam juris antiqui, ei, qui cœperit arguere [25], aut vindicta proposita sit, si vera detulerit: aut supplicium [26], si fefellerit.

Accusator licet submissus, a pœna calumniæ non excusatur. Salic.

8. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEODOS. AAA. Menandro Vic. Asiæ.

NOstris [27], & parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos [28], qui accusationem *alienis nominibus* præsumsissent, delatorum numero esse ducendos: atque ideo calumniosissimum caput [29], & personam judicio irritæ delationis infamiæ [30] supplicium sequatur: quo posthac singuli universique cognoscant, non licere in eo, quod non possit ostendi, Judicum animos commoveri. Dat. 8. Id. Maji, *Constantinop.* ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

Per calumniam accusantibus non prosunt beneficia abolitionum, etiam a principe concessa. Salic.

9. Iidem AAA. Floro P. P.

FAllaciter [31] incusantibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius juris color veluti derivata excusatione proficiat: non publica [quidem] abolitio, non privata talibus proficiat subveniatque personis: non specialis indulgentia, nec beneficium quidem eos generale subducat. Dat. 15. Kal. Jun. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

Nemo potest mentiri impune. Bald.

10. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. CONSS. Præt. Trib. pleb. Senatui S. D.

QUisquis crimen intendit, non [32] impunitam fore noverit licentiam mentiendi: cum calumniantes [33] ad vindictam poscat similitudo [34] supplicii. Dat. 8. Id. August. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. XLVII. DE POENIS [35].

Collatio damnatorum in opus perpetuum & deportatorum.

1. Imp. TITUS ÆLIUS ANTONINUS A. Lucio.

ETiam in *opus perpetuum* [36] damnati, non dissimilis conditionis sunt ab his, qui deportantur in insulam. PP. sine die & CONSS.

De Procuratore Cæsaris.

2. Imp. ANTONINUS A. Valerio.

PRocurator [37] meus, qui vice Præsidis non fungebatur, exilii tibi pœnam non potuit irrogare; ac propterea frustra vereris sententiam, quæ nulla juris ratione subnixa est.

De Decurionibus.

3. Idem A. Senatui.

DEcurionem [38] in opus publicum dari non oportere manifestum est.

De nato ex damnata in metallum.

4. Idem A. Marinæ.

SI ante [39] *conceptus* est puer, de quo libellos dedisti, quam mater ejus in metallum condemnaretur: natus conditionis ejus est, cujus ante condemnationem ejus mater fuit.

De liberis veteranorum.

5. Idem A. Senatui.

HOnor *veteranis* etiam in eo habitus est, ut liberi [40] eorum usque [41] ad primum duntaxat gradum pœna metalli [42], vel operis publici non afficiantur, sed in insulam relegentur.

1 Vid. Cujac. 8. *observ.* 30. 2 Fidejussor ultra quantitatem promissam non tenetur. 3 Desistens ab accusatione, notatur, *ut hic*, nisi desistat jussu judicis. *l.* 13. *in fin. ff. h. t.* 4 *l.* 3. *supr. qui accusare non possunt. l.* 6. §. 3. *ff. de decur.* Paul. 5. *sent.* 5. §. 1. 5 Vid. *l.* 6. *supr. qui accusare non possunt.* 6 Sic reus restitutus apud Paulum 1. *sent.* 6. ab accusatore desertus. 7 Imo quæ suam & propriam injuriam exequitur, si destitit, Turpilliano non tenetur. *l.* 4. *ff. h. t.* 8 Ratio decidendi. 9 *l.* 6. §. 1. *ff. h. t. l.* 10. *ff. de judic.* 10 Qui ex causa desistit, desistentis pœnam non patitur. 11 Simplicitas excusat a Turpilliani pœna. 12 *L.* 9. *C. Th.* 39. *L.* 3. *ff.* 6. 6. Harm. 9. 13 Id est, tempore sententiæ. *l.* 3. *J. h. t. l.* 1. §. 4. *ff. ad SC. Turpill.* 14 Mater sine calumnia vindicare defuncti filii necem præsumitur. 15 *l. ult. ff. de publ. jud.* 16 A præsumpta calumnia excusatur heres vindicans necem defuncti: justam enim ignorantiæ causam habuit. *l.* 42. *ff. de reg. jur.* 17 *d. l.* 54. *ff. de rei vindic. l.* 14. §. 9. *ff. de bon. lib.* 18 Ut calumniator non punitur omni modo is, qui accusavit alium, quem post judex absolverit: tunc demum enim accusator, ut calumniator, punitur, cum judex pronunciaverit accusatorem calumniatorem esse, non enim sufficit ei dictum a judice fuisse: *non probasti.* adde *d.* §. 4. & *l.* 1. *supr. h. t.* 60. *Synops. Basil. cap.* 30. 19 Filius accusans aliquem velut patris interfectorem a præsumpta calumnia excusatur. adde *l.* 2. *supr. h. t.* 20 Si judex ita fuerit interlocutus, *Calumniatus es. d.* §. 4. 21 Non privatorum. *l.* 7. *in fin. ff. ad SC. Turp.* 22 Dominus servi, qui quæstioni subjectus fuit, accipere duplum debet ab eo, qui per calumniam accusavit. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 60. *lib.* 1. *c.* 33. vel ita, si in caput suum servus torquebitur & absolvetur, domino ex lege Julia in duplum condictio competit, *ut hic. l. ult. ff. de calumniat.* Quid si in alterius caput torqueantur servi? non nisi singuli torqueri poterunt, quod invito domino non est permittendum: nisi delator, cujus interest, quod intendit, probare, pretia eorum, quanti dominus taxaverit, paratus sit inferre, vel certe deterioris facti servi subire taxationem. Paul. 5. *sent.* 16. §. 3. 23 *l. ult. ff. h. t. l.* 27. *in fin. ff. ad l. Jul. de adult. l.* 6. *ff. de quæstionib.* 24 Accusante aliquo non ante reus in judicium trahitur, quam & ille satisdederit, a se reum peractum iri: ut eo vera docente, reus condemnetur: aut si fefellerit, ipse periclitetur. *Syn.* 26. *c.* 34. *l.* 9. *C. Th. de accusat. l.* 2. *supr. de exhibendis reis.* 25 *Urguere*, Cujacius apud Paul. 5. *sent.* 14. §. 1. 26 Vid. *l.* 17. *in fin. supr. de accusat.* 27 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* vid. Cujac. 4. *obs.* 29. 28 Calumniator in crimine publico, infamia notatur & deportatur: modo si alienam accusationem persecutus est, ut suam causam. *Syn. Basil.* 60. *περὶ συκοφάντων. tit.* 9. *c.* 36. 6. Harm. 9. §. 1. 29 Sic apud Justin. 16. *Ausus ne es, nefandissimum caput. d. tit. c.* 36. 30 *l.* 1. *C. Theod. de abolit. l.* 3. *supr. de abolit.* Imo ferro puniuntur. 1. Harm. 5. *in fin.* adde *l.* 5. *infr. de delatoribus.* 31 *l.* 15. *ff. de jure fisci.* 32 *l. ult. vers. nec impunitam. supr. de accusat. l. ult. vers. nec impunitam, C. Theod. de accusat.* 33 Calumniator talioni ταυτοπαθὴς subjicitur. 6. Harm. 9. §. 3. 34 De pœna talionis sæpius dixi.

35 Dixi ad *L.* 48. *D.* 19. 36 *l.* 34. *ff. h. t.* Damnati in opus perpetuum, similes sunt deportatis in insulam. 37 Adde *l.* 4. *supr. ad l. Fab. de plagiar. l.* 1. *supr. de pedaneis.* vid. *l.* 3. *supr. ubi causæ fiscales.* 38 Adde *l.* 9. *J.* & *l.* 9. §. 11. *l.* 15. *ff. h. t.* adde *l.* 16. *supr. de quæstionibus.* 39 Vid. *l.* 5. *l.* 18. *ff. de statu homin. l. ult. ff. de sent. pass.* secus, si post damnationem. *l.* 24. §. 6. *ff. de fideic. lib.* 40 *l.* 9. *infr. h. t. l.* 8. *in fin. princ. supr. de quæst. l.* 3. *ff. de veteranis.* 41 Eadem restrictio in liberis decurionum non fit, *l.* 9. §. 13. *ff. h. t.* 42 Vel opere metalli, *l.* 3. §. 1. *ff. de re militar.* damnatione ad bestias, fustigatione, *l.* 1. *ff. de veteranis*, oneribus, vel muneribus personalibus. *l.* 9. *§. quando provoc.*

De vinculis perpetuis.

6. Idem A. Alphio.

INcredibile [1] est, quod allegas, liberum hominem, ut *vinculis* [2] *perpetuis* contineretur, esse damnatum. Hoc enim vix [3] in sola servili conditione procedere potest. PP. 3. Id. Febr. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De ætate.

7. Imp. ALEXANDER A. Isidoro.

Impunitas delicti propter [4] *ætatem* [5] non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest [6].

De bonis damnatorum.

8. Idem A. Victori.

D*Eportatorum* [7] in insulam ab eo, cui id faciendi jus erat, bona fisco vindicantur: *relegatorum* autem, non [8], nisi [9] sententia specialiter adempta fuerint.

De condemnatione in ministerium metallicorum, vel in opus metalli.

9. Idem A. Demetrio.

SI matrem tuam *decurionis filiam* [10] fuisse probatum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium metallicorum, nec in opus metalli dari.

De vinculis.

10. Idem A. Catulo.

SErvus sub pœna *vinculorum* sine [11] temporis præfinitione domino [12] reddi jussus sententia Præsidis provinciæ, perpetuo [13] vinctus esse debet.

De metalli supplicio.

11. Imp. GORDIANUS A. Titiano.

M*Etalli supplicium* tam ad personas liberas [14], quam etiam ad serviles [15] pertinet conditiones.

De filiis decurionum. 1. De vocibus populi.

12. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. in Consistorio dixerunt.

D*Ecurionum* [16] *filii* non debent bestiis subjici. §. 1. Cumque a populo exclamatum esset, iterum dixerunt: Vanæ [17] voces populi non sunt audiendæ [18]: nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant.

De servis.

13. Iidem AA. Visino.

S*Ervo* ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis jus [19] amputatum non sit, domino suo obsequi eum par est.

De pœna temporali operis publici.

14. Iidem AA. & CC. Vicario.

SI operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondum *excessit dies*, hunc expectari [20] convenit: cum non [21] remitti pœnam facile, publice intersit: ne [22] ad maleficia temere quisquam prosiliat.

De pœna non revocanda.

15. Iidem AA. & CC. Agatho.

POenam sua dictam sententia præsidi provinciæ *revocare* non [23] licet.

De sententia capitali.

16. Imp. CONSTANT. A. ad Catulinum Proconsulem Africæ.

QUi [24] sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non [25] prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut [26] sua [27] confessione, aut certe omnium [28], qui [29] tormentis, vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirante [30] concordanteque [31] rei finem, convictus [32] sit: & sic in objecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quæ commiserit, negare sufficiat. Dat. 3. Non. Novembr. *Treveris*. Accepta 15. Kalend. Maji, *Hadrumeti*, VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

In qua corporis parte pœna scribi debet.

17. Idem A. Eumelio.

SI [33] quis in metallum [34] fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in ejus facie [35] *scribatur:* cum & in manibus & in suris possit pœna damnationis una inscriptione comprehendi: quo facies [36], quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minime maculetur. Dat. 12. Kalend. April. *Cabilono*, CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

De condemnatione non differenda.

18. Imp. CONSTANTIUS A. Theodoro V. P. Præsidi Arabiæ.

CUm [37] reis manifesta [38] probatione convictis spatium temporis ante sententiam datur, facultas supplicandi, [vel quibusdam malignis artibus, tam præsidum, quam officialium, pœnas evitandi [39]] criminosissimis patet: cum & in homicidii crimine, & in aliis detectis gravioribus causis ultio differenda [40] non sit. Igitur de cætero juxta criminis qualitatem legem oportet servari, & in scelerosos, & noxios proferri juris sententiam. Dat. Id. Oct. CONSTANTIO A. IV. & CONSTANTE C. CONSS. 342.

Ne quis pœnæ causa alicui corpori addicatur.

19. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Olybrium P.U.

NE [41] quis pro coërcitione delicti, vel pistoribus [42], vel cuicunque alteri *corpori* (cum alterius sit corporis) *addicatur* [43]: sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruæ severitatis excipiat. Dat. 3. Id. April. VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De rescriptis.

20. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Flaviano P. P. Illyrici & Italiæ.

SI [44] vindicari in aliquos *severius* contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu jusserimus, nolumus *statim* eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed [45] per dies triginta [46] super statu eorum sors, & fortuna *suspensa* sit [47]. Reos sane excipiat vinciatque custodia & excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. 15. Kalend. Septembr. *Veronæ*, ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De apparitoribus.

21. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Principium P.P.

NE [48] diu apparitorum prava [49] admodum venalisque perfidia impune in publica commoda desæviat, censemus etiam in *absentes* eos pro competenti ultione debere consurgi. Dat. Kalend. Jun. ARCAD. A. & BAUTONE CONSS. 385.

Qui puniendi sunt.

22. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P.

SAncimus [50], ibi esse pœnam, ubi & noxia est. Propinquos [51], notos familiares procul a calumnia summovemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adfinitas, vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Hoc singulis quibusque judicibus intimetur. Dat. 8. Kalend. August. *Constantinop.* EUTROPIO & THEOD. VV. CC. CONSS. 399.

De exilio.

23. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Anthemium P.P.

OMnes [52], quos damnationis conditio diversis exiliis [53] destinatos, metas temporis præstituti in carceris implesse [54] custodia deprehenderit, so-

tormentis, *l. 8. supr. de quæstion.* 1 Officium suum quemque facere præsumi, hinc colligunt. 2 Pœna perpetuorum vinculorum liberis hominibus imponi non potest. vid. *l. 35. ff. h. t.* vid. *l. 10. in fin. h. t.* 3 Puniuntur mitius liberi, quam servi. 4 Harm. 6. §. 3. Goth. *l. 14. ff. de Senat. Silan. l. 9. §. 2. ff. de minorib. l. 36. ff. ad l. Jul. de adult.* Ans. 5 60. *Eclog.* 51. *c.* 44. *l. 6. supr. ad l. Corn. de sicar.* 6. Harm. 9. doli capacem sc. 6 Id est, si modo sit proximus pubertati, & ea sentiat, in quibus deliquit. *d. c.* 44. *l. 16. §. 3. in fin. ff. h. t. l. 23. §. 2. in fin. ff. de ædilitio. l. 23. ff. de furtis. l. 111. ff. de reg. jur.* 7 Bona deportati confiscantur, non relegati. *l. 97. ff. de reg. jur.* 8 *l. 1. l. 14. §. 1. D. de interdict. & relegat.* vide quæ notavi ad *l. 8. §. 3. ff. de bonis damnat.* Inde colligunt, non omnes confiscatos esse deportatos, licet omnes deportati sint confiscati. vide Cujac. *ad l. 5. infr. de conveniend. fisc.* 9 Vide *l. 5. supr. h. t. l. 5. supr. ex quib. caus. in fin.* 10 Vide *l. 12. J. h. t.* 11 *l. 23. ff. h. t.* 12 *l. 13. J. h. t.* 13 *l. 6. in fin. supr. h. t. l. 17. §. 19. ff. de ædilit.* id est, in decennium, *l. 23. ff. h. t.* adde *l. 8 in fin. l. 34. ff. h. t.* 14 Non tamen ad veteranos, *l. 9. §. 11. ff. h. t.* 15 *l. 8. §. 12. ff. h. t.* 16 Adde *l. 9. §. 11. 12. ff. h. t. l. 11. in fin. supr. de quæstionib. l. 35. infr. de decurionibus.* 17 Vanæ voces populi non sunt audiendæ. 18 Etiam a magistratu. *l. 31. ff. h. t.* & 1. Harm. 4. *vers.* οὐ χρὴ τὸν ἄρχοντα. *l. 3. supr. qui manumittere, l. 17. ff. qui & a quibus manum.* 19 *l. 10. supr. h. t. l. 8. de sent. pass. l. 8. in fin. l. 34. ff. h. t. l. 13. de statu hom.* 20 *d. l. 34.* 21 Pœnas facile non remitti, reip. interest. 22 *l. 51. §. 2. vers. quod si quis. ff. ad l. Aquil.* propter exemplum. dixi ad *l. 8. §. 3. in fin.* ꝫ. *de heret.* 23 *l. 1.* ꝫ. *sent. resc. non poss. l. 3.* ꝫ. *de sent. ex peric. l. 14. ff. de re jud. l. 27. ff. de pœn.* August. *lib. de fato: Judicibus,* inquit, *non licet suam sententiam in reum datam revocare vel mutare:* imo licet, ut & pœnam remittere. *l. 6. §. 9. ff. de offic. præsid. l. 2. §. 1. ff. si quis in jus vocat.* 24 *l. 1. C. Th. h. t.* 25 Capitalis sententia in reum prius non fertur, quam sit is confessus vel convictus. adde *l. 11. ff. h. t.* alias de suspicionibus non judicatur. Accusatore non probante reus absolvendus, *l. qui accusare. 4. supr. de edend.* non probat autem accusator, qui duos tantum testes habet omni exceptione non majores, veluti (si fides habenda est quibusdam) si laicus testis deponit adversus clericum: vel testis sit de auditu tantum alieno. vide Marsil. *cons.* 41. Goth. Adde Bossium *tit. de convictis.* & Gramm. *decis. 8. n. 4. & decis. 34. n. 35. & seq. & n. 57. ac 60.* Mod. 26 In convictum reum, sive torqueri possit, sive non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est. Paul. 5. *sent.* 16. §. 13. 27 Quid si perire velit? non auditur *l. 3. §. 2. ff. de liberali caus. l. 6. in fin. ff. de appellat.* 28 Testium conspirante in unum confessione quis convincitur. adde *l. 15. ff. de quæstion. l. ult.* ꝫ. *de probat.* Convictus ita damnari potest, licet confessus non sit. 29 Quidam hunc locum accipiunt de decurione, a quo tormentis confessio non est elicienda. vide Cuj. *apud Paul. dict.* §. 13. 30 Conspirantem concordantemque rei finem. *d. l. 1.* conspirantes concordantesque. 31 At enim hoc posse fieri, non videtur: quod testes unanimes subornati præsumantur. v. *l. 3. §. 1. ff. de testib.* 32 Non tantum confessus, sed convictus punitur. *l. 18. infr. h. t.* vide Papon. 24. *Arrest.* 9. *artic.* 1. Paul. 5. *sent.* 16. §. 13. 33 *l. 2. C. Theod. h. t.* 60. *Ecl.* 54. περὶ μεταλλιζομένων. *c.* 52. 34 In ludum vel metallum, *d. l. 2.* 35 De inscriptionibus frontis, manuum, surarum, vide quæ alias retuli ad *l. 13. ff. de test. l. 1. in fin. ff. de fugit.* Ulp. 1. §. 11. adde Boëthium *lib. de consolatione.* Cic. *pro Roscio Amerino*, Senec. 3. *de Ira*, Cujac. 7. *obs.* 13. 36 Facies ad similitudinem pulchritudinis cœlestis: sic alibi caput, id est, unde cujusque imago cognoscitur, *l. 44. ff. de relig.* Crescit enim injuria, si quis in facie aut mala percutiatur. *l. 16. §. 6. ff. de pœn.* 37 *l. 4. Cod. Theod. h. t.* 38 Vide *l. 16. in fin. supr. h. t.* 39 Ratio decidendi: est & alia ratio in *l. 15. supr. h. t.* 40 In gravioribus causis ultio non est differenda. *l. pen. supr. de custod. l. 6. l. 9. ff. de injusto rupt. & irrit. l. 16. in fin. ff. ad l. Corn. de sicar.* etiamsi reus dicat, se habere, quæ principi referat, salutis ipsius causa. *l. 6. ff. h. t.* differtur tamen in prægnante muliere. *l. 3. ff. h. t.* & servo, qui rationes gesserit domini. *l. 1. infr. de bon. proscr.* Imo causa cognita semper differri potest, vide *l. 20. infr. h. t.* Imo non semper, cum d. legis 20. casus sit specialis. 41 *l. 3. C. Theod. h. t. l. 38. infr. de decurion.* 42 *d. l. 3. l. 5. 6. J. de pistor.* vide *l. ult. ff. de excus. tut.* 43 Vide quæ dixi ad *Nov.* 5. Imo negotiatione alicui interdici potest, *l. 9. §. 10. ff. h. t.* 44 *l. 13. Cod. Theod. h. t.* Goth. Rationem hujus legis vide apud Duaren. *de Succ. Eccles. minister. cap. 2. in fin.* Ans. Adde Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cas. 334. num. 6.* Boss. *tit. de homicidio. num.* 11. Cujac. *ib. 5. observ.* 9. S. L. 45 Hujus constitutionis suasor fuit D. Ambrosius 7. *Sozom.* a Sidonio Apollinari 2. *epist.* 11. tribuitur SC. Tiberiano, *Ex vetere,* inquit, *SC. Tiberiano 30. die vitam post sententiam trahit.* Idem refert Tacitus 3. Sueton. *in Tiberio c.* 75. In eo tantum dissimiles, quod x. tantum dierum mentionem faciunt, & haud dubie sanctissima est constitutio; nam talis dilatio potest Principis iram mollire atque temperare, sicut & de ipso Theodosio scribit Aurelius Victor, *ab eo severe præcepta, modica dilatione emolliebantur.* Superioribus convenit illud Senecæ in Agamemnone, *Da tempus ac spatium tibi: Quod ratio nequit, forte sanabit mora.* Hanc constitutionem revocavit Nicephorus Botoniates περὶ τοῦ μὴ ἐκδοθέντων τῶν λ. ἡμερῶν γίνεσθαι σωματικὴν ποινήν. Eustathius μετὰ λ. ἡμερῶν ἡ ὀργὴ τοῦ βασιλέως ἀνύεται. Scio multis profuisse, ab hinc decennio, nostræ constitutionis rationem suggestam cuidam Principi a nobilissimo quodam Heroë, quem nunc, etsi meritissimum, nominare tamen non velim. adde Cujacium 5. *obs.* 9. & 20 *obs.* 32. 46 Damnato a Principe irato, dantur justi dies triginta. 47 Vide *l. 2.* ꝫ. *de sentent ex periculo:* Imo suspendi non debet. *l. 18. supr. h. t.* non est differenda, si ab ipso judice sententia lata sit. Alioquin sententia revocari poterit. *l. 15. supr. h. t.* differenda est; si ab ipso principe, quia adhibita modica dilatione sæpius fit, ut flectatur. 48 *l. 14. C. Th. h. t.* 49 Alias parcissime apparitoribus præsidum jus dicitur. *l. 16. ff. de offic. præsid.* 50 *l. 18. C. Theod. h. t.* vide *l. 2. §. 7. ff. de decurionibus. l. 74. ff. de reg. juris, cap. 22. 23. de reg. in 6. l. 24.* ꝫ. *de donation. inter virum.* 51 Bonorum Imperatorum constitutio hæc est: alioquin sub malis, ne quidem propinqui & familiares satis tuti sunt. vide *Nov. 52. in pr. Nov. 128. c. 12. Nov. 135. c. 4.* 52 *l. 22. C. Th. h. t.* 53 Tempus exilii temporalis currit reo in carcere agenti. facit 25. *ff. h. t.* Carcer pro exilio cedit. Pœna exilii quis liberatur ob carceris diuturnitatem. vide Tiraquell. *tract. de pœnis, causa* 41. 54 *l. 24. J. h. t.* vide *l. 8. ff. de postuland.* vide Papon. 24. *Arrest.* 9. *Arrest.* 1. 3.

lutos pœna vinculisque laxatos, custodia [liberari] præcipimus, nec formidare miserias ullas exilii. Sit [1] satis immensorum cruciatuum semel [2] luisse supplicia, ne [hi] qui [3] diu privati sunt auræ [4] communis haustu, & lucis [5] aspectu, intra breve spatium catenarum ponderibus prægravati, etiam exilii pœnam sustinere iterum compellantur. Dat. 14. Kal. Maji CONSTANTIO & CONSTANTE VV. CC. CONSS. 414.

Ille, qui stetit in exilio, quantum debuit, non debet incarcerari postea. Bald.

24. Iidem AA. Monaxio P. P.

REctores [6] provinciarum conveniri præcipimus, ut hi, qui suo crimine pœnam exilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto præfinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis, quibus exules versati sunt, teneantur. Dat. 3. Kal. *Eudoxiopoli*, D. N. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO V. C. CONSS. 416.

De his, qui conficiendi naves peritiam Barbaris tradiderint.

25. Iidem AA. Monaxio P. P.

HIs qui conficiendi naves [7] incognitam ante peritiam Barbaris tradiderint, capitale judicium proponi decernimus. Dat. 8. Kalend. Octobr. *Constant.* MONAXIO & PLINTA CONSS. 419.

De exilio perpetuo vel temporali.

26. Constitutionis argumentum, quæ lingua Græca primum fuerat edita, *ex lib. 60. Basil. tit. 51. cap. ult.* Jacobo Gujacio [8] interprete.

COnstitutio jubet, ut ne missi in exilium, eis locis, in quæ missi sunt, degant in custodia, & ut ne quis relegetur in propugnaculum Gypsi [9], vel alia præsidia: sed si quidem morte dignum sit crimen, huic pœnæ subjiciatur: si exilio perpetuo vel temporario, tum in exilium mittatur: ita tamen, ut non jubeatur esse in custodia eis locis in quæ mittitur: sed in provinciam eat, quam judex statuerit, citra civitates & provincias inferius exceptas, cum potestate versandi in tota provincia, qua tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam seditiose, & inciviliter agere, nisi velit ultimo supplicio adfici a præside provinciæ, vel a præside illorum locorum in quibus exulat. §. 1. Et conjecti in carcerem, ut in Regia urbe, in eo non sint supra [10] constitutum jam tempus in superiori titulo *de custodiis*, & simili modo in provinciis: ut compendio criminum causæ finiantur: & reus, si dignus exilio, damnetur, non in custodiam, sed in provinciam quæ non sit ex prohibitis, ea lege ut ultimo supplicio adficiatur, si provincia excesserit, vel ibi inciviliter quid admiserit. §. 2. Magistratus [11] autem Alexandriæ & Thebaidos solos jubet in Gypsum, & in Oasin [12] mittere, vel in sex menses, vel ad summum in annum. Quod si perpetuum sit exilium, neque in Gypsum mittere, neque in Oasin, neque in custodiam alterius provinciæ, sed ut dictum est, in provinciam integram ea conditione, ut si quid deliquerint, vel si excesserint jussa præsidum qui miserunt, ultimo supplicio adficiantur. §. 3. Jubet autem officiales cujusque judicii, hujus legis commonefacere præsides: nec quemquam detinere ultra relegationis tempus, sed statim dimittere sine damno & mora, & eum quicquid ausus fuerit accipere, quadruplum reddere. §. 4. Prohibentur vero præsides relegare in provincias & civitates constitutioni subjectas [13].

TIT. XLVIII.

NE [14] SINE JUSSU PRINCIPIS CERTIS JUDICIBUS LICEAT CONFISCARE.

Judices merum imperium non habentes, non possunt suo officio præter legem exercendo bona confiscare. Salic.

1. Impp. THEOD. A. & VALENT. C. ad Hierium P. P.

NUlli [15] Judicum liceat (exceptis, qui in summa [16] administrationis sunt positi potestate) proscriptionis tempestate totius [17] substantiæ aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Dat. 10. Kal. Febr. *Constantinop.* THEOD. A. XI. & VALENT. C. CONSS. 425.

TIT. XLIX.

DE [18] BONIS PROSCRIPTORUM, SEU DAMNATORUM.

De peculio servi damnati.

1. Imp. ANTONINUS A. Marco.

SErvorum capitis crimine damnatorum peculia dominis non auferri notum est: sed quod servum dominus habuisse probaverit, recipiet, pretiumque rerum, si quæ ab eo distractæ sunt. Ipsius [19] quoque præsentiæ potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratæ reddantur, ac disponantur [20]. Sed meminisse dominum oportebit instare, ut id velocius fiat, ut pœnæ suæ reddi possit.

De rebus post deportationem acquisitis.

2. Imp. ALEXAND. A. Frontoni.

DEportati, nec earum quidem rerum, quas post [21] pœnam irrogatam habuerint, heredem habere possunt: sed & hæ publicabuntur [22].

De peculio filiifamilias damnati.

3. Idem A. Juliano.

SI filius tuus, cum esset in [tua] potestate, in insulam deportari meruit, peculium ejus, nec quod in castris [23] acquisivit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet. PP. 6. Id. Septembr. ALEXAND. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De damnatis in metallum, & restitutis.

4. Imp. GORDIANUS A. Callimorpho.

IN metallum damnatus pœnæ [24] servus efficitur: & ideo ejusmodi sententiam passi bona vindicantur [25] rationibus fisci. Quare si [26] quid rerum habuit is, quem postea nostra indulgentia liberatum esse proponis, ad jus fisci potius, quam ad ipsius dominium pertinet.

De tutore.

5. Imp. PHILIPPUS A. Arriano.

SI (ut proponis) bona ejus, qui tutelam tuam administravit, sententiam passi ad fiscum sunt devoluta: Procuratorem nostrum adire [27] cura, qui si quid jure posci animadverterit, non negabit.

De filiis deportatæ.

6. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Gaudentio.

DE bonis matris deportatæ filiis [28] nihil [29] deberi, juris absolutissimi est.

De bonis deportati describendis, & ad Principem referendis.

7. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P. P.

SI quis [30] intra provinciam pro qualitate delicti stylum proscriptionis incurrerit, per ordinarii Officii sollicitudinem bonorum ejus indago [31] diligentissime celebretur: ne quid rei privatæ commodis per gratiam atque colludium furto subducatur: & plena descriptio comprehendat, quod spatium, & quod sit ruris ingenium [32], quid aut incultum sit, aut colatur, quid in vineis, olivetis, aratoriis, pascuis, sylvis fuerit inventum: quæ etiam gratia, & quæ amœnitas sit locorum, quis [in] ædificiis ac possessionibus [sit] ornatus: quotve mancipia in prædiis occupatis, vel urbana, vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur: quot sint censuarii, vel coloni, quot boum exercitiis terrarum atque vomeribus instruentium: quot pecorum & armentorum greges, & in qua diversitate numerati sint: quantum auri & argenti, & vestium ac monilium, vel in specie, vel in pondere, & in quibus speciebus, quidve in apothecis sit repertum: Tunc demum omnia [ea] quæ velle nos perspicis, inquisitione constricta Rationalis rei privatæ tradantur officio, aut Palatinis super hac causa missis, nostro nectenda patrimonio. Mox vero ad nos sub literis publici Judicis sigillatim de omnibus nominatimque referatur, proculdubio negligentia multanda. Nam si quid post factam a prædicto officio investigationem, Rationalis rei privatæ, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis invenerit, Officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, ut aliud tantum, quantum [fuerat] subtractum, ex propriis facultatibus inferat. Dat. 3. Non. Maji, *Treveris*, VALENTINIANO NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

De liberis damnatorum.

8. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

SI [33] deportatus suos [34], & emancipatos filios habuerit: pars [35], quæ ex bonis ejus liberis concessa est, ad eos tantum, qui in potestate erant, transferatur: si emancipati [36] ea, quæ consecuti erant emancipationis tempore, damno suo existimant conferenda. Sin autem confusionem bonorum, & donationis elegerint: ea omnia, quæ fiscus [liberis damnati] concedit, æquæ divisionis partibus sortiantur. † Quæ regula etiam in dote filiæ, vel neptis ex filio deportati conferenda, custodienda erit. Dat. 15. Kalend. Jul. *Thessalon.* GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

De viro & uxore. 1. De donatis filiis emancipatis ante reatum patris. 2. Quibus fiscus præfertur.

9. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario P. P.

SI [37] quis posthac stylum (quod absit) proscriptionis exceperit: uxor [38]

1 Humana sententia, *l. 33. §. 2. C. de episc. & cleric. l. 28. in fin. supr. de episc. aud. l. 4. §. 2. ff. de lege Rhod.* 2 Semel puniri sufficit. 3 Carcere qui detinentur, auræ communis haustu & lucis aspectu privati intelliguntur. 4 Aëris, lucisque aspectus, communis omnium est: ut mirum sit, Michaëlem Paphlagonem aëris hauriendi facultatem subditis vendidisse: & in eam rem vectigal indixisse, quod ab eo scelere ἀερικὸν appellatur Cedreno & Procopio, ut notavi in Nomenclatore ad Harm. 1. *tit. 4. §. 47.* 5 Lucis aspectus cuique natura communis est. Est vero Philosophis lux qualitas, quæ in lucido corpore videri potest: lumen vero a luce est actus perspicui. Licet autem mortalia sint omnia, lucem tamen perpetuam fore, Julius Cæsar Scaliger alicubi defendi posse, existimat. 6 *l. 23. supr. h. t. l. 23. Cod. Theod. h. t.* 7 Naves ante ignotas, qui barbaros fabricari docet, capitali pœnæ subjicitur. *l. ult. Cod. Theod. 60. Ecl. 36. ex tit. 51. cap. 52. 6.* facit *l. 2. supr. quæ res exportari.* 8 Quem vide *6. obs. 36. in fin. 8. obs. 27. 20. obs. 31.* 9 De Gypso vide *§. 2. J. h. t. Novell. 22. cap. 8. Novell. 142. cap. 1.* 10 *l. 41. supr. h. t.* 11 Id est, juridicus. 12 *Oasis* infesta culicibus & muscis grandioribus. Non fuit tamen insula, vide *l. 7. §. 5. ff. de interd. & releg.* ideoque in Oasin relegatio nuncupatur, quasi in insulam relegatio a Nazianzeno dicitur ἀπάνθρωπος ἐρημία. 13 *§. 1. supr. h. t.* 14 *l. 9. C. Theod. 41. & 60. Ecl. 52. ex tit. 47.* 15 *l. un. C. Theod.* 16 Ut sunt præfecti prætorio, vicarii, præfecti urbi: non præsides. 17 Bonorum omnium publicatio, principe inconsulto, summis tantum judicibus permissa. 18 *l. 9. C. Th. 42.* dixi ad *l. 48. D. 20. & 60. Ecl. 52.* Hodie bonorum confiscatio certis tantum casibus locum habet. *Novell. 17. c. 12. Nov. 134. cap. ult. vers. Ut autem.* adde Gandinum *de maleficiis. Rubrica de bonis malefactorum.* 19 Pœna mortis variis ex causis differri potest: veluti si a reo petatur rationum redditio, *ut hic*, si de crimine graviore accusabitur, *l. 1. in fin. ff. nihil innovari*: si appellet, *l. 20. C. de appellat.* (qua in specie existimant reum, si forte neglecta ejus appellatione ad supplicium ductus fuerit, impune manibus officialium eximi posse. Bald. Angel. *in l. 29. C. de appell.* Aretin. *§. pen. Inst. de act.*) nisi reus, quo de agitur, manifestarius sit: si princeps pœnam solito duriorem imponi jusserit: tunc enim expectandi triginta dies. *l. si vindicari 20. C. de pœnis*: si morti sententia judicis addictus decurio, vel consiliarius civitatis sit: (Tunc enim expectandum superioris est rescriptum. *l. 6. §. 7. ff. de injusto. l. 16. in fin. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 27. §. 1. ff. de pœn. l. 2. §. 1. ff. de bonis cor. qui mortem sibi consciverunt. l. 1. vers. simili modo. ff. quando appellandum sit.*) si populi tumultus aliter sedari non possit. *Gloss. in dict. vers. simili modo.* si mulier prægnans sit damnata. Tunc enim expectandum id tempus, quo pariat. *l. 3. ff. de pœnis.* 20 *Dispungantur*, a quibusdam ita legi monet Accurs. eaque lectio probatur a Cujacio *hic*, & in Basilicis καθαροποιηθῇ. 21 *l. 7. §. 5. ff. h. t.* vide Cujac. *6. obs. 23.* 22 Imo non sequitur fiscum. *l. 22. §. 5. ff. mandat.* 23 Castrensia filiorum non confiscantur. 24 Hodie pœnæ servus nemo efficitur. *Nov. 22. c. 8.* 25 *l. 1. ff. de bon. damn. l. 3. ff. de interdict.* 26 *l. 3. ff. de sent. pass.* 27 Et ita fiscus heredis loco habetur. dixi ad *l. 128. ff. de reg. jur.* 28 *l. ult. J. h. t.* 29 Vide *Nov. 17. cap. 12. Nov. 134. cap. ult.* 30 *l. 7. C. Theod. hoc tit.* 31 De inventario bonorum damnati faciendo, *l. 3. J. de bon. vac.* & de incorporatione, *l. 2. J. de aquæduct.* Huic constitutioni confer *l. 4. ff. de censib. Nov. 1. c. 2. l. 22. §. 2. supr. de jure delib.* 32 Ingenium ruris est ejus natura & conditio, bonitas, sterilitas. Ager diffusus in sylvis: pictus in pratis: pecorosus in pascuis: peculiosus in pastoribus. Sidon. *3. epist. 2.* 33 *l. 8. C. Theod. h. t.* 34 Sui, qui in potestate: emancipati, extra potestatem. 35 Damnati patris bona quædam, hoc est, pro parte, ejus liberis addicuntur. 36 Vide *l. 2. l. ult. C. de emancip. l. 17. in fin. supr. de collat. Nov. Leon. 25.* 37 Interpolata est hæc constitutio ex *l. 5. Cod. Theod. h. t.* 38 Publicatis bonis viri, res uxoris non occupantur, *ut hic*, *60. Ecl. 52. c. 14. Nov. 134. in fin.* vide ad hunc locum

ejus

ejus res proprias ex quocunque titulo sibi quæsitas veluti manu [1] injecta mox vindicet, aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat. Dos [2] etiam, non quæ aliquoties inaniter [3] dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter [4] tradidisse docuerit, repræsentetur. Ea etiam quæ ab innoxio adhuc marito ante [5] nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionem pervenerint, apud eam firmiter permaneant. §. 1. Si quid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse [6] claruerit, integrum iisdem citra inquietudinem reservetur. Quod [7] vero nec uxor, nec emancipati liberi potuerint vindicare; captum a publicis personis ita ad me referri specialiter censeo, ut illud quoque addatur, utrum filios habeat qui damnatus est: simulque adjiciatur, utrum iidem apud se ex causa donationis aliquid vindicaverint. §. 2. Sed [8] in his, qui fiscalibus actibus nexi sunt, & pro ratiociniis proscribuntur, & condemnantur: placuit si quid proprium uxor habuerit, vel a marito datum ante initium actus, ex quo origo fraudis ac vitii in judicium deducta est, si quid deinde in emancipatos filios donatione collatum est, antequam crimen oriatur, intemeratum apud accipientium jura persistere: nec quicquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio cum obligari cœpit, habuerit: vel quod agens tam suo, quam uxoris suæ, vel filiorum, vel cujuscunque præterea nomine comparaverit: exceptis duntaxat Cæsarianis, vel Catholicianis [9], qui ab omni juris beneficio excluduntur, nisi probata a me purgataque [10] ratiocinia fuerint, ut quod innoxie habuerint, transmittendi copiam habeant. Dat. 3. Non. Aug. *Constantinop.* ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

Si condemnatus liberos habeat, vel non habeat.

10. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hierio P.P.

QUando [11] quis quolibet crimine damnatus capitalem pœnam deportationemve sustineat: si quidem sine liberis mortuus sit, bona ejus ad fiscum perveniant. Si vero filii, vel filiæ, vel nepotes ex defunctis filiis relicti erunt, dimidia [12] parte ærario vindicata, alia eis reservetur. Idem est & si posthumos dereliquerit. † Decurioni vero, qui hoc incurrit, si liberos non habeat, succedat Curia, bonaque universa detineat aut ipsa per se, aut suo ordinatura periculo munera subiturum. † Sin [autem] erit soboles Curiali: & si ea necdum procreata est, integris patris fortunis fulciatur. Si filia vel filiæ fuerint, pars dimidia ad eas devolvatur facultatum, altera dimidia ad Curiam. Sin [autem] mares Curiales fuerint intermixti, dimidia pars eis Curiæ nomine deferatur: & alia quam in commune omnibus tribuit indulgentia principalis, pro virili dividatur portione: excepta sola majestatis [13] quæstione: quam si quis sacrilego animo adsumpserit, juste pœnam ad suos etiam posteros transmittet. Dat. 10. Kal. Febr. *Constantinop.* D. N. THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De bonis fisco deferendis.

11. Αὐτοκράτωρ * Græca constitutio.

Sententia l. ult. Cod. de bonis proscriptorum, lib. 9. Cod. tit. 49. *Ex Eustathio.*

Περὶ χρονικῶν διαστημάτων.

QUicunque [14] habent, vel detinent bona damnati perduellionis, in Regia quidem urbe intra duos menses: In provincia vero intra octo menses debent ea fisco deferre. Alioquin enim una cum ipsis bonis quadruplum insuper præstabunt.

Ejusdem constitutionis epitome integrior ex lib. 60. *Eclog. tit.* 52. *cap.* 15.

SI [15] quis perduellionis crimine convictus, publicationem bonorum sustineat, ii, qui bona ejus habent, si versantur in Regia Urbe, intra duos menses, si non versantur in urbe Regia, intra octo menses ea deferre debent. Quod si non fecerint, cum bonis quadruplum præstant.

In AUTHENT. ut nulli Jud. §. fin. col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. ult.

B*Ona damnatorum* [16] *seu proscriptorum non fiunt lucro Judicibus, aut eorum Officiis: neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentibus & descendentibus, & ex latere usque ad tertium gradum, si supersint. Uxores vero eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant. Si vero sine dote sint, de substantia mariti accipiant partem legibus definitam sive filios habeant, sive non. Sed si neminem prædictorum habent, qui deliquerunt, eorum bona fisco sociantur.* † *In majestatis vero crimine condemnatis veteres leges servari jubemus.*

TIT. L.

DE BONIS EORUM, QUI MORTEM [17] SIBI CONSCIVERUNT.

Ubi quis mortem sibi conscivit ob criminis publici conscientiam, bona ejus publicantur.

1. Imp. ANTONINUS A. Aquiliæ.

EOrum demum bona fisco vindicantur, qui conscientia delati, admissique criminis, metuque futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt. Ea propter fratrem, vel patrem tuum, si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio vitæ, aut furore, vel insania [18], aut aliquo casu suspendio vitam finisse constiterit, bona eorum, tam ex testamento, quam ab intestato ad successores pertinebunt. PP. 12. Kalend. Jun. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

2. Imp. ALEXANDER A. Rustico.

EOrum, qui in [19] reatu diem suum functi sunt, si non perduellionis [20] causam sustinuerunt, nec ob metum criminis [21] mortem sibi consciverunt, bona ad successores transmittuntur. Dat. Idib. Maji, ALEXAND. A. iterum, & MARCELLO A. CONSS. 227.

TIT. LI.

DE [22] SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITUTIS [23].

Quid sit in integrum restituere.

1. Imp. ANTON. A.

CUm [24] salutatus esset a Gentiano [25], & Advento, & Opilio Macrino [26], Præfectis prætorio, Clarissimis viris: item Amicis, & Principalibus [27] officiorum, & utriusque Ordinis [28] viris, & processisset, oblatus [29] est ei Julianus Licinianus, ab Opilio [30] Ulpiano tunc Legato in insulam deportatus: tunc Antoninus Augustus dixit: *Restituo* [31] *te in integrum provinciæ* [32] *tuæ,* & adjecit: *Ut autem scias, quid* [33] *sit in integrum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris te* [34] *restituo.*

De bonis.

2. Idem A. Quieto.

CUm patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, ejus quidem bona merito a fisco occupata sunt: nec ideo quod ex indulgentia [35] mea *pœnæ tantummodo metalli liberatus esset,* etiam [36] bonorum restitutionem impetravit: nisi [37] speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

De ære alieno.

3. Imp. ALEXANDER A. Stratonico.

SI debitor pœnam sententiæ passus est, quam bonorum ademptio secuta est: quamvis postea *civitati Romanæ restitutus,* non totam substantiam, sed aliquid [38] ex indulgentia Principis ut haberet, impetravit, æris tamen alieni ex præcedente tempore pœna liberatus est. Si vero partem bonorum accepit, pro rata portione ejus tenetur [39]. Quod si ob pecuniam debitam fisco bona ejus occupata sunt, mansit una cum [suis] fidejussoribus propriis creditoribus obligatus.

De tutelæ actione.

4. Idem A. Valentinæ.

TUtor filiorum [tuorum,] quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in [40] metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus [41], quamquam locupletior [42] sit, actione tutelæ administratæ tibi non tenetur, si non ex gratia sententiæ facta, specialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperaverit.

De actionibus.

5. Idem A. Juliano.

SI ademptis bonis in insulam deportatus sis, quamvis ex indulgentia communi rediisti [43], actiones [44] tamen, quascunque habuisti remanent in causa bonorum publicatorum: nec ex ordine est, quod petis, ut contra heredes tutorum actiones tibi præstentur.

De patria potestate.

6. Imp. GORDIANUS A. Fabiano P. P.

IN insulam deportato filio [45], hacque ratione vinculo paternæ potestatis exempto: si postea ex indulgentia D. Alexandri (ut proponis) reditus in pa-

Gandin. *tract. de malefic. rubr. de bon. malefactorum.* 1 Manu injecta vindicare. 2 De dote. 3 Vide *l. 1. supr. de dote cauta.* 4 Corporaliter tradere, i.e. reipsa. Confessio dotis receptæ fisco non nocet: si tamen fiscus intra tempora proposuerit exceptiones non numeratæ pecuniæ. Tiraquell. *de retract. gentil.* §. 1. *gl.* 18. *num.* 91. adde Roland. a Valle 1. *cons.* 31. *n.* 43. 5 De donatione ante nuptias, *d. l. 1. vers. & donatio, l. 31. in fin. ff. de donat.* 6 De donatione facta emancipatis liberis. *d. l. 9. §. 2. vers. si quid etiam in emancipatos.* 7 *d. l. 9. §. 1. vers. quod vero.* 8 *d. l. vers. sed in his. l. 1. J. de jur. fisc. l. 4. supr. de privil. fisci.* 9 Officiales sunt procuratores Cæsaris.

10 *Putata, ut in l. 31. §. 3. ff. de negot.* vide Cujac. 11. *obs.* 9. 11 *l. ult. C. Theod.* 12 *l. 7. ff. h. t.* Hodie id immutatum *Nov. 17. c. 12. & 134. cap. ult.* nisi sit crimen majestatis. *infr. hic.* 13 *l. 5. supr. ad l. Jul. majest.* 14 Interpretatio Cujacii. 15 Interpretatio Leunclavii. 16 Conciliationem hujus auth. cum *Nov. 17. c. 12.* & cum *Nov. 134.* item cum *auth. incestas. Cod. de incest. & inutilib. nupt.* vide apud Rittershus. in *exposit. Novell. part. 4. num. 35.* & omnino *part. 13. cap. 4.* Ans.

17 Dixi ad *L. 48. D. 21.* adde *l. 12. ff. de accus. l. 2. supr. qui test.* Goth. Adde Placam *lib. 1. miscellan. criminal. c. 23.* Mod. 18 Dixi ad *l. 3. §. 4. ff. h. t.* 19 *d. l. 3. §. 1. l. ult. J. de jur. fisci.* vid. *l. 45. §. 1. ff. de jure fisci.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 3. c. 12. n. 15.* Ans. 20 Id est, majestatis. 21 Hujus legis praxin vide *censur. forens. nostr. lib. 5. cap. 11. num. 14.* S. L.

22 *L. 9. C. Theod. 43.* dixi ad *L. 48. D. 23. & 6. Ecl. 3.* Goth. Vide Bossium *de remediis ex sola sententia Principis fol.* 331. Mod. 23 De hoc restitutionis genere vide Sfortiam Oddum *tractatu de restitutionibus, quæst. 94. 95. 96. ad* 100. 24 *Imperator Antoninus A. cum salutatus esset &c.* Cujac. 15. *observ.* 3. 25 Ecdeciano Advento. Cujac. ibid. 26 *Macrinio,* Cujac. *ibid.* 27 *Principibus,* Cujac. *ibid.* sic enim apud Lampridium in Alexandro. Sunt autem Principes officiorum, principes agentium in rebus. 28 Senatorii Equestris. 29 Ut deportatus in insulam restitueretur. 30 *Ælio* Cujac. *ibid.* 31 Julius Lucianus deportatus a legato Cæsaris restitutus honoribus, ordini, & cæteris omnibus. 32 Restitutus provinciæ, vel laribus suis, bonis dignitati vero & bonis patriæ potestati, restitutus intelligitur. Bonorum enim appellatione liberi continentur. vid. Sfortiam Oddum *d. loco, quæst. 95. art. 1.* 33 In integrum restituere quid sit hoc loco. 34 Hæc restitutio plenissima est. Nam & patria potestas, jus patronatus, bona, testamentum & omnia, quæ per deportationem amissa sunt, restituuntur.

35 Indulgentia pœnam, at non bona restituit, nisi & id quoque dictum fuerit. 36 Indulgentia simplici vel generali, non intelliguntur bona indulta, *ut hic, & l. 4. l. 5. infr. h. t.* (cui obstare videtur *l. ult. in fin. J. h. t.* verum quidam indulgentiæ restitutionem illo loco accipiunt pro restitutione in integrum, non pro indulgentia) quid si indulgentia plena & libera sit concessa? bona quoque concessa intelliguntur. vid. Sfortiam Oddum *ibid. quæst. 91. art. 6.* 37 Indulgentia generalis stricte accipitur: ut nihil, nisi exceptum sit, ea veniat, *ut hic, & l. 9. J. h. t.* 38 Forte modicum. 39 Adde *l. 5. supr. de bon. proscriptor.* vide Cujac. 15. *obs.* 38. 40 Si missus in metallum postea revocetur, quamvis deinceps locuples fiat, nemini tamen tenetur eorum nomine, quæ ante metalli damnationem debuit: nisi pristina ejus bona fuerint ei restituta. *Synops. Basil. 6. Tit. 3.* ex *lib. 60. tit. 68. cap. 8.*

41 Vid. quæ scripsi ad *l. 7. J. h. t.* 42 Revocatus ex metallo, licet locuples postea factus fuerit, non tenetur creditoribus eorum nomine, quæ ante pœnam metalli debuit, nisi pristina ejus bona sint ei restituta, *l. 12. J. h. t. 6. Ecl. 5. ex lib. 60. tit. 68. c. 8.* Goth. Adde Joann. Baptist. Cost. *de quot. & rat. quæst.* 120. Ans. 43 Vide eandem *d. l. 7. ubi scripsi.* 44 Deportatis restitutis actio in debitores non restituitur, *ut hic,* nisi cum bonis restitutio facta sit. *l. 11. J. h. t.* 45 Filius restitutus, in patriam potestatem non revertitur, *ut hic,* nisi ea conditione restitutus sit, ut jus potestatis redintegraretur. *arg. l. 9. J. h. t.*

trium ſolum [1] præcedensque dignitas [2] reſtituta ſit, poteſtas tamen patria [3] repetita non videtur.

De reditu, De militia, De exiſtimatione.

7. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Caſſio.

GEneralis indulgentia noſtra reditum [4] exulibus ſeu deportatis tribuit [5]: non etiam loca militiæ [6] pridem adempta conceſſit, neque [7] integram atque illibatam exiſtimationem reſervavit.

De ſervis.

8. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Seleuco P. P.

FRuſtra [8] adhuc ſervum [9] eſſe tui juris exiſtimas, qui in metallum damnatus, pœna ejus poſtea liberatus eſt. Per hujusmodi enim indulgentiæ occaſionem integrari dominium prius non placuit: verum idcirco tamen impune tibi eum Præſes provinciæ injurioſum eſſe [10] non patietur. Quod ſi quid rerum tuarum tenet, Procurator vobis judex erit: fiſci enim cœpit eſſe mancipium.

De patria poteſtate.

9. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Reſtitutæ & aliis.

SI pater veſter in inſulam deportatus, generali indulgentia reſtitutus eſt, nec ut liberos in [11] poteſtatem reciperet, ſpecialiter [12] impetravit: in dubium non venit, hereditatis commodum per vos ei acquiri, quos ſententia contra eum prolata patresfamilias effecit, nequaquam potuiſſe.

De effectu indulgentiæ.

10. Iidem AA. & CC. Demetrio.

CUm indulgentia noſtra interveniente ſis reverſus ad lares tuos, fruſtra vereris, ne ex annotatione Præſidis, quæ jam abolita eſt, calumniam [13] patiaris.

De lite ante deportationem mota.

11. Iidem AA. & CC. Philippo.

CAſus ejus, qui fundi moverat quæſtionem, & ex benignitate noſtra facta [14] in eum cum bonis reſtitutio, ſtatum priſtinum cauſæ non immutavit.

De ære alieno.

12. Iidem AA. & CC. Tryphoni P.P.

SI deportationis ſententiæ veniam indulgentia noſtra conſecuta ſuam recepit [15] ſubſtantiam, ſe protegere ſceleris pœna contra [16] creditores, quominus jure debitum ſolvat, improbe conatur.

De patria poteſtate, & ejus effectibus. 4. *De bonis, dignitate & patria poteſtate.*

13. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. U.

IN [17] quæſtione teſtamenti, quod deportati filius remeante patre feciſſet, remotis Ulpiani, atque Pauli notis, Papiniani placet valere ſententiam, Ut [18] in patris ſit filius poteſtate, cui [19] dignitas, ac bona reſtituta ſunt.

§. 1. Ita [20] tamen, ut geſta per filium, cujus conſilia legitima ætas firmaverat, rata ſint, eodem in poteſtatem patriam redeunte, ne eorum reſciſſio efficiat (quod eſt maxime abſurdum [21]) eodem [22] tempore nec in patris, nec in ſua quemquam fuiſſe poteſtate. §. 2. Minores enim ætate jure quicquam agere prohibentur. Quibus ſi damnato patre tutor datus eſt, neceſſe eſt ut ab officio ſuo recedat, regreſſo eo, quem non ſolum nomine [23] redire, ſed etiam officium [24] ſuum nulla pravitate corruptum liberis præbere oportet, ut eorum bona tueatur, & augeat. Nam [25] ſi patria poteſtate ad [26] corrumpendi, atque effundendi patrimonii licentiam abutatur: ut furioſo, ac dementi, itemque prodigo [27], libidinum omnium, vitiorumque ſervo, non eſt eorum pecunia committenda: [quin] ab adminiſtratione fugiat, neque tutor eſſe deſinat, omniaque minoris diſpendia ſuis ipſe damnis præſtet. Sententia vero deportationis nullo patrem præjudicio diminuat. §. 3. Quem ſi comperta integritas, ut naturæ, ita officio liberis reſtituerit, ei gubernacula [28] rerum tradenda ſunt, cujus ad imitationem publici juris proviſa cuſtodia eſt. Quæ niſi bonis patribus detur, luctuoſior erit [filiis] reditus, quam diſceſſus.

§. 4. Ideoque tantum [29] ad reſtitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem ſententia valuit: utque *deportationis* ipſum per ſe [30] nomen [31] rerum omnium ſpoliatio eſt: ita indulgentiæ reſtitutio [32], bonorum [33] ac dignitatis, uno nomine amiſſorum omnium ſit recuperatio. Et filii emancipationem a patribus officiis petant: ut libertatem non damnationis, ſed lenitatis paternæ teſtem habeant. Dat. 18. Kalend. Octobr. *Sirmii*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. C. CONSS. 321.

14. [34].

Explicatus eſt Codicis DN. Juſtiniani PP. A. Repetitæ prælectionis liber nonus.

1 Indulgentia generalis patriam reſtituit. vid. *d. l. 7.* 2 Indulgentia generali fama non reſtituitur. *l. 3. 8. de generali abolitione.* 3 Indulgentiam generalem conſecutus liberos ſuos in ſuam poteſtatem non revocat. vide Sfortiam Oddum *d. tract. de reſtit. quæſt. 94. art. 3.* 4 Indulgentia generalis patriam & in eam reditum tribuit. *ut hic*, & *l. 4. 5. 6. ſupr. h. t.* adde Sfort. Oddum *d. tract. de reſtit. quæſt. 94. art. 2.* 5 Indulgentia generalis, neque militiam, neque famam reſtituit. 6. *Synopſ. Baſil. 3. ex lib. 60. tit. 58. cap. 11.* adde *l. 3. ſupr. de generali abolit. l. 10. in fin. J. h. t.* Ideoque ſi generali principis indulgentia redierint omnes relegati & deportati, neque militias ſuas recipient, & infames manebunt, *Syn. d. loco.* 6 Reſtitutis a pœna, ſervi non reſtituuntur. 7 Vide quæ ſcripſi ad *leg. 3. ſupr. de generali abolitione.* 8 Indulgentia generali domino conceſſa, non reſtituuntur ei ſervi fiſco commiſſi ex deportatione ipſius domini. 9 Servi reſtituti, dominis injurioſi eſſe non debent. dixi ad *leg. 13. in fin. ſupr. de pœnis.*
10 Reſtitutio jus patriæ poteſtatis non reſtituit, niſi ſpecialiter jus poteſtatis reſtitutum fuit. *Ecl. dicto loco, c. 13.* adde *leg. 6. ſupr. h. t.* aut dignitas ac bona ſint reſtituta. *l. 13. in pr. J. h. t.*
11 Præſes non deportat, ſed deportandum adnotat, eamque adnotationem plerumque ſequuntur principes. *l. 6. §. 1. ff. de interdict. & relegat.* 12 Vide *l. 2. in fin. ſupr. h. t.*
3 Reſtituti adverſus præſidis adnotationem ſtatus in dubium revocari non debet.
4 Dixi ad *l. 5. ſupr. h. t.* adde *l. 21. ff. de verb. ſignif.* 15 Dixi ad *leg. 4. ſupr. h. t.*
6 Reſtitutus in integrum, non poteſt uti beneficio reſtitutionis in fraudem creditorum.

17 *l. unic. C. Theod.* 18 Patriam poteſtatem recuperat deportatus, cum primum reſtitutus eſt. 19 Dixi ad *l. 9. ſupr. h. t.* 20 Reſtrictio regulæ: facit *lex 8. ff. de pact. dotalib.* atque ita reſtituta patria poteſtate deportato reſtituto, quæ intermedio illo tempore geſta ſunt, per ejus filium rata ſunt. 21 Abſurditas vitanda. 22 Contraria duo ſimul concurrere non poſſunt. Nec enim quis poteſt eſſe eodem tempore ſui juris, & in alterius poteſtate. 23 Nomine tantum reſtituitur patriæ poteſtati, qui adminiſtrationem rerum filii non recuperat: quique ad ejus bonorum adminiſtrationem non reſtituitur. 24 Patris officium eſt, res liberorum recte adminiſtrare. 25 Reſtituta alicui patria poteſtate, reſtituitur eidem jus adminiſtrandorum bonorum, ſi modo legitimæ adminiſtrationis capax ſit. 26 Adde *l. 50. ff. ad SC. Trebell.* 27 Prodigus libidinum, omniumque vitiorum ſervus, *ut hic*, neque modum, neque finem expenſarum habens, bona dilacerans atque diſſipans. *l. 1. ff. de curat. fur.* everſor. dixi ad 1. *Caji ult.* his addatur elegans prodigi deſcriptio ex Paul. 3. *ſent. 4. §. 7.* 28 Vide quæ ſcripſi ad *l. 11. ff. de verb. oblig.* 29 *l. 6. §. 12. ff. de injuſto, rupt. & irr.* 30 Nominis vis ſpectanda. 31 Deportatio, rerum omnium ſpoliatio. 32 Indulgentia bonorum, dignitatis reſtitutio. his adde, quæ de verbo *reſtituendi* ſcripſi ad *l. 35. l. 75. ff. de verb. ſign. l. 173. §. 1. ff. de reg. jur.*
33 Vide quæ ſcripſi ad *l. 2. ſupr. h. t.*
34 Deeſt hic conſtitutio, quam vide apud Cujac. 20. *obſerv.* 31.

D. JUSTI-

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ [1] PRÆLECTIONIS,
LIBER DECIMUS [2].

TIT. I. [3].
DE [4] JURE [5] FISCI [6].

De donatione præcedente obligationem fiscalem.

1. Imp. ALEXAND. A. Attico, & Severo [7].

SI prius [8] quam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam [9] prædiorum donationem [10] fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur [11].

De computatione a Tabulariis facta.

2. Imp. GORDIANUS A. Serenio [12].

INstar rei judicatæ obtinere minime [13] potest computatio a Tabulariis [14] facta: nisi sententia Procuratoris [15] fuerit comprobata.

De venditione in fraudem fisci.

3. Idem A. Atticæ.

SI minori [16] pretio, quam res est, aperta fraude [17] emptoris vel gratia, quæ obligata sunt fisco [18], venierint: aditus Procurator [19] meus debitam quantitatem inferenti [20] restitui ea prædia jubebit.

De metroicis.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Niceti [21].

CErta forma super metroicis [22] data est, qui jussu Principis in aliam civitatem translati sunt. Nam prædia [23] eorum, quæ antequam demigrarent, habuerint, si ab eis [24] distracta non essent, fisci rationibus vindicari jampridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto Augusta majestas decrevit. Ut igitur a Principibus salubriter statutum est, ita salvis his quæ utiliter placuerunt, parentibus [25] heredes eos existere minime oportere, nulla legis sanctione statutum est.

De bonis non capiendis sine autoritate Principis.

5. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. ad Flaccum.

PRohibitum [26] est, cujuscunque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi, priusquam [27] a nobis forma fuerit data. Et ut omni provisionis genere occursum sit Cæsarianis [28], sancimus licere [29] universis quorum interest, objicere manus his qui ad capienda bona alicujus venerint, qui succubuerit [30] legibus: ut etiamsi Officiales ausi fuerint a tenore datæ legis desistere, ipsis privatis resistentibus, a facienda injuria arceantur. Tunc enim is cujus interest bona alicujus non interpellari, Officialibus volentibus ea capere, debet acquiescere, cum literis [31] nostris cognoverit, non ex arbitrio suo Cæsarianos (id est Officiales) ad capiendas easdem venisse facultates: sed justitiæ vigorem [32] id fieri statuisse.

Si non suo tempore agatur.

6. Imp. CONST. A. ad provinciales [33].

JUstas etiam, & quæ locum habent, fisci actiones præcipimus concremari [34], ob hoc solum, quod suis [35] temporibus prolatæ non sunt: ut [36] jam [37] calumniæ privatorum eo saltem arceantur exemplo, quo justas fisci lites silere præcipimus. Dat. 3. Kal. Jun. CONSTANT. A. V. & LICINIO CC. CONSS. 319.

De bonis lite pendente non occupandis, si post rem secundum fiscum judicatam interversum quid fuisse apparuerit.

7. Idem A. ad Volusianum P. U. [38].

DEfensionis [39] facultas danda est his quibus aliquam inquietudinem fiscus infert: cum facultates eorundem adhuc [40] controversia pendente inquietari describique fas non sit. Ubi ergo controversia extiterit, fisco alicujus patrimonium vindicante, apud eum [41] omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur [42]: ut cum rei exitus debere eas vindicari [43] probaverit, tunc demum res persequi liceat, & super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales [44] servos investiganda est: ut si quid subtractum [45] fuerit, exigatur, & extrinsecus integrum tantum [46] aliud multæ nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. † Sane in hujusmodi quæstione, si Cæsariani [47] nomen inciderit, ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere [48]: siquidem consuetudo fraudum, quibus prædicti [49] omnia temerare consueverunt [50], exceptionem eorundem meruit [51]. Dat. prid. Kalend. *Sirmii*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

1 Al. *Ex repetita prælectione.* 2 Juris fisci vocabulo etiam privilegium fisci comprehenditur, *l. Ælianus. ff. de manumiss. l. 2. supr. de privil. fisci.* qui titulus an, & quid a nostro hoc distet, docebit te Cujac. *hic.* præter quem etiam ad hos tres libros posteriores scripsere Plateanus, Penna, Pulvæus, Pyrrhus Anglebermæus & Alciatus. porro fiscus est cophinus sive sporta, ejusque appellatione non sacrum tantum ærarium, id est, sacræ largitiones sive thesauri continentur, de quibus proprie fiscus dicitur, *l. 3. ꝟ. de quadr. præsc.* sed & privatum, id est, res & largitiones privatæ Augusti vel Augustæ, *l. 1. ꝟ. de locat. præd. civil. l. 1. ꝟ. de collat. fund. fisc.* vide *l. 9. hoc tit. infr.* Mod. 3 Titulus hic generalis est: de privilegio vero fisci *supr.* specialis, ut quo de speciali hypotheca fisci tractatur. 4 Addebant veteres, *& populi*, & Paul. *lib. 5. sent.* 12. sic Lampridius *in Alexandro* scribit, *eum leges de jure fisci & populi moderatas & justas tulisse.* Cont. 5 Id est, privilegio, adde *Lib. 7. tit.* 73. *supr. L. 49. D.* 14. Fiscus num eodem modo restituitur in integrum, ut minor & Ecclesia: & sic hi tres in restitutionibus comparantur, si per suos gestores & procuratores damnum senserint? Comparantur. *Pyrrhus l. 6. infr. h. t. Gloss. l. si curator 5. in fin. ff. de jure fisci. l. sub specie* 4. *supr. de re jud. l. un. infr. de sent. advers. fisc. latis. l. Imperatores* 35. *ff. de re judic. cap. auditis. x. de in integ. restit.* vid. Everard. *loco a minoribus ad fiscum.* 64. de sententia vide, quæ scripsi ad *l. 3. supr. in quibus caus. in integr. restit.* de mora *l. 14. supr. de procurat.* Goth. Ad hunc tit. vid. Boss. *tit. de fisco & ejus privileg.* Alciat. & Cujac. Ans. 6 Id est, ærarii, tam sacri, quam privati. *l. 9. ꝟ. h. t.* Porro fiscalium originem ita veteres quidam repetunt a provinciarum inter Principem & Populum partitione: quasdam enim Imperatoris, quasdam pop. Romani factas fuisse, ut ex earum provinciarum reditu haberet P. Romanus aliquid, quod in rem suam propriosque usus verteret, & hæc fiscalia seu publica appellata, quæ pleno jure dominii populi essent, ita ut ea etiam alienaret pro suo arbitratu. Cæterum ut P. Romanus, ita civitates reliquæ quasdam etiam res peculiares habuere, fundos puta, servos & similia: quibus administrandis, imo etiam alienandis, a principe idoneus quis præficiebatur. Quin hujusmodi res quoque in dominio cujusque civitatis erant, ut priores illæ in P. Romani: hæc tantum differentia fuit, quod quæ P. Romani res erant, fiscales & publicæ proprie: quæ civitatum, proprie civiles, improprie vero publicæ & fiscales dicebantur. 1. Harm. 2. §. 46. Suet. *in Aug.* 7 *Hujus legis inscriptio sic ex manuscript. l. reponenda est:* Impp. Severus & Antoninus AA. Attico & Severo. *al.* Sereno. 8 Adde *l. 10. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 4. supr. de privil. fisci.* Quid si quis eadem die cum alio contraxit, qua cum fisco? Fiscus præfertur, si cum privato contractum fuerit titulo lucrativo, *ut hic*, secus si oneroso. Ripens. ad *l. 10. ff. de pign. n.* 8. Fraus enim facilius præsumitur adversus fiscum in causa lucrativa, quam onerosa. *l. 1. §. si quis in fraudem* 12. *ff. si quid in fraud. patroni.* Goth. Donatarius a fisco conventus hypothecaria, in dubio probare debet donationem præcessisse, ut absolutio sequatur. Rip. *ad l. si debitor. n. 7. ff. de pignoribus.* Hannibal de Cano *ad l. post contractum. ff. de donat. num.* 43. 45. & 47. Camil. Visit. *ad l. 1. ff. solut. matr.* præter quos adi etiam Ægidium Bossium *in tit. de fisco & ejus privilegio fol.* 377. Mod. 9 Perficitur vulgo donatio traditione vel mancipatione: in filios, etiam nuda voluntate. *l. 4. C. Theod. de donat.* Cujac. *hic.* 10 Vid. *l. 9. §. sed in his. supr. de bonis proscript.* 11 *Sub.* Pauliana: at non hypothecaria vel in factum, quarum neutra rescissoria. Cuj. 12 Al. *Sereno.* 13 Potest igitur retractari. 14 Tabularii qui, dixi ad *l. 7. ꝟ. de exact. tribut.* Goth. Tabularii eorum, quæ publico inferuntur & debentur, rationes conficiunt. *l. 1. & l. missi. ꝟ. de exact. tribut. l. 2. ꝟ. de numer. l. 1. ꝟ. de immun. nem. conc. l. 1. ꝟ. de censib.* Vide autem Coras. *lib. 3. miscell. c.* 11. Mod. 15 Qui & rationalis. 16 Vid. Cujac. 16. *obs.* 29. 17 Aliud si bona fide. *l. 1. ꝟ. ne fiscus.* 18 Id a fisco, id est, procuratore vel officio ejus. 19 Imo præses, vid. *l. pen. ff. de resc. vendit.* 20 Vid. *l. 16. supr. de rescind. vendit. l. 2. ꝟ. de fide & jur. hastæ. Tit. 3. h. l. 1. supr. de præscr. 30. ann. l. 9. ff. de rescind. vend.* 21 Mucatraulo, ut *supr. l. 7. ff. de resc. vend.* 22 Al. *Metæcis*, Recte. *Metæci* sunt coloni & incolæ, qui ex una civitate in aliam migrant, jussu principis, *ut hic. l. 12. in fin. ff. de excus. tut.* Dixi ad *tit. ff. ad munic. & de incolis.* Goth. Suidas *metoecos* dici eos tradit, qui extra patriam habitant; & tributum quod ab his persolvitur *metoecion.* erantque Athenis olim *metoecia* festus dies, ob receptos in civitatem colonos. Cæterum constituitur hac lege; ut τῶν μετοίκων prædia in fiscum redigantur, quæ ab eis distracta non fuerint; nisi specialiter id eis Princeps concesserit, ut ea sibi retineant: sic tamen, ut non arceantur a successione parentum in ea civitate relictorum, ex qua emigrarunt. Unde & postea sibi ex successione in eadem civitate bona acquirere possunt, ex alia causa forsitan non æque, *arg. l. milites. ff. de re milit.* adi Forcatulum *Necyomant. jur. dialog* 18. Mod. 23 Prædia incolarum (qui hic μέτοικοι) quæ antequam migrarent jussu principis habuerunt in fiscum redigenda, nisi princeps id eis concesserit, ut ea sibi retinerent. 24 Al. *his.* 25 Metœci non arcentur a successione parentum in ea civitate relictorum, ex qua migrarunt. 26 Nunciis principis non creditur sine literis. *Bart.* 27 Officiales procuratoris Cæsaris bona caduca occupare non possunt, sine auctoritate principis. 28 Cæsariani officiales procuratoris Cæsaris, dixi ad *l. 10. ff. de publicanis.* Goth. Qui & *Catholiciani* dicuntur *in l. pen. §. ult. supr. de bon. proscript.* quemadmodum procurator ipse *Catholicus* sæpe in lib. Βασιλικῶν appellatur. *Mod.* 29 Resistere licet officialibus & Cæsarianis, bona caduca occupantibus sine jussu Principis, atque ita permittitur cuique injuriosos conatus eorum prohibere, si quid injuria facere cœperint aut voluerint: licet, inquam, id iis, quorum interest, *ut hic.* Tenentur quoque injuriæ. Paulus *l. 5. sent.* 12. §. 6. Quoties sine autoritate judicati officiales alicujus bona occupant, vel describunt, vel sub observatione esse faciunt, adito procuratore injuria submovetur: & hujus rei autores ad P. Prætorio puniendi mittuntur. Goth. Vid. Marci *decis.* 772. Anton. Fab. *ad Cod. l. 7. tit. 20. defin.* 15. Pecc. *de jure sistendi cap.* 22. & 23. S. L. 30 Legend. *quæ succubuerint*, id est, ceciderint in causa caduci. 31 Vid. *l. 1. supr. de mand. princ.* 32 Vigore. 33 *C. Theod. h. tit. l.* 3. 34 De igne & ignis pœna, vid. *l. un. supr. de Nili aggerib.* 35 Fisci actiones intra suum ac legitimum tempus instituendæ: post tempus legitimum, moveri non possunt. 36 In C. Theod. deest, *ut*, & sic novus versiculus incipit, *jam &c.* Goth. τὸ *ut*, inducit etiam Cujacius: qui ait sententiam hanc esse: Si abolentur justæ fisci lites præscriptione temporis, quid fiet de injustis & calumniosis privatorum litibus? *Mod.* 37 Si fisci litibus etiam justis præscriptio objiciatur, quanto magis injustis privatorum objici potest & debet. 38 *C. Theod. h. t. l. 5. desunt.* 39 Id est, reclamandi copia. adde *l. 46. ff. h. t.* & 1. Harm. 2. §. 44. 40 Conventorum a fisco bona, pendente ipsa lite neque describi, neque distrahi debent. Possessio apud reos remanere debet, *ut hic.* nisi officiales sint procuratores Cæsaris. *vers. sane. ꝟ. h. t.* 41 Possessorem. 42 *Sub.* apud rationalem. 43 *Vindicare, in C. Theod.* 44 Conditionales tabularii, huic conditioni addicti & mancipati, adeo ut non possint ad aliam aspirare militiam vel dignitatem. dixi ad *l. 11. supr. qui potiores.* 45 Al. *ei fuerit.* 46 Et sic duplum, ut *l. 46. §. 1. ff. h. t.* Imo quadruplum, ut *l. 8. ꝟ. h. t.* dixi ad *l. 45. §. 13. ff. h. t.* 47 Cæsariani seu officialis Procuratoris Cæsaris a fisco conventi bona, statim seu ab initio litis ipsius motæ, a fisco possidentur, vel describuntur, *ut hic*, quod in aliis non est. *supr. h. t.* Cur hic aliud in Cæsariano, quam alio homine? Præsumptionem malæ fidei, possessionis consuetudo fraudem inducit. *in fin. ꝟ. h. t. l. 2. C. Theod. de bonis vacantibus.* 48 Al. *Absidere.* 49 Al. *prædicta.* 50 Præsumitur mala fide possidere, qui consuevit alium fraudare. Jus id ἐκ τῆς προλήψεως seu præsumptione est, ut notant Græci, teste Cujacio ad *Novell. 22. in fin.* Hinc colligunt, publicæ rei administratores, qui ad illud munus inopes venerunt, si postea divites facti fuerint, ex publica pecunia divites factos fuisse præsumi, si modo id, constante administratione, adquisiverint, non post redditas Reipublicæ rationes. adde, quæ dixi ad *l. 10. in fin. supr. arbitr. tutelæ.* 51 Meruerit, in *C. Theod.* al. *meruerunt.*

De interversorum pœna.

8. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Dracontium, Vic. Africæ.

QUi [1] in contractibus scelestis, ac fisco perniciosis interversorum [2] maculosis sese fraudibus implicuerint: quadrupli [3] redhibitione teneantur. Dat. 15. Kalend. Decembr. *Adrumeti*, VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

De susceptoribus. De Irenarchis. De Optione.

9. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Patricio Comiti rerum privatarum [4].

SUper [5] creandis susceptoribus [6] periculo Procuratorum [7] rei dominicæ [8], dispositionem tuæ sublimitatis firmam esse præcipimus: ita ut omni ambitione cessante, quæ statuta sunt, quæque antiqua consuetudine commendantur in pabulis [9], vel sumptu familiæ ministrando, intemerata permaneant: super Irenarcha [10], & Optione [11] omni antiqua [12] consuetudine observanda. Dat. 3. Kal. Januar. *Constantinop.* THEOD. A. IX. & CONSTANTIO II. [13] CONSS. 420.

De bonis mortuorum ante condemnationem.

10. Iidem AA. Palladio P.P. Orientis [14].

EOrum patrimonia mortuorum [15], qui vitæ suæ tempore diversis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaquam competere [16], [vel ab eo alienari [17]] censemus, nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse convictos [18]. Dat. 8. Id. Jul. *Ravennæ*, EUSTATHIO, & AGRICOLA CONSS. 421.

Intra quod tempus lis finienda sit.

11. Pars undecimæ const. ex *lib.* 56. βασιλ.

OMnis [19] publica actio intra sex [20] menses post litis contestationem peragatur: nisi forte contingat, ut sit necesse, vel personas, vel instrumenta quædam ex provinciis accersiri in Regiam Urbem, aut si ipsimet, qui conveniuntur, causam dilationis præbeant, utpote si se imparatos dixerint.

TIT. II.

DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBUS [21].

1. Imp. GORDIANUS A. Saturnino & aliis.

NOn injusta ratione desideratis, repromissa fisco indemnitate, eos priore [22] loco conveniri, qui reliqua contraxerint, mox ad vos perveniri qui ab his quædam mercati estis.

Cautio quæ non probat contra fiscum, sed contra officiales facit ut officiales primo conveniantur. Bart.

2. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Erophilo [23].

FIsco quidem contra te manet actio, quod argentum [24] quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem quæ tibi super eo exposita est, Tabularius non subnotavit: æquum [25] tamen est, ut prius de bonis ejus qui exactor fuit, si solvendo est, [& [26]] conveniendi ejus facultas datur, indemnitati fisci satisfiat [27]: tunc a te, si servari hic modus non possit, reposcatur.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Januario & aliis.

QUoniam [28] Augerio [29] ac filio ejus ad exigenda reliqua [30] consortes [31] vos atque consocios [32] esse dicitis, eisque certorum [33] duntaxat nominum exactionem mandatam [34]: nec inter eum [35], & cæteros, qui exactores fuerant nominati [36], confusæ exactionis mutuum periculum constitutum [37], sed separato muneris [38] obsequio [39] discretam sollicitudinis rationem fuisse adseveratis: a jure non discrepat, ut prius [40] ex bonis exactorum qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: postque eos, si solidum debitum exolutum non sit, nominatores conveniri. Rationalis [41] igitur noster juris ordinem sequetur: excussisque exactorum facultatibus nec non etiam nominatorum, si fiscus in universi debiti quantitate [42] securitatem indemnitatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda fiscalia debita adstringet [43].

4. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Archelaum Com. Orientis [44].

HI [45], qui fisco nostræ mansuetudinis obnoxii sunt, omissa frustratione [46] teneantur, ut quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exolvere [47]: servatis, cum compleverint [48], allegationibus propriis, si quas adversus quoscunque ex suis contractibus debitores competere sibi ex jure crediderint: ita ut adversus eos, quos sibi obnoxios adseverant, legibus & judiciis experiundum esse cognoscant. Dat. 3. Non. Jun. *Novioduno*, VALENTIN. NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

Scriptura propria non facit fidem pro scribente, vel ejus herede, etiamsi fiscus sibi successerit. Bart.

5. Iidem AAA. Fortunatiano Comiti rerum privat. [49].

INter [50] chartulas confiscati [51] brevis [52] quidam adseveratur inventus [53], qui nomina continebat debitorum, seu contractuum [54], cum tamen neque testibus credita pecunia probetur, neque cautionibus [ea] quæ [55] [brevi] inserta sunt, ostendantur, iniquum [56] esse perspeximus, ut sub propria adnotationis manu unusquisque sibi faciat debitorem. † Occasionis igitur hujusmodi calumniam præsenti volumus jussione cohiberi: ut brevis vanitate rejecta, nullus ad redhibitionem [57] de his quorum nomina conscripta sunt, urgeatur [58]. Quod & in aliis similibus [59] causis observandum esse censemus. Dat. prid. Non. Jul. *Hierapol.* GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

TIT. III.

DE FIDE [60] ET JURE [61] HASTÆ [62] FISCALIS, ET DE ADJECTIONIBUS [63].

1. Imp. ANTON. A. Curtiæ.

QUod in libellum contulisti, procuratori meo ad cujus officium desiderium tuum pertinet, allega: cui [64] si probaveris non [65] auctore procuratore, vel eo cui vendendi fuit facultas, neque habitis hastis, neque omni ordine peracto venditas res esse: & id quod ex causa judicati debes, exolveris, rescissa venditione mala fide [66] facta, easdem res recipies cum fructibus quos ad emptorem mala fide pervenisse, vel [67] pervenire debere constiterit. PP. Non. Jan. ANTON. A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

1 Ex *l.* 10. *tit.* 1. *l.* 10. *C. Theod.* 2 Interversor hic & *l.* 12. J. *de suscept.* decoctor pecuniæ publicæ. dixi ad *l.* 2. J. *de Palatinis sacrarum largit. l.* 12. *tit.* 24. Goth. Hi in quadruplum tenentur. *l.* 1. J. *de iis, qui ex publ. rat. l.* 1. J. *pœn. fisc. cred præf. l. in fraudem.* §. *pen. ff. de jure fisc.* Imo in duplum. *l. prox.* S. *l. aufertur.* §. 1. *ff. h. t.* ita est, in iis, quæ fisco nondum acquisita sunt; in acquisitis jam locus est actioni in quadruplum. *Mod.* 3 Vide quæ scripsi ad *l.* 45. §. 13. *ff. h. t.* 4 *C. Theod. h. tit. l.* 17. hinc constat, agi hoc titulo de rebus ærarii privati, ut *l.* 1. J. *de locat. præd. civil. l.* 11. *tit.* 70. alias proprie fiscus, sacrum ærarium, sacræ largitiones, sacri thesauri. 5 Comitis rerum privatarum dispositione, susceptores rei privatæ creantur, pabula & annonæ præstantur familiæ rei privatæ, suos enim famulos suamque familiam res principis privata habuit. 6 Susceptores rei privatæ creantur periculo procuratorum rei privatæ, *ut hic*, ex comitis rerum privatarum dispositione, *ut docet hujus legis inscriptio.* 7 Comes rerum privatarum principis privati ærarii curam gerebat per procuratores, *Theod.* 3. *c.* 12. *Græci 6. Basil.* Differt autem a Comite ærarii sive sacrarum largitionum, sive thesaurorum, de quo scripsi ad *l.* 2. J. *ut dignit. ordo servetur. l.* 12. *tit.* 8. uterque tamen est illustris. 8 Id est, rei privatæ ipsius principis.
9 Pabula quæ & capita, *tit. supr. de annonis & capit.* animalium; ut annonæ, familiæ dominicæ sumptus. 10 V. de J. de Irenarchis. 11 Optio est erogator annonæ militaris. 12 Creantur Irenarchæ periculo decurionum & ex dispositione præsidum. *l.* 1. *infr. de Irenarchis.* & *ad l. Divus. ff. de custodia reorum.* ita definiuntur: εἰρηνάρχαι οἱ τῆς τοῦ δήμου εὐταξίας ἐπιστατοῦντες. *Optio* autem est, non, ut vult Accursius, qui publica exigebat; non, ut Alciat. qui ægrotorum vice fungebatur, sed qui erogabat annonam militarem: de utrisque autem vide plura apud Cujacium *observat. lib.* 1. *cap.* 33. & *ad l.* 7. J. *de exaction. tribut.* Mod. 13 *Al.* III. 14 Ex *Cod. Theod. l.* 16. *tit.* 10. *lib.* 30. *ubi additur*, post alia. 15 Mortuorum ante condemnationem bona fisco non vindicantur. 16 *Competi*, in *C. Theod.* 17 Absunt a *C. Theod.* 18 Id est, condemnatos. *Goth.* Ergo etiam si post accusationem decesserint, pœna publicationis bonorum in hæredem non transit: excepto crimine perduellionis. sed quid si decesserint post appellationem? hoc decidit aperte *l. ult. supr. si reus vel accus. mort. fuer.* Mod. 19 *Ex collectione Ant. Augustini.* 20 Omnis causa fiscalis post eam contestatam finienda est intra sex menses: ideoque in *l. properandum.* 13. *supr. de judiciis*, recte excipiuntur causæ fiscales. *Goth.* Causæ pertinentes ad publica munera, quæ in eadem lege excipiuntur, finiendæ sunt intra tres menses. *l. generali.* J. *de decur.* Mod.

21 Vid. Peregrin. *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 3. & *lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 1. Ans. 22 Fiscus hoc ordine excutit debitores: priore loco reum ipsum principalem, tum intercessorem, deinde possessorem hypothecarium. *ut hic*, *l.* 47. *ff. de jure fisci.* Exigit quidem exactor publicorum tributorum debitorem debitoris fiscalis jure tacitæ hypothecæ: prius tamen excutit reum principalem quam possessorem. Fiscus eam electionem non habet. 23 *Patrophilo*, vet. 24 Fisci debitor non continuo liberatur, hoc ipso quod exactor retulit in rationes publicas, debitorem solvisse, sed tum demum, cum tabularius subnotaverit: ut hinc constet exactorem a tabulario distingui. Exactoris munus inter cætera fuit, exacta in rationes publicas referre tabularii, subnotare. *l.* 1. J. *de canone largit. h. l. tit.* 23. 25 Apocha quæ non probat contra fiscum, sed contra exactorem fisci, tantum id efficit, ut a fisco prius conveniatur exactor, quam debitor. 26 Deest in quib. lib. al. *aut.* 27 Satisfaciat.

28 Si divisa est administratio a judice, vel ab ejus officialibus, primo convenitur gerens, fidejussores, & nominatores ipsius, quam perveniat ad collegam. Bart. *Goth.* Vide Ludovic. Roman. *singular.* 324. Ans. 29 Augierio. 30 Reliquis exigendis plures etiam exactores eligebantur: quidam ad certorum tantum nominum exactionem, *ut hic.*
31 Consortes, consocii. 32 Sociatos. 33 Al. *cæterorum.* 34 Multum interest, exactio divisim mandetur, an pro indiviso. 35 Al. *inter vos*, quod rectius existimat Cujac. *ut in fin. etiam vos.* 36 Nominatim. 37 Al. *additur*, est.

38 Al. *nominis.* 39 Al. *additur*, quo. 40 Fiscus, quoties pro indiviso pluribus mandata est debitorum fiscalium exactio, priore loco experitur adversus exactores: deinde adversus nominatorem exactoris: si pro diviso, prius experitur adversus nominatorem, quam adversus exactoris collegam, *ut hic*, & *l.* 2. J. *de susceptorib. præpos. & arcariis. lib.* 10. *tit.* 70. hinc colligit Decius in *l. in toto jure* 80. *ff. de regulis jur. num.* 21. in mandatis fiscalibus mandata specialia non derogare specialibus aliis mandatis. 41 Fisci procurator.
42 Quantitatem. 43 Constringet. 44 *C. Theod. l.* 10. *tit.* 16. *l.* 2.
45 Fisco obnoxii sine mora conveniantur (ἀνυπερθέτως μεθοδευέσθωσαν) & ubi fisco satisfecerint, tum deinde adversus creditores experiantur. *Synops. Basil.* 9. *tit.* 5. *ex lib.* 56. *tit.* 6. *c.* 40. §. 10. 46 Id est, tergiversatione, & morosa dilatione. Frustrari, est moram trahere, tergiversari, vide *l.* 233. *ff. de verb. sign.* 47 Fiscalis actio non differtur, quoad ipse debitor fisci suos debitores exegerit. adde *Nov.* 128. 48 Complere debitorem his libris, est solvere & satisfacere creditori. *l.* 43. *in fin. ff. de administr. tutor. l. ult.* §. 3. *supr. de test. manum.* Goth. Recte enim & alibi dicitur, *creditorem adimplere*, pro, creditori solvere. *l. cum post.* §. *ult. ff. de admin. tut. l. ult. supr. de testam. man.* & Lib. βασιλικῶν *tit.* 4. καὶ πληρώσας σε, & hoc loco μεθ' ὃ πληρώσωσι τὸν δημόσιον. Mod. 49 *C. Theod. hoc tit. l.* 3.
50 Fiscus ex breviariis rationibus confiscati quemquam convenire, quasi confiscati debitorem non potest. 51 In *C. Theod.* erat *deportati*, sed Tribonianus elegit nomen generalius. 52 Id est, chartula, sive libellus brevis, Galli dicunt, *brevet.* Goth. *Breves, brevia, brevicula* pro eisdem sunt; τὰ βρέβια Græci vocant. nominatim Zonaras *in Carthagin. Concilio*, & Julianus *in epistola ad commune Judæorum.* utuntur & frequenter libri βασιλικῶν, dum rationes, volumina, vel corpora rationum significant: quæ quidem per se sola fidem non faciunt. *l. instrumenta. l. exemplo. supr. de probat.* & ideo non potest fiscus ex breviariis confiscati rationibus quemquam convenire, quasi confiscati debitorem; & hoc hic statuitur. Alioqui enim brevitas chirographi non minuit fidem. *l. si aliquid. supr. de donat.* Mod.
53 *Sub.* utilis fisco, *l.* 7. S. *de probat.* 54 *Contractorum*, *in C. Theod.* 55 *l.* 2. *ff. de fide instrum.* 56 *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *supr. de probat.* 57 Redhibitio hic, solutio est, oratio vero ita hic legenda, *nullus de his, quorum nomina conscripta sunt, ad redhibitionem urgeatur.*
58 *Urgeantur:* cætera absunt a C. Theod. 59 Ex brevi debitoris sui privatus creditor neminem convenire potest, quasi debitoris debitorem.

60 Perperam antea legebatur, *de fide instrumentorum*, cum in *C. Theod. legatur de fide & jure hastæ.* 61 In fiscali auctione hæc requiruntur, proscriptio, *l.* 6. J. *h. t.* auctoritas procuratoris fisci. *l.* 1. J. *h. t.* Hasta, *l.* 6. J. Præco, Quæstor, addictio, *l.* 4. J. *h. t.*
62 Fiscalis hasta, auctio est, quæ fit a fisco de bonis caducis, vel commissis, vel obligatis. Dicitur autem hasta, quod ejus venditionis signum esset hasta in foro posita. *Goth.* Et quæ ita vendebantur, sub hasta venire dicebantur, ut sub corona captivi: quod eorum venalium signum esset corona captivi imposita. Festus: *Hastæ subjiciebantur ea, quæ publice venundabant, quia signum præcipuum est hasta.* Mod. Cicero 2. *offic.* & *Philipp.* 2. 12. *ad Attic.* 3. *Orat. de lege Agraria* Dion. 46. & 6. Valer. 3. & 6. Seneca 1. *de Ira*, & *de consolatione ad Martiam c.* 20. Macr. 2. *Sat.* 2. Juven. *Satyr.* 3. & 14. Joseph. 22. *vetus interpres Horatii* 1. *Satyr.* 6. *adversum, Si præco parvas.* ad hastam quoque fiebant locationes. Colum. *in præf.* 1. *de re rustica.* Ovid. 4. *de Ponto elegia* 5. & 9. Cornelius Nepos *in vita Attici.* Livius 39. & 43. Seneca *suasor.* 6. Tert. *Apologet.* 63 Al. *auctionibus.* Adjectio quid esset, dixi *l.* 1. J. *de vendendis reb. civitatis. lib.* 11. *tit.* 31. Goth. Vide ad hunc tit. Menoch. *de Arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 129. & de subhastationis & licitationis solennitate, vide Peregrin. *de jure fisci, lib.* 6. *tit.* 1. Surd. *decis.* 46. *num.* 1. Ans.
64 Cujus. 65 Fiscus capta pignora ex causa judicati, sine hasta aut hastarum solennitate vendere non potest. Quæ sine hastis ejusmodi venditio intercedit, rescinditur facta debitori fisci (debitum offerenti) potestate recuperandi pignoris ac fructuum, perceptorum simul & percipiendorum. 66 Præsumitur mala fides, ubi non servatur solennitas. vide Alciatum 3. *præsumpt.* 13. 67 Malæ fidei emptor tenetur de fructibus etiam percipiendis. *Goth.* Nec obstat *l. si fundum. supr. de rei vindic.* quæ dicit malæ fidei emptorem de per-

2. Imp.

2. Imp. GORD. A. Heracleoni.

Duplex ratio desiderium [1] tuum juvat: & quod prætermissa hastarum solennitate possessiones tuas ex officio [2] distractas suggeris: & quod pretii vilitate [3], ob exiguum debitum gratiosam [4] emptionem in fraudem tuam, in utilitatemque [5] rationum mearum, adversarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quam tuæ securitati operam laturus [6]. PP. 5. Kalend.* GORD. A. & AVIOLA CONSS. 240.

3. Idem A. Crispo.

Etsi [7] instrumenta emptionis non extent, quibuscunque tamen probationibus uxor tua ostenderit [8] ad se eam domum pertinere, quam a fisco ejus nomine dicis comparatam, pretiumque ab ea exolutum, & in eam dominium translatum, frustra fiscum ex persona matris [ejus] referre quæstionem Procurator meus non sinet. PP. 5. Kal. Novembr. GORDIANO A. V. & AVIOLA CONSS. 240.

Intra tempus in subhastatione statutum quilibet veniens admittitur, licet res jam alteri fuerit vendita. Bart.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Marcellinæ.

Si [9] tempora, quæ [10] in fiscalibus [auctionibus [11]], vel hastis statuta sunt, patiuntur, cum [12] etiam augmentum te facturam esse profitearis: adi rationalem [13] nostrum, ut justam [14] uberioris pretii oblationem admittat. PP. 3. Id. Jan. *Sirmii*, ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Venditio facta a fisco solenniter non retractatur prætextu rescripti, vel minoris ætatis. Bart.

5. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Viventium P.P. Galliarum [15].

Quæcunque [16] pro reliquis prodigorum [17] in annonario titulo, cæterisque fiscalibus debitis, in quibuscunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco [18] auctore vendantur: ut perpetuo [19] penes eos sint jure dominii, quibus res hujuscemodi sub hastæ solennis arbitrio fiscus addixerit, & si quid [20] unquam, ut a fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cum etiam minoribus [21], si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis adjudicatur emptoribus, repetitionis [22] facultas in omnem intercipiatur ætatem. Dat. [23] 3. Non. Novembr. *Trev.* VALENTIN. NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

Qui solenniter emit a fisco, solum ad pretium tenetur, & ob aliud debitum non convenitur. Bart.

6. Iidem AA. ad Felicem Comit. sacr. larg. [24].

Si qui, [25] proscribente [26] ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerint facultates: pro earum rerum tantum pretio obnoxii sint, quas eos patuerit decursis [27] hastis, & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conventionis [28] [reliquorum [29] fiscalium nomine [30]] patiamur extrinsecus subire jacturam. Dat. 7. Id. Mart. [31] *Martianop.* VALENT. & VALENTE AA. CONSS.

7. Imp. ZENO.

Si [32] alicujus bona publicentur, atque vendantur, licet tam Comiti rerum privatarum [33] Augusti, quam [34] scholæ Palatinorum, quam [35] etiam fisci Advocato emere aliquas res ex eadem auctione, isque contractus a nemine calumnietur. PP. 3. Kal. Aug. post Consul.

TIT. IV.
DE VENDITIONE RERUM FISCALIUM CUM PRIVATIS COMMUNIUM.

Ratione partis fiscus potest vendere totum. Bart.

1. Imp. ALEX. A. Epicteto.

Forma [36] est, quotiens ad fiscum, vel [37] minima portio rei pertinet, ut universa a procuratoribus meis *distrahatur* [38]: sed pretium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dedisti, apud suum Judicem conveni, usurum defensionibus [39], si quæ sibi competunt. PP. 7. Kalend. Octobr. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

TIT. V.
NE FISCUS REM, QUAM VENDIDIT, EVINCAT.

Res fisci solenniter vendita non evincitur, licet non pertinuerit ad stationem venditoris: & officiales invicem experiuntur etiam durante officio. Bald.

1. Imp. ALEX. A. ad Hermiam.

Gravissimum [40] verecundia mea duxit, ut [41] cujus rei pretium, cum bona fide esset addicta, semel fiscus acceperit, ejus controversiam referat. † Non solum ergo emptorem ab eadem statione [42], sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est: cum etiam in his venditionibus emptore non inquietato officia inter se possint experiri. Dat. 15. Kal. Maji, MODESTO & PROBO CONSS. 229.

2. Impp. HONOR. [43] & THEOD. AA. Palladio P.P. Orientis.

Retractare [44] fiscum, quod semel vendidit, æquitatis honestatisque ratio non patitur [45]. Dat. Kalend. Jan. CP. MARTIANO A. & ADELPHIO, CONSS. 451.

TIT. VI.
DE HIS, QUI EX PUBLICIS RATIONIBUS MUTUAM PECUNIAM ACCEPERUNT.

Qui accepit pecuniam mutuam ab officialibus fisci, tenetur in quadruplum. Bart.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Probum P.P. [46].

Si [47] quis ab exactoribus, tabulariis, [& [48]] arcariis, officiisque [49] rationum fœnebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem, ad quadrupli [50] pœnam ex hac auctoritate teneatur. Dat. 4. Idus Mart. *Trever.* VALENT. & VALENTE CONSS. 365.

Qui aurum fiscale sumpsit mutuo sine principis licentia, & qui dederit, pœna hic inserta tenetur. Bart.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Palladio P. P. [51].

Sciant [52] omnes [53], accipiendi mutuo ex largitionibus sacris auri non patere cuiquam facultatem. Quod si quis aurum ex nostro ærario privatis commodis profuturum, occulte [54], aut cautionis, aut sponsionis fide, ut debitor redditurus [sine nostra auctoritate [55]] acceperit [56]: ablatis bonis omnibus, perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiam qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodaverit, aut [57] tradiderit: capitali sententiæ [58] subjugetur. Dat. 12. Kalend. Aug. *Heracleæ*, EUCHERIO & SYAGRIO CC. 381.

ceptis fructibus teneri. male enim colligunt, qui hinc colligunt, ergo de percipiendis fructibus non teneri. 1 Preces. 2 Officialibus. 3 Vide *l.* 3. *supr. de jure fisci.* 4 *l. si quos* 16. *supr. de rescind. vendit.* 5 *Inutilitatem*, Cujac. ut in *l. ult.* §. 1. *supr. de servit. & aqua. l.* 1. §. *hæc autem. ff. depositi.* reprehensus a Roberto 1. *recept. l.* 31. 6 Opem daturus. 7 Fiscalis seu quæ a fisco vendente fit emptio, etsi non extent ejus instrumenta, aliis modis probari potest. adde *l.* 10. *supr. de fide instrum. l.* 17. *supr. de pactis.* Goth. Vide Boer. *decis.* 81. *num.* 5. Ans. 8 *Sub.* apud procuratorem Cæsaris. 9 Si statuta fiscalibus emptionibus tempora patiuntur augenti tibi pretium venditionis a fisco factæ, præferri licet ei qui pridem emit. *Synops. Basil.* 56. *tit.* 13. περὶ τῶ δημοσίω. *ex tit.* 6. *cap.* 1. 10 Adde *l.* 1. *in fin.* ℑ. *de vendendis bonis civit. lib.* 11. *tit.* 31. Est vero tempus viginti dierum certis casibus. Quoties ob debita fiscalia necesse est a domibus sacris prædia vendi, actor sive œconomus id per dies viginti proscriptum & propositum habet & ea plus offerenti addicit. *Novell.* 120. *c.* 6. *vers. Postquam vero ista. Auth. Hoc jus porrectum.* 10. *supr. de sacr. Eccles.* 11 Inclusa desunt in vet. 12 Post addictionem factam a fisco emptori, adjectio & licitatio admitti intra certa tempora potest, *ut hic*, post addictionem factam a Republica, adjectio non admittitur, nisi ex privilegio. *l.* 21. §. 7. *ff. ad municip.* Melioris est conditionis fiscus, quam Respublica aut municipium. sic fiscus semper hypothecam habet. *l. aufertur* 46. §. *fiscus* 3. *ff. de jure fisci.* Respublica, nonnisi ex privilegio. *l.* 2. ℑ. *de jure Reip. lib.* 11. *tit.* 29. *l. Antiochensium* 37. *ff. de reb. auct. jud. poss.* Fiscus πρωτοπραξίαν habet, *l. quod quis*, 34. *ff. de reb. auct. jud.* Idem nunc habet etiam Respublica. *l. bonis* 38. §. 1. *ff. de reb. auct.* olim non habuit, nisi ex privilegio, ut ex epistola Plinii ad Trajanum constat, *ubi de exactione pecuniarum.* Lis fiscalis terminanda est intra menses sex, lis Reipublicæ intra triennium. atque ita melior est fisci, quam Reipublicæ conditio, *l.* 1. §. *illud* 3. *ff. de ædilitio.* vid. Cujacium 2. *obs.* 24. 13 *Id est*, procuratorem. *Cont.* 14 *Ut juxta jus uberioris &c.* 15 *C. Theod. eod. tit. l.* 1. 16 Venditio facta a fisco solenniter prætextu rescripti, vel minoris ætatis non rescinditur. *Bart.* 17 *Prodiga* sunt annonæ τρόφιμα. quibus opponuntur corpora. 18 Fiscus hic pro Cæsaris procuratore sumitur. 19 Fiscalis hastæ rite factæ ea vis est & fides, ut nec rescripto principis, nec beneficio ætatis, nec alia ulla ratione convelli possit, *ut hic*, nisi minor fuerit indefensus. *l. ult.* §. *si propter publ. pensit.* 20 Siquidem. 21 Dixi ad *l.* 6. *supr. de remiss. pignor.* contra judicatum vide apud Paponem 18. *Arrest.* 1. 22 Repetitionibus. 23 Al. 3. *Id. Mart. Ravennæ &c.* 24 *C. Theod. eod. tit. l.* 2. 25 Al. *quis.* 26 De proscriptionibus, vide *l. ult.* §. 5. ℑ. *de delatorib. lib.* 10. *tit.* 11. *l.* 15. §. 32. *ff. de injuriis.* Goth. Proscriptio fit de futura auctione propositis libellis in celeberrimis urbis locis, ut Cic. ait *pro Quinctio.* Theophilus ἐν τοῖς περιφάνεσι τῆς πόλεως μέρεσι & Imp. *l. ult. infr. de delat. & l. pen. supr. de defensor. civit.* quod in alienationibus ecclesiarum fit per dies 20. scripto proposito *Nov.* 120. Multa ergo exiguntur in auctione fisc. Proscriptio, Auctoritas procuratoris, Hasta, Præco, Quæstor, Addictio, quæ fiat justo pretio. *Mod.* 27 *Decursis hastis* hic dixit, ut §. *habitis hastis. l.* 1. §. *h. t.* 28 *Conventioni, in C. Theod.* 29 Qui a fisco auctionante comparat, pretium tantum præstat, non reliqua fisco debita, *l.* 2. *in fin.* ℑ. *de fund. rei priv. l. ult. in princ.* ℑ. *de censib.* nec obstat. *l. Imp. ff. de publican.* quia ea non loquitur de venditione fisci, sed de venditione a privato facta. quo casu reliqua omnino emptorem sequuntur, ut est *in tit. sine cens. vel rel. fund. comp. non pos.* Magis urget *l. prædiis. ff. de jur. fisc.* ad quam dicendum est; obtinuisse aliquando idem in fisco: quod in privato hic; Sed cum id plerique refugientes nollent a fisco emere, remissum & mutatum esse ab Impp. Valentiniano & Valente facilius inveniendi emptoris causa. *Mod.* 30 Absunt a *C. Th.* 31 Al. *D.* 3. *Id. Novemb. Valentin. N. P. & Victore Coss.* 32 Ex collectione *Ant. Aug.* 33 Ad curam comitis rei privatæ & procuratorum provincialium, qui sub ejus dispositione erant, pertinebant, quæ publicabantur. *l.* 3. *C. Theod. unde vi.* 34 Palatini pertinebant ad Comitem patrimonii seu rerum privatarum. 35 Fisco vendente, Comes rerum privatarum, Palatini & patronus fisci possunt etiam res auctioni proscriptas emere. *l. ult. supr. de rescind. vend.* facit *l.* 2. §. *tutor* 8. *ff. pro emptore.*

36 Forma, id est, regula, canon, hinc *formatæ epistolæ* in veteribus conciliis vocantur, quas Græci vocant canonicas, hic forma pro lege sumitur in *l.* 4. *supr. de jure fisci*, *l. divi* 31. *D. de admin. tut.* 37 Fiscus solidam rem ac totam invito etiam socio vendere potest. sic enim facilius invenit emptorem, & tamen cum ita vendit, pars pretii socio servatur. *l.* 2. *supr. de comm. rer. alien.* Goth. Porro vide ad hanc legem Cagnolum *ad proœm. ff. n.* 3. Aretin. *cons.* 38. *col.* 2. Cottam *in memorab. in verb. lecta. ad fin.* Baldum denique *cons.* 156. *lib.* 3. Mod. 38 Distrahantur. 39 Al. *additur*, suis.

40 *Pars epistolæ Imp. Alexandri ad Rationalem.* 41 Qui rem emit a fisco, pretiumque solvit, non amplius convenitur. *Synops. Basil.* 19. *tit.* 13. *lib.* 56. *tit.* 6. *c.* 9. 42 Statio, mansio, in qua officium fiscale consistit. *l.* 2. *supr. de solut.* ut sit sensus: Quod una fisci statio emptori addixerit, id alia retrahere non potest. *Goth.* Vide Cujac. *lib.* 2. *observ. c. ult.* S. L. 43 *Al.* Arcad. 44 Fiscus re semel vendita retractare venditionem nequit. *Synops. ib. c.* 10. *l.* 1. ℑ. *de fundis rei privatæ. lib.* 11. *tit.* 65. *l.* 5. ℑ. *de locat. præd. civil. lib.* 11. *tit.* 70. *l.* 17. *ff. de evictionib. l.* 6. ℑ. *de fundis patrimonialib.* nisi διοικητὴς, id est, servus bonorum administrator venditus sit: Nam hujusmodi servorum venditiones retractantur. *Synops. ibid. l. bonorum.* 8. *ff. de jure fisci. l. interdum* 16. *ff. de publican. l. penult. ff. de offic. præt.* Goth. Vide Afflict. *decis.* 304. Ans. 45 Nisi forte bonorum actores venierint, *l. bonorum. ff. de jur. fisc.* quo casu hæc constitutio locum non haberet, quia cum hi noverint omnia, quæ ad bonorum rationem spectant, evertitur plane & perturbatur ratio omnis eorum distractione. adeo ut *in l. ult. ff. de offic. præf.* eleganter dictum sit; *actoris amissionem ad totius domus eversionem pertinere.* Mod.

46 *C. Th. lib.* 10. *tit.* 24. *l.* 1. *ex quo hæc inscriptio restituta est, antea enim in quibusdam non legebatur.* 47 Fœnori pecuniam fiscalem sumens ab exactoribus, vel tabulariis, vel officialibus, quadruplum restituere tenetur. *Synops. Basil.* 9. *tit.* 5. *ex tit.* 6. *c.* 11. Goth. Vide Munn. de Escobar. *de Ratiocin. c.* 14. *num.* 31. Petr. Heig. *quæstion.* 22. *num.* 48. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 586. *num.* 12. 13. Ans. 48 Deest in *C. Theod.* 49 *Officiisve, in C. Theod.* 50 Vide quæ scripsi ad *l.* 45. §. 13. *ff. & l.* 8. §. *de jure fisci.* 51 Comiti sacr. largitionum in *C. Theod.* 10. 24. *l.* 2. 52 Mutuum ex fiscalibus thesauris nemo accipere debet. Quod si quis ex sacro ærario, vel occulte, vel palam, vel sub cautione scripta, vel fidejussoribus mutuum sumpserit, proscribitur & deportatur, itidemque is, qui de sacris thesauris mutuum dederit, pœna capitis adficitur. *Syn. ibid. c.* 12. & 3. Harm. 5. §. 95. 53 *Neque dandi, neque accipiendi, in C. Theod. h. t.* 54 Occulte fieri interdum dicitur, quod fit sine autoritate principis, de quo vide Corsetum *singulari, occulte.* 55 Absunt a *C. Theod.* 56 Accepit. 57 *Ac*, in *C. Theod.* 58 *Sententia*, in *C. Theod.*

TIT. VII.
POENIS [1] FISCALIBUS CREDITORES PRÆFERRI.

Persecutio pœnæ præfertur quando pœna additur per nomina multiplicativa, in dubio inest simplum. Bald.

1. Imp. ALEXANDER [2] A. Marcello.

REm [3] suam persequentibus pœnæ exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate fisci persecutio potior est: ita in triplo [4] quod pœnæ nomine adjectum est, propria forma servanda [5] est. PP. Kal. Jul. JULIANO, & CRISPINO CONSS. 225.

TIT. VIII.
DE FISCALIBUS USURIS.

Ex mora pœnæ non accedunt usuræ. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Antiocho [6].

EJus summæ, quam tibi pœnæ [7] nomine inflictam probaturus es, usuræ non exigentur. Nec [8] enim multam tibi procurator meus [9] irrogavit ultra [10] quam placitum est, sed pœnam [11] te jussit inferre. PP. 15. Kal. Decembr. SABINO, & ANULINO CONSS. 217.

Fiscus qui succedit in locum privati, utitur jure privati. Bart.

2. Imp. ALEX. A. Victorino [12].

SI sub pignore [13] creditum fuit, etiam [14] fiscum, qui successit [15] in locum debitoris, usuras [16] præstare oportet, si eas dependi saltem [17] pacto placuit. PP. 3. Non. Septembr. JULIANO, & CRISPINO CONSS. 225.

Fiscus non potest stipulari usuras ultra legitimum modum usurarum: nec jam ab alio stipulatas exigere. Bart.

3. Imp. JUSTIN. A. Mennæ P.P.

FIscum etiam nostrum parere sanctioni nostri numinis jubemus: per quam usque [18] ad dimidiam centesimæ usuras stipulari creditoribus exceptis [19] certis personis, permisimus: ut ipse [20] etiam fiscus ultra dimidiam centesimæ partem a debitoribus suis minime exigat: sive principaliter ei promiserunt: sive a prioribus suis creditoribus actione ad eum quocunque modo devolutæ sunt. Dat. 8. Idus April. CP. DECIO V.C. CONS. 529.

TIT. IX.
DE SENTENTIIS ADVERSUS FISCUM LATIS RETRACTANDIS.

1. Imp. ANTON. [21] Acutiano [22].

CAusas, in quibus contra fiscum judicatum est, intra triennium [23] retractari posse, & post id tempus, si prævaricatio [24] arguatur, vel manifesta fraus probetur, notum est. PP. Non. Jul. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

TIT. X.
DE BONIS VACANTIBUS [25], ET DE INCORPORATIONE [26].

Etiam ex privilegio civitates non succedant in bonis vacantibus & si occupaverint, ab eis auferuntur. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. ad Eucharium [27].

SCire debet gravitas tua intestatorum [28] res qui sine legitimo herede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas: nec civitates audiendas, quæ sibi earum vindicandarum jus veluti [29] ex permissu vindicare nituntur: & deinceps quæcunque intestatorum bona civitatibus obtentu privilegiorum [30] suorum occupata esse compereris, ad officium [31] nostrum eadem revocare non dubites. Dat. prid. Id. April. ANNIBAL. & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

Si res conceditur integro statu per principem: intelligitur cum pertinentiis, & cum jure suo, & instrumentis, & omnibus fructibus, & mancipiis, quæ in ea sunt. Bart.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Æmilium V.P. Rationalem [32] rei privatæ.

SI quando adnotationes nostræ contineant *possessionem*, *sive domum quam* [33] *donaverimus*, *integro* [34] *statu donatam:* hoc verbo ea vis continebitur, quam ante scribebamus, *cum adjacentibus* [35] *& mancipiis*, *& pecoribus*, *& fructibus*, *& omni jure suo:* ut ea quæ ad instructum possessionis, vel domus pertinent, tradenda sint. Dat. 6. Id. Mart. *Mediolani*, CONSTANT. A. III. & LICINIO CONSS. 313.

3. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Florentium Com. rerum privat. [36].

SI quando, aut alicujus publicatione, aut ratione [37] juris aliquid rei nostræ addendum est, rite, atque solenniter per Comitem rerum privatarum, deinde [per [38]] Rationales in singulis quibusque provinciis commorantes incorporatio impleatur: & diligens stylus [39] sigillatim omnia adscribat: tituli [40] vero quorum adjectione prædia nostris sunt consecranda substantiis [41], nonnisi publica testificatione proponantur: gravissimis statim subdendis suppliciis, qui hujusmodi aliquid propria usurpatione tentaverint. Dat. 4. Kal. April. VALENTINIANO NB. P. & VICTORE CONSS.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. & CONSTANT. A. Palladio P.P. [42].

VAcantia [43] mortuorum bona tunc ad fiscum jubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis [44] linea, vel juris [45] titulo legitimum reliquerit intestatus heredem. Dat. 8. Id. Jul. *Ravennæ*, EUSTATH. & AGRICOLA CONSS. 421.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierocrati [46] Com. rerum privatar. [47].

SI vacantia, vel alio modo bona delata legibus ad ærarium perhibeantur, certi palatini [48] electi, & jurejurando obstricti [mittantur [49]], ut eorum instantia præses provinciæ præsente fisci patrono diligenter inquirat, cujus vacans [50], cadensque [51] fuerit patrimonium, quantumque, vel quale videatur: ut quum [52] data reclamandi [53] copia, nullum id [vel [54]] jure possidere, vel vindicare constiterit, locumque ærario factum esse, tam ipsius relatione, quam publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis notitia [55] intimetur: ut jussu nostro vacantia, vel aliæ res [56] nomine occupentur [57] ærarii: Quæ forma [58] etiam in parte bonorum, vel in una, alterave re, seu actione una, vel etiam pluribus servetur. Nam si quid per fraudem in dispendium ærarii fuerit admissum, missi quidem executores non evitabunt indignationem: præses autem facultatum parte dimidia multabitur: fisci vero patronus detrimentum, quod [pro [59]] vitio ejus fisco [60] ingeritur, resarcire urgebitur. Datum 7. Idus Octobr. *Constantinop.* Dn. THEOD. A. XV. [61] & qui fuerit nunciatus CONS. 435.

TIT. XI.
DE [62] DELATORIBUS [63].

Si relinquitur tacite incapaci, non defertur in fiscum. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A. Basso [64].

SI ei, qui capere potest, tacitum fideicommissum relictum est, cessat dela-

1 *l.* 11. *l.* 17. *ff. de jure fisci.* 2 Sic restituimus, cum antea perperam legeretur, *Antoninus.* Cont. 3 Fiscus pecuniam suam repetens, omnibus præfertur: pœnam vero persequens, creditoribus cedit in eo, quod multæ nomine petitur. *Syn. ib. cap.* 13. Goth. *l. in summa. l. quod placuit. l. Statius. §. ult. ff. de jure fisci.* Mod. 4 Vide quæ scripsi ad *l.* 45. §. 13. *ff. de jure fisci.* 5 Al. *ferenda.*

6 Anticho. 7 Usura pœnæ inflictæ ex contractu, delicto, vel quasi, exigi non potest. *l. ult. ff. de magistr. conveniend.* multæ potest, si intra tempora judicati non solvatur. Cur tam varie? Pœna pœnæ esse non debet. Si usura pœnæ admitteretur, pœna pœnæ esset, nihil enim aliud usura, quam pœna non solventis. *l. cum quidam.* 17. *§. si pupillo.* 3. *ff. de usuris.* 8 Corrigit Imperator errorem proponentis in libello multam pro pœna. *Cujac.* 9 Noster. 10 Curatori Cæsaris multæ dictio non est. *l.* 2. *C. de modo multarum.* 11 Procurator Cæsaris pœnam infligere potest legibus definitam. 12 Victorio. 13 Usuræ per retentionem pignoris servantur, quæ non servarentur pacto, nisi pignus intervenisset. *l. quamvis.* 3. *l. per retentionem*, 4. *l. pignoribus* 22. *supr. de usuris.* 14 Extensio juris in privato constituti ad fiscum. 15 Heredis persona jus non mutatur. *l.* 2. *§. ex his* 2. *ff. de verb. oblig.* 16 Fiscus succedens privato, eas usuras præstat, quas creditor a privato potuisset exigere ex pacto nudo pignori adjecto. Ut privatus debitor eas usuras præstat, ita & fiscus succedens privato. Multo igitur magis usuras stipulatione debitas a Titio creditore, fiscus Titio succedens præstabit. 17 Usuras ex pacto nemo regulariter præstat, sed ex stipulatione, si tamen in eas usuras, quæ pacto tantum promissæ, pignus quis acceperit, retentione pignoris usuras servabat, quas pacto non servasset. 18 Usuras majores semissibus nemo regulariter stipulari poterit. 19 Usuras ab agricolis & illustribus trientes: ab argentariis besses: ab Ecclesiis quadrantes stipulari possumus. *l. eos* 26. *supr. de usuris.* 20 Usuras majores semissibus fiscus exigere a suis debitoribus non potest: sive ipse fiscus nominatim eas stipulatus sit, sive creditoribus debitoris successerit: adeo ut semisses etiam consequatur, etiamsi ei creditori successerit, qui leviores semissibus stipulatus sit. adde *l.* 1. *in fin. C. de his quibus ut indign. l.* 17. *§. si debitores.* 6. *ff. de usuris. l.* 6. *ff. de jure fisci.*

21 Sic reposuimus, cum antea legeretur, *Alexander.* Contius. 22 Aristæo. 23 Fiscales causæ judicatæ, ex causa retractari possunt intra triennium: post triennium vero, si prævaricatio, vel manifesta fraus arguatur. *l.* 1. *ff. de jure fisci.* aut repertum instrumentum omissum. *l. Imperatores* 35. *ff. de re judicata.* aut testes: parem enim vim illa duo obtinent. *l. in exercendis* 15. *C. de fide instrum.* & instrumentorum appellatione testes continentur. *l.* 1. *D. de fide instrum. l. notionem* 99. *§. instrumentorum. ff. de verb. sign.* 24 *l.* 10. *ff. de diversis & temporalibus præscript. l.* 1. *ff. de jure fisci.*

25 *Vacantia bona*, ἀκληρονόμητα, eorum, qui heredes non habent, quæ ideo ad fiscum pertinent. *l.* 96. §. 1. *ff. de leg.* 1. adde *L.* 10. *C. Theod.* 8. 26 *Incorporare* est in fisci corpus redigere. Ammianus 16. *adcorporare* dixit: quod fit solenniter ex dispositione Comitis rerum privatarum, & Catholicorum summa cura descriptis bonis omnibus & titulis publice adfixis. *l.* 2. *C. de aquæductibus. lib.* 11. *tit.* 42. adde *L.* 10. *C. Theod.* 9. 27 Scrioni, *al.* Rationali. 28 Intestatorum bona & eorum, qui nullos heredes habent, ad fiscum pertinent. Nec enim civitatibus licet eorum bona vindicare. Quin & si quæ civitates obtentu sui juris eas occupaverint, ab eisdem vindicentur. *Synops. Basil.* 56. *tit.* 13. περὶ τοῦ δημοσίου *ex tit.* 6. *c.* 10. & breviter, Vacantia bona fisco cedunt, non civitatibus: etiamsi se hoc privilegio donatas contendant. 29 Quod Nicenses sibi concessum ab Augusto, sub Trajano contendebant, Plin. 10. *epist.* 87. 88. 30 Privilegio impetrari non potest jus occupandorum bonorum vacantium. 31 Legendum *fiscum: ut in vet. Cont.* Sed officium hic, nihil aliud quam fiscus: *l. pen. C. de præposit. sacri cubic. lib.* 12. *tit.* 5. *l.* 96. *§. quoties. ff. de leg.* 1.
32 *C. Theod. l.* 1. *hoc tit. lib.* 10. 33 *Subaud.* vacantem, alioqui enim nihil faceret hæc lex ad titulum. *Mod.* 34 Ὁλοκλήρως, id est, instructa, ut *l. Seiæ.* 20. *in fin. l. prædia*, 27. *§. ita* 4. *ff. de fundo instr. vel instrum. leg.* integro statu res donata a principe, intelligitur donata cum adjacentibus, mancipiis, pecoribus, fructibus, & omni jure suo, ut *l.* 20. *in fin. D. de instr.* Dubitandi ratio est a natura jureque stricto donationum. *l. cum de indebito* 25. *in fin. ff. de probat. l. si quis argentum*, 35. *§. fin autem.* 3. *C. de don. arg. §. in bonæ fidei*, 30. *Inst. de act.* Decisio vero est a latissima beneficiorum principis interpretatione. *l. penult. D. de const. princ.* unde notant, Castro a principe donato, jurisdictionem omnem, ac merum imperium donatum intelligi. vide Bart. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. de off. præf. urb.* Mobilia per se in feudum certe non dari, sed una cum re immobili notat Bellovisanus & Laudensis 1. *Feud.* 1. *in fin.*
35 Adjacentium appellatione ea continentur, quæ extra quidem sunt posita: cohærent tamen. 36 *C. Theod. lib.* 10. *tit.* 9. *l.* 1. 37 Ex legibus caducis. 38 Deest *in Cod. Theod.* 39 *l.* 5. *C. h. t.* 40 Titulos adfigere prædiis, nomine principum, redactis, aut redigendis in fiscum, judicum est, *ut hic*, *l.* 1. *C. de aquæduct. l.* 12. *tit.* 5. *l. ult. D. de requir. reis*, *l.* 10. *&* 20. *C. Theod. de bonis proscript.* non privatorum procuratorum, actorum conductorumve prædiorum principalium. *Nov. Tiberii de domib. & C. tit. ut nemo privatus titulos prædiis.* 41 *Nominibus*, in *C. Theod.* 42 *C. Theod. lib.* 10. *tit.* 10. *l.* 30. *pars l. ult. supr. de jure fisci.* 43 *Caduca*, *in C. Theod.* quem vide, multa enim sunt hic mutata. 44 Sanguinis linea nihil aliud est, quam cognationis jus, *Goth.* Non agnationis, *l. qui in adoptionem. ff. de adoption. l. jura. ff. de diversf. reg. jur.* Ut tamen cognatio interdum generaliter accipitur, sic & sanguis. *Ex qualibet* igitur *sanguinis linea*, id est, supra, vel infra, vel ex latere agnatum seu cognatum. *Mod.* 45 Juris titulo legitimi sunt heredes, conjux, consors, patronus. 46 Hermocrati. 47 *C. Theod. hoc lib. tit.* 8. *l. ult.* ubi extat prolixior, & ex ea multa sunt hic immutata. 48 Palatini, executores Comitis rerum privatarum &c. Nam si quid. 49 *l.* 2. *C. de canone largit. tit. l.* 10. *tit.* 23.
50 Vacans, cadensque patrimonium. sic Cicero de Oratore: *possessio quasi caduca & vacua.* 51 Al. *caducumque*, ut in *C. Th.* 52 *Et cum*, *in C. Th.* 53 Reclamandi copia, alibi defensionis facultas. *l.* 3. *C. de jure fisci.* 54 Al. *deest.* 55 Id est, descriptio sive inventarium ἀναγραφή. 56 *Vel caduca*, *in C. Th.* 57 *l.* 3. *C. h. t.* 58 Vacantia bona sic incorporantur in provinciis, quæ procuratorem Cæsaris non habent: Palatini sive executores jurejurando obstricti, a Comite rerum privatarum mittuntur ad Præsides provinciæ, ut præsente fisci patrono vacantia bona inquirant & describant. Deinde ut, si nullus justus possessor fuerit repertus, ea jussu principis & auctoritate Comitis rerum privatarum incorporentur. 59 Al. *deest.* 60 Al. *fisci.* 61 Et Valentiniano 4. Conf. *ita ex Chronologia emendat* Rebuff.
62 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 1. *c.* 117. & 5. Paulus *sententia* 13. 63 Paulus 5. *sentent.* 13. §. 1. *Omnes*, inquit, *omnino deferre alterum, & causam pecuniariam fisco nuntiare prohibentur. Nec refert, mares istud an fœminæ faciant: servi, an ingenui, an libertini, an suos, an extraneos deferant. Omni enim modo puniuntur.* Ut execrabiles delatores habiti fuerint, vide in *l.* 4. *C. h. t.* Porro deferebantur hæc fisco, delicta, bona caduca, ereptitia, vacantia, commissa, tacita fideicommissa, vaga mancipia, thesauri inventio. *Goth.* Idem etiam accusator dicitur. *l. Senatus. l. deferre. §. iidem decreverunt. ff. de jure fisci*, maxime si crimen publicum deferat. *Mod.* 64 Al. *Haterio.* Goth. Vide Peregrin. *de jure fisci lib.* 2. *tit.* 1. *in pr.* Ans.

tio.

tio. His enim prohibetur tacite [1] relinqui [2], qui palam relictum capere non possunt. PP. 13. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Qui defert ex necessitate officii, vel ex præcepto judicis, pœnam delatoris non sustinet. Bart.

2. Imp. GORD. A. Eutychemo [3].

MOnente [4] officii sollicitudine, quin imo jussu procuratoris, ut causam ab alio delatam convenienti diligentia instrueres, non [5] ipsum voluntarium delatoris [6] munus suscepisse te actorum [7] lectio, quæ precibus intexta [8] sunt, manifesto declarat. Eapropter ne quid in persona tua quod est sectæ temporum meorum alienum, attentetur, præses provinciæ Vir Clarissimus ad sollicitudinem suam revocabit. PP. 8. Id. Sept. PIO & PONTIANO CONSS. 232.

Qui ad defensionem suam alium nominat, non videtur deferre. Bart.

3. Idem A. Chlœlio [9].

NUlla macula vel crimine delatoris aspergitur is qui cum [10] ab officialibus fundum seu domum fisci possidere contenderetur; *non se, sed alium ejus rei possessorem esse* monstraverit. PP. prid. Kalend. Jul. GORDIAN. A. II. & PONT. CONSS. 242.

Qui venit ad defensionem reipublicæ, ut delator non punitur. Bart.

4. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. [11] Candido.

EX varia statutorum diversitate ad id decursum est, ut hi, qui Reipublicæ [12] causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur: cum omnibus notissimum sit [13] eos solos [14] execrabiles nunciatores esse, qui [15] fisco deferunt. PP. 3. Kalend. Sept. CARINO & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

Delator non admittitur sine patrono fisci, & male deferentes ex consuetudine, gravissime puniuntur. Bart.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad provinciales [16].

OMnes [17] Judices invigilare præcipimus, delatores [sine [18] fisci advocato denunciantes [19]], pœnis adficere: apertissimi enim juris est, ut quod ex cujusque [20] patrimonio ceciderit [21] in casum, & legibus & recto juris ordine fisci advocatis agentibus vindicetur. † Sed quia nonnulli præcipites, secundum jus possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus [licentiam [22]], qui se læsos existimant, contra delatores severitatem judicum implorare ferro [23] districtam [24]. Dat. 11. Kalend. April. *Constantinop.* CONSTANTIO & ALBINO CONSS. 335.

Servus punitur, si dominum deferat, præterquam in crimine læsæ majestatis. Bart.

6. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Pallio (al. Panhellevio) Consulari Lydiæ [25].

SErvum [26] domini delatorem jubemus in exemplum omnium proditorum severissimæ sententiæ [27] subjugari, etiamsi objecta probaverit: [excepto [28] crimine majestatis [29]]. Dat. 7. Kalend. Novembr. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

7. Constit. pars ex Basilicis.

NEque [30] servo neque libero homini liceat deferre id, ex quo quisquam aut mortem, aut bonorum suorum amissionem pertimescat. Quod si quis aliter fecerit, vel si propterea quod thesaurum [31] invenerit, deferat quenquam: servus quidem statim igni tradatur, maxime si dominum suum detulerit: liber autem homo bonis ademptis, & civitate amissa extra fines Romani imperii abeat.

Pars 8. const. sive ejus epitome ex Basilicis & versione Ant. Aug.

NE [32] liceat advocatis fisci dicere sibi esse relatum detinere quemquam bona ad fiscum pertinentia, & propter hanc occultam accusationem insidias aliis agere: sed delator adsit, ejusque qualitas consideretur.

§. 1. Et neque [33] filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiscalibus deferat, neque exilium passus, aut calumniæ causa damnatus, aut fustibus a magistratu cæsus, aut alius a jure prohibitus audiatur.

§. 2. Servus [34] autem sive in fiscali causa, sive in alia qualibet dominum accusaverit, ejus vox in ipsa accusationis oratione opprimatur, etiamsi vera contra dominum detulerit. §. 3. Schola vero Palatinorum, quæ est, potest & cogitur delationes facere, aut is cui a jure permittitur, si quemquam deferat, patronus fisci delatoris meminerit. §. 4. Atque si est in urbe regia is, qui delatus est, ex decreto Comitis rerum privatarum conveniatur, neque amplius quatuor nummis toti Palatinorum scholæ, & pro tempore Primicerio, atque fisci advocatis pro citatione aut pro comparitione procuratoris exsolvat. Sed in singulis cognitionibus constitutas expensas in jam dicto judicio præbeat, tam pro ipsa cognitione, quam pro actorum conscriptione. Quod si innocens sit, absolvatur a petitione: si vero obnoxius esse videatur, non ea solum, quæ habeat, aut debitum, quod debeat, exsolvat, sed etiam sumptus, quos fiscum fecisse contigerit, in duplum auctos restituat, ex quo temere litem suscepit. §. 5. Si vero solum bona deferantur, ut ad sacrum ærarium pertinentia, & ignoretur eorum possessor, sint tamen ea intra regiam urbem, aut in suburbanis, si quidem immobilia fuerint, non eis titulos schola Palatinorum imponat, neve ea occupet, sed comes rerum privatarum Augusti edicta in [35] celebrioribus regiæ urbis locis proponat, & ubi ea consistunt, quibus permittat cuicunque contradicturo de his rebus intra triginta dies suscipere apud se judicium, & cum suis rationibus comparere, expensas solvendo supradictas, sive ipse possessor bonorum sit, qui velit se opponere, sive amicus ipsius, aut servus, vel libertus, cum abest is, qui vere ea bona possidet: ea quoque in hoc negotio peragantur, quæ de custode [36] possessionis constituta sunt. Si vero neque ipse dominus rei, neque procurator possidentis, neque custos possessionis intra triginta [37] dies appareat, idque actis expressum sit, in possessionem mittatur fiscus eorum bonorum sine præjudicio domini in eis, quæ ipsi competunt, actionibus. Si vero bona delata ipsi mobilia, aut se moventia fuerint, non temere ea apprehenduntur: sed prius perquiratur eorum possessor; isque conveniatur, & litiget expensas solvendo jam dictas aliaque supra scripta servando. Atqui omnibus legitimis modis & probationibus scriptis, & non scriptis discutiatur de his rebus, & qui scire quidquam possunt, examinentur. §. 6. Sciat vero is, qui convenitur, se, si succubuerit, non solum sumptus in eo judicio factos soluturum, sed & illa, quæ apud ipsum reperiantur, restituturum, & eorum adjectorum æstimationem.

§. 7. Hæc cum generaliter de rebus fiscalibus constitutio statuisset, propriam deinceps sanctionem de publicatis ob crimen læsæ majestatis [38] decernit, ut de eo crimine renuncians nullo pacto delator appelletur, sed recte suscipiatur: & si quidem hi nunciatores calumniati fuerint, ut cæteri delatores puniantur: si vero vicerint in delatione, non solum pœna careant, sed etiam octavam [39] partem bonorum delatorum accipiant. §. 8. Delati autem, si res ab eis possessæ, vel eorum facultates minores quinquaginta auri libris æstimabuntur, ejus quantitatis, quæcunque fuerit, fidejussores dabunt: si vero excedens eam summam usque ad quinquaginta easdem libras nihilominus dabunt fidejussores, pro reliqua autem quantitate jurabunt, addentes in eadem cautione juratoria se adfuturos in judicio sacrarum privatarum Augusti, aut per seipsos, aut per procuratores, neque id tribunal deserturos. Si vero post id jusjurandum deserant, ter vocantur denis [40] diebus inter singulas vocationes interpositis: fient quoque tria proclamata contra eos: & si ne tunc quidem veniant, aut ipsi aut eorum procuratores, vel defensores, possessionem bonorum sacer fiscus apprehendat, absentibus reservata eorum defensione. §. 9. Quod si bona delata in provincia sint, & Præses provinciæ sive sponte sua, sive ex jussione Comitis rerum privatarum Augusti de causa cognoscat, nihil cum tumultu, aut per vim fiat, sed expensæ solvendæ ejus judicii tertiam partem earum, quæ in regia urbe solvuntur, non excedant.

§. 10. Unusquisque autem deferens sive Comiti rerum divinarum privatarum Augusti, sive scholæ Palatinorum, sive clarissimis fisci advocatis, sive etiam clarissimis Præsidibus provinciarum, noverit se, sive in causa perseveret, & calumniator esse detegatur: sive ab accusatione desistat, & latitet: si mediocres facultates habeat, easque amittere pro nihilo ducat, gravissimis verberibus castigandum & perpetuo fore relegandum. Si vero militiam habeat, vel honestum aliquod officium, aut idoneas facultates: excidet tum a militia, tum ab aliis facultatibus, & neque intra urbem regiam, neque in ea provincia habitare permittetur. §. 11. Servabiturque hæc lex tam a Comite privatarum Augusti quam a schola, quæ sub eo est: eamque violans, ob singula capita ejus violata quinquaginta auri libras multæ nomine exsolvet. Si vero in provincia eorum aliquid violetur: in singulos eventus triginta auri libras tam qui provinciis præsunt, quam subjectæ eis cohortes exsolvent. Ne vero quisquam eam multam effugiat, liceat etiam injuria affectis deferre legis transgressorem, & renunciare id impune Sacratissimo Augusto, aut gloriosissimo magistro, ut ea cognoscens Imperator ipsi magistro [41] multarum exactionem committat.

1 Tacite relinqui non potest iis, qui palam relictum capere non possunt. Tacite capaci relinqui potest, non incapaci: hoc enim modo fraus fieri legi: illo non fieri intelligitur. Nam quod palam possumus, id etiam possumus tacite. 2 Relinquere. 3 Al. *Nicontio.* 4 Deferre fisco pecuniariam causam servi fiscales impune possunt: id enim quodammodo ex officio faciunt, non sua sponte, *ut hic.* Inde Paul. 5. *sent.* 13. §. 2. servi fiscales, qui causam domino prodere, ac nunciare contendunt, deferre non videntur. adde *l.* 5. §. 13. *ff. de his quæ ut indign.* Goth. Delatorem vero probare oportet ea, quæ intendit. quæ si probavit, præmio afficitur, quod ut plurimum videtur olim fuisse quarta eorum, quæ delata essent, unde & quatruplatorum nomen. Si nec probaverit delator, nec obtinuerit; inter infames & improbos, aliis quibusdam pœnis affectus, numeratur. quibus tamen pœnis non afficiuntur Cæsariani, qui jussu procuratoris causam ab alio delatam instruxerunt. idemque est in advocato fisci, *l. post legatum. §. advocatum. ff. de iis, quæ ut indign.* atque hoc quidem merito, cum hi neque delatores sint, neque sua sponte ad causam instruendam accedant. *Mod.* 5 Volens non facit, qui ex officio facit. 6 Delationis. 7 Acta precibus inserebantur. 8 Al. *inserta.* 9 *Cæcilio*, al. *Crellio.* 10 Delator non est, qui sui defendendi, ac tuendi causa, alium denunciat, seu defert. v. *l. delator.* 44. *ff. de jure fisc.* 11 *Perperam antea legebatur*, Philippus A. &c. 12 Delator non est, qui Reip. & fisci causam defendit. *l.* 2. *ff. de jure fisci.* 13 Est. 14 Delatoribus nihil est in Republica perniciosius. Synesius in epistolis eos vocat κοινὰς ἀλάστωρας τῆς χώρας. Imperatores, *maximum humanæ vitæ malum*, in *l.* 2. & 10. *C. Theod. de petitionibus & ultro dat.* ideo turpe est delatoris nomen, & injuriarum tenetur, qui alium delatorem appellat. *l.* 3. *§. de injuriis.* 15 Delator vere est, qui consequendi præmii causa denunciat. 16 *Cod. Theod.* 10. 3. 17 *Eclog. ex tit.* 7. *c.* 5. 18 Deferens bona caduca, sine fisci advocato, aut per injuriam, ferro punitur. 19 Inclusa absunt a *C. Theod.* 20 *Cujuscunque*, in *C. Theod.* 21 Caduca quæ in fiscum ceciderunt. 22 Abest a *C. Theod. & quib. lib.* 23 1. Harm. *in fin.* Imo evellitur ei lingua, *l.* 2. *C. Th. de petit. & ultro dat.* Imo tertius delator etiam in bonis causis capite punitur, *l.* 12. 13. *l.* 28. *C. Th. eod. tit.* Mod. quod scilicet deferendi studium quasi artem exercere videantur. *Mod.* 24 Omissa sunt hic multa a compositoribus. 25 *C. Th.* 10. 10. 17. 26 *Ecl. ex tit.* 7. *c.* 6. 27 Ut scilicet igne comburatur. *l. ult. J. h. t.* Mod. 28 Delatores dominorum servi non audiuntur, excepto crimine majestatis, *ut hic:* hinc Paul. 5. *sentent.* 13. §. 3. Damnati servi, sive post sententiam, sive ante sententiam dominorum facinora confessi sunt, nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant majestatis. adde *l.* 1. §. *si servi.* 19. *ff. de quæstionib. l.* 2. §. *Imperator.* 6. *ff. de jure fisci. l. pen. supr. qui accusare.* Quinimo ne quidem in majestatis crimine servos in caput dominorum audiendos censuit Tacitus Imperator, *teste Vopisco:* nec Trajanus, *Autore Plinio.* 29 Desunt in *C. Theod.* 30 *Ex collectione Ant. August.* 31 Delator thesauri inventi non est a comite rerum privatarum, vel alio magistratu audiendus. 32 Adde *l.* 5. §. *advocatum.* 13. *ff. de his quæ ut indignis.* 33 Adde *l.* 18. *ff. de jure fisci.* 34 *Ecl. ex tit.* 7. *c.* 8. *l. pen. §. qui accusare.* 35 Proscriptiones futuræ auctionis, propositis libellis in celeberrimis locis fiebant, *ut hic: & l. penult. supr. de defens. civit.* Cicero *pro Quintio: Theoph.* ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι. quod in alienationibus Ecclesiarum fit per viginti dies proposito libello, *Novell.* 120. *cap.* 6. *vers. Postquam vero ista.* 36 *l. ult. §. de adquir. possess. l. meminerint,* 6. *§. unde vi. l.* 1. *§. si per vim vel alio modo.* 37 Bona fiscalia quæ dicuntur ab alio possideri, si incertus sit, & ignotus eorum possessor, statim non occupantur a fisco. Dies triginta dantur, intra quos disceptet de jure suo apud Comitem rerum privatarum possessor, qui sua interesse arbitratur: & ea de re edicta proponuntur jussu Comitis. Eustathius *libro de temporib.* 38 Delatoris nomen in crimine majestatis metuere nemo debet. 39 Octavæ partis præmium. adde 1. Harm. 5. 40 *l. per intervallum,* 69. *ff. de judiciis. l. properandum,* 13. §. 2. *supr. de judiciis,* quod tamen Novella 112. *c.* 3. immutatum est. 41 Magistrum officiorum innuit.

TIT. XII.
DE PETITIONIBUS [1] BONORUM [2] SUBLATIS.

Bona quæ deferuntur in fiſcum, nemo poteſt ſibi impetrare. Bart.

2. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio P.P.

Quiſquis [3] in crimine majeſtatis [4] deprehenſus fuerit, & punitus, bonaque ejus (ſicut plectendi conſuetudo criminis habet) fiſcus invaſerit, nullus eadem ſub ſpecie [5] munificentiæ Principalis audeat proprio jure poſcere: qui contra legem id auſus fuerit ſperare, quod non licet, reus violatæ [6] legis habeatur. † Sed quoniam plerumque ita in nonnullis cauſis inverecunda petentium inhiatione [7] conſtringimur, ut etiam non concedenda tribuamus: nec reſcripto quidem noſtro adverſus formam latæ legis loci aliquid relinquatur. † Si quid autem ex bonis talibus noſtro judicio, nullo tamen deſiderante atque poſcente, concedi cuiquam voluerimus: hujuſmodi tantum valeat liberalitas. Dat. 17. Kal. Decembr. *Theſſalonicæ*, GRATIANO V. & THEODOSIO I. AA. CONSS. 380.

Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiſcum ſive fiſcales. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P. [8].

Omne [9] ſemen alienas appetendi fortunas ſtirpitus eruere cupientes, nulli [10] deinceps volumus petitionis rerum eſſe licentiam. Et ſi inteſtatus [11] quiſquam [quædamve [12]], ac nullis ex numero propinquorum exiſtentibus, vel uxore, vel marito, fati munus impleverit, cujuſcunque ſit conditionis aut ſectæ, ſeu quolibet titulo res fuerit fiſcalis, nemo audeat ad petitionem rerum defuncti defunctæve, cujuſcunque fortunæ aut ſectæ ſit, ſi [13] fiſco noſtro locus pateat, adſpirare: cum ne illis quidem quorum actu atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat ſanctionibus noſtris adverſari: ſed vir illuſtris quidem cujuſcunque temporis Quæſtor [14], ſi oblatæ petitioni ſubſcripſerit, vel etiam reſponſum dederit, virque illuſtris Comes [15] rerum privatarum, ſi vel inſtrui permiſerit, vel petitionem, ſi qua inſinuatur, admiſerit: indignationem noſtri numinis [16] ſuſtinebit, cæteriſque fiet [17] vindictæ & temeritatis exemplum. Memoriales [18] vero qui excipienda hujuſmodi reſcripta vel implenda curaverint, & palatinos [19] qui inſtruxerint, vel geſta admiſſæ petitionis ediderint, bonorum proſcriptione, puniri decernimus. Pari forma res [20] etiam civiles, & [21] ad jus publicum pertinentes, ab omni petitione muniendas eſſe cenſemus, ſcilicet nec pragmatica [22] juſſione, vel ſacra adnotatione, vel quolibet oraculo divino ſeu mandatis (ſi qua contra hanc ſanctionem noſtram fuerint impetrata) quippiam [23] roboris habere valituris. Dat. 11. Kal. Maji, THEOD. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

TIT. XIII.
DE [24] HIS, QUI SE DEFERUNT.

Gravatus tacite de reſtituendo non capaci, ſi ſe deferat, lucratur tertiam, uxor vero defuncti non capax ſe deferens, lucratur dimidiam: & facta diviſione habebit optionem, occultantes vero legitime puniuntur. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Maximo Rationali Hiſp. [25].

Is cujus tacitæ fidei commiſſa fuerit hereditas, ſtatim officio Gravitatis tuæ nunciet, & geſta prodat, & continuo [26] quod actum fuerit, renunciet: & poſt hanc fidem, tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quod ſi ab uxore [27] defuncti iſtud ad officium [28] devotionis tuæ fuerit revelatum: ipſa etiam [perſona [29]] quam defunctus eſſe voluit heredem, ſi geſta apparuerint [30], tali præmio mancipetur, ut ex omni patrimonio [31] medium conſequatur, & cum [32] fiſco noſtro celebret diviſionem: Id etiam habitura privilegium, ut prior eligat [33] optionem [34], & tunc occultator ille geſtorum fiſci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio ſuo, ac fiſco vindicato, in inſulam deportetur. Dat. Id. Mart. GALLICANO & BASSO CONSS. 318.

TIT. XIV.
SI LIBERALITATIS IMPERIALIS SOCIUS SINE HEREDE DECESSERIT [35].

1. Imp. CONSTANTINUS [36] A. ad Mygdonium Caſtrenſem Palatii [37].

Jubemus, ut ſi [38] quis forte ex his quibus communiter [39] a nobis aliquid donatum ſit, nullo herede relicto deceſſerit: ad [40] conſortem potius ſolatium, quam ad perſonam aliam pars decedentis perveniat. Dat. [41] 12. Kalend. April. *Antiochiæ*, CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 316.

TIT. XV.
DE THESAURIS [42].

Quærere theſaurum in proprio omnibus licet, in alieno vero ſuo nomine nullo modo licet. Bart.

1. [43] Imp. LEO A. Eutychio P.P. [44].

Nemo [45] in poſterum ſuper requirendo in ſuo, vel alieno loco theſauro, vel ſuper invento ab alio, vel a ſe, effuſis precibus pietatis noſtræ benignas aures audeat moleſtare. † Nam in *ſuis* quidem locis unicuique dummodo ſine ſceleratis, ac puniendis ſacrificiis [46], aut alia qualibet arte legibus odioſa theſaurum (id [47] eſt condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia [48]) quærere, & invento uti, liberam tribuimus facultatem: ne ulterius Dei [49] beneficium invidioſa calumnia perſequatur: ut [50] ſuperfluum [51] ſit hoc precibus poſtulare, quod jam lege permiſſum eſt: & imperatoriæ majeſtatis videatur prævenire [52] liberalitas poſtulanda. † In [53] *alienis* vero terrulis nemo audeat invitis, immo [54] nec volentibus, vel ignorantibus dominis opes abditas ſuo nomine perſcrutari. Quod ſi [55] nobis ſuper hoc aliquis crediderit [eſſe] ſupplicandum, aut præter hujus legis tenorem in alieno loco theſaurum ſcrutatus invenerit, [totum] hoc locorum domino reddere [56] compellatur, & velut temerator legis ſaluberrimæ puniatur. † Quod ſi forte, vel arando [57], vel alias terram alienam colendo, vel quocunque caſu, non ſtudio perſcrutandi, in alienis locis theſaurum invenerit: id quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia [58] data, cum locorum domino partiatur. Ita enim evenit, ut unuſquiſque ſuis fruatur, & non inhiet [59] alienis. Dat. 6. Id. Octob. LEONE juniore A. CONS. 474.

TIT. XVI.
DE ANNONIS [60] ET TRIBUTIS [61].

Pars conſt. 1. ex *lib.* 56. *Baſilicorum.*

Vacantes [62] deinceps [63] annonæ, & capitationes a fiſco exigentur, neque [64] a magiſtratibus ſeparabuntur, ut aliis concedantur, aut in publica opera inſumantur ſine ſacra forma, qua & donatio & modus ſumptuum explicetur. Sed neque etiam ex publico [65] canone in privatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur ſine ſacra forma. Qui contravenerit, de ſuo fiſci damnum ſarciat, & competens ſcrinium graviſſimis pœnis ſubjiciatur.

Onus æris alieni eſt perſonale: & ideo inter heredes dividitur pro hereditariis portionibus. Onus annonæ & tributorum eſt reale: & prout quis poſſidet, & fructus percipit, oneratur. Bart.

2. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & Valerianus [66] C. Antiocho.

---

1 *Al.* petito, & ita apud Jacobum Rebuffum *hic:* πειτῖτα γνώρισμα αἰτήσεως. Suid. Quid ſi ultro, & ut loquuntur practici, *proprio motu* princeps bona proſcripti dederit? utile beneficium principis eſt. vide Cæpolam *cautelæ* 116. 2 Fiſco delatorum. 3 Ex *lib.* 10. *tit.* 10. *l.* 15. *C. Theod.* 4 Vid. *l.* 7. *ſupr. ad l. Juliam majeſtatis.* 5 *Spe*, in *C. Theod. & vet. lib.* 6 Violatæ legis rei, ſacrilegi: dixi ad *l.* 1. *J. ut dignitatum ordo. l.* 12. *tit.* 8. 7 A lupis ducta metaphora. *Goth.* Vid. Everhard. *conſ.* 31. *n.* 2. Anſ. 8 *Ex Novell. Theod. de competitionibus.* 9 Origo delictorum præcidenda. 10 Vacantia bona, fiſci, Reip. peti a principe non poſſunt: pœna conſtituta in quæſtorem, qui ejuſmodi petitioni ſubſcripſerit: Comiti rerum privatarum, ſi inſinuaverit: Memorialibus Quæſtoris, ſi hujuſmodi reſcriptum perſcripſerint, aut curaverint perſcribi: Palatinis, ſi eorum interventu apud Comitem rerum privatarum inſtructa, vel inſinuata hujuſmodi petitio fuerit. 11 Vacantia bona dicuntur ejus, qui inteſtatus mortuus eſt, nullis propinquis relictis. 12 Al. *deeſt.* al. *quæ quamve.* 13 Al. *ſed.* 14 Quæſtor ſacri palatii petitionibus ſubſcribebat, vel etiam reſponſa reddebat, *ut hic.* His autem verbis ſubſcribebat, *Quæſtor legi hac die.* & hæc ſubſcriptio ſequebatur ſubſcriptionem principis.
15 Comes rerum privatarum, Judex & gubernator privatæ principis ſubſtantiæ, de quo dictum *s. de officio comitis rerum privatarum & ſupr. de fide & jure haſtæ fiſcalis. l. ult. s. tit. prox.* 16 Nominis. 17 Fient. 18 Memoriales qui, vide ad *l. ult. J. de prox. ſacr. ſcr. l.* 12. *tit.* 19. *ubi dixi.* Goth. Ad quæſtorem pertinebant hi, ut Græci interpretantur hoc loco, οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι *& ad l. eos. J. de exc. mun.* οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων. *& ad l.* 5. *qui mil. poſſ.* τῶν κελεύσεων φύλακες, qui leges & reſcripta excipiebant & implebant, id eſt, perſcribebant, aut perſcribi curabant. horumque obſequiores quæſtoria agi dicitur *in l. ult. J. de prox. ſacr. ſcr.* Mod. 19 Palatinorum interventu petitiones inſinuabantur apud Comitem rerum privatarum. 20 Civiles pecunias rerum publicarum, vel civitatum deputatas annonis civilibus vel operibus publicis, vel ſalariis profeſſorum aut medicorum. *l. quia plurimæ* 19. *s. de operibus publicis.* (vide Caſſiodor. *lib.* 9. *formula de competitoribus*) principes ipſi quodammodo ſibi vindicabant, & per actores publicorum tributorum tractabant, ſed non boni: ut & colligi poteſt ex *Novell.* 128. *c.* 15. 21 Vel ad. 22 Pragmaticæ, adnotationis, oraculi & mandati differentia. Pragmatica fit ſolenniter de ſententia conſilii, ſuggeſtione aliena, precibus alienis: Adnotatio vero breviter fit adnotato ad libellum principis nomine: Oraculum ſimplex eſt juſſio, ſubnotata a quæſtore ſolo, vel magiſtro ſcriniorum: Mandatum vero citra ſuggeſtionem aut libellum datur. Cujac. *hic.* Goth. Nam ſi ultro non dentur, ſed tacita alicujus competitione, in vitio ſunt, *l.* 1. *ſupr.* Mod. 23 Al. *quodcunque.*

24 *L.* 10. *C. Theod.* 2. *l.* 1. *in pr. ff. de jure fiſci.* 25 *C. Theod. l.* 1. *tit.* 11. *l.* 10. 26 *l.* 13. *§. exſtat.* 5. *ff. de jure fiſci.* Hinc colligunt, deferentem ſe & confitentem mitius puniri. vide Clarum *§. ult. q.* 60. *n.* 26. 27 Uxor enim quoque ex lege Papia decimaria incapax eſt taciti fideicommiſſi: idque firmat *l. ult. in princ. ff. de his, quæ ut ind.* ex conſtitutione tamen *l.* 2. *s. de infirm. pœn. cœl.* non eſt incapax. *Mod.* 28 *Officio* in *C. Theod.* 29 Abeſt a *C. Theod. & quib. lib.* 30 *Aperuerit* in *C. Theod.* id eſt, ſe ipſam detulerit. *l.* 16. *ff. de jure fiſci.* 31 *l.* 13. *in pr. l.* 15. *in fin. ff. de jure fiſci.* 32 *Eam*, in *C. Theod.* al. *eum.* 33 Fœminæ in diviſionibus optionem dari hinc notant: quod paſſim nec obtinet, nec ſervatur. 34 Legendum *portionem* ut in *C. Theod.* Cont.
35 In *C. Theod. lib.* 10. *tit.* 14. inſcribitur, *Si petitionis ſocius*, Cont. Verum id ita mutavit Juſtinianus, aut potius Tribonianus, quod petitiones non liberalitates ſint ſublatæ. 36 Alias Conſtantius Orioni Com. R.P. 37 Ex *C. Theod.* 10. 14. 1. *&* 2. Cont. 38 Si duobus princeps res aliquas donaverit, & alter ex ipſis abſque herede deceſſerit, pars ejus alteri adcreſcit. *Synopſ. Baſil.* 47. *tit.* 3. *ex lib.* 56. *tit.* 7. *c.* 15. *&* 1. Harmenop. 1. §. 18. 39 *Qui communi nomine donatum aliquid a noſtra impetraverunt clementia &c.* in *C. Theod.* quam vide & conſ. 40 Donatum ab imperatore pluribus, ſi qui ex iis deceſſerint nullo herede relicto, ſolidum fit ſuperſtitis, excluſo fiſco, *ut hic.* Et tamen in feudo aliud admiſſum. Nam ſi duo fratres ſimul feudum adquiſierint, ſuperſtes frater defuncto fratri non ſuccedet. 2. *Feud.* 1. *§. ſin autem &c. Feud.* 17. Cur tam varie? Hæc lex ad meras liberalitates refertur, quæ ad donatorem numquam recurrunt: Feudi liberalitas non certis modis eſt mera, quia ad dominum recurrit, multaque ex feudo jura, & commoda dominus habet. *Goth.* Vid. Gudelin. *de Jure Noviſſ. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 26. Petr. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 13. *n.* 64. 65. Anſ. 41 15. *Kal. Jul. Mediolani Philippo, & Sallia Conſſ. C. Theod.*

42 Vid. quæ ſcripſi ad Novellam Leonis 51. *§. theſauros* 39. *Inſt. de rerum diviſ.* Forn. 2. *ſelect.* 62. 43 Al. *Impp. Leo & Zeno Epinico Conſulari.* 44 Al. *Zeno & Leo Auguſti Epinico Conſſ.* 45 Hæc lex corrigit eam, quæ eſt in *C. Theod. eod. tit. quæ quartam tantum inventori tribuit.* Cont. 46 Sacrificiis factis theſaurum quærere non licet. vide quæ notavi ad *l.* 1. *s. de paganis, & ſacrificiis. l.* 13. *D. ad l. Corn. de ſicar.* Modos quærendi refert Wierus 9. *c.* 10. 47 Theſaurus eſt condita ab ignoratis dominis tempore vetuſtiori pecunia, *ut hic:* adde *l.* 31. *in fin. ff. de adq. rer. dom.* Caſſiod. 48 *Monilia*, in *C. Theod.* 49 Theſaurus Dei beneficium, *ut hic.* Fortunæ donum. *l.* 63. *§.* 1. *ff. de adquir. rer. dom.* 50 Al. *cum.* 51 Superflue a principe petitur, quod jure permittitur. 52 Al. *pervenire.* 53 Theſauri inveniendi cauſa nemini licet agrum alienum invito domino ingredi, *ut hic:* Et tamen Lapidicinam aut metalla poſſum, eo invito, in ejus fundo quærere. *l.* 3. *l. quosdam* 6. *J. de metallariis. l.* 11. *tit.* 6. Cur tam varie? Publica utilitas metalli inventione continetur, theſauri Privata: adde Corſetum *ſingulari expenſa: l.* 16. *ff. de ſervit. ruſt. præd. l.* 3. *§. plane. ff. de adqu. rer. dom. §. plane. Inſtit. de rerum diviſ.* 54 Legendum, *id eſt, nec volentibus.* 55 Reſcripto etiam principis nemo in alieno theſaurum quærere poteſt. 56 Cedere. 57 Theſaurus arando repertus in alieno fundo pro dimidia parte fit inventoris: pro altera fundi domini. adde Forner. 2. *ſelect.* 26. adde *l.* 63. *§. quod ſi creditor.* 4. *ff. de adqu. rerum dom.* 58 Quid opus fuit hac conſtitutione, cum jam id eſſet ab Adriano diſerte ſic ſtatutum? ideo opus fuit, quod dimidiam loci domino ab Adriano conceſſam Imppp. Gratianus, Valent. & Theod. redegerant ad quartam, *l.* 2. *C. Theod. de Theſauris.* Vid. *& Nov.* 51. *Leonis*, & adi Forcatulum *Necyomant. dialog.* 56. Mod. 59 Immineat.
60 Equis, veſtibus. 61 Annonæ in ſpeciebus conſiſtunt, veluti frumento, vino &c. Tributa in corporibus, veluti auro, argento, ære &c. Cujac. 62 Vacantes annonæ ſunt annonæ magiſtratuum defunctorum ſine ſucceſſore: cujuſmodi annonæ, ut & cetera bona vacantia, ad fiſcum legibus caducis redibant. *l.* 1. *C. Theod. de annonis civilibus.* 63 *Ex collectione Ant. Aug.* 64 Vacantes annonas (de quibus paulo ſupra diximus) magiſtratus non poſſunt ſine ſacra forma fiſco præcipere, & vel aliis, vel operibus publicis addicere. 65 Fiſcalis canonis materiam vel pecuniam judex non poteſt in ulla opera etiam publica transferre. 66 Al. *Imp. Decius* A. C. Titio.

Æs

ÆS [1] quidem alienum pro portione, ex qua quisque [2] defuncto heres extiterit, præstari oportet: annonas autem is solvere debet, qui possessiones tenet & fructus percipit. PP. SECULARE & DONATO CONSS. 261.

Ad onera realia non tenetur quis in plus quam de re possideat. Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Herennio.

INdictiones [3] non personis, sed rebus indici solent: & ideo ne ultra [4] modum earundem possessionum quas possides, conveniaris, Præses provinciæ prospiciet. Datum PP. 17. Kalend. Novemb. ÆMILIANO & AQUILINO CONSS. 286.

Omnes debent solvere quod princeps imponit, & officiales non possunt augere vel diminuere. Bart.

4. Imp. CONSTANT. A. ad Proculianum.

OMnes [5] pensitare debebunt, quæ manus nostræ delegationibus [6] adscribuntur, nihil amplius exigendi [vel remittendi potestatem esse 7.] Nam si quis Vicarius 8, aut Rector provinciæ aliquid jam cuiquam crediderit remittendum: quod alii remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. Dat. 15. Kal. Jul. CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

Omnes coguntur solvere publicas functiones, cum non sit munus extraordinarium. Bart.

5. Imp. CONST. A. ad Vranium.

OMnes [9] omnino ad oblationem [10] functionum publicarum [11] oportet urgeri. Lege enim nostra signatum est, *nec esse extraordinaria* [12], *nec vocari quæ solenniter* [13] *a provincialibus devotissimis conferenda sunt.* Dat. 3. Non. Febr. CONSTANTIO A. II. & CONSTANTE CONSS. 339.

Qui plus fructus colligit, plus solvit, qui minus, minus. Bart.

6. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Dracontium Vic. Africæ [14].

PRo [15] locis [16] ac proximitate possessionum annonam ad limites [17] transvehi præcipimus. Dat. 15. Kal. Jul. *Mediolani,* VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

Rescriptum, in quo immunitas conceditur a muneribus ordinariis, non valet. Bart.

7. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Principium P. P. [18].

IN [19] fraudem annonariæ rei ac devotionis publicæ elicitum damnabili surreptione rescriptum [20], manifestum est, jure [21] non posse vires sortiri. Circa omnes igitur par atque æqualis illationis forma teneatur [22]. Dat. 8. Kal. Octobr. *Aquil.* ARCAD. A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

Ad operandum vel portandum non debet quis longius mitti: sed debet ratio itineris adhiberi. Bart.

8. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P. [23].

NEmo possessorum ad instruendas mansiones [24] vel conferendas species [25] longius [26] delegetur: sed omnes [27] itineris ac necessitatis habita ratione [delegentur [28]]. Dat. 10. Kal. Jan. *Constantinop.* ARCAD. A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

Non est faciendum id, in quo plus expenditur, quam de commodo percipitur. Bart.

9. Iidem AAA. Cynegio P. P. [29].

MEditerraneæ [30] civitates ante [31] a maritimis, & maritimæ [32] [a [33]] mediterraneis onerabantur expensis, ut plus [34] haberet dispendii translatio, quam devotionis illatio. Hoc non solum in præsens, verum etiam in posterum prohibemus, ea lege ut se ultimo noverint supplicio puniendos qui ista commiserint [35]. Dat. 3. Non. Septembr. *Valentiæ,* HONORIO NB. P. & EVODIO CONSS. 386.

Si utiliter dominus intra tempus hic statutum non solverit tributa, dominio privatur, & ad habentem directum dominium revertitur. Bart.

10. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Minervio Com. R. P. [36].

OBsistere [37] commodis publicis & statutis [38] necessitatibus non possunt privilegia dignitatum [39]. Unde ut quisque de prædiis [40] emolumentum consequitur, si non is evoluto anni spatio intra sex [41] menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum [42]: ad ipsos, qui sunt domini prædii, exactionem volumus pertinere. PP. in programmate Vari viri clarissimi urbis Romæ, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

Judicibus negligentibus totum salarium aufertur. Bart.

11. Iidem AA. Eutychiano [43] P. P.

JUdices [44], quos [45] circa profliganda ærarii [46] nostri compendia negligentes ac desides fuisse constiterit: omnia, quæ in administratione positi perceperunt emolumenta [47], reddere compellantur. Dat. 3. [48] Kalend. Mart. *Mediolani,* VINCENTIO & FRAVITTA CONSS. 401.

12. Imp. THEOD. A. Isidoro P.P. Illyrici [49].

ID ab unaquaque [50] provincia censemus expetendum quod ab iisdem nuper esse promissum tua Sublimitas indicavit. Nullus vero [51] de cætero ad possessiones eorum (quod maxime formidant) inspector [52] accedat. Macedonum reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis, ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed & hi [53], qui protestati sunt nihil a se ultra tertiam partem posse conferri [54], illud exolvant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum observabitur [55], sacrosancta Thessalonicensis [56] Ecclesia civitatis excepta: ita tamen, ut aperte sciat propriæ tantummodo capitationis [57] modum beneficio mei numinis sublevandum: nec [58] externorum gravamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam. Dat. 6. Id. Octobr. *Constantinop.* VICTORE V. C. CONS. 424.

13. Imp. ANASTASIUS Anthemio P.P.

SI provincia vel civitas *relevationem* [59] *petat animalis* [60] *functionis*, vel *inspectorem aut peræquatorem*, referatur petitio ad principem ejusque arbitrio idoneus mittatur, prius jurejurando præstito: ex cujus tamen relatione facta præfectis prætorio non aliter forma ulla detur, quam si præfecti ea omnia, quæ ab eo didicerunt & quæsierunt, principem edocuerint, atque ita sacra proferatur forma modis omnibus observanda. † Privati [61] autem iis de rebus preces ne porrigant. † Nec relevatio vel deminutio perpetuo, vel ad tempus, nec inspectio, nec peræquatio fiat aliter, quam ex scripta jussione principis. Sed neque præfecti delegationes faciant pro tempore præcedenti, neque annonas, vel pecunias quibusdam seorsim addicant, non præstitas initio, vel postea defectas causæ præstationis accipientiumve corporum defectu: verum hæc omnia fiant ex sola auctoritate principis scripto comprehensa: quod qui non observarint, & data, & omne damnum, quod fiscus senserit, ei de suo resarcient. Is etiam, qui debitoribus fisci dederit dilationes, præscripseritve terminos alios quam legitimos sua auctoritate sine jussione principis, quæ debentur fisco, de suis facultatibus exsolvat. Sed neque pecunias civiles fisco inferendas, vel civitatibus deputandas, in alios usus transferat, vel quibusdam personis deputet sine auctoritate principis. Et officium præfectorum nisi omnia, quæ constitutione continentur, observaverit, instruxeritque præfectos & præsides provinciarum, obsequentiaque illis officia, & cæteri, qui res fiscales tractant, nisi iis jussionibus [62] paruerint, fisco contingens damnum de suis facultatibus præstabunt, & legis contemptores quinquaginta lib. auri multabuntur. † Tripertito autem omnia fiscalia inferantur, ea etiam, quæ Armeniaca vocant, videlicet Kalendis Januariis, & Kalendis Majis, & ad finem indictionis, in tres æquas partes divisa, nulla in medio collatoribus innovatione facienda. Quia vero Armeniacorum tributorum præstatio duobus pensioni-

1 In hereditate defuncti hæc duo quoties occurrunt, nempe æs alienum & annonæ publicæ, toties æs alienum ab heredibus omnibus pro partibus hereditariis præstandum, idque ex lege 12. Tabular. Annonæ autem præstandæ ab eo, qui possessiones ipsas tenet, & fructus percipit, *ut hic, & l. 36. ff. de jur. fisc.* hoc ideo, quod æs alienum, personarum, annonæ, rerum onus sint. *Goth.* Et prædiorum obligationes inter heredes non dividuntur, personales dividuntur. adde *l. Imperatores, 7. ff. de publicanis.* Mod. 2 Unusquisque. 3 Τὰ δημόσια τέλη &c. Tributa publica, non personis, sed rebus inducuntur. Operam itaque dare præsidem provinciæ convenit, ne quisquam eorum nomine, quæ non possidet, conferat. 56. *Eclog.* 8. *c.* 3. De Indictionibus vide infra titulum *de Indictionibus.* Goth. *Indictionis* nomine continentur tam annonaria quam tributaria functio. *Mod.* 4 Tributa & collectæ imponuntur pro quantitate patrimonii, & facultate uniuscujusque possessoris, & sic per & æs & libram. Rolandus a Vall. 1. *consf. 66. num.* 15. 5 *Cod. Theod.* 11. *tit.* 1. *l.* 1. *§. ideoque omnes pensitare.* 6 Tributorum & annonarum modus manat a principe: ideoque neque plus, neque minus iis exigi debet a Vicariis Præfecti prætorio, aut præsidibus. adde *l.* 3. *§. illud. infr. de canone largitionalium tit. l.* 10. *tit.* 23. Goth. Suidas δηλεγατίων κατὰ Ῥωμαίοις ἡ ἔκταγὴ τῆ σιτομετρίας, καὶ ἡ ἀννώνων μετακομίδη. Sunt igitur *delegationes* descriptiones, quibus exigendorum tributorum, & annonarum modus continetur, quæ & *delegatoriæ* dicuntur, quod delegari mittique in provincias solent. *Mod.* 7 Inclusa absunt a *C. Theod. & lib. quib. veter.* eaque delenda esse existimat Cujac. 8 *Vicarii* hi erant præfectorum prætorio, dixi ad *l.* 1. *§.* 4. *ff. de legat.* 3. 9 *l.* 1. *J. de imm. nemini concedenda. l.* 10. *tit.* 25. 10 *l.* 5. *C. Theod. hoc tit.* 11 *Oblationem pecuniarum,* in *Cod. Theod.* 12 Extraordinaria munera vocantur, quæ non sunt solennia, id est, consueta seu conferri solita. 13 *Specialiter,* in *C. Theod.* 14 *l.* 11. *C. Theod. hoc tit.* 15 Annonæ militaris conferendæ & transferendæ ad limites onus, proximis possessoribus imponi debet. *l.* 8. *infr. h. t. l.* 4. *infr. de erogat. militaris annonæ. l.* 12. *tit.* 38. 16 *Loco,* in *C. Theod.* 17 Al. *limitem,* ut in *C. Theod.* 18 *l.* 20. *Cod. Theod. h. t.* 19 Qui in fraudem commodorum publicorum a principibus rescriptum impetraverit, nullum ex eo sentiat emolumentum. Omnes enim publico conferre debent. *Synops. Basil. l.* 54. *tit.* 7. *& l.* 56. *tit.* 8. *cap.* 7. 20 Rescriptum impetratum, ut ne quis tributum solvat, nullius est momenti: est enim adversus utilitatem publicam. 21 Al. *deest.* 22 Teneat. 23 *l.* 21. *C. Theod. h. t.* 24 Mansiones quid, vide in *l.* 2. *J. de lucris advocat. ubi dixi. l.* 12. *tit.* 62. Goth. *Mansiones* vocant ἀλλαγὰς sive diversoria, in quæ se recipiunt milites expeditionis tempore, vel etiam sacer comitatus. Posteriores *Mansus* dixere. Utrumque a manendo. & inde *Manentes* in historia Helmodii, & Gallis *maisons.* Villæ sic possunt appellari; Clementi in Petro συσήματα. separantur autem a civitatibus & oppidis *in l.* 9. *C. Th. hoc tit. l.* 2. *J. de cond. in publ. horr. l. modios. J. de suscept. l. Claudiopolis. C. Th. de decur.* mansiones porro hæ annonis & pabulis instruebantur ex collatione vicinorum, non ex collatione eorum, qui procul disjuncti erant. *Mod.* 25 Hic omissum est aliquid, quod legitur in *C. Theod.* 26 *l.* 6. *supr. h. t. l.* 9. *J. h. t. l.* 2. *J. de privilegiis domus Augustæ.* 27 *Omnis,* in *C. Th.* 28 Abest a *C. Th.* 29 *l.* 22. *C. Theod.* 30 Mediterraneæ civitates, a mari & fluminibus remotæ. Cicero *Verrina de suppliciis.* Centuripinos homines maxime mediterraneos: quibus opponuntur maritimæ & ripenses, mari & fluminibus propinquæ. 31 *Antea, uno verb. in C. Theod. & quib. manu.* 32 Tributa collata a mediterraneis civitatibus, non transferunt maritimæ, aut ripenses & e contra: juste: ut quorum sit collatio, eorundem sit transvectio. adde *l.* 8. *supr. h. t.* & breviter translatio tributorum, quæ plus habet dispendii, quam lucri, vitanda est. 33 Deest a *C. Th. & quib. lib.* 34 Expensa non admittitur, quæ rem ipsam absorbet. adde Corsetum *singulari expensæ.* 35 *Dat.* 3. *Non. Sept. Valentiæ, Honorio N. P. & Euodio Conss.* 36 *Cod. Theod. h. t. l.* 25. 37 Nemo privilegium dignitatis prætexens non conferat: sed omnes pro eorum, quæ possident, prædiorum rata, pensiones solvant. *Synops. d. l.* 54. *cap.* 10. *& dict. l.* 56. *tit.* 8. *cap.* 10. 38 Statutæ necessitates, canonicæ & ordinariæ. 39 Dignitas non excusat a muneribus, seu tributis ordinariis. *l.* 4. *infr. de exact. trib. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 3. *supr. de episc. & cler.* 40 *In Cod. Theod. deest* de, *& legitur* prædii. 41 Tributa non solvente colono, vel emphyteuticario, uti oportet, dominus prædii, etiamsi in dignitate positus sit, convenitur, non quidem statim: sed post sex menses ab anno, cujus indictiones colonus debet. 42 Vid. *l.* 13. *J. de omni agro desert. l.* 11. *tit.* 58. 43 Adriano. 44 Id est, præsides. *Goth.* Quorum munus est tributorum exactioni incumbere, *l. in fiscalib. infr. de exact. trib. Novell.* 161. Idem & Catholicorum munus est, & ex Constitutione Augusti jam ab initio Proconsulum Dio. 53. τὰς φόρας οἱ ἀνθύπατοι παρ' ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν. Mod. 45 vid. *l.* 6. *infr. de exactorib. trib. l.* 10. *tit.* 19. 46 Ærarii compendia appellat annonas & tributa. 47 In tributis exigendis negligens provinciæ præses, salaria sua amittit. hic enim emolumenta, nihil aliud quam annonæ, & capita. *l.* 6. *infr. de censib. l.* 11. *tit.* 57. 48 *Al.* XIII. 49 *Ex hoc tit. l.* 33. *C. Theod.* De duplici Illyrico orientali & occidentali. vid. Cujac. *hic.* 50 Tributum a quaque provincia promissum, ita ab ea præstandum est, ut promissum est. 51 *Ut vero nullus,* in *Cod. Theod.* 52 Inspectores hi peræquatores: quorum munus tributa adæquare. 53 Ver. *Achivi,* quod legisse videtur Accurs. & sic legitur in *C. Theod.* 54 Conferre. 55 *Observanda,* in *C. Theod.* ex quo hic quædam detracta sunt. 56 vid. *l.* 8. *supr. de sacros. eccles.* 57 Al. *cautionis.* 58 Tributorum vitandorum causa non licet abuti nomine ecclesiæ. vid. *l.* 1. *J. de collegiat. l.* 11. *tit.* 17. 59 Capitationis relevatio fit a nullo alio, quam principe. Est vero relevatio κουφισμός. 60 Animalis functio pecunia pro capite. dixi ad *l.* 23. *in fin. infr. de agric. & censit. l.* 11. *tit.* 47. 61 Capitationis relevationem a principe privatus petere non potest: Respublica vel provincia potest. 62 Ἐκταγάς. Sunt autem ἐκταγαὶ dispositiones P. Prætorio, ut *l. ult. infr. de exact. tribut. l.* bus

bus dividitur, liceat collatoribus si velint, priorem consuetudinem huic constitutioni præferre, & duabus pensionibus solvere, & aliud dimidium Septembri [1] futuræ indictionis. Quod si velint tripertito solvere, habeant ad dilationem totum Septembrem mensem futuræ indictionis. Ante missum vero, ut convenit, inferant in exordio cujusque indictionis: nam & hoc ejus significat appellatio. Dat. Kal. April. PAULO V. C. CONS. 496.

TIT. XVII.
DE INDICTIONIBUS [2].

Indictio munus ordinarium est: & ideo ab hac indictione non excusantur qui a muneribus excusationem habent. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P. P. [3].

OMnes omnino quocunque titulo [4] possidentes, quod delegatio superindicti [5] nomine videtur amplexa, velut canones [6] cogantur inferre [7]: ut ne qua sit dubietas, hac aperte definitione decernimus, ut id potius *canonis* vocabulo postuletur. Nulla [8] igitur domus vel sacri patrimonii vel emphyteutici juris, vel hominum privatorum, etiamsi privilegium aliquod habere doceatur [9], ab hac necessitate sejuncta sit: quæ [10] jam non extraordinarium, ut hactenus, sed ipsis facientibus [11] *canonicum* nomen [12] accepit. Dat. 7. Id. Jan. *Ravennæ*, THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 417.

Ante tempus solutionis debet singulis provinciis notificari, ut se præparent ad indictionem solvendam. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Dario P. P. [13].

PArticulari delegationum [14] notitia, ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis, collationis modum a possessoribus multo ante prospectum, devotionis [15] solitæ, non subitis calumniis [16] tua Sublimitas faciat imputari: ut & provincialibus subeundi dispendii [17] necessitas auferatur, & Officiis inferendi damna licentia denegetur. Dat. 5. Kal. Septembr. *Apamiæ*, ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

TIT. XVIII.
DE SUPERINDICTO [18].

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Proconf. (VV. [19] CC.) & omnes Rectores [20].

NIhil superindictorum [21] nomine ad solas Præfecturæ literas quisquam provincialis exolvat: neque ullius omnino indictionis titulus etiam solennis immineat, nisi [22] cum [23] nostro confirmata judicio, & imperialibus nixi [24] præceptis, Sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. Dat. [25] 18. Kalend. Jul. *Mediolani*, ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

TIT. XIX.
DE EXACTORIBUS [26] TRIBUTORUM.

Exactores non debent exigere nisi eos, qui in brevibus continentur, seu ex actis a tabulario sibi datis. Bald.

1. Imp. CONSTANTIN. A. [27] ad Ælianum Proconsulem Africæ.

DUcenarii [28], & Centenarii [29] sive Sexagenarii [30] non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam a tabulario [31] civitatis nominatim breves accipiant debitorum: quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet. Dat. Kal. Novemb. *Treveris*, CONST. A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

Pro debitis publicis non debet quis poni in carceribus: nec novitates aliquas pati in persona. Bart.

2. Idem A. ad Populum [32].

NEmo [33] carcerem, plumbatarumque [34] verbera [35], aut pondera, aliaque ab insolentia Judicum reperta supplicia, in debitorum solutionibus, vel a perversis, vel ab iratis judicibus expavescat. Carcer pœnalium [36], carcer hominum [37] noxiorum est, [&] Officialium, & cum [38] denotatione eorum Judicum quorum de officio certiores [39] esse debebunt, qui contra hanc legem admiserint. Securi juxta Præsidem [40] transeant solutores [41]. Vel certe si quis tam alienus ab humano sensu est, ut hac indulgentia ad contumaciam abutatur: contineatur aperta & libera & in usum [42] hominum instituta custodia militari. Si [quis [43]] in obdurata nequitia permanebit: ad res ejus omnemque substantiam exactor [44] accedat: solutionis obsequio cum [45] substantiæ proprietate suscepto: Qua facultate præbita [46] omnes fore credimus proniores ad solvenda ea, quæ ad [47] nostri usum [48] exercitus pro communi salute poscuntur. Dat. Kal. Febr. CONSTANT. A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 320.

Qui debitorem captum eximit, ad id, quod fisco & privato debebatur, tenetur. Bald.

3. Imp. CONSTANTIUS A. Nemesiano V. P. Com. Larg.

QUotiens [49] quis & privati [50] debitor invenitur, & fisci, & abreptus ab uno Officio [51] tenetur; ad universi [52] debiti solutionem qui eum abstulit, coërceatur [53]: ac totius summæ exactionem in se suscipiat, qui eundem avellendum subtrahendumque [54] crediderit. Dat. 4. Id. Maji, *Nizibi*, AMANTIO & ALBINO CONSS. 345.

4. Idem A. ad Eustathium P.P. post alia.

ACtores [55], cæterique rei privatæ [56] nostræ, ad solutionem specierum solennium, debiti [57] vigoris auctoritate cogantur: ne provinciales rei privatæ nostræ fatiget [58] immanitas [59]. Dat. 8. Id. Mart. PP. *Romæ*, LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

5. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino, P.P.

APparitores [60] quicunque [61] in collationem [62] auri præcepti fuerint Officii sui adhibere servitium: titulorum [63] debita [64], & collationum summas relationis suæ fide [65] & adnotatione perscribant: fitque ex Officialis [66] instructione Officium conscium, quid exactum, quidve perlatum [67] esse videatur: ne longinqui itineris diversitate susceptor abductus, & Curiæ [68] suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat. Dat. prid. Id. April. *Constantinop.* THEOD. A. IV. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

Ad petitionem exactorum cogitur Præses facere exactionem. Bart.

6. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Theodoro P. P.

IN fiscalibus debitis, hoc est annonariis, cæterisque titulis, qui ad arcam [69] eminentissimæ pertinent [70] Præfecturæ: necnon in his debitis, quæ Rationale [71] usurpat officium, Rectores provinciarum constringantur: & [72] eos [73] necessitas maneat exigendi, a quibus exspectatur auctoritas. Dat. 8. Kal. Jul. *Mediolani*, HONORIO A. IV. & EUTYCH. CONSS. 398.

7. Iidem AA. Hadriano P.P. [74].

MIssi Opinatores [75], (id est, exactores militaris annonæ [76]) cum delegatoriis [77] judicibus [78], eorumque officiis insistant, ut intra anni [79]

10. *tit.* 19. 1 Indictiones incipiebant a mense Septembri, *ut hic*, dixi *l.* 1. *infr. de militari veste. l.* 12. *tit.* 40. 2 Indictionum rationem & formam hic Titulus præbet: superior vero est de his, quæ indicuntur: nam indictiones nihil aliud sunt quam annonæ, vel tributa, *l.* 3. *supr. tit. prox.* annonaria & tributaria functio omnium possessionum. Plinius ad Trajanum, *Nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt.* adde *l.* 7. *ff. de publicanis.* Cassiod. 4. *Var.* Porro indictiones initio anniversariæ: post indictionis numerus ad quindecim annos redactus sub Theodosio magno, *ut Cedrenus*, aut potius sub Constantino magno, *ut Onuphrius* observavit. A Septembri mense incipiebant. vid. *l.* 1. *J. de militari veste. l.* 12. *tit.* 40. unde dictæ? vide *Cedrenum & Onuphrium.* De Æra ab Augusto constituta, adde Isidor. 5. *cap.* 26. 3 *l.* 2. *C. Theod. hoc tit.* 4 *Ex titulo*, in *C. Theod. hoc tit.* 5 Al. *superindictione.* Goth. Vertunt Græci ὀνόματι ὑπὲρ τὸν κανόνα. hinc autem apparet *superindictionem* pro indictione canonica haberi; ideoque ab ea nullum excusari. quod cum alioqui falsum sit, excusantur enim ecclesiæ, patrimonium resve privata principis, & viri illustres, atque alii quidam in dignitate positi; putat princeps Jurisconsultorum Cujacius, hanc legem de speciali quodam superindicto accipiendam esse, quod imperaverint Honorius & Theodosius, non de quolibet. *Mod.* 6 *Canonem.* in *C. Theod.* 7 Al. additur, *&*. 8 Superindicto ab hoc speciali impetrato ab Honorio & Theodosio, ne quidem Ecclesia resve privata principis excipitur. adde *l.* 1. *infr. de immunitate nemini concedenda. l.* 10. *tit.* 25. 9 *Doceantur*, in *Cod. Theod.* 10 Delegationis forma ante indictionis tempus præmittenda. *Nov.* 128. *c.* 2. 11 Al. *nobis facientibus*, sed prave. Cont. 12 Calumniæ species est exigere, antequam præmoneas, vide Doctores in *l.* 3. *ff. de servit. urban.* 13 *l.* 4. *C. Th. hoc tit.* 14 Extraordinarium ordinarium fieri potest: & lex specialis sequens tollit privilegium speciale præcedens: vel sic, indictio munus ordinarium est, ideoque ab indictione non excusantur, qui immunitatem, seu excusationem a muneribus consecuti sunt. 15 Sic legitur in *C. Th.* & omnibus *lib. manuscr.* legendum tamen, *devotioni existimat.* Cujac. 16 Nomine mutato mutatur nominis effectus. *l. a nullo.* 4. *supr. de feriis, l. ult. in fin. supr. de inoffic. testam.* 17 *Dispendia*, in *C. Theod.*
18 Id est, indictionis augmento. Cont. *l.* 3. *C. Th. de collat. fund. patrim. superindictitium* dicitur: & Ammiano 27. *indictionale Augmentum*: & ab Athalarico *augmentum.* Goth. Aliud est superindictio, de qua vid. Rævard. *l.* 5. *variar. cap.* 7. Ans. 19 Vicario. 20 *C. Theod.* 11. 6. 1. 21 Superindictum solus princeps imponit, non præfecti Prætorio. 22 Superindicti delegatio a principe emittitur: tum insinuatur apud acta P. Prætorio: deinde mittitur ad Præsides, ut exigatur. *Novell.* 128. *cap.* 20. 23 *Eum*, in *Cod. Theod.* 24 *Nexa*, in *C. Theod. & quib. lib.* 25 Al. *Kal.* 7. *Jun.*
26 *Exactionibus*, in *C. Theod.* 27 Ad Ælianum proconsulem Africæ post alia, *l.* 1. *C. Theod. h. t.* Cont. 28 De Ducenariis & Centenariis, vide in *l.* 5. *J. de princ. agentium in rebus. l.* 12. *tit.* 22. 29 Ducena & centena dignitates sunt in schola agentium in rebus & in officio sacrarum largitionum. vide hic Cujac. 30 Ducenarii & centenarii non prius exigere fiscales pecunias debent, quam breve debitorum a tabulario sit confectum. 31 De tabulario dixi ad *l.* 7. *infr. h. t. l.* 2. *infr. de numerariis & actuariis. l.* 12. *tit.* 50. 32 *C. Theod. hoc tit. l.* 3. 33 vide *l.* 8. §. *solent. ff. de off. præsid.* Wurmf. 1. *pract.* 28. *c.* 8. Goth. Adde Covarruv. *Var. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. *in fin.* Joseph. Ludovici *decis. Perus.* 32. *num.* 1. *part.* 1. Ans. 34 Al. *plumbatorum*, quod est verberum genus, de quo vide Prudentii carmina, hic a Cujacio *citata*, adde *l.* 40. *in fin. infr. de decurion.* 35 Η βασάνοις τισὶς &c. Nullus eorum, a quibus tributa publica exiguntur, in carcerem conjiciatur, aut tormenta quædam perpetiatur, sed liberæ tantum custodiæ militum tradatur. Quod si contumax esse perseveraverit, tunc in bonorum ipsius possessionem fiscus mittitur. *Syn. Bas.* 56. *t.* 8. *c.* 17. 36 *In quib. pœna est.* 37 Al. *omnium.* 38 Id est, & quod non potest, nisi cum infamiæ nota dici officialium, & eorum Judicum, qui carceris potestate abutuntur. adde *l.* 46. *infr. de decurion.* 39 *Coërciti citatiores*, in *C. Th.* 40 *Juxta eam*, in *Cod. Theod.* quod quidam magis probant. 41 Id est, collatores. 42 Al. *usu*, in *C. Theod. usus*, & postea, *constituta.* 43 Abest a *C. Theod. & quib. lib.* 44 *Cives ejus accedant*, in *C. Theod.* Goth. Quæ verior est lectio, cives enim admitti probat *l. pen. infr. hoc tit.* & bona eis addicuntur cum onere illationum debitarum. Vide & Ant. Rosc. *lib.* 3. *Memorab. cap.* 13. Mod. 45 Adde *l.* 13. *J. de omni agro deserto. l.* 10. *tit.* 19. 46 Al. additur, *exactori*, sed abest a *C. Theod. & vet. lib.* 47 Tributa & annonæ quotannis præstabantur a possessoribus prædiorum, id est, dominis, vel conductoribus, *l.* 32. §. 6. *D. de administr. tut.* per causam tuendi exercitus, *ut hic.* 48 Al. *usus.* 49 *Ex lib.* 11. *tit.* 7. *l.* 5. *C. Theod.* 50 *Sub.* ærarii. 51 Puta a largitionalibus vel privatianis. 52 Fisci debitorem captum jam ab officiali fisci abripere non potest officialis comitis rerum privatarum, tametsi debitor ærario rerum privatarum principis summam aliquam quoque debeat; & e contra officialis fisci, vel comitis sacrarum largitionum debitorem captum jam ab officiali Comitis rerum privatarum abripere non potest. Quod si capiat, tenetur utriusque quantitatis nomine. 53 *Coartetur, vet. & Cod. Theod.* 54 *Abstrahendumque*, in *C. Theod.* 55 *Ex eod. tit. l.* 6. *C. Theod.* id est, procuratores & conductores. 56 *l.* 10. *supr. de annonis & tributis.* 57 Hoc est, manu militari in possessionem. *l.* 7. *J. h. t.* 58 vide *l.* 1. §. 1. *vers. Sed J. de collegiatis. l.* 11. *tit.* 17. 59 Legend. *immunitas*, ut in *C. Theod.* 60 *Eod. tit. l.* 14. *C. Theod.* 61 Tributorum exactores acceptorum & reliquorum rationem principali susceptori reddere debent. *l.* 3. *infr. de execut. & exact. l.* 12. *tit.* 61. 62 *Collatione*, in *C. Th.* 63 *Titulus*, est causa. *l.* 1. *J. de apochis publ. l.* 10. *tit.* 22. 64 Al. *debitum.* 65 Officialis relationi fides adhibetur. 66 Al. *officiali.* 67 *Al.* Prolatum, id est, dilatum. al. *prælatum.* 68 vide *l.* 1. *J. de apochis publicis. l.* 10. *tit.* 22. 69 De arca Præfecti prætorio dixi ad *l.* 22. *J. de cursu publico. l.* 12. *tit.* 51. de arca Præfecti urbi, vide *l.* 7. §. *sexcenti.* 4. *supr. de advoc. divers. judicum.* Goth. Canones aut ærario inferuntur, aut arcæ sive mensæ præfecti prætorio, ex qua emolumenta solennia & pensiones præbentur. fit autem hujus arcæ mentio in *l.* 9. *C. Theod. de indul. deb. l. duos. J. de suscept. l. ult. J. de app. præf. præt. l. pen. infr. de cur. pub.* Mod. 70 *l.* 11. *supr. de annonis & tributis.* 71 Rationale officium, rationalis sacrarum largitionum, aut rerum privatarum officiales & rationalium. 72 Al. *additur*, ad. *al.* in. 73 Tributorum exactioni præsides seu rectores provinciarum debent incumbere, *ut hic*, *l.* 11. *supr. de annonis & tributis. Novell.* 161. *cap.* 1. Cassiodorus in formula rectoris provinciæ. *Tibi fiscalium tributorum credita monstratur exactio:* hoc Catholici seu procuratoris Cæsaris quoque munus & Proconsulum, Augusti constitutione. *Dion.* 53. adde *l.* 1. *supr. de offic. præf. August. l.* 1. *infr. de coll. fundorum fiscalium, l.* 11. *tit.* 73. *l.* 1. *infr. de exec. & exact. l.* 12. *tit.* 61. *Nov.* 134. *cap.* 2. 74 *Ex l.* 16. *C. Th. hoc tit.* Cont. 75 Al. *opinatores*, al. *optiones*, sunt autem *Opinatores* milites, qui in provincias mittuntur, petendæ militaris annonæ causa, *l.* 11. & 14. *infr. de erogat. milit. ann. l.* 12. *tit.* 38. ubi dixi. 76 Inclusa non sunt in *text. lib. Aur. & Dion. sed in gloss. interlineari. & etiam absunt a Cod. Theod.* 77 Al. *dilatoriis.* 78 *l. ult. infr. de coll. fundorum patrimon. l.* 11. *tit.* 64. 79 Opinatores intra anni spatium annonas accipere

metas

metas id, quod debetur, accipiant: nihil ſit his cum poſſeſſore commune: cui non militem, ſed exactorem, ſi ſit obnoxius, convenit imminere. Judices itaque, qui provinciales paſſi fuerint Opinatoribus delegari, ejusdem quantitatis duplex pœna retinebit: & apparitores ex quolibet officio ſententiam deportationis excipient, ſi per ſemet exigendos voluerint delegare militibus: & Curiales temporale manebit exilium, ſi eos quos ſolenniter exigere conſueverunt, Opinatoribus putaverint eſſe tradendos [1]: cum Judicem oporteat inquirere debitores, Tabularios [2] fideliter providere [3] nomina debitorum [4]: [& [5]] apparitores ſive curiales, conſuetudine ſervata regionum, convictis debitoribus imminere: ut perceptis congruis emolumentis Opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare: Qui ſi ultra [6] annum protracti fuerint, Judices eorumque officia absque ulla mora de proprio cogantur exolvere militibus quod debetur, ipſis adverſus obnoxios repetitione ſervata. Quod ſi ad nos aliqua de retentis ab Opinatoribus [7] querela pervenerit [8], in duplum ab his protinus exigetur: ut partem debitam miles, reliquam fiſcus accipiat. Judicibus quoque eorumque Officiis eatenus ſubvenimus, ut in contumaces debitores cujuslibet dignitatis auctoritatem ſuam exerant [9]: at ſi [10] impudenter ſolutio differatur: actores [11], procuratores, eorumque [12] prædia perſequantur: de eorum quoque nominibus [13] ad noſtram ſcientiam relaturi. Dat. 3. Idus Julii, *Mediolani*, VINCENTIO, & FRAVITTA [14] CONSS. 401.

Si domus Imperialis, vel Eccleſia res tributarias licite emerit & tributa non ſolverit, ea res ei auferatur. Bart.

8. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato P. P.

SI [15] divina domus, aut quælibet alia cujuscunque dignitatis atque fortunæ revera fundos extra [16] metrocomias [17], non patrocinii [18] gratia, ſed emptionis jure, vel quolibet alio titulo legitimo poſſederint, & non impoſitas reipublicæ functiones agnoverint, quemadmodum prior dominus dependebat, omnibus modis poſſeſſiones eorum publico [19] vindicentur, & Curiæ [20] ejusdem civitatis ſub qua vincti [21] ſunt, aſſignentur [22]: ut publicis commoditatibus circa tributarias functiones undique noſtra proviſione videatur eſſe conſultum. Dat. Kal. Septembr. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

9. Imp. ANASTASIUS Anthemio P.P.

NE [23] exactorum multitudo cum fiſci rationibus tum collatoribus damnum adferat, unus tantum in ſingulas provincias ex competenti ſcrinio canonicarius [24] mittatur, qui eorum, quæ proprio ſcrinio debentur, exactionem urgeat: compulſor [25] plane non mittatur, niſi poſt diem, quo ſolvi debuit, & hoc amplius menſem [26] alterum. At eo tempore elapſo compulſor mittatur, qui non tantum reliqua fiſcalia, ſed & pro modo culpæ multam a præſide, & officio ejus & a canonicario [27] exigat. Soli autem præſidi, & officio, & canonicario compulſor immineat, & pro ratione provinciæ, atque itineris ſpatio ſolatium ab eis ferat, per quos factum eſt, ut mitteretur. Verum alius compulſor nequaquam mittatur, nec alius quisquam. Si tamen præfecti ex uſu eſſe exiſtimaverint alium compulſorem mitti, eadem in eo ſerventur, & definitum ſolatium ei is præſtet, qui mittendi cauſam præſtiterit, hoc eſt præſes provinciæ, & officium ejus, & canonicarius, & compulſor. Conſtitutum namque canonicario ſolatium omnibus exactoribus poſt eum miſſis ſufficit, nec eo amplius quidquam corpora civitatum, vel collatores præſtare coguntur, etiamſi plures mittantur, iis, qui miſſi ſunt ſigillatim multandis, niſi publica tributa expedierint. Quæcunque autem fiunt delegationes [28], canonicario mittantur, ut eas per ſe expediat: nec ob eas augeatur canonicarii ſolatium. §. 1. *Ενδοματικὰ* [29] nullus accipiat, ſed & nomen illud penitus aboleatur. §. 2. Quod ſi qua ex parte quis legem transgrediatur, & adverſus officia præfectorum, & adverſus præſides provinciarum, & officiales eorum, cæterorumque publica tractantium perſonas, quinquaginta librarum auri pœna conſtituta eſto. Dat. 12. Kalend. Auguſt. CP. PAULO V. C. CONS. 496.

TIT. XX.

DE [30] SUPEREXACTIONIBUS.

Qui plus exigit, in duplum exigitur: & propter conſuetudinem capitaliter punitur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Apollodoro Proconſ. Africæ [31].

QUicquid [32] ultra debitum fuerit elicitum [a curialibus, vel cohortalibus, vel aliis exactoribus [33] in duplum [34]] eruatur: quod provincialibus reſtitui protinus oportebit. Si quis [35] autem exactorum in ſuperexactionis crimine [36] fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas ejus amovenda, atque prohibenda eſt, ſi in iisdem ſceleribus perſeveret. Dat. Prid. Id. Mart. *Mediol.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

TIT. XXI.

DE [37] CAPIENDIS ET DISTRAHENDIS [38] PIGNORIBUS TRIBUTORUM CAUSA.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Afros provinciales.

REs [39] eorum [40], qui fiſcalibus debitis per contumaciam ſatisfacere differunt, diſtrahantur: comparatoribus data perpetua firmitate poſſidendi. Dat. 15. Kalend. Jun. *Serdicæ*, CONSTANTINO, C. V. & MAXIMO CONSS. 327.

2. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. Reſtituto Præſidi Sardiniæ.

SAtis [41] ſit debitorem [annonarum [42]] ad ſolvendi neceſſitatem captione [43] pignorum conveniri. Dat. 8. Idus Decembr. *Theſſalonicæ*, CONSTANTIO V. & CONSTANTE III. CONSS. [354.]

TIT. XXII.

DE APOCHIS [44] PUBLICIS ET DE DESCRIPTIONIBUS [45] CURIALIBUS ET DE DISTRIBUTIONIBUS CIVILIBUS [46].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

AD inferiorum Curialium [47] relevandas fortunas, & impreſſionem potentium, & itidem curialium cohibendam, placuit, ut [48] deſcriptiones [ſi [49]] quæ per ſingulos [50] ordines cogentibus diverſis negotiis agitentur, non ſumant ante principium, quam [51] apud acta provinciarum Rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ ſententiis.

† Sed & aurum [52], quod ex hujusmodi contributione redigitur [53] ita debet ſuſceptori aurario conſignari, ut ſecuritatibus nomen inferentis, dies [54], conſul, menſis, cauſa [55], & ſumma comprehendantur: quo & deſcriptionis æquitas illuſtretur: & deſcriptio [56] documentis evidentibus fulciatur. † Hoc etiam obſervando, ut in quadrimeſtribus [57] quoque brevibus, qui ad [58] excellentiæ tuæ officium ſolenniter diriguntur, celebratæ deſcriptionis diſpunctio [59] ſocietur: ut omnes veſtræ poteſtatis ſcientiam [60] formidantes, nihil ad relevationem [61] locupletum, atque inopum perniciem audeant pertentare. Quod & tunc [62] optimum eſt cuſtodiri, cum [63] lucrativæ facultates ex bonis curialium [curiæ [64]] obvenerint: ut [65] & in-

debent. *l.* 11. Ꞁ. *de erogat. milit. ann. l.* 12. *tit.* 38. 1 Credendos. 2 Tabularii eorum, quæ publico inferuntur & debentur, rationes conficiunt, *ut hic, & l.* 1. *ſupr. h. t. l.* 1. *infr. de immunit nemini. l.* 10. *tit.* 25. *l.* 1. *infr. de Cenſib. l.* 11. *tit.* 57. *l.* 2. *ſupr. de jure fiſci.* Sidonius 4. *Habes procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabularium in tributis.* 3 *Prodere*, in *C. Theod.* 4 *Dominorum*, in *C. Theod.* 5 Deeſt in *C. Theod.* 6 Præſes in duplum damnatur, qui opinatorem ultra annum protrahit: debet itaque vel de ſuo intra annum annonas præſtare, ac deinde a provincialibus eas repetere: adde, quæ ſcripſi ad *l.* 2. Ꞁ. *de canon. largit. tit. l.* 10. *tit.* 23. 7 Al. *optionibus.* 8 *l. ult. infr. de his qui ex publ. ratioc. l.* 10. *tit.* 6. 9 Al. *exerceant.* 10 Exactionem intra ſtatutum tempus differens judex vel exactor, de ſuo cogitur ſolvere: quod notandum adverſus Syndicos: notat Corſetus *ſingulari extenſio.* 11 Actores, procuratores, & conductores fundorum fiſcalium manu militari, vel miſſione in poſſeſſionem coguntur canonem inferre. *l.* 4. *ſupr. h. t.* 12 *l.* 12. *infr. de omni agro. l.* 11. *tit.* 58. 13 Nomina eorum noſſe, qui inobedientes ſunt, principis intereſt. 14 Al. *Fravitto.* 15 *Pars l.* 1. *infr. lib.* 11. *tit.* 55. *& tit.* 53. 16 Capitationem non præſtant Metrocomitæ, *ut hic:* adde, quæ dixi ad *l.* 1. *infr. Ne ruſticani ad ullum obſeq. l.* 11. *tit.* 54. 17 Al. *matrocomias*, ut ſit matrocomia mater vicorum: ſed nihil plane intereſt, alterutrum dicatur, matrocomias, an metrocomias. 18 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 1. *infr. ut nemo ad ſuum patrocinium. l.* 11. *tit.* 53. 19 *l.* 13. Ꞁ. *de omni agro deſerto. l.* 11. *t.* 58. 20 *l.* 2. *ſupr. h. t.* Imo diſtrahuntur, *l.* 1. Ꞁ. *de capiendis. l.* 10. *tit.* 22. Curiæ addicuntur non invento emptore: vel utrumque indifferens, ut aut bona contumacium diſtrahantur ſine reliquorum onere, aut curiæ addicantur cum reliquorum onere. 21 Al. juncti, *quod magis probat* Cujac. 22 Aſſignent. 23 Poſt Canonicarium miſſum tributorum exigendorum cauſa, compulſor mitti non debet, niſi poſt menſem a die, quo ſolvi debuit, *ut hic*, ſed huic conſtitutioni derogatur, neque enim poſt Canonicarium compulſor novo jure mittendus eſt. *Novell.* 128. *cap.* 6. & ut Valentinianus ait, *Novell. de ind. reliquorum.* 148. *cap.* 2. Si utilis eſſe non potuit, qui ante porrexit, ſuperfluum eſt ire alterum æque provincialibus obfuturum.
24 Canonicarii, qui ex ſcrinio Canonum. Goth. Conſtitutioni huic derogat *Novell.* 128. quæ vetat compulſorem omnino mitti poſt canonicarium. porro de canonicariis vide quæ ſcribant Græci *ad l. nullum. ſupr. de offic. Rect.* & *ad l.* 10. *infr. de murileg.* Mod.
25 Compulſor Græcis ἐξπελευστής. Compulſorum nomen poſt abolitum fuit. *d. Novell.* 128. *cap.* 6. 26 Menſem hic accipi oportet pro triginta diebus, ex contrario triginta dies accipiendi ſunt pro menſe ut in *l. ult.* §. 2. *ſupr. de jure delib. l. ubi lex.* 101. *ff. de regul. jur.* nonaginta dies pro tribus, ſexaginta pro duobus menſibus, ſic in *l.* 3. §. 12. *ff. de ſuis & legit.* Centum octoginta duo dies menſem ſeptimum attingunt, & ita Hippocrates quodam loco ducentos ſeptuaginta dies pro novem menſibus accipit. Alias tres menſes Latine accipiuntur pro diebus nonaginta tribus. *l. ult. in fin. pr.* ꟙ. *de temp. appell.* vid. Cujac. *c.* 10. *de præſcr.*
27 Canonicarii ſunt palatini, qui mittuntur ex ſcrinio Canonum. vid. *Cujac.*
28 Delegationes juſſiones P. P. ἐκταγαί. *Novell.* 147. *c.* 2. *& l. ult. verſ. Et officium. ſupr. tit.* 16. *h. l. de annon. & tribut.* 29 *Indultoria* vertit interpres *Syn. Baſil.* 56. *tit.* 8. *c.* 14. quæ dat collator exactori, ut aliquid de exigendi ſeveritate remittat. Juſtinianus edicto de Alexandrinis ἐνδοματικῶν meminit.
30 Περὶ τῶν περισσοπρακτούντων, τουτέστι τῶν περιττὸν ἀπαιτούντων. *Synopſ. Baſil. lib.* 56. *tit.* 8.
31 *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 8. *l.* 2. *&* 1. *eod. tit.* 32 Qui ultra debitum exegerit (ὁ περισσοπράκτησας) ſive ſit municeps, ſive apparitor, duplum ei reſtituere cogitur, a quo amplius exactum eſt; ſi vero plus, quam par ſit, exigere perſeveret, ſupplicio capitali plectetur. *Synopſ. d. loco.* 33 Superexactores in duplum tenentur provincialibus. Imo in quadruplum, *l.* 8. *verſ. Si quis autem. infr. de excuſ. munerum. h. l. tit.* 47. *l.* 6. *infr. de cenſibus. l.* 11. *tit.* 57. vide *Novell. Leon.* 61. Neutra lex loquitur de ſuperexactore, ſed de aliis. 34 Incluſa abſunt a *C. Theod.* Goth. Imo in quadruplum puniuntur. *peræquatores. infr. de cenſ.* Reſpondendum, illam legem loqui non de ſuperexactoribus, ſed de peræquatoribus & diſcuſſoribus, qui pecunia corrupti demunt uni, quod addant alteri; vel etiam pecunia redempti abſtinent ab injuriis. *l. ult. infr. de diſcuſſ.* Verum ſic quoque legi huic pugnare videtur *l. placet. infr. de exc. mun.* Videtur, inquam, pugnare, non pugnat re vera; loquitur enim illa de eo, qui quid extra ordinem exigit ex deſcriptione præf. præt. non de ſuperexactore, cui non tantum dupli, ſed etiam capitis pœna, ſi perſeveraverit, proponitur ex hac lege; quod tamen mutat *Novell. Leon.* 61. Mod. 35 *Ex tit.* 8. *l.* 1. 36 Al. *crimen*, ut in *C. Theod.*
37 Adde *ſupr. lib.* 4. *tit.* 46. 38 Poſt duos menſes a die capionis. *l.* 1. *C. Th. h. t.*
39 Huc pertinet *lex* 2. *hoc tit. lib.* 11. *C. Theod.* 40 Si qui differant fiſcalia debita ſolvere, res eorum diſtrahantur: ut emptores earum firmiter poſſideant. *Syn. Baſil.* 56. *tit.* 8. *c.* 26. adde *l.* 8. *ſupr. de furtis.* Quid ſi emptor non reperitur? curiæ adſignantur. *l.* 2. *pen. de exact. trib.* Goth. Ita eſt, non invento emptore; vel utrumque eſt indifferens, ut aut bona contumacium diſtrahantur ſine reliquorum onere, aut curiæ addicantur cum reliquorum onere. *Mod.* 41 *Eod. lib. tit.* 7. *l.* 7. Cur hoc adjecit, *ſatis?* ut ſciretur neque in vincula conjiciendum, neque tormentis adficiendum eum, qui tributa non ſolverit. *argum. l.* 2. ꟙ. *de exact. trib. tit.* 19. *h. t.* 42 Abeſt a *C. Th.* 43 Al. *capione.*
44 *Apochæ publicæ*, ſecuritates, quibus probatur, ſanctionibus publicis ſatisfactum. *Goth.* *Antapocha* eſt exemplum apochæ ſubſcriptum a debitore & creditori datum. *l. plures.* ꟙ. *de fide inſtr.* *Apocha* debitor probat ſe ſolviſſe, ut creditoris actionem excludat. *Antapocha* creditor probat ſibi reditus, penſiones, uſuras ſolutas fuiſſe, ut præſcriptionem temporis ſummoveat, vel ut repellat colonum ſeſe in libertatem aſſerentem. *Apocha* etiam ſecuritas dicitur, & ἀμεριμνία & ἀπόδειξις, itemque *Recauta*, *Novell.* 130. & *Evacuatoria.* Mod.
45 Deſcriptiones curialium uti fiant, vide *l.* 1. Ꞁ. *h. t.* 46 In *C. Theod.* additur, *& de quadrimenſtruis brevib. lib.* 11 *tit.* 25. & hic forte addi debuit. Quadrimenſtrui breves, qui de ſingulis penſionibus conficiuntur, quarto quoque menſe. Tribus enim penſionibus anni cujusque indictiones ſolvebantur. *l. ult. verſ. Tripertito.* ꟙ. *de annonis*, *l.* 3. *in fin.* Ꞁ. *tit. prox.* *l.* 15. 16. *C. Theod. hoc tit.* Caſſiod. 18. *Novell. Majorani de indulg. reliqu.* adde *l.* 5. *ſupr. de offic. magiſtri officiorum.* 47 Suſceptores aurarii ex curialibus creabantur, *ut hic, & l.* 5. *ſupr. de exact. tribut. tit.* 19. *h. l.* 48 Quædam hic detracta ſunt ex *Cod. Theod.*
49 Deeſt in *C. Theod.* 50 Per ſingulas civitates. 51 Deſcriptiones curialium non ante effectum habent, quam inſinuatæ & receptæ a præſidibus provinciarum.
52 Aurum coronarium, munus curialium fuit. 53 Deſcriptio curialium & apochæ quæ iisdem dantur, fit adſcripto collatorum nomine, & collationis modo. adde *Novell.* 17. *c.* 8. *&* 128. *c.* 3. 54 Apochæ publicæ forma. 55 *Cauſa* quæ hic dicitur, alibi *titulus. l.* 5. ꟙ. *de exact. tribut.* 56 *Legendum* deſcriptus, id eſt, decurio, qui aurum intulit, ut exiſtimat Cujac. 57 *Quadrimeſtris*, in *C. Theod.* Goth. *Quadrimeſtres* ſive *quadrimenſtrui* breves ſunt, qui de ſingulis penſionibus conficiuntur a chartulariis, & ad officium palatinum aut præfectum prætorio mittuntur, *l.* 2. *infr.* tribus enim penſionibus anni cujusque indictiones ſolvebantur. *l. ult. ſupr. de ann. & tribut. l.* 15. *& l.* 16. *Cod. Theod. hoc tit.* Mod.
58 Ab, *& poſtea*, officio in *Cod. Theod.* 59 *Recte ſic: nec legendum eſt* diſpoſitio.
60 Al. *ſententiam.* 61 Deſcriptio curialium fit ſervata proportione Geometrica, ut tenuiores decuriones a potentioribus ſubleventur, non onerentur. 62 *Et circa hos*, in *C. Theod.* 63 *Quibus*, in *C. Theod.* 64 *Deeſt*, in *C. Theod.* 65 *Et ipſis*, in

opes

opes & locupletes fructu provisionis simili [1] potiantur. Quam dispositionem si quis Judicum, numerariorum [2], vel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi, quam nostra sedes statuerit, subjacebit. Dat. 7. Kal. Sept. CP. VARANA CONS.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Celeri P C. Africæ.

SEmel [3] securitatem [4] de refusione munerum emissam, ab alio judice [5] non liceat refricari: & ideo Spectabilitas [6] tua saluberrimæ ac justissimæ præceptionis formam sequuta, prohibebit in posterum [7] eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit accepta [8] securitatis prosperitate lætari. Dat. 5. Kalend. Maji, *Ravennæ*, post consul. FELICIS & TAURI, VV. CC. 429.

Qui ostendit se tribus proximis annis solvisse, retro solvisse præsumitur, nisi contrarium probetur. Bart.

3. Imp. MARTIANUS A. Constantino P.P.

QUicunque de provincialibus, & collatoribus, decurso posthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ [9] solutionis exposcitur, si [10] trium [11] cohærentium [12] sibi annorum apochas securitatesque protulerit: superiorum temporum apochas non cogatur [13] ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coërceatur [14], nisi forte aut curialis, aut quicunque apparitor [15], vel optio [16], vel actuarius [17], vel quilibet publici debiti exactor sive compulsor, possessorum, vel collatorum habuerit cautionem: aut id quod reposcit [18] deberi sibi, manifesta [19] gestorum adsertione patefecerit. Dat. 15. Kal. August. VARRONE & JOAN. CONSS. 456.

4. Imp. JUSTINIANUS A. [20].

SEcuritatibus [21], quæ [22] publicarum functionum gratia sive in solidum sive ex parte solutæ esse conscribuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi concedimus. Dat. Kalend. Jul. CP. JUSTINIAN. A. II. CONS.

TIT. XXIII.
DE CANONE [23] LARGITIONALIUM TITULORUM.

Quod particulares exactores exigunt, debet dari thesaurario, qui est in illa provincia, ut totum simul devolvatur ad fiscum. Bart.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOS. AAA. Juliano [24].

OMnem summam auri, vel argenti, & reliquarum specierum, quæ sacris largitionibus ex more penduntur, statim [25] ut exactio fuerit celebrata, ad thesauros uniuscujusque provinciæ, vel ad proximos referri [26] sub obsignatione [27] tabularii, cæterorumque quos sollicitos esse debere præcedentia jussa decreverunt, & thesaurorum Præpositis consignari præcipimus: ut exinde ad sacrum comitatum [28] integer omnium titulorum numerus dirigatur. Dat. 12. Kal. August. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [29].

NEque [30] sacrarum [vel [31]] privatarum largitionum palatina [32] officia, ex quacunque causa, [vel [33]] ex quocunque titulo fiscalis debiti, cum ad provinciam mittuntur, possessores per se audeant convenire, sive [34] id ex præterito reliquum trahatur, sive præsentis temporis tributa [35] solvi conveniat: sed [36] Rectores provinciarum frequenter adeundo commoneant, eorumque Officiis incumbant. Quod si Rector provinciæ imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quæret, vel qualibet alia ratione [palatinis [37]] iisdem propria auctoritate publicæ exactionis permiserit curam: tam ipse, quam officium ejus vicena [38] auri pondo fisco dependant. Dat. 7. Id. Decembr. CP. BASSO, & PHILIPPO CONSS. 408.

3. Impp. LEO, & ANTHEMIUS AA. Heliodoro Com. sacrarum largitionum.

PRæcipit nostra serenitas, neque veloci [39] cursui, neque alii præter inveteratam [40] consuetudinem gravamini subjacere Chartularios [41], qui de cohortalibus [42] officiis uniuscujusque provinciæ largitionales titulos retractare constituuntur: cum idem [43] etiam amplissima Præfectura disposuisse perhibeatur: ut his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quod si aliquo tempore nostra jussio temerario ausu ex aliqua fuerit parte violata: tam Rector provinciæ, quam apparitor [44] ejus triginta libris auri condemnatione plectentur. Insuper virum spectabilem Comitem [45] Orientis, ejusque officium licentiam habere, conatus nefarios inhibendi tam moderatorum, quam cohortalis officii, cum de hac re admoniti fuerint a palatinis, eandem pœnam formidantibus, si non omnibus modis pietatis nostræ decreta congruum mereantur effectum. §. 1. Illud etiam generali forma sancimus, ut in omnibus provinciis, tam nominatio [46] specialium susceptorum [47] largitionalium titulorum, quam defensio tractatorum [48], non tantum per viros clarissimos moderatores provinciarum, sed etiam per viros spectabiles Proconsules, & Præfectum [49] Augustalem, ac laudabiles Vicarios una cum eorum officiis admonentibus semper, necnon imminentibus [50] palatinis procuretur: providentibus, ut post nominationem etiam specialium susceptorum largitionalium titulorum [51], nulla minuendæ [52] exactionis ad sacrum pertinentis ærarium aut transferendi ad arcarios, aut quoslibet alios extraneos titulos, Rectoribus provinciarum, aut eorum officiis, seu [53] etiam curialibus licentia permittatur, quadrimenstruis [54] brevibus per idoneum tractatorem eorundem titulorum, super commendandis ratiociniis publicis, periculo Rectorum provinciarum ad sacratissimam Urbem transmittendis: nam quacunque ex parte, quam jussit nostra tranquillitas, si minus fuerit procuratum, pœna superius designata, tam ipsi Judices, quam eorum officia se noverint esse plectenda. Dat. 8. Kal. Aug. *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

Si literæ judicis aliquid ultra veterem consuetudinem contineant, præsumuntur erroneæ. Bart.

4. Iidem AA. Heliodoro Com. S. L.

PRæcipimus, ut si forte delegatio [55], quæ ab amplissima Præfectura in diversas provincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quoquo [56] modo exactio eorum debet procedere, nihilominus competentem exactionem eorum a viris spectabilibus tam Proconsulibus quam Vicariis, & viro spectabili Comite Orientis, & Præfecto Augustali, necnon, & Rectoribus provinciarum, eorumque officiis, & curialibus (omnium largitionalium titulorum exactionem [57]) procurari: vicenarum [58] librarum auri condemnationem præ [59] oculis habentibus, si quid [60] minus [61] exactum, vel illatum fuerit sacro ærario, quam prisca, & inveterata consuetudo sacris largitionibus inferri constituit. Dat. Kalend. Julii, *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

TIT. XXIV.
NE OPERÆ [62] A COLLATORIBUS EXIGANTUR.

1. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS, & GRATIANUS AAA. ad Viventium P.P.

OPerarum [63] præbitionem, quæ illicite [64] a provincialibus hactenus expetita est, Sinceritas tua cessare præcipiat. Dat. 10. Kalend. Mart. *Treveris*, VALENTINIANO, NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

1 *Simillimæ, in C. Theod. & quib. exempt.* 2 *Judices* præsides sunt: Numerarii sunt officiales, qui numeros agunt, proximi tabulariis. 3 *Ex lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 185. *C. Theod.* 4 Apochæ semel susceptæ ac probatæ fides non retractatur. adde *l.* 14. *supr. de solut.* 5 *Proconsule. d. l. C. Theod.* 6 Spectabiles esse Proconsules, hinc colligitur. 7 Vide *l.* 2. *infr. quemadm. civilia munera. lib.* 10. *tit.* 42. 8 *Acceptæ*, in *C. Theod.* 9 Idem in emphyteusi esse existimatur: nimirum, ut emphyteuta probans, se canonem solvisse, tribus annis proxime præteritis, præsumatur retro per omne tempus solvisse. Gloss. & Bart. *hic.* Salic. *l.* 2. *§. de jure emphyt.* Gloss. *in c. cum Ecclesia Sutrina.* 3. *x. de causa possessionis & proprietatis*, & ita post Speculatorem, Innocentium, Bald. Joann. Andream, Petr. Cynum, Ant. de Barulo tenet Capella Tholosana, *& ibi* Aufrerius, *decis.* 235. 10 Præsumitur retro solvisse, qui ostendit se tribus annis proximis solvisse: quæ præsumptio ita potens est, ut in adversarium transferat onus probandi. 11 Omnis collator (συντελεστὴς Græcis dicitur) a quo tributa exiguntur, si trium annorum securitates (Græci ἀμεριμνίας) ostendat, non amplius ostendere cogatur, quod etiam superioribus annis functiones tributarias (συντελείας) intulerit: nisi forte vel apparitor, vel optio, vel actuarius, vel alius quispiam publici debiti exactor sive compulsor a possessore cautionem de collationibus iis habeat, vel alio quo modo manifeste probet, ea tributa sibi deberi. *Syn. Basil. & tit.* 8. *cap.* 29. 12 Concurrentium. 13 Cogantur. Qui per tres annos præcedentes se solvisse probat, præsumitur etiam præteritis annis retro solvisse. vid. Cravett. *consil.* 318. Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 603. Aufrer. *quæst.* 235. Gomez. *ad l.* 68. *Tauri in fin.* Ans. Adde notat. *Censur. Forens. nostra lib.* 4. *cap.* 32. *in fin.* S. L. 14 Coarctetur. 15 Ταξεώτης. *Synops.* 16 De optione dixi ad *l.* 11. *infr. de erogat. militaris annonæ. lib.* 12. *tit.* 38. 17 Ὑπομνηματοφύλαξ. *Synops.* vide quæ scripsi ad *l. ult.* ꝑ. *de erogat. milit. annonæ. l.* 12. *tit.* 38. Goth. Optioni jungitur actuarius, ut *Nov. Mart. de ind. deb. & l. excellentia. & l. ult. infr. de erogat. mil. ann.* porro vide ad hanc legem Jasonem *ad l.* 2. *§. de jur. emphyt.* Alexand. *cons.* 105. *lib.* 3. Cremens. *not.* 79. Grammat. *cons.* 313. Rot. 304. Mod. 18 Deposcit. 19 Manifeste. 20 *Mennæ P. P.* est enim pars *l. in contractib.* 14. *§. sed quoniam.* 1. *supr. de non numerat. pecun.* Cont. 21 Qui publicas functiones tractat, (ὁ δημοσιεύων) exceptionem non numeratæ pecuniæ (ἀναργυρίαν) securitati ab se conscriptæ, quæ modo profertur, opponere non potest: *Synops. ibid. cap.* 30. 2. Harmen. 2. §. 15. Exceptione pecuniæ non numeratæ uti non potest, qui apocham publico nomine dat. vid. *l.* 14. *§. quoniam. supr. de non numerata pecunia.* 22 Hanc legem sic emendat Cujac. *ex d. l. in contractib.* Securitatibus publicarum functionum sive &c.

23 *Canon* significat anniversariam pensitationem præstationemque: hic autem canon est, qui ex more infertur thesauris, vel privato ærario, ex quo princeps dona & largitiones publice privatimve facit, & necessaria comparat. Cujac. *hic.* 24 Al. *Loliano.* 25 vide *l.* 7. ꝑ. *de susceptoribus. l.* 10. *tit.* 70. 26 Deferri. 27 Assignatione tabulariorum. Tabulariorum munus erat obsignare: exactoris vero dare apocham. *l.* 2. *supr. de conveniendis fisci debitorib.* 28 Largitionum integre. Porro hic Græci vertunt urbem regiam. Herodianus 1. *Ibi Roma, ubi princeps.* Synesius: *ubi princeps est, ibi omnium integræ fortunæ.* 29 *Ex C. Theod.* 11. 7. 17. quæ hic immutata est in ipso principio.

30 Palatini largitionum sacrarum, vel privatarum missi in provincias, fungi exactorum officio non debent, sed instare tantum apud Præsides, officia eorum & curiales, ut intra anni spatium annonas & tributa exigant. *l. ult. infr. h. t. l.* 7. *supr. de exact. tribut. l. nullum.* 10. *supr. de off. rector. provinc. l.* 1. *infr. de executoribus & exactoribus. lib.* 12. *tit.* 61. 31 Al. *deest.* ut in *Cod. Theod.* 32 Palatina officia, Comitis sacrarum & privatarum largitionum ministri, qui ideo largitionales privatiani & mittendarii. *l.* 3. *infr. de palat. sacrar. largit. lib.* 12. *tit.* 24. 33 Al. *deest*, ut in *C. Theod.* 34 Tributa præterita vel præsentia exiguntur. 35 Al. *tributo*, ut in *Cod. Theod.* 36 *l.* 8. *in fin. supr. de exact. trib. h. l. tit.* 19. 37 Al. *deest.* in *C. Theod.* 38 *l. ult. infr. h. t.* 39 Cursus publici curam qui habent, curiosi. *infr. de curiosis. l.* 12. *tit.* 23. & beneficiarii. Cujac. *Nov.* 24. 40 Veterum. 41 Chartularii, qui chartas tractant iidem. *infr.* tractatores, *l.* 1. *infr. h. t.* Goth. Vide Cujacium *in l. nulli. infr. de numerar. l. ult. infr. de executor.* 28. 20. 128. 129. *&* 147. Mod. 42 Cohortales Præsidum officiales, ut plurimum primipili: id est, exhibendæ annonæ militaris, vel cursus. Thalel. 4. *Basil.* 1. vide quæ scripsi ad *l.* 14. *infr. de cursu publ. lib.* 12. *tit.* 51. 43 Is, & alii *idem.* 44 Apparitio. 45 Sub Comite orientis XV. provinciæ: cui coërcitio in præsides erat. 46 Nominator præstat periculum ejus susceptoris, quem nominavit. 47 Specialis susceptor, sed rectior est excusa. 48 Tractatores hic iidem, qui chartularii, de quibus §. 49 Vide *tit. ff. de offic. Præf. Augustalis.* Goth. Qui in Ægypti provinciam mittitur, proconsulari potestate specialiter dictus est Præfectus Augustalis. *l.* 1. *ff. de offic. præfect. Aug.* sub eo autem erant provinciæ hæ sex, Libya superior, Libya inferior, Thebais, Ægyptus, Arcadia & Augustamnica. *Mod.* 50 Palatinorum Comitis sacrarum largitionum munus urgere, instare, monere, ne quid adversus chartularios attentetur. 51 *l.* 4. *in fin. gloss. l.* 4. *supr. de annonis & tributis.* 52 Tributorum tituli non sunt minuendi, vel confundendi: ut quod unus exigere debet, alter exigat. *l.* 13. ꝑ. *de suscept. h. l. tit.* 70. 53 Sed. 54 De quadrimenstruis brevibus dictum est *l.* 1. *supr. de apochis. h. l. tit.* 22. 55 Descriptio exactionis publicorum tributorum mittebatur a Præf. Præt. in diversas provincias: idque quotannis seu initio cujusque anni sive indictionis, *ut hic*, manabat a principe, insinuabatur apud Præf. Præt. & ab eo mittebatur in provincias, *l. un. supr. de superindicto. h. l. tit.* 18. A præsidibus autem proponebatur in singulis civitatibus. vide *Novell.* 128. 56 Al. *quomodo.* 57 *Totum hoc* (om. lar. titul. exactionem.) *vacat.* 58 *l.* 2. *supr. h. t.* 59 *l.* 3. §. 1. *supr. h. t.* 60 Si quidem. 61 Majus.

62 Vide quæ notavi ad Titulum *de operis libertorum* §. 63 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* Operas subditis imponere aut ab eis exigere castrorum domini non debent. *l.* 1. *l.* 2. *infr. ne rusticani ad ullum obseq. lib.* 11. *tit.* 54. Satis enim tributis onerati sunt. Operarum autem præbitione possis intelligere excubias, de quibus vide Hotomanum *cons.* 9. Goth. Opera corporalia intelligit & quasdam veluti angarias, nisi quod horum nomen latius patet, & separantur ab operis *in l. pen. infr. de aquæd. l.* 4. *C. Theod. de ext. mun.* Mod. 64 Operarum immunitati renunciari non posse notant: quod hujus tituli inscriptio sub negatione sit concepta, ut notatur *l.* 1. *supr. de fidejuss. dotium.* deinde quod non tantum exactio, sed præbitio hic vetetur.

TIT. XXV.
DE IMMUNITATE [1] NEMINI CONCEDENDA.

Qui falsum instrumentum immunitatis conscripserit, igne est comburendus. Bart.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad populum [2].

HIs nostræ serenitatis edictis civitatum tabulariis erit flamma [3] supplicium, si cujusquam fraude, ambitu, potestate, injustam [4] cujuspiam profiteantur [5] immunitatem: ac non secundum præcedentem definitionem omnes [6] omnino, abolita specialium immunitatum gratia, necessitas tributariæ functionis, firmata censitorum peræquatorumque provincialium Judicum peræquatione constrinxerit. Dat. 3. Non. Mart. *Mediolani*, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

2. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Anthemio P.P.

PEr Bithyniam cæterasque [7] provincias possessores in reparatione [8] publici aggeris, & cæteris hujusmodi muneribus pro [9] jugerum numero vel capitum quæ possidere noscuntur, dare cogantur [10]. Dat. 7. Kal. Nov. *Constantinop.* HONORIO VIII. & THEOD. V. AA. CONSS. 411.

TIT. XXVI.
DE CONDITIS IN PUBLICIS HORREIS.

Non debet tangi de fructibus novis, donec consumantur antiqui. Bart.

1. Impp. VALENTINIANUS & VALENS, AA. ad Volusianum P.P. [11].

OMnia [12], quæ in horreis habentur, expendi volumus, ita ut non prius ad id frumentum extendatur expensio, quod sub Præfectura [13] tua urbis horreis infertur, quam vetera [14] condita fuerint erogata: & si forte vetustate species ita corrupta est, ut per semet erogari sine querela non possit: eidem [15] ex nova portione misceatur [16], cujus adjectione corruptio velata damnum fisco non faciat. † Ad istud autem negotium arbitratu, ac judicio tuo nobilis [17], prudens [18], fidelis, optime sibi conscius, pro integritate mentis [19], apponatur custos, ac mensor [20]: qui vel frumenta modio [21] metiatur, vel justis æstimationibus colligat quanta habeantur in condito. Dat. 6. Id. April. D. JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

Rectores debent per seipsos inspicere domos, & horrea publica, ne ex pluvia corrumpantur publica frumenta. Bart.

2. Iidem AA. Anthemio Præsidi.

CUm ad quamlibet urbem, mansionemve [22] accesseris, protinus horrea inspicere te volumus, ut devotissimis militibus deputatæ [23], & incorruptæ species præbeantur: nam si per incuriam officii gravitatis tuæ, sartorum [24] tectorum neglecta procuratione, aliqua pluviis infecta perierint: ad damnum tuum referentur. Dat. 8. Kal. Septembr. *Arelate*, JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

Species in horreis publicis depositas nullus debet in suam utilitatem convertere. Bart.

3. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Anatolio P.P. Illyrici [25].

NUlli posthac horreaticas [26] species contingendi copia præbeatur. Si vero [27] quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat usurpare, hanc pœnam sciat nostro arbitrio definitam, ut deportationis pœnæ subjectus, totius substantiæ cogatur subire jacturam. Dat. 7. Id. Jul. *Constantinop.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

TIT. XXVII.
UT [28] NEMINI LICEAT IN EMPTIONE [29] SPECIERUM SE EXCUSARE: ET DE MUNERE SITOCOMIÆ [30].

1. Imp. ANASTASIUS A. Macroniano P.P.

QUotiens [31] urgente necessitate comparationes [32] frumenti, vel olei [33] aliarumque specierum quibuslibet provinciis indicuntur [34], nulli [35] penitus possidentium sese sub cujuscuique privilegii occasione excusandi tribui facultatem censemus: omnique cuicunque possidentium, quocunque modo, quocunque tempore, per sacros [36] apices, vel etiam pragmaticam sanctionem, aut judicialem forte dispositionem hujusmodi excusatio data est, vel postea data fuerit, licentia minime unquam contra tenorem nostræ legis salubertimæ valitura: Adeo namque hujusmodi onera cunctis, pro qua singulos portione contigerit [37], volumus irrogari, ut ab iisdem comparationibus nec sacratissimam nostræ pietatis, nec serenissimæ nostræ conjugis domum patiamur subtrahere. Dat. 3. Kalend. August. *Constantinop.* OLYBRIO V. C. CONS. 494.

2.

CIvitatum incolæ, vel qui in eis aliquid possident, non cogantur in aliam civitatem, vel [38] metropolin species conferre. Sed & si inevitabilis quædam causa id fieri exigat, justis pretiis, quæ in ea civitate obtinent ex qua præbentur species, eas indigentibus vendant [39]. Compensentur [40] autem venditoribus pretia cum auraria collatione: nec enim æquum est, qui nunc præbuit species, & annonæ copiam attulit, ei postea pretia computari: & hoc fiat cura, & solertia præsidis cujuscunque provinciæ. † Nullus vero [41] cogatur vendere omne id quod sui usus gratia comparaverit, sed superflua tantum: quandoquidem satis impium [42] est suis quemque defraudari, eaque in alios transferri, Præside qui legem violarit, violarive concesserit, centum [43] libris auri multando, & dignitate propria cingulóque spoliando. Nulla unquam citra ingentem necessitatem jussionemque principis possessoribus coemptio indicatur, nec aliter quam ut coemptionis aurum ex auri collatione a possessoribus debita, si quidem ea omnimodo ad coemptionem sufficiat, retineatur. Quod si nihil fisco debeant ii quibus coemptio indicitur, aut partem tantum, prius in nummis ponderis probi aurum accipiant, quam ab eis species exigantur, nemine audente vel injusti ponderis, vel ex parte tantum nummos exsolvere, vel qua alia ratione collatoribus damnum dare, damni quadruplo & eo quod pretio deest, ab eo qui secus fecerit, exigendo. Sed & si quis coemptionem indicere ausus sit, vel indictam illicite exegerit, quinquaginta libris auri mulctabitur, & militiam ac dignitatem amittet, majori etiam commotioni subdendus. At cum ex mandato principis coemptio indicitur, unusquisque [44] pro rata jugorum & capitum quæ possidet, coemptioni subjiciatur, nemine excepto: eo, qui in exigendo hanc rationem non servaverit, quinquaginta librarum auri multam subituro, & dignitatem ac cingulum amissuro, & majorem aliam commotionem expectaturo. † Excipimus ab hac lege Thraciæ diœcesin. In Thracia enim quia tributa fiscalia in solidum non inferuntur, barbarorum incursibus colonis attritis, nec sufficiente specierum collatione ad alendos milites in ea consistentes, quod omnium maxime interest, nec tamen sine coemptione præstari potest, ideo eam frequentissime fieri longe necessarium est. In ea igitur diœcesi, quæ hactenus obtinuit, consuetudo servetur, ei subjectis etiam negotiatoribus ut collatoribus, & negotiatoribus coemptionis aurum primum solvatur in nummis obryzis [45] & debiti ponderis: tum ab eis sine refragatione & damno ullo conferantur species, illo qui hæc non servaverit, eisdem subdendo pœnis. Melius enim est instar privatæ negotiationis militibus etiam negotiatores alimonia conferre. Quod si quandoque ob civitates aliquas inopes necesse sit coemptionem fieri, liceat præsidibus eam facere in territorio duntaxat ejus civitatis quæ frumento indiget, & in confiniis ejus, & eo pretio quod in locis pro tempore obtinebit: quod & patres [46] civitatum observabunt, & quilibet alius coemptionis curam gerens. At si necessitas exigat civilem coemptionem fieri in urbe regia deficientibus annonis, ea vero procedat ex sacra jussione, auro prius, sine damno & dilatione præstito, ut in foro rerum venalium distrahuntur species, ita ut & naula ex publico præbeantur, & collator vendat solummodo suppeditetque egentibus necessarias species.

† Nihil vero hac Constitutione innovatur eorum quæ de coemptione magnæ Alexandrinorum civitatis disposita sunt sacra forma de annona militum evocatorum [47]. Subjiciantur multæ quinquaginta libr. auri & periculo dignitatis ac cinguli tam maximi apparitores gloriosissimorum præfectorum

1 Immunitates perperam impetratæ a quibusdam, & iis concessæ, hic revocantur ad pristinam rationem census, censitorum, peræquatorum, & Præsidum judicio confirmatam.
2 *C. Th. lib.* 13. *tit.* 10. *l.* 7. *pars l.* 9. *infr. de agricolis.* Contius. 3 Immunitatis falsum instrumentum conscribenti ignis supplicium est, *ut hic:* licet alias pœna falsi minor sit. *l.* 1. *in fin. ff. ad l. Corn. de falsis.* Porro de ignis supplicio dixi ad *l. unicam* 𝔗. *de Nili aggeribus.* de Tabellionum & Tabulariorum pœnis falsum committentium, vide hic apud Rebuffum.
4 *Injusta*, in *C. Theod.* 5 *Profiteretur immunitas*, in *C. Theod.* 6 *l.* 5. *supr. de annonis & tributis. tit.* 16. *h. l. l.* 1. *supr. de indiction. tit.* 17. *h. l. l.* 9. 𝔗. *de agricol. tit.* 47. *l.* 11.
7 Ponticæ diœceseos, scil. Galatiam, Cappadociam, Armeniam. 8 Adde *l.* 1. §. *construat.* 3. *ff. de via publica.* 9 Viarum & aggerum reparatio expensis possessorum fit, pro jugerum & capitum numero, quæ possident, quod cum quotidie possit occurrere, eo magis notandum. Corsetus *singulari Munitio.* adde *hic* Rebuff. 10 *Adstringantur*, *in vet. meo manuscr.* Cont. *Goth.* Cujacius vero legit, *adstringi cogantur:* abolitis inquit immunitatibus, *l.* 1. *supr. de oper. publ.* eamque lectionem confirmat ex C. Theod. ex veteri MS. & ex Græca versione, quæ habet διεγμῆσθαι ἀναγκαζέσθωσαν. videatur & Fornerius *lib.* 1. *select. cap.* 20. Mod.
11 *Ex C. Theod. lib.* 11. *tit.* 14. *l.* 1. §. *ante omnia. Al.* P. U. id est, Præfectum urbis, quod & lex ipsa satis indicat. 12 Vide Forcatulum *c.* 9. *Penus.* 13 Præfecti urbi & præfecti annonæ cura dietim annonæ & panes gradiles, (sic dicti, quod diriperentur e gradibus pistrinorum, qui in unaquaque regione urbis erant) populo præbebantur. de quo pane gradili vide hic Cujac. Prudent. *adversus Symmachum*, Cassiod. 9. 14 Frumentum vetus ex publico prius erogandum est, quam novum: quod si vetus corruptum fuerit, novo permiscendum est: ut ita vitetur corruptum, & ne damnum fisco inferatur, quod ad tutores & curatores quidam extendunt. 15 Al. *eidem nova portio misceatur &c.* 16 Falsum non continuo censetur, quod incorruptum corrupto sit permixtum, *ut hic.* 17 Nobiles in officiis administrandis præferendos aliis, hinc colligunt, & ditiores, bonis parentibus natos, bene natos, Christianos. Jacob. Rebuff. *hic.* 18 Frumentarii mensoris partes. 19 Al. *integritatis meritis.* & sic legitur in *C. Th.* 20 Adde *l.* 9. *infr. de suscept. h. l. tit.* 70. Goth. Qui deinde vacationem habent munerum personalium, *l. his oneribus.* §. 1. *ff. de vacat. mun. l. mensores. ff. de excus.* vide Forcatulum *in penu jur. cap.* 9. & Menochium *lib.* 1. *de arb. jud. quæst.* 8. *num.* 29. Mod. 21 Mensor frumenta modio metitur. Lucilius apud Nonium: *Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum unum habet.* Porro mensores hi frumentarii, immunes a muneribus personalibus. *l.* 26. *ff. de excusat. tutor. l.* 10. §. 1. *ff. de vacat. muner.* Fuerunt & alii mensores portuenses, qui annonam urbicam in horreis portus Tiberini metiebantur, quibus adjuncti erant caudicarii. *l.* 1. *C. Theod. de frumento urbis Romæ. l.* 9. *C. Theod. de suariis.* 22 Mansiones quid, dixi in *l.* 2. *infr. de lucris advocat.*
23 In manuscr. *deflorata.* Cont. 24 Vide *l.* 7. *ff. de off. Proconsf.* 25 *Ex C. Theod. lib.* 11. *tit.* 14. *l.* 3. 26 *l.* 6. *infr. de susceptoribus. h. l. tit.* 70. *l.* 9. 𝔗. *de murilegis. l.* 11. *tit.* 7. *l.* 5. 𝔗. *de fundis rei privatæ. l.* 11. *tit.* 65. *l.* 2. 𝔗. *de his quæ ex publica collat. h. l. tit.* 73.
27 Sin vero.
28 *Ecl. lib.* 56. *tit.* 9. 29 In uno meo manuscr. leg. *comparatione*, in alio *coëmptione.* Cont. vero, *Coëmptio* σιτωνία *Nov. Tiberii.* 1. 𝔗. Boëthius 1. *de consolat.* Goth. Ita; *Cum acerbæ famis tempore gravis atque inexplicabilis indicta coëmptio profligatur inopia Campaniam videretur.* Mod. 30 *Sitoniæ*, vel *sitonici*, legendum putat Cujac. est autem *Sitonia* Cura coëmendi frumenti: & σιτώνης curator frumenti. 31 Quum in quacunque provincia fuerit inducta speciei alicujus comparatio, nemo se quocunque modo vel tempore, per sacros apices, vel etiam pragmaticam sanctionem, judicialem dispositionem excuset: quippe nec sacra domus aut piissimæ Augustæ hoc onere liberata est. *Synops. Basil.* 56. *tit.* 9. adde *l.* 1. 𝔗. *de quibus muner. h. l. tit.* 48. 32 Comparatio frumenti σιτωνία. 33 Al. *hordei.*
34 Indicentur. Invitus etiam frumentum emere quisque cogitur, quoties emptio cuique imperatur ob urgentem aliquam necessitatem: quod ut singulare ab alios casus non extendi notat Mynsingerus 7. *Resp.* 74. *num.* 45. 35 Vide *l.* 1. *infr. de quib. muneribus nemini liceat. h. l. tit.* 48. 36 Sacri apices, Principis adnotatio, quæ fit encausto; σεβάσμια κεραῖα, σεβαστμίαι καὶ θειωδῶς κεραίαι, *Græcis.* adde quæ scripsi ad *l.* 7. *sup. de summa Trin.*
37 Contingunt. 38 Ἢ εἰς τὴν μητρόπολιν, id est, quam in metropolin. *Syn. illo loco c.* 5.
39 Et illis has avehentibus, qui speciebus indigent. *Syn. ibid.* 40 Ὑπολογιζέσθω. computentur autem, ut sit sensus: Computantur venditoribus pretia specierum ad ea, quæ ab ipsis in auro pensitationum publicarum nomine conferuntur: Non enim æquum est, modo quidem exigi ab aliquo, ut species exhibeat: post aliquod vero temporis intervallum ei pretia constitui, postquam hoc modo jam annona viluit: periclitante clarissimo cujusque provinciæ Præside, ni pretia specierum definitis temporibus constituta fuerint; ac pro eis missa. *Synops. ibid.* 41 Nemo cogatur omnem suam annonam vendere, sed superfluas tantum species. Nam satis impium est, suis quem defraudari, ut aliis ea suppeditet. *Synops. ibid.*
42 Impium est quem cogi, annonam suam vendere, ut ea alteri suppetat. adde *l.* 9. *supr. de Judæis*, *l.* 5. *ff. de administr. rerum ad civitates pertinentium.* 43 Pœna centum librarum auri, & dignitatis amissio imponitur præsidi committenti adversus hanc legem. 44 Πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζευγῶν ἤτοι ζυγοκεφαλῶν. *Novella* 17. *in fin. Græci. l.* 2. 𝔗. *de milit. veste. l.* 12. *tit.* 40. Jugationibus alii: jugationibus & capitationibus, seu jugerationibus alii metiuntur: Unde, alii Jugationem, alii jugationem simul & capitationem debent.
45 Obryzi solidi quid, dixi ad edictum *Justiniani* 11. & *l.* 3. 𝔗. *de veteris numismatis potestate l.* 11. *tit.* 10. *l. un. infr. de oblatione votorum. l.* 12. *tit.* 49. 46 Patres civitatum. Horum fit mentio in *l.* 3. *in fin.* 𝔗. *de his, qui sponte publ. munera. h. l. tit.* 43. & *Novell.* 17. *c.* 4. §. 1.
47 Ἐπακτῶν στρατιωτῶν. *Græci hic.* possis & externos & adventitios milites interpretari extraordinarios ἐπιλέκτους. Eo sensu ἱππεῖς ἐπίλεκτοι. Dion. 55. Leges externas Dionysius: servos

prætorio; quam clarissimi præsides provinciarum, & eis obsequentia officia & locorum defensores, & alii publicorum tractatores, si hanc legem violaverint, aut violari concesserint, aut confestim & vere ejus violatores minime detulerint.

3.

CUm in civitate aliqua frumenti comparandi curatore opus est, ejus [1] creatio fiat arbitrio, & electione episcopi, & primorum civitatis, non ut videbitur creatoribus, neque ex quibus voluerint personis, sed soli ex regione illa officiales militantes, & dimissi ad munus illud sitoniæ ab eis promoveantur. Hi namque, qui in publicis negotiis diu sunt exercitati, facilius sitoniæ munus expedient. At [2] omni damno liberentur, qui eam necessitudinem, curamque sustinuerint, & secundum leges discutiantur: quandoquidem æquum non est, ut ex tot laboribus damnum ferant: frumentum autem præbeant non majore pretio, quam in foro distrahatur. Qui violarit legem, aut violari concesserit, triginta librarum auri multam sustineto.

TIT. XXVIII.

DE COLLATIONE DONATORUM [3], VEL RELEVATORUM [4], AUT TRANSLATORUM [5], SEU ADÆRATORUM [6].

1. Impp. VALENT. & THEODOS. AA. Hermocrati P. P. 7.

DIspositionem amplissimæ recordationis Antiochi 8, quæ certam quantitatem ante se relevatis possessionibus nomine canonis indixit, non imminui [9] decernimus: id enim quoniam in canonem cecidit, & anniversaria debet pensitatione persolvi: nec in præteritum, nec in posterum patimur esse concessum. Indulgentiam vero memoratæ descriptionis, & in ante actum, & in posterum tempus non solum in relevatis, verum etiam in donatis, adæratis, translatisque, seu quodlibet aliud nomen novæ descriptionis excogitatum est, volumus observari: nullamque super his unquam [10] exactionis molestiam formidari: quibus non tantum reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quicquam innovationis [11] aut oneris [12] adjiciendum esse censemus: nullique licere deinceps contra divalia statuta relevare suas possessiones. † Noverit tamen amplissimæ tuæ sedis officium, quod si aliquando nobis suggestio huic nostræ sanctionis contraria porrigatur: vel si sacris mandatis, si [13] qua forte citra [14] suggestionem his piis dispositionibus adversa emanaverint [15], obsequatur, & aliquos [16] tanquam debitores ex hujusmodi titulo crediderit exponendos [17]: ducentarum librarum auri se sciat condemnatione multandum. Dat. 12. Kal. Dec. THEOD. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

TIT. XXIX.

DE COLLATIONE ÆRIS [18].

Pro ære potest solvi aurum tanti valoris. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hilario [19] P. P.

ÆRis pretia, quæ a provincialibus postulantur, ita exigi volumus [20], ut pro viginti [21] libris æris, unus auri solidus a possessore reddatur. Dat. 5. Kalend. Jun. *Mediolani*, ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. XXX.

DE [22] DISCUSSORIBUS.

Si æstimator male æstimat, ipse tenetur. Bart.

1. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Artemium Vicar. Hispaniarum [23].

QUotiens in [24] disceptatione constiterit inique discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit approbare discussor, ipse in eodem titulo [25], & in eodem modo ad solvendum protinus urgeatur, in [26] quo alterum perperam fecerit debitorem. Dat. prid. Id. Maji, VALENTIN. NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P. [27].

NE casu amissa securitate [28] publica, quædam præda nascatur collatoribus: decernimus, ut quando securitates a discussoribus seu apparitoribus expositæ, ratiociniis [29] publicis continentur, rursus [30] per injuriam [31] non petantur. Dat. 5. Kalend. Decembr. [32] *Mediolani*, STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

Ab onere discutiendi, & æstimandi patrimonia nullus excusatur, nec etiam miles, nec militans. Bart.

3. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Apollonio P. P. [33].

PEr singulas provincias, vel civitates, honoratis usque ad Comitivam consistorianam [34] nec non etiam militantibus, & suis obsequiis non adhærentibus, advocatis [35], quin etiam fori provincialis mandari discussionis jugerum sollicitudinem decernimus. Dat. 5. Kalend. Januar. EUDOXIO & DIOSCORO CONSS. 442.

4.

NEmo fiat discussor aliter, quam [36] ex jussione principis, specialiter discussoris faciente mentionem, non præfectorum jussu, non ex præcepto alterius cujusquam judicis, non civilium [37] operum, vel pecuniarum frumento comparando destinatarum, vel portuum, vel eorum, quæ impenduntur in aquæductus, murorumve constructione, vel ad vias sternendas, vel ad pontium & aggerum instructionem, sed neque pecuniarum ad lavacra destinatarum, vel alio quocunque modo ad civilem rationem pertinentium.

† At princeps, sive ex ærario pecunias miserit ad mœnium, vel alterius operis constructionem, sive ab alio relictas civitatibus pecunias invenerit, semel vel etiam sæpius cum ei sederit animo, mittat discussorem, qui opus admetiatur, & rationes putet exacte, & ad se referat: ut si recte sumptus facti sunt, iis, qui fecerunt, sacra securitas conficiatur, qua freti nullam ii postea, vel heredes eorum, aut bonorum possessores quæstionem patiantur.

† Valeat, & ab discussore post rationum discussionem emissa securitas, nec sacra apocha, nec alia qualibet cautione indigens. † Sumptus [38] autem discussoribus pollicetur Constitutio, ut sine damno ratiocinia tractent. Eos vero, qui de suo impendunt in opera civitatis, vel alias publicas necessitates, heredesque eorum, nullam vult discussionem sustinere, vel lucrorum, vel eorum, quæ dicuntur ἀγωγικὰ [39] aut παραπομπικὰ, vel sumptuum, qui fiunt circa mulos fiscales, aut muliones, vel prosecutionum ratione, vel eorum, quæ generali nomine vocantur solemnia. † Cæterum præsidum nemo discussorem mittat, sed referat ad principem in hoc, ut ab eo mittatur, qui hæc discutiat, ac ne unum quidem obolum inde corradat, sed tam fisco, quam collatoribus jus suum conservet: & si inventas apud aliquos pecunias fiscales exegerit, & sacro ornamento [40] intulerit, licito jure sibi in singulas libras sex solidos pro solatio retineat. Quod si, vel obolum invitis, aut volentibus provincialibus acceperit, is quidem quod accepit reddat, quadruplum fisco inferens, & criminaliter coërceatur, quasi proditor fisci, collatorumque concussor. Qui autem dedit, quasi hoc ipso confessus se fisci rationibus obnoxium, rursus discutiatur, & exigatur. † Discussione autem solennium facta, & ad principem perlata, discussis sacra securitas detur: dari etiam ea potest a discussoribus, ita ut utroque casu nullam illi postea discussionem patiantur. Neque vero ob securitatem a se expositam discussor quidquam accipere potest, vel si quid exigat, possessoribus, & municipibus eum propulsandi [41] jus est: referendi etiam ad principem, ut mittat aliquem, qui hoc genus concussionis coërceat.

† Præses, qui post hanc legem non accepta ex scripto jussione principis, discussorem quacunque ex causa miserit, xx. librarum auri, & officium ejus xv. pœnæ subjiciatur, qui nec occasione repurgationis cloacarum, vel ædificiorum muris adjunctorum, vel ruinæ eorum, vel ob factas in publicis porticibus προσθήκας, ut vocantur, & areas, vel eorum, quæ in civitatis, intercolumniis ædificata sunt, quasi destruenda sint, vel de imaginibus, aliisve a se excogitatis modis, aut civilibus quæstionibus ullas jussiones facere potest. Sed & si fecerit, licet [42] civibus executioni earum obsistere, minimeque eis satisfacere, præsidibus provinciarum hoc silentio transmittentibus, & omni civili, publicoque auxilio eisdem subdendo pœnis, facultatem quoque habentibus iis, qui voluerint preces principi offerre, & gesta perdocere, ut principalis ii dignationis correctio consequatur: præsidibus item talia jubentibus viginti libris auri multandis, majoremque principis commotionem expectantibus: officio autem obsecundante præter multam quindecim libr. auri in corpus castigando. Soli enim principi licet horum inspectionem [43] viro integro & fideliter atque ex usu civitatum hæc indaganti, nihilque protinus ob id accipienti mandare. † Provideant autem patres civitatum possessorumque potiores, ne quis civilem, vel publicum ullum locum in muris, vel in publicis porticibus, vel obsequiis, vel aliubi injusta ex causa detineat, & ne cuiquam detur

Barbaros, Plutarchus *in Gracchis* ἐπισάκτους: & in conciliis mulieres συνεισάκτους: Paulus παρεισάκτους appellat. Evocati vero milites, ἀνάκλητοι veterani, quos post patris cædem Augustus excivit ex Galatia & Casilino, quorum fuit certum corpus ferentium vites centurionum more, *Dion.* 55. quos ideo Centuriones certe possis appellare. Nam & ita Titinnium, quem Vellejus Paterculus, G. Cassii evocatum, Dio 47. & Valerius 9. Centurionem appellant, vide Cujac. 7. *observ.* 10. 1 Sitonæ creantur ex cohortalibus, arbitrio primorum civitatis & Episcopi. 2 Vide *l. ult. §. item rescripserunt. 6. ff. de administrat. rerum ad civit.*
3 Donat possessiones Princeps, dempto canone: relevat possessiones tributis: transfert possessiones in jus aliud, aliamve functionem. 4 Adde *l. 24. ff. de Censib.*
5 *l. 5. supr. de sacros. Eccles.* 6 Adærare est æstimare & taxare pecunia, quod in annonis inferebatur. 7 Ex *lib.* 11. *tit.* 20. *l.* 6. *C. Theod.* in qua tamen legitur, *Antiocho P. P.*
8 Qui fuit P. P. ante Hermocratem: ad quem scripta hæc constitutio. adde *l. ult. C. Th. h. t.*
9 Minui. 10 Iniquam. 11 *l. pen. infr. de omni agro. l.* 11. *tit.* 58.
12 Muneris. 13 Mandata citra suggestionem & libellum dantur ultro: tacita vero alterius suggestione dantur ex libello. Porro ut differant a pragmatica sanctione, oraculo & adnotatione, dixi ad *l. ult. supr. de petit. bonorum sublatis.* 14 Contra.
15 Manaverint. 16 Alios. 17 Al. *exigendos*, in *C. Theod.*
18 Æs inferebant fisco quædam provinciæ, ut Cyprus: quæ ideo ærosa. Festus.
19 Ex *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 21. *l.* 2. 20 Pro ære aurum provinciæ inferre possunt hac forma: pro vicenis libris æris, singulos solidos, *ut hic. l. unic. J. de argenti pretio. l.* 10. *tit.* 76. Ita solvi aliud pro alio volenti potest. *Goth.* Intellectum hujus l. vid. apud Covarruv. *de vet. num. collat. c.* 3. Ans. 21 In *C. Theod. vigintiquinque.*

22 Περὶ ἀναγραφέων ἤτοι λογοθετῶν τῶν ἐν τοῖς θέμασιν ἀποστελλομένων καὶ τῷ δημοσίῳ ἀνήκοντα ἀπὸ παντοίας ὑποθέσεως ἀπαργυριζόντων καὶ ἀναψηλαφώντων καὶ ὡς πραττομένων καὶ ὅτι ἐν ἑκάστῃ λίτρᾳ τῶν ἀπαιτουμένων παρ' αὐτῶν νομίσματα ἓξ λαμβάνουσι. Id est, De descriptoribus sive discussoribus, qui mittuntur in provincias, & ad fiscum, ex quacunque causa pertinentia adærant, & tractant, & exigunt. Item quod in libra qualibet eorum quæ exiguntur, sex aureos accipiant. *Synops. Basil.* 56. *tit.* 10. De discussore adde munus aliud ex *l.* 9. *S. de Judæis.* Et breviter, Discussor, Disceptator rationum, fiscalium vel publicarum ab aliis tractatarum. *l. ult. infr. h. t. l. cum post.* 26 *supr. de appell. l. pen. supr. quorum appell. l.* 1. *S. de ratiocin. oper. publ.* Symmachus *in epist.*
23 *C. Theod. l.* 11. *tit.* 26. 24 Quoties discussor non probaverit discussionem a se cum fide, recteque factam esse, eodem ipse titulo urgeatur, quo alterum gravavit. *Syn. ib. c.* 2.

25 Id est, eadem specie, & quantitate. *l. 6. infr. de censibus. l.* 11. *tit.* 57. 26 Vid. *l.* 1. *supr. de ratiocin. oper. public.* 27 *C. Theod. ibid. l.* 2. *quibusdam tamen mutatis.*
28 Securitate, seu apocha illationis amissa fides, ex polyptychis, id est, rationibus publicis sumitur, *ut hic, & l. illatæ 4. S. de fide instrumentorum. l. 2. §. 1. supr. de quadrien. præscr. l.* 11. *J. de susceptoribus. h. l. tit.* 70. 29 Ratiocinia publica, polyptica, seu polypsycha Græcis, quod eæ chartæ πολλὰς ἀποκλείστους εἶεν πτύχας habeant, sunt vero rationes publicæ, *l. 2. C. Th. h. t. l.* 13. *C. Theod. de ind. deb.* non chirographa aut apochæ, ut Alciatus putat 3. *parergon.* De Diptychis vide, quæ scripsi ad *l. 7. in fin. supr. de summa Trinit.* adde Cujac. 4. *obs.* 27.
30 Sine injuria autem petuntur: quoties desiderant collatores tabulas publicas sibi exhiberi. Ea ratione possessores recte postulant censuales proferre tabulas publicas, ex quibus discant debitorum sive reliquorum modum. *Novell.* 17. *c.* 18. & 128. *c.* 4. 31 *l. 3. infr. de metallis. l.* 11. *tit.* 6. Goth. Adde *l. 57. ff. de administrat. tutor. & Novell.* 17. *cap.* 8. *S. L.*
32 Al. *C. P.* 33 In manuscripto legitur, *præfecto Augustorum.* 34 Discussionis onus injungi potest non honorariis tantum comitibus consistorianis, sed etiam in actu positis, si suis obsequiis non adhæreant, *arg. l. 1. J. de collegiis.* Item advocatis fori provincialis, quod tamen pugnare videtur cum *l. 6. supr. de advoc. divers. judic.* nisi eam ad illustrium & spectabilium judicum dumtaxat advocationem referas, non ordinariorum judicum, quæ non nisi impleto hujusmodi munere, immunitate fruitur. *l. 1. J. quib. mun. exc.* Mod. 35 Imo advocatis mandari non potest. *l. 6. S. de advocat. divers. judicior.* 36 Discussor rationum, (qui Logotheta Juliano Patritio est) seu rerum ad civitates pertinentium a solo principe mittebatur: non a P. Prætorio, non a Comite largitionum, aut privatarum, aut a Præside. Id enim princeps sibi adrogat: ordinarii vero discussores hujusmodi rationum, Episcopus & quinque primi civitatis. *Novell.* 128. *c.* 16. *vers. Singulis autem.* 37 Pecuniæ civiles, seu civitatum (Galli vocarent, *deniers d'octroy*) in hos usus præcipue vertebantur, videlicet in opera publica, frumenti coemptionem, portus, aquæductus, muros, vias, pontes, aggeres, balnea.
38 Discussor sumptus accipit ex publico, non a collatoribus. 39 Species illatæ a provincialibus, vel ad arcam P. P. transmittebantur, vel consumebantur in ipsa provincia. Transmittebantur autem sumptibus provincialium, quæ ἀγωγικὰ, & παραπομπικὰ hic dicuntur. Pro his vero, quæ in ipsa provincia consumebantur, exigebantur παραπομπικὰ, adde *Nov.* 128. *c.* 9.
40 Sacrum ornamentum hic nihil aliud, quam sacrum ærarium: quod Nicetas vestiarium quoque appellat. 41 Officialem injuste exequentem repellere jus est. dixi ad *l. 5. J. de executoribus. l.* 12. *tit.* 61. 42 Officiali injuste exequenti licet resistere.
43 Discussori hic inspectionem tribuit, de quo vide Cujac. *hic.*

quid-

quidquam ex publico fine facra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita, non recte refcindentur: & in damno verfabuntur, qui acceperint. Iidem provideant, ne, qui ex facra forma habent poffeffionem aquæ, quid ufurpent præter cæteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat. † Hæc autem magnificus Comes rerum privatarum, & ei obfequentes Palatini perfcrutari & deferre debent, impofitasque pœnas exigere: vel fi neglexerint, viginti libris auri multantur, officium vero xv.

TIT. XXXI.

DE [1] DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM, ET QUI [2] DECURIONES HABEANTUR, ET QUIBUS MODIS A FORTUNA CURIÆ [3] LIBERENTUR.

An pater, & ejus heredes pro filio teneantur.

1. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & Valerianus C. Carterio.

SI cum te pater *decurionem effe* voluiffet, & illo in rebus humanis agente [4] honor tibi ifte delatus eft: tenentur quidem etiam heredes ejus Reipubl. nam in hac parte vice fidejufforis pater accipitur: fed non ante, nifi [5] tuis [propriis [6]] rebus excuffis. PP. 5. Kalend. Decembr. ÆMILIO & BASSO CONSS. 260.

De ratione nominandorum magiftratuum.

2. Exemplum facrar. literarum DIOCLET. & MAXIM. AA.

OBfervare oportebit Magiftratus [7], ut decurionibus folenniter in [8] curiam convocatis, *nominationem* ad certa munera faciant: eamque ftatim in notitiam ejus, qui fuerit nominatus per officialem publicum perferri [9] curent: habituro appellandi [10], fi voluerit, atque agendi [11] facultatem apud [12] Præfidem caufam fuam jure confueto: quem fi conftiterit nominari minime debuiffe, fumptum [13] litis eidem a nominatore reftitui oportebit. Sine die & confule.

De ætate.

3. Iidem AA. & CC. Julio.

CUm decurionatus honorem [14] fponte fufceperis, ab albo [15] eximi, [licet] annofum te effe dicas, non potes. PP. Id. Novembr. DIOCLET. A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De filiis adoptivis.

4. Iidem AA. & CC. Caffiano S.P.

CUm adoptivum [16] filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio fit: pro atrocibus injuriis eum quem ad [17] vicem [18] naturalis [19] pignoris tibi adfcribebas, a Præfide provinciæ illicitis corporis cruciatibus adfici non oportuit [20]: hocque congruenti pœna coërcebitur [21]. PP.[22] 2. Kal. Decembr. DIOCLET. A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De filiisfamilias.

5. Iidem AA. Alexandro.

FIlios [23] in poteftate patris pofitos, ad munera feu honores non poffe evocari [24] falfo tibi perfuafum eft. Sane fi [25] ad nominationem [26] filii confenfum non accommodaveris, ob adminiftrationem ipfius minime conveniri poteris. PP. 6. Id. * MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De expertibus litterarum.

6. Iidem AA. & CC. Leontio.

EXpertes [27] litterarum decurionis munera peragere non prohibent jura [28]. Dat. 8. Kal. Maji, AA. CONSS.

De fratribus habentibus bona indivifa.

7. Iidem AA. & CC. Diogeniano.

LIcet indivifa [29] bona fratres habent, nihilominus tamen finguli fuo nomine civilibus tenentur muneribus. PP. 4. Idib. Maji [30], Ipfis AA. CONSS.

De infamia. De oculis amiffis.

8. Iidem AA. & CC. Platoniano.

INfamia [31], quæ tibi abominanda eft, non etiam amiffionis oculorum [32] cafus, quæfitum tibi adimit honorem. Dat. 16. Kalend. Februar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De his, qui filios habent, vel non.

9. Iidem AA. Aurelio.

IN albo decurionum præfcriptis [33], patrem, non [34] habenti filios anteferri conftat.

De ætate.

10. Iidem AA. & CC. Aurelio.

SI ultra feptuagefimum [35] ætatis annum patrem tuum effe Præfes provinciæ perfpexerit: eum perfonalium munerum vacatione perfrui providebit.

Ne uxor pro marito conveniatur.

11. Iidem AA. & CC. ad Maximinum.

UXorem [36] pro marito decurione conveniri non poffe [37], proculdubio [38] eft.

De infamia.

12. Iidem AA. & CC. Zotico.

NEc infames [39] immunitatem habere, cum [40] hæc privilegii, non notæ fit, convenit. Dat. 5. Kal. Febr. AA. CONSS.

De fententia Præfidis, de ætate, de podagra.

13. Iidem AA. & CC. Proculo.

A [41] Muneribus decurionatus nec [42] fententia Præfidis in perpetuum, nec anni quinquaginta [43], nec podagræ [44] valetudo præftat excufationem.

Quis vacationem tribuere poffit.

14. Imp. CONSTANTINUS A. ad Evagrium.

NEmo [45] judex [46] aliquem fuo arbitrio de curia liberet: nam fi quis fuerit hujusmodi [47] infortunio depravatus, ut debeat fublevari, de ejus nomine ad noftram fcientiam referri [48] oportet: ut certo temporis fpatio civilium munerum ei vacatio porrigatur. PP. Id. Mart. CONSTANTINO A. III. & LICINIO III. CONSS. 313.

De Tabellionatu.

15. Idem A. Mechilio Hilariano correctori Lucaniæ & Britiorum.

UNiverfos [49] decuriones volumus a Tabellionum [50] officiis [51] temperare. Dat. 3. Kal. Febr. SABINO & RUFFINO CONSS. 316.

1 Decuriones publici confilii caufa in coloniis ac municipiis confcribebantur. *l.* 239. §. 5. *ff. de verb. fign.* Suæ curiæ quafi Senatores erant. *l.* 33. *infr. h. t.* Ex iis magiftratus ipfi, id eft Duumviri, Ædiles (in aliquibus municipiis Dictatores, Prætoresque) creabantur: nec aliis, quam decurionibus, illi honores demandabantur. *l.* 7. §. 2. *ff. h. t.* Pecunias publicas tractabant, erogandas decernebant, annona civitati uti fupereffet, providebant. Curatores frumenti, olei comparandi, vel operum publicorum, aut alterius negotiationis publicæ caufa, Legatos, Syndicos & Tutores periculo fuo conftituebant: Tributa, cenfus, & legata Reipublicæ exigebant: omnium denique, quæ univerfim ad Rempublicam pertinebant, curam gerebant. *l.* 30. *ff. de neg. geft. l.* 2. 8. 17. §. 7. *l. ult.* §. 2. *ff. ad munic. l.* 5. *C. de adminift. tutor.* Procuratores, conductores, aut eorum fidejuffores, aut mandatores effe non poterant. *l.* 30. *fupr. de locato.* militia eis erat interdicta, *l.* 55. *infr. h. t.* Tot muneribus obnoxii decuriones cum effent, non mirum, quod plerique fupplicii quafi loco, Decurionatui addicerentur, de quo dixi ad *l.* 38. *infr. h. t.* Pro his tamen oneribus, magnis viciffim privilegiis honorati, ut neque fuftibus, *l.* 5. *ex quibus caufis infamia.* neque quæftioni fubjicerentur. *l.* 16. *fupr. de quæftionibus.* non in metallum, vel opus metalli damnari: non furcis affigi, ad beftias, aut in opus publice dari, vel vivi exuri poterant: (adeo ut, fi pœnæ fuperiores indictæ effent, a principe liberarentur. *l.* 9. §. 11. *l.* 28. §. 5. *ff. de pœnis*, *l.* 3. *ff. de veteranis*, *l.* 3. *fupr. de pœnis.*) Denique non capite puniri. *l.* 15. *ff. de pœnis.* Sed fi quid capitale admittebant, in carcerem tantum conjiciebantur ac vinciebantur, interea dum Princeps caufa cognita de crimine cognofcebat. *l.* 6. §. 7. *ff. de injufto rupt. & irrit. l.* 27. *in fin. ff. de pœn. l.* 1. *in fin. ff. quando appellandum.* Idem honos (quod majus eft) parentibus & liberis eorum tribuebatur, *ut ex legibus fuperius propofitis conftare poteft.* Ab extraordinariis etiam muneribus immunes. *l.* 12. *C. h. t.* Ac ne curiæ inopia civium deferentur, a Theodofio primum conftitutum, deinde ab ejus fuccefforibus confirmatum, ut naturales filii Curiæ oblati legitimi fierent, fuorumque heredum jura nancifcerentur. *l.* 3. *l.* 4. *fupr. de naturalib. liberis.* §. 2. *Inft. de hered. ab inteft.* 2 *L.* 50. *ff. tit.* 2. *Novell.* 38. *Ecl. lib.* 54. *tit.* 1. *Novell. Leon.* 46. Decuriones fublati, proinde hic titulus in Bafilicis deeft. 3 Al. *curiali.* Goth. *Curia* fenatum fignificat, qui duplex eft, Romæ antiquæ fcilicet, & novæ, atque hic dicitur maximus. *l. ult. C. hoc tit.* In aliis autem civitatibus funt *curiæ*, hoc eft, fenatus quidem, fed minores: in qualem fenatum, qui confcripti funt confilii publici caufa, curiales, five decuriones, quodammodo fenatores funt. *l. omnes judices. infr. hoc tit.* Mod. 4 Si filiusfamilias voluntate patris, & patre fuperftite decurio factus fit, heredes patris reipublicæ tenentur, excuffo prius filio, *l. libertus.* §. *filium. ff. ad municip.* fed fi filiusfamilias a patre decurio factus, poft mortem patris honores vel munera quædam civilia fufcipiat, vel fi pater voluerit eum decurionem fieri, qui honor demum illi poft mortem patris delatus fit, heredes patris eo nomine reipublicæ non tenentur, *l. Lucius.* §. *hoc refponfum. ff. ad Munic. l.* 3. §. *ult. l. etfi filium. ff. de mun. & honor.* nec pugnat cum hoc l. *fi filia.* §. *Neratius. ff. famil. ercifc.* quoniam ibi vivo patre filio delata eft ἀγωνοθεσία, atque eam filium pater fufcepturum profeffus eft: unde merito heredes tenentur, etfi filius non nifi poft mortem patris eo munere functus fit. *l.* 1. *C. de peric. fucceff. parent.* Mod. 5 *l.* 17. §. 2. *ff. ad municipalem.* 6 Al. *deeft.* 7 Duumviri nominationem ad munera civilia faciunt ex more feu lege municipali, convocata curia, fed ab ea nominatione eft appellatio, *l. fi ad fcribatum. l.* 11, *qui ad civilia. l. cives. fupr. de appell.* vel querela potius quam appellatio *l. fi nominatus. C. Theod. hoc tit.* fine obfervatione dierum fatalium, *l.* 1. *C. de temp. app.* atque hanc nominationem confirmari oportebat judicio præfidum, *l.* 59. *infr. qui & nominatim intereffe folent. l.* 1. §. *fed etfi præfes. ff. quando app. fit.* Mod. 8 *Ad.* 9 Id eft, perferre *al. proferre.* 10 Vid. *l.* 1. §. 3. *ff. quando appelland. l.* 1. *pr. ff. de vacat. muner.* 11 Peragendi. 12 Vide Socinum *reg.* 87. *l.* 54. *infr. h. t. d.* §. 3. *l. unic. in fin. infr. de vacat. publ. muner. h. lib. tit.* 45. *l.* 37. *in pr. ff. ad munic.* 13 Vid. *l. unic. infr. de fumptuum recuper. h. l. tit.* 67.

14 *l.* 2. *in fin. ff. h. t.* 15 Album quid, vid. *tit. ff. de albo fcribendo.* 16 Adoptivus dignitate adoptantis fruitur. 17 Adoptivus filius ad vicem naturalis pignoris adfcriptus, feu adfcitus. 18 Invicem. 19 Pignora naturalia vocat filios naturales, funt enim ἐνέχυρα βίου, Theophylact. *Scholiaft. in epift. Theophil. Inft. de fatisd. tutorum, in princ.* Seneca, pignora pacis. 20 *l.* 5. *C. ex quib. caufis infam. irrogatur.* 21 *Al.* XI. 22 Pœnam definitam vide in *l. omnes judices. C.* Mod. 23 Decuriones creari etiam filiifamilias poffunt. 24 Devocari, *al. nominari.* 25 Pro filio decurione pater non tenetur, nifi in ejus decurionatum confenferit. *l.* 3. *ne filius pro patre. l.* 3. §. *quod pater* 5. *l.* 17. §. 1. *ff. de munerib. l.* 4. *infr. de filiisfamil. h. lib. tit.* 60. 26 Denominationem. 27 Literarum expertes & imperiti decuriones creari poffunt. 28 Noftra jura. 29 Communio bonorum, neminem obligationi alienæ adftringit. adde *l.* 3. *infr. de munerib. & honorib. non continuand. h. lib. tit.* 40 30 Al. *Paulino.* 31 Infamis removetur a decurionatu. 32 Cæcus cæcitate ipfa decurionatum non amittit: fed infamia tantum contracta. adde *l.* 1. §. 5. *verf. cafum. ff. de poftuland.* 33 Al. *profcribendo.* al. *defcribendo.* Cont. 34 Liberos qui habet in decurionatu adipifcendo, alii liberos non habenti præferendus, *ut hic*, *l.* 6. §. 5. *ff. h. t.* Præfumitur enim liberos habens, de republica magis follicitus effe, quam is, qui non habet. vid. Alciat. 1. *præf.* 36. adde quædam ex l. Julia, quæ apud Gellium, *lib.* 2. 35 Vid. *l. ult. infr. qui ætate. l.* 3. *l.* 5. §. 7. *ff. de jure immunitatis.* 36 Uxor pro marito decurione conveniri non poteft. adde *l.* 2. *fupr. ne uxor pro marito.* 37 Dos tamen tenetur ob civile munus vel honorem mariti, nec fpeciale hoc eft in primipilatu: parapherna non tenentur. *l.* 3. *fupr. ne uxor pro mar.* Mod. 38 Non eft. 39 Infamis immunitatem munerum habere non poteft. adde *l.* 8. *fupr. & l.* 49. *C. h. t. l. unic. C. de infamib. h. lib. tit.* 57. *l.* 3. §. *fi in metallum* 2. *ff. de minorib. Novell.* 45. *in princ.* 40 Privilegio frui non meretur, qui pœnam meretur. *l. Judæos* 11. *ubi Gloff. fupr. de Judæis*, *l. qui fine* 38. *ff. de negotiis*, *c. privilegium*, *cauf.* 11. *q.* 3. *cap. tuarum*, *cap. ut privilegia*, *x. de privilegiis.* 41 Al. *De.* 42 A decurionatu non liberat Præfidis fententia. adde *l.* 14. *C. h. t.* 43 Sic legit Euftathius περὶ χρόνων. Cujacius tamen mallet *LV.* 44 Podagra non liberat a decurionatu. adde *l. Podagræ* 3. *infr. qui morbo fe excufant. h. lib. tit.* 50. 45 *Cod. Theod. lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 1. fed hæc lex multum eft immutata. 46 Adde *l.* 13. *fupr. h. t.* adde *l. unic. infr. de his qui a principe vacat. h. lib. tit.* 44. 47 Al. *hujus.* 48 Deferri. *Goth.* Præfes provinciæ tribuere munerum vacationem non poteft, etiamfi jufta videatur dandæ vacationis caufa fubeffe: veluti paupertas, aut everfio bonorum, aut morbus fonticus, fed impetranda eft a principe. *l.* 1. *infr. de iis, qui a princ. vac. acc.* Mod. 49 *Cod. Theod. l.* 3. 50 Tabellio effe non poteft, qui decurio eft, *ut hic.* adde *l.* 21. *fupr. ad l. Corn. de falfis.* Cur ita jus eft? An quod fcribæ munus vile? ita poft Accurfium, Bartolum & alios notat Tiraquellus *cap.* 30. *de Nobilitate.* Livius 9. *C. Flavius Cn. filius fcriba, patre libertino, humili fortuna ortus. Facit, quod fcribæ merces pro opera, non pro induftria detur*; licet Alciatus contra fentiat, *in l. mercis appellatio* 66. *ff. de verb. fign.* Sed iidem fervi publici appellantur, *l. non aliter* 18. *ff. de adopt. l.* 2. *ff. rem pupilli falvam fore. Theoph. Inft. de adopt.* Quid, quod Cicero 5. *Verrina*, Scribæ tabellarium præconem & viatorem præferat: quafi dignum majori mercede: Quæ omnia ad minutos & minorum judicum fcribas referre poffis: nec enim magni Senatus, vel Principis fcribas, viles poffis dicere, vel ignobiles, qualem dixeris Eumenem Alexandri, Plutarchus *in Eumene*, Porfenæ fcribam, Livius 2. Æfchinem Athenienfium, Libanius *in argumento orationis* περὶ παραπρεσβείας, quales denique fcribæ illi, quos munus honorificentiffimum fuftinuiffe apud Græcos, refert Æmilius Probus. His adde Guidonem Papæ *quæft.* 90. Adde Novellam Leonis περὶ πολιτικῶν σωματείων διατάξεων, ubi de creatione Tabellionum.
51 Tabelliones tamen, qui funt publici contractuum fcriptores, ad decurionatum vocari

De discessu.

16. Idem A. ad Hilarianum Proconf. Africæ [1].

SI quis decurio, vel propriæ rei causa, vel Reipublicæ cogatur nostrum adire comitatum: is non [2] ante discedat, quam insinuato Judici [3] desiderio proficiscendi licentiam [4] consequatur. Quod si pro sua audacia parvi aliquis hanc fecerit jussionem, indignationem [5] competentem sortiatur. PP. 7. Id. Jul. *Carthag.* CRISPO III. & CONST. [6] III. CONSS. 324.

De militia.

17. Idem A. ad Evagrium P.P. [7].

QUi derelicta curia militaverit [8], revocetur ad curiam. Dat. 16. Kal. Jun. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

Si ad magistratum nominatus lateat.

18. Idem A. [9].

SI ad magistratum [10] nominati aufugerint, requirantur: & si pertinaci [eos [11]] animo latere patuerit [12], his ipsorum bona permittantur, qui præsenti tempore in locum eorum ad Duumviratus [13] munera vocabuntur: ita ut si postea reperti fuerint, biennio integro onera Duumviratus cogantur agnoscere: Omnes enim qui obsequia publicorum munerum tentaverint declinare, simili conditione teneri oportet. Datum 3. Kalend. Octobr. *Serdicæ*, CONST. A. [14] X. & CONSTANTIO IV. CONSS. 326.

De rescriptis.

19. Idem A. ad Lucretium Paternum [15].

VAcuatis [16] rescriptis, per quæ munerum civilium nonnullis est vacatio præstita [17], omnes civilibus necessitatibus aggregentur: ita ut nec consensu civium vel curiæ præstita cuiquam immunitas valeat [18], sed omnes ad munerum societatem conveniantur. Dat. 8. Kal. Novembr. *Heracleæ*, CONSTANTINO A. [19] III. & CONSTANTIO IV. CONSS. 326.

De magistratuum desertoribus.

20. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. Ordini civitatis Ædesenæ [20].

CIrcensium [21] magistratus desertores ad eam Gravitas tua faciat necessitatem conditionis urgeri, ut quascunque pro his expensas civitas prærogaverit, refundere protinus ac repræsentare cogantur [22]. Dat. 14. Kal. Februar. *Naissi*, ACINDYNO & PROCULO CONSS. 340.

De immunitate.

21. Iidem AA. Nemesiano Com. [23] largitionum.

CUriales omnium civitatum nullam [24] pro re privata nostra debent inquietudinem sustinere: nec hujusmodi oneribus velut extraordinariis occupari: quoniam satis est, si civitatum munera per eos congrue compleantur [25]. Dat. Prid. Id. Aug. *Bessæ*, ACINDYNO & PROCULO CONSS. 340.

Qui sequuntur matrem.

22. Imp. JULIANUS A. Juliano Comiti Orientis [26].

EOs indulserunt veteres Principes ex [27] materno genere curialibus Antiochenis [28] adscribi, quos patris conditio [29] nullius vindicaret juri civitatis. Datum 5. Kalend. Septembr. *Antiochiæ*, MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

De debitis alienis.

23. Idem A. Juliano Comiti Orientis [30].

PRovidendum est eorum novitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne [31] præteritis debitis susceptorum onerentur: sed conventis propter hæc debita [his] qui ea præcedentibus delegationibus [32] contraxerunt, nullam eos molestiam pro sarcina nominationis alienæ sustinere patiaris. PP. *Byritho*, Kal. Novembr. MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

De duodecim liberis.

24. Idem A. Leontio Consulari Palæstinæ [33].

SI quis decurio pater sit duodecim [34] liberorum, honoratissima [35] [munerum [36]] quiete donetur. Dat. Kalend. Mart. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

An curialis ultra terminos suæ civitatis exhibere sui præsentiam debeat.

25. Impp. VALENT. & VALENS, AA. ad Byzacenos [37].

CUriales [38] ultra [39] terminos propriæ civitatis non jubeantur a moderatoribus provinciarum exhibere sui præsentiam, nisi publica necessitas exegerit. Datum prid. Id. Septembr. *Aquil.* divo JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

De prætextu religionis.

26. Iidem AA. ad Modestum P.P.

QUidam ignaviæ [40] sectatores, desertis civitatum muneribus captant solitudines, ac secreta [41], & [sub] specie religionis cum cœtibus monazonton [42] congregantur. Hos igitur atque in hujusmodi deprehensos erui latebris consulta præceptione mandamus: atque ad municipia patriarum [43] subeunda revocari, & pro tenore nostræ sanctionis familiarium rerum carere illecebris [44]: quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. PP. *Byritho*, Kal. Januar. VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De militia paterna, vel avita.

27. Iidem AA. Mauris Sitifensibus.

PRivilegio [45] militiæ [46] paternæ se [47] non vindicet, quem assuetus [48] curiæ nexus adstringit. Quod si militari avo, & patre decurione nascetur, paternæ erit succedaneus functionis [49]. Dat. 9. Kalend. Mart. [50] *Trever.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De muneribus.

28. Iidem AA. & GRATIAN. ad Volusianum P. U. [51].

NUllus qualibet prærogativa fultus a debitis [52] muneribus habeatur immunis. Dat. 4. Kalend. Jul. *Mediolan.* VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 368.

Utrum filius patris, vel matris conditionem sequatur.

29. Iidem AA. Germano P. P. Galliarum.

NAti ex inquilinarum [53] nostræ domus matrimonio & patre decurione, non patrum suorum, verum [54] matrum conditionem sequantur. Dat. 3. Id. Octob. VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 368.

De actionibus publicis.

30. Iidem AA. ad Modestum P. P.

PRocuratores [55] reipublicæ actionibus publicis debere uti non venit in dubium.

De curialibus in publicum protrahendis.

Potest quis extrahi de domo ut acceptet officium, & occultator punitur. Bart.

31. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIANUS AAA. ad Modestum [56] P. P.

EX omnibus domibus [57] producti, qui origine sunt curiales [58], ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur [59]: quippe cum occultatoribus [60] talium, præter jacturam existimationis, etiam rerum discrimen incumbat, si ulterius progressi, utilitatem publicam privatis custodiis [61] & patrociniis postponant. Dat. 3. Id. Jul. *Ancyræ*, GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

possunt. *l. si quis decurio. 21. supr. ad leg. Corn. de falsis.* Goth. Vide Cujacium hic, Ferrandum *lib. 2. explic. cap.* 15. Forcatulum *Necyom. dialog.* 98. Mod. 1 *C. Th. h. t. l.* 9.
2 Decurio rei propriæ vel publicæ causa, Comitatum seu aulam principis adire non potest, antequam judici desiderium proficiscendi insinuaverit, & missionem impetraverit.
3 Id est, præsidi. *Goth.* Obstare videtur. *l. pen.* J. de legat. videtur, inquam, non obstat: præsidi enim decretum & causa legationis non insinuatur, commeatum tamen sive ἀπολυτικὴν ab eo postulare necesse est. *Mod.* 4 Ea ἀπολυτική. adde *l. pen. infr. de legationib.*
5 *Deportationis exitum, in C. Theod.* 6 Al. *Cæs.* 7 *C. Theod. h. t. l.* 13. *in fin.*
8 Decurio, miles, relicta curia esse non potest. *l. 51. l. 55. in princ. infr. h. t.*
9 *C. Theod. h. t. l.* 16. 10 Duumviratum scil. 11 Al. *deest.* 12 *Paruerint, in Cod. Theod. & quibusd. lib.* 13 Duumviri sunt magistratus municipales annui. Duumviralitii, qui duumviratu abierunt. August. *de cura pro mortuis habenda.* Goth. In municipiis enim aliis duumviri erant, in aliis quatuorviri, *l. 1. J. de sol. & lib. deb. civ.* in quibusdam ædiles, *l. 2. J. tit. prox. l. qui insulam. §. ædilis. ff. locati.* & tale fuit Arpinum, de quo Cicero: *Ædilem filium meum fieri volui, is enim magistratus in nostro municipio nec alius ullus creari solet.* ad hoc exemplum *Lanuvium Dictatores* habebat, *Capua Prætores, Alexandria Hypomnematographos. l. 59. J.* sed ut ad duumviros revertamur, qui eo honore perfuncti erant, *Duumviralitii* dicebantur. Augustinus de cura pro mortuis: *Curialis pauper vix illius loci duumviralitius.* Mod. 14 *Al.* VII. 15 *C. Theod. h. t. l.* 17. 16 *l. 28. l. 37. l. 43. in fin. l. ult. in fin. infr. h. t.* 17 Præstituta. 18 *Ex hoc titul. l.* 29.
19 *Al.* VII. 20 *Sic Cujac. restituit.* al. *autem legitur*, Constantinæ. 21 *Al.* Cyrenensium, verum intelligit ludos Circenses, ut satis lex ipsa indicat. Jubet autem Duumviros non edentes ludos Circenses, Reipublicæ protinus reddere compelli ea, quæ in eam rem Respublica prærogaverit, *ut hic.* Idem est in Prætoribus. *l. 6. C. Theod. h. t.*
22 Hoc dicit Duumviros non edentes ludos Circenses, protinus reipublicæ reddere compelli ea, quæ in eam rem respublica prærogaverit. Similis est de prætoribus lex ejusdem Constantii *lib. 6. Cod. Theod.* his verbis: *Pro eo, quem absentem tempus editionis invenerit, erogationem debitam fiscus expendat, post adventum cuncta, quæ prorogata fuerint, soluturo.* Mod.
23 *C. Theod. h. t. l.* 30. 24 *l. 14. J. de susceptorib. h. l. tit. 70. l. 2. J. de silentiariis. l. 12. tit. 16. l. 17. §. 7. l. 18. ff. ad municip.* 25 *Congrua compellantur, in C. Th.*
26 *C. Theod. h. t. l.* 51. 27 *Qui, in C. Th.* 28 *l. 62. in princ. J. h. t.* Goth. Sic & Ilienses & Delphenses privilegiati fuerunt, non quidem ut editus matre curiali & patre non curiali, curiam maternam sequatur, sed ut editus utroque parente curiali, matris Iliensis aut Delphicæ, vel etiam Ponticæ (nam huic quoque idem indultum) curiam sequatur, *l. 1. ff. ad Munic.* amplius Ilienses Claudii temporibus etiam omni publico munere soluti sunt. *l. non tantum. §. Iliensibus. ff. de excus. tut.* qua de re vide Cujacium hic. *Mod.* 29 *Dignitas, in C. Theod.* 30 *Cod. Theod. h. t. l.* 54. meminit Zosimus *lib.* 5. 31 Decurio novus non tenetur solvere æs alienum antecessoris sui, quem non nominavit. 32 Susceptor nemo creatur sine delegatione. 33 *C. Theod. h. t. l.* 55. 34 *In C. Theod. & vet. exemp.* XIII. unde Cujac. legendum existimat XVI. duobus II. mutatis in V. Goth. Vide Ferrandum Paes *in tract. de excusat. par. ob num. liber.* Mod. 35 Al. *honestissima. & ita in l. semper 5. ff. de jure immunitatis*, ὁ ἔχων δέκα ἓξ παῖδας, πάντων λειτουργημάτων ἀπαλλάττεται.
36 Deest *in Cod. Theod. & quibusd. manuscr.* 37 *In C. Th. l. 60. h. t.* 38 Vid. *ipsum C. Th.* & Alciat. *lib. 13. dispunct. cap.* 11. 39 Curialis extra civitatem pertrahi non potest, nisi publica necessitas aliud exigat. adde *Novell. 45. in fin. princ.*
40 *C. Theod. h. t. l.* 63. pertinet autem hæc lex ad monachos Ægypti, quibus Valens pertinaciter infensus fuit, ut ex ipso Cod. Theod. constat. 41 Ignavi, eorumque secta legibus notatur. adde *l. 52. §. penult. supr. de episc. & cleric.* adde Arist. 1. *Polit.* 4. De operis monachorum Hieronymus ad Rusticum monachum, *can. nunquam. 33. de consecratione. Distinct. 5. Novell. 133. c. 6.* ubi adversus ignavos, adde *Nov. Leon.* 10. 42 E secretis suis ignaviæ sectatores ad suam curiam, *ut hic* (ut metallarii ad sua metalla) revocantur. *l. ult. J. de metallariis. l. 11. tit. 6.* Eorum autem, qui in secretis ita vivunt, præfecti, archimandritæ, *de quib. supr. in tit. de episcopis.* 43 Id est, solitariorum monachorum. hoc autem constituit Valens Arianus Basilio Magno, monachorum multorum principi ac patri infestus, *ut testatur* Gregorius Nazianzenus, & tamen hæc lex probata a Justiniano: ut & SC. factum Neronis Imperatoris tempore, *l. 1. ff. ad SC. Treb.* 44 Hoc ad eos proprie pertinet, qui curia relicta in solitudines se recipiebant, non ad alios qui bona propria & testamenti factionem retinebant. *l. generaliter. supr. de episc. & cleric.* vide Forcatulum *in Cupidine Jurisperito. cap.* 5. Mod. 45 Patriam deserens impius. *l. pen. supr. de resc. vend.* Goth. vid. Alciat. *lib. 3. dispunct. cap.* 11. & Francisc. Amajam *hic.* Ans. 46 *Ex hoc tit. l.* 64. *C. Th.*
47 Avo decurione, patre milite natus avi: patre decurione, avo milite, patris conditionem sequitur. Militiæ præfertur ita curia. adde *l. 35. in fin. J. h. t.* Goth. Vide Cujacium *ad cap. 4. lib. 3. recept. sent. Julii Pauli.* Mod. 48 *Habitus, in veter. lib. quod idem est, atque, avitus, ut legitur in C. Th.* 49 *Functio, in C. Th.* 50 Al. *Maji.* 51 *C. Th. h. t. l.* 67. ex qua aliquid hic detractum. 52 Decurio dignitatem, aut militiam adsecutus, immunis a muneribus esse potest. adde *l. 19. supr. h. t.* 53 Inquilinorum.
54 Curiali patre, matre inquilina, vel colona dominica natus, colonus est, non curialis: inquilinatum sequitur potius, quam curiam, *ut hic*, quod abrogatum videtur *Novell. 38. cap.* 2.
55 Procuratores Reipublicæ causas Reipublicæ agunt apud Præsidem aut Principem. *Goth.* Qui & *curatores* reipublicæ dicebantur: atque hi erant judices & censores rerum ad civitates pertinentium, *l. 3. supr. de mod. mul. l. ult. ff. de off. assess.* Is est unus ex decurionibus, prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicum tractat, opera & loca publica curat. *l. ad curatores. ff. de damn. infect. l. 3. §. plane. l. 5. §. idem ait. & §. hæc verba. ff. quod vi aut clam. l. 2. & 3. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.* Mod. 56 *Cod. Theod. h. t. l.* 67.
57 Vid. *l. 39. J. h. t.* 58 *Curiali, in Cod. Theod.* 59 Vid. *l. 103. ff. de reg. jur.* Peckium *cap. de jure sistendi.* 60 Occultator decurionis punitur. 61 *In quibusd.*

De

De fabricenſibus.

32. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Neotherium P.P. [1].

FAbricenſes [2] ordinibus [3] reſtituantur, qui originem curialem & propria [4] munera declinaverint civitatis: reliqui ne [5] levi quidem inquietudine pulſentur. Dat. 16. Kal. April. *Theſſal.* GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

De tormentis.

33. Iidem AAA. Eutropio P.P. [6].

OMnes Judices provinciarumque Rectores a conſuetudine temerariæ uſurpationis abſtineant, ſciantque neminem omnino principalium [7] aut [8] decurionum ſub qualibet culpæ aut erroris [9] offenſa cruciatibus [10] eſſe ſubdendum. Quod ſi quis forte Judicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod audeat principalem aut decurionem, & ſuæ curiæ (ſi ſic dici oportet) Senatorem [11], tormentis [12] ſubdere, viginti librarum auri illatione multatus, & perpetua infamia inuſtus, ne [13] ſpeciali quidem reſcripto notam eluere [14] mereatur: & officium quinquaginta librarum auri multam fiſco noſtro cogatur inferre: quoniam ut pertinaciæ judicis [ſui [15]] reſiſtat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. Dat. 12. Kal. Auguſt. *Heracleæ,* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De procuratione.

34. Iidem AAA. Floro P.P. [16].

SI quis procurationem [17] facultatum ſuarum curiali crediderit eſſe mandandam, totius dignitatis exceptione depulſa, graviſſima pœna plectetur: ille vero qui immemor libertatis & generis, infamiſſimam ſuſcipiens vilitatem [18], exiſtimationem ſuam ſervili obſecundatione damnaverit, tradatur exilio. Dat. 10. Kalend. Novembr. *Conſtantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De filiis decurionum.

35. Iidem AAA. Poſthumiano P.P. [19].

IN filiis decurionum retinendis priorum [20] præceptorum decreta ſublimitas tua cuſtodiat: eoſque [21] qui advocationis [22] obtentu [23] curialia onera declinant, agere univerſa [24] compellat: quæ etſi neceſſitas non exigit, tamen patria non remittit: ipſos quinetiam filios magiſtrorum [25] qui ex curiali ſtirpe deſcendunt, ſimili modo obnoxios eſſe decernat. Datum 8. Id. April. *Conſtantinop.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

Utrum filii patris an matris conditionem ſequantur.

36. Iidem AAA. ad Baſilium Com. S. L. [26].

EXemplo [27] Senatorii ordinis, patris [28] originem unusquiſque [29] ſequatur: nec valeant ſpecialiter [30] delata reſcripta, ſi quis ſe, matris origine defenſa [31] a majore curia ad minorem transferri fortaſſe promeruerit: neque ulla pro more [32] provinciæ referri [33] ſinatur exceptio. Dat. 16. Kal. Jul. *Romæ,* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De reſcriptis.

37. Iidem AAA. Poſthumiano II. P.P. [34].

QUotieſcunque ſe ex reſcriptis [35] noſtris aliquid impetraſſe contendunt hi quos obnoxios curiæ, vel [36] origo fecerit, vel latum inter partes judicium deſignaverit: nullam prorſus ſpem curiam declinandi ex colore ſacræ juſſionis accipiant. Dat. 14. Kalend. Auguſt. *Conſtantinop.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De pœnis.

38. Iidem AAA. ad Cynegium P.P. [37].

NE quis officialium [38] pœnæ [39] ſpecie atque æſtimatione curiæ dedatur [40]: niſi ſi quis forte curiam defugiens, ob hoc cœperit militare [41]: ne [42] ingenitis [43] fungatur officiis. Omnes itaque omnino Judices [44] tuæ cenſuræ ſubditos admonebis, ne quis [eorum [45]] exiſtimet curiæ loco [46] ſupplicii quenquam deputandum: cum utique [47] unumquemque crimınoſum [48] non dignitas debeat, ſed pœna comitari. Dat. 8. Id. Novemb. *Conſtantinop.* RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

De privilegio domus Principis.

39. Iidem AAA. ad Euſignium P.P. [49].

CUriales qui ſeſe privilegio [50] domus noſtræ defendi poſſe crediderint, ad curiam retrahantur, & [51] propriis functionibus mancipentur, & publica damna ſarciant. Datum 8. Kalend. Januar. HONOR. NB. P. & EVODIO CONSS. 386.

De delictis.

40. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCADIUS AAA. Cynegio P.P. [52].

QUilibet principalium [53] vel decurionum, [ſi [54]] vel decoctor [55] pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adſcriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione fuerit inventus: juxta priſtinam conſuetudinem non ſolum a vobis, quibus [56] propter loci dignitatem rerum ſumma [57] commiſſa eſt, verum & a judicibus [58] ordinariis plumbatarum [59] ictibus ſubjiciatur [60]. Dat. die Kalend. April. *Conſtantinop.* VALENTIN. A. III. & EUTROPIO CONSS. 387.

De conditione non mutanda, & curia non relinquenda. De ſenectute.

41. Iidem AAA. Cynegio P.P. [61].

DEcurio fortunam, quam naſcendo meruit, ſuffragiis atque ambitione non mutet: & ſi vacare per ſenectutem [62] potuerit, propter ordinationem, quæ per plurimos cito [63] definiri ſolet, curiam non derelinquat. Dat. prid. Non. Jul. *Conſtantinop.* VALENT. A. III. & EUTROPIO CONSS. 387.

De viris militaribus.

42. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Abundantio Com. & Magiſtro utriusque militiæ [64].

MIlitaribus [65] viris nihil ſit commune cum curiis nihilque [66] ſibi licitum ſciant, quod ſuæ non ſubjectum eſt poteſtati: nullum injuria, nullum verbere, nullum gravi pulſatione Tribunus, Duxve [67] ille, aut Comes ſit, curialem principalemve contingat. Si quis poſthac temerario, & inconſiderato auſu ullum ex principalibus viris uſurpata attrectaverit injuria: ſciat ſe decem libris auri eſſe multandum. Dat. prid. Kal. Auguſt. *Conſtantinop.* ARCADIO A. I. & RUFINO CONSS. 392.

De officiorum privilegiis, actuum præjudiciis, reſcriptis & adnotationibus.

43. Iidem AAA. Rufino P.P. [68].

OMnes, qui curiali obſtricti ſanguine diverſis ſe officiorum [69] privilegiis & actuum [70] præjudiciis aggregarunt, reddendos muniis [71] eſſe non ambiges. Sed nec reſcripta, aut adnotationes ad munerum fugam prodeſſe permittimus. Dat. prid. Id. April. *Conſtantinop.* THEOD. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De matris conditione.

44. Iidem AAA. Rufino P.P. [72].

NUllus [73] ſolius materni [74] ſanguinis vinculis illigetur: quia [75] mulierum infirmitas nunquam hujusmodi functionibus reddit obnoxios, a quibus ipſa habetur immunis. Dat. 5. Id. Auguſt. *Conſtantinop.* THEODOS. A. III. & ABUND. CONSS. 393.

De curialibus eligendis.

45. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Theodoro P.P. [76].

AD ſubeunda patriæ munera digniſſimi [77] meritis [78] & facultatibus [curiales] eligantur: ne tales forte nominentur, qui functiones publicas implere non poſſunt. Datum 13. Kalend. Februar. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

---

legitur ſtudiis. 1 *C. Theod. h. t. l.* 81. 2 Fabricenſes ὁπλοποιοί. 3 Curiales, qui ſe Fabricenſium collegio dederint, retrahendi, & ordini ſeu curiæ ſuæ reſtituendi. *l.* 4. J. *de Fabricenſibus. l.* 11. *tit.* 9. 4 *Propriæ, in C. Theod. & vet. quibus lib.* 5 Al. *nec.* 6 *Cod. Theod. h.t. l.* 85. 7 Principales decurionum primi. Pro curiarum amplitudine quinque, decem, vel viginti erant: Principalium primus, primus Curiæ, *l.* 56. J. *h. t.* quaſi conſul. His principalibus pene ſimiles ſunt, qui nobis Capitolini & Scabini, alias pro quolibet curiali ſumitur principalis. Sic Auguſtinus Areopagitas, principales Athenienſium vocat. 8 *Ac in C. Theod.* ſunt autem principales, decurionum primi.
9 Al. *Anterioris in lib. Aur. & Dionyſ. ſub cujuslibet culpæ aut anterioris offenſæ* &c.
10 *Plumbatarum cruciatibus, in Cod. Theod.* quod eſt a compoſitoribus immutatum, ut paulo poſt, ubi repoſuerunt, *tormentis. l.* 40. *infr. h.t.* 11 Decuriones ſuæ curiæ quaſi Senatores erant: Curia ipſa, minor ſenatus. *l.* 36. *infr. h. t. l.* 239. §. 5. *ff. de verb. ſign. Novell.* 38. Euagrius *l.* 3. Majorianus *Novell. de Decurionibus.* Caſſiodor. 9. 12 Decuriones a pœnis aut tormentis plebejorum immunes ſunt. Pœnæ plebejorum equulei, ungulæ, fidiculæ. *l.* 57. *l.* 58. J. *h. t. l. ult. ff. h. t. l.* 2. *infr. de decur. Urbis Romæ. l.* 11. *tit.* 13. *l.* 12. *ſupr. de pœnis. Novell.* 45. *Auguſt. epiſt.* 63. & *l.* 3. *contra Creſconium.* ex gradu & conditione reorum forma tormentis datur. 13 *Nec, in Cod. Theod.* 14 Eruere. 15 Al. *deeſt.*
16 *Ex Cod. Theod. h. t. l.* 92. quem vide & confer. multa enim hic ſunt detracta.
17 Decurio procurator alterius eſſe non poteſt, adde quæ ſcripſi *ad l.* 6. §. 2. *ff. h. t.*
18 Vide Wurmſer. 1. *Obſervat.* 12. 19 *Cod. Theod. h. t. l.* 98. 20 Leges anteriores ſequendæ in filiis decurionum in curia retinendis. 21 Eos quoque.
22 Advocatione fungi decurio poteſt. *l.* 56. *l.* 57. J. *h. t. l.* 13. §. 2. *ff. ad l. Corn. de falſis.* tabellio eſſe non poteſt: *l.* 15. *ſupr. h. t.* Licet a decurionatu vocari poſſit. *l. ſi quis decurio* 21. *ſupr. ad leg. Corn. de falſ.* 23 Decurio advocationis obtentu civilia munera detrectare non debet. 24 *Onera univerſa, in Cod. Theod.* 25 Magiſtrorum, id eſt, profeſſorum artium liberalium, ex curiali genere deſcendentium filii a civilibus muneribus non excuſantur, ut patres. 26 *Cod. Theod. h. t. l.* 101. 27 Exemplo ſenatorii ordinis dixit. eſt enim ſua inter ſenatores & curiales ſeu Decuriones ſimilitudo. dixi *l.* 33. *ſupr. h. t. Novell.* 38. *cap.* 6. 28 Originem patris ſequuntur ut Senatorii, ita Decuriones.
29 *Municeps unusquiſque, in Cod. Theod.* 30 Privilegium privatus impetrare non poteſt, ut ne ſequatur patris, ſed matris conditionem, *ut hic,* civitates vero & provinciæ poſſunt. *l.* 22. *ſupr. h. t.* 31 *Defendens, in Cod. Theod.* 32 Conſuetudine hoc jus adquiri non poteſt, ut liberi ſequantur matris originem. 33 Referre.

34 *Cod. Theod. h. t. l.* 102. 35 Privilegia impetrata in fraudem curiarum non valent. *l.* 19. *ſupr. h. t.* ut incolatus poſſidendi conditio. 36 Curiæ ſubjicitur quis origine vel ſententia, *ut hic.* 37 *Cod. Th. h. t. l.* 108. 38 Officiales hic, cohortales officiales præſidum. 39 Pœnæ ſpecies olim, curiæ ſubjici, ut hic: mox dicetur plenius. 40 *Edatur, in Cod. Theod.* 41 Militia decurionibus interdicta, vide *l.* 55. J. *h. t.* 42 Nec ingenuis. 43 Ingenita officia, originalia. *l.* 50. J. *h. t. l.* 3. *ſupr. de officio P. Prætor. Orient.* 44 Id eſt, Præſides. *Goth.* Nam hi ſubjiciuntur præfecto prætorio. *l. quilibet.* J. Mod. 45 Al. *deeſt etiam in C. Theod.* 46 Decuriones multis muneribus erant obnoxii, adeo ut pœnæ loco Chriſtiani ab impiis principibus Curiis addicti ſint: ut teſtatur Caſſiodorus 1. *Tripartitæ* 9. & 6. *c.* 7. Ita deſertores monachi & clerici addicuntur cohorti Præſidis. *Nov.* 5. *c.* 6. (quod Leo in Novell. 8. mutat & *Novell.* 123. *cap.* 42.) apparitores P. urbi, corpori piſtorum. *l.* 2. *ſupr. de apparit. Præfecti.* Hoc enim genere conditionem mutant in deterius. Non ſic pœnæ ſpecie cohortalis addicitur curiæ, *ut hic,* vel ſuarius piſtrino. *l.* 19. *ſupr. de pœnis.* quia rei conditio ſic deterior non fieret.
47 Pœnæ ea conditio eſt, ut deteriorem faciat conditionem ejus, qui punitur, non meliorem.
48 Crimen pœna, non dignitas comitari debet. 49 *Cod. Theod. h. t. l.* 114.
50 Decuriones nullius domus patrocinio tueri ſe debent, cujuscunque illa dignitatis ſit vel fortunæ. *l.* 31. *ſupr. h. t.* 51 Et ut *in Cod. Theod.* 52 *Cod. Theod. h. t. l.* 117.
53 Principales, curiæ primi. *l.* 33. *ſupr. h. t.* qui & primates & primicerii. 54 Abeſt *a Cod. Theod. & quibusd. lib.* ſed tollendum non videtur. 55 Decoctores hic & *l.* 12. J. *de ſuſceptorib. h. l. tit.* 70. vid. quæ dixi ad *l.* 2. J. *de palatinis ſacrarum largitionum. l.* 12. *tit.* 24. Tertull. *Apologetic.* 56 Caſſiodorum *in Pſal.* 104. Præfecti vice ſacra judicant & cunctarum provinciarum poteſtatem maximam habere noſcuntur. 57 Ammian. 17. χειρωφιας. 3. Euag. 42. 58 Præſides ſubjecti ſunt P. Prætorio. 59 Plumbatarum ictibus caſtigari decuriones hodie poſſunt, maxime ſi everſores pecuniæ publicæ, ſi iniquam deſcriptionem feciſſe, convicti, ſi ſuperexactores, vel concuſſores fuerint. adde *l.* 2. *C. Th. lib.* 9. *tit.* 38. plumbatarum ictus verbera. *l.* 2. *ſupr. de exact. trib. h. lib. tit.* 19. *l.* 2. *C. Theod. de quæſt. l.* 7. *Cod. Theod. de exaction. Ammianus* 29. Prudentius περὶ στεφανῶν. 60 Al. *ſubjaceantur.* 61 *C. Theod. h. t. l.* 118. 62 Senectus non excuſat a decurionatu. vid. tamen *l.* 5. *in pr. ff. de jure immunit.* 63 Immunitas non tribuit excuſationem ab iis, quæ cito expediri poſſunt. 64 *Cod. Theod. h. t. l.* 128. 65 In decuriones juriſdictio eſt civilibus magiſtratibus: at non militaribus. *l.* 47. *infr. h. t.* vid. *l.* 2. *ſupr. de offic. milit.* 66 Nihil. 67 *Dux ille, an comes ſit,* in pleriſque lib. & ita legendum exiſtimat *Cujac.* 68 *Cod. Theod. h. t. l.* 134. 69 *l.* 21. *l.* 28. *l.* 32. *l.* 35. *l.* 39. *ſupr. h. t.* 70 Actuum præjudicia: adde *l.* 31. *l.* 39. *ſupr. h. t.*

71 *d. l.* 39. *ſupr. h. t.* 72 *Cod. Theod. h. t. l.* 137. §. *nullus.* 73 *Nullus ſane ſolis materni* &c. *in C. Theod.* 74 Curiæ maternæ civitatis non obligatur, qui patre non curiali, matre vero ex curiali genere natus eſt. Maternus ſanguis curialem non facit. adde *l.* 1. §. 2. *ff. ad municipalem.* excipe *l.* 62. J. *h. t.* 75 A matre nemo recte habere poteſt, quod ipſa mater non habeat, unde notant, non militem, militem facere non poſſe. Dare nemo regulariter poteſt, quod ipſe non habet. 76 *Cod. Theod. h. t. l.* 142.
77 Digniſſimis ac potioribus munera injunguntur, non ordinationi, *l. unic. infr. de potioribus nominandis. l.* 10. *tit.* 65. *l.* 7. *in pr. ff. h. t.* 78 *Et meritis, in C. Th.* Goth. Atque hoc

De forma nominationum.

46. Iidem AA. Ennoio Proconſ. Africæ [1].

NOminationum [2] forma vacillare non debet, ſi omnes, qui albo curiæ detinentur [3], adeſſe non poſſunt: ne paucorum abſentia, ſive neceſſaria, ſive fortuita debilitet, quod a majore [4] parte ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum: cum duæ [5] partes ordinis in urbe poſitæ totius curiæ inſtar exhibeant. Datum 17. Kalend. Jun. *Mediolan.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

De comitiva dignitate.

47. Iidem AA. Cæſario P.P. [6].

CUriales, qui honorariam adepti ſunt comitivam [7] dignitatem, formidare debent eos, quorum [8] moderationi ſunt commiſſi: nec ſe exiſtimare ideo meruiſſe dignitatem, ut judicum præcepta deſpiciant. Quod ſi in eadem culpa perſeverent, quinque librarum auri multæ obnoxii ſubjugentur: honore quoque, quem prodiderint, ſpoliandi. Dat. 4. Kal. Januar. CP. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De ſucceſſione curialium.

48. Iidem AA. Florentio P. U.

IN ſucceſſione curialium decernimus, ut etiam [9] ſi patres deceſſerint, teneatur agnatio [10]. Dat. 12. Kalend. Jan. *Mediolani*, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De ſuperſtitionibus.

49. Iidem AA. Theodoro P.P. [11].

OMnes, qui quolibet [modo [12]] curiæ jure debentur [13], cujuſcunque ſuperſtitionis [14] ſint, ad implenda munera [15] teneantur. Dat. Id. Sept. *Mediolani*, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De curia non relinquenda.

50. Iidem AA. Eutychiano P.P. [16].

OMnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis [17] perſeverent: & qui ex his ad [18] provinciarum regimen atque adminiſtrationem qualibet fraude atque ambitione pervenerint, ſciant ſe non ſolum in ſua curia remanſuros, ſed & [19] cunctis rurſus ab exordio muneribus ſervituros. Dat. 8. Kalend. Nov. *Conſtantinop.* HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De bonis eorum, qui curias deſerunt.

51. Iidem AA. [& THEOD. A.] Meſſalæ P.P. poſt alia [20].

QUamvis [21] proviſum fuerat congruæ emendationis occurſu, quemadmodum curiales [22] militiæ [23] nomine & honore ſuſpenſo, officiis redderentur: tamen quia [24] hoc callido conſilio reperetunt, ut evitatis [25] provinciæ ſuæ finibus, tanquam his eorum tantum interdictus fuiſſet acceſſus, peregrinos [26] expeterent commeatus: ne diutius in perniciem curiarum [27], latitandi ſpes [28] [perſeveret [29],] & ſolatia [30] eos impunitatis ſequantur [31], horum cupiditatibus obviamus: ut ex eorum bonis, qui ſe vel perſecutioni [32], vel muniis civitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ, vel qualibet [33] fraude ſubtrahere conati fuerint [34], curiis, quas deſeruerant, conſulatur. Itaque ſi vocati edictis intra anni metas, hi tamen, qui manifeſtis curiæ nexibus illigantur, latere potius, quam redire maluerint [35]: ſciant poſt emenſum annum [36] interpellatis provinciarum moderatoribus, ex facultatibus ſuis, curiis, quas deſtituerunt, eſſe conſulendum. Neque enim de immaturo præjudicio temporis poſſunt brevitatem [37] cauſari. Dat. 17. Kal. Sept. THEODOR. V. C. CONS. 399.

De oneribus.

52. Iidem AA. Probino Proconſ. Africæ [38].

QUis tam inveniri iniquus arbiter rerum poteſt, qui in urbibus magnifico ſtatu præditis, ac votiva curialium numeroſitate [39] locupletibus, ad iterationem [40] quempiam tranſacti oneris compellat [41]: ut cum alii necdum pene initiati curiæ ſacris fuerint, alios & continuatio, & repetitæ ſæpe functiones adficiant? Dat. 16. Kalend. April. *Mediol.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De poteſtate faſcium.

53. Iidem AA. Euchario Proconſ. Africæ [42].

DUumvirum impune non liceat extollere poteſtatem faſcium [43] extra metas territorii [44] propriæ civitatis. Dat. 6. Id. Mart. *Ravennæ*, HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

De decurionibus curiæ vindicandis.

54. Iidem AA. Palladio P.P. [45].

GEnerali lege ſancimus, ut ſi quis ſuum decurionem curiæ vindicare maluerit: ſi Præſidis [46] deſit [47] copia, in eundem manus [48] injectione conceſſa, ſciat ad examen cognitoris reſultantem eſſe deducendum: ita ut moderator provinciæ, (ſi quæſtio fortaſſe fiducia defenſionis ulla generatur [49]) niſi intra tres [50] menſes cauſam originis competenti diſceptatione cognoverit, atque convictum cum pœna reſtituerit debitis muneribus, vel liberum ab inquietudine pronunciaverit [51], decem librarum auri multam cogatur exſolvere: ejus etiam officium pari damni irrogatione teneatur [52]. Dat. 5. Non. Maji, *Ravennæ*, DN. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 418.

De militia.

55. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Iſidoro P.P. poſt alia [53].

SI quis decurio, aut ſubjectus curiæ auſus fuerit ullam affectare [54] militiam, nulla temporis præſcriptione muniatur, ſed ad conditionem propriam retrahatur: nec [55] ipſe, vel ejus liberi poſt talem ipſius ſtatum procreati, quod patriæ debetur, valeant declinare. Dat. 3. Non. April. *Conſtantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

De [56] curiæ Alexandrinæ principalibus.

56. Iidem AA. Iſidoro P.P. [57].

ALexandrinis principalibus [58], etſi [59] advocatione [60] fungantur, nihilominus [61] onus peregrinationis [62] incumbat: nec publica cura [63] niſi in ſua tantum civitate committatur: & primus [64] curiæ quum [65] muneribus univerſis expletis ad ſummum pervenerit gradum, Comitivæ [66] primi ordinis fruatur poſt biennium, dignitate præſtita: in curialibus tamen [67] permaneat. Dat. prid. Non. Jun. *Conſtantin.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

57. Iidem AA. Iſidoro P.P. [68].

QUinque [69] ſummates [70] ordinis Alexandrini [71] a corporalibus [72] injuriis immunes eſſe cenſemus, ut voce libera [73] commoditates patriæ defendant: cum poſſint, ſi quid egerint crimínoſe, pecuniariis coërceri diſpendiis. Æſtimabuntur autem præſente curia, viri ſpectabilis Auguſtalis [74] judicio. Dat. prid. Non. Jun. *Conſtantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

58. Iidem AA. Iſidoro P.P. [75].

EUm, qui triginta [76] annos in Alexandrina civitate civilibus inhæſerit muneribus, corporalibus [77] injuriis [78], non pecuniariis excuſari convenit: habita conſideratione videlicet meritorum, ut hoc [79] bene cogniti [80] privilegium conſequantur, nec eo paſſim [81] fruantur indigni. Dat. prid. Non. Jun. *Conſtantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

eſt quod dicit *l. honores. ff. h. t.* honores & munera non ordinationi, ſed potioribus injungi: innuere enim vult, non tam vices ſpectari quam vires. quod & de tutelis Paulus ſcripſit 2. *recept. ſent.* Cæterum ordinem harum legum mutavit, alios ſecutus, hic Gothofredus; quod moneo magis, quam miror. *Mod.* 1 *C. Th.* 12. 1. *l.* 150. 2 Nominatio decurionis non fit irrita quorundam decurionum abſentia. 3 *Continentur, in C. Theod.* Goth. Conjunge *l. nominationes. ſupr. de appell.* hoc autem dicitur: Non poſſe fieri nominationes ſive creationes ad munera civilia citra conſilium decretumque publicum, præſentibus omnibus decurionibus, aut ſaltem duabus tertiis totius ordinis. *l.* 3. *ff. de decur. ab ord. fac. l. nulli. ff. quod cujusque univerſ.* vide Lapum *alleg.* 55. Mod. 4 Major pars decurionum quod facit, cæteri videntur feciſſe. vid. *l.* 19. *ff. ad municip.* Roland. a Valle 1. *conſ.* 90. *num.* 19. 5 Duæ partes curiæ, curia aut curiæ inſtar: duæ partes, duæ tertiæ. *l.* 3. *ff. de decretis ab ordin. faciendis.* 6 *Cod. Theodoſ. h. t. l.* 140. 7 Comitivam honorariam adipiſci decurio poteſt: comitivæ dignitas etiam curialibus data.
8 Curialis licet honoretur titulo comitivæ conſiſtorianæ, eſt tamen ſub Præſidis jurisdictione. vid. *l.* 42. *ſupr. h. t.* 9 *l.* 55. *infr. h. t. l.* 7. *in pr.* J. *de principibus agentium in rebus, l.* 12. *tit.* 22. 10 Agnationis voce hic liberi intelliguntur, *l.* 155. *C. Theod. h. t.* aut quod mihi veriſimilius ſit, ipſi agnati. *Goth.* Legis ſenſus eſt; Non tantum natos, ſed & poſthumos ſequi curialem fortunam patris. Quia enim lex ait; *patres*, de aliis, quam de filiis accipienda non eſt. de agnatis certe haudquaquam, quandoquidem decurionum agnati, etiam ſi eis heredes exiſtant, eorum conditionem non ſequuntur. *Mod.*
11 *Cod. Theod. h. t.* 157. 12 Al. *deeſt*, & abeſt quoque *a C. Theod.* al. *loco.*
13 *Nov.* 45. *in pr.* 14 Superſtitio hic ſecta eſt, *l.* 7. *S. de hæreticis*: Judaica, vel hæreticorum, *l.* 3. *in fin. ff. h. t.* 15 Al. *munia.* 16 *C. Theod. h. t.* 159.
17 Curiam deſerere nemo curialis poteſt. *l.* 55. J. *h. t. l.* 1. *ff. h. t. l. un.* J. *ſi curialis relicta civitate. l.* 10. *tit.* 37. *l. un. in fin.* J. *de privil. corporat. l.* 11. *tit.* 14. 18 Curialis præſes provinciæ factus, ad curiam revocandus eſt, intermiſſa munera ex integro repetiturus.
19 Al. *ſed etiam.* 20 *C. Theod. h. t. l.* 161. in quo deſunt hæc verba, *& Theod. A.*
21 Bona ejus, qui quacunque fraude curiam evitat, ſi per annum contumax fuerit, applicabuntur curiæ. *Bart.* 22 Al. *iſti, ut in C. Theod.* 23 Militia decuriones interdicti a militia ad curiam revocantur. vid. *l.* 55. J. *h. t. l.* 17. *ſupr. h. t.* 24 Qui.
25 Al. *civitatis.* 26 Decurioni non tantum in patria militia interdicta eſt, ſed & in ſolo peregrino. 27 Al. *curialium.* 28 Al. *ſpecies, & recte.* 29 Abeſt *a Cod. Theod. & quibus lib.* 30 *Solatium, in C. Theod.* 31 *Exacuat, in C. Theod. quod rectum eſt, ſi legatur, ſolatium.* 32 Perſecutioni ſe ſubtrahit, qui abeſt longisſime.
33 *l. pen. ſupr. de reſcind. vend.* 34 *Subtraxerit, in C. Theod. & quib. lib.*
35 Hic quædam omiſſa & diſtracta ſunt e *C. Theod.* 36 Curiales, qui relicta curia militant, revocandi: aut poſt annum bona eorum addicuntur curiæ, aut iis ſane, qui eorum vice munera ſubeunt. 37 *Brevitate, in Cod. Theod.* 38 *C. Theod. h. t.* 12. 5. 3.
39 Aliud igitur dicendum apparet, ſi civium ſit inopia. *l.* 3. J. *quemadm. civ. mun. ind.* Mod.
40 Iterare decurionatum nemo cogitur, ſi alii ſint idonei, ſecus ſi deſint. *l.* 3. J. *quemadmodum civilia mun. h. l. tit.* 42. 41 *Impellat, in Cod. Theod.* al. *compellatur.*
42 *C. Theod.* 12. 1. 174. 43 Duumviri præferebant faſces & bacillos. Cic. 2. *agraria.*
44 De Territorio vid. *l.* 239. §. 8. *ff. de verb. ſign. & l.* 26. *ff. ad municipalem.* Goth. Duumviri imperium non habent, *l. ea quæ. ff. ad munic.* Jurisdictionem habent ad certam usque quantitatem, quam nec ipſam defendunt pœnali judicio, *l.* 1. *ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* pignoris capionem, *l.* 29. §. *magiſtratus. ff. ad leg. Aquil.* legis actionem, de quo Cujac. *ad* 2. *ſent. Pauli.* in ſervos caſtigationem, *l.* 12. *ff. de juriſd. l. ſi privatus. ff. qui & a quib. man.* tutoris & curatoris dationem. *l.* 3. *ff. de tut. & curat. dat.* Mod. 45 *C. Theod.* 12. 1. 181.
46 *Judicis, in C. Theod.* 47 Quid ſi præſens exiſtit aut adſit quidem præſes, dies tamen feriata ſit? dixi ad *l.* 11. *ſupr. de feriis.* 48 Manus injectio in decurione ſuo vindicando permiſſa. adde ſimiles caſus, *l.* 2. *ſupr h. t. l.* 9. *S. de ſervis fugitivis*, *l. ait prætor.* 10. §. *ſi debitorem.* 16. *ff. de his quæ in fraudem*, *l.* 19. *in pr. ſupr. de teſtib. l.* 1. *ff. de cuſtod. reor.* alias non permiſſa manus injectio. *l.* 13. *in fin. ff. quod metus cauſ. l.* 25. *ff. ad l. Jul. de adult.* vid. Hartman. 2. *pract.* 1. *c.* 1. 49 Geratur. 50 Lis originis ſive de conditione curiali intra tres menſes finienda. 51 *Vindicaverit, in C. Theod.* 52 Dixi ad pragmaticam ſanctionem Juſtiniani *c.* 18. 53 *C. Th.* 12. 1. 188. ſed confer, quia hic multa omiſſa ſunt.
54 Militia decurionibus interdicta. *l.* 17. *l.* 38. *l.* 51. *ſupr. h. t.* 55 Al. *ne.*
56 Hæc lex, tres quæ ſequuntur & *l.* 1. J. *de Alexand. princ.* pertinent ad curiam Alexandrinam, inſtitutam a Severo Imper. & ſumptæ ſunt omnes ex una eademque Novella Theodoſii, vide plura apud Cujacium hic & Gilbertum Regium 2. ἐναντιοφ. *cap.* 20. Mod.
57 *C. Theod.* 189. 58 Principales qui eſſent, dixi ad *l.* 33. *ſupr. h. t.*
59 Alexandrini principales etſi advocatione fungi poſſunt, non tamen coguntur inviti extra ſuam civitatem legatione fungi. 60 Advocatione fungi decuriones poſſunt.
61 *Nihil peregrinationis* Pyrrhus, *nec onus &c.* Aured. Sed Cujacius hic *nihilominus* accipit pro *minime, ut l.* 2. §. 1. *ff. vi bonorum*: vid. Robert. 2. *Receptæ lectionis* 23.

62 Peregrinationis onus, legatio. 63 Curam hic a munere ſeparat Cujac. Principalis munere expleto, curas ſuſcipit. 64 Curiæ primus, qui in curia ſummo loco, ante principales, ante decuriones. *l.* 127. *C. Theod. h. t.* huic ſimilis eſt, qui hodie quibusdam dicitur major populi, *Maire*, ut & Pariſienſibus, *Prevoſt des Marchands*: quibusdam in locis Scabinus, vel Capitolinus. 65 *Quin. in C. Theod.* 66 Alexandrinæ curiæ primus decurio poſt biennium comitiva primi ordinis ornatur, non quidem ex curia, ſed ex primicerio.
67 Al. *tantum.* 68 *C. Theod. h. t.* 190. 69 Curiæ principales ſeu primi, pro curiæ amplitudine, quinque, decem, vel viginti. *ut hic*, erant quinque. Hinc decem primi curiales, *l.* 2. *in fin. C. Th. de quæſt. l.* 42. *l.* 44. *C. Th. de eo qui. ſupr. vel Com. l.* 39. *C. Th. de epiſc.*
70 Id eſt, principales, ſive primates, ut etiam legitur *in C. Th. l.* 1. J. *de Alexand. princip.* ſummates autem dixit *ut l.* 6. J. *de navicular. l.* 11. *tit.* 1. 71 De curia Alexandrina *infr. tit. de Alexandriæ primatib. l.* 11. *tit.* 28. 72 Principales curiæ Alexandrinæ pro patria advocatione fungentes, corporalibus injuriis adfici non debent, a P. Auguſtali, *ut hic*, idem principalibus Vulſienſium in Hetruria datum, *l. urbis* 61. *Cod. Theod. h. t.* Cujac. *hic.*
73 Cum advocatione funguntur. Libertas permiſſa advocatio. 74 *De hac voce*, Auguſtalis, vid. *ad hunc locum* Alc. *ad* 3. *lib. C.* 75 *C. Theod. h. t.* 191. 76 Alexandrini curiales, qui triginta annis functi muneribus, immunes a corporalibus muneribus, non a patrimonialibus. 77 Corporales injurias appellat corporalia munera, cui opponit pecuniaria. 78 Deeſt, in manuſcr. *recte*, al. *muniis, ut in C. Theod.* 79 Tamen.
80 *Cognitum, in C. Theod.* 81 Hi, teſte Alciato ad hunc locum, dicuntur, qui commen-

Superior

Superior tenetur confirmare electionem factam ab inferioribus.

59. Iidem AA. Isidoro P.P. [1].

SI quos spontaneos [2] hypomnematographi [3] munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, jubemus non [4] expectandum esse consensum pro tempore viri spectabilis Augustalis, qui fit plerunque venalis, sed utriusque [5] partis sufficere voluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incusat: tunc ad memoratum Judicem [6] tam nominati, quam etiam creatoris [7] consona relatione currente, quam si suscipere, vel confirmare distulerit, sciat se viginti quinque librarum auri condemnatione plectendum. Dat. prid. Non. Aug. *Constantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

An quis per substitutum satisfacere muneribus possit.

60. Iidem AA. Thomæ [8] P.P.

NUllus, qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per substitutam [9] quamcunque personam curiales [10] impleat functiones: sed ipse per se debitum patriæ munus exolvat, etsi spectabili [11] dignitate decoratus sit: nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. Hi [12] vero, qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt [13], per substitutos [14] periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non vetentur [15].

De Dorotheo, Irenæo, & eorum liberis ad L. eos 22. supr. h. t.

61. Imp. Leo A. [16].

NEque [17] Dorotheum virum illustrem, & totam ejus substantiam, neque Irenæum virum spectabilem Tribunum & Notarium, etsi ante [18] paternas illustres dignitates natus est, ullam inquietudinem pro curiali genere, & conditione sustinere decernimus. Liberos quoque eorum, qui vel jam sunt, vel futuri sunt, eorumque posteros, quotiescunque continuata temporum, & successionum perpetuitate nascentur, a conditione curiali, & functione esse liberos: lege [19] divæ [20] memoriæ Juliani (quæ de materno curialium Antiochenæ civitatis genere promulgata est) nihil in persona viri illustris Dorothei, vel viri spectabilis Irenæi, vel adversus facultates eorum, vel adversus liberos eorundem, qui vel jam nati sunt, vel postmodum quoquo tempore nascentur, vel adversus substantias [21] eorum roboris vel juris habitura.

† Circa alias sane universas personas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ civitatis tantummodo curiam pertinentes, eandem legem præcipimus obtinere propriam [22] firmitatem.

De his, qui ex materno Curialium Antiochenæ civitatis genere procreati sunt.

Qui est obligatus curiæ ratione originis, eam declinare non potest, & si curia non pulsaverit patrem, filium pulsare non poterit. Bart.

62. Idem A. Constantino P.P.

SI ille, qui ex [23] filia decurionis Antiochenæ [24] splendidissimæ [25] civitatis, & patre, qui nullius alterius civitatis muniis debebatur, procreatus est, sub examine provincialis Judicis vel sponte confessus, vel certe convictus fuerit, quod ex filia sit curialis progenitus, & albo decurionum adscriptus fuerit: nullam sibi superesse facultatem negandæ vel evitandæ conditionis existimet: & curialem non adspernari fortunam avi materni sui pertentet, nec dubitet se muniis curialibus subjicere [26]. Quod si quem [27] curia, de qua præsens sanctio loquitur, natum ex filia curialis minime secundum præstitutam ordinationem sibi sociandum curaverit: prolem ejus pulsare nullo modo penitus poterit: nec enim patimur conventionem ejusmodi prætermisso filio, quem curialis filia ediderat, a nepote, vel pronepote, vel ulterius incipere.

De Doctitio. 1. *De natis ex illustribus.*

63. Idem A. [28] Ad Senatum.

DOctitii viri clarissimi [29] jubemus fortunam super curiali conditione nullo modo [esse] inquietandam [30], nec facultatibus ejus: sed eo, qui hujusmodi conamen inierit, sacrilegii pœnam [31] luituro. §. 1. Omnes, qui post [32] peractam illustrem administrationem, vel adhuc in ea posito patre [33] suo gignuntur, a curialium intentione defendantur una cum paternis sine dubio substantiis, quas cum persona patris a curiali nexu liberas esse nemo dissimulet.

De dignitatibus.

64. Imp. ZENO A. Sebastiano P.P.

NEminem ex his, qui obnoxii curiæ constituti ab [34] initio felicissimi nostræ pietatis imperii, Comites [35] privatarum [36] nostræ, vel [piissimæ [37]] Augustæ partis, sive Comites [38] largitionum, vel Comites [39] domesticorum, Quæstores, vel Magistri [40] officiorum, [licet] ad actum administrationis gerendum provecti sunt, vel in posterum provehentur, ob hoc curialium munerum laqueos volumus evitare [41]: sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis, & facultatibus suis post administrationem depositam, curiæ commoditatibus inservire: nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. Nam alia universa legitima vel ex constitutionibus data privilegia integra volumus, illibataque servari [42]. Ne [43] tamen indulti honoris [44] inane nomen retinere videantur, dignitatum titulis potiantur, per substitutos suarum [45] periculo facultatum curialibus muneribus respondentes: habeantque [46] integra, illibataque privilegia dignitatis. Eos vero, qui præfatas dignitates ante initium [47] nostri imperii consecuti sunt: cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filiis a curialibus nexibus, vel onere [48] decernimus liberari. Hos autem, qui quocunque tempore Patricii [49], vel Consules, aut Consulares facti sunt, aut in posterum fuerint, aut Magistri militum, vel præfecti prætorio Orientis [50], vel Illyrici, vel Urbis administrationem in actu positi quandoque gesserunt, aut postea gesserint: omnimodo cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis [51] filiis, a curiarum nexibus, vel onere [52] decernimus liberari.

65. Imp. ANASTASIUS A. Polycarpo P.P.

DIvæ memoriæ Zenonis sacratissimam constitutionem [53], quæ de curialibus post certas excelsas administrationes, seu dignitates conditionis nexu liberandis lata [54] est, in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cavetur eos etiam, qui ante eandem constitutionem, ab initio tamen ejusdem divæ recordationis Zenonis imperii, comites privatarum rerum nostræ, vel piissimæ Augustæ partis, seu Comites [sacrarum [55]] largitionum, vel Comites domesticorum, Quæstores, aut Magistri officiorum [licet] ad actum administrationis gerendum provecti sunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc evitare, sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inservire, nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. His etenim, qui memoratas administrationes, vel unam ex his peregerunt, necnon liberis, & rebus eorum, beneficium quod ante per illustrem administrationem peractam eis acquisitum est, intactum, illibatumque jubemus servari: ut relaxatione conditionis, & munerum curialium, per anteriores principales dispositiones sibi concessa, tam ipsi, quam liberi eorum post hujusmodi administrationem adeptam procreati una cum propriis substantiis potiantur, & si contigerit, eos post divæ memoriæ Zenonis constitutionem, sive per se, sive substitutos suos curiæ competentia munera subiisse: eadem videlicet constitutione divæ memoriæ Zenonis ex die, quo promulgata est, suas vires obtinente: cum conveniat leges [56] futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare.

Quæ dignitates curia liberent.

66. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P.P.

CUrialibus [57] consortiis consulentes, censemus, ut nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet: sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem [58] sibi curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis quos non comprehendit præsens sanctio, ex præsenti die antiquandis. † Si quis igitur vel summum Patriciatus honorem fuerit consecutus, sive infulis Consulatus honorarii [59] aut ordinarii fuerit amplia-

tariascribunt. 1 *C. Theod. h. t.* 192. 2 Id est, si fideliter in decurionatu functi sint, non desultorie. 3 *De hoc* vid. Strab. *lib.* 12. *Geograph.* 4 Nominationem commentariensis Alexandrini Præfectus Augustalis etiam invitus ratam habere cogitur.
5 Et nominantis & nominati. 6 Decurionis nominatio confirmatur judicio præsidum, *ut hic*, & nominationibus interesse solent. *l.* 1. §. *sed etsi præses* 4. *ff. quando appellandum sit.* 7 Al. *creationis*, sed creator hic nihil aliud, quam nominator decurionis. vid. *l.* 2. §. 7. *ff. de adm. rer.* inter quem & ipsum nominatum appellantem in causa appellationis lis esse solet. Quid tamen, si sine nominatore præses alicui honorem detulerit, & is, qui ita nominatus est, a præside appellaverit? Aristides lib. 4. ἱερῶν refert, se Irenarcham a Severo, Asiæ præside, ita nominatum appellasse non ab ipso præside, sed ab ipsius magistratibus municipalibus, qui litteras ei præsidis reddidissent, quasi viderentur illi ipsi eum nominasse. vid. Cujac. 9. *obs.* 35. 8 Al. *Theodoro.* 9 *l.* 2. J. *quo quisque ordine l.* 11. *tit.* 39.

10 Curialis origine licet spectabilem dignitatem, puta comitivam, adeptus sit, per substitutum munus civile obire non potest: nisi specialiter id ei a principe sit concessum: Illustres vero curiales per substitutum possunt, periculo tamen suo. 11 Spectabilis dignitas, comitiva, & ei similes. 12 *Hæc vid. quæ ad finem sumpta sunt ex l.* 12. *tit.* 1. *l.* 1. *C. Th.* 13 Reliqui igitur in curiam retracti per se potissimum munera obeunt, *l. si quis curialis. supr. de episc. & cler.* nec obstat Novella 123. utpote quæ quod in præteritum indulget, in futurum vetet. *Mod.* 14 Vid. *l.* 21. *in fin. supr. de episc. & cleric.* 15 Verentur.
16 Al. *Juliano.* Al. *Iidem AA.* 17 Curiæ obnoxii liberi ante illustratum nati, ab hac tamen sententia excipitur hic Dorotheus & Irenæus. *dicam ad l.* 63. J. *h. t.* 18 Natus ex illustri vel administrante, vel administratione perfuncto, curiæ non tenetur, *ut hic*, (excipe casum *l.* 61. *supr. h. t.*) unde notant, Natos ante illustratum & regnum patris neque illustres, neque regis filios esse: qua de quæstione plura dicemus ad *l.* 11. J. *de dignitatibus.*
19 *Extat* §. *l. eos.* 22. *hoc tit.* 20 Divinæ. 21 Al. *subjecta.* 22 Perpetuum.
23 Curia Antiochena eos sibi suæque curiæ vindicat, qui nascuntur patre libero, matre decurionis filia, quod in aliis non est. *l.* 22. *l.* 61. *supr. h. t.* 24 Antiochia splendidissima civitas, *ut hic.* *Orientis pulcher apex*, Ammianus 20. *non multum Roma inferior.* Herodian. 4. *divitiis, magnitudine, hominum multitudine, omnium urbium, quæ in oriente prima*, Procop. 1. *de Bello Persico.* 25 Adde *l. in fin. ff. ad mun.* 26 Subjacere. 27 Si qua.
28 Iidem AA. ad Senatum. Ad senatum autem ideo scribit, quippe de senatore.
29 Alias, *clarissimi juvenis.* 30 Inquirendam. 31 Pœna. 32 Natus patre illustri, patre in ea dignitate posito, vel ea etiam functo, illustris est. unde colligitur, natum patre nondum illustri ante adeptum illustratum non esse illustrem. adde *l.* 61. *supr. h. t. l. pen. l. ult.* J. *h. t. dicam ad l.* 11. J. *de dign.* Goth. Quare ut illustris non est filius natus ante illustrem dignitatem patris, ita filius regis non videtur dicendus is, qui natus est ante quam pater regno potiretur: quo judicio contendit contra Darium fratrem majorem Xerxes olim, & vicit, secus est tamen in senatorum & decurionum filiis, *l.* 11. J. *de dign.* & in filiis patronorum fisci. *l. ult.* J. Mod. 33 Patri. 34 Natus patre illustri, curia liberabatur: nondum illustri seu ante illustratum patrem natus, curiæ patris tenebatur ante hanc constitutionem. Post hanc constitutionem liberi etiam post illustratum patris nati curiæ tenentur, sive pater illustratum per se sive per substitutum gesserit. Hac tamen sententia excipiuntur quædam dignitates illustres, de quibus in fine. *infr. h. t.* 35 Al. *comitum privatar. rer.*
36 Modo ante hanc constitutionem eam gesserit dignitatem. *l.* 65. J. *h. t.* 37 Al. *deest.*
38 Seu comitis & *deest* sacrarum. 39 Al. *comitis.* 40 Al. *deest.*
41 Illustres sunt hæ dignitates, comitatus rerum privatarum, largitionum, domesticorum, Quæsturæ, magistratus officiorum. 42 Observari. 43 Nec. 44 Honores.
45 Natus patritio, consule, consulari, magistro militum, P. Prætorio, vel urbis (sunt & hæ dignitates illustres, in eo, quod mox sequetur, a superioribus differentes) curia liberatur: etiam si pater illustris post imperium Zenonis illustratum administraverit, ante dignitates superiores a patre adeptas natus, non liberatur curia. 46 Habeant. 47 Nuncium.
48 Honore. 49 Substituto interposito serviens, periculo suo servit. *l.* 5. §. 3. *ff. de adm. tut.* 50 Hæc lex pertinet tantum ad Orientale imperium. 51 Vid. *l. ult.* J. *de excus. muner. h. l. tit.* 47. 52 Honore. 53 *l.* 64. §. *h. t.* Curiæ obligabantur Zenonis constitutione, qui ab initio imperii Zenonis facti essent comites rerum privatarum, largitionum, domesticorum &c. *d. l.* 64. *supr. h. t.* hac constitutione superiores curia liberantur: modo si ante constitutionem Zenonis eas dignitates gesserint: nec vult sibi eosdem quidquam præjudicasse, quod aliquamdiu paruerint constitutioni Zenonis; atque ita derogatur *l.* 64. *supr. h. t.* 54 Data. 55 Al. *deest.* 56 Leges futuris regulam imponunt, non præteritis. *l.* 7. *supr. de legib. l.* 20. §. *de usur. l. ult. supr. de suis & legitimis. l.* 22. *ff. de leg. l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Falc. Nov.* 73. *c.* 9. *vers. valeat. Nov.* 115. *in pr. l.* 21. 22. *supr. de sacr. eccl. l.* 53. §. 1. *in fin. supr. de episcop. & cleric. l. un.* §. *de contract. jud. l.* 3. *supr. de pact. pign.* Potest tamen princeps etiam pendenti negotio legem dare. *Nov.* 3. Leges trahuntur etiam ad præterita, si id lege nova nominatim sit expressum. *Nov.* 12. *l. ult. supr. de pact. pign. l.* 1. *supr. de contr. jud.* Citeriore denique tempore leges obligant, si id specialiter sancitum, *Novell.* 57. & 116. His addendum, appellationis causas finiri secundum leges, quæ dicendæ sententiæ tempore obtinebant, non secundum novas, quæ post sententiam, a qua appellatum est, invaluerunt, etiamsi novæ nominatim porrigantur ad præterita. Nam hæc clausula, quoties novis legibus adjicitur, de præteritis negotiis nondum finitis accipienda est; non de iis, quæ jam finita sententia judicis, vel transactione partium. *l.* 1. *in fin.* §. *de contr. jud. l.* 22. *supr. de sacr. eccl. Novell.* 111. & 115. *in fin.* Quid si negotium quoquo modo in judicium deductum? Accursius existimat, eam clausulam non eo porrigi: verum Accursio repugnat *Nov.* 113.

57 Hujus suæ constitutionis ad Demosthenem meminit idem Justin. *Nov.* 38. vid. Forcatulum *c.* 3. *Necyomant.* 58 Curia liberant hæ dignitates, summa patriciatus dignitas, Consulatus, Consularitas, Præfectura prætoriana, urbana, magisterium militum, patronatus fisci, principatus agentium in rebus, proximatus sacrorum scriniorum, *ut hic*, duo priores, solo titulo: reliquæ administrationis tantum merito, patriciatus & consulatus etiam honorarius, reliquæ nonnisi reipsa administratæ, *Nov.* 70. & 81. 59 Consulatus alius honorarius, alius

tus

tus, ut vel Consul, vel Consularis [1] efficiatur: seu Præfectorum prætorio infulas susceperit gubernandas, vel Urbicariam (in ipso tamen actu) meruerit præfecturam, necnon Magistri militum officium gerendum susceperit, is gaudeat se hujusmodi conditionis esse exortem, & liberum cum suis facultatibus suaque posteritate, quam postquam meruerit dignitatem, vel actum gesserit, ediderit: anterioribus filiis in conditione pristina remansuris, tam Præfecturæ [2] quæstoris quam viri eloquentissimi fisci patroni: tam [3] Præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præsident sedibus, quam Urbicariæ, nexibus curiæ liberantur, cum ad fisci patronatum pervenerint, una cum substantiis & liberis suis, quos vel ante habuerint, vel postquam ad eundem gradum provecti sunt. † Viri etiam clarissimi principes agentium [4] in rebus, curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt: & viri spectabiles proximi sacri scrinii [5] nostræ memoriæ, & sacrarum epistolarum, necnon sacri [6] scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum & dispositionum cum substantiis suis & liberis quos post emensa [7] stipendia susceperant: hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multo, longo, prolixoque tempore pertulerint [8], intactum illibatumque conservamus: ut hi omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia, suaque sobole, secundum ea quæ prædiximus. Ex ævo autem sequente progenitos antea, nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos: ut ne quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alii sibi audeant vindicare: sed progeniti filii antequam [9] ad fisci patronatum pervenerint, in conditione pristina remaneant. † Aliis [10] [autem modis] quam his quos sigillatim enumeravimus [11], sive legibus [12] antiquis comprehensi sunt (qualis [13] erat is quem ex tribus [14] maribus concessum ante fuerat patri maximo [15] Senatui sociare) sive comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: sed sive pragmatica [sanctio] super hoc processit, sive sententia eminentissimæ [16] Præfecturæ, sive alius modus quicunque excogitatus est: ea omnia penitus vacuari, & pro infectis [17] haberi, & curialia corpora suis reddi civitatibus, & substantias eorum subjacere, nulla excusatione eis [18] penitus competente.

TIT. XXXII.

SI SERVUS, AUT LIBERTUS AD DECURIONATUM ADSPIRAVERIT.

Libertus, qui non habet jus annulorum aureorum, nec restitutus est natalibus, cum pœna a curia removeatur. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Saturnino.

SI [19] libertus, vel jus aureorum [20] annulorum adeptus non est, vel natalibus suis non restitutus: Præses provinciæ non tantum curiæ [21] participare non permittat, sed juxta legis [22] severitatem congruenti pœna ulciscatur.

2. Iidem AA. Oricinæ [23].

PRæses provinciæ si eum qui Ædilitate [24] fungitur [25], servum tuum esse cognoverit, si quidem non ignarum conditionis suæ ad Ædilitatem aspirasse perspexerit, ob violatam [26] servili macula curiæ dignitatem congruenti pœna adficiet. Si vero quum opinione [27] publica mater ejus pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit, dominio tuo eum subjugabit [28].

TIT. XXXIII.

DE PRÆDIIS DECURIONUM [29] SINE DECRETO [30] NON ALIENANDIS [31].

De prædiis decurionum.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P. [32].

SI quis decurionum vel rustica prædia, vel urbana [33] venditor necessitate coactus addicit [34], interpellet Judicem competentem, omnesque causas sigillatim, quibus strangulatur, exponat: & ita demum distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit. Infirma [35] enim venditio erit, si hæc fuerit forma [36] neglecta: ita enim fiet, ut nec immoderatus venditor [37] nec emptor, [cujuscunque sit [38] conditionis,] inveniatur injustus: denique nihil erit postmodum quo venditor vel circumventum se insidiis, vel oppressum potentia comparatoris queri debeat: quandoquidem sub fide actorum, & de necessitate distrahentis, & de voluntate patuerit comparantis. Quod si quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas fraude personas, cujuslibet loci quem tamen [ei [39]] decurio distrahebat [40], comparator extiterit: sciat se pretio [41] quod dedit, esse privandum: & locum quem comparavit, cum [42] fructibus esse restituendum. Dat. 8. Kalend. Decembr. *Constantinopol.* HONORIO NB. P. & EVODIO CONSS. 386.

De rebus mobilibus & nominibus curiæ hereditario jure adquisitis.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P.

NEc [43] venditio rei hereditariæ [44] curiæ acquisitæ, aut debitoris [45] hereditarii qui solverit, liberatio aliter admittenda est, nisi [46] apud acta totius vel majoris partis ordinis intercedente decreto [47], ineundi contractus, vel dissolvendæ obligationis causa probetur: Ita enim & id quod [48] ex ea redigitur, ad prædiorum jubemus comparationem expendi: quorum reditus omnes, (sicut [49] dictum est) ejusdem curiæ publicis muneribus quæ solatio egere constiterit, justissime servabuntur: ex consensu omnium & maxime ditiorum [50], vel idonea fidejussione oblata conductoribus eligendis. Dat. 5. Id. Jun. CP. FELICE & TAURO CONSS. 428.

Decuriones non possunt vendere sine decreto, alios autem contractus non prohibentur celebrare. Bart.

3. Imp. ZENO A. Sebastiano P.P.

CUriales [51] vendere quidem res immobiles, vel mancipia rustica [52] prohibemus [sine] interpositione decreti: donationes [53] vero vel permutationes, vel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus [54] celebrare contractus: quoniam & sacræ constitutiones quæ super hoc a retro Principibus latæ sunt, in plurimis [55] suis partibus de pretio non redhibendo locutæ sunt: ut [56] ex hoc apertissime detur intelligi, solum venditionis [57] decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractum: cum [58] tamen venditio intercedente (ut dictum est) decreto agitur: nullum eos, vel qui ab his comparant, dispendium cujuscunque personæ, vel causæ, vel theatralis [59] liberalitatis nomine (quod frequenter fieri dicitur) sustinere decernimus: nec [60] ex tabella decretum recitari, sed curialium vel majoris partis curiæ relatione [61] currente, sine ulla malignitate [62] referentium, vel damno contrahentium, ad confirmandam emptionem competentis Judicis proferri sententiam **.

Constitutio Græca Justiniani hic deest, qua jubebat, ut tam donatio quam omnis actus alienationem continens decreto subjaceret, ut idem ait Novell. 38.

ordinarius. 1 Dignitas hæc Consularitas. 2 Al. *prælaturæ*, sed hunc locum sic emendat Cujac. *Sed & viri eloquentissimi fori patroni tam præfecturæ, quæ Orientalibus & Illyricanis præsidum sedibus, quam urbicariæ.* 3 Advocatorum Præfecturæ prætorianæ & urbicariæ certus erat numerus. Ex eorum numero quotannis prodibant duo fisci patroni, quibus hoc privilegii dabatur, ut ea dignitate, una cum liberis susceptis post eam dignitatem, curia liberarentur. 4 Vid. *l. 7. infr. de pr. agent. in reb. l. 12. tit. 22.* 5 Scrinia memoriæ epistolarum, libellorum, cognitionum & dispositionum. 6 Nec non sacrorum librorum, sacrarumque &c. 7 Emersa. 8 Protulerunt. 9 Curiæ nullæ dignitatis liberant, præter superius enumeratas. Ita Comitiva privatarum, vel largitionum, vel domesticorum, vel quæstura, vel magisterium officiorum curia non solvit. 10 *l. 132. C. Theod. de decur.* 11 Memoravimus. 12 Natus patre jam patrono fisci, curia una cum patre liberatur: ante natus, non liberatur. vide quæ scripsi ad *l. 61. supr. h. t. l. 11.* ℑ. *de dignitatibus.* 13 Quis. 14 Quartam Sabinianam datam adoptato ex tribus maribus tollit. *§. sed ea omnia. 14. Instit. de hered. ab intest.* de qua dixi ad *l. penult. §. 3. supr. de adopt.* vid. *hic* Cujac. Alc. 4. *parer.* 3. 15 Senatus maximus urbis Romæ. 16 Eminentissima. 17 Imperfectis. 18 Ejus.

19 Curiales alterutro modo liberti esse poterant, vel jure aureorum annulorum impetrato, vel natalibus restituti: his deficientibus curiales esse non poterant, *ut hic*, ut nec senatores. *l. 9. infr. de dignitatibus.* Hodie possunt: cum omnibus libertis jus aureorum annulorum datum sit, & omnes restituti natalibus. *Novell. 78. c. 5.* 20 Annulo aureo utebantur ingenui, idcirco libertinis annulus dabatur, ut quasi ingenui viderentur. 21 Curiam. 22 Legem Viselliam, de qua ℥. *ad l. Visel.* Goth. Cujus pœnæ hodie cessant, cæterum notandum hoc; meliore olim conditione fuisse natalibus restitutos, quam annulo donatos. hi enim honore augebantur, conditionem non mutabant: jura tantum & munia dum vivebant ingenuitatis habebant, *Nov. 74. l. falso. ff. de cond. & demonst. l. etiam. ff. de bon. lib. l. 2.* ℥. *de jur. aur. ann.* Illi conditionem mutabant, quippe qui illis natalibus restituerentur, in quibus homines fuere, nondum neque naturali neque civili jure descripto, *l. 2. de nat. rest.* ergo vere fiebant ingenui. *l. ult. supr. de bon. lib.* At ex Nov. Just. 78. ipso jure omnes liberti natalibus restituuntur, & jus habent annulorum, salvo jure patronatus. *Mod.* 23 Originiæ. 24 Ædilitas hic magistratus est municipalis, *l. qui insulam. 30. §. ædilis. 1. ff. locati.* Juven. *satyr.* 3. sic Arpinum habuit ædiles. Cic. 13. *fam. & 15. ad Att.* Capua Prætores, Cic. 2. *Agrar.* Lanuvium Dictatores. Cic. *pro Milone.* In aliis duumviri, Spartianus *in Adriano.* Per Latina oppida Dictator & Ædilis & Duumviri sunt, in aliis Quatuorviri. *l. 1.* ℑ. *de solut. & lib. debit. civit. l. 11. tit. 39.* Alexandriæ, Hypomnematographi. *l. 59. supr. de decur.* 25 Fungi ædilitate, & ædilem esse differunt: hoc juris, illud facti. 26 Curialis, seu decurio esse non potest, qui servus sit. 27 Opinio publica libertatem non tribuit servo ædilitatem gerenti. adde *l. 11. supr. de liberali.* Quid gesta per eum, cujus sunt momenti? ipso jure nulla: utilitatis tamen causa sustinentur, *arg. l. Barbarius. 3. ff. de offic. prætor.* 28 Ita est, si servus ignarus suæ conditionis adspiraverit ad honorem curiæ, illæsus domino redditur: neque dubitari de hoc potest in ignaro pariter hujus facti domino: sed quid si is sciverit, an etiam tum servum recipiet? videtur quod sic; cum nec sciente domino decurio fiat, etiam si eo fine manumittatur; verius tamen est, ut dicatur fisco eum addici debere, *arg. l. generali.* ℑ. *de tabul.* Cur enim eo passus est dominus inquinari curiam? *Mod.*

29 Curialium. 30 Subaudi, præpositi. vid. Casiod. *lib. 7.* 31 Id est, vendendis, *ut constat ex l. ult. h. tit.* ℥. *de jure emphyt.* 32 *C. Theod. 12. 3. 1.* 33 *Urbana vel qualibet mancipia, in Cod. Theod.* 34 Decurionum bona vendi non possunt a creditore, nisi causa probata apud acta præsidis. vid. *l. 2. supr. de offic. ejus qui vice alicuj. jud* adde *l. 15. §. in fraudem. 2. ff. ad municip.* Cassiodorum 7. & 8. *Novellam Majorani de curialibus.* Goth. Vid. *Vasq. Illustr. controv. c. 61. n. 2.* Ans. 35 Nullus est actus, qui legis forma neglecta fit, *l. constitutionib. 24. ff. ad municip.* 36 Forma neglecta actus infirmus, nempe quia informis. 37 Decreti interpositio efficit, ut ne sit locus *l. 2* ℥. *de rescind. vend.* 38 Absunt *a C. Theod.* 39 Deest *in Cod. Theod.* 40 *Distrahat, in C. Theod.* 41 Emens fundum decurionis, causa non probata apud acta præsidis, pretium amittit, *ut hic*, similes casus vide *in l. 7.* ℑ. *de agr. & cens. l. 11. tit. 47. l. ult.* ℑ. *de fundis rei privatæ. l. 11. tit. 65.* Goth. Qua eadem pœna plectitur is quoque, qui emerit capite censitos sine terra, *l. 7. infr. de agr. & cens.* nam & hoc casu reip. interest, ut censiti terræ suæ adhæreant; ut illo, uti curiales sua teneant, ne patrimonii dissipatione ad munera civilia minus reddantur idonei. & quod in his, idem obtinet in eo, qui dempto canone, quod fit illicite, prædium dominicum emerit, *l. ult. infr. de fund. rei priv.* non obtinet in vicano vicani prædium emente; quoniam is pretii deductionem habet, *l. 1.* ℑ. *non lic. hab. mer.* sed cui illis casibus cedet pretium, venditorine, ut ita ex mala fide sua lucrum faciat? minime quidem: sed, ut Accursio recte placuit, inferetur ærario. *arg. d. l. 7. de agr. & cens. & l. pen. supr. de rescind. vend.* Mod. 42 In emptionibus, quæ nullæ sunt, emptor fructus non lucratur. 43 Huc pertinet *l. 1. tit. 3. l. 12. C. Theod.* 44 Curiæ rem hereditariam quæsitam nemo emere potest, sine decreto curiæ. 45 Solvere curiæ debitor hereditarius ejusdem non potest, nisi decreto intercedente. 46 *l. 3. in fin.* ℑ. *de vendendis rebus civit. l. 11. tit. 31.* 47 Decretum requiritur in alienatione rei hereditariæ curiæ, & in solutione hereditariæ rei curiæ facienda. 48 Pretium rei curiæ hereditariæ venditæ, in prædiorum comparationem vertendum, ut ex eorum reditibus onera curiæ sustineantur. 49 Pars videtur esse legis alterius hæc constitutio, *l. 1.* ℑ. *tit. prox. l. 1. Cod. Theod. de impon. lucrat. descript.* 50 Ditiores pauperioribus præferuntur. 51 Hanc legem accusat Justin. *Novell. 38. in pr. §. 1. vers. Et rursus.* 52 Olim quælibet *l. 1. C. Theod. hoc tit.* hodie sola rustica. *Mod. l. 22. supr. de administ. tutor. vers. Præcipimus.* 53 Donari possunt res curiæ, etsi vendi non possint sine decreto, unde hæc lex mirabilis dicitur *in dict. Novell.* 38. Causa tamen differentiæ esse potest, quod facilius vendamus, quam donemus. Hodie neuter actus valet sine decreto *l. d. Novell.* 38. Imo ne quidem donatio cum decreto valet, *Novell.* 87. Goth. Vid. Decium *ad l. 2. si certum petatur. 1. lect. in princ. col. 4. n. 15. & in 2. lect. n. 19.* Fab. de Mont. *in tract. de empt. & vend. in ult. quæst. 4. quæst. princ. num.* 21. Alexand. *ad l. si filiusfamilias. §. Divi. col. 5. de leg. 1. n. 22.* Forcatulum denique *Necyomant. dial.* 19. Mod. 54 *l. 163. de reg. jur.* 55 Pluribus. 56 Præsumitur emptio & venditio contracta, ubi pretii facta mentio est, *ut l. illicitas 6. ff. de offic. præsidis. l. apud Celsum, §. 31. ff. de doli mali & met. except. l. cum dotem, 10. l. si inter virum 21. supr. de jure dotium:* nisi hoc actum sit in contractu, ut dominium transferatur: tunc enim æstimatio seu pretii mentio emptionem non facit, sed ut periculum rei transeat in accipientem. Bald. *in l. si pascenda. 8. supr. de pactis*, Socinus *regul.* 116. 57 Emptionis. 58 Ratio dubitandi in hac lege. 59 Theatralis liberalitas, largitio curiæ ad theatra. 60 Decretum curiæ ubi exigitur, ex tabella seu periculo vel breviculo fieri non debet, sed viva voce, consensu curiæ & sententia competentis judicis, ne quid pro scriptura exceptoribus dari sit necesse. adde *l. 9. §. 2. ff. de off. procons.* 61 *l. 59. supr. de decurionib.* 62 Oratio in speciem concepta non nimis esse potest: ut eo facilius tollatur sophistica interpretatio. Dec. *in l. qua dubitationis tollendæ, 81. ff. de reg. jur.*

TIT.

TIT. XXXIV.

QUANDO ET QUIBUS QUARTA PARS DEBETUR EX BONIS DECURIONUM, ET DE MODO DISTRIBUTIONIS EORUM.

Si extraneus ſuccedit alicui decurioni, debet curia habere quartam. Bart.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P.

SI decurionum conſortio ſit alienus, qui curiali ſucceſſit: competentis eidem [1] juris ſive ex aſſe, ſive ex parte heres ſit bonorumve poſſeſſor: partem quartam [2] jure optimo a curia peti decernimus. Dat. 5. Id. Jun. CP. FELICE & TAURO CONSS. 428.

Curiales debent habere quartam extraneo ſuccedente curiali, non tamen de ſingulis rebus. Bart.

2. Iidem AA. Apollonio P.P. 3.

MEminimus, nuper emiſſa lege divali 4, portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet noviſſima voluntate, vel ab inteſtato etiam, ad quemque (præterquam 5 ſi ad filios [curiales]) deferatur [6] curialium [7] deputaſſe corporibus: ſed multi tanquam corrumpendi totius patrimonii occaſione captata, uniuſcujusque rei ſibi particulam 8 vindicando, adeo totas dilacerant facultates, ut dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, ſua quoque jura præcipitent: Quorum nimiam licentiam provida diſpoſitione refrenantes [9], ipſis [10] quidem curialibus occupandi ſua auctoritate res mortui, copiam denegamus: heres [11] autem ad quem ab inteſtato, vel ex poſtrema voluntate directis, vel fideicommiſſariis verbis decurrit hereditas, omne [12] patrimonium quod relictum eſt, in partes quatuor dividi procuret: ut rebus totis in [13] ſortium [14] caſum deductis, vel curiæ quadrantis vel heredi aut [15] fideicommiſſario per univerſitatem dodrantis electio ex ſortis felicitate [16] contingat: ita ſcilicet & præfati ſucceſſores, & curia promiſcui rerum dominii liberabuntur incommodo. *Naturale* [17] *quippe vitium eſt negligi quod communiter* [18] *poſſidetur: utque ſe nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum invidet alienæ.* Sed ubi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri: immobiles quidem res quæ [19] nec latere facile poſſunt, nec [20] cuiquam [21] (ſi divulgentur) officiunt, ſub aſpectu etiam curialium æſtimari dividique concedimus: mobiles autem res, vel [22] ſe moventes, vel inſtrumenta vel ſi quid aliud [etiam [23]] in hujusmodi jure [24] conſiſtat, in medium proferri divulgarique non [25] patimur: ſed juratis [26] ſucceſſoribus, cum apud ſe diligenter æſtimaverint, quæ quantique ſint pretii facultates, credi oportere decernimus. *Quid* [27] *enim tam durum tamque inhumanum eſt, quam publicatione pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & invidiæ exponere* [28] *divitias?* In exigendis vero debitis, ſi pretium quod pro quarta parte actionum curiæ competit, ſucceſſores præſtare noluerint: cautionibus jurata [29] fide prolatis in medium, unusquisque a debitoribus convenientem ſibi exigat portionem. Æque ex diverſo æs alienum, ſi cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem ſucceſſores, quam curia pro ſua forte [30] reſtituere compellantur. Quod ſi ſæpe dicti ſucceſſores ſacramentum ſibi crediderint excuſandum: tunc vero ad ſimilitudinem rerum immobilium diligentior [31] curialibus omnium rerum indago præbebitur, ſcilicet ut univerſis mortui facultatibus in aperto propoſitis, vel æſtimatio rerum, vel diviſio [32] ſub præſentia curialium celebretur. In omnibus autem caſibus ubi quarta pars curiæ competit, tranſactiones interpoſitas firmas illibatasque manere decernimus.

§. 1. Ad [33] filiorum [34] vero [curialium [35], vel nepotum, ac pronepotum, ſcilicet decurionum] ſimilitudinem [36], ad quos integras opes pervenire cenſuimus, filiam, quinetiam neptem, proneptemve principali ejusdem civitatis unde pater, avus, vel proavus oritur, nuptam, rerum vel ab inteſtato, vel ex diſpoſitione ultimæ voluntatis quæſitarum, integrum nullaque parte minutum dominium habere ſancimus. Quod ſi poſt parentum obitum inveniantur innuptæ vel viduæ, in impuberibus quidem poſt tranſactam pubertatem, in aliis vero quæ pubertatem exceſſerint [37], vel etiam in viduis poſt mortem parentis triennium [38] duntaxat volumus expectari: ut interim quarta portio ſuſpenſa, ut apud eam, ſi in matrimonio curialis ejusdem civitatis fuerit collocata, perpetuo jure permaneat: vel ſi intra id tempus [39] alienum [ab [40]] eadem curia ſortiatur maritum, penitusve nupta non fuerit, memorata pars [totius [41] ſubſtantiæ] curiæ cum triennii tam urbanorum quam ruſticorum prædiorum dumtaxat fructibus addicatur: ita tamen, ut [& [42] optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis vel dodrantis [43]] & ſacramenti tam de quantitate quam de æſtimatione rerum mobilium, deque actionibus inferendis, vel excipiendis (ſicut in extraneis perſonis dictum eſt) ratio conſervetur. Sed & ſi mater mortui vel avia tempore quo filius nepoſve moritur in conjugio ejusdem civitatis curialis inventa fuerit: ne ipſas quidem patimur quartæ portionis ſubire jacturam. Extraneum quinetiam heredem propinquitatis quidem jure diſcretum, curiæ tamen [ejusdem civitatis [44]] obnoxium ſupradictæ portionis diſpendio liberamus. Dat. 7. Idib. Mart. *Conſtantinop.* DIOSCORO & EUDOXIO [45] CONSS. 442.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI quis curialibus [46] muneribus obnoxius, uno forte vel pluribus filiis vel filiabus derelictis, filio quidem vel filiis ſubſtantiæ ſuæ partem minimam dereliquerit, (eam tamen quæ [47] excludere eos ab inofficioſi querela poteſt) aliis autem ſuam ſubſtantiam dereliquit, ut ex hac patrimonii diſtributione apud filium [48] quidem vel filios curiales minima pars ſubſtantiæ remaneat: totum autem curiale munus maſculis immineat, ſive filii ſint, ſive nepotes vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxii: ſancimus hujusmodi iniquitatem reſecari, & non minus quarta portione in maſculos poſſe teſtatorem tranſmittere: ſive unus eſt filius, ſive plures: nulla diminutione ex permixtione ſororum eis [49] facienda: ut non ſolum corporibus, ſed etiam ſubſtantiis laborantes, poſſint curiale habere conſortium. † Ad hoc ſancimus, ſi quis curialis, filiabus pluribus derelictis, ab hac luce fuerit ſubtractus: quarum una curiali ejusdem nupſerit civitatis: aliis filiabus quæ ad hujusmodi vota non migraverint, vel extraneis in reliquam partem heredibus derelictis, non videri curiæ ex ſententia legis Theodoſianæ [50] ad Apollonium ſcriptæ ſatisfieri: ſed omnino [51] quartam [52] partem patrimonii curia conſequatur: ſive uni filiæ quæ curialibus nuptiis copulata ſit, deputanda eſt: ſive ex aliis heredibus colligenda: filia proculdubio quæ curiali nupſit immuni ab hujusmodi quartæ datione ſervanda: cum per maritum ejus quantum ad ipſius perſonam [53] curiæ ſit ſatisfactum: & hoc obſervari [54] non ſolum ſi ultimo elogio condito teſtator curialis deceſſerit: ſed etiam ſi inteſtatus [55] diem ſuum obierit. [Sed &] ſi quid [56] minus [57] quarta [parte] fuerit, vel minime derelictum: hoc modis omnibus filio curiali, vel filiæ quæ nupta eſt ejusdem civitatis decurioni, ex ſubſtantia patris curialis modis omnibus, vel deputari, vel adimpleri: nullo obſtaculo curiæ opponendo, ſi ſecundum prædictam [58] legem filius, nepos, pronepos, pater, avus, proavus, curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque, vel dignitate, vel occaſione fuerint abſoluti. In hoc enim Theodoſianæ [59] legi apertiſſime volumus eſſe derogatum. Et generaliter definimus ex omni cauſa, neque maſculos liberos, neque filias copulatas matrimonio curialis, minus quarta parentis ſubſtantiæ habere: vel non extantibus filiis, vel filiabus, ſed aliis heredibus ipſam curiam ſecundum anteriores leges quartæ curialis morientis habere ſolatium. Dat. Kal. Januar. CP. JUSTINIANO A. II. CONS. 528. [60].

TIT. XXXV.

DE IMPONENDA LUCRATIVA [61] DESCRIPTIONE.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Apollonium Præfectum prætorio.

DEſcriptionis [62] onere ſiliquarum [63] quatuor, quas [ex [64]] lucrativis jugationibus tantum, non humanis, vel animalium cenſibus, neque mobilibus rebus jubemus indici: & ſi curiales non ſint, majores, ac [65] poſteros liberamus: ut ſi pater, avus, proavus, filio, nepoti, pronepoti, vel filiæ nepti, proneptive (nec intereſt [66] nuptæ ſint curialibus necne) poſtrema voluntate, vel inter vivos etiam donatione quicquam de ſuis opibus largiatur, memoratæ deſcriptionis ceſſet indictio. Æque [67] ex diverſo, ſi poſteriores ad majores prædicta ſibi conſanguinitate [68] devinctos præfatis titulis ſuas conferant facultates: nullius [69] acceſſione [70] gravaminis hujusmodi liberalitas oneretur: *In tam* [71] *enim neceſſariis* [72] *ſibi conjunctisque perſonis, ſub liberalitatis appellatione debitum naturale perſolvitur.* Cujus auctoritatem

1 Ejusdem. 2 Quartam hereditatis defuncti decurionis, extraneus ejus heres curiæ præſtare debet. In quibusdam locis Germaniæ extranei ſive peregrini vel forenſes quicunque heredes fiunt, quartam hujusmodi præſtare tenentur. 3 Novella Theodoſii quæ integra hodie extat in breviario Alarici, *tit. de bon. decur.* 4 Id eſt, *l.* 1. *s̃. h. t.* 5 Id abrogatum videtur *N.* 38. *pr.* §. 2. *in fin.* 6 *Deferatur, in N. T. de bonis decurionum & natural. filiis eorum.* 7 *Curiarum, in Nov. Theod.* 8 Quarta debita curiæ ex univerſo ſumitur, non ex ſingulis rebus. 9 Al. *frænantes, ut in Nov. Th. h. t.* 10 Al. *ipſius.* 11 Hic, ut etiam J. ſæpius, quædam e *C. Theod.* immutata ſunt: quem vide. 12 Heres extraneus bona defuncti decurionis dividit in quatuor partes & is eligit, cui ſors dederit. 13 Sorti electio committitur. Is eligit, cui ſors dederit, *ut hic*, unde hic notat Cujac. fratres in diviſione hereditatis, heredes & fideicommiſſarios, ſortem totam ſorte commiſiſſe, vel inter fratres majorem diviſiſſe, minorem vero elegiſſe. Hujusmodi legem refert Senec. *6. declam. &* Sulpit. Victor. *in Inſt. oratoriis.* quod & hodie fit multis locis: de quo genere diviſionis vide Mynſinger. 4. *obſ.* 37. *l.* 3. *ſupr. comm. de leg.* Diviſio fit ita ſorte multis locis, ſorte vel micando digitis. §. *optionis* 23. *Inſt. de legat. ubi* Theophil. *l. ſed cum ambo.* 14. *ff. de jud.* Olim dandis in judicibus & dijudicando utra pars potior deberet dicere, ſorte res dirimebatur. ita proles adſcriptitia inter adſcriptitiorum duorum dominos ſorte dividitur. *Nov.* 156. 14 *In ſortitum caſumque*, recte, & ſic legitur in *Nov. Theod.* 15 *Ac, in Nov. Theod.* 16 *Conditione, in Nov. Theod.* 17 Vitium quoddam a natura, ſubaudi, corrupta. 18 Communia naturali jure negliguntur, *ut hic*, qua ratione Ariſt. 2. *Polit.* 1. Communionis regulam introductam a Socrate in ſua Repub. reprehendit, ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλείστων κοινὸν &c. ibid. vide: hæc autem adverſus Anabaptiſtas, communionis patronos, poſſis recte uſurpare. 19 Immobilia latere non poſſunt, apparent enim facile, non occultantur, ut mobilia. 20 Immobilium bonorum poſſeſſionis evulgatio non officit poſſeſſori. 21 *Quicquam, in Nov. Theod.* 22 Mobilia ab alio: moventia a ſe ipſis moventur, ut animalia: Immobilia a nullo. *l.* 93. *D. de verb. ſign.* 23 Al. *deeſt.* 24 Rerum aliæ immobiles, aliæ ſe moventes, aliæ jura. 25 Statutum tyrannicum eſt, ut quisque mobilium ſuorum numerum profiteri apud acta & publice cogatur. 26 Vide Wurmſerum 1. *pract.* 26. *cap.* 2. 27 Ea re putant quædam invecta in urbanum ædificium facile obligari: in ruſticum non æque. Doct. *ad l.* 4. *ff. de pact.* 28 *Patere, in Nov. Theod. & quibus lib.* 29 Vide Wurmſ. *in pract.* 38. *cap.* 8. 30 *Per ſuam ſortem, in Nov. Theod.* 31 *Diligenter, in Nov. Theod.* 32 *Diviſio, prout ſucceſſores elegerint, in Nov. Theod.* 33 Deſcendentes maſculi curiales, vel fœminæ nuptæ curialibus, vel extranei curiales ſuccedant in totum. *Bart.* Goth. Intellectum hujus §. vide apud Decher. *lib.* 2. *diſſert.* 1. *num.* 51. Decian. *vol.* 1. *reſp.* 192. Anſ. 34 Id abrogatum, *Nov. Theod.* 35 Incluſa abſunt a *Nov. Theod.* Hic autem *ut s̃. in pr. curiales* addidit Trib. adjecit etiam *curialium & ſcil. decurionum*, ut hæc lex congrueret cum *Juſtin. l. J. prox.* 36 *Numerum, in Nov. Theod.* 37 *Adeptæ ſunt, in Nov. Theod.* 38 Conditio *ſi nupſerit*, tempus habet limitatum. 39 *Temporis, in Nov. Theod.* 40 Abeſt a *Nov. Theod. & quibus lib.* 41 Abſunt a *Nov. Theod.* 42 Incluſa deſunt in omnibus manuſcriptis & perperam inſerta ſunt ex libro *Nov. Theod.* vide Cujac. 3. *Inſt.* 1. 43 Al. *ſine ejus pretio.* 44 Abſunt a *Nov. Theod.* 45 VV. CC. additur *in Nov. Theod.* 46 Hujus ſuæ legis ſententiam Græce recitat idem Juſtinianus, *in Novell.* 38. Cont. 47 Adde *Novell* 38. *cap.* 13. 48 Ad filium. 49 Sororis ejus. 50 Id eſt, ſuperioris. 51 Omnimodo. 52 Legitima liberorum curialium, olim quarta bonorum omnium: reliquorum liberorum quarta legitimæ portionis, *ut hic.* Hodie curialibus plus debetur, quam cæteris. Curialibus dodrans omnium bonorum: cæteris triens, vel ſemis legitimæ partis. *Nov. de trient. & ſemiſſ.* 18. *c.* 2. *Nov. de decurion.* 38. *c.* 3. Mutatur itaque novo jure quadrans in dodrantem. 53 Hujus perſonæ. 54 Servari. 55 Inteſtato. 56 Siquidem. 57 Hodie dodrans. *Nov.* 38. *c.* 3. 58 Vide *Nov. Theod.* ſi filius, nepos, pronepos, avus, pater, proavus non curialis curiali ſucceſſerit, curiæ nihil debetur. 59 *l.* 2. *s̃. h. t.* 60 Videtur hic deeſſe Græca conſtitutio, cujus meminit *Nov.* 18. *c.* 2. ut curiales filii ſuis dodrantem relinquant. *Cont.*

61 Lucrativi tituli qui ſint, vide J. *h. t.* De lucrativa deſcriptione adde *l.* 1. *ſupr. de apochis tit.* 22. *h. lib. l.* 16. *C. Theod. de agentib. in reb.* 62 Sumpta eſt hæc l. ex eadem Nov. Theodoſii, ex qua ſuperior, *l. meminimus. s̃. tit. prox.* ex libro *Novell. Theod. qui hodie extat.* 63 Siliquarum onus (quod & ſiliquaticum) præſtatur ex ſingulis jugationibus, non ex capitibus vel rebus mobilibus, qua in re derogatur *l.* 1. *C. Theod. hoc tit.* adde *Novell.* 113. *cap.* 5. *in fin.* 64 Deeſt *ex, in Nov. Theod.* 65 Al. *ad.* 66 Al. *refert. ut in Nov. Theod.* 67 *Æque diu.* al. *deeſt*, ex. 68 Conſanguinitas hic pro cognatione accipitur, cum tamen fraternitatem ſignificet, & in aliis locis conſanguinei dicantur fratres. Conſanguinei fratres ex eodem patre, germani, fratres legitimi. *l.* 32. *ff. de leg.* 3. Conſanguinitas, fraternitas. Hic tamen generaliter pro cognatis accipit conſanguinitatem, ut *l.* 1. *C. Theod. de legit. heredit.* ut Lycrophon ὁμαίμους & αὐθομαίμους. vid. Cujac. 15. *obſerv.* 36. 69 Vectigal ex lucro ſolvendum non ſolvitur ex hereditate patris ſeu a patre delata. vide *l.* 9. *ff. pro ſocio.* 70 Eadem ratio de viceſima remiſſa domeſticis heredibus eſt apud Plin. in *Paneg.* 71 *Ita enim in Nov. Theod.* 72 Lucrativa cauſa non eſt, quam neceſſitate ab alio accipimus. *l. donari.* 29. *ff. d. donat.* Quod neceſſaria

juris pariter valere ſancimus, etiam ſi ab inteſtato ſuccedant ſibi præfiniti [1] generis ordine ſociati. Ex his enim ſucceſſionibus maxime debiti potius ſolutio quam muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipſa propinquitatis ſerie deferuntur. Cæteri [2] vero licet quadam inter ſe cognatione jungantur: nunquam tamen curiale prædium ſine prædicto onere lucrabuntur: niſi is forte cui lucro res ceſſerit, ejusdem civitatis ordini ſit obſtrictus: qui licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione quod datum eſt, conſequatur: nam cum perſonæ conditio non mutetur, nec rei quidem ſtatum convenit immutari. † *Lucrativas* [3] vero res eas tantum volumus appellari, atque a prædictæ deſcriptionis gravamine excipere, quæ hereditatis, legati, fideicommiſſi jure, mortis cauſa donationis [4], vel cujuslibet poſtremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter vivos etiam donatio ſimplici liberalitate confecta, lucrativæ merebitur & nomen, & ſarcinam. † Si vero, vel ſocer futurus, filii, vel nepotis, vel pronepotis ſponſæ affinitatis coëundæ cauſa donaverit: vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem curiali, ſeu extraneo nubentem dotaverit, licet caſus eventu [5], res ejus, cui data eſt, vertatur ad lucrum, nec [6] inter lucrativas numerabitur, nec deſcriptionis oneri ſubjacebit. *Nec enim juris optimi eſt matrimonium* [7], *cum tot* [8] *tantisque ſuis difficultatibus opprimatur, adventitiis etiam cumulare ponderibus.* † Res vero, quæ memoratis cauſis lucrativæ ſemel nomen exordiumque ſortita eſt, licet ab eo, qui ſuſceperat, ad alterum emptionis, vel cujuscunque contractus jure migraverit, cum prædicto deſcriptionis gravamine proculdubio transferetur: ut vel ſciens ſibi imputet, qui accepit oneratam: vel ſi ignoraverit, quod intereſt, conſequatur. Contraque ſi cujuslibet contractus exordio lucrativæ nomen evaſerit: & ſi poſtea lucri titulo in dominium alicujus ceciderit, ſarcinam memoratæ deſcriptionis effugiet. Nulla enim in hujuscemodi cauſis confuſionis intercedit occaſio, etſi ad [9] primordium tituli poſterior quoque formetur eventus: niſi forte res decurionis, quæ ad eum cujuslibet mercimonii jure pervenerit, ad alterum fuerit poſtrema ejus voluntate, vel ab inteſtato, vel inter vivos donatione tranſlata: tunc enim quia ſemel in perſonam cecidit principalis (veterum titulorum nequaquam ratione perſpecta) conditionem, & onus merebitur lucrativæ. Datum 7. Id. Mart. *Conſtantinop.* DIOSCORO & EUDOXIO VV. CC. CONSS. 422.

TIT. XXXVI.
DE PRÆBENDO SALARIO [10].

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Marcellinum Corr. [11] poſt alia [12].

NUlli [13] ſalarium [14] tribuatur ex juribus [15] reipublicæ, niſi ei qui jubentibus nobis ſpecialiter fuerit conſecutus [16]. Datum 5. Non. Oct. *Conſtantinop.* LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

TIT. XXXVII.
SI CURIALIS RELICTA CIVITATE RUS HABITARE MALUERIT.

Omnes curiales revocantur ad civitatem, & ad curiam, & locus, in quo ruri habitant, publicatur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P. poſt alia [17].

CUriales omnes jubemus interminatione moneri, ne [18] civitates fugiant, aut deſerant rus habitandi cauſa: fundum quem [19] civitati prætulerint, ſcientes fiſco eſſe ſociandum: eoque rure [20] ſe carituros, cujus cauſa impios [21] ſe patriam vitando, demonſtraverint. Dat. 18. Kal. Januar. *Conſtantinop.* ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. XXXVIII.
DE [22] MUNICIPIBUS [ET [23]] ORIGINARIIS [24].

In loco originis & incolatus cogitur quis ſubire munera. Bart.

1. Imp. ALEXANDER, *al.* Antoninus, A. [25] Silvano.

CUm te Byblium [26] origine, incolam autem apud Beritios eſſe proponas, merito apud utrasque [27] civitates muneribus fungi compelleris.

2. Imp. GORDIANUS A. Frontoni.

SI ut proponis, ea, quæ ex cauſa fideicommiſſi te manumiſit, ab ea libertatem juſtam fuerit conſecuta, quæ originem ex provincia Aquitania [28] ducebat: tu quoque ejus conditionis, ejusque civitatis jus obtines, unde, quæ te manumiſit, fuit. Eorum enim conditionem ſequi ex [29] cauſa fideicommiſſi manumiſſos [30] pridem placuit, qui libertatem præſtiterint, non qui dari rogaverint.

Filius ſequitur originem patris, & non matris, niſi ex alia cauſa civitati matris ſit adſtrictus. Bart.

3. Imp. PHILIPPUS A. Patroclo.

FIlios apud originem [31] patris, non in materna civitate, etſi ibi nati ſint (ſi modo non domiciliis retineantur) ad honores, ſeu munera poſſe compelli, explorati juris eſt.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Secundo.

ORigine [32] propria [33] neminem [34] poſſe voluntate ſua eximi manifeſtum eſt.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum Vic. [35] urbis.

SI quis [36] cum ex majore, vel ex minore civitate originem ducit, eandem evitare ſtudens [37], ad alienam ſe civitatem incolatus [38] occaſione contulerit: & ſuper hoc, vel preces dare tentaverit, vel qualibet fraude niti, ut originem propriæ civitatis eludat; duarum civitatum decurionatus onera ſuſtineat, in una voluntatis [39] & in una originis [40] gratia. PP. 8. Kalend. Januar. PAULINO, & JULIANO CONSS. 325.

TIT. XXXIX.
DE [41] INCOLIS [42], ET UBI QUIS DOMICILIUM HABERE VIDETUR, ET DE HIS, QUI STUDIORUM CAUSA IN ALIENA CIVITATE DEGUNT.

Poſtquam quis tranſtulit incolatum, non poteſt revocari ad munera. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Paulo [43].

NOn [44] tibi obeſt, ſi cum incola eſſes, aliquod munus ſuſcepiſti: modo [45] ſi antequam ad alios honores vocareris, domicilium [46] tranſtuliſti.

Scholares non dicuntur conſtituere domicilium, ubi ſtudent, niſi X. annis ſteterint, vel alia ratione conſtituerint. Bart.

2. Imp. ALEXANDER A. Criſpo.

NEc ipſi [47], qui ſtudiorum [48] cauſa aliquo loco [49] morantur [50], domicilium ibi habere creduntur, niſi decem [51] annis tranſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint, ſecundum epiſtolam Divi Hadriani: nec pater [qui] propter filium ſtudentem frequentius ad eum commeat. Sed ſi aliis rationibus domicilium in ſplendidiſſima civitate Laodiceorum [52] habere probatus fueris [53], mendacium [54], quominus muneribus fungaris [55], non proderit.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Alexandro.

ESt verum eos, qui in territorio alicujus civitatis commorantur, velut [56] incolas ad ſubeunda [57] munera, vel ad capiendos [58] honores non adſtringi [59].

Propter ſolam poſſeſſionem quis non revocatur ad munera. Bart.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

perſona neceſſariæ perſonæ præſtat, neceſſitate præſtare videtur. 1 *Præfati, in Nov. Th.* 2 *Cæterum, in Nov. Theod.* 3 Lucrativa cauſa eſt hereditas, legatum, fideicommiſſum, mortis cauſa donatio, quodque ultima quavis voluntate ad nos venit, *ut hic.* Non lucrativa, dos, donatio propter nuptias, Emptio, Permutatio & ſimiles. vide Decium *ad l.33. ff. de regulis jur.* 4 Al. *donatione, ut in Nov. Theod.* 5 *Caſus eventusve ejus, cui. al.* additur *mortis vel divortii,* ſed præter auctoritatem *veter. lib.* 6 Dos non eſt titulus lucrativus marito eam accipienti: ſed mulieri tantum, cui quis dotem conſtituit. *l. ult. §. ſi a ſocero. in fin. ff. quæ in fraudem creditor.* 7 Matrimonium multis difficultatibus opprimitur. 8 Afflictis nova afflictio non eſt imponenda. 9 Ad primordium tituli poſterior eventus formatur. Inde notant, lucrativo titulo rem non accipere, qui eam ab ingrato jure ſuo revocat.

10 Salaria quæ ad victum dantur. vide *l.4. §.2. ff. de decretis, l.1. l.17. ſupr. mandati. l.7. l.56. §. pen. ff. mandati.* 11 Al. *Comitis Orientis.* 12 *C. Theod. lib.12. tit.2. l.1.* 13 Hanc legem ex ſerie titulorum recte ſic accipit Cujacius, ut non poſſint decuriones cuiquam ſalarium conſtituere ſine juſſu principis. 14 Salarium decuriones ex publico conſtituere non poſſunt, ſine principis voluntate: excipe tamen caſus *l.4. §.2. ff. de decretis.* 15 *Viribus, in C. Theod.* 16 Excipe tamen quosdam caſus, de quibus in *l.4. ff. de decr. ab ord. fac.* & vide Menoch. *de arb. jud. lib.1. quæſt.46. ſalaria* autem dicta fortaſſe, quod ea percipientes inde ſe alant. alibi dicta *annonaria commoda.* Græci interpretantur τὰ διδόμενα ὡς τρόφην, ſive potius & ſæpius σιτηρέσια & ὀψώνια. Mod.

17 *C. Theod.* 12. 18.2. 18 Cur fugiebant patriam civitatemque ſuam? Non tam Philoſophiæ ſtudio, ut in umbra ſederent, quam quod curiæ munus onus quoque eſſet: & curialium, utpote primorum urbis, præſentia civitates, urbes ac municipia ornari & augeri Principis ipſi cuperent & ad municipiorum cultum id pertinere putarent. Ad hunc pene modum nobilibus Italis neceſſitas a quibusdam principibus imponitur hodie, certis anni temporibus in urbibus morandi, quod & ad urbium ipſarum ſplendorem, & vectigalia ſimul augenda ſatis excogitatum ingenioſe. 19 Ruſtica vita urbanæ non præferenda. Romani quidem ſenatores in agris ſæpe verſati: in urbem tamen accurrebant acciti: quin & ipſos viatores ſæpe antevertebant. 20 Al. *jure,* ſed rectior eſt excuſa lectio, quæ confirmatur *C. Theod.* 21 Patriam qui vitat, impius. *l. penult. ſupr. de reſcind. vend.* Ita *Apoſtolo* qui ſuorum curam non habet, impius eſt.

22 *D. lib.50. tit.1. 8. lib.1. tit.55.* Goth. Tria ſunt, quæ faciunt municipes. Nativitas, Manumiſſio, Adoptio, *l. cives. J. tit. ſeq. l.1. ff. ad mun.* quæ originis nomine continentur. *l. privilegio. J. tit. ſeq.* nam originales ſive originarii ſunt non nati tantum, ſed etiam manumiſſi & adoptati. *l. cum neque. J. tit. ſeq.* Sunt & alii municipes voluntarii, *l.3. J. de iis, qui ſpont. mun. ſuſcipiunt:* quos facit adlectio vel incolatus. *l. cives. tit. ſeq. l. filii. §. municipes. ff. ad munic.* Mod. 23 *Al.* deeſt, *&c.* 24 Originarii opponuntur voluntariis, de quibus *in l.22. §.2. ff. ad municipal.* 25 Antoninus Aug. ſic in meo manuſc. *Cont.* 26 Byblus, urbs eſt in Phœnicia, non longe a Libano & Berytho. 27 Ad munera quis vocatur, vel ut originarius, vel ut incola. *l.29. ff. ad municipalem.* 28 Aquitania duplex: Primæ metropolis Biturigæ, ſecundæ Burdigala. Antonini *Itinerarium.* 29 Liberti patronorum originem ſequuntur, ſunt enim ejus loci cives, cujus eſt eorum patronus. dixi ad *l.6. in fin. l.29. in pr. ff. h.t.* adde, quæ de libertis ſcripſi ad *l.108. ff. de cond. & dem.* 30 Manumiſſus originem manumittentis ſequitur. *l.17. §. ex cauſa 8. ff. ad municip.* 31 Originem patris, non matris in honoribus gerendis ſequuntur liberi. *l.1. §. qui ex duob. ff. ad municip.* 32 Originis jus nemo mutare poteſt, *ut hic, l. ult. J. h.t.* incolatus poteſt. Cur? illud naturale, hoc civile jus eſt. Unde ſequitur unum & eundem, duarum civitatum municipem eſſe poſſe, quia videlicet originarius eſt: alterius vero incola. *l. ult. J. h.t.* adde *l.11. ff. de ſenator.* 33 Al. *Origini propriæ &c.* Hujus autem legis ratio eſt, quod jus originis naturale ſit. 34 Imo uxores eximuntur. *l.22. §.1. l.32. l.37. in fin. l. ult. §.3. ff. ad municip.* 35 Comitem orientis. 36 *Ex lib.12. tit.1. l.12. C. Theod.* al. *qui.* 37 Al. *ſtudeat.* 38 Originem incolatus occaſione nemo poteſt mutare. *l.22. §.2. ff. ad municip.* 39 Al. *voluntate.* 40 Voluntaria non eſt origo, ſed neceſſaria: Incolatus voluntarius eſt: inde municipum alii origine, alii voluntate municipes ſunt.

41 *D. lib.50. tit.1. Eclog. lib.54. tit.1.* 42 Incola quid? vide *in l.239. §. incola. ff. de verb. ſign.* Goth. Incolas domicilium facit, non domus, aut poſſeſſio ſola. Interdum autem incola pro inquilino, qui proprie ἔνοικος, ponitur. Incola μέτοικος vel πάροικος. ut *in l.1. ſupr. de falſ. mon.* vide & Dorotheum *ad l.27. §. Proculus. ff. de leg. Aquil.* Mod. 43 Paulino. 44 Si is, qui quodam in loco fuit incola, munusque ſuſtinuit, antequam ad alium honorem vocaretur, domicilium ſuum tranſtulit: non amplius eo loco munera ſubire cogitur. Nam tranſlatio domicilii ἀρχαιογονίαν, id eſt, originem quidem non mutat, ſed μετοίκιον incolatum. *Synopſ. Baſil.54. tit.1. ex lib.55. tit.2. c.1.* ita qui ſuſceptum munus nondum implevit, renunciare incolatui non poteſt. *l. incola. 34. ff. h.t.* 45 *l.34. ff. ad munic.* 46 *l.31. ff. ad munic.* 47 Ipſis. 48 Studiis qui dant operam, intra decennium pro incolis non habentur. *l.5. §. domum. 2. ff. de injuriis.* poſt decennium jam non diſcipuli, ſed incolæ cenſentur, *ut hic,* Seneca 19 Epiſtolarum: *Non novimus quosdam, qui multis apud Philoſophiam annis perſederint & ne colorem quidem dixerint? Quidni noverim? Pertinaciſſimos quidem & aſſiduos. quos ego non diſcipulos philoſophorum, ſed inquilinos voco.* 49 Loci. 50 Ὁ ποιήσας ἐν πόλει δέκα ἔτη. vide *l.78. ff. de leg.3.* Incolatus & domicilium decem annis præſcribitur & eo tempore fit quis incola & domicilium conſtituiſſe intelligitur, & conſequenter civitatem, jus, & privilegium civitatis adquiſiviſſe, ut ita civis verus ſit, & fictus originarius. Bart. *rubr. de præſcr.* Balb. *5. de præſcr. 5. qu.14.* 51 Congruit *lex 1. J. qui ætate vel profeſſ. h. l. tit.49.* I G. 52 Laodicei (*Laodiceorum* enim legendum eſt, non *Laudicinorum, teſte Alc. in hanc l.*) a Laodicea dicti ſunt, de qua Plin. *lib.5. cap.29.* 53 Al. *fuerit.* 54 Id eſt, falſa adſeveratio. 55 Al. *fungatur.* 56 *l.35. D. ad munic.* Imo ut incolas. *l.239. §. incola. ff. de verb. ſign.* 57 Obeunda. 58 Capeſſendos. 59 Qui in territorio & finibus alicujus civitatis ſedes poſuit, licet in civitate non moretur, incola eſt ejus civitatis, *l. pupillus. §. incola. ff. de verb. ſign.* nec obſtat *l. εὐθύνω, ff. ad munic.* quæ loquitur de eo, qui agrum tantummodo poſſidet, ut *l. prox. J.*

Cum

Cum neque originales [1], neque incolas vos esse memoratis: ob [2] solam [3] domus, vel possessionis, licet ex substantia decurionis acquisita sit, causam, publici juris auctoritas muneribus subjugari vos non sinet.

5. Iidem AA. & CC. Maximo [4].

Si in [5] patria uxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixisti, incolatus jure ultro te ejusdem civitatis muneribus obligasti.

Origo & domicilium facit quem vocari ad munera, nisi per privilegium contrarium sit expressum. Bart.

6. Iidem AA. & CC. Marcellino [6].

Privilegio speciali civitatis non interveniente, tamen originis ratione [7], ac [8] domicilii voluntate [9] ad munera civilia quemque vocari certissimum est.

7. Iidem AA. & CC. Aurelio.

Cives quidem origo [10], manumissio, allectio [11], vel [12] adoptio: *incolas* [13] vero (sicut & Divus Hadrianus Edicto suo manifestissime declaravit) domicilium facit. Et in eodem [14] loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi [15] quis larem, rerumque, ac fortunarum suarum summam [16] constituit, unde [rursus [17]] non sit discessurus, si nihil avocet: unde cum profectus est, peregrinari videtur: quod [18] si rediit, peregrinari jam destitit.

8. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. [19] ad Senatum.

Senatores [20] in sacratissima [21] urbe domicilium dignitatis habere videntur. Kalend. Mart. VALENTIN. A. & NEOTERIO CONSS. 390.

Mulieres ex persona maritorum sortiuntur dignitates, & forum. Bart.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Martiano, Comiti Orientis [22].

Mulieres honore [23] maritorum erigimus, [& [24]] genere nobilitamus [25], & forum [26] ex eorum persona [27] statuimus. [Sin autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate privatæ, posterioris mariti sequentur conditionem [28]:] & [29] domicilium [30] mutamus. Dat. 4. Kalend. Februar. CP. ARCADIO II. & RUFINO CONSS. 392.

TIT. XL.

DE MUNERIBUS [31] ET HONORIBUS NON CONTINUANDIS INTER PATREM ET FILIUM ET DE INTERVALLIS [32].

Continuatio honorum, & munerum impeditur in his, qui sunt idem, vel quasi: intervalla vero in his tantum qui sint idem vere. Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Septimio [33] Zenoni.

Sicut honores & munera cum pater, & filius [34] decuriones sunt [35], in [36] eadem domo continuari non oportet: ita vacationum concessa tempora [37] non [38] aliis prodesse possunt, quam [his], qui ad eosdem [39], vel alios honores eademque, vel alia munera denuo vocantur. † Pro [40] infante vero filio quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen onera sustinere non cogeris: cum ad ea [tantum [41]] quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris.

2. Imp. GORDIANUS A. Cyrillo.

Ab honoribus ad honores eosdem quinquennii [42] datur [43] vacatio, triennii vero, ad alios: Legatione [44] autem perfunctis [45] biennii [46] vacatio concessa est [47].

Frater propter fratrem non habet vacationem, sed propter alios idoneos nondum gravatos recte excusatur. Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Critiæ [48].

Intervalla temporum, quæ in unius [49] persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minime prodesse, frequenter constitutum est. Sane his missis [50], qui necdum functi muneribus, ad hæc idonei constituti vocari debent, vos si ad obsequium civilium munerum repererit paruisse; ne interim [51] interpellemini, Præses provinciæ providebit.

TIT. XLI.

DE MUNERIBUS [52] PATRIMONIORUM.

1. Imp. ANTONINUS A. filio [53].

Civilia munera per [54] ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

2. Idem A. Materno.

Munera quæ patrimoniis publicæ utilitatis gratia indicuntur, ab [55] omnibus subeunda [56] sunt.

3. Imp. ALEXANDER A. Attilio.

Qui immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent [57]; in quibus causis, & hospites [58] recipiendi sunt.

Onus alimentandi equos decurionum, est patrimoniale. Bart.

4. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Neroni.

Non videtur abhorrere [59] [a] ratione sententia, [qua] Præses provinciæ equos [60] curiales [61] alere, non personarum, sed patrimonii esse decrevit: & tamen si iniqua [62] esset, omisso [63] a te appellationis auxilio necessario permanet.

Nihil est quod tribuat excusationem a muneribus patrimoniorum. Bart.

5. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIAN. AAA. Antepisti.

Neque [64] tempore ætatis, neque numero liberorum a muneribus quæ patrimoniorum sunt, excusationem [65] quis habere potest.

Philosophi non debent habere immunitatem a muneribus patrimonialibus. Bart.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

Professio [66] & [67] desiderium tuum inter se discrepant: nam cum *philosophum* [68] te esse proponas, vinceris avaritia [69] & rapacitate [70]: & onera quæ patrimonio tuo injunguntur, solus recusare conaris: Quod frustra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.

Minores non excusantur a muneribus patrimonialibus. Bart.

7. Iidem AA. & CC. Longino.

Etiam *minores* [71] *ætate* patrimoniorum muneribus subjugari solent. Unde intelligis, te frustra plenam immunitatem desiderare: cum munera quæ impensas exigunt, subire te necesse sit.

8. Iidem AA. & CC. Longino.

Nec protostasiæ [72] vel sacerdotii [73] vel decaprotiæ [74] munera corporalia sunt [75]: sed tantum [76] patrimonii [77] esse non ambigitur.

9. Iidem AA. & CC.

Patrimoniorum munera *mulieres* [78] etiam sustinere debent.

nec civitatis præcipuis utitur, i. e. foro, balneo, templo, spectaculis. *Mod.* 1 ὁ μὴ ἀρχαιογενής, id est, qui neque originalis est, nec incola, nec domicilium in aliquo loco habet, sed domum, fundumve tantum possidet, munera subire non cogitur. *Syn.* 54. *tit.* 2. *cap.* 4. 2 *l.* 17. §. *sola ratio.* 5. §. *sola domus.* 13. *ff. ad munic.* Possit quis, quo loco habet bona, ejus neque originalis esse, neque incola, ideoque nec ejus loci ulla habetur ratio in testamento, vide Cujac. 14. *observat. cap.* 12. Goth. Vide Tessaur. *decis.* 149. Grivell. *decis. Dolan.* 11. Cabedo *decis.* 91. Ans. 3 Al. *domum, vel possessionem:* & postea, *causa.* 4 Maximæ. 5 Qui domicilium habet in uxoris patria, vel alia quadam civitate, tanquam incola sustinere munera cogatur. *Syn. d. tit.* 25. 6 Marcello. 7 Cujacius emendat, *tantum originis ratione.* hoc autem dicit: Nisi specialiter privilegium civitati datum sit, ut ob solam possessionis causam quis ejusdem civitatis muneribus obligetur, ut *l. libertus.* §. *sola ratio. ff. ad munic.* originis tantummodo vel domicilii causa muneribus publicis obligamur. *l.* 4. *C.* Mod. 8 *l.* 7. *C. h. t.* 9 Municipes alii origine, alii voluntate. *l.* 22. §. 2. *ad municip.* 10 Civem facit τὸ ἐκεῖθεν ὁρμᾶσθαι, origo ex aliquo loco ducta, ut & manumissio ab aliquo facta ex ea civitate oriunda: sed & τὸ ἐναπογραφῆναι τοῖς πολίταις, adscriptio in numerum civium: ut & adoptio in eadem civitate instituta. *Synops. Basil.* 54. *tit.* 1. *c.* 6. adde *l.* 1. *ff. ad municip.* Goth. Declarationem hujus l. vide apud Johann. Zanger. *de Except. part.* 2. *c.* 1. *num.* 39. 42. Ans. 11 Adjectio. *l.* 6. *ff. de munerib.* Potest ex hoc loco satis colligi, civitatem a quoquo mutari posse. Tertull. 3. *adversus Marcionem*, allectio nationum a novissimis diebus exorta est. 12 Id est. 13 Incola loci est, qui ibidem domicilium habet, non momentarium, sed ubi larem & summam rerum & fortunarum suarum constituit: unde non sit discessurus, nisi necessitate avocetur: unde si discedat, peregrinari incipit: quo si rediit, peregrinari destitit. adde *l.* 203. *de verb. sign.* Goth. Porro v. Fel. *ad c. Rodulph. n.* 13. *& seq. x. de rescr.* Jas. *ad l. hujusmodi* §. *legatum n.* 14. *de leg.* 1. *& ad l. si is, qui pro emptore. n.* 294. *de usucap.* & Jacobum Menoch. *de arb. jud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 86. *n.* 20. Mod. 14 Al. *& in eo loco.* Cujac. *emend.* & in eo demum loco. 15 Adde *l.* 27. §. 1. *ff. ad municip.* 16 Τὴν ὁμάδα. 17 Al. *deest.* 18 Al. *quo.* 19 Al. *Constantinus A.* 20 *Pars l.* 2. *supr. ubi senatores vel clarissimi.* 21 Constantinopoli & Romæ. *l.* 22. §. *pen. ff. h. t. l.* 2. *C. ubi senat.* 22 *Sic in C. Theod.* 2. 1. 7. *Extat eadem lex iterum, C. lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 13. Cont. 23 Ergo possunt & ibidem conveniri, *l.* 2. *supr. ubi sena. vel clar.* ut & in originali patria, *l. pen. ff. de senat.* cum in ea etiam honores retineant, *l. filii.* §. *senatores. & l. seq. ff. ad municip.* & in qua domicilium collocaverunt. *d. l.* 2. Mod. Uxor a marito mutuatur honorem, genus, forum, domicilium, *ut hic*, *Novell.* 105. *cap.* 2. *&* 22. *cap.* 36. 24 Al. *deest*, *ut in C. Theod.* 25 Nobilitatur a marito uxor, adde l. 13. *C. de dignit.* 26 *Iisdem forum, in C. Theod.* 27 Forum mariti uxor sequitur. *l.* 5. *ff. de ritu nupt. l.* 1. §. 5. *ff. de lib. exhib. l. pen. ff. de jurisd. l. exigere dotem.* 65. *ff. de jud. l. cum in test.* 6. *C. de donat. ante nupt. l. cæterum* 4. §. *mulieri* 1. *ff. de usu & habitat.* Servius 3. *Æneid. ibi, & patrio Andromachen iterum cessisse marito.* adde Costanum *cap.* 10. *num.* 47. 28 Inclusa desunt *in C. Theod.* 29 Domicilium mortuo marito in domo mariti uxor retinet. 30 *Domicilia, in C. Theod.*

31 Munus est officium privati hominis, cujus utilitas ad singulos, universosque cives redit. 32 Intervalla, vacationum tempora, ut ne quis continuare honores cogatur. *l. divus* 18. *ff. ad munic. l. honor.* 14. §. 5. *ff. de muneribus.* 33 Meminit hujus rescripti Paul. *in l.* 21. §. 6. *ff. ad municip.* 34 De filiofamilias intellige, alioqui enim in emancipato aliud dicendum videtur, *arg. l.* 3. *C. de filiisfam. & quemadm. pat. pro iis ten.* Mod. 35 *l.* 3. *C. de filiisfam. h. lib. tit.* 60. 36 *l.* 4. §. 1. *ff. de excus. tut.* 37 Hæc sunt, quæ intervalla in rubrica dicuntur & *in l. divus. ff. ad munic. l. ult. C. hoc tit.* porro propter honorem aut munus, quo defunctus sum ipse, certi temporis vacationem habeo, filius meus non habet propter me: in iis scilicet honoribus, qui sumptu carent, vel in muneribus personalibus. *Mod.* 38 *l.* 3. *in pr. C. h. t. l.* 6. *ff. de legationibus.* 39 Eos. 40 *d. l.* 21. §. *Imperat.* 6. *D. ad municip.* 41 Al. *deest.* 42 Vide Dion. 53. Cic. Liv. 7. *&* 10. Goth. Quæ hic præscribuntur intervalla, non honoribus tantum, verum etiam oneribus præscripta videri possunt. *l. navicularii. ff. de mun. & hon.* Mod. 43 Ἀλειτουργησία. *Synops. Basil.* 54. *tit.* 3. *cap.* 1. 44 Legationem. 45 Functis. 46 Legatione functis biennii vacatio datur. dixi ad *l.* 3. *C. de legation. h. l. tit.* 63. 47 Vide apud Livium *lib.* 7. *&* 10. legem quæ vetabat, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet: & Ciceronem de legibus. 48 Al. *Aniceto*, vel *Niceto.* 49 *l.* 1. *supr. h. t. l.* 7. *C. de decur.* 50 Vide *l.* 3. *C. quemadm. civilia muner. h. l. tit.* 42. 51 Al. *ne iterum.* Goth. Eruditissimus Cujacius perspicue legendum ait, *ne iterum interpellemini:* idque & libri veteres confirmant. & *l.* 52. *supr. de decur.* itemque *l.* 3. *C. quemadm. civ. mun. indic.* Mod.

52 *Munus* est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos universosque cives, remque eorum imperio magistratus extraordinario pervenit. *Mod.* 53 Al. *Philiono.* al. *filio Syrio.* 54 I. e. ut suo quisque ordine munera sustineat. *l. filius. l. vicarius. ff. de leg.* & per vices. *l.* 3. §. *eos & §. præses. ff. de mun. & hon.* nec tamen ultra modum facultatum. *l. ult. C. tit. prox.* Mod. Ordine civilia munera sustinentur, adde *l.* 7. *C. de prox. sacr. scrinior. l.* 12. *tit.* 19. *l. ult. ff. de mun.* 55 Patrimonialia onera ab omnibus subeunda. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 7. *l.* 10. *C. h. t.* vide *l.* 2. *in fin. ff. de veteranis:* unde notant, immunitate nuda alicui data, tutelam semper excipi, *l. pen.* §. 1. *ff. de vacat. muner.* aliud erit, si plenissima immunitas data sit. Plenissima enim immunitas omnium tributorum & omnis publici muneris remissio est, etiam tutelarum, sed eorum tantum pupillorum, qui non sunt Ilienses. *l. non tantum* 17. §. *Iliensibus* 1. *ff. de excus.* 56 Obeunda. 57 *l.* 2. *supr. h. t.* Goth. Immunitate enim legibus concessa corporalia munera remittuntur, non pecuniaria, ex quibus est *metatum*, sive militis domum suscipiendi munus. sed neque corporalia omnia. nam tutelæ remissæ non censentur, l. ἀπαδόντα. §. ὁ λαβών. *ff. de exc. tut.* quod eas necesse sit nominatim remitti. *l. non tantum.* §. *eos. & §. seq. ff. h. t. l. legato. in fin. ff. de vac. & exc. mun. l. in honoribus.* §. 1. *h. t.* Vide & Brissonium *select. antiq. lib.* 3. *cap.* 11. Mod. 58 Hospitis recipiendi onus patrimoniale. *l.* 3. §. 14. *D. de mun.* 59 Aberrare. 60 Equos curules alere seu hippasia munus est patrimonii, non personæ. 61 Legendum *curules, qui & Circenses.* 62 Vide *l.* 7. *C. de appell.* 63 Commisso. 64 A patrimonialibus ætas non excusat numerusve liberorum. *l.* 2. §. 1. *ff. de vacat. & excus. muner. l.* 7. *C. h. t.* Goth. Vide Ferdinandum Paes *in tract. de excus. parent. ob. num. liber.* Mod. 65 Al. *excusatione.* 66 *l.* 1. §. *an & Philosophi.* 4. *ff. de extraordin. cogn. & l.* 8. §. *Philosophis.* 4. *ff. de vacat. muner.* 67 A professione sua alienum quiddam postulare, & iniquum & incivile. 68 Philosophum dedecet avaritia & rapacitas: ideoque a patrimonialibus muneribus non excusatur. Philosophia denique ejusve professio non excusat a patrimonialibus. *l.* 8. *C. de professoribus. l.* 10. *tit.* 52. *l.* 8. §. *Philosophis* 4. *ff. de vacat. & excus. l.* 6. §. 6. *&* 7. *ff. de excus. tutor.* 69 De avaritia & rapacitate, adde *l. ult. C. de veteris numism. potestate. l.* 11. *tit.* 10. 70 *Avaritiæ cæcitate, in quibusdam manuscr.* 71 A patrimonialibus minor ætas non excusat. *l.* 5. *C. h. t.* 72 *Pyrrhus legit, prostasiæ*, verum protostasia principalitatem significat. vide *hic* Alciat. dixi ad *l.* 3. *C. de filiisfamilias. h. l. tit.* 60. 73 *Sacerdotiæ*, Hal. Sacerdotium hic munus est, quo qui funguntur, ludis in honorem Dei alicujus institutis præsunt cum sumptu aliquo. Talis fuit Alytarchia, Asiarchia, Syriarchia, Phœniarchia: de quibus dixi ad *l. in honoribus*, 8. *ff. de vacat. & excus. muner.* 74 Decaprotia, decem primatus, δεκάπρωτοι, decemprimi. 75 Corporalia munera personalia, quibus hic opponuntur patrimonii onera. 76 Al. *sed tamen.* 77 Patrimonii onus est protostasia, sacerdotium decaprotia, *ut hic.* Imo mixtum ex personis & patrimonio. *l. ult.* §. 26. *ff. de munerib.* 78 Patrimonialia munera etiam mulieribus indicuntur. sexus non excusat a patrimonialibus. *l. un. in fin. C. de mulieribus, & quo in loco. h. l. tit.* 62.

Superindictiones ſunt munera patrimonialia. Bart.

10. Exemplum ſacrarum literarum eorundem AA. & CC. ad Præſides provinciarum.

QUantum ad extraordinarias [1] indictiones pertinet, præſidibus ſignificamus, ut omnes [2] poſſeſſores cæteroſque ſciant conveniri debere: quandoquidem ea patrimonii munera eſſe conſtet, quæ merito ab [3] omnibus agnoſci debeant, quo facilius obſequiis publicis pareatur.

TIT. XLII.
QUEMADMODUM [4] CIVILIA [5] MUNERA INDICUNTUR.

Non debet quis eodem tempore habere plura officia. Bart.

1. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS [6] AAA.

CUm te curatorem [7] ad cogendas angarias creatum appellationem interpoſuiſſe proponas: Præſes provinciæ ſi alterius curiæ [8] te eſſe animadverterit, ad [9] alieni corporis munera vocari non ſinet: quia ejus patriæ [10] oneribus reſpondere debes, cui te attributum eſſe commemoras.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Dionyſio.

MAjoribus [11] honoribus [12] functos, ad minores devocari non [13] oportere, rationis eſt [14].

3. Iidem AA. Eutychiano.

CUm [15] te omnibus muneribus functum eſſe adſeveres, ad eadem munera, ſi aliorum civium copia eſt, qui obſequiis civilibus fungi poſſunt, Præſes provinciæ devocari te non permittet.

4. Iidem AA. & CC. Regio.

ULtra [16] modum ſumptuum te muneribus civilibus gravari levatis [17] aliis, Præſes provinciæ non patietur: ſed æqualitatem [18], tam juris quam cenſuræ memor circa ordinem [19] cuſtodiet.

TIT. XLIII.
DE HIS, QUI SPONTE PUBLICA [20] MUNERA SUBEUNT.

1. Imp. ALEXANDER [21] A. Feliciano.

VEterani [22] qui cum poſſunt ſe tueri immunitate his conceſſa, decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt, redire ad excuſationem quam reliquerunt, non poſſunt: niſi certa lege, & pacto ſervandæ immunitatis, vel partem ejus honoris agnoverint.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Valerio.

QUi publici muneris vacationem habet, ſi [23] aliquem honorem excepto decurionatu ſponte ſuſceperit, ob id quod patriæ ſuæ utilitatibus ceſſerit, vel gloriæ cupiditate pauliſper jus [24] publicum relaxaverit, competens privilegium non amittit.

3. Imp. LEO A. Puſeo [25] P. P.

QUi conditioni [26] non obnoxius curiali, quemlibet honorem, vel munus voluntate [27] propria in quacunque geſſerit civitate, nullum præjudicium circa fortunam ſuam, ſtatumque ſuſtineat: ſed tam ipſe, quam liberi ejus, & qui ex his in poſterum procreandi ſunt, ab omni hujuſmodi nexu cum ſuis facultatibus liberi alienique permaneant: ita tamen, ut ſi aliqua functio volentibus eis fuerit injuncta, ex qua neceſſe ſit eos aliquid accipere, quod ex data ſibi pecunia in reliquis apud eos manſiſſe [28] conſtiterit: ſolventes, ſine ulla moleſtia, vel conditionis ſuæ formidine diſcedant. Si quis vero ex his omnia decurionum munera, vel functiones: vel honores nulla imminente neceſſitate, ſed ſua ſponte peregerit: eum pro ſua liberalitate patrem [29] civitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, ſi hoc libuerit ei, fieri conſtituique hac lege decernimus. Dat. 5. Id. Novembr. CP. BASILISCO & ARMERICO CONSS. 465.

Liberi *ejus qui ſe ſponte Curiæ obtulit, quandocunque geniti, Curiæ non obligantur. Secus ſi* Naturalis *Curiæ ſe offerat.*

4. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs qui curiali fortuna liberi conſtituti, poſtea [30] ſe curiæ cujuſcunque civitatis obtulerint, conſidere volumus, quod poſteritas eorum non ſolum jam procreata, ſed [31] etiam poſt talem deditionem [32] procreanda, hujuſmodi fortuna libera manebit: ſive ſpecialiter ſub [33] hac lege curiæ ſe obtulerint, *ut ab eis deſcendentes tali fortuna liberi permaneant*: ſive nullam hujuſmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere, quod nati vel concepti poſt talem deditionem paternam conditionem ſequi debeant: hoc enim ſpeciali beneficio alacriores omnes ad conferendam civitatibus hujuſmodi opitulationem conſtituere properavimus: ita tamen, ut nec occaſione quartæ portionis bonorum hujuſmodi decurionis [34] quicunque ſucceſſores ejus aliquam inquietudinem patiantur: utpote libera ejus ſubſtantia omni curiali gravamine conſervanda: & ſi quid [35] defunctus vel ex adminiſtratione curialium munerum, vel ex quarta portione ad eandem curiam ſemel vel ſæpius devoluta, vel ex alia quacunque cauſa eidem curiæ debuiſſe probetur, hoc idem ſucceſſores curialibus reddere minime dubitent [36]. † Illis ſcilicet quæ ſuper [37] naturalibus filiis quos naturalis pater ſub hac lege curiæ dedit vel poſtea dederit, ut legitimos tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſucceſſores habeat, non ſolum veteribus legibus, ſed etiam noſtris ſanctionibus diſpoſita [38] ſunt, præſenti lege excipiendis: ut non ipſi tantum filii naturales, ſed etiam ex his procreandi mares paternam ſequantur fortunam; vel maribus liberis [39] minime ſubſiſtentibus [40], quarta pars ſubſtantiæ mortui curiæ deputetur.

TIT. XLIV.
DE HIS, QUI A PRINCIPE VACATIONEM [41] ACCEPERUNT.

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

NUllus [42] vacationem temporalem [43] curialis accipiat: niſi id forte veris [44], ac probatis cauſis adnotatio [45] noſtra conceſſerit. Datum Prid. Non. Jun. CP. THEODOS. & ABUNDANTIO CONSS.

TIT. XLV.
DE [46] VACATIONE PUBLICI MUNERIS.

Vacatio ſimpliciter conceſſa non porrigitur ad munera ordinaria. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A. Januario.

MUneris publici vacationem [47] ea continere [48] quæ non lege [49], non Senatuſconſulto, non conſtitutionibus Principum injunguntur, merito reſponſum eſt [50], ad quam formam juris pertinens [51], ſi cœperis ad munera extraordinaria [52] a Magiſtratibus devocari [53], appellatione interpoſita poteris apud [54] Præſidem juris rationibus protegi.

TIT. XLVI.
DE [55] DECRETIS DECURIONUM SUPER IMMUNITATE QUIBUSDAM CONCEDENDA.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urſatio.

EXceptis [56], qui liberalium ſtudiorum antiſtites [57] ſunt, & qui medendi cura funguntur, decurionum decreto [58] immunitas nemini tribui poteſt.

2. Iidem AA. & CC. Caſſio.

ORdinis ambitioſa [59] decreta ſacris conſtitutionibus improbantur.

TIT. XLVII.
DE [60] EXCUSATIONIBUS MUNERUM.

De his, qui fuerunt Procuratores patrimonii Cæſaris.

1. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Demetrio [61].

ETiam hi, qui noſtra *procuraſſe* [62] monſtrantur, muneribus civilibus [63], quæ dignitati eorum congruunt [64], fungi debent [65].

De dignitatibus.

2. Pars actorum DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

INductis [66] Firmino, & Apollinario, & cæteris principalibus [67] Antiochenſium adſtantibus Sabinus dixit, * [68] *& cætera.* Diocletianus dixit:

1 Extraordinariæ indictiones ſunt, quæ præter morem indicuntur ad tempus ex improviſo. *Goth.* Veluti angariæ belli tempore, aut, equi, muli, veredi, his autem parere omnes debent: etiam eccleſiæ, *l. neminem.* C. *de ſacr. eccl.* & cæteri municipes vel incolæ. *l. ult. §. patrimoniorum. D. de mun. & hon.* Mod. 2 Patrimonii muneribus continentur extraordinariæ indictiones. 3 Patrimonii muneribus nemo excuſatur. *l. 1. ff. de munerib.* ne quidem Eccleſia. *l. neminem.* 11. C. *de ſacroſ. Eccleſ.*
4 Similis eſt *tit. in C. Theod.* 5 *Eclog. lib. 12. tit. 5.* 6 Al. *Alexander A.*
7 Curator ad cogendas angarias eſt, qui compellit, adigit & exhibet angarias.
8 Al. *creaturæ, id eſt,* creationis, ſive nominationis; unde creator appellatur, qui ad munera nominat. 9 Officium alieni corporis ſuſtinere nemo cogatur. 10 Patris.
11 A majoribus ad minores vocari, rationis non eſt. Ideo vitio verſum Dionyſio tyranno Siciliæ, quod exul Corinthi ſe ludimagiſtrum profeſſus, in trivio pueros doceret. Juſtinus *lib. 21.* 12 Al. *honeribus*, ſed perperam, error inde natus, quod veteribus *bonus* ſcriberetur, 2. *Gell.* quæ vox pro *honore* interdum adſcribitur. 13 Revocari, al. *evocari.*
14 Cur ita δοκεῖ γὰρ ὑβρίζεσθαι, videntur injuria adfici. *Syn. Baſil. 54. tit. 3. c. 3.*
15 *l. 52.* C. *de decurionibus, l. 4.* C. *h. t. l. 3. §. 15. ff. de honoribus & muneribus. l. un.* C. *de potioribus ad munera, h. lib. tit. 65. l. 2. in fin.* C. *de apochis. h. lib. tit. 22.* 16 *l. 3. §. præſes. 15. l. 4. in fin. D. de muneribus & honoribus.* 17 Sublevatis, al. *elevatis.* 18 Æquabilitatem. 19 Id eſt, formam & diſciplinam publicam.
20 Al. *deeſt.* 21 Al. *Antoninus.* 22 Renunciat veterani privilegio, qui ſe decurionem creari patitur, non excepta immunitate ſua. Ita non ſola decurionatus ſuſceptione veteranus amittit privilegium excuſationis a muneribus perſonalibus: ſed ſi ſuam excuſationem, cum juvaretur, omiſit. vide *l. 5. in fin. D. de jure immunitatis, l. 2. l. ult. D. de privil. veteran.* Renunciaſſe alioqui ſuo privilegio privilegiatus non præſumitur. Nemo enim præſumitur donare; eſt autem renunciatio donatio. vide Menochium 6. *Præſumpt.* 41. & 3. 45. *num.* 11. 23 Qui decurionatum agnovit, immunitatem amittit *l. 2. in pr. l. pen. §. ult. ff. de jur. immun.* Qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item *l. 1. hoc tit.* Jus publicum autem illud dicit, quo eſt conceſſa immunitas. Mod.
24 Jus publicum intelligit, quo conceſſa immunitas eſt. 25 Al. *Paco P. P.* Fuit hic Puſeus Præfectus Prætorio: qui etiam eo anno conſulatum geſſit cum Joanne, quo Anthemium Occidentis Imperatorem Leo fecit. 26 *Pars l. 1. ſupr. de officio comitis Orientis.*
27 *l. 4.* C. *h. t.* 28 Remanſiſſe. 29 Pater civitatis, quaſi pater patriæ, diſcuſſor pecuniæ publicæ, operumque publicorum. Ædilium munus in ſua civitate implens: cogens dominos, ædes collapſas reſtituere, *Græci:* curans denique, ut munda ſit civitas. Ulp. *in Demoſthenem. v. tit.* C. *de ratiocin. oper. publ.* Cujac. *hic, Novell. 17. in fin. & 12. obſerv. 30. l. unic.* C. *de ſolut. & liberat. debit. l. 11. tit. 39.* Goth. *l. 1. ſupr. de rat. oper. publ. l. ult. ſupr. de inf. exp. l. 1. ſupr. de aleat. l. 1. infr. quib. mun. exc. l. 1. infr. de deb. civ. Nov. 17. 85. 128.* 160. Græci ad *l. ad curatores. ff. de damn. infect. & l. 1. infr. ne ſol. & lib.* Mod.
30 Poſt. *Goth.* Pater per pactum liberis immunitatem reſervare poteſt. vid. *l. meminimus. §. final.* C. *Quando & quibus quarta pars.* Anſ. 31 Curiæ qui ſe alicui obligat datve, liberos ſuos curiæ non obligat, etiam poſt eam ſui deditionem vel obligationem natos.
32 Conditionem. 33 Pactum non valet, ut, qui ex me naſcentur liberi, curiam meam ſequantur. 34 Decuriones. 35 Si quidem. 36 Debent. 37 Curiæ offerre naturales liberos pater poteſt. 38 Expoſita. 39 Recte Accurſ. ſupplet, *vel fœminis, curialibus nuptis.* 40 Suſtinentibus.
41 *Sub.* numerum. 42 *C. Th.* 12. 1. 135. 43 *Temporariam* in *C. Theod.*
44 Puta ob morborum egeſtatem. 45 Quippe Præſidis adnotatio non ſufficit. *l. 14.* C. *de decurionib.*
46 *D. lib. 50. tit. 5.* 47 Vacatione. 48 Contineri. 49 *l. 6. l. 7. l. 8. §. 3. D. de vacat. munerum.* 50 Intelligit *l. in honoribus.* 8. *§. qui muneris.* 3. *D. de vacat. mun.* 51 Pertines. 52 *l. 12. D. de muneribus.* 53 *l. 1. D. de vacat. munerum.* 54 *l. 2.* C. *de decurionibus.*
55 *Lib. 50. D. tit. 9.* 56 *l. 4. §. 2. D. h. t.* 57 Antiſtites liberalium artium hic dicuntur, ut a Quintiliano Servius Sulpitius, juris antiſtes & a Plinio 7. *Plin.* 1. Plato ſapientiæ antiſtes, adde quæ ſcripſi ad *l. 1. D. de juſtitia.* 58 Probantur enim decreto. *l. 2.* C. *de profeſſoribus & medicis h. lib. tit. 52.* 59 Id eſt, gratioſa, κολακικαὶ ψῆφοι. *l. 4. D. h. t.* vide Cujac. *hic.* Goth. Adde *l. 1. ambitioſa.* C. *de decurionib.* Anſ.
60 *L. 50. D. 5.* Huc refer Paponem 1. *Notar. 7. des lettres d' exemption.* 61 Al. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. 62 Muneribus exprocuratores etiam Cæſaris non excuſantur. 63 Curialibus. 64 Non congruit autem ut ſint capſarii vel piſtores. *Græci in l. 9.* C. *hoc tit.* 65 Cur debent? finita adminiſtratione, finitur privilegium. *l. adigere. 6. §. quamvis 2. D. de jure patronat.* 66 In conſiſtorium ſcilicet. Hæc enim act. habita ſunt in conſiſtorio. *Ammianus* 14. *Inductis quadam ſolenni die agentibus in conſiſtorium.* Cujac. *hic.* 67 Principales, primi curiæ, *ut multis* C. *diximus.* 68 Græ-

Certis

Certis dignitatibus data a nobis [1] indulgentia est munerum civilium, & personalium, id est, his qui aut ex *protectoribus* [2] sunt, aut ex præpositis [3]. Hi ergo ad munera personalia aut civilia non vocabuntur.

De tutelis.

3. Iidem AA. & CC. Martiano.

Tutelæ solicitudo a muneribus civilibus non excusat: utpote [cum [4]] nec tres [5] simul injunctæ diversarum [6] domuum, hujusmodi beneficium præstent.

De Hydraulis.

4. Iidem AA. & CC. Attalo.

Hydraulæ [7] munerum civilium immunitatem sibi jure concessam approbare [8] minime [9] possunt.

De Procuratoribus absentium reipublicæ causa [10].

5. Iidem AA. & CC. Marcellino.

Procuratores absentium reipublicæ causa, munerum civilium vacationem non habent.

De venatoribus.

6. Iidem AA. & CC. Cajo.

Venatoribus [11] immunitas ob hanc professionem solam nullo [12] jure concessa probari potest.

De negotiatoribus.

7. Imp. CONSTANT. A. ad Catullinum Vicarium.

Negotiantes vestiarios, linteones [13], purpurarios, & particarios [14], qui devotioni nostræ deserviunt, visum est secundum veterem consuetudinem ab omni munere immunes esse.

Qui possunt aliquid inferendum indicere, vel non.

8. Impp. CONSTANT. A. & JULIANUS C. ad Taurum P.P.

Placet [15], nullum omnino judicem de cætero provincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum sedulo cunctorum studio pensitentur, quæ canonis instituti forma complectitur, vel nostra clementia decernit inferenda, vel delegatione solenniter sanciente, vel epistolis præcedentibus: sed si quid urgere forsitan cœperit, referri ad Celsitudinem tuam statuimus, & auctorem [16] te fieri, & eo persoluto referri ad scientiam nostram, ut nobis jubentibus roboretur. Si quis autem usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli [17] repetitione teneatur: quæ severitas jussionis ad ordinariorum judicum, officiorumque terrorem debebit excurrere [18], ut si eorum, vel gratiosa conniventia, vel ignobili dissimulatione temeritas admiserit curialis, eos quoque damni simplicis [19] pœna castiget. Dat. Kal. April. *Mediolani,* CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. II. CONSS. 357.

De muneribus personalibus.

9. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Claudium Proconsulem Africæ.

Illud [20] convenit præcaveri, ne quis hanc, quæ personalis est functio, pretio [21] putet esse taxandam. Dat. Kal. Dec. *Treveris,* VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

De prædiis principis.

10. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P.P. [22].

Privatæ rei [23] nostræ privilegiis permanentibus, nihil [24] extra ordinem prædia jure perpetuo consignata sustineant: neque adjectis [25] sæpius, ac præter primum delegationis canonem postulatis afficiantur impendiis: quandoquidem neque aurario [26] canoni sub privilegiis æstimato, aliquid ex ea jubentibus nobis præbitionum diversitate decutitur, & pari cum cæteris æstimari sorte non convenit, quos præter annonarias functiones æstimatas [27] perpetua [28] pensitationum prærogativa nexuerunt. PP. *Carthagine,* Idib. April. post consulatum SYAGRII, & EUCHERII 383.

De dignitatibus.

11. Iidem AAA. ad Syagrium P.P. [29].

Eos, qui cum honore [30] Comitum, nomine Magistrorum memoriæ [31] præfuere, vel epistolis [32], vel libellis, item eos, qui ibidem peragendis, signandisque responsis nostræ [33] mansuetudinis [34] obsecundant: omnium [35] civilium munerum fieri jubemus exortes. Igitur qui ex eo gradu palatio nostro adhæserint [36], adesse sibi competentia privilegia glorientur: qui vero superioribus dignitatibus creverint [37], nihilominus ejus loci privilegia præsto sibi fuisse lætentur. Lecta 3. Kal. Septembr. *Capuæ,* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

Palatini in dignitate constituti etiam post dignitatem finitam, & magistri scientiarum, & legati, a sordidis muneribus hic declaratis sunt exempti. Jo. de Plat.

12. Iidem AAA. ad Hypatium [38] P.P.

Maximarum [39] culmina dignitatum, Consistoriani [40] quoque comites, Notarii etiam nostri, & Cubicularii omnes, atque excubicularii [41], ab omnibus sordidis muneribus vindicentur. Cæteros autem palatina, vel militari intra palatium prærogativa munitos, ita demum privilegium simile contineat [42], si [43] prioribus statutis se ad hujusmodi exceptionem [44] docuerint [45] pertinere: ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati, vel corpori hujusmodi beneficia doceantur fuisse concessa, circa [46] Rhetores, atque Grammaticos eruditionis utriusque [47] vetusto more durante. † Sordidorum vero munerum talis exceptio [48] sit, ut patrimoniis dignitatum superius digestarum, nec conficiendi [49] pollinis cura mandetur [50], aut panis [51] excoctio, aut obsequium pistrini, nec [52] paraveredorum [53] hujusmodi juris [54], aut parangariarum præbitio mandetur: exceptis his, quibus ex more Rhæticus limes [55] includitur: vel expeditionis Illyricæ pro necessitate, vel tempore utilitas adjuvatur. Operarum quoque [56] artificum diversorum, excoquendæ etiam calcis obsequia, nulla de talibus adjumenta poscantur. Materiam lignorum [57] atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non præbeant: Carbonis [58] quoque, nisi eum quem moneta solenniter, vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum, ab hujusmodi viris præbitio desistat. Publicis, vel sacris ædibus construendis, atque reparandis, capitalis [59], atque temonis necessitas [60] nulla mandetur: legatis [61] atque adlectis [62] sumptus possessio hujusmodi privilegiis munita non conferat [63]. Hoc tamen his patrimoniis prosit, quæ dignitatem proprio videntur nomine possidere. Eos etiam, qui simili honore functi [64] sunt, generali prærogativa a præbitione sordidorum munerum vindicamus. Dat. 5. Id. Dec. ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

De successoribus.

13. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Neotherium [65] P.P.

Sordidorum [66] munerum excusatio [67] delata personis, ad heredem, successoremve transire non potest. Neque enim potest esse perpetuum [68], quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulsisse nos constat. Dat. 18. Kal. Maji, *Mediolan.* ARCAD. A. I. & BAUTONE, CONSS. 385.

Ad l. 18. Cod. Theod. h. t.

14. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P. Orientis [69].

Eam legem [70], quam de extraordinariis, sordidisque muneribus, expressis vocabulis functionum, & insignibus dignitatum, sine ulla ambage præscripsimus; ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, esse præcipimus servandam, ut iisdem beneficiis non quandiu militaverint, sed quandiu vixerint, perfruantur. Dat. 11. Kal. April. *Mediolan.* TATIANO, & SYMMACHO CONSS. 391.

De prædiis Principis.

15. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messiano Com. R. P. [71].

Evidenter, atque absolute jubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo, seu perpetuo jure teneantur, aliquid præ-

ca quædam hic erant, quæ eruere ex libris manuscriptis non potuimus, nec fuere unquam integra, quoniam iis subjicitur &c. Cujac. *hic.* 1 Hoc Honorius & Arcadius non admisit. *l.* 153. *C. Theod. de decurionibus.* 2 vid. ℑ. *tit. de domestic. & protectorib. l.* 12. *tit.* 17. 3 Præpositos laborum videtur intelligere, qui erant ex protectoribus. *l.* 1. *Cod. Theod. de præposit. laborum.* Goth. In qua ita est: *Qui ex devotissimis domesticorum scholis præpositi laborum nostro judicio & stipendiorum sudoribus promoventur.* Mod. 4 Al. *deest.* 5 *l.* 2. §. 9. *ff. de excusat. tutorum.* 6 Domus diversæ, diversa patrimonia. Goth. In Græca metaphrasi ὑποςάσεων. Mod. 7 Al. *Hydrulæ,* sunt autem *Hydraulæ,* qui machinis & organis aquas deducunt. Vitruvius 10. Athenæus. Plinius, ne alioqui putes cum Accursio, *Hydraulam* esse, qui aquam in palatium principis deferat, cum custodiat aquæductus aulæ Imperialis. De aqua & ejus usu vide Forcatulum *cap.* 14. *penus.* Sed quid? Cujacius in *l.* 6. §. 1. *ff. de excusation. tutor.* ex lege quarta hujus tituli notans, Musicos immunitatem non habere, licet eorum ars ingenua sit & liberalis, quam liberum scire adolescentem æquum sit. vide 1. Quintil. 10. videtur hic legisse *Musici. Goth.* Græci ita definiunt: Ὑδραύλαι εἰσιν οἱ αὐλοῦντες ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῖς ἐκ ἀπὸ ἀσκῶν, ἀλλ' ἀπὸ ὕδατος κατά τινα μηχανὴν τὸ πνεῦμα δεχομένοις. Vide Cujac. hic & Forcat. *in penu juris cap.* 14. Mod. 8 Probare immunitatem debet, qui eam sibi concessam asserit. *l.* 5. *ff. de probat.* 9 *Subaud.* licet profiteri videantur artem liberalem. 10 Absentes tamen ipsi Reipubl. causa immunitatem habent. *l.* 1. *infr. de professoribus. h. l. tit.* 52. 11 Venator sola venationis professione non est immunis. 12 Imo aliquo jure. *l. ult. circa fin. ff. de jure immunit.* Goth. Resp. eruditiss. Cujacius, eam legem pertinere ad milites, qui a militiæ gravioribus muneribus excusantur. sumpta enim est ex lib. Militar. T. Arrunt. qui fuit præfectus prætorio sub Antoninis. Milites ergo venatores non sunt munifici: venatores cæteri, qui provincias a feris purgant, non ideo a civilibus muneribus excusantur. *Mod.* 13 *Lintearios,* quod magis probat Cujacius. 14 *Parthiarios* legit Alciat. sed *parthicarios* magis probat Cujac. qui pellium Parthicarum negotiatores sunt, ex quibus fiebant Zanchæ. *l.* 2. *l.* 3. *Cod. Theod. de habitu.* Trebell. *in Claudio.* Pyrrhus legit *pelliparios.* Cæterum de pellibus Parthicis vid. *l. ult.* §. 7. *ff. de publicanis.* 15 Hæc constitutio conflata est ex *l.* 8. & 11. *tit.* 16. *lib.* 11. *Cod. Theod.* quare imperat. nomina & consulum illinc desumes. 16 *Auctore, in C. Theod.* 17 Imo dupli. *l. un. supr. de exact. h. lib. tit.* 19. vide *Nov. Leonis* 61. 18 *Excutere, in C. Theod.* 19 *Similis, in C. Theod. & vet. quib. lib.* quod rectius videtur. 20 Pertinebat hæc lex ad pistorum functionem, ut constat ex *l.* 12. *C. Theod. de pistorib.* 21 *l.* 15. *infr. h. t.* Goth. Munus personale non licet adærare. *l. æstimationem. ff. de mun. & hon.* Mod. 22 *Ex C. Theod. lib.* 11. *tit.* 16. *l.* 13. 23 *l.* 6. *ff. de vac. muner. l.* 5. *supr. qui bonis cedere.* 24 Al. *nisi.* 25 *Abjectis, in C. Theod.* sordidis: quod magis probat Cujac. *juxta l. pen.* ℑ. & sic reperi *in duob. lib. manus.* 26 Aurarius canon quid, dixi ad *Pragmaticum Justiniani, cap.* 18. 27 *Æstimata, in C. Theod. & quibusd. lib.* 28 *Perpetuo, in C. Theod. & quib. lib.* 29 *Ex C. Theod.* 11. 16. 14. 30 *l.* 12. *in princ. infr. h. t.* 31 Memoriæ magistri, memoriales. 32 Magistri epistolarum, libellorum, responsorum. 33 Al. *vel nostræ.* 34 *Mansuetudini, in C. Theod.* 35 Hic quædam e *C. Theod.* immutata sunt. 36 *Abscesserint, in al. lib. & C. Theod.* 37 Al. *Accreverint.* 38 *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 16. *l.* 15. 39 *Maximæ dignitates, illustres, l. ult. infr. h. t.* 40 Συγκλητικὰς καὶ τὰς κομητὰς κονσιςωριανὰς adjicit autor Synopseos 54. *tit.* 6. *cap.* 19. senatores & comites consistorianos. 41 *Ex cubiculariis, in C. Theod. & quibusd. lib.* Ἀποκουβικλάριοι. *Synopsis.* 42 *Contingat, in Cod. Theod.* 43 Hoc est, si toti gradui, non singulis personis privilegium indultum sit. *Synops. ibid.* 44 *Exactionem, in Cod. Theod.* 45 Al. *docuerit.* 46 *Additur in Cod. Theod. ecclesias.* 47 *Id est, Græca & Latina. Synops. ibid.* 48 *Exceptio sic, C. Theod.* 49 Γυρινοὶ quibus cura pollinis conficiendi incumbit, *Syn. ibid.* Apud Accursium legitur, *conficiendæ pollinæ.* 50 *Mandatur, in Cod. Theod.* 51 Ἀρτοκόποι, quibus panis excoctio injuncta. *Synops. ibid.* 52 *Ne, in Cod. Theod.* 53 Quid igitur dicendum de veredis & angariis? videntur & excusandi & ab his, *arg. l.* 3. *infr. de silent.* & *l.* 2. *infr. de præb. sacr. cub.* maxime cum eorum munerum promiscua conditio sit. *Mod.* 54 *Viris, in Cod. Theod. & quib. lib.* 55 August. *lib.* 18. *de civit. Dei, c.* 18. 56 *Atque, in C. Theod. & quib. lib.* 57 *Lignum, in C. Th. & quib. lib.* 58 Carbo requiritur ad monetam & arma fabricanda. Veget. 4. *cap.* 4. 59 Legendum *capituli, ex C. Theod.* quem vide & confer; ex eo enim multa hic sunt detracta. Capitulum Græci interpretantur κεφαλικὰς συντελείας. 60 Hæc dicitur & *functio,* & *onus,* & *injuria,* & *cura,* & *obsequium, l.* 2. ℑ. *de priv. eor. qui in sac. pal. l.* 4. ℑ. *de prox. sac. scr. l.* 1. ℑ. *de pal. sac. larg. l.* 14. & *l.* 18. *C. Theod. de extraneis muneribus,* & est patrimoniale munus, ut apparet ex hac lege, quæ patrimonialia munera tantum recenset. porro quod procedit *capitulum* Græci interpretantur κεφαλικὰς συντελείας. Mod. 61 Legati, qui immittuntur ad principem. 62 Adlecti οἱ ὑπὸ βασιλέως καλούμενοι. qui cum principe evocantur publici negotii causa. vide *l. unic. infr. de præpositis laborum. l.* 12. *tit.* 18. Goth. Seu legati qui mittuntur ad principem. Alioquin enim *allecti* susceptorum genus est. *l.* 11. 12. 13. *C. Theod. de suscept.* Mod. 63 *Conferant, in quib. lib.* al. *conferantur, sed in C. Th. ferat, ut in lib. Aured. & Dionys.* 64 *Perfuncti, in C. Theod.* 65 *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 16. *l.* 16. 66 *l.* 1. §. 1. *ff. de jur. immunit.* 67 Al. *excusatione, in C. Theod.* 68 Perpetuum privilegium, perpetuave excusatio esse non potest; quæ non rebus, sed personis contemplatione dignitatis mandatur. 69 *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 16. *l.* 19. 70 *Intelligit. l.* 18. *ejusd. tit. C. Theod.* 71 *C. Theod. hos tit. l.* 20.

ter ordinem ſuperindicti vel pretii [1] nomine de ſordidis quibuſcunque muneribus agnoſcant: Nam & hoc a divis Principibus imperatum [2] eſt, & a noſtra ſerenitate reparatum. Quisquis igitur judicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus ſuis, alia de officiis ſuis, totidem & de curialibus qui exequi mala juſſa feſtinant, noverit eruenda. Dat. 7. Kal. Jul. *Mediol.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De illuſtribus.

16. Iidem AA. & THEOD. A. Melitio P.P. poſt alia [3].

AB [4] illuſtribus [5] perſonis ſordida munera, & extraordinariæ neceſſitatis damna removemus. Dat. 15. Kal. Mart. *Ravenn.* DD. NN. HONORIO IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

TIT. XLVIII.
DE [6] QUIBUS MUNERIBUS, VEL PRÆSTATIONIBUS NEMINI LICEAT SE EXCUSARE.

1. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Herculeo P.P. [7] Illyrici.

COmparationi [8] transvectionique ſpecierum univerſi ſine ullo privilegio coarteintur ad neceſſitates Illyricanas [9]: nam in his duntaxat titulis nullum ſub quopiam ceſſare privilegii velamento cenſemus: ſed ſub hac conditione, cum tempus exegerit, hujusmodi collationi ſuccumbant [10], ut non tantum requiratur idoneus, verum univerſi pro portione ſuæ poſſeſſionis jugationisque ad hæc munia [11] coartentur, & a ſummis ſarcina ad infimos usque decurrat. Dat. 3. Id. April. *Conſtantinop.* BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Taurum P.P.

CUm [12] ad [13] feliciſſimam expeditionem [14] nominis [15] noſtri, omnium provincialium per loca qua [16] iter arripimus, debeant nobis [ſolita] miniſteria exhiberi [17], neminem ab angariis, vel parangariis, vel plauſtris, vel quolibet munere [18] [penitus [19]] excuſari præcipimus: ſed omnes, ſive ad divinam [20] noſtram domum, ſive ad venerabilis Auguſtæ, vel ad ſacroſanctas Eccleſias, vel quaslibet illuſtres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec divina adnotatione, ſacrove oraculo excuſatos, indictionibus magnificæ [21] tuæ ſedis tempore noſtræ expeditionis obedire decernimus. Dat. 13. Kalend. Mart. *Conſtantinop.* VALENTIN. A. V. & NONIO CONSS. 445.

3. Imp. LEO *ad S.*

HAc providentiſſima lege ſtatuimus, omni excuſatione ceſſante, nullaque perſonali [22] dignitate penitus excepta, in quibuscunque locis adminiſtrationi ſublimitatis tuæ commiſſis [23] opus exegerit murorum [24] conſtructionem, ſeu comparationem [25] frumenti, aliarumque ſpecierum ſine ullo impedimento, prout commodum atque neceſſarium magnitudo tua perſpexerit, fieri.

TIT. XLIX.
QUI ÆTATE [26], [VEL PROFESSIONE [27]] SE EXCUSANT.

Studentes habent immunitatem a muneribus perſonalibus usque ad XXV. annum ætatis ſuæ. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Severino, & aliis Scholaribus Arabiæ [28].

CUm vos adfirmetis liberalibus [29] ſtudiis operam dare maxime circa juris [30] profeſſionem, conſiſtendo in civitate *Berytiorum* provinciæ Phœniciæ [31]: providendo [32] utilitati publicæ & ſpei veſtræ [33] decernimus, ut ſinguli usque [34] ad viceſimum quintum [35] annum ætatis ſuæ ſtudiis non avocentur [36].

2. Iidem AA. & CC. Theodoro.

CUm filios tuos patria poteſtate liberatos [37], adhuc minores legitima [38] ætate eſſe dicas, merito poſtulas, ut liberalibus [39] ſtudiis non avocentur [40]: & ideo muneribus perſonalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adſtringentur, ſi civium inopia [41] non eſt.

Majores quinquaginta quinque annis excuſantur a muneribus perſonalibus, non patrimonialibus. Bart.

3. Iidem AA. & CC. Plautiano.

MAnifeſti juris eſt, majores quinquaginta quinque [42] annos invitos ad munera perſonalia vocari non poſſe. Cum itaque ſeptuagenario majorem te eſſe profitearis, ſi a nominatione facta appellationis auxilium interpoſuiſti, tueri te notione præſidis provinciæ potes jure conceſſo.

TIT. L.
QUI MORBO [43] SE EXCUSANT.

Orbi utroque oculo excuſantur a muneribus perſonalibus, ſecus ſi uno tantum. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.

SI ea *cæcitate* [44] pater tuus oppreſſus eſt, ut utriusque oculi aciem prorſus amiſerit, levamentum perſonalium [45] munerum ſentiet.

Debilitatus propter morbum, habet excuſationem. Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

CUm *auriculari* [46] morbo debilitatum te eſſe dicas, juxta juris publici auctoritatem a perſonalibus muneribus vacationem habebis.

3. Iidem AA. & CC. Celæ [47].

POdagræ [48] quidem valetudo nec ad perſonalium munerum prodeſt excuſationem: verum cum ita te valetudine pedum adflictum dicas, ut rebus propriis intereſſum commodare non poſſis, Rector provinciæ, ſi allegationibus tuis fidem adeſſe perſpexerit [49], ad perſonalia munera te vocari non patietur.

Infirmitas patris non excuſat filios. Bart.

4. Iidem AA. & CC. Regino.

CAſus [50] *corporis* patris munerum perſonalium filio jure non præſtat excuſationem.

TIT. LI.
DE HIS, QUI NUMERO [51] LIBERORUM, VEL PAUPERTATE EXCUSATIONEM MERUERUNT.

1. Imp. ALEX. [52] A. Verecundo.

NUmerus liberorum ab oneribus [53] non excuſat.

2. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Severo.

FIlium [54] ab hoſtibus captum, ac necdum reverſum, ad excuſationem munerum perſonalium patri proficere non poſſe, magis placuit.

3. Iidem A. & C. Nomo.

NEpotes [55] loco parentum ſuccedentes, vice eorum prodeſſe conſueverunt: Ideoque ſi quinque [56] numerus liberorum ex amiſſorum filiorum nepotibus ſuppletur, a muneribus perſonalibus is, quem patrem tuum eſſe dicis, juxta conſtituta excuſatur.

Divitiæ filiorum non onerant patrem. Bart.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

CUm [57] facultates tuas [omnes [58]] in filium tuum contuliſſe te, nec quicquam habere proponas: reſpectu patrimonii [59] ejus quod tuum eſſe deſiit, muneribus civilibus non adſtringeris.

5. Iidem AA. & CC. Marco.

DE [60] perſonalibus muneribus, quæ fœminis pro ſexus conditione indicuntur: exemplo [61] marium, quinque ſuperſtitum numero liberorum eas excuſari Divi Parentes noſtri conſtituerunt.

1 *Pretii petiti, in C. Theod. & Græcos legere petiti, notat* Cujac. 2 Impetratum. 3 *C. Theod. h. t. l. ult.* 4 *l. 64. in fin. ſupr. de decurionibus, l. 23. in pr. ff. ad municip.* 5 Illuſtres hic ſenatores, maximarum dignitatum culmina, *l. 12. ſupr. h. t.* 6 Al. *Ex quibus.* 7 Ad rempub. Illyrici. 8 Comparatio ſpecierum συνωνή. adde *l. ult.* ℑ. *h. t. l. ult.* ꝟ. *ut nemini liceat in emptione ſpecierum. h. lib. tit.* 27. Goth. Transvectionis vero appellatione intelliguntur angariæ, parangariæ, paraveredi. *l. 12. tit. prox.* Mod. 9 Illyricianas. 10 Succumbat. 11 Munera. 12 Hæc cauſa ſumme neceſſaria ideoque nemo ab ea excuſatur. *l. un. ſupr. ut nemini liceat in empt. h. lib. tit.* 27. adde *l. 11. ſupr. de ſacroſ. eccleſ. l. 21.* ℑ. *de curſu. l. 12. tit. 51.* 13 *Junge cum l. 11. ſupr. de ſacroſ. eccl.* 14 Ab expeditionis (τῆ ϛρατοπέδυ) oneribus, ne quidem Eccleſia, nec alius quisquam immunis eſt: oneribus, inquam, expeditionis, puta angariis & parangariis. *Synopſ. 5. tit. 1. cap. 5. & ibid. ex lib. 56. tit. 17. cap. 22. l. 21.* ℑ. *de curſu publico, l. 12. tit. 51.* 15 Numinis. 16 Quibus. 17 Exhibere. 18 Videtur coemptionem dicere, a qua tum ne domus quidem Auguſti aut Auguſtæ excuſatur, ex Nov. Tiberii de divinis domibus. *§. ult.* Mod. 19 *Deeſt in d. l. 11.* 20 Adde *Novell. Tiberii* 1. *cap. ult. in fin.* 21 Magnificentiæ. 22 *Alias,* perſona, vel dignitate. 23 Commiſſi. 24 In murorum conſtructione, vel comparatione frumenti, aliarumve ſpecierum, nemo excuſationem habet. *Synopſ. Baſil. 54. tit. 7. cap. 3.* vide *l. 1. ſupr. hoc tit.* 25 Parationem.

26 *Sub.* majori annis quinquaginta quinque: eſt vero hoc ſenectutis privilegium. Goth. Adde *l. 2. §. ult. l. 11. D. de decurionib. l. 5. D. de jure immunitatis.* Junct. *l. unic.* ꝟ. *Qui ætate ſe excuſant.* & notata *ad l. 3.* ℑ. *h. t.* S.L. 27 Al. *incluſa deſunt.* De privilegiis Scholarium vide *Authenticam habita.* ꝟ. *Ne filius pro patre.* & Tractatum Horatii Luſchi *de privilegiis ſcholarium.* 28 Qui ex Arabia Beryti. 29 *l. 2.* ℑ. *h. t. l. 28. D. quib. ex cauſis majores.* 30 Juris profeſſio, liberale ſtudium eſt: *ut hic.* 31 Al. *Phœnicæ,* al. *Phœnices.* 32 *Al.* providendum. 33 Noſtræ. 34 Cur ita? collige ex *l. 11. D. de decurion.* 35 Congruit. *l. 2.* ꝟ. *de incolis. h. lib. tit.* 39. Goth. Minores 25. annis in curiam conſcribi non poſſunt, *l. non tantum. D. de decur.* neque ad munera civilia vel honores admittuntur, *l. ad remp. D. de mun. & hon. l. 2. §. 1. D. de vac. mun.* niſi ex cauſa: ut puta ſi urgeat neceſſitas penuriæ hominum, *l. 2. hoc tit. l. 1. ſupr. qui & adv. quos in integ. reſt.* vel beneficio liberorum. *l. 2. D. de minoribus.* ſeu beneficio principis. de quo alibi Plinius. An igitur minor 25. annis judex dari poteſt? libri βασιλικῶν negant & cum illis facit Cujacius: nec enim, inquit, obſtat *l. cum lege. D. de recept. qui arb. rec.* quippe quæ non definiat minorem 25. annis judicare poſſe; ſeu illud dicat: ſi evenerit, ut minor 25. annis judex electus ſit conſenſu partium, vel datus, ſeu quacunque alia ratione id contigerit, ex lege Julia judiciaria eum, ſi fuerit intra annum 20. judicare non cogi. Non obſtat *l. quidam. D. de re jud.* quia id etiam generaliter non definit, ſed ſi forte aliqua ex cauſa evenerit, ut minor judicet, tuendam ejus ſententiam eſſe, modo ſi plena pubertate fuerit, quæ ætas etiam decurionibus definita eſt. *l. 19. C. Theod. de Decur.* Item non obſtat *l. cum prætor. ff. de jud.* quia hæc ſolum impuberem judicare vetat. nam impubes plane judex eſſe prohibetur; pubes poteſt eſſe ex conſenſu partium, ſed excuſatur, ſi minor ſit an. 20. *Mod.* 36 Al. *advocentur.* male. 37 Hoc ponit ex facto, non quod idem non ſit, ſi in poteſtate fuerint. Et ſuperior quidem conſtitutio eſt de ſtudiis juris civilis, hæc de liberalibus & de ingenuis. *Mod.* 38 Minor vigintiquinque annis decurio fieri, vel ad honores, vel munera civilia admitti non poteſt. *ut hic. l. non tantum. 11. ff. de decurionib. l. ad Rempublic. 8. ff. de munerib. & honorib. l. 2. in pr. ff. de vacat. munerum.* 39 Vid. *l. 1. ſupr. h. t.* 40 *Advocentur,* al. *revocentur.* 41 V. *l. 11. §. 2. ff. de munerib.* 42 Euſtathius *lib. 10. de temporib.* quinquaginta Baſil. ſeptuaginta. Cuj. *argum. l. 3. D. de jure immunit.* olim ſeptuaginta in urbe. Varr. 3. *de vita P. Romani,* Plin. 4. *epiſt.* Goth. *Septuaginta* hic legi volunt Cuj. & Weſenb. ut conveniat cum *l. unic. Cod. Qui ætate ſe excuſ.* Malim tamen hunc text. ita ſalvari, ut ſpecialiter de munere decurionatus intelligatur, quæ ætas a decurionatu excuſat. *l. 2. §. ult. l. 11. D. de decurion.* S. L.

43 De cæcitate vide *l. 1. cum auriculari morbo l. 2. podagræ. l. 3.* ℑ. *h. t.* 44 Cæcitas excuſat a muneribus perſonalibus. *l. 1.* ꝟ. *qui morbo.* Goth. Vid. *l. 3. Cod. qui dar. tutor.* vid. Alciat. *hic.* Anſ. 45 At non a conſilio præbendo. *l. 1. §. 5. D. de poſtulando.* 46 *Articulari. al.* adde *l. 18. §. Camelaſia* 11. *D. de munerib.* Goth. Omnino legendum: *cum articulari morbo debilitatum te eſſe dicas,* & accipiendum de chiragra, quæ cur excuſationem præbeat a perſonalibus muneribus, cum podagra non præbeat, *l. prox.* ℑ. *l. 13. ſupr. de decur.* ratio eſt, quod vehementior longiorque morbus ſit articularis quam podagricus. *Mod.* 47 Celſæ, *al. Cellæ.* 48 Podagra a muneribus perſonalibus non excuſat, niſi juſta cauſa ſit, hoc eſt, niſi magna admodum podagra ſit, *ut hic,* eadem ratione podagra non excuſat a decurionatu. *l. 13. ſupr. de decurionibus.* de podagra adde *l. 53. D. de ædilitio.* Goth. Adde *l. penult. in fin. D. de excuſat. mun.* Anſ. 49 Proſpexerit. 50 Vide *l. 5. §. immunitati 4. D. de jure immunitatis.*

51 Numerus liberorum excuſationes præbet. Tres liberi a legationibus. *l. 1.* ℑ. *de legationib. h. lib. tit.* 63. quinque a perſonalibus muneribus excuſationem præbent parentibus ſuis, cujuscunque ſexus ſint, *l. 3. l. ult.* ℑ. *h. t.* Duodecim vel tredecim a muneribus patrimonialibus. *l. 24.* ꝟ. *de decurion.* multo magis ſedecim. *l. ſemper 5. §. demonſtratur 2. D. de jure immunitatis.* adde Guidonem Papæ *deciſ.* 104. *l. 2. §. munerum. D. de vacatione munerum.* Goth. Conf. Ferdinandum Paez *in tract. de excuſandis parentibus a muneribus publicis ob numerum liberorum.* Mod. 52 Al. *Antonin. A.* 53 Al. *honoribus, l. 2. §. numerus. l. 8. in pr. D. de vacat. mun.* 54 Vid. Platonem *lib. 5. de Repub.* 55 Nepotes loco filiorum ſunt, quoties parentum loco ſucceſſerunt. adde *l. 2. §. 7. D. de excuſat. tutorum.* 56 *l. 5. l. ult.* ℑ. *h. t.* 57 Vide *l. 4. in fin. D. de munerib.* 58 Al. *deeſt.* 59 Id eſt, propter paupertatem: non eſt enim hæc lex accipienda de patrimonialibus muneribus, ſed de perſonalibus, ut adnotat Cujac. recte. 60 *l. 1.* ℑ. *de mulier. & in quo. h. lib. tit.* 62. 61 *l. 4. in princ. D. de munerib.*

6. Imp. CONSTANT. A. Dalmatio [1].

EOs, qui cujuscunque ſexus liberos [2] quinque habent, impetrata ſemel vacatione potiri convenit: ita ut ſi in hoc numero ætatis legitimæ filius inveniatur, obeundis ſtatim pro ſuo patre muneribus applicetur: patribus, qui filios, vel filias quinque habuerint, promiſſa legibus immunitate ſervanda. Quod ſi quis propter cenſum [3] tenuiorem, vacationem meruerit, atque hoc probaverit: beneficio potiatur, ſi [4] propter rerum anguſtias ad perſonalia vocatur [5] obſequia. Dat. 14. Kalend. Februar. *Sirmii*, CRISPO III. & CONSTANTINO II. CONSS. 324.

TIT. LII.
DE PROFESSORIBUS [6] ET MEDICIS [7].

De medicis.

1. Imp. ANTONINUS A.

CUm *te medicum* [8] legionis [9] ſecundæ [10] adjutricis [11] eſſe dicas, munera civilia quamdiu Reipublicæ [12] cauſa abfueris, ſuſcipere non cogeris. Cum autem abeſſe deſieris, poſt finitam eo jure vacationem, ſi in eorum numero es, qui ad beneficia medicis conceſſa pertinent, ea immunitate uteris.

De grammaticis & oratoribus.

2. Imp. GORDIANUS A.

GRammaticos ſeu *oratores* decreto [13] ordinis probatos, ſi non ſe utiles ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari [14] poſſe [15] incognitum non eſt.

De poetis.

3. Imp. PHILIPPUS A.

POetæ [16] nulla immunitatis prærogativa juvantur.

De Profeſſoribus & calculatoribus.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

ORatione [17] divi Pii liberalium [18] ſtudiorum profeſſores, non etiam *calculatores* [19] continentur.

De medicis.

5. Iidem AA. & CC. Phuidemo [20].

NEc intra [21] numerum [22] præſtitutum [23] ordine [24] invitos [25] *medicos* immunitatem habere ſæpe conſtitutum eſt, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

De medicis, grammaticis, & cæteris profeſſoribus & legum doctoribus.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Voluſianum [26].

MEdicos [27] & maxime archiatros [28], vel ex [29] archiatris, *Grammaticos* [30], & profeſſores alios literarum, & *doctores legum*, una cum uxoribus & filiis [31], necnon & rebus, quas in civitatibus ſuis poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis immunes eſſe præcipimus: & neque in provinciis hoſpites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad judicium deduci [nec [32]] eximi, vel exhiberi, vel injuriam pati: ut ſi quis eos vexaverit, pœna arbitrio Judicis plectatur. Mercedes [33] etiam eis [34], & ſalaria reddi jubemus, quo facilius liberalibus ſtudiis & memoratis artibus multos inſtituant [35]. PP. Kalend. Auguſt. *Sirmii*, CRISPO & CONSTANTIN. CC. CONSS. 321.

De magiſtris.

7. Imp. JULIANUS A.

MAgiſtros [36] ſtudiorum *doctoreſque* excellere oportet moribus [37] primum, deinde facundia. Sed quia ſingulis civitatibus adeſſe ipſe non poſſum: jubeo, quisquis docere vult, non repente nec temere proſiliat ad hoc munus, ſed judicio [38] ordinis probatus, decretum curialium mereatur, optimorum conſpirante conſenſu. Dat. 15. Kal. Jul. Acc. 4. Kal. Auguſt. *Spoletii*, MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

De Philoſophis.

8. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Mamertinum [39] P. P. [40].

REddatur unusquisque patriæ ſuæ qui habitum [41] *philoſophiæ* indebite & inſolenter uſurpare cognoſcitur, exceptis his, qui a probatiſſimis approbati [42], ab hac debent colluſione [43] ſecerni. Turpe [44] enim eſt, ut patriæ functiones ferre non poſſit, qui [45] etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur. Dat. 14. Kalend. Februar. *Sirmii*, VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 371.

De archiatris.

9. Iidem AA. & CC. ad Prætextatum P. U. [46].

ARchiatri [47] ſcientes annonaria ſibi commoda a populi commodis [miniſtrari [48]], honeſte obſequi tenuioribus malint, quam turpiter ſervire divitibus. Quos etiam [49] ea patimur accipere, quæ ſani offerunt pro obſequiis, non ea, quæ periclitantes pro ſalute promittunt [50]. Dat. 3. Kalend. Februar. *Trev.* VALENTIN. & VALENTE III. AA. CONSS. 372.

Non debet in locum magiſtri defuncti alius ſubrogari, niſi fuerit approbatus. Bart.

10. Iidem AA. ad Olybrium P. U. [51].

SI quis in *archiatri* defuncti locum eſt promotionis meritis aggregandus, non ante eorum particeps fiat, quam primis, qui in ordine reperientur, ſeptem [52], vel eo amplius judicantibus idoneus approbetur: ita tamen, ut quicumque fuerit admiſſus, non in priorum numerum ſtatim veniat, ſed eum ordinem conſequatur, qui cæteris ad priora ſubvectis ultimus poterit inveniri [53]. Dat. 6. Id. Mart. VALENTINIANO & VALENTE III. AA. CONSS. 372.

De grammaticis, oratoribus, philoſophis, medicis, & eorum liberis.

11. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P. P. [54].

GRammaticos, *Oratores*, atque *Philoſophiæ præceptores*, necnon etiam *Medicos* [55], præter hæc, quæ retro latarum ſanctionum auctoritate conſecuti ſunt privilegia immunitateſque, frui hac prærogativa præcipimus, ut univerſi, qui in ſacro palatio inter archiatros [56] militarunt, cum comitivam primi ordinis, vel ſecundi adepti fuerint, aut majoris gradum dignitatis aſcenderint, nulla municipali, nulla [57] curialium conventione [58] vexentur, ſeu adempta adminiſtratione ſeu accepta teſtimonialem [59] meruerint miſſionem: ſint ab omni functione, omnibuſque muneribus publicis immunes, nec eorum domus ubicumque poſitæ, militem ſeu judicem ſuſcipiant hoſpitandum.

† Quæ omnia [in [60]] filiis etiam eorum & conjugibus illibata præcipimus cuſtodiri [61]. † Hæc autem & profeſſoribus [62] memoratis, eorumque liberis deferenda mandamus. Dat. prid. Kal. Decembr. *Conſtantin.* CONSTANTIO & CONSTANTE CONSS.

TIT. LIII.
DE ATHLETIS.

Qui tribus præliis fuerit coronatus, quorum unum Romæ fuerit, excuſatur a muneribus. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Hermeti.

AThletis [63] ita demum, ſi per omnem ætatem certaſſe, coronis [64] quoque non minus tribus certaminis [65] ſacri (in quibus vel ſemel Romæ,

1 *C. Theod. lib.* 12. *tit.* 17. *l.* 1. 2 *d. l.* 4. 3 Cenſus tenuis juſtam præbet excuſationem a muneribus. adde Rolandum a Valle 1. *conſil.* 66. *n.* 5. 4 Al. *nec propter &c.* & ita Hal. 5 Imo vocatur. *l.* 40. §. 1. *ff. de excuſat. tutor.*
6 De Grammaticis & oratoribus *l.* 2. poëtis *l.* 3. calculatorib. *l.* 4. magiſtris ſtudiorum, doctoribus *l.* 7. philoſophis. *l.* 11. J. *h. t.* 7 Medicina nobilitet, nec ne, vid. Tiraquell. tractatu de nobilitate: adde, quæ notavi ad *l.* 6. J. *h. t.* 8 Medici in legionibus fuere. *l. ult. ff. de munerib.* §. *ult.* adde *l.* 33. §. 2. *ff. ex quib. cauſis majores.* vid. *l.* 6. J. *h. t.* 9 Legiones plures fuere. 10 Imo adjutrix legio prima fuit, non ſecunda. *l. ult.* J. *de caſtrenſi peculio. l.* 12. *tit.* 37. 11 Adjutrix legio prima. de qua dixi ad *leg. ult.* J. *de caſtrenſi peculio. l.* 12. *tit.* 37. 12 Vide *l.* 45. §. 1. *ff. de excuſ. tut.* Goth. Medici militum reip. cauſa abſunt, *l. inter eos.* §. *ult. ff. ex quib. cauſ. man.* ideoque & quamdiu abſunt, & poſt annum quam abeſſe deſierint, immunitatem habent; poſtea vero ita demum, ſi ex ſtatutorum numero ſint, vide & *l.* 4. *C. Theod. de med. & profeſſ.* porro primæ legionis adjutricis fit mentio *in l. ult.* J. *de caſtr. pec. l. ult.* J. *de appell. Præfect. Prætor.* utraque autem fuit in Pannonia inferiori: altera a Galba, altera a Veſpaſiano inſtituta. *Mod.* 13 *l.* 1. *in fin.* s̃. *de decretis decurionum. h. lib. t.* 46. 14 *l.* 6. §. 6. *ff. de excuſ. tut. l.* 11. §. 3. *ff. de munerib.* 15 Imo non poſſunt. *l.* 9. *verſ. Sed eo dictum. ff. de negotiis geſtis:* poſſunt, non tamen temere. *l. penult. ff. de decretis.* 16 Poëtæ hoc ipſo, quod poëtæ, immunitatem non habent: non quod eam divini ſpiritus non mereantur, ſed quod lex deficit. Poëtæ porro quantum Reipublicæ, ſtudiis, eloquentiæ, ſacris & moribus conferunt, vid. apud Horatium.
17 *l.* 6. §. 7. *ff. de excuſ. tut.* Goth. Intelligit ni fallor (ait Cujacius) epiſtolam Divi Pii ad commune Aſiæ, de qua in *l.* ἐὰν δύο. *ff. de exc. tut.* qua Grammatici, Rhetores, Medici, Philoſophi continentur: non calculatores, qui ψηφισαὶ vocantur, ut ita *l.* σπάδοντα. *ff. hoc tit.* Mod.
18 Liberalia ſtudia quæ eſſent, dictum in *l.* 1. *ff. de variis & extraord. cognit.*
19 Calculatoribus & librariis, qui numerandi artem docent, immunitas non datur. *l.* 15. §. 5. *D. de excuſ. tutor.* adduntur a Græcis ζυγοςάται, ponderatores & libripendes. Poſſunt addi ex *l.* 1. §. *ludi* 6. *ff. de variis & extraord. cognit.* notarii & tabularii. Illi enim immunitatem non habent, licet videantur liberalia tractare, notarii videlicet numeros & literas, vel ea quæ ſunt literarum vice: tabularii vero tabulas publicas. 20 Finidemo. 21 Intra.
22 Medicis inter cætera a Julio Cæſare jus civitatis datum teſte Suet. *in Julio, c.* 42. Auguſtus vero, quod a Muſa liberto (cui jus annulorum & vim auri infinitam dederat, & ſtatuam ære collatitio prope ſignum Æſculapii poſuerat) ex adverſa admodum valetudine in optimam reſtitutus eſſet, univerſo medicorum ordini immunitatem munerum dedit, *teſte* Dione 53. id poſtea ſub Veſpaſiano, Adriano & Antonino confirmatum. *l. ult.* §. *ult. ff. de munerib.* Poſtea placuit, numerum medicorum definiri, ne eo prætextu quiſque munera effugeret. *l.* 7. §. 2. *D. de excuſ. tutor. l.* 1. *D. de decretis ab ordine.* Poſt hæc placuit, ut ne, qui intra eum numerum eſſent, invito ordine immunitatem haberent, *ut hic.* Quod argumento eſt, decreto decurionum immunitatem medicis tributam. Hos ſecutus Claudius, Galenus ſub Commodo Romæ, ſummos honores conſecutus eſt & ſtatuam. Poſt Commodum, Severus medicis annonas ex publico addidit. Hæc tot beneficia Conſtantinus, Honorius, Theodoſius poſtea confirmarunt, ut ex *C. Theod.* poteſt colligi. Poſtremo Julianus oneribus municipalibus medicos liberavit, ut ex *epiſtolis Juliani* poteſt colligi. *l. Ratio* 4. *C. Theod. de Medicis & profeſſorib.* 23 Præſtitum. 24 Ordinem. 25 Immunitas, al. *ordine invito.* Goth. Duo enim exiguntur, ut medicis competat immunitas; ut ſint intra numerum, quem definivit Epiſtola Divi Pii, quique in urbibus Roma & Conſtantinopoli non idem eſt. Et ut decreto ordinis probati ſint, quod idem in profeſſoribus quoque dicendum eſt. *Mod.* 16 *C. Theod. hoc tit. l.* 1. ſed multis mutatis. 27 *l.* 1. *in pr.* s̃. & *l. ult. in pr.* J. *h. t. l.* 6. *in pr. ff. de jure immunitatis.* 28 Hi ſunt, qui in comitatu Principis medendi cura funguntur: ut ex Archiatris, qui dimiſſi ſunt e palatio ſive comitatu. Atque hi, quique his connumerantur, habent vacationem perſonalium munerum, & patrimonialium ſordidorum, *l. maximarum.* s̃. *de exc. mun. l. archiatros.* J. *de metat. l. ult.* §. *ult. ff. de mun. & hon. l. ab his.* §. *angariarum. ff. de vac. mun.* verum hæc an de conſuetudine ſerventur, vid. Sylv. *conſ.* 88. *num.* 18. *cum ſeq. lib.* 2. & rurſus *n* 30. ac Menochium *de arb. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 379. *n.* 19. Mod.
29 *l.* 2. *l.* 4. *C. Theod. h. t.* adde *l.* 2. *ſupr. quib. non objicitur longi temporis præſcr.*
30 *l. ult. in pr.* J. *h. t. l.* 10. §. *angariorum.* 2. *ff. de vacat. munerum.* 31 *l.* 3. *C. Th. h. t.*
32 Al. *deeſt.* 33 *l.* 1. *in pr. ff. de variis & extr. cognit.* 34 Eorum.
35 Inſtruant. 36 *C. Theod. h. t. l.* 5. 37 Mores facundiæ præferendi. adde *l.* 2. *ſupr. de poſtul. l. un.* J. *de profeſſorib. qui in urbe.* 38 Vid. *l.* 6. s̃. *de munerib. l.* 10. *tit.* 41.
39 *Al.* ad Probum. 40 *C. Theod. h. t. l.* 7. 41 Philoſophi habitus, ſupercilium, pallium, barba. 1. Gell. 2. & 13. *c.* 22. & 9. *c.* 2. Tertull. *de pallio.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 1. *ff. de juſtitia, l.* 6. §. 7. *ff. de excuſ. tut.* 42 *l.* 6. §. 4. *ff. de excuſ. tut.* 43 *Colluvione, in C. Theod. & vet. lib.* 44 Imo non turpe eſt: num excuſentur, *l. ult.* J. *h. t.*
45 Philoſophi vim fortunæ ſe ferre profitentur, ergo & patriæ ſuæ functiones.
46 *C. Theod. h. t. l.* 8. 47 Archiatri urbium maximarum provinciales medici.
48 *Abeſt a C. Theod.* 49 *Tantum ea*, Hal. adde *l.* 3. *ff. de extr. cognit.*
50 Pactio cum ægrotis de mercede nec jure valet, nec jurijurando Hippocratis congruit. *l.* 3. *ff. de extr. cognit.* Mod. 51 *C. Theod. h. t. l.* 9. 52 Doctor a ſeptem aliis confirmandus eſt, *ut hic.* Quid ſi tres idoneum: quatuor non idoneum dixerint? Num dicemus, tres illos affirmantes negantibus eſſe potiores: ex ea ſententia vulgata, qua dicimus, duos teſtes affirmantes præferri mille negantibus. *l. diem proferre* 27. §. *ſi plures* 3. *ff. de arbitris?* An potius plurium teſtimonium præferri, tametſi negantium. *cap. in noſtra* 32. *X. de teſtib.* quod verius eſt. Nam quod dicitur, duos affirmantes præferri mille negantibus, tunc locum habet, quoties negativa probari non poteſt: ſecus, ſi probari poſſit. *ut hic.* Corſetus *ſingulari. Teſtis. Duos teſtes*, adde Wurmſerum 1. *obſerv. c.* 14. 53 Detracta ſunt multa a *C. Theod.*
54 *C. Theod. hoc tit. l.* 16. 55 Vid. *l.* 6. *ſupr. h. t.* 56 De archiatris vid. *l.* 6. §. 2. *ff. de exc. tut.* 57 Atqui non excuſantur, *l.* 8. *ſupr. h. t. l.* 6. s̃. *de munerib. l.* 8. §. *philoſophis. ff. de vacat. & excuſ. muner.* 58 Additur in *C. Th. nulla ſenatoris vel glebali collatione*, ſed hæc verba detraxit Tribonianus, quod jam ſenatoria & glebalis collatio ſublata eſſet. *l.* 2. J. *de prætor. l.* 12. *tit.* 2. Cujac. *hic.* 59 *Teſtimoniali, in C. Theod.* ſunt autem teſtimoniales miſſionis honorariæ epiſtolæ. *l.* 7. s̃. *de fide inſtrum.* Goth. De teſtimonialibus vide *l. pen. C. Theod. de veter. & tit. de teſtim. exhib. l. ult. C. Theod. de hon. C. l.* 156. *C. Theod. de decur.* atque hæ epiſtolæ dicuntur *in l.* 1. J. *de veter. l. reſtituenda. ſupr. de adv. div. jud. l.* 45. *C. Theod. de decurionibus.* inſtrumenta *in l. ſi ſolennibus. ſupr. de fid. inſtr.* Mod.
60 Al. *deeſt.* 61 Quædam hic ſunt detracta e *C. Theod.* 62 *l.* 6. s̃. *h. t.*
63 *l.* 4. *in pr. ff. de his, qui notantur infamia.* vid. Forcatulum. *c.* 20. *cupidinis, n.* 3. Goth. Et fuſe hic Alciatum, & ſtrictim Cujacium, itemque Ferrandum *lib.* 2. *expl. cap.* 16. & Rævardum *ad leges* 12. Mod. 64 De coronis ſacris dixi ad *l.* 40. *ff. de re judicata:* adde *l.* 5. *ſupr. quæ res pignor.* 65 Al. *certaminibus ſacris.* Certamina ſacra in Græcia quatuor:

ſeu antiquæ Græciæ) merito coronati, non æmulis corruptis ac redemptis probentur: civilium munerum tribui [1] ſolet vacatio.

TIT. LIV.
DE HIS, QUI NON IMPLETIS STIPENDIIS SACRAMENTO SOLUTI SUNT.

Infamia removet quem ab honoribus, non a muneribus, & gravamine. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A.

IGnominiæ [2] cauſa ſacramento liberati honoribus abſtinere debent [3]: a muneribus autem civilibus excludendi [4] non ſunt.

Cauſarie miſſus ante finem militiæ, a muneribus excuſatur, non tamen habet privilegia veteranorum, licet habeat vacationem. Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Cato.

CUm ob provectæ ætatis ſenium ſis dimiſſus: honeſtam [5] miſſionem conſecutum te eſſe ambigi non poteſt. Habebis itaque a civilibus muneribus, necnon etiam honoribus vacationem: non tamen ea privilegia, quæ his competunt, qui pleno ſtipendiorum numero funguntur, uſurpare te jus permittit: quando non perfecto [6] ſtatuto militiæ tempore, nec omnibus ſtipendiis decurſis, ſacramento ſolutum te eſſe etiam ipſe confitearis.

3. Iidem AA. & CC.

VEteranis [7] ita demum onerum & munerum perſonalium vacatio jure conceditur, ſi poſt [8] viceſimum annum [9] militiæ, quam in legione, vel vexillatione [10] militaverint, honeſtam vel cauſariam miſſionem conſecuti eſſe oſtendantur. Unde cum te in cohorte militaſſe commemores, intelligis ſupervacuo vacationem tibi velle flagitare.

TIT. LV.
QUIBUS MUNERIBUS [11] EXCUSENTUR HI, QUI POST IMPLETAM MILITIAM [12] VEL ADVOCATIONEM PER PROVINCIAS SUIS COMMODIS VACANTES COMMORANTUR [13], ET DE PRIVILEGIIS EORUM ET DE CONDUCTORIBUS [14] VECTIGALIUM FISCI.

Deeſt ſub hoc titulo conſtitutio 1. Græca, cujus ſententia iis verbis expreſſa eſt ex lib. 54. βασιλικῶν, tit. 7.

QUi militiam, vel advocationem impleverunt, præter ea privilegia, quæ jam adepti ſunt, nec frumenti, aut olei comparandi curam, vel inſpectionem operum, vel ratiocinium, vel defenſionem civitatis vel patris [15] civitatis munus, vel curationem Reip. vel curationem annonæ exerceant, ſed & habitent ubi voluerint, nec præſidibus ultra portas occurrere cogantur, nec ad curias ſive collegia vocentur inviti, vel nominentur, vel nominent, nec deſcriptiones præbeant conſuetudinum, vel ſpectaculorum nomine. Unam domum quoque habeant liberam onere ſuſcipiendorum militum ſupervenientium iis, qui in locis verſantur, dignitate aliqua præditis ſuam immunitatem obtinentibus. Hæc enim Conſtitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiſcalia tamen præbeant, & honorent præſides, ac viciſſim honorentur ab eis. Qui hanc Conſtitutionem violarit, aut violari permiſerit, quinquaginta librarum auri multam ſuſtineto.

De conductoribus vectigalium fiſci.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NOn [16] alios a muneribus & honoribus [17], vacationem habere, quam qui mancipatum [18] ſuo nomine vectigal a fiſco conducunt, certum eſt. Quare eos, qui ab his quædam exercenda accipiunt, nullis privilegiis eſſe munitos haud dubii juris eſt.

TIT. LVI.
DE LIBERTINIS.

Libertini non habent excuſationem a muneribus. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Bucillo.

COnditio libertinitatis [19] de muneribus civilibus [20] tribuere non poteſt excuſationem: nec in ea quidem civitate, ubi domicilium libertinus habet.

TIT. LVII.
DE INFAMIBUS [21].

Infames removentur a dignitatibus: non a muneribus realibus, vel perſonalibus. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. [22].

INfames [23] perſonæ licet nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri ſolent, uti poſſint: Curialium tamen vel civilium munerum [24] vacationem non habent, ſed ſolennibus [25] indictionibus ob tutelam publicam eos ſatisfacere neceſſe eſt.

TIT. LVIII.
DE REIS POSTULATIS.

Pendente proceſſu criminali, non poteſt quis ad honores vocari. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A. Martiano.

REos [26] criminis poſtulatos, novos honores appetere non debere [27], antequam purgaverint innocentiam [28] ſuam, & a divis parentibus noſtris, & a me ſæpe reſcriptum eſt. Dat. 6. Kal. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS.

TIT. LIX.
DE HIS, QUI IN EXILIUM [29] DATI VEL AB [30] ORDINE MOTI [SUNT.]

1. [31] Imp. M. ANTONINUS A. Diogeni [32].

QUibus poſthac [33] ordini ſuo, vel advocationi ad tempus interdicetur, poſt [34] impletum temporis ſpatium non prorogabitur infamia.

2. Imp. GORDIANUS A.

AD tempus exulare decurio juſſus, & impleto tempore regreſſus, priſtinam quidem recipit dignitatem: ad novos vero honores non mittitur, niſi tanto tempore his abſtinuerit, quanto per fugam [35] abfuit.

TIT. LX.
DE FILIISFAMILIAS, ET QUEMADMODUM [36] PRO HIS PATER TENEATUR.

Qui conſentit decurionatui filii emancipati, non obligatur: ſecus ſi filius erat in poteſtate. Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA.

PAtrem emancipato filio conſentientem ad decurionatum non teneri, dubii juris non eſt: tunc enim conſentiendo pater ad decurionatum obligatur, ſi filium in poteſtate habeat. *Conſentire* autem etiam is videtur, qui [37] non teſtificatur diſſentire nominationi.

Appellare a nominatione facta de filio, eſt conſentire. Bart.

2. Imp. ANTONINUS A.

CUm appellaſſe te dicas, oſtendis cauſam ad te [38] pertinere [39]; potueras enim nominato filio tantum conteſtari, & non conſentire oneri ei delato.

Filius in poteſtate cum patre ad idem munus non debet vocari: ſecus ſi emancipatus ſit. Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

SI [hi] qui cum patre ad protoſtaſiæ [40] munus [41] vocati ſunt, etiam nunc, in patria poteſtate conſtituti ſunt, ab hujuſmodi neceſſitatibus liberentur, cum [42] ex eadem familia hoc modo [43] duos ad iſta obſequia deſtinari periniquum videatur. Sane eos, quos emancipatos eſſe, atque ex [44] familia exiiſſe manifeſtum eſt, ſine cunctatione retinere debebis.

Pater non tenetur pro filio curatore creato: ſed qui eum nominaverit, tenetur. Bart.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SIne periculo tuo magiſtratus filium tuum curatorem conſtituit, nec appellandi tibi neceſſitas incumbebat. Sane nominator [45] qui filium in poteſtate poſitum non conſentiente patre, ad munus devocavit, ſi tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

Olympia, Jovi: Pythia, Apollini: Nemæa, Archemoro: Iſthmia Palæmoni ſacra: Archias 1. *Epigrammaton*, ut hinc conſtet, ſacra non ideo vocata, quod deorum gratia celebrarentur, quod tamen Alciatus cenſuit. In his autem certaminibus præmium erat ſola corona. Pollux 3. 16. Plin. 4. Coronæ in olympiis, olea. Herodot. *Urania*. & breviter præmia ſuperiorum certaminum olea, pomum, apium, picea. Archias *illo loco*. Pauſan. *in Eliacis* refert, Theagenem 1040. coronas in ſacris certaminibus accepiſſe. Gellius 3. *cap.* 15. refert, Diagoram Rhodium tres habuiſſe filios, pugilem, pancratiaſtem & luctatorem, at cum eos omnes eodem olympiorum die conſpiceret, populuſque patri congratulans, undique flores in illum conjiceret, præ nimio gaudio animam efflaviſſe. 1 Igitur non infames. *l.* 11. *in fin. ff. de poſtul.*

2 Conjunge *cum l.* 1. *infr. de infam. h. lib. tit.* 57. *l.* 2. *infr. de dignitat.* 3 Miſſio ignominioſa excludit ab honoribus, non excuſat ab oneribus. *l.* 3. *infr. de re mil.* Mod. 4 Excuſandi. *al. excuſati.* 5 Honeſta miſſio, cauſaria, ob ætatem. adde *l.* 8. *in princ. ff. de excuſ. munerum, l.* 8. *infr. de re militari. l.* 12. *tit.* 36. 6 Imperfecto. 7 vid. *l.* 7. *l.* 8. *§.* 2. *ff. de excuſ. munerum.* 8 Hinc colligi poteſt pro juſto militiæ tempore viginti annos haberi. *Mod.* vid. *l.* 9. *§. quando provocare non eſt neceſſe, l.* 1. *ſupr. de excuſ. veteranorum.* 9 vid. Tacit. *lib.* 1. dixi ad *l.* 2. *J. de re militari. l.* 12. *tit.* 36. 10 Græci habent; *numero*, ut *in l. contra. J. de re milit.* qua de re vide & *l.* 8. *infr. de erog. mil. ann.* Mod.

11 *Al.* A quibus muneribus. 12 Superior titulus eſt de his, qui non impleverunt militiam, hic de his, qui impleverunt militiam vel advocationem, & nominatim exprimuntur munera, quorum vacatio jure conceditur, quæ etiam non impleta advocatione datur advocatis illuſtrium vel ſpectabilium judicum. *l.* 6. *§. de adv. div. jud.* Mod. 13 Hactenus quæ præceſſerunt verba, pertinebant ad Græcam conſtitutionem, quæ deperdita eſt. Cont. 14 *Al.* conditionibus. *Goth.* Hic eſt Cujacio titulus 56. qui ait *l. non alios.* initium ſumptum videri *ex l. in honoribus. §. non alios. ff. de vac. mun.* Mod. 15 Pater civitatis ἀναγκάζει τοὺς δεσπότας τῶν καταπιστευόντων οἴκων ἀνανεοῦν αὐτούς. Græci in *l.* 1. *ſupr. de ſolut. & liberat.* 16 Adde *l.* 8. *§. non alios.* 1. *ff. de vacat. munerum* 17 Oneribus. 18 Ideſt, emptum.

19 *l.* 17. *in princ. ff. ad municipalem.* 20 Al. *quibuslibet.* 21 *lib.* 2. *tit.* 12. *ſupr. Lib.* 3. *ff.* 2. vid. quæ ſcripſi ad *l. nec infam.* 12. *ſupr. de decur.* 22 Al. *Imp. Antoninus A.* 23 Conjunge *cum l.* 1. *ſupr. de his qui non imp. l.* 3. *J. de re milit.* 24 vid. *l.* 12. *J. de decurionib.* 25 Sed & ſolennibus &c. *Goth.* Munera patrimonialia ſignificat, quæ tutelæ ſive utilitatis publicæ gratia indicuntur. *l.* 2. *ſupr. de mun. patrim.* unde conſequitur, nec a perſonalibus, nec a patrimonialibus infamiam vacationem præbere. *Mod.*

26 *l.* 17. *§. in quæſtionib.* 12. *l.* 21. *§. idem reſpondit.* 5. *ff. ad municip. l.* 7. *ff. de munerib.* 27 Priſtinos tamen retinent. *l. libertus. §. in quæſtionibus. ff. ad munic.* Mod. 28 Innocentiam ſuam purgare accuſatus cogitur. vid. *l.* 1. *ſupr. de his, qui accuſare.* 29 Exilio dati ſunt. 30 Ex. 31 Al. *pars edicti Imp. Anton. A. P. P. Romæ. V. Id. Jul. Duob. Aſpris Conſſ.* 32 In ſcripto meo exemplari ita ſcriptum reperi: *Pars edicti Imp. Antonini. Propoſita Romæ. V. Id. Jul. Duob. Aſpris Conſulib.* Contius. 33 Recte inquit, *poſthac*, tanquam jus antea dubium & controverſum, hoc edicto certum conſtituens. 34 *l.* 2. *in pr. l.* 3. *verſ. Alia cauſa. l.* 1. *ff. de decurionib. l.* 3. *§. quib. ex cauſ. infam. l.* 13. *§.* 1. *ff. ad l. Corn. de falſis, l. in fin. ff. de poſtul.* 35 Fugam, exilium interpretatur Cujacius *recte*.

36 vid. *lib.* 4. *tit.* 13. *Cod.* 37 *l.* 2. *ff. ad municipalem.* 38 Imo non pertinet. *l.* 6. *§. pater.* 4. *ff. de decurionib.* 39 Quaſi cauſam filii in te ſuſceperis atque pro eo ſis quaſi fidejuſſor. 40 Protoſtaſiæ hic & *l.* 8. *§. de munerib. patrimoniorum*, nihil aliud hic, quam principalitates, quæ & Græcis πρωτοτυπίαι. *l.* 3. *C. Theod. de prox. eorum, qui in ſacro palat. milit. l.* 2. *C. Theod. de protoſtaſia, l.* 8. *in pr. ff. de vacat. muner. l.* 8. *in pr. ff. de mun. patrimon.* Qui eas gerunt principales πεντάπρωτοι, δεκάπρωτοι, εἰκοσάπρωτοι. *l.* 33. *§. de decurionib.* 41 *l.* 1. *in princ. ſupr. de munerib. & honor. l.* 10. *tit.* 40. 42 Eadem familia quæ dicatur, vid. *l.* 4. *§.* 1. *ff. de excuſ. tut.* 43 Al. *ac domo.* Goth. Domum & familiam hoc loco accipere debemus pro corpore, quod eſt ſub unius poteſtate, ut *in l.* 1. *§. de hon. & mun. &c.* Mod. 44 Ex familia non ſunt, qui emancipati. 45 *l.* 14. *§. plebeji.* 4. *ff. de munerib. l.* 5. *ſupr. de decurionib.*

TIT.

TIT. LXI.
DE PERICULO SUCCESSORUM PARENTIS.

Onus dignitatis quæsitæ per patrem, transit ad heredes. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A.

SI [1] de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine [pater tuus] repromisit [2], ideoque [3] etiam Sacerdotem te creari impetravit, onus erogationis [4] commune omnium heredum ejus esse Præses provinciæ non ignorabit.

TIT. LXII.
DE MULIERIBUS, ET IN QUO LOCO [5] MUNERA SEXUI CONGRUENTIA, VEL HONORES AGNOSCANT.

Mulier in loco domicilii mariti subit munera personalia, patrimonialia vero in loco, in quo est patrimonium. Bart.

1. Imp. PHILIPPUS A.

EAm, quæ aliunde oriunda, alibi nupta est: si non [6] in urbe Roma [7] maritus ejus consistat, non apud originem suam [8], sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quæ [9] personis cohærent, quorumque [10] is sexus capax esse potest, compelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonii vero munera [11] necesse [12] est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere.

TIT. LXIII.
DE [13] LEGATIONIBUS.

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA.

PAter trium [14] incolumium liberorum legationibus publicis liberatur [15].

2. Iidem AA. & Valerianus C.

CUm vos proprio nomine [16] sumptus ob defensionem publicam susceperitis, id, quod ad proprias erogationes collega vester acceperit, non vobis reddere heredes ejus oportet, sed si in ea causa est, ut restitui omnino oporteat, Reipub. debent potius inferre. Sane si honorariis advocatorum erat ea quantitas destinata, restitui illud vobis, qui hoc præstaturi estis, non injuria postulatis. Eum autem collegam vestrum, quem a defensione [17] patriæ [18] destitisse dicitis, apud provinciæ Præsidem desertæ [19] legationis [20] arguere potestis.

Legatio transmarina tribuit vacationem biennii: secus si proxima: quia talis legatio eam non tribuit. Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

TRansmarina [21] legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennii [22] vacationem munerum civilium & honorum [23] habere, non eos, qui de proximo obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

Qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem a muneribus propter dignitatem: sed si legatus fuerit, habet propter legationem. Bart.

4. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. ad Titianum.

UNiversi omnino ex Comitibus, vel ex Præsidibus qui suffragio perceperint [24] dignitates, civilibus oneribus muneribusque teneantur adstricti: ne commoda publica cum umbratili [25] suffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen a prædictis oneribus [26] excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. Dat. prid. Kal. Jul. *Trium.* PLACIDO & ROMYLO CONSS. 343.

In his, quæ publicam utilitatem respiciunt, non valet reformatio facta a provincialibus, etiam consentiente præsule, nisi per præfectum, vel principem fuerit approbata. Bart.

5. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Apodemio P.P. per Illyricum [27].

SI quod extraordinarium consilium [28] postulatur [29] cum vel ad nos est mittenda legatio, vel nostræ sedi [30] aliquid intimandum: id, quod inter omnes communi consilio tractatuque convenerit, minime [31] in examen Cognitoris Ordinarii referatur [32]. Provincialium enim desideria, quibus necessaria sæpe fortuitis [casibus [33]] remedia deposcuntur, vobis [34] agnoscere atque explorare permittimus: ut sint [35] examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinus implenda sint, & quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur. † In loco autem publico de communi utilitate [provincialium [36]] sententia proferatur: atque id, quod majoris [37] partis probaverit adsensus, solennis firmet auctoritas. Dat. 5. Kal. Aug. *Constantinop.* ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

Non debet mitti legatio ad principem, nisi de voluntate concilii & auctoritate superioris. Bart.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P.P. [38].

QUotiens [39] [ab Alexandrina civitate [40]] legatio destinatur, universos curiales præcipimus, qui intra urbem consistunt, si non ægritudine vel alias excusabili [41] necessitate impediuntur, in locum curiæ convenire, & decreta sua propria subscriptione firmata viro spectabili Præfecto Augustali insinuare, ut ejus relatione comitati, tuis virtutibus suas petitiones intiment: & sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. Dat. 3. Non. Octobr. *Constantinop.* DN. THEOD. A. VII. & PALLADIO V.C. CONSS. 416.

TIT. LXIV.
DE EXCUSATIONIBUS ARTIFICUM.

Hic expressi habent immunitatem a personalibus muneribus, tam discipuli, quam magistri. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum [42].

ARtifices artium brevi [43] subdito [44] comprehensarum, per singulas civitates morantes, ab universis muneribus vacare præcipimus: si quidem in discendis [45] artibus otium sit accommodandum: quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. Dat. 4. Non. Aug. FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

Et notitia [46] est ista [47].

[48] *Architecti* [49], *medici* [50], *pictores*, *statuarii*, *marmorarii* [51], *lecticarii* [52], *seu arcarii*, *clavicarii* [53], *quadrigarii*, *vel quadratarii*, (*quos Græco vocabulo* πικτὰς [54] *appellant*) *structores*, (*id est*, *ædificatores*) *sculptores ligni*, *musearii* [55], *deauratores*, *albini* [56], (*quos Græci* κονιάτας *appellant*) *argentarii*, *barbaricarii* [57], *diatretarii*, *ærarii*, *fusores*, *signarii*, *fabricarii*, *bracharii*, *particarii*, *atque* [58] *libratores*, *figuli*, (*qui Græce dicuntur* κεραμεῖς) *aurifices*, *vitriarii*, *plumbarii* [59], *specularii*, *eborarii*, *pelliones* [60], *fullones*, *carpentarii*, *sculptores*, *dealbatores* [61], *cusores*, *trigarii*, *cistarii*, *bractearii*, (*id est*, πεταλουργοί [62].)

2. Impp. CONSTANT. & CONSTANS, ad Leontium P.P.

MEchanicos [63], geometras [64], & architectos [65], qui divisiones partium omnium, incisionesque servant, mensurisque & institutis opera fabricationibus stringunt: & eos, qui aquarum ductus, & inventos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone compellimus. Itaque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. Dat. prid. Non. Jul. LEONTIO & SALLUSTIO CONSS. 344.

TIT. LXV.
DE [66] POTIORIBUS AD MUNERA NOMINANDIS.

Justa est causa appellandi, si alius prior debet nominari. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A.

SI ipse vocatus ad munera [67] civilia: potiorem [68] alium nominandum putaveris, age [69] causam tuam.

---

1 Vid. quæ scripsi *ad l. 2. §. 2. ff. ad municipalem.* Goth. Adde Cujac. hic & *observat. lib. 2. cap. 13.* Mod. 2 Promisit. 3 Vid. *l. 8. ff. de vacat. munerum.*
4 *l. 1. §. nec castrense. 15. ff. de collat.*
5 Vid. Vall. *consil. 66. num. 3. lib. 1.* Amatis *decis.* 118. *n.* 1. adde *l. 4. supr. de Incolis. h. l. tit.* 39. Tessaur. *decis.* 149. Grivell. *decis. Dolan.* 11. Ans. 6 Sive ab.
7 Roma communis patria est. *l. 9. ff. de vacat. munerum. l. Roma. 33. ff. ad municipalem. l. ult. D. de interdictis & relegat. l. in orbe 17. ff. de statu. Nov. 78. c. 5.* Proinde qui Romæ docet, etsi natus in ea non sit, aut salarium non habeat, immunitatem habet. 8 Vid. *l. 22. §. municipes. 2. ff. ad municip.* 9 Vid. *l. 5. supr. de his, qui numero liber.* 10 A patrimonialibus oneribus sexus non excusat. vid. Decium *ad l. 2. ff. de reg. jur.* 11 A patrimonialibus muneribus mulieres non excusantur, *l. pen. supr. de mun. patr.* sed ea agnoscunt apud originem propriam. *l. 12. C. Theod. de navic.* non apud domicilium mariti. A personalibus excusantur, imo interdicuntur: exceptis quibusdam, quæ sexui earum congruunt, *l. pen. supr. de his, qui num. lib.* quæ tamen non apud originem suam obeunt, sed ubi est domicilium matrimonii. *l. ult. supr. de incol.* Mod. 12 Vid. *l. 9. supr. de mun.*
13 *lib. 50. tit. 7. ff.* 14 *l. 1. supr. qui numero liberorum.* 15 A legationis munere, quod personale est, quia viaticum & legativum de publico datur, tres liberi excusant, vide Cujacium *ad l. 1. supr. de his qui num. lib.* & Marcum Vertranium *de jure lib. c. 20.* Mod.
16 *l. 2. in fin. ff. h. t. l. 7. §. 1. ff. quod cujusq. univers.* 17 Defensionem. 18 V. *l. 1. ff. h. t.* 19 Desertæ legationis crimen est. 20 Al. *desertæ allegationis*, id est, defensionis: sed recta videtur excusa lectio. vid. *hac de re* contrarias Æschin. & Demosthenis orationes.
21 Transmarina legatio in pari itineris spatio majorem dilationem habet. 22 Legatione functis biennii vacatio datur, *ut hic, & l. 2. supr. de munerib. non continuandis. l. Paulus 8. §. 1. l. vicarius. 13. ff. de legationib.* 23 Onerum. 24 Percepit. 25 In umbratili, al. *subumbratili.* 26 Honoribus. 27 *C. Th.* 12. 12. 12. 28 *Concilium, in C. Th.*
29 Adde *l. 6. J. h. t.* 30 *Vestræ sedili, in C. Theod.* 31 Imo referendum, *l. 10. §. de munerib. patrim. h. l. tit.* 41. 32 *Perferatur, in C. Theod.* 33 *Abest a C. Th. & quib. lib.* 34 *Vobis solis, in C. Theod.* 35 *Sit,* al. *sibi.* 36 Al. *deest, ut in C. Theod.* al. *provinciarum.* 37 Major pars quod approbat, cæteri comprobasse intelliguntur. *l. 19. ff. ad municip.* 38 *C. Theod.* 12. 12. 15. 39 *l. 5. in pr. supr. h. t.*
40 *Absunt a C. Theod.* 41 *Inexcusabili, in C. Theod.*
42 *C. Theod.* 13. 4. 2. 43 Brevem vocat notitiam, quam mox subjicit.
44 Sic recte, *ut in C. Theod.* al. *urbi subditos*, sed perperam. 45 *Ediscendis, in C. Theod.*
46 *l. 2. infr. h. t. l. 5. §. quibusd. 12. l. 6. ff. de jure immun.* 47 Et est notitia sic.
48 Vide in hanc legem Alc. & Pyrrhum. *Goth.* Et ad singulas voces hujus notitiæ eruditissimum Cujacium, sine cujus commentariis frustra quis hos libros posteriores in manus sumet. *Mod.* 49 Quædam hic sunt omissa e *C. Theod.* 50 *Mulomedici*, videtur legisse *Acc.* utrumque retinendum censet *Cujac.* 51 Marmorarii sculptores marmorum. 7. *Cass.* 5. 52 *Lectarii seu laccarii*, *legit* Cujac. *ex vet. lib.* lectarii sunt, qui fabricant lectos: *laccarii*, qui fossas, vel puteos fodiunt: sed lecticarii sunt, qui lecticas fabricant.
53 Al. *clavidarii.* 54 *Emendat ex Basil.* Cujac. λιθοξόους, adde Veget. 2. *c.* 11.
55 *Musmarii, in C. Theod. Musivarii.* & ita Cassiod. 7. Var. 5. Musivarium opus. Spartian. *Pescennino.* August. 16. *de civit.* 8. Philand. *ad Vitruv. 7. c. 1.* 56 Albarii.
57 Barbaricarii, qui barbarica, id est, ornamenta ex auro conficiunt. Donat. in 2. *Æneid.*
58 *Aquæ libratores, in C. Theod.* de Aquilege, aquarum indagatore, ejus adjuncto mechanico & salario, vide apud Cassiod. 3. *Var.* 53. 59 *Plumarii*, & sic Græcos legisse scribit *Cujac.* sunt autem, qui vestimenta ex plumis avium conficiunt. 60 Polliones, vide *l. ult. ff. de jur. immun.* 61 Dealbatores, an sunt albini seu κονιάται, de quibus S. dixit? an gypsoplastræ, de quibus Cassiod. 5. *Var.* 5. ubi vide de parietum instructore, æris fusore, camerum seu camerarum rotatore, quos sub Cura Palatii fuisse refert. 62 Πέταλον enim significat bracteam atque folium. *Cont.* 63 Recte sic, non ut antea, *Mathematicos*, nam hi rejiciebantur. *Goth.* Mechanicos autem hic specialiter significare censet Cujacius eos, quorum ingenio & institutione sunt organa mechanica, pneumatica, automataria. Dat autem vacationem personalium munerum, nec tamen ideo remissæ censentur tutelæ, ut diximus *in l. 3. supr. de mun. patrim.* itaque nihil obstat *l. geometræ. ff. de exc. tut.* Mod.
64 Geometris datur immunitas, *ut hic*, cum & ex constitutione Theodosii spectabiles sint: non tamen data censetur a tutelis. *l. Geometra* 22. *ff. de excus. tut.* Nam generaliter data immunitate, semper tutelæ exceptæ videntur, *l. 2. supr. de muner. patr. h. l. tit* 41. de Geometria a Chaldæis inventa, ab Ægyptiis recepta, ejusdem usu vide Cassiod. 3. *Var.* 52.
65 *l. 1. §. architecti. supr. h. t.*

66 2. Paul. *sent. 28. & 29. l. 46. supr. de decurionib. l. 7. ff. de decurionib.* 67 Potiores ita nominantur ad tutelam. *l. 2. ff. de fidejussor. & nomin.* 68 Nominare potiores solent, qui ad munera publica vocati, *ut hic, l. ad subeunda* 46. *supr. & l. 7. ff. de decurionib.* Potiorem autem non recte nominare is videtur, qui causam nominati potioris non expressit. Paul. 2. *sent.* 28. §. 1. Contra potiorem nominat, qui causam exprimit: causam, inquam, generis & facultatum. Potior enim quis esse debet, non solum gradu generis, sed & rei familiaris substantia. Paulus *ibid.* §. 2. Facultates potius spectamus, quam propinquitatem generis. adde *l. 3. supr. quemadmodum civilia munera. h. l. tit.* 42. 69 Quid si potiorem quidem nominaveris, & is facultatibus lapsus sit? nominator tenetur perinde ac si fidejussisset. *l. 1. l. 2. infr. de periculo nominatorum. l. 11. tit.* 33. Goth. Adde *l. 11. ff. de mun. & honor. l. 3. §. 15. D. h. t.* Ans.

TIT. LXVI.
SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FACTA SIT.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias, facit aliquem, si vult, posse appellare. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A.

SI [1] propter inimicitias ad munera civilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere, Præsidis æquitas faciet: cum & publicæ utilitatis [2] intersit, non ex amicitia [3] creationes fieri debere, sed æstimatione [4] vera, & commodo Reipublicæ.

TIT. LXVII.
DE SUMPTUUM RECUPERATIONE [5].

Electus, qui habet excusationem, recuperat sumptus, quos fecit in lite, ab eo, qui eum nominavit. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.

MUneribus civilibus non fungeris, quæ personis mandantur, si quinque [6] filios incolumes habeas: At si contra id privilegium ad munus fatigandi tui causa, quidam te devocaverint, tuque appellatione interposita [7] securitatem reportaveris, a nominatoribus [8] sumptus, quos in litem feceris, recuperabis.

TIT. LXVIII.
SI POST [9] CREATIONEM [10] QUIS DECESSERIT.

Onus subeundi munera non transit ad heredes mortuo patre. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A. *

SI ante diem subeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus est: conveniri [11] eo nomine heredes [12] ejus non oportere, Præses provinciæ minime ambiget.

TIT. LXIX.
DE [13] TABULARIIS [14], SCRIBIS [15], LOGOGRAPHIS [16], ET CENSUALIBUS [17].

Notarii si ad aliquam militiam, vel aliud officium transeunt: removentur intra quinquennium, non postea. Bart.

1. [18] Imp. ALEXANDER [19].

NUlli [20] omnino ex tabulariis, vel scribis, vel logographis [21], eorumque filiis, in quocunque officio militent, sed ex omnibus officiis [22], nec non etiam si intra nostrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur. Datum 8. Kalend. Jul. *Lauriaco*, MARCELLINO & PROBINO CONSS. 341.

Si decurio officium notariatus assumpserit, privilegium decurionatus amittit. Bart.

2. [23] Imp. GORDIANUS A.

QUicunque decurionum sponte se censuali ministerio mancipaverit, conditionem habeat, quam ipse elegerit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si [24] eum necessitas quæstionis subeundæ invenerit. Dat. 15. Kal. Octobr. CP. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Servus non potest esse tabellio. Bart.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hadriano P. P. [25].

GEnerali [26] lege sancimus, ut sive solidis [27] provinciis sive singulis civitatibus necessarii fuerint tabularii [28]: liberi [29] homines ordinentur: neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius servituti. Sed & si quis dominorum servum suum, sive colonum chartas publicas agere permiserit: (consensum [30] enim non ignorantiam volumus obligari) ipsum quidem in quantum interfuerit publicæ utilitatis pro ratiociniis, quæ servo sive colono agente tractata sunt, obnoxium detineri: servum autem competentibus affectum verberibus fisco addici: dominorum [31] enim interfuit ab initio providere, ne publicis actibus privata servitia immiscerentur. Dat. 8. Kal. April. *Mediolani*, VINCENTIO & FRAVITTA [32] CONSS. 403.

4. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

BOëthos, logistas, medogrammateos [33], logographos, diastoleas (quæ vocabula publicis dicuntur subjacere necessitatibus) sive quolibet alio nomine nuncupentur, non honore, aut alicujus privilegii colore subnixos, pro definitione legum inexorabilium suam fortunam subire compelli: quatenus nec publicis quidquam noceatur, aut minuatur utilitatibus, & suis corporibus illi reddantur, quos vel patris, vel majorum obligatio, vel sua constringit.

TIT. LXX.
DE [34] SUSCEPTORIBUS [35], PRÆPOSITIS [36], ET ARCARIIS [37].

Susceptores debent a solvente sine mora solutionem suscipere: alias puniuntur. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS [38] A. ad Eufraxium Rationalem trium [39] provinciarum, post alia [40].

SUsceptores [41] publicos absque omni mora aurum censemus suscipere: ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur. Nam si solvere volens, a suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem debebit [42] proponere [43]: ut hoc probato, & ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus [44], cum emolumentis accipiat: & qui suscipere neglexerit, ejus ponderis, quod debebatur, duplum [45] fisci rationibus per vigorem officii Præsidis inferre cogatur. Quod [46] autem susceptores, judice, cujus interest, negligente [47] violaverint [48], ex [49] ipsius Judicis facultatibus sarcietur [50]. Dat. 14. Kal. Aug. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

Ad nominatores susceptorum in subsidium devenitur, nec licet ab eis emere. Bart.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. [51] ad Secundum P. P.

JUxta inveteratas leges nominatores [52] susceptorum, & eorum, qui ad præposituram horreorum, & pagorum [53] creantur, obnoxii teneantur, si minus idonei sint, qui ab eisdem fuerint nominati [54]: nec quidquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercentur. Dat. 3. Kal. August. CP. VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

Et debet solvi, qui est officialis tempore solutionis, non ei, qui fuit tempore, quo fieri debuit solutio. Bart.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Mamertinum P. P. [55].

SUsceptores novi non modo [56] præsentis anni debita, verum etiam species, quas [57] ex reliquis inferunt, quia novæ sunt ac recentes [58], suscipiant. Dat. Prid. Kalend. Novembr. *Romæ*, VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

Non debet quis in officio reformari, nisi primi officii rationes reddiderit.

4. Iidem AA. ad Florentium Com. S. L. [59].

NEminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi [60] se prius vinculo solicitudinis superioris absolverit. Nam neque eos, qui placuerint, gravare, justi [61] est, neque eos, qui displicuerint, tenere, prudentis est. Integro igitur singuli [62] anniversario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta dispersferint: ut facilius si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare jacturam, non perpetui [63] autem exactores teneantur in continuata vexandorum provincialium potestate, velut concussionum dominatione: sed per annos singulos judiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis, aut auctoritas [64] ordinis eos per biennium esse compellat [65]. Dat. Prid. [66] Kal. Decembr. *Constantinop.* HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 386.

5. Iidem AA. ad Germanianum Comitem S. L.

QUotiescunque [67] certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur [68], in septuaginta [69] duos solidos libra feratur accepta. Dat. 6. Id. Jan. *Romæ*, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

6. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. [70] Probo P. P. [71].

FRumenta, quæ horreis inferuntur, pro illationis modo illico [72] apocharum cautionibus adnotentur: non autem oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumenta constitui. Dat. 5. Id. April. *Treveris*, post consulatum GRATIANI A. III. & EQUITII V. C. 374.

1 *l. 6. §. 17. l. 1. ff. de vacat. muner. §. 11. Inst. de excusat.* 2 *Æquitatis*, *al.* utrumque deest, & legitur *publice*. 3 Inimicitia. 4 Examinatione.

5 *Sub.* si quis contra legis privilegia & excusationem injuste sit nominatus. 6 vide *l. 4. in pr. ff. de muneribus.* 7 Appellationem interpositam. 8 *l. 2. supr. de decurionib. l. 1. in fin. ff. si tutor vel curator.*

9 Al. *ante.* 10 Creatio hic nominatio ad munera. *l. 1. supr. quemadmodum civilia munera indicuntur. h. l. tit. 42.* unde creator, nominator. 11 Convenire. 12 *l. 1. supr. de decurionib.*

13 Al. *De tabulariis holographis, id est, scribis censualib. C. Theod. lib. 8. tit. 2.* 13 *Tabularii* pertinent ad ea, quæ publice inferuntur. 15 *Scribæ* sunt magistratus municipalium. 16 *Logographi* tributorum rationes scribunt. 17 *Censuales*, magistri census, in urbe operam accommodant. *l. ult. §. 16. ff. de munerib.* 18 Al. *Impp. Constantius & Constans AA. ad Catullinum P. P.* 19 *Impp. Constantius & Constans AA. ad Catull. P. P.* 20 Nullus. 21 Al. *logographis*, al. *holographis.* 22 Curiis officiisque. 23 Al. *Imppp. Gratianus, Valentin. & Th. AAA.* 24 Vide *l. 45. supr. de decurionib.* 25 *C. Theod. 8. tit. 2. l. 5.* 26 Servus non potest esse tabellio. *Bart.* 27 Solidæ provinciæ, integræ, non pars earum. 28 *Tabellarii, in C. Theod.* 29 Tabularii actus, olim erat argumentum servitutis. adde *l. 1. ff. de re militari. l. 3. supr. de servis Reipub.* vide quæ notavi ad *l. 2. ff. rem pupilli.* vide Conanum 2. *commentar.* 2. 30 Consentientes soli obligantur, non ignorantes. 31 Culpa adscribitur autori. 32 Al. *Fabricio.* 33 Legendum *demogrammateos:* Verum Cujac. hunc locum sic emendat: *Boëthos logistarum. demogrammatei logistæ, sunt curatores reipub.*

34 Περὶ ὡρειαρίων τῶν καὶ ὑποδεκτῶν καλουμένων &c. De horreariis, qui & susceptores dicuntur, & de horreis, & de speciebus in iis reconditis. *Synops. Basil. lib. 56. tit. 11. cap. 7.* 35 Susceptores sunt, qui annonis & tributis utriusque ærarii recipiendis occupantur. *l. cum possess. 5. ff. de censib.* 36 Præpositi sunt, qui horreis, in quibus species fiscales deponuntur, præfecti. 37 Arcarii, qui his quæ in arcam præfecto prætorio inferuntur, suscipiendis præpositi sunt. Cujac. *hic*, unde arcarii Præfectorum dicuntur a Cassiodoro *lib. 1.* vide *l. 1. §. 2. ff. de muner.* adde *l. 25. supr. de sacros. eccles.* 38 Al. *Antoninus.* 39 Tres autem hæ provinciæ sunt Sicilia, Sardinia, & Corsica: ut constat ex notitia imperii, *l. 1. C. Theod. comm. divid.* 40 *C. Theod. 12. 6. 2.* 41 *l. ult. infr. h. t.* Goth. Vide Zanger. *de except. part. 3. cap. 2. num. 151.* Ans. 42 Præsumitur enim pro quolibet officiali. Alciat. 3. *præsumpt. 15.* 43 Opponere. 44 Sola oblatio liberat etiam a publicis debitis. *ut hic.* adde *l. 9. supr. de solut.* Imo non liberat. *l. 72. ff. de solut.* 45 In duplum. 46 Quos. 47 Negligentem. 48 Violaverit. 49 Et ex. 50 Sarcientur. 51 Al. *Alexander A.* 52 Adde *l. 3. supr. de conveniendis fisci debitorib.* 53 Pagorum præpositura. unde pagis præpositi. Euseb. 9. *cap. 1. l. 51. C. Theod. de erogat. militaris annonæ:* πάγαρχοι. *Novell. de Alexandrinis, l. 49. C. Theod. de decurion. l. 1. C. Theod. de pignorib.* 54 Susceptores canonum & præpositi horreorum creantur fide & periculo nominatorum: quod jus vetustissimum est. *l. 8. infr.* Nominator ex nominati bonis emere nihil potest per se vel per alium, quod quasi singulare notandum. Nemo enim dicet fidejussorem, quem inexcusso principali convenire licet, nihil posse emere ex principalis bonis. At nominatorem, quem inexcusso nominato convenire non licet, dicemus hac lege ex ejus bonis emere nihil posse, ne scilicet, qui idoneum eum præstare debet, cum eo contrahendo, quo minus sit idoneus efficiat. *Mod.* 55 *C. Th. 12. 6. 10.* 56 Al. *non præsentis.* 57 Quas in. 58 Al. *ad crescentes.* 59 *C. Theod. 12. 6. 11.* 60 Adde *l. 9. §. 2. ff. de public.* 61 Al. *justitiæ.* al. *justitia.* 62 *l. 12. tit. 61. l. 3. J. de executorib.* 63 *Ex l. 22. hoc tit. C. Theod.* 64 *Raritas*, legendum existimat Cujac. *id est*, paucitas hominum, *Græce* τὸ σπάνιον. 65 Al. *Dat. 15. Octob. Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Coss.* 66 *Dat. 15. Kal. Octobr. Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Coss.* 67 *Ex hoc tit. l. 13. C. Theod.* 68 Constitutum enim fuit, ut solidi ex quocunque titulo fiscali collecti in massam auri redigerentur, atque ita pro solidis massa ad comitatum transmitteretur, *l. 12. & 13. C. Th. h. t.* & inde aula, *Scrinium aureæ massæ.* proinde interest scire, quanti libra auri æstimetur, ut sciatur illata massa, quot solidi illati sint. *Mod.* 69 Libra septuaginta duos solidos habet. *Synops. Basil. 56. tit.* περὶ ζυγοστατῶν, *tit. 5. cap. 15.* vide Cujac. 17. *observ. 9.* Goth. De Assis & solidorum in assem computatione vide *censur. forens. nostram lib. 2. c. 8. num. 11.* S. L. 70 Al. *ad Chilonem.* 71 *C. Theod. hoc tit. l. 16.* 72 Vide *l. 3. supr. de conditis*

7. Imppp.

7. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Hypati K.N. [1].

Diu [2] minime penes ipſos ſuſceptores maneat facta collatio: ſed ſtatim [3] quodcunque a provincialibus fuerit exſolutum [4], ſacris theſauris inferatur. Dat. 3. Kal. Maji, *Conſtantinop.* poſt Conſulatum ANTONII & SYAGRII, 384.

8. Iidem AAA. Cynegio P.P. [5].

Exactores vel ſuſceptores [6] in celeberrimo cœtu curiæ [7], conſenſu & judicio omnium [8] ſubactorum teſtificatione firmentur: provinciarumque Rectores [9] eorum nomina, qui [ad] publicum [10] munus officii editi atque obligati fuerint, innoteſcant: & animadvertant [11] quicunque nominaverint [12], ad diſcrimen ſuum univerſa, quæ illi geſſerint, redundare. Datum 6. Kalend. Nov. *Conſtantinop.* HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 388.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P. [13].

Modios [14] æneos vel lapideos cum ſextariis [15] atque ponderibus per manſiones [16] ſingulaſque [17] civitates juſſimus collocari: ut unuſquiſque tributarius ſub oculis conſtitutis rerum omnium modis, ſciat, quid debeat ſuſceptoribus dare: ita ut ſi quis ſuſceptorum conditorum modiorum ſextariorumque [18] vel ponderum normam putaverit excedendam, pœnam ſe ſciat competentem eſſe ſubiturum. Et ſubmotis quæ contra utilitatem populorum omnium hactenus geſta ſunt, frumenti [19] quinquageſimas, hordei quadrageſimas, vini & lardi [20] viceſimas ſuſceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem neceſſitate commoti [21], in Armeniæ partibus ſuſceptoribus longinquitatis cauſa, frumenti & hordei quadrageſimas, vini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. Dat. 4. Kal. Dec. *Conſtantinop.* HONORIO, N. P. & EVODIO V. C. CONSS. 386.

10. Iidem AA. Cynegio P. P. [22].

Suſceptores præſentibus defenſoribus & modum jugationis poſſeſſorum, & ſpecies ſingulas, vel eorum [23] numerum quantitatemque deſcribant [24]. Dat. 4. Kalend. Decembr. CP. TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

11. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Benigno Vicario urbis Romæ [25].

Securitates [26] ſemel publicatas & geſtis lectas vini [27] ſuſceptoribus imputari, & cœptam mercedis diſcuſſionem [28] volumus in apertum quæſita ratione deduci, & omnes publicas ſecuritates [29], quæ geſtis tenentur, a ſuſceptoribus accepto ferri. Dat. 6. Idus Jun. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Non poteſt quis exercere officium, in quo ſemel deliquit. Bart.

12. Iidem AA. Pompeiano [30] PC. Africæ.

Si [31] aliquid [32] a ſuſceptore, vel a tabulario fraudis admiſſum eſſe poſſeſſor deprehendat: nemo eorum ſemel de interverſione [33] convictus, id [34] rurſus officium gerat, in quo ante decoxit [35], etiſi reſcriptum noſtrum elicitum clandeſtina [36] ſupplicatione [37] intulerit. Dat. prid. Kalend. Januar. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

13. Iidem AA. [38] Lucio Comiti ſacrarum largitionum [39].

Duos tabularios, [ſeu numerarios [40],] & ſuſceptores totidem, per univerſas provincias oportere conſtitui, clementia noſtra præcepit.

† Scire autem volumus, Prætorianam ampliſſimam Præfecturam, eos [41], qui aurum largitionale ſuſceperunt [42], nihil cum arcæ [43] ratiociniis habere commune: Judices autem provinciarum quinque libris auri multandos, & primates Officiorum capitali pœna plectendos, ſi hoc non fuerit cuſtoditum. Dat. 6. Kalend. Februar. BASSO & PHILIPPO CONSS. 401.

14. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Euchario [44].

Humilioribus officiis, aut extraordinariis oneribus occupari [45] curiales non patimur, ne publica vacillet utilitas. Suſceptorem [46] itaque veſtium æquius eſt ab officio Proconſulari, vel ab his, qui in eodem meruerunt [47], ſolenniter procurari. Horum namque intereſt hujuſmodi explorare rationem & quærere qualitatem eorum, quorum ad conſtituendum [48] commodior cura eſt: Neque enim æquum eſt, ut ad officium lucra, ad curialem ſuſceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus injuriam ſubmovemus: exceptis his, qui curialium in officio memorato, aut militaſſe, aut militare fuerint deprehenſi. Dat. [49] prid. Kal. Mart. *Ravennæ*, HONORIO IX. & THEODOSIO V. AA. CONSS. 412.

15. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Voluſiano P. P. poſt alia [50].

Aurum ſive argentum quodcunque a poſſeſſore confertur [51], arcarius vel ſuſceptor accipiat: ita ut provinciæ moderator, ejuſque officium ad crimen ſuum noverit pertinere, ſi poſſeſſoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum [52] iniquitate illatum diſpendium: & quidquid ex provinciis ad noſtrum dirigitur ærarium, id ad illuſtres viros ærarii [53] noſtri Comites [54] relatione deferatur. Dat. 3. Kal. Mart. *Ravennæ*, poſt Conſ. FELICIS & TAURI VV. CC. 430.

TIT. LXXI.

DE [55] PONDERATORIBUS [56], ET AURI ILLATIONE.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Euſraxium Rationalem trium provinciarum.

Aurum [57], quod [58] infertur a collatoribus, ſi quis vel ſolidos voluerit, vel materiam appendere, æqua lance, & libramentis paribus ſuſcipiatur. PP. 14. Kalend. Auguſt. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

2. Imp. JULIANUS A. ad Mamertinum P. P. [59].

Quotiens de qualitate ſolidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem ſermo Græcus Zygoſtatem [60] appellat, per ſingulas [61] civitates conſtitutum, qui pro ſua fide, atque induſtria neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere [62]. Datum 9. Kalend. Maji, *Salone*, JULIANO A. IV. & SALUSTIO CONSS. 363.

TIT. LXXII.

DE AURI PUBLICI PERSECUTORIBUS [63].

Suſceptores non debent pecuniam acceptam ſine licentia in maſſam redigere, & habita licentia retardare. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [64].

Auri perſecutores partim nulla præmiſſa (ut aſſolet) perſecutoria [65], aurum [præſumunt] perſequi [66]: partim diutius retentant, quod ſtatim [67] fuerat adſignandum. Ideoque cenſemus, ne quis abſque præcepto viri illuſtris comitis ſacrarum largitionum, vel coquendum [68] aurum ſumat [69], vel capiat deinceps retinendum. Dat. 13. Kal. Aug. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

TIT. LXXIII.

DE HIS, QUÆ EX PUBLICA COLLATIONE ILLATA SUNT, NON USURPANDIS.

Pecuniam publicam non poteſt quis accipere mutuo, vel alio titulo, vel in ſuam utilitatem aliter convertere. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A. [70].

Nullus Judicum id quod a republica [71] ex collatione ſuſceperit [72], mutui interventione oppoſita, vel invadat [73], vel conetur [74] invadere. Datum Prid. Non. Mart. *Treveris*, PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Lampadi K.N. [75].

Nullus penitus ex eo, quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum [76] uſurpet: niſi forte præſumendi facultatem ſublimium poteſtatum juſſione perceperit. Dat. 3. Id. April. *Conſtantinop.* ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

in publicis horreis. h. lib. tit. 26. 1 *C. Th. h. t.* 17. 2 Suſceptori pecuniæ publicæ exactam quantitatem non licet fœnerare, vel aliter ea uti. *d. cap.* 15. adde *l.* 1. *ſupr. de canone largitional.* 3 Tributa ſtatim theſauris inferenda provinciæ, ne diu ſint penes ſuſceptores. *l.* 1. *ſupr. de canon. largit. tit. h. l. tit.* 23. *l. un. ſupr. de offic. comit. ſacr. largit. l. un.* Ј. *de auri publici perſecutoribus. h. lib. tit.* 72. 4 Solutum. 5 *C. Th. hoc tit. l.* 20. 6 Suſceptores publicorum tributorum ex decurionibus creantur, *ut l.* 5. ꞩ. *de exact. tribut.* quod tamen eis ademit Anaſtaſius conſtitutis vindicibus. 7 Ordo curiæ exactores vel ſuſceptores creat ſuo periculo, & creationem inſinuat præſidi: non tamen ſuſceptores rei privatæ, quorum creatio ad curiam non pertinet, *l.* 9. *ſupr. de jur. fiſc.* nec ſuſceptores veſtium, quorum creatio pertinet ad proconſulare officium. *l. pen. hoc tit. l.* 4. *C. Th. h. t.* Mod. 8 Pars major quod facit, omnes videntur feciſſe: quod in executoribus teſtamento datis, & compromiſſariis electis hac formula, *ut quod omnes fecerint, ratum habeatur*, notandum. Satisfactum enim formulæ videbitur, etiamſi non omnes, ſed majori ex parte fecerint. 9 Rectoribus. 10 *Al.* deeſt, & poſtea legitur, *publici onus*, al. *publici munus.* 11 Vide *l.* 2. *ſupr. h. t.* 12 Nominaverit. 13 *C. Theod. h. t. l.* 21. 14 Μοδίυς χαλκὺς καὶ λιθίνυς &c. Modii ænei, & lapidei confici debent, ut ne unuſquiſque tributarius ſecure ſolvat. *Synopſ.* 56. *hoc tit.* adde Suidam *in μανάμ.* & *l.* 1. ꞩ. *de condit. in publicis horreis. h. l. tit.* 26. 15 Menſuræ iniquæ prohibentur. Pondera eodem modo iniqua prohibentur. *l. ult. infr. h. t. l. pen. ſupr. de defenſ. civit. Novell.* 128. *cap.* 15. 16 Manſiones quid, dixi in *l.* 2. *infr. de lucris advocat. l.* 12. *tit.* 62. 17 Singulas quaſque. 18 *Alias deeſt*, que. 19 Ut ſuſceptores frumenti, quinquageſimam: hordei, quadrageſimam: vini & lardi quintamdecimam accipiant. *Synopſis h. t.* 2. Harmen. 6. §. 2. Suſceptoribus rerum, pars ita certa rerum ipſarum datur. Sic optionibus, id eſt, erogatoribus militaris annonæ decimaquinta pars copiarum dabatur. *Novell.* 130. *cap.* 1. 20 *Laridi, in C. Theod.* 21 Commoniti. 22 *C. Theod. hoc tit. l.* 23. 23 *Earum, in C. Th.* 24 *Præſcribant, in C. Theod.* 25 *C. Theod. h. t. l.* 26. 26 *l.* 2. ꞩ. *de quadr. præſcr. l.* 2. *ſupr. de diſcuſſorib. h. l. tit.* 30. 27 Sic forte legendum, non, *binis*, *ut in C. Theod.* Hinc autem arca vini. 28 Cujac. legit, *& cœptam arcæ diſcuſſionem*, interpretaturque arcam hoc loco vinariam, de qua & in *l.* 3. *C. Th. de cal. coct.* quin etiam antea omnino legendum eſt, *vini ſuſceptoribus* non *binis ſuſceptoribus*, cum hoc dicat lex: apochas apud acta publicatas omnino vini ſuſceptoribus imputari debere, ut & cœptam arcæ vinariæ diſcuſſionem rationiſque redditionem perficiendam & publicandam. *Mod.* 29 Id eſt, Harm. 2. §. 13. 30 *C. Theod. h. t. l.* 27. 31 Suſceptor aut tabularius (ὑποδέκτης ἢ ταβελλάριος) ſemel circa miniſterium ſuum convictus, non amplius idem officium gerat, *Synopſis ibid. cap.* 9. Ita tabellioni, qui ſemel falſum admiſerit, poſtea fides non adhibetur. 32 Quis. 33 Interverſores qui. *l.* 8. *ſupr. de jure fiſci.* 34 Officium id exercere nemo amplius poteſt, in quo ſemel deliquit & condemnatus eſt. vide Corſetum *ſingul. Tabellio.*

35 Decoctores, *hic*, & *l.* 40. *ſupr. de decur.* vide quæ dixi ad *l.* 2. Ј. *de palat. ſacrar. largit. l.* 12. *tit.* 24. *l. unic. ſupr. ad leg. Jul. de ambitu.* 36 *Hoc eſt*, obreptitia. Goth. Sed ſi reſcriptum inſinuatum fuerit præf. præt. valere putat. *arg. l. ſi quis. infr. de coh. princ. l.* 12. & 5. *infr. de div. offic.* Mod. 37 Tulerit, al. *detulerit.* 38 Al. *Et Theodoſius A.* 39 *C. Theod. l.* 30. 40 Hæc adjecit Tribonianus, quæ abſunt a *C. Theod.* ſed de tabulariis & numerariis vide *hic* Cujac. 41 Tributorum tituli non ſunt confundendi: ut quod uni arcæ inferendum ſit, alteri non inferatur. *l.* 3. *ſupr. de canone largitionalium titulorum. h. lib. tit.* 23. 42 Officiorum confuſionem prohiberi, hinc colligit Bart. 43 Arcæ P. Prætorio ſit mentio. *in l.* 22. *infr. de curſu publ. l.* 12. *tit.* 51. ubi dixi. 44 *Ex C. Theod. h. t. l.* 31. 45 Vide *l.* 21. *ſupr. de decurionib.* 46 *Suſceptionem, in C. Theod. & quib. lib.* Goth. De ſuſceptoribus veſtium militarium & intellectu hujus l. vid. Ræward. *conject. lib.* 3. *cap.* 8. Anſ. 47 Hoc ipſo ſatis ſignificatur ſolere officia proconſularia hanc ſuſceptionem procurare, *l.* 4. *C. Th. hoc tit.* porro ad legem hanc vid. Cujacium *l.* 2. *obſerv. c.* 8. Mod. 48 *Contuendum, in C. Theod.* 49 Al. 3. *Kal.* 50 *Cod. Theod. h. t. l.* 32. 51 Statim. *l.* 1. ꞩ. *h. t.* 52 Pondera iniqua prohibita. vide *l.* 9. *ſupr. h. t.* 53 Comites ærarii, largitionum privatarum comites. 54 *In C. Theod. non ſolum ad illuſtr. vir. ærar. noſtr. ſed etiam ad eminentiam tuam pari relatione &c.*

55 Περὶ ζυγοςατῶν τὰς ἀσχομίδας ὑποδεχομένων. De ponderatoribus, qui collationes ſuſcipiunt. *Synopſis Baſil.* 56. *tit.* 5. adde *Edict. Juſtiniani* 11. 56 Al. *ponderationibus.* 57 *Ex lib.* 12. *tit.* 7. *l.* 1. *C. Th. confer.* detractum enim eſt initium, & cætera valde immutata. 58 Æqua lance ſuſcipienda ſunt, quæ inferuntur, habente libra ſeptuaginta duos ſolidos. *Synopſ. ibid. cap.* 15. *l.* 5. *ſupr. tit. prox.* 59 Sic in *C. Th. l.* 12. *tit.* 7. *l.* 2. poſt alia. *Cont.* 60 Id eſt, ponderatorem. 61 Vide *Edictum Juſtiniani* 11. *cap.* 2. 62 Atque ita uni creditur. dixi ad *l.* 1. *in fin. ff. de verb. oblig.* Goth. Quatenus & quibus caſibus peritis in arte ſit credendum, vide *l.* 9. *l.* 10. *ff. qui ſatisd. l.* 1. *ſupr. de mulierib. & in quo, l.* 10. *tit.* 62. *l. hac edictali.* §. *ſi illud. ſupr. de ſecund. nupt.* Anſ.

63 Cujacius legit, *auri proſecutores*, & ſic dixit *l.* 4. Caſſiodorus, *proſecutores frumentorum:* ſic *proſecutores equorum, l.* 1. Ј. *de tractor. & ſtat.* ſic *proſecutores publicarum functionum, l.* 9. Ј. *de curſ. publ.* ſic denique *proſecutores reorum. l. ſolent. ff. de cuſt. reor.* Mod. 64 *C. Th.* 12. 8. 1. 65 Perſecutoria, diploma auri perſequendi quod a Comite ſacrarum largitionum dabatur. 66 Abeſt *a C. Theod.* 67 Vide *l.* 1. *ſupr. de canone largitional. tit. h. lib. tit.* 23. 68 *Decoquendum*, Pyrrh. al. *ut coquendum*, id eſt, conſumendum & intervertendum. *Cujac.* hic puto legendum, *proſequendum.* 69 Sumatur.

70 *C. Theod.* 12. 9. 1. 71 Ad rempubl. 72 Vide *l.* 1. *ſupr. de his, qui ex publicis rationibus. h. lib. tit.* 6. 73 V. *l. ult.* Ј. *h. t.* 74 Comminetur. 75 *C. Th. hoc tit. l.* 2. 76 Vide *l. ult.* Ј. *h. t. l. ult.* ꞩ. *de conditis in publicis horreis. h. l. tit.* 26.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P.P. post alia [1].

SCiant Judices [2] nihil sibi ex privatæ rei canone, vel ex eo, quod ex iisdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere: nisi [3] malint gravissima severitate suam licentiam coërceri. Dat. 16. Kal. Jun. *Mediol.* THEODORO CONS. 399.

TIT. LXXIV.

DE AURO CORONARIO [4].

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

AD [5] collationem auri coronarii placuit neminem absque consuetudine [6] esse cogendum. Dat. 15. Kal. Febr. *Constantinop.* RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

TIT. LXXV.

DE IRENARCHIS [7].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [8].

IRenarchæ, qui [9] ad provinciarum tutelam, quietis, ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, a [10] decurionibus judicio Præsidum provinciarum idonei nominentur. Dat. 8. Kalend. Januar. *Constantinop.* HONOR. VIII. & THEODOS. III. AA. CONSS. 409.

TIT. LXXVI.

DE ARGENTI PRETIO, QUOD THESAURIS INFERTUR.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P.

JUbemus [11], ut pro argenti summa, quam quis thesaurs fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita [12] ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. Dat. 11. Kal. Mart. *Constantinop.* CÆSARIO, & ATTICO CONSS. 397.

1 *C. Theod. hoc tit. l.* 3. 2 Repetitur *l. ult. infr. de collat. fund. patr. l.* 11. *tit.* 64. ex qua hæc verba ex iisdem titulis ad patrimoniales & emphyteuticarios fundos referenda esse existimat Cujac. 3 *l.* 1. *l.* 2. *supr. h. t. l.* 7. *§. ultim. supr. de exaction. tribut. h. lib. tit.* 19.
4 *Aurum coronarium*, quod Græci στεφανητικὸν κανόνα vocant, decuriones proprio amore offerebant principi cum coronis aureis. *l.* 4. *C. Th. h. t.* ob lætitiam vel similem causam, puta adoptionem: (quale oblatum fuit Pio, teste Capitolino.) Id etiam offerebant Satrapæ *l. ult. C. Theod. h. t.* & Judæi, *l.* 17. *§. de Judæis.* Cic. *pro Flacco.* Aliis autoribus aurum coronarium est, quod triumphantibus offerebatur. 5. Gell. 6. sicut æs coronarium æneæ coronæ histrionum. 23. Plin. 7. 34. *cap.* 8. Alciat. 6. *parerg.* 4. putat coronarium aurum dictum, quod Imperatores coronas ex lauro, postea ex auro tulerunt. adde Forcat. *c.* 20. *Cupidinis num.* 7.
5 *Ex lib.* 12. *tit.* 13. *l.* 5. *Cod. Theod.* verum quid sit aurum coronarium, explicat *l.* 1. *hoc tit. Cod. Theod.* 6 Consuetudo in auro coronario conferendo servanda. Non indicitur a principe: si tamen offertur, accipitur. Imo indicitur, si consuetudo id ferat, *ut hic.*
7 *Irenarchæ* appellabantur, qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præpositi erant. *l.* 9. *supr. de jure fisci. l.* 6. *ff. de custod. reor. l. ult. §. Irenarchæ.* 7. *ff. de muner. & honor.*
8 *Ex C. Theod. hoc tit. l.* 1. Cont. 9 Irenarchæ munus institutum, ut per eum provinciæ tutela, quietis ac pacis per singula territoria concordia fiet. Aristides 4. ἱερῶν, Irenarcham vocat φύλακα τῆς εἰρήνης, leges Gothorum pacis adsertorem, τὸν τῆς τοῦ δήμου εὐταξίας ἐπιστατοῦντα. vid. Cujac. 1. *observ.* 33. *l. super creandis.* 9. *supr. de jure fisci.* vide quæ scripsi de Irenarchis ad *Nov.* 80. & *l.* 6. *ff. de custodia reorum.* 10 Irenarchæ creantur periculo Decurionum, & ex dispositione Præsidum, *ut hic.* adde *l.* 9. *in fin. supr. de jure fisci.*
11 *C. Theod. lib.* 13. *tit.* 2. *l.* 1. Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Covarr. *de veter. numism. collat. cap.* 3. *§.* 2. *num.* 6. Ans. 12 *l. un. supr. de collat. æris. h. lib. tit.* 29.

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER UNDECIMUS.

TIT. I.

DE NAVICULARIIS [1] SEU NAUCLERIS PUBLICAS SPECIES TRANSPORTANTIBUS, ET DE TOLLENDA LUSTRALIS [2] AURI [3] COLLATIONE.

Argumentum Græcæ constitutionis quæ deest *tit.* 1. *lib.* 11. *Cod. de lustralis auri collatione*, tale reperi in antiquissimo exemplari manuscript. quam fidem ei habere debeat prudens lector perpendet. *Contius.*

Indictionibus trino lustro digestis, auri primo pro rebus functio præter annuum canonem indicitur: aurumque quod ex tali collatione dependitur, est lustrale. Quindecim vero annorum spatium in se quinquennii continens tria lustra, primo aurum, secundo argentum, tertio æs exsolvere collatores perurget. In lustra vero conglomeratio per subadjuvas mello proximos adjutores, & arcarios ad hoc officii deputatos sub forma exactionis inserta hoc expedito cursu perstringat.

REmittit omnibus prorsus collationem auri argenti, exceptis civitatibus aut vicis, qui quid ultima voluntate sub hoc collationis onere acceperunt, vel si quid a fisco eadem lege datum sit. Qui vero tale onus agnoscunt, in eorum arbitrio sit id solvere Constantinopoli, vel in provincia, sive quarto quoque anno sive ultra quadriennium: sine damno, & perversitate ulla. Ac si quid eo illato supersit, id in alias civitatis necessitates impendatur, veluti opera, aut frumenti coemptionem, aut lumina [4], aut similia. Constituit autem pœnam C. librarum scholæ palatinorum, & præsidibus, & cohorti, & municipalibus, si hæc quandoque non observaverint.

2.

NE quis, quo sit relevatus auri, atque argenti collatione, describatur in spectacula, vel alia quædam: alioquin supradicta pœna imminebit.

De navicularis publicas species transportantibus.

3. Impp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS C. Olybrio P. U. [5].

NUllam [6] vim oportet naucleros [7] sustinere, delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi: sed venientes, ac [8] remeantes omni securitate potiri, decem librarum auri multa proponenda his, qui eos inquietare tentaverint. Dat. Kal. Jun. *Romæ*, CONSTANTIO IX. & JULIANO C. II. CONSS. 359.

4. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eusebio P. P. [9].

COmperimus naucleros [10] susceptas species in [11] negotiationis emolumenta convertere [12]: ideoque decernimus, ut intra annum [13], quas susceperint, inferant species, & securitates [14] reportent, quæ etiam diem illationis edoceant, ut intra alterum annum eis reddantur, a quibus species præstitæ sint. Dat. 10. Kal. Januar. *Mediol.* ARCAD. III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

Qui cum navicularìis fecerunt rapinam, tenentur in quadruplum. Bart.

5. Iidem AA. Flaviano P. U. [15].

AB his, qui in naucleros prædas [16] egerunt, volumus eorum commodis satisfieri, & ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus, ut quicunque in rapinis fuerit deprehensus, pœna [17] quadrupli [18] teneatur. PP. *Romæ in foro Aproniani*, 9. Kal. Februar. STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

Quando id, quod per personas certæ regionis debet expediri, non potest, debet expediri per homines circumstantes expensis publicis. Bart.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P. [19].

CUm navarchorum cœtus circiter provincias Orientis inopia navium titubaret, & investigandæ classis obtentu insularum secessus [20] obiret [21], & navigandi opportunitate transacta, judiciorum indignatio sine transvectionis expectaretur effectu: merito celsitudo tua Præfecto Augustali, & Insularum [22] Præside conventis, civitatis Alexandrinæ, & Carpatiæ classis summates [23] & nonnullos alios naucleros ejus [24] professionis adduxit, ut onus frumentarii

1 *Navicularii*, naucleri, navarchi, nautici, exercitores navium, iidem sunt. *Vegetius* 4. Diversi ab his sunt magistri, *l.* 3. *§. de naufragiis h. lib. tit.* 5. *l. penult. C. Theod. de navicular.* Goth. Cujac. ex uno hoc duos titulos facit, cujus prioris inscriptio sit, *De auri lustralis collatione.* lex prima: *Remittit.* posterioris, titulus seu epigraphe, *De naviculariis seu naucleris publicas species transportantibus*, lex prima: *Nullam vim.* Vide latissime eundem Cujacium hic, & *observat. lib.* 16. *cap.* 23. Mod. 2 Lustrale aurum, ut mox dicemus, mercatoribus rerum minutarum, lenonibus, meritoriis puellis, fœneratoribus & similibus indictum. Fuit & iisdem indictum siliquaticum, ob venditionem in nundinis proponendam, quod Græci κεράτισμον appellant. Monopolium vero ab eo præstabatur, qui jussu principis id exercebat. *l.* 1. *supr. de Monopol.* Cassiodor. 2. Cujac. *hic.* 3 Lustrale aurum χρυσάργυρον, cujus oneris quarto quoquo anno, id est, lustro, pendendi autor Constantinus. Onus autem erat mercatorum, & negotiatorum (quale negotiatorum fuit id, cujus meminit Lampridius *in Alexandro*) rerum minutarum, puerorum, lenonum, fœneratorum, cujus pensitationis quædam quoque scrinia erant. *l.* 3. *supr. de episcopis. l.* 1. *supr. de commerc. & mercat. l.* 5. *C. Theod. de lustralis auri collat.* Verum id tributi genus postea sustulit Anastasius, ut Euagrius & Zonaras testantur. adde *l.* 13 *C. Theod. de lustrali collatione.* 4 Lumina balneorum intelligit, ut *l. quia plurima* 19. *supr. de operibus publ.* 5 *C. Theod. lib.* 13. *tit.* 5. *l.* 9.
9 *l.* 5. *infr. h. t. l. un. infr. de littorum & itinerum custodib. lib.* 12. *tit.* 42. 7 *Navicularios*, in *C. Theod.* Goth. Certum fuit in urbe naviculariorum corpus, *l.* 1. *§.* 1. *ff. quod cujusque univers. l.* 5. *§. licet.* & *§. ult. ff. de jur. immun. l.* 1. *infr. de hered. dec.* atque ex his alii annonæ urbis serviebant, alii lignis ad lavacra, alii aliis necessitatibus publicis. quare a cæteris muneribus immunitatem habent. *l. infr. de lit. & itin. cust. l.* 5. & 17. *C. Th. de navicul.* Mod. 8 Securitas interdum datur a lege, *ut hic.* adde *Authenticam Habita. §. Ne filius pro patr. l. præsenti* 6. *in princ.* & *§.* 1. *§. de his qui ad Eccles. confugiunt. l. quisquis* 5. *in fin. supr. ad l. Jul. majest. l. ult. ff. de legation.* 9 *C. Theod. hoc tit. l.* 26.
10 *Navicularios*, in *C. Theod.* 11 Species annonariæ ab his, qui eas transvehunt, in privatam negotiationem non sunt transferendæ. adde *§. tit. de his qui ex publicis ratiociniis.*
12 *Hic multa detracta sunt e C. Theod.* 13 *l.* 6. *infr. h. t.* 14 Apochas intelligit, quæ dicuntur *relatoriæ in l.* 8. *C. Th. h. t.* Mod. 15 *C. Th. h. t.* 29. al. *Fabiano.*
16 Vid. *l.* 3. *§. h. t.* 17 *In pœnam*, in *C. Theod.* 18 Vid. *Pap.* 3. *Notar.* 8. Goth. Hæc actio non est vi bonorum raptorum, in qua non extra rem quadruplum est, sed propria quædam actio in eos, qui rapinam naviculariis faciunt: & forte conjungenda huic legi *lex pen. supr. de excus. tut.* Mod. 19 *Ex C. Theod. h. t. tit. l.* 32. 20 *Successus*, in *C. Theod.* 21 Conspiraret. 22 Cycladas intelligit. De Cycladum præside adde *Novell.* 165. 41. 50. 23 Summates classis Carpatiæ, *hic*, ut summates ordinis Alexandrini, *l.* 57. *supr. de decur.* Symmachus, Summates Aticinæ urbis. 24 *Eo*, *in C. Theod.*

commea-

commeatus qui per Orientales navarchos ex Alexandrinæ civitatis conditis conſueverat [1] ad ſacratiſſimam urbem transferri, in ſuam fidem ſuſceptum, ad eadem Auguſtiſſimæ urbis horrea comportarent [2]: ſalariis [3] pro mercedula præſtitis ex tributariæ penſitationis immunitate: vel ex eo quod vocatur φιλικὸν [4], necnon etiam aliis [5] quæ cognitionis limavit [6] examen. Dat. 14. Kal. Febr. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

Qui per rectam viam non vadit, & ſpecies publicas diſtrahit, capitali pœna punitur. Bart.

7. Iidem AA. [*Al.* Impp. THEOD. & VALENT. AA.] Anthemio P.P. 7.

QUi fiſcales ſpecies ſuſcepit deportandas, ſi recta navigatione contempta, littora devia ſectatus, eas avertendo 8 diſtraxerit, capitali pœna plectetur. Dat. 14. Kalend. Aug. *Conſtantinop.* HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

Si judices patiuntur tempore ratæ navigationis naucleros in ſuo territorio commorari, puniuntur & ipſi & municipes. Bart.

8. Iidem AA. Fauſtino P.P. poſt alia [9].

JUdices, qui in partibus [10] diœceſeos ſuæ onuſta navigia, cum proſperior flatus invitat, ſub prætextu hyemis [11] immorari permiſerint: una [12] cum municipibus, & corporatis ejuſdem loci fortunarum propriarum feriantur diſpendiis. Naucleri [13] præterea pœnam deportationis excipiant, ſi aliquid fraudis eos admiſiſſe fuerit revelatum. Dat. 18. Kalend. Septembr. *Ravennæ*, VARANA V. C. CONS.

* *Conſtitutio Græca.* *

TIT. II.
DE PRÆDIIS ET OMNIBUS REBUS NAVICULARIORUM.

Etiam ad domum principis res naviculariorum tranſeunt cum onere ſuo. Bart.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Aurelianum P. annon.

DOmum [14] etiam [15] manſuetudinis noſtræ in his quæ naviculario nomine obnoxia ſunt, agnoſcere præcipimus debitam functionem. Dat. 3. Kal. Octobr. LUPICINO, & JOVINO CONSS. 367.

Pro rata rei quæ pervenit ad aliquem de bonis naviculariorum debet onus ſuſtinere, nec patrimonium vel perſona ulterius aggravatur.

2. Iidem AA. & GRATIANUS A. Achiloni Proconſuli Africæ [16].

IN his quæ navicularii vendunt (quoniam intercipere [17] contractum emendi vendendique fas prohibet [18]) emptor navicularii functionem pro modo portionis comparatæ ſubeat. Res [19] enim oneri addicta eſt, non perſona mercatoris [20]. Neque [21] naviculariorum jubemus [22] fieri eum, qui aliquid comparavit: ſed eam partem, quæ empta eſt, pro ſuo modo, ac ratione eſſe munificam [23]: nec enim totum patrimonium ad functionem naviculariam [24] occupandum erit, quod habuit, qui rei exiguæ mercator acceſſit: ſed illa portio, quæ ab initio naviculariі fuit, ad penſionem hujuſmodi [25] functionis ſola tenenda [26] eſt: reſiduo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum eſt otioſo, & immuni ſervando. ¶ Domus [27] vero, quarum [28] cultu decus urbium potius quam fructus acquiritur, ubi a naviculariis veneunt, pro [29] tanto modo ad hanc penſionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cum [30] pecunia mutuaretur [31]. Ubi vero ſpatium [32] [loci [33]] & exiguitas nullam habuerit penſionem, aut exſtructio, cujus eſt ardua, difficiliſque molitio, aut decus ſumptuoſum, aut (ut eſt plerumque liberale inſtitutum) habitationem quis ſuam urbis [34] ornamento adjecerit, nolumus munificentiam, quæ poſtea addita eſt, improbam licitationem æſtimationis excipere: ſed vetuſta [35] potius loci ſpecies, & penſio cogitetur, quam cultus hodiernus, qui per induſtriam hominis animoſi [36] acceſſit. Dat. 3. Non. Aug. poſt conſulat. GRATIANI A. III. & EQUITII V. C. 375.

Qui emit prædia naviculariorum, tenetur ad onus ſecundum veram æſtimationem, quæ privatorum pactis non tollitur. Bart.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P.P. 37.

HI, qui fundos naviculariæ functioni adſcriptos a naviculariis acceperunt quolibet ad ſe titulo tranſeuntes, ſecundum [38] agri opinionem [39] quæ antiquitus habebatur [40] adſcripta, naviculariam functionem ſuſcipere cogantur, neque eas conditiones ſibi exiſtiment profuturas, quas venditor minus idoneus in ſe recepit impoſitæ [41] mentis arbitrio [42]: Hac tamen pactione [43] ſervata, ut ſi ad minus idoneum fuerit tranſlata poſſeſſio, etiam auctores tranſcripti prædii teneantur obnoxii: ſitque hoc in promptu, ut damnis fiſcalibus primitus ab idoneis conſulatur. Dat. 14. Kal. Mart. *Mediol.* THEODOR. V. C. CONS. 399.

TIT. III.
DE NAVIBUS NON EXCUSANDIS.

Naves quæ ſub nomine, & titulo alieno excuſantur, publicantur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Longiniano P.P. [44].

MUlti [45] naves ſuas diverſorum nominibus & titulis tuentur: cui fraudi obviantes, præcipimus, ut ſi quis ad evitationem publicæ neceſſitatis titulum crediderit opponendum, ſciat navem eſſe fiſco ſociandam. Nam ut privatos [46] quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum eſſe non ſinimus: cum omnes in commune, ſi neceſſitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis obedire, & ſubvectionem ſine dignitatis privilegio celebrare [47]. Dat. 3. Id. Januar. *Ravennæ*, ARCAD. A. VII. & PROBO CONSS. 406.

Nulla navis ob neceſſitatem publicam excuſatur aliquo privilegio in corpore juris inſerto, vel non inſerto. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P.

JUbemus nullam navem [48] ultra [49] duorum millium modiorum capacem, ante felicem embolam [50], vel [51] publicarum ſpecierum transvectionem, aut privilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogativa perſonæ, publicis utilitatibus excuſari poſſe ſubtractam: nec ſi cœleſte contra proferatur oraculum, ſive adnotatio ſit, ſive divina [pragmatica] ſanctio [52], providentiſſimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus [53] obſervari: ut generaliter ſi quid ejuſmodi contra jus, vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. Quidquid enim in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit attentatum, id navigii quod excuſatur, publicatione corrigimus. Dat. 9. Id. April. THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. IV.
NE QUID ONERI [54] PUBLICO IMPONATUR.

Qui cogit nautam ad accipiendum aliquid ultra onus, tenetur ad emendationem damni, & criminaliter punitur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Rufino P.P. [55].

ONeri [56] publico ſarcinam privatam ne [57] quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad ſuſcipiendum onus aliqua neceſſitate compellere. Hoc enim facto atque commiſſo non in diſpendium ſolum atque naufragii [58] damnum tenebitur obligatus, verum etiam publicæ coërcitionis experietur vigorem. Datum 5. Id. Januar. *Conſtantinop.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

TIT. V.
DE [59] NAUFRAGIIS.

1. Imp. [60] CONSTANTINUS A.

SI quando naufragio [61] navis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam [62] terram attigerit, ad [63] dominos pertineat: Fiſcus meus ſeſe non interponat [64]. Quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate [65], ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?

1 *Cenſuerat*, in *C. Theod.* 2 *Comportaret*, in *C. Theod.* 3 *Solatiis*, in *Cod. Theod.* facit *l. 6. ff. de captivis.* 4 Id eſt, amicale, quod datur amicæ. 5 *Alios*, in *C. Th.* 6 Al. *libuit.* 7 *Cod. Theod. h. t. l.* 33. 8 *l. 3. ſupr. quæ res venire.* 9 *C. Theod. h. t. l.* 34. 10 *Portubus*, in *C. Th. & quib. lib. manuſcr.* 11 Adde *l. 6. ſupr. h. t.* Hyeme periculoſa navigatio. Hinc ſuſcipi annonæ publicæ debent & ſubvehi æſtate, non hyeme: niſi ventis valde ſecundis. *l. 3. ¶. de naufragiis.* 12 Delicto judicis interdum ipſos cives puniri hinc colligunt: ut & repreſſalias concedi adverſus omnes cives, ob juſtitiam denegatam a rectore loci. Corſetus *ſingulari Judex.* 13 *Navicularii*, in *C. Theod.*
14 *C. Theod. l. 5. tit. 6. l. 13. confer.* 15 Navicularii juris domum emens, onus navicularium agnoſcere debet. Quod ita verum, ut id locum habeat etiam in principe emente, *ut hic.* Navicularia igitur domus tranſit cum ſuo onere: & ea parte princeps utitur jure privati, adde *l. ſi divina 8. ſupr. de exact. trib. lib. 10. tit. 19.* Cur ita? Onus reale rem comitatur, nec novi poſſeſſoris privilegio mutatur. *l. ult. ſupr. de annon. & tribut. lib. 10. tit. 16. l. 23. §. ſi fundus 2. ff. de ſervit. præd.* Hoc autem onus reale eſt. *l. 2. ¶. h. t.*
16 *C. Theod. h. t.* 11. *l. 7.* 17 Libera eſt cuique emendi & vendendi facultas: libera æſtimatio & venditio eſt: Libertati vendendi & emendi favendum: nec ea facultas coercenda. *l. 7. ſupr. de advoc. diverſ. judic.* 18 Imo non prohibet: multis enim caſibus emptio reſtricta. *l. dudum 14. ſupr. de contr. empt. l. ſi in emptione 34. §. 1. ff. de contr. empt.*
19 Realia comitantur poſſeſſorem. Goth. Vide Covarruviam *l. 1. variar. reſol. c. 8.* Mod.
20 *Mercantis*, in *C. Theod.* 21 Navicularius non eſt, qui emit rem naviculariæ obnoxiam, *ut hic*, unde notant, vaſallum Titii non eſſe, qui rem a Titii vaſallo emerit.
22 *Illico jubemus*, in *C. Theod.* 23 Vide *l. 18. in fin. ff. de verb. ſign.*
24 *Navicularii muneris*, in *C. Theod.* 25 *Hujus*, in *Cod. Theod.* 26 Naviculariæ rei onus rem comitatur, ut onus tributi vel pignorum. *l. ult. ſupr. ſine cenſu vel reliquis. l. Imperatores 7. ff. de publicanis.* 27 *Domus*, in *Cod. Theod.* 28 Ædificiis urbes ornantur, ſunt ad ornatum potius, quam ad fructum: quod tamen paſſim in omnibus ædibus non admittendum: ut vocem, *quarum*, taxativam intelligamus eſſe. 29 Valor rei colligitur ex ejus reditu. Eatenus res valet, ut fructum reddit, non ut vendi poteſt.
30 Id eſt, venditionis tempore: ut ita non habeatur ratio temporis poſtea ſecuti, quo forte pluris locari & æſtimari cœperunt. 31 *Pecuniam mutuarentur*, in *C. Theod.* emendat Cujac. *pecunia mutarentur, in libr. Aured. pecunia mutuarentur.* 32 Spatia.
33 Al. deeſt, legitur *hoc.* 34 Urbium ornamento cives plerumque ſuas habitationes adjiciunt. 35 Antiquum ſtatum rei conſiderari, non præſentem, hinc colligunt.
36 Animoſus emptor, qui plus æquo pretii præſtat vel offert. 37 *C. Theod. h. t. l. 8.* 38 Valet res tantum, quantum æſtimatur communiter, hoc eſt, publice, & a publicis perſonis, ne obſtet *l. ſi fundum ſub conditione. 81. §. ſi libertus 4. ff. de leg. 1. l. cum pater 77. §. pater qui filio 30. ff. de leg. 2.* 39 Opinio hic cenſus & profeſſio, *l. ult. ¶. de collat. fundor. fiſcal. h. l. tit.* 73. 40 *Habetur*, in *C. Theod.* 41 Sic legitur in *C. Th.* al. *imponentis arbitrio*; in quibuſd. manuſcr. *impoſitas ementis arbitrio*, quod magis probat Cujacius. 42 Pactiones adverſus fiſcum, fiſco non noceant, ſed paciſcenti tantum.
43 Teſtis, qui rei alicujus æſtimationem hanc vel aliam eſſe, ſuo arbitrio ſuaque opinione dicit, recte depoſuiſſe & probare cenſetur, ſi modo ſuam opinionem ad communem cæterorum ſententiam retulerit. Corſetus *ſingulari, Teſtis An. Teſtis.*

44 *C. Theod. h. t.* 2. 45 Immunitatis ſuæ privilegium alii per fraudem communicans, atque ita eum excuſans bonorum publicationem patitur, *ut hinc colligit* Corſet. *ſing. Gabella*; adde *l. 2. ¶. h. t.* 46 Navigia privati habere poſſunt: ut vel in flumine publico, vel in mari etiam ſine permiſſu principis navigent. adde *l. 1. ff. ut in flumin. publ.* Porro qui naves habere poſſint, vide *l. 3. ff. de vac. mun. l. auſertur 46. §. quod a præſide 2. ff. de jur. fiſc. l. 15. ff. de interd. & releg. l. pen. ff. de veteran.* 47 De navibus Veteranorum nominatim reſcriptum eſt eas non excuſari. *l. pen. de veteranis.* Mod. 48 *l. 1. ſupr. h. t. l. un. ¶. de Nautis Tiberinis. h. lib. tit.* 26. 49 Vide Novellam Theodoſii, *de navibus ultra duorum millium modiorum capacitatem non excuſandis.* 50 Embola felix, publicarum ſpecierum transvectio. adde *l. 10. ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* 51 *Vel*, particula plerumque interpretative ſumitur: id verbi ἑρμηνευτικόν. 52 Al. *deeſt.* 53 Præcipimus.
54 Id eſt, navi onuſtæ ex publico. 55 *C. Th. h. t. l.* 1. 56 Id eſt, navibus onuſtis ex publico, quæ publicas ſpecies deferunt. 57 Cur ita? minus onuſta navis periculo minus obnoxia eſt: ſit enim jactus rerum eo fine, ut navis ſit incolumis. *tit. ff. ad leg. Rhodiam.* 58 Caſum itaque fortuitum præſtabit, qui onus impoſuit: nempe quia ejus culpa caſum præceſſit. de quo vide plura apud Rebuff. *hic.*
59 *Ecl. lib. 53. tit. 1. & 3.* de naufragis hoc adde: Solicitos fuiſſe picturam naufragii ſui portare in tabula, ferente caſus ſui hiſtoriam, & aſſem ita a prætereuntibus poſcere. Juvenal. 14. *ibi merſa rate naufragus aſſem Dum rogat & picta ſe tempeſtate tuetur.* *Iidem naufragi in ipſo naufragii momento zonam læva morſuque tenebant.* Juvenal. *ibid.* id eſt, tenere ſolebant: nam in zona ſolidos & ſuam pecuniam ferebant. 60 In meo vet. manuſcr. legitur, *Imp. Anton.* recte meo quidem judicio; nam hæc videtur Antonini conſtitutio, quæ citatur in *l. ult. h. t.* Cont. 61 *l. ult. ¶. h. t. l. pen. ff. de incend. ruin.*
62 Al. *reliquam.* forte *reliquiæ attigerint terram premendo.* 63 Vid. *Auth. Navigia, ſupr. de furt.* Fiſcus res naufragorum ſuas non facit. vid. *Gloſſ. 1. quæſt. 7. c. diſpenſationes.* 16. multo minus privatus. 64 Contra illud: *Res fiſci & ubicunque natat.* Quod merito non placuit Antonino, ne ex aliena calamitate fiſcus lucrum ferat. *l. ult. ff. de inc. ruin. naufr.* Mod. 65 *l. 3. §. ult. ff. de incendio.*

Navicula rius, qui dicit se fecisse naufragium, debet hoc probare per testes coram Judice illius loci, & intra annum præfecto nunciare. Bart.

2. Imppp. VALENTINIAN. VALENS, & GRAT. AAA. ad Modestum P.P. [1].

SI quis navicularius naufragium se sustinuisse adfirmet, provinciæ [2] Judicem, ejus [3] videlicet in qua res agitur, adire festinet, ac probet [4] apud eum testibus eventum: relatioque etiam ad sublimissimam referatur Præfecturam: ita ut intra anni [5] spatium veritate revelata [6] competens dispositio [7] procedat. Quod si per negligentiam [8] præfinitum anni spatium fortasse claudatur, supervacuas [9] serasque interpellationes [10] emenso anno placuit non admitti. Dat. PP. *Bersti*, [11] Non. Jun. MODESTO & ARINTHEO CONSS. 372.

Cum de naufragio quæritur, debent examinari duo vel tres de navi qui melius scire debent veritatem: & eis deficientibus devenitur ad alios. Bart.

3. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEODOS. AAA. navicularíis Afric. Sal. [12].

QUotiens obruta vel submersa fluctibus navi examen adhibetur competentis Judicis, duorum vel trium nautarum quæstione [13] habita, cæteri ab hujusmodi nexu liberentur: Quid est enim quod non abunde [14] intra præfinitum numerum solers quæsitor inveniet? Circa magistros navium, quibus [15] est scientia plenior, immoretur: qui si fatali sorte defuerint, in alios inquisitio transferatur [16]. Sane si universos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, a [17] liberis nautarum sive magistrorum intra judicia constitutis super eorum quæratur interitu, quos navicularius naufragio periisse contendit [18]. Susceptionis [19] autem necessitas [20] ex Kalend. April. in diem Kalendarum Octobr. mensura servabitur. Dat. 8. Idus Febr. *Treveris*, GRATIANO vel [21] THEODOS. I. AA. CONSS. 380.

Privatis qui solverunt collectas publico officiali qui postea aufugit vel perdidit, non imputatur. Bart.

4. Imppp. VALENTIN. & THEODOS. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P. [22].

PRo his quæ semel a collatoribus illata naufragiis perierint, nolumus [23] nobis aliquam cum possessoribus, sive Senatores sive privati sint, communionem esse, vel aliquid periculi ad eos redundare. Dat. 15. Kal. Aug. *Const.* TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

Cum de naufragio quæritur, summatim examinabitur. Bart.

5. Impp. HONOR. & THEOD. AA. navicularíis per Africam post alia [24].

DE submersis navibus decernimus, ut levato [25] velo istæ causæ cognoscantur, & si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse [26] detegitur: Judex apud quem constiterit, his conquerentibus qui nudantur. pro [27] qualitatibus personarum multandi, removendi, [proscribendique [28]] habeat potestatem. † Si vero causarum talium cognitores libelli datione [29], vel plenaria [30] interpellatione commoniti intra biennium [31] has causas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapsum: præjudicium noceat eatenus Cognitori, ut navicularío propter vitium [32] Judicis absoluto, mediam oneris ejus partem, propter cujus probandam amissionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, judex cogatur inferre: residuam vero officium ejus exolvat. Dat. 16. Kal. April. *Ravennæ*, HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

6. Iidem AA. Anthemio P.P.

SUper naufragiorum quæ contigerint casibus, usitato more habita quæstione, si quis calculus modiationis [33] dicatur tempestate maris deperisse, sub tuæ sedis auditione nequaquam feratur acceptus: sed hæc dispendii jactura in [34] omne naucleroruum [35] concilium pro rata scilicet [36] contingentis muneris deferatur. Dat. 14. Kalend. Februar. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

TIT. VI.
DE METALLARIIS [37], ET METALLIS [38], ET PROCURATORIBUS METALLORUM.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Crescontum Com. metallorum [39].

PErpensa deliberatione [40] duximus sanciendum, ut quicunque metallorum exercitium velit affluere, is labore proprio, & sibi & reipubl. commoda comparet. Itaque si qui sponte conduxerint [41], eos laudabilitas tua octonos [42] scrupulos in balluca [43] (quæ Græce χρύσαμμος [44] appellatur) cogat exsolvere. Quidquid autem amplius colligere potuerint, fisco potissimum distrahant, a quo competentia ex [45] largitionibus nostris pretia suscipiant. Dat. 4. Id. Decembr. *Parisiis*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

2. Iidem AA. ad Germanianum Com. S.L. [46].

OB metallicum [47] canonem in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim [48] uncias ballucæ pro singulis libris constat inferri. Dat. 6. Id. Januar. *Romæ*, LUPICINO & JOVIANO CONSS. 367.

3. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Floro P.P. [49].

CUncti [50] qui per privatorum [51] loca saxorum [52] venam laboriosis effossionibus [53] persequuntur [54], decimas [55] fisco, decimas etiam domino repræsentent: cætero [56] modo [propriis [57]] suis desideriis vindicando. Dat. 4. Kal. Sept. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

Officiales exigentes metallum, non debent ad aliam dignitatem promoveri, nisi prius illud officium perficiant. Bart.

4. Iidem AA. Eusinio P.P.

CUm procuratores [58] metallorum intra Macedoniam [59], Daciam mediterraneam, Mœsiam, seu Dardaniam [60], soliti [61] ex curialibus [62] ordinari, per quos solennis profligatur exactio, simulato hostili metu, huic se necessitati subtraxerint, ad implendum munus retrahantur: & nulli [63] deinceps licentia laxetur, prius indebitas expetere dignitates, quam subeundam procurationem fideli solertique devotione [64] compleverint.

5. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Romulo Com. S. L. [65].

PEr annos singulos septem [66] per hominem scrupuli largitionibus inferantur ab aurilegulis [67] non solum in Pontica [68] diœcesi, verumetiam in Asiana. Datum 11. Kalend. Mart. *Constantinop.* ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

6. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Paterno [69].

QUosdam operta humo esse saxa [70] dicentes, id agere cognovimus, ut defossis in altum cuniculis, alienarum ædium [71] fundamenta labefactent. Qua de re si quando hujusmodi marmora sub ædificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur. Dat. 17. Kal. April. *Constantinop.* THEOD. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

Adstricti ad fodiendum metallum, si aufugerint, ad aliud officium retrahentur, etiamsi familiares principis fuerint. Bart.

7. Imp. THEOD. A. Maximo Com. S. L. [72].

MEtallarii, [sive metallariæ [73],] qui quæve ea regione deserta, ex qua videntur oriundi [74], vel oriundæ, ad externam [75] migraverint: indu-

1 *C. Th. h. t. l.* 1. 2 Præsidem. *l.* 7. *ff. de incend.* 3 Testes eo loco interrogari postulare quis jure potest, ubi casum aliudve infortunium passus sit. Corset. *sing. In loco.*
4 Præsumi non solet naufragium, nisi probetur. adde, quæ scripsi ad *l.* 40. *ff. ad l. Aquil.*
5 Navicularius, qui publicas species exportat, intra annum probare debet naufragium, quod allegat, *ut hic.* Imo intra biennium probare potest. *l.* 5. *infr. h. t.* Dic, pro locorum intervallo annum, aut biennium statuendum esse. *l.* 2. *C. Theod. h. t.* Hinc etiam colligunt, rationibus quotannis reddendis mercatores obnoxios esse. Corset. *singulari*, Mercator.
6 *Relata*, in *C. Th.* 7 *Remedium ex indulgentia consequatur*, in *C. Theod.*
8 Additur, *hujusmodi*, in *C. Theod.* 9 Imo neque supervacuæ, neque seræ sunt preces post annum. *l.* 1. *ff. de incend. l.* 18. *supr. de furtis.* 10 *Actiones*, in *C. Theod.*
11 Beryti. 12 *Cod. Th. h. t. l.* 3. 13 Vide, quæ scripsi ad *l.* 19. §. 1. *ff. de prob.* Augustin. *sermone* 52. *ad fratres in Eremo, Homines ad tormenta daturi eramus, ut de submersione navium secundum consuetudinem quæreretur.* 14 *Aliunde*, in *C. Theod.*
15 Probari mortem eo ipso, quod is, de quo agitur, pro mortuo habeatur inter liberos & conjunctos, notat ex hoc loco Corsetus *singul. Mors.* verisimilius enim notant facta conjunctorum conjuncti quam extranei. 16 *Transferetur*, in *C. Theod.* 17 Juramento impedimentum probari, si is, de cujus impedimento agitur, honesta sit persona, nec aliter iniri probatio possit, hinc colligit Baldus, *decis.* 317. 18 Ad lucem hujus legis pertinet scire: *Navicularios, naucleros, navarchos, nauticos, exercitores navium* pro iisdem accipi. diversos autem esse *magistros*, ut ex *l. penult. Cod. Theod. de navicul. & ex tit. de exercitoria act.* etiam colligere est: nempe gubernatores. diversos esse *nautas*, puta eos, qui navigandi causa in navi sunt. aliquando tamen *nautæ* pro *naucleris* accipiuntur, ut in *tit. naut. caup. stab.* Mod.
19 Id est, annonæ publicæ æstate suscipiendæ & subducendæ, non hyeme. 20 Navigationis opportunæ tempus a Kalendis Aprilis in Kalendas Octobris: quia caloris & æstatis beneficio vis ventorum mitigatur. *Goth.* Vide *l.* 36. *in fin. ff. de rei vind.* Alciat. *lib.* 10. π. *cap.* 19. Ans. 21 *Et*, Et ita etiam in *C. Theod. emendandum existimat Russard.*
22 *C. Theod. h. t. l.* 4. sed aliter Contius. 23 Mandat ob eam causam Theodoric. comiti rerum privatarum, ut naufragio prosecutoribus frumenti publici, quibus nihil præter lacrymas superfuit, modiationem tritici publici, naufragio amissam, faciat reputari. Crudelitatis namque genus esse, ultra naufragium velle desævire & eos ad dispendia cogere, quibus inopem vitam probantur immania elementa dedisse. Cassiod. 4. *Var.* 7. 24 *C. Theod. h. t. l.* 6. 25 Vide quæ scripsi ad *l.* 2. *supr. h. t.* Goth. Adde Forcatulum *Necyomant. jur. dialog.* 80. Mod. 26 Levato velo hic est, aperta fore, solebant enim foribus ædium prætendi vela, ut recte Æschylus χοηφόροις dixerit, βάλλειν ἔρμαιον πυλῶν, & Stephanus βηλὸν τε ὀδὸν τῆς θύρας. Idem Cujac. *supr. ut nemo privatus titulos prædiis suis, vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.* August. 1. *confess.* Plautus Querulo: *tam pie jus patente velo dixit.* 27 Vid. *Auth. Navigia. supr. de furt.* 28 Al. *deest.* 29 Aditione.
30 Al. *planaria*: quod quidam magis probant, ut *l.* 4. *supr. de dilat.* 31 *l.* 4. §. *ult. ff. de incend.* 32 Id est, præscriptione biennii. 33 Modiatio, id est, modius frumenti. sic dicitur *modiatio, hoc loco. & l.* 2. *infr. de annon. civilib. h. lib. tit.* 24. ut ne pensitationem frumenti putes cum quibusdam, non est quoque quinquagesima, de qua *l.* 9. *supr. de susceptorib. l.* 10. *tit.* 70. Est enim hic modiatio, mensura, quinquagesima illa, ἐπίμετρον. Non est quoque hic modiatio navis æstimatio ex lege Rhodia, quæ navem capacem mille modiorum æstimat aureis quinquaginta. 34 Delicto unius alius teneri potest, de quo vide, quæ scripsi ad *l.* 5. J. *de Fabricens. h. l. tit.* 9. 35 Naucleriorum vel nauclerorum.
36 Sed.
37 *L.* 10. *Cod. Theod.* 19. Porro metallariorum alii voluntate, *l.* 1. J. *h. t.* alii conditione. *l. ult.* J. *h. t.* 38 Metalli nomine intelliguntur etiam lapides, ut *l.* 3. *l.* 6. J. *h. t.* adde quæ scripsi ad *l.* 3. *in fin. ff. de rebus eor. qui sub tutela.* 39 *C. Theod. h. t. l.* 3. hunc autem comitem fuisse in Illyrico, in notitia Romani imperii constat. 40 Principi ex metallis in privatorum fundis effossis certa debetur portio, quam *l.* 2. & *l.* 3. *h. t.* Canonem, & decimam vocant. vide Chopp. *de leg. Andens. cap.* 61. *n.* 1. & *seq.* Petr. Heig. *part.* 1. *quæst.* 13. qua de causa D.D. in *cap. unic. Feud. quæ sint regalia.* decimam metallorum privatorum portionem de regalibus tantum esse concludunt. Boss *tract. de Metall. & Argentifod. num.* 3. Petr. Gregor. *lib.* 3. *Syntagm. c.* 10. *n.* 1. Borcholt. *tract. de Regal.* Ans. 41 *Confluxerint*, in *C. Theod.* 42 Octonos *sub.* in singulos legulos: ut septenos in septem. *l.* 5. *h. t.* non in octo vel septem uncias: ne quis cum Accursio fallatur. 43 Vid. *in hunc locum* Alciat. *in hunc ipsum tit. in annotat. ad* 3. *post. lib. C.* 44 Χρύσαμμος, Balluca, quæ nuper est effossa e terra. 45 Vide quæ scripsi ad *l.* 2. J. *de cupressis. l.* 12. *tit.* 77.
46 *C. Theod. h. t. l.* 4. 47 Metallicus canon fuit varius, pro varietate provinciarum, *l.* 4. *l.* 5. J. *h. t.* 48 Libra ballucæ quatuordecim uncias, *ut hic*: obryzæ, duodecim uncias continens. *l.* 5. *supr. de susceptor. lib.* 10. *tit.* 70. Cur pluris æstimatur libra ballucæ quam obryzæ? nempe quia multum diminui solet. 49 *C. Theod. h. t. l.* 10.
50 Lapides qui in privato cædunt, unas decumas fisco: alteras domino præstant, reliquum ipsi pro suo labore habent. *Syn. Basil.* 56. *tit.* 12. *c.* 5. 51 Adde *l.* 6. J. *h. t.*
52 *l.* 1. & 2. sunt de auri metallo: hæc est de lapidis sive marmoris metallo, quod eruitur e privatorum locis, hac lege, ut decima fisco, decima locorum domino præstetur, reliquum sibi habeat fossor ὑπὲρ κόπου. quod etiam confirmat *l.* 11. *Cod. Theod. h. t.* vide & Bossium *tit. de metallis fol.* 405. Mod. Metallorum nomine saxa etiam intelliguntur. *l.* 6. J. *h. t.*
53 Al. *effusionibus.* 54 2. *Harm.* §. 14. 55 Decimam fisco: alteram decimam fundi domino præstat fossor, qui in ejus fundo marmor eruit: reliquum sibi habet.
56 Al. *certo.* 57 Abest a *C. Theod. & quib. lib.* 58 Metallorum hi procuratores Comites metallorum erant: de quo in *l.* 1. *supr. h. t.* 59 Hæ provinciæ Illyrici sunt: ut hinc constet, in Illyrico frequens fuisse metallorum commercium. *l.* 7. *l.* 8. *C. Theod. h. t.*
60 Metalliferæ hæ Illyricæ provinciæ Macedonia, Dacia mediterranea, Mœsia, Dardania.
61 Al. *insoliti.* 62 Metallorum procuratores ex curialibus ordinabantur: ad eos pertinebat creatio procuratoris metallorum. 63 *Nullus*, alias *nulla.* 64 Exactione,
65 *C. Theod. h. t. l.* 12. 66 *Septeni*, legendum ex *C. Theod.* ut octoni in *l.* 1. *supr. h. t.*
67 Aurilegulus χρυσολέκτης. *Synops. ib. c.* 9. χρυσορύκτης. 2. *Harm.* 5. 68 Metallicus hic canon erat in diœcesi Pontica & Asiana. 69 *Confer. Cod. Theod. h. t. l.* 14. multa sunt enim in fine detracta. 70 *l.* 3. *supr. h. t.* 71 Marmor in alieno effodere licet, etiam invito domino: dum tamen præstetur ei solarium seu decima. *l.* 3. *supr. h. t.* & ne actis cuniculis noceatur alienis ædificiis. adde *l.* 26. *ff. de damno infect.*
72 *C. Theod. h. t. l.* 15. 73 Desunt in *C. Theod. ut postea.* quæve, vel oriundæ.
74 Metallarii qui sunt conditione, ea conditione se non liberant præscriptione temporis, *ut hic*, nisi forte 40. annorum, *l.* 4. *supr. de præscript.* 30. *ann.* 75 Externa. al. *extraneum.*

bitanter fine ulla temporis præscriptione ad propriæ originis stirpem, laremque una cum sua sobole revocentur, etiam quos domus [1] nostræ secreta [2] retineant. Sciant autem nullum exinde præjudicium fisco esse generandum, etiamsi quis ex his, quem metallicum esse constiterit, privatis censibus suum nomen indiderit [3]. Dat. 5. Id. Jul. *Constantinop.* VICTORE V. C. CONS. 424.

TIT. VII.

DE [4] MURILEGULIS, ET GYNÆCIARIIS [5], ET PROCURATORIBUS GYNÆCII ET DE MONETARIIS [6], ET BASTAGARIIS [7].

De monetariis.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bithynos.

Monetarios [8] in sua semper conditione [9] durare oportet: nec dignitatis [10] cujuscunque privilegio ab hujusmodi conditione liberari. Dat. 12. Kal. Aug. GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De baphiis, & gynæciis.

2. Idem [11] A. ad Felicem Procuratorem rei privatæ.

Baphii [12], & gynæcii, per quos, & privata nostra substantia tenuatur, & species [13] gynæcii confectæ corrumpuntur, in baphiis [14] etiam admixta temeratio nævum adducit inquinatæ alluvionis: suffragiis abstineant, per quæ memoratas administrationes adipiscuntur: vel si contra hoc fecerint, gladio feriantur.

De his, qui se gynæciariis junxerunt.

3. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Germanum Consularem [15].

Ingenuæ mulieres, quæ [16] se gynæciariis sociaverint, si conventæ denunciatione solenni, splendorem generis contuberniorum vilitati [17] præferre noluerint, suorum maritorum conditione teneantur. Dat. 4. Kal. Jul. *Mediol.* VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

De bastagariis.

4. Iidem AA. ad Auxonium P. P. [18].

Quod ad præsens remedium pertinet, quintum [19] animal bastagariis pro reparatione [20] præbeatur. Dat. Id. Decemb. *Marcianop.* VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

De occultatore gynæciarii.

5. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Filematium Com. S. L. [21].

Qui aliquem ex familiis gynæcii in latebris habere comperti sunt: quinque librarum auri damno subjiciantur. Dat. 12. Kal. Septemb. *Cilicia*, MODESTO, & ARINTHEO CONSS. 372.

De occultatore mancipiorum textrini.

6. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Eucherium [22].

Qui textrini [23] nostri mancipia occultatione [24] celaverit: ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur. PP. *Carthagine*, 3. Kal. Mart. post. consulat. AUXONII, & OLYBRII. 380.

De his, qui se monetariis junxerunt. 2. De filiabus monetariorum.

7. Iidem AAA. ad Hesperium P. P. [25].

Edicimus, ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhærens consortio, decus nativæ libertatis amittat: Quod si qua [26] ab hac præceptione statutum nostræ serenitatis [27] abduxerit: ea [28] vel legitima admonita conventione discedat, vel si complexui [29] monetarii putaverit inhærendum, non ambigat se [sibi [30],] & liberis præjudicaturam, & ejus conditioni esse nectendam. §. 1. Si qua vero originaria [31], seu colonaria possessionis alienæ, ignaro domino, seu sciente, monetario adsociabitur: hi conventi mox juri agrorum debitas personas retrahere festinent: vel de cætero sciant repetendi facultatem, silentii sui conniventia perdidisse. §. 2. Sed ut monetario nullam extraneam [32] necti volumus, ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. Dat. Prid. Id. Mart. *Aquilæ.* post consulatum AXONII, & OLYBRII. 380.

De bastagariis.

8. Iidem AAA. Trifolio Com. S. L. 33.

Æternam fiximus legem, ne unquam bastagariis militiam, vel suam deserere liceat, vel aliam antequam eam impleverint, surreptitia [34] impetratione tentare. Datum 9. Kalend. Aug. *Heracleæ*, RICHOMERE, & CLEARCHO CONSS. 384.

De naviculis lectioni conchyliorum deputatis.

9. Iidem AAA. ad Principium P. P. [35].

Si quis naviculam [36] functioni muricis, & legendis conchyliis [37] deputatam ausus fuerit [38] usurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. Dat. 6. Kal. Octob. *Aquil.* ARCAD. A. & BAUTONE CONSS. 385.

De sericoblatta, & metaxa.

10. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Philometori Com. S. L. [39].

Lotas [40] in posterum sericoblattæ [41], & metaxæ [42] hujusmodi species inferri præcipimus; viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant: prioribus etiam cujuscunque officii, si statuta cœlestia a quoquam passi fuerint temerari. Dat. 5. Kal. Jul. *Constantin.* ARCAD. A. VI. & PROBO CONSS. 406.

De murilegulis.

11. Impp. THEODOS. A. & VALENTINIAN. C. Maximino Com. S. L. [43].

Murileguli [44], qui derelicto, atque despecto propriæ conditionis officio, vetitis se infulis dignitatum, & cingulis penitus denegatis munisse dicuntur, ad propriæ artis, & originis vincula revocentur: Ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solennibus ministeriis inservire manifestum est, omnia quæcunque constiterit ex quocunque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quod si [45] alienigenæ detentores [46] oneribus conditionis extraneæ maluerint subjacere, quam restituere facultates, & futura deinceps agnoscant munera [47] sibi esse subeunda: & de præterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, a semetipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. Dat. 17. Kal. Novemb. *Constantinop.* VICTORE CONS. 424.

De natis ex murilegula, & ingenuo.

12. Idem A. & C. Maximino Com. S. L. 48.

Hi, qui ex filiabus murilegulorum, & alienæ [49] originis patribus sunt, vel fuerint procreati, jura maternæ conditionis agnoscant. Dat. 9. Kal. Jun. THEOD. A. XI. & VALENTINIANO C. CONSS. 429.

De substitutis.

13. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Acacio Com. S. L. [50].

Si quis ex corpore [51] gynæciariorum, vel lintcariorum, vel lymphariorum [52], monetariorum [53], vel murilegulorum, vel aliorum similium ad [54] divinas largitiones nexu sanguinis [55] pertinentium, voluerit posthac de suo collegio [56] liberari: non quoscunque nec facile in locum priorum, freti dextræ [57] triumphalis absolutione, substituant: sed eos, quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimæ tuæ sedis obtutibus approbaverint: ita tamen, ut is, qui ab hujusmodi conditione juxta formam cœlitus [58] datam beneficio principali fuerit absolutus, universi [59] generis sui prosapiam [60] in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus ejus, qui absolvitur rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse non dubitet. Dat. 7. Kalend. Mart. *Constantinop.* DD. NN. THEOD. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

1 Quod nos damus. 2 Consecrata, al. *consecuta.* A secretis revocantur metallarii. adde *l. 26. supr. de decurionibus.* Goth. Lauras intelligit, ut *in l. 26. supr. de decur.* Mod. 3 Indixerit. 4 Περὶ κονχυλευτῶν. *Ecl. lib. 54. tit. 16.* Sunt autem conchyliorum genera hæc, purpura, murex, buccinum, ceryx, υἱὸς πορφύρας, ut Stychippus ait, quorum sanguine inficiuntur lanæ imperatoris usibus destinatæ, murileguli, qui & conchylioleguli, conchyliorum piscatores huic muneri addicti conditione. huc refer *l. 9. l. 11. l. 12. l. 13. l. 14. J. h. t.*

5 Gynæcii procuratores sunt, per quos species, id est, Gynæciis confectæ corrumpuntur. *l. 2. J. h. t.* Gynæciorum ministri, qui conficiunt & contexunt vestes imperiales & ejus ministrorum. huc refer. *l. 2. l. 3. l. 5. 13. infr. h. t.* Goth. Vid. Alciat. *l. 2. Cod. de metall.* Ans. 6 Monetarii sunt, qui monetam cudunt. adde *l. 1. l. 7. l. 13.* 7 *Et de vestiariis*, additur in quibusdam libris. vid. in hunc *tit.* Alciat. & Bartholomæum de las-Casas *in tractatu, An Princeps subditos alienare possit* §. 14. 15. & 16. Bastagarii serviunt vecturæ rerum ad sacrum ærarium pertinentium, quam propriis jumentis faciunt, excepta parte quinta, quæ de fisco reparatur. adde *l. 4. l. 7. l. 8. J. de cursu publico. l. 12. tit. 51.* 8 *C. Theod. lib. 10. tit. 20. l. 1.* 9 Τύχη. *Synops. ib.* περὶ μονετ̔αρίων ἤτοι χαραχτῶν. 10 Verbi gratia militiæ, ut *l. 11. J. h. t.* 11 Cujacius ita legit, *idem ad Felicem Procuratores rei privatæ, Baphii & Gynæcii &c.* ut tria procuratorum genera hic proponat. 12 Græci ita hanc constitutionem reddunt, Quoniam generales rerum nostrarum procuratores (καθολικοὶ dicuntur) & tinctores & gynæciarii multa corruperunt & inquinarunt: idque factum est inde, quod rerum administrationi præpositi fuerint: idcirco volumus in posterum, ne quis talis fiat: quippe qui gladio ferietur. *Synops. Basil. ib. c. 2.* 13 Id est, vestes, *l. 4. J. tit. prox.* 14 Baphii procuratores sunt, per quos Baphiis admista temeratio vim addit inquinatæ alluvionis, *ut hic.* Baphii seu βαφεῖς, ministri tingendæ Imperatoris purpuræ. 15 *C. Th. h. t. l. 3.* 16 Adde *l. 7. J. h. t. l. Lucius 27. ff. deposit.* dixi ad *Ulpian.* 11. §. 11. adde *l. edicimus* 10. *C. Theod. hoc titulo. l. senatusconsulti.* 179. *C. Theod. de decurionibus, l. 1. infr. de dignit.* 17 Utilitati. 18 *C. Theod. h. t. l. 4.* 19 *Decimum*, in *C. Th.* 20 Reprobatione, al. *reportatione.* 21 *l. 2. & 7. Cod. Theod. h. t.* 22 *C. Theod. h. t. l. 9.* 23 *Pistrini*, sed male. Sed Græci ἐκ τοῦ γυναικείου legunt, hac sententia, ut qui gynæcei mancipium celaverit, ternas auri libras præstet. *Syn. ib. c. 6. ibid. c. 8.* edicitur quoque, ut qui corruperit mulierem deputatam gynæceo, duas libras solvat. 24 Occupatione. 25 *C. Theod h. t. l. 10.* 26 Si quam. 27 Perennitatis. 28 Desunt hic quædam e *C. Theod.* detracta. 29 *l. 3. supr. h. t.* 30 Abest a *C. Th.* 31 *Originalia*, in *C. Theod. & quib. lib. sed rectior videtur excusa lectio.* 32 Matrimonium tamen cum extranea seu extraneæ terræ muliere statuto prohiberi non posse, notant: cum id genus statuti libertatem tollat matrimonii, *contra l. Titia 34. ff. soluto. l. cum ita 63. ff. de condit. & demonstr. l. 134. ff. de verbor. obl.* eo magis, quod in matrimonii causis, quæ juris sint divini, Laici nihil juris atque imperii habere dicantur: Corsetus *singul. statutum, statuto cavetur.* 33 *C. Theod. h. t. l. 11.* 34 *Subreptivam*, in *C. Theod.* ex quo multa detracta sunt, al. *subreptiva.* 35 *C. Theod. h. t. l. 12.* 36 Naviculæ functioni muricis & legendis conchyliis deputatæ fuerunt, ad has naves & earum nautas pertinet hic Cassiodori locus 2. *Variar. 2. sacrilegii*, inquit, *est reatus in tali (id est sacra & Imperatoris veste & ejus tinctura) peccare: Quid enim agunt tot artifices, tot nautarum catervæ, tot familiæ rusticorum.* 37 Conchyliorum varia sunt nomina, *purpura, murex, buccinum, cerix*, quorum sanguine inficiuntur lanæ sacris usibus deputatæ. *Mod.* 38 *l. 3. §. de conditis in publ. horr. lib. 10. tit. 26.* 39 *Cod. Theod. h. t. l. 13.* 40 *Notas*, legit Alciat. *hic.* 41 *Sericoblattæ, C. Theod.* quidam malunt *sericobaptæ.* Cont. Vid. *l. 1. §. quæ res venire.* Est vero blatta purpura. adde Cassiod. 1. *Variar. 2.* 42 *Mataxæ*, in *C. Theod.* Inde metaxarii. *l. ult. supr. de pign. & hypoth.* adde *l. ult. §. 7. ff. de publicanis.* Goth. *Metaxa* rude est sericum & αὐτόφυες, nondum neque tinctum neque in fila diductum, & ideo separatur a nemate serico, *l. ult. ff. de public.* & hoc loco a sericoblatta, id est, in purpureum colorem converso. *Mod.* 43 *C. Theod. h. t. l. 14.* 44 Si murilegulus militaverit, aut dignitatem consecutus fuerit, nihilominus ad propriam conditionem revocetur. Quod si quis ejusdem originis cum ipso species ab eo quasdam acceperit, eas ipsas restituat. *Syn. ibid. c. 11.* 45 Feudum licet non possit alienari invito domino, *tit. de prohib. feud. alien.* si tamen emptor onera sustinere velit, quæ primo feudatario imminebant, emptorem eo casu recte admitti colligunt ex hoc textu Bartol. & Angelus, Corsetus *sing. feud.*

46 *Detentatore*, in *Cod. Theod.* 47 Munia. 48 *Cod. Theod. h. t. l. 15.* 49 Alienigenæ. *Goth.* Ut qui ex monetaria & ingenuo nascitur matris conditionem sequitur, *l. 7. supr.* ita qui ex murilegula & ingenuo, non tamen, qui ex murilegula & curiali. *Novell. 38.* Mod. 50 *C. Theod. h. t. l. 16.* ostendit autem notitia Romani imperii, eos omnes, qui hac in lege enumerantur, licet diversæ sint functionis, sub dispositione comitis sacrarum largitionum fuisse. 51 Corpus (quod intra collegium) gynæciariorum, lintcariorum, linifariorum, monetariorum, murilegulorum. 52 *Linifariorum*, ex *C. Theod. emendat* Cujac. Lintearii sunt artifices linteæ vestis: linifarii, linifices, in quibusdam tamen hæc vox deest. 53 Monetarii, qui monetam cudunt: quod tamen Alciatus non admittit, immerito. 54 Sub dispositione comitis largitionum fuerunt gynæciarii, lintearii, linifarii, monetarii. 55 Sanguinis, seu originis jure hi pertinebant ad sacras largitiones. 56 Antea corpus appellavit. 57 Dextræ triumphalis absolutio *hic* & *l. pen. C. Theod. de annonis civilibus.* nihil aliud, quam adnotatio principis. Eusebius 2. *de vita Constant.* ὑποσημείωσις ἔγγραφος τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς. 58 Cœlitus data forma, hoc est, ab Imperatore, a principe. Ita de Principe loquuti veteres. Socrates Christiane certe non tulit, Imperatores vocari θειοτάτους καὶ δεσπότας, ut nec Tiberius passus est occupationes suas vocari sacras. 59 Universam. 60 Prosapia, quæ & prosapies, genus, generis longitudo, a prosi-

De

De satisdatione.

14. Iidem AA. [1].

PRivatæ, vel lineariæ [2] vestis magistri [3], thesaurorum præpositi [4], vel baphiorum, ac textrinorum procuratores [5], cæterique quibus hujusmodi sollicitudo committitur, non ante ad rem sacri ærarii procurandam permittantur accedere, quam satisdationibus dignis [6] eorum administratio roboretur: scituri, nec prosecutorias [7] quidem sacras posthac sibimet postulandas.

De natis ex alterutro parente Conchylilegulo.

15. Iidem AA. 8.

QUi [9] aut patre [10] conchylilegulo [11] geniti probabuntur aut matre, memoratæ adscriptioni obnoxios se esse non ambigant [12]. Dat. 10. Kalend. April. CP. HIERIO, & ARDABURO CONSS. 427.

De his, qui publicis corporibus adscribuntur.

16.

NE quis, ut fit, publicis corporibus adscribatur, nisi urgente necessitate, vel nisi sit ex eo genere, & tam arte, quam ætate habilis [13], atque idoneus, actis apud præsidem provinciæ factis, & esse illum idoneum corpore deponente, rursusque gestis ad nos delatis, ut confirmentur divino oraculo nostro vice probatoria [14]. Qui vero hæc non servaverit, neque solatia inde ulla percipiet, nec ullum cum collegio commercium habebit, sed gravissime coërcitus exilio perpetuo damnabitur extra provinciam, eisdem pœnis subjicitur, qui ei opem tulerit hac in re, & maxime præpositus.

TIT. VIII.

DE VESTIBUS HOLOBERIS [15] ET AURATIS [16], ET DE INTINCTIONE SACRI MURICIS [17].

1. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. Archelao Com. S. L.

AUratas [18] ac sericas paragaudas [19] auro intextas viriles [20] privatis usibus contexere [21] conficeteque prohibemus: & in gynæciariis [22] tantum [23] nostris fieri præcipimus. Datum 5. Non. Jul. Nebioduni. Accept. 15. Kalend. August. *Martianop.* VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 369.

2. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEODOS. AAA. Floro P. P.

NEmo [24] [vir [25]] auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas: [nisi hi tantummodo quibus hoc propter [26] imperiale ministerium concessum [27] est:] non enim levi animadversione plectetur, quisquis vetito se & indebito non abdicaverit indumento [28]. Dat. 3. Kal. April. *Constantinop.* ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

Non debent lanæ vel panni tingi aliquo colore simili colori muricis. Bart.

3. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

VEllera [29] adulterino colore fucata [30] in speciem sacri muricis intingere [31] non sinimus: nec tinctum cum Rhodino [32] prius serico [33], alio [34] postea colore fucari [35]: cum [36] de albo omnium colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipient.

4. Imp. THEOD. A. Maximino Com. S. L. 37.

TEmperent [38] universi, cujuscunque [39] sint sexus [40], dignitatis, artis, professionis, & generis ab hujusmodi speciei [41] possessione, quæ soli [42] Principi ejusque domui dedicatur: nec pallia tunicasque domi quis sericas [43] contexat, aut faciat. Quæ tincta [44] conchylio, quæ nullius [45] alterius permixtione contexta sunt, proferantur ex ædibus, tradanturque tunicæ aut pallia ex omni [46] parte texturæ cruore infecta conchylii. Nulla stamina [47] subtexantur tincta conchylio, nec ejusdem infectionis arguto pectine [48] solidanda fila decurrant: reddenda ærario holobera [49] vestimenta virilia [50] protinus offerantur: Nec est, ut quisquam de abjurato pretio [51] conqueratur: quia sufficit calcatæ legis impunitas [52]. Ne quis vero nunc hujusmodi suppressione in laqueos novæ constitutionis incurrat: alioquin [53] ad similitudinem læsæ majestatis periculum sustinebit. Dat. 17. Kal. Febr. *Constantinop.* VICTORE V. C. CONS. 424.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Apollonio Comiti sacrarum largitionum [54].

PUrpuræ [55] nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitæ, recenti quoque interminatione vetamus, & ideo septimum de scrinio [56] exceptorum, sextum de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum [57] ad baphia Phœnices per [58] certum tempus mitti præcipimus, ut omnis fraus eorum prohibeatur solertia, timentium ne quæsitis longo [59] sudore stipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. Dat. 8. Id. Mart. *Constantinop.* ISIDORO, & SENATORE CONSS. 436.

TIT. IX.

DE [60] FABRICENSIBUS [61].

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P. [62].

OMnibus fabricis non pecunias [63] pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri [64] præcipimus: ut venerabilis [65], & quæ facile deducatur [66] ignibus, seu liquescat ferri materies præbeatur: quo promptius adempta fraudibus facultate, commodo publico consulatur. Dat. 15. Kal. Nov. THEOD. AA. II. & CYNEGIO CONSS. 388.

Primicerius fabricensis per biennium habet vacationem a muneribus. Bart.

2. Iidem AAA. Rufino Magistro officiorum [67].

PRimicerium [68] fabricæ post biennium [69] non solum vacatione, verumetiam honore donari præcipimus: ita, ut inter protectores [ejusdem fabricæ per [70] biennium [71]] adoraturus [72], æternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. Dat. 8. Id. Mart. *Mediol.* VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 393.

Fabricensibus tyronibus stigmata brachiis infliguntur. Bart.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Osio Magistro officiorum [73].

STigmata (hoc est nota publica) fabricensium brachiis [74] ad [75] imitationem tyronum [76] infligantur, ut hoc saltem modo possint latitantes agnosci [77]: his, qui eos susceperint [78], vel eorum [79] liberis sine dubio fabricæ vindicandis [80], & qui subreptione quadam declinandi operis, ad publicæ cujuslibet sacramenta militiæ [81] transierint. Dat. 18. Kal. Januar. *Constantinop.* HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

pando seu proferendo. Cato originum libro I. veteres prosapias. Festo Prosapia, progenies, id est, porro sparsi & quasi jacti liberi. Varro: de Coclitum prosapia te esse arbitror. Nam hi sunt unoculi. 1 Additur in quibus. * *Com. S. L.* 2 Linteæ. 3 Magistri vestis privatæ vel lineariæ. 4 Præpositi thesaurorum. 5 Procuratores baphiorum ac textrinorum, ut *l. 2. supr. h. t.* 6 Digna satisdatio, idonea. Sic Plutarchus ἀξιόχρεων ἐγγυητὴν. 7 Prosecutoriæ, probatoriæ. *l. 9. infr. de diversis officiis. l. 12. tit. 60.* 8 *C. Theod. h. t. l.* 17. ex qua hic adjiciendum: *Valerio Com.* S. L. 9 Hæc lex correcta est per *Novellam* 38. *c. 6.* 10 Liberi patris conditionem interdum sequuntur, dixi ad *l. 7. supr. de rei vind.* 11 *Conchyliolegulo,* in *Cod. Theod.* al. *conchylii legulo.* 12 Ambigunt. 13 Lex 2. & 14. sunt de procuratoribus creandis: hæc de ipsis gynæciariis, vel monetariis, vel murilegulis, vel aliis, ut ne in ea corpora conscribantur sine sacra probatoria, quæ & in aliis plerisque exigitur. *l. probatorias. J. de divers. off. & edicto Justin.* 8, & 13. Mod. 14 De probatoria vid. *d. l. 9.* 15 *Holobaris,* Hal. sed *holoberæ* vestes nihil aliud, quam togæ sericæ: βῆρος enim Zonaras esse ait vestes sericas. vid. *hic* Alciat. 16 Vestis holosericæ, & auratæ fit hic mentio, utriusque par pretium, libra enim auri tunc libra serici erat, ut Vopiscus scribit in Aureliano, & in lege Rhodia, ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ. 17 Sive sacræ vestis, al. *tinctione.* 18 *C. Theod. h. t. l.* 1. 19 Paragaudæ, vestes auratæ, & sericæ auro intextæ phrygio, vel barbarico opere, pro numero filorum aureorum intextorum, monolores, dilores, trilores, pentelores facit Vopiscus in Aureliano. *Goth.* Quæ videntur lora appellasse, vel intexturam ipsam potius, ut non male in donatione Constantini ad Sylvestrum, lorum, vetus interpres, *phrygium* reddiderit. Vide & Turnebum hic *advers. lib. 9. c.* 11. Mod. Onera vocari ab Ammiano refert Petr. Fab. 1. *Semestr.* 16. 20 Additur, *muliebres* in *C. Theod.* sed hoc detractum est, quia eas matronis indulgebat Justinianus. *l. 2. l. 4. J. h. t.* 21 Intexere. 22 Gynæceis. 23 Tantummodo. 24 *C. Theod. tit. l. 2.* 25 Abest a *C. Theod.* vid. *l. 1. supr. h. t. l. 4. J. h. t.* 26 Principis ministro vestis aurata permittitur, quæ aliis non permittitur. 27 Inclusa desunt in *C. Theod.* 28 Indutu. 29 Colore adulterino lanam ita tingere, ut in speciem tincta videatur muricis colore, capitale. 30 Id est, *tincta.* quidam legunt, *fuscata,* sed male. Dibaphæ seu bis tinctæ pretiosiores. Fulgentius, *Talo tamen recolligens bis tinctam vestem:* Tibullus, *Vellera det succis bis madefacta Tyros.* Cicer. 2. *epist. Curtius dibaphum cogitat, sed eum inspector moratur.* 31 Tingere. 32 Rhodinum sericum, an a rosa, ut Accursius putat? An a Rhodo insula, ut Alciatus? an a rosæ colore (ῥόδον enim Græci rosam appellant) ut Forcatulus, *c. 21. penus.* eadem ratione, qua Rhodinum oleum Plinio, id est, e rosis, Rhodia radix Dioscoridi, quod contritas rosas redoleat. Rosis enim purpureus color inest: & ut poëtæ fingunt, Veneris sanguine tinctus, cum dea in rosas incidisset. Ausonius in Rosa, *Hanc tenui filo purpura rubra notat.* Claudianus in raptu Proserpinæ, *Sanguineo colore rosas.* An vero legemus *Ianthino,* ut dixi ad *l. 2. supr. quæ res venire.* 33 *Sericum in quibusd. manusc.* 34 Fit enim ut hac dibapha, seu hac duplici tinctione roseum vellus efficiatur magis simile purpuræ. Nisi dicamus, alio externo colore tingi hic vetari. vide *l. 4. J. h. t.* 35 Fucare est tingere. vid. Forcat. *c. 21. penus.* Goth. *Crustas* vocarunt, quibus alio admistus colori puri rubor muricis inardescit. *l. 2. C. Theod. de scenicis.* Fucare autem est tingere & colorare, *l. 1. supr. quæ res vendi non poss. l. ult. C. Th. de murileg.* Mod. 36 Sensus est, licet sericum album, id est, crudum, nativumque quolibet alio colore inficere: tinctum Rhodino colore, non licet alio inquinare. 37 *C. Theod.* 10. 21. 3. 38 *l. 1. l. 2. supr. h. t. l. un. J. Nulli licere in frenis. h. lib. tit.* 11. adde quæ scripsi ad *l. 9. ff. de injur.* 39 *Qui cujuscunque* in *C. Theod.* 40 Prohibitiones ut generaliores videantur, sexum, dignitatem, artem, professionem & genus admittentis in legem comprehendunt. 41 Species hic pro vestibus accipit, ut *l. ult. J. de militari veste. l. 12. tit.* 40. 42 Principis vestem nemo subditus imitari debet. 43 *Serica,* in *C. Theod.* 44 Color conchylii, & purpuræ soli Principi reservatur. 45 Purpuræ crustæ (Crustas vocabant, quibus color alius purpureo est admistus. *l. 11. C. Th. de Scenicis. l. 3. supr. h. t.*) nemini interdictæ, ad usum tamen sacræ domus fieri vetitæ. 46 Holopurpuræ vestes, omni ex parte purpureæ: quibus nullus alius color immixtus. Hæ privatis interdictæ. 47 Purpuræ hæ textæ interdictæ, quas nominatim Leo interdicit *Novell.* 80. de quo vide quæ scripsi ad *l. vestis* 23. §. 1. *ff. de auro.* 48 Virgil. *Arguto conjux percurrit pectine telas.* Sic in *l. 31. supr. de Episc. Auri sacra fames:* & in *Nov. Valentiniani de sepulchris. Scimus enim, nec vana fides: & l. 4. C. Theod. de agent. in rebus.* vide *de domo.* 49 *Holovera, C. Theod.* id est, *holoserica.* 50 Virilia ideo addidit, quod mulieribus eorum usus non interdicitur. *l. 1. ibi, viriles. l. 2. ibi, vir. supr. h. t.* Licet, inquam, mulieribus uti holoveris, & holosericis auratis, vel auro intextis paragaudis: non viris. Quid ita? Ornatus, & cultus mulieris proprius est, non virorum. Purpuræ tamen, quæ serico semper pretiosior fuit, usus mulieribus interdicitur. 51 Purpuram privati quam habent, sacris thesauris reddere debent, minime recepto pretio. 52 Quædam detracta sunt e *C. Th.* 53 Purpuram privati post hanc legem habentes læsæ majestatis tenentur. Majestatis itaque crimen incurrit vel is, qui vestes Imperatori proprias usurpat: qui vestibus iisdem utitur, quibus Imperator. 54 *Ex lib.* 10. *tit.* 20. *l. ult. C. Theod.* sed multa hic sunt immutata. 55 Purpuræ nundinæ, negotiationes & venditiones interdictæ privatis. *l. 1. supr. quæ res venire.* 56 Scrinia hæc largitionum fuere, scrinium exceptorum, canonum, tabulariorum, vestiariorum. 57 Alc. hic legit, *de scrinio vestiarii ad baphia Phœnices.* Addit Haloander, *quartum de scrinio vestiariorum:* quod abest a *veterib. libr. & C. Theod.* 58 Cur phœnices baphia seu officinas tinctorias explorari jubet potius, quam alias? nempe quod ibi pretiosissima purpura, quæ dicebatur Tyria. §. 33. *Inst. de action.* vel ostrum Tyrium, a Tyro, colonia Phœniciæ. *l. 1. ff. de censibus.* 59 *Multo,* in *C. Theod.* 60 Περὶ ὅπλων καὶ ὁπλοποιῶν. *Eclog. lib. 57. tit. 9.* 61 Fabricenses ὁπλοποιοί, qui in publicis Fabricis bellica arma fabricant. His solis arma fabricare licuit, non privatis. adde *Novell.* 85. & quæ scripsi ad *l. ult. ff. de jure immunit. l. ult. supr. de servis fugit. & Novell. Theodosii, de bonis fabricens. l. ult. supr. de heredit. decur.* 62 *C. Theod.* 10. 22. 2. 63 Ferrum adærare non debent fabricenses, hoc est, purum ferrum fabricensibus præstandum, non pecunia pro ferro: ne alioquin vietum ferrum emant. 64 Additur in *C. Theod. in perpetuum servanda hæc forma.* 65 *Venæ nobilis,* in *vet. libr. manusc. ut Cassiodorus: Seculis suis producit nobilis vena primarios.* in *C. Theod. venæ nobiles.* 66 Reducatur. 67 Scripta est ad magistrum officiorum, ut 3. 6. 7. quia sub ejus dispositione fuerunt fabricæ & fabricenses. Cujac. *hic, & Nov. de armis.* 85. 68 *C. Theod. h. tit. l. 3.* De præfectis fabrorum, 2. Veget. 11. 69 Primicerius fabricæ biennio primiceriatum fabricæ administrare debet, *ut hic:* idem in primicerio notariorum. *l. 2. J. de primicerio. lib. 12. tit. 7.* 70 Inclusa desunt in *C. Theod. & veter. quib. lib.* 71 Hyperbole, quam Ammianus *lib.* 15. irridet. Honor autem ille maximus, jus adorandæ scil. purpuræ sacræ consequi. 72 Corpora seu collegia non conditionalia perpetuos primicerios non habebant, sed alias vel annales, biennales, triennales: qui post id tempus immunitatem consequebantur. 73 *C. Theod. h. t. l. 4.* 74 Testis, qui eum, de quo agitur, se ex brachio vel facie recognoscere testatur, probare intelligitur, facit *l. cum in diversis* 44. *ff. de relig.* Corset. *sing. Testis.* 75 Tyronibus stigmata inurebantur. Veget. 1. *c.* 8. Punctis signorum scribendus Tyro: & 2. *c.* 5. Puncturis in ante punctis milites scripti & matriculæ inserti jurare solent. Greg. 2. *Epist.* Ælius Amidenus 8. *c.* 12. Eo alludit, *non Tyro quidem fidei, sed miles & quidem magnus Jesu Christi.* Paulus *Galat. ult. vers.* 17. κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω, ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. Eadem ratione aquarii in manibus signabantur: nomine principis eis impresso. *l. 10 in fin. J. de aquæduct. h. l. tit.* 42. 76 Fabricensium fuit militia quædam. vid. *l. 5. infr. h. t.* 77 Zas. 2. *cons.* 6. hinc colligit, signatum ei competere, cui signum competat: ideoque jus venandi ei competere, cui sit domus venatoria. 78 Vid. *l. 1. ff. de receptoribus.* 79 *Liberos,* in *C. Theod.* 80 Al. *Judicandis.* 81 Hinc constat, quandam esse fabricensium militiam.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P. [1].

SI [2] quis consortium fabricensium crediderit eligendum in ea urbe, in qua natus est, vel in qua domicilium collocavit: his [3], quorum interest, convocatis, prius acta conficiat, seseque [4] doceat [5] non avo, non patre curiali progenitum: nihil [6] ordini civitatis debere: nulli se civi commanere [7] obnoxium: atque ita demum gestis confectis, vel apud moderatorem provinciæ, vel, si is absit, apud defensorem civitatis, ad militiam quam optaverit, suscipiatur: quod si absque hac cautione [8] quispiam ad fabricensium consortium obrepserit [9], sciat se ad ordinis cui debetur, patriæque suæ munera [10], esse deducendum [11]: ita ut nulla eum, nec temporis [12], nec stipendiorum prærogativa defendat. Dat. 15. Kal. Jun. *Constantinop.* HONORIO IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. [13].

JUre provisum est, fabricenses artibus propriis inservire: ut exhaustis [14] laboribus immorentur [15] cum sobole professioni cui nati sunt. Denique quod [16] ab uno committitur, id totius delinquitur periculo numeri [17]: ut constricti nominationibus suis, sociorum actibus quandam speculam gerant, & unius damnum ad omnium transit [18] dispendium: universi itaque veluti in corpore unius formæ [19], unius decoctionis [20], si ita res tulerit [21], respondere cogentur. Dat. prid. Non. Novembr. CP. THEOD. A. XVI. & FAUSTO CONSS. 438.

Fabricenses, & eorum uxores, & liberi durante officio, vel finito, non possunt nisi coram præfecto prætorio, vel magistro officiorum conveniri. Bart.

6. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Eufemio [22] mag. off.

EOs, qui inter fabricenses sacræ fabricæ sociati sunt, vel eorum uxores, aut filios, qui itidem inter fabricenses militare dicuntur: non alibi pulsare volentibus respondere præcipimus, nisi in judicio tuæ sublimitatis, ad cujus jurisdictionem, potestatemque pertinent: nec eos post stipendiorum finem, & militiæ, super civilibus, vel curialibus muneribus, quibus nullo modo subjacere monstrantur, a viris clarissimis rectoribus provinciarum, vel eorum officiis præter licitum inquietari.

Prohibet fabricenses aliquam administrationem, vel agriculturam adsumere. Bart.

7. Imp. ANASTASIUS A. Eufemio magist. off.

NUllus fabricensium conductioni [23], vel administrationi, vel agriculturæ alienarum rerum se posthac immiscere conetur: dominis quidem, si [qui] contra hæc statuta meæ pietatis venire ausi fuerint, res vel prædia, quæ scientes, quod Fabricenses sunt, iisdem Fabricensibus ministranda commiserint, amissuris: fabricensibus vero gravissime coërcitis [24], post facultatum suarum amissionem perpetui exilii pœna, & animadversione retinendis.

† Quotiens sane in translatione [25] armorum angariæ [26] necessariæ fuerint, sublimitas tua literas ad eminentissimam jubeat dirigi præfecturam: & numerum [27] ei armorum, & ex quo loco transferenda sunt, indicare: ut continuo super præbendis angariis pro numero eorum, quæ transferuntur armorum, præceptione sua viros clarissimos moderatores provinciæ conveniat [28]: ut secundum missam a sublimitate tua notitiam, naves, vel angariæ confestim de publico præbeantur. Quod si aliqua tarditas, vel negligentia post datas a sublimitate tua ad eminentissimam præfecturam literas, in destinandis auctoritatibus [29] amplissimæ tuæ sedis intercesserit, & ex hoc armorum transvectio fuerit impedita: [in [30]] quinquaginta libras [31] auri, tam numerarium pro tempore officii ejusdem amplissimæ sedis, quam alios, quorum interest, condemnari præcipimus: eamque auri quantitatem protinus exactam fisci juribus aggregari: multa præterea triginta librarum auri proposita, tam viris clarissimis, qui provincias regunt, quam eorum apparitoribus [32], si conniventibus his armorum subvectio tarditate aliqua fuerit præpedita [33].

TIT. X.

DE [34] VETERIS NUMISMATIS POTESTATE.

1. Impp. VALENT. & VALENS, AA. [35] Germano P.P.

SOlidos [36] veterum [37] Principum veneratione [38] formatos, ita [39] tradi, ac suscipi ab ementibus, & distrahentibus [40] jubemus, ut [41] nihil omnino refragationis oriatur, modo, ut debiti ponderis sint, & speciei [42] probæ: scituris [43] universis, qui aliter fecerint, haud leviter in se vindicandum.

Minuta æstimatione floreni, minuitur æstimatio rerum, quæ venduntur ad florenum. Bart.

2. Iidem AA. ad Julianum P.P. [44].

PRo imminutione [45], quæ in æstimatione solidi forte tractatur, omnium quoque pretia specierum [46] decrescere [47] oportet [48].

Omnes aurei debent capi æquali æstimatione, & contra faciens gravissime punitur. Bart.

3. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Arintheo P.P.

UNiversos auctoritas tua proposito edicto commoneat [49] obryzatorum [50] omnium solidorum uniforme [51] pretium postulare: capitali scilicet supplicio puniendo, qui vel jussa nostræ majestatis [52] avaritiæ [53] cæcitate contempserit, vel æternales [54] vultus, dum fraudibus studet, duxerit violare [55].

TIT. XI.

NULLI LICERE IN FRENIS ET EQUESTRIBUS SELLIS ET IN BALTEIS MARGARITAS ET SMARAGDOS ET HYACINTHOS APTARE, ET DE ARTIFICIBUS PALATINIS.

1. Imp. LEO A. Leontico.

NUlli [56] prorsus liceat in frenis, & equestribus sellis, vel in balteis suis margaritas, & smaragdos, & hyacinthos aptare posthac, vel inserere: aliis autem gemmis frena, & equestres sellas & balteos suos privatos exornare permittimus. De cucurniis [57] vero omnem prorsus qualiumcunque gemmarum habitum [58] præcipimus submoveri: fibulis [59] quoque in chlamydibus his utantur, quæ solo auro, & arte pretiosæ sunt. Si

1 *C. Theod. hoc tit. l. 6.* 2 Forma fabricenses creandi. 3 Citandi sunt quaque in re hi omnes, quorum interest. *l. de unoquoque 47. ff. de re jud.* 4 *Sese doceat*, in *C. Theod.* 5 Probat autem id, si doceat, quo patre natus sit. 6 Negativam negans probare cogitur, si totius intentionis ea causa sit. 7 *Civico muneri*, in *C. Th. h. t. & lib. Aufred. & Dionys.* 8 Curatione. 9 Oppresserit, al. *appresserit.* 10 Sua. 11 *Revocandum*, in *C. Th.* 12 Vid. *l. 35. 𝔖. de decur.* 13 *Ex Nov. Theod. & Valent.* in qua additur, *Aureliano C. R. P.* ut emendat Pithœus. 14 *Exhausti*, in *Nov. Th.* 15 *Immoriantur*, in *Nov. Th.* 16 Delicto unius, alter obligari, teneri & puniri interdum etiam potest, *ut hinc colligunt, & l. ult. supr. de naufrag.* unde notant, statutum Florentinorum defendi, quo cavetur, ut uno agnationis delinquente cæteri agnatorum teneantur. adde *l. ult. J. de primipilo. lib. 12. tit. 63. l. 1. in fin. supr. ne filius pro patre.* Corsetum *sing. statuto Florentinorum.* 17 *Numeri* verbum *hic, & l. ult. J. h. t. militare:* ut hinc constet Fabricenses fuisse gradus militiæ, *ut hic.* Inde tyronibus comparantur. *l. 3. supr. h. t.* 18 *Transeat*, in *Nov. Th.* 19 *Uniformi visus*, in *Nov. Theod.* 20 *Cognitionis*, emendant quidam. al. *decoctioni.* Decoquere vero est intercipere, administrare. *l. 12. supr. de susc. l. 10. tit. 70. l. 9. Cod. Theod. hoc tit. l. ult. supr. de hered. decur.* Goth. Sed potius est *l. decoctionis* quasi universi videantur decoxisse, quod unus decoxit; & hoc est, quod ait *l. ult. supr. de hered. decur.* quæ hujus pars altera est, fisco omnes pro intercepto responderi cogi. Mod. 21 Retulerit. 22 Eusinio. *al. Eusenio.* 23 Conductores & administratores esse alienarum rerum, fabricenses prohibiti. *ut hic. l. 5. C. Theod. h. t.* quemadmodum & milites. *l. milites 31. supr. de locato.* Goth. Idem Leo, qui militibus interdixit alienarum rerum conductione & procuratione *l. milites. supr. de locat.* ead. fabricensib. interdicit hac constitutione, quod & in militib. antea fuerat constitutum. *l. si militem. 𝔖. de condict. ob caus. dat.* & in fabricensibus. *l. 5. C. Th. hoc tit.* putat apud eruditiss. Cuj. etiam fidejussione iis interdicendum pro alienarum rerum conductoribus aut procuratoribus exemplo militum. *d. l. milites.* & clericorum. *Nov. 123.* Mod. 24 Coërcendis. 25 De numeris militaribus adde *l. 6. 𝔖. h. t.* 26 Angariæ sunt præstationes provincialibus militibusque onerum vehendorum bajulandorumve causa impositæ, id est, jumentorum vel plaustrorum præstationes. 27 Arma uti transferenda sint. 28 Conveniant. 29 Auctoribus. 30 Al. *deest.* 31 Libris. 32 Apparitionibus. 33 Impedita.

34 Περὶ νομισμάτων παλαιῶν. *Syn. Basil. lib. 54. tit. 18.* de veteribus solidis adde *l. 1. C. Th. si quis solidi circulum exteriorem, Novell. Theod. de pretio solidi.* Goth. Post Budæum & Portium scripsit hac de re utilem libellum eruditiss. Covarruvias. præter quem vide Brissonium *lib. 1. select. Antiq. cap. 18. & tractatus de monetis Coloniæ simul impressos.* Mod. 35 *Al.* Constantinus A. 36 Similis est constitutio *in C. Theod. l. si quis solidi circul. exter.* Solidi formam (τύπον Græci vocant) habentes, sine omni refragatione tradantur & suscipiantur, modo pondus & speciem probam (hoc postremum εἶδος καλὸν) habeant. *Syn. ib.* 37 Dubitandi ratio videbatur, quod nummorum veterum usus ipsa vetustate satis sublatus videretur. 38 Monetis aureis vultus suos Romani Principes etiam impresserunt. Ac proinde solidi Principum veneratione formati hic sunt aurei, quibus insculptæ sunt facies veterum Principum: æternales vultus in *l. 3. J. h. t. l. 6. C. Theod. de jud. cr. Sacrum os & divini vultus.* vide apud Paulum *5. sent. 25. §. 1.* Vultu principum qui monetam conflat privatim, teneri lege Cornelia dicitur. Statius, *Quæ divum in vultus igni formanda liquescat Massa, quid Ausoniæ scriptum crepet igne monetæ.* Et ita omnis generis monetæ suos vultus impressisse reges Gothos, refert Cassiodor. *7. Variar.* Idem Francorum reges. Persis autem religio, argento vultus suos imprimere, non auro, Procop. 3. *de bello Gothor.* Juvenalis 14. eleganter pecuniam argenteam appellat, *Concisum argentum in titulos, faciesque minutas.* Hinc fortassis ab Apostolo: Avaritia dicitur Idolorum servitus, a pecudis Titulo & figura, Pecunia videri possit dicta: ut a victoria, bigis & quadrigis nummo impressis, victoriati, quadrigati nuncupati. Æris nota fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis. vid. 33. *Plin.* 3. 39 In nummis hæc tria considerantur, τύπος βασιλέως, σταθμὸς, καὶ εἶδος καλόν. Forma principis, pondus, species proba *Græcis.* In numismate tria quæruntur, metallum, figura & pondus: si ex iis aliquid desierit, numisma non erit. 10. Isid. 57. *in fin.* 40 Id est, ab his quicquid emunt venduntve. Quia solidi veteres principum interdum vendi soliti. dixi ad *l. 9. §. 2. ff. ad l. Corn. de falsis.* 41 Nummos probos monetamve vultu principum signatam, præter adulterinam, id est, si non adulterina sit, reprobans, lege Cornelia de falsis tenetur. Paul. *5. sent. 25. §. 1.* Cedren. in Niceph. Phoca: νόμος καὶ ἔθος ὄντων, πάντα χαρακτῆρα βασιλέως ὁ μὴ τῷ σταθμῷ ἐλαττοῖτο, δύναμιν ἀσφίμον, καὶ ἔχειν ἔτυμον, *& l. 1. C. Theod. si quis solidi circulum exteriorem.* constituitur, ut omnes solidi uno pretio æstimentur atque vendantur, & in *Novella Theodosii de pretio solidi:* Ne insigniti solidi aurei veterum Imperatorum nominibus, ab ullo emptore recusentur, & ut ne minoris distrahantur, quam empti sint a collectario. adde Leonem *Novell. 52.* Arrianum ad Epictetum 3. Pragmaticam Justiniani ad Vigilium de mutatione solidorum. 42 Speciem hic interpretor materiam ipsam nummi, quæ & qualitas. Porro materia ipsa ex metallo. In nummis vero tria præcipue metalla, aurum, argentum, æs: unde Triumviri monetales, auri, argenti, æris flatores. *l. 2. §. 30. ff. de origine juris.* Plautus in Mostellaria quendam accusat, qui plumbeos cudere solebat, Stanneis uti suos Siculos aliquando coëgit Dionysius Tyrannus: Spartanis, ut & Byzantiis ferrea fuit etiam pecunia. Ærosæ meminit Jurisconsultus. *l. 102. D. de solut.* Leo Novella 52. hæc conjungit, ἀπαράλλακτον τὴν μορφὴν ὕλην ἀκίβδηλον ὁλκὴν τέλειον. 43 Monetam publicam majori vel minori pretio dare & accipere non licere, quam sit publica indicatura seu æstimatio, hinc colligit Molinæus *tract. de usuris, quæst. 100. num. 814.* Unde rursus notat, pactum contrarium non valere: neglectoque pacto secundum æstimationem publicam esse recipiendam. Usum monetæ & ejus probitatis, juris esse publici. *l. 1. D. de contrah. empt.* quod pactionibus privatorum mutari non possit. *l. Jus publicum 38. D. de pactis.* sufficere debitam pecuniam solvere secundum usum & probitatem publice definitam tempore solutionis. Pecuniam publice signatam, in dispositionem deduci non posse tanquam massam, sed tanquam pecuniam publicam. Fore alioqui in hujusmodi speciebus magnam captionem & quasi aleam. 44 Is Præf. annonæ. vide *l. 2. C. Theod. de canone frum. urb. Rom. & l. 1. J. de canone frum. urb. Rom. h. lib. tit. 12.* 45 *Minutione*, sed Græci κατὰ τὴν μείωσιν &c. pro imminutione solidorum, venalium quoque rerum pretia minuantur. *Syn. Basil. ibid. c. 1.* 46 *Specierum* voce Græci hic accipiunt τὸ τίμημα τῶν ὠνίων, pretium rerum venalium. *Syn. ib. c. 2.* Hotomannus *c. 15. Illustr.* vero non res ipsas, sed species alias monetæ & pecuniæ accipit: ut una cum aureo gradatim omnes reliquæ monetæ pro rata cujusque portione decrescant. De quo dubitari potest merito. 47 Pretium rei decrescit, si decrescit moneta, *ut hic*; per contrarium augetur pretium, moneta augescente. Eadem enim est contrariorum potestas, ut Aristoteles ait *lib. 2. de Cæl. cap. 3.* Quid, qua de imminutione nummi hic agitur? An de ea, quæ fit abusu & tyrannide principis: an potius de ea, quæ fit ex justa causa & ad alias monetas proportione? Hoc postremum putat Molinæus *tract. de usuris quæst. 93. num. 716.* Omnibus monetis pari proportione, minutis vel auctis, novum pretium subire locum veteris, auctaque vel minuta pretia videri. Aureo tantum minuto, cæteris monetis in suo statu manentibus, pretia in suo statu manere aliarum monetarum respectu. Respectu vero aurei minuti, non minui sed augeri pretium. Quæ summe notanda sunt, cum in pecuniis mutuis possint esse usui. *l. 59. D. de verb. obl.* Solvi enim aurei pro aureis possunt, sive aucta, sive deminuta sit eorum æstimatio. Plin. 33. *c. 3.* Constitutum est, inquam, ut asses, qui librales erant, sextantario pondere ferirentur, ita quinque partes factæ lucri, dissolutum æs alienum. *Goth.* Hujus l. interpretationem vide *Censur. Forens. nostr. lib. 2. cap. 8. num. 13.* S. C. 48 A.D. 366. 49 Nemo solidorum obryzorum (Græci ὄβρυζα) diversum pretium inducat. Nam capitali supplicio punitur, qui obryzos solidos antiquos levius æstimat. *Syn. ibid. cap. 3.* 50 Qui ex auro optimo & purissimo conflati sunt. Plin. scribit obryzum aurum vocari, quod cum igne probatur, simili colore, quo ignis rubet. obryzatorum porro fit mentio in *l. unic. J. de oblat. vot. l. 12. tit. 49.* 51 Pretium uniforme solidorum. 52 Al. *serenitatis.* 53 Vide *l. 6. J. de muneribus patrim. l. 10. tit. 41.* 54 Vide quæ de principum monetis insculpi solito scripsi ad *l. 1. supr. h. t.* 55 *Viliores in quib. lib. de manusc.* quod magis a probat Cujac. *ex lib.* Βασιλικῶν.

56 Adde *l. 1. supr. vestib. holoberis. h. lib. tit. 8.* 57 Al. *curcumis.* Azo, qui ait esse, eam partem freni equini, quæ ori equi imponitur & vulgo morsus equi appellatur. Cujacius tamen magis probat cucurmiis, vel cucumiis. Quibusdam Curcuma vox Chaldaica videtur, quæ sandalium significat. Hesychius tamen cucurmam interpretatur, camum genus ornamenti equestris, quod freni, vel oreæ vice sit, ut illo loco Psalmi ἐν κημῷ ἐν κουρκούμῳ, ut post Enimundum Bonæfidium scribit Cujac. 11. *obs. 20.* Ego pharetras interpretor: ut in Commentariis ad hunc locum dicemus aliquando plenius. 58 Ambitum. 59 Vide Alciat. *hic.* & Panciroll. rer. memorabil. *tit. de fibula. & ibid. in not.* & de habitu Imperatoris apud eundem *tit. de habitu Imperatoris.* Ans.

quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit, ſciat ſe continuo quinquaginta libris auri eſſe multandum. † Nulli præterea privatorum liceat (exceptis [1] ſcilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium quam virilium annulorum habitu) aliquid ex auro, & gemmis, quod ad cultum, & ornamentum Imperatorium [2] pertinet, facere: neque illud ſub [3] hoc colore, & prætextu præparare, quod [4] velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre: pietas enim mea hujuſmodi dona non expetit, neque regium [ſibi] offerri a privatis cultum requirit. Sane ſi quis poſthac aliquid contra vetitum hujuſmodi ſanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ uſibus regiis deputata ſunt, auro gemmiſque decorata, auſus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione ſciat ſe eſſe feriendum: capitali quoque ſubdendum eſſe ſupplicio. Ornamenta enim regia intra aulam meam fieri [a palatinis] artificibus debent: non paſſim in privatis domibus vel officinis [5] parari. Unde ſumma ſeveritate ſancimus, ut quod in cultu ornatuque [6] noſtro ſacrum, & adoptabile [7] eſt, id facere temeritas privata non audeat. Si quis ſane contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam ſuperius multam ab his per officia [8] palatinorum exigi, & ſacris largitionibus noſtris jubemus inferri.

TIT. XII. DE CLASSICIS [9].

1. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. Auxonio [10] P. P. [11].

CLaſſem Seleucenam [12] aliaſque univerſas ad [13] officium, quod magnitudini tuæ obſequitur, volumus pertinere: ut claſſicorum numerus ex incenſitis [14] vel accreſcentibus [15] compleatur, & Seleucena [16] ad auxilium purgandi Orientis, aliaſque neceſſitates comiti Orientis [17] deputetur. Datum Indictione XII.

TIT. XIII. DE DECURIALIBUS [18] URBIS ROMÆ.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Trifolium P.P. [19].

SI quis decurialem de auferendis privilegiis putaverit lite pulſandum, intelligat ſe curiæ [20] interpellare debere judicem [21]. Dat. 14. Kal. Februar. *Mediolani*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

2. Imppp. HONOR. ARCAD. & THEOD. AAA. Exuperantio, Julio, & cæteris decurialibus [22].

LEges decuriales tam a ſuperioribus Principibus, quam a divo parente [23] noſtro conditas, noſtra auctoritate firmamus. Singulos itaque Judices ſcire volumus, ne quis huic collegio injuriis [24] corporalibus tentet notam atterere, neque ab his commodis, quæ rationibus approbantur, audeat ſeparare: huic enim collegio volumus antiquam privilegiorum prærogativam ſervari. Dat. 8. Id. Jul. *Romæ*, HONORIO A. VI. & ARISTENÆTO CONSS. 404.

TIT. XIV. DE PRIVILEGIIS CORPORATORUM [25] URBIS ROMÆ [26].

Incolæ urbis Romæ gaudent privilegiis civium. Bart.

1. [27] Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. ad Alypium P. U.

NUlli ſit [28] liberum, nulli permiſſum, ut novum aliquid urbis incolæ in urbe ſuſtineant: ſed [29] in honorem æternæ urbis corporatis indulta ſuffragia valere præcipimus. Cura [30] autem Rectorum provinciarum corporati urbis Romæ, qui in peregrina transgreſſi ſunt, redire cogantur: ut ſervire [31] poſſint functionibus, quas impoſuit antiqua ſolennitas. Dat. Prid. Id. Jul. *Aquilan.* TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

TIT. XV. DE PISTORIBUS [32].

1. Imp. LEO A. Viviano P. P.

QUicunque ex mancipiis [33] comitis horreorum dignitatem & officium, vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, ſeu quolibet alio [34] modo poſthac fuerit adſecutus: exutus dignitate, quam contra interdictum noſtræ ſerenitatis adeptus eſt, multatus etiam viginti libris auri, ad antiquum [35] denuo conſortium collegiumque revocetur: omne etiam ſpeciale beneficium, quocunque modo contra hanc ſanctionem fuerit impetratum, penitus conquieſcat.

TIT. XVI. DE SUARIIS [36] ET SUSCEPTORIBUS VINI [37] [ET CÆTERIS CORPORATIS [38]].

1. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA. ad Albinum P. U. [39].

POrcinarii [40] urbis æternæ, cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant: ſordidis ſemper muneribus liberentur. Dat. 8. Kal. Septembr. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

Prætor urbis eſt judex porcariorum, ſive ipſi agant, ſive conveniantur. Bart.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Florentio P. P. [41].

QUicunque ex corporibus [42] ſuariorum, ſive excipiendæ neceſſitate litis adſtrictus, ſive inferendæ voluntate ſpontanea provocatus judicium voluerit experiri: fori urbani auditorium [43] præſtoletur. Dat. 18. Kal. Februar. *Romæ*, BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

TIT. XVII. DE COLLEGIATIS [44], ET CHARTOPRATIS [45], ET NUMMULARIIS.

Qui intrat unum collegium, & munera, ad quæ ordinatus eſt, non exercet: non effugit munera alterius collegii, de quo exivit.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. U.

QUi [ſub [46]] prætextu decanorum [47] ſeu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis ſe muneribus conantur ſubtrahere: eorum fraudibus credimus eſſe obviandum: ne [48] quis ſub ſpecie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus relevetur: ne argentariorum, vel nummulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati, vel decani feſtinant. Ideoque ſi quis eorum ſub nudæ appellationis velamine collegiatum ſe vel decanum appellat: ſciat pro ſe alium ſubrogandum, qui prædicto muneri ſufficiens approbetur: ſubrogatione videlicet [49] memoratorum, vel eorum qui moriuntur, primatum ejus [50], qui ſubrogatur admiſſa [51] judicio.

Qui ſupra numerum admittuntur in collegio, non gaudent beneficio collegii. Bart.

§. 1. Quod autem ſupra [52] numerum, qui in cautis [53] brevibus continetur, nemo ſe quolibet patrocinio, vel cujuſlibet adſumpta potentia debeat excuſare, hoc noſtræ eſt ſerenitatis cenſere, & tuæ ſublimitatis tuique officii cautius obſervare. Hoc inter omnes æqua lance ſervari præcipimus: nullo divinæ domus patrocinio, nulla ſacroſanctarum eccleſiarum reverentia, nulla qualibet, vel cujuſlibet potentia ſe excuſante. † Sed ne tantum circa munera relevanda ſupplicibus conſuluiſſe noſcamur: illud etiam dicendum [54] obſervandumque eſſe cenſemus, ut chartæ [55] venditio, quæ de provinciis ad corporatos ſupplicum per innovationem [56] translata eſt, primæ conſtitutionis terminis concludatur [57]: hoc eſt, quod in initio diſpoſitionis conſtitutum eſt [58], id in poſterum nulla addita [59] novatione ſervetur. Dat. 10. Kalend. April. THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XVIII. DE STUDIIS [60] LIBERALIBUS URBIS ROMÆ, ET CONSTANTINOPOLITANÆ.

1. [61] Impp. THEODOSIUS & VALENTIN. AA. P. U. [62].

UNiverſos [63], qui uſurpantes [64] ſibi nomina *magiſtrorum*, in publicis magiſtrationibus cellulisque collectos undecunque diſcipulos circumferre conſueverunt, ab oſtentatione vulgari præcipimus amoveri: ita ut ſi quis [65] eorum poſt emiſſos divinæ ſanctionis affatus,

1 Vide *Novell. Leon.* 81. 2 Ornatum Imperatorum. 3 Super. 4 Qui. 5 *Officiis.* quod magis probat *Cujac.* 6 Ornamentoque. 7 Optabile. 8 Id eſt, officiales Comitis ſacrarum largitionum.

9 *Claſſici*, milites deputati navibus amnicis purgandorum fluminum & aliarum neceſſitatum gratia. 10 Orientis. 11 *C. Theod. hoc tit. l.* 1. 12 Claſſes variæ pro regionum & fluminum varietate fuerunt. 13 Juriſdictionem in mari adjacenti, quouſque magiſtratus exercere poſſe hinc colligunt: ut non ſolum puniant delinquentes in ipſis mediterraneis locis ſui territorii, ſed & in mari, ſub territorio adjacenti. vide Corſetum *ſingulari juriſdictio.* 14 Incenſiti, colonariæ conditioni minime adſcripti, *l. ſicubi* 6. *C. Th. de cenſ. ſive adſcript. l.* 6. *l.* 7. *C. Theod. de tironib.* 15 Adcreſcentes, qui ex Claſſicis nati. *Goth.* Ut in *l. ſicubi. Cod. Theod. de cenſ. vel adſ. l.* 6. *Cod. Theod. de tyron.* Mod. 16 Orontis fluvii, qui amnis eſt Syriæ Seleuciam affluens. 17 Quippe Seleucia ipſa, de qua hic, in Syria & Oriente.

18 Al. *curialibus. in C. Theod. Decuriis*, Corpus decurialium fuit Romæ. *C. Th.* Caſſiod. 5. 19 *C. Theod. l.* 14. *tit.* 1. *l.* 3. *verſ. ſi quis.* 20 *Decuriæ, in C. Theod. & quibuſd. manuſc.* erant autem decuriarum urbis Romæ judices, qui etiam a Caſſiodoro rectores appellantur. 21 Hodie principem, *Novell.* 151. 22 *C. Theod.* 14. 1. 4. 23 Al. *patre.* 24 Vide *l.* 33. *ſupr. de decurionibus.*

25 *Corporati*, ſunt uſibus & neceſſitatibus populi Romani deſtinati, ſic dicti, tanquam ex corpore civitatis, vel collegii: de iis autem ſequentibus titulis ſingulatim tractatur. 26 Fuere & in aliis urbibus corporati. *l. ult.* ff. *de navicul. Nov. Valent. de epiſc. jud.* ſed non privilegiati. *Mod.* 27 *Al.* Imppp. Valentinianus, Theodoſius & Arcadius AAA. ad Alypium P. U. 28 Hæc conſtitutio ex 2. 3. & 4. conſtitut. conflata eſt, quæ extant in *C. Theod. lib.* 4. *tit.* 2. quare ex eo loco pete inſcriptiones & conſules, commode enim hic reponi non poterant, niſi hæc conſtitutio rurſus diſſoluta fuiſſet in tres illas conſtitutiones. 29 *l.* 3. *C. Th.* 30 *l.* 4. *C. Th. h. t.* 31 *l.* 50. *ſupr. de decurionibus.*

32 Piſtores hi mancipes dicti: pani civili conficiendo obnoxii. *l.* 1. *l.* 2. J. *de frumento urbis Conſtantinop. h. lib. tit.* 23. 33 *Mancipibus, in lib. Aured. & al. veter.* vide *hic.* Cujac. Goth. Et omnino legendum, *mancipibus.* fuit enim in urbe certum corpus piſtorum, qui pani civili conficiendo obnoxii erant: atque hos mancipes vocat *l.* 1. *&* 2. J. *de frument. urb. Conſtant. l.* 18. *C. Th. de piſtor. l.* 4. *C. Theod. de exec. & exact.* & ſic Prudentius dixit, *mancipem carceris, mancipem ſutrinæ.* Plinius *mancipem divinitatis*, Tertullian. Conſtituitur autem hac lege, ut mancipes ſive piſtores, qui Comitis horreorum dignitatem adepti fuerint, piſtrino reddantur, cum non liceat piſtoribus ad hanc dignitatem adſpirare. Vide & Marcum Vertran. *de jure lib. c.* 20. Mod. 34 Quoquo modo. 35 Mancipium, & recte, ut etiam conſtat ex *l.* 18. *C. Theod. h. t.* ubi piſtores mancipes appellantur, & eorum mancipatus fit mentio. adde 12. *C. Theod.* 16.

36 *l.* 2. J. *h. t.* & porcinariis. *l.* 1. J. *h. t.* 37 Suſceptores vini fiſcalis, caupones vocat, qui fiſcale vinum populo vendebant. Vinum enim perraro populo gratuitum dabatur. Vopiſcus *in Aureliano.* Goth. De his tamen ſuſceptoribus hoc titulo nihil continetur, nec de aliis quam de ſuariis quidquam. Sed putat Cujacius de ſuariis conſtituta, ad cæteros quoque eſſe porrigenda. *Mod.* 38 Deſunt in pleriſque lib. 39 *C. Theod.* 14. 4. 6. ſed vide, multa enim hic detracta ſunt. 40 Porcina gratuito P. Romano dabatur. 41 Al. *Hilario P. V. ut C. Theod.* 14. 4. 8. *Unde ſumpta eſt hæc conſtitutio.* 42 Al. *corporalibus.* 43 Adjutorium.

44 *Collegiati*, συσματικοί, quorum corpus incendiis arcendis deſtinatum. Symmachus *de corporib. ad Valentinianum*, ex diverſis corporibus aſſumpti. *l. pen. ſupr. de commerciis.* 45 Vide Alciat. *lib.* 21. *prætermiſſ.* Budæum *in annot. poſterior. ad Pandect. & Pyrrhum hic.* 46 Jam ſemel poſita fuit hæc *l. ſub tit. de ſacroſ. eccleſ. l. qui ſub prætextu* 9. 47 Decani, lecticarii, copiatæ, veſpillones, *l.* 4. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ. Novell.* 3. & 43. 59. *l. ſi qua* 22. §. 1. ff. *de epiſcopis, l.* 15. *C. Theod. h. t. l.* 1. *C. Theod. de luſ. col.* Epiph. 3. *tom.* 7. *in fin.* vide Forn. 2. *ſelect.* 21. Goth. Horum vero & illorum certum numerum fuiſſe oſtendit *l. pen. ſupr. de comm. & merc. & d. l.* 4. *ſupr. de ſacr. eccl.* quem nemo ab aliis muneribus quaſi ſit ex decanorum vel collegiatorum corpore, vacationem obtinere poteſt, nec ſi ei ſuffragetur eccleſia, vel principis domus, vel quælibet alia poteſtas ſive dignitas. *Mod.* 48 Tributorum vitandorum cauſa eccleſiæ, vel cujuſcunque alterius dignitatis nomine abuti non oportet: idque, ne gravetur Reſpublica, quæ quo pluribus datur immunitas, eo certe majora tributa pendit. *l.* 12. *ſupr. de annon. & trib. l.* 10. *tit.* 16. *l.* 14. ff. *de exact. trib. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 2. J. *de privileg. domus Auguſtæ. h. lib. tit.* 74. *Novell.* 43. 49 Ubi videlicet. 50 Ei, qui. 51 Admiſſo. 52 Supernumerarius collegii, muneris, vel dignitatis alicujus beneficio ac privilegio dignitatis, vel collegii frui non poteſt. Corſetus *ſingulari ſupernumerar.* 53 *Encautis* emendat Cujacius. Encauta vero, ſive encautaria dicuntur monumenta civitatis ſive chartæ publicæ. *l.* 9. J. *de agric. cenſit. & col. h. lib. tit.* 47. 54 Edicendum. 55 Chartæ & chartariorum cura ſub P. urbi (ut docet hujus legis inſcriptio) pertinuit & ad Comitem ſacrarum largitionum, *Novell.* 44. Chartariæ autem Romæ, & Conſtantinopoli fuere in 4. regione. 56 Invocationem. 57 Emptoribus certæ in publico tabernæ (*banchum* Barbari appellant) ut & tabellionibus, commoda, & incommoda tabernæ cohærere notat ex hoc loco poſt Angelum Corſetus *ſing. Officium.* 58 Conſtitutum vel præceptum eſt. 59 Adita.

60 Scholam publicam aperuiſſe ſub Domitiano Quintilianum quidam ſcribunt: & a fiſco ſalarium accepiſſe, quod præſtat ex Sueton. in Veſpaſian. adſcribi. 61 *Al.* Impp. Theod. A. & Valentinianus C. Theophilo P. U. 62 *C. Theod. hoc tit. l.* 3. 63 Adde *l.* 1. J. *de profeſſorib. qui in urb. l.* 12. *tit.* 15. 64 Profitendi publice autoritatem nemo uſurpare debet: pœna alioqui infamia & urbe ejectio. 65 *Qui, in C. Theod.*

quæ prohibemus, atque damnamus, iterum forte tentaverit, non solum ejus quam meretur, infamiæ notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa, ubi versatur illicite, urbe cognoscat. † Illos vero, qui intra plurimorum domos eadem exercere privatim [1] studia consueverunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla hujusmodi interminatione prohibemus. † Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolii [2] auditorium constituti, hi omnibus modis privatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant: sciturí, quod si adversus cœlestia statuta facientes deprehensi fuerint, nil penitus ex illis privilegiis consequantur, quæ his, qui in Capitolio tantummodo docere præcepti sunt, merito deferuntur. † Habeat [3] igitur auditorium specialiter nostrum in his primum quos [4] Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Oratores quidem tres numero: Grammaticos [5] vero decem. In his etiam, qui facundia gravitatis [6] pollere noscuntur, quinque numero sint Sophistæ [7], & Grammatici æque decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui: profundioris [8] quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores: Unum igitur adjungi cæteris volumus, qui philosophiæ arcana rimetur: duos quoque [9], qui juris ac legum voluntates [10] pandant: ita ut unicuique loca [11] specialiter [12] deputata adsignari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi invicem possint obstrepere vel magistri: neve linguarum confusio permixta, vel vocum, aures quorundam, aut mentes a studio literarum avertat. Dat. 3. Kal. Mart. *Constantinop.* THEODOSIO A. XI. & VALENTINIANO CONSS. 425.

TIT. XIX.

DE HONORATORUM VEHICULIS.

Antiquitus in signum dignitatis & honoris in dignitate positi ibant in curribus seu vehiculis. Bart.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Nebridio P. U. [13].

OMnes [14] honorati [15], seu civilium, seu militarium [16], vehiculis dignitatis suæ [17], id est, carrucis [18], intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. Dat. 3. Kal. Februar. *Constantinop.* HONOR. N. P. & EVODIO CONSS. 386.

TIT. XX.

DE PRIVILEGIIS URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. [19] Philippo Præfecto Illyrici.

URbs Constantinopolitana non solum juris Italici [20], sed etiam ipsius [21] Romæ veteris prærogativa lætetur. Datum prid. Id. Jul. EUSTACHIO & AGRICOLA CONSS. 421.

TIT. XXI.

DE METROPOLI [22] BERYTO.

In eadem provincia possunt esse duæ matrices civitates. Bart.

1. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hormisdæ P. P.

PRopter multas justasque causas metropolitano nomine ac dignitate civitatem [23] Berytum decernimus exornandam, jam suis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de jure suo derogetur. Sit illa mater provinciæ majorum nostrorum [24] beneficio: hæc nostro, & utraque, dignitate simili perfruatur.

TIT. XXII.

DE CANONE [25] FRUMENTARIO URBIS ROMÆ.

Nauta debet confiteri se recepisse species incorruptas. Bart.

1. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. ad Julianum PF. annonæ [26].

NAutici [27] apud Præsidum [28] aut magistratuum acta confiteantur incorruptas species suscepisse, eorumque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet nihil in his esse vitii: quod eo tempore quo ad sacræ urbis portum pervenit, Præfecturam jugiter observare præceptum est. Dat. 18. Kalend. Jul. *Remis*, GRATIANO A. I. & DAGALAIFO CONSS. 366.

2. Impp. ARCADIUS & HONORIUS, AA. ad Senatum [29], & Populum.

SI quid [30] frumenti, vel hordei [31] urbicarii canonis remissione indultum est speciali beneficio: contra commodum publicum [rescripta [32]] elicita non valeant. Dat. 17. [33] Kal. Maji [34], *Mediolan.* CÆSARIO, & ATTICO CONSS. 397.

3. Iidem AA. Messalæ P. P. [35].

NEminem [36] patimur in mutando [37] canone urbis Romæ nostræ clementiæ beneficium postulare, sed etiam ea rescripta quæ quoquo modo poterint impetrari, suscipi non sinimus: eos vero qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus. Vicarios, quinetiam cæteros Judices (nisi deinceps ab usurpatione urbicarii canonis abstineant) deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali supplicio subjugari perpetua auctoritate sancimus. Dat. prid. Non. Septembr. *Altino*, THEODORO V. C. CONS. 399.

TIT. XXIII.

DE [38] FRUMENTO [39] URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ [40].

Quod debet dari in pane, non debet solvi in frumento. Bart.

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Urso P. U. [41].

NUlli [42], ne divinæ quidem domui nostræ, frumentum [43] de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: sed integer canon mancipibus [44] consignetur annona in pane cocto domibus exhibenda: ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Constantino [45] præstitus, necnon a divo pietatis meæ avo [46] [Theodosio [47]] auctus expendi: quoniam crescit inopia, si frumenta quæ pro annona tribuuntur [48], ad usus alios deputata cognoscantur: cogentur enim de publico sibi emere, quæ aliis vendere potuissent. Dat. 10. Kal. Aug. *Constantinop.* THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 418.

Quantitas statuta ad emptionem frumenti non potest minui, nec ad alios usus converti. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Leontio P. U.

AUri [49] statuta quantitas [50] ad coemptionem [51] frumentariam perpetuo sit dedicata [52]: nec liceat cuiquam post administrationem urbicariæ potestatis perceptam, aliquid ex eadem summa minuere, vel ad quoseumque alios usus convertere [53]: sed sub gestorum testificatione certum fiat, & quod mancipibus [54] mutui [55] nomine datum est, & [56] quod ab iisdem sit excepta omni concussione [57] solvendum. Eum autem, qui hanc formam ausus fuerit inquinare [58], quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit [59], in duplum [60] redhibere jubemus: & quicquid ex prædicta ratione accreverit [61], ad [62] cumulum ejusdem auri quantitatis, & frumentarii tituli firmiter [63] redundare: legisque hujus tenorem æneis tabulis incidi. Dat. 5. Kalend. Decembr. *Constantinop.* ARIOBINDO, & ASPARE CONSS. 434.

TIT. XXIV.

DE ANNONIS CIVILIBUS.

Annonæ civiles non dantur pro titulis in dignitatibus, sed pro meritis. Bart.

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Proculo P. U. [64].

ANnonas publicas [65] non tam titulis dignitatum, quam singulorum virorum [66] meritis attributas divi Constantini liberalitate satis claruit.

1 Profiteri privatim cuique licet: privatim autem est intra parietes domesticos, *ut hic.* 2 Profiteri in Capitolio soliti professores: ubi & eorum auditorium fuit. 3 Al. *Habeant.* 4 Professorum publicorum numerus hic fuit Romæ: linguæ Latinæ Oratores 3. Grammatici 10. Græcæ vero linguæ sophistæ tres: Grammatici 10. Philosophus unus: Jurisperiti duo. 5 Al. *Grammatici.* 6 *Græcitatis, in C. Th.* al. *Græcanitatis.* 7 Sophistæ Rhetores Græci. 8 *Profundiores, in C. Theod.* Philosophiæ studium & professionem anteponit Justinianus Grammaticæ & Oratoriæ. 9 Professores juris duo Romæ: fit mentio Leontii Jurisperiti & professoris *in C. Theod. & Leonis* apud Sidonium. 10 *Formulas, in C. Theod.* 11 Vendere invitum cogi posse favore publico & religionis, utpote cujus causa & ipsa summe publica sit, hinc colligunt. adde *l.* 12. §. 1. *ff. de religiosis, l.* 2. *ff. de his, qui sui vel. l.* 26. *supr. de episc.* 12 Professionum publicarum auditorium satis indiscretum fuisse, ante hanc legem constare ex hoc loco potest. Jubet enim auditoria separari, ne discipuli sibi invicem obstrepant, & ne linguarum confusio permisceatur.

13 *C. Theod. lib.* 14. *tit.* 14. *l.* 1. 14 Carrucæ non omnibus in urbe permissæ, civili namque vel militari dignitate præditis tantum senatoribus eas permiserat Severus: ut & privatis Aurelianus. 15 Al. *decorati.* 16 *Militarium dignitatum, in C. Theod.* 17 Vehicula pro carrucis. 18 Bijugis additur, *in C. Theod.*

19 *Pars l.* 6. §. *de sacros. eccles.* 20 Quod induxerant Valentinianus, Valens, & Gratianus, *l.* 1. *C. Theod. lib.* 14. *tit.* 13. *de jure Italico urbis Constantinopolitanæ.* Cont. *l.* 1. *ff. de censibus.* 21 Constantinopolis prærogativam veteris Romæ habet, vide *cap.* 28. *Synod. Chalcedon. Pragm. Justiniani ad Vigilium, cap. ut fabrica.* adde *Novell.* 131. *cap.* 2. ubi de privilegio Archiepiscopi Constantinopolitani.

22 Metropoles duæ in Syria Phœnice, Berytus & Tyrus: ut in Ponto Amasia & Cæsarea: *Novell.* 28. ut in Cappadocia, Cæsarea & Thyana. Cætera vide apud Cujac. *hic*, & quæ scripsi ad *l.* 29. *in fin. supr. de episcopali audientia.* 23 Al. *deest.* 24 Id est, Hadriani, a quo id Paulus Tyrius orator primus impetravit, auctore Suid. vid. Alciat. *lib.* 4. *parerg. cap.* 15.

25 Canon urbis Romæ erat frumentum, oleum, porcina, bubula. Hæc conferebantur a provincialibus populo alendo. 26 *C. Theod.* 14. *tit.* 15. *l.* 2. 27 Al. *notitia annonæ*, sed Nautici, navicularii & claudicarii sunt. 28 *Curatorum, in C. Theod.* 29 *C. Theod. h. t. l.* 3. 30 Immunitas frumenti & olei non inferendi impetrata nihil valet. *Syn. Basil.* 54. *tit.* 6. περὶ ἀτελείας *ex tit.* 24. *cap.* 1. 31 Al. *olei*, & sic legitur in *C. Th.* 32 *Abest a C. Th. & quib. al. lib.* 33 *Al.* 16. 34 Martii. 35 *C. Th. hoc tit. l.* 5. 36 *Hæc quoque constitut. ex* 5. *&* 6. *cap.* rejectis multis & truncatis constitutionibus coagmentata est. Extat *in C. Theod. lib.* 14. *tit.* 15. *l. ult.* §. *deinceps ubi.* vide quoque *infr. l.* 1. *tit. prox.* 37 Canon prædiis Romanis impositus mutari non potest: Qui mutavit, duplum ab ipso repetitur: qui concessit mutari vicarius & judex, deportatur: primates ipsi officiorum capitali supplicio adficiuntur. *Syn. ib. c.* 1.

38 Al. *De canone & frumento urbis.* 39 *Eclog. lib.* 54. *tit.* 25. 40 Περὶ ἀννόνων διδομένων τῇ τε κωνςαντίνε πόλει καὶ τοῖς σχολαρίοις. De annonis urbis Constantinopolitanæ ac scholarium, *Synops.* 54. *tit.* 25. 41 *C. Theod.* 14. 16. 2. 42 Ut nulli penitus ne divinæ quidem domui, pro annonis frumentum præbeatur: sed mancipibus detur, ut domibus cocti panes exhibeantur. *Syn. ib.* 43 Frumentum (quod gratuito Constantinopoli præbetur a principe) pro pane, populo præberi non oportet, sed integrum id quidem mancipibus, id est, pistoribus dandum est, deinde populo panis coctus exhibendus: ne si frumentum non panis populo datur, id populus in alios usus vertat facile, & postea panem emere cogatur, qui ipse aliis vendere potuisset. Ad hunc modum panes canonicarii canonicis hodie præbentur, & breviter, quod in pane solvi oportet, id in frumento solvi non potest. Corsetus *singular. Frumentum.* 44 *Mancipes, hic & l.* 2. *J. h. t. pistores.* 45 Annonam gratuitam octoginta millium fere modiorum, 2. *Socrates* 1. 3. primus Constantinus Constantinopolitanis suis dedit: ut antea gratuita P. Roman. dabatur. Suidas hunc canonem panes palatinos videtur appellare, forte quod e palatio erogarentur: nisi malis palatinos appellare, quod palatinis darentur. Panum enim alii populares, alii militares. *l.* 7. *Cod. Theod. de annonis civil.* 46 Canonem annonæ gratuitæ, a Constantino Constantinopolitanis concessæ, ut S. diximus, Theodosius auxit, *ut hic. l. pen. C. Theod. de annonis civilib.* ut & Martianus *l.* 2. *J. tit. prox.* ut & Romæ Aurelianus, *teste Vopisco*, quæ antea a Trajano & Severo constituta. 47 Abest a *C. Theod.* 48 Vide *l. ult. supr. tit. prox.* 49 Ad frumenti publici coëmptionem auri statuta erat Constantinopoli quantitas, ei rei perpetuo ita dicta destinataque, ut nefas esset etiam urbis præfecto, eam minuere vel in alios usus vertere. 50 *Id est*, 611. *auri libræ, ex C. Theod. hoc tit. l.* 3. 51 Frumenti coëmptio συνωνή, vid. Cuj. 1. *obs.* 39. 52 *l.* 2. §. *quod de frumentario* §. *sin autem, ff. de adm. rerum ad civit. pert.* 53 Frumentum publicum ita emebatur. Pecunia ex arca frumentaria promebatur, testato mancipibus, hoc est, pistoribus mutui nomine, hoc est, in antecessum dabatur. Inde frumento videlicet, sic coëmpto, pistores vel frumentum, vel panes reddere cogebantur. 54 Id est, pistoribus, ut *l.* 1. S. *h. t.* 55 Mutuum hic promutuum est, quod videlicet alicui in antecessum, *en avance*, datur. *Goth.* Et ideo Græci vertunt εἰς πρόχρειαν συνωνῆς, qui & *in l.* 40. §. *servus. ff. de statulib.* promutuum interpretantur πρόχρειαν & *in l. ex conducto.* §. *item cum quidam. ff. locat.* promutua ἐν προχρείᾳ Theod. Hermopolites *ad l.* 1. *supr. de sentent. quæ pro eo quod int.* καὶ ἐν προχρείᾳ τὸ μίσθωμα τῶν τοιούτων χρόνων συλλαβὼν τοῦτο. datur ergo pistoribus pecunia promutua ex arca frumentaria, id est, in antecessum ut vel eandem reddant, vel frumentum & panes. dixi in *l.* 15. §. 6. *ff. locati.* Mod. 56 Sed &. 57 Urbanicianus, qui pistorem concutierit, pistorum consortio addicitur. *Mod.* Vid. *l.* 2. *J. de apparit. præf. urbi. l.* 12. *tit.* 54. 58 *Inquietare*, in *C. Theod.* 59 Pœna hæc est P. urbi frumentariam pecuniam in alios usus vertentis, ut in duplum teneatur, & in id, quod ex ea pecunia lucri fecit. 60 Vid. *l.* 6. *l.* 13. *ff. ad l. Jul. pecul.* 61 Excreverit. 62 Lucrum assumit naturam ipsius capitalis. Corsetus *singulari Lucrum.* 63 *Comitem*, in *C. Theod.* 64 *C. Theod. hoc tit. l.* 10. 65 *Civicas*, in *C. Theod.* 66 *Viritim*, in *C. Theod.*

ideoque nihil ex his scholarum nomine [1] vindicetur: sed pro [2] uniuscujusque merito, quæ sunt concessa, serventur, ut quicunque perceptarum annonarum emolumenta, vel in heredes proprios jure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo transcripserunt: maneat quod gestum est, vel hereditatis merito, vel alienationis arbitrio. Dat. 7. Kalend. Jul. *Constantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

2. Imppp. THEODOS. [3] ARCAD. & HONOR. AAA.

CEntum [4] vigintiquinque modios frumenti, præter solitum canonem, per singulos dies de præsenti sexta indictione ex die Kalend. Januarii [5] nomine [6] parapeteumatis [7] de horreis publicis hujus almæ urbis, insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus, datis sacris apicibus ad [8] sublimissimam quoque per Orientem Præfecturam, quibus possit, & modum [9] nostræ donationis agnoscere, & incunctanter præbere, quæ jussimus: quam modiationem jugiter, & in perpetuum civibus nostris debere conferri, valitura in ævum hac lege sancimus.

TIT. XXV.
DE [10] MENDICANTIBUS VALIDIS [11].

Qui sine necessitate mendicant, possunt inspici: & qui eos inspexerit, & prodiderit, & esse probaverit, dominium eorum consequitur, si sunt servi: vel jus colonatus, si sint liberi, salva dominis actione servi corrupti.

1. Imppp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Severum P. U. [12].

CUnctis [13], quos [14] in publicum quæstum incerta mendicitas vocaverit, inspectis, exploretur in singulis, & integritas corporum, & robur annorum: atque [15] inertibus, & absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet conditio servilis, proditor studiosus & diligens dominium consequatur: eorum vero, quos natalium sola libertas persequitur, colonatu perpetuo fulciatur, quisquis hujusmodi lenitudinem [16] prodiderit ac probaverit: salva dominis in eos actione, qui vel latebram forte fugitivis vel mendicitatis subeundæ consilium præstiterunt. Datum 12. Kalend. Jul. *Patavii*, ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

TIT. XXVI.
DE NAUTIS TIBERINIS.

Qui navem Tiberinam habet, onus publicum cogitur suscipere, nec ullo privilegio excusatur. Bart.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Symmachum P. U. [17].

QUi navem Tiberinam habere fuerit ostensus: onus [18] reipublicæ necessarium agnoscat. Quodcunque igitur navigium in alveo [19] Tiberis invenietur, competentibus & solitis obsequiis mancipetur: ita ut nullius [20] dignitas, aut privilegium ab hoc officio vindicetur. Dat. 8. Id. Octobr. *Altini*, divo JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

TIT. XXVII.
DE FRUMENTO ALEXANDRINO.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [21]

IN æstimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam [22] convehitur, quicquid de crithologia [23] & zygostasii munere, & pro nauclerorum [24] tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus: atque, ut curialibus prædæ auferatur occasio, jubemus eos ad hujusmodi sollicitudinem affectandam nunquam accedere, sed designata officia tuis provisionibus examinata, sollicitudinem prædictam implere. Dat. 5. Kal. Febr. *Constantinop.* HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Isidoro P. P. [25].

DIurnos [26] centum & decem modios alimoniis Alexandrinæ civitatis [27] addi decernimus: ut nemo privetur eo, quod nunc usque percepit: & *perissochoregiæ* [28] nomen [29] penitus amputetur, & tesseræ designentur, & nostræ pietatis nomine censeantur. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

TIT. XXVIII.
DE ALEXANDRIÆ [30] PRIMATIBUS [31].

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Isidoro P. P. [32].

COrporatos civitatis Alexandrinæ repurgandi fluminis onere liberamus: & pro tenore dispositionis tuæ quadringentos solidos ex dinummio vectigali [33] memoratæ civitatis præcommodari decernimus, ita ut ex titulo navium [34] modis omnibus repensetur. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

TIT. XXIX.
DE JURE REIPUBLICÆ.

Sententia lata contra civitatem indefensam est ipso jure nulla. Bartol.

1. Imp. ANTONINUS A. Dionysio.

SI quid adversus Rempublicam indefensam [35], in ea specie, in qua neque defensores creati fuerint, neque ut crearentur, placuit, statutum est: actionibus ejus nihil est præjudicatum.

Respublica non habet tacitam hypothecam, nisi ex ipso speciali privilegio vel ex pacto. Bart.

2. Idem A. Phorodio & aliis.

AN [36] Respublica, in cujus locum successistis [37], ideo quia [38] satisfecisse debito vos proponitis, jus pignoris in eo fundo habeat, apud suum judicem quæritur: si enim neque [39] beneficio sibi concesso id jus nacta est, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit: causa ejus non separatur a cæteris creditoribus, qui habent personalem actionem.

3. Imp. ALEXANDER A. Salviniano.

REmpublicam [40], [ut [41] pupillam [42]] extra ordinem juvari moris est.

Quod civitas facit secundum sua statuta, non revocatur per præsulem vel præsidem. Bart.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbano.

[SI] secundum legem civitatis Respublica, cujus meministi, ruina collapsis [43] ædificiis tuis distraxit aream [44]: nihil contra hujus legis tenorem Rector provinciæ fieri patietur.

TIT. XXX.
DE ADMINISTRATIONE [45] RERUM-PUBLICARUM.

1. Imp. PHILIPPUS A. Crescentiæ [46].

FUndum vectigalem [47], si suis quibusque temporibus debitæ quantitates inferantur, invito possessore auferri non posse manifestum est.

Si officialis est negligens in exigendo cautionem de legato, vel fideicommisso præstando, tenetur ad interesse. Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Julio & Zenodoro.

COntra [48] eos, qui Rempublicam administrantes, per officii necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti Reipublicæ interest satis non [esse] acceptum, dirigendam esse actionem perspicitis [49]. PP. 7. Kal. Decembr. CC. CONSS.

& quib. lib. manusc. quod magis probat Cujacius. 1 Hæc constitutio abrogat *l. 8. & 9. Cod. Theod. de annon. civil.* Dederat Constantinus panes civiles scholis, quæ sunt sub dispositione magistri officiorum undecim, ut ait Justinianus *l. ult. supr. de locat.* Ex hac largitate Constantini orta est quæstio, utrum eos panes singulis scholaribus dedisset, an scholæ & universitati: neque hoc abs re: Nam si scholæ dedit, in schola manent semper, nec vendi, vel in heredem ab scholari transmitti possunt, si personis singulorum indulsit, contra se res habet. *Mod.* 2 *l. 2. in pr. J. h. t. l. 2. J. de frumento Alexand. h. lib. tit.* 27. vid. Papon. 3. *Notar.* 8. *c.* 2. *des lettres de fief, solde de assignat.* 3 *Al.* MARTIANUS A. TATIANO P. P. ita legitur apud Cujac. 4 *l. 1. supr. h. t.* Canon annonæ gratuitæ in hunc modum auctus a Martiano, hujus legis autore, ut diximus. De quantitate canonis a Constantino & Theodosio constituti, scripsi ad *l. 1. supr. de frumento urbis Constantin. hoc lib. tit.* 23. 5 Juniarum. 6 Panibus publicis nomen imperiale, seu imperatoris imprimi consuetum, ex hoc loco quidam notant. 7 Tesseræ nomine, quæ πιττὸς Græce appellatur, & peteuma, Cujac. *hic.* Quidam legunt, *periteumatis*, al. *perisseumatis.* vid. Alciat. 8 *Sublimissima, & postea præfectura.* 9 Commodum.

10 Περὶ ῥωμυλίων ἀτέντων. *Ecl. lib.* 54. *tit.* 7. vid. *Novell. de prætore populi*, 8. *cap.* 4. & 5. Petrum Gregorium 15. *syntagm.* 25. adde *l. 5. §. 7. ff. de liberis agnoscendis.* scripsi etiam ad *legem 12. tab.* 11 In *C. Theod.* legitur, *non invalidis.* rectius *Cont.* Goth. De Otii pœna & Mendicantibus, item de iis, qui falsi stipem irrogant; vid. Heig. *part.* 2. *quæst.* 27. Ans. Adde Damhoud. *prax. criminal. cap.* 112. *n.* 53. & 54. S. L. 12 *C. Theod.* 14. 18. 1. 13 *Cunctis affatim*, in *C. Theod. & quib. lib.* 14 Mendicantes, qui sani simul & annis vegeti sunt, cuivis licet pervestigatos in publicum adducere, ac tales esse probare: ut si quis servus esse deprehensus fuerit, in suam eum potestatem redigat: sin liber, domino nihilominus adversus eum, qui celavit, vel corrupit, actionibus salvis. *Syn. ib.* fit & ejus rei mentio *Novella de Quæstore* 80. *c.* 5. 15 *Atque ea*, in *C. Theod.* 16 Legendum videtur, *lentitudinem.* Goth. Id est, inertiam & ignaviam, ut *l. hi quos. C. Theod. de accus.* cujus fuit olim propria actio quædam, quæ dicitur τῆς ἀργίας γραφή, *Nov.* 80. per quam huic constitutioni abrogatur, vide & Lapum *allegat.* 18. Mod.

17 *C. Theod.* 14. 21. 1. 18 *l. 2. supr. de navibus non excus. hoc lib. tit.* 3. 19 De alveo Tiberis, adde *Pragmat. Justin. c.* 25. 20 Al. *nulla.*

21 *C. Theod.* 14. 26. 1. 22 De Canone populi Romani & Constantinopolitani loquitur, advecto ex Alexandria, ut quod ex tota Ægypto Alexandriam conveheretur & ibidem æstimaretur, excuteretur, adnecteretur. 23 Al. *decreto elogii de &c.* sed perperam: est autem *crithologia* munus ejus, qui in Alexandria frumento suscipiendo & excutiendo præpositus est: *zygostasium* vero ejus, qui admetiendo; ut recte hic explicat Cujac. adde *l. 3. ff. ad l. Jul. de annona*, *l. 8. ff. ad municip.* 24 Naucleriorum. 25 *C. Theod.* 14. 26. 2.

26 *l. 2. supr. de annonis civilib. hoc lib. tit.* 24. 27 Alexandria multa habuit præcipua, *l. 56. & sequen. supr. de decur. l. ult.* *C. de legat.* & proprium canonem, ut utraque Roma, quem hæc constitutio auget. *Mod.* 28 Perissochoregia, supererogatio. vid. Alciat. *hic*, & Cujac. Goth. Budæus quasi redundantem frumenti delargitionem interpretatur a choragio, id est, loco unde omnia promuntur ad ludos necessaria. Erat autem Perissochoregius proximus Regi. Idem in *l. si ut certo. §. interdum. ff. commodati.* Ans. 29 Cassato (hoc vocabulum feramus, qui Osca & Langobardica jam pridem vocabula hoc seculo Latinis permisceri sinimus) nomine, cassari effectum: cassatis statuto nominibus officialium, cassari protinus & in continenti ipsos officiales, hinc notat Corsetus *singulari Officialis.*

30 Al. *Alexandrinis.* Alexandrina autem curia, de qua hic, a Severo instituta est. Spartianus Alexandrinis jus Buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus ante vivebant, uno judice (is est Juridicus Alexandriæ) contenti, quem Cæsar dedisset.

31 Qui *Archigerontes.* vid. *l. archigerontes*, 5. *C. de episc. aud.* 32 *C. Theod.* 14. 27. 2. 33 *Vectigal* proprie significat, quod fisco vel reip. præstatur pro mercibus, quæ importantur & exportantur: quod ἐξαγώγιον Justinianus vocat in edicto de Alexandrinis: *Dinummium autem* appellatum videtur a præstationis quantitate & modo. *Mod.* 34 Al. *navigium.*

35 Respublica in eo comparatur pupillo, vel adolescenti, *l. 3. infr. h. t.* 36 Tacitam hypothecam Respub. non habet, nisi ex privilegio. *l. Antiochensium* 37. *ff. de reb. auct. jud.* *l. 10. ff. ad municipalem.* vid. Cujac. 2. *observ.* 24. *in fin.* An respublica loco privatorum habenda, vid. Forner. 2. *select.* 12. 37 Vos successistis. 38 Eo quod. 39 Hypothecam Respublica non habet, nisi ex privilegio, *ut hic*, & *l. Antiochensium* 37. *ff. de reb. auct. jud. possid.* fiscus semper, *l. Aufertur* 46. §. *fiscus* 3. *ff. de jure fisci.* Deterior ea re conditio est Reip. quam fisci, dixi ad *l. 4. C. de fide & jure hastæ.* 40 Rempublicam & fiscum Accursius hic confudit male. 41 Restituitur Respubl. ut pupillus. *l. 4. supr. quib. ex causis majores. l. 1. supr. de officio ejus, qui vicem alicujus jud. obtinet, l. 9. ff. de appellat.* vid. Cujac. 4. *obs.* 8. Argumentum ita ducitur a pupillo ad Rempublicam, vid. Everardum *Topicis loco* 66. *a pupillo ad Rempubl. & e contra.* vid. eundem *ibid. loco* 77. 42 Al. *deest*, al. *pupillum.* Goth. Respublica circumscripta in integrum restituitur, perinde ac pupillus vel adolescens. *l. 1. supr. de offic. ejus, qui vic. alic. jud. obt. l. 4. supr. quib. ex caus. major. in integ.* Mod. 43 Collapsa. 44 Areas domorum vacuas occupare fisco licet, quod & Vespasianus permisit auctore Suet. *in Vespasiano c.* 6. & Victore. adde *l. 7. ff. de off. præsid.*

45 Administratoribus. 46 Crescentio. 47 Vectigalem seu Emphyteuticarium fundum Respubl. auferre emphyteuticario non potest, nisi per triennium cessaverit in solvendo canone. *l. 2. C. de jure emphyt.* An & censualem? Minime, *ut hic*, in Commentariis dicemus plenius de agris vectigalibus. *l. 1. ff. si ager vectig.* 48 Extat in *l. ult. C. ut in poss. legat.* 49 Prospicitis.

TIT.

TIT. XXXI.
DE VENDENDIS [1] REBUS CIVITATIS.

Venditio pura & perfecta non debet a republ. revocari, licet per alium majus pretium offeratur. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano.

[S]I] fine ulla conditione prædia vendente Republica comparasti: perfecta venditione [2], nulla ratione vereris [3], ne adjectione [4] facta, auferri tibi dominium possit. Tempora [5] enim adjectionibus præstituta [6] ad causam fisci pertinent: nisi si qua civitas propriam legem habeat.

Locatio perfecta non revocatur, licet alius majorem pensionem offerat. Bart.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA.

QUamvis incrementum conductioni factæ publici prædii videatur offerri, non tamen additamenti specie oportet fidem locationis [7] infringi: præsertim, cum tantum jam temporis ex contractu decessisse proponas [8].

Immobilia civitatis, & mobilia, quæ servando servari non possunt, pro utilitate civitatis permittuntur alienari auctoritate principis in utraque Roma: in aliis urbibus auctoritate præsidis, & consensu cujuslibet possessoris. Bart.

3. Imp. LEO A. Erythrio P.P.

SI quæ hereditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ civiles, aut quælibet ædificia vel mancipia ad jus inclytæ urbis, vel alterius cujuslibet civitatis pervenerint: super his licebit civitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum [9]: ut summa pretii exinde collecta [10], ad renovanda sive restauranda publica mœnia dispensata proficiat. † Indefessa vero cura prospicientes, ne quis adversus civitatum commoda quicquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude seu nundinatione [11], vel colludio seu conniventia hujusmodi venditiones [12] procedant: hoc [etiam] in posterum observandum esse censemus, ut si quidem ad hanc inclytam urbem, domum, vel civiles annonas, aut alia quælibet ædificia, vel mancipia pertinentia contigerit venundari: non aliter nisi imperiali auctoritate vendantur, in provinciis [13] vero, præsentibus omnibus seu plurima [14] parte, tam curialium quam honoratorum, & possessorum civitatis, ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis, sigillatim unumquemque eorum, qui convenerint, jubemus sententiam, quam putet [15] utilem patriæ suæ designare: ut ita demum decreti recitatione in provinciali judicio interveniente, emptor [16] competentem possit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, sive jam completi fuerint, sive postea ineundi fuerint, stabiles esse censemus.

TIT. XXXII.
DE DEBITORIBUS CIVITATUM.

Debitores civitatum non possunt in eis habere honorem, nisi primo debitum solvant. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Diodoro.

NOn prius debitorem [17] Reipublicæ [18] honorem in Republica subire, quam id, quod debere constiterit, conventus exsolverit: tam meis quam divorum Principum constitutionibus declaratur.

2. Imp. CONSTANTINUS A. Verino [19] S.

APud eos, quos superstites integris facultatibus esse pervideris [20]: vel quorum heredes incolumia retinent [21] patrimonia, sortes Reipublicæ [22] perseverare debebunt: ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque temporibus exolvant: cum simul & Reipublicæ utile sit retinere idoneos debitores: & ipsis sit commodum, cumulum debiti minime nutriri. Et quia nefas est, obnoxiis corporibus [23] alienatis [24], circumscribi civitates: placuit, si quis debitor Reipublicæ civitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit, cum pecuniam Reipublicæ sumeret, donaverit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perspecta, atque omnibus debitoris facultatibus consideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur, pro rata ab eo [25], qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atque usuris postulari. Itaque quoties minus idoneum deprehenditur ejus patrimonium, cujus nomen civitati alicui [26] invenitur obnoxium, Judex omni diligentia & sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris facultates: ut singuli æqua æstimatione habita, pro rata rerum, quas possident, conveniantur: personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis solventibus liberatur. † Ab eo autem, a quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem, quæ apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit. † Quod si quispiam debitor Reipublicæ civitatis, fisco nostro locum fecerit [27]: emptores qui a fisco nostro comparaverint, manifestum est, secundum jus vetus, & rescripta divorum [Principum [28]] constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere.
† Quod si quis debitor non comparuerit [29], vel certe omnia sua ita consumpserit, ut nemo aliquam rem ex ejus bonis possideat, id debitum convenit ad dispendium Reipublicæ pertinere: ideoque cura patris civitatis [30] apud idoneos, vel dominos rusticorum prædiorum pecunia collocanda est. PP. 3. Kal. Febr. VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

TIT. XXXIII.
DE [31] PERICULO NOMINATORUM.

Electores officialium publicorum non tenentur pro electis, licet fidejussores non receperint, si tempore depositæ administrationis solvendo fuerint. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A. [32] Serino.

HI [33], qui a te collegaque tuo magistratus creati sunt: etiamsi maxime fidejussores non exegistis, tamen si per id tempus [34], quo magistratus honor deponebatur [35], solvendo fuerunt, periculo vos creationis non fecerunt obnoxios, ex eo quod casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit, cum cessationi suæ id debeant imputare, damnaque Reipublicæ, si qua ob culpam eorum passa est, sarcire: qui cum nomine publico eos convenire potuissent, id facere supersederunt.

Nominator tenetur pro nominato officiali in quantum ipse conveniturex persona sua.

2. Imp. [36] PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C.

SI successoris tui successor non idoneum loco sui magistratum denominaverit, administrationis ejus periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest [37]. Etenim nominati [38] successoris duntaxat quisque periculum suscipere compellitur: nec ad nominatoris nominatorem manus jure porrigi possunt.

TIT. XXXIV.
DE PERICULO EORUM, QUI PRO MAGISTRATIBUS INTERVENERUNT.

Fidejussores tenentur reipublicæ ad interesse, non ad pœnam, in quam magistratus delinquendo incurrunt. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Augustali.

FIdejussores [39] magistratuum in his, quæ ad Reipublicæ administrationem pertinent, teneri, non in his, quæ ob culpam [40], vel delictum eis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi quam divo Severo patri [meo] placuit.

TIT. XXXV.
QUO QUISQUE ORDINE [41] CONVENIATUR.

1. Imp. ANTONINUS A. Luciano.

ETsi duobus simul cura pecuniæ civitatis, non tamen separatis portionibus, mandetur: singuli non pro virili portione, sed [42] in solidum Reipublicæ obligantur: cum autem de indemnitate civitatis ejus quæritur, prius [43] ejus bona, qui administravit, ac mox si satisfieri non poterit, collegæ conveniuntur [44]: Vos tamen, qui heredes unius ex curatoribus extitistis, damno, si quod post [45] mortem ejus dolo, vel culpa collegarum accessit, onerari, non est rationis.

Duobus si committitur pro indiviso administratio, quilibet ante nominatorum primum convenitur: secus si separatis portionibus.

2. Imp. GORDIANUS A. [46] Valerio.

QUoties duobus non separatim, sed pro [47] indiviso munus injungitur, & ita ut unusquisque eorum periculo soliditatis [48] videatur obstrictus [49]: manus ad nominatorem [50], priusquam utrique, qui [id munus] administraverunt, solenniter fuerint excussi, nulla ratione porrigi possunt. † Si vero separatis portionibus ad munus nominati sunt: prius [51] pro portione conveniantur qui id munus administraverint [52]: item fidejussores eorum. Si nec ab his quidem indemnitas fuerit servata, tunc demum creatorem [53]: ac si nec

1 Vid. Cujac. 2. *obs.* 24. 2 Perfectam venditionem. 3 *l. 5. supr. de fide & jure hastæ, l. 21. in fin. ff. ad munic.* 4 Adjectio, est licitatio, sive promissio offerentis majus pretium. sic & *l. 2. in fin. C. de locatione prædiorum civilium h. lib. tit. 70. l. pen. C. de omni agro deserto; h. lib. tit. 58. & S. tit. de fide & jure hastæ fiscalis, & de adjectionibus. l. 10. tit. 3.* Galli *Encheres.* Addictio vero, collocatio est penes eos, qui pluris licitati sunt res subjectas voci præconis, *d'adjudication.* Adjectio ὑπερθεματισμὸς: addictio, προσκύρωσις. adde quæ scripsi ad rubricam *tit. ff. de in diem addictione.* 5 Adde *l. 4. supr. de fide & jure hastæ fiscalis,* & quæ ibid. scripsi. adde Fornerium 2. *select.* 21. 6 Al. *præstita.* 7 Adjectio in locationibus a republica semel factis non admittitur. 8 Proponat. 9 *l. 11. supr. de operib. publicis.* 10 Collata. 11 Al. *inordinatione,* sed male. 12 Venditionis. 13 Adde *l. 2. vers. Ita enim. supr. de prædiis decur. l. 10. tit. 33.* 14 In venditione rerum universitatis, duæ quam minimum partes consilii præsentes & autores esse debent: convocatum consilium esse debet, & decretum judicis interponi. Rolandus a Valle 1. *cons.* 99. *n.* 6. 17. 22. 15 Putent. 16 Emptio.

17 Reipublicæ debitor non prius honorem subire potest, quam id, quod debeat, exsolverit, *ut hic, l. 6. §. debitores. 1. ff. de munerib. & honorib.* 18 Debitorem puta ex administratione vel pollicitatione, non ex mutuo. *l. rescripto. §. debitores. & seq. ff. de munerib.* Mod. 19 *Ex Cod. Theod. l. 12. tit. 11. l. 1.* ubi legitur. *Locrio Verino suo S.* 20 Al. *provideris.* 21 *Retinere,* in *C. Theod.* 22 *Kalendarii,* in *C. Theod.* 23 Μετωνυμία. Corpora hic accipit pro patrimonio corporali, id est, ejus, cujus nomen obnoxium est civitati. 24 Al. additur *sorte,* al. *forte:* sed abest a *C. Theod.* 25 Facit cap. constitutus, verb. juxta ratam, *extr. de relig. dom.* Guid. Pap. *decis.* 432. *n.* 4. Adde Joann. a Sand. *decis. Frisic. lib. 3. tit. 12. defin. 1.* Ans. 26 *Kalendario, civitatis alicujus,* in *C. Theod.* 27 Fisco locum facere bona dicuntur, quæ publicata sunt, ut *l. 5. supr. de jure fisci, l. 3. C. Theod. de bonis proscript.* 28 Abest a *C. Theod. & quib. lib.* 29 Al. *comparaverit.* 30 *Curatoris Kalendarii,* in *C. Theod.* sed eundem dici existimandum est, qui Pater civitatis, nempe curator reipublicæ & discussor publicæ pecuniæ, de cujus officio Ulpianus librum singularem edidit. vid. *l. 33. ff. de usuris.* vid. Cujac. *ad l. 3. supr. de his, qui spont. publ. mun. sub. l. 10. tit. 43.*

31 *Eclog. l. 54. tit. 1.* 32 Al. *Gratianus.* 33 Magistratus tunc pro collega tenetur, quum & ipse magistratus & nominatores (ὀνομασταὶ) solvendo non sunt: nec tempore depositi magistratus solvendo erant. Nam cæteroqui administrationis suæ nomine quisque tenetur. *Synops. Basil. 54. tit. 1. c. 6.* adde quæ scripsi ad *l. un. supr. de potiorib. ad munera nominandis. l. 10. tit. 65.* 34 Temporis. 35 *l. 15. §. in eum, D. ad municip.* 36 In veteri scriptura: *Idem A. Rufino.* 37 Atque idem erit, si pro te fidejussero, & tu tibi successorem nominaveris, *l. libertus. §. penult. ff. ad munic.* non idem erit, si pater filio consenserit ad decurionatum, & filius sibi successorem nominaverit: quia pater plus est quam fidejussor, & tanquam ipse reus, *l. 2. ff. h. t.* quod summe notandum hic monet eruditissimus Cujacius. *Mod.* 38 *Nominatim successoribus,* al. *nominatis successoribus.*

39 Adde *l. fidejussores. 68. ff. de fidejussorib.* 40 Hanc constitutionem significari putat Cujacius *in l. fidejussores. ff. de fidejussorib.* Mod.

41 Ordo in conveniendis Reipublicæ debitoribus quis servetur. 42 *l. 11. in princ. ff. ad municip.* 43 *l. 2. C. h. t.* vid. *l. 3 in pr. ff. de administr. rerum ad civit. pert.* 44 Plures sunt, qui pro eo obligantur, qui honorem vel munus aliquod publicum gessit, nominator, fidejussor, collega, pater, & duæ quidem priores leges hujus tituli sunt de muneribus, duæ posteriores de magistratibus. Si autem munus duobus injunctum sit separatis portionibus, hic ordo servatur, fidejussor, nominator, collega, *l. 2. C. hoc tit. l. 3. supr. de conv. fisc. deb.* si pro indiviso, hic; collega, fidejussor, nominator, *dix. l. 2. l. adversus. S. de mag. conv.* Collega quia conreus est hoc casu: Fidejussor quia propius semper accedit ad reum, quam nominator. In magistratibus ordinis ratio eadem est, sive duo creati sint magistratus divisis actibus administrationis, sive indivisis: puta ut primum fidejussor excutiatur, tum nominator, deinde collega. *l. 3. & 4. h. t. l. Imperator. ff. ad munic.* Mod. 45 *l. 1. in princ. D. de operib. publ.* 46 Al. *Gratianus.* 47 Indivisim, seu pro indiviso quæcunque injunguntur, ea periculo soliditatis gerentes obligant, secus si separatis portionibus injuncta. 48 Al. *soliditati.* 49 Constrictus. 50 *l. 3. l. ult. in fin. C. h. t. l. 11. in fin. ff. ad mun.* 51 *l. 1. supr. h. t.* 52 *l. 13. ff. ad munic.* 53 Creator hic est nominator: qui quem ad munera civilia nominavit. *l. 59. in fin. S. de decurionib.* dixi ad *l. 2. §. 7. ff. de admi-*

nec is quidem sufficiat, novissime participem muneris conveniri debere, Præses non ignorat.

3. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS, AAA. Theodosio [1].

SI ita Duumviri creati estis, [hoc expresso [2],] *ut mutuo periculo teneamini*, in dubium non venit vicariis [3] damnis vos esse obstrictos: cum [4] in magistratibus prius nominatores [5] conveniendos esse (hoc quod in persona nostra [6] custodiri considerastis) constitutum est.

Si administratione divisa unus collegarum pecuniam collocaverit, quam respub. consequi non potest, eo mortuo heres ejus conveniendus est primo, secundo possessor, tertio nominator, quarto collega. Bart.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Dioni.

CUm te & collegam tuum magistratus vestri tempore publicum fœnus collocasse proponas, nec potuisse debitum a quibusdam Reipublicæ restitui: cum paratus sis pro te id, quod solus gessisti, Reipubl. satisfacere, consequens est rempublicam, si separati actus vestri contractus fuerint [7], successores collegæ tui, vel rerum ejus [8] possessores prius ob personam ejus congredi [9]: & si solida indemnitas Reipublicæ servata non fuerit, nominatores ejus [10] interpellare: ac postremo loco, si quid ex nomine collegæ tui defuerit, ob [11] culpæ nexum te interpellare: priores enim nominatores, veluti fidejussores placuit obstringi.

TIT. XXXVI.

NE QUIS LIBER [12] INVITUS [13] ACTUM [14] REIPUBLICÆ GERERE COGATUR.

1. Imp. ALEXANDER A. Urbico.

SI, ut proponis, decreto [15] ordinis ad libertatem ductus [16] es, non [17] debere te invitum actum Reipublicæ administrare [18], Curator Reipublicæ non ignorat: præsertim cum servi hujusmodi officia administrare debeant.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Tiberio [19].

SI cum ingenuus esses, ad actum gerendum a Republica [20] compelleris: auxilium Præsidis, & juris præsidia, prout usus exigebat, implorare potuisti.

TIT. XXXVII.

SUMPTUS INJUNCTI [21] MUNERIS AD OMNES COLLEGAS PERTINERE.

1. Imp. MAXIMIAN. A.

CUm ad munus [22] exhibendarum angariarum cum aliis creatus, a consortibus muneris solicitudine deserta, solum te functum esse proponas: sumptuum detrimenta, si [23] qua acciderint, collatione eorum quos munus oportuerat participare, provisione [24] Præsidis dividentur: Quod si etiam a te obsequium derelictum esse cognoverit: quid censuræ [25] publicæ congruit, non ignorat.

TIT. XXXVIII.

DE HIS, QUI EX OFFICIO, QUOD ADMINISTRARUNT, CONVENIUNTUR.

Si pecunia mutuatur per administratorem reipubl. ad ipsum damnum sortis pertinet, non usurarum. Bart.

1. Imp. M. ANTONINUS A. Octavio.

FOenoris Reipublicæ, quod non tua culpa perditum esse apparuerit; sufficit sortis damnum [26], non [27] etiam usurarum ejus [28] sustinere [29].

TIT. XXXIX.

DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS [30] DEBITORUM CIVITATIS.

1. Imp. ALEXANDER A. Quatuorviris [31], & Decurionibus Fabretanorum.

CAutiones servorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus præstant, si Curatorum [32] adsignantium, vel eorum quibus exigendi jus est, auctoritate subnixæ sunt. Cum autem is qui exolvisse dicitur, solam scripturam actoris suscipientis pecuniam promat, ea tantum defensio consuevit admitti, si quod exsolutum est, rationi Reipublicæ profecisse doceatur. Sane curator vester, si fraude servi constiterit effectum ut interciperentur a curatore illatæ a debitoribus quantitates, de peculio ejus quod eo modo deest, restituet.

TIT. XL.

DE [33] SPECTACULIS [34], ET SCENICIS [35], ET LENONIBUS [36].

1. Imppp. VALENS, GRATIANUS, & VALENTIN. AAA. ad Hesperium Proconsulem Africæ [37].

NOn invidemus, sed potius cohortamur, amplectenda felicis populi studia, gymnici ut agonis spectacula reformentur [38]. Verumtamen cum primates viri, populi studiis ac voluptatibus [39] grati esse cupiant, promptius permittimus, ut integra voluntas [40] sit, quæ volentium celebratur impensis. Dat. 6. Id. Mart. *Trever.* VALENTE V. & VALENTINIANO AA. CONSS. 376.

Deservientes sacris ludis, nullo afficiuntur supplicio. Bart.

2. Imppp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEODOS. AAA. ad Valerianum P. U. [41].

EOs [42] qui [43] agitandi munus exercent, illustris auctoritas tua nullis, præter Circense [44] certamen, adfici noverit oportere [45] suppliciis. Dat. 8. Id. Maji, EUCHERIO, & SYAGRIO CONSS. 381.

3. Iidem AAA. ad Valerianum [46] P. U.

QUisquis equos [47], quos vel serenitas nostra [48], vel ordinarii Consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumque privatum abduxerit [49], unius libræ auri condemnatione multetur. Dat. 8. Kal. Maji, *Trev.* EUCHERIO, & SYAGRIO CONSS. 381.

In loco in quo principis imagines consecrantur, non debent fieri spectacula, nec histriones, vel viles picturæ introduci. Bart.

4. Imppp. THEODOSIUS, ARCADIUS, & HONORIUS AAA. Rufino P. P. [50].

SI qua in publicis porticibus, vel in his civitatum locis in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum [51] veste [52] humili, & rugosis [53] sinibus agitatorem, aut vilem offerat histrionem, illico revellatur: neque unquam [54] posthac liceat [55] in loco honesto inhonestas [56] adnotare personas: In aditu vero circi, vel in theatri prosceniis [57], ut collocentur, non vetamus. Dat. 3. Kalend. Jul. *Heracleæ*, ARCAD. A. III. & HONOR. A. II. CONSS. 396.

5. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Anthemio P. P. [58].

NEmo [59] judicum ex quacunque civitate in aliud oppidum vel ex provinciæ solo equos curules, aurigas, bestias, histriones, cives tentet traducere: ne dum popularibus plausibus intemperanter [60] serviunt, & publicarum rerum statum fatigent, & festivitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam, ita ut si quis hanc violaverit jussionem, pœna teneatur ea quæ legum

nistr. rer. ad civit. 1 Al. *Idem A.** 2 Deest in plerisque manusc. & delendum existimat Cujacius. 3 Vid. *l. 1. supr. h. t. l. 11. in pr. ff. ad municip.*
4 *Cum* pro *quamvis* accipit Cujac. *Goth.* Ita voce *cum* utitur *l. 60. C. Theod. de appellat.* cæterum ideo disertim loquitur de magistratibus; quia non idem est in muneribus, cujus rei illa est ratio, quod magistratus non sunt omnino conrei. Nec, si deposito honore ambo solvendo sint, in singulos est actio in solidum, sicut in eos, quibus pro indiviso munus injunctum est, *l. si pupillus. ff. de administ. tutor.* Sic & si unus ex eis solvendo non sit, ad collegam quasi conreum non venitur inexcusso inopi fidejussore ac nominatore. *d. l. Imperator.* Mod.
5 Vid. *l. 2. supr. h. t.* 6 Vestra. 7 Vid. *l. ult. §. 1. ff. de admin. rer.*
8 Ei. 9 Progredi. 10 Vid. *l. 2. in pr. supr. h. t.* 11 *l. Imperator* 11. *ff. ad municip.* Goth. Eademque ratio est in muneribus, veluti in tutelis. *l. 1. §. usque adeo. de tut. & rat. dist.* Mod.
12 Liberis actoribus non utebantur. Ideoque plerique ad actum gerendum se venire patiuntur. *l. 6. §. irritum. 5. ff. de injusto, rupt. & irrit.* 13 Invitus liber actum civitatis gerere non cogitur. 14 Actus Reipublicæ, munus est pecuniæ dandæ, fœnerandæ, stipulationis contrahendæ, rationum domini tractandarum. Cujusmodi actores servi erant sub dispositione curatoris Reipub. vel Kalendarii, vel patris civitatis. *l. 1. J. de solut. & liberat. debit. civ. l. 11. tit. 39.* 15 vid. *l. 2. J. h. t.* 16 Productus. 17 Vid. *l. 1. supr. de serv. Reip. manumittendo.* 18 Ut privati servos actores habent, ita respublica præpositos pecuniis dandis & suscipiendis, stipulationibus contrahendis, rationibus dominii tractandis, qui sunt sub dispositione curatorum reipub. vel Kalend. vel patris civitatis. *l. 1. J. de solut. & liber. deb. civ.* Liberis actoribus non utuntur, & ideo plerique ad actum gerendum venire se patiuntur. *l. 6. §. irritum. ff. de injust. rup.* atque ita capite minuuntur. Sola tamen actus gesti ratio caput non minuit. *l. liberos. §. de lib. causa.* Mod. 19 *Al.* Impp. DIOCLETIANUS & MAXIM. AA. Diodoro. 20 Reipublicæ.
21 Al. *invecti.* 22 Angariarum exhibendarum munus est, quo quis cogitur angarias cogere: qui id sustinet, curator ad cogendas angarias dicitur. *l. 1. supr. quemadmodum civilia munera indicuntur. l. 10. tit. 42.* 23 Sunt enim plerumque sine sumptu. l. 4. §. *quemadm. civilia munera indic. l. 10. tit. 42.* 24 Promissione. al. *permissione.*
25 Censura, disciplina, judicatio publica, *l. 3. §. de condict. ob turpem causam, l. 4. §. quemadmodum civilia munera indicuntur. l. 10. tit. 42.*
26 Qui ex contractu pro debitore reipublicæ obligatur, veluti fidejussor, & in sortem tenetur, & in usuras. *l. 2. §. ult. ff. de administ. rer. ad civitat. pertinent.* Qui ex officio, quod administravit, ut puta duumvir, vel pater civitatis, qui non satis caute pecuniam publicam fœnori occupavit; in sortem tantum, non in usuras. Pro pecunia quam ipse habet, etiam in usuras. Pro alio in sortem tantum, si nulla ejus fraus vel culpa lata arguatur. *l. ult. in princ. D. h. t. l. Lucius. §. Paulus. ff. ad municip. l. cum quidam. §. penultim. ff. de usuris.* Mod.
27 Vid. *l. 24. in fin. ff. ad municip. l. 2. in fin. ff. de admin. rer. ad civit.* 28 *Te*, al. deest utrumque. 29 Tenere.
30 Hic tit. generaliter conceptus de omni genere solutionum & liberationum accipiendus est. *Goth.* Liberationis verbum ad obligationem refertur: solutionis ad obligationem vel ad nummos; si ad obligationem æque patet ac liberationis, *l. solutionis. ff. de solut.* cui ex inscriptione conjungenda est. *l. liberationis. ff. de verb. signif.* Mod. 31 Quatuorviri sunt magistratus cujusdam civitatis & reipublicæ, ut hic adnotat Cujacius recte. vid. quæ scripsi ad *l. 2. supr. si servus aut libertus ad decur. adspir. l. 10. tit. 32.* 32 Curator hic, Reipublicæ curator, qui & pater civitatis, ὁ ἀναγκάζων τοὺς δεσπότας τῶν καταπεσόντων οἴκων ἀνανεῶν αὐτούς. Græci hic: ὁ καθαρῶν τὴν πόλιν ἀσχολούμενος. Ulpianus *in Demosthenem.* de quo vide *l. 1. supr. de aleatoribus, l. 1. supr. de ratioc. publ. operum. l. ult. supr. de infantibus expositis, l. 3. in fin. de his, qui sponte publica munera subeunt. l. 10. tit. 43. l. 1. supr. quib. munerib. excus. l. 10. tit. 55. l. 2. in fin. §. de debit. civit. h. lib. tit. 32.* Græci *ad l. curatores. ff. de damno infect. Nov. 17. c. 4. §. 1. 85. c. 2. 128. cap. 16. vers. Si quis. 160. in pr. l. hac valitura. 19. supr. de Judæis.*
33 Περὶ θεάτρων καὶ θυμελικῶν. *Syn. Basil. 54. tit. 5. cap. 4.* Quod ad theatra attinet, Spectaculorum loca apud veteres varia, theatra, amphitheatra, Circi. Theatrum erat veluti pars circuli dimidia, & eo amplius diametri quarta pars (nec enim Semicyclia fuisse theatra, & forma ipsa minus arridens, & ovata forma amphitheatrorum, quæ hodie extant, Romæ, Otriculi, Veronæ, Nemausi, Arelatis, indicio sunt) nam ex duobus theatris junctis, amphitheatrum est ad ludos gladiatorios & ferarum venationes. Circi, ad ludos curules, cursus & naumachias. adde Vitruvium 5. & 3. Plin. 36. *c. 15.* Cassiodor. 3. & 5. *Variar.* adde Tertullianum, libro de spectaculis, ubi de ludis, titulis, apparatibus, loco, Circo, theatro, scenis, agonibus & muneribus. 34 *l. 15. C. Theod. 5.* 35 *l. 15. C. Theod. 7.*
36 *l. 15. C. Theod. 8.* 37 *Ex Cod. Theod. l. 15. tit. 7. l. 3.* al. *Constantinus A.*
38 Cum vetitum paulo ante fuisset gymnicum certamen, id videre volentibus sua sponte populi recreandi causa, hæc lex permisit. Volentibus, inquam, non invitis. *l. qui dolo. §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* Mod. 39 Voluntatibus. 40 *Voluptas*, in *C. Theod.*
41 *C. Theod. 15. 77.* 42 Agitandi munus Constantinopoli qui exercent (ἡνίοχοι πόλεως Græcis) a præfecto urbi non verberantur: nisi in ipso circensi certamine peccaverint. *Syn. Basil. 54. tit. 5.* 43 Al. *legitur post l. sub seqv. Quisquis.* 44 *l. 1. §. 2. ff. de muneribus.*
45 Pertinere. 46 *C. Theod. 15. 6. 7.* 47 Adde *l. 2. C. Th. 15. de equis curulibus.*
48 Al. *vestra.* 49 Adduxerit. 50 *C. Theod. 15. 7. 12.* 51 De Pantomimo adde *l. 43. in fin. ff. de act. empt.* de Archimimo, *l. 25. §. 1. ff. de operis libertorum.*
52 Pantomimi vestis humilis fuit. Cæterum ex hoc loco potest colligi, in picturis decorum a pictoribus servandum esse. Licinius Mathematicus, Alabandeos civiles quidem esse dicebat: sed propter hoc vitium minus prudentes, quod in gymnasio eorum omnes imagines essent causas agentes in foro, discos tenentes aut pila ludentes. 53 Rugosos sinus agitatoris vocat, quod nudi ea parte corporis & soli expositi adustas rugas contraherent, ad quem modum senex Hieronymus aratam rugis frontem esse sibi scribit. 54 *Nec jam in quibusd. lib.* 55 Meretrix publica cogi potest a vicinis, conductis ex ædibus, imo propriis, alium in locum migrare. Pap. 22. *arrestor. 9. arrest. l. 4. & 18.* Sane meretrices in loca muris urbium proxima quasi relegatas & submotas a lictoribus in publico notat Lipsius 23. *elector.* 56 Inhonestas personas non esse pro infamibus accipiendas, existimant, sed pro abjectis & vilibus, quæ inter honestas numerari non debent, ne pugnet *l. 4. ff. de his qui not. infam.* cum hac lege. vid. Petrum Fabr. 1. *semestr. 20. in fin.* & Tertull. alioqui libro de spectaculis scribit artem, non artificem, notari. 57 Proscenium, locus ante scenam. 58 *C. Theod. 15. 5. 3. de spectaculis.* 59 Nemo judicum ex civitate in aliud oppidum vel ex provincia in aliam provinciam traducat equos, aurigas, histriones, bestias. Nam unamquamque civitatem suam habere τέρψιν, id est, festivitatem oportet: alioquin sacrilegii damnabitur. *Synops. Basil. 54. tit. 5. cap. 5. ib. tit. 37. c. 5.* 60 *Intemera-*

viola-

violatores persequitur. Dat. 8. Id. August. *Constantinop.* HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

Patres vel domini si filiabus aut ancillis peccandi præbent necessitatem, earum perdunt potestatem. Bart.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P.P. [1].

LEnones [2] patres & dominos, qui suis filiabus, vel ancillis peccandi necessitatem imponunt; nec jure frui dominii, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis jure frui valeant, neve quid eis ita possit acquiri: sed ancillis filiabusque [3], si velint, conductisve pro paupertate personis, quas sors damnavit humilior, Episcoporum liceat, judicum etiam Defensorumque implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi [4]: ita ut si insistendum eis lenones esse crediderint, vel peccandi ingerant necessitatem invitis, amittant non solum eam quam habuerint potestatem, sed proscripti, pœnæ [5] mancipentur exilii, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna est, quam si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. Dat. 11. Kal. Maji, FELICE, & TAURO CONSS. 428.

7.

NE quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur [6], nullus ancillam ingenuamve prostituat: alioquin humilior, qui id fecerit, coërcitus metalli, & exilii pœna damnabitur: honestior bona, & militiam, ac dignitatem amittat. His quoque abstineant thymelici [7]. Quod si ancilla prostituta sit, ut gratuito vindicetur ab omnibus viris, aut fœminis, clericis, aut monachis. Et uti hæc observent magistratus, tam majores, quam minores, & officia eorum, corporis, & xx. librarum imminente pœna.

TIT. XLI.
DE [8] EXPENSIS LUDORUM PUBLICORUM [9].

Pecunia deputata ad spectacula, in refectionem murorum potest converti, & ipsis refectis causa pristina firma permanet. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Marcellio.

CUm [10] Præsidem provinciæ impensas [11], quæ in certaminis [12] editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas: & quod salubriter derivatum est, non revocabitur: & solenne [13] certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam, juxta veteris consuetudinis legem celebrabitur: Ita enim & tutelæ civitatis instructæ murorum præsidio providebitur: & instaurandi agonis voluptas, confirmatis his, quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione repræsentabitur.

TIT. XLII.
DE [14] AQUÆDUCTU [15].

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximilian. Consulatem [16].

AQuarum possessores, per quorum fines formarum [17] meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes: ut eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti, mundentur: nec ad aliud superindictæ rei onus iisdem possessoribus attinendis: ne circa res alias occupati, repurgium formarum facere non curent [18]. Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur: nam fiscus prædium ejus obtinebit, cujus negligentia [19] perniciem formæ congesserit. † Præterea scire [20] eos oportet, per quorum prædia aquæductus commeat [21], ut dextra, lævaque ex ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant: Observante officio [22] Judicis, ut si quo tempore pullulaverint, excidantur: ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Dat. 15. Kalend. Jun. GALLICANO, & SYMMACHO CONSS. 330.

2. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Pancratio P. U. [23]

SI quis de cætero vetiti furoris [24] audacia florentissimæ urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex [25] aquæductu publico derivando [26]: sciat eundem fundum fiscalis tituli [27] præscriptione signatum, privatis rebus nostris aggregandum. Dat. 8. * *Constantinop.* TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

Avertens aquam de publico aquæductu, debet ipsam ducere per castellum, vel aliud parvum foramen ne matrices fistulæ corrumpantur. Bart.

3. Iidem AAA. Albino P. U. Romæ [28].

EOs qui aquæ copiam, vel olim, vel nunc per nostra indulta meruerunt, usum [29] aut ex castellis [30], aut [31] ex ipsis formis [32] jubemus elicere [33], neque earum fistularum, quas matrices vocant, cursum ac soliditatem attentare, [vel ab ipso aquæductu trahere [34].] Quod si quis aliter fecerit: non solum id quod prius jure beneficii fuerat consecutus, amittet: verum pro conditione quoque personæ severissima pœna plectetur. Dat. 5. Kal. Sept. *Romæ,* TIMASIO, & PROMOTO CONSS. 389. & PP. 4. Kalend. Jun. *Constantinop.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

4. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Asterio Comiti Orientis [35].

USum aquæ veterem [36], longoque dominio constitutum, singulis civibus manere censemus, nec ulla novatione turbari: ita tamen, ut quantitatem [37] singuli, quam veteri licentia percipiunt [38], more usque in præsentem diem perdurante percipiant: mansura pœna in eos, qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias, furtivis aquarum meatibus abutuntur. Dat. Kal. Novemb. CÆSARIO, & ATTICO CONSS. 397.

Qui beneficium ducendi aquam ex publico aquæductu impetravit, debet illud intimare Præfecto, & non alii. Bart.

5. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Cyro P. P.

SI quis per divinam liberalitatem meruerit jus aquæ, non viris clarissimis Rectoribus provinciarum, sed tuæ præcellentissimæ sedi [39] cœlestes apices intimare debebit: condemnatione [40] contra illum qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra universos administratores qui rescriptum per surreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda: apparitoribus nihilominus eorumdem virorum clarissimorum provinciæ moderatorum animadversionibus pro vigore tui culminis subjugandis: & amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid in nymphæis [41] pro abundantia civium conveniat deputari: quid his personis, quibus nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua debeat impartiri.

Servitus aquæ ducendæ ad aliqua loca privata ex aquæductu palatii Hadriani, etiam per rescriptum est prohibita. Bart.

6. Iidem AA. Cyro P.P.

OMnis servitus aquarum aquæductus Hadriani sive domorum, sive possessionum, sive suburbanorum, sive balneorum, vel per divinos affatus [42] intimatos in quolibet judicio, vel per usurpationem impertitos, penitus exprobretur: malumus etenim prædictum aquæductum nostri palatii, publicarum thermarum ac nymphæorum commoditatibus inservire, & decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum servari: nemini licentia tribuenda, ab eodem aquæductu precibus oblatis usum aquæ petere, vel [eum] audere perforare: scientibus his, qui qualibet ratione putaverint ad hujusmodi molimen [43] accedere, vel Officio [44], si ausum fuerit instruere, vel minus instructis precibus parere, centena pondo auri multæ nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. † Super his sancimus sulcum publicum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari [45]: sed ex utroque latere decempedale spatium integrum illibatumque servari. † Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas [46], quæ Achilleæ [47] nuncupantur, quas providentiæ tuæ magnificentia [48] factas fuisse cognovimus, eandem formam [49] servari censemus: etenim memoratas fistulas thermis tantum, & nymphæis, quibus eminentia tua deputaverit, volumus inservire: facultate præbenda tuæ sublimitatis [50] apparitoribus [51] circumeundi sine formidine domus, suburbana, balnea, ad requirendum, ne qua [52] deceptio, vel suppressio, vel insidiæ contra publicam utilitatem, a quoquam penitus attententur.

Pecunia ex vectigalibus redacta pro reparatione aquæductus debet expendi dando eam operariis aquæductus. Bart.

7. Iidem AA. Eutychiano P.P.

AD [53] reparationem aquæductuum [54], hujus almæ urbis omnia vectiga-

te, in *C. Theod.* 1 *C. Theod.* 15. 8. 2. Jam semel adposita fuit hæc lex in *l.* 12. *supr. de episc. aud.* 2 *d. l.* 12. adde *l.* 24. *in fin. ff. de pign. act. l. ult. ff. si quis a parente manumiss.* 3 vid. *l.* 7. §. 3. *ff. de injuriis.* 4 Hic casus excipiendus est ex *l.* 4. *supr. de emancip. lib.* 5 *Pœna,* in *C. Theod.* 6 Tollit hæc constitutio prostibula & lenocinia, ut *Nov.* 14. Item prostitutarum ancillarum ab hac injuria vindicationem & liberationem publicam facit, sicut liberorum venditorum. *l. ult. supr. de patr. qui fil. suos dist.* Mod. 7 Ita a Græcis appellantur scenici. veluti mimi, histriones, ludiones, specialiter tamen *thymelici* dicuntur cantores, qui modos faciebant & saltabant. atque illos constat esse famosos, & tribu moveri, hos non item, quos videntur intellexisse Græci *l.* 4. *ff. de his, qui not. infam.* Mod.
8 *l.* 15. *Cod. Theod.* 9. 9 Theodorus Balsamon numerat hunc *tit.* 41. *hujus lib. &* 1. *cap. hujus tit. tale recitat argumentum ex lib. Basilic. de reliquo certamina libere peraguntor. Nemo invitus certamina edito, voluntarios enim sumptus facere volo.* Cont. 10 Si præses ea, quæ spectacula dedicata fuerant in refectionem murorum, impenderit, laudandus erit: ut qui præstiterit, quo spectacula secure deinceps exhibeantur. *Synops. Basil.* 54. *tit.* 12. *ex tit.* 38. *c.* 8. 11 Ludorum impensæ, Lucar. dixi ad Festum. 12 Vid. Lipsium 1. *Saturn.* 12. 13 Solennis.
14 *Ecl. lib.* 58. *tit.* 19. 15 *De aquæductibus.* Hal. de Aquilege aquarum inventore, ejus salario, & mechanico ei adjuncto, vid. Cassiod. 3. *Variar. ult.* 16 Sic in meo manusc. Cont. *C. Th.* 15. 2. 1. 17 *Forinarum,* mallet hic *Alciat.* Sed recte legitur *formarum, id est,* aquæductuum, ut notavi ad *Novell. de mand. princ.* Cont, ut *l.* 3. *l.* 6. *infr. h. t.* dixi ad *l.* 27. §. 3. *ff. de usufr.* 18 *Non occurrant,* in *C. Theod.* 19 Negligentiæ. 20 Circa fontes publicos arbores plantare nemo potest, nisi intermisso legitimo spatio, *ut hic, & l.* 6. *infr. h. t.* alioquin publicatur suburbanum, in quo secundum aquæductum arbores plantatæ, ut prædium, balneum, aquæ mola. 21 *l.* 6. §. *super his. l.* 10. §. *hoc etiam.* J. *h. t.* 22 *Tuo officio,* in *Cod. Theod.* 23 *C. Th.* 14. *h. t.* 24 Vid. quæ not. ad *l.* 7. *supr. unde vi.* 25 *l.* 10. *in princ.* J. *h. t.* 26 Dirigendo. 27 De castellis dixi ad *l.* 1. §. 38. *ff. de aqua quotidiana.* 28 *C. Th. h. t. l.* 5. 29 *Usu,* al. *ejus usum,* ut in *C. Theod.* 30 Titulos prædiis in fiscum redigendis aut redactis a judicibus imponi jus fuit, non a privatis aut aliis. dixi ad *l.* 3. *supr. de bonis vacantibus. l.* 10. *tit.* 10. Theodoricus rex apud Cassiodorum: *Casas ejus appositis titulis, fisci nostri juribus vindicabis.* Et alio loco: *Fixis titulis publico debes applicare. Quinetiam ecclesiæ titulorum impositio interdicitur synodo a Gregorio Mauricii Augusti tempore habita.* Cæterum hæc titulorum impositio testato fiebat, publicis personis præsentibus, servato juris ordine. Athalaricus apud Cassiodorum: *Si quis legum ordine prætermisso, publicos titulos præsumpserit affigere*: & Gregorius ad Constantiam Augustam 4. *epistolarum, queritur de Stephano quodam chartulario, quod nomine fisci loca singulorum invaderet & titulos imponeret indicta causa.* His adde, quæ scripsi ad tit. *de his qui potentiorum nomine titulos prædiis suis affigunt &c.* & Cujacium in *l.* 3. *C. de bonis vacantibus.* 31 Autem. 32 Ut *l.* 1. *supr. h. t.* 33 Al. *eligere.* Goth. *Formas* vocat conceptacula quælibet, quibus distinguitur aquæductus: Græci hoc loco vocant δοχεῖα. vide autem ad hanc legem Covarruviam *pract. quæst. capit.* 19. *num.* 2. Alciati autem acumen, qui mox pro, *matrices, mastos* reponit sperno a me. *matrices* enim has Cassiodorus ubera appellat. *Mod.* 34 Inclusa a compositoribus addita sunt. 35 *Cod. Theod. hoc tit.* 7. 36 Veteri. 37 *Quantitate, Cod. Theod.* 38 Loquitur ergo de iis, quibus aquæ publicæ usum jamdiu princeps concessit, & ne ejus modo fraudentur, sancit, confirmans usurpatorum pœnam definitam, *l.* 2. *supr.* vide & Hieron. Magium *libr. miscell. cap.* 8. & Zoannettum *rer. quotidianar. cap.* 56. Mod. 39 Sedis.
40 *leg.* 11. J. *h. t.* 41 Nymphæa Græci vocant hydria, *ut hic,* Cujac. notat ex Socrate 4. *c.* 8. separantur hic a balneis calidis. Alciatus putat balneum, in quo mulieres lavare solitæ: sed verius est viros sua habuisse quoque Nymphæa: Nymphæa autem fuisse, lavacra seu balnea aquam tepidam habentia, non valetudinis, sed voluptatis causa, quod ex Strabone & Pindaro 12. Olymp. probat Forcat. 12. *Cupidinis* 2. dictum autem a Nymphis, Dianæ comitibus, quæ se pomeridianis horis abluebant. Quod & Romani servarunt, in octavam diei horam lotionem differentes: octavam, id est, secundam post meridiem. Martialis 11. *Epigr.* 53. *Octavam poteris servare, lavabimus una. Scis, quam sint Stephani balnea juncta mihi.* Hic observari etiam potest, Vitruvium 5. *cap.* 10. in balneis aliena tria locare, caldarium, tepidarium, frigidarium: sed quid Cujacius putat? Nymphæa esse ædes publicas, in quibus nuptias celebrant, qui ædibus carent, & ad choreas capaces: cujusmodi multæ Lutetiæ sunt, & ita Zonaram explicare in Leone Magno. Inde Νυμφικὰ λουτρὰ, Suidæ, τὰ εἰς γάμους ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ κρήνης λαμβανόμενα. 42 Afflatus. 43 Al. *emolumentum.*
44 Si officialis ejusmodi preces instruxerit. *l.* 2. *supr. de pet. bon. subl.* Mod. 45 *leg.* 1. *circa fin.* C. *h. t.* 46 Adde *leg.* 1. §. 2. *ff. de muneribus.* 47 Thermarum Achillearum meminit Cedrenus, & Socrates *lib.* 12. apud Cassiodorum. Achilleas autem dictas, Cedrenus refert, quod positæ juxta altare Achillis. Forcatulus 10. *Cupidinis* 3. putat quidem ab Achille dictas, sed quod Thetis mater aqua Stygia abluisse eum memoretur, præter talum: quod etsi fabulosum, ingeniose tamen inventum est. 48 Providentia magnificentiæ. 49 Ut *leg.* 1. *supr. h. t.* 50 Sublimitati. 51 Adde *leg.* 10. §. *universos. infr. h. t.* 52 Neque. 53 Huc pertinet *l.* 23. *de operibus public. C. Theod.* 54 Aquæductus.

lia

lia [1], quæ colligi possunt ex universis scalis [2] hujus inclytæ urbis, & ex operariis, qui Cyzaceni [3] dicuntur, ad refectionem ejusdem aquæductus procedere [4]. Illo videlicet observando, ut nemo eorum, qui [jus] aquæ possident, quamcunque descriptionem [5] sustineat [6]: nam execrabile videtur, domos hujus almæ urbis aquam habere venalem [7].

Præfectus convertens aurum aquæductui deputatum ad aliud opus, de suo resarcire tenetur. Bart.

8. Imp. ZENO A. ad Amantium [8] P. U.

HAc lege sancimus, ut si quis amplissimam Præfecturam gubernans, aurum [9] aquæductui deputatum, ad alterum quodlibet opus non aquæductibus, vel aquæ publicæ competens extruendum, vel curandum putaverit convertendum: de suis facultatibus eandem summam aquæductus titulo repensare cogatur [10]. Separatus vero arcarius [11] aurum aquæductus suscipiat gloriosissimorum Consulum [12] liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel postea colligendum.

Fons publicus ab initio, vel ex post facto publicus effectus, usui privatorum non applicatur etiam ex rescripto super hoc impetrato. Bart.

9. Idem A. Poratio [13].

DIligenter investigari [14] decernimus, qui publici ab initio fontes [15], vel cum essent ab initio fontes privati, postquam publice usum præbuerunt, ad privatorum usum conversi sunt, sive sacris apicibus per surreptionem impetratis, ac multo amplius, si auctoritate illicita, nec appetito colore sacri oraculi hujusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: ut jus suum regiæ civitati restituatur, & quod [16] publicum fuit aliquando, minime sit privatum, sed ad communes usus recurrat: sacris oraculis vel pragmaticis sanctionibus adversus [17] commoditatem urbis quibusdam impertitis, jure cassandis, nec longi temporis præscriptione ad circumscribenda civitatis jura profutura.

10. Idem A. Pontio.

DEcernimus, ne quid a quacunque persona qualibet [18] dignitate prædita contra minuscularios [19] aquæductus, vel fontes publicos, qui ad aquæductus confluunt [20], pertentetur. Sed & si quis clam, vel palam, auctoritate confisus, de iisdem paragogiis [21], vel fontibus aquam traduxerit, vel clandestinis insidiis forte surripuerit, publicis aquæductibus eam restituere compellatur. † Hoc etiam præcipimus, ne in posterum a quolibet juxta [22] eosdem aquæductus plantari qualescunque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquæductuum [23]. Quod antiquis etiam constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus universis, quod in posterum super hujusmodi commissis, suburbanum, vel prædium, vel balneum, vel aquæ [24] mola [25], vel hortus, ad cujus usum aqua publica fuerit derivata, vel si quid ex his juxta aquæductum positum ad eum pertinet, qui plantavit arbores aquæductibus noxias, ad quemcunque pertineat locum, vel hominem, vel domum proscriptionis titulo subjacebit, & fisci juribus vindicetur: nulli super hujusmodi pœna, nec per sacros apices venia tribuenda. † Universos autem aquarios [26], vel aquarum custodes (quos *hydrophylacas* nominant,) qui omnium aquæductuum hujus regiæ urbis custodes deputati sunt: singulis manibus [27] eorum felici nomine pietatis nostræ impresso signari decernimus: ut hujusmodi adnotatione manifesti sint omnibus, nec a procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad usus [28] alios avellantur, vel angariarum [29], vel operarum nomine teneantur. Quod si quem ex iisdem aquariis, mori contigerit, eum nihilominus, qui in locum defuncti surrogatur, signo eodem notari præcipimus: ut militiæ quodammodo sociati, excubiis aquæ custodiendæ incessanter inhæreant: nec muneribus aliis occupentur.

De fonte, vel aquæductu publico non licet aquam derivare, nisi per Principis rescriptum concedatur. Bart.

11. Imp. ANASTASIUS A. Servo [30] P. P.

DIvinam dispositionem ab inclytæ recordationis principe Theodosio, super his, qui aquam sibi de publicis aquæductibus seu fontibus præberi desiderant, promulgatam, hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus: quatenus nemo vel in hac sacratissima civitate, vel in provinciis sine divinis apicibus de sacro epistolarum scrinio more solito edendis, & judicio [31] tuæ celsitudinis, vel aliis, quorum interest, intimatis, vel intimandis [32], aquam de publico aquæductu, seu fonte trahere permittatur: his, quicunque nostra jussa violaverint, seu violare concesserint [33], denarum librarum auri condemnatione, aliaque [34] gravissima indignatione feriendis.

TIT. XLIII.
DE GLADIATORIBUS [35] PENITUS TOLLENDIS [36].

1. Imp. CONSTANTINUS [37]. A. Maximo P. P.

CRuenta [38] spectacula in otio [39] civili, & domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. P. P. *Beryti*, Kal. Octob. PAULINO, & JULIANO CONSS. 325.

TIT. XLIV.
DE VENATIONE [40] FERARUM.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Mauriano Com. Domestic. & vices agen. Magist. milit. [41].

OCcidendorum leonum [42] cunctis facimus potestatem, neque aliquam sinimus quenquam calumniam formidare. † Bestias [43] autem, quæ ad comitatum ab omnibus limitum Ducibus transmittuntur, non plus quam septem [44] diebus intra singulas civitates detineri præcipimus: violatoribus eorum quinas libras auri fisci juribus [45] illaturis. Dat. 13. Kal. Jun. CONSTANTIO, & CONSTANTE VV. CC. CONSS. & Dat. 5. Kal. Octob. *Constantinop.* DN. HONOR. A. XI. & CONSTANTIO II. V. C. CONSS.

TIT. XLV.
DE [46] MAJUMA [47].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario [48] P. P.

CLementiæ nostræ placuit, ut Majumæ provincialibus lætitia reddatur: ita tamen, ut servetur honestas [49], & verecundia castis moribus perseveret. Dat. 7. Kal. Maji, *Constantinop.* ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. XLVI.
UT ARMORUM [50] USUS INSCIO PRINCIPE INTERDICTUS SIT.

Nulli licet arma portare sine principis licentia. Bart.

1. Impp. VALENTINIANUS, & VALENS AA. ad Bulephorum Cons. Campaniæ [51].

NUlli prorsus nobis insciis, atque inconsultis, quorumlibet armorum movendorum [52] copia tribuatur. Dat. 3. Non. Octob. *Altini*, divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

1 *l.* 8. J. *h. t.* 2 Vid. Cujac. *hic.* qui multis rationibus legendum esse *scalis* ostendit. al. *calculis.* quidam emendat *cellulis*, in *lib. Aured. & Dion. scholis.* Scalæ autem maritimi trajectus fuere Constantinopoli, vide *Novell.* 69. Goth. *Scalæ* sunt trajectus maritimi, qualis in regione sexta, *scala Sycana*, quæ περασμα Justinianarum dicitur *in Novell.* 69. in regione quinta, *scala Chalcedonensis*, in quarta, *scala Timasi.* atque hæ scalæ Græce dicuntur χηλαὶ: erantque protensæ in mare trajiciendi causa usque ad navigia: atque his singulis singuli nautæ attributi erant. *Mod.* 3 Cizicenii. al. *Zyzincenii.* al. *Ticennii.* al. *Titennii.* meminit œconomorum Cyzicenorum Vitruvius 6. 4 Producere. 5 Quacunque descriptione. 6 Sustineant. 7 Aquam venalem esse in urbe, execrabile. Venalis videtur, si cives ad reparationem aquæductus conferre tenentur. 8 Al. *Adamantio P. P. rectius.* 9 Aquæductibus aurum deputatum in alios usus verti non debet, *l.* 7. *supr. h. t.* 10 Repræsentare, *in quibusd. codicibus.* 11 Ad aquæductuum aurum servandum specialis arcarius fuit Constantinopoli. 12 Ad aquæductus pecuniam largiebantur sæpius Consules, ut *l.* 2. *l.* 3. *infr. de consulibus. l.* 12. *tit.* 3. 13 Al. *Sporatio.* 14 Investigare. 15 Fontes publici rescripto principis privatorum fieri non possunt: facti revocantur, *ut hic.* usus tamen ex publico fonte concedi potest. *l.* 4. *supr. h. t.* Goth. Hoc vult lex: Ut qui publici fuere fontes ab initio, vel cum fuissent initio privati, postea publici, deinde rescripto principis vel usurpatione privati facti sunt, ad jus publicum redeant, necquidquam valeant rescripta vel pragmaticæ contra publicam utilitatem, ut *in l.* 2. *supr. de navib. non exc. l.* 2. *supr. de can. fru. ur. Romæ.* Nec obstat *l.* 4. *supr.* quæ de usu sive jure aquæ publicæ loquitur; non de fontibus privato juri omnino vindicatis. Sed neque contra jus publicum quidquam valet præscriptio longi temporis, *l.* 5. *supr. de oper. publ.* sicut nec contra jus privatum Principis, *l. usus. infr. de fun. rei privat. Novell.* 30. quod interpres Juliani latius quam oporteat accepit de omni jure fiscali. *Mod.* 16 Et quid. 17 Rescripta adversus utilitatem publicam nullius sunt momenti. *l.* 2. §. *de navibus non excus. h. lib. tit.* 3. *l.* 2. *supr. de canone frumenti urb. Romæ. h. l. tit.* 12. 18 *Quamlibet dignitatem prætendant.* Cujac. 19 Id est, tenuiores & diminutos aquæductus, ut *l.* 1. *supr. de defensor. civit. l.* 3. *Cod. Theod. de indulg. deb.* August. 7. *de civit.* 4. Alciat. hic *muscularios* legendum putat: & ita quoque legit Haloander. 20 *l.* 1. *in princ. supr. h. t.* 21 Al. *paralogiis.* Paragogi minuscularii aquæductus, de quibus *supr.* 22 *d. l.* 1. §. *h. t.* 23 Idem scribit Cassiodor. *l.* 5. *c.* 38. Cont. 24 Ὑδραμύλων. Molas aquarias fuisse apud veteres, hoc ex loco satis constat, ut ne trusatiles tantum fuisse quis existimet. Porro Aquaticarum molarum, aliæ publicæ, aliæ privatæ. *l.* 4. *C. Theod. de canone frument. urb. Rom.* vide Cassiodorum 3. ubi scribit, diligenter esse conservandas aquarum formas, propter aquæ molas. 25 Aquariola, ut etiam legit Pyrrhus, sed rectior est excusa lectio. 26 *l.* 6. *in fin. supr. h. t.* 27 In manu, principis nomine, aquarii signabantur, *ut hic.* ut & tyrones & fabricenses. *l.* 3. *supr. de fabricensibus. h. l. tit.* 9. 28 *Adversus*, sed male. 29 Angariæ hic separantur ab operis. Angariarum nomen latius patet, quam operarum: operæ, angariæ quædam sunt: operæ, opera corporalia (Galli *Corvées*) quasi corporis vehiæ: adde *l. un. supr. ne operæ a collectoribus exigantur. l.* 10. *tit.* 24. Cæterum quid corvatæ, unde dicantur, & ubi præstandæ, vid. Guidonem Papium *quæst.* 482. & cujus sumptibus præstandæ, vide eundem *quæstione* 217. 30 Servio P. P. 31 In judicio. 32 *l.* 5. *supr. h. t.* 33 Consenserint. 34 Atque.

35 Gladiatores μονομάχοι. *l.* 15. *Cod. Theod.* 12. vid. Tertullian. *lib. de Spectaculis*, Alciat. 2. *parerg.* 24. Lipsium *lib. de gladiatoribus.* Qui ad gladium damnabantur, intra annum erant consumendi, Paul. 5. *sent.* 17. §. 2. vid. *l.* 8. *in fin. ff. qui testamenta facere.* Goth. Vid. Forcatul. *Aviarii cap.* 12. S. L. 36 Sic *vet. manusc.* de hoc titulo, sic Theodorus Balsamon ad Photii Nomocan. *tit.* 13. *cap.* 21. *tit.* 43. tollit spectacula gladiatorum. 37 Gladiatores ab Honorio sublatos Theodoretus & Nicephorus auctores sunt, permoti cujusdam Monachi sermone monomachis infesti, quem Telemachum vocant. Otho Frisingensis Dirimachum corrupte vocat. 38 *Ex lib.* 15. *tit.* 12. *l.* 1. *Cod. Theod.* vide Sozomenum *lib.* 1. Symmachum *lib.* 1. *epist.* 7. cruenta ludicra, Ammian. 14. detestanda, *l.* 3. *ff. de lib. & posthum. l.* 2. *Cod. Theod. de gladiatorib.* Goth. Intelliguntur autem hominum inter se commissiones; de quibus videndus elegantissimus Lipsius *in libro, qui est de gladiatoribus*, & Forcatulus *aviarii sui cap.* 12. Mod. 39 In pace, otio civili & domestica quiete, cruenta spectacula non placeant.

40 Venatio ferarum hic permissa. Hi autem venatores diversi ab his qui dicebantur κυνηγοὶ, ab bestias damnati. 41 *C. Theod. l.* 15. *tit.* 11. *l.* 1. 42 Leonem cuivis venari & occidere licet, adde *l.* 1. §. *ult. ff. de adq. rerum.* 43 *Cod. Theod. ibid. l.* 2. *vers. ideoque.* 44 Ut feræ, quas duces ad principem transmittunt, septem tantum diebus resideant, & alantur in singulis civitatibus, *ut hic.* equis præscribuntur dies quinque. *l.* 1. *infr. de tract. & stativis. l.* 12. *tit.* 52. 45 Viribus.

46 *l.* 15. *C. Theod.* 6. 47 *Majuma* quid sit, pete ex Suida, & Gregorio *in Chronographia.* vide Alciat. *hic.* De Tiberina decursione, vid. Ciceronem 5. *de finibus.* & apud Festum in Piscatoriis ludis. Suidas autem scribit, Majumam fuisse ludum, quo mense Majo ludibundi, Hostiam maritimam urbem oppugnarent: & sese in aquas marinas dejicerent. Alii Majimam Syriace aquam significare scribunt. Baronius tamen existimabat, hoc spectaculum & ludicrum in oriente exhiberi solitum inhoneste, ab Arcadio & Honorio hic coërceri, videri autem hoc spectaculum esse, in quod declamat Chrysostomus *homilia de Davide & Saule.* ut sit verisimile, Arcadium Chrysostomi declamationibus ad hoc spectaculi obsequium coërcendum permotum fuisse. Julianum quoque Antiochenos de Majumis feriis in Mesopogone redarguisse. A civitate autem Majuma hoc spectaculum dictum esse (quæ civitas portus & navale Gazæ fuit: a Constantino, Constantia dicta: a Juliano, odio Constantini Gazæ subdita: per Synodum tantum restituta. vid. Euseb. 4. *de vita Constantini* 37. & 38. & 2. Sozomen. 4. & 5. *cap.* 3. & 1. Niceph. 4. & 8. *cap.* 33.) ubi namque Veneris turpissimum simulachrum cultum fuisse in loco, qui dicebatur, Tetramphodos, ad tempora usque Arcadii, quod efficacia crucis (agente Porphyrio Gazensi Episc.) sponte collapsum & perfractum. Eam historiam scripsit Marcus Diaconus Gazensis: retulit eam Metaphrastes in diem 20. Februarii. vid. Baronium in Martyrologio die 26. Decembris. 48 *Cod. Theod.* 15. 6. 1. 49 Potestas, & honestas.

50 Armorum usus inscio principe subditis interdictus est. *Nov.* 85. *c.* 4. Synes. *in epist.* Val. 6. Cicer. *Verrina de suppl.* adde *l.* 3. *vers. eadem lege. ff. ad leg. Jul. majest. l.* 11. *ff. ad leg. Jul. de vi publ.* 51 *C. Theod.* 15. 15. 1. 52 Movere arma est armis uti: sic movere equos dicimus. *leg.* 4. *leg. ult. infr. de cursu public. l.* 12. *tit.* 51.

TIT.

TIT. XLVII.
DE [1] AGRICOLIS, ET [2] CENSITIS [3], ET COLONIS.

De oneribus extraordinariis.

1. Imp. CONSTANT. A. ad Æmilianum P.P.

NUnquam [4] sationibus [5], vel [6] colligendis frugibus insistentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur: cum [7] providentiæ sit, opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. Lecta 7. Id. Mart. JANUARIO, & JUSTO CONSS. 328.

De alienatione.

2. Imp. CONSTANTIUS A. ad Dulcitium Cons. Æmiliæ [8].

SI quis prædium vendere voluerit, vel donare: retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit. Qui enim colonos utiles credunt: aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi prædium sibi prodesse desperant. Dat. 8. Kalend. Maji, *Mediol.* CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. II. CONSS. 359.

De mancipiis vagis.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. Faventio Vic. Italiæ [9].

QUisquis ex desertis agris veluti vagos servos [10] liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram terræ [11] possessionem, ex qua videlicet servi manare videntur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari [12] volumus, qui ex hujusmodi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint. Dat. Prid. Kal. Aug. *Mediolan.* VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

De functionibus.

4. Iidem AA. ad [13] Modestinum [14].

HI [15], penes quos fundorum dominia sunt, pro [16] his colonis originalibus, quos in locis eisdem censitos [17] esse constabit, vel per se, vel per exactores [18] proprios recepta compulsionis solicitudine, implenda munia functionis agnoscant. † Sane quibus terrarum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur: ab hujusmodi præcepti communione discernimus [19]: eos enim convenit propriæ commissos mediocritati, annonarias functiones sub solito exactore agnoscere. Dat. Kal. Maji, *Constantinop.* GRATIANO A. & DAGALAIFO CONSS. 366.

Quid dominis prædiorum præstatur.

5. Iidem AA. ad Oricum P.P.

DOmini prædiorum id [20], quod terra præstat, accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare [21] non audent: nisi consuetudo prædii hoc exigat.

De adscriptitiis, colonis, vel inquilinis reducendis.

6. Iidem AA. & GRATIAN. A. ad Germanianum.

OMnes omnino fugitivos adscriptitios, colonos, vel inquilinos, sine ullo sexus, muneris, conditionisque discrimine, ad antiquos penates, ubi censiti, atque educati, natique sunt, provinciis præsidentes redire compellant.

De alienatione.

7. Iidem AAA. ad Maximum P.P.

QUemadmodum originarios [22] absque terra, ita [23] rusticos, censitosque servos [24] vendi omnifariam non licebit [25]. Neque vero commento fraudis id usurpet legis illusor [26], quod in originariis [27] sæpe est actitatum [28], ut parva portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: sed cum soliditas fundorum, vel certa portio ad unumquemque perveniat, tanti quoque servi, & originarii transeant, quanti apud superiores dominos, & possessores, vel in soliditate, vel in parte manserunt: & emptor [29] pretium quod dederit, amissum existimet: nihilominus venditori ad repetendos servos cum agnatione eorum vindicatione concessa, & si aliqua denique ex causa dissimulaverit legis usurpare beneficium, atque iste sub hac taciturnitate decesserit: & heredibus ejus, & contra heredes emptoris vindicationem damus, longi [30] temporis præscriptione submota [31]: malæ [32] fidei [33] namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

De eo, qui adscriptitium recepit, vel ejus operas conduxit.

8. Iidem AAA. ad Probum P.P.

OMnes profugi in alieno latebras collocantes, cum emolumentis tributariis, salva tamen moderatione revocentur: scilicet, ut si hi homines apud quos reperiuntur, alienos esse noverant [34] fugitivos, & profugis in lucrum suum usi sunt [35], hoc est, sive excoluerunt agros fructibus [36] dominis profuturos, sive aliqua ab iisdem sibi injuncta noverunt, nec mercedem laboris debitam consecuti sunt, ab illis tributa quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Cæterum si occultato eo profugi, quod [37] alieni esse viderentur, quasi sui arbitrii ac liberi apud aliquem se collocaverunt, aut excolentes terras, partem fructuum pro solo debitam dominis præstiterunt, cætera proprio peculio reservantes, vel quibuscunque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab ipsis profugis quæcunque debentur, exigentur: nam manifestum est privatum jam esse contractum. † Si qui vero inter agricolas (ut assolet [38]) ex quibuscunque commerciis hujusmodi hominibus esse inveniuntur debitores, coram partibus constitutis Judex ab obnoxiis quod debetur, exposcat.

De immunitatibus specialiter datis, & jugatione, & capitatione.

9. [39] Iidem AAA. ad Populum [40].

IMmunitates [41] specialiter datæ, & jugatio & capitatio libris publicis, & civitatum, aut provinciarum encautariis [42] sine aliqua probatione factæ, penes fruentes ereptæ in functionem pristinam redeant. Dat. 3. Non. Mart. *Mediolan.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De agricolarum capitatione censenda.

10. Iidem AAA. Cynegio P.P.

CUm [antea] per singulos viros, per binas vero mulieres capitis norma sit censa, nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem [43] quaternis unius [44] pendendi capitis attributum est. † Quocirca sublimitas tua hujusmodi census per Comanensium [45], & Ariaratensium [46], & Armeniæ secundæ, Amasenorum, Helonoponti [47], & Diocæsariensium Cappadociæ secundæ urbes, salubris ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis jubebit annecti.

De originariis colonis.

11. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Populum.

ORiginarios colonos nullis privilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate [48] excusari præcipimus: sed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiam sunt elicita, domino, vel fundo esse reddendos.

De receptatoribus.

12. Iidem AA. Florentino.

SErvos [49], vel tributarios [50], vel inquilinos [51], apud dominos suos volumus remanere. Nam cum [52] metu damni deterritus unusquisque eum, quem incognitum habuerit, a se cœperit propulsare: voluntas fugiendi servis non erit. Nemo enim dominum suum deserit, sciens nunquam sibi latendi locum esse derelictum: sed aut cognitum sibi ingenuum unusquisque suscipiet: aut eum qui se liberum esse simulaverit, a se submovebit metuens his quæ statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitivis apud quemlibet fuerit repertus [53], duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator: ipsi autem cujus fuerit, præter eundem fugitivum, alterum etiam ejusdem æstimationis inferre decernimus.

De liberis colonorum, vel inquilinorum. i. *De colonorum translatione.*

13. Iidem AA. Vincentio P.P.

DEfinimus, ut inter inquilinos colonosve (quorum quantum ad originem pertinet vindicandam, indiscreta eademque pene [54] videtur esse conditio, licet sit discrimen in nomine) suscepti liberi, vel utroque, vel neutro [55] parente censito statum paternæ conditionis agnoscant.

§. 1. Illud etiam servandum est, ut si quando utriusque fundi idem dominus de possessione referta cultoribus, ad eam coloniam quæ laborabat tenuitate, colonos transtulerit, iidemque fundi ad diversorum jura dominorum, qualibet sorte transierint, maneat quidem facta translatio, sed ita ut prædii ejus dominus, a quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum agnationem restituat. Datum 3. Id. Jun. STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

De fugitivis.

14. Iidem AA. Vincentio P.P. Galliarum post alia [56].

SI coloni, quos bona fide quisque possidet, ad alios fugæ vitio transeuntes, necessitatem propriæ conditionis declinare tentaverint, bonæ [57] fidei pos-

---

1 Βασ. *lib.* 52. *tit.* 1. Goth. Ad hunc titulum vide Molinæum *ad consuetud. Parisiens. tit.* 2. *in pr. a n.* 16. Mod. 2 Agricolarum duæ conditiones hic proponuntur. Alii censiti: alii coloni. 3 Censiti, qui & capite censiti a Juliano in Novellis dicuntur & tributarii, sunt censibus quasi adscripti, sive adnotati, qui capitis censum præstant, & ii quidem servi sunt. Coloni vero, qui liberi sunt, terræ tanquam domini habentur: & tantum domino terræ reditus certos ac pensiones præstant in pecunia, vel in speciebus pro solo. Cujacius *hic.* 4 *C. Th.* 11. 16. 4. 5 *Rationibus*, legit *Cujac.* 6 Συλλογῆς καὶ λογισμῶν meminit autor Synopseos 55. *tit.* 1. *c.* 1. collectionis & rationum, ut hic videantur Græci *rationibus* legisse, non, *sationibus*, hac sententia: ut ne agricola colligendis fructibus aut rationibus occupatus ad extraordinaria onera trahatur. 7 Hoc est, necessariis occupationibus detinentur. *Synops. ibid.* 8 *Cod. Theod.* 13. 10. 3. 9 *Cod. Theod.* 11. 1. 12. 10 Vid. *l.* 12. *infr. h. t.* 11 *Glebæ*, in *C. Theod.* 12 Observare. 13 Al. *Modestum P. P.* 14 *C. Theod.* 11. 1. 14. 15 Pro colonis (hi Græcis γεωργοὶ) munia functionum a dominis exiguntur. *Synops. ibid. cap.* 4. 16 *l.* 15. *infr. h. t.* 17 *Censos*, in *C. Theod.* 18 *Actores*, in *C. Theod.*

19 Dominus pro colono, vel adscriptitio conveniri non potest. *l.* 11. §. *de obligat.* adde quæ scripsi de clarigatione ad *l.* 12. *infr. de omni agro deserto, lib.* 11. *tit.* 58. & in authentica *habita*, §. *ne filius pro patre.* 20 Coloni reditus certos & pensiones domino terræ præstant in pecuniis, vel in speciebus pro solo, *l.* 8. *l.* 20. *l. penult.* ℑ. *h. t.* 21 *Id est*, ἰσχύσαι. Cujac. 22 Vendi originarii, & censiti servi absque terra non possunt. Reipublicæ enim interest, ut censiti terræ suæ adhæreant. adde *l.* 112. *ff. de legatis* 1. 23 Censiti & rustici ab originariis differentia. 24 Vide *leg.* 12. *infr. h. t.* 25 Imo nec permutari vel obligari, cum nec legari possint. *l. si quis inquilinos. ff. de leg.* 1. Mod. 26 Illusio. 27 Originarios. 28 Agitatum. 29 Ementis censitum absque terra, pœna est pretium amittere. Similis pœna in eo, qui prædium dominicum emit dempto canone. adde *leg.* 7. ℑ. *de fundis rei privatæ. h. lib. tit.* 65. Quid: quibus casibus emptor pretium amittit, cui pretium cedit, venditori an fisco? fisco. Accurs. *hic*, & *l. penult. supr. de rescindenda vendit.* 30 Dixi ad *l.* 1. *supr. de præscript.* 30. *annorum.* 31 Imo non est submota in mancipiis: *l.* 3. *ff. de divers. & temporal. præscript.* 32 Præsumitur mala fide possidere, qui contra legum interdicta mercatur. *l.* 27. *ff. de regulis jur. cap.* 2. 82. *de regulis jur. in* 6. 33 Mala fide. 34 Noverunt, al. *nominaverunt.* 35 Aliud est suscipere fugitivum colonum, aliud quasi liberi hominis operas conducere: qui enim suscepit, solennes functiones agnoscit pro eo: qui conduxit, non item. Et est similis distinctio in *l.* 4. *supr. de serv. fugit.* Mod. 36 Vide *l.* 5. *supr. h. t.* 37 Qui. 38 Solet. 39 *Al.* Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Populum. 40 *C. Theod.* 13. 10. 7. 41 Si quis cuicunque donaverit immunitatem, nihilominus contribuere cogitur. *Synops. Basil.* 54. 7. *ex lib.* 55. *tit.* 1. *c.* 8. vide *l.* 1. *supr. de immunitate nemini concedenda. lib.* 10. *tit.* 25. 42 Vide quæ scripsi ad *l.* 17. *ff. de instructo.* Sic in *Cod. Theod.* Cont. *Eucteris* legit Alciat. 43 Aut. 44 Jus unius. 45 Comagenensium & Amastriensium. Alciat. *hic.* 46 *De Ariata Stephanus*: al. *Ariatensium*. 47 Al. *Amasinorum Hellesponti*, & *Eleocæsariensium.* al. *Armazenorum.* vide *hic* Cujac. 48 Census auctoritatem perinde dixit, ut *in l. in finalibus. ff. fin. regund.* quæ si ut domino non præjudicat, si quis rem alienam quasi suam in censum deferat; *l. forma.* §. *si ego. ff. de censibus. l. quæ quisque. ff. de acquirend. rerum domin.* sic vero domino fundi non præjudicat colonus; qui se quasi ingenuum in censum defert. porro etiam fisco non præjudicat professio censualis. *l. ult.* §. *sine cens. vel rel.* Mod. 49 Agricolarum tria genera, servi, tributarii, inquilini, *ut hic*: servi autem hi plane & censibus adscripti. *l.* 3. *l.* 7. *supr. h. t.* 50 Tributarii hic, adscriptitii. 51 Inquilini hic, coloni. *l.* 18. ℑ. *h. t.* Salvianus 5. *de providentia*; *Novell. Valent. de colonis vagis.* 52 Adde *leg.* 10. *ff. de custodia.* 53 Vide, quæ notavi ad *leg.* 6. *supr. de servis fugitivis.* 54 *Pœna*, sed male. 55 Alterutro. 56 *Cod. Theod.* 4. 22. 1. 57 Vide *l.* 1. §. 3. *ff. uti possidetis.* Goth. Adde Menoch. *de*

ſeſſori primum oportet celeri reformatione ſuccurri [1]: & tunc [2] cauſam originis & proprietatis agitari [3]. Dat. 4. Id. Jul. *Mediolani*, STILICHONE, & [4] ANTHEMIO CONSS. 400.

De fiſcalibus debitis.

15. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Probo.

COlonos [5] nunquam fiſcalium nomine debitorum ullius exactoris [6] pulſet intentio: quos ita glebis [7] inhærere præcipimus, ut nec puncto [8] quidem temporis debeant amoveri.

De colona quæ ſe junxit homini libero.

16. Iidem AA. Palladio.

MUlier [9] quæ fuiſſe originaria docebitur, ſi cujuſcunque liberi hominis ſecuta conſortium, in urbibus, vel in quibuſcunque locis victura conſtiterit, ejus omnem [10] ſobolem ſecundum vetera conſtituta conveniet revocari. Dat. 6. Kalend. Jul. *Ravennæ*, MAXIMO, & PLINTA CONSS. 419.

Præjudicium poſſeſſioni per colonum fieri non poſſe.

17. Iidem AA. Joanni P.P.

PEr colonum præjudicium poſſeſſionis invito, vel inſcio domino [11] imponi non poſſe: & jure & legum auctoritate declaratur. Dat. Id. Jul. *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEOD. X. AA. CONSS. 422.

De adſcriptitiis, & acquiſitis poſſeſſione triginta annor.

18. [12] Imp. ANASTASIUS. *

AGricolarum [13] alii quidem ſunt adſcriptitii [14], & eorum peculia dominis competunt: alii vero tempore annorum [15] triginta coloni fiunt, liberi [16] manentes cum rebus ſuis: & ii etiam coguntur terram colere, & canonem præſtare. Hoc & domino, & agricolis utilius eſt.

De militiis, De apparitoribus.

19. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Probo P.P.

COlonos nulla ratione ad ullum quamvis humilioris militiæ [17] locum ſinimus admitti: Sed nec apparitores Magiſteriæ poteſtatis, cenſibus [18] adſcriptos probari concedimus: quia in hac parte, & dominorum [19] juri, & publicæ conſulimus honeſtati.

Si de terræ dominio dubitetur, & locatio negetur.

20. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P.P.

LItibus imponentes celeritatem, ſancimus, ſi quando coloni cujuſcunque conditionis contra dominos terræ declamaverint, ſuper hoc ipſo dubitantes, utrum is terræ dominus eſt, necne: an ipſi coloni dominium ſuæ terræ [20] poſſident (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore, vel longinqua, & inveterata redituum [21] ſuſceptione ſufficientem habent cautelam: in quibus caſibus ne contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præſcriptione, vel redituum frequentiſſima conſequentia [22], colonorum impetum [23] excludente) talem eſſe ſuper redituum, vel publicarum functionum præſtatione formam cenſemus, ut ſi tales coloni, quales prædiximus, idoneum fidejuſſorem [24] totius ſummæ, quæ ab his dependitur, præſtiterint, quod omnes reditus ſine ulla procraſtinatione, ſi melior cauſa dominorum judicetur, eis reſtituent, & talis fidejuſſor per triennium accipiatur, eoque impleto iterum removeatur [25]: coloni in medio nullo modo ſuper reditibus a dominis inquietentur. §. 1. Si autem hoc coloni minime facere voluerint vel potuerint: tunc iidem reditus per officium judicis annui exigantur per ſolita tempora, in quæ etiam dominis dependebantur, & deponantur [26] in æde [27] ſacra, vel [28] in κειμηλιαρχείῳ [29] civitatis, ſub qua poſſeſſio ſita eſt: vel ſi localis eccleſia ad ſuſceptionem pecuniarum idonea non ſit, in metropolitana eccleſia remaneant cum omni cautela: & poſt pleniſſimam definitionem, vel dominis dentur, vel colonis reſtituantur. §. 2. Sin autem reditus non in auro, ſed in ſpeciebus inferuntur [30], vel in totum, vel in partem [31]: iterum [32] per officium judicis fructus vendantur, & pretia eorum ſecundum prædictum modum deponantur. §. 3. Hæc de reditibus definientes, ad publicas tranſeamus functiones. Et ſi quidem coloni more ſolito eas dependebant [33], ipſi maneant in priſtina conſuetudine, nullo præjudicio dominis generando, qui etiam [34] quieſcentibus colonis, & non contradicentibus, ad publicum tributarias functiones minime inferebant. Sin autem moris erat dominos totam ſummam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones: partem autem in ſuos reditus [35] habere: tunc ſi quidem fidejuſſor a colonis detur, eundem fidejuſſorem dominis ſine præjudicio litis tantam ſummam inferre, quantam tributa publica faciunt, ut a dominis publicis rationibus perſolvatur: nullo ex hoc colonis præjudicio generando, ſuper reditibus enim domini fidejuſſione fiant contenti. §. 4. Sin autem fidejuſſione [36] ceſſante ad ſequeſtrationem res veniant, & pecuniæ deponantur [37]: ex earum ſumma tantam [38] judices ſeparare, quanta ad publicas ſufficiat [39] functiones, & eam diſpoſitionem dominum accipere: quatenus ipſe eam perſolvens, publicas accipiat ſecuritates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros [40] remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo præjudicio, ſive colonis, ſive dominis ex hujuſmodi fidejuſſione, vel ſequeſtratione, vel publicarum functionum ſolutione generando: ſed omni cauſa in ſuſpenſo manente, donec judicialis ſententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & oſtendat, quis dominus terræ conſtitutus eſt [41], & ad quem publicarum functionum ſecuritas debet [42] in poſterum fieri, ſeu reditus pervenire, vel permanere. Recitata ſepties [43] in novo conſiſtorio palatii Juſtiniani. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

De natis ex adſcriptitio, & ſerva, vel ex adſcriptitia, & ſervo. Collatio ſervorum, & adſcriptitiorum.

21. Idem A. ad Senatum.

NE diutius dubitetur, ſi quis ex adſcriptitia & libero, vel ex adſcriptitia & ſervo, vel adſcriptitio & ancilla fuiſſet editus, cujus ſtatus ſit, vel quæ pejor fortuna ſit, utrumne adſcriptitia, an ſervilis: ſancimus ea quidem, quæ in anterioribus legibus cauta ſunt pro tali progenie, quæ ex mulieribus adſcriptitiis, & viris liberis progenita ſit, in ſuo ſtatu relinqui, & ſic ſit [44] adſcriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem, vel ex ſervo & adſcriptitia, vel ab ancilla & adſcriptitio fuerit editus, matris ſuæ ventrem ſequatur, & talis ſit conditionis, qualis & genitrix fuit, ſive ancilla, ſive adſcriptitia: quod hactenus in liberis tantum & ſervis obſervabatur. Quæ [45] enim differentia inter ſervos [46], & adſcriptitios intelligatur, cum uterque in domini ſui poſitus ſit poteſtate, & poſſit ſervum cum [47] peculio [48] manumittere, & adſcriptitium cum terra dominio ſuo expellere?

De probationibus. 1. *De præſcriptione* XXX. *vel* XL. *annorum.*

22. Idem A. Juliano [49] P.P.

CUm ſcimus noſtra jura nolle [50] præjudicium generare cuiquam circa conditionem, neque ex confeſſionibus, neque ex ſcriptura [51], niſi etiam ex aliis argumentis aliquod acceſſerit incrementum: ſancimus ſolam confeſſionem [52], vel aliam quamcunque ſcripturam ad hoc minime ſufficere: nec adſcriptitiam conditionem cuiquam [53] inferre, ſed debere hujuſmodi ſcripturæ aliquod advenire adjutorium: quatenus, vel ex [54] publici cenſus adſcriptione, vel aliis legitimis modis talis ſcriptura adjuvetur. Melius etenim eſt in hujuſmodi difficultatibus, ex pluribus capitulis conditiones [55] oſtendi: & non ſolis confeſſionibus neque ſcripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem eſt ſcriptura, & poſt [56] ſcripturam confeſſio ſeu depoſitio (ſine vi, & neceſſitate tamen) intervenerit (quid enim ſi conditionale [57] inſtrumentum vel aliam chartulam, in qua

recup. poſſ. remedio 10. S. L. 1 Fiet hoc interdicto Utrubi (namque hæc lex in Codice Theodoſ. poſita eſt ſub tit. *Utrubi*) quod celerem reformationem vocat, id eſt, momenti actionem, quam nec appellatio remorari poteſt. *l. 1. ſupr. ſi de mom. poſſ.* nec compenſatio, *l. ult. ſupr. de compenſ.* Celeris autem reformatio ſive momenti actio aut interdictum omnem rationem ſignificat repetendæ poſſeſſionis, vi vel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum Unde vi, ſed & interdictum de tabulis exhibendis, quo heres tabulas repetit ab alio ſuppreſſas, apud Anianum *tit. vic. civ. crim. ag. poſſ.* & interdicta, Uti poſſidetis, & Utrubi, & Salvianum apud eundem 5. *ſentent. Paul. tit. de interdict.* & interdictum Quorum bonorum, *l. 22. Cod. Theod. quor. app. non rec.* Celerem reformationem, redhibitionem, executionem, dixit etiam *in l. 5. Cod. Theod. de denunc. l. 4. Cod. Theod. unde vi. l. 1. C. Theod. de inqu. & col.* vide porro ad hanc legem, & an hoc novum remedium recuperandæ poſſeſſionis locum habeat in quacumque re mobili, immobili, animata & inanimata Alexand. *conſ. 19. lib. 5.* Rip. *ad l. ſæpe. n. 31. cum ſeq.* ubi etiam Abb. *extr. de reſtit. ſpol. & ad c. cum ad ſedem. num. 25. & ſeq. hoc tit.* Socinum *ad l. rem quæ nobis. num. 3. ff. de acquir. poſſ.* Ant. Rub. *ad l. naturaliter. §. nihil commune. num. 82. ff. de acquir. poſſ.* Phil. Franc. *in diſput. petitorii num. 29. 4. vol. tract.* Pariſienſ. *conſ. 1. num. 178. lib. 1.* Villalob. *litera l. num. 110.* Menochium denique *de recuper. poſſeſſ. remed. 10.* Mod. 2 Vide quæ notavi *ad l. 156. §. 1. ff. de regulis juris:* vide Dynum *ad cap. dolo facit, de regulis jur. in 6.* 3 Quæ hic detracta ſunt e *C. Th.* 4 Al. *Aureliano.* 5 *l. 4. in princ. ſupr. h. t.* 6 Exactionis. 7 *l. 23. §. cum autem Anaſtaſiana. §. caveant. J. h. t. leg. unica J. de colonis Palæſtinis h. l. tit. 50. l. unica J. de colonis Thracenſibus, h. lib. tit. 51. l. unica. J. de colonis Illyricanis, h. lib. tit. 52. Novell. 17. tit. 14.* 8 Punctum hic accipe pro momento. Puncto aut momento temporis coloni longius abduci non debent. adde de momento Cujacium *cap. 1. de præſcript.* 9 *l. unica, verſ. Itaque mulierum. C. Theod. de inquilinis, lib. 5. tit. 10.* 10 *l. 21. infr. h. t.* Goth. Sententia legis hæc eſt: Colonam, quæ ſe junxit libero homini, cum omni ſobole revocari: unde ſequitur, natum ex colona & libero homine, maternæ conditionis eſſe, *l. ult. infr. hoc tit. l. 4. de agr. & man.* Nec obſtat *l. 13. ſupr.* ut interpretatio Cujac. ad eam ſtatim indicat. *Mod.* 11 Repetita eſt hæc lex in *l. ult. ſupr. ſi alien. res pign. dat. ſit.* ex qua intelligitur hunc eſſe ſenſum, ut ſicut ſervus prædium domini invito vel inſcio domino pignori obligare non poteſt, *l. 6. & 9. ſupr. quod cum eo, qui in alien.* ita nec colonus, *l. ult. ꝟ. h. t.* idemque etiam de ſervitute dicendum eſt. *Mod.* 12 *Hanc legem Græcam & Latinam edidit* Cujac. *cujus mentio fit in l. 23.* & ab Euſtachio *lib. de temporibus.* 13 Agricolarum alii adſcriptitii, alii coloni. 14 Vide quæ ſcripſi ad *l. ult. ſupr. ne uxor pro marito.* 15 Vide quæ ſcripſi ad *leg. 2. infr. in quibus cauſis coloni. h. lib. tit. 49.* Coloni triginta annorum poſſeſſione adquiruntur. 16 Coloni liberi, ut hic, & *l. 1. J. de prædiis tamiacis. h. lib. tit. 68.* adſcriptitii non item. *ꝟ. h. t.* 17 Militia colonis interdicta. adde *l. 3. J. qui militare poſſunt. lib. 12. tit. 34.* 18 Id eſt, libris cenſualibus. 19 Adſcriptitiorum peculia ſunt dominorum. *l. 21. in fin. infr. h. t.* 20 Sæpe fit, ut coloni vindicent ſe in libertatem, & dicant ſe eſſe ἰδιοκτήτορας, id eſt, propriorum bonorum poſſeſſores. ſed præſcriptione longi temporis repelluntur, ſi dominus probaverit reditus & penſiones eos diu quaſi Colonos exſolviſſe, quæ probatio fiet antapochis. *l. plures. ſupr. de fide inſtrum.* quæ huic conjungenda eſt. Et poſſeſſio quidem longi temporis colonum non facit, cum ex lege Anaſtaſii exigantur 30. anni, ſed pro poſſeſſore præſumptionem facit. & generaliter diuturna præſtatio vel partis præſtatio obligationem vel actionem, quæ non fuit ab initio, non conſtituit. *l. 7. ſupr. de uſur. l. ſi certis. ſupr. de pactis. l. ult. ꝟ. ne uxor pro marit. l. operis. ff. de oper. lib.* Tacitum pactum inducit *l. 5. ꝟ. de uſur.* Præſumptionem obligationis inducit in dubio *l. cum de in rem verſo. ff. de uſuris*, & obligationem, ſi qua fuit confirmat, & corroborat, extinctis exceptionibus anargyriæ & Macedoniani, *l. 4. ſupr. de num. pec. l. 2. ſupr. ad SC. Maced.* & interdum perpetuat, ut in cauſa alimentorum. *l. 1. ſupr. de fideicommiſſ.* Mod. 21 *l. ſi certis annis. l. 28. ſupr. de pactis.* vide Molinæum *de uſuris quæſt. 20. num. 207.* Goth. Adde Gœdd. *de ſequeſtrat. cap. 1. num. 111. cap. 2. num. 33. & ſeq.* Zanger. *de except. part. 3. c. 2. n. 181.* Anſ. 22 Redituum diuturna & continua præſtatio poſſeſſionem confirmat, & vim longi temporis præſcriptionis habet, vide *l. cum de in rem 6. ff. de uſur.* 23 Impetus. 24 Sequeſtrum fieri impedit, qui ſatisdationem offert, *ut hic, & l. ult. Cod. de ordine cognitionum, l. ſi fidejuſſor 7. in fin. ff. qui ſatisdare.* Cyn. *in l. 1. de prohibita ſequeſtrat.* ſic tamen, ut in ſatisdatione promittatur de reſtituenda re ſine procraſtinatione aliqua (exceptis certis caſibus, Clement. 1. *de ſequeſtrat. poſſeſſionis*, Panorm. *c. 2. extr. h. t.*) Eadem ratione ſequeſtrum impeditur per contumaciam impetrantis ſequeſtrum: veluti ſi litem perſequi negligat. *l. ſi quis 9. §. ſi oleum 3. ff. de dolo.* ut & ſententia poſt ſequeſtrum lata. Doct. *in d. §. ult.* Quid? in ſequeſtro ut ſummaria cognitio, ita citatio partis, vel alius ordo judiciarius num exigitur? exigitur: propter ſuſpicionem videlicet fugæ reique amittendæ. Bald. *in d. §. ult.* Panorm. *d. c. 2. arg. l. ait prætor 10. §. ſi debitorem 16. ff. quæ in fraudem.* vide Bald. *deciſ. 240.* 25 Renovetur. 26 Ubi non eſt ſatisdatum. *l. 16. in fin. ff. de off. præſidis, l. 7. in fin. ff. qui ſatisdare.* 27 Ædem ſacram. 28 Id eſt. 29 De Cimelio & Cimeliarchis, vide quæ ſcripſi ad *Novell. 40. §. 1. & 161. l. ult. §. ult. §. 1. ſupr. de bonis autorit. judicis poſſidendis.* Paul. 4. *ſent. 6. §. 1.* 30 Inferantur. 31 Ex parte. 32 Interim. 33 Dependeant. 34 Et. 35 Suum reditum. 36 Fidejuſſore. 37 Al. additur *&*. 38 Tanta. 39 Sufficiant. 40 Puri reditus, ſoluti a tributis, ſic pura ſubſtantia, quæ ære alieno ſoluta eſt. *l. 11. §. 1. C. de repud.* 41 Sit. 42 Debeat. 43 Legendum, *ſeptimiliario.* vide Cujac. 2. *obſerv. 3.* 44 Adſcriptitia libero nubere poteſt: propter quod ex eo matrimonio nati adſcriptitii ſunt. *l. 16. ſupr. h. t. l. ult. infr. h. t.* ex adſcriptitio autem & libera nati, liberi non ſunt adſcriptitii. *d. l. ult. N. 54.* 45 Vide Cujac. 12. *obſerv. 35.* 46 Adſcriptitii ſervi ſunt, *ut hic*, & ea parte differunt a colonis. *l. 1. J. de prædiis Tamiacis. l. 11. tit. 68.* 47 Adſcriptitiorum peculium ad eorum dominum pertinet, *ut hic, & l. 18. l. 19. in fin. ſupr. h. t.* 48 Al. additur; *vel ſine eo*, ſed gloſſema eſſe apparet ex *Accurſ.* 49 Al. *Joanni.* 50 Nullum. 51 Vide Guid. Papæ *not. quæſt. 315.* Grammaticum *conſil. 45. num. 4.* Decium *conſil. 133. col. 3.* Marſilium *conſil. 28. num. 9.* Mod. 52 Conductionem *in quibuſd. veter. lib.* quam lectionem magis probat *Cujac.* & Græcorum auctoritate confirmat. 53 Cuidam. 54 Vide Papon. 3. *Notar. 9. e. des lettres de terrier.* 55 Conductiones. 56 Geminata confeſſio ſeu recognitio conſulto magis conſilio & magis deliberate præſumitur facta, quam ſimplex & non gemina. Angel. *l. unica ſupr. de plus petit.* Corſetus *in additionibus ad ſingulare, habetur.* 57 *Conductionale*, ex Græcis emendat *Cujac.*

ſub-

ſubſcripſit [1] & [intimavit: &] inter acta depoſuit ſeſe colonum fuiſſe adſcriptitium?) tunc ex utroque genere obligationis, id eſt, tam ſcripturæ, quam confeſſionis, vel depoſitionis, talem eum eſſe credendum, qualem ſe & ſcripſit, & inter acta depoſuit. §. 1. Illud quoque non ineleganter dubitabatur [2], *ſi coloni filius per triginta annorum curricula, vel forſitan per quadraginta, ſeu ampliora adhuc vivente patre & agriculturam peragente, ipſe in libera converſatione* [3] *morabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei ſatisfiebat* [4], *non etiam præſentiam ejus exigebat: an poſt obitum patris, vel poſtquam forte inutilis is exiſtat, & ruri non idoneus, poteſt excuſari filius longinqua libertate abutendo: & quod per multos annos neque agrum coluit, neque aliquid colonarii operis celebravit, cum non poſſit dominus incuſari propter ſuam deſidiam, cui per patrem ejus omne, quod voluerat, accedebat*, in omnibus itaque hujuſcemodi ſpeciebus ſatis acerbum nobis videtur, domino præjudicari [5] colonorum abſentia [6], qui rure [7] nati, & poſtea abſentes, per ſuos, vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant: cum enim pars [8] quodammodo corporis ejus per cognationem in fundo [9] remanebat, non videtur neque abeſſe, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino jus inconcuſſum, & donec ejus, vel antiquitas, vel poſteritas, vel cognatio in agrum remanet, ipſe videatur ibi reſediſſe. Dat. 10. Kal. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

1. *ad leg.* 18. *ſupra h. tit.*

2. *De adſcriptitiis, vel colonis alienis non ſuſcipiendis.*

23. Idem A. Joanni [10] P. P.

CUm ſatis inhumanum eſt, terram, quæ ab initio adſcriptitios [11] habebat, ſuis quodammodo membris defraudari, & colonos in aliis [12] terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, cenſemus, quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali curſu liberatur: ita nec adſcriptitiæ conditioni ſuppoſitus, ex annalibus curriculis quantacunque emanaverint, vel quacunque prolixa [13] negotiatione aliquis ſibi vindicet libertatem: ſed remaneat adſcriptitius, & inhæreat terræ: & ſi ſe celaverit, vel ſeparare ſe conatus fuerit, ſecundum exemplum ſervi fugitivi ſeſe diutinis [14] inſidiis furari intelligatur: & ſit ſuppoſitus una cum omni ſobole ſua (etſi in alia terra eam fecerit) hujuſmodi fortunæ, & capitali [15] illationi: nulla liberatione ei penitus competente. §. 1. Cum autem Anaſtaſiana [16] lex *homines, qui* [*per* [17]] *triginta* [18] *annos colonaria detenti ſunt conditione, voluerit liberos quidem permanere: non* [19] *autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare*: & ex hoc quærebatur, *ſi etiam liberi eorum cujuſcunque ſexus, licet non per triginta annos fuerint* [20] *in fundis, vel vicis, deberent colonariæ eſſe conditionis, aut* [21] *tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos hujuſmodi conditioni alligatus eſſet?* ſancimus liberos colonorum eſſe quidem in perpetuum ſecundum præfatam legem liberos, & nulla deteriori conditione prægravari: non autem habere licentiam relicto ſuo rure ad aliud migrare, ſed ſemper terræ inhæreant, quam ſemel colendam patres eorum ſuſceperunt.

† Caveant autem poſſeſſionum domini, in quibus tales coloni conſtituti ſunt, aliquam innovationem, vel violentiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit, & per judicem pronuntiatum, ipſe provinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino provideat & læſionem (ſi qua ſubſecuta eſt) eis reſarcire, & [ſic] veterem conſuetudinem in reditibus [22] præſtandis eis obſervare: nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum, ubi commorantur, relinquere [23]: & hoc tam in ipſis colonis, quam in ſobole eorum, qualiſcunque ſexus, vel ætatis ſit, ſancimus, ut & ipſa ſemel in fundo nata, remaneat in poſſeſſione ſub eiſdem modis, eiſdemque conditionibus, ſub quibus etiam genitores ejus manere in alienis fundis definivimus. §. 2. Nemini autem liceat, vel adſcriptitium, vel colonum alienum ſcienti, prudentique in ſuum rus [24] ſuſcipere: ſed & ſi bona fide eum ſuſceperit, poſtea autem repererit eum alienum eſſe conſtitutum, admonente domino, vel ipſius adſcriptitii, vel terræ, & hoc faciente per ſe, vel per procuratorem ſuum, hunc reſtituere eum cum omni peculio, & ſobole ſua. & ſi hoc facere ſuperſederit: omnis quidem temporis, quo apud eum remoratus eſt, publicas functiones, ſive terrenas, ſive annales [25] pro eo inferre compellatur: cura & proviſione tam eminentiſſimæ præfecturæ, quam præſidis provinciæ: coarcetur autem ſic ad reſtitutionem ejus ſecundum veteres conſtitutiones, & pœnas in eis inſertas.

De natis ex adſcriptitio & libera.

24. Idem A. Joanni [26] P. P.

SI qui adſcriptitiæ [27] conditionis conſtituti, mulieres liberas quacunque mente, aut quacunque machinatione, ſive ſcientibus, ſive ignorantibus dominis ſibi [28] uxores conjunxerunt vel conjunxerint [29]: in ſua libertate permanere, tam eas, quam prolem quæ ex his cognoſcitur procreata, ſancimus: illo proculdubio obſervando, ut ſi ex libero marito, & adſcriptitia uxore partus fuerit editus: is maternæ [30] conditionis maculam, & non paternam ſequatur libertatem, ſed ne adſcriptitii [31] putent ſibi impunitum eſſe tale conamen, quod maxime verendum eſt, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis paulatim hujuſmodi hominum conditio decreſcat: ſancimus, ſi quid tale fuerit ab adſcriptitio perpetratum, habere liberam poteſtatem dominum ejus ſive per ſe, ſive per præſidem provinciæ talem hominem moderata corrigere caſtigatione, & abſtrahere a tali muliere, quod ſi neglexerit, ſciat in ſuum damnum hujuſmodi deſidiam [32] reverſuram.

TIT. XLVIII.
DE CAPITATIONE [33] CIVIUM [34] CENSIBUS EXIMENDA.

1. Imp. CONSTANTINUS ad Euſebium V. P. Præſidem Lyciæ & Pamphiliæ [35].

PLebs [36] urbana (ſicut in Orientalibus quoque provinciis obſervatur) minime in cenſibus pro capitatione ſua conveniatur: ſed juxta hanc juſſionem noſtram immunis habeatur [37]. Dat. Kal. Jun. CONSTANT. A. III. & LICINIO III. CONSS. 313.

TIT. XLIX.
IN QUIBUS CAUSIS COLONI CENSITI [38] DOMINOS ACCUSARE POSSINT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum Vic. Orient.

QUiſquis colonus plus a domino exigitur, quam ante conſueverat, & quam in anterioribus temporibus exactum eſt, adeat judicem, cujus primum poterit habere præſentiam, & facinus comprobet: ut ille qui convincitur amplius poſtulare, quam accipere conſueverat, hoc facere in poſterum prohibeatur [39]: prius reddito quod ſuperexactione perpetrata noſcitur [40] extorſiſſe.

Coloni cenſiti, licet reſpectu aliorum ſint liberi, tamen quoad perſonas dominorum quibus tributa præſtant, quadam ſervitute tenentur adſtricti. Bart.

2. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Nebridio Comiti Aſiæ.

COloni cenſibus [41] duntaxat adſcripti [42], ſicuti ab his [43] liberi ſunt, quibus eos tributa [44] ſubjectos non faciunt; ita his quibus annuis functionibus, & debito conditionis obnoxii [45] ſunt, pene eſt, ut quadam dediti ſervitute videantur [46]: quominus eſt ferendum, ut eos audeant lite pulſare, a quibus ipſos, utpote dominis, una cum poſſeſſionibus diſtrahi poſſe non dubium eſt: quam de cetero licentiam ſubmovemus: ne quis audeat domini nomen in judicio laceſſere: & cujus ipſi ſunt, ejuſdem omnia ſua eſſe cognoſcant. Cum enim ſæpiſſime decretum ſit, ne quid de peculio ſuo cuiquam colonorum ignorante domino prædii, aut vendere, aut alio modo alienare liceret: quemadmodum contra ejus perſonam æquo poterit jure conſiſtere, quem nec propria quidem leges ſui juris habere voluerunt, & acquirendi tantum, non etiam transferendi poteſtate permiſſa, domino, & acquirere, & habere voluerunt? Sed ut in cauſis civilibus hujuſmodi hominum generi adverſus dominos, vel patronos aditum intercludimus, & vocem [47] negamus (exceptis ſuperexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis ſuper hoc interpellandi præbuerunt) ita in criminum accuſatione, quæ [48] publica eſt, non adimitur eis propter ſuam ſuorumque injuriam experiundi licentia.

TIT. L.
DE COLONIS PALÆSTINIS.

Coloni Palæſtini non poſſunt a terra recedere ſicut alii: & eorum dominis datur revocandi plena poteſtas. Bart.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio [49] P. P.

CUm per alias provincias, quæ ſubjacent noſtræ ſerenitatis imperio, lex a majoribus conſtituta, colonos quodam æternitatis [50] jure detineat, ita ut [51] illis non liceat ex his locis, quorum fructu [52] relevantur, abſcedere: nec ea deſerere, quæ ſemel colenda ſuſceperunt, neque id Palæſtinæ provinciæ poſſeſſoribus [53] ſuffragetur: ſancimus, ut etiam [54] per Palæſtinam [55] nullus omnino colonorum ſuo jure velut vagus, ac liber exultet, ſed exemplo aliarum provinciarum ita domino fundi teneatur, ut ſine pœna ſuſcipientis non poſſit abſcedere: addito eo, ut poſſeſſionis [56] domino revocandi ejus plena tribuatur auctoritas.

1 Scripſit. 2 Adi Socinum & Ruinum *ad rubr. ff. ſolut. matrim. num.* 42. & Socinum Juniorem 2. *part. num.* 34. Mod. 3 *Conditione*, quam varietatem & *Accurſius* notat. 4 Ei ſatisfaciebat. 5 Præjudicare. 6 Abſentiam. 7 Ruri, al. *in rure.* 8 Et prope eadem perſona, *l. ult. in fin. ſupr. de impub. & aliis ſubſtitut.* 9 Per partem retinetur uſusfructus. *l.* 53. *ff. de uſufructu.* 10 Al. *Juliano.* 11 *Adſcriptiones*, ſed male. 12 Alienis. 13 Adde Molinæum *de uſuris quæſt.* 20. *num.* 209. 14 Diutius. 15 Capitalis illatio, *taille.* Hanc autem præſtant dominis adſcriptitii tributarii. 16 Quæ non exſtat. 17 Al. *deeſt.* 18 Liberi homines, qui per triginta annos quaſi coloni & adſcriptitii detenti ſunt, liberi quidem manent (quia libertas nulla præſcriptione infringi poteſt) ſed terram deſerere non poſſunt, & ſolennem capitationem inferre coguntur. adde *l.* 15. *ſupr. hoc tit.* 19 3. Harm. 3. 8. 11. 20 *In veter. lib. legitur*, ut adnotat Cujac. *& reperi in lib. Aured. & duob. al. manuſc.* licet non 30. annos fecerint. 21 An tantummodo. 22 Coloni certos reditus præſtant domino. *l.* 5. *ſupr. h. t.* 23 Vide *l.* 15. *ſupr. hoc tit.* 24 Al. *jus.* 25 Al. *animales. quam varietatem* Accurſ. *notavit.* Animalis autem functio *hic & l. eorum C. Theod. de collat. donatar. vel relevat. poſſeſſ.* pecunia eſt pro capite ψυχικὰ συντέλεια. *in l. ult.* §. *de annonis & tributis. l.* 10. *tit.* 16. ψυχικὰ δημόσια, *Græci in l. ult.* §. 1. *ff. de munerib.* Capita, capitationes, cenſus capitis. Plutarch. *de liber. educat.* prædiis non imponuntur, ſed colonis & mancipiis, quæ in prædiis. & ita accipe legem *ſi minor* 9. *ſupr. de act. empt. l. ult. C. Theod. ſine cenſu.* & Sidonium in illo verſu ad Majorianum: *His capita, ut vivam, tu mihi tolle tria.* vide Cujac. *in d. l. ult.* 26 Al. *Hermogeni magiſtro officiorum.* 27 Adſcriptitius olim erat ex adſcriptitio & libera natus: hodie liber naſcitur, *ut hic*, quod de iis intelligitur, qui poſt hanc conſtitutionem naſcituri, non ante. *Novell.* 21. *c.* 2. & 54. hodie colonus eſt, neque terram deſerere poteſt. *Novell.* 162. adde *Nov.* 78. *c.* 3. *& Nov.* 117. *c.* 6. 28 Adſcriptitio cum libera muliere, etiamſi hoc ſciat conſentiatque dominus, connubium non eſt: ideoque recte a domino poteſt dirimi, *ut hic.* Deterior eſt in eo conditio adſcriptitiorum, quam ſervorum, propter agriculturæ neceſſitatem. Nam ſervi, ſi liberam duxerint in matrimonium, ſciente vel conſentiente domino, matrimonium non dirimitur.

29 *Juſtin. in Novell.* 54. ait hæc verba callide a quibuſdam accepta, ideoque ea interpretur in illa Nov. *Contius.* 30 *l.* 21. *ſupr. h. t.* vide Cujac. 4. *obſ.* 28. 31 Conjunge *l. unic.* §. *ult. de SC. Claud. toll. ſupr.* 32 Reſidiam. 33 *Capitatio* eſt cenſus capitis. *Goth.* De capitatione ſeu tributo, quod in ſingula capita ſolvitur, vide Jacob. Bornit. *de ærar. redit. lib.* 6. *cap.* 2. & noviter Didac. de Narbona *in annal. jur. ſub Anno* 14. *q.* 37. Anſ. 34 Scil. Romanorum. 35 *Cod. Theod.* 13. 16. 2. 36 Capitationem plebs urbana non præſtat, *ut hic*, ſed nec metrocomitæ. *l. penult. ſupr. de exactoribus tribut. l.* 10. *tit.* 19. Coloni capitationem præſtant, *l.* 1. *infr. ne ruſticani ad ullum obſeq. h. l. tit.* 54. exceptis Thracenſibus, Illyricanis, & eccleſiæ Theſſalonicenſis colonis. dixi ad *d. l.* 1. 37 Detracta ſunt quædam e *C. Theod.* 38 Al. *capite cenſiti.* 39 Idem obtinet in fiſcalibus, quod hic in privatorum colonis. *l.* 5. ℑ. *de agr. & man. dom.* Mod. 40 Dignoſcitur. 41 Cenſus hic, libri cenſuales, *l.* 4. *ſupr. de agricolis. h. l. tit.* 47. *l.* 10. *ff. de prob.* ſcripturæ publici cenſus. *l.* 23. *ſupr. de agricolis. h. l. tit.* 47. 42 Adſcripti cenſibus, *l.* 19. *ſupr. de agric. & cenſit. h. l. tit.* 47. *l.* 10. ℑ. *de re militari. l.* 12. *tit.* 36. *l. ſi quis presbyter.* 20. *ſupr. de epiſcopis.* ſunt adſcripti: de quibus mox dicetur. 43 Al. *ſicuti hi liberi.* 44 Tributarii hi cenſiti, ſeu capite cenſiti. *l.* 2. *C. Th. ſi vagum mancipium*: cenſibus obnoxii. *l.* 1. ℑ. *de tyronib. l.* 12. *tit.* 44. adſcriptitii, quaſi adſcripti cenſibus. *ſupr. h. t.* terræ adſcriptus Græce ἐναπόγραφος ὁ ἀπογεγραμμένος τῇ γῇ πάροικος. 45 Vide *l. unic.* ℑ. *de colonis Thracenſib. h. l. tit.* 51. 46 Ut quadam debiti ſervitute videlicet adſtricti. Quo, &c. 47 Vox cui certo in loco negata ſit, eidem vocem, id eſt, ſuffragium in judicio negari colligit Corſetus *ſingulari ſtatutum, ſtatuto cavetur.* 48 Accuſatio criminum publica eſt. 49 Al. *civibus.* 50 Coloni æternitatis quodam jure addicti locis, ex quorum reditibus ſublevantur. 51 Vide *l.* 15. §. *de agric. & cenſit. h. l. tit.* 47. 52 Coloni fructus ex fundo colonario ſibi maxime percipiunt. 53 Poſſeſſionibus. 54 Coloni etiam in Palæſtina a poſſeſſionum dominis revocari poſſunt. 55 Quidam codices, *per Palæſtinas*: quod non improbat Cujacius, quia fuerunt tres in Oriente, ad quas omnes hæc pertinet conſtitutio. *Mod.* 56 Colonus non eſt dominus fundi, ſed ejus dominus.

TIT. LI.
DE COLONIS THRACENSIBUS.

Thracenſes capitationis tributa non præſtant, ſed tributa terræ. Bart.

1. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Rufino P. P.

PEr univerſam diœceſim Thraciarum [1] ſublato in perpetuum humanæ capitationis cenſu, jugatio [2] tantum terrena ſolvatur. Et ne forte colonis tributariæ ſortis nexibus abſolutis, vagandi [3], & quo libuerit, recedendi facultas permiſſa videatur, ipſi quidem originario jure teneantur: & licet conditione [4] videantur ingenui, ſervi tamen terræ ipſius, cui nati ſunt, exiſtimentur: nec recedendi [5] quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, ſed poſſeſſores [6] eorum jure utantur, & patroni [7] ſollicitudine, & domini [8] poteſtate. Si quis vero alienum colonum ſuſcipiendum, retinendumve crediderit: duas auri libras ei cogatur exolvere, cujus agros transfuga cultore vacuaverit [9]: ita ut eundem cum omni peculio ſuo, & agnatione reſtituat.

TIT. LII.
DE COLONIS ILLYRICIANIS [10].

Coloni Illyriciani origine, a terra ſe ſeparare non poſſunt. Bart.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Probum P. P.

COlonos, inquilinosque per Illyricum [11], vicinasque regiones, abeundi rure, in quo eos originis [12] agnationisque merito certum eſt immorari, licentiam habere non poſſe cenſemus. Inſerviant terris non tributario nexu, ſed nomine, & titulo colonorum: ita ut ſi abſceſſerint, & ad alium tranſierint, revocati, vinculis, pœnisque ſubdantur: maneatque eos pœna, qui alienum, & incognitum recipiendum eſſe duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni, quod locis, quæ deſeruerant, factum eſt: quam multæ [13], cujus modum in auctoritate Judicis collocamus: ita ut etiam dominus fundi in quo alienus fuiſſe monſtrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem ſubire cogatur: nec ſit ignorantiæ locus, cum ad criminis rationem ſolum illud ſufficiat, quod incognitum ſibi tenuit. Servum etiam in memoratis regionibus ſi quis receperit [14], ignorationis excuſatione ſublata, quadrupli pœna teneatur, operarum præterea compendiis, damnisque præſtitis. In libertis etiam, quos pari uſurpatione ſuſceperit, is modus ſit, quem circa liberos colonos duximus retinendum. Dat. 3. Id. Jul. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS.

TIT. LIII.
UT NEMO AD SUUM PATROCINIUM SUSCIPIAT RUSTICANOS, VEL VICOS EORUM.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato [15] P. P.

SI [16] quis [17] poſt hanc noſtri numinis [18] ſanctionem, in fraudem circumſcriptionemque publicæ functionis, ad patrocinium [19] cujuscunque conditionis confugerit: id, quod hujus rei gratia geritur ſub prætextu donationis, vel venditionis, ſeu conductionis, aut cujuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus [20], qui talia inſtrumenta conſcribere auſi ſunt, bonorum proſcriptione plectendis: qui tamen ſcientes auſi fuerint hujusmodi inſtrumenta conſcribere: vicis [21] etiam, vel poſſeſſionibus ad patrocinia confugientium, publico vindicandis. Hæ autem perſonæ, quæ contra publicam utilitatem in clientelam [22] ſuſcepiſſe collatores detectæ fuerint, nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem ſubire cogentur: mediocris vero fortunæ, facultatum ſuarum amiſſione plectentur: eadem pœna multandis etiam his, qui intercedentes miniſterium ſuum hujusmodi nefariis actibus [23] improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod ſacra conſtitutio a divæ memoriæ Martiano promulgata continet, id eſt, in [24] Thracia [25] quidem diœceſi ab hinc annis triginta, hoc eſt a conſulatu Aëtii ſecundo, & Sigisbuldi: in Orientali [26] vero, & Ægyptiaca, & Pontica, & [27] Aſiana diœceſi, vigintiſex [28]: hoc eſt, a Conſulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. Dat. Kalend. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

2.

NE quis vicanis [29] patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam ſuſcipiat redituum, alteriusve lucri promiſſione recepta, & ut qui hæc non ſervaverit, ſupradictis pœnis, majorique commotioni ſubjaceat. Præterea ut vicani, ſi ſervi ſint, dominis caſtigati reddantur: ſi liberi xx. libris multentur, & verberati una cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo ſcientibus omnibus ſeceſſerint.

3. Imp. JUSTINIANUS A.

SI cujuslibet tributarius [30] junxerit ſibi tributariam uxorem, vel e contrario, ſi [31] cujuslibet ancilla ſervo ſe junxerit alieno, tam tributarii, quam ſervi filios, matrum ſequi conditionem, earumque more genitricum ſuarum dominis ſubditos eſſe cenſemus.

TIT. LIV.
NE [32] RUSTICANI [33] AD ULLUM OBSEQUIUM DEVOCENTUR.

1. [34] Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NE [35] quis ex ruſticana plebe, quæ extra muros [36] poſita capitationem [37] ſuam detulit, & annonam congruam præſtat, ad ullum [38] aliud obſequium devocetur: neque a Rationali [39] noſtro mularum fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogatur [40]. Sine die & conſule [41].

2. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Probum P. P. Illyrici [42].

SI qui eorum, qui provinciarum Rectoribus obſequuntur, quique in diverſis agunt officiis principatus, & qui ſub quocunque prætextu publici muneris poſſunt eſſe terribiles, ruſticano cuipiam neceſſitatem obſequii, quaſi mancipio ſui juris imponant, aut ſervum ejus, vel forte bovem in uſus proprios, neceſſitatesque converterint [43], ablatis [44] omnibus facultatibus, perpetuo ſubjugentur exilio [45], & nihilominus ruſticanum, qui ſe in ejusdem opera [46] ſponte propria detuliſſe deſponderit, par pœnæ ſeveritudo conſtringat. Dat. prid. Kal. Octobr. *Agrippinæ*, VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

TIT. LV.
NON LICERE HABITATORIBUS METROCOMIÆ [47] LOCA SUA AD EXTRANEUM TRANSFERRE.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato P. P.

IN [48] illis [49], quæ *metrocomiæ* communi vocabulo nuncupantur, hoc adjiciendum neceſſario noſtra putavit humanitas, ut [50] nulli extraneo illic quoquo modo poſſidendi licentia tribuatur [51]: ſed ſi quis ex iisdem vicariis [52] loca ſui juris alienare voluerit: non licere ei, niſi [53] ad habitatorem adſcriptum ejusdem [54] metrocomiæ per qualemcunque contractum [55] terrarum ſuarum dominium poſſeſſionemque transferre: ſciente perſona extranea, quod ſi contra vetitum ſe huic negotio immiſcere, vel illic poſſidere tentaverit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, & contractu ſoluto, ſi quid præſtitum eſt, hoc [56] tantum reddetur. Dat. Kalend. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

---

1 Capitationem non præſtant coloni Thracenſes, *ut hic*, ut nec Illyricani, *leg.* 1. J. *titul. proxim.* plura vide quæ ſcripſi *l.* 1. J. *ne ruſticani. h. l. tit.* 54. Goth. Diœceſis Thraciæ habet ſex provincias, ut Marianus Scotus ſcribit, Europam, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopen, Mœſiam ſecundam, Scythiam. *Mod.* 2 Jugatio terrena a capitationis humanæ cenſu differt. Capitationem autem paulo poſt vocat tributariam ſortem. 3 Colonis vagari & quo libuerit, recedendi facultas non eſt. *l.* 15. *§. de agricolis. h. lib. tit.* 47.
4 Coloni conditione ingenui, ſervi tamen terræ ſunt. 5 Redeundi.
6 Coloni poſſidentur a patronis ſuis & dominis. 7 Coloni patronum habent.
8 Coloni dominum habent, *ut hic*, aut potius terra ipſa coloni domina.
9 Al. *cultor evacuaverit.*
10 Illyricanis, al. *Illyrianis.* 11 Capitationem non præſtant coloni Illyricani, *ut hic*, vide plura ad *l.* 1. J. *ne ruſticani*, ubi dixi. *h. l. tit.* 54. Goth. Videtur accipienda lex hæc de Illyrico occidentali. Nam Orientale infert capitationem excepta eccleſia Theſſalonicenſi. *l.* 11. *ſupr. de an. & trib.* Mod. 12 Coloni originis & agnationis merito in fundis ipſis & agris immorantur. 13 Id ſpeciale hoc caſu, aliud jus in aliis eſt. *l.* 4. *§. quod ſi ſervus. ſupr. de ſervis fugitivis.* 14 *leg. ultim. §. de operis libertorum.*
15 *Orientis*, al. 16 Si quis in fraudem fiſcalium ad patrocinium alicujus, ſub prætextu donationis, vel venditionis, vel conductionis, confugerit, quod factum eſt, nullam firmitatem habeat: tabellionibus, qui inſtrumenta conficiunt, bonorum proſcriptione, plectendis, & vico id committente, ſimiliter fiſco vindicando. Qui vero ſuſceperit, ſi locuples eſt, centum auri libras ſolvat: ſi inops, proſcribatur: eadem pœna multandis iis, qui hanc ad rem miniſterium ſuum præbuerint. *Synopſis Baſilicon* 7. *titul.* 9. *ex lib.* 56. *tit.* 3. *c.* 1. Goth. Vid. Alciat. *hic.* Anſ. Adde Cujac. *lib.* 8. *obſ. c.* 28. S. L. 17 *Pars l. ult. ſupr. de exactoribus tributorum. l.* 10. *tit.* 19. 18 *Nominis*, vide Salvianum *lib.* 5. *de provid. Dei.*
19 Patrocinii nomine quod poſſidetur, vere non poſſidetur. *l. ult. §. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. vide *ſupr. tit. ne liceat potentior.* 20 Tabellionis publici contractuum ſcriptores. *l.* 2. *§. de eunuchis, l.* 17. *ſupr. de fide inſtrum. & amiſſ. l.* 14. *§.* 3. *§. de ſacroſ. Eccleſ.* νομικοὶ ἀγοραῖοι, ut quæ ab eis conficiuntur ἀγοραῖα, forenſia *d. l.* 17. 21 Publicari vicus etiam integer poteſt. 22 Clientes ſuſcepti. vide Cujac. 8. *obſerv.* 14. dixi ad *l.* 3. *ff. de uſu & habitatione.* Goth. Hinc apparet *ſuſceptos* eſſe clientes, qui ſe & bona ſua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt, fraudandorum publicorum tributorum cauſa. qua ſpecie potentiores vicanorum & ruſticorum bona ſibi vindicabant, vel relinquebant ſuſceptis ſub patrocinii mercede certa, quod multæ conſtitutiones damnant in *tit. de pac. vic. C. Theod.* & *Juſtiniani Novell.* 17. & *Tiberii de divin. domibus.* Mod. 23 Artibus. 24 Vide *l.* 2. J. *de militari veſte. l.* 12. *tit.* 40. 25 Thracia. 26 Oriens diviſus in provincias quinque *d. l.* 2. *Nov.* 24. 27 Et iterum. 28 Al. *vigintiocto, al.* 29.
29 Κωμήταις. Nemo vicanis patrocinium polliceatur, nec agricolas ad clientelam ſuſcipiat, eo nomine redituum promiſſione, vel alio lucro recepto. Quod ſi quis hæc transgrediatur, & ſupradictis pœnis ſubjacebit, & aliam præterea majorem præſtabit. *Synopſ. ibid. c.* 2.
30 Liberi tributarii & tributariæ matris conditionem ſequuntur, ſunt in ejus dominio, qui matrem ipſam habet in poteſtate. 31 Liberi, ſervi & ancillæ diverſorum dominorum cedunt materno domino.

32 Ut. 33 De ruſticorum privilegiis vide Chopinum. 34 Exemplum literarum Diocletiani & Maximiani AA. ad Cariſium. 35 *l. unic. ſupr. de capitatione. h. l. tit.* 48.
36 Id eſt, *extra metrocomias.* Contius. Goth. Hanc conſtitutionem intelligere arbitratur Cujac. Conſtantinum *in l.* 2. *Cod. Theod. de cenſ. ſive adſcr.* dum Diocletianum dicit plebem urbanam capitatione immunem reddidiſſe. nihil enim aliud ea verba; *extra muros* ſibi volunt, quam urbanos quidem capitationem non præſtare; cæterum de ruſticanis hoc hic conſtituitur, ne ad ulla alia onera devocentur, ut *l.* 1. *ſupr. de agr. cenſ.* veluti ad proſecutionem equorum aut mularum fiſcalium, de quibus *l. ult. de diſcuſſ.* Mod. 37 Capitationem præſtant ruſticanæ plebes, ſeu coloni, *ut hic*, exceptis Thracenſibus, & Illyricanis, *l.* 1. *ſupr. de colonis Thracenſibus h. l. tit.* 51. & Eccleſiæ Theſſalonicenſis. *l.* 12. *§. de annonis & tributis. l.* 10. *tit.* 16. Plebs urbana non præſtat, *l.* 1. *ſupr. de capite civium cenſu eximendo. h. l. tit.* 48. ſed nec metrocomitæ. *l. ult. ſupr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. 38 Nullum.
39 Rationabili. 40 Cogantur. 41 *Sic in manuſcr.* 42 *C. Theod.* 11. 11. 1.
43 Multa hic ſunt detracta e *C. Theod.* 44 Sublatis. 45 *Ultimo ſubjugetur exitio*, in *C. Theod.* ſed pœna immutata eſt a compoſitoribus. 46 Operas.
47 *Metrocomia* id inter vicos eſt, quod Metropolis inter urbes. Metropolis mater eſt urbium & provinciæ, Solino, Floro, Ammiano: Metrocomia vero mater eſt & caput vicorum: Ut urbes a capitatione immunes, ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici, *l. penult. ſupr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 1. *§. ne ruſticani ad ullum obſeq. h. l. tit.* 54. 48 Si voluerit habitator metrocomiæ (ὁ προκωμήτης vel μητροκωμήτης) rem quandam alienare, nulli eam extraneo vendat, ſed ejusdem vici habitatori: Nam quidquid alioquin agetur, irritum erit: nec quidquam conſequetur emptor, niſi quod præſtita recipiet. *Synopſ. Baſil.* 55. *in fin.* περὶ προτιμήσεως τῶν πιπρασκομένων παρὰ μητροκωμήτου: id eſt, de præſtatione in rebus iis, quæ ab habitatore metrocomiæ venduntur. 49 *Pars l. ult. ſupr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19.
50 *l.* 8. *ſupr. de exact. tribut.* Cæterum interpretes quidam ad hunc locum referunt quæſtionem peregrinitatis, quæ Gallis Jus Albinagii dicitur. de quo vide *l.* 11. *ſupr. de epiſc. & clericis.* Paponem 5. *Arreſtorum* 2. & 3. *Not.* 6. *ch. des lettres de Naturalité:* dixi ad Auth. *omnes peregrini. ſupr. Communia de ſucceſſionibus.* Goth. Pugnare videtur hæc lex cum *l. dudum. ſupr. de contrahend. empt.* ſed *l. dudum.* de propinquis & ſociis loquitur, ne præferantur extraneis emptoribus, hæc de convicanis; propter quam putat Cujacius ad *l. dudum.* hæc verba Tribonianum adjeciſſe; *Niſi lex ſpecialiter, &c.* quæ non ſunt in C. Theod. *Mod.*
51 Attribuatur. 52 *Alias*, vicanis *hi ſunt* μητροκωμῆται, de quib. vid. hic Cujac.
53 Jus προτιμήσεως datur comitanis, *ut hic*, non tamen ſociis. *l. dudum.* 14. *§. de contrah. empt.*
54 Eidem. 55 Hoc verbo non continetur teſtamentum: ergo poterit vicanus extraneum heredem inſtituere. Quin & Nov. Romani, non teſtamenti modo ſed & dotis, donationis propter nuptias, donationis directæ, donationis cauſa mortis, permutationis, transactionis non ſimulatæ excipitur cauſa; niſi ſi ex his cauſis bona ſua tenuiores transferant in potentiores non vicanos, quibus tamen præſcriptio decennii, ſicut & extraneis quibuslibet non denegatur. *Mod.*
56 Emens vicani prædium, non Vicaneus, pretium recuperat, *ut hic*, non idem eſt in eo, qui cenſitum abſque terra. *l.* 7. *ſupr. de agricolis & cenſitis, h. l. tit.* 47. vel qui dominicum prædium dempto canone comparat, hi enim pretium amittunt. *l. ult.* J. *de fundis rei privatæ. h. lib. tit.* 65.

TIT.

TIT. LVI.
UT NULLUS EX VICANEIS [1] PRO [2] ALIENIS VICANEORUM DEBITIS TENEATUR.

1. Imp. ZENO A.

GRave est [3] non solum legibus, verumetiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios molestari [4]. Idcirco hujusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

TIT. LVII.
DE CENSIBUS [5] ET CENSITORIBUS ET PERÆQUATORIBUS, ET INSPECTORIBUS.

De collusione & fraude tabulariorum.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum [6].

QUoniam tabularii [7] civitatum per collusionem potentiorum sarcinam [8] ad [9] inferiores transferunt: jubemus, ut quisquis se gravatum probaverit, suam tantum pristinam [10] professionem agnoscat. Dat. 15. Kal. Februar. *Romæ*, CONSTANTINO A. II. & LICINIO CONSS. 313.

De paupertate simulata succisis vitibus, vel arboribus.

2. Imppp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio P.P. [11].

QUisquis [12] vitem succiderit [13], aut feracium ramorum fœtus vetaverit [14], quo declinet fidem censuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium, mox detectus, competenti indignationi subjiciatur [15]: illo videlicet evitante [16] calumniam, qui forte detegitur laborasse pro copia, ac [pro [17]] reparandis agrorum fœtibus, non sterilitatem, aut inopiam procurasse. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinopoli*, EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De procuratore subducto, colonove fugato.

3. Iidem AAA. Cynegio P.P. [18].

SI peræquatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit [19], aut colonum per [20] contumaciam retractionis [21] fugaverit: ad eum censuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius absente peræquator apposuerit, nostræ sanctionis auctoritate tenebitur. Dat. 6. Kalend. April. *Constantinop.* HONOR. N. P. & EUODIO CONSS. 386.

Si desectorum prædiorum relevatio petatur.

4. Imppp. THEODOSIUS, ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P. [22].

OMne territorium censeatur, quotiens desectorum levamen exposcitur: ut [23] sterilia [24], atque erema [25], his, quæ culta, vel opima sunt, compensentur. Dat. 3. Non. April. *Constantinop.* THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De iniqua peræquatione.

5. Iidem AAA. Rufino P.P. [26].

QUi [27] gravatos se esse a peræquatoribus [28] conqueruntur, & injusto [29] oneri impares esse proclamant, competitionis habeant facultatem [30]: ut quid remissum gratia, quidve interceptum fuerit fraude, convincant, & ex eo levamen accipiant, quod per deformia, & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur: Quod intra annum [31] post codicum oblationem, quo [32] videbitur, de injusto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita compensatione [33] convincat: ut quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat [34], quem debitæ functioni [35] fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur: exceptis [36] minoribus, qui fuerint indefensi: his etiam, qui absuerint [37] reipublicæ causa: qui tamen ex eo tempore, quæ sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habuerint [38] facultatem. Dat. 3. Kalend. Decembr. *Constantinop.* DN. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO V. C. CONSS. 393.

De negligentia vel gratia peræquatorum vel discussorum.

6. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Eusebio P.P. [39].

PEræquatores [40] ac discussores [41] si incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non solum bonorum [42] jacturam [43], verumetiam annonarum [44] in quadruplum [45] multam [46] subire debebunt: ea vero, quæ in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exolvere. Dat. 4. Kal. April. *Mediolan.* ARCADIO & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De addictione prædiorum desertorum.

7. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Sebastiano Comiti primi ordinis [47].

APud [48] eum possessio firma permaneat, cui eam a peræquatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua [49] vero temporis anteacti a novo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subjacere dispendio. Si [50] quis vero privatus aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta usque [51] nunc permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi jure confirmat: allegationes suas sine mora, vel per se, vel per aliam personam legibus ordinatam manifestare [52] debebit: ita ut si æquitatis ratione suadente ad peritorem fuerit translata possessio: is, qui a peræquatore eam susceperit, rei melioratæ susceptis [53] sublevetur expensis. Verum ne sub specie litis donationes [54] semel constitutæ turbentur, sex [55] mensium spatium censemus debere servari: intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat [56] actiones. Quod si tempus adscriptum silentio fuerit interveniente transactum: nullum [57] penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis [ex] eo [58] tempore, quo peræquator prædium alicui addicit, de suo jure, vel per se, vel per homines suos non crediderit actitandum [59], sex [60] mensium curriculis evolutis, in perpetuum conquiescat. Dat. prid. Id. Mart. *Ravennæ*, HONORIO XI. & CONSTANTIO II. CONSS. 417.

TIT. LVIII.
DE OMNI AGRO DESERTO [61] ET QUANDO STERILES FERTILIBUS IMPONUNTUR.

Prædia deserta decurionibus loci, cui subsunt, assignari debent, cum immunitate triennii. Bart.

1. Imp. CONSTANT. A. Campesi.

CUm Divus Aurelianus parens noster civitatum ordines pro desertis possessionibus jusserit conveniri, & pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, quos præceperamus earumdem possessionum triennii immunitate percepta de solemnibus satisfacere: servato hoc tenore præcipimus, ut si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse; eorundem agrorum onera [62] possessionibus & territoriis dividantur accepta [63].

Possidens fundos steriles & fertiles tributarios, si alienat fertiles, & ob hoc efficitur non solvendo, tenetur ad tributa fertilium & sterilium emptor.

2. Idem A. [64].

SI quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore privati juris quippiam comparaverit, cujus substantia alias possessiones sustentare consueverat [65] & succisis quasi quarundam virium nervis, reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes distractorem [66] [inopem [67]] inutiles permanebunt. Dat. 8. Id. Decemb. *Thessal.* FELICIANO & TIT. CONSS. 337.

Accipientes prædia deserta cum immunitate triennii, debent cavere idonee, quod dicta prædia non relinquent cum damno reipublicæ. Bart.

3. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Mamertium P.P.

QUicunque deserta prædia meruerint sub certa immunitate [68], ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quam vel fidejussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonii sui maxime utilibus obligatis, idonea cautione firmaverint susceptam [a se] possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

Scriptus heres a tributario debitore, etiam onus fundorum sterilium agnoscere cogitur. Bart.

4. Iidem AA. & GRAT. A. ad Crescentium Vic. Afric. [69].

HEredes scripti etiam pro [70] minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renunciandum hereditati putent, cedant his omnibus [71]

---

1 Vicanis, *al. vicariis.* 2 De clarigatione & jure Represaliarum adde *l.* 4. J. *de execut. & exact. l.* 12. *tit.* 61. *Novell.* 51. *l.* 3. *in fin.* §. *Ne uxor pro marito: Auth. Habita. supr. Ne filius pro patre.* 3 *Huc pertinet l.* 2. *de exact. C. Theod. l.* 4. §. *de exact. trib. l.* 10. *tit.* 19. 4 Fuit olim plerisque locis usurpatum, ut vicanus ex contractu vel delicto convicani teneretur: & ut liceret creditori ob vicani debitum ejusdem vici hominem vel bona prehendere, quoad verus debitor satisfecisset; quod Zeno tollit hac lege, & Justinianus *Nov.* 52. & 134. Mod. 5 *L.* 50. *D.* 15. vid. Molinæum *ad Consuet. tit. de Censives.* Goth. *Census* descriptiones sunt jugerum & capitum. *Censitores* sive censores, qui census agunt. *Peræquatores* & inspectores, qui emendant, prædiis inspectis & adæquatis invicem, ut releventur, quibus est gravius onus adscriptum, graventur, quæ sunt censita levius. *l.* 10. *infr. de fund. pat. l. pen. & ult. supr. de an. & tribut. l.* 12. & 14. *C. Theod. de censit. l. ult. C. Th. de locat. fun. jur. emph.* Mod. 6 *C. Theod.* 13. 10. 1. 7 Tabularii civitatum potentioribus facile colludunt & potentiorum onera in eosdem per collusionem transferunt. 8 *l.* 5. J. *h. t.* 9 Ita Q. ad M. Ciceronem fratrem, Asiæ Proconsulem scribens, illud cum primis in eo laudat, quod effecerit, ut tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolunt, tolerarentur æquabiliter. 10 Censualis professio non tantum testibus, sed ex antiqua seu priore censuali possessione potest argui. *l.* 1. *supr. de immunitate nemini concedenda l.* 10. *tit.* 25. & ita intellige *l.* 10. *ff. de probationib.* Nam alias tabulæ censuales potiores sunt testibus. *d. l.* 10. 11 *C. Theod.* 13. 11. 1. 12 *Si quis*, in *C. Theod.* 13 Aliud si mortuæ sint. *l.* 4. §. 1. *ff. h. t.* 14 *C. Theod. hebetaverit*, forte *amputaverit*, al. *vitiaverit.* vid. *l.* 4. §. *si quis. ff. de censib.* 15 Immutata est pœna, quæ in *Cod. Theod.* expressa est. 16 Vitante. 17 *Abest a C. Theod. & quib. lib.* 18 *C. Theod. h. t. l.* 2. 19 *l.* 4. §. *si quis* 10. *ff. de censib.* 20 *Ad*, in *C. Theod.* 21 *Retractationis, C. Th.* 22 *C. Theod. h. t.* 3. 23 Vid. *l.* 4. J. *tit. prox.* 24 *Squaliora* in *C. Th.* al. *squalidiora.* 25 *Jejuna* in *C. Theod.* Erema prædia deserta, sterilia, *ut hic & tit. prox.* 26 *C. Th. h. t.* 4. 26 *l.* 1. *in pr. supr. h. t.* 28 Peræquatores sunt, qui inspectis prædiis census æquabili ratione imponunt aut emendant. 29 Injuncto. 30 Actio vel competitio adversus iniquam peræquationem datur intra annum post completam peræquationem, traditosque peræquationis libros, ex die clausi renunciatique census, ut ait *l.* 5. *Cod. Theod. de censu sive adsc.* Excipiuntur minores indefensi, & absentes reipublicæ causa: quibus non ex eo die annus computatur; sed ex quo agendi facultatem habuerint. ad extensionem porro hujus legis vide *l. formam.* §. *final. ff. de censibus.* Balb. *in tractat. de præscription. quarta parte principali, quæstione* 30. *n.* 9. Socinum *consil. ult. columna final. lib.* 3. Beroald. *in quæst. fam. quæst.* 5. Anton. Rub. denique *ad l. non solum.* §. *morte. ff. de novi oper. nunc. n.* 261. Mod. 31 Qui se gravatum dicit a censitore, vel peræquatore, ea de re queri & agere potest intra annum, non post annum. Eustathius *lib. de temporib. c. de anno.* 32 *Cui*, in *C. Theod.* 33 Al. *competitione* in *C. Theod.* 34 Agnoscat. 35 Functionis. 36 *Sequestratis*, in *C. Theod.* 37 *Absuerunt*, al. *abierunt.* 38 Habere potuerint. 39 *C. Theod. h. t.* 7. 40 Peræquator ἐξισωτής, discussor, λογοθέτης. *Synops. Basil.* 56. *tit.* 14. *cap.* 1. §. 6. 41 Quædam hic sunt omissa e *C. Theod.* 42 *Horum*, in *C. Theod. & vet. quib. lib.* quod magis probat Cuj. Græcorum auctoritate. 43 Quæ & emolumenta. *l.* 11. §. *de annonis & tributis. l.* 10. *tit.* 16. 44 *l.* 1. *supr. de discussoribus. l.* 10. *tit.* 30. 45 Imo in duplum, *l.* 7. *supr. de exactoribus. l.* 10. *tit.* 19. 46 *Multæ*, in *C. Theod.* 47 *C. Theod. h. t. l. pen.* cujus hic omissum est initium. 48 Vid. *l.* 11. *in fin.* J. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 49 Λοιπάδες Græcis dicuntur. *Syn. ibid.* Qui a fisco auctionante rem comparat, pretium tantum præstat, non reliqua, *ut hic, & l.* 6. *in fin. supr. de fide & jure hastæ fiscalis, l.* 2. J. *de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. Olim jus id non erat. *l. prædiis* 36. *ff. de jure fisci.* Verum cum id plerique refugientes nollent a fisco emere, facilius inveniendi emptoris causa ab Imperatoribus Valentiniano & Valente id remissum. *l.* 1. *C. Theod. de fidejuss. civitat.* In privatis auctionibus emptor reliqua etiam præstat. *l. Imperatores.* 7. *ff. de publicanis ut* §. *sine censu.* 50 Qui possessionem a peræquatore traditam, velut obligatam sibi evincit, expensas meliorationis solvere debet & intra sex menses actionem sibi competentem instituere. *Synops. ibid.* adde *l.* 11. *in fin.* J. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 51 *Hucusque*, in *C. Theod.* 52 *Apud spectabilitatem tuam publicare*, in *C. Theod.* 53 *Receptis*, in *C. Theod.* 54 *Dominationes, in veter. lib. manusc. id est, dominia*, in *C. Theod.* 55 *Duorum*, in *C. Theod.* dixi ad *l. locorum* 11. J. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 56 *Exerat*, in *C. Theod.* 57 De exceptione litis finitæ, vid. Rebuff. *tract. de exceptionib. n.* 600. & 606. 56 *Abest a C. Theod. & quibusd. manuscr.* 59 Actitatum. 60 *Duorum*, in *C. Theod.*

61 Non idem est desertum & derelictum: derelictum enim occupantis fit, desertum non item, *l.* 8. *hoc tit.* usucapitur tamen biennio. desertum autem est, quod incultum & squalidum est. *Mod.* 62 Vid. *l.* 6. *in fin.* J. *h. t.* 63 Hoc verbum, *Accepta*, est ex subscriptione, *ut Data.* Goth. Vid. Jacob. Bornit. *de ærar. reditib. lib.* 7. *c.* 1. & Alciat. *h. t.* Ans. 64 *C. Theod.* 11. 1. 4. 65 Vid. *l.* 5. J. *h. t.* 66 Desertorem. 67 *Abest a C. Th.* 68 Jubet ut ii quibus deserta prædia addicuntur sub certa immunitate veluti triennii, *l.* 1. *hoc tit.* vel biennii, *l.* 7. *hoc tit. l.* 12. *C. Theod. de censit. pignorib. vel fidejussorib.* caveant se ea damno publico minime deserturos. *l.* 6. *hoc tit. l.* 7. J. *de fund. pat.* Mod. 69 *C. Theod.* 11. 1. 17. *ubi legitur, Crescentem.* 70 *l.* 2. *supr. h. t. l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. §. *cæterum, l.* 9. *l.* 10. *infr. h. t. l.* 3. J. *tit. prox. l.* 10. J. *de fundis patrimonial. h. l. tit.* 61. 71 Institutus a debitore, repudians ejus hereditatem, privatur omnibus bonis, non solum hereditario, sed quocunque

rebus,

rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo & jure perceperint. Dat. 4. Id. Jul. *Contionaci*, GRAT. A. II. & PROBO CONSS. 337.

Possidens prædia sterilia & fertilia, non potest renunciare sterilibus & fertilia retinere. Bart.

5. [1] Impp. VALENTIN. & THEODOSIUS AA.

QUi utilia [2] Reipubl. loca possident permixtione facta etiam deserta [3] suscipiant: ut si earum partium graventur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui utraque hac conditione retineant, ut præstatione salva cum desertis & culta possideant, sublata [4] a paucis, quos iniquum est electa retinere: cum municipes gravatura sit pars relicta.

Prædium sterile desertum injungi debet possidenti fundum fertilem dominicum, vel templorum. Bart.

6. Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Nebridio Comiti R. P. [5].

QUisquis [6] conductor fuerit inventus possessor fundi [fertilis [7],] qui ex publico, vel templorum jure descendit, huic ager jungatur inutilior [8]. Quod si contra id reluctandum existimaverit, alius possessor sub eadem præstatione quæratur: vel si voluntarius, qui [9] sit conductor, non inveniatur, tunc [10] ad possessores antiquos, id est, decuriones, vel quoslibet alios loca juris prædicti adjunctis inutilibus revertantur: idoneis fidejussoribus præstitis [11]. Dat. 15. Kalend. Februar. CP. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

7. Iidem AAA. [12].

QUicunque desertum [13] fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem idoneumque præstiterit: salvo patrimoniali canone [14], perpetuo ac privato jure defendat [15], & velut domesticum, & avita successione quæsitum sibi habeat, suisque relinquat, neque eum aut promulgatione rescripti, aut reverentia sacræ adnotationis quisquam a fructu impensi operis excludat. Cæterum eos, qui opimas [16] ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas, pro [17] deserta [18] scilicet portione summam debiti præsentis jubemus implere. † Illos etiam, qui emphyteuticario nomine, nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent, sic ex illis quoque, quæ [19] præsidio indigent, justam ac debitam quantitatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio, post biennium [20] decretum canonem solvendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & potestatis objectione submoveatur, quominus ad diacatochiæ [21] vicem defectas possessiones patrimonialis juris accipiat, earum tributa & canonem soluturus: illud speciali observatione procurans, ut primo vicinas, & in eodem territorio sortiatur: dehinc si neque finitimas neque in eisdem locis repererit constitutas, tunc demum etiam longius positas: sed in quantum fieri valet, pro interjecto spatio sibimet cohærentes, pro modo & æquitate suscipiat, ut id consensu [22] omnium fiat, quod omnibus profuturum est.

Agrum sterilem, & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest invadere: sive invadens sit vicinus, sive non.

8. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P.

QUi [23] agros domino [24] cessante desertos, vel longe positos vel in finitimis, ad privatum pariter publicumque compendium excolere festinat, voluntati suæ nostrum noverit adesse responsum: ita tamen, ut si vacanti ac destituto solo novus cultor insederit, ac vetus dominus intra biennium [25] eadem ad suum jus voluerit revocare, restitutis primitus quæ expensa constiterit, facultatem loci proprii consequatur. Nam si biennii fuerit tempus emensum, omnis possessionis, & dominii carebit jure, qui siluit.

Fundos patrimoniales principis ille dicitur possidere jure privato, qui ipsos steriles accepit, & sua cultura fecit fertiles. Bart.

9. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. Ruffino P.P.

QUi fundos patrimoniales jure privato canone salvo susceperint: hanc omnes sine ullius exceptione personæ propositam [sibi [26]] intelligant optionem, ut aut ea loca [27], quibus minor est soli fœcunditas, cum his ex quibus fructus uberes capiunt, suscipere, & tenere non abnuant [28]: aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus cedant. Dat. 8. Id. Novembr. *Tyro*, ARCADIO III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

Si fiscus alicui successit, qui fundos steriles & fertiles possidebat, & aliquis per potentiam fertiles occupavit, cogitur steriles ex eadem substantia pro portione acceptare. Bart.

10. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P.

QUi [29] per potentiam [30] fundos opimos ac fertiles [31] occuparunt: cum quæstuosis [32] uberibusque pro rata portione suscipiant infœcundos ex eadem [33] substantia. Dat. Non. Mart. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

11. Iidem AA. Hadriano P.P.

LOcorum domini intra sex [34] menses edictis vocati, revertantur: qui si adfuerint, & propria teneant, & ea, quæ ex præterito contraxerint debita, redhibere cogantur. Sin vero se impares esse earum rerum tributis propria confitentur absentia, nec adesse voluerint: penes [35] eos, qui [36] hæc susceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat: ut postquam ea [37] exolverint, sciant sibi inquietudinem submovendam, nec subreptione cujusquam competitionis [38] loca, quæ tenuerunt, auferenda: quibus etiam illud [39] indulsimus: ut [40] ex eo tempore, ex quo primum loca, de quibus agitur, cœperint possidere, tributa poscantur [41]. Dat. 6. Kalend. Septembr. STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Ad tributa prædii sterilis nullus possidens fertilia cogitur, nisi postquam adsecutus fuerit. Bart.

12. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Seleuco P. P. [42].

HAc definitione sancimus, nullum possessorem neque munificum prædium pro [43] alienis debitis, vel destitutionibus [44] esse retinendum [45], neque eorum prædiorum despectione [46] prægravari, quæ ex iisdem bonis, quæ retinentur [47], nequaquam esse monstrantur [48]: ne [49] ullis præstigiis atque commentis exactio mutiletur. Dat. Prid. Kal. Februar. *Ravennæ*, HONOR. VIII. THEOD. V. AA. CONSS. 412.

Domini prædiorum debent requiri, ut solvant debita contracta; & ipsis cessantibus, adsignantur volentibus solvere. Bart.

13. Iidem AA. ad Probum.

OMnium prædiorum actores ac domini requirantur: quorum si vitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est, ut [50] debeat dominium commutari. Datum 3. Id. Jun. CP. CONSTANTE & CONSTANTIO CONSS. 414.

14. Iidem AA. Aureliano P.P.

RUra [51], & possessiones, quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta provincialia desideriis suis, vel reliquerunt [52], vel possidere alios permiserunt: penes eos, qui eas excoluerunt, & functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam [53] habentibus curialibus copiam repetendi. Dat. 3. Non. Decemb. HONORIO X. & THEODOS. VI. AA. CONSS. 415.

15. Iidem AA. Sebasto [54] Com. primi ordinis.

SI quis deserta prædia, quæ navalem sustinent functionem, & in desertis nunc usque remanent, superæquationis jure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis convenit ea relevari, ut gravis sors navis [55] esse non possit, pro ea, quæ resederit portiuncula: cum aliis fuerit dispendiis liberata. Dat. prid. Id. Mart. *Raven.* HONOR. A. XI. & CONSTANTIO II. CONSS. 417.

16. Iidem AA. Hermocrati P.P. [56].

SI quis auctoritate nostri nominis [57] de fundis patrimonialibus [58] steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit, firmiter eum volumus possidere: sub [59] ejusdem tamen canonis solutione, quem nostræ Majestatis auctoritas per annos singulos solvendum esse præscripsit, nullamque eos descriptionem, sive adjectionem [60], aut innovationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est, eos, qui nobis hortantibus fundos inopes, atque egenos [61], magno labore [62] impenso, aut exhausto patrimonio vix forte meliorare potuerunt, utpote deceptos inopinatum onus suscipere: illudque velut quadam circumventione deposci, quod si se daturos præscissent, fundos minime suscipere, aut etiam colere paterentur. Dat. 12. Kal. CP. THEOD. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

17. Imp. THEOD. A.

JUbemus [63] neminem [64] curialem pro [65] alieni territorii debitis [66] detineri [67], sed tantum municipem pro gleba propria conveniri. Dat. 5. Kal. Maji, *Ravenn.* post Cons. FELICIS, & TAURI VV. CC. 429.

titulo ad eum delatis a testatore. Corsetus *singulari heres.* 1 *Al.* Impp. Valens & Gratianus AA. ad Anthemium P.P. 2 Εὐϑαλῆ χωρία, Qui fertilia loca possident, etiam ἄποϱα, sterilia suscipere debent. Quod si nolint, cedere debent fertilibus, ut & omnia municipes habeant. *Synops. Basil.* 56. *ex tit.* 14. *c.* 12. 3 *l.* 3. *l.* 4. *s. h. t.* 4 Sublatis. 5 *Sic legitur*, in *C. Theod.* 10. 3. 4. *unde hæc lex desumpta est.* al. *Iidem Augusti.* 6 *Ut quisque*, in *C. Theod.* al. *Ut quisquis.* al. *Ut quicunque.* 7 *Abest a C. Theod. & quib. lib.* 8 *d. l.* 4. 9 *Quis conductor*, in *C. Theod.* 10 *l.* 1. *in fin. s. h. t.* 11 *Præbitis*, in *C. Theod.* 12 In quibusd. additur, & Arcadius A. Cynegio P. P. 13 Defectum. 14 *l.* 5. *l.* 9. J. *de fundis patrimonialib. h. l. tit.* 61. 15 Defendantur. 16 *Optimas*, al. opportunas. 17 *l.* 4. *supr. h. t.* 18 Defecta. 19 Al. *qui.* 20 Deserta, defecta sive ἄποϱα prædia qui suscipiunt, nonnisi post biennium, solennem canonem fisco inferunt. Eustathius *lib. de temporib. cap. de biennio.* 21 Vide Alciatum, qui legit hic *diacatharotiæ*, sed Cujacius magis probat excusam lectionem & *diacatochiam* interpretatur possessionem, ex qua fisco canon debetur: ut, ad diacatochiæ vicem, significet, possessionis titulo & jure. 22 Pars major collegii & universitatis quod facit, omnes facere & comprobare tenentur, *arg. hujus legis*, *l.* 160. §. 1. *ff. de reg. jur. l. quod major.* 19. *ff. ad municip. cap.* 1. *x. de his, quæ fiunt a majori parte.* quam sententiam limitat, seu restringit Corsetus *singulari universitas*, si de reformatione, ut ipse loquitur, officialis agetur: si de revocanda libertate, vel retrahendo in servitutem aliquo: si pars major statuere volet adversus ea, quæ ab omnibus antea statuta sint. Item si contra jus statuerent, adde *Innocentium in c. humilis.* 17. *de majoritate &c. cum omnes* 6. *X. de constit.* Postremo si pars major extra collegium id fecerit. *c. in causis* 30. *de elect.* Bald. *in l. Per fundum* 11. *ff. de servis rustic.* 23 Agrum sterilem & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest invadere, quod qui facit, non incidit *in l. cum quærebatur* 11. *s. unde vi.* 24 *l.* 14. *in pr.* J. *h. t.* 25 Deserta prædia qui occupant, ea dominus ab eis repetere potest intra biennium redditis meliorationibus, *ut hic.* Eustathius *lib. de temporib. c. de biennio.* vid. quæ notavi ad *l.* 1. §. 10. *ff. de adq. possess.* Neque obstat *lex* 11. J. *h. t.* loquitur de eo, cui prædia addicta sunt a peræquatore, non de eo, qui deserta occupavit. Goth. Vid. Gloss. in *l. final.* J. *de censib. h. l. tit.* 57. *l. fin. supr. de jure Reipub. h. l. tit.* 29. Ærod. in Pand. *lib.* 5. *tit.* 21. *c.* 8. Et nota, Impensas in aliquam rem factas ante omnia esse restituendas: qua de re vid. Kinschot. *Respons.* 105. Ans. 26 Al. *deest.* 27 Vid. *l.* 4. *supr. h. t.* 28 *Abnumerat*, al. *abnumerent.* 29 *C. Theod.* 13. 11. 8. 30 *Impotentiam*, in *C. Th.* 31. *l.* 4. *supr. h. t.* 32 Vid. *l.* 12. J. *h. t.* 33 Multa sunt hic immutata ex *C. Theod.* unde hujusmodi subscriptio addenda est: Dat. Non. Mart. *Constantinopol.* Honor. A. 4. & Eutychiano Conss. 34 Desertum agrum qui a peræquatore accepit, firmo jure eum tenet, neque reliqua prioris possessoris solvit. Quod si supervenerit, qui agrum vindicet domini, aut hypothecæ jure, & evincat, meliorationis sumptus ab eo consequitur, si modo is veniat intra sex menses post addictionem agri. Post sex menses venienti obstat præscriptio, *ut hic & l. ult. in fin. supr. de censib. & censitorib. tit. prox.* adde quæ scripsi ad *l.* 8. *supr. h. t. l.* 7. *supr. de censib.* Eustathius *lib. de temporib. c. de sex mensib.* 35 Penes quidem hos. 36 *l.* 13. J. *h. t.* 37 Ea excoluerint. 38 Competitoris. 39 Vid. *l.* 36. *ff. de jure fisci.* 40 *l.* 7. *supr. de censib. & censitorib. l.* 2. *in fin.* J. *de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. *Novell.* 128. *c.* 14. 41 Præstentur. 42 *C. Th.* 11. 31. 43 Clarigationes & repressaliæ vetitæ. *l.* 10. *s. h. t. l. ult.* J. *h. t. l.* 4. *supr. de agricol. & censitis. h. l. tit.* 47. *Nov.* 17. 52. 128. *c.* 14. *l. ult.* J. *ut nullus ex vicaneis h. l. tit.* 56. *l.* 4. J. *de executoribus & susceptorib. l.* 12. *tit.* 61. adde Papon. 3. *Not. tit. des lettres de marque*, & 5. *Arrestor.* 3. Gaylium *tract. de pign.* 44 *Destitutione*, in *C. Theod.* 45 *Detinendum*, in *C. Theod.* 46 *Depectione*, al. *defectione*, in *C. Th.* al. *defunctione*, *in lib. Aured. legitur, defunctione.* 47 *Retinent*, in *C. Theod.* 48 Monstratur. 49 Nec. 50 *l.* 11. *s. h. t. l.* 10. *supr. de annonis & tributis. l.* 10. *tit.* 16. *l.* 2. *in fin. l.* 7. *in fin. l.* 8. *s. de exactor. trib. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 2. *in fin.* J. *de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. 51 Al. *Jura*, sed male. 52 Vid. *l.* 8. *in pr. supr. h. t.* 53 *Al.* additur, *penitus.* 54 Al. *Sebastiano.* 55 Navalis. 56 Al. *Hermogeni.* 57 Numinis. 58 *l.* 3. *versic. similiter. supr. de alluvionibus. l.* 2. *in pr.* J. *de fundis rei privatæ. h. l. tit.* 65. 59 Ita ut non relevetur fundus. *l. un. supr. de coll. donatorum. l.* 10. *tit.* 28. 60 Vid. quæ scripsi ad inscriptionem *tit. de in diem addictione.* 61 Novella integra habet *jejunos*, & ita legitur in *quib. vet. lib.* 62 In quib. libr. hæc lex superiorem præcedit: & ea est illius inscriptio: Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Celeri Proc. Afric. 63 *C. Theod.* 12. 1. 186. 64 Μηδεὶς τῶν κτητόρων ὑπὲρ γῆς &c. Nullus curialium pro gleba in alieno territorio sita detineatur. *Synops. dict. tit.* 14. *cap.* 16. 65 Clarigationes prohibitæ, *ut hic. l.* 12. *supr. h. t. & l.* 4. J. *de executoribus. l.* 12. *tit.* 61. *Nov.* 128. *cap.* 14. 66 Territorium & glebam dicit pro eodem, ut *l.* 11. *supr. de oper. publ. l.* 3. *supr. de nat. lib. l. nulli. supr. de episcop. & cler.* municipem quoque & curialem pro eodem, ut *l.* 5. *supr. hoc titul. l.* 1. J. *de fug. col. l.* 41. *Cod. Theod. de oper. publ.* Curialis igitur glebæ propriæ, non alienæ nomine tenetur. *l.* 12. *supr.* Mod. 67 *Attineri.*

TIT. LIX.
DE [1] FUNDIS LIMITROPHIS [2], ET TERRIS, ET PALUDIBUS, ET PASCUIS, ET LIMITANEIS [3], VEL CASTELLORUM [4].

Rescripta in contrarium impetrata nullius sint momenti.

1. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. ad Licinium [5] P. P.

Tiberianus [6] ad possibilitatem singulorum quorumque locorum intuens statuit certas possessiones, quæ ad limitem [7] frumenta convehe-rent. Quocirca generali lege sancimus, Tiberiani dispositionem oportere observari: amoventes quidquid vel potentia cujuscunque [8] elicuit [9], vel furtiva [10] deprecatio: addentesque nihilominus in futurum nulli licere [11] adversus utilem vetustatem, & præsentem legem nostram importuna, & respuenda reposcere [12]. Dat. 18. Kal. Octob. *Aquileiæ*, ARCAD. A. & BAUTONE CONSS. 387.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Asclepiodoto P. P. & cons. ordinario.

Quicunque castellorum [13] loca quocunque titulo possident, cedant [14] ac deserant: quia his [15] tantum fas est possidere [16] castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus judicavit antiquitas: quod si ulterius, vel privatæ conditionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur. Dat. 5. Non. Mart. CP. ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 423.

Agri limitanei donec per milites possidentur, sunt a tributis immunes. Bart.

3. Impp. THEOD. & VALENT. Augusti Nomo Magistro officiorum.

Agros limitaneos universos cum paludibus omnique jure, (quos [17] ex prisca dispositione limitanei [18] milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueverant:) & si in præsenti [19] coluntur, ab his firmiter, ac sine ullo concussionis gravamine detineri: & si ab aliis possidentur (cujuslibet [20] spatii temporis præscriptione cessante) ab universis detentatoribus vindicandos [21], iisdem militibus sine ullo prorsus (sicut antiquitus statutum est) collationis onere volumus adsignari: in his etiam contra eos, qui præceptionibus nostris obviam venire tentaverint, proscriptionis [22] pœna valitura: Nam si quis forte (quod minime audere debuerat) emptionis titulo, memorati juris possidet prædia: competens ei actio contra venditorem intacta servabitur [23]. Dat. Prid. Id. Septemb. *Constantinop.* MAXIMO II. & PATERIO [24] CONSS.

TIT. LX.
DE [25] PASCUIS [26] PUBLICIS ET PRIVATIS.

Antiqua pensio pro pascuis saltuum antiquitus constituta, inconsulto Principe augeri non debet.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. [27] P. P.

Cum [28] nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei privatæ pensio debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Etenim idcirco graviorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, ut animalia ex rebus privatis nostris a locorum pastibus arceantur: quod fieri non oportere divæ memoriæ Julianus prorogata jussione constituit. Quare excellens auctoritas tua conventis provinciarum rectoribus non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt civitates, sed eam manere decernet quam statuit antiquitas. Dat. 8. Kal. Octob. *Luceriæ*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

2. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. ad Simplicium Magist. mil. [29].

Insignis [30] auctoritas tua hac [31] conditione a publicis [32] pratis [ac amœnis [33]] pascuis animalia militum prohiberi præcipiat, ut [34] universi cognoscant, de emolumentis eorum, tuique officii facultatibus, duodecim libras auri fisci commodis exhibendas, si quisquam posthac memorata prata [35] mutilare tentaverit: non minore decernenda pœna, si etiam prata privatorum [36] Antiochenorum fuerint devastata: ita tamen, ut sine læsione provincialium provideant curiales quo pacto animalium militarium pastui [37] consulatur. Dat. 5. Id. Mart. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCH. V. C. CONSS. 398.

Prata provincialium non debent fatigari molestia militum principis. Bart.

3. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Comitibus & Magistris militum.

Prata [38] Provincialium nostrorum, & præcipue rei privatæ nostræ perniciosum [vel periculosum [39]] est militum molestia fatigari: ideoque lege ad amplissimam [40] præfecturam promulgata; censemus, ne hoc deinceps usurpetur: super qua re universos quorum interest, convenire tua magnificentia non moretur: neque permittat [41] possessores, vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate vexari. Dat. Non. Septemb. HONORIO X. & THEOD. VI. AA. CONSS. 415.

TIT. LXI.
DE FUNDIS PATRIMONIALIBUS [42], ET SALTUENSIBUS [43], ET EMPHYTEUTICIS, ET EORUM CONDUCTORIBUS.

De donatione.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Cypito.

Si quis fundos emphyteuticos [44] juris salva lege fisci [45] citra judicis auctoritatem donaverit, donationes firmæ [46] sint, dummodo suis quibusque temporibus ea, quæ fisco pensitanda sunt, repræsentare cogatur. PP. 17. Kalend. Jul. *Trever.* CONSTANTINO A. IV. & LICINIO III. CONSS. 315.

De pensitatione emissa a minore xxv. *annis.*

2. Idem A. ad Dracontium.

Patrimonialis fundi pensitationem, seu aurariam, seu frumentariam intra tempus omissam, minorum dominio non nocere præcipimus, nec ad fraudem juris eorum accedere [47], si quod solemniter debetur, paulo serius inferatur: ita tamen, ut permanente substantia parvulorum [48], judex tutorem, vel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiæ suæ & deserti officii pœnas exigat, & damna deplorare compellat.

Quibus ex causis fundus ab emphyteuticariis relinqui, vel eis auferri non potest.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Germanianum Com. S. L.

Quicunque [49] possessiones ex emphyteutico jure susceperint, ea ad refundendum [50] uti occasione non possunt, qua afferant desertas esse cœpisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint: sed nec avelli eas ab his posse, nec si licitatio [51] ab alio [52] fuerit promissa [53], sed eas in perpetuum apud eos, qui eas susceperint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit adversus eos impetratum. Dat. 8. Kal. Octob. *Mediolan.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De his, qui poscunt fundos ad domum principis devolutos.

4. Imppp. VALENS, GRATIANUS, & VALENT. AAA. ad Florentium [54].

Fundi [55] patrimoniales, & qui ex emphyteutico jure ad domum nostram diversis generibus devoluti sunt, sic eis, qui eos poposcerint, cedunt [56], ut commissi metus esse non possit. Neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ea jure dominii: ita [57] tamen, ut ea, quæ in nostra possessione positi præstiterint, & in posterum solvant. Dat. Id. Mart. *Treveris*, VALENTINIANO II. & VALENT. II. AA. CONSS. 368.

De his, qui a peræquatore, vel censitore desertum agrum patrimonialem suscipiunt.

5. [58] Impp. GRATIAN. & VALENT. AA.

Si, qui a prioribus colonis, vel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum a peræquatore, vel censitore susceperint, perpetuo [59] eundem atque inconcusso jure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat. Dat. 4. Non. Novembr. GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

De donatione.

6. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Nebridio Com. R. P.

Hi, quibus patrimoniales possessiones per Asianam [60] & Ponticam diœcesim, vel a nobis, vel a divis [61] parentibus nostris sacra largitate donatæ [62] sunt, inconcusse possideant, atque ad suos posteros [63] transmittant:

1 *Ecl. lib. 55. tit. 6.* 2 *Limitotrophis*, Cujac. Limitotrophi fundi dicuntur, quod inde milites limitanei aluntur, non quod ad milites limitaneos pertineant, ut *l. 13. J. de fundis patrim. h. l. tit. 61.* Græci ita legunt: περὶ ἀγρῶν λιμιτανέων, καὶ λιμιτρόφων, καὶ ἐμφυτευτικαρίων, *de agris limitaneis & limitrophis & emphyteuticariis. Syn. Basil. 55. tit. 6. l. 3. J. h. t.* 3 Fundi limitanei, qui ad milites limitaneos pertinebant. 4 Castellorum fundi ad milites castellanos pertinent. *l. 2. J. h. t.* 5 Al. *ad Latinum, in meo manuscript.* Cont. 6 De fundis limitotrophis dispositionem Tiberiani P. Prætorio confirmat. 7 Inscriptis, *ad limitum frumenta convenirent.* 8 Uniuscujusque. 9 Reliquit. 10 Id est, obreptio. De obreptionis exceptione, & subreptionis adde Oldendorpium *c. 14. de except.* 11 Nocere. 12 Deposcere. 13 Castellani milites agros castellis deputatos soli possidere debent, non privati aut alii milites. 14 Reddant. 15 Ab his. 16 Possideri. 17 Limitanei agri, quos limitanei milites ex prisca dispositione ab omni munere vacuos ipsi curabant, & arabant pro suo compendio. Ex prisca, inquam, dispositione, seu uti attributi illis sint ἀφορισθὲν ἐξ ἀρχῆς, *Synopsis 55. tit. 6. cap. 2.* 18 Limitanei milites, οἱ τὰς κλεισούρας φυλάττουσιν, qui clisuras custodiunt. *Synops. 55. tit. 6. cap. 2.* id est, prætenturas burgos, vel arces. 19 Præsentia. 20 *l. 8. J. de fundis patrimon. h. l. tit. 61.* 21 Vindicatos. 22 Eadem pœnarum acerbitate, quæ adversus ducum aviditatem prolata est, valitura, in *Nov. Theod.* 23 Hanc subscriptionem restitui ex *Nov. Theod.* 24 Al. *Paterno.* 25 Περὶ νομῶν ἤτοι βοσκῶν. *Ecl. lib. 55. tit. 7. & 7. C. Th. 7.* 26 *supr. tit. prox. & lib. 7. tit. 41. l. 30. in fin. ff. de verb. sign.* 27 Ad Ruffinum. 28 *l. 2. C. Th. h. t.* 29 Al. *Simplicio Comiti & magistro utriusque militiæ.* 30 *l. 3. C. Theod. h. t.* 31 Al. *conditio.* 32 *l. 3. in princ. J. h. t.* 33 Pro inclusis legit Cujac. 1. *observ.* 19. Apamænis, id est, Syriæ locis, de quibus Strabo *lib. 16. in quibusd. vet. lib. deest* amœnis. 34 Ut &. 35 Prata prava. 36 *Al.* additur, *aut.* 37 Pascuis. 38 *l. 2. supr. h. t. Synops. h. t. cap. 7. l. 5. C. Theod. h. t.* 39 *Al.* deest, *vel periculosum*, 40 Ad Aurelianum P. P. & Patricio: qui est *l. 4. C. Theod. h. t.* 41 Permittant.

42 Fundi *patrimoniales* sunt, qui ad patrimonium principis pertinent. 43 *Saltuenses* fundi sunt pastioni deputata nemora: Emphyteutici vero fundi sunt, qui emphyteutico jure dantur. Cujac. *hic.* adde *l. 13. supr. de prædiis minorum.* 44 Emphyteutici juris fundum salva lege fisci, donare citra judicis autoritatem licet. 45 Adi Sarmientum *l. 3. sel. c. 2.* Mod. 46 *l. 16. in fin. ff. de pign. act.* v. tamen *l. ult. supr. de reb. alien. non alien. Novell. 7. cap. 1. vers. alienationis.* 47 Evadere *Goth.* Intellectum hujus l. vid. *decis. Ultraject. 38. num. 2.* Ans. 48 Parvuli, qui intra vicesimum quintum annum. *l. 1. J. de fugitivis colonis. h. lib. tit. 63.* 49 In emphyteusim fundum a fisco accipiens, non potest fundum, eo prætextu, quod desertus sit (ne quidem, si rescriptum principis habeat) refundere (ἀποβάλλεσθαι) ut per contrarium avelli ab eo non potest, etiamsi super eo fundo fiat licitatio (ὑπερθεματισμός.) Itaque fundus ita acceptus apud accipientem & ejus posteritatem perpetuo manet. *Synos. Basil. 15. tit. 15. ex lib. 55. tit. 1. cap. 9. §. 4.* 50 Referendum, al. *refutandum: in duobus manusc.* reddendum. *Goth.* Quod est glossema verbi *refundendum*, quo usi eodem modo Jurisconf. in *l. item quod. ff. de in diem. l. generaliter. §. quod si legatum. 16. ff. de fideicomm. libert.* Mod. 51 Locatio. 52 Aliquo. 53 Permissa. 54 *Iidem AA. ad Florianum Com. R. P. in lib. manusc.* al. *ad Florum.* 55 Fundi publici (δημόσιοι) in perpetuum locati, sine jussu principis non auferuntur. *Synopsis Basil. 15. tit. 15. ex lib. 55. tit. 1. cap. 9. §. 4.* Goth. Jubet lex ut fundi patrimoniales & emphyteutici juris ad domum principis devoluti, forte ex causa desertionis, vel permutationis colonorum, poscentibus salvo canone addicantur, & ne ob cessationem canonis committantur. pugnat igitur cum *l. 2. supr.* nisi hæc accipiatur de canone, illa de tributis. *l. 1. supr. de susceptor.* Mod. 56 Vid. *l. 6. J. h. t.* 57 *l. 2. in fin. l. 5. J. de fundis rei privatæ. h. l. tit. 65.* 58 *Al.* Imppp. Gratianus, Valentinianus & Theodos. AAA. ad Modestum P. P. 59 Vid. *l. 7. in princ. supr. de omni agro deserto. h. l. tit. 58.* 60 Asiam. 61 Divinis. 62 *l. 4. in prin. supr. h. t. l. 1. l. 2. supr. ne fiscus rem quam vendidit, evincat. l. 10. tit. 5. l. 1. J. de fundis rei privatæ, h. l. tit. 65. l. 4. l. 5. J. de diversis prædiis urbanis, h. l. tit. 69. l. 5. infr. de locat. prædiorum. h. l. tit. 70.* 63 Natos etiam ante hunc contractum initum. Ho-

quod

quod quidem non solum in heredibus, sed etiam in contractibus [1] omnis generis [2] volumus custodiri. Dat. 4. Kal. April. CP. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

De cautione ab emphyteuticario præstanda.

7. Iidem [3] AAA. Cynegio P.P.

QUicunque ad emphyteusim fundorum patrimonialium, vel reipublicæ jussu nostri numinis [4] venerit, is, si redundantia fortunarum idoneus fuerit ad restituenda, quæ desertis forte possessionibus requirentur, patrimonium suum publicis implicet nexibus. Si vero minor facultatibus probabitur, datis fidejussoribus idoneis ad emphyteusim accedat: scientibus his, quos talium rerum cura sollicitat [5], in se negligentiæ damna, si hujusmodi cautio defuerit, esse vertenda [6]. Dat. 6. Kal. Maji, CP. HONORIO NB. P. & EVODIO CONSS. 386.

De fundis limitrophis.

8. Iidem AAA. Nedearcho [7].

OMnes fundi [8] patrimoniales per Mesopotamiam, & Osdrochenam [9] provincias, quos constat divorum retro Principum sanctionibus limiti deputatos, ad jus pristinum sine ullius adsertionis revocentur [10] obstaculo, præbituri omnia, quæ antea impendenda necessitatibus limitis præberi [11] consueverant: ita ut nulli penitus audiantur, qui aut rescripto, aut adnotatione dominium, vel emphyteusim, vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint. Dat. prid. Kal. Maji, CP. HONORIO NB. P. & EVODIO CONSS.

De fundis patrimonialibus emptis, vel donatis, jure privato.

9. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P.

UNiversi cognoscant nihil privato jure, salvo [12] canone, fundis emptis [13] cum patrimonialibus esse commune: ita ut ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: gravi multa feriendo, eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare. Dat. prid. Id. Novembr. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

Si fundi patrimoniales fertiles aliquibus sunt concessi & steriles non: peræquator debet sterilia fertilibus aggregare: ut si omnium pensio præstetur, & divisio fiat sterilium æqua lance & fertilium. Bart.

10. Iidem AA. Eutychiano P.P.

FUndos patrimoniales eos duntaxat, qui *salvo canone* jure [14] privato nostra liberalitate [15] concessi sunt, cum his [16] patrimonialibus, qui in conditione propria [17] constituti sunt, illustris auctoritas tua jubeat exæquari: ita ut relevato onere rei [18], quod imminet fatigatis, translatio in eos, qui integris viribus florent, [& adscriptio [19]] tributorum æqua lance dividatur. Dat. 4. Id. April. CP. THEODORO CONS. 399.

De cautione ab emphyteuticario non præstita.

11. Impp. THEOD. & HONOR. AA. Probo Com. S. L.

JUs emphyteutici prædii, quod sine obligationis vinculo retentatum est judicio nostro, immutabile perdurare præcipimus: possessionem autem, quæ sine obligatione speciali fuerit vitiosa, vetustate temporis nolumus [20] adjuvari. Datum Id. April. *Ravennæ*, HONOR. VIII. & THEODOS. III. AA. CONSS. 411.

De jure possessorum, vel emphyteutic.

Emphyteutæ fundos patrimoniales emere non coguntur. Bart.

12. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Tauro P.P.

POssessores, vel [21] emphyteuticarii [22] patrimoniales, qui fundos minime nunc usque comparaverunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem urgeantur: sed tanquam pretiis depensis, sic eis nostri numinis [23] beneficio potiantur: ut quod juris alter inferendo pretium consecutus est, hoc nostra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque jus, in quibus coluit prædiis, quod aut ex successione, aut ex comparatione privata, aut [24] nostri numinis liberalitate, aut quocunque modo possedit, sciat illibatum intemeratumque servari: licentia eis concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, cum fundorum sint domini, præstare. Dat. 14. Kal. Jul. ARIOBINDO, & ASPARE CONSS. 434.

De fundis non alienandis.

13. Iidem [25] AA. ad Florentium P. P.

NUlli jam in posterum licere præcipimus patrimoniales, seu limitrophos [26], vel saltuenses [27] fundos, qui per tractum Orientis [28] positi sunt, ad jus transferre privatum: sive dempto, sive salvo canone juris [fundorum [29]] immutatio postuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coërcentes: tam videlicet petitorem, quam officium, quod petitionem concedit, admitti: licet adnotatio nostra, vel [30] divina pragmatica contra vetitum proferatur. Dat. 6. Id. Jun. CP. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De præscriptione XL. annorum.

14. Imp. ANASTASIUS A. Matroniano P.P.

JUbemus [31] omnes, qui in quacunque diœcesi, aut quacunque provincia, vel quolibet saltu [32], vel civitate [33] fundos patrimoniales, vel templorum, aut agonothetici [34], seu relevatorum jugorum, vel cujuscunque juris per quadraginta [35] jugiter annos (possessione scilicet, non solum eorum qui nunc detinent, verum etiam eorum qui antea possederant, computanda) ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo hactenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint, nullam [36] penitus super dominio memoratorum omnium fundorum, vel locorum, vel domorum a publico actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare, sed impositum canonem pro qualitate juris, cujus prædia sunt, aut loca, per singulos annos solventes, pro certo habeant suum esse, quod posident, vel postea possederint: ita ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico movendam quæstionem, nuda ex [37] quocunque titulo, vel etiam sine titulo corporalis quadraginta annorum jugis [38] possessionis exceptio possit sufficere: hoc etiam adjiciendo, ut illi quoque, qui adempto [39] canone hujusmodi fundos ab initio principali jussione [40] datos sibi fuisse confirmant, si per quadraginta annos adempti canonis beneficium jugiter possederunt, nec canonem, cujus ademptionem quadraginta (sicut dictum est) annorum possessio testatur, possint penitus profligari: eo quod nostræ pietati placuit in utroque casu, id est tam salvo, quam adempto canone, possessorum nostrorum jura in eo statu, in quo per quadraginta annos (sicut dictum est) jugiter mansefrunt, absque ulla innovatione durare. Dat. 3. Kal. August. CP. OLYB. V. C. CONS. 491.

TIT. LXII.

DE MANCIPIIS ET COLONIS PATRIMONIALIUM, SALTUENSIUM, ET EMPHYTEUTICORUM [41] FUNDORUM.

Si villa locata in emphyteusim conceditur, non possunt coloni usurpare totum territorium ejusdem. Bart.

1. Imp. [42] CONSTANTINUS A.

EMphyteuticarios gravant [43] coloni, agros præter consuetudinem usurpantes, quos nullis culturis erudierunt: cum solennitas id [44] eos attrectare permittat, quod eorum labore, vel olivetis est insitum [45], vel vinetis. Sed & irriguas fontium [46] aquas usurpare conantur, quarum [47] fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit, ut [48] deinceps aquarum jura potestatesque penes emphyteuticarios permaneant: tantumque [49] ex [eis [50]] colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos [51] ipsi colunt: pro modo autem superfluæ irrigationis, quam ultra culturas suas usurparint, emphyteuticariis [52] possessoribus pensiones accessionesque præbeant. PP. 7. Id. Mart. *Carthagine*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

Manumissio facta de mancipio fundi patrimonialis a non domino, rescinditur per procuratorem Cæsaris. Bart.

2. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENT. AAA. ad Germanianum Com. S. L.

LIbertates, quas mancipiis [53] ex fundis patrimonialibus, atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini, præstiterint, rationales hujus [54] præcepti auctoritate rescindant. PP. 13. Kal. Maji, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

Emptor fundi patrimonialis tenetur dare colono, quem si expulerit, possessione privatur.

3. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Posthumiano P.P.

COgnovimus a nonnullis, qui patrimoniales fundos meruerunt [55], colonos antiquissimos perturbari, atque in [56] eorum locum [57], vel servos proprios, vel alios colonos surrogari. Edicti itaque hujus auctoritate sancimus, eos, qui deinceps aliquid hujusmodi crediderint attentandum, iisdem possessionibus esse privandos.

1 *Contractatoribus, in quib. vet. lib.* 2 Omni genere. 3 Al. *Et Arcadius* AAAA. 4 Nominis. 5 *l. 1. J. de locatione prædiorum. h. l. tit. 70.* 6 Revertenda. 7 Al. *Clearcho P. P.* 8 Hoc notandum adversus illos, qui dicunt, Rom. imperium non fuisse extensum ultra Euphratem. 9 Osdroënam. Alciat. *hic.* al. *Osroënam*, al. *Sophenam.* 10 *l. 3. supr. de fundis limitrophis. h. l. tit. 59.* 11 Præbere. 12 *l. 5. supr. h. t.* 13 Patrimoniales fundi jure privato vendi emive possunt jussu principis, salvo tamen canone. adde *l. 10. J. h. t.* 14 Jure privato fundi patrimoniales donati, in dominio donatoris sunt. 15 Patrimoniales fundi interdum donantur jure privato, principis jussu. *l. 39. in fin. ff. de leg. 1. l. 9. supr. de omni agro deserto: h. l. tit. 58.* excepto Oriente, *l. 13. J. h. t.* 16 Patrimonialium fundorum alii in emphyteusim dantur, alii locantur: illi jure privato dantur: hi locantur tantum. 17 Patrimoniales fundi in conditione propria manent, quorum dominium non est translatum, sed qui tantum locati. Conditio enim propria hæc est patrimonialium, ut locentur, non ut in jus privatum transferantur. 18 Ejus quod. 19 Al. *desunt.*

20 Al. *volumus*, sed rectior est excusa lectio. 21 Emphyteuticarii a possessoribus distinguuntur. Hi, non illi, domini efficiuntur. *l. 1. ff. si ager.* 22 Emphyteuticarii fundi sunt, qui emphyteutico jure dantur, qui & patrimoniales sunt. 23 Nominis. 24 A nostri nominis. 25 *Ex Novell. Theod. cujus est ea inscriptio, Iidem AA. Florentio P. P. Dom.* 26 *Limitotrophos* legit Cujac. non *limitrophos*: quamvis ita legatur in *Nov. Theod.* Porro qui limitrophi fundi, explicatum *supr. de fundis limitrophis.* 27 Patrimoniales fundi in Oriente jure privato donari non possunt. *ut hic.* Atque ita hæc exceptio est *l. 9. l. 10. supr. h. t.* 28 Vid. *l. 14. J. h. t.* 29 *Deest*, in *Nov. Theod.* 30 *Licet*, in *Nov. Theod.* ex qua subscriptio sic restituenda est: Dat. 6. Id. Jun. *Constantinop.* Theodosio A. 17. & Festo Conss. 31 Quisquis in quacunque diœcesi, vel provincia fundum principis patrimonialem, vel templi vel agonotheticum (ἰδιοκτητὸν, ἢ ἱερατικὸν, ἢ ἀγωνοθετικὸν) per annos quadraginta continuos, sive justo, sive non justo titulo possederit: firmiter eum teneat. Idem juris sit, sive salvo canone, sive non per annos quadraginta possederit, ut eum tuto retineat, *Synopsis Basil. 51. tit. 3. ex lib. 56. tit. 14. cap. 31.* 32 Saltuenses fundi, nemora pastioni deputata, qui fundi etiam patrimoniales sunt. *l. 13 supr. h. t.* 33 Al. *desunt.* 34 Agonothetici juris fundi, *hic*, qui agonothetici. *l. pen. J. de divers. præd. h. l. tit. 69.* mastigophori *l. 18. §. 17. ff. de munerib. & honor.* deputati sumptibus sacrorum certaminum. *Goth.* Plura ad hanc legem videat, qui volet apud Cujac. & Alciatum hic & *ad l. 12.* consulat Molinæum *ad consuetudines Parisienses* §. 55. *gloss.* 4. *num.* 15. Mod. 35 Præscriptione 40. annor. defendi potest possessor, qui fundum patrimonialem, vel sacrorum templorum, vel fundos quasi alienatos, vel quasi donatos, dempto canone cum titulo, vel quasi titulo 40. annis possedit. *l. 4. supr. de præscr. 30. annorum.* 36 Imo aliquam, *l. 6. supr. de præscript. 30 ann.* Harmenop. 3. §. 63. 37 Et ex. 38 Al. *juris.* 39 Dempto. 40 Per jussionem principalem.

41 Emphyteuticariorum. 42 *Al.* Impp. Valentin. & Valens AA. 43 Coloni emphyteuticarios agros gravare non debent: hoc est, eos fundos, quorum alterius est emphyteusis. 44 Coloni eos tantum agros colere possunt, quo labore coluerunt: verbi gratia, quos olivetis inseruerunt, vel vinetis. 45 Al. *Obsitum.* 46 Fontium aquas, quæ emphyteuticariis debentur, coloni usurpare vetantur. 47 Quorum. 48 Aquarum quæ partitio inter colonos & emphyteuticarios. 49 Colonis quantum aquæ emphyteuticarii relinquere debeant. 50 Al. *deest.* 51 Quod. 52 Coloni emphyteuticariis possessoribus pensiones & accessiones præbebant. 53 Id est, alienis, vid. *l. 2. & l. 3. supr. de his, qui a non domin. manum.* 54 Hujusmodi. 55 Al. *emeruerunt*: idque jure privato, vel emphyteutico. 56 Patrimoniales fundos qui habent, eorum fundorum colonos permutare, & in eorum locum alios substituere non debent. 57 Loco.

Coloni

Coloni ad aliquam militiam convolantes, revocantur ad antiquam culturam. Bart.

4. Iidem AAA. [1] Cynegio P. P.

SUper patrimonialium refectione [2] fundorum dudum nostris est legibus constitutum, ut [3] hi, qui eos colentes solum eorum verterant: nunc [ad] alia [se [4]] loca dirigentes [5], nunc ad militiam convolantes, ad avitas conditiones & propria jura revocentur. Cæterum eos, qui castrensibus stipendiis otia [6] quieta meruerunt, [jam [7]] veterani constituti, nequaquam placet tela [8] in usum vomeris ligonisque convertere.

TIT. LXIII.
DE FUGITIVIS [9] COLONIS PATRIMONIALIBUS, SALTUENSIBUS ET EMPHYTEUTICIS.

Coloni patrimoniales vel saltuenses non obstantibus aliquibus stipendiis, quæ promeruerint, revocantur ad primævam culturam agrorum. Bart.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD.

QUicunque parvuli [10] ex municipibus [11], vel colonis [12] patrimonialibus vel saltuensibus, quorum tamen avi ac patres implicati hujusmodi functionibus fuerint, conniventia militaris officii ad stipendium castrense, vel officia diversa transierint: ad munera patriæ, vel [ad] agrorum [13] cultus conventis ducibus, tribunis, ac præpositis revocentur, neque his stipendia [data [14]] prosint.

2. Iidem AA. Cynegio P. P.

QUisquis [15] colonum patrimonialem [16] aut sollicitatione susceperit [17], aut occultatione celaverit: non solum [18] ipsum restituere, sed etiam libram auri pœnæ nomine inferre cogatur. PP. 8. Kal. Novemb. *Constant.* HONORIO N. P. & EVODIO CONSS. 386.

Omnes adscriptitii ad agriculturam prædiorum patrimonialium, si ad aliquam militiam convolaverint, revocantur. Bart.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Anthemium P. P.

CUjuscunque adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel postea eliciendi auctoritate submota: omnes, quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes, ad [19] provinciæ moderatoris judicium illico sub idonea intercessione mittentur.

TIT. LXIV.
DE COLLATIONE FUNDORUM PATRIMONIALIUM, ET EMPHYTEUTICARIORUM [20].

1. Imp. CONSTANTINUS A. [21] ad Proculum Proconsulem Africæ.

EMphyteuticarii [22] possessores, qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria [23] minime devocantur [munera [24]:] sicut cæteri Provinciales, obsequium suum itineribus [25] muniendis impendant. Nulla enim ratione debent ab hoc, quod [26] in commune [27] omnibus profuturum est, sejungi [28].

2. Idem A. ad Ovinium [29].

PAtrimoniales [30] fundos [31] extraordinariis oneribus, vel mediæ, aut tertiæ [32] portionis obsequiis fatigari non convenit, cum eosdem, & auri [33] speciem, & frumenti plurimum modum constet persolvere: ita ut qui violare statuta tentaverit, puniatur. P.P. 6. Kal. Septemb. *Carthagini,* CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 319.

3. Imp. JULIANUS A. [34].

OMnes, qui patrimoniales fundos sive [35] communiter, sive ex asse retinent, pro his conveniendi sunt ad universorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro [36] rata portione, vel in solidum functiones, sicut [37] unumquemque privatorum necessitas publicæ pensitationis adstringit. Datum 5. Kalend. April. MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

4. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Germanum.

PLacuit, ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque possessores, quo [38] voluerint tempore, & quantum habuerint pensionis paratum: dummodo non amplius quam in tribus per singulos annos vicibus officio rationalis adsignent: ac [39] de suscepto [40] ab eodem securitatem eodem die pro more [41] percipiant: modo ut intra Januariarum Iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur: gravissimæ pœnæ subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum ternæ [42] illationis excedat) solutionem facere gestienti negaverit susceptionis officium: vel si moram fecerit, in chirographo securitatis edendo: super quo possessores, aut Procuratores, vel Magistratus, aut quicunque in locis fuerint, qui conficiendorum actorum habeant potestatem, conveniat contestari: ut & de officii insolentia constet, in quo exercenda vindicta est: & his possit esse consultum.

5. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P.

PEr omnes Provincias patrimonialium fundorum ab ordinariis [43] Judicibus canon exigatur: & quicquid exactum fuerit, dirigatur. † Sciant vero memorati judices nihil sibi ex privatæ rei canone, vel ex eo, quod ex iisdem titulis contigerit [44], ad necessitates alias transferendum: nisi maluerint gravissima severitate eorum licentiam coërceri. Dat. 15. Kal. Jul. *Mediol.* THEODORO CONS. 399.

TIT. LXV.
DE FUNDIS REI PRIVATÆ, ET SALTIBUS DIVINÆ DOMUS.

Fisco alienante rem non potest res avocari, sed perpetuo penes ipsum, vel ejus successores debet res permanere. Bald.

1. Impp. [45] CONSTANTINUS A.

UNiversi [46] cognoscant has possessiones quas de fisco nostro compararaverunt, seu comparant, nullo a nobis jure retrahi [47]: sed propria firmitate possessas, etiam ad posteros suos dominii perpetui durabilitate dimitti.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Flavianum Com. R. P.

HI, quos commoditas privatæ rei prædiorum [48] ad ea postulanda sollicitat, adeant tuæ dignationis officium, & modum suæ deliberationis indicent per libellos: certumque habeant [49] quod unaquæque villa cum eo onere, vel forma [50] cui nunc habetur obnoxia, ad novi domini [51] jura migrabit: ut si [52] quid adjecerit sumptus cura, vel solertia, quicquid mancipiorum, vel pecoris accreverit, capitationis, aut canonis augmenta non patiatur, sed solis [53] dominis heredibusque dominorum sit cessura felicitas. † Si quis autem in annis singulis [54] non solverit debitum ex re ipsius, quod in reliquis [55] remansisse claruerit, sine aliquibus dependere cogetur induciis. † Sane si quem postea minus idoneum factum esse constet [56], nec ita ut expedit, rationem reddere pensionis: res, quas ex nostris rebus acceperat, ad alium [57] idoneum jure quo sancimus, transferentur: nec tamen decoctoris [58] cujusque reliquis [59], qui novus accedit, onerabitur.

3. Impp. GRAT. & VALENT. AA. [60].

QUicunque possessionem rei privatæ nostræ acceptam suo nomine, vel jure perpetuo [61], & vel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare utilitatem patrimonii [62] nostri solvendo non valeat: is [63] pro eo, quem succedaneum surrogavit, perpetuæ [64] solutioni statuatur obnoxius.

4. Iidem ad Orebium [65].

UNiversi fundi templorum [66] ad rationalium rei privatæ solicitudinem, curamque pertineant: atque ab his anniversariis [67] solutionibus postulatis, peculiari (ut semper fuit) studio defendantur.

5. Iidem ad Nebridium [68].

USus [69] aquæ, quæ fundorum nostrorum utilitatibus serviebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus: idque procuratorum [70] conniventia, vel dissimulatione perfectum, ut agrorum fertilitas destituta [71], nullos fructus cultoribus præstet [72]. Quia igitur satis injustum est statum florentis ante patrimonii, aridæ sitis molestia fatigari: ad meatus pristinos universum aquæ motum, temporis præscriptione submota, præcipimus revocari.

6. Imp. ARCADIUS [73].

EUm [74], qui [75] collegio, vel curiæ, vel burgis [76], cæterisque corpori-

1 *Et Arcadius A. in vet. quib. lib.* 2 Refectionem. 3 Coloni patrimoniales, qui solum verterant, quique ad alia loca dirigentes, sive militiæ nomen dederunt, revocandi, nisi veterani sint. 4 Al. *deest.* 5 Al *Diligentes.* 6 Veterani sunt, qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt. vid. *l.* 1. 2. 3. *&* 4. ℸ. *de veteranis. l.* 12. *tit.* 47.
7 Al. *deest*, *alias* etiam. 8 Tela in usum, vomeris & ligonis convertere incivile: hoc est, ex veterano milite colonum fieri. Civile tamen est pacis studiosis.
9 5. *C. Theod.* 9. 10 Parvuli dicuntur intra annum vigesimum quintum. *l.* 2. *supr. de fundis patrimonial. h. l. tit.* 61. 11 Orti ex Curialibus, ex militia retrahendi ad munera patriæ seu curiam suam *l.* 17. *supr. de decur.* 12 Ex colonis. Nati ex colonis patrimonialibus, vel Saltuensibus ad agrorum cultus revocandi. 13 Hoc est, ad stivam & aratrum. 14 Al. *deest*, al. *additur post* profint, *& est ex subscriptione.* 15 *Ex lib.* 5. *tit.* 9. *l.* 2. *C. Th.* 16 *Juris alieni*, in *C. Th.* 17 Recipiens, aut occultans colonum patrimonialem qua pœna teneatur. de privato adde *l.* 12. *supr. de agricolis. h. l. tit.* 47.
18 Quædam hic omissa sunt e *C. Theod.* quem vide. 19 Coloni patrimoniales forum sortiuntur apud præsidem provinciæ: & apud eum litigent de colonaria sua conditione: deducuntur autem ad eundem præsidem a tribunis, vel ducibus, sub idonea cautione.
20 Al. *emphyteuticorum.* 21 *Ad Proculum Proconf. Africæ*, in *C. Theod.*
22 *C. Th.* 15. 3. 1. 23 Patrimonialium fundorum emphyteuticarii ab extraordinariis muneribus excusantur. 24 *Abest a Cod. Theod.* 25 Patrimonialium fundorum emphyteuticarii a munere viarum muniendarum non excusantur. adde *l.* 4. ℸ. *de privilegiis domus Augustæ h. l. tit.* 74. 26 Itinerum refectio prodest omnibus.
27 Immunitas non datur ab iis, quæ in commune omnibus profutura sunt.
28 *Esse sejuncti* in *C. Theod.* ex quo restituenda hic est subscriptio, P. P. Non. Maji, *Carthagine*, Constantino A. v. & Licinio CC. Conss. 29 Catulinum P. P. Africæ.
30 *C. Theod.* 11. 16. 1. 31 Patrimoniales fundi ab extraordinariis muneribus excusantur, *l.* 15. ℥. *de excus. muner. l.* 10. *tit.* 47. 32 Patrimoniales fundi ne quidem extraordinariorum munerum mediam aut tertiam partem exsolvere debent. *l.* 4. *C. Theod. eod.*
33 Patrimoniales fundi principi præstant auri species & frumentum, *l.* 2. *supr. de fund. patrimon. h. l. tit.* 61. *l.* 10. ℥. *de excus. muner. l.* 10. *tit.* 47. 34 *Cod. Theod.* 11. 19. 2.
35 Multa sunt hic & postea addita a compositoribus. 36 Patrimonialium fundorum possessores pro rata possessionum solennibus functionibus satisfacere tenentur.
37 Patrimonialium fundorum possessoris & privati fundi possessoris eadem in inferendis solennibus præstationibus ratio est. 38 Patrimonialium & emphyteuticariorum fundorum possessores pensiones suas, annonas solemnes, quo anni tempore voluerint, possunt solvere, sic tamen ut integrum suum canonem inferant intra tres ad summum pensiones.
39 Solventi debitori apocham creditor (etiamsi princeps sit) præstare cogitur.
40 Susceptum est securitas apochæ. vide *Novell.* 130. *cap.* 1. 41 Promere.
42 Trinæ. 43 *l.* 7. *in pr.* ℥. *de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 1. *in pr. infr. de collat. fundor. fiscal. h. l. tit.* 73. 44 Al. *exegerint.*
45 *Imp. Constantini Edictum ad Constantinopolitanos*, ita scriptum reperi in uno manuscr. *al.* Impp. Constantinus & Constans AA. ad Heliodorum. 46 Emens prædium privatum a fisco, firmiter id retinet, neque ullam ejus ademptionem vereri debet, ita ut id ad suos liberos durabiliter, ἰσχυρῶς transmittat. *Synops. Basil.* 15. *tit.* 3. *ex lib.* 55. *tit.* 15. 6. 1. *l.* 2. *supr. ne fisc. rem, quam vendidit, evincat. l.* 10. *tit.* 5. *l.* 6 *supr. de fundis patrimon. h. l. tit.* 61.
47 Retrahere dicit, ut *l.* 5. *circa med.* ℸ. *de locat. præd. civit. h. l. tit.* 70. ut & retractare in *l.* 2. *supr. ne fiscus rem quam vendidit, evincat. l.* 10. *tit.* 5. 48 Pretiorum.
49 Habeat. 50 Fortuna. 51 Dominii. 52 *l.* 16. *in pr.* ℥. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 53 Solum. 54 *l.* 4. *supr. de fundis patrim. h. l. tit.* 61.
55 Vide quod scripsi ad *l. ult. supr. de censibus. h. l. tit.* 57. 56 Constabit.
57 *l.* 13. *supr. de omni agro deserto. h. l. tit.* 58. 58 Decoctor, qui pecuniam publicam decoquit, intercipit, intervertit. 59 Vide *l.* 11. *de omni agro deserto. h. l. tit.* 58.
60 Imppp. Gratian. Valentinian. & Theodos. AAA. ad Hesperium. 61 Id est; dominii vel emphyteuseos jure, ut *in l. penult. supr. de exc. mun.* hoc autem dicit lex: Si quis fundum rei privatæ jure perpetuo vel titulo conductionis acceptum alii vendiderit, donaverit, vel ablocaverit, qui solvendo canoni par non sit, pro eo ipse obligatur fisco. *Mod.*
62 Patrimonii appellatione res etiam privata principis continetur. Est enim quoddam patrimonium principis privatum, *l.* 8. *C. Theod. de jure fisci. l. ult.* ℸ. *de agric. & mancip. h. l. tit.* 67. aliud sacrum, *l.* 1. *supr. de indict. l.* 10. *tit.* 17. *l. ult. supr. de vectig.* quod a re privata separari solet; vel domibus. *Edict.* 4. *&* 8. 63 *l.* 47. *in fin. ff. de jure fisci.* 64 Perpetuo.
65 Al. *Iidem AAA. ad eundem.* al. *Ceperium.* 66 Templorum fundi pertinent ad curam rationalis rei privatæ. 67 Al. *universitatis*, sed male. 68 Al. *Iidem AAA. ad Nepidium.* al. *Nepotium.* 69 Aqua pertinens ad usum fundorum rei privatæ principis a nullo intercipienda: adde, ut usurpatorem nulla possit defendere temporis præscriptio.
70 Vide *l. ult.* ℥. *de condit. in publ. horreis. l.* 10. *tit.* 26. 71 Fertilitates destitutæ.
72 Præstent. 73 Impp. Arcad. & Honor. AA. Vincentio P. P. Galliarum.
74 *Ex lib.* 12. *tit. ult. l. pen. C. Theod.* quam confer: multa enim hic sunt immutata.
75 Qui triginta annos servivit collegio, curiæ, vel burgo, non revocandus est quasi colonus alienus, vel inquilinus. 76 Burgi, corpora, *ut hic*, habitacula per limitem. Paul.

bus per xxx. [1] ann. sine interpellatione servierit: res dominica [2], vel intentio privata non inquietabit, si colonatus, vel inquilinatus quæstionem movere [3] tentaverit: sed in curia, vel in corpore in quo servierit, remaneat. Datum 3. Kalend. Jul. *Mediolan.* STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

7. Impp. THEOD. & VALENT. AA. [4] ad Eudoxium [5].

NEmo [6] dempto [7] canone ad comparationem dominicæ [8] possessionis accedat. Quod si quis in posterum ad interdictum contractum accesserit, eum volumus pretia [9] perdere [10] perpetuo: nec expensarum, vel meliorate rei fructuum exactioni compensationem opponere: nec temporis sibimet contra [nostra] commoda præscriptione [excepto vetustatis [11] auxilio [12]] blandiri; Palatinum etiam officium, si quoquo [13] modo contractus ejusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre privato nostræ mansuetudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clementiæ, nulla sanctione contra tanta rei privatæ commoda valitura, licet adnotatio, vel divina pragmatica sit; quæ contra vetita canonem vendere concedat [14], vel pœnam Palatino remittat [15] officio. Dat. 13. Kalend. Jun. *Constantinop.* ANATOLIO V. C. CONS. 440.

TIT. LXVI.

DE FUNDIS ET SALTIBUS REI DOMINICÆ [16].

Immittens animalia in pascua principis, animalia perdit, procuratorque fisci, qui hoc consentit, gravissime punitur. Ang.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Dripatium.

SI quis ovium [17], vel equarum greges in saltus rei dominicæ alienus immiserit: fisco illico vindicentur. Quod si venalis procuratorum [18] conniventia, ut id deinceps tentetur, admiserit: eos gravissimo jubemus supplicio subjacere.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Paulum Comitem dominicæ rei [19].

SI qua [20] loca [21] ad sacrum [22] dominium [23] pertinentia cujuslibet temeritas occupaverit: secundum veteris [24] census fidem in sua jura retrahantur, rescriptis per obreptionem [25] impetratis, & præscriptione [26] longi [27] temporis, & novi census præjudiciis in hac causa summovendis [28]. Neque enim, aut precatio colorata, aut incubatio [29] diuturna, aut novella professio, proprietatis [30] nostræ privilegium [31] abolere potuerunt. Dat. 5. Kal. April. CP. ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. LXVII.

DE AGRICOLIS, ET MANCIPIIS DOMINICIS VEL FISCALIBUS [32] REIPUBLICÆ [VEL PRIVATÆ.]

1. Imp. CONSTANTIN. A. ad Constant. P. P.

NUllus omnino originalis colonus [33] rei privatæ nostræ ad [34] aliquos honores, vel quælibet alia civitatis munera devocetur. Non enim civitatum ordinibus, & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus ad hæc suprema præsidia injuriosa nominatione descendendum est.

2. Idem A. Januario P. P.

COlonos nostros, qui privati [35] sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros idonei, retrahi jubemus, ac tantum colendis nostris rebus addici: quinetiam in posterum observari, ne quis eorum rem privatam cujusquam gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat.

3. Idem A. ad Equitium Magistrum equitum, & peditum [36].

SErvi, atque coloni, & eorum filii, vel nepotes, vel quicunque de fundis, ac possessionibus nostris clanculo ad officia convolaverint diversa: reddantur, etiam [37] si armatæ habuerint sacramenta militiæ. Nos enim etiam eos discingi jubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

4. Imppp. [38] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Florum.

EX ingenuo, & colonis, ancillisque nostris [39] natos, natasve, origini, ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

5. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

DOminicos [40] colonos, neque ad descriptionem [41] patimur devocari, neque extraordinarias pati functiones: maxime cum adversus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Valerio P. P.

QUotiens alicui colonorum agrum privati patrimonii nostri placuerit venundari [42]: non unus tantum, qui forte consortibus [43] suis gravis ac molestus existat, sed alii quoque duo vel plures ex simili origine ac [44] jure venientes, in supradicta emptione socientur.

TIT. LXVIII.

DE PRÆDIIS [45] TAMIACIS, ET DE HIS QUI EX COLONIS DOMINICIS ALIISQUE LIBERÆ CONDITIONIS PROCREANTUR.

Natus ex uno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus est. Bart.

1. Imp. ZENO A. [Chiseroti P. P.] [46].

SI liber [47] colonus, vel colona libera Tamiaco [48], vel Tamiacæ matrimonii jure copuletur: filii, vel filiæ ex hujusmodi contubernio procreati, vel procreatæ colonis dominicis adnectentur: si autem adscriptitius vel servus alienus colonam, vel ancillam dominicam [49] ducat in uxorem, vel adscriptitia, vel ancilla colono, vel servo nubat dominico [50], & ex hujusmodi conjunctionibus nati sunt liberi: veterum [51] legum jus tenere sancimus.

2. Idem Sebastiano P. P. [52].

MEminimus pragmaticam sanctionem jussisse fundos tamiaci juris in provinciis positos, nec non etiam possessiones *Gonatici* [53] *saltus* sub certa forma (salvo scilicet canone, & tributariis collationibus) hisdem prædiis impositis, volentibus distrahi, quatenus quicquid ex pretiis memoratorum fundorum possit restitui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionem hujusmodi venditionum contractibus plenissima delata sit cautio, attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes hujus etiam perpetuæ constitutionis auctoritate muniri eosdem emptores præcipimus.

TIT. LXIX.

DE DIVERSIS PRÆDIIS URBANIS, ET RUSTICIS TEMPLORUM ET CIVITATUM, ET OMNI REDITU CIVILI.

Ædificans in solo publico debet solvere debitam pensionem pro ædificio, si expediat reipublicæ, alias ipsum solum cum ædificio vindicatur. Bart.

1. Imp. JULIANUS A. Attico.

PRo ædibus quas nonnulli [54] in solo reipublicæ extruxerunt, placitam præstare pensionem [55] cogantur.

Tertia pars canonis, qui redigitur ex fundis, vel locis, reip. sufficit ad restaurationem murorum. Bart.

2. Idem A. Secundo [56] P. P.

[PAmphiliæ] etiam [57] civitates, & quæcunque aliæ quicquid [58] sibi acquirant, id firmiter habeant [59].

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [60].

REstaurationi [61] mœnium [62] publicorum tertiam portionem ejus canonis [63], qui ex locis fundisve Reipublicæ annua præstatione confertur,

Diaconus *Valentiniano*, Castella parva, Veget. 4. a voce πύργ☉ hoc verbum deducitur, quæ vox etiam urbem significat: unde leges urbanæ Æschylo νόμιμα πύργινα. adde titulum *C. Th. de Burgariis.* adde quæ scripsi ad *l.* 2. §. 4. *supr. de offic. P. P. Africæ.* vide Cujac. 3. *observ.* 24. *in fin.* 1 Vide *Novell.* 123. *cap.* 1. *in fin.* 2 Dominica res & privata idem, *ut hic, & l.* 9. *supr. de jure fisci*, quæ & proprietas, dominium. *l.* 2. *infr. tit. prox.* 3 Al. *opponere.* 4 *Ex Nov. Theod. de rescind. vend. rei dominicæ.* ubi sic legitur inscriptio, *Eudoxio C. R. P.* 5 Al. *Com. R. P.* 6 Emere dominicam possessionem, canone detracto, nemo potest. Nam & pretium perdit, & fundum amittit: nec ea, quæ impendit aut melioravit, recipiet: nec compensabit cum fructibus, qui ab eo exiguntur: nec præscriptionem temporis habebit. Quinetiam palatini, qui, ut talis emptio fieret, adjuverint, quinquaginta libras auri, nullo beneficio in his valituro, præstant. *Synops. Basil. d. tit.* 15. *c.* 5. vide *l.* 2. *supr. sine censu vel reliquis.* 7 *Adempto, in Nov. Theod.* 8 Domino rerum, hoc est, principi privata conservari, publice interest. 9 Ementis contra interdictum legis pœna hic est, pretium, expensas, meliorationes in rem factas amittere, præscribere non posse. Alias interdum pretium amittitur tantum: ut si quis censitum absque terra emerit. *l.* 7. *supr. de agricolis. h. l. tit.* 47. Imo ne pretium quidem: ut si non vicaneus vicanei fundum comparaverit: contractus quidem nullus est, emptor tamen non amittit pretium. *l. unic. in fin. supr. non licere habitatoribus Metrocomiæ. h. l. tit.* 55. 10 *Præperdere, in Nov. Theod.* sed emendanda est ex hac lectione. 11 Vetustatis vocabulum alias significat quadraginta annos: alias 30. vide *l.* 11. *supr. de fundis patrim. h. l. tit.* 61. alias 20. annorum spatium: *l.* 1. *in fin. l.* 2. *in princ. l. ult. ff. de aqua pluvia.* adde *l.* 12. *J. de cohortalib. l.* 12. *tit.* 58. *& l.* 2. *C. Th. de longi temporis præscript.* Ita diutinum tempus varie solet accipi, *l.* 1. *C. Th. de act. certo tempore finit. l.* 2. *ɡ. de præscript.* 30. *annor. l. qui in provincia* 57. *ff. de ritu nupt.* vide Cujac. 18. *obs.* 28. 12 Absunt a *Nov. Theod.* & addita fuerunt ex *l. ult. supr. de fund. patrim. h. l. tit.* 61. ut recte observavit *Pithæus.* 13 *Quo, in Nov. Theod.* 14 *Concedet, in Nov. Theod.* 15 *Remittet, in Nov. Theod.* ex qua subscriptionem restituere potes.

16 *Tamiacæ*, in meo manusc. est, *Dominicæ.* Goth. Res dominica & res privata idem est, ut constat ex *l. pen. tit. præcedentis, l.* 9. *supr. de jur. fisc.* Hujus *tit. l.* 2. proprietatem vocat & dominium. Debuit igitur (inquit Cujacius) superior titulus ita concipi; *De fundis & saltibus rei dominicæ.* vel, *De fundis & saltibus rei privatæ.* & hic non interponi. *Mod.* 17 Grex ovium vel equarum in saltus dominicos immissus fisco vindicatur. 18 Procurator. 19 Al. *domorum.* 20 *C. Th.* 10. *l.* 15. *l.* 3. *ɡ. ne rei dominicæ vel templo.* 21 *Usquam loca, in C. Theod.* 22 Dominium hic appellat res privatas. 23 *Tameium*, Hal. 24 Censui antiquo standum, non novo. *l.* 1. *supr. de cens. h. l. tit.* 57. 25 Obreptitia rescripta non spectanda, sed utilia fisco. 26 Præscriptionem. 27 Dominico sacro, non possessioni longi temporis favendum. 28 Quædam hic omissa sunt e *C. Theod.* 29 Incubatio est malæ fidei possessoris. 30 Proprietatem quoque hic appellat res privatas. 31 Vide *l.* 2. *supr. de præscr.* 30. *vel* 40. *annor.*

32 In scriptis nostris exempl. legitur, *fiscalibus, sive rei privatæ*, sic in meo recte. *Cont.* 3 *l.* 5. *infr. h. t. l. ult.* §. 1. *ff. ad municip. l.* 5. §. *coloni. ff. de jure immunit.* 34 Coloni rei privatæ ad honores aut munera civilia devocari non debent. 35 Coloni rei privatæ principis alienam rem administrare non possunt. 36 Al. *redituum*; sed male. 37 Coloni rei privatæ principis a militia armata, etiamsi protectores sint, ad propriam conditionem cum sua sobole retrahendi. 38 Al. *Idem A. ad Florentium.* 39 Δυλὰς δεσποτικὰς Græci appellant ancillas dominicas: ut sit sensus: Ex ingenuo & colono ancillaque dominica natum, matris conditionem sequi: & origini ejus deputari. *Syn.* 55. *tit.* 11. *cap.* 12. colonus est dominicus. adde *l.* 19. *supr. de agric. & censit. h. l. tit.* 47. 40 *l.* 1. *ɡ. h. t.* 41 Coloni rei privatæ principis nullam descriptionem pati debent, aut ad extraordinaria munera devocari. adde *l.* 1. *supr. de agricolis, & censit. h. l.* 1. *supr. ne rusticani. h. l. tit.* 54. 42 Coloni ager venditus, non uni consorti tantum addicendus est, sed duobus saltem vel pluribus. 43 Consortes, qui ejusdem sunt originis. vide *l.* 14. *supr. de contrah. empt.* 44 Aut.

45 *Tamiaca* prædia in provinciis erant servis suis & colonis instructa. *l.* 1. *l.* 2. *J. hoc tit.* sed & equitiis. *Novell.* 30. *cap.* 5. *in fin. c.* 6. *c.* 7. in Cappadocia fuerunt frequentia. *d. c.* 5. 6. & 7. vid. Alc. *hic. & Pyrrhum ɡ. ad tit. de fund. rei privatæ.* Goth. Ταμῖον cellarium dicitur in *Nov. Martiani de ind. rel.* & ideo eorum cura pertinebat ad Comitem domorum, & præpositum sacri cubiculi; & hac ratione domus separatur a re privata; quod enim domui deputatur, cellario deputatur, vel cubiculo: Res privata aliis necessitatibus. *l. ult. infr. de privil. dom. Aug. vel rei privat.* Verum & domus sæpe ad rem privatam referuntur, iidemque dicuntur & *tamiaci* & *dominici*, ut in *l.* 1. mox quæ ostendit ex colono libero & tamiaca, vel contra, tamiacum nasci. Ex adscriptitio vel servo alieno & tamiaca, vel e contrario natum, matrem sequi. nam hoc jus antiquum est. *l.* 21. *supr. de agr. cens.* Mod. 46 Pro inclusis meus liber habet, *præposito sacri:* forte deest verbum patrimonii. *Cont.* 47 Coloni liberi res proprias habent: *ut hic*, adscriptitii servi & peculia eorum in potestate dominorum. *l.* 18. *l.* 19. *in fin. l.* 21. *in fin. ɡ. de agricol. & censitis. h. lib. tit.* 47. terram tamen dimittere non possunt, ut qui possessione 30. annorum quæsiti sint. *d. l.* 18. 48 Ταμῖον, *Nov. Martiani de indulgent. reliquorum.* cubiculum & cellarium principis, cui deputati erant reditus tamiaci. Tamiaci vero servi, qui huic addicti. *Nov.* 20. 30. adde *Nov.* 30. *c.* 5. 49 Tamiacam. 50 Tamiaco. 51 *l.* 21. *supr. de agricol. & censit. h. l. tit.* 47. 52 Justinianus. 53 Al. *Gomaticii.* Sed Alciatus legendum existimat, *gunathetici*, vel *agonothetici*, *arg. l.* 5. *J. tit. prox.* qui sacrorum certaminum sumptibus deputati erant, ut tamen nihil mutetur, potest dici Gonaticus saltus cujusdam dominici saltus proprium nomen, ut hic Cujac. scribit.

54 Solarium conventum superficiarii, qui in solo Reipublicæ ædificarunt, quotannis præstare debent. Solarium est autem, quod pro solo datur, vectigal soli. *l.* 2. §. 17. *ff. ne quid in loco publ. l. etiam* 15. *ff. qui potiores.* Just. 18. 55 Pensitatione *Goth.* A solo *solarium* dicitur *in l.* 2. *ff. ne quid in loco publ. l. etiam. ff. qui potior. in pign.* Mod. 56 Al. *Sero.* 57 Et civitates. 58 Civitates quicquid sibi adquisierint, id firmo jure tenere debent. 59 Teneant. 60 *C. Theod.* 15. 1. 33. unde hæc inscriptio sic restitui potest: *Have Vincenti K. N.* 61 Al. *Ad restaurationem, in Cod. Theod. ad reparationem.* 62 Mœnium instaurationi tertia pars canonis, qui colligitur ex fundis Reipublicæ, deputanda. vid. *l.* 10. *l.* 11. *supr. de operibus publ. l.* 18. *C. Theod. h. t.* 63 Tertia pars cano-

certum

certum est satis posse sufficere. Dat. 3. Non. Jul. *Mediol.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

Emptor reipub. vel templorum ipsam perpetuo possidebit: nec ab eo potest avelli, licet alius offerat meliorem conditionem. Bart.

4. Iidem AA. [1].

EOs [2], qui auctione [3] prima fundorum juris patrimonialis, sive templorum [4] possessores effecti sunt, vel fuerint [5], firmum dominium tenere decernimus, ne [6] ulterius vacillet uniuscujusque possessio: sed teneat quisque jus proprium, quod dato pretio roboratum est, vel fuerit.

Emptio rei emphyteuticæ fiscalis facta a privato, vel etiam a civitate sub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: sed pactum est irritum. Bart.

5. Imp. VALENTINIAN. [7] A.

SI [8], qui [9] ex titulo donationis, vel emptionis, sive ex alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria juris duntaxat civilis, quæ hujus juris esse vere probantur, cujuslibet civitatis, & præcipue hujus æternæ urbis, cui majorem debemus favorem, tam civilis (ut dictum est) juris, quam etiam agonotheticas possessiones, a consulatu Ausonii, & Olybrii, dempto [10] civili canone acceperunt: eos impositum eis canonem juxta fidem publicorum monumentorum civitatis, ad quam eædem res pertinuerint, præbere jubemus. Nam si privati juris debita non patimur denegari, multo magis præbenda sunt civitatibus, quæ jure debentur: cum sufficiat [11] possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones juris civilis canonem privatis largitionibus in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, vel postea impositum: ad hanc jussionem non pertinebunt, sed privato ærario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos, successoresque eorum, & detentatores pari modo permanente [12]. Dat. 15. Kal. Februar. *Constantinop.* MARTIANO A. I. CONS. 451.

6. Imp. ZENO A. Eliano P. P.

HAc in perpetuum valitura lege sancimus, Nicensium [13] civitati [14], seu habitatoribus ejus, tam jus exactionis XL. [15] solidorum annui canonis civilis reditus ad suam patriam pertinentis, & possessoribus, id est, Callimacho [16], & Eliburno [17], necnon Emptorio, & Veratorio [18] [cum Epotio [19] eorum sub territorio] Apamenæ civitatis constitutis, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui: quam si quid ex quo sanctio Martiani divæ memoriæ lata est, ad ejusdem civitatis præjudicium gestum est, infirmari, & quod ex eadem provisione civitatibus delatum interea [20] qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostræ Serenitatis eisdem Civitatibus redhiberi: ita ut nec judiciaria auctoritas, nec imperiale rescriptum, quacunque videlicet adjectione munitum, sæpe dictæ generalis legis vires possit infringere [21]. Quod si quis aliter fecerit, pœna gravi plectetur.

TIT. LXX.

DE LOCATIONE PRÆDIORUM CIVILIUM [VEL] FISCALIUM, SIVE TEMPLORUM [22], SIVE REI PRIVATÆ, [VEL] DOMINICÆ.

Prædia Principis, quæ in perpetuum locantur, sunt locanda divitibus & aliis cum fidejussoribus idoneis. Bart.

1. Imppp. GRATIANUS, THEODOS. & ARCAD. AAA. ad Florum P. P.

DIvi patris nostri aperta præceptione cavetur, fundos ex re privata nostra ita tradi perpetuariis [23], ut periculo [24] collocantium, officiorumque tradantur. Neque enim quicquam potest ex devotionis plenitudine vacillare, si apparitione judiciaria, & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fidejussione est munita, quorum si alterum, vel utrumque neglectum est: quæ ex hoc titulo pensitatio canonica desideratur [25], ex officiorum facultatibus servetur [26].

A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem offerat conditionem. Bart.

2. Iidem AAA. Nibrio [27].

FUndi reipublicæ ab his, qui [nec [28]] titulo conductionis eos detinent [29], quique meliores cultu patrocinante reddiderint: nec nostrarum quidem sanctionum (si forte quisquam per surreptionem meruerit) nutibus auferantur juxta legem veterem: semel tantum licentia faciendæ adjectionis [30] indulta.

Subhastatio in locatione perpetua fundorum publicorum ita vindicat sibi locum, sicut in venditione. Bart.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. [31].

LOca omnia, fundive reipublicæ, propositis [32] prius licenter edictis, dehinc ubi in eum canonis modum contendentium augmenta [33] succreverint, ut extendi ultra, aut superari alterius oblatione non possint, perpetuariis conductoribus locentur.

Si finita locatione conductor primus offert tantum quantum novus, in locatione præfertur. Bart.

4. Idem AA. Minervio Comiti R. P.

COngruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur [34], si facta [35] per alios augmenta suscipiant.

Prædia domus Augustalis in perpetuum locata, ad alium non possunt transferri sub aliquo prætextu, quamdiu pensio solvitur. Bart.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Volusiano P. P.

PRædia domus nostræ, si semel jure perpetuo, vel nostra præceptione, vel auctoritate illustris viri comitis ærarii privati, apud aliquem fuerint, vel jamdudum sint collata [36], ad alium transferri perpetuarium [37] non oportet. Aperte enim definimus hoc edicto, ut a perpetuario nunquam possessio transferatur, etiamsi alteri eam Imperator, vel exoratus, vel sponte donaverit, sive adnotatione, sive pragmatica: cui si forte contra perpetuarium vir illustris comes privatarum rerum dum allegabitur, acquiescet, & de proprio ipse centum libras auri, & alias centum fisci juribus palatinum inferre cogatur officium: nec tamen post allegationem habebit hujusmodi jussio firmitatem, sed nec locabitur [38] alteri, licet ingenti superari videatur augmento possessio. Jure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat, neque a se, neque a posteris suis, vel his, ad quos ea res, vel successione, vel donatione, sive venditione, sive quolibet [39] titulo pervenerit [40], esse retrahendam [41]. † Sane, quia non ex omni parte excludenda est largitas principalis, rem divinæ domus suæ Imperator, si velit, donabit ei, qui eam possidet, jure perpetuo: sive ipse jam meruerit, sive cujuslibet tituli jure successerit. Videtur enim suam concedere pensionem: non alteri nocere liberalitas, quæ possidentem jure perpetuo dominum vult vocari. Sane si quis non [42] perpetuo jure, sed ad tempus locatam, ab [43] illustri viro Comite rerum privatarum possessionem videtur adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si voluerit in alterum donationem transferre, quod ad definitum tempus alter forte conduxit. Si vero pro tali prædio ab altero conductore offeratur [44] augmentum, sit in arbitrio conductoris prioris, cui res ad tempus locata est, ut si ipse quod alter adjecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si vero idem hanc ipsam rem aliquando meruerit jure perpetuo possidere: habebit [&] ipse superius expressam perpetuam firmitatem.

TIT. LXXI.

DE CONDUCTORIBUS, ET PROCURATORIBUS, SIVE ACTORIBUS PRÆDIORUM FISCALIUM DOMUS AUGUSTÆ.

Conductores fundorum domus Augustalis, & alii homines dictæ domus cum agere volunt, vel excipere, vel experiri, debent ordinario jure hoc facere. Bart.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Basso P. P. [45].

COnductores hominesve Augustissimæ domus nostræ, quoties de causa ad domum regiam pertinente aliquid quæstionis emerserit: non aliter quam ex legum [46] ordine (quibus similiter omne hominum genus tenetur) vel excipiant, vel inferant actiones: nec aliorum litigatorum negotio intercedant: nec sententia [47] judicantium, aut illicito patrocinii sui fomite jura conturbent: nullive [48] executionis suæ turbulentum ministerium audeant commodare, non privatis se negotiis, non publicis misceant [49]: nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, ne [50] eos inconsultæ pertinaciæ sero pœniteat. Gravior [51] enim pœna [52] constituenda est in hos, qui nostri juris sunt, & nostra debent custodire man-

nis, qui colligitur ex fundis reip. mœnium instaurationi deputandus est. *l.* 10. *supr. de oper. publ. l.* 18. *C. Theod. hoc titul.* Mod. 1 Cæsario P. P. 2 Emptores patrimonialium fundorum, templorumve, solutis pretiis, dominium nunquam ipsis adimendum habeant. *Syn. Basil.* 15. *tit.* 3. *ex lib.* 55. *tit.* 13. *cap.* 1. 3 *Actione*, al. *auctoritate.* 4 Templa paganorum ab Imperatoribus vendita fuisse, hic locus indicio est. *l.* 5. *supr. de fundis patrimon. h. l. tit.* 61. 5 Vide *l.* 6. *supr. de fundis patrimonialib. h. l. tit.* 61. 6 Nec. 7 Impp. Valentin. & Martianus AA. Palladio PF. P. Orientis, *in Novell. Martiani.* 8 Si qui vel per donationem, vel emptionem, vel per alium modum aut ergasteria civilia, præsertim Constantinopolitanæ urbis, aut *agonotheticas* possessiones a consulatu Ausonii & Olybrii, dempto canone, acceperunt, deinceps impositum eis ab initio canonem præbeant. Nam si privatos fraudari nolumus, multo minus urbes: adeoque possessores dominium firmum in eis habeant. *Synops. ibid. dicto c.* 1. Goth. Pro intellectu hujus l. vide Alvar. Valasc. *de jure Emphyteut. quæst.* 1. *num.* 7. S. L. 9 Sumpta ex Novella Martiani de prædiis civitatum omnium, quæ hodie extat in breviario Alarici: sed hic multum immutata est. 10 *l. fin. supr. de fund. rei privat. h. l. tit.* 65. 11 Vide *leg.* 6. *supr. de fundis patrimonialib. h. l. tit.* 61. 12 *Ex Nov. Martiani* hæc subscriptio restituta est. 13 Ut Nicænorum civitati reditus circa Apamæam restituatur, quem Martianus ad alios usus destinaverat: & si quod aliud præjudicium ei civitati ex Martiani sanctione factum, irritum sit, gravi pœna in secus facientem indicta, *ut hic. Synops. Basil.* 54. *tit.* 10. *ex lib.* 55. *tit.* 13. *c.* 2. Nicæa autem hæc metropolis est Bithyniæ. 14 De Nicæa intellige: metropolis videlicet Bithyniæ, sub qua fuit Apamæa. al. *Nicenensium.* al. *Nicæensium.* 15 Al. *quadringentorum.* 16 Al. *Calamo.* 17 *Heliobomo.* al. *Elioburno.* al. *Zeliobuno.* 18 Varateno. *&* *abest*, & al. *Varatorio.* 19 Cujac. hic emendat, *Equitio*, *vel Enthecio.* *in lib. Aur.* legitur *Entechio. in quibusd.* inclusa desunt: De Enthecis prædiorum dixi ad *l. Juniano.* 68. *in fin. ff. de leg.* 3. *Novell.* 128. *cap.* 8. 20 *Intereat*, & post illud verbum fit interpunctio. 21 Refringere.

22 Templorum & civitatum. 23 Differentia est inter perpetuarios conductores, de quibus hoc titulo tractatur, & emphyteuticarios. Perpetuarii enim domini non sunt, & mancipia manumittere non possunt, juris tamen sui abalienationem habent. Emphyteuticarii sunt domini & manumittere possunt; & ideo perpetuarium jus ab emphyteuticario recte distinguitur hoc modo *in l.* 2. *supr. de off. com. rer. privat. perpetuarii emphyteuticarii.* sic enim ibi legendum. atque ita Nov. Valentiniani *de præsc.* 30. *ann.* jus perpetuum separatur a jure emphyteuticario. Ergo conductio alia est perpetua, alia temporalis, *l.* 10. *supr. de locat.* sicut & emphyteusis dominii jus est perpetuum. *Mod.* 24 *l.* 7. *in fin. supr. de fundis patrimonialibus h. l. tit.* 61. 25 Desiderant. 26 *Serventur*; *sed in lib. Aur. eruentur.* 27 Al. *Nebridio Com. r. p. recte in meo manuscr.* Cont. 28 Abest negatio a quibusd. veter. lib. & hunc locum affirmative legendum esse, Græcorum auctoritate confirmat Cujac. 29 Vide *l.* 1. *ff. si ager vectigalis.* 30 Addictionis, male. adjectio quid esset, dixi ad *l.* 1. *supr. de vendendis rebus civitatis. h. l. tit.* 31. *& ad titul. ff. de in diem addict.* 31 Impp. Arcadius & Honorius AA. Adriano P. P. *in quib. lib.* 32 Locatio prædiorum civilium fiscalium & templorum fit publice, prius edito libello & proscripto. *l.* 6. §. *de fide & jure hastæ fiscalis. l.* 10. *tit.* 3. Goth. Vide Mynsinger. *lib.* 4. *obs.* 23. Vincent. de Franc. *decis.* 406. *num.* 7. Boër. *decis.* 107. Sarmient. *lib.* 3. *select. cap.* 7. S. L. 33 Locationes prædiorum civilium fiscalium, templorum plus licitanti addicuntur. 34 *l.* 5. §. *ult.* §. *h. t.* Goth. Puto (inquit Cujacius) legem accipiendam de conductione temporali, ut veteres conductores novis præferantur contra *l. ne cui. supr. de locat.* si quantum adjiciunt novi, tantundem offerant ipsi. Conductioni autem temporali supra adjicere licere probatur ex *l. seq.* atque cum hac conjungenda videtur *l.* 2. *supr. de offic. com. rer. privat.* vide & Sarmientum *lib.* 3. *select. c.* 7. Mod. 35 *Al.* additur, *nobis.* 36 Collocata. Goth. Ad hanc l. vid. Alc. *lib.* 1. *parerg. cap.* 37. S. L. 37 Vide *l.* 6. §. *de fund. patrim. h. l. tit.* 61. 38 Collocabitur. 39 Conducentem rem in perpetuum posse eam vendere, donare, & ad posteros transferre, hinc colligunt Accurs. *hic &* Bart. Corset. *sing. Lucrum.* 40 Pervenit. 41 Trahendam: retrahere dixit, *ut l.* 1 *supr. de fundis rei privat. h. l. tit.* 65. ubi vide. 42 *l.* 4. *supr. h. t.* 43 Locationes rerum civilium, fiscalium, templorum, rei privatæ & dominicæ, fiebant vel in perpetuum, vel ad tempus. 44 Locationes rerum privatarum principis a Comite rerum privatarum fiebant. 45 *C. Theod. lib.* 10. *tit. ult. l.* 1. 46 Legibus etiam addicti homines pertinentes ad domum Augustam, Græci ita habent, πάντες κατὰ νόμες πολιτευέσθωσαν κἂν ἐν τῷ θείῳ διαφέρωσι οἴκῳ. 47 *Sententiam, in C. Theod.* 48 *Nullisque, in C. Theod.* 49 Se immisceant. 50 Nec. 51 Hæc ultima clausula abest a *C. Theod.* 52 Adde *l.* 3. §. 17. *ff. de SC. Silaniano.*

data. Datum prid. Non. Mart. *Ravennæ*, THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS.

TIT. LXXII.

QUIBUS AD CONDUCTIONEM PRÆDIORUM FISCALIUM ACCEDERE NON LICET.

Palatini milites prohibentur a locatione fundorum principis. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Nestorio [1] Comiti R.P.

NUllus [2] Palatinorum, qui in officio rei nostræ privatæ militant, conductionis [3] nomine, vel per se, vel per quamlibet personam possessionum hujusmodi conducendarum habeat facultatem: cum [4] neque militi [5] neque curiali hoc faciendum permittimus. Dat. 6. Kal. August. VINCENTIO, & FRAVITTA CONSS. 401.

TIT. LXXIII.

DE COLLATIONE FUNDORUM FISCALIUM, VEL REI PRIVATÆ, VEL DOMINICÆ, VEL CIVITATIS, [6] VEL TEMPLI.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Firmino Com. S. L.

ORdinariorum [7] Judicum officiis, necnon ipsis Rectoribus Provinciarum, auctores [8] sive conductores dominicos conveniendi licentiam damus: ita tamen, ut rationalibus privatæ rei ad exigenda fiscalia debita immineant.

2. Iidem AA. Messalæ P.P.

PAlatinos, qui a [9] viro illustri Comite rerum privatarum cum publicis literis destinantur ad commonitionem judicis, quo facilius ex prædiis rei nostræ conferantur debitæ pensiones, cum summa [10] degere præcipimus disciplina: de quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios judices oportebit, ut in eos severissime vindicetur.

3. Iidem AA. & THEOD. A. Petronio [11] P. P.

OMnia prædia tam [12] ea quæ in re privata olim detinentur, quam illa quæ ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt devoluta: eatenus ab hujusmodi privilegiis & excusationibus submoveantur, ut omnes species annonarias, cursitationes [13] etiam debitas, atque integram opinionem [14] sciant esse solvendam.

TIT. LXXIV.

DE PRIVILEGIIS DOMUS AUGUSTÆ, VEL REI PRIVATÆ, ET QUARUM COLLATIONUM EXCUSATIONEM HABENT.

Ad extraordinaria munera, vel superindicta etiam fiscalis possessor non cogitur.

1. Imp. CONSTANT. A. ad Italicum.

PRivatas [15] possessiones [16] nostras ab universis muneribus sordidis [17] placet immunes esse: neque earum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera, vel superindictiones aliquas conveniri [18]. Dat. 8. Kalend. Febr. *Bononiæ*, PLACIDO & ROMULO CONSS. 344.

2. Imp. VALENT. A. [19].

REm privatam nostram, levandorum [20] provincialium causa canonicas necessitates ea conditione, qua cunctos, volumus sustinere: sed excessit occasio jussionem: quandoquidem non locis solitis frumenta quæ sunt ex diversis saltibus convehenda, trahantur, sed eo usque portentur, quo grave atque damnosum est provehere. Proinde spectabilis [21] sinceritas tua remanentes [22] in iisdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbebant [23].

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

PRo [24] tyronibus [25] in corporibus postulatis pretia conferri ex fundis perpetuariis nostræ rei privatæ præcipimus.

4. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

ABsit [26], ut nos instructiones viæ publicæ [27], & pontium [28] stratarumque opera [29] titulis majorum [30] Principum dedicata [31] inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones, reparationesque itinerum, pontiumque nullum genus hominum, nulliusque dignitatis, ac venerationis meritis cessare oportet. † Domus [32] etiam [33] divinas [34] tam laudabili titulo libenter adscribimus. Dat. [35] 15. Kalend. Mart. CP. ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 423.

Nullus a superindicto excusatur excepta principis possessione. Bart.

5. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Flaviano Præfecto Prætorio.

EXcepto [36] patrimonio pietatis nostræ, cujus [37] quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus: universos possessores functiones in superindictis [38] titulis absque ullius beneficii exceptione agnoscere oportere censemus. Dat. 3. Kalend. Maji, *Ravennæ*, BASSO, & ANTIOCHO CONSS. 431.

TIT. LXXV.

DE GREGE DOMINICO.

Subtrahens equum de grege dominico, ipsum restituit: & in una libra auri punitur. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario P. P.

PRopositis [39] edictis sublimis Magnificentiæ tuæ, minimi, maximique moneantur, ut sciant singulas [40] libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis, vel equabus, sive [41] Hermogenianis [42] sive Palmatis [43]: nisi sponte eos [44] obtulerint: in his vero, quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias fisci juribus [45] inferendas. Dat. prid. Kal. Decembr. *Constantinop.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

TIT. LXXVI.

DE PALATIIS [46] ET DOMIBUS DOMINICIS.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Joanni Comiti rerum privatarum.

COnsecratas nobis ædes, id [47] est, inclyta palatia, ab omni privatorum [48] usu, & communi habitatione excipimus.

TIT. LXXVII.

DE CUPRESSIS EX [49] LUCO DAPHNENSI [50], VEL PERSEIS [51] PER ÆGYPTUM NON EXCIDENDIS, VEL VENDENDIS.

Ementes & vendentes arbores cupressi in locis hic nominatis, puniuntur. Bartol.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Sylvano Com. R. P.

SI quis [52] Daphnensis [53] luci in Syria, vel Perseis in Ægypto arbores comparaverit, quinque libris auri noverit se esse multandum: non minore dispendio, & illo feriendo, qui vendere arbores ausus fuerit [54], quas non licet emptoribus comparare.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Eudoxio Præfecto Prætorio.

OMnes [55] judices cujuscunque dignitatis sciant posthac absque permissu Magnitudinis tuæ arborem ex Daphnensi [56] luco Antiochenæ civitatis præcidendi, vel quolibet modo lapsas transferendi licentiam sibimet denegandam. Sed [57] nec Alytarcha [58] unam cupressum, aliis plantatis, excidere sibi licere contendat. At ne solatio antiquitus ei concesso privari per omnia videatur: pro eo, quod ei cupressum excidere denegatur, unam libram auri [59] eum de [60] privatis nostris largitionibus accipere decernimus: quinquaginta [61] librarum auri condemnatione hujus legis temeratore plectendo.

1 Ad eundem scripta *lex ult.* 𝔖. *de rescind. vend.* Goth. Hoc sancit: Ne possessiones rei privatæ locentur palatinis, id est, apparitoribus Comitis privatarum, ne militibus, ne curialibus, quod & de rebus privatorum cautum est, ne curialibus vel militibus, non quod sciam (Cujacii verba sunt) ne palatinis, quibus etiam rerum privatarum emptio interdicta est. *Mod.* 2 *C. Theod.* 10. 3. 6. *pars l. ult.* 𝔖. *de rescind. vend.* 3 Conducere prædia fiscalia palatini, id est, apparitores Comitis rerum privatarum non possunt, *ut hic*, ut nec emere res privatas principis. *l. ult. supr. de rescind. vend.* 4 Palatino non licet, quod non licet militi, aut curiali. 5 Conducere prædia fiscalia miles, vel curialis non potest. 6 Civitatum vel templorum. 7 Actores & conductores dominici sub Præsidum jurisdictione sunt: nisi de debito fiscali agatur: nam quod ad debita fiscalia & collationes attinet, sub Jurisdictione sunt procuratoris Cæsaris. vid. *tit.* 𝔖. *ubi causæ fiscales.* adde *l. 5. supr. de collat. fundorum patrimonial. h. l. tit. 64. l. 6. in fin. supr. de exact. tribut. l. 10. tit. 19.* 8 *Actores, in vet. quibusd. libr. quod probat* Cujac. *Græcorum auctoritate, qui vertunt* διοικητάς. 9 *l. 2. l. 3. supr. de canone largit. tit. l. 10. tit. 23.* 10 Tributorum exactores modeste se gerere debent in exigendo. adde *l. 33. ff. de usuris.* 11 Al. *Centronio.* in meo Cont. 12 A præstatione annonarum cursus & census fundi rei privatæ principis (in quibus sunt etiam confiscatorum bona) non sunt immunes. Sunt enim hæc ordinaria. de extraordinario, vid. *l. 1. tit. prox.* 13 Cursitationes, cursus debitum, transvectio. 14 Opinio est census. 15 *C. Theod.* 11. 16. 5. 16 Res, in *C. Theod.* 17 Privati fundi principis a muneribus sordidis immunes sunt: nec eorum conductores, vel coloni extraordinaria munera, vel superindictiones sustinent. *Syn. Basil. 54. tit. 7. ex tit. 5. c.* 17. adde *l. 5.* 𝔖. *de excus. mun. l. 10. tit. 47.* 18 Al. *convenitur.* 19 Impp. Valent. Valens, & Gratian. AAA. ad Claudium, *in quibusd. lib.* 20 Vid. quæ scripsi ad *l. 1. supr. de collegiat. h. l. tit.* 17. vid. *l. 8. supr. de annonis. & trib. l. 10. tit. 16.* 21 Spectata. 22 Legendum, *rem eandem*, hoc est, rem privatam, ut scribit Cujac. al. *remeant.* al. *rem manentem.* 23 Præbeant. 24 Tyronum præbendorum onus patrimoniis & possessionibus indictum. *l. 7. C. Theod. de tyronib.* Veget. 1. *cap.* 7. Tyronum productio seu prosecutio personalis, *l. ult. §. 3. ff. de muner.* 25 Al. *Pro portionibus in corpor. &c.* 26 *C. Theod. 15. 3. 6. pars hujus l. est* 𝔖. *l. 7. de sacros. eccles.* 27 Non vult possessiones divinæ domus (id est, domus Augustæ ut *l. penult.* 𝔖. *de exact. trib. l. 12. ff. ad SC. Turpil.*) viæ instruendæ vel sternendæ, pontiumque restituendorum immunitatem habere. idemque de ecclesiasticis prædiis constitutum est. *Nov.* 131. *l. 7. supr. de sacros. eccl.* & ut hæc onera sordida non censeantur, quæ aliquando tamen sordidis adnumerata sunt, *l. 17. Cod. Theod. de ext. mun.* contra rationem, pravaque appellatione, ut est *in Nov. Theodosii: Neque dom. div. neque eccles. quot. publ. mun. ext.* Mod. 28 A pontium & itinerum instructionibus nemo immunis est, ne religiosa quidem vel augusta domus: quippe nec sordida sunt ista munera. *Synops. Basil. ibid. cap. 15. l. 7. supr. de sacros. Eccles. Synops. Basil. 54. tit. 7. ex lib. 56. tit. 15. cap. 21.* adde *l. 1. supr. de collat. fund. patrim. h. l. tit. 64.* 29 *Operam*, in *C. Theod.* 30 Magnorum. 31 Dedicatam. 32 *Eclog. lib. 5. tit. 1. cap. 5.* 33 Εὐαγὴς οἶκος ἢ βασιλικὸς, religiosa vel Augusta domus. *l. 7. supr. de sacrosanct. Eccles. Synops. dicto loco.* 34 *Ac venerandas ecclesias*, additur in *C. Theod.* quem vide: multa enim hic detracta & immutata sunt. 35 *Al. V.* 36 *C. Theod.* 11. 1. 36. 37 Privati principis ærarii reditus ad necessitates publicas deputatus erat, hoc est, ad donationes, & largitiones. vid. *l. 2.* ℑ. *de cupress. l. 12. tit. 77.* 38 Superindictum non præstant fundi privati principis. vide *l. 15. supr. de excusat. munerum. l. 10. tit. 47.* 39 *C. Theod. 10. 6. 1. Junge titul. de equis curulibus in Cod. Theod. 15. 10.* 40 Equum ex grege dominico occupans, nec ultro reddens, multatur libra auri: qui ex alio grege, semilibra. Ut hinc constet, quale equorum fuerit pretium apud veteres. Libra enim auri 72. solidorum fuit. 41 *Equi Hermogeniani & Palmati*, 1. *C. Theod. de equis Curulib.* An ab agitatoribus ita dicti, ut putat Alciatus? An Hermogeniani, quod Herme seu Mercurio geniti? Palmati vero, quod victorum & triumphantium? 42 Vide hic Alciat. & Cujac. 43 Al. *palmatiis.* 44 Al. *eas*, quod quidam magis probant & referunt ad libras. 45 *Viribus*, in *C. Theod.* 46 Al. *De palatinis domibus, & ita in C. Theod.* 47 Palatia, principum ædes. 48 Palatia privatorum usibus servire non debent, *l. quicumque* 17. 𝔖. *de operibus publicis.* 49 Cupressorum meminit *l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.* 50 Daphnes. 51 Perseidis. sed vide *hic* Alciatum. 52 Huc pertinet *l. 12. C. Theod. de jure fisci. l. 45. §. conductor. 13. ff. de jure fisci.* 53 Al. *Daphnes.* Est autem Daphne, suburbanus locus Antiochiæ, cupressis obsitus. de quo vide Stephanum & Sozomenum *lib. 5. cap.* 19. & Niceph. *lib. 10. ecclesiast. histor.* Ammian. *lib. 16. in fin.* Daphnensis quoque palatii meminit *l. 2. C. Theod. de aquæductu.* 54 Argumentum a correlativis. Emptio ubi prohibita, & venditio quoque prohibita est. *Goth.* Si enim emptor rem iniquam facit, probabile etiam est venditorem rem iniquam facere, *l. 10.* ℑ. *de curs. publ.* quod tamen non est perpetuum. vid. Forcatulum *Necyoman. dialog. 1. num.* 10. Moder. Anco. *in tract. de mercat. 4. part. n.* 42. Bapt. de Sancto Blasio *in tract. correlativorum, n.* 40. Mod. 55 Vide Cujac. 2. *observ.* 13. Forcatulum 1. *Cupidinis* 1. Goth. Adde Covarruviam *de collat. vet. numis. c.* 4. Mod. 56 Daphnes. 57 *l. 2. C. Theod. de jure fisci, lib.* 10. 58 Al. *a luco, vel a littore.* sed rectior est exousa lectio. 59 Auri condemnatione. 60 Princeps ex privato ærario dona & largitiones, publice & privatim faciebat, & ad eam rem necessaria comparabat, *ut hic. & l. 1.* 𝔖. *de metallar. l. ult. supr. de privileg. domus Augustæ.* His præfectus Comes thesaurorum & sacrarum largitionum, remunerationum, vel munerationum, de quo alias sæpe dictum est. Fiebant autem hujusmodi largitiones affatim Kal. Jan. *l. laudabile 4. §. 1. supr. de advoc. divers. judicum.* 61 Quinque.

D. JUSTI-

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER DUODECIMUS.

TIT. I.
DE [1] DIGNITATIBUS [2].

De fœminis.

1. Imp. ALEXANDER A. Severinæ [3].

SI (ut proponitis) & avum Consularem, & patrem Prætorium virum habuistis, & [4] non privatæ conditionis hominibus, sed clarissimis nupseritis: claritatem generis retinetis. Sine die & Consule.

De his, qui ad dignitates non admittuntur.

2. Imp. CONSTANT. [5] A. Volusiano P.P.

NEque famosis [6], & notatis [7], & quos scelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt [8].

De majori dignitate adepta.

3. Idem ad Nuphidum P. P.

MAjor dignitas nulli debet circa prioris [9] dignitatis seu militiæ privilegia præjudicium facere. Dat. 5. Kalend. Maji, *Sirmii* CONSTANTIN. A. V. & LICINIO CC. CONSS. 319.

De Senatoribus.

4. Impp. CONSTANTINUS [10], & CONSTANS AA. Philippo.

SEnatorum substantias, quas in diversis locis, & provinciis possident, & homines [11] eorum, tam a [12] temonariis [13] oneribus conferendis, quam a cæteris præstationibus, quas judices describunt, necnon etiam ab omnibus sordidis muneribus extraordinariisque, & vilioribus liberos esse præcipimus: nullaque sorte [14] constringi functionis indignæ.

5. Idem ad Clearchum [15].

NEmo Præfectus urbis citra præceptionem, vel scientiam nostram ulli muneri subjuget [16] Senatorem: nemo curiam nostram immani pulset injuria. Si quid enim Senatoria præditis dignitate fuerit forte mandandum: nostro id judicio reservandum [17] est: sit [18] namque dignitas, quæ [19] nobis jubentibus sustinetur.

De his, qui ad dignitates non admittuntur.

6. Idem Orphito [20].

NE [21] quis ex [22] ultimis negotiatoribus, vel monetariis [23] abjectisque officiis, vel deformibus ministeriis [24], vel stationariis [25] omnique officiorum fæce, diversisque pastis turpibus lucris, aliqua [26] frui dignitate [27] pertentet, sed & si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit [28].

De Senatoribus.

7. Idem [29] ad Senatum.

QUoniam diversi judices nonnulla opera in quibusdam existimant urbibus extruenda, ad [30] hujusmodi necessitatem Senatorum substantia non [31] vocetur. Dat. 5. Non. Maji, TAURO, & FLORENTIO CONSS. 361.

8. Imp. JULIANUS A. Sallustio [32].

JUs [33] Senatorum [34], & auctoritatem ejus ordinis (in [35] quo nos quoque ipsos numeramus) necesse est ab omni injuria defendere. Dat. Non. Febr. *Constantinop.* MAMERTINO, & NEVITTA CONSS.

De filiis libertorum.

9. Idem Julianus.

LIbertorum [36] filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.

De quæstionibus.

10. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENT. AAA. ad Grachum P.P. [37].

SEveram indagationem per tormenta [38] quærendi, a clarissimo [39] homine submovemus. Dat. prid. Non. Januar. GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 378.

11. Iidem [40] AAA. ad Procopium.

SEnator [41], vel alius Clarissimus privatos [42] habeat [43] filios, editos quippe, antequam [44] susciperet dignitatem, quod non solum circa masculos dignoscitur constitutum, verum etiam circa filias simili conditione servandum. Cum [autem] paternos honores invidere filiis non oporteat: a Senatore, vel solo [45] clarissimo susceptum, in Clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. Dat. 15. * *Hierapoli*, GRAT. A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 378.

De furtis, & sceleribus judicum.

12. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS & THEOD. AAA. Neotherio P. P. [46].

JUdicis, qui [47] se furtis, & sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque, & plebejos habeantur [48]: nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos [49] indignos indicaverunt. Datum 18. Kalend. Februar. *Thessalon.* GRATIAN. V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

De fœminis.

13. Imppp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. AAA. Martiano Comiti Orientis [50].

MUlieres [51] honore [52] maritorum erigimus, genere nobilitamus [53], & forum ex eorum persona statuimus: & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate privata, posterioris mariti sequentur conditionem. Datum 4. Kalend. Februar. *Constantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De Senatoribus.

14. Imp. THEOD. & VALENT. [54] AA. Basso P. P.

PRæcipimus, ut Senatori in qualibet provincia constituto [55] nullam habeant Judices injungendi aliquid forte [publici] muneris potestatem.

1 *Eclog. lib. 6. tit. 1.* 2 Harmen. *lib. 6. tit. de dignitatib.* 3 *Severianæ in meo manuscr.* Cont. al. *Severino*, al. *Antonin. A. v. ad h. l.* Cujac. 4 Dignitatem suam Consularis & Prætoria mulier amittit nubendo privatæ conditionis homini. *l. 8. ff. de senatoribus.* adde *l. 3. supr. de murilegulis. l. 12. tit. 7.* Ita plebeji sunt nati matre nobili, patre plebejo. Sic Virginia patricia per nuptias facta plebeia est. Livius 10. vide *l. 13. J. h. t.*
5 Al. *Alexander.* 6 Infames & inhonesti (οἱ ἄτιμοι καὶ αἰσχροὶ) Senatores fieri non possunt. *Synopsis Basilic. 6. tit. 1. c. 18. l. 1. supr. de his qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt l. 10. tit. 54. l. 1. S. de infamibus, l. 2. de offic. adsessor.* 7 Al. *adnotatis*, quod idem est. Cicero 3. *Offic.* eosque a censoribus omnibus ignominiis adnotatos. Cujac. *Goth.* Hi non sunt ipso jure infames; hæret tamen in eis macula quædam, ut quod judicio publico rei in vinculis sunt, vel qui ob testimonium dicendum pecuniam accepisse convicti, nec damnati sunt; vel qui inter requirendos adnotati sunt. Sic nota ab infamia distinguitur in *l. 3. §. lege ff. de testib.* Mod. 8 Senatus portæ: totus enim hic titulus est de senatoribus *in l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi priv. Omni*, inquit, *honore quasi infamis carebit.* de qua vide Cujacium *obs. lib. 1. c. 38.* Falsa autem adjicit Accursius, eos non posse Romæ agere, vel in comitatu principis, quod de relegatis tantum est proditum, & de militibus ignominia missis, non de aliis infamibus, alioquin non possent Romæ pro se postulare apud prætorem, quod est falsum, & vel tutelæ Romæ damnatus solum vertere cogeretur. *Mod.* 9 Id est, inferioris, silentiarius allectus sum inter senatores, silentiarii privilegium non amitto. *l. eos 11. supr. de excus. mun. l. 10. tit. 47. l. 3. J. de silentiar. h. l. tit. 16. l. 1. J. de primicerio. h. l. tit. 7.*
10 *Al.* Imp. Philippus A. 11 Homines hic sunt, qui res aliorum agunt, ut procuratores prædiorum, actores, clientes, coloni. Galli in ea significatione dicunt *hommes.* dixi ad *l. 1. supr. de commerciis.* 12 Senatorum patrimonia a temonario onere & sordidis præstationibus, extraordinariis, vel vilioribus libera sunt. adde *l. 7. J. h. t.* 13 Temonarii præstatio est præstatio tyronum equorum, auri tyronici, ut Cujac. interpretatur. Galli *le charroy.*
14 Al. *Sorde.* 15 *Al.* Valerianus & Gallienus AA. 16 Vide *l. 14. J. h. t.*
17 Servandum. 18 Sit. 19 Si. 20 *Al.* Impp. Dioclet. & Maximian. AA.
21 *Eclog. cap. 22.* 22 Nullus negotiator, vel monetarius, vel publicanus, vel abjecti officii (ἔμπορος μονητάριος τελώνης ἢ ἀπὸ εὐτελοῦς ὀφφικίου) dignitatem aliquam consequi pertentet, quod si etiam consequatur, rursum collegio suo reddatur. *Synops. Basil. h. t. c. 22.* Goth. An exercitia mercaturæ aut mechanica obsint dignitatibus aut nobilitati, vid. Tiraquell. *de nobilitate cap. 33.* S. L. 23 Monetariorum vile officium est: inter ultimos negotiatores abjecta officia, & deformia ministeria censentur. 24 *Deformis ministeriis stationariis, in quibus. c.* vid. *in hanc legem* Cujac. 25 Stationarii qui, dixi ad *l. 15. §. 7. ff. de injuriis.* vid. Cujac. 2. *observ. ult.* 26 Adde *l. unic. J. negotiatores ne militent. h. l. tit. 35.*

27 Pertentent. 28 A. D. 354. vel 555. 29 Al. *Iidem AA. & CC.*
30 Vide *l. 4. S. h. t.* 31 Revocetur, al. *devocetur.* 32 *C. Theod. 9. 2. 1.* al. *P. P.*
33 *Eclog. c. 24.* 34 Al. *senatorium.* Senatorum jus, & Senatorii ordinis auctoritatem injuria non oportet adfici. *Synops. Basil. d. loco. c. 24.* 35 Senatoribus vel Princeps ipse adnumeratur, *ut hic.* recte: quum etiam consulatus administrationem sustineat. *Synops. d. c. 24.* ut hinc colligas, Hodie principem appellari videri, dum appellatur ad Senatum: quia pars est Senatus, *ut hic.* e contra Senatus, pars principis. *l. 5. in pr. supr. ad l. Jul. majest.* vid. Suet. *in Tiberio* 29. nec necesse est confirmari a principe decreta Senatus: quod olim non fuit. *Novell. 62.* 36 Senatores (ut & decuriones. *l. 2. supr. si servus aut libertus*) esse possunt, qui liberti filii sunt: quippe ingenui, *ut hic:* soli enim libertini prohibentur. *Synops. ibid. c. 2. tit. 6. Harm. tit. de dignitatibus* 1. §. 2. Turpe tamen & invidiosum fuit & Imperatori Claudio vitio versum, quod latum clavum tribuerit libertini filio: & Appio Claudio, quod in censura inquinarit Senatum lectis libertinorum nepotibus. Hodie liberti Senatores esse possunt: utpote natalibus restituti & jure aureorum annulorum donati. *Nov. 78.* 37 *Al.* Imppp. Valent. Valens & Grat. ad Symmachum P. P. *C. Theod. 9. 35. 3.* 38 *l. 11. 17. S. de quæst.*
39 *Senatorio nomine*, in *C. Theod.* Goth. Si enim municipalis ordo eximitur tormentis; multo magis amplissimus, in quo est & princeps ipse; ita ut merito ab omni injuria defendendus sit. *l. 8. S.* veluti tormentis, vinculis, carcere. *Mod.* 40 *Al.* Constantinus A. *al.* Valentin.
41 *Al.* incipit, *Si Senator.* vide in hanc legem Duar. *lib. 2. disput. cap. 29. &* Cujac. *hic.* Goth. Adde Concenatium *lib. 2. quæst. c. 11.* & Coras. *ad l. Senatoris. 1. ff. de Senatorib.* Mod.

42 Id est, plebejos, & editos antequam dignitatem susciperet. 43 *Habebat, in lib. Anreda.* sed videtur hæc sententia mox corrigi per versiculum, *Cum autem. J. h. t.*
44 Vid. Hottomanum 2. *Illustrium*, 45 *Alio, in vet. quib. lib.* 46 *C. Theod. 9. 27. 1.*
47 *l. 2. supr. h. t. l. 2. ff. de Senatoribus. l. 12. §. 2. ff. de judiciis.* 48 Ita a testimonio dicendo removentur. Oldendorp. *c. 4. de testib. n. 22. & cap. 66. de exceptionib. n. 4.*
49 *Seipsi, C. Theod.* 50 *C. Theod. 2. 1. 7.* 51 *Conjunge l. ult. de incolis. Nov. 22. c. 36.*
52 Uxor a marito sumit honorem, generis nobilitatem, forum, domicilium.
53 Nobilis est natus patre nobili, matre plebeja: quia mater per nuptias nobilitatem adipiscitur, *ut hic.* Contra nati patre plebejo, matre nobili, plebeji sunt. Nam & ipsa per nuptias facta est plebeja, *l. 1. S. h. t. l. fœminæ. 8. ff. de Senatoribus.* ut Virginia, cum esset patritia, per nuptias facta est plebeja. Livius 10. idque congruit cum antiqua juris definitione, ut connubio interveniente liberi sequantur patrem semper. *l. cum legitimæ* 19. *ff. de statu hominum.* Apud quasdam gentes, filii melioris partis conditionem consequuntur. 54 Gratianus & Theod. AA. 55 *l. 5. supr. h. t. l. 22. §. senatores. l. 23. in pr. ff. ad municipal.*

De commeatus necessitate sublata.

15. Iidem AA. ad Eustasium [1].

CLarissimis, vel Spectabilibus universis ad genitale solum, vel quolibet alio, & sine [2] commeatu proficiscendi, & ubi voluerint, commorandi, habitandive permittimus facultatem.

De delictis.

16. Iidem AA. & ARCAD. [3] A. Appollonio P.P.

SI gravius ullum facinus admittatur, nocente persona extra carceralem custodiam sub [4] fidejussione [5] habita, super illustribus [6] quidem, nobis suggeri jubemus: super cæteris vero quadam minori dignitate decoratis, ad tui referri Culminis notionem: ut ita demum, quid de admisso crimine constitui oporteat, judicetur.

De privilegiis illustrium.

17. Impp. [7] HONOR. & THEODOS. * [8] AA. Arcadio Præfecto Prætorio.

QUotiens [9] ex privata cujuslibet interpellatione civili, vel criminali viri illustres conveniendi sunt, nulla dandæ fidejussionis concussione vexentur: sed per speciale privilegium suæ committi fidei consequantur, juratoria [10] ab his cautione tantummodo exponenda, quam si neglexerint, & contra insertum cautioni sacramentum ipsi, vel eorum procuratores abfuerint: in pecuniariis quidem causis super [11] possessione rerum ad eos pertinentium Judex competens, quod etiam juris auctoritas, & rei qualitas suggesserit, ordinabit. In criminalibus vero negotiis dignitate quoque qua se per suum videlicet perjurium [12] indignos esse [13] probaverint, spolientur: ut in eos, utpote illustri dignitate per suum facinus privatos, inconsulta etiam nostra pietate, judicibus legum severitatem liceat exercere. §. 1. Quibus Illustrium dignitatum privilegiis hoc etiam adjiciendum [14] esse censuimus [15], ut hujusmodi personæ nullam [16] ex cujuslibet Judicis [17] sine scriptis habita sententia [18], conventionem, neque in civili, neque in criminali causa sustineant.

18. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio Magistro officiorum.

JUbemus, salvo honore qui per revocationem [19] sacræ revocatoriæ defertur, durante, licere cunctis tam minoribus [20] quam majoribus potestatem gerentibus, necnon etiam honorariis illustribus [21] sive ex hac Regia urbe, principali videlicet præcedente consensu, profecti fuerint, sive in provinciis habitantes sacratissimum (suis scilicet poscentibus negotiis) petere maluerint comitatum; sine sacra quoque revocatoria ad hanc Regiam [22] urbem pervenire.

TIT. II.

DE PRÆTORIBUS [23] ET HONORE PRÆTURÆ [24], ET COLLATIONE, ET GLEBA [25], ET FOLII [26], ET SEPTEM [27] SOLIDORUM FUNCTIONE SUBLATA.

Ad dignitatem prætoriam non potest eligi aliquis in clarissima dignitate constitutus in provinciis manens. Bart.

1. [28] Impp. [29] ARCAD. & HONOR. AA. Tatiano P.P.

NEmo ex Clarissimis [30], & Spectabilibus, qui in provinciis degunt, ad Præfecturam [31] postea devocetur [32], sed maneat unusquisque domi suæ tutus, atque securus, & sua dignitate lætetur. Dat. 15. Kal. Jan. PP. VALENTIN. VII. & ALBINO [33] CONSS. 450.

2. Iidem AA. ad Senatum [34].

GLebam [35], vel follem, sive septem solidorum functionem [36], sive quamlibet hujusmodi collationem, tam circa personas, quam circa res, ac prædia funditus jubemus aboleri: ut omnis hujusmodi sopita perpetuo conquiescat exactio.

TIT. III.

DE CONSULIBUS [37], ET NON SPARGENDIS [38] AB HIS PECUNIIS, ET DE PRÆFECTIS ET MAGISTRIS MILITUM, ET PATRICIIS.

Inter habentes eandem dignitatem ille prius debet antecedere, qui prius est adeptus dignitatem. Bart.

1. Impp. THEOD. & VALENT. [39] AA. ad Senatum urbis Constantinopolitanæ.

ANtiquitus [40] statutum est, Consularibus Viris cæteros quidem honoratos ipsius trabeæ summitate [41], pares vero infulis, consideratione tantum temporis anteire. Quis enim in uno, eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi [42] qui prior meruit dignitatem? cum posterior etiamsi ejusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis Consuli debeat, quo ipse non fuerit: hoc observando, & si iterata vice fastigia Consulatus aliquis ascenderit. Repetiti enim fasces virtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate. Quod si quis prior Consul posteriori Consuli eidemque Patricio posthabitus, Patriciatum [43] postea consequatur: vinci eum oportet, qui prior meruerit Patriciatum, postquam iste honore patriciæ dignitatis decoratus est.

2. Impp. VALENTINIANUS & MARCIANUS [44] AA. [45] Aporatio Dom. [vel Com.] & Consuli.

ORdinem [46] Consulatus ad antiquam reduximus [47] sanctionem, ut sellam nostri [48] honoris, merito, non rapiendi studio populorum agmina sectentur [49]: ac lucrandi [50] cupiditate deposita, venerabilem parentum [51] habitum, & felicissima antiquitatis ornamenta [52] conspicentur [53]. Hoc ergo exemplo etiam cæteros procedere Consules volumus, nec expendere eos sine effectu patimur. Cessante ergo ista spargendi [54] vilitate [55] amplissimi Consules procedentes [56], deinceps abstineant hoc errore [57] perdendi, optimoque consilio operi necessario proficiat, quod erat incompetenter projiciendum. Ad restaurationem itaque aquæductuum [58] hujus amplissimæ Urbis centena pondo auri [59] præstentur per singulos Consulatus: ut & Consul Patriæ se dedisse noverit, & data notum sit mansura esse perpetuo. Dat. ASPORATIO & HERACLIANO CONSS. 454.

Nullus eligi potest Patricius, nisi primo alteram dignitatum hic insertarum fuerit adeptus. Bart.

3. Imp. ZENO A.

NEmini ad sublimem [60] Patriciatus honorem (qui cæteris omnibus anteponitur) ascendere liceat, nisi prius aut Consulatus honore potiatur, aut Præfecturæ Prætorio, vel [61] Illyrici, vel Urbis [62] administrationem, aut Magistri militum, [aut Magistri officiorum] in actu videlicet positus gessisse noscatur: ut hujusmodi tantum personis, sive adhuc administrationem gerendo, seu postea, liceat, quando hoc nostræ sederit Majestati, Patriciam consequi dignitatem. Quoniam vero gloriosissimæ huic urbi, quæ [63] caput orbis terrarum est, omnifariam credimus consulendum: universos, qui posthac honorarii Consulatus insignibus principali munificentia decorantur, centum libras auri ad reficiendum aquæductum [64] publicum ministrare censemus: ad similitudinem eorum, qui per annale tempus Consularium editione munerum gloriantur. Nam ipsis quoque expedit, ut florentissima civitas centum auri librarum munificentia sustentata, honorarium quoque sentiat Consulatum.

1 Al. *Eustathium P.P. in meo.* Cont. 2 *l. ult.* J. *h.t.* Sine commeatu res suas invisere clarissimis vel spectabilibus licet, *ut hic.* Illustribus non licet. *l. ult.* J. *h.t.* Cur tam varie? Illustrium quo major potentia est & dignitas, eo Reipublicæ, aut principi periculosior est eorum recessus. Et hæc quidem distinctio proponitur hoc loco. Hujusmodi fuit olim distinctio Senatorum, qui in Sicilia & Gallia Narbonensi, ab aliarum provinciarum senatoribus. Illis enim, non his Augusti constitutione licuit, non exquisita principis sententia res suas invisere. Tacitus 12. *Dion.* 52. Post Augustum Claudius, sine permissu principis, Senatores ultra septimum miliarium urbe excedere vetuit. Suidas *in Claudio.* 3 *Al.* Zeno A.
4 Vide *l. 3. ff. de custodia reorum.* Id non servari refert Clarus 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 46. *vers. scias autem.* 5 *Substitutione, in veter. quib. codd.* Cuj. *legendum existimat, tuitione.* Goth. Notata ad oram hic, quæ ajunt Cujacium legere, *substitutione habita*, ea eorumque auctores fugit ratio. legit enim ille JC. nostri seculi Princeps: *sub tuitione.* nam, inquit, sub fidejussione non constitui, *l. prox. docet.* tuitionem autem militarem intelligo, ut in *l. 1.* S. *de offic. mil. jud. l. 36. C. Theod. de navic. l. 3. supr. de offic. com. rer. priv.* Mod. 6 De illustrium crimine nullus judex cognoscit inconsulto principe, excepto casu l. seq. De reliquis dignitatibus Præf. Præt. cognoscit, veluti de clarissimis *l. pen.* S. *de offic. Præf. præt. Or.* idque in urbe, in provinciis judex provincialis. *l. 1. ubi senat. vel clariss.* Mod. 7 *Al.* Imp. Zeno A.
8 *Al.* Zeno. *al.* Anastasius. 9 *Eclog. cap.* 32. 10 *l. 12. circa princ.* J. *de proximis sacr. scrinior.* 1. Harmen. 12. §. 26. 29 dixi ad *l. 1. in fin. supr. quorum legatorum.* Jurant illustres, *ut hic.* memoriales. *l. 12.* J. *de proximis sacrorum scriniorum h. l. tit.* 19. Jurat, non satisdat immobilium rerum possessor. *l. ult.* J. *de princip. agent. in reb. h. l. tit.* 22. *l. sciendum* 15. *ff. qui satisdare.* Jurat & quilibet, quandocunque judici justa causa videtur esse, forte non invento fidejussore. *Nov.* 112. *cap.* 2. 11 Missio fit in possessionem debiti servandi causa, *Novell.* 53. *c.* 4. qua missione, ut ibidem Julianus ait, rectissime jus pignoris constituitur pro modo debiti. 12 Perjurus dignitatem amittit. 13 Se esse.
14 Addendum. 15 Statuimus. 16 Nulla. 17 Vide *l. 8. §. hoc etiam.* J. *de principibus agentium in rebus. h. l. tit.* 22. 18 Sententia hic generaliter accipitur pro quocunque judicis jussu, & pronunciatione judiciali auctoritate facta. Aliud est porro hic sententia, aliud libelli conventio, ut *l. 6. supr. unde vi.* 19 Evocationem.
20 *Tam minores quam majores potestates, in veter. lib* Goth. Illustrium sunt gradus quidam, & alii sunt majores, alii minores. quis nescit enim Præf. prætorio majorem esse magistro officiorum, & tamen utrumque esse illustrem? *Mod.* 21 Non pugnat hæc lex cum *l. nullus. supr. de offic. rect. provinc.* quia illa loquitur non de illustribus, sed de præsidibus. *Mod.*
22 *l. 15. supr. h. t.* Goth. Quæ de clarissimis vel spectabilibus loquitur, non de illustribus. *Mod.*
23 Adde *tit. de off. Prætorum.* S. *& ff.* 24 Prætura fuit onus senatorium. Hanc enim dignitatem, qui suscipiebat senator, suis sumptibus Circenses & Scenicos ludos exhibebat. Boet. 3. *de consol. Prætura magna olim potestas, nunc inane nomen & senatorii census gravis sarcina.* porro vide ad hunc tit. etiam Forcatulum *Necyomant. dialog.* 7. & Marcum Vertran. *de jur. liber. c.* 10. Mod. 25 Gleba; glebale aurum, glebalis functio, aurum oblatitium, a Senatoribus exigitur, ut aurum coronarium, a decurionibus: aut argentum a negotiatoribus. A gleba senatoria Cujacius putat nihil differre follem senatorium, de quo mox dicetur. adde *Novellam Martiani de indulgent. reliquorum.* Zosimus 2. 26 Folli, al. *pholi.* Follis aurei nummi genus *l. 2. Cod. Theod. quorum appellat. non recip. l. 3. Cod. Theod. de suariis. l. 5. l. 21. C. Theod. de Prætorib.* Moschopulo obolus, Marcellino Follerales dicti hujusmodi nummi. Singuli, siliquæ partem 12. efficiebant. Justin. in Georg. titul. περὶ κλοπῆς. adde Zonaram in Leone Isauro. Sed quid? Forcatulus 8. *Necyomantia* 5. Prætores olim magistratus ineuntes a provincialibus accipere solitos fuisse scribit, follem, glebam & clavem, ut his quasi symbolis adumbrarent æris, mobilium & immobilium collationem, idque in hominis fide: quæ meræ nugæ. Follis est enim id, quod ante dixi. 27 Septem solidorum præstatio tenuissimos senatorum obligabat: eratque id personæ onus, non glebæ.
28 Al. *Valentinianus & Marcianus AA.* Tatiano P.P. 29 Martianus *in meo lib.* Cont. *pars l. 2. supr. de off. præt.* 30 Ad Prætura onus non vocandi senatores, qui sedes suas in provinciis constituerunt. 31 *Præturam*, quod rectius est. 32 Devocentur.
33 B. Anieno. 34 Sic Azo notat, scriptum fuisse in *lib. Martiani.* 35 Id est, glebalem functionem, quæ scilicet pro possessionibus penditur. *al.* Clavem, *6. C. Th. in princ.*
36 Functione, sive qualibet hujusmodi collatione. *Goth.* Hæc septem solidorum præstatio tenuissimos senatorum obligabat: ut Honorius & Theodosius ad Monaxium scribunt *in Cod. Th.* eratque id personæ onus, non glebæ. Erant & quidam senatorii ordinis, qui eam tantum præstationem agnoscebant, non glebalem, veluti exproximi. *l. 12. Cod. Theod. de prox. com. disp.* Mod.
37 *L. 1. D.* 10. 38 Adde *Novell.* 105. *Nov. Leonis* 94. 39 *Al.* Imp. Valentin. A.
40 Vide Symmach. *lib. 1. epist.* 7. Cont. Adde Petrum Fabrum, 1. *semestr. 2. circa finem.*
41 Trabea stola est consulum. *l. 1.* J. *tit. ult.* Mod. 42 Inter Consules is præfertur, qui prior gessit. vid. *l. 2.* J. *ut dignitatum ordo h. l. tit.* 8. ita ordinarius honorario, etiam antiquiori præfertur. *l. 4.* J. *de princip. agent. in reb. h. l. tit. 22. l. 2.* J. *de primicerio. h. l. tit.* 7.
43 *l. 4.* J. *de principibus agentium in reb. h. l. tit.* 22. Goth. Quo sensu hic accipienda sit patriciatus dignitas: vid. Ræward. *conjectan. lib. 3. cap.* 7. Ans. 44 *Novell.* 95.
45 *Sic in manusc.* Cont. al. *Leo A.* 46 *Vide de hac lege Marcellinum in Chronicis.*
47 Al. *reducimus.* 48 Al. *nostram.* 49 Sectarentur. 50 *Lucri.*
51 Consules, parentes Principis. 52 Ornamenta consularia hæc sunt; trabea sive palmata, scipio, calcei aurati, sella curulis, fasces; Cassiodorus in formula consulatus. *Mod.*
53 Conspicerent, al. *conspiciant.* al. *conspicerentur.* 54 Spargendi missilia facultatem Consulibus adimit Marcianus hac lege: hoc constituto, ut certam potius summam expendant in formarum reparationem. Justinianus vero Novell. 105. spargendi facultatem volentibus Consulibus permittit ad certum modum tamen & septies tantum in anno, hoc est, Initio magistratus, Kalendis Januar. quibus & Prætores & Consules Magistratum inire solebant. Deinde Circensibus ludis. (quos mappam postea appellarunt) Tertio theatrica venatione: quartum in spectaculo quo μονημέρον (edebatur in eo pancarpum seu sylva & venatio,) quinto ludis Scenicis, (quos πόρνας a productione meretricum in Scenam vocabant) sexto iterum ludis Circensibus. Septimo tempore depositi magistratus. Quod ad modum attinet, quantitatis notitia non extat: nummi sane fuerunt argentei tantum (non aurei) & quidem minutiores, quorum alii concavi quadrati, rotundi. Quin & mater & uxor Consulis spargendi jus habuit. *dict. Nov. 105. c.* 2. 55 Utilitate, Hal. *legendum videtur, futilitate.* Quanquam & vilitas est, nummis in populum jactis gratiam populi mereri, non virtute. 56 Hinc processus consulum. *l. nam & Imp. 41. ff. de don. inter virum.* Græci προσόδους. *Nov.* 105.
57 Perdit, qui missilia in vulgus jactat. 58 Vid. *l. 3.* J. *h. t.* 59 Tot etiam pondo ab honorario exiguntur, *l. 3.* non iterum consule. *l. 4.* Mod. 60 Patriciatus honor major Consulatu, non gradu, sed duratione. Consulatus annuus, patriciatus perpetuus, ita Consulatus major patriciatu. *l. 1. in fin. supr. h. t.* Petr. Faber 1. *semest. 24. in fin.*
61 Prætoriorum Orientis, vel Illyrici *&c.* 62 Præfectura urbi postponitur consulatui hic, quod mutari videtur *Nov.* 62. 63 Roma caput orbis terrarum. 64 Ad aquæductus reficiendos Consules liberalitates suas largiebantur, *ut hic*, & *l. 2. supr. h. t. l. 8. supr.*

Si cui conceditur administratio dignitatis diu ante concessæ, non videtur de novo dignitas concedi. Bart.

4. Idem A. Sebastiano P.P.

SAncimus Viris Excellentissimis Consularibus omnibus [1] qui jam facti sunt, vel postea fuerint, procedendi quoque, & reipsa per annum gerendi Consulatus, impetrato videlicet principali judicio, legitimam tribui facultatem: ita ut peracta, quam meruerint, processione, non novum aliquid, vel quod nondum habeant, adipisci: sed Consulatus jus [2], quod semel eis consularis detulerat processio, iterasse beneficio videantur, & in adoranda [3] nostra purpura, vel in consequendis cunctis Consulum honoribus, & privilegiis ex anteriore tempore provectionis ordinem sibimet noverint vindicandum. Hoc etiam observando, ut hujusmodi Consul nec centum libras auri aquæductibus hujus inclitæ Civitatis pro tenore sacræ constitutionis præbendas, quas cum esset Consularis, præstiterat, Consul postea creatus persolvere denuo compellatur.

Filiusfamilias electus in patricium a patria potestate liberatur. Bart.

5. Imp. JUSTINIANUS AA. Joanni P.P.

SAncimus [4], Viros Excelsos [5] Patricios [6], quos in hujusmodi dignitatis apicem Augusta Majestas retulerit [7], illico ab Imperialibus codicillis præstitis patresfamilias effici, ac potestate liberari paterna: ne videantur, qui a nobis loco patris honorantur, alieno juri esse subjecti: (quis enim patiatur patrem [8] quidem posse per emancipationis modum suis nexibus filium relaxare: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum quem sibi patrem elegerit [9], ab aliena eximere potestate?) ne si contrarium approbetur per quamcunque machinationem, Imperialis Majestas minui videatur. Et hoc quidem raro contingere satis certum est: nemo [10] enim facile respexit filiumfamilias in Patriciatus honorem provectum, quemadmodum in Consulibus hæc res usitata est, sed ne quid in parte temporis tale eveniat, & sine legibus inveniatur, ideo hæc nobis visa sunt sancienda.

TIT. IV.
DE PRÆFECTIS PRÆTORIO, SIVE URBI, ET MAGISTRIS MILITUM IN DIGNITATIBUS EXÆQUANDIS.

1. Imppp. VALENT. [11] VALENS, & GRATIAN. AAA. ad Ampelium P.P.

PRæfectum [12] Urbi [13], & Præfectum Prætorio [14], & Magistros [15] equitum, ac peditum, indiscretæ ducimus dignitatis: usque adeo videlicet, ut cum ad privatam secesserint vitam, eum locum [16] velimus esse potiorem [17], qui alios promotionis [18] tempore, & codicillorum adeptione præcesserit. Dat. 3. Non. Jul. *Nasonaci*. Accept. 3. Non. Septembr. MODESTO, & ARINTHEO CONSS. 372.

Dignitate deposita per plures in pari gradu dignitatis existentes, ille est potior, qui prior fuit in dignitate electus. Bart.

2. Imppp. GRAT. & VALENT. & [19] THEOD. AAA. Restituto P.V.

QUisquis Magisterium equitum, peditumque susceperit, & gesserit ante captam a quoquam Præfecturam: is cum privatus erit, & honorem deposuerit, ex Præfectis [20], qui provecti fuerint, præferatur. Sit igitur sedes prior [21] ante provectis, locus conspectior decernendi, loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti Magistratus vetustior. Dat. 8. Kalend. Jul. *Thessalon.* GRAT. V. & THEOD. AA. CONSS. 380.

TIT. V.
DE [22] PRÆPOSITIS SACRI CUBICULI [23], ET DE OMNIBUS CUBICULARIIS, ET PRIVILEGIIS EORUM.

Custodientes cubiculum Principis, vel Augustæ, eandem dignitatem habent, quam Præfectus urbi, & Præfectus Prætorio, & magister militum. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. [24] AA. Florentio [25] P.V.

SAcri [26] cubiculi Præpositi ea dignitate fungantur, qua sunt præditi, qui eminentissimam Prætorianam, vel Urbanam meruerint Præfecturam, aut certe militarem Magisteriam potestatem: ita ut sit inter eos post depositas administrationes nulla discretio, sive nostræ serenitatis adoraturi [27] admittantur imperium, sive pro suo arbitrio solennes festivitates, & cœtus, vel salutationes, vel quælibet alia officia [28] frequentent [29]: ut in sedibus, & in consessu ejus ordo servetur, quem ordo [30] provectionis ostenderit: sub habitu videlicet ipsis consueto, cum manifeste decretum sit eum esse potiorem, qui præcesserit, vel illum subsequi, quem recentius probaverit examen. Dat. 8. Id. Novemb. CP. HONORIO XIII. & THEOD. X. AA. CONSS. 422.

2. Iidem THEOD. & VALENT. AA. Proculo P.P.

HAc nostræ mansuetudinis æterna lege sancimus, ut omnes Cubicularii, qui de nostro cubiculo exeunt, antequam primum locum obtineant (excepto Castrensi, & Comite domorum [31]) his privilegiis perfruantur, id est, ut neque possessiones [32] eorum angarias, sive parangarias, vel etiam paraveredos in posterum dispositione tui culminis, vel alicujus calumnia dare cogantur, ne sordidis adstricti muneribus, decus ministerii, quod militando videbantur adepti, otii tempore, & quietis amittant, domos quoque eorum, vel in hac sacratissima Urbe, vel in qualibet alia positas Civitate, ab omni hospitum cujuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: Provinciarum Rectoribus, eorumque apparitoribus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostræ statuta dissimulare, & ex aliqua parte violare tentaverint.

3. Impp. LEO [33], & ANTHEMIUS AA. Joanni Comiti, & Magistro officiorum.

CUbicularios, tam sacri cubiculi mei [34], quam venerabilis Augustæ, quos utrosque [35] certum est obsequiis occupatos, & aulæ penetralibus inhærentes, diversa judicia obire non posse: ab observatione aliorum tribunalium liberamus, ut in [36] Sublimitatis solummodo tuæ judicio propositas adversus se excipiant actiones.

Si dominus principi servum suum cubicularium obtulit, illico talis servus libertatem adipiscitur. Bart.

4. Imp. LEO A. Puseo P.P.

JUbemus omnes [37], qui vel jam in sacrum cubiculum cujuspiam liberalitate donati, aliove titulo dati, vel dandi [38], principalibus obsequiis inhærere, vel ante meruerunt, vel postea meruerint, licet nulla interveniente scriptura, nulla confectione gestorum, postquam [39] devotissimis cubiculariis fuerint sociati [40], ad [41] conditionem libertatis ingenuitatisque rapiantur, raptique videantur: hoc non solum circa superstites, sed etiam [42] circa mortuos volumus custodiri. Nam cum *hoc privilegium videatur principalis esse proprium Majestatis, ut non famulorum, sicut privatæ conditionis homines, sed liberorum honestis utatur obsequiis:* periniquum est eos duntaxat pati fortunæ deterioris incommoda: sed [43] testamenta quidem ad similitudinem aliorum, qui ingenuitatis infulis decorantur, pro sua liceat eis condere voluntate: intestatorum vero nemo dubitet facultates, utpote sine [44] legitimis successoribus defunctorum, fisci juribus vindicari. Et hæc omnia tunc diligenti observatione volumus custodiri, cum sponte, suaque voluntate quis dederit eunuchum [45] sacri cubiculi ministeriis adhæsurum. Si vero quidam fuerit violenter extortus, aut invito domino, vel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculum: liceat domino destinatum sacra ex lege cubiculariis interpellare judicium: & eum, quem probaverit, nolente se vel inscio sacrum penetrasse cubiculum, ut suum famulum cum peculio consequatur. Sed & sicut læsis implorandi præsidii facultatem denegari non convenit: ita nec calumniandi [viam patimur] diutius esse patefactam. Ideoque tempus quinquennii præfinimus, intra quod contra eum suas debeant exercere quæstiones, ut si medio tempore movere [46] distulerint, ulterius eis tanquam in suum famulatum [47] vindicandi [48], vel ejus [49], ut servi peculium, vel bona quasi liberti copia denegetur. Hæc omnia, quæ super devotissimis cubiculariis sancimus, etiam ad cubicularias, quæ a dominis in sacrum cubiculum datæ, vel dandæ sunt, superstites atque mortuas extendi propagarique decernimus.

de aquæductu. l. 11. tit. 42. 1 Non eos dicit, qui consulatum gesserunt, sed honorarios consules, ut *l. ult. supr. de decur.* Atque his etiam a principe designatis re ipsa consulatum gerere licet. qua ex re honore non augentur, *l. 1. supr.* nec inter pares ex posterioris, sed ex prioris honoris tempore prærogativam in senatu vel in aula sibi vindicant. Præferri tamen ordinarios honorariis, etiam antiquioribus certum est. *Nov. 62. arg. l. 4. infr. de princ. ag. in reb. l. 2. in fin. J. de primic. & not.* Mod. 2 In manuscriptis lib. legitur, ut in hoc excuso Cod. sed ex veteribus sic emendat Cujac. *Sed consulatus jus quod eis consularitas detulerat, processionis iterasse.* 3 Vide quæ scripsi ad *l. 1. J. de apparit. Præfecti urbi. h. l. tit. 59.* 4 Huc pertinet *§. filiusfamil. 4. Inst. quib. modis jus patr. potest. solv.* Goth. An & quatenus dignitas filii patriam potestatem solvat, vid. *Censur. forens. nostram, lib. 1. c. 9. n. 16.* S. L. 5 *Nov. 81. c. 1. §. filiusfamil. 4. Inst. quib. modis jus patriæ potestat. solvit.* adde *l. 3. supr. h. t.* 6 Et alios, ex *Novell.* 81. Goth. Non tantum patriciatus dignitas solvit patria potestate, sed etiam ex *Nov.* 81. consulatus, consularitas, præfectura prætoriana, præfectura urbicaria in actu constituta, & magisterium militum. his enim omnibus dignitatibus filiifamilias patresfamilias fiunt sine capitis deminutione. *Mod.* 7 Extulerit. 8 Suidas ait, Patricium appellatum fuisse patrem communem reip. Idem & Cassiodorus in formula patriciatus. *6. Variar. 2.* 9. Elegit, al. *fecit.* 10 Patricii pauciores fiunt, quam Consules. 11 *Al.* Imp. Valentinian. A. 12 Præfecti urbi Prætorio, & Magistri equitum ac peditum, par & indiscreta dignitas. Tres hæ dignitates ordinariæ curia liberant, honorariæ non liberant. Honorarii cingulum non habent, est enim cingulum nihil aliud, quam administratio. *Nov. 70. c. 1.* 13 Urbis. 14 Præfectum urbi nominat priorem, quoniam is præsidet in senatu: Adsidet Præf. prætorio; & post Præfectum prætorio Magister militum. Cæterum hi tres sunt dignitate pares, nec deposita administratione inter se nisi prærogativam temporis habent. Mod. 15 Hi magistri militum. 16 Puto legendum, *loco, ex manusc.* 17 Priorem. 18 Vide *l. 1. J. ut dignitatum ordo servetur. h. l. tit. 8.* 19 *Al.* Imp. Leo A. 20 *Ex præfectis, qui post provecti &c.* legit Cujac. *ex C. Theod.* Expræfecti autem esse dicuntur, qui præfectura abierunt. 21 Vide *l. 1. J. ut dignitatum ordo servetur. h. l. tit. 8.* 22 *Ecl. lib. 6. tit. 25.* 23 Duplex est sacrum cubiculum: Augusti & Augustæ. v. *hic* Cuj. 24 Al. *Arcad. & Honor. AA.* 25 Al. *Floro P. P.* 26 Præpositi cubiculi (οἱ πραιπόσιτοι καὶ κουβικουλάριοι) eandem habent potestatem, quam Præfecti Prætorio, vel urbi, vel magistri militum, tam in adorationibus principis, quam privatis festivitatibus & aliis omnibus officiis, ut videlicet pro ratione gradus, quem tempus tribuit, alii aliis præferantur. *Syn. Basil. 6. tit. 25. c. 1. l. 1. C. Th. h. t. & 6.* Harm. *tit. de dignitat. §. 6.* 27 Vide quæ notavi ad *l. 1. J. de apparitoribus P. urbi. h. l. tit. 54.* Goth. Adde *l. 1. J. de Silentiar. & decurion. h. l. tit. 16. Novell. 6. & Novell. 9.* Ans. 28 Officia accipe funebria, vel nuptialia. Suetonius *in Calig.* cum ad officium venisset. *Cujac.* Ita locus hic indicio est, veteres in funeribus etiam de gradu & ordine certasse: Officiique nomine festivitates, cœtus & salutationes intelligi, cum itaque dicit aliquis *Officium B. Mariæ*, festivitatem vel salutationem intellige. de quo dicemus hic aliquando plenius. vid. interim Tertullianum *de Idololatria cap. 16.* 29 Frequententur. 30 Vid. *l. 1. J. ut dignitatum ordo servetur. h. lib. tit. 8.* 31 Excubiculariis (inquit Cujacius) invenio immunitatem dari certorum munerum, *l. maximarum. supr. de exc. mun.* Excastrensi vel excomiti domorum non item. Itaque hunc locum ita prorsus accipio, ut excepto castrensi & comite domorum, cæteris cubiculariis hæc, quæ sequuntur privilegia, competant. *Mod.* 32 Angariæ munus possessionibus num indicitur: estne patrimonii? non est. *l. ult. §. 1. ff. de muneribus.* Atqui hic possessionibus indici videtur? cura exigendæ angariæ, personalis: præstatio, realis. 33 Al. *Imp. Martianus A.* 34 Et inscriptionis similitudo, & eorum, qui sacræ vesti deputati sunt, cum cubiculariis affinitas exigit, ut huic legi conjungatur *l. 3. infr. de castrens. & minist.* Eundem autem hi omnes judicem habent, magistrum officiorum, qui & silentiariorum judex est, ministerialiumque omnium, *l. 4. J. de silent. l. ult. J. de castr. & minist.* & decanorum, *l. 2. infr. de decan.* & eorum, qui militant in sacris scriniis, *l. in sacris scriniis. infr. de prox. sacr. scr.* *agentium in reb.* post ducenæ vel centenæ gradum, *l. ex eo. J. de agen. in reb.* & scholarium, *l. ult. J. de privil. schol.* denique totius palatii disciplina ad eum spectat. nec hæc tantum, sed & fabricarum & limitum cura; unde & fabricensibus jus dicit. *l. penult. supr. de fabric.* & ducum & limitaneorum, & castris præpositorum. *l. viros. J. de div. offic.* Mod. 35 Utriusque. al. *utrisque.* 36 Forum cubicularii principis & Augustæ sortiuntur apud Magistrum officiorum. 37 *Al.* additur, *servos.* 38 Diversa enim hæc sunt donata, data, concessa, ut *l. Lucius. ff. de leg. 2.* Mod. 39 Vid. *l. 6. J. qui militare. h. l. tit. 34.* 40 Libertatis consequendæ hic modus singularis: adde alios ex *l. 24. supr. de Episcopali audientia, l. unic. supr. C. de Latina libertate, §. 1. Inst. de libertinis.* 41 Cubiculo principis sociati cubicularii, hoc ipso, quod cubicularii, liberi & ingenui sunt. Potest defendi, hoc ipso quoque nobiles fieri. Nam & interpretes nostri minimum quoque, qui in principis sit ministerio, nobilem fieri notant: minimum, inquam, verbi gratia coquum, vel barbitonsorem. Bald. *tit. de feudo guardiæ*, Ripa 2. *de rescriptis* 26. adde *l. univ. infr. de præpositis laborum. h. l. tit. 18.* 42 Lex plerumque extenditur ad mortuos. 43 *Al.* Additur, *&.* 44 *Toto tit. supr. de bonis vacantibus, l. 10. tit. 10. l. 96. §. quoties, lege Julia, ff. de leg. 1.* 45 *De eunuchis cubiculariis vide hic* Cujac. 46 Movere hic est agere. *Goth.* Ut *in l. 3. supr. de præscr. 30. ann. nulli movendi ulterius facultatem patere, & in l. 3. supr. de quadr. præscr.* omnis motus, id est, *omnis actio, πᾶσα κίνησις.* Mod. 47 Famulum. 48 Judicandi. 49 Ei, ut servi.

Cubicularii etiam dignitate deposita, cum vadunt extra urbem, poterunt uti, cingulo dignitatis. Bald.

5. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio Magistro officiorum.

JUbemus duobus Viris illustribus Præpositis utriusque sacri cubiculi tam nostræ pietatis, quam serenissimæ [nostræ] conjugis, qui post finitam militiam [1] Senatorio fuerint consortio sociati [2], licere quotiens ad aspiciendos agros suos, vel ob aliam causam proficisci voluerint, cingulo uti: cum hoc ad implendum eorum desiderium, & ad nullius læsionem respicere videatur [3].

TIT. VI.
DE QUÆSTORIBUS [4] ET MAGISTRIS [5] OFFICIORUM, ET COMITIBUS SACRARUM LARGITIONUM, ET REI PRIVATÆ.

Qui in administratione publicorum officiorum se bene gesserunt, debent clamosis vocibus populi commendari. Bart.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. [6] & THEOD. AAA. Restituto P. V.

QUi ex [7] Quæsturæ honore, aut officiali [8] Magisterio, aut Comitiva utriusque [9] ærarii nostri attonito splendore viguerunt: acclamatione excipiantur solita, nec prætereantur, ut incogniti [10]. Dat. 8. Kal. Jul. *Thessalonicæ*, GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

TIT. VII.
DE PRIMICERIO [11] ET SECUNDICERIO [12], ET NOTARIIS.

Notarii Principis licet senectute deposuerint officium, aut majorem dignitatem fuerint adepti, non ob hoc Notariorum nomen perdunt. Bart.

1. Iidem Imppp. [13] Eutropio P.P.

PRæcipua est, nostræ pietatis intentio circa Notariorum nomen: atque ideo si unquam hujus ordinis viri laborem quiete mutaverint, vel abjecerint vel senectute posuerint, seu [cum] alia dignitate posthac [14] qualibet usi sint, non omittant prioris [15] vocabulum militiæ, sed compendium sequentis honoris adsumant: & si quis ex officio, vel præcipue Sublimitatis tuæ temerario adsensu [16] in discussiones, peræquationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit: officium suum noverit, vel levis culpæ offensione detecta, gravis multæ discrimine fatigandum, & numerariorum corpus extincto injuriæ auctore minuendum [17]. Dat. 16. Kal. Jul. *Thessalonicæ*, GRATIANO V. & THEODOSIO I. AA. CONSS. 380.

Primicerii ultra biennium in officio militare non coguntur. Bart.

2. Imp. ZENO [18] A. * [19] Magistro officiorum.

PRæclaram nobilemque militiam spectabilium Tribunorum Notariorum, qui gloriosis obsequiis nonnihil Reipublicæ commoditatis afferunt, & decoris, diversis beneficiorum titulis muniendam credimus, & augendam: nam biennales [20] metas Viro spectabili pro tempore Primicerio agendis numeris [21] duximus statuendas. Hos autem Tribunos qui suis negotiis occupati, minime sacrum palatium curaverint frequentandum: nisi intra annale spatium revertantur, quamvis commeatus jura prætendant, pro absentia quidem unius anni, unius gradus: si vero duobus annis abfuerint, duorum, si tribus, trium, si quatuor, similiter quatuor graduum subire jacturam: his, qui inferiores [22] eis fuerint, postponendis [23]. Qui vero per quinquennium integrum se præsentare cessaverint, exemptos matricula, tantum nomine Tribunorum, non vero ordine perpotiri: his in hunc modum dispositis, vacationem census, discussionis, peræquationis, & cujuslibet alterius rei habituros. Illud præcipue provisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem, vel gratiam, aut cujuslibet occasionis obtentu, vel laborum, seu solicitudinum specie publicorum cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare, & temporum [24] ratione calcata dudum militantibus antecedere: & quæ longis prolixisque stipendiis [25] defensa [26] jam pollicetur senectus, gratiosa festinatione surripere: hoc etiam adjiciendo, ut primicerius post depositam publicam numerorum [27] solicitudinem, ac si ipsam gessisset administrationem, cujus consequitur dignitatem, Magistri officiorum pro antiqua consuetudine infulas sortiatur, omnibus vacantibus, quamvis tempore præcedentibus, præponendus.

TIT. VIII.
UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR.

Usurpans scienter honorem indebitum, crimine sacrilegii punitur. Bart.

1. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEOD. AAA. ad Prætextatum P. V. [28].

SI [29] quis [30] indebitum sibi locum usurpaverit nulla se ignorantia [31] defendat: sitque plane sacrilegii [32] reus, qui divina præcepta neglexerit. Datum 12. Kalend. Jun. *Mediolani*, RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P.P.

OMnes privilegia dignitatum hoc ordine [33] servanda cognoscant, ut primo loco habeantur hi, qui in actu positi, illustres peregerint administrationes. Secundo veniant vacantes [34], qui præsentes in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint: Tertium [vero [35]] ordinem eorum prospicimus [36], quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis: Quartum honorariorum [37], qui præsentes a nostro numine [38] sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti sunt: Quintum eorum, quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. § Sed administratores [39] quidem etiam Comites rei privatæ vacantibus omnibus [40] honorariis anteponi [41] censemus. Vacantes autem post administratores venientes, non [42] omnes jam omnibus honorariis credimus præponendos: sed eos vacantes illis honorariis, qui similem adepti sunt dignitatem: ut Præfectorius Quæstorio, non Quæstorius Præfectorio [43] præponatur: parique modo Quæstorius Quæstorio: non vacans Comes thesaurorum [44], vel Comes [45] rei privatæ, honorario Quæstorio, vel Magistro [46] officiorum præferatur.

§ Et inter [47] administratores illos etiam numerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cinctis [48] aliquid ordinariæ dignitatis, vel ante commisimus, vel postea committemus peragendum: verbi gratia, si vacanti Magistro militum belli cura [49] committatur. Cur enim aut Vir Magnificus Germanus [50] Magister militum vacans appelletur, cui bellum contra hostes mandavimus? Aut cur excellentissimus Propentadius [51] non egisse dicatur Præfecturam, cujus [52] illustribus cunctis dispositionibus vice Prætorianæ Præfecturæ miles in expeditione copia [53] commeatuum abundavit [54].

TIT. IX.
DE MAGISTRIS [55] SACRORUM SCRINIORUM.

1. [56] Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Zoilo P.P. Orientis.

VIris spectabilibus Magistris omnium sacrorum scriniorum nostræ benevolentiæ liberalitas tribuenda est, qui [57] nostræ quodammodo adsidere Majestati videntur; ideoque post depositum etiam officium ab omni indictionis onere, seu civilium, seu militarium Judicum prorsus immunes esse præcipimus: ut nec [58] ab amplissima quidem sede tui culminis eis

1 Hæc lex ostendit Præpositos sacri cubiculi deposita administratione in senatorium ordinem conscribi, & *l.* 3 *supr. ubi senat. vel clariss.* eisque extra urbem proficiscentibus cingulo militari uti licere, id est, ξιφηφορεῖν. Mod. 2 Associati. 3 Videamus.

4 *lib.* 1. *tit.* 30. *supr.* 5 Magister officiorum ἡγούμενος τῶν βασιλείων. 5. Theodoret. 20. ἡγέμων τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. Zasius 2. Apud eum forum sortiebantur silentiarii & ministeriales omnes. *l.* 4. *J. de silent. h. l. tit.* 16. *l. ult. J. de castrens. & ministr. h. l. tit.* 26. *l. ult. infr. de decanis. h. l. tit.* 27. cubicularii principis & Augustæ. *l.* 3. *supr. de præpos. sacri cubiculi h. l. tit.* 5. scholares. *l. ult. infr. de privileg. scholast. h. l. tit.* 30. agentes in rebus. *l.* 4. *infr. de agentib. in reb. h. l. tit.* 20. decani, *l.* 2. *J. de præposit. sacri cubiculi. h. l. tit.* 5. militantes in sacris scriniis, *l.* 12. *J. de prox. sacrorum scrinior. h. l. tit.* 19. fabricenses. *l. pen. supr. h. l. de fabricens. l.* 11. *tit.* 9. duces limitanei, præpositi castrorum. *l.* 8. *J. de divers. officiis. h. l. tit.* 60. denique totius palatii disciplina ad eum spectabat. 6 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA.
7 *Al.* deest *ex.* 8 *Efficaci* legit Cujac. *& ita in quib. lib. manuscr. reperitur.*
9 Ærarium duplex. Aliud sacrum (quod & sacræ largitiones, & thesauri) aliud privatum. Sacro attributus Comes sacrarum largitionum, sacri ærarii & thesaurorum Comes: Alteri vero ærario, hoc est, privato Comes attributus Comes rei privatæ. dixi ad *l.* 2. *infr. ut dignitatum ordo servetur. h. l. tit.* 8. 10 Cogniti.

11 Primicerius, Secundicerius, Tertiocerius, Quartocerius, scholarum vel notariorum est Primus, Secundus, Tertius, Quartus, scholarum & notariorum. *Cerius* enim, productio est verbi. Ita Stephanus: primicerius Martyrum Augustino, *sermone* 21. Petrus Primicerius Apostolorum *apud Baldricum Bolensium Archiepiscopum in historia Hierosolymitana, cætera vide apud* Cujacium. 12 *Sericerio*, sed utrumque abest a *C. Theod.* in quo legitur, *De primicerio & notariis.* 13 *Al.* Imp. Leo A. 14 Post hanc. 15 Tabellio si certa dignitate arcetur statuto, & Tabellionis matricula dispunctus est: eam tamen dignitatem, a qua antea remotus est, attingere seu gerere non potest, ut hinc colligit Corsetus, *singulari, Statuto cavetur.* 16 *Temerarius ad census discussiones*, emendat Cujac. sed excusa lectio extat in omnibus. 17 Tabularii sive numerarii præsidum aut præfectorum plerumque census, discussiones, peræquationes injungunt, quas tamen si exnotariis injunxerint, gravi multa coercentur, & corpore numerariorum eximuntur. Huc valde pertinet *l. pen. J. de privil. eor. qui in sacr. pal.* Mod. 18 Al. *Justinianus A.* 19 *Al.* additur, *Illustri.*
20 Primicerii notariorum munus biennale, *ut hic.* Idem in primicerio fabricensium, *l.* 2. *supr. de fabricensibus. l.* 11. *tit.* 9. 21 Al. *agendi muneris*, sed rectior excus. *Goth.* Frustra opponit Accurs. huic legi *l.* 2. *& pen. J. de numer.* quæ nec de primicerio loquuntur, nec de notariis, qui ad imperialia secreta pertinent, sed de numerariis præsidum, vel magistri officiorum. *Mod.* 22 Inferioris gradus. 23 Postponendi, al. *postponendos.*
24 Vid. *l.* 7. *J. de proxim. sacrorum scriniorum. h. l. tit.* 19. 25 Dispendiis.
26 Defessa sibi jam &c. 27 Munerum.
28 *Al.* P. P. 29 *Ex lib.* 6. *tit.* 1. *l.* 2. *C. Theod.* quem confer. detractum enim est principium. 30 Qui locum indebitum sibi usurpaverit, sacrilegii tenetur: nec ignorantiam prætexere potest. *Synops. Basil.* 15. *tit.* 1. *ex lib.* 6. *tit.* 1. *cap.* 54. *l. ult. J. de privil. eorum qui in sacro palatio militant h. l. tit.* 29. *l.* 1. 2. *supr. de consulibus h. l. tit.* 3. *l.* 1. *supr. de præposit. sacri cubicul. h. l. tit.* 5. *l. ult. supr. tit. prox.* 31 Ignoratione.
32 Sacrilegii reus est, qui in leges admittit, *ut hic. l.* 1. *supr. de petit. bonorum subl. l.* 10. *tit.* 12. *l.* 13. *infr. de erog. militaris annona.* 33 Illustrium quinque gradus. Illustres qui actis illustrem dignitatem gesserunt: vacantium præsentium cum comitatu principis: vacantium absentium, honorariorum præsentium, honorariorum absentium. 34 Vacantes, adscriptii Trebellio Pollioni *in Ballista*, Lampridio *in Alexandro.* adlecti & inter agentes. v. *Const. de faciend. & confirm Cod. l. ult.* merito. *C. Theod. de honorat. codicillis, l.* 5. *J. de metatis h. l. tit.* 41. *l.* 1. *J. de silentiariis. h. l. tit.* 16. Ζωστοὶ sunt vacantes cum cingulo illustres, quibus cingulum deferebatur ob antegestæ administrationis meritum. Honorarii vero ἄζωστοι, sine cingulo & sic diversi a vacantibus dicuntur *C. Theod. de Comitib. vacantib.* Ammian. 16. 18. 31. His dabantur annonæ: at non honorariis. *Lampr.* formulam, qua per codicillos vacantes proceres fiant, vide apud Cassiodorum 6. *Variar.* 10. & 11. formulam illustratus vacantis. 35 Al. *abest.* 36 *Perficimus, ut vet. lib.* 37 Honorarii sine merito gestæ administrationis solis codicillis principis hanc dignitatem consecuti, imaginarii sine cingulo: ἄζωστοι, & ut hic dicitur, qui sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti, *Novell.* 70. Hujusmodi Pontifices, Augures & 15. viros sacris faciendis Severum fecisse, memoriæ proditum. Horum alii præsentes, alii absentes hic dicuntur.
38 Nomine. 39 Al. *administrationes, & sic deinceps.* 40 *In lib. Aured. additur & Cujac. legit, omnibus vacantibus, omnibus honorariis.* 41 Ordo hic dignitatum illustrium est, ut administrantes vacantibus, vacantes honorariis præferantur. 42 Vacantes honorariis præferuntur, simili gradu dignitatis præditi majori gradu præditis non præponuntur. 43 Præfecto. 44 Comes hic thesaurorum, qui & sacrarum largitionum & sacri ærarii Comes. *l.* 2. *J. de palat. sacr. largit. h. l. tit.* 24. *l. unica. supr. de quæstorib. h. l. tit.* 6. *l.* 3. *supr. ubi senatores*, & qui ταμίας & præpositus regalium thesaurorum, Præfectus ærarii *in l.* 15. §. 4. *ff. de jure fisci.* Rutilius Numanianus, *Nam neque opum curam, quamvis sit magna sacrarum, Nec jus Quæsturæ grata fuisse magis.* 45 De Comite rei privatæ dixi ad *l.* 9. *supr. de jure fisci.* 46 *Ex magistro, in quibusd. vet. lib.* 47 Illustribus administrationibus adnumerantur vacantes, qui non sunt otiosi, sed ordinariam aliquam dignitatem gerunt: licet ea dignitas non sit illustris, sed clarissimatus, vel perfectissimatus.
48 Al. *cunctis.* 49 Belli cura cui committitur, dux: Ducatus dignitas non illustris, sed clarissima, vel perfectissima. 50 Germanus hic magister militum vacans, contra Vandalos Dux magna classe missus a Theodosio, pro administratore habetur, non pro vacante illustri. vid. *Paulum & Prosperum.* Ita fit, ut vacanti illustri, belli cura committatur.
51 Propentadius hic præfectorius vacans, curator copiarum factus inter illustres administratores censitus est. 52 *Cujus cincti illustribus dispositionibus* sic emendat Cujac. *Eclog. in lib. quidem Aured. & Dionys.* legitur, *cincti.* 53 Commeatuum copiis curator copiarum præficiebatur autoritate P. Prætorio. *l.* 4. *J. de erogat. milit. annonæ h. l. tit.* 38. adde *l. ob negotium* 20. *ff. de compensat.* 54 Al. *abundabit.* al. *commeatu.*
55 Magistri scriniorum principes scriniorum: quorum alii magistri memoriæ (hi adnotationes omnes dictant & mittunt, & precibus respondent) alii magistri epistolarum, qui legationes civitatum, consultationes & preces tractant. Alii libellorum seu libellos agentes. Alii scrinium gerebant: ab his diversi Referendarii, qui supplicum desideria principi exponebant, & jussiones principum judicibus insinuabant. *Novell.* 10. 113. 124. annulo seu sigillo regis publicas conscriptiones confirmabant. *Sigebertus.* Referendarii, qui sunt a registris & libellis. de quibus vide Cujac. *hic.* 56 *Al.* Imp. Anastasius A. 57 Magistri Scriniorum, adsessores quodammodo principis; immunes, etiam deposita administratione ab omnibus civilibus muneribus, *ut hic, & l. eos* 11. *supr. de excus. mun. l.* 10. *tit.* 47. 58 Ne ab.

illa

ulla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet gravamine privato, vel publico penitus injungatur. Hoc beneficium ad proximos [1] etiam ſacrorum ſcriniorum, & ex proximis, volumus prorogari [2]: quinquaginta librarum auri officio tui Culminis condemnatione multando, ſi quid [3] adverſus ſtatuta Clementiæ noſtræ innovari [4] conceſſerit. Dat. 5. Kalend. Mart. THEOD. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

TIT. X.
DE COMITIBUS [5] CONSISTORIANIS [6].

Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in Principis conſiſtorio & proconſulibus adæquantur. Bart.

1. Impp. ARCADIUS [7], & HONORIUS AA. Severino [8] P. V.

EOs, qui [9] tranquillitatis noſtræ conſiſtorii dici Comites meruerunt, ſpectabilibus Proconſulibus æquari [10] generaliter decernimus. Datum 7. Kal. Octob. CP. THEODORO V. C. CONS. 399.

2. Imp. ANASTASIUS [11] A. Euſebio Magiſtro officiorum.

VIros ſpectabiles Comites conſiſtorianos, & conjuges, & liberos, quinetiam ſervos eorum atque colonos iiſdem privilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quam ſuas contra alios exercendo, perfrui, quibus Viri Clariſſimi Principes ſcholæ agentium in rebus, per ſacram pragmaticam ſanctionem divinæ memoriæ Zenonis utuntur.

TIT. XI.
DE [12] COMITIBUS [13] ET TRIBUNIS SCHOLARUM.

1. Impp. [14] HONOR. & THEOD. AA. Priſciano P. U.

PRæpoſitos [15] ac Tribunos ſcholarum, qui inquietudinis [16] epulis adhibentur, & adorandi Principis facultatem antiquitus meruerunt: (inter quos Comites etiam ſacri ſtabuli [17], & cura [18] palatii numerantur) ſi primi ordinis Comitivam [19] cum Præpoſitura meruerunt, & caſu ad altiora non pervenerint, depoſito ſacramento inter [20] eos, qui Comites Ægypti, vel Ponticæ diœceſeos fuerint, (quorum par dignitas eſt) haberi præcipimus: alios, qui [21] honore Comitivæ regimen fuerint nacti, abſolutos militia, inter eos, qui duces [22] fuerint provinciarum, numerari jubemus. Dat. 7. Kalend. April. CP. LUCIO V. C. CONS. 413.

TIT. XII.
DE COMITIBUS [23] REI MILITARIS.

1. Imppp. [24] VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. Ampelio P. U.

QUi contemplatione meritorum, ducto intra provincias transmarinas [25] ſtrenuiſſimo milite primi ordinis Comitivam fuerint conſecuti: ea [26] reverentia altiſſimarum dignitatum viris [27] ſubjugantur [28], ut his locum præſtent, qui Proconſulatus inſignibus adornantur. Dat. 3. Non. Jul. *Naſonnaci*, MODESTO & ARINTHEO CONSS.

2. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS [29] AA. Priſciano P. U.

EOs [30], qui ſub Comitiva [31] primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet provinciam, vel [32] provincias defendendas milite credito auctoritate noſtri numinis deſtinantur, & eos, qui [33] vicem illuſtrium Virorum Magiſtrorum militum ſuſceperint peragendam, ducibus [34], qui præter [35] Ægyptum & Ponticam in aliis provinciis adminiſtraverint, adæquamus. Dat. 12. Kal. April. CP. LUCIO V. C. CONS.

TIT. XIII.
DE [36] COMITIBUS, ET [37] ARCHIATRIS [38] SACRI PALATII.

1. Impp. [39] HONOR. & THEOD. AA. Priſciano P. U.

ARchiatros [40] intra palatium militantes, ſi Comitivæ [41] primi ordinis nobilitaverit gradus, inter vicarios taxari præcipimus, ſive jam pridem depoſuerunt militiam, ſive poſtea depoſuerint: ita ut inter vicarios [42] & duces [43], qui adminiſtraverint, & eos, qui Comitivam primi [44] ordinis meruerint, nihil interſit, niſi tempus, quo quis adminiſtraverit, vel Comitivæ adeptus [45] eſt inſignia. Dat. 12. Kalend. April. CP. LUCIO V. C. CONS.

TIT. XIV.
DE COMITIBUS, QUI PROVINCIAS REGUNT [46].

Comites, qui gubernaverunt provinciam, depoſito officio privilegiis dignitatis vicariæ funguntur. Bart.

1. Impp. [47] HONORIUS, & THEODOSIUS AA. Priſciano P. U.

EOs [48], qui adminiſtratione civili, ac provinciæ gubernaculis ſub juriſdictionis licentia Comites quoque primi ordinis eſſe meruerint, vicariæ [49] dignitatis poſt depoſitam adminiſtrationem privilegiis frui oportet. Datum 12. Kalend. April. CP. LUCIO V. C. CONS.

TIT. XV.
DE [50] PROFESSORIBUS, QUI IN URBE CONSTANTINOPOLITANA DOCENTES, EX LEGE MERUERUNT COMITIVAM [51].

Grammatici, & Sophiſtæ, & Juriſperiti, qui per viginti annos ſcientiam docuerunt Conſtantinopoli, ſunt digni ea dignitate, qua funguntur vicarii principis. Bart.

1. Imp. THEODOS. [A. [52] & VALENT.] C. Theophilo P. U.

GRammaticos, tam Græcos, quam Latinos, Sophiſtas & Juriſperitos in hac regia urbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter [53] ſtatutos connumeratos, ſi [54] laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtraverint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamque diſſerendi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo judicante [55] digni fuerint æſtimati [56]: cum ad viginti [57] annos [58] obſervatione jugi, ac ſedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & his, qui ſunt ex vicaria dignitate, connumerari. Dat. Id. Mart. CP. THEOD. A. XI. & VALENTINIANO C. CONSS. 425.

TIT. XVI.
DE [59] SILENTIARIIS [60], ET DECURIONIBUS EORUM [61].

Poſt depoſitum Decurionatus officium, Decurio poteſt eligere, utrum velit eſſe Magiſter officiorum domeſticorum, vel comes. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Urſo P. U. & Æmiliano com. ord. Pr. & Strategio P. P. Illyrici.

DEcuriones [62] noſtri palatii poſt emenſum [63] fideliter obſequium [64], poſtque depoſita ſacramenta militiæ, electionem habeant, ſive ex Magiſtro officiorum, velut agentes, dignitatem conſequi a noſtra Majeſtate maluerint: ſive inter Viros illuſtres Comites domeſticorum, videlicet [65] inter agentes taxari: ut tam in adoranda noſtra Serenitate, quam in ſalutandis [66] adminiſtratoribus, & reliquis prædicti honoris privilegiis, necnon in noſtro conſiſtorio his [67] honor omnifariam obſervetur. Dat. prid. Kalend. Novembr. CP. HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 415.

2. Iidem AA. Venantio [68] P. P.

UNuſquiſque [69] Decurio [70], vel Silentiarius a [71] tyronum, equorumque præſtationibus habeatur immunis: nullam [72] collationem, quæ plerumque poſcitur, ſolvat: nihil his ulla poteſtas injungat, aut neceſſitas imponat.

Privilegia data Decurionibus, & Silentiariis per hanc legem confirmantur, licet ad majorem aſcenderint dignitatem. Bart.

3. Impp. THEOD. [73] & VALENT. AA. Flaviano P. P.

DEcurionibus [74], & Silentiariis etiamſi ad ſuperiorem gradum ſucceſſu

1 Vid. *infr. de proximis ſacrorum ſcrin. h. l. tit.* 19. 2 Al. *propagari.* 3 Quis. 4 Innovata.

5 *L. 6. C. Theod.* 12. 6 Conſiſtorii Comites intimi principis conſiſtorii conſiliarii, ſpectabiles proconſularibus exæquati, immunes a ſordidis oneribus. *l. Maximarum,* 12. *ſupr. de excuſ. muner. lib.* 10. *tit.* 47. *l.* 1. *C. Th. qui a præb. equ. l.* 1. *C. Theod. qui cond. rei privat.* Ammian. 15. Ambroſ. 5. *epiſt.* 133. 7 *Al.* Imppp. Gratian. Valent. & Theodoſ. AAA. 8 Severiano. 9 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 10 Æquare. 11 Juſtinianus Auguſtus.

12 Comites ſive præpoſiti, ſive tribuni ſcholarum agentium in rebus, ad quos ſcholarum gubernatio pertinet. 12 Præpoſitis. 14 Imp. Valentinianus A. 15 *Junge l. ult.* ꝟ. *de comitib. rei militaris. hoc lib. tit.* 12. 16 Vide Pyrrhum ꝟ. *ad tit. de prox. ſacr. ſcr. qui inquirendis epulis*, hic putat eſſe legendum Cujac. *qui & divinis epulis.* Goth. Scholæ porro agentium in rebus habent præpoſitos & tribunos, ad quos ſcholarum gubernatio pertinet, qui & comites ſcholarum dicuntur, *l.* 1. ꝟ. *de privil. ſchol. l.* 3. ꝟ. *de offic. mag. off.* quod plerumque ornati ſint comitiva primi ordinis; qui titulus honorarius eſt, inventus a Conſtantino Imperatore. Hac vero dignitate ornati præpoſiti & tribuni ſcholarum hæc beneficia habent, ut interſint Imperatoris epulis, & ut adorent purpuram ejus. Quod item viris clariſſimis comitibus ſacri ſtabuli datur, id eſt, equorum præfectis & rectoribus, quibus ſportulas præberi ab iis, qui equos conferunt, vel pretia eorum, oſtendit *l.* 3. *C. Th. de eq. col. & l.* 29. *C. Th. de ann. & trib.* Mod. 17 Comites ſtabuli equorum præfecti, & rectores, *l.* 3. *C. Theod. de equo. collat. l.* 29. *C. Theod. de ann. & tribut.* 18 *Curatores, in duob. vet. lib.* Cura palatii (quæ & cuſtodia aulæ Euagrio) architectus, ad quem cura fabricæ palatii pertinebat, auream virgam geſtabat, primuſque incedebat ante Imperatorem. Caſſiod. 7. *Variar.* 5. ab hoc diſtinguitur Cura Prætorii, quæ dabatur Tribuno militum. Trebell. *in Claudio.* 19 Comitiva primi ordinis titulus honorarius a Conſtantino inventus: ſecundi & tertii ordinis quoque Comitibus creatis. Euſeb. 4. *de vita Conſtant.* formulam comitivæ primi ordinis vocant. vide apud Caſſiod. 6. *Variar.* 12. 20 Præpoſiti ſcholarum, ſtabuli, palatii comitiva primi ordinis decorati, peracta militia exæquantur Comitibus Ægypti & Ponticæ diœceſeos: non honorati comitiva, ducibus provinciarum. 21 *Sex abſque honore.* Cujac. & ita indubie legendum. 22 Duces provinciarum, diœceſeos Comitibus inferiores erant, licet utrique ſpectabiles.

23 Comites rei militaris duo: unus limitis Auguſti, alter Iſauriæ, *ut conſtat ex Notitia.* 24 *Al.* Imp. Leo A. 25 Comites rei militaris in Transmarinis provinciæ occupati. 26 Comitibus rei militaris præferuntur Proconſules. 27 Viri. 28 Subjugatur. 29 *Al.* Imp. Anaſtaſius A. 30 *Junge cum l.* 1. *ſupr. tit. prox.* 31 Comitivæ. 32 Comites rei militaris ad defendendam unam vel provinciam, interdum ad plures defendendas mittebantur. 33 Comitibus rei militaris exæquantur, qui vicem magiſtri militum geſſerunt. 34 Comites rei militaris ducibus adæquantur, verbi gratia: Phœnices, Mœſiæ, Meſopotamiæ. 35 Comitibus rei militaris Comites diœceſeos Ægypti & Ponticæ ſuperioris: ut quæ diviſæ cum vicariis, adminiſtrationem habent. *l.* 1. *ſupr. de offic. vicar.*

36 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 21. 37 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 27. 38 Medicos principis hic accipe archiatros. *Alciat.* 39 *Al.* Imp. Zeno A. 40 *Conjunge cum l.* 2. ꝟ. *de comit. rei militar. hoc lib. tit.* 12. 41 De comitiva primi ordinis dixi ad *l.* 1. *ſupr. de Comitibus & Tribunis. hoc lib. tit.* 11. 42 Archiatri Comitiva primi ordinis honorati vicariis & ducibus exæquantur: ſic tamen, ut ordo temporis inter eos ſervetur. 43 Duces & vicarii exæquantur. 44 Archiatris, primi & ſecundi ordinis Comitiva interdum datur. *l. ult.* ꝟ. *de profeſſ. & medic. lib.* 10. *tit.* 52. 45 Indemptus, al. *indeptus.*

46 Gerunt. 47 *Al.* Imp. Zeno A. 48 Junge cum *l.* 1. *ſupr. de comitibus rei militaris. hoc lib. tit.* 12. 49 Comites & rectores provinciarum Comitibus exæquantur.

50 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 27. Goth. De Intellectu hujus Rubricæ & *l.* 1. vide Bellon. *ſupput. lib.* 1. *c.* 13. Anſ. 51 Comitiva eſt titulus honoris a Conſtantino Imperatore inventus. Euſeb. *lib.* 4. *de Conſtant. vita.* 52 Al. *pro incluſ.* AA. *Videtur eſſe pars l.* 1. *ſupr. de ſtudiis liberal. urb. Romæ. lib.* 11. *tit.* 18. al Imp. Valentin. A. 53 Intra. 54 *l.* 7. *ſupr. de profeſſoribus & medicis. lib.* 10. *tit.* 52. 55 Quid, num recuſari poteſt doctor ſuſpectus interrogationi ſeu examini ſtudioſi adfuturus? poſſe exiſtimant interpretes exemplo teſtis. vide Corſetum *ſingulari ſuſpicio*: & Abbatem in *c. cum cauſa de officio delegati.* 56 Vide Alciat. 3. *præſumpt.* 19. 57 Profeſſionis juſtæ tempus viginti anni, *ut hic. l.* 1. *ſupr. de excuſ. veteranorum. l.* 3. *ſupr. de his, qui non impletis ſtipend. lib.* 10. *tit.* 54 58 Vide *Quintil.*

59 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 6. *C. Theod.* 23. 60 Silentiarii qui dicantur, vide *in l.* 5. ꝟ. *h. t.* 61 In quibuſdam non eſt vox *eorum*, ſunt autem ſilentiarii, qui in palatio principis excubias agunt. Zonar. *in Anaſtaſ.* 62 *l.* 1. *C. Theod.* vide *l.* 3. ꝟ. *h. t.* 63 Emerſum. 64 Silentiariorum officium Zonaras in Anaſtaſio ait eſſe τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων. Hi ſunt excubitores in conſiſtorio vel palatio principis, ſtantes fere ad limina, unde & excubias agere dicuntur *in l.* 3. ꝟ. *hoc tit.* ſunt autem ſub decurionibus, *l.* 3. *in fin.* ꝟ. qui alias ſacri conſiſtorii decuriones dicuntur, alias ſacri palatii. *Mod.* 65 Silentiarii & eorum decuriones abſoluti militia numerantur inter exmagiſtros officiorum, vel excomites domeſticorum, honore inter agentes, atque ita illuſtratum vacantem cum cingulo nanciſcuntur. 66 Salvandis. 67 Is honor. 68 Al. *Valentio.* 69 Huc pertinet *l. un. lib.* 11. *C. Theod. qui a præbit. tyro. & equo. excuſentur.* 70 *l.* 3. *infr. h. t. l.* 21. *ſupr. de decurionib.* 71 *l.* 3. ꝟ. *h. t.* vide *l.* 11. *ſupr. de decurionib.* 72 *Nudam, in veter. quib. lib.* ab indictionibus extraordinariis, quæ neceſſitatis cauſa imponuntur, immunis eſt. 73 *Al.* Imp. Valentin. A. 74 Silentiariis erant ſui decuriones. *ut hic.* qui palatii. Ammian. 20 ſacri palatii. *l.* 1. ꝟ. *h. t.* & ſacri conſiſtorii decuriones. *l.* 2. *C. Theod. l. ult.* Decurio vero quisque

meliore transcendunt, omnia privilegia [1], quæ jamdudum divorum Principum judicio meruerunt, legis istius præceptione noverint esse firmata, non præjudicatura quacunque generalitate pragmatica [2], nec angarias, vel parangarias, sive paraveredos ulla eis amplissimæ præceptionis imponat auctoritas: sordidis quoque muneribus, excoctione calcis, & superindicti gravamine eos liberamus. † Domos quoque eorum non tantum in hac sacratissima urbe, sed in qualibet alia positas civitate, immunes ab omni hospitum cujuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: permissa [3] eis veniendi ad Comitatum licentia præter evocatoriæ securitatem [4]: multa decem librarum auri Judicibus Provinciarum, eorumque officiis infligenda, si statuta nominis [5] nostri crediderint contemnenda. † His addimus, ut cum optatam quietem acceperint, & inter [6] viros Illustres [7] Senatores cœperint numerari: honore [8] curiæ sine aliqua functione lætentur, immunitatisque gaudio plena dignitatis lætitia potiantur: ut dignitatem solam habeant ex senatu, sub hac videlicet definitione, ut triginta tantummodo numero ea [9] privilegia consequantur: decuriones quoque tres, sed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis suprascriptis, cum per continuos tredecim [10] annos inculpatas excubias [11] peregerint. Dat. 9. Kalend. April. *Raven.* AETIO & VALERIO CONSS. 432.

4. Imp. ZENO [12] A. Cosmæ Præposito sacri cubiculi.

NE ad diversa tracti [13] Viri devoti Silentiarii judicia, sacris abstrahi videantur obsequiis: jubemus eos qui quemlibet devotissimorum Silentiariorum scholæ, vel ejus uxorem civiliter, vel etiam criminaliter pulsare maluerint, minime eum ex cujuslibet alterius judicio, nisi ex judicio tantummodo viri Excellentissimi Magistri officiorum [14] conveniri.

5. Imp. ANASTASIUS [15] Antiocho [16] Præposito sacri cubiculi.

JUbemus Clarissimorum [17] Silentiariorum præditos militia, etsi genitorum [18] suorum in potestate sint constituti, quæcunque solatiorum, seu emolumentorum, vel donationum, seu hereditatum nomine per militiam, vel quamlibet ejusmodi causam his acquisita sunt vel fuerint, jure castrensis peculii possidere, nec ea posse, vel parentes superstites sibi vindicare, vel auferre, vel etiam post eorum obitum fratres, vel alios eorum heredes, quasi ad defunctorum dominium pertinentia, in divisionem deducere: nec enim oportet labores eorum aliis fructum, vel lucrum adferre. † Hac namque ratione simul & contemplatione nec ipsam militiam, vel suffragium [19] quodcunque pro ea, vel ab eisdem Viris devotissimis Silentiariis, vel a parentibus eorum, vel a quolibet alio datum est, vel fuerit, ab his patimur in successionem defunctorum parentum conferri, seu nomine collationis in medium easdem offerri pecunias, vel his imputari. † Ad hoc, de tutelis [20], & curationibus eos excusari sancimus: ne alienarum rerum administrationem subire compellantur, qui propter nostra ministeria, nec suis curam, seu provisionem diligenter deferre possunt, insuper eorum liberos, qui dignitate Virorum Spectabilium Comitum, seu Tribunorum decorati sunt, vel fuerint, nullatenus nolentes administrationem Præfecturæ [21] suscipere, seu peragere: omnibus videlicet antelatis privilegiis in persona non tantum in præsenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inferendorum, tam tempore militiæ, quam post eam depositam observandis. Datum Kalend. Januar. JOANNE, & ASCLEPIONE CONSS. 500.

TIT. XVII.
DE [22] DOMESTICIS [23], ET PROTECTORIBUS.

Domestici & Protectores Principis salutantes Vicarios, & Præfectum, ipsos osculari possunt. Bart.

1. Impp. [24] VALENT. & VALENS AA. Eusignio P.P.

DOmestici ac Protectores [25] osculandi [26] cum salutaverint Vicarios, tui Culminis habeant potestatem. Pœna enim sacrilegii [27] similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt æstimati [28]. Dat. prid. Non. Mart. *Mediolan.* VALENTIN. A. III. & EUTROPIO CONSS. 389.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Heliodoro P.U. [29].

PRimicerius [30] quidem domesticorum & protectorum utriusque [31] scholæ post adeptum [32] Tribunatum, inter eos spectabili dignitate perfruatur [33], qui Ducatum gerere [34] meruerint: alii vero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, Consulari, id est [35], Clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci decemprimorum [36] accessione. Dat. 3. Id. Jun. AETIO & VALERIO VV. CC. CONSS. 432.

3. Iidem AA. Sporatio Comiti domesticorum peditum.

SI quis domesticorum nulla negotii publici abstrahente solicitudine, nec ei per commeatum solenniter, ut abesset, facultate concessa, per biennium obsequiis Serenitatis nostræ defuerit, is retrorsum in ordinem tractus inferiorem, quinque sequentibus postponatur. Si vero triennium ejus absentia continuasse monstretur, usque ad decimum locum proculdubio regredietur [37]. Quod si quadriennio tenus abfuerit, novissimus collocetur. Quinquennium autem si fuerit divagatus, ipso jam cingulo spoliandus est: indignum quippe est, desides a propriis tamdiu muniis aberrantes [38] (quos esse convenit assiduos) numerari.

Si domesticus, vel protector ante finitum officium decesserit, heres ejus salarium totius anni ac etiam subsequentis percipiet. Bart.

4. Imp. JUSTINIANUS [39] A. [Vigili Consulari, & patricio.]

LEge pragmatica sine fine victura præfiniendum ac constituendum credidimus, ut si quis Virorum Fortium præsentalium [40] domesticorum in equitum [41] schola Secundicerii [42] locum [43] adeptus, diem interea supremum clauserit: heredes ejus non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui [44] superesse monstratur: verum etiam [45] insequentis anni, hoc est Primiceriatus solatiis ac emolumentis fruantur omnibus, ut quod ad quæstum & compendium militiæque fructum prolixe [46] pertinet, similis habeatur [47], ac si superstes permansisset [48] ad finem usque supremum.

TIT. XVIII.
DE PRÆPOSITIS LABORUM [49].

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Monaxio P.P.

QUi præpositi laborum [50], nostro judicio promoventur, Clarissimi sint inter allectos [51]: ita ut ex Consularibus habeantur. Nam [52] & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat. Datum 3. Id. Novembr. CP. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO CONSS. 476.

TIT. XIX.
DE [53] PROXIMIS SACRORUM SCRINIORUM CÆTERISQUE QUI IN SACRIS SCRINIIS MILITANT.

De honore.

1. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA. Cynegio P.P.

PRoximos [54] memoriæ, epistolarum ac libellorum, atque dispositionum, ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro Præfectis diœceses [55] sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostendat: insequentibus proponendi, qui Vicarias postea administraverint: & nullam injuriam descriptionis perhorrescant. Dat. prid. Kal. Maji, CP. HONORIO N.P. & EUODIO CONSS. 386.

De ingressu in secretaria Judicum & consessu.

2. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Constantino P.P. Galliarum.

IN [56] sacris scriniis nostris militantes, in Provinciis ordinarii [57], vel spe-

præerat decem silentiariis. 1 Silentiariorum privilegia. 2 Pragmatici. 3 Ad comitatum principis omnibus passim venire licuit. Licuit vero, vel singulari privilegio, *ut hic*, vel evocatoria, hoc est evocatis. 4 *Severitatem, in exemp. Victor.* 5 Numinis. 6 Silentiarii, non plures, sed & eorum decuriones non plures tribus inter viros illustres senatores referri poterant, si per tredecim continuos annos excubias egissent. 7 Illustres fuere senatores. 8 Honorariæ. 9 Et privilegia. 10 *Al.* XXX. 11 Silentiarii excubias agebant in consistorio principis, stantes ad limina. 12 *Al.* Idem A. 13 Tractari. 14 Forum silentiarii & ministeriales omnes sortiuntur apud magistrum officiorum, *ut hic, & l. ult.* ℑ. *de castrensian. & ministerianis.* 15 Anastasius *recte, al.* Justinianus. 16 Polycarpo P. Prætorio. 17 Silentiarii clarissimi hic dicuntur, qui alio loco spectabiles: *Goth.* Similiterque tribuni notarii spectabiles, *l. 2. supr. de primic. l. neque. supr. de dec. clarissimi, Nov. 8. & 13.* & *l. restituendæ. supr. de adv. div. jud.* nec aliter magister census, qui deinde appellatus est γενικός, auctore Leone *Nov.* 44. vir clarissimus appellatur in *l. ult. supr. de jur. emph. l. consulta. supr. de test. l. secundum. supr. de don.* vir perfectissimus. *l. orphanotrophos.* ℑ. *de episc. & cler.* Mod. Quæ varietas multis dignitatibus accedit, crescentibus, vel minutis dignitatibus pro arbitrio principis & ipsa rerum accessione vel decessione. Cætera vide hic apud Cujacium divini juris & humani omnium denique, nullis exceptis, scientissimum. 18 *In genitorum suorum.* delendum est igitur postea, *in.* 19 Militia silentiariorum vendi potest. vide *Nov. 53. c. 5.* 20 Silentiarii a tutelis & curationibus immunes. *l. ult. supr. de excusat. tutor.* 21 Præturæ.

22 *Eclog. lib. 6. tit. 28.* 23 Domesticos arcanorum principis conscios Alciatus hic exponit falso. Protectores milites sunt, qui latus principis apertius protegunt. Domestici eodem munere protegendi funguntur, sed familiarius id faciunt, quam protectores. Socrates 1. *cap.* 13. Suidas, Zonar. *in Diocletiano.* Goth. Adde Cujac. *hic* & Turneb. *lib. 15. observ. cap.* 16. S.L. 24 *Al.* Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Eusignio P.P. 25 Differentiam esse inter domesticos & protectores *ex Cod. Theod.* constat *h. tit. lib. 6. &* 9. quibus constituta de domesticis trahuntur ad protectores, ex his autem alii erant pedites, alii equites. *l. ult.* ℑ. *hoc tit. l. restituendæ. supr. de adv. div. jud.* Mod. 26 Osculum principis summi honoris loco habebatur. adde *l. 2. supr. de fabricensibus. lib. 11. tit. 9.* Goth. Et notat. *l. 1. supr. de præposit. Sacri Cubiculi. h. lib. tit. 5.* Ans. 27 Sacrilegii tenentur, qui honorem non deferunt contingentibus purpuram principis. 28 Existimati. 29 *Al.* P.P. 30 Primicerii fuerunt in schola domesticorum & protectorum, hoc est, primi. 31 Schola domesticorum diversa. 32 Acceptum. 33 Potiatur. 34 Agere. 35 Consulares, clarissimi. 36 Decemprimi senatoriam dignitatem, veluti exconsulares adipiscuntur inter allectos: ita tamen, ut onera senatoria non agnoscant exemplo senatoriorum. 37 *Regradetur, in vet. lib. & l. 2. C. Theod. de cursu publico. l. 1.* ℑ. *de privileg. schol. h. lib. tit. 30.* 38 *Aberrasse, in vet.* & sequentia sine parenthesi leguntur, & abest *esse.* 39 Al. *Anastasius.* 40 Præsentales domestici, qui in præsenti sunt comitatu. dixi ad *l. 6. supr. de advocat. divers. judic. Edict. 3. cap. 3.* παραςάτιμοι. 41 Domesticorum alii equites, *ut hic, & l. restituendæ 6.* ℑ. *de advoc. divers. judicum.* Cassiod. 1. *Variar.* 42 Sic in exempl. quodam nostro scripto legitur, recte al. *secundi primicerii*, sed perperam. 43 Secundicerii in scholis fiebant ex tertioceriis: primicerii ex secundiceriis: verbi gratia, qui hoc anno tertiocerius, sequenti secundicerius, tertio primicerius. Primicerius autem fere biennalis. 44 Gradus in scholis fuere. 45 Salarium integrum totius anni defuncto officiali debitum heres consequitur. *l. 11.* ℑ. *de proximis sacrorum scriniorum. hoc lib. tit. 19. l. 3.* ℑ. *de agentibus in reb. hoc lib. tit. 20. l. 1.* ℑ. *de primipil. h. l. tit. 63. l. post duos. in fin. supr. de advocat. divers. judic.* Imo & sequentis anni: ut hic in domestico & protectore, quod ut singulare Bart. Raynaldus, Albericus, Angelus, & Baldus notant, adde *l. diem functo 4. ff. de officio adsess. fac. l. 1. §. divus. 13. ff. de variis & extraord. cognit.* Quid si quis privatus operas locavit, & antequam operas præstaret, mortuus fuerit? salarium non debetur. *l. ex conducto 15. §. cum quidam, 6. ff. locati.* Quid si officialis ingressurus civitatem in itinere ipso decesserit? Quidam negant salarium deberi. Alii expensas itineris ejus heredibus saltem præstari oportere. *arg. l. si pecuniam, 5. ff. de condict. ob causam.* Bartolus putat salarium deberi in *d. §. divus.* Quid si qui officium gessit alias incapax fuit? vel hoc etiam casu salarium deberi, Baldus ait, movetur, quod procuratori salarium etiam debeatur, etiamsi mandatum ejus nullum fuerit. vide Corset. *singular.* salarium. 46 Al. *prolixius.* 47 Similes habeantur. 48 Permanserit.

49 Labarorum. vide Cujacium *hic*, est autem *Labarum* magnum vexillum quod Imperatori præferri solebat, & a militibus pene adorabatur, hujus meminerunt Prudentius *priori lib. in Symmach.* Tertull. *in Apolog. cap. 16. & alii plerique, Galli vocant.* la Banniere, l'Auriflam. 50 Labarorum. 51 Electos. Allecti ita dicuntur, qui a principe advocati negotii publici causa, *l. 12. in fin. supr. de excusat. muner.* sunt & quidam susceptores, qui rationes publicas scribebant. *l. 11. l. 12. l. 17. C. Theod. de suscept. l. 2. C. Theod. de quæstion.* Justinianus in pragmatica sanctione *cap. 18. Theodoric. Edict. cap. 148.* Sidonius *epist. 7.* Invident arcanis pondera, mensuras allectis. Annianus ad *l. 1. C. Theod. de Episcop.* nec exactores, nec allectos facere. 52 Vide quæ scripsi ad *l. ult. supr. de præfectis prætorio. hoc lib. tit. 4.*

53 Περὶ τῶν ἐν τοῖς σκρινίοις ὑπομνημάτων στρατευομένων, de his, qui in gestorum scriniis militant. *Synops. Basil. 6. tit. 28.* 54 Quatuor sunt sacra *scrinia*, memoriæ, epistolarum, libellorum, & dispositionum: in illis enim adnotationes, vel pragmaticæ sanctiones, cognitiones, preces, vel rescripta principis eduntur, reponuntur & servantur. *l. ult. supr. de aquæduct.* 55 Diœcesis. 56 *Pars l. 3. supr. de off. divers. jud.* 57 Ordinarii qui & ἔμβαθμοι, Præsides sunt provinciarum, sub quorum cura una tantum provincia est. adde *l. ult. supr. de modo multarum, l. omnes. 33. supr. de episcopis & clericis. Nov. 20. cap. 3. 31. cap. 1.* quasi infimi ordinis, ut ordinarii milites, hoc est, gregales & manipularii: minores erant vicariis: de

ctabilis Judicis [1] ad salutationem [2] non arceantur [3], & inviti in consessum accipiantur: scituris vel principe, vel corniculario, vel capitibus officii, ternas libras auri ex [4] suis facultatibus eruendas [5], si consistorium nostrum sæpe ingredientibus, Secretarii Judicum non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum Judice societas denegata. Dat. 6. Id. Novembr. *Treveris*, TIMASIO & PROMOTO VV. CC. CONSS. 389.

De honore Clarissimatus.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Claudio P. U.

IN scriniis palatii militantes, id est memoriæ, epistolarum, libellorumque ac dispositionum, post viginti [6] annos transactæ militiæ si discedendum sibi esse decreverint, Consulari honore fulti, inter allectos habeantur, huncque honorem dignitatis teneant, qui exconsularibus [7] deferri consuevit: nec eos quisquam injungendo aliquid, vel jubendo possit ab impertito otio separare. Dat. 15. Kal. Mart. CP. ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

De excusatione a muneribus.

4. Iidem AA. & THEODOSIUS A. Epiphanio P. U.

JUbemus [8] ut [9] primum omnium sit eorum, qui in sacris scriniis nostris, id est, memoriæ, epistolarum, libellorum, & dispositionum referuntur, secura [10] possessio, ab omnibus sordidis muneribus excusata, super indictum non timeant, aut venalitium [11] non petatur, solumque canonicæ indictionis præstent tributum, ut labore dignitas [12] conquisita, extraordinarium munus ignoret: nec ullam temonum patiatur injuriam, equorum tyronumque [13] præstationem nullus agnoscat, qui vel adhuc [14] in scriniis militat [15], vel honorem proximi, & Comitivam primi dispositionum, longi temporis sudore quæsivit. Et hæc quidem patrimoniis censuimus deferenda. Quod autem omnibus constat deferri, adjectu alterius dignitatis perire non patimur: ut etiamsi pro superioris fortunæ judicio ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen eis scriniis labore privilegia quæsita serventur. Dat. Id. Octobr. *Ravennæ*, HONORIO VII. & THEODOS. II. AA. CONSS. 407.

De honore Clarissimatus. De ingressu in Secretaria Judicum & consessu.

5. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Faustino [16] P. P.

PEculiari [17] perceptionis nostræ favore præstamus, ut in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorumque ab exceptoribus usque ad mello proximos, dignitatem Clarissimorum, honoremque percipiant: & sicut reliqui qui in iisdem scriniis militant, liberum cum ordinariis Judicibus ingressum Secretarii, consessumque habere legibus meruerunt: [ita] hi quoque in quos hanc stipendiorum meritis Clarissimatus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam habere sese reverentiam recognoscant: ut consedendi, ingrediendive secretarium sibi sciant a nobis licentiam contributam. Datum 8. Id. Jun. *Raven.* LUCIO V. C. CONS. 413.

Ut Proximatus trium scriniorum annuus sit.

6. Iidem [18] AA. & VALENT. A.

PRo biennio [19] annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis, memoriæ, epistolarum, libellorumque ordine ac merito stipendiorum ad gradum pervenerint proximorum. Datum 8. Id. Februar. CP. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

De successione in locum defunctorum.

7. Impp. THEODOS. [20] & VALENT. AA. Nomo Magistro officiorum.

UNicuique [21] qui in sacris scriniis militat, sui loci merita servari [22] oportere constituimus, & universos, qui ultra numerum statutorum [23] in iisdem scriniis militant, sui gradus respectu, per [24] ordinem, quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (ut tamen ultimis socientur,) subire decernimus, scilicet ut nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore, locum præcedentis ambire [25], nisi forte ab eo, qui tempore [26] vincitur, laborum comparatione superetur: ut quindecim primatum [27] ejusdem scrinii testimonio cum sacramenti religione subnixus præcedentibus dignior judicetur. Hanc quoque observationem extra filios proximorum volumus custodiri: etenim unicuique [28] proximo unum de suis filiis, qui temporis dumtaxat suffragio nititur, (licet parum observasse militiam cognoscatur,) insequentibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri posse decernimus. Illum [29] tamen, qui locum statuti [30] meretur: proximo quidem ducentos quinquaginta solidos [31], mello proximo [32] vero, vel adjutori pro consuetudine uniuscujusque scrinii viginti, aut quindecim solidos offerre præcipimus. Quod si quis de supernumerariis, qui in statuti locum subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum recusare voluerit, sequenti tam offerendæ quantitatis prædictæ, quam subrogandi licentia permittatur [33]: ita videlicet, ut si secundus, vel etiam tertius, vel alterius cujuslibet numeri, in eadem excusationis voluntate duraverit: accedenti [34] semper eadem copia, quam præcedens recusaverit, tribuatur. Hos autem, qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu volumus removeri: & cum vacaverit statuti locus, conditionem, quam antea repudiaverant, id est & offerendæ pecuniæ, & adipiscendi statuti locum, liberam habere præcipimus [35] facultatem.

De militia peracta.

8. Iidem AA. Nomo Magistro officiorum.

PRoximos [36] sacrorum scriniorum, quos fides, ac diuturnæ observationis industria, litterataque [37] militia [38], comitem, quin etiam dispositionum, quem probitas ac strenuitas merito commendant: completo tempore suæ militiæ, Comitivæ sacri nostri consistorii cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet jamdudum præstitis [39] salvis [40] privilegiis propriis [41]) decernimus. Quibus enim pietatis nostræ arcana [42] merito committuntur, his pietas nostra vitam cingulo supradictæ Comitivæ ornandam, decorandamque decrevit.

De commeatu & de vacatione munerum.

9. Imp. LEO A. Patricio Magist. offic.

IN sacris nostris scriniis militantes, per commeatum [43] non continuatim præstitum [44] ante conventionem profecti, intra indultum temporis spatium erunt cum suis conjugalibus [45], & liberis a conventione securi [46], ab indictionibus etiam publicorum & civilium munerum etiam post completam militiam excusatione potiantur, super domibus quoque quas in provinciis possident, metatorum molestia liberentur.

De numero memorialium. I. *Ne quis duplici fungatur officio.*

10. Idem A. Hilariano Comiti Magistro offic.

HAc parte statutos memoriales præcipimus esse in scrinio quidem memoriæ sexaginta duos, epistolarum vero triginta quatuor: [libellorum [47] quoque triginta quatuor:] antiquarios vero, qui habentur in scriniis memoriæ, nunquam minus esse quam quatuor. §. 1. Suprascripti autem memoriales nullo modo [48] duplici fungantur officio, nec [49] geminis chartis irrepserint [50], ut non occupentur [51] plura in unum se commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi.

De salario defuncti.

11. Imp. ANASTASIUS A. [52] Eusebio Magistro officiorum.

SI quis in sacris nostris scriniis, id est memoriæ, dispositionum, epistolarum & libellorum, statutis jam connumeratus, ab hac luce fuerit subtractus: ab eo quicunque, utpote vacante loco de substitutis [53] in statutorum consortio fuerit ultimus subrogatus, pro [54] solatio, vel suffragio [55] proximi [56], definitam sacræque constitutioni divæ memoriæ Theodosii, & Valentiniani [57] Principum [58] insertam quantitatem defuncti [59] heredes, & successores [60], vel liberi ejus, seu creditores, qui fœnus cum mortuo pro statuti loco ei acquirendo contraxerint, consequantur: ita scilicet ut si [61] hereditas, vel successio defuncti minime fuerit suscepta, vel adita, tales personæ, id est creditores quidem contra cæteros prærogativa sibi servata: liberi autem, vel agnati, seu cognati, non hereditatis, sed privilegii [62] nomine simili modo hujusmodi summam percipiant: sibique petere ac vindicare permittantur: nullius machinatione hujusmodi nostra dispositione retractanda, seu violanda: maxime cum Viros etiam pro tempore Spectabiles eorundem Proximos scriniorum, si quis eorum ante completum Proximatus actum morte præventus sit, ad heredes successoresque suos residui [63] temporis Proximatus solatia sine quadam imminutione transmittere non dubitetur.

De foro competenti, & de cautione præstanda, & de sportulis.

12. Idem A. Celeri Magistro officiorum.

IN sacris scriniis militantes, & parentes atque uxores eorum, necnon liberos ex sententia tantummodo tuæ Celsitudinis criminales, & civiles intentiones agentium excipere jubemus: insuper etiam colonos, seu adscriptitios, & servos eorum in hac Regia Urbe degentes, eodem beneficio potiri: fidei pro tempore Adjutoris Viri Spectabilis proximi, vel unius ex statutis committendos, ita ut [64] si in provincia quicunque memorialis [65] repertus fuerit, juratoriæ [66] cautioni committatur: ut etsi non possideat immobilem substanti-

quibus dixi *l.* 1. §. 4. *ff. de legat.* 3. 1 Spectabiles judices. 2 A salutatione. 3 Arceant, *& postea* accipiant. 4 a. 5 *Si honoratis viris quibus etiam consistorium nostrum ingrediendi facult. præbetur secretarii &c. d. l.* 5. 6 XXX. 7 Exconsulibus. 8 *l.* 14. *C. Th. h. t.* 9 Ut patrimoniorum eorum qui &c. 10 *l.* 9. *J. h. t. l.* 1. *l.* 2. *infr. de privilegiis eorum, qui in sacro palatio milit. hoc lib. tit.* 29. 11 Venalitium, vectigal rerum venalium, quod exigebatur a venditore ob venditionem proponendam, *ut hic, & l.* 1. *J. de veteranis h. lib. tit.* 47. fuit autem mancipiorum venalium 25. aut 50. *Tacit.* 13. *Dionys.* 55. cæterarum rerum vectigal, 100. *Tacit.* 1. quam ad ducentesimam postea redegit Tiberius. *Tacit.* 2. Postea ad 300. auctionum Italiæ provinciis remisit Gajus Caligula. Sueton. *cap.* 16. Quanquam in eo, quod de Tiberio diximus, diversus sit Dion. 57. & 58. refert enim Dion. 200. pro 100. a Tiberio invectam, at deinde a Caligula sublatam 100. Aut de conversis jam moribus Tiberii loquitur Dion, aut certe verior Taciti & Suetonii narratio. adde 6. *Cujac.* 28. 12 Dignitatis. 13 Tyronum præbitio & præstatio olim in muneribus publicis fuit. *l.* 18. §. 3. *ff. de muneribus.* adde Veget. 1. *cap.* 7. 14 Ad hunc. 15 Militant. 16 Al. *Fausto.* 17 *l.* 16. *C. Theod. h. t.* 18 Al. *Iidem AA. Eustathio V. C. Quæstori & Heliconi V. I. magistro officiorum.* 19 *l.* 11. *J. de palatinis sacrarum largitionum. h. lib. tit.* 24. 20 *Sic ait legendum* Taurellus lib. de militiis ex casu *argum. l.* 11. *J. hoc tit.* Cont. 21 Militantes in scrinio ultra numerum loco deficientium succedunt secundum ordinem gradus sui. *Bart.* 22 Servare. 23 In sacris scriniis alii sunt statuti, alii supernumerarii. 24 *l.* 2. *supr. de officio magistr. offic. l.* 1. *supr. de munerib. patrimon. lib.* 10. *tit.* 41. *l. ult. S. de primicerio, h. lib. tit.* 7. *l.* 1. *J. de agentib. in reb. h. l. tit.* 20. *l.* 1. *J. de castrensib. & minist. h. l. tit.* 26. *& l. ult. J. de tyronib. h. l. tit.* 44. *l.* 11. *l.* 11. *l.* 14. §. *gerendorum* 5. *ff. de munerib. & honorib.* 25 In locum præcedentis abire. 26 Vide quæ scripsi ad *Novell. Leon.* 41. 27 Quindecim primatus dicitur, ut decem primatus. 28 Cuique. 29 Illi. 30 Statutum. 31 Vide quæ scripsi ad *l.* 11. *J. h. t. l.* 30. *in fin. supr. de inofficios. test.* 32 Mello proximus est, qui secundum locum tenet, & futurus est proximus: adjutor vero est proximi adjutor. Alciat. & Cujac. *hic.* 33 Promittatur. 34 Accedendi. 35 Concedimus. 36 Magistri. 37 Militia literata est eorum, qui proximi sacrorum scriniorum sunt, *ut hic*, & in literarum præsidiis militant. *l.* 1. *C. Theod. de prox. con. disp.* 38 Literatam militiam dici a literis pingendis seu scribendis, Duarenus tradit *lib.* 1. *disput. cap.* 3. an quia primis temporibus tanti fuit scribere posse? 39 Præstitutis. 40 *l.* 3. *S. de dignitatib.* 41 Proximis. 42 Principis arcana committuntur proximis sacrorum scriniorum. 43 Commeatus est libera proficiscendi licentia. 44 Præstitutum. 45 Conjugales uxores. 46 *l.* 4. *supr. h. t.* 47 Inclusa desunt in quib. lib. Antiquarii autem sunt Alciato, qui antiquarum rerum memoriam principi suggerunt: aut potius librarii & scriptores librorum. *l.* 2. *Cod. Theod. de stud. liberal. urb. Rom.* Sidonius 9. Auson. *Epist. ad Probum*, August. *de verbis div. Hieron. ad Florentinum.* 48 Duplici officio fungi quis prohibetur. adde *l.* 5. *infr. qui militare. hoc lib. tit.* 34. 49 Ne geminis. 50 Irrepant. 51 Aucupentur. 52 *Al.* Imp. Zeno A. 53 *l.* 7. §. *illum tamen. S. h. t.* 54 Quæstoris sacri palatii adjutore uno mortuo, militia defuncti ad defuncti liberos transmittitur, etiamsi non sint heredes. *Novell.* 35. Quid si minus idonei militiæ sint liberi defuncti? Qui in locum defuncti subrogabitur, heredibus aut liberis defuncti centum solidos præstare cogetur, *ut hic, & l.* 7. *supr. h. t. l. omnimodo* 30. *in fin. supr. de inoffic. testam. Novell.* 35. quæ præstatio scholæ placitum. *l. ult. supr. de pign. & hyp.* casus militiæ. *Nov.* 53. 57. Julian. Patrit. *ad Novell.* 35. 55 Vid. quæ notavi ad *l.* 102. §. 2. *ff. de legat.* 3. 56 Proximo. 57 *Intelligit. l.* 7. *supr. h. t.* 58 Ut principum. 59 Diem functi. 60 Salarium integrum defuncti ejus heredibus interdum debetur. adde *l. ult. S. de domesticis h. lib. tit.* 17. ubi dixi. *l. diem functo* 4. *ff. de off. adsess. l.* 19. *in fin. ff. locati.* 61 Patris jura filii interdum consequuntur, non ut heredes ejus, sed jure singulari: adde *l.* 1. §. *sed & si sub conditione.* 7. *supr. de Latina libertate.* 62 Liberi ut & uxor defuncti militis præferuntur creditori: non hereditatis (licet enim heredes non sint, in casum militiæ veniunt) sed privilegii & principalis liberalitatis nomine, *ut hic*, nisi si pecunia creditoris militia comparata sit, hoc enim casu creditor præfertur uxori & liberis defuncti. adde *Novell.* 53. *c.* 5. 63 *l. ult. S. de domest. & protectorib. h. l. tit.* 57. 64 Sed ita. 65 Memoriales juratoriæ cautioni committuntur. 66 Juratoriæ cautioni qui committantur, vid. in *l.* 25. *supr. de episc. & cler. l.* 17. *in pr. S. de dignit. l.* 4. §. *ult. J. de castrens. & ministerian. h. l. tit.* 26. *l. ult. vers. ne tamen. J. de privileg. scholar. h. l. tit.* 30.

am, servi nihilominus, & coloni ad eum pertinentes, fidei ejus tradantur. §. 1. Modum insuper sportularum [1] ad mediocrem deduci quantitatem; & executoribus de schola Agentium in rebus attribuendis [2], unum solidum singulos usque ad finem negotii; proque ingressu in judicio tuæ Magnitudinis quolibet modo faciendo, duos solidos, & pro editione gestorum exceptoribus dimidiam solidi partem: & si apud arbitrum negotium ventilari contigerit, ipsi quidem arbitro unum solidum, & nihil amplius: exceptoribus autem eum observantibus, tam pro ipso, quod implere videntur, ministerio, quam pro editione gestorum, seu relationis, vel definitionis, tertiam partem solidi præbere sancimus: nec pro tempore Virum Spectabilem fisci Patronum, vel Executores [3], quibus imminendi [4] litibus solicitudo injuncta est, quicquam ab eis exigere [5], seu profligare [6] concedi: dimidia scilicet expensarum, quas in judicio tui Culminis a memoratis personis præberi statuimus, portione in Judiciis Provincialibus ab his agnoscenda: ita ut si de civilibus annonis, vel tutela, seu curatione, vel novi operis nunciatione litem eos subire contingat: in majore quidem judicio ad similitudinem sumptuum, quos in [7] judicio Eminentiæ tuæ dependere præcepti sunt, apud Virum [8] Clarissimum Præfectum annonæ, seu fisci Patronum Urbicariæ Magnificæ Præfecturæ, vel Architectos [9] pro modo eorum, quæ super arbitris, & litibus apud eos exercendis superius statuta sunt, solventes expensas, nihil amplius agnoscere seu dependere cogantur. §. 2. Quæ omnia custodiri jubemus, sive per se, sive per Procuratores, sive etiam Defensores lites exercere maluerint: Hoc, si prolata scriptis sententia moniti sunt. §. 3. Si vero ex depositione, seu aliter quis eorum conventus fuerit, nihil eum, vel scrinio Viri clarissimi Adjutoris, vel cuilibet alii nomine sportularum offerre compelli: omnibus antelatis privilegiis, quibus postea per anteriores divorum Principum sanctiones defenduntur, in persona [10] tam eorum, qui adhuc militant, & qui postea eandem militiam sortiti sunt, quam eorum, qui prædictam militiam gradu vacante [11] jam deposuerunt, vel postea deposuerint, servandis: ut eorum commodo ipsi quoque una cum uxoribus, & liberis, colonis præterea, & servis propriis, perfruantur. §. 4. Et quoniam in controversiis [12], quas in judiciis moveri contigerit, æqualitatem litigatoribus volumus servari, & adversariis eorum: pro sumptibus, & expensis similem antelatorum beneficiorum prærogativam custodiri. Propter hanc etenim causam, & viros devotos Memoriales, non tantum agendo in quolibet judicio, sed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo, privilegiis a nobis indultis potiri decernimus: his videlicet, qui militiam Virorum devotissimorum Memorialium gradu solito deposuerunt, [seu [13] deposuerint,] etsi quietis amore per Provincias domicilium fovere maluerint, omnibus nihilominus privilegiis, quæ hujusmodi personis per sacratissimam legem nuper promulgatam a nostra liberalitate præstita sunt, muniendis, & eorum commodis, atque auxilio potituris.

De numero adjutorum.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Proculo Quæst. [14] sacri palatii.

COmperimus divinitus quidem pridem fuisse dispositum, Viros Devotos Adjutores [15] tuæ Magnitudinis, certos [16] esse in numero, nec ad hujusmodi nomen, vel operam plures licitum esse adspirare, quam in scrinio quidem sacræ memoriæ duodecim tantum: septenos vero in duobus [17] reliquis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum: sed posterioris licentiam temporis supra modum indulgendo ambitionibus, disturbasse rei merita, ac multitudine divulgasse: ut inter Memorialium, & Adjutorum numerum non longum pene intersit. §. 1. Sancimus itaque reduci eis, ac renovari statutum ordinis terminum, non ut eximantur Adjutoribus [18] hi, qui præter prædictam [19] dispositionem in præsenti exuberant: sed ut interea omnibus aliis interdicatur ab adfectando hoc nomen, donec exeuntibus singulis, ac recedentibus decrescere possit vetita conglomeratio, legitimusque jam resideat numerus: non prohibendis Viris Devotis Adjutoribus desistentibus [ab] eodem officio, cum vel ad laterculensis [20] gradum in scrinio sacræ memoriæ provecti fuerint, vel secundum locum obtinuerint, in duobus aliis scriniis, postquam proximi creabuntur, licet nondum redacta sit quantitas pristina, tamen alios pro se, quos elegerint, subrogandos Adjutores petere, qui posteriores erunt cæteris. §. 2. Illud etiam disponendum duximus, utpote nonnullis anterioribus exemplis subnixum, nec non justitiæ congruum, ut ab his, quibus concessum est Adjutorum agmini pro se sociare: libellus [21] offeratur Viro Illustri pro tempore Quæstori, petendaque ejus subscriptio, tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipsam continens: id est, quod inter adjutores ei, quem pro se surrogat, mereri permissum est: ordinandis videlicet iisdem Adjutoribus pro ratione temporum, quibus libelli porrecti sunt, ut etiamsi [22] [in] Memorialium [23] matricula [24] inferiore loco [25] sit, qui prior in Adjutoribus meruit, Adjutor quidem habeatur superior: memorialis vero posterior pro utriusque ordinis modo, vel discrimine: quod etiam in aliis quoque pene omnibus officiis observari dignoscitur.

De adjutoribus conveniendis. 1. *De commeatu.* 2. *Ne alius Adjutor addatur.*

14. Idem A. Tatiano [26] magistro officiorum.

HAc lege sancimus, si quando Adjutores Viri Magnifici pro tempore Quæstoris sacri nostri palatii, in accusationem [27] civilis causæ, vel criminalis deducti fuerint, strictum juris, & integritatis congruum ordinem conservari: ut si sine scriptis conveniendi sint, nomen ejus præcipientis ore designatum esse sufficiat. Sin autem scriptis in querimonia unus Adjutorum, aut plures forte ferendi [28] sint, monumenta sententiarum in persona tantummodo conveniendi Adjutores præcedentium, æquum & justum initium futuro præstent certamini. §. 1. Et quoniam probationibus, & exemplis potius quam indecoræ consuetudini deceat indulgeri: quod in universo Devotissimorum scrinio Libellensium evicisse monstratur, id in Adjutores sacræ memoriæ, sacrarum etiam epistolarum transferendum censemus: ut qui liberam proficiscendi licentiam pronunciatione commeatus indepti fuerint, sine qualibet stipendiorum, aut emolumentorum deductione peregre degant: etenim pro tempore Viris Clarissimis Proximis & Melloproximis, aut eorum Adjutoribus, absentiæ causa vel offerre de suo proprio, aut ex annonis, seu stipendiis quicquam relinquere cogendis: quamvis Januar. Kal. indultum excedat spatium, & intra se festum diem contineat. §. 2. Ad hoc illud observari sancimus, ne alius Adjutor propter quamcunque ambitionem his, qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint.

Ad superiores leges Justiniani.

15. Idem A. eidem Tatiano Magistro officiorum.

CErtæ quidem sunt dispositiones nostri Numinis, quas super adjutoribus [29] Viri illustris pro tempore Quæstoris nostri palatii, quorum [30] obsequio res agitur Quæstoria, dedimus: quarum prima quidem ad supplicationem eorundem Adjutorum emissa, numero eorum, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerunt, neque aliquem eximi, neque addi præcepit, præterquam [31] si quis eorum, vel ad Laterculensis gradum in scrinio sacræ memoriæ, vel ad secundum locum in duobus aliis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum, & cognitionum, provectus fuerit, nam his licere desistentibus ab Adjutoris officio alios pro se, quos voluerint Adjutores surrogare, ultimum [32] locum in iisdem Adjutoribus obtenturos, licet superiorem in Memorialibus habeant. † Altera [33] vero per sacram pragmaticam facta est, per quam excelsæ memoriæ Viro Proculo suggerente [34] præcipimus illos etiam Adjutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officium valeant, veluti senium, vel morbum, vel aliam necessariam causam: quod ex ipsorum Adjutorum petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præsenti ab aliis Memorialibus [35], tam in scrinio sacræ memoriæ, quam in cæteris duobus, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum & cognitionum relatis, adjici comperimus, deminutionem eorundem Adjutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionem: & insuper venditionis quodammodo memorati officii locum introductum esse, quod ne de cætero fiat, præsentem sanctionem ad tuam Magnitudinem mittimus: per quam jubemus illis tantum permissum esse secundum prius nostræ Serenitatis rescriptum, alios in suum locum surrogare, qui vel Laterculensis gradum in scrinio memoriæ, vel secundum locum in aliis duobus scriniis adepti fuerint: secunda [36] nostra sanctione super hoc capitulo de cætero cessante nullique [37] danda licentia eorundem Adjutorum, præterquam [si] ad memoratos gradus ascenderit, alium pro se eisdem Adjutoribus ex quocumque fortuito casu connumerare; ut eo modo ad veterem numerum [iidem] adjutores redeant: & duodecim quidem in scrinio sacræ memoriæ, septem vero in aliis duobus sint, id est sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum & cognitionum. Illo videlicet observando, ne alius Adjutor per quamcumque ambitionem his qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem (licet in veterem numerum redacti fuerint) addatur: nam si permutationem, licet fortuiti casus, inciderint, prohiberi disposuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci vetamus, cæteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris [38].

TIT. XX.

DE [39] AGENTIBUS [40] IN REBUS.

Nullus de numero Agentium in rebus locum mortui per pecuniam debet invadere. Bart.

1. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio Magistro officiorum.

NUllus [41] de schola Agentium in rebus de cætero locum mortui conetur invadere, sed is, qui ordine [42] stipendiorum, & laborum merito ad

l. 16. ff. qui satisd. §. sed hodie. Instit. de satisd. adde *l. 2. §. 6. ff. de judiciis.* 1 Id est, sumptuum, qui in litem faciendi sunt. Cujac. *hic.* 2 Attinendis. 3 De quibus *l. 33. §. executor. 5. supr. de episcopis, l. ult. supr. de sportulis, l. penult. supr. de fructib. & litium expensis. §. 24. Inst. de actionib. l. 5. J. de numerariis & actuariis. h. lib. tit.* 50. 4 Al. *minuendi.* al. *in minuendis.* 5 Poscere. 6 Proflagitare. 7 Forum militantes in sacris scriniis sortiebantur apud magistrum officiorum. 8 Apud virum autem. 9 Architectorum & mechanicorum æstimatione & arbitrio in multis causis statur de operibus publicis, privatisque & servitutibus, *ut hic, & Novell. 7. c. 3. §. 2.* 10 Personam. 11 Vocante. 12 Causis. 13 Al. *deest.* 14 Quæstor sacri Palatii erat is, quem nunc *Cancellarium* appellamus hodie. 15 Quæstoris sacri palatii adjutores certo numero, hoc est, viginti sex erant, nimirum duodecim ex scrinio memoriæ: septem ex scrinio epistolarum: totidem ex scrinio libellorum, *ut hic, & l. ult. J. h. t.* quos *sacræ vocis ministros* vocat interpres *Novell.* 35. Deinde multo plures fuere. Verum antiquus hic numerus 26. reductus est *Nov.* 35. Cætera vid. *infr. h. t. & in l. ult. infr. h. t.* 16 Certo. 17 Scrinia quæstoris tria, memoriæ, epistolarum, libellorum. *l. ult. infr. h. t.* 18 Militantes in sacris scriniis memoriæ libellorum, epistolarum, generali nomine memoriales appellantur, & sunt adjutores potius, quam officiales, *ut hic:* licet *Novell.* 23. officiales dicat improprie. *Notitia Romani imperii.* Quæstor officium non habet, sed adjutores de scriniis, quos voluerit. 19 Dictam. 20 Laterculensis dictus est, quia laterculo præpositus. Duplex autem erat laterculum, majus & minus. Majus erat codex, qui totius imperii notitiam continebat: minus, in quo dignitatum civilium & militarium notitia continebatur: illud erat sub cura Primicerii notariorum, hoc vero sub cura & dispositione Quæstoris, ut constat ex notitia utriusque imperii & Cedreno, differt a palatio. 21 Quæstoris adjutor intra statutum numerum 26. adjutorum, alium potest in suum locum substituere consentiente Quæstore, vendito alii loco militiaque sua. Quin & militiam suam transmittere in heredes extraneos potest, dummodo inferat pro introitu solidos centum: & hoc est quod ait *l. ult. S. de pign.* militias transferri in heredes sub certa pretii definitione. Pretium autem est 100. aureorum: nam nec pluris eam vendere possunt adjutores. *Nov.* 35. 22 Al. *deest.* 23 *l. 5. supr. h. t.* 24 *Matricula* hic dicitur, ut *patricula l. 5. C. Theod. de domesticis & protectoribus.* Est vero matricula μάτριξ *c. 120. Concilii Carthagin.* ἀπογραφὴ τῶν διαφορόντων τῇ ἐκκλησίᾳ. Zonar. 25 Locus. 26 Al. *Proculo.* 27 Al. *accusatione.* 28 Feriendi. 29 Adjutores viri, memoriales quæstoris. 30 Memorialium obsequio res agitur quæstoria: erant enim adjutores quæstoris, & ex diversis scriniis assumebantur, *l. 2. supr. de bon. pet. sublatis. lib. 10. tit.* 12. ad quæstorem denique pertinebant. Dicuntur in *d. l. 2.* Græcis οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. & *in l. eos. 11. S. de excusat. munerum. lib. 10. tit.* 47. οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων, & *in l. 5. J. qui militare. h. l. tit.* 34. τῶν κελεύσεων φύλακες, leges enim & rescripta excipiebant & perscribebant, seu perscribi curabant. 31 Adjutorum quæstoris certus ita numerus est, ut nullorum in locum alii supra numerum subrogari possint: nisi si qui sint adjutores supra numerum, laterculenses in scrinio memoriæ, vel aliis duobus scriniis melloproximi. Hi namque alium possunt in locum suum subrogare, accepto pretio quantolibet, *ut hic.* 32 Intimum. 33 *l. 13. supr. h. t.* 34 Pragmatica fit de consilii sententia solenniter, suggestione aliena precibusque, ut differat ab adnotatione, oraculo sacro, mandato. dixi ad *l. ult. supr. de pet. honor. sublatis. lib. 10. tit.* 12. 35 *l. 13. in fin. supr. h. t.* 36 Secundum nostram sanctionem. 37 Nulli danda. 38 Duraturis.
39 *L. 6. C. Theod.* 27. Agentes autem in rebus militant in rebus & actis reip. Græcis *Magisteriani,* quod magistro officiorum sæpe attribuuntur. Marianus Scot. *Nov. 17. c. 4. &* 124. 40 Agentes in rebus sunt, qui militant in rebus, id est, in actu Reip. *qui sont en estat & service.* Goth. Vid. Turneb. *Advers. lib. 13. c. 10.* S. L. 41 Conjunge *l. 2. supr. de off. magist. off. l. 14. C. Theod. h. t.* 42 *l. 7. supr. de prox. sacr. scrin. lib. 12. tit.* 19.

gradum

gradum militiæ ſequebatur, ſtatim atque illum fata ſubduxerint, in ejus præmia percipienda ſuccedat, omni objectione [1] ceſſante. Dat. prid. Kal. Jul. CP. HONORIO A. VI. & ARISTENÆTO CONSS. 406.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Helioni [2] Mag. off.

NUlli [3] poſthac ſine noſtræ Majeſtatis auctoritate diſcingendi agentem in rebus, nulli eximendi [4] pateat copia: nam probata ſchola, & animadverſionem vereri [5] Judicis, & nullam timere debet contumeliam vilitatis [6]. Dat. 3. Id. Novembr. CP. HONORIO X. & THEODOS. VI. AA. CONSS. 415.

Matricula Agentium in rebus non debet eſſe niſi XLVIII. quorum quilibet præeſt ducentis.

3. Imp. LEO A. Patricio Mag. offic.

MAtriculam [7] Agentium in rebus a tua celſitudine confectam admittentes, jubemus, ne ducenarii [8] plusquam quadragintaocto in ſingulis habeantur in poſterum, & numerum centenariorum [9] ducenti viri, quos vacante [10] tempore gradus competentes admiſerint: parique modo biarchorum nomen, meritumque ducenti quinquaginta viri duntaxat: præterea circitorum trecenti, & equitum quadringenti quinquaginta impleant. Sit in æternum illa quoque fixa [11], ſtabiliſque tuæ ſublimitatis diſpoſitio: ut ſi quis de numero ducenariorum, quos quadragintaocto [12] quotannis eſſe cenſuimus, forſitan de luce migraverit, laborum [13] ejus fructum ſucceſſores ab inteſtato, vel ex teſtamento venientes, & lucrum diſpenſent, & ita [14] omnibus inter cæteros ſuperſtites potiantur ſolatiis, tanquam ſi vivus [15], qui hæc eadem diu ſperaverat, ſibimet vindicaſſet, qua de cauſa locum etiam ejus ſucceſſorum intuitu vacare conveniet. Nemo autem ſine divali probatoria [16], quam Codices in ſacro noſtro ſcrinio memoriæ poſiti debeant inſerendam accipere, militaribus ejuſdem devotiſſimæ ſcholæ ſtipendiis, vel privilegiis potiatur [17].

4. Idem A. Patricio Mag. offic.

EX [eo] quo primum ducenæ, vel centenariorum gradum in ſchola Agentium in rebus militantes meruerint, deſinant in ſacratiſſima videlicet Civitate conſtituti alterius Judicis cujuslibet auctoritate pulſari [18], vel in alio quolibet examine, præterquam Viri Magnifici magiſtri officiorum [19], & cui forſitan ipſe conceſſerit, actionibus ſui quisque [20] adverſarii reſpondere, quod multo magis in criminalibus cauſis obſervari decernimus: abſurdum [21] eſt enim, ut in ejus ſalutem, vel exiſtimationem valeat quisquam proferre ſententiam, cujus de nulla re poſſit pecuniaria judicare. Hujus autem beneficii prærogativam Subadjuvis [22] etiam, qui ſingulis inveniuntur temporibus, deferri jubemus, licet hanc in eorum perſona more quoque [23] veteri ſervari cognoverimus: ut tamen poſt depoſitum officium memoratum, ſi non inter centenarios numerentur, communi jam lege reſpondere non ambigant. Prædictas autem omnes centenariorum [24] perſonas in Provinciis repertas, conceſſa nunc ſpeciali fori prærogativa, (niſi publicæ executionis ſolicitudo his injuncta ſit) uti prohibemus: eosque ordinariorum etiam Judicum pro veteri jure ſententiis obedire præcipimus.

TIT. XXI.
DE [25] PRÆPOSITIS [26] AGENTIUM IN REBUS.

1. Imp. LEO [27] A. Patricio Mag. officiorum.

AGentes in rebus, qui per ordinem conſequi ſolent Principatus inſignia in uno quoque ſcrinio fabricarum, & barbarorum [28] quaternos Subadjuvarum [29] ſolicitudine per annum duntaxat integrum procedentes, gradatim ſubire hac in æternum valitura lege decernimus: exceptis [30] videlicet univerſis negotiatoribus quibuslibet mercimonium per ſe gerentibus, interpoſitasve perſonas: cum eis ante ſacratiſſimis conſtitutionibus interdictum ſit militare: exceptis nihilominus his, qui poſſeſſionum alienarum ſolicitudinem, procurationemve ſuſceperint: eos enim ad hæc officia volumus adſpirare, quorum labores ſcholæ Agentium in rebus teſtimonio comprobantur. Illi quoque ſunt ab hac liberalitate noſtræ Manſuetudinis excludendi, qui cum ſcholæ eidem ſocientur, in ſacris ſcriniis, quibus Vir Spectabilis [31] Primicerius, & Tertiocerius præſunt, adjuvantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur, & duobus [32] officiis operam ſuam adhibere non poſſunt: nam præter emolumenta, quæ de prædictis ſcriniis conſequuntur, Principatus etiam ſolatio debent eſſe contenti. Quod ſi morbo, vel ætatis ſenio capti, & imperiti hujusmodi rerum, vel quocunque alio vitio præpediti, per ſe memorati officii curam ſubire nequiverint: conſideratis præcedentibus eorum laboribus, per ſubſtitutum [33] Chartularium ejuſdem ſcrinii, cui præfuturus [34] eſt ipſe, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam ſcientiam peritiamque rerum habentem electione ſua, ſuarumque periculo facultatum, præfatum [35] munus eos implere præcipimus.

2. Imp. ANASTASIUS Celeri Magiſtro officiorum.

HAc [36] ſaluberrima ſanctione decernimus, Agentes in rebus pro conventionibus, & modo ſportularum executoribus [37] præbendarum, pro quantitate ſumptuum, quæ circa litigia ſibimet ab aliis inferenda, vel a ſe contra alios per ſemetipſos, ſeu per ordinandos a ſe Procuratores exercenda, convenit ab his agnoſci: beneficiis, quæ in ſacro noſtro militantibus miniſterio [38] jampridem per divinas ſanctiones indulta ſunt, perpotiri: [&] fidejuſſorem idoneum de eadem ſchola, non autem extraneum offerre compelli: ita tamen ut privilegia quæcunque Centenariis, ſeu Ducenariis, vel Chartulariis, ſeu Viris Clariſſimis Principibus poſt depoſitam quoque militiam jam per diſpoſitiones principales impertita, & nunc usque obſervata eſſe noſcuntur, intacta inviolataque cuſtodiantur: cum perabſurdum, perque temerarium ſit, hanc noſtræ liberalitatem Pietatis quemquam aſtuta interpretatione non ad augmentum anteriorum privilegiorum, ſed deminutionem convertere concedi, ſimili videlicet forma pro matribus, & uxoribus eorum, nec non etiam liberis ſub eorum poteſtate conſtitutis, nec aliam ſortitis vel ſortituris militiam, necnon etiam ſervis ad eos pertinentibus, ſervanda: ita ut in Provinciis quoque ſupradictæ perſonæ degentes ſimili beneficio perfruantur: ſportulas tamen, & litium expenſas, pro tertia ſuperius enarratæ quantitatis parte ſoluturæ, denarum librarum auri condemnatione, aliaque graviſſima indignatione his feriendis, quicunque noſtra juſſa quolibet modo, ſeu tempore violaverint, ſeu violari conſenſerint.

TIT. XXII.
DE [39] PRINCIPIBUS [40] AGENTIUM IN REBUS.

1. Imppp. GRAT. [41] VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P.P.

AGentes [42] in rebus poſt palmam laboris emeriti, Principatus honore remuneramus, atque ideo officialis [43] tam ad neceſſitates publicas, quam privatas nonniſi [a] Principe mittatur [44] auctore, nullarumque [45] ſine ipſo cuiquam mandetur exhibitio perſonarum, etiamſi interceſſio [46] in locis degentis officii fuerit impertita. Cauſarum etiam patronos [ita [47]] volumus eſſe conventos, ne ignorante principe ullam poſtulationem introducant: neve ſub unius perſona ſuſcepti [48], fraude quadam aliena negotia inferenda eſſe pertentent: quod ſi fuerit definitio contempta, decem libras auri fiſco noſtro ab officio tuo jubemus inferri. Dat. prid. Kal. Mart. CP. HONORIO NB. P. & EVODIO CONSS. 386.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Theodoro P.V.

OMnia [49] citatoria, omnium ſcil. cauſarum, atque perſonarum, licet ſint [50] Senatoriæ dignitatis, ad Principes [51] ſpecialiter revocari præcipimus: actus vero cæteros qui a [ſacratiſſimo] cœtu Senatus tractari conſueverunt, Cenſualium [52] ſolicitudine celebrari: nec aliquod præjudicium ex ſurreptitio reſcripto ſupplicibus inferri. Dat. 12. Kal. Jun. CP. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

3. Imp. [53] HONOR. A.

PRoconſularis [54] apicis dignitatis adjectione Principes [Agentium] in rebus præcipimus decorari. Dat. 7. Kal. Octobr. *Ravennæ*, VARANA V.C. CONS. 410.

4. Impp. THEOD. & VALENT. Valerio Mag. offic.

EX [55] Agentibus in rebus Principibus domeſticos in ſuis actibus habere liceat [56] eos, quorum fidem, induſtriamque probatam ſibi exiſtimant, etſi ſæpe eodem officio fuerint ante perfuncti. Et ſi quis agens in rebus poſt XXV. annorum curricula, ob adverſam corporis valetudinem, militiæ finem minime valuerit expectare, ſed ad honorariam ex Principe dignitatem teſtimonio ſcholæ profiluerit, hisdem eum privilegiis muniri cenſemus, quibus hi qui ad Principatus actum progreſſi ſunt, potiuntur. Sed in ſalutationibus Judicum, conſeſſibusque priores eos, qui per longæ militiæ metas ad Principatus actum pervenerint, etſi actus tempore poſteriores ſint, eſſe præcipimus: nihil Cenſualibus, vel apparitoribus adverſus privilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu Principatus fuerint verſati: vicenarum librarum auri condemnatione contra eos propoſita. Datum 4. Kalend. Februar. CP. THEOD. A. XV. & qui fuerit nunciatus.

5. Iidem AA. Cyro P.P.

EOs, qui ordine tranſcurſa militia, poſt ducenam [57] ad deſideratum Principis pervenerint gradum, aut Adjutores Viri Illuſtris Magiſtri officiorum extiterint: cum inter honoratos cœperint numerari, Vicarianæ [58] dignitatis titulis decorari cenſemus.

6. Iidem AA. Nomo Mag. offic.

PRincipes Agentium in rebus, quos ſæpe ſæva pericula, vitæque interdum renunciatio ad memoratum gradum adduxit: completo [59] tempore mili-

1 *Obreptione*, in *vet. lib.* 2 Al. *Heliodoro.* 3 *l.* 17. *C. Theod. hoc tit.* 4 Excundi. 5 Al. *veteris.* 6 Al. *Utilitatis.* 7 Vide *in hanc legem* Pyrrhum & Alc. 8 Agentium in rebus alii primarii, ſenatores, ducenarii, centenarii, biarchi, circitores, equites, tirones. *l.* 1. *l.* 3. *ſupr. de off. magiſt. offic. l.* 1. ℑ. *de priv. ſchol. h. lib. tit.* 30. *l.* 2. ß. *de off. P. Prætorio*, *l.* 2. *C. Theod. de filiis milit. apparit. l.* 3. ℑ. *de filiis off. h. lib. tit.* 48. Notitia imperii. Hieronym. *adverſ. Joan. Hieroſol.* 9 Centenarii qui, dixi ad *l.* 5. ℑ. *tit. prox.* 10 Vocante. 11 Præſumitur pro matricula. vid. Alciat. 3. *præſumpt.* 17. 12 10. *al.* 8. 13 Vide *l. ult. ſupr. de domeſticis & protectorib. h. lib. tit.* 17. 14 Ita ut. 15 Si unus. 16 Probatione, vide *l.* 9. ℑ. *de diverſis officiis. h. lib. tit.* 60. 17 Potiantur. 18 Pulſari apud alium, quam hunc vel illum judicem, prohibitus, non modo in civili, ſed & in criminali apud alios judices conveniri non poteſt. Corſetus *ſingulari ſtatutum ſtatuto cavetur.* 19 Forum, agentes in rebus ſortiebantur apud magiſtrum officiorum poſt ducenæ & centenæ gradum. 20 Quisquam. 21 Argumentum a minori ad majus. Qui minus non poteſt, majus non poteſt. 22 Prærogativam his etiam qui ſub aliis cingulis inveniuntur, pro temporibus, def. &c. *Goth.* Habuit magiſter officiorum adjutorem ex ſchola agentium in rebus, *l.* 12. *ſupr. tit. prox.* & ſubadjuvas adjutoris duos; habuit & ſubadjuvas fabricarum. quos conſtat fuiſſe ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, & ſubadjuvas barbariorum, id eſt, officinarum barbaricariorum, *l.* 3. *C. Theod. de agent. in reb. Periculum*, inquit, *ſe & adjutor & ſubadjuvæ ſubdituros eſſe cognoſcant &c.* iidemque chartularii dicuntur ibidem *l.* 5. & 6. Mod. 23 Quot velit. 24 Centenarii qui, vide *l.* 5. ℑ. *tit. prox.* ubi dixi.

25 *L.* 6. *C. Theod.* 27. 26 *Principibus*, *in manuſcr. al.* non eſt nova rubrica. Cont. 27 Al. Zeno. 28 Al. *barbaricorum*, al. *barbaricariorum.* 29 *Recte*, al. *ſub ambarum*, ſed male. 30 *l. unic.* ℑ. *Negotiatores ne militent. h. lib. tit.* 35. 31 Viri ſpectabiles. 32 Vide *l.* 5. ℑ. *qui militare poſſint. h. lib. tit.* 34. 33 Subſtitutum dare ad munus ſuum obeundum qui poteſt, idoneum plane dare cogitur, quod & in adſeſſoribus, profeſſoribus, militibus, & aliis quibuscunque merito ſimili in ſpecie dicendum eſt, Corſetus *ſingulari ſubſtitutus.*

34 Al. *præfectus.* 35 *In quib. vet.* additur, *ſubadjuvæ.* 36 Hanc ſaluberrimam ſanctionem. 37 Executionibus. 38 Non eundem, ut exiſtimavit Accurſius, ſportularum modum litigantibus agentibus in rebus Anaſtaſius præſcribit, quem præſcripſit militantibus in ſacris ſcriniis, *l.* 12. *tit. prox.* ſed eundem quem Leo & Zeno miniſterianis, *l. ult.* ℑ. *de caſt. & miniſt.* & hoc quidem in urbe. In provinciis ſportularum modus eſt levior, pro parte nimirum tertia, & hoc ſive ipſi litigent, ſive procuratores, ſive mares, uxores, liberi, ſervi eorum. Ad hæc confirmat privilegia data centenariis & ducenariis, & ſubadjuvis *l.* 4. ß. *de principib. agentium in reb. l. ult. tit. ſeq.* Mod.

39 Principatus eſt dignitas ejus, qui cæteros agentes in rebus antecellit, pro præmio exacti laboris tributa. Caſſiodorus *lib.* 1. 40 Περὶ πρίγκιπος καὶ μαγιστριανῶν καὶ ἑτέρων τινῶν σεκρετευομένων. *Syn. Baſil.* 6. *tit.* 30. adde *L.* 6. *C. Theod.* 27. 41 *Al.* Imp. Zeno. 42 *l.* 4. *C. Theod. h. t.* 43 Officiales. 44 Mittantur. 45 Nullaque. 46 Executio, vide *l.* 8. ß. *de off. rect. provinc. l.* 7. ß. *quæ res pignor. obl.* 47 *Abeſt a quibusd.* 48 Suſceptum, clientem dicit eſſe Cujac. & Pithœus multis auctoritatibus confirmat. Idem ſubmiſſus vocatur, de quo alias dixi ad *l.* 3. *ff. de uſu & habit* 49 *l.* 5. *C. Theod. h. t.* 50 Fuit. 51 Et principis. 52 Vide Capitolinum *in Gordiano.* 53 Impp. Honor. & Theod. AA. Palladio proc. Africæ. 54 *l.* 7. *Cod. Theod. hoc tit.* 55 *l.* 8. *C. Theod. h. t.* 56 Hi tamen domeſtici completo actu eundem repetere non poſſunt, *l.* 5. & 6. ß. *de Aſſeſſ. Principum.* domeſtici poſſunt. *Mod.* 57 Ducena: *ut hic*, (unde ducenarii. *l.* 1. *ſupr. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19.) & centena, unde centenarii. *d. l.* 1. & *l.* 3. & *l.* 4. ß. *de agentib. in rebus h. lib. tit.* 20. *l.* 1. ℑ. *de lucris advocat. h. lib. tit.* 62. *l.* 1. *C. Theod. de Cæſarianis*, *l.* 1. *C. Theod. de murileg. l.* 5. *C. Theod. de decurion. l.* 3. *C. Theod. de cohortali, & pr. eorum. l.* 1. ß. *de off. magiſt. off. Euſeb.* 7. Cyprianus *in epiſtol.* Suet. *Claudio cap.* 24. dignitates & officia ſunt in ſchola agentium in rebus & in officio ſacrarum largitionum: &c dicta forte a numero pecuniarum eis commiſſarum: nam & hac ratione procuratoribus Cæſaris indita nomina. *Dion*, 53. vid. Cujac. *ad l.* 1. *ſupr. de exactor, tribut.* 58 Vicariæ. 59 Expleto.

tiæ, ſeu Comitivæ primi ordinis cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præſtitis ſalvis privilegiis) decernimus.

Militans in ſchola Agentium, ſi fuerit de corpore cohortalium, licet Princeps Agentium factus ſit, filium curiæ obligatum relinquit. Bart.

7. Imp. LEO A. Nicoſterio P. P.

QUicunque ex corpore cohortalium militans in ſchola Agentium in rebus filium procreaverit: antequam [1] ad metas militiæ ſuæ perveniat, Principatus honore decoretur [&] licet ipſe poſt finitam militiam, utpote liber, nulla debeat hujusmodi conventione pulſari, filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si vero poſtquam adeptus fuerit Principatum, ediderit filium: is, qui natus eſt, etiamſi in ſchola Devotiſſimorum Agentium in rebus militiam ſortitus non fuerit, ita liber ſit, ac ſecurus, [ut [2]] nec ullis cohortalis officii nexibus obligetur, quaſi jam ex patre libero, & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

8. Imp. ZENO [3] A. Joan. Magiſtro offic.

MUltis devotiſſimæ ſcholæ Agentium in rebus aditionibus permoti, Viros Clariſſimos ejusdem [4] ſcholæ principes [5], qui finitis militiæ ſtipendiis exeunt: quotiens ex majoribus judicis ſententiis ipſi, vel eorum conjuges, aut liberi, vel ſervi, aut coloni, ſive per ſe, ſive per procuratores conveniantur, non amplius quam unum ſolidum executoribus ſportularum nomine præbere compelli: apparitoribus Vicariani ſeu Præſidalis [6] judicii, nonniſi tertia parte ſoliti tantum præſtanda: nullasque iisdem concuſſiones, aut vexationes in præbendis fidejuſſoribus ingeri, ſed eos fidejuſſores, quos locorum defenſor exiſtimaverit, dare: ita videlicet, ut pro tenore generalium Edictorum hi, qui vel in ſacratiſſima Urbe, vel in Provinciis immobiles poſſident facultates, adjuratoriæ [7] cautioni, & ſubſtantiæ ſuæ credantur. † Hoc etiam adjiciendo, ut nunquam niſi [8] ex ſententia in ſcriptis prolata penitus moveantur [9]. Ad ſimilitudinem inſuper aliorum officiorum, quotiens civiles vel criminales contra eosdem cognitiones moventur, executorem quidem negotii usque ad finem litis civilis, ſeu criminalis, unius eſſe ſolidi præſtatione contentum; & pro inſinuandis noſtræ Serenitatis apicibus, vel ſimplici contra obnoxios eorum poſtulatione deponenda, binos ſolidos ab his, vel conjugibus eorum præberi: & quotiescunque exemplaria poſtulantur, hi quorum intereſt, accepto ſolido, quod petitur, præbere non differant [10].

† Pro implendis vero monumentis, unde conveniendi tribuitur executoribus facultas, non ultra quam tres ſolidos quibus competit, impertiri præcipimus: arbitro vero non amplius, quam ſolidum: & fiſci patronis dimidiam ſolidi partem: notariis vero tertiam usque ad finem (ſicut dictum eſt) cauſæ præſtare, ſuper editione quoque chartularum ſolidi partem dimidiam præbere. Quod ſi non apud arbitrum, ſed in competentibus Judiciis majoribus cognitio celebretur, inducendi quidem negotii gratia, nonniſi quatuor ſolidos eosdem Viros Clariſſimos erogare: geſtorum vero excipiendorum cauſa duos tantummodo ſolidos dare: & nullius ultra ſupraſcriptas quantitates cuilibet alteri præſtandi ſumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, ſive ipſi aliis litem ingerant, ſive [11] ab aliis pulſentur. Dat. Kalend. Septembr. THEODOSIO CONS.

TIT. XXIII.

DE [12] CURIOSIS [13], ET STATIONARIIS [14].

Denuncians maleficium punitur, ſi non probat. Bart.

1. Imp. CONSTANTIUS A. ad Lollianum P. P.

CUrioſi, & ſtationarii, vel quicunque funguntur hoc [15] munere, crimina judicibus nuncianda meminerint, & ſibi neceſſitatem probationis incumbere, nec [16] citra periculum ſui [17], ſi inſontibus eos calumnias nexuiſſe conſtiterit [18]: ceſſet [19] ergo prava conſuetudo, per quam carceri [20] aliquos immittebant. Datum 11. Kalend. Aug. *Mediol.* ACC. 12. Kal. Septemb. ARBITIONE, & LOLLIANO CONSS. 355.

Officium Agentium in rebus eſt, curam habere ſuper evectionibus curſus publici, portando pecuniam publicam per Provincias. Jo. de Plat.

2. Idem A. & Julianus C. ad Taurum P. P.

AGentes [21] in rebus, in curis agendis, & evectionibus publici curſus inſpiciendis, noſtrorum memores præceptorum, credimus in omnibus velle profutura Reipublicæ: ideoque ſolos Agentes in rebus in hoc genere juſſimus obſequium adhibere: & non ab alio penitus officio. Hi vero pervigili diligentia providebunt, ne quis contra evictionis auctoritatem moveat curſum, vel amplius poſtulet quam conceſſit evectio. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentaverit, improbi cœpti privetur effectu. Demonſtretur etiam Judicibus, vel curioſis evectio, etiamſi quis nobis jubentibus feſtinare memoret in obſequium neceſſarium, nec prævaleat contumacia, vel dignitas. Ergo nummum [jam] vetamus expoſci pro animalibus in curſu [22] minime conſtitutis. Quod ſi forte aliquis exiſtimaverit perpetrandum, ejus quadruplum quod accepit, inferre cogatur. Dat. 15. Kal. Maji, *Mediol.* CONSTANTIO A. IX. & JULIANO CÆSARE II. CONSS. 357.

3. Idem A. ad Agentes in rebus.

PEr id tempus [23], quo curſus tuendi ſollicitudinem ſuſtinetis, condemnationes præfectorum circa eos ſolos irritæ ſunt futuræ, qui ſervaverint honeſtatem: erga eos vero qui inhoneſte, & contra decus ſeculi, vel honorem militiæ verſabuntur, non ſolum condemnatio manſura eſt, verum etiam gravior pœna eſt ſtatuenda. PP. Prid. Kalend. Decembr. EUSEBIO & HYPATIO CONSS. 359.

4. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Marcello Mag. offic.

AGentes in rebus ſingulos per ſingulas Provincias mittendos eſſe cenſemus, quibus [24] inſpiciendarum evectionum tantum debeat cura mandari, ut nihil prorſus commune, aut cum judicibus, aut cum provincialibus habeant: nec naves debebunt illicita concuſſione vexare: nec libellos, aut atteſtationes, vel conteſtationes litis gratia ſuſcipere, aut in carcerem quemquam trudere [25], ſed curſui ſolum [26] vacare. Dat. Kalend. Jun. CP. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

TIT. XXIV.

DE PALATINIS [27] SACRARUM LARGITIONUM, ET RERUM PRIVATARUM.

De muneribus.

1. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. ad Beronitianum Vic. Aſiæ.

PAlatini [28] pro [29] capitibus, ſeu jugis ſuis tantum penſitationem atque obſequia recognoſcent, extraordinariis [30], & ſordidis muneribus, & ſuſceptionibus, & temonariis oneribus liberati. Dat. Non. Maji, *Conſtantinop.* CONSTANTIO IV. & CONSTANTE III. AA. CONSS. 342.

De everſore.

2. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. Titiano C. S. [31] L.

NUllus Theſaurenſis [32], vel Officialis Comitis theſaurorum ſemel deprehenſus everſor [33], quocunque pacto, aut repetat militiam ſuam, aut aliam ſibi requirat per ambitum dignitatem, vel ſeſe transferat ad aliam quamcunque militiam. Dat. 8. Kalend. Februar. *Antiochiæ*, GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

De principe officii Comitis domorum.

3. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Pancratio Com. R. P.

PRiſco [34] jam nunc ordine revocato, de palatino potius officio ad regendum Principatum [35] officii Comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales Comes etiam domorum, ſi inhoneſtum aliquid geſſerit [36], vereatur. Idoneos itaque ſingulis annis e numero mittendariorum [37] ad hoc eligere debebis, & mittere. Dat. prid. Non. Jul. *Scopis*, AUSONIO, & OLYBRIO CONSS. 379.

De Judicibus provincialibus.

4. Iidem AAA. Heſperio P. P.

NIhil [38] omnino ullis judicibus cum palatinis noſtræ clementiæ, quicunque a comitibus diriguntur, ſit commune atque conjunctum: ſed excepta reverentia, quæ non ſolum ab inferioribus, ſed etiam a majoribus, & in provincia degentibus Rectoribus provinciarum debetur, atque defertur, ſuis quisque neceſſitatibus obſecundet. Datum 8. Id. Decembr. *Sirmii*, AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

Ne is qui militavit, & princeps fuit in aliquo ordine, ad alium ordinem transſeat.

5. Iidem AA. Nebridio P. P.

QUidam [39] poſt impletum ordinem militiæ palatinæ quam geſſerant, honoremque transactum, ad exceptorum ſcrinia tranſire nituntur. Hac igitur lege ſancimus, ut nulli prorſus dehinc iſta audendi [40] relinquatur occaſio: ſed unusquisque ejus ſcrinii, quem [41] primum militando elegit, ordinem perſequatur [42]: nec in alterius loco finem militiæ requirat, qui [43] jam proprii ordinis tranſegerit principatum. Datum 5. Id. Octobr. CP. MEROBALDO II. & SATURNINO CONSS. 383.

Ne quid Præfecti Prætorio, Præſidesve palatinis injungant.

6. Iidem AA. ad Probum P. P.

AB [44] officiis Palatinorum Excellentia tua ſciat ita penitus eſſe recedendum, ut neque ipſa poſtmodum licitum ſibi credat iisdem [45] aliquid injungere: & præterea [46] provinciarum Rectores prohibeat [47] quicquam ulte-

1 Natus patre nondum cohortali, non eſt cohortalis filius: manet in priſtina conditione parentis, in qua fuit, antequam eſſet cohortalis, *ut hic.* Patri quæſita dignitas liberis antea ſuſceptis non nocet. vid. omnino quæ ſcripſi ad *l.* 11. *ſupr. de dignitatibus.* 2 Al. *abeſt.* 3 Sic legendum; *Zeno*, non *Anaſtaſius.* nam hæc lex citatur 8. *in l.* 2. *de comitib. conſiſtorianis h. lib. tit.* 10. *& in quib. vet. cod.* additur, *Joanni magiſtro officiorum.* 4 Ejus. 5 Principes ſcholæ. 6 Præſidialis. 7 Adjutoriæ, al. *juratoriæ.* 8 *l. ult.* J. *de caſtrenſian. & miniſt. h. lib. tit.* 26. 9 Moneantur. 10 Differat. 11 Intereſt Reipublicæ, delicta & maleficia non latere, aut impunita non eſſe. *l.* 6. 8. *de defenſ. civit. l.* 14. *ſupr. de pœnis*, *l.* 51. §. 2. *verſ. quod ſi. ff. ad l. Aquil. l.* 31. *ff. depoſiti.* intereſt, multos eſſe accuſatores criminum.

12 Vid. quæ ſcripſi ad *l. ult*, J. *de caſtr. & miniſt. h. lib. tit.* 26. 13 *L.* 6. *C. Theod.* 29. περὶ φροντιςῶν τȣ̃ δρόμȣ. De curatoribus curſus. *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 31. 14 Incluſa deſunt in *quib. lib. ſed in alio hic tit. præcedenti conjungitur.* Cæterum curioſos, qui & *curagendarii* dicuntur in *l.* 1. *C. Theod. h. titul. fuiſſe ex agentib. in rebus* tradit Cujacius *hic*, *quem vide.* 15 Curioſi & ſtationarii munus fuit crimina inveſtigare & judicibus nunciare: ita res Medorum in eam rem ſuos habuere κατασκόπους. *Herodot.* & hi quidem Curioſi, quaſi quæſitores quidam. Eam in rem Darius, *teſte Plutarcho*, multos ſemper habuit ὠτακȣςὰς, qui principis aures appellabantur, & delatorum munere apud eundem fungebantur, & Mæcenas agens cum Auguſto de his, quæ ad Rempublicam videntur neceſſaria, delatorum quidem miniſterio utendum monet, ſed non temere fidem eſſe eis adhibendam. *Dion.* 52. 16 Criminum nunciatores non impune calumniantur. ſic improbus Irenarcha, qui ad prædem notoria falſa miſerat, punitur ab Antonino Pio. *l. Divus* 6. *ff. de cuſtodia & exhibit. reom.* & ab ipſo Conſtantino, hujus legis autore, calumniatores acerbe ſunt puniti. *Sextus Aurelius Victor.* quanquam non ita ſeverus ipſe fuerit adverſus Donatianos, qui Cæcilianum, vel Arianos, qui Athanaſium calumniis exagitabant. 17 Suis, al. *ſi viris.* 18 Contigerit. 19 *l.* 1. J. *de cohort. & princ. cornic. h. lib. tit.* 58. 20 Curioſi, manum in aliquem injiciendi, aut in carcerem abducendi jus non habent. 21 *l.* 2. *Cod. Theod. h. t.* 22 Curſum. 23 Temporis. 24 Al. additur, *tam.* al. *tamen.* 25 Tradere. 26 Curis ſuis.

27 Περὶ παλατινῶν. *Syn. Baſil.* 6. *tit.* 32. *L.* 6. *C. Th.* 30. 28 Palatinorum nomen generale eſt: omnes enim in palatio habitantes, palatini dicebantur: ſed hunc titulum de apparitoribus comitum eſſe hic oſtendit. 29 *C. Theod.* 11. 16. 6. ubi additur, *& Conſtantinopolitani cives.* 30 Adde *l.* 6. *l.* 10. *l.* 13. *l.* 14. J. *h. t. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. J. *de privilegiis eorum qui in ſacro palatio militant. h. lib. tit.* 29. 31 Id eſt, ſacrarum largitionum, qui & *theſaurorum comes*, *l.* 2. *verſ. Sed. ſupr. ut dignitatum ordo. h. lib. tit.* 8. 32 *l.* 14. *Cod. Theod. lib.* 8. *tit.* 7. Theſaurenſis, officialis Comitis theſaurorum ſeu ſacrarum largitionum. 33 Everſores, *hic* & *l.* 1. *C. Theod. de ſuſcepto.* (qui interverſores in *l.* 8. *ſupr. de jure fiſci*) ſunt adminiſtratores, qui dolo malo dilapidant rem pecuniamve fiſcalem. Eadem ratione, qua in ſchola Rhetorum quidam olim *everſores* dicebantur, autore Auguſtino 3. *confeſſion.* 3. *& lib.* 5. *cap.* 12. Decoctores dicuntur in *l.* 40. 8. *de decur. l.* 12. *ſupr. de ſuſcept. l.* 10. *tit.* 70. 34 *l.* 2. *C. Theod. hoc tit.* 35 Comites domorum officium habent & officii principes ex officio palatino Comitis rerum privatarum, non ex ſchola agentium in rebus, priſco ordine ita revocato in uſum. 36 Congeſſerit. 37 Mittendorum. adde *l.* 7. *l.* 8. J. *h. t. l.* 1. §. 8. *circa finem ſupr. de offic. præf. præt. Africæ. l.* 2. *ſupr. de canone largit. tit. l.* 10. *tit.* 23. 38 *l.* 4. *C. Theod. h. t.* 39 *l.* 5. *C. Theod. h. t.* 40 Audiendi. 41 A ſe primum militando electi. 42 *l.* 7. *in princ.* J. *h. t.* 43 Quia. 44 *l.* 6. *Cod. Theod. h. t.* 45 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 46 Propterea. 47 Al. *prohibeant.*

rius

rius tale conari. Datum 7. Kalend. Novembr. *Mediol.* poſt conſ. MEROBAUDIS II. & SATURNINI.

De dignitatibus, & annonis.

7. Iidem AA. Trifolio Com. S. Lar.

SCriniis [1] omnibus largitionum comitatenſium infraſcriptas decernimus dignitates: ut his contenti, ambiendi [2] ſibi aditum intercluſum eſſe cognoſcant, etiamſi ſpeciale beneficium emendicato ſuffragio quiſquam voluerit [3] impetrare. Annonas etiam juxta definitum dignitatum modum volumus præſtari: nec amplius quicquam præſumi. §. 1. Brevis, quas dignitates per ſingula ſcrinia officium [4] ſacrarum largitionum habere ſtatuimus, hic eſt: † Scrinii exceptorum perfectiſſimus [5] ordinis ſecundi numero [6] unus, id eſt, primicerius [7] exceptorum unus: ducenarii duo, i.e. unus tertiocerius, & quartocerius: centenarius unus [8], i. e. primicerius inſtrumentorum: epiſtolares num. duo: formæ primæ num. triginta ſex: formæ II. num IV. formæ tertiæ num. III. † Scrinii numerorum [9] perfectiſſ. [10] ordinis tertii num. unus [11]: ducenarius num. unus: centenarii num. duo [12]: epiſtolares num. duo [13]: formæ primæ num. tres [14]: formæ ſecundæ num. unus [15] [formæ tertiæ num. duo]: † Sacri ſcrinii tabellariorum [16] perfectiſſ. [17] ordinis tertii num. unus: ducenarius num. I. centenarius num. I. epiſtolaris num. I. formæ primæ num. III. formæ ſecundæ num. V. † Scrinii canonum perfectiſſ. ordinis tertii num. I. ducenarius num. I. centenarius num. I. epiſtolares num. II. formæ primæ num. IV. formæ ſecundæ num. IV. † Scrinii mittendariorum [18] ducenarius num. I. centenarii num. II. epiſtolares num. VIII. formæ primæ num. VII. formæ ſecundæ num. triginta tres. † Scrinii aureæ maſſæ perfectiſſ. ordinis tertii num. unus, id eſt, primicerius ſacræ maſſæ, num. I. idem ſecundocerius num. I. ducenarii, num. duo, id eſt, tertiocerius, & quartocerius: centenarii num. VI. epiſtolares num. IV. † Aurifices [19] ſpecierum perfectiſſ. num. I. ducenarii num. IV. centenarii num. VI. epiſtolares num. VIII. formæ primæ num. XVII. formæ ſecundæ num. IV. † Aurifices [20] ſolidorum ducenarii num. I. centenarii num. VIII. epiſtolares num. VI. formæ primæ num. IX. formæ ſecundæ num. XXX. † Sculptores, & cæteri aurifices centenarii num. I. epiſtolares num. V. formæ primæ num. VI. formæ ſecundæ num. XVII. † Scrinii auri [21] ad reſponſum perfectiſſ. ordinis primi num. I. perfectiſſ. ordinis ſecundi num. II. ducenarius num. I. centenarii num. II. epiſtolares num. III. formæ primæ, num. IV. formæ ſecundæ num. II. formæ tertiæ num. I. † Scrinii a miliarenſibus [22] perfectiſſ. [23] ordo primi num. I. ducenarius num. I. formæ primæ num. I. formæ ſecundæ num. II. formæ tertiæ num. III. † Scrinii veſtis perfectiſſ. ordinis IV. num. I. perfectiſſ. ord. II. num. I. ducenarii num. I. centenarii num. I. epiſtolares num. II. formæ primæ num. VII. formæ ſecundæ num. X. formæ tertiæ num. IV. † Officialium ſacrarum veſtium ducenarii num. III. centenarii num. III. epiſtolares num. II. formæ primæ num. XII. formæ ſecundæ num. X. formæ tertiæ num. VIII. † Deputati ſacræ veſtis perfectiſſimi ſecundi ordinis num. II. ducenarii num. II. centenarii num. II. epiſtolares num. II. formæ primæ num. III. † Scrinii ab argento perfectiſſ. ordinis ſecundi num. I. epiſt. num. I. formæ primæ num. VI. formæ ſecundæ num. III. formæ tertiæ num. I. † Scrinii a pecuniis perfectiſſ. ord. ſecundi num. I. formæ primæ num. I. formæ ſecundæ num. II. formæ tertiæ num. V. † Argentarii comitatenſis [24] ducenarii num. I. centenarii num. II. epiſtolares num. III. formæ primæ num. VIII. formæ ſecundæ num. XXV. † Barbaricarii centenarii num. II. epiſtolares num. V. formæ primæ num. VIII. formæ ſecundæ num. I. Dat. 4. Id. Jun. *Heracliæ*, RICHOMERE, & CLEARCHO CONSS. 384.

De his, qui cingulo liberantur.

Palatini transmiſſi per provincias, anno elapſo cingulo liberantur. Bart.

8. Iidem AA. Trifolio C. S. L.

PLacuit [25] juſte [26] omnibus Mittendariis [27], & Palatinis Officiis profutura ſuggeſtio, quam [28] inſinuaſti, ut ex iisdem annis ſingulis [29] ex ducenariis terni, ex Centenariis habito proviſionis intuitu, cingulo liberentur. Dat. 4. Id. Mart. CP. ARCADIO, A. I. & BAUTONE V.C. CONSS. 385.

Ne quis militiæ cingulum ſumat ſine adnotatione Principis.

9. Impp. [30] THEOD. & ARCAD. AA. Neſtorio Com. R.P.

NOn [31] aliter quilibet officio ſacrarum largitionum, vel privatarum rerum cingulum militiæ ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtræ manſuetudinis adnotationem meruerit. Dat. prid. Auguſt. *Ancyræ*, STILICHONE II. & ANTHEMIO CONSS. 405.

De tyronum collatione, & aliis oneribus.

10. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P.P.

PAlatinos [32], qui ſacrarum [33] renumerationum rationem tractantes inculpantur, ad calcem terminumque militiæ pervenientes, necnon etiam Adjutores, & Primicerios diverſorum officiorum præcipimus [34] habere privilegia, quæ nuper agentium in rebus ſcholæ noſtra ſunt manſuetudine contributa: ſcilicet, ut a tyronum præbitione memorati reddantur exortes, cæteraque onera non agnoſcant. Dat. 7. Id. Jun. *Ravennæ*, poſt conſ. HONORII VIII. & THEODOSII V. AA. 411.

Ut primicerii officiorum, & ſcriniorum Palatinorum ſint annui.

11. Iidem AA. Anyſio C.S.L. & Tauro C.R.P.

AD [35] ſimilitudinem ſanctionis [36], quam de proximis ſacrorum promulgavimus ſcriniorum, etiam in officio ſacrarum largitionum, atque privatarum rerum pro biennio annum [37] ſub perpetua obſervatione præcipimus cuſtodiri: ita ut & privilegia, quæ hujusmodi officiis, vel primiceriis ſacris legibus deferuntur, integra, illibataque ſerventur. Dat. 3. Kal. Jul. CP. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

De foro competenti.

12. Imp. THEODOSIUS A. [38].

VIros devotos Palatinos non oportet in hac Regia Urbe apud Virum Illuſtrem Præfectum Urbi litigare compelli, niſi [39] de ædificatione [40] domorum, & ſervitutibus, & annonis orta videatur cauſa: in aliis vero cauſis tam pecuniariis, quam criminalibus apud [41] Viros Illuſtres tantummodo Comites ſuos reſpondere: Rectoribus [42] autem Provinciarum intra adminiſtrationis ſuæ fines inter præſentes palatinos, nec cauſis publicis occupatos cognoſcere, tam pro civili, quam pro criminali cauſa permittimus: ſic tamen, ut non aliter criminalis ſententia adverſus eos proferatur, niſi ex ſuggeſtione Provincialis judicii Vir Illuſtris Comes, ſub quo militat [43], certioratus hoc ei permiſerit.

De dignitate, & immunitate primiceriorum.

13. Iidem AA. Eudoxio C. S. L.

INter alias [44] prærogativas, quas antea meruerant ſcholæ [45] ſocietatis [46] ſacrarum largitionum, Primicerius, & tres [47] Primicerii ſcriniorum Tribuni Prætoriani, militari dignitate fruantur: nulla eis ex cujuslibet judicis præceptione injungenda publica, vel privata neceſſitate.

Ut Palatini rei privatæ iisdem privilegiis fruantur, quibus Palatini ſacrarum largitionum.

14. Iidem AA. Florentio P.P.

JUbemus Viros devotos Palatinos rei [48] noſtri Numinis privatæ [49], eisdem [50] privilegiis decorari, quibus etiam palatini, qui in ſacris largitionibus deferuntur. Cum enim par [51], ſimiliſque militia ſit, juſtum, & competens videtur iisdem utrumque officium privilegiis gloriari. Primicerios itaque officii, treſque primates [52] ſcriniorum rerum privatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos, ſalvis iisdem præſtitis privilegiis ſacris conſtitutionibus noſtram clementiam adorare decernimus, ita tamen, ut [nullam injunctionem], nullam ſollicitudinem privati, vel publici negotii quolibet judiciario præcepto ſuſtinere poſſint: ſed excepta omni neceſſitate omnique fatigatione, indeptæ [53] dignitatis honore potiantur.

TIT. XXV.

DE STRATORIBUS [54].

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Zoſimum Præſidem novæ Epiri.

PEr omnes Provincias Edictum generale miſimus, ut ſtratoribus unus tantum ſolidus probæ [55] nomine poſceretur, & in offerendis equis [56] certam formam ſtatutam, & ætatem [57] Provinciales noſtri cuſtodiendam eſſe cognoſcant: quos etiam fiſco certo modo ſolidorum [58] obnoxios fecimus, ſi quod ſtratores petere interdictum eſt, illi dare ſtratoribus non timerent, officium quoque gravitatis tuæ centum argenti libris multabitur, ſi ſciens prædictam rem geſtam fuiſſe, non illico eam ſeveritati judiciariæ prodiderit. Dat. 13. Kal. Jul. *Apolloniæ*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

1 *l. 7. C. Theod. h.t.* Goth. Scrinia ſacrarum largitionum hæc ſunt: Exceptorum, *l. 5. ſupr.* canonum, *l. 10. ſupr. de murileg.* Tabulariorum, *l. ult. ſupr. de veſt. holob.* numerorum ſive numerariorum, mittendariorum, aureæ maſſæ, auri ad reſponſum, a miliarenſibus veſtiarii ſacri, ab argento, a pecuniis. Rerum autem privatarum ſcrinia quatuor ſunt beneficiorum, rationum, ſecuritatum, largitionum privatarum. *l. ult. C. Theod. hoc tit.* Mod. 2 *l. 5. in fin. ſupr. h.t.* 3 Valueris. 4 Al. *officiorum.* 5 Perfectiſſimi præfectus. 6 Numeri, al. *muneris.* 7 *In quibusd. lib.* quædam hic adduntur, *omnis ſcholæ perfectiſſimus unusquisque primicerius: exceptorum numero unus.* 8 Unusque. 9 *Canonis*, Hal. 10 Præfectus. 11 Quiſque ducenarii. 12 *Quinque*, Hal. 13 *Octo*, Hal. 14 *Octo*, Hal. 15 *Triginta tres*, Hal. 16 *Tabulariorum.* al. *maſſæ*, Hal. 17 Al. *præfectus.* 18 *l. 1. §. 8. circa finem, ꝟ. de off. præf.* 19 Al. *Artifices*, & ita, *Hal.* 20 *Artifices*, Hal. 21 Al. *Scriniarii, ad reſponſum per formam primam numer. unus: per formam ſecundam num. duoducenarius &c.* 22 Miliarenſes nummi decimam partem ſolidi faciebant. Suidas, Epiphanius & Cedrenus milliarenſes dictos putant, quaſi militares. Numerorum argenteorum, alii κaυκίοι τετραγωνίοι, μηλοῆ, cavi, quadrati, rotundi, *Novell. 105. cap. 2. §. 3. verſ. Et hoc enim.* 23 Al. *Scriniarii ad limitem.* al. *ad militem per formam*, ſed recte hanc legem reſtituit Cujacius, qui ubi erat ſcriptum, *per formam*, emendavit *perfectiſſimus*, vel *perfectiſſimi*: ſic enim legitur in *l. Aured. & Dionyſ.* 24 Comitatenſes, Hal. 25 *l. 8. l. 9. C. Th. h. t.* 26 Al. *ita in vet. quibus, juſta atque, additur.* 27 Mittendariis Palatini officii. 28 Qua. 29 Annui ſinguli. 30 *Al.* Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Neſtori Comiti Orientis. 31 *l. 18. C. Theod. h.t.* 32 *l. 20. C. Theod. h.t.* 33 De remunerationibus ſacris, adde quæ ſcripſi ad *l. 2. ꝟ. de commeatu. h. lib. tit. 43.* 34 Vide *l. 1. ſupr. h.t.* Goth. Palatini ſacrarum largitionum completa militia, & primicerii ſcriniorum, de quib. *l. 7. ſupr.* & adjutor officii palatini, qui ſcilicet matriculam tractat, *l. 16. & 17. C. Theod. hoc tit.* a tyronum collatione excuſantur. Quod & ſcholæ agentium in rebus datum ajunt, nec tamen eſt ſupra relatum. Verum de eo *in C. Theod. eſt l. 13. de agent. in reb. & infr. de privil. eor. qui in ſacr. pal. mil. l. 2.* Mod. 35 *l. 21. C. Th. h.t. l. 6. ꝟ. de prox. ſacr. ſcrin. h. lib. tit. 19.* 36 *l. 6. ꝟ. de prox. ſacror. ſcrin. h. lib. tit. 19.* 37 Erant enim antea biennales primicerii *ex l. 14. Cod. Theod. hoc tit.* Mod. 38 Imperatores Theodoſius & Valentin. AA. Maximo C. S. L. 39 Forum palatini certis caſibus ſortiuntur apud Præfectum urbi. *l. 3. ꝟ. de epiſc. & cler.* 40 Id eſt, novi operis nunciatione. *l. 12. ꝟ. de prox. ſacr. ſcr. h. lib. tit. 19.* 41 Forum palatinorum ordinarium apud Comites ſacrarum largitionum. 42 In palatinos magiſtratus provincialis criminalem ſententiam dicere, non poteſt inconſultis Comitibus ſacrarum largitionum. 43 Militant. 44 De privilegiis ſcholæ theſaurorum. 45 Vid. *l. 1. ſupr. h.t.* 46 Sociati. 47 Plures ponit Marianus Schotus. *& l. 7. ſupr. h.t.* hoc eſt quatuor. Goth. Aut igitur defuerunt eſſe plures, aut ex pluribus, quinam hi tres ſint, divinare non poſſumus. Idemque de primiceriis ſcriniorum rerum privatarum dicendum, qui & primates dicuntur, *l. ſeq.* & primi ſcrinii a Mariano, quos fuiſſe quatuor oſtendit *l. 7.* At *l. ſeq.* tribus duntaxat eadem privilegia tribuit. Mod. 48 Nominis. 49 Privatæ res numinis imperatoris. 50 De privilegiis ſcholæ privatæ rei palatinorum. 51 Pares paria privilegia merentur. 52 Primates ſcriniorum iidem, qui & primicerii, primiſcrinii a Mariano. 53 Indepto.
54 *lib. 6. Cod. Theod. 31. in manuſcr. legitur*, De ſtratoribus, *ut & in Pandectis Flor. l. 4. ff. de offic. proconſ.* Contius. Alciat. *ſtatoribus* mavult. Græci ita περὶ σρατώρων καὶ ἑτέρων τινῶν σρατευομένων *Syn. Baſil. 6. tit. 33.* Stratores autem vel ſtatores, officia præſidum, vel proconſulum. 55 Probæ, id eſt, probationis Cujac. al. *proprio nomine.* 56 Stratores equos militares probabant, qui a provincialibus conferebantur, *ut hic*, quod & confirmat Ammianus 29. 57 Et æqualem. 58 Certo ſolidorum modo. *al.* CVIII. ſolidorum modo.

TIT. XXVI.

DE [1] CASTRENSIANIS [2] ET MINISTERIANIS.

Castrensiani & Ministeriani officio finito per lapsum biennii, alius subrogatur. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Narsi. V. Spectab. Comiti, & Castrensi S. P.

IN [3] officio [4] Spectabilitatis tuæ secundum formam divalium responsorum post completum tempus præfinitum, id est biennium [5] prioribus decedentibus [6] insequentes ad [7] locum pro merito laborum stipendiorumque succedant: nec ulla licentia tribuatur his qui impletum deposuerint officium [8] denuo ad eandem militiam, vel sollicitudinem remeandi. Dat. 6. Id. Februar. CP. THEODOSIO A. VII. & qui fuerit nuntiatus.

2. Iidem AA. Scholastico V. C. Comiti & Castrensi S. P.

SI [9] quis primæ, vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cœlitus valuerit impetrare: supernumerarius [10] ultimus formæ tertiæ in matriculis habeatur. Dat. prid. Id. Januar. CP. HONORIO XIII. & THEODOS. X. AA. CONSS. 424.

3. Impp. LEO & ANTH. AA. Joan. Comiti & Magist. offic.

HI, qui in schola [11] vestis sacræ militant, vel matres eorum, vel uxores criminalem, vel civilem litem contra se [commovendam [12]], in nullo alio nisi [13] in sublimitatis tuæ suscipiant examine.

Castrensiani & Ministeriani eorumque matres, uxores, & filii solum coram Magistro officiorum sunt conveniendi.

4. Impp. LEO & ZENO Mariano Com. & Magist. offic.

ANte omnia nullius [14] penitus alterius judicis [15] minoris, vel majoris sacro [16] ministerio nostro deputatos (quorum officia sigillatim brevis [17] subter annexus continet) nisi a tuæ duntaxat Magnitudinis sententiis conveniri, ut in nullo penitus alterius judicis foro pulsantium, nisi in tuæ tantummodo amplitudinis examine præbeant aliquando responsum. † Sed ne in hoc ipso judicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis conveniantur facile judicis cujuscunque mandatis: ipsis quoque sportulis & fidejussoribus modum constituimus observandum: ante omnia decernentes, ne quando sine [18] scriptura vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuæ Magnitudinis, eademque non edita, conveniri possint: conventos vero, non alium fidejussorem, nisi actuarium, vel unum ex Primatibus suæ scholæ Executoribus responsione suæ personæ sine scripto præstare: sive per seipsos [19], sive per Procuratorem datum in judicio responsuri sunt: sive [20] in causis civilibus appetantur, sive in criminalibus accusentur: nec ultra conventionis nomine sportularum, quam unum aureum executoribus usque ad finem litis præstent, quemcunque contigerit conveniri. Inducendorum sane, nomine, & cognitionum exercendarum, stanteque [21] personæ gratia, ex simplici postulatione contra eos habita, sive ex appellatione subsecuta, vel alio quolibet modo in judicio deponatur, tribus tantummodo solidis usque ad terminum negotii eos, qui accepturi sunt, præcipimus semper esse contentos: in cognitionalibus [22] vero gestis edendis, duos tantummodo præstari solidos.

§. 1. Hæc autem privilegia non in eorum tantummodo, sed [23] in matrum quoque & uxorum personis valere, & ad integrum permanere: filiis quoque & maritis ejusdem fidejussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades [24] exigi: ipsosque dum militant, & post emensam militiam, cum his, qui ex tempore prioris præstitæ sibi pragmaticæ sanctionis ejusdem militiæ stipendia implesse noscuntur, omnibus privilegiis perfrui (cunctis nihilominus capitulis, sacris affatibus divæ recordationis Martiani, quos se meruisse adserunt, valituris: excepto hoc quod in diversis judiciis tunc respondere præcepti sunt) hac sanctione decernimus. §. 2. Advocato quoque fisci, exceptoribus etiam [25], qui apud arbitros hoc utuntur officio, ab exordio incipiendo, usque ad terminum finemque negotii tertiam duntaxat solidi partem præbituros. † In hujusmodi autem arbitrorum gestis edendis non [26] ultra præstare, quam dimidiam solidi partem: & cum [27] per provincias constitutis [28] fidejussoribus [29] conventus caruerit [30], adjuratoriæ [31] tantummodo cautioni committi: nec ullo tempore, nisi ex tuæ duntaxat magnitudinis sententia conveniri: exceptis tributariis [32], & munerum functionibus, & criminibus, quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta constituunt, præsenti sanctione decernimus: viro clarissimo adjutore sublimitatis tuæ in speculis constituto, ne quid ex his, quæ statuimus, aliqua subreptione violetur [33].

TIT. XXVII.

DE [34] DECANIS [35].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Helioni Com. & Mag. offic.

QUatuor [36], qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum pervenerint [37], biennii spatio primiceriatus gerant [38] officium, neque ulterius cuiquam liceat in hoc immorari, ut omni gratia, & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. Dat. prid. Non. Novembr. CP. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO V. C. CONSS. 416.

Decani adhærentes famulatoribus Principis coram illustri Magistro officiorum sunt conveniendi. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Nomo Mag. offic.

NOstræ pietatis famulationibus [39] adhærentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia pertrahi [40] judicia: sed Viri illustris tantum Magistri [41] officiorum observare examen. Hoc namque modo, neque mansuetudinis nostræ obsequia decipiuntur: & agentibus adversus eos jure adhibetur responsum: ad exemplum itaque devotissimorum scholarium nulli liceat memoratos ad aliud judicium trahere, & pulsatos priorum fidei scholæ permitti [42] præcipimus.

TIT. XXVIII.

DE [43] MENSORIBUS [44].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Æmiliano Mag. offic.

PRimicerius [45] mensorum biennio expleto Agentis in rebus militis [46] militiam sortiatur. Dat. 10. Kalend. August. *Ancyræ*, STILICHONE, & ANTHEMIO CONSS. 405.

TIT. XXIX.

DE [47] PRIVILEGIIS EORUM, QUI IN SACRO PALATIO MILITANT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Palatinis bene meritis S.

A[48] Palatinis, tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia præbuerunt, quam illis, qui in scriniis [49] nostris, id est, memoriæ, epistolarum, libellorumque versati sunt: procul universas calumnias, sive nominationes jubemus esse submotas: idque beneficium ad filios eorum, atque nepotes ipso ordine sanguinis pervenire, atque immunes eos a cunctis muneribus sordidis, & personalibus permanere, cum universis mobilibus, & mancipiis urbanis, nec injurias eis ab aliquibus inferri: ita ut, qui hoc contempserit, indiscreta dignitate pœnas debitas exolvat [50]. Dat. 4. Kal. Nov. *Treveris* VOLUSIANO, & ANNIANO CONSS. 314.

2. Idem A. ad Rufinum P. P.

DE [51] cubiculis nostris vacatione donatos, vel diversis obsequiis [52] palatinis, memoriales etiam [53], qui in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorum sacrarumque dispositionum referuntur: nec non, & si qui in utroque officio palatinorum comitatensium, singularumve urbium, & officio admissionum, & castrensi sacri palatii militant: privilegia volumus habere, ut nec ipsi, nec filii, nec nepotes eorum ad honores, vel munera municipalia devocentur: quibus omnibus condonamus, ne [54] exactorum, vel turmariorum [55] (quos capitularios vocant) curam subeant, vel obsequium temonariorum [56], vel pentaprotiæ [57], aut etiam tyronis præsentationem [58], agnoscant. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut etiam censualibus, vel personalibus, vel corporalibus muneribus liberentur, & habeant castrense peculium, sive adhuc palatium observent, sive optata [59] quiete donati sint. Quibus omnibus privilegiis conjungimus agentes in rebus, licet militaribus videantur esse subnixi. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

3. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

EX [60] aula nostra discedentes viri, ab omnibus injunctis habeantur immunes: numerariorumque fastus [61], vel rapaces quæstus, tanquam ex-

1 *L. 6. Cod. Theod.* 32. Hoc numero fuerunt prægustatores, pincernæ, vestitores, pædagia, seu pædagiani pueri. *Domestiques de la maison du Prince.* 2 *Magis Latine* (*inquit* Alc. *hic*) *diceretur*, De castrensibus ministris. *tu illum videto.* sunt autem Castrensiani ministeriani aulici, qui sacro ministerio deputati sunt: qui Castrenses dicuntur in *inscriptione hujus legis &c.* Tertull. *lib. de corona militis*, *Castrenses ministri* Lampridio in *Alexand.* Cujac. *hic.* 3 *l. 1. Cod. Theod. h. t.* 4 Officium suum quoque habuit Castrensis sacri palatii. *Notit. imperii.* 5 Castrensiani biennio militabant: post militiam deponebant & sequentibus locum faciebant: nec rursus ad eandem militiam reverti poterant. adde *l. 5. s. de palatinis. h. lib. tit.* 24. 6 Al. *Discedentibus.* adde *l. 7. s. de prox. sacr. scrin. h. lib. tit.* 19. 7 Sequentes in locum. 8 *l. 1. C. Th. h. t.* Castrensianorum varii gradus sunt: alii primi, secundi, tertii. 9 Vide *l. 12. s. de adsessorib.* 10 Supernumerariis, Castrensianorum alii supernumerarii, alii statuti. adde *l. 7. s. de palatinis h. lib. tit.* 24. 11 Schola vestis sacræ: ministeriani vestis sacræ. 12 *Movendam*, al. *utrumque deest.* 13 Forum militantes in schola vestis sacræ sortiuntur apud Magistrum officiorum. 14 Pactum seu conventio contra legem prohibitivam nullius est momenti. adde *l. 3. supr. ubi senatores.* 15 Forum sortiuntur Castrensiani omnes apud magistrum officiorum. 16 Castrensiani principum ministri, sacro ministerio vacare dicuntur. 17 Brevis, id est, notitia. Hæc tamen notitia desideratur hic. 18 *l. ult. supr. de pr. agentium in rebus h. lib. tit.* 22. Ministeriani conveniri non possunt, nisi ex scripto. 19 Se ipsi. 20 Sportulas conventionis reus executori præstat, quas tamen, si absolvetur, ab actore repetiturus est. *l. ult. supr. de pr. agentium in rebus h. lib. tit.* 22. *l. ult. supr. de fructibus & litium expensis. §. tripli.* 24. *Inst. de act. Novell.* 112. *cap.* 2. Et male quidam ab actore pro conventione rei aliquid dari executori colligunt ex *Novell.* 86. *c.* 9. quæ de sportulis Pedaneorum judicum loquitur, non executorum: male quoque ex *leg. ult. supr. de fructib. & litium expensis*, quæ de reo tantum loquitur a sportulis immuni, qui actorem eodem quoque jure uti pati debeat: ut ne denique ab actore possit petere eas sportulas, a quibus ipse sit immunis. Male quoque ex *d. l. ult. supr. de pr. agentium in rebus h. lib. tit.* 22. quæ loquitur de sumptibus litis & sportulis executorum. Sumptus in litem facit utraque pars: sportulas autem pro conventione dat solus reus: & ita post Placentinum videtur Cujacio *Novell.* 53. 21 Al. *præstandæque.* 22 Cognitionibus. 23 Privilegia liberorum ad parentes: maritorum ad uxores eorum interdum extenduntur. *Novell.* 105. *c.* 2. *l. ult. J. de priv. scholarum. h. lib. tit.* 30. vide tamen *l. 1. ff. de senatorib.* 24 Vades, fidejussores. 25 Et qui. 26 Ministeriani quas præstent sportulas. 27 Ministeriani conventi, committuntur fidei actuarii, vel unius ex prioribus ejusdem scholæ. 28 Constitutas. 29 Fidejussore. 30 Caverit. 31 Juratoria cautio alibi dicitur quæ hic adjuratoria. vide *l. in sacris* 12. *supra de prox. sacr. scrin. h. lib. tit.* 19. *adjutoriæ.* 32 Forum loci quisque sortitur, in quo crimen admisit, vel tributum aut muneris functio præstari debet, & breviter ministeriani omnes conveniendi apud magistrum officiorum, exceptis tributariis & criminalibus causis. 33 *In quib. codd. notatur constitutionem Græcam desiderari.*

34 *L. 6. C. Th.* 33. περὶ δεκανῶν *Synops. Basil. l. 6. tit.* 34. 35 Decani dicebantur, qui decem militibus præerant, qui nunc caput contubernii vocantur. Alc. *hic.* Erant autem ex ministerianis hi decani *l. 2. J. h. t.* 36 *Al.* incipit, Qui ex corpore, adde *l. 1. C. Th. h. t.* 37 Pervenerit. 38 Gerat. 39 Decani ex ministerianis erant, *ut hic:* quod & confirmat notatio, & *l. 1. J. de diversis officiis h. lib. tit.* 60. Ambros. 5. *epist.* 40 Protrahi. 41 Forum sortiuntur decani apud magistrum officiorum. 42 Committi.

43 *L. 6. C. Theod.* 34. *l. 12. §. 2. ff. de re militari.* 44 Mensores sunt, qui in castris ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in civitatibus præstant. hi etiam metatores dicuntur, Galli *fouriers.* 45 *lib. 1. Cod. Theod. h. t.* 46 Ultimi.

47 *l. 6. C. Th.* 35. ὅτι πρατικῶνται οἱ ἐν τῷ παλατίῳ στρατευόμενοι τῶν ἐν ἐπαρχίαις ἀρξάντων. *Syn. Basil.* 6. *tit.* 34. 48 *l. 1. C. Th. h. t.* vide *l. 1. s. de palatinis sacrarum largitionum. h. lib. tit.* 24. 49 Scrinia memoriæ, Epistolarum, libellorum. vide *l. 4. s. de prox. sacror. scrin. h. lib. tit.* 19. 50 Exigatur. 51 *l. 3. C. Theod. h. t.* 52 Vide *l. 1. s. de palatinis sacrarum largit. h. lib. tit.* 24. 53 Vide *l. 4. supr. de proxim. sacrorum scrin. h. lib. tit.* 19. 54 Nec. 55 Summariorum. al. *carmariorum.* male, sunt autem *turmarii* a turmis tyronum cogendis dicti. 56 Telonariorum forte. vide Alc. *hic.* 57 Pentaprotia significat quinque primorum munus, quos alibi constitutiones quinque summates vocant, sed Cujac. legit, *prototypiæ*, ut in *C. Theod.* quem hic vide. 58 Præstationem. 59 Adoptata. 60 *l. 11. C. Th. h. t.* id est, ex palatio. vide *l. 1. s. de palatinis sacrarum largit. h. lib. tit.* 24. 61 Sunt, qui emendant, *haustus vel pastus*, sed recta est excusa lectio.

perientes

perientes, & idonei non patiantur. Dat. 3. Non. Februar. CP. EUCHERIO, & SYAGRIO VV. CC. CONSS. 381.

Qui missionem meruerit ab officio, quod in Palatio Principis exercebat, anteferri debet omnibus aliis, qui post ad regendas dignitates, vel provincias sunt adsumpti. Bart.

4. Iidem VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Piniano P. U.

OMnes [1] qui in palatio militando, diversis actibus paruerint, volumus [in] tantum ejus dignitatis, cujus meruerint missionem, obtinere insignia, ut his omnibus præferantur in ordine, atque consessu, qui posteriori tempore regendas Provincias, dignitatesque susceperint palatinas. Si quis autem temeraria [2] usurpatione statuta violare tentaverit, sacrilegii pœnam [3] sustineat. Dat. prid. Non. Jul. *Mediol.* Acc. 4. Kalend. Septembr. HONORIO NB. P. [4] & EVODIO CONSS. 386.

TIT. XXX.
DE PRIVILEGIIS SCHOLARUM [5].

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & VALENT. AAA. Pletio Com. & Mag. Offic. [6].

VIris [7] spectabilibus Comitibus scholarum, verberandi [8] degradandive [9] Senatores, ac Ducenarios, licentiam denegamus: ea namque, quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam. Insuper etiam domesticos eorum, non Senatores, vel Ducenarios, Centenariosve fieri decernimus: pœna v. librarum auri plectendo, quisquis hanc divinam jussionem excesserit: scrinio vero barbarorum [10], si tale quid, vel attentari passum fuerit, vel attentatum contra leges non suggesserit, decem librarum auri condemnatione plectendo. Illud etiam observari, non sine ratione convenit, ne is, cui domestici officium per militiæ gradum, vel quinquennii tempus interdici censuimus, familiaritate comitis simulata, rem prohibitam alio nomine valeat usurpare. Dat. 16. Kalend. April. CP. CYRO CONS. 441.

2. Impp. LEO, & ZENO AA. Eusebio Mag. offic.

HAc lege decernimus, ut qui in singulis scholis militant, quique post emensa stipendiorum curricula ad Primiceriorum gradum perveniunt, & adorata nostræ divinitatis purpura, Virorum Clarissimorum Comitum meruerint [11] dignitatem: tam cingulo, quam privilegiis omnibus, sibimet competentibus perfruantur [12]: ac deinceps usque ad finem vitæ foro tuæ celsitudinis tantummodo subjaceant: nec ex alterius cujuslibet sententia civile subire litigium compellantur. In criminalibus sane controversiis, & in publicis tributis ita etiam [13] adversus tales viros provincias moderantium congruam jurisdictionem volumus observari, ne sub prætextu concessi privilegii, vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet utilitas.

3. Imp. ZENO [14] A. * Mag. Offic.

QUoties super causa civili, vel etiam criminali, ex sententia videlicet judicii tui culminis scholares, vel eorum conjuges (sive adhuc viverent earum mariti, sive post mortem eorum in viduitate constitutæ sunt) matresve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non specialiter alterius judicis jurisdictioni subjectam conditionem sortiti sunt, & servi ad eos pertinentes conveniuntur: minime eos [15] easve extranei [16] fidejussoris [17] exactione vexari: sed pro consuetudine vetustissima, & jugiter observata, numerarium suæ scholæ fidejussorem præbere jubemus: hoc videlicet observando, ut [18] in criminalibus causis quinque alios Primates [19] ex triginta Viris a Primicerio usque ad triginta retro numerandis, una cum numerario [20], volente scilicet & non recusante, præbeant fidejussores: aut recusantibus quinque (sicut dictum est) viris extraneis, in criminibus tantummodo publicis fidejussor una cum numerario [his] præbeatur: ita ut executoribus non amplius ab his quam unus solidus, sive per se, sive per Procuratorem respondere maluerint, præbeatur. §. 1. In subeundis autem cognitionalibus certaminibus quotiens causa fuerit arbitro delegata: pro contestatione litis unum solidum, & pro definitione ab arbitro recitanda alterum unum, & nihil amplius dari decernimus. §. 2. Quod si causa in judicio tui culminis ab ipsa contestatione litis, vel relatione judicis, aut appellatione interposita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius quam tres solidos, & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus instrumentorum, nomine editionis, quin etiam gestorum, duos tantummodo solidos dabunt. §. 3. Quotiens sane apud viros Clarissimos Provinciarum Moderatores, ex delegatione scilicet sententiæ tuæ Magnitudinis contra Viros Fortissimos Scholares, vel eorum conjuges, [vel] liberos, vel servos cognitio celebretur: non amplius quam dimidiam partem consuetorum sumptuum præberi decernimus: hoc etiam adjiciendo, ut qui acceptis commeatibus ad provincias profecti fuerint, usque ad quinque [21] mensium spatium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem super civili videlicet negotio (exceptis criminibus & tributariis functionibus) sustineant. Ne tamen ibi quoque, post quintum, scilicet commeatus mensem, ex sententia judicii tuæ Magnitudinis conventi, in exigendis fidejussoribus aliquod sentiant detrimentum: adjuratoriæ [22] eos cautioni jubemus committi. §. 4. Quotiens autem ex verbis, & sine ulla scriptis prolata sententia, iidem fortissimi Scholares, vel [23] eorum matres seu conjuges (ut dictum est) aut liberi, aut servi moneantur: nihil [pro [24]] ipsa executione sportularum nomine penitus eos, vel eorum matres, seu conjuges, aut liberos (secundum superius datam distinctionem) vel servos præbere decernimus. Sed si talis sit negotii vilitas, ut [25] etiam sine scriptis, consentientibus videlicet partibus, super eo possit cognosci: expectato sine scriptis (sicut dictum est) habendæ cognitionis eventu, si deteriorem calculum reportaverint, sportularum nomine unum tantummodo solidum executori præstabunt. Si vero causæ qualitas habendam in scriptis cognitionem flagitaverit, in hoc necesse est casu interlocutione in scriptis proferenda, ea quæ superius de quantitate sportularum [decidendarumque] cognitionum disposita sunt, observari.

TIT. XXXI.
DE CASTRENSI OMNIUM PALATINORUM PECULIO.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Severum P. U.

OMnes [26] Palatinos, quos edicti nostri jamdudum certa privilegia superfundunt, rem si quam, dum in Palatio nostro morantur, vel parsimonia propria quæsierint, vel donis nostris fuerint consecuti: ut castrense peculium habere præcipimus. Quid enim tam ex castris est, quam quod nobis conscii, ac prope sub conspectibus nostris acquiritur? Sed nec alieni sunt a pulvere, & labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui præsto sunt semper actibus [27]: quos intentos, & eruditos [28] studiis, itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. Ideoque Palatini nostri, qui privilegiis edicti uti potuerunt, peculia sua præcipua retineant, quæ dum in palatio nostro constituti sunt, aut labore (ut dictum est) proprio, aut donatione nostra quæsierint. PP. 10. Kalend. Jun. CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 321.

TIT. XXXII.
DE [29] EQUESTRI DIGNITATE.

1. Imp. VALENTINIANUS A. ad Mamertinum P. P.

EQuites [30] Romanos secundum gradum post Clarissimatus dignitatem obtinere jubemus. Dat. prid. Kalend. Novembr. *Philippopoli*, DIVO JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

TIT. XXXIII.
DE [31] PERFECTISSIMATUS DIGNITATE.

1. Imp. JUSTINIANUS [32] A. ad Paternum Valerianum.

COdicillis [33] Perfectissimatus [34] fruentur, qui impetraverunt, si abhorreant a conditione servili, vel fisco, aut curiæ obnoxii non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerint, nec rem alicujus administraverint.

TIT. XXXIV.
QUI [35] MILITARE POSSUNT, VEL NON POSSUNT: ET DE SERVIS [36] AD MILITIAM, VEL DIGNITATEM ADSPIRANTIBUS: ET UT NEMO DUPLICI MILITIA, VEL DIGNITATE ET MILITIA [SIMUL] UTATUR.

Quibus militaturus se offerre debet. 1. *De his, qui litis causa nomen militiæ dederunt.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antonio.

SI militiæ nomen dare vultis, offerte vos his, qui probandi jus habent. §. 1. Non autem ignoratis eos, qui litis [37] causa militiam appetierint, postulantibus adversariis solvi sacramento solere.

De his, qui militiæ nomen dant in fraudem civilium munerum.

2. Impp. [38] DIOCLET. & MAXIM. AA.

NOn tantum decurionum filiis, sed omnibus in fraudem [39] civilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodesse displicuit.

1 *l.* 13. *C. Th. h. t.* 2 *l.* 1. *supr. ut dignitatum ordo servetur. h. l. tit.* 8. 3 Al. *pœna.* 4 Id est, nobilissimo puero, *quo designabatur imperii successor*, olim Princeps juventutis dictus. Cujac. *hic.* Ans.

5 *Scholares* hic intellige militantes in sacro palatio. Alciat. *hic.* 6 *Al.* Impp. Theodosius & Valentinianus Florentio Magistro officiorum. 7 Conjunge *cum l.* 3. *supr. de off. mag. off.* 8 *l.* 3. *in fin. supr. de off. magist. off.* 9 Degradatio & regradatio fit quoque senatorum: ut & Episcoporum. Nov. Eodem regradandi verbo lex utitur in *l.* 3. *supr. de domesticis & protectorib. h. l. tit.* 17. Hieronym. *ad Pammachium & in Chronicis*, Solinus, *l.* 2. *in fin. C. Theod. de cursu publico*, *l.* 3. *ꝟ. de offic. Magist. offic.* Est vero Græcis regradatio καταβιβασμὸς. 10 Al. *Barbaricariorum*. ut & in *l.* 7. *in fin. supr. de palat. sacrarum largit. h. l. tit.* 24. al. *Barbariorum.* 11 Meruerit. 12 Persiniatur. 13 Et adversus. 14 Al. *Anastasius.* 15 Eos ex assueta. 16 Extranea. 17 Fidejussionis. 18 Scholastici dant fidejussorem numerarium, sive actuarium scholæ: in criminalibus triginta primates scholæ suæ. 19 Primates scholæ triginta. 20 Numerarius hic vocatur actuarius. *Novell.* 117. *cap.* 11. 21 Scholares (ii milites sunt) quibus commeatus datus est; intra menses quinque civiliter conveniri non possunt. 22 Juratoriæ: Juratoria seu adjutoria cautio. vide *l.* 12. *supr. de prox. sacrorum scrinior. h. l. tit.* 19. 23 Privilegia liberorum & maritorum extenduntur sæpe ad matres & uxores. vide *l.* 4. §. 1. *ꝟ. de Castrensianis. h. l. tit.* 26. 24 Al. *deest.* 25 Libellus estne de substantia judicii? Negat Azo. *arg. caus.* 11. *quæst.* 1. *can. si quis cum clerico.* 45. *cap. prout.* 4. *extr. de dolo.* cum possit expresso pacto remitti, *ut hic.* Alii contra putant libellum ad judicii substantiam pertinere. *Authent. offeratur ꝟ. de litis contest. cap.* 1. *x. de libelli oblat. cap. quoniam contra.* 11: *extr. de probat.* nec remitti ullo modo posse. sunt & qui putant tacite remitti posse; non expresse, *arg. l.* 2. §. *sed quia.* 4. *Cod. de juram. calum.* Alii in vilioribus causis omitti posse existimant, *argum. hujus l.*

26 Peculii castrensis jus datur omnibus in palatio militantibus, in iis, quæ tempore militiæ adquisiverunt, vel ex donis principum, vel ex sua parsimonia, sive tempore ipsius militiæ, sive ea completa. *Syn. Basil.* 57. *tit.* 8. *ex lib.* 55. *tit.* 2. *c.* 21. 27 In actibus. 28 Eruditis.

29 L. 6. *C. Th.* 36. περὶ ἀξιωμάτων ἱππέων, καὶ περὶ ἀποεπάρχων, de dignitatibus equitum & expræfectis. *Syn. Basil.* 6. *tit.* 35. 30 *l. unic. C. Th. hoc tit.*

31 L. 6. *Theod.* 37. 32 *Al.* Constantinus A. 33 *l. un. C. Theod. hoc tit.* 34 *Perfectissimi* dicuntur præses Arabiæ, *l.* 4. *C. Theod. de pœnis.* & Dalmatiæ a Mariano, & magister census, *l.* 30. *supr. de episc. & cler.* & primicerii scriniorum, *l.* 7. *supr. de pal. sacr. larg. l.* 7. *C. Theod. de privil. cor. qui in sacr. pal. mil.* & olim duces auctore Marcellino *lib.* 21. Erat & *Egregiatus* quædam dignitas, *l.* 1. *C. Theod. de murileg. l.* 1. *Cod. Theod. de hon. eod.* Mod.

35 De decurionum filiis, *l.* 2. colonis saltuensibus, *l.* 3. curialibus cohortalibus, *l.* 4. servis, *l.* 6. *l.* 7. *J. h. t.* Quid hæretici? placet summopere; quod ad Christianos milites pertinet precationis formula militibus a Constantino in hanc sententiam præscripta: *Te unum Deum novimus, te agnoscimus regem, te opitulatorem invocamus. Tu victoria nostra es: per te hostes vincimus. Tibi accepta ferimus bona, quibus fruimur, omnia. Reliqua abs te uno expectamus; te supplices precamur, ut Constantinum, principem nostrum, ejusque filios diutissime serves incolumes.* Eusebius 4. *de vita Constantini.* Hæc magnus Imperator: cujus exemplo optabile esset, ut qui armato præsunt, formulam precandi similem aliquam præscriberent, neque ἀθέους plane milites esse sinerent. 36 Vide *l.* 6. *l.* 7. *J. h. t.* 37 Litis causa militiam appetere non licet. *l.* 5. *ff. ex quibus causis majores. l.* 91. *ff. de heredibus inst.* adde Petr. Fabr. 1. *semestr.* 26. 38 *Al.* Alexander. 39 Fraude.

De colonis, & saltuensibus.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [1] * Mag. utriusque militiæ.

CUra pervigili observare debebit sublimitas tua, ne coloni, vel saltuenses, aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam [2], aut cogantur inviti.

De curialibus, & cohortalibus.

4. Imp. LEO A. Dioscoro.

OMnes omnino curialis, vel cohortalis conditionis constituti nullam armatam militiam in posterum arripiant.

Ut nemo duplici militia, vel dignitate, & militia simul utatur.

5. Imp. JUSTINIANUS [3] A.* Mag. Offic.

HIs [4] quidem [5] quibus indultum hactenus demonstratur, quo binis [6], aut ternis, pluribusve mereantur [7] cingulis, non conjunctis ex prisca consuetudine, sed abjectis [8], atque discrepantibus, detur electio, quem retinendum sibi potius censeant, quem deserendum cognoscant: ut in eo, quod optaverint [9], firmiter maneant: eo, quod despexerint, sine dubitatione repellantur. In posterum vero nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus quam unius ordinis nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (ut dictum est) binis pluribusque militiis, nec dignitatem conjungere cuilibet alii cingulo concedendis [10], ut & qui supplicandum de re vetita nobis existimaverint, pœna decem librarum auri pro temeritate quamvis infructuosa plectantur: & qui susceperint jussionem Augustam per surreptionem elicitam (quod nonnunquam contingit) decem librarum auri multa feriantur, scriniis etiam, necnon officiis, quorum hoc interest, si non restiterint, & [11] hanc pragmaticam legem abjecerint [12], decem librarum auri [dispendio] puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur, sciant omnes, quod extra [13] concessum admissum est, aut actum fuerit, vel notis conscriptum publicis, simile habeatur, ac si nec impetratum nec pronuntiatum omnino, nec insertum esset ullis matriculis: scituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis, sive civilibus administrandas provincias, seu gerendos quoslibet numeros, vel jam sunt, seu de cætero fuerint jussione nostra sortiti: & ut servetur eis gradus, Augusta promeriti sanctione parem indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerint sollicitudinem, aut in priori cingulo protinus persistendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam sollicitudo media præstiterit: aut retinendi splendorem, quem acquisierint administrationis obtentu: verum priore cingulo desistendi. Monente [14] tamen innata nobis clementia, liberum esse cunctis perspeximus [15], si militia, qua decedendum est, inter [16] eas habeatur, quas volentibus [17] licet distrahere: & in alios eam conferendi, & pretia consequendi: prout in iisdem agminibus consueverit hactenus: excipiendis [18] videlicet, nec deducendis in hanc perpetuo conservandam legem pragmaticam his, qui binas militias simul [19] compositas, & sociali nexas consortio fuerint adsecuti: ut in Viris Devotissimis [20] Scholaribus, atque candidatis fieri moris est: necnon in viris Devotis Laterculensibus, & Pragmaticariis, vel a secretis contingit: quos memoriallum, aut etiam agentium in rebus adornat cingulum [21], & si qui simili stipendiorum junguntur copula.

De servis.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SUper [22] servis, qui postea ad quandam militiam adspirare tentaverint, vel scientibus, vel ignorantibus dominis, præcipimus, siquidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem Judicem, & suam ignorantiam [23] (eo [24] quod contrarium minime probatur) ostendere, eoque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere [25]. † Sin [26] vero scientibus [27] his servi militarint, cadere quidem eos, non tantum dominio eorum, sed etiam omni patronatus jure: illos vero ingenuos effectos, siquidem utiles ad militiam eis datam visi fuerint, in ea durare: sin vero minime idonei sint, ea privari. Super illis autem servis, qui jam militaverunt, & adhuc in eadem militia perseverant, licentiam damus dominis intra triginta dierum spatium ab [28] eo tempore connumerandorum, quo præsens sanctio divulgata fuerit, vel nostram adire clementiam, vel competentes judices, & suam ignorantiam [29] commendare, eosque in suum dominium recipere. Quo tempore transacto, simili modo, tam dominio, quam omni patronatus jure cadere eos necesse est.

7. Idem A. Joanni P. P.

SI [30] quis [31] servum suum dignitatem habere, quemadmodum militiam, fuerit passus: spolietur, & dominio servi, & jure, quod pertinet [32] ad patronos. *Cui enim ferendum est, homines a nostra manu donationes accipientes, adhuc inter servos haberi, & forte cum suis dominis nostram purpuram adorantes?* In his itaque casibus, in quibus non militia, sed dignitas, volentibus dominis, servis acquiritur, eadem jura serventur [33], quæ antea posita sunt: ne videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. † Sciant autem domini ad exemplum præteritæ nostræ constitutionis, quæ de hujusmodi servis loquitur, quod nisi hoc intra triginta [34] dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifestaverint, & competentem judicem adierint, & spoliare eos dignitatibus curaverint: dominium eorum, & jus patronatus amittant: nobis deliberantibus, postquam dominio servi fuerint liberati, & inter ingenuos [35] connumerati, si oporteat eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos [36] spoliari [37].

Ne quis duplicem habeat militiam.

8. Constitutio desideratur. Ejus sententia ex lib. 57. Basil. hæc est doctiss. Cujacio referente.

HÆc constitutio Græca confirmat primam constitutionem hujus tit. qua cavetur, ne quis eodem tempore duas militias habeat, adjiciens, ne quis aliam militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur: & exigit, ut apud acta quisque deponat, utrum malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem statuit tempus trium mensium intra quos ex quo præsens constitutio promulgata fuerit, adeat quisque in urbe Comitem privatarum, in provinciis præsides, & suam voluntatem exponat. Quo tempore elapso, præcipit Constitutio, ut si plures habeat militias, unam tantum retineat: si militiam & epistolas tribunorum notariorum, tribunus tantum maneat: si militiam & Comitis dignitatem, militiam amittat, dignitatem [38] Comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente: Quod si quis militiam habens fiat præses provinciæ, & ut sibi gradus servetur a principe promeritus sit, jubet Constitutio tunc gradum ei militiæ servari, nec uti eum dignitate ex provinciæ administratione conquisita. Quod si quidam utramque retinere studeant, & forte duplici militia utantur, utramque amittunt. Definit & in eosdem pœnam viginti librarum, etiam si sacram formam huic Constitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præsides, qui eam susceperint.

TIT. XXXV.

NEGOTIATORES [39] NE MILITENT.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

EOs, qui vel in hac alma urbe, vel in provinciis cuidam [40] ergasterio præsunt, militare de cætero prohibemus, exceptis argenti distractoribus, qui in hac alma urbe negotiantur. Hos enim utpote utiles omnibus [41] contractibus, armata quidem militia penitus abstinere sancimus: aliam vero quamcunque sine metu præsentis sanctionis posse sibi acquirere.

† Si qui vero negotiatores [42], quos omni militia prohibuimus, jam militarunt: eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam vero retinere: scientibus quod si postea negotiantes appareant, militia privabuntur. Quod & in argenti distractoribus hujus almæ urbis, si armatam militiam jam sortiti sunt, tenere volumus: ut relicta negotiatione liceat eis in eadem militia [43] durare. Negotiantes [44] etenim post hanc sanctionem, hujusmodi militia privabuntur: illis, qui ad armorum extructionem suam professionem contulerint, minime prohibendis ad competentem suæ professionis venire militiam, & hujusmodi negotiationem nihilominus retinere.

TIT. XXXVI.

DE RE [45] MILITARI.

De postliminio.

1. Imp. ANTONINUS A. Annæ militi.

STipendia & donativa temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso [46] restitutoque, non jure desideras.

De his, qui 20. stipendia impleverunt.

2. Idem A. militibus cohortis primæ.

VIginti [47] stipendia si implestis, sordida munera [militiæ [48]] vobis non indicentur.

1 *Al.* Diocl. & Maximian. AA. 2 Armari, aut. adde *l.* 19. *supr. de agric. & censit. l.* 11. *tit.* 47. 3 *Al.* Justinus. 4 Eis. 5 Duas militias diversi generis, aut dignitatem & militiam eodem tempore quis habere non potest. *Ex Bart.* 6 Duas militias, duasve dignitates nemo eodem tempore habere potest: ut ne vel duplicem obeat militiam, vel dignitatem cum militia. Qui secus facit, pœna decem librarum auri multandus: nec quidquam ex eo fructus consequitur. *Syn. Bas.* 56. *tit.* 1 *cap.* 42. adde *l.* 10. §. 1. *supr. de proxim. sacrorum scriniorum. h. l. tit.* 19. *l.* 1. *vers. illi quoque. supr. de præposit. agent. in reb. h. l. tit.* 21. *l.* 10. *ff. de munerib.* 7 *Mereant*, forte: aut certe *utantur.* 8 Abjectis. 9 Adoptaverint. 10 Concedi. 11 Nec. 12 Objecerint. 13 Contra consensum. 14 *Moderante tamen:* hanc quoque varietatem notavit Accursius. 15 Prospeximus. 16 Militiarum plura sunt genera, *Novell.* 35. & 53. 17 Militiæ quædam vendi possunt. Talis fuit militia silentiariorum. *l.* 30. *in fin. supr. de inofficioso testam.* domesticorum, *l.* 6. §. 3. *supr. de advocat divers. jud.* adde *Nov.* 53. alii neque vendi, neque pignorari possunt. *l.* 5. *supr. quæ res pignori.* 18 Excipiendi. 19 Militiæ duplices esse, hoc est, conjungi possunt. Ita beneficiarii beneficia alia aliis adjungunt & cumulant. 20 Dicatissimis. 21 *Cingulis, in vet. plerisq. lib.* 22 *Eclog. lib.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 57. *tit.* 1. *cap.* 43. & *lib.* 57. *tit.* 1. *c.* 4. vide *l.* 11. *ff. de re milit.* 23 Innocentiam, Cujacius, *ex vet. l. & Græcis, qui vertunt* ἀθῳότητα. 24 *l.* 7. J. *hoc tit. l.* 4. *supr. de præposit. sacri cubic. h. l. tit.* 5. *Nov.* 123. *c.* 17. 25 Protrahere. 26 Probatur aut præsumitur ignorantia facti alieni, nisi scientia probetur, *ut hic, & l.* 21. *ff. de prob.* nisi, quod ignoratum dicitur, in fama vulgi fuerit; *l.* 30. §. 3. *ff. de adq. hered.* aut notorium fuerit, *l.* 11. §. 3. *ff. de institoria act.* aut factum proprium etiam contineat, alieno conjunctum, *l. ult. ff. pro socio.* vel nisi agitur de facto vicini, *l.* 9. *supr. de nuptiis, l.* 55. *ff. locati.* consanguinei, *l.* 7. *supr. de in integr. restit. l.* 37. *s. de lib. causa.* domestici, *l.* 8. §. 6. *supr. de repud. l. ult.* §. 10. *supr. de jure delib. l.* 3. *supr. de negot. gest.* adde *Nov.* 90. *c.* 1. Nominis etiam proprii ignorantia non præsumitur. adde Socinum *regul.* 176. *cap.* 174. 27 Servus militiam vel dignitatem sciente domino adeptus, neque in potestate domini est, neque ejus libertus, sed ingenuus plane, *ut hic.* & *l.* 7. J. *h. t. l.* 3. §. 6. *supr. de bonis libert.* Augustus tamen necessitate cogente libertinis militibus usus est: Quin servos viris fœminisque pecuniosioribus indixit, ac sine mora manumissos sub priore vexillo habuit. Sueton. *August.* 25. Quid? libertus patrono consentiente miles factus, num patronatus jure solvitur? Quidam ita putant: alii velut ingratum in servitutem, eo facto, revocari posse notant: quorum neutrum probat Cujac. *c.* 10. *de pr.* Quid? negotiatores possuntne milites esse? non possunt. vide *l. un. infr. tit. prox.* 28 Vide quæ ad hunc locum scripsi *l.* 7. J. *h. t.* 29 Innocentiam. 30 *Synopsis Basil. d. tit.* 1. *cap* 41. vide *l.* 11. *ff. de re milit. l.* 6. *supr. h. t.* 31 Dominus patiens servum in dignitate esse, privabitur dominio, & jure patronatus. *Bart.* 32 Pervenit. 33 Reserventur. 34 Militiam adeptus servus ignorante domino, si militare eum postea compererit dominus, neque infra dies triginta a domino revocatus fuerit, in potestate domini esse desinit: neque libertus fit, sed ingenuus, *ut hic. l.* 6. *supr. h. t.* Spatium autem illud triginta dierum non omnibus servis præscribitur, sed iis, qui tempore constitutionis sextæ s. *h. t.* militabant, non iis, qui postea militaverint: quod & Latinos & Græcos interpretes non animadvertisse notat Cujac. *c.* 1. *de tempor.* adde quæ scripsi ad *leg.* 7. *in fin. ff. de publ.* 35 *d. l.* 6. *hoc tit.* 36 Indigni sunt. 37 Expoliari. 38 Τὴν ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος, id est, dignitatem Comitis consistoriani, quanquam & is Comes sit primi ordinis, sic *Nov.* 13. ἢ τῶν περιβλέπτων κομήτων τοῦ ὑψηλοτάτου βήματος ἢ τῶν λαμπροτάτων. vide Cujac. 7. *obs.* 10.
39 Al. *De negotiatoribus ne, &c.* Militare negotiatores prohibentur, *ut hic*, ut & servi, vide *l.* 6. *l.* 7. *s. tit. pr. l.* 11. *ff. de re milit.* vide Sidonium primo *epist.* adde Forner. 2. *select.* 3. 40 *l.* 6. *s. de dignatib. l.* 1. *supr. de præpositis agentium in reb. h. l. tit.* 21. *l.* 12. *in fin. infr. de cohortalib. h. l. tit.* 58. 41 Omnium. 42 De negotiatorum utilitate & prohibita militibus negotiatione, vide Forner. 2. *select.* 3. 43 Provincia. 44 Negotiatores.
45 *L.* 7. *C. Theod.* 1. *L.* 49. *D.* 16. 46 Reverso. *Goth.* Accipienda est hæc lex non de ab hostibus capto, qui si redierit, non expungitur stipendiis & donativis, *l. pen. ff. h. t.* sed de transfuga militiæ a Principe restituto, qui non accipit stipendia & donativa ejus temporis, quo apud hostes fuit, *l.* 5. J. unde constat errare Bartol. qui non videtur satis considerasse τὸ *restitutoque.* Mod. 47 *l.* 9. *s. quando provocare.* Qui viginti annis militavit, a sordidis muneribus immunitatem consequitur. *Syn. Basil.* 57. *tit.* 3. *c.* 2. Ita militiæ justum tempus viginti anni (Idem etiam tempus civilium munerum vacationem præstat.) Justum, inquam, tempus militiæ 20. anni, *ut hic.* & *l.* 9. *s. quando provocare, l.* 1. *supr. de excusat. veteran. l. ult. s. de his, qui non impletis stipend. l.* 10. *tit.* 54. Idem etiam beneficium Pannonicis legionibus datum a Tiberio. *Dion.* 57. antea annis 25. 9. Isid. 1. Servius 2. *Æneid.* Sub Augusto annis 12. Prætoriani militiæ adstricti. *Suet. Tacit.* 1. *Dion.* 54. Atque ita restringi potest formula sacramenti, quæ extat apud 2. Vegetii, scil. qua milites jurant, se militiam nunquam deserturos. Non tantum autem vicennio, sed vel valetudine, vel ætate indulgentia, vel missio impetrabatur. *l.* 2. *ff. de veteranis.* 48 *Al. deest.*

De

De ignominiosa missione.

3. Idem A. Juliano.

[Milites] ignominia [1] missi cum infamia notentur: nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus [2] deferri solent, uti possunt, habeant autem morandi, ubi velint, potestatem, præterquam in eis locis, in quibus specialiter arguentur [3].

De desertoribus.

4. Imp. ALEXANDER A.

DEfunctorum [4] in desertione [5] bona confiscari divus Marcus, & Antoninus pater meus constituit.

5. Imp. GORDIANUS A. Valentino, & aliis militibus.

CUm allegatis septem annos in desertione egisse maritum sororis vestræ, & indulgentia nostra esse restitutum: non recte desideratis, ut id tempus, ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra, residuo militare debebit: ideoque nec [6] stipendia temporis, quo in desertione fuerit, exigere poterit.

De causaria missione.

6. Idem A.*

SEmel causaria [7] missis militibus, instauratio non solet concedi [8] obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quando non temere dimittantur, nisi quos constet medicis [9] denunciantibus, & Judice competente diligenter examinante, vitium contraxisse.

De militari, vel paganico delicto.

7. Idem A.

FRustra vereris, ne nota, quæ propter delictum militare intercessit, existimationem tuam jam veterani læsisse videatur: maxime cum nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personam, notatos milites, post missionem placuerit esse famosos.

De causaria missione.

8. Imp. PHILIP. A.

CAusaria [10] missus, nulla existimationis macula adspergitur.

De eo, qui barbaris prædandi facultatem dedit, vel cum eis prædam divisit.

9. Imp. CONSTANTINUS A. & Cæsar.*

SI quis [11] barbaris [12] scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diviserit, vivus [13] comburatur [14]. Dat. 4. Kal. Maji, SEVERO & RUFINO CONSS.

De familiæ appellatione.

10. Idem A. Titiano P. P.

QUicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad [15] se venire meruerint, non amplius quam conjuges, liberos, servos etiam de peculio castrensi emptos, neque adscriptos censibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. Dat. 3. Kal. Jun. LIMENIO, & CATULINO CONSS. 349.

Ut tribuni, vel milites in mansionibus solitis maneant.

11. Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

TRibuni [16], vel milites nullam [17] evagandi per possessiones habeant facultatem: sed cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant. at si quis tam necessaria scita contempserit: de eo, ac tribuno ejus ad nostram scientiam Rectorum, ac Defensorum relationibus protinus referatur, quatenus severissime in eos animadvertatur. Dat. 4. Id. April. CP. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Si exercitus in ripa consistat.

12. Iidem AA. Richomeri comiti & Magistro utriusque militiæ.

CUm [18] supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit: ideo provida auctoritate decernimus, ut nullos omnino immundo [19] fimo sorditatis fluentis commune [20] poculum polluat: neve abluendo equorum sudores [21] deproperans publicos oculos nudatus incestet, sed procul a cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum hoc ipsum faciat.

Ne milites sibi vacent, vel aliena obsequia peragant sine nutu principis.

1. De accessu ad Comitatum. 2. De militibus vagis.

13. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Romuliano P. V.

NEmo [22] miles ex his, qui præsentes divino [23] obsequio nostræ clementiæ deputati sunt, & qui in hac alma [24] urbe præsente [25] Comitatu concessi sunt, quive de aliis numeris, vel legionibus sunt, vel [26] sibi vacet, vel aliena [27] obsequia sine nutu principali peragere audeat: qui autem in hujusmodi facinore fuerint convicti: militia exuti pœnas consentaneas luere compellantur: hi vero, qui in privato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri multæ nomine feriantur. §. 1. Si vero quisquam missus a numero [28], vel a Tribuno ad Comitatum Serenitatis nostræ pervenerit, (aliter enim eos hoc facere vetamus) illico se viris illustribus comitibus sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet: & causas profectionis exponat: ut & responsum cœleste mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem. §. 2. Si [29] quos autem milites per Provincias relictis propriis numeris passim vagari [30] præsides earum cognoverint, correctos [31] facient custodiri, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat decernamus. Dat. Kal. Febr. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De militibus a numeris ad alios numeros non transferendis.

14. Iidem AA. Stilichoni magistro militum.

COntra [32] publicam utilitatem nolumus a numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur Comites, vel Duces, quibus regendæ militiæ cura commissa [33] est, non solum a Comitatensibus [34] ac Palatinis [35] numeris ad alios numeros milites transferri non licere: sed ne ipsis quidem [36], [seu de Comitatensibus legionibus, seu de castris riparensibus [37] castrensianis,] cæterisque, cuiquam, eorum transferendi militem copiam attributam: nisi hoc Augusta majestatis publicæ utilitatis gratia fieri jusserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire: quod si quis contra fecerit, per singulos milites singulas auri libras a se noverit [38] exigendas. Dat. 14. Kal. April. *Mediol.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Quibus rebus milites vacare debent.

15. Imp. LEO A. Aspari Magistro militum.

MIlites [39], qui a republica armantur & aluntur, solis debent utilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui, sed propriæ muniis insudare militiæ, nullum præterea ex militibus posthac prædictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur: sed frequentes in numero suo esse jubeat: ut armorum quotidiano exercitio ad bella se præparent. Quod si quis ex militaribus Judicibus ullos militum tam divinis quam regiis, vel privatis domibus ac possessionibus, diversisque aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputandos: sciat se ab [40] eo, qui contra vetitum fecerit, & ab eo, qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. Dat. prid. Non. Jul. CP. LEONE A. CONS. 458.

Milites civilem curam non debent adsumere. Bart.

16. Idem A. Dioscoro.

MIlitares Viros, civiles [41] curas arripere prohibemus: aut si aliquam hujusmodi sollicitudinem forte susceperint, & militia statim & privilegiis omnibus denudari decernimus, formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obviam ire tentaverint.

Milites fieri per probatorias Principis tantum.

17. Imp. ZENO A.* Magist. milit.

NEminem in ullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis [42] sacra probatoria in posterum sociari concedimus, consuetudine quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ Magisteriæ potestati, vel Ducibus probatorias [43] militum facere, vel militibus adjungere licentiam tribuebat: ut hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui a nostra divinitate probatorias consequuntur. Viros autem Eminentissimos pro tempore Magistros militum, nec non & viros Spectabiles Duces, si supplere numeros pro his, qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putaverint, veritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui, & quanti, & in quo numero vel limite debeant, surrogari: ut ita demum, prout nostræ sederit majestati, divina subnotatione subnixi militiam sortiantur: officio quod [44] tuæ sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra serenitas, fuerint violata.

De Judicibus militum, & controversiis dirimendis.

18. Imp. ANASTASIUS A. Joanni Magist. milit. præsentalium [45].

1 *l. 1. l. 2. §. ignominia. 2. ff. de his, qui notantur, l. unica supr. de infam. l. 10. tit. 57. l. 2. supr. de dignitat.* 2 Omnibus. 3 *Arceatur*, Cujac. & ita legitur in *lib. Aured. & Dionys.* 4 Si quis fossati (Græcis est φωσσάτον) desertor factus, mortuus fuerit, bona ejus confiscantur. *Synops. Basil. ibi c. 4.* 5 *l. 1. supr. si reus vel accusator mortuus.* 6 *l. 10. §. 1. ff. h. t.* 7 Vide *l. 38. §. 1. ff. de milit. test. l. 8. infr. hoc tit.* 8 Non solvuntur enim militia milites ob adversam valetudinem, nisi denunciarint archiatri perpetuo eos vitio laborare. unde non mirum, si ex hac causa dimissi non temere restituuntur militiæ. vide porro Cagnol. *in proœm. ff. ad princ. num. 32.* Doct. ad *c. proposuisti. de probat.* Guid. Papæ *sing.* 491. Bolog. *cons.* 5. Marsil. *sing.* 127. Sylvam Nuptial. *l. 3. num. 6. ante fin. cum seq.* Mod. 9 Probatio est infirma medici referentis e vulnere & cicatrice vulnerati, nisi judex vel adsessor in acta jusserit referri, medicum, re tota diligentius explorata, de vulnere retulisse. vide Corset. *sing. Medicus.* 10 Causaria missio quid? adde *l. 6. C. h. t. l. 2. C. de his, qui non impletis stipend. l. 10. tit. 54. l. 8. §. 5. ff. de excus. tut.* 11 *C. Theod. l. 7. tit. 1. l. 1.* 12 Barbari dicuntur, qui Romano Imperio non parebant. *l. 26. C. de Episcop. & cler.* Sic & in *l. 6. in fin. ff. de bon. damnator.* S. L. 13 Κεφαλικῶς τιμωρεῖται hac sententia. Qui hostes provocat, aut hostibus Romanos tradit, capitali pœna adficitur. 6. Harm. 8. Porro de ignis supplicio & vivicomburio dixi ad *l. unic. C. de Nili aggerib.* 14 *Amburatur, in C. Theod.* 15 *l. 3. C. Theod. hoc tit.* vid. *l. 26. §. 1. ff. de pactis dotalib.* milites, quibus permittitur familias suas ad se vocare, nonnisi uxores, liberos, servosque suos castrenses, vel accersere, vel circumducere possunt, ut hoc ex loco servemus, militibus interdum licuisse suas conjuges circumducere & comites habere, *ut hic*, quod & præsidibus & magistratibus Romanis permissum Senatusconsulto quoque. *l. 4. §. proficisci 2. ff. de offic. procons.* sic Apostolis licuit ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν. 1. *Cor. 9. v. 5.* ut ad milites revertar, eorum uxoribus id privilegium datum est, ut iisdem privilegiis, quibus milites donati sunt, defenderentur. *l. 2. supr. uxoribus militum.* Interim hic quoque notandum, bonos principes mulierum, puerorum & servorum multitudine, ut & lustris ac lupanaribus impedimenta militaria onerari noluisse. His addenda, quæ de focariis militum alias dixi. 16 *l. 12. C. Theod. hoc tit.* 17 Vid. *l. 13. in fin. J. h. t.* 18 *l. 13. C. Theod. h. t.* Quoties ad ripas legiones consistunt: nemo militum flumen sordibus inficere (Græci ῥυπαίνειν) audeat: aut in oculis commilitonum nudari, sed infra tentoria sua equos abluat. *Synops. Basil. ib. c. 13.* quod summo sane pudore factum, quodque nobis hodie probro est: in militibus etiam nudata corpora principes non tulisse, qui summa inverecundia nudos omnimodo in publicis fluviis lavari æstate sinimus & spectamus. 19 Vid. *l. 1. §. 1. ff. de extr. criminib.* 20 Commune poculum appellat ipsa flumina, quorum usus omnibus patet. 21 Sudore. 22 *l. 17. C. Theod. hoc tit.* 23 Diurno. 24 Clara. 25 *Al. præsentes esse comitatus.* 26 *l. 15. l. 16. infr. h. t. l. 31. supr. de locato.* Forn. 2. *select.* 3. 27 Miles aliena negotia sine nutu, id est, permissu principis tractare non potest. 28 Numeratio. 29 *l. 11. C. hoc tit. l. 4. in fin. ff. hoc tit.* 30 *l. 16. C. Theod. h. t.* 31 Correptos. 32 *l. ult. C. Theod. h. t.* 33 Concessa. 34 Comitensibus. 35 *l. 7. supr. de palatinis h. l. tit. 24. l. 2. supr. de heredit. dec.* 36 *Pro inclus. leg.* pseudo-comitatens. legionibus seu de castris riparensibus castrensianis. *sic* Cujac. *lib. 1. obs. 25.* Cont. 37 Riparenses, qui in limitibus Imperii excubabant contra Barbaros. *Alc.* 38 Vid. *ad hanc legem* Flor. *de post. hum.* & Ambros. 1. *offic. & conjunge l. 31. supr. de locat.* 39 Vid. *l. 13. supr. hoc tit. l. 4. supr. de offic. magistri militum.* 40 Sciat & ab eo. 41 Militibus civilia negotia mandari non debent, *l. 13. in pr. C. hoc tit.* 42 Nominis. 43 Miles fieri debet per probatoriam principis tantum, non per probatoriam magistrorum militum vel ducum. 44 Quod in. 45 Præsentales milites, qui ex præsenti comitatu, cujus appellationis duo magistri militum fuere, teste Marciano. Ita magisterium præ-

TAm Collatores & Provinciales, quam fortissimos milites, prout oportet, gubernari, minimeque læsionem aliquam seu dispendium perpeti, properantes, esse necessarium prospeximus [1], dicatissimos milites, qui [2] de diversis præsentalibus [3] numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum jussionibus obedire: ut quicquid emerserit quod pro communi securitate curandum est: hoc protinus, utpote militari præsidio in proximis locis constituto, competens possit mereri [4] remedium: ita videlicet, ut etiam agentibus causas tam criminaliter quam civiliter, præfati milites jam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententiis seu præceptionibus ejus, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excelsæ tuæ sedis, sub cujus jurisdictione consistunt [5], quam eorumdem ducum respondeant. §. 1. Eo scilicet observando, ut ad responsum [6], quem de officio tuæ sublimitatis huc usque ad prædictam Magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus inhæsurus [7] mittatur, tam per se, quam per adjutores suos eosdem judices observare, & jussiones eorum implere curaturus [8]: licentia [ei] non deneganda, & adresponsum [9], qui de officio alterius Viri Excelsi Magistrum militum præsentalium [10] pro hac nostra dispositione destinatur, in locis, in quibus apparitionis tuæ sublimitatis ad responsum [non] contigerit reperiri, suam sollicitudinem pro emergentibus maxime causis peragere: cujus etiam illi qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem, ut non tantum per adjutores suos adresponsum, sed etiam invicem se adjuvando, nec publicis, nec privatis causis, vel executionibus abesse videantur: ad singulos etenim duces adresponsum de apparitoribus [11] nostris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites nostros augeri contingat. §. 2. Ut autem omnifariam tam publicæ commoditati, quam fortissimis prospiciatur militibus, sportularum [12] nihilominus exactionem merito censuimus moderandam [13]: & jubemus nec ipsis adresponsum, nec Adjutoribus eorum pro criminalibus, seu civilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus quam unum solidum a singulis, vel nolentibus, vel spontanea voluntate offerentibus suscipere militibus: ita ut si [14] universitas numeri, seu principiorum monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant: in his etenim causis nec [15] plures quam duos primates [16] quorum nomina semel, ac primum gestis intervenientibus fuerint publicata, patimur conveniri: syndico [17] videlicet prout consuetudo deposcit, legibusque cautum est ordinando. §. 3. Hoc quoque adjecto, ut pro omnibus [18] quibuslibet expensis faciendis [19] ingressus [20] in judicio duciano [21] unum tantummodo [22] solidum, nihilque amplius milites, vel syndici litigantes dependere compellantur: ut hujusmodi solatium ad commodum adresponsum [23], & ejus adjutorum & exceptorum proficiat: nihil sibi usurpare, vel suo nomine poscere, vel viris devotis principibus [24], qui ducianum observant [25] judicium, vel ducianam apparitionem de præfatis litibus concedendis: ita videlicet, ut super litis expensis, in personis etiam eorum quicunque milites pulsare maluerint, eadem forma servetur. §. 4. Erit autem arbitrii [26] atque æstimationis virorum spectabilium ducum, pro qualitate negotiorum, vel quantitate quæ devotissimis militibus ab adversariis eorum ingeritur, vel [27] suam audientiam interponere litigiis, vel eorum discussionem dicatissimis principiis seu arbitris in locis degentibus committere. §. 5. Quibus Viris Spectabilibus Ducibus, & eos observantibus adresponsum, seu Adjutoribus eorum curæ sit, si quando ad eosdem Duces milites [28] accersiti [29] fuerint, vel de locis, in quibus constituti sunt, moveri præcepti, ne quolibet modo curiales, seu Collatores [30] quibusdam afficiantur dispendiis: ita scilicet, ut pro militibus inspiciendis quandocunque voluerint viri spectabiles duces etiam præsentales devotissimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis convocare [31] procurent. §. 6. Sin vero etiam necessitate poscente milites ad alia perveniant loca, læsionibus contra [32] curiales, seu collatores nihilominus modis omnibus abstineant: & si [tam] in eundo [quam redeundo] triginta tantum dies oporteat eos proficisci, ipsi suas expensas sibi præbendas (collatoribus, seu curialibus minime prægravandis) suscipere non cessent: sin autem ulteriore tempore in aliis locis necesse sit eos commorari, expensas eis ulterioris [33] (ut dictum est) temporis, ad quæ pervenerint loca, ministrari. §. 7. Quoniam vero comperimus quosdam temerario animo atque iniquo proposito, anteriore tempore certos de memoratis militibus tam in judicio sublimitatis tuæ, quam apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse: & [eosdem [34]] eodem [35] tempore ad diversa quoque protraxisse judicia: diversasque [36] super iisdem personis, iisdemque causis, & negotiis prolatas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ, tantaque confusio querelis quas eis ingeri contigerit, generentur: nemini liceat apud sedem Magnitudinis tuæ accusatione contra militem seu milites præsentales deposita, conventioneque oblata, eundem vel eosdem criminaliter, vel civiliter per jussionem virorum spectabilium judicum, vel ducum inquietare, antequam negotium ex priori actione prioreque conventione finem legitimum sortiatur. §. 8. Idemque versa vice observari, ut si quidem miles, seu milites præsentales provisione [37] Viri Spectabilis Ducis incusati, ac admoniti fuerint: incusatori [38] licentia denegetur agenti postulationem, seu accusationem in judicio tuæ sublimitatis contra eundem militem, vel eosdem milites deponere: nec si eundem, vel eosdem tam criminaliter quam civiliter obnoxios esse firmaverit, facultatem eidem agenti superesse: & separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis judicium, pro civilibus autem Viri Spectabilis Ducis Sublimitatem, seu [39] versa vice occupare. §. 9. Si quis vero ad hujusmodi tam audacissimum, tamque æquitati contrarium conamen prosiluerit: eum pro pecuniariis quidem negotiis, jactura litis, & damnorum quæ vitio ejus contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autem quasi calumniatorem convictum legum aculeos sentire. §. 10. Dispositiones autem antelatas, non ad imminuendam potestatem magisteriæ per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum, ac securitate publica noscimur præstitisse: cum non dubium sit, ipsos etiam duces, quibus fortissimi præsentales milites parere præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

TIT. XXXVII.

DE [40] CASTRENSI PECULIO MILITUM, ET PRÆFECTIANORUM [41].

1. Imp. ALEXANDER A. Prisciano.

SI in potestate tua filius tuus fuit eo tempore quo quædam nomine ejus emisti: ea [42] tua esse non dubitatur. Peculio [43] autem castrensi cedunt res mobiles, quæ eunti in militiam a patre, vel a matre aliisve propinquis, vel amicis donatæ sunt: item quæ in castris per occasionem militiæ quæruntur; in quibus sunt etiam hereditates eorum qui non alias noti esse potuerunt, nisi per militiæ occasionem: etiamsi res immobiles in his erunt. Matris autem hereditas quamvis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi vero peculio prædium [44] donatum non esse constat, quamvis empta ex castrensi peculio prædia, ejus conditionis efficiantur.

2. Idem A. Felici.

FIliusfamilias [45] alienationem nullius rei sine voluntate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

3. Idem A. Feliciano.

ERrat [46] qui tibi persuasit, quod nexu paternæ [47] potestatis, jure [48] sacramenti solutus es. Manent enim nihilominus milites in potestate parentum: sed peculium [49] castrense proprium habent: nec [50] in eo ullum jus patris est.

Hereditas fratris quæsita militanti in castris, in castrensi peculio numeratur. Bart.

4. Imp. GORDIANUS A.

CUm allegas te a fratre tuo, eodemque commilitone in eisdem castris institutum [51] heredem: successionem ejus potius in castrensi peculio tuo, quam patri tuo, cujus in potestate es, per te quæsitam videri, rationis est. Etenim peregrinationis laborem [52] sociatum commilitii ejus, & obeundorum munerum consortium affectioni fraternæ nonnihil addidisse, quinimo vice mutua chariores invicem sibi [eos [53]] reddidisse credendum [54] est.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

INtelligis filio, qui militavit, defuncto, peculium ejus penes patrem remansisse, non hereditatem patri quæsitam.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Zoilo P. P.

JUs [55] castrensis peculii, tam scriniarios, quam exceptores, cæterosque, qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur: ac si in legione [56] prima adjutrice nostræ reipublicæ militent, inviolatum habere præcipimus.

---

sentale. Marcellinus Comes: magistratus in præsenti dixit Charisius. *l. ob carmen.* 21. §. 1. *ff. de testib.* 1 Diximus, *al. perspeximus.* 2 Forum sortiuntur milites præsentales, non apud magistrum militum per Orientem, sed apud magistros militum præsentales & duces: licet ipsi duces sint sub magistro militum per Orientem. 3 Terræ præsentalibus. 4 Adhiberi. 5 Existunt. 6 *Adresponsum*, conjunctim legendum est: erat autem dignitas, de qua hic tractat. Cujac. 7 Al. *in mensuris mittantur*, sed male. 8 Curatores. 9 Adresponsus, ἀποκρισιάριος, responsalis, qui vice magistri militum præsentalium responsa dabat. *Novell.* 24. *c.* 4. *vers. ad hæc. Nov.* 25. *c.* 1. *in fin. edict.* 8. *c.* 3. §. 4. 10 Præsentalis, al. *præsentialis*, al. *præsentialium.* 11 Apparitionibus. 12 Sportularum modus qui fuerit in judicio Duciano. 13 Ordinandum. 14 Numerus militum, si qua forte sit causa, quæ ad totum numerum pertineat, litigare per syndicum potest: ut hac parte possit conveniri per duos numeri primates. 15 Primates numerorum militarium. 16 Ne. 17 Syndicum numeri etiam militares constituunt. 18 *Al.* additur &. 19 Sportulæ dabantur judicibus in ingressu judicii. 20 In ingressu judicii, al. *in ingressu in judicio.* 21 Al. *duciani.* 22 Tantum. 23 Sportulæ, de quibus hic, adresponso & adjutoribus ejus præstantur, non principibus officii Duciani, officiove Duciano. 24 Principalibus. 25 Ducianum servant. 26 Pro arbitratu atque æstimatione. 27 Duces militum per se causas militares disceptare debent, vel delegare arbitris, aut principiis numerorum, in quibus ex prisca consuetudine jus solebat reddi. 28 Milites vocati a ducibus, curiales, vel collatores, sumptibus gravari non debent, nisi ultra dies septuaginta morari eis sit necesse. 29 Accersuri. 30 *l.* 3. *infr. de erogat. militaris annonæ. h. l. tit.* 38. 31 Provocare. 32 Circa. 33 Ulteriores. 34 Al. *deest.* 35 Milites eadem de re eodem tempore non conveniendi apud magistrum militum præsentalium, & duces, ne dividantur actiones. 36 Diversas quoque. 37 Pro jussione. 38 Accusatori, al. *utrumque abest.* 39 Sub. versa vice.

40 *L.* 49. *D.* 17. 41 *Præfectiani* erant apparitores præfecti prætorio, *l.* 2. *&* 3. *J. de apparit. præf. præt. h. l. tit.* 53. Ammian. Marcell. *lib.* 17. Sunt qui legunt, *præfectiariorum.* 42 Vid. *l.* 6. *in pr. S. de bon. quæ lib.* 43 Peculio castrensi quæ cedant, adde *l.* 11. *ff. h. t.* 44 *l.* 4. *supr. familiæ erciscundæ.* 45 Patria potestate non liberat militia. dixi *l.* 7. *S. de patria potestate, &* Novell. 81. 46 Al. *Erat.* 47 Peculio castrensi excepto, filiusfamilias nec vendere, nec alienare sine voluntate patris potest. *Synops. Basil.* 32. *tit.* 5. *ex lib.* 16. *tit.* 2. *c.* 23. 48 Sacramenti jus, militia seu jus militiæ. 49 Peculium castrense proprium est ipsorum militum, licet sint filiifamilias, *l.* 4. *supr. familiæ, l.* 12. *vers. cum autem. l.* 21. *S. de collat. l.* 1. §. *nec castrense.* 15. *ff. de collat. bon. l.* 4. *ff. h. t. l.* 52. §. *Papinianus.* 6. *ff. pro socio.* §. *ex hoc. Inst. quibus non est permissum.* 50 *l.* 10. *ff. hoc tit.* 51 Vel tibi legatum, *l.* 5. *l.* 8. *l.* 11. *ff. hoc tit.* 52 Al. *labor sociatus commilitii ejus &c.* J. *credendus.* al. *commilitoni.* 53 Abest a *quibusdam lib.* 54 Præsumitur ex frequenti conversatione augeri affectio inter consanguineos: de qua præsumptione vide Alciatum 1. *præsumptionum* 30. 55 Peculii castrensis jus habent tam scriniarii, quam exceptores P. Prætorio: videntur enim primæ legionis esse, quæ principis est adjutrix. *Synops. Basil. lib.* 6. *tit.* 4. *ex lib.* 57. *tit.* 2. *cap.* 26. *& lib.* 57. *tit.* 8. *ex lib.* 55. *tit.* 2. *cap.* 26.
56 Legio prima adjutrix appellata, *ut hic.* Tacit. 18. *annal.* Imo secunda est. *l.* 1. *supr. de professoribus. lib.* 10. *tit.* 52. vide Alciatum 6. *parerg. num.* 18. & ita quoque appellatur in veteribus monumentis: P. Ælio Mutiano Spec. legionis secundæ adjutricis Vitalianus & Vitalis avunculi. Vere defendi potest, *adjutricem legionem* duplicem fuisse, primam & secundam. Ita in marmore Budæ legitur, *scholæ legionum* I. *&* II. *adjutricium piarum.* Fit ita mentio in itinerario Antonini primæ & secundæ legionis adjutricis apud Ptolomæum 2. *c.* 15. auxiliaria prima appellatur. Tacitus 19. eam Italicam appellat: Minerviam Spartianus. Tertiæ legionis nomen erat Cyrenaicæ, sic enim Romæ in antiquo marmore legitur: M. *Pompeji M. F. Am. Aspro leg.* 15. *Apolli. cohort.* 3. *primop. leg.* III. *Cyrenaicæ.* Quarta legio Macedonia dicebatur Tacit. 19. Septima Claudiana Tacit. 19. & Galbiana Tacit. 18. Octava bis Augustalis, idque in saxo Viterbii ostenditur, Tre. Mil. leg. 8. bis Augu.t. Q. Urbano proque provinc. Cretæ & Cyrenarum ædili Pl. pr. legato D. Vespasiana leg. 13. geminæ procons. provinc. Macedoniæ P. Tullius Varro optimo patri. Duodecima *fulminatrix.* Sic enim in antiquo saxo Romæ extat, Veterano leg. 12. Fulminat. Decimatertia Gemina appellata est, *ut S.* Decimaquinta Apollinaris, *ut supr. quoque constat.* Vicesima Victrix, in saxo vetusto. Præf. Castr. leg. 20. vict. Vigesima-prima, Rapax Tacit. 18. *&* 19. Extat Bononiæ monumentum hac inscriptione: *Q. Manilio C. F. Codor. tr. leg.* 21. *Rapac. præf. equit. exact. trib. civit. Gall. fac. cur.* certus lib. in agr. *l.* 49. cujus inscriptionis meminit Alciatus *in adnotationibus* 17. Taciti. Vigesima-secunda, Primigenia nuncupata est: reperitur in marmore quodam Romæ, *P. Cælio P. F. Ser. Balbino Vibuto Pio* 10. *viro stlitibus judic.* 6. *viro equitum Rom. turm. quint. tr. milit. leg.* 22. *Primig.* Adi

TIT.

TIT. XXXVIII.
DE [1] EROGATIONE [2] MILITARIS [3] ANNONÆ.

1. Imp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS C. Helpidio P.P.

REpetita [4] consuetudo monstravit expeditionis tempore buccellatum [5], ac panem: vinum quoque, atque acetum, sed & lardum, carnem etiam vervecinam milites nostros ita solere percipere: in [6] duobus diebus buccellatum [7], in tertio die panem: uno die vinum, alio die acetum, uno die lardum, biduo carnem vervecinam. Dat. 16. Kal. Jan. *Hieropoli*, CONSTANTIO X. & JULIANO C. III. CONSS. 360.

2. Imp. JOVIANUS A. Secundo P.P.

VIcesimo [8] non amplius lapide milites sibi jubemus paleas convectare. Dat. 5. Kal. Octob. *Ædesa*, JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

Milites ut aliquid in cœna habeant, a provincialibus nihil possunt accipere. Bart.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Victorem Magist. militum.

COEnaticorum [9] nomine milites, & eorum super instantes [10] nihil penitus a provincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites quod oporteat eos commoda sua quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis provinciales non adficere. Dat. 6. Kalend. Jan. *Bonamansione*, Divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

4. Iidem AA. [11] ad Auxonium P.P.

SIcut [12] fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus, species annonarias vicinioribus limitibus a provincialibus ordinabis [13] ad castra conferri: sed in veterani [14] castris constituti milites, duas alimoniarum partes ibidem [15] de conditis sumant: nec amplius quam tertiam partem ipsi vehere cogantur. Dat. 5. Non. Maji, *Martianopol.* VALENTINIANO NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

5. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P.P.

ACtuarii [16], nisi expleto triginta dierum spatio, pittacia [17] authentica confestim tradiderint: species quas ex fiscalibus conditis [18] dissimulaverint excludere, vel numero, cujus ratiocinia pertractant, supersederint erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel fiscalibus horreis addicantur inferre. Datum 6. Id. April. *Sirmio*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 370.

Militibus præstanda est annona singulis diebus & ante lapsum anni.

6. Iidem AAA. ad Modestum P.P.

FOrtissimi [19] ac devotissimi milites annonas & capita singulis diebus, aut certe [20] competenti tempore, id est, priusquam annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac si [21] debitam studio voluerint [22] protelare: id [23] quod competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis vindicetur [24]. Dat. prid. Non. April. *Antiochiæ*, GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE V. C. CONSS. 377.

Qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico, tempore caristiæ pretium ipsius, aut annonam non petet. Bart.

7. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA. Rufino P.P.

NUlli militarium [25] pro [26] his annonis, quæ in Provinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare: ita ut si quis propter [27] anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxaverit: neque id, quod contra hanc legem expedit, sinatur exigere: neque id quod accipere dissimulaverit consequatur. Dat. 3. Kal. Aug. CP. THEOD. A. III. & ABUNDANTIO V. C. CONSS. 395.

Fœnum militibus & vexilliferis opportunum, ac etiam scholarum tribunis, & comitibus illustribus ad domum eorum habitationis apportatur. Bart.

8. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hilario P.P.

PRovincialium [28] commodis nos convenit subvenire. Ad omnium itaque numerorum sive vexillationum, aut etiam scholarum Tribunos, vel Viros Illustres Comites Sublimitas tua faciat pervenire, ut meminerint fœnum [29] militibus justis capitibus præstandum, juxta legem divi Valentiniani: nec [30] tamen ad oppidum deferendum. Dat. 16. Kal. Jul. ARCAD. IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 366.

9. Iidem Impp. AA. * P.P.

EXcellentia [31] tua erogationis per susceptores factæ modum quantitate brevium conferri perficiat, ita ut quo die numeris datum sit, diligentius exploretur: ac si quid amplius actuarios [32], vel optiones [33] accepisse constiterit, quam brevium datorum scriniis nostris veritas continet, memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eosdem erogasse monstraverint. nam ad illustres quoque viros Magistros utriusque militiæ sacri apices cucurrerunt, quibus provida sanctione decrevimus, ut breves ante indictionis principium summa fide ac veritate confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a Susceptoribus erogatio celebretur. Dat. 8. Kal. April. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO V. C. CONSS. 400.

Post Kal. Nov. militibus vinum novum, non vetus tribuatur. Bart.

10. Iidem AA. Eutychiano P.P.

JUbemus [34] per omnes Provincias cunctis numeris ac militibus a Novembri mense de novello vino [35] annonam dari: quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio. Dat. 10. Kalend. Jun. HONORIO A. IV. & EUTYCH. V. G. CONSS. 400.

11. Iidem AA. provincialibus proconsularis.

OPinatoribus [36], id est exactoribus militaris annonæ, nullum sit cum Provincialibus commercium: ita ut a Ducibus, vel officio Provinciali omnis summa debiti postuletur, intra anni spacium conferenda. Dat. prid. Kal. April. *Mediolan.* VINCENTIO & FRAVITTA [37] CONSS. 403.

Septem diebus fori militibus non venduntur res pretio viliori. Bart.

12. Iidem AA. & THEOD. A. Anthemio P.P.

SEptem diebus [38], per quos Tribuni [Prætoriani] emolumenti gratia solenniter stellaturæ [39] nomine species consequuntur: species resistentes [40] non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahantur. Dat. 5. Id. April. CP. ARCADIO A. VI. & PROBO V. C. CONSS. 406.

13. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P.

LEge [41] repetita censemus, ut si quis militum interclusam specierum exactionem refricare [42] tentaverit, vel adærationes [43] statutas ausus fuerit immutare tam vir spectabilis dux, centum librarum auri, quam ejus etiam officium pari condemnationis summa quatiatur [44], adjecta sacrilegii [45] pœna, quæ divalium scitorum violatores palam insequitur. Dat. 10. Kal. April. CP. HONORIO VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

Exactor militaris annonæ scholari ad numerum cogendum deputato unum solidum præstabit. Bart.

14. Iidem AA. Constantio Magistro militum.

HIs [46] scholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dedimus, de æraariis annonis singulos solidos per opinatores [47], caballationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora præberi oportet: vel si quis eorum, antequam accipiat, in fata concesserit, quod ex utraque causa ei debebatur [48], heredibus ejus restitui. Datum 13. Kalend. Decembr. CONSTANTIO & CONSTANTE VV. CC. CONSS. 414.

15. Iidem AA. Asclepiodoto P.P.

ANnonas [49] omnes, quæ universis officiis atque sacri Palatii ministeriis, & sacris scriniis cæterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari, quasque hi, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate, & libidine sua graviter ex provincialium visceribus eruebant: ad similitudinem militum, quibus æraariæ præbentur annonæ, adærari [50], præcipimus: ut omnibus supra [51] designatis emolumenta debita in pretiis dispositio tui culminis pro publica utilitate taxatis præcipiat erogari. Dat. 16. Kalend. Mart. CP. ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 423.

Erogator jurare debet se officium legaliter & secundum justitiam peracturum. Bart.

16. Imp. ANASTASIUS Longino Magist. equitum ac peditum.

JUbemus per hanc divinam dispositionem eos, quibus ex officio tuæ Sublimitatis militarium meritorum seu cujuslibet præstationis committitur erogatio, in primis jurare [52] pro justitiæ ratione injunctam sibi sollicitudi-

Waltherum 1. *Miscellaneorum* 15. & Alciatum 6. *parerg.* 18. adde *l. ult. supr. de off. præf. prætor. l. 1. §. de professorib. & medicis l. 10. tit. 52.* Spartianum *in Adriano. Dionem* 55.

1 *L. 7. C. Theod.* 4. περὶ ἀννόνων καὶ ῥογῶν αὐτῶν &c. De annonis & earum erogationibus. Item paleas a miliari vigesimo convehendas esse: Præterea conjugem liberosque defuncti ab erogatore παρὰ τοῦ ῥογατόρος quidquid ei debebatur ad mortem usque, consequi. *Synopsis Basil.* 57. *tit.* 4. 2 Zonaras in *cap.* 83. *Apostolor.* differentiam facit inter διανέμησιν σιτηρεσίων στρατιωτικῶν, & ὑποδοχὴν τροφῶν στρατιώταις ἀφορισμένων, & στρατολογίαν, adde *l. 12. §. 1. ff. de re militari.* 3 Al. *erogatione militiæ & annonæ.* 4 *l. 6. Cod. Theod. h. t.* 5 Buccellatum est frumentum ad usus diuturnitatem coctum: Gallica lingua vocamus *Biscuit.* Ammian. Marcell. *lib.* 18. Huc refer Xenophontem *lib.* 3. ἀπομνη. ut hinc constet, sobriam & frugalem annonam veteres militibus erogasse, ne rem militarem enervarent. Et ita quoque victitarunt Imperatores magni, ut frugalitatis & continentiæ exemplum suis militibus essent. Hinc Hadrianus exemplo Trajani, Scipionis Æmiliani & Metelli, uti solitus erat cibis castrensibus, lardo, caseo, posca. Spartianus. 6 Ut militibus expeditionis tempore biduo buccellatum, uno die panis, biduo caro vervecina, uno die lardum detur. 7 Al. *sic*, in duos dies buccellatum, in tres panem. al. *biduo.* 8 Milites paleas ultra vicesimum lapidem seu miliare quærere non debent. 9 *Id est*, pro cœna, al. *Venaticorum*, al. *Menaticorum.* Porro *cœnatica* genus exactionis, quod milites exigebant a provincialibus, quasi pro cœna, quale est, quod Galli vocant, *la passade*, adde quæ scripsi ad *l. 7. J. h. t. l. 12. C. Th. h. t. l. 18. §. quib. 5. supr. de re militari.* Rolandum a Vall. 1. *conf.* 66. *n.* 10. Cujac. *Nov.* 130. adde *l. 6. J. de metallis. l. 11. tit. 6.* 10 Super his stantes, al. *insuper stantes.* 11 *Al.* Imppp. Valens, Grat. & Valent. AAA. P. P. 12 *l. 15. C. Theod. h. t. l. 6. supr. de annon. & tributis.* 13 Ordinatis, al. *ordinalibus.* 14 Al. *in veteranis.* 15 Itidem. 16 *l. 16. C. Theod. h. t.* Actuarii (hi Græcis ὑπομνηματοφύλακες, id est actorum seu commentariorum custodes) intra dies triginta tradere authentica pittacia debent. Secundum ea pittacia militibus fit erogatio annonarum, & ideo dicuntur pittacia τῶν ἀποχοφῶν. 17 Pittacia sunt rationes & commentarii annonarum militarium. 18 Creditis. 19 *l. 17. C. Theod. h. t.* 20 Certo. 21 Ac sibi debitam. 22 *l. 7. J. h. t.* 23 Ei id. 24 Specialis est casus in terminis, in quibus loquitur, nec extenditur. Bald. *ad l. acceptam. col. 4. quæst. 16. Cod. de usur.* Alexand. *ad l. Semel mora. ff. solut. matr. num.* 2. Jason. *ad l. prætor. §. si aliquando. ff. de nov. oper. nunc. n.* 3. Mod. 25 Militum. 26 *l. 20. C. Theod. h. t.* Militibus non licet adærationis nomine, (quæ Græcis ἀπαργυρισμός. *Novell.* 43. 130. *c.* 4.) id est, pretia pro annonis accipere. *ut hic.* nihil nomine ἐπιδημητικῶν. *l. 10. vers. Si qui. infr. de metatis, h. l. tit.* 41. *Novell.* 134. *c.* 1. *vers. Neque vero.* nihil denique cœnaticorum, vel introituum nomine, vel quo alio titulo commentitio, *l. 3. l. 6. supr. h. t. Novell.* 130. 27 Per. 28 *l. 23. C. Theod. h. t.* 29 Seu. 30 Necdum ad oppidum. 31 *l. 24. C. Theod. h. t.* 32 Vide quæ scripsi ad *l. ult. J. h. t.* 33 *Sic in vet.* sed iidem & *opinatores* dicuntur. *l. 7. supr. de exactor. trib. l. 10. tit.* 19. Cont. sed *optio* est erogator militaris annonæ: cui actuarius adjungitur, *l. ult. infr. h. t. l. 3. supr. de apochis l. 10. tit. 22. Novell. Martiani de jud. deb.* subscribendarius, *l. 1. C. Theod. h. t.* & numerarius, *l. 3. C. Theod. de numerariis.* 34 *l. 25. C. Theod. h. t.* 35 Ex hac lege respondit Baldus a Duce Mediolanensi interrogatus, quando novum vinum esset bibendum. Roman. *singul.* 380. Ans. 36 Al. *Optionibus. l. 26. C. Theod. h. t.* In exercitu delegatores (qui Harmenop. 6. *tit.* 14. & *lib.* 14. *in fin.* legatarii) copiis militaribus, hoc est militari annonæ providebant: optiones (de quibus hic) erogabant, *l. 7. supr. de exact. trib. l. 10. tit. 19. l. 3. §. de apochis publ. l. 10. tit. 22.* Unde optio militum, annonæ divisio, Græci ad *l. 1. ff. de muneri.* His *Novella* 130. *c.* 1. decimam quintam partem copiarum dat, sicut & aliarum rerum susceptoribus certa pars datur, *l. 9. supr. de susceptoribus. l. 10. tit.* 70. 37 Al. *Fravitto.* 38 *Septem dierum, l. 28. C. Th. h. t.* 39 *Stellaturam* interpretatur hic & in *lib.* 1. Alciat. esse privilegium quoddam militum, quo viliori pretio annonam consequuntur. 40 Restantes. 41 *Pars legis* 30. *C. Theod. h. t.* 42 Replicate. 43 Adæratio est taxatio pretii Græcis, ut ante dixi, ἀπαργυρισμός. al. legitur *erogationes.* Goth. Quoties pro annonis militibus pecunia datur, quæ æraariæ dicuntur annonæ, *l. 14. & 15. J.* ut æraaria ratio Ciceroni. Id vero jure fit, nec obstat *l. 7. supr.* si recte intelligatur. Semel autem pro annonis constituta adæratione, non jam annonæ ipsæ, sed pretia duntaxat præstari debent. *Mod.* 44 Quatiantur. 45 Sacrilegii rei sunt, qui committunt in leges. dixi ad *l. 1. supr. ut dignitatum ordo. h. l. tit.* 8. 46 *l. 34. C. Theod. h. t.* 47 Optiones. 48 Vid. *l. 16. in fin. J. h. t.* 49 *l. 35. C. Theod. h. t.* 50 *Adærari.* Recte, sic enim in vet. *lib.* legitur, & eo verbo usus est Ammianus Marcellinus *lib.* 31. vid. Taurel. *de milit.* al. *adhærere.* 51 Superius. 52 Lege Solonis apud Æschinem cautum est, ut judices jurent, se se-

nem peracturos, & ſecundum præſentem ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis obſervationem ſolatium (ſicut dictum eſt) publicum erogator manu ſua ſine ullo dolo, & fraude ſingulis militibus enumeret, quatenus unusquisque miles accepto per ſuam manum ſolatio, ipſe cum actuario de negotiatione [1] actuariis permiſſa ſecundum rationem agat juſtitiæ: hoc videlicet obſervando, ut pro ſingulis ſolidis actuario [2], ſive ſtatim, ſive poſt unum duosve ſeu amplius annos reſtitutum fuerit debitum, minus quidem uno tremiſſe [3], pro temporis ſcilicet brevitate paciſci liceat: amplius autem quam unum tremiſſem nullus actuarius pro quoquo tempore ſeu annorum ſpatio paciſci penitus permittatur, nec ulla poſſit actuarius machinatione pro temporis prolixitate unius quantitatem tremiſſis excedere. §. 1. Si qua tamen inter actuarium & militem ſuper pactione, vel negotiatione tempore erogationis emerſerit dubitatio: jubemus eidem militi dandas pecunias, ab erogatore principis [4] dari, & [5] ſecundum hactenus obſervatam [6] conſuetudinem [7] [easdem pecunias [8]] vel ab erogatore [Principis,] vel ab actuario retineri [9], quatenus cauſa apud devotiſſima principia, propoſitis ſacroſanctis ſcripturis inter actuarium, & militem tractetur: ut ex omni parte miles nullum damnum ſub quacunque occaſione (præterquam id, quod eum ex juſta & permiſſa actuariis negotiatione debere conſtiterit) patiatur. §. 2. Super his vero, quos datis forte commeatibus abeſſe contigerit, hoc volumus obſervari, ut pecuniæ, quæ erogandæ ſunt, usque ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti ſacra conſtitutio continet, apud devotiſſima principia ſequeſtrentur: illorum ſcilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales viros conſtitutorum actuarius tempore erogationis pyctacia, utpote habita ſuper pactione, protulerit, quatenus cum iidem redierint milites, cauſa apud devotiſſima principia ſecundum præfatum modum tractata utriusque partis indemnitati ſimiliter conſulatur. Non danda pro tempore tribuno licentia triginta viris amplius ſub commeatus occaſione dimittere.

§. 3. Sin vero ſaluberrimam conſtitutionem offendendo [10] amplius quam triginta viros datis commeatibus Tribunus dimittere auſus fuerit: pecunias quidem, quæ poſt præfatorum triginta virorum numerum per commeatus [11] dimiſſis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationi [12] erogator non dubitet reportandas. §. 4. Sciat vero Tribunus præter jam conſtitutas ſuper hujusmodi facinore interminationes, ſeſe de propriis facultatibus ſingulis militibus, quibus ultra numerum triginta virorum ſub nomine commeatuum eos dimittendo cauſa [non [13]] conſequendi publica ſolatia dederit: quidquid ob iniquam dimiſſionem amiſerint, ſoluturum: Nec prius idem tribunus ab eodem decedat [14] numero, niſi omnes hujusmodi milites, id eſt, quos poſt permiſſam triginta virorum quantitatem, commeatus nomine dimiſerit, indemnes in hac parte atque illæſos reddiderit. §. 5. Hoc etiam [15] adjiciendo, ut ſub geſtorum teſtificatione tam decem [16] ex devotiſſimis principiis [17], primates eorum videlicet, quam unusquisque caput [18] ſcholæ jurатus deponat ſub præſentia ſua rem ſicut ſuperius diſpoſitum eſt, fuiſſe ſubſecutam, & ſub obtutibus ſuis unumquemque militem [19] ſolatium ſuum manu ſua ab erogatoris dextra ſuſcepiſſe: & hujusmodi geſta relatione a viro clariſſimo tribuno, vel devotiſſimis principiis intra tres menſes mittenda, ex quo profectus [20] fuerit, numerandos, ad noſtram referat pietatem. §. 6. Hoc videlicet ante omnia curando, ut pro tempore erogator, poſtquam datæ fuerint ex [21] publico pecuniæ, intra duos, vel tres menſes, ſeu quatuor, pro qualitate ſcilicet ſpatiorum commiſſam ſibi ſolicitudinem erogationis non dubitet faciendam [22]: vel ſi [23] ulterius apud ſe pecunias publicas, differendo erogationem, auſus fuerit retinere, ſciat ſe modis omnibus damnum quod ex negotiatione miles ſuſtinuerit, ex propriis facultatibus militibus ſoluturum. Scientibus his qui præfatæ diſpoſitionis obſervantiam ſive in differenda ultra ſigillatim definitum temporis ſpatium erogatione, ſive in qualibet alia parte fuerint egreſſi, non ſolum ſeſe militiæ cinguli amiſſionem, verum etiam facultatum [quoque] ſuarum publicationem pro tanto ſubituros flagitio: & inſuper erogationum quoque ſollicitudinem ab officio tuæ celſitudinis, ſi imperatoria fuerit violata diſpoſitio, ad alios transferendam. §. 7. Si vero idem officium ſimul atque hujusmodi fuerit a quolibet facinus perpetratum, ad notitiam noſtræ manſuetudinis, vel certe ad ſcientiam illuſtriſſimæ Magiſteriæ referre curaverit [24] poteſtatis, ut ejusdem apparitionis [25] periculo tale flagitium principales minime poſſit aures latere: quatenus [26] ex omni parte eodem [27] delicto revelato, quicunque ſaluberrimas noſtræ conſtitutionis, vel [28] pietatis ordinationes auſus fuerit violare, interminatas minime poſſit pœnas evadere: ita ut ſingulis militibus qui non obſervato in eorum perſona tenore dictæ diſpoſitionis læſi fuerint, liceat ſacratiſſimum noſtrum per unum forte, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos petere commeatum [29]: & porrectis precibus, quod contra noſtram diſpoſitionem paſſi ſunt, approbare: eoque facto, ſtatutis violator imperatoriæ diſpoſitionis ſuppliciis percellatur. §. 8. Illud præterea omnibus modis obſervari decernimus, ut erogator omnes pecunias, quæ mortuis [30] militibus usque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, ſecundum jam datam divalem diſpoſitionem [31] uxoribus vel liberis eorum non dubitet miniſtrandas.

Milites deputati ad cuſtodiam alicujus perſonæ, vel loci, annonam de publico non percipiunt. Bart.

17. Imp. JUSTINIANUS A. * P. P.

CUm ſæpe contingat propter quasdam maximas & inexcuſabiles rationes, quibusdam ad [32] cuſtodiam vel ob aliam hujusmodi cauſam milites [deputari, vel etiam jam [33]] deputatos eſſe & non conveniat hoc modo publicum aliquod damnum ſeu diſpendium ſuſtinere: jubemus, ſi qui fortiſſimi milites ex quocunque numero, curiis, vel quibusdam corporibus, vel ſacroſanctis Eccleſiis, vel aliis perſonis pro cuſtodia (ut dictum eſt,) vel [tali] alia cauſa a noſtro numine deputati ſunt, vel fuerint, ne per eorum translationes, circa annonarum vel capitum [34] eis præbendorum erogationem publicis rationibus quædam læſio ingeratur: eandem rem de [35] proprio perſonam ſeu etiam perſonas, cui vel quibus deputati ſunt, vel fuerint, [hæc] modis omnibus agnoſcere, hoc tantummodo de publico pro iisdem annonis & capite præbendo & imputando, quod in locis ex quibus præfati milites perveniunt ſeu pervenerint, imputabatur: vel ſi ante latam præſtationem ſupradictæ perſonæ recuſaverint, eosdem milites non recedere de ſuis locis, vel eos qui receſſerint [36] ſine quadam mora ad ea redire: hoc omnifariam cuſtodiendo, ut nemo devotiſſimorum militum cuicunque perſonæ ſeu corpori ſine [37] ſpeciali noſtræ Serenitatis juſſione ſcriptis proferenda deputetur: officio tuæ celſitudinis, ſi hanc noſtræ manſuetudinis formam, quoties ſuper militibus quibusdam deputandis aliquid ſtatutum fuerit, geſtis inſinuare, & quid eos quibus dati ſunt, prout nobis placuit agnoſcere [oportet,] itidem publicare minime curaverit: tam diſpendium quodcunque publicum hac ex cauſa ſuſtinuerit, ei [38] de proprio reſarcire, quam triginta librarum auri multam propter deſidiam ſuam [39] imo magis conniventiam, dependere cogendo: Rectoribus nihilominus provinciarum, & apparitoribus eorum, ſi ſtatuta noſtra violaverint, ſeu violari conceſſerint, ejusdem condemnationis ſolutione percellendis.

18.

COnſtitutio jubet, ut in regionibus retineantur imprimis ea quæ militibus eroganda ſunt, atque ita deinde procedant reliquæ cauſæ fiſci. Nec enim oportet ſolas transmiſſiones urgere, & erogationes militares negligere. Et ſi hanc conſtitutionem præſides violarint, aut municipia, vel quilibet alius tractator publicorum, ut de ſuo militibus pecunias exolvant, & hoc amplius mulctam C. librarum auri.

19.

COnſtitutio jubet, ſi milites propriis angariis minime dant operam perſonis quibusdam auxilii gratia deputati, vel per commeatum dimiſſi, ut Actuarius eorum ſtipendia in ſpeciebus non accipiat, ne corrumpantur, ſed in auro, facta ſpecierum æſtimatione ſecundum [40] rationem menſæ, & jurejurando præſtito a Tribunis & Vicariis, & domeſticis, & Actuariis, & optionibus, a quibus etiamſi jusjurandum dederint, ratio poſtea nihilominus. & ſi qua in re pejeraſſe inventi fuerint, duplum exigetur. Sed & ſi milites adærari ſibi velint annonas, eandem in pretio rationem menſæ ſervari: ſi ſpecies dari, ut eas accipiant quas regio parit, arbitrio religioſiſſimi Epiſcopi & Clariſſimi Defenſoris Civitatis. Rurſus ſi Actuarius a milite emerit annonas ejus, & eas accipiat a collatore quaſi ſibi conceſſas rationem menſæ ſervari, niſi malit collator ſpecies ipſas inferre. At ſi velint ſua ſponte collatores vendere quædam militibus, id non prohibemus, etiamſi ex eo lucrum facturi ſint, minorem ſpecierum quantitatem præbentes, quam exigat ratio menſæ publicæ. Ne tamen ea propter liceat civibus lædere collatorem, puta ſi curia ſive civitas cum milite perperam conventionem inierit præbendarum ſpecierum, ne cogatur collator ſecundum eam conventionem ſpecies inferre. Quia vero plerique ex chartulariis fortiſſimorum numerorum, vel fœderatorum coëmunt ſibi frumentum, pretia a fiſco accipientes juxta nundinationem, quæ menſa continetur, ſibi autem quaſi jam ante comparatas ſpecies retinentes, ideo jubet conſtitutio, ne quis collator invitus eorum coëmptioni parere cogeretur. Sed ſi quis ſua ſponte eis vendere velit, ne excedant illi pretia menſæ in quantitate ea, quæ annonarum nomine militibus præbenda eſt. Nam etiam extrinſecus quantitatem ſpecierum eo pretio emere prohibentur ſicut milites. Quæ omnia demonſtrabit futura retractatio, qua quantum apparuerit ſibi quemque vindicaſſe, in tantum damnabitur in duplum, ita ut ſimplum fiſcus habeat, ſimplum actor. Omnibus quoque militibus perſonis quibusdam deputatis ſecundum rationem menſæ adærentur [41] annonæ, & capita [42], nec petantur ſpecies, niſi a volente: eo, qui quid ante dictorum temere auſus fuerit, maximum periculum ſubituro, ſive tribunus ſit, ſive vicarius, aut domeſticus, aut actuarius [43], aut optio, aut numeri princeps, aut officialis magiſtri militum: ſi quid horum contigerit non bona fide tractari, & id confeſtim nume

cundum leges judicaturos, δικαςὰς ὅρκῳ ψηφίζεσθαι κατὰ τὰς νόμυς. 1 Fœneratoria negotiatio eſt, *ut hic.* & quidem licita. *Novell.* 106. adde Molinæum *tract. de uſuris, numer.* 58. Idem ibidem *num.* 105. negat agi hic de negotiatione univerſali, vel mercabili quæſtuaria militantibus prohibita, *tit. ſupr. negotiatores ne militent:* ſed de negotiatione particulari eorum, quorum milites egent in expeditione, puta pro emendis ſagis, equis, victu & hujusmodi neceſſariis. Et prohibetur actuarius cum eis contrahere, antequam eis debitum ſtipendium integre perſolverit: quo in manus militum perſoluto, poteſt eis vendere res neceſſarias, imo mutuum dare ſub uſuris legitimis: ita tamen, ut ſtatim atque trientem ſortis æquaverint, ceſſent, neque poſſint ulterius currere. *Hæc ille, apud quem ibidem plura vide.* 2 Actuario permittitur negotiari cum militibus, ita ut in ſingulos ſolidos, amplius, quam unum tremiſſem, pro quocunque temporis ſpatio accipere non poſſit, ſed minus tremiſſe: unde colligitur, uſuræ cumulum non poſſe in fine cujusque, ſive brevis, ſive prolixi temporis, tertiam partem ſortis excedere, ſed J. tantum ſubſidere. Molinæus *de uſur. quæſt.* 4. *num.* 105. ubi notat, uſuræ duos eſſe ſupremos gradus. Primum in quantitate, pro rata cujusque menſis, vel alterius certi temporis ſucceſſive currentis, cujus quantitas non ſit uniformis, ſed diverſos habeat gradus. Alterum eſſe in cumulo ſeu totali ſumma & periodo, ſeu ſine finiente: in quo nulli ſint gradus, ſed unicus & idem terminus uniformis, & eadem periodus, quæ hoc caſu noſtro fallat. 3 Tremis tertia pars ſolidi: ut ſemis, dimidia. Ita Alexander Severus tributa ab Heliogabalo impoſita ad triceſimam partem reduxit. Ita ut, qui decem aureos ſub Heliogabalo pendebat, tertiam aurei præſtaret: tumque primum ſemiſſes & tremiſſes formati. 4 Principibus. 5 *In vet. lib.* additur negatio, *non* & Cujac. ex Græcis negative legendum exiſtimat. 6 Obtinentem. 7 Abſunt a *quibusd. lib.* al. *tales pecunias.* 8 *Al. deeſt.* 9 Teneri. 10 Al. *offerendo.* 11 Pro commeatu. 12 Rationis. 13 Abeſt a *quibusd. lib.* 14 Diſcedat. 15 Vero. 16 Erogationis factæ geſta confici teſtato debent, decem principiorum primatibus & capite ſcholarum (ſi ſcholaribus facta ſit erogatio) deponente, de manu in manum factam eſſe erogationem. adde quæ ſcripſi ad *Novell. Leonis* 41.
17 Primates principiorum. 18 Caput ſcholæ, Ammian. 25. 19 Militum. 20 Factus. 21 Al. a. al. *utrumque abeſt.* 22 Facienda. 23 Erogatoris militaris annonæ mora ſi damnum militi contigerit, ob contractum ſive pactionem habitam cum actuario, erogator ipſe id agnoſcere debet. 24 Procuraverit. 25 Apparitoris.

26 Qui. 27 Eorum. 28 Abſunt a plerisque lib. 29 *Comitatum,* emendat Cujacius ex Græcis & Latinis, *manuſcr.* 30 Milite mortuo erogator debitum ſtipendium uxori & liberis defuncti perſolvere tenetur, ut *l.* 14. *ſupr. h. t.* Quæri poteſt, cur non totius anni, ut alias fit. *l.* 4. *ſupr. de domeſticis & protectorib. h. l. tit.* 17. Cujacius putat, ideo conſtitutum, quod militibus ſtipendia in annos non conſtituerunt, ſed ut quisque militiæ onus ſubiiſſet. Poteſt & hoc adjici, rem in infinitum abituram fuiſſe, ſi in tanta militum multitudine id fuiſſet admiſſum. 31 *l.* 14. *in fin. ſupr. h. t.* 32 Militibus nonnunquam utebantur ad certas perſonas cuſtodiendas, imo & curias, corpora, eccleſias, *ut hic.*
33 Abſunt a *quibusd. lib. manuſcr.* 34 Al. *capitulum. & J. cap. præbendo.*
35 Militibus cuſtodiæ, certæ perſonæ, eccleſiæ, curiæ, vel certi corporis, deputatis, conſuetas annonas & capita princeps ipſe præſtat: id quod amplius militibus neceſſarium eſſe poteſt, præſtant illi ipſi, qui a militibus cuſtodiuntur. 36 Deceſſerint. 37 Milites tuitionis, vel ex alia cauſa deputari non poſſunt, ſine principis juſſu. 38 Eam de. 39 Pro ſua deſidia. 40 Adæratio ſpecierum (ἐξαργυρισμὸς) quæ primipilari præbentur, ſecundum aliarum ſpecierum venditionem fiat: hoc eſt ſecundum rationem menſæ: vel potius accipiendum eſt, hoc fieri debere, prout fori ratio poſtulat. *Synopſ. Baſil.* 56. *tit.* 17. περὶ ἐξαργυρισμῦ. 41 Adærare eſt pretio munus redimere. 42 Capita, pabula equorum *ſupr. de annonis & capit.* 43 Actuarius jungitur optioni. ut *l.* 9. *ſupr. h. t. l.* 3.

nime denuntiaverit. Retractatio enim quicquid adversus constitutionem acciderit, coarguet, & judicabit.

TIT. XXXIX.
DE [1] EXCOCTIONE [2], ET TRANSLATIONE [3] MILITARIUM ANNONARUM.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Stilichoni Com. & Magist. utriusque militiæ.

OPinatores [4] quibus species in diversis provinciis delegantur contra omnem consuetudinem a nullis consistentibus familiis [5] excoctionem panis efflagitent. Illustris igitur auctoritas tua novam usurpationem congrua auctoritate repellat: ut cum opinatores in provincias delegantur, vetus consuetudo servetur. Dat. Id. Septembr. *Mediolan.* THEOD. V. C. CONS. *399*.

Ab excoctione panis nulla domus, etiam principis, excusatur. Bart.

2. Iidem AA. [6] Adriano P. P.

IN [7] excoctione buccellati, quod devotissimis militibus convenit præparari, in translatione etiam annonæ, nullius excipiatur persona: videlicet ut nec nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam (quod non opinamur) implere quæ sunt præcepta, neglexerit, in procuratorem ejus severissime vindicetur: ita ut si hujusmodi contumaciæ dominum [conscium] esse constiterit, quadruplum id, quod pro ejus capitatione poscitur, posthabita dilatione solvetur [8]. Dat. 9. Kal. April. *Romæ*, HONORIO A. VI. & ARISTENETO CONSS. 404.

TIT. XL.
DE [9] MILITARI VESTE.

Canonem vestium a Kalend. Septemb. usque ad Kalend. April. respubl. solvet. Bart.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. Auxonio P. P.

OMnem [10] canonem vestium [11] ex Kalendis Septembris [12] ad Kalendas Aprilis nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna Rectori provinciæ, vel ejus officio, condemnationis quæ [tuæ] justitiæ videbitur. Dat. 14. Kal. Decembr. *Martianop.* VALENTINIANO, & VALENTE CONSS. *365*.

2. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. Modesto P. P.

PRovinciæ [13] Thraciarum [14] per xx. [15] juga seu capita conferant vestem. Scythia, & Mysia [16] in xxx. jugis [17] seu capitibus interim annua solutione dependant: per Ægyptum & Orientis partes in [18] trecenis ternis jugis: per Asianam vero, & Ponticam diœcesim ad eundem numerum in capitibus, seu jugis annuæ vestis collatio dependatur: ita ut per Orientem [19] Provinciæ in titulo auri comparatitii, quod per jugationem redditur, compensationis gratia perfruantur: exceptis [20] Osroëna & Isauria: nam eas demum constat aurum comparatitium minime debere [21]. Dat. 5. Id. Aug. *Hierapoli*, GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE V. C. CONSS. 377.

Ad vestem militis non præstabuntur bini tremisses, sed unus solidus. Bartol.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Martiano Com. S. L.

FOrtissimis [22] militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos [23] solidos dari præcipimus. Dat. 16. Kal. Febr. CP. ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Asclepiodoto P. P.

MIlitaris [24] adæratio vestis a collatoribus exigatur [25], sacratissimis videlicet largitionibus inferenda, ita ut quinque ejus partes fortissimis militibus erogentur in pretio: sexta vero portio a gynæciariis clementiæ nostræ absque ulla, vel ipsorum, vel publica incommoditate, pro eadem contextione suscepta, minoribus [26] gregariisque militibus in ipsa quam maxime eos desiderare constiterit, specie [27] præbeatur. Datum 7. Id. Mart. CP. ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. XLI.
DE [28] METATIS [29] ET EPIDEMETICIS [30].

1. Imppp. VALENT. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAAA. Theodoro Magist. offic.

SI quis metatorum nostrorum manum qua deputatas singulas quibusque domus denotant, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitaverit: ad instar falsi reus [31], constituti hujus auctoritate teneatur. Dat. 6. Kalend. Novembr. CP. D. N. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO V. C. CONSS. *395*.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Osio Magist. offic.

IN [32] qualibet vel nos ipsi urbe fuerimus, vel [in] qua hi, qui nobis militant, commorentur: omnium tam metatorum, quam etiam hospitum iniquitate summota duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, ut in tres domo [33] divisa partes, primam [34] eligendi dominus habeat facultatem: secundam hospes quam voluerit exequatur: tertia domino relinquenda. Plenum enim æquitate atque justitia est, ut qui aut successione fruitur, aut emptione [35], vel extructione gaudet, electam præcipue judicio suam partem teneat & relictam.

† Ergasteria vero quæ mercimoniis deputantur, ad prædictam divisionis injuriam non vocentur, sed quieta sint, & libera: & ab omni hospitum injuria defensata, solis dominis conductoribusque deserviant. Sane si stabulum (ut adsolet) militari viro in tertia domus parte defuerit [36]: ex ergasteriis (nisi id dominus qualibet occasione providerit) pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur. † Illustribus sane viris non tertiam partem domus sed dimidiam [37] hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat conditione observata, ut alter ex his, (si libet [38], atque maluerit) divisionem arbitraria æquitate faciat, [& [39]] alter eligendi habeat optionem. & firmissimum perpetuo, quod jussimus perseveret: ita ut triginta librarum [40] auri, qui illustrissima sunt præditi dignitate, fisco nostro se [pœnam] illaturos esse cognoscant: cæteri vero militia sciant [se [41]] esse privandos, si generale præceptum amplius usurpando quam jussimus, reprehensibili temeritate violaverint. Dat. 8. Id Febr. CP. HONORIO IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

3. Iidem AA. Vincentio P. P.

CUnctos Judices scire volumus, a [42] prætoriis ordinariorum judicum his præsentibus abstinendum. Dat. 16. Kal. Febr. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO VV. CC. CONSS. 400.

4. Iidem AA. Æmiliano Mag. offic.

FAbricensium [43] domibus ubicumque [44] constitutis omnem molestiam hospitum præcipimus amoveri: quod & Antiochensibus, & cæterarum civitatum fabricis similis domorum excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu. Dat. [45] 2. Kal. Febr. CP. STILICHONE CONS. 400.

5. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P. P.

DEvotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. Primo igitur omnium ad nullum prædium publicum, vel privatum domus nostræ, vel cujuscunque [46] juris ullus [47] metator accedat, si a quoquam fuerit destinatus. Licentiam [48] enim domino, actori, ipsique plebi serenitas nostra commisit, ut eum, qui præparandi gratia ad possessionem venerit, expellendi [49] habeat facultatem, nec crimen aliquod pertimescat: cum sibi arbitrium ultionis suæ sciat esse concessum: recteque sacrilegum prior arceat, qui primus invenit. Administrantem vero, ejusque officii proceres, quorum præceptio [50] inhibitam personam ad agrum aliquem destinaverit, in tempus [51] proscribi debere censuimus [52]. † Solam sane hospitalitatem sub hac observatione concedimus, ut nihil [53] ab hospite quod vel hominum vel animalium pascuis necessarium creditur, postuletur: omniumque sit acceleratum iter atque continuum, nec ulli liceat residere [54]: ne diuturnitas commanentium ulla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri multa ferietur, quisquis administrator, rogator [55], apparitor [ve [56]] ullus, militans scilicet, vel iter [57] agens ullo in loco aliquid ab hospite postulaverit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem jubemus, ut ipsis quoque præbentibus impunitum esse non patiamur, si quid [58] sponte contra præceptum nostrum probati fuerint obtulisse. Datum prid. Id. Jun. *Ravennæ*, post consulatum HONORII IX. & THEOD. V. AA. 414.

supr. de apochis publ. l. 10. tit. 22. Nov. Marciani de ind. deb. ut & annonario, *l. 3. C. Theod. de numerariis.* subscribendarius dicitur in *l. 1. C. Theod. de apochis.*

1 *l. 7. C. Theod. 5.* 2 *Exactione*, al. *executione.* 3 Collatione. 4 Optiones. *Goth.* Opinatores exigunt annonam militarem vel imminent judicibus. *l. 11. supr. tit. prox.* Excoctionem panis non exigunt, ubi familiæ nullæ consistunt. *Mod.* 5 Al. *famulis.* 6 *Al.* Et Theodosius A. 7 *l. 2. C. Th. h. t.* 8 Solvatur.

9 *l. 7. C. Theod. 6.* 10 *l. 2. C. Theod. h. t.* 11 Omnes res suas obligantem, vestes suas non obligare hinc colligit Ripensis ad *l. 6. ff. de pign. & hypoth.* 12 Indictiones incipiunt a mense Septembri, *ut hic & l. ult. in fin. supr. de annonis & tributis. l. 10. t. 16. Novell. 128. in pr.* 13 *l. 3. C. Th. h. t. l. 1. supr. ut nemo ad suum patrociniam. l. 11. t. 53.* 14 Tarsiarum, *Pyrrhus.* al. *Daciarum.* 15 Al. *tricena.* al. *quinquagena: ut notat Azo hic.* Cont. 16 *Mœsia.* Alc. 17 Juga capita, *l. 2. vers. At cum ex mandato. §. ut nemini liceat in coëmptione specierum. l. 10. tit. 27.* 18 In 30. terrenis jugis. 19 Orientis provinciam. 20 *In quibusd. lib. Ostroënatis, & Osdrohenia.* Alciat. *Orthodosia natis*, vel *Ostroenæ natis*, hic legit. verum excusa lectio rectissima est, *& lib. manusc.* confirmatur. 21 Redhibere. 22 *l. 4. C. Theod. h. t.* 23 Singulis. 24 *l. 5. C. Theod. h. t.* 25 Adæratio vestis largitionibus sacris infertur ut *l. 1. supr.* ita ut quinque ejus partes militibus erogentur in nummis, sexta in vestibus a gynæciariis præstetur junioribus gregariisque, id est, tyronibus. & addunt Græci rationem τέτως γὰρ ὂ δῦ πιςεύεσθαι ἀργυρίῳ. sic autem tyro & gregarius miles pro eodem etiam ponuntur, ut & juniores sæpe in Cod. Theod. qui & caligati. Cedrenus tamen ait juniores esse institutos scholares a Junio Balbo patre Gordiani. *Mod.* 26 Al. *junioribus.* 27 Species hic pro veste accipitur, *ut l. 2. supr. de murilegulis. l. 11. tit. 7. l. 4. supr. de vestibus holoberis. l. 11. tit. 8.*

28 *l. 7. C. Theod. 8.* περὶ μετάτων ἤτοι ἀπλήκτων &c. De metatis seu hospitiis, & quinam eis præbendis obnoxii non sint. *Synops. Basil. lib. 57. tit. 12. cap. 2.* 29 *Metata* sunt hospitia, quæ supervenientibus militibus, vel aliis personis provinciales præbent. al. *metatoribus*: dicuntur autem *metatores*, qui eligendi & præparandi hospitii causa præcurrunt. 30 Epidemetica sunt pretia, quibus se redimunt ab onere hospitum suscipiendorum. *Novell.* 130. Roland. a Valle 1. *cons. 66. num. 1.* Quidam legunt, *epimetaticis*, al. *epidimeticis.* vid. *hic* Alciat. 31 Reus ex hac. 32 Quælibet domus, quæ metatum (μετάτον) præstare debet, in tres partes dividatur: ac partem quidem unam dominus ad mansionem suam eligat, alteram, quam volet, miles accipiat: tertia quæ restat, domino relinquatur: officinæ vero adhærentes ædibus (παροικικὰ τὰ παρακείμενα τῇ οἰκίᾳ) a metatis immunes sunt: nisi forte miles in electa a se parte tertia stabulum non habeat. Tunc enim undecunque dominus stabulum præbere debet, aut si nullum habeat, ex adhærentibus officinis deputet: non quale omnino ipse miles requirit, sed quale numerus animalium, quæ secum miles adducit, postulat. Et ea quidem lex est metatorum militibus præstandorum. Nam illustribus, quibus metatum parandum est, non tertia pars domus, sed dimidia concedenda: domino quidem ædium divisionem faciente, altero vero eligente. Quod si quis majorem ædium partem prætextu metati occupaverit, illustris quidem triginta libris auri multetur: miles autem militia privetur. *Synops. Basil. 57. tit. 12. c. 2.* 33 Ut in tres domus divisæ partes. 34 In metatis principales ædium partes dominis reservandæ. adde *Novell.* 130. 35 Empto. 36 Al. *additur id.* 37 Mediam. 38 Quilibet, quive maluerit. 39 *Al. deest.* 40 Libras. 41 *Al. deest.* 42 Vide *l. 14. supr. de offic rector. provinc.* 43 Metatis non sunt obnoxiæ domus deputatorum fabricensium (ὁπλοποιῶν) ubicunque sint. *Syn. Bas. h. t. c. 4.* adde 2. Harmen. 5. §. 9. 44 *Ubique* sic usurpatur in *l. urbana. 166. ff. de verb. signif.* 45 *Al.* 11. 46 Cujusque. 47 Nullus. 48 *l. 4. supr. de jure fisci, l. 2. §. de discussoribus l. 10. tit. 30. l. 5. J. de executoribus. h. l. tit. 61.* 49 Metatori, *ut hic*, ut & alias officiali injuste exequenti, licet ipsis privatis resistere, & eos repellere, dixi ad *l. 5. J. de executorib. h. l. t. 61.* 50 Præcepto. 51 Tempore. 52 Recensuimus. 53 *l. 6. J. h. t. l. unic. J. tit. prox.* 54 Possidere. 55 Erogator. al. *rogatus.* Cuj. emendat, *togatus*: & sic legitur in *lib. Aured.* id est, patronus causarum. 56 Al. abest *ve*: & post *ullus*, adjicitur, *vel.* 57 Mavult Cujac. *inter.* 58 Qui, al. *quis.*

6. Iidem

6. Iidem AA. Adriano Procur. Africæ.

HOc prospectum est, ut [1] infausta [2] hospitalitatis præbitio tolleretur: nec balneum [3] quisquam a domino ædium postulet. Dat. 5. Non. Mart. *Ravennæ*, CONSTANTIO & CONSTANTE CONSS. 414.

7. Iidem AA. Eustathio P.P.

DEvotissimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiscentes ad bella, muri [4] sacratissimæ Urbis singulæ turres in pedeplanis [5] suis suscipiant. Dat. 5. Non. Mart. CP. HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 422.

Medici sacri palatii, & Urbis Romæ Magistri liberalium artium, & pictores ingenui, quoad vivunt, sunt immunes ab onere hospitandi.

8. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Helioni Magist. offic.

ARchiatros [6] nostri palatii, necnon [7] Urbis Romæ, & Magistros literarum, pro necessariis artibus, vel liberalibus disciplinis, necnon picturæ Professores (si modo ingenui sunt) hospitali [8] molestia, quoad vivent, liberari præcipimus. Dat. 14. Kalend. Septembr. HIERIO & ARDABURE CONSS. 427.

9. Iidem AA. Nomo [9] P. Magist. offic.

OMnes [10], qui metata [11] in suis domibus præstant [12], sive hospitia præbuerint metatoribus, sive quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pensionis vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Deinde [13] neminem volumus cujuslibet loci, vel ordinis in hac florentissima urbe domum propriam, excusantem metatum sibi in alienis ædibus privilegio militiæ vindicare: quod & in provinciis observari oportet: cæteris [14] vero, quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulum pro [15] suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc juris etiam in his præcipimus observari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles novit: honor tamen additus a nostra liberalitate reddit illustres: Scituris omnibus quod si quis cum cingulo perfruatur, & excusationem [ita] propriæ domus impetraverit, ut a pensione etiam portionis tertiæ sit immunis, & militiæ causa metatum [in [16]] alienis domibus sibi crediderit vindicandum: si quidem honore præditus excusationis jus habeat, carebit legum privilegiis, quas fraudare conatus est. Si vero inter eos, quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum [17] librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione multabitur. Datum 17. Kalend. Februar. *Constantinop.* THEODOS. A. CONS. [18].

10. Impp. VALENT. & MARTIAN. AA.

HAc [19] lege sancimus, ut si quis Consularem ac Patriciam meruerit dignitatem, tres domos proprias dum superest, habeat hospitum immunitate securas, heredes vero ejus filii, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut uxor, duarum domorum suarum excusatione potiantur. † Si quis vero Consulatu [20] tantummodo gloriatur, duas semis domos [suas [21]] immunes habeat: post fata vero ejus memorati heredes unam semis domum suam habeant nullis hospitiis prægravatam. † Pari Privilegio perfruatur cum memoratis heredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. † Præfectorii vero, necnon & magistri militum duas domos suas habeant, quoad vixerint hospitibus liberatas. Heredes vero eorum memorati unam defendant domum suam simili excusatione munitam.

† Magistri vero officiorum, vel quæstores unam semis domum suam quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam. Heredes vero eorum prædicti unam ab hospitibus jure defendant. † Comites autem domesticorum, & protectorum, & sacrarum largitionum, [& rerum privatarum,] & Vir Spectabilis Primicerius [22] Notariorum, singulas domos suas ab hospitum gravamine, dum vivunt, gaudeant esse securas. Memorati vero heredes eorum mediam partem unius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ vero partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant.

† Si qui [23] illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cœlitus impetraverunt, æquo animo suas domus hospitibus post hanc legem pendant pro tertia, quæ legibus præfinita est, portione: exceptis videlicet ergasteriis, quæ in plateis vel angiportis [24] esse noscuntur, quod in omnibus domibus quæ hospitales sunt, observari jubemus, ita ut nemo vel ex sacro rescripto, vel ex divina annotatione, seu pragmatica sanctione contra hanc legem uti possit excusationis auxilio: his omnibus, quæ per hanc legem constituimus, in hac æterna urbe observandis.

11. Imp. ZENO [25] A.

DEcem post Primicerium tribunos in domibus, quas in hac regia urbe possident, metatorum jussimus vacationem mereri.

12.

NEquid Præses dum [26] per Provinciam oberrat, hac specie exigat a Provincialibus, ne illos hospitio gravet, vel ut eis habere arma concedat. Qui secus fecerit, ut dignitate, bonisque ademptis exilio perpetuo damnetur [27].

TIT. XLII.

DE [28] SALGAMO [29] HOSPITIBUS NON PRÆSTANDO [30].

1. Imp. CONSTANTINUS [31] A.

NE [32] quis [33] Comitum, vel Tribunorum, aut Præpositorum, aut militum nomine, salgami gratia, culcitras, lignum, oleum a suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat: sed sint provinciales nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certe præpositis, militibusque gravi vexationi subjacentibus. Dat. 5. Id. Octobr.*

TIT. XLIII.

DE [34] COMMEATU [35].

Tempore expeditionis nullus militibus commeatus dare potest: contra faciens capite punitur. Bart.

1. Impp. CONSTANT. & CONSTANS [36] AA. Leontio P.P.

NE [37] cui liceat Præpositorum, vel Tribunorum cohortium, vel vicariorum, & familiarium eorum [38] tempore expeditionis quocunque genere cuiquam de militibus a castris, atque signis, vel his etiam locis, in quibus [39] prætendant [40], discedendi commeatum dare. Si quis vero contra hanc legem facere ausus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore, in quo Barbarorum incursio [41] extiterit, & tunc cum præsentes in castris, atque apud signa milites esse debeant, quisquam abfuerit: capite vindicetur. Dat. 4. Kal. Maji, SEVERO, & RUFINO CONSS. 223.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEODOS. AAA. Syagrio Mag. offic.

QUicunque [42] de Scriniis, aut Agentibus in rebus, vel etiam ex officiis Palatinis, his videlicet, qui sacrarum [43], & privatarum remunerationum comitibus, obsecundant [44], sex [45] mensium spatium supra [46] diem commeatus, aut jussionem evictionis abfuerit: is in inferiorem locum quinque antelatis posterioribus devolvatur. Is vero [47], qui anni [48] vacationem [49] arbitratu proprio, judiciarii præcepti oblitus assumpserit, a decem post se militantibus transferatur [50]: ac deinde cum jam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur. Qui vero nec [51] post quadriennii quidem tempus [52]: militantium non immerito matriculis auferatur. Dat. Kal. Oct. AUXONIO, & OLYBRIO CONSS. 379.

Qui sine commeatu biennio, aut triennio, vel quadriennio vacaverit, modo hic inscripto punitur. Bart.

3. Impp. [53] HONOR. & THEOD. AA. Hausoni Com. & Mag. militum.

SI quis sine commeatu aliquo annum in penatibus [54] propriis, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur: in quo vero biennalis [55] culpa deprehenditur, viginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta prælatos jure deflebit: ita ut quartus exempto matriculæ nullam veniam derelinquat. Dat. Prid. Id. Jun. *Rav.* post consulatum HONORII VIII. & THEOD. V. AA. 413.

TIT. XLIV.

DE [56] TYRONIBUS.

1. Impp. VALENT. & THEOD. AA. Modesto P.P.

NUllus [57] tyro [58] vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedat. Datum 14. Kalend. Octobr. *Hierapoli*, VALENTE & VALENTIN. III. AA. CONSS. 380.

1 Al. *ne infausta hospitalitatis præbitio tolleretur*, Hal. Est vero infausta hospitalitatis meretricum præbitio; solebant interdum milites scortum a suis hospitibus exigere. 2 Infanda. 3 Quod & privatum. dixi ad *l.* 13. *C. Theod. h.t.* & 2. Harmen. 4. §. 23. adde Cujac. 9. *observ.* 2. 4 Scilicet novi! a Theodosio juniore constructi, de quibus *Nov.* 59. *c.* 5. *l.* 18. *supr. de operib. public.* 5 Επιπέδοις. Ita milites olim in media urbe non hospitabantur. 6 A metatis sunt immunes, tantisper dum vivunt, Archiatri palatii & urbis Romæ, magistri literarum (γραμμάτων διδάσκαλοι) pro vere necessariis artibus & liberalibus disciplinis! ut & picturæ professores, si modo ingenui sunt. *Synops. h.t. c.* 1. & 2. Harm. 5. §. 9. 7 Archiatrorum alii sacri palatii, alii urbis Romæ. adde *l.* 2. *supr. quibus non objicitur longi temp.* vide Hieronymum Mercurialem 4. *Variar.* 1. 8 Hospitalitatis. 9 Numo. 10 *Ex Nov. Theod. quam integram edidit Pithœus.* 11 Al. *metatum*, id est, diversorium: & ita accipitur *lib.* 4. *c.* 25. *ecclesiast. hist.* sed excusa lectio extat in *Nov. Theod.* 12 *Al.* additur, *sive officia.* 13 Metatum in alienis ædibus sub prætextu militiæ vindicare, nemo cujuslibet gradus aut conditionis potest: sive in urbe Constantinopoli, sive in provinciis. Quin illustres excusationem a metatis non habent, εἴ τι ἀζωστοὶ ἐστὶν, εἴτε ζωστοὶ, sive cum cingulo, sive extra cingulum sint, ac si ille privilegium a metatis impetraverit, privilegio privabitur, ἰδιώτης privatus, centum auri libras sacris thesauris inferre cogitur. *Syn. h.t. c.* 9. 14 *l.* 10. §. *ult.* J. *h.t.* 15 Abest *suo*, a *Novell. Theod.* in al. deest *solo.* 16 Abest a *quibusd. lib.* sed extat in *Nov. Theod.* 17 *Centenarum, in Nov. Theod.* 18 Sic legitur in *Novell. Theod. sed in lib. Cujac.* Theod. & Valentiniano AA. Conss. 19 A metatis excusandarum ædium is modus est: ut qui consularis & patricius factus sit, tres domos suas a metatis excuset, dum superest: heredes ipsius (sive filii succedant, sive pater, sive mater, sive nepotes, sive fratres, sive sorores, sive uxor) domos duas, *ut hic.* Consularis tantum, duas semis tantum, heredes ejus unam semis. *vers. si quis vero.* Patricius tantum, idem privilegium habebit. *vers. pari.* Præfectorii & magistri militum duas: ipsorum heredes, unam. *vers. præfectorii.* Magistri officiorum seu quæstores, una semis. *vers. magistri.* Comites domesticorum, protectorum, largitionum (παροχῶν) rerum privatarum, primicerii notariorum, singuli unam domum, heredes ipsorum, dimidiam: ut residuæ dimidiæ partis portionem metato præbeant. *vers. Comites.* Illustres vero in actu nullo constituti, sed honoraria dignitate duntaxat ornati, nullam: exceptis eorum ergasteriis, quæ in plateis, vel angiportis sunt. *vers. si qui illustres.* Nullus autem, vel ex sacro rescripto, vel ex pragmatica sanctione semet a metatis excuset. *vers. ita ut nemo. Synops. ibid. cap.* 10. 20 Consulatum. 21 *Abest a quibusd. lib.* 22 Et primicerius. 23 *l.* 9. *vers. cæteris.* §. *h.t.* 24 Εν τοῖς στενωποῖς. *Synopsis.* 25 *Al.* Leo. 26 Id ἐπιδημητικὸν Græci *Novell.* 134. *c.* 1. dixi ad *l.* 7. *supr. de erogat. militaris annonæ. h. l. tit.* 38. 27 Abrogantur ergo epidemetica, & occasione ἀφοπλισμοῦ id est, ne privatis auferantur arma, exactiones, *in Novell.* 8. ἀφοπλιστὰς vocat, qui privatis hominibus habere arma non concedunt. Fit autem hujus constitutionis mentio *l.* 26. *supr. de episc. aud.* Mod. 28 *l.* 7. *C. Th.* 9. 29 *Salgami* appellatione significantur esculenta, quæ ad condiendum valent. Et hic sane culcitræ, lignum, oleum numeratur. Hujus vocis etiam meminit & Columella. *Goth.* Vide Cœl. Rodigin. *Antiq. lect. lib.* 30. *cap.* 10. & Alciat. *hic.* Ans. Adde Forcatul. *in penn juris cap* 20. Mod. 30 Præbendo. 31 *Al.* Constans AA. Leontio P.P. 32 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* Milites stipendiis suis contenti esse debent, quod & Scriptura quoque jubet, ac ut sint, quod esse debent, Reipubl. defensores & populi: non autem, quod esse solent, prædones, vetat Constantinus milites a suis hospitibus exigere, salgami nomine, culcitram, oleum, lignum. adde Forcatulum *c.* 20. Penus *l.* 5. *vers. solam. tit. proxim.* adde Roland. a Valle 1. *cons.* 66. *num.* 4. & 9. 33 Qui.

34 *L.* 7. *C. Th.* 12. 35 Commeatus est abeundi licentia, data militi ad tempus. Cuj. *hic l. unic. supr. in quib. causis militantes for. præscript. uti non possunt. l.* 1. *l.* 14. *ff. de re militari.* vide Festum *in Remeare, l.* 2. *in fin. ff. ad municipalem.* 36 *Al.* Constantinus A. *al.* Arcad. & Honor. AA. 37 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 38 Adde *l.* 12. §. 2. *ff. de re militari.* 39 *Quibus*, & deest in *C. Theod.* 40 Prætendatur. 41 Excursio. 42 *l.* 2. *C. Th. h. t.* 43 Comes sacrarum & privatarum remunerationum, *ut hic*, sacrarum remunerationum. *l.* 16. *supr. de palat. sacrar. largit. h. l. tit.* 24. *l.* 41. *C. Theod. de appellat.* Is est, per quem princeps largitiones publice & privatim facit: præsidebat donis imperialibus. *Cassiodor.* 6. 44 Obsecundent. 45 Scriniarius magisterianus; vel palatinus, qui commeatum accipit, si supra commeatus diem sex mensibus abfuerit, quinque sequentibus postponi debet. 46 *l.* 3. §. *si ad diem commeatus.* 7. *l.* 14. *in princ. ff. de re milit.* 47 His vero. 48 Miles, qui supra commeatus diem annum abfuerit, decem sequentibus postponi debet. 49 Vocationem. 50 Transferatur. 51 Ne post. 52 Al. *nec post quadriennii quidem tempus militaverit, non &c.* 53 *Al.* Imp. Zeno A. 54 Penates, domus cujusque. 55 Biennium talis. al. *biennio talis.* 56 *L.* 7. *C. Th.* 13. 57 Pars *legis* 6. *C. Theod.* 58 Tyroni vix fidendum, ita

2. Imppp.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QUisquis [1] alieni juris mancipium in tyrocinio militiæ ſcribi curaverit: convictus, ac proditus auri libram ærario noſtro cogatur inferre, mancipio ſcil. [2] domino (ſi factum ignoraverit) reddendo. Dat. Id. Maji, *Tyro Metropoli*, PP. *Beryto*, ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 384.

3. [3] Imp. HONORIUS A. [4].

TYrones [5] in ſcholis loco ſemper poſteriore ponantur: nec [6] enim patimur quemquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur. Dat. 7. Kalend. Decembr. *Ravennæ*, BASSO, & PHILIPPO CONSS. 408.

TIT. XLV.
DE [7] LITTORUM [8], ET ITINERUM CUSTODIA.

1. Impp. [9] HONOR. & THEOD. AA. Euſtachio P.P.

SAluberrima [10] ſanctione cenſemus [11], ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferantur: & quæcunque naves ex quolibet portu ſeu littore dimittuntur [12], nullam [13] concuſſionem vel damna ſuſtineant: ita tamen ut earum naucleri deponant in quam [14] provinciam ituri ſunt: uti [15] hoc manifeſtato, nulla contra eos poſtea indignatio ſeu concuſſio quoquo modo procedat. Dat. 14. Kalend. Octobr. CP. DN. THEOD. A. IX. & qui fuerit nunciatus 420.

TIT. XLVI.
DE [16] DESERTORIBUS, ET OCCULTATORIBUS EORUM.

Recipiens ſcienter deſertorem in agro vel in domo, ſi eſt Actor vel Procurator, capite punitur. Bart.

1. Imppp. [17] GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Syagrio P.P.

SI [18] quis forte deſertorem agro tectove ſuſceperit, atque apud ſe diu paſſus fuerit deliteſcere: actor quidem vel procurator loci qui hoc ſciens prudensque commiſerit, capitali ſupplicio ſubjugetur: dominus vero ſi hujus rei conſcius fuerit, prædii in quo latuerit deſertor, amiſſione puniatur. Si quis autem deſertorem prodiderit [19] mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Neque ſolum de his loquimur, qui proxime ſignis [20] felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt [21]: verum etiam qui ſtipendiis militaribus degenerem latebram præbuiſſe monſtrantur [22]. † Deſertor [23] autem habebitur, quisquis belli tempore aberit a ſignis. Horum qui ſponte proceſſerit: peccati anterioris ſupplicium non timebit. Sin vero flagitioſa ignavia deliteſcat: per eum in cujus domo fuerit invigilantibus extrinſecus quoque officiis publicis, ubicunque correptus, ſeveritati judicis offeratur, degeneris mortis [24] gladium ſubiturus. Sin autem Rector provinciæ propoſitam ſeveritatem, vel gratia, vel diſſimulatione diſtulerit, patrimonii, atque exiſtimationis damno ſubjiciatur: & in officii primores capitaliter vindicetur. Dat. Id. Jul. *Romæ*, GRAT. V. & THEOD. I. AA. CONSS. 382.

Deſertor inventus reſiſtens, ut rebellis opprimitur. Bart.

2. Imppp. ARCAD. THEOD. & HONOR. AAA. Adriano P.P.

SI [25] deſertores inventi, reſiſtendum [26], atque armis oppugnandum [27] putaverint: tanquam rebelles [28] in ipſis temeritatis ſuæ conatibus opprimantur: ita tamen ut provinciarum judices ſolicita cautione diſquirant, ne ſub falſarum tractatoriarum nomine, deſertionis ſuæ crimen defendere moliantur: nec [29] ſuppoſitis, & [30] commentitiis epiſtolis evadendi habeant facultatem. Dat. 6. Kal. Mart. *Ravennæ*, THEOD. A. I. & RUMORIDO CONSS. 403.

3. Iidem AAA. Longino P.P.

QUi [31] relictis militaribus caſtris, ſe ad deprædationem, vel latrocinium contulerint, ſeveritatem Judicis non evadant [32]. Dat. 9. Kal. April. *Ravennæ*, ARCADIO A. VI. & PROBO V.C. CONSS. 406.

TIT. XLVII.
DE [33] VETERANIS.

Veterani gaudent privilegiis hic inſertis. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A.

CUm [34] introiſſent principia [35], & ſalutatus eſſet a Præfectis, & Tribunis, & Viris eminentiſſimis, acclamatum eſt: *Auguſte Conſtantine, Deus te nobis ſervet* [*veſtra ſalus* [36]] *noſtra ſalus: vere dicimus: jurati dicimus.* Adunati veterani exclamaverunt: *Conſtantine Auguſte, quo nos veteranos factos, ſi nullam indulgentiam habemus?* Conſtantinus Auguſtus dixit: *Magis, magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere.* Victorinus veteranus dixit: *Muneribus* [37], *& oneribus* [38] *univerſis locis conveniri non ſinamur.* Conſtantinus Auguſtus [dixit:] *Apertius indica, quæ ſunt maxima munera, quæ vos contumaciter gravant.* Univerſi veterani dixerunt: *Ipſe perſpicis.* Conſtant. Auguſtus dixit: *Jam nunc Magnificentia mea omnibus* [39] *veteranis id eſſe conceſſum perſpicuum ſit, ne quis eorum in ullo* [40] *munere civili, nec in operibus* [41] *publicis conveniatur, nec ulla collatione, nec a Magiſtratibus, nec* [42] *vectigalibus in quibuscunque nundinis interfuerint, ullam ob* [43] *venditionem proponendam dare debebunt. Publicani quoque* (ut adſolent [44] agentibus ſupplere [45]) *ab eisdem veteranis amoveantur; quiete poſt labores ſuos perenniter perfruantur. Fiſco quoque noſtro eadem epiſtola* [46] *interdicimus, ut nullum omnino ex his inquietet: ſed liceat eis emere, & vendere, optimis negotiis pecuniam tractare, & mercimonia agitare, nec ſolum integra beneficii eorum ſub ſeculi noſtri otio, & pace perfruantur* [47], *ſed etiam nullo munere civili, d eſt, corporali, ſeu perſonali, vel deportatorio* [48] *onere eos affici concedimus.* Dat. Kalend. Mart. Civitate [49] *Bellovacorum*, CONSTANT. A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 321.

Veteranus factus protector nullis injuriis eſt pulſandus. Bart.

2. Idem A. Maximo.

PRovidendum [50] eſt, ne veterani, qui protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis ſuis conſecuti ſunt, incongruis pulſentur injuriis, quod ſi quis in hoc crimine fuerit deprehenſus: Rectores Provinciarum pro juriſdictione ſua examinante factum pro ſui qualitate eos coërceant. Dat. 4. Kal. Jun. *Treveris*, JANUARIO, & JUSTO CONSS. 328.

3. Idem A. Euagrio P.U.

VEterani [51], qui ex negligenta vitæ, nec [52] rus colunt, nec aliquid honeſtum peragunt: ſed latrocinii [53] ſeſe dederunt: omnibus veteranorum privilegiis exuti, pœnis competentibus a Provinciarum Rectoribus ſubjiciantur. Dat. 3. Id. Auguſt. CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTE II. CONSS. 353.

4. Impp. [54] HONOR. & THEOD. AA.

NUllus eorum, qui ſacramentis [55] inhærere deſierit, vel volens permittatur, vel invitus militare cogatur, ſeu ſtare judicum ſententiis [56]: quæ non his obſervatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus; niſi [57] forte reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio, tunc enim velut necdum cingulo depoſito ſub militari Judice rem tractari, finirique præcipimus: niſi principali beneficio ſpecialiter indulto quidam ex his ſeſe defendant.

TIT. XLVIII.
DE [58] FILIIS OFFICIALIUM MILITARIUM, QUI IN BELLO MORIUNTUR.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Euagrio.

HI [59], qui [ex] officialibus quorumcunque officiorum geniti ſunt, ſive eorundem parentes adhuc ſacramento tenentur, ſive jam dimiſſi ſunt [60], in parentum militiam vocentur. Dat. prid. Non. Auguſt. BASSO, & ABLABIO CONSS. 331.

2. Imppp. [61] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

FIlios [62] primipilariorum paternam ſequi conditionem oportet.

3.

SI [63] quis quocunque modo militans in bello moriatur, filius ejus, ſi unus ſit, vel ex multis major [64] natu, ſtatim in locum ejus ſuccedat, & easdem annonas accipiat, ſi pater usque ad Biarchi duntaxat gradum pervenerit. Quod ſi altiorem obtinuerit (veluti ducenarii, aut centenarii) filius ejus fiet tantummodo Biarchus. Manifeſtum autem eſt, majorem natu [65], in quem ejusmodi ſolatium confertur, fratrum ſuorum curam habiturum.

tyroni cuſtodia non tuto committenda. *l. 14. in princ. ff. de cuſtodia.* 1 Similis eſt conſtitutio *l. 5. C. Theod. tit. 9. l. 2.* 2 Hæc non erant in C Theod. ſed addita ſunt a Triboniano ex *l. 6. ſupr. qui mil. poſſ.* Mod. 3 *Al.* Impp. Honorius & Theodoſius AA. C. S. L. 4 *Al.* Anaſtaſius A. 5 *l. 19. C. Theod. h. t.* 6 Vide *l. 7. ſupr. de proximis ſacrorum ſcriniorum. hoc lib. tit. 19.*

7 *lib. 7. C. Th. 16.* 8 Al. *littoribus.* 9 *Al.* Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. male. 10 *l. ult. C. Th. h. t.* adde quæ ſcripſi ad *l. 11. §. 3. ff. de publican.* 11 Vide *l. 1. §. quæ res exportari non debeant.* 12 Mittuntur. 13 Vide *l. 3. ſupr. de naviculariis. lib. 11. tit. 1.* 14 Qua provincia. 15 Ex hoc.

16 *lib. 7. C. Th. 18.* vide 6. Harmen. 8. 17 *Al.* Imp. Theod. A. 18 *l. 4. C. Theod. h. t.* 19 Deſertorem indicantis & prodentis præmium. 20 Signa militaria quæ & quot generum fuerint, dixi ad Rubricam, *tit. de verborum & rerum ſignific.* 21 Tenuerunt. 22 Punitur hac lege, tyro, milesve deſertor, & occultator ejus. Præmio autem afficitur proditor ejus: ſervus libertate, quod huic legi addendum eſt ex *l. ult. ſupr. quib. ex cauſ. ſer. pro præm.* quæ eandem inſcriptionem & ſubſcriptionem habet: Ingenuus mediocris loci immunitate, ut in cauſa falſæ monetæ, *l. 1. ſupr. de falſ. mon.* ideo autem illud *mediocris loci* additur, quia qui ſuperioris dignitatis ſunt, ſatis per ſe a muneribus vilibus excuſantur. *Mod.* 23 Deſertor eſt qui belli tempore abeſt a ſignis. adde *l. 3. §. deſertor. 3. ff. de re militari.* 24 Degeneri morte, al. *degenerem mortem gladii.* 25 *Pars l. 11. C. Th. h. t.* Deſertor ſeu qui ad hoſtes transfugit, tanquam hoſtis a quovis poteſt impune occidi. 6. Harm. 8. §. 1. 26 Vide *l. 2. ſupr. quando liceat unicuique ſine judice.* 27 Al. *obtinendum*, in lib. Aured. *obnitendum.* 28 Ὡς πολεμίους, ut hoſtes. 6. Harm. 8. Rebelles tamen alio ſenſu, *in feudis, Qui Rebelles.* 29 Ne ſuppoſitis. 30 Vel commentis. 31 *l. 15. C. Theod h. t.* 32 Multa etiam alia ſeverius in deſertores conſtituta ſunt, veluti ut a provincialibus opprimantur impune *l. 2. ſupr. quand. lic. unicui. ſine jud.* ut ejus criminis abolitio non ſit, *l. ult. in fin. ſupr. de abolit.* ut morte non extinguatur crimen. *l. 4. ſupr. de re milit.* Mod.

33 *lib. 7. C. Th. 20.* Περὶ τῶν ἀποστρατευομένων καὶ τῶν προνομίων αὐτῶν. De militibus emeritis & eorum privilegiis. *Synopſ. Baſil. 57. tit. 6.* 34 *l. 2. C. Th. h. t.* In nonnullis cod. ſic *incipit hæc l. Imp. Conſtantin. cum introiſſet principia, & ſalutatus eſſet a præfectis & tribunis, & a viris eminentiſſimis acclamatum eſſet Auguſte &c.* recte. *Contius.* 35 *Principia* in re militari quid eſſent, dixi ad *l. ult. ſupr. quæ ſit longa conſuetudo, l. 12. in fin. ff. de re militari.* 36 Al. *noſtra ſalus.* al. *abſunt.* 37 *l. 2. in princ. infr. h. t.* 38 Honoribus. 39 *l. ult. ff. h. t.* 40 Nullo. 41 Puta ob navium fabricam. *l. ult. infr. h. t.* 42 Imo vectigalibus tenentur. *l. 2. fin. ff. h. t.* 43 Venalitium vectigal innuere videtur, de quo ſcripſi ad *l. 4. ſupr. de proximis ſacrorum ſcriniorum. hoc lib. tit. 19.* 44 Solent. 45 *Superpellere, in vet. lib. ſed in C. Th. ſupercompellere.* 46 I. e. teſtimoniali dimiſſionis veteranorum. ſic enim epiſtola etiam accipitur in *l. 2. ſupr. de deſertor.* & aliis quoque locis, de quibus vide Cujac. *ad l. ult. ſupr. de profeſſ. & medic.* Mod. 47 *Multa ſunt hic a C. Th. detracta & immutata.* 48 Igitur immunes ſunt veterani ab onere portorii, *l. 9. C. Theod. de veteranis.* Item operum publicorum, de quo *l. 1. ſupr. de oper. publ.* & collationum extraordinariarum. neque quidquam debent civitatibus vel publicanis ob venditionem proponendam. *Mod.* 49 *In civitate Velovocorum, in Cod. Theod.* 50 *l. 5. Cod. Theod. h. t.* 51 *Pars legis 7. C. Theod. h. t.* 52 Veteranorum exercitia poſt miſſionem, rus colere, aut tale aliud honeſtum vitæ genus ſectari. 53 Milites ſeu pro militibus non habendi latrones armati. 54 *Al.* Imp. Theod. A. 55 Sacramentum militare quid, dixi ad *l. 2. ff. h. t. l. 11. ff. ad l. Jul. de adulteriis.* 56 Veterani mutant forum; nec enim jam amplius militare judicium obſervare coguntur, niſi ante miſſionem in eo lis conteſtata fuerit. Sic mulier per nuptias mutat forum, niſi ante nuptias litem inchoaverit. *l. pen. de juriſdict.* Sed ipſa ſe prioris judicis juriſdictioni volens ſubmittere poteſt; veteranus duciano judicio ſe ſubmittere non poteſt. *Mod.* 57 In jus vocatus, ſi poſtea militiæ nomen dederit, non poteſt in ea cauſa uti præſcriptione fori, quaſi præventus, *ut hic, & l. 7. ff. de judiciis. l. pen. ff. de juriſdict. omnium judicum.*

58 *Synopſ. Baſil. 57. tit. 7. & 7. C. Theod. 22.* 59 *l. 3. C. Theod. ib.* 60 Erunt. 61 *Al.* Idem A. *al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. 62 Facit *l. 11. C. Theod. h. t.* 63 Ut defuncti militis filius natu major ſtatim in locum patris ſui ſuccedat, & easdem annonas accipiat, usque ad Biarchi gradum. *Synopſ. ib.* 64 Primogenitis militum ſua fuit prærogativa. 65 Primogenitus frater fratrum inferiorum curam gerere debet.

TIT. XLIX.
DE [1] OBLATIONE [2] VOTORUM [3].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Basilio P. U.

QUando [4] votis communibus felix annus aperitur [5], in una libra auri, & solidis obryzatis [6] principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus: statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscujusque sedulitas Principibus [7] suis talia inferat semper, & deferat. Dat. 3. Non. Mart. *Mediolan.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

TIT. L.
DE [8] NUMERARIIS, ACTUARIIS, ET CHARTULARIIS, ET ADJUTORIBUS, SCRINIARIIS, ET EXCEPTORIBUS [9] SEDIS EXCELSÆ [10], CÆTERORUMQUE JUDICUM, TAM MILITARIUM, QUAM CIVILIUM.

De numerariis, & tabulariis.

1. Imp. CONSTANTINUS [11] A. ad Veronicianum Vic. Asiæ.

VOrax [12], & fraudulentum numerariorum propositum, qui diversis obsequiis Rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, ut antea sancivimus, & nunc itidem sancimus, conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis [13] [atque] lacerationibus subjacere. Dat. 14. Kal. Jun. OPTATO, & PAULINO CONSS. 334.

2. Impp. [14] VALENT. & VALENS AA. Clearcho.

QUi [15] numerarii appellari consueverant Consularium, atque Præsidum, duntaxat [16] tabularii post hanc nostram sanctionem vocabuntur: scientes se tormentis esse subjectos, nisi [17] judicibus, vel his qui provecti nostro judicio ad provincias venerint, vel exactoribus debitorum, aut reliquorum [nomen, & [18]] modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione: quos scire oportet, cum his, qui debitores sunt, se ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta, triennii [19] tamen spatio tabulariorum decet tempus omne concludi. Dat. 14. Kal. Mart. *Constantinop.* VALENT. & VALENTE AA. CONSS.

3. Iidem AA. Rufino P. P.

NUmerarios [20] Amplissimæ tuæ Sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere jubemus. Dat. prid. Id. Decembr. *Parisiis*, VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

In omni Provincia duo Numerarii, & Tabularii collocantur. Bart.

4. Imppp. [21] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. omnibus Rectoribus Provinciarum.

IN [22] provinciis singulis duo Numerarii qui & Tabularii collocentur: quo ad unum fiscalis arcæ [23] ratiocinium ad alterum largitionales pertinere tituli jubeantur: hoc sciturі, quod si ex alterius [24] quicquam actibus ad alteram [25] partem illicita [26] fuerit usurpatione translatum: is qui culpam judicis dissimulatione texerit [27], gravissimo sit supplicio subjugandus. Dat. 3. Kal. April. CP. ANTON. & SYAGRIO CONSS. 382.

De exceptoribus.

5. Iidem AAA. Principio P. P.

EXceptores [28] omnes judicibus Provincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur, neque a fisco ullas consequuntur annonas, absque metu dare cœptis operam, etiamsi decuriones sint, minime prohibemus: dummodo munera [29] propriæ civitatis agnoscant, & peracto secundum morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. Dat. 4. Id. Decembr. *Aquileiæ*, ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

De Numerariis Actuariis.

6. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Severo P. U.

NE [30] diutius ad cunctorum perniciem actuarii numerariorum [31] consortiis adjuventur, illustris auctoritas tua cunctos ex numerariis actuariorum societate præcipiat [32] abstinere, atque ab eorum communione discedere: quod si hoc moniti custodire neglexerint, iisdem pœnis se quibus actuarios, non ambigant subjacere. Dat. 4. Kalend. Jun. *Niciæ*, HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De actuariis.

7. Impp. [33] THEOD. & VALENT. AA. Hierio P. U.

ACtuarios [34] tam classium [35] Urbis Constantinopolitanæ, quam Tymelæ [36], equorumque curulium [37] civitatum diversarum, non aliter, nisi ut consueverat [38], manus sanxerit principalis, sublimitas tua præcipiat ordinari, quod [39] si quis talis sub tua fuerit judicatione convictus: profecto irritis his, quæ vetita contrectaverit, etiam congruam indignationem incurrat. Dat. 10. Kalend. Jul. *Nicomediæ*, THEOD. XII. & VALENT. II. AA. CONSS. 426.

De scriniariis vel numerariis præf. præt.

8. Iidem AA. Protogeni P. P.

SCriniarios vel Numerarios officii Magnitudinis tuæ jubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi: quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus.

De actuariis.

9. Impp. LEO jun. & ZENO AA.

NEmini licere deinceps jubemus in quacunque militia connumerato, sollicitudinem actuarii subire: vel post depositam eandem curam ad militiam adspirare, quatenus inter privatos agens, omnique militari privilegio denudatus, nihil nundinationis, vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

De Scriniariis, Numerariis, Adjutoribus, Chartulariis.

10. Imp. ZENO A. * P. P.

NUlli [40] Scriniario liceat pro tempore Numerarios plus quam quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adjuvare. Idemque hoc super Chartulariis in præbenda pro tempore numerariis opera observari decernimus, ita ut Adjutorum quidem biennii, Chartulariorum vero unius anni intervallo continuatio interrumpatur: nulla Adjutoribus ad Chartulariorum sollicitudinem quam semel dedignati sunt, descendendi [41] danda licentia: ita ut Orientalis quidem tractus pro tempore Numerariis, nonnisi ab his scriniariis qui inter triginta viros a Numerario retro numerandos, Asianæ [42] vero diœceseos numerariis nonnisi ab his qui intra quinquaginta a numerario similiter retro numerandos inveniuntur: Ponticæ vero & Thraciæ [43] diœceseos passim, & pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adjutorum tribuatur facultas. §. 1. Omnia sane commonitoria, vel præceptiones, aut evictiones, seu quælibet publica instrumenta, non solum Adjutoribus, verum etiam Provinciæ illius de qua disponitur, tractatori [44] inspiciendi, itidemque subscribendi, aliorum quoque qui una cum eo tractant [45] in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. §. 2. Si quid autem sine hac observatione ex Orientali, vel Asiano, vel Thraciano [46] scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis quæ a scrinio Ponticæ diœceseos emittuntur, quod in iisdem instrumentis solum numerarium ejusdem diœceseos ejusque Adjutorem & Chartularium subscribere Magnitudo tua disposuit: ita ut si quid hujus legis fuerit violatum Numerarii quidem tam gradus sui quam solennitatum seu solatiorum universi [unius] anni jacturam: Adjutores vero quinquaginta librarum auri, & Chartularii quindecim itidem librarum auri pœnam subeant [47].

De numerariis.

11. Idem A. Cotoni Magist. milit.

OFficio tuæ Magnitudinis datis precibus postulante, ut Numerariorum actus non in biennium, sed in unum annum [48] statuatur: nostra pietas hujusmodi petitionibus annuens, dispositionem quæ super biennio promulgata fuerat, super uno tantummodo anno [49] revocavit.

De Cornicularis, Chartulariis, Primiscriniis & Numerariis.

12. Imp. ANASTASIUS A. P. P. Illyrici.

PEr hanc divinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea Tribunis Prætorianis, dum dignitas eis qui in scriniis [50] seu gradibus officii tuæ Celsitudinis deponunt militiam præbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur, hoc super honore quoque Comitivæ dignitatis eis impertiri: ut sententia pro fine eorum militiæ proferenda, dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantummodo, & sine speciali codicillorum vel divinorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam & privilegia eam sequentia sufficiat: ita tamen ut primi ordinis Comitivam per interlocutionem ejusdem potestatis mereantur [hi, id est] Cornicularius [51], & Chartularius, Primiscrinius, & Numerarius scrinii Macedoniæ, & scrinii Daciæ, & scrinii operum, & scrinii auri. Hoc eodem in his etiam qui post novellam dispositionem divæ memoriæ Zenonis, quæ de eisdem pœnis loquitur: & de iisdem personis [52], quæ deposuerunt militiam, obtinente.

---

1 *L. 7. C. Th. 24.* 2 Al. *De observatione votorum.* al. *De obligatione.* 3 De votis adde *l. 233. §. 1. ff. de verb. signif.* 4 *l. 1. C. Theod. h. t.* 5 Nuncupabantur vota ineunte anno pro salute principis, *l. si caluitur. ff. de verb. signif.* & offerebatur libra auri in 72. solidis obryziatis sive obryzatis: quo nomine quid significetur vide Cujacium *ad tit. de vet. num. pot.* & Cottam *in voc. obryzati.* Mod. 6 Obryzati solidi quid essent, dixi ad *l. 3. Cod. supr. de vett. numism. potest. lib. 11. tit. 10.* Sunt qui ad *Ophir*, (quam provinciam Peru hodie vocari nonnulli putant) hanc vocem trahant. 7 Al. *principalibus.*
8 *L. 13. C. Th. 1.* περὶ ταβουλλαρίων καὶ χαρτουλαρίων βοηθῶν ἤτοι σκρινιαρίων καὶ ἐξκεπτόρων τῶν πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν ἀρχόντων, de Tabulariis, adjutoribus sive scriniariis & exceptoribus, tam civilium, quam militarium judicum. *Syn. Basil. 6. tit. 36.* adde *l. 25. ≅. de sacros. eccles.* 9 Executoribus. 10 Excelsæ, id est, *prætorianæ.* 11 *Al.* Impp. Valentin. & Valens AA. 12 Voracitas seu concussio in officiali punitur. *l. 4. C. Theod. h. t.* 13 Aculeis. 14 *Al.* Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. 15 *l. 9. C. Th. h. t.* 16 Recte addit hoc de consularibus & præsidibus. nam illustrium præf. prætor. numerarii, vel etiam spectabilium conditionales non sunt, quinimo cingulum militiæ gestant & tenent, qui in officio præf. prætorio numerarii sunt. *Mod.* 17 Vide *l. 1. ≅. de exact. tributorum. l. 10. tit. 19.* 18 Absunt a *quib. lib.* 19 Vide *l. 11. infr. h. t.* 20 *l. 11. Cod. Theod. h. t.* 21 *Al.* Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. 22 *l. 12. C. Theod. h. t.* 23 Al. *hastæ.* 24 Alienis. 25 Alienam. 26 *l. 36. ff. de regul. juris. l. 2. J. de executoribus. h. l. tit. 61.* 27 *Traxerit*, al. *tenuerit.* 28 *l. 2. ≅. de proximis sacrorum scriniorum. h. l. tit. 19.* adde *l. 19. §. 9. ff. locati.* 29 Munia. 30 *l. 14. C. Theod. h. t.* 31 *Numerarii* rationes & chartas tractabant in officio præf. prætorio; præf. urbi; præsidum & ducum. *Actuarii* palatinorum & comitatensium numerorum rationes tractant, *l. 5. supr. de erogat. milit. ann.* & ita actuarii specialiter accipiuntur. *l. 3. 5. 10. & 15. C. Theod. hoc tit. de numer. actuar.* Alii autem sunt actuarii, de quibus dicetur *tit. seq.* Alii actuarii comitum ærarii. *l. 3. J. de div. off.* Fuere & præf. prætorio, proc. præsidibus, vicariis, præf. urbi, ab actis. *Mod.* 32 Percipiat. 33 *Al.* Imp. Leo A.
34 *l. 4. in princip. supr. de munerib. patrimoniorum, l. 10. tit. 41. l. 5. in princip. supr. de spectaculis. l. 11. tit. 40.* 35 Al. *clarissimæ.* 36 *Chimeleæ.* al. *Antiochiæ.* Pyrrhus & Alciatus legunt *Timeleæ*, sed hanc legem, ut excusa est, restituit Cujacius ex *veter. lib. & l. 21. & 22. C. Theod. de div. offic.* qui interpretatur *Thymeleæ*, id est, scenæ. 37 Al. *& quarumcunque curialium.* *Al. quamque curialium.* Apulej. *l. 3.* equum curulem nimia velocitate refectum: Circenses dicuntur hi equi. *l. 1. §. 2. ff. de munerib. & honorib.* quorum alendorum munus patrimoniale, non personale, *ut alias dixi.* 38 Consueverant. 39 Quin. 40 Scriniarii adjutores non debent sociari numerariis & chartulariis, nisi secundum modum hic declaratum. Bart. 41 Discendi. 42 Asiæ. 43 Thraciæ.
44 Tractator hic paulo ante chartularius dictus est, a chartis tractandis, ut & *& l. 3. ≅. de canone largitional. lib. 10. tit. 23. l. 6. J. de executoribus, h. lib. tit. 61. Novell. 28. & 30. c. 2. & 128. cap. 24. in fin. 129. & 147. c. 2.* 45 Contractant. 46 Thraciaco.
47 Pœnæ subjaceant. 48 Numerarii, qui rectoribus parent, triennales sunt, *l. 2. ≅.* quod & de numerariis Præf. prætorio proditum est. *l. 13. & ult. C. Theod. h. t.* At numerarii, qui sunt in officio magistrorum militum, annui sunt olim erant biennales. *Mod.*
49 Al. *dispositionem, quæ super uno tantummodo anno promulgata fuerit, revocavit. l. 2. ≅. h. t.*
50 Scriniarios operum intelligit Cujacius *Novell. 128. cap. 18.* qui sub Præfecto prætorio erant, quibus interdicta discussio est rationum ad civitates pertinentium. *dicta Nov. 128. c. 18*
51 Cornicularius officialis qui præest cornibus secretarii, ut scribit Cassiodorus *lib. 11. Variar.*
52 Alias additur, *quæ.*

TIT. LI.
DE [1] CURSU [2] PUBLICO, ET [3] ANGARIIS [4] ET PARANGARIIS.

1. Imp. CONSTANT. A. Titiano.

EQuos, qui publico cursui deputati sunt, non [5] lignis, vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: pœna non [6] defutura contra eum, qui aliter fecerit. Dat. prid. Id. Maji, SABINO & RUFINO CONSS. 316.

2. Iidem AA. [7] Cyndino P.P.

PRæsidibus, & Rationalibus [8], cæterisque quibus propterea [9] respublica [10], & annonas, & alimenta pecoribus subministrat [11], usurpandi [12] paraveredi [13] licentia derogetur. Sed nec per aliam viam eundi quisquam habeat facultatem: nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proncifcendi per eum licentia, & ubi ratio exegerit, præsto est. PP. 15. Kal. Mart. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

3. Imp. [14] CONSTANT. A. Tauro P.P.

EVectiones [15] ab omnibus postulentur, & tam judices, quam custodes publici cursus minime [transire] patiantur antequam seriem evectionis aspexerint. Quod si [16] quis putaverit resistendum, & sine evectione iter facere detegatur, vel ultra tempus quod evectioni insertum est, publico cursu uti conatus sit, ubi repertus fuerit, ibidem [17] jubemus retineri: & siquidem dignitate præditus sit, de ejus nomine ad providentiam [18] tuam, & ad illustrem virum comitem [19], & magistrum officiorum referri: adversus vero cæteros protinus indignatio competens exercenda est, quos sinceritas tua pro loco graduque militiæ ibidem coërceri posse crediderit. Datum 8. Kal. Jul. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. II. CONSS. 359.

4. [20] Imp. [21] JULIANUS A.

PArhippum [22] eum [23] videri, & habendum esse, qui [24] usurpato uno [25], vel duobus veredis quos solos evectio continebit, alterum, tertiumve extra ordinem commoveat [26]. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, utrum agens in rebus suo itineri, an mulionis subjugando, modo evectionis datæ formæ licentiam non excedat. Dat. 5. Id. Septemb. MAMERTINO & NEVITTA CONSS. 362.

5. Impp. [27] VALENT. & VALENS AA. ad Symmachum Correctorem Lucaniæ, & Brutiorum.

SI [28] quis per publicum cursum iter faciens, cujuscunque dignitatis, vel militiæ, ab itinere recto diverterit, pœna in eum competens proferatur. Dat. 8. Kal. April. *Mediolani*, VALENTINIANO, & VALENT. AA. CONSS. 365.

6. Iidem AA. & GRATIANUS A. ad Amphilium.

EVectionum [29] copiam senatui cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen, cum aut a nobis evocatur, aut a clementiæ nostræ veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate præsumpserit, motum in se nostræ mansuetudinis excitabit. Dat. 3. Id. Decembr. *Trev.* GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

7. Iidem AAA. ad Hisprinium! P.P.

IN [30] omnibus provinciis veredorum quarta pars reparetur [31]: stabula autem ut impensis publicis extruantur, contra rationem est: cum provinciarum sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda, & utilius sit, tam publico, quam his, quos [32] stercus [animalium pro] suo solatio habere concedimus. Dat. 3. Kal. Mart. *Trev.* GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS.

8. Imppp. [33] VALENT. GRAT. & VALENS AAA. Floro Com. R.P.

UT [34] agendi itineris possit esse moderatio, deni veredi per dies singulos ex utraque parte dimittantur: pœna quinque librarum auri minime defutura contra eos, qui statuta nostra [35] neglexerint.

Faciendæ evectionis copia omnibus judicibus denegetur, excepto Præfecto prætorio, & officiorum magistro. Bart.

9. Imppp. [36] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. [Floro]* P.P.

JUdicibus [37] faciendæ evectionis copiam denegamus: cum id tantum nostro numini [38], & tuæ sedi, necnon [39] viro illustri magistro officiorum sit reservandum: cum neque præfecto urbi, nec magistris militum, nec [40] ducibus, nec vicariis, nec cuiquam [41] alii præter memoratas duas potestates a nobis hoc concessum sit [42]. His enim [43] tantum ambulandi facultatem judices ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionum persecutores [44] viderint constitutos: sciturі, si definitionem nostram excesserint, se quidem vigintiquinque auri libris, officia vero quinquaginta esse multandos. Datum 10. Kalend. Aug. CP. ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

10. Iidem AAA. Philagio Com. Ord.

GRavissimæ [45] pœnæ acerbitate proposita, evectionum [46] contractus, animalium quoque publicorum merces, & ementis & distrahentis coërcitione prohibemus. PP. *Byato.* Dat. 15. Kalend. Octob. ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

11. Iidem AAA. Cynegio.

NUllus [47] evectione utatur privatus, tametsi valuerit impetrare. Dat. 6. Non. Mart. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

12. Imppp. [48] VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

QUoniam [49] veredorum [50] quoque cura pari ratione [51] tractanda [52] est [53]: sexaginta libras auri sella cum frenis, sexaginta [itidem] averta [54] non transeat: ea conditione, ut si quis præscripta moderaminis imperatorii libramenta transcenderit, ejus sella in frusta cædatur: averta vero fisci juribus deputetur, exceptis auri centenariis [55], quæ necessarium [56] est ab hippocomis [57] in solitis sacculis reportari. Dat. 15. Kal. Jul. CP. ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

Non debent rustici, qui hippocomi appellantur, perducendo equos, per publicum cursum indigna spoliatione vexari. Bart.

13. Iidem AAA. Floro P.P.

NOn [58] patimur hippocomos per eos, qui veredis utentur, indigna spoliatione vexari: si quidem nonnulli veredarii [59] saga eorum dicuntur auferre, vel præcidere. Quocirca per omnes judices, & curiosos [60] miserabilis removeatur [61] injuria: scientibus cunctis, quod si observata non fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, verum etiam notam, & multam, qui neglexerit, subire cogetur. PP. 15. Kal. Jul. *Trev.* VALENTINIANO A. IV. & NEOTERIO CONSS.

14. Iidem AAA. Potamio P.P. Augustali.

PUblici [62] cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem [63], vel curialibus, vel cohortalibus [64] debet committi, vel his, qui [65] suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt. Dat. 3. Kal. Aug. CP. ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 394.

15. Impp. [66] ARCAD. & HONOR. AA. Dextro P.P.

SI [67] quis, vel pro una [68] mutatione veredum superducendum esse crediderit, in quadruplum superductorum [69] animalium pretium fisci juribus [70] inferrat. Datum 15. Kalend. April. *Mediolan.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

16. Iidem [71] AA. Remitheo duci Armeniæ.

HIs [72] tantummodo utendi cursus publici facultas concessa est, qui legati [73] de diversis gentibus ad nostram clementiam properare festinant.

17. Iidem AA. Lucentio [74].

NEmo [75] mulionem mutationibus deputatum, vel per solicitationem, vel per receptionem [76] subtrahere audeat, decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans. Dat. 12. Kalend. Mart. *Mediol.* HONORIO A. IV. & EUTYCH. CONSS. 398.

18. Iidem AA. Messalæ P.P.

ANimalia [77] publica dum longe majore [78], ac periniquo pretio pabula æstimantur, per mancipes, atque apparitores aperte vexantur: ne id contingat, sublimitas tua disponat, ut nec pabula mutationibus desint, nec provinciales ultra, quam justitiæ finit ratio, prægraventur. Dat. 15. Kal. Decemb. STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

19. Iidem AA. & THEODOS. A. Septimio Procur. Afric.

COmperimus [79] provinciales, & pabula, & pecuniam pro [cursu] equorum cursualium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam paravere-

1 *L. 8. C. Theod. 5.* περὶ τοῦ δημοσίου δρόμου καὶ τῶν τοῖς κουντούροις χρωμένων. *Synops. Basil. 57. tit. 17.* id est, de cursu publico, & iis, qui conturis utuntur. Galli appellant *Postes.* 2 De cursu publico multa Alciat. hic non aspernanda, itidem & Budæus in annot. poster. ad Pandectas. 3 *Eclog. lib. 5. tit. 1.* 4 Angaria est, qua cursus publicus dispositus est: parangaria, alioversum. vid. *Synops. Basil. 5. tit. 1. ex lib. 56. tit. 17. cap. 22.* adde *l. 18. §. 4. ff. de munerib.* 5 Οὐδὲ ξύλοις, οὐδὲ ῥοπάλοις τύπτονται, ἀλλὰ μόνον φραγγελλίοις (id est, flagellis) ἐλαύνονται. *Synops. h. t. c. 1.* adde *l. 1. §. impuberi. 33. ff. de SC. Silaniano.* 6 Vero. 7 *Alias, Acyndino.* 8 Καθολικοῖς. Præsidibus & generalibus cæterisque procuratoribus, & cuivis alii magistratui, ac eorum animalibus propterea ex publicis rationibus alimenta deputata sunt, ne publico cursui molesti sint. 57. *Synops. 17. c. 2.* 9 Præterea. 10 *Respublicæ, in quibus. manuscr.* id est, civitates. 11 Al. *subministrant.* 12 Adde *l. 10. J. h. t.* 13 Veredi sunt publici equi cursuales: Paraveredi videntur esse majores equi agminales, quos vulgo Parafredos vocant. Cujac. *ad hunc tit.* Galli *Pallefroys.* 14 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. * P.P. 15 Evectiones, sunt diplomata, sive codicilli, quibus cursu publico utendi facultas datur. Cujac. quæ & synthemata & combinæ & tractatoria dicuntur. Apud Græcos (hoc est autorem synopseos 58. *tit. 57. cap. 8.*) hæc sententia est. A quovis iter faciente, licet maximæ vir dignitatis sit, præpositi cursus publici accipiant συνθήματα tesseras. Quod si resistet, ad P. Prætorio & Comitem & magistrum officiorum de eo referatur. Cæteri protinus puniantur. 16 Publicanos suspectos fraudati vectigalis, suspectis in locis iter instituentes, manu injecta retinere posse hinc colligit Corsetus *singulari, Gabella si aliqui.* 17 Eodem. 18 Prudentiam. 19 Magister officiorum dicitur etiam Comes, ut in *l. 10. C. Theod. de curiosis & inscriptione legis 3. 8. de officio magistri offic. & l. 3. l. 4. supr. de castrensianis. h. l. tit. 26.* Ita eundem vocat Ælius Amidenus medicus. 20 *Al.* Imp. Justin. A. Mamertino P.P. 21 *Al.* Impp. Honor. & Th. AA. 22 Parhippus est, qui usurpato uno, vel duobus veredis, quos solos evectio continet, alterum tertiumve extra ordinem commovet. V. Cassiod. *lib. 4. & 5. Var. ep. 4.* 23 Publicanus potestatem Titio faciens rerum exportandarum, Titii quoque uxori earum exportandarum fecisse intelligitur: ut reale quam personæ beneficium sit magis. Corsetus *singulari, Gabella gabellariis.* 24 Id est, si quis. 25 *l. 15. l. ult. J. h. t.* 26 Commovere equum, est eo uti. vid. *l. ult. J. h. t.* 27 *Al.* Imp. Theod. Cons. A. 28 *l. 25. C. Theod. h. t.* 29 *l. 32. C. Theod. h. t.* 30 *l. 34. C. Theod. h. t.* 31 Reparari ita dicitur quintum animal. *l. 4. supr. de murilegulis. lib. 11. tit. 7.* 32 Fimetum seu stercus equile pro solatio hospiti relinquendum, vide *l. 12. §. sed si pecoris. 2. ff. de usu & habitat. Inst. de usu.* 33 Imp. Valent. A. 34 *l. 38. C. Theod. h. t.* 35 *Al.* additur, *lege.* 36 Impp. Leo & Anthemius. 37 *l. 40. C. Theod. h. t. l. 2. J. de cohortal. h. l. tit. 58.* 38 Nomini. 39 Nec vero. 40 *l. 16. l. 20. infr. h. t.* 41 Cuidam. 42 Est. 43 Etenim. 44 Professecutores. 45 *l. 41. C. Theod. h. t.* 46 *l. 2. supr. h. t.* 47 *l. 44. C. Theod. h. t.* 48 *Al.* Imp. Leo A. 49 *Pars legis 47. C. Theod. h. t.* 50 Ἵππων: Quoniam & equorum habenda cura est, sexaginta libras sella cum freno habeat. ἡ δὲ βέρτα, vel ἀβέρτα τουτέστι τὸ ὑπομάσχαλον ὅπερ ἐπιφέρονται κατὰ τοῦ νώτου, καλεῖται δὲ βέρτα ἐκ τοῦ ἀποστρέφεσθαι. Averta vero (id est, lateralium quod in tergo gestant: vocatur autem averta ex eo, quod aversa sit) & ipsa librarum sexaginta sit. Quod si quis præscriptum hunc modum transcenderit, ejus sella in frusta comminuetur, & averta fisci juribus deputabitur: excepta tamen auri centenaria sunto. 57. *Synops. Basil. 17. c. 12.* 51 Impetratione. Al. *moderaminis imperii.* 52 Vid. Panciroli. *rer. memorab. lib. 2. tit. 16.* Ans. 53 Contractanda. 54 Averta, quod explicat Budæus *in tit. ad l. Cornel. de fals.* 55 Ornamenta erant veredorum avertis applicita. ita DD. male. 56 Necesse. 57 Hippocomi dicuntur stabularii, seu equorum curatores. Glossis ἱπποκόμος, Agaso, Equilio. 58 *l. 50. C. Theod. h. t.* 59 Veredariis. 60 Curiosi sunt, qui curam totius publici cursus gerunt. *Maitre des Postes.* 61 Moveatur. 62 *l. 51. C. Theod. h. t.* 63 *l. 22. J. h. t.* Consuetudo in publici cursus exhibitione servanda, *ut hic.* Unde notant, mulos equosve conductitios plus consuetudine recepta non esse onerandos. Corsetus *sing. Onus.* 64 Cohortales apparitores, præsidum perpetui cohortalini, & beneficiarii curam habentes mansionum equorum dicuntur Patricio apud Thalelæum 45. *Basil. 1. l. 7. J. de cohortal. h. l. tit. 58. l. officiales, supr. de episc. & cleric.* cætera vid. *in l. 10. infr. de cohortalib. h. l. tit. 58.* 65 Quos. 66 *Al.* Imp. Zeno A. 67 *Pars legis 53. C. Theod.* Si quis vel unam mutationem (cursus subaudi) prætervectus fuerit, quadruplum animalis pretium persolvat. 57. *Synops. 17. c. 36.* 68 *l. 4. supr. h. t.* una mutatio, *une poste.* 69 Supradictorum. 70 *Viribus,* quod magis probat Cujac. quia in lib. veter. frequentius reperitur. 71 Al. *Idem A.* 72 *Pars legis 57. C. Th. h. t.* 73 Vid. *l. 9. supr. h. t.* Goth. Privatis non licet uti cursu publico, nisi legatis diversarum gentium ad comitatum festinantibus, vide porro Joannem Aurpachum *lib. 1. singul. allegat. cap. 9. & lib. 2. c. 31.* Mod. 74 *Al.* Vincentio P.P. 75 *Pars legis 58. C. Th. h. t.* 76 Al. *obreptionem.* 77 *l. 60. C. Theod. h. t.* 78 Minore. 79 *l. 64. C. Th. h. t.*

dorum onere prægravari. Provinciarum igitur rectores procurent, ne unquam cursus publicus veniat in querelam, & occasio deceptionis curiales [1], vel provinciales animalia indebita præstare compellat. Dat. 7. Kalend. April. *Raven.* DN. THEODOS. A. I. & RUMORIDO CONSS. 403.

Nullus dux postquam ducatum suum intravit, uti debet cursu publico, sed jumentis propriis. Bart.

20. Iidem AA. Anthemio P.P.

NEmo [2] ducum ingressus semel provinciam suam, postmodum [in] itineribus faciendis cursu, atque angariis ipse [sive] suum [3] utatur officium, sed expeditionem militarem jumentis propriis exequatur. De cohortalinis [4] etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per provinciam suam discurrens, veredo uti conetur in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscat. Quod si quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea quæ decernimus, contemnenda putaverit: per singula animalia, quibus usus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur. Dat. 4. Non. August. CP. DD. NN. HONORIO VII. & THEODOSIO II. AA. CONSS. 407.

21. Impp. THEOD. & VALENT. AA. [5]

NUllus [6] penitus [7] cujuslibet ordinis, seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis [8] excusationem angariarum, seu parangiarum habeat.

22. Imp. LEO A. [9] * P.P.

CUrsum [10] ambularem [11] ab omni Orientali tractu, necnon ab his civitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputarique decernimus: ita tamen ut in transitu fortissimorum militum quando nostra serenitas dispofuerit, ex aliis ad alia eos loci deduci, evectionesque animalium secundum consuetudinem a nostra fuerint serenitate consecuti, & in armorum, tam confectione, quam translatione servata consuetudine, in profectione, quinetiam legatorum animalium dominis, qui ea solent accepta mercede locare, præbenda pensio, arcæ [12] tui culminis imputetur, tractatorias videlicet animalium super memoratis causis nulli alii judici, cujuscunque sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

23. Imp. [13] ANASTASIUS A.

JUbemus nemini licere cujuscunque scholæ, vel oficii, vel militiæ, seu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque causam proficiscenti, seu redeunti [14], supra unum veredum, ununque paraveredum, cum evectione tamen judiciali movere [15]: nisi specialis [16] ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens evectio: exceptis proculdubio his, qui pecunias publicas devehunt: cum in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta conveniat animalia moveri, quanta transvehendæ pecuniæ summa, & ejus tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque nostra jussa quolibet modo, seu tempore violaverint, seu violare concesserint.

TIT. LII.
DE [17] TRACTATORIIS [18], ET STATIVIS.

1. Imppp. [19] THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

TRactatoriæ [20] cum stativis [21] solitis tantummodo biduum tempus accipiant: nulli vero penitus cum necessariis sibi personis præbeantur, nisi his tantummodo, qui animalia [22], atque eos [23] sacro usui necessarios [24] prosequuntur [25]: ita tamen, ut his dimissis in tractatoriarum corpore, quinque [26] dierum numerus adscribatur: ut nullus ultra [27] hoc temporis spatium ad residendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur. Datum 7. Kalend. Septembr. CP. ARCAD. A. II. & RUFIN. CONSS. 392.

TIT. LIII.
DE APPARITORIBUS PRÆFECTORUM PRÆTORIO ET PRIVILEGIIS EORUM.

1. Impp. [28] VALENT. & VALENS AA. Mamertino P.P.

PRæfecturæ [29] cornicularios, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare [30] purpuram volumus: quo honore perfunctis, cum jam missionem tenuerint [31] liberum otium damus, ut ad susceptionem, vel cujuslibet necessitatis officium minime devocentur. Datum 3. Kalend. Februar. *Mediol.* VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 367.

2. Iidem AA. Zosimo præsidi Epiri novæ.

PRæfectianos [32] ad perniciem provincialium exactionibus [33] in provinciis, vel potius lucris, vel quæstibus suis sese immiscere vetamus: præterea, vel horreorum gerere custodiam, vel curiarum [34] jus, atque arbitrium sibi præsumere [his denegamus [35]]. Horum si quis præsentis legis temerator exstat, volumus eum competenti motu & indignatione percelli. Dat. 14. Kal. Decemb. *Mediol.* VALENTINIANO & VALENTE IV. AA. CONSS. 373.

Cornicularii, primiscrinii, & numerarii præfecti prætorio sortita laborum requie privilegiis hic insertis gaudent. Bart.

3. Impp. [36] THEODOS. & VALENT. AA. Zoilo Præfecto Prætorio.

COrnicularii [37], & primiscrinii, numerarii insuper qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequiis militiæ terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur: pro multis erga rempublicam sudoribus ab omnibus indictionibus tam militarium quam civilium judicum semper habeantur immunes, & civilium tantum judicum, non etiam militarium jurisdictioni subjaceant. Huic sanctioni addendum esse censemus, ut si quis præfectianus [38] dum militat, vel post depositum cingulum, sine testamento quod legibus comprobatur, nullisque ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleverit: omnes ejus patrimonii facultates provisione magnificæ tuæ sedis non fisci juribus, sed arcæ [39] tui culminis rationibus vindicentur. Scriniariis autem [&] exceptoribus, cæterisque qui in officio tui culminis merent [40]: cum in legione [41] prima adjutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis in quibus pulsantur, tuæ celsitudini deputamus. In provinciis vero commorantes, rectoribus earum eos respondere jubemus, nisi publicum officium aliquod eis injunctum sit.

TIT. LIV.
DE APPARITORIBUS PRÆFECTI URBIS.

Qui administraverunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Bartol.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Principio P.P.

PRæter eos, qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum, & curriculis evolutis, urbisque præfecturæ serenitatis [42] nostræ annis singulis attingere purpuram [43], venerarique præcepti sunt: nulli prorsus eorum, qui provincialia officia peregerint, tranquillitatis nostræ muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. Dat. 14. Kal. Octob. *Aquilan.* ARCAD. A. & BAUTONE V. C. CONSS. 385.

2. Impp. [44] HONOR. & THEODOS. AA. Palladio Præfecto Prætorio.

QUicunque [45] illustris urbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem [46] concusserit [47], accusatus atque convictus, perpetui [48] panificii [49] nexibus addicetur [50]. Dat. 7. Kal. Jan. *Ravennæ*, HONOR. A. XI. & CONSTANTIO II. V. C. CONSS. 419.

TIT. LV.
DE [51] APPARITORIBUS MAGISTRORUM MILITUM, ET PRIVILEGIIS EORUM.

1. Impp. [52] VALENT. & VALENS AA. ad Arthemium correctorem.

QUi sese in officiis magistrorum equitum ac peditum militare monstraverint, ab omni nominationis injuria excusentur. Dat. 13. Kalend. Octobr. *Aquilani*, Acc. 15. Kal. Novemb. *Salerni*, Divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

2. Iidem AA. Mamertino P.P.

QUi [53] in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt: ordinis sint militaris.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Basso [54] P.P.

PRobari apparitores magisteriæ potestatis neque curiales [55] in aliquo officio, neque cohortales, neque censibus [56] adscriptos volumus [57]. Dat. prid. Non. Mart. CP. CYRO V. C. CONS. 441.

1 Curialis. 2 *l. 9. supr. h. t. l. 66. C. Theod. h. t.* Curru publico suis in negotiis duces & præsides provinciarum & ministrantes eis apparitores, ne utuntor, si secus fecerint, in animalia singula singulas auri libras solvunto. 57. *Synops. Basil.* 17. c. 20. 3 Suo utatur officio. 4 Cohortalibus. 5 *Al.* Imp. Anastasius A. 6 *Eclog. lib.* 5. *tit.* 1. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 21. & 22. dixi ad *l.* 11. *supr. de sacr. Eccl.* 7 Conjunge cum *l.* 11. *supr. de sacr. ecc.* & *l.* 2. *supr. de quib. mun. vel præstat. nem. l.* 10. *tit.* 48. 8 *l.* 11. *supr. de sacr. eccl. l.* 1. *l.* 2. *supr. de quibus munerib. lib.* 10. *tit.* 48. *l. ult. in fin. ff. de muneribus.* 9 Al. *Justinus.* 10 *Ecl. ibid.* 11 Quidam legunt, *clabularem.* Est autem clabula, vehiculi genus, de quo vide hic *Græcos Syn. Basil.* 1. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *c.* 22. ὀχημάτων.
12 Arcæ sive mensæ P.P. in quam canones seu tributa inferebantur, fit etiam mentio in *l.* 6. *§. de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 13. *supr. de susceptorib. l.* 10. *tit.* 70. *l. ult. J. de apparit. P. P. Prætorio h. l. tit.* 53. *l.* 9. *Cod. Theod. de indulg. debit.* fuit & arca quæstoria. Symmach. *in epist.* arcæ theatris P. urbi. *Julianus Nov.* 63. *c.* 1. adde *l.* 14. *supr. h. t.* 13 Al. *Justinianus.*
14 Vid. *l.* 2. *supr. h. t.* 15 Movere equum, est eo uti, *ut hic* & *l.* 4. *§. h. t.* ita movere arma, armis uti, *l. unic. supr. ut armor. usus. lib.* 11. *tit.* 46. 16 Specialiter.
17 *L.* 8. *C. Theod.* 6. 18 Tractatoria diplomata sunt quæ dantur missis, vel evocatis a principe, cursu publico utentibus, adscriptis etiam stativis, id est, diversoriis & mansionibus, quibus alantur sumptu publico. Cujac. *hic.* al. *tractatoribus* & *stationariis, l.* 2. *C. Theod. h. t.*
19 *Al.* Imp. Constantin. A. 20 Tractatores. 21 Ut hic, ita etiam tractatorias accipe *in l. pen. §. tit. prox. l.* 2. *supr. de desert. l.* 8. *C. Theod. de curs. publ. l.* 2. *C. Th. de dom.* & *prot.* & *lib.* 3. *legum Longobardicarum.* Mod. 22 Cursus publici tractatorias, seu diplomata qui habent, jus stativa habendi, id est, ullo loco considendi non habent, ultra biduum.
23 De feris, vid. *supr. tit. de venat. ferar. lib.* 11. *tit.* 44. 24 Necessario,
25 Ut qui equos ad principem deducunt, quinque duntaxat diebus resideant & alantur in singulis urbibus. *ut hic.* Hoc amplius colligit Corsetus *sing. Gabella si alieni.* Potestate alicui facta frumenti extra territorium evehendi, septem dierum spatium ad eam rem dari. Atque ita licet operarum exactio vetita sit. *l. un. supr. Ne operæ a collatorib. exigantur l.* 10. *tit.* 24. *l. ad portus* 7. *§. de oper. public.* & equorum persecutio. *l.* 1. *supr. Ne rusticani ad ullum obsequium lib.* 11. *tit.* 54. non tamen equorum prosecutoribus ministerium prohibitum. *ut hic.*
26 Prosecutio equorum dicitur *hic*, ut auri. *l. unic. supr. de auri publici persecutorib. l.* 10. *tit.* 72. publicarum functionum, *l.* 9. *supr. de curs. publ. h. l. tit.* 51. frumentorum. Cassiod. 4.
27 Intra.

28 *Al.* Imp. Leo A. 29 Ex *C. Theod. lib.* 12. *tit.* 10. *l. un. confer.* valde enim immutata est, *l.* 3. *in pr. infr. h. t.* 30 Vid. *l.* 1. *infr. tit. prox. l.* 7. *supr. qui militare. h. l. tit.* 34.
31 Id est, obtinuerint, ut alias sæpius. 32 Præfectiarios. Præfectiani autem hic sunt præfecti Prætorio apparitores, adde *l.* 3. *J. h. t. l.* 8. *supr. de offic. rectoris provinc.* adde *tit. Cod. Theod. Ne præfectianus. lib.* 12. *tit.* 10. 33 Apparitores Præfectorum prætor. exactores, horrearii, decuriones esse non possunt. 34 *Curarum*, in *C. Theod. tit. ne præfect. exam.* &c. ex quo hæc lex est, *l.* 12. *C. Theod.* 10. 35 Absunt a *C. Theod.* 36 Imp. Anastasius A.
37 *l.* 1. *supr. h. t.* 38 Præfectiarius. *l.* 2. *supr.* 39 Arcæ P. P. fit mentio in *l.* 22. *supr. de cursu publ. h. l. tit.* 51. ubi dixi. 40 Inhærent. 41 De legionibus dixi ad *l. ult. supr. de castrens. pecul. milit.*
42 Al. *severitatis.* 43 *l.* 1. *supr. de præpos. sacri cubic. h. l. tit.* 5. *l.* 4. *supr. de consulibus h. l. tit.* 3. *l.* 1. *supr. tit. prox.* Hujusmodi osculum principis (quod sc. princeps a suis subditis accipere, non dare solebat) *labratum* dicitur a labro, ut ab ore osculum: quod fieret labris manu admota & tacta, deinde purpura principis, vel genu flexo, φίλημα βασιλικὸν, ἀσπασμὸν βασιλέως. Et hæc principalis adoratio, veneratio principis purpuræ & imperii, *l.* 1. *supr. de appar. præf. præt. h. l. tit.* 53. *l.* 1. *supr. de apparit. præf. urb. h. l. tit.* 54. vid. Cujac. 11. *observ.* 27. *in fin.* 44 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. 45 *Ex lib.* 14. *tit.* 3. *l. ult. Cod. Theod.* ex quo hic quædam sunt detracta. 46 Concussio pistorum vetita: & sic vetitum, ut ne Præfectus urbi, ejusve apparitores, cum pecuniam publicam ex arca frumentaria pistoribus frumento publico emendo adnumerant, pistores concutiant. *l.* 2. *supr. de frumento urb. Constantinop. lib.* 11. *tit.* 23. 47 Al. *concutierit.* 48 *Perpetuis*, in *C. Theod.*
49 Panificii nexus, pistorum corpus. 50 Pœnæ species est corpori alicui addici, *ut hic*, urbanicianus, id est, officialis seu apparitor P. urbi, corpori pistorum addicitur, & in corpus pistorum damnatur, *ut hic*, sic monachi abjecta stola, vel tribonio in curiam vel cohortem transferuntur. *Nov.* 5. 6. dixi ad *l.* 38. *supr. de decur.*
51 *Eclog. lib.* 7. *tit.* 6. 52 *Al.* Impp. Theodos. & Valent. AA. 53 Apparitores magistri militum, milites esse videntur, hoc autem ideo dicitur, ut eos castrense peculium habere posse ostendatur, *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *c.* 30. 54 Ariovindo magistro militum, *in Nov. Theod. tit.* 14. *l.* 4. *unde hæc lex desumpta est §. probari autem. al.* Imp. Martian. A. 55 Apparitores, magisteriæ potestatis esse non possunt, qui curiales, vel cohortales, vel censibus adscripti. 56 Adscriptii censibus, adscriptitii.
57 Multa tum in princ. tum in fin. e *Nov. Theod.* detracta sunt, sed ea integra extat.

Numerarii

Numerarii illuſtrium, completa militia, & principatus munere functi, gaudent privilegiis hic inſertis. Bart.

4. Iidem AA. Apollonio.

NUmerarios virorum illuſtrium magiſtrorum militum tam præſentalium quam Orientalium, qui ordine & ſtipendiis militiæ fuerint decorati, exeuntes, tribunis prætorianis partis militaris, ſudoribus eorum beneficium deferentes, ſociari præcipimus: ita videlicet, ut poſt completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium quam civilium judicum ſemper habeantur immunes: principatus vero munere functos, tribunis vigilum militaribus aggregari volumus.

5. Imp. [1] ANASTASIUS [2] * magiſtro militum.

EOs qui in officiis veſtris [3] merentes, ſtatutorum [4] tantummodo numero inſerti ſunt, fori [5] præſcriptione muniri: cæteros [6] vero qui ſupra hujusmodi numerum militare noſcuntur, quaſi nec militantes, & apud [7] illuſtriſſimas præfecturas, & apud clariſſimos [8] provinciarum rectores de quolibet pulſari & conveniri, & ſine cinguli præſcriptione reſpondere negotio ſancimus. Dat. 2. Non. Mart. CP. CYRO V.C. CONS. 441.

TIT. LVI.
DE APPARITORIBUS PROCONSULIS ET LEGATI [9].

1. Imppp. [10] VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Flavium Proconſulem Africæ.

OFficio [11] quod tuis meritis obſecundat, non curialem [12] quemquam, nec ex cæteris [13] corporibus volumus aggregari: at ſi qui erunt inter apparitores hujuſmodi, reſtitui eos muniis debitis mox jubemus.

2. Impp. [14] ARCAD. & HONOR. AA. Dominatori Proconſ. Afric.

APparitioni tuæ, & legatorum quadringentos [15] cenſuimus deputandos, de his duntaxat quos eſſe ſibi detractos reipub. membra non queruntur. &

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [16].

IN proconſulari [17] provincia officium proconſulare poſtulet quod exigere conſuevit, nec alienis ſe partibus impudenter inſerat.

TIT. LVII.
DE APPARITORIBUS COMITIS ORIENTIS.

1. Impp. [18] ARCAD. & HONOR. AA.

IN officio comitis Orientis non amplius quam ſexcenti [19] apparitores habeantur, quos quidem publicis neceſſitatibus novimus abunde ſuppetere [20].

TIT. LVIII.
DE [21] COHORTALIBUS [22], PRINCIPIBUS, CORNICULARIIS, AC PRIMIPILARIIS.

De ſtationariis.

1. Imp. CONSTANTINUS A. edicto ſuo ad Afros.

OMnes ſtationarii [23] neque ſuperexactionem audeant, neque carcerem [24] habeant [25], neve quis perſonam, licet pro manifeſto crimine, apud ſe habeat in cuſtodia, ſciens quod ſi quid tale fuerit commiſſum, capite puniendus eſt. PP. 6. Id. Maji, *Carthag.* CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

De Sacra probatoria.

2. Impp. CONSTANTINUS & CONSTANS AA. Tauro P.P.

NUllus Judicum quemquam ſine ſacra [26] probatoria probare audeat, vel provehere. Excipimus tamen officia Provincialia [27] curſus publici ſollicitudinem ſuſtinentia: nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica [28] permittit utilitas [29]. Dat. 6. Kalend. Januar. *Mediol.* Accept. 8. Id. Jul. DATIANO & CEREALE CONSS. 358.

De cohortalibus Syriæ.

3. Imppp. [30] VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. Feſto Conſulari Syriæ.

SOlita Cohortalibus [31] Syriæ privilegia, quæ a D. Diocletiano porrecta ſunt atque conceſſa, nos quoque porreximus: ac jubemus eos non ad ſollicitudinem baſtagæ [32], non ad functionem navicularium devocandos, non invitos curialibus cœtibus adſcribendos: verum peracto labore militiæ, paſtus [33] primipili [34] competenti ſedulitate functione transacta, prærogativam [35] his recuſationis offerimus. Dat. 6. Non. Octobr. VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

De officialibus Rectorum Provinciarum.

4. Iidem AAA. & GRATIANUS A. Probo P.P.

OFficia Rectorum Provinciarum tuæ Magnificentiæ literis volumus admoneri, ut ſuſceptos in officio proprio, vel probatos, cohortium [36] nomine, vel [37] legionum privilegiis exiſtiment inſerendos [38]. Dat. 16. Kal. Jun. MODESTO & ARINTHEO CONSS. 372.

De primipilario plures filios habente.

5. Iidem [39] AAA. Modeſto P.P.

QUicunque per Oſroënam [40] Primipilaris majore lætatur numero filiorum, unum loco ſuo veluti hereditario jure ſubſtituat, alterum pro amore patriæ Ædeſenæ [41] curiæ tradat obſequiis: cæteris qua [42] voluerit militia proviſurus. Sin autem duos tantum procreaverit: cohorti ſatisfacere cogatur, & curiæ. Quod ſi unum procreaverit, eundem ordini patriæ reſtituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus ſane [43] licentiam tam patribus [44] eorum, quam ipſis, qui hujus legis auctoritate civitatum obſequio aggregantur, ut ſi quos Curiales patrocinio Principalium invenerint excuſari [45], in medium proferant: ut [&] ipſi ſimilibus officiis deputati, pareant [46] impetratis. Dat. 3. Non. Decembr. *Antiochiæ*, poſt Conſulat. GRATIANI A. III. & EQUITII V.C. 375.

De delictis.

6. Imppp. [47] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Neotherio P.P.

SI Apparitor defugerit criminoſus [48], Edictum, quo revocari poſſit, adjecta conditione legibus ſubſequatur: cui niſi fuerit ſatisfactum, merito in latitantem a judice pro qualitate peccati ſententia proferetur. Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina ſublevamus. Dat. prid. Id. Jun. *Mediol.* ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De Apparitorum laxatione, & remiſſione.

7. Imppp. [49] VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P.

ORdinariorum Judicum Apparitores [50], qui vel Speculatorum [51], vel Ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla ſtipendiorum contemplatione laxentur priusquam primipili [52] paſtum digeſta ratione compleverint. Quod ſi ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defeſſæ ſenectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda, non prius otio condonetur, quam omne, quod Primipilo debetur, expenderit. Eos etiam, qui pro ſceleribus ſuis ſoluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ: ne integro peculio ſub hac occaſione lætentur, ita condignæ ultioni eos volumus ſubjacere, ut functioni quoque, quæ extremæ militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus ſubtrahatur. Datum 3. Non. Maji, *Mediolani*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

De adæratione.

8. Impp. [53] ARCAD. & HONOR. AA. Euthymio Vic. Aſiæ.

SPeciebus Primipilaribus adærandis [54] eadem pretiorum taxatio ſervetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri. Datum 5. Kalend. Mart. CP. ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

De Apparitoribus per Illyricum.

9. Iidem [55] AA.

PEr Illyricum (in quo plurima ac maxima neceſſitatum publicarum emolumenta officiis conſtat Præſidalibus expediri) centeni numero ſingulis Judicibus obſecundent: nec ultra hunc modum, vel ad militiam ullus adſpiret, vel conniventia judicum perſeveret. Adhibendi autem ſunt ad hujuſmodi miniſteriorum obſequia, non illi, qui vano militiæ nomine immania lucra ſectentur, ſed qui neceſſitatem officii ſolicitudinibus debitis exequantur.

De nomine in matriculis recipiendo.

10. Iidem AA. & THEOD. A. Anthemio P.P.

QUicunque chartas [56], vel tabulas, vel quodcumque aliud miniſterium cohortalis optaverit, non ante [57] accedere permittatur, niſi ejus nomen matriculis receptum primitus fuerit: pœna propoſita his, qui contra ſtatuta cœleſtia crediderint ſuſcipiendos aliquos, aut quodlibet eis [58] officium injungendum. Dat. 16. Kalend. April. CP. DN. NN. HONORIO VII. & THEODOSIO II. AA. CONSS. 407.

1 Al. *Iidem AA. Arnobio magiſtro militum.* 2 Al. *Zeno.* 3 Al. *noſtris.* 4 In ſchola magiſtri officiorum apparitorum alii ſtatuti ſive intra numerum, alii ſupernumerarii, *ut hic.* 5 Forum apparitores intra numerum ſeu numerarii magiſtri officiorum ſortiuntur apud magiſtrum officiorum. 6 *l.* 3. *ſupr. de officio magiſtri militum.* 7 Forum ſortiuntur apud Præfectum prætorio apparitores, ſupernumerarii, magiſtri officiorum. 8 Viros clariſſimos. 9 Legatis. 10 Imp. Conſtantinus A. 11 Apparitor proconſulis eſſe non poteſt, qui vel curialis ſit, vel alterius corporis. 12 Naturalem. 13 Puta piſtorum aut trapezitarum. 14 *Al.* Imppp. Valent. Valens & Grat. AAA. Proconſuli Africæ. 15 Apparitores quadringentos proconſul Africæ olim habuit. 16 Al. *Iidem AA.* 17 Provinciali. Provinciarum quædam Proconſulares: hoc autem verbo Græci intelligunt Aſiam & Corinthum, Cujacius Africam, *l.* 11. *ſupr. de erogat. milit. annonæ. h. lib. tit.* 38. 18 *Al.* Imp. Zeno, *al.* Theod. 19 Apparitores ſexcentos Comes Orientis habuit. 20 Sufficere. 21 *L.* 8. *C. Th.* 4. Cohortales qui, dixi ad *l.* 14. *ſupr. de curſu publico. h. lib. tit.* 51. *&* ad *l.* 10. ℑ. *h. t.* 22 Cohortales ſunt officiales præſidum vel conſularium & correctorum. 23 Stationarii ſunt ex cohortalibus, *l.* 1. *ſupr. de curioſ. h. lib. tit.* 23. *l.* 6. *ſupr. de dignitatibus.* 24 Carcer interdictus ſtationariis: Imo omnibus privatis. adde *l.* 1. *& l.* 4. *in fin.* §. *de curioſis. h. lib. tit.* 23. Poſſunt tamen ſtationarii fugitivos prehendere. *l.* 4. *ff. de fugit.* 25 Al. *habeant.* 26 Vide *l.* 9. ℑ. *de diverſ. offic.* 27 *l.* 9. *ſupr. de curſu publico. h. lib. tit.* 51. 28 Curſus publici commoditas ad publicam utilitatem pertinet. 29 Auctoritas. 30 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. 31 Cohortalium conſularium Syriæ quæ privilegia. 32 Baſtaga munus erat ferendi res neceſſarias ad exercitum. Al. *baſtagiæ, al.* utrumque deeſt. 33 Primipili paſtus. vid. *l.* 7. ℑ. *h. t.* 34 Primipilum hic accipe pro annonæ militaris exhibitione & cura. vid. *l.* 1. *ſupr. de condict. ex lege. & l.* 1. 2. 3. 4. ℑ. *de primipilo. h. lib. tit.* 63. 35 Al. *poſt primipili competenti ſedulitate functionem transactam*, ſed rectior videtur excuſa lectio. 36 Officiales rectoris provinciæ, nomine cohortales: privilegio legionarii. 37 *Et legionum*, ex Græcis legit *Cujac.* 38 Inferendos. 39 Imppp. Valentinianus, Valens & Gratian. Modeſto P.P. in *Cod. Theod. lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 79. unde hæc lex deſumpta eſt. 40 *Oſdroënam*, in *C. Theod.* al. *aliter.* 41 Sic legitur in *C. Theod.* al. *Oſdroſeenæ*: ſed Ædeſſa eſt urbs provinciæ Oſroënæ. Cujac. *hic.* 42 Quam voluerit militiam. 43 Autem. 44 *l.* 13. *C. Theod.* §. *eod.* 45 Excuſatos. 46 Careant: ſed excuſa lectio confirmatur *C. Theod.* in quo hæc additur ſubſcriptio: Dat. 3. Non. Decemb. Antiochiæ poſt Conſ. Grat. A. 3. & Equitii V.C. 47 *Al.* Impp. Honor. & Theodoſ. AA. 48 De cohortali criminis reo & latitante præſes provinciæ cognoſcit. 49 *Al.* Imp. Theodoſ. A. 50 Ordinarii judices in libris noſtris ſunt præſides viri clariſſimi, non viri ſpectabiles vel illuſtres. *l.* 2. *ſupr. de prox. ſacr. ſcrin. l. ult. ſupr. de mod. multar. l. omnes. ſupr. de epiſc. & cler.* Græci ἰμβαθμοὺς vocant *Nov.* 20. & 112. in Præſidum officio ſunt Principes, cornicularii, commentarienſes, numerarii ſive tabularii, adjutores, ſubadjuvæ, ab actis, a libellis, exceptores. Sunt & qui ſpeculatores dicuntur & ordinarii, ut *Cod. Theod. tit. de iis, quæ adm. vel. off. publ. ger. trad.* Mod. 51 Speculatores dicuntur, non ſpiculatores, *ut in l. Divus* 6. *verſ. Pannicularia. ff. de bonis damnat. & Marci* 6. *verſ.* 27. ἀποςάλας ὁ Βασιλεὺς σπεκυλάτωρα, ἐκέλευσε ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Hinc Suetonio ſpeculatoria caliga. Iidem Teſſerarii Plut. *in Galba.* vid. plura apud Cujacium 6. *obſerv.* 33. 52 Primipili paſtus hic dicitur, ut *l.* 3. *ſupr. h. t.* unde admonemur, primipilum eſſe annonæ militaris exhibitionem, ut & *l.* 6. *C. Theod. h. t. Theodor. Hermopolites* 9. *tit.* 9. 53 *Al.* Imp. Valentin. 54 In adæranda annona militari, ſervanda ſunt pretia fori rerum venalium. 55 Al. *Idem A. & Martian. A.* 56 Ex cohortalium grege (de cohortalibus dixi ad *l.* 14. *ſupr. de curſu publico*) plerunque aſſumebantur, qui tabulas, vel chartas fiſcalium debitorum tractarent, agerent, adminiſtrarent, *ut hic.* Hi quia chartas tractant, chartularii quoque dicti. 57 *Antecedere*, al. *antea cedere.* 58 Ejus.

De ignominiosa missione.

11. Impp. HONOR. & THEOD. [1] AA. Anthemio P.P.

SI quis ex grege cohortalinorum, urgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus, [2], quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ Majestatis oraculum Amplissimæ tuæ Sedi offerat allegandum. Datum 14. Kalend. Mart. CP. HONOR. X. & THEOD. VI. AA. CONSS. 415.

Ne cohortalini ad aliam adspirent dignitatem, 1. vel militiam, 2. sive fortunam. 3. De negotiatoribus & ergasteriis adhærentibus.

12. Impp. [3] THEODOS. & VALENT. AA. Isidoro Præfecto Prætorio.

SI [4] Cohortalis [5] Apparitor, aut obnoxius cohorti, ad ullam adspiraverit dignitatem: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum revocetur: liberis etiam in tali [ejus] conditione susceptis, fortunæ patriæ mancipandis. §. 1. Quod si quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla præscriptione temporis muniatur, præter eam scilicet quæ ex triginta [6] annis colligitur: sed ad conditionem propriam retrahatur: nec [7] ipse, vel liberi ejus post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare. §. 2. Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat adspirare fortunam, cui majorum [8] suorum exempla præjudicant. §. 3. Sed etiam cunctos qui [9] diversarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet vel gemmarum argentique vestiumve venditores, apothecarios [10] etiam, cæterosque institores aliarum mercium, quibuscunque ergasteriis adhærentes, jubemus a provincialibus officiis removeri: ut omnis honor atque militia a contagione hujusmodi segregetur [11]. Dat. 3. Non. April. *Constantinopoli*, ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

De his, qui ad aliam militiam, vel dignitatem adspirant.

13. Iidem AA. Florentio P.P.

NUllum ex Primipilaribus, nullum ex Principe [12] Cohortalis officii, vel ad aliam posse militiam adspirare, vel ministeriis sibi contra publicam utilitatem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad præjudicium [13] præteriti status accedere concedimus. Quod si contra hanc tam saluberrimam formam, vel responsa cœlestia quædam militia aut dignitas audacter eliciatur: pro ingestis haberi, etiamsi speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse videatur: nec adsertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicæ studet commoditati [14] subtrahere, sed statim Civitatis, unde oriundus est, Curiæ tradi præcipimus.

14. Imp. LEO [15] A. Constantino P.P.

QUisquis Cohortalibus [16] adhuc obsequiis obligatus, vel regimen Provinciæ, vel cingulum cujuslibet militiæ, vel dignitatis [17] quoquo modo meruerit: ante omnia contra licitum usurpatis impetratisve careat, etiamsi ultronea [18] nostra liberalitate jus gerendæ Provinciæ, vel militiæ seu dignitatis cujuspiam sibi jactaverit fuisse delatum, dehinc universis solatiis conditionis, quam spreverat [19], defraudatus, ne quid eorum omnino per se vel per interpositam personam possit acquirere, Primipili tantum [20] munus implere cogatur: mox curialibus civitatis, in qua natus est, in diem vitæ suæ functionibus inhæsurus [21]: ita scilicet, ut [22] etiam hi, qui post impletam talem militiam quodlibet militiæ dignitatisve genus affectaverint, curiæ [patriæ] suæ restituantur. Datum 6. Kalend. Jan. CP. LEONE A. IV. & PROBIANO CONSS. 471.

TIT. LIX.
DE APPARITORIBUS PRÆFECTI ANNONÆ.

1. Imppp. [23] VALENS, GRAT. & VALENT. AAA.

APparitores Urbanæ Præfecturæ annonario officio sese non inserant [24], sed Apparitorum æmulatione secreta [25] ministerio suo annonæ Præfecturæ fungantur.

2. Impp. [26] ARCAD. & HONOR. AA.

PRæfectus annonæ canonem qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat: & cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem devotionis suæ exactionem non ostenderit.

TIT. LX.
DE [27] DIVERSIS OFFICIIS ET APPARITORIBUS JUDICUM, ET PROBATORIIS [28] EORUM.

1. Imppp. [29] VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. Severo Mag. militum.

SI [30] quando præfectus Prætorio, vel Vicarius, aut Rector Provinciæ significaverit eum, qui chartis ac ratiociniis publicis invenitur obnoxius ad præpositum castri ac militum transisse: retractus, illi adsignetur officio, [a [31]] quo ad necessitatem præstandi ratiocinii devocatur [32]: in rejecti [33] vero locum is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulantur [34] insignia. Datum 10. Kalend. Januar. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

Resolutus a militia, ad eandem non adspirabit sine licentia Principis.

2. Imppp. [35] GRATIAN. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAAA. Eusignio P.P.

NUllus [36] ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine Augusti [37] affatibus suscipiat. Si quis autem id per obreptionem forte meruerit, quinque librarum auri multetur incommodo. Dat. prid. Id. Jul. *Mediolan.* HONORIO NB. P. & EUODIO CONSS. 385.

3. Iidem AAAA. Eusignio P.P. [38].

NUllus Apparitor Amplitudinis tuæ, vel de officiis Palatinis ad eam provinciam, ex qua oriundus est, vel in qua collocaverit larem, vel qui jam in hujusmodi officio fuerit commoratus, obtentu publicæ necessitatis, vel executor privati negotii dirigatur. Etenim officii [39] tuæ Celsitudinis primiscrinius [40] tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatione persolvet, si statuta fuerint temerata. Apparitor vero, qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Hæc vero pœna etiam cæteris irrogata est, ut si domesticus, aut protector, aut Stator [41], vel Agens in rebus, vel Palatinus utriusque officii, vel ad eandem Provinciam, in qua natus est, vel ad eam, in qua collocaverit larem, cum hujusmodi usurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus ipse, qui se voluerit mitti, auri libram unam fisci juribus inferre cogatur [42]: Adjutores vero officiorum, [&] Palatinorum ac numerarii Comitum illustrium Virorum, sive Actuarii libram auri fisci juribus solvant, nisi statuta fuerint custodita. Datum 2. Non. Decembr. *Mediolan.* HONORIO NB. P. & EUODIO CONSS. 388.

4. Imppp. [43] THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

QUi vel [44] exiguam rei familiaris substantiam habent, militare in Apparitorum [45] numero non vetentur.

Apparitor ob culpam vel negligentiam amotus officio per sententiam, ad nullam militiam adspirabit. Bart.

5. Impp. [46] HONOR. & THEODOS. AA. Graccho Præfecto urbi.

QUicunque [47] Apparitores ob culpam, vel negligentiam fuerint judicato discincti [48], [jam] ad nullam militiam habeant facultatem adspirandi: nec ex rescripto his ullus aditus referetur, quos congruit pœnæ gravissimæ subjugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis adspirare contempserint [49]. Dat. 8. Kal. August. *Ravennæ*, HONORIO X. & THEODOS. VI. AA. CONSS. 417.

6. Impp. [50] THEOD. & VALENT. AA. Hierio P.P.

IN [51] his officiis, id est, Virorum Spectabilium Proconsulis Asiæ, Comitis Orientis, Præfecti Augustalis, & Vicariorum, quos etiam monuimus sub XXX. [52] interminatione librarum auri, nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinii probatoria [53] consecraverit. Quod si quis [talis [54]] sub tua fuerit abdicatione [55] convictus: profecto [56] irritis his, quæ vetita contrectaverit, etiam congruam indignationem incurret. Dat. 10. Kalend. Jul. *Nicomediæ*, DD. NN. THEOD. XII. & VALENTIN. II. AA. CONSS. 426.

7. Iidem AA. Anatolio mil.

AD splendidioris privilegia militiæ posteaquam priorem continuo labore compleverint, eos venientes admittemus, qui ea [57] voto adipiscendi honoris crediderint expetenda [58]: non eos, qui studio exercendæ cupiditatis ambierint, ut velut in meliori fortuna positi, aut ea scelera, quæ prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impune committere.

Duces, & Apparitores, & limitanei castrorum sub officiorum Magistro conveniuntur. Bart.

8. Impp. [59] LEO [60] & ZENO AA. Joanni Magist. offic.

VIros Spectabiles Duces eorumque Apparitores, nec non Limitaneos, castrorumque Præpositos, tantummodo ex [61] sublimis tui judicii sententia conveniri, nec aliis subjacere Judicibus præcipimus: Illustribus scilicet ac Magnificis Viris Magistris militum consuetudine [62] ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum, & Illyrici, ex longo tempore hactenus obtinuit, reservata.

9. Iidem AA. Hilario Mag. offic.

PRobatorias [63] Memorialium & agentium in rebus cæterorumque nihilominus Apparitorum Prætorianæ per Orientem amplissimæ Perfecturæ,

1 *Al.* Imp. Leo A. 2 *Tributus.* 3 *Al.* Imp. Zeno A.
4 *l.* 13. *l.* 14. ℑ. *h.t. l.* 13. *supr. de off. rector. provinciæ.* 5 *C. Theod.* 12. 1. 188.
6 Legendum *quadraginta*, ut in *C. Theod.* & meo vet. manuscript. *Contius.*
7 Ne ipse. 8 Majores, qui ante nos: hic pater, ut *l.* 22. *vers. nec vero domum. supr. de administr. tutor.* 9 Vid. *l. un. supr. negotiatores ne militent. h. lib. tit.* 35. Huc referenda lex Thebanorum antiqua, qua cavebatur, ut ne quis ad honores admitteretur, nisi decem annis a mercatura destitisset. Aristoteles 3. *Polit.* 3. 10 Vid. Cujac. 2. *observ. ult.*
11 Nisi princeps concessit. *l.* 1. *supr. quib. ex causis servi.* 12 *l.* 12. *supr. eod.*
13 Apud Judicium. 14 Commoditate. 15 *Al.* Anastasius A. 16 *l.* 12. ℑ. *h.t.*
17 Alias additur, *suæ.* 18 Motus proprius principis quid, dixi *l.* 3. *supr. de legib.*
19 Speraverat. 20 Tantummodo. 21 Mansurus. 22 Ut &.
23 *Al.* Imp. Antoninus A. 24 Inferant, ut *l.* 4. *supr. prox. tit.* 25 Est quidem præfectus annonæ sub dispositione præf. urbi, & uterque annonæ civilis curam agit. Sed separatas apparitiones habent, quas lex confundi & commisceri vetat. *l.* 1. *C. Theod. de cond. in publ. horr.* Præfecti autem annonæ apparitores, annonarii dicuntur, præfecti urbi, urbaniciani. *Mod.* 26 *Al.* Imp. Constantinus.

27 *L.* 8. *C. Theod.* 7. 28 Probatoribus. 29 *Al.* Imp. Constantinus.
30 *l.* 11. *C. Theod. h.t.* 31 *Al.* deest. 32 Denotatur. 33 Revocati.
34 Assignantur. 35 *Al.* Imp. Constantinus A. 36 *l.* 18. *Cod. Theod. h.t.*
37 Augustis. 38 Al. *Idem A. & Julia. Cæs. P.P.* 39 Officio. 40 Primiscriniis.
41 Strator. 42 Cogetur. 43 *Al.* Imp. Julianus A. 44 *l.* 19. *C. Theod. h.t.*
45 Jam apparitorum. 46 *Al.* Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. 47 *l.* 20. *C. Theod. h.t.* 48 Districti. 49 Præscripserint. 50 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. P.P. 51 *l.* 20. *C. Theod. h.t.* 52 Al. *viginti.* 53 Vide *l.* 9. ℑ. *h.t.*
54 *Al.* deest. 55 Judicatione. 56 Profecto quod vetito contrectavit.
57 Eam voto. 58 Expetendo. 59 *Al.* Imp. Theodosius A. Magistro officiorum.
60 Citatur hæc constitutio in *Novell.* 109. 61 Forum sortiebantur apud Magistrum officiorum, duces, limitanei, castrorum præpositi. vide quæ scripsi ad *rubricam Tituli de Quæstorib. & Magistris officiorum.* 62 Jurisdictio præscriptione acquiritur. *l.* 2. ℑ. *de fund. limit. l.* 11. *tit.* 59. *l.* 3. *supr. de Emancip. lib. cap. cum contingat. x. De foro competenti. cap.* 1. *§. irrefragabili. x. de offic. Ord.* Ans. 63 Probatoriæ sacræ, *hic, & l. ult. supr. de muri-*

eorum

eorum etiam qui in diversorum Judicum officiis numerantur, ex sacris probatoriis solito more militiæ sacramenta sortiri decernimus: non passim, nec licenter [1], solis auctoritatibus [2], vel sacrarum militarium literarum exemplaribus, sed ex authenticis tantum sacris probatoriis manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio præstandis, ita ut nullus his dolus aut fraus possit annecti: de his etiam, qui sunt veræ [3], & catholicæ fidei, jubemus, admitti. Aliter vero militantes, nisi ex his sint, quos solis auctoribus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit: detecta fraude cujuscunque accusandi studio, non solum mendaci carere militia, sed & proscriptionis stylum [4] subire decernimus, & bonorum omnium amissione multamus.

10. Iidem AA. Erythrio P.P.

HAc sanctione decernimus, ut in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his, qui sociandi sunt cuicunque militiæ, quam sine divinis probatoriis [5] adipisci non possunt, sed periculo primatum uniuscujusque officii ipsas authenticas [sacras], quæ divinam nostræ pietatis continent adnotationem cum subscriptione administrantium, sub quorum jurisdictione consistunt, his, qui militare volunt præstari: exemplaribus videlicet eorum cum subscriptione eorundem Judicum apud singula quoque officia, prout convenit, reservandis [6]. Quamvis autem manifestum sit de hujusmodi probatoriarum observatione excepta esse cæterorum judicum officia, tamen ne ulla [ei] ignorantiæ relinquatur occasio, omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiæ sociari, notitiam [in] sacris apicibus subdendam esse censuimus. Sub hac igitur observatione omnes, qui sive in hoc sacro Palatio nostro, sive in aliis quibuscumque officiis deinceps militare cupiunt: qui tamen (ut dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum, vel veteri consuetudine, nisi præcedentibus [7] sacris probatoriis militiæ sociari, sicut subjecta [8] notitia demonstrat [9], adipisci præcipimus, scientibus his, qui ex aliqua parte præsentis nostræ serenitatis legis formam conniventia, vel negligentia quadam colludere [10] tentaverint, non tantum amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, utpote crimini falsitatis obnoxios semet [ipsos] esse plectendos. † Et est notitia [hæc [11]]: Scrinii memoriæ probatoriæ Agentium in rebus palatinorum [sacrarum] largitionum [12], rerum privatarum partis Augustæ. Item Scrinii sacrarum epistolarum sic: in officiis virorum illustrium præfectorum [13] prætoriis [14] Orientis, & Illyrici, & Urbi, officii Proconsulis Asiæ & Africæ, officii Comitis Orientis, officii Præfecti Augustalis, officii Comitis divinarum domorum, officii Vicariorum Thraciæ [15], Ponti, & Asiæ, & Macedoniæ, & Thesaurensium classis. Item Scrinii sacrorum libellorum sic: officii Virorum Magistrorum militum utriusque [16] Præfecti Orientis, & Illyrici, invitatorum, admissionalium [17], memorialium, omniumque pædagogorum [18] cellariorum, mensorum, lampadariorum eorum, qui in sacris scriniis deputati sunt, decanorum partis Augusti, & cursorum partis Augustæ, officii Virorum Spectabilium Ducum Palestinæ, & Mesopotamiæ, nobilis Comitis Phœniceseos, Corsenæ [19], Syriæ, & Augustæ Euphratensis, Arabiæ, & Thebaidis, Libyæ, Pentapoleos, utriusque Armeniæ, utriusque Ponti, Scythiæ, Mysiæ [20] primæ, [secundæ,] Daciæ, Pannoniæ, officii Virorum Spectabilium Comitis Ægypti, Pamphyliæ, Isauriæ, Lycaoniæ, & Pisidiæ.

TIT. LXI.

DE [21] EXCUTORIBUS ET [22] EXACTORIBUS.

Ne apparitores, vel palatini exactores per provinciam vagando inferant provincialibus molestiam, periculum gestorum per eos pertinet ad eos, quorum sunt apparitores, & exactores. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Provinciales, & ad Proconsules.

NE [23] per diversas Provinciarum partes, aut Palatinus [24] exactor accederet, aut Illustrium Virorum Apparitor [25] vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem: hac lege sancimus, ut omnes memorati intenti sint ad [26] Provinciæ Rectorem, & cum eo agant: illo insistente [27], disponente, & agnoscente, & suo periculo rem peragant, & impleant [28] universa. Dat. [29] 17. Kalend. Jul. *Mediolani*, OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

2. Iidem AA. Andromacho P.U.

QUicunque [30] ex Palatio nostro cujuslibet tituli ad Provincias commeaverit, compulsor, exactor, admonitor, portitorve præcepti, Agens in rebus, vel Palatinus, vel Apparitor Illustrium potestatum: hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curiæ [31] suæ specialiter approbatur [32], nec quod injunctum alteri fuerit, collegii jure præsumat: ne [33] dum hoc sibi invicem mutui officii licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur. Dat. prid. Id. Jul. *Mediol.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS.

Exactor intra annum debet ostendere quid exegit; & si non exegit, causam denotare, cur non exegerit, alias punitur. Bart.

3. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P.P.

SIve [34] ex Prætoriano officio, sive illustris Comitivæ sacrarum largitionum, nec non & rei privatæ nostræ [militiæ], vel ex quacunque apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat [35] se intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium judicem remeare, eique suam efficaciam ostendere, & quid (in) ejus instantia exactum fuerit, quidve in debitis habeatur, & penes quos resederit, vel cujus culpa, aut qua causa in eadem provincia fuerit derelictum. Quod si exacto spatio anni in ejus regionis visceribus prædator insidians [36], deprehensus fuerit remorari: tunc absolutus cingulo militiæ abjicietur, primoribus [37] ejus militiæ decem librarum auri multa proposita [38], si redire dissimulet: & per vices [39] officiorum ligatus ferreis nexibus, cura Provincialis officii ad debitum mittatur examen: nec ei liberum sit, ut hoc se privilegio aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium, vel aliam necessitatem post injunctam esse causetur, cum hisdem licentiam auferamus in eadem Provincia continuare exactionem. Dat. 10. Kal. Octob. D.N. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

4. Iidem [40] AA. Joanni P.P.

NUllam possessionem alterius [41] pro alienis debitis publicis vel privatis præcipimus conveniri. Dat. 5. Id. Jul. *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEOD. X. AA. CONSS. 422.

5. Impp. [42] HONOR. & THEODOS. Augusti Volusiano Præfecto Prætorio.

COntra nostra præcepta si quisquam vetito [ac temerario [43]] ausu exactionem [44] audebit, licebit Provinciæ moderatori eundem correptum ad Sublimitatis tuæ judicium sub prosecutione [45] dirigere, & licebit [46] Provinciali, si [47] probetur obnoxius executor [48] contra vetitum exactionem sibi vindicans, temeritatem legitime repellere.

6. Imp. ZENO [49] Arcadio P.P.

SAncimus, ut eum cui ex judicio tui Culminis quocunque modo, sive studio Numerariorum aut Tractatorum [50], vel ipsorum jussu, qui pro tempore amplissimæ tuæ sedis administrationem suscipiunt, exactio publicarum pecuniarum injungatur, minime prius liceat aliam solicitudinem gerendam suscipere, quam reversus injunctæ sibi causæ responsum præbuerit. Si tamen ita sors tulerit, ut in ea Provincia ad quam exequendi causa publici negotii aliquis proficiscitur, alia quoque causa sit exequenda, non prohiberi unum eundemque executorem ab hac urbe regia proficiscentem, duorum simul, non [51] plurium negotiorum executionem suscipere, dum ipsi [52] quoque tertii negotii non sit injungendi [licentia] antequam de superioribus responsum portaverit. Executoribus his, qui secundam, sive simul duas, vel etiam tertiam causam passi fuerint exequendam suscipere, non solum cinguli & bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exilii supplicium subituris. Eandem hanc pœnam Numerarium quoque, & ejus adjutores, ad quorum curam quod violatum est pertinet, formidare.

7.

QUilibet executor [53] divinæ jussionis prætorianive præcepti id prius insinuare præsidi debet, ut is inquirat an sit in eo vitium aliquod falsi, aut legibus adversum aliquid, & an per obreptionem impetratum sit.

† Executio autem fit scripto, vel sine scripto propositis sacris Evangeliis, & præsentibus possessoribus omnibus, & una cum præside inquirentibus, qui & opem executori ferent, si res digna videatur. Sed si quid manifesto in ea falsi, vel illegitimi deprehenderit, suspendet exactionem, & relationem mittet ad principem per agentem in rebus vel sedem ejus a quo res processit. Et interim executor quidem cautionem præstabit pro rei qualitate: reus personalem, se sisti puta, idque sine ulla impensa. Debet enim executor indemnem eum præstare quem convenit, si temere, forsitan eum convenerit, quam cautionem, nisi præstiterit, impune ab eo quem convenit repelletur. Præses ipse, vel alius ad quem jussio dirigitur, cautionem exiget ab executore pro rei qualitate. Sed & si potuerit quis executionem repellere, & repulerit, debet præses executorem restituere, & ab eo cautionem exigere personalem, & rem deferre: quod si negligat tam ipse, quam suum officium, isve ad quem literæ missæ sunt, de suo indemnitatem convento præstabit, durante vel deposito magistratu. Constitutio excipit eos, qui nomine tributorum obligati sunt. Quod si pretio victi præsides non inquirant, qua de re superius diximus inquirendum esse: etiamsi negligentia hic tantum argui videatur, & rei familiaris damnum patientur & magistratu ejicientur, & circa salutem periclitabuntur. Omnis autem lex Præfecto prætorio prius insinuari debet, deinde in provinciam transmitti, & portitori dari aureos sex, Præside curan-

legulis l. 11. *tit.* 7. (quæ & prosecutoriæ, in *l.* 14. *supr. de murilegulis*) in multis exiguntur. *Edictum Justiniani* 8. *&* 13. sic dictæ, quod iis laudentur & confirmentur, qui eas consecuti sunt. *l.* 7. *C. Theod. de privilegiis eorum, qui in sacro palatio militant.* adde *l.* 6. *supr. h. t. l.* 10. *J. h. t. l.* 5. *supr. de off. magistri officior. l.* 3. *in fin. supr. de agentib. in reb. h. lib. tit.* 20. *l.* 12. §. *de cohortalib. h. lib. tit.* 58. vid. Cujac. *Novell.* 24. 1 Ne liceret, al. *nec latenter.* 2 Auctoritatem a sacris literis distinguit: ut etiam auctoritas senatus a S. C differebat: quemadmodum *ex* Cicerone *in princ. lib.* 3. *de Orat. epist. Cælii ad Ciceronem* & Dione *lib.* 55. constat. 3 Christiani tantum ad dignitates memorialium, agentium in rebus & apparitorum admittendi. Idem in defensore civitatis. adde *l.* 8. *supr. de defensorib. civit. Novell.* 15. *supr.* advocato, *l.* 15. *supr. de Episcopali audientia. l. ult. supr. de postulando.* primatibus Alexandrinis, *l.* 6. *supr. de Episc. audient. & ibid. l.* 5. *l.* 19. *l.* 20. militibus, Cedrenus *id ita constitutum a Constantino refert.* Qua de re quod ad hanc legem attinet, testari tres juratos oportet apud acta, prius quam prolata probatoria suscipiatur ex constitutione Græca. *Tit. supr. de Episcop. audient.* 4 Stylo. 5 *l.* 9. *supr. h. t.* 6 Observandis. 7 Præsentibus. 8 Subnexa. 9 Demonstratur. 10 Vel colludio. 11 Abest a quibusd. lib. 12 Abest a plerisque lib. 13 Additur in quib. lib. *palatinorum.* 14 Prætorio. 15 Vicarii Orientis olim quatuor diœceseos Thraciarum, Ponticæ, Asianæ, Macedoniæ. Quod ad vicarium Thraciarum attinet, ætate Justiniani vicarius Longi Muri vocabatur: longus enim murus, haud parvum fuit munimentum præsidiumque Thraciarum, *Novell.* 26. *in pr. &c.* 16 Emendat Cujac. *militiæ in præsenti, Orientis* &c. 17 Amissionalium. 18 Pædagogiorum. 19 *Phœnicia Osdroëna,* legit Alciat. *hic.* Cujac. emendat, *novi militis Phœnices, Osdroënæ.* 20 Mœsiæ.

21 *L.* 8. *C. Theod.* 8. *Eclog. lib.* 7. *tit.* 4. 22 Vel. 23 *l.* 6. *C. Theod. h. t.* 24 *l.* 2. *in princ. supr. de Canone largitional. titul. l.* 10. *tit.* 23. 25 Vide *l.* 7. *vers. Judicibus supr. de exact. trib. l.* 10. *tit.* 19. 26 *l.* 6. *in fin. supr. de exact. trib. l.* 10. *tit.* 19. 27 Al. *consistente.* 28 Impleatur. 29 *Al.* VI. 30 *l.* 7. *C. Theod. h. t.* Nec magisterianus, nec palatinus, nec alius quispiam apparitor illustrium magistratuum titulorum exigendorum nomine commeans, vel mandatum adferens, & aliud ipsum exsequens, extra limites specialiter sibi præscriptos agat: nec quæ alii mandata sunt, alius facere præsumat. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 4. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 53. 31 Curæ. 32 Præsumitur pro nuncio & officiali. vide Alciat. 3. *præsumptionum* 14. 33 Ne quid injunctum alteri fuerit collegii jure alter præsumat usurpare. Goth. Vid. *l.* 23. *Cod. de testam text. in can. singula. distinct.* 89. *l.* 3. *Cod. de fabricensib.* Ans. 34 *l.* 9. *C. Theod. hoc tit.* Tam præfectiani, quam palatini & omnes apparitores alii, qui ad exequutionem mittuntur, ad judicem suum intra spatium anni sese conferant eique declarent, quid sit in residuis, & penes quos residua illa sint. *Synopsis ibid. cap.* 54. 35 *l.* 4. *supr. de susceptoribus. l.* 10 *tit.* 70. 36 Insideas. 37 Prioribus. 38 Apposita. 39 *Al.* vires. 40 *Al.* Imp. Zeno. 41 *l.* 10. *C. Theod. h. t.* Clarigationes seu Repressaliæ prohibitæ, ut *l. ult. supr. de omni agro deserto l.* 11. *tit.* 58. *&* *Novell.* 52. *c.* 1. *Novell.* 128. *cap.* 14. *l. unic. supr. ut nulli ex vicaneis. l.* 11. *tit.* 56. Alius pro alio teneri non debet, ob id solum, quod sit ejusdem civitatis vel vici. adde *l.* 1. *supr. ut nulli ex vicaneis, l.* 11. *tit.* 56. *l.* 4. §. *de jure fisci.* 42 *Al.* Imp. Anastasius A. 43 Absunt a quibusd. lib. 44 *Executor, in vet. lib.* al. *exactionem exercere.* 45 Al. *proscriptione.* 46 Officiali contra jus & æquum exequenti licet privatis ipsis resistere. ut *l.* 5. §. *de jure fisci. l. devotam* 5. *supr. de metatis, h. lib. tit.* 41. *l. ult. supr. de discussoribus. l.* 10. *tit.* 30. adde quæ scripsi ad *l.* 4. *ff. de appell.* Goth. Vide Marci *dec. Delphin.* 772. Ant. Fab. *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 20. *defin.* 15. S.L. 47 *Etiam, in quibusd. lib.* 48 *Executoris, & postea, vindicantis.* 49 *Al.* Justinianus A. 50 Tractatores qui, dictum in *l.* 10. §. 1. *supr. de Numerariis. h. lib. tit.* 50. 51 Vel. 52 Ipse. 53 Executores, ut & exactores canonicarii missi in provincias aliter

te per omnes civitates suæ provinciæ legem promulgari sine ulla impensa Præsidis vel Defensorum, vel portitoris. Et si quis ex ea re quid perceperit, in duplum tenetur, & magistratus dignitatem amittit, officialis officium.

TIT. LXII.

DE [1] LUCRIS ADVOCATORUM, ET CONCUSSIONIBUS OFFICIORUM, SEU APPARITORUM.

1. Imp. CONSTANTINUS [2] A. ad Ælianum Proconsulem Africæ.

SI [3] quis [4] a Ducenariis [5], vel Centenariis, vel fisci Advocatis læsum se esse cognoscit, adire judicia, & probare injuriam non moretur: ut in eum, qui convictus fuerit, competenti severitate vindicetur. Dat. [6] Kal. Novembr. *Treveris*, CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

2. Idem [7] A. Eubulidæ Vic. Africæ.

PRæter [8] solennes & Canonicas pensitationes, multa a provincialibus indignissime postulantur ab officialibus & scholasticis [9], non modo in Civitatibus singulis, sed [etiam] mansionibus [10], dum ipsis & animalibus eorundem alimoniæ sine pretio ministrentur. Provinciales itaque cuncti Judices tueantur, nec injurias inultas transire permittant. Dat. 3. Kalend. Jul. LEONTIO & SALUSTIO CONSS. 344.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Pompeiano Proc. Africæ.

QUotiens [11] compulsor arguitur in deprædatione convictus, etiam [12] non consulta Clementia nostra pœnam subeat legibus competentem. Datum prid. Kal. Jan. *Mediol.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

4. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Adriano P.P.

CUrialibus & Navicularis, omnibusque [13] corporibus ita subveniri [14] volumus, ut nihil Apparitoribus universorum Judicum liceat, quod ad prædam Provincialium pertinet.

TIT. LXIII.

DE PRIMIPILO [15].

1. Impp. [16] VALERIAN. & GALLIEN. AA. Domitio.

COmmoda Primipilatus [17] post administrationem incipiunt deberi: & si is, qui ea percipere debuit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitio salva sit.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Alexandro.

OBtentu nominis Primipili, civiles actiones ad alios Judices transferendæ non sunt.

3. Iidem AA. Domnæ.

UTilitas [18] publica præferenda est privatorum contractibus: & ideo si [19] constiterit fisco satisfactum esse ob causam Primipili, poteris obligatam tibi possessionem dotis titulo petere, ut satis doti fieri possit.

Solum ex causa Primipili filius non existens heres patris potest conveniri pro patre, in aliis vero secus. Bart.

4. Idem AA. Dionysio.

CUm [20] ex sola Primipili causa liberos, etiamsi patribus heredes non existant, teneri D. Aurelianus [21] sanxerit: si neque successistis patri vestro, nec quicquam ex bonis ejus tenetis: consequens est, a paternis creditoribus vos non conveniri.

TIT. LXIV.

PUBLICÆ [22] LÆTITIÆ VEL CONSULUM NUNCIATORES, VEL INSINUATORES CONSTITUTIONUM, ET ALIARUM SACRARUM VEL JUDICIALIUM LITERARUM, EX DESCRIPTIONE, VEL AB INVITIS NE QUID ACCIPIANT IMMODICUM.

1. Imppp. GRATIAN. & VALENT. THEOD. AAA. Floro Præf. præt.

QUicquid [23] nostrorum [24] unquam nunciari cœperit prosperorum, ut [25] bella si desinunt, si oriuntur victoriæ fastus [26], si honor datus fuerit Regalium [27], vel Consulum vel Trabearum, compositæve pacis erit offerenda tranquillitas, si [28] sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus: hoc fine [29] immodico pretio nuntiari excipique sancimus: actum [30] esse jubemus castissimum, indigentibus, non numerariis [31] esse præbendum judices statuimus esse solicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris pretium gaudiorum. Quod si id sacrilega fuerit dissimulatione violatum, & [32] accipientem pudoris fortunarumque manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officium [33] triginta librarum auri vexatione quatietur. Dat. 4. Non. Februar. CP. MEROBALDO II. & SATURNINO CONSS. 385.

[34] 2.

COnstitutio [35] vult a singulis Provinciis Insinuatoribus sacrarum literarum, vel generalium Constitutionum, vel publicorum commonitoriorum [36], vel statuarum sex duntaxat solidos dari, & ab eo, qui amplius acceperit, quadruplum reddi, hoc inhibente Præside, & Episcopo & Primoribus [37] Civitatis, omnique tam civili quam fiscali adminiculo, nisi velit Episcopus in Principis indignationem incurrere, Præses bonis & dignitate & civitate multari. Curet autem officium nec descriptionem [38] fieri ex iis causis ultra VI. aureos, nec ab invitis, & ab accipiente quadruplum inferri. At cum cives seipsos volunt describere operis publici, vel frumenti coëmendi causa, & hoc sibi concedi a principe petunt, nihil oportet lædi ex hac causa, ne sacerdotes indignationem eandem incurrant, Præsides dignitatem amittant & publicentur: officium in corpus torqueatur, nisi Principi detulerint, quicquid contra hanc constitutionem fuerit admissum. Possunt enim descripti resistere describentibus: vel si nequeant resistere, licet eis invocare Præsidem, & deferre principi. Sed non oportet patres [39] Civitatum vel Sitonas [40], vel Susceptores ex reditibus, quos habent in manu, quidquam præbere, sed eorum quantitatem destinatæ necessitati servare debent. Quod si Præses violarit, de suo eos reditus implebit. Fiscales enim & civiles res imminutas servari necesse est.

non admittendi, quam si mandatum & delegationem suam præsidii insinuaverint. *Novell.* 128. *cap.* 10. Eadem ratione privatis in actionibus procurator creatus exigendi debitoris causa non aliter admittendus, quam si judici mandatum insinuaverit: quæ sententia Placentini fuit: a qua facit. *l. exigendi* 12. *supr. de procurat.* licet Accurs. de ea disputet, in *l. non solum* 39. §. 1. *ff. de procur.* vid. Cujac. 12. *obs.* 22.

1 *L.* 8. *C. Theod.* 10. 2 *Al.* Constantius. 3 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 4 Conjunge *l.* 3. *supr. de exact. l.* 10. *tit.* 19. & *l.* 3. *supr. de advocat. fisci.* 5 Ducenarii & Centenarii qui essent, dixi ad *l.* 5. *supr. de princip. agent. in reb.* 6 *Al.* Dat. 6. Id. Nov. Treveris. Acc. 15. Kal. Mart. Carthagine, Constantino A. 4. & Licinio Conss. 7 *Al.* Constantius. 8 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 9 Id est, advocatis, *ut hic interpretatur* Cujac. & *multis auctoritatib. confirmat*, Græci συνηγόρους. Quo nomine primum nuncupati Rhetores (ut Cornelius Tacitus scribit, *libr. de Oratorib.*) & declamatores fictarum litium: deinde a fictis litibus transiit ad veras. Plin. 2. *epist.* 10 Mansiones, *hic* & *l.* 8. *supr. de annon.* & *tribut. l.* 10. *tit.* 16. *l.* 2. *supr. de conditis in publicis horreis. l.* 10. *tit.* 26. *l.* 9. *supr. de susceptorib. l.* 10. *tit.* 70. *l.* 9. *C. Theod. de annonis*, *l. Claudiopolis.* 119. *C. Theod. de decur.* ἀλλαγαὶ mansus & diversoria militum, vel sacri comitatus ab oppidis separata, quæ annonis & pabulis instruebantur ex collatione vicinorum, non eorum, qui procul disjuncti. Galli, *Estappes.* 11 *l.* 3. *C. Theod. h. t.* 12 Etsi. 13 Omnibus quoque. 14 Subvenire.

15 *Primipilus* est decurio primæ cohortis, regit autem quatuor centurias. *Veget.* Sed Theodorus Hermopolit. *lib.* 9. *tit.* 9. Primipilum definit annonam, quæ datur Primipili centurionibus, ut inter milites distribuatur, vide *hic* Alciat. dixi ad *l.* 3. *J. h. t. ad l.* 7. *supr. de cohortalib. h. lib. tit.* 58. 16 *Al.* Imp. Gordianus A. 17 Primipili. 18 Publica utilitas præferenda privatorum contractibus. *l.* 4. *supr. qui potiores. Novell.* 97. *cap.* 4. 19 Doti res mariti quidem tacite obligatæ sunt, primipilum tamen ei præfertur. Est vero πριμιπίλον ἡ στρατιωτικὴ ἀννῶνα, militaris annona. Quare si quis primipilum debeat & dotem, primipilum præfertur. *Synops. Basil.* 9. *tit.* 5. *ex lib.* 15. *tit.* 2. *cap.* 28. *ubi Scholiastes*, & *ex tit.* 17. *cap.* 64. Goth. Sunt & multa alia singularia, ut si debitor ex causa primipili, vel fidejussor aut nominator ejus solvendo non sit, dos uxoris fisco vindicetur. *l. fatis. supr. in quibus caus. pig. tac. contr.* Et res etiam specialiter obligata dotis nomine & donata, licet primipili morte confirmata sit donatio *l. non verum. supr. de donat. int. vir.* & *uxor.* Ut fisco teneantur filii primipili, etiamsi heredes non extiterint. *l. si tutores. supr. de compens.* Ut urgente fisco adversus debitores suos debitor ex causa primipili agat etiam ante diem. *l.* 1. *supr. de condict. ex lege.* Mod. 20 Primipili causa quod pater debet, liberos ejus heredes obligat, etiam si patris heredes non sint, quod jus speciale est. Nam ex sola primipili causa tenetur, qui hereditatem paternam non adierunt liberi, at non ab aliis patris creditoribus, quod jus Græci autores παράδοξον insolens & novum appellant. *Syn. Basil.* 9. *tit.* 5. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 64. Harmenop. 3. *tit.* 5. §. 84. adde *l.* 3. *supr. de revocandis his quæ per fraudem alienata sunt.* 21 Al. *Trajanus.*

22 De consuetudinibus, quæ a provincialibus dantur perferentibus missas a principe sacras sive judiciales litteras. Idem de consuetudinibus, quæ dantur perferentibus constitutiones eorum, qui magistratum civilem vel militarem gesturi sunt. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. περὶ συνηθειῶν *ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 67. 23 Huc pertinet *l. un. libr.* 8. *tit.* 4. *C. Theod.* 24 Qui publicas adferunt hilaritates sive gaudia (δημοσίας ἱλαρίας καὶ χαρμόσυνα ἐπιφερόμενοι) nihil omnino a provincialibus accipiant: sive hostium abitum, sive victoriam, sive consulatus renunciationem, sive pacem cum hostibus compositam, ἔτι λαβράτα (alias λαυράτα) id est, laureatum renuncient. *Syn. Basil.* 56. *circa finem tituli* περὶ συγχαρίων. 25 Ad. 26 Ex vet. lib. emendat Cujac. *fastis*, sic enim legitur in *lib. Aured.* 27 *Regalium trabearum*, in libro Aured. & ita emendat Cujac. 28 Id est, quoties urbem aliquam solenni ritu ingredimur. 29 Id est, modo non excedat sex aureos. *l.* 2. *J. h. t. l.* 26. §. 2. *supr. de Episcop. audient.* 1. Cont. *dispunct.* 14. 30 Gerulum jubemus esse castissimum: indices nummarios esse prohibemus, ita ex *C. Theod.* & *lib. manuscr.* emendat Cujac. & *nummarios* interpretatur *lucri avidos.* 31 Indicibus non nummariis. 32 In. 33 Officio. 34 *Eclog. lib.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 56. *tit.* 27. *cap.* 67. 35 Hæc lex *epitom.* 2. *part.* 6. *constit. Græcæ supr. de episcopal. audient. quam suo loco restituimus.* 36 Συμβολαίων. *Synopsis Basil.* 7. *tit.* 6. *dict. tit.* περὶ συνηθειῶν. 37 Primores civitatum, locupletiores. *l. ult. supr. ut nemini liceat in empt. specier. l.* 10. *tit.* 27. 38 Exactores publicorum tributorum collectas pecunias jubentur statim curatoribus Reipublicæ præstare, sine ulla diminutione, vel sportularum, vel descriptionum specie. 39 Patres hi civitatum, qui & Curatores Reip. 40 Σιτῶναι curatores emendi frumenti. Hi, ut & curatores, seu patres civitatum & curatores operum, creabantur decreto episcopi & primorum civitatis. *Novell.* 128. *c.* 16.

CODICIS
DOMINI JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS
EX REPETITA PRÆLECTIONE,
FINIS.

AUTHEN-

AUTHENTICÆ,
SEU
NOVELLÆ CONSTITUTIONES
DN. JUSTINIANI
SACRATISS. PRINCIPIS,

ACCEDUNT

EDICTA XIII. JUSTINIANI,

LEONIS, ET ALIORUM IMPP. NOVELLÆ,

NEC NON

CANONES SS. APOSTOLORUM,

CUM NOTIS

DIONYSII GOTHOFREDI JCti

ET

ANTONII CONTII

IN LIBRUM NOVELLARUM

PRÆFATIONE.

INDEX
CONSTITUTIONUM NOVELLARUM
DOMINI JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS,
NEC NON

Quarundam JUSTINI & TIBERII Principum, quæ eidem volumini insertæ fuerunt, eo ordine, quo apud veterem interpretem Latinum collocatæ sunt, collatis ad marginem tribus aliis Novellarum voluminibus, SCRIMGERI, (quem ut plurimum secuti sumus) HALOANDRI, & JULIANI Antecessoris.

COLLATIO I.

1	De heredibus & Falcidia, si heres solvere legata noluerit.	*Extat apud Scrimg. Hal. & Iul.*
2	De non eligendo secundo nubentes mulieres, & alienatione, & lucro antenuptialis donationis, & de successionibus earum & filiis suis.	*Extat apud Scrimg. Hal. & Iul.*
3	Ut determinatus sit numerus clericorum sanctiss. majoris Ecclesiæ &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
4	De fidejussoribus, & mandatoribus, sponsoribus & solutionibus.	*Scrimg. Hal. Iul.*
5	De monachis.	*Scrimg. Hal. Iul.*
6	Quomodo oporteat episcopos, & reliquos clericos ad ordinationem adduci &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*

COLLATIO II.

7	De non alienandis aut permutandis ecclesiasticis rebus immobilibus aut in specialem hypothecam dandis &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
8	Ut judices sine quoquo suffragio fiant. Jusjurandum, quod præstatur ab his, qui administrationes accipiunt.	*Scrimg. Hal. Iul.*
9	Ut etiam ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione.	*Scrimg. Hal. Iul.*
10	De referendariis palatii.	*Scrimg. Hal. Iul.*
11	De privilegiis archiepiscopi primæ Justinianæ &c.	Extat apud illos. *August.* putat Latinam primitus fuisse. Idem & me adnotasse memini, qua in sententia etiam nunc sum. Fallitur tamen, cum ait, nos carere ejus epitome *Juliani*, cum extet in manuscr. *Jul.* & Lugd. impresso.
12	De incestis & nefariis nuptiis.	*Scrimg. Hal. Iul.*
13	De prætoribus populi.	Extat apud illos, & epit. *Juliani* in edit. Lugdunensi multo amplior ea, quam edidit *Ant. Aug.*

COLLATIO III.

14	De lenonibus.	*Scrimg. Hal. & Iul.*
15	De defensoribus civitatum.	*Scrimg. Hal. Iul.*
16	De mensura ordinandorum clericorum.	Extat apud illos, nam apud *Julianum* in editione Lugd. est constit. 12. miror *August.* dicere, eam desiderari in lib. *Juliani*.
17	De mandatis principum.	Extat apud illos. Principium est Latinum, imo & Cujac. ait, utraque lingua fuisse scriptam hanc totam Novellam, ut & *Ant. August.* qui tamen ait nos carere Latina.
18	De triente & semisse, & successionibus filiorum, & nepotum naturalium: & collationibus, vel &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
19	De filiis ante dotalia instrumenta natis.	*Scrimg. Hal. deest apud Iul.*
20	De administrantibus officia in sacris appellationibus.	*Scrimg. Hal. Iul.*
21	De Armeniis.	Extat apud illos tres, & apud *Jul.* quidem constit. 29. §. 102. Itaque miror cur dicat *Ant. August.* non extare.

COLLATIO IV.

22	De nuptiis.	*Scrimg. Hal. & Iul.*
23	De appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari.	Extat apud illos tres, sed duntaxat epitomata, cum sit Latina.
24	De præside Pisidiæ.	In lib. manuscr. vet. interpretis nihil præter tit. & prima earum verba hic reperi. Extant Græce apud *Scrimg.* & *Hal.* sed & apud *Julian.* in edit. Lugd. const. 17. 18. 19. & 20. itaque satis mirari nequeo, cur id neget *Ant. Aug.*
25	De prætore Lycaoniæ.	
26	De prætore Thraciæ.	
27	De comite Isauriæ.	
28	De moderatore Helenoponti.	*Scrimg. Hal. Iul.*
29	De prætore Paphlagoniæ.	Extat apud illos tres. Eam habuit *Alb. Rozates* ut patet in verbo, Aquilegia, cujus hic fieri mentionem ait.
30	De proconsule Cappadociæ.	*Scrimg. Hal.* & *Iul.*
31	De descriptione quatuor præsidum Armeniæ.	*Scrimg. Hal. Iul.*
32	Ne quis mutuum dans agricolæ, terram ejus teneat &c.	Hæ tres extant apud illos, nisi quod ap. *Scr.* sola 32. extat, quam autem ob causam, promittitur illic ex comment. *Henr. Steph.* doceri, necdum tamen, quod sciam, illi commentarii nati sunt.
33	De his qui mutuum dant agricolis.	
34	Ne quis quod agricolæ mutuam pecuniam dedit &c.	
35	De adjutoribus Quæstoris.	Deest integra in Græcis editionibus. Ejus epitomen Græce & Latine *Hal.* edidit, ut & *Jul.* Latine. Deest etiam in manuscr. vet. interprete, & vulgat. authenticis.
36	De successoribus eorum, qui in Africa degunt.	Deest apud vet. interpretem & *Scrimg.* & *Julianum.*
37	De ecclesiis constitutis in Africa.	Extat apud solum *Hal.* & in lib. 1. βασιλ. tit. 1. c. 45. *Ant. Aug.* ait se vidisse epitomen pleniorem in epitome constitutionum Ecclesiasticarum.
38	De decurionibus & filiis eorum.	Extat apud illos tres. Hanc habuerunt *Azo, Accurs.* & *Alberic.* ut ex eorum scriptis apparet.
39	De restitutionibus, & ea quæ parit undecimo mense post viri mortem.	*Scrimg. Hal. Iul.*
40	Ut Ecclesia sanctæ Resurrectionis alienare possit ædificia secundum ipsam sita civitatem.	Nondum invenire potui in antiq. manuscr. Latinis, tametsi *Alb.* eam habuerit, ut alias not. in edit. Paris. Deest etiam tam Græce quam Latine apud *Hal.* sed non deest apud *Iul.* ubi est constit. XI. §. 47. quæ in re fallitur *Ant. Aug.* ut supra alias sæpe.
41	De quæstoribus, id est, Præfectis insularum.	Deest apud *Scrimg.* & *Hal.* extat apud *Iul.*
42	De depositione Anthimi & Severi, & Petri &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
43	De officinis sive tabernis Constantinopolitanæ urbis, & ut mille tantum & centum officinæ &c.	*Scrimg. Hal. Iul.* §. 49. licet *Ant. Aug.* neget.
44	De tabellionibus, & ut protocolla dimittant in chartis.	*Scrimg. Hal. Iul.*
45	Ne Judæi, Samaritani, & hæretici per causam religionis & cultus sui curiali fortuna liberentur.	*Scrimg. Hal. Iul.*

COLLATIO V.

46	De ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione & solutione.	Extat tantum apud *Scrimg.* & *Iul.* non autem apud *Haloand.*
47	Ut præponatur nomen Imperatoris documentis, & ut Latinis literis apertius tempora inscribantur.	*Scrimg. Hal. Iul.*
48	De jurejurando a moriente præstito propter mensuram suæ substantiæ.	*Scrimg. Hal. Iul.*
49	De his qui ingrediuntur ad appellationem, & quando per scripturam manus propriæ &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
50	Constitutio ad Bonum quæstorem exercitus ordinat appellationes a quinque provinciis, Caria, & Cypro, & Cycladibus &c.	*Scrimg. Hal.*
51	Scenicas non solum si fidejussores præstent, sed etiam si jusjurandum dent &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
52	Ut non fiant pignorationes pro aliis personis, & ut sicut principum donationes &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
53	De exhibendis & introducendis reis, & ut hi qui conveniuntur post vicesimum diem &c.	*Scrimg. Hal. Iul.*
54	Constitutionem quæ ex adscriptitio & libera natos, liberos esse vult, non iis qui ante &c.	*Extat apud Scrimg. tantum & Iul.*
55	Ut de cætero commutationes ecclesiasticarum rerum non ficte fiant &c.	*Solus Scrimg. habet Græce, & Julian. Latinam epitomen.*
56	Ut, ea quæ vocantur insinuativa super clericis, in majore quidem ecclesia dentur &c.	*Extat apud Scrimg. tantum Græce, & Latina epit. apud Iul.*
57	Ut clerici, qui recedunt, aliis pro eis subrogatis, præbeant subrogatis emolumenta &c.	*Scrimg. Hal. & Iul.*
58	Ut in privatis domibus sacra mysteria non fiant.	Extat Græce tantum apud *Scrimg.* & epitome apud *Jul.* Latina.
59	De debita impensa in exequiis defunctorum.	Extat apud illos tres. Hanc habuit *Alber. Rozates* in verbo, Exequias.

60 Ut defuncti ſeu funera eorum non injurientur a creditoribus, & ut conſiliarii &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

61 Ut immobilia antenuptialis donationis neque hypothecæ dentur, neque omnino alienentur &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

62 De ordine Senatorum, ſeu conſultationibus. Deeſt apud *Scrimg. & Hal.* præter breviſſimam epitomen. Extat epitome apud *Jul.*

63 De novi operis nunciatione maritimi aſpectus. *Scrimg. Hal. Iul.*

64 De hortulanis Conſtantinopolitanæ civitatis. *Scrimg. Hal. Iul.*

65 Ut terrulæ, vel domus, vel vineæ ſanctiſſ. eccleſiæ Myſiæ in redemptionem captivorum &c. Deeſt Græce apud *Scrimg.* Brevis epit. Græca & Latina eſt apud *Hal.* apud *Jul.* autem extat ejus epit. §. 203. ſeu conſtit. 59. quam edidit *Anton. Aug.* extat etiam & alia epitome ad calcem lib. *Jul.* pag. 183.

66 Ut factæ novæ conſtitutiones poſt inſinuationem earum poſt duos menſes valeant. Parcit autem &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

67 Ut nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem epiſcopi, & ut deputet prius &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

68 Ut conſtitutio ſacratiſſ. Imperatoris, de ſucceſſionibus nuptialium lucrorum, quæ apædiæ &c. Extat tantum Græce apud *Scrimg.* & epitomata Latine apud *Jul.*

69 Ut omnes obediant judicibus provinciarum, & in criminalibus, & in pecuniariis &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

70 Ut ordinariæ præfecturæ Urbanæ & Prætorianæ duæ & præfecturæ quæ in cingulo &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

71 Ut ab illuſtribus & qui ſuper eam dignitatem ſunt, omnimodo ſuper pecuniariis &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

COLLATIO VI.

72 Ut hi qui obligatas ſe habere perhibent res minorum, aut obligati ſunt eis &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

73 De inſtrumentorum cautela & fide, & primum de depoſito & mutuo &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

74 Quibus modis naturales filii efficiantur legitimi & ſui, ſupra illos modos &c. Extat apud *Scrimg.* Græce, non apud *Hal.* Epitome Latina extat apud *Julianum.*

75 De appellationibus Siciliæ. Nuſquam Græce extat. Epitome breviſſima extat apud *Scrimg.* Latior Latina apud *Iul.*

76 Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtitutionem: De his qui ingrediuntur monaſterium &c. Extat tantum Græce apud *Scrimgerum &* epitomata Latine apud *Julianum* §. 246.

77 Ut non luxurientur homines contra naturam, nec jurent per capillos Dei &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

78 Ut liberti de cætero aureo non indigeant annulo, & ut priſtinis reſtituantur natalibus &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

79 Apud quos oporteat cauſam dicere monachos & aſcetrias. Græce tantum extat apud *Scrimg.* & Latina epitome apud *Jul.*

80 De quæſtore. *Scrimg. Hal. Iul.*

81 Conſtitutio quæ dignitatibus & epiſcopatu filium liberat patria poteſtate. *Scrimg. Hal. Iul.*

(De emancipatione)

82 De judicibus, & ut nullatenus cum jurejurando eligatur aliquis judex, quod permaneat ei &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

83 Ut clerici apud proprios epiſcopos primum conveniantur, & poſt hoc apud civiles judices. Græce tantum extat apud *Scrimgerum,* non apud *Hal.* & epitome Latina apud *Julianum.*

84 De conſanguineis & uterinis fratribus. Græce extat duntaxat apud *Scrimg.* & Latina epitome apud *Julianum.*

85 De armis. *Scrimg. Hal. Iul.*

86 Ut differentes judices audire interpellantium allegationes, cogantur ab epiſcopis hoc agere, & ut quando in ſuſpicionem &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

87 De mortis cauſa donatione curialium. *Scrimg. Hal. Iul.*

88 De depoſito & denunciationibus inquilinorum, & de ſuſpendenda adminiſtratione panum. *Scrimg. Hal. Iul.*

COLLATIO VII.

89 Quibus modis naturales efficiantur ſui, & de eorum ex teſtamento ſive ab inteſtato ſucceſſione. *Scrimg. Hal. Iul.*

90 De teſtibus. *Scrimg. Hal. Iul.*

91 Ut exactione inſtante dotis primæ & ſecundæ, viro ad ſecunda vota migranti præponatur uxor prima &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

92 De immenſis donationibus in filios factis. *Scrimg. Hal. Iul.*

93 De appellationibus, ut ſi mota apud appellationis judicem &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

94 Ut ſine prohibitione matres debitrices, & creditrices tutelam gerant minorum &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

95 De adminiſtratoribus. *Scrimg. Hal. Iul.*

96 De executoribus, & de his qui conveniuntur & reconveniuntur. *Scrimg. Hal. Iul.*

97 De æqualitate dotis, & propter nuptias donationis, & augmento dotis &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

98 Neque virum quod ex dote eſt, neque mulierem ex ſponſalitia largitate lucrum proprium habere &c. Græce extat apud *Scrimger.* non etiam apud *Haloand.* & Latina epitome apud *Julianum.*

99 De reis promittendi. *Scrimg. Hal. Iul.*

COLLATIO VIII.

100 De tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote. *Scrimg. Hal. Iul.*

101 De donationibus a curialibus factis, ſive ab inteſtato, vel teſtamento, eorum ſucceſſoribus. *Scrimg. Hal. Iul.*

102 De moderatore Arabiæ. Extat apud illos tres, quamvis *Auguſt.* neget extare apud *Julianum,* ubi tamen poſita eſt §. 356.

103 De proconſule Palæſtinæ. Extat apud illos tres; quamvis *Auguſt.* neget extare apud *Jul.* Ubi poſita eſt §. 357.

104 De prætore Siciliæ. Deeſt apud *Scrimg.* Brevis epit. apud *Hal.* amplior apud *Jul.* §. 358. quamvis id neget *Ant. Aug.*

105 De Conſulibus. *Scrimg. Hal. Iul.*

106 De uſuris nauticis. *Scrimg Hal. Iul.*

107 De teſtamentis imperfectis a parentibus in filios factis, & de diviſione rerum &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

108 De reſtitutionibus. *Scrimg. Hal. Iul.*

109 De privilegiis dotis hæreticis mulieribus non præſtandis. *Scrimg. Hal. Iul.*

110 De nauticis uſuris. *Scrimg. Hal. Iul.*

111 Hæc conſtitutio innovat conſtitutionem, quæ præſcriptionem centum annorum locis venerabilibus dederat. Extat integra Græca edictio *Juſtin.* 5. apud *Scrimg.* epitomata vero Græca hoc loco tam apud *Scrimg.* quam *Hal.* & epitome Latina apud *Julian.* §. 44. & §. 366.

112 De litigioſis, & de decima parte litis ab actore cautela præſtanda. *Scrimg. Hal. Iul.*

113 In medio litis non fieri ſacras formas aut ſacras juſſiones, ſed ſecundum antiquas leges generales lites decidi. *Scrimg. Hal. Iul.*

114 Ut divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſſimi quæſtoris. Extat brevis epit. Græca apud *Scrimg.* & *Hal.* deeſt apud *Julian.*

115 Ut cum de appellatione cognoſcitur, ſecundum illas leges debeat judicari, quæ tempore latæ ſententiæ & ſuggeſtionis obtinebant &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

116 Ut neque miles neque fœderatus obſervetur domui privatæ, aut poſſeſſioni alicujus. Extat apud *Scrimger.* & *Hal.* non etiam apud *Julianum.*

117 Ut liceat matri & aviæ, & aliis parentibus poſt legitimam partem liberis derelictam &c.

COLLATIO IX.

118 De heredibus ab inteſtato venientibus, & de adgnatorum jure ſublato. *Scrimg. Hal. Iul.*

119 Ut ſponſalitia largitas ſpecialis ſit contractus, & de diverſis capitulis. *Scrimg. Hal. Iul.*

120 De alienatione & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & aliis diverſis contractibus, &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

121 Ut particulares uſurarum ſolutiones in duplum computentur. Extat apud illos tres. Nam epitomen *Juliani* habet editio *Auguſtini,* quam in meis libris invenire non potui.

122 Edictum pientiſſimi domini noſtri Juſtiniani, de formula Artificum. Deeſt apud *Scrimg.* hic, ſed ponitur integra inter edicta. Apud Haloandrum autem hic brevis Græca Latinaque epitome eſt. Deeſt apud *Julianum.*

123 De ſanctiſſ. epiſcopis, & Deo amabilibus & reverendiſſimis clericis & monachis. *Scrimg. Hal. Iul.*

124 Ut litigantes jurent in exordio litis, quia neque promiſerunt dare judicibus, neque dabunt: & de ſportulis &c. *Scrimg. Hal. Iul.*

125 Ut judices non expectent ſacras juſſiones, ſed quæ videntur eis, decernant. *Scrimg. Hal. Iul.*

126 Exemplum ſacræ formæ de appellationibus. *Scrimg. Hal. Iul.*

127 Ut fratrum filii ſuccedant paternæ hereditati ad imitationem fratrum etiam aſcendentibus extantibus, & ut mulieres &c. Extat tantum Græce apud *Scrimg.* & epitome Latina apud *Julian.*

128 De collatoribus & aliis capitulis. *Scrimg. Hal. Iul.*

129 De Samaritis. *Scrimg. Hal. Iul.*

130 Quomodo oporteat milites tranſitum in civitatibus facere, & de introitu. *Scrimg. Hal. Iul.*

131 De eccleſiaſticis titulis & privilegiis, aliiſque capitulis. *Scrimg. Hal. Iul.*

132 De interdictis collegiis hæreticorum. Extat apud *Scrimg.* & *Hal.* deeſt apud *Julian.*

133 Quomodo oporteat monachos vivere. Extat Græce apud *Scrimg.* & *Hal.* deeſt apud *Iul.*

134 Ut nulli judicum liceat habere loci ſervatorem, niſi certis ex cauſis divina conceſſerit juſſio. *Scrimg. Hal. Iul.*

135 Ne quis cogatur bonis cedere. Extat apud *Scrimg.* & *Hal.* deeſt apud *Iul.* & vet. interpretem.

136 De Argentariorum contractibus. Extat apud *Scrimg.* inter edicta & in epitome *Juliani,* deeſt apud veter. interpretem.

Ergo centum sexaginta octo Justiniani Novellas, nec plures, nec pauciores numerari, consentiunt omnes. Sed Matthæus Monachus in præfatione collectionis constitutionum ecclesiasticarum Græcarum diserte scripsit, Justinianum centum, & septuaginta constitutiones condidisse: unde constat, duas adhuc desiderari, ut omittam, plerasque superius relatas non esse ipsius Justiniani. Item Julianus in epitome ait, ultimam Novellam sic cœpisse QUAM *jam videor conscripsisse &c.*

INDEX NOVELLARUM CONSTITUTIONUM,

Secundum Litterarum ordinem, prout vulgo allegantur ex editione vetere.

Primus numerus collationem, alter titulum, postremus constitutionem demonstrat.

INDEX EDICTORUM JUSTINIANI IMPERATORIS.

INDEX NOVELLARUM CONSTITUTIONUM JUSTINI IMPERATORIS.

INDEX CONSTITUTIONUM TIBERII IMPERATORIS.

INDEX Aliquot Conſtitutionum Juſtiniani, Juſtini, & Tiberii, ex libro Juliani anteceſſoris.

NOVELLARUM JUSTINIANI CONSTITUTIONUM EPITOME, DIONYSIO GOTHOFREDO JC. Autore.

De fide.

UT ſacras ſcripturas Latine vel Græce vel alia lingua ſecundum traditam legem Hebræis allegare liceat *Novell.* 146. De quatuor ſanctis conciliis 131. *cap.* 1. Ne oratio divinæ oblationis & baptiſmatis in ſecreto, ſed palam ut a populo exaudiri posſit, recitetur 137. *cap.* 6. De ſacra communione 7. *cap.* 11. ad moniales deportanda 123. *c.* 36. De ſacris myſteriis in privata domo non peragendis 58. & 131. *c.* 8. De litaniis 123. *c.* 32. De memoria & novendiali ſacro defunctis præſtito 33. *c.* 3. §. 1.

De ſacroſanctis eccleſiis, & de rebus & privilegiis earum.

De divinis domibus, Tiberii conſtitutio. De templorum ædificatione eorumque dedicatione 5. *c.* 1. 131. *c.* 7. Ut qui eccleſiam ædificant, prius definiant, quæ ad ejus curam, conſtitutionem, & conſervationem pertineant 67. *c.* 2. Intra quod tempus heredes gravati ædificare ſacras domos debeant 131. *c.* 10. Ut auctori divinæ domus jus patronatus competat 123. *c.* 18. De monaſteriis non alienandis 7. *c.* 11. De cruce figenda in templorum auguratione & ferenda in litaniis 5. *c.* 1. 131. *c.* 7. De altari 7. *c.* 1. De vaſis ſacris non alienandis 7. *c.* 8. & 120. *c.* 10. Ne vir aliquo prætextu ingrediatur monaſterium mulierum 133. *c.* 3. §. 1. De reditibus eccleſiæ a patrono præſtandis 67. *c.* 2. De reditibus per Oeconomos & Patriarchas in pios actus erogandis 2. *c.* 3. De rebus eccleſiæ immobilibus, vel quaſi non alienandis 7. *in pr.* & *c.* 1. 6. niſi cum decreto 7. *c.* 9. & 67. *c.* 4. Permiſſum eſt eccleſiæ ſanctæ Reſurrectionis Hieroſolymitanæ alienare prædia ſecundum ipſam civitatem ſita *Nov.* 40. Idem & aliis eccleſiis poſtea permisſum *Nov.* 120. *c.* 9. Permiſſum eccleſiæ Myſiæ fundos relictos in redemptionem captivorum & alimenta pauperum certa lege alienare 65. Poſſunt etiam alienari res, quæ ad Imperatorem ab Eccleſia pervenerunt 119. *c.* 10. De pœna rem Eccleſiaſticam alienantis citra ſolemnitatem 7. *c.* 5. & 10 *Nov* 120. *c.* 11. De permutatione immobilium eccleſiæ prohibita *Nov.* 7. *in pr.* & *c.* 1. & 6. niſi fiat cum alia eccleſia 54. *c.* 2. aut imperatore 55. *c.* 1. De locatione rerum eccleſiaſticarum in 30. annos permiſſa 120. *c.* 3. De Emphyteuſi earundem rerum temporali & perpetua 7. *c.* 3. & 7. *Nov. c.* 2. & 119. *c.* 10. & 120. *c.* 1. 5. De precariis & uſus conſtitutione 7. *c.* 4. 120 *c.* 2. De pignore 7. *in pr.* & *c.* 1. & 6. 120 *c.* 4. 5. 6. De in ſolutum datione *Nov.* 46. Si ſterilis ager ad eccleſiam pervenerit 7. *c.* 12. De legatis eccleſiæ ad pias cauſas. *Vide titulum de legatis.* De privilegiis & præſcriptione adverſus eccleſias & venerabilia loca 131. *c.* 6. Adverſus eccleſiam Romanam 9. 111. Africanæ eccleſiæ 37. Juſtinianæ primæ 11. & 131. *c.* 3. mille & centum officinarum Conſtantinopolit. 43. poſſesſionum eccleſiaſticarum 131. *c.* 5.

De epiſcopis & clericis.

De Papa ſenioris Romæ & ordine ſedendi 131. *c.* 3. Archiepiſcopis 129. *c.* 9. 10. Juſtinianæ primæ 11. & 131. *c.* 3. Conſtantinopoleos & ut ſecundum habeat locum a Papa Romano 131. *c.* 2. & ut per eum ad Imperatorem reliqui epiſcopi introducantur 123. *c.* 9. Patriarchis 123. *c.* 9. 10. Metropolitanis 123. *c.* 9. 10. Epiſcopo Carthaginenſi 131. *c.* 4. Epiſcopis, qui, qua ætate, num cœlibes, & quibus moribus & a quibus eligendi & ordinandi 6. *c.* 1. 23. *c.* 1. 137. *in pr.* & *c.* 1. 2. Ut examine præeunte eligantur 137. Quantum præſtare debeant cathedratici nomine 123. *c.* 3. Ut in ſuis eccleſiis reſideant 67. *c.* 3. Ultra annum extra ſuam eccleſiam ne degant 6. *c.* 2. Ne ad Comitatum principis ſine ſyſtaticis literis veniant 6. *c.* 3. 123. *c.* 9. Teſtimonii dicendi cauſa ne evocentur 123. *c.* 7. Ne propter quaslibet cauſas ad forum judiciale trahantur 123. *c.* 8. Ne legationis tempore conveniantur 123. *c.* 6. Tutores & curatores eſſe prohibentur 123. *c.* 5. Quemadmodum & apud quos accuſandi 123. *c.* 2. De epiſcopis regradatis 42. Ut liberati patria poteſtate 81. Et a ſervili & adſcriptitia conditione 123. *c.* 4. De reditibus epiſcoporum 123. *c.* 3. Cimeliarchis eccleſiæ 40. Abbate, qui & quomodo eligendus 5. *c.* 9. & 7. *c.* 9. & 123. *c.* 34. *D.* 33. *c.* 2. Abbatiſſa 133. *c.* 3. & 5. & *ult.* Exarchis monaſteriorum 123. *c.* 4. Clericis qui 123. *c.* 9. Quales eligendi 6. *c.* 4. & 123. *c.* 12. An etiam ſervi 123. *c.* 17. An etiam adſcriptitii 123. *c.* 15. Gratuito ordinandi 12. *c.* 16. Quantum ſolvant cathedratici nomine 66. De eorum ætate 123. *c.* 13. uxore 123. *c.* 14. ſuperinductis 123. *c.* 29. numero, multitudine & menſura 3. *c.* 1. 6. *c.* 8. & *Nov.* 16. foro 123. *c.* 21. Quaſi caſtrenſi peculio, & ut res ſuas in ſua poteſtate habeant. 123. *c.* 19. Ut muneribus perſonalibus ac negotiis ſecularibus abſtineant 123. *c.* 6. Ne de minore Eccleſia ad majorem per patrocinium tranſeant 2. *c.* 2. Eorundem deſertorum 57. in aliam formam tranſeuntium 6. *c.* 7. Et falſum teſtimonium dicentium pœna 123. *c.* 20. Presbyteris & eorum ætate 123. *c.* 5. Diaconis, & eorum ætate 123. *c.* 5. & 10. Subdiaconis & eorum ætate 123. *c.* 13. Tutela & cura illis interdicta 123. *c.* 5. & 10. Cantoribus & eorum gradu 5. *c.* 8. Lectoribus & eorum gradu 5. *c.* 8. ætate 123. *c.* 13. aleæ ludo & ſpectaculis eis interdictis 123. *c.* 10. Oeconomis 7. *c.* 10. & 12. *Nov.* 123. *c.* 22. Xenodochis 7. *c.* 12. *Nov.* 123. *c.* 23. Noſocomis 7. *c.* 12. & 123. *c.* 23. Ptochotrophis 7. *c.* 12. & 123. *c.* 23. Orphanotrophis 7. *c.* 12. Et ut ad inſtar tutorum inventarium faciant 131. *c.* 15. Gerontocomis 7. *c.* 12. Præſulibus collegiorum 7. *c.* 10. Prioribus 133. *c.* 2. Monachis non ſtatim veſtiendis & per triennium interdum probandis, eorum tonſura, ſchemate & veſte 5. *c.* 1. *Nov.* 123. *c.* 35. Laicis interdicta 123. *c.* 44. Eorum cellulis & lauris 133. *c.* 1. Ne ſine voluntate Abbatis monaſterio diſcedant, 133. *c.* 1. Ne occaſione mortui, ſororis aut agnatæ fœmineum monaſterium ingrediantur 133. *c.* 3. Ne uxorem aut concubinas habeant 5. *c.* 8. Ut vel ſacris ſcripturis 133. *c.* 2. 6. Aut operibus manuariis vacent *d. c.* 6. Ut communiter vivant, dormiant 5. *c.* 3. & habitent 123. *c.* 36. & 133. Ut per procuratorem ſe defendant 121. *c.* 27. Quas ſportulas debeant 123. *c.* 28. Monachiſmo ſe & ſua Deo dedicant 76. & 123. *c.* 38. Diſſolvunt ſponſalia 123. *c.* 39. Matrimonium 123. *c.* 40. Amittunt facultatem teſtandi 5. *c.* 41. Tutelæ & curæ adminiſtrandæ 123. *c.* 5. At non capiendi relicta ſibi ſub conditione liberorum 123. *c.* 37. Exheredari quoque non poſſunt, ut ingrati 123. *c.* 4. Monachi deſertoris pœna 5. *c.* 4. & 6. *Nov.* 123. *c.* 42. Anachoretis 5. *c.* 3. Monaſteriis, 123. *c.* 27. Aſcetriis 123 *c.* 27. Canonicis 65. *c.* 5. Sanctimonialibus & earum raptu 123. *c.* 21. Diaconiſſis, & ut cum viris non habitent 123. *c.* 13. & *Nov.* 6. *c.* 6. Quatuorviris & quinqueviris ſenioribus reliquorum monachorum quaſi didaſcalis 133. *c.* 2. Apocriſariis 123. *c.* 25. 36. Seu Reſponſariis, & ut ſenes, ac ſi fieri poſſit, ut Eunuchi rerum monachalium utilitatibus occupentur 123. *c.* 5. & *Nov.* 79. *c.* 1. Oſtiario & janitore monaſterii 133. *c.* 1. Oſtiaria monialium 133. *c.* 5. Archiphereciitis Hebræorum 146. *c.* 1.

De Epiſcopali Audientia, & diverſis capitulis, quæ ad curam pertinent Epiſcopalem.

De ſynodis annuis 123. *c.* 10. Ne quis ante cauſæ exitum excommunicetur 123. *c.* 11. De depoſitione Epiſcoporum in hæreſim prolapſorum, ſeu de Epiſcopis regradatis 42. Ut Epiſcopi ad principem referant, ſi quid magiſtratus deliquerit. Ut præſidibus, ſi in litibus judicandis ſuſpecti illi ſint, adjungantur 86. Ut patronis Eccleſiarum non idoneos clericos nominantibus invigilent 123. *c.* 18. De alea, ludo tabularum & ſpectaculis interdictis 123. *c.* 10.

De hæreticis:

De his qui negant reſurrectionem, Judicium, & Angelos eſſe creaturas Dei 146. *c.* 2. Hæretici legatorum incapaces: iisdem interdicta templorum ædificatio 132. *c.* 13. Interdicta collegia 132. Hæreticorum liberi ut ſuccedant 115. *c.* 3. & 118. *c. ult.* De privilegiis dotis mulieribus hæreticis non præſtandis 109. Ut in orthodoxos uno tantum caſu teſtes eſſe posſint 45. De regradatis Epiſcopis 42.

De Judæis, Samaritanis & Samaritis.

De Hebræis, eorum Synagogis, & quomodo ſacras ſcripturas poſſint legere 146. Judæi, Samaritani occaſione religionis non liberantur Curiali fortuna: & ut in orthodoxos uno tantum caſu teſtes eſſe posſint 45. Samaritæ teſtamenta facere non poſſunt 144. & 129.

De his qui ad Eccleſias confugiunt & ibi exclamant.

Ne quis, cum ſacra miniſteria fiunt, Eccleſiam ingreſſus injuriam miniſterio Eccleſiæ inferat: neve miniſteria aut litanias conturbet, aut celebrare prohibeat 123. *c.* 31. Ut termini ſanctorum homicidis & ſimilibus non proſint 17. *c.* 7.

De legibus.

Ut gratiæ Deo ob leges utiliter latas agantur 8. *c.* 11. Ut Africa legibus Romanis utatur 36. Leges plerumque trahi etiam ad præterita *c.* 3. & *Nov.* 19. *Nov.* 129. *c.* 4. at non ordinarie 22. *c.* 1. *Nov.* 54. 68. 76. *c.* 12. §. 1. Ut ex legibus, quæ obtinebant tempore ſententiæ prioris appellationis, ſententia pronuncietur 115. *c.* 1.

De mandatis principum.

De mandatis principum 17. Ut divinæ jusſiones de operibus publicis apud præfectos prætorio inſinuentur 152. Ut divinæ jusſiones ſubſcriptionem habeant Quæſtoris 114. Ne ex divinis jusſionibus a Principe impetratis, ſed ex legibus antiquis lites dirimantur 115.

De statu personarum.

De impuberibus, & ut jus deliberandi transmittant ad heredes 158. De testibus 9. Tutoribus 72. 94. 118. *c.* 5. 123. *c.* 5. & 155. Undecimo mense natus post mortem patris num legitimus 39 *c.* 2. De infantibus expositis 153. Ex adscriptitio & libera natus liber est 54. *c.* 1. De argentariorum contractibus. Edict. 7. 9. Monetariis & ponderatoribus apud Ægyptios, Edict. 11. Agricolis & mutuo eis præstando 32. 33. 34. Rusticis qui in alienis prædiis nuptias contrahunt 157. & prole inter eos partienda 156. Colonis & capite censitis alienis a nullo recipiendis 18. *c.* 14. Hortulanis Constantinopoleos 64. Lenonibus 14. Scenicis, & ne teneantur ex suo juramento in eadem semper turpitudine vivere 51. Afris 36. Osdroënis contrahentibus illicitas nuptias 154. Armeniorum successione, Edicto 3. Alexandrinis & Ægyptiacis, Edict. 13.

De officio diversorum judicum eorumque judicialibus.

Adjutore quæstoris 35. primicerii Tribunorum notariorum 8. *c.* 15. §. 1. passim. Administratoribus 95. Adsessoribus 62. *c.* 2. Aphoplistis 8. *c.* 13. Arbitris & ne per jusjurandum assumantur, sed solo compromisso 82. *c.* 11. viocolytis 8. *c.* 13. Lydiæ & Lycaoniæ 145. Chartulariis sacri cubiculi 8. *c.* 15. §. 1. & passim. Cohorte præfectorum 8. *c.* 15. §. 1. cum seq. Comite Galatiæ primæ 8. *c.* 3. & *c.* 15. §. 4. Isauriæ 27. & 31. *c.* 3. adde 20. *c.* 4. Orientis 8. *c.* 4. & *c.* 15. §. 1. & *Nov.* 20. *c.* 5. Phrygiæ Pacatianæ 8. *c.* 2. & 15. §. 3. *Nov.* 31. *c.* 3. Decurionibus & filiis eorum 38. ac donationibus mortis causa 87. in jus vocatione 151. quinam liberentur curia 70. Defensoribus civitatum 2. *c.* 15. *in pr.* & §. 49. & *Nov.* 15. Duce Lydiæ & Lycaoniæ 145. Executoribus 96. Judice Palæstinæ primæ 8. *c.* 15. §. 6. primæ Syriæ 20. *c.* 5. Communia de judicibus, ut qui sine suffragio aut suffragii datione creentur. *Nov.* 8. ut in locum remoti alius subrogetur 8. *c.* 2. Apud quem & quomodo jusjurandum præstent 8. *c.* 7. & *c.* 14. & *c.* 15. ut successor decessoris mandata exequatur 134. *c.* 6. ut appellationi deferant 82. *c.* 12. expensarum rationem habeant *c.* 10. ad principem de re dubia referre possint *c. ult.* De diversis principum ad judices rescriptis 82. *c.* 13. ne mittant vicarios 8. *c.* 4. latrunculatores, viocolytas & aphoplistas 8. *c.* 13. *Nov.* 134. *c.* 1. Ut duos in exordio & fine litis aureos accipiant pedanei judices 82. *c.* 9. Officio præfectorum prætorio 8. *c.* 15. §. 1. & passim. Præfecti urbi & provinciarum 70. prætorio Illyrici 11. Præside Ægypti primæ 8. *c.* 15. §. 35. secundæ 8. *c.* 15. §. 36. Æmi montis 8. *c.* 15. §. 30. Antiochiæ 8. *c.* 15. Arabiæ 8. *c.* 15. §. 39. Armeniæ primæ 8. *c.* 15. §. 43. secundæ 8. *c.* 15. §. 22. magnæ 8. *c.* 15. §. 23. quatuor Armeniarum 31. Augustanicæ primæ 8. *c.* 15. §. 33. secundæ 8. *c.* 15. §. 37. Bithyniæ 8. *c.* 15. Cappadociæ primæ 8. *c.* 15. §. 24. & *Nov.* 20. *c.* 2. secundæ 8. *c.* 15. §. 37. Cariæ 8. *c.* 15. §. 31. Ciliciæ primæ 8. *c.* 15. §. 12. secundæ 8. *c.* 15. §. 42. Cypri 8. *c.* 15. §. 23 Euphratensis 8. *c.* 15. §. 40. Europæ 8. *c.* 15. §. 27. Galatiæ primæ 8. *c.* 3. & 15. §. 4. secundæ 8. *c.* 15. §. 44. Hellenoponti 8. *c.* 15. §. 26. Hellesponti 8. *c.* 15. §. 6. Edict. 12. Honoriadis 8. *c.* 15. §. 45. Insularum 8. *c.* 15. §. 46. & *Nov.* 41. Lybiæ superioris 8. *c.* 15. §. 34. Lycaoniæ 8. *c.* 15. §. 20. Lyciæ 8. *c.* 15. §. 32. Lydiæ 8. *c.* 15. §. 17. Mesopotamiæ 8. *c.* 15. §. 41. Mysiæ secundæ 8. *c.* 15. §. 47. Novæ Justinianæ 8. *c.* 15. §. 21. Osdroënæ 8. *c.* 15. §. 11. Palæstinæ primæ 8. *c.* 15. §. 6. secundæ 8. *c.* 15. §. 7. & *Nov.* 103. *c.* 21. tertiæ 8. *c.* 15. §. 38. Phœniciæ maritimæ 8. *c.* 15. §. 8. Phryg. 8. *c.* 15. §. 18. Rhodopeæ 8. *c.* 15. §. 29. Scythiæ 8. *c.* 15. §. 48. Syriæ secundæ 8. *c.* 15. §. 19. Theodoriadis 8. *c.* 15. §. 10. Thraciæ 8. *c.* 15. §. 28. Communia de præsidibus provinciarum 8. 17. 95. 128. 149. 161. de honore, de acclamationibus illis præstandis 8. *c.* 6. & ut soli indigenæ præsides creentur 149. Ingressis provinciam quid potissimum spectandum 17. *c.* 16. Iidem jurent initio adeptæ dignitatis, & quomodo 8. *c.* 7. gratis creati gratuitas præstent manus 17. *c.* 1. officiales cohibeant 17. *c.* 5. §. 1. & *c.* 10. & seditiones 17. *c.* 2. oblatas sibi de religione quæstiones contemnant 17. *c.* 11. & 103. *c.* 2. Edict. 2. Justin. viliores causas sine scripto decidant & de modo sportulis adhibendo 17. *c.* 3. Tributorum exactioni diligenter incumbant 8. *c.* 8. & 17. *c.* 5. §. 3. ut cogant exactores tributorum exprimere quantitatem rerum perceptarum *c.* 8. ne permittant quemquam etiam extraneum 8. *c.* 12. uti privilegio fori in criminibus *Nov.* 17. *c.* 5. aut quid exigi formarum aut portuum causa *c.* 4. Profectionibus & angariis subditos ne vexent *c.* 9 Terminosve sanctorum prodesse homicidis patiantur *c.* 7. Ne criminosis dent λόγον ἀσυλίας *c.* 6. Edict. 2. Terribiles sint erga delinquentes, *Nov.* 17. *c.* 5. §. 3. Injusta patrocinia prohibeant *c.* 13. & colonos & capite censitos a quoquam recipi *c.* 14. Titulos alienis prædiis affigi *c.* 15. Paganos armis uti *c.* 27. Judices dari a loci servatoribus. *c.* 10. Consiliarios adsumant optimos *c.* 5. §. 2. Ut si suspecti sint in aliqua lite, episcopus eis adjungatur 86 Quinquaginta dies agant in provincia postquam illis successum est 8. *c.* 9. *Nov.* 95. Prætore Isauriæ 20. *c.* 4. *Nov.* 28. Lycaoniæ Justiniani 25. 31. *c.* 3 Paphlagoniæ 29. Pisidiæ 24. *c.* 1. *Nov.* 31. *c.* 3. *Nov.* 24. Siciliæ 104. Thraciæ 26. Primiceriis clarissimorum Tribunorum notariorum 8. *c.* 15. §. 1. & passim. Proconsule Asiæ 8. *c.* 15. §. 2. Cappadociæ 30. *Nov.* 8. *c.* 15. §. 24. & *Nov.* 20. *c.* 2. Palæstinæ 103. Quæstore destinato ad compescendos vagabundos 80. Insularum & exercitus 41. 50. Palatii, hodie Cancellarius, & ejus adjutoribus 35. Referendariorum palatii 10. 113. 124. Senatoribus & eorum ordine 62. Vicariis Asianæ 8. *c.* 2. *Nov.* 20. *c.* 6. Ponti 8. *c.* 2. & *Nov.* 20. *c.* 6. Pontici tractus Edict. 8. Longi muri seu Thraciarum 8. *c.* 15. §. 5. Vicarii ne mittantur a judicibus 8. *c.* 4.

De in jus vocando.

De reis criminum per edicta evocandis 134. *c.* 5. Ne dicendi testimonii causa episcopus cogatur in judicium venire 123. *c.* 7. De literis compulsoriis 17. *c.* 14. Ne decurio aut cohortalis in jus vocetur aut judicio sistatur sine jussione principis Præfectis post manifestanda 151. De reis ex longinquo territorio evocatis & ut post x. diem comparitionis, actoris præsentiam non cogantur expectare, utque præterea in litem jurare possint 53. *c.* 1. ut qui ex longinqua & propria jurisdictione reum evocant, caveant de expensis 53. *c.* 2. De actore evocato 69. *c.* 4. ut qui juravit judicio sisti, nec comparet, manu in eum injecta ut perjurus prehendi possit 54. *c.* 4.

De transactionibus.

Ad transigendum neminem a judice compelli posse 115. *c.* 4.

De advocatis.

Injusta patrocinia prohibeantur 17. *c.* 3.

Ex quibus causis infamia &c.

Bonorum cessio an infamet v. Titul. J. qui bonis cedere.

De procuratoribus.

Ut illustres in causa injuriarum, sive civili, sive criminali per procuratorem agere possint 71. *c.* 1. Ut monachi per procuratorem agere possint 123. *c.* 27.

De his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt.

Ne quis titulos prædiis alienis affigat 17. *c.* 15. 164. *c.* 1. Ne milites se immisceant privatorum possessionibus defendendis 116.

Si minor, ut ab hereditate se abstineat.

De restitutionibus minorum adversus actionem hereditatis 119. *c.* 6.

De receptis arbitris.

Ut arbitri per compromissum, non per jusjurandum adsumantur 82. *c.* 11.

De jurejurando propter calumniam dando.

Huc refer *Novell.* 49. *c.* 3. & 114. *c.* 1.

De judiciis.

De reis præsentibus 69. *c.* 2. absentibus 69. *c.* 3. De lite prosequenda 112. *c.* 2. Ut litigatores initio litis jurent, se nihil judicibus promisisse, aut dedisse judicii accipiendi causa 124. *c.* 1. Viginti dierum induciæ reo post libelli dationem dantur ad refutandum judicem 53. *c.* 3. Præside suspecto quid remedii sit litigatoribus 86. *c.* 1. 2. 3. 4. *& seqq.* Huc etiam refer *Novell.* 15. 60. *c.* 2. 82. *c.* 10. 86. *c.* 2. 116.

De litis contestatione.

De lite contestanda intra duos menses 96. *c.* 1. *adde & Nov.* 53. *c.* 3.

De dilationibus.

Dilationes dantur probationum & instrumentorum proferendorum causa 115. *c.* 2. De decem dierum dilatione v. 53. *c.* 1. De dilatione Episcopis tribuenda tempore legationis 123. *c.* 6.

De sportulis.

Ut sportularum modus servetur 17. *c.* 3. & 53. *c.* 3. §. 2. 82. *c.* 7. De illicitis sportulis prohibendis 124. *c.* 3. De sportulis monachorum & clericorum 123. *c.* 27. 28.

De pedaneis judicibus.

Ut in exordio & in fine litis pedanei judices duos aureos possint accipere. vide *Novell.* 82. *præsertim c.* 9.

De jurisdictione & foro competente.

Actor reum plerumque ex suo foro evocat 53. *c.* 1. & 2. & contra 69. *c.* 4. ubi quisque deliquit, ibi conveniri potest 69. *c.* 1. ubi actor agit, ibi mutua ab eodem petitio fieri potest 96. *c.* 2. ubi episcopi conveniuntur in causa civili 123. *c.* 22. criminali 123. *c.* 24. ubi clerici conveniendi 83. 123. *c.* 21. ubi Oeconomi 123. *c.* 22. ubi Monachi & Ascetriæ 76. ubi Apocrisarii 123. *c.* 25.

De inofficioso.

Ut dodrantem curialibus liberis 18. *c.* 2. non curialibus trientem: si tres sint ac pauciores, semissem: & proprietatem & usumfructum, si plures sint, parentes relinquant æqualiter inter eosdem partiendum 18. *c.* 2. De causis exheredationum justis & injustis v. 115. *c.* 3. Olim legitima liberis relinqui quoquo titulo potuit *Nov.* 18. *c.* 1. Hodie titulo institutionis relinquenda *Nov.* 115. *c.* 3.

De inofficiosis donationibus.

Ut ex donatione immensa in unum liberorum collata, reliqui liberi Falcidiam detrahant 92. *c.* 1.

De religiosis & funeribus.

Ut defuncti seu funera eorum non injurientur a creditoribus 60. & ne eorum heredes conveniantur ante IX. diem 115. *c.* 5. De debita impensa in exequiis defunctorum, seu de sumptibus funerum & quantum debeatur ascetriis, seu canonicis funus deducentibus, & quantum præstare eos oporteat, qui volunt deferri in uno majorum lectorum, in vasorum custodiario positorum, & in deaurato posito in sanctissima majore Ecclesia 59.

De jurejurando.

De jurejurando calumniæ 49. *c.* 3. 124. *c.* 1. scenicarum mulierum 51. Ne quis juret per capillos Dei 77. ut jurata bonorum descriptio facta a parente inter liberos valeat 48. Ne arbitri ex jurejurando assumantur 82. *c.* 11. De juramento eorum, qui administrationem suscipiunt 8. *tit.* 3. De juratoriis cautionibus 53. *c.* 4.

Si certum petatur.

De argentariorum contractibus 136. Ne quis mutuum dans agricolæ, terras ejus teneat 32. 33. 34. Ut qui credidit militiæ quærendæ causa, debitore defuncto, scholæ placito & emolumento fruatur 53. *c.* 5. Ut res debitoris in subsidium creditori adjici possit 4. *c.* 3.

De obligationibus.

Ne alius pro alio conveniatur, & de pignorationibus 52.

Ne filius pro patre.

Ne filius pro patre conveniatur 134. *c.* 7.

De constituta pecunia.

De variis formulis constituendæ pecuniæ. vide *Nov.* 115. *c.* 6.

De probationibus.

Rationes patris juratæ valent inter liberos 48.

De testibus.

Ut testes nonnisi illæsæ existimationis accipiantur *Nov.* 90. *c.* 1. ut instrumentis debitæ pecuniæ testes rogati, non fortuiti adhibeantur *c.* 2. ut testimonia in scriptis redigantur 3. ut cognitis testimoniis quartæ productioni testium locus non sit 4. ut testes, si lis sit civilis, in provincia examinentur, si criminalis, apud judices repræsententur 5. ut testimonium ejus, qui servus dicitur, recipiatur 6. ut testes propter inimicitiam a dicendo testimonio repellantur 7. ut mediatores testium, non nisi de partium consensu testimonium ferant 8. ut testium productio non fiat nisi præsente adversario 9.

De fide instrumentorum.

De instrumentorum cautela & fide 73. ut ipsi Tabelliones quantumvis ægroti 44. *c.* 1. §. 3. contractui intersint ab initio ad finem usque, neque prius complementum adponant, quam perfecte noverint negotium, de quo agitur 44. *c.* 1. Ut eisdem liceat per substitutum & adjutorem suum, in sola tamen statione, contractus formare *d. c.* 1. §. 4. & subscribere 73. *c.* 7. § 1. Ut in protocollo describant, idque cum die & Consule *Nov.* 44. *c.* 2. Ut præponatur nomen Imperatoris in documentis 47. & ut tempora, quæ Latinis literis designantur, apertius scribantur, quam notis & siglis 47. *c.* 2. signum crucis instrumentis pro fide & subscriptione olim adponi solitum *Nov.* 73 *c.* 8. *Nov.* 90. *Nov. Leon.* 72. *l. ult.* §. 2. *C. de jur. delib.* Instrumentum non dicitur completum, antequam ei sit subscriptum a testibus c. 5. Quemadmodum mortuo tabellione instrumenti, ac literarum ejus fiat comparatio 73. *c.* 7. ut notæ, si quæ fuerint in instrumento, diligentissime comparentur inter se apud judices 73. *c.* 6. ut ex solis documentis publice celebratis & publica arca depromptis fiat comparatio: exceptis privatis, quibus adversarius pro se utitur 49. *c.* 2. ut hominibus peritis & juratis committatur literarum comparatio *d. c.* 2. §. 2. Ut si litterarum fides a voce testium discrepet, testes præferantur 73. *c.* 3. ut non aliter credatur instrumento de altero instrumento faciente mentionem, quam si idipsum proferatur 119. *c.* 3. Insinuatum instrumentum magnæ est auctoritatis 73. *c.* 7. §. 3. Nudi chirographi fides exigui momenti 73. *c.* 4. Imperiti literarum quemadmodum caute contrahant 73. *c.* 8. quemadmodum in agris contrahatur *cap. ult.* De privatis instrumentis munitis trium testium præsentia & subscriptione 73. *c.* 12.

Ad Senatusconsultum Vellejanum.

Rem propter nuptias sibi donatam uxor obligare, pignorare, alienare non potest 61. Uxor pro viro obligari nullo modo potest 134. *c.* 8.

De non numerata pecunia.

De pœna negantis numerationem pecuniæ 18. *c.* 8. De dote cauta, nec numerata, vide J. de jure dotium.

De usuris.

Quas usuras ab agricolis stipulari liceat 32. 33. 34. De nautico fœnore 106. 110. De usuris supra duplum non computandis 138. Ut particulares usurarum solutiones in duplum computentur 121. Lex de usuris supra duplum non computandis ad civitates non pertinet 160.

Depositi.

Ne quis depositario interdicat depositi restitutionem 88. Quemadmodum tutores possint deponi 73. *c.* 1.

Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.

Ut emptor fundi tributarii tributi nomine teneatur 17. *c.* 8. §. 1.

De vectigalibus & tributis.

De indulgentia reliquorum publicorum *Nov.* 147. 148. De relevatione tributorum publicorum 163. De prædiorum sterilium ad fertilia impositione 166. De hominibus, qui in eadem domo subjecta prædia possident 168.

Locati.

De his, qui denunciant, ne civiles annonæ, vel pensiones solvantur 88. *c.* 2. Ut hortulani eadem qualitate hortum reddant, qua acceperunt, & de meliorationibus ab iisdem factis 64. Ut artifices locent operas secundum veterem morem 122.

De donationibus ante nuptias.

Dotis & donationis propter nuptias æqualia pacta, & æquales quantitates esse debent 97. *c.* 1. Donatio propter nuptias specialis est contractus, & ex parte uxoris non requirit insinuationem 119. *c.* 1. ex parte mariti requirit: sitque ut non insinuata donatio propter nuptias ei non pariat æquale lucrum ex dote in casum mortis vel injusti repudii 127. *c.* 2. Ut immobilia propter nuptias donationis, neque hypothecæ dentur, neque omnino alienari possint a viro, etiam consentiente muliere, nisi post primam obligationem mulier finito biennio iterum obligationi consenserit 61. Ut si donatio propter nuptias consistat in immobilibus, mulier ita uti frui possit: si in mobilibus, vel pecunia; ut mulier eas exigere possit, si extent: data cautione de illis restituendis: sin minus, ut etiam a liberis usuras trientes possit accipere 2. *c.* 4. *& Nov.* 22. *c.* 40. Olim mulier abstinens secundis nuptiis lucra nuptialia poterat inter vivos & testamento alienare 22. *c.* 20. §. 1. non abstinens nudum usum antenuptialis donationis consequebatur, proprietas ita liberorum erat, ut ne quidem in unum liberorum eam conferre posset 2. *c.* 1. & 4. *Nov.* 98. *c.* 1. in extraneum conferre poterat, sed in casum omnium liberorum præmortuorum 2. *c.* 2. hodie constitutum est, ut mulier secundis nuptiis abstinens præter usum antenuptialis donationis tantum habeat proprietatis, quantum unus filiorum 127. *c.* 3.

De nuptiis.

Ut viles personæ etiam illustribus possint nubere 131. *c.* 6. De rusticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt 157. & de prole inter eos partienda 156. ut nuptiæ illustrium virorum fiant cum dotalibus instrumentis 117. *c.* 4. de ea quæ raptori nubit 150. De redintegrando matrimonio *Nov.* 117. *c.* 11. Quod tempus expectare maritum in expeditione degentem debeat mulier *Nov.* 22. *c.* 14. *Nov.* 117. *c.* 11.

De incestis & nefariis nuptiis. Nov. 12.

Ut incestuosi nuptias contrahentis, neque liberos ex legitimo matrimonio habentis bona ærario assignentur 12. *c.* 1. habentis vero liberos, quarta pars in fiscum redigatur 12. *c.* 3. §. 1. Ut incestuosi nobiliores deportentur, viles verberentur 12. *c.* 1. Ut liberi legitimi patris incestuosi, ipso patris incestu sui juris fiant 12. *c.* 2. Ut nati ex incestu priventur rebus paternis 12. & 74. *c.* 6. Ut a parentibus non possint legitimari, dicto *c.* 6. Ut ex eorundem substantia nihil consequantur 89. *c.* 5. De illicitarum nuptiarum indulgentia 139. 154.

De secundis nuptiis.

De favore viduitati attributo 22. *c.* 20. & 127. *c.* 3. De secundis nuptiis intra annum luctus contractis, & earum pœna 22. *c.* 22. & 40. Et de muliere, quæ parit undecimo mense post mariti mortem 39. *c.* 2. De secundis nuptiis post annum luctus contractis, & earum pœna prima 22. *c.* 23. 24. 25. 26. secunda *c.* 27. 28. 29. 30. 31. tertia *c.* 32. 33. quarta *c.* 34. quinta *c.* 35. sexta *c.* 36. septima *c.* 37. octava *c.* 38. nona *c.* 39. decima *c.* 40. undecima *c.* 41. duodecima *c.* 42. decimatertia *c.* 43. 44. decimaquarta *c.* 45. & *Nov.* 2. *c.* 4. decimaquinta *Nov.* 22. *c.* 49. §. 2.

De jure dotium.

Dotis & donationis eadem pacta, eadem quantitas esse debet 97. *c.* 1. in fraudem creditorum dos augeri non potest 97. *c.* 2. Dotis privilegio mulier præfertur antiquioribus creditoribus, vel ei cujus pecunia res mobilis vel immobilis comparata vel refecta, at non ei cujus pecunia militia comparata est, quantumvis posteriori 97. *c.* 4. Ut dotis proprietas servetur filiis 98. *c.* 1. & 2. *c.* 4. Ne parens dotem filiæ secundas nuptias contrahentis minuat 97. *c.* 5. De dote scripta & non numerata f. præstita & ut quæ nullam dotem dedit, antenuptialem donationem dotis causa factam accipiat: & ut, quæ minus dedit, quam est professa, tantum recipiat, quantum re ipsa numeravit 2 *c.* 5. De dote cauta non numerata & infra quod tempus dotis non numeratæ exceptio possit objici. De dote marito oblata nec accepta & ut si per maritum steterit, quominus dos illi ab uxore solveretur, teneatur de dote uxori restituenda 91. *c.* 2. De dotis collatione, & ut filia se immiscens patris hereditati fratribus dotem conferat, aut tanto minus accipiat de bonis paternis 97. *c.* 6. & quid si dotem inope

facto

facto marito consequi non possit, & ita fratribus non conferre *d. c.*6. Ut dos prioris uxoris præferatur secundæ, sive ipsa sive liberis ejus agentibus 91. *c.* 1.

De divortiis.

De causis justi divortii marito 117. *c.* 8. & uxori permissis 117. *c.* 9. Ut dissolvi possit matrimonium mutuo consensu 140. ex causa probabili 117. *c.* 10. quæ sint causæ probabiles *c.* 11. quæ non sint *c.* 14. sine causa non est dissolvendum 127. *c.* 4. Divortium fit ex occasione 22. *c.* 4. Ob monachismum *c.* 5. impotentiam *c.* 6. captivitatem *c.* 7. desertionem *c.* 14. & 117. *c.* 11. servitutem directam *Nov.* 22. *c.* 9. & 10. (ancilla non est, quæ a domino dolose pro libera elocata est *c.* 11. aut exposita *c.* 12.) statum adscriptitium *c.* 17. certa delicta *c.* 15. 16. mortem *c.* 20. non fit ob damnationem in metallum *Nov.* 22. *c.* 8. deportationem *c.* 13. non acceptam ab uxore dotem *c.* 18. De pœnis injusti divortii 22. *c.* 16. & 19. *Nov.* 131. *c.* 13.

Divortio facto apud quem liberi morari debeant.

Soluto per repudium matrimonio, quomodo & apud quem liberi alantur 117. c. 7.

De alendis liberis a parentibus.

Ut qui usum donationis propter nuptias lucratur, divortio facto liberos alat 98. *c.* 2. Ut si pater causam divortio dederit, liberi apud matrem alantur: si mater, apud patrem: nisi pater sit pauper, mater locuples, & ut inopes parentes a liberis locupletibus alantur *Nov.* 117. *c.* 7. Ut liberi legitimi patrem quamvis incestuosum alant 12. *c.* 3. §. 1.

De concubinis.

Ne cui plures concubinas habere liceat, aut uxori concubinam superinducere 18. *c.* 5. *Nov.* 89. *c.* 12. §. 5. Ut concubinatu in matrimonium converso liberi fiant legitimi 12. *c.* 4. Quomodo concubinæ servilis conditionis constitutæ legitimæ uxores fiant 18. *c.* 11. Ut si filius concubinæ patris se immiscuerit, exheredari possit 115. *c.* 3. §. 5. Quemadmodum concubinæ ab intestato vel ex testamento concubinario succedant, v. infra *tit.* de naturalibus liberis.

De naturalibus liberis & quibus modis efficiantur sui.

Ut naturales liberi legitimari possint oblatione curiæ 89 *c.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. vel nuptiis cum eorum matris contractis *c.* 8. per principis rescriptum *c.* 9. patris testamento a principe confirmato *c.* 10. non tamen per adoptionem *c.* 11. §. 2. Ut per matrimonium legitimati, sive soli sint sive cum aliis legitimis concurrant 12. *c.* 4. sive post contractum matrimonium nulli procreentur, aut procreati moriantur, patri succedant *Nov.* 19. Ut nominatus ab aliquo in instrumento publico vel testamento filius legitimus, jus legitimi consequatur 17. *c.* 2. Ut habenti liberos legitimos, concubinæ, ejusque liberis unciam testamento relinquere liceat 18. *c.* 5. *Nov.* 89. *c.* 12. §. 2. non habenti liberos legitimos aut ascendentes, etiam assem. *Nov.* 89. *c.* 12. §. 3. non ut olim semissem 18. *c.* 5. habenti ascendentes, reliquam partem legitimæ ascendentibus debitæ *d.* §. 3. Ut ab intestato defuncto liberis aut conjuge extantibus liberi naturales sola alimenta 89. *c.* 12. §. 6. non extantibus, duas uncias consequantur 18. *c.* 5. 89. *c.* 12. §. 4. Ut a naturalibus liberis parentes vicissitudinem accipiant 89. *c.* 13. Ut patri naturalibus liberis tutorem relinquere liceat *Nov.* 89. *c.* 14. Ut mater etiam naturalium liberorum tutelam possit gerere *d. c.* 14. ut quæ dicta sunt de naturalibus liberis ad eos, qui ex damnato coitu nati sunt, non pertineant *c.* 15.

De tutelis.

Ut qui (matres excipe *Nov.* 94. *c.* 1.) obligatum habent minorem, aut res ejus omnino a tutela ejusque curatione, quantumvis legibus vocentur, arceantur 72. *c.* 1. Ut tutori qui factus est pupilli debitor aut creditor, curator adjungatur *c.* 2. ut a tutela vel cura nullus debiti prætextu excusetur, nisi hoc probaverit *c.* 3. Ut si tutor vel curator se debitorem tacuerit, non possit redhibitionibus aut aliis debiti exceptionibus uti: & ut si se creditorem ab initio tacuerit, omni actione adversus minorem decidat *c.* 4. Ut curatores nullo modo cessiones suscipiant adversus minores *c.* 5. Quemadmodum tutores & curatores pupilli vel minorum pecuniam administrare debeant *c.* 6. 7. 8. Ut orphanotrophi sint tutoribus similes & ad instar tutorum inventarium conficiant 131. *c. ult.* Ut mulieribus interdictum sit tutelæ officium, nisi matres sint aut aviæ. 22. 40. & 118. *c.* 5. & 115. etiam naturales 89. 14. & ut eo casu apud acta secundis nuptiis & auxilio Vellejani renuncient 118. *c.* 5. & 155. abrogata *Nov.* 94. *c.* 2. Ut volente ad nuptias venire muliere tutelam liberorum gerente, ordinetur minoribus tutor, & rationes suscipiantur, & quod mater debet occasione gubernationis, hoc reddatur 22. *c.* 40. Ut mater tutelaribus rationibus obnoxia sit: & ut si secundo nubat, possit alium pro se designare tutorem, suo tamen suarumque rerum periculo 105. Ut soli testamentarii tutores matrem a liberorum tutela excludant 118. *c.* 4. 5. Ut patri liceat tutorem dare naturalibus liberis 89. *c.* 14.

De furtis.

Ut qui occulte & sine armis furantur, mortis pœna, aut alicujus membri abscissione non puniantur 134. *c.* 13.

De jure aureorum annulorum.

De jure annulorum aureorum omnibus libertis liberaliter concesso 78. *c.* 1.

De obsequiis patrono præstandis.

De reverentia & obsequio patronis a liberto præstandis 78. *c.* 2.

Unde vir & uxor.

Olim ita constitutum, ut si maritus uxorem inopem sine causa repudiasset, aut justa de causa mulier ab eo fuisset separata, aut morte solutum matrimonium fuisset: quarta pars substantiæ mariti mulieri exsolveretur: ea tamen lege ut nunquam centum amplius libris auri mulier acciperet 22. *c.* 28. 53. *c.* 6. 74. *c.* 5 117. *c.* 5. Hodie alterutro casu si defuncto tres paucioresve fuerint liberi sive ex ea sive ex alio matrimonio, uxor quartam bonorum mariti accipit: si plures, virilem proprietate quidem tenus; si talis uxor filios ex defuncto non habuerit: usu tenus tantum, si habuerit 118. *c.* 5. Ut si minus supradicta parte mulieri a viro legatum fuerit, ad supradictam quantitatem fiat repletio 74. *c.* 5.

De collationibus.

Ut sive parens intestatus moriatur, sive testatus, liberi conferant dotem & donationes propter nuptias, nisi parens expressim designaverit ipse se nolle fieri collationem 18. *c.* 6. Ut collationis ea natura sit acceptum a parente conferri, aut tanto minus accipi, & quemadmodum filiæ quæ propter inopiam mariti dotem ab eo recipere non potuerunt, collationi sint obnoxiæ 97. *c.* 6.

Qui testamenta facere possunt.

Ut Samaritæ testamentum facere non possint 144. abrogata *Nov.* 129. ut de his quæ post episcopatum adquisierint Episcopi, testari non possint 131. *c.* 13. Ut monachi post ingressum monasterii testari non possint: ante ingressum legitimam liberis relinquere cogantur 5. *c.* 5. 76. *c.* 1. 123. *c.* 38.

De testamentis & quemadmodum testamenta ordinentur.

Ut testator non cogatur ut olim 66. *c.* 1. §. 4. 107. *c.* 1. propria manu nomina heredum scribere, sed ut etiam per alterum possit scribere 119. *c.* 8. ut testator legitimas solemnitates in testamento observet *d. c.* 9. Ut ignorantia novarum constitutionum non supina excuset omissionem solemnitatis nova constitutione introductæ in testamentis 66. *c.* 1. §. 4. Ut pater literas sciens, inter liberos testaturus subscriptione tempus declaret: deinde filiorum nomina: adhæc uncias, in quibus scripsit suos heredes, non signis numerorum significet, sed per totas literas declaret 107. *c.* 1. Ut testamentum imperfectum, quod inter liberos valere potest, alio testamento quam perfecto revocari non possit 107. *c.* 2. Ut divisio bonorum inter liberos facta a parente sola patris, vel liberorum subscriptione valeat 107. *c.* 3. Ut descriptioni bonorum a testatore jurejurando interposito factæ heredes omnem fidem adhibeant *Nov.* 4. *c.* 1.

De liberis præteritis, vel exheredatis.

Ut ascendentes liberis legitimam aut ejus supplementum nominatim relinquere in suo testamento cogantur, & ut certis tantum de causis liberi a parentibus & e contra exheredari possint 115. *c* 3. 4 Ut injusta exheredatio liberorum testamento adscripta vitiet solas institutiones, non legata, non fideicommissa, non libertates *d. c.* 3. *in fin.* Ne liceat parentibus exheredare filios, qui ingrediuntur monasteria, velut ingratos 123. *c.* 41.

De jure deliberandi.

Ut deliberandi jus etiam impuberes transmittant 158.

De legatis.

Ut legatum Deo relictum illi Ecclesiæ debeatur, ubi testator domicilium habuit 131. *c.* 1. Ut legata pro redemptione captivorum relicta præstentur ab episcopis 131. *c.* 11. Ut legatariis relicta æquabiliter ab herede præstentur 1. c. 3. Ut legata intra annum modis omnibus præstentur 1. *c.* 4. Quemadmodum heres moram committens in legatis præstandis puniatur 1. *c.* 1. Ut matri etiam si ad secundas venerit nuptias, legari possit 22. *c.* 46. §. 1. Ut uti legaverit quisque de sua re, ita jus sit: nullo valente citra defuncti voluntatem, nec si sacram impetret formam, aliquid disponere in rebus alienis 22. *c.* 2. Quemadmodum naturalibus liberis quis legare possit, supra dictum est *tit. de naturalibus liberis.* Ut si maritus prohibeat uxorem ad aliud venire matrimonium, vel e contra, legatarius alterutrius habeat electionem aut ad nuptias venire & renunciare legato, aut legatum percipere, & abstinere nuptiis 22. *c.* 44. Ubi alia quædam ad hunc locum pertinentia, vide, Ut testator possit heredes damnare, ne res legata de familia unquam exeat 159. Ut testator remittere possit heredibus mutuam satisdationem *d. Nov.* 159.

De conditionibus.

Ut conditio legati, institutionis, donationis, facta hoc modo, si sine liberis decesserit, vel si nuptias non contraxerit, sacerdotio vel clericatu impleatur, aut potius remittatur hujusmodi conditio 123. *c.* 37. De conditione indictæ viduitatis 22. *c.* 43. 44. De conditione, ne legatum de familia unquam exeat vide *Nov.* 159.

Ad Senatusconsultum Trebellianum.

Ut institutis & substitutis legata non præstantibus, in jus eorum fideicommissarius universalis succedat 1. *c.* 1. §. *etenim legatariis.* ut is qui restituere jussus est quod ex hereditate superit, possit legitimam liberis reservare, & si ea non sufficiat ad dotis, sive donationis propter nuptias constitutionem honeste secundum personæ qualitatem, & merita ex hereditate aliquid amplius delibare 39. Ut rogatus restituere quod ex hereditate defuncti ei supererit, possit diminuere ad novem usque uncias triuncio conservato fideicommissario generali, & certis casibus, puta, redemptionis captivorum causa, ex illo triuncio 108. Ut si inter filios facta sit precaria substitutio, ea non porrigatur ultra filiorum gradum 159.

Ad legem Falcidiam.

Ut heres non implens voluntatem defuncti 1. *c.* 2. vel inventarium non faciens *c.* 2. §. 1. §. 2. vel prohibitus Falcidia uti a testatore *d.* §. 2. *vers. si vero expressim,* vel solida legata quibusdam scienter solvens in aliorum legatariorum præjudicium, Falcidia non utatur 1. *c.* 3. Cessat quoque Falcidia in ea re quæ ita relicta est, ne alienaretur 119. *c.* 11. Ut eadem cesset in iis, quæ ad pias causas sint relicta 131. *c.* 12.

De hereditatibus ab intestato 118.

Quemadmodum liberi parentibus succedant 118. *c.* 1. Quemadmodum parentes liberis succedant 118. *c.* 2. Quemadmodum fratres, fratrum filii, cognati cognatis succedant *Nov.* 84. & 118. *c.* 3. De agnatorum jure in hereditate sublato 118. *c.* 4. Ut patrum filii succedant patruo, etiam ascendentibus primi gradus & patruis extantibus *Novell.* 127. Ut illegitimi ac serotini partus non succedant 39. *c.* 2. Quemadmodum naturales liberi succedant, dictum est supra *tit. de Naturalibus liberis.* Ut incestuosi non succedant 86. *c.* 15. Quemadmodum hæretici liberi succedant *v.* 115. *c.* 3. & 18. *c. ult.* De justis exheredationum causis *v. Nov.* 115. *c.* 4. de legitima viro inopi ab uxore relinquenda & e contra, dictum est supra *tit. unde vir & uxor.*

De bonis materni generis.

Ut lucra nuptialia parens alienare non possit, neve emptor ea possit præscribere nisi tricennio 22. *c.* 24.

De bonis quæ liberis in potestate patris constitutis ex matrimonio vel alias acquiruntur.

Ut filiofamilias relictum, ne ad ejus patrem perveniret, patri non quæratur 117. *c.* 1. Ut quoties pater consortium proprietatis cum filiofamilias habet, toties usumfructum in filii portione non habeat 118. *c.* 2. Ut parens injuste nuptias dissolvens detrudatur in monasterium, utque triens bonorum ejus monasterio addicatur, reliqui duo trientes ejus liberis eorum, & ut usufructu privetur *Novell.* 134. *c.* 11.

De manumissionibus.

Ut minor in testamento servos manumittere possit 119. *c.* 2. Ut si miles reliquerit legatum servo vel ancillæ suæ, ipsa donatione legati libertatem donasse videatur 78. *c.* 4. Ut si dominus ancillam duxerit, liberam fecisse intelligatur *d. c.* 4. Ut si dominus ancillam suam elocaverit tanquam liberam aut servo suo, tanquam libero passus fuerit ingenuam matrimonio jungi, servi aut ancillæ dominium amittat, iique in libertatem rapiantur 22. *c.* 11. Ut, si servus sciente domino meritus est militiam, aut quamlibet dignitatem adeptus, in libertatem rapiatur 81. *in fin. princ.* Ut Episcopatus a servili & adscriptitia fortuna hominem liberet 123. *c.* 4. Ut a domino expositus liber censeatur. *Nov.* 153. *c.* 1.

De acquirenda possessione.

Ut ex sententia judicis non recte apprehendatur possessio nisi vacua 167.

De præscriptionibus.

De præscriptione rerum a Vandalis ereptarum 36. De præscriptione centum annorum Romanæ Ecclesiæ, id est, occidentalibus Ecclesiis attributa 9. & postea in 40. annorum præscriptionem mutata. De præscriptione biennii non objicienda interim, dum de transactione litis agitur cum adversario 93. *c.* 1. Ut qui rem alienam a malæ fidei possessore bona fide accepit, eam adversus verum rei dominum præsentem decennio, absentem vicennio possit præscribere 119. *c.* 7. Ut quoties de decennii præscriptione agitur, si dominus quibusdam annis præsens, quibusdam absens fuerit, tot ei anni supra decennium adjiciantur, quot in ipso decennio absens fuerit 119. *c.* 8. Ut si mora imperatoris sententia ferri non possit, judicii præscriptio non objiciatur 23. *c.* 2.

De sententiis.

De retractatione sententiarum præfecti prætorio 119. *c.* 5. Ut post annum & tria edicta in actorem contumacem sententia feratur 112. *c.* 3. Ut in medio litis aut pendente lite non jussione principis aut ambitiosis rescriptis judicetur sed secundum generales leges *Novell* 82. *c.* 1. & 2. Ut breviores & viliores 111. causæ sine scripto decidantur 17. *c.* 3. & *Nov* 83. Ut coram eodem judice reconventio fieri possit 96. *c.* 2. 123. *c* 23. De pœna judicis qui male judicavit, vel ejus qui judicem vel adversarium corrumpere curavit 124. *c.* 2. Ut judices nulla relatione utantur ad principem 123. *c.* 1. & ita abrogatur *Nov.* 82. *c.* 14. 113. *c.* 1. *vers. si vero.*

De appellationibus. Nov. 23.

Ut a sententia principis non appelletur, nec ab ea fiat retractatio apud alium quam ipsum Imperatorem 113. *c.* 1. Ut ne cui judici appellationes recipere liceat 82. *c.* 12. & 13. Ut a sententia judicis intra decem dies appelletur, sive propria causa sit, sive aliena 23. *c.* 1. Ut tempus exercendæ finiendæque cœptæ appellationis annuum sit, nisi impedimentum aliquod subsit: tunc enim biennale *Nov.* 49. Ut si de causa appellationis compromittitur, tempora appellationum non currant 93. *c.* 1. Ut si stet per principem, quo minus judicetur, tempora appellationum non currant 23. *c.* 2. Ut si per judicem appellationis stet, quominus sententia dicatur, tempora appellationis fatalia non currant 119. *c.* 4. Ut a spectabilibus ad illustres appelletur 23. *c.* 3. De appellationibus in Ægypto, Asia & Ponto 23. *c.* 3. De appellationibus quinque provinciarum 41. Siciliæ 75. De appellationibus ad principem 20. 23. *c.* 2. *Nov.* 127. Ut appellari per alium possit 23. *c.* 11. Ut judex rationem expensarum examinet 82. *c.* 10.

Qui bonis cedere.

Ne quis cogatur bonis cedere 135.

De bonis auctoritate judicis possidendis.

Ut præsens in possessionem bonorum contumacis mittatur pro quantitate debiti: & ut contumaci revertenti possessio restituatur, redditis primo impensis litis 53. *c.* 4. *in fin.*

De pignoribus & hypothecis.

Ut pignus a debitore vendi possit, salvo creditorum jure 112. *c.* 1. *vers. ab hoc.* Ut prius conveniatur debitor principalis, quam fidejussor, & possessor rerum a debitore acceptarum 4. *c.* 3. Ut debitore pecuniam numeratam non habente, addicantur creditori res ejus 4. *c.* 3. Ut creditor, cujus pecunia, navis, domus, aut ager emitur, anterioribus (mulierem excipe de dote agentem) etiam creditoribus præferatur in hujusmodi navi, domo & agro 97. *c.* 3. Ut mulieri de dote agenti præferatur is, qui pecuniam credidit, ut militia emeretur, quantumvis post dotem jam constitutam, pecuniam crediderit, *Nov.* 53. *c.* 5. §. 1. *Nov.* 97. *c.* 4. Ut dos prioris uxoris præferatur doti secundæ, sive ipsa, sive liberis ejus agentibus, nisi res secundæ uxoris adhuc extent 91. *c.* 1. Ut si possessor conventus rei vindicatione negaverit, rem esse actoris, postea convictus ad legem pignoris vel ἐμφυτεύσεως, vel superficiei causam vel quam aliam defensionem confugiat, non audiatur, sed transferatur possessio in actorem, deinde agatur hypothecaria aut vectigali aut superficiali actione 18. *c.* 10. Ut ex scriptura depositi vel mutui, tribus testibus munita, jus pignoris aut hypothecæ & prælationis peti possit 83. c. 12.

De litigiosis.

Ut res litigiosæ dividi possint inter heredes 112. *c.* 1. Ut re litigiosa legata, fideicommissa, testamentove relicta, non ipsa, non ejus æstimatio, sed solus litis eventus debeatur *d. c.* 1. §. 1. si vero heres: ut quæ de litigiosis dicta sunt, ad res hypothecæ datas non pertineant *d. c.* 1. *vers. ab hac.*

De duobus reis promittendi.

Ut duobus simul obligatis, si non fuerit adjectum, ut in solidum tenerentur, tacite intelligantur teneri ex æquo 99. *c.* 1. Ut qui in solidum cum alio obligatus est, reo idoneo præsente in solidum conveniri non possit *d. c.* 1. *vers. si vero.*

De fidejussoribus.

Ut præsens principalis prius conveniatur quam fidejussor 4. *c.* 1. Ut mulier pro marito nullo modo fidejubere possit 134. *c.* 8.

De solutionibus.

Ut debitore pecuniam numeratam non habente addicantur creditori solutionis causa res ejus 4. *cap.* 3.

De patria potestate.

Ut patriciatus dignitas, *Nov.* 81. *in principio.* Dignitas consulatus, præfecturæ prætorio *Nov.* 81. *c.* 1. Ut omnis dignitas, omne cingulum a curia liberare valens *d. c.* 1. §. 1. Ut Episcopatus liberos patria potestate solvat, *Nov.* 81. *c.* 3. Ut liberati patria potestate legitimorum jura intacta habeant *Novell.* 81. *c.* 2.

De infantibus expositis.

Ut qui filium exposuit, jus patriæ potestatis amittat 153. *c.* 1. Ut qui expositum nutrivit, eum in servitutem non asserat *d. c.* 1.

De donationibus.

Ut qui rem donavit, eam tradere cogatur 162. *c.* 1. Ut si non insinuatæ donationes excesserint mensuram indigentem insinuatione, ad id usque duntaxat valeant, quo non insinuatæ donatio-

nes

nes valent 162. 2. c. 1. §. 2. Ut si donator rem a se donatam alienaverit, vel pignoraverit, donationem revocasse non intelligatur d. c. §. 1. Ut parens uni liberorum ita donet, ut reliquos liberos legitima non defraudet: & ut eo casu liberi legatarii patris non cogantur hereditatem adire, cogantur tamen supplere reliquis fratribus legitimam: & ut ingrati liberi non revocent donationes factas a parente 92. Ut mulier res quas filiis donaverit, quasi ab ingratis, post secundas nuptias revocare non possit 22. c. 25. Ut donationes Imperatori a privato homine factæ non egeant insinuatione, & e contra 52. c. 2. Ut mortis causa donationes legatis comparentur, & ne insinuatione indigeant 87. in princ. De donationibus curialium & ut decurio donare non possit etiam mortis causa 87. c. 1. De donationibus a curialibus factis 101.

De publicis judiciis, accusationibus & exhibendis reis, & eorum custodia.

Ut rei criminum edictis legitimis evocentur 134 c. 5. Ne mulieres in carceribus includantur pro privato aut fiscali debito: & ut pro crimine in monasterio aut asceterio contineantur, neve monastriæ, aut asceetriæ ulla actione de propriis monasteriis aut asceteriis trahantur 134. c. 9.

De adulteriis.

Quemadmodum maritus uxorem adulterii accusare debeat 117. c. 8. §. si de adulterio. De pœna adulteri & mulieris adulteræ 134. c. 10. Ut adulter præsumatur, qui ter aut solenniter monitus non desinit cum uxore alterius colloqui, & ut repertus a marito cum uxore loqui, possit ubivis interfici, at non in templo 117. c. 15. Ne quis luxurietur contra naturam 77. 141. De muliere raptum passa 143.

De sepulchro violato.

Ut non liceat creditori heredes defuncti pro debito molestare ante novem dies 115. c. 5. De pœna creditoris cadaver mortui inferri prohibentis 60. c. 1.

De pœnis.

De pœnarum omnium moderatione 134. c. 13.

De tributis.

De exactionibus sive delegationibus tributorum 128.

De fabricensibus & armis.

De armis 85.

De mendicantibus validis.

De ignavis & mendicantibus validis coërcendis vide Novell. 80. c. 5.

De re militari.

De militum transitu & introitu 130. Milites ne privatorum possessionibus defendendis incumbant 116.

ANTONII CONTII, JC.
& in Biturigum Metropoli Doctoris Ordinarii
PRÆFATIO
IN LIBRUM NOVELLARUM.

Interdixerat Iustinianus ullam legem imperialem extra Corpus Codicis legi, l. 1. C. de emendatione Codicis; *sed non sine ulla exceptione: adjecit enim, nisi postea varia rerum natura aliquid novum creasset, quod imperiali constitutione indigeret: quod si evenisset, novam legum congregationem pollicitus est, quæ Novellarum nomine Constitutionum significaretur. Porro idipsum accidit: & vix novus Codex promulgatus erat, cum interpellatus Imperator constitutionem de heredibus & Falcidia edidit: vix altero mense post editum Codicem, ut qui editus sit* 16. Kal. Dec. *ipso Imperatore IV. Consule: novella autem constitutio de heredibus data est* Kalend. Jan. *Belisario viro clarissimo Consule. Scripsit subinde & sequentibus mensibus atque annis alias novellas ad extremum Imperii sui annum, quæ omnes in unam congregationem relatæ, novellæ appellatæ sunt constitutiones. Sane Gregorius Pontifex Romanus (qui vix triginta annis post Iustinianum scripsit) constitutiones novellarum vocat* 11. q. 1. c. 37. *Ceterum paucæ illarum constitutionum Latino sermone primum sunt editæ, quæ etiam hodie ab aliis ex Græco in Latinum factis, styli integritate discerni possunt: Ceteræ omnes Græca primum lingua compositæ, quod & Græcis jam hominibus & proceribus uteretur Iustinianus, linguæ Latinæ ut plurimum ignaris, & firmum atque stabile Imperium in Græcia obtineret, in Latio vero jam illo tempore anceps atque dubium. Ad Latinorum tamen hominum usum, & ex Græca in latinam linguam translatæ eæ constitutiones fuerunt, eodem vel certe non longo post tempore: Illa est injucunda & salebrosa, atque ut ita dicam barbara hæc tralatio quæ hodie habetur. Verum id non omnino veteris interpretis culpa accidisse arbitror, tametsi illum ab omni culpa vindicare meum non sit. Paruit enim legi Iustinianeæ, quæ ita demum in aliam linguam leges transformari permisit, si modo sub eodem ordine eademque verborum consequentia, id est, eo genere, quod Græci κατὰ πόδας dicunt, transferrentur* l. tanta. C. de vet. jur. enucl. *Metuebat enim, ne si vulgaris illa transferendi libertas passim permitteretur, novæ ex verbis legis suborirentur calumniæ, & occasiones illis legibus, ut variis & ambiguis, non parendi. Itaque & veteres illi septuaginta Bibliorum interpretes & qui novum Domini & Salvatoris nostri Testamentum transtulerunt, & veteres Aristotelis interpretes, eandem convertendi religionem & formidinem præ oculis habuerunt. Verba enim potius quam phrases converterunt. Scribit Dionysius Exiguus (qui utique temporibus floruit Anastasii Imperatoris) in præfatione Conciliorum Græcorum a se tralatorum, tantam fuisse priscæ tralationis confusionem, ut regulas ecclesiasticas de integro transferre coactus sit. Nihil igitur causæ est, cur hoc solo argumento, non esse hanc veterem tralationem novellarum dicamus, quod confusa & spinosa sit. Quid si certis indiciis demonstro, esse veterem & a temporibus fere Iustiniani huc usque transmissam? Gregorius primus, qui fuit illis fere temporibus, ejus tralationis verbis utitur, eaque prolixe recitat apud Gratian* 11. q. 1. c. 35. *Item in decretalibus* tit. de testib. c. 2 *ubi* c. ult. Nov. 90. de testib. *recitat. In Concilio quoque Parisiensi (quod constat esse antiquissimum & tempore S. Ludovici factum) recitatur ex ea tralatione integer locus ex* Novella *scil.* 123. *ubi etiam* Constit. 123 *appellatur. Locus extat apud Ivonem Episcopum Carnotensem* pannomias suæ parte quinta. *Iam vero leges Caroli M. filiorumque ejus & nepotum, hac tralatione plenæ sunt. Sanctus denique Isidorus (qui fuit iisdem fere temporibus, quibus Gregorius primus) in libro canonum ecclesiasticorum integram Novell.* 42. de depositione Anthimi, *&c. ex eadem veteri tralatione sumpsit: quam ex eodem Isidoro post vulgatas novem collationes idcirco adscripsi. Prætermitto innumera veterum Pontificum scripta: Mitto Ivonis, Burchardi, Gratiani, Ioh. Salesberiensis scripta, & rhapsodias, quæ multas paginas hujus tralationis continent Vnus post illos inventus est Irnerius, qui non solum tralationis, sed etiam totius sententiæ & libri fidem elevaret, & a quodam Monacho librum tam verbosum & acephalum scriptum assereret: quem optimis rationibus ab Azone confutatum legimus. Iisdem autem temporibus, quibus illa tralatio facta est, prodiit & harum constitutionum epitome, a Iuliano quodam viro eloquentissimo, antecessore Constantinopolitanæ civitatis: sic enim appellatur in veteri quadam ejus epitome manuscripta, quam mihi communicavit aliquando doctiss. antecessor Iac. Cuj. Quæ quidem epitome longe purioribus verbis & elegantioribus conscripta est quam vetus illa tralatio. Vtraque tamen tralatio diligenter a veteribus juris interpretibus, Io. Pilio, Rogerio, Azone, Accursio, lectitata & comparata cum invicem, tum etiam cum ceteris juris libris. Vt autem in his duabus citandis atque allegandis vitaretur confusio, prolixiorem illam tralationem vocaverunt Authenticum, quasi dicerent verum & nullo modo detruncatum Iustinianearum novellarum exemplum: breviorem enim hanc Iuliani epitomen simplici nomine nuncupaverunt novellas, utraque etiam tralatio constitutiones singulas habuit propriis capitibus distinctas, ita ut breve singulorum capitum argumentum literis miniatis descriptum esset: quod nos in hac editione perpetuo observari curavimus & quæ ex manuscriptis libris interdum restituere non potuimus, proprio ingenio confingere conati sumus. Constat enim id a Iustiniano factum & observatum fuisse, cum & ipse numerum capitum sæpe exprimat. Cur autem multæ deperierint, in causa hæc sunt. Erant inter has leges permultæ constitutiones ἰδικαὶ & locales, quarum nullus fere usus esse visus est illis præsertim Longobardis plus æquo Musas & humaniores literas abhorrentibus, nilque quod non πρὸς ἄλφιτα conduceret, magnifacientibus: cujusmodi erant,* de privil. archiep. Iustin. primæ. Ut Ecclesia sanctæ resurrectionis, &c. de Armeniis, de præside Pisidiæ, Lycaoniæ, Thraciæ, Isauriæ. *Et hujusmodi prope innumeræ, quæ quia ab interpretibus in schola non legebantur, desierunt paulatim describi, ut aliquæ omnino perierint: A diligentioribus tamen librariis ad calcem libri describebantur, quemadmodum ex meis aliquot exemplaribus deprehendi, a quibusdam etiam ad antiquitatis memoriam asservabantur. Nam Iac. de Bellovisu, qui commentarios ad novellas scripsit, testatur, se eas omnes extravagantes novellas (sic enim appellat) ad finem lecturæ suæ adscribi jussisse sæpeque idcirco perquisivi lecturam istiusmodi manuscriptam, ut verumne sit, quod scripsit, experirer. Nam impressis ejus commentariis desunt. Porro sciendum est, nullis titulis, nullaque arte, sed prout quæque constitutio facta est, ita omnes temere & fortuito in hanc congregationem congestas esse, sola temporum (ut mihi quidem videtur) ratione habita. Vulgata autem in novem collationes divisio, a nobis retenta est, quia sicut nova est, & non multum ante Gratiani tempora excogitata, ita ad memoriam & allegandi promptitudinem apprime utilis. Quas autem ille Iacobus extravagantes appellabat, omnes partim ex Haloandro, partim ex Scrimgero, partim ex Iuliano manuscripto, partim etiam ex meis manuscriptis in Decimam * collationem coacervavi, illasque tantum transtuli, quæ nec ab Hal. nec ab ullo, quod scirem, aut quem haberem, Interprete tralatæ fuerant. Quod ad editionum varietatem attinet; illud diligens librorum inspector facile animadvertet, ex Græco exemplari longe fideliori & integriori vulgarem hanc tralationem prodiisse, quam aut Haloandrinam (quæ a quodam privato homine propria autoritate contaminata est) aut Scrimgerianam, quæ suas lacunas habet & nullam Latinarum continet. Sane ut Haloandrinam editionem elegantiorem esse non inficior; ita & hanc plerumque fideliorem in plerisque locis adnotavi, nam dum vitat barbariem, incidit plerumque in pravam affectationem. In Novella* 96. cap. 11. *ad criminalem accusationem refert, quod ad civiles causas pertinet, dum vitat vulgarem tralationem, ἐν αἰτίαις ἐποιήσατο, in conventione fecit. Cetera illius tralationis vitia invidiose nolo contra viri benemeriti existimationem congerere, malimque ob summos ejus, pro communi Studiorum utilitate, labores & conatus gratias agere. Melius tamen (ut opinor) publicis studiis esset consultum, quando propter glossarum usum, quæ prima capitum seu paragraphorum verba semper usurpant, vulgata editione carere non possumus, si in illius tralationis vitiis perpurgandis, quamvis permulta sint, elaborasset.*

* Decima Contii collatio continet Nov. 11. 13. 21. 24. & multas alias, quæ hic suis quæque locis insertæ sunt.

IN NOMINE

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI JESU CHRISTI.

INCIPIT

LIBER [1] CONSTITUTIONUM NOVELLARUM [2]

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETUI AUGUSTI.

COLLATIO PRIMA [3].

TIT. [4] I.

DE [5] HEREDIBUS [6] ET FALCIDIA [7].

NOVELLA [8] CONSTIT. PRIMA.

Imperator Justinianus Augustus, Joanni gloriosissimo sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.

PRÆFATIO.

Occupatis nobis circa totius Reipublicæ curas, & parvum [9] nihil eligentibus cogitare, sed quatenus Persæ quidem conquiescant, Vandali [10] vero cum Mauris obediant, & Carchedonii [18] antiquam recipientes habeant libertatem, Tzani [12] autem nunc primum sub Romanorum facti republica, inter subjectos habeant (quod nondum hactenus, nisi sub imperio nostro dedit Romanis Deus) incurrunt etiam propriæ sollicitudines a nostris subjectis semper nuntiatæ, quarum quidem singulis damus competentem formam. Quæcunque vero frequenti quidem potiuntur [13] per partes auxilio, possibilia tamen sunt scripta lege, ut communem omnibus præstent (in quibus opus habent) utilitatem: hæc oportere putavimus & lege sancire, & tradere subjectis per se juvantia, & non semper jussione Imperatorum egentia. §. 1. Semper igitur nobis importuni sunt, alii quidem nos pro legatis [14] relictis, non tamen præbitis, adeuntes: alii vero pro libertatibus; alii ob aliud quiddam: quod transmittentes quidem hereditates, dari quibusdam aut fieri constituerunt: indevote [15] autem & res adeunt, & eas percipiunt: & quod est jussum, non faciunt: cum utique etiam a veteribus legislatoribus dictum sit, competentes [16] deficientium dispositiones, quæcumque non repugnant legibus, omnibus modis impleri. † Sed quoniam ita positas leges jam plerumque neglectas invenimus: reparare eas judicavimus oportere: & tam viventibus præbere ex eis cautelam, quam morientibus hinc exhibere honorem. §. 2. Primum itaque illud est cogitandum, quia testantibus aliis [17] quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam tanquam hoc secundum ipsam [18] naturam eis debeatur, quale est filiis & nepotibus, & patribus [19], atque matribus, interdum vero etiam fratribus, & si quam [20] hujusmodi personam, aut in iis qui ex nobis sunt aut ex quibus nos sumus, enumeraverunt leges. Aliis autem nulla consistit necessitas partem dare quamlibet propriæ substantiæ: sed sua potestas eis largitur, ad quoscunque testator voluerit, proferenda.

CAP. I.

Si heres legata solvere noluerit.

His igitur [21] a nobis præordinatis, sancimus eos qui ab aliquibus scripti sunt heredes, aut meruerunt fideicommissa, per universitatem forsan, aut per speciem, aut legatum, necessitatem habere, quæcunque testator & honorans eos, disposuerit, omni modo ea complere [22], si quod præcipitur, legitimum sit [23], aut si non illud aliqua lex prohibeat [24], vel si non fiat ab eo qui honoratus est, tamen ratum [25] esse expresse jam demonstrat.

§. 1. Si quis autem non implens quod dispositum est, sed [26] dum competat ei qui honoratus est, quod relictum est, etiam ex decreto judicis admonitus, annum [27] totum protraxerit, non agens hoc quod præceptum est, si quidem aliquis illorum fuerit, qui necessario ex lege præcipiunt [28], in plus autem, quam quod lex ei dare vult, scriptus est heres: tantum accipiat solum, quantum lex ei dare secundum quartam ab intestato partem concedit: aliud [29] vero totum auferri. Et si quidem etiam alii quidam scripti sunt heredes, accrescere [30] illis secundum [31] partem institutionis quæ unicuique distributa est. Si vero nullus alter sit heres: aut sint quidem scripti quidam, non autem adeant hereditatem: tunc quod aufertur, adjiciatur aliis rebus: & licentia præbeatur & legatariis, & fideicommissariis, & servis libertate honoratis, adire, & hæc acquirere: ita ut omnibus modis quod præceptum est, [per testantem] impleatur: cautione [32] videlicet prius ab eis facta, secundum quod personarum vel rerum receperit modus: *quia* [33] *res accipientes, agent in eis quæ recte voluerunt testatores.* † Si vero nullus horum, de quibus testamento memoria facta est, voluerit adire: (hoc est [34], coheres, aut legatarius, aut fideicommissarius, aut servus libertate honoratus:) tunc ad alios, quos lex ab intestato vocat, post eum quidem qui scriptus est, & legitima per hanc legem parte exclusus, deferri res: & similiter præbentes cautionem, *quia complent quæ testamento continentur.* † Inordinatum vero nihil neque confusum, nec in his fieri volumus: sed primus secundum [35] ordinem vocatus, post eum qui jam exclusus est a lege nostra, ita vocetur prior: deinde qui post illum est: ita de cætero, donec ultimus relictus locum faciat etiam alicui exterius venientium, & adire, & quæ relicta sunt implere: post [36] quos etiam fiscum si voluerit, ponimus: Etenim in legatariis & fideicommissariis hunc esse volumus ordinem, ut detur licentia aditionis priori per [37] universitatem fideicommissario: aut, multis existentibus, majorem partem habenti: quoniam & in similitudinem [38] heredis consistit, & maxime apud nos, qui Trebelliano soli dogmati dedimus in talibus fideicommissis locum, Pegasiani circuitiones [39] odio habentes, & expellentes. Si vero aut non fuerit quispiam per universitatem honoratus: aut fuerit sed noluerit agere quod jussum est: ad eos qui majoribus propriis legatis aut fideicommissis honorati sunt, hujusmodi venire fiduciam: sic quoque servis dari tempus qui libertate honorati sunt, & adire, & liberis cautum esse, & res percipere, & complere quæ jussa sunt, cum prædicta dudum cautione. Si vero nullus fuerit legatariorum vel fideicommissariorum per universitatem aut per speciem majori parte aut in legato, aut in fideicommisso honoratus,

1 Hæ Justiniani Novellæ constitutiones Græco sermone sunt editæ: earumque præcipuæ editiones duæ. Una Haloandri: Scrimgeri altera. Quæ nunc sequitur Latina interpretatio, veteris est ac incerti autoris. Cujacius tamen 8. *obs. ult.* hominem Græcum fuisse existimat, & quidem eruditum. Molinæus *quæst. 1. de usuris, n. 67.* Latinismi imperitum appellat. Equidem animadverti unam etiam & eandem constitutionem multoties sibi dissimilem: ut jam veteris editionis varios interpretes fuisse putem. Extant præter veterem interpretationem aliæ non ita pridem editæ. Prior est Haloandri, altera Henrici Agylæi, cui tamen satis fuit lacunas Haloandrinæ editionis ex Scrimgeriana supplere. 2 *Novellæ* νεαραὶ διατάξεις. Non ita dicuntur, quod nova & alia a veteribus jura contineant, ut Cedrenus putat: sed quod μετὰ τὸν κώδικα, id est, quod novissime promulgatæ sunt, post Codicem Justiniani repetitæ prælectionis. Eadem appellatio tributa constitutionibus, quæ post primas editæ fuerunt. *l. 34. C. de inofficios. testam.* quales etiam dicuntur, quæ multis post seculis a variis Imperatoribus latæ sunt. Et extant generis hujus Novellæ Leonis, & aliorum: quarum fit apud Harmenopulum passim mentio, sed & *in fine Synopseos Basilicon*, dicuntur etiam *Authentica*: cujus vocis rationem vide apud Alciatum 2. *parerg.* 46. 3 Hic liber Novellarum in 9. collationes distributus fuit, non a Græcis, sed a Latinis interpretibus. Collationum enim Græci Codices nullam mentionem faciunt. 4 Extat in Reginæ Bibliotheca novus & brevis in has Novellas titulorum Index, quem Latinum vide apud Cujacium *tom* 4. *fol.* 332. *& seq.* 5 Vide Julianum Patricium *const. 1. Epitom.* 6 Qui non obtemperant voluntati defuncti scilicet eorumque pœnis. Pertinet etiam hæc Novella ad legatarios, fideicommissarios, mortis causa donatarios, quibus adimplere voluntatem defuncti cessantibus omne testamenti commodum aufertur. 7 Heredibus extraneis, scriptis, vel nuncupatis tributa & confirmata, dummodo inventarium faciant: quod olim non exigebatur. 8 Adde Julianum Patricium constitutione 1. *Epitomes.* 9 Μικρὸν οὐδὲν, id est, neque de re parva cogitationem instituentibus. *Haloand.* 10 Dixi ad *l. 1. & 2. C. de off. præf. præt. Afric.* 11 Carthaginenses. 12 Τζάνοι, de quibus Novella 28. Procopius & Agathias horum meminit. Iidem Ζάννοι qui olim μάκρωνες, si credimus Stephano: sed tamen Macrones, qui & μαχέλονες Arriano: Macricæ Apollonio 1. *Argonaut.* diversi a Ζάννοις Xenophon. Arrian. Porro Tzani fuerunt gentes Ponticæ. 13 Κατὰ μέρος, Græci dicunt, hoc identidem & subinde. 14 Πρεσβεῖα non modo sunt ea quæ legatis, hoc est, iis qui legatione funguntur, dantur, sed & quæ testamento relinquuntur. Cedrenus *in Theodosio juniore*, διετάξατο λαμβάνειν πρεσβεῖον. 15 Ἀγνωμόνως: sunt autem ἀγνώμονες contumaces & indevoti. 16 Testamenta quæ legibus non repugnant, servanda. *Novell. 22. c. 2. Novell. 48. c. 1. l. ult. in fin. C. de fideicomm.* 17 Testatorum, alii lege coguntur certam hereditatis portionem quibusdam proximis personis relinquere, alii non coguntur. 18 Legitima descendentium & ascendentium, & quorundam collateralium secundum naturam debetur, *ut hic.* ex natura §. 2. J. *hic.* necessitate legis J. *eod.* debito naturali, *l. 36. §. 2. C. de inoff. testam.* naturali quadam lege & tacita: de qua re vid. quæ dixi ad *l. 7. ff. de bonis damnator.* 19 *l. 15. ff. de inoffic. testam. l. 7. in fin. ff. de vulgari & pupill.* 20 Ut patronum, Julianus *hic.* 21 Vid. in hanc Novell. Gudelin. *de Jure Noviss. lib. 2. c. 17.* & Rittershus. *part. 6. c. 8.* Ans. 22 Voluntas defuncti ab herede implenda: facit *l. 27. in fin. ff. de condit. & demonstr.* 23 Vid. *l. 27. ff. de condit. instit.* Goth. De pœna eorum qui non adimplent ultimam voluntatem defuncti, vid. Rittershus. *part. 6. c. 6.* Ans. 24 Conditioni prohibitæ, heres impune non paret. Hoc tamen verbum in neutra editione legitur. Quod cum ita sit, verisimilius est hic de legis repræsentatione agi eo sensu, in his quæ lex nominatim repræsentat, cessationem, aut contumaciam heredi nihil nocere, ut in libertatibus, quæ repræsentantur SC. Rubriano *l. ult. C. si mancipium ita fuerit alienatum.* Irn. Cujac. *hic.* 25 Quod jus remittit, id etiam heres omittit impune, puta conditionem jurisjurandi, *l. 8. ff. de condit. institut.* viduitatis, lege Julia. *l. 63. l. 74. ff. de condit. & demonstr.* divortii, *l. 5. Cod. de instit. & substit.* quidvis denique in fraudem legis *l. 27. in fin. ff. ad l. Falcid.* 26 Sed dum quod jussus est facere recusat, ἀλλ᾽ ἀμελήσαντος τῷ τετιμημένῳ τοῦ καταλειφθέντος. *Haloand.* ἀλλὰ ἀμελήσαντος &c. Scrimg. sed dum legatario moram facit, Julian. 27 Qui numerandus est ab admonitione & conventione judicis, non ab aditione, post condemnationem, mense quarto, *c. 4. J. h. t.* 28 Puta filius, parens, mater, frater. 29 Pœna heredis proximi cessantis voluntatem defuncti adimplere. 30 Quod heredi contumaci decrescit, reliquis non contumacibus adcrescit. 31 Jus adcrescendi fit secundum partes institutionis. 32 Pro parte hereditaria. *l. un. §. 8. §. 10. C. de caduc. tollen.* de qua vid. *l. 19. ff. de legat.* 3. In persona tamen fisci cessat hæc satisdatio, *l. 1. §. 18. ff. ut legat.* 33 Cautionis formulam observa. 34 Hoc est substitutus, cohæres. 35 Gradus succedentium ex testamento. *l. 24. §. 17. ff. de fideicomm. libert.* 36 *l. un. §. 14. C. de caduc. toll.* 37 Fideicommissarii & legatarii universales præferuntur singularibus. 38 Fideicommissarius & legatarius qui majorem partem habent, similes sunt heredi. *l. 5. in fin. ff. quod cum eo, l. 4. in fin. ff. de bon. libert.* Hinc colligunt, filium, cui universale fideicommissum relictum sit, non posse dicere testamentum nullum, qua de re dicemus *alibi* plenius. 39 Adde §. 7. *Inst. de fideicomm. libert.*

ſed omnes æqualem habuerint fortunam: tunc præponi quidem etiam ſic per univerſitatem fideicommiſſarios, propter dictam jam dudum rationem, aut eum qui ex eis voluerit implere quod præceptum eſt: reliquos autem legatarios vel fideicommiſſarios, quicunque nihil alterutros in hoc, quod relictum eſt, antecedunt, etiam omnes, ſi voluerint, vocari, aut qui ex eis voluerint. Si vero nullus legatarius autfideicommiſſarius elegerit hoc agere, damus ſervis licentiam libertate honoratis, ſecundum ordinem [1] denominationis [2], per quam eos dominus denominaverit, ſecundum hoc habere in alterutros præpoſitionem. §. 2. Et hæc quidem omnia ſancimus, ubi neceſſaria [3] quædam ſubjaceat datio in aliquo, cui ex natura debetur quædam ſucceſſio a teſtatore & moriente. Si vero nulla ſubeſt hujusmodi perſona in inſtitutionibus, ſed ſpontanea largitas diſpoſitionis a teſtatore fiat: deinde ſcriptus heres non compleat quod præcipitur, intra prædictum a nobis dudum tempus: illum quidem privari omnibus [4] relictis, nihil penitus neque per Falcidiæ occaſionem, neque per aliam cauſam percipere valentem: ſimiliter autem talia obtinere: & ſi quidem ſint coheredes, hos vocari volumus: alioqui ad fideicommiſſarios, & legatarios, & ſervos, & omnes ab inteſtato, ſecundum prius a nobis traditum ordinem, res venire, ubique onere cohærente, quatenus oporteat compleri ea, quæ teſtator ſecundum legem (ſicut prius diximus) imperavit. §. 3. Si vero inſtitutio etiam ſubſtitutionem [5] habuerit: certum eſt, quia prius ad ſubſtitutum volentem venient omnes res ſecundum legem complentem quæ relicta ſunt: & ſic illo nolente, tunc ad coheredes, & legatarios, & ſervos, & qui ab inteſtato, & qui extra ſunt, & fiſcum, ſecundum a nobis datam obſervationem, ea quæ auferuntur, venient: complentes ubique deficientium legitimas diſpoſitiones: propterea namque etiam ad tantas reſpeximus ſucceſſiones, ut [6] non remaneat ſine aditione ipſius morientis hereditas. §. 4. Exheredatos autem liberos (ſi juſte [7] a patre excluſi ſint, & nihil ex patris habeant voluntate) non vocamus, neque reſpicimus, licet decies millies velint. Una eſt enim legis intentio [8]: *ut quæ diſpoſita ſunt a morientibus, impleantur*: eum enim qui ab ipſo teſtatore propria ſubſtantia pulſus eſt, quomodo erit juſtum vocare ad res, quarum eum ille per exheredationem factam in eum, expreſſim fieri participem noluit [9]? Si vero ablatam partem a non complente morientis voluntatem, prius [10] deduximus ad ſubſtitutos, deinde ad cohæredes, & poſt illos ad legatarios, & fideicommiſſarios, nec non ad ſervos, & ita ad eos qui ab inteſtato vocantur, & ad extraneos [11] atque ad fiſcum venimus: non abſurde hoc factum eſt nec inaniter, nec quaſi aliquem lateat quod decet, ſed ex providentia, & ſecundum legem: ut finitis primum omnibus ſecundum teſtamenta perſonis, deinde abrenuntiantibus, ita ad eam quæ eſt ab inteſtato vocationem & alios veniremus. † In omnibus autem caſibus, in quibus ſcriptis non complentibus, vocamus aut ex teſtamento perſonas, aut ab inteſtato, & cæteros extraneos, & fiſcum: damus omnibus talibus perſonis fieri heredes, & aditionis, aut *pro herede geſtionis* habere *jus* [12] (hæc enim legis verba ſunt) & tanquam heredes omnia gerere & conventos & convenientes. Hæc quidem etiam antiquiſſimæ leges ex propria auctoritate præſtabant: & heredes faciebant eos, qui neque ſcripti heredes, neque ab inteſtato ad hereditatem vocabantur. His omnibus obtinentibus, licet non ab herede, ſed a legatario aut fideicommiſſario, aut mortis [13] cauſa percipiente, dari aliquid aut fieri teſtator voluerit: eodem ordine in occaſione ablatarum rerum ſervando, & inchoante [14] quidem a ſubſtitutis legatariis: terminante vero in fiſco. † Et nullus hanc legem duram habeat, tanquam relictis privatus, ſed conſiderans, quia *omnibus hominibus terminus vitæ eſt mors* [15]: & non ſolum ab aliis ipſe ſe [16] percipere contempletur, ſed cogitet [17], quia & ipſe aliis moriens imperabit: & ſi non hujus legis mereatur auxilium, nihil horum quæ omni ſtudio diſpoſuerat, ad effectum perducet. Non enim iis qui ſub nobis, neque qui nunc ſolum ſunt hominibus, ſed omni etiam poſt hoc currenti tempore legem ponimus.

CAP. II.

De lege Falcidia & inventario.

Hinc [18] nobis ingreſſa eſt cura, & quædam conſideratio Falcidiæ legis, quæ [19] etiam invitis teſtatoribus (ſi extendantur [20] res per legata) præbet etiam retinere heredes, quantum eis impleat quartam ſubſtantiæ. Et hinc enim repugnare quidam videntur voluntati deficientis, & incumbere legi talia permittenti. Sancimus igitur, quoniam tuenda nobis ubique eſt deficientium voluntas, heredes, ſi voluerint hac utilitate potiri, puram ſervare legis poteſtatem: & non per ea quæ forte ſubripiunt [21] aut malignantur, introducere pertentent Falcidiam, cum utique ſi nihil malignati eſſent, non forte competeret. §. 1. Fiat igitur *Inventarium* ab herede [22], metuente [23] ne forte non habeat poſt debita & legata Falcidiam, ſecundum modum & tempora [24] per quæ dudum ſanximus, quando homines excepimus ex damno rerum ſuarum, in aditionibus ſtatuentes onera usque ad ſubſtantiæ relictæ menſuram: illo adjecto ſolo, ut oporteat hujusmodi heredem, qui non creditores ſolum, ſed etiam legatarios & fideicommiſſarios veretur, & metuit non damnificari ſolum, ſed etiam non lucrari, convocare [25] omnes legatarios & fideicommiſſarios [26] quanticunque in eadem civitate ſunt conſtituti, aut quoſdam pro eis agentes, ſi forte perſonarum natura, aut dignitas, aut qualitas, aut ætas, aut quælibet neceſſitas facultatem eis non dat ad inventarii præſentiam. † Si vero abſunt [27] aliqui, intereſſe teſtes in ipſa civitate fide dignos, & poſſidentes [28] ſubſtantiam [29], & optimæ opinionis exiſtentes, non minus tres (tabulariis enim ſolis, quantum ad hoc competit non credimus [30]) coram quibus convenit fieri inventarium [31], ita ut ſupervenientibus legatariis, & querentibus forſan ſubreptum aliquid rerum, aut non manifeſtatum: licentia ſit non ſolum per ſervorum examinationem cauſam quærere: (nam etiam hoc præbuimus per prolatam dudum a nobis in ſervilibus [32] examinationibus obſervationem) ſed etiam per jusjurandum [33] heredis, & jusjurandum teſtium dicentium, *ſe* [34] *& affuiſſe iis quæ geſta ſunt & vidiſſe* [35] *quæ tunc agebantur, & in nullo conſcios eſſe facta ab hærede malignitatis*, ſicque in iis quæ relicta ſunt a teſtatoribus, invenire veritatem: niſi forte præſentes legatarii omnes aut quidam conteſtatione ſibi præmiſſa noluerint venire: nec adeſſe inventario. Tunc enim licentia erit heredi, etiam non advenientibus legatariis, contentum eſſe teſtium præſentia, & facere deſcriptionem: repoſito [36] etiam ſic legatariis, & jurejurando heredis, & ſervorum examinatione, & his omnibus obſervatis habere ex Falcidia præſidium. Sic enim non videbimur, neque legem ita hactenus approbatam minuere, neque injuſtitiam facere morienti. Si enim omnino quidem ſibi vult aliquos fieri heredes, & habere quandam conſolationem ex ſua ſucceſſione, & arbitratur ſufficientem ſe habere ſubſtantiam, non tamen hoc cauſæ veritas oſtendit: certum eſt, quia non hæc contrarietas erit ſcientiæ morientis, ſed ignorantiæ puritas illius. §. 2. Si vero non [37] fecerit inventarium ſecundum hanc figuram, ſicut prædiximus, non retinebit Falcidiam: ſed complebit legatarios, & fideicommiſſarios: licet puræ [38] ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſuram legatorum datio. Et hoc dicimus, non noſtram minuentes legem quam poſuimus, ut nihil de proprio damnificentur heredes creditoribus, ſed dabit eis pœnam exactio ſuæ malignitatis, cur tranſcenderit leges, ex quibus caute omnia agens nihil poterat damnificari, ſed ex diverſo etiam quæ ſunt ex Falcidia lege, lucrari. Hæc autem dicimus: ubi errans teſtator de ſua ſubſtantia hoc egit: aut forte cum debuiſſet etiam ampliorem quantitatem heredi relinquere, pro minore diſpoſuit: etenim etiam hoc errantis ſententiæ eſt, & non puræ, & integræ deſignationis. † Si vero expreſſim deſignaverit [39], *non* [40] *velle heredem retinere Falcidiam*: neceſſarium eſt teſtatoris valere ſententiam: & aut volentem eum parere teſtatori, forſan etiam quædam juſte & pie relinquenti: lucrum non in percipiendo, ſed [41] ſolummodo pie agendo habentem: & non videri ſine lucro hujusmodi eſſe hereditatem: aut ſi parere noluerit, eum quidem recedere [42] ab hujusmodi inſtitutione, locum vero fieri (ſicut dudum prædiximus) ſubſtitutis, & coheredibus, & fideicommiſſariis, & legatariis, & ſervis, & iis qui ab inteſtato ſunt, & aliis ſecundum prius a nobis inventam in talibus viam.

CAP. III.

De legatorum exæquatione.

Non autem dabimus licentiam heredi menſuram ſubſtantiæ ſubtilitec

1 Ordo ſcripturæ ſervandus. *d.* §. 17. Quid ſi ordo non appareat? An forte res dirimetur? An vero meritorum cujusque ratio habebitur? An potius incertitudinis aut æqualitatis ratione omnes ſimul admittentur? Quod poſtremum & mihi poſt Bart. & Angel. videtur.
2 Ab ordine igitur denominationis aſcendemus ad conjecturam amoris, ut qui priore loco nominatus fuerit, præſumatur magis a teſtatore dilectus fuiſſe. 3 Quoties moriens certis perſonis quid ex ſuis bonis relinquere cogitur, quod accidit parentibus, liberis, fratribus (perſona turpi inſtituta) & libertis. 4 Pœna extranei heredis contumacis.
5 Subſtitutus præfertur coheredi defuncti. 6 Danda eſt opera ne quis ſine ſucceſſore moriatur, §. 1. *in fin. Inſt. de bon. poſſ.* Intereſt enim defunctorum habere ſucceſſores, *l. 6. ff. de interrog.* 7 Juſte exheredatis liberis extraneus etiam præfertur, & merito. Nam ſi vis tueri voluntatem, exheredati non ſunt admittendi contra defuncti voluntatem. Hinc ſequitur, exheredatos non cenſeri numero legitimorum aut extraneorum: Legitimorum, quia exheredatione amiſerunt ſuorum nomen, *l. 20. §. 1. ff. de B. P. contra tab. l. 1. §. 10. ff. de ſuis & legit.* Extraneorum, quia extranei non veniunt contra voluntatem defuncti, & conſtitutionis beneficio, & ita, pejor eſt exheredatorum quam extraneorum conditio.
8 Σκοπὸς, ſcopus ſeu finis. 9 Quod adeo verum eſt, ut legatarius unius nummi, herede inſtituto non implente voluntatem defuncti, præferatur reliquis agnatis defuncti, *§. ſi plures 6. Inſtit. de heredib. inſtit.* 10 Quod aufertur heredi proximo non inſtituto, non defertur ſtatim ad fiſcum: Defertur primo ad contumacis ſubſtitutos. §. 3. *ℨ. hic.* iis deficientibus, ad contumacis heredes, tum ad fideicommiſſarios. Ab his ad legatarios, deinde ad manumiſſos teſtamento, tandem ad heredes ab inteſtato, poſt hæc, ad extraneos libertatis conſervandæ cauſa. *l. ult. C. de teſt. manum.* Poſtremo ad fiſcum. 11 *l. ult. in fin. C. de teſt. manum.* 12 Jus heredum in quibus conſiſtat. 13 Hæc conſtitutio pertinet etiam ad mortis cauſa donationes, in quibus poteſt quoque ſubſtitui. *l. 10. ff. de mort. cauſ.*
14 Primus & extremus ſucceſſor heredis contumacis, ejus ſubſtitutus vel fiſcus.
15 Mors omnibus vitæ terminus. *l. ult. C. de epiſc. & cler.* omnia ſolvit. *Nov. 22. c. 20.*
16 Id eſt, ſibi præcipi & imperari. 17 Adde *l. 1. C. de his, quæ ſub modo.*
18 *Auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc.* hinc ſcripta eſt. 19 Falcidia quid quodve jus ejus ſit, obſerva. 20 Forte extenuantur hereditates per legata. 21 Heres ex rebus hereditariis aliquid ſubripiens, eo minus Falcidia utitur, *l. 6. ff. de his, quib. ut indign.*
22 Inventarium facere quæ perſonæ teneantur, vid. Rebuff. *tract. de ſent. promiſſ. art. 3. gl. 3.* Goth. Adde Bugnon. *lib. 1. ſat.* 115. Rittershuſ. *part. 6. c. 5. auth. Sed cum teſtat. Cod. ad leg. Falcid. junct. duab. ſeqq.* Anſ. 23 Heres non conficiens inventarium, Falcidiam amittit. *l. 22. §. 2. C. de jure delib.* 24 Tres menſes, vid. *l. ult. C. de jure delib.*
25 Solennitates obſervandæ in inventario conficiendo, *l. 7. C. de bon. proſc.* 26 Creditores multo magis, quod eorum maxime interſit. *Nov. 119. c. ad hæc. 6.* 27 *Abeſſe* hic eſt extra civitatem eſſe, ut ℨ. *proxime* traditur. 28 His enim magis creditur. *l. 3. ff. de teſtib.* 29 Teſtes ſubſtantiam poſſidentes, idonei atque locupletes, quod religione & motu judicis æſtimatur: *Motu* dixi. vix eſt enim ut Judex ſemper deſcendat ad hanc cognitionem, ut facultates teſtium pares ſint rei atque negotio, cui teſtimonium ferunt: quod tamen Accurſius hic velle videtur. Magis eſt itaque teſtes idoneos fieri judicis arbitrio. *l. 1. in fin. ff. de jure delib.* 30 Licet in orborum inventario conficiendo ſufficiant. *l. 32. C. de epiſc. Nov. in fin.* ℨ. *h. t.* 31 Placet quod ab Accurſio hic additur, Inventarium poſſe fieri etiam non uno contextu, tametſi teſtamentum uno contextu fiat *l. ult. §. fin. aut. C. de jure delib.* & tamen eundem tabellionem ad finem usque adhibendum. Accurſius *hic.* niſi forte aliquod impedimentum ſuperveniat: *ut notatur in c. quoniam. extr. de probat.*
32 De quæſtione ſervorum adverſus dominos inventarii perſcrutandi cauſa, vid. *l. ult. §. 10. Cod. de jure deliber. Novell. 48. l. ult. C. de quæſt.* 33 Formulam jurisjurandi obſerva.
34 Hanc particulam Scrimgerus in ſua editione non habet. adde etiam de monitorio quod competit læſo, de quo vid. Rebuff. *in tract. de inventario, gl. un. num. 9.* 35 Cæcus an teſtis eſſe poſſit, vid. Oldendorpium *c. de teſtib. num. 15.* Teſtimonium de auditu num admittitur? Sic ſane. *§. 1. in fin. Inſt. de milit. teſtam. l. 8. ff. de off. præſid. l. 28. in fin. ff. de probat. l. 24. in fin. ff. de teſtam. milit. l. 79. §. 1. ff. de leg. 3. l. 2. §. 8. ff. de aqua & aquæ pluv.* adde notata ad *l. 8. ff. de probat.* ubi teſtimonium de auditione admitti diximus. 36 Ἀποκειμένῳ, id eſt, ſepoſito, remoto, *l. 15. §. 33. ff. de damn. infect.* 37 Heres, non confecto inventario tenetur ultra vires hereditarias. Goth. An amittat Trebellianicam vid. Ant. Merend. *controv. lib. 4. cap. 13.* Anſ. 38 Pura ſubſtantia eſt, quæ ære alieno ſoluta eſt, *l. ult. Cod. de repud. vel abſtin. Novell. 22.* quæ ære alieno ſoluto ſupereſt: vel alias ſoluta tributis, *l. 20. C. de agric. & cenſ. lib. 11. tit. 47.* 39 In teſtamento ſcil. Quid? non poterat olim heres obligari vivo teſtatore, ne Falcidia uteretur? non poterat, *l. 15. §. 1. ff. ad l. Falc.* An & poſt ejus mortem? hodie poteſt. *l. ult. C. ad l. Falc. l. 46. ff. ad l. Falc. l. 46. ff. de pactis.* Goth. Vid. Ant. Merend. *controv. lib. 4. cap. 14. 15.* Anſ. 40 Teſtator prohibere poteſt heredem extraneum uti Falcidia. Invito teſtatore legi Falcidiæ locus non eſt: quod olim eſſe non poterat. *l. 55. ff. de leg. 1.* hoc eſt, olim Falcidia detrahi non poterat contra voluntatem teſtatoris, niſi de libertate agebatur, *l. 33. ff. ad leg. Falc. l. 6. ff. de fideicomm. libert.* niſi Principes id permiſiſſent, *l. 30. in fin. ff. ad SC. Treb.* niſi non heredes, ſed legatarii ac fideicommiſſarii uti Falcidia prohibeantur: ſolebant enim hujusmodi perſonæ arceri Falcidia. *l. 32. in fin. l. 47. in fin. ff. ad l. Falcid.* vid. Cujac. *hic.* An quartæ deductio prohiberi poſſit a teſtatore, vid. apud Hotomanum *conſil.* 1. 41 Ratio, propter quam cuique conceditur vetare Falcidiam. Hodie ſane Falcidia prohiberi expreſſe poteſt ab eo, qui veram ſui patrimonii æſtimationem cognitam habet. *Authent. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc.* Idque teſtantur communiter Doctores, ut refert Bolognetus *Rubr. ad Falc. num. 48.* Ratio autem hæc eſt: Olim herede repudiante, teſtamenta infirmabantur: Hodie, ſi heres repudiat, propter Falcidiæ prohibitionem teſtamentum non vitiatur, cum hereditas deferatur reliquis in teſtamento ſcriptis, ſive legatarii ſint, ſive fideicommiſſarii, & illorum aditione teſtamentum confirmatur. Quid? num tacite prohiberi Falcidia poteſt? Sic ſane: puta his verbis *legata integra ſolvi ac præſtari volo. Gloſſ. in l. decem 6. in fin. ff. de fideic. libert. ſine deminutione legata præſtari volo.* vel ita, *Executores mei capiant vel diſtribuant usque ad integram ſolutionem legatorum*: vel *legata pleno jure reſtitui volo.* Quod ultimum tamen multi non admittunt. vid. Manticam 9. *de conject. ult. volunt.* Graſſ. *lib. ſent. §. Falc. quæſt.* 10. 11. 42 Ἀναχω-

agno-

agnoscenti, solvere quidem mox ab initio quibusdam integra [1] legata, & ad plenum sententiam testatoris servare, (quod etiam præcedentium nos dicunt constitutiones [2]) ab aliquibus autem retinere velle: neque ex parte quidem complere testatoris sententiam, ex parte vero eam minuere: sed omnino non errantem circa substantiæ quantitatem, sed agnoscentem, & mox sequentem sententiam testatoris, per omnia eam sequi, & non ad pejora pœnitere: neque enim hoc erit pure sequentis [heredis]. Sed neque concedimus eis ab initio scientibus quidem, & incaute solventibus, postea lites percipientibus inferre, & recipere velle ab eis quodcumque contigerit exsolvisse eos. Oportet enim ante actionem cogitare, & agere, & non cogitantem recte, deinde transferri ad indevotionem: nisi forte justa quædam causa hoc introduxerit, inopinabili quodam [ære alieno] apparente, quod minuat substantiam, & locum receptioni faciat.

CAP. IV.

Ut legata intra annum [modis omnibus] præstentur.

Illud quoque prospeximus, ne tempus fiat longum in talibus quæstionibus. Nullam enim talium quæstionum aut litium transcendere anni tempus sancimus: necessitatem imponentes omnino intra annum post aditionem & legata solvi, & quæ a testatore sunt relicta, compleri, secundum sui naturam, & omnia agi quæcunque prius ediximus. Initium autem anno damus, sicut prius jam diximus, admonitionem [3] ex judiciali decreto. Anno enim per culpam heredis transacto, tunc ille quidem cadat relictis, alii vero ad hæc venient quos prius vocavimus. §. 1. Pupillis [4] autem & minoribus ætate, nihil nostra præjudicat lex. Est enim eis si quidem etiam secundum dictas a nobis causas lædantur, duplex quoddam subsidium: & per restitutiones, & per viam contra negligentes tutores vel curatores. Non autem excipimus a lege neque patronatus successiones, & ibi enim legitima eis servata parte, quam nos definivimus, quicquid ultra hanc eis relictum fuerit, & aliquid a libertis petiti fuerint, illi complere deinde noluerint: hunc ordinem tenere sancimus, quem inchoantes sacram nostram hanc constitutionem diximus, ita ut legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus, reliqua vero veniat secundum viam a nobis nunc apertam in talibus maxime, quoniam in ipsa de jure patronatus posita a nobis constitutione, ad similitudinem pene ingenuorum, etiam libertinitates ordinavimus. §. 2. Quia vero duplex est [5] testamentorum modus, aut in scriptam delatus dispositionem, aut in non scriptam voluntatem: hæc omnia obtinere similiter, & secundum æquam observationem, & in non scriptis testamentis, & in omni ultima voluntate sancimus, & in omni persona, sive privata [6], sive militari [7], sive sacerdotali, sive Imperiali [8], sive alterius cujuslibet. Communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus.

EPILOGUS.

Hæc nos, ut communiter omnibus prosint hominibus, scripsimus: quatenus & viventes relictis potiantur, & deficientes cum securitate moriantur: scientes quia lex eis etiam sepultis administrabit, & quæcunque illi disposuerint, ad effectum ipsa perducet. §. 1. Quamobrem (quoniam communis hæc utilitas omnibus est hominibus) fiant quidem a tua eminentia hinc præcepta cunctis declarantia legis virtutem: dirigantur autem & per provincias in omnibus gentibus quæ dudum fuerunt, & nunc a Deo per nos sunt adjectæ principatui Romanorum. Metropolitani [9] vero judices hæc sumentes (sicut dudum sancitum a nobis est) unicuique dirigant civitati: nullusque manebit non audiens legem, *quæ neque in paupertate vivere, neque mori in anxietate permittit* [10]. Datum Kalend. Januar. *Constantinop.* FLAVIO BELISARIO V. C. Cons. Indictione decimatertia 535.

TIT. II.

DE NON [11] ELIGENDO SECUNDO NUBENTES MULIERES: ET ALIENATIONE ET LUCRO ANTENUPTIALIS DONATIONIS: ET DE SUCCESSIONIBUS EARUM FILIIS SUIS.

NOVELLA CONSTIT. II.

Imperator Justinianus August. Hermogeni glorioss. magistro sacrorum officiorum, exconsule & patritio.

PRÆFATIO.

Et ante [12] nos legislatoribus Romanis continuam legislationis occasionem emergentium causarum dabat varietas, & nos omnem partem legislationis ornantes reipublicæ: cunctam pene correctionem, aliquando quidem pro egentium interpellationibus, aliquando vero in judicialibus quæstionibus celebravimus: & multas leges hinc subjectis nostris conscripsimus: quale est quod etiam nunc emergens ad hanc nos vocavit legem. §. 1. *Gregoria* enim supplicavit, dicens, habuisse se dudum virum & duos fecisse filios, masculum & fœminam, & extulisse [13] quidem maritum: plurimum vero a filio experta favorem, existimavit oportere, ne relinqueret eum sine remuneratione, nec extra competentem honorem dimitteret. Igitur *antenuptialem* donationem, licet non veniens ad secunda vota, tamen restituit & dedit filio, qui tamen non vivens ei permansit, sed abiit ex hominibus, antequam ad secundas venire vellet nuptias mater: & lex tam antiqua quam nostra vocavit ambas [14], & filiam & matrem ad minoris successionem. Et si quidem in prioribus mater nuptiis permansisset, nulla quæstio fuerat: sed illa quidem ad virum descendit secundum, usumfructum, qui fuerat, omnem habens antenuptialis donationis: (sic enim eam etiam omnem donavit, *ut* [15] *usus quidem apud eam remaneret, proprietas autem fieret apud filium*) omnem vero proprietatem filia percipere minabatur, non [16] secundum quantum heres erat fratris, sed secundum [17] quantum pater dederat matri, dicens nullam fiduciam habere matrem ad secunda vota migrantem, proprietatem habere donationis quacumque ratione: verum mater nequaquam hoc *antenuptialem* esse donationem omnino affirmabat, sed *permixtam jam rebus filii*, & tanquam hereditatis, non adhuc tanquam donationis existentis, competere ei sex unciarum & proprietatem & usum habere. † Et non solum hoc dubitabatur, sed etiam de ipsa hereditate fratris contra eam filia reluctabatur, matre quidem petente ejus hereditatem pro media parte, secundum quam eam nos ad hereditatem filii vocavimus, una existente sorore, moriente (vero) filio, cum ea vocata: filia vero obtinere hereditatem fratris valde fortiter ex prioribus sanctionibus insistente, & dicente, *quia mater si quidem ad secundas nuptias non venisset, recte vindicaret hereditatem filii: venientem vero ad virum alterum, omnino privari iis, quæ ex paterna substantia filius acquisivit: quia si post secundas nuptias filius mortuus esset, undecumque acquisita esset ei substantia, ipsa esset domina: hæc constitutionibus ambabus volentibus, quæ talia decernunt* [18]. Mater quidem *valde crudeliter habere constitutiones illas, & indignas clementia nostrorum temporum affirmabat*: verumtamen usa est a nobis posita constitutione, dicens *hanc non subdi constitutionibus prioribus, atque matres quidem nondum ad virum secundum venientes* [19], *cum filiis vocari*: *quæ vero secundis copulantur nuptiis, nequaquam: hic autem etiam aliquid adesse peregrinum: se enim in filium largitatem conferentem occasione electionis, rursus de donatione potius recepisse videri, quam sic simpliciter lucrum irrationabile habere.* Hæc nos diu perscrutantes, & omnem talium electionum & hereditatum contemplationem considerantes, oportere credidimus communem super his scribere legem, secundum quam & præsens quæstio suscepit terminum.

CAP. I.

De electione sublata.

Prospeximus itaque non *confusum* hoc electionibus indiscretumque relinquere, sed hujusmodi dare ordinem causæ: Matre [20] semel ad secundas nuptias veniente, lucrum mox omnium filiorum proprietatem [21] antenuptialis fieri donationis: & *nullam esse licentiam matri, alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare*: quoniam omnibus simul secundis nuptiis fecit injuriam, quapropter & in præsenti proprietas antenuptialis donationis tota ad filiam veniet: usu apud matrem, donec vivet, servando, & secundum nostram constitutionem, (si quidem mater præmoriatur) filiæ tota antenuptialis donatio competit: si vero filia, manet quidem apud matrem lucrum ex pacto non existentium filiorum, reliquum vero erit filiæ, & moriens hoc transmittit ad suos heredes, qui ex lege vocantur.

CAP. II.

De alienatione dotis, aut propter nuptias donationis extraneo facta.

Hoc [22] autem quod fit quidem semper, expressim vero nondum lege determinatum est, hoc ad melius incrementum, & interpositionem damus huic legi: nam si non filio forte, sed alicui extraneo mater adhuc secundas [23] non experta nuptias, partem quandam antenuptialis donationis, aut aliquam rem ex ea, vel totam donet, aut per alium forte alienet modum, deinde ad maritum veniat secundum: palam est, quia supervenientibus [24] secundis nuptiis alienatio evacuatur, nec omnibus modis, sed in suspenso & alienatio & evacuatio manet: nam si manserint superstites filii, evacuabitur omnino quod factum est, lege proprietatem antenuptialis donationis ad filios deducente, & non respiciente mulierem, si quid egerit in læsionem filiorum. Si vero præmoriantur [25] omnes matris filii, erit contractus firmus, non in totum, sed secundum pactum non existentium filiorum: quod nos introduximus primi, & statuimus nuper de hoc scribentes legem. Et secundum quandam quidem partem erit contractus firmus, secundum quandam vero infirmus apparebit: hoc est, secundum hoc quidem, quod permanet apud matrem, occasione pacti filiorum non existentium, valebit: secundum hoc vero quod transmittitur ad filii successores, infirmus erit: ut si mater sola filio succedens inveniatur, omnis contractus rursus firmus erit. §. 1. Quia vero *contra* [26] *binubos pœnæ communes & viri sunt & mulieris*: ille quidem in dote ad secundas veniens nuptias periculum sustinebit: hæc autem in antenuptiali seu propter nuptias donatione. Et hæc lex in utraque sit posita persona, hæc & de electione & de alienatione, & de lucro sanciens.

CAP. III.

De successione si filius intestatus mortuus fuerit, vel qualiter secundo nubentes ad filiorum hereditatem vocentur.

Cum [27] igitur reliquum sit cogitare de hereditatibus filiorum, pro quo etiam præsens est dubitatio: oportere credimus generali lege & præsentem

---

...ῆσαι, quod non significat repudiare, sed abire ab hereditate. 1 Qui sciens vires patrimonii solida quibusdam legata cœpit solvere, & reliquis quoque integra debet solvere: quasi prima solutione amplecti videatur in omnibus judicium defuncti: quod derogat *leg.* 6. *§. ult. Cod. ad l. Falcid.* Itaque minuitur valde potestas legis Falcidiæ respectu extraneorum, *hac l.* eripitur enim heredi non implenti voluntatem defuncti, inventarium non facienti, ut & ei, qui jussus est ea non uti: sive qui cœpit quibusdam integra legata solvere.
2 *l. 6. Cod. ad leg. Falcid.* 3 Non ab aditione hereditatis, non a condemnatione, sed a conventione judicis: quod nomen ὑπομνήσεως indicat. 4 Ἀνήβοις.
5 Testamentum, scriptum est, aut nuncupativum. 6 Ἰδιωτικὸν πρόσωπον opponunt Græci, *ut & hic*, στρατιωτικῷ, ἱερατικῷ, βασιλικῷ qua de re dixi in *Nomenclatore meo Harmenopuli.*
7 Hoc vult, Teneri militem obsequi defuncti voluntati. Cujacius putat, omissione inventarii eum non obligari ad solvendum æs alienum. *l. ult. in fin. ff. de jur. delib.* nec ad solida legata: quin militi parcendum, si legis Falcidiæ ignorantia, quibusdam solida legata solverit.
8 Βασιλικὸ, βασιλικὸς Cæsarianus, officialis Cæsaris, qui ab Hieronymo *Palatinus.*
9 Μητροπόλεων ἄρχοντες, præsides provinciarum qui in metropoli provinciæ habitabant. *Urbs* enim pro metropoli accipitur, *l. 2. ff. ex quib. caus. major. l. 4. §. 9. ff. de damno.*
10 Vid. Corras. *lib. 7. Miscell. c. 23.* Ans.

11 Sensus est, Matres secundo nubentes, hodie non posse eligere unum ex liberis, eique uni largiri commoda donationis a marito acceptæ propter nuptias; sed ea omnia servanda liberis communibus esse. Olim matri, secundo nubenti, permissum id erat, *l. 3. §. in fin. princ. C. de secund. nupt.* adde Julianum Patricium *constit. 2.* 12 Vid. Rittershus. *in exposit. Novell. part. 4. cap. 3. 4. 5. 6.* Ans. 13 Ἀποβαλλῶν, Martialis, 4. Omnes quas habuit, Lycoris amicas extulit: & 5. ego conjugem extuli, & 3. Extulit, inquis, uxorem.
14 Mater non transiens ad secunda vota, filio minori succedit ab intestato cum ejus fratribus aut sororibus. 15 Donare possumus proprietatem bonorum retento usufructu, *ut hic, & l. quisquis 28. Cod. de donat.* vid. Rolandum a Valle 1. *cons. 265. num. 5. & 6.* Clarum *lib. 4. sentent. §. donatio. quæst. 19. in fin.* 16 Id est, non ex semisse. 17 Id est, integram.
18 Adversus crudelitatem legum principis auxilium implorare licet. 19 Id est, quæ nondum ad virum secundum venerunt. 20 Nota regulam. Goth. Vid. Fachin. *lib. 3. controv. cap. 64.* & not. ad *l. feminæ. l. hac edictali. §. 1. & l. 11. Cod. de secund. nupt.* Ans.
21 *C. 4. §. h. t.* 22 Hinc sumpta est pars authenticæ, *Sed & si quis. C. de sacros. Eccles.*
23 *Nov. 22. c. 20. §. 1.* 24 *Nov. 2. c. 26.* 25 *Nov. 22. c. 22.* 26 *Nov. 22. c. 5. l. 5. C. de secund. nupt.* 27 Hinc sumpta est Authentica *Ex testamento. C. de secund. nupt.* Goth. Vid. *l. fœminæ. Cod. de secund. nupt. Novell. 22. cap. 46.* Bellon. *Consil. 59.*

quæstionem dirimere & determinare, & in futuro movendis omnibus dare decisionem. Et sancimus alias res post antenuptialem donationem ad filios venientes, si quidem filius masculus, aut fœmina forte testetur, secundum legem venire ad scriptos heredes: hic matre non prohibita scribi a filio herede: sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si forte filius eam prætermiserit, aut irrationabiliter exheredatam fecerit. Si vero intestatus [1] decesserit, reservans illius partem, si quidem habuerit filios proprios, ad filios venire, sin autem non habuerit quidem filios proprios, sit fratrum vocatio & matris una cum fratribus (secundum quod a nobis sancitum est) ad hereditatem venientis, & eam firme habentis, sive ad secundas vellet venire nuptias, sive non. Nec enim majores pœnas adversus mulieres, quæ ad secundas veniunt nuptias, facimus, neque ex hoc eas ad necessitatem deducimus amaram, & nostrorum temporum indignam, ut metu castarum nuptiarum (licet [2] secundæ sunt) ab his quidem abstineant, & descendant ad quasdam interdictas permixtiones, & forsan etiam ad servorum corruptiones: &, quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges luxurientur. Nequaquam igitur valere volumus, neque in quinto libro Codicis cognominis nostræ pietatis positam constitutionem [3], decernentem de hereditatibus filiorum, quos matres ad secundas nuptias venientes viderunt præobeuntes, neque in sexto libro ejusdem conscriptionis sub Titulo [4] Tertulliani, quæ de mulieribus disputat, secundis quidem nuptiis junctis, ante secundam tamen copulationem filios amittentibus: sed vocetur ad filii hereditatem modis omnibus mater cum [5] fratribus, & hanc habeat firme, nihil ex secundis lædenda nuptiis, quod & in subjecta quæstione, quæ legem hanc movit, obtineat, & mater una cum filia succedat hereditati: aut etiam succedens hanc irrefragabiliter habeat, nihil ex spe secundarum lædenda nuptiarum, sed domina ejusdem hereditatis cum filia absolute consistens. Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, ut mulieres, ita se honeste tractent, quatenus quæ semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium torum: *& hujusmodi mulierem & miramur pariter, & laudamus, & non* [6] *procul a virginitate ponimus.* † Sin autem non valuerit (cum forsitan & juvenis [7] hoc non patiatur) *nec possit contra* [8] *fervorem* [9] *naturæ resistere*, non est torquenda propter hoc, nec interdicendæ sunt ei communes leges: sed ad viri alterius veniat nuptias honeste, & omni luxuria abstineat: & fruatur successione filiorum. Sic enim eos adhuc amplius diliget, & non quasi quosdam odibiles respiciet, pœnis subdita sic amaris. Sicut enim patres, si ad secundas veniant nuptias, non [10] fraudamus filiorum suorum successione, nec quælibet est lex aliquid tale dicens: sic neque matres privabimus filiorum successione, si matres ad virum veniant secundum, licet ante nuptias secundas aut post secundas filii moriantur. Alioqui ex absurditate legis, licet præmoriantur filii omnes, non relinquentes filios aut nepotes, nihilominus supplicium manet, & non succedet eis mater, nec si sine filiis moriantur: sed inhumane ab eorum expellitur successione, frustra quidem pariens, frustra simul & nutriens propter legales nuptias subjecta pœnis, & succedent quidem illis aliqui ex longa cognatione: mater autem irrationabiliter expelletur. Quapropter, & ipsa succedat filiis: & sit hæc lex clemens, & mitis, matres filiis consilians. † Colligentes igitur hujus legis partes, sancimus, quoniam matrem (secundum quod jam dudum diximus) assimilamus [11] patri in antenuptiali donatione: & ipsam sustinere quidem pœnas, sicut sustinet pater in dote: in hereditatem autem filiorum sine tergiversatione veniant, & pater, & mater secundum subjectas utrique casui quæstiones. Proinde quod patres habent sive ad secundas venientes nuptias sive non, hoc etiam matres habeant, voceturque mater ad filii hereditatem, sive jam ad secundas venit nuptias, sive postea veniat. §. 1. Antenuptiali vero donatione, ad secundum veniens consortium, neque secundum quantum heres existet filii, fruatur: sed hoc filiorum sit solum lucrum, eis a lege datum, & non videatur esse pars hereditatis filii: sed adhuc antenuptialis donationis non abjiciens naturam. Quæ competit tenere etiam circa eas, quæ nunc jam sunt viduatæ mulieres & propriis successerunt filiis: & quæ nondum ad secundas veniunt nuptias, licet postea veniant. Quod igitur hic habetur, sic omni tempore sanciatur.

CAP. IV.

De administratione donationis propter nuptias si mulier ad secundas nuptias transierit.

ALiud [12] vero quiddam occasione secundo nubentium mulierum & antenuptialis donationis, adjicere prioribus, bene se habere credimus. *Priscis namque constitutionibus præbentibus electionem mulieri, quæ ad secunda vota descendit, si vellet accipere ante nuptias donationem, secundum quod ei permittunt pacta & exponere filiis cautionem* [13], *quia moriens hæc restitueret: sive cum non valet dare cautionem, aut nollet forte, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, solverent autem ei etiam* tertiam [14] partem *centesimæ usuræ:* Nos ex quæstionum emergentium varietate moti, quoniam invenimus minores in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecuniis [15] existente: & alios aurum quidem non habentes, coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exolveretur antenuptialis donationis debitum, ad eos utique secundum legem antenuptiali donatione veniente: propterea judicavimus oportere hunc dari ordinem causæ; Ut si [16] quis contulerit res secundum antenuptialem donationem, si quidem omnes immobiles sint, maneat [17] harum usus apud matrem: & ipsa eum colligat, & non respuat: neque exigat filius pro harum æstimatione usuras: sed & diligentiam earum habeat, sicut lex jubet, usu quidem existentibus dominis, & custodiat eas secundum leges antiquas filiis superstitibus [18]: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem, in casum quidem non existentium filiorum matri: reliquum vero filiorum heredibus conservandum. † Si autem omnis forte consistat in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio: tertiam usurarum partem percipientem matrem cum [19] cautione jam definita, non exigere a filiis aurum: nisi forte idonea sit viri substantia, & habeat aurum & argentum & vestem, & quicquid conscriptum fuerit matri. tunc enim electionem matri dabimus, sive voluerit res percipere, & præbere cautionem: sive justam quam diximus usuram accipere, & secundum priores leges, & secundum nostram.

† Si vero permixtæ sint res, & donatio ante nuptias aliud quidem in pecuniis, aliud vero in immobilibus habeat rebus: immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem, ut alimentum habeat inde: porro de mobilibus hæc valere quæ sancivimus prius, si essent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis consistentia.

CAP. V.

De dote scripta & non numerata vel præstita.

ILlud [20] quoque dudum acerbe quidem sancitum, raro autem in judicio examinatum, existimamus oportere clara lege complecti, & tradere usui, & deducere ad judicia, pro communi positum adjutorio. Si enim conjungantur aliqui alterutris cum dotis & antenuptialis donationis documentis: deinde vir quidem antenuptialem præbeat donationem, mulier autem scribat dotem, aut ipsa præbente eam, aut dante patre, aut quolibet extraneo: postea appareat matrimonii tempore dos non data marito, sed sustineat onera matrimonii, & matrimonium morte viri solvatur: non est justum omnino mulierem dotem [21] non dantem marito, *antenuptialem* accipere donationem. Sin autem etiam non totam dedit dotem: & ipsa pro tanto exigat donationem, & in quantum dederit dotem, æqualitatis [22] enim & justitiæ sumus amatores, quam in omnibus aliis & in consortiis volumus obtinere. Quapropter *quæ mulier nil omnino dat, nil omnino percipiat, quæ vero minus quam professa est dedit, tantum* [23] *recipiat solum quantum obtulit*, sitque etiam hoc optimum in præsenti lege incrementum, plurima decernente, quæ semper in dubitatione sunt, vix autem modo ad legislationem deductam. † Hanc autem valere volumus legem & in casu dante ei principium, & in pendentibus [24] litibus & in omnibus de cætero provenientibus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, tua sublimitas operi effectuique contradere festinet, & manifesta universis per programmata propria faciat, quatenus in omnibus civitatibus, quas nostra ditio continet, hæc valeant, & certa omnibus fiant, secundum quod a nobis dispositum est [25].

TIT. III.

UT [26] DETERMINATUS SIT NUMERUS CLERICORUM SANCTISSIMÆ MAJORIS [27] ECCLESIÆ [28], ET CÆTERARUM ECCLESIARUM CONSTANTINOPOLITANARUM.

NOVELLA CONSTIT. III.

Imper. Justin. Aug. Epiphanio Sanctiss. & Beatiss. Archiepiscopo regiæ civitatis, & universali Patriarchæ.

PRÆFATIO.

DUdum quidem communi & generali [29] lege ad tuam beatitudinem & ad reliquos sanctissimos Patriarchas scripta, de ordinatione venerabilium Episcoporum, & reverendiss. clericorum, nec non mulierum diaconissarum, & *ut non amplius sint ab antiqua mensura qui ordinantur*, disposuimus: quod nobis videbatur bene se & competenter habere, & regularum sacrarum digne: præsentem vero legem specialem ad tuam beatitudinem scribimus, de numero reverendiss. clericorum, qui in hac urbe sunt, disponentes. Quia enim *pene nihil immensum* [30] *bonum est*, competens est neque ordinationes quæ super reverendiss. clericis fiunt, aut super reverendiss. diaconissis, fieri tantas, ut illorum expensis sanctissima ecclesia incidat in causam mutuorum maximorum, & paulatim ad novissimam inopiam deponatur. Novimus enim propter hujusmodi occasionem, hujus regiæ civitatis sanctissimam majorem ecclesiam, *nostri imperii matrem* [31] debitis inquietari majoribus, & non aliter valentem facere singulas erogationes reverendiss. clericis, antequam aurum non parvum sumat mutuum, faciens tam hypothecas quam pignorum dationes in optimis suis prædiis rusticis & suburbanis. Propter hoc igitur perspeximus nosmetipsos deponere ad hujusmodi causæ inquisitionem & agnoscere quemadmodum prius se habuerit, quidque longitudo temporis adinvenerit. † Investigantes igitur illud undique invenimus *quoniam singuli horum qui sanctiss. ecclesias ædificaverunt in hac felicissima civitate, non pro ædificio solummodo cogitaverunt, sed etiam ut expensas sufficientes darent a se factis venerabilibus domibus: & determinarent quantos quidem competens esset presbyteros per unamquamque ecclesiam, quantosque diaconos masculos* [32] *atque fœminas, & quantos subdiaconos, & rursus cantores atque lectores & ostiarios constitui: & super hæc etiam oratorii expensas definierunt: & reditus proprios dederunt sufficientes iis quæ a se constituta sunt*: si quis autem adjecerit multitudinem, nequaquam amplius penitus extendi valentes. † Et quidem permanserunt usque

& Batt. ad *l. 5. Cod. ad Senat. Tertyllianum*, ubi dicit hoc caput 3. corrigere *d. l. 5.* sed dictum caput 3. rursum corrigi per Novell. 22. cap. 46. & sic rursus manere *d. l. 5.* puta quando mater succedit ab intestato, quando vero filio prioris matrimonii succedit ex testamento, tunc *d. l. 5.* esse & manere correctam per hoc caput 3. Ans. 1 *Nov. 22. c. 46.* 2 *d. cap. 46.* 3 *l. 3. §. ult. C. de secund nupt.* 4 *l. 5. C. ad SC. Tertyll.* 5 Mater cum fratribus defuncti, defuncto succedit ab intestato. 6 Primæ nuptiæ, non procul a virginitate. Antiquum illud fuit, Primas honorari, quas ideo Nazianzenus vocavit συνοικέσιον νόμον, ut & secundas, συγχώρησιν, tertias, παρανομίαν: quartas, χοιρώδη βίον. 7 Juvenes ad nuptias proniores, adde 1. *ad Tim. 5.* 8 Naturæ reluctari difficile. 9 Nuptias appetimus fervore naturæ. 10 Parentes ob nuptias secundo contractas non privantur filiorum successione. *ut hic:* quemadmodum & parentes usumfructum in adventitiis liberorum consequuntur, licet ad secundas venerint nuptias. *l. ult. C. de bon. matern. Novell. 22. cap. 34.* 11 Quod jus patri competit in liberorum successione, idem matribus competit. 12 Hinc sumpta est Authentica, *Sed si aurum, Cod. de secund. nupt.* 13 Vid. *vers. si autem.* J. 14 Id est, usuram trientem. 15 Κτήμασι Scrimger. χρήμασι Cujac. 16 Nota regulam. 17 *Novell. 3. & Cod. h. t.* 18 *Cap. 1. ß. h. t.* 19 *Vers. priscis. supr. h. t. l. 5. §. 1. C. de secund. nupt.* 20 Hinc sumpta est Authentica, sed quæ nihil. *C. de pact. convent. Cod.* Goth. Vid. Gudelin. *de Jure novissimo lib. 1. cap. 8. num. 2.* Ans. 21 Quæ dotem non dedit marito, antenuptialem donationem non accipit. Quid si per maritum stetit, quo minus dos ei daretur? mora mariti ejus, uxori non nocebit. *Novell. 9.* 22 Æqualitas servanda. 23 Quantum mulier dedit dotis nomine, tantum ea ex donatione propter nuptias, recipit. 24 Leges interdum extenduntur ad pendentes etiam lites: alias earum generalis est conditio, ut ad futuros tantum casus pertineant, *l. 7. Cod. de legibus.* 25 Dat. XVII. Kal. April. Just. IV. & Decio Coss. arg. *Nov. 22. cap. 46.* id est, anno 534. 26 Vid. Julianum Patricium *constit. 5.* 27 Major ecclesia Constantinopolitana, S. Sophia (de qua dicam commodiore tempore) ut & Romana, Lateranensis Ecclesia. 28 Constantinopolitanæ scil. 29 Ιδικῷ Hal. ἡγεμονικῷ *Scrimgerus.* 30 Οὐδὲν ἐν ἀμετρίᾳ καλόν. 31 Major Ecclesia Constantinopolitana mater Imperii a Justiniano hic vocatur. 32 Diaconorum alii masculi: alii fœminæ.

ad

ad multum tempus talia conservata: & donec hoc fuit, duraverunt sanctiss. ecclesiarum domibus quæ sufficerent. Cum vero Deo amabiles episcopi ad aliquorum preces semper respicientes protracti sunt ad ordinationum multitudinem, aucta quidem et expensarum quantitas ad immensitatem multam: creditores autem undique & usuræ, & novissime neque creditores inveniuntur propter incredulitatem jam causæ: sed alienationes cum necessitate, & contra leges, & causæ indecentes, & neque propria dignitate temperatæ, ut ex hac nimietate, neque prædia neque suburbana sufficerent hypothecis & pignoribus, neque creditores propter hoc invenirentur, sed ad inopiam descenderent novissimam, & nec ipsis ministris emolumentum dare sufficerent: sed ad viam omnium infelicissimam causa descenderet, quatenus rerum omnium creditoribus cederet: quod etiam dicere piget nos: & quemadmodum non fiat, providemus. Nam si non aliquis ferret libenter eum qui ultra [1] substantiam suam expendit, quomodo non & de his nobis est cogitandum? Non enim oportet ad mensuram [2] expensarum quærere etiam possessiones, (hoc enim simul ad avaritiam, impietatemque perducit) sed ex iis quæ sunt, expensas metiri. Quapropter competenter etiam de his sancimus, & immensitatem excludimus, certæ medicinæ causam tradentes.

CAP. I.

Ut numerus clericorum qui nunc est, maneat, & de futuro numero clericorum Constantinopolitanæ majoris ecclesiæ.

SAncimus igitur eos quidem qui hactenus sunt in eadem sanctiss. majore ecclesia & reliquas omnes venerabiles domos, & reverendiss. clericos, & mulieres diaconissas & ostiarios manere in quo sunt schemate. (non enim quod est, minuimus [3], sed de futuro providentes hæc sancimus) reliquo vero tempore nulla fiat ordinatio, donec ad antiquum numerum institutum ab iis qui sanctiss. ecclesias ædificaverunt, reverendiss. clericorum quantitas redigatur. † Sed quoniam pridem etiam reverendiss. clericorum sanctissimæ majoris ecclesiæ regiæ nostræ civitatis determinatus est numerus, & valde brevis erat: utpote una existente sanctiss. [4] ecclesia: postea vero & venerabilis domus sanctæ gloriosæque virginis & Dei genitricis Mariæ juxta sanctissimæ majoris ecclesiæ vicinitatem posita, ædificata est a piæ memoriæ Verina [5], & veneranda domus sancti martyris Theodori a Speratio [6] gloriosæ memoriæ dedicata est. Erat autem etiam venerabilis domus sanctæ Helenæ [7], quæ sanctiss. majoris ecclesiæ copulata est: propterea [8] redigere numerum ad antiquam figuram impossibile est. Non enim sufficient tantis ecclesiis pauci consistentes: quoniam quidem non proprios clericos, neque una quidem harum trium habeat basilicarum, sed communes sunt, & sanctissimæ majoris ecclesiæ, & earum: & omnes circumeuntes secundum quendam ordinem & circum, ministeria in eis celebrant: deinde etiam plurima multitudine, & ex antiquis hæreticis [9] ad sanctiss. majorem ecclesiam deducta, gratia quidem magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, laboribus autem & immutationibus nostris oporteat plures quam a principio ad præsens officii ministerium definiri. §. 1. Quapropter sancimus *non* [10] *ultra sexaginta quidem presbyteros in sanctissima majori ecclesia esse, diaconos autem masculos centum* [11], *& quadraginta fœminas: subdiaconos vero nonaginta, lectores autem centum, & decem, cantores viginti quinque: ita ut sit omnis numerus reverendiss. clericorum sanctissimæ majoris ecclesiæ in quadringentis viginti quinque: & insuper centum* [12] *existentibus iis, qui vocantur ostiarii.* In sanctissima siquidem majori ecclesia hujus felicissimæ nostræ civitatis, & per tres venerabiles domos unitas, ei tanta clericorum sit multitudo: nullo [13] quidem horum qui nunc sunt, excludendo: licet multo plurium sit numerus ab iis qui a nobis nunc determinati sunt: nullo autem de cætero adjiciendo in unoquoque ordine in iis qui nunc sunt, donec ad hunc numerum mensura redigatur.

CAP. II.

Ne liceat clericis de minore ecclesia in majorem per patrocinium transire, & de clericorum multitudine non facienda.

ILlud quoque adjiciendum est, ut quod hactenus indecenter fiebat, nequaquam in repub. geratur, id est, multos reverendiss. clericorum, dedignari quidem in iis quibus ordinati sunt, sanctiss. ecclesiis, aut hic, aut in provinciis, deservire [14]: ad sanctiss. vero majorem ecclesiam, & venerabilem clerum ejus per patrocinium quodlibet accedere, quod de cætero omnimodo fieri prohibemus: nam si super venerabilibus monasteriis prohibemus *ex alio monasterio* [15] *ad aliud transmigrare:* multo magis neque reverendiss. clericis hoc permittemus: lucri & negotiationis habere demonstrationem hujusmodi horum desiderium judicantes. Si vero, & aliquando talem quandam migrationem tua beatitudo, aut per tempora imperium fieri perspexerit: non aliter hoc agi, antequam ad prædictum a nobis numerum causa redigatur, ut migratio in officium deficientis fiat: & non supra numerum aliquid omnino excedatur: hoc enim nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri sinimus. Et hæc quidem de sanctissima majori ecclesia. §. 1. In aliis autem omnibus ecclesiis, quarum expensas sanctiss. major ecclesia facit, sancimus nunc quidem existentes manere, similiter eos etiam sub schemate [16], de cætero vero nullum ordinari, antequam ad *statutum uniuscujusque ecclesiæ* (ut vocant) *quod antiquitus* [17] *ordinatum est ab ædificatoribus ecclesiarum*, presbyterorum, diaconorum masculorum atque fœminarum, & subdiaconorum atque lectorum, nec non cantorum, & ostiariorum numerus redigatur, & nullus in medio penitus adjiciatur. Nosque ipsi cavebimus tale aliquid agere: & ordinandos mittere: nullusque nostrorum judicum tale aliquid agat, nostram formidans legem: & licentia sit beatiss. archiepiscopo & patriarchæ hujus regiæ civitatis ordinationi contradicere, licet jussio de [18] palatio veniat: nam qui & præcipit, & cui præcipitur, sub ecclesiastica erunt mulcta, si tale aliquid egerint. † Sed neque in aliis ecclesiis, quæcumque emolumentum, & expensas non habent a sanctiss. majore ecclesia, competens est, multitudinem intromittere ordinandorum in ipsis, neque transcendere de cætero constitutam a principio etiam super illis mensuram: ne forsan etiam qui in eas creantur in multitudinem incidentes immensam, & accedentes sibimet a pie agentibus reditus dividentes, & exinde usque ad mensuram eorum non sufficere videntes, in maximam angustiam incidant. † Si vero ultra mensuram definitam in sanctiss. majore ecclesia sive aliis ecclesiis ordinet, qui per tempora fuerit sanctiss. majoris ecclesiæ sanctiss. episcopus, & venerabilis ejusdem ecclesiæ œconomi erogationem ex ecclesiasticis præbuerint reditibus: ipsi quoque de sua & propria facultate præbeant expensam, & qui hæc expendere eos permiserit beatiss. patriarcha. Sciant enim, quia si quid tale egerint, licentiam damus & sanctiss. patriarchis, qui post tale aliquid agentes fuerint, & posterioribus œconomis, & omnibus reliquis reverendiss. clericis talia perscrutari, & facta prohibere, & indicare imperio: ut illud cognoscens, præcipiat ex substantia hæc agentium œconomorum, aut etiam permittentis archiepiscopi hoc sarciri sanctiss. ecclesiæ. Quapropter ne rursus forte fiat aliqua rei confusio atque tumultus, causa ad mensuram a principio constitutam redacta, tunc ordinare liceat in tantum ut non transcendatur definita mensura, neque numerus transeatur, aut fiat quædam circa hoc calliditas. Non enim illud patimur omnino fieri, ut dicatur quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta præbere: hoc enim est rursus confusionem efficientium, & immensa adjectione secunda collegia constituentium: deinde etiam plurimas habebit ea res circumventiones, ut alias sibimet vias avaritiæ inveniant pro alimentorum expensis. Ex hoc igitur agi penitus, etiam sub mulcta, quæ vocatur ecclesiastica, prohibemus: maximam utilitatem hanc esse putantes, ut sanctissima major ecclesia neque debitis subjiciatur, neque angustietur, neque perpetuo deficiat, sed semper [19] abundet.

CAP. III.

De reliquis ecclesiarum reditibus in pios actus, & personas vere egentes per patriarchas, & œconomos erogandis.

SIcut autem de his expensam determinavimus, ita congruet pro tempore sanctiss. patriarcham & reverendiss. œconomos considerare, ut aliæ expensæ quæ fiunt ex ecclesiasticis reditibus, circa [20] pios erogentur actus, & Deo placentes, & illis hæc ministrentur, qui pro veritate egent, & non habent aliunde alimentorum occasionem. Hoc enim dominum Deum placat: *& non patrociniis & studiis hominum ecclesiasticas expensas hominibus locupletibus* [21] *distribuant, ita ut inde inopes necessaria non mereantur:* Sciant autem Deo amabiles œconomi, & qui nunc, & per tempora futuri sunt: quia si quid præter hæc egerint, & divinis suppliciis subjacebunt, & ex sua substantia indemnitatem sanctissimæ procurabunt ecclesiæ.

EPILOGUS.

§. 1. Beatitudinem igitur tuam quæ ab initio, *& ex infantili pene ætate* in sacro omni ordine, & schemate sanctissimam ordinavit ecclesiam, quæ & ex sacro utique genere descendit, hæc custodire continue sancimus: scientem quia non minor nobis cura est horum, quæ sanctiss. ecclesiis prosunt, quam ipsius animæ. Dat. 17. Kal. April. DOMINO BELISARIO V. C. CONS.

TIT. IV.

DE [22] FIDEJUSSORIBUS [23] ET MANDATORIBUS [24], SPONSORIBUS [25], ET SOLUTIONIBUS.

NOVELLA CONSTIT. IV.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. præfect. sacrorum prat.

PRÆFATIO.

LEgem antiquam positam quidem olim, usu vero nescimus quemadmodum non approbatam, per causas autem semper exquisitas atque necessarias apparentem, rursus revocare, & ad rempub. reducere, bene se habere putavimus, non simpliciter eam, sicut jacebat, ponentes: (erat enim quædam [26] ejus pars omnino non discreta) sed cum competenti & placito distribuentes augmento.

CAP. I.

Ut creditores primo loco conveniant principalem [27].

SI [28] quis igitur crediderit, & fidejussorem aut mandatorem aut sponsorem [29] acceperit: is non [30] primum adversus mandatorem, aut fidejussorem aut sponsorem accedat, neque negligens, debitoris intercessoribus [31] molestus sit: sed veniat primum [32] ad eum qui aurum accepit debitumque contraxit: & si quidem inde receperit, ab aliis abstineat; quid enim ei in extraneis erit, a debitore completo? Si vero non valuerit a debitore recipere aut in partem, aut in totum: secundum quod ab eo non potuerit recipere, secun-

1 Ultra substantiam expensæ non sunt faciendæ. 2 Non ad mensuram expensarum possessiones quærendæ: sed ex ipsis possessionibus expensas metiri oportet. 3 Princeps Ecclesiæ bona minuere non debet. 4 Ecclesiam S. Sophiæ intelligit. 5 Uxore magni Leonis. 6 Σπεραγκίς, *Scrimger.* Speragii. Is fuit consul sub Valentiniano, Martiano. 7 Ελένης, *Scrimger.* recte. huic enim ædem sacraverat Constantinus teste Socrate. 8 Quotiens connectuntur inter se plures Ecclesiæ, numerus servientium exigendus: & per consequentias expensarum. 9 Id est, ex bonis hæreticorum. 10 Nota numerum presbyterorum, subdiaconorum, lectorum, ostiariorum, cantorum majoris Ecclesiæ Constantinopolitanæ. adde *l.* 4. *C. de sacr. Eccles.* 11 Septem tamen diaconos tantum, quantumvis magna sit civitas, creari jubet Neocæsariensis Synodus *c. ult.* 12 Ostiarii centum in Ecclesia majore Constantinopolitana tribus aliis Ecclesiis ei unitis. 13 Retinetur facilius extans numerus clericorum, quam futuri admittuntur. 14 *Novell.* 5. *c.* 7. 15 Ex uno monasterio in aliud, non est permissa migratio. 16 Id est, modo, σχῆμα, est etiam habitus Clericorum. Salvianus appellat habitum sancti nominis. 17 Adde *Nov.* 6. *c.* 8. 18 Παρὰ τῆς αὐλῆς. 19 Ecclesiam præstat reditibus abundare, quam egere. 20 Ecclesiæ facultates in pios actus erogandæ. 21 Bona ecclesiæ pauperibus, non locupletibus distribuenda. 22 Adde & de tertiis detentoribus rerum. Goth. Ad hanc Novell. vid. Gœdd. *de contrah. stipulat. cap.* 9. *n.* 95. 96. 130. 132. & quoad inscriptionem partitionem, & intellectum Rittershus. *in exposit. Novell. part.* 2. *c.* 2. *n.* 5. 6. *& reliq.* Ans. 23 Dixi ad *lib.* 45. *ff.* 1. adde *Jul. Patritium constit.* 3. 24 Μανδατώρες. 26. *Eclog.* 1. περὶ μανδατώρων, de quibus agitur, *l.* 52. *in fin. ff. & l.* 23. *l.* 28. *C. de fidejussor.* 25 Ἀντιφωνηταὶ qui pro aliis constituunt 26. *Eclog.* 2. περὶ ἀντιφωνητῶν. 26 Quæ scilicet electio erat penes creditorem utrum reum, an vero fidejussores conveniret, *l.* 3. *C. de fidejuss.* 27 Hinc sumpta est Auth. *præsente. Cod. de fidejussor.* ad verbum extat apud Harmenop. 3. *c.* 6. 28 Et *l.* 55. *in fin. ff. l.* 3. *l.* 23. *l.* 28. *C. de fidejuss. l.* 1. *C. de fidejuss. fisci.* 29 Constitutæ pecuniæ reum, ἀντιφωνητὴν. 30 Vid. *l.* 91. §. 4. *ff. de verb. obl.* 31 Deinde fidejussorem, postremo possessorem rerum debitarum: & ita beneficium epistolæ D. Hadriani ad fidejussorem pertinens, pertinet ad correos debendi. *Novell.* 99. *c.* 1. 32 Fidejussor vel possessor rei obligatæ creditori, conveniri ab eo non potest, nisi discusso principali. Hic ordo servandus est in conveniendo

dum hoc ad fidejussorem, aut sponsorem, aut mandatorem veniat, & ab illo quod reliquum est, sumat: & si quidem præsentes [1] ei consistant ambo, & principalis & intercessor, & [fidejussor] aut mandator aut sponsor: hoc omni servetur modo. † Si vero intercessor, aut mandator, aut qui sponsioni se subjecerit, adsit: principalem vero abesse contigerit, acerbum est, creditorem mittere alio, cum possit mox intercessorem, aut mandatorem, aut sponsorem exigere.

† Sed & hoc quidem curandum est a nobis possibili modo: non enim erat quoddam hic antiquæ legi datum pro sanatione remedium: quamvis Papinianus maximus [2] fuerit, qui hoc primitus introduxit. Probet igitur intercessorem, aut sponsorem, aut mandatorem: & causæ præsidens judex det tempus [3] intercessori (idem est dicere, sponsori & mandatori) volenti principalem deducere: quatenus ille prius sustineat conventionem: & sic ipse in ultimum subsidium [4] servetur: sitque solatio intercessori, [aut sponsori & mandatori] in hoc quoque judex: fidejussoribus enim & talibus prodesse sancitum est, ut illo deducto, interim conventione liberentur, qui pro eo in molestia fuerunt. Si vero tempus in hoc indultum excesserit, (convenit namque etiam tempus definire judicantem) tunc fidejussor, aut mandator, aut sponsor exequatur litem, & debitum exigatur contra eum pro quo fidejussit, aut pro quo mandatum scripsit, aut sponsionem suscepit: a creditoribus actionibus sibi cessis [5].

CAP. II.

Alterum thema prioris capitis. Ut res apud alium constitutæ non possint vindicari, priusquam personalis actio exerceatur.

SEd [6] neque ad res debitorum, quæ ab aliis detinentur, veniat prius, antequam [7] transeat viam super personalibus contra mandatores, & fidejussores, & sponsores: sicque ad res veniens principalis [8] debitoris, sive ab alio detineantur, & detinentes [9] eas conveniens, si neque inde habuerit satisfactionem: tunc veniat adversus res fidejussorum, & mandatorum, & sponsorum: idem [10] enim est dicere: vel si quosdam habuerint homines ipsis sibimet obligatos, & qui hypothecariis actionibus sibi teneri possint. † Contra principales tamen & existentes apud eos res (sive personalibus, sive hypothecariis mox, sive ambabus, uti voluerit,) omnem ei damus licentiam, quæ dudum a nobis data est, & viam & ordinem in aliis personis casibusque sancimus.

† Et non solum hoc in creditoribus dicimus: sed etiam si quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum, quem vocant confirmatorem [11], & moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditorem facta: non adversus confirmatorem mox emptor accedat, neque tenentem aliquid rerum venditoris, sed adversus venditorem [12] prius, & sic ad confirmatorem [13], & tertio loco contra detentorem. † Eadem etiam hic existente divisione super præsentibus & absentibus, quam dudum in fidejussoribus & mandatoribus & sponsoribus [14] ac creditoribus causa debitorum sancivimus. † Similiter obtinente etiam in aliis contractibus, in quibus fidejussores aliqui, aut mandatores, aut sponsores accipiuntur: & in ipsis principalibus ex utroque latere, & in heredibus eorum, & successoribus, antiqua [15] si quidem lex hæc valeat rursus, & cum hujusmodi justitia atque divisione nostros subjectos foveat.

CAP. III.

De solutionibus. Ut debitore aurum aut pecuniam numeratam non habente, addicantur creditori res ejus.

QUod autem de cætero humanis auxiliatur curis: licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum, a nobis tamen propter clementiam sancitur. Si [16] quis enim mutuaverit aurum, debitoris substantiæ credens: at ille [17] ad restitutionem auri non sit idoneus [18], substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat, aurum omnimodo quærens: illi vero non sit facile, neque ulla mobilis substantia: damus enim creditori licentiam volenti immobiles [19] res accipere pro auro, sed si nec quispiam emptor immobilium ejus rerum adsit, creditore frequenter etiam divulgante quoniam subjacent debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem, tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimæ nostræ reipubl. judices secundum unicuique concessam a lege & a nobis jurisdictionem: in provinciis autem gentium præsides præparent subtili æstimatione facta rerum debitoris, dari secundum quantitatem debiti possessionem immobilem creditoribus, cum tali cautela, cum qua debitor dare possit. Rerum vero datio sit hujusmodi: quæcunque quidem meliora sunt, dentur creditori: quæ vero deteriora, apud debitorem, post debiti solutionem manere sinantur: etenim non erit justum dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, sed coactum [20] suscipere possessionem immobilem, non saltem meliora rerum debitoris percipere: & per hoc habere consolationem, quia si aurum non recipit, aut alia rerum, quæ portari possunt, tamen licet ei possessionem non inutilem habere: sed hoc quidem fit clementia quadam legis. Agnoscant autem creditores, quia etsi hanc non scripsissemus legem, necessitatis ratio ad hoc causam perduceret. Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emptor sit: nihil aliud facturus erat quam propriis bonis cedere [21], & rursus res ad creditorem merito venirent, aurum percipere non valentem: quamobrem quod cum injuria [22] & affectu acerbo perduceret creditorem & debitorem: hoc nos clementer simul & legaliter decidentes, & infelicibus debitoribus auxiliamur & acerbis creditoribus non apparebimus duri, causam eis deputantes ad quam si permanerent inobedientes, tamen modis omnibus advenirent. Si itaque creditor paratus est præparare quendam emptorem: necessitatem habere debitorem hoc agere, præbentem hujusmodi cautionem arbitrio judicantis, qualem omnimodo est dare possibile: undiq; enim ita creditoribus providendum est, ut non debitores graventur. §. I. Et absolute creditorem [23] ponimus, antiquas sequentes leges, omnem qui actionem habere contra aliquem potest, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidem contractus consistat: argentariorum [24] quippe sponsionibus propter utilitatem contrahentium in ordine moderno durantibus [25].

EPILOGUS.

† Quæ igitur a nobis pro cautela subjectorum sancita sunt, cognoscens tua eminentia, solemnibus programmatibus & hic & in omni ditione fieri manifesta procuret: ut etiam inter gentes agnoscant subjecti, quanta fuerit nobis pro illorum utilitate providentia. Dat. ante diem 17. Kal. April. Indict. XIII. Consulatu FLAVII BELISARII V. Clarif. 535.

TIT. V.

DE MONACHIS [26].

NOVELLA CONSTIT. V.

Imp. Justin. August. Epiphanio sanctissimo & beatissimo hujus regiæ urbis felicissimæ Archiepiscopo, [& universali patriarchæ].

PRÆFATIO.

COnversationis monachalis vita [27] sic est honesta, sic commendare novit Deo ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam ejus maculam detergat, purum autem declaret, ac rationabili naturæ decentem, & plurima secundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celsiorem [28]. † Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget [29] & divinorum eloquiorum eruditione & conversationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione. † Credimus igitur & nos explanare quod agendum est ab eis, & decertatores eos veros ad sacram viam constituere: & ita nobis intentio præsentis est legis, ut post illa quæ de sanctissimis episcopis sancivimus, & quæ de reverendissimis clericis disposuimus: neque quod monachicum, extra quod competit, relinquamus.

CAP. I.

De monasteriis [30] & eorum ædificatione.

ILlud igitur ante alia dicendum est, ut omni tempore & in omni terra, si quis ædificare venerabile monasterium voluerit, non prius licentiam esse hoc agendi, quam [31] Deo amabilem locorum episcopum advocet: at ille manus extendat ad cœlum, & per orationem locum consecret Deo, figens in eo salutis nostræ signum [32]: (dicimus autem adorandam & honorandam vere crucem) sicque inchoet ædificium: bonum utique quoddam hoc & decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium piæ venerabilium monasteriorum fabricæ fiat.

CAP. II.

De monachismum [33] profitentibus non statim vestiendis.

HInc [34] autem nobis etiam de singulis monachis cogitandum est, quo conveniat fieri modo, & utrum liberos solum, an etiam forte servos: eo quod omnes similiter divina susceperit gratia, prædicans palam, quia quantum ad Dei cultum, non [35] est masculus neque fœmina, neque liber neque servus: omnes enim in Christo unam mercedem percipere. Sancimus ergo, sacras sequentes regulas, eos qui singularem conversationem profitentur, non prompte mox a reverendissimis præsulibus venerabilium monasteriorum habitum percipere monachalem: sed per triennium [36] totum (sive liberi forte sint, sive servi) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes: sed tonsura [37], & veste eorum qui laici vocantur, uti, & manere divina addiscentes eloquia: & reverendissimos eorum abbates requirere [38] eos sive liberi sint, sive servi, & unde eis desiderium vitæ singularis [39] accesserit: & discentes ab eis, quia nulla [40] maligna occasio ad hoc eos adduxit, habere eos inter eos, qui adhuc docentur, atque monentur: & experimento percipere eorum tolerantiam & honestatem, non enim facilis est vitæ mutatio [41], sed cum animæ fit labore. §. I. Et dum triennio toto ita permanserint, optimos semetipsos & tolerabiles aliis monachis & præsuli

fidejussore, *ut hic. Auth. hoc si debit. C. de pign. & Auth. præsente. C. de fidejuss.* Fallit, nisi fidejussor jurejurando interposito promisit pecuniam solutam iri creditori, *cap. ex rescripto, extr. de jurejur.* Si debitor pendente judicio cum creditore rem obligatam alienat: potest enim hoc casu creditor emptorem convenire etiam non discusso principali, *l. distractis. & Auth. hæc ita. C. de pign.* Fallit etiam, si debitor principalis absit, ut & si debitor constituit, se precarii nomine creditoris sui possidere, & condictione ex illa lege agitur, *l. ult. C. de adqu. poss.* Fallit etiam, si certum sit, reum principalem solvendo non esse, *Gl. l. filiusfam.* 14. *ff. si certum. l. decem.* 116. *ff. de verb. obl.* si fidejussor vel possessor conventus discussionis exceptionem non opponit. *Gloss.* Bart. Raph. *in l. si mancipium* 34. *ff. de evict.* si creditor agit adversus commodatarium vel depositarium rei sibi obligatæ, vel si bona debitoris extra territorium vel in castro aliquo sita sint, ut facile creditor in ea experiri non possit: si debitor ita rixosus sit, ut eum facile convenire creditor non possit: si debitor ab uno creditore sit jam discussus: si ex forma statuti solennitate omissa procedi potest. vid. Socin. *regul. Excussio* 134. His adde, quæ scripsi ad *Authent. præsente, C. de fidejussoribus.* 1 Reo principali & fidejussore præsentibus, ille primo loco conveniendus est: post eum, fidejussor. 2 Papiniani laus. 3 Fidejussori datur dilatio ad deducendos reos principaliter obligatos absentes. 4 Fidejussor obligatur subsidiarie. 5 Cedere suas actiones creditor debet fidejussori solventi, adversus reum principalem. 6 Hinc sumpta est Auth. *Sed hodie, C. de obligat. & act.* & Auth. *Hoc si debitor. C. de pign.* Hoc autem constituitur, ut fidejussores, mandatores & sponsores priore loco conveniantur, quam pignorum possessores. 7 Debitores fidejussorum conveniri debent, discusso ipso fidejussore. De beneficio discussionis vid. Ferrariens. *in libello action. hypothec.* 44. *in verb. Except. excussionis* 8. 8 Πρωτότυπον hunc vocant Græci hac Novella & Harmenop. 3. *tit.* 6. 9 Vid. *l.* 41. *ff. de fidejussoribus.* 10 Vid. ad hunc locum Cujac. 8. *obs.* 19. 11 Βεβαιωτὴν, id est, auctorem secundum. *l.* 4. *ff. de evict.* 12 In personalibus actionibus venditor primo: deinde confirmator: postremo detentor conveniendus est. 13 Confirmator βεβαιώτης is spondet evictionis nomine pro venditore: Confirmator venditionis dicitur a Juliano, ut & a Cicerone confirmator pecuniæ. 14 Responsoribus. Responsorem ἀντιφωνητὴν Græci vocant & constitutum, ἀντιφώνησιν, ἐπιφώνησιν. 15 Forsitan 12. tabularum: de quo vid. Cujac. *hic.* 16 Ad verbum extat apud Harmenop. 3. *tit.* 5. §. 97. 17 Hinc sumpta est Auth. *Hoc nisi, C. de solutionib.* 18 Πρόχειρος, hoc est, paratus, Harmenop. *d. loco.* 19 Τὰ κινητὰ, res mobiles. 20 Vid. *l.* 24. *C. de solut.* An aliud pro alio solvi possit, dixi ad *l.* 3. *ff. de reb. cred.* 21 De beneficio cessionis, vid. quæ notavi ad *l. ult. C. de bon. ced.* adde Hotom. 25. *Illustr.* 22 Vid. Novellam 135. *cap.* 1. 23 Creditor quis dicatur, vid. *l.* 10. *ff. de verb. sign.* 24 Vid. *Nov.* 136. 25 Nisi juri suo excussionis, argentariorum causa renunciaverint qui apud eum fidejusserunt vel constituerunt.

26 Adde *Novell.* 123. 27 Laus vitæ monasticæ. 28 Dicam ad *c.* 3. *J. h. t.* 29 Monachus peritus sacrarum scripturarum esse debet. *Nov.* 6. *c.* 4. 30 Vide *Novell.* 131. *c.* 7. 31 Monasterium ignorante episcopo non est ædificandum. adde *Nov.* 131. *c.* 7. 32 Crucem appellat salutis nostræ signum, de qua dixi ad titulum, *Nemini licere signum salvator.* alibi quoque plenius dicemus. 33 *Nov.* 123. *c.* 35. 34 Hinc sumpta est Authentica, *Verum* 38. *C. de episc. & cler.* Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Novissimo lib.* 1. *c.* 4. *num.* 2. *& can. si quis.* 3. *caus.* 17. *quæst.* 2. Ans. 35 *Epist. ad Galat.* 3. *vers.* 28. 36 *Novell.* 123. *c.* 35. 37 Habitus monachalis est tonsura, & vestis diversa a laico. At tonduntur laici per pectinem: monachi strictim. 38 Cur? desperatio interdum facit monachum. 39 Τοῦ μονήρους βίου, vitæ solitariæ. 40 Et merito, ne alioquin monasteria fiant foveæ latronum, §. 1. *ver. si quis igitur.* *J. h. t.* 41 Monachismo capitis deminutionem contingere hinc colligunt: quod Cujacio displicet: nec enim omnis vitæ mutatio, minutio est capitis.

demon-

demonstrantes, hos monachicam promereri vestem atque tonsuram : & sive liberi sint, sine calumnia permanere : sive servi [1], penitus non inquietari, migrantes ad communem omnium (dicimus autem cœlestem) dominum : & arripiantur in libertatem. Nam si multis casibus etiam ex lege hoc fit, & talis quædam libertas datur, quomodo non prævalebit divina gratia talibus eos absolvere vinculis? Si vero intra triennium venerit quispiam, & aliquem horum, qui conversationem professi sunt, trahere tanquam servum voluerit: hoc quod nobis nuper ex Lycia nunciavit Zosimus Deo amabilis, vir famosissimus in conversatione, & prope vicesimum [2] & centesimum ætatis agens annum, pollens autem & animi virtutibus, & corporis operationibus : tanta quædam in eo gratia Dei floret. Si quis igitur (sicut prædiximus) intra triennium veniat aliquem in servitutem trahens volentium, & perdurantium ut fierent monachi, & dicat quoniam abripuit [3] quasdam res, & propterea recurrit ad monasterium : sancimus eum non promte agere, sed primo probare pro veritate, quia servus est, & pro furto forsan, aut vita maligna, aut vitiis pessimis fugerit quidem propter suum vitium, ad monasterium autem venerit: & si quidem verax ostendatur, & apparuerit propter hujusmodi causam, monachicam simulans conversationem, aut propter turpitudinem vitæ forte diffugiens, & non pro veritate sanctimoniæ [4] habitum concupiscens, hunc reddi domino, cum quibus forsan abripuit, si tamen hæ res etiam in monasterio fuerint : eum vero qui dominus approbatur, dare ei jusjurandum [5], *quia nihil mali ei faciet, & suscipere, atque eum reducere* [6] *domum*. §. 2. Si vero is quidem, qui dicit se esse dominum, nihil tale probaverit, & appareat is qui in talibus accusatur, ex ipsa conversatione honestus ac mitis, & forsan testimonium habet aliorum, quod etiam apud dominum consistens disciplinatus fuerit, & honestatis amator: & si nondum forte completum est triennii tempus, attamen etiam sic maneat in venerabili monasterio, trahentium asperitate liberatus. Triennii vero semel expleto [7] tempore, judicatus quia monastica dignus est honestate, maneat in monasterio. Nequaquam enim damus licentiam ulli penitus perscrutari quæ ejus sunt : sed sive liber, sive servus sit, manere eum in conversatione volumus: nam etsi vitium in priori ab eo forte gestum est vita, (humana enim natura quodammodo labitur [8] ad delicta) attamen sufficiat ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum triennalis temporis testimonium : ea vero quæ rapta sunt, etiamsi apud quoscunque inveniantur, modis omnibus reddantur [9] prisco domino. §. 3. Si vero servitii necessitatem effugiens, tentaverit monasterium quidem derelinquere, aliam autem vitæ sectari figuram : licentiam damus domino & trahere [10] eum, & probanti fortunam, inter servos habere : non enim injuriam patietur tantum ad verum servitium tractus, quantum ipse injuriatus est Dei culturam refugiens : & hæc quidem de fortuna horum qui inter monachos profiteri volunt, sancimus.

CAP. III.

Ut monachi communiter [11] *habitent & dormiant.*

Cogitandum vero est quomodo ipsos habitantes & degentes monasticæ philosophiæ [12] certatores [13] dignos esse ostendamus. Volumus enim nullum monasterium sub [14] ditione nostra constitutum, sive plurimorum hominum est, sive paucorum : monachos, qui ibi sunt, divisos ab alterutris esse, & propriis [15] habitationibus uti : sed communiter [16] quidem eos comedere sancimus : dormire vero omnes in communi [17] : unoquoque quidem in propria quadam stratura [18] jacente, in domo vero una collocatos : aut si forte non sufficit ad multitudinem monachorum domus una, in duas forsan aut plures, non tamen seorsum & apud semetipsos, sed in communi, testes alterutris sint honestatis & castitatis : & neque ipsum somnum desidiosum habeant : sed meditantem bonum [19] ornatum, propter increpationem respicientium : nisi tamen quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes [20], vitam remotam habeant in hospitio : (quos vocare *anachoretas* [21], id est discedentes, & *besychastas* [22], id est quiescentes, consueverunt, tanquam a communione ad meliora exceptos) alioqui alios quibuscunque inter multitudinem conversatio est, in iis quæ vocantur cœnobia, id est communi vita, esse volumus : sic enim zelus eis ad virtutem crescit, & maxime juvenibus, si cum senioribus constituantur : fiet enim seniorum [23] conversatio, juventutis educatio perfecta : & sic sint in cænobiis suo proprio abbati obedientes, & traditam sibi conversationem inculpabiliter observantes.

CAP. IV.

De monacho qui monasterium dimiserit [24].

Si quis autem forte semel dedicatus, schemateque potitus, deinde a monasterio discedere [25] voluerit, & privatam fortassis eligere vitam : ipse quidem sciat quam pro hoc dabit Deo satisfactionem : res autem quascunque habuerit dum in monasterium intrabat, eas dominii esse monasterii, & nihil penitus ejiciat.

CAP. V.

De viro vel muliere qui quæve solitariam vitam appetit [26].

Illud quoque decernimus : qui in monasterium introire voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis uti [27] quo voluerit modo. Ingredientem [28] namque simul sequuntur omnino res : licet non expressim, qui introduxerit eas, dixerit : & non erit dominus earum ulterius ullo modo. Si vero filios habuerit, si quidem contigerit jam eum res aliquas donasse eis, aut per antenuptialem donationem, aut per dotis occasionem contulisse, & faciunt hæc quartam ab intestato, ejus substantiæ : nullum in reliquis rebus habeant participium filii : sin autem nihil eis donaverit, aut minus quarta : postquam abrenuntians conversatus fuerit inter monachos [29], nihilominus quarta debeatur filiis, aut supplementum, si contigit eos jam aliquid accepisse, aut etiam quatenus totum eis detur. Si autem uxorem habens, deinde eam relinquens, in monasterium ingrediatur : & dos [30] mulieri servetur, & ex morte pactum, (quod in alia nostra sancivimus constitutione) omnibus, quæ super monachis de his dicta sunt, & in mulieribus in monasterium ingredientibus, valituris.

CAP. VI.

De monacho monasterium dimittente.

Si vero relinquens monasterium, ad quandam veniat militiam, aut ad aliam vitæ figuram : substantia ejus etiam sic in monasterio (secundum quod a nobis prius [31] dictum est) remanente, ipse [32] inter officiales clarissimi provinciæ judicis statuetur : & hunc habebit mutationis fructum, ut qui sacrum ministerium despexerit, tribunalis terreni observet [33] servitium.

CAP. VII.

De monacho qui de uno ad aliud monasterium transit.

Si vero relinquens monasterium, in quo conversationem habuerit, ad aliud transeat monasterium : etiam sic quidem ejus substantia maneat, & vindicetur a priori monasterio, ubi abrenuntians hanc reliquit. Competens autem est reverendissimos Abbates non suscipere eum qui hoc egit. Erronea namque talis est vita monachica, nullatenus tolerantiæ proxima, neque constantis, & persistentis animæ, sed indicium habentis circumlatæ, & aliunde alia requirentis. Ea propter etiam hoc prohibeant Deo amabiles episcopi, & archimandritæ [34] nuncupati, monachicam honestatem secundum regulas sacras conservantes.

CAP. VIII.

Ne monachi uxorem ducant aut concubinam.

Si quis autem monachicam profitentium conversationem meruit clerici ordinationem, maneat etiam sic puram servans conversationem : quod si facti clerici abutantur fiducia, & ad nuptias venire præsumant : quippe in tali gradu constitutus inter clericos, qui ei uxorem [35] ducere permittat : (dicimus autem gradum [36] cantorum, aut lectorum, aliis enim omnibus nuptias secundum sacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas [37] habere, aut luxuriis tradere vitam) excludatur modis omnibus a clero, tanquam priorem conversationem, & solitariam confundens vitam : & privatus ut de cætero : ad militiam quidem, aut ad aliud officium venire non præsumens, nisi voluerit dudum a nobis interminatis subjacere pœnis : ipse autem apud semetipsum degens, & agnoscens qualem pro hoc daturus sit magno [38] Deo satisfactionem.

CAP. IX.

De electione & creatione Abbatis, & ut constitutio sit communis tam monachis quam sanctimonialibus.

Ordinationem vero Abbatum (si quando contigerit egere monasterium abbate) non per [39] ordinem reverendissimorum fieri monachorum, nec omnino eum qui post primum est, mox abbatem fieri : nec qui post illum secundus est, neque tertium, aut reliquos : (hoc quod etiam alia lex nostra dicit) sed Deo amabilem locorum episcopum [40] percurrere quidem consequenter per omnes (non enim exhonorandum est omnino tempus, & ex eo ordo) *& eum qui apparuerit prius optimus* [41] *inter monachos constitutus & dignus præsulatu eorum, hunc eligere*. eo quod humana natura talis est, quod neque omnes per ordinem inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituti quidem sint : sed procedat quidem secundum gradum præcedentis inspectio : qui vero prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas sit, & ordinem simul [42] & virtutem suffragantem habens. Oportet enim eos qui discernunt quod melius est a priore, aliud quidem ad regendum dimittere, aliud vero inclinari jubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere. §. 1. Quæcunque tamen a nobis, in omnibus quæ prius & quæ nunc prolata sunt, sacris nostris constitutionibus sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasteriis, hæc communia ponimus & in masculis & in fœ-

1 Monachismi professione, servi fiunt liberi. 2 Vitam & ætatem Zosimi hujus observa. Vita hominum quousque excurrere possit ex placitis quibusdam philosophorum, vide Plinium 7. *cap.* 49. Trebellius Pollio *in D. Claudio* refert doctissimos mathematicorum adnotasse 120. annos homini ad vivendum datos, neque amplius cuiquam concessum, addit tamen sed falso Mosem solum Dei amicum, ut Judæorum libri loquuntur, 125. annos vixisse : cum 120. tantum annos Mosem vixisse constet, *Deut. ult. vers.* 7. Plinius *dicto loco:* plures enumerat longioris vitæ fuisse. Utique, vitam hominis 70. aut 80. annorum esse, David monet, *Psal.* 90. *vers.* 10. de senectute memorabili, & iis qui diu vixerunt, vid. 8. Valer. 13. Cœlium Rhodiginum 11. *Antiquarum lectionum*, 37. adde *de Macrobiis ex Solino c.* 21. *&* 43. Goth. Adde Cœlium Rhodigin. *antiq. lect. lib.* 20. *c.* 134. Tholosan. *de Republ. lib.* 13. *cap.* 25. *n.* 5. Joann. Noerenberg. *Histor. natural. lib.* 8. *&* 9. Ans. 3 §. *cod. in princ.* 4 Antiquum est pallio sanctitatem mentiri. Salvianus 4. *ad Eccles.* licet de conversorum venerabili choro videaris, licet religionem vestibus simules, licet fidem cingulo adferas, licet sanctitatem pallio mentiaris, non credis. Notum est illud, Habitus non facit monachum, & Plutarchus ὅτι τῷ φιλοσόφυς πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιῶσι, ὅτι ἰσιάκυς ἀλινοστολίαι, vide Cœlium Rhodiginum 5. *c.* 12. 5 Διδόναι τὴν καλυμένην πίστιν. *Scrimg.* Gal. *donner la foy & sauf conduit*. 6 Confer epistolam ad Philemonem. vid. *Nov.* 123. *c.* 35. 7 Leo in abrogat *Novell.* 10. 8 Hinc illud Poëtæ, ut, vitiis sine nemo Nascitur : &, Acclivis falsis animus meliora recusat: & alibi, de puero, Cereus in vitium flecti. 9 Rerum furtivarum possessio, raptori deneganda. 10 Servus desertor monasterii, recidit in priorem servitutem. 11 *Novell.* 123. *cap.* 36. 12 Φιλοσοφία μοναχική. 13 Αγωνιστὰς. 14 Edicta Imperatorum non obtinent extra territorium. *l.* 1. *Cod. de summa Trinit.*

15 Monachorum una domus, una cœnatio, unum cubiculum. 16 Id est, eodem cœnaculo, *Novell.* 135. 17 Id est, eodem cubiculo. 18 Id est, lecto. 19 Ἀκοσμίαν. 20 Legendum ita est : degentes vitam ἰδιάζον ἔχειν οἰκημάτιον, peculiarem habeant domunculam. Goth. Adde *Nov.* 133. *c.* 2. *& Nov.* 123. *c.* 36. *in pr.* Ans. 21 Heremitæ diversi a Monachis. 22 A quibus ἡσυχαστήρια, diversa a monasteriis. Hujusmodi philosophos Aristoteles ait, aut bestias esse aut deos, 1. *Politic.* vid. Cujac. *hic*. 23 Seniorum conversatio juventuti prodest. 24 Adde *Nov.* 123. *c.* 40. 25 Pœnam monachi desertoris observa. 26 Vid. *Nov.* 123. *c.* 42. 27 Testari ante monachismum, quis de suis bonis potest. 28 Hinc sumpta est Authentica, *Ingressi*, *C. de SS eccles.* & Authentica, *Nunc autem*, *C. de episcop.* adde *Nov.* 123. *c.* 38. 29 De quo vid. *l.* 30. *C. de inoff. test.* 30 *l.* 56. *C. de episcop.* vid. *Nov. Leonis* 5. 31 *l.* 4. 2. *supr. h. t.* 32 *l.* 53. §. 1. *Cod. de episcopis & clericis.* adde *Novellam* 57. J. *h. t.* 33 Hodie revocatur ad monachismum, *Novell. Leonis* 8. 34 Archimandritæ qui, dixi ad *l.* 7. §. 2. *C. de summa Trinitate.* Epiphanius *in Panario* interpretatur monasteriorum patres. vid. Ferrandum 2. *Explicationum* 36. 35 Monachis non licet uxores ducere. Quid si clerici facti sint? hoc enim quondam eis licuit, quibusdam præsertim locis, licet constitutionibus & canonibus solis lectoribus & cantoribus ea facultas postea permissa, uxores ducere non possunt. 36 *Nov.* 22. *c.* 42. 37 *Nov.* 123. *c.* 29. 38 Pœna igitur civili non adficitur monachus, qui uxorem duxerit. 39 Ad abbatias non semper promovendi seniores ex monachis. vide *Novell.* 123. *c.* 34. 40 Abbates eliguntur ab episcopo. 41 Non qui senior, sed qui melior, eligendus. 42 Is, in quem ætas & virtus simul concurrunt, cæteris præfertur.

minis,

minis, & monasteriis & asceteriis, non discernentes quantum ad istos masculum aut fœminam: eo quod sicut prædiximus, unum omnia in Christo consistant.

EPILOGUS.

† Hæc igitur omnia sanctissimi Patriarchæ sub se constitutis Deo amabilibus Metropolitis manifesta faciant: at illi subjectis sibi Deo amabilibus Episcopis declarent: & illi monasteriis Dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant: quatenus per omnia Domini cultura maneat undique incorrupta. Imminebunt enim maximæ pœnæ ista transgredientibus: dicimus autem de [1] cœlo: quas necesse est rectorum dogmatum contemptoribus imminere. Et nostræ si quidem reipublicæ judices, si hæc eis nuncientur, omnibus studeant modis, ea quæ sacris [2] regulis continentur, quas nostra sequitur lex, ad effectum perduci procurare. Nam nec illos deserit pœna hæc negligentes. Quapropter sequentem hæc tuam sanctitatem decet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitanis hæc facere manifesta. Dat. 14. Kal. April. *Constantinop.* BELISARIO viro clarissimo CONS. 535. [3].

TIT. VI.

QUOMODO OPORTEAT EPISCOPOS [4] ET RELIQUOS CLERICOS AD ORDINATIONEM ADDUCI, ET DE EXPENSIS ECCLESIARUM.

NOVELLA CONSTIT. VI.

Imp. Justin. August. Epiphanio Archiepiscopo & Patriarchæ Constantinopolitano.

PRÆFATIO.

MAxima quidem in hominibus sunt dona Dei a superna collata clementia, *sacerdotium* [5], *& imperium*: & illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis præsidens ac diligentiam exhibens: ex [6] uno eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas: cum utique & pro illis ipsi semper Deo supplicent [7]. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique, & apud Deum fiducia plenum: imperium autem recte & competenter exornet traditam rempublicam, erit consonantia quædam bona, omne quicquid utile est humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis bona dabuntur a Deo, & ea quæ sunt, firma habebimus, & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus. † *Bene autem universa geruntur & competenter, si rei principium* [8] *fiat decens & amabile Deo.* Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam justi & laudandi & adorandi inspectores [9] & ministri Dei verbi tradiderunt apostoli, & sancti patres custodierunt & explanaverunt.

CAP. I.

De episcopi ordinandi moribus, vita, honestate, & fortuna.

SAncimus igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequenti omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius ejus vitam [10] secundum sanctum Apostolum, si honesta [11] & inculpabilis, & undique irreprehensibilis sit, & in bonis testimonium [12] habeat, & sacerdotem decens. §. 1. Et neque ex officiali aut ex curiali [13] veniat fortuna: nisi tamen ex novella ætate (secundum quod jam dispositum [14] est) in monasterio constitutus fortuna liberetur: quartam tamen prius substantiæ reddens curiæ. §. 2. Neque enim idiota [15], neque ex iis qui vocantur laici [16] existens, ita mox ad episcopatum ascendat: nec imaginariam suscipiat ordinationem: tanquam modo [17] quidem idiota, mox autem clericus, deinde parvum aliquod tempus præteriens, episcopus appareat. §. 3. Et neque uxori [alii] copulatus: sed aut in virginitate degens a principio, aut uxorem quidem habens, ex virginitate autem ad eum venientem, & non viduam neque sejunctam a viro, neque concubinam. §. 4. Neque [18] filios aut nepotes habens neque cognitos legi, neque illi odibiles: alioqui qui præter hoc aliquid agit: & ipse cadet sacerdotio: & qui eum ordinat, foris episcopatum sectabitur, hanc legem offendens. §. 5. Sed neque [19] pecuniis oportere emere sacerdotium ei permittimus: solum vero eum respicere Domini Dei culturam volumus: & non plurimis humanis cogitationibus distrahi.

§. 6. Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum, ad episcopatum accedat. §. 7. Prius autem aut monachicam [20] vitam professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohærens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super Deo amabilibus episcopis quærimus: sicut etiam prius duabus nostris constitutionibus hoc sancitum est: per quas dudum cohærentes uxoribus, non perscrutamur, omne præteritum relinquentes, de cætero autem nulli permittentes a positione legis uxorem habenti, talem imponi ordinationem: quam legem etiam nunc renovamus: ne forte, si præter hoc aliquid fiat: & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus, aut ex monachis [21] aut ex clericis [22] sit, etiam in hujusmodi vita testimonii boni, vita bonus & honestus, & gloria fruens bona: & hoc fundamentum pontificatus deponens suæ animæ. §. 8. Sed etiam sic eum constitutum, & ad episcopatum præparatum, competens est venerabiles & undique probatas legere [23] regulas ante ordinationem, quas [24] recta & inviolata nostra suscipit fides, & catholica Dei apostolicaque disposuit & tradidit ecclesia: & dum ex frequenti earum lectione transierit qui ad ordinationem deducitur, tunc is qui ordinationem impositurus est, interroget [25] eum si sufficiens est custodire & agere quæ sacræ regulæ sancierunt. Et si quidem ille declaraverit & dixerit præcepta sacrarum regularum non se valere servare: nullo modo ei ordinationem imponi: si vero susceperit, & dixerit, quia quantum homini est possibile, complebit hæc quæ his continentur, tunc monere eum, & dicere, quia nisi hæc observaverit, & a Deo alienus erit, & cadet a jam dato honore: & neque civiles leges delictum inultum relinquent: eo quod a præcedentibus nos imperatoribus, & a nobis ipsis recte dictum est, oportere sacras [26] regulas pro legibus valere: & si etiam sic permanserit causam amplectens: tunc super his professionibus unumquemque sacram suscipere episcopatus ordinationem. §. 9. Et hanc non [27] pecuniis emere, neque per [28] rerum aliquarum dationem suscipere, sed puram percipere, & sine mercede, & tanquam a Deo datam. Nam si etiam alia omnia habeat utilia [29] quæ prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum etiam emisse, sciat [30] se & ab episcopatu casurum, & hoc munus retributurum ordinanti: ut & ille episcopatum amittat, & a clero cadat: & utrique causa talem præstet retributionem, ut & hic quidem non adipiscatur quæ sperabat, ille autem etiam quæ habebat, amittat: verumtamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis, sanctissimæ assignandis [31] ecclesiæ, sive episcopus sit accipiens, & propterea a sacerdotio cadens, sive etiam quilibet alius in clero constitutorum; nam & illi æquam imponimus pœnam: ut ab ordine quem inter sacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurum, aut res quæ ordinationis occasione datæ sunt, injuriam passæ quantum ad ipsum ecclesiæ. Si quis autem extraneorum sit, & non in clero constitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit: & maxime si administrationem aliquam gerat, habebit quidem ipse a Deo pœnam, & succedent ei de cœlo supplicia, verumtamen etiam illud quod datum est totum ablatum ab eo, sanctissimæ ecclesiæ omnibus reddatur modis in duplum. Insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, & perpetuo exilio [32] condemnetur. Illud quoque sciat aperte qui pecuniis aut rebus aliis emerit præsulatum: quia si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat: non solum cadat episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo, presbyterii forsitan, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, ut pote decentia indigne concupiscens: & omni sacerdotali excludetur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum qui imponit eam illi, coram [33] omni fideli populo sanctissimæ ecclesiæ hæc omnia prædicere, ut agnoscens eum omnia quæ prius dicta sunt a nobis habere, ad sacram eum deducat ordinationem, ut etiam ille coram omnibus hæc audiens, non solum habeat Dei timorem, sed etiam coram omnibus denuntiationem, & professionem erubescat. §. 10. Si quis autem talis quidem esse putetur, & ad episcopatus ordinationem transeat, contradicat autem aliquis atque dicat [34] *conscium se esse alicujus illicitorum ejus*: non prius mereatur episcopatus ordinationem quam examinatio querimoniarum fiat, & appareat undique innoxius. Quod si etiam post hujusmodi contradictionem, non passus is qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causæ, currat ad ordinationem: sciat, quod ab eo fit, pro nihilo esse; sed & is qui contra legem facit, cadat [35] sacerdotio: & qui sine probatione imponit ordinationem, & ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali, reus autem erit Deo, qui præcipue omnium quærit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator [36], aut in ipso principio, neque in examinatione persistere confidat; segreget istum in perpetuum [37] a sacra communione is qui ordinationem facere vult: ut non ipsa falsitas [38] impunita sit. *Sicut enim bonam gloriam in eo qui ordinandus est, quærimus: ita etiam calumniam* [39] *in eo qui frustra accusavit, punimus.* Si vero nemo accusaverit omnino, aut in totum denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare (sicut prædiximus) non valuerit accusationem veram: tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoscit præceptorum, & non incurrit ad vitam impunitam hujusmodi eruditus animo, verbo, & opere corporis, & sapientia.

CAP. II.

Ne episcopus ultra annum extra ecclesiam suam degat.

ET illud etiam definimus, *Ut nemo Deo amabilium episcoporum, foris* [40] *a sua ecclesia plus quam per totum annum deesse audeat: nisi* [41] *hoc per imperialem fiat jussionem*: (tunc enim solum erit inculpabile,) sacratissimis patriarchis uniuscujusque [42] diœceseos [43] compellentibus Deo amabiles episcopos suis inhærere sanctissimis ecclesiis: & non longo itinere separari, neque in peregrinis demorari velle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neque annum

1 Legibus familiare est, pœnas cœlestes religiosis personis proponere. Perjurii pœna ita divina dicitur. Cicero *de legibus*, & perjurium satis habere Deum vindicem, *l.* 2. *C. de reb. cred.* 2 Constitutiones de rebus sacris intelligit. 3 Σχὼν verti debuit, qui habuit. 4 Καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄῤῥενας καὶ θηλείας καὶ ποῖα ἐπιτίμια τῶν παραβαινόντων τὸν τύπον τῆς διατάξεως. 5 Sacerdotium & imperium, maxima dona Dei. 6 Fiscum Ecclesiæ comparari ex hoc loco quidam colligunt. 7 Munus sacerdotum. 8 Principio finis respondet. Quale principium, talis finis. Malo inchoata principio, non præsumuntur bonum exitum sortiri. *l.* 11. *C. qui dare tutores.* De qua præsumptione, vide Alciat. 2. *præsumpt.* 32. 9 Αὐτόπται καὶ ὑπηρέται. *Lucas* 1, 2. 10 In vitam & mores eligendi episcopi inquirere primum oportet, *Nov.* 123. *cap.* 1. 11 2. *Tim.* 3. *vers.* 2. *l.* 42. *C. de episc. l.* 43. *C. de episc. & cler.* 12 *d. l.* 42. 2. *Tim.* 3. *vers.* 7. 13 *Dist.* 51. 53. 14 *l.* 53. *C. de episcopis.* 15 Ἐξ ἰδιωτικοῦ, *Scring.* adde 1. *Cor.* 14. *vers.* 16. 16 Plebeji, mundani, *distinct.* 61. seculares. *l.* 56. *Cod. de episc. Nov.* 137. *cap.* 6. 1. *ad Corinth.* 14. *vers.* 16. ἰδιῶται 2. *Eclog.* 3. *cap.* 171. & 6. *Harmen.* 2. §. 34. sic privati opponuntur magistratibus *in l.* 176. *ff. de reg. jur.* 17 Vide quæ dicam ad *Nov.* 137. *cap.* 1. adde quæ dixi ad *l.* 1. §. 2. *ff. de injuriis. l.* 53. *C. de episc.* 18 *l.* 42. §. 1. *C. de episcop.* 1. *ad Tim.* 1. *vers.* 6. vide *Novell. Leonis* 2. 19 Simonia prohibita *Novell.* 123. *cap.* 2. *l.* 29. *C. de episcop.* & 1. *quæst. l.* 11. *ff. de pollicit.* 20 Qui uxorem habet, vetatur fieri & esse episcopus, *ut hic:* facit 1. *Timot.* 3. *vers.* 2. & *cap.* 2. 4. *vers.* 3. 1. *C. ad Tit.* 1. *vers.* 6. *can.* 50. *Apostol.* 21 Episcopi ex monachis ut sæpius electi. 22 Episcopus aut ex monachorum aut clericorum grege eligitur. 23 Legere episcopus antiquas ordinationes, & canones ecclesiasticos debet. 24 *l.* 6. *supr. de sacros. eccles.* 25 Episcopus eligendus interrogatur, si se sentiat idoneum & capacem ad canones Ecclesiæ servandos. 26 Sacri canones pro legibus valent. 27 §. 5. *supr. hic.* 28 Nihil interest sacerdotium ematur, aut emptionis vice detur aliquid. 29 Pœna ambitus ecclesiastici. 30 Multæ episcoporum ad Ecclesiam deferuntur. 31 Injusti episcopi a pœnis corporalibus non sunt immunes. 32 Ordinatio episcopi fit coram omni populo. 33 Eligendus episcopus, accusari potest, & in ejus mores inquiritur. Alexander Severus, apud Lampridium dicebat, Grave esse, cum id Christiani & Judæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non id fieri in provinciarum præsidibus, quibus & fortunæ hominum & capita committerentur. 34 Pendente accusatione, nemo episcopus eligi potest. *Nov.* 23. *c.* 2. 35 Pœna injuste ordinantis episcopum. 36 Pœna calumniantis episcopum. 37 In perpetuum a sacra communione olim quidam privati. 38 Falsum committit qui injuste accusat. 39 Calumniator punitur. 40 Episcopus a sua Ecclesia abesse plus anno non potest. *Nov.* 67. *c.* 3. *Nov.* 123. *c.* 9. *l.* 43. *C. de episc.* 41 Princeps dispensare potest episcopum, ne in Ecclesia resideat: & sic Episcopus regis sui jussu negotia reipublicæ tractare potest. Balsa. *Chalcedon. synops. cap.* 4. 42 Patriarchæ singulis diœcesibus olim fuerunt. 43 Diœcesis, regio. T. *eod.*

excedere

excedere, quem & ipsum propter misericordiam constituimus. Si vero ultra annum erraverit & dereliquerit, & non ad episcopatum remeaverit proprium, neque imperialis aliqua eum (sicut prædiximus) detineat jussio: tunc si quidem sit metropolita [1], circa ecclesiasticam dispositionem segregatum, regionis illius patriarcha revocet quidem cum legitimis inclamationibus, servans ubique sacrarum regularum observationem. Si vero maneat per omnia inobediens, expellatur a sacro episcoporum choro: & alium introducat hujusmodi reverentia & verecundia & honestate dignum. Si vero non metropolita, sed aliorum episcoporum aliquis sit, qui erraverit: hæc omnia a [2] metropolita fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea quod litium causas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, & hic constituti adhærent, aut in aliis veniunt locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine, quam necesse est episcopum habere, ministeria lustrent peregre, & expendant, & neque ullum sanctissimis ecclesiis lucrum, neque ullum præbere juvamen, neque secundum quod decet sacerdotem proprium habere habitum. præsertim cum liceat, si quædam sint lites forte sanctissimis ecclesiis, propter quas has occasiones afferunt: hoc per [3] eos qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisiarios aut œconomos movere, & petitiones ad imperium dirigere: impetrare autem sperata. Propterea sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos qui res agunt sacrarum ecclesiarum, (quos apocrisiarios [4] vocant) aut per aliquos clericos huc destinatos, aut œconomos suos, notam imperio facere, aut nostris administratoribus, ut impetrent quod competens est: & non hoc Deo amabilibus episcopis erroris & absentiæ, & sanctissimis ecclesiis læsionis occasionem fieri, tam in provincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quam etiam hic expensis multis ab ipsis factis, nec non peregre habitatione non habili constituta, & undique causa nullum juvamen, magis autem læsionem, ecclesiis sanctissimis inferente.

CAP. III.

Ne episcopi ad comitatum Principis accedant absque systaticis literis.

NOn [5] autem aliter aliquem Deo amabilium episcoporum præsumere dirigere se ad hanc felicissimam civitatem, prius quam (si quidem episcopus sit) literas [6] acceperit proprii Metropolitæ ad imperium [7]: & quæ secundum divinas regulas *probabilia* [8] vocantur testimonium perhibentia necessitatis ejus præsentiæ. Si vero Metropolita [9] sit qui proficisci vult: literas sumat ejusdem diœceseos Patriarchæ, ejus præsentiam necessariam esse dicentes: & sic oportere imperatorem jubere hunc præsentari, & non temere & sine conscientia Metropolitarum aut Patriarcharum proficisci, pro eo quod hoc divinis interdictum est regulis [10]: ut huc advenientes non præsumant per semetipsos *se prius pronunciare ad imperium:* sed primitus aut ad Deo amabilem patriarcham proficisci, aut ad uniuscujusque diœceseos ex qua sunt, Apocrisiarios: & cum ipsis conferant causas propter quas venerunt, & ingredi ad imperium ejus, & deinceps imperiali perfrui aspectu. mox quam imperanti astiterint, liceat quidem petentibus episcopis, aut per eos qui vocantur Referendarii [11] sanctissimæ majoris ecclesiæ, aut per religiosos Apocrisiarios cujusque diœceseos sanctissimorum Patriarcharum, suggerere se imperio, & promereri responsum celeriter, ita ut si aut justa ab imperio petierint, hæc accipiant: aut si non justa quærunt, velociter revertantur unde profecti sunt.

SECUNDA PARS LEGIS.

CAP. IV.

De clericis, quales eligendi sint.

HÆc autem de Deo amabilibus episcopis secundum divinas constituentes regulas, & religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundum divinas regulas, & boni testimonii viros ordinari sancimus, literas omnino scientes, & eruditos constitutos. † Litteras [12] enim ignorantes, omnino nolumus, nequeunum ordinem suscipere, clericorum videlicet, presbyterorum, & diaconorum tam sacras orationes docentium [13], quam ecclesiarum & [14] canonum legentium [15] libros: ordinationem sine querela & inculpabilem & sine aliqua contradictione & datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Neque autem eos volumus omnino officiales [16] aut curiales constitutos suscipere ordinationem, nisi secundum leges, quas super his posuimus pridem, quas & hic nunc confirmamus: ipsos autem ordinatos sacra præcepta in conspectu totius populi suscipere, propter has ipsas causas. propter quas hoc ipsum agi etiam super Deo amabilibus episcopis sancivimus [17].

CAP. V.

NEque autem secundas [18] habentem aut eum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum aut presbyterum, neque si mulieri conjungatur sejunctæ, & proprium virum derelinquenti: sed neque si concubinam habeat, sed & [19] ipsam uxorem, si cum castitate & ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate [20] viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris virum, qui vel fuerit, vel [21] sit, & ipsam castitatem eligentem, primum principium & fundamentum manifestum secundum divinas regulas & residuæ virtutis constitutam. Si autem aliquis presbyter aut diaconus aut subdiaconus postea ducat uxorem aut concubinam, aut palam, aut occulte, sacro statim cadat [22] ordine, & deinceps idiota sit. Quod si & lector secundam ducat uxorem propter quædam, & hoc fortan irrecusabili necessitate, nullatenus [23] ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu majori in Sacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuo: sed non ad tertias veniat nuptias, satis est enim si ad secundas. Si vero aliquid tale egerit, & ad secundas veniens nuptias, ad majorem gradum venire festinaverit: exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadens. Pudice etenim nobis per omnia pertinet vivere. Si enim tales constituti ii qui in clero adducuntur ordinentur: facilis eis ad episcopatum ascensus [24] erit: & ex multis bonis viris facilius invenientur, qui adducantur ad primum gradum sacerdotii digni.

CAP. VI.

De diaconissis minoribus quinquaginta annis non ordinandis.

QUanta igitur super venerabiles clericos a nobis dicta sunt, hæc etiam super Deo amabilibus diaconissis agi volumus, ut neque ipsæ citra observantiam fiant, sed primum quidem eis ætatem neque novellam esse neque crescentem, neque ex hac ad delinquendum salientem: sed super mediam constitutas ætatem, & circa quinquaginta [25] annos secundum divinas [26] regulas agentes: sicque sacram promereri ordinationem: & aut virgines constitutas, aut unius viri quæ fuerant uxores: non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque vitam non habentibus, ut dicimus, irreprehensibilem, sed nec suspectam omnino, ad sacrum venire ministerium [27], & adorandis ministrare baptismatibus [28], & aliis adesse secretis, quæ in venerabilibus ministeriis per eas rite aguntur. Si vero quædam necessitas [29] fiat, & minorem hac ætate quam diximus ordinari diaconissam contigerit: liceat eam in aliquo venerabilium asceteriorum [30] ordinari, & in illo habitare. Nequaquam viris admixta constituta sit: neque suo arbitrio habitans: sed vitæ separatæ, & mediocris, & a convenienti multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem & ipsas quæ ad ordinationem perducuntur diaconissas, sive ex viduitate, sive ex virginitate, non cum aliquo cohærentes aut cognatorum, aut eorum quos appellant dilectos [31]: (talibus enim nominibus utentes, maligna suspicione suam replent vitam) sed aut solæ habitent, aut cum parentibus solis & filiis aut vere fratribus: aut iis cohærere, de quibus si quis suspicari aliquid præsumpserit malignum, ipse insipiens simul & impius forsan putabitur. Et si dicatur tale aliquid de aliqua earum quæ in diaconissarum ordinationem ingredi vult, quod alicui cohæserit sub imagine quidem bonæ appellationis, maligna vero suspicione: non oportet hujusmodi mulierem perduci omnino ad ordinationem diaconiæ. Nam si ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohæserit alicui cum prædicto nomine aut schemate, cadet quidem a diaconia: & ipsa & ille subjecti erunt huic legi & reliquis quæ corruptores puniunt. Oportet enim omnes quæ ordinantur venerabiles diaconissas, tempore ordinationis & moneri, & sacrorum audire mandatorum præcepta coram reliquis quæ dudum sunt venerabiles diaconissæ: ut & ipsæ Dei timorem habeant, & adhærentem sacris mandatis fiduciam: timere autem & confundi sacro cadere ordine: scituras, quod si præsumpserint aut erubescentes ordinationem, aut derelinquentes sacrum ministerium ad nuptias venerint, aut aliam omnino elegerint vitam: ipsæ quidem obligatæ efficientur morti [32]: & substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesiis aut monasteriis in quibus sunt. Qui vero eas aut uxores accipere aut corrumpere præsumpserint, obnoxii quidem & ipsi gladio [33] erunt: substantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim [34] in antiquis legibus, virginibus [35] illis, quæ in eorum errorem vocabantur, mortis [36] incumbebat damnum corruptis: quomodo non magis nos in iis quæ a Deo glorificantur, definimus, pudicitiam (quæ quam maxime mulieres exornat) conservari volentes, quam diligentissime a venerabilibus diaconissis, ut quod decet naturæ, custodiant, & quod debetur sacerdotio, conservent?

CAP. VII.

De clericis in aliam vitæ formam transeuntibus.

SEmel autem secundum hoc factos diaconos [37] aut presbyteros, nullo modo derelinquere sacerdotium. quod non solum in presbytero & diacono sancimus, sed etiam si subdiaconus aut forte lector fiat aliquis, hunc relinquere pristinum schema, & ad alteram migrare vitam: scientem, quia si tale aliquid egerit, (secundum quod a nobis jam sancitum est) aut in curiam cum substantia, aut sub inopia degens, ad officialem deponetur fortunam.

TERTIA PARS LEGIS.

CAP. VIII.

De expensis ecclesiarum, & clericorum multitudine non facienda.

SEd neque effusas [38] competit fieri de cætero reverendissimorum clericorum ordinationes, quod enim hactenus gestum est, licet corrigi oporteret,

1 Metropolitani subsunt Patriarchæ. 2 Metropolitano subsunt episcopi. 3 Litis ecclesiasticæ obtentu, episcopus suam ecclesiam relinquere non debet, sed causam suam movet vel per clericos, vel apocrisiarios, vel œconomos. 4 Ἀποκρισιάριος, id est, Adresponsus. *Nov.* 24. *cap.* 4. *Nov.* 25. *cap.* 1. *in fin. Nov.* 123. *c.* 25. 5 *Nov.* 123. *c.* 9. 6 Testimoniales. 7 Id est, ad comitatum principis. 8 Συςατικὰ καλέμενα. *Scrimg.* Dividuntur epistolæ canonicæ in συςατικὰς & εἰρηνικάς. Systaticis epistolis, separati a communione, ignoti, suspecti, rei postulati, absoluti declarantur. Eædem *formulæ* dicuntur *Carthag. synod. c.* 23. ut formulares aut potius formulas epistolæ. Suetonius *in Domitiano c.* 13. Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam sic cœpit: Dominus & Deus noster sic fieri jubet. Idem Sueton. *ib. cap.* 20. Epistolas, orationes, & edicta alieno formabat ingenio. unde constat formales epistolas fuisse de re majori & de consilii sententia scribi solitas: & in eo differre a privatis. Possis & συςατικὰς commendatitias appellare. Hæ autem ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι, quasi pacis arbitræ, dant commeatus & proficiscendi licentiam episcopis in comitatum principis vel clericis in aliam civitatem euntibus. vid. *Chalced. cap.* 2. *Antioch. c.* 7. *& Synod. in Trullo. c.* 17. vid. Cujac. *hic.* adde Gerardum Rodolphum de literis Canonicis formatis, pacificis, commendatitiis & dimissoriis. 9 Episcoporum gradus observa. Episcopi metropolitani, patriarchæ, sive Archiepiscopi. Episcopi licentiam ad commeatum imperatoris proficiscendi petunt a Metropolitano: Metropolitani a Patriarcha. 10 Legendum est, *& huc.* ut sit sensus: Cum huc pervenerint, ne causam suam primum per seipsi in regiam deferant, sed prius Patriarcham aut suæ regionis Apocrisiarios conveniant, & de rebus, ob quas venerint, cum illis communicent. 11 Referendarii ecclesiarum majorum destinati erant ad majoris ecclesiæ negotia principi referenda. De referendariis principum dicam ad *Nov.* 10. 12 *Nov.* 5. *Nov.* 123. *c.* 12. Ignari revocantur ab ordine clericali. 13 Sacerdotes, diaconos, cantores innuit & Psaltas. 14 Intelligit, ut opinor, libros, qui *apocryphi* dicuntur. utrosque in ecclesia lectos fuisse hinc apparet. 15 Lectoris munus observa. 16 *C.* 1. §. 1. *supr. h. t.* 17 *C.* 1. §. *ult. supr. h. t.* 18 Hinc sumpta est Authentica, *Episcopi. C de episcop. & cler.* Goth. Adde *Nov.* 22. *c.* 42. Ans. 19 *Nov.* 123. *c.* 12. 20 Id est, sed saltem. 21 Maritus diaconus & presbyter esse potest. 2. *ad Tim.* 3. *vers.* 11. 12. 22 Presbyteri & diaconi, & subdiaconi uxorem ducere non possunt. Si duxerint, non est irritum matrimonium: privantur tamen ordine Ecclesiastico. 23 Pœna lectoris binubi. 24 Ex clericatu ascenditur ad episcopatum. facit 2. *ad Timoth. eod.* 25 Dixi ad *l.* 9. *C. de episc.* 26 Vid. 1. *ad Timoth.* 5. *vers* 9. hodie 40. ex Novella 123. c. 13. 27 Diaconissæ, sacro mysterio deputatæ. 28 Diaconissæ ministrant baptismatibus, & aliis quibusdam secretis. 29 *l.* 11. §. 2. *ff. de muneribus.* 30 Asceteria, diversa sunt a monasteriis. 31 Τῶν ἀγαπητῶν, dixi ad *l.* 19. *Cod. de sacros. eccles.* 32 Diaconissas capitale est nubere. 33 Pœna diaconissam ducentis. 34 Argumentum a minore ad majus observa. 35 Vestales intelligit, id est, Vestæ virgines, vel Junonis Achaicæ, Dianæ Scythicæ, Apollinis Pythii, Apidis seu bovis Ægyptii: de quibus vide Tertullianum in libro de Monogamia, ubi plus satis Montanisat: erit exemplo sequens sententia: Unum matrimonium novimus, sicut unum Deum. 36 Vivæ defodiebantur. Cur? vide Plutarchum Romanis *c.* 96. 37 Diaconi, presbyteri, subdiaconi, lectores, in laicos transformari impune non possunt. *Novell.* 5. *c.* 7. 38 *Novell.* 16.

attamen propter tempus finimus: de cætero autem non propter hoc fieri, neque ad damnum sanctissimarum ecclesiarum venire sancimus. Quæcunque igitur oportebat de tali modo in sanctissima majore ecclesia hujus nostræ regiæ civitatis, & sub ea constitutis sanctissimis ecclesiis, & aliis quæ hic sunt, fieri, hac speciali lege complexi sumus. In omnibus autem quæ foris sunt locis, sancimus, si quis cum constituerit ab initio & ædificaverit ecclesiam, definivit ordinationum mensuram, tanquam secundum eam expensas constituens: non prius ordinari quemquam in eadem ecclesia, nisi ad numerum a principio definitum ejus mensura redigatur [1]. Si vero hoc non fecerit, ipsa vero civitatis ecclesia ministrat emolumenta & sibi & aliis ecclesiis: tunc non promptum sit augere illic clericos, neque [2] propter aliquas forte compassiones aut beneficia ex hoc eam sumptibus [3] prægravare (non sunt enim hæc pia neque sacerdotibus digna) sed ex quibus Dominus dederit Deus, ex iis quæ possibilia sunt administrare, aut antiquam [4] conservare consuetudinem, nihil penitus innovantem. Unde competit Deo amabiles patriarchas & metropolitas hujus habere providentiam: & eos quidem, qui hactenus sunt, sinere in schemate in quo sunt clericos: metiri vero uniuscujusque ecclesiæ virtutem: & ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se constitutas ecclesias ordinare, & metropolitas hoc ipsum a sanctissimis patriarchis commonitos facere, illos autem alios omnes sub se positos episcopos ad mensuram hanc deducere: & studere non [5] ultra expensas facere clericorum ordinationes, scimus enim quantæ sanctissimæ ecclesiæ propter hanc ordinationem, & alterius expensæ effusionem, inopes factæ sunt. Et quia aliquas earum, vix quidem, tamen liberavimus: quædam vero adhuc oneratæ jacent, ex tali relevari angustia non valentes: ideo hoc provideant sanctissimi patriarchæ, & metropolitæ & reliqui Deo amabiles episcopi, ut & nos, quæ ab eis aguntur discentes, approbemus eos qui nostram legem in literis positam, apud semetipsos ostenderunt operibus adimpleri.

EPILOGUS.

† Quæ igitur a nobis sancita sunt, & sacrum ordinem statumque custodiunt secundum sacrarum regularum observationem & virtutem, de cætero conservent perpetuo integra & sanctissimi patriarchæ unicujusque diœcesis, & Deo amabiles Metropolitæ, & reliqui reverendissimi Episcopi atque clerici, ubique Dei culturam & sacram disciplinam custodientes inviolatam, pœna imminente hæc prævaricanti, quo penitus alienus sit a Deo, & imposito sibi sacerdotii ordine: nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam vero universis [6] damus, cujuscunque sint officii vel conversationis, respicientibus aliquid horum prævaricari, nuntiare nobis, *& ad imperium quod semper est*: ut nos, qui hæc secundum sacrarum regularum explanationem apostolicamque traditionem constituimus, decentem etiam indignationem prævaricantibus inferamus, etiam his videlicet quæ sancita a nobis sunt, de hereditatibus Deo amabilium episcoporum custodiendis. §. 1. Sanctissimi siquidem patriarchæ uniuscujusque diœcesis hæc proponant in ecclesiis sub se constitutis, & manifesta faciant Deo amabilibus metropolitis, quæ a nobis constituta sunt. Illi quoque rursus etiam proponant ipsi ea in metropolitana sanctissima ecclesia, & constitutis sub se episcopis [7] hæc manifesta faciant: illorum vero singuli in propria ecclesia hæc proponant: ut nullus nostræ reipublicæ ignoret, quæ a nobis ad honorem & ad augmentum Magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi disposita sunt. Insuper sequens hæc tua sanctitas omnibus qui sub ea sunt metropolitis sanctissimis hæc faciat manifesta universo tempore contrahenda. §. 2. Scripta exemplaria [8] sanctissimo Archiepiscopo Alexandriæ, Æphremio sanctissimo Archiepiscopo Theopolitano [9]: scripta exemplaria Petro sanctissimo episcopo Hierosolymorum: scripta exemplaria Joanni viro gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum secundo exconsuli, & patricio: [Dominico gloriosissimo præfecto prætoriorum Illyrici.] *Cui etiam hoc adjectum est:*

Et tua quoque celsitudo hæc sciens, una cum semper suscepturis sedem tuam, hæc servare festinet, & si denunciatum fuerit aliquod tale edictum, prohibeat, & maxime quæcumque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta sunt. Nuntiet autem etiam nobis, ut decens super eis imponatur correctio. Utatur quoque præceptis ad clarissimos provinciarum judices: ut & ipsi quæ fiunt inspicientes, non permittant aliquid extra hoc quod a nobis constitutum est fieri. Imminebit enim eis pœna quinque librarum auri, si quidem & ipsi prævaricari videntes non denuntiaverint aut sedi tuæ, aut imperio: ut undique decens ornatus ordinationis gradui conservetur. Scripta cum adjectione, Dominico PP. Myrici.

1 Adde *Nov.* 3. 2 Altera unum detegere non debemus, ut alterum vestiamus. adde *cap. cum causam ex præbendis*, *l. ult.* §. 1. *versic. exceptis.* ubi Bartol. *cap. qui potiores.* 3 Adde *l.* 38. *ff. de rei vind.* 4 Impensæ non sunt improbabiles, quæ fiunt ex consuetudine. 5 Vide *d. Nov.* 3. Ex hoc loco videtur constare, Justiniani tempore singulis clericis non fuisse adsignata stata latifundia, vel certos annuos reditus, sed suas mercedes suosve reditus de manu episcopi, vel similis personæ accepisse. 6 Delicta clericorum popularia. 7 Cura episcoporum ad metropolitanos spectat. 8 Moris erat hujusmodi exempla ad alios episcopos transmitti. *l.* 6. *in fin. C. de summa trinitate.* 9 Theopolitanus Archiepiscopus, id est, Antiochenus; Theopolis, olim Antiochia. *Novell.* 42. *cap.* 1. dixi ad *l.* 6. *in fin. Cod. de summa trinitate.*

COLLATIO SECUNDA.

TIT. I.

DE NON ALIENANDIS [1], AUT PERMUTANDIS REBUS [2] ECCLESIASTICIS IMMOBILIBUS, AUT IN SPECIALEM HYPOTHECAM DANDIS CREDITORIBUS, SED SUFFICERE GENERALES HYPOTHECAS.

NOVELLA CONSTIT. VII.

Imperator Justinianus August. Epiphanio sanctiss. & beatiss. Archiepiscopo felicis hujus civitatis, & œcumenico Patriarchæ, [& Patriarchæ Constantinopolitano].

PRÆFATIO.

Unam intentionem hanc semper proponimus, omne quicquid prius imperfectum, aut confusum [3] videbatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare: quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere, & in alienationibus quæ fiunt super sacris rebus, una complecti lege, quæ priores omnes & renovet [4] & emendet: & quod deest, adjiciat: & quod superfluum est, abscindat. A Leone siquidem bonæ memoriæ (qui post Constantinum piæ memoriæ, Christianæ fidei inter imperatores principatum auxit, & constituit sacrarum ecclesiarum honorem & disciplinam) scripta lex [5] est de alienationibus ecclesiasticis, conclusa in sola hujus felicissimæ civitatis sanctissima majore Ecclesia. Et laudamus plurima hujus legis, cum omni vehementia & Dei cultura posita: sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus, egere etiam eam quadam correctione credimus. Ab Anastasio quoque piæ memoriæ scripta quædam de talibus lex [6] est, nec similis priori, & omnino minus habens. Effusa namque & per loca foris posita, nihilominus mansit imperfecta, eo quod ad solum sacerdotium & diœcesim respiciat constitutam sub beatissimo patriarcha hujus regiæ & felicissimæ civitatis: alias autem non perscrutata sedes: cum utique dignam correctione esse eam arbitrabatur: propter quam occasionem alia quidem corrigebat, alia vero incomposita relinquebat. Quamobrem eam quoque vacare de cætero sancimus, utpote imperfectam, & loco circumclusam, & non generalem inter leges existentem, neque aliquid studiosum [7] introducentem. † Hæc ergo nos omnia emendantes, unam existimamus oportere legislationem imponere omnibus sanctissimarum ecclesiarum, & xenodochiorum [8], & nosocomiorum [9], & monasteriorum, & brephotrophiorum [10], & gerontocomiorum [11], & totius sacrati collegii rebus, & hanc legem Leonis piæ memoriæ constitutioni adjicere: prius breviter ejus legislationem exponentes: sicque omne quod reliquum est intexentes. Vult [12] enim illa neque Deo amabilem *archiepiscopum & patriarcham* hujus felicissimæ civitatis, seu sanctissimæ majoris ecclesiæ, neque œconomum vendere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forsan, aut agrum, aut colonum, aut mancipia rustica, aut civiles annonas (nam & hæc inter [13] immobilia sunt numeranda) quæ competunt Constantinopolitanæ sanctissimæ majori ecclesiæ: sed neque pro ulla [14] compensatione aut alia qualibet circumventione tale aliquid agi: & interminatur [15] emptori quidem rei restitutionem, ut reddat per tempora œconomo rerum sanctissimæ ecclesiæ rem quam ipse perceperit, cum omni medii temporis fructu, & aliis lucris: casu imminente pretiorum ei qui tale aliquid accipere aut comparare præsumpserit: cum etiam hoc quidem quod contra leges actum est, ita ponat ac si neque a principio gestum sit. *Oeconomum* [16] vero hæc prævaricantem, dare quidem de suo sanctissimæ ecclesiæ jubet omne quicquid ex ea causa lucratus est, aut sanctissimam ecclesiam damnificavit. Super hoc autem etiam excludit eum officio œconomi: & dat actionem sanctissimæ ecclesiæ, non contra solos Deo amabiles œconomos, sed etiam contra successores eorum: sive ipsi hoc alienaverint, sive pro tempore Deo amabilem episcopum, aut aliquem aliorum clericorum videntes alienantem, taciturnitate degeneri, & sine libertate passi sunt: & multo potius si consentientes, & videntes tale aliquid permiserunt, & non causam prohibuerunt. Ad hoc autem, & *tabellionem* [17] qui talia confecit instrumenta, perpetuo tradet exilio: nullam ei clementiam neque reversionem participans: ipsos quoque maximos [18] judices, qui ad hæc accedunt, & ministrant talibus causis, aut confici apud semetipsos monumenta pro confirmatione talium donationum aut aliorum actuum patiuntur: & cingulo, & dignitate & substantia interminatur excludere. Hoc igitur increpans vehementer, permittit [19] rei ecclesiasticæ usum, aut qui vocatur ususfructus, sub certo quodam tempore, aut etiam usque ad vitam percipientis dare sanctissimam majorem ecclesiam, sub hac tamen definitione, *ut is qui accepit munificentiam, ejusdem quantitatis recompenset rem sanctissimæ majori ecclesiæ sub proprietatis ratione, ex qua possit eundem reditum sanctissima ecclesia habere, quantum ille ex usu accepit*, post percipientis *utique mortem, aut definitum tempus, usu videlicet, & usufructu dato ecclesiasticæ rei ad sanctissimam majorem ecclesiam redeunte, & usu donatæ rei cum proprietate sanctissimæ ecclesiæ faciendo*: talem namque contractum sine periculo esse ponit lex. Si vero minus fuerit quam quod datur a sanctissima ecclesia, illud quod compensatur ei, cujus mox quidem percipiet proprietatem, sperat autem & usum accipere, infirmum contractum, & pro non facto ponit: datque licentiam vindicationis, utpote circumventione contra jus sanctissimæ ecclesiæ facta.

§. 1. Lex itaque talia sub brevitate decernit, & mulctam imponit, & usque ad res sanctissimæ ecclesiæ stat solummodo: & omnem quidem perimit circumventionem quam prædiximus: non tamen retinere calliditatem postea insurgentium valuit. Quidam enim dudum hoc quod vocatur colonarium jus

1 Vid. Julian. Patricium *const.* 7. De forma observanda in alienandis rebus ecclesiasticis, vid. *prœmium const. gloss.* 5. *num.* 5. *& seq.* Goth. Adde *Novell.* 120. & de precarii variis generibus. *lib.* 4. *obs.* 7. Ans. Adde eundem Cujacium *tom.* 3. *comment. in tit.* 13. 111. *decret.* ubi hunc titulum explicat. S. L. 2 Fructuosis præsertim: αὐτεργιῶν enim prædiorum alienatio prohibita *Nov.* 2. *c.* 11. αὐτεργιῶν nomine, intellige prædia quæ sua sponte fructus ferunt, ut sunt prata, salicta, & his similia: & breviter, πάντα εὐπρόσοδα. 3 Munus optimum legislatorum. 4 Novellarum enim constitutionum hic effectus est. 5 Legem Leonis de alienationibus ab Ecclesia Constantinopolitana majore factis observa. *l.* 14. *Cod. de sacr. eccles.* 6 *l.* 17. *C. de sacros. eccles.* 7 Utile. 8 Xenodochium locus est in quo peregrini suscipiuntur. Jul. *hic.* 9 Nosocomium locus est in quo homines ægroti curantur. Jul. *hic.* 10 Brephotrophium locus, in quo infantes aluntur. Jul. *ibid.* 11 Gerontocomium locus, in quo pauperes, & propter senectutem solam infirmi homines curantur. Jul. *ibid.* 12 *Epitome l.* 14. *C. de sacros. eccles.* 13 Civiles annonæ inter immobilia numerantur. 14 Επ' ἀντιδώρῳ, id est, remunerandi gratia, ut *Nov.* 130. *c.* 1. *l.* 14. *vers. scientes*, *C. de sacr. eccles.* Hujusmodi ἀντίδωρα generaliter inhibentur, licet naturaliter debeantur, & mercedes sint potius, quam liberalitates *l.* 25. §. 11. *ff. de hered. pet.* beneficii referendi gratia. *l.* 14. §. 1. *C. de sacr. eccles.* 15 *d. l.* 14. §. 1. 16 *d. l.* 14. §. 2. 17 *d. l.* 14. §. 3. 18 *d. l.* 14. §. 4. 19 *d. l.* 14. §. 5. *seu ult.*

jus [*colonarium* [1] *jus est, veluti si domum valentem centum solidos & præstantem pensionem decem solidorum, accipiat quis ab ecclesia & det pro ea solidos centum, seu amplius, aut certe minus: & quasi jam de proprio adgravet* [2] *se dare singulis annis quasi pensionis nomine solidos tres. Iste autem appellatur paræcus* [3], *sed ipsam domum sub tam parva pensione in perpetuum, & ipse & heredes ejus possidebant*] adinvenientes, neque nostris legibus neque alii cuiquam omnium notum, circumventionem non parvam meditati sunt contra legem, perpetuas pene cogitantes alienationes: quod nos de cætero agi prohibemus, & pro eo ipso conscripsimus legem. Dudum autem, & ad emphyteusim respexerunt, & imminuerunt plurimam quantitatem veri reditus illis qui emphyteusim accipiunt, præstantes hi qui rebus pridem sanctissimæ majoris ecclesiæ præsidebant. Ideoque nos in quadam constitutionum nostrarum definivimus quidem usque ad personas tres [4] emphyteusim fieri, accipientis, & duorum successorum aliorum, hoc etiam super rebus sanctissimæ majoris ecclesiæ fieri permittimus, non autem ultra sextam partem relevari emphyteusim percipientibus propter fortuitos casus sancientes. † Quia vero didicimus sic effuse & impie ab aliquibus fieri documenta, ut neque sexta relinquatur sanctissimæ ecclesiæ pars, reliquis omnibus emphyteusim accipientibus donatis: Anastasius autem piæ memoriæ gesta monumentorum constituens fieri super alienationibus, sicut etiam hujus rei fieret tempus, & emphyteusim statuens sine gestis quidem usque ad solam vitam accipientis emphyteusim: cum gestis autem, in perpetuum eam extendens, neque perfectam fecit, neque utilem legem, & undique imperfectam, usque ad solam diœcesim patriarchicæ sedis hujus felicissimæ civitatis (sicut prædiximus) legislationem statuens.

CAP. I.

De rebus ad venerabilia loca pertinentibus non alienandis.

NOs igitur (jam enim ad legem veniendum est) sancimus neque sanctissimam hujus felicissimæ civitatis majorem ecclesiam, neque [5] sub ea constitutas ecclesias, quarum ipsa prærogationem suscepit (sicut eam Anastasius piæ memoriæ interpretatus est) neque alias omnes ecclesias in hac felicissima existentes civitate, aut circa ejus confinia, neque sub patriarchica sede hujus felicissimæ civitatis constitutas, quarum metropolitas ipse ordinat, neque alium ullum undique patriarcham: neque episcopum (dicimus autem & eos qui in Oriente, & qui in Illyrico, insuper & in Ægypto, & in Lycaonia, atque in Lycia, & eos qui in Aphricana provincia sunt, & complexive dicendo per omnes quæcunque nostræ sunt terræ, necnon in Occidente sunt Deo amabiles episcopos ab ipsa seniori [6] Roma usque ad Oceanum consistentium sanctissimarum orthodoxarum ecclesiarum) neque aliquem xenodochum, aut ptochotrophum, aut nosocomum, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut gerontocomum, aut monasterii virorum, vel mulierum abbatem vel abbatissam: aut quemlibet omnino præsidentem venerabilibus collegiis, licentiam habere alienare [7] rem immobilem, aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in hujusmodi, neque rusticum mancipium, neque civilem annonam: nec per specialis pignoris occasionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus & venditionem [8], & donationem, & commutationem, & in perpetuum [9] extensam emphyteusim, quæ non procul ab alienatione consistit. Sed omnes ubique sacerdotes ad hujusmodi alienatione prohibemus, subditos pœnis quibus Leonis piæ memoriæ usa est constitutio [10]. Illam namque per omnia valere, & ratam esse sancimus: propterea hanc proposuimus, & protulimus, & non paterna [11] voce legem conscripsimus, sed hac communi & Græca, ut omnibus sit nota, propter facilem interpretationem. Quod itaque jam præteriit [12], relinquimus: nam [13] tanta documenta tempore longo facta nunc commovere, multæ erit tergiversationis. Quapropter quæ usque huc hactenus extant, proprium habeant schema: de cætero autem omnem alienationem interdicimus, prædictas ei pœnas imponentes.

CAP. II.

De principe qui rem immobilem venerabili loco dederit.

UT autem lex ad humanæ naturæ varietatem, & quod semper venit, moderata, per omnia immota permaneat (quid enim erit stabile [14] inter homines, & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem: cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat?) necessarium existimavimus quasdam exceptiones dare legi cum multis vigiliis, & subtilitate adinventas: ut eas habens in auxilio, lex nequaquam moveatur. §. 1. Sinimus [15] igitur imperio, si qua communis commoditas est, & ad utilitatem reipublicæ respiciens, & possessionem exigens talis alicujus immobilis rei, qualem proposuimus: hoc ei a sanctissimis ecclesiis, & reliquis venerabilibus domibus, & collegiis percipere licere, undique sacris domibus indemnitate servata, & recompensanda re eis ab eo, qui percepit æqua aut etiam majore [16] quam data est. Quid enim [17] causetur Imperator ne meliora det? cui plurima dedit Deus habere, & multorum dominum esse, & facile dare, & maxime in sanctissimis ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas. Unde si quid tale fiat, & pragmatica præcesserit forma præcipiens imperio dare aliquid talium rerum, & recompensaverit mox rem meliorem, & uberiorem & utiliorem [18]: sit ea permutatio firma: & ii qui præsident domibus, quarum est quod alienatur, & qui talibus administrant literis, sine querela undique sint, nullam metuentes pœnarum, quæ a Leone piæ memoriæ interminantur, & a nobis firmatæ sunt: utique cum nec [19] multum differant ab alterutro sacerdotium & imperium, & res sacræ a communibus & publicis: quando omnis sanctissimis ecclesiis abundantia & status ex imperialibus munificentiis perpetuo præbeatur. Alterutris itaque compensantes quæ decet, non ab aliquibus jure culpabuntur. Aliam vero omnem sive ad imperium ipsum, sive ad aliam quamcunque personam factam sive venditionem, sive donationem, sive permutationem, sive emphyteusim perpetuam [20] omnino permittimus: sed neque donationem cujusdam pignoris in re immobili factam occasione mutuorum fieri sinimus. Et hæc valere volumus in omni ecclesia, omnique monasterio, & nosocomio, & xenodochio, & brephotrophio, & asceterio, & gerontocomio, & omni absolute collegio quod actio pia constituit, nullo penitus horum aliquid accipere ab eis valente. Unde neque constitutione Anastasii divæ memoriæ ulterius opus erit, neque secundum illam facienda decreta memoratæ observationis: ipsa enim rei principia perimentes, & prohibentes quod fit, nequaquam perscrutatione deinceps indigebimus.

CAP. III.

Quomodo emphyteusis ecclesiasticarum rerum contrahi permittitur.

EMphyteusim autem sive in sanctissima majore ecclesia, sive in omnibus reliquis adorandis domibus fieri sinimus, & in accipientis persona, & in duobus [21] ejusdem personæ heredibus deinceps, filiis tantum solis masculis, aut fœminis, aut nepotibus utriusque naturæ, aut uxore, aut viro, si hoc [22] videlicet de uxore aut viro expressim nominetur, alioqui non transire ad aliquem alterum [23] heredem: sed usque ad solam [24] vitam percipientium standum, nisi filios aut nepotes habuerint. Aliter autem penitus emphyteusim agi ecclesiasticæ cujusdam aut ptochii rei immobilis, aut mancipii rustici, & civilis annonæ, nullo permittimus modo: neque quod fit, habere aliquod penitus robur sinimus. §. 1. Quia [25] vero Leonis quidem piæ memoriæ constitutio sub nulla penitus diminutione [26], dari rem ecclesiasticam sancivit: nos autem in alia constitutione a nobis scripta sextam excipi solum super emphyteusim sancivimus [27]: hujusmodi quandam diminutionis rei damus ordinem, ut quæratur cum omni veritate & subtilitate pensio eorum quæ dantur, tanta quanta ab initio fuit, quando ad sanctissimam venit ecclesiam: & detur emphyteusis talibus personis, quales dudum diximus. tunc enim sextam [28] ei partem cum scrupulositate imputandam concedimus. Si vero minui contigerit, per quandam cladem pensionem, aut in toto: tunc constantem pensionem accipiat, qui emphyteusim subire vult: aut nec accipiat penitus, cum liceat conducere potius [29], quam tales diminutiones in emphyteusim celebrare. Si vero alicujus ecclesiastici prædii suburbani [30] emphyteusis detur: qualia plurima maxime in hac novimus felicissima consistere civitate, multo quidem digna [31] pretio, parvas vero reddentia pensiones, aut nihil pensionum omnino: non ex reditibus metiri emphyteusim, sed æstimari suburbanum subtiliter, & reputari ex pretio collecto reditus possibiles in viginti annis computari: & in reditibus ex hoc computatis agi emphyteusim, non perpetuo, sed in eum qui percipit, & duas ex eis successiones, & viro & uxori, sicut prædiximus faciendam. §. 2. Scire [32] autem emphyteutas convenit, quia si biennio [33] continuo non exsolverint emphyteuticum canonem, (hoc enim tempus pro triennio [34] aliorum hominum sufficere ad [35] casum ecclesiasticarum aut ptochicarum emphyteusium, non pro soluto canone ponimus) fient omnino extranei emphyteumatis, & volentibus præpositis sacrarum domuum licebit prædia aut domos defendere [36] nullam [37] metuentibus meliorationum redditionem. Sed si quidem deterius fecerit prædium aut suburbanum aut domum qui emphyteusim percepit: cogi [38] eum de suo diligentiam ac restitutionem prisci status facere, & obligatum esse ad hoc ipsum & heredes [39] ejus & successores, ejusque res, insuper & debitos omnes reditus sine dilatione exigi. Quod autem dictum est a nobis ut nullius immobilis rei ecclesiasticæ aut ptochicæ alienatio sit permissa: ad nullam nostræ

1 Colonarium jus seu παροικικὸν quid sit observa, de quo dixi ad *l.* 24. §. 1. *C. de sacros. Eccles.* 2 Libellarius contractus fit certo pretio numerato, & eo amplius certa pensione in annos singulos, propter rem immobilem ab alio acceptam, *ut hic.* Aliis, Libellaria est quoties Emphyteuta vel vasallus rem emphyteuticam vel feudalem alteri in emphyteusim vel feudum concedit, arg. 2. *F.* 9. §. *donare.* §. 1. *tit. de probibita feudi alienat. per Fridericum &* §. 1. *aut si libellario. tit. quibus modis feudum amitt.* Jas. *Auth. ingressi. C. de sacr. eccles.* & hoc olim licuisse, quoties æquali personæ & sub eadem lege seu conditione dabatur. §. 2. *similiter tit. de lege Corradi* 2. *F.* 34. Hodie licere non videtur, quod omne alienationis genus vasallo sit interdictum. Contrarium tamen tenet Alvarotus in *c. Imperialem.* §. *illud quoque. tit. de probibita feudi alienat. per Fridericum.* Hoc autem contractu libellariæ notandum est transferri utile dominium retento directo & comparari superficiario, precario & emphyteutico, ut notat Everardus Topicis *in loco a feudo ad Emphyteusim* 29. *v.* 55. *&* 57. de libellariæ & emphyteuseos differentiis dixi ad *l.* 24. §. 1. *C. de sacros. eccles. & in rubrica Cod. de jure emphyteutico.* 3 Vid. Alciat. 1. *prætermissorum.* 4 Adde *l.* 24. *in fin. C. de sacr. eccles.* 5 Hæc Novella eo amplior est lege Anastasii. *l.* 14. *C. de sacr. Eccles.* 6 Senior Roma, quæ in Italia est: Nova, quæ in Thracia est: quæque olim Byzantium, postea Constantinopolis dicta. 7 Res ecclesiasticæ immobiles & quasi immobiles alienari non possunt. 8 Alienationis verbo, venditio, donatio, perpetua emphyteusis intelligitur. *l. ult. C. de reb. alien.* 9 Res Ecclesiasticæ in perpetuam emphyteusim dari non possunt. *ut hic.* 10 *l.* 14. *C. de sacros. eccl.* 11 Id est, Romana. vid. *Nov.* 69. 12 Vid. *l.* 7. *C. de legib.* 13 Cur leges ad præteritum tempus non extendantur. 14 Inter homines nihil stabile aut immutabile. 15 Hinc sumpta est Auth. *C. de sacros. eccles.* adde *Novell.* 120. *c.* 1. 16 Minore nunquam, ne Ecclesia in damno versetur. 17 Constantini, ut vulgo vocant, donationem validam esse, hinc colligunt: nulloque prætextu læsionis ab ejus successoribus posse revocari. 18 Non deteriorem. Alioquin ecclesia potest restitui adversus hujusmodi permutationem, *ut hic.* 19 Non multum differunt ab invicem sacerdotium & imperium: ut res sacræ a publicis. 20 Quid in non perpetua? *d. cap. & C.* 3. *J. h. t.* 21 Emphyteusis non est perpetua, quæ ad duos tantum heredes suosque accipientis descendit. *Nov.* 120. *c.* 1. 22 Neque vir in emphyteusim ecclesiasticam uxori datam succedit, neque uxor in mariti, nisi hoc expresse convenerit. 23 Emphyteusis ecclesiastica ad heredes extraneos non descendit. Rolandus tamen a Valle 1. *cons.* 96. *n.* 20. & Clarus 4. *sentent.* 28. *versic. & certe ego non video, versic. etsi dicas maxime, vers. quidquid tamen disputando* (adde quæ scripsi ad *l.* 3. *C. de jure emphyt.*) ex communi opinione refert ad extraneos deferri, si per Prælatum & Capitulum solenniter facta sit. *c. nulli x. de rebus episcopi alienand. c.* 1. *h. tit. in* 6. maxime, si in concessione hujusmodi emphyteuseos hæc verba, Quibuscumque heredibus, vel his similia inserta fuerint. Novum enim non esse, ut in emphyteusi admittantur pacta extranea & diversa a natura ipsius, *n.* 45. 46. 24 Emphyteusis ecclesiastica, vita accipientis finitur: nisi filios aut nepotes reliquerit. Imo in perpetuum dari potest, *Novell.* 120. *c.* 1. Solve: reliquis ecclesiis id licet, præterquam Constantinopolitanæ majori, & ita in dubio non præsumitur emphyteusis ecclesiastica in perpetuum data. vid. Alciat. 2. *præsumpt. ultim.* 25 Hinc sumpta est *Auth. Perpetua, C. de sacrosanct. Eccles.* 26 Κυφισμὸν appellat Harmenopul. 3. *tit. l.* 4. §. 7. 27 *l.* 14. *C. de sacros. eccles.* 28 Prædio ecclesiastico aliquantisper diminuto in reditu, poterit prædium sexta minus parte dari in emphyteusim: si enormis diminutio reditus, locabitur. 29 Præstat, prædia ecclesiastica clade diminuta locare, quam prætextu emphyteuseos: reditus eorum minuere plus sexta parte. 30 Proastii, Jul. 31 Prædii urbani, voluptuarii præsertim (qualia sunt prætoria, sive ἐπαύλια καὶ προάστεια, *l.* 19. *l.* 198. *ff. de verb. sign.*) magnum potest esse pretium, vilis reditus. Hujusmodi prædium dari in emphyteusim potest. Quæ tunc ratio inibitur? num reditus, an potius pretii? pretii ejusque justæ æstimationis. Qua lege? Vicesima pars pretii canonis nomine constituetur, ut si suburbanum fuerit, *C. canon constituatur, V. quæ ratio est usuræ quincuncis.* In prædiis rusticis non eadem ratio. Nam respublicæ imponunt agris suis vectigal, seu mercedem ad rationem usuræ semissis. *l.* 10. *ff. de pollicitationibus.* vid. Cujac. *hic.* 32 111. *Eclog.* 1. *ex lib.* 20. *tit.* 2. *c.* 4. *&* 5. 33 Emphyteuticarius Ecclesiæ ob cessationem biennii expelli potest. *Goth. Novell.* 120. *c.* 8. *l.* 2. *Cod. de Jure Emphyt.* Ans. 34 *l.* 2. *C. de jur. emph.* 35 Id est, ut cadant, ut minuantur. 36 Ἀντιλαμβάνεσθαι. Scrimg. 3. *Ecl.* 1. *ex lib.* 20. *tit.* 2. *c.* 5. *occupare.* 37 Emphyteuticarius, moratur biennii, meliorationes non recuperat. Idem est in causa privatorum ob moram triennii. *d. l.* 2. 38 Emphyteuticarius res deterioratas cogitur restituere. 39 Actione emphyteuseos reipubl.

reipubl. perſonam ſancimus valere, non ſolum ſuper conſtantibus domibus & ſuburbanis, & hortis, & agris, ſed etiam ſuper ruinis ſive ex igne, ſive ex terræ motu, ſive ex qualibet alia cauſa ruina ſit, ſed etiam in iis quæ omnino deſtructa ſunt, & in pavimento jacent, ſive etiam in puris ruinis nullum ædificium habentibus neque materiam jacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus, niſi in ſola emphyteuſi temporali, ſecundum quod dudum a nobis dictum eſt, & in tribus [1] perſonis talibus quales prædiximus. Ut neque ulla circumſcriptio in rem eccleſiaſticam in talibus fiat: duobus pro tempore primatibus [2] mechanicis, aut architectis, ſive in hac regia & maxima civitate una cum Deo amabilibus œconomis & quinque reverendiſſimis presbyteris, & duobus diaconis, præſente quoque Deo amabili epiſcopo: ſive etiam in provincia duobus inſignibus [3] mechanicis [4] aut architectis, aut etiam uno [5], (ſi unum ſolum civitas habeat) intervenientibus in illis locis, ſacroſanctis evangeliis poſitis definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc ſolvi ſanctiſſimæ eccleſiæ ſecundum modum emphyteuſis: & in his emphyteuticam conſcriptionem in eo celebrari ſecundum figuram prius dictam. Illum vero & ædificare, & uti materiebus, ſi materias habeat, & transmittere emphyteuſim usque ad duas ſucceſſiones: (ſicut dictum eſt) & ſic reverti poſt trium perſonarum mortem ad ſanctiſſimam eccleſiam, aut venerabilem domum, ex qua facta eſt emphyteuſis, & etiam valere talem contractum, utpote præſenti non repugnantem legi. §. 3. Neque illud quod hactenus contra tales contractus agebatur, valere permittendum eſt de adjectione [6], ut ſi vel duorum heredum compleatur tempus, licentia ſit eis qui poſt illum ſunt, in emphyteuſim dare id unde agitur, & ſemper eos præponi aliis. In hoc enim nihil aliud eſt, quam per revolutionem & machinationem perpetuas eis emphyteuſeis, magis autem privationes eccleſiaſticarum agi rerum. Sed & ſi quid factum eſt tale: nullam neceſſitatem eſſe reverendiſſimis œconomis heredibus ceſſantibus [7], cæteris tradere.

CAP. IV.

Quomodo uſusfructus rerum ad ſancta loca pertinentium conſtituatur.

SI quis autem voluerit accipere ſecundum [8] rationem *Uſus* [9], *aut qui vocatur* [10] *Uſusfructus*, rem eccleſiaſticam aut ſanctiſſimæ majoris eccleſiæ, aut alterius cujuslibet, quæ in omni noſtra ditione ſunt poſitæ, aut ptochiorum, omnino percipiat hoc & ſecundum prædictam obſervationem, & ſecundum formam conſtitutionis [11] Leonis piæ memoriæ, ut iſte locuples exiſtens & ſubſtantiæ immobilis dominus, aliam [12] mox rem ſecundum proprietatis jus compenſet ſanctiſſimæ eccleſiæ, aut venerabili domui, ex qua percepit tantos & tales frequentes reditus, quantos aut quales habet. quod datur ita, ut poſt ejus obitum eccleſiaſtica aut ptochica res revertatur ad venerabilem domum cum uſu qui datus eſt, non tranſcendente tempus vitæ percipientis. Accipiat autem ſimiliter etiam rei in compenſationem datæ & uſum: quatenus ſit poſt percipientis obitum, aut tempus in quo donatio uſus convenit, non tranſcendens videlicet percipientis vitam: utrumque ex toto, & ſecundum proprietatem, & ſecundum uſum apud ſanctiſſimam Eccleſiam remanſurum.

CAP. V.

Quibus pœnis ſubjaceant qui alienationes prædictarum rerum fecerint.

QUia vero Leonis piæ memoriæ conſtitutio pœnas pene [13] ſolummodo in venditione decrevit, nos autem interdicimus non [14] venditiones ſolum, ſed etiam donationes & permutationes & perpetuas emphyteuſes, & pignorum dationes in rebus immobilibus: videmus autem quosdam ſic amatores periculi conſtitutos, ut præſumant ad ea quæ interdicta ſunt, accedere, & circumventionem facere legibus ex voluntate & præſumptione, quam habent, & quæ omnibus modis interdicta ſunt, & forſitan deducunt homines ad mortem, qui hoc agunt: propterea neceſſarium exiſtimavimus in unoquoque contractu etiam certam ſtatuere pœnam: his quippe pœnis quæ poſitæ ſunt adverſus œconomos ex conſtitutione prædicta piæ memoriæ Leonis, ſimiliter & nunc imminentibus œconomo, aut xenodocho, aut noſocomo, aut brephotropho, aut abbati aut abbatiſſæ monaſterii aut aſceterii, ſecundum quod prius diſpoſitum eſt. † Si quis igitur *emere* præſumpſerit rem eccleſiaſticam, aut ptochicam: cadat [15] quidem mox pretio: exigatur autem res quam accepit cum omni medii temporis incremento: & contra ſanctiſſimam quidem eccleſiam, aut venerabilem domum, nullam omnino habeat actionem: contra venerabiles vero œconomos, aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum ſubſtantiis ex contractu habeat actionem: ut metu ſuæ ſubſtantiæ, etſi non propter Dei timorem, tamen ſegniores circa venditionem fiant. §. 1. Si quis autem *per Donationem* [16] accipere præſumpſerit rem eccleſiaſticam aut ptochicam: & ipſo quod datum eſt, omnino cadat: & aliud tantumdem ex ſua ſubſtantia repenſet ſanctiſſimæ eccleſiæ aut venerabili domui ex qua hoc ſuſcepit, ut quam niſus eſt agere contra eam novitatem, hanc ſibimet in propriis exhibens, ſuam ſentiat malignitatem.

§. 2. Si autem *Permutatio* [17] in quibusdam perſonis fiat præter [18] ſolum imperium, ſicut prædiximus: & qui permutationem accepit, ſubjaceat pœnæ, & datam ſibi rem amittat, & recurrat rurſus hæc ad venerabilem domum unde progreſſa eſt, & quod pro compenſatione dedit, maneat apud venerabilem domum, & qui acceſſerit ad cauſam legi contrariam, cadat utroque juſte: & ſecundum hoc pœnæ ſubdatur, ſecundum quod & propriis cadet, & quod ſperavit, non acquiſivit, etiam hic actione ei ſervata in propriam ſubſtantiam eorum, qui contractum cum eo celebraverunt.

CAP. VI.

Ut liceat res eccleſiæ generali hypothecæ ſubjicere, non autem ſpeciali.

SI autem creditor *in pignore* [19] *corporali* elegerit accipere rem immobilem eccleſiaſticam aut ptochicam, in domibus forſan, aut ſuburbanis, aut agris, aut hortis, aut civilibus panibus, aut ruſticis mancipiis, & dederit aurum, ab hoc cadat [20] creditor, & habeat lucrum quæ mutuum accepit ſanctiſſima eccleſia, aut venerabilis domus, quod mutuatum eſt aurum: etiam hic contra celebrantem mutuum œconomum, aut xenodochum, aut brephotrophum, aut præſulem monaſterii aut aſceterii, aut aliorum venerabilium collegiorum, creditori actione manente: his omnibus etiam in abbatiſſis muliebrium aſceteriorum aut monaſteriorum valentibus. §. 1. Si enim omnino ſanctiſſimis eccleſiis, aut aliis venerabilibus domibus crediti opus fiat, aut in ſolam neceſſariam videlicet & inevitabilem occaſionem, & præterquam non poterit quod imminet, adimpleri: aut in aliam cauſam utiliſſimam ſanctiſſimæ eccleſiæ conſiſtentem: licebit præpoſitis earum usque ad generalem [21] hypothecam ſtare, & nullum ſpeciale pignus creditoribus præbere.

CAP. VII.

Quibus pœnis ſubjaceant qui perpetuam emphyteuſim contraxerint.

SI vero & perpetuam quisquam emphyteuſim [22] accipere præſumpſerit, quod non [23] licet, aut temporalem quidem, non tamen ſecundum hujus noſtræ legis obſervationem: etiam ſic cadat quidem ab emphyteuſi, & quod datum eſt, maneat apud venerabilem domum. Det autem continuo, & poſt caſum emphyteumatis, quantum futurus erat ſolvere, ſi ſecundum legem ſubiiſſet emphyteuſim: nihil apud eum remanente ex rebus [24] pauperum, quæ fruſtra per emphyteuſim datæ ſunt. §. 1. Hæc igitur omnia cuſtodiantur prædictis ſubjecta pœnis: neque tabellionibus [25] præſumentibus inſtrumentis talibus miniſtrare, ſed metuentibus usque ad exilium, & ut nunquam revertantur, nec ſi ſacra hoc præbeat forma: neque judicibus vel dictare talia inſtrumenta præſumentibus, vel facta ſuſcipere, & geſtis monumentorum ea firmare: ne etiam ipſi & cinguli, & dignitatis, & ſubſtantiæ caſum ſecundum Leonis conſtitutionem [26] ſuſtineant.

CAP. VIII.

De alienandis ſacris vaſis.

ISdem pœnis ſervandis etiam adverſus eos qui ſacrata vaſa contra noſtram legem aut pignori dant, aut vendunt, aut conflant propter alienationem: nam & illos æqua aut majori pœna dignos eſſe ſancimus, quanto etiam circa ſacras res, & Deo dicatas præſumpſerunt impie agere: niſi [27] tamen aliquid tale fiat, quod diximus circa redemptionem captivorum, ubi animæ hominum liberantur a mortibus, & vinculis, inanimatorum [28] venditione vaſorum. † Simili quippe obſervatione, & ſuper alienatione civilium panum [29] cuſtodienda, ſicut ſæpe diximus: eo quod tales panes non ſolum in hac feliciſſima civitate, ſed etiam in magna Alexandria, & in Theopoli [30] eſſe didicimus: forſitan autem tale quid, & in aliis provinciis quibusdam eſt. Si enim etiam alibi hujusmodi quædam ſit poſſeſſio, & in illa lex ſervetur, & ſuam obſervationem extendat.

CAP. IX.

De eo qui per pragmaticam rem eccleſiæ comparaverit.

QUia vero veriſimile eſt quempiam etiam in circumventionem hujus legis tentare pragmaticas [31] noſtras formas accipere, tale aliquid ei agere permittentes: & hoc prohibemus in omni perſona majore vel minore, ſive in cingulo conſtituta, ſive horum qui circa nos ſunt, ſive aliorum quiſpiam inter populos habitantium: & ſancimus nulli penitus licentiam eſſe, talem quempiam pragmaticum proferre typum, neque ex hoc accipere aliquod de ſanctiſſimis eccleſiis compendium, aut monaſteriis, aut ptochiis, aut aliis venerabilibus collegiis, immobilium rerum, ſed & glorioſiſſimo quæſtori [32] pœnam imminere centum librarum auri, ſi quid tale dictaverit: ſimul & ſuſcipientibus inſinuationem [33] talis cujuspiam ſacræ formæ glorioſiſſimis judicibus, aut aliis quibusdam eandem imminere pœnam: & tabelliones ſuccumbere Leonis piæ memoriæ conſtitutioni, ſi egerint tale aliquod inſtrumentum: & Deo amabiles epiſcopos, aut venerabiles œconomos ſine periculo refutare hujusmodi ſacras pragmaticas formas, magis autem cum periculo ſuſcipere & agnoſcere: quia circa ipſum ſacerdotium [34] periculum ſuſtinebunt, ſi negligentes has leges, quæ ita fiunt, pragmaticas ſequantur formas. §. 1. Oportet enim ea quæ communiter & generaliter in omnium utilitatem ſanciuntur, potius [35] valere, quam ea quæ circa aliquos ſtudentur

heredes tenentur. 1 Id eſt, usque ad nepotes. 2 Primates mechanicorum, vel architectorum obſerva. 3 Nobilibus. Julian. 4 Peritis in arte creditur. *Nov.* 64. *c.* 1. *l.* 6. *C. de re milit. l.* 1. *ff. de ventre inſpic.* 5 Unius teſtimonio fidem adhiberi obſerva, *ut hic.* verum hoc fit, quod artis ſuæ ſit peritus, nec plures alii reperiantur: & poſtremo quia non niſi juratus admittitur. 6 Emphyteuticarius non poteſt paciſci cum œconomo & epiſcopo: Ut, tribus perſonis defunctis, ſequentibus liceat ſucceſſoribus emphyteuſeos titulo res Eccleſiaſticas ab eccleſia capere, & aliis perſonis anteponi. Julian. 7 *Novell.* 120. *c.* 2. 8 Κατὰ λόγον χρήσεως ἤτοι τῦ καλυμένυ ὑσυφρύκτυ. 9 Uſus vel uſusfructus temporalis ceſſio. *l.* 14. §. 5. *C. de ſacr. Eccleſ. Novell.* 120. *c.* 2. precaria. Ea permittitur in rebus eccleſiaſticis: fiebat autem ei ejusve liberis, qui rem ſuam Eccleſiæ donaſſet, remunerandæ ſcil. donationis cauſa, *can. precariæ. cauſ.* 10. *quæſt.* 2. *& Rhemenſis Synod. c.* 36. *&* 37. *& Turon. c.* 51. Id nonnunquam agitur, ut is, cui ceditur uſusfructus, certam penſionem ſive cenſum quotannis præſtet, *ut leg. Alemanorum tit.* 1. & ut renovetur ſingulis luſtris, *c.* 1. *x. de precar.* Quid differat a *libellaria* & emphyteuſi, vid. Cujac. 1. *feud.* 5. *fol.* 486. *&* 1. *feud.* 9. *in fin.* & Everardum *Topicis loco a feudo ad Emphyteuſim* 29. *n.* 56. Puto tamen, hic agi de uſu & antichreſi rei immobilis temporali, hinc inde dato & accepto aliquo, inter Eccleſiam & privatum aliquem divitem: de quo dixi ad §. 5. idque textus hic etiam innuit, ibi: *aliam mox rem.* 10 Precaria quemadmodum conſtituatur in rebus eccleſiaſticis. 11 Ea eſt *l.* 14. §. 5. *C. de ſacr. Eccleſ.* 12 Agitur hic de mutua datione uſusfructus. 13 Id eſt, in ſolis venditionibus. 14 Alienationes rerum Eccleſiaſticarum interdictæ, nimirum venditiones, donationes, permutationes, perpetuæ emphyteuſes, pignorum dationes in rebus immobilibus. 15 Pœna *ementis* rem eccleſiaſticam immobilem, vetitam alienari. 16 Pœna *dono accipientis* rem immobilem eccleſiaſticam. 17 Pœna privati, ex cauſa *permutationis* rem eccleſiaſticam accipientis. 18 Licet enim imperatori rem immobilem cum eccleſia permutare. 19 Σωματικὸν ἐνέχυρον, pignus corporale, ſpeciale, opinor: quia corpus aliquod in ſpecie exprimitur, quod ſit obligatum. 20 Pœna accipientis *pignori* ſpeciali rem eccleſiaſticam. 21 Prædia, vaſa, veſtes Eccleſiæ, ſpecialiter pignori non poſſunt obligari, *B. h. t.* generaliter poſſunt, *ut hic.* Cur ita? Facilius generalis conceditur hypotheca quam ſpecialis. *l.* 1. *ff. de pign.* Ratio: ſpecialis obſtringit magis. Nunquam ergo res prædictæ pignorari poterunt? Imo poterunt: certis enim caſibus poſſunt etiam vendi: puta, redimendorum captivorum cauſa: qua de re dixi ad *l.* 21. *in fin. C. de ſacr. Eccl.* 22 Pœna non legitime, vel non ſolenniter rem eccleſiaſticam in emphyteuſim accipientis. 23 Hodie licet aliis eccleſiis quam Conſtantinopolitanæ majori. *Novell.* 120. *c.* 2. 24 Bona eccleſiæ, res pauperum. 25 Pœna tabellionis conficientis vetitum inſtrumentum in rebus Eccleſiaſticis. *l.* 14. §. 3. *C. de ſacr. Eccleſ.* 26 Id eſt. *d. l.* 14. 27 *l.* 21. *in fin. C. de ſacr. Eccleſ.* 28 Animæ ut redimantur, æquum eſt inanimata vendi. 29 Πολιτικῶν σιτήσεων. *Civiles panes. l.* 2. *Cod. de annonis civilibus.* 30 Id eſt, Antiochiæ. 31 Ne quidem ex pragmatica forma Principis, res eccleſiaſticæ poſſunt alienari. 32 Quæſtor, ſive cancellarius multari poteſt, ob reſcriptum legibus vetitum obſignatum, *ut hic.* 33 Judex aut Senatus inſinuationem permittens reſcripti legibus vetiti, multari poteſt. 34 Pœna Eccleſiaſtica, ſacerdotio privari. 35 Publica privatis præferenda.

agi

agi ad corruptionem communium legum. His ſolis videlicet conducendis, & emphyteuſi dandis rebus, quaſcunque putant tali aliquo egere.

CAP. X.

De adminiſtratore qui rem eccleſiæ alienavit.

SI tamen voluerint quædam ſub propria gubernatione habere Deo amabiles œconomi, aut aliorum præſules collegiorum: nulli eorum qui in poteſtatu ſunt, neque ſecundum ſacram pragmaticam formam licentiam eſſe, cogere eos, aut per conductionem, aut per emphyteuſim hæc tradere ei qui hoc agit: & ſacrilegii [1] ſubjacere pœnæ, & omnibus mulctis quæ hac noſtra lege ſacra continentur, & ſuppliciis.

CAP. XI.

De monaſteriis non alienandis.

QUia vero cognovimus aliquod peſſimum delictum factum & apud Alexandrinos, & apud Ægyptios, jam autem & in aliis quibuſdam imperii locis quoſdam præſumere ipſa venerabilia monaſteria [2] vendere, aut permutare, aut donare, (in quibus & [3] altare collocatum eſt, & [4] ſacrum [5] exhibitum miniſterium, quale moris eſt in ſanctiſſimis eccleſiis celebrari, ſacris quippe lectis [6] ſcripturis, & ſacroſancta & ineffabili communione tradita; & monaſtica illic facta habitatione) ita ut hæc mutarentur ex ſacro & Deo amabili ſchemate ad privatam manſionem & ſtatum: hæc omnino de cætero fieri prohibemus, nulli hominum permittentes hoc delinquere, ſed etiam factum infirmum omnibus declaramus modis, & pretiorum caſum imponimus accipientibus: venditorem quoque damnificamus, & rei caſu, & pretii amiſſione, ſanctiſſimæ eccleſiæ ejus loci, & venerabilibus monaſteriis hoc tribuentes: quatenus ipſi provideant, ut quod male alienatum eſt, rurſus ad monaſticam revocent figuram: neque hypotheca ſuper his valente, ſed etiam ipſa infirmanda, & rurſus ſacro monaſterio aſſignanda.

CAP. XII.

Si ſterilis ager ad eccleſiam pervenerit.

SIcut autem damnoſas alienationes prohibemus, ſic & damnoſas poſſeſſiones interdicimus. Multæ enim apud nos motæ ſunt quæſtiones, ubi quidam minus [7] idonea prædia donaverunt ſanctiſſimis eccleſiis, aut venerabilibus domibus, aut etiam vendiderunt tanquam idonea; cum utique ſterilia principio eſſent, & ex hoc venerabilibus domibus nocuerunt. interdicimus igitur rectoribus venerabilium domorum tale aliquid agere: aut certe cognoſcere, quia ſi non cum omni ſubtilitate fecerint contractus, ſed fœnea [8] quædam poſſeſſio aut damnoſa detur eccleſiis, aut monaſteriis, aut xenodochiis, aut noſocomiis, aut aliis venerabilibus collegiis: contractus quidem pro non facto erit, & recipiet omnino qui dat, quod per circumventionem, & fallaciam datum eſt. Oeconomus autem qui tale aliquid egerit, aut Abbas, aut Xenodochus, aut Noſocomus, aut Ptochotrophus, aut Orphanotrophus, aut Gerontocomus, de ſuo, ei qui dedit, ſalvabit ex hoc damnum. Si vero ſic cauſa figuretur, ut etiam aliquod aurum pro hoc detur: & hoc lucrabitur quidem venerabilis domus quæ fœneum [9] aliquod acceperit: qui vero aurum dedit, habebit contra eum qui contractum celebravit, ex hoc actionem, ſicut prædiximus.

EPILOGUS.

Hæc omnino a nobis ſuper eccleſiaſticarum, aut omnino ptochicarum [10] rerum alienatione poſita ſit Lex: Leonis quidem piæ memoriæ ſequens conſtitutionem, & non aliud quidem curans, aliud autem incuratum relinquens: ſed in omni terra quam Romanorum continet lex, & catholicæ eccleſiæ ſanctio, hæc extendatur, & determinet quæ ſua ſunt, & valeat perpetua & cuſtodita, & a ſanctiſſimis Patriarchis uniuſcujuſque diœceſis, & a Deo amabilibus Metropolitis, & ab aliis Epiſcopis, & Clericis, & Oeconomis, & Abbatibus, & Xenodochis, & Noſocomis, & Brephotrophis, & Gerontocomis, & Orphanotrophis, & omnibus ſimiliter rectoribus aliquorum ſanctorum collegiorum: omnibus imponens proprium robur: & licentiam præbens volenti *denuntiare* quæ delinquuntur. *Laudabilis enim hujuſmodi eſt, & calumniatoris* [11] *effugiet nomen, qui cauſam contra leges factam redarguit, auctor pietatis & utilitatis ſacris domibus factus.* † Servabunt autem eam nihilominus & noſtræ reipublicæ judices majores & minores, civiles & militares: & præcipue per omnes diœceſes conſtituti glorioſiſſimi Præfecti ſacrorum prætoriorum: & medias [12] habentes adminiſtrationes, quos *ſpectabiles* vocant: dicimus autem Auguſtales, & proconſulares, & ſpectabiles comites, & alios Orientis, & qui poſt illos ſunt magiſtratus, hoc eſt provinciarum conſulares ſive præſides conſtituti, atque defenſores civitatum: & ſimiliter omne civile & militare & publicum auxilium, hanc noſtram legem, tanquam in communi utilitate, & pro totius terræ pietate poſitam ſervet: & prævaricatores ſubdat pœnis quas primitus diximus. † Si quid autem de conductionibus eccleſiaſticarum rerum aut in aliis capitulis ſancivimus, aut a prioribus noſtris ſancitum eſt: maneat hoc in propria firmitate: neque ex præſenti ſacra noſtra conſtitutione novandum. alia enim omnia manere in propriis terminis ſinimus: niſi tamen aliquid de iis habeat quæ hic conſtituimus: cum ſufficiat pro omnibus hæc lex ſuper id quod a Leone piæ memoriæ factum eſt, omnem adverſus ptochicas res auferre alienationis occaſionem. † Tua igitur beatitudo, & qui poſt illam in pontificialibus ſedibus fuerint, quæ a nobis diſpoſita ſunt, operi effectuique tradere feſtinet. Divinitas te ſervet per multos annos, ſancte ac religioſiſſime pater. Dat. 16. Kalend. Maji, *Conſtantinop.* BELISARIO V. C. CONS.

TIT. II.

UT [13] JUDICES [14] SINE QUOQUO SUFFRAGIO [15] FIANT.

NOVELLA CONSTIT. VIII.

Imp. Juſtin. Auguſt. Ioanni præfect. præt. iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

OMnes nobis dies ac noctes contingit cum omni lucubratione & cogitatione degere ſemper volentibus ut aliquid utile, & placens Deo a nobis collatoribus præbeatur, & non in vano vigilias ducimus: ſed in ejuſmodi eas expendimus conſilia, pernoctantes, & noctibus ſub æqualitate dierum utentes: ut noſtri ſubjecti ſub omni quiete conſiſtant, ſolicitudine liberati: nobis in noſmetipſos pro omnibus cogitationem ſuſcipientibus; per omnem namque curioſitatem & inquiſitionem ſubtilem diſcurrimus, illa agere quærentes: quæ utilitatem noſtris ſubjectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinſecus illato citra publicum cenſum, & juſtam legitimamque collationem. Invenimus enim plurimam ingreſſam cauſis injuſtitiam: & hanc non olim, ſed ex quibuſdam temporibus violenter acceſſiſſe, & omnes noſtros ſubjectos ad inopiam compuliſſe, ut ad noviſſimam ipſi penuriam devenire fluctuarentur, & neque conſueta & legitima tributa, & pro veritate pias functiones ſecundum publicum cenſum poſſint ſine maxima neceſſitate perſolvere. Quomodo enim valerent collatores, cum ex aliquo tempore imperatores ſemper aliquid lucrari ex proventu judicum cogitarent, & merito hos ſequerentur etiam glorioſiſſimi præfecti, ex hac injuſtitia, damnis extrinſecus illatis, ſolennibus piis collationibus ſufficere? §. 1. Cogitatio igitur nobis facta eſt, quod agentes omnia quæcunque in noſtris provinciis ſunt: uno actu communi ad meliora migraremus. Hoc enim omnino eventurum credimus, ſi præſides gentium quicunque civiles adminiſtrationes provinciarum habent, *puris* [16] procuremus uti *manibus*, & ab omni abſtinere acceptione, pro illis ſolis contentos eis, quæ a fiſco dantur. Quod non aliter fiet, niſi & ipſi cingula ſine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occaſione ſuffragiorum, neque iis qui cingula habent, nec alii omnium ulli. Conſideravimus enim, quia licet quæſtus immodicus imminuitur imperio, attamen noſtri ſubjecti incrementum maximum percipient, ſi indemnes a judicibus conſerventur: & imperium & *fiſcus abundabit utens ſubjectis locupletibus* [17]: & uno hoc introducto ordine, plurima rerum & innumera erit ubertas. An certe non omnibus manifeſtum eſt, quoniam qui [18] aurum dat, & ita adminiſtrationem emit: non dat hoc ſolum quantum occaſione adinventum eſt ſuffragiorum, ſed & aliud extrinſecus addit amplius occaſione commodi adminiſtrationem aut dantibus aut ſpondentibus? & ſic *uno* [19] *principio illicito dato plurimas neceſſe eſt manus circumire eum qui donationem facit*: & hoc non de ſuo forte præbere, ſed mutuatum, & ut mutuare poſſit, damnificatum, & computare apud ſe, quia convenit eum tantum ex provincia percipere, quantum liberet ei quidem debitas ſortes & uſuras, & damna pro ipſo mutuo: computabit autem & in medio expenſas largiores, jam & judici, & qui circa ipſum ſunt, convenientes: & quendam etiam ſibimet recondet quæſtum in tempore ſequenti, in quo forte non adminiſtrabit. Quapropter ejus quod ab eo datum eſt, triplum, magis autem, ſi oportet verius dici, decuplum erit, quod a ſubjectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur: nam ea quæ oportebat in fiſcum [20] inferri, eo quod adminiſtrationem habet puris utentem manibus: hoc ad propriam utilitatem redigens qui adminiſtrationem habet, & inopem faciens nobis collatorem, inopiam ipſius quæ per ipſum agitur, nobis reputat & quanta impie talia fiunt, ad horum furtorum merito relata occaſionem? Adminiſtrationes namque habentes provinciales, ad hanc acceptionem reſpicientes, multos quidem reorum dimittunt, vendentes [21] eis delictum: plurimos autem innoxiorum condemnant, ut noxiis præſtent, & hoc non ſolum in pecuniariis cauſis agitur, ſed & in criminalibus [22], ubi de anima [23] eſt periculum: fugæque fiunt ex provinciis, & confluunt huc omnes ingemiſcentes ſacerdotes, & curiales, & officiales & poſſeſſores, & populi, & agricolæ, judicum furta merito & injuſtitias accuſantes: & hæc non fiunt ſola, ſed etiam civitatum ſeditiones, & publicæ turbæ plerumque pecuniæ cauſa fiunt atque ſedantur: & omnino una quædam eſt hæc omnium occaſio malorum: & accipere [24] ſuffragium a judicibus, totius nequitiæ eſt principium, & terminus. eſt quoque hoc ſacrorum eloquiorum mirabile & verum, quod avaritia [25] omnium ſit mater malorum: maxime quando non privatorum, ſed judicum inhæret animabus. Quis enim ſine periculo non furetur? quis non latrocinabitur ſine reatu ad adminiſtrationem reſpiciens? Illum namque videns [26] omnia auro venden-

1 Reſcriptum in perniciem Eccleſiæ qui impetrat, ſacrilegii tenetur. 2 *Nov.* 120. *c.* 7. §. 1. 3 Ἐν οἷς μοναστήριόν τι καθιδρύθη, in quibus monaſterium extructum eſt, Scrimg. & male: meminit enim Julianus vetus interpres altaris. 4 Jul. Anteceſſor Miſſam interpretatur hoc loco & *Novell.* 50. Et eo verbo ſæpe uſi ſunt veteres: ut hic recte notat Cujacius. 5 Sacrum miniſterium. ἱερὰ γίγνεται λειτουργία. Scrimg. & ſacra Miſſa facta. Julian. Hinc colligunt, non in omnibus monaſteriis liturgiam celebratam. Porro Miſſæ vocabulo idem Julian. utitur *Novell.* 58. Eodem utitur Ambroſius, ut alii quidam, qui tamen omnes dicunt Miſſas agere vel facere, non canere. Cornel. *in epiſt.* adde Cujac. *hic.* De liturgia dixi ad *l.* 5. §. 6. *ff. de jur. immun.* 6 In liturgia, ſive Miſſa, legebantur ſacræ Scripturæ & ſacroſancta & ineffabilis communio tradebatur, *ut hic.* Goth. De lectione Sacr. Script. vid. *Novell.* 144. *c.* 2. *Novell.* 146. *Item Novell.* 133. *c.* 2. *Novell.* 141. *c.* 1. Anſ. 7 Ἀπορεχώρια. 8 Ἀπορές τις κτῆσις, fœneum aliquod. J. *h. t.* ſic imperatores in *l.* 3. *C. Theod. indulgent. debit. lib.* 11. *tit.* 28. fœneos defectoſque fundos appellant nullius pretii vel reditus. vid. Cujac. 8. *obſerv.* 40. 9 De fœnea poſſeſſione dixi ſuperius. 10 Ptochicæ res, quæ ad pauperes pertinent. 11 Calumniari non videntur, qui legibus vetita redarguunt. *l.* 5. *C. de injur. l.* 18. *l.* 33. *ff. de injur.* 12 Spectabilium medius ordo. Spectabilis dignitas, media eſt inter ſenatorias. Supra ſpectabiles ſunt illuſtres: infra clariſſimi. Quartus ſenatorum gradus non eſt. Extra ſenatum equeſtris, perfectiſſimus & egregius. Cujac. *ad l.* 1. *C. de dign.*

13 Adde *Nov.* 161. 14 Idem in epiſcopis & ſacerdotibus. 15 Χωρὶς τῆς οἱασδήποτε δόσεως, Scrimg. ſine pecunia. Julian. Suffragium, pecunia eſt, quæ ſuffragatoribus aulicis datur, promittiturve honoris adipiſcendi cauſa. Ex qua cauſa erat actio, Si certum petatur, de ſuffragio. vide *l. unic. C. de ſuffragio.* Quæ eo nomine a principe accipiebantur ſuffragia, δεσποτικὰ vocantur. J. utrumque Juſtinianus tollit hac Novella, adde *d. Novell.* 161. *c.* 2. ſecutus legem *ult. C. repetund.* quæ vetat ſuffragii nomine quid dari ſuffragatori, vel rationibus publicis inferri, adde *Nov. Th* 161. Goth. Ad hanc Novell. vid. Rittershuſ. & *part.* 12. *c.* 4. *part.* 2. *c.* 2. *num.* 12. & 13. Kinſchot. *Reſp.* 38. *n.* 3. Anſ. Adde, quæ de eo, quod ſuffragii nomine datum, aut promiſſum, notavimus *Cenſur. Forenſ. lib.* 4. *c.* 14. *num.* 12. & *ſeq.* S. L.

16 Manus pura eſſe oportet judicibus, vide Harm. *initio operis.* 17 Intereſt reipublicæ, locupletes habere ſubditos. 18 Hinc illud Alexandri Severi apud Lampridium: Neceſſe eſt, ut qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum: quos ſi patiar, damnare non poſſim. Erubeſco enim, punire illum hominem, qui emit & vendit. Seneca 1. *de benef. in fin.* Provincias ſpoliari, non mirum, quando, quæ emeris, vendere jus gentium eſt: vice verſa æquum eſt, ut qui non emit, non vendat. 19 Dato vel conceſſo uno abſurdo vel incommodo, plura ſequuntur. 20 Judicum voracitas fiſcum minuit.

21 Adde *l.* 4. *ff. ad l. Corn. de ſicariis.* 22 Criminale judicium eſt ubi de anima periculum eſt. 23 Hoc eſt, de vita. 24 Principium nequitiæ judicialis eſt, ſuffragium ab eis accipere. 25 Avaritia malorum mater, præſertim in judice, *Luc.* 12. *verſ.* 15. & *ſeq.* 1. *Corinth.* 6. *verſ.* 10. 26 Spes impunitatis homines ad delicta committenda red-

tem, & præſumens, quia quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet: hinc homicidium, & adulterium, & invaſiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confuſio, & contemptus legum & judicum, omnibus hæc venalia propoſita eſſe putantibus, tanquam aliquod vilium mancipiorum. Sed neque ſufficimus conſiderare & exponere quanta ex furto provincialium judicum fiunt peſſima: nullo [1] eos præſumente cum fiducia redarguere: cum illi repente ſe emiſſe cingula pronuncient.

CAP. I.

De magiſtratibus ſine ſuffragii datione creandis.

HÆc omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem [2] conſilii ſumentes eam, quæ a Deo data eſt nobis reverendiſſimam conjugem, & tuæ celſitudini cauſam communicantes, & quædam etiam a tuo ſumentes conſilio, ad hanc ſacram venimus legem per quam ſancimus, neque [3] proconſulariam ullam, neque hactenus vocatam vicariam, neque comitem Orientis, neque aliam quamlibet adminiſtrationem, neque proconſularem, neque præſidalem, (quam conſularitias & correctivas vocant) quarum expreſſim meminit ſubjecta huic ſacræ legi noſtræ deſcriptio, quaſque ſolas ſub hac lege ducimus dare aliquod ſuffragium, neque pro adminiſtratione quamlibet donationem, neque judici ulli, neque horum qui circa adminiſtrationem ſunt alicui, neque alteri per occaſionem patrocinii: ſed gratis quidem ſumere adminiſtrationes: pauca vero præbere occaſione eorum, quæ pro ſingulis dantur codicillis & chartis [4], nam ſubjecimus etiam deſcriptionem [5] huic ſacræ noſtræ legi, declarantem quid competat unamquamque adminiſtrationem noſtram præbere in ſacro noſtro laterculo, aut in foro tuæ celſitudinis occaſione codicillorum, aut præceptorum: unde & illud abbreviatum eſt, ne præſtet illi maximum damnum.

CAP. II.

De Vicario Aſianæ & præſide Phrygiæ [6] in comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen translatis.

ILlud tamen decernimus, oportere *Vicarium* [7] *Aſianæ*, qui eſt quoque judex Pacatianæ Phrygiæ, non ulterius quidem ita nuncupari, ſed de cætero *comitem Phrygiæ Pacatianæ* nominari: & percipere de fiſco quæ etiam nunc occaſione annonarum & capitum pro utraque adminiſtratione percipiebat, nihil horum imminuto: non autem duobus officiis uti: ſed permixtum & judicis & vicarii unum eſſe, comitianum exiſtens & nominatum: periculo functionum publicarum & ei & omnibus ſimiliter imminente: utpote uno officio conſtituto, non dividendo penitus, ſed per unam continuationem militantibus univerſis: quod accipiet quidem propter duplex periculum, annonas, & capita: quæ utraque pridem percipiebat officium: non tamen in altera quadam adminiſtratione pridem quidem vicarium, nunc autem ſpectabilem comitem in Pacatiana Phrygia, non habentem penitus ullum participium in aliis Aſianæ provinciæ diœceſibus [8]: ſed habentem quidem ſpectabilis comitis Pacatianæ phrygiæ cognominationem, contentum vero in ſola Pacatiana, ſicut prædiximus, Phrygia.

CAP. III.

De vicario Ponticæ ſublato [9] & in comitis Galatiæ primæ nomen translato [10].

HOc autem ipſum & in alterutro pridem *vicario* definivimus: dicimus autem eum qui eſt in Pontica [11] diœceſi, ut non duo conſiſtant de cætero: ſed unus *Comes* quidem *Galatiæ* [11] *primæ* nominandus, & habiturus etiam ſuper milites poteſtatem, ſicut habet & *nunc*: & utriuſque cinguli percepturus annonas, non tamen foris primam Galatiam: nullam etenim ei aliam penitus damus habere poteſtatem in *ulla Pontica* regione, ſed in ſola *Galatia prima*, officio quidem miſcendo, & ſecundum unam (ſicut dictum eſt) intelligendo & numerando conjunctionem, comitiano exiſtente & nominando: nulloque penitus eorum ad alios habente aliquam differentiam: ſed unum eſſe officium ſub uno judice unius provinciæ præſule: omni ſimili officio una cum ſuo judice circa fiſcalia periculum ſuſtinente.

CAP. IV.

Ut nulli judicum liceat mittere vicarios.

NUlli [12] quoque judici [14] penitus concedimus neque civili neque militari mittere per civitates provinciæ quibus præſidet, eos, qui vocantur *loci ſervatores*, ſcientibus [15], quia ſi quid tale fecerint, ipſi cadent adminiſtratione, præſumentes alios in officium elevare [16].

CAP. V.

Ut Comitis orientis & præſidis Antiochiæ officium miſceatur.

HOc autem ipſum [17] dicimus & in clariſſimo comite Orientis [18], & clariſſimo judice: & illic enim unam adminiſtrationem utramque facimus, habentem quidem & ſpectabilis comitis Orientis nomen: officio vero uno præſidente comitiano exiſtente & nominando: & primæ ſolius *Syriæ, & Syriſtenſis* [19] *præſidente*, & utriuſque adminiſtrationis annonas habente, æqualem namque vicarius illum ponimus, ut & ipſe cum ſubjecto ſibi officio periculum habeat, & pro fiſcalium exactione, & pro civili & publica diſciplina.

CAP. VI.

Ut omnes privati præſidibus ſubjaceant, & executores quoque urbis Conſtantinopolitanæ.

VOlumus autem omnibus judicibus [20] noſtrarum provinciarum omnes ſubdi: privatos [21] quidem, ſecundum quod cinguli proprium præmium eſt, in omnibus cauſis [22], & univerſis pecuniariis & criminalibus occaſionibus. Qui vero in militiis conſtituti ſunt [& propriis judicibus deputati] etiam iſtos nihilominus occaſione fiſcalium & criminalium ſubdi omnibus eis modis. Sed etiam eos qui hinc [23] deſcendunt, & ex quolibet foro, qui quaſcunque exequuntur ſententias, licet provinciarum judicibus non ſinere amplius aliquid quam ſacra noſtra conſtitutione diſpoſitum eſt, percipere [24] ſportularum: ſcientibus quia ſi hoc neglexerint, omne damnum ex hoc noſtris collatoribus illatum, ipſi perſolvent. † Damus autem licentiam eis & referre de eo non ſolum ad judices, a quibus ſunt miſſi, ſed etiam ad noſmetipſos: ut nos hanc agnoſcentes cauſam competenter exequamur. † Si autem ipſi aliquos invenerint propter dignitatis & cinguli [25] ſupercilium noſtris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus etiam examinare violentias, & reos inventos privare [26] cingulo: & noſtrum ordinem in provinciis adimplere: hoc quod etiam veteribus dictum eſt legibus. Sicut enim eos omni injuſto lucro prohibemus: ita etiam pure cingulis utentes, omni honore & reverentia & honeſtate frui ſancimus.

CAP. VII.

De jurejurando a præſidibus præſtando, quod pecuniam nec nomine quidem ſuffragii dederint.

SIc igitur a nobis cingulis [27] diſcretis, convenit eum qui ſic acceperit adminiſtrationem, cum Dei memoria coram [28] nobis, aut ſi non vacat, coram tua celſitudine, & qui tuam rexerint ſedem, & qui ſemper fuerit glorioſiſſimo comite ſacrarum noſtrarum largitionum, & glorioſiſſimo quæſtore ſacri noſtri palatii, & glorioſiſſimo comite ubique ſacrarum noſtrarum privatarum rerum, præſente quoque & per tempora magnificentiſſimo chartulario [29] ſacrorum noſtrorum cubiculorum, qui codicillis his apud nos miniſtrat, jusjurandum dare, *nihil penitus nec quodlibet ſe præbere, neque occaſione ſuffragii* [30], *neque patrocinii, & neque promittere, & neque de provincia profiteri dirigere, neque glorioſiſſimis præfectis, neque aliis cingula habentibus, neque iis qui circa eos conſtituti ſunt, nec alteri cuilibet per occaſionem patrocinii: ſed ſicut ſine ſuffragio* [31] *accepit adminiſtrationem, a publico percepturus annonas*: (has enim ſolas accipere eum ſinimus) *ſic eam puris cuſtodire manibus Deo & nobis pro ea redditurus rationem.* † Sciat enim tua celſitudo, & qui poſt te eaſdem conſcenderint ſedes: quia ſive ipſi præſumpſerint accipere quicquam ab iis, qui ad prædictas adminiſtrationes accedunt, ſive proceres ipſi, ſive etiam officium tuum, ultra ea quæ occaſione conſuetudinum [32] a nobis eis definita ſunt: quæ ſcilicet ſufficere ſola putantes, dari decrevimus: non [33] in parvis pœnam fieri: ſed maximi quidem judices accipere aliquid præſumentes ab iis, qui ad adminiſtrationes accedunt, aut etiam permittentes ſuum officium [34] tale aliquid agere, & nunciatum non emendantes: non ſolum quadruplum reddent totius quantum perceperunt, ſed etiam magnam indignationem ſuſtinebunt, & cinguli periculum formidabunt: & qui circa eos ſunt, & obediens eis officium, ſi amplius aliquid quam a nobis conceſſum eſt, tentaverint accipere, ipſi quoque ſubjicientur damnis quadruplæ redditionis, & cadent etiam ſubſtantia & [35] cingulo: inſuper & ſuppliciis ſubjacebunt quæ congruunt delictis eorum.

CAP. VIII.

Ut præſides [36] tributorum exactioni diligenter incumbant.

EOs autem qui ita ſine mercede ſumunt adminiſtrationes, præ omnibus ſtudium habere decet fiſcalia [37] vigilanter inſpicere, & indevotos quidem & egentes neceſſitate, cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos, neque pro hoc ipſo lucrum aliquod omnino conſiderantes: devotis autem paterne ſe exhibere: deinde noſtros ſubjectos reſervare undique ſine violentia, nihil ab ullo eorum percipientes: ſed æqui ſint in judiciis; æqui vero in publicis diſciplinis: exequentes quoque delicta, innoxios quidem undique cuſtodientes, eos, qui puri ſunt: reis autem pœnam imponentes ſecundum [38] legem: & ita præſidentes collatoribus, tanquam [39] patres filiis: diligentes quidem eos qui ſunt innocentes: qui vero rei monſtrantur, caſtigantes ac punientes: omnemque juſtitiam in publicis & privatis documentis eis ſervantes: & non

dit audaciores. 1 Provinciales non ſine metu ſuos præſides audent accuſare.
2 Imperator conſilium ſumit ab uxore. Auguſtas, id eſt, Imperatrices ſic a principe in conſilium adſumi, jus receptitium eſt & antiquum. Sic Octavius Auguſtus Liviæ uxoris conſilium ſaluberrimum admittit apud Senecam 1. *de Clementia* 9. 3 Omnes magiſtratus ſine pecunia creandi. Jul. 4 Chartiaticon eſt, quod pro chartis datur.
5 Notitia quid, vide J. *h.t.* 6 *Novell.* 145. 7 Quatuor olim fuerunt vicarii in oriente Aſianæ diœceſeos, ut hic, Ponticæ, Thraciæ, Macedoniæ. *l. ult. C. de diverſ. off. & appell. judic.* Erat & præſes Phrygiæ Pacatianæ. Ex vicario Aſianæ & præſide Phrygiæ Pacatianæ, fit hic comes Phrygiæ Pacatianæ, qui in ea tantum provincia juriſdictionem habet, non in univerſum tractum Aſianum. 8 Diœceſes provinciæ. 9 Poſtea hic vicarius reſtitutus Edicto 8. 10 Cum antea fuiſſet *vicarius Ponticæ* & conſularis Galatiæ primæ, pro utroque unus conſtituitur, Comes Galatiæ primæ, qui in ea tantum, non in cæteris provinciis Pontici tractus juriſdictionem exerceat, ſed Edicto 8. reſtituitur *vicarius Ponticæ*.
11 Galatia a Gallis dicta. Stephanus *lib. de urbibus*, γαλάται. eadem & Gallogræcia. vid. *Juſtinum* 25. 12 Hic derogatur titulo de officio ejus, qui vicem alicujus judicis obtinet.
13 Præſidi provinciæ. Idem dicendum de defenſore civitatis, cui non licet vicarium copulare.
14 Τοποτηρητὰς ſeu vicarios. Julian. *Nov.* 17. 128. *c.* 20. 134. *c.* 2. *ubi vide.* Hi in ſingulis municipiis abſentium vicem ſuſtinent. Delegati plerumque ſequuntur præſides, ut legati proconſules. Vicarii munus erat exſequi ſententias præſidum. *l. 2. C. de off. ejus qui vicem alicuj.* excepto jure gladii, *Nov.* 128. *cap.* 20. 15 Cur ita? quia in ſingulis civitatibus defenſores civitatum præſidum vice funguntur. 16 Quod ſcilicet diximus de vicario Africæ, & præſide Phrygiæ *cap.* 2. de vicario Ponticæ *c.* 3. S. 17 Pro Comite Orientis & conſulari ſive præſide Syriæ, *l. 1. C. de off. comit. Orient.* conſtituitur hic Comes, qui in Syria prima tantum adminiſtrationem habet. De minuto jure Comitis Orientis vid. Cuj. 8. *obſ.* 21.
18 Καὶ τῶν κυρηστικῶν. Scrimg. καὶ τῶν Κυῤῥεστικῶν ἡγούμενα. Haloandri Græca editio: & Cyrenenſis. Hal. *Latina editio.* Quiriſtica, *Julian.* Cyrrheſtica Cujac. 8. *obſ.* 21. Cic. 5. *ad Attic.* 18. Hoſtis in Cyrrheſtica, quæ Syriæ pars proxima eſt. 19 Præſidibus. 20 Ἰδιώτας, plebejos paganos, ut ſit ſenſus, Præſides juriſdictionem habere in paganos omnibus in cauſis: in milites, in cauſis tributorum tantum & ſimilibus cauſis &c. 21 Κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἴδιον. Scrimg. prout juriſdictionis proprium eſt. Hal. 22 Militaribus, vid. *tit. C. de off. militarium judicum.* 23 Id eſt, ex urbe Conſtantinopoli in provinciis magiſterianos & præfectianos intelligit. 24 Adde *Novell.* 17. *c.* 3. *Nov.* 86. 124. 25 Id eſt, adminiſtrationis. 26 Privare cingulo, eſt privare dignitate & adminiſtratione. Cingulum enim pro adminiſtratione ſumitur, *l. 2. C. ut dignit. ordo.* & J. cingula diſcernere *c.* 7.
27 Cingula Græci vertunt, ἀρχὰς: magiſtratus a Juliano dicuntur. 28 Jurare apud quem magiſtratum geſturi ſoleant. 29 Chartularium ſacrorum cubiculorum obſerva. duplex cubiculum fuit Auguſti & Auguſtæ. 30 Juramenti a magiſtratum inituris præſtandi formulam obſerva. adde *Nov.* 9. 161. *c.* 1. *l. ult. C. ad l. Jul. repetund.* Goth. Vid. Cicer. *Ep.* 1. & Caſſiod. *l.* 11. *var. c.* 8. C. Tacit. *Ann. l.* 4. Quibus adde, quæ de noſtris & aliorum moribus notavimus, *Cenſ. Forenſ. l.* 4. *cap.* 14. *num.* 13. *& ſeqq.* S. L.
31 *Cap.* 1. S. *h.t.* 32 Id eſt præter conſuetudines a principe definitas. Conſuetudo, *l'ordinaire.* 33 Id eſt, pœna non levis infligitur. 34 Id eſt, ſuos officiales, *officiers.*
35 Καὶ ἐστίας, καὶ ζώνης. 36 *Novell.* 161. *c.* 2. Edictum 4. *c.* 2. §. 2. 37 Δημόσια. Scrimg. exactiones tributorum. Julian. 38 Pœnæ ex legibus ſtatuendæ.
39 Judicis munus, præſidere & ſe gerere ad inſtar patris erga filios, *cap.* 10. J.

ipſi

ipsi soli hoc agentes, sed etiam semper consiliarium [1] talem sumentes, & qui circa eos sunt omnes, ut non videantur illi quidem veluti innoxii esse, per alios autem delinquant atque furentur: hoc quod magis turpe est, ut & participes [2] injustitiarum fumant. Ideoque licebit tuæ celsitudini honestiorum quosdam ad administrationes dirigere, & scientium tributa fiscalia: curialium quippe & aliarum personarum experimentum sui dantium bonum, & ad magistratus opportunorum. Quis enim non diligat eum, & honestate compleri magna putet, si nostro decreto judicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens, quia sit optimus, gratis vero eum suscipiens: non vacans omnino per provincias ulli pravitati, nec quemadmodum quod [3] dedit congreget, nec unde colligat aurum, sed ut hoc solum habeat studium, Deo nobisque semetipsum commendare, & gloria frui optima, & recompensationem sperare præcipuam. §. 1. Si quis autem præter hoc aliquid egerit, & donec in administratione est judex, furti reus appareat, & probetur aut aurum dans ut [4] accipiat administrationem, aut accipiens ex administratione, (utrumque [5] enim similiter noxium est) sciat quia & confiscationem & exilium sustinebit, & in corpus verbera atque supplicium. Ipsum quoque qui acceperit ab eo (sicut prædiximus) malis subjiciemus maximis. puras [6] enim exigimus esse provincialibus judicibus manus: ut collatores custodiamus. Et istæ quidem tam ex legibus quam ex administrationibus imminebunt pœnæ iis qui in prædictis administrationibus sunt, si tale aliquid egerint. Damus autem provincialibus licentiam, si quid apud provinciam injustum, qui administrationem habet, egerit: vel si damnis aliquibus aut calumniis subdat nostros collatores: ut Deo amabiles episcopi & provinciæ primates, preces ad nos dirigant, exponentes cingulum habentis delicta. nos enim hæc agnoscentes dirigemus in provinciam hoc examinaturum [7], quatenus ipse ubi injustitiam fecit, illic [8] quoque pœnas subeat [9] delictorum: ut neque alter quispiam tale aliquid agere præsumat, ad exemplum [10] respiciens.

CAP. IX.

Ut præsides quinquaginta [11] *dies faciant in provincia sua, postquam eis successum est.*

NEcessitatem [12] habente eo qui administrationem rexit, secundum priores constitutiones, dum deposuerit fasces, dies quinquaginta [13] in provincia commorari, publice se monstrantem, & ab omnibus suscipientem conventiones. si tamen ante completos quinquaginta dies, fugiens capiatur velut aliquod inhonestissimorum mancipiorum: damus licentiam collatoribus detinere eum in provincia: & omne quod dederunt ei occasione furti, hoc exigere, præsente tamen Deo amabili episcopo, & causam ex non scripto examinante, donec reddat omne quicquid furatus ostenditur. sed etiam ipsos provinciales, si senserint administratorum furtum, licentiam habere, magis autem necessitatem, hæc referre nobis: ut cognoscentes quia omnino auro vendidit justitiam, prædictis eum subjiciamus pœnis. super quod etiam cœlestibus suppliciis reus erit, transcendens jusjurandum in quo acceperit administrationem. Si autem voluerit ex quacunque causa non completis quinquaginta diebus ex provincia fugere: tunc comprehensus ubicumque degere videtur, revocabitur quidem in provinciam in qua administrabat: omne vero quod inventus fuerit accepisse, restituat in quadruplum.

CAP. X.

Ut omnes provinciales præsidibus suis debitum honorem & solitas acclamationes deferant.

ILlud videlicet observandum, nullam esse nostris subjectis licentiam in [14] alio quodam præter furtum hoc circa judices agere. Non enim si videatur vehementissimus indevotis propter fiscalium exactionem, aut propter delictorum executionem, dabimus subjectis agere aliquid adversus eum. Ex diverso autem etiam pœnis eos omnium amarissimis subjugamus, si eos qui puris usi sunt manibus, & fiscalium exactionem cum omni detulerint subtilitate, postea deponentes administrationem injuriari præsumpserint, & non cum omni favore post legitimum tempus provincias relinquentes deduxerint. Oportet enim eos qui post hanc legem nostram faciendi sunt clarissimos subjectarum provinciarum judices, considerare quanta quidem perfruentur gloria tales apparentes: quantis autem sint incursuri difficultatibus, legem hanc solvere quantum ad se præsumentes. Erit enim absurdum, si eos quidem qui in vilibus capiuntur furtis, ipsi torquebunt, & non primitus quiescant donec reddant furta: ipsi autem innoxii manserint in maximis constituti furtis, & neque apud subjectos erubescentes exemplum, cum liceat eis honestis & liberis & undique laudandis ostendi, & a nobis habere testimonium & spem.

§. 1. Non finimus autem nec spectabilibus judicibus, nec alteri alicui quamlibet eis oppressionem aut injustitiam inferre, aut civilibus omnino causis communicare: ut & nos eis honestatem servemus, & illi puritatem nobis devotionemque restituant. Sciant enim omnes subjecti, quia propter eorum utilitatem, & undique eorum indemnitatem, & ut per omnem agantur quietem, & non cogantur provincias [15] relinquere, & in peregrinis affligi, propterea præsentem legem scripsimus, Deo eam voventes, & præsentibus [16] venerabilibus maximæ [17] ejus communionis festivitatis diebus ut [18] omnibus, liceat patres suscipere magis judices, quam fures & solicitatores, & eorum substantiis insidiantes. §. 2. Oportet quoque [19] vos nostros subjectos scientes quantam vestri posuimus providentiam, cum omni devotione publica, sine imminutione tributa persolvere: & neque administratorum egere necessitate, sed ita devotos vosmetipsos præbere, ut nobismetipsis ostendatur operibus, quia & ipsi pro hujusmodi clementia propriam nobis devotionem restituetis & merito habebitis omnem a judicibus occasione devotionis favorem & providentiam: Illud scientes, quia judicibus imminet undique fiscalium periculum, & manifestum est, quia proprio suo periculo administrationes assumunt, & vos hæc agnoscentes, & omnimodo evitate indevotionem [20], & nolite vestras voluntates ita præbere inobedientes, quatenus eorum præsidum egeatis vehementia, quam necessarium est eos assumere propter inevitabilem [21] fiscalium exactionem: scientibus vobis nostris subjectis, quia militares [22] expensæ, & hostium incursiones multa egent diligentia, & non possunt citra [23] pecunias hæc agi, causa videlicet nullam recipiente dilationem, neque nobis concedentibus despici Romanorum terram diminutam, qui & Libyam omnem reparavimus [24], & Vandalos [25] in servitutem redegimus, & plurima adhuc, & majora horum speramus a Deo percipere & agere, pro quibus competens est fiscalia tributa sine [26] imminutione & devote & secundum definita exigi tempora. Quapropter si vos quidem devote occurratis judicibus, illi vero facilem & [27] præparatam fiscalium illationem in vos exhibuerint: & judicum laudabimus studium & vestram approbimus voluntatem, & undique una quædam erit optima consonaque præsidentium, & quibus præsident, congruentia magna.

CAP. XI.

Ut omnes Deo gratias agant hujus legis latæ gratia.

ITaque Deo & salvatori nostro Jesu Christo omnes similiter offerant hymnos pro hac lege, quæ eis dabit & patrias habitare caute, & proprias facultates habere firmissime, & judicum frui justitia. Nam & nos propterea eam posuimus: ut & justitiam, quæ in lege [28] est, valeamus domino Deo vovere, & nosmetipsos & nostrum commendare imperium, & non videamur despicere homines oppressos, quos nobis tradidit Deus: ut eis per omnia parcamus, ejus sequentes benignitatem. Ideoque quantum ad nos consecretur [29] hæc lex Deo: eo quod nihil in mentem nostram veniens boni pro tuitione subjectorum relinquimus. Volentes enim inhonesta hæc & servilia [30] furta perimere, & nostros subjectos in quiete a provincialibus judicibus conservare: propterea festinavimus gratis [31] administrationes eis dare: ut nec ipsis liceat delinquere, & abripere subjectis, quorum causa omnem perferimus laborem, dedignantes [32] imitari eos, qui ante [33] nos imperaverunt, qui pecuniis [34] ordinabant administrationes: sibimetipsis auferentes licentiam administratoribus nocentibus increpandi juste, & ipsi ea quæ percipiebant, celando, justi putati & proprios collatores propter hoc abripere a malis judicibus non valentes: unde nec ipsis judicibus increpare poterant agere caste, occasione prædictæ causæ. Nos autem sufficientem imperio quæstum esse putamus, ut collatores sola fiscalia conferant tributa, & nihil aliud extrinsecus quæratur, quod subjectis omnem commoveat vitam.

CAP. XII.

In quibus causis a præside detenti, fori præscriptionem non habeant.

QUod autem primitus a nobis dictum est adhuc majori opere, & subtiliori complecti existimavimus legislatione, quatenus nostra intentio omnibus fiat aperta. Sancimus enim clarissimos subjectarum provinciarum administratores citra omne factos pecuniarum suffragium [35], & ab his dati jurejurandi [36] memores, habere, & hanc a nobis licentiam, ut nulla sit ulli apud eos penitus fori [37] præscriptio, neque in iis quæ committuntur ab aliquibus violentiis, neque in criminibus, & quæ hinc oriuntur læsionibus, neque in seditionibus publicis, neque in publicorum tributorum exactionibus: sed omnes similiter subjacere horum jurisdictioni, non expectantium neque præcepta suscipere a judicibus, quibus subjecti sunt, neque nuntiare ad eos, sed contentos esse hac nostra lege, per quam omnem eis potestatem præbemus: nemine licentiam habente penitus in prædictis causis neque privilegio uti quolibet, neque ex hoc sibimet imperare, ut delinquat innoxie. Non enim qui omni abstinent acceptione [38] judices, aliud quiddam Dei, & legis nostroque præponent timori: sed ad illum respicientes servabunt subjectis justitiam, omnia secundum nostras judicantes, & agentes leges.

§. 1. Quia enim milites, & hujusmodi in provinciis constitutos eis subjicimus: neque in hoc egebunt præcepto cujuspiam proprio aut a nobis, aut a nostris Judicibus, sed præsenti lege utentur, & hanc eis ostendent, ut auxilientur [39] eis utentibus judiciali fiducia, scientibus quia nisi hæc egerint, & emolumentorum & militiæ sustinebunt casum, & in corpus periculum patientur: ut nobis nullo alio penitus opus sit judice, & aut latronum infecutores [40], aut appellatos violentiarum [41] inhibitores, magis autem fures aut violentos mittere, occasione quidem quasi rationabili utentes, ipsos autem omnium pessima facientes. Cum enim judices provinciarum uniuscujusque maximorum judicum compleant officium, & pro omni alio cingulo provinciis sufficiant, & ad ea quæ ex nostris legibus super eis decreta sunt: quis præsumat, aut fori præscriptione, aut hujusmodi aliquo apud eos uti?

CAP. XIII.

De latrunculatoribus [42] *& viocolytis, & aphoplistis.*

INterdicimus autem & gloriosissimo magistro militum Orientis, & omni-

1 Παρεδρεύοντος, Scrimg. adsessorem, Julian. 2 Particeps delicti puniendus. 3 Dixi in principio §. *h.t.* 4 *In pr. & c.* 1. §. *h.t.* 5 *l. ult. Cod ad l. Jul. repetund.* Sic episcopus qui suffragium dedit & qui accipit, puniuntur pari pœna, *l.* 31. *C. de episcop.* 6 Καθαρὰς, non corruptas. Cruenta mente, pura manu, Apuleius 4. *Florid.* 7 Ἐξετάζοντος, *enquesteur.* 8 *Novell.* 69. *c.* 1. vid. *l.* 28. §. 15. *ff. de pœnis* 9 Etiam durante magistratu. vid. Socinum *reg.* 249. 10 Exemplo peccari solet. 11 Vid. *Novell.* 161. *cap.* 1. 12 Hinc sumpta est Authentica, Si vero. *Cod. ut omnes judices.* 13 *Novell.* 95. 128. 161. *l.* 1. *C. ut omnes judic. tam civil. quam crim. l.* 3. *C. de adsessorib. l.* 3. *C. de silentiariis. l. ult. C. de dignit.* hoc spatio temporis tutores se excusare debent, *l.* 13. *ff. de excusat. tut. l.* 6. *C. h. t.* 14 Sensus est: Licentia illa, de qua dictum *cap.* 9. §. provincialibus data est, si de furto arguere præsidem voluerint: in aliis causis ante dicta observatio cessat. Jul. 15 Facit *l.* 6. §. 5. *ff. de offic. præsid.* 16 Id est, instantibus. 17 Τῆς μεγάλης αὐτοῦ καὶ καινοτάτης ἑορτῆς ἡμέραις. Scrimg. 18 Id est, id studemus hac lege perficere, ut judices provincialibus sint parentum loco *c.* 8. *supr. h.t.* 19 Id est, oportet vicissim vos (qui nobis estis subjecti) scientes &c.

20 Ἀγνωμοσύνην. 21 Ἀπαραίτητον, id est, inexcusabilem. 22 Militares expensæ moram dilationemve non admittunt. *ut hic.* 23 Pecunia nervus belli. *Leo Novell.* 52. *in princ.* 24 Recuperavimus. vid. *l.* 1. 2. *C. de off. præf. præt. Afr.* 25 Qui Libyam & Carthaginem occupabant. 26 Ἀνελλιπῶς. 27 Ἐκ προχείρου, *preste, & en main.* 28 Divina scil. 29 Imperator hanc constitutionem, Deo consecrat *ut hic:* & vovet, *c.* 10. §. 1. *supr.* 30 Judicis peculatus, furtum servile.
31 Ut cum lucrum gratis accipiant, dent etiam & conferant suas operas gratis.
32 Pulchrum imperatori, non imitari scelera antecessorum. 33 Ante Justiniani tempora, dignitates erant mercales. 34 An æquum sit & utile, dignitates pecuniis comparari, dixi *in princ. supr. h.t.* 35 *c.* 1. *supr. h.t.* 36 *c.* 8. *supr. h.t.*
37 Nemo in criminali causa, neque in tributorum exactione, neque in populari seditione, præsidi provinciæ objicit fori præscriptionem. Julianus *hic.* adde *l.* 3. *in fin. ff. de off. præsid.* 38 Pecuniæ scil. 39 *Un juge peut demander main forte au premier venu, l. qui restituere* 68. *ff. de rei vind.* 40 Vide *c.* 13. 41 Vide *d. c.* 13. §. *h.t.* 42 Vide

bus

bus noſtris judicibus, aut latronum inſectatores [1] aut violentiarum [2] inhibitores, aut armatos [3], aut aliquos tales deſtinare in provincias. Sciant enim qui ad hoc inſtituti poſt hanc noſtram legem præſumpſerint, quoniam capti ab his noſtris judicibus provinciarum, & in vincula redigentur, & ad nos cauſa nuntiata, a nobis ſummum periculum ſuſtinebunt. & qui hujuſmodi eis præcepta tradiderint, triginta librarum auri ſuſtinebunt pœnam: & majorem inſuper ac vehementiorem noſtram indignationem experientur. Oportet igitur Judices provinciarum tanquam promeritos a nobis poteſtatem, ſic cauſis uti, ut juſte & legitime ſint omnibus metuendi: ſcientes, quia ſi data a nobis adminiſtratione, male & indigne abutantur a nobis conceſſa ſibi licentia, ſubjacebunt ſuppliciis, quæ primitus diximus: & donec adminiſtrationes habent, hæc perferentes, & dum eas depoſuerint, majori adhuc experientur periculo. Non enim eis damus licentiam antequam legitimum quinquaginta [4] dierum compleatur tempus, a provinciis, in quibus adminiſtraverint, diſcedere, aut per occaſionem revocatoriæ [5], aut per occaſionem fugæ, aut per aliam quamlibet cauſam: ſcientibus (ſicut prædiximus) ſive ad hanc veniant feliciſſimam civitatem, ſive in quamcunve regionem, ad provinciam denuo revocati, cui præfuerunt, pœnas ſuſtinebunt omnes, quas prius diximus.

CAP. XIV.

Quomodo aut apud quem jurare debent Magiſtratus, & de exigenda ab his cautione.

JUſjurandum vero dabunt hoc quidem quod ſuperius diximus [6]. Si vero aliquibus in provinciis exiſtentibus mittantur ſinguli codicilli, & coram Deo amabili Epiſcopo Metropolitano, & qui in eis primates ſunt, jusjurandum ſubibunt, & ita ſinguli ſuſcipient actiones, tua quippe celſitudine providente, ſive in hac maxima civitate perceperit aliquis adminiſtrationem, ſive in provincia: ei codicilli ejus tranſmittantur a tua celſitudine: ut ipſe qui accepit, cautionem faciat fiſco, *De tributorum inculpabili exactione*, ſicut ipſe pure probaveris. † Poſita ſit autem lex hæc a nobis, in omnibus adminiſtrationibus a nobis nominandis, & ex præſenti tempore ſine ſuffragio percipiendis: nam quæ præceſſerunt pridem, poſitis ſubjaceant legibus. nulla pœna horum quæ in hac noſtra lege determinata ſunt, imminente hactenus [7] adminiſtrationes habentibus: niſi tamen & ipſi poſt inſinuationem hujus legis furati capiantur.

EPILOGUS.

† Hæc igitur tua celſitudo univerſa cognoſcens, in omnibus gentibus ſub ſe conſtitutis fieri manifeſta procuret, ſolenniter præceptis utens apud omnes provinciarum præſides: ut ipſi cognoſcentes noſtrum circa ſubjectos ſtudium, & quantam habemus, circa ordinationem judicum voluntatem, conſiderent quanta eis bona participantur [8], neque imperii famulitio [9] pro eorum felicitate parcentes. Dat. BELISARIO præfecto, 16. Kal. Maji, 535.

Edictum [10] ſcriptum in omni terra Deo amabilibus archiepiſcopis & ſanctiſſimis patriarchis.

TRaditæ nobis a Deo reipublicæ curam habentes, & in omni juſtitia vivere noſtros ſubjectos ſtudentes, ſubjectam legem conſcripſimus: quam & tuæ ſanctitati, & per eam omnibus qui tuæ provinciæ ſunt, facere manifeſtam, bene habere putavimus. Tuæ igitur ſit reverentiæ & cæterorum hæc cuſtodire: & ſi quid tranſcendatur a judicibus, ad nos [11] referre: ut nihil contemnatur horum, quæ ſancte & juſte a nobis ſancita ſunt. Sic enim nos quidem noſtrorum ſubjectorum miſerati, quoniam ſupra fiſcalium functionum exactionem, etiam maximas ſuſtinent ex furto judicum violentias, propter factas provinciarum venditiones, hæc auferre per ſubjectam ſtuduimus legem. Vos autem ſi negligentes non referatis, a nobis quidem conſecratam Domino Deo: rationem reddetis apud eum pro aliorum injuſtitia, ſi quod non agnoſcentibus nobis damnum apud vos hominibus inferatur: ſed oportet præſentes vos provinciis, & pro eis ac reliquis deteſtantes, manifeſtos nobis facere & rectos judices, & tranſcendentes hanc legem noſtram, quatenus utroſque cognoſcentes hos quidem puniamus, illis autem repenſemus. Cumque lex publice propoſita fuerit, & omnibus manifeſta: tunc intus [12] recondatur in ſanctiſſima eccleſia cum ſacris vaſis, utpote, & ipſa dedicata Deo, & ad ſalutem ab eo factorum hominum ſcripta. † Facietis autem melius & illic habitantibus univerſis hominibus utilius, ſi eam inſculpentes aut tabulis [13] aut lapidibus in porticibus ſanctiſſimæ eccleſiæ deſcribatis, plenam præbentes omnibus horum quæ ſancita ſunt lectionem atque poſſeſſionem.

CAP. I.

De defenſoribus civitatum.

SI vero pro judicum puritate hanc habuimus providentiam: palam eſt quia multo magis defenſoribus non permiſimus nec quicquam accipere, nec dare. Dabunt enim conceſſis ſibi præceptis in foro glorioſiſſimorum præfectorum (ſi quidem majores [14] ſint civitates) ſol. IV. [15] ſi vero minores ſint, ſol. III. & ultra hæc, nihil. Accipient autem nihil ab ullo, ſi aliquis ex fiſco ſolennis eis quæſtus erit. aut ſi nihil ex fiſco percipiunt: nihil ultra quam ſacra noſtra ſtatutum eſt conſtitutione, percipiant: alioqui ſi quid accipere capiantur, aut ipſi aut qui vocantur eorum chartularii, aut alter quiſpiam qui circa eos ſunt: illi quadruplum reſtituent quod acceperunt, & hac ſolicitudine repellentur: inſuper exilio perpetuo mulctabuntur: & in corpore caſtigati, reddent provinciam viris bonis pro malis defendendam.

Eritis autem & in hoc cuſtodes vos & inhibentes quæ contra hæc fiunt, & inſinuantes: ut neque lateat aliquid horum quæ delinquuntur, neque latendo ſit impunitum: ſed omnis æquitas atque juſtitia noſtris ſubjectis floreat. Si vero etiam hactenus judices non poſt inſinuationem hujus legis omni abſtineant furto: ſciant & ipſi hujus legis pœnæ ſe eſſe ſubjectos.

Scriptum eſt exemplar Edicti Conſtantinopolitanis habens ita.

QUantam ſubjectorum poſuimus providentiam, oſtendit a nobis nuper poſita lex, quam ad glorioſiſſimos noſtros præfectos ſcripſimus. Sed competens eſt & vos ipſos ſcire noſtram providentiam quam circa omnes homines habemus, & propterea legem ipſam & in edicti propoſuimus figuram, ut & vos domino Deo ac Salvatori noſtro Jeſu Chriſto, juſte referatis hymnos [16], & noſtro imperio, quia omnem pro veſtra utilitate perferimus laborem.

Notitia [17] eorum quæ ab unaquaque ſubditarum adminiſtrationum debent præberi circa conſuetudinem quantitatis, ab iis qui adminiſtrationes habent: nullo præſumente extra ea, quæ ſubſcripta ſunt, nequaquam requirere amplius aliquid.

§. 1. A ſpectabili comite [18] Orientis [ſic:] in [19] ſacro cubiculo, ſol. LXIII. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, cum quatuor ſcriniariis ſacri laterculi ſol num. L. ejus adjutori: ſol. III. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum pro juſſione, ſol. LXXX.

§. 2. A proconſule Aſiæ ita, in ſacro noſtro cubiculo, ſol. num. XIII. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum cum quatuor ſcriniis ſacri laterculi, ſol. n. XL. ejus adjutori, ſol. n. III. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum pro juſſione, ſol. n. LXXX.

§. 3. A ſpectabili comite [20] Phrygiæ Pacatianæ ita: Chartulariis tribus ſacri noſtri cubiculi, ſol. n. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. n. XXIV. ejus adjutori, ſol. n. III. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum, pro juſſione, ſol. n. L.

§. 4. A ſpectabili comite [21] Galatiæ primæ ita: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. n. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. n. XXIII. ejus adjutori, ſol. n. III. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum, pro juſſione, ſol. n. L.

§. 5. A vicario Longimuri [22] ita: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. n. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum, pro juſſione, ſol. n. XL.

Et quæcunque adminiſtrationes conſulariæ ſunt. [IX.]

§. 6. A judice [23] Palæſtinæ [24] primæ ita: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. officio glorioſiſſimorum præfectorum prætoriorum, pro juſſione, ſolid. n. XL.

§. 7. A præſide Palæſtinæ ſecundæ ſic [25]: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 8. A præſide Phœniciæ maritimæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 9. A præſide Syriæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 10. A præſide Theodoriadis ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 11. A præſide Oſdroënæ ſic [26]: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 12. A præſide Ciliciæ [27] primæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 13. A præſide Cypri [28] ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 14. A præſide Pamphyliæ [29] ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 15. A præſide Bithyniæ [30] ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol. XXIV. ejus adjutori, ſol. III. cohorti glorioſiſſimorum præfectorum pro juſſione, ſol. XL.

§. 16. A præſide Helleſponti ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. IX. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, ſol.

Rittershuſ. *in expoſit. Novell. part.* 13. *cap.* 5. Anſ. 1 Λῃστοδιώκτας, ut *Novell.* 128. *c.* 21. 134. *c.* 1. latrunculatores. Julian. 2 Βιοκωλύτας. Ii ſunt, qui vim, impreſſionem, & deprædationem arcent. Fuit olim ſpecialis βιοκωλύτης in Phrygia utraque, Piſidia, Lycaonia, & Lydia. 3 Ἀφοπλισμός. *Novell.* 128. *c.* 21. id eſt eos, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, ne rapinas, aut cædes faciant. *Julian.* vid. *Novell. de armis, & Edictum de Vicario Ponticæ.* Illud adjiciendum, vetari, ne præſides occaſione ἀφοπλισμοῦ provinciales opprimant, *l. ult. C. de metallar.* 4 Vide *c.* 9. *ſupr. h. t.* 5 Conceſſæ ſcil. a principe. 6 *C.* 7. *ſupr. h. t.* 7 Leges non trahuntur ad præterita, *l.* 7. *C. de legib.* 8 Id eſt, quanta eis bona contulerimus. 9 Antea ita legebatur: imperii medelæ, ὅδε τῆς βασιλικῆς θεραπείας διὰ τὴν αὐτοῦ εὐδαιμονίαν φειδόμενος. Scrimg. id eſt, cum neque regio famulitio (ob eorum utilitatem) pepercerimus. Imperii porro famulitium hic appellat Præſides provinciarum, qui velut imperii regnique famuli: qui Imperatori in id famulantur ac miniſtrant, ut provinciæ tutæ ſint & quietæ. 10 Vide Edictum 1. Juſtiniani. 11 Epiſcopi munus, referre ad principem, ſi quid magiſtratus delinquit.

12 Leges recondi interdum ſolitæ in cimeliis Eccleſiæ. *Nota:* adde *l.* 4. *in fin. ff. familiæ.* 13 Leges interdum inſculptæ tabulis & lapidibus in porticibus Eccleſiæ, *ut hic*: facit *l.* 2. §. 4. *de origin. jur.* Interdum etiam lectæ in Eccleſiis. *l.* 20. *in fin. C. Theod. de Epiſcop.* 14 De majoribus & minoribus civitatibus alias dixi. 15 Julianus legiſſe videtur 60. & ibidem in ora legit, 50. vel 16. 16 *C.* 11. *ſupr. h. t.* 17 Adde & alia *l.* 1. 2. *C. de off. præf. prat.* vide & aliam in *l.* 12. §. 1. *C. de prox. ſacr. ſcrin.* 18 S. *cap.* 5. 19 Ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν κοιτῶνι. 20 *Cap.* 2. *ſupr. h. t.* 21 *Cap.* 3. *ſupr. h. t.* 22 Τοῦ Μακροῦ τείχους, ſeu Thraciarum, vide *Nov.* 26. 23 Ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος. a Præſide, ita legitur apud Scrimger. 24 *Nov* 103. *c.* 3. *in fin.* J. 25 Adde de præſide Palæſtinæ tertiæ §. 38. J. *h. t.* 26 Eadem Oſrhoëna dicitur. 27 Hodie Turcomannia & Finichia. 28 De ſecunda vide §. 42. J. *h. t.* 29 Hodie Serilia, *Giravæ Alphonſ. Adriano,* Zina *Theveto,* Caramania *Bellonio,* qua ad mare, Scandelorum: qua ad Septentrionem Caramaniam, nuncupari ſcribit Marius Niger. de Pamphilia dixi alias. 30 Hodie *Burſia*, ut Gyrava refert. *Becſangiat*, ut Caſtaldus.

xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 17. A præside Lydiæ [1] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 18. A præside Phrygiæ salutaris [2] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 19. A præside Pisidiæ [3] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 20. A præside [4] Lycaoniæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 21. A præside Novæ Justinianæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 22. A præside Armeniæ secundæ [5] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 23. A præside Armeniæ magnæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 24. A præside Cappadociæ [6] primæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 25. A præside Cappadociæ secundæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 26. A præside [7] Hellenoponti sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 27. A præside Europæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 28. A præside [8] Thraciæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 29. A præside Rhodopeæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 30. A præside Æmimontis [9] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 31. A præside Cariæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 32. A præside Lyciæ [10] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§. 33. A præside Augustanicæ primæ [11] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

Et quæcunque præsidiales, aut correctoriæ administrationes sunt.

§. 34. A præside Libyæ superioris sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 35. A præside [12] Ægypti primæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 36. A præside Ægypti secundæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 37. A præside Augustanicæ secundæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 38. A præside Palæstinæ tertiæ [13] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 39. A præside Arabiæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 40. A præside Euphratensis sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 41. A præside Mesopotamiæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 42. A præside Ciliciæ secundæ [14] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 43. A præside [15] Armeniæ primæ [16] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 44. A præside Galatiæ secundæ [17] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 45. A præside Honoriadis sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 46. A præside Insularum [18] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 47. A præside Mysiæ secundæ [19] sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 48. A præside Scythiæ sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv. ejus adjutori, sol. iii. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§. 49. [20] Pro uniuscujusque civitatis defensore, si quidem sit metropolis, [pro metropoli] apud officium gloriosissimorum præfectorum prætoriorum dandi sunt solidi nume. iv. si vero alterius civitatis, solidi iii. & ultra hæc nihil. Nec enim defensores vel dare judicibus, nec alteri cuiquam, nec accipere volumus: nisi quædam sint [cum ab his volo: præsideant] consuetudinis: scientibus eis, quia si nuntietur nostræ potestati de aliquo eorum quia prævaricatur quæ a nobis sancita sunt: & quod receperint, quadruplum reddent: & officio soluto, exilium habitabunt continuum: cum etiam provinciarum judices si hoc neglexerint, & defensores sinant rapere: non modicam & ipsi sustinebunt pœnam. Dat. 17. Kal. Maji, *Constantinopol.* BELISARIO V. C. Cons. 535.

Scriptum est exemplar hujus Dominico gloriosissimo præfecto apud Illyricum prætoriorum. Sed ita quidem adjectionibus jusjurandum subeant, secundum proprium de hoc facto indiculum [21] sacramentum, cujus exemplar etiam directum est tuæ celsitudini. Qui vero administrationem suscipiunt a tua celsitudine, directos hinc eis a nobis codicillos suscipiant, præsente Deo amabili civitatis in qua degunt, episcopo, & aliis qui in civitate sunt, in judicio tuæ celsitudinis congregatis, & officio omni tuo: coram quibus etiam codicillos accipiant, & jurent prædictum jusjurandum, & maxime hoc præcipimus coram curialibus agi, quos competens est magna frui & a tua celsitudine, & qui idem ferent cingulum.

† Optima autem erit providentia & studium, ut nihil ab eis tu lucreris omnino, neque permittas eos ab ullo lædi: eos enim qui hanc nituntur iniquitatem, quatenus & felicissimo nostro utantur exercitu, & reliquas curiales adimpleant functiones: quia non oportet talia attentari solatia ut possit referri ad tantam tarditatem? nihil enim nobis tam commendat tuam celsitudinem, quomodo circa curiales uniuscujusque civitatis providentia, quam præberi volumus istis & a tua celsitudine, & a cinguli semper successoribus. Quapropter dum codicillos dederis [22] administrationes accipientibus a te, aut præsente, hoc eis tuam denuntiare volumus sedem, ut curialibus omnem ferant favorem, nihil penitus ab eis accipientes. Prohibeatur autem & ab aliis eis afferri damna: & agnoscant per te, quia si præter hoc aliquid egerint, pœnis subjacebunt gravissimis. † Sicut enim curialibus parcere te volumus, ita & defensorum [23] castigare & retinere avaritiam sancimus, & ab eis præsumere accipere a nostris subjectis, nisi secundum quod eis administrat respublica: aut si [24] non est aliquod eis publicum solatium, quantum inculpabilis antiquitas definivit: ut a spontaneis ipsis magis quam ab invitis accipiant, & hoc parum, & quantum eis ad mediocrem sufficit vitæ gubernationem. Sciant enim, quia [25] si citra hæc aliquid acceperint: non solum quadrupli subjacebunt pœnæ, sed etiam exilium habitabunt continuum: prius eis plagis corporeis insligendis.

1 Ea in scripturis Lud. 2 Σαλουταρίας. Phrygiam, hodie appellari *Sarne* tradit Castaldus. 3 *Nov.* 24. J. *h. t.* 4 Prætore *Nov.* 25. J. *h. t.* 5 De prima vid. §. 43. J. *hic.* 6 Hodie Almasia *Castal.* Genech Thevero, Toccatu Alalulien Pineto. 7 Moderatore. *Nov.* 28. quæ est περὶ τοῦ μοδεράτωρος ἑλληνοπόντου. & 6. *Eclog.* 11. περὶ τοῦ μοδεράτωρος τουτέστιν ἁρμοστοῦ ἑλληνοπόντου. 8 Prætore. *Nov.* 26. J. 9 De Agerochio præside Æmimontis Thraciæ, adde inscriptionem. *Novell.* 32. 10 Lycia hodie Brieguja, Gyravæ: Bene-saacan Thevero: Aldinelli, Castaldo. 11 De secunda vide §. 37. J. 12 Plures alibi dignitates Ægypti recenset, Prætores, comites, exconsules, moderatores, *Nov.* 23. *cap.* 3.

13 De prima & secunda vid. §. 6. 7. s. 14 De prima vide §. 12. s. 15 Vel proconsule. *Nov.* 20. *cap.* 3. 16 De secunda & magna vide §. 22. & 23. *supr. hic.* 17 De prima vide §. 4. *supr. hic.* 18 *Novell.* 41. 19 Vide *Nov.* 11. J. 20 Omissa est hic Macedonia secunda, & aliæ, de quibus *Nov.* 11. J. 21 Infra positum. *Hal.* 22 Præfecti prætorio codicillis dignitatem dabant præsidibus provinciæ, & sic a præfectis ipsis Prætorio, codicillos suos accipiebant provinciarum præsides. 23 Defensorum avaritia coërcenda. de defensoribus v. *Nov.* 15. 24 Salaria interdum nulla ex publico defensores habuerunt. 25 Pœna defensorum aliquid præter leges accipientium.

TIT. III.

JUSJURANDUM [1] QUOD PRÆSTATUR AB HIS QUI ADMINISTRATIONES ACCIPIUNT.

JUro ego per Deum omnipotentem, & filium ejus unigenitum, dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum sanctum, & per sanctam gloriosam Dei genitricem, & semper virginem Mariam, & per quatuor Evangelia quæ in manibus meis teneo, & per [2] sanctos Archangelos Michaëlem, & Gabriëlem, puram conscientiam germanumque servitium me servaturum sacratissimis nostris dominis Justiniano, & Theodoræ conjugi ejus, occasione traditæ mihi ab eorum pietate administrationis: & omnem laborem ac sudorem cum favore, sine dolo, & sine arte quacunque suscipio in commissa mihi ab eis administratione de eorum imperio atque republica: & communicator [3] sum sanctissimæ Dei Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ: & nullo modo vel tempore adversabor ei: nec alium quemcunque permitto, quantum possibilitatem habeo. Juro quoque idem jusjurandum, quod nulli penitus neque [4] dedi neque dabo occasione dati mihi cinguli, neque occasione patrocinii, neque promisi, neque professus sum de provincia mittere, neque mittam, neque occasione dominici suffragii, neque famosissimis præfectis administrationem habentibus, neque iis qui circa eos sunt, neque alii hominum ulli: sed sicut sine suffragio percepi cingulum, sic etiam pure me exhibebo circa subjectos piissimorum nostrorum dominorum: contentus iis quæ statutæ sunt mihi de fisco annonis. † Et primum omne habebo studium, ut fiscalia [5] vigilanter inspiciam: & indevotos quidem, & indigentes necessitate, cum omni exigam vehementia, nequaquam subinclinatus, neque ob hoc lucrum ipsum omnino considerans, aut per gratiam vel odium exigens aliquem citra quam competit, aut concedam alicui: devotos autem paterne tractabo, & subjectos piissimorum nostrorum dominorum illæsos undique, quantum possibilitatem habeo, custodiam. † Et æquus in causis utrique parti, & in publicis disciplinis ero: nullique parti citra quam justum est, præstabo: sed exequar universa delicta, & omnem æquitatem servabo secundum [6] quod mihi visum fuerit justum: & eos quidem qui innoxii sunt, undique innoxios illæsosque conservabo: noxiis autem imponam supplicium secundum legem, & omnem justitiam (sicut jam dictum est) in publicis & privatis contractibus eis servabo: & si compereto fiscum injustitiam pati, nonego solum hoc ago, sed etiam semper mihi assidentem [7] talem studebo assumere, & circa me omnes: ut non ego purus quidem sim, qui vero circa me sunt, furentur & delinquant. Si quis autem inveniatur circa me talis: & quod fit ab eo, me sanare & eum expellere. † Si vero non hæc omnia ita servavero: recipiam hic & in futuro seculo in terribili judicio magni Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi: & habeam [8] partem cum Juda [9], & lepra Giezi [10], & tremore Cain [11]: insuper & pœnis quæ lege eorum pietatis continentur, ero subjectus. Scriptum est exemplar hujus Dominico gloriosissimo per Illyricum prætoriorum præfecto.

TIT. IV.

UT ETIAM ECCLESIA ROMANA [12] CENTUM [13] ANNORUM GAUDEAT PRÆSCRIPTIONE.

NOVELLA CONSTIT. IX.

1. *Imp. Justin. A. Joanni viro beatiss. ac sanctiss. Archiepisc. & Patriarchæ veteris Romæ.*

PRÆFATIO.

UT legum originem anterior [14] Roma sortita est, ita & summi [15] pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet. Unde & nos necessarium duximus *patriam* [16] *legum, fontem sacerdotii*, speciali nostri numinis lege illustrare, ut ex hac in universas ecclesias catholicas, quæ usque ad Oceanum fretum positæ sunt, saluberrimæ legis vigor extendatur: & sit totius Occidentis, nec non & Orientis, ubi possessiones sitæ inveniuntur ad ecclesias nostras sive nunc pertinentes, seu postea eis adquirendæ, lex propria ad honorem Dei consecrata. Cum enim antiqua jura xxx. annorum metis temporales exceptiones concludebant, & si hypotheca fuerat, paulo longiora eis spatia condonabant: nos sacrosanctis ecclesias hujusmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi concedimus, maxime in his rebus, in quibus vel læsionem sustinuerint, vel quicquam debeatur: sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus: ut maneant per totum prædictum tempus integra jura ecclesiastica, & non possit eis alia [17] præter centum annorum obviare exceptio: cum hoc tempus vitæ [18] longævi hominis plerumque finis esse dignoscatur.

† Habeat itaque sanctitas tua hanc legem catholicis totius Occidentis ecclesiis profuturam, & in Orientales partes propagandam, in quibus aliquid sacrosanctæ possident ecclesiæ: ut sit Deo omnipotenti dignum donarium, divinarum rerum tuitio: nec iniquis hominibus impium [19] remaneat præsidium, & tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur: sed ille servetur innocens, qui re vera innoxius sit: nec improba temporis allegatione sese tueatur: tempus pro puritate prætendens. Quod igitur nostra æternitas ad omnipotentis Dei honorem, venerandæ sedi summi apostoli Petri dedicavit: hoc habeant omnes terræ, omnes insulæ totius Occidentis, quæ usque ad ipsos Oceani recessus extenduntur, nostri imperii providentiam per hoc in æternum. Reminiscentes, hujus legis prærogativam (sicut supra dictum est) non solum in Occidentalibus partibus Romanæ ecclesiæ condonamus, sed etiam in Orientalibus partibus, in [20] quibus ecclesiasticæ urbis Romæ possessiones sunt, vel postea fuerint, scilicet omnibus judicibus majoribus & minoribus, qui Christiani & orthodoxi sunt, vel postea fuerint: hanc nostram constitutionem servantibus: nihilominus hujusmodi legis temeratoribus, post cœlestes pœnas etiam legitimum semper vigorem pertimescentibus, & pœnam L. libr. auri formidantibus: hac lege non solum in postea emergentibus causis suum tenorem exercente, sed etiam in iis quæ jam sunt deductæ in judicium.

EPILOGUS.

† Sanctitas itaque tua præsentem nostræ mansuetudinis legem piissimam, sive sacrosanctam oblationem, quam Deo dedicamus, accipiens, intra sacratissima vasa reponat: & a nobis servandam, & omnes ecclesiasticas possessiones servaturam. Dat. *Constantinop.* 6. Kal. Maji, BELIS. V. C. Consule.

TIT. V.

DE REFERENDARIIS [21] PALATII.

NOVELLA CONSTIT. X.

Imp. Justin. Aug. Hermogeni gloriosiss. sacrorum officiorum magistro, exconsuli, & patricio.

PRÆFATIO.

CUm aliis omnibus quæ in ordinem perduximus competentem, neque ea quæ de spectabilibus nostris *Referendariis* sunt, foras relinquere existimavimus a nostra providentia: & tanto magis, quanto nobis utiliores constituti sunt, primum quidem eos non in multitudine constitutos, nos, ut adjuvaremus multos per eos singulorum facile petitiones discentes, plures esse quam dudum fecimus. §. 1. Sed apparuerunt quidam nostram largitatem in immensum vocantes, & multos quidem nobis introducentes supplicantes: multis autem petitionibus usi, ita semper adjectiones in immensum incompetens, causam sic perduxerunt honestam: nil enim petentibus factum est finitum donec in quatuor & decem eorum numerus exiret. Propterea igitur utpote causa jure a nobis honorata, deinde in multitudinem effusa, ne propria imminuatur honestate, prævidimus certa eorum numerum [22] comprehendere mensura: non ut quæ sunt auferamus [23] eis concessa, (nec enim hoc imperialis est majestatis proprium) sed ut omnium placentium nobis & honeste ministrantium, foras aliquos ex his constituamus a nostro ministerio, nullo omnino concedimus modo: sed manere quidem eos sancimus secundum figuram qua sunt: neminem tamen omnino adjici, donec in octo viros perveniat numerus: *ut hi perpetuo sint octo constituti*: numero quidem hoc per nullum modum aut tempus aucto, festinantibus autem ipsis perpetuo invicem transcendere circa nos & imperium cura & devotione; nemine licentiam habente, neque petere aliquid deinceps tale, sed sciente quod neque impetrabit petita: pro eadem autem petitione non solum obligatus erit pœnæ auri librarum decem, sed etiam propria spoliabitur militia. Volumus enim eos in mensura quidem usque ad dictum numerum contineri: justitia vero & aliis virtutibus augeri, & ad manus apparere. *Multitudo* [24] *enim numerosa nihil habet honestum: quoniam in paucis ex multis quæ secundum virtutem est, vita salvatur.* Maneant igitur, secundum quod prædiximus, nunc in eadem figura.

EPILOGUS.

† Hæc autem tua eminentia cognoscens custodiat, ut nullo tempore transgrediatur aliquid eorum quæ a nobis sancita sunt: sed eos qui præter hoc aliquid agunt, interminatam exigi pœnam, tanquam ea petentes, quæ nec petere licet, neque dare possibile est [25], sitque & hæc lex nostra multitudinem quidem expellens: introducens vero virtutem, quæ non [26] in multis apparet: & præcipue in viris procedentibus ex patribus [27] quidem bonis, suam autem vitam constituentibus tam in petitionibus indigentium, quam ad nostrum in eos auxilium. † Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram legem manifestata sunt, tua eminentia operi effectuique tradere festinet. Dat. Id. Maji, *Constantinop.* BELISARIO V. C. CONS. *

Deest hic Novell. XI. ut & in omnibus Græcis editionibus, titulus ejus tantum superest in hanc sententiam:

UT QUÆ CIRCA VIMINACIUM [28] SUNT ECCLESIÆ [29] SUB PROPRIO ARCHIEPISCOPO SINT, NON AUTEM AMPLIUS SINT SUB ARCHIEPISCOPO THESSALONICÆ.

At illam integram reperi in veteri quodam libro manuscripto, ubi inscribitur:

1 Formulam jurisjurandi observa. 2 Jurare per sanctos Archangelos soliti magistratus, Justiniani tempore. 3 Huc refer formulam jurisjurandi a Cancellario Galliæ præstandi, ex Lucio 3. *Placit.* 7. *num.* 1. 4 *l.* 15. 20. *C. de episcop. aud. l. ult. C. de postulando. l.* 9. *C. de divers. off.* 5 *supr. c.* 8. *tit.* 2. 6 Judicandum esse ex conscientia, non ex actis & probatis, hinc colligunt: adde *l. illicitas.* 6. *§. veritas* 1. *ff. de officio præsidis.* 7 *d. cap.* 8. 8 Formulam diræ imprecationis observa: Pars mihi sit cum Juda, cum lepra Giezi, cum tremore Cain. 9 *Matth.* 27. *Actor.* 1. 10 4. *Reg.* 5. 11 *Genes.* 4.

12 Hæc constitutio pertinet ad occidentales Ecclesias: idem antea tributum fuerat ecclesiis orientalibus, *l.* 23. *C. de sacros. ecclesf.* 13 Hæc constitutio abrogata est. *Julian.* per Novellam III. introducta 40. annorum præscriptione. qua de re vid. Cujac. 5. *obs.* 5. *&* *c.* 31. *&* 34. *de temporib.* Goth. An hæc Nov. corrigatur per *Nov.* 131. *c.* 6. Affirm. Cujac. diss. Covarr. 2. *part. relect.* §. 3. Ans. 14 Roma anterior, hoc est vetus, Italiæ Roma est, nova vero Roma, est Constantinopolis. 15 Summi pontificatus apex datus Romano. 16 Roma legum patria, fons sacerdotii: adde *l.* 7. *C. de feriis.* 17 Hoc dixi abrogari per Novell. III. introducta præscriptione 40. annorum, *Nov.* 131. *c.* 6. 18 *l.* 23. *C. de sacrosanct. eccles.* 19 Usucapio rerum ecclesiæ, impium iniquis hominibus præsidium. 20 Alias possessiones Romanæ sitæ in Oriente, jure Orientali fuissent præscriptæ.

21 De numero referendariorum vide Julianum *Constit.* 16. Referendarii porro palatii recitant principi supplicum desideria & mandata principis judicibus insinuant. *Nov.* 113. 124. *c.* 4. *l.* 2. *C. de off. ejus qui vicem.* Procop. *de bello Persico* 4. Ammon. 41. Gallis videntur ii esse, qui appellantur *Maistres des Requestes, de l'hostel.* De referendariis majoris ecclesiæ dictum est *Nov.* 6. 22 Referendarii ad veterem numerum rediguntur, ut clerici, *Nov.* 3. 23 Concessa auferre, *non* est proprium Imperatoris, *Nov.* 81. *c.* 2. *in fin.* 24 Multitudo numerosa nihil habet honesti. *ut hic.* Interdum etiam multitudo nocet. sic multitudo medicorum interdum ægrotos perdit. Dion *in Hadriano*: multitudo seu turba librorum discentem onerat, non instruit. Seneca 1. *de tranquillitate* 9. in conviviis plerunque turba est turbulenta. Varro *Satyra Menipp.* apud Gellium 13. c. 1. sic multitudo efficenata testium non admittenda. *l.* 1. *in fin. ff. de testib.* 25 Quod petere non licet, dari non potest, & e contra. 26 Rari quippe boni &c. Pauci dignoscere possunt vera bona. 27 Fortes creantur fortibus. 28 Vid. Julian. *Const.* 9. 29 Quasque subjecit ei imperator.

TIT.

TIT. VI.
DE PRIVILEGIIS ARCHIEPISCOPI JUSTINIANÆ [1] PRIMÆ [2], ET SEDE [3] PP. ILLYRICO IN PANNONIAM SECUNDAM, ID EST, JUSTINIANAM PRIMAM TRANSFERENDA.

NOVELLA CONSTIT. XI.

Imp. Juſtin. A. Catelliano viro beatiſſimo, Archiepiſcopo primæ Juſtinianæ.

PRÆFATIO.

MUltis & variis modis noſtram patriam augere cupientes, in qua primo Deus præſtitit nobis ad hunc mundum quem ipſe condidit, venire, & circa ſacerdotalem cenſuram eam volumus maximis incrementis ampliare, ut primæ Juſtinianæ patriæ noſtræ pro tempore ſacroſancti antiſtes, non ſolum metropolitanus, ſed etiam archiepiſcopus fiat: & cæteræ provinciæ ſub ejus ſint autoritate, id eſt tam ipſa mediterranea Dacia, quam Dacia Ripenſis: nec non Myſia ſecunda [4], Dardania, & Prævalitana [5] provincia, & ſecunda Macedonia: & pars ſecundæ etiam Pannoniæ, quæ in Bacenſi eſt civitate. Cum enim in antiquis temporibus Firmi [6] præfectura fuerit conſtituta, ibique omne fuerit Illyrici faſtigium tam in civilibus quam in epiſcopalibus cauſis, poſtea autem *Attilanis* [7] *temporibus* ejusdem locis devaſtatis Apennius præfectus prætorio de Firmitana civitate in Theſſalonicam profugus venerat, tunc ipſam præfecturam & ſacerdotalis [8] honor ſecutus eſt: *& Theſſalonicenſis epiſcopus, non ſua auctoritate, ſed* [9] *ſub umbra præfecturæ meruit aliquam prærogativam.* † Cum igitur in præſenti, Deo auctore, ita noſtra Reſpublica aucta eſt, utraque ripa Danubii jam noſtris civitatibus frequentetur, & tam Viminacium quam Recidua & Literata quæ trans Danubium ſunt, noſtræ iterum ditioni ſubjectæ ſint, neceſſarium duximus ipſam glorioſiſſimam præfecturam quæ in Pannonia erat, in [10] noſtra feliciſſima patria collocare, cum nihil quidem magni diſtat a [11] Dacia Mediterranea, ſecunda [12] Pannonia. † Et quia homines ſemper bellicis ſudoribus inhærentes non erat utile Reipublicæ ad primam Macedoniam, poſt tot ſpatia, tantasque etiam difficultates venire, ideo neceſſarium nobis viſum eſt ipſam præfecturam ad ſuperiores partes trahere, ut juxta eam provinciæ conſtitutæ, facilius ſentiant illius medicinam. Et ideo tua beatitudo & omnes præfatæ primæ Juſtinianæ ſacroſancti antiſtites, Archiepiſcopi [13] habeant prærogativam [14], & omnem licentiam, ſuam auctoritatem eis [15] impertiri, & eos ordinare, & in omnibus ſupraſcriptis provinciis primam habere dignitatem, ſummum ſacerdotium, ſummum faſtigium, a tua ſede creentur, & ſolum archiepiſcopum habeant, nulla communione ad eum Theſſalonicenſi epiſcopo ſervanda: ſed tu ipſe & omnes primæ Juſtinianæ antiſtites, ſive ejus judices & diſceptatores, quicquid oriatur inter eos diſcrimen, ipſi hoc dirimant, & finem eis imponant, & eos ordinent, & nec ad alium quendam eatur, ſed ſuum agnoſcant Archiepiſcopum omnes prædictæ provinciæ, & ejus ſentiant creationem, & vel per ſe, vel per ſuam auctoritatem, vel clericos mittendos habeat omnem poteſtatem, omnemque ſacerdotalem cenſuram, & creationis licentiam. Sed & in Aquis, quæ eſt provinciæ Daciæ Ripenſis, ordinari volumus a tua ſanctitate epiſcopum, ut non in poſterum ſub Meridiano Thraciæ oppido epiſcopo ſit conſtituta, ſed Meridianus quidem maneat in Meridiano, nulla communione cum Aquis ſervanda. Aquenſis autem epiſcopus habeat præfatam civitatem, & omnia ejus caſtella & territoria & eccleſias, ut poſſit Bonoſiacorum [16] ſcelus ex ea civitate & terra repellere, & in orthodoxam fidem transformare. † Ut igitur ſciat beatitudo tua noſtri numinis diſpoſitionem, ideo præſentem legem ad tuam venerabilem ſedem transmiſimus, ut in perpetuum tale beneficium habeat patriæ noſtræ eccleſia in Dei omnipotentis gloriam & noſtri numinis ſempiternam recordationem. † Quando autem tuæ recordationis ſedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit, pro tempore Archiepiſcopum ejus [17] a venerabili ſuo concilio Metropolitanorum ordinari ſancimus, quemadmodum decet Archiepiſcopum omnibus honoratum eccleſiis provehi, nulla penitus Theſſalonicenſi epiſcopo, nec ad hoc communione ſervanda.

EPILOGUS.

† Beatitudo igitur tua, quæ noſtra ſanxit æternitas, modis omnibus ad effectum perducere non differat. Dat. XX. BELIS. V. C. Conſule.

TIT. VII.
DE INCESTIS [18] ET [19] NEFARIIS NUPTIIS.

NOVELLA CONSTIT. XII.

Imp. Juſt. Auguſt. Floro glorioſiſſimo comiti ubicunque poſitæ divinæ rei privatæ.

PRÆFATIO.

PRo inceſtis dudum nuptiis ſcriptas ab imperatoribus leges non perfecte habere judicamus: quæ eos quidem, qui inceſtis copulantur nuptiis, impunitos [20] ſinunt, ex iis autem procedentem ſobolem, utique inculpabilem [21] exiſtentem, privant rebus patris, ut neceſſitas ſit eos quidem qui peccant ſine reatu eſſe: eos autem qui innoxii ſunt, tanquam peccantes puniri.

CAP. I.

De inceſtis & nefariis nuptiis.

SAncimus igitur de cætero, ſi quis illicitas, & contrarias [22] naturæ (quas lex inceſtas, & nefandas, & damnatas vocat) contraxerit nuptias, ſi quidem [23] non habuerit filios ex prioribus legitimis & inculpabilibus ſibi contractis nuptiis, mox ei ſuarum rerum caſum imminere: ſimul autem, & eorum quæ nomine dotis data ſunt ei, in nullo potiri: ſed omnia ærario adſignari: eo quod dum licuerit nuptias facere legitimas, contra [24] leges amaverit: & confuderit [25] quidem ſobolem, nocuerit autem & generi: egerit vero quæ impia ſunt & ſceleſta, & talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia [26] amovent animalia, ſitque ei pœna non confiſcatio ſolum, ſed etiam cinguli privatio, & exilium [27]: & ſi vilis [28] fuerit, etiam corporis verberatio, quatenus diſcat caſte [29] vivere, & intra naturam ſe continere, non autem delectari, & amare [30] ultra terminum traditum nobis a natura, [etiam his legibus repugnare]. Muliere quoque, ſi legem ſciens [31], hanc quidem neglexerit, inceſtis autem ſemetipſam tradiderit nuptiis, ſub eadem conſtituenda pœna.

CAP. II.

Ut liberi legitimi inceſtuoſorum ſupplicio patris, ſui juris fiant, & res patris accipiant.

SI vero contigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios eſſe ei, aut nepotes forte, aut ulterius, paternam mox illi accipiant ſucceſſionem, ſuæ [32] quidem poteſtatis patris ſupplicio facti, paſcentes [33] autem eum, & alia neceſſaria præbentes. *Nam licet* [34] *legum contemptor & impius ſit, tamen pater eſt.*

CAP. III.

Intra quod tempus huic conſtitutioni locus ſit, & quid [35] *inceſtuoſi filii juris habeant in bonis patris.*

ET hoc quidem ſequens tempus habeat poſt præſentem noſtram conſtitutionem currens: nullo contriſtando ſi caſte vixerit: licebit enim nihil peccantes ſub hac lege non ſubdi. Quod vero jam transactum eſt, nec omnino relinquimus innoxium: nec omnibus modis ſub acerbam indignationem ſubmittimus: ſed ſi quæ inceſtæ factæ ſunt nuptiæ, ſi quidem contigerit eas quolibet modo diſſolvi [36], ſine reatu ſint. † Si vero hæc noſtra lex invenerit aliquem poſt tales nuptias, licentiam ille habeat, ex quo omnibus inſinuata eſt, intra duos annos ſic ſibi copulatam dimittere conjugem, non reverſuram ulterius ad eum: neque ſeparatam quidem ſiguraliter [37], pro veritate vero conjunctam, forſan enim ſic prioribus ſatisfaciat, ſola quarta ejus ſubſtantiæ parte ad fiſcum deferenda, & ad filios omni alia ſubſtantia: quam eis tanquam innoxiis concedimus: ut ſi quidem ſoli, & non cum aliis, & ipſis legitimis ſint, ex aliis nuptiis inculpabilibus exiſtentibus: non priventur paterna ſucceſſione: niſi juſte eos odio habens pater, propter aliam quandam legitimam offenſionem a ſua excludat ſucceſſione. §. 1. Si vero etiam nuptiæ ſint aliæ prius factæ, & non offendentes legem, & filii inde oriantur: tres quidem partes hereditatis undique inculpabilibus, & innoxiis relinqui filiis: niſi [38] aliquid offendant aliud, quod eos indignos patris ſecundum legem ſucceſſione demonſtret: quartam vero filiis injuriam quidem paſſis, innoxiis tamen relinquere liceat, & ipſis inculpabilibus per omnia alia circa patrem viſis, ſcilicet & percepta ex paterna ſubſtantia quarta parte, quam fiſco dari præcipimus. † Damus autem eis non ex teſtamento ſolo, ſed etiam ab inteſtato genitorum ſecundum prius a nobis dictum modum fieri heredes: hoc eodem valente, ſi etiam poſtquam prius dimiſerit conjugem inceſte ſibi commiſſam vel copulatam, alteram duxerit ſecundum legem uxorem, filiis ei & ex priore exiſtentibus & poſtea ex legitima procreatis. ſic enim prius tempus clementiæ vincimus, dote quippe præcedenti muliere danda. † Si autem uxorem non dimiſerit intra duos annos, ex quo lex fuerit publice inſinuata, & ipſe cadat ſua ſubſtantia, & mulier dote, & ſupradicta fiat pœna: tales quoque filii nihil ex paterna ſubſtantia habebunt, neque ex materna dote. † Sed ſi qui fuerint ex prioribus nuptiis innoxii filii ei procreati: illi res accipiant (poſt quartam quippe partem quæ ad fiſcum defertur) ſuæ poteſtatis effecti, & patrem [39] alentes, & aliam ei præbentes ſufficientem ſanationem, ſicut prædiximus: dote etiam hic inceſtæ conjugis ſub fiſco facienda. † Si vero filii non ſint ex prioribus inculpabilibus nuptiis hoc agenti procreati: tunc totius ejus ſubſtantiæ dominus erit fiſcus: hæc enim etiam in poſtea nubentibus inceſte,

1 Achrido, vel ut ait Agathias, Vedecina civitas Illyrici Juſtiniani natalis fuit. vide Gregor. *lib.* 2. 2 Quæ & nova. *Nov.* 8. *c.* 15. §. 21. Aliæ ſunt Juſtinianæ in Africa Carthaginenſium, *Novell.* 131. quæ a Juſtiniano vindicata & reſtituta imper. Romano. Alia fuit Juſtiniana ſecunda in Cypro inſula, patria Theodoræ uxoris: *Niceph.* Alia Juſtiniana nova in *Novell.* 8. & alia *Novell.* 28. *Gregor.* 4. *epiſt.* 59. facit mentionem Joannis epiſcopi Juſtinianæ primæ. 3 Sed & PP. Illyrici Juſtinianea 1. 4 *Nov.* 8. *c.* 15. §. 47. 5 *Nov.* 131. *c.* 3. 6 Firmium olim ſedes Præfecti Illyrici & Archiepiſcopi Illyrici. Forte legendum, *Sirmii*: unde Pannonia Sirmienſis, quondam Gothorum ſedes. Caſſiod. 3. *variar.* 7 Id eſt, Attilæ. Attila rex Hunnorum, ad hunc Attilam Caſſiodorus a Valentiniano miſſus eſt legatus cum Carpilione filio Ælii, vidit intrepidus, cujus timebat imperium: facies illas terribiles & minaces fretus auctoritate deſpexit, nec dubitavit ejus altercationibus obviare, qui furore neſcio quo raptus mundi dominatum videbatur expetere. Invenit regem ſuperbum & reliquit placatum. vid. Caſſ. 1. *variar.* 4. 8 Epiſcopalis. 9 Hic locus valde notandus eſt. Indicat enim quemadmodum epiſcopi paulatim alii aliis imperaverint. Nam colore ſedis præfecturæ prætorianæ, epiſcopi earundem urbium cæteris antiſtare voluerunt, *ut hic*, eo nomine magnæ ſunt ortæ controverſiæ inter Ravennatem & Romanum epiſcopum. 10 Hic locus oſtendit, Juſtiniani patriam non fuiſſe Dalmatiam vel Thraciam, ſed Pannoniam: quæ hodie appellatur Bulgaria. 11 Daciæ verbum comprehendit hodie Tranſilvaniam, Valachiam, Moldaviam. 12 Id eſt, inferior hodie Hungaria: ſuperior Auſtria, Carinthia, Carniola. 13 Qui & patriarchæ. 14 *Novell.* 131. *cap.* 3. 15 Epiſcopis. 16 Videtur innuere Bonoſianos, quorum meminit Greg. *in Epiſt ad Quintum de conſecratione diſt.* 4. *cap.* 5. *Si vero*: adde Innocentium *epiſt.* 20. 21. Iſidorum, adde eundem Gregor. 9. *regiſt.* Indictione *l.* 4. *epiſt.* 61. 17 Archiepiſcopus Illyrici ordinabatur a Metropolitanis Illyrici. 18 Περὶ ἀθεμιτογαμιῶν Scrimg. 5. *C.* 4. *Nov.* 139. 154. Περὶ αἱμομικτῶν, id eſt, de his, qui ſe ſuo ſanguini miſcent. Harmenop. 6. *tit.* 4. vide Julian. *conſt.* 32. Clarum 1. *ſentent.* §. *Inceſtus* 9. Goth. Vid. Rittershuſ *part.* 4 *cap* 2. Anſ. 19 Ἰνκεστος γάμος, ὁ ἐξ αἵματος τὴν σύστασιν ἔχων, δαμναστὸς ὁ κεκωλυμένος, νεφάριος δὲ ὁ παράνομος. Prioris generis exemplum fuerit, ſi quis fratris filiam, vel amitam, & ſimiles perſonas duxerit. Secundi tutoris cum pupilla matrimonium: Tertii, cum rapta. 4. Harm. 6. *in fin.* 20 Ante Juſtinianum nuptias contrahentes inceſtuoſas, impuniti videntur, cum tamen eorum liberi eis non ſucceſſerint: legimus tamen inceſtuoſos deportatos, *l.* 5. *ff. de quæſtionibus.* 21 Inceſtuoſi filius, ſine ſua culpa ſic naſcitur. 22 Inceſtæ, nefandæ nuptiæ damnatæ, contrariæ naturæ, *ut hic.* moribus, *l.* 8. *l.* 39. *ff. de ritu nupt.* juri gentium, *l.* 68. *d. tit.* contra leges. *J. hic.* 23 Pœna inceſtuoſas nuptias contrahentis, adde *l.* 6. *Cod. hic.* 24 Inceſtuoſus contra leges amat. 25 *Nov* 154. 26 Irrationabilia quædam animalia ab inceſtu abhorrent. vid. Ariſtotelem 8. *de hiſtoria animalium.* 27 Id eſt, deportatio in inſulam. 28 Durius punitur vilis, qaam nobilis. 29 Caſte vivendum. 30 Ultra terminos datos a natura, non eſt amandum. 31 Aliud ſi ignarus, *l.* 57. *ff. de ritu nupt.* Ulp. 7. §. 3. ἀκούσιον ἐν μεταμελείᾳ ἐστίν. Ariſt. 3. *Ethicor.* 32 Patriæ poteſtatis ſolvendæ novum modum obſerva. 33 Parentes inopes a liberis alendi. *c.* 31. §. 1. *in fin.* 34 Pater quantumvis impius & contemptor legum, fovendus tamen a liberis. An in omni crimine id locum habet? majeſtatis crimen excipe, & ſimilia. An bannitum parentem filius impune tecto poteſt excipere? licere non puto, mitius tamen punitur. *l.* 2. *ff. de receptator.* quin ſi levis exilii cauſa fuerit, excuſandus omnino, videlicet filius, alioquin patria parentibus potior. vide quæ dixi ad *l.* 19. §. 7. *ff. de captivis.* id etiam contra leges fieret. Parens legum contemptor hic quidem dicitur, & tamen ei nominatim lex indulget alimenta a liberis præſtanda. 35 Adde *J. Novell.* 89. *in fin.* 36 Inceſtæ nuptiæ ſtatim diſſolvendæ. *l.* 4. *in fin. C. hic.* 37 Τῷ σχήματι, id eſt, ſpecie tenus. 38 Pœna inceſtuoſi contumacis. 39 *C.* 2. *ſupr. hic.*

ceste, sancimus, sub æqualitate per omnia ponentes eum, qui non dimittit intra prædictum a nobis tempus incestam conjugem, cum eo, qui post hanc nostram legem incestas & odibiles quasdam nuptias elegerit.

CAP. IV.

De naturalibus liberis ante [1] dotalia instrumenta natis.

DUbitatum [2] itaque etiam in quibusdam gentibus aliquid de legitimis filiis ex nostra constitutione factis, existimavimus recte se habere nos tanquam legis patres & adjicere ei, & solvere dubitationem. Etenim cum tali intellectu ab initio legem posuimus: nam & si legitimorum quisquam sit pater & abeunte [3] ejus uxore ex hominibus, aut etiam legitime transigente, habuerit quandam consuetudinem ad aliam mulierem, quam licebat etiam legitime ducere uxorem, & fuerint ei filii, aut ante dotalia documenta, si tamen ea fecit, aut etiam postea vel etiam soli maneant ante dotalia filii, secundis autem non procreatis, aut etiam postquam nati sunt, morientibus: existimaverunt quidam non posse secundos esse legitimos: quoniam præexistant ex priori conjuge alii legitimi & proprii filii, quod nullam rectam & consequentem habet consonantiam. Si enim hujusmodi filios nos legitimos & proprios demonstravimus, dotalium [4] documentorum contenti confectione: legitimi vero etiam primi constituti sunt, in omnibus; legitimus etiam pater moritur, & iis qui ex prima fuerunt, & qui de secunda, licet ante dotalia documenta procreati sunt, & nullus post eos post documentum dotis natus est, aut etiam natus & mortuus: & licentiam lex ei præstat, quo vult testari modo, in suam sobolem, ut tamen non offendat in aliquo leges, quæ mensura certa successionis omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab intestato & ex testamento (sicut & pater & lex permittit) proprii existentes atque legitimi: alterutrisque succedent. Quid enim aliud decernimus, cum sufficiat legitima & suorum appellatio sub potestate eos ostendere, & dare etiam contra testamentum, quæ leges præbent, & omnia habere quæcunque hujusmodi appellationem decent?

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc legem declarata sunt, agnoscens, operi effectuique tradere festinet, præcepto utens apud gentium præsides, ut & qui foris sunt homines, agnoscant, quia sobolis innoxiæ & puræ curam habuerimus, & alienigenas atque nostris odibiles [5] legibus aversamur copulationes. Dat. 6. Id. Octob. *Constantinop.* BELISARIO V. C. C. indictione 14. 535.

TIT. VIII.
DE PRÆTORIBUS POPULI [6].

NOVELLA CONSTIT. XIII.

Idem A. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

CLarissimorum *vigiliæ judicum* nomen honestum & antiquis Romanis cognitum, nescimus, quemadmodum in aliam translatum est appellationem & ordinem. Patriæ enim nostræ vox *Præfectos* eos *Vigilum* appellavit, vigilantibus & nihil imperscrutatum relinquentibus hominibus, hoc cinguli præponens. Vox enim Græcorum nescimus, unde *præfectos* eos appellavit *noctium*, tanquam necessarium esset, Sole quidem (verisimiliter) decumbente exurgere cingulum, quiescere autem debilitato. Quid enim erat, propter quod *noctium* addidit nomen? Si enim quodammodo hac sola dignitate, quæ in noctibus sunt non recte gesta curam habente & circumlustrante civitatem, hanc habuit appellationem, sed hoc ipsum & civitatis cingulum videmus agentem, quatenus nihil interesset quod prohiberet super appellatione ista, etiam dignitatem illam hoc nomine vocitari. Si enim dividi dignitates possunt, & gloriosum quidem præfectum felicissimæ hujus civitatis esse diurnum judicem, alios autem noctis, vehementer competentium aberraverint, rectitudinem nominum nescimus quemadmodum corrumpentes. Hanc igitur appellationem illam nebulosam existentem & obscuram & *noctis* [7] prænomen, fortassis refugiunt omnes, & pœnam esse hanc administrationem existimant, & neque imperialium dignam codicillorum esse putant.

CAP. I.

NOs igitur rem quomodo oportet aspicientes, æstimavimus oportere dignitatem hanc a principio incipientem ab appellatione, in totum erigere & ornare & *Nyctéparchum* nullatenus de cætero vocari. Curam enim habebunt eorum quæ in diem & in noctem, præter quod competens est aguntur.

§. I. Igitur quoniam antiquis Romanis vehementer *Prætoris* placuit nomen, propterea existimavimus eos *Prætores plebeios* oportere nominare, qui ad custodiam & disciplinam constituti sunt, & plebeiam possunt compescere seditionem, & sicut cæteri prætores sunt in curia Senatus, libertatum & tutorum & talium præsides: ita sint & isti prætores super [8] populorum rectitudine, & nostra quidem voce *plebis Prætores* appellentur, Græca vero ista & communi [lingua] *Prætores populorum* [9]. *Prætoris* enim qualiter est honestum nomen, qualiter non [10] longe constitutum a consulatu, qualiter [11] vicinum legi affictum, manifestant leges, consulatui conjungentes prætores, secundum eis cum [12] lege dantes ordinem. Et quemadmodum antiquitus consules fuerunt, qui magnæ [13] præerant curiæ, principes autem plebis qui plebem gubernabant, ita & nunc sunt prætores quidem Senatus, qui ea quæ pridem a nobis dicta sunt, agunt: *principes* [14] vero *populorum* hi, qui quietem eorum defendunt, & quod eis expedit, provident. §. 2. Revera enim dignitatem hanc olim honestam constitutam & in seniore Roma in usu frequentatam splendide, in temporibus non solum quæ Imperatores habuerunt, sed & adhuc longius, & magna civitas hanc suscipiens dignitatem, non despectam habuit. Neque enim veteribus temporibus didicimus aliquas magnas dignitates administratas, quæ circa imperium sunt, & post hæc non dignari de hac re sollicitudinem fieri, paulatim [vero] ita res abjecta visa est & nullius rei digna, ut neque ex codicillis nostris [fieret,] jaceret autem sub gloriosissimis præfectis felicissimæ hujus civitatis, & multa ex ordine eorum ista susciperet dignitas & administraret eam pessime. Etenim si quis inspiciat antiquitatis ejus cingulum, vehementer eam qualis pridem erat, & de his, quæ nunc sunt, docebitur, cognoscet enim eam & *forum* [15] *proprium & officium commentariensis habentem, & alia omnia quæ pene civitatis cingulo a legibus deputata sunt.*

CAP. II.

QUia igitur nos omnia perscrutantes, quæ facta sunt pridem, festinamus in meliorem ordinem & antiquam honestatem & hujus rei reducere ornamentum, ut non furta ab iis fiant frequentia, & societates cum furibus, & judicia negligi & sperni, & nullius dignæ procedant rationis, propterea existimavimus, quæ circa ea sunt, definire. Scimus enim, quoniam si propter pecuniarias lites, in quibus non magnum est periculum, nisi in pecuniis solis, attamen dignitates eas judicant magnæ, & multotiens etiam conjudices [16] dantur, & innumerabiles nobis solicitudines sunt, ut non causæ sine judicio procedant: quomodo [17] non competens est de judicibus, quibus super [18] animabus judicantium est periculum, omnem ponere providentiam, qualiter alicujus digni efficiantur rationis, ne quando animam perdant hominis nati quidem semel, recipere [19] autem eam dum perdiderit, non valentis?

CAP. III.

PRimum quidem [igitur] sancimus neminem omnino in prædicta dignitate adesse, priusquam a nobis codicillos administrationis accipiat, & nulla ratione præsumere citra [20] Imperiales codicillos ad curam istam accedere, sed expectare imperium, & exinde conscriptum judicium. Nos enim nulli prædictam dignitatem trademus, nisi magnificis, illustribus aut spectabilibus comitibus consistorianis, aut clarissimis Tribunis prætorianis & notariis, qui hanc suscipiant dignitatem, aut aliis administrationes agentibus, & apparentibus [21] nobis aptis, & nostro dignis testimonio, quatenus eos prædictam habentes honestatem & honorem defendere [22], præsertim pro [23] justitia, propter quod pro [24] animabus est intensio, & multis homicidii consueverunt litibus habitare, & de adulteriis, & invasionibus, & rapinis, & si quid tale est.

§. I. Oportet [25] ergo talibus criminibus præsidentem, virum esse undique honestum, & irreprehensibilem, & hujusmodi auditori dignum, & omnis abstinentem furti seu munerum acceptionis, & puras habere manus. Habere autem, & consiliarium probatum unum, etenim neque citra usum consolationis eos relinquemus, sed unicuique eorum tot solidos occasione annonarum annis singulis dabimus, quatenus hi sufficientes his, nulli adquiescant furto aut venalitati [26]. §. 2. Sed neque per dationem fieri omnino, quemadmodum in quibusdam fiebat temporibus, neque προΐεσθαι [27] aurum ulli. In [28] æquali enim crimine efficitur, & qui dat alicui occasione dignitatis, quod si factum fuerit, adquiescens, ut secundum dandum ab eo jusjurandum manifestatur.

CAP. IV.

DIdicimus autem eis ad obsequium esse officia maligna: dicimus autem latronum cognitores [29] & veneficiarios [30] & cingulorum [31] incisores & aliam multitudinem, quorum unumquemque competens est, castigare magis, quam taliter vivere. Neque enim latronum cognitor talis est, quomodo, in bonum quid agere, sed in hoc tantummodo cognoscunt fures, ut lucrum sibi & judicibus suis venentur, quæ omnia competens est eos, qui nunc a nobis in præturam populi transeunt, odisse & aversari, & mundis uti manibus, & resecare omnia quæ præcepta sunt, sive de furto, sive de aliis delictis, & civitatem [32] nobis emundare ab his, quæ furta operantur, bestiis, & viris industriis uti ad hæc ministris, & proprio officio offerri competenter, quatenus timor eos habeat sui judicis, & omnia agant cum vehementia & bona voluntate, & [33] digne judicio de se, neque multi aliqui fures erunt, & furta celeriter invenientur, & peccantes imminuentur, timentes dignitatem [34], quoniam nemo comparet pecuniis. Sed & crimina vel si vehementissima sint, cognoscent, & populares sedabunt turbas, ita gloriosæ hujus & regiæ Judici civita-

1 *Nov.* 19. & 89. *cap.* 8. 2 Id est, mota quæstio est. 3 Hinc sumpta est Authentica, Quod jus. *Cod. de naturalib. liberis.*

4 Concubinatu in matrimonium converso, liberi sui & legitimi fiebant. *l.* 5. *Cod. de naturalib. liber.* Dotalia instrumenta postea requisita sunt. *ut hic, & Novell.* 18. Dos, est concubinatus abolitio, & nuptiarum argumentum. Sufficit etiam quodcunque aliud argumentum nuptiarum, dummodo scriptum. *Nov.* 117. *cap.* 2. 5 Incestuosæ nuptiæ legibus odibiles.

6 Addunt Græci, ἤτοι νυκτεπάρχων. de officio prætoris populi, Julianus *const.* 23. præfecti vigilum, de quo vid. 1. *ff.* 15. adde Cuj. 8. *obs. ult.* ὁ πραίτωρ τοῦ δήμου καὶ νυκτέπαρχος λέγεται. 6. *Harm. tit. de dignitatibus*, §. 3. ubi refert ad incendia arcenda primum institutum: & de incendiariis, effractoribus, furibus & receptatoribus cognoscere. adde autorem *Eclog.* 6. *tit.* 5. περὶ νυκτεπάρχου ἤτοι πραίτωρος τοῦ δήμου. Hic Glossis νυκτοφύλαξ, noctianus, nocte custos, vigilis. & νύκτος στρατηγός. 7 Magistratibus idoneæ appellationes tribuendæ.

8 Objecta præfecti vigilum. 9 Δήμων. 10 Prætorium nomen, non longe a consulatu. Prætores consulum collegæ, non quod pari imperio (consulum enim imperium majus est, *l.* 4. *ff. de recept.*) sed quod iisdem auspiciis crearentur, rogarentur Cic. *ad Atticum*, & 13. Gell. 14. quod iidem quasi collegæ, auspicia turbarent, aut retinerent, quod se invicem collegas appellarent. Plinius *in Panegyrico.* ubi Trajanus appellat Prætores collegas. adde *Novell.* 24. *cap.* 1. Liv. 7. *in pr.* Prætorem appellat collegam consulibus.

11 Id est, quomodo proximum secundum leges obtineat. 12 Μετὰ τὸν νόμον. Jus civile subsequitur jus prætorium. *l.* 14. *in fin. ff. de testib.* Prætor enim lex loquens: lex vero mutus Prætor. 13 Plinius *in Panegyrico:* Parum est, ut consul in Curiam venias, nisi & convoces: ut intersis Senatui, nisi & præsideas; ut censentes audias nisi & perroges.

14 Id est, prætores populi. 15 Præfectus vigilum Constantinopoli forum habuit, officiales, & commentarienses. 16 Συνδικαστῶν. 17 Major cura esse debet in judiciis criminalibus, quam civilibus & pecuniariis. 18 Judicis publici objecta.

19 Vita semel amissa restitui non potest. 20 Prætores plebis citra codicillos imperiales non creantur. 21 In iis, qui nobis videntur apti, sensus est omnino permutatus. sic itaque restitue: Nemini prætorum administrationem trademus, nisi qui eam suscipiunt, de numero sint magnificorum, illustrium & spectabilium comitum, aut sublimissimi tribunalis clarissimorum tribunorum prætoriorum & notariorum, aut qui alioquin officiorum in provinciis administrationem habeant, & idonei nostroque testimonio digni visi sint: quo magis prædicta gravitate & honore insigniti, jus diligenter reddant, præsertim cum de vita certandum est. Consueverunt enim, ut plurimum de perpetratis cædibus, de adulteriis, de aggressione, rapinis, & id genus aliis judicare. *Haloand.* 22 Id est, defendant.

23 Id est, in causis criminalibus. 24 Causæ capitales non sunt committendæ, nisi idoneis judicibus. 25 Mores dignos prætore plebis observa. 26 Καπηλείας. Ea est depeculatio. 27 Profundere. Vetat Imperator, ne, ut olim, largitiones fiant, aurumve ulli erogetur. 28 Id est, Pari crimine tenetur, qui dat & qui accipit.

29 Delatores. Ii sunt exploratores, qui magistratibus indicant fures: ab his delatoria curiositas, *l.* 6. *in fin. ff. de jur. & facti.* 30 Βιοθανατικοῖς. 31 Βαλαντιοτόμους, zonæ sectores, *coupeurs de bourse:* quales impendio multi hodie Curiam & Basilicam Parisiensem infestant, & ea quidem audacia, ut præfectum quendam sibi eligant & habeant.

32 Sic restitue, & urbem veluti bestiis furta exercentibus perpurgent. 33 Id est, nam si digne se gerere voluerint, neque multi aliqui fures &c. 34 Id est, dignitatem tis,

tis, sed nobis obsequentes, & omni digni eo honore, tanquam judices minores a judice majore evacuent ejus solicitudines, nihil eligentes agere, quod non est bonorum virorum & imperialis testimonii dignum. §. 1. Si vero aliquando contigerit (hoc quod non optamus) fieri aliquod in hac civitate incendium [1], oportet, eos præsentes esse & ministrare: & maximum hoc opus habere: ne fures & subtrahentes infelicissimorum res, eripere & salvare quantum possunt res ab ignis violentia. Etenim si circa hanc dignitatem facti fuerint industrii, major eos sedes excipiet & honestior dignitas, & cognoscent quantum est, quod cum honestate vivitur, quam hanc contemnere, uti autem multis manibus, & per eas impie agere: & postea agere propter quod nihil horum quæ ita congregantur, consuevit manere, sed male colligere & statim deperdere. ut igitur nostros subjectos invitare quidem per hanc æstimavimus oportere occasionem, & solatium eis dare tantum, & homines honoratos ad medium adducere, ut eorum virtutem sentiant subjecti. Habebunt autem spectabiles populorum prætores & consiliarium nostro super eo judicio, sicut diximus, dignum.

CAP. V.

Assistent autem eis & viceni milites & triceni matricarii [2] (quos nunc constituimus) dispositionibus obsequentes eorum, & sicubi ΔΕΟΙ [3] eos, qui indecenter agunt detinentes & competenti ordini tradentes [disciplinam]. Oportet autem eos manifeste scire, quod si mundos semetipsos constituerint, & Dei auxilium habebunt, & nostra placatione non fraudabuntur, & longior eis dignitas erit. Quis enim bene & recte agentem amovere [4] velit?

CAP. VI.

Sed si transmittatur eis aliquis a judicio viri clarissimi præfecti hujus felicissimæ civitatis, quatenus suppliciis subjiciatur, scrupulose inquirant dignitatem, & doceantur in quibus, occidunt hominem, aut auferunt membrum, aut tale aliquid, sciscitantes & ab ipso glorioso præfecto, si & hoc prævideri, ut cum subtilitate proferant sententiam aut animæ aut membri alicujus auferendi a destinato. §. 1. Quemadmodum enim spectabiles prætores populorum talibus honoravimus donationibus, dignos eos facientes & codicillis [5] a nostra procedentibus manu & annonis & appellatione tanta & aliis quæ dicta sunt, ita eos exigimus reddere nobis suam puritatem & in omnibus vigilantiam, & cuncta agere æquali & justa conscientia & pura manu: Si enim aliquid apparuerint delinquentes, aut furantes, aut furibus adquiescentes, aut non omnibus resecantes modis, & dignos quidem morte suppliciis subdentes, mediocria vero agentes, expellentes a magna hac civitate ubi nos præcepimus: sciant quod ipsi pro his reddent rationem non Deo solum, sed & nobis, & rei fient, & omni damno quod subjectis contigerit, & nostræ indignationi, & velociter cum infamia a dignitate repelli nostra: propterea enim & laborem sustinemus & expensis magnis adquiescimus, ut non alicui nostrorum subjectorum inferatur aliqua calumnia, aut pecuniarum aut animæ perditio, & quæ talia constituta sunt, sed omnia cum examinatione fiant competenti.

EPILOGUS.

† Hanc igitur omnes nostram voluntatem per hanc præceptionem divinam & legem cognoscentes, & quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro nostro orate imperio, sic vos tuente, sic vos proprios existimante, in his quæ in unoquoque contigerint, ita paternam in omnibus vobis custodiente providentiam. *Proponatur* Constantinopolitanis civibus nostris. Dat. 10. Kal. Octbr. *Constantinop.* D. N. BELISARIO V. C. CONS. 535.

mentes, quam nemo possit pecuniis corumpere. 1 Prætores plebis incendiis arcendis deputati. 2 Matricarii siphonibus, hamis, dolabris incendium extinguebant, quasi materiarii, unde ξυλεργοὶ a materia, aut potius materiatura, (hoc enim verbo utitur Vitruvius 4. *cap.* 2.) dicti materiarii. Nam materia, sive materiatura, sive materiaria, sive materiatio. Festo id dicitur, unde fieri potest ædificium, proinde ξυλεργοὶ, sive materiarii fuerint, qui apud Gallos appellantur *Charpentiers & Chapuis.* Interim agnosco hic & apud Julianum matricarios legi, non materiarios, ut a Cedreno. 3 Id est, & sic ubi opus fuerit. 4 Strenui judices non sunt ab officio removendi. 5 *Cap.* 3. §. *hic.*

COLLATIO TERTIA.

TIT. I.
DE LENONIBUS [1].

NOVELLA CONSTIT. XIV.

Imp. Justinianus August. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

Et antiquis [2] legibus, & dudum imperantibus satis odibile [3] visum est esse lenonum nomen & causam, in tantum, ut etiam plurimæ contra [4] talia delinquentes scriberentur leges. Non autem & dudum posita contra eos, qui sic impie agunt, supplicia auximus: & si quid relictum est a nostris prædecessoribus, etiam hoc per alias correximus leges: & nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotiis in hac maxima civitate commissis, causam non despeximus. Agnovimus enim quosdam vivere quidem illicite: ex causis autem crudelibus & odiosis occasionem sibimet nefandorum invenire lucrorum, & circumire provincias & loca plurima, & juvenculas miserandas decipere, promittentes [5] calceamenta & vestimenta quædam: & his venari eas, & deducere ad hanc felicissimam civitatem, & habere constitutas in suis habitationibus: & cibum eis miserandum dare, & vestem, & deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus: & omnem quæstum miserabilem ex corpore earum accedentem ipsos accipere, & celebrare conscriptiones [6], quia usque ad tempus quod eis placuerit, observabunt impiam & scelestam hanc functionem implentes. Quasdam vero earum etiam fidejussores expetere: & in tantum procedere illicitam actionem: ut in omni pene hac regia civitate, & in transmarinis ejus locis, & (quod deterius est [7]) juxta sanctissima loca & venerabiles domos sint tales habitationes: & causæ sic impiæ & iniquæ sub nostris temporibus præsumantur: ita ut etiam quosdam miserantes earum & abducere a tali operatione crebro volentes & ad legitimum deducere matrimonium non sinerent. Aliquos autem sic scelestos existere, *ut puellas* [8] *nec decimum agentes annum ad periculosam deponerent corruptionem:* & quosdam aurum dantes non parvum, vix inde redemisse miseras, & nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies mille modos, quos nullus prævaleret sermo comprehendere: cum ad infinitam crudelitatem deductum sit tale malum: ita ut primum quidem in ultimis partibus civitatis esset, nunc autem & ipsa, & quæ circa eam sunt, omnia plena talium sint malorum. Hoc igitur dudum quidem aliquis nobis secrete [9] denuntiavit: deinde etiam nuper magnificentissimi prætores a nobis talia inquirere [10] præcepti, hæc eadem ad nos retulerunt: moxque audivimus & judicavimus oportere Deo hujusmodi commendare causam, & velociter liberare tali scelere civitatem. §. 1. Sancimus igitur omnes quidem, secundum quod possunt, castitatem [11] agere [12]: *quæ etiam sola Deo cum fiducia potis est hominum animas præsentare.* quia vero plurima sunt humana: cum arte & dolo & necessitate quaslibet talium ad luxuriam deduci omnibus prohibemus modis, & nulli fiduciam esse pascere [13] meretricem, & in domo habere mulieres, aut publice prostituere ad luxuriam, & pro alio quodam negotio talia mercari: neque conscriptiones [14] super hoc percipere, neque fidejussores exigere: nec tale aliquid agere, quod cogat miseras & invitas [15] suam castitatem confundere: neque sperare quia licebit de cætero eis vestium [16] donatione aut ornamentorum forsan aut alimenti decipere, ut etiam invitæ sustineant. Non enim permittimus quicquam fieri tale: sed etiam nunc omnia talia breviter competenti cura disponimus, statuentes etiam reddi [17] eis omnem quam contigerit cautionem occasione sceleris hujus exponi: & neque permittimus scelestos lenones si quid dederunt eis, hoc ab eis auferre: sed etiam ipsos lenones jubemus extra hanc fieri felicissimam civitatem, tanquam pestiferos [18], & communes castitatis vastatores factos, & liberas ancillasque requirentes & deducentes ad hujusmodi necessitatem, & decipientes, & habentes educatas ad universam confusionem. Præconizamus [19] itaque quia si quis de cætero præsumserit invitam puellam assumere, & habere ad necessitatem [20] nutritam, & fornicationis sibi deferentem quæstum: hunc necesse esse a spectabilibus prætoribus populi hujus felicissimæ civitatis comprehensum, omnia novissima [21] sustinere supplicia. Si enim pecuniariorum eos furtorum & latrociniorum emendatores elegimus: quomodo non multo magis castitatis furtum, & latrocinium eos exercere permittimus? Si quis autem patiatur in [22] sua domo quendam lenonem & hujusmodi præpositum operationis habere, & hæc denuntiata cognoscens, non etiam domo sua expulerit: sciat se & decem librarum auri sustinere pœnam, & circa ipsam periclitaturum habitationem. Si quis autem conscriptionem de cætero in talibus præsumpserit, aut fidejussorem acceperit: sciat nullam quidem se utilitatem hujusmodi fidejussionis aut conscriptionis habere. Etenim fidejussor quidem obligatus non erit, conscriptio vero omnino invalida manebit, & ipse (sicut prædiximus) in corpore supplicium sustinebit: & a magna hac longissime civitate expelletur [23]. Mulieres itaque caste quidem vivere volumus & oramus [24]: non autem invitas ad luxuriosam vitam deduci; nec impie agere cogi, omnino enim lenocinium & fieri prohibemus, & factum [25] punimus, præcipue quidem in hac felicissima civitate, & in ejus circuitu: nihilominus autem & in locis foris positis omnibus, & quæ ab initio nostræ sunt reipublicæ: & quæ nunc a domino Deo donata sunt nobis: & maxime in illis: eo quod Dei dona, quæ circa nostram fecit rempublicam, volumus conservari pura ab omni tali necessitate, & domini Dei circa nos munera esse permanere digna. Credimus enim in domino Deo etiam ex hoc nostro circa castitatem studio magnum fieri nostræ reipublicæ incrementum: Deo nobis omnia prospera per talia opera conferente.

1 Tollendis scilicet. Julian. *constit.* 31. huc refer 60. *Eclog.* 38. περὶ πορνοβοσκῶν. vid. Petr. Gregor. 36. *syntag.* 11. Goth. Adde Rittershus. *in exposit. Nov. part.* 12. *num.* 7. Ans.
2 *l.* 2. §. 2. *ff. ad l. Jul. de adult.* 3 Vid. §. 1. J. *hic.* vid. *l.* 7. *in fin. C. de postliminio reversis.* 4 Sunt enim infames. *l.* 4. §. 2. *ff. de his qui not. l.* 43. §. 7. *ff. de ritu nupt.* Constantinus eisdem liquenti plumbo meatus oris & faucium, ut nefariorum hortatoribus, claudi jussit. *l.* 1. *C. Theod. de raptu virg.* De pœna parentis aut domini, lenonis, filiæ vel ancillæ, vid. *l.* 12. *C. de episcopali audientia*, *l.* 6. *C. de spectaculis.* Maritus leno uxoris ut puniatur, vid. *l.* 2. §. 3. *ff. ad l. Jul. de adult.* utut res sit: Morte hac constitutione puniri jubentur lenones. vid. §. 1. J. *hic.* 5 Lenonum insidiæ. 6 Instrumenta contra bonos mores apud lenonem interposita nullius sunt momenti. 7 Lenocinii gravitas crescit ex vicinia venerabilium domuum. 8 Lenonum scelus augetur, quo junior est, quæ decipitur. 9 Interest principis, secretos habere scelerum nuntiatores. 10 Principes prætoribus usi in inquirendis sceleribus. 11 Castitas non tantum animorum, sed & corporum, laudabilis. 12 Castitatis laus. 13 Lenones hinc πορνοβοσκοὶ dicti.
14 Id est, instrumenta, obligationes. 15 Præsumuntur facile invitæ peccare, cum ita a lenonibus detinentur, alias ne invita quidem Lucretia, opinione Hieronymi, stuprum passa est. 16 Vestes, ornamenta, cupediæ, meretricum decipulæ. 17 Cautio contra bonos mores actori inutilis. 18 Lenonem esse, scelus grave est. 19 Id est, jubemus.
20 Peccandi sc. 21 Τὰς πασῶν ἐσχάτας ὑπομένειν ποινάς. Scrimg. 1. ultima supplicia. Sic J. *Nov.* 60. *cap.* 2. novissima sententia dicitur, & quæ definitiva, & apud Varr. *lib.* 5. nova verba: & apud Virgil. 4. *Æneid.* novissima verba, id est, ultima. Julian. ultimum supplicium estne mortis naturalis? *l.* 21. *ff. de pœnis*: minime, nam J. dicuntur lenones puniri ἐς τὸ σῶμα, & in exilium mitti. 22 Lenoni domum suam locantis, aut in ea patientis lenocinium committi, pœnam observa. Huc referendum est, quod legimus, puniri eum, qui domum suam ad stuprum faciendum cum muliere vel masculo præbuit. *l.* 8. 9. *ff. ad l. Jul. de adulteriis.* vel ad parasynaxes & conventicula, tam diurna, quam nocturna. *l.* 8. §. 3. *C. de hæreticis. Novell.* 132. Quid quod aleæ & aleatorum susceptorem verberare impune licuit, eique damnum dare, & res auferre? vid. *l.* 1. *ff. de aleatoribus.* Huc refer titulum *de receptatoribus.* Adde *Nov.* 43. *c. ult.* §. 2. *Nov.* 58. hinc etiam colligi potest, Meretricem domus conductricem vel ante tempus finitum locationis migrare cogi posse. Nam si lenonem quis sciens non impune suis in ædibus habitare patitur, *ut hic.* nec meretricem in eis habitare merito pati debebit, vid. Papon. 22. *Arrest.* 9. *Arrest.* 14. Peccat enim gravius, aut certe non minus hic quam leno. *l.* 43. §. 6. *ff. de ritu nupt.* Quod si uterque potest ante tempus locationis expelli, multo minus ad conductionem admittendus est. Turpius enim ejicitur, quam non admittitur hospes. vid. Papon. *d. l. Arrest.* 15. Hæc cum ita sint, quæ mens illis fuit, vel est, qui vectigal a lenonibus exegerunt, & eo fiscum locupletem reddiderunt? quod sanctissime sustulit lex *ult. C. de spectaculis.* 23 Lenones morte naturali non fuisse affectos, hic locus ostendit. Aliud est enim puniri in corpore, & mox civitate expelli: aliud ipsa re separationem corporis ab anima perferre vel pati. 24 Id est, imperamus. Principis enim preces erga subditos jussa sunt atque imperia. 25 Et ita lex in lenones lata, perfecta est, non tantum enim vetat lenones esse, sed etiam punit. vid. quæ notavi ad *l.* 5. *C. de legibus.*

EPILOGUS.

† Quatenus ergo vos primi nostri cives casta hac nostra fruamini dispositione: propterea hac sacra prædicatione utimur, ut sciatis nostrum circa vos studium, circa castitatem atque pietatem labores nostros, per quos in omnibus bonis custodiri nostram rempublicam speramus.

Scriptum exemplar gloriosissimo magistro mutatis ad hunc modum verbis.

UT ergo omnibus hæc manifesta fiant in nostra habitantibus republica, tua sublimitas hanc nostram suscipiens sacram legem, in omni ditione præceptis propriis eam universis insinuet: ut non solum in hac felicissima civitate, sed [1] etiam in provinciarum custodiatur locis: domino omnium Deo pro alio quodam odore suavitatis oblata. [Data Constantinopolitanis civibus nostris.] Dat. Kal. Decembr. *Constantinop.* BELISARIO V. C. CONS. 535.

TIT. II.

DE [2] DEFENSORIBUS CIVITATUM [3].

NOVELLA CONSTIT. XV.

Imperator Justinianus Aug. Joanni gloriosiss. præfecto prætoriorum, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

NIsi velociter revocemus curam defensorum per competens officium: nec *ipsam* ulterius antiquorum [4] nominum *habebimus* veritatem: aliis si quidem alia data sunt ab antiquitate nomina significativa a parte rerum: hoc autem defensorum nomen pure demonstrat antiquitatem, aliquos præposuisse rebus, quatenus ex omni eas injustitia vindicarent, liberas. Si quidem & propter *hoc paterna* voce defensores eos vocamus, quatenus eripiant a malis injustitiam patientes. Nunc autem hoc defensorum nomen valde conculcatum est in multis nostræ reipublicæ partibus: & ita contemptum, ut in injuria quidem potius quam in qualibet jaceat honestate: siquidem fiunt viri quidem obscuri [5], decreta [6] vero super eis [7] *misericordia* magis quam electione conficiuntur. quibus enim non est victus & vita sufficiens, isti defensorum *emendicantes* [8] ordinationem, ad hanc accedunt curam: & pro alio quodam lusu, judicum [9] subjacent voluntatibus. Denique [10] removent eos [11] quando voluerint, aut nihil aut parvissimum delinquentes: & alios in illorum provehunt officium, quasi loci servatores eos [12] defensorum facientes: & hoc in anno frequenter in pluribus hominibus agentes, ut & officiales, & civitatum judices, & harum habitatores, in novissimo [13] contemptu defensores habeant. Quæ vero aguntur ab eis, ad instar non actorum [14] sunt, si enim imperaverint provinciarum judices, nequaquam præsumunt quædam gesta monumentorum conficere apud semetipsos per omnia servientes eis defensores, [&] illorum nutibus intendentes solis. Si vero quædam conficiantur, primum quidem etiam hæc venundant: deinde cum nullum habeant archivum [15], in quo gesta apud se reponant, deperit quod conficitur, & nequaquam invenies apud eos plurium temporum poni monumentum ullum penitus: sed ad heredes eorum, aut alias successiones his monumentis egentes, gesta quærunt: & horum quæ quidem inveniuntur, nulla fide sunt digna: alia vero etiam pereunt, & in tantum cadunt, ut in similitudine non actorum sint. Nos igitur quoniam de judicibus [16] bene disposuimus [17], & majores potestates eorum in gentibus fecimus, & procul ab eis est inspectio civitatum: propterea credimus oportere etiam de defensoribus constituere. fit enim sic congruentia utilis, si judicum sumant officium, civitatum defensores: & provinciæ præses videbitur quidem judex judicum potius esse, & ex hoc honestior præcedentium apparere: quanto [18] enim quilibet præest melioribus [19], tanto major ipse & honestior est.

CAP. I.

Ut nulli incolarum liceat defensoris officium respuere.

INterim illud sciendum est prius, ut nulli hominum sit licentia defensoris ordinationem declinare [20], sed invicem universi nobiliores [21] civitatum habitatores hoc ministerium eis adimpleant: hoc enim, & in prioribus [22] temporibus valuisse, & in republica gestum didicimus. Nulli, nec si honoratus sit *magnificentissimorum Illustrium* dignitate, hoc declinare concedimus, nec si militiam habeat honestam: neque si proferat privilegium suum ex divinis formis, vel si pragmatici [23] sint collati: sed secundum circulum [24] habitatoribus civitatis, quorum aliqua ratio [25] est hoc implentibus, & dum circulus expletur, rursus revertentibus ad sollicitudinem, & civitati prædictam curam ministrantibus: ut in unaquaque civitate defensor judex [26] potius quam defensor esse videatur: decreto [27] quidem cum jurejurando factus omnium possessorum in illa civitate consistentium, sed non [28] in hac urbe degentium.

§. 1. Jusjurandum vero præbens, *quod omnia secundum* [29] *legem ac jus agat, & omnium communiter*, confirmandus autem sicut nunc ex præcepto gloriosissimorum nostrorum præfectorum: in biennio [30] vero administrans solo, & removendus a cura: non habente licentiam clarissimo provinciæ judice [31] removendi eum: sed si quid videatur agere non recte, nunciare [32] ad gloriosissimos præfectos, ut [33] inde ei fiat curæ privatio, unde etiam datur.

CAP. II.

NUlla existente licentia Administratori [34], aut ipsis Defensoribus, Vices agentes Defensorum [35] facere, sed etiam hoc omnibus eis interdicimus modis. Sed neque proprias vices [36] agentes per civitatis clarissimos judices destinare, nisi ipsos defensores, quos judicum [37] officium complere in civitatibus volumus: ipsos quoque in omnibus diligentiam adhibere civitatibus in quibus sunt.

CAP. III.

Ut omnia monumenta [38] *apud defensores insinuentur.*

ET agi apud defensores, testamentorum [39] insinuationes, & donationum, & quicquid aliud est monumentorum proprium: non valente clarissimo provinciæ judice prohibere quod agendum est, aut præcipere, quia non velit aliquid agi, aut actum non edi: non enim hujusmodi alicujus ei omnino potestatem damus, absurdissimum existimantes, necessariis rebus cedere homines propter judicum forte irrationabiles motus atque præceptiones, sed etiam agere quæcunque voluerit & edere: & licet quod agitur, tangat provinciæ præsidem, aut quemlibet potentium, neque hoc prohibere. Oportet etenim sic agere eos qui in administrationibus sunt, aut in qualibet potestate, non ut prohibeant quædam fieri contra se [40] gesta, sed ita inculpabilem suum præbeant modum, ut nulli detur tempus querimoniarum adversus eos: & sive affuerit civitatibus judex [41], sive non, nequaquam prohibeatur quispiam agere apud defensores quædam monumenta in quibuscumque voluerit, præter illa sola quæ jurisdictione [42] egent, & ex ipsa judicum [43] auctoritate pendent.

§. 1. Deinde *& his qui publicas actiones* [44] *habent, civitatum defensores omnibus auxiliari modis, & si opus fuerit occasione contemptus contumaciæ tributariorum, monumenta conficere: & hæc fieri velociter jubemus, & interesse,* ut inordinate agentes videant, & his ipsis testimonium perhibere, vel publicum removere tumultum [45], & absolute judicum [46] obtinere ordinem & maxime quando absunt: & officiales provinciæ quicunque in civitate sunt illa in qua defensor est, obedire illi, & adjuvare, ut absentibus præsidibus gentium, nihil videatur deesse civitatibus sub illorum præsentia. † Ex provinciali autem officio habere & *Exceptorem* [47] eis administrantem, & duos officiales, qui ea quæ ab eis decernuntur, adimpleant. §. 2. *Et judicare in causis omnibus pecuniariis usque ad aureos trecentos* [48]: non valentibus nostris subjectis trahere sibimet obligatos ad clarissimos provincarum judices, si usque ad prædictam trecentorum solidorum quantitatem lis consistat.

CAP. IV.

SEd neque pro hoc ipso actores amplius [49] æstimare litem, ut conterant reos, & non civitatis Defensori, sed provinciæ deferant judici. Sed si quid tale egerint, & sententia manifestet minorem esse litem trecentorum aureorum, & studio auctam, ut apud provincialem judicem, & non civitatis defensorem examinaretur: solum actorem omni litis subdi dispendio.

CAP. V.

ET a *Defensoribus appellationes ad* [50] *ipsos fieri Judices.* Si vero egerint aliquid injuriosum circa defensores officiales: tunc provinciarum præsides ulcisci & castigare officiales [possint]. † Licentiam enim damus Defensoribus si hoc neglexerint præsides gentium, sedis tuæ eminentiæ huc nunciare, ut inde detur auxilium eis, & vindicta competens: & re vera Defensores eos esse contra delinquentes, habentes judiciariæ [51] claritatis & honestatis imitationem. §. 1. Et si cadere [52] contigerit civitatis Defensorem: mox ad [53] alium deferri decretum, qui ex circulo [54] vocatur, cum dudum dicto jurejurando, & suscipere quidem mox curam; decretum vero nunciari & confirmari a tuo [55] culmine: & nequaquam defensoribus vices agentes (sicut prædiximus) dari: ne rursus priori confusioni demus quasi rationabilem occasionem.

§. 2. Præcepta vero faciat tua eminentia per unamquamque provinciam, ut in civitatibus habitatio [56] quædam publica distribuatur, in qua conveniens est Defensores monumenta [57] recondere, eligendo quendam in provincia qui horum habeat custodiam: quatenus incorrupta maneant hæc, & velociter inveniantur a requirentibus: & sic apud eos *archivum* [58], & quod hactenus prætermissum est in civitatibus emendetur.

1 Quid si princeps incuria quadam legem in urbe tulerit generaliter, nulla subditorum omnium mentione facta? Num hujusmodi lex ad extraurbanos seu provinciales extendetur? Hinc prope negaveris. Provincialium enim hic meminit, quos necesse non erat nominatim edere, si lex in urbe perlata, tacite ad provinciales extenderetur. Verisimilius est tamen, legem generaliter in urbe latam ad provinciales quoque porrigi. 2 Vide quædam ad hanc Novellam apud Socinum, *regula* 333. & 335. 3 Περὶ τῶν ἐκδίκων. vid. 1. *C.* 55. seu plebis. *l.* 1. *C. de off. jurid. Alex. lib.* 4. 5. 6. *de defensor. civit.* His similes tribuni plebis urbis Romanæ. Porro hæc constitutio apud Julianum est 30. 4 Vana sunt nomina dignitatum sine effectu. 5 Magistratus vilescunt, quoties obscuris hominibus conferuntur, & ita paribus omnibus nobiliores genere aut virtute præferendi sunt aliis, quantumvis ditioribus. 6 Sensus est electionem commiseratione dignam esse, quoties viles neglectis probioribus eliguntur. 7 Eligendis scilicet. 8 Id est, ambientes. 9 Ἀρχόντων, præsidum. 10 Præsides scil. 11 Utpote viles. 12 Et quasi vicarios defensorum. 13 Id est, extremo. 14 Id est, gestorum. 15 Olim nullum erat archivum defensorum. 16 Περὶ ἀρχόντων, id est, de præsidibus. 17 *Nov.* 8. *§. hic.* 18 Nota sententiam. Sic Arist. 1. *Politic.* 5 *vel* 8. καὶ ἀεὶ βελτίων ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν βελτιόνων ἀρχομένων, οἷον ἀνθρώπου ἢ θηρίου, τὸ γὰρ ἀποτελούμενον ὑπὸ τῶν βελτιόνων βέλτιον ἔργον, id est, semper id melius imperium est, quod obtinetur in res imperio subjectas præstantiores ac meliores: verbi gratia, melius est imperium in hominem, quam in feram. Nam quo unumquodque opus ex melioribus absolvitur, eo est melius. Hæc magnus ille Philosophus, ex cujus sententia discimus: Hominis in hominem imperium non modo naturale, sed & omnium perfectissimum & maximum esse. 19 Κρειττόνων, præstantioribus. 20 Defensoris munus nemo potest declinare. 21 Nobiliores ad defensoris officium promovendi. 22 Prisca tempora imitanda. 23 Libelli scilicet, id est, pragmaticæ formæ. 24 Κατὰ κύκλον, per ordinem, Jul. id est, suo ordine per vices, Hal. ἀμοιβάδην, *chacun à son tour:* nimirum ne quis iterum defensor esse cogatur, donec alii defensores non fuerint. Magistratus qui hoc modo creabantur, περιοδικὰ πολιτεύματα Demosthenes vocat, quos Circulares possis appellare: ut ne quis cum Accursio putet, paternos magistratus in circulum coactos: vel cum Tiraquello 1. *de jure primogenituræ* 19. hic de illo circulo agi, cujus meminit Cajus 1. *Instit.* 2. & quem Ausonius orbum tertium appellat, cujus Felinus *in cap. cum delicta. x. de rescript.* & Cardinalis Alexand. meminit *in c. Nicæna. de appellationibus.* quod in hujusmodi circulo plurium nomina sic in orbem scriberentur, ut dignosci non posset, quis prior aut posterior fuisset nominatus, adde Ferrandum 2. *Explicationum.* 25 Λόγος, id est, æstimatio, honor, opinio, reputatio. 26 Ἄρχοντα, id est, præsidem. 27 Ψήφῳ, suffragio, electione. 28 Extraneis, jus suffragii non competit. 29 *Pr. Inst. de off. jud.* 30 Olim erat annuus magistratus. 31 Præside. 32 Nota gradus, Defensor civitatis, Præses provinciæ, Præfectus prætorio. 33 Præfectus prætorio defensorem confirmat, creat, & deponit. 34 Τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι, id est, præsidi. Julian. 35 Sensus est, Defensor vicarium sibi non potest substituere. 36 Præses, vices suas agentis vicarii, mittendi jus non habet. 37 Ἀρχόντων præsidum, Julian. 38 Testamenta & donationes & alia monumenta publica, Julian. *Patricius cap.* 110. 39 Nota, quæ agerentur apud defensorem civitatis. 40 Vel, adversus homines ejus. 41 Præses. 42 Quidam hinc colligunt, Defensores non habere jurisdictionem: quod Cujacio displicet. Idem tamen negat, eos emancipare aut manumittere quenquam posse, *arg. l. pen. & ult. Cod. de emancip. lib. l. ult. C. de vind. libert.* 43 Præsidum. 44 Defensor acta facit adversus tributa differentes, ad similitudinem præsidis, Julian. 45 Acta adversus tumultuosos conficiuntur a defensore. 46 Præsidum. 47 Ταχυγράφον. 48 Olim habuerunt ad 50. usque. *l.* 10. *C. hic.* 49 Plus petitione actoris, non potest evitari ordinaria vel defensoris jurisdictio, & alioqui Julianus *cap.* 12. refert hunc locum ad plus petitiones. 50 A defensoribus a præsides appellatur. 51 Ἀρχικῆς σεμνότητος μίμημα, præsidialis gravitatis imitationem atque figuram. Hal. 52 Διαπεσεῖν, intercidere, mori. 53 Id est, mox alius defuncti loco subrogatus. 54 *Cap.* 1. *§.* 55 Id est, præfecti prætorio. *d. c.* 1. *§.* 56 Οἴκημα τὸ δημόσιον, scrinium publicum, ubi monumenta publica deponere possit. Julian. 57 Ὑπομνήματα. 58 Ἀρχεῖον, idem quod scrinium.

CAP. VI.

QUia vero etiam Defensores civitatum extra [1] omne commodum fiunt: & pro decretis eorum, si quidem civitates majores [2] sunt, quatuor solummodo dabuntur aurei foro tuæ sublimitatis: si vero minores, tres: sicut jam dudum nostris constitutum est legibus: si vero quædam salaria [3] habent publice, etiam hæc secundum consuetudinem percipient. §. 1. Audient quoque leviora crimina, & castigationi competenti contradent: & eos qui in majoribus [4] criminibus capiuntur, detrudent [5] in carcerem, & mittent [6] ad provinciæ Præsidem, sic enim fruetur civitas unaquæque cura judiciali: & omnis gens sub majori constituta judice majorem sentiet providentiam: & rescindentur plurimæ judicum [7] curæ, cum civitatum Defensores in semetipsis eas imponunt, & levigant [8] præsidum quas pro [9] omnibus hominibus habent sollicitudines, ipsi particulariter removentes ea quæ vim patientibus inferuntur, aut dubitationes solventes, & honestos (sicut sæpe dictum est) eos qui in administrationibus sunt, demonstrantes. † Si vero etiam detineantur ab aliquibus publicæ functiones [10]: gentium Præsides Defensoribus imperabunt contra detentores exactiones: ut & secundum hoc eos adjuvent. † Si qua vero Defensoris præter hæc fiat ordinatio, aut tenuerit aliquis Defensoris officium in semetipsum veniens, sive dignitatis, sive militiæ, sive privilegii, sive alterius cujuspiam occasione: iste quinque librarum auri subjectus pœnæ, etiam sic post ejus exactionem ad [11] opera civitatis proficientem cogatur defensoris implere sollicitudinem. Convenit enim unumquemque nobilium [12] semper functionem agere civitatum quas inhabitat, & hanc eis conferre habitationis repensationem.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram insinuata sunt legem, tua sublimitas in provinciis quibus præest, facere manifesta per programmata propria studeat: quatenus cognoscant omnes, quia & *maximorum & mediocrium & parvulorum nobis cura est*, & *nihil est tale quod a nostra sollicitudine removeamus.* Partem vero faciat tua eminentia suorum præceptorum: ut ex hoc jam gentium præsides præparent secundum unamquamque civitatem eos qui bonæ opinionis sunt nominari Defensores secundum [13] circulum (sicut jam dictum) & decreta fieri communia cum jurejurando in eis habito, & describere prædictum circulum: & ita per biennium subintrare curam eos qui subsequuntur: & si ceciderit [14] quispiam ex eis, alium introduci: semper quidem decreto cum jurejurando [15] faciendo: ipsoque dum futurus fuerit curam suscipere, definitum jusjurandum subeunte, & electione [16] ejus facienda a Deo amabili episcopo, & venerabili clero, & aliis in civitate bonæ opinioni studentibus: quod etiam nunc mox fieri convenit, omnibus (sicut dictum est) secundum hanc nostram generalem procedentibus legem. † Nunc autem Defensores existentes, siquidem placiti videantur, etiam ipsos inscribi circulo, & biennio complere curam, & siquidem jam biennium in ea cura habent, removeri Defensoris sollicitudine: nisi [17] tamen voluerint communi decreto teneri eos biennio in eodem officio. Si vero nondum biennium impleverint, digni vero videantur communicare circulo, impleant reliquum tempus, ultra quod nullus civitatem defendat: sed usque ad hoc solum stet tempus: nisi cuncta civitas reluctante nullo elegerit eum: & hoc facto, alio biennio suscipiat sollicitudinem, & modis omnibus deponatur: & tunc rursus fiat, quando ipse eum circulus ad hunc adduxerit ordinem: ne frequentia & continuatione curæ, & per quandam machinationem illud semper renovando fiat aliquibus infinita [18] prædicta gubernatio. † His omnibus valituris in omne tempus: quoniam cum toto hoc studio & vigilantia & Domini Dei intuitu adinvenimus, & nostris subjectis contulimus. Dat. 16. [19] Kalend. August. *Constantinop.* BELISARIO Viro Clarissimo Consule [20].

TIT. III.

DE MENSURA [21] ORDINANDORUM CLERICORUM.

NOVELLA CONSTIT. XVI.

Idem Imp. Anthemio sanctiss. & beatiss. archiepiscopo Constantinopolitano, & universali patriarchæ.

PRÆFATIO.

LEgem nuper [22] scripsimus *de mensura ordinationum*, & ut non *competeret effusas eas esse, neque in sanctissima majore* [23] *ecclesia hujus felicissimæ civitatis* [24] *neque in aliis:* quam etiam firmam esse, & valere secundum omnem suam volumus virtutem. † Quia vero intentio nobis est abbreviare quidem ordinationes, huic autem sanctissimæ majori ecclesiæ excellentem expensam ad mediocrem quandam atque portabilem [25] reducere quantitatem, quatenus multitudo ei expensarum minuatur: propter hoc omnem circumeuntes viam, ad præsentem venimus legem: nihil quidem aliud existentem a priore, sed ex ejus procedentem voluntate [26], adhuc autem amplius sanctissimæ majori ecclesiæ prodesse valentem.

CAP. I.

SAncimus enim, si in quibusdam sanctissimarum ecclesiarum (quarum ipsa sanctissima major ecclesia gubernationem & expensas suscepit) contigerit aut presbyterum, aut diaconum, aut lectorem, aut cantorem mori, non alium mox extrinsecus introduci, sed considerare quanta tunc est mensura ibidem ministrantium reverendissimorum clericorum. Et si quidem nondum clericorum minuta mensura est, sed adhuc abundant quantum ad id quod superius definivimus & ut vocant [27] *statutum*, nullam fieri pro eo ordinationem, donec numerus in [28] [remedio] ipso restituatur. † Si vero sic diminuta multitudo est, ut necessitas sit, ne desit statutus numerus, alium pro moriente introduci clericum: considerare beatitudinem tuam, si [29] quis est in aliis ecclesiis citra sanctissimam majorem ecclesiam, ex abundanti ejusdem [30] ordinis clericus: & exinde restituere alium, & non novam facere ordinationem. Sic enim dum ex eo quod plus est, semper hoc quod defuit, impletur: bona & Deo amabilis imponitur causæ mensura: & sic sanctissima mater ecclesia paulatim [31] debitis [32] liberabitur. Alioquin si quod defuerit quidem compleatur introductionibus extraneis: quod vero plus est, non minuatur: plurimum [33] & indefinitum transiet tempus, donec omne quod plus est, minuatur.

EPILOGUS.

† Tua igitur beatitudo, ea quæ propter sanctissimarum ecclesiarum utilitatem recte nobis placuerunt, operi effectuique contradere festinet. Etenim si quid fiat præter hæc, scire necesse est eum, qui contra hanc nostram legem susceperit ordinationem præsumpserit, nihil hinc utilitatis habiturum, neque [34] reputabitur a reverendissimis œconomis in hac parte facta sanctissimæ majori ecclesiæ expensa: sed ipsi ex hoc cognoscent damnum a semetipsis hunc suæ negligentiæ recipientes fructum. Datum Idib. August. *Constantinopol.* post consulatum BELISARII, V. C. [35].

TIT. IV. [36].

DE MANDATIS PRINCIPUM [37].

NOVELLA CONSTIT. XVII.

Imperator Justinianus August. Triboniano Quæstori sacri nostri Palatii & Exconsuli.

PRÆFATIO LATINA [38].

EX libris [39] antiquis, qui jura Romani nominis continebant, non ignorat tua sublimitas, quanta *de mandatis principum* legumlatores in suo quisque volumine conscripserunt. Quia igitur nobis reparantibus omnem vetustatem jam deperditam ac diminutam, placuit etiam omnibus judicibus nostris, qui minores vel medias administrationes gerunt sive inter Correctores, sive inter Consulares, sive inter Spectabiles ordinentur, non solum codicillos præstare, sed etiam *Mandata* dare, quibus inspectis omnia gubernare laudabiliter possint: ideo librum *Mandatorum* composuimus, qui subter per utramque linguam annexus est: ut detur administratoribus nostris secundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Græca lingua frequentatur, scire eorum sanctionem: ut nihil ex his audeant præterire, sed saluberrimas dispositiones nostras observantes, in perpetuum nostras provincias, nostroque imperio subjectos gubernare festinent. † Illustris igitur auctoritas tua, ad quam Quæstoria pertinet censura, eadem mandata & in libris legum transcribi, & in sacro laterculo deponi præcipiat: quatenus ex his una cum codicillis suscipiendis, administratores, quemadmodum possint reipublicæ subvenire, non ignorent. Dat. 16. Kal. Maji, post consulatum BELISARII, V. C. CONS. [40]

In Nomine Domini Jesu Christi Dei nostri, Imperator Cæsar Flavius Justinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, semper adorandus, Augustus.

JAm quidem in generali nostræ pietatis lege [41] omnia declarata sunt, in quibus conveniens est administrationes accipientes, eas gubernare, memorantes jusjurandum quod super his præstatur. Necessarium tamen existimavimus etiam nunc percipienti tibi administrationem, designare quod a progenitoribus reipublicæ nostræ adinventum est: qui ad administrationes directis certa præcepta dabant, *Mandata principum* ea vocantes, secundum quæ oporteret eos gubernare administrationes.

CAP. I.

Ut gratis creati magistratus, gratuitas quoque manus servent, erga Deum, Imperatorem, & legem.

OPortet igitur te pure sumentem administrationem, & sine [42] omni suffragio, præ omnibus aliis mundas servare Deo nobisque & legi manus, & nullum contingere lucrum, neque majus, neque minus: neque captiosum quiddam contra subjectos facere, negotiatione: sed contentum esse solis a fisco tibi ministratis, & tam per te quam per eos qui circa te sunt purum eis undique servare jus. † Et festinare primum quidem *fiscalia tributa* [43] *exigi vigilanter*, nihil diminuens circa publicam curam requirere, ne forte fiscus inde minuatur, & salvare ei undique quæ propria sunt. Sicut enim privatos injustitiam passos adjuvamus, sic & publicum [44] illæsum manere volumus. Collatores namque omni alia calumnia liberi conservati, facile & in promptu solvent tributa: & qui in furta prius dantes, manebant debentes adhuc fiscalia, ex nunc ipsis fiscalibus exsolventes, liberabunt facile se tributis.

1 Ἀμισθὶ sine datione pecuniæ, Jul. gratis. *Nov. 8. c. 1.* 2 De majoribus & minoribus civitatibus alias dixi. 3 Σιτήσεις, publicas annonas. Jul. 4 Vid. *l. 7. C. h. t.* 5 Et ita habent jus prehendendi, quod eis negabatur, *l. 2. C. Theod. de exhib. reis.* 6 Julianus jus eis tribuit castigationis. 7 Præsidum. 8 Relevent. Hal. 9 Λαῶν μερίμνας. Scrimg. Hal. populorum curas, quo ex loco Bartolus perperam colligit, popularem hic constitui, qui non sit nobilis. 10 *C. 3. §. 1. ꝟ. h. t.* 11 Multa reis indici potest a judicibus ad opera publica civitatum profutura. 12 *Cap. 1. ꝟ. h. t.* σεμνοτέρων. Scrimg. quos hic vetus interpres vertit nobiles, possis commodius graviores & digniores viros appellare. 13 *Cap. 1. ꝟ. h. t.* 14 *Cap. 1. §. 1. ꝟ. h. t.* 15 *d. §. 1. d. c. 5. §. 1. ꝟ. h. t.* 16 Defensor eligitur a clero, & honestioribus civitatis, *ut hic.* confirmatur a Præfecto prætorio, *c. 1. in fin. ꝟ. h. t.* 17 Munus defensoris prorogari potest. 18 Perpetui magistratus non fuerunt apud Romanos. 19 Ib. Idib. Augusti, quidam ita legunt. 20 Id est, anno 535.

21 *Novell. 3. c. 1. Novell. 6. c. 8.* 22 *Novell. 3. c. 1. Novell. 6. c. 8.* Novella 3. & sexta cavetur, ut numerus clericorum certus sit in majore Ecclesia urbis Constantinopolitanæ. Hæc autem constitutio jubet, ut ex aliis Ecclesiis superflui clerici, id est, hi, qui supra statutum numerum sunt, in locum mortuorum clericorum majoris Ecclesiæ transferantur. 23 Sanctæ Sophiæ scil. 24 Constantinopolis. 25 Φορητὸν, id est, tolerabilem.

26 Voluntas legis spectanda. 27 Κατὰ καλούμενον στατοῦτον. 28 Εἰς ἑαυτὸν ἀποκαταστῆ, id est, sibi ipse restituatur. 29 Id est, an. 30 Qui deesse, vel diminutus esse dicitur. 31 Emissis ex suo corpore supernumerariis. 32 Sumptibus. 33 Infinitas semper eadem pene manserit. 34 Expensæ illegitimæ administratori non reputantur. 35 Id est, anno 536.

36 Additur in editione Hal. ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. ut in *l. 1. C. de off. præf. præt. Afric.* 37 Principis. Scrimg. principib. & præsidibus. Index Regiæ biblioth. παραγγέλματα τῶν ἀρχόντων, *editio Haloandri* præcepta præsidum, alias de officio rectoris provinciæ, *const. 21.* 38 Deest in Græcis editionibus. 39 Horum mandatorum fit mentio in *lege 6. in fin. ff. de off. proconsul. l. 3. in fin. de off. præsid. l. 4. Cod. de incest. & inut. nupt.* adde *l. 1. C. de mandatis princip. l. 2. C. de off. ejus qui vice.* Præscribunt autem hæc mandata Præsidibus modum administrandi. Cæterum hæc Novella est 21. apud Julianum ita conscripta: *De officio rectoris provinciæ.* ad quem modum conceptus est titulus Codicis: cui respondet Pandectarum titulus *de off. Præsid.* 40 Id est, an. 536. 41 *Nov. 8. c. 9.* Goth. Vid. ad hanc Nov. Rittershus. *part. 2. c. 1. n. 17. 18. & Novell. 95. 128. 130. 133.* Eundem Rittershus. *part. 12. c. 13. & part. 15. cap. unic.* Ans. 42 *Novell. 8. cap. 1.* 43 *Nov. 8. cap. 8.* 44 Objecta juris publici & privati.

CAP. II.

Ut caveant Magiſtratus, ne quæ ſeditiones excitentur, & quieti publicæ omnium ordinum invigilent.

DEinde conveniens eſt te providere, ut nulli populi civitatum alterutris ſeditiones [1] faciant, ſed omnem pacem eſſe Dei civitatibus, dum æquitas etiam hinc noſtris ſubjectis ſervatur, & neque lucri neque paſſionis alicujus cauſa, ad aliquam partium declinatur.

CAP. III.

Ut breviores & viliores cauſæ ſine [2] ſcripto decidantur: & ſportularum modus ſervetur.

SIt [3] tibi quoque *tertium* ſtudium, *lites cum omni* [4] *æquitate audire*, & omnes quidem breviores, & quæcunque maxime [5] vilium [6] ſunt, ex non [7] ſcripto decidere, & judicare, & liberare omnes alterna [8] contentione, & non permittere in aliquo ultra quam continetur ſacra noſtra conſtitutione, occaſione cauſalium expenſarum damnificari, ſi tamen ſufficientes in datione conſiſtant: alioqui etiam gratis lites audire, & non permittere ex negligentia de provincia alicujus præſidis quemquam ad hanc currere feliciſſimam civitatem, & nobis moleſtum eſſe. Scito namque, quia ſi quis veniat, & aditionem nobis faciat, & a nobis interrogatus ſi prius te adiit, deinde te dicat adiiſſe, & quod juſtum eſt, non impetraſſe, & hoc verum inveniamus, in te indignationem convertemus. † Si vero cum [9] te non adierit, venire ad hanc regiam præſumpſerit civitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & reſponſum non dabimus.

CAP. IV.

Ne præſides permittant Executores aut Magiſterianos aliquid formarum & portuum cauſa exigere.

DEinde competens eſt te etiam hinc venientes ſive ex Magiſteriano [10], ſive ex quolibet foro, non permittere lædere, nec ſuperexigere ſubjectos noſtros. Sed ſi quis adierit tale aliquid queſtus: hoc & exequi, & indemnitatem ei procurare, & neque permittere alicui proferenti præcepta cujuſcunque fori, hæc videlicet quæ ſolenniter diriguntur, *formarum* [11] *etiam aquæ cauſa, & portuum, & itinerum ſternendorum, & imaginum, & murorum, & domuum deſtructionis* [12] *tanquam in publico factarum, & aliarum talium* damnificare noſtros ſubjectos. Non enim volumus, nec per talem cauſam ullum eis inferri damnum. Ipſe vero omnium horum providebis ſine damno omni geſtum.

† Si quis autem cui tale aliquid juſſum eſt, veniat: omnino non reſpicias eum, niſi ſacram noſtram pragmaticam oſtendat formam pro hoc ſcriptam: tunc tu ſuſcipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians ſecundam præceptionem noſtram ſuſcipias.

§. 1. Sed etiam pro ubertate neceſſariorum, & operum [13] civitatum diligentiam habebis: procurans ex civilibus pecuniis patres [14] quæ valde neceſſariæ ſunt operum facere, & pontium, ſimiliter & viarum, & portuum, & in quibus omnino ſunt locis provinciæ cui præſides: portuumque, & murorum curam habebis: & quidquid omnino eſt publico, & civitatibus utile, & cogitabis, & facies, & nunciabis. §. 2. Habebis autem obedientes tibi, & qui in provincia ſunt milites, in quibus eorum opus habueris ad miniſterium juſtum. Quod ſi delinquentes inveneris: ſub omni caſtigatione decenti inſuper ex [15] emolumentis eorum ſatisfieri læſis procurabis.

CAP. V.

De criminibus.

NOn permittas privilegiis [16] aliquibus uti nocentes [17] ſed illud ſolum eis in auxilium obſervabis, ut undique puri horum quæ eis inferuntur, & innoxii videantur. Homicidia [18] autem, & adulteria, virginumque direptiones, & invaſiones, & oppreſſiones, ita cum vehementia corrige, puniens delinquentes ſecundum noſtras leges, ut paulatim ſupplicium alios omnes faciat ſalvos. §. 1. Præcipue vero Officiales [19] tuos retinebis, non permittens eis ſubjectos noſtros deprædari [20]: neque ut illi officiales videantur quidem ſubjecti tibi, pro veritate autem tuæ præſint voluntati. §. 2. Feſtinabis etiam *Conſiliarium* [21], & quicunque fuerit circa te, aſſumere virum optimum, & purum undique, & contentum iis quæ a fiſco dantur, & ſi quid præter ſpem acceſſerit, & non inveneris eum cuſtodientem tibi fidem juſtam: illum quidem expelles: alio vero uteris Conſiliario, legem & juſtitiam cum puris ſervante manibus. §. 3. Talem vero præbebis temetipſum omnibus & publice, & privatim, ut [22] terribilis quidem iis delinquentibus, & indevotis circa fiſcalia [23]: manſuetiſſimus autem & mitis omnibus placidis & devotis, & paternam eis exhibens providentiam.

CAP. VI.

De fide publica aut ſecuritate non paſſim danda.

SEd neque hæc quæ dicuntur *Verba* [24]: id eſt jusjurandum, prompte dare feſtines, in amplius tempus: ſed & cum examinatione in tempore mediocri [25] & non tranſcendente *triginta dierum inducias*, ne ex hoc infinitæ ſint hominibus ad invicem contentiones. Si vero etiam aliquem ſub nuncupato *Verbo* feceris: deinde aliquis adierit [26] adverſus eum: deduces quidem eum, cuſtodiens datum ei *Verbum*: & examinabis negotium, *Verbo* ubique ſervato; & ſi etiam contra eum ſententia neceſſaria ſit, condemnabis eum & duorum propones electionem, utrum velit dato *Verbo* abſolute abrenuntiare, & agere quæ judicata ſunt, an non. Certe [27] ſi hoc non: ſacris eum terminis reſtitues & ibi executionem inferes temperate, & cum debita venerabilibus locis reverentia.

CAP. VII.

Ut termini [28] ſanctorum homicidis &c. non proſint.

NEque autem homicidis, neque adulteris, neque virginum [29] raptoribus delinquentibus terminorum cuſtodies *cautelam* [30], ſed etiam inde [31] extrahes, & ſupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, ſed hoc patientibus: ut non talia a præſumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non [32] nocentibus, ſed læſis, datur a lege: & non erit poſſibile utrumque tueri cautela ſacrorum locorum, & lædentem, & læſum. §. 1. Publicorum vero tributorum exactiones etiam [33] intra templa decenter fieri procurabis: quoniam *fiſcalium ratio & militibus & privatis ipſiſque templis, & cunctæ reipublicæ utilis & neceſſaria eſt.* Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles eccleſiarum Defenſores, & Oeconomi: nullum horum, qui fiſcalia tributa exigunt, abripientes exactioni, ſed neque permittentes violentum aut ſeditioſum aliquid pati exactionem inferentes: ſcientes quia ſi quid tale geſſerint, de ſuo [34] ſatisfacere fiſco cogentur.

CAP. VIII.

Ut cogant exactores tributorum in apochis ſuis exprimere quantitatem zygocephalorum.

COges autem publicos *Exactores* in ſuis *de ſuſceptis* [35] manifeſta facere omnia in quibus ea dederunt, nempe quantitatem *zygocephalorum* [36], aut *jugorum*, aut jugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur: & pro quibus hæc & quælibet prædiis exiguntur: & datorum quantitatem, ſive in ſpeciebus, ſive in auro. Et interminaberis eis, & magnum damnum, & *manus* [37] *amputationem*, ſi hoc quod præcipitur quidem ſemper, uſque nunc autem non cuſtoditum eſt, non deinceps omnibus ſervent modis. † Si vero (ut aſſolet) declinationem inveniant aliquam, dicentes non poſſe jugorum poni quantitatem: maxime quidem eos malignari putamus: ſed tamen nihil hinc læditur fiſcus nec collatores: fiſcus etenim ſine præjudicio omnia ſua percipiat, & ſolenniter celebrata ſuſcepta percipiant ii qui hæc exolverint, nihil exigendi amplius. Cauſa vero in nullo læditur, & ſecundum conſuetudinem quidem tributa ſolvantur ab eis, & inferantur fiſco. † Nuntietur autem ad glorioſiſſimos noſtros præfectos de iſtis primitus cogendis cenſualibus nuncupatas *expoſitiones* [38] ſubtiliter dare, ut ex hoc fiat cauſæ dijudicatio: & ſic interim ſecundum conſuetudinem quidem datis fiſcalibus inculpabiliter inferendis, quicquid in iis quæ dubitantur, glorioſiſſimi noſtri præfecti judicaverint, in iis quæ controverſa ſunt, hæc valere: neceſſitatem habentibus exactoribus, poſt cognitam veritatem ſuper his quæſtionibus, & in illis de cætero quantitatem zygocephalorum, & aliorum omnium deſcribere, ſecundum quod a nobis jam ordinatum eſt.

§. 1. Non [39] permittas autem curialibus, aut *Cenſualibus* [40], dum vendita ſunt prædia eorum, aut in alias perſonas mutatur poſſeſſio, tergiverſationibus uti quibuſdam, & non transferri a venditoribus ad emptores prædia: ſed coges eos omnino facere mutationes ſine damno. Si vero dixerint minus idoneos eſſe emptores, & propterea non fieri migrationem: hoc ipſum examinabis ſine quolibet damno: & ſi quidem idonei fuerint emptores coges fiſcalium præſules omnibus modis & ſine quolibet damno celebrare tranſpoſitionem. Si vero pro veritate eos inveneris non ſatis idoneos, coges venditores hoc ipſum profiteri ad geſta, quia periculo eorum tranſpoſitio fit fiſcalium tributorum in eos qui ab ipſis emunt: hoc quod etiam in Oriente novimus in multis fieri gentibus. Sic enim neque fiſcus nocebitur [41], & fiſcalia tributa a poſſeſſoribus inferentur, ut non alii quidem ſint poſſeſſores, alii vero collatores. Oportet enim maxime contra poſſeſſores fieri collationes: ſed non contra non detinentes neque poſſidentes terras.

CAP. IX.

De profectionibus præſidum, ne provinciales angariis &c. vexent &c.

ILlud tamen te volumus noſſe: quia ſi quando præceperimus ad alias forte proficiſci te provincias, competens eſt contentum te iis quæ de fiſco largi-

1 Δήμους, id eſt, circenſes factiones: de quibus ſcripſi ad *l.* 1. §. 12. *ff. de off. præf. urb. l.* 28. §. 3. *ff. de pœn.* adde Cuj. 8 *obſ.* 29. *l.* 3. *in fin. l.* 13. *ff. de offic. Præſid.* 2 *Nov.* 83. 3 *Nov.* 67. *c.* 1. 4 Hinc ſumpta eſt pars authenticæ, *Niſi breves. C. de ſentent. ex periculo.* 5 Breviores lites non ſunt, neque hic dicuntur, quæ vilium tantum ſunt perſonarum, ſed quæ vilem ſummam continent, in queis de rebus minimis agitur, ſive de iis inter nobiles, ſive inter pauperes agatur. Id genus litis ſine ſcripto decidi jubet Imperator, maxime ſi inter viles perſonas agatur. 6 Εὐτελεστέρων, qua voce Ferrandus 20. *Explicationum* 39. non modo pauperes interpretari ſeu appellari poſſe exiſtimat, ſed & homines ſimplices & minime verſutos, qui in cauſis & litibus non ſunt exercitati. Reperio ſane apud Græcos εὐτελεῖς, viles eſſe homines, ut apud Harmenop. 1. *tit.* 6. §. 35. ſed & apud eundem 5. *tit.* 8. §. 107. εὐτελὴς eſt, non abjectus aut vilis homo (ut interpres vertit) ſed cohortalis *ut &* 45. *Ecl.* 2. *c.* 52. *juncta l.* 3. *Cod. de hered. decur.* ut hic forte locus de cohortalibus quoque poſſit intelligi, quanquam videatur, æquius ad viles & miſeræ conditionis homines referri. 7 Adde *l.* 6. *ff. de accuſat.* 8 Reſponſionum, contradictionum, gravaminum, ſalvationum, & ſimilium multitudine, ſummatim itaque hujuſmodi lites proponendæ. *Novell.* 83. J. 9 *l.* 21. *ff. de appellat.* 10 Agente in rebus 11 Ολκῶν, aquæductuum *l.* 26. §. 3. *C. de epiſc. aud.* 12 Vid. *l.* 7. *ff. de off. præſid.* veluti ſi judex mandat tuam domum quaſi in publico loco extructam demoliri. 13 *l.* 7. §. 1. *ff. de off. proconſ. l. ult. C. de rat. oper.* 14 Patres civitatum: qui & curatores operum, *l.* 3. *C. de his qui ſponte mun.* 15 Salaria & honoraria officialium, pignori capi poſſunt ob delictum, *ut hic.* adde *c.* 10. *in fin.* J. *h. t.* 16 *Nov.* 8. *c.* 12. *l.* 3. *in fin ff de offic. præſid.* 17 Confugientes ad eccleſiam præſumi innocentes hinc Alciatus colligit 3. *præſumpt.* 33. 18 *l.* 13. *ff. de off. præſid.* 19 *l.* 6. §. 3. 4. 5. 6. *ff. de off. præſid.* 20 *C.* 10. *verſ. ſed neque.* J. *h. t.* 21 Πάρεδρον, adſeſſorem facit *l.* 2. *& totus titulus Cod. de adſeſſoribus. & ff. de off. adſeſſ.* 22 Facit *l.* 19. *ff. de off. præſid.* 23 *Cap.* 8. J. *h. t. Nov.* 8. *c.* 8. 24 Ut & J. καλούμενον λόγον: & *Novell.* 128. *c.* 13. & *edict.* 2. & 13. *c.* 10. 11. Intelligit autem λόγους ἀσυλίας καὶ συγχωρήσεως καὶ πίστεως. *Novell.* 5. *c.* 2. fidem publicam. *Sauf conduit* ἄσυλα. *Franchiſe.* vide *edictum Juſtiniani* 2. J. 25 Tempus modicum triginta dies. *l.* 1. §. 2. *ff. de itinere actuque:* vid. Cujac. *c.* 10. *x. de præſcript.* 26 Id eſt, eum in jus vocaverit. 27 Id eſt, aut certe ſi hoc non fecerit vel elegerit. 28 Vid. quæ ſcripſi ad *l.* 3. *C. de his qui ad eccleſias.* adde 5. *Eclog.* 5. *ex lib.* 6. *tit.* 3. §. 4. 29 *C.* 5. S. *h. t.* Imo raptoribus *canſ.* 36. *q.* 1. *cap. de raptoribus.* 30 Fidem publicam & ſecuritatis promiſſionem. 31 Aſylis qui poſſint extrahi & quibus non proficiat jus aſyli. adde *l.* 1. *l.* 6. §. 5. *C. de his qui ad eccleſ. Novell.* 137. *circa fin. &* 117. *c. ult.* Moſis legibus id etiam conſtitutum fuit, ut dixi ad *d. l.* 5. vid. Petr. Greg. 33. *ſyntagmat.* 21. *& cap.* 22. Hujus autem loci hæc ſententia eſt: Templa innocentibus & injuriam metuentibus, non autem inferentibus vel nocentibus prodeſſe. 32 *l.* 2. §. 2. *ff ad SC. Velleian.* 33 *l.* 6. §. 4. *C. de his qui ad eccleſ.* & e contra iniquis exactoribus non prodeſt jus aſyli. *Nov.* 128. *c.* 13. *Edict.* 10. *c.* 1. 34 Receptator debitoris fiſcalis, œconomo, ſuo nomine tenetur. 35 Ἀποχῶν, *Novell.* 128. *c.* 3. 36 Ζυγοκέφαλον eſt jugatio & capitatio, vide *l.* 2. *C. ut nem. lic.* 37 Falſi perſcriptoribus eadem pœna conſtituta. *Nov.* 42. *c.* 1. *Feud.* 2. *tit.* 55. §. *Callidis, verſic. de ſcriba de prohib. feud. alien. per Fridericum.* Apud Ægyptios *Diodor.* 2. *cap.* 3. Græcos 6. Harm. 14. falſæ monetæ reis manus amputabantur. Eadem pœna probata fuit a Lothario Longobardorum rege *lib.* 1. *legum Longobard. tit. de eo qui falſ. monet. l.* 1. id ipſum confirmatur lege Caroli magni in capitularibus ejus, *Titulo de falſa moneta.* & legibus Wiſigothorum *l.* 2. *C. Wiſigothorum lib.* 8. *tit.* 5. Apud Græcos plagiariis manus amputatur. 6. Harm. 2. *l.* ἐκτίθεσθαι. Inde ἐκθέσεις. J. *h. t.* 38 Τὰς καλουμένας ἐκθέσεις, id eſt, exemplaria publici cenſus, Jul. ἐκ τῶν ἐκτιθέντων. S. *h. t.* adde Lampridium in vita Severi, & quæ ſcripſi ad *l.* 3. *in fin. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* ſenſus eſt: Cenſuales (qui libros cenſuales conficiunt vel cuſtodiunt) cogi hoc caſu cenſuales libros petentibus exhibere, adde *l.* 2. *Cod. de edendo.* 39 Hinc ſumpta eſt Auth. *Sed & periculum. C. ſine cenſu.* 40 Cenſuales Græci τῶν δημοσίων ἀπογραφῶν φύλακας nuncupant. 41 Βλαβήσεται.

untur

untur, non gratis expendere: neque nostros subjectos atterere, sed ex quibus in provincia consistens expendebas, ex his ipsis & ad alias proficiscentem regiones facere expensas: neque angariis [1] collatores affligentem, neque te, neque obediens tibi officium: sed propriis quidem subjugalibus [2] propriaque expensa agere iter, hoc ipso custodiendo, vel si non ultra terminos properes provinciæ: sed propter quandam occasionem necessariam circumeas civitates.

CAP. X.

EOs autem qui vocantur loci servatores [3], dare judices in civitatibus provinciæ cui præsident, (licet spectabiles viri, vel clarissimi, vel præsides sint) omnibus interdicimus modis. Sed neque si milites aliqui sequantur te, neque illos gratis [4] permittas expendere, sed ex propriis emolumentis. Si vero hoc non egerint, sed ex tributis expenderint, & angarias acceperint: omne quicquid damnificabuntur subjecti, hoc ex [5] eorum emolumentis exigens proprio periculo læsis servabis.

CAP. XI.

Ut præses oblatas sibi de religione jussiones contemnat.

NEque occasione [6] *Religionum Hæresumque* quæstionis [7] permittas alicui provinciam commovere, aut aliter quandam præceptionem injungi provinciæ cui præsides: ipse vero providebis cum competenti utilitate fiscalibus, & quæ alia sunt perscrutari: & non permittere aliquid contra nostras fieri præceptiones occasione religionum. † Si vero canonicum [8] sit quod quæritur, una cum Metropolita provinciæ hoc disponere, & decernere, sive Episcopi dubitent [9], sive alii quidam, & causæ dare [10] Deo amabilem, & decibilem [11] terminum, qui & decenter orthodoxam custodiat fidem, & indemnitatem procuret fiscalibus, & nostros subjectos servet inviolatos.

CAP. XII.

De capitali crimine damnatis, ut bona eorum non publicentur, sed propinquis relinquantur.

OPortet [12] autem te, & in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparuerit pœna illum quidem punire, res autem ejus non contingere, *sed sinere eas* [13] *generi & legi* [14], *& secundum illam ordini.* Non [15] enim res sunt, quæ delinquunt, sed qui res possident, at illi reciprocant ordinem: eos quidem qui digni sunt pœna, dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit successionem.

CAP. XIII.

De injustis patrociniis prohibendis.

PAtrocinia [16] quoque injusta, quæ cognoscimus in nostris provinciis fieri, omnibus corrige modis, non sinens ulli aliorum vitas in [17] se suscipere, non ampliare sibi prædia nullo modo ei competentia, non in aliorum læsionem promittere patrocinium [18], non quemadmodum fraudant fiscum, suam virtutem objicere. Neque sit tibi cura cujuslibet sint hæc agentes dominii: sufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem & lex, & imperii favor.

CAP. XIV.

De alienis colonis, & capite censitis, ut nemo eos suscipere audeat.

SEd etiam suscipientes [19] alienos agricolas [20] sic odio habebis, sic compelles cito reddere quod suscipiunt male, ut si plurimum manserint inobedientes, omne quicquid in onus provinciæ est, illorum possessionibus hoc impones. Si vero in aliis provinciis agricolæ dicantur esse constituti, literis [21] uteris publicis ad provinciarum præsides, ut in eas fugientes [22] agricolas confitentes aut convictos tradant possessionibus, & revocentur ad provinciam cui præsides, & inobedientes vehementer corripies minus idoneorum adjectione. Competens enim est, talia studentem, hinc onus, & rerum diminutionem in sua facultate cognoscere: ut minoratus cognoscat, quantum est lædere, & delinquere in alios. Sed hoc ipsum age sive prædia possidentes in provincia sint, sive aliquorum aliis competentium gubernatores sint. Oportet etenim & possessores illa solum habere quæ eis dat lex, & gubernatores alienarum illis præesse solummodo, quæ per conductionem aut alium legitimum eis sunt tradita modum: extraneis [23] autem abstinere: & non providere quidem aliis, lædere vero alios & sibimet lucrum impium ex hoc acquirere.

CAP. XV.

De titulis [24] *affixis alienis prædiis.*

TItulos [25] autem imponere prædiis alienis, aut ergasteriis [26] in civitatibus constitutis, & superscribere sua vocabula [27] ita præsumentibus periculosum esse scias, ut agnoscant, quia hæc agentes ipsi suam substantiam [28] applicabunt fisco. Si enim causam soli imperio & fisco datam tentaverit aliquis arripere, in suis agnoscat experimentum: & suis rebus titulis impositis publicis, fiat aliis exemplum abstinentiæ: qui si iisdem implicentur malis, similibus subdentur pœnis. Hæc igitur omnia observa, sciens nostram circa te voluntatem atque sententiam, qualis quidem erit delinquente te, qualis autem probato, & nostra sequente præcepta, ac leges.

CAP. XVI.

Quid primum facere debeant præsides cum provinciam ingrediuntur.

MOx autem ut ingredieris provinciam, convocatis omnibus in metropoli [29] constitutis (dicimus autem Deo amabili Episcopo, & venerabili clero, & Nobilibus civitatis) insinuabis hæc nostra sacra præcepta sub gestorum insinuatione: & propones exemplar eorum publice, non solum in metropoli, sed etiam in aliis provinciæ civitatibus, transmittens ea per officiales tuos sine damno: ut omnes cognoscant in quibus suscepisti cingulum, & videant, si hoc conservas, & nostro dignum temetipsum ostendis judicio.

CAP. XVII.

De armis.

HÆc enim conservata apud te faciunt præsentem tibi cingulum diuturniorem, & gloriosiorem, si quidem super alia, neque armis [30] uti non militantem permittes aliquem. † Hæc te & Deo, & legibus & nobis carissimum constituunt. † Sed & illud providebis, ut, si quis eorum qui populum in turbas solicitant, tentarit aliquando ab hac magna civitate fugere aut solus, aut cum aliis, & venerit in provinciam cui præes: quatenus investigare de hoc, & examinare cum omni subtilitate & cautela [cures] & ubi constiterit, nunciare hoc si forte dignæ inquisitione sint personæ, & adduci ad hanc felicissimam civitatem, & pœnas sustentare, quas lex de talibus constituit. Dat. 16. Kal. Maji, *Constantinop.* BELISARIO V. C. 535.

TIT. V.

DE [31] TRIENTE [32] ET SEMISSE [33], ET SUCCESSIONIBUS FILIORUM [34] ET NEPOTUM NATURALIUM [35]: ET COLLATIONIBUS [36], VEL DISTRIBUTIONIBUS [37], NECNON ET LITERARUM [38] AUT NUMERATIONUM, ATQUE RERUM EX QUIBUS DETINENT, INFICIATIONIBUS [39].

NOVELLA CONSTIT. XVIII.

Imperat. Just. August. Joanni gloriosissimo præfecto sacrorum per Orientem prætoriorum, iterum exconsuli & patricio [40].

PRÆFATIO.

JAm quidem magnæ huic, & ut ita quis dicat, bene a Deo constitutæ reipublicæ (dicimus Romanorum) plurima de testamentis disposita sunt, & pleni legum codices de talibus consistunt: & non solum sapientes antiqui hæc scripserunt, aut piorum potestas imperatorum: sed etiam a nobis jam non aliquo priorum principum minus legislationes prolatæ sunt: Deum vero semper considerantes, & quatenus ei placiti [41] videamur, & aliquid bonorum dignum in nobis agamus: nitimur aliquid adinvenire semper, & naturæ consequens, & quod possit priora corrigere. † Frequenter igitur & alia vice mirati [42] sumus, quomodo legitimis & benevolis filiis, quibus agunt [43] gratias parentes, quibusque quod relinquitur, jam etiam debitum [44] vocant: solum triuncium [45] definierunt ex necessitate relinqui: reliquum vero jacet in voluntate parentum: & capiunt quidem cognati omnia, & extranei, vel cum libertate servi: filii vero licet multi consistant: etiamsi nihil offenderint parentes, confunduntur: & triuncium dividunt solum, vel si decem forte aut amplius fuerint: & pauperes erunt filii patris, donec vixerit, idonei.

CAP. I.

De legitima portione liberis relinquenda, id est, triente, si intra quaternarium numerum consistant: aut semisse, si quaternarium numerum excedant.

HÆc [46] nos moverunt corrigere legem, & non eam despicere semper erubescentes: talique modo determinare causam, ut si quidem unius [47] est filii pater aut mater: aut duorum vel trium, vel quatuor: non triuncium eis relinqui solum, sed etiam tertiam propriæ substantiæ partem: hoc est, uncias quatuor: & hanc esse definitam mensuram usque ad prædictum numerum. Si

1 Angariæ quid, alibi dixi. adde *Novell.* 128. *cap.* 22. 134. *cap.* 1. 2 Ὑποζυγίοις, jumentis. *Hal.* 3 Τοποτηρητάς. 4 Cum detrimento, scilicet subditorum, *cap.* 5. *supr. hic.* 5 *Cap.* 4. *in fin. supr. hic.* 6 Adde *l.* 3. *Cod. de summ. trinit.* 7 Hæreticorum quæsitores vetat ut & Edicto 2. J. *&* *Nov.* 103. *c.* 2. 8 Id est, si ad canones pertineat Ecclesiasticos. 9 Id est, disceptationem moverint.
10 Id est, dabis Deo gratum & convenientem finem. 11 Convenientem.
12 6. *Eclog. l.* 3. *cap.* 21. *l.* 4. *§.* 5. *ff. de offic. proconf. l.* 7. *C. de postulando.* Goth. Conciliationem hujus cap. cum *Novell.* 134. *cap. ult. & auth. bona damnatorum. Cod. de bon. proscript.* Item *auth. incestus. Cod. de incest. nupt.* vid. apud Rittershus. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 35. Ans.
13 *Novell.* 134. *c. ult.* olim dimidia bonorum damnati pertinebat ad fiscum, *l.* 7. *ff. de bon. damnat. l.* 10 *Cod. de bonis proscript.* Et ita quoque hodie in Gallia publicatio seu confiscatio locum non habet in provinciis utentibus jure scripto, nisi certis casibus. Hodie igitur jus integrum in bonis damnati, servatur liberis damnati. Boni principes olim etiam assem concesserant, ut de Antonino Pio proditum est: modo semissem: ut de M. Antonino: Hadrianus tantum decimas. Triumviri Reipubl. constituendæ decimas maribus, vicesimas fœminis. Jure autem veteri, Falcidia, liberti vero, jure constitutionum conceduntur. *l.* 4. *ff. de jur. patron. l.* 3. *ff. de interdictis.* Perduellionis ex causa nihil liberis masculis relinquitur: sed filiabus tantum, quadrans eorum, quæ successione matris acceperunt, *l. quisquis* 5. *Cod. ad leg. Juliam Majestatis:* vide Cujac. 6. *observ.* 23. 14 Καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῇ κατὰ ἐκεῖνον φέρεσθαι τάξει. 15 Res non delinquunt, sed personæ. 16 Facit *l.* 9. *§.* 4. Goth. Vid. Rittershus. *part.* 9. *cap.* 8. 17 Huc refer titulos *C. de his, qui potentiorum nomine: ut nemo privatus: ut nemini liceat sine jud.* 18 *tit. Cod. ne liceat potentioribus patrocinium.* 19 Bona aliena, alienosve agricolas defendendos suscipere mercede certa, vetitum Novella Tiberii de divinis domibus. *cap.* 4. γεωργοὺς ἀλλοτρίους ἐνεργολαβεῖν καὶ προστασίαν αὐτοῖς ποιεῖν, *&* *Novell.* 17. τοὺς ἑτέρων βίους ἐνεργολαβεῖν, id est, aliorum vitas ac bona patrocinio suo defendere. vide Cujac. 8. *observ.* 31. 20 Γεωργοὺς, colonos, sive capite censitos, adscriptitios, Julian. *hic num.* 82. 21 Γράμμασι δημοσίοις. Scrimg. adde *Novell.* 134. *cap.* 5. sunt literæ requisitoriæ, de quibus dixi ad *l.* 15. *§.* 1. *ff. de re jud. l.* 7. *ff. de custod. reor.* adde *Novell.* 90. *cap.* 5. *&* 134. *cap.* 5. 22 *l.* 12. *Cod. de agric. & censitis.*

23 Hinc illud sapientis, alieno abstineto. 24 *Novell.* 164. *cap.* 1. 25 Σανίδας Græci, *ut hic,* δόγματα Characteres dixit. Novell. Tiberii *de divinis domib. cap.* 1. *l.* 1. 2. *Cod. ut nemo privatus titulos &c.* adde *Novell.* 164. *cap.* 1. vid. quæ notavi *d. l.* 22. *§.* 2. *ff. quod vi.* 26 Officinis. *Hal.* 27 Προσηγορίας nomen suum *Jul.* nomina *Hal.* 28 Πρεδευτίαν: id est, bonorum publicatione puniuntur inviti. 29 Adde *l.* 4. *§.* 5. *ff. de off. proconsulis.* Metropolis, provinciæ caput, *l.* 7. *ff. de off. proconf.* 30 Arma domi tenere, vel gerere, nemo privatus audet, hoc enim solis militibus concessum. adde 2. *Feudorum* 27. *§.* 5.
31 Titulus aliter conceptus est a Græcis, hac sententia, ut si plures filii non sint, quam quatuor, legitima portio censeatur triens: si ultra quatuor, semis: & ut naturales liberi, nullâ existente prole legitima, una cum matre ab intestato sextantem accipiant, & ut collatio tam ex testamento, quam ab intestato competat: nisi expressis verbis testator id prohibeat. Et de divisione bonorum in liberos facta a parentibus & de eo, qui proprium chirographum inficiatur, & de aliis capitulis. Index Regiæ bibliothecæ apud Cujacium est, de hereditaria portione, & de collatione dotis, & de divisionibus bonorum & de inficiatoribus, & de his qui alienas res temere deprehendunt, & de his, qui ex ancilla nascuntur.
32 *Cap.* 1. 3. 4. 33 Et de dodrante certis casibus. *cap.* 2. 34 Legitima liberorum hic extensa, num quoque extendenda ad parentes legitimos? extendenda. vide interpretes, *Nov.* 115. *cap.* 3. 35 Vid. *Cap.* 5. J. 36 Vid. *Cap.* 6. J.
37 Vid. *Cap.* 7. J. 38 Vid. *Cap.* 8. 9. 10. 39 Adde & quomodo ancillæ fieri possint legitimæ uxores, *cap. ultim.* 40 Salomoni. scil. P. P. Africæ, ut indicat *Nov.* 66.
41 Ἀρεστοί. 42 Legitimam filiorum statuto contra rationem juris Romani minui, jure naturali æquum & honestum non esse, hinc constat. De hac quæstione vide Grassum *lib. sent. §. legitima quæst.* 42. & Mynsingerum 5. *observ.* 40. 43 Οἷς ἔχουσι χάριν.
44 De legitima liberis debita, dixi ad *tit. C. de inoffic.* 45 Ex duodecim unciis seu asse.
46 Hinc sumpta est *Authentica, Novissima lege. Cod. de inoff. testam.* Goth. De legitima ejusque quantitate cæterisque juribus, vid. Rittershus. *in exposit. Novell. part.* 6. *cap.* 4. Ans.
47 Si unus, duo, tres, quatuorve liberi, quatuor: si plures sex unciæ liberis, vel testamento relinquendæ a parentibus, nisi liberi masculi sint curiales: fœminæ, curialibus nuptæ, tunc enim liberis debetur nonuncium, J. *hic,* *Nov.* 22. *c.* 48. *Novell.* 39. *cap.* 1.

vero ultra quatuor habuerint filios, mediam eis totius substantiæ relinqui partem, ut sexuncium sit omnino quod debetur, singulis ex æquo [1] quadriuncium vel sexuncium dividendo: & hoc non sub injusta circumstantia rerum (forsan enim ob hoc etiam alii injustitiam patiuntur, & aliis quidem meliora, aliis vero deteriora percipientibus) sed quod contigerit unumquemque per omnia æquum esse in qualitate & quantitate, sive quis illud institutionis modo, sive [2] per legati, idem est dicere, & si per fideicommissi relinquat occasionem: licebit enim ei reliquum octuncium forte aut sexuncium habere: & largiri sicut voluerit filiis ipsis, aut cuilibet extraneorum: & natura [3] primo curata competenter, sic ad extraneas largitates accedere: hoc observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est.

CAP. II.

Ut legitima portio filiorum curialium sit dodrans.

EXcipiatur [4] autem a nobis de curialibus nuper posita lex, quæ filiis curialibus aut filiabus curialibus nubentibus noniuncium omnino dari vult, reliquo triuncio a parentibus secundum potestatem dispensando: omnibus aliis de inofficioso positis legibus, & præcipue nostris, in sua virtute servandis, & de ingratis [5] filiis, & de naturalibus [6] præter solam quantitatem, quam ad præsens auximus secundum omnes prædictas definitiones.

CAP. III.

Si liberis suis pater nudam proprietatem, & uxori usumfructum omnem reliquerit.

PRohibemus autem & illud grave existens, & habens quidem aliquam legalem occasionem, in duram tamen incidens crudelitatem & amaritudinem. Novimus enim aliqua testamenta secundum quæ morientes, non paterne nec ut viros oportebat, sed nimis molliter atque remisse fecerunt institutiones uxoribus, siquidem illis omnem reliquerunt suarum rerum usumfructum, filiis autem proprietatem nudam. Quamobrem arbitror studium esse hujusmodi testamentis, uxores etiam proprietatem acquirere, filiis forte fame peremptis. Unde enim, & in medio gubernentur, & quotidianum habeant cibum, nihil eis derelicto, uxoris ira, forsan & irrationabili, intercedente, quæ eis etiam quotidianam gubernationem abripiat? Non licebit igitur de cætero ulli omnino filios habenti, tale aliquid agere, *sed modis omnibus eis hujus legitimæ partis quam nunc deputavimus, & usumfructum* [7] *insuper & proprietatem relinquat*, si vult filiorum non repente fame morientium, sed vivere valentium vocari pater. † Et hæc omnia dicimus non in patre solo, sed & in matre, & avo, & proavo, & adjunctis unicuique fœminarum personis, id est, avia & proavia, sive paternæ, sive maternæ sint.

CAP. IV.

Quemadmodum liberi ab intestato per fœmininum sexum descendentes, succedere debeant.

NEque [8] illo de cætero servando in nepotibus, & pronepotibus non suis, & sub potestate constitutis, minus tertia [9] parte eos habere, quam eorum parentibus viventibus oportebat relinquere testatores. Non enim excipimus ulterius nepotes, qui ex filio paternis avis accrescunt, ut illi quidem integram accipiant partem, quantam eorum acciperet pater vivens: nepotes autem ab avo per mediam filiam venientes, aut avia paterna vel materna minus tertia accipiant: sed unum ordinem in omnibus ponimus nepotibus, & pronepotibus, non ferentes fœminam [10] masculo in talibus minui. Neque [11] enim masculus ipse in se neque fœmina solum ad nativitatis propagationem sufficiens est: sed sicut utrumque eorum coaptavit Deus ad generationis opus, ita etiam nos eandem utrisque servamus æqualitatem. §. 1. Sed nec usque in hoc statuimus legem. Hæc enim dicimus, & in illis filiis qui ex nuptiis sunt legitimi, licet non sint secutæ nuptias dotes, sed affectus indubitatus, & manifestus inter conjuges existens filios præstet esse legitimos. Dotem etenim celebrant [12], nuptiæ [13]: nuptias autem dotes non faciunt, sed conjunctorum affectus. † Hoc idem obtineat, & in iis qui ex posteriori [14] affectu cum dotibus secundum nostras constitutiones, legitimi fiunt: & hæc sit sanctio legitimæ soboli.

CAP. V.

De concubinis & naturalibus liberis, quomodo hi ab intestato succedant.

COnsideremus autem aliquid ad solam naturam clemens. Multi namque molesti sunt nobis semper, precesque crebræ, & flentes filii. *Et semper equidem clemens aliquid definimus*: sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus [15]: ideoque causæ etiam legem adjicientes, ipsi quidem populos [16] removebimus: dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. † Quia enim *testari naturalium filiorum patribus etiam ipsis dedimus, legitima quidem existente prole, usque* [17] *ad unam solam unciam quam habebunt una cum matre*: (hoc quod etiam prius fuit) *filiis autem non existentibus legitimis, usque* [18] *ad medietatem totius substantiæ*: hoc dicunt a nobis positæ leges, non in testamentis solum patribus concedentes hoc agere, sed etiam aliis munificentiis, quas & superstites donant, præsens autem lex de iis quæ ab intestato sunt, loquitur, & novi aliquid introducit. † Nunc enim si *quis moriens legitima sibi penitus sobole non existente* (filiorum dicimus aut nepotum, aut cæteræ successionis) *neque* [19] *uxore legitima, proinde moriatur, non disposita substantia, & veniat cognatio forsan, aut certe manumissor bonorum possessionem movens, & insurgens, aut etiam nostrum ærarium*: (nec enim illi quantum ad hoc parcimus) *sit autem ei domi donec vivit, libera mulier in habitu concubinæ cum eo degens, & filii ex ea* (talibus enim solis hæc sancimus, ubi omnino indubitatæ sunt sive concubinæ in domo habitæ, sive naturalium ibidem proles) *& nutrimentum damus eis, & intestato* [20] *parentibus morientibus duas* [21] *habere uncias paternæ substantiæ, cum matre partiendas, quanticumque fuerint filii, ita ut proportione unius filii, & mater accipiat.* Et hæc dicimus si uni concubinæ cohabitaverit, & filios ex ea habuerit, aut præcedente concubinæ morte forsan aut divisione, filii domi sint: tunc enim damus eis ab intestato duarum unciarum successionem.

† *Si autem confusa concupiscentia ita fiat, ut alias superinducat priori concubinas, & multitudinem habeat concubinarum fornicantium* (sic enim dicere melius est) *& ex eis filios faciens moriatur, multas simul relinquens concubinas, odibilis* [22] *quidem nobis est iste, qui talis est: procul autem omnibus modis ab hac lege expellatur.* Sicut enim quis legitimæ uxori conjunctus alias [23] superinducere non poterit matrimonio consistente, & ex eis legitime [24] filios procreare; sic neque post cognitam (quemadmodum diximus) concubinam & ex illa filios dabimus, si aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad successionem ejus introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nam si hoc non constituimus, indiscretæ erunt mulieres, quam magis, aut quam minus amaverint: indiscreti etiam filii: & nos non præbemus luxuriantibus, sed caste viventibus legem.

† Non autem distinguimus [25] de filiis sive masculi sive fœminæ sint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur: ita nec nos alteram in masculis, & alteram in fœminis secundum hoc ponimus legem. † Valebit itaque hæc lex nobis in futuris, & maxime omnium hæc: quoniam earum quæ dudum non recte tenebant plurima & emendavit, & explanavit: & quod præteriit [26], non potest ab ea quæ nondum erat, regulæ subjici. Hæc a nobis de prædictis successionibus sunt sancita.

CAP. VI.

De collationibus [27] *dotis, vel donationis propter nuptias.*

ILlud [28] quoque bene se habere credimus hac lege complecti: prioribus enim legibus volentibus, *in collationibus si quidem sine testamento morerentur parentes, collationes secundum earum virtutem fieri: si vero testati nihil* [29] *dicentes de eis, locum non fieri collationibus, sed res habere per dotem forte aut alio* [30] *modo datas: & quæ sunt relicta defendere*: Nos sancimus, *non esse omnino talem opinionem: sed sive quispiam intestatus moriatur* [31], *sive testatus*, quoniam incertum est ne forsan oblitus datorum, aut præ tumultu mortis angustiatus, hujus non est memoratus, (*omnino* [32] *esse collationes, & exinde æqualitatem, secundum quod olim dispositum est, nisi expressim* [33] *designaverit ipse se velle non fieri*

1 Jure Romano liberi succedunt in legitimam æquis partibus, ut hinc constet, apud Romanos nullam fuisse primogenituræ prærogativam in jure succedendi: vid. *l.* 11. *C. familiæ erciscundæ.* 2 Hodie legitima liberis, *ut hic.* & ascendentibus, vide Wurmser. *in pract.* 29. *observ.* 9. relinquenda est institutionis jure *Novell.* 115. *cap.* 3. (id enim honorabilius est, quam jure legati vel fideicommissi) etiamsi legitima filiorum aucta sit per statutum aliquod. Grassus *ex communi opinione contra* Bald. *lib. sent. in §. testamentis. quæst.* 35. *num.* 7. *& quæst* 40. nec sufficit relinqui per fideicommissum universale, *d. quæst.* 35. *num.* 13. Fallit tamen superior regula: si pater liberis legitimam titulo legati reliquit, & adjecit clausulam, ut testamentum valeret meliore modo quo potest. Idem *ibid. num.* 8. id est, si parens codicillos facere voluit, non testari: fallit, si pater in testamento divisit bona sua inter liberos, nec de alia heredis institutione appareat. *Ibid. num.* 8. id est, fallit hæc regula, si pater testetur inter liberos. Fallit etiam, si legitima liberis relicta sit jure substitutionis: quamvis eo casu liberi primi gradus possint nullum dicere testamentum, & nihilominus capere ex substitutione. *Ibid. num.* 10. 11. Fallit rursus, si certa pars eis sit relicta legitimæ aut Falcidiæ loco, aut pro sua parte, aut pro dote: nec adjectum sit, quo titulo. Nam in dubio præsumitur, relictum titulo institutionis, *ibid. num.* 15. 16. 18. Idem dicendum, si peculia sint eis relicta, *num.* 17. aut quædam summa, eo adjecto, ut testamenti interpretatio ad virum bonum aut prudentem referatur. *num.* 19. Quid si titulo institutionis minor quam legitima portio sit derelicta: agent liberi ad supplementum. *ibid. num. ult.* Hæc si defuerint, possunt liberi testamentum nullum dicere, & bonorum possessionem contra tabulas petere, perinde ac si omnino essent præteriti, Wurmser. *dicto loco.* 3 Naturales liberi hic opponuntur extraneis. Goth. Vid. hic Cujac. & quæ notavi *censur. forens. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. S.L. 4 Vid. *Novell.* 38. 5 De quibus vid. *Novell.* 115. *cap.* 3. 6 De quibus *cap.* 5. *J. hic.* 7 Legitimam liberorum parens usufructu onerare non potest. Nemo extantibus liberis hodie (olim diversum fuit, *l.* 37. *ff. de usufructu legat. l.* 18. *C. de excusat. tut.*) uxorem omnium bonorum usufructuariam potest instituere. Quid si fuerit instituta? liberi legitimam ex ejus usufructu deducent, *ut hic.* Cur? pura debet esse legitima etiam ab usufructu, cum legitima pleno jure, & proprietate, & usufructu, debeatur. Aliud dicendum, si adjectum fuerit, ut frueretur mater una cum filiis. ut Cic. *in orat. pro Cæcinna. & l.* 8. *ff. de usufr. adcresc.* Non idem est in persona extraneorum heredum, quorum Falcidia gravari potest, *l.* 5. *l.* 20. *l.* 49. *ff. de usufruct. & quemadmodum.* Ex superioribus constat, legitimam (dic aliud in eo, quod intra legitimam, Grass. *l.* 5. *sent. §. legitima. q.* 38. *n.* 23. Dic etiam idem in dote non excedente summam legitimam, sive ea sit numerata, sive relicta testamento, Grass. *ibi q.* 41.) liberorum, parentum, fratrum, Grass. *ex communi opinione ibid. q.* 39. in usufructu gravari non posse. Eadem gravari non potest mora, *l.* 30. *Cod. de inoff. testam.* dilatione, *l.* 31. *d. tit.* tempore, *l.* 36. *d. tit.* conditione, *d. l.* 32. (nisi bona mente conditio apponatur, *l.* 26. *C. de inoff. testam.* vid. Grass. *lib. sent. §. legitima q.* 38. *num.* 15. 16. 17. 18.) quantumvis casuali, mixta, potestativa, aut voluntaria, Grass. *ibid. num.* 10. *ad* 13. Non potest etiam legitima gravari fideicommisso vel substitutione, *d. l.* 32. *& l.* 12. *ib.* (nisi id sit fideicommissum relictum a pupillo) ut ex communi opinione refert Grass. *lib. sent. §. legitima. q.* 38. *num.* 6. ut ita substitutio pupillaris non censeatur oneris loco. *ibid. num.* 7. sed nec vulgaris, ut idem communem sententiam secutus retulit, *ibi. num.* 9. quod tamen probandum non videtur. Assentior itaque magis Butrigario, Socino, Gomezio, communem quoque opinionem sibi adserentibus, legitimam substitutione gravari non posse, quantumvis piam ad causam relicto. *Idem n.* 20. quantumvis gravamini vel oneri filius consenserit, *num.* 11. *l. ult. C. ad l. Falc. l.* 20. *ff. de donat.* adde Cujac. *hic fol.* 366. quantumvis legitima statuto aucta sit. Grass. *ib. num.* 430. Non potest etiam parens filio legitimam compensandi debiti loco relinquere. Grass. *ib. n.* 22. Sit hæc itaque collectio, si parens legitimam liberorum minuere non potest, multo minus eam tollere potest. 8 Hinc sumpta est *Authent. Quæ tertiæ, C. de collationibus.* 9 Ut olim, & ita abrogatur *l.* 9. *Cod. de suis: l.* 4. *Cod. Theod. de legitimis heredibus: §.* 15. *Instit. de heredit. ab intestat. l.* 19. *Cod. de collationibus.* 10 *l.* 19. *Cod. de collationibus, l.* 9. *Cod. de legitim. lib. §.* 15. *Inst. de hered. ab intestat.* 11 Hac ratione possumus consuetudines & statuta refellere, quibus fœminæ a feudis, ducatibus & regnis arcentur. 12 Id est, faciunt ut dos debeatur.

13 Non dos, sed affectus nuptias facit. vid. quæ notavi ad *l.* 30. *ff. de regul. jur.* 14 *Novell.* 89. *cap. ult. §. ult. Instit. de nupt.* 15 Erubescimus sine lege loqui: *ut hic. & l.* 19. *Cod. de collationib.* Marsil. *cons.* 53. *num.* 33. Rolandus 1. *cons.* 45. *num.* 38. qua sententia dici non potest, quantum extenuentur eorum sententiæ, qui unis tantum nituntur interpretibus. Communi opinioni in re dubia vix ausim quidquam derogare, præsertim si legis scriptæ duritiem corrigat, aut ejus defectum suppleat. Glossæ alioqui nihil alleganti non credendum. Bald. *in l. respublica* 4. *Cod. quib. ex caus. majores.* 16 Id est, interpellantium turbas. 17 Concubinæ suæ, ejusque liberis, quatenus quisque donare testamento possit. 18 Hodie assem. *Novell.* 89. *cap.* 12. *§.* 1. 2. 3. 19 *d. cap.* 12. *§.* 4.

20 Concubinæ & earum liberi ab intestato uti succedant. 21 Qui moritur sine justis liberis ac uxore (aliud est, si plures reliquerit, & ex eis liberos) concubinæ suisque liberis ex ea susceptis duas uncias ab intestato defert. 22 Unicam tantum concubinam Romanis habere licuit. adde *& J. hic.* 23 Vid. quæ dixi ad *l.* 7. *in fin. Cod. de Judæis.* 24 Maritus, constante matrimonio, si quos ex alia muliere liberos suscepit, legitimos non habet. 25 Quod ad jus succedendi attinet, nulla differentia inter masculos & fœminas. 26 Vid. *l.* 7. *C. de leg.* 27 *Novell.* 117. *cap.* 6. 28 Hinc sumpta est *Auth. Ex testamento, Cod. de collationib.* 29 Collatio olim non fiebat ex testamento, nisi parens jussisset collationem fieri: hodie fit, nisi collationem vetuerit.

30 Vid. Accursium *l.* 20. *C. de collat.* Cujacium 3. *observ.* 30. Fachinæum *Controvers.* 80. *&* 81. 31 Olim emancipati scripti heredes accepta a parentibus inter vivos non conferebant: & ita abrogatur *lex* 1. *C. de collat. & lex* 1. *§.* 4. *ff. de collat.* 32 Liberi parentibus successuri, coguntur dotem donationesve propter nuptias a parentibus acceptas conferre. vid *tit. C. de collat.* 33 Olim tacita, nec palam divulgata parentis voluntas, hoc casu sufficie-

collatio-

collationem, ſed habere eum qui cogitur ex lege conferre, & quod jam datum eſt, & ex jure teſtamenti: omnibus quæ prius de collationibus a nobis ſancita ſunt in ſua virtute manentibus.

CAP. VII.

Si res ſuas pater inter liberos diſtribuere voluerit.

ET quod ſæpe nobis judicantibus placuit, neceſſarium credimus nunc partem fieri præſentis legis. Frequenter enim quidam plurimorum filiorum conſtituti patres, deinde putantes mox ſubſtantiam dividere, ut a fraterno certamine eos præſervent: ad majores [1] adhuc & ſæviores eos contentiones adducunt. Cum enim oporteret, ſi hoc vellent, aut aperte omnia dividere in teſtamentis ſuis, aut ſi non hoc vellent, partes [2] facere, & eas ſubſcribere, & ſic indubitatam dare filiis diviſionem: at illi non hoc faciunt, ſed partem quidem aliquam per ſe ipſi ſcribunt, & neque hanc continue, ſed forte interſcriptam alterius cujuſpiam literis, & in deſcriptione abjecta, & nulla cuſtodia digna poſitam: reſidua vero pars nequaquam illorum eſt manus, ſed ſubſcriptoris cujuſpiam forte corrupti, aut cujuſcunque: & hinc illis litium occaſiones decies millies, utrum hæc voluntate geſta ſint patris, an alicujus artificis operarii certaminis & contentionis, & ad favorem partis alicujus ſcribentis.

† Hæc nos moleſtare de cætero noſtros ſubjectos nolentes ſancimus: *Si [3] quis voluerit [4] ſuas res filiis aut dividere aut omnes, aut etiam aliquas forte relinquere præcipuas: has maxime quidem, ſi poſſibile eſt, dicat in teſtamento, & indubitatam det filiis hinc utilitatem. Si autem hoc non agat, propter aliquas neceſſitates, quæ plurimæ circumaſſiſtunt hominibus, licet tamen deſcriptiones facere rerum quas partiri voluerit: & ſubſcribere [5] omnibus aut ipſum aut filios univerſos ſubſcribere præparare, inter quos res dividet, & ex hoc cauſæ dare indubitatam fidem & quod ſecundum hanc ſit ſpeciem, ratum ſit atque firmum, aliaque cautela non indigens. Si vero aliquis hoc non egerit, ſed diſperſam [6] (ſic ut plerumque) ſine teſtimonio ſubſcriptionem fecerit: ſciat nihil [7] hinc filiis ſeſe præbiturum utilitatis: ſed quaſi nihil ſit factum, divident ſubſtantiam filii, incertas & plerumque ſine teſtimonio conſcriptiones non ſequentes: neque judicibus cauſæ* (quos judices familiæ erciſcundæ leges appellant) *has ſequi cogendis.* Oportet enim providere ſubtiliter cautelæ filiorum, & non aliud quidem minuere, aliud ſub errore relinquere, quod difficilium inſuper & inſolubilium, crebro etiam crimina ferentium cauſarum occaſionem præſtat. De ſucceſſionibus itaque & collationibus & aliis quæ prædicta ſunt, uſque in hoc ſancitum ſit.

CAP. VIII.

Si quis prolatam manum ſuam negaverit [8].

STudium vero malevolentiæ quod ſit ab aliquibus, neceſſariam nobis fecit *plebis* denuo *legiſlationem* approbare: quam per quendam ſuorum protulit tribunorum [9], & quæ *Aquiliæ* nuncupationem ab illo ſuſcepit: ſecundum quam *pro abnegatione duplicibus* [10] *ſubdebat exactionibus malevolentes, & abnegare tentantes,* ubi etiam aliæ quædam actiones ad eundem cooptatæ ſunt ordinem, ſed paulatim mutata clementia, ablata eſt, quæ conſuevit iniquorum enutrire malevolentiam. Quamobrem etiam nobis neceſſarium viſum eſt indecentes & turpes [11] abnegationes prædictæ pœnæ ſubjicere: *Si [12] enim protulerit aliquis ſcripturam, alter autem eam negaverit, cum hæc literas ejus habeat, ita ut neceſſitatem [13] patiatur actor cauſas pati circa probationem ejus, aut literas quidem ſuſcipiat [14],* dicat autem, *Non ſolutum debitum ſibi, & probaverit hoc legitimis modis actor: condemnationem [15] adverſus eum duplicem in utroque caſu fieri ſancimus:* non quia amarioribus legibus delectamur, ſed quia lites eorum minores efficimus: quatenus timore [16] pœnæ citius dicant quod conſiteri competit. In talibus itaque omnibus modis condemnationem hoc fieri volumus modo: & ſi præter hæc egerit judicem ſcire, quia tranſcendens legem ipſe tenebitur his pœnis.

† Hæc autem dicimus niſi probationibus actor abrenuncians, ſacramento rei uſque nunc abnegationem factam ſolvi voluerit. Si enim tale aliquid egerit: ſi quidem mox ab initio poſt abnegationem intulerit jusjurandum, & ille continuo [17] confeſſus fuerit quod in negationem deductum erit: ſine periculo erit quantum ad duplum. † Si vero longiori facta lite, tunc actor inferat ſacramentum, at ille etiam ſic quod *infertur,* profiteatur, de dupli quidem eum eximimus pœna: omnes vero expenſas [18] quæ uſque tunc factæ ſunt propter probationes, actori jurejurando ejus definitas, exolvere eum qui ab initio quidem negavit, poſtea vero confeſſus eſt, jubemus. † Si quis autem adnumerationem in ſe factam pecuniarum negans, poſtea utatur ſolutionibus [19] a ſe factis: tali homini nullam utilitatem horum quæ vere ſoluta ſunt, eſſe ſancimus, ſed totum eum debitum exigi præcipimus, & hanc ſolam ſuſtinere negationis pœnam: hoc quod etiam quidem ante nos imperator conſtituit: nullo judicantium neque in hoc flectendo, ſed integritatem legis cuſtodiente.

† Si autem etiam reus proferat literas actoris, deinde ille eas neget, at ille probet eas, non ſolum illud reputetur de quo negatio fuit, ſed etiam tantum aliud adjiciatur. Hic quoque de jurisjurandi datione ſimiliter etiam in actore introducatur ratio.

CAP. IX.

De tutore, vel curatore inficiatore.

SI vero lis agatur per curatores [20] nimirum [21] pertinens ad perſonas quæ curatoribus indigent, hujuſmodi negationis pœnam (quando [22] in ipſorum curatorum fuerit literis) non adverſus eos [23] quorum ſunt curatores, ſed adverſus eos [24] ferri, qui turpem & indecentem hanc negationem fecerint. Si vero aliud [25] condemnationis augmentum aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum ab antiquis legibus, aut principum introductum eſt conſtitutionibus: maneat quidem illud ſecundum proprium formam, ſicut nos illud in noſtris Inſtitutis & Digeſtis & Conſtitutionum libro ſancimus: hoc autem nunc augmentum priorum ſit.

CAP. X.

De improbis poſſeſſorum exceptionibus [26].

ILlud [27] quoque in judiciis arbitramur oportere melius quam omnes ante nos determinare, & conſtituere. Si quis enim conventus fuerit res habere alterius: ille vero dicat *res non eſſe illius de quo dicit actor,* & cogatur qui actionem infert, aut documentis, aut teſtibus, aut aliis uti laboribus, ut oſtendat *res illius eſſe*: poſtea vero is qui ſemper abnegaverat *illius hoc non fuiſſe,* uti voluerit illius jure, & dicere quia ex hypotheca aut aliis cauſis in illam perſonam relatis propinquior eſt, quam ille qui cauſam movet: aliæ quidem ſententiæ vacent, quæ prioribus noſtris placuerunt: mediocris autem quædam, & clemens, & ipſi cauſæ conveniens pœna abnegantibus inferatur: pro abnegatione namque circa hoc, & actoris laboribus dum adhuc cauſa dicitur, ad [28] actorem transferatur [29] rerum, de quibus eſt quæſtio facta, poſſeſſio: licentiam habente eo qui hanc reddet, ſi qua jura habeat ex illa perſona, de qua prius negationem paſſus eſt, competentia ſibi hæc proponere, & legum juſtitiam promereri, pœna in ſola translatione poſſeſſionis conſtituta.

† Hæc a nobis pro ſucceſſionibus, & collationibus, & diſtributionibus, & litigantium cautela, & ut multitudo litium minuatur, & inventa ſunt, & ſancita: & de cætero tenebunt: quatenus & ſucceſſiones agnoſcant, & collationes non ignorent: ſed circa diſtributiones non reſultent: & neque petulantes ſuarum literarum abnegationibus inſiliant malignari volentes, neque annumerationes abnegent, neque poſtea forſan ſolutionibus utantur, neque res ex quibus detinent, abnegent perſonis, ſed mediocres, & mites ex cauſis oſtenſi, mediocri etiam potiantur judicio.

CAP. XI.

Quomodo concubinæ ſervilis conditionis conſtitutæ legitimæ uxores fiant.

QUod autem ab aliquibus maligne dubitatur, in quibuſdam noſtris conſtitutionibus, & in judiciis quidem plurimis motum eſt: cum ſit juſtum ulterius non quæri, præſenti conjungimus legi. Conſtituentibus enim nobis, ut ſi quis reſpexerit aliquam mulierem clemens, & hanc ſortiatur abſque dotalibus documentis, deinde faciat filios: poſtea vero maritalem ad eam receperit affectum, & ſcripſerit hujuſmodi inſtrumenta, & fecerit filios: non ſolum eos qui poſt hoc nati fuerint filii, ſed etiam priores eſſe legitimos, & propter circumvenientium, & maligne interpretantium calliditatem: etiam jam aliam ſcribentibus conſtitutionem: quia hæc volumus tenere, licet ſecundi non ſint nati poſt dotem filii, aut exiſtentes moriantur: adinvenerunt quidam etiam aliam dubitationem, non recipientes hæc tenere in iis qui libertabus copulantur: cum utique recte conjicientibus noſtram intentionem etiam hoc fuerit jam ſancitum. Si enim ad libertam non omnino nuptiæ prohibentur: certum fuit quia etiam in illiſhæc tenere volumus. Sed quoniam utique hoc dubitatum eſt: ſancimus, *Si quis uxorem non habens legitimam, aut filios legitimos, ad ancillam propriam habuerit quandam meliorem ſententiam, & filios protulerit ex ea in ſervitute conſtituta: poſtea vero libertate honoraverit, & ancillam & natos, & jus [30] eis aureorum petierit annulorum, & regenerationis [31], & inter ingenuos [32] ſecundum juſtos reduxerit modos, & nuptias conſummaverit, poſtea vero nuptialia conſcripſerit documenta, & aut fuerint filii poſtea, aut non fuerint,* (ut utriuſque noſtræ conſtitutionis amplectamur caſus) *ſit & uxor legitima, & filii ſub poteſtate ipſius, & ſui, & ab inteſtato heredes genitori:* (dicimus autem eos qui ante nuptias nati ſunt) *his viis per quas ad ingenuitatem, ſecundum quod prædictum eſt, venerunt, & celebratione poſtea dotalium, jus legitimorum eis præbentibus.*

EPILOGUS.

† Tua igitur excellentia, quæ bene nobis & ſancte viſa ſunt, & pro noſtrorum quiete adinventa, omnibus gentibus, quibus præes, per præcepta propria faciat manifeſta: ut agnoſcant quia nulla maxima cura per quam ſemper aliquid adjicit Deus noſtris ſceptris, extra nos conſiſtit pro eorum ſolicitudine & providentia. Dat. Kal. Maji, *Conſtantinop.* poſt conſulatum BELISARII V. C. CONS. 537.

bat & ita abrogatur *l. 53. ff. familiæ erciſc. l. 14. ff. de dote præleg.* 1 Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt. 2 *In codicillis verbi gratia.* 3 Nota regulam & cautionem ſcitu parentibus utilem diviſuris hereditatem ſuam inter liberos. Cujus hic ſenſus eſt: Parens diſtributurus hereditatem ſuam inter liberos, diviſionem confirmare debet, vel ſua, vel ſuorum liberorum ſubſcriptione. 4 Poteſt enim parens dividere inter liberos hereditatem, *l. 8. C. de inoff. teſtam. l. 10. l. 16. l. ult. C. famil. erciſc. l. 21. §. 1. Cod. de teſtam. l. 20. §. 3. l. 39. §. 1. ff. familiæ.* 5 *Nov. 107. c. 3.* 6 Διεσκεδασμένην. 7 Ex non ſolenni diviſionis inſtrumento agi non poteſt ad diviſionem. 8 Seu de inficiatorum & abjuratorum pœna. Goth. Vid. Cujac. *hic.* & Rittershuſ. *part. 6. cap. 2. & part. 9. cap. 25.* Anſ. 9 Plebis. Eſt lex Aquilia pleb ſcitum. *l. 1. in fin. ff. ad l. Aquil. §. 15. Inſt. ad l. Aquil.* 10 *l. 2. §. 1. l. 23. §. 10. ff. & l. 4. C. de leg. Aquil. §. 1. verſ. ut adverſus inficientes: tit. Inſtit. de pœna litig.* 11 Turpe eſt manum, id eſt, ſcripturam denegare. 12 Hinc ſumpta eſt Authentica, *contra qui propriam. C. de non numerata pecunia.* 13 Onus enim probandi incumbit ei, qui ait; non qui negat, *l. 2. ff. de probat.* 14 Suas eſſe agnoſcat. 15 Abjuratores ſcripturæ propriæ dupli pœnam ſuſtinent, quod congruit cum *l. 1. C. Theod. de uſur. rei judic.* 16 Metu pœnæ deterrentur multi a delicto: Oderunt peccare mali formidine pœnæ, Horat. 1. *Epiſt. 16.* 17 Pœnitenti parcitur, ut hic & in aliis cauſis. *l. 4. §. 6. C. de hæret. l. 11. ff. de in jus voc. l. 11. in fin. ff. de interrogat. l. 28. Cod. de appellat.* vid. *tamen l. 65. in fin. ff. de furtis:* adde *l. ultim. Cod. de plus petit.* 18 *d. l. 15. Cod. de judiciis.* 19 Id eſt, exceptione ſolutæ pecuniæ. Senſus eſt, Inficiatorem pluribus defenſionibus uti non poſſe contra regulam juris, nec poteſt igitur aptari ſpecies ulla commodior legi 43. *ff. de regul. jur.*

20 Διὰ κηδεμόνων, per tutores vel procuratores, *Julian.* 21 Οἷα κηδιζῶσα &c. id eſt, utpote ad eas perſonas pertinens, quæ curatoribus indigent. 22 Ὅταν ἐπ' οἰκείοις ὄντων τῶν κηδεμόνων γένοιτο γράμμασι, cum de propriis curatores literis inſtituti fuerint. Hal. Agylaeus. 23 Eos, qui ſunt in poteſtate curatorum. 24 Id eſt, curatores. 25 Hæc conſtitutio nullam facit innovationem in legibus, quæ duplum vel quadruplum in quibuſdam caſibus exigi præcipiunt. *Jul.* 26 Adverſus dominos vindicantes res ſuas. 27 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Item poſſeſſor. Cod. qui potior.* 28 Senſus eſt: ſi poſſeſſor conventus rei vindicatione negavit *rem eſſe actoris,* poſtea convictus allegat, *pignoris, vel emphyteuſeos vel ſuperficiei cauſam, vel quam aliam defenſionem,* non auditur, eſtque transferenda poſſeſſio in actorem, deinde agendum hypothecaria aut vectigali, aut ſuperficiaria actione. Et ſic pœnæ cauſa transfertur poſſeſſio, ut in ſpecie, *l. ult. Cod. de rei vindicat. l. 1. Cod. uti poſſidetis:* & in ſpecie, *l. 5. §. 1. ff. ut legat. nom. l. 6. in fin. ff. de Carbon. edict. l. 11. in fin. C. de collationib.* 29 Pœna inficiantis ſcripturam eſt hæc, ne pluribus defenſionibus utatur, *c. 8. in fin. ſupr. hic.* eſt & tertia dupli, *d. c. 8. in princ.* fuit & quarta apud veteres, de duplis fructibus ex 12. tabulis: quam tacite Juſtinianus tollit, dum ſuperiorem pœnam actionis in rem exiſtimat ſufficere. vid. Cujac. *hic.* 30 Hodie non eſt neceſſe jus aureorum annulorum petere, cum manumiſſio matris ſola & contractus dotis cum ea habitus, filios naturales ingenuos & ſuos faciat. 31 Παλιγγενεσίας, id eſt, natalium reſtitutionis. *Novell. 78. cap. 1.* Manumiſſio, libertinum: natalium reſtitutio, ingenuum: jus aureorum annulorum, honorem & jura ingenuitatis tribuit. 32 Recte hic exigitur ingenuitas, in hujuſmodi uxore & liberis. Nam ſoli ingenui, jura ſuorum heredum agnatorum, & cognatorum habent. Libertini vero cognationem non habent. vid. Cuj. *ad Nov. 14.*

TIT. VI.
DE FILIIS [1] ANTE DOTALIA INSTRUMENTA NATIS.

NOVELLA CONSTIT. XIX.

Imp. Juſtin. Auguſt. Joanni glorioſiſſimo ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

PErvenit ad nos dubitationem vanam quibusdam incidiſſe, ſi [2] quod ſancitum eſt a nobis de filiis procreatis ante dotalium celebrationem, poſtea dotalibus factis, non [3] etiam in præteritum feratur in iis quæ non decreto aut transactione ſunt terminatæ quæſtionibus. Nobis utique cum particulariter poneremus leges, expreſſim in prima [4] conſtitutione quæ hoc ſancivit memorantibus, ut ſive ſuperſint eis patres, ſive defuncti ſint, nondum tamen hujusmodi quæſtiones aut ſententiis aut transactionibus ſuſceperunt terminum: omnino ita judicari ſicut noſtra dicit lex, quam complentes, etiam ſecundam [5] poſuimus legem, eadem valere ſancientes etiamſi non poſt dotes procreentur filii, aut procreati moriantur, nihilominus & ante dotes natos legitimos eſſe, & in hanc quoque ſecundam noſtram conſtitutionem ſimiliter adjecimus, oportere ejus legiſlationem & ad ſeniora [6] referri tempora, exceptis 7 illis cauſis, quas aut judicialis ſententia, aut transactio terminavit. † Sed quoniam quidam poſt has noſtras claras leges audaci mente noſtram præſumpſerunt male interpretari legiſlationem & ſenſum: tertiam 8 coacti ſumus exponere conſtitutionem, per quam juſſimus, *ſi quis legitimam uxorem habens, & legitimos ex ea filios: deinde ea moriente, aut matrimonio repudio ſoluto, habuerit filios ex aliqua, ad quam nuptiæ non interdicuntur: poſtquam vero hi nati ſunt, dotalia confecerit in eam documenta: legitimos etiam ita ei natos filios exiſtere.* Sed quia in ipſa noſtra conſtitutione non adjecimus aperte valere hujusmodi legiſlationem, etiam in illis quorum patres adhuc ſuperſunt, aut defuncti quidem ſunt, contentio autem neque judiciali ſententia, neque amicabili interventione deciſa eſt: hinc quidam arbitrati ſunt nos nullatenus velle ea quæ in memoratis continentur legiſlationibus de filiis qui ante [9] celebrationem dotium nati ſunt, valere etiam in illis qui ante hujusmodi legiſlationem nati ſunt, & maxime eo, quod hujus pars in prima & ſecunda conſtitutione poſita, ablata ſit a nobis in Codicis compoſitione. Quod abſurde arbitrati ſunt. Juſtiſſime namque & primæ & ſecundæ hoc ſubtraximus conſtitutioni, & tertiæ non adjecimus. in particularibus namque poſitis legiſlationibus neceſſarium erat forte hanc accipere in præterito legiſlationis relationem: in omni vero coacervatione legum Codicis cognominis noſtri recte abſcindere talia propoſuimus: quatenus non multitudo ſuperflua in Codice ſcriberetur. † Tertia vero conſtitutione non adjecimus aliquid de temporibus, cum omnibus manifeſtum ſit, oportere ea quæ adjecta ſunt, per interpretationem in illis valere, in quibus interpretatis legibus ſit locus.

CAP. I.

Ut caput ultimum Novell. XII. ad præterita pertineat nondum judicata aut transacta.

QUia vero omnino emerſerunt quidam & de ſic manifeſtis ſe dubitare contendentes, vel errantes, hanc adjecimus legem, ſancientes *in prædictis tribus conſtitutionibus factam a nobis legiſlationem valere*, in quibus etiam expreſſim primæ poſitæ a nobis legi adſcripſimus: hoc eſt, ſive ſupereſſe contigerit talium filiorum patres, ſive mori: nondum vero hujusmodi negotio aut decreto [10] aut transactione finis acceptus eſt: ſecundum hæc tales cauſæ ad leges a nobis poſitas deducantur: exceptis illis negotiis, quæ contigit ante leges a nobis poſitas aut decreto judicum aut transactione determinari.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & præſente ſacra declarata ſunt lege, tua ſublimitas manifeſta omnibus facere ſtudeat. Dat. 15. Kal. Aug. *Conſtantinop.* poſt conſulatum BELISARII V. C.

TIT. VII.
DE ADMINISTRANTIBUS [11] OFFICIA IN SACRIS [12] APPELLATIONIBUS.

NOVELLA CONSTIT. XX.

Imper. Juſtin. Auguſt. Joanni glorioſiſſ. ſacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

JAm [13] quidem ſacram fecimus legem [14] *de appellationibus* eloquentem *quem oportet ſervari modum ſuper eis, & unde ad quos fieri appellationes quasque deceat:* quam tam ad tuam celſitudinem, quam ad glorioſiſſimum miſimus quæſtorem. Quia vero plurima facta eſt dubitatio de adminiſtrantibus eis officiis: cum ii qui ex ſacro quidem epiſtolarum ſcrinio ſunt ſpectabilium judicum, vindicarent ſibi appellationis miniſterium: qui vero ex ſede tuæ ſunt celſitudinis, maxime dicerent ſe lædi, ſi mutato ſchemate, nequaquam ſoli appellationibus miniſtrarent iis quæ a clariſſimis provinciarum judicibus veniunt, ad ſolum tuum judicium, ſicut prius erat dum in divino quidem ipſe audires conſiſtorio, miniſtraret vero officium [15] tuum: ſed propter ſpectabilium ſchema in ordine ſacri auditorii negotio moto, & pariter audiente tua celſitudine cum glorioſiſſimo noſtro quæſtore, utriusque partis totum ſibimet applicarent: congregatis apud tuam celſitudinem & glorioſiſſimum noſtrum quæſtorem ſæpius & iis qui ex ſacris ſcriniis appellationibus miniſtrant, & qui ex tuæ ſedis celſitudine & officio: noviſſime ad quandam formam cauſa perducta eſt, quam ex non ſcripto ad nos deduxiſtis. Cauſa vero nobis non incongrua viſa placuit: & interim, quoniam Paphlagonia & Honoria diviſæ prius in judices duos, in unum eundemque reductæ ſunt *Prætoris* nomen ſuſcipientem: hoc indubitate placuit ſchema tuo competere cingulo. Hoc idem & in duobus aliquando poſitis, hoc eſt, Helleſponto, & Ponto Polemoniaco: nam & illic duobus conſtitutis prius judicibus, nunc autem uno *Moderatore* facto, & decorato etiam ipſo *Spectabilium* dignitate, rurſus hoc proveniebat: & ad tuum ſolummodo judicium ferri appellationum lites oportebat, ſecundum terminum tamen conſtitutionis de appellationibus.

CAP. I.

Ut ſola cohors P.P. miniſtret in ejus appellationibus.

COmplacuit igitur ſimul iis quidem officiis utriusque adminiſtrationis, ſimul autem vobis ambobus inſuper & nobis recte ſe habere viſum eſt, ſolum officium tuæ celſitudinis talibus miniſtrare appellationibus, ſicut & prius fuit, & in ſchemate *ſacri auditorii* dicantur, & adſit glorioſiſſimus noſter *Quæſtor*, & particeps ſit geſtorum.

CAP. II.

SEd etiam quoniam *primæ* [16] *Cappadociæ præſes* prius ad tuum cingulum reſpiciebat ſolum, & tibi appellationes ferebantur: nunc autem in ſpectabilis *Proconſulis* figuram mutatus eſt, nihilominus competens eſt & illam adminiſtrationem appellationem ſuſcipientem & mittentem, hic litem ſecundum noſtram ſacram conſtitutionem in ordine ſacri noſtri auditorii eam examinari: præſente quoque glorioſiſſimo noſtro *Quæſtore*, & pariter audiente negotium, ſolo officio miniſtrante tuo: quoniam & prius hoc ſolitum erat: nam etſi ſpectabilis *Comes* [17] *domuum* permixtus eſt, tamen neque pridem multæ quædam movebantur cauſæ apud eum: neque ex judicio ejus ferebatur aliqua pene appellatio hic. Nunc autem quæ circa ærarii diſpenſationem ſunt, & aliis hæc quibusdam tradidimus: & non oportet ob hoc minui ſedem tuam: ſed ſimiliter tuum miniſtrare officium ſolum hic delatis negotiis.

CAP. III.

HOc ipſum etiam *in Armeniæ* [18] *Proconſule* [19]: quoniam prius adminiſtrationem eam ordinariam [20] facientes, & nunc nihil ei addentes, in *Proconſulis* figuram mutavimus. Etenim inde venientibus litibus tuæ celſitudinis miniſtravit officium, lite quidem in ordine ſacri auditorii (ſicut prædiximus) movenda apud eos: apud autem ambos vos examinanda: nihilominus autem officio tuo miniſtrante cauſæ, ſicut prius fuit, dum ſolum adminiſtrationis ordinariæ haberet ſchema, majore ordine non ſuſcepto.

CAP. IV.

QUoniam vero Lycaoniam [21] & Piſidiam & Iſauriam ſub [22] judicibus primitus conſtitutas, & appellationes deſtinantes ad ſedem tuam, nunc decorari *Prætorum* [23] cingulo contingit: licet videatur quodammodo permixtum quoddam ei etiam militare officium: quoniam prius & *Dux* in utraque harum provinciarum fuit: neceſſario nobis ſe habere placuit propter hanc novitatem, ſoli ſedi tuæ & glorioſiſſimo *Quæſtori* tradere appellationum examinationem: cedere quoque clementius tuo officio, ut iis quæ ſuper hoc aguntur, miniſtrent, unde ſive aliquid factum eſt tale prius, ſive etiam poſtea fiat: eundem ordinem cauſæ imponi ſancimus.

CAP. V.

QUia vero duæ [24] fuerunt miniſtrationes [25] pure & *Comitis Orientis*, & *Judicis primæ Syriæ* & civiles quidem hujus adminiſtrationis appellationes ad tuam referebantur ſedem, officio adminiſtrante ſolummodo tuo: comitis autem Orientis, utpote ſpectabilis, in ſacrarum auditionum figura, ad ſedem tuam & glorioſiſſimi quæſtoris veniebat, ſolis qui ex ſacris ſunt ſcriniis miniſtrantibus.

CAP. VI.

SEd hoc in hac parte nobis bene ſe habere viſum eſt, in hac videlicet adminiſtratione commune dare miniſterium, & iis qui ex ſacrarum epiſtolarum ſcrinio ſunt, & qui ex officio tuæ celſitudinis: quod enim prius duorum vicariorum fuit Pontica [26] & Aſia, & omnino innovatum eſt, & in unius adminiſtrationem ſolius provinciæ mutatum (dicimus autem aliud Galatiæ, aliud autem Phrygiæ Pacatianæ) veniat quidem tam ad tuam celſitudinem, quam ad glorioſiſſimum quæſtorem: ſolum autem modo miniſterium ſuſcipiat officium ſedis tuæ.

CAP. VII.

ILlud tamen ſancimus, ut ex adminiſtrationibus nunc a nobis adinventis, & mutantibus antiquum ſchema, ſive hoc ipſum ſecundum naturam propriæ judicetur adminiſtrationis, ſive etiam ex delegatione noſtra, idem ſervetur ſchema: & ibi ſolum adminiſtrare officium tuæ celſitudinis ſancimus.

CAP. VIII.

SImiliter ſive ex delegatione, ſive ex cinguli natura appellatio veniat, officium tuæ celſitudinis miniſtrare appellationibus ſancimus: ſive etiam ex delegatione noſtra, ſimiliter officii erit tui.

1 *Nov.* 12. *c.* 4. 2 Id eſt: an quod ſancitum eſt. 3 Id eſt: pertineant etiam retro ad eas quæſtiones, quæ nondum decreto judicis vel transactione ſunt deciſæ. 4 *l.* 10. *C. de natural. lib. lata anno* 529. 5 *l.* 11. *C. de natural. lib. lata anno* 530. 6 Vid. *l.* 7. *C. de legibus.* 7 Utraque conſtitutio contra ſui naturam refertur ad negotia præterita, *d. l.* 7. Non referuntur tamen conſtitutiones ad ea, quæ ſententia judicum vel transactione jam ſunt deciſa. 8 *Nov.* 12. *in fin. lata anno* 535. 9 Liberis ante dotalia inſtrumenta naſcendis beneficium a Principe datum, ad eos, qui jam nati ſunt ante dotalia inſtrumenta, ex æquo & bono porrigitur. 10 Vis ſententiæ & transactionis hæc eſt, ut finita reſcripto non poſſint tolli.

11 De his qui in cauſis appellationum apparitorum officio funguntur. *Index apud* Cujacium: De provocatione Prætoris Paphlagoniæ ad Honoriados porrecta, & aliis provocationibus in diverſis temporibus porrectis. Julianus *conſt.* 25. 12 Ἐν τοῖς ἄκροις Scrimger. ἐν τοῖς σάκροις, Cujac. Sacra judicia appellationum ſunt, quæ in conſiſtorio ab ipſo principe per conſultationem diſceptantur, adhibitis prioribus palatii, & ſenatoribus, *Novell.* 62. *l.* 2. *C. de legib.* 13 Id eſt, antea. 14 Ultimam, *tit. Cod. de tempor. appellat.* quæ lata eſt anno 529. Cujacius intelligit *Nov.* 23. J. quæ hanc tempore præcedit, quod ut conſtet, vix ſcio: Hæc enim lata eſt Beliſario V. Conſule anno 535. Illa, poſt Beliſarium V. Conſulem anno 536. 15 Officium præfecti prætorio, præfectiani quæſtoris, memorialis. 16 De appellationibus primæ Cappadociæ. adde de prima Cappadocia, *Novell.* 8. *c.* 15. §. 24. 17 Κόμης τῶν εἰκόνων Scrimger. τῶν οἴκων Cujac. *hic* & 8. *obſ.* 40. 18 De appellationibus Armeniæ. 19 *Alias* præſide. *Nov.* 8. *cap.* 15. §. 43. 20 Ὀρδιναρίαν ἔμβαθμον, Scrimg. Ordinaria, id eſt, minima, ſeu dignitas clariſſimatus; media enim ſpectabilitas, major illuſtratus. *Nov.* 7. 25. 102. adde *Nov.* 52. *cap.* 1. §. 3. 21 De appellationibus a prætore Lycaoniæ, Piſidiæ & Iſauriæ, Jul. *hic.* 22 Ὑπὸ ἄρχουσι, ſub Præſidibus. 23 Imo Lycaonia & Piſidia præſidem habet. *Novell.* 8. *c.* 15. §. 19. & 20. Iſauria comitem. *Nov.* 27. 24 Ut in Comite Orientis utrumque officium obſequatur. id eſt, præfecti, prætorii & ſcrinii epiſtolarum. Jul. *conſt.* 25. 25 Adminiſtrationes. 26 Ut in Pontica & Aſiana, quæ translata eſt in Galatiam & Phrygiam & Pacatianam offi-

CAP.

CAP. IX.

IN quibus [1] autem commune diximus & tuorum officiorum & sacri scrinii ministerium, similiter commune servamus, sive ex delegatione, sive (secundum quod dispositum est) in judicio fiat examinatio. † Super illis tamen litibus quas non spectabiles judices judicant, *sed advocati* solum, referatur negotium tam ad sedem tuam, quam ad gloriosissimum Quæstorem devotissimis *libellensibus* [2] ministrantibus eis: quoniam dum nihil omnino super istis innovatum sit, antiquam servamus figuram, sicut etiam in aliis omnibus non innovatis antiqua ministeria manere in semetipsis disposuimus, nulla novitate facienda: accedens namque novatio, aliter quodammodo oportere fieri etiam ministrantium ostendit figuram.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem: tua celsitudo omnibus faciat manifesta edictis destinatis a se: ut omnes cognoscant quæ nobis sunt placita. Dat. 15. Kal. April. CP. P. C. BELISARII V. C. 535.

TIT. VIII.

DE ARMENIIS [3].

NOVELLA CONSTIT. XXI.

Imper. Justinian. August. Acacio Proconsuli Armeniæ.

PRÆFATIO.

ARmeniorum regionem bene legibus gubernari volentes, & nihil ab alia nostra differre republica, & administrationibus eam Romanis ornavimus, prioribus eam liberantes nominibus & figuris [4] uti Romanorum assuevimus, sanctionesque non alias esse apud eos quam quos Romani nominant, disposuimus, & existimavimus oportere expressa lege illud quoque corrigere, quod male apud eos delinquebatur, & non secundum barbaricam gentem *virorum quidem esse successiones tam parentum quam fratrum & alterius generis, mulierum* [5] *vero nequaquam* [6] *neque* [7] *sine dote eas ad viros venire, nec emi* [8] *a maritis futuris*, quod barbarice hactenus apud eos servabatur, non ipsis solummodo hæc ferocius sentientibus, sed etiam aliis gentibus ita exhonorantibus naturam, & fœmineum injuriantibus genus, tamquam non a Deo sit factum nec serviat nativitati, sed tanquam vile & exhonorandum, & extra omnem competentem honorem.

CAP. I.

SAncimus itaque per hanc sacram legem, & apud Armenios hæc ipsa tenere, quæ & apud nos occasione successionis fœminarum, & nullam esse differentiam masculi & fœminæ: sed sicut & in nostris legibus dispositum est, secundum quam figuram heredes existant parentum, hoc est, patris & matris, & avi & aviæ, & adhuc longius, vel eos qui post ipsos sunt, hoc est, filii & filiæ, & quemadmodum ipsi hereditatem transmittant, ita apud Armenios esse, & nihil Armeniorum leges a Romanorum differre. Si enim nostræ reipublicæ sunt, serviuntque [9] nobis cum aliis gentibus & omnibus nostris fruuntur, nequaquam solæ apud eos fœminæ nostra æquitate repellentur, sed omnibus sub æquitate nostræ erunt leges, quascunque & ex veteribus collegimus & in nostris posuimus Institutis atque Digestis, & quæcunque ex imperiali legislatione tam priorum Imperatorum, quam nostra conscriptæ sunt.

CAP. II.

HÆc igitur omnia valere per omne tempus sancimus incipientia a principiis præsentis quartæ decimæ [10] *Indictionis* & hujus secundum quam hanc scripsimus legem. Nam & antiquiora perscrutari, & ad superiora tempora ascendere, confusionis magis quam legislationis est, sed ex temporibus (sicut prædiximus) præsentis quartæ decimæ Indictionis tantum & in subsequenti universo tempore successiones maneant similes: ex omni causa quæ in successionibus relata est, similiter in mulieribus, similiter in viris de cætero servandis. † Quod autem prius factum est, omne manere in priori figura sinimus, sive in *progenitorialibus* [11], sive in aliis factum est, nihil omnino communicantibus fœmineis personis super jam divisis *progenitorialibus* [12] prædiis aut factis successionibus usque ad tertiam decimam indictionem & hanc, sed ex memorato tempore, hoc est, quarta decima indictione, valere quæ a nobis sunt legislata, sancimus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua magnificentia, & qui post eam administrationem susceperint, in perpetuum custodire festinent. Dat. 15. Kalend. April. post BELISARII V. C. Consulatum [13].

cium tantum præfecti obsequatur. *Julian.* 1 Ut in quibus causis antiquo jure libellenses obsequuntur, in his nulla fiat innovatio: & nihilominus hujusmodi ministerium iidem soli impleant. *Jul.* 2 De libellensibus adde *l. ult. C. ubi senat. l. 32. C. de appellationibus*, & Julianum *constit.* 25. 3 Adduntur in Scrimgeriana editione hæc, & ut ipsi per omnia Romanas sequantur leges. adde Edictum Justiniani 3. T. Porro, quod multitudinis numero hic Armenias adjicit, ad omnes referendus est hic locus. Est enim alia magna, alia prima: alia secunda, *Nov.* 8. *cap.* 15. §. 23. 43. 22. 4 Σχήμασι, id est, Romanorum habitu. Locus hic sane notandus est, & quem in commentariis nostris plenius exponemus. 5 *l. 14. C. de legitimis hered. Nov.* 118. *c.* 4. 6 Ab Armeniis fœminæ olim exclusæ successionibus ab intestato parentum, liberorum, fratrum, cognatorum. Eadem lex observata a Saliis, Anglis, Thuringis. 7 Indotatæ & sine dote mulieres Armenicæ, ad viros suos migrabant. 8 Fœminæ emebantur a maritis apud Armenios. Mos idem Germanorum fuit, teste Tacito. 9 Subditi a magistratibus victoribus leges accipiunt. 10 Id est, anno Christi 540. Hic annus fuit Imperii Justiniani octavus. Idem & antea constituerat Edicto 3. 11 Επὶ γενεαρχικῶν. Genearchica, sunt prædia quæ Princeps olim gentis vel generis alicujus familiæ suæ adscripserat. 12 ἐπὶ γενεαρχικῶν χωρίων Scrimg. ut & edicto in c. 1. Genearchica prædia a majoribus accepta. 13 Id est, anno 536.

COLLATIO QUARTA.

TIT. I.

DE NUPTIIS [1].

NOVELLA CONSTIT. XXII.

Idem Imperator Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfect. iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

PLurimæ quidem jam variæque positæ sunt leges a nobis unicuique parti prius a nobis sancitorum quidem aut dispositorum, visorum autem nobis habere non recte, ad meliora dantes viam & exponentes subjectis quo competat degere modo: hoc autem quod nunc a nobis fit, lex quædam est communis [2] omnibus & propria, rebus competentem ordinem ponens. *Si enim matrimonium sic est honestum* [3], *ut humano generi videatur immortalitatem* [4] *artificiose introducere, & ex filiorum procreatione renovata genera manent: jugiter Dei clementia, quantum est possibile, nostræ immortalitatem donante naturæ, recte nobis studium est de nuptiis. Alia namque omnia quæ sancita sunt a nobis, non omnibus competunt, nec hominibus, nec rebus, nec temporibus: studium vero* [5] *nuptiarum totius est* (ut ita dicatur) *humanæ sobolis: ex* [6] *quo etiam renovatur solo: & ampliori quam alia sollicitudine dignum est.* † Antiquitas [7] equidem non satis aliquid de prioribus aut secundis perscrutabatur nuptiis: *sed licebat & patribus & matribus & ad plures venire nuptias, & lucro nullo privari*: & causa erat in simplicitate confusa. † Majoris [8] autem Theodosii temporibus amplior sollicitudo facta est circa hujus rei tractatum, donec circumiens per cæteros imperatores, in *Leonem* [9] piæ memoriæ pervenit, virum fortiter atque viriliter etiam de istis plerunque sancientem. Nos [10] autem in constitutionum compositione multa [11] quidem & alia de istis decrevimus: existimavimus autem oportere nunc consiliis perfectioribus causam considerantes etiam quædam corrigere, non aliorum solummodo, sed etiam quæ a nobis ipsis sancita sunt. *Non enim erubescimus* [12] *si quid melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi legem.*

CAP. I [13].

Ut hæc constitutio in futurum valeat, non in præteritum.

DUo [14] igitur hæc præmittantur huic legi. † Et primum illud; Ut omnia quidem quæcunque in prioribus sancita sunt, sive a nobis, sive a prioribus nostris, hæc valeant singula secundum propria tempora non habentia ullam ex præsenti lege novitatem: sed & in suis casibus valitura atque tractanda: & suos eventus ex iis quæ jam positæ sunt legibus expectantia, & nihil communicantia præsenti legi. Præsentem vero legem ex nunc valere volumus in omnibus futuris casibus, & in omnibus postea nuptiis, sive prioribus, sive [15] deinceps, & in posteris aut futuris sive nuptialibus lucris, sive successionibus quæ ex filiis sunt: etenim quod quidem omne jam præcessit [16] conscriptis relinquimus legibus: quod vero futurum est, per præsentem munimus legem. Unde sive secundæ provenerint nuptiæ, sive parentibus successiones ex prioris matrimonii filiis, sive lucra ex dotibus, aut antenuptialibus donationibus, aut ex alia causa: sive existentibus ex secundo matrimonio filiis, sive etiam non: in prioribus temporibus hæc serventur secundum sua singula tempora: & fruantur tam viri quam mulieres prioris legislatione, sive ad alias venerint nuptias, sive etiam usque ad priores steterint: sive successerint filiis, sive aliquid omnium egerint priores sequentes leges. Illis enim credentes, & ita contrahentes *nullus culpabit quare non futurum* [17] *sciverunt: & hoc quod videbatur* [18] *quidem & tractabatur omnibus modis crediderunt: quod vero nondum factum erat, non formidaverunt.* Unde illa quidem omnia maneant suum servantia ordinem: deinceps vero tempus in posterioribus pariendis casibus omnia in una hac lege posita atque collecta respiciat quæcunque de futuris (sicut dictum est) nuptiis competunt valere. Unum itaque hoc præmittatur legi.

CAP. II.

Ut pœnam hac lege secundis nuptiis constitutam, conjuges testamento sibi remittere possint.

SEcundum vero illud: Ut omnia quæcunque ex hodierna die testator disposuerit de talibus sive vir sive mulier consistat, hæc valeant. *Disponat* [19] *itaque unusquisque super suis*, ut dignum est: *& sit lex, ejus voluntas*: sicut & antiquissima nobis lex & prima pene reip. Romanorum disponens ait, (dicimus autem duodecim tabularum) secundum antiquam & patriam [20] linguam ita dicens, *Uti* [21] *legassit quisque de sua re, ita jus esto*, nullo valente citra illius voluntatem, nec si sacram impetret formam, nec si quidpiam aliud omnium, aliquid aliter disponere in rebus alienis. §. 1. Si vero nihil testator dixe-

1 Περὶ τῶν δευτερογαμούντων. Scrimger. de secundis nuptiis, Jul. *Constit.* 36. de solutione secundarum nuptiarum, & de secundis nuptiis, *Index Regiæ bibliothecæ apud Cujac.* Goth. Ad hanc Nov. vid. Gudelin. *de Jure Novissimo, lib.* 1. *cap.* 11. 12. Rittershus. *in Exposit. Nov. part.* 4. *cap.* 3. 8. Ans. 2 Vid. *l.* 3. *Cod. de legibus.* 3 Facit Paul. *ad Hebr. c.* 13. *vers.* 14. 4 *Nov. Leonis* 26. *l.* 220. *in fine. ff. de verb. sign.* 5 Laus matrimonii. 6 Hoc dicit: Humanum genus Nuptiarum solo interventu reparari: ac propterea hanc de Nuptiis constitutionem majore sollicitudine suscipiendam esse. Nuptiis immortalitatem quandam generis humani Numa introduxit, *Theoph. Inst. de jure natur.* 7 Jus vetus ad secundas nuptias pertinens. 8 *l.* 1. 2. 3. *C. de secund. nupt.* 9 *l.* 6. *C. de secund. nupt.* 10 Jus novum ad secundas nuptias pertinens. 11 *l.* 8. 9. 10. 11. *C. de secund. nupt.* 12 Pudor non est discere, quod ignores, adde *l.* 20. *ff. de fideicomm. lib.* nec pudeat, quæ nesciris, te velle doceri, scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle, *Cato.* Errorem suum corrigere potest Judex, Ecclesia, testis, Imperator. *Gloss. in cap. qualiter.* 17. *in verbo corrigere, extra. de accusat.* 13 Hæc lex in futurum fertur, non in præteritum. 14 Hinc sumpta videtur authentica, *ad eos, Cod. de secund. nupt.* 15 Id est, secundis. 16 Differt in eo lex a judice: hæc enim de præteritis: illa de futuris statuit, *l.* 17. *C. de legibus.* 17 Futuri ignorantia excusabilis. 18 Communis error jus facit, *l. pen. in fin. ff. de offic. præt.* Imo non facit, *l. quod non ratione, ff. de legibus: l. Labeo. ff. de supellectile.* 19 Hæc lex non tollit conjugibus jus libere legandi. 20 Id est, Romanam, *ut Nov.* 30. *cap.* 5. 21 *tit. Inst. de leg. Falc.*

rit aut dispofuerit, quod non jam positis & valentibus præoccupatum sit legibus nec aliquid contra universales leges ordinaverit : tunc hæc nobis lex posita sit, omnia quantum est homini possibile comprehendens & transiens in brevi, & ea quæ in prioribus erant corrigens nuptiis, & quæ in secundis, & ea quæ in successionibus & in solutionibus [1] nuptiarum, sive ex morte, sive ex separatione: & ea quæ ante luctuosum tempus sunt, & post illud, & unam quandam continuationem faciens totius hujus conscriptionis atque legislationis : olim quidem inchoatam [2], ex quinque vero præcipue & quinquaginta & centum annis frequentius motam, & particulariter correctam simul, & paulatim colligatam ad semetipsam & cohærentem, & confusam in plurimis, & quadam semper egentem correctione, duramque & consonam sibi omnino declarans.

CAP. III.

Efficiens Nuptiarum, & quæ res constituat nuptias, quæ dissolvat.

NUptias itaque affectus alternus [3] facit, dotalium non egens augmento [4]: cum enim semel convenerint sub puro nuptiali affectu, sive etiam oblatione dotis, & propter nuptias donationis : oportet causam omnino sequi etiam solutionem aut innoxiam [5], aut cum pœna : *quoniam eorum quæ in hominibus subsequuntur, quicquid ligatur, solubile est.* Ut autem etiam super indotatis matrimoniis distractione facta, pœna merito subsequatur : hoc nos adinvenimus primi.

CAP. IV.

Contraria Nuptiarum, & de divortiis bona gratia *factis, & aliis modis.*

DIstrahuntur itaque in vita contrahentium matrimonia : alia quidem consentiente utraque parte: pro quibus nihil hic dicendum est, pactis causam sicut utrique placuerit [6], gubernantibus : Alia vero per occasionem rationabilem, quæ etiam *bona* [7] *gratia* vocatur : alia [8] vero citra omnem causam : alia quoque cum causa rationabili.

CAP. V.

De monachismo.

SEcundum occasionem itaque inculpabilem, quando conversationem [9] altera eligit pars, ad meliorem [10] migrans vitam, & sub castitate conversationem concupiscens : tunc enim lex alia nostra dicit *licentiam esse viro & mulieri ad meliora migranti, transigere matrimonium, & abscedere, quodam brevi* [11] *dimisso, ei qui relinquitur, solatio. Quodcunque enim pacti fuerint, contrahentes ex morte fieri lucrum, hoc habere oportet eum qui dimittitur ab altero sive vir, sive mulier sit :* eo quod & iste, quantum ad matrimonium, videtur mori, aliud pro alio vitæ eligens iter.

CAP. VI.

De Impotentia.

PEr occasionem quoque necessariam & non irrationabilem distrahitur matrimonium, *quando aliquis impotens fuerit coire mulieri, & agere* [12] *quæ a natura viris data sunt: si biennium* [13] *quidem secundum de hoc a nobis pridem scriptam legem transcurrat ex nuptiarum tempore : ille vero quia pro veritate est vir, non ostendat :* licebit enim mulieri aut ejus patribus, disjungere matrimonium, & mittere repudium, vel si noluerit hoc maritus : & hic siquidem [14] dos (si quæ omnino data sit) sequetur mulierem : & reddet hanc vir, si contigit eam accipi : propter nuptias autem, seu ante nuptias donatio manet apud virum, nihil de suo damnificandum. Hanc itaque legem corrigimus brevi quadam adjectione : non enim biennium numerari solum ex ipso tempore copulationis, *sed triennium* [15] volumus: edocti namque sumus ex iis, quæ ante hæc provenerunt, quosdam amplius quam biennium temporis non valentes, postea potentes ostensos ministrare filiorum procreationi.

CAP. VII.

De Captivitate.

SEd etiam *Captivitatis* casus talis est, quale est *bona gratia* distrahere matrimonium : sive [16] enim contingat tale infortunium viro, muliere in repub. manente, sive rursus mulier quidem in captivitatem ducatur, maneat autem vir in republica : scrupulosa quidem & subtilis ratio transigit nuptias : (servitute [17] namque semel superveniente alteri personæ fortunæ inæqualitas æqualitatem ex nuptiis manere non sinit) attamen humanius talia contemplantes, donec quidem est manifestum superesse aut virum, aut uxorem, manere insoluta matrimonia sinimus : & non venient ad secundas nuptias neque mulieres, neque viri, nisi voluerint videri ausu temerario hoc egisse, & pœnis succumbere : illum quidem ante nuptias donationis dicimus exactioni, illam vero dotis. † Si vero incertum sit, utrum superest, an non quæ ad hostes persona devenit : tunc *quinquennium* [18] expectandum [19] est sive a viro, sive a muliere : post quod, sive manifestum [20] de morte fiat, sive incertum maneat, nubere licebit sine periculo : hoc enim & in nuncupatis *bona gratia* transactionibus, a præcedentibus connumeratum est : nos quoque in hoc consentimus, ut hic neque repudio fiat opus, ita personis distantibus ab alterutris, & nullus ex hoc lucrabitur, neque vir dotem, neque mulier antenuptialem donationem, sed unusquisque in suis manebit.

CAP. VIII.

De servitute pœnæ.

QUod [21] autem prius ex legum severitate introductum est, nos clementi cessione [22] resolvimus. Si enim ex decreto judiciali in *metallum* [23] aliquis aut vir aut mulier dari jussus esset, (quale nunc est in Proconneso [24] & in appellata Gypso [25]) servitus quidem erat & ab antiquis [26] legislatoribus sancita, & ex supplicio illata : separabatur vero matrimonium, supplicio possidente damnatum, sibique servientem. Nos [27] autem hoc remittimus: *& nullum ab initio bene natorum ex supplicio permittimus fieri servum.* Neque enim mutamus nos formam liberam in servilem statum : qui etiam dudum servientium manumissores esse festinavimus. Maneat igitur matrimonium hoc nihil ex tali decreto læsum, utpote inter personas liberas consistens.

CAP. IX.

Servilis conditionis detectio.

SI vero decretum [28] judiciale libertum aut libertam aut horum filios in servitutem redigat [29] : constat quidem ab initio matrimonium, postea vero apparens [30] servitus separat [31] eos ab invicem, tanquam morte secuta : quoniam præcedentes nos dicunt *supervenientem servitutem non procul a morte differre.* † Idcirco hoc quidem quod proprium est, unusquisque recipiat : placitum vero solum quod ex morte est, liberis [32] acquiratur : reliqua vero veniant ad eum qui redigitur [33] in servitutem.

CAP. X.

De iis qui ancillam duxerunt putantes esse liberam.

SI [34] vero ab initio putaverit aliquis liberæ jungi personæ, illa vero famula postea declaretur existens:non dicimus solvi matrimonium,sed ab ipso initio [35] neque matrimonium fieri, secundum prius a nobis dictam causam, propter inæqualitatem fortunæ : unde neque lucrum ex matrimonio contemplandum esse neque aliquid tale esse, sed puram rerum competentium per congruas actiones redditionem. † Hæc autem decernimus : & tale non esse dicimus matrimonium, si causam animus incertus disponat solum, neque consensu domini, neque malignitate ejus aliqua, neque negligentia convicta.

CAP. XI.

NAm [36] si [37] tradiderit tanquam liberam suam ancillam dominus : ille autem liber existens, & credens tradenti hanc accipit, forsan etiam dotalibus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, ejus autem voluntate causam gubernante : non erit justum, tale non constare matrimonium : sed tacitam libertatem sequi sive virum, sive mulierem. Et cum tale aliquid a domino fit : sancimus, & rapi talem virum aut fœminam ad ingenuitatem & causam tanquam super liberis, & ingenuis judicari. † Si vero ipse quidem non celebraverit nuptias, alterius personæ dominus, sciat autem quod agitur, & ex studio taceat, ut postea causam sarciat alteri conjunctorum : ulciscimur hujusmodi, si aperta probetur nequitia : & privamus dominum ita maligne cogitantem : sitque rursus hoc etiam matrimonium, tanquam si consensisset dominus ab initio : & ille quidem cadat dominio, ad ingenuitatem vero servilis persona rapiatur : hoc ipso eveniente effectu, sive consensit, sive malignatus est dominus. Palam itaque est, quia etiam filii ex talibus nuptiis, liberi & ingenui secundum hanc nostram erunt legem.

CAP. XII.

De servo & ancilla ægrotante.

ET multo potius hæc valeant, si contigit dudum servum aut ancillam seu *languentes* [38] *dereliquisse* [39], seu etiam contempsisse eos, aut etiam amisisse super dominio adversus eos voluntatem. Illi namque utpote jam constituti liberi, & secundum pro derelicto titulum sui, & non aliorum existentes, non in posterum inquietabuntur ab iis qui possidere eos olim odio habuerunt.

CAP. XIII.

DEportatio [40] tamen in quam migravit, & antiqua *ignis & aquæ interdictio,* quam aqua & igni interdictionem vocant nostræ leges, non [41] solvit matrimonia : hæc enim & sacratissimo pridem placuit Constantino [42] clemens quædam causa, & a nobis quidem probata est, præsenti vero non copulata legi : unde neque effectus causæ dicendi sunt, cum in suo maneat ordine.

l. 1. *ff. ad l. Falc. l.* 120. *l.* 130. *ff. de verb. sign.* adde *Novell.* 1. *in fin. l.* 1. *in princ. C. de sacrosanct. eccles. LL.* 12. *tab. tit.* 19. 1 Nuptiis. 2 Intelligit legem 3. *C. de secund. nupt.* 3 Mutuus. 4 Excipe *Nov.* 117. *cap.* 4. 5 Id est, necesse est, ut nuptiarum solutio sine pœna fiat, aut cum pœna aliqua. 6 *l.* 9. *C. de repud.* Hodie mutuo consensu nuptias dissolvi vetitum, nisi castitatis vovendæ causa, *Novell.* 117. *cap.* 10. *Novell.* 134. *cap.* 10. 7 Bona gratia dissolvitur matrimonium, *Nov.* 98. *cap.* 2. *l.* 62. *ff. de don. int. vir. l.* 14. §. 4. *ff. qui & a quib. manumiss. l.* 1. *in fin. C. de rei uxor. act.* id est, dulciter, sine querela, sine libello repudii, μετ' εὐφημίας. Plutarch. amica separatione. Tertull. *lib. de monogamia.* quæ constitutio sublata per *Nov.* 117. *cap.* 10. iterum reducta est per *Novell.* 140. 8 Matrimonia mutuo consensu, vel justa occasione κατὰ πρόφασιν οὐκ ἄλογον : *ut hic,* ἄμεμπτον *cap.* 5. J. ἀναγκαίαν καὶ οὐκ ἄλογον *cap.* 6. id est, prætextu rationabili, irreprehensibili, necessario, neque ratione carente, vel citra causam, vel cum causa dissolvuntur. 9 Monachismi professio justa divortii causa Justiniano visa est : Sic olim Ethnici sua interdum matrimonia propter sacerdotium commode retinere non poterant, *l.* 60. *in fin. ff. de donat. int. vir.* adde *Nov.* 117. *cap.* 12. *Nov.* 123. *cap.* 39. *l.* 56. *C. de episc.* Cereris sacerdotes, viventibus etiam viris & consentientibus amica separatione viduantur. Tert. *de monogamia.* 10 Id est, pinguiorem. 11 Id est libello. 12 Πράττειν τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι διδομένα. Goth. facit *cap.* 2. 3. 5. 6. *extr. de frigid. & malefic. can. si per sortiarias caus.* 33. *q.* 1. Ans. 13 Hodie triennium, *ut* J. *hic.* 14 Pœna suam ob impotentiam sive oscitationem divortium patientis hæc est, dotis redditio : at non donationis propter nuptias amissio. Hanc enim retinet. 15 Triennii oscitatio in viro justa divortii causa est. Adde *l.* 61. *ff. de donat. int. vir. Nov.* 117. *c.* 12. *l.* 10. *C. de repud.* per contrarium, in muliere causa divortii justa fuerit, si sic arcta fuerit, ut cognosci non possit. vid. *l.* 14. §. 7. *ff. de ædilitio edict.* Goth. Olim biennium, *l.* 10. *Cod. de repud.* Jure Canonico statim dissolvitur, si constet de frigiditate sive impotentia, si casus sit dubius, exspectatur triennium, *can. laudabilem. caus.* 5. *extr. de frigid. & malef. & ibi* Cujac. Ans. 16 Novella Leonis 33. 17 Jure veteri matrimonium captivitate dissolvebatur, *l.* 45. *in fin. ff. de ritu nupt. l.* 1. *ff. de divort. l.* 10. 56. *ff. soluto : l.* 12. §. 4. *ff. de captivis.* 18 Quinquennii captivitas & de vita captivi summa incertitudo, divortii causæ, *Novell.* 117. *cap.* 12. 19 Leo vetat ullo modo contrahi nuptias, nisi plane certum nuntium mortis mariti mulier acceperit. *Novell.* 53. 20 *l.* 6. *ff. de divort.* 21 Hinc sumpta est Auth. *sed hodie, Cod. de donat. int. vir.* 22 Συγχωρήσει, id est, indulgentia, concessione. 23 Damnatio in metallum non est justa divortii causa. De metallicis dixi ad *l.* 8. §. 4. *ff. de pœnis.* 24 Proconnesus una est ex insulis Sporadibus in Propontide. Adde *Novell.* 22. *l.* 24. *l. ult. C. de pœnis.* 25 Gypsus, insula Ægypti, quæ γύψης Stephano metallorum ferax. *Nov.* 142. *cap.* 1. 26 Et ita abrogatur *l.* 17. *ff. de pœn. Theoph.* §. 3. *Instit. quib. mod. jus patr. potest. solvitur.* 27 Sententia judicis. 28 In metallum damnatio, neque servum pœnæ facit eum, qui in metallum damnatur: neque matrimonium solvit. Goth. Vid. Goedd. *de contrah. stip. cap.* 7. *num.* 13. 14. 15. & Gudelin. *de jure noviss. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. Ans. 29 Ut puta, quia servitus alterius detecta. 30 Emergens. 31 *l.* 3. *C. de incest. & inut. nupt.* 32 Ελευθέροις. 33 Πρὸς τὸν καταδουλώσαντα, id est, ad illum, qui in servitutem retraxit. 34 Hinc sumpta est pars Authenticæ, *Ad hoc, C. de Latina libert.* 35 Non est matrimonium liberi hominis cum ancilla. Serviles nuptiæ non sunt nuptiæ, vid. tamen quæ scripsi ad *l.* 3. *C. de incestis.* 36 *Auth. Ad hoc. C. de Lat. libert. tollend.* 37 Ancilla non est, quæ a domino clam dolo malo elocata est. 38 Vid. *l. un.* §. 3. *Cod. de Latina libert. toll.* 39 Ancilla non est, quæ a domino exposita est. 40 Deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit. 41 Olim dissolvebat, *l.* 56. *ff. solut.* Deportatio non solvit matrimonium. Deportatis hodie comparantur damnati ad triremes, ut hinc colligas, non dissolvi matrimonium ob pœnam triremium. 42 Vid. *l.* 1. *C. de repud. l.* 5. *ff. de bonis damn. l.* 14. *ff. qui & a*

CAP. XIV.

Quintus modus disjungendi matrimonii bona gratia, & de deſertione.

NOvimus autem, & hujus noſtræ felicif. civitatis conditorem (divinæ memoriæ dicimus Conſtantinum) ſcripſiſſe legem [1], ſecundum quam *ſi quis in expeditione fuerit, & tacuerit ad uxorem per quadriennium, & nullum ei fiat ab illo ſignum ejus circa eam affectus, tunc licentia ſit mulieri ad ſecundas nuptias veniendi, offerenti prius libellum militiæ principi, & hoc ipſum teſtificanti : & ſi hoc fiat, inculpabiliter mulier ad virum alterum tranſiet, & non damnificabitur quidem dote : non tamen antenuptialem donationem lucrabitur.* Hoc itaque ſacratiſſ. Conſtantinus. Vehementer autem nobis immature habere illa conſtitutio videtur [2] : *actibus enim bellicis occupato marito, uxoris privationem inferre non minor eſt pœna, quam ab hoſtibus capi.* Ideoque non prius ad virum veniat ſecundum hujusmodi mulier, quam legislator iſte propoſuit, quam etiam decennii tranſeat tempus, & hæc importuna quidem ſit viro mittens literas, aut per aliquos verbis utens ad eum : ille [3] vero aut aperte renuat nuptias ejus, aut abſolute conticeat : tunc quoque libellum [4] offerat, aut glorioſiſſ. magiſtro militum, aut ſpectabili duci, aut clariſſ. tribuno, ſub quibus ipſe miles eſt : tunc enim licentiam [5] damus, & preces porrigere imperatori, & inde hoc promereri. Sciat autem, quia ſi citra hoc aliquid egerit : tanquam temerarie nubens legitimis pœnis ſubjacebit. §. 1. Mitiores [6] itaque nuptiarum ſolutiones, tanquam generali quadam ratione ſub *bona gratia* factis disjunctionibus, ſciendum eſt tales eſſe quodammmodo.

CAP. XV.

Cauſæ repudiorum.

CÆteræ vero cauſam quærunt inſpicere, aut a viro aut ab uxore factam, ut damnificent temerarium in caſu eorum quæ ab eo data ſunt : dotis dicimus, aut propter nuptias donationis. † Sed harum cauſarum antiquiores quidem faciebant plurimos diverſoſque tractatus : *Theodoſius* autem *junior* alias quidem cauſas deinde ſumens, alias autem & ipſe adinveniens, de repudiis ſcripſit conſtitutionem : a nobis autem, & aliæ quidem adinventæ ſunt cauſæ, quas recte habere perſpeximus ad culpam referri ejus qui ſuccubuerit.

§. 1. Si igitur ſecundum Theodoſii piæ memoriæ conſtitutionem valuerit mulier [7] oſtendere maritum aut adulterio delinquentem, aut reum homicidii, aut veneficiis, aut ſeditionibus occupatum, aut (quod peſſimum omnium peccatorum eſt) communicantem delicto (dicimus autem machinatum aliquid contra ipſum imperium) aut condemnatum falſitatis, aut ſepulchra effodientem, aut ex aliqua ſacrarum domuum aliquid rapuiſſe, aut latrocinii [8] ſectantem vitam, aut latrocinantes ſuſcipientem, aut unum eorum qui appellantur abigei (quibus eſt cura alienis inſidiari animalibus aut jumentis, & ea transponere alibi) aut probet plagiarium eſſe [9], aut ita luxurioſe viventem, ut inſpiciente uxore cum aliis corrumpatur, quod maxime mulieres nuptas, utpote circa cubile ſtimulatas, exaſperat, & præcipue caſtas, aut ſi inſidias ſe paſſam a viro probet circa ipſam ſalutem, aut venenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum, (multæ namque hominibus ad malitiam viæ ſunt) aut etiam ſi flagellis [10] ſuper ea utatur. † Si igitur mulier tale aliquid oſtendere potuerit, licentiam ei dat lex repudio uti, & nuptiis abſtinere, dotemque percipere, & antenuptialem donationem totam, non ſolum ſi omnes ſimul probaverit cauſas, ſed etiam ſi ſecundum ſe unam. §. 2. Et rurſus licentiam dat viro [11] mulierem abjicere, ſi adulteram inveniat, aut veneficam, aut delinquentem homicidium, aut plagiariam aut ſepulchrorum violatricem, aut ſacrilegam exiſtentem, aut faventem latronibus, aut viro neſciente vel etiam prohibente gaudentem conviviis [12] aliorum nihil ſibi competentium : vel etiam invito viro citra rationabilem cauſam foris pernoctantem, aut extra ejus voluntatem Circenſibus congaudentem, & ſpectaculis inhærentem, aut theatris advenientem, (dicimus autem ubi ſcæna, & talia ſunt, aut etiam ubi beſtiis adverſus homines pugna eſt) aut inſidias ſibi facientem ex venenis, aut gladio, aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum eſt, aut etiam conſciam tyrannidem meditantibus, aut falſitatis ream conſtitutam, aut audaces ejus manus inferentem ſibi, ſcilicet tali aliquo facto dat lex hæc viro abjicere mulierem, ſi vel unam harum, & ſolam probaverit cauſam : & lucrari quidem dotem, antenuptialem vero habere donationem.

§. 3. Si [13] vero altera harum perſonarum irrationabiliter repudium miſerit, & hoc ipſum ſolvendi matrimonium ſine ratione : ſubdita erit dudum a nobis dictis pœnis. Inſuper etiam uxor rea omnino ex memoratis cauſis pro irrationabilis repudii miſſione facta, & in quinquennium totum ad ſecundum venire prohibetur matrimonium, & ante quinquennium nuptias non eſſe ſine reatu, neque legitimas vocari : ſed omnis volens adeat, & accuſet factum, tanquam contra legem præſumptum.

CAP. XVI.

SI vero etiam rationabiliter mulier repudium miſerit, & in certaminibus vicerit, aut vir irrationabiliter eam abjiciens ſubjacuerit pœnis : lucretur quidem lucra primitus dicta : erubeſcat [14] autem ante annum completum ad ſecunda vota venire. Quod non obſervandum nobis eſt in viro irrationabiliter obtinente talia lucra : cum & non obtinenti etiam repente nuptias facere licet : quoniam nulla circa ſobolis confuſionem [15] rationabilis eſt ſuſpicio : quod in mulieribus ante [16] anni completionem recte prohibetur : & tanta [17] eſt prohibitio ex hoc, quia licet bona gratia diſſolvi matrimonium contingat, tamen etiam ex Anaſtaſii piæ memoriæ conſtitutione, in annum prohibitio ſecundarum nuptiarum mulieribus inſtituta eſt.

§. 1. Has itaque cauſas nobis Theodoſius explanavit : nos autem ex veteribus ſumentes, & alias adjecimus tres. Si enim mulier tanta teneatur nequitia, ut etiam ex ſtudio abortum [18] faciat, virumque contriſtet, & privet ſpe filiorum : vel tanta libido eſt, ut etiam cum viris voluptatis occaſione lavetur [19] : aut etiam dum adhuc conſtat matrimonium cum viro, ad [20] alios de nuptiis ſuis loquatur [21] : licentia datur a nobis, viris mittere eis repudia, & lucrari dotes, & antenuptiales habere donationes : utpote etiam his cauſis rationabiliter ſolvere valentibus matrimonium : & ſub eundem deferentibus ordinem, ſub quem & pœnas Theodoſii divinæ memoriæ definivit conſtitutio.

CAP. XVII.

De adſcriptitio, qui liberam mulierem habere non poteſt.

ADſcriptitio [22] autem alieno nubere liberam non licet, neque ignorante, neque ſciente, neque conſentiente poſſeſſore : ſed licet aliquid tale ab adſcriptitio geratur, licebit domino & ipſi per ſe & per provinciæ judicem caſtigare plagis [23] mediocribus hoc agentem adſcriptitium, & abſtrahere ab ea quæ fruſtra ei conjuncta eſt : unde neque nuptiæ ſunt quod factum eſt, nec oblatio dotis, nec antenuptialis donationis : ſed pura facti mali correctio.

§. 1. Sic itaque matrimonia diſſolvuntur viventibus adhuc iis qui ea contraxerunt : & pecuniariæ pœnæ circa dotem & ſponſalitiam conſiſtunt donationem.

CAP. XVIII.

De nuptiis ſine dotalibus inſtrumentis contractis.

SEd a nobis aliquid etiam aliud adinventum eſt, ut etiam indotata matrimonia irrationabilibus factis diviſionibus caſtigationi tradantur competenti. † Si quis enim duxerit uxorem, aut etiam mulier ad virum veniat, nuptiali quidem aſſumpta voluntate atque ſententia [24], non tamen ſecuta dote, aut ſponſalitia largitate, (ubi quoque præſumptive fieri ſolutiones contingebat, nullo ex hoc contra temerarium ſequente periculo) conſtitutionem ſcripſimus dicentem : Si quis ſub poteſtate conſtitutam mulierem voluntate parentum, aut etiam ſuæ poteſtatis forte ducat uxorem, neque dote oblata, neque inſtrumentis dotalibus factis : nuptiæ quidem ſunt, licet [25] dotalia inſtrumenta non ſint conſcripta : ut non ob hoc vir (quod in multis novimus factum) expellat domo uxorem ſine ulla prius dictarum rationabilium cauſarum, quasque & Theodoſius, quasque & nos enumeravimus. Si quid autem tale fiat, & aut ſine cauſa eam abjiciat domo, aut etiam ipſe rationabilem cauſam præſtet, ut mulier ſeparetur ab ejus matrimonio : quartam [26] partem propriæ ſubſtantiæ cogatur exolvere ei : & usque ad quadringentas quidem auri libras ſubſtantiam habens, centum libris damnificabitur, hoc eſt quarta ſubſtantiæ parte : minorem autem hac, in quantum quartæ facit quantitas. Si vero etiam majorem prædictæ quadringentarum auri librarum quantitatis ſubſtantiam habeat : non amplius centum [27] auri damnificetur libris : ad maximam [28] namque plerumque reſpicientes dotem, legem hanc ſcripſimus : ſubſtantiam illam merito ſecundum noſtras leges exiſtimantes eſſe, quæ pura debitis videatur.

† Ratio quoque ex ipſis cauſis e [29] contrario procedat. Et ſi mulier per culpam propriam ſeparetur a viro indotata exiſtens, aut etiam mittat ei ſine aliqua cauſa rationabili repudium : iisdem in omnibus ſubjaceat pœnis : & ſi quidem per culpam ejus matrimonium ſolvatur, quinquennium obſervandum eſt mulieri, & ſecundis non copulabitur nuptiis : ſi vero per cauſam vel culpam mariti, aut etiam bona gratia diſtrahatur : merito, & hic annum cuſtodiat, propter ſeminis confuſionem [30] : ut per omnia nobis lex perfecta ſit.

CAP. XIX.

De repudiis quæ a filiis familias mittuntur.

EST quoque quoddam, & aliud a nobis piiſſimum ſimul & gratum adinventum [31], ubi etiam repudiis [32] miſſis nuptiæ conſiſtunt adhuc. Eorum namque qui ſub poteſtate ſunt calliditates circa parentes habitas prohibemus : quoniam quosdam invenimus ex ſtudio repudia ſcribere feſtinantes, & mittere ſuis uxoribus, aut etiam ex diverſo [33], & nulla rationabili penitus exiſtente cauſa, ſolvere matrimonia, ut eorum parentes ſubjaceant exactioni dotis [34], aut ſponſalitiæ largitatis [35], quaſi ſoluto matrimonio : & ipſi quidem forſan latenter miſcentur alterutris : diſcedunt autem parentes damnificati, & hanc ſuæ ad filios humanitatis habentes recompenſationem. Ideoque legem ſcripſimus, volentem : Neque ſub poteſtate conſtitutos, neque emancipatos filios, neque maſculos, neque fœminas poſſe diſtrahere matrimonia in ſuorum læſionem patrum aut matrum, qui dotes [36] aut antenuptiales donationes [37] obtulerunt, aut ſuſceperunt ſoli, aut etiam cum [38] filiis : ſed ſicut in contractu nuptiarum expectamus patrum [39] conſenſum, ita neque tranſigere matrimonia ſinimus in [40] parentum læſionem, citra illorum voluntatem : ſed ſi mittatur repudium, competere contra eos exactionem pœnarum non ſinimus,

quib. manumiſſ. 1 *l. 7. Cod. de repud.* quam hic in parte Juſtinianus corrigit. 2 De deſertore. 3 *l. 7. Cod. de repud.* 4 Deſertionis cauſa nuptiæ permiſſæ, non tamen permittuntur ipſo jure : ſed ſi a principe fuerint impetratæ. adde *Novell.* 117. *cap.* 1. An permittuntur deſertori, ut deſerto permittuntur? Negaveris. vid. 1. *Corinth.* 7. Quin deſerto, niſi cauſa bene cognita, non permittendæ, *ut hic.* 5 Nuptiarum ſolutiones aliæ mitius fiunt, aliæ violentius. 6 Divortiorum hodie pauciores ſunt cauſæ. *Novell.* 117. *cap.* 8. & 9. 7 Repudiari ob quæ delicta vir ab uxore poſſit, obſerva. vid. *Nov.* 117. *cap.* 9. 8 Vid. *Nov. Leonis* 111. *in fin.* 9 *l.* 39. §. 4. *ff. ad l. Jul. de adulteriis.* 10 *l.* 8. *C. de repud.* Hodie propter verbera non fit repudium. *Nov.* 117. 11 Cauſas, propter quas maritus uxorem poſſit repudiare, obſerva. 12 Vid. *Novell.* 117. *in fin. cap.* 8. & *Novell. Leonis* 31. *in fin.* 13 Vid. 4. Harmen. 7. §. 3. 14 Quibus cauſis matrimonium diſſolvitur, mulier nubere poteſt, ſi velit, annum tamen expectare debet, propter ſanguinis confuſionem : Julianus *cap.* 140. 15 *Cap.* 18. §. *l.* 11. *ff. de his qui notant.* Ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat prohibitio. 16 Vid. *l.* 15. *C. ex quib. cauſ. infam.* 17 Vid. Cujac. 6. *obſerv.* 32. *ubi de luctu mulierum, & feſtinatis nuptiis tractat.* 18 Vid. *Nov. Leon.* 31. 19 *Nov.* 117. *c.* 8. *in fin. l.* 11. §. 2. *C. de repud.* Si eſt ſignum adulteræ lavari cum viris, erit & convivere cum adoleſcentibus, deinde etiam familiariter alicujus amicitia uti. Quint. 5. *Inſt.* 10. 20 Vid. *Nov. Leonis* 30. 21 Erant aliæ quoque apud veteres cauſæ, veluti ſi mulier ſterilis eſſet. *l.* 60. *in fin. ff. de donat. int. vir.* ſi temetum bibiſſet : uſus enim vini Romanis fœminis ignotus fuit. 2. Valer. 2. *cap. de uſu vini.* Plin. 14. *c.* 13. & Tertull. *cap.* 6. *apologetici*, refert Egnacium Mecennium, cum uxorem interfeciſſet, quod e dolio vinum bibiſſet, cædis abſolutum a Romulo, & ex Fabii Pictoris Annalibus, matronam, quod loculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, reſignaviſſet, a ſuis mori inedia coactam : Cato quoque refert, ideo propinquos fœminis oſculum dediſſe, ut ſcirent, an temetum olerent. Plin. *ibid.* nec minus a judicibus multatas, ſi vinum bibiſſent, quam ſi probrum & adulterium admiſiſſent. 10. *Gell.* 23. dote etiam ob id multatæ ſunt. Plin. *d. loco.* adde *Halicarnaſſeum* 2. 22 Ob conditionem adſcriptitiam, matrimonium ſolvitur. *l.* 24. *C. de agricol.* 23 Modica caſtigatione dixit Julian. *cap.* 141. 24 Ob non acceptam uxoris dotem, maritus divertere ab uxore non poteſt, *l.* 11. §. 1. *C. de repud.* 25 Dotalia inſtrumenta verius probant matrimonium, quam faciunt. *l. ult. Cod. ad Senatusc. Vellejanum.* 26 Vid. *l.* 11. §. 1. *C. de repudiis : Novell.* 53. *cap.* 6. *Novell.* 117. *c.* 5. *Novell.* 74. *c.* 4. 27 Vid. *d. l.* 11. & *d. cap.* 5.

28 Dos maxima, ſeu quæ dotis maximæ quantitas fuerit apud veteres, vid. *in l.* 6. *in fin. ff. de uſuris.* 29 Argumentum a contrario obſerva, de quo vide Oldendorp. *in Topic. in loco a contrariis.* 30 *C.* 16. §. *hic.* 31 4. *Harmen.* 4. §. 24. 32 Libellis repudii. 33 Id eſt, mitti repudium viro ab uxore. 34 Hoc dictum eſt propter parentes uxoris. 35 Hoc dictum eſt propter parentes mariti. 36 Filiabus.

37 Filiis. 38 Ipſis conſentientibus. 39 Parentum conſenſus in liberorum nuptiis requiritur, dixi ad *l.* 25. *ff. de ritu nupt.* 40 Parentum conſenſus in repudiis libe-

ſive

sive ipsi dederunt, hoc, vel susceperunt soli, sive etiam cum aliis susceperunt. Non enim habet rationem, parentem quidem citra [1] voluntatem filii non posse transigere matrimonium: filiis autem permittere forsan, & in minori ætate constitutis, neque quod utile sit scientibus, citra patrum voluntatem solvere matrimonium, & ex hoc parentes lædere. † Hoc autem bene quidem inchoans philosophissimus [2] sancivit Marcus [3]: Diocletianus [4] autem hunc secutus est: nos autem similiter approbavimus: sitque terminus nobis hic disjunctionum, quæ superstitibus contrahentibus fiunt.

CAP. XX.

DEinceps [5] autem matrimoniorum terminum: *quæ omnia similiter solvit, expectat mors* [6]. Unde sive morte viri solvatur matrimonium, sive fine mulieris, lucrum [7] sit viro quidem in dote secundum quod nuptialium instrumentorum continetur pacto: mulieri vero ex nuptiali donatione, sicut & ibi convenerit a principio contrahentibus: non prohibendis quidem inæqualibus secundum quantitatem oblationibus: prohibendis autem inæqualibus pactis, hoc quod fortissimus quidem Leo [8] in suis conscripsit legibus. nos autem hoc sumentes, adhuc clarius ordinavimus. Si enim alter quidem amplius, alter vero minus in lucro paciscatur: incertum erit quale oportet esse, quod teneat, utrum quod plus, an quod minus, dubitatione ex utroque similiter insurgente: Unde nobis placuit immoderationes aversantibus ad minus pertrahere quod in pacto plus est, & non alii quidem licere tertiam [9], alii autem forsan quartam lucri pacisci: sed si quid tale fiat, quarta in utroque percipienda, & deinceps similiter in partibus: non [10] tamen in constituta ex utroque quantitate. §. 1. Soluto [11] igitur *matrimonio* secundum prædictas omnes [12] disjunctiones, *felix* [13] *quidem & beatum* [14] *est utrique contrahentium perdurare in priori conjugio, & non procreatam sobolem sequentibus matrimoniis forsitan contristare.* Et si [15] hoc egerint, & in prioribus steterint nuptiis: habebunt quidem propria [16], hoc est dotem quidem mulier: sponsalitiam [17] vero largitatem vir: nihil perscrutantibus nobis hoc quod super secundis est nuptiis. Percipient [18] autem lucra: vir quidem ex dote: mulier autem ex antenuptiali donatione. & erunt hæc eis propria [19], nihil pene ab alia eorum differentia possessione: unde donec vixerint, omnem [20] licentiam habebunt alienationis super his, sicut in aliis quæ de suo ab initio habuerunt. Si vero etiam moriantur: liceat eis & legatis, & fideicommissis res has in alios migrare: talem quippe alienationem permisimus nos constitutionem pro his conscribentes. §. 2. Si vero filios ex aliqua parte scripserint heredes, extraneos autem ex alia: maneant [21] autem tales res, aut etiam quædam earum non alienatæ: non [22] ob hoc alienatæ hæ videbuntur: quoniam aliquis etiam alter scriptus est heres: sed maneant etiam hæc filiis. Non [23] enim si scripserit omnes filios heredes ex inæqualibus partibus, has secundum hereditarias accipient portiones, sed ex æquo divident secundum numerum suum: sicut etiam si nullum eorum scripserit heredem, sed extraneos omnes, eis per alios modos satisfactione habita, percipient eas, cum [24] utique non sint heredes parentum. Placuit enim nobis per præsumptionem [25], quia pater dum non vivens alienaverit, aut expressim obligaverit aliquid harum rerum, aut moriens non expressim in alium eas transposuerit, voluerit magis servare filiis, tanquam ex causa illorum sibimet acquisitas, & non ad extraneos deducere: & dabuntur hæc filiis honore præcipuo ex nostra lege, licet [26] non fiant heredes aut patris, aut matris, aut utriusque: vel si quidam eorum fiant heredes, alii vero repudient: hoc enim nobis rectius quam prioribus placuit habere. Unde si præmium est ex lege descendens in eos: nulla adjectione neque turbetur, neque minuatur, nisi forte causam [27] ipsi dent filii suæ diminutionis.

CAP. XXI.

De ingratis liberis [28].

SI quis enim ex eis ingratus videtur, præmium hoc aliis [29] damus nihil tale agentibus: ut & alios corripiamus parentes [30] honorare, & ad fratrum exemplum [31] respicere: Unde si tantum infortunium filiorum sit sobolis, ut omnes ingrati sint: ad heredes venient hæc defuncti, tanquam illius substantiæ constituta, non valentibus filiis ex parente a se exhonorato [32] præmium habere: quod nos eis propter hanc causam non damus. §. 1. Si vero filiorum alii quidem inter vivos sint, alii vero defuncti quidem sint, filios autem relinquant: defuncti portionem illius damus [33] filiis, si heredes sint patris: alioqui ad [34] fratres deducimus. Et ideo legem nostram perficientes, volumus hæc valere non super dote solum, neque super sponsalitia largitate: sed etiam super indotatis matrimoniis: ex constitutione nostra introductis lucris: nam & illud [35], nisi ad secundas veniant nuptias parentes, sed servent [36], erit filiorum quo dudum diximus modo. Primæ siquidem nuptiæ, & hinc lucra & observationes, usque ad hoc dispositæ sint.

CAP. XXII.

De secundis nuptiis [37].

SI qui vero prioribus non contenti nuptiis, etiam ad secundas venerint: necesse est legi hos se supponere, aut sine filiis existentes ex prioribus, ex secundis autem filios habentes: aut etiam ex diverso sine filiis quidem ex secundis, parentes autem ex primis: aut sine filiis ex ambobus: aut parentes ex utroque. † Si igitur sine filiis manserint ex prioribus, aut etiam ex ambabus nuptiis, nulla perscrutatio circa nuptias secundas est: sed viri quidem ibunt omnino omni observatione liberi: mulieribus autem solummodo imminebit metus, ut non ante [38] annale tempus ad secundum veniant matrimonium: aut sciant, quia si quid tale gesserint, & immaturas [39] contraxerint nuptias, subibunt pœnas: alias quidem si sine filiis ex prioribus sint matrimoniis: majores autem si etiam filii sint. Si enim non est soboles, infamia [40] mox sequetur: & erit omnino mulier propter nuptiarum festinationem infamis, & neque [41] percipiet aliquid horum quæ a priore relicta [42] sunt ei consortio: neque [43] fruetur sponsalitia [44] largitate: neque [45] marito secundarum nuptiarum ultra tertiam suæ substantiæ offeret partem: sed neque [46] extrinsecus sentiet largitatem: neque [47] percipiet penitus ab ullo extraneorum, non hereditatem, non fideicommissum, non legatum, non mortis causa donationem: sed hæc veniant aut maneant apud heredes defuncti [48], aut coheredes ejus, si poterat heres esse, utpote ea nullam utilitatem habente. Sed si scripti & alii sint heredes, sive etiam ab intestato [49] vocentur: ad illos venient quæ tali mulieri derelicta sunt: non enim fiscus hæc vindicabit: (ne aliquo modo videamur talia corripientes fisci providere utilitati) sed illa quidem quæ extrinsecus [50] ei derelicta sunt, ad alios venient. Quæ vero a priore marito sunt ab ea sublata, venient ad decem personas relinquentis cognationis quæ edicto continentur: hoc est ascendentes, & descendentes, & ex latere usque ad secundum gradum: gradibus in suo servandis ordine. Quibus non existentibus, ad ærarium [51] venient. §. 1. Sed neque [52] longius hereditas ab intestato

rorum requiritur. 1 Invitum filium matrimonio pater conjungere non potest. vid. *l.* 12. *C. de nupt.* 2 Sapientissimus. 3 *l.* 5. *C. de repud.* 4 *d. l.* 5. ubi Marci recitatur sententia. 5 Hinc sumpta est Authentica, *Nunc autem, Cod. de secund. nuptiis.* 6 Mors omnia solvit. *ut hic:* solvit matrimonium. *l.* 1. *ff. de divort. & repud.* patriam potestatem, *pr. Inst. quib. mod. jus patr. potestat. l.* 15. *ff. quando dies:* mandatum, *l.* 26. *ff. mandati.* tutelam, vid. §. 3. *Inst. quib. mod. tut.* voluntatem, *l.* 8. §. 6. *ff. de oper. novi. l.* 12. *l.* 13. *ff. soluto: l.* 16. 17. *ff. de re judic.* usumfructum, *l.* 3. *in fin. ff. quib. mod. ususfr.* habitationem, *l.* 11. *C. de usufr.* usum, §. 3. *Inst. de usufr. Inst. de usufr. in pr. l.* 21. *ff. de usufr. & habit.* personalia omnia: omnem metum exheredationis, ita ut mortuus frustra exheredetur, *l.* 29. §. 10. *ff. de liber.* præcipue propter delictum defuncti patris, *l.* 33. §. 1. *C. de inoff. testam.* Tollit etiam mors societatem, *l.* 4. *in fin. l.* 35. *l.* 70. *ff. pro socio,* pœnam ex delicto (nam mortuo pœna pecuniaria non potest infligi, *l.* 1. *ff. de privat. delict.* nisi judicium pœnale sit inceptum. vid. *l.* 164. *ff. de reg. jur.*) accusationem (nisi certis criminibus, vel nisi accusatione pendente mortuus sit reus, *l.* 20. *ff. de excus.* ut hac via reus alicujus delicti, ordinarie post mortem accusari non possit) condemnandi metum, *d. l.* 20. *& l.* 6. *ff. de publ. jud.* (nisi agatur de lite pecuniaria *tit. C. si reus vel accus.*) Mors etiam adimit heredibus jus eligendi, *l. ult. Cod. de contrah. empt.* arbitrii ferendi, *l.* 40. *de arbitris:* rescindendi id quod legitime factum fuit a defuncto. vid. *l.* 10. *C. de solutionib.* revocandæ donationis, & movendæ quæstionis ingrati, *l. ult. C. de revocand. donat.* fideicommissi petendi, vel ex ejus persona qui vivo nec ignorante testatore mortuus est, vel ab ejus heredibus, qui ante hereditatem aditam decessit, de quo tamen vide, quæ dixi ad *l.* 14. *Cod. de fideicom.* sciendi, ideoque successores justam, excusabilem & immunem a pœna, habent causam ignorantiæ, *l.* 42. *ff. de regulis juris.* At non extinguit jus locationis. *l.* 30. *C. de locato:* debiti exigendi, *l.* 1. *C. si certum:* jus agendi in heredem fidejussoris, *l.* 4. *l.* 5. *ff. qui satisdar.* de quo plenius dixi ad legem 26. *in fin. Cod. de fidejussorib.* Vide alia huc spectantia, apud Sebastianum Medicem in tractatu, *Mors omnia solvit.* 7 Pactum de lucranda dote vel donatione propter nuptias fieri potest. 8 Cujus fit mentio *in l.* 10. *Cod. de pact. convent.* 9 Maritus, quartam dotis: uxor tertiam donationis partem lucri causa stipulari non potest. Pactum enim hujusmodi est inæquale. Quid si conventum ita fuerit? actus ad æqualitatem minimi lucri, quod pactum erit, redigetur: vel, ut Julianus ait, major pars diminuto superfluo, ad minoris partis quantitatem concurret.
10 Sensus est, Major quantitas donationis propter nuptias esse potest, quam dotis: & e contra.
11 Hinc sumpta est Authentica, *Heres:* Authentica, *Nunc autem. Cod. de secund. nupt.*
12 Divortii formas. 13 Viduitatis seu non repetiti conjugii commendatio.
14 Si commoda & incommoda hujusce vitæ spectes. 15 Nota privilegia univiratus, seu unici conjugii, vel unarum nuptiarum. 16 Dos, proprium mulieris patrimonium.
17 Donationem propter nuptias. 18 Non ipso jure, vel solo prætextu mortis: sed ex pacto. 19 Ut eis fruantur pleno jure, & habeant potestatem alienandi, quo voluerint modo, vel inter vivos, vel ultima voluntate. *Julian.* quod intellige, si moriantur nullis relictis liberis. 20 Existimo, id hodie abrogatum, & solum usum parentibus permitti in hujuscemodi lucris. *Nov.* 98. *c.* 1. aut saltem usum, & virilem in proprietate: *Nov.* 117. *c.* 3.
21 Id est, & hujusmodi dos, vel donatio proter nuptias non sit alienata, vel a viro, vel ab uxore. 22 Sensus est, Si ad maritum ex pacto dos uxoris, ea mortua, pleno jure pervenerit, nec eam vivus alienaverit, liberis relinquere eam tenetur, nec ejus partem extraneis potest relinquere. Dic idem in propter nuptias donatione. 23 Sensus est: Dos (idem de donatione propter nuptias) pacto quæsita a marito, nec ab eo alienata inter vivos, extantibus liberis, testamento in extraneum conferri non potest. At forte quosdam potest ex suis eligere, quibus eam conferat? non potest. Quid si contulerit re ipsa, aut inæqualiter ad eam liberos vocaverit? æquis partibus ad eam liberi vocabuntur. At forte bonis in aliis, inæqualibus partibus, scripti fuerunt heredes, ut pro rata portione non id eis adcrescat? Dos hujusmodi liberis non adcrescit pro rata virilium portionum, quæ inæquales esse poterant, sed viriliter: *ibi, sed ex æquo divident.* At id forte tantum locum habet adversus extraneos, quoties liberi sui non fiunt heredes patris. *ibi, cum utique non sint heredes parentum.* J.
24 Hæc verba sic interpretanda videntur: Dotem uxoris, marito quæsitam, nec ab eo inter vivos alienatam, ipso jure (utcumque parens testamento in ea scripserit extraneos heredes) ad liberos reverti: non eo tantum casu, quo patris hereditate abstinuerint, sed quo patris heredes fuerint. Ut sit sensus, sive fiant heredes patris, sive non fiant, honore præcipuo eam partem vindicant, *ibi, dabuntur hæc filiis honore præcipuo,* & merito, cum in ejuscemodi dote matris potius, quam heredes patris videantur; sic enim interpretor hæc verba, *utique non sunt heredes parentum,* quæ melius in editione Græca leguntur hoc modo, κἄν τοι μὴ κληρονομοῦντες τοῦ γονέως, id est, etiamsi non sint heredes parentis, & melius κἄν τοι. Est enim dubitandi particula, non adfirmativa, ut, *cum.* Recte quoque in singulari, γονέως, non γονέων. & J. quoque interpres melius vertit, *licet non fiant heredes,* ut innuat, liberos in ejusmodi dote non tam heredes patris, quam matris videri. Quæres, unde præsumantur liberi heredes esse matris in ea portione? Respondeo, præsumi dotem ejusmodi liberorum causa patri quæsitam esse, *ibi, tanquam ex causa,* id est, eo fine patri datam fuisse, ut ad liberos post mortem eam transferret: præsumptio ea est legis, id est, juris. *ibi, placuit, per præsumptionem,* cui stari oportet. Atqui vivus eam potuit alienare? non potuit tamen testari, cum lex testandi facultatem ademerit, *ibi, dabuntur hæc filiis honore præcipuo ex nostra lege,* & *ibi, nulla adjectione neque turbetur, neque diminuatur.* Atqui pater de ea testatus est? non potuit testari contra leges, *l.* 55. *ff. de legat.* 1. At est iniquum, unum & eundem heredem esse, & aliam partem præcipuam habere? in privilegiis non attenditur communis juris ratio, *l.* 14. 15. 16. *ff. de leg.* Hoc jus privilegiatum est, *ibi, honore præcipuo.* J. *hic.* ibi, *præmium est ex lege descendens.*
25 Κατὰ πρόληψιν, Ex præsumptione voluntatis lucra nuptialia pertinent ad liberos, etiamsi patri heredes non extiterint: multa enim fiunt κατὰ πρόληψιν, nam & argentarii de usuris pacti, de bessibus pacti videntur, *l.* 26. *Cod. de usuris.* adde quæ dixi ad *l. penult. Cod. de fidejussorib. & l.* 7. *C. de jure fisci.* Quæ Alciatus in hunc locum præsumit, aliena sunt a mente legis. Nec enim vel tacite vel expresse potest parens in testamento lucra nuptialia alienare. 1. *præsumpt.* 5. 26 Quod alicui defertur, *licet is non fiat heres,* non negatur ei dari, si heres extiterit. Cum dicimus, majus obstaculum non nocere, tacite fatemur, minus non nocere. Qui hereditate patris & matris abstinet, tacite videtur omnes ejus portiones abjicere. Qui non abstinet, non videtur eas partes abjicere, quas lex ex speciali beneficio defert, sed eas magis amplecti præsumitur. 27 Id est, forte sint ingrati. 28 Additur apud Julianum, *c.* 145. vel contra. 29 Pars ingrati non ingrato adcrescit. 30 Τὰς γονεῖς τιμᾷν, venerari, *l.* 1. §. 2. *ff. de obseq.* revereri, *l.* 5. *Cod. de patr. pot.* iis parere, *l.* 2. *ff. de justitia.* honestam & sanctam personam eorum habere, *l.* 9. *ff. de oblig.* eos alere, *l.* 5. *ff. de agnosc. lib.* eorum necessitatibus succurrere, *l.* 1. *Cod. de alend. lib.* His contrarium est, parentes contumeliis adficere, impias manus eis inferre, *l.* 1. §. 2. *ff. de obseq.* maleficos appellare, *d. l.* 1. §. 3.
31 Exemplis non judicatur, *l.* 13. *Cod. de sent. & interloc.* at exemplo vivitur, & plerumque male, quod tamen non excusatur, nisi omnium pene idem sit exemplum, tacente ac non contradicente magistratu. 32 Immeritis præmium non defertur. 33 Filii heredes patrem repræsentant: non heredes non repræsentant. 34 Quod fratrum filii repudiant, defuncti fratribus adcrescit. 35 Nempe lucra dotalia & sponsalitia. 36 Id est, non alienent. 37 Scilicet intra annum luctus contractis, & earum pœnis, *apud* Jul. *c.* 146. ita concipitur hic tit. de muliere, quæ post mortem mariti nubit. 38 Mulier intra annum luctus jure nubere non potest. 39 Nuptiæ intra annum luctus a muliere contractæ velut immaturæ pœnis subjiciuntur. 40 Quæ intra annum luctus nubit mulier, est infamis, *ut hic:* nisi rescripto principis infamia aboleatur. Jul. *hic & l.* 1. 2. *Cod. de sec. nupt.* & est ea pœna nubentis intra annum luctus. 41 Secunda pœna nubentis intra annum luctus.
42 Id est, per legatum aut institutionem. vid. J. *hic.* ibi, *venient ad decem Personas.*
43 Tertia pœna. 44 Donatione propter nuptias. Julian. 45 Quarta pœna.
46 Id est, ab extraneo, ita ut cum alio non habeat testamenti factionem. Julian. Quinta pœna. 47 Quintæ pœnæ explicatio. 48 Id est, testatoris.
49 Hujusmodi muliere sola existente herede scripta scilicet. 50 Id est, ab extraneo.
51 Fiscum. 52 Sexta pœna.

pro-

propriorum ejus veniet cognatorum, ſed usque ad tertium [1] gradum inſpiciendum undique ſtabit ſolum ſucceſſio ejus: longius autem exiſtentes, alios habebunt heredes: & quæ præ aliis ei pœnis infertur, dicimus autem infamiam, ſi quidem ſine filiis ex prioribus fuerit nuptiis, ſolvitur Imperatoris literis jubentibus. † Si vero ei filii fuerint cujuſcunque ſexus licebit [2] quidem ei Imperatori pro infamia ſupplicare: non tamen utilitatem aliquam reſcriptorum habere. Si tamen voluerit ex imperio habere utilitatem, & aliis [3] liberari pœnis: ex priore matrimonio filiis mediam ſuæ ſubſtantiæ donet portionem pure, & ſine omni conditione, & neque uſum retineat: ſed omnis ſubſtantiæ quam habuerit quando ad ſecundas veniebat nuptias, mediam, (ſicut diximus) cedens partem prius procreatis filiis. Et divident hæc filii omnes ex æquo: & filios quidem habentes, ad ſuos tranſmittent filios: (oportet enim aliquid etiam veteribus [4] adjici legibus) ſi vero non habuerint defuncti filios: defunctorum portiones accipient, omnino proportione eorum fratres: ſi vero omnes defuncti ſint: habeat conſolationem ſuæ infelicitatis mater, ut ea rurſus recipiat: & hoc dicimus, ſi inteſtati moriantur filii: non enim in iis quæ ſemel facta ſunt, prohibemus eos teſtamenta conſcribere, aut ſuperſtites quo volunt, hoc modo diſponere. † Igitur imminentes pœnæ ante luctus nubentibus tempus, tales quodammodo ſunt: & tres [5] pro his conſtitutiones prius ſcriptas, una quadam hac interpoſitione, hæc nobis lex competenti protulit adjectione.

CAP. XXIII.

Si mulier ad ſecundas nuptias poſt annum luctus tranſierit, & de lucro dotis & ante nuptias donationis.

SI [6] vero expectet quidem tempus mulier & propterea effugiat prædictas pœnas: ad ſecundum [7] vero veniat matrimonium, priores negligens nuptias: ſi quidem non habeat filios (dicatur etiam denuo) ſine periculo eſt totum ex hoc. † Si vero ſit ſoboles, & filios ex hoc exhonoratos [8] viderit lex: tunc [9] omni largitate a viro ad eam veniente, eam ſecundum proprietatis privat partem, ſolum ei derelinquens uſumfructum. † Et hæc ſancita ſunt etiam ſuper antenuptiali donatione, & ſuper omni largitate: ſive cum viveret, a viro ad eam veniente, aut etiam ex teſtamento, aut mortis cauſa donatione: ſive inſtitutionis ſit pars, ſive legatum, ſive fideicommiſſum.

† Et generaliter dicendum eſt, quod omnis [10] eam deſerit proprietatis modus [11], in iis quæ a priori viro in eam venerunt: & filii ea percipient, & proprietatis erunt domini, ſecundum tempus mox quo mater conjuncta eſt alii viro. † Et hæc communis [12] mulieris, & viri mulcta ſit poſita: nam ſi & ille filios habens, ſecundam eis ſuperinduxerit uxorem: non ex dote fruetur lucris ſecundum proprietatis rationem: nam largitatem aliam a muliere percipiens, hanc habebit firmam: præterquam quod licet uti & frui, donec advixerit ſolum: & ii quoque filii licet ſub poteſtate conſtituti ſint, ſed tamen domini ſecundum proprietatem talium erunt venientium mox in eos ſimul cum ſecundæ uxoris conjunctione. † Et non diſcernimus de dote & ante nuptias donatione, utrum [13] ipſi hanc dederint pro ſe contrahentes, an aliqui alii pro eis hoc egerint, ſive ex genere, ſive etiam extrinſecus, licet videatur quodammodo comprehenſa, & antenuptialis donatio in dote.

CAP. XXIV.

SEd quod ſancitum eſt ſuper lucris hinc venientibus ad nubentes, etiam ſic ratum ſit: & ita certa talium lex eis erit cavens, Ut neque alienationem ullam permittat parentibus in talibus, neque hypothecam [14]: ſed vel ſi quid egerint parentes, mox [15] eorum obligat eis ſubſtantiam: non ut prohibeat eos aliquid agere in iis quæ voluerint, *erubeſcit* [16] *enim lex caſtigatores filios genitoribus ſtatuere.* Illos quidem erubeſcit: interminatur autem accipientibus, tanquam nihil eis quod accipiunt, proſit: & ſciant ex hac noſtra lege [17], quia vel ſi quam a talibus parentibus comparationem fecerint, vel ſi acceperint donationem, vel ſi quid omnium egerint: tale erit, quale nec [18] geſtum, nec ſcriptum, quod factum eſt. † Vindicabunt enim ea omnino filii heredeſque eorum & ſucceſſores, ab heredibus illorum & ſucceſſoribus non aliter excludendi, niſi tricennale [19] tranſeat tempus, & detentatio [20] dominos accipientes conſtituat: incipiente filiis tempore currere ex quo ſuæ poteſtatis apparuerint exiſtentes, aut facti, niſi tamen aliqua impubes ætas adjuvet adhuc.

CAP. XXV.

VEnient [21] autem talia lucra ad filios omnes ex prioribus nuptiis. Non [22] enim permittimus parentibus, non recte introductam electionem in eos, neque alii quidem filiorum dare, alium vero exhonorare: omnes enim ſecundis ſimiliter exhonorati ſunt nuptiis. Sed quemadmodum omnium filiorum ſimiliter heredes exiſtunt parentes, & non alii quidem ſuccedunt, alii vero non: cur non ſimiliter & ipſi omnibus ex æquo [23] quantum ad hoc conferant, ſed alios quidem eligant, alios vero deſpiciant? Ideoque ſecundum portionem unuſquiſque hoc lucretur: & ſi habeat filios [24], ad eos hæc tranſmittat: illi vero hæc inter alterutros [25] partiantur: ipſi quidem ſecundum menſuram quanti conſiſtant, non tamen patris tranſcendentes portionem.

CAP. XXVI.

De lucro dotis & ante nuptias donationis ex pacto non exiſtentium liberorum, vide ſupra Novell. 2. c. 2.

QUoniam [26] autem infirmas declaravimus alienationes a parentibus ſuper talibus [27] factas: ſubtiliorem imponere convenit cauſæ ordinem. Si enim omnes ſuperſint filii ex prioribus nati nuptiis, & præmoriatur eis parens: infirma omnino manebit alienatio, ſecundum quod prius a nobis dictum eſt.

† Si vero moriantur omnes, & rurſus ad orbitatem cauſa veniat: tunc [28] ex effectu ratum erit quod alienatum eſt. Quis enim hoc etiam infringat filiis (quibus videlicet ſolis hoc ſervavimus) non exiſtentibus. † Sed hic quidam nobis pridem ingreſſus eſt ſenſus ſubtilis & ſolicitus, & medium utrorumque caſuum pertractans. Quia enim omnibus quidem exiſtentibus filiis, & præmoriente genitore, nulla relinquebatur pars eis ex lucratis rebus: omnibus autem morientibus totum in eos revertebatur: cogitavimus medium quendam cauſæ ordinem invenire: unde ſi pluribus exiſtentibus filiis moriatur unus: ſi [29] quidem habet filios, ad illos ferri hereditatem: hoc quod ſæpe diximus. Si vero non habeat filios, non omnino ad fratres totum venire: ſed quantum ex pacto non exiſtentium filiorum acquirebatur generanti, hoc eum lucrari: reliquum vero concedere in filii venire ſucceſſores, ſive fratres ſint, ſive extranei forte, (quod maxime [30] in matre contingit) ſive diſponant ſuas ſubſtantias, ſive etiam inteſtati moriantur. Et hoc nos ſcripſimus in noſtra lege, cogitantes illud, & invenientes primi, & clementer ſancientes. Quapropter etiam ſi hæc alienaverit parens, antequam ad ſecundas veniat nuptias, deinde moriatur unus filiorum: in tantum valet ſolummodo quod alienatum eſt, quantum ad alienantem ex pacto non exiſtentium filiorum pervenit: alioquin ſecundum alias partes quæcunque ad filii heredes veniunt, omnino infirma erunt: unde alienatione facta manet cauſa in ſuſpenſo, ſequentibus committenda fortunis, & aut perfecte ab initio infirmanda alienatione, aut perfecte valente; aut particulatim quidem infirmanda alienatione, particulatim vero conſtante. §. 1. Et ſuper iis quoque lucris quæcunque ad ſecunda venientibus vota parentibus percipiunt, non perſcrutamur, utrum heredes exiſtant aut præmorientis parentis, aut ſecundi morientis, nec ſi alii quidem heredes exiſtant, alii vero non: ſed, ſicut ſuperius diximus, præmium eis damus hoc, ſive heredes fiant, ſive etiam non: & hoc ex æquo percipiant ipſi quidem ſuperſtites: cum eis autem, & defuncti filii genitoris accipientes partem.

† Ubique tamen ingratitudine [31] (ſicut prædiximus) impedimenta ad tale lucrum faciente hujuſmodi filio. Contra ingratos enim poſitas non tranſcendimus leges: taliter & parentes honorantes, & filios ad pietatem deducentes. Sicut enim electionem prohibemus & denuo omnibus ſimiliter damus talia præmia: ſic ea quæ de ingratitudine ſunt non interimimus. † Palam vero eſt [32], quia ingratum intelligi eum oportet, quia circa ambos parentes, aut omnino circa poſterius morientem factus aperte monſtratur.

CAP. XXVII.

De non alienanda [33] niſi portione unius [34].

OPtime [35] vero nobis Leo [36] divæ memoriæ videtur cogitaſſe de oblationibus, quas in ſecunda faciunt matrimonia, qui ea contrahunt. Ait enim quia ſi [37] ex priori matrimonio filios habeant parentes, deinde ad ſecundum, aut deinceps veniant matrimonium: non poſſunt neque in novercam patres, neque in vitricum matres, ſecundum vitæ tempus quamlibet facere largitatem, aut in morte relinquere, niſi tantum quantum unus filius aut filia, ſolus exiſtens ex generante habeat. Si vero multi filii ſunt, & unuſquiſque æqualem habet portionem: non amplius quam ad ſingulos venit, aut vitricus, aut noverca percipiat. † Si vero inæqualia quæ relinquuntur fuerint: tantum neceſſe eſt ſolum ad novercam aut vitricum venire ex quacunque largitate parentis, in quantum qui minus habet filius, ex illius ſubſtantia percepit, aut ex noviſſima voluntate dimiſſum, aut in vita datum: quippe dudum quarta, nunc autem tertia [38] aut media ſecundum noſtram legem portione omnino filio relinquenda, aut danda, niſi [39] rurſus ingratitudinis ratio contradicat. † Hoc idem obſervando & in avo, & in avia, & in proavo, & proavia, & nepotibus maſculis aut fœminis, & pronepotibus ſimiliter: ſive ſub poteſtate forſan, ſive emancipati conſiſtant, ex paterna vel materna linea deſcendentes. † Et hoc decernens recte intulit: quia quod plus [40] eſt in eo quod relictum aut datum eſt omnino aut novercæ aut vitrico, ac ſi neque ſcriptum, neque relictum, aut datum, vel donatum, competit filiis: & inter eos ſolos ex æquo dividitur, ut oportet. Namque ex ſecundis nuptiis filios participari etiam horum, ſcriptum quidem in quadam conſtitutione eſt: non tamen etiam nunc nobis placet: ſed ex priori matrimonio filiis, propter quos & obſervatum eſt, detur ſolis: nulla machinatione neque per ſuppoſitas [41] perſonas, neque per aliquam aliam cauſam interponi valente. Hoc autem quod plus eſt, divident adinvicem grati filii parentibus: non ingrati circa hos appropinquare, per ingratitudinem hujuſmodi obnoxii conſtituti qualem leges quærunt: tales namque etiam hac utilitate privamus, ne [42] forte propter ſpem hujus poſſeſſionis contra parentes accedant, & protervi ſint, & naturæ [43] injurientur leges. Palam quoque eſt, quoniam & hic, ſi quis ho-

1 Quæ intra annum luctus nubit, ſuccedit ab inteſtato ad tertium gradum uſque. 2 Princeps infamiam poteſt remittere. 3 Nota, quemadmodum quinque poſteriores & ſuperius enumeratæ pœnæ poſſint evitari a nubente intra annum luctus.
4 *l.* 1. 2. *C. de ſecund. nupt.* 5 *l.* 15. *C. ex quibus cauſ. infam. l.* 1. *C. de ſecund. nupt. l.* 4. *C. ad Tert.* adde & quartam. *l.* 2. *Cod. de ſecund. nupt.* 6 Hinc ſumpta eſt authentica, *In donatione*, & authentica, *Heres, C. de ſecund. nupt.* & authentica, *Niſi. C. de bon. mat.* 7 Nota de pœnis ſecundarum nuptiarum, quæ poſt annum luctus fuerunt contractæ. 8 Matris ſecundis nuptiis dicuntur hic liberi exhonorari. 9 *Novell.* 2. *cap.* 2. 10 Secundarum nuptiarum prima pœna. 11 Titulus τρόπος.
12 Prima pœna ſecundarum nuptiarum cum mulieri, tum viro communis eſt, de qua vid. *c.* 27. *ſupr. hic.* 13 *l.* 5. *C. de ſecund. nupt.* 14 Quæ alienationi viam parat. 15 *l. ult. Cod. qui potiores.* 16 Parentes a liberis non ſunt caſtigandi. 17 *l.* 4. *Cod. de bon. quæ lib.* 18 In fraudem legum, aut contra leges facta alienatio non ſubſiſtit.
19 30. annorum, *d. l.* 4. 20 Id eſt, præſcriptio. 21 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Lucrum, C. de ſec. nupt.* 22 *Novell.* 2. *c.* 2. & ita abrogatur *l.* 3. *l.* 5. *C. de ſecund. nupt. l.* 8. *Cod. de Repudiis.* 23 In capita. *Julianus.* 24 Id eſt, ſi nepotes ſint defuncto. 25 In capita, ſuo reſpectu: in ſtirpes, reſpectu patrui vel avunculi. Julian. *hic. cap.* 149. adde *l.* 7. *Cod. de ſecund. nupt.* 26 Hinc ſumpta eſt pars Authenticæ, *Sed & ſi quis.* & Authentica, *Heres, C. de ſecund. nupt.* adde *Novell.* 2. *cap.* 2. 27 Bonis ſc.
28 Convaleſcit interdum, quod interdum poterat non ſubſiſtere, vid. tamen *l.* 29. *& l.* 210. *ff. de reg. jur.* 29 *l.* 7. *in fin. l.* 8. *Cod. de ſecund. nupt. l.* 3. *C. de bon. quæ lib.* 30 Vid. Cujacium in hunc locum ſatis obſcurum, *hic fol.* 280. *Cod.* & Julianum *hic c.* 149. 31 Liberi ingrati lucris nuptialibus privari poſſunt. *c.* 20. *in fin. cap.* 21. *§. hic.* 32 Ingratus erga parentes quis cenſeatur. 33 *Sub.* in maritum vel uxorem. 34 *Sub.* liberorum: ut hac proportione ſervata, maritus ſecundæ uxori, & e contra uxor viro plus donet, quam ſinguli liberi mortuo donatore a patre habituri ſint. 35 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Ad eos. Cod. de ſecund. nupt.* 36 *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.* 37 Secundum genus coercendarum ſecundarum nuptiarum obſerva. Dictum eſt de primo *cap.* 23. 24. 25. 26. *§. hic.* 38 Vid. *§. Nov. de triente & ſemiſſe.* 39 Ingrato poteſt relinqui minus legitima, nec habiturus eſt eo nomine ſuperflui petitionem ex lege 30. *C. de inoff. teſtam.* Datur ingrato jus retinendi, quod judicio patris habuit: aliarum partium ab inteſtato non habet. 40 Parens filio prioris matrimonii non minorem quantitatem poteſt relinquere, quam conjugi ſecundæ dederit: niſi filius ſit ingratus: & ita duplex beneficium filio prioris matrimonii competit, ut ne minus legitima, & ut ne minus, quam novercæ vel vitrico datur, habeat; utrumque adimitur exheredato. 41 Interpoſitis perſonis in fraudem legum uti non licet. Fit male, quod in fraudem legum fit per interpoſitam perſonam *l.* 5. *ff. de don. inter vir. l.* 26. *in fin. C. de uſur. l.* 5. §. 3. *ff. de aut. tut.* 42 Propter eandem rationem colligitur, parentes non cogi liberos ingratos dotare. vid. *l.* 19. *ff. de rit. nupt.* 43 Leges, naturæ repugnantes, non ſunt leges.

rum moriatur, ad quos, quod plus est, deducebatur, filiis existentibus, defuncti filii hoc accipient secundum propriam quidem multitudinem, ad defuncti vero partem.

CAP. XXVIII.

QUia vero hactenus legibus [1] indiscretum est, quando conveniat quod plus est inspicere, utrum secundum oblationis tempus, an secundum matrimonii solutionem, optimum nobis visum est esse, mortis binubi [2] parentis observari tempus. Scribunt itaque homines & horum quæ habent amplius, scribunt autem & minus, evenientes autem fortunæ contrarios eventus sæpius operantur. Unde ut non circa hoc erremus, tempus illud considerandum est, secundum quod binubus moritur, & portio inde sumenda: & secundum eam id quod plus est contemplantes auferre quod transcendit oportet, & filiis applicare: in omnibus talibus non ab initio donatione, aut scriptura respicienda, sed qui vocatur eventus considerandus est.

CAP. XXIX.

Ut primi matrimonii filii cum aliis filiis capiant lucra.

NEc [3] illud quoque nobis relinquendum est, quod recte habendum Theodosius piæ memoriæ junior constituit, dicens: quia si [4] mulier filiis procreatis ad secundas veniat nuptias, & exinde ei nascantur alii filii: deinde etiam secundus vir moriatur: ejus quidem proprias res ex ambobus matrimoniis percipient filii intestata matre moriente, ex æqua & simili divisione: antenuptialem vero donationem utraque soboles proprii accipiet patris: & ex solido quidem prioris matrimonii filii illius lucrabuntur donationem: ex solido quoque ex secundis nati feminibus, ab illo facta fruentur magnificentia, licet non ad tertium illa mulier matrimonium venerit. Quid enim hoc prioribus prosit? quid autem invideant priores filii secundis, si non & illis tertiis injuriam passi sunt nuptiis? Et absolute unaquæque soboles proprii [5] parentis accipiat sponsalitiam largitatem: & omnino prioribus filiis propter secundas nuptias accipientibus & secundi liberi modis omnibus eam habeant: quamvis quæ secundas contraxit nuptias, ad tertia minime migraverit vota.

† Ex rerum vero consequentia hoc ipsum & in patribus sit secundas nuptias facientibus: & servetur quidem ex priori matrimonio filiis propter secunda vota lucrata dos: secundis quoque licet non ad tertia pater pervenerit vota.

§. 1. Reliqua vero quæcunque in talibus lucratus est pater aut mater ex secundis nuptiis, aut per legatum forsitan, sive fideicommissum, non tamen ad tertias venerunt nuptias: hæc commixta eorum substantiæ, & a tertiis, non mutilata matrimoniis, maneant apud eos immota: & ad eorum, velut propria, successiones perveniant, aut etiam a superstitibus quo volunt disponantur modo.

CAP. XXX.

Ut quoquo modo per divortium solutum sit matrimonium lucra omnia primi matrimonii serventur filiis illius matrimonii.

QUia vero lucra ubique secundum rationis frequentiam in disjunctiones ex morte sancimus: brevi quodam sermone & aliud adjicimus, quia quæcunque lucrati fuerint parentes repudio soluto matrimonio, sive bona gratia misso, sive etiam aliter, sive per dotis, sive per sponsalitiæ largitatis occasionem: hæc ad instar ex morte lucrorum omnia serventur filiis: hoc idem custodiendo etiam super indotatis uxoribus, ubi a nobis posita constitutio procacitatem punit. † Et non discernimus ex cujus culpa matrimonium repudio sit solutum. † Quocunque enim modo se habeat causa, servatur etiam quod lucratum est ex illis nuptiis, filiis qui ex his processerunt, sive prima soluta sint matrimonia repudio, sive etiam secunda, licet tertiæ non secutæ sint nuptiæ.

CAP. XXXI.

Ut liceat augere vel deminuere dotem vel donationem propter nuptias primi matrimonii; secundi vero, si non supersint liberi ex primo.

DE augmentis autem aut deminutionibus dotium aut antenuptialium donationum dictum est quidem aliquibus prioribus [6] legibus: a nobis autem perfectius perscrutatum est: *qui etiam consistentibus matrimoniis propter nuptias donationes non augeri solum, sed etiam a principio dari præcipimus, & sicut augeri* [7] *permisimus, ita quoque minui contrahentibus volentibus concessimus.*

† Sed hoc quod de deminutione dictum est, si secundæ fiant nuptiæ non permittemus, ut non aliquo modo Leonis piæ memoriæ offendamus constitutionem [8], cum filii ex prioribus fuerint nuptiis. Si enim immensam obtulerit dotem, aut antenuptialem donationem parens, aut aliquid largiatur aliud: deinde sentiens quo ferat lex, abbreviet quod factum est, & deminuat dotem aut antenuptialem donationem, nequaquam lucrum erit filiis quod datum est, sed licebit lucrari aut vitricum aut novercam filiis secundum hoc læsis.

CAP. XXXII.

De usufructu uxori a marito relicto, vel donatione ante contractum matrimonium.

SI [9] vero solum usumfructum rerum aut vir uxori aut conjunx marito per novissimam [10] dederit voluntatem: ante nos quidem dicebat lex [11], si ad secundas veniret nuptias aut pater, aut mater, statim relicto usu cadere sicut prius cadebat proprietate, & repente illum filiis restitui: si vero impuberes forsan filii fuissent, etiam cum medii temporis fructibus: hoc enim videbatur legi. Nobis autem non satis hoc placuit: sed volumus, vel si ususfructus detur per largitatem [12], aut mortis causa donationem factam inter vivos, in quibus licet etiam donari, si relinquatur, & accipiens ad secundas veniat nuptias, manere [13] sic quoque usum, donec supersit qui hunc habet usumfructum: nisi [14] expressim ille qui donationem (sicut dictum est) fecit, aut hunc reliquit, sive masculus, sive fœmina, dixerit velle, ad secundas veniente nuptias eo qui usumfructum accepit, solvi eum, & ad suam reverti proprietatem. Sed hæc quidem de iis, quæ per largitatem dantur, diximus.

CAP. XXXIII.

Si Ususfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis constituatur.

SI autem [15] in dotem aut in sponsalitiam largitatem rerum ususfructus detur, nihil penitus innovamus: sed dudum sancita teneant, & maneant apud accipientes donec vivunt, licet [16] decies millies contrarium aliquid velint morientes. Quod enim ex lege datum est lucrum, privatus auferre [17] modis omnibus non valebit.

CAP. XXXIV.

De rebus maternis vel nuptialibus lucris, ut in his pater non amittat usumfructum.

QUoniam [18] omnino ad [19] memoriam de usufructu legum venimus: illud quoque misceri [20] legi bonum est, quod tribus [21] pridem dictum est constitutionibus, quod omnium pater horum quæ ad filios veniunt [22], sive ex materna linea sive ex nuptiali filiorum causa, sive aliunde, usumfructum habeat [23], licet ad secundas veniat nuptias. Usum namque eorum donec vivunt, manere sine casu etiam ante nos omnes volunt leges & in maternis, & in aliis omnibus: & nos similiter dicimus. † Castrensium vero & quasi Castrensium jam peculiorum excipiatur ratio.

CAP. XXXV.

Si mulier res quas filiis donaverit, quasi ab ingratis post secundas nuptias revocare voluerit.

MAter [24] tamen donans aliquid filio de suo, si ad secundas venerit nuptias, non poterit [25] per occasionem ingratitudinis revocare quod datum est. Non enim ex pura videtur voluntate ingratitudinem introducere, sed secundas nuptias considerans, ad hanc venisse cogitationem putabitur: nisi [26] tamen aperte filius aut circa vitam ipsam insidians matri, aut manus inferens impias, aut circa substantiæ totius ablationem agens adversus eam aliquid declaretur.

CAP. XXXVI.

Ut secundo marito copulata mulier, prioris viri dignitatibus vel privilegiis non utatur.

NOn tamen permittimus mulieribus ad secundas venientibus nuptias, adhuc velle priorum [27] maritorum dignitatibus aut privilegiis uti: sed ad quale post prius venerint matrimonium, illius amplectantur fortunam: quæ enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adjuvabitur.

CAP. XXXVII.

De libertinis mulieribus, quæ patronis suis conjunctæ sunt.

JUcundum quoque illud, & non extra pietatem a divæ memoriæ Alexandro [28] super alios plurimos antiquorum legislatorum determinatum est; Ut si quis manumiserit ancillam, deinde eam ducat uxorem, at illa (ut videtur) elata [29] & epulata solverit circa manumissorem matrimonium: non finit lex ad secundas nuptias venire invito priore marito, sed deinceps nuptias, fornicationem judicat & corruptionem, sed non [30] nuptias nec matrimonium, ex quo injuriæ non decentes ei, qui libertatem imposuit, fiunt.

CAP. XXXVIII.

EJusdem quoque principis [31] illud invenientes, dignum putavimus partem nostræ facere sanctionis, quoniam omnium mater fide [32] dignior ad filiorum educationem videbatur, dat ei etiam hoc hæc lex, nisi [33] ad secundas accesserit nuptias.

CAP. XXXIX.

Si adhuc constante matrimonio dotem maritus uxori suæ persolverit.

DOtes autem quas acceperint contrahentes, non dabunt [34] facile [35] mulieribus, constantibus [36] adhuc matrimoniis, nisi tantum ex causis quas lex enumeravit [37]: alioqui si quid tale gesserint: instar [38] donationis, quod agitur, hoc ipso esse videtur. Et si moriatur mulier, recipient dotes qui dederunt eas immature mulieribus mariti, ab heredibus mulierum cum [39] medii temporis fructibus, ipsi & heredes eorum, & habebunt in lucrum secundum pactum. Etsi [40] ad secundas venerint nuptias viri, servabunt [41] sine aliena-

1 *l. 4. Cod. de secund. nupt.* 2 Δευτερογαμήσαντος. 3 Hinc sumpta est Authentica, *Ad eos, C. de secund. nupt.* 4 *l. 4. in fin. C. de secund. nupt.* adde *l. 4. ff. ad SC. Tert.* 5 Lucra priorum nuptiarum, primi liberi; secundarum, secundi capiunt jure præcipuo. In cæteris bonis parentis, æqualiter succedunt, adde *l. 9. Cod. de secund. nupt.* 6 *l. pen. §. ult. C. de don. ante nupt.* quæ est Justini. eadem Justiniano tribuitur, *l. ult. §. ult. C. d. tit.* sed tamen imperanti cum patre: quo vivo & nobilissimus Cæsar & imperator appellatus est. 7 Dos & donatio propter nuptias ut augeri, ita minui constante primo matrimonio potest. In secundo, liberis existentibus ex priori, vetatur deminutio dotis, ne fraus fiat legi 6. *C. de secund. nupt.* 8 *d. l. 6.* 9 Hinc sumpta est Authentica, *Hoc locum. Cod. si secundo nups.* 10 Id est, ultimam. 11 Atque ita abrogatur lex 1. *Cod. si secund. nups. mul.* 12 Ususfructus donatur testamento, inter vivos mortis causa *l. 3. ff. de usufr. & quemadmodum.* 13 Tertium genus pœnæ secundo nubentibus constitutæ per *d. l. 1.* hic abrogatur. 14 Potest ita legari aut donari ususfructus uxori, *si secundas nuptias non contraxerit.* si huic conditioni uxor non paruerit, legatum amittit. 15 Hinc & ex fine capituli 32. s. colligere possumus, dotem ac sponsalitiam largitatem, id est, donationem propter nuptias, (interpres enim alterum pro altero semper hic usurpat) inter titulos lucrativos non censeri. 16 Dotis aut donationis propter nuptias ususfructus semel donatus, donatario invito, non potest revocari. 17 Vid. *c. 18. de reg. in 6.* 18 Quartum genus pœnæ secundas nuptias contrahentibus olim per *l. 1. C. si secund. nups.* constitutæ, abrogatur. 19 In mentionem. 20 Addi.

21 Vid. *c. 22. in fin. supr. hic.* 22 Id est, adventitiorum, ut sit sensus: Pater, contrahendo secundas nuptias non amittit usumfructum bonorum adventitiorum adquisitorum a filiofamilias, nisi sint Castrensia, vel quasi: & ita adquiruntur patri adventitia, ususfructus jure, nec amittit usumfructum inducendo novercam filio. *l. 4. C. de bon. matern.* 23 Nec amittat. 24 Hinc sumpta est Authentica, *Quod mater, Cod. de revoc. donat.* An idem in patre? non est. vid. Cujac. *hic fol.* 382. 25 Quintum genus pœnæ secundo nubentibus constitutæ. 26 Tres casus hic excipiuntur a regula, *l. 7. C. de revoc. donat.* 27 Sextum genus pœnæ secundis nuptiis indictæ. *l. 10. C. de nupt.* vid. quæ notavi ad *l. 22. §. 1. ff. ad municip. l. ult. ff. de senatorib. l. 9. C. de incolis. l. 13. C. de dignitatib.* 28 *l. 1. C. de incest. l. 11. ff. de divort.* 29 Υπερμαζῶσα τε καὶ τρυφῶσα, ut sit sensus, Libertam renunciantem matrimonio patroni, alteri, invito patrono, non posse impune nubere. 30 Septimum genus pœnæ binubis constitutæ. 31 Id est, Alexandri, cujus facta est mentio *c. 37. supr. hic.* intelligit autem *l. 1. C. ubi pup.* 32 Liberi non possunt fidelius, quam apud matrem educari. adde *Livium* 39. 33 Octavum genus pœnæ nuptiis secundis impositæ. 34 Non cogentur. 35 Nam repræsentatio dotis, donationis est species. 36 Vid. *l. 1. Cod. si dos constante matrim.* 37 *l. 73. in fin. l. ult. ff. de jur. dot. l. 20. ff. soluto. l. 29. C. de jure dot.* 38 Dotis repræsentatio est instar donationis prohibitæ, *d. l. 1.* 39 *d. l. 1.* 40 Sensus est: Dotis sine causa repræsentatæ uxori, fructus, augere lucra dotalia eaque omnia liberis ex eo matrimonio conservari a parente. si ita est, secundi matrimonii liberis hujusmodi fructus donari non potest. 41 Novum

tione

tione hæc filiis: hoc videlicet quod generaliter constitutum est. Si vero non contigerit accipere contrahentes dotes, adhuc constante matrimonio: etiam post mortem uxorum secundum legem ab illarum percipient heredibus, sicut scriptura vult dotis.

CAP. XL.

Si mulier filiorum suorum tutelam administraverit, & ad secundas migraverit nuptias.

SI [1] autem tutelam gerat mulier filiorum, palam est, quia impuberum existentium, jurans *non [2] ad secundas venire se nuptias*, deinde contemnens & prius connubium & jusjurandum ad maritum veniat secundum, non prius tutorem petens, & rationem reddens, & exolvens omne quicquid hinc debet: non solum quæ ejus sunt, in hypothecam [3] habere lex permittit filiis: sed etiam mariti [4] substantiam trahit cum hypothecis: ipsi quoque interdicit filii successionem impuberis morientis, licet ex substitutione pater eam venire ad filii dixerit successionem. Sed hoc quidem priores [5] nostri. Nos autem miramur quod mulierem sic impiam constitutam, ut etiam hoc ipso jusjurandum negligeret, & sic ad immaturas [6] nuptias deveniret, tribus [7] maximis neglectis, Deo, & defuncti memoria, & charitate filiorum: ita parvis subdiderunt pœnis: & illam quidem quæ ante luctuosum nubit tempus [8], & nec omnino mater filiorum consistit, puniunt amare: & licet filios non habeat propter solam honestatem hoc agunt: mulierem vero sic effusam concupiscentiis, vel non ipsis subdiderunt pœnis quas sustinent quæ ante [9] lugubre tempus ad secunda vota declinaverunt. Ideoque sancimus *Eas quæ sic pejerare de cætero præsument mulieres: super dudum præcedentes pœnas [10] & has sustinere omnes, quas [11] primitus diximus super his mulieribus quæ ante lugubre tempus nubunt: & infamiam & omnia alia his inferentes*: & solutionem pœnarum eis dantes, eandem quam etiam illis, ut supplicent imperatori, & mediam portionem dent filiis suarum rerum, neque usufructu apud eas manente: & simpliciter æqualem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem, ei quæ ante lugubre tempus nupserit. Si vero etiam naturalium tutelam gerat filiorum, (nam hoc quoque præbuimus [12] ei) tamen ad virum veniens, & non hæc agens quæ prius dicta sunt, iisdem subjaceat pœnis. Providentia [13] vero fit per provincias quidem gentium prælidibus, hic autem gloriosissimo præfecto felicissimæ hujus urbis una cum prætore, cui hujus urbis cura est, ut volente [14] ad nuptias venire tutelam gerente muliere, & ordinetur minoribus tutor, & rationes suscipiantur: & quod mater debet, occasione gubernationis, hoc reddatur.

CAP. XLI.

Si sub conditione pater vel mater legatum liberis suis reliquerit, confirmat legem Zenonianam Const.

PLacet quoque nobis Zenonis piæ memoriæ constitutio [15], volens, patrem si jubeatur proprio filio legatum sub conditione aut die dare, non aliter exigi pro donatione legatorum cautionem [16] hanc, videlicet quæ legatorum [17] servandorum causa vocatur, nisi [18] secundas pater contraxerit nuptias: sit enim & hæc secundo nubentibus pœna.

CAP. XLII.

De clericis qui nuptias contrahere non possunt. Supra Novell. 6.

SEd [19] si quis inter reverendissimos constitutus clericos (ultra [20] lectorem aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias: hunc ex nostra constitutione cadere [21] sacerdotio constituimus atque volumus. Si vero lector existens, & nuptias faciens, deinde propter aliquam inevitabilem necessitatem [22] ad secundas [23] veniat nuptias, nequaquam [24] ad majoris sacerdotii ascendet culmen: sed illic manebit [25] apud mulierem, affectum illius præponens meliori provectui. Si vero cum sit laicus, ad ordinationem subdiaconi, aut diaconi, aut presbyteri venire voluerit, deinde appareat mulierem habens, non ex [26] virginitate sibi copulatam, sed aut disjunctam a marito, aut aliter non ab initio mox sibi legitime conjunctam: aut etiam ipse ad secundas venerit nuptias: non impetrabit sacerdotium: sed & licet latenter ad hoc venerit omnino eo cadet.

CAP. XLIII.

Si maritus [27] ita reliquerit uxori, si ad secundas nuptias non transeat & ad legem Juliam Miscellam.

QUæ [28] vero nunc sequitur causa, est antiqua, & multas quidem suscipiens correctiones non ab aliis solum, sed etiam a nobis, non tamen ad summam sui veniens rectitudinem: quam nunc sectantes, præsentia sancimus. Lex enim quæ vocatur *Julia [29] Miscella*, lex antiqua, lex vetusta, filiorum procreationis præponens studium, permittebat [30] mulieribus, licet vir prohiberet, & aliquid ob hoc relinqueret, quatenus [31] non ad secundas veniret nuptias, tamen & ad virum venire & jurare, *quia [32] filiorum causa hoc ageret*, & quod relictum erat, acciperet; & hanc quidem in [33] annum dabat mulieribus licentiam. Eo autem transeunte [34] si vellet accipere relictum non aliter licebat mulieri hoc accipere, antequam cautionem exponeret, *quod ad secundas non veniret nuptias*, sed hanc quoque adjectionem ipse [35] Julius Miscellus haud invenit, sed Quintus Mutius Scævola hoc præsanciverat [36], super omnibus quippe pendentibus in causarum prohibitionibus hujusmodi adinveniens cautionem [37]. Nos igitur videntes plurimas mulieres desiderio nuptiarum non propter filiorum procreationem, sed propter necessitatem & jurantes & nubentes, & transcendentes morientium voluntates, existimavimus prius interim sacratiorem mederi partem, & perjurium [38] eis cohibere, nec sinere talia subire juramenta, in quibus omnino perjurium promptum est. Nam nec illud inerat legi, ut oporteret sine filiis existentes mulieres hoc jurare sacramentum; sed etiam filios habentibus hoc adjacebat jusjurandum, quod Deum simul, & defuncti animam contristaret: cum utique perjurium quidem esset in promptu: filiorum vero procreatio in fortunæ [39] muneribus jaceret. Quia igitur hac nostra sancimus lege jusjurandum eis auferentes, & talem permittentes relictorum perceptionem, consideravimus (quoniam alterum quoque a nobis prætermissum est) oportere & defuncti animæ mederi. Quapropter præsentem ponimus legem: non enim volumus deficientium nihil illicitum [40] habentes, voluntates frustrari. Si enim [41] diceremus oportere mulierem omnino viro præcipiente non nubere, hoc custodire: pro amaritudine habuisset hoc merito lex: nunc autem cum secundo præsto sit lex, sc. ut si voluerit nubere, accipiat quod relictum est: novissimi sceleris est despicere voluntatem defuncti ita fluctuantem, ut ei detur licentia nubendi, & accipiendi quod relictum est, & per omnia contristandi priorem maritum.

CAP. XLIV.

UNde sancimus: Si quis prohibuerit uxorem ad aliud venire matrimonium, sive etiam uxor [42] maritum: (idem namque est utrinque) & pro hoc aliquid reliquerit: unam [43] ex duabus conditionem habere contrahentium alterum: aut ad nuptias venire, & *abrenuntiare præceptioni* [44], aut si hoc noluerit, sed honorat defunctum, omnino abstinere de cætero nuptiis.

§. 1. Sed ut non causa suspensa sit, & post tempora forsitan longa revertatur rursus exactio: propterea bene nobis visum est, hujus rei determinare causam, & usque ad annum [45] quidem non esse penitus petitionem relicti: nisi

genus pœnæ binubis constitutæ. 1 Hinc sumpta est Authentica, *Eisdem. Cod. de secund. nupt.* 2 Dixi *ad l. 2. Cod. quando mul. off. tut.* quod hodie non exigitur, sed testatio sufficit apud acta, *Nov. 94. c. 2.* 3 Tutelam speciem intercessionis esse, hinc colligas. 4 Id est, vitrici. *l. 6. in fin. C. in quib. causis pign. tacit.* 5 Theodosius & Valentinianus in *l. 6. C. ad SC. Tertyll. l. 10. C. de legitim. hered.* 6 Ἄωρον γάμον. dixi ad *l. 1. C. de secund. nupt.* 7 Quæ contra juramentum ad secundas nuptias venit, Deum, mariti memoriam, & charitatem filiorum hic negligere dicitur. 8 Id est, ante annum luctus. 9 Πρὸ τῶ πένθιμα. 10 Decimum genus pœnæ iterantibus nuptias observa. 11 Quæ neglecto jurejurando, nubit secundo, ea patitur pœnas earum mulierum, quæ nubunt ante annum luctus: de quibus pœnis dixi ad *c. 22. supr. hic.* 12 Mulier naturalium liberorum tutrix esse potest. 13 Vid. *tit. C. de tutorib. vel curatorib. illustrium.* 14 Cautionem matribus secundo nubere volentibus utilem observa. *Novell. 94. c. 1.* 15 *l. 6. C. ad SC. Treb.* 16 Ἀσφάλειαν. Id est, Cautionem nudam sine fidejussione, Cujac. *hic.* 17 Cuinam præstatur hæc cautio? filio emancipato, *l. 7. in fin. ff. ut legator.* non filiofamilias, *l. 50. ff. ad SC. Treb.* 18 Undecimum genus pœnæ secundis nuptiis constitutæ. 19 Hinc sumpta est Authentica. *Multo magis, C. de Episc. & cler.* 20 Mariti lectorum & cantorum officio in ecclesia fungi possunt: iidem in ipso jam officio constituti, possunt impune nuptias contrahere. *can. 25. apost. & c. 6. Synodi in Trullo:* nisi secundas contrahant, aut viduam ducant vel similem, *Novell. 123. cap. 14. in fin.* puta concubinam, *Novell. 6. c. 1. §. 3.* 21 Sacerdos contrahens nuptias non punitur pœna corporali, sed sacerdotio tantum cadit: & ita potior habetur ratio matrimonii conservandi, quam sacerdotii gerendi, *Novell. 123. c. 14. in fin. ibi, si vero post ordinationem &c.* quod vix hodie servatur. Diceres id abrogatum *l. 19. Cod. de Episcop. & Cleric.* hæc nisi Novella posterior esset, possis quoque dicere Græcos in ea re fuisse varios, *c. 44. in pr. J. hic.* 22 Puta, quia nec ipse continere: nec affectus hujusmodi vinci potest: ideoque lex ei indulget: *ut hic, & Novell. 123. c. 41.* licet eum carnis sordes Leo pudice parum vocet, *Novell. 3. in fin.* 23 Duodecimum genus pœnæ secundis nuptiis constitutæ. 24 Secundas nuptias qui contraxit, non potest promoveri ad majus sacerdotium. Secundæ nuptiæ officiunt majori sacerdotio adipiscendo. 25 Sacerdos potest contrahere matrimonium: contractum non dissolvit, sed tamen sacerdotio cadit. 26 Secundas nuptias qui contraxit, ad sacerdotium promoveri non potest. Quin promotus sacerdotio ipso cadit: porro, binubus hic non censetur, qui puellam devirginavit. Vid. *Nov. 123. c. 14.* 27 Et e contra, si uxor marito legaverit sub ea conditione, si secundas nuptias non contraxerit. 28 Hinc sumpta est Authentica, *Cui relictum, C. de indict. viduit.* 29 Ὁ γὰρ καλούμενος Julios Miscellas παλαιὸς νόμος. Hæc lex num eadem cum lege, quæ Julia & Papia? Robertus 1. *anim. 2 & 3.* negat. Mercator 1. *Notar. 2.* ait. Movetur epigraphe legis 62. quæ est Clementis ad legem Juliam & Papiam, juncto paragrapho ultimo ejusdem legis *ff. de cond. & dem.* Ex indice autorum juris, pandectis præfixo, constare, Clementem scripsisse ad leges: legum nomine ibi intelligi Juliam & Papiam, quæ novæ leges dicuntur, *in l. ult. ff. de reg. Caton.* idem ait Cujac. 14. *obs.* 14. (quod Hotomano displicet 2. *obs.* 3.) ut & leges *in l. ult. ff. de statu lib.* 30 Lex Julia Miscella conditionem viduitatis uxoribus remittit. si tamen intra annum contrahant & jurent, se liberorum causa nuptias contrahere. post annum ergo non poterant? non poterant ex lege Julia Miscella; interea tamen legatum petebant ex alia cautione inventa a Q. Mutio. *J. hic. l. 2. C. de indict. viduit.* 31 Fuerunt hujusmodi conditiones usitatæ, Uxori, Si a liberis, ne nupserit. *l. 62. §. 2. in fin. ff. de cond. & dem.* mulieri, Si nupserit, quoad vidua erit: uxori, si a liberis impuber. ne nupserit. *d. §. 2. l. 96. ff. de cond. & dem.* uxori cum nupserit. *l. ult. ff. de statulib.* Mæviæ vel mulieri si non nupserit. *l. 22. l. 72. §. 5. ff. de cond. & dem.* mulieri, si non nupserit. *l. 65. §. 1. ff. ad SC. Treb.* si mulier non nupserit. *l. 72. §. 2. l. 74. ff. de cond. & dem.* si arbitratu Titii Seja nupserit. *d. l. 72. §. 4.* si filia non nupserit, patri ejus lego: si pater uxorem non duxerit, ejus filiæfamilias lego. *l. 79. in fin. ff. de cond. & dem.* uxori si non nupserit. *l. 14. ff. de leg. 3.* si uxor post mortem nuptui sese collocaverit. *l. 1. 2. 3. C. de indict. viduit. & l. Jul. Misc.* Si vidua erit, Quoties vidua erit, Cum vidua erit, Si amiserit uxorem, Quando ad cœlibatum pervenerit. *l. ult. d. tit. Cod.* Ad quas personas pertinuerit lex Julia Misc. dicam ad *d. l. ult.*

32 De eo dixi ad *l. 220. §. 3. ff. de verb. sign.* 33 Hinc Cujacius colligit, tempore legis Juliæ Miscellæ, luctui nondum annum fuisse præfinitum: quod Roberto displicet 1. *animadv. 2.* Movetur, quod Plutarchus in *Numa* referat, Numam (Ovidius 1. *Fastorum* hanc constitutionem tribuit Romulo) luctus diem decem mensibus terminasse. Item quod Halicarnassæus *lib. 5.* luctum annuum ad veteres Romanos retulerit: quod Valerium Publicolam & Brutum mulieres ita luxerint. Liv. *lib. 2.* Mercator 1. *Nota 2. in fin.* negat, huc superiora pertinere, cum illis locis agatur de 10. mensibus, non de anno. Annum luctui præfinitum primo a Gratiano, Valentiniano & Theodosio, *l. 2. C. de secund. nupt.* 34 Anno scil. id est, post annum. 35 Αὐτὸς ὁ Ἰέλιος Μισκέλλας. *Hal. editio.* Julios miscellas. *Scrimg. editio.* Alii legunt Μηκίλλας. Cur ita dicta est? Robertus 1. *animad. 2.* dictam ab ejus auctore, Julio Miscello, putat, quod Mercatori 1. *Nota 2.* displicet. Negat enim hic, dici Julium Miscellum, sed Miscellam, initio hujus capitis ita legi, Ἰέλιος Μισκέλλας παλαιὸς νόμος. a Justiniano Miscellam dici νόμον non νομοθέτην. Fore, si id Roberto concedatur, ut hæc lex duplex nomen sortiatur, Julii & Miscelli scil. Julius Miscella duorum auctorum nomen non esse: unum Julii, alterum Misceliæ: cum nulla fuerit Romæ gens aut familia Miscella. Ait ergo Miscellam dici a varietate plurium rerum ac personarum utriusque sexus, quod etiam Cujacius hic confirmat; eadem ratione, qua a Siculo Flacco, æs Miscellum, quod lex est, vel forma ænea multorum agrorum, multarumque personarum modum comprehendens. & ab Agellio Miscella doctrina confusanea, ut & lex satura ὁ νόμος πολλὰ περιέχων. 36 Προνομοθετήσας *Scrimg. editio.* προνομοθετήσας. *Haloand. editio.* Idem Haloander vertit *apposuit* Ex Haloandri lectione Balduinus colligit, Scævolam legi Miscellæ cautionem adjecisse: & ita posteriorem aut coætaneum legi Jul. colligit: eadem opera, legem Miscellam antiquiorem lege Julia & Papia, cum utraque (ut ipse ait) longe post Scævolam lata sit. Nam si post Scævolam fuit lex Julia & Papia: ante Scævolam Miscella, utique & ante legem Juliam & Papiam lex Miscella fuerit. Robertus 1. *animad. 2. Scrimg. edit. præfert.* Putat itaque Scævolam tempore præcessisse legem Juliam Miscellam, quod ejus cautionem (quæ Mutiana) Miscellæ applicatam hic legamus. addit leges Jul. & Papiam præcessisse hanc legem Jul. Miscellam. Superius dixi, videri Cujacio *hic* & Mercatori 1. *Not. 3.* Miscellam & leges Jul. & Pap. easdem esse, ut in eo a Balduino dissentiant, existimante, Miscellam antiquiorem legibus Julia & Papia: & a Roberto existimante leges Jul. & Pap. præcessisse hanc legem Miscellam. 37 Cautio Mutiana, de qua vide *l. 7. l. 73. l. 77. §. 1. l. 79. §. 2. ff. de cond. & dem.* pertinebat ad legata conditionalia, quæ morte legatariorum finiuntur, *l. 73. ff. de cond. & dem.* ad conditiones in non faciendo conceptas, *l. 7. d. tit.* quibus vetatur aliquid fieri. *l. 3. in fin. ff. de leg. 2.*

38 Perjuria cohibenda. 39 Imo Dei. Hinc illud: Conjugium petimus partumque uxoris: at illi (deos intelligit) norunt, qui pueri, qualisque futura sit uxor. 40 Licitæ voluntates morientium servandæ: illicitæ non servandæ. de quo dixi ad *l. 23. ff. de conditionib. instit.*

41 Ut infertur injuria mulieri, si cogitur non nubere mariti mandato, ita marito injuria infertur, si eo invito uxori matrimonium permittitur. 42 Hoc enim locum etiam habet in prohibitione masculis facta. *l. 3. C. de indicta viduitate.* 43 Decimumtertium genus pœnæ secundas nuptias contrahentibus constitutæ, quæ tamen primis nuptiis communis esse potest, ut dicetur alibi. Hoc autem jus novum viduitatis indictæ in legatis receptum, abrogat pene titulum Codicis *de indicta viduit.* & omnes leges, quarum superius mentio facta est: quibus remittebatur legatariis conditio viduitatis a defuncto & testatore eis indicta.

44 Et legato. 45 Legatum relictum, sub hac conditione, *Uxor si non nupserit*, vel *si*

tamen modus sacerdotii adveniens alteri personarum statim præbeat exceptionem: utpote nequaquam nuptiarum existente spe [1]. §. 2. Si vero transire contigerit annale tempus: damus quidem personæ huic accipere quod relictum est: non absolute tamen, nec simpliciter: sed si quidem immobilis fuerit res, non aliter hanc accipere, nisi juratoriam cautionem exposuerit, & supposuerit suas res (hoc quod tacite ex hac lege damus) *ut si ad secundas venerit nuptias, reddat quod datum est, tale quale percepit restituens, & quos accepit in medio fructus* [2]. §. 3. Si vero mobilis fuerit res: si quidem idoneam habeat substantiam persona volens accipere, dari quod relictum est sub eadem cautione & iisdem hypothecis. Sed si quidem aliquid aliud mobilium fuerit: tale restitui, quale recepit, aut diminutionis medeatur partem. §. 4. Si vero pecuniæ [3] fuerint etiam cum usuris [4], quas inde percipere valuerit: jurejurando restituentis hoc judicando. Si vero non mutuaverit quidem, sed usus est: tertiæ [5] centesimæ reddat usuras. §. 5. Si vero non [6] valde locuples fuerit: etiam fidejussorem hunc exigi. Si autem non valuerit fidejussorem dare, tunc sub juratoria [7] cautione, & hypotheca (secundum quod dictum est) suarum rerum accipiat quidem quod relictum est. §. 6. Mox autem, ut ad secundas nuptias venerit, hoc ab eo qui dedit, vindicetur, apud [8] quamcunque apparuerit personam, tanquam si ab initio neque datum fuisse videretur, quod in omni restitutionis casu, sive mobile sive immobile sit quod futurum est reddi, valere sancimus. §. 7. Si vero aurum [9] fuerit quod relinquitur: minus idonee vero se habeat ad fidejussionem: & nec ipse dignus sit cui hoc credatur: manere quidem apud illum a quo relictum est: tertiam [10] vero centesimæ ejus usuram præstari: quam usque tunc solvat, donec aut secundas ille contrahat nuptias (quando & restitutio præstitarum usurarum suscipiet facultatem) aut fiat manifestum nullatenus posse illum ad nuptias pervenire, sive secundum modum sacerdotii (tunc enim ei dabit quod relictum est) sive [11] morte: accipient enim hoc omnino ejus heredes, nihil neque de datis usuris reddentes. §. 8. Hanc ipsam autem introducimus observantiam & eundem intellectum, etiamsi [12] non conjuges alterutris sub tali reliquerint conditione: sed aliquis alius extraneus sive viro sive mulieri sub tali conditione dari quid voluerit, scilicet fortuitorum [13] casuum: secundum suam naturam, lege super his tam in præstandis quam in restituendis conservata. Hæc igitur ex jam nuper factis a nobis occasione Juliæ Miscellæ constitutionibus retribuimus: alia vero sint firma secundum terminos & casus secundum quod hæc exposuimus. §. 9. Præfatæ autem a nobis observationes dentur, (si institutionis sit pars [14] aut legatum) heredibus aut substitutis, aut illis a quibus hæc relicta sunt: si quidem mortis causa donatio: omnino heredibus. Si vero ex asse secundum talem conditionem conscribatur quis heres: substitutis si fuerint, aut omnino iis qui ab intestato vocantur ad hereditatem, hujusmodi observationes præstentur, ut undique lex habeat propriam perfectionem: nisi [15] forte testator & hoc præcipiat, dicens licentiam habere eum cui dereliquit, sive per institutionem particularem, sive ex asse, aut per legatum vel fideicommissum, sive per mortis causa donationem, & accipere quod relictum est, & nullam cautelam dare: tunc enim sequenda est defuncti voluntas. studii enim nostri est, defunctorum conservare [16] secundum legem voluntates.

CAP. XLV.

De administratione donationis propter nuptias. Idem dictum fuit supra Novell. 2. cap. 4.

ET [17] quia parum antea de cautela rerum ediximus, & Leonis novimus divæ memoriæ constitutionem [18] de secundis nuptiis, si ad eas veniens mulier non valeat dare fidejussionis cautelam, quia filiis restituat res, tertiam partem centesimæ accipere: nos causam adhuc melius ab ea constituimus, illius super hoc statutis competentem adjicientes subdivisionem. §. 1. Et sancimus (hoc quod pridem [19] a nobis in quadam dictum est constitutione) ut si quis [20] offerat [21] res propter antenuptialem donationem: siquidem omnes immobiles constitutæ sunt, maneat earum usus apud matrem ad secundas venientem nuptias: & eadem hæc eligat, & non recuset, neque [22] exigat a filiis pro æstimatione earum usuras: sed diligentiam earum habeat secundum quod lex dat usus dominis constitutis: conservet autem hæc secundum leges filiis superstitibus: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem casu filiorum non existentium, matri reliquo remanentibus filiorum heredibus conservando. §. 2. Si vero universa constituta est forte in pecuniis [23], aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio: tertiam partem usurarum accipiente matre, cum prius sancita cautela non exigi a filiis aurum, nisi forte sine invidia sit viri facultas, & habeat aurum & argentum, & vestes, & quicquid conscriptum est matri: damus etenim tunc electionem matri, si velit res accipere, & dare fidejussoriam cautionem, sive prædictas accipere usuras: dicimus autem ex tertia parte centesimæ tam secundum anteriores leges, quam etiam secundum nostras. §. 3. Si vero permixtæ sint res, & donatio tam in pecuniis quam in immobilibus rebus sit, immobiles quidem omnino manere apud matrem: propter quod alimenta habeat exinde: in rebus vero mobilibus illa tenere, quæ pridem sancivimus, si contigerit in mobilibus rebus omnia antenuptialis donationis esse constituta: providente muliere quod non negligat immobilia, neque imminuta hæc faciat, sed qualia accepit, restituat.

CAP. XLVI.

De successione [24] matrum in bonis filiorum pro qua parte fiat, & quomodo.

HInc [25] nos alia evocat ratio quæ de filiorum successione est: quam accipient quæ ad secundas veniunt nuptias. Jampridem enim de his scripta est lex a nobis ad Hermogenem [26] gloriosæ memoriæ magistrum sacrorum nostrorum factum officiorum rescripta, Belisarii gloriosi præcedens [27] consulatum, septimo decimo Kal. Aprilis, per quam sancivimus matres ad filii non relinquentis liberos, cum ejus qui mortuus est fratribus, sine cautione vocari successionem: & ejus cum usu etiam proprietatem habere firmam: sive priusquam heres relinquatur, sive postea ad secundas venerit nuptias: auferentes leges quæ de his contrarium quid præcipiebant. † Hanc autem nostram sanctionem firmam etiam modo manere super solas personas parentum, quæ dudum ad secundum venerint matrimonium, sancimus: & quasdam propriorum accipientes filiorum, firme ei servantes, & secundum deinceps tempus: sive ante nuptias, sive post nuptias hereditatem in eas filii descendisse contigerit. † De his autem quæ post hæc ad secundum veniunt virum, ita nobis præsens lex disponatur, & sanciatur. Ergo necesse est filio moriente, sive masculo, sive fœmina, sive testatus moriatur, sive etiam sine hoc: interim ea, quæ ex testamento sunt dicentes, ita ad ordinem qui ab intestato est, veniamus.

§. 1. Si igitur legitime filius testatus [28] fuerit, & relinquat matri substantiam, sive partem ejus aliquam: hanc illa accipiat per scripturam (quia ubique custodire morientium [29] volumus voluntates) & habeat quod dimissum est, aut datum, & secundum proprietatem, & secundum usum. Sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, & nihil heredi secundæ mulieris nocebant nuptiæ: ita & matri relinquens, sive institutionem [30], sive legatum, recte derelinquat & dominium, & usum, sive [31] ex rebus quæ extrinsecus advenerunt, fuerit facultas, sive ex paternis: nihil ex hoc fratribus contradicere valentibus. §. 2. Si autem intestatus [32] filius moriatur jam ad secundas veniente matre nuptias, aut postea veniente: vocetur [33] quidem & ipsa cum filii aut filiæ fratribus [34] secundum nostram constitutionem ab intestato ad ejus successionem. Sed quanta [35] quidem ex paterna substantia ad filium pervenerunt, eorum solummodo [36] habeat usum ad secundas omnino, sive prius, sive postea veniens nuptias: in residuis vero omnibus rebus, quæ aliunde erant filio præter paternam successionem, veniat secundum vocationem nostram, quam statim dicemus, quadam correctione & ea indigere. Et hæc dicimus in rebus quæ extra [37] nuptialem donationem sunt. Quæ enim in illis sancita sunt a nobis, & a Leonis divæ memoriæ constitutione [38], integra conservamus: in quibus solum mater habeat usumfructum. §. 3. Sed in aliis rebus hæc sancimus, & deinceps ipsi tradimus quæcunque post nuptialem donationem sunt a patre venientia filio, aut ex aliis causis, tam ex testamento, quam ab intestato successionibus: ratione contra [39] ingratos filios undique & super istis rebus, servata, quando manifestæ [40] causæ ingratitudinis demonstrantur: aliorum omnium, quæ de successionibus dicta sunt parentum in filiis, aut filiorum in parentibus, intactis manentibus. §. 4. Ingratitudinem autem hic consideramus, non solum ad matrem secundum pridem a nobis dictum: sed etiam adversus [41] eundem ipsum fratrem defunctum.

CAP. XLVII.

ET quoniam scimus multas fratribus [42] ad invicem factas contentiones: illum solum, tanquam [43] ingratum circa fratrem effectum, participari hoc lucrum non concedimus qui [44] mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eum inscriptionem [45], aut substantiæ ei properavit inferre jacturam: ejus enim portio tam ad reliquos fratres, quam ad matrem veniat. Et hæc lex supra filiorum successionibus, quibus cum matre succedunt filii, maneat, illam quæ a nobis facta est subdivisionem introducens iis, quæ futuro tempore matrimonio secundo sunt socianda viris. Quæ enim jam ad secundum matrimonium pervenerunt, [& beneficio memoratæ nostræ legis potitæ sunt] his liceat successionem, sive per testamentum, sive ab intestato habere firme, & secundum dominium, & secundum usumfructum, & alienare & testari, & transmittere secundum quem voluerint modum, nihilque sit eis impedimento quolibet tempore ex præsenti constituta lege.

§. 1. Illud autem firmum ex primo matrimonio filiis maneat, quod

nuptias non contraxerit, ante annum peti non potest: nisi legatarius sacerdos fiat. tunc enim nulla spes est in eo nuptiarum, Jul. 1 Sacerdoti nulla spes nuptiarum.
2 Qui Mutianæ cautioni non satisfacit: & rem fructus reddit. *l.* 76. §. 7. *ff. de leg.* 2. *l.* 73. 79. §. 2. *ff. de cond & dem.* & usuras, si quas percepit. *vers. si vero.* J. *hic.* 3 Mobilium rerum duo genera hic constitui colligas. Unum eorum, quæ ita restituuntur, ut sunt accepta, *vers. sed si quidem.* 8. *hic.* aliud ut aliter. *ut hic.* 4 Usuræ ob usum debitæ.
5 Id est, trientes usuras, ut *l.* 6. §. 1. *C. de secund. nupt.* 6 Non valde locuples, etiam fidejussorem dare tenetur: sin minus, jurat. 7 Juratoria cautio, & hypotheca rerum propriarum fidejussionis subsidia. 8 *l.* 9. *in fin. ff. de rei vindicat.* adde *l.* 8. *in fin. C. depositi.* 9 Χρυσίον, pecunia numerata, *Julian.* 10 Id est, trientem.
11 Sacerdotium & mors, nuptiis hic obsistere dicuntur. 12 Id est, etiamsi extranei. Sensus est, extraneum, id est, alium a marito, extraneæ personæ posse legatum relinquere, sub conditione non contrahendarum nuptiarum, *Jul.* Robertus tamen 1. *animad.* 2. putat, viduitatem a nullo alio indici potuisse, quam a marito, & legem Juliam Miscellam alio non pertinuisse, quam ad indictam ab altero conjugum viduitatem. Movetur *lege* 2. 3. *C. de indicta viduitate*, quæ mentionem tantum facit conditionis adscriptæ conjugum testamento, quo nomine reprehenditur ab Antonio Mercatore, 1. *Not.* 2. & textus hic quoque evidenter aliud sentit, ut & Julianus vetus interpres. 13 Id est, sub conditione casuali.
14 Si quis certa parte institutus fuerit sub conditione non faciendi, cavere debebit coheredibus vel substitutis, nemine ex his apparente cavebitur heredibus ab intestato, *Julianus Patricius.* adde *l.* 18. *ff. de cond. & dem.* 15 Testator cautionis necessitatem legatario remittere potest. At non potest usufructuario, *l.* 1. *C. de usufr.* Potest, sed non de utendo fruendo boni viri arbitratu. Cujacius aliter distinguit, ut enim negat omnem cautionem fructuariis remitti posse; ita fatetur Mutianam posse remitti. 16 Voluntas defuncti servanda. 17 Hinc sumpta est Authentica, *Sed si aurum, C. de sec. nupt.*
18 *l.* 6. §. 2. *C. de sec. nupt.* 19 *Novell.* 2. intelligit *cap.* 4. 20 Maritus scilicet.
21 Ἐπιδοίη, id est, dederit. 22 14. genus pœnæ secundas nuptias contrahentibus constitutæ. 23 Pecunia mobilium appellatione continetur, *hic & l.* 79. §. 1. *ff. de legat.* 3. De quo non est dubitandum, quando mobilia simpliciter, & per se, non autem tanquam accessoria certæ rei relicta sunt. de quo late Philipp. Corn. *vol.* 2. *consil.* 48. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 127. Mantic. *de conject. ultimar. volunt. lib* 9. *tit.* 3. Ans.
24 Et quemadmodum mater secundas nuptias contrahens succedat liberis ex testamento, vel ab intestato, vid. Jul. *c.* 166. 25 Hinc sumpta est pars authenticæ, *Ex testamento, C. de secund. nupt.* 26 *Novell.* 2. 8. *hic.* 27 Id est, anno 534. 28 Testato filio matres ut succedant secundo nubentes. 29 Morientium voluntates servandæ.
30 Id est, institutionis jure. 31 Sensus est, Matri secundas nuptias contrahenti filius quantum voluerit testamento conferre potest, nulla habita ratione bonorum, cum ea sint a patre, non ab aliis personis accepta. 32 Intestato filio ut succedant matres secundo nubentes, adde *Novell.* 48. *c.* 2. 33 Filio mater succedit ab intestato, cum ejus fratribus in capita. 34 Idque in capita. 35 Mater filio succedens in ejus profectitiis, hujusmodi profectitiorum nudum habet usumfructum, in adventitiis proprietatem, quam ideo potest quoquomodo alienare. Julianus hunc locum ita interpretari videtur *c.* 167.
36 15. pœna secundis nuptiis constituta; cujus hic sensus est: Mater binuba succedens filio ab intestato, cum aliis defuncti fratribus bonorum ejus paternorum solum habet usumfructum: adventitiorum vero in sua rata pro virili etiam proprietatem. Num jus idem in donatione propter nuptias? dicetur J. 37 In rebus acceptis donatione propter nuptias, uxor solum habet usumfructum. J. *hic.* 38 *l.* 6. *C. de sec. nupt.* 39 Ingratitudinis causæ quæ sint in liberis. De causis ingratitudinis, vide *cap.* 28. & 35. *supr. hic. Nov.* 115. *c.* 3.
40 Ingratitudinis manifestas causas esse oportet in liberis, ut possint exheredari.
41 Ingratitudo fratri potest objici: & ob ingratitudinem frater fratrem exheredare potest: adeo ut interpretes existiment, eo casu fratri exheredato nullam competere querelam inofficiosi, etiam turpibus personis institutis. 42 Fratres fratribus ut succedant. 43 Ingrati loco habetur, qui mortem fratri procuravit, qui se adversus eum criminaliter inscripsit, qui omnium bonorum litem ei dictavit. 44 Ingratitudinis signa observa. 45 Adde

super

ſuper his per prædictam a nobis conſtitutum eſt ſanctionem. † Quod [1] ſi antenuptialem donationem, quam mater moriente marito lucrabatur, contigerit ad morientem filium pervenire, & propterea partem ei illius fieri hereditatis: matrem neque ſecundum quod ſuccedit filio, dominium etenim, ſcilicet antenuptialis donationis rerum perfrui: ſolum autem habere horum, quamdiu ſupereſt, uſum & uſumfructum.

† Maneat igitur & hoc his, qui ex prioribus nuptiis ſunt, filiis condonatum: niſi forte ante prædictam conſtitutionem judicialis ſententia & transactio inter partes facta de his aliquid ſtatuerit. §. 2. Et [2] quoniam mater excludebatur [3] quidem a filio maſculo, hoc faciente ſenatusconſulto quod Tertullianum vocant: filiabus autem commiſcebatur: nos non quærentes filiorum jus, ſed exinde ei legitima jura dantes, vocamus quidem eam [4] etiam cum maſculis fratribus morientis in tantum in quantum [5] numerus filiorum fuerit: quatenus & ea partem habeat tantam quantam unusquisque fratrum. Si vero permixti maſculi & fœminæ fuerint: hoc ipſum diſponentes. Si vero mater & filiæ ſolæ conſiſtant, ibi ſenatusconſultum mediam quidem partem dabat matri: reſiduam vero mediam ſororibus quantæcunque extitiſſent. Quod quoniam non primitus correximus, modo adducimus ad competentem correctionem, & in iſto caſu vocantes eam pro [6] rata filiarum: quatenus quantum unaquæque filiarum habet, tantum ſolummodo & ea accipiat: & in omni caſu hic relato, in virilem portionem (hoc quod legis eſt) etiam mater veniat: ſive conſiſtant ſoli maſculi, ſive ſolæ fœminæ, ſive etiam permixta utraque ſoboles.

CAP. XLVIII.

Ut parentes ſtudeant æqualitatem inter liberos primi & ſecundi matrimonii ſervare.

ILlud quoque ſuper hoc adjicere legi juſtum exiſtimavimus. Si enim moriatur vir aut mulier filios habentes & ex prioribus & ex ſecundis nuptiis, quas poſt hanc noſtram contraxerint legem: (in his enim præſentia diſponimus) quæ quidem ſuper lucris ex nuptiis ſervari oportet, hoc ſanximus: inſuper & decrevimus portiones, quas neceſſe eſt parentes legitimis & non ingratis relinquere filiis, ipſos tamen genitores non erit juſtum ad ſecundam omnino declinare prolem, & quod ex lege eſt, tantummodo relinquentes prioribus alia omnia ad ſecundos deducere, ſed aliquid & prioribus adjicere. Nam ſi aliquem ex ſecundis habeant nuptiis, aut etiam ex primis forſan, ita feſtivum, ita dilectum, ut velint præponere eum aliis in poſſeſſione, damus licentiam hoc agendi: non tamen omnino priores quidem filios minuere, ſecundos autem augere: ſed neque vehementer magnificare augmentum, nec omnino oblivisci priorum matrimoniorum, neque infirmare ea quæ a præcedentibus nos de talibus dicta ſunt: ſed providere quidem & ſecundis, providere autem & primis: cogitantes [7], quoniam ambo filii ſunt: & ita facientes ſucceſſionum in teſtamentis diviſionem. Si enim inteſtatis eis mortuis lex omnes ex æquo [8] vocat: competens eſt eos imitantes legem, non vehementer magnis eos abbreviare [9] minutionibus, erubeſcentes legem, ſic enim erunt boni patres, & noſtra digni legiſlatione: & juſti quidem erunt ſolam legem cuſtodientes. Si quid autem etiam ſupra legem reliquerint: erunt juſti ſimul & humani patres: & non hæc dicimus inter gratos & ingratos filios, (de ingratis enim jam ſæpius dictum eſt) ſed de iis qui magis aut minus diliguntur: cum utique multa differentia ſit ingratitudinis, & gratiarum actionis, & diſſimilis honoris. Hanc itaque partem de æquitate filiorum ex priore & ſecundo matrimonio venientium, adhortantes [10] potius [11] quam ſancientes dicimus: alioqui ſemel augentes [12] ab inteſtato partem omnino filiis relinquendam: & usque [13] ad [14] quatuor quidem filios, quatuor uncias omnino definientes, ſi autem ultra quatuor ſint, usque ad mediam ſubſtantiæ partem: idoneum jam dedimus filiis ſolatium, non ex parva menſura antiquam eorum anguſtiam reſolventes. §. 1. Sit igitur præſens lex futuro tempori ſanciens, ſicut ſæpius dicentes prævenimus, & nihil priorum tangens, ſed collecta undique & complexa ſub una continuatione: & omnia pene de ſecundis pronuntians nuptiis: & priora quidem prioribus in ſua virtute ſervans, quæ vero ab ea diſpoſita ſunt, futuris ſecundis explanans nuptiis, & novam quandam undique ac ſubtiliſſimam introducens quærentibus utilitatem: omnibus quæ ſuper talibus poſitæ ſunt conſtitutionibus, in futuris poſt hanc noſtram legem nuptiis, & quæ ex his evenerint, vacantibus: hac videlicet una conſtitutione futuro tempori, ſecundum quod a nobis definitum eſt, in iis qui continentur in ea caſibus, pro cunctis ſufficiente.

EPILOGUS.

† Hæc igitur tua celſitudo omnibus gentibus quæ ſub tuo ſunt cingulo [15], ſolemni modo manifeſta fieri præcipiat: ut omnes agnoſcentes quia majorem laborem ſuſtinentes quam oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil prius illorum duximus ſalute, ne undique emendicent quod juſtum eſt, ſed omnes videntes in unum collectam de hac legiſlatione partem, ſciant quia & priorem iis quæ jam poſita ſunt, ſervavimus legem: & futuro tempori competentem poſuimus congruentiam. Datum 15. Kal. Auguſt. Conſtantinop. poſt [16] Beliſarii V. C. Conſ. Scriptum exemplum [17] Patricio glorioſiſſimo præfecto hujus almæ urbis. Scriptum exemplum Baſilidæ glorioſiſſ. magiſtro ſacrorum officiorum expræfecto, exconſule, & patricio. Scriptum exemplum Triboniano glorioſiſſimo quæſtori iterum & exconſule. Scriptum exemplum Germano glorioſiſſimo magiſtro equitum ſacri Præſentis, exconſule & patricio. Scriptum exemplum Tzigæ glorioſiſſimo magiſtro peditum ſacri Præſentis, exconſule & patricio. Scriptum exemplum Floro glorioſiſſ. comiti ſacrarum rerum privatarum & exconſule. † Tua igitur excellentia cognoſcens ea quæ nobis placuerunt, in judicio tuo inſinuet tam advocatis, quam aliis quibus præes, ſecundum hanc noſtram conſtitutionem ſufficientibus his, quæ hac de re a nobis ſcripta ſunt ad Joannem glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfectum, iterum exconſulem & patricium. Dat. 15. Kal. April. *Conſtantinop.* poſt [18] BELIS. V. C. CONS. *

TIT. II.

DE APPELLATIONIBUS [19] ET INTRA [20] QUÆ TEMPORA DEBEAT APPELLARI.

Hanc legem non habent Scrimgeriana & Haloandrina editiones, ſed ejus tantum argumentum & ſummam: quod argumento eſt hanc vulgarem translationem ex meliore & integriore archetypo deſumptam, quam ullam aliam editionem, ſed & omnes Novellæ Latinæ deſunt in illis novis editionibus.

NOVELLA CONSTIT. XXIII.

Imp. Juſtin. Auguſt. Triboniano glorioſiſſ. quæſtori iterum & exconſuli.

PRÆFATIO.

ANteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellationes facientes in præſenti ad hujusmodi beneficium pervenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitati [21] etenim cautum erat, *ut ſi quis per ſe litem exercuerit, & fuerit condemnatus: intra duos* [22] *dies tantummodo licentiam appellationis haberet, ſi autem per procuratorem cauſa ventilata ſit, & in triduum* [23] *proximum eam extendi.* Ex rerum autem experientia invenimus hoc ſatis eſſe damnoſum: plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduum eſſe provocationes porrigendas, in promptum periculum incidiſſe, & biduo transacto cauſas perdidiſſe. Unde neceſſarium duximus hujusmodi rei competenter mederi.

CAP. I.

ET [24] ſancimus omnes appellationes, ſive [25] per ſe, ſive per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, vel tutores ventilentur, poſſe intra [26] decem dierum ſpatium a recitatione ſententiæ [27] numerandum, judicibus ab iis quorum intereſt offerri: ſive magni, ſive minores ſint, (excepta videlicet ſublimiſſima prætoriana præfectura [28]) ut liceat homini intra id ſpatium pleniſſime deliberare, ſive appellandum ei ſit, ſive quieſcendum: ne timore inſtante opus appellatorium frequentetur, ſed ſit omnibus inſpectionis copia, quæ indiſcuſſos hominum calores poteſt refrænare.

CAP. II.

De conſultationibus [29].

AD hæc ſancimus, ſi quando lis ſperatur in noſtrum [30] inferri conſiſtorium: ſi forte contigerit imperatoriam majeſtatem occupatam publicis cauſis ex mundanis proviſionibus, non poſſe convocare patres [31] quatenus cauſa agitetur non [32] ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium eſt litigantium: ſi culmen imperatorium occupetur? vel [33] quis tantæ eſt auctoritatis, ut nolentem principem poſſit ad convocandos patres cæterosque proceres coarctare? Sed ſi quid tale evenerit, cauſa intacta permaneat donec imperator ſua ſponte motus & convocari proceres [34] juſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere.

CAP. III.

De Appellationibus in Ægypto, Aſia, Ponto &c.

ILlud etiam in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, novitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetuſtatis auctoritas ita [35] magiſtratus digeſſerit, ut alii majores, alii medii, alii minores ſint, & appellationes a minoribus judicibus non ſolum ad maximos judices remitterentur, ſed ad ſpectabilium judicum tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent: novitas autem hoc deliquerit: evenit ut ſuper minimis cauſis maximi noſtri judices inquietentur: & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis, ut forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus judiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Ægyptiaco [36] tractu, vel adjuncta ei utraque Lybia provocatio ſperatur, usque ad decem [37] librarum auri quantitatem: non in hanc regiam urbem eam venire, ſed ad præfectum Auguſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris [38] nulla ei [penitus] poſt definitivam ſententiam appellatione porrigenda. §. 1. Similique modo quoties in Aſiana [39] diœceſi vel Pontica tale aliquid emerſerit, usque ad prædictam quantitatem decem librarum auri appellationes ad viros ſpectabiles, comites [40] forte, vel proconſules, vel prætores, vel moderatores, quibus ſpecialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Au-

l. 14. *ff. de bon. liber.* olim id minime nocebat. *l.* 6. *ff. unde cognat.*

1 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Et cum. C. ad SC. Tert.*

2 *Novell.* 2. *c.* 3.

3 *§.* 3. *verſ. frater. Inſt. & l.* 5. *C. ad SC. Tertyll.*

4 *C.* 46. *§.* 1. *s. l.* 7. *C. ad SC. Tertyll.*

5 Id eſt, in capita.

6 Et ita abrogatur *d. l.* 7. Fratri ab inteſtato ſuccedunt fratres ac ſorores cum defuncti matre viriliter, id eſt, æquis portionibus. Et ſic mater hodie non excluditur a maſculis fratribus defuncti, ut olim *s. hic.* nec concurrit cum ſororibus defuncti in meram dimidiam (ut ſcilicet habeat tantum ſola, quantum reliquæ omnes defuncti ſorores,) ut olim, *s. hic.* ſed in virilem.

7 Æqualitas parentibus ſervanda in inſtituendis liberis: adeo mihi adverſus æquum & bonum facere videntur parentes, integram hereditatem maſculis addicentes, & filias modico contentas eſſe jubentes: adverſus *l. pactum* 3. *Cod. de collat.* Goth. Vid. Pecc. *de Teſtam. conjug. cap.* 18. *num.* 10. Anſ.

8 Liberi, matri ex æquo ſuccedunt ab inteſtato.

9 Id eſt, depauperare.

10 Parentes ſtudere debent filios ſuos, tam ex ſecundo matrimonio natos, quam ex primo procreatos, æquis portionibus heredes ſcribere. Hæc tamen adhortatio neceſſitatem parentibus non imponit.

11 Legis virtus in hortando nulla pene eſt. vide quæ ſcripſi ad *l.* 7. *ff. de legib.*

12 Legitima pars ab inteſtato, omnino filiis relinquenda.

13 *Novell.* 18. *c.* 1.

14 Legitima quantitas quæ hodie ſit.

15 Sub tua jurisdictione.

16 Id eſt, anno 536.

17 Τὸ ἰσότυπον.

18 Id eſt, 536.

19 Dixi ad *L.* 49. *D.* Huic Novellæ reſpondet conſtitutio 24. apud Julianum. *Goth.* Adde *Novell.* 24. 25. 26. 41. 49. 50. 62. 75. 82. 93. 115. 119. 126. Vid. etiam Rittershuſ. *in expoſit. Nov. part.* 10. *cap.* 1. Anſ.

20 Dixi ad *L.* 49. *D.* 4.

21 Id eſt, antiquis legibus. *l.* 1. *§.* 5. 7. *l.* 2. *ff. quando appell. l.* 6. *§.* 5. *C. de appell.*

22 *d. §.* 5. 7. *d. l.* 2. *d. §.* 5.

23 *d. l.* 1. *§.* 5. *l.* 5. *l.* 20. *ff. de appell.*

24 Hinc ſumpta eſt authentica, *Hodie, C. de app.*

25 Appellare quis poteſt, per ſe, vel per procuratorem, vel defenſorem, vel curatorem, vel tutorem.

26 A ſententia judicis appellandum intra decem dies, ſive propria ſit, ſive aliena cauſa, *cap. cum dilectus, in fin. x. de electionibus cap.* 36. *x. de teſtib. cap.* 15. *x. de ſententia & re judicata.* alias tranſit ſententia in rem judicatam, & pro veritate habetur, ut dixi ad *tit. ff. quando appellandum.*

27 Definitivæ, Julian. *c.* 43.

28 A qua non appellatur.

29 *Novell.* 20. *ſupr. hic.* Julianus 90. *c.* 93.

30 Quid ſi ad alios judices cauſa introducta non fuerit (ex mora judicis) intra annum definita? dabitur temporis reſtitutio. vid. *leg. ult. §.* 4. *Cod. de tempor. appell. l.* 2. *in fin. ff. ſi quis cautionibus.*

31 Id eſt, ſenatum. *Jul.*

32 Si mora imperatoris ſententia ferri non poteſt, judicii præſcriptio non objicietur: Mora & cunctatio principis litigatoribus non nocet. Hinc autem ſumpta eſt Auth. *ſed & his. Cod. de temporib. & reparat. appell.*

33 Princeps cogi non poteſt, ut intra certum tempus ſententiam ferat.

34 Senatores, Julian. *d. loco.*

35 Magiſtratuum alii majores, alii medii, alii minores.

36 De provocationibus in Ægyptiaca regione porrectis Jul. *c.* 91.

37 Ne dicas 500. aureorum quantitatem, ut Julianus ait *conſt.* 24. *c.* 91. ſed 720. v. Cuj. *hic.*

38 Ita ut hodie Princeps vel Imperator in hisce ſummis non appelletur.

39 De provocationibus in Aſiana vel Pontica regione porrectis. Julian. *c.* 92.

40 Hic omittuntur

gustalis vice sacri cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen & legum timore proferant decidendas. † Orientalem [1] autem tractum causas appellatione suspensas, & usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum spectabilem [2] comitem Orientis mittere: simili modo audientiam & finem eis impositurum.

CAP. IV.

Ut a spectabilibus ad illustres appelletur.

ILlo videlicet observando, ut [3] viri spectabiles [4] duces [5], vel alii spectabiles judices, non ad alios eadem spectabilitate decoratos judices suas transmittant appellationes in litibus [6], quantæcunque sint quantitatis, (cum non oporteat ad compares [7] judices appellationes [8] referri, sed a minore judicio in majus [9] tribunal ascendere) sed ad illustrissimam præfecturam, illorum appellationes, cujuscunque sint quantitatis, (ut dictum est) dirigantur, qui una cum viro excelso pro tempore quæstore eas dirimat: utroque officio subministrante, id est, tam ex sacris scriniis more solito, quam præfecto prætorio. Ita [10] tamen hæc sancimus, ut nec a ducibus vel aliis spectabilibus judicibus, quibus forte, etsi privati [11] sint, imperialis majestas causas injunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles judices currat: ne [12] causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. Sed a præsidibus quidem provinciarum, & judicibus a nobis datis, si non sint spectabiles judices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres [13] sint dati a nobis judices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati: vel ii qui a principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more judices referantur. † Omnibus aliis quæ de appellationibus statuta sunt vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel a nostra humanitate, intactis illibatisque custodiendis. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* post BELIS. V. C. CONS. *

DE APPELLATIONIBUS, AD QUEMNAM REMITTANTUR, SI RES OB QUAM APPELLATIO INSTITUITUR, NON SUPRA AURI LIBRAS [14] DECEM VALEAT.

Epitome superioris Constitutionis.

NOn principalis litigator duntaxat, verumetiam procurator ejus, defensor quoque & curator & tutor intra decem dies a lata sententia provocare potest. † A prætoriorum præfectis provocare non [15] licet.

CAP. I.

SI dum principi [16] appellationis causam audire non vacat, legitimum tempus decurrat, nullum hinc liti præjudicium gignitur. Quando ad principem ejusque consilium provocatur, si lis ipsa decem libras auri non exsuperet, illam in Ægyptiaco tractu, & adjuncta ei utraque Libya præfectus Augustalis audiet, & cognoscet: in Orientali autem tractu comes Orientis: in Pontico vero, & Asiatico, spectabiles comites, proconsules, prætores, & denique moderatores, si quidem hoc specialiter ipsis injunctum fuerit. Qui omnes sacrum habebunt auditorium, neque quisquam eorum sententiam de appellationis causa latam poterit detrectare.

CAP. II.

QUando a spectabilibus præsidibus provocabitur, sive res litigiosa plus decem libris auri, sive minus valeat, prætoriorum præfectus una cum quæstore, ipsis utraque cohorte ministrante, de illa cognoscito.

TIT. III.

DE PRÆSIDE [17] PISIDIÆ.

NOVELLA CONSTIT. XXIV.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

NUnquam sane credidimus, veteres Romanos ex [18] parvis adeoque minutissimis principiis tam amplam constituere rempublicam, & totum exinde terrarum orbem (pene dixerimus) sibi adjungere, & premere ac tueri imperio potuisse, nisi majoribus in provincias magistratibus missis, plus ea re dignitatis sibi comparassent, simulque illis armorum [19] juxta ac legum potestatem fecissent, neque non ad [20] utrumque accommodatos & idoneos habuissent, quos quidem prætores vocabant, appellatione illis ex eo indita, quod [21] cæteris omnibus præirent [22] & præponerentur, permissa scilicet eis tam rei bellicæ administratione, quam legum præscriptione. Unde & ea loca in quibus publice magistratus vel jus reddere, vel habitare solebant, *Prætoria* [13] appellare, & ut pleræque in rempublicam leges ex viva prætorum voce inferrentur, constituerunt. Et multi [21] prætores partim Siciliam, partim Sardiniam insulam, partim Hispaniam, partim terra marique alii aliud vel imperio adjecerunt, vel rexerunt.

CAP. I.

HÆc nos in animo reputantes, & vetustatem [25] denuo majore cum flore & vetustate quasi postliminio reducentes in rempublicam, Romano præterea nomini dignitatem addentes, & videntes quod duplici in asperiores provincias magistratu ad hunc usque diem destinato, neuter ad plenum sua sorte contentus fuerit, sed ex ea causa per quasdam nostras provincias, in quibus tam civilis quam militaris magistratus existit, semper inter se rixentur [26], semper pugnent, non quo subditis bonis aliquid faciant, sed quo eos magis atterant: e re fore putavimus, si [27] utrumque magistratum tam civilem quam militarem in unam [28] formam contrahamus, imponamusque denuo ei qui hanc potestatem habebit, appellationem [29] Prætoris: ut idem & militaribus copiis, quæ per provinciam sunt secundum cognomentum antiquitus illis impositum præeat, & præficiatur legibus: si quidem & hoc initio Prætorum erat proprium: & cum utriusque officii annonas [30] habeat, una tantum cohorte utatur ex centum [31] cohortalibus, (tot enim ei sufficient) quæ Prætoriana cohors appelletur, & per [32] probatorias convenienter hinc procedentes constituatur. Ita enim dignitate [33] plenus erit, ita latrocinia exercentibus terribilis, ita injustis inevitabilis: si majore cum potestate omnia conficiat: & cum lex jampridem a nobis posita jubeat omnes omnino judices puris uti manibus, ei obtemperet, & præstito juramento, secundum hanc res gubernet, tam [34] armis utens quam civilia secundum nostras leges ordinans. Unde tametsi ex gloriosiss. Consulib. [35] aliquis ad hanc administrationem accedat, nihilominus in hoc imitatio quædam priorum eluceat, qua videlicet provincias sortientes Coss. consularesque viri, & non multo [36] illis inferiores Prætores, paulatim Romanorum nomen ita auxerunt, & tam amplum effecerunt, quantum nulli [37] unquam alii reipublicæ seu imperio concessit Deus. Id quod *in Pisidarum regione initium primum sumere volumus: propterea quod* veteres annalium [38] scriptores prodidisse invenimus, olim [39] Pisidarum gentem universæ illius terræ summum tenuisse imperium, & jam nunc majore & vehementiore hanc provinciam magistratu indigere, (nam & maximi [40] in ea pagi sunt, & multi homines, & qui sæpenumero ob [41] ipsa publica tributa seditiones movent) & prædatricibus illis & sanguinariis regionibus, quæ supra voracitatem & quandam insatietatem lupini [42] capitis collocatæ sunt, & Lycocranitarum [43] habitaculum vocantur, hunc magistratum præficiendum credimus, qui jam inde ordine legitimo in eam progrediatur. Ac si hic magistratus sub specie quadam incursionis misceatur, componantur etiam in unum tam militaria, quam præsidalia insignia, & omnes eam militares copiæ sequantur, quæ in provincia sunt. Ad hæc tota civilis cohors venerando jam vocabulo appelletur, & prætoris cognomento honoretur, quis ipsum non abhorreat? quis non revereatur, simul in [44] unum leges & arma coire spectans, & indidem conditione præposita, ut aut legibus obtemperet, si bono esse animo, & servari velit, aut, ut vel primo statim intuitu pereat, armis in proximo leges corroborantibus.

CAP. II.

OPortet igitur, ut qui hunc magistratum suscipit (semper autem gratis [45] eum, & absque ulla datione pecuniæ ipsi conferimus, ut & ipse per omnia sordibus abstineat, & his solis, quæ ex publico solvuntur, contentus sit, id quod etiam prima [46] nostra lex dicit) juste & pure & cum quadam [47] asperitate humaniter se erga subditos gerat, quemadmodum in priore lege disposuimus, homicidia, adulteria [48], raptus virginum, omne denique maleficium provincia expellat, & qui ea deliquerint, secundum [49] nostras leges puniat, neminem præterea maleficorum revereatur, etsi de potentioribus sit, neque his se submittat, qui nullam de se utilitatem, at bene nefarias de se occasiones præbere possunt: sed per omnia jus ipsum tueatur, & ad nostras leges respiciat, & secundum eas judicet, & ut subditi nostri secundum illas vitam suaque studia instituant, efficiat, insuper ad Deum quoque, & nostri timorem respiciat, neque præterea quicquam omnino in animo cogitet. Item ut neque crebro [50] ex provincia huc commeet, neque immodicis literis nos interpellet, sed in omnibus prior ipse audientiam accommodet, eaque disceptet, & memor, quantam illi dignitatis magnitudinem dederimus, ita se hac in re gerat, ut pro gesto magistratu causam dicere necesse non habeat, sciens, quod si quis eo adito jus suum non consequatur, compellaturque hæc ad nos referre, pro eo deinceps certamen illi nobiscum futurum est. Quemadmodum enim jurisdictionis augmento ipsum honoravimus, ita rursus si præter intentionem & opinionem nostram tradita eum administratione abuti deprehenderimus, competenti ipsum animadversione persequemur, tam Deo in hoc subservientes,

Præsides *Novell.* 8. *c.* 15. §. 35. 36. 1 De provocationibus in orientali regione porrectis. Jul. *c.* 93. 2 Vel ita de appellationibus contra sententias spectabilium porrectis. Jul. *c.* 95. 3 A spectabilibus ad illustrissimum P. Præt. appellatur. 4 In his causis, in quibus ipsi principaliter judicant. *Jul.* 5 Proconsules. *Julian.* 6 Appellari non solet a pari ad parem. 7 Par in parem non habet imperium. *l.* 3. *in fin. l.* 4. *ff. de arbitris.* 8 De appellationibus contra spectabiles judices introducendis & exercendis. Jul. *c.* 95. *c.* 101. 9 A minore ad majus tribunal appellatur, vide *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *ff. quis & a quo appelletur.* 10 Aut potius non spectabiles, Jul. *hic*, hoc sensu: si non spectabiles sint hi, contra quos appellatio porrecta, & a divina jussione vel ab aliis magistratibus judices constituti, tunc proconsules appellationem audiant. 11 Id est, non illustres, *l.* 32. *Cod. de appellat.* 12 Gradatim causa procedere debet, & sic omissis mediis judicibus ad summos non est appellandum. 13 Si illustres sint ii, a quibus appellatur, provocatio fieri debet in Constantinopolitana civitate. *Julianus.* 14 Auri libra 72. aureos constituit. *l.* 5. *C. de susceptoribus, lib.* 10. Decem libræ auri efficiunt 720. aureos. 15 Supplicare tamen licet, *l. un. C. de sent. præf. prat.* 16 An idem in judice? dixi *supra const. cap.* 2.
17 Περὶ τοῦ ἄρχοντος ἤγουν τοῦ Πραίτωρος Πισιδίας. Scrimg. περὶ τοῦ Πραίτωρος Πισιδίας 6. *Ecl.* 7. & apud Julianum *const.* 17. *de off. præt. Inst.* Pisidiæ, ita quoque appellatur. *Nov.* 25. *cap.* 1. *Nov.* 31. *c.* 3. 18 Vide Livium 1. Ammianum 14. Florum initio, ubi de ætatibus populi Romani. 19 Armorum & legum potestas olim prætoribus provincialibus commissa, facit *l.* 7. 8. *ff. de off. procons. l.* 10. 11. *ff. de off. præf.* Major itaque erat prætoris provincialis autoritas, quam urbani, *arg. d. l.* 10. 20 Id est, tempus belli & pacis. 21 Prætor unde dicatur. 22 Prætores quasi præpositores 9. Isid. 3. quasi præceptores civitatis & principes. Idem 9. *Etym.* 4. male a præeundo dicti Tullio teste: hinc Lucilius Prætorum est præire. 23 Dixi ad *l.* 14. *C. de offic. rector. provinc.* 24 *l.* 2. §. 32. *ff. de orig. jur.* 25 Vetustas postliminio reducenda.
26 Civiles judices a militaribus sæpe dissentiunt. Præstat itaque præsidem provinciæ munus utrumque sustinere. Unitas enim rixæ seu dissensionis est impatiens. 27 Ut utrique Pisidiæ magistratus, id est, civilis & militaris, in unum misceantur. Jul. *cap.* 66.
28 Id est, si utrumque magistratum uniamus & misceamus. 29 Ut qui ita præsit Pisidiæ, prætor Justinianeus vocetur. *Julian.* 30 Duabus dignitatibus in unum conjunctis, duplices annonæ quoque conjunguntur. 31 Cohors prætoriana, 100. cohortalibus constans. 32 Ut singuli apparitores Pisidiæ per probatorias fiant.
33 Vid. *c.* 4. J. 34 Vid. *proœm. Inst.* 35 Consuli turpe non fuit prætoris provinciæ munus postea sustinere. 36 Prætores suo tempore, non multo inferiores consule, vid. *quæ not. ad Novell.* 13. *c.* 1. eorum potestas admodum postea degeneravit, Boëthius 3. *de consol.* Prætura olim potestas magna, nunc inane nomen & Senatorii census gravis sarcina. 37 Romano Imperio nullum conferendum. 38 Annales probare & ex annalibus probationem sumi, hinc colligas, adde *Nov.* 25. *& l.* 1. *ff. de off. quæstoris. l.* 10. *ff. de probat.* 39 Pisidarum imperium quale olim fuerit, observa. 40 Provinciæ celebrantur urbium amplitudine. 41 Seditiones ob tributa. 42 Λύκου κεφαλῆς. intelligit, ut opinor, Lyci fluminis capita, cujus fit mentio apud Solinum: agitur enim hic de Pisidia. constabit id etiam magis collatione Ptolomæi. Turpiter itaque vetus hic interpres hallucinatus est, qui pro Lyci fluminis capite, *lupinum caput* transtulit, & ex Lyco fluvio, lupinium quiddam confecit. 43 Λυκοκρανητῶν, Hal. λυκοκρανίας. Scrimg. 44 Concursus legum & armorum. 45 Venales dignitates esse, non convenit. Vid. 8. *Nov.* 8. 46 *Nov.* 8. *c.* 7. *Nov.* 17. 47 *Nov.* 17. *c.* 5. §. 3. 48 *l.* 3. 6. 13. *ff. de off. præsid.* 49 *tit. Inst. de off. jud.* 50 *l.* 15. *ff. de off. præsid.* adde *l.* 166. *ff. de verb. sign. &* 3. *Gell.* 2.

quam

quam opem ferentes legibus, sive furta [1] eum fecisse, sive gratia forte aut inimicitiis superatum, sive leges nostras transgressum esse deprehenderimus: dum enim subditos iterum exigere, & his malis, quæ usque adhuc extiterunt, mederi volumus: & magnas opes despeximus, & ad hanc dispositionem oculos convertere properavimus.

CAP. III.

Porro non tantum ad hæc eum prospicere oportet, quæ ante a nobis dicta sunt, sed etiam curare ut affluens rerum copia [2] sit in urbibus, ne quid cives deficiat. Inspiciat etiam in civitatibus opera [3], neque in hoc seipsos a se vinci patiatur: sed & aquarum ductus, & pontes, & muros, & itinera publica refici studeat, neque committat, ut exactores [4] qui illuc commeant, in aliquo subditos nostros prægravent: neque jussiones alias, quæ improbato more fieri solitæ, ex thronis excellentiæ tuæ de refectione murorum, de sternendis itineribus publicis, deque aliis, plus mille causis procedunt, suscipiat. Omnium enim horum causa, & si aliud præterea ejus generis, nemini permittet, ut subditos nostros injuriis afficiat, neque prodibit de thronis tuis sententia, quæ tale quid dicat, (jam enim hoc prohibuimus) sed solus ipse omnium curam geret. Si vero ex sacræ nostræ legis sententia pragmaticam aliquam formam [5] dirigamus, quam forte ad tuam emittamus præfecturam, examinabit ille prius, quæ inibi a nobis jubentur. nemini autem alii omnino copia fiet deprædandi subditos, quo magis aliquando provincias iterum refertas hominibus, iterum suis civibus efflorescentes, neque undique huc confluentem videamus hominum multitudinem, qui propter improbitatem præsidum in suam patriam reverti non audeant. Ideoque sancimus ne amplius excellentia tua Pisidicæ gentis magistratus pro divisis habeat, sed ut unum sit in ea spectabilis Prætoris officium, quod idem & militare & civile existat: quod similiter & publicarum civiliumque rerum curam gerat, & militibus præeat, ut mutuo [6] auxilio & jurisdictio ex armis vires colligat, & cohors armata condecoretur lege. Neque enim deinceps aliqua per urbes orietur seditio, si talem de cætero virum præfecerimus, qui utroque nobis officio dignus putabitur.

CAP. IV.

Quæcunque igitur fiscus erogaturus est, ea secundum subjectam huic sacræ nostræ legi descriptionem spectabili prætori, circaque ipsum versari solitis præstari jubemus. Unde & sacræ nostræ appellationis notam præponi volumus, & qui Pisidiæ præses erit, is prætor [7] Justinianeus esto. Obtemperet autem illi Prætoriana cohors, ex probatoriis [8] (ut diximus) constituenda, quæ similiter tam civilibus quam militaribus hominibus juxta & rebus occupata sit. † Ad hæc publicorum quoque tributorum exactio hunc præsidem cohortemque ejus respiciet, & omnia magistratus habebit insignia [9], quæ etiam modo habet, sellam [10] scilicet curulem ex argento, *securim quoque*, & fasces: habebit etiam inter milites Adresponsum [11], adeoque & eo ipso principatum illi inter milites, qui illic locorum sunt, tribuimus, ut ipsos & pulchre regat, & cogat in ordinem, instruatque ut non solum latrocinantes persequantur, sed etiam subditos inter se mansuetos & modestos reddant. Neque item committat, ut seditiones moveantur in urbibus aut comites quidquam ad fiscum spectans divellant, sed supra [12] omnes potestatem habeat, nemine prorsus excepto. † Collocatus autem hic magistratus sit in mediis [13] & in numerum spectabilium descriptus. Unde quæcunque in vicariis olim, hodie in comitibus Justinianeis Pacatianæ [14] Phrygiæ & Galatiæ primæ [15], item spectabili comite Orientis [16], & spectabilibus proconsulibus sunt, ea & in hoc existant: sitque & ipse spectabilis magistratus, & [17] appellationes quæ apud ipsum interponuntur, mittantur huc, & examinentur: sicut in cæteris spectabilibus fieri solet magistratibus, introducanturque [18] in judicium gloriosissimi præfectorum, in cognitionem causæ, adhibito etiam gloriosissimo quæstore sacri nostri palatii: propterea quod tametsi [19] is magistratus nonnihil in se habet militare, tamen quia prorsus in civilem & legitimam mutatus est formam, ideo necessario eundem tenere ordinem debet, qui pro consuetudine jam olim obtinente in spectabilibus magistratibus observatus est.

CAP. V.

Quoniam vero nuper sacra constitutione conscripta promulgavimus, ut causæ appellationum, *quæ quidem quingentorum aureorum* [20] *summam non excedant*, a spectabilibus præsidibus huc devolutæ, in habitu & ordine sacri auditorii examinentur, sancimus [21] ut si qua ejusmodi causa emergat, scilicet in Pisidia duntaxat, ex delegatione sive nostra, sive alicujus gloriosissimorum nostrorum procerum, nisi qui datus est judex spectabilis sit, ut non ad spectabilem Justinianeum comitem Pacatianæ Phrygiæ (id quod prius lege [22] determinavimus) proficiscatur, sed ad ipsum deferatur in sua provincia interposita appellatio, & ipse de ea cognoscat in habitu sacri auditorii (cohonestamus [23] etenim magistratum hoc etiam) & perfectam illi formam imponat, non remittendam ad hanc almam urbem, ne forte parvis [24] de causis magnas bonorum suorum perturbationes & damna litigatores sustineant.

CAP. VI.

Ut autem qui vel hoc prætoris, vel alia nobis inventa & invenienda officia suscipiunt, cognoscant, quo tandem modo provincias eos gubernare conveniat, visum nobis est, non tantum signa [25] eis præbere administrationis in codicillis (ut vocant) sed etiam, modum præscribere, secundum quem provinciam administrent, (quæ quidem, qui nos antecesserunt legislatores, consulta [26] quædam præsidialia appellabant) ut ad hæc intentis oculis propriam dirigant administrationem, perque hanc omni ex parte subditis nostris prosint. Unde & id genus sacra mandata jussimus in sacro laterculo reponi, ut una cum codicillis præberentur, præsidibus tum jusjurandum, quod in sacra nostra constitutione [27] descripsimus, præstantibus, tum omnia alia, ut nos ordinavimus, administrantibus. Subjicietur autem a nobis huic sacræ legi quædam etiam descriptio, quæ exprimat quid ipsum cum deligitur, præbere conveniat occasione codicillorum officii, *sive in sacro laterculo, sive in foro gloriosissimorum præfectorum*, quid rursum illi, item adsessori, & circa ipsum versari solitis porrigatur ex publico: ut omnibus nota facta providentia, quam circa officia gerimus, ille incontaminatum nobis & undique spectatum suum exhibeat ministerium. §. I. Hanc sane legem tum sacrarum nostrarum constitutionum lectio monstrabit, (jussimus enim & hanc inter eas describere) tum ipse ad effectum deduces, ut perpetuo in ipsis factis reluceat conspiciaturque.

Oportet [28] prætori Pisidiæ annonarum, & capitum, ac reliqui solatii titulo præberi solidos CCC. ejus adsessori, solidos LXXII. ejus cohorti, aureos LII. Rursum pro codicillis administrationis oportet ipsum præbere sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, solidos IX. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, solidos XLV. ejus adjutori, solidos III. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussionibus & omni alia causa, solidos LX.

TIT. IV.

DE PRÆTORE [29] LYCAONIÆ,

NOVELLA CONSTIT. XXV.

Imp. Justinianus Aug. Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

Cum ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem, antiquarum rerum scriptores [30] & enarratores constitisse tradiderunt, respicimus, & quod maximam cum Romanis affinitatem habeat, quodque ex eadem ferme occasione in unum coacta sit, majore, quam hactenus magistratu eam exornare, justum putavimus. Siquidem usu venit, ut olim Lycaon, qui [31] Arcadiæ in Hellade rex fuit, & Romanum solum incoleret, & assumptis quondam Oenotriis Romano Imperio daret veluti principium (dicimus autem vetera illa, quæ longo ante tempore Æneæ & Romuli ætates præcesserunt) & deducta in hasce partes colonia, Pisidiæ bonam partem adimeret, eique deinde suum nomen inderet, & regionem ex se Lycaoniam appellaret. Inde adeo justum fuerit & ipsam magistratu adornare, cui veteris apud Romanos instituti signa & notæ inscribantur, & illos, qui hoc ipsam tempore regunt (de præside civilis jurisdictionis loquimur, & eo cui armorum cura commissa est) in unum contrahere, & prætoris [32] appellatione decorare. Est enim hoc nomen quasi jure patrio Romani Imperii proprium, & ante [33] ipsos etiam Coss. in ampla Romanorum republica usui habitum. Nam veteres Romani suos imperatores prætores appellabant, simulque illis præbebant, ut militaribus præirent copiis, & descriptis ab illis parebant legibus, & prorsus erat hic magistratus ex ambobus contemperatus, præ se ferens & ostentans tam in instruenda acie robur, quam in ferendis legibus rectum & decentem ordinem.

CAP. I.

Quoniam igitur propositum nobis est etiam hic utramque administrationem in [34] unam contrahere, propterea [35] optimo illi jure prætoris [36] appellationem imponimus, ut una cum prætoris appellatione audientium animis insonet ipsius quoque magistratus substantia ac natura, & quod non simplex sit, nec ad unam aliquam rem tantummodo (nempe vel arma, vel leges) respiciat, sed simul utrumque ad se munus ex æquo attrahat, quodque per copias militum vehemens & robustus, per legem lenis & mansuetus sit: & per hanc causam maleficis quidem vehementiorem, probioribus vero civiliorem se & moderatiorem exhibeat. Neque hoc sine causa agimus, aut solam appellationem attendimus, sed ex usu ac necessitate magistratus quoque metimur. Nam fortes ea regio viros habet, neque in ullo differt [37] ab Isauria in medio, ut quæ mediterranea, aprica, equorum altrix existens, tum multos viros, tum multos equos enutriat: magnus quoque in ea numerus est magnorum pagorum, & virorum ad equitandum, ad sagittandum, ad animos sine negotio & celeriter excitandos, ad arma prompte tractanda, denique tam ad militare imperium forte aversandum, quia illorum status privatam ipsis fortunam & solis civilibus magistratibus subditam adscribit, quam ad hoc rursus, *civile scilicet*, contemnendum, quia soli obtemperare legi, quæ non item strenuitatem quandam adjunctam habeat, audacioribus formidabile est, idoneorum. Hæc nos permoverunt ut hunc quoque magistratum, quemadmodum apud Pisidas [38] fecimus, coadunatum redderemus, & nostro apposito nomine Prætoris ei appellationem inderemus. Volumus etenim & hunc prætorem [39] Justinianeum Lycaoniæ appellari, quomodo sane & Pisidiæ, & aliorum. Deinde utramque [40] etiam cohortem in unam contrahimus, *& cui civilis, & cui militaris magistratus præfuit, ac Prætorianam illam appellamus*, constituendam [41], ex probatoriis more solito, ex sacro libellorum scrinio, ex

1 Avaritia, gratia, inimicitiæ, judicum pestes. 2 Adde *l.* 1. §. 11. *ff. de off. præf. urb.* 3 *Nov.* 17. *c.* 4. *in pr. &* §. 1. *l.* 7. §. 1. *ff. de off. procons.* 4 *Nov.* 17. *c.* 8. 5 *Nov.* 17. *c.* 4. 6 Alterius sic altera poscit opem res & conjurat amice, adde *l. qui restituere* 68. *ff. de rei vind.* 7 Ideo apud Julianum *const.* 17. conceptus est hic titulus, *de officio prætoris Justinianei Pisidiæ.* 8 Ex scrinio libell. *Novell.* 25. *c.* 1. 9 Insignia præsidum sella curulis ex argento, securis & fasces, vid. *Novell.* 30. *c.* 6. *& l.* 14. *l.* 16. *ff. de officio proconsulis.* 10 Διφρὸν ἐξ ἀργύρου. Carrucam argenteam vocat Julianus *hic.* 11 Καὶ εἰς ἀπόκρισιν. Hal. ad responsum propter milites, *Julian.* Adresponsus ἀποκρισιάριος, responsa dans vice magistri militum. *Novell.* 25. *c.* 1. *in fin. Nov.* 123. *c.* 25. 12 Vid. *l.* 4. *ff. de offic. præsidis.* 13 Spectabilis dignitas media inter illustrem & clarissimam. 14 *Novell.* 8. *c.* 2. 15 *d. Nov. cap.* 3. 16 *d. Nov. c.* 5. 17 Si provocatio porrecta fuerit contra sententiam Prætoris Pisidiæ, vel alterius, qui in Pisidia judicavit, Jul. *const.* 17. *c.* 67. 18 Ut appelletur a sententia Prætoris Pisidiæ ad P. Præt. & Quæstorem simul. 19 Prætor Pisidiæ nonnihil habet militare, & tamen prorsus in civilem & legitimam mutatus est formam. Ea ratione fit, ut ab eo appelletur ad P. Præt. & ad Quæstorem simul. 20 *Trecentos*, legit Julianus *hic.* 21 Ut si in Pisidia ex Imperatoris jussione datus erit judex, non appelletur ad Comitem Pacatianæ, sed ad Prætorem Pisidiæ: scil. si causa provocationis ultra 300. sit aureos. 22 *Novell.* 8. *c.* 2. 23 Ut Prætor Pisidiæ sacrum etiam auditorium habeat 24 Parvas causas Julianus interpretari videtur 300. aureorum. 25 Τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς, insignia magistratus. 26 Mandata præsidis. *Scring.* 27 *Nov.* 8. 28 Notitia præsidis Pisidiæ. 29 6. *Ecl. de offic. prætor. Lycaoniæ.* Jul. *const.* 18. Præses dicitur 8. *c.* 15. §. 20. 30 Annales probant. *Novell.* 24. *c.* 1. 31 Vide Pausaniam 8. *Arcad.* 32 Qui præses olim Lycaoniæ, hodie prætor. 33 Vid. Festum in prætoria porta. 34 Idem ergo hic constituitur in Lycaonia, quod constitutum fuit in Pisidia. *Nov.* 24. *cap.* 1. 35 Prætores igitur ii videntur fuisse, qui civilem simul & militarem potestatem habuerunt. 36 Ut qui antea præses, Lycaoniæ prætor nominetur. 37 Ammianus 14. Relicta ora maritima, in Lycaoniam adnexam Isauriæ se contulerunt. Porro Lycaonia magna ex parte campestris, idem *ibid.* 38 *Novell.* 24. §. 39 Nota de prætore Justinianeo Lycaoniæ. 40 Ut prætor Lycaoniæ habeat civilia & militaria insignia. 41 Ut Prætoris Lycaoniæ

quo

quo olim & duciani eas ferebant procedentibus, mensuramque illius ad [1] centum usque virorum numerum extendimus, & utriusque magistratus annonas [2], illi adsignamus, sed & adsessori & reliquis. Quæ quidem ex subjectis sacræ huic nostræ constitutioni descriptionibus clara faciemus. Habeat item Adresponsum [3], *sive apocrisiarios*, ut inter milites omnia recte gerantur atque ordine: adeoque & aliis eum militibus qui per dictam provinciam stationes agunt, imperitare sancimus.

CAP. II.

MIttemus sane, qui id officii suscepturus est, unum aliquem de probatis, & de numero nostrorum procerum, unde [4] & olim prætores procedebant, suisque laboribus adornabant rempubl. nunc residentes in solo Italico, nunc proficiscentes ad loca forensia. Ac talis quidem semper sui ipsius memor, & unde illi hæc administratio accesserit, venerandum se præbeat subditis, horrendum latrocinantibus & maleficis, omnia majore cum fiducia peragens. Neque dubium [5] quin puris utetur manibus, quandoquidem & officium gratis suscipit: & alioqui lex nostra nuper a nobis lata, omnibus omnino magistratibus in ipsa descriptis, præcipit ut manus contineant (qua de causa & juramentum [6] præstant) & secundum leges nostras dijudicent, omnemque æquitatem & justitiam subditis impertiant. Eo pacto cum reipub. suæ statum veteres Romani exornarent, omnibus aliis rebus publ. potiti sunt. Quis enim hunc magistratum non revereatur simul & horreat, videns duplici eum forma excubias agere, tum ut quæ lex jubet, facile ordinet, tum vero, si quid de lege violetur, ut hoc armis corrigat? §. 1. Quibus autem de rebus Prætorem [7] Pisidiæ in lege quæ de ipso conscripta est, appellavimus, de iisdem pulchrum putavimus & hunc appellare. Oportet enim ut cum undique gratuitum hoc officium suscipiat, ab omnibus, & ipse sordibus alienissimus sit, his solis contentus, quæ fiscus præstat, prout jam ante de præsidalibus officiis lata lex disserit, ut item in rebus gerendis syncerum & justum se præbeat, ac quo modo administrationis ratio permista est, ita & ipse harmoniam animi sui nunc acutioribus & intentis, nunc lenioribus & remissis sonis contemperet. §. 2. Odio quoque habeat & puniat omne adulterium [8], ad hæc homicidium, sed multo [9] his vehementius raptus virginum. Cæteros etiam maleficos, si quidem incurabili morbo laborant, citra exceptionem puniat: si vero mediocriter, ad meliorem frugem transponat. † Insuper neminem improbe agentium revereatur, etsi [10] dives, etsi majore aliqua dignitate præditus sit. propterea enim de numero præstantiorum electum ipsum mittimus, ut pro sua potentia necesse non habeat cuiquam alii attendere, quam nobis & legibus secundum [11] quas & ipse judicet, & subditos vitam instituere procuret.

CAP. III.

SEd neque socordiæ se dedat, neque alicui injuriam faciat, ne ejus provinciæ homines cui præest, propter injurias illic acceptas, regionem [12] suam relinquant & continue nobis hic facessant negotia. † Quin ipse prius audientiam his quæ ad eum referuntur, præbeat, eaque disceptet: & usque memor honoris quem illi detulimus, ita administrationis laboribus se exerceat, ut laudem inde, & a rationibus gesti magistratus reddendis dicendaque causa immunitatem consequatur. Illud certo sciens, quod si quis nos adeat referens domesticam sibi rem incommodis affectam esse, siquidem expertus apud eum, jus suum obtinuisset, hunc ipsum sine aliquo dato responso remittemus: si vero cum prius ad ipsum retulisset, deinde non obtento jure suo, ad nos decurrat, tunc non illi nos in posterum, sed ei qui magistratu fungitur, judicium constituemus, & quemadmodum ampliorem ei honorem reddidimus, ita & si socordiæ eum se dare, & his quæ in ipsum contulimus, negligentius uti deprehenderimus, opem feremus legibus, & convenienti eum animadversione [13] persequemur: & quemadmodum ille neque verba nostra neque leges, neque formam & gradum magistratus veretur, ita neque nos ipsum verebimur, sed perinde ei obviabimus, ut & ipse rerum administratione utetur: & sive sordidis eum manibus uti, sive ad effectum aliquem respicere, sive leges nostras transgredi deprehenderimus, nos vigore legis ad facti sui rationem reddendam, eum sistemus: neque enim ut subditos servaremus, pecuniis aut quapiam aliarum rerum quæ nobis suppeterent, pepercimus.

CAP. IV.

OPortet præterea ipsum providere, ut omnia recte atque ordine fiant in civitatibus, & primum quidem ut civitates sub ipso collocatæ, seditionibus [14] careant, ex omni parte æquitatem conservans, & summo studio prospiciens ne nimium subditis indulgeat, & frena relaxet. §. 1. Deinde neque *opera* [15] in civitatibus negligat, ne per hanc causam diminuantur, vel aquarum ductus, vel ipsorum pontium [16] transitus, vel murorum munitio, vel cura itinerum, sed omnia reficiat, aut saltem ad nos referat, ut partim ex civilibus ea reditibus, partim nostra liberalitate queant reficere. §. 2. Neque item committat ut exactoribus [17] qui a nostris hinc proceribus commeant, sit in aliquo damnum subditis nostris inferendi licentia, aut ut hi subditos nostros gravent qui consuetas illas jussiones adferunt, quæ olim ad subversionem eorum qui mediocriter vitam instituerant, de thronis tuis procedebant, nunc injungentes murorum reparationes, nunc curam itinerum, nunc imaginum, pontium, portuum, aquæductuum publicorum renovationes, locorum denique publicorum ablationes, & ædium quasi in solo non justo ædificatarum demolitiones, & id genus alia magis ad nectendas calumnias expedita: sed ipsemet hæc ad animi sui curam revocabit, omnia peracturus absque dispendio. Si vero nobis visum fuerit majore eam rem inspectione indigere, sacra pragmatica forma utemur, *quam sane & ad tuum magistratum, si videbitur, mittemus,* qua secundum ipsum alteri quoque hanc inquisitionem injungamus. Ita aliquando respirabunt subditi, ita denuo efflorescent civitates, ita qui eas incolunt, magnum incrementum capient, neque de patriis sedibus diffugient [18] rerum suarum incolatum propter præsidum improbitatem quasi terriculamentum aliquod metuentes.

CAP. V.

SCire igitur oportet excellentiam tuam, quod unus & simplex hic magistratus, non duplex futurus sit, ut omnia quæ fiscus utrique prius officio præbebat, ea secundum descriptionem sacræ huic nostræ legi subjectam, tam ipsi det, quam circa ipsum versari solitis, & cohorti ejus: quemadmodum & hactenus præbita sunt. §. 1. Et publicorum tributorum exactio ipsi simul & obtemperantibus ei prætorianis cohortalibus incumbet: habebitque utriusque officii insignia, tametsi plurima militaria sunt: tamen & in vehiculo [19] sedebit argenteo, & præcedet ipsum securis, (nam & hoc consularis imperii signum [20] est) similiter & fasces [21] ipsi cum solennitate præibunt: observabitque eum universus exercitus, qui per eam provinciam stationes habet, cui curæ erit, ut & latrocinia resecet, & injuria affectis opituletur, & subditos nostros mansuetos inter se & modestos reddat. §. 2. Sed neque comitibus [22] permittet, ut ad publica tributa annuant, animumve adjiciant. Sed & inter spectabiles ipse collocabitur, tametsi qui eam administrationem susceperit, majoris forte sit dignitatis, si quidem dignatio eorum, qui provincias regunt, talis futura est, qualem nos ad quamque administrationem idoneam fore judicaverimus. Ipsum vero, propter imperium quod gerit, conveniens est inter [23] spectabiles numerari, inter quos & proconsules & comites Orientis, Galatiæ, & Phrygiæ sunt. §. 3. Unde & ipse causis quæ in ejus moventur provincia, tam pecuniariis, quam civilibus & liberalibus, audientiam præbebit, uti id genus magistratibus licet. † Appellationes [24] quoque contra ejus sententias interpositas examinabunt hic ex more qui jam pridem in spectabilibus magistratibus obtinuit, tam gloriosissimorum sacrorum nostrorum prætoriorum præfecti, quam gloriosissimus quæstor, (prout jam inde ab initio traditum est) eo [25] quod alter jam magistratus civilior factus sit admistis legibus, quas [26] etiam in ipsa arma imperium habere voluimus.

CAP. VI.

SEcundum legem vero nuper a nobis positam, si quæ causa inter provinciam suam mota quingentorum [27] aureorum quantitatem non excedat, quæ per provocationem deinde a suo transferatur judice, de hac non Pacatianæ Phrygiæ comes (ut prius [28] diximus) sed ipse cognoscet, etsi ex delegatione, sive [29] nostra, sive alicujus gloriosissimorum nostrorum procerum causa alicui commissa sit, modo propter rationes quas nuper in constitutione de appellationibus lata præscripsimus, spectabilis non sit: & causæ finem imponet, non (ut olim) post etiam huc mittendæ, ne ob parvas occasiones magnorum ea res dispendiorum subditis nostris ansam præbeat. Hæc autem & nos illi manifesta faciemus. Siquidem studio habet potentia nostra, non tantum ut administrationis [30] signa eis ex codicillis (quos vocant) præbeamus, qualia spectabilibus magistratibus attribui solent, sed etiam ex mandatis [31] principalibus, quæ veteres olim principes & legislatores responsa præsidibus edita vocabant: quæ cum nos descripsissemus, jussimus in sacro nostro reponi laterculo, ut inde semper una cum codicillis præbeantur magistratibus: ac hi quidem ipsum conferant officium, illa vero dirigant administrandi officii rationem. Cæterum ex descriptione quæ sacræ huic nostræ legi subjicitur clarum erit tum quid ipsum, cum deligitur, occasione codicillorum officii præstare conveniat, tum etiam quid ipsi simul & adsessori, ac cohorti ejus e publico erogabitur. Sed & si quos vicinarum ei provinciarum præsides circa tributariam rationem negligentes inveneris, non alium emittes, sed ipsos spectabiles præsides fatigabis, ut vicinarum provinciarum præsidibus si socordiæ se dedant, immineant, & procurent, quo magis ea omnibus in publicum modis inferant.

EPILOGUS.

† Præsentem itaque legem nos quidem sacrarum nostrarum constitutionum volumini jussimus inseri: ipse vero ea suscepta, omnia ex illius præscripto agas, immortalem perpetuo beneficii nostri memoriam præ se ferentis.

Oportet [32] Lycaoniæ prætori in hunc modum præberi. Ipsi quidem annonarum capituum & reliqui solatii nomine, solidos CCC. ejus adsessori, solidos LXXII. ejus cohorti, aureos LII. Rursum oportet eum præbere spectabilibus chartulariis sacri cubiculi per causam codicillorum, solidos IX. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus [33], solidos XXIV. ejus adjutori, solidos III. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussionibus & omni alia causa, solidos LX.

TIT. V.

DE [34] PRÆTORE [35] THRACIÆ.

NOVELLA CONSTIT. XXVI.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

ILlud in confesso est, quod si quis Thracum regionem nominet, statim una cum dicto virilitas quædam animum, & militarium copiarum, bellorum [36] ac pugnæ cogitatio subeat. Sunt enim ista ingenita & quasi patrio quodam jure huic regioni attributa. Itaque & prius a nobis suscepta est cogitatio

apparitio fiat per probatorios. 1 Ut Prætor Lycaoniæ ad centum usque apparitores habeat. 2 Ut Prætor Lycaoniæ habeat non solum civilis, sed & militaris magistratus annonas. 3 Ἤτοι ἀποκελσιαρίους Scrimg. lege ἀποκρισιαρίων. de apocrisiariis ad *Novell.* 24. *cap.* 4. Julianus hic, habeant autem & Adresponsum, adde *Nov.* 123. *c.* 25.
4 Prætores provinciarum olim ex numero procerum electi. 5 Præsumitur gratis judicaturus, qui gratuito administrationem suscepit. 6 *Novell.* 8. *c.* 7.
7 Ita appellatur *Novell.* 31. *c.* 3. alibi Præses, *Novell.* 24. *supr. hic.* 8 *l.* 13. *ff. de offic. præsid.* 9 Raptus virginis grave crimen, quin videtur id scelus homicidio gravius esse. *ut hic.* 10 *Novell.* 24. *cap.* 2. 11 Judicandum est ex legibus. *Inst. de offic. jud.* 12 *Novell.* 24. *c.* 3. 13 *d. Novell. c.* 1. *in fin.* 14 *l.* 13. *ff. de offic. præsid.* 15 *Novell.* 24. *c.* 3. *l.* 7. §. 1. *ff. de offic. proconf.* 16 *Novell.* 17. *c.* 4.
17 *d. cap.* 4. 18 *cap.* 3. *supr. hic. Novell.* 24. *c.* 1. 19 Ἀπήνης ἀργυρᾶς καθιδεῖται. Scrimg. carrucam argentariam habeat. Jul. *cap.* 68. 20 Securis, & fasces insignia proconsulis. 21 Sive virgæ. *Jul.* 22 *Novell.* 17. *c.* 4. 23 Ut prætor Lycaoniæ sit inter spectabiles magistratus. 24 Si provocatio porrecta fuerit contra sententiam prætoris Lycaoniæ, vel alterius qui in Lycaonia judicavit, Jul. *cap.* 69.
25 Id est, eo ipso, quod Prætor Lycaoniæ civilis factus sit magistratus: similis ratio adfertur *Novell.* 24. *cap.* 4. 26 Leges imperium in ipsa arma habere jubet Imperator: adde *l. digna vox* 4. *Cod. de legibus.* 27 *Ut Nov.* 24. *c.* 5. 28 *Novell.* 8. *c.* 2.
29 Delegare qui olim potuerint. 30 Τὰ σύμβολα τῶν ἀρχόντων. 31 Vid. *Nov.* 17.
32 Notitia prætoris Lycaoniæ. 33 Qui laterculo inserviunt: de laterculo alias dixi.

34 Præsidis meminit *Novell.* 8. *c.* 15. §. 28. 35 6. *Ecl.* 9. de officio prætoris Justinianei Thraciæ, & de provocationibus in Thracia porrectis. Jul. *const.* 19. 36 Ovi-

redigendi

redigendi in meliorem statum ea quæ illa loca concernunt, & hoc tempore de his, quæ longo jam agitavimus consilio, præsentem legem tulimus. Duos [1] sane vicarios nomine ad Longum murum [2] sedere omnes scimus, quorum alter militares cohortes regit, (est enim magna vis militum eo in loco) alter præfectus est negotiis civilibus. At cum ambo vices [3] illic impleant, hic [4] quidem gloriosissimorum præfectorum [5], ille vero magnanimorum magistrorum militiæ, nunquam tamen inter se consentiunt: sed tametsi suas unicuique fiscus annonas separatim suppeditat, & alia præbet solatia, nihilominus unum hoc sibi negotii perpetuo & indesinenter sumunt, ut contentiones inter se immortales exerceant.

CAP. I.

REcte igitur atque ordine visum nobis est hic quoque facere, quod apud alias [6] gentes, quanquam non ita efferas, non ita militaris custodiæ indigentes fecimus: & ut non hic quidem civilibus negotiis præsit, ille vero inter milites & solos imperitet, utrumque [7] officium in unum contrahere & præficere ei loco gravem aliquem & reverentia dignum magistratum, qui ex æquo tam civilia illic negotia curet, quam de venusto & decenti ordine militum sollicitus sit. Nam qui provinciam moderatur, is in aliis versatur locis, vix illis sufficiens. §. 1. Si vero horum locorum custodia, omniumque rerum per ea loca administratio, & in bonum ordinem collocatio, tum etiam militia bono aliquo viro indiget, & qui idonee tam milites possit excolere, quam imperitare ex lege: quod tandem illi nomen ex vetustate accommodatum imponemus? aut quam appellationem amplexi, hunc gerenti magistratum aptabimus? an vero re ipsa manifestum non est, quod quemadmodum Pisidiæ rector, & summus Lycaoniæ magistratus a nobis nominatus institutusque est, ita & hic prætor [8] nominabitur assumpto pietatis nostræ cognomine? Nam si prætor Romanorum Imperatoris simul [9] & legislatoris locum in sua republica tenuit: in confesso est, quod nihil perinde hujus magistratus appellationem deceat, quam nomen prætoris. Siquidem & militum copias reget, & paganos subditos non paucos habebit, quibus ex nostris legibus jus reddet. Denique tam civiles res, quam militares in iis locis bono aliquo viro indigent. Nam & anterioribus temporibus semper quidam militares viri in summis constituti dignitatibus, tam militaribus illic copiis præibant, quam cæteris auxilio erant, quamvis non milites, sed pagani existerent. Barbarorum enim excursiones non mediocri opus habent præsidio. Quæ vero illos concernunt, ea committi debent uni alicui, qui secundum leges ipsis præire possit, cum multum intersit inter rectum & perversum ordinem: & omnibus perspicuum sit, quod militaris [10] quidem res si sola & per se consistat, ultra quam decet, efferatur audacia: civilis vero, nisi [11] admistum habeat robur militum, infra mediocritatem auctoritate careat: utrumque vero si in idem cum altero concurrat omnium perfectissimum & absolutissimum sit, quodque tam ad gerendum bellum, quam ad tuendam pacem sufficiat.

CAP. II.

IDeoque hujus etiam provinciæ officia copulantor, & Prætor hic Justinianeus Thraciæ nuncupator. Signa vero magistratus a nobis erunt tam codicilli hinc procedentes in forma cæterorum spectabilium magistratuum, quam monita quædam Imperialia, rationem explicantia, quæ provinciæ administrationem perficiat, quæ majores nostri [12] Mandata [13] Principis nuncuparunt, cum quibus in provincias proficiscentes, qui eas sortiti erant, inde quid facto opus esset, accipiebant. Atque ea res semper & pulchre excellens habita est, magnumque nominis splendorem prætoribus addidit apud plurimas reipublicæ nostræ gentes, & maxime Occidentales, a quibus progressi Romani totum (pene dixerimus) Septentrionem, & Meridiem, & multo maximam Orientis partem suo adjecerunt imperio. Quæ igitur in dicta a nobis lege de provincialibus [14] officiis scripta sunt, quæ item de Prætore Pisidiæ [15] & Lycaoniæ [16] disseruimus, ut & ipsi gratis hic designentur, & gratis se vicissim subditorum nostrorum commodis exponant: omnibus manifesta sunt. In universam enim jam imperii nostri ditionem lex prodiit, & apud omnes vulgatissima facta est. Descriptum sane & jusjurandum [17] est, quo magistratus nostros conveniat, cum officia suscipiunt, animam suam devovere Deo, & tueri subditos nostros in æquitate & justitia, ab omnibus sordibus, inimicitiis, & gratia remotissimos. §. 1. Cæterum cohortales ei non ultra centum [18] apparebunt, habebitque tam civilis quam militaris officii insignia. Insuper aderit illi etiam Adresponsum [19] propter copias quæ illic resident, in quas plenum habebit imperium, & quidvis cum illis ad utilitatem reipubl. & attentandi & perficiendi licentiam. §. 2. Publicorum præterea per illa loca tributorum exactio, tum ipsum, tum cohortem ejus respiciet: & tota cohors Prætoriana appellabitur, hinc edendis & ex sacro epistolarum scrinio prodeuntibus, probatoriis constituenda, unde tales olim probatoria Vicariana quoque cohors ferebat.

CAP. III.

CUræ autem habebit, primum quidem, ut a [20] donis & muneribus puras conservet manus: deinde ut omnem æqualitatem subditis nostris tam publicæ quam privatim exhibeat, *& litigantibus, & inter se contrahentibus, quo omnem ab ipsis controversiam depellat.* † Item ut milites quidem bellicis exercitationibus meliores & alacriores efficiat, paganos vero per legem componat, ut justi, & ab omni improbitate & malitia immunes reddantur. quo magis hi quidem ad justitiam, illi vero ad virtutem & fortitudinem progressus faciant: & si belli causa aliqua fiat excursio, facillime hanc expediat, utraque cohorte præsente, illa quidem alteri subministrante in iis quæ civiles cohortales decet, copiis vero militaribus citra tergiversationem hostiles insultus propulsantibus. §. 1. Oportet insuper, ut etiam in causis, sive hæ pecunias, sive crimina, sive aliud quiddam concernant, audientiam [21] præbeat, & recte secundum leges nostras, & absque omni affectu judicet, ne aliqui inde excurrentes, nostram inquietent potentiam. Neque enim volumus ut collatores nostri relicta provincia sua a provinciæ præsidibus despecti, huc adcurrant. Nam si posthac nobis ab his qui ex eo loco commeant, negotium fiet, omnino percontabimur adeuntes, si ea renunciaverint imperium in provincia gerenti: ac si edocti fuerimus, quod ista non denunciaverint: cum summa eos increpatione remittemus in provinciam: si vero illi denunciaverint quidem, at provinciæ imperium gerens, aut per socordiam omisit, aut turpi aliqua de causa legum rationem non habuit, tunc omnem animi nostri motum in ipsum convertemus. Quemadmodum enim majores in illum erogationes fecimus, (nimirum utriusque officii) tantæque hominum multitudini eum præfecimus: ita si compertum habuerimus, quod indigne in hoc versetur officio neque remisse agemus, neque mediocres pœnas irrogabimus: imo *quanto ipsum altius in sublime evehimus, si probe se gerat, tanto rursum gravioribus eum percellimus pœnis si quid contra leges deliquerit.* † Ad hæc nemini [22] omnino oportet eum succumbere [23], neque si insigni aliqua dignitate sit præditus, neque si opibus abundet: propterea enim gravioribus viris & auctoritate plenis ejusmodi tradimus officia: ne quid necesse habeant remittere his, qui opibus suis freti, aliis velint inferre injuriam.

CAP. IV.

CUrabit quoque omnia illic *opera* [24] *publica*, neque patietur, ut vel portus, vel muri, vel pontes, vel itinera, vel denique alia vitium contrahant: sed ipse, quæcunque ex civilibus redditibus possunt refici, ea procuret: si quid vero ex his majore [25] cura indiget, id per suggestionem ad nos referat, & rationes conficiantur, prout jam a nobis lege sancitum est. † Neque enim volumus, ut qui solitas hasce negotiationes, item aquarum pervestigationes, & hortorum, murorum, imaginum, aliorumque id genus reparationes (quæ quidem omnia olim abrogari placuit) exercent, hi a præfectura quam moderaris mittantur in provinciam: sed ipse pervestiget ea quæ fieri debeant, & secundum constitutionem nostram rationes illos faciat edere.

§. 1. Quod si nobis placuerit alium ad hoc dirigere: per pragmaticas formas id efficiemus, quæ (si ita visum sit) ad tuam deferantur præfecturam. Nam ut subditos nostros eripiamus & liberemus dispendiis, propterea & magnam pecuniæ vim (ut ex parte vel ipse nosti) despicimus, & ita amplis annonis tam præsides, quam cohortes & circa illos versari solitos consolati sumus, ne per egestatem forte, aut ejusmodi aliquid, parum decentibus factis occupentur, sed insigni dignitate prædití, & de amplo [26] senatorum ordine sint, & ita cum Dei & nostri memoria versentur in provincia. Quæ si nullo unquam pacto memoria neque huic exciderint, per omnia se ipso pulchrior futurus est.

§. 2. Ac si [27] veteres Romani consularibus [28] tantum & prætoriis viris provinciarum administrationes demandarunt, neque nos alienum a bonis moribus faciemus, si talibus eas tradamus, qui exactorum hinc in provincias tendentium, & præter rationem collatores nostros damnis involvere tentantium violentias reprimentes, hujusmodi necessitatem queant resolvere. Damus etenim ei & curiosius ista indagandi, & prohibendi, & ad nos per suggestionem nuntiandi facultatem, & ut partim ipse per se ea corrigat, partim celerius ad nostram referat notitiam: ut si qua in re imbecilliores sunt, ibi vires crescant, & suppleantur scientiæ, & jussionis nostræ accessione.

CAP. V.

HÆc etiam in sacris ipsos admonebimus Mandatis, quæ una cum signis magistralibus trademus, ut memores juramentorum quæ præstant, & monitorum quæ illis dabimus, prout nos nostro rumque deillis meretur judicium, & propriam exornent vitam, & traditum gubernent officium *secundum nostras leges. Quibus ipsis conditionibus* [29] *magistratum tradimus*, dantes illis (ut dictum est) omnem potestatem ut tam in pecuniariis, quam criminalibus, & omnibus denique causis judicent, & appellatio apud ipsos interposita ad gloriosissimos nostros præfectos & gloriosissimum decurrat quæstorem, qui causæ communem præbeant audientiam secundum formam earum causarum, quæ in sacrum introducuntur palatium. Si quam [30] vero causam minorem quingentis aureis per ea loca provocatione suspendi contigerit, & si ex delegatione vel nostra vel judicaria sit, neque is cui ea causa delegata est, spectabilis judex sit, ut ex illis locis appellatio ad ipsum procedat, eamque audiat in forma sacri palatii. Ornamus enim officium ejus hoc etiam modo, & æqualem [31] constituimus spectabili comiti Orientis, & proconsulibus & comitibus Phrygiæ & Galatiæ: ut & *ipsum spectabile* [32] *sit, quemadmodum harum regionum officia sunt, atque in hac forma persistat: ut interim tamen hæc nostra lex clarissimæ provinciæ præsidis officium non minuat, sed illo in aliis provinciæ locis conficiente*, quæ quidem propria legum sunt: hoc scilicet demandatam sibi a nobis solicitudinem in illis partibus in quibus consistit, implente.

§. 1. Subjicietur item a nobis huic legi descriptio [33], quæ commemoret & quid ipsum erogare pro codicillis magistratus, & quid ipsum circaque ipsam versari solitos rursus auferre ex publico conveniat titulo annonarum, quas etiam solas ipsos omni alio extra hanc causam lucro abstinentes accipere permittimus. *Propterea enim per majores erogationes ampliores eos effici-*

dius, *Armiferam Thracem qui negat, alter erit.* Statius *Mavortia Thrace.* 1 Vicarii duo olim in Longo muro sedebant, quorum unus militaris, alter civilis magistratus, vid. *Novell.* 8. *cap.* 1. ubi notitia dignitatum continetur §. 5. 2 Longus murus, munimentum præsidiumque Thraciarum. 3 Hoc est, sint & appellentur Vicarii. 4 Vicarii igitur ex hoc loco videntur dicti, quod vices Præfectorum & magistrorum militum implerent. 5 Præfectis prætorio curæ fuisse negotia civilia, hic locus argumento est. 6 Pisidias *Nov.* 24. Lycaonas *Novell.* 25. 7 Ut qui Thraciæ præest Prætor, duorum vicariorum, qui in Longo muro sedebant, solus habeat magistratus. Sane mihi suspicio est, Justinianum rebus dictantibus deprehendisse, sectiones illas magistratuum in civiles & militares magistratus, a Constantino Magno introductas, ipsis provinciis noxias esse, atque eo nomine rebus ita postulantibus, utrosque magistratus (qui antea disjuncti ac divisi a Constantino) in unam potestatem conjunxisse. Vide Zosimum de partitione illa Constantiniana *lib.* 2. adde *Nov.* 25. *in pr.* J. ubi manifeste Justinianus reprehendit has magistratuum dissectiones. 8 Nota de prætore Thraciæ. 9 Prætoris Romani autoritas. adde *l.* 2. §. 32. *ff. de origine juris.* 10 Fortitudo sine sapientia res barbara.

11 Vana est sine viribus ira. adde *l.* 2. §. 25. *ff. de origine juris.* 12 Mandata provinciarum rectoribus dabantur ab ipso Imperatore, ne provinciæ bene regendæ atque administrandæ, ipsi rectores, inscitiam prætexerent. 13 De quibus vid. *Nov.* 17. 14 *Novell.* 8. 15 *Novell.* 24. 16 *Novell.* 25. 17 *Novell.* 17. 18 *Ut Novell.* 24. *cap.* 1. *Nov.* 25. *c.* 1. *in fin.* 19 Quid esset adresponsus, dixi ad *Novell.* 24. 20 Adde *l.* 6. §. 3. *ff. de offic. procons.* 21 Facit *l.* 19. §. 1. *ff. de offic. præsid.* 22 *Nov.* 25. *cap.* 2. 23 Id est, connivere: aut tales ejusmodi metuere. 24 *d. Nov. cap.* 1. Opera publica, portus, muri, pontes, itinera, & his similia. adde *l.* 7. *C. de sacros. Eccles.* 25 Ut non possit sumptu publico refici. 26 Rector Thraciæ honore senatorio insignitus. 27 Provinciarum administratio olim a Romanis consularibus tantum & prætoriis viris demandata. 28 Vid. *tit. de offic. procons. & præsid.* 29 Ea & quidem tacita conditione magistratui quis perficitur, ut secundum leges judicet. 30 Ut a non spectabilibus judicibus Thraciæ appelletur ad Prætorem ipsum Thraciæ. 31 Prætor Thraciæ æqualis Comiti orientis & proconsulibus. 32 Prætor Thraciæ, spectabilis. 33 Id est, notitia.

mus, ut & ipsi subditos nostros undique conservantes, & juramentorum quæ præstare solent, memores, ipsis hanc nobis factis remunerationem reddant.

† Atque hanc sane præsentem legem habebit quidem legum volumen, sed thronus tuus susceptam eam & memoriæ mandatam perpetuo conservet in opere. † Oportet autem prætori Thraciæ annonarum, capituum, & reliqui solatii nomine præberi, solidos CCC. ejus adsessori, solidos LXXII. ejus cohorti, aureos LII. Occasione vero codicillorum præbere oportet eum sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, solidos IX. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, & laterculensibus, solidos XXIV. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussionibus & omni alia causa, solidos XL [1].

TIT. VI.
DE [2] COMITE [3] ISAURIÆ [4].
NOVELLA CONSTIT. XXVII.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

QUod quibusdam ante nos imperatoribus, ut in Isaurorum regione facerent, per imaginem & figuram in mentem venit, id nos re ipsa jam per ipsam operum efficaciam tam in Galatia [5] prima, quam Pacatiana [6] Phrygia confecimus, *Vicarii officio* (ut prius appellabatur) cum civili adunato, & una utrinque cohorte constituta, & ipsis (ut oportuit) exornatis, neque non utrique pro vetere appellatione *Comitis* nomine imposito: ut ille quidem *comes Galatiæ primæ* nuncupetur; is vero nominetur *comes Pacatianæ Phrygiæ*, utrumque horum ipsorum nostro comitante cognomine.

CAP. I.

IDemque hoc & in Isaurorum provincia præcipimus. Neque enim volumus, ut qui de cætero in hoc consistit officio, duplicibus utatur codicillis, & *sumat quidem civilis officii appellationem, sumat vero etiam militaris potestatis signa* [7], & duplex nomen circumferat, cum res plane sit eadem: sed jam inde ut unitum officium habeat, statuimus, quod ipsum & armis provideat, & publica in se recipiat, omnia sub se continens, & una cohorte utens, quæ *Comitiana* [8] appelletur: & suæ militiæ probatorias ferat ex sacro libellorum scrinio. † Obveniat autem omnino & is magistratus gratis, neque quidquam exhibebit numerabitve pecuniæ. Et ut ipse quoque puris utatur manibus, quemadmodum reliqui, ad ipsum nuper a nobis editam legem transmisimus. † Sed præter codicillos, qui & ipsum inter spectabiles adscripserunt, dabimus ei sacra etiam præcepta, quæ Mandata [9] principis *a veteribus nuncupantur, & a nobis rursus in rempubl. sunt illata*, ex quibus intelliget quæ singulatim ad ejus pertineant sollicitudinem, tam in publicis omnibus, quam privatis contractibus, quidquid præterea venustum & decorum est, ne quid fiscus sentiat dispendii, & simpliciter quæcunque ipsum facere convenit, ex iis illi manifesta fient.

CAP. II.

HOc unum sciat, quod & ipse inter *Spectabiles* magistratus collocatus est, & appellationes apud illum interpositas gloriosissimorum sacrorum nostrorum prætoriorum Præfecti, tum etiam gloriosissimus Quæstor noster, audient, quemadmodum & Augustalis, & Proconsulis, & trium Prætorum nuper a nobis in Pisidia [10], Lycaonia [11], Thracia [12], institutorum, & *Comitis Orientis* [13], & insuper Comitis Pacatianæ [14], Phrygiæ & Galatiæ [15] primæ.

† Quod si qua in Isauria causa minor quingentis aureis sit, & postea per provocationem suspendatur, huic & ipse audientiam accommodabit, *in forma sacrorum auditoriorum*. Nam & hoc illi concedimus, dignitatis illi pleniorem magistratum in hac etiam parte efficientes.

EPILOGUS.

† Tua igitur excellentia ad prædictorum magistratuum imitationem, ea quoque quæ hunc concernunt, constituat. † Subjiciemus enim & descriptionem huic nostræ legi, declarantes quid ipsum cohortemque ejus, & ejus adsessorem ex publico ferre, quid item nomine codicillorum magistratus dare conveniat.

† Ac noverint qui hosce a nobis nuper ad novam pulchritudinem redactos magistratus suscipiunt, quod & pecunias, quæ continue pro officiis offerebantur, omnino recusare, & quæ non provenerant, de nostro tam ipsis quam ipsorum adsessoribus dare, & cohortibus largiri, quæ ab aliis ablata erant, & ipsis præsidibus majora adsignare solatia sustinuimus, in hoc tantum, ut undique subditos nostros immunes a dispendiis conservemus. † Quod si quos vicinarum illi provinciarum præsides negligentius agere circa tributa publica deprehendas: non alium emittes, sed ipsos spectabiles magistratus fatigabis, ut vicinarum provinciarum præsidibus si socordiæ se tradant, immineant: & efficiant, ut omnibus hæc modis inferant, quo magistratus multo pulchrior sit & præstantior, quam dudum.

Oportet Isauriæ comiti pro annonis præstari solidos CC. ejus adsessori, sol. LXXII. cohorti ejus, aureos LII. Oportet item ipsum præbere occasione codicillorum sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, solidos IX. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, sol. XXIV. cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussionibus, & omni causa, solidos XL. [16]

TIT. VII.
DE [17] MODERATORE [18] HELENOPONTI.
NOVELLA CONSTIT. XXVIII.

Imp. Justin. August. Joanni præfecto prætorio.

PRÆFATIO.

QUod pulchre & longo ante tempore concinnatum adunatumque & in sua jam firmitate compositum extitit: id sane novare aut dividere absque rationabili causa, confirmati validique imperii non est. Neque enim in verborum [19] multitudine, sed in vero & justo rerum effectu robur imperii collocandum est. Et tamen circa duos [20] illos (ut vocant) Pontos, nempe *Helenopontum* [21] & *Pontum Polemoniacum*, tale quiddam factum esse didicimus. Cum enim sub unum antea præsidem ordinata esset provincia, duo constituti sunt, neque [22] publica id necessitate exigente: neque alio aliquo rationabili prætextu subsistente, quem expedite aliquis & facile inveniat. Adeoque amplum ejus facti testimonium res ipsa præbet, cum in hodiernum usque diem uno tantum publicorum tributorum & dispositionum tractatore utraque utatur provincia. Ac si quis urbes quæ per utramque sunt, enumeret, vix unius provinciæ justa & sufficiens mensura resultet, si modo *Helenopontum* quidem octo [23] urbes impleant, hoc est Amasia, Ibora, Euchaita, insuper & Zela, & Andrapa, & quæ ad climacas, hoc est gradus, sitæ sunt, Sinopa, & Amisus, antiquæ urbes, sed & Leontopolis, quæ & ipsa jam inter urbes numeratur: aliæ vero quinque Polemoniacum [24] Pontum continent: Neocæsarea, & Commana, Trapezus, & Cerasus, & Polemonium: Pityus enim & Sebastopolis inter castra potius quam urbes numerandæ sunt: ut intra hosce terminos uterque Pontus consistat. † Post quos tam nostra constituta est *Lazica*, in qua urbs Petræon est, quæ nostro beneficio & esse & nominari urbs cœpit, quam quæ nostræ pietatis nomine utitur, & *Justinianea* appellatur. Archæopolis quoque & Rhodopolis, maxima & antiqua castra: in quibus plane etiam ea castra sunt, quæ nos a Persis recepimus. Scandis & Sarapanis & Murisius ac Lusiris, & si quid aliud præterea a nobis in Lazis elaboratum est. † Hanc deinde *Tzanorum* [25] regio excipit, sub nostro nunc primum imperio Romanorum ditioni adjuncta: quæ & ipsa urbes partim nuper factas suscepit, partim mox futuras suscipiet. † Post istam aliæ item gentes consistunt, Suani, & Scymni, & Apsilæ, & Abasgi, & aliæ, quæ omnes (permittente Deo) vel nostræ, vel sociæ sunt.

CAP. I.

SEd ad ista quidem nos de his locis instituta oratio detulit, nunc autem denuo ad Pontos & illorum unitionem revertamur. Ambos [26] enim illos Pontos, tredecim comprehensos urbibus, iterum nunc in unam provinciam contrahimus, assignamusque ipsis tam veterem unitionem, quam modernam appellationem. Namque ab omnibus *Helenopontus* nuncupator: quod illi nomen [27] a pientissimo principe Constantino impositum est, occasione honestissimæ suæ matris, Helenæ scilicet pientissimæ mulieris, quæ nobis etiam sacrum Christianorum signum [28] invenit. Vetus enim illud nomen *Polemonis*, quo plerique in Ponto tyranni usi fuerunt, dehinc quiescito: primum, quia [29] tyranni extitit: secundo, quia urbem de suo nomine appellatam habet, scilicet Polemonum: tum etiam, quia pulchrius [30] fuerit, regiones Christianorum & regum nominibus designare, quam his quæ polemi, hoc est belli, & tumultus præ se notionem ferunt.

CAP. II.

OMnes autem illæ tredecim urbes unius sunto provinciæ, ut tamen neque [31] alterutri in iis metropoli (Amasiæ [32] scilicet & Neocæsareæ [33]) metropolis [34] nomen detrahatur: & Dei amantes earum episcopi, metropolitani [35] quidem in [36] hac urbe: qui vero sub metropolitanis collocati sunt, ab his qui metropoles sub cura sua habent (ut hactenus in more fuit) ordinentur, nihil enim circa sacerdotium illarum innovamus, cum multas ejusmodi institutiones inter Dei amantissimos episcopos *in una etiam provincia* existere, tam vetustum seculum quam quod per nos modo exornatur, noverit. Et cum imperio quidem inducitor illis unus utriusque provinciæ præses, cognomento *Moderator* [37], quem quis vulgari lingua usus *Harmosten* appellet, quandoquidem & moderatoris nomen vetustum est, Romanaque amplitudine dignum: & ipse *Harmostes* [38] quidam olim magistratus erat, qui e Lacedæmone hinc inde per omnem ejus ditionem dirigebatur.

CAP. III.

UNde qui id officium suscipit, *Moderator Justinianeus Helenoponti* nominator: obtemperantoque illi per eam provinciam stationem agentes militares copiæ. † Habeto etiam Adresponsum [39], cujuscunque [40] conditionis homines, omnes se illi submittunto sine ulla prærogativa privilegii. † Audientiam quoque præbeto in causis tam pecuniariis quam criminalibus, & aliis minimis quidem, sine scripto & gratis: majoribus vero, licet scriptis intervenientibus, eo tamen sumptu quem sacra nostra præscribit constitutio. Item qui hunc magistratum suscipit, is utriusque officii annonas ferto, surgentes usque in septingentos vigintiquinque aureos, unaque utitor cohorte, & publicorum tributorum decursio & periculum idem & commune esto tam contra eum qui officium obtinet, quam contra cohortem, quandoquidem & ipsa in unam coibit formam, & inter se conglutinabitur, quemadmodum is ordinaverit qui supra provinciam positus est. † Sed & magistratus Adsessor septuaginta duos ex publico aureos [41] capiet: & cohors ex ambabus prioribus

1 Dat. 15. Kal. Junii Belis. V. C. *Julian.* 2 Præsidem vocat *Nov.* 20. *c.* 4. 3 6. *Eclog.* 10. De officio prætoris Isauriæ, & de appellationibus in eadem provincia porrectis, vid. Jul. *constit.* 20. 4 De Isauria vid. Ammianum 14. & de Isauriæ criminibus. 5 *Nov.* 8. *c.* 3. *Nov.* 24. *cap.* 4. 6 *d. Nov. cap.* 2. & *d. cap.* 4. 7 Insignia, *Jul.* 8 Cohors comitiana, *ut hic*: apparitio comitiana. 9 *Novell.* 17. 10 *Novell.* 24. 11 *Novell.* 25. 12 *Novell.* 26. 13 *Novell.* 8. *c.* 5. 14 *Novell.* 8. *c.* 2. 15 *Novell.* 8. *c.* 3. 16 Dat. 15. Kal. Jun. Belis. V. Cos. Julian.

17 Præsidem vocat *Nov.* 8. *c.* 15. §. 26. 18 Περὶ τοῦ μοδεράτωρος τουτέστιν ἁρμοστοῦ ἑλενοπόντου. 6. *Eclog.* 11. *de offic. moderatoris utriusque Ponti*, id est, *Helenoponti*, Jul. *const.* 27. 19 Imperii robur non consistit ἐν ὀνομάτων πλήθει ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ πραγμάτων, id est, non consistit in verbis, sed in agendo. 20 Duæ provinciæ Helenopontus & Pontus Polemoniacus hac constitutione uniuntur. 21 Pontus duplex, Helenopontus & Pontus Polemoniacus. 22 Reprehendit partitionem illam Constantinianam, cujus meminit Zosimus *lib.* 2.

23 Octo urbes in Helenoponto. 24 Pontus Polemoniacus quinque urbes habuit. vid. *l. ult. Cod. de offic. magistri mil.* 25 De quibus dixi ad *Novell.* 1. *supr. hic.* 26 Ut duorum Pontorum unus sit præses, moderatoris appellatione decorandus. 27 Helenopontus unde dicitur. 28 Id est, lignum crucis Domini, tribuitur enim Helenæ inventio crucis Domini. vid. Ruff. 1. *cap.* 7. 8. 29 Tyranni nomen fugiendum. 30 Pulchra nomina rebus & personis imponenda. 31 In una provincia plerumque duæ metropoles: *ut hic*: sic provincia Syriæ Phœnices, quamvis una sit, duas tamen metropoles habet *l. un. Cod. de metropoli Beryto.* & provincia Paphlagoniæ, *Novell.* 28. *c.* 1. *in fin.* 32 Amasia metropolis Helenoponti. de qua vide Eusebium 2. de vita Constantini. 33 Neocæsarea, metropolis Ponti Polemoniaci. 34 Metropoles constituere Princeps potest. dixi *Nov.* 11. & *l. unic. C. de metropoli Beryto.* 35 Episcopi metropolitani, episcopi metropoleων. 36 Ut Amasiæ & Neocæsareæ civitatum Episcopi, in Constantinopolitana civitate consecrentur. 37 Moderator Helenoponti. 38 Harmostes quis: hujus etiam meminit Pausanias 2. *Bœotic.* & Appianus. 39 Vid. *Nov.* 24. *c.* 4. *Nov.* 25. *c.* 1. *in fin. Nov.* 26. *c.* 2. *in fin.* 40 *l.* 3. *in fin. ff. de off. præsid.* 41 Solidos, Jul.

una

una facta, quadringentos quadraginta septem aureos feret, & tremissem.

CAP. IV.

INsuper [1] qui hoc fungitur officio, neque Vicarios [2] in locum suum per urbes dimittet: (observabitur enim & id quemadmodum in sacris nostris continetur mandatis) sed ipse oberrando urbes lustrabit, nulla omnino lege aut sacra forte pragmatica forma prohibendus, tametsi præcedens tempus tale quid jusserit. † Stativaque [3] aget [4] ubicunque illi visum fuerit, vel in una metropoleon, vel in aliis urbibus, si modo ad ejus sustentationem urbs per omnia sufficit. † Sordium ipse & lucri abstinens, omniaque citra incolarum dispendium gerens. Nam neque ipse, neque cohortalis, neque miles ipsum comitatus a collatoribus aliquid capiet, aut gratis sumptum faciet, aut etiam collatores nostros vel ipse atteret, aut comitantes ipsum milites hoc ipsum agere permittet, hoc etenim & ipsum pars est nostrorum mandatorum.

† Ipse certe sacramenti [5] memor quod præstitit, & quod *gratis officium suscipit*, quodque tam magnum annonarum incrementum meruit, nunquam quidquam ausit accipere, nisi magna id cum pœna velit restituere: neque ut cohors per ejusmodi occasionem tale quid vel exigat, vel oblatum accipiat permittens. Et nisi procuraverit, ut milites ipsum annonis suis contenti sequantur, neque ipse justam indignationem effugiet, irrogatumque ab ipsis damnum compelletur ex eorum annonis exigere, & hoc collatoribus sarcire.

§. 1. Propterea certe majores hosce magistratus auctoritatisque pleniores tam [6] multitudine apparitorum (centum enim illum cohortales habere volumus) quam dignitatis magnitudine [7] (siquidem spectabilem illi magistratum efficimus) esse volumus, ut necessitatis tempore amplioribus utamur magistratibus, & qui nostris subservire possint jussionibus. Quid enim facerent hi qui vetere forma præfuerunt provinciis, qui cum paucos circa se haberent, paucissimis ipsi imperitabant, modicaque admodum ferentes e publico, plurima dantes, rapere cogebantur, & unum hoc habere studio, ut sequentibus & undique ipsis imminentibus creditoribus occasione pro officio datorum nonnihil gratiæ referrent & beneficii? Quibus rebus nostros consueverunt auctionari subditos, impios juxta & periculi plenos sibi reditus conquirentes.

§. 2. Harum nos rerum indignitas permovit, ut non solum exinde provenientibus lucris [8] renunciaremus, sed & de nostro magnos insuper sustineremus sumptus: & si quibus species aliqua magistratus interveniente pretio a decessoribus nostris tradita esset, adhibita id medicina curaremus, atque hoc genere tributi collatores nostros redderemus liberos, & officia suscipientibus de nostro solatium introduceremus, quo magis hos quoque libertatis participes efficeremus. Siquidem in parato nobis est, Deo, (ut apparet) talia largiente, ut non solum Afros, & quæ ibidem gentes sunt libertate donemus, sed etiam ut eos, de quibus in meditullio quodammodo nostræ reipublicæ singulis ferme annis nova auctio instituebatur, neque tamen dabatur sub eodem manere *cauponatore, sed per modica intervalla nunc hujus, nunc illius potestati subdebantur*, hujusmodi dispendio & turpitudine liberemus. Hanc nos gratiam Deo referendam putavimus, qui Imperii nobis coronam imposuit, qui communi omnium calculo per patrem nostrum purpuram nobis donavit, qui denique tot tantasque in nos liberalitates explicuit, quantas nulli majorum nostrorum unquam dedit.

CAP. V.

OPortet igitur, ut qui ad hoc officii accedit, sciens prudensque quam multis hominibus, quam multis præsideat urbibus, quam venerandus item futurus sit, mutata dignitatis forma ex Consulari & Correctoria in majorem magistratum & spectabilem, per omnia subditis parcat, & indemnes ipsos tueatur, puris etiam ubique utatur manibus, & publicum augeat, ad ejusque commoda omnem referat providentiam: privatim quoque sordibus [9] & muneribus abstineat: & civitatibus publice simul & privatim sua jura decernat, oberrando eas perlustret, & medeatur, nihil lucri causa faciat: neque parvum neque magnum, sed bonum & memorabile nomen appetat, & diligenter, sanèque per omnia datum jusjurandum observet, in omnibus denique gratiosum se nobis exhibeat. §. 1. *Cavebit vero etiam, ut quod præcipue in Ponto committi solet, ejus rei cuipiam facultatem det, ut nempe titulos* [10] *imponat prædiis*, vel alienis ædibus, siquidem hoc [11] solummodo fisci proprium est, & regiarum domuum tam nostrarum quam pientissimæ Augustæ. Si vero sub alterius appellatione tabulas sive titulos impositos deprehendat, tam ipsas protinus detrahet [12], quam eum qui illas affixerit, pervestigabit. At siquidem is qui se rei dominum esse dicit, hoc fuerit, extemplo illius [13] rebus publicos imponet titulos, prius his titulis, quos ipse apposuit, ad [14] caput ejus impactis confractisque. Si vero alienarum rerum procurator, fuerit, tam titulos (ut diximus) ad [15] ejus caput confringet: quam modicis [16] etiam tormentis eum subjiciet, quo magis hæc perdiscens *is cujus causa id factum fuerit, cognoscat*, quod neque ipse per se, neque per certos satellites, aut per eos qui in hoc assumuntur, ut explendæ ejus avaritiæ satagant, subditos injuriis afficere liceat.

CAP. VI.

COnsimiliter oportet, ut ipse spectabilis Moderator latrocinia exercentes, & habendi studio alios defraudantes, mulieres denique, bona, jumenta, & ejus generis alia rapientes, reprimat, quo incontaminatum jus conservet, & nos recte hoc videamur cepisse consilii: neque quibusdam per provinciam grassantibus, ipsis vero ejus facti vindictam non repetentibus, pœnitentia nos incessat, quod latrunculatores & violentiarum repressores cessare fecerimus [17]: propterea enim illi etiam milites submisimus, ut illorum manu instructus, difficilius queat ab insultantibus expugnari.

CAP. VII.

HÆc nos illi strictim & sub compendio commendata esse volumus. Nam quæ per partes gerenda sunt, ea manifeste perspiciet tam ex lege, quam [18] cum magistratus ordinaremus, in commune omnibus descripsimus, quam ex mandatis principalibus, quibus illi datis explanabimus quomodo magistratum disponet tractabitque. Atque hæc agens, non solum nobis ingratus non erit, sed etiam Deo simul ac nobis animam suam devovebit, & pro magistratu denique bene gesto bonam remunerationis spem concipiet.

† Subjicietur autem & quædam recensio [19] huic sacræ nostræ legi, per quam clarum fiet, quid ipsum, & adsessorem, cohortemque ejus ex publico percipere, quid item ipsum pro codicillis magistratus præbere conveniat: ut edoctus quanta in ipsum conferatur liberalitas, & ad quantam moderationem impensa pro codicillis ab ipso facienda redacta sit, rebus ut æquum est & recte utatur, majorum insuper gentium & plurium hominum imperium sperans, si his quæ in manibus habebit, convenienter utetur.

CAP. VIII.

POrro damus huic quoque, ut appellationes [20] in spectabilium magistratuum forma ab ipso huc transmissæ, tam apud gloriosissimos præfectos, quam gloriosissimum nostrum quæstorem vice sacræ consultationis discepententur. At si quæ causæ minores quingentis aureis apud aliquos in sua provincia motæ, (tametsi ex delegatione forte) non tamen apud spectabilem actæ per provocationem suspendantur, tunc & in hoc gravior venerabiliorque factus, augmenti a nobis in ipsum collati meminerit, & ita in rebus gerendis versetur, ut omnibus subditis & nobis ipsis & ante nos Deo simul ac legi irreprehensibilem se præbeat.

EPILOGUS.

† Hæc igitur omnia pernoscens excellentia tua, & tam magnas illi annonas addat, & ita ample eum dignitatis effectum sciat, ut floris & dignitatis jam nunc a nobis illi traditæ cupiditate multis hunc consequi merito affectabile sit [21].

TIT. VIII.

DE PRÆTORE [22] PAPHLAGONIÆ.

NOVELLA CONSTIT. XXIX.

Imp. Justin. Aug. Joanni præfecto prætorio.

PRÆFATIO.

PAphlagonum gens & antiqua, neque ignobilis olim extitit: in tantum quidem, ut & magnas colonias deduxerit; & sedes in Venetiis [23] Italorum fixerit, in quibus & Aquileia omnium sub occidentem urbium maxima [24], & quæ multoties cum ipsis etiam regiis certamen susceperit, condita fuit.

CAP. I.

HAnc sane Paphlagonum gentem Honorii pientissimi principis temporibus diminutionem passam, & aliquot amissis urbibus nulla utili de causa veteris illius contentionis & rigoris remissionem amplexam, nos denuo ad pristinam formam reducendam esse, ipsam quoque Paphlagoniam ad instar unius civitatis redigendam, & quæ in duobus jam Pontis [25] fecimus, eadem putavimus & in ipsa constituenda: ut qui harum gentium adunatum imperium, & unum ex duobus prioribus, nempe Paphlagoniæ & Honoriadis) factum tenet, is prætor nuncupetur (quod nomen & ipsum Romanum est, & provinciarum rectoribus accommodatum) & una utatur cohorte ex duabus prioribus conglutinata, quam & centum virorum numerus supplebit. Imminebit autem omnino hic quoque tributis [26] publicis exigendis, tam quæ Paphlagones, quam quæ Honoriadis olim incolæ pendebant. Præterea omnibus ex æquo urbibus provideat, quas utraque prius habuit provincia, hoc est in Honoriade quidem, Prusiadi, Cratiæ, Hadrianopoli, Tio, Claudiopoli, & Heracleæ. Tametsi enim ex ipsis quædam, ut Prusias [27], Heraclea, & ipsa provinciæ metropolis & caput, Claudiopolis [28] scilicet ex Bithynia prius illi assumptæ sunt, tamen ex quo semel eo transmigrarunt, magnæ curiositatis [29] esse putavimus, denuo ipsas ad Bithynos reducere, & formam perturbare veterem. Unde hæ selectæ urbes, & in Honoriade prius existentes, erunt jam nunc & ipsæ pars Paphlagoniæ. Inter ipsos vero Paphlagonas jurisdictionem habebit in alias sex urbes, quæ jam inde ab initio ad eam provinciam pertinent, nempe Germanicopolim, Gangram [30], Pompejopolim [31] Dadybros, tumulos Amastridis [32], & insuper Jonopolim. Et duodecim omnino totius provinciæ urbes erunt quantum ad præsens institutum. Cæterum circa sacerdotia nihil innovamus, sed Metropolitani qui olim sacerdotia hic suscipiebant, tam in eodem manebunt ordine, ipsorum ordinatione quoad locum non mutanda, sed ab hujus almæ urbis beatissimis Patriarchis ordinandi, quam quos sub se positos hactenus ordinarunt, eos & nunc ordinantes, non de illis inter se dissideant,

1 Jul. *c.* 105. 2 Τοποτηρητάς. *Scrimg.* 3 Stativa ὑποδοχὴν appellant Græci. *Scrimg.* domicilium, *sa demeure & sa residence.* 4 Id est, morabitur. 5 De quo vide *Nov.* 8. 6 Magistratus eo honoratior, quo titulum habet digniorem, & majorem cohortalium numerum. 7 Moderatoris honorem habentes inter spectabiles sunt judices. Jul. *c.* 150. 8 Turpia lucra bonus princeps non admittit. Caligula ex captura prostitutarum redigebat, quantum quæque uno concubitu meruisset, Sueton. *in Calig.* 40. contra quam Alexander Severus, qui lenonum vectigal meretricum & exoletorum in sacrum ærarium inferri vetuit, quanquam sumptibus publicis ad instaurationem theatri, circi, amphitheatri & ærarii id deputasse dicitur, Lampridius *in Alexandro Severo.* Vespasianus ex lotio. Sueton. *in Dom.* 23. alius ex umbra, *Plin.* 2. Michaël Paphlago pro aëre ὑπὲρ ἀερικοῦ, id est, spiritu aërio ac cœlo vectigal exegit, *Cedren.* hinc apud Harmen. *lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 47. περὶ ζημιῶν ἀερικῶν (quanquam ibi legitur ζητημένων) & Pescenninus Niger *apud Spartianum.* vos terras vestras levari censitione vultis, ego vero aërem vestrum censere vellem. Procopius tamen ἀερικῶν interpretatur φορὰν ὥσπερ ἐξ ἀέρος φερομένην, id est, novam exactionem & de cœlo excogitatam. vide Cujac. 10. *obs.* 7. 9 *l.* 6. §. 3. *ff. de off. procons.* 10 *Nov.* 17. *c.* 15. 11 Titulos imponere rusticis prædiis vel ædibus alienis, fisci vel Cæsaris tantum proprium est. Jul. *cap.* 106. 12 Dixi ad *l.* 2. *Cod. ut nemo privat. l.* 1. *C. ut nem. liceat sine judicis autor.* adde *Novell.* 29. *c.* 4. 13 *d. c.* 15. 14 Εἰς κεφαλὴν αὐτῷ περιελήξας. 15 Κατεάξει κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς. 16 Πικρῶς, id est, acerbissimis. Jul.

17 *Nov.* 8. *c.* 13. 18 *Novell.* 8. 19 Κατάλογος, descriptio, quæ & alibi ἀπογραφὴ, ac notitia: sed & λόγος dicitur. 20 De provocationibus moderatori Helenoponti porrigendis, ut eadem illi moderatores teneant jura, quæ alii spectabiles, de quibus superioribus Nov. dictum. 21 Dat. 25. Kal. August. Constant. Belis. V. C. *Jul.* id est, anno 535.

22 Ητοι στρατηγοῦ 6. *Eclog.* 11. de provocatione Prætoris Paphlagoniæ vel Honoriados porrecta, & de aliis provocationibus in diversis provinciis porrectis. Jul. *const.* 25. & *const.* 28. *de off. præt. Paphlagoniæ.* 23 Solinus, Paphlagonia insignis loco Heneto, a quo (ut Cornelius Nepos perhibet) Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati. Solinus 6. 46. Plin. 6. *cap.* 2. Quo loco, inquit, Henetos adjecit Cornelius Nepos, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat. Henetorum etiam meminit Liv. 1. *decad* 1. *in princip.* Strabo 5. 24 Ausonius tamen *in claris urbib.* Aquileiam nonam facit. *Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti, Nona inter claras Aquileia celebris urbes Itala ad Illyricos objecta colonia montes, Mœnibus & portis celeberrima.* 25 *Nov.* 28. 26 *Nov.* 8. *c.* 8. 27 Prusias metropolis olim Bithyniæ, condita a rege Prusia, eo scil. qui Annibalem recepit: vide Strabon. 12. 28 Claudiopolis, metropolis Paphlagoniæ, olim Cythinis. Dion. *in Adrian.* 29 Id est, non utile esse duximus. 30 6. Plin. 2. Inde concilium Gangrense, tempore Sylvestri Papæ, 1. *tom.* 1. *cons. dist.* 15. *c. Annotatio.* unde dicta, vide Strabon. *lib.* 12. 31 Quæ antea Eupatoria dicebatur, condita a Mithridate. Solin. 47. & 2. Plin. 2. 32 Olim Sesamum oppidum, 6. Plin. 2.

non confundantur. Et una de cætero fiet provincia, plures [1] habens Metropoles, id quod & in aliis quibusdam nostris exstitit provinciis.

CAP. II.

ENimvero qui totius provinciæ imperium tenet (appelletur autem tota provincia, quemadmodum & ante, Paphlagonia) etiam oberrando urbes lustrabit, nulla id factum prohibente sacra forma olim forte ad talium prohibitionem composita, sed neque *Vicarios* in locum suum hinc inde per urbes dimittens. Omnino enim hoc ipsum prohibemus, si quidem turpe est, ut quamdiu [2] ipse in provincia jus reddit, interim alteri quoque vices suas contra legem committat. Sed ipse omnia dispensabit, & publica tributa summa cum animi promptitudine profligabit, neque plus neque minus exigens. Justitiæ præterea consentaneam æquabilitatem retinens, simul providentiam adhibebit, ut si quid damni fiscus acceperit, id corrigat: simul urbes illæsas tam publice quam privatim conservet. † Annonam quoque, quam uterque prius magistratus habebat surgentem in septingentos vigintiquinque aureos capiet: tum adsessorem habebit, qui septuaginta duos ferat aureos: & cohortem unam ex ambabus compositam, procedentem usque ad centum virorum numerum, & quadringentos quadraginta septem aureos & tremissem percipientem e publico. Cumque gratis [3] officium suscipiat, gratis item hoc ipsum obeat. Nos enim in hac quoque parte subditos nostros redimemus, & his qui ex consuetudine per [4] occasionem suffragii (ut vocant) *aliquid percipiunt*, dabimus ipsi, hoc nimirum illis per thronum tuum erogantes ex publicis ejus provinciæ tributis: neque patiemur, ut sub specie & velamento actionis subditi nostri in servitutem adigantur. Neque enim nos, qui decessorum nostrorum collatores a Barbaris ereptos, ad veterem libertatem reduximus [5], committemus, ut qui nobis ipsis semper addicti fuerunt, aliis serviant: quin potius Deo, qui multis per nos gentibus libertatem elargitus est, subditorum nostrorum usque novis auctionibus oppressorum libertatem (quoad ejus fieri potest) quasi donarium aliquod offeremus: neque oblædentes eos qui jam accipiunt (introducemus enim solitam illis ad hoc securitatem) neque item permittentes, ut datæ pro officio pecuniæ nomine magistratus, quasi mancipium aliquod subditos nostros vendentibus coëmant, & revendant injuriam inferentibus. Esto igitur inter Pontici tractus provincias & hæc una, duplex [6] antea (haut scimus qua de causa) facta appellabuntque (ut diximus) eum qui provinciæ præerit, Prætorem Paphlagoniæ Justinianeum, licebit autem Græca ipsum lingua etiam Strategum [7] appellare.

CAP. III.

PRæterea semper illi in memoriam rediges jusjurandum, cujus interventu officium suscipiet, *ut puras manus neque turpi lucro sordidas habeat, ut fisci commoda justis & undique inculpatis accessionibus augeat, ut subditis nostris æquitatem & justitiam impertiat, tam in causis publicis, quam privatis*, sive contrahant, sive judicio inter se contendant. Urbes autem absque læsione subditorum lustrabit, & ut neque ipse, neque Adsessor, neque quod ipsum sequitur famulitium, sive ex militibus, sive ex cohortalibus, sive ex servis, aliquid lucretur, aut gratis sumptus faciat. Oportet enim ut tam ipsi ex iis annonis quæ porriguntur ipsi e publico, sumptus faciant cum conveniente mediocritate agentes vitam, quam milites, qui ipsos comitantur, cognoscant, quod si non suis contenti annonis iter faciant, sed collatores nostros ausi fuerint tentare injuriis, aut damnis involvere, aut gratis sumptus facere, collatoribus indemnitas futura est ex ipsorum annonis, per eum qui magistratu defungitur, ut ipse tam eas repetat, quam etiam ex illis suo periculo collatoribus indemnitatem afferat.

CAP. IV.

ATque hæc sane lex nobis de Paphlagonibus posita esto, honoratiorem illis magistratum efficiens, ut qui inter *spectabiles* [8] numeretur, præbens ipsi auctoritatem tam in provinciales milites, (quatenus tamen juste eis præcipiat) quam etiam contra alios, nullis ejus provinciæ hominibus privilegio uti queuntibus, sive majores, sive minores, sive etiam procurationi rerum ad potentes homines pertinentium præfecti sint. Certe quod facile per ea loca admittitur, hujus rei excellenter curam geret, ne committat, ut aliquorum prædiis *Tituli* apponantur, ullum aliud nomen habentes inscriptum, quam vel fisci vel regiarum domuum. Sed si quid tale factum deprehendat, eos quidem titulos e vestigio detrahet [9]: fisci vero nomine prorsus alios titulos prædiis ejus qui talia delinquit (si præsens hæc faciat) imponet, prius detractis titulis ad illius caput confractis. Si vero absens sit, prædiorum curatore comprehenso tam corpus ejus tormentis subjiciet quam titulos detrahet: & in capite [10] eos curatoris prædiorum comminuet: sciens quod si quid ejusmodi negligat, nos vero didicerimus simul aliorum, ab aliquibus impositos prædiis titulos hærere quam fisci regiarumque domuum tam nostrarum quam pientissimæ Augustæ simul præsidem re ipsa comperta istos per negligentiam omisisse, is qui hunc magistratum obtinet, bonorum suorum publicationem sustinebit, ut qui cum facile pro magnitudine imperii præsens ista prohibere potuisset, debita ea opera neglexerit.

CAP. V.

AD hæc diligenter ibi ipsum locorum prospicere volumus, ut omnes qui *latrocinia* [11] *exercent*, qui alienas substantias aut etiam uxores rapiunt, qui alia denique patrant crimina, persequatur, comprehendat, & competentibus suppliciis subdat, & omnem prorsus injustitiam reprimat: neque committat, ut in aliquo probiores & mansuetiores injuriis afficiant, ne aliis denuo talium persecutoribus opus habeamus, cogamurque rursus violentiarum repressores, latrunculatores [12] & alia id genus tolerare nomina simul & negotia quæ nos adversati ipsum ad hunc ordinem produximus, & ita amplum dignitatisque plenum magistratum effecimus, ut tam appellationes apud ipsum cum judicat, interpositas ad excellentiam tuam, quique eundem unquam magistratum suscepturi sunt, & celeberrimum quæstorem sacri nostri palatii, qui in forma consultationis audientiam iis accommodabunt, quam minores causas quingentis solidis, in provincia ejus apud aliquos non spectabiles motas, & si ex delegatione sint, cum per provocationem suspenduntur, ad se deducat in habitu, & ordine sacri auditorii, & ut ipse inter a nobis inventos, & in ampliorem formam redactos magistratus ubique connumeretur. Siquidem & ipsi majores erunt, & in majore quam priores reputatione habebuntur, & facilius nobis vel in majoribus negotiis suum exhibebunt ministerium. Nihil enim in parvo [13] magnum existere, tum a nostris dictum est majoribus, tum nos etiam ex ipsis judicamus probavimusque factis. Subjicietur autem & huic legi descriptio [14] quæ significet, quid e publico tam is qui provinciam regit, quam adsessor & cohors ejus accipiet, quo item dato magistratus codicillos percipiat.

§. 1. Ipsa sane ratio qua magistratum geret, cum hoc loco sub compendio explicata est, tum in lege quæ de omnibus magistratibus, in commune descripta est, simul & ex imperatoriis nostris mandatis, quæ ei dabimus cum administrationis codicillos conferemus, & jusjurandum secundum legem nostram in hoc conscriptam exigemus, manifestabitur.

EPILOGUS.

† Hæc igitur omnia perdiscens excellentia tua, & tam magnas illi annonas subministret, & ita ipsum sciat amplæ dignitatis effectum, ut floris & dignitatis hoc a nobis tempore in illum collatæ cupiditate merito multis ipsum consequi sit affectabile.

TIT. IX.
DE PROCONSULE [15] CAPPADOCIÆ [16].

NOVELLA CONSTIT. XXX.

Imper. Justin. Augustus Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

QUam amplum nomen [17] Cappadocum gens habeat, & quanta Romanis negotia exhibuerit, priusquam in illorum ditionem redigeretur, non ignorant veteris eruditionis studiosi. Certe olim totius ferme Ponti imperium tenuit, & nominatissimi viri, inque magna apud Romanos reputatione habiti inde *orti valde floruerunt*. Terram præterea habet diffusam admodum, & mirabiliter præstantem, & quæ ita majestati imperatoriæ placuerit, ut etiam possessionibus quas illic habet, peculiarem magistratum præfecerit, non minorem civili, *sed potius majorem*. Siquidem & populosissima est, & urbem maximam præbet ejusdem cognominis cum charissimo nobis Cæsare [18], qui summo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus, bonum dedit principium: qua etiam de causa apud omnes terræ populos nominatissimum Cæsaris nomen est, & nos præter omnes alias imperatoriæ majestatis notas eo gloriamur.

CAP. I.

HAnc sane regionem parvo tradere magistratui contra omne nobis decorum & dignitatem fore visum est, cum alias tum vero maxime, quia semper ipsam adversus magistratum nostris domibus præfectum seditiones movere cernimus, & quia factionibus [19] inter se divisa est civitas, quarum alteram *Tamiacam* [20], quasi fiscalem & ærariam: alteram *Eleuthericam*, hoc est liberam appellant: & cum existat ambitu murorum una, duplex est sententiis. Unde & seditionum & dissensionum occasiones, & si quid omnino mali fatigat homines, id (uti nos arbitramur) ex hac provenit causa: qua sublata, robur simul & concordiam negotio addemus, qua [21] nihil unquam inter homines præclarius existit, & præstantius. §. 1. Ac cum aliis magistratibus, quos nuper inter Pisidas [22], Lycaonas [23], Thracas [24], instituimus, administrationis forma & acervus ex duarum rerum congressu constitit: tum vero majore hunc forma adornare cupientes, tertiam etiam potestatem illi adjicimus. Nam is quem huic præficiemus officio non solum præsidebit legibus, & universæ cohorti civili: sed etiam præsidebit militibus tam qui in prædicta regione, quam qui in aliis Pontici tractus provinciis, in quibus Tamiaca [25] existunt prædia, stationes habent, perinde quasi per ea loca super milites cum imperio positus sit. Permittimus etiam illis in homines [26] Tamiacos imperium [27]: & omnes quicunque ad Comitianam [28] prius cohortem pertinebant, sive *Summarii* [29] sive id genus alii fuerunt, hisce obtemperabunt: & triplici [30] forma conflatum habebit magistratum: siquidem & civilis magistratus erit & militaris, neque non Tamiacis quoque rebus præsidebit: utraque illi cohorte, tam Comitiana, quæ & sua conficiet, neque cum civili cohorte habebit commercium quam clarissimi provinciæ præsidis apparente. Universam vero proconsularem fieri appellarique volumus: utraque cohorte, tam quæ Comitiana prius, quam quæ civilis vocabatur, tametsi unam appellationem (nempe proconsularem) obtinet, separatim tamen sua obeunte munera: ut civilis quidem curet tributaria & civilia, quæ initio semper ad ipsam pertinuisse scimus. Quæ vero Comitiana prius cohors erat, imperialium rerum administrationi insistat, & exactionem conficiat, ea scilicet forma quam modo explanabimus.

1 Dixi ad *Nov.* 28. *c.* 8. 2 Præfectis, vicario non est opus. 3 *Nov.* 8. *c.* 1. *Nov.* 17. *c.* 1.
4 Προφάσει τῆ καλουμένη συφφεγγίῳ. vid. *l. unicam Cod. de suffragio.* 5 *Nov.* 28. *c.* 6.
6 Prætor Paphlagoniæ duplicem habet potestatem, Paphlagoniæ scilicet & Helenoponti.
7 Strategum Paphlagoniæ observa. 8 Prætor Paphlagoniæ spectabilis.
9 *Nov.* 28. *c.* 5. §. 1. 10 Pœnæ genus observa: titulum injuste adfixum alicui prædio, in caput curatoris ipsius prædii infligi & comminui. adde *Nov.* 28. *cap.* 5. §.
11 *d. Novell. c.* 9. 12 *Novell.* 8. *c.* 13. 13 Μηδὲν ἐν μικρῷ καθιστάναι μέγα.
14 Απογραφή, notitia.
15 Præsidem vocat *Nov.* 8. *c.* 15. §. 24. & 25. *Nov.* 20. *c.* 2. ubi fit mentio præsidis Cappadociæ primæ & secundæ. Vespasianus Consularem Cappadociæ rectorem imposuit pro equite, & legiones addidit propter assiduos Barbarorum incursus. Sueton. *Vespasiano c.* 8.
16 Περὶ τοῦ ἀνθυπάτου Καππαδοκίας. Scrimg. & 6. *Eclog.* 15. De officio proconsulis Cappadociæ, vide Jul. *cap.* 85. 17 *Novell.* 20. Cappadoces suo tempore imperium aliquod habuerunt, Medis postea ac Persis paruerunt. *Herodot. Xenoph.* victi a Philippo. *Justin. Oros.* De regibus Cappadociæ, vid. Diodor. 31. adde Strab. 12. ubi refert, quam late Cappadoces imperarint.
18 Cæsaream intelligit, quæ olim Mazacha (a Mesek filio Japheti, ut quidam volunt) mater urbium Cappadociæ, teste Solino *c.* 47. Cæsaream, de qua nunc agimus, nobilitavit suo Episcopatu Basilius cognomento magnus sub Valente. 19 Factiones in Cappadocia erant duæ, Tamiaca & Eleutherica. 20 Tamiaca prædia, possessiones patrimonii principis, vid. *tit. C. de præd. Tamiac.* 21 Concordia civium, nihil inter homines præstantius.
22 *Novell.* 24. 23 *Novell.* 25. 24 *Nov.* 26. 25 Facit *l.* 6. *C. de oper. publ.*
26 Tamiaci homines, qui tractant patrimonium principis. 27 Proconsul Cappadociæ in homines Tamiacos habuit imperium. 28 Id est, comitis domorum, cui suberant Tamiaci, vid. *l. ult. Cod. ubi causæ fiscales.* 29 Συμμάχιοι. *c.* 7. §. 1. J. *hic.* ita dicuntur ab æstimationibus & summis rerum faciendis, quarum existimantur periti. adde *Nov.* 64. Cic. 12. *ad Attic.* 30 Proconf. Cappadociæ civilem, & militarem in Tamiacos potestatem habuit.

CAP.

CAP. II.

Curatorum [1] etenim & tractatorum [2] ne nomen quidem omnino superesse volumus, respicientes ad vetera exempla, & nimiam læsionem quam miseris illi collatoribus induxerunt, sed per singulas domos, & totius Comitianæ cohortis, tredecimque [3] primatium, quos primos [4] & secundos magistros vocant, periculo, alios tredecim, qui statim post illos separati sint, nominari volumus, singulos (ut dictum est) ex singulis ædibus: & post priores tredecim exactioni incumbere, & servare fisco quæ sua sunt: prospicere item collatorum indolentiæ, & ne quid ab aliquo ipsorum damni sustineant: scientes quod damnum ex causa collatoribus irrogatum, multo magis ipsorum facultates respiciet, cum totius publicæ exactionis periculum ad ipsos devolvatur. Sed neque eos qui primi & secundi prius magistri vocitabantur, neque tredecim illos qui post ipsos modo separati sunt, quos profligationem [5] tributorum facere sanximus, quidquam omnino spectabili pro tempore Proconsuli præbere vel nominationis titulo, vel quacunque alia de causa: si quinquageni solidi aurei ab unoquoque horum tredecim exactorum primoribus tredecim magistris præbeantur.

CAP. III.

Porro neque ipsos exactores [6] amplius aliquid a rusticis aut denique iis qui ab iis exactionem tolerant, accipere, quam quæ *formis* [7] *Nicetæ* magnificæ memoriæ continentur, & exactoribus deputata sunt, nequeuntibus ipsis nomina fingere & damna pro hisce nominibus inducere per causam *Aspasticon* [8], seu tractatoriarum, vel quocunque alio prætextu, sive ad aliquam consuetudinem, sive ad quamcunque vexationem porrigatur: cum enim ab omnibus illis collatores nostros liberos conservari volumus, tum improbo etiam & pernicioso tributo eos liberamus, quod pendebant tractatoribus, per quod fiebat ut circa publicum, & suas descriptiones idonei non essent. quin & si forma aliqua sit pragmatica, quæ velit tractatoribus aliquid præberi, aut longa consuetudo: etiam hanc tollimus, sublato enim ipso nomine tractatorum merito quidquid ad eam causam pervenit una sustulimus, specialem hanc collatoribus nostris largitatem impartientes. Quod si quis exactorum præter ea quæ forma beatissimi Nicetæ definita sunt, quæ sola ipsos ferre concedimus, aliud quiddam ausus fuerit accipere: sciat tam militia se, quam dignitate & sua substantia casurum.

CAP. IV.

Quoniam vero fieri potest, ut inter tredecim exactores (siquidem ut gradatim [9] ad hunc perveniant ordinem, sancimus,) unus aliquis ad expediendam exactionem idoneus non sit: concedimus, ut sic quoque reditus quidem ex eo gradu salvus illi permaneat. Cæterum sancimus, ut tredecim illi primores magistri, & insuper qui post ipsos sunt proximi proprio bonorum suorum periculo alterum quempiam illi *Adjutorem* adnominent, qui convenienter pro illo exactionem expediat: ut neque per illius imbecillitatem injuria afficiatur fiscus, neque ille temporis & gradus sui solatio defraudetur, promotione videlicet adjutoris ejus, qui ad hoc munus idoneus non est, facienda, periculo (ut dictum est) tredecim primorum magistrorum, & aliorum qui post illos sunt proximi. Ac magnas merito nobis gratias publicorum tributorum exactores [10] habere oportebit, qui ingentibus illis damnis quibus antea tam magistris quam spectabili pro tempore comiti, ejusque cohorti obnoxii erant, eos liberaverimus, propterea autem hisce omnibus eos liberavimus, ut neque ipsi collatores nostros injuriis opprimant, neque [11] prætextus excogitent introitus illos aut aliter nominantes, quibus rusticorum facultates enervent: sed his solis contenti quæ secundum formam Nicetæ claræ memoriæ curatoribus præbebantur, omnibus aliis abstineant.

CAP. V.

Ipsi vero spectabili proconsuli omnium ex æquo rerum cura imminebit, sive civile aliquod sit, sive ad militarem magistratum, sive ad potestatem Tamiacam respiciat, neque quidquam omnium negliget. Ac quoniam majorem huic loco, quam cæteris magistratum attribuere volumus, & veteribus Romanis in more fuit, ut vel designatis consulibus, vel his qui illorum loco proficiscerentur, quos proconsules vocitabant, provincias sortirentur: propterea & Cappadocum magistratum proconsulatum esse volumus, quo in Africa [12] prius Romani imperium suum exornarunt. Et in tantum illum nos magistratum auximus, ut eum qui hunc suscipit, gloriosissimis sacrorum nostrorum prætoriorum præfectis connumeremus. Appellatorque patria [13] lingua is qui huic præsidet, *Proconsul Justinianeus Cappadociæ*, ut & appellationem magistratui propriam habeat, & simul ex re ipsa archegetes [14], quasi primarius magistratus nominetur: susceperit enim is qui hunc magistratum obtinet facile talem formam, quando & potestatem per se magnam, & per causam Tamiacæ possessionis etiam ad alia loca, protensam habeat. In summa tot rebus hominibusque præsidens dignitate & auctoritate affluet, adjunctisque militaribus copiis omnia disponet minore negotio. Civiles igitur res conficiet more solito: militaribus vero & ipsis commode præibit, nempe & illis se ipsi submittentibus. §. 1. Sed cum primis animum advertito ad rerum Tamiacarum administrationem, quæ in tam gravem & omnium cauponationibus expositam inopiam delapsæ sunt, ut in nullo fere amplius pretio existant. Tot tantaque enim edocti sumus per provinciam delinqui quæ vix amplissimo cuique adhibita medicina curare facile est. Nam qui potentium possessiones procurant (sed pudet nos jam propemodum dicere) quanta cum insolentia passim oberrant, ut stipatores [15] illis inserviant, ut non ferenda hominum multitudo ipsos sequatur, ut impudenter omnes latrocinentur: miramurque sedulo, quomodo eo loci subditi, tot perferendis injuriis suffecerint. Inde adeo quotidie Cappadocum injuriis oppressorum multitudo occupatos nos & rempub. tractantes adit, ex quibus multi sacerdotes, plerumque mulieres, qui omnes lamentantur, queruntur que res suas sibi ablatas esse, quando nemo in proximo sit, qui hujusmodi prohibere valeat. Tamiaca [16] certe possessio jam [17] pene in formam privatæ redacta est, tota convulsa, direptaque una cum suis equitiis [18], nemine omnino reclamante, ore scilicet ipsis auro obstructo.

CAP. VI.

His igitur de rebus unum aliquem ex perspectissimis nobis regioni huic præficere decrevimus, qui triplici [19] huic ordini præsit, solus omne in se imperium & potestatem circumferens, civilis officii utens insignibus, habens in usu vehiculum [20] ex argento, securim, fasces, & quæcunque olim proconsularis imperii fuerunt insignia: præcipiet autem & militibus & curam geret Tamiacorum redituum, ut sine ullo detrimento & cessatione omnibus ad hoc ordinatis magistratibus obveniant, multoque magis ad nostrum palatium, quemadmodum etiamnum occasione eorum quæ vel nobis, vel sacratissimæ & pientissimæ Augustæ conjugi nostræ inferuntur, tam in auro quam veste ingrediantur: nihil enim illinc volumus decedere. §. 1. Non tamen ut ea forma præbeantur, qua hactenus, ex rapinis scilicet, & ex titulo læsionis dationisque collatorum, (hæc enim omnia tum odio prosequimur, tum e nostra ejicimus republica) sed ex justis legitimisque causis, quas subjici sacræ huic nostræ legi jussimus, ut eas ferens is qui pro tempore hunc gerit magistratum sacratissimæ Augustæ conjugi nostræ *quinquaginta* auri libras, prout dictum est, inferat. Magistratum etenim gratis nos creamus: & ordinationes ejus absque omnibus procedere largitionibus sancimus: neque quisquam erit, qui pro hac quidquam capiet. §. 2. Sed & annonas quidem ad viginti usque auri libras damus, prout subjicitur: adsessori vero ejus præbemus ad duas auri libras: capiet item utraque cohors id quod usque adhuc e publico suppeditabatur, nullo prorsus modo deminutum: nulla enim re hunc magistratum minuimus: & maxime [21] gloriosissimi præpositi sacri nostri cubiculi [22]: si quidem & hunc & suppositam ipsi devotiss. Palatinorum scholam in Cappadocia simili cum potestate, ordine & figura manere sancimus: non tamen quicquam exinde ferentem vel consuetudinum vel annonarum titulo, vel in auro, vel in veste, vel in aliis speciebus, neque a *spectabili* pro tempore proconsule, neque ab ejus cohorte: nam aliter puritas conservari nequeat, sub unum enim magistratum, quidquid in ea regione geritur, contrahimus, ne convulsione ipsa claudicet.

CAP. VII.

Sane Tamiacæ possessionis curam [23] & rationem magnam habebit is ipse, qui ad hoc a nobis officium proficiscitur: & circumspiciet, si quid a Tamiaco solo detractum, & frustra ab aliis detentatum sit, sive [24] in pascuis, sive in arvis, sive in locis vitibus consitis, sive in prædiis, sive domibus & vetus solum rebus suis vindicabit, nulla longi [25] temporis præscriptione illi opponenda, neque [26] enim fisco licet tale quid opponere, neque lucrum captans, ut maxime patrimonium suum exinde collocupletet: nam depauperatio [27] potius est, quam locupletatio, si quis sordidis utendo manibus arbitretur ex eo lucrum se facere, quod multifariam postmodum cum impietate & summo probro restituet [28]. §. 1. Sed & ipsam urbem ab omni prorsus perturbatione quietam conservabit, neque committet, ut seditio [29] aliqua ordinem & administrationem reipubl. corrumpat. Publica quoque tributa [30] vigilanter & cum justitia exiget, nihil in illis curæ prætermittens, neque concedens, ut aut fiscus, aut privati in aliquo circa res suas damnum sentiant: ut qui ex æquo in omnes imperium obtineat, sive milites sive scriniarii sint, tam gloriosissimorum præfectorum, quam magnanimorum magistrorum militiæ, sive in civili cohorte numerentur, sive cingulum Tamiacum gestent, sive in majoribus sive minoribus dignitatibus consistant, sive inter sacerdotes cooptati sint. Unus enim hic magistratus omnibus præficietur: & tam suæ ipsius existimationis, quam nostrarum legum, & ante omnia Dei memor, ut publica quidem tributa per proconsularem cohortem sine detrimento & cessatione importentur, curabit: reditus vero Tamiacos per subditas prius illi throno personas inferet, intendens etiam ad ea quæ pro consuetudine præcipiuntur a gloriosissimo præposito sacri nostri cubiculi, nequeuntibus ipsis canonicariis [31], qui pro tempore a gloriosissimo præposito emittuntur, vel saltem obolo tenus aliquid accipere, vel consuetudinum nomine, vel quacunque alia de causa, vel [32] ab ipso pro tempore summario [33], iisve qui publicas exactiones conficiunt, vel a spectabili proconsule, vel ejus cohorte, vel his qui *Katasceuastæ* [34], quasi instructores, vocantur, vel præpositis, vel quacunque alia persona ad sacrum nostrum pertinente patrimonium. At vero exercitu utrique harum sollicitudinum opem feret, sedabitque potentium satellites, neque committet ut loca depopulentur, & latrociniis infesta reddant: neque ipse ea percurret, quemadmodum prius facere solebant comites. Neque item in locum suum dimittet

1 Epitropi & tracteutæ non sint. Julian. 2 Τρακτευτῶν, Tracteutæ *Novell.* 128. *cap.* 24. *in fin.* Jul. Dicuntur etiam tractores, *l. ult. C. de executorib. lib.* 12. & παρακομιςαὶ Glossariis, curam eos egisse τῆς εἰς πράξεως τῶν δημοσίων φόρων liquet. Tractores ergo sunt, qui tractant & administrant prædia fiscalia, Brissonius. Sed tamen Cujacius *ad l.* 3. *C. de canon. largitional. tit.* tractatores & chartularios pro iisdem dici notat. Quid tractatoriæ, vid. *Cod. de tractatoriis & stativis*, *l.* 12. *tit.* 52. 3 Tredecim magistri. 4 Primi & secundi magistri. 5 Λύσιν. 6 Canonicarii hi mittebantur a præposito, Julian. *hic in fin.* & *n.* 86. *in fin.* 7 Τοῖς τύποις. Formæ sunt velut Edicta vel leges præfectorum prætorio. 8 Ασπαςικῶν τὸ ἕνεκεν ἢ τρακτευτικῶν ἀσπαςικὰ, salutatoria. 9 Gradatim honores deferendi *ut hic l. ut gradatim* 11. *ff. de munerib.* appellationes quoque gradatim faciendæ, hoc est, ab imis per medios ad eos, qui summi sunt, judices. *Nov.* 23. *c.* 4. *in fin.* Gradatim ita præstatur, quod familiæ relictum est, *l. suggestioni* 5. *C. de verb. sign.* 10 Δημοσίων πράκτορας. 11 Μηδὲ τὰς προφάσεις ἐκείνας ὡς εἰς ἰσήρειαν ἐπινοῦντες, Introitus τε καὶ ἕτερα ὀνομάζοντες, neque occasiones illas in damnum excogitantes introitus, aut simili alio nomine appellent. 12 Id est, Carthagine; quæ, ut Sextus Ruffus scribit, prima fuit proconsularis provincia, & simpliciter *proconsularis provincia* cum dicitur, hæc dicitur, & *proconsul* quoque per eminentiam, Africæ proconsul. Vid. Cujac. *hic.* 13 Id est, Latina. *Nov.* 22. *c.* 2. 14 Hæc verba, quæ sequuntur, sunt interpretis, ἀρχηγέτης princeps, ἀρχηγετεύω, ἀρχηγετῶ, ἀρχηγετέω. 15 Δορυφόροι. 16 Id est, res patrimoniales principis. 17 Tamiacæ possessiones a forma rerum privatarum differebant. 18 Equitia, ἵππων ἀγέλαι, equorum armenta & greges. Cappadocia altrix equorum & proventui equino accommodatissima. Solinus *cap.* 47. *Jam pascua fumant Cappadocum, volucrumque parens Argeus equorum.* Claudianus 2. *in Rufinum.* Argeum autem montem præruptum Cappadociæ intelligit, de quo Solinus *d. loco.* 19 Sustinet enim munus duorum olim præsidum Cappadociæ, & comitis domorum in eadem Cappadocia. 20 Οχημά τ' ἐξ ἀργύρες, carrucam argenteam, Jul. *hic n.* 85. §. 2. adde *Nov.* 24. *c.* 4. 21 Cubiculariis regum vel principum hæc notanda sunt, nam si quæ privilegia minui oportebit, cubiculariorum principis privilegia postremo loco minuentur. 22 Τῶν θείων ἡμῶν κοιτώνων. hoc ideo dicitur, quia deputati erant Tamiaci reditus cubiculo & cellario sacro, id quod proprie ταμιεῖον est. 23 Vid. Julian. *hic*, *n.* 86. 24 Nota in quibus consistebant prædia Tamiaca. 25 Temporis prolixitas publico non nocet. Jul. *hic.* 26 *l.* 6. *C. de oper. publ.* 27 Ελάττωσις. 28 Non ita turpe est non locupletari, quam male accepta restituere. 29 Seditiones a præsidibus provinciarum compescendæ, *l.* 13. *ff. de off. præsid.* 30 Ut tributa juste exigantur, ad notionem præsidum pertinet. 31 Id est, actoribus. 32 Παρὰ τῷ κατὰ καιρὸν συμμαρίῳ. 33 De summariis dixi *c.* 1. *supr. hic.* 34 Κατασκευαςῶν.

vicarios [1], sed locorum defensoribus & cohortalibus suis ad id ministerium obeundum utetur. §. 2.) Sicubi [2] vero & militibus opus erit, ex iis locis milites, ubi necessitas postulat, opitulari jubebit, atque hi propriis ista sumptibus expedient, neque subditos damnis involvent, aut gratis ulla ex parte sumptus facient, sed tam ipse his abstinebit, sumptum de suo faciens, ubicunque tandem erit, quamvis ad aliam ipsum proficisci regionem jubeamus, quam etiam adsessor ejus, & reliquum famulitium, sive ex proconsularibus sive ex militibus, quamvis servile etiam aut subjugale [3] aliquod omnes hosce sequatur, necessitatem habentibus (ut prædiximus) militibus & quicunque alii ibi locorum habitant, scholares forte aut domestici, ut illius jussionibus obtemperent, singuli & substantiæ suæ periculum reveriti: damus enim ei potestatem, ut hæc illis adimat [4] nisi ejus jussis pareant, propterea quod eum qui hunc magistratum obtinet, velimus formidabilem subditis, & venerandum existere. Etenim sive [5] miles, sive proconsularis, sive scholaris, sive domesticus per causam illius jussionum damni aliquid collatori nostro irrogaverit, conveniens est, ut ipse hoc ex istius annonis proprio periculo recepto, injuria affecto medeatur. Postremo neque ulli eorum qui ex hac urbe [6] eo commeant, collatores nostros injuria tentari permittet. §. 3. Sed & cursum [7] publicorum equorum illæsum conservabit. *Nihil enim ab ipsius jurisdictione excipimus.* Et si quis ex quocunque judicio ad eam regionem commeantium injurius erit, & ultra deputatum & constitutum exegerit, hunc persequetur.

CAP. VIII.

CUram autem geret etiam civitatis, & eorum [8] quæ ad frumentationem [9] publicam pertinent, & sitonica appellantur, operumque [10] ejus, & procurabit, ut secundum legem nostram ratiocinia [11] conscribantur, & tam Tamiaca quam civilia insumantur. Et si [12] quem eorum qui solitas illas jussiones insinuare consueverunt, nempe quod aquarum aliquis ductus impediat, & quod quæ muros concernunt diffundantur, aut quia pontes aliqui sint per provinciam, aliave itinera, aut alia denique ejuscemodi existat occasio, prout improbe olim fuit in usu habitum, penitus ipsum provincia expellet, nec permittet ei ut vel jussionem ejusmodi insinuet, vel per hanc causam quidquam omnino lucri capiat. Nam si nobis visum fuerit ejusmodi inspectionem operum celebrari, sacra pragmatica forma usi ad eum qui hunc geret magistratum, communicato præterea de his cum throno tuo consilio, rem ipsam nos disponemus, ne cui facile ad ejus generis pecuniarum exactiones pateat aditus & accessus. Omnia quoque quæ audierit *improba*, prohibebit is qui hoc magistratu defungitur. Quod si vehementiore aliquo & asperiore opus erit, certiorem ea de re faciet tam excellentiam tuam, quam gloriosissimum præpositum, & alios celeberrimos magistratus, quibus ad talem rem conficiendam aliquid adest facultatis: nos denique ipsos, & nos illi, quid facto opus sit, explanabimus.

§. 1. Titulos [13] vero prædiis apponere per provinciam cui præsidet, continentes certorum hominum appellationem, excepto nomine majestatis Imperatoriæ aut Tamii, hoc est ærarii, in tantum prohibebit, ut patrimonium eorum, qui tale quid perpetrare moliantur, in publicum redigat, & [14] manus [15] abscindat eos imponentibus, si præsentes forte id ausi fuerint: si vero procuratores absentium, ingentibus illos tormentis subdet. Titulos certe quicunque tandem affigere ausi fuerint, sive præsentes, sive absentium procuratores, detractos protinus ad [16] capita eorum qui affixerunt, infringet: sciens fore, ut si id factum cognitum neglexerit, ipse bonorum suorum publicationem sentiat.

CAP. IX.

JUri dicundo cum summa animi intentione & cura incumbet, neque (ut hactenus) rusticanos [17] homines sinet injuriis opprimi. Neque amplius negotia nobis hic facessent Cappadoces, magno cum clamore supplicantes & lamentantes, sed ipse judicem se illis & disceptatorem præbebit. Nam si quem huc advenientem viderimus, qui non prius apud ipsum calamitates suas lamentando explicuerit, hunc nos denuo cum increpatione mittemus in provinciam, propterea quod relicto [18] magistratu provinciæ, continuo ad nos decurrit. Si vero cum eos qui injuriam intulerunt, convenirent, ipse commessationibus deditus & luxuria perditus, illorum se orationibus non accommodaverit, sed supplices plorare permiserit, hique ad nos cogantur decurrere, & maxime [19] si mulieres sint, nosque edocti fuerimus, quod hi quidem adierint, ille vero injuriam ultus non est, protinus negotium ut suspectum [20] habebimus, quasi propter lucrum, vel per gratiam, vel aliquorum obsequium factum, & nos ipsos illi prorsus opponemus, & cum triplicem magistratus functionem gerat, tripliciter quoque [21] illi resistetur, tam ipso jure, quam nobis, & legibus eum oppugnantibus. §. 1. Quæ ipsum reveritum, memoria item repetentem præcepta nostra, quæ illi una cum codicillis magistratus dabimus, (appellabant autem ea majores Mandata [22] Principis) convenit omnia secundum legem nostram agere utentem in cognoscendo æquitate [23], in rebus gerendis puritate, ubique colentem justitiam [24], qua nihil inter homines unquam extitit robustius aut pulchrius, quodve Deum & imperatorem placare conciliareque magis possit. Talis enim ipse cum sit, ita nostro quoque testimonio comprobatus: volumus ut solus omnia in provincia conficiat, neque causis audientiam alio quopiam præbente, neque nobis facile vel in eam venturis sententiam, ut alicui alii hasce delegemus, vel occasione cohibendarum violentiarum, seu quacunque alia de causa emissuris aliquos: ultra hoc, quod tametsi tale quiddam vel sacris nostris formis, vel ex magistratuum jussionibus hactenus factum est, omnibus id vacaturum sit modis, ipso totius provinciæ administrationem suscipiente, neque ulli omnino, ut accessum eo habeat, permittente.

CAP. X.

POrro [25] autem hunc quoque magistratum, prout [26] proconsulum proprium est, inter [27] spectabiles ponimus, appellationesque [28] ab ipso transmissas, tuam excellentiam volumus una cum gloriosissimo quæstore sacri nostri palatii in forma & habitu consultationum disceptare. Si qua [29] vero alia in Cappadocia causa minor aureis quingentis per provocationem suspendatur, sive nostro sive alicujus magistratus jussu datus judex fuerit, qui tamen non sit spectabilis: huic spectabilis ipse proconsul in forma sacri consistorii & vice sacri auditorii accommodabit audientiam: siquidem & hoc illi jus addimus, decoramusque illi magistratum tam amplo privilegio, quantum nullus in hunc usque diem in Cappadocia obtinere visus est. Esto igitur justus & elato animo, & tam nos [30] quam legem præ oculis habeto: cognoscitoque, quod si strenue ista exequetur, longiore [31] tempore in hoc officio permanebit, & major ipsum alius forte magistratus excipiet. Cæterum si nostris jussionibus neglectis potentiores aliquos, non legem aut nos colat & veneretur: tum primo quoque tempore iis, quæ in ipsum collata fuerunt, excidet [32], tum de cætero inter condemnatos habebitur, indignus nostro visus judicio.

CAP. XI.

ADulteria [33] vero & raptus virginum, & immoderatas illicitasque [34], & augendæ rei suæ causa comparatas circumscriptiones, neque non homicidia, & si quid ejusmodi delictorum est, ita acerbe punito, ut [35] paucorum hominum supplicio omnes reliquos continue castiges, estoque secundum legem exquisitus delinquentium castigator, neque enim inhumanitas hoc, sed potius summa quædam humanitas est, cum multi paucorum animadversione salvantur. Quod si quem hoc nomine in crimen vocatum sustineat, qui vel cinguli, vel dignitatis, vel sacerdotii, vel ejusmodi alio prætextu speret ex illius se manibus ereptum iri: certo sciat quod nostro judicio indignus videbitur. Nemo enim quacunque potentia sua fretus, quodcunque alienum prætendens patrocinium [36] in talibus delictis severitatem legis effugiet. Quin potius si quis talibus se patrociniis ausus fuerit immittere, similem cum delinquente pœnam, & ipse sustinebit: idem cum sit, ipsum aliquem delinquere, & eum qui talia peccavit & deliquit, velle de manu legis eripere [37].

§. 1. Subjicietur autem legi & descriptio [38], quæ significet, quid ipsum, eosve qui circa ipsum sunt, e publico capere: quid item vel occasione codicillorum dare, vel sacratissimæ Augustæ conjugis nostræ piæ domui inferre conveniat: trifariam videlicet inferendiis iis *quinquaginta libris auri*, prout jam inde ab initio & in hunc usque diem obtinuit. §. 2. Et subditis nostris (id quod sæpe diximus) pure utetur, quæ res summo a nobis studio habita effecit, ut magnas etiam opes despexerimus, quamquam in tot sumptibus & magnis bellis, per quæ Deus nobis dedit, ut non solum pacem ad finem deduxerimus, & Vandalos, Alanos [39], Mauritanos subegerimus, & totam Africam [40], insuper & Siciliam recuperaverimus: sed & bonam spem habeamus, quod Deus nobis annuet, ut & cæteras gentes [41] quas socordia sua Romani amiserunt, cum ad utriusque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostræ adjungamus, quas nos divino freti auxilio, ad meliorem statum redigere properamus: neque quidquam detrectamus eorum quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem: vigiliis simul, & inediis, cæterisque laboribus, jugiter pro subditis nostris, ultra quam humanæ naturæ modus patitur, utentes. Perleget etiam mandata nostra, quæ illi dabimus una cum codicillis magistratus, quemadmodum ante diximus. Et si quidem omnia secundum illa peregerit: & admirabilis futurus est, & undique dignum se nostro exhibebit imperio.

EPILOGUS.

† Hæc igitur omnia quæ per hanc exprimuntur legem cognoscens excellentia tua, & prædictas annonas hujus officii throno præbeto: & ita ipsum scito amplum effectum, ut collati modo in ipsum floris & dignitatis cupiditate, multi merito hunc consequi affectent [42].

TIT. X.

DE DESCRIPTIONE [43] QUATUOR [44] PRÆSIDUM ARMENIÆ.

NOVELLA CONSTIT. XXXI.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosissimorum sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

PErperam effusæque [45] posita, si ad competentem perveniant ordinem, & belle disponantur: aliæ propemodum res apparent, speciosæ pro turpibus, ornatæ pro incultis, articulatæ distinctæque pro incompositis prius & confusis. Quod cum & in Armenia admissum deprehenderimus, putavimus & ipsam ad congruentiam quandam & unam harmoniam collocari debere: quo magis ex bene constituta ejus moderatione & competens illi robur addamus, & decentem imponamus ordinem.

1 Julianus *c.*87. 2 Julianus *ibid.* 3 Subjugalium nomine jumenta intelliguntur. 4 Præsides justa de causa apparitores suo officio possunt privare. 5 Pœna scholaris & domestici proconsuli non obtemperantis. 6 Constantinopoli, *Julianus.* 7 Cursus publici cura ad præsides etiam pertinebat. addit & hoc Julianus de hoc proconsule Cappadociæ, veredorum dispositiones sub juris ejus districtione esse. 8 Julianus, *ibid.* 9 *d. l.* 1. §. 11. *ff. de offic. præf. urb.* 10 *Nov.* 24. *c.* 3. *Nov.* 25. *c.* 4. §. 1. *l.* 7. §. 1. *ff. de offic. procons.* 11 Ratiocinia, λογισμοί. 12 Julianus *c.* 88. 13 *Novell.* 28. *cap.* 5. adde *tit. Cod. de his qui potent. nom. tit. &c. &, ut nemo privatus tit. &c. ut nemini liceat sine judicis autoritate,* Jul. *cap.* 89. 14 Pœna privatos titulos rebus alienis adponentis. 15 De manus abscissione alias dixi, vid. *Nov.* 17. *c.* 8. De pedis amputatione dixi *l.* 3. *C. de servis fugitivis.* 16 *Nov.* 28. *c.* 5. *&* 29. *c.* 4. 17 Rusticorum vita patrocinio præsidum indiget. adde *Authenticam, Agricultores. Cod. quæ res pignori.* 18 Ordinario relicto, ad extraordinarium judicem ire non oportet. 19 Mulierum causæ favorabiles. 20 Si quis injuriam patitur a suo præside, præses præsumitur corruptus. 21 Triplicem dignitatem obtinens, peccando triplices adversarios sortitur: jus, principem, & leges. 22 De quibus vide *Novell.* 17. 23 Æquitas & puritas judicem decet. 24 De laude justitiæ dicam ad *Nov.* 69. 25 Julianus *d. c.* 89. 26 Proconsules omnes, spectabiles. 27 Proconsul Cappadociæ spectabilis. 28 Appellatur a proconsule Cappadociæ ad præfectum prætorio & quæstorem. 29 Julianus *c.* 90. 30 Objecta magistratuum præcipua. 31 Spes optimi magistratus. 32 Pœnæ judicis injusti. 33 *l. ult. ff. de off. præsid.* Jul. *d. c.* 90. 34 *l.* 6. *ff. de off. præsid.* 35 Finis pœnarum. 36 *d. l.* 6. §. 2. adde *tit. C. ne liceat potentiorib. patrocin.* 37 Facit titulus *ff. ne quis eum, qui in jus vocabitur: Edictum Justiniani* 13. *c.* 18. *in fin.* 38 Ἀπογραφή, notitia. 39 Alanicus inde Justinianus. 40 Africanum inde Justinianus se appellat in multis edictorum inscriptionibus. 41 Inter quas erant Galliæ. 42 Datum Cos. Belis. *Jul. hic.* id est, anno 535.

43 Περὶ τῆς διατυπώσεως τῶν τεσσάρων ἀρχόντων Ἀρμενίας. Scrimg. & 6. *Ecl.* 14. de Præsidibus Armeniæ, *Index Reginæ apud Cujac.* Quatuor Armeniæ qualibus sint decoratæ judicibus, Julian. *constit.* 39. 44 Quatuor præsides Armeniæ hic constituuntur. Primæ dat proconsulem: secundæ Correctorem: tertiæ Comitem (de quo vide Julianum constit. 9.) quartæ Consularem. Goth. Ad hanc Novell. vid. Cujac. *lib.* 15. *c.* 29. Ans. 45 Confusionis vitu-

CAP.

CAP. I.

UNde quatuor [1] Armenias fecimus; Unam [2] quidem interiorem, cujus metropolis [3] piæ appellationis nostræ cognomine exornata est, prius Bazanis seu Leontopolis dicta, quam etiam proconsulatu honoravimus, cui magnificentissimus Vir Acatius præfuit, magistratu inter spectabiles relato, omnibusque illi traditis, quæ proconsulatum habere convenit. Nam & stola ipsum adornavimus *proconsulari, quæque ad istas res pertinent, ea ut habeat, constituimus*, & urbes [4] illi adsignavimus, Theodosiopolim, quam etiam prius habuit: Satalam, & Nicopolim. Colonia quoque ex prima (ut ante vocabatur) Armenia assumpta: item Trapezunte, & Cerasunte [5] ex Polemoniaco prius dicto Ponto: his partim a clarissimo provinciæ præside: partim a spectabili moderatore separatis: in septem omnino urbes, & quæcunque circa ipsas in proximo sunt loca, tota provincia redacta. §. 1. Secundum [6] vero ordinem tenere jussimus eam Armeniam quæ ante prima dicebatur, in qua cæteras præcedit [7] Sebastea urbs, attributa illi, & Sebastopoli, quam prius quoque habuit, & insuper Commana [8] ex Polemoniaco prius Ponto dicto: & Zela ex Helenoponto: neque non Brisa: ut ea provincia quinque [9] contineatur urbibus, officio [10] quod Correctorium est, in pristina forma relicto, neque præside ejus majore aliquo nomine condecorato, sed ipso in eodem quod prius habuit, derelicto. §. 2. Ad hæc tertiam [11] Armeniam instituimus, eam quæ prius secunda dicebatur, in qua principatum tenet Melitena [12] urbs antiqua, urbs insignis, in pulchro solo, clementique cœlo posita, neque multum distans a fluentis Euphratis fluvii. Hanc nos in præsentia & augendam, & ad formam spectabilium [13] traducendam putavimus. Præsidem quoque hujus comitem [14] Justinianeum nominandum, dandosque ipsi pro annonis solidos 700. ejus adsessori solidos 72. & cohorti ejus solidos 360. & ut omnia habeat quæ ejusmodi thronorum propria sunt. Et qui prius cohortales nominabantur, tum omnia faciant quæ etiam prius, & maxime circa publicam exactionem occupentur: tum ad Comitianorum appellationem transeant, perinde omnibus eis conservatis ac si cohortales existerent. Urbes [15] vero ei partim Arcam & Arabissum, partim Ariaratheam, & alteram Comanam (quam etiam Chrusam [16] appellant) & Cucusum subdidimus, quas & prius habebat e sex omnimodo consistens urbibus. §. 3. Constituimus autem & quartam [17] Armeniam, quæ prius non in forma provinciæ continebatur, sed e gentibus erat & ex multis barbaricis colligebatur nominibus, Trophaena [18], Anzethena [19], Ophena [20], Asteanea [21], Balabithenaque dicta [22], & Satrapis subdita. Id vero nomen [23] magistratus neque Romanum, neque majorum nostrorum, sed ex altero imperio introductum fuit: exornavimus igitur & illam civili magistratu & forma tam civili ibi magistratu instituto, quam Martyropolitanorum [24] illi ube, & Cithariza [25] castro addito. Consistatque ipsa in forma ordinariorum magistratuum Consularis a nobis facta: ut cum quatuor sint Armeniæ, duo quidem magistratus existant spectabiles, nempe alter proconsul, alter comes: & primæ quidem Armeniæ proconsul, tertiæ comes præeat: secundæ vero & quartæ ordinarii [26]. Et quia summo a nobis studio cautum est, ut appellationes intra quingentorum solidorum quantitatem non ad hanc almam deferantur urbem, sed ad proximos spectabiles magistratus: propterea disponimus, ut appellationes quæ quidem ex secunda Armenia procedunt, hoc est, in qua Sebastea urbs est, hæ ad Armeniæ primæ præsidem, hoc est, proconsulem, deferantur: quæ vero ex quarta moventur Armenia, hæ intra dictam quantitatem ad tertiæ Armeniæ *comitem: qui nempe Melitenæ residet*, deveniant.

CAP. II.

HIs ita a nobis ordinatis, insuper illud etiam determinare justum putamus, ut *Primæ Armeniæ* talis vir præficiatur, qui pro amplitudine sua, & spectatissimo jam erga nos ministerio, magistratus hujus tam juramento, quam excellenti majestate dignus sit. At cum Thomam magnificentissimum virum aliquot jam in Armeniorum regione officiis defunctum, & alioqui frugi hominem esse, & nobis *absque* [27] *fuco* semper inservisse, & modo quoque inservire deprehenderimus, promovemus ipsum ad hujus officii administrationem, ut non solum prædicta a nobis forma ad tempus huic provinciæ præsideat, sed etiam aliis provideat, quæcunque ei vel per sacra commonitoria commisimus, sive in provincia quam ei tradidimus, sive in aliis: quod inquam fecimus, sacris ad ipsum compositis commonitoriis de *multis* & diversis actibus quos ipsum & in aliis regionibus ad effectum deducere æquum est. §. 1. Quæ vero ad sacerdotia [28] spectant, ea (ut sæpe diximus) volumus in pristina manere forma, negotio ipso neque circa jus metropoliticum, neque circa ordinationes vel mutationem vel novationem suscipiente: sed prius ordinatis nunc quoque ex ordinatione auctoritatem obtinentibus, & prioribus item metropolitanis in suo permanentibus ordine: ut quantum ad ipsa nihil penitus innovetur.

CAP. III.

ILlud sane in confesso est, ex quo *tertiæ Armeniæ* Comitem non tantum civilem, sed etiam militarem magistratum fecimus: necesse habere etiam milites qui in ea stationes agunt, ut huic suppositi sint: licentia illi præbita, ut (quemadmodum militaribus permittitur magistratibus) & nomine quemque suo evocet, & inquirat, & de ipsorum annonis dispiciat, & supplicio eos persequatur, si quando injuste egerint: neque committat ut milites in subditos nostros injurii sint. Quod si quid flagitiosius perpetrent, ad instar criminalium causarum audientiam præbeat, tametsi milites existant, omnia denique agat, quæcunque militaribus attributa sint magistratibus. Et quemadmodum comiti Isauriæ [29] & Pacatianæ Phrygiæ [30], & insuper Lycaoniæ [31], Pisidiæ [32], ac Thraciæ [33], prætoribus militares etiam copias subdidimus: ut æque & ipse non solum ad res civiles cohortem, sed etiam in copias militum potestatem habeat & imperium, & cum summa auctoritate & amplitudine tam militibus quam paganis facienda præcipiat, omnia agens quasi uno aliquo officio existente. Inque unam hanc rem providentiam conferat, ne quid per provinciam admittatur flagitii, sed & ut admissum competenter coërceat. Neque hanc illi potestatem in ulla omnino persona, quæ in provincia sit, detrahimus, sive paganica sive militaris, sive tamiaca sit: sub æquabili enim & perpetua pace nostros tueri subditos volumus, non pro diversitate personarum inducentes legum contemptum.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, ea secundum descriptionem quatuor Armeniarum, & maxime tertiæ, cujus occasione præsentem sacram legem tulimus, jam inde in omne reliquum tempus excellentia tua custodire studeto: omnibus quæ singulis annis dari jussimus, per particulares descriptiones thronorum tuorum conficiendis [34].

TIT. XI.

NE [35] QUIS [36] MUTUUM DANS AGRICOLÆ, TERRAM EJUS TENEAT, ITEM QUAM MAGNAS USURAS CREDITORES AB AGRICOLIS DEBEANT PERCIPERE.

NOVELLA CONSTIT. XXXII.

Imperator Justinianus Augustus Agerochio [37] *clarissimo præsidi Æmi* [38] *montis Thraciæ.*

PRÆFATIO.

REm duram, & quæ omnem longe impietatem & avaritiam superat, communi lege quasi medicina quadam curare nobis visum est, quæ non in præsenti tantum necessitate, sed per omne deinceps ævum suo in repub. munere defungi queat: comperimus enim nonnullos in provincia, cui præsides, non dubitasse captato ad hoc de industria sterilitatis frumentariæ tempore, sub modica admodum mensura frugum mutui cum aliquibus contractum celebrare, & ex eo universam illorum terram ad se recipere: ut plerique ea occasione rusticorum diffugerint, plerique etiam fame [39] perierint, & tetra quædam lues ac contagio exorta sit, in nullo pene barbarica incursione inferior.

CAP. I.

SAncimus [40] igitur, ut quicunque agricolis quantamcunque mensuram quorumcunque aridorum fructuum crediderint, si ab his receperint, citra ullam exceptionem hæc illis restituant, nemine prorsus audente per causam prædictorum mutuorum, sive scriptura interveniente, sive sine scripto celebrata sint, terram [41] penes se detinere, octavam [42] duntaxat modii partem in singulos modios [43] per integrum annum usurarum nomine ferentes, si fruges mutuo datæ erunt: si vero pecunia numerata, in singulos [44] solidos singulas annuas [45] siliquas. Cæterum de reliquo contenti creditores octava modii parte in singulos modios per annum, aut quantumcunque maneat, pro portione crediti, aut siliqua: omnino restituant, sive terram, sive aliud quiddam, boves forte aut oves, aut mancipia, pignori ceperint. Atque hæc lex omnibus humanitatis & pietatis de se specimen præbeat, & tam egenorum necessitati medeatur, quam creditoribus nonnihil afferat solatii.

EPILOGUS.

† Quæ itaque nobis placuerunt, ea claritas tua effectui finique tradere studeto, scituro creditore, quod si hæc contra facere aliquid ausit, exactione cadet; & qui mutuum accepit, quive injuriam pertulit, ex eo solatium habebit, quod tum ipse a facessendo negotio liberatus sit, tum creditorem in rebus suis jacturam pati videat. Dat. 15. Kal. Jul. *Constantinop.* BELIS. V.C. CONS. *

perium. 1 Ex duabus Majore & Minore, *tit. C. de off. mag. mil.* 6. Plin. 8. 9. 2 Prima Armenia. 3 Armeniæ primæ & interioris metropolis olim Bazanis ac Leontopolis, hodie Justinianea. 4 Urbes Armeniæ primæ interioris. 5 Ammianus 22. & Cerasus, unde advexit hujusmodi poma Lucullus. 6 Secunda Armenia. 7 Sebastea, metropolis Armeniæ secundæ, dicitur & σεβάςη & σεβαςία Stephano *libro de urbibus*. 8 Commana duplex: una, in Polemoniaco: alia, quæ & Chrusa dicitur. *J. hic.* 9 Urbes secundæ Armeniæ. 10 Καὶ τὴν ἀρχὴν, ἡγεμονίαν ὥσπερ καὶ ἐκάλει πάλαι. Scrimger. Sensus est, Moderatorem Armeniæ secundæ, correctorem, ut olim, appellari. 11 Tertia Armenia. 12 Melitena, metropolis tertiæ Armeniæ. 13 Comes tertiæ Armeniæ, inter spectabiles viros hic refertur. 14 Comes Justinianeus Armeniæ tertiæ. 15 Urbes tertiæ Armeniæ. 16 Id est, auream. 17 Quarta Armenia. 18 Eustathius *in Dionys.* hanc divisionem Armeniarum Justino tribuit. vid. Cujac. 15. *obs.* 29. 19 Anzitena, *l. ult. Cod. de off. magist. milit.* 20 Sophena, *dict. l. ult.* 21 Astyanea, *dict. l. ult.* 22 Belabitena, *dict. l. ult.* 23 Satrapiæ scil. Vox *Satrapa*, neque Romana, neque Græca, sed Persica. *Hesychius.* Hinc Herodot. 5. refert, Darium divisisse regnum suum in 20. Satrapias & *lib.* 1. ἀρχὴν Babylonis σατραπηΐην vocari tradit, & Suidas *libro* 11. scribit, Satrapam Armeniæ quotannis 20000. pullorum misisse ad regem Persarum. Hac voce Terentius usus est *Heautontim. act.* 3. *scen.* 1. *Satrapes si fiet, sufferre amator numquam ejus sumtus queat.* 24 De qua vide *d. l. ult.* 25 Τὸ Κιθαρίζον, *Scrimg.* locus qui Kitharizon appellatur, Jul. 26 Ὀρδιναρίως καθίςασθαι, sensus est, Primæ Armeniæ Proconsulem, tertiæ Comitem spectabiles esse: secundæ correctorem, quartæ consularem ordinarios esse, id est, clarissimos esse. Tres sunt gradus ordinis senatorii, clarissimi, spectabiles, illustres. Ordinaria dignitas est minor scil. clarissimatus, dixi ad *Nov.* 20 *c.* 2. Sic ordinarius miles Festo est manipularis, is enim est infimus militiæ gradus, *l.* 1. *C. ad l. Jul. repet.* Vopiscus *in Bonoso.* Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites. 27 Γνησίως. 28 Innovationi provinciarum persæpe non adstringuntur Ecclesiæ. Hinc quoque deprehendimus hodie, non eandem metropolim esse episcopis & provinciarum præsidibus: & Ecclesiam aliam divisionem provinciarum observare: aliam rempub. 29 *Novell.* 27. 30 *Novell.* 8. *cap.* 2. 31 *Novell.* 25. 32 *Novell.* 24. 33 *Novell.* 26.

34 Dat. 15. Kal. April. Cons. Belis. *Julian.* i. e. anno 536. 35 Pertinet hæc constitutio ad agricolas Thraciæ, sequens 33. ad Illyrici. *Goth.* Ad hanc & seqq. duas vide Rittershus. *part.* 3. *cap.* 10. Caspar Roderic. *de reditibus* 1. *quæst.* 13. *num.* 49. putat hos non fuisse in usu, vel quod non diu usitatæ fuerint, post obitum Justiniani afflicto undique Imperio. Ans. 36 De his qui pecuniam credunt agricolis. *Index Reginæ apud Cujac.* Porro integra hæc constitutio refertur apud Julianum *in fine.* 37 Agerochii vox tria significat, ἔνδοξον, ἀριςεύτην τε, τὸν ὑβριςὴν, σὺν τούτοις Tzetzes. adde *Hesych.* in Ἀγέρωχοι. 38 Αἱμιμόντου. Scrimg. 39 Mortis gravissimum genus, fame perire. Ammian. 17. Tiberius Druso adeo subduxit alimenta, ut tomentum ex culcitra tentaverit mandere. Suet. *in Tiber.* 55. De fame ejusque supplicio vide Petr. Gregor. 5. *syntagm.* 23. 40 Duo hic constituuntur favore argentariorum: unum de antichresi, de qua vide Cujac. 3. *obs.* 35. alterum de usuris. 41 Nemo ea lege ab agricolis fundum pignori potest capere, ut fructus omnes percipiat usurarum vice, quoad sors oblata vel soluta sit: atque ita ut fructus non imputentur in sortem. 42 Id est, sextarios duos. Modius enim 16. sextarios continet: & ita licet octavam sortis a rusticis stipulari rerum aridarum & liquidarum nomine. Pecuniæ nomine, trientes usuras, seu 24 sortis partem. Ea disparitate permotus Molinæus putat hic legendum, non ὀγδόην μοῖραν sed εἰκοςὴν καὶ τετάρτην μοῖραν. eo sensu, Non licere exigi ab agricolis ultra tertiam partem octavæ, sive ultra vicesimam quartam partem sortis annuatim; *quæst.* 1. *de usur. num.* 66. 67. 68. quod Contio 2. *lect.* 2. & Cujacio displicet, 3. *observ.* 35. Causam differentiæ reddit, quod pecuniarum sit eadem semper potestas: cæterarum vero rerum pretia incerta & mutabilia, ideoque accessiones frumenti crediti nonnunquam excedere legitimæ usuræ rationem, nonnunquam excedi. Quin, legem 1. *C. Theod. de usur.* pro pecunia centesimas usuras videri permittere: pro cæteris rebus in duos modios modium tertium, quæ usura quatuor centesimas efficit. 43 Hæc est usura centesima, ut vult Cujacius, utque etiam constat ex *Novell.* 136. vide *l.* 26. *C. de usur.* 44 Ea est usura triens, ut constat ex Leone *Nov.* 83. & Ammiano *l.* 2. *C. Theod. de usur.* Ut enim centesima est, cum in singulos aureos stipulamur tres siliquas, id est, octavam partem solidi, ita centesima, cum in centenos stipulamur duodenos & semissem. 45 Ἐνιαύσιον κεράτιον ἕν. *Scrimg.* annuam siliquam unam.

TIT. XII.
DE HIS QUI MUTUUM DANT AGRICOLIS [1].
NOVELLA CONSTIT. XXXIII.

Imp. Justinianus Augustus Dominico Præfecto prætorio per Illyricum.

PRopter avaritiam creditorum qui angustia temporum abutentes, terrulas infelicium agrestium sibi adquirunt, pro pauco frumento omnem illorum substantiam retinentes, legem posuimus, quam primo quidem in Thraciam, & in omnes ejus provincias, in præsenti autem & in Illyricanas provincias direximus. Cujus exemplum subdi etiam præsenti legi præcepimus, ut non solummodo privati homines putent legem contra se esse propositam, sed etiam milites altiore nitentes fastigio, legem contra se esse prolatam existiment. Ut ergo & tua magnitudo sciat, quod communis hæc lex posita est, & provincialibus & militibus, & omni cingulo, nulla excusatione cuiquam competente, ideo ad tuam sublimitatem præsentem legem destinavimus, scituris militibus, qui præsenti legi non esse obediendum existimant, quod cingulo denudati inter privatos habebuntur, pœnis quas in anteriori lege posuimus, prius nihilominus subjugandi.

TIT. XIII.
NE [2] QUIS QUOD AGRICOLÆ MUTUAM PECUNIAM DEDIT, ILLIUS TERRAM DETINEAT, ET QUEM USURARUM MODUM CREDITORES ACCIPERE DEBENT AB AGRICOLIS.
NOVELLA CONSTIT. XXXIV.

Idem August. Agerochio clariss. præsidi Æmi montis in Thracia.

PRÆFATIO.

REm duram atque inhumanam, & quæ ultra omnem impietatem & avaritiam sit, perspeximus lege saluberrima sanare, & communem omnibus deponere medicinam, non tantum in præsentis necessitatis tempore, sed etiam in omni ævo futuro. Venit enim ad nostras aures, quosdam in [3] ea ipsa provincia quam tu administras, avare temporum necessitate captata, fœneratorios fecisse contractus, & paucam mensuram dantes, terrulas eorum abstraxisse, & ex hac causa quosdam colonorum fugæ latebras petiisse, alios fame esse necatos, & tristissimam pestem homines invasisse, incursione barbarica non minorem.

CAP. I.

SAncimus itaque omnes hujusmodi creditores, quantumcunque vel tritici vel hordei, vel in alia specie quæ in fructibus aridis [4] est, dederint: hoc reddito, in præsenti cum parte modii octava per singulos modios in unoquoque anno præstanda terrulas colonis restituere: nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione fœneraticiæ cautionis, sive in scriptis, sive sine scriptis credita sint contracta. Sin autem pecunias dedit, nihil amplius quam siliquam unam pro singulo solido annuam præstare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, in præsenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem ævum modis omnibus observandam, ut si quando fuerit vel triticum, vel hordeum fœneratum, vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes, quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido, secundum hunc modum in quantum fœnus permanserit, percipientes, sive terrulas sive aliud in pignus acceperunt, boves forte, vel pecora, vel mancipia: hæc modis omnibus reddant, & hæc lex communis omnibus sit, humanitate & pietate gaudens, neque non omnibus egenis consulens, & creditoribus mediocre solatium afferens.

EPILOGUS.

† Hæc igitur, quæ a nobis statuta sunt, claritas tua in omni provincia, quæ tuo moderamine gubernatur, observare festinet. Scituris omnibus creditoribus, quod si aliquid præter hoc commiserint: exactione cadent: & cui fœnus ablatum est, hoc habebit solatium, ut ipse quidem securus degat, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem jacturam.

TIT. XIV.
DE [5] ADJUTORIBUS [6] QUÆSTORIS [7].
NOVELLA CONSTIT. XXXV.

Hæc prorsus deest in Græc. justam autem epitomen inveni in Novellis Juliani, quam hic adscripsi.

VIginti sex [8] adjutoribus Quæstoris, quos boëthos dicunt Quæstoris, liceat in suo loco alios substituere, idoneos tamen, & quos pro tempore Quæstore elegerit, propositis sacris evangeliis. Hi [9] autem qui fiunt in locum eorum qui suo loco ciciderunt, centum solidis præstitis [10] fiant. Istorum autem trium graduum viri, id est, scrinii memoriæ, & duorum qui proximi futuri sunt, quamvis non ex viginti sex adjutoribus, tamen licentiam habeant surrogare in locum suum. Habeant igitur jus vendendi [11] militiam suam, & non ultra [12] centum solidos, dummodo & is qui subrogatur, electione Quæstoris fiat. Prærogativas autem constitutio dat Theodosio, & Epicteto, & Quirillo, & Sabbatio, & Perigeno. Illo videlicet observando, ut si quis ex viginti sex adjutoribus defunctus fuerit, ab herede ejus centum solidi dentur, & electione Quæstoris militent. Sin autem liberi sint defuncti, idem juris habeant, quamvis heredes parenti suo non exstiterint [13]. Dat. C. BELIS.

TIT. XV.
DE SUCCESSORIBUS EORUM QUI IN AFRICA DEGUNT.
NOVELLA CONSTIT. XXXVI.

OMne infinitum, &c. Ut Afri ea quæ Vandalorum temporibus vel ipsis, vel propriis parentibus, vel avis utriusque sexus, vel ex transverso cognatis usque ad [14] tertium gradum erepta sunt: intra quinque annorum spatium vindicent, nisi [15] legitimis excludantur præscriptionibus. 2. Ut ad comprobandum genus ambæ [16] partes probationes proferant. 3. Ut omnes Afri [17] Romanis legibus subditi sint.

TIT. XVI.
DE ECCLESIIS CONSTITUTIS IN AFRICA.
NOVELLA CONSTIT. XXXVII.

VEnerabilem ecclesiam &c. Ab Arianis ablata capiunto, sibique habento ecclesiæ Africæ: ut tamen publicas pro illis pensiones [18] conferant, ab iisdem acceptis immobilibus a nemine lædendis. Hæreticus non [19] baptizato, ad [20] rempubl. non accedito, catechumenum [21] non circumcidito [22]. Nulla omnino heresis domum [23] aut locum orationis habeto. Carthaginiensis [24] Ecclesia privilegia obtineto, quæ in universum de omnibus [25] dicta sunt Ecclesiis in Codice. Qui ad Carthaginiensem Ecclesiam confugerit, is impunitatem habeto, nisi [26] homicidium, aut raptum virginis, aut vim in Christianum admiserit. Ecclesiis Africæ ab aliquo pro sua ipsius salute oblata, a nemine prorsus auferuntor. Hoc ipse generaliter de omnibus Ecclesiis accipito.

TIT. XVII.
DE DECURIONIBUS [27] ET FILIIS EORUM.
NOVELLA CONSTIT. XXXVIII.

Imperator Justin. August. Joanni P. P. per Orientem.

PRÆFATIO.

QUi rempublicam olim nobis disposuerunt, existimaverunt oportere secundum regiæ [28] urbis instar adunare in unaquaque civitate nobiles viros, & unicuique [29] Senatus dare curiam, per quam debuissent agi, quæ [30] publica sunt, atque omnia fieri secundum ordinem. Sic itaque res floruit, sic fuit clara, ut magnæ & populosæ domus curialium essent, multitudine quidem existente curialium, quod autem functionum videbatur esse onus, nulli omnino intolerabile existebat. Nam quod in multitudinem dividitur, onus insensibile propemodum facit eis, qui hoc sustinent. Quando autem per [31] partes quidem cœperunt se eximere albo Curiæ, & occasiones invenire per quas liberi [32] his efficerentur, sic paulatim diminutæ sunt curiæ innumeris excogitatis occasionibus, per quæ potuissent specialia quidem bene habere, communia autem & publica diminui. Propterea ad paucos viros redactæ functiones, & illis facultates commoverunt, & civitates ita diminutæ sunt, ut sub istos perditos conductores, quos *Vindices* [33] vocant, redacta curia, contigerit respublica, plena quidem defectibus, plena vero omni injustitia fieret. §. 1. Hæc nos sæpe perscrutantes æstimavimus oportere medelam rei adhibere, & quantum [34] nos in hoc laboramus, tantum omnem adinvenerunt curiales artem adversus ea quæ recte justeque sancita sunt, & contra fiscum. Dum enim vidissent compelli se omnimodo curiæ servare [35] quartam partem, & hoc vix per nostras leges impositum, cœperunt discerpere proprias facultates, quatenus minus idonei deficerent, & non quartam portionem, sed omnem continuo paupertatem [36] suam curiæ derelinquerent. Denique quoniam ipsis corporibus fraudare curiam voluerunt, rem omnium impiam adinvenerunt, a [37] nuptiis legitimis abstinentes, ut eligerent magis sine filiis, quam sub lege deficere, aut generi suo vel curiæ inutiles [38] apparere. Et rursus egerunt dudum poni legem, quæ præter decretum jubebat eis donare [39] propria, cum quandam venditionem cum decreto fieri ad eam lex volebat, sed hæc ipsa erat mirabilis [40] quæ solam venditionem subjiciebat adjectioni decreti & aliis exinde necessitatibus, alia vero omnia derelin-

1 Illyricanis scil. adde *Nov.* 32. ℥. *&* *Novell.* 34. J. *hic.*
2 Hæc constitutio exemplum est Latinum *Novell.* 32. ℥. *hic.* Goth. De Usuris Rusticanis & ad hanc *Novell.* vide Hottoman. *lib.* 2. *obs. cap.* 9. Ans. 3 In Mysia secunda, & in provincia, quam tu administras &c. Cujac. hic ita legendum esse monet. 4 Aridi fructus, quibus opponuntur liquidi, dixi ad *l. ult. ff. de jur. fisc. l. ult. Cod. de servit. & aqua. l.* 12. *l.* 23. *C. de usur.* Græci fructus aridos ξηροὺς καρποὺς, inde ξηροφαγίαι Tertull. adversus Psychicos: Arguunt nos quod xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne & omni jurulentia & viridioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus vel potemus, lavari quoque abstinentiam congruentem arido victui.
5 Exstat hæc constitutio plenior apud Julianum. 6 Vide constitutionem Juliani 26. 7 Quæstor hodie Cancellarius. 8 *l.* 13. *l. ult. Cod. de prox. sacr. scrin.* Ex scrinio sc. memoriæ 12. ex scrinio epistolarum 7. ex scrinio libellorum 7. 9 Id est, successores. 10 Pro introitu sc. vid. *l. ult. C. de pignor.* 11 Militiæ transferuntur in heredes sub certa pretii definitione, *d. l. ult.* 12 Pretium militiæ centum aurei.
13 Quid si heredes non sint idonei militiæ? subrogandi sunt alii in locum defuncti, & superior summa heredibus defuncti præstanda, *l.* 30. *C. de inoff. test. l.* 7. *l.* 11. *C. de prox. sacr. scrin.* quæ præstatio dicitur scholæ placitum, *l. ult. Cod. de pign.* & casus militiæ, *Nov.* 53. *cap.* 5. *&* 97. *cap.* 4.
14 Erepta a Vandalis (dic idem in aliis hostibus) veterum possessorum heredes usque ad tertium gradum vindicare poterunt: intra quinquennium tamen ab hac constitutione: non tamen adversus eos, qui bona jam 30. annis præscripserunt. Hac æquitate possumus hodie uti, recuperatis urbibus aut provinciis ex hostium manu. *Goth.* Vide *l.* 1. *C. de offic. præf. præt. Afric.* & Rittershus. *part.* 14. *cap.* 3. Ans. 15 Hoc fuit etiam constitutum pulsis Italia Gothis. vid. *pragmaticam sanctionem Justiniani c.* 5. *&* 2. *&* 6. J. 16 *l.* 1. *ff. de prob.*
17 Idem adversus Gothos statutum, *d. pragmatica c.* 11. 18 Ecclesiæ non fuerunt immunes a publicis collationibus. vid. *l.* 7. *l.* 11. *C. de sacr. Eccl.* 19 *l.* 14. *C. de hæret.* 20 Vide *l.* 15. *C. de episc. aud. l. ult. C. de postulando: l.* 9. *C. de divers. off.* 21 Catechumenus leviter initiatus Christo. κατηχούμενοι, νεοκατηχοι: Clemens γαλακτοφάγους, Paulus νηπίους πίστεως vocat. adde 1. *Cor.* 3. vid. *Nov. Leon.* 55. 22 Vide quæ dixi ad *l.* 11. *ff. ad l. Corn. de sicar.* 23 *l.* 3. *C. de hæret.* 24 Vide *Nov.* 131. *cap.* 4. 25 *l.* 12. *C. de sacros. eccles.* Thessalonicensi, *l.* 8. Constantinopolitana, *l.* 17. *l.* 24. *Cod. de sacrosanct. eccles.* Romana, *l.* 8. *C. de summa trinitate.* An etiam ratione patriarchæ? vide *Nov.* 131. *c.* 4. J.
26 Vide quæ notavi ad *l.* 5. §. 4. *C. de his qui ad Eccles.* hinc constat, non servari jus asyli homicidis, raptoribus, & similibus personis.
27 Dixi ad *L.* 50. *D.* 2. De decurionibus & eorum filiis, Jul. *hic const.* 35. περὶ βουλευτῶν ὥστε ἐννεαούγκιον καταλιμπάνειν τοῖς ἑαυτῶν βουλευταῖς παισί. id est, de decurionibus, ut filiis suis decurionibus dodrantem (id est, 9. uncias) relinquant. 28 In urbibus regiis Senatores sunt. 29 Decuriones, Senatores minorum civitatum. 30 Nota quæ olim gererentur per decuriones. 31 Id est, temporis progressu. 32 Id est, immunes, certæ namque dignitates excusant a decurionatu: qua de re vide *l. ult. Cod. de decur. Nov.* 20. 81.
33 *Nov.* 128. *c.* 5. 34 Calumniantium hæ sunt iniquitates, quarum meminit Justinianus *procemio Institutionum.* 35 Decuriones olim cogebantur ab intestato curiæ relinquere quartam partem bonorum, quod ut eluderent vivi, bona pene omnia dilapidabant: e contrario ut specie tenus legi satisfacere viderentur, quicquid ex suis bonis supererat, Curiæ relinquebant. 36 Paupertatem suam relinquere, id est, bona exigua: vide *l.* 78. §. 12. *ff. ad SC. Treb.* 37 Cœlibes non sic admittebantur ad decurionatum ut conjuges.
38 Legendum videtur, *Utiles.* 39 Sensus est: Olim decuriones poterant donare sua prædia sine decreto: non etiam vendere, *l.* 3. *C. de præd. decur.* 40 Permittit enim do-

quebat

quebat eis agere, secundum quem voluissent modum : hac transtulerunt curialium facultates ad alias & alias personas nihil exinde habente curia. Denique si quis dinumerat nostræ reipubl. curias, attenuatas inveniet virorum, neque alias quidem, neque rerum copias habentes, aut paucorum forsan hominum, rerum autem nihil penitus. §. 2. Igitur olim per partes nos protulimus sanctiones [1], volentes & venditiones & donationes simplices [2] & omnem actum alienationem habentem immobilium curialium rerum, subjacere decreto, cum observatione facta quæ in illa lege posita est. Deinde post hæc quia sub falsas [3] causas faciebant donationes, & hoc omnino abrogavimus, donationem simplicem [4] facere curialem in quacunque persona, excepimus autem competenter ante nuptias donationes, eo quod neque [5] donationes omnino sunt, sed contractus species in eis inserta est, & filiorum procreandorum copiam introducunt, quod nobis & maxime in curialibus studii est, post hæc conspicientes de hoc ipso multas circumscriptiones fieri, legem conscripsimus, omnino debere curiam sive cum corpore, sive sine ipso, omnino tres [6] uncias habere, & non minus licere cuidam relinquere curiæ, neque circumscribere, neque diminuere eas sub ullo modo, sive [7] filius sit, qui in curia est, sive ipsa suscepit tres uncias curia. §. 3. Et non usque ad hoc stetimus, sed & fœminas in propria institutione dare quandam partem sanximus, quatenus per nullam occasionem diminueretur curiæ (sicut prædiximus) quarta pars totius substantiæ curialis. Sed & multas istas & diffusas munificentias abrogavimus non concedentes liberari aliter curia, nisi per [8] maximarum dignitatum acceptionem, patriciatus, aut consulatus, aut præfecturæ, sive civilis, sive militaris : præfecturas autem esse & eas quæ principatum agunt exercitus, lex novit [9], itaque si quis præfecturæ dignitatem administraverit, in ipso actu constitutus, & sive administrans eam, sive principatum agens exercitus, curiali iste liberatur a conditione secundum nostram legem aliis omnibus exceptionibus abrogatis. Nam quæ propter solum honorem [10] dantur tales dignitates, (præfectorias dicimus, idem autem est dicere & magistro militatus) non eximere curiæ albo eos qui hæc meruerunt, sancimus. Hæc itaque in anterioribus a nobis sancita sunt, cum aliis multis quæ licebit ex ipsis olim positis legibus advertere, absolvimus autem & quosdam a curiæ conditione diversas his pragmaticas concedentes leges, quas omnes firmas esse volumus, & præsentem sanctionem ab undecima indictione nuper delapsa inchoare, ex qua nobis in consilio venit hæc lex.

§. 4. Quoniam autem vidimus quosdam sic adversos esse contra proprias patrias, ut eligant potius aliis suas relinquere substantias, & vix quartam partem curiæ : & hoc per nostram legem existimavimus oportere, ubi filii desunt, hanc partem augere.

CAP. I.

SI [11] igitur post hanc nostram legem defunctus fuerit curialis filios non habens neque masculos neque fœminas, iste propriam substantiam curiæ derelinquat, quartam vero quibus voluerit, erit namque ei pro [12] filio forsan uno vel pro plurimis tota curia, id est & totius civitatis plenitudo in filiorum modo existens, & fama bona perpetua, & immortalis memoria, & fructus tantus quantus nequaquam a filiis esset. Quod si quis legitimos filios non habuerit, naturales [13] autem ei fuerint, liceat cum onere curiæ scribere sibi hos heredes, & scriptura pro omni datione sit, & non indigeat antiquarum legum aut aliis adjectionibus, neque dum adhuc superstes est datione, sed mox scripti, si quidem liberi fuerint, curiales & heredes efficiantur, & habeant ipsi novem uncias substantiæ, secundum quod pater eis diviserit, quod si omnia eis relinquere voluerit, adhuc melius faciet, verumtamen usque ad novem uncias modis omnibus eis relinquat, cognoscens quia vel si reliquerit minus, a lege eis omnino usque ad novem uncias supplenda [14] erit substantia : illi vero si quidem desideraverint, [substantiam accipere] & curiales efficiantur : quod si quidam voluerint, quidam autem recusaverint, ad eos qui elegerint, recusantium veniant [15] partes, quod si omnes recusaverint, tunc tanquam si nullus filius sit, taliter ad curiam veniant omnes novem unciæ.

CAP. II.

QUod si ille quidem tacuerit [16], filiorum autem legitimorum ei procreatio non fuerit : tunc quarta pars [17] ad heredes, qui [18] sine scriptura sunt, veniant : naturales autem filii, si voluerint se offerre curiæ, recipiantur, secundum quod voluerint, sive omnes sive quidam ex eis, modis omnibus novem unciis substantiæ ad eum qui curiæ se dedit, devolutis. Quod si ex ancilla [19] ei progeniti fuerint, deinde ipse eos manumiserit, aut dum superest [20], aut in testamento, & obtulerit eos, & isti suscipiantur & sint curiales, secundum quod testator voluerit, aut secundum quod desiderium eorum fecerit, dantium se curiæ, accepturi, secundum quod dictum est, novem uncias. Ubique enim volumus sive testatus fuerit, sive intestatus decesserit, eos qui ad curiam venerunt, novem [21] uncias accipere, quod si manumiserit quidem tantummodo, non tamen obtulerit, illi autem etiam taliter voluerunt, aut unus aut quidam ex eis ad curiam venire, & tunc novem unciæ ei vel eis, qui in curia sunt, secundum virilem partem dentur. Quod si nullus naturalium voluerit, aut datus non fuerit, tunc [22] novem uncias curia percipiat.

CAP. III.

QUod si legitimorum filiorum fuerit pater, tunc res decernenda est, utrum tantummodo masculi aut tantummodo fœminæ, aut certe permixti sexus sint, quatenus lex undique perfectionem habeat & curiæ utilitatem. Si [23] ergo masculi ei tantummodo fuerint filii, vel forsan nepotes masculi ex prædefuncto filio, novem [24] uncias in omnes filios sicut [25] voluerit dividat, sic tamen ut in nullo diminuatur lex quæ de inofficiosis legitur testamentis, nisi [26] forte ingratitudinis modus hoc fecerit : neque enim quæ in his positæ sunt leges omnino destruimus, illo omnimodo custodito, ut novem unciæ inter non ingratos filios dividantur, & secundum hoc unusquisque subeat curiæ paternæ functionem, secundum quod eis pater diviserit substantiam, tribus unciis tantummodo paternæ derelictis voluntati, ubi eas pervenire voluerit sive ad filios sive ad alium.

CAP. IV.

QUod si omnes fœminæ nuptæ fuerint, siquidem ejusdem civitatis [27] curialibus nuptæ fuerint, licentia erit patri, si quidem nuptæ fuerint (sicut dictum est) curialibus dividere inter eas omnem substantiam, aut certe novem uncias secundum quod voluerit, respiciens & hic legem quæ de successionibus sine scriptura disposuit. Quod si quædam ex eis nuptæ sunt curialibus, quædam [28] vero non his, talibus [29] quidem novem unciæ omnimodo relinquantur a patre curialium, uxoribus [30] divisæ & hic [31] secundum quod pater voluerit : residuum [32] autem his quæ non curialibus propriæ patriæ nuptæ sunt, vel certe aliis, proculdubio legitima [33] portione & eis omnino reservatis. Quod si [34] necdum nuptæ sint, tunc sub tali definitione [35] scribendum est, de his aut quandam aut quasdam ex eis in novem uncias esse heredes, quatenus omnimodo nubant ejusdem civitatis curialibus. Quod si hoc noluerint, aut ipse quidem scripserit, illæ vero non pertulerint, novem unciæ quidem ad curiam civitatis veniant, tres autem unciæ tantummodo inter omnes secundum quod lex vult, dividentur in modum deductis in rationem etiam dotibus earum.

CAP. [36] V.

QUod si masculi [37] & fœminæ fuerint, masculi quidem omnimodo substantiæ mediam habeant portionem : fœminæ vero residuam mediam, non integram quidem : dabunt namque ipsæ quartam partem curialibus fratribus, si tamen non fuerint curialium uxores omnes aut quædam ex eis : quod si ad tales pervenerint nuptias, & curialibus propriæ patriæ fuerint sociatæ : tunc liberabuntur a quarta parte, curiæ danda, utpote quæ videantur & ipsæ per viros suos, donec supersunt, esse participes functionum. Hæc nos sancire oportere existimavimus, non quo auferamus hominibus propriarum rerum dispensationem : sed ut civitatum non integre desolatæ curiæ remanerent, neque adinventionibus quibusdam forsan & impiis diminuerentur curiæ. Denique cognovimus quosdam interdictas lege contrahere nuptias, ut ex hoc non legitimi sed naturales filii procreentur, & ipsis revera utpote extraneis, relinquere, & sic defraudare curiam debita facultate.

CAP. [38] VI.

SEd & illud etiam ex ipso reperimus experimento, quod adversus curiam sint multi quasi dicentes [39], aut [40] sacri ærarii [41] aut vicaneæ [42], aut purpurariæ [43], aut alterius cujuscunque conditionis esse alterum parentum curialis : & tentant adjudicare seipsos vel sacri ærarii, vel vicaneæ, vel purpurariæ, aut aliis quibuscunque conditionibus & curiam evitare. Sancimus itaque nullam esse talem artem [44] adversus publicum. Sed omnino sive ex [45] sacri ærarii matre, sive ex purpuraria, sive ex vicanea nati fuerint filii curiali, curialem conditionem obtinere volumus. Curiales enim pauciores sunt ubique locorum nostræ reipublicæ : sacri vero [46] ærarii & vicanei & purpurarii in multitudinem effusi, constituti sunt : & congruens est magis amplificare curias civitatum in paucis corporibus angustatas, quam multitudinem multitudini adjicere. Quod si quidam nomine propriæ matris tanquam sacri ærarii vel purpurariæ aut vicaneæ conditionis sit, se subtrahere a curiæ conditione tentaverunt, vel tentaverint, a nuper præterita *Decima indictione* & ipsa & ea quæ secundum hunc acta sunt modum, sive a nostra aula, sive aliunde, vacua & invalida sint, & hos tales curiales de cætero esse sancimus : nam si quid actum est ante decimam indictionem, hoc firmum & in sua fortitudine permanere volumus.

EXCEPTIO.

† Excipimus [47] autem ab hac nostra divina constitutione Theodosium & ejus fratres, & filios Joannis qui cognomen habuit Xescon [48] : qui in [49] sacri

nationem, vetat venditionem, sed tamen id admissum fuit, quia faciliores sumus ad vendendum, quam donandum. 1 *l. 4. Cod. de præd. decur.* intelligit, quæ tamen illo titulo deest. 2 Id est, mera Donatio propter nuptias & dos, non sunt donationes simplices : permittuntur enim constante matrimonio, *l. ult. C. de sec. nupt.* Simplici donationi non inest contractus : propter nuptias inest. 3 In fraudem legum scil. 4 Decurio immobilia donare non potest, nisi propter nuptias vel dotis causa. 5 Donatio, propter nuptias, est contractus. 6 Decurio tres uncias olim cogebatur curiæ relinquere. 7 Et ita abrogatur *l. 2. Cod. quando & quib. quarta pars.* 8 Dignitates quædam liberant a Curia, *ut hic.* adde *l. ult. Cod. de decur.* 9 O νόμ☉ ἐπίςαται, id est, scit : *ut in l. 98. in fin. ff. de solutionibus.* 10 Honorariæ dignitates (quasi fictæ) non liberant a Curia. 11 Curialis moriens sine liberis legitimis, novem uncias curiæ cogitur relinquere : tres vero reliquas uncias, cui voluerit donare potest. 12 Curiali sine liberis mortuo, Curia filii loco est. 13 Puta ex concubinatu. Jul. *hic.* Decurio liberis naturalibus (non extantibus legitimis) dodrantem potest relinquere, qui alias a parente non decurione non perciperent, nisi sextantem. *Novell.* 18. 14 Naturali filio datur actio ad supplementum legitimæ. 15 Quod decrescit heredibus non adeuntibus, in dubio coheredibus adeuntibus adcrescit. 16 Id est, testamentum non fecerit. Jul. *cap.* 131. si intestatus decesserit. 17 Id est, tres unciæ. 18 Id est, heredes ab intestato. 19 Naturalis filius ex ancilla procreatus testamento potest legitimari, & heres institui, & ita videtur abrogata lex 29. *C. de decur.* 20 Id est, dum vivit. 21 Legitima curialium liberorum, novem unciæ. 22 Naturalibus filiis decurionum non adeuntibus patris hereditatem, hereditas ad Curiam devolvitur. 23 Julianus *cap.* 132. 24 Olim quartam. *l. 3. C. quando & quibus quarta pars.* 25 Decurio minus liberam testandi potestatem habet, quam cæteri : idque non favore solo liberorum, sed liberorum Curiæ obnoxiorum ; cogitur enim eis relinquere novem uncias. In tribus reliquis potestatem testandi habet ac donandi. 26 Possunt enim ingrati liberi exheredari. 27 De filiabus decurionum. Jul. *cap.* 133. 28 Non omnes filiæ decurionum nuptæ decurionibus fruuntur privilegio : sed quæ nuptæ sunt decurionibus suæ patriæ. 29 Filiæ decurionum nuptæ Curiali, fruuntur eodem privilegio, quo liberi masculi decurionum. utrorumque legitima est novem unciarum. 30 Id est, iis, quæ maritos habent. 31 Διαιρέμενον κἂν ταῦτα καθάπερ ἂν ὁ πατὴρ βουληθῇ. Sensus est : Novem uncias filiabus omnibus uxoribus decurionum parentem cogi relinquere ; sed tamen eum posse, inter easdem novem illas uncias ex animi sui sententia dividere, id est plus uni, alteri minus conferre. 32 Id est, tres unciæ. 33 Perplexa est meo judicio hæc successio : nam cum restent hic tres tantum unciæ substantiæ paternæ, quomodo Novella de triente & semisse pertinebit ad filias decurionum non nuptas curialibus suæ patriæ *Novell.* 18. Quin si ita sit, adhuc restat hoc perplexum, an parens ex tribus illis unciis aliquid delibare possit legati, fideicommissi, vel institutionis nomine, quod si non licet, jam adimetur decurioni integra testandi facultas. 34 Propter nuptias nondum contractas, jus filiarum decurionis manet suspensum. 35 Conditione. 36 De liberis utriusque sexus decurionum. 37 Inter fratres curiales, & sorores curialibus suæ patriæ nuptas, novem unciæ pro dimidia parte dividuntur. Inter eosdem fratres & sorores nuptas non curialibus non pro dimidia, sed inæquali portione : fratribus 9. scil. unciis, sororibus, 3. relictis unciis. 38 Ut ex curiali patre & murilegula vel comitica matre curialis filius nascatur. Jul. *cap.* 155. 39 Η ταμιακῆς. 40 Tamiacæ vel murilegulæ vel comiticæ conditionis meminit Julianus *d. c.* 13. quod idem atque hic plane. Nam qui hic sacri ærarii dicuntur, Tamiaci Græco exemplari dicuntur : qui vicaneæ, comiticæ : qui purpurariæ conditionis, κογχυλευτικοὶ, qui & murileguli. 41 Sensus est, Ex curiali, & tamiaca, vel murilegula, vel vicanea natos, patrem sequi : & ita abrogatur *l. 29. C. de decurionib. l. 12. C. de murileg.* 42 Η κωμητικῆς &c. *Scrimg.* aut comiticæ. *Jul.* id est, dicente quod Tamiacæ, comiticæ aut murilegulæ conditionis fuerit alteruter parentum. κωμητικοὶ, hic non sunt comitiani, id est, officiales comitum privatorum, vel largitionum, vel domorum, ut vult Hal. sed κωμηταὶ, J. *eod.* vicani. ut *Nov. 52. c. 1.* & capitationi subjecti. 43 Sed murilegulæ κογχυλευτικῆς. 44 Τέχνην. Ars nulla adversus publicum. 45 Ἐκ ταμιακῆς μητρὸς. *Scrimg.* 46 Ταμιακοί. 47 Solent imperatores nonnunquam excipere quasdam personas a lege generali, *ut hic : & l. 42. §. 3. C. de episc.* 48 Ξίσκων. *Scrimg.* Xisco *Julian.* 49 Εἰς ταμιακήν.

ærarii conditione permanſerunt, licet de curialibus eſſent patribus ante decimam indictionem, & omne quidquid actum eſt in eorum liberatione deſtruimus. Nihil enim eorum quæ licuerunt frui volumus, ſed curiales eſſe & quæ curialium ſunt agere, & ad functiones curiales reſpicere, nihil ſicut prælocuti ſumus eis prodeſſe poſſibile, ſed & ſi quid elicitum eſt eis ſive ex noſtro palatio ſive aliunde.

EPILOGUS.

† Quæ igitur viſa ſunt nobis & ad utilitatem civitatum & curiarum complacuerunt, & quæ per hanc indicantur legem, tua excellentia & cuſtodire & operi tradere feſtinet, imminente pœna xx. *Librarum auri* adverſus eum, qui hanc legem noſtram prævaricari præſumpſerit. Datum 15. Kal. Mart. *Conſtantinop.* Indictione undecima, poſt conſulatum BASILII [1] anno [2] ſeptimo.

TIT. XVIII.

DE RESTITUTIONIBUS [3], ET EA QUÆ PARIT UNDECIMO [4] MENSE POST MORTEM VIRI.

NOVELLA CONSTIT. XXXIX.

Imper. Juſtin. Auguſtus Joanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

DEcurſio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene ſe habendum revocatur: (licet prima ejus gubernentur principia) niſi etiam quod particulariter ei reſiſtit, corrigatur, ſicque conſtituatur ſub tranquillitate & quiete, ut legi conveniens eſt: quale ſcilicet, quiddam etiam nunc emergens, ad legis nos opus adduxit. Scimus enim quod etiam dudum de reſtitutionibus dubitatur [5]: & ſi contigiſſet quaſdam [6] hypothecas obligari ejus qui reſtitutione gravabatur, plurimæ contentionis erat negotium, ſive [7] oporteret etiam res quæ reſtitui juſſæ fuerant, periculum pati, ſive ſolas ejus, qui gravabatur reſtitutione: & multa quædam erat etiam circa ipſam verborum differentiam quæſtio: utrum [8] defunctus præcepiſſet res quæ manerent poſt mortem ejus qui gravabatur reſtitutione, oportere reſtitui: an abſolute reſtitui quod relictum erat, poſt detentionem legitimæ partis juberet: & introducebantur etiam fideicommiſſi perſecutiones, & ex inopia in [9] rem miſſiones, & plurimi alii, & varii [10], & inſolubiles pæne prædictæ in rem miſſionis circuli. Sed tanquam [11], nos dudum hoc ſanantes, legem [12] ſcripſimus modis omnibus prohibentes reſtitutione gravatas res aut alienari aut obligari, ſed cum propria ambulare fortuna [13]: & apud quemcunque fuerint, non manere firme, ſed reverti ad illum cui dari juſſæ fuerunt. Et facta lex jam quodammodo longæva eſt, & in judicio approbata frequentatur, ſed futurum erat quod prædiximus: ut (quod ferre omnia conſuevit) tempus [14] oſtenderet indigere quadam exceptione neceſſaria legem. Adierunt enim nos viri & mulieres ex his [15] læſi. Moriente namque viro, uxor quidem & dotem exigebat, & donationis ante nuptias factæ partem, ſeu propter nuptias, quam viri mors ei dabat: defuncti vero frater aliunde vindicabat res, & patris proferebat voluntatem, & trahebat mulieris res, dicens fratrem quidem ſuum eas expendiſſe: ſe vero apud mulierem videre paternas res, quas pater non exiſtentibus filiis reſtitui præceperat ei: & recipere ex omnibus eas initabat, neque ceſſabat donec ſatisfactio legi noſtræ per omnia proveniret. Sed ingemiſcebat juſte mulier, & dicebat injuſtum eſſe quaſi per deceptionem dominum quidem fieri dotis totius: & ſi præmori mulierem contigiſſet, lucrum habere ſecundum pactum: quia vero vir mortuus eſt ſe ignorante reſtitutionem amiſſionis periculum ſuſtinere. Sed huic quidem data eſt negotio forma [16] quam bene ſe habere putavimus. Rurſus autem alter ſupplex apparuit, dicens uxoris patrem ſubſtantiam ejus ſubſtituiſſe aliis ſuis filiis: parvamque partem ſolam apud eam juſſiſſe manere: & magnum ſibimet imminere periculum, ſi ſuæ quidem ſubſtantiæ periculum pateretur & circa dotis reſtitutionem, & circa totum ex dotalibus inſtrumentis ſuper antenuptiali [17] donatione pactum, ſibi vero nihil liceret promereri horum propter ſublationem & reſtitutionem. Hæc nos merito commoverunt, & in melius arbitrati ſumus noſtram [18] corrigere legem, quam ſubjectos deſpicere periculum ſuſtinentes, maxime in nuptiis: quarum nihil eſt hominibus utilius [19], tanquam ſolis facere homines valentibus.

CAP. I.

Si quis unum ex liberis ſuis heredem inſtituerit, vel extraneam perſonam [20].

QUamobrem [21] præſentem ponimus legem, omnia quidem alia prioris a nobis poſitæ conſtitutionis rata manere volentes: hoc vero innovantes ſolummodo: ut ſi quis de cætero reſtitutionem fecerit ſuarum rerum: primum quidem ſervet filio legitimam [22] partem, non quartam, (hoc enim emendavimus, inopiam ejus plurimam reprehendentes) ſed tertiam [23] modis omnibus, aut mediam ſecundum filiorum numerum, deinde [24] ex reliqua ſubſtantiæ parte, ſi non ſuffecerit legitima pars ad dotis [25] aut antenuptialis [26] donationis oblationem: honeſte [27] & ſecundum perſonarum qualitatem & merita excipere [28] etiam hoc ad reſtitutionem, ſecundum quod adjectum legitimæ parti, dotem aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim ſecundum hunc modum excipi modis omnibus ad reſtitutionem nuptialia documenta, & ſuper his factas alienationes, aut hypothecas: & vel ſi gravata ſit perſona aut viri, aut mulieris reſtitutione tali, liceat ei etiam nuncupatam antenuptialem ſeu propter nuptias donationem offerre, nihil quantum in illis rebus reſtitutione valente: & ſi mulier reſtitutione gravetur, non impedimentum ad dotis oblationem fieri, *ea enim quæ communiter* [29] *omnibus proſunt, iis quæ ſpecialiter quibuſdam utilia ſunt, præponimus.* ſitque hoc nuptialibus donationibus & harum actionibus privilegium. Si [30] enim & ante nos ex generalibus [31] hypothecis plurima per præſumptionem exceperunt, (cum utique non ita nobis neceſſaria conſiſtant) quomodo non nos ex majore & meliore ſententia nuptialium lucrorum exceptionem faciemus? §. 1. Hæc [32] igitur omnia futuro conferimus tempori, & faciendis reſtitutionibus poſt hanc legem: non enim illam concedimus fieri læſionem, ut ſi qua mulier parvam habens dotem, deinde legem cognoſcens noſtram, aut ſi quis vir mediocrem fecerit antenuptialem donationem, ad circumventionem [33] legis velit augmentum aut dotis, aut antenuptialis donationis facere: & hoc trahere ad inſidias reſtitutionum: hanc enim perimimus circumventionem, nullam utilitatem habere concedentes facientibus augmentum, quantum ad reſtitutionis læſionem, puram futuro tempori noſtram ſervantes legem. Unum ſi quidem hoc capitulum eſt præſentis legis.

CAP. II.

De muliere quæ peperit undecimo menſe [34].

SEcundum vero illud de mulieribus, quæ poſt priores nuptias ad ſecundum venerunt matrimonium antequam annus expleretur, quem lugubrem [35] leges appellant, quas puniebant conſtitutiones tres [36] ante nos imperantium [37]: & nos nuper [38] de his ſcribentes legem, cum quibuſdam correctionibus, etiam ſuper his ſancita in brevi quadam parte noſtræ legiſlationis tetigimus: ſed impudentiſſimum quoddam nunc acceſſit, quod in noſtris provenire temporibus nolebamus. Quamobrem nobis recte placuit emendatione dignum exiſtimare. Mulier enim ad virum veniens [39], hunc extulit [40], ut appareat [41] etiam ſuperſtite eo non caſte vivere cogitans [42]: nondum enim completo anno, undecimo menſe perfecto [43] peperit, ut non eſſet poſſibile dicere, quia de defuncto fuiſſet partus: neque [44] enim in tantum tempus conceptionis extenſum eſt. Et quoniam etiam hæc una [45] eſt pœnarum earum, quæ acerbas [46] nuptias faciunt, ut uxor mox cadat antenuptiali donatione a viro data, & repente eam amittat, & neque uſum habeat: recte filii ſic mirabili matris partu injuriati, antenuptialem patris poſcebant accipere donationem, & non lucrari valere mulierem per virum, quem ſic velociter [47] dehoneſtavit. At illa (ſed quomodo dicamus verba illius, erubeſcimus) non dignam ſe dicebat eſſe, ut caderet: quia [48] legem noſceret de legitimis loquentem nuptiis: ſibi vero non fuiſſe nuptias niſi primas: porro [49] partum hunc eſſe opus naturalis concupiſcentiæ. Sed quia hæc etiam decies millies aliis ſubjacere caſtigationibus committendo ſtuprum indubitatum eſt, & pœnis illis eam non privabimus, interim tamen (parcimus enim defuncti filiis) inferimus ei antenuptialis donationis amiſſionem, & in hoc caſu, quam conſtituit lex ſuper eis, quæ ad legitimas accedunt nuptias intra lugubre tempus. Si [50] enim illas lex inultas non relinquit licet legitimas nuptias celebrantes, eo quod forte ſuſpicio fuerit, ne qua præextiterit ſuſpicionis malignæ cauſa ad ſecundum maritum, eo quod velociter ad nuptias feſtinavit: quomodo non hic, ubi cauſa non per ſuſpicionem eſt ſolam, ſed hoc ipſo increpatio manifeſta & indubitata præbita eſt delicto, omnium impiiſſimus iſte partus [51], innoxiam eam relinquemus? §. 1. Unde ſancimus, ſi quid tale contigerit, & ante luctus tempus peperit mulier circa [52] terminum anni, ut indubitatum ſit, ſobolem non ex priori conſiſtere matrimonio; modis omnibus eam privari antenuptiali donatione, & ſecundum proprietatem, & ſecundum uſum: ſubdendam quoque aliis omnibus pœnis, ac ſi ſecundas eam contigiſſet ante luctus tempus legitimas celebraſſe nuptias. Non enim aliquid amplius habebit caſtitate luxuria: ſed ſubjiciatur quidem & ipſa pœnis, periculumque ſuſtineat etiam circa ſpem ſcripturæ propter ſtuprum: ut neque nuptias intempeſtivas deſideret, neque legitimas nuptias majore malo circumveniat.

1 Beliſarii. *Scrimger. Julian.* 2 Id eſt, anno 546. hæ duæ voces non leguntur apud Jul.
3 De quarum rerum reſtitutione hic agitur? Ne dicas τῶν προικιμάιων καὶ προγαμιάιων, dotalium ſc. & ad donationes ante nuptias pertinentium (ut extat in Scrimgeri editione) ſed hereditatis: ſeu de precaria reſtitutione, *Nov.* 108. J. *de reſt.* Ideoque magis probanda inſcriptio Juliani de fideicommiſſariis hereditatibus. *conſt.* 101. vel Indicis Reginæ ita concepti, De fideicommiſſaria hereditate: qua parte quæritur, An is qui hereditatem reſtituere juſſus eſt, poſſit ex ea diminuere aliquid & alienare vel obligare. Extat apud eundem Julianum *conſt.* 37. his verbis, Si quis unum de liberis vel extraneum heredem ſcripſerit, & rogaverit eum tempore, quo moreretur, hereditatem aliis reſtituere. Goth. Facti ſpeciem, quæ tribuit occaſionem huic Novellæ, vid. apud Rittershuſ. *part.* 6. *cap.* 10. *num.* 2. Anſ.
4 Et ita ex ſtupro. Multis enim non videtur juſtus partus, ſi ſub finem menſis undecimi edatur. 5 Id eſt, maxime ſi. 6 Id eſt, quædam bona obligata reperiri ejus &c.
7 Senſus eſt, Quærebatur, An juſſus reſtituere hereditatem teneretur eam, quam a defuncto accepiſſet, an vero ſuam & propriam reſtituere? 8 Senſus eſt, Magnam eſſe differentiam, an quis jubeat hereditatem reſtituere: τὸ καταλειφθὲν, id eſt, omne quod accepit a defuncto, deducta quarta: An vero jubeat reſtituere quod ex hereditate defuncti ei ſuperfuerit. 9 Vide *l. ult. C. communia de legatis.* 10 *§. 7. Inſtit. de fideic. heredit.*
11 Id eſt, quia. 12 *l. ult. C. comm. de legat.* 13 Τύχης, *Scrimg.* cauſa. *Hal.*
14 Tempus exceptionem parit. 15 Leges nonnunquam lædunt, ſi nimis ſeveriter & ſtricte eas interpretati fuerimus. 16 Quæ? heredibus permitti, dotis cauſa, ex iis bonis, quæ alteri juſſi fuerint reſtituere, quædam alienare: ut ita ex generali fideicommiſſo deducatur, quantum doti ſufficiat. *l.* 22. *§.* 4. *ff. ad SC. Trebellian.* & donationis propter nuptias. J. *eod.* ſunt enim cauſæ favorabiles. 17 *S. dixi.* 18 *l. ult. Cod. commun. de legatis.* 19 Nuptiis nihil utilius, vide *Novell. Leonis* 26.
20 Et rogaverit eum, quo tempore moreretur, hereditatem aliis reſtituere.
21 Hinc ſumpta eſt authentica, *res quæ. Cod. comm. de legat.* 22 Gravatus reſtitutione hereditatis, poteſt ex ea legitimam filiis ſervare. 23 Trientem vel ſemiſſem. *ſupr. Nov.* 18. *cap.* 1. 24 Id eſt, poſt legitimam: & ita legitima præfertur doti & donationi propter nuptias; nam legitima hic ante deducitur, poſtea dos aut donatio propter nuptias.
25 Et ſuæ & liberorum. 26 Sibi ſuiſque liberis maſculis conſtituendæ.
27 Εὐσχημόνως, ne ſi minium heredi diminuere liceat dotis vel donationis propter nuptias cauſa, dedecus ſuſtineat: ſi immodicum, grave ſit fideicommiſſario. 28 De hac utili quæſtione dicam plenius ad *Novell.* 108. 29 Communiter quæ proſunt, privata utilitate ſunt potiora. 30 Argumentum ab hypotheca non favorabili ad favorabilem obſerva.
31 Ex generali hypotheca quædam excipiuntur tacito intellectu, *l.* 6. *ff. de pign.*
32 Hæc conſtitutio non habet locum in præteritis ſubſtitutionibus ſeu reſtitutionibus.
33 Senſus eſt nullum augmentum dotibus aut donationibus propter nuptias fieri poſſe ad inſidias ſubſtitutionis vel reſtitutionis. Jul. *d. loco.* 34 *Sub.* poſt ſolutum matrimonium morte vel alio modo: unde hinc colligas, partum undecimi menſis, defuncto illegitimam eſſe, hoc eſt, ei non ſuccedere, ſed præſumi alterius eſſe, quam defuncti, vel ejus, a quo divertit mulier. 35 Πένθιμον. 36 *l.* 15. *Cod. ex quib. cauſ. in fin. l.* 1. *Cod. de ſecund. nupt. l.* 1. *Cod. ad SC. Tertyll.* 37 Gordiani, *d. l.* 15. Gratiani, Valent. & Theodoſ. *d. l.* 1. *d. l.* 4. 38 Evalx@, intelligit autem *Novell.* 22. 39 Id eſt, poſtquam nupſiſſet. 40 Id eſt, maritum amiſit. 41 Præſumi de præſenti ad præteritum hinc colligunt, Alc. 2. *præſumpt.* 26. 42 Id eſt, cogitaſſe. 43 Dicam, J. *eod.* §. 1.
44 Vid. 3. Gell. 16. 45 Sunt enim plures. *d. Novell.* 22. 46 Pœna præmaturarum nuptiarum. 47 Αώρως, id eſt, intempeſtivas, ante luctus tempora. 48 Mulier ita excipiebat, negabatque pœnas intempeſtivis ſecundis nuptiis conſtitutas pertinere ad eas mulieres, quæ citra nuptias cum aliquo ſtatim a morte mariti conſueſſent. 49 Præſumitur ex ſerotino nimium partu vidua ſcortata. vid. Alciat. 3. *præſumpt.* 2. 50 Si non licet intra annum luctus mulieri nubere, multo minus ei licet intra idem tempus ſcortari.
51 Ex ſtupro natus. Jul. *cap.* 170. 52 Multi medici & Philoſophi illuſtres putant, poſtquam mulieris uterus ſemen conceperit, gigni hominem menſe ſeptimo, *l.* 12. *ff. de Statu hom.* rariter tamen, nunquam autem ante 7. vitalem eſſe. 7. Plin. 5. & 3. Gell. 11. (Sed tamen Renatus Choppinus diſertiſſimus & doctiſſimus in ſumma Pariſienſi Curia patronus, *in*

EPILOGUS.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens, solenniter per programmata propria, manifesta faciat universis. *Lex scripta est Joanni gloriosissimo sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.* Dat. Kalend. Jan. *Constantinop.* præt. BELIS. V. C.

TIT. XIX.

UT ECCLESIA SANCTÆ RESURRE[illegible] ALIENARE POSSIT ÆDIFICIA SE[illegible] ITA CIVITATEM.

NOVELLA CONSTIT. XL.

Antonio Contio iterum ad verbum interpretante.

Idem Imp. Petro sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo Hierosolymorum.

PRÆFATIO.

JAm quidem ea quæ de prohibitione ecclesiasticarum alienationum (erant,) lege communi [2] promulgata sunt a nobis, quam sane & obtinere & ratam in omnibus esse volumus. Quando autem conducentis omnibus ecclesiis (boni) providentiam agere convenit, præcipue autem [3] *Sanctæ resurrectionis, & loci in quo mundi creator dignatus est in humana constitui generatione,* propter hoc existimavimus præsentem scribere legem, non ad subversionem eorum, quæ jam a nobis constituta sunt, sed ad aliquam convenientem & necessariam rebus utilitatem. Omnibus enim est hominibus manifestum hoc, Sanctissimam Resurrectionem, eos qui ex omni orbe eo confluunt (quorum multitudinem infinitam est dicere) & suscipere, & alere, & facere sumptus immensos & insperatos, his qui illic coacervati sunt sufficientes, secundum miraculorum operationem magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi (qui multitudinem ineffabilem ex paucis enutriit panibus) in dies suscipientem. Itaque ipsi & reditus esse oportet plurimos, & occasiones pias, secundum quas futura sit possibilis constitui, ut multitudini auxilietur tantæ.

§. 1. Novimus igitur, quatenus secundum præsens Eusebius Deo amantissimus presbyter & Cymeliarches [4] ejus quæ secundum regiam hanc urbem & sanctissimæ ecclesiæ, profectus in præfatam Hierosolymorum civitatem, & honestos suos & Deo amabiles, & jam nunc indicans mores (per quos multis & maximis & justis augmentis, sanctæ ecclesiæ auxit reditum) potuit trecentis octoginta libris auri comparare reditum triginta (paulo plus [5] minus) auri librarum, quasdam quidem pecunias colligens pie, quasdam vero ut mutuas sumerent, exhortans Deo amabilissimos œconomos præfatæ Sanctæ Resurrectionis. Docuit autem & nos, quia & creditores sua accipere quærunt, & quia aliud excogitavit inopinabile lucrum: multis namque confluentibus & accedentibus ad prædictam Hierosolymorum civitatem, desiderio depositorum & dicatorum Deo locorum, concupiscunt comparare habitationes ecclesiasticas auro multo, quatenus utique liceat ipsis, ea quæ secundum dictum locum est habitatione perfrui: non posse autem hæc facere antistites Sanctæ Resurrectionis metu legis a nobis de ecclesiasticis alienationibus positæ, quamvis tanta existente utilitate hujus inventi, ut in annos quinquaginta velint quidam tabernacula seu cœnacula istiusmodi comparare. Et inde multo & majore quam dici possit commodo futuro, si quidem possessio sanctissimæ ecclesiæ accedat reditus triginta auri librarum (hæc constituente admiratione) vix in tredecim annis cum ædificiorum venditio in ipsis quinquaginta annis fiat, & præsertim cum substantia ipsius Resurrectionis in domibus sit constituta, quæ fortuitis omnibus subjacent casibus, repente una pereuntes cum ipsis, nec vestigium vel tantulum servare facile valentes, si quidem ex aliquo (absit autem & hoc ut dicamus) casu cadant, aut alias consumantur.

CAP. I.

HÆc nos venire ad præsentem legem fecerunt, quam dedicamus Deo & omnium ecclesiarum sanctiss. Resurrectioni [6], per quam sancimus omnia quidem alia, & in Sanctissima Resurrectione obtinere occasione prædiorum ecclesiasticorum, (neque enim ipsi omnino permisimus venditionem nullam facere prædiorum) super sane ædificiis laxamus aliquid de rigore legis. Si enim super utilitate sanctissimarum ecclesiarum hanc scripsimus, videmus autem tantam in re utilitatem existentem, quomodo non utique per præsentem legem hoc ipsis permittemus, omnem dantes & vendentibus licentiam & ementibus securitatem: & maxime postquam præsumimus, tempore ipso citius reducturo iterum ædificia ad ipsam, utpote ipsorum emptoribus (qui scilicet propter studium circa Deum emerint ista) ita & postquam obierint, ipsi ea relicturis. Liceat igitur ipsi sanctissimæ ecclesiæ facere ædificiorum venditionem [7], nihil verenti legem, in genere de his positam, propterea quod lege recentiore subdivisionem accepit, neque aliqua pœna inde contra quamlibet personam omnino conveniente. §. 1. In sequens vero tempus hoc ipsum facere liceat, sicubi aliqua tanta emerserit utilitas, ut multocuplum bonum pro minimo Sanctissimæ accedat per alienationem Resurrectioni. Omnem habentibus facultatem eorum emptoribus, nunc & in futurum omne tempus, & nullam ablationem verentibus, non ipsis, non heredibus ipsorum, non successoribus, neque nunc, neque in aliud tempus, propterea quod per præsentem legem ipsos confidentes posse ad emptionem accedere, non sunt jussi aliquam pro hoc sustinere turbam, aut accusationem, aut damnum, aut ablationem. Decreto [8] proculdubio faciendo apud tuam beatitudinem præsentibus qui ex clero venerabili, & demonstrata causa secundum quam alienatio ædificiorum fit, quia majorum causa bonorum eorum venditioni studetur, exiguis quidem rebus venditis existentibus, pluribus autem & in melioribus iis quæ inde adquiruntur. Scilicet secundum præsentem mercedem congregatum ex pensionibus habitantium, venditione in quinquaginta annis facta, & pretio in solutionem debitorum solvendo, quæ creditores dederunt pro præfati reditus adquisitione. Si enim omnium dominus simul & creator Deus dignatus est tantum ipsi dare privilegium [9] præter alias civitates, ut ex ipsa resurgeret secundum carnem, manifestum, quia & nos imitantes dominum Deum; & magnas ejus miraculorum operationes, quantum homini possibile est, privilegium aliquod dedimus ipsi præter cæteras ecclesias, ut ipsa fruatur hac nostra lege, quam velut aliquas primitias ipsi adducimus, ejus commodum per omnia eligentes & venerantes.

EPILOGUS.

† Quæ igitur a nobis constituta sunt per hanc propriam legem, & ipsam legum inscribendam voluminibus, tua beatitudo cognoscens, manifestam ipsam omnibus ibi constitutis constituat: indicet autem nostram voluntatem, quam pro sanctissima & merito ab omni hominum genere adoranda resurrectione nostrum habet imperium, & domino dedicat Deo, tantis nos & tot bonis, præter alios omnes qui ante nos imperarunt, in re qualibet dignato & dignanti. Specialiter lex scripta Petro sanctissimo & beatissimo archiepiscopo, & patriarchæ Hierosolymitanæ civitatis. Dat. 15. Kal. Jun. C P. post BELIS. V.C. CONS. [10].

TIT. XX.

DE QUÆSTORIBUS, ID [11] EST, PRÆFECTIS INSULARUM.

NOVELLA CONSTIT. XLI.

HÆc constitutio quendam virum magnificum Bonum [12] nomine, Quæstorem exercitui fecit. Nam & more [13] antiquo duplex erat quæstorum magistratus: & unus quidem circa latus Principis erat, alter autem quæstor exercitui præerat. Disposuit autem præsens constitutio etiam annonas quæstoris & consiliarii ejus: adparitionem quoque ei dedit ad imitationem quandam præf. præt. id est, Scriniarios, & ab Actis, & Præcones & commentarienses, & Lampadarios [14], & omnem deinceps ordinem. Sed & annonas militum tam comitatensium quam limitatensium disposuit, quomodo distribui debeant. Subjecit autem ei & quinque provincias [15], id est, Scythiam, & Mysiam, & Cariam, & omnes Cycladas [16] insulas, & Cyprum totam. Causarum quoque auditorium habere ei concessit ut non objiciatur ei fori præscriptio. Subjunxit autem & notitiam impensarum. Et est promulgata hæc constitutio Kal. Jun. Indictione 12. post consulatum BELIS. V. C.

suo de privilegiis rusticorum libello 3. *cap.* 8. refert, Senatusconsulto Parisiensi patrem heredem pronunciatum filii 5. mense exsecto ventre matris editi ac spirasse visi: qua de re dixi plenius ad *l.* 3. *Cod. de posthum.*) nunquam octavo nasci (quod tamen falsum est teste Varrone 14. *Rer. divin.* Hippocrate in *lib.* περὶ τροφῆς. Aristotele 7. *de histor. animal.* 4. Cæcilius, insolenter mulier 10. mense paritne? Potest 9. etiam 7. atque 8. Et Gellius 3. *Noct.* 16. refert Romæ quæsitum, An 8. mense infans ex utero vivus editus, jus trium liberorum supplevisset: cum abortio quibusdam non partus videretur mensis 8. intempestivitas. Plin. 7. *cap.* 5. refert translatitium, id est, vulgare in Ægypto fuisse, octavo gigni: & in Italia tales partus esse vitales contra priscorum opiniones, & adfert exempla: Tertull. *libr. de anima*, ogdoas non creat, sæpe nono, sæpenumero 10. mense Plaut. *in Cistellaria*, tum illa quam compresserat, 10. post mense exacto hic peperit filium. Plotius γυνὴ κύει δεκάμηνος. Paul. 4. *sent.* 5. §. 5. Ratio Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut 7. pleno aut 10. mense maturior videatur. Tertull. *d. loco*, id honori decalogi tribuit, ut tanto numero nascamur, quanto renascimur. Quid undecimo? Decemviri 10. mense gigni hominem putarunt, non 11. Gell. *dict. l.* Post 10. menses mortis natus non admittitur *l.* 29. *ff. de lib. & posthum. l.* 3. §. 11. *ff. de suis.* sed tamen D. Hadrianus, cum fœmina bonis atque honestis moribus 11. mense post mortem peperisset, causa cognita, requisitis veterum Philosophorum & Medicorum sententiis, decrevit 11. quoque mense partum edi posse. Varro in *Satyra quæ inscribitur Testamentum.* Si quis 11. mense κατ' Ἀριστοτέλην natus, esto heres. Quod Cujac. *hic*, & apud Paulum 4. *sent.* 5. §. 5. & *cap.* 19. *de præscript.* intelligit de mense undecimo incepto non perfecto, vel ut Phavorinus apud Gell. *d. l.* loquitur, affecto non confecto, & ita natum sub finem 11. justum non esse: sub initium esse. Quid, annuus ergo partus non admittetur? Gellius *d. l.* ex Homero probat annuum partum reperiri, citatque Homeri versus χαῖρε νῦν φιλότητι περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ τέξεις ἀγλαὰ τέκνα. Quid 13. mense? Gellius scribit Plinium 7. *epist.* 5. ex Massurio referre L. Papyrium prætorem secundo herede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, quum mater partum se 13. mensibus tulisse diceret: quoniam nullum certum tempus pariendi statutum ei videretur. Audio apud Parisienses arbitrio doctissimorum advocatorum & inter eos Chappeatum, domini admissam fuisse viduam, quæ 14. mense peperisset. His autem circumstantiis omnes movebantur, quod vidua apud heredes defuncti mariti diligentius semper spectata vixisset: quod eorum uxoribus assidua comes semper fuisset, nec ab earum latere quodammodo discessisset: quod heredes ipsius defuncti nihil ejus honori, vel pudicitiæ detraherent: quin potius de solemni continuoque propter mortem mariti luctu testarentur. His ita positis summi juris antistites ac prudentes, communis vulgarisque partus rationem tanti faciendam esse non putarunt, quin matrona moribus honestissimis prædita (cui nihil quidquam objiceretur aliud, quam quod citra vulgarem mulierum morem pareret) audiretur. Hæc tamen in exemplum facile trahi non oportet: ne per contrarium, contractis a nuptiis, trimestris partus maritis obtrudatur. *Goth.* Quo tempore partus nascatur legitimus, vide Cujac. hic: Gamm. *decis.* 325. Vivii *decis.* 461. Joachim. Beust. *de matrimon. part.* 2. *cap.* 36. Alciat. *paradox. lib.* 3. *cap.* 7. Didac. *de Narbona tract. annals sub ann.* 1. *quæst.* 6. *num.* 66. & *seqq.* Ans. Adde Menoch. *de arbitrar. judic. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 49. Georg. Tholosan. *Syntagm. jur. lib.* 9. *cap.* 26. *num.* 22. Mynsinger. *centur.* 6. *observ.* 40. Carpzov. *defin. forens. part.* 4. *constit.* 28. *defin.* 13. 15. Joann. Sande, *decis. Frisicar. lib.* 4. *tit.* 8. *defin.* 10. S. L.

1 Ecclesia hæc sanctæ resurrectionis fuit in urbe Hierosolyma. *Novell.* 120. *cap.* 9. vid. Julianum *constit.* 11. apud quem ita concipitur hujus Novellæ titulus: De rebus immobilibus alienandis, quæ ad Ecclesiam Hierosolymitanam pertinent. 2 *Novell.* 7.
3 Hæc verba recitat Albericus Rosatensis in verbo Ecclesiæ sanctæ resurrectionis.
4 Κειμηλιάρχον suum ecclesiæ etiam habuerunt. *l.* 20. §. 1. *C. de agr. & censit.* adde *l. ult. Cod. de bonis autor. judic. possid.* 5 Hæc emptio redituum ad jus Galliæ proxime accedit, in qua 360. libris 30. librarum reditus emi potest. Parum autem distant 380. libræ, quarum fit hic mentio, a 360. & hic quoque dicitur μικρῷ πλέον ἢ ἔλαττον, ut hæc ratio usuræ sit unius pro duodecim. Privatis alias id non licet. 6 Quæ sita est Hierosolymis, adde *Nov.* 120. *c.* 9. 7 Lex de venditionibus immobilium Ecclesiæ Hierosolymitanæ.
8 Permissa est ecclesiæ Hierosolymitanæ domorum venditio cum decreto. 9 Privilegium Hierosolymitanæ ecclesiæ, collatum ab ipsomet Christo. 10 536.
11 Hæc constitutio sumpta est ex Juliano *const.* 38. In Indice Reginæ *apud Cujac.* ita conceptus est hic tit. De appellationibus quinque provinciarum: quinque, inquam, puta Scythiæ, Mysiæ, Cariæ, Cycladum (quarum caput Rhodus,) Cypri. adde *Nov.* 50. J. *eod.* quæ apud Scrimger. quoque extat. Goth. Per hanc Novell. derogatur pro parte *Novell.* 50. quæ tempore prior est. vid. Cujac. *hic.* Ans. 12 Scripta est hæc constitutio ad Bonum, quæstorem exercitus, quem Procop. 1. *de bello Persico* definit χορηγὸν τῆς τοῦ στρατοπέδου δαπάνης. *Nov.* 50. quæ tempore prior est, cuique hæc derogat. Alius fuit quæstor palatii, de quo dictum est supra. 13 Quæstores duo antiquis: unus circa latus principis: alter in exercitu. 14 Lampadariorum fit mentio in *l. ult. C. de divers. off. lib.* 12. sed alio forte sensu fit mentio in *Edicto Justiniani* 8. *in fin.* 15 Quibus singuli erant præsides attributi. 16 Quarum caput Rhodus. De præside Cycladum est lex 6. *C. de navicularis*, & *Novell.* 163. 41. 50.

TIT. XXI.

DE DEPOSITIONE [1] ANTHIMI [2] ET SEVERI [3] ET PETRI [4] ET ZOARÆ [5] ET RELIQUORUM.

NOVELLA CONSTIT. XLII.

Versa quidem est ab Haloandro: sed veterem ejus translationem ex tomo Concilii quinti Constantinopolitani restituimus, & mendis quibus scatebat etiam in novissima editione Coloniensi anno 1567. perpurgavimus.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri.

Imp. Cæsar, Flavius, Justin. Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victoriosus, triumphalis, semper Augustus, Menæ sanctiss. & beatiss. archiepiscopo & Universali patriarchæ.

PRÆFATIO.

REm non insolitam imperio & nos facientes ad præsentem venimus legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacertio de sacris sedibus deposuit, (quemadmodum Nestorium [6], Eutychen [7], Arium [8], Macedonium [9] & Eunomium, ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis) toties imperium ejusdem sententiæ & ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit. Sicque divina & humana pariter concurrentia, unam consonantiam rectis sententiis facere. Quemadmodum & nuper factum esse circa *Anthimum* [10] scimus, qui quidem dejectus est de sede hujus regiæ urbis a sanctæ & gloriosæ memoriæ *Agapeto* [11] sanctiss. ecclesiæ antiquæ Romæ Pontifice, eo quod nullo modo sibiipsi convenienti (contra omnes sacros canones) se intruserat sedi, sed & communi sententia ipsius sanctæ memoriæ viri primum, atque etiam sacræ synodi hic celebratæ condemnatus & depositus fuit, eo quod a rectis dogmatibus recessit: & quæ prius multotiens diligere videbatur, hæc demum diversis lustrationibus aufugit, simulans sequi sanctas quatuor synodos (trecentorum videlicet decem & octo patrum in Nicæa, & centum quinquaginta in hac felici civitate, & in Epheso primo congregatorum ducentorum & sexcentorum triginta venerabilium patrum in Chalcedona.) At quidem nec dogmata sequi, nec nostram clementiam & condescensum, quem propter ipsius salutem habebamus, suscipere voluit, neque ipse abdicare auctores impiorum dogmatum, qui prius a sanctis synodis expulsi fuerant, sed putavit oportere secundum ipsum & in æquali ducere & condemnatos & condemnatores. Nam semel alienis a sanctissima ecclesia intellectibus mancipatus, & a rectis dogmatibus alienatus, merito ad ipsorum rectitudinem reverti non valuit, etiam ad hæc invitatus a nobis & directus, qui omni studio usi sumus ad ipsius salutem.

CAP. I.

PRopter hæc igitur omnia, sententiam depositionis in ipsum a sancta synodo factam occasione non liciti neque a sanctis canonibus approbati raptus sacrarum sedium hujus regiæ urbis, & aversionis a rectis & veris dogmatibus Cyriam [12] propriam nostram facit imperium, & contra istum præsentem scribit legem. Interdicimus autem & ei commorari in hac felici civitate & ejus districtu, ac in quacunque alia insigni civitate, sancientes in quiete esse, & eos diligere, quibus se ipsum digne supposuit, & non aliquibus communicare, neque eos imbuere in perditionem interdictorum dogmatum. §. 1. Nec utique extra imperialem confirmationem relinquimus sententiam juste contra Severum [13] latam, ac ex omnibus (ut ita dicamus) pontificalibus & patriarchalibus (una cum monachiis consensibus) provenientem sedibus, & anathematismum ipsi inferentem, qui prius contra sacras sanctiones, accipiendo sedem sanctissimæ ecclesiæ Theopolitanorum [14], sic universa conturbavit, sicque accumulatas turbationes fecit, quod commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimis ecclesiis adinvicem immitteret. Et hoc a sceptris quæ ante nos fuerunt contra ipsum scriptum erat variis dogmatum, & a rectitudine alienatis intellectibus ac blasphemiis usum fuisse, ac universa conturbasse, & illum quemcunque errorem abominabilem hæresiarcharum & iniquorum dogmatum recipere, Nestorii dicimus & Eutychis, & cum uterque horum præceptorum contrarii quodammodo adinvicem esse videantur, ad unum vero impietatis finem inferant, etiam illorum divulgatos sermones, eum in unum formavisse: duobus enim existentibus dogmatibus adinvicem repugnantibus, quorum utrumque similiter ad animæ perditionem adducit, Nestorii videlicet & Eutychis (quemadmodum dicendo narravimus) quæ ex Arianorum & Apollinarii contagione consistunt, ipse paradoxum quid perpessus in utrumque similiter incidit, & ibi quidem hoc, ibi quidem illud mittendo seipsum & sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum. §. 2. Sit itaque & ipse sub prædicto anathematismo, quem universus patriarchalis, pontificalis, ac monachicus nostræ (ut ita dicamus) politiæ cœtus juste in ipsum induxit, de Theopolitana [15] quidem ecclesia ejectus, idcirco quod thronus de illa ipsum removit, eo quod ipsius principatum recte non acceperat, sed adhuc vivente eo & in sanctissimis ecclesiis commorante, qui ante ipsum sacerdotium habebat, & propter eum, qui post ipsum fuit, de sacerdotio exciderat. Nec vero usque adhuc stetit, sed etiam sub communi orthodoxæ ac catholicæ ecclesiæ anathematismo factus multis libris blasphemiisque & abominationibus nobis politiam implevit, quare universis interdicimus, aliquid de libris ipsius possideri. Et sicut non licet Nestorii libros scribere [16] vel possidere, (quia prædecessoribus nostris imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia his, quæ dicta & scripta sunt a Porphyrio [17] in Christianos) sic nec dicta & scripta Severi maneant penes aliquem Christianum, sed sint profana & aliena ab ecclesia catholica, igneque comburantur a possidentibus nisi qui ista habent, velint periculum pati. A nemine ergo scribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem [18] scribentium, sciendo quia amputatio manus his qui scripta ejus scripserint, pœna erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi. §. 3. Similiter autem & huic interdicimus omnino regiam civitatem ingredi, aut districtum ejus, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine, & in silentio sedere, & non corrumpere cæteros, neque in blasphemiam ipsos adducere, & non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus robis conturbare sanctissimas ecclesias festinet.

CAP. II.

SEd nec Petrum [19] Episcopum Apameæ, & simul depositum, & simul ab ipsis a quibus Severus, sub prædicto anathemate factum, imperium admittit, sed sint propria contra ipsum sententiata. Et qui sub communi anathematismo ordinatus est, sub ipso esto: & sententia sanctissimorum pontificum, quæ ipsum prævenit, firma permaneto. Neque vero permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipsius districtum, vel aliquam de insignibus, sed quorum secutus est, errorem, horum imitetur diætam, quam longissime abscedens, & occultans seipsum. Nam talibus occultari quam videri, utilius est: ignoti etenim existentes, se ipsos lædunt solos, publicantes vero sua dogmata, multis & simplicioribus occasionem perditionis præbent, quod nullo modo fieri in Christiano ovili Dei & orthodoxo populo justum est, neque ab imperio permissum est.

CAP. III.

QUoniam vero & Zoaram [20] digne penitus judicarunt sub anathematismo esse reverendissimi & qui justa judicant episcopi, (cum parva quædam talium malorum interpositio sit) & in quibus dehonestatus est, omnia videlicet comprehendendo ex memoria quadam abundanti, sit & Zoaræ interpositio [quædam parva] hujus malæ partis, (Anthimi dicimus & Severi ac Petri) ordineturque & ipse inter anathematizatos, sacra sententia ipsum deferente, quam propriam & ipsam in se ipsa existentem, adhuc magis cyriotoran [21] imperium facit, & hunc de hac regia urbe & ejus districtu abjicit, & habitationem in aliis civitatibus ipsi omnino interdicit. Itaque cum illis solis habitet & consulat, qui a nobis ante memorati sunt, qui similia quidem blasphemant, [similia patiuntur] & similiter in exilio ponuntur. Si quid vero aliud in sententia sanctissimorum episcoporum continetur, quæ prædictos deponit & anathematizat, hoc firmius ponimus & diutius, ac imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab imperio ipso provenisset. Si vero aliquis ipsorum deprehendatur de cætero facere aliquid præter constituta, sciat incidisse in legibus imperialibus, quæ minores pœnas declinantes, ad majores immittunt indignationes. §. 1. Intercidimus autem & omnibus conantibus catholicam Dei ecclesiam divellere, (sive secundum Nestorii [22] hæretici doctrinam, sive secundum insensatam Eutychis [23] traditionem, sive secundum blasphemiam Severi [24], qui & similia illis intellexit, aut eorum qui illos sequuntur) seditionem immittere sanctissimis ecclesiis, & loqui aliquid de fide: sed sancimus quemlibet talium silentium ducere, & non convocare aliquos ad se, neque accedentes recipere aut *parabaptizare* audere, aut *sacram communionem* sordidare, & ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, sive in hac nostra regia, sive in alia: sed omne supportare periculum, si quid tale faciet.

§. 2. Interdicimus etiam omnibus istos suscipere. Abjici ergo ipsos sancimus de civitatibus ab ipsis concitatis, scientes pœnas jam contentas in nostris divinis constitutionibus, quæ & domos [25] ipsas in quibus tale quid fit, & campos ex quibus nutrimenta præbentur, sanctissimis ecclesiis assignant, & a possidentibus auferunt, quia detrimenti causa sit simplicioribus, sub sanctissimis vero & orthodoxis ecclesiis hæc juste ducunt esse. §. 3. Hæc pro communi pace sanctissimarum ecclesiarum statuimus, hæc sententiavimus, sequentes sanctorum patrum dogmata, ut omne sacerdotium imperturbatum de cætero nobis permaneat. Quo in pace servato, reliqua nobis exuberabit politia, desuper pacem habens, quam omnibus magnus Deus & Salvator noster Jesus Christus Trinitatis unus, unigenitus Dei filius prædicat ac donat his, qui syncere ipsum & vere glorificare ac donare digni habiti sint.

EPILOGUS.

† Custodiat itaque beatitudo tua, quæ recte adnotata sunt, & mittat ipsa per suas Deo dilectas literas omnibus sanctissimis metropolitis sub ipsa existentibus, quorum cuilibet cura erit ipsa manifesta facere sanctissimis ecclesiis sub ipsis ordinatis, ut neminem ex omnibus lateant quæ sacerdotio visa sunt, & ab imperio confirmata. Divina [26] subscriptio. Divinitas te servet per multos annos sancte ac religiose pater. Dat. 8. [27] Id. Aug. *Constantinop.* post consulatum BELIS. V. C. [28].

TIT. XXII.

DE OFFICINIS SIVE TABERNIS CONSTANTINOPOLITANÆ URBIS: ET UT MILLE [29] TANTUM ET CENTUM [30] OFFICINÆ [31] SACROSANCTÆ MAJORIS ECCLESIÆ EXCUSENTUR: OMNES RELIQUÆ, AD QUEMCUMQUE DOMINUM PERTINEANT, CONSUETA OBEANT MUNIA.

NOVELLA CONSTIT. XLIII.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri.

Imp. Cæsar, Flavius, Just. Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Lazi-

1 Περὶ τῆς καθαιρέσεως Ανθίμȣ &c. De episcopis regradatis *Index Reginæ apud* Cujac. Interim nota, duo esse pœnarum ecclesiasticarum genera, καθαίρεσιν episcoporum: ἀφορισμὸν plebeiorum & monachorum. 2 *In pr. J.* adde Euagr. 4. *cap.* 11. & 35. 3 *Cap.* 1. §. 1. *J.* 4 *Cap.* 2. *J.* 5 *Cap.* 3. *J.* 6 Nestorius duas personas in Christo constituebat. 7 Eutyches unam tantum naturam in Christo adserebat. 8 Arius tres naturas in Trinitate adstruebat. 9 Macedonius Spiritum sanctum Deum esse negabat. 10 Anthimus Constantinopolit. episc. deponitur. 11 In jure inter pontifices numerantur Agapetus, *hic:* Petrus & Damasus *l.* 1. *Cod. de summa trinitate.* Item Papa Joann. II. *l.* 8. *Cod. eod.* inscript. Papa Viglius *Novell.* 131. *cap.* 3. Ans.
2 Id est propriam vel ratam. *Cyria* propria hic ita dicitur, ut apud Paulum, Abba pater. 3 Severus deponitur. 14 De Theopoli seu Antiochia dixi ad *l.* 6. *in fin. C. de summ. trinit.* 15 Severus episcopus Theopolitanæ deponitur. 16 *l.* 6. §. 1. *C. de hæret.* adde *Nov.* 17. *c.* 8. 17 Porphyrius adversus Christianos scripsit. *d. l.* 6. *l.* 3. §. 1. *C. de summ. trinit.* Porphyrii vitam vid. apud Eunapium *in vitis Philosophorum & Sophistarum*, & Suidam *in voce Porphyrius.* 18 *Suidas in Origene.* 19 Petrus Episcopus Apameæ deponitur. 20 Zoaras deponitur. Syrus erat, parabaptismata faciens. *act.* 1. *Syn.* 5. *Constantinop.* Reconventiculans, ebaptizans, parabaptizans, *d. act.* 1. hoc est, referatur in eum numerum. 21 Id est, propriam magis. 22 De quo *l.* 3. §. 2. 3. *passim C. de summ. trinit.* 23 *l.* 6. *C. de summ. trinit.* 24 *C.* 2. *s. eod.* 25 De ea re alibi dixi *Novell.* 14. *Novell.* 58. 26 Id est, imperatoris. 27 17. Kal. August. *Scrimg.* 28 Anno 536.
29 Vide Julianum *const.* 13. 30 Major ecclesia Constantinopolitana: quo nomine 1102. officinas in præcipuis foris urbis obtinuerant, quarum aliæ Vespillones, aliæ fossarios, aliæ pecunias ecclesiæ præstabant. 31 Ergasteria vocat Julianus, *cap.* 53. ut & Græci

cus,

cus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, nunquam non colendus, Augustus, Longino præfecto urbis.

PRÆFATIO.

Quoniam potentiæ nostræ subditi nostri sive vivant, sive moriantur, curæ sunt: ne vel graves ipsis sepulturæ, vel defuncti cognatis damnosæ existant, propterea & hæc, quæ eorum sepulturam concernunt, quo convenit modo, disposuimus. Et quia tam divæ memoriæ Constantinus [1] amplæ hujus [2] nostræ urbis conditor, quam etiam pientissimus princeps Anastasius, lecticariorum [3] seu decanorum [4] (ut vocant) numerum ad certam mensuram redegerunt, mille & centum tantummodo decanis, totidemque officinis definitis ut nullo hæ unquam tempore augmentum reciperent: propterea sane cupientes, ut numerus eorum, quos ex unoquoque collegio convenit esse lecticarios, divæ memoriæ Anastasii formulæ subjaceat, firma ea & fixa manere voluimus. Cæterum quia adeuntes nos almæ hujus & regiæ nostræ urbis collegiati, quorum excellenter & præ cæteris curam gerimus, potentiam nostram edocuerunt, magnam & intolerandam se necessitatem sustinere, Sacrosanctam etenim majorem ecclesiam centum [5] & mille officinas in fructu habere ab omni vectigali [6] liberas [7], quas oppido quam libenter illi concedant, eo quod ad [8] peragendas in commune omnium hominum exequias proficiant: sed cætera se onera ferre non posse. Nam cum plurimæ in alma hac urbe diversarum mercium & negotiationum officinæ tabernæque existant, non hasce solas (nempe centum & mille) officinas prædictis publicis muniis obeundis exemptas esse, sed etiam multas sacrosanctas ecclesias, multa sacra hospitalia, monasteria, & alias sacras ædes, quarum pleræque prius hæreticis mancipatæ [9], deinde ad orthodoxam fidem reversæ sunt, multas quoque regias domus, & insuper magistratuum, ac senatorum, & illustrium, & cubiculariorum a præstatione vectigalium eximi, harumque dominos peculiarem sibi exinde reditum comparare, & oblædere rempublicam, exemptionum multitudine rem ipsam angustis admodum terminis concludente, ut paucissimi existant, qui publica agnoscant & sustineant munia, & priores contributiones aliquoties in triplo & quadruplo, hoc tempore etiam decuplo majores factæ sint: quamquam divus princeps Anastasius in statuta ab ipso formula nulli omnino alii immunitatem concedat præter centum & mille officinas, quæ per [10] causam exequiarum sacrosanctæ majori ecclesiæ attributæ sunt: Ea propter & nos putavimus, tum proceribus nostris & insuper beatissimo hujus almæ urbis archiepiscopo id negotii dandum, ut certo loco convenirent, & rem ipsam examinarent, atque placita ad nos sua referrent, tum ad excellentiam tuam præsenti utendum lege, confirmantes ea quæ Anastasio pientissimo in hoc principi placuerunt.

CAP. I.

Et sancimus, ut [11] centum quidem illæ & mille officinæ, sacrosanctæ majori ecclesiæ occasione decanorum, sive lecticariorum, & ad [12] peragendas defunctorum exequias deputatæ, omnibus modis integro numero & omni præstatione liberæ conserventur: præter ipsam nulla alia queunte decanum exigere, sive ex hæreticis recepta, sive quacunque sacrosancta ecclesia. Sed quod nuper constituimus, valeat, & octingentæ quidem officinæ corpora [13] præstent, trecentæ autem in exactione pecuniarum consistant [14], nam quod exinde corraditur, ad quid proficere conveniat, sacra jam nostra pragmatica forma disposuit. Semperque quod intercidit, restauretur: at qua ratione fieri debeat restauratio, satis per Anastasii piæ memoriæ jussiones expressum est. Hæ igitur ut immunes & ab omni vectigali maneant exemptæ, sancimus: neque his ipsis officinis, neque vectigalia imperantibus collegiis, quæ istas præbent, quidquam damni sustinentibus, aut ullos titulos agnoscentibus.

§. 1. Cæteræ vero omnes hujus almæ urbis quatuordecim [15] regionum officinæ, sive sacrosanctæ alicujus sint ecclesiæ, sive hospitalium, sive monasteriorum, sive orphanotrophiorum, sive ptochiorum, sive alterius cujuscunque dominii, sive regiarum domuum, sive aliquorum magistratuum, ampla media, minutave officia administrantium, sive gloriosissimorum senatorum, sive magnificentissimorum illustrium, sive spectabilium cubiculariorum, sive aliquorum militiis adscriptorum: hæ inquam omnes publica ipsis imposita præstent vectigalia, & omnia alia tum faciant, tum impleant, quemadmodum quemque in suo collegio facere æquum est, *semperque per collegii præfectos in publicum persolvant:* nemine queunte ea de causa inniti privilegiis aut ejusmodi alia uti excusatione. Neque enim sustinemus aliorum onus ad alios deferri, aut tam immitem proponere formulam [16], ut quotidie vectigalia augeantur, & (quemadmodum edocti sumus) quadruplo, aut quintuplo, adeoque etiam decuplo majora irrogentur, cum nihil tam magno studio tamque serio affectemus, quam ne [17] novo quisquam vectigali oneretur. Novum [18] autem fuerit non tantum quod nunc primum impositum est, sed etiam quod primum modum excedit. Sed eadem conditione ac fortuna omnes sunto, & sacra hæc nostra pragmatica forma (quam legem etiam appellare licuerit) contra omnes communis esto, ut omnibus largiatur, quo molestia vacent. Neque enim facile eam quis ægre tulerit, si neminem alium præterea exemptum intueatur: nisi quod in centum & mille officinis exequiarum defunctorum ratio habeatur, quæ maximæ communis est omnibus & ex æquo universis parata [19] hominibus.

§. 2. Si quis vero conetur excusatione aliqua uti, & seipsum a præstanda alleviare contributione, & aut non committere, quo magis ab inquilinis suis exigatur, aut præstare etiam patrocinium, sive militare, sive civile, sive ecclesiasticum, sive quodcunque tandem: in universum officinæ [20] dominio excidito, estoque ipsis publica, toti addicta collegio. Eo enim pacto & cautiores erunt, & vetita non attentabunt. Porro si minutatim [21] & pariter in omnes vectigali distribuantur: non solum paululum erit quod præstitum fuerit, sed etiam tanto moderatius, levius, tolerabilius, faciliusve quod confertur, existet, quanto a pluribus colligitur. An vero non multo absurdissimum [22] fuerit, homines propriis laborantes manibus, & uxores ac liberos alentes, & reliqua denique vitæ necessaria inde acquirere satagentes, etiamnum majoribus onerare vectigalibus, & quanto plures inter alleviatas referuntur, tanto etiam majores exinde læsiones oboriri? idque onus infinitum sit, neque possit ullum habere terminum.

§. 3. Hæc nos omnia prohibentes, sacram hanc pragmaticam formam proponimus, amissionis pœnam similiter omnibus ordine subditis interminantes, si ex quoquo collegio imperitantes solita illa, & ab initio statuta vectigalia percipere prohibuerint, aut vectigalia conentur in [23] pensiones privatas convertere: sed quisque pro se quidem pensionum illatione perfruitor, officinas autem seu tabernas solito receptoque more contributiones agnoscere concedito. Quemadmodum enim quisque pro se rebus suis prospicit, ita & nos necesse est ei quod amplæ & regiæ huic urbi expedit & confert, nutanti quodammodo & jam lapsuro, manus porrigere, neque enim aliter, quæ publice expediunt, progressus habitura sint, *quam si tali onere, qui id hactenus ferre coacti sunt, liberentur.*

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & sacra hac exprimuntur lege, ea excellentia tua, imo non ipse tantum custodies, sed & quicunque post te idem officium suscepturi sunt, & obtemperans tibi cohors, jam inde in omne reliquum tempus custodiet [24].

TIT. XXIII.

DE TABELLIONIBUS [25] ET UT PROTOCOLLA [26] DIMITTANT IN CHARTIS [27].

NOVELLA CONSTIT. XLIV.

Imperator Justinianus Augustus Joanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

Litem paulo ante audivimus præsenti legi præbentem occasionem. Ex persona quidem mulieris cujusdam ferebatur documentum [28], literas quidem ejus non habens [29], (erat enim harum ignara) completum autem a tabellione [30] & tabulario, subscriptionem ejus [31] habens, & testium ostendens præsentiam: deinde dum quædam dubitatio super eo fieret, muliere dicente, non esse a se delegata [32] quæ charta loquebatur: qui litem audiebat, quærebat [33] a tabellione cognoscere negotii veritatem: denique tabellionem deduxit [34]: at ille literas recognoscere dixit completionis [35] tabellionis, non tamen nosse aliquid horum quæ secuta sunt [36], nec enim sibi ab initio penitus delegata, sed commisisse cuidam suorum hoc facere: neque postea venisse ad completionem, sed rursus alii hoc commisisse, & is quidem qui affuit completioni, venit, nihil nec ipse dicens se nosse: etenim neque scriptor fuit documenti, sed solum docuit, quia præsente se hoc dimissum sit, nec cui ab initio delegatum est, inventus est: unde nisi per testes judex valuisset agnoscere causam pure, periculum patiebatur, undique cadente negotii notitia. Et illud quidem competentem meruit examinationem atque decretum.

CAP. I.

Nos autem credimus oportere universis auxiliari, & communem in omnibus facere legem: quatenus præpositis operi tabellionum, ipsis per se omnibus modis injungatur [37] documentum, ut dum dimittitur [38] intersit: & non aliter imponatur chartæ completio, nisi hæc gerantur: ut habeant unde sciant negotium, & interrogati a judicibus, possint quæ subsecuta sunt cognoscere, & respondere, maxime quando literas sunt ignorantes [39] qui hæc injungunt [40]: quibus facilis est & inconvincibilis denegatio horum quæ pro veritate secuta sunt.

§. 1. Ut ergo omnia hæc prohibeamus, propterea præsentem conscripsimus legem: & hæc custodiri modis omnibus volumus a tabellionibus, sive in ipsa felicissima civitate, sive in provinciis sint: scientibus, quia si præ-

ad hanc Novellam & inf. *Novell.* 59. *&* Leo *Novell.* 12. 1 *Novell.* 59. *Nov. Leonis* 12. 2 Constantinopolitanæ scilicet. 3 Lecticarii, decani, & vespillones, *Novell.* 59. *Græci hic* λεκτικαρίων ἤτοι δεκανῶν. 4 *l.* 4. *C. de sacros. eccles.* 5 *Nov.* 59. *c.* 2. 6 Seu muneribus & intributionibus. 7 Et hoc jure possidetur etiam hodie a sacerdotibus Mahumetanis. 8 Nota, quos in usus ecclesiasticæ officinæ inserviant. adde *c.* 1. *J. eod.* 9 Officinæ ecclesiasticæ ad hæreticos pertinentes, orthodoxorum factæ. 10 Nam ex earum reditu sumptus funerum fiebant. *Leon. Nov.* 12. 11 *Nov.* 59. *c.* 1. 12 *In princ. supr. eodem.* 13 Id est, vespillones ac fossarios. 14 Id est, reditum pecuniarum præstent. 15 Regiones totidem erant Romæ, nempe quatuordecim, quarum binis singulæ cohortes attributæ, *l.* 3. *ff. de off. præfect. vigil.* potest etiam non incommode eas ad regiones referri lex 1. §. 3. *ff. de offic. præfect. urb.* eo sensu, Licere nimirum præfectis interdicere non tantum urbe integra, sed & ejus aliqua regione, *faire defense de demeurer en tel & tel quartier.* 16 Immitis formula, per quam vectigalia augentur. 17 Vid. *tit. C. vectigal. nova institui non posse.* 18 Novum vectigal est, nunc primum inventum, vel excedens modum prioris. 19 Εφηπλωμένος: parata. 20 Ergasteria. *Jul.* 21 Vectigalium distribuendorum rationem optimam nota. 22 Proletarii immunes a vectigalibus. 23 Εἰς φιλονόμια τρέπειν. Scrimg. 24 Dat. 15. Kal. Jun. Cons. post Belis. V. Cons. anno 1. *Scrimg.* Dat. 6. Kal. Jun. &c. *Jul.*

25 Περὶ συμβολαιογράφων καὶ συμβολαίων, 22. *Ecl.* 2. De tabellionibus & eorum fide Jul. *const.* 40. Porro tabelliones sunt publici contractuum transactores, *l.* 14. §. 3. *C. de sacr. eccles. l.* 17. *Cod. de fid. instrum. l.* 2. *Cod. de Eunuch. l.* 1. *Cod. ut nemo ad suum pat.* & testamentorum perscriptores. *l.* 24. *C. de testam.* Eorum instrumenta ἀγοραῖα. *Novell.* 73. adde *l.* 21. *Cod. ad l. Cornel. de fals. l.* 15. *Cod. de decurionib.* iidem tabularii ἀγοραῖοι, νομικοί. 26 Πρωτόκολλα. Protocollum. non est major & regia charta velut quidam opinantur: nec est scheda negligentius scripta: Non est etiam exemplar formularum, quo tabelliones uti solent: sed brevis adnotatio, quæ declarabat, quo Comite largitionum, (sub cujus cura erant chartariæ) quo tempore & a quo præparatæ fuissent chartæ. Ex eo arguebantur sæpe falsitates, qua & ratione *Cujac.* refert Lutetiæ accidisse, ut Senatus suspectum chirographum arguerit, ex die in eo adscripto, quo nondum ejus notæ (Galli *la marque*) charta ulla erat in rerum natura. Et hac ratione vetat Justinianus ex chartis abscindi protocolla. Item instrumenta in aliis chartis scribi, quam in his, quæ protocolla habeant. Jul. *num.* 175. *& cap.* 2. *J. eod.* 27 In instrumentis, *Index Reginæ apud* Cujac. 28 Συμβόλαιον. 29 Non perscriptum ejus manu. 30 Alius est συμβολαιογράφος a Ταβουλαρίῳ. Instrumentum enim hic profertur completum a tabellione, subscriptum a muliere tabularii manu, *ut Novell.* 73. 31 Αὐτῆς, id est, mulieris. 32 Επιταχθέντα, id est demandata. 33 Hinc colligunt notarios non sponte, sed ad id rogatos debere instrumentum conficere. arg. *l.* 25. *ff. de procurat. cap.* 12. *vers. Te igitur. extr. de privileg.* Ans. 34 Ηγαγεν, id est, in judicium deduxit. 35 Πληρώσεως τοῦ συμβολαίου, id est, perfecti instrumenti. 36 Id est, tabellio fatebatur, se nosse instrumentum completum esse, se tamen ignorare, quid inter contrahentes postremo convenisset, allegabat: nec enim se integrum instrumenti initium conscripsisse, sed ejus compositionem demandasse suorum alicui, id est, discipulo vel ministro: vel se alteri ejusdem instrumenti completionem commisisse, *l.* 17. *Cod. de fid. instrum.* 37 Sensus est: Cuilibet contractui tabellionem ipsum per se præesse & interesse debere. Interesse inquam, ab initio ad finem usque, nec ante complementum instrumento adponere, quam norit τὴν ὑπόθεσιν, id est, negotium, de quo agitur. 38 Tabelliones ipsi per se convenire debent instrumenta compositurі: neque aliter instrumentum absolvere, nisi causas cognoscant, ut interrogati a judice, id, de quo agitur, tuto ac certe referre possint. 39 Id est, tunc maxime, cum contrahendas literas ignorant, γραμμάτων ἀνεπιστήμονος, dicuntur Græcis, literarum legendarum & scribendarum ignari, *qui ne scavent ni lire, ni escrire.* 40 Instrumenti ad substantiam pertinere hinc colligunt, ut tabellarius de eo conficiendo sit

ter hæc aliquid egerint, cadent [1] omnino iis quæ vocantur ſtationibus [2]: & qui [3] ab eis dirigitur ad injungendum [4] documentum, & intereſt, ipſe dominus ſuper ſtationis auctoritate erit [5], & mutabitur cauſa: & ille quidem de cætero hoc obtinebit officium in ſtatione, quale qui in ea primatum tenebat: ille vero cadet ea: aut unus erit miniſtrantium illi: quoniam ille quidem dedignatus eſt hoc agere, quod erat conceſſum ei: ille vero ſecundum illius voluntatem hoc egerit, propterea nos hanc intulimus eis pœnam, ut optimi fiant circa documenta, & juſti, & cautiores, & non propter ſuam requiem & delicias corrumpant alienas vitas. §. 2. Si vero indignus ſit forte poteſtatem in ſtationibus ſuſcipere, is [6] cui documentum extra ea quæ a nobis diſpoſita ſunt per præſentem legem, injungitur, tabellio quidem cadat omnibus modis hac cauſa: alter [7] vero pro eo conſtituatur: nihil omnino damnificando ex hoc ſtationis [8] domino quicunque fuerit extraneorum, & non ipſe tabellio, neque cadente lucris exinde venientibus: ſed illo ſolo qui talia perpetravit, & dedignatus eſt ſuum complere opus, primatu cadente: omnibus quidem aliis ſuper ſtationis jure integris dominis ejus ab ipſis tabellionibus qui talia peccaverunt, ſervandis. §. 3. Et non fingant tabelliones occaſiones, per ægritudinem forte diſcedentes, aut occupationes hujuſmodi: licebit enim eis, ſi quid tale fuerit, evocare [9] eos qui contrahunt, & per ſe cauſam complere: proinde hæc quæ contingunt raro [10], non impedimentum facient univerſis, eo quod nihil inter homines ſic eſt indubitatum [11], ut non poſſit (licet aliquid ſit valde juſtiſſimum) tamen ſuſcipere quandam ſolicitam dubitationem, ſed nec quæſtus eorum minores fieri per hoc, propter contrahentium frequentiam occaſionem habentes: cum melius ſit pauca [12] agere caute, quam multis intereſſe periculoſe. §. 4. Ut tamen non vehementer eis dura lex eſſe videatur, nos conjicientes [13] humanam naturam, mediocres [14] etiam eis leges noſtras ponimus, propter tales enim eorum forte dubitationes damus eis licentiam ſingulis unum [15] ad hoc conſtituere (geſtis [16] apud clariſſimum [17] magiſtrum cenſus [18] feliciſſimæ civitatis [19] ſolemniter celebratis) & licentiam [20] ei dare, ut delegentur ei ab iis qui veniunt ad ejus ſtationem & documenta, & dimiſſis [21] eis intereſſe: & nulli omnino alteri in ſtatione exiſtenti, licentiam eſſe, ut aut delegetur ei initium, aut cum dimittuntur, interſit: niſi tabellioni qui auctoritatem habet, aut qui [22] ab eo ad hoc ſtatutus eſt. Si vero præter hoc fiat, & alter delegetur: tunc ſubjacet pœnæ tabellio, qui auctoritatem habet a nobis dudum definitam: ipſis tamen documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis. Novimus enim quia legis metu de cætero & ipſi cuſtodient quæ a nobis decreta ſunt, & documenta ſub cautela facient.

CAP. II.

Ut tabelliones in protocollo deſcribant, idque cum die & conſule.

ILlud quoque præſenti adjicimus legi, ut tabelliones non in alia charta pura [23] ſcribant documenta, niſi in illa quæ in initio (quod vocatur protocollum [24]) per tempora glorioſiſſimi comitis ſacrarum noſtrarum largitionum habeat appellationem [25], & tempus quo charta facta eſt, & quæcunque in talibus ſcribuntur: & ut protocollum non [26] incidant, ſed inſertum relinquant: novimus enim multas falſitates ex talibus chartis oſtenſas & prius, & nunc: ideoque licet aliqua ſit charta (nam & hoc ſancimus) habens protocollum non ita conſcriptum, ſed aliam quandam ſcripturam gerens, neque illam ſuſcipiant, tanquam adulteram, & ad talia non opportunam, ſed in ſola tali charta, qualem dudum diximus, documenta ſcribant. Hæc itaque quæ de qualitate talium chartarum a nobis decreta ſunt, & de inciſione eorum quæ vocantur protocolla, valere in hac feliciſſima ſolum [27] civitate volumus, ubi plurima quidem contrahentium multitudo, multa quoque chartarum abundantia eſt, & licet legali modo intereſſe negotiis, & non dare occaſionem quibusdam falſitatem committere, cui ſe obnoxios exiſtere demonſtrabunt, qui præter hæc aliquid agere præſumſerint.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſanctam declarata ſunt legem, tua celſitudo operi effectuique tradere feſtinet. Dat. 19. [28] Kal. Septembr. *Conſtantinop.* poſt BELIS. V. C. CONSS. anno 2. [29].

TIT. XXIV.

UT [30] NON LIBERENTUR CURIALI [31] FORTUNA JUDÆI, NEC SAMARITANI, AUT HÆRETICI, OCCASIONE EORUM RELIGIONIS, SED CURIALIBUS QUIDEM FUNCTIONIBUS SUBJACEANT, PRIVILEGIIS VERO CURIALIUM NON FRUANTUR: POSSE VERO EOS CONTRA ORTHODOXOS QUOD SUBJACEANT CURIALI FORTUNÆ, TESTIMONIUM PERHIBERE, UT QUI ET PRO ORTHODOXA POLITIA RECTE TESTIMONIUM PERHIBEANT.

NOVELLA CONSTIT. XLV.

Idem Imp. Joanni P.P. iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

VErbum quoddam nobis tua retulit eminentia, quosdam inter curiales eſſe Judæos forte, aut Samaritas, aut Montaniſtas, aut aliter reſpuendos homines, quibus nondum hactenus recta & immaculata fides illuxit: ſed & in tenebris ſedent animis vera non ſentientes ſacramenta: & quoniam hæreticos [32] odio habemus, putant per illam occaſionem liberi curialium eſſe functionum, & quæ competunt his, declinare. Nos igitur mirati ſumus, ſi ſapientia & acumen tuum tales eorum pertulit rationes, & non repente talia dicentes dilacerasti. Si enim homines quidam ſunt, qui quidem putant propter noviſſimam abſurditatem illa promereri ſe præmia, quæ ſolis maximis dignitatibus reſervavimus, quis non eorum habeat exoſam inverecundiam & ſtultitiam? Quapropter curiam exerceant [33] hujuſmodi homines, & nimis ingemiſcentes, & curialibus functionibus, ſicut etiam officialibus, ut dudum ſancitum eſt: & nulla [34] religio ab ejuſmodi eos excipiat fortuna, (horum enim nihil neque antiquorum qualibet legum, neque Novellarum dictum eſt) indigni tamen curiali ſint honore, & quoniam leges plurima curialibus præbent privilegia, & ut non cædantur [35], neque ad [36] aliam ducantur provinciam, & alia plurima, horum nullo [37] fruantur: ſed ſi quid ſcriptum eſt de curialibus, quod non confert privilegium, hoc etiam in his valeat, & compleant corporalia & pecuniaria munera & nulla ab his eripiat eos lex: honore vero fruantur nullo, ſed ſint in turpitudine [38] fortunæ, in qua & animam volunt eſſe. Sic igitur eis de hoc diſpoſitum ſit.

CAP. I.

ILlud quoque nunciaſti dignum [39] quæſtione tua natum. Quia enim hæreticos [40] teſtimonium [41] perhibere prohibuimus, quando orthodoxi inter alterutros litigant, dantes eis per noſtram conſtitutionem [42], ſiquidem inter alterutros miſceantur illi & litigent, & uterque [43] hæreticus ſit, actor & reus, poſſe teſtimonium perhibere, dignis adinvicem exiſtentibus, & litigantibus, & teſtimonium perhibentibus: ſi vero rurſus hæreticus ſit & orthodoxus, contra hæreticos quidem etiam valde dari teſtimonium orthodoxo, adverſus orthodoxum autem nequaquam: orthodoxis quoque exiſtentibus litigatoribus nullum eſſe penitus acceſſum illis ad teſtimonium perhibendum. Docuiſti igitur nos quod quidam orthodoxi conſtituti refugiunt curialis eſſe fortunæ, & neceſſitatem ſubire perhibendi teſtimonii eos qui illi genere juncti ſunt, vel qui alias aliquo modo eorum ſciunt fortunam. Et quoniam lex eorum ſuſpendit ſuper [44] orthodoxis teſtimonia, propterea judices piguiſſe hoc admittere, cumque in vanum metuant invicem, qui hujuſmodi dubitant recipere teſtimonum, primum quidem pro [45] orthodoxis fiunt, (hoc autem leges agere hæreticos non prohibent) deinde ſi exiſtentes curiales poſtea contra fortunam reluctantes trahit quiſpiam ad curiam, & hæreticos ad teſtimonium vocat, quomodo non hoc pro noſtra agit republica? ut ſit quidem reſpublica litigans orthodoxa, & maxime ex quo nos Deus dedit imperare: qui autem ſuper hoc teſtantur, pro orthodoxis perhibeant teſtimonium. Converſatio enim noſtra recta eſt, & plena orthodoxa fide, omni alia hæreſi merito conſtituta ſub odio.

EPILOGUS.

† Et hoc igitur tua eminentia cuſtodiat, noſtram cognoſcens mentem, & quod reipublicæ expedit commemorans, & ſciens per omnia, quia illa nobis agere & ſancire lege ſtudii eſt, quæcunque noſtræ proſunt reipublicæ. Dat. 15. Kal. Septemb. *Conſtantinop.* poſt Conſulatum BELIS. V. C. [46].

rogatus: alias non præſumi rogatum. Idque putat Rolandus a Valle motus communi interpretum opinione 1. *conſ.* 38. *n.* 4. & 1. *conſ.* 44. *n.* 25. 32. 33. 34. 1 Pœna tabellionis in hanc legem committentis. 2 Id eſt munere. Hic enim *ſtatio.* pro munere accipi videtur, quod majus eſt, quam officium. 3 Is eſt, qui vocatur a Juliano *cap.* 174. diſcipulus tabellionis. 4 Εφ ᾧ τι ἐπιζευχθῆναι τὸ συμβόλαιον, ad perficiendum inſtrumentum. 5 Pœna tabellionis, qui per diſcipulum aut exceptorem ſive notarium, non per ſe inſtrumenta format, ſtationis amiſſio, cætera hic vide. 6 Tabellio. 7 Diſcipulus nimirum tabellionis. 8 Interdum alius eſt ſtationis dominus, alius tabellio. 9 Tabellio, licet ægrotus ſit, per ſubſtitutum inſtrumentum formare non poteſt: ſed ad ſe contracturos evocare debet, & ab eis cauſam integram audire. Poſſis etiam colligere, non ideo inſtrumentum reprobari, quod confectum fuerit a tabellione ægroto. 10 Vid. *l.* 3. 4. 5. 6. *ff. de legib.* 11 Nihil ita certum eſt, ut non poſſit controverti, deque eo quodammodo dubitari. 12 Utilius eſt pauca tuto agere, quam multa cum periculo. 13 Id eſt, oculis conjectis intuentes humanam naturam. 14 Id eſt æquabiles, συμμέτρους. 15 Licet tabellioni adjutorem & ſubſtitutum habere, & per eum contractus formare abſolvereque partibus: in ſtatione tamen. 16 Tabellio, ſubſtitutum quidem habere poteſt, ſed unum tantum eumque probatum in urbe a magiſtro cenſus: ut hinc conſtet, liberam ſubſtituti probandi facultatem tabellionibus fuiſſe, liberam inquam, hoc eſt ſine confirmatione magiſtri cenſus: ut in provinciis, apud defenſores civitatis. 17 Tabelliones igitur fuere in diſpoſitione & cura magiſtri cenſus in ipſis urbibus regiis: ut in provinciis ſub cura defenſoris civitatis. 18 Poſterior ætas hunc magiſtratum γενικὸν appellavit, auctore Leone 44. & Suida: ut & locum ipſum, in quo acta & inſinuationes fiebant, quod & Cedreno in Nicephoro Phoca ταξεῶτον. vid. Cujac. *hic.* 19 In provinciis vero apud defenſorem civitatum. 20 Senſus eſt: Subſtitutum tabellionis, mandato contrahentium inſtrumentum poſſe complere in ſua ſtatione, poſſe etiam ejuſdem inſtrumenti complemento intereſſe. 21 Ἀπολυομένοις παραγίνεσθαι, id eſt, qui abſolvendis intereſſent. 22 De eo jam dictum eſt. 23 Solent tabelliones contractus primo referre in ſchedam, deinde in mundum redigere: in mundum, id eſt in chartam puram, χάρτην καθαρόν. Hieronymus *adverſus Rufinum.* Schedulis nondum ad purum digeſtis. 24 Protocollum quid eſſet, dixi in epigraphe hujus tituli. 25 Protocollis continetur nomen Comitis largitionum, & tempus quo charta facta eſt. Jul. *hic. num.* 175. 26 Cur id jubeatur, dixi in epigraphe *ſupr. eod.* 27 Non idem eſt in primo capite hujus Novellæ. 28 16. *Scrimg. Julian.* 29 Id eſt, anno 537.

30 De Judæis & Samaritanis & hæreticis curialibus Julian. *conſt.* 41. De decurionibus hæreticis qui adverſus orthodoxos teſtimonium exhibere poſſunt. *Index Reginæ apud Cujac.* 31 Βουλευτικῆς τύχης. Scrimg. 32 Hæretici odio habendi. 33 *l.* 1. *C. de hæreticis. l.* 12. *l.* 49. *C. de decur.* facit *lex* 4. *l.* 9. *C. de Judæis.* 34 *d. l.* 49. *l.* 3. *in fin. ff. de dec.* 35 Τύπτεσθαι, id eſt, ne ictus fuſtium eis inferatur. *Hal.* tormentis ſubjiciantur. Jul. *hic.* Cruciatus & tormenta appellat *l.* 33. *Cod. de decur.* corporales injurias, *l.* 55. *l.* 58. *C. de decur.* additur a Scrimgero & Haloandro περί τε τὸ μὴ παρίστασθαι, id eſt, ne ſiſtatur judicio injurioſe. 36 *l.* 26. *C. de dec.* 37 Et ita hæretici coguntur onera civitatum ſuſtinere, etſi privilegia non ſentiant orthodoxis eodem munere fungentibus attributa. 38 Hinc colligunt nonnulli, Hæreticos infames eſſe, tamen non omnes inteſtabiles, *ut* J. *eod.* Infamis quidem eorum religio, non ideo tamen eorum teſtimonium paſſim reſpuitur, J. *eod.* 39 Id eſt, dignum tibi viſum fuiſſe, quod a nobis quæreres. 40 De teſtimoniis hæreticorum. Jul. *cap.* 177. 41 *l.* 21. *C. de hæret.* 42 *d. l.* 21. 43 Actore & reo hæreticis litigantibus, hæreticus teſtis eſſe poteſt, *ut hic.* Orthodoxo, & hæretico litigante, hæreticus in hæreticum teſtis eſſe poteſt, at non in orthodoxum: pro eodem poteſt. J. *ibi, ſi vero rurſus.* Inter ſolos orthodoxos nullo modo teſtari poteſt, J. *ibi, orthodoxus quoque.* niſi orthodoxus refugiat munus curiæ. Poteſt enim eo ſpeciali caſu hæreticus audiri deponens orthodoxum curialem, aut patre curiali genitum. Jul. *hic n.* 177. 44 Επ' ὀρθοδόξοις, id eſt, adverſus orthodoxos. 45 Teſtis, pro privatis orthodoxis qui eſſe poteſt, multo magis pro univerſitate orthodoxorum teſtimonium ferre poterit. 46 Id eſt, anno 556.

COLLATIO QUINTA.

TIT. I.

DE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM [1] ALIENATIONE ET [2] SOLUTIONE [3].

NOVELLA CONSTIT. XLVI.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosis. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

ET circa leges studium, & alia omnia a nobis ideo quotidie cum labore aguntur, ut utilitatem nostris subjectis inveniamus: quod effusum quidem immensumque est, removentes, quod autem & optimum & meritum, subrogantes. Sæpe quoque ex studio propter priorem immensitatem etiam ultra mensuram legem constrinximus: ut quod primitus effluebat retinentes, ita æqualitatem de cætero introduceremus. Nuper [4] igitur scripsimus legem de sanctissimis ecclesiis omnibus, & monasteriis, & reliquis venerabilibus domibus, nullam [5] esse eis rerum immobilium alienationis licentiam permittentem. Videbamus [6] enim causam effusam, & paulatim ad alias ecclesiasticas migrantes possessiones, neque pretiis solutis dignis, neque opere inevitabili imminente alienatis: sed etiam contra positas jam leges, decies millies circumventiones factas. Quocirca primam perimentes viam, omnibus similiter inaccessibilem contra earum facimus circumventiones. Sed hinc pleræque quidem sanctissimarum ecclesiarum aliarumque venerabilium domuum utilitatem habuerunt possessiones, nullo has minuere præsumente. Occurrit tamen etiam aliquid difficile [7], debita enim aut longo tempore constituta, aut etiam postea ex quadam necessitate, & maxime per fiscales occasiones eis accidentia ad alienationis necessitatem sacras perduxerunt domos. Mobili enim non extante substantia sufficienti, periclitabantur in novissimam venire necessitatem harum præsules, neque vendere potentes, neque unde debita solverent habentes. Sed pro talibus quidem debitis posse pro [8] solutione creditoribus dari possessiones ecclesiasticas: tamen cum competenti subtilitate & observatione facienda solutione, jam sæpe permisimus: sicut neque palam hoc nostra prius permisimus lege. Si vero non privatus aliquis est creditor, sed imminet fiscus, & exigit debita, est autem inopia pecuniarum, accipere vero immobilem possessionem impossibile est: fiscum hic relaxare aliquid subtilitati legis competere judicavimus. Et si qua necessitas hujusmodi fiat, etiam alienationem sinere perspeximus.

CAP. I.

SAncimus igitur, si sanctarum aliqua ecclesiarum aut reliquarum colendarum domuum fiscales debeat functiones, & unde faciat harum redditionem, non habeat: convenire omnes in unum & qui ex clero sunt, & Deo amabilem episcopum ejus civitatis [9], insuper & metropoleos, & fiscis [10] propositis eloquiis causam examinari: & si non apparuerit ullus [11] quæstus citra alienationem immobilis rei valens solvere fiscale debitum, tunc licentiam eis esse sententia tali procedente, & decreto [12] celebrato apud provinciæ judicem, etiam possessiones immobiles contingere, & eas alienare ad solutionem debiti: ementibus [13] quidem, in fiscum solventibus, & desuscepta [14] inde percipientibus & subeuntibus [15] fiscale debitum, & cautelam inde habentibus, & nihil metuentibus primitus posita m legem: constitutis etiam fiscalibus desusceptis insinuatis [16] inter monumenta gestorum, deponentibus iis qui fecerunt ea, ut & apud sanctissimas ecclesias salventur data desuscepta, eo quod fiscalia soluta sint tributa, & omnia secundum nostram legem gesta sint: non potentibus aliquibus fingere fiscale debitum, & ita ad alienationes immobilium rerum accedere. Ideo enim & decreti factionem permisimus [17], ut & fiscale debitum testimonio pandatur, & ex quantis descendit temporibus, & quoniam non pecuniis solutum est, sed in necessitatem alienationis venit, ut veritas undique protestata sit: omnibus coram sacris Evangeliis agendis: scientibus & episcopis, & clericis, & aliis omnibus, quia Deus respiciet quæ geruntur ab eis: & si quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationem: hoc in suis recipient animabus viventes ac morientes.

CAP. II.

SI vero privatus aliquis creditor fuerit, possit secundum pro soluto [18] schema accipere immobiles possessiones, hic quoque decreto faciendo: pro mensura vero eorum debitorum assignandis eis possessionibus. Si vero fiscale debitum fuerit, potentibus eis ad alienationem immobilium accedere secundum priorem observationem: ut nihil desit neque subtilitatis neque communis utilitatis.

CAP. III.

HIs autem universis sanctissimam majorem [19] ecclesiam felicissimæ hujus urbis, & ejus confinia, & orationum domos, quarum ipsa curam suscepit, omnibus excipimus modis, quæ jam de hoc sancita sunt a nobis, in sua virtute durantibus. Si autem & aliqua monasteria sub eadem sanctissima majore ecclesia sint: nec ea sub præsentem facimus legem, forinsecis [20] in provinciis eam constituentes solum, in quibus multa quidem est inopia pecuniarum, per quam sanctissimæ ecclesiæ solvere per pecunias debita non valuerunt.

EPILOGUS.

† Tua igitur celsitudo, quæ placuerunt nobis, cognoscens, secundum hæc procedere super sacris rebus alienationes custodiat. Datum 14. [21] Kal. Sept. *Constantinop.* post. Consul. BELIS. V. C. Anno [22] secundo.

TIT. II.

UT [23] PRÆPONATUR [24] NOMEN [25] IMPERATORIS [26] DOCUMENTIS [27], ET UT [28] LATINIS LITERIS APERTIUS TEMPORA INSCRIBANTUR.

NOVELLA CONSTIT. XLVII.

Imp. Justinianus Augustus Joanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

ILlud omnium honestius esse putandum documentum, & gesta, & quod omnino pro temporis memoria hominibus adinventum est, quod ipsa quoque commemoratione ornatur imperii. Consules [29] etenim & indictiones, & quodcunque indicium temporum omnino est apud nos, sunt quidem forsan & hæc significativa horum quæ volunt: non tamen nos aliquod horum perimimus, sed majorem adjectionem eis imponimus: ut ex majoribus & perfectioribus eis temporum designetur cursus. Si quis enim respexerit [30] ad vetustissima hominum, & antiqua reipublicæ: *Æneas* [31] nobis Trojanus rex, reipublicæ princeps: & nos quidem *Æneadæ* ab illo vocamur, sive quis etiam ad secunda [32] principia respexerit, ex quo pure Romanorum nomen apud homines coruscavit, reges eam constituerunt Romulus & Numa: ille [33] quidem civitatem ædificans, hic [34] autem eam legibus ordinans & exornans: sive etiam tertia [35] principia sumat quilibet imperii: Cæsarem maximum, & Augustum Pium: & ita rempublicam nobis inveniet hanc quæ nunc est valentem: sitque immortalis ab illis procedens [36]. Erit ergo absurdum in documentis [37] & in iis quæ in judiciis aguntur, & absolute in omnibus, in quibus memoria quædam fit temporum, non imperium his præponi.

CAP. I.

UNde sancimus eos quicunque gestis [38] ministrant, sive in judiciis, sive ubicunque [39] conficiuntur acta, & tabelliones qui omnino qualibet forma documenta conscribunt in hac magna civitate, sive in aliis gentibus omnibus quibus nos præfidere dedit Deus, hoc modo incipere [40] in documentis: *Imperii* [41] *illius sacratissimi Aug. Imperatoris anno tanto:* & post illa inferre consulis appellationem, qui in illo anno est: & tertio loco indictionem [42], mensem [43], & diem: sic enim per omnia tempus servabitur & pro imperii memoria, atque consulatus ordine, & reliqua observatione interposita documentis, inadulterata hæc valde constituentur. §. 1. Si qua vero apud Orientis habitatores aut alios homines observatio custodiatur in civitatum temporibus, neque huic invidemus, sed præscribatur quidem imperium: sequatur vero (sicut dictum est) consul & indictio, atque mensis, & dies secundum quam geruntur & conscribuntur quæ aguntur: & tunc inferatur etiam civitatis [44] omnibus modis annus. Nos enim auferimus quidem priorum nihil, imperiali vero additamento causam augemus. Et inchoetur mox auctore Deo a præcedente prima indictione, ita quodammodo eis scribentibus: *Imperii Justiniani sacratissimi Augusti & Imperatoris anno* XI. *post Consulatum Flavii Belisarii clarissimi viri anno* 2. *die autem tot, & tot, Kal.* sicque in omnibus nominentur imperii anni, & nostri, in quantum eos Deus elongaverit, & de cætero imperatorum. Palam namque est, quia nunc quidem annum XI. nostri scribunt imperii: inchoante vero Aprili mense, & prima [45] die, in qua nos Deus Romanorum superposuit rebus, XII. annum scribent: & ita de cetero donec nostrum Deus imperium extenderit: ut nobis etiam hæc causa super leges, & harum celebrationem continue maneat immortalis [46], dum memoria imperii omnibus simul interfuerit causis atque temporibus.

1 Rerum scil. vel annonarum civilium, vel rusticorum mancipiorum, Jul. *const.* 7. adde *Nov.* 7. §. *& eundem* Jul. *const.* 7. 2 Et aliis contractibus. Jul. *constit.* 7. 3 Additur in editione Scrimg. δ.χα τῶν ἐν Κωνςαντίνε πόλει, id est, exceptis Constantinopolitanis. 4 Intelligit *Novell.* 7. 5 Epitome *Novell.* 7. 6 Causa prohibitionis, *Nov.* 7. 7 Exinde scilicet. 8 Sensus est, Prædia ecclesiastica (si pecuniæ & mobilia desunt) privato creditori in solutum dari: vendi item posse cum præsidis decreto, ita ut pretium solvat emptor & tributa, quæ debet ecclesia: nec enim fiscus prædia in solutum accipit. 9 De cujus debito ecclesiastico agitur. 10 Καὶ τῶν θείων προκειμένων λογίων. 11 Id est, ulla ratio. 12 Bona ecclesiastica vendi utiliter non possunt sine decreto judicis, *ut hic*, quod tamen immutatum est *Nov.* 120. 13 Emptoribus pretium fisco solventibus. 14 Ἀποδείξεις, id est, apochæ. 15 Id est, ita ut teneatur fisco ad id exsolvendum, quod ecclesia fisco debuit. 16 Insinuati instrumenti exemplum petitur ex actis publicis, *l.* 4. *Cod. de fid. instr. l.* 2. *Cod. de discussorib.* 17 Hodie non requiritur decretum: satis enim est acta confici gratuito apud patriarchas, metropolitanos episcopos, secundum suam jurisdictionem, *Nov.* 120. 18 Pro soluto σχῆμα, est titulus pro soluto, eo sensu: Privatum creditorem posse, titulo pro soluto immobiles ecclesiæ possessiones accipere. 19 Sanctæ Sophiæ. 20 Exteris, ταῖς ἔξω χώραις. 21 15. *Scrimg.* 22 Hæ duæ voces non extant apud Scrimgerum, lata igitur fuit hæc constitutio anno 536. vel 537. 23 De præfatione instrumentorum. Jul. 8. *cap.* 178. 24 De præfatione instrumentorum. Jul. *const.* 42. 25 Huc refer *cap.* 1. J. 26 Hinc colligitur, Nomen Christi necessario quoque præponendum esse instrumentis. 27 Omnibus sive in judicio, apud judicem, sive apud magistrum census, sive apud defensores, sive in urbe, sive in provinciis, Jul. 22. *cap.* 178. 28 Huc refer *c.* 2. J. 29 Ideo constitutum fuit: quod tempus instrumentorum initiis multifariam designaretur, puta Consulibus, indictionibus, mense & die adjectis. Quibusdam in civitatibus conditæ civitatis annos præscribi mos erat, Ægyptii annos numerabant ex suo Augustali, vide quæ dixi ad *tit. C. de off. præfect. Augustalis.* Aliæ civitates per suos consules, per lustra seu Olympiadas, vel quinque annos, tempora numerabant, ut Burdegalensis civitas & similia municipia. Quin & Romæ post vastationes Gothorum imperio Byzantium translato (ut Roma municipium potius, quam sedes imperii videretur) per Olympiadas ratio annorum cœpit computari, ut patet ex decreto Terr. Romæ urbis patricii, cujus ultima clausula ita legitur, 2. Kalend. Jul. anno imperii Justiniani V. LVI. Olymp. vide Scalig. 2. Auson. 23. *in fine.* 30 Historiæ Romanæ brevis & succincta partitio. 31 Vide Liv. 1. 32 Consules intelligit: tria enim fuerunt præcipua tempora apud Romanos, Regum, Consulum, Imperatorum. 33 Vide Plutarch. *in Romulo.* 34 Vide Plutarch. *in Numa.* 35 Id est, Cæsarum: quorum principium *lex* 2. §. 11. *ff. de orig. jur.* refert vere ad necessitatem, id est, ad vim populo factam. Ammianus, paulo civilius, ad liberum populi arbitrium. Ideo, inquit, urbs venerabilis post superbas efferatarum gentium cervices oppressas, latasque leges fundamenta libertatis & retinacula sempiterna, velut frugi parens, prudens & dives Cæsaribus tanquam liberis suis regendi patrimonii sui jura permisit. 36 Hoc innuit, sub Regibus, Romanos suos annos numerasse per reges, sub consulibus per consules. 37 Id est in instrumentis. *Goth.* Nomen Principis regnantis in instrumentis adhiberi solet. Vid. Gloss. *in l.* 3. *Cod. de Tabell. l. penult.* §. 1. *ff. de pignorib. l.* 3. *Cod. de divers. rescriptis & ibid. DD.* plures solemnitates vide apud Wesenbec. *parat. de fide instrument. num.* 5. Ans. 38 Actis publicis. 39 Apud magistrum census, apud defensores sive apud tabelliones. 40 Instrumentis actisque omnibus nomen imperatoris præponendum. 41 Βασιλείας τοῦ θειοτάτου, καὶ αὐτοκράτορος ἔτους τοσοῦδε. *Scrimg.* Imperante illo divo Augusto, imperii anno illo; Jul. *c.* 178. 42 Indictio spatium 15. annorum. Is numerandi mos cœpit, non tempore Theodosii magni, ut putat Cedrenus, sed Constantini, ut ex fastis Onuphrius prodidit, in quibus sub Constantini II. consulatu & Licinii II. ita est, Ἰνδικτιόνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή. Incipiunt autem Indictiones mense Septembri, *l. ult. in fin. C. de annon. l.* 1. *C. de militari veste: Nov.* 128. Interim notandum hæc esse paria quinto, indictione quinta, fusione quinta. *l.* 6. *C. Theod. de indulg. tribut.* vid. Cujac. *Cod. de indictionibus.* 43 Vide quæ scripsi ad *l.* 3. *ff. de accusat* 44 Quædam enim civitates, ut antea ostendi, conditæ suæ civitatis annos numerabant, a prima institutione municipii. vide Scalig. 2. Auson. 23. 45 Prima die Aprilis Justinianus Imperator inauguratus est. 46 Tempore, quo primis auspiciis in mundanum fulgorem victura,

CAP.

CAP. II.

Ut tempora quæ Latinis literis designantur apertius scribantur.

ILlud quoque adjicimus, quoniam hi qui tempus in judiciis [1] designant, cum incertis illis, & antiquis [2] literis hæc declarant, observetur in omni judicio, ut post illas literas antiquitatis alias subdant, id est, has communes [3] & omnibus notas, & quæ legi ab omnibus facile possunt, & significare gestorum tempus, ut non fatigentur requirentes id tempus : deinde errantes expectent, donec hominem quemcunque comperiant literas illas pro veritate lecturum, sed si quidem reliqua etiam post præscriptionem incertarum literarum, si Græcæ sint vocis, Græcis literis, subdi tempus : si vero Latinus quidem totius chartæ consistat ordo, Latinis quidem subscribatur tempus, interpositis istis incertis elementis : clariorem tamen ordinem habentibus literis, quas liceat omnibus legere omnino syllabarum Latinarum non ignaris.

EPILOGUS.

Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, & in hac maxima civitate, & in provinciis universis quibus præes, manifesta constituat : ut nullus præsumat aliter numerare tempus, aut aliud agere, sed ita sicut dudum decrevimus. Datum Kal. Sept. *Constantinop.* imperante Justiniano perpetuo Augusto, anno XI. post consulatum BELIS. V. C. anno II. [4].

TIT. III.

DE [5] JUREJURANDO [6] A MORIENTE PRÆSTITO, PROPTER [7] MENSURAM [8] SUÆ SUBSTANTIÆ.

NOVELLA CONSTIT. XLVIII.

Imp. Justin. August. Joanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

SEmper hanc unam habemus intentionem, dispositiones morientium esse firmas : nisi resultent [9] legi, & aperte contrariæ sint iis, quæ illi placent. Scimus igitur [10] motum & annunciatum nobis, quia cum testaretur quidam, cum jurejurando suam substantiam omnem dixit [11], & quia hanc solam reliquit suis heredibus, aliqui vero eorum heredum ad hoc [12] resultant, non juste facientes : quia [13] substantiæ quidem illius heredes fiunt, & in hoc acquiescunt iis quæ ab eo disposita sunt : quæ vero dixit cum jurejurando, nequaquam hæc rata manere, neque custodire ea secundum competentem modum volunt : cum utique nostris videtur legibus unam [14] quodammodo esse personam heredis, & ejus qui in eum transmittit hereditatem : ideoque nullus eidem sibimet edicit reluctari, & quod dixit atque juravit ratum esse, hoc nolle valere, sed contra proprios reluctari sermones.

CAP. I.

SAncimus [15] igitur, si quis descriptionem [16] faciens, sive propria manu sive per [17] alterius quidem scripturam, a se autem subscriptam, aut in suis testamentis substantiæ suæ mensuram faciat manifestam, heredibus forte aliis quidem præsentibus, aliis vero absentibus, aut etiam omnibus præsentibus : non licere heredibus contra hoc resultare, neque dicere quia aliquis heredum celaverit res extra ea quæ dicta sunt a defuncto. Sed si quidem jusjurandum moriens præbuerit, & juraverit [18] secundum [19] sua testamenta, quia nihil est aliud ei præter hæc : hoc amplecti heredes, sive filii, sive etiam extranei sint, & neque tergiversari, neque calumniari suos coheredes, neque ob hoc servos quærere ad tormenta deducere, & alia similia discutere & perscrutari, quæ solius sunt contentionis, alterius autem penitus nullius, utpote dum substantia videatur esse tanta, quantam testator jurans, hanc solam apud heredes inveniri voluit. §. 1. Sed hæc quidem inter heredes qui curiosi videntur in defuncti esse substantia, valere volumus : non tamen hoc ratum esse & inter [20] creditores : eo quod nostris declaratum est legibus, quæcunque quilibet pro [21] se dixerit, aut scripserit, hæc nihil ei prodesse, neque creditoribus præjudicare : sed illis licentia sit omnia perscrutari quo volunt modo : heredes autem contentos [22] esse iis quæ a testatore dicta sunt. Sitque [23] pœna negotii inter heredes, ut qui adversatur iis quæ relicta sunt, eis non possit omnino frui : necessitate imminente aut obedire omnibus, aut universa contemnere, & non hæc quidem eligere, his vero resultare, sed defuncti voluntatem ab ejus successoribus ita servari, ut in nullo ei contradici præsumatur. His valentibus in reliquo tempore universo, & in omni negotio nondum moto in judicio, neque [24] judiciali sententia aut interventione amicabili transacto.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis & per hanc sacram declarata sunt legem, cognoscens, solenniter per programmata propria manifesta faciat universis. Dat. 10. Kal. Septemb. *Constantinop.* post consulatum BELIS. V. C. anno secundo [25].

TIT. IV.

DE [26] HIS QUI INGREDIUNTUR AD APPELLATIONEM : ET QUANDO PER SCRIPTURAM [27] MANUS PROPRIÆ [28] FIAT COLLATIO LITTERARUM : ET DE JUREJURANDO DILATIONIS [29] : ET UT CONJUNGANTUR JUREJURANDO [30] CALUMNIÆ [31].

NOVELLA CONSTIT. XLIX.

Imp. Justin. Aug. Joanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

VOlubile [32] hoc & humanum, & quod manere idem nunquam valet, sed fit quidem semper, manet autem nunquam : & legislationibus introducit aliquem tumultum, & iis quæ videntur se habere recte & firme posita judicantur. Sed & ea quæ subtili observatione cauta sunt, plerumque turbavit emergentium varietas causarum. Scimus enim, quia dudum correximus [33] quod male & dolose circa appellationes agebatur : quia hoc solo ut cognitionem introducerent in judicium appellantes contenti, & personam facientes firmam, aut per [34] unam partem, aut etiam per cognitionem (hoc enim indifferens est) relinquebant causam : & victori omnino erat inexplicabilis victoria, non valenti neque iis quæ erant judicata, frui propter appellationem, neque appellationem examinari posse propter absentiam appellantis. §. 1. Hæc nos dudum sancientes correximus [35], annum [36] quidem deputantes appellationem offerenti, sive ipsi secundum se ingredienti, sive communiter : quatenus intra hanc litem exequatur, & mereatur quæ justa sunt, & non relinquat ea sine provisione, deinde propter clementiam, si per occasionem judicis appellatio prolongetur, aut per aliam quamlibet causam inevitabilem, etiam alium adjicientes annum : post quem nisi litem compleverint, ratam manere victoris sententiam sancimus. Hæc itaque placuerunt nobis, & communi lege conscripta sunt : & obtinere legem hanc volumus, & observationem illius. §. 2. Sed plurimi interpellaverunt nos, dicentes se quidem denunciasse appellantibus, & voluisse litem examinari : non tamen ab ipsis judicibus impetrare valuisse, propter quasdam forsan inevitabiles occupationes. Alii vero etiam ventorum [37] immensitatem accusaverunt : & quia navigare non licuisset de provincia, contrariis flantibus ventis : per terram vero venire non valentes propter inopiam, aut certe quia in insula commanentes, aliter nisi per mare venire non poterant : & propterea non valuerunt examinare usque ad finem negotium, neque secundo anno : & quidam tempestatum acerbitatem, alii languorem inevitabilem, quæ omnia ex ipsis agnoscimus rebus nobis insinuatis. Unde nos hæc juste moverunt, & legem transcendere nolentes, & iis qui per talem quandam fortunæ circumventionem læduntur, dare præsidium possibile cupientes.

CAP. I.

Ut imminente biennii fine appellationis causa pertractetur.

QUid ergo agere oportebat, nisi ad legem aliam respicere, quæ digne causam juvaret? Observatio si quidem reliqua prædictæ legis nostræ (sicuti prædiximus) per omnia custodiatur. Si vero pro veritate inevitabile quiddam evenerit : & qui appellationis litem exequitur [38], non observet : & licet [39] ingressum & fatalem fecerit, non occurrat : & periclitetur [40] biennii compendio tempus : tunc confirmari [41] victoris sententiam, (quod etiam prior nostra dicit lex) sed cum quadam subdivisione, quam in præsenti adjicimus. Quia enim victores juvimus immensitatem temporis fingentes iis qui appellationem quidem & per [42] fatalem ingrediuntur, non tamen ulterius examinationem subire volunt, aut etiam in mediis certaminibus relinquunt eam, propterea parvo quodam victores minuentes, consideravimus bene forte quod decet. Volumus etenim eum qui vicit causam, si voluerit pro [43] veritate firmari sententiam : non ex circumventione, nec tempore quodam, sed ex ipsa rerum veritate (etiam deserente eo qui appellationem obtulit) ingredi : & hoc ipsum accusare [44] & quærere desertorem : & [45] sive invenire eum valuerit, sive ille non appareat, suas allegationes deducere ad medium : quippe

dum erunt homines, Roma. Ammianus 14. 1 In monumentis publicis dixit Jul. *cap.* 179. hoc sensu : ut ne qui scribunt tempora in monumentis publicis, utantur illis literis veteribus & obscuris, sed per Græcas literas tempora scribant, si monumenta Græce composita sint : sin Latine, Latinis literis, & quidem claris, ut possint a quocunque Latino literato cognosci. 2 Antiquas vocat literas puta C. aversum, hoc modo Ↄ, ad instar apostrophi, & I. & V : hoc modo IV. pro quatuor : & π inter se δ complectens pro 50. 3 Justinianus jubet numerorum & temporum notationes esse ὁλογραμμάτως, ὁλογραμμάτων διότι χωρὶς χαρακτήρων ὅλαις ταῖς συλλαβαῖς γέγραπται. Eodem modo rejectis siglis vel biglis Justinianus voluit Pandectas esse ὁλογραμμάτως, & ultimas voluntates inter liberos. *Nov.* 107. Goth. Vide Cujac. 12. *observ.* 40. Ans. 4 Id est, anno 537.

5 Vide quæ notavi ad *l. 6. de testam.* 6 De eo, qui moriens juravit, quantum haberet in bonis. Index Reginæ apud Cujacium. adde *l. 1. C. arbitr. jud.* 7 Id est, de modo, de mensura ἕνεκεν τοῦ μέτρου. 8 Si quis modum substantiæ suæ in scriptis declaraverit. Jul. *const.* 43. 9 Εἰ μὴ μάχονται νόμῳ. Goth. Vide Rittershus. *part. 6. c. 7.* Ans. 10 Ἴσμεν τοίνυν καὶ ἐν τοῖς πράγμασι κινηθέν. id est, scimus de facto agitatum. 11 Declaravit, edixit. 12 Πρὸς ταῦτα ἀνανεύουσιν, id est, hanc abnuunt. 13 Absurdum est credere injurato & jurato non credi. 14 Persona quodammodo una est heredis ac defuncti, *l. 2. §. 2. ff. de prætor. stipul.* ut & patris & filii. *l. ult. Cod. de liberis præterit.* 15 Hinc sumpta est Authentica, *Quod obtinet. Cod. de probat.* 16 Sine testamento scilicet. Jul. *hic.* id & adversativa arguit, J. *eod.* ibi, aut in suis testamentis. sine testamento, non interpretor codicillos, seu quamcunque scripturam defuncti, testibus munitam, & ad id institutam, ut de modo seu quantitate bonorum defuncti testaretur. 17 Per alium descriptio bonorum facta requirit domini subscriptionem. 18 Alias si non juraverit, veritati non officiet patrimonii descriptio, *l. 10. Cod. commun. utriusque judicii. l. 1. C. arbitr. tut. l. 81. §. 4. ff. de legat. 1. l. 77. §. 32. ff. de leg. 2. l. 15. in fin. ff. ad l. Falc.* nam plerumque testator æstimat, sua bona non exquisite, sed ἐν πλάτει. At vero qui jusjurandum adjicit, magis deliberate res suas æstimare intelligitur, & ita velle, ut æstimationi stetur. Jusjurandum, enixæ voluntatis preces. *d. l. 77. §. 23.* adde *l. 3. ff. de jure fisci.* 19 Id est, in suo testamento. 20 Bonorum descriptio vel taxatio a defuncto facta, licet jurata heredibus noceat, non tamen nocet creditoribus. Licet itaque creditoribus omnia perscrutari, & veritatem exquirere & suo commodo uti. Jul. *c.* 180. 21 Nemo propria confessione, *l. 11. §. 1. ff. de interrogat.* vel subnotatione alium sibi obligat, *l. 6. 7. C. de probat.* Quid si contra se scripserit? dixi ad *d. l. 6. & l. 7.* 22 Heredibus necesse est sequi ea, quæ testator dixerit, scripserit, subscripserit, vel quocunque modo declaraverit. Jul. *ibid.* 23 Pœna heredis vocem testatoris reprobantis hæc est, ut hereditatem amittat. 24 Julianus hic notat, hanc constitutionem non solum in futuris, sed etiam in causis adhuc pendentibus tenere. 25 Id est, anno 537.

26 Περὶ τῶν εἰσιόντων τὴν ἔκκλητον ῥῆσιν. *Scrimg.* id est, de reis, qui ingrediuntur ad appellandum. De temporibus appellationum. Jul. *const.* 44. de appellationibus. *Index Reginæ apud Cujac.* vide *cap. 1. J. eod.* 27 Περὶ ἰδιοχείρων προκομιζομένων ὑπὸ τοῦ ἐναγομένου *Scrimg.* id est, de privatis scripturis prolatis ab eo, quo cum agitur. De comparatione literarum, sive ex prolatione instrumenti, sive ex chirographo. Jul. *hic n.* 182. De privatis scripturis *Index Reginæ apud Cujac.* vide *c. 2. J. eod.* 28 Privatæ. 29 Index Reginæ apud Cujac. περὶ τοῦ ὅρκου τῆς ὑπερθέσεως. 30 *Scrimger.* Index Reginæ de jurejurando propter calumniam dando, vel propter dilationes petendas aut probationes exigendas. Jul. *const.* 44. *n.* 183. vid. *cap. 3. J. eod.* 31 Additur in Scrimgeri editione & in Indice Reginæ, & ut semel tantum pro omni probatione juretur. 32 Τὸ ῥευστὸν, id est, fluxus. 33 *l. ult. § 4. C. de temp. appell.* 34 Ἡ κατὰ μίαν μοῖραν. *Nov.* 53. *cap.* 4. *l. ult. ff. ad SC. Treb.* 35 *d. §. 4.* 36 Appellationis causa intra annum finienda. 37 Venti contrarii navigationi moram excusant. adde *l. 2. §. 3. ff. si quis cautionibus.* 38 Id est, & si condemnatus priori judicio non comparuerit. *Goth.* De temporibus appellat. & ad hanc Novell. vide Rittershus. *in exposit. Nov. part. 10. cap. 3.* Ans. 39 Κἂν τοι τὴν εἴσοδον κατὰ κυρίαν ποιησάμενος οὐκ ἀπαντήσει, id est, & neque ingressus fuerit, seu comparuerit ad diem præfixum. Nam quas Græci κυρίας ἡμέρας dixere, 12. tabulæ appellant status dies, stata tempora, Galli *jours prefixs, jours d'assignation.* Num bene hic fatales dies? Bodinus 3. *Reip.* 6. non putat. errori causam dedisse censet, quod qui ex Græco Latinas fecerunt has constitutiones, videantur legisse κηρίας ἡμέρας pro κυρίας. vide *l. 12. §. 7. Cod. de ædificiis privatis.* κὴρ enim fatum significare, ἐκ τοῦ κηρῶ τὸ στερίσκω. κηρίαν vero fatalem diem. Demosthenes contra Midiam, ἐπειδὴ ἧκεν ἡ κυρία τοῦ νόμου. & contra Stephanum κυρίαν ἐγγράψαι. & ad Nicostratum, ἡμέραν διαμεμετρημένην. Alii appellant ἡμέραν ἐμπρόθεσμον καὶ ὡρισμένην, statuta tempora, *l. 3. Cod. de temp. appell.* Hinc Synesius epistola ad Theophilum vocat ultimum vitæ diem κυρίαν. Plura vide apud Bodinum *dicto loco.* qua in re videtur parum dissentire a Cujacio. adde, quæ de fato causarum scripsi ad *l. 14. C. de advocat. divers. jud.* 40 Id est, & periculum sit, ne biennii tempus effluat. 41 Tacite. 42 Κατὰ κυρίαν, *au jour prefix, au propre jour qui a esté prefix* 43 Τῷ ἀληθείᾳ, id est, si re vera. 44 Nota, quid victori agendum sit apud *Ephetem* seu judicem appellationis, victo per biennium non prosequente causam appellationis. 45 Qui per biennium cessat in causa appellationis, litem deseruisse dicitur.

biennio

biennio instante: ad finem tamen, ita ut unus forte supersit negotio mensis: & siquidem apparuerit superior, firmam esse sententiam: si vero inferior circa [1] certamina, etiam eo qui appellationem obtulit, & fatale ingressus est, non observante causam, suscipiat [2] ex jure decretum. Illo tantummodo adjecto, ut sive obtineat causam is qui etiam prius vicit, sive circa eam minor inveniatur, expensas ei modis omnibus post appellationis ingressum factas desertor præstet. Sive namque obtineat causam occasione expensarum: secundum hoc ipsum quod etiam vincit, recte justum est etiam expensas accipere: sive minor inveniatur, eo quod omnino ille deseruit: & contingit eum etiam deserentem vincere: expensas quidem præstet: sententia vero fruatur, gratias agens Deo, & præsenti legi ita justitiam sibi servanti, & tantummodo in expensas damnificanti: quibus non lex, sed ipse absens se damnificavit. Si [3] vero neuter occurrit, neque victor, neque victus, qui etiam secundum fatalem ingressus, postea deseruit, sententia victoris maneat firma: omnibus reliquis super appellationibus scriptis legibus, existentibus & in spatiis temporum, & in aliis, hanc enim legem specialiter super iis qui post ingressum fatalis factum deserunt, ponimus: nihil aliarum legum aut temporum appellativorum neque perimentes, neque permutantes: firmas igitur eas etiam per hanc ponentes legem. §. 1. Illud quoque determinare optimum est: siquidem victores contingit jam sententiam promereri, firmas declarantem eorum victorias: his eos frui: nihil enim eorum quæ jam determinata sunt, commovemus. Si vero hactenus pendent, biennio instante, & nondum transacto, & nondum decreto firmatæ: etiam istæ eandem mereantur examinationem: & ita potiantur victores sententiis, si eas recte habere monstraverint.

CAP. II.

Ut [4] ex solis documentis publice celebratis comparationes fiant, exceptis privatis, quibus adversarius pro se utitur.

ILlud [5] etiam judicavimus huic oportere adjici legi: Quia enim dudum [6] scripsimus legem volentem ex propriæ [7] manus scriptura nullam fieri comparationem [8], sed ex solis documentis publice celebratis: videmus autem causarum experimentum egere competenti correctione in lege: & hoc ex ipso litigantium invenimus experimento: emendare eam secundum hoc volumus schema. Crebro namque proferens quidam cujusdam [9] manus documentum, & ex ea faciens aut conventionem, aut suarum allegationum probationem: cum ejusdem manus adversa pars protulisset literas, & legitimam probationem exinde vellet fieri, ex quibus ipse adversarius illud obtulerat: ille utebatur lege [10], quia oportet ex publice confectis documentis fieri comparationem, & non ex aliis quæ a quoquam scribuntur. §. 1. Sancimus, si quando aliquid tale contigerit, & quispiam voluerit secundum eas quæ ab adversario prolatæ sunt literas, fieri examinationem, non accusetur hoc tamquam non recte factum. Cui enim ipse credidit, & quod protulit is contra quem & ex quo suas affirmat allegationes, hoc [11] non accuset: neque prohibeat comparationem literarum ad eum fieri: licet contingat esse documentum manu cujuscunque [12] conscriptum. Neque enim ipse sibi resistit, & quæ affirmavit, hæc accusabit. §. 2. Si vero etiam ex publicis archivis proferatur charta, velut [13] de suscepto descriptio, mensæ glorisissimorum præfectorum [14]: (novimus enim etiam aliquid tale quæsitum) & quod ex publicis archivis profertur, & publicum habet testimonium, etiam susceptibile hoc esse ad collationes manuum ponimus [15]. Ubique enim falsitatis peccatum odio habentes, & [16] jusjurandum [17] præbere discutientes, & eximentes literas sancimus, & ex publicis solummodo documentis comparationem fieri permisimus [18]. Quapropter valeat per omnia lex illa præsenti subdivisione delata [19] ei, jurejurando tamen comparantium [20] modis omnibus prohibendo [21].

CAP. III.

De [22] juramento præsentis hypothesis cum juramento calumniæ jungendo [23].

QUia [24] igitur nos pro reverentia litigantium volumus mox in principio [25] litis jurare litigantes: actores quidem, *quia [26] non calumniantes inferant lites:* fugientes [27] vero, *quia credunt satisfactionem competenter se facere, & non causa contentionis:* & hanc communem posuimus legem contra omnem personam, modis omnibus hoc nulli concedentes. Illud quoque adjicimus, ut si quis probationem petierit, quanquam suorum sermonum aut literarum: juret prius, *quia [28] non dilationis causa hoc agit.* multi namque sola injuriæ causa, & maxime super nobilibus mulieribus, sive literarum probatio objiciatur, sive alia quælibet causa, ad jusjurandum hoc concurrunt: ut in uno negotio frequenter jusjurandum præbeatur. §. 1. Sancimus igitur, hanc perimentes injuriam, & nolentes crebro [29] in eodem negotio jusjurandum præberi: ut utraque [30] pars, dum una quidem *de calumnia sacramentum* præbuerit, alia vero *quia justam putans reluctationem esse litis*, adjiciat, quia *in tota lite sicubi quæsierit probationes adversarium suum, non per occasionem dilationis hoc faciat, sed pro veritate: necessariam sibi a suo adversario exhibendam putans probationem:* & si hoc juraverit sacramentum, nequaquam [31] penitus (licet crebro requirendæ sint probationes) ab alterutra parte expeti sacramentum: sed, dari probationes, & non crebro cogi quenquam sacramenta subire, generaliter semel hujusmodi sacramento prohibito [32].

EPILOGUS.

† Quæ igitur visa sunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo omnibus faciat manifesta, edictis a se directis, ut omnes agnoscant, quæ nobis sunt placita. Dat. 15. Kal. Semptembr. CP. post Conf. BELIS. V. C.

TIT. V.

CONSTITUTIO AD BONUM [33] QUÆSTOREM EXERCITUS ORDINAT APPELLATIONES A QUINQUE PROVINCIIS CARIA, ET CYPRO, ET CYCLADIBUS INSULIS, ET MYSIA, ET SCYTHIA, APUD QUEM OPORTET EAS EXAMINARI.

NOVELLA CONSTIT. L.

Idem Imperator Bono gloriosissimo quæstori Justiniano exercitus.

PRÆFATIO.

SCimus antea divinam facientes constitutionem [34] secundum quam tuæ gloriæ tradidimus quinque has provincias, Cariam & Cyprum, & in circuitu positas insulas, & ad hæc Mysiam, sed & Scythiam, ad hoc ut functiones suscipiant sub tua gloria: addentes & evocatas factas lites per dictas provincias, non amplius ad gloriosissimos nostros præfectos, sed ad tuam remitti magnificentiam. Quoniam igitur multi adierunt nos ex Caria, & Rhodo, & Cypro, moleste ferentes & dicentes cogi sæpe & hyemis [35] tempore fieri secundum Scytharum & Mysorum [terram] ubi degis, & illic appellationes, forte neque [36] super magnis pecuniis exercere & periclitari, & maria peragrantes longa, & appellentes in regiones a Barbaris infestatas: propter hoc perspeximus hanc legem scribere ad tuam gloriam, ut venientes quidem ex Scythia & Mysia lites, tanquam ex propinquis existentes, tua gloria per se audiat: alias vero, id est ex Caria, & prædictis insulis, & Cypro, si quidem ab initio apud gloriosissimos nostros præfectos motæ sunt, ex divina jussione nostra traditæ præfecturæ magistratui, siquidem adveneris in hanc regiam urbem, & ipsas sub te moveri & examinari una cum gloriosissimo Quæstore sacri nostri palatii in sacro auditorio (quemadmodum & super appellationibus, posita introducit lex). §. 1. Si vero ipse in Scythia & Mysia commoreris, apud eum qui locum implet tuum in hac felici urbe, introduci appellationes, omnino siquidem factum ipsum una cum gloriosissimo nostro Quæstore, hypothesin [37] audire secundum harum examinationum schema, & minime homines dictas sustinere dyscolias [38], sed sub ipsis in communi, secundum a nobis prius dictum, judicari, propterea quod præbuerunt nobis causam, ut ita ordinaremus legem, ut cum majore & grandiore diligentia & auctoritate causæ exerceantur. §. 2. Si autem ipse des judicem in prædictis superius provinciis, is qui officium sustinet tuum in hac felici civitate, audiet, prout & a gloriosissimo præfecto constitutum est. Si enim inchoari apud tuam gloriam contingat litem, hic, ut probabile est, inventam, postea vero in medio propter militares impensas emigrare, ipsam absque mora impleri apud tuum habentem officium, sicut ipsam & ipse audisses. Si vero ab initio non a gloriosissimis præfectis appellatio ex quibusdam provinciis remittatur, sed in aliud judicium, antiquitatem omnino non innovamus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt, & per hanc sacram manifestata sunt legem, tua gloria operi & fini tradere, & custodire in perpetuum, festinet. Datum 15. Kal. Septemb. CP. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XI. [39] post BELIS. V. C. CONS. Indict. I.

1 Id est, in lite. 2 Id est, condemnabitur, & ita præsens absenti potest condemnari: quoties scilicet jure destituitur, sed tamen cessator & absens semper condemnabitur in expensas, sive vincatur, sive vincat. 3 Tacite confirmatur sententia victoris post biennium. 4 De comparatione literarum sive ex publico instrumento: sive ex chirographo. Jul. *c.* 282. 5 Hinc sumpta est Authentica, *Ad hæc*, *C. de fide instrumentorum.* 6 Hoc est, quarto Codicis, Julian. *cap.* 182. Est autem *lex pen. Cod. de fide instrum.* 7 Id est, privatæ. 8 Nisi trium testium subscriptiones habeant, & ipsi testes profiteantur se subscripsisse: aut si propriam inficiantur manum, ex collatione literarum ab ipsis descriptarum convincantur, vide *l.* 16. *Cod. de fide instrument.* Goth. De comparatione literarum vide Rittershus. *part.* 9. *cap.* 25. Ans. 9 Privati. Hoc tandem constituitur, non modo comparationem literarum fieri ex instrumento publico per tabellionem facto, sed ex chartula sine tabellione composita. Julian. *hic*, *num.* 182. dicendum apertius: Petis a me centum ex chirographo nomine meo a Titio conscripto: nego justam esse petitionem, eoque fine profero chartam contrariam, quam profiteor ejusdem Titii manu perscriptam, qua fateris, vel nullam a te numerationem factam fuisse, vel dicis causa chirographum (quod penes te habes) conscriptum fuisse. Quid juris? actor suum ac meum chirographum recte postulabit comparari cum aliis Titii scripturis, licet privati sit hominis scriptura, neque trium testium subscriptione munita. Quid si talis scriptura ejusdem Titii manu reperiatur conscripta? Actori probationes ad alias decurrendum erit. 10 *d. l.* 20. 11 Semel probatum improbari non debet. 12 Privati. 13 Οἷον ἀπόδειξις, puta apocha. 14 Prætorio sc. 15 Comparationes literarum non fiunt, nisi juramento præstito, ab his, quibus comparatio mandatur. adde *l.* 10. *in fin. Cod. de fide instrum.* 16 Sensus est: Apochas ex publica arca depromptas valere ad comparationem, licet non habeant subscriptionem trium testium, nec sint a tabellione confectæ, quia publicum testimonium habent. 17 Sensus est. Hominibus peritis & juratis committi onus comparandarum literarum, & earum recitationi stari, *l. penult. Cod. de fide instrum.* Literarum comparatores vocat Julianus *d. num.* 182. *in fin.* ubi male legitur *comparationes.* ἀντιξετάζοντας τὰ γράμματα Græci appellant. Scrimg. *hic.* 18 Non hoc vult, hodie ex solis publicis instrumentis fieri comparationem, esset enim sibi contraria hæc constitutio. Sed quod antea constituit *d. l. penult.* comparatores literarum publicarum juratos admitti: hos etiam jurare cogi, sicubi facienda erit comparatio instrumenti vel chirographi, non publici vel subscriptione trium testium muniti. 19 Adhibita. 20 Id est, ab his, qui literas & scripturas aliquas inter se comparant. 21 Præstando, atque ita comparatori litterarum non creditur, nisi prius juratus fuerit. 22 Vid. *Nov. Leon.* 99 *&* 107. 23 De jurejurando propter calumniam dando, vel propter dilationes petendas aut probationes exigendas. Jul. *c.* 183. 24 Hinc sumpta est Authentica, *Hoc sacramentum*, Authentica. *In isto, Cod. de jurejur. propter calum.* 25 *l.* 2. *Cod. de jurejur. propter calumn.* 26 *Nov.* 75. *l.* 8. *§.* 5. *ff. qui satisd. l.* 9 *§.* 3. *ff. de edendo. l.* 44. *§.* 4. *ff. familiæ. l.* 15. *ff. ad exhib. l.* 34. *§.* 4. *l.* 37. *ff. de jurejur. l.* 11. *§.* 2. *ff. rerum amot. l.* 13. *§.* 3. *ff. de damno. l.* 1. *Cod. de jurejur. propter calumn. l.* 9. *Cod. de reb. credit. l. ult. C. de fidej. l. penult. C. quemadmod. testam. aper. l. ult. C. de quæst.* Formulas jurisjurandi de calumnia, tum actori, tum reo usitatas mox infra a nobis positas vide. 27 Jurare de calumnia quam ob causam rei coguntur. 28 Jurare debet, qui probationes ab adversario exigat, se citra dilationis causam eas exigere. 29 Jurare in uno negotio pluries nemo cogitur. 30 Jurisjurandi de calumnia sive ab actore, sive a reo præstandi, videtur hæc formula fuisse. Et quidem actoris hæc. Hanc litem, quam movi, calumniandi animo non movi, sed existimo, me bonam habere causam, nec dilationis, nec calumniæ causa, nec vexandi adversarii causa probationes in tota hac causa ab adversario meo ullas exigam. Reus vero jurasse sic videtur: Ego putans meam bonam instantiam causæ, ad contradicendum pervenio, nec dilationis, nec calumniæ causa, nec vexandi adversarii gratia probationes in tota hac causa ab adversario meo ullas exigam. 31 Jusjurandum unum sufficit. 32 Ορκυ διδομένυ, præstito, vel præstando, vide Julian. *constit.* 84. *in fin.* omnes (inquit) comparatores literarum prius sacramentum præstent, & tunc deinde faciant comparationem.

33 De Bono quæstore exercitus, vide quæ dixi ad *Novell.* 41. 34 *d. Novell.* 41. cui hæc derogat quod ad appellationes. 35 Navigatio hyeme periculosa est. 36 Id est, in causis vilibus & non ita magni momenti. 37 Negotium & causam, litem. 38 Molestias. 39 Id est, anno 553.

TIT. VI.

SCENICAS [1] NON SOLUM SI FIDEJUSSORES [2] PRÆSTENT, SED ETIAM SI JUSJURANDUM [3] DENT, SINE PERICULO DISCEDERE.

NOVELLA CONSTIT. LI.

Imperator Justinianus Augustus Joanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

NOvimus [4] pridem facientes legem [5] interdicentem *nulli licentiam esse in scenas detentas* [6] *mulieres fidejussores* [7] *exigere, quia observabunt* [8] *& impiam complebunt operationem*, pœnitentiæ tempus non habentes, & pœnas interminantem novissimas [9] his qui tales fidejussores exigunt: insuper & ipsos fidejussores sine obligatione recedere, & nullam inferri eis necessitatem personarum harum præsentationis. Sed in præsenti comperimus crudelem quandam & importabilem calumniam contra studendam a nobis fieri castitatem. Quia enim eos fidejussores accipere prohibuimus, invenisse illos aliam viam ad impietatem deducentem majorem: jusjurandum [10] enim eas exigere, *quia nunquam ab impia illa & turpi operatione cessabunt:* mulieres autem existentes miseras, & sic male seductas, pie agere se putare, si impie egerint: & ut custodiant jusjurandum, propterea suam prostituere castitatem: cum oporteret agnoscere, quia hujusmodi [11] transgressiones magis placent Deo, quam jurisjurandi observationes. Non enim si quis ab aliquo jusjurandum acceperit: *quia* [12] *occidet forsitan, aut adulterabitur aut aliquid aget tale illicitum:* oportere servari jusjurandum: utpote cum sit ita turpe & illicitum, & ad perditionem ducens. Ideoque liceat mulieri, licet hujusmodi jusjurandum juraverit, recedere a jurisjurandi hujus amaritudine, & caste vivere sine periculo perjurii [13]: magis autem Deo amabiliter pœna perjurii (si qua omnino est pœna) contra eum quis jusjurandum exigit convertenda.

CAP. I.

UNde etiam nos repente inferimus decem librarum auri pœnam [14], exigentes eum qui præsumpserit omnino tale jusjurandum accipere: & hanc scilicet quantitatem ipsi infelici dari mulieri sancimus ad reliquam bonæ figuræ vitam, exigendam per administrationem provincialem, & dandam ei: sciente judice, quia si neglexerit, tenebitur ab ea deponens administrationem, heredesque ejus & successores & ejus substantia, eo quod actionem piam agere neglexerit. §. 1. Si autem ipse provinciæ præses jusjurandum exegerit, ipse etiam memoratam decem librarum auri pœnam exigatur: siquidem militaris judex sit in illa provincia, per illum danda, sicut dictum est mulieri. Si vero non habeat militarem judicem, metropoleos [15] illius provinciæ episcopus hoc provideat, causam etiam ad nos, si probaverit, referens: & insuper ex [16] vicinis majoribus cingulis: & undique hoc agentem, sive judex, sive privatus sit, memorata castigari pœna, & dari hanc ei, quæ quantum ad illum neque caste vivere valeat ulterius: ut non videatur quasi pejerasse.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per præsentem sacram declarata sunt legem: tua celsitudo præceptionibus propriis omnibus faciat manifesta: ut cognoscant nostri imperii circa castitatem studium. Dat. Kal. Septemb. Imp. DN. JUSTIN. PP. Anno XI. post BELIS. V. C. CONS. Anno 2. [17].

TIT. VII.

UT NON FIANT PIGNORATIONES [18] PRO ALIIS PERSONIS: ET UT SICUT PRINCIPUM [19] DONATIONES NON EGENT GESTIS MONUMENTORUM, SIC NEC A PRIVATIS IMPERATORIBUS FACTÆ DONATIONES INDIGEANT.

NOVELLA CONSTIT. LII.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

INhonestas [20] pignorationes, & odibiles [21] super his exactiones plurimæ quidem & aliæ leges odio habent: præcipue autem a nobis positæ: sed nescimus quemadmodum causa licet tantis castigata legislationibus, adhuc præsumitur, & in republica est, & majorem sui præbet virtutem, quam legum necessitas.

CAP. I.

De pignoratione.

PRopterea [22] sancimus nullam omnino pignorationem in nostra republica prævalere, neque in mercatis [23] (hoc quod maxime ibi præsumptum invenimus) neque in agris, neque in civitatibus, neque in vicis, neque in civibus, neque in vicaneis [24], neque in agricolis, neque alio omnino quocunque modo vel tempore: sed præsumentem alium pro alio secundum pignorationis formam, aurum aut aliquid aliud exigere, hoc reddere in quadruplum violentiam passo: & cadere etiam ab actione quam habuit adversus eum, pro quo exactionem fecit. Non [25] enim habet rationem, alium quidem esse debitorem, alium vero exigi: sed nec alteri molestum esse pro altero quodam tanquam invasionem aut injuriam committentem: & alium quasi vicaneum existentem cædi, aut injuriam sustinere, & aliquid pati, quod omnino non competit, pro alio: & absque legitima occasione quamlibet perferre calumniam: & supplicia [26] sustinere in corpore præsidentibus gentium; scientibus quia si non hæc egerint, sed in provinciis quibus præsunt, pignorationes præsumi patiantur: nihil erit tale quod a nostris eos eripiat manibus.

CAP. II.

Ut donationes imperatori a privato homine factæ, non egeant insinuatione.

ILlud [27] quoque perspeximus huic adjicere legi: *Ut sicut* [28] *ab imperio in elios factæ donationes non egent gestis monumentorum, sed ex hoc ipso habent virtutem, ita neque a privatis, imperatoribus factæ* (nisi tantummodo pro veritate fiant in publico a tabellionibus completæ, subscriptionem habentes & ejus qui fecit, & testium [29], & aliam donationum observationem) *non egebunt gestis monumentorum, cujuscunque quantitatis sint.* Non enim consequens [30] est, ut nec his fruatur imperium a privatis, quæ ab eo præbentur illis. Hæc autem inæqualitas facta est ex novitate, quam Zenonis piæ memoriæ introduxit constitutio [31], *ut imperiales donationes non egeant monumentis.* Quia igitur imperfectius causa prius apparuit: propterea nos perfectionem imponentes ei, ex utroque tenere hoc volumus, & in his donationibus quæ ab imperatoribus in privatos fiunt, & quæ a privatis in imperatorem: ut ex æqualitate justitia causæ adjiciatur.

EPILOGUS.

† Tua igitur excellentia, quæ per hanc divinam nostram constitutionem sancita sunt, præceptis propriis solenniter manifesta facere studeat universis. Dat. 10. Kal. Septemb. Imp. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XI. post Conf. BELIS. V. C. Anno secundo [32].

TIT. VIII.

DE [33] EXHIBENDIS ET INTRODUCENDIS [34] REIS: ET [35] UT HI QUI CONVENIUNTUR, POST VICESIMUM DIEM PRÆSENTENTUR JUDICIBUS: ET DE IIS QUI JURATORIAM [36] CAUTIONEM EXPONUNT ET ANTE LITIS CONTESTATIONEM ABSENTES FIUNT: ET DE HYPOTHECIS QUÆ APPELLANTUR EX CASU: ET QUÆ PERSONÆ ET QUANDO HOC JUS HABENT: ET DE INDOTATIS [37] UXORIBUS,

1 Ut scenicæ mulieres non coartentur in eadem turpitudine manere, Jul. *const.* 45. de mulieribus scenicis, *Index Reginæ apud Cujac.* de scenicis, vid. *l.* 4. *Cod. de episc. aud.* 2 *Novell.* 14. 3 Ἐξωμοσίαν Græci appellant juratoriam cautionem, quæ & διωμοσία & ἀσφάλεια *Nov.* 22. *cap.* 44. §. 2. & ἐνώμοτος ὁμολογία. *Nov.* 112. *c.* 2. Hujusmodi juramentum subsidium est eorum, qui fidejussorem dare non possunt, *Nov.* 134. *c.* 9. vetat autem utrumque hic fieri Justinianus, fidejussorem dari & jurari. Goth. Vid. Rittershus. *part.* 12. *c.* 8. Ans. 4 Hinc sumpta est Authentica, *Quod eis. C. de nupt.* 5 *l.* 29. *C. de nuptiis.* 6 Τὰς εἰς σκηνὴν κατιούσας γυναῖκας, hoc est, in scenam descendentes, scenicam vitam professas. 7 Cur ita? Contra jus obligantur scortaturæ mulieres, ergo & ejus nequitiæ fidejussores, vid. *l.* 16. *ff. de fide jussorib.* 8 Ὡς προσεδρεύουσι, hoc est, quod ibi assidebunt ac vivent. 9 Id est, extremas. 10 Turpis rei juramentum non obligat, *l.* 7. §. 16. *ff. de pact. l.* 112. §. 4. *ff. de legat.* 1. *l.* 5. *C. de legib.* 11 Fidem in malis promissis non servare, Deo magis gratum est, quam servare. 12 Jurata promissio de interficiendo, de adulterio committendo & similibus non obligat. 13 Non committit perjurium, qui ab infami juramento recedit. θεοὶ γὰρ ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις παραλαμβάνεσθαι φιλοῦσι ὁμολογίαις οὐκ αἰσχραῖς καὶ ἀδίκοις *Halic. II.* Suet. *in Tiberio.* Equiti Romano jurisjurandi gratiam fecit, uxorem in stupro generi deprehensam dimittere, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat. 14 Pœna exigentis jusjurandum contra bonos mores. 15 Juramenta illicita episcopis curæ esse debent, ne scil. quemquam constringant aut obligent. 16 Ὁ ἐκ γειτόνων μείζων ἄρχων, hoc est, qui in vicinis provinciis major sit militaris judex. hoc sensu, Si præses infame juramentum exegerit a scenica muliere, vel meretrice, eam nimirum in meretricia vita futuram, decem auri libris multabitur: & earum exactio fiet officio militaris judicis. Quod si in ea provincia nullus erit militaris judex, metropolitanus civitatis Episcopus pœnam exiget, eique vicinæ provinciæ præses favere debebit, forsitan imperio majore decoratus, quam ille præses, qui tale flagitium admisit. Idque facile discimus ita esse ex Juliani epitome *c.* 184. qua ignorata, vetus interpres vertit obscure, ex vicinis majoribus cingulis pro vicino præside, & Ferrandus 2. *Explicationum* 40. perperam etiam id tantum refert ad judicem militarem viciniæ. Haloander vertit, vicinos magistratus. 17 Id est, anno 554.

18 Titulus ita conceptus est apud Græcos, περὶ τοῦ μήτε προσώπου, μήτε πράγματος, μήτε χρυσίου γίνεσθαι ἐνεχυριασμόν, ἀλλὰ τὸ τετραπλάσιον ἀναδίδοσθαι τῷ ἐνεχυριασθέντι. καὶ περὶ τοῦ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἢ πλήξαντος, ἢ ἄλλως ἐπηρεάσαντος, μήτε πλήττεσθαι μήτε ἄλλως ἐπηρεάζεσθαι. *Scrimg.* id est, ne personæ, vel rei, vel pecuniæ pro alio fiant pignorationes: sed pignoratione oblæso quadruplum restituatur. Item, ne pro eo qui percussit, vel qui damnum irrogavit, alius percutiatur, aut qualitercunque damnum sentiat, ut cives vel vicani pro aliis civibus suis vel vicanis non teneantur, Julian. *const.* 46. ut ne quis pro alio pignoratus satisfacere cogatur, *Index Reginæ apud Cujac.* Huc pertinet *Novell.* 134. *cap.* 7. &c. *Eclog.* περὶ ἐνεχυριαζόντων. De pignoratoribus *lib.* 25. *tit.* 3. *cap.* 5. *l.* 4. *Cod. de execut. l.* 1. *Cod. ut nullus ex vico pro alienis vicaneorum debitis teneatur:* Cassiod. 4. *variar. lect.* 3. *Cod. Longob. de deb.* & constitut. Neapolit. 8. *tit. de cultu pacis: & tit. de Represaliis puniendis.* His adde, quæ de ea re notavi ad *l.* 3. *Cod. de obligat.* Pignoratio autem est jus alium pro alio detinendi, Græcis ἐνεχυριασμός. *Scrimger. hic.* clarigationem etiam alii vocant, & represalias, *c. un. de injuriis in* 6. Galli *droit de marque:* de quo vide Guidonem Papæ *quæst.* 33. Paponem 3. *Notar.* 8. *cap. des lettres de marque; &* 5. *Arrest.* 3. *cap. du droit de marque:* quod in limitibus potissimum exerceatur, & eo utantur ad injurias regnicolis ac civibus in alienis regnis illatas vindicandas, erat autem apud Græcos ἀνδροληψίον. Licebat enim civitati interfecti hominis tres capere ex ea civitate, in quam interfector confugisset, si tamen is non reddebatur, vide Demosthenem *contra Aristocratem*, Julium Pollucem 8. *cap.* 1. De represaliis, plura vid. apud Petrum Gregorium 58. *Syntag.* 8. Gailius in tractatu de pignorationibus, *cap.* 1. *num.* 5. 6. 7. scribit: Represalias dari ob justitiam denegatam: pignorationes vero imperiales ob turbatam jurisdictionem vel possessionem: Arrestum quoque aliud esse, cum ex obligatione aliqua antecedente officio magistratus, & petente actore interdicitur reo, ne loco excedat. Reliqua de pignoratione & Represaliis vide apud eundem, & apud Bart. in tract. de Represaliis. Illud notandum constitutione Gregoriana clericos liberatos ab hoc jure, *d. c. un. de injur. in* 6. & a Frederico studiosos, *Auth. habita. C. ne filius pro patre.* de represalis, adde Bartolum Authentica, *Sed omnino. Cod. ne uxor pro marito.* 19 In principibus factæ, *Index Reginæ*, in imperatorem faciendæ, Julian. *const.* 46. *n.* 186. 20 Et contra jus. vid. tamen 23. *quæst.* 2. *cap. docuimus.* 21 *l.* 1. *C. ut null. ex vic. pro alien.* 22 Hinc sumpta est Authentica, *Sed omnino. Cod. ne uxor pro marit.* Goth. Vid. Rittershus. *in exposit. Novell. part.* 3. *cap.* 7. Ans. 23 Πανηγύρεσι, *Scrimg.* Julianus *cap.* 185. ita si nundinarum gratia degentes in eo vico inveneris. 24 *d. l.* 1. 25 *l.* 1. *Cod. quando fisc. vel privatus.* Goth. *l. unic. Cod. Ut nullus ex Vican. per alter. Novell. cap.* 7. Heig. *part.* 1. *quæst.* 12. Ans. 26 Hoc non vult, pignorantem alium pro alio corporali supplicio afficiendum, sed ipsum pignoratum injuria adfici. 27 Hinc sumpta est Authentica, *Item & a privatis. Cod. de donationibus.* 28 Privatis facta donatio a Principe excedens summam 500. aureorum, *l.* 19. *Cod. de sacros. eccles. l. ult. in fin. Cod. de quadr. præscript. l.* 34. *vers. exceptio. Cod. de don.* non indiget insinuatione: ut nec facta principi a privatis, *ut hic.* 29 Qui non requirebantur lege Zenonis, *l.* 31. *Cod. de donat.* 30 Argumentum ab æquitate sumptum observa. 31 *d. l.* 31. 32 Id est, anno 554.

33 Hac sententia titulus hic apud Scrimgerum inscriptus est: ut qui provincialem hominem extra territorium suum in jus producit, cautionem præbeat, quod nisi litem obtineat, præstiturus sit, quantum judex eum, qui calumniose exhibitus est, capere statuerit. Est & ita conceptus apud Julianum *const.* 47. De reis ab alio loco in alium retrahendis ex divino nutu vel jussu maximæ potestatis. huc pertinet *c.* 1. *c.* 2. J. *h. t.* Est & ita in indice Reginæ. De exhibendis reis. Goth. Ad materiam hujus Novell. spectat *Nov.* 69. 79. 89. 121. *cap.* 8. Ans. 34 Seu evocandis ex longinquo territorio. unde hic titulus apud Julianum ita concipitur *c.* 187. De reis ab alio loco in alium retrahendis ex divino nutu, vel jussione maximæ potestatis. 35 Ut exhibitiones fiant post 30. dies. *Index Reginæ.* Est & ita apud Julianum *d. loco. n.* 189. de admonitione reorum & in jus vocando. Hæc vero sententia legitur in editione Scrimg. ut qui libellum suscepit ad deliberandum, an judicio disceptare velit, aut apud datum judicem litigare, viginti dierum spatium habeat, huc refer *cap.* 3. J. *h. t.* 36 De juratoriis cautionibus. Jul. *d. loco num.* 190. De his qui juratoriam cautionem præstant. *Index Reginæ.* Quod qui post juratoriam cautionem in judicio non comparet, omnes litis impensas actori persolvat & deinceps causam dicat, datis fidejussoribus. *Scrimgeriana editionis interpretatio:* huc pertinet *c.* 4. J. *h. t.* 37 De casu militiæ. *Index Reg.* huc pertinet *c.* 5. J. *h. t.*

UT

UT HABEANT QUARTAM PARTEM IN SUBSTANTIA VIRI, ET IPSE VIR IN SUBSTANTIA UXORIS, QUANDO INOPS EST [1] CUI [2] RELINQUITUR [3].

NOVELLA CONSTIT. LIII.

Imp. Juſtin. Aug. Ioanni glorioſiſſ. prætoriorum per Orientem præfecto, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

Plurimi adeuntes noſtram docent poteſtatem, quia exhibentur ab aliquibus, aut etiam in alias pertrahuntur provincias ex ſacra noſtra juſſione aut decretis judicialibus: & ad miſeriam quidem per hoc aguntur: coacti vero juſſionibus aut decretis exhibentur. Proinde qui eos exhibent, etiam cautiones exigentes, *quia intra certum tempus venient ad determinatum judicium ii qui ab eis conventi ſunt:* ipſi remaneant in provincia, affligi in peregrinatione ſumptibus exhibitum, aut præſentatum relinquentes.

CAP. I.

De reis ab alio loco in alium retrahendis [4].

Hoc [5] igitur miſerantes, ſancimus ſi quid fiat tale, & tempus impleatur, quod in cautione exhibitionis aut præſentationis ipſe actor conſtituit, deinde ille quidem obſervet in judicio, actor autem deſit, & non intra decem [6] dies, poſtquam reus venerit in provinciam, actor occurrerit: reum quidem ingredientem apud judicem, & hoc docentem, repente dimitti, jurejurando autem ejus judicetur de omnibus expenſis, quas pertulit circa viam & circa peregrinam habitationem, & his judices addicant actorem convenientem fruſtra. Et quoniam [7] mos eſt non aliter fieri exhibitiones aut præſentationes, niſi actores fidejuſſores ad certam quantitatem dederint, quia exequentur cauſam, & ſuſcipient ſententiam, hanc quidem quantitatem omnino eos exigi, & dari fruſtra calumniam paſſo. Si vero per jusjurandum etiam plus aliquid declaraverit, (certa tamen quantitate definita a judice quam leges taxationem [8] vocant) etiam hoc ſuperexigi, ut cognoſcant non illudere vitas alienas, ſed in provincia eligere judices, & ibi contra ſuos adverſarios litigare.

CAP. II.

De cautione præſtanda ab his qui de proprio territorio ſibi obnoxios abſtrahunt.

Quia [9] vero ab actoribus fidejuſſiones plerumque novimus hic datas tanquam [10] in exhibendis perſonis: ſi vero in aliam deducantur provinciam, forte declinare hanc obſervationem: ſancimus hic judicem aut glorioſiſſimum quæſtorem noſtrum ſacris noſtris miniſtrantem literis, ſi quid tale agere [11] jubeatur: non [12] aliter ad aliam exhibere provinciam reum, antequam fidejuſſorem præbeat actor in judicio in quod futurus eſt reum deducere, quia dabit ſecundum locorum ſpatium aurum quantumcunque decretum fuerit fugienti [13], ſi non exequatur, aut exequens non vincat cauſam: & ibi omnia agi quæcunque in exhibitione decrevimus, definitum vero aurum, a fidejuſſoribus exigendum, & dandum ei, qui deductus eſt: præbendo quoque ab illo etiam jurejurando usque ad taxationem: ut ſi juraverit ſe etiam amplius expendiſſe, & hoc recipiat: ut undique videantur perfectæ noſtræ legiſlationes.

CAP. III.

Ut [14] reo in jus vocato poſt libelli dationem viginti dierum induciæ dentur.

Illud quoque antiquitas quidem benefaciens diſpoſuit, nunc autem ſtudio machinantur noſtrarum legum clementiam [15] occaſionem facientes ſuarum calumniarum. vetuſtate namque volente conventionis factæ libellum [16] ſuſcipientem, diebus æque decem deliberationem habere, quo poſſit diſcutere cauſam, & forte etiam recognoſcere & liberari: poſt decem autem dierum [17] inducias tunc & ſubſcribere miſſo libello, & judiciales implere cautiones. Quidam vero reſpicientes ad noſtras leges [18] quæ poſt [19] litis conteſtationem neque refutare [20] judicem, neque alium petere judicem permittunt, cauſam arte machinantur, & maxime executoribus talia doloſe adinvenientibus, & mox ut oblata fuerit quælibet admonitio, forte neque libello dato neque judiciali ulla cautione, deducunt hominem invitum ad judicem datum: & nihil ſcientem compellunt facere litis conteſtationem, ut ſemel ſub litis conteſtatione conſtitutus obligetur, & nullam habeat licentiam neque refutare judicem, neque alium judicem petere, cum forte ſuſpectus judex ſit: & ſic agunt quæ volunt: & ſub ſuis artibus hominem ſtatuentes, quo volunt modo de eo agunt. §. 1. Sancimus igitur dum admonitio oblata fuerit alicui, modis omnibus offerri libellum: & non ſecundum antiquitatem decem ſolummodo dierum habere eum qui admonetur, inducias: ſed duplices, hoc eſt viginti [21], ut ſive repudiare voluerit, ſive etiam cum eo alium judicem petere, licentiam habeat hoc facere, aut forte cognoſcere debitum & liberare ſe ab adverſarii ſui contentione amicabiliter, & non per calumniam aut circumventionem ſub judice conſtitui forſan ſuſpecto & forſan ingrato, plerunque autem aliquid etiam proprium contra eum diſpenſante: & eo qui litem ſuſtinet, nullum habente tempus ad agnoſcendum ea in quibus conventus occurrit. §. 2. Suſcepto vero libello, ſola perſonali [22] fidejuſſione ab eo data, & ſportulis [23] ſecundum ſacram noſtram [24] præbitis conſtitutionem ſubſcribere libello [25], qui appellatur [26] reſponſionis: & declarare etiam tempus pro ei libellus datus eſt, ne etiam ob hoc ars quædam fiat: cumque futura eſt celebrari conteſtatio litis, apud judicem interrogari fugientem, ſi viginti dies tranſierint deliberationis: & illum quidem dicere veritatem: oſtendit quoque illud etiam ex die & ſubſcriptione [27] libelli, & ſi dixerit tranſiiſſe viginti dierum numerum, tunc [28] fieri litis conteſtationem. In medio [29] autem ei licentiam eſſe repudiare judicem, & alium petere: aut etiam cum eo judicem percipere, aut certe abſolvi amicabiliter: nihil in medio neque damnificando, neque ab executoribus conturbando: ſed & judiciariam cautionem exponentem, ſicut qui de his judicat, perſpexerit: & viginti dierum habentem deliberationem. Si vero hæc non ſerventur: licet videatur quædam fieri conteſtatio litis, pro nihilo eam eſſe, ſed licentiam eſſe, & poſt hujusmodi conteſtationem litis intra definitos viginti dies ſic omnia agere, tanquam ſi neque ab initio facta ſit quædam conteſtatio litis.

CAP. IV.

De juratoriis cautionibus.

Si [30] vero ſemel repudians judicem, alium acceperit: non ſinimus [31] ei eum qui petitus eſt, rurſus repudiare. Sicut enim ejus curam habemus, ſic etiam per dilationem [32] agi aliquid adverſus actorem, modis omnibus averſamur: ſi vero etiam quidam jurant quia obſervabunt: & antequam conteſtatio litis fiat, ab hac maxima diſpareant civitate, licentiam eſſe etiam non facta litis conteſtatione adire actorem ſtatutum judicem, & hoc denunciare. Illum vero (ſiquidem adminiſtrator [33] ſit) jubere omnimodo exhiberi reum tanquam perjurum [34] & pene ſui accuſatorem per fugam [35] factum. Si vero non adminiſtrat [36], ſed datus ſit a quodam judice ſive ex ſacra forma aut juſſione, aut etiam ab aliquo adminiſtratore: ad illum renuntiare, a quo datus eſt, ut deducatur ab illo: ne cauſa maneat actori undique deſolata, judice agere aliquid non valente, eo quod nondum apud eum facta ſit litis conteſtatio: illo contemnente legem & juramentum ſuum manifeſtatione ſua, & actorem extra omne legitimum adjutorium relinquente. §. 1. Igitur ne latente eo, & tardata exhibitione, cauſa maneat ſuſpenſa: examinet [37] ut potuerit judex in quam terram abiiſſe dicitur: & det inducias certas, ut niſi intra eas occurrerit, (liberam [38] tamen hujus rei fiduciam habens, ſi non forte ſtudio actoris impediatur, aut venire prohibeatur) tunc ſecundum unam [39] partem examinet negotium, & in poſſeſſionem mittat actorem rerum ejus ſecundum [40] menſuram declarati debiti: ipſumque in poſſeſſionem miſſum, habere etiam rem debiti ſervandi [41] cauſa: & tunc ſi ille occurrerit [42] omne ei prius ſalvet [43] damnum: & tunc recipiens res, & fidejuſſorem præſtans, proſequatur cauſam.

CAP. V.

De hypothecis militiarum [44] ex caſu, quæ perſonæ & quando hoc jus habeant.

Optimum [45] quoque eſt etiam hoc propter dubitationum quæſtionem lege communi determinare. Primum namque fuerunt dubitationes plurimæ, utrum oporteat [46] militias ſub hypothecæ [47] deduci vinculis, an etiam his liberas eſſe: ſed hoc quidem jam definitum eſt lege [48]: & certæ conſiſtunt militiæ quæcunque vendi aut obligari poſſunt. Nos autem ex majoribus cauſam conſiderantes, ſcimus, quia ex antiquis temporibus non erat in militiis hypotheca, ſed quædam nomina omnino antiqua & deficientia in talibus efferebantur. Paulatim vero imperatores interpellantium [49] creditorum miſerati: hæc præbebant, cum utique omnis militia publica exiſteret, nullum quæſtum omnino alium quam ex imperiali munificentia habens.

§. 1. Propterea igitur ſancimus ea quæ appellantur ex [50] caſu, non omnibus

1 De inope muliere, quæ ſine dote nupta eſt, quæ quartam partem defuncti mariti capere debet. Jul. *d. loco*, *n.* 192. De his, qui ſine dote aut donatione propter nuptias præmortuo conjuge locuplete, inopi relinquuntur, ut ii ſcil. quartam partem præmortui conjugis conſequantur, ſive ſint liberi, ſive non ſint. *interpret. Scrimgerianæ editionis:* huc pertinet caput ſextum *infr. h.t.* 2 Perſona ſcil. 3 Id eſt, quæ ſuperſtes manet.
4 *Sub.* ſine juſſu principis. Quid ſi retracti vel protracti fuerint ex longinquo? poſt decimum diem actorem operiri, ſeu expectare non coguntur: quin jurare in litem eis permittitur de expenſis in via & peregrinatione factis. 5 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Quod fieri. C. de dilationibus.* 6 Vid. *hic* Cujac. *& c.* 7. *de præſcriptionibus.* 7 Jul. *c.* 187. *in fin.*
8 Reus vocatus in judicium, non comparente actore, viatica jurejurando æſtimat, quæ tamen judex taxabit moderatione adhibita. 9 Jul. *c.* 188. 10 Id eſt, in caſu, *c.* 1. *§. h.t.* 11 Id eſt, evocari reum ex ſua jurisdictione ad forum actoris, huc pertinet *l.* 58. *ff. de jud. c. noſtrum* 56. *x. de appellationib.* de evocationibus vide quædam apud Paponem 1. *arreſt.* 5. *n.* 24. 4. *arreſt.* 6. *n.* 27. Rebuffum *tom.* 1. *tract. de evocationib.*
12 *d. Nov.* 112. *c.* 2. id in aliis caſibus fieri non ſolet, & merito: utitur enim quadam via extraordinaria, id eſt, reſcripto principis, vel auctoritate præfecti prætorio ad reum extra ſuum territorium protrahendum. 13 Id eſt, reo. 14 De admonitione reorum ſeu in jus vocando Jul. *c.* 189 15 Clementia nimia calumniam parit, calumniæque occaſio eſt.
16 Βιβλίον ἀιτιάσεως, *adjournement*, libellus citationis. 17 Vid. *cap.* 4. *cauſ.* 3. *quæſt.* 3. *Nov.* 56. *c.* 2. *Nov.* 82. *c.* 10. Jure canonico tempus arbitrio judicis relinquitur. *cap. dilectus. x. De procurator. c. quoniam frequenter §. ſi vero. extr. ut lite non conteſtata.* Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 53. *num.* 20. Anſ. 18 *l.* 14. *in fin. C. de juriſd. l.* 4. *C. de juriſd. l.* 13. *C. de exceptionib. l.* 52. *ff. de judic.* 19 Poſt litis conteſtationem judex refutari non poteſt.
20 De refutatione judicis alias dixi, vid. *l.* 4. *C. de in jus vocando: l.* 12. *in pr. C. de jud.* adde Cujac. 9. *obſ.* 23. 21 Viginti dierum induciæ dantur reo, ad refutandum judicem. *Nov.* 96. *c.* 2. *§.* 1. vid. Cujac. *c.* 9. *de præſcr.* 22 Προσωπικῆς ἐγγύης, judicio ſiſti cautionem intelligit, quæ ſic dicitur ad differentiam judicatum ſolvi, quæ de re eſt, non de perſona.
23 Quas tamen, ſi abſolvetur, repetiturus eſt. *l. ult. C. de fructib. & lit. expenſ. l. ult. C. de adminiſtr. tutor. l. ult. C. de pr. agent. in reb.* §. 24. *Inſt. de act.* An ſolus reus dat ſportulas per conventionem? Placentinus putat. Cui objicitur *Nov.* 86. *c. ult. lex ult. C. de fructib. & lit. expenſ. lex ult. C. de agentib. in reb.* quod tamen Cujacio non placet. 24 *Nov.* 17. *c.* 3. *Nov.* 123. *c.* 27. *&* 28. *Nov.* 82. *c.* 10. 25 Contradictionis ſc. *Jul.* 26 Τῷ καλουμένῳ ἀντιβίβλῳ βιβλίον ἀιτιάσεως. *§. h.t.* eſt libellus conventionis, qui reo ab actore dari ſolet, *adjournement.* ſubſcriptio κατὰ βιβλίον. *§. h.t.* non fit ab actore, ſed a reo. vid. Jul. *hic*, *n.* 189. qui ex adverſo libello & epiſtographo fatetur, libelli exemplum ſe accepiſſe. ἀντιβιβλίον vero dare, eſt dare libellum reſponſionis: Galli, *reſpondre*, *fournir de reſponſes*, male igitur Haloand. hic ἀντιβιβλίον, exemplum libelli. 27 Ὑπογραφῆς τῆς κατὰ βιβλίον. *Scrimger.*
28 His addi cupio, quæ de litis conteſtatione ſcripſi ad *tit. Cod. de litis conteſt.*
29 Id eſt, ante viginti dies elapſos. 30 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Et qui jurat. C. de bon. aut. jud.* 31 Judex petitus repudiari non poteſt. 32 Dilationibus nimiis rei conventi actor non eſt opprimendus. 33 Id eſt, inter majores magiſtratus.
34 Qui juravit judicio ſiſti, nec comparet, ut perjurus, manu injecta, ſi poſtea reperitur, prehendi poteſt. 35 Fugitivus præſumitur jure deſtitui. Adverſus fugitivum præſumitur, adde *l.* 15. *C. de probat.* Fuga ſuſpectum reddit eum, qui fugit. Fugitivus damnato comparatur. *tit. C. de fugit.* 36 Id eſt, non ſit magiſtratus. 37 Inquiſitio laris domiciliique rei latitantis, judicis officio facienda præſentis in actoris gratiam. 38 Poteſt enim reus metu potentiæ adverſarii non comparere, *l.* 1. *§.* 3. *ff. de eo per quem.* 39 Κατὰ μίαν μοῖραν. *Scrimg.* id eſt, μονομερῶς. 40 Olim in univerſa bona mittebantur. *l.* 1. *ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.* Goth. *l.* 6. *§. ſed ſi. Cod. de his qui ad Eccleſ.* 41 *l. pen. Cod. de pign.* id eſt, pignoris cauſa, ut creditor præſens in tantum modum jus habeat pignoris, quatenus eſt debitæ quantitatis modus, & hic quidem fructus eſt contumaciæ, de quo adde *l.* 73. *ff. & l.* 11. *C. de jud. l.* 2. *in fin. Cod. ubi in rem. l.* 8. *C. quomodo & quando judex.* 42 Integris omnibus bonis nondum venditis. 43 Servet, reſtituat. *l.* 15. *C. de jud.* 44 Τὰς ἐκ τοῦ καλουμένου κάσου στρατείας vocant Græci, 25. *Eclog.* 6. & Julianus hoc loco titulum facit, De caſu militiæ *c.* 191. 45 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Quod obtinet. Cod. de pignor.*
46 Id eſt, liceat. 47 *l. ult. C. de pign. l.* 5. *C. qui milit.* 48 *d. l. ult.* adde *Nov.* 35. *in fin. ſupr. Nov.* 97. *c.* 4. 49 Militiarum hypothecæ indultæ creditoribus.
50 Qui Titio pecuniam credidit, ut militaret, Titio defuncto, ſcholæ placito fruetur, Jul. *conſt.* 47. *num.* 191. id eſt, ea commoda feret, easque annonas vindicabit, jure hypothecæ, quas defunctus a fiſco percipiebat, ſi modo militia, de qua agitur, vendi potuit. *l.* 52. *§.* 2. *ff. de act. empt.* nam quæ vendi non poſſunt militiæ, pignorantur inutiliter, nec transferuntur in alium. *l. ult. C. de pign. l.* 3. *§.* 7. *ff. de munerib.* Militia adjutorum quæſtoris, *Nov.* 35. ſilenbus

bus prompte ſubjacere: niſi tamen creditor fuerit, qui *ad hoc ipſum* mutuavit: *ut militia illi emeretur:* alioqui aliis creditoribus non prompte damus hoc, ſed ſi quidem filii fuerint aut uxor defuncti, iſtos omnibus præponimus [1] modis, ut adeant nos: & ſecundum juſſionem noſtram hoc habeant, non [2] tanquam paternam hereditatem, ſi in aliis inops ſit, ſed tanquam imperialem munificentiam: ut & ſubſtantiam relinquentibus, & non habentibus, merito ſolatium præbeamus. Si vero nullus eis neque filius neque uxor fuerit, neque creditor qui ad ipſam militiam mutuavit: tunc & aliis creditoribus præbemus hoc, ne videamur inhumanum aliquid facere, & non propter piam & Deo placentem actionem ponere legem. De militia quippe ſpectabilium Silentiariorum [3] propria datis & largitis eis privilegiis in ſua virtute manentibus.

CAP. VI.

De muliere inope indotata [4].

QUoniam [5] vero ad clementiam omnis a nobis aptata eſt lex, videmus autem quoſdam cohærentes mulieribus indotatis, deinde morientes & filios quidem ex lege vocatos ad paternam hereditatem, mulieres autem licet decies millies in ſtatu legitimæ conjugis manſerint, attamen eo quod non ſit facta neque dos neque antenuptialis donatio, nihil habere valentes, ſed in noviſſima viventes inopia [6]: propterea ſancimus providentiam fieri etiam harum & in ſucceſſione morientis, & hujuſmodi uxorem cum filiis vocari. & ſicut ſcripſimus legem [7] volentem, ſi ſine dote exiſtentem uxorem vir dimiſerit, quartam [8] partem ejus ſubſtantiæ accipere eam: ſic etiam hic, quoniam contingit [9] forte paucos aut plures eſſe filios, quartam partem ejus ſubſtantiæ habere mulierem, ſive plures, ſive minus filii fuerint. Si tamen legatum aliquod reliquerit ei vir minus quarta parte, compleri [10] hoc: ut ſicut læſas eas juvamus, ſi forte dimiſſæ fuerint a viris indotatæ conſiſtentes: ita vel ſi perduraverint ſemper cum eis, eadem fruantur providentia, ſcilicet omnibus ſecundum inſtar illius noſtræ conſtitutionis quæ quartam decernit eis, etiam hic ſervandis ſimiliter quidem in viris [11], ſimiliter autem in mulieribus, communem namque etiam hanc ſuper eis ponimus legem, ſicut & præcedentem. §. 1. Si vero quaſdam res proprias mulier in domo viri aut alibi repoſitas habuit, harum actionem [12] & retentionem habeat omnibus modis imminutam: ſubjacere hujuſmodi rebus viri creditoribus nullo modo valentibus: niſi forte ſecundum quod in illius jure ex hac lege heres extiterit. §. 2. Hæc itaque dicimus, ſi conjunctorum alter dotem aut antenuptialem donationem non faciens, inops aut vir aut mulier inveniatur, & moriens quidem aut vir aut mulier locuples ſit, ille vero vel illa ſuperſtes pauper exiſtat. Nam ſi aliunde [13] forſan habeat: non offerentem dotem, aut non dantem propter nuptias donationem, non erit juſtum gravare filios per ſucceſſionem: quoniam lex alia eſt noſtra dicens dotem non [14] offerentem, non poſſe res viri acquirere per antenuptialem donationem, quod etiam volumus hic obtinere: niſi tamen ipſe vir aut legatum ei, aut aliquam partem inſtitutionis reliquerit, fieri namque hoc nullo invidemus modo: ut omnibus modis concordantiæ legum ſerventur, & inopia conjugis per divitias ſalvetur alterius.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo in omnibus valere, effectuique contradere feſtinet, per præcepta a ſe conficienda univerſa faciens manifeſta, quatenus ipſi ſecundum hæc vivant etiam, & converſentur. Dat. 10. Kalend. Octobr. Imper. Dom. Juſtin. PP. A. anno XI. poſt Conſ. BELIS. V. C. Anno ſecundo [15].

TIT. IX.

CONSTITUTIONEM [16] QUÆ EX ADSCRIPTITIO [17] ET LIBERA NATOS, LIBEROS ESSE VULT, NON IIS QUI ANTE CONSTITUTIONEM NATI SUNT, SED QUI POST CONSTITUTIONEM, PRODESSE: ET UT NE [18] VENERABILES DOMUS COMMUTATIONES FACIANT ADINVICEM IMMOBILIUM RERUM ECCLESIASTICARUM, DECRETO PRIUS INTERPOSITO, EXCEPTA HAC MAJORI ECCLESIA.

NOVELLA CONSTIT. LIV.

Imp. Juſtinian. Auguſt. Joanni præfecto prætorio, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

IN quadam [19] noſtrarum conſtitutionum nihil obſcuritatis habente, motæ ſunt quæſtiones ab aliquibus ex ſtudio & ad ſuam intentionem obſcuritatem ei introducentibus. Cum [20] enim *libertatis amatores ſimus:* nuper poſuimus legem [21] *ut non ſecundum antiquitatem* [22], *ſi ex adſcriptitio & libera perſona proceſſerit ſoboles, omnino eam ſequi adſcriptitiam fortunam ſecundum ſervilis fortunæ obſervationem: ſic etiam ſuper adſcriptitiis putari: & ſecundum ventris ſtatum, ejus etiam qui naſcitur conſiderari fortunam.* Ex libera [23] namque matre procedere ſervilem partum, noſtra benefaciens noluit lex: quoniam diximus in lege, ſi quidem conjuncti ſunt mulieribus, ſive etiam conjuncti fuerunt, & filii procreantur: ita legem, in iis qui procreantur valere. Quidam autem ſic fatue aut callide interpretari auſi ſunt legem, ut etiam ſi ante [24] conſtitutionem nati ſunt aliqui, vel ſi valde ſint ſenes, putent eos liberari tanquam modo natos, & non longe præcedentes legem: cum utique nos hunc habuerimus intellectum, ut ſi cohærent jam quidem uxoribus, & poſt legem filii procreati eſſent, aut non cohærent quidem, poſtea vero nuptiæ fierent, poſt legem nati haberent ex lege datam libertatem.

CAP. I.

Ut natus ex adſcriptitio & libera ſit liber.

NE igitur liceat artibus uti & malignari: & poſſeſſionum nocere dominis talibus interpretationibus, propterea ſancimus, omnes qui nati ſunt a tempore legis [25], hos ſolutos eſſe adſcriptitia fortuna, ſi ex liberis naſcantur matribus, omne præteritum antiquæ ſervando legi.

CAP. II.

Ut venerabilium locorum œconomi res eccleſiæ permutare invicem poſſint, excepta eccleſia Conſtantinopolitana.

QUia [26] igitur nuper [27] ſcripſimus legem, medentes iis quæ de eccleſiaſticis alienationibus fiunt, & volentes, ſi quidem publicum debitum ſit, poſſe eas alienare cum omni ſubtilitate ſecundum legis obſervationem. Si vero privatum debitum eſt, pro [28] ſoluto dare rem immobilem, & in nullo videri offendere poſitam legem, quæ omnem alienationem prohibet: etiam illud adjicimus, & per quandam inevitabilem occaſionem & utilem danti & accipienti venerandæ domui: hoc eſt, aut eccleſiæ ad eccleſiam, aut ptochotrophii ad ptochotrophium, aut xenodochii ad xenodochium, aut ſimpliciter venerabili domui ad aliam reverendam domum: hoc eſt, aut eccleſiam ad prochotrophium, aut monaſterium ad venerandam domum, aut xenodochium, aut noſocomium, aut illis ad eccleſiam, aut alterutrum, aut unum horum quæ prius a nobis ſunt dinumerata, aut alteri cuilibet venerabili domui, licentiam damus præſulibus horum monaſteriorum per hanc legem commutationem [29] facere, & hoc valere: & non [30] ſolum imperium (ſicut prior dabat lex) licentiam habere commutare, ſed etiam venerabiles domos, quæ [31] regi omnium Deo dedicatæ ſunt: ſic tamen ut etiam decretum [32] interponatur cum omni ſubtilitate & jurejurando: & apud locorum metropolitam hoc conſiderari: & ſi revera probatum fuerit cum jurejurando, quia utile eſt utrique parti hoc agi, ratum eſſe & valere, & non egere neque ſpeciali juſſione, neque pragmatico divino typo: habentibus quippe iis qui ad talia conveniunt, magni Dei judicium, ſi quidem prævaricati fuerint horum quæ competunt, aut quoddam colludium fiat, aut aliquid propter utilitatem utriusque geratur partis. Nam etiam maledicta his omnium terribilia imminebunt, & quæ inferunt eloquia divina peccantibus, & quæ nunc eis diſpoſita ſunt, ſi quid autem prætermittatur, & poſtea demonſtretur maligne factum: pro non facto erit. §. 1. Excipimus [33] etiam hac lege ſanctiſſimam majorem [34] eccleſiam: ſicut etiam priori: illam namque in priori prohibitione alienationum ſtare volumus, quoniam & hoc ipſis gubernatoribus ejus ſanctiſſimis viris videtur.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ nobis bene & ſancte viſa ſunt, & per hanc ſanctam declarata ſunt legem, in omnibus gentibus quibus præes, per præcepta propria ſolenniter faciat manifeſta. Dat. 15. Kal. Sept. CP. Imper. Dom. Juſtin. Anno XI. [35] poſt BELIS. V. C. CONS. Anno 2.

TIT. X.

UT DE CÆTERO [36] COMMUTATIONES [37] ECCLESIASTICARUM RERUM NON FICTE FIANT AD PIISSIMUM IMPERATOREM, ET HOC MODO AD ALIAS PERSONAS TRANSEANT RES: SED HÆC TANTUMMODO FIANT AD IMPERIALEM DOMUM: ET UT LICEAT PERPETUAS EMPHYTEUSES [38] AGI AB ORATORIIS IN ORATORIA, DECRETO VIDELICET INTERPOSITO: EXCEPTA HAC MAJORE ECCLESIA: NEC TAMEN IN PRIVATAM PERSONAM TRANSEAT EMPHYTEUSIS.

tiariorum, *l.* 30. *§. ult. C. de inoff. teſt. l. ult. C. de ſilentiar.* Jul. *hic, domeſticorum, arg. l.* 6. *§.* 3. *C. de advoc. diverſ. judic.* vendi poteſt: ergo & pignorari, *l.* 9. *§.* 1. *ff. de pign. l.* 1. *C. Si aliena res pignor.* Certaminum commoda non poſſunt pignorari, *l.* 5. *C. quæ res pign. oblig.* poſſunt tamen ex cauſa judicati capi, *l.* 4. *C. de re jud.* ut & ſtipendia armatorum militum, *l.* 4. *C. de execut. rei jud.* & eodem modo commoda eccleſiaſtica. vid. *hic Cujac.* 1 Liberi & uxor percipiunt annonam ſeu ſcholæ placitum militiæ defuncti, & creditori defuncti præferuntur: quia & ſi non ſint heredes defuncti, ſcholæ placitum ad eos lege defertur; Jul. *hic*, *l.* 11. *in fin. Cod. de proxim. ſacror. ſcrin.* Quod ſi creditor eum in finem pecuniam credidit, ut militia emeretur, eamque ſpecialiter pro debito pignoravit creditori, erit eo caſu potior muliere liberiſque defuncti, *§. h. t.* adde Anton. Mercatorem 3. *Not.* 14. 2 Id eſt, etſi patri heredes non extiterint. 3 Hujuſmodi enim militia pignorari poteſt & vendi.
4 Et quæ quartam partem bonorum defuncti mariti capere debet, Jul. *c.* 192. vel ita, quæ partem percipit in bonis mariti defuncti: ſeu de legitima, quæ uxori inopi debetur ac præſtatur in bonis mariti mortui. 5 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Præterea. C. unde vir & uxor.* 6 Alias non, *l. un. C. unde vir & uxor. l.* 3. *C. quor. bon. §.* 2. *J. h. t.* Jul. *hic.* 7 *l. ult. C. de repud. Nov.* 22. *c.* 18. 8 Si tres liberi defuncto fuerint, & uxor ejus inops, uxor quadrantem accipiet: ſi plures, virilem uſusfructu tenus. *Nov.* 117. *c.* 5. quin, proprietatis jure, ex Nov. Leon. 106. 9 *Novell.* 74. *cap.* 5. *in fin.* 10 Mulier inops poteſt agere ad ſupplementum quartæ ſibi debitæ in bonis mariti locupletis. 11 Quartam viro competentem in bonis uxoris locupletis defunctæ obſerva. 12 Mulier res ſuas mortuo marito retinere poteſt ac vindicare: & ita mariti creditores excludere, niſi marito ſucceſſerint. 13 Dives uxor quartam non habet in bonis mariti. 14 Indotatæ uxori maritus donare propter nuptias non poteſt: ultima tamen voluntate aliquid ei relinquere poteſt.
15 Id eſt, anno 537.
16 Id eſt, legem ultimam *c. de agric. & cenſitis.* 17 Ut conſtitutio, quæ de adſcriptitiis agit, locum habeat, ex quo publicata eſt. *Interpret. Scrimg. editio.* De his, qui ex libera matre & adſcriptitio patre nati ſunt. Jul. *conſt.* 48. De colonis natis ex liberis perſonis, *Index Reginæ apud* Cujac. huc pertinet *c.* 1. *J. h. t.* 18 Ut cuicunque orationis domui, & alii loco ſacro cum ſimili domo aut loco interpoſito decreto immobilium poſſeſſionum commutationes facere liceat, *Interpret. Scr. edit.* ſi venerabilis locus cum alio venerabili loco permutationem facere maluerit. Jul. *hic. conſt.* 48. Ut loca ſacra prædia invicem commutare poſſint. *Index Reginæ apud* Cujac. Huc pertinet *c.* 2. *J. h. t.* 19 Undecimo libro Codicis. Jul. *c.* 193. *l. ult. C. de agricol. & cenſitis.* 20 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Antiqua, C. de infantibus expoſ.* 21 *d. l. ult.* 22 Olim qui naſcebatur ex adſcriptitio & libera, erat adſcriptitius: hodie ingenuus, *ut hic, & d. l. ult.* Qui ſic naſcitur in Africa, liber quidem eſt & res proprias habet: in ordine tamen colonorum eſt, nec poteſt prædium dimittere, in quo natus eſt, & alienum excolere. vid. *conſt. quandam Juſt. apud* Cujac. 4. *obſ.* 28. *eaque extat in Nov.* 162. *c.* 2. 23 Ex libera matre qui naſcitur, ingenuus eſt.
24 Lex non porrigitur ad præteritos caſus, niſi nominatim dictum fuerit, vide *l.* 7. *C. de legibus.* 25 Id eſt, *d. l. ult.* 26 Hinc ſumpta eſt Authentica *Item. C. de ſacr. eccl.* 27 *Nov.* 46. adde *Nov.* 7. 28 *d. Nov.* 46. *c.* 2. 29 Permutationes bonorum eccleſiaſticorum ut fieri poſſint. 30 Non ſoli imperatori permutare cum eccleſia licet res immobiles, ſed & ipſis eccleſiis. 31 Argumentum obſerva: Res principis immobiles cum eccleſia poſſunt permutari, ergo & ipſius Eccleſiæ: quia Eccleſiæ omnes ſummi principis, nempe Dei ſunt. 32 Dixi ad *Novell.* 46. 33 *Nov.* 46. *c.* 3.
34 Sanctæ Sophiæ. 35 Id eſt, 537.
36 Ut in poſterum. 37 De permutatione rerum eccleſiaſticarum, *interpretatio Scrimger. editionis.* Ut cum ſolo principe ſacrorum bonorum permutatio fiat. *Index Reginæ.*
38 De emphyteuſi rerum eccleſiaſticarum. *Scrimg.* Ut liceat venerabilibus locis perpetuos contractus emphyteuſeos inter ſe facere. Jul. *conſt.* 19. Ut loca ſacra invicem perpetuam

NOVELLA CONSTIT. LV.

Imp. Juſtin. Auguſt. Mennæ archiepiſcopo Conſtantinopolitano.

PRÆFATIO.

LEgem ſcripſimus dudum, eccleſiaſticas quidem alienationes [1] prohibentem, ſolam autem commutationem permittentem ſanctiſſimis eccleſiis, necnon ſanctiſſimæ majori eccleſiæ hujus feliciſſimæ civitatis, dum imperium accipere aliquid ab aliqua venerabilium domuum voluerit, poſtea ſiquidem aliam ſcripſimus legem [2], qua excepimus ſanctiſſimam majorem eccleſiam, permittentes, quaſdam alienationes quas illa lex dicit. Quia vero cognovimus eo quod aliqui prioris conſtitutionis capitulum, quod de permutatione competentium rerum ſanctiſſimis domibus ad imperium ſcripſimus, ad artem legi contrariam converterunt: poſtulaveruntque nos quidem a ſanctiſſima eccleſia accipere, his autem hæc dare, hinc aggreſſi ſunt multi quidem ſimilibus petitionibus nitentes ſacram circumvenire conſtitutionem. Quæcunque ergo geſta ſunt a nobis usque ad præſentem diem, hæc ſub ſchemate quod nunc eſt, valere volumus, nullo permutando horum quæ jam a nobis cum ſanctiſſima eccleſia in talibus contractibus geſta ſunt, aut cum iis qui hæc a nobis perceperunt.

CAP. I.

DE cætero autem ſancimus, nulli penitus ullam eſſe licentiam aliquid tale agere: ſed illas ſolas valere permutationes, quæ ad imperialem domum in hoc factæ ſunt, ut perpetuo apud imperium maneant, & non [3] transferantur ad privatum: neque illarum jus per medium imperium ad eos proficiſcatur. Sed ſi quid tale fiat, licentiam damus reverendiſſimis œconomis res apprehendere hujuſmodi, & trahere eas rurſus ad ſanctiſſimam eccleſiam, tanquam ſi nec ab initio contigiſſet permutationes harum ad imperium factas: ſed ſervari hoc ſchema in perpetuum ex præſenti die inchoatum, omnibus, quæ dudum (ſicut prædiximus) poſt priorem legem ſecundum modum prædictum geſta ſunt, ratis manentibus: eo quod illa quidem quæ ſic facta ſunt, a viris geſta ſunt. Nunc autem quidam volunt, illorum exemplo utentes, & nobis eſſe moleſti, & ſanctiſſimam majorem eccleſiam hujus feliciſſimæ civitatis circumvenire: quod per omne tempus nullo modo fieri volumus. Sed & ſi fiat quolibet ſchemate, hoc etiam infirmum eſſe, & a ſanctiſſima majore eccleſia in perpetuum vindicari: nulla ei temporis præſcriptione in hoc objicienda.

CAP. II.

Ut eccleſiis inter ſe liceat perpetuos contractus emphyteuticos facere.

ILlud quoque ſancimus, ut aliis omnibus de jure emphyteuſeos ſancitis, & in ſanctiſſima majore eccleſia, & in aliis omnibus venerabilibus domibus proprium robur habentibus, licentia ſit ſanctiſſimis eccleſiis & venerabilibus domibus ad invicem [4] & emphyteuſim perpetuam agere: decreto quippe hic faciendo: excepta quidem hac ſanctiſſima majore eccleſia in hac celebrata emphyteuſi: ut non ad privatam perſonam extendi omnino poſſit.

EPILOGUS.

† Tua igitur beatitudo, quæ juſſa ſunt a nobis, cuſtodiat: & iis, qui ſub ea metropolitanas ſedes habeat, faciat manifeſta, ut & ipſi quæ nobis placuerunt cognoſcentes, nihil horum prævaricari præſumant: erit enim univerſis a Deo judicium & exinde pœna, ſi quid præter hæc aut ipſi egerint, aut agi permiſerint. Dat. 3. Non. Novemb. CP. Imperat. DN. JUSTIN. PP. Anno XI. poſt BELIS. V. C. CONS. Anno 2. Indictione prima [5].

TIT. XI.

UT EA QUÆ VOCANTUR INSINUATIVA [6] SUPER CLERICIS, IN MAJORE ECCLESIA QUIDEM DENTUR: IN ALIIS AUTEM ECCLESIIS PENITUS NON DENTUR.

NOVELLA CONSTIT. LVI. 7.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Mennæ Archiepiſcopo civitatis regiæ Conſtantinopolitanæ.

PRÆFATIO.

PLurimas aditiones ſuſcipientes, hanc legem dirigere ad tuam beatitudinem juſtum exiſtimavimus. Qui enim ordinantur a tua reverentia clerici in ſanctiſſimis eccleſiis (abſque tamen ſanctiſſima majori eccleſia) omnium patiuntur crudeliſſima non ſuſcipientibus eos illic eccleſiis, antequam [8] quantum voluerint accipiant aurum: & novimus hoc ex frequentibus aditionibus de hoc factis nobis.

CAP. I.

SAncimus igitur, beatitudinem tuam hoc validiſſime cuſtodire, ut ſi quidem conſuetudo eſt dare eos, qui ordinantur in ſanctiſſima majore eccleſia, hoc eos præbere: nihil enim de iis quæ dantur in ſanctiſſima majore eccleſia novamus. Præterea vero in aliis omnibus nulli in eis clericorum licentiam eſſe penitus pro iis quæ vocantur inſinuativa [9], aliquid ferre. Sed & ſi quis tale aliquid egerit, illum quidem privari [10] ſacerdotio: in illius autem officium introire qui miſſus eſt: & hanc eum avaritiæ ferre mercedem: cuſtodire vero hoc etiam Deo amantiſſimos defenſores ſanctiſſimæ majoris eccleſiæ, pœnam formidantes decem librarum auri, ſi quid horum neglexerint: ſed gratis omnia procedere. Deinde [11] etenim defunctiones & miniſteria non per venditionem [12], nec per mercationem fieri aliquam volumus, ſed pure & citra redemptionem, ſic enim rei digni fient nulla venditione ac mercatione facienda.

EPILOGUS.

† Tua igitur beatitudo, & qui poſtea in pontificalibus acceſſerint ſedibus: quæ a nobis ordinata ſunt, & per hanc declarata ſunt legem, operi effectuique tradere feſtinet. Dat. 3. Kal. Novemb. CP. Imp. DN. JUSTIN. Aug. Anno XI. poſt BELIS. V. C. CONS. Anno. 2. [13].

TT. XII.

UT CLERICI QUI RECEDUNT [14], ALIIS PRO EIS SUBROGATIS, PRÆBEANT SUBROGATIS [15] EMOLUMENTA: RECEDENTES AUTEM REMEARE VOLENTES NON SUSCIPI: ET UT SI [16] QUIS ÆDIFICANS ECCLESIAM, AUT ALITER IN EADEM SERVIENTIBUS MINISTRANS EMOLUMENTA, VOLUERIT ALIQUOS CLERICOS INSTITUERE: NON FORTUITE EOS, SED PROBATIONE SANCTISSIMI PATRIARCHÆ SUSCIPIAT.

NOVELLA CONSTIT. LVII.

Imper. Juſtin. Aug. Mennæ ſanctiſſimo hujus regiæ urbis archiepiſcopo & univerſi ejus tractus Patriarchæ.

PRÆFATIO.

PLurimi ſæpe clerici quibuſdam orationis obſervientes domibus, aut etiam forte ab aliquibus prius inſtituti, miniſtrantur eis ab aliquibus ſolemnes expenſæ: deinde ſeparant ſemetipſos a divinis omnino ſacramentis propter quas ipſi noverunt cauſas, aut pro qualibet occaſione recedunt omnino a ſanctiſſima, in qua conſtituti ſunt, eccleſia.

CAP. I.

De clericis ſubrogandis in locum deſertorum clericorum.

SAncimus igitur, non [17] ex hoc fieri prohibitionem ſacro miniſterio, ſed alios ſubrogari [18] a Deo amantiſſimis epiſcopis, ſub quibus ipſæ conſtitutæ ſunt eccleſiæ, & eos hæc accipere. Non enim volumus aliquibus dari lucra [19] quæ jam eis per ipſos aut propter ipſos expendebantur ſanctiſſimis eccleſiis: quoniam nolumus per quamlibet occaſionem lucrum aliquos facere ex aliorum [20] fraudatione: ſed quæ ab initio miniſtrabantur ſemper dari, & non ſacrum ex hoc miniſterium corrumpi, non exiſtente licentia, poſtquam ſtatuti fuerint aliqui pro prioribus clericis aut a ſanctiſſimo patriarcha aut a provincialibus epiſcopis, rurſus recedentes denuo remeare velle, & expellere ſubrogatos: & cogi duplicia [21] miniſtrare eos qui faciunt talem expenſam: dare etiam ſubrogatis, & denuo remeare volentibus: ſed illos quidem revertentes non ſuſcipi. Qui vero poſt deceſſum priorum ſtatuti ſunt, eis dari emolumenta, nullo vero hinc miniſtrantibus acceſſu talia lucrari nitentibus: ex ſua ſubſtantia omnino præbentibus his qui ab eis ſtatuti ſunt emolumenta, & omnes expenſas: heredibus eorum & ſucceſſoribus ſcientibus, quia ſi etiam poſt hæc fraudaverint, certa poſſeſſio deputabitur ex eorum ſubſtantia ſacris noſtris privatis, ut hinc miniſtratio eis fiat.

CAP. II.

Ut fundatoribus eccleſiarum facere in eis clericos non liceat, ſed tantum præſentare.

ILlud quoque ad honorem, & cultum ſedis tuæ decernimus, ſi quis ædificans eccleſiam, aut etiam aliter expendens in ea miniſtrantibus alimenta, voluerit aliquos clericos ſtatuere: non [22] eſſe ei fiduciam ullam quos vult per poteſtatem deducere tuæ reverentiæ ad ordinandos eos, ſed examinari a tua ſanctitate: ſententiaque tua, & qui pontificalem ſedem rexerit, ſemper hos ſuſcipere ordinationem, qui tuæ beatitudini & qui poſtea opportuni videbuntur exiſtere, & Dei miniſterio digni ut [23] non profanentur ſancta Dei, (hoc videlicet quod ſacris ſancitur [24] eloquiis) ſed intacta hæc & ineffabilia tremendaque conſtituta, ſancte & Deo amabiliter & venerande tractari.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, beatitudinem tuam ſervare perpetuo ſancimus: cognoſcentes, quia non minus nobis curæ eſt ſanctarum eccleſiarum conſervare utilitatem, quam ipſius animæ. Dat. 3. Non. Novemb. *Conſtantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. Auguſt. Anno XII. poſt BELIS. V. C. CONS. Anno tertio [25].

emphyteuſim contrahere poſſint, *Index Reginæ*. 1 *Novell.* 7. 2 *Nov.* 46. *c.* 3. *Nov.* 54. *c.* 2. *in fin.* 3 Res eccleſiaſticæ delatæ ad imperatorem cauſa permutationis, privatorum fieri non debent. Sed hoc abrogatum, *Novell.* 119. *c.* 10. 4 Eccleſiæ ad eccleſiam permiſſa permutatio. 5 Id eſt, anno 554.

6 Εμφανιστικά. *Scr.* De emphaniſticis, quæ a clericis exiguntur, Jul. *conſt.* 50. ut in ſola eccleſia Conſtantinopolitana præbeantur inſinuationes. *Index Reginæ*. Inſinuativa ſunt, quæ novi clerici dant veteribus pro ſuo introitu, *pour leur entrée & bien venue*. Quæ dant Epiſcopi Enthroniſtica, *Nov.* 123. *cap.* 3. cathedratica Juliano & Alexandro, *c. Eccleſiis* 9. *de cenſibus*: adde *Novell.* 123. *cap.* 16. *ubi dicam de Annatis* Canonica. J. *Nov. Iſaac. Comn.* 7 Fit hujus Novellæ mentio in quodam ſcholio 3. *Eclog.* 1. *cap.* 42. 8 Corruptis moribus clerici, gratia non promovebantur Juſtiniani ſeculo. 9 Hinc illud, Gratis accepiſtis, gratis date. 10 Si hæc conſtitutio uſitata eſſet, pauci hodie ſacerdotes eſſent. 11 Τὰς γὰρ τοῦ δεσπότου Θεοῦ λειτουργίας τε καὶ ὑπηρεσίας οὐ κατὰ πρᾶσιν &c. id eſt, nam domini Dei miniſteria & functiones non per venditionem &c. 12 Simonia eſt, ſpiritualia eisve adnexa emere: a Simone Mago ſic dicta, qui primus ſceleris hujus deteſtandi auctor fuit, vid. *l.* 3. *Cod. de Epiſcop. cap.* 1. & paſſim *extr. de Simonia.* 13 Id eſt, anno 554.

14 De clericis, qui a ſuis deſtiterunt eccleſiis, *interpret. Scrimgerianæ editionis.* Si eccleſiam ſuam clerici dereliquerint, Jul. *conſt.* 51. ubi hujuſmodi deſertores vocat deſtitores. 15 De ſubrogatis clericis. *Index Reginæ.* huc pertinet *cap.* 1. 16 De his, qui ædificant εὐκτηρίους οἴκους, id eſt, orationum domus. *Scrimger.* De eo qui eccleſias ædificat, vel annonas clericis donat, Jul. *d. l. cap.* 19. ut qui ædificant ædem ſacram, ordinent in ea clericos Patriarchæ autoritate, *Index Reginæ*, huc pertinet *c.* 2. 17 *Nov. Leon.* 8. 18 Clericus deſertor non privatur clericatu, ſed ejus loco alius ſubrogatur. 19 Diaria, ſalaria, *Jul.* ſportulas Cypr. 1. *epiſt.* erogationes annonarum, *Novell.* 6 cibaria, *l.* 99. *ff. de legat.* 3. σιτήσεις, χορηγιῶν. *J. h. t.* 20 Alterius fraudatio, nemini adjumento eſſe debet. 21 Id eſt, conduplicatas impenſas ſuſtinere. 22 Qui eccleſiam ædificant, aut de ſuo clericis præbent annonas, jus habent inſtituendi & ſubſtituendi clericos, quos voluerint (id vulgo appellatur *jus patronatus*) dummodo prius eos obtulerint & commendaverint epiſcopo, cui dignos admittere, indignos reſpuere licet, *Nov.* 123. *c.* 18. de hoc jure latiſſime ſcripſit Rochus a curte, *Tractatu de jure patronatus.* 23 Ὥστε μὴ βεβηλοῦσθαι τὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ, Scrimg. 24 *Ezechiel.* 20. τὸ ἅγιον οὐ βεβηλάσετε. 25 Id eſt, anno 555. quæ ſubſcriptiones Cujacio non probantur, ut pleræque aliæ harum *Novellarum* 4. *obſerv.* 28.

TIT. XIII.

UT IN PRIVATIS DOMIBUS SACRA [1] MYSTERIA [2] NON FIANT [3].

NOVELLA CONSTIT. LVIII.

Imperator Justinianus Augustus Mennæ archiepiscopo regiæ civitatis Constantinopolitanæ.

PRÆFATIO.

ET priscis sancitum est legibus, nulli penitus esse licentiam, domi quæ sacratissima [4] sunt agere: sed publice sinere procedere in credulitatem, & Dei culturam, secundum sanctionem de his sacratis actibus traditam. Et nos etiam hanc in præsenti ponimus legem, quam cum omni cautela teneri volumus. Omnibus enim interdicimus magnæ hujus civitatis habitatoribus, magis autem etiam totius nostræ ditionis in domibus suis habere quasdam quasi orationum domos: & in his sacra celebrare mysteria [5]: & hinc fieri quædam Catholicæ, & Apostolicæ traditioni extranea. Sed si quidem domos ita simpliciter aliqui habere putant oportere in sacris suis, orationis [6] videlicet solius gratia, & nullo celebrando penitus horum quæ sacri sunt mysterii, hoc eis permittimus. Invidia enim nulla est, si volunt circa hæc habere habitacula quædam, & in eis tanquam in sacris orare, aliis autem omnibus abstinere: nisi tamen in eis voluerint aliquos invitare clericos, hic quidem sanctissimæ majoris ecclesiæ, & sub ea sanctissimarum domuum, voluntate ac probatione sanctissimi archiepiscopi ad hoc deputatos: in provincia vero Deo amabilium episcoporum: nulla novitate sedi ejus beatitudinis ex præsenti nostra lege facienda circa existentia ei quolibet modo in ordinationibus aut gubernationibus hic aut in provinciis jura: sed omnibus etiam competentibus ei quolibet modo & tempore, ratis nunc & in omne reliquum tempus servandis: sancimus tuam hæc conservare gloriam, & manifesta omnibus per literas proprias constituere, quatenus per omnia valeat lex. Hæc enim & gloriosissimo præfecto felicis hujus urbis, & sanctissimo archiepiscopo, & universali Patriarchæ præcipimus, ut ex civili & sacerdotali virtute hæc perpetue custodiantur. Sciant enim & ipsi domuum domini: quia si non hæc custodierint, ipsi quidem sub imperiali fient motu: domus [7] autem in quibus aliquid tale agitur, & publice fient, & sub sacratissimum nostrum ærarium deducentur. Si autem & aliquos contingat tale aliquid in suis habere domibus: sciant quod nisi intra tres menses, ex quo hæc lex insinuata fuerit, hæc correxerint, & ad figuram a nobis ordinatam deduxerint, sub prædicta pœna fient. Hæc autem agi cum veritate, non per aliquam calumniam volumus: *Veracium* [8] *enim solummodo sumus amatores.* Hæc sancimus tuam custodire celsitudinem, & nihil tale fieri concedere. Scito enim quia si didicerimus, quod tibi tale aliquid denunciatum, deinde non prohibuisti aut tu, aut successores tui cinguli futuri: ipse quidem quinquaginta librarum auri expones pœnam, & qui successores cinguli tui fuerint: parens autem tibi officium, idem sustinebit damnum, quia rem nobis studiosam, & sanctissimæ ecclesiæ custodientem unitatem, & prohibentem quæ a nobis aperte interdicta sunt agi latenter, passum est despicere commissum: & circa ipsum cingulum periclitabitur: insuper & ipsam domum in qua aliquid tale agitur, fieri publicam & sub sacratissimum venire ærarium.

EPILOGUS.

† Scriptum autem est a nobis & sanctissimo Patriarchæ felicis hujus urbis, ut & ipse hujus ponat rei providentiam. Volumus enim sacerdotaliter & judicialiter hæc servata durare in reliquum tempus immutilata. Dat. 3. Non. Novembr. CP. Imp. Dom. JUSTIN. PP. A. Anno XI. post BELIS. V. C. CONS. [9].

TIT. XIV.

DE DEBITA IMPENSA [10] IN EXEQUIIS DEFUNCTORUM.

NOVELLA CONSTIT. LIX.

Idem Imperator Justinianus Augustus Joanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

SIngula bonorum operum a nobis Dei auxilio oportet accipere principium, aut si qua, ea quæ aliis facta sunt bona, secuta est corruptio, hanc emendari a nobis & in antiquum reduci ordinem. Ut nos aut factione rei aut correctione ad bonos actus studeamus habere semper participium. Quale videlicet aliquid & super exequiis defunctorum factum non recte perspeximus emendare, & donare omnibus, ne duplicem sustineant difficultatem simul quidem ut quæ sua sunt amittant, simul autem ut pro se damnificentur. Sed quod *Constantinus* [11] piæ memoriæ recte cogitans disposuit, & post hæc *Anastasius* piæ memoriæ firmavit, adjiciens etiam reditus causæ, hoc nos ipsi cum periculum patiatur cadere, reparare & dare cum omni cautela & terminis competentibus cogimur, illud facientes manere immortale. Constantino [12] enim piæ memoriæ nongentis [13] octoginta [14] ergasteriis, ex diversis corporibus felicissimæ hujus urbis, sine tributis dante sanctissimæ majori ecclesiæ; Anastasio [15] vero piæ memoriæ non solum ergasteriis illis quinquaginta & centum adjiciente, sed & reditum [16] certum largiente per duas pragmaticas formas, quatenus quod ex ipso reditu colligitur aurum, proficiat ad ea quæ dantur a Deo amabilibus œconomis his qui ad hoc laborant: plurimi plerumque adierunt nos, dicentes non similiter causam procedere, neque sine mercede fieri defunctorum exequias, sed exigi amare, & inveniri plurima foris nomina & corpora quæ etiam invitos exigunt lugentes, & cogunt dare non habentes, hæc omnia justum judicavimus competenti correctione digna facere.

CAP. I.

PRimum itaque ea quæ per ergasteria plurimam susceperunt læsionem & deminutionem, ad plenum restituimus sanctissimæ majori ecclesiæ sacram propter hoc scribentes formam ad urbis præfecturam, quatenus ipsa cum obediente sibi officio traderet mille [17] centum ergasteria omnibus modis Deo amantissimis ecclesiæ defensoribus & œconomis sanctissimæ dictæ ecclesiæ: octingentis quidem in corporibus ergasteriorum præbendis Deo amantissimis defensoribus, trecentis autem [18] Dei cultoribus œconomis, ut Deo amabiles œconomi habeant quadraginta [19] ergasteria, & reditum ab Anastasio divæ memoriæ donatum, nequaquam querentes tanquam minus sit, sed supplementum ex trecentorum ergasteriorum datione habentes, facere menstruorum expensas, & decanis, & aliis ordinibus, Deo vero amabiles defensores habentes octingenta ergasteria & appellatos lecticarios præbere & aliud ministerium facere quod defunctorum exequiæ volunt, quatenus per hoc damna auferantur lugentium.

CAP. II.

OPortet ergo supradicta mille centum ergasteria custodiri & Deo amabilibus œconomis & defensoribus semper sine tributis & sine diminutione, & supplenda a gloriosissimo præfecto felicis hujus urbis, si quis fiat casus quolibet modo aut mutatio horum faciei aut mercationis, ut Deo amabiles quidem œconomi [20] habentes prædiorum administrationem quæ sepulchris deputata sunt, habentes etiam sine tributis trecenta ergasteria, defensores autem octingenta, circa exequias defunctorum faciant gubernationem, ea quidem quæ ex prædiorum reditu accedunt a Deo amabilibus œconomis dari sepulturis, sicut descendentes diximus, adjecto etiam ex trecentis ergasteriis cremento, quod etiam ipsum in ipso opere percipere petierunt. Quia igitur mille centum ergasteriorum in hac existentium felici urbe plurima ceciderunt, præcipimus secundum præsens tempus repleantur, & horum mille centum ergasteriorum numerum imminutum conservatum & sine tributo, divisum secundum dictum a nobis modum servari & Deo amabilibus œconomis & Dei cultoribus defensoribus: ut tamen non minus sint Decani seu laboratores [21] octingentis deputati Deo amabilibus defensoribus, pro vero trecentis datis Deo amabilibus œconomis, licentiam his esse iisdem Deo amabilibus viris si voluerint, in corporibus accipere trecenta ergasteria, aut omnia aut quædam ex his, aut percipere occasione appellatorum excusatorum, pecunias pro cunctis aut pro aliquibus ergasteriis, ipsasque pecunias, quas hactenus non habebant, (sicut & ipsi nostram docuerunt potestatem) expendere circa defunctorum exequias, ut ex his pecuniis & ex reditibus prædiorum distributio fiat & decanis [22] & ascetriis [23] & canonicis, [& acolythis [24]] sicut descendentes ordinavimus. Iisdem enim Deo amabilibus œconomis docentibus quia jam impossibile est ex prædiis de cætero eundem reditum servari, recte nos trecentorum ergasteriorum crementum distribuimus huic parti, quatenus, quod inculpabiliter hactenus datum est laborantibus, circa funerum exequias, & deinceps detur, hoc est per singulum mensem quadringentos solidos dividendos Decanis & acolythis & ascetriis, & canonicis [25], secundum eam, quæ hactenus apud eos tenuit consuetudo: hoc est decanis quidem per singulos menses centum octoginta duos solidos, ascetriis autem nonaginta [unum] solidos, & acolythis nonaginta unum solidos, & canonicis triginta & quinque solidos, congregandos quidem ab eisdem Deo amabilibus œconomis, solvendos autem in eis, qui consueverunt accipere, per sex menses.

CAP. III.

OPortet autem competentem quidem auri partem reverendissimis ascetriis [26] dari, per Deo amabiles œconomos secundum [27] dictas inducias, Eugenio Deo amabili diacono & xenodocho Sampsonis [28] sanctæ memoriæ Xenonis, & ejus qui per nos constitutus est, & his qui erunt post eum Deo amantissimi xenodochi memoratorum xenodochiorum, eo quod ascetriæ ad hoc ministrantes opus sub xenodochis per tempus memoratorum venerabilium xenodochorum constitutæ sint, quod autem contingit Acolythos & reverendissimas canonicas similiter dari ab eisdem Deo amabilibus œconomis, & qui nunc præsunt eis, & quibus per tempus præsulatus earum committitur, ut per eos distributio fiat prædeclaratis, & sub eis constitutis ascetriis & canonicis, necnon & acolythis: Si vero retro [29] fecerint circa talem solutionem Deo amabiles œconomi: & hoc palam fiat intra sex menses, in secundo semestre veniente, si nullam fecerint solutionem, tunc omne quod post primum semestre debetur, exigi semper a Deo amabilibus œconomis, cum usura tertiæ [30] partis legitimæ centesimæ post semestre tempus, providentiam hujus ponente per tempus sanctissimo archiepiscopo & patriarcha felicis hujus urbis sanctissimæ majoris ecclesiæ.

1 Et illicita, *l.* 15. *Cod. episc. l.* 3. *l.* 8. *Cod. de hereticis.* 2 Græci appellant, ἱερὰν μυσταγωγίαν. *Scrimg.* μυσταγωγίαν. J. *h. t.* ut ne domui fiat communio sacra. *Index Reginæ.* Græci quoque vocant τὰ ἱερώτατα, J. *h. t.* sacram Missam. Jul. *hic in fin. c.* 199. ἱερὰς μυσταγωγίας καὶ λατρείας *Nov. Leon.* 4. adde & σωτήριον βάπτισμα *Leon. Nov.* 15. *Synops. in Trullo c.* 31. & 59.
3 Etiamsi in domo sua oratorium habuerit, vide Jul. *const.* 52. 4 Τὰ ἱερώτατα.
5 Μυσταγωγίαν. 6 Christiani propriis in ædibus oratoria habere possunt, & in iis orare.
7 Vid. *Nov.* 14. §. 1. *Nov.* 43. *cap. ult.* §. 2. adde *Novell.* 131. *cap.* 8. 8 Martial. 8. Epigram. 76. *Dic verum mihi Marce, dic, amabo, Nil est quod magis audiam libenter.*
9 Id est, anno 552.
10 De impensis in funera mortuorum faciendis, Jul. *const.* 53. De sumptibus funerum: 3. *C.* 44. *Index Reginæ apud Cujac.* adde *Novell.* 43. 11 *Leon. Nov.* 12.
12 *l.* 4. *C. de sacros. eccles. Nov.* 43. *Nov. Leon.* 12. 13 *d. l.* 4. & *d. Nov.* 43.
14 *Forte* quinquaginta, *ut l.* 4. *Cod. de sacr. eccles.* 15 *d. Novell.* 43. 16 *l.* 18. *C. de sacros. eccles.* 17 *d. Nov.* 43. 18 Oeconomi a defensoribus distinguuntur.
19 Τριακόσια, id est, 300. 20 Oeconomi ad sumptus sepulturæ habebant prædiorum sepulturæ destinatorum administrationem cum 300. ergasteriis: Defensores vero 800. ergasteriorum administrationem. 21 Κοπιατάς. Decanorum hoc munus erat, cadavera mortuorum obvolvere, efferre, sepelire. Epiphanius eos numerat inter vetera Ecclesiæ ministeria.
22 Decani. *l.* 4. *C. de sacr. eccles. l.* 1. *Cod. de collegiat.* lecticarii seu copiatæ, vespillones, νεκροφόροι, Bergenæ, adde *Novell.* 43. *supr. h. t.* 23 Ascetriæ & Canonicæ sunt monachæ 2. *Nicæna* 20. Basilius episcop. πρὸς Θεοδώραν κανονικὴν περὶ βίου κανονικοῦ. Macarius Homilia 27. distant ab invicem sicut Asceteria a monasteriis. Sanctimoniales dicuntur a Juliano hic, earum fuit officium, psallere. Sane Julian. hoc loco Asceterium unum, ex octo sanctimonialibus psallentibus & tribus acolythis constituit: quod Anastasius singulis cadaveribus sive lectis attribuit. 24 Acolythi, quasi asseclæ; eorum officium erat prælucere & funalia deferre. Goth. Vid. *cap. cleros. in fin.* 21. *dist.* Duaren. *de sacros. lib.* 1. *cap.* 14. Ans.
25 Hinc constat, funerum elationes sumptibus ecclesiæ, non defunctorum fieri solitas non a clericis, sed ab ascetriis mulieribus, acolythis & decanis. Ascetriæ psallebant quasi præficæ olim. Acolythi deferebant funalia: Decani feretrum sive lectum, unde & lecticarii & copiatæ, vespillones olim. Cujac. *lib. de divers. temporib. cap.* 8. 26 Ἀσκητρίαις.
27 Κατὰ τὴν εἰρημένην προθεσμίαν, id est, dicto termino. 28 De Xenodochio Sampsonis alibi dixi. 29 Κατόπιν, id est, coram. 30 Ex mora sex mensium œconomis in-

CAP.

CAP. IV.

SI autem & alter annus transeat, & neque sic aliquid exsolvant Deo amabiles œconomi reverendissimis mulieribus aut memoratis decanis, licentiam esse per tempus sanctissimo patriarchæ, non solum exigere Deo amabiles œconomos debitum cum dicta usura, sed etiam dare eos cogere quæcunque decreta sunt, (& si voluerit sanctissimus Patriarcha) expellere eos a gubernatione prædiorum, & exigere horum faciem puram ab eis qualis est. Horum omnium solicitudinem ponente pro tempore beatissimo archiepiscopo & universali patriarcha, sub quo sunt & Deo amabiles œconomi & omnis clerus, & universus sanctissimæ majoris ecclesiæ status. §. 1. His ita factis nullum penitus ab invito percipere pro mortuo corpore tutato [1] quicquam, ut autem discreta sint omnia, sancimus singulo lecto gratis dato unum asceterium [2] dari, asceteriarum aut canonicarum non minus octo mulierum præcedentium lectum & psallentium & tribus acolythis, qui nihil penitus accipient. Si tamen quis voluerit competentium defuncto & exequias facientium ipse sponte, cogente nullo & aliud asceterium unum [3] aut duo aut etiam amplius assumere: hoc sit quidem ejus munificentiæ, tamen nec hoc indefinitum relinquimus, & hic eandem mensuram esse volumus harum quæ per munificentiam assumuntur asceteriarum seu canonicarum, & acolythorum, quam superius definivimus, non minus octo asceterias seu canonicas esse, quæ ex unoquoque asceterio assumuntur, & tres acolythos per singulum asceterium.

CAP. V.

DAre autem asceteriis seu canonicis his, quæ circa id gratis ministrare sumuntur, si quidem intra novos [4] muros felicis hujus urbis sint exequiæ, usque ad ternos [5] solidos, nihil ex hoc acolythis penitus recipientibus, neque dividentibus hæc cum reverendissimis asceteriis aut canonicis. Acolythis autem qui præter tres gratis ministrantes sumuntur, siquidem alii tres sint, fieri contentos siliquis tribus: si vero sex, siliquis sex: & deinceps secundum hunc modum etiam de his gubernari. Certum vero est, quia si & spatium plus consistat, & qui [6] lecto ministrant decani plures sint, asceteria plura propter hujus oneris partem, etiam aliquid & ipsis dabitur secundum similitudinem ad asceteria disciplinæ laborantium, ut differentia laboris videantur aliquod & ipsæ habere hinc solatium. Videtur autem intra novos muros & transitus [7] Justinianarum [8] seu Sycorum quoniam non longe constitutæ (neque) egeret ampliori tempore vel labore ad veniendum ibi. Si vero foris novos muros felicis hujus urbis exequiæ fiant, aut etiam in alios [9] transitus citra quam dictum est, tunc asceteriis quidem seu canonicas dimidiam partem solidi accipere, neque hic communicantibus penitus ullo modo eis acolythis. Ipsis autem acolythis in singulo asceterio quatuor accipientibus siliquas, & ultra hæc nihil, secundum memoratam divisionem, asceterio sequente gratis datum lectum cum tribus acolythis, & ipso omnino veniente, per octo asceterias aut canonicas, & tres (sicut dictum est) acolythos, & nihil penitus accipientibus, neque per circorum [10] dationem exigentibus, & aliam mensuram adinvenientibus sub alio velamine.

CAP. VI.

HÆc itaque omnia definivimus super his, qui non per munificentiam quærunt duos majores lectos in venerabili vasorum [11] custodiario positos. Dicimus autem Studii gloriosæ memoriæ, & Stephani magnificæ memoriæ. Si quis enim illos voluerit accipere, utpote [12] & pluribus hominibus egentes, & custodia potiori & omnimoda curiositate egentes, hoc non conjungimus his quæ prius diximus, sed tanquam magnificam exhibens voluntatem, quantumcunque pro labore decanis aut reverendissimis asceteriis vel canonicis dare placuerit, tantum & præbeat, non tamen valentibus transcendere decem solidorum quantitatem in duobus lectis Studii & Stephani, in [13] deaurato autem posito in sanctissima majore ecclesia, vel uno solido pro eo forsan faciendo quatuor solidorum, asceteriis autem, & canonicis, & acolythis duplicia accipientibus, quam prius de his definivimus, quippe & ipso asceterio seu canonicis gratis in aliis lectis præcedente, eandem accipiente quantitatem, quam & reliqua asceteria. Hoc ipso & supra acolythis observando quod prædiximus, ut & isti duplum horum quæ jam a nobis ordinata sunt, accipiant: quando unus tamen horum trium fuerit lectus, in quo funus agitur, id volente qui hoc celebrat: quippe Deo amabilibus defensoribus necessitatem habentibus corpora decanorum præbere, ex iis deputavimus octingentis ergasteriis & etiam lectos, non tamen expensas facere aliquos, Deo amabilibus œconomis cogendis, vel ex reditu ab Anastasio divæ memoriæ relicto, vel ex trecentis ergasteriis omnem memoratam expensam fieri circa dictas personas secundum in omnibus ordinatam a nobis divisionem. Sic nihil indefinitum erit, sed mediocres [14] sepulturas fieri volentes hac fruentur dispositione, & ad munificentiam respicientes, non magis damnificabuntur, sed erunt cum mediocritate munifici.

CAP. VII.

HÆc igitur nos decrevimus, & super ergasteriis, & super reditibus, & super exequiis, vel quæ gratis, vel quæ per munificentiam fient. Custodes quoque ponimus, ut imminutus semper custodiatur ergasteriorum numerus, non solum gloriosum præfectum hujus urbis, & ei obediens officium, sed multo potius tuam celsitudinem, & qui semper cingulo sunt addendi, cui nunc ipse præsides. Insuper & pœnam definimus & adversus officium tuum, si quis neglexerit, quinquaginta librarum auri, & adversus eos qui semper tuam perceperint sedem, duplicem, ut non concedatur aliquando memoratorum mille centum ergasteriorum numerus deficere, secundum dictam a nobis divisionem: sed si docearis hoc, aut ipse, aut qui post te, hujus omnem ponas providentiam, & procures eum imminutum per omnia perdurare: & inonustum [15] & sine adinventione, & a tua celsitudine & ab omni alia persona, ut non hæc fiat occasio quatenus contra quod definitum est detur aliqua merces pro funere alicujus personæ, nulla [16] discretione facienda personarum defunctarum, sive divites sint, sive pauperes, nisi tantum, sicuti præcedenter diximus, unum trium lectorum elegerint, in quibus competentia disposuimus. Et volumus etiam illa tenere secundum hunc modum, & esse per omnia immutilata & immortalia, hac sacra pragmatica lege per omnia tenente, donec [17] sunt homines, donec magnum & valde laudandum Christianorum nomen in hominibus est, & quotidie per Dei providentiam augetur: providente quippe his, ante alios omnes ipso sanctissimo patriarcha hujus felicis urbis, ut cum pontificali dignitate [18] ipse causa [19] utens, non sinat ab ulla Persona neque sacerdotali, neque judiciali, neque aliorum ulla depravari, quæ a nobis ordinata sunt, sed [20] & ipsum imperium conjuramus, ad magnum respicientes Deum, ut semper sceptrorum Dominus vigilanter huic rei provideat. Non enim hoc pro solis mortuis, sed etiam pro viventibus & maxime imperantium salute est, pios actus omnino ad effectum adduci, & non prælaborantium bonum opus a subsequentium desidia perire. Sicut autem ad mille centum ergasteria imminuta & sine tributo servari disposuimus, ita reliqua [21] ergasteria omnia sub tributis constitui sancimus, nullo penitus licentiam habente ea excipere a tributis, neque venerabiles domos, neque ex Xenodochiis, neque ex asceteriis, vel monasteriis, aut alio quolibet, sed neque ipsa imperiali nostra domo, aut qui in principatibus vel potestatibus sunt, sed omnibus ergasteriis similiter agnoscentibus tributa, nec paulatim singula excusare, & proprium levigare, & reliquis paucis existentibus totum imponere pondus, & ex hoc magnum sustinere dispendium, ferre hoc non valentes.

EPILOGUS.

† Tua igitur celsitudo, & qui post eandem administrationem acceperit, & parens tibi officium, quæ placuerint nobis per præsentem divinam pragmaticam formam, nunc & in reliquum omne tempus servabunt. Dat. 3. Non. Novembr. CP. DN. JUSTIN. PP. A. An. XI. post BELIS. V. C. CONS. Ann. 2. [22].

TIT. XV.

UT DEFUNCTI [23] SEU FUNERA [24] EORUM NON INJURIENTUR A CREDITORIBUS [25], ET UT CONSILIARII [26] NON SUSCIPIANT COGNITIONES [27] ABSQUE JUDICIBUS.

NOVELLA CONSTIT. LX.

Imp. Justin. Aug. Ioanni gloriosiss. sacrorum prætoriorum per Orientem præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

QUi varietatem [28] causarum conjiciunt, non facile ad culpam veniunt, si veritatem examinent: quosdam namque verisimile est multitudinem [29] legum, quæ per singula a nobis adjiciuntur, culpare, non considerantes, quia opere [30] semper vocante, consonas causis ponere leges compellimur: cum semper inopinabile emergat, & ab iis quæ jam posita sunt, mederi non valeat: quale quidem nuper est agnitum. Deberi enim [31] sibi quidam dicens ab aliquo, dum hominem in morte cognovisset esse constitutum, milites congregans, & servos alios plurimos, ingressus est super morientem: verum ille anxiatus clamare cœpit, donec eum violentia compressum reliquisset spiritus: at ille etiam signacula [32] imposuit rebus sua potestate, præsente nullo in cingulo constituto, aut quolibet omnino legali & civili officio observato: & neque ita recessit, sed etiam defunctum injuriare eum non piguit, primum quidem insistens [33] non fieri exequias: deinde, cum vix cœpisset de domo deponi mortuum, instabat publice portari lectum non sinens: neque deducendum dicens, nisi debitum perceperit, donec sponsorem accepit: & ita jam defunctum tradi terræ permisit. Negotium siquidem, quo hæc commissa sunt, competenter dispositum est: oportere autem judicamus etiam generali lege hæc emendare: non sinentes hæc rursus committi semper sine legislatione manentia.

CAP. I.

De creditoribus qui mortuis debitoribus imminent. sic Julianus.

SAncimus [34] igitur, si quis illo superstite adhuc quem putat debere sibi, ascendat domum ejus, & molestus sit superstiti homini, aut qui ejus sunt, uxori forte vel filiis, aut domui omnino, aut etiam signacula [35] per propriam potestatem imponere præsumat, non prius decreto & officio legali servato: post ejus qui dicitur debere, mortem, actione quidem modis [36] omnibus ca-

figuntur usuræ trientes. 1 Id est, curato. 2 Asceterium unum, octo monialibus & tribus acolythis constat. Jul. *hic.* 3 Duobus aut tribus etiam assisteriis funus defuncti prosequi licuit. 4 Qui a Theodosio juniore constituti sunt, *l.* 18. *C. de sacros. eccl. l.* 18. *Cod. de operib. public. l.* 7. *C. de metatis.* 5 Tressem, *Jul.* hic male *tremissem.* tressis, tres asses: tremis tertia pars solidi: *tiers d' escu.* 6 Decani lectis ministrabant. 7 Πέραμα. *Novell.* 159. trajectus ille maritimus appellatur hodie. *Pera.* 8 Justinianæ vel Sycæ, Jul. *hic:* Sycenæ, *Stephan.* Συκαὶ καθ' ὑμᾶς Ἰουστινιαναὶ προσαγορευθεῖσαι. 9 Transmarina loca, *Jul.* Constantinopoli erant domus & prædia trans mare, inde cadavera in urbem deferebantur. 10 Κηρῶν, cereorum. 11 Κειμηλιοφυλακείῳ. De thesauro & cimelio ecclesiæ adde *l. ult. Cod. de bonis autorit. judic. possidendis: l.* 20. *Cod. de agricolis.* De Cimeliarchia, *Novell.* 40. 12 Lecti funebres Studii & Stephani pluribus hominibus & custodia potiori & curiositate egebant, ac propterea eorum commodatorum nomine major pecunia exigebatur, non tamen ultra decem solidos. 13 Ἐπὶ δὲ τοῦ χρυσοπάστου &c. *Scring.* pro eo vero, quod auro intertextum est, quodque in sancta majore ecclesia ponitur. 14 Id est, mediocris sumptus. 5. Cicer. 2. *de leg.* 15 Ἀβαρῆ καὶ ἀνεπινόητον. 16 Quod recte observari humana cupiditas atque socordia vix patitur. 17 Est tamen magnæ quæstionis, an in hujusmodi rebus principes successorem obligent? quod vix est, ut obtineat. 18 Ἐξουσίᾳ, autoritate, potestate. 19 Πράγματι, occasione. 20 Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν βασιλείαν κατακρίνομεν ὡς τὸν μέγαν ἀφορῶσαν Θεὸν, ὥστε τὸν ἀεὶ τῶν σκήπτρων κύριον ἀγρύπνως τοῦτο πράγματος προνοεῖν. *Scring.* 21 Supernumeraria ergasteria ecclesiæ, sumptibus funerum non deputantur, ideoque a tributis non sunt immunia. 22 Id est, ann. 554. 23 Adde *l.* 1. §. 4. *l.* 27. *ff. de injuriis.* 24 Λείψανα. *Scring.* Ne reliquiæ debitorum a creditoribus injuria afficiantur. *Index Reginæ.* De reliquis sive cadaveribus mortuorum alibi, huc refer *c.* 1. J. *h. t.* 25 De creditoribus, qui morientibus debitoribus suis imminent. Julian. *const.* 54. 26 Πάρεδροι. *Scring.* Ne adsessores causarum cognitionem suscipiant. *Index Reginæ.* 27 Μήτε προκάταρξιν ποιεῖν, μήτε ἀποφάσεις ἐκφέρειν. *Scr.* id est, neque litis contestationem fieri sinant, neque sententiam ferant. 28 Veritatem οἱ τῆς ἀληθείας τῶν πραγμάτων ἐστοχασμένοι. *Scring.* 29 Multitudo legum multitudini actionum imputatur, non voluntati vel studio legislatoris. 30 Necessitate, χρείας. *Scring.* 31 3. Harm. 5. §. 72. 32 Vid. *tit. C. ut nemini liceat sine judicis auctoritate signacula rebus imponere alienis.* 33 *Nov.* 115. *c.* 5: *l.* 38. *ff. de relig. l.* 3. §. 4. *l.* 8. *ff. de sepulchro: l. ult. Cod. de sepulchro.* 7. *Eclog.* 6. *ex l.* 23. *tit.* 2. *c.* 1. *fol.* 75. Ambrosius *lib. de Tobia:* adde *l.* 2. *in fin. ff. de in jus vocando.* 34 Hinc sumpta est Authentica, *Item qui. Cod. de sepulchro violato.* Goth. De pœna eorum, qui vel ægrotantibus, vel animam agentibus, vel reliquis defunctorum, sub prætextu crediti consequendi, vid. Rittershus. *part.* 13. *c.* 6. Ans. Adde Pecc. *de jure sistendi cap.* 5. *n.* 23. S. L. 35 *d. t. C. ut nemini liceat sine judicis auctoritate signacula* &c. 36 Modis omnibus cadere est ipso jure cadere; qua de re vide

dat

dat [1], ſive juſtam habeat hanc, ſive non: quantum vero deberi ſibi dicit, tantum aliud ſuper exigatur, & detur injuriati heredibus. Confiſcationem [2] quoque in tertiam partem ſubſtantiæ ſuſtineat, (ſicut [3] & Marcus Philoſophus imperator in ſuis conſcripſit legibus) & infamia feriatur. Qui enim hominis naturam non [4] erubuit, dignus eſt, & pecuniis, & gloria, & aliis omnibus condemnari. §. 1. Si vero etiam moriente quodam, circa funus peccetur aliquid morientis, quod exequias prohibeat [5]: ſcripta quidem jam lex eſt, & a noſtro patre ſuper hoc: tamen ſimul etiam ex noſtris major ſequatur delicti pœna, & iiſdem ſubjaceat, quæ præſens infert lex eis, qui in viventem tale aliquid, quale diximus, committunt: hujus rei providentiam habente præcipue quidem glorioſiſſimo præfecto hujus feliciſſimæ civitatis, cui talium emendationum cura eſt: nihilominus autem & glorioſiſſimo ſacrorum noſtrorum prætoriorum præfecto, & glorioſiſſimo magiſtro ſacrorum officiorum, & ſemper his obedientibus officiis. Oportet enim communibus [6] exiſtentibus contra naturam injuriis, communem eſſe judicibus ſuper his prohibitionem atque vindictam: his non in ſola hac feliciſſima civitate valentibus, ſed etiam in omnibus gentibus, quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit Deus, alium vero adjecit, & adhuc etiam dabit, ſicut ait quidam ante nos: provinciarum quippe judicibus, ſive militaribus, ſive civilibus, hujus rei providentiam habentibus. Sequitur enim hic quidem judices eorumque officia triginta librarum auri pœna, ſi quid horum neglexerint: provinciales autem quinque, ſi neque ipſi ad hoc inſtiterint, denunciatione qualibet aut hic aut per provincias facta.

CAP. II.

Ne conſiliarii ſive adſeſſores ſuſcipiant cognitiones abſque magiſtratibus.

ILlud [7] etiam recte ſe habere perſpeximus, non permittere (ſicut Zenonis piæ memoriæ dicit conſtitutio [8], & noſtra quoque) conſiliarios judicum ipſos cauſas per ſe audire, quæ apud adminiſtratores [9] aut datos a nobis [10] judices agitantur. Multo namque melius atque perfectius coram ipſis adminiſtratoribus præſentibus illis quorum intereſt, cauſæ moventur, terrore imminente exhibitis teſtibus, & omnino cauſa propriam habente honeſtatem, quam ſi apud pedaneos judices talia decernantur, in nullo conſiliariorum officio diſtante ab illis. Sed quoniam a nobis conſtituti ſemper adminiſtratores, occupationibus rerum, noſtrarumque juſſionum comprehenſi, ad hanc neceſſitatem deponuntur: oportet conſonam congruamque legem rebus imponere. §. 1. Sancimus igitur conteſtationes quidem litium omnibus modis apud [11] ipſos fieri adminiſtratores [12], ſive majores, ſive minores ſint: ſed etiam in mediis litibus introduci rurſus apud eos ſemel moti negotii res, quatenus ea quæ examinantur, agnoſcant. cum vero noviſſima [13] ſententia proferenda eſt, nullo modo præſumere conſiliarios abſque adminiſtratoribus audire, ſed eum cum competenti honeſtate, quam dudum diſpoſuimus, propoſitis ſacroſanctis eloquiis, ipſos adminiſtratores [14] & audire quæ examinata ſunt omnia, conſequenter & judicare eos negotia, & ſuſcipere appellationes, ſi quis appellaverit, ſine ulla dilatione, ubi lex hoc fieri permittit: & rurſus appellationis judices modis omnibus per ſe audire negotia, nullo agere aliter præſumente: ſed ſi quid tale fiat, ipſis quidem adminiſtratoribus viginti librarum auri formidantibus pœnam: conſiliariis autem qui tale aliquid agere præſumpſerint, ſi quidem advocati ſunt, expellendis ab eloquentiſſimorum advocatorum collegio: ſi vero advocati non ſunt, ſed alii quidam: etiam cingulo (ſiquidem habent) privandis, & decem librarum auri caſtigandis pœna. Non enim oportet eos qui Zenonis [15] piæ memoriæ contempſerint legem, & dudum noſtram & præſentem, arbitrari ut unquam falſitatis hujus fugiant pœnas. Erit enim curæ per tempus glorioſiſſimi comitis ſacrorum noſtrorum privatorum [16], hujus rei habere providentiam & exigere pœnam, & inferre ærario, dum tale aliquid commiſſum fuerit: cognoſcente etiam ipſo, quia de ſuo, fiſco complere debeat, niſi hujus rei habuerit competentem providentiam. §. 2. Sed hoc quidem in adminiſtratoribus [17] decernimus: quibus publicæ & circa noſtras juſſiones occupationes, ut non per ſe audiant cauſas, concedunt veniam. Alios autem omnes qui nullam adminiſtrationem habent, cauſas autem ex juſſionibus noſtris audiunt, aut in hac feliciſſima civitate, aut in aliis, ſi tale aliquid egerint, & eos qui in officio conſiliariorum cum eis audierint, adhuc vehementioribus affligimus pœnis, niſi per omnem conſequentes litem, ipſi cum ſuis conſiliariis audiant cauſam. nam & dignitatum caſum eis interminamur, & pœnam vicenarum librarum auri: & eorum conſiliarios ex ipſa pelli civitate in qua hoc egerint: inſuper etiam ipſos proprio cadere honore.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ viſa ſunt nobis, & per hanc divinam declarata ſunt legem, omnibus faciat manifeſta, ſecundum ſolennem modum edictis per provincias utens: ut nullam gentium lateat aliquid quod a nobis ſancitur. in hac enim feliciſſima civitate glorioſiſſimus præfectus urbis hoc proponet. Dat. Kal. Decemb. CP. Imp. Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XI. poſt BELIS. V. C. CONS. Anno 2. [18]

TIT. XVI.

UT IMMOBILIA ANTENUPTIALIS [19] DONATIONIS NEQUE HYPOTHECÆ DENTUR, NEQUE OMNINO ALIENENTUR A VIRO, NEC CONSENTIENTE UXORE, NISI POSTEA SATISFIERI POSSIT UXORI: HÆC VERO ETIAM IN DOTE VALERE.

NOVELLA CONSTIT. LXI.

Imp. Juſtin. Auguſt. Joanni glorioſiſſ. ſacrorum Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

CAuſam miſerandam fieri cognoſcentes, coram nobis ipſis negotio moto: illud quidem correximus competenti modo, lege autem generali emendamus hujuſmodi negotia (hoc quod moris eſt noſtri.)

CAP. I.

Ut immobilia propter nuptias donationis neque hypothecæ dentur, neque omnino alienentur.

ET ſancimus, ſi quis conſcripſerit antenuptialem aut propter nuptias donationem, (ſic enim eam oportere magis vocari decrevimus [20]) ſive ipſe pro ſe hoc faciens, ſive etiam altero ſcribente, aut patre, aut matre, aut cognatis, aut extraneis forte: Si quis [21] igitur tale aliquid fecerit, & ſcripſerit donationem, in qua etiam aliquid immobilium eſt: interdicimus [22] ei aut de cætero ſupponere rem conſcriptam in antenuptiali donatione, aut alienare omnino. Quod enim ſemel vinculis ſponſalitiæ largitatis obligatum eſt, non erit conveniens alienari: ut mulier eveniente forſitan lucro, quod ei confert antenuptialis donatio, difficultatem patiatur, non inveniens [23] rem in viri ſubſtantia, cum ſit alienata aliis aut ſuppoſita, ut potentibus forte perſonis, quatenus illi propter hujuſmodi cauſas aut ſit omnibus modis inaditilis vindicatio aut difficilis, & litibus egeat, dum ex hoc ipſo ſit adjuvanda. §. 1. Quapropter hoc obſervetur, & qui poſt hac contraxerit, ſciat, quia ſive emptionem, ſive hypothecam habeat, nihil horum utilitatis habebit omnino, ſed æqualia erunt non ſcriptis, nec dictis, quæ ſuper hoc ſcripta ſunt, aut convenerunt: ut ſervetur uxori lucrum. Non enim videntur nobis immoderate feciſſe quidam noſtrorum judicum, qui etiam ipſam in rem actionem mulieribus poſt matrimonii tranſactionem in ſponſalitia largitate dederunt, quod recte inchoatum, deinde a poſteris judicibus quaſi pro ſupervacanea quadam ſubtilitate conceptum eſt, & non quaslibet vias & artificioſas invenıant, ſumentes hypothecas præparando mulieres conſentire, & ita proprio cadere jure. Conſenſus [24] etenim in talibus aut in hypothecam, aut in venditionem, aut in aliam alienationem conſcriptus, percipienti omnino non proderit, ſi ſemel conſenſus fiat: ſed ſicut in interceſſionibus ſcripſimus, ut oporteat biennii [25] tempore exiſtente [26] & rurſus aliam profeſſionem ſcribi confirmantem conſenſum: & tunc ratum [27] eſſe quod factum eſt: ſic & in hoc fiat. §. 2. Et ſi conſentiat mulier ſecundum ſpeciem in interceſſionibus, ſit omnino indemnis, niſi etiam ſecundum (ſicuti prædiximus) celebraverit conſenſum: plura namque ex primo mox auditu delinquuntur: muliere quippe mariti ſeductionibus [28] facile decepta, & propria negligente jura. Cum vero in plurimo tempore cogitaverit pro negotio, fiet forſan cautior. §. 3. Verum tamen neque hoc ſimpliciter damus, ſed tunc mulierem ex ſecundo conſenſu damno ſubmittimus, dum ſunt aliæ res, ex quibus poſſibile eſt ei ſatisfieri pro re vel rebus immobilibus, quæ in antenuptiali donatione continentur, & quæ ab alio detinentur, propter alienationis aut ſuppoſitionis modum: alioquin [29] ſi nihil aliud ſuperſit, neque ſic læſionem ſuſtinere mulierem permittimus: ſed licet ſecundo vel frequenter conſentiat, cauſa ad interceſſionis feratur rationem, & ſit omnino ei lucrum ſub cautela poſitum: niſi apparuerit relictum aliud ſufficiens ad antenuptialis largitatis quantitatem. Et hæc dicimus non [30] ſolum parcentes mulieribus, ſed multo potius viris talia facientibus: ſiquidem & multis & pene pluribus caſibus communibus filiis antenuptialis donationis ſervantur res: & rurſus hæ remanent apud ſubſtantiam viri, ejusque ſucceſſionem, ex hac obſervatione: ideoque utilis eſt lex uxori & marito ſecundum has ratiocinationes. Et multo [31] potius hæc in dote valebunt, ſi quid dotis aut alienetur, aut ſupponatur: jam enim hæc ſufficienter delimata atque ſancita ſunt. §. 4. Sed neque ipſos contrahentes omnino negleximus: nam ſi etiam ſuper his obligationem quantum ad mulieres neque dictam neque ſcriptam eſſe volumus: tamen ipſos viros in aliis earum rebus obligari volumus occaſione alienationis aut hypothecæ, mulieribus quidem ſervantes in ipſis immobilibus rebus ſponſalitiæ largitatis jus innovatum: illis autem competens jus ex

plura apud Matheſilanum *ſingulari* 112. *&* 115. Ludovicum Romanum, *ſingulari* 1. Franciſcum Cremenſ. *ſingul.* 7. qui formulas ſimiles eſſe notat, quoties quid lege jubetur fieri omnino, penitus, mox, illico, funditus *&c.* 1 Pœnam creditoris cadaver mortui debitoris inferri prohibentis obſerva. Eſt autem hæc pœna legis Juliæ de vi. *l.* 12. *in fin. l.* 13. *D. quod met. cauſ.* 2 Confiſcationem tertiæ partis bonorum obſerva. Hæc eſt pœna legis Juliæ de vi, ut ea damnatus, tertia bonorum parte multetur, & fiat infamis, *l. pen. ff. de vi priv.* 3 Divus Marcus meminit tantum amiſſionis crediti. *d. l.* 12. *l. pen. ff. de vi priv.* 4 Pœna Talionis ita ſolet infligi: Qui non erubuit cadaver defuncti, fit hic infamis. Qui fumum aulicum vendiderat, Alexandri Severi juſſu, fumo punitum legimus, *teſte Lamprid.* Qui nefaria hortamenta ad corrumpendas virgines & viduas protulerunt, eis meatus oris & faucium liquentis plumbi ingeſtione clauduntur, *l.* 1. *C. Theod. de rapt. virg.* & delatores congeſti in navigia raptim conquiſita tempeſtatibus dediti, ut ita abirent fugerentque vaſtatas delationibus terras. Plin. *in Panegyrico:* adde quæ notavi ad *Nov.* 115. *cap.* 3. §. 13. 5 Dixi *ſupr.* 6 Superflue uni aut paucis ſcribitur, ubi eſt cauſa cunctorum. Salvian. *ad Eccleſ. Novella Leonis* 27. 7 Hinc ſumpta eſt Auth. *Ad hæc, C. de judiciis.* 8 Neutra conſtitutio hodie extat. facit tamen *l.* 1. *C. de judic.* 9 Αἱ παρὰ τοῖς ἄρχουσιν, quæ apud magiſtratus. 10 *l.* 5. *Cod. de judic.* 11 Ut Magiſtratus Conſtantinopolitanæ civitatis cauſas in conventionibus certis audiant, & ſententiam dicant. Julian. *num.* 202. 12 Παρ' αὐτοῖς γίνεσθαι τοῖς ἄρχουσιν, apud ipſos fieri magiſtratus. 13 Id eſt, ultima cognitio, Julian. *hic & l. ult. Cod. de præſcr.* 30. *ann.* hoc eſt, definitiva, talis enim eſt definitiva, quæ ſane ultima eſt, ſic Noviſſima pœna, quæ ultima. Noviſſimum judicium, id eſt, ultima voluntas. *l.* 9. *Cod. de collat.* 14 Magiſtratus, hoc autem innuit, Magiſtratus urbanos ſeu Conſtantinopolitanæ urbis cauſas in conventionibus certis audire & ſententiam dicere. Jul. *hic num.* 202. 15 Dixi ſuperius, hanc conſtitutionem non extare. 16 Vide *tit. C. de off. com. rer. priv.*

17 Ἐπὶ τῶν ἀρχόντων, id eſt, in magiſtratibus. 18 Id eſt, anno 534. 19 De jure propter nuptias donationum. Jul. *conſt.* 55. ut ne conſentiente quidem muliere alienentur vel obligentur prædia donationis propter nuptias: *Index Reginæ apud Cujac.* Huc pertinet *cap.* 1. Goth. Ad hanc Novell. vid. Gudelin. *de jure noviſſ. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 5. Rittershuſ. *in expoſit. Nov. part.* 2. *cap.* 4. Anſ. 20 Vid. *Nov.* 119. *c.* 1. *l.* 20. *C. de donat. ante nupt.* 21 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sive a me. C. ad Vellejan.* & Authentica, *permiſſa. Cod. de don. ante nupt.* 22 Rei propter nuptias donatæ, non conſiſtit obligatio aut pignus, aut alienatio, *l.* 8. *C. de don. ante nupt.* Atqui nondum eſt ea uxoris? Poteſt eſſe. Si ita eſt, cur non mulier reſtitutione potius juvatur? Ei utilius eſt ipſo jure obligationem a principio non ſubſtitiſſe, quam valuiſſe & reſcindi. Quid ſi mulier ſemel conſentiat pignori aut alienationi? Creditori conſenſus mulieris non prodeſt, §. 1. *verſ. conſenſus. ſupr. h. t.* Nunquam igitur proderit? Imo vero: ſi videlicet mulier iterum conſenſerit. *d. verſ. conſenſus.* 23 Vide *tit. Inſt. quib. alienare.* 24 Conſenſu etiam uxoris maritus obligare non poteſt aut vendere rem propter nuptias ei donatam. 25 Præſumitur certa animi ſcientia & perſeverantia confirmatum, quod poſt biennium confirmamus. 26 Conſenſus mulieris intra biennium inutilis, poſt biennium novo conſenſu firmari poteſt. *l. un.* §. 15. *C. de rei uxor act.* ut ita emptori rei propter nuptias donatæ conſulatur, ſi modo mulieri ex rebus aliis mariti cautum fuerit. §. 3. *J. h. t.* An idem eſt de dote? negat Joannes. *arg. d.* §. 15. Julianus vero anteceſſor ait *conſt.* 55. §. *hæc autem dicimus*, facit §. 3. *verſ. & multo potius* §. 4. *in fin.* ibi, omnibus privilegiis jam doti datis. *J. hoc tit.* 27 Nota regulam. 28 Mulier eſt fragilis naturæ, *d.* §. 15. & facile ſeduci poteſt, *ut hic:* Niſi tamen aliud occurrat, iniquum fuerit dicere, omnem contractum mulieris initum mariti autoritate, præſumi factum inſtigatione & ſeductione mariti. 29 Exceptio regulæ ſuperioris. 30 Cauſa exceptionis. 31 Argumentum a donatione propter nuptias ad dotem, ſumptum a minore ad majus nota; Quod valet in donatione propter nu-

documentis

documentis quantum in aliis ejus rebus: omnibus privilegiis [1] jam doti datis a nobis in sua firmitate manentibus, quando mulier moverit, aliis enim omnibus præter [2] mulierem, hujusmodi privilegia, nec ex antiquo dedimus, neque nunc damus.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modum edictis (præceptis) per provincias utens, ut nullam gentium lateant, quæ a nobis sancita sunt, in hac enim felicissima civitate gloriosissimus præfectus urbis hæc proponet.

TIT. XVII.
DE CONSULTATIONIBUS.

NOVELLA CONSTIT. LXII.

DE ORDINE [3] SENATORUM (ut in quibusdam libris inscribitur) seu DE CONSULTATIONIBUS [4], (ut in Contii manuscriptis Novellis) seu, (ut Anton. Augustinus ex Florentino Codice refert) DE SENATORIBUS [5]. Epitome partim ex Haloandri, partim ex Juliani epitomis collecta per Antonium Contium, nam apud Scrimgerum nihil ejus extat præter nudum [6] Titulum.

ANTIQUIS TEMPORIBUS AL. ANTE DE HIS IPSIS.

Fuit ergo Latina lingua edita hæc Novella, cujus omissa præfatione sententia hæc est apud Julianum & Haloandrum.

HÆc [7] constitutio jubet provocationes in consultationibus, non tantum in amplissimis magistratibus, sed etiam omnibus [8] Senatoribus induci, ut totus Senatus causas [9] appellationum audiat & conveniat, quamvis silentium [10] tantum sine conventu Senatoribus denunciatum fuerit. Silentio enim conventum inesse [11] videri. Audiant itaque provocationes sanctis Evangeliis propositis, & quod sibi visum fuerit, Imperatori referatur, ut ex divina sententia ejus, Senatus calculus confirmetur [12].

§. 1. Agat autem Senatus conventus in Hippodromis [13]. §. 2. Urbicaria [14] præfectura omnibus aliis præsideat [15] dignitatibus, id est, ante sedeat [16]. Et post præfectum cæteri patricii numerentur: & consules quidem, & qui inter eos consularibus insignibus decorantur, secundum consularem ordinem & prærogativas consulatus sui sedeant, ut tamen anteponantur ordinarii [17] consulares honorariis consularibus. Et post [18] hos præfectorum & magistrorum militum & illustrium virorum ordo ponatur. Omnes autem isti habeant facultatem in Senatu sententiam dicere. Qui autem propter cingulum magistratus a Senatoribus honoratur, etiam post depositionem cinguli sui, inter Senatores connumeretur. Liceat autem illustribus viris patriciatus codicillos accipere, quamvis [19] neque consulares, neque præfecti facti sunt. Quod non solum in futuro tempore, sed etiam in præterito constitutio relaxavit. §. 3. Illud autem certum est, quod tertiam partem sportularum in ingressu dignitatis dare compellantur, omnibus aliis & consuetudine sportulis dandis in quavis promotione in sua firmitate durantibus. Qui autem præsentem constitutionem non observaverint, pœna quinquaginta librarum auri plectentur. Quæ pœna non solum ipsis violatoribus constitutionis imminebit, sed etiam aliis, qui eam violari concesserint. Dat. CP. post consulatum BELISARII iterum CONS. Al. in editione Haloand. PP. Mense Januario post consulatum BELISARII V. C. Anno secundo [20].

TIT. XVIII.
DE NOVI [21] OPERIS NUNCIATIONE MARITIMI [22] ASPECTUS.

NOVELLA CONSTIT. LXIII.

Imp. Justin. Aug. Longino hujus almæ urbis [23] præfecto.

PRÆFATIO.

CAusam quæ dolose fit in hac regia civitate circa domuum ædificia, cohibere & emendare justum credimus. Quia enim *certis mensuris distare domos ab invicem, Zenonis piæ memoriæ constitutio* [24] *dicit:* nos etiam aliquid tale [sancivimus. Sequitur autem] *in hac regia urbe non posse aliquid* [25] *ultra centum pedes prohibere maris aspectum, rem omnium gratissimam.* Oportebat quidem forsan, & exampliari mensura aspectus ejus partem, & non eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabili quadam machinantur arte. Quidam [26] enim centum pedum relinquentes mensuram, aut etiam parum aliquid, huic addentes, deinde ædificant: nihil aliud habentes, sed tanquam aliquod velum tetenderint: & cum abstulerint maris aspectum per omnem potestatem, & non repugnantes legi propter centum pedum spatium, interim ædificant sine prohibitione: & dum quod quærunt potiuntur, deponunt illud quod propter utilitatem ab eis injunctum est. Sed ita schema circumvenientes omni voluntate, extraneas possessorum constituunt domos: quod de cætero fieri nullo modo volumus inventum.

CAP. I.

SEd si quis voluerit tale aliquid excogitare & malignari, non taliter ludat: sed si hoc egerit, pro veritate domum totam ædificet: & usque ad spatium totum (centum dicimus pedum) tendat, ædificia faciens tanquam necessaria sibi, & inevitabilia futura, non autem propter [27] vicini læsionem construat parietes, & velut ex quadam pictura talem extendens machinationem, privationem aspectus arripiat. Sicut [28] enim eis qui aliena diripiunt, directe adversamur, & pœnis dignos putamus: ita & hæc molientes nihilominus in malitiam eorum qui alienas res abripiunt, æstimavimus. Unde si parvam [29] aliquam rem per modum abreptionis auferre præsument, beneficio [30], vi bonorum raptorum conquadruplatur pœna: quomodo non hunc necesse est qui tale aliquid agit, & cogit quod ab eo factum est, alia majori pœna multari? hoc est decem librarum auri inferendarum theatralibus [31] tuæ celsitudinis, ut non malus [32] vicinus (hoc quod in sermone) constitutus vadat deridens legem, tanquam non valentem eum propriis inhibere dispositionibus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem: tua celsitudo in hac felicissima civitate operi terminoque contradere, & in perpetuum una cum obedienti officio servari festinet, eadem decem librarum [33] imminente pœna contra hæc prævaricari sinentes. Dat. 7. Id. Mart. CP. Imp. Domin. JUSTIN. PP. August. Anno XI. JOAN. V. C. CONS.

TIT. XIX.
DE [34] HORTULANIS [35] CONSTANTINOPOLITANÆ [36] CIVITATIS.

NOVELLA CONSTIT. LXIV.

Antonio Contio interprete.

Idem Imp. Longino gloriosiss. præfecto felicis & regiæ hujus urbis.

PRÆFATIO.

MUltæ undique nobis accusationes ex tempore multo contra felicis hujus urbis & ejus proastiorum [37] hortulanos deferuntur, indignantibus cunctis de ipsorum malitia. Quæ autem delata sunt, talia quodammodo sunt.

ptias. hoc multo magis in dote valere oportet. 1 Ac si diceret, donata propter nuptias certa lege possunt obligari & alienari, §. 1. *supr. h. t.* & dos quoque, *ut hic*, Jul. *hic. §. hæc autem dicimus.* Igitur ea parte dos & donatio propter nuptias comparantur. An in omnibus aliis? Minime. Dotis actio privilegiata est: donatio propter nuptias non æque. *Nov.* 97. *l.* 12. §. 2. *ff. qui potior.* Theophil. *in §. fuerat. Instit. de act.* 2 Dotis privilegium personale, quia non transfertur in heredem extraneum, *l.* 1. *C. de privileg. dot.* in filium transmittitur, *Novell.* 91.

3 Julianus *constit.* 59. *num.* 20. Huc referre possis Lucium 4. *Placitor. tit. de Curia in publ. præcedent. & tit.* 6. *de ordin. sedendi.* 4 Jul. *ibid. n.* 204. 5 Περὶ συγκλητικῶν. *Scrimg.* de senatu. *Index Reginæ.* 6 Contextum enim Novellæ non habet.

7 Julianus *constit.* 56. *in princ.* quæ inscripta est, *de consultationibus.* 8 De numero Senatorum ad Senatusconsultum faciendum necessario, vide Paulum Manutium *lib. de senatu, cap. de senatusc.* 11. *quæst.* 4. 9 Quibus de rebus cognosceret Senatus, vide Manutium, *d. lib. cap. de jure referendi* 8. 10 Dupliciter Senatusconsultum confirmatur: conventu, vel silentio sine conventu. Conventu, quoties singulorum senatorum sententiæ exquisitæ sunt: silentio, quoties senatores quidem interfuerunt, remque totam audierunt, sed discesserunt, aut manus porrigendo aut pedibus in sententiam eundo: & ita senatusconsulta fiebant, non tantum conquisitis singulorum sententiis, sed per discessionem tacito consensu. Vide Paulum Manutium *lib. de Senat. cap. de ordine rogandi sententias* 19. *& de dicenda sententia* 10. *& præcipue cap. de senatusconsulto.* 11 Id est, qui silet, nec contradicit, approbare & consentire videtur. 12 Si princeps præsens aut res magni momenti fuerit: quicquid decrevit senatus, non aliter valet, quam si id ipse princeps ratum habuerit. Huc refer Manutium, *d. l. cap. de senatuscons. quæst.* 5. 13 Hippodromus locus fuit Constantinopoli. Romæ semper habebatur senatus in sacris locis ac ædibus, ut in templo Vulcani sub Romulo: in Curia Hostilia, sub Hostilio: post exactos reges, modo in Jovis, Apollinis, Martis, Bellonæ, Castoris, Concordiæ, Virtutis, Fidei: modo in curia Hostilia, Pompeja, Julia conveniebat senatus. Extra urbem duabus tantum de causis habebatur, in æde Bellonæ, ut legati exterarum gentium audiri possent: quibus in urbe Senatum dari mos non fuit, præsertim si ab hostibus venirent, Livius 42. Festus *in Senaculatria* 14. Gell. 17. deinde ut duces exercitus audirentur, quos Romam ingredientes imperium deponere oportebat, *Festus.* Idem ex Nicostrato refert, olim tria tantum conventicula fuisse Senatus, ædem Bellonæ, de qua §. ædem Concordiæ inter Capitolium & forum: tertium ad portam Capenam. Festus in Senaculatria, adde Manutium *in lib. de senat. c. de loco habendi Senatus.* 14 Urbicariam præfecturam Augustus instituit, teste Suetonio & Victore Aurelio. 15 *l.* 3. *Cod. de off. præfect. urb.*

16 Et ita abrogatur lex tertia *Cod. de consulibus patric. omnibus anteponend.* 17 Ordinarii consulares, qui ordinarium consulatum re ipsa gesserunt. 18 Ordinem serva, quo quisque in Senatu Constantinopolitano sententiam dixerit. 19 In eo quoque abrogatur *d. lex* 3. *C. de consulibus.* 20 Id est, anno 554.

21 Dixi *ff.* 39. *tit.* 1. 22 De prospectu maris Jul. *const.* 57. 2. Harm. 4. *c.* περὶ ἀπόψεως θαλάσσης: adde *Nov.* 165. *& l.* 11. *l.* 14. *l.* 15. *l.* 16. *ff. urban.* 23 *l.* 12. §. 2. *C. de ædif. privat. &* 2. Harm. 4. §. 59. 24 Pertinet etiam hæc constitutio ad provinciales, *l. ult. C. de ædif. privat.* 25 Τινά. 26 Sensus est, Potest quisque vicino prospectum maris tollere: si tamen ædificando 100. pedum spatium a domo vicini reliquerit. Titius vicino volens nocere hanc fraudem excogitavit: murum enim duxit altissimum extra spatium 100. pedum, maris prospectus ita vicino ablatus est. Hoc cum ita esset, intra spatium 100. pedum, postea domum ædificavit, quasi nullam jam maris conspectionem habente vicino; paulo post murum deposuit, ut ex suo ædificio maris haberet prospectum: id ne ei licuit? Minime. Vetat enim hæc constitutio, quenquam ædificare ultra centum pedes aliud quiddam, quam ædificium, & si ita ædificatum sit, ædificium deponi jubet. 27 Non licet ultro; id est, sine causa in vicini læsionem ædificare. 28 Non licet alium rapere, ergo nec prospectum, qui ei competit. 29 *tit. Inst. vi bonor. in pr. l.* 2. §. 24. *in fin. ff. vi bonor.* 30 Actionis sc. 31 Id est, arcæ theatrali Præfecti urbi. Jul. *hic. infr.*

32 Vicinus malus leges ædificiis positas facile deridet & adversus eas calumnias & fraudes facile excogitat. Plautus *in Rudente.* Nunc ergo verum illud verbum esse experior vetus; aliquid mali esse propter vicinum malum. Inde colligunt; Rem minoris valere propter malum vicinum, ideoque teneri venditorem, si confinem celaverit, *l.* 35. §. 8. *ff. de contr. empt. l.* 1. §. 15. *ff. Si quid in fraudem patroni.* Et res ita est: eum sibi malam fortunam facere; qui nequam vicinum suis nummis parat: quo nomine etiam multi prætulerunt carere penatibus & propter injurias vicinorum e sede sua profugere. E contrario, μὴ δ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. 1. *Col.* 3. Plutarchus etiam refert, Themistoclem prædium vendentem per præconem proclamari jussisse, quod prædium haberet bonum vicinum. Noti sunt etiam illi versus Hesiodi in libro, qui ἔργα inscribitur, *vers.* 344. 345. πῆμα κακὸς γείτων ὅσσόν τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ. ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ. Ex superioribus quoque colligunt; nemini licere ad vicini æmulationem aut invidiam quidquam facere: ideoque; fratrem partem suam castri, in potentiorem, verbi gratia, principem, nulla ratione alienare posse, *l.* 2. *Cod. ne fiscus vel respub.* Neminem turrim vel castrum jure ædificare aut nundinas instituere, intra alterum miliare urbis maximæ: idque proditionum metu, quod tamen privilegii loco quasdam imperatorias civitates obtinuisse Gailius refert 2. *obs.* 69. *n.* 23. 24. *& sequentibus.* Memini, cum Lutetiæ duo hinc & inde novas ædes easque splendide ædificassent, ita ut intermediæ deformes apparerent, vicinum intermedium suas quoque ædificasse, supremæ tamen ædificii parti sive faciei viam publicam spectanti hanc inscriptionem apposuisse; *contentus eram antiqua, sed vicinus novam coëgit ædificare domum.* eoque nomine injuriarum actione a vicinis conventum fuisse, quod superior illa inscriptio fidem eorum labefaceret, quorum interesset, apud omnes salvam sartamque servare. Quæ sententia sit inde secuta, non liquet. Scio tamen integram inscriptionem adhuc exstare. Quod de hujusmodi ædificiis ad æmulationem & invidiam vicinorum factis dictum est, quidam referunt ad eos, qui jus molendini, inferioribus citra necessitatem minuunt, vide Cicer. 1. *off.* 33 Julianus hic adjicit, cogi etiam fictum ædificium deponere, id est, in fraudem legis factum. August. *Hom.* 30. Plerumque homines de usu solis & luminis in ædificiis suis lites injustissimas concitant, ut & fenestris suis radii liberiores aliquanto largius infundantur, domos alienas dejicere sæpe moliuntur. adde, quæ scripsi ad *l. ult. in fin. Cod. de servit.*

34 Vide Julian. *const.* 58. 35 Hortulani eadem conditione hortos reddere debent, qua acceperunt. 36 Hæc verba desunt in edit. Scr. 37 Id est, suburbiorum, locorum suburbanorum. Jul. *hic*, προάστεια, ἐπαύλια *Novell.* 7. *cap.* 1. §. 1. *l.* 198. *ff. de verb. sign.*

CAP. I.

AJunt ex corpore hortulanorum etiam pretiorum æstimatores [1] (seu censitores) ut plurimum esse, & rem facere gravem. Quando enim horti dominus ipsum tradit hortulano mercedem subeunti, nihil aliud quam plantatum in ipso olus æstimant, & ejus æstimationem taxant, accipienti hortulano seu conductori. Cum redditurus est post implementum temporis conductor, tunc facere eos subtilissimam oleris æstimationem, ipsam vero in sextuplum & multiplex offerre: & si quidem ipsi quinquaginta aureorum sit olus, non minus trecentis, interdum etiam & pluris, hoc æstimare: & non usque ad hoc solum rei constituere inexplebilitatem, sed & majorem illam facere, ut plurimum dicentes quod stercolinum [2] injecerunt terræ, & quædam inde habeant emponemata, & inde extollunt utique quoad possunt æstimationem, & super hæc pro æstimatione plantarum, (forte) arborum alias pretii accessiones facere, tametsi quando a dominis accipiunt, nulla talis expensa imputata sit, etiam hæc ut plurimum in pactis, confitentibus hortulanis, quod & custodient implantatas arbores, & alias [3] plantabunt. Sed æstimator, etiam in se ipso similem [4] rem paulo post fore putans, revera pro se ipso talem inexplebilitatem infert, ita ut si quidem miser sustineat dominus ex imperitia tantum sibi inferri damnum & sua recipere, alteri autem tradat hortulano ipsum hortum, & rursum sub illo idem patiatur, & ad hæc plus tertia forte aut quarta parte tanta, patiatur illius avaritiam, pericliterur & ipso penitus excidere horti dominio, & a suis rebus abalienetur, fiat autem & ipsi major quædam improbitatis accessio. Nam si post hæc adveniens hortulanus addat quid priori reditui, & ipse ab hujusmodi conductione desinens exigat æstimationem, tanquam ex emponematibus [5] ipsius factam, quamvis nulla penitus accessio ex illius sedulitate facta sit, sed forte ab initio vel per temeritatem eorum qui tradiderunt, vel per desidiam, minoris quam par erat, locantium. quæ quidem nobis omnia supra omnem videntur esse malitiam & audaciam, quam reprimi volumus a tua excellentia, divinæ huic nostræ legi attendente, & ut quemadmodum [6] hortulanus accipit hortum a possessore, ita & ipsum reddere debeat. Et si quidem olus habeat quando hortulanus ipsum accipit, & æstimatio fit ejus, similiter & in restitutione, subtilem æstimationem oleris solius accipiat. Si vero non habeat, sed nudum accipiat hortum, sive habentem stercus, sive non, sic & restitutionem fieri oporteat: & simpliciter sic observari rei ordinem in tradente seu reddente hortulano, qualis fuit quando ipse accepit, nullo alio contingente domino damno: æstimationem autem olerum, non solum ab hortulanis fieri, sed a vocatis *Summariis* [7], & ipsis horum peritiam habentibus, divinis nimirum propositis [8] Evangeliis. Non enim volumus possessoribus inutiles esse possessiones propter conductorum malitiam & inexplebilitatem. Propter hæc igitur congregatis his desinies, neque permittes fraudem aliquam inferri possessoribus, sed undique ipsos innoxios & indemnes custodies. Volumus enim in pari [9] mensura & conditionem dominorum erga hortulanos, & hortulanorum erga dominos esse, propterea quod undique paritas nobis curæ est, & ne alterutra pars injuria afficiatur.

CAP. II.

SI vero quis terram spinosam [10] (squalidam) locaverit, hic vero eam excoluerit, culturæ mercedem accipiat, & veram oleris quod ibi erit æstimationem, atque ita sine negotio recedat, nulla avaritia, neque callide excogitata arte in ea re admissa: ut per hanc divinam nostram pragmaticam legem, & futuram ex ea dispositionem a tua excellentia, de cætero maneamus ab hujusmodi rebus immolestati, & non reliquis nostris super republica curis, etiam tales supervenient curæ. Quandoquidem nobis non parva, non magna nostræ reipublicæ pars extra solicitudinem constituta est, omnia lustrantibus ipsis mentis oculis, & nihil inornatum, neque inordinatum, neque ambiguum manere volentibus. Comminaberis autem, & pœnam quinque librarum auri contra eos qui posthac tale quid facient aut facere permittent. Dat. [11] CP. * JOHANNE CONSULE.

TIT. XX.

UT TERRULÆ [12] AUT DOMUS, AUT VINEÆ SANCTISSIMÆ ECCLESIÆ MYSIÆ [13], IN REDEMPTIONEM CAPTIVORUM AUT ALIMONIAM PAUPERUM RELICTÆ, POSSINT ALIENARI SECUNDUM COMPREHENSAM HAC LEGE DISTINCTIONEM.

NOVELLA CONSTIT. LXV.

Integra deest apud Scrimgerum præter superiorem titulum. Ea primitus Latina fuit. Ejus epitome Græca apud Haloandrum. Latina apud Julianum extat.

SCimus antea promulgasse legem. Hæc constitutio localis est, nam promulgata est de ecclesia Mysiæ, & jubet, ut si quis rem immobilem eidem ecclesiæ dederit, vel reliquerit certum reditum habentem: & adjecerit, ut in continentia pauperum reditus administretur, (addit Haloander, vel ad redemptionem captivorum [14]) hujusmodi legatum vel hereditas vel donatio nullo modo alienetur. Quod si incertus reditus eorum sit, domus autem relicta vel vinea procul a civitate fuerit in qua ecclesia sita est, cui legatum vel donatio facta sit, tunc liceat tales possessiones vendere. Sin autem domus vel agri aut intra civitatem aut circa muros ejus fuerint, testator autem voluerit venundari ea, & ex pretio eorum redemptiones vel alimonias fieri, tunc secundum tenorem verborum testatoris, & in his venditio celebretur. Talis enim rei actus firmissimus est. Qui judicio conventus fuerit, si destiterit, condemnator, quippe malam [15] causam habens, & prius in jus vocatus, & contestatus, & vocatus legitime, & non obtemperans. Emissa mense Aprili XIV. Anno imperii JUSTINIANI sub JOANNE (CONS.)

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIÆ MYSIÆ RELICTARUM PRO CAPTIVORUM REDEMPTIONE ET ALIMENTIS PAUPERUM.

SCimus [16] antea legem promulgasse, per quam omnes alienationes ecclesiasticas inhibuimus. Sed postea alia lege prospeximus, quatenus liceat pro solutione ecclesias, vel alias quæ piis domibus deputatæ sunt, persolvere. Sed & hoc in nostra venit memoria, quod Martino viro sanctissimo, Episcopo Clinate civitatis, firmam & ante legem nostram dedimus prohibentem eum ecclesiasticas res vendere, neque ex potentioribus necessitatem ei imponant secundum suum propositum res ecclesiasticas alienare. Sed & in nostra venit memoria alia res, quam pro divinis fecimus vasis, pro quibus omnibus abdicavimus, ne cui liceat sacrosancta vasa vel venundare vel obligare, nisi tantummodo in redemptionem captivorum: quia animæ redemptio aliis omnibus rebus pretiosior est. Sed hæc quidem antea. Subsecuta sunt quæ * nam ratione necessaria nobis fuit ad præsentis legis memoriam. Venit etenim in præsenti memoratus sanctissimus vir in hanc sanctissimam civitatem, & edocuit nos, multas terras sine reditu, vel domunculas, vel vineas relinquere ad redemptionem captivorum, vel pauperum alimonias, & alienatione prohibita memoratos actus, licet piissimi sint, attamen, inhiberi, competens sibi, permitti legem hoc facere. Sancimus itaque, si quis reliquerit ad redemptionem captivorum, vel pauperum alimonia, res immobiles, siquidem certus reditus est ex relictis rebus colligendus, manere legatum vel hereditatem, vel donationem, nulla alienatione mutilanda, cum possit ex reditibus redemptio vel sustentatio fieri. Si autem vel certus reditus non est, vel domus pene diruta, & longe ab ecclesia posita, vel vineæ, quarum fructus non semper similes sed varii, colliguntur, & incursionibus forsitan Barbaricis dediti, in his tantummodo speciebus permittimus venditionem hac speciali lege in memorata provincia fieri, si tamen domus intra fines ecclesiæ vel vineæ juxta muros civitatis minime positæ sint: ita ut in venditionis instrumento ipsa verba testatoris exprimantur, ut ei placuit venditionem fieri, & redemptionem ex his captivorum vel alimonias pauperum celebrari. Et si hoc ita subsecutum fuerit, habeat venditio firmitatem, liceat sine metu alterius legis, & Oeconomis ecclesiasticis, & viro sanctissimo Episcopo vendere, & emptoribus habere easdem res firmo jure. Habebunt autem Dei omnipotentis crimen Oeconomi ecclesiæ, si pretia quæ acceperint in aliam causam consumpserint, licet piissima sit, & non in prædictas duas tantummodo causas, ad imitationem legis quæ super sacrosanctis vasis alienandis lata est. Sic enim venditio necessaria procedat, ne actus piissimi exinde fraudentur, & animæ hominum inde pereant, cum & terrarum possessio & rerum immobilium non talem habeat curam, nec ita sit necessaria ut captivorum redemptio & vita egentium, quæ & animas salvant, & Deo omnipotenti placabiles sunt. Gravitas itaque tua quæ per hanc specialem legem nostra decrevit æternitas, tam effectu mancipare quam observare procuret. *

TIT. XXI.

UT FACTÆ NOVÆ CONSTITUTIONES POST [17] INSINUATIONES [18] EARUM, POST [19] DUOS MENSES VALEANT. PARCIT AUTEM NON CUSTODIENTIBUS SUBTILITATEM CONSTITUTIONUM SUPER [20] TESTAMENTIS IN RELINQUENDO QUADRANTE, AUT NON SUBSCRIBENDO NOMEN HEREDIS, AUT NON DICENDO.

NOVELLA CONSTIT. LXVI.

Idem Imp. August. Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

SEmper legum nobis occasiones motorum negotiorum præbuerunt causæ. Pluribus enim nobis aditionibus factis occasione nostrarum constitutionum, quas super successionibus scripsimus: (quale est, *ut oporteat testatorem propria* [21] *manu heredis scribere nomen, & ex quantis* [22] *unciis reputari oporteat Falcidiam, quam filiis parentes relinquunt, sive ex tribus, sive ex quatuor, sive etiam ex pluribus*) & multis propter hoc periclitantibus testamentis cadere, ne complerentur quæ in eis scripta sunt: quia licet factæ sint leges, tamen non sunt cognitæ aut provincialibus, aut etiam hic nondum forte propositæ: nullique manifestatæ: necessarium existimavimus talia lege brevi corrigere.

CAP. I.

SAncimus igitur ex illo nostras constitutiones, quæ pro testamentis sunt, valere, ex quo in commune factæ sunt manifestæ. In provinciis autem, ex quo discretæ [23] per Metropolitas palam factæ sunt, vel postea factæ fuerint: ne legum [24] ignorantia (secundum quod dudum tenuit) testamenta homines facientes, videantur prævaricari legem. Ut autem apertius adhuc causa declaretur, sancimus, *si scripta fuerit hujusmodi lex, hanc post duos* [25] *menses dati ei temporis valere*, & in republica tractari, sive in hac felicissima civitate, sive in provinciis, post insinuationem sufficienti hoc tempore omnibus ma-

quæ ante urbana. *Fest.* Gallis *fauxbourgs.* 1 Διατιμητάς. 2 Ita legitur apud Julianum, stercolinum, ut & alibi sterquilinium, vel sterculinum, *l.* 17. §. 2. *ff. si servit. vind. l.* 17. §. 2. *ff. de act. empt.* stercus, *l.* 5. §. 3. *ff. ad exhib.* Græci κόπρον. 3 Facit *l.* 18. *ff. de usufruct.* 4 Æstimatores rerum adsumendi: quibus velut peritis in arte credendum est, vide quæ dixi ad *l.* 3. §. *ult. ff. de suis & legitim.* Sic ad æstimationem horti locati faciendam, alii hortulani plerumque adsumi solent, ut hic, & ita censitor vilissimo pretio hortum æstimare potest, cum accipitur: magno, cum redditur: ut in locatoris detrimentum, sic in conductoris vel hortulani lucrum. 5 Meliorationibus, quas solent coloni repetere, *l.* 55. §. 1. *l.* 61. *ff. loc.* 6 Notanda est hæc sententia adversus hortulanos. 7 Summarius summæ faciendæ atque rationis ineundæ peritus. *Novell.* 30. Galli *priseurs.* 8 Id commune est omnium æstimatorum, *Nov.* 49. quos ea de causa Galli vocant *Jurés.* 9 Claudicare contractus locationis non debet. 10 Χέρσον. terra est squalida, inculta, *Terre en friche.* 11 Dat. 16. Kal. Aug. Imp. DN. Justin. XI. Joanne V. C. Cons. *Jul.* Contius & Cujac. hujus Joannis consulatum referunt ad annum 12. qui est Christi 538.

12 Γήδια. 13 De rebus immobilibus ad ecclesiam Mysiæ pertinentibus. Julian. *const.* 59. De relictis ecclesiæ Mysiæ. *Index Reginæ*. quod accedit editioni Haloandri. 14 *Nov.* 120. *c.* 9. vid. *l.* 1. *C. de sacr. eccles.* vid. Cujac. *in hunc locum.* 15 Contumax ita demum condemnandus, si malam causam habuerit. *l.* 73. §. 3. *ff. de judiciis. l.* 13. §. 3. *C. de judic.* adde *l.* 53. *ff. de re judic.* 16 Hanc constitutionem integram, ut extat, edidit P. Pithœus.

17 Vide *l.* 29. *Cod. de testamentis.* 18 Id est, non statim ab ipsa insinuatione, sed duobus mensibus post insinuationem. Insinuantur autem in urbibus regiis, in metropoli & civitatibus cujusque provinciæ. 19 De legibus, quas noster imperator de ordinatione testamentorum posuit. Jul. *const.* 60. de successionibus *Index Reginæ.* 20 *l.* 29. *C. de test. & Novell.* 18. 21 *d. l.* 29. 22 *d. Novell.* 18. 23 Καταφανεῖς ἐν κοινῷ, id est, evulgatæ. 24 Tabellio, juris peritus esse debet. In tabellione requiritur peritia juris, *ut hic & Novell. Leonis quadam.* 25 Novæ constitutiones post duos menses insinuationis obligant. De duobus mensibus adde Cujac. *c.* 13. *C. de præscr.* Goth. Adde Ant. Me-

nifestam

nifestam eam constituere, & tabellionibus [1] ejus cognoscentibus virtutem, & subjectis agnoscentibus, legemque servantibus. Sic nulli omnino erit declinatio, ut nostram custodiat legem. Non enim volumus deficientium infringi voluntates, omnibus siquidem studemus modis ratas eas constituere. Cur enim culpabimus [2] eos qui positas nostras ignoraverint constitutiones: vel si post paululum forte quam scripta lex est, & adhuc ignorata decesserint testatores, & propterea in testamentis aut non scripserint propria manu heredum nomina, aut etiam tres uncias solum reliquerint filio, & non quatuor: in quo legem aut non positam esse contingit, aut positam [3], & eo quod nondum proposita fuerit, juste ignoratam? §. 1. Igitur etiam hactenus, licet antiqua constitutio sit, & in cognominis nostri posita constitutionum Codice [4], quæ scribi propria manu heredis nomen dispsoluit, tamen plurimi præter ejus testati sunt virtutem, ignorantes ejus legislationem: & hactenus talia prætermissa denuntiantur nostræ potestati & omnibus semper talia poscentibus, veniam dedimus, quoniam nondum fieri has manifestas evenerat: & sacras super his fecimus formas justam eis largientes veniam. Ne igitur importunitatem patiamur de his per singulos dies, & formas scribere cogamur: propterea sancimus (sicuti dictum est) seniorem quidem in Justinianeo positam Cod. legem [5] valere, hic quidem ex quo insinuata est: in provinciis autem ex quo directa & palam facta est in unaquaque metropoli aut alia civitate. Tempore namque plurimo transeunte, & nostro Codice ubique directo, non recte ignorabitur. §. 2. Alteram vero novellam [6], quæ inter Constitutiones post Codicem posita est, decernentem quod filiis relinquatur, valere & in hac felicissima civitate, & in provinciis post duos menses insinuationis, sicuti prædiximus: eo quod factis a nobis uniformibus [7] constitutionibus de mensura institutionis filiorum, alia quidem Græcorum lingua conscripta: propter multitudinis frequentiam, alia vero Latina, quæ etiam firmissima [8] propter reipublicæ figuram [9] est: illa quidem Kalendarum Martiarum habet conscriptionis tunc diem: non autem tunc insinuata est: alia vero est Latina voce conscripta ad Salomonem gloriosissimum apud Afros sacrum præsulem [10] tunc prætoriorum, Kalendis Aprilis. §. 3. Quia vero neque Græca lingua conscripta, mox palam facta est & directa, denique etiam quæ hic ad gloriosissimos Præfectos sacrorum nostrorum prætoriorum conscripta est, id est, Græca lingua, Majo mense insinuata est in eadem sede atque directa: ideo sancimus oportere ejus legislationem [11] quæ de mensura institutionis filiorum eloquitur, valere hic quidem ex Kalendis Majis, ut duos menses ei servemus: in provinciis autem ex quo hæc palam facta est, etiam ibi duobus mensibus post insinuationem servandis. Si vero nondum hactenus in omnibus provinciis destinata est: velociter & eam & alias, quæ forte non missæ sunt adhuc, aut etiam postea comitante Deo a nobis faciendas mitti nunc vel mittendas esse: quatenus nostræ constitutiones in metropolitanis civitatibus fiant vel faciendæ sint manifestæ. Provinciarum vero præsides ipsos mittere eas, & missuros esse per omnes civitates sub unaquaque provincia constitutas: ut nullus de cætero occasionem sumat cujuslibet ignorationis. §. 4. Unde præteritum omne justam habeat veniam, valeantque defunctorum voluntates & dispositiones, vel si nuper factæ sunt, sicut eas illi fecerunt: vel si secundum prius tenentem legislationem literis [12] propriis non scripserunt heredum appellationes, aut testibus eas non fecerunt manifestas, aut tres uncias & non amplius reliquerunt filiis. Non enim infringi (sicut prædiximus) defunctorum volumus dispositiones: sed ratas eas esse per omnia declaramus: ut si vel proxime [13] scripta sint testamenta post positionem legis, nondum vero contigerit constitutiones factas innotuisse: & superviventibus forte testatoribus non sunt mutata: maneant etiam sic institutiones, quæ ab initio secundum tunc certas extantes factæ sunt leges, propriam virtutem habentes, & non accusandæ eo quod tempore quo [14] supervixerunt illi, eas non mutaverunt. Non enim omnia sunt in nobis, nec semper quibusdam tempus fit testandi repente, plerumque enim incidunt hominibus mortes, testandi eis potestatem auferentes. Quamobrem ab initio factum recte, eo quod non fuerit mutatum, non arbitramur postea mutari, aut aliquo modo infringi: sed immutilatam manere quæ tunc placuit testatoribus sententiam, valideque servari. Erit namque absurdum, ut quod factum [15] est recte ex eo quod tunc non erat factum, postea mutetur. §. 5. Collective igitur dicendum, percipiant filii relictas sibi (si ita contigerit) a patribus tres uncias ex testamentis ita factis, aut ante legis positionem, aut post positionem legis, antequam hæc tamen apud judices innotescerent. Si vero adjectum sit testamentis, oportere quod reliquum est, eis impleri, secundum quod tunc legibus debebatur: hoc percipiendum secundum antiquas leges: ut si quid deest tribus unciis, secundum illas supplementum fiat, non in quadriuncio, quod postea quidem sancitum est, nondum tamen tunc agnitum.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem: præceptis propriis tua eminentia omnibus faciat manifesta, & qui in hac maxima civitate, & qui foris inhabitant: quatenus omnibus fiant palam quæ a nobis pro omnium cautela sancita sunt. Dat. Kal. Mart. *Constantinop.* Dom. JUSTIN. PP. August. Anno XI. [16] IOAN. V. C. CONS.

TIT. XXII.

UT NULLUS [17] FABRICET ORATORII DOMOS PRÆTER VOLUNTATEM EPISCOPI: ET UT DEPUTET PRIUS QUÆ CIRCA DILIGENTIAM ET STATUM FABRICATI ORATORII SUFFICIANT: ET UT EPISCOPI [18] NON DESINT SUIS ECCLESIIS: ET DE ALIENATIONE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM [19].

NOVELLA CONSTIT. LXVII.

Idem Imp. Justinianus August. Mennæ sanctiss. & beatiss. archiepiscopo Constantinopolitano, & universi ejus tractus patriarchæ.

PRÆFATIO.

Ea quæ de sanctissimis ecclesiis sunt, multis comprehendentes legibus, adhuc etiam alia lege egemus, ad exorta negotia, & rursus emergentia sufficiente. Plurimi namque nominis [20] causa, non ad opus sanctissimarum ecclesiarum accedunt, deinde eas ædificantes, nequaquam curam ponunt, ut expensas quoque eis deponant decentes, & ad luminaria [21] & ad observantium alimenta, & ad sacra [22] ministeria: sed deserunt eas etiam in nudis ædificiis constitutas, & aut destruendas, aut omnino sacro ministerio defraudandas.

CAP. I.

Sancimus igitur præ omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse, neque monasterium, neque ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare, antequam civitatis Deo amabilis episcopus orationem [23] in loco faciat, & crucem [24] figat, publicum [25] processum illic faciens, & causam manifestam omnibus statuens. Multi enim simulantes fabricare quasi orationis domos, suis medentur languoribus [26], non orthodoxarum ecclesiarum ædificatores facti, sed speluncarum [27] illicitarum.

CAP. II.

Ut [28] qui ecclesias ædificant, prius definiant quæ ad curam & constitutionem ejus & conservationem pertinent.

Deinde non aliter quempiam ecclesiam ex novo ædificare, priusquam loquatur ad Deo amabilem episcopum, & definiat mensuram quam deputat & ad luminaria [29] & ad sacrum ministerium, & ad incorrumpendæ [30] domus custodiam, & observantium [31] alimenta: & si sufficienter habere videtur, faciat prius [32] donationem eorum quæ futura sunt deputari: & ita domus ædificetur. Si autem non sufficiat quidem aliquis ad hoc, nomen [33] forte desiderans, quo & ipse fabricator ecclesiæ vocetur, & vult aliquid tale facere (multæ enim & in hac regia civitate, & in provinciis ecclesiæ sunt, in quibus competenti quidem administratur modo, periculum vero ruinæ patiuntur per vetustatem aut etiam parvæ constitutæ sunt, & inordinatæ secundum desiderium eorum qui in eis deputati sunt) licebit ei unam [34] talium ecclesiarum accipienti hanc ædificare: & hic voluntate Deo amabilis orthodoxorum episcopi res agenda est: sic enim poterit & sacræ domus fabricator vocari, & nihil de suo superexpendere: deputatis jam circa hoc expensis oblatis ab eis, qui etiam prius has expendebant.

CAP. III.

De episcopis non residentibus in propriis ecclesiis, sic [35] Julianus epitomator.

Illud quoque sancimus, quatenus secundum jam a nobis prolatam legem [36], Deo amabiles episcopi in suis ecclesiis maneant, & non relinquant quidem eas, tempus vero multum hic [37] morentur, & cogant per provincias œconomos expensas [38] sibi transmittere, & sanctissima ecclesia expendat, quod & ipse inde ei observare non patiatur. Sancimus igitur jam a nobis positam legem in sua manere virtute. Si vero defuerit Deo amabilis Episcopus ecclesiæ suæ amplius tempus, nullam ei mitti expensam de provincia: sed illam quidem circa actus pios & sanctissimam ecclesiam expendi: ipsum vero hic errantem [39] non expensis sanctissimam ecclesiam prægravare: cum certum sit, quod si plurimo tempore defuerit, quæ jam a nobis super eisdem sancita sunt, valebunt.

CAP. IV.

De alienatione rerum ecclesiasticarum immobilium.

Quoniam vero contigit jam nos sanxisse [40], ut si qua in provinciis alienatio rei immobilis Ecclesiasticæ facienda est, secundum decretum hanc procedere, sicuti dudum prolata a nobis constitutio dicit: agi vero decretum [41] non solum præsente Deo amabili episcopo civitatis, ejusque clero, sed etiam metropoleos episcopo: nec non & illud insuper est sancitum, ut si metropoleos sanctissimus episcopus futurus est venundare, sive ejus ecclesiæ sanctissimi œconomi, quid oporteat fieri: etiam hoc adjicimus, ut duo ex synodo quæ sub eo est, Deo amabilium episcoporum, quoscunque elegerit, ipsi intersint, & alia omni observatione custodita quæ jam sancita est, præsentia duorum Deo amabilium episcoporum adjiciatur: ut secundum se videatur cum sua synodo rem agere: & sicut ipse rem facit credibilem [42] & sufficientem ei qui sub eo constitutus est, dum præsens est: ita & ipsi quæ sub eo est synodus præsens, per duos Deo amabilium episcoporum videbitur rem præbere cautissimam, sumentem ex hujusmodi synodo testimonium.

EPILOGUS.

† Hanc itaque nostram legem, & ad sedem tuæ beatitudinis, & ad cæteros

---

tend. *contr. lib.* 2. *cap.* 8. Ans. 1 Idque contractuum seu instrumentorum recte, seu ex legibus concipiendorum causa. 2 Non affectata constitutionum novarum ignorantia excusatur, *l.* 29. *Cod. de testam.* 3 §. 4. *infr. hoc tit.* 4 *l.* 29. *C. de testam.* 5 *d. l.* 29. 6 *Novell.* 18. 7 Ἰσοτύπων, id est, æqualis formæ. 8 Κυριωτάτη, id est, propria, vel quæ autoritate polleat. 9 Seu statum. 10 Præfectum. 11 *d. Novella* 18. 12 *Nov.* 107. *c.* 1. Id abrogatur *Novell.* 119. *c.* 9. 13 *In pr.* §. *h. t.* Præsumptionem observa. Quod fit illico post legem de novo introductam, præsumitur factum non in contemptum legis, ejusve fraudem, sed per ejus ignorantiam. 14 Ignorantia novarum constitutionum non supina excusat omissionem solennitatis nova constitutione introductæ. 15 Quod recte factum est, toleratur, si is, qui fecit, ignoravit melius fieri posse. 16 Legendum videtur XII. ut Novella superiori, id est, anno 538. 17 De his, qui ecclesiam vel oratorium ædificare volunt. Jul. *const.* 61. De his, qui templa ædificant, *Index Reginæ.* huc pertinet *c.* 1. & 2. J. *h. t.* adde *Novell.* 120. *c.* 11. & 7. §. *h. t.* 18 Si episcopus multum tempus ab ecclesia sua defuerit. Jul. *ibid. num.* 211. Ne episcopi, ecclesiis suis aberrent. *Index Reginæ.* huc pertinet *c.* 3. J. *h. t.* 19 Jul. *ibid. n.* 212. prædiorum, *Index Reginæ.* huc pertinet *c.* 4. J. *h. t.* 20 Id est, ut nomen aliquod sibi comparent. 21 Vide *c.* 2. J. *h. t.* 22 Ἱερὰν λειτουργίαν, de qua dixi *d. Novell.* 58. Gall. *la Messe.* 23 Auspicia futuræ orationis domus, orationes & vota. 24 Σταυρὸν πήξωτο, hinc σταυροπηγία, *Nov.* 131. *c.* 7. adde *Nov. Leon.* 14. 25 Δημοσίαν πρόοδον. *Scringr.* litanias *l.* 3. *C. de hæret.* supplicationem, *procession*, adde *Novell.* 123. *c.* 3. & 32. 26 Ἑαυτῶν θεραπεύουσι νόσους, id est, suis ut inserviant morbis, illic hoc faciunt, id est, multi ædificant templa ad illicitos & hæreticos conventus, & est revera hæresis, animi morbus. 27 Hæreticorum templa speluncæ illicitæ. 28 *Nov.* 123. *c.* 18. 29 Λυχνοκαΐαν, usitatum erat in Oriente cereos in ecclesiis accendi, præsertim dum legebantur scripturæ, Hieronymo teste. Cerei quoque & funalia præferebantur in funeribus ab acolythis, *Nov.* 59. *c.* 2. *c.* 5. *in fin.* 30 Ἀδιάφθορον οἴκου συντήρησιν. 31 Τῶν προσεδρευόντων. *Scringr.* eorum, qui ibi deserviunt. *Julian.* Galli, *qui deservent.* 32 Quæstio de dotis ecclesiasticæ modo ac quantitate, templi ædificandi quæstionem præcedit. 33 *In pr.* §. *h. t.* adde *l. ult. in fin. ff. de oper. publ.* 34 Oratoria vetera ac prope destituta, arbitrio episcopi, privatus suo adjecto nomine potest reparare. 35 Imo ita, si episcopus multum tempus ab ecclesia sua defuerit. 36 *Novell.* 6. *c.* 2. 37 Id est, in comitatu principis. 38 Redituum ecclesiasticorum curam penes œconomos fuisse, hinc colligas. 39 Vagus & aberrans episcopus, expensis ecclesiæ non est alendus. 40 *Novell.* 46. 41 *Nov.* 7. *c.* 9. Præsidis sc. quod hodie remissum est. *Novell.* 120. 42 Quod fit ab episcopo, præsente metropolitano vel duobus episcopis a metropolitano transmissis, idonee fieri censetur.

sanctissimos patriarchas missam, ipsi per literas proprias sub vos metropolitis facietis manifestam, ut illi palam faciant sub se constitutis episcopis: ut nullum lateant quæ a nobis constituta sunt. Dat. Kal. Maji. CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. A. Ann. XII. JOANNE V. C. CONS. [1].

TIT. XXIII.

UT CONSTITUTIO SACRATISSIMI IMPERATORIS DE SUCCESSIONIBUS NUPTIALIUM [2] LUCRORUM, QUÆ APÆDIÆ, ID EST NON EXSTANTIUM LIBERORUM, LUCRA INTRODUCIT, OBTINEAT IN HIS FACTIS, QUÆ ACCIDERUNT POST CONSTITUTIONEM: IN HIS AUTEM FACTIS, QUÆ IPSAM PRÆCESSERUNT, LEONIS CONSTITUTIO LOCUM HABEAT.

NOVELLA CONSTIT. LXVIII.

Antonio Contio interprete.

PRÆFATIO.

SCimus Leonis [3] piæ memoriæ constitutionem de his scriptam, qui ad secundas perveniunt nuptias, sive viri sint, sive fœminæ, & nuptiale lucrum procreatis ex illo matrimonio liberis sancte custodientem, & eum qui ita lucratur solius ususfructus dominum facientem: dominium autem illis conservantem, & jubentem ut si quidem filii vel nepotes moriantur nullo superstite, per quem, qui ad secundas nuptias transiit, dominio privetur: tunc immota & solida apud lucrantem etiam perveniat dominii utilitas.

CAP. I.

IPsam nos nuper [4] correximus, alia quidem statuentes, volentesque ut heredes mortuorum liberorum vel nepotum, sive parentes sive alii quicunque sint, habeant inde aliquod subsidium, lucrenturque etiam jure dominii per eorum mortem quantum ex pacto non existentium liberorum erant lucraturi: reliqua vero pars ad heredes filiorum vel nepotum qui mortui fuerunt, perveniat: nihil enim a nobis occasione usufructus immutatum est.

§. 1. Hæc itaque & nunc, & in omne tempus obtinere volumus, præterquam in his filiis qui mortui fuerint ante nostram constitutionem. Postquam enim prævenit lucrum solidum jam adjectum ei qui ad secundas pervenit nuptias, liberis ante legem mortuis, nequicquam laboraverit nostra lex circa ea quæ lex [5] piæ memoriæ Leonis antevertens sub suam redegit potestatem. Itaque non solum filiis aut nepotibus non existentibus secure habebunt, quæ lucrati fuerunt, sed & si quid eorum apud alios est, secundum jus quod dominis competit, evincent. Hæc igitur brevi lege comprehendentes, hujusmodi dubitationes tollimus, ne assidue super causis molestiam patiamur: sed lege hæc communi recolentes, his liberemur turbis, volentes servari formam quæ nostram legislationem præcessit, ei qui ante eam beneficio affici meruit.

EPILOGUS.

† Tua itaque excellentia quæ a nobis hac de re constituta sunt in hunc modum omnibus manifesta propriis præconiis & programmatis efficere studeto. Dat. 8. Kalend. Jun. Imp. Dom. JUSTIN. PP. A. Anno XII. [6] JOANNE V. C. CONS.

TIT. XXIV.

UT OMNES OBEDIANT JUDICIBUS [7] PROVINCIARUM [8] ET IN CRIMINALIBUS, ET IN PECUNIARIIS, ET IBI NEGOTIA EXAMINENTUR, NULLO EXCEPTO PER PRIVILEGIUM: NEC HUC CONVENTI DEDUCANTUR, NISI SACRA PRAGMATICA FORMA EXHIBERI QUEMPIAM JUSSERIT.

NOVELLA CONSTIT. LXIX.

Imp. Just. Aug. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

UNam quidem esse omnium perfectissimam [9] virtutem arbitrandum est hominibus, quæ jura omnibus distribuit: hæc est ex causa cognominata justitia [10]. Etenim unamquamque aliarum virtutum nisi [11] subsequantur hujus bona, fiet nihil horum quæ competunt: itaque nec fortitudinem [12] quæ non est cum justitia, laudabimus: cum scilicet patria [13] lingua fortitudinem [14] in armis, virtutem appellet [15] solum: & si quis ab ea justitiam subtrahat delictorum solummodo, non quorundam bonorum fiet occasio, quam in nostris provinciis intuentes contemni, lege placenti Deo eam corroborare, & ad fortitudinem decentem reducere judicavimus oportere. Plurimorum namque alii quidem literas sacras, alii privilegia, alii pragmaticas formas, alii præcepta judicum, quidam alias ex aliis adinvenientes occasiones sibi peragunt peccandi: quidam in provinciis & extra eas litigare simulant. Qui enim in quolibet loco male patitur, aut aliquod suorum amittit, aut de terminis terræ litigat, aut de proprietate [16] aut de possessione, aut de hypotheca, aut de alio quocunque [17]: quomodo valebit in alio loco probationes horum quæ pertulit exhibere? hæc enim agentes, ostendentesque potentiam solam & fortitudinem, ita juste credentes talia machinantur: & hæc homines perpetrant tanquam perpetuam virtutem habituros se confidentes, & non respiciunt ad millia & decies millia exempla, quia sero tandem & in personis numerabilibus ex potentibus videmus potentes procedere, & ex divitibus divites: in omne autem ævum pene ex [18] potentibus processerunt inanes, ex divitibus autem pauperes: dum patrum injustitiam soboles est secuta: & non cogitant neque reputant, quoniam quod ipsi quasi per se machinantur potestatibus utentes: hoc forsan contra eos qui ex eis procreantur, agunt: non eadem potentia sequente sobolem, quæ illos sequitur.

CAP. I.

HÆc [19] considerantes, præsentem ponere legem existimavimus oportere: & præcipimus omnibus in provinciis judicibus quicunque nostris obediunt sceptris in universali ditione, & quæ ascendentem videt, & quæ occidentem Solem, & quæ ex utroque est latere: ut unusquisque in [20] qua provincia deliquit, aut in qua pecuniarum aut criminum reus sit, sive de terra & [21] de terminis, sive de proprietate, sive de possessione, aut hypotheca, sive de qualibet alia occasione: illic etiam juri subjaceat: (hoc enim apud legislatores præcedentes varie quidem dictum est, licet non pure, & sicut nos illud consideravimus) ut ultra terminos litigare non quærat. §. 1. Sive enim magna delicta sint, sive contractus consistant, oportet omnibus modis super eis & conventiones esse, & scripturam, si opus fuerit, & examinationem provincialem propter facilem probationem: sive quidem in parvo quispiam similiter delinquat: sive majus adhuc peccatum fiat: quale est si nec in parvis jure potiatur, sed expectet venire in extraneæ terræ provinciam: ibique eum convenire, & de talibus litigare: quem neque præsentem, neque in provincia forsan, propter virtutem illius, aut infirmitatem suam convenire poterat competenter. Quid enim erit durius, quam læsum circa sublationem bovis, aut equi, aut jumentorum alicujus, aut pecudum, aut (ut exiguum dicamus) domesticæ gallinæ [22], hunc cogi non [23] in qua aufertur provincia litigare, sed alibi currere, & ibi probationes horum quæ pertulit exigi: & aut plures expensas pati, quam rei æstimatio est, aut inopiam ingemiscentem ferre? Hinc nobis multitudo plurima est interpellantium quotidie: & crebro in talibus causis inquietamur parvarum gratia occasionum: & ipsi multas sustinentes importunitates, & videntes plurimam quidem multitudinem virorum plurimamque mulierum ex propriis locis agitatas, & ad hanc venientes felicissimam civitatem: quorum plurimi etiam mendicantes & afflicti hic agunt: interdum quoque hic moriuntur.

CAP. II.

De præsentibus reis [24].

SI igitur fuerint ambo in provincia & actor & reus, nequaquam ad aliam provinciam causa trahatur, neque ad hanc felicissimam civitatem, neque ex privilegio cujuspiam, neque ex jussione: sed illic decidatur. Si vero alter quidem adest, alter autem abest: qui vero præsens est, ex domo absentis injustitiam patiatur: conveniatur omnibus modis ipse qui injustitiam egit, sive curator [25], sive conductor, sive quicunque sit ejus: & liceat ei secundum provinciæ spatium, & secundum legem communem antiquitus positam inducias accipientem, nuntiare quæ de his gesta sunt, illi ad quem causa refertur.

§. 1. Sed si quidem vicina provincia est in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus [26] in medio provinciarum constitutis: quatuor ei mensium dare inducias: si vero majus fit spatium, sex. Si vero ex Palæstina forsan, aut ex Ægypto, aut ex spatio gentium longinquarum, menses octo ad hoc sufficient. Si vero ex Hesperiis gentibus, aut Septentrionalibus, aut e Lybia: tunc quod etiam præcedentibus legislatoribus sufficiens visum est esse tempus determinatum, hoc est novem mensium: ut ille (si quidem ipsi nuntianti credat) litem illi eam committat. Si vero aliquid aliud de illo sapit, alium dirigat suscepturum modis omnibus actionem, & completurum omnino quæ decernenda sunt: nisi appellatio fuerit subsecuta, sive in majori, sive in minori causa. §. 2. Si autem ille [27] quidem nuntiet [28], ille [29] vero non ordinet [30], & statutum transeat tempus: tanquam [31] firme agentem eum qui conventus est, & pro absente persona, etiam invitum repræsentet negotii judex apud suum tribunal, & causam examinans præsente eo [32] qui conventionem suscepit, condemnet etiam eum [33] in quo obnoxius apparuerit, & insuper illum post hujusmodi admonitionem mittere in provinciam non volentem: si tamen omnino obnoxius [34] apparuerit, & si quidem locuples sit: ipse

1 Id est, anno Christi 538.

2 De constitutione Imperatoris, quæ lata est de lucro ex morte liberorum contingente per pacta dotalia, Jul. *const.* 62. De constitutione successionum in lucra nuptialia, *Index Reginæ.*

3 *l.* 6. §. 1. *C. de secund. nupt.* 4 *Novell.* 2. *c.* 3. 5 *d. l.* 6.

6 Id est, anno 538.

7 Judices hic sunt provinciarum rectores & præsides. *Goth.* Vid. in hanc Novell. Rittershus. *part.* 12. *cap.* 16. Adde *Auth. qua in provincia.* Cod. *Ubi de crimine ag. oport. l.* 6. *ff. de evict.* Ans. 8 De jurisdictione præsidum provinciarum, Jul. *const.* 63.

9 Τελειοτάτην *Scrimg.* eandem Justitiam Aristoteles vocat κρατίστην τῶν ἀρετῶν καὶ τελείαν μάλιστα ἀρετὴν 5. *Ethicor.* 10 *Nov.* 30. *c.* 9. §. 1. 11 Honestum nihil esse potest, quod justitia vacat. Cic. 1. *de off.* 12 Elatio animi, si justitia vacat, immanitas: scientia remota a justitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda. vid. Cic. 1. *de off.*

13 Lingua patria hic est lingua Latina. *Nov.* 12. *c.* 2. *Nov.* 30. *c.* 5. adde Plut. *in Coriolano.* Cic. 2. *Tuscul.* vid. Petr. Fabr. 1. *semest.* 10. 14 Ἰσχὺν *Scrimg.* quæ eadem est cum ἀνδρείᾳ.

15 Virtutis vocabulo apud Romanos frequentissime significatur fortitudo: hinc virtus militaris, id est, fortitudo. *l.* 1. §. 6. *ff. de postulando: l.* 4. *ff. de his qui not. l.* 21. *ff. de captivis: l.* 12. *Cod. de captivis.* virtutis ornatus, id est, belli. Mamertinus *in Panegyrico ad Maximianum.* Plura & prope innumera hujus rei exempla vide apud Petrum Fabrum *d. loco.* ubi inter cætera monet ex Apuleio & Marcellino & aliis Grammaticis ἀρετὴν dici ἀπὸ τοῦ Ἄρεως, id est, a Marte: adde Arist. 1. *Polit.* 9. 16 Res nobis utilitatem præbet vel proprietate, vel possessione, vel hypotheca, vel jure. 17 Jure scil. ut sunt servitutes. 18 Vid. Hesiodum *vers.* 5. & 6. libro: *Opera & dies.* 19 Hinc sumpta est Authentica, *Qua in provincia, C. ubi de criminib.* 20 Forum sortitur reus, ubi delinquit. *l.* 3. *in fin. ff. de offic. præsid. l.* 54. *in fin. ff. de procurat. l.* 2. §. 4. *l.* 19. §. 2. *l.* 36. *in fin. l.* 45. *ff. de jud. l.* 2. *C. ubi de ratiociniis: & oto tit. C. ubi de crim. Nov.* 8. *c.* 8. *in fin. l.* 7. §. 4. *ff. de accus. l.* 28. §. 15. *ff. de pœn. l.* 3. *ff. de re mil.*

21 Separari vindicationem finium a vindicatione dominii, hinc collige, ut *l.* 10. *C. de evict.*

22 Ut eo loci quisque conveniatur, ubi aliquid egerit vel admiserit, sive de maxima, sive de minima re, veluti si de gallina agatur. Quamvis enim minima hæc res videatur, attamen justitiæ ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis æstimanda est. Nam quod aliis vilissimum videtur, hoc aliis etiam quam pretiosissimum est, cum & alioqui probationum copia, in extraneis locis non sit similis agentibus, Jul. *const.* 63. *seu numero* 214. 23 Reus in loco, ubi delinquit, forum sortitur, *l.* 1. *C. ubi de crim.* nec potest igitur excipere forum judicis, in cujus territorio deliquit. Dices tamen, rescripto principis actorem posse suum ad forum reum evocare, *Novell.* 53. Melior est ea parte actoris conditio, quam rei. Cur? quia actori probationum copia similis esse non potest aliis in locis extraneis, atque in loco delicti admissi. Jul. *hic.* 24 Julian. *numero* 215. 25 Absente reo criminis accusatio seu causa denuncianda est ejus inquilinis, conductoribus, procuratoribus vel domesticis.

26 Η δύο μόνων ἐπαρχιῶν ἐν μέσῳ καθισταμένων, id est, duabus provinciis in medio constitutis. Porro quid veteribus mansio fuerit, dixi ad *l.* 18. §. 10. *ff. de muneribus.* 27 Id est, curator, procurator, conductor, quive possidet nomine absentis. 28 Locatori & rerum domino. Solet enim possessoribus rerum alienarum tempus indulgeri ad certiorandum & evocandum dominum, idque fit pro locorum distantia, *l.* 2. *Cod. ubi in* [illegible] *l. ult. Cod. de dilationib. l.* 3. *Cod. Th. de jure fisci.* 29 Dominus proprietarius [illegible]eu reus.

30 Aliquem, a quo defendatur. 31 Ὡς δὴ κυρίως πράττοντα τὸν ἠγμένον ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος προσώπου ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος πράττων, & T. νομίμως πράττων, id est, procurator, sic hodie Galli, *Faire pour autruy.* Hoc igitur innuit, reo neque veniente, neque procuratorem mittente, litem agi cum eo, qui absentis prædium possidet, quasi cum vero & legitimo procuratore absentis, *Scrimg.* perinde ac si specialiter constitutus esset ac faceret pro absente.

32 Conductore, curatore, procuratore, eove qui possidet nomine absentis.

33 Contumacem locatorem, id est, rei dominum. 34 Si tamen vere reus fuerit.

exigatur

exigatur quæ decreta sunt, si vero minus sit quod habet, ut non sufficiat in ista condemnatione: tunc & de absentis rebus compleatur [1] victori damnum hujusmodi.

CAP. III.

De absentibus reis [2].

SI vero neque ipse [3] apparuerit, qui dominum litis præsentare jussus est, aut, [4] qui pro eo legitime cogatur: tunc vocetur quidem legitima [5] voce, non autem obediens condemnetur & absens, secundum schema quod appellatur eremodicium [6], id est, desertæ causæ. Nam qui per contumaciam deserit, in nullo minor [7] præsente putabitur. Si vero ille quidem forsan advenerit, aut miserit quempiam, accusator autem desit, tunc & absolvere eum, & damna [8] ejus mederi calumniatorem cogat, sic erunt temperatiores: sic peccare cessabunt: sic non putabunt potentiam [9] divitiarum justitiæ prævalere.

§. 1. Nec latet nos, quia forsan nec sufficiat hoc ad perfectissimam causæ medelam: cùm judicantes potentioribus magis quam justiora volentibus & ad provincias venientibus præstent. Sed tamen novimus plurima injustitiarum curata ab hac legislatione, magis autem quantum ad nos est, totum erit sanatum. namque non aliter tradimus cingula, nisi [10] prius jusjurandum subierint hæc accipientes, juste omnibus judicare, & puras servare manus. Non puto post præsentem legem altero quolibet egebimus augmento, si illi quidem juste judicent ad legem simul & jusjurandum respicientes.

CAP. IV.

De fori præscriptione [11] *tollenda.*

ARripiat [12] autem nullus provincialibus cingulis violentos, nullo utens privilegio, aut potestate, aut forma: nisi [13] forte sacra nostra pragmatica forma occasione publicæ causæ præcedens, exhibitum hic quempiam inferri præcipiat: aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus: licet etiam hoc ex multa parte curavimus, plurimos majorum judicum in provinciis appellationum constituentes, ut apud illos magis appellatio, quando non de maximo negotio fuerit quæstio, quam in hac examinetur maxima civitate.

§. 1. Hanc [14] dicentes justitiæ legem, adhuc potius faciemus eam justiorem, si nulli [15] permittamus habere contra eam quædam privilegia: neque excipi ab hac lege quolibet privilegio [16]: nec si cuilibet sanctarum ecclesiarum largitum sit, aut alicui venerabilium xenodochiorum, aut aliis venerabilibus domibus, aut alii cuilibet ipsarum domuum imperialium, aut sacro patrimonio [17], aut sacris privatis, quæ merito post [18] supremum honorem secundo loco sunt posita: nec si aliquibus judicibus, aut in potentatu positis, aut omnino sub nos constitutis hominibus, sed obediant omnes legi, & succumbentes justitiæ sanctioni, honorent [19] eam, & per omnia habeant sortem: non solum in semetipsos respicientes, sed etiam in futuras successiones: & scientes quia nihil pene in semetipso manet, sed currit [20] natura, semper multas evolvens mutationes, quas neque prævidere facile est, neque prædicere: solummodo Deo, & imperatore sequente Deum, hæc gubernare mediocriter & mansuete valente. §. 2. Si vero quisquam utatur aliquibus sacris formis, sive pragmaticis, sive aliis, de tali quodammodo sibi largitis [21]: erunt omnino infirmæ, judicibus maximam [22] solventibus pœnam, si omnino susceperint: & non hoc quod [23] fit, solummodo meditabuntur, sed quod etiam faciendum est: etenim si posthac tale aliquid impetretur ab aliquibus nostrorum subjectorum, aut ab alio quolibet, quibus prius interdiximus, inter quos complectimur (sicut dictum est) ecclesias, & venerabilia monasteria, & sacras nostras domos, & sacra privata, & sacrum patrimonium: neque hoc omnino valebit. Erit [24] autem hæc lex ubique suam juste extendens virtutem, & simul quidem futura caute constituens, simul autem quod præteriit curans. §. 3. Scitote [25] igitur omnes subjecti, quos Deus nostris progenitoribus & nobis donavit, quoniam hanc vobis damus legislationem, omnem vobis cautelam conferentes: & neque itinere fatigabimini longiore, neque adversus maximos lacrimabitis: neque nos culpabitis tanquam hæc non corrigentes: sed unusquisque de proximo respiciens pœnam, in quibus forte damnificatur atque læditur, & hanc curam videns, magnum & bonum laudabit Deum, qui hæc nos sancire bene & juste illuminavit. Sit ergo pœna talia committentibus aut suscipientibus judicibus & cinguli casus, & decem librarum auri damnum.

EPILOGUS.

† Gloriosissimi igitur præfecti nostrorum sacrorum prætoriorum, qui per omnem subjectam terram consistunt, legem hanc cognoscentes proponant, & per diœceses sub se constitutas, & in omni [26] Italia, & Libya, & insulis, & Oriente, & quodcunque in Illyrico est: ut sciant omnes, quomodo eorum curam habemus, Deo qui tanta nobis contulit offerentes legem: qui magnam nobis pro eis recompensationem dabit, dum talia pro causa subjectorum salutis sanciverimus: proponatur Constantinop. civibus nostris. Dat. Kalend. Jun. *Constantinop.* Imp. JUSTIN. PP. Aug. Anno XII. JOAN. V. C. CONS. [27].

TIT. XXV.

UT ORDINARIÆ PRÆFECTURÆ URBANÆ [28] ET PRÆTORIANÆ DUÆ [29] ET PRÆFECTURÆ QUÆ IN CINGULO ET QUÆ [30] IN ACTU SUNT, SOLÆ, NON ETIAM HONORARIÆ LIBERENT [31] A CURIALI FORTUNA.

NOVELLA CONSTIT. LXX.

Imp. Justin. Aug. Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

PLurima horum quæ olim sancita sunt, neglecta, & non facile in republica tractata, omnino visa sunt absque lege & sine legislatione consistere. Novimus enim quia antiquitus erat quædam præfecturæ figura [32], quam honorariam [33] vocabant, codicillis ab imperio super ea collatis: hanc autem ita nominabant, ut nihil aliud nisi purum honorem iis, quibus præbebatur, conferret, quæ curiales non liberabat a fortuna curiali, nisi quis eam ipso [34] opere ministrasset: & sicut de gloriosissimis magistris militum videbimus, quia nullus ex magisterio armorum eripitur fortuna curiali, nisi cum opere gesserit, (nam & magisterium militiæ præfecturam esse nostræ dicunt leges: puri vero magistrorum militiæ codicilli solam præbent dignitatem, fortuna non liberantes,) sic etiam in ipsa præfectura si futurus sit aliquis liber hujusmodi fieri fortuna, necesse est in ipso cingulo [35] designatum, ab ea curiæ vinculis liberari.

CAP. I.

REnovamus igitur hujusmodi legem, sancientes, si quando visum fuerit imperio honorare curialem, ut etiam liberet fortuna, dare ei codicillos administrationis, & præparare eum in talibus constitui sedibus aut cingulis urbanæ præfecturæ senioris Romæ, & novæ videlicet hujus nostræ, aut in prætorianis tribunalibus, & Orientis, & Hesperiæ [36], & Libyæ nec non & Illyrici: quos omnes sub nobis fecit Deus: & ita libertate frui, quatenus magno promeriti honore, & in carpentis [37] vecti, & clamores præconum audientes, insuper judiciales conscendentes sedes, hujusmodi fortuna liberi constituantur. Si vero solo eos participare voluerit honore, fieri quidem codicillos, & his dari: tantum vero valere hujusmodi imperialem largitatem, ut ille honoratus quidem sit, & maximæ curiæ pars esse videatur: non tamen neque provinciali curia, neque ejus albo liberetur: sed maneat sub antiqua fortuna, solum lucratus honorem: & ita gratias agens Deo & imperio, quia migravit, eum ad meliora prioris tranquillitatis educens. Sitque etiam hoc additamentum imperialium præmiorum, quod neque publicum minuit, neque fortuna, neque consuetis ei functionibus privans curialem: & ei qui hanc promeruerit, etiam præsentem addens fortunam, & ostendens honoratiorem, & aliis curialibus dignitate solummodo præcedentem.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, tua celsitudo servare festinet: sciens quia neque curiales minuimus, & honoratiores eos omnibus demonstravimus: ut sciant hæ civitates per tua præcepta, quatenus imperio datur. Dat. Kal. Julii CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XII. JOANNE V. C. CONS. [38].

TIT. XXVI.

UT [39] AB ILLUSTRIBUS, ET QUI SUPER EAM DIGNITATEM [40] SUNT, OMNIMODO, SUPER PECUNIARIIS CAUSIS, SED ET INJURIARUM [41] CRIMINALITER PER PROCURATOREM DICANTUR: CLARISSIMIS AUTEM IN PECUNIARIIS LICERE EIS ET PER PROCURATOREM ET PER SE LITIGARE.

NOVELLA CONSTIT. LXXI.

Idem Imp. Justinian. Aug. Joanni gloriosiss. prætoriorum per Orientem præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

QUæcunque procedunt quidem quasi honoris causa, schematis melioris sunt: quod autem hinc evenit, non honorem, sed forsan etiam quandam læsionem inferens, hoc bene habere judicavimus brevi mederi lege. Fertur enim quibusdam constitutionibus [42], *Ut nulli clarissimorum*

1 Textus meo judicio depravatus est & inversus. Ideoque ne putes, actorem, quo casu vicerit, cogi, relictis bonis condemnati, quæ in provincia, in qua delictum est & sententia lata est, habet, absentis rei forum sequi, ut sententiam exequatur. sed hoc dici, Ex bonis absentis in ea provincia, in qua deliquit, sitis, victori, id quod judicatum erit, solvi æquum esse. Possumus & sic interpretari, Si victori satisfieri non potest ex bonis præsentibus condemnati, potest victor complementum quantitatis sibi adjudicatæ petere in eo quoque foro, in quo condemnatus degit. 2 Jul. *num.* 216. adde *Novell. Leon.* 108.
3 Id est, conductor. 4 Ἢ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ νομίμως πράττοντα, id est, procuratorem legitime constitutum. 5 Τῇ τοῦ νόμου φωνῇ, voce præconis, per præconem, Jul. *hic num.* 216. Porro *vox legis* dicitur eadem forma, qua Synesio *in epist.* Carnifex, manus legum. Præco etiam dicitur vox judicis: *Edicto Justiniani* 9. *cap.* 3. §. 4. ut qui verba judicis pronuntiet, & scribitur tamen in gestis, judicem dixisse, non præconem: ut Augustinus scribit 3. *de trinitate*: *& de verbis Domini serm.* 16. adde *Novell.* 12. *in fin.* 6 Eremodicium, non est desertio vadimonii, seu promissionis *judicio sisti*, sed litis contestatæ. Qui litem deserit, litis damno coërcetur, nec appellat. 7 Contumax atque desertor, habetur pro præsente. Judicatur efficaciter adversus præsentem, ergo & adversus desertorem litis, vid. *Nov.* 90. *c.* 9. 8 Vid. *Nov.* 53. *c.* 1. 9 Τὸ πλοῦτον τοῦ δικαίου κρατεῖν. *Scrimg.* Divitiæ justitiæ cedere debent. 10 *Novell.* 8. *c.* 7. 11 Evocationibus.
12 Id est, nullus eripiat cognitioni judicum provincialium reos per vim. *l.* 4. *ff. ad l. Jul. de vi privata*: vel per rescriptum, *ut hic.* 13 Reus conveniri potest in ea provincia, in qua deliquit, potest tamen rescripto principis ex justa causa impetrare, ut eximatur foro provinciali, & causa agatur in urbe, vel eo loco, in quo domicilium habet, vid. Jul. *hic num.* 217. eoque pacto reus ad se actorem rescripto potest evocare, *ut hic*: ut actor e contra reum, *Novell.* 53. 14 Fori quibus præscriptio denegatur. Jul. *num.* 218.
15 Quilibet judex in sua provincia potest tam de criminalibus, quam civilibus causis cognoscere 6. *Ecl.* 21. 16 Non continuo ecclesiæ, aut fisco evocationem permitti oportet, quod sit ecclesia vel fiscus: sed tunc tantum, cum id specialiter & pragmatica aliqua sanctione a principe impetraverint, *supr. h. t. in pr. hujus capitis.* adde Jul. *hic num.* 218.
17 Evocationes causarum reis conceduntur non tantum in criminalibus causis, ut *c.* 2. §. *h. t.* sed & in civilibus, *ut hic.* 18 Sacrum patrimonium principis, resque ejus privatæ, post res sacras & divinas privilegiatæ, & ita potentius est privilegium ecclesiæ, quam principis.
19 Honor justitiæ tribuendus. 20 Natura novas quotidie formas procreat: curritque semper multas evolvens mutationes. 21 Olim scilicet, ut sit sensus: Privilegia evocationum hactenus concessa, etiam pragmaticis formis, hodie esse inutilia. Nullum hodie uti jure evocationis, nisi pragmatica forma hoc specialiter, id est in causa, de qua agitur, a principe impetraverit, *in princ. hujus c.* §. *h. t.* 22 Maxima pœna quænam est? an arbitrio principis finienda? 23 Exemplis non est judicandum, sed legibus, *l. nemo* 13. *C. de sent.* 24 De vi & potestate hujus constitutionis, Jul. *n.* 219. 25 Si quis præsentem constitutionem neglexerit, Jul. *n.* 220. 26 *Nov.* 79. *c.* 2. 27 Id est, ann. 538. 28 Urbanæ præfecturæ sunt præfecturæ urbis Romæ, vel urbis Constantinopolitanæ. 29 Orientis sc. & Occidentis, id est; Italiæ, Africæ vel Illyrici. *c.* 1. §. *h. t.* & magistri militum. Jul. *hic.* 30 Ἔμπρακτον τιμὴν appellat in actu dignitatem, cui opponitur honoraria. sic apud Harm. *lib.* 1. *tit.* 17. §. 12. ἔμπρακτος ἐπαρχιώτης; in actu præfectura, & apud autorem *Ecl.* 43. *tit.* 7. *c.* 3. ἔμπρακτοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, in actu constituti provinciarum præsides. quibus opponuntur apud eundem autorem 60. *t.* 21. *c.* 68. οἱ μόνον τῇ ἀξίᾳ τετιμημένοι, dignitate tantum honorati. 31 Ut præfectoria dignitas Curialem liberet. Jul. *constit.* 64. De liberationibus decurionum, *Index Reginæ.* 32 Vide *Novell.* 38. 33 Honoraria dignitas dicitur, quoties aliquis codicillos accipit ab Imperatore: quoties ei dignitas præstatur, quasi prætorii præfectus fuisset, sive magister militum. Jul. *hic.* 34 Ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, ut sit sensus: In ipso gestu positus videtur, qui revera præfectus vel magister militum factus est. Jul. *hic.* 35 Τῇ ἀρχῇ. Hoc præcipue dicitur de iis, qui actu magistratu funguntur: nam honorarium cingulum non habent.
36 Italiæ: quatuor enim sunt præfecturæ prætorio Orientis, cujus sedes; Constantinopolis, Italiæ, Illyrici & Africæ. 37 Ἀπήνη, Carpentum. Vopiscus vocat judiciale carpentum.
38 Id est, ann. 538.
39 Hujus Novellæ sensus hic est: Præfecturæ honorariæ dignitas non liberat nexu Curiæ, sed ea tantum, quæ actu & reipsa administrata est. 40 De litibus eorum qui in dignitate positi sunt, *Index Reginæ.* De privilegiis dignitatum sive de procuratoribus, vide Julian. *constit.* 121. 41 Injuriarum actione civili & criminali illustres personæ per procuratores agere possunt. 42 *l.* 25. *C. de procuratoribus.*

liceat per se litem exercere, sed per procuratorem omnino. Sed hanc quidem antiquitas pro dignitatum honore scripsit: multos autem conspicimus dignitates quidem adeptos, & inter clarissimos inscriptos, aut comites, aut tribunos, vel si qui alii consistunt hujusmodi: substantiæ vero minoris dominos, ut penitus non sufficiant ad procuratores ordinandos, & propter hoc agendas expensas.

CAP. I.

SAncimus [1] igitur usque ad magnificentissimos Illustres hæc valere, & modis omnibus eos per procuratores pecuniarias exercere causas: nec non etiam injuriarum per procuratorem criminali modo movere, secundum quod datum est eis super hoc privilegium: ne [2] cogantur aut sedere [3] cum judicibus cum judicant: aut stare [4] rursus tanquam litigantes: ex utroque enim causa videtur incauta, aut dignitatibus injuriam sustinentibus, aut judiciali schemate indigne procedente. Post magnificentissimos igitur illustres, omnibus licentia sit volentibus procuratores ordinare, & per se lites exercere, nulla ex hoc neque prohibitione, neque damno, neque pœna inferenda eis.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ visa sunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, quæ moris sunt super his agens. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* Imper. DN. JUSTIN. PP. August. Anno XII. JOANNE V. C. CONS.

1 7. *Ecl.* 8. *c.* 28. 2 Causa hujus constitutionis. 3 Non est honestum, ut qui judicatur, cum judicibus sedeat. Econtra honestatis esse non videtur, ut dignitate major fiet coram judice inferiore. Honeste igitur constitutum, ut personæ illustres, & quæ supra eas sunt, in pecuniariis causis (& actione injuriarum, quantumvis criminaliter mota) per procuratorem omnino agant: clarissimæ vero agant, si voluerint. 4 Dixi ad *l.* 3. *C. ubi senatores.*

COLLATIO SEXTA.

TIT. I.

UT HI QUI OBLIGATAS SE HABERE PERHIBENT RES MINORUM [1] AUT OBLIGATI SUNT EIS, AD EORUM GUBERNATIONEM PENITUS NON [2] ACCEDANT: ET CURATORES NULLO [3] MODO SUSCIPIANT CESSIONES ADVERSUS EOS: QUORUM CURATIONEM AGUNT, AUT EGERUNT: HÆC AUTEM GENERALITER VALEBUNT IN OMNI CURATIONE, IN QUIBUS PERSONIS LEGES CURATORES PRÆBENT: ET DE GUBERNATIONE PECUNIARUM COMPETENTIUM EIS, QUORUM NEGOTIA ADMINISTRANTUR: ET QUANDO EAS RECONDI AUT MUTUARI OPORTET, AUT EX EIS REDITUS COMPARARI.

NOVELLA CONSTIT. LXXII.

Imper. Justin. August. Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

OMnia quidem legislatori reipublicæ in magna cura sunt, quemadmodum optime se habeant, & peccati nihil relinquatur: præcipue autem instrumenta minorum, & quæ circa eos curatio est, studiosa [4] cura est eis qui proferendi leges a Deo licentiam perceperunt: dicimus autem de eo qui imperat. Multas itaque causas audivimus, ubi administrantibus curatoribus cessiones factæ sunt adversus minores, sive puberes, sive impuberes quidem, in secunda [5] tamen ætate constitutos: & mox efficiuntur eorum domini facultatum, aut non existentia forsitan debita subeuntes, aut parvo pretio cessiones [6] accipientes, eorum quæ sunt undique fragiles [7]: aut etiam celantes *desuscepta* [8] existentia in minorum rebus, & ita cessiones accipientes secundum multas & plures occasiones. Quid enim homo ad malitiam semel [9] deditus non adinveniat, ut minorum res proprias faciat?

CAP. I.

Qui tutores vel curatores pupillo vel adolescenti esse non possunt [10].

HÆc omnia lege corrigere volumus, & præcipue illud, ut si quis obligatum [11] habuerit minorem, aut ejus res: hunc non omnino ad curationem ejus, vel si a legibus vocetur, accedere, quid enim non agat pro se dominus ejusdem existens, & adversarii rerum detentator nuper effectus? Propter hoc enim & illud sancimus, ut si apertissime manifestum est, quia is qui sit administrator, ipse est juri [12] minoris obnoxius: neque [13] ipse curator erit, necubi [14] aut cautionem [15] furetur, aut alias probationes [16] quæ erant minoris, corrumpat: & curatio fiat ei rerum interitus propriorum. Hoc itaque lege [17] tutissima colligetur, ut nullus eorum qui obligatas perhibent habere res defuncti, ipsumque minorem & ejus res, aut etiam qui aperte obligatus existit, ad curationem ejus accedat: neque habeat licentiam tale aliquid agere.

CAP. II.

Ut [18] *tutori qui factus est pupilli debitor aut creditor curator adjungatur.*

SEd [19] & si quis jam curam [20] gerens, obligatum sibi effectum habeat minorem, in se forsan hereditate [21] perlata cujuspiam, qui minorem habuit obligatum, aut alia hujusmodi occasione: non jam solum eum esse fidelem ad impuberum aut adolescentium curam, sed conjungi tutorem alterum aut curatorem, (hoc quod in plurimis legum casibus invenimus) ut [22] custodiat ille, ne fiat adversus adolescentem, aut ejus substantiam, ab eo, qui eum habet obligatum, in medio [23] ulla malignitas: sed hoc ipsum observet, ejusque jusjurandum [24], jurans in ordinatione, quia hoc custodiet, etiam eam, quæ ex proditione [25] ad concuratorem pœna est, reformidans.

CAP. III [26].

Ut a tutela vel cura nullus debiti prætextu excusetur nisi hoc probaverit.

UT autem non demus recusationem omnibus hominibus tutelæ vel curæ, si dicant quia obligatas habent res adolescentium, aut aperte obligati sunt, sancimus, si quis dixerit obligatum se habere minorem, aut ejus res, aut etiam minoris parentes, mox ostendere hoc ipsum recusationis tempore apud eum qui dedit curatorem, & absolvi: aut si incertum est hoc, præbeat ad sancta eloquia jusjurandum, quia ex veritate obligatum eum se habere credens [27] recusat: & si hoc factum fuerit, tutelam non contingere, neque curam: sed eum ab ea re procul expelli, ne ex hoc ipso hostem [28], & non curatorem adolescentulo præbeamus.

CAP. IV.

Si tutor vel curator se debitorem vel creditorem esse ab initio tacuerit.

SI vero tacuerit [29] in initio hoc, & factus fuerit curator: sciat omni actione adversus minorem, si vera fuerit, se casurum, propter hoc quod ex studio adversus hanc nostram legem firmetur. Sed si quis aperte obligatus existens tacuerit, sciat etiam iste, quia sustinebit pœnam, quod non possit redhibitionibus [30] aut aliis solutionibus debiti se miscere tempore curationis forsan arte compositis.

CAP. V.

Ut curatores nullo modo cessiones suscipiant adversus minores.

QUod si quis (sicuti dictum est) factus curator, deinde minoris res fuerit perscrutatus, & cessiones in [31] semetipso, aut per donationem, aut per venditionem, aut alio quolibet egerit modo: sciat omnino infirmum [32] esse quod ab eo fuerit factum: & neque per se, neque per interpositam personam tale aliquid agi: sed undique invalida hæc talia fieri, tanquam si neque ab initio facta fuerint. Manifestum est namque, quia si in talem cogitationem inciderit, omnia agi & disponi ad interitum suæ animæ, & ad rerum, quæ ejus quasi videntur, utilitatem. §. 1. Et non solum donec fuerit curator, prohibemus eum ab hujusmodi cessione: sed neque [33] postea gerere concedimus: ne forsan hoc considerans, abscondat rem, & præordinans illud male, postmodum dum a cura cessaverit, & latere fecerit quod maligne egerit, forte jam nunc non curator existens cessionem accipiat, & rem maligne disponat. Tunc enim infirmum esse volumus quod agitur, & non posse ullam actionem valere cessam adversus eum, cujus prius curam administraverat, sed pro non facto id esse, & lucrum fieri adolescentis: licet hæc cessio pro veris causis facta sit: non ut remeet rursus ad eum qui cessit, tanquam si nihil quasi in medium contra legem visum fuerit actum: sed cadat [34] ab eis, quæ ex hoc sunt quæsita propter transgressionem nostræ legis, & hæc minorem lucrari. Nam si non hanc imposuerimus pœnam: facilia erunt ea quæ sunt malignatis, & eum qui cessit, faciet iterum movere: & per medium ea quæ sunt cessionis, recipiet, legem per suam malignitatem circumveniens. Et hæc [35] dicimus [36] in omni curatore, in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges, prodigorum forte, aut furiosorum, aut amentium, aut si quid aliud jam lex dixit, aut si quid inopinabile natura adinvenerit.

CAP. VI.

De administratione pecuniæ pupilli vel minorum.

QUoniam [37] autem videmus curatores, quicunque Dei memoriam habent [38], ad curam difficulter accedere [39] (nam plurimis volentibus ea quæ minorum sunt impie in se vertere, amabilis [40] est res & appetibilis) videmus autem præcipue difficilem esse curatorum causam propter fœneratorum necessitatem: sancimus nullam [41] necessitatem ex legibus esse curatoribus minorum pecunias [42] fœnerare, sed caute [43] reponere [44] & reservare:

1 De tutoribus, *Index Reginæ*; adde Julianum *const.* 65. 2 Et ita abrogatur *l.* 8. *C. qui dare tutores, l.* 7. *C. de excus. tut.* 3 Et ita abrogatur *l.* 12. *ff. de reb. eor. qui sub tut.* & merito id abrogatum est: poterant enim tutores redimere actiones, revera inutiles, adversus pupillos ab aliquo, quas tamen utiles poterant reddere, subtractis pupillo apochis.
4 Id est, exacta. 5 Ætatum variæ species: alia prima, alia secunda, *ut hic.*
6 Tutori vel curatori non licet nomina contra pupillum vel adultum jure cessionis adquirere: sive pretium dedit, sive non. Jul. *n.* 222. 7 Legendum *fragilia.* Intelligit autem nomina seu obligationes, quibus vel præscriptio, vel quid tale potest objici. 8 Desuscepta, ἀποδόξεις τῶν χρεῶν. *Scrimg.* 9 Semel malus, præsumitur deinceps malus: dicam ad *c. Semel malus.* 8. *de reg. jur. in* 6. 10 Jul. *const.* 65. *num.* 222. 11 Is, cui pupillus obligatus est, tutor aut curator pupillo esse non potest, quatenus lex eum vocat ad legitimam tutelam. Jul. *d. loco num.* 203. facit *l.* 8. *C. qui dare tutores.* Goth. Vide Joann. Sande *decis. Frisic. lib.* 2. *tit.* 9. *defin.* 1. Ans. 12 Debitor minoris, ejus tutor aut curator esse non potest. 13 Et ita abrogatur lex 7. *C. de excus. tut. l.* 8. *C. qui dare tut.*
14 Causa hujus constitutionis. 15 Γραμματεῖον *Scrimg.* Kalendarium. *Hal.* 16 Ἀποδόξεις, id est, apochas. 17 Jul. *n.* 223. 18 Julian. *n.* 224. 19 Hinc sumpta est Authentica, *minoris, Cod. qui dare tutores.* 20 Idem in tutela. Jul. *hic n.* 224. Roland. a Vall. 1. *cons.* 83. *n.* 6. Goth. Vid. Rittershus. *exposit. Nov. part.* 8. *c.* 3. & *c.* 5. 6. Ans.
21 Tutor vel curator, ex post facto, (puta delatione hereditatis aliqua) creditor vel debitor pupillorum factus, non removendus est a tutela, sed ei adjungendus est alius tutor, qui eum custodiat ac observet, Jul. *hic.* 22 Jurare concurator datus tutori vel curatori pupillorum seu minorum facto creditori quid debeat. 23 Id est, in ipso actu tutelæ vel curæ. 24 Vid. Roland. *ibid. n.* 6. 25 Προδοσίας κοινὴν intelligit, pœnam constitutam tutoribus & curatoribus male administrantibus. 26 Jul. *ibid. num.* 225.
27 Jurari ex opinione potest. Qualiscunque igitur sit lis pecuniaria, tutor excusari potest, olim eam oportuit capitalem esse, vel status, *l.* 6. §. 18. *ff. de excus.* vel omnium bonorum. *l.* 20. *ff. de excus.* 28 Præsumitur hostis pupilli, qui litem adversus eum habiturus est.
29 Pœna dissimulantis pupillum sibi obligatum, & tamen ejus curam vel tutelam suscipientis. adde Jul. *ibid. c.* 226. 30 Solutionibus vel commentitiis (*al.* conventitiis) liberationibus actione solutus est. Jul. *n.* 226. Porro quas *redhibitiones* hic vocat vetus interpres, *solutiones* Julianus Græc. appellat hic καταβολάς. 31 Julian. *ibid. num.* 222. 227. olim id tutoribus licebat, & ita abrogatur *l.* 12. *ff. de reb. eorum.*
32 Pro infecto habendum Jul. *n.* 227. ubi paulo post †. 33 Tutor etiam deposita tutela actiones in pupillum quondam suum adquirere non potest. Cur ita? vid. †. *h. t.*
34 Pœnam nota tutoris aut curatoris, finita tutela vel cura actionem ementis in pupillum.
35 Jul. *num.* 228. 36 Argumentum ducitur & extensio fit a curatore minoris ad curatorem prodigi, furiosi, amentis, & similium. 37 Hinc sumpta est authentica, *Novissime. C. de adm. tut.* vid. Jul. *hic, n.* 228. 38 Religiosas personas tutelæ vel curæ officio fungi non posse, hinc colligunt, nisi superioris licentia accedat. vid. Alc. 3. *præsumpt.* 18.
39 Boni raro tutelas ambiunt. 40 Præsumuntur lucro potius suo quam benefaciendi animo duci, qui tutelam alicujus ambiunt. De qua præsumptione vid. Alc. 3. *præsumpt.* 18.
41 Olim cogebantur fœnori dare: & ita abrogatur *l.* 13. §. 1. *l.* 15. *l.* 58. §. 3. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 24. *C. de adm. tut.* 42 *Subaudi,* steriles, Jul. *n.* 229. 43 Id est, in tuto. *Jul.* 44 Ἀσφαλῶς ἀποτίθεσθαι καὶ φυλάττειν. *Scrimg.* Licet tutori aut curatori pe-

vare: quoniam melius [1] est eis in antiquis tutamen manere, quam usurarum appetitione etiam antiqua [2] pecunia cadere, & periclitari quidem curatorem, si non mutuaverit, rursus autem si mutuaverit, periculum sustinere, facto forsan in debitis detrimento. Si vero ipse sponte mutuare voluerit, sub [3] obligatione forte pignorum, aut sub aliis, quæ putantur indubitatæ, cautelis: tunc habeat quidem duorum mensium per singulos annos [4] inducias, hoc quod leges laxamentum [5] vocant: sciat autem mutui periculum omnino ad se venturum.

CAP. VII.

Si [6] vero habeat [7] reditus sufficientes [8], is cujus cura administratur, eos expendat. Si vero plus sint, quam sufficiat, quod plus est, reponat [9]. Quod si mobilis forte ejus cujus cura administratur, substantia est: tunc [10] illud solum mutuare curator cogatur, quantum ad dispensationem sufficiet adolescenti, ejusque rebus: quod vero plus est, caute recondatur. Licebit [11] autem ei cum omni subtilitate perscrutari, si aliquos forsan invenire caute potuerit reditus [12], & comparare minori ex abundantibus [13] pecuniis, modicis functionibus publicis obligatos: venditorem vero habentes idoneum, & opulentos reditus existentes: damus enim ei licentiam & hoc agere: scienti quia si quid horum neglexerit, hujusmodi emptionis ipsum respiciet [14] periculum.

CAP. [15] VIII.

Si [16] vero tantum solummodo sit minoris aurum cujus [17] usuræ vix eum & qui ejus sunt pascere, & aliquam aliam ei præbere vitæ dispensationem sufficiant: tunc necessitatis ratio nos etiam ad hoc vocat, ut curatores respicientes [18] ad Deum, ita faciant gubernationem tanquam in suis rebus. Etenim volumus dum [19] celebratur decretum quod tradit curam ei qui ad eam accedit, etiam jusjurandum eum dicere sacrosancta Dei Evangelia tangentem: quia per omnem pergens viam, utilitatem adolescentis aget, quod tamen non excipiet eum a ratiociniis [20], neque a legis ordine, sed cautionem [21] faciet ad rerum gubernationem, timentem semper circa eas, propter jurisjurandi memoriam factam. Hæc lex a nobis pro cautela sit posita horum qui curatoribus indigent. Si quid vero & aliud adinvenerimus, neque hoc lege complecti pigebit: ut per omnia patres [22] eorum, qui sibi auxiliari nequeunt, existamus.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ visa sunt nobis, edictis per provincias quibus præes, utens omnibus faciat manifesta: ut nullum lateant, quæ a nobis pie & pro subjectorum providentia sancita sunt. Datum Kal. Jun. CP. Imper. DN. JUSTIN. PP. August. Anno XII. JOANNE V. C. CONS. [23].

TIT. II.

DE INSTRUMENTORUM [24] CAUTELA ET FIDE, ET PRIMUM DE DEPOSITO [25], ET MUTUO, ET [26] ALIIS DOCUMENTIS PRIVATE QUIDEM SCRIPTIS, HABENTIBUS AUTEM TESTES, ET DE NON HABENTIBUS TESTES: ET DE INSTRUMENTIS PUBLICE CONFECTIS: ET DE COLLATIONIBUS MANUS PROPRIÆ SCRIPTURÆ: ET DE EXPOSITIS INSTRUMENTIS AB ILLITERATIS, AUT PAUCAS LITERAS SCIENTIBUS, ET DE NON SCRIPTIS CONTRACTIBUS: ET DE CONTRACTIBUS USQUE AD UNAM LIBRAM AURI: ET DE CONTRACTIBUS QUI IN AGRIS FIUNT: ET UT IN DOCUMENTIS ET CONTRACTIBUS FUTURIS LOCUM HABEAT LEX.

NOVELLA CONSTIT. LXXIII.

Idem Imp. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

Novimus nostras leges [27] quæ volunt ex collatione literarum fidem dari documentis, & quia quidem imperatorum super excrescente jam malitia eorum qui adulterantur documenta, hæc talia prohibuerunt: illud studium falsatoribus esse credentes, ut ad imitationem literarum semetipsos maxime exercerent, eo quod *nihil est aliud falsitas* [28], *nisi veritatis imitatio.* Quoniam igitur in his temporibus innumeras invenimus falsitates in judiciis multis, quorum fuimus auditores, & quoddam inopinabile ex Armenia nobis exortum est. Oblato namque commutationis [29] documento, & literis dissimilibus judicatis, quoniam postea inventi sunt ii qui de documento testati sunt, subscriptionem subdentes, & eam recognoscentes, fidem suscepit documentum, & quoddam hinc inopinabile occurrit, eo quod litteræ quidem sine fide visæ sunt, licet examinata responsa verorum testium cum veritate concordaverunt: & hoc per fidem testium, quæ videtur quodammodo esse cauta. videmus tamen naturam ejus crebro egentem rei examinatione, quando literarum dissimilitudinem sæpe quidem tempus [30] facit, non [31] enim ita quis scribit juvenis & robustus, ac senex & forte tremens, sæpe autem & languor hoc facit: & quidem hoc dicimus, quando calami & atramenti immutatio, similitudinis per omnia aufert puritatem, & nec invenimus de reliquo dicere quanta natura [32] generans innovat, & legislatoribus nobis præbet causas. §. 1. Quia igitur imperium propterea Deus de [33] cœlo constituit, ut [34] difficilibus imponat quæ apud eum sunt bona, & leges aptet secundum naturæ varietatem: propterea existimavimus oportere & hanc scribere sanctionem, & dare in commune subjectis, quos nobis Deus & prius tradidit, & paulatim semper adjiciet. Etenim quiddam de deposito in scripto dubitatum & ad contentionem deductum invenimus, & oportet etiam omnino horum prospicere: itaque illico nobis est a deposito inchoandum.

CAP. I. [35].

De instrumentorum cautela & fide: & primum de deposito, quemadmodum caute dari potest.

Si [36] quis igitur vult caute deponere [37], non soli [38] credat accipientis scripturæ, (hoc quod etiam in judicio quæsitum est, quia enim non [39] professus est is qui scripsisse dicebatur, *suam esse scripturam:* magnum res habuit tumultum & scribere alia coactus [40] est, quæ visa sunt veluti similia quidem, non tamen per omnia similia, & quantum ad illam scripturam sine termino causa permansit) sed is qui depositum dat, advocet [41] etiam testes, ut possibile est [42] honestos & fide dignos, & non minus tribus [43]: ut non in sola scriptura & ejus examinatione pendamus: sed sit judicantibus etiam testium solatium. Etenim tales testificationes suscipimus, quas præsentes testes dicant: *quia bis præsentibus subscripsit qui documentum fecit, & hunc noverunt.* Nam si invenerimus & tales quosdam testes non minus quam tres dignos fide existentes: neque [44] talem interdicimus fidem: neque enim ut abbreviemus probationes, ponimus legem: sed ut esse eas & caute esse faciamus.

CAP. II.

Quemadmodum sine tabellione instrumentum mutui vel depositi caute fieri potest.

Sed & si quis aut mutui instrumentum, aut alterius cujuspiam faciat, & noluerit hoc in publico conficeri, quod & in deposito definivimus, non ex ipso videatur credibile quod scribitur super mutuo documentum, nisi etiam testium habeat præsentiam fide dignorum non minus trium [45]: ut sive veniant, & propriis subscriptionibus attestentur: sive [46] alii quidam testificentur, *quia præsentibus eis confectum est documentum:* fidem causa ex utroque percipiat, etiam literarum examinatione penitus non repulsa, sed sola non sufficiente, augmento autem testium confirmanda.

CAP. III.

Si [47] literarum fides a voce testium discrepet.

Si vero tale aliquid contigerit quale in Armenia factum est, ut aliud quidem faciat collatio literarum, aliud vero testimonia: tunc nos quidem existimavimus ea quæ viva [48] dicuntur voce, & cum jurejurando: hæc digniora [49] fide quam scripturam ipsam secundum se subsistere. Veruntamen sit hoc judicantis prudentiæ [50] simul atque religionis, ut veracibus potius pro talibus credat: & nos quidem secundum hunc modum existimavimus oportere probari fidelia documenta.

CAP. IV.

De instrumentis incaute [51] compositis.

Si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut aliter contrahens, contentus sit scriptura sola ejus cum quo contrahit: in ipso erit ut sciat quia in illius fide totum ipse suspendit [52], & quidem quantum ex scriptura non sufficiens videbitur fides, nisi [53] secundum nostram legem adjiciatur documento

cuniam pupilli in tuto deponere, non fœnori occupare. 1 Melius est, sortem impuberis vel adolescentis conservari, quam usurarum cupiditate etiam sortem amittere.
2 Id est sorte. Usurarum cupiditate, sors plerumque amittitur. 3 Id est, sub pignoribus.
4 Usuras annuatim datas fuisse, non ad menses: denique usuras annuas, Justiniani seculo, fuisse, non menstruas, hinc colligunt. 5 Ita appellat Græc. autor & Jul. hic. Olim Tutores cogebantur nummos pupillares fœnori dare intra sex primos menses adeptæ tutelæ. *l. 15. ff. de admin. tut.* sequentibus annis, intra menses duos. *l. 7. §. 11. ff. de adm. tut.* Hodie tutor aut curator, non cogitur pecuniam pupillorum fœnori dare, nisi universa pupilli substantia sit mobilis, *C. 7. J. b. t.* sed si semel dederit (puta ad tempus communiter receptum, id est, unius anni) puto, optime ex hoc loco colligi, ad eam perpetuo fœnerandam teneri. Perpetuo: & tamen cum laxamento duorum mensium, ut quolibet anno duorum mensium spatium habeat, ad idoneos debitores perquirendos. Quid si pecunia illa usus sit? nullum laxamentum ei datur, vid. 5. *Harmenop.* Id tamen paulo aliter explicat Cujac. *5. obs. 12. & cap. 13. de præsc. num.* 4. quem vide. duo hinc collige, Tutorem semel fœnerantem pupilli pecuniam teneri perpetuo eam fœnori occupare, & ita usuras (ante redditas rationes) præstare, laxamento tamen ei dato duorum mensium singulis annis, semel ea utentem, quamdiu non erunt redditæ rationes, usurarum nomine pupillo obstringi, vid. *l. qui sine 38. ff. de negotiis,* qui si alias neque fœnori dedisset, neque usus ea fuisset, non teneretur usuras præstare. *J. hic.* Quid si tutor eo casu pecuniam pupillarem coram testibus aut judice postea repræsentavit, eamque testium signis obsignatam postea recepit: puto laxamentum ei dari duorum mensium ad eam fœnori reponendam, ut idem sua in causa quod in aliena custodiat. Usus autem pecuniæ pupillaris facile deprehenditur ex circumstantiis, velut si novum recensque genus monetæ, hoc est incognitum patri pupilli, aut cognitum quidem, sed non multo rationes ante redditas cusum pupillo repræsentet. 6 Jul. *num.* 230. 7 Notandum est hoc tutoribus & pupillis. 8 Ex reditibus (si sint sufficientes) pupilli alendi, ideoque pecunia (si quæ sit pupillo) tutori sacra esse debet, potest tamen eam fœnori occupare, *c. 6. S. b. t.* 9 Nota de pecunia pupillari ex reditibus ejus redacta, per tutorem conservanda vel impendenda. 10 Nota rursus. De pecunia pupillari fœneranda.
11 Nota tertio. De pecunia pupillari & minorum in emptionem aliquam collocanda.
12 Reditus annui in pecunia & fructibus consistentes, possunt licite emi, nec contractus hujusmodi emptionis illicitus est. *Novell. 160. c. 1. ubi dixi.* 13 Ex superflua pecunia Jul. *d. loco.* 14 Periculum nominum contractorum spectat ad tutorem.
15 Jul. *num.* 231. 16 Hinc sumpta est Authentica, *Quod nunc, Cod. de curat. fur.*
17 Nota casum singularem, Pupillus rem suam habens in solis mobilibus, si ex eorum reditibus ali non potest, tutor ex sorte bona fide aliquid deminuere poterit, *ut hic:* Si potest ali, sortem non attinget. Si plusquam ali, superfluum deponet. *c. 7. supr. b. t.* At si pupillus mobilia & immobilia habuerit, tutor mobilia tempore peritura distrahet. *l. 22. C. de adm. tut.* Ex reditibus vero & usuris pupillum alet. *c. 7.* neutram sortem attinget, nisi utrimque redactæ usuræ pupillo alendo non sufficiant *d. c. 7.* tunc enim ex alterutro poterit deminuere & magis ex sorte mobilium, quam immobilium, *arg. d. l. 22.* Si plus quam ali potest, superfluum deponet, ut casu superiore. 18 Cum cogitatione cœlestis judicis. Jul. *d. loco.*
19 Antequam se administrationi immisceat. Jul. *n.* 232. 20 Tutor ratione jurisjurandi non est ἀνυπεύθυνος. 21 Al. *cautiorem.* Rittershus. *exposit. Novell. part. 8. cap. 9. num.* 4. Ans. 22 Princeps pupillorum pater. Ideoque solent fisci principis ac regis advocati & procuratores pupillis, quoties eorum causa tractatur & agitur, facile se conjungere, ut eos videlicet defendant. 23 Id est, anno 538.
24 De instrumentis, *Index Reginæ.* adde Jul. *const. 66.* Quomodo depositum caute poni seu dari potest, adde 4. *C.* 21. 25 Huc refert *c. 1. 2. J.* 26 Huc refer *c. 3. J. b. t.*
27 *Nov. 49. c. 2.* 28 Adde 1. Harmen. 6. §. 10. *l. 23. ff. ad l. Corn. de falsis.*
29 Permutationis. 30 Tempus efficit, ut unius ejusdemque hominis diversæ quodammodo videantur scripturæ. 31 Quæ res efficiant, ut unius ejusdemque hominis scriptura diversorum videatur hominum. 32 Natura generans multa innovat, *Nov. 74. c. 1.*
33 Magistratus a Deo. 34 Scopus magistratuum. 35 Jul. *num.* 233.
36 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis vult. C. qui potior.* adde 22. *Ecl.* 4. *c.* 1. & 3. Harm. 2.
37 Id est, alicui depositum tradere, vel rem custodiendam committere. 38 Cur ita? vid. *J. b. t.* 39 Id est, quia noluit adgnoscere, suam esse scripturam: qui suam denegavit.
40 Negans cautionem aliquam a se scriptam, scribere cogitur, ut ex nova ejus scriptura veritas antiquioris arguatur. 41 Cautio deponenti observanda. 42 Quid si nolit depositum evulgare? vid. *c. 2. J. hic.* 43 Vid. Jul. *c. 66. n.* 233. hoc necessitatis causa non datur, sed majoris probationis gratia, *v. nam si. J. b. t.* 44 Depositum probari non potest paucioribus testibus quam tribus: alia tamen probatur ratione, quam testibus *c. 4. in fin. J. b. t.* 45 *l. 20. C. de fid. instrum.* Imo quinque: 1. Harm. 6. §. 3. 46 Nihil interest, utrum subscripserint testes, an præsentibus ipsis instrumentum depositi fuerit compositum, Jul. *const. 60. n.* 234. 47 1. Harm. 6. §. 4. 48 Deest hæc particula apud Scrimgerum. 49 Viva vox cum jurejurando scripturam superat, *temoin passe lettre:* dixi ad *l. 15. C. de fide instrum.* 1. Harmen. 6. *c.* περὶ ἀγράφων. 50 Vid. *l. 3. C. de testib.*
51 Id est, nuda suscipientis scriptura. 52 Ideoque incaute facturus est. Jul. *hic n.* 236.
53 Interpretatio est corrupta. Sensus hic est: Deponentem, accepta depositarii nuda scriptura, pendere pene ex sola fide depositarii, cum is possit facile scripturam negare: ejusque scripturam esse, difficilimum sit (propter varietatem, quæ in scripturis accidit *in pr. supr. hic.*)
creduli-

credulitas, aut præsentia testium coram quibus contractus est factus: aut forsitan novissimum [1] ejus rei refugium invenerit: dicimus autem quod ex jurejurando est, nam non infirmamus quod factum est: nam falsitates & imitationes metuentes, & nudis eis existentibus non credentes, hujusmodi subtilitatem causæ addimus: non [2] ut credentes privemus fide sua circa amicos, sed ut quantum possibile est, & perfidiam & negationem multis reconvincamus modis.

CAP. V.

Quomodo tabelliones caute debeant instrumenta componere.

SEd & si instrumenta publice confecta sint: licet tabellionum habeant supplementum [3], adjiciatur & eis antequam [4] compleantur (sicut dictum est) testium ex scripto præsentia.

CAP. VI.

De comparatione notarum.

OPortet autem judicantes, & si qua signa [5] invenerint adscripta chartis, etiam hæc requirere, & legere niti. Plurima namque novimus & ex aliis apparuisse, & non facile fidem ex literarum aliarum collatione recipere, propter dudum dictas a nobis causas.

CAP. VII.

De comparatione literarum.

SI vero moriantur omnes testes, aut forsan absint, aut aliter non facile sit fidem ex testium subscriptionibus invenire, neque tabellio superest qui complevit: (si quidem publice sit confectum) quatenus testimonium perhibeat pro se, aut non est in civitate: sed necesse est omnino collationem literarum suppletiones eorum qui subscripserint, assumere: tunc [6] competens est properare quidem ad comparationes, (neque enim eas modis omnibus interdicimus) per omnem autem subtilitatem procedere, & omnino, (si putaverit eis judex oportere credi,) etiam jusjurandum [7] injicere proferenti: *Quia* [8] *nihil maligni conscius in eo quod a se profertur, nec quandam artem circa collationem fieri præparans, sic utitur eo, quatenus neque perimatur quicquam omnino, & per omnia munitio in rebus fiat.* §. 1. In his vero quæ conficiuntur publice [9] documentis, si tabellio venerit, & testimonium perhibuerit cum jurejurando, si quidem non per se scripserit, sed per [10] alium ministrantem sibi, & & ille [11], si vivit, si quidem possibile omnino est eum venire, & nulla causa prohibet ejus adventum, ægritudo forte valida, aut quælibet aliarum necessitatum quæ hominibus accidunt. Quod si etiam adnumeratorem [12] habuerit instrumentum, & ipse [13] adveniat: ut tres sint testificantes, & non unus. Si vero neque adnumerator [14] assumptus est, & instrumentum ipse tabellio totum per se conscripsit, atque supplevit, aut si etiam qui hoc conscripsit [15], non est, aut aliter ipse venire non valet: tamen cum jurejurando propriæ [16] completioni attestetur [17], ut comparationi non fiat locus, sint etiam sic credibilia documenta, testimonium enim & ex voce complentis factum, & jusjurandum habens adjectum, præbuit quoddam causæ monimentum [18]. §. 2. Quod si tabellio defunctus est, & testimonium perhibeatur suppletioni ex alia collatione: si quidem etiam sic habeat eum, qui conscripsit instrumentum, viventem, & adnumeratorem: adveniant [19] & illi, si quidem præsentes sunt, & habeat ex collatione adimpletionum & ex testibus causa fidem. Si vero nullus horum sit, tunc fiat quidem completionum collatio: non autem sola hæc ad hoc sufficiat, sed & aliorum subscribentium forte aut contrahentium scripturæ examinentur: ut ex plurimis comparationibus, tam completionis quam subscribentium forte aut etiam contrahentium, una quædam colligatur undique & efficiatur fides. §. 3. Si vero nihil aliud inveniatur præter collationem instrumentorum: quod hactenus valuit, fiat: ut qui profert ad [20] collationis documentum juret solemniter [21]. Ut autem aliquod omnino causa sumat augmentum ad majorem negotii fidem: & ipse qui [22] hoc petit fieri, juret: *quia non aliam idoneam habens fidem, ad collationem instrumentorum venit: nec quicquam circa eam egit aut machinatus est quod possit forte veritatem abscondere:* de quibus [23] licebit sese liberare contrahentes, si consenserint utrique ad hoc venire, ut insinuent [24] instrumenta: & profiteantur ea sub gestis monumentorum ipsi contrahentes, quatenus priventur nequitia & corruptione & falsitatibus: & quæcunque alia mala corrigentes, præsentem promulgamus legem: iis quæ dudum a nobis in collationibus literarum factarum, per scripturam propriæ manus sancita sunt, in sua virtute manentibus: proculdubio & in iis qui literas [25] nesciunt, quæ olim valent in judiciis, suam habentibus firmitatem: quoniam quidem ex judiciali forma acceperunt examinationem hæc talia competentem.

CAP. VIII.

Imperiti literarum quomodo caute contrahant.

OPortet vero in iis qui literas [26] nesciunt, & testes & omnino [27] tabularios [28] adhiberi, in quibus locis sunt tabularii, maxime autem testes [29] non ignotos [30] contrahentibus: ut quidam scribant pro illiterato, aut paucas literas sciente: alii vero attestentur, *quia etiam præsentibus eis hæc gesta sunt, & sciverunt eum:* & ita talium instrumentorum suscipiatur fides, manifestum existens, quia non minus quam quinque [31] testes in his talibus adhibendi sunt, inter quos erit & qui scribit pro [32] contrahente, aut totum (aut post ea quæ) post paucas [33] literas illius posita sunt: quatenus nihil omittatur de summa subtilitate.

CAP. IX.

De contractibus sine scripto compositis.

ET hæc dicimus super instrumentis ex [34] scripto confectis: nam si quis facere quemlibet contractum ex [35] non scripto voluerit, hoc manifestum est, quia aut per testes, aut per jusjurandum [36] fidem percipiet: actore quidem testes deducente, pulsato autem jurante aut referente, sicuti judex negotium disposuerit. Ut [37] autem nihil sit neque horum inemendatum: illud quoque adjicere legi bonum est, ut si usque ad [38] *unam* auri [39] libram fuerit contractus: hujusmodi observationem in hoc minime custodiri: sed secundum hoc quod tunc actum est, causam fieri, ut non de rebus [40] exiguis maximas attritiones homines sustineant. Hæc autem omnia tenere in [41] civitatibus volumus, nam in agris (ubi multa simplicitas [42] est, & neque scribentium aut testium multorum copia est) quæ hactenus apud eos valuerunt, & nunc sint etiam firma: hoc enim & in ipsis testamentis quibus maxime studemus, jam a nobis sancitum [43] est. Valeat itaque lex in omnibus quæ [44] post [45] hæc facienda sunt instrumentis & contractibus: quod enim jam transivit, cur quispiam sanciat? Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus, apud nos autem introductarum, quatenus quotidie inter sese contendere homines compescamus, præauferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem.

EPILOGUS.

† Quapropter convenit tuam eminentiam hæc cognoscentem, manifesta omnibus facere subjectis, & qui hic sunt, & qui in gentibus: etenim ad alios gloriosissimos præfectos, & qui in Hesperia sunt [46], & in Libya, & qui in Septentrionalibus (dicimus autem in Illyrico) scripsimus ut omnis nobis respublica plena fiat hac lege subjectorum medente concussionibus. Datum prid. Non. Jun. CP. Imper. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XII. JOHANNE V. C. CONS. [47].

TIT. III.

QUIBUS MODIS NATURALES FILII EFFICIANTUR LEGITIMI [48] ET SUI [49], SUPRA ILLOS MODOS QUI IN SUPERIORIBUS CONSTITUTIONIBUS CONTINENTUR.

NOVELLA CONSTIT. LXXIV.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

REcte dictum est a prædecessoribus nostris, & ante omnes a Juliano [50] sapientissimo, quia nulla lex [51] neque senatusconsultum prolatum in republica Romanorum, videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. Igitur de iis qui ex naturalibus ad suorum [52] jus perveniunt, & multas & varias conscripsimus leges. Ex his autem quæ a natura rerum per singula moliuntur, invenientes aliquid deesse iis quæ jam statuta sunt: hoc in præsenti corrigimus. Sancitum [53] namque est, ut si quis habens mulierem puro sibi affectu consternatam [54], deinde filios procreaverit, & postea etiam nuptialia fecerit instrumenta [55], & legitimos ex ea pro-

probare, superesse tamen vel hoc divinum remedium, ut jusjurandum depositario deferatur.
1 *l* 1. *ff. de jurej. l.* 25. §. 3. *ff. de prob. l.* 3 *C. de reb. credit.* 2 *c.* 1. *in fin.* s. *h. t.*
3 Πλήρωσιν, impletionem. 4 Instrumentum non dicitur completum, priusquam subscriptum a testibus sit: adeo ut sola tabellionis subscriptio non sufficiat, nec credatur scripturæ tabellionis sine testibus. In judiciis tamen acta sine testibus valent: *l.* 31. *C. de donation.* ideoque Rolandus a Valle, vide *cons.* 38. *n.* 5. 6. refert ad instrumenti necessaria, subscriptionem, ut & sequentia, tabellionem rogari a contrahentibus: locum contractus inferi, *n.* 4. & 7. adde Jul. *hic n.* 228. 5 Σημεῖα, notas. *Julianus.* Comparatione non tantum literarum, sed etiam notarum falsitas arguitur. Jul. *hic n.* 238. Notæ non sunt literæ, *l.* 6. *in fin. ff. de bon. poss.* sed literarum compendia. 6 Testibus & Tabellione absentibus aut mortuis, is, qui jus ex testamento prætendit, comparationem ejus cum aliis scripturis notarii fieri, potest petere. 7 Postulans comparationem instrumentorum fieri, jurare debet de calumnia. 8 Jurisjurandi formulam observa. 9 Ἐπ' ἀγοραίοις *Scrimg.* id est, in forensibus instrumentis. 10 Notarius per substitutum potest subscribere. 11 Minister ac substitutus notarii, amanuensis. 12 Ἀριθμητὴν, argentarium, numeratorem pecuniæ. Fingamus contineri in instrumento pecuniam numeratam fuisse per Titium, vide Julian. *hic n.* 239.
13 Puta tabellio, ejus amanuensis & argentarius pro tribus testibus habentur.
14 Ἀριθμητὴς, id est, argentarius. 15 Amanuensis scil. 16 Confecto a se operi.
17 Solus tabellio, scil. μόνος ὁ ταβελλίων, testimonium ipsius probabile sit, Julianus *hic.* 1. Harm. 6. *ibi.* ἰσχύει ὅτι ἀρκεῖ. sed tamen Cujacius hic ex hujus Novellæ sententia requirit duorum testium præsentiam aut subscriptionem. alias forense instrumentum fidem non habere ex solius notarii fide: aliud esse in instrumento actus insinuato apud magistrum census, vel magistratus municipales, vel defensores plebis. vide *l. publicati* 2. *C. de testam.* 18 *Al.* momentum.
19 Mortui tabellionis instrumentum falsi per duos testes potest argui, eo tamen ordine: Primo per tabellionis substitutum & eum, qui creditoris nomine pecuniam numeravit: his demortuis, per testes, qui instrumento subscripserunt: his rursus mortuis, eorum scripturæ cum aliis eorundem scripturis comparantur. 20 Id est, ut qui instrumentum petit proferri, juret solemniter. 21 Quid jurabit? se nulla malitia usum. vide Jul. *hic num.* 239.
22 Id est, qui petit comparationem literarum fieri. 23 Id est, qui contrahunt, scrupulo & onere eorum, quæ dicta sunt, possunt facile se liberare, si consenserint &c.
24 Instrumentum insinuatum magnæ autoritatis est: ei namque creditur omnimodo.
25 Vid. Jul. *hic num.* 240. 26 Hoc est, qui imperiti scribendi. *Nov.* 44. *c.* 1.
27 Δύο πάντως. *Scrimg.* διὰ πάντως. *Cujac.* 28 Jul. *ibid. n.* 241. 29 Quinque. *J. h. t.*
30 Testis instrumentarius potest reprobari, si ignotus sit contrahentibus. 31 Tabellio scil. tabularius ejus, & tres testes. 32 Sensus est obscurus, quem ita ex Juliano *hic n.* 241. collige. Pro imperito literarum tertius potest subscribere. Nemo tamen scribendi sic imperitus est, quin inducta illi manu ab uno testium, *sanctam crucem* facere possit, & paucas literas scribere. Hoc ita peracto, quinque testes subscribere debent, quod præsentibus eis imperitum scribendi cognoscentibus, res omnes ita processerint, Jul. *dicto loco.* vide quæ scripsi ad *Novell. Leonis* 72. & ita literarum imperiti debent instrumenta componere. Sic in accusatione pro literarum imperito scribi potest, *l.* 3. §. 2. *ff. de accus.* 33 Signum crucis intelligit. *Nov.* 90. *in fin.* vide *l. ult.* §. 2. *C. de jure delib.* 34 De quibus convenit, ut in scriptis fierent. 35 Contractus ex non scripto per testes aut jusjurandum probari potest, Jul. *num.* 242. 36 Jusjurandum genus esse probationis, hinc colligere possumus.
37 Hinc sumpta est Authentica, *At si contractus. C. de fide instrum.* 38 De vi & potestate hujus constitutionis in quantitate, Jul. *hic.* 39 Id est, 72. solidos, adde *l. ult. C. si certum.* 40 Non hoc ait, Rerum vilium non admitti petitionem, cum & gallinæ *Nov.* 69. *c.* 1. & §. 1. & 16. *Inst. de rerum divis.* & quinque pedum admittatur petitio, vide *l.* 5. *C. fin. regund.* sed æquum negat esse scrupulosas nimis & curiosas solennitates in contractibus, non ita magnæ quantitatis habendis, requiri. 41 De vi & potestate hujus constitutionis in loco, Julian. *hic.* 42 Rusticorum simplicitas summa est: ideoque rusticitas dicitur innocens & quieta. *l* 3. *Cod. de defensor. civit.* Remittitur rusticitati solennitas exacta testamenti faciendi, *ut hic* & *l.* 31. *C. de testam.* ut & in nuptiis, *c.* 4. *in fin. infr. h. t.* Volunt etiam ignosci rustico, propter ignorantiam investituram intra tempus statuto definitum non petenti. *l.* 25. §. 1. *ff. de liberis & posthumis.* Alio sensu dicitur rusticitas, id est, imperitia, quæ potest etiam in urbanis hominibus esse, ea non excusat semper a tutela, *l.* 6. §. 19. *ff. de excus. tut.* nunquam vero a pœna edicti de in jus vocando, *l.* 2. *C. de in jus vocand.*
43 De testamento ruri facto vide *l.* 31. *C. de testam.* 44 De vi & potestate hujus constitutionis in tempore, Julian. *hic.* 45 Vid. *l.* 7. *C. de legibus.* 46 Italia.
47 Id est, anno 538.
48 Adde Paponem 3. *Notar.* 6. *c. de legitimation de bastards:* & 5. *Arrest.* 5. *c. de legitimations.* Goth. De liberorum differentia & legitimatione vid. Rittershus. *in expl. Novell. part.* 4. *c.* 12. & *part.* 7. *cap.* 4. & 17. Ans. 49 Julian. *const.* 67. De suitate liberorum & de nuptiis, *Index Reginæ*, Græci vero ita, περὶ τῶν παίδων, πῶς χρὴ νομίζεσθαι αὐτοὺς γνησίους ἢ νόθους. καὶ περὶ ἀπροίκων συνοικεσίων. Possis ergo huic titulo recte conjungere *Novell.* 89. *de modis, quibus naturales efficiantur sui, & de eorum successione ab intestato*, adde §. *ult. Inst. de nuptiis:* & *Nov.* 12. *c.* 4. & 5. *C.* 27. 50 *l.* 10. 11. 12. *ff. de legib.* 51 *d. l.* 11. 12.
52 Qui efficiuntur sui, legitimi, justi. 53 *l.* 10. *C. de naturalibus liberis.*
54 Ἐγνωσμένην, cognitam. 55 Pater non habens legitimos liberos, si concubinatum in matrimonium convertit, liberos naturales legitimos efficit, (lege Constantini & Zenonis,

creaverit

creaverit filios: neque ii qui prius nati sunt, maneant naturales: sed & illi connumerentur suis, eo quod occasio omnino eis sunt nasci legitimis. Sed habuit etiam ista lex correctionem [1]: nam quia secundi & post dotem nati mortui sunt, ideo volebant quidam nequaquam priores a non existentibus adjuvari: & hoc emendavimus, & dedimus eis etiam sic, vel si mortui sunt ii qui secundi fuerunt fratres, habere jura legitima. Illud quoque adjicientes, (quoniam & hoc dubitatum est) ut vel si aliqui filii post dotalia non nascantur, attamen præcedentes licet ante dotalia nati sunt inter suos adscribi, patre quippe ad hoc festinante. §. 1. Sed [2] & aliud quiddam tale occurrit: ex hujusmodi namque consuetudine nati filii erant alicui: at ille eos volebat a nobis adinvento modo facere suos, nuptialium confectione documentorum, deliberante autem hoc patre, mortua est mulier, & constitutionis eum deseruit modus. Non enim erat ad quam oporteret nuptiale confici documentum, & naturales manebant filii invito patre. Et quiddam etiam secundum tale exortum est apud viros neque nobis incognitos. Procreavit etenim quidam filios non legitime, & filios quidem ultra quam diligebat, & legitimos sibi fieri secundum legem volebat. Ea autem quæ sunt mulieris, non erant omnino sine peccato, neque dignam eam existimavit legitimo quodam nomine, quæ etiam semetipsam injuriaverat, sufficit [3] enim hoc tantum dicere. Quapropter secundus iste modus est, qui filios gravat: in priori quidem post mortem matris: in secundo vero, per id quod illa peccavit. §. 2. Novimus autem etiam quendam tertium modum: Pater namque volebat legitimos facere filios: & ad ea quæ de dotibus sancita sunt a nobis, respiciebat: filii vero sentientes, quoniam quædam inopinate evenissent ad matrem eorum (licet uxorem non legitimam existentem, a quodam cognato divite) maligne simul & dolose agentes, matrem occultaverunt, ne eos facere legitimos esset patri possibile, & moriente forte matre, maternarum rerum fruerentur usufructu: hoc quod patribus dat benefaciens lex. Talibus itaque resistens artibus, legis est proprium subtilis, quam in præsenti sancimus.

CAP. I.

De variis modis legitimandorum filiorum naturalium, & de legitimatione per matrimonium, *seu de contracto cum matre naturalium liberorum matrimonio ab ipso patre naturali.*

Si [4] quis sane non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere voluerit, mulierem vero aut non habet penitus, aut quæ non sine delicto sit, aut quæ non appareat, habeat autem secundum quandam legem ad matrimonium præpeditam: damus ei fiduciam nova quadam & nunc adinventa a nobis via ad legitimorum jus perducere naturales, proculdubio suis in talibus casibus non existentibus filiis. Sicut [5] enim quidam a præcedentibus nos adinventus modus est, qui libertos ad ingenuitatem deducit, præmandans [6] quidem eos alio quodam actu, & dans eis aureorum jus annulorum, postea [7] vero ad ipsam deducens naturam [8], quæ servum & liberum ab initio non discrevit, sed liberam hominis fecit prolem: sic & nos hunc modum adinvenimus causæ: & licebit id patri, ut in iis qui dudum a nobis dicti sunt modis, vel etiam si quis alter occurrerit talis: multæ namque, sicut prædiximus, naturæ [9] sunt novitates. Liceat igitur, (sicuti prædiximus) patri, si [10] legitimam non habeat sobolem, filios restituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, si ex libera ei fiant, & suos de cætero, & sub potestate habere: neque enim a principio, quando sola natura sanciebat, hominis (antequam [11] scriptæ provenirent leges) fuit quædam differentia naturalis atque legitimi, sed antiquis parentibus antiqui filii mox ut procedebant, fiebant legitimi. Et sicut in liberis [12] natura quidem liberos fecit omnes, bella [13] vero servitutem adinvenerunt: sic etiam hinc natura quidem legitimas produxit soboles: attamen ad concupiscentiam diversio [14] naturales eis immiscuit: tanquam ergo similibus passionibus factis, oportet etiam medelam ex qualitatibus inveniri: illam quidem a prædecessoribus nostris, hanc vero a nobis.

CAP. II.

De legitimatione ex testamento.

Sit [15] igitur licentia patri matrem in priori statu relinquenti, si ex veritate aliquid circa [16] thorum [17] apparuerit deliquisse, (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus) & si quædam circumventio est, aut non est, aut lateat, aut *aliquid etiam aliud* fiat circa eam, aut quod prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia: etiam sic providere filiis, & offerre imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia vult naturales suos filios restituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, & legitimorum juri, ut sub potestate ejus consistant, nihil a [18] legitimis filiis differentes: & hoc facto exinde filios frui tali solatio: & neque fraudare posse patrem, & celantes matrem, & jus legitimorum abjicere. Uno enim hoc modo omnibus hujusmodi naturæ excessibus & adinventionibus, in iis qui legitimos non habent filios, medemur, ita brevi solatio tantum naturæ impetum corrigentes. §. 1. Si vero solummodo naturalium filiorum pater hoc [19] quidem propter quasdam fortuitas circumstantias non agat: moriens vero sub quodam prædictorum casuum scripserit testamento [20], *velle sibi eos legitimos esse filios successores:* etiam hujus rei damus licentiam: supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, & hoc dicentibus, & ostendentibus patris testamentum, & heredibus existentibus, in quantum pater eos scripserit: & ab imperio hoc percipientibus: ut in uno eodemque hoc quod agitur, fit donum patris & principis: id est, dicere, naturæ [21] simul & legis: & hoc dicimus nullum anteriorem legitimum perimentes modum: sed etiam hunc addentes, in quibus illos accipere non licet, omnino enim suis existentibus, deinde naturalibus procreatis, aut primitus natis, nequaquam legitimorum jus eis adjicitur; nisi forsitan per constitutiones nostras, quæ dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

CAP. III.

De legitimatione per adoptionem.

Et nos non latuit, quia etiam adoptionis [22] modus erat antiquitus ab aliquibus ante nos imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis existimatus: sed æque piæ memoriæ noster pater [23], & constitutio ab illo prolata talia reprehendit [24]. Manere ergo & illam in suis terminis volumus: quoniam castitatem diligenter consideravit: & incompetens est, quæ bene exclusa sunt, rursus ad rempublicam revocare.

CAP. IV.

Qui sine dotalibus instrumentis contrahere non possunt. Julianus hic num. 243.

Illud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex plurimo causarum experimento cognovimus: multæ quidem & continuæ lites nuntiatæ nostræ majestati, ad opus nos deduxerunt hujus legis. Quia enim & antiquis promulgatum est legibus, & a nobis ipsis sunt hæc eadem constituta, *ut etiam nuptiæ extra dotalia instrumenta ex solo* [25] *affectu valeant & ratæ sint:* sed falsatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica: (nam introeuntes testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat [26] *Dominam* cohærentem, & ista illum similiter nominabat: & sic eis finguntur matrimonia non pro veritate confecta) hoc existimavimus oportere secundum naturales definire leges. Novimus etenim, & castitatis [27] sumus amatores, & hoc nostris sancimus subjectis, sed nihil est furore [28] amoris vehementius: quem retinere philosophiæ [29] est perfectæ, monentis etiam & insilientem atque inhærentem concupiscentiam refrænantis, ut ii qui hoc tali detinentur, si abstinebunt sermone ad eas quas amant, quæ eis non per blandimenta conferunt: denique in tantum etiam ante nos legislatores scierunt animorum affectus, ut etiam donationes [30] constante matrimonio prohiberent: ut non concupiscentiæ magnitudine victi, latenter paulatim conjuges semetipsos privarent sua substantia. Hæc ergo casta lege sancire bene se habere credidimus. §. 1. In majoribus [31] itaque dignitatibus, & quæcunque usque ad nos [32] & senatores, & magnificentissimos Illustres, neque fieri hæc omnino patimur: sed sit omnino & dos, & antenuptialis donatio: & ad omnia quæ honestiora decet nomina. Quantum vero in militiis honestioribus & negotiis, & omnino professionibus dignioribus est: si voluerit legitime uxori copulari, & non facere nuptialia documenta: non sic quomodocunque & sine cautela effuse, & sine probatione hoc agat, sed veniat ad quandam [33] orationis domum, & fateatur sanctissimæ illius ecclesiæ defensori [34]: ille autem adhibens tres aut quatuor exinde reverendissimorum clericorum, attestationem [35] conficiat declarantem [36], *quia sub illa indictione, illo mense, illa die mensis, illo imperii nostri anno, consule illo, venerunt apud eum in illam orationis domum ille, & illa, & conjuncti sunt alterutri:* & hujusmodi protestationem, si quidem accipere volunt aut ambo convenientes, aut alteruter eorum, & hoc agant, & subscribant ei, & sanctissimæ ecclesiæ defensor, & reliqui tres, aut quantoscunque voluerint: non tamen minus trium literis hoc significantibus. §. 2. Si vero etiam hoc illi non egerint: ille tamen talem reponat [37] chartam venerabilis illius ecclesiæ defensor in ejusdem sanctissimæ ecclesiæ archivis [38] (hoc est, ubi [39] venerabilia vasa servantur) prædictas subscriptiones habentem: ut reconditum sit omnibus ex hoc munimen, & non aliter videatur nuptiali affectu eosdem convenisse, nisi tale aliquid agatur, & omnino ex literis causa testimonium habet: his ita gestis, & nuptias, & ex eis sobolem esse legitimam. Hæc autem dicimus, ubi non dotis, aut antenuptialis donationis sit documentum: fidem enim in solis testibus suspectam [40] habentes, ad præsentem venimus dispositionem.

l. 5. C. de naturalibus liber. Hodie autem & ex Novella Justiniani 18. requiruntur, præter matrimonium, dotalia instrumenta) non eos tantum, quos suscepit ex ejusmodi matrimonio, sed & antea natos, eosque in potestatem suam redigit. *l. 10. C. de naturalibus.* (Idem dicendum est de eo, qui conceptus in concubinatu; natus est autem in matrimonio, *arg. l. 5. §. 2. ff. de statu hom.*) sive postea nati filii vivant, sive mortui sint liberi. quod & obtinet, licet si omnino nullus alius procreatus sit, *versic. sed habuit. infr. hic. l. 11. Cod. de natural. liberis:* Jul. *hic.* Quid si nuptias cum matre naturalium liberorum non contraxit, aut ei dotalia non fecit instrumenta, demus enim, eam mortuam esse: demus, matrem pudicitiam vulgasse, susceptos tamen ex ea liberos a patre diligi? pater rescripto principis legitimare eos potest, §. 2. *infr. hic.* Jul. *hic.* Potestne invitos legitimare? potest, §. 2. J. *hic.* 1 Vid. Jul. *hic.* 2 *Per l. 11. C. de naturalib. liberis.* 3 Hinc sumpta est Authentica, *Præterea. C. de naturalibus liberis.* 4 Jul. *num.* 245. 5 Argumentum nota a jure aureorum annulorum concesso libertis, ad legitimationem liberorum naturalium. 6 Προκαθαίρων, id est, repurgans. 7 Intelligit restitutionem natalium. 8 Omnes homines natura liberi, nullus servus. 9 Natura multa innovat. *Novell.* 73. 10 Habens legitimos liberos, naturales legitimare non potest, nisi contracto cum ipsorum matre matrimonio. 11 Ante scriptas leges, omnes liberi ex æquo legitimi. 12 Omnes liberi (id est, omnes filii) natura liberi. *Nov. 89. c. 1. & 9.* 13 §. 3. *Instit. de jure personarum. l. 4. ff. de just. l. 64. ff. de cond. indeb.* 14 Ἐκτοπὴ, hoc vult: Naturales liberos carnalis esse concupiscentiæ. 15 Hinc sumpta est Authentica, *Item. C. de naturalib.* 16 Puto hic quæri, Num patri liceat ex adultera & in adulterio susceptos liberos legitimare? 17 Quia in corpus suum peccavit. Jul. *hic.* 18 Effectus legitimationis. 19 Hoc est, si justa causa dotalia instrumenta impediat. Jul. *hic.* 20 Patris testamento quomodo legitimari possunt naturales liberi. 21 Naturæ, si ad patrem referas: legis, si ad principem. 22 Dixi ad *tit. C. de adopt.* 23 Subaudi: Justinus. adde *Nov. 89. c. 11. §. 2.* 24 Ut cum patribus filios naturales legitimos per adoptionem facere liceat. adde Julian. *hic n.* 243. 25 Ἀμοιβαίᾳ διαθέσει, mutua affectione, dixi ad *l. 30. ff. de reg. jur.* 26 Vide quæ notavi ad *l. 19. §. 1. ff. de annuis.* his adde illud Epicteti in Enchirid. αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ ιδ' ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. Hieronymus *adversus Jovinianum*, velanda Domina, celebrandus natalis ejus. 27 Castitas amica legibus. 28 Furore amoris nihil violentius, οὐδὲν ἄνευ μανίας ἐρωτικῆς σφοδρότερον. *Scrimg.* τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρως βροτοῖς, Euripid. in Antigon. Ἔρωτος διπλασιασθέντα μανίαν γίγνεσθαι. Theophrastus. Plato quoque amorem vocat furorem in *Phædro*, & Plutarchus apud Stobæum *serm.* 185. eas ob causas quærit Clarus 5. *sentent.* 60. An amor excuset a delicto, puta receptatione rerum furtivarum, sortilegio amoris causa facto, injuria illata & similibus: furor enim verus excusat. *l. 14. ff. de off. præsid.* huc tandem redit, Amorem nimium a pœna non excusare, sed tamen eam elevare: qua in re subsisto. Nam si nimius amor pœnam in delictis elevat, & nimium quoque odium, capitalesque inimicitiæ pœnam elevabunt. Et tamen punitur, qui ad adulterium committendum amico domum præbuit, *l. 9. ff. ad l. Jul. de adult.* punitur quoque, qui affinem vel cognatum latronem conservavit, quamvis mitius, nec enim par est delictum eorum, qui nihil ad se pertinentes recipiunt, *l. 2. ff. de recept.* 29 Philosophorum est, ac perfectorum, amorem refrænare. 30 Donationes constante matrimonio vetitæ, ob nimium inter conjuges amorem. 31 In senatoriis nuptiis, dotalia instrumenta & donatio propter nuptias requiritur: in aliis vero, qui honestiore militia funguntur, scriptura sufficit, Jul. *const. 67. n. 245.* Derogat tamen huic legi *Nov. 117. cap. 4.* 32 Ἡμετέρων ἐστὶ συγκλητικῶν. *Scrimg.* id est, nostros senatores. 33 Matrimonium est contractus ecclesiasticus, unde & in templo coram ecclesia celebratur, & ecclesiæ conspectum, solemnitatem & fidem requirit. Placet illud summopere: Præter matrimonium, nuptias requiri: id est, præter nudam conjugii conventionem, requiri solemnitatem, ritum & sacram benedictionem in ecclesia Christiana usitatam. Sed de ea re dicam plenius ad *Nov. Leonis* 89. ut & de clandestinis nuptiis ad *l. 7. Cod. de Repud.* 34 Qui ἐκδίκης. 35 Attestatio nuptiarum initarum petitur a ministris ecclesiæ. 36 Forma attestationis ecclesiasticæ nuptiarum initarum. adde Jul. *hic n.* 245. 37 *Registres des mariages.* Huc refer Rebuffum *tom. 2. tractat. de registris seu libris baptismi, sepulturæ, & aliorum actuum:* facit *l. 3. ff. de censibus.* 38 De archivo alias dixi ad *l. 9. §. 6. ff. de pœn.* adde *l. 30. Cod. de episcop. audient.* 39 Τεθῆσαι ἐν τῷ εὐκτηρίῳ κειμηλιοφυλακίῳ. Ita legunt hic Græci. Jul. *hic n.* 265. in sancto oratorio. 40 Major igitur hic scripturæ

§. 3. Quisquis autem in abjecta [1] degit vita, parvæ quidem substantiæ dominus consistens, in [2] novissima vero vitæ parte jacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas aut milites armatos, & quos lex Caligatos appellat, (hoc [3] est viliores [4] & obscuriores) perscrutamur, quibus civilium causarum ignorantia [5] est, & solius circa terram operationis, & circa bella concupiscentiæ causa est studiosa, & juste laudabilis: sic ut in vilibus personis, & in militibus armatis obscuris & agricolis licentia [6] sit eis & ex non scripto convenire & matrimonia celebrare inter alterutros: sintque filii legitimi qui patrum mediocritatem, aut militares, vel rusticas occupationes & ignorantias adjuvent.

CAP. V.

Si divinis tactis Evangeliis juravit quis in domo privata aliquam uxorem fore.

QUoniam autem interpellationibus quæ nobis fiunt semper, omnium tamen assidue mulieres audivimus ingemiscentes & dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti, ducant eas in domibus suis sacra tangentes eloquia aut [7] in orationis domibus jurantes *habituros* [8] *se eas legitimas uxores*: taliter eas habentes [9] tempore multo, & forte suscipientes filios, deinde dum se satiaverint earum desiderio, aut extra filios, aut cum filiis, eas projicientes de suis domibus: judicavimus etiam hoc oportere sancire: Ut si [10] mulier ostendere potuerit modis legitimis, quia secundum hanc figuram [11] vir eam acceperit domi, ut eam uxorem legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam esse ei hanc de domo præter ordinem [12] legis expellere: sed habere eam legitimam, & filios suos esse ei: & illam si quidem indotata sit, nostræ constitutionis uti bonis, quartam [13] substantiæ viri percipientem, sive expellatur, sive prius moriatur vir: non perscrutantibus nobis sive repudio utens dimittat eam, sive etiam sine hoc: neque enim verisimile est eum mittere repudium, qui [14] & ipsas nuptias denegat: sed si eam irrationabiliter expellat de domo, hoc ipsum fit adversus virum justa causatio [15], & mulier hoc facto repudium ei mittat, & exigat quartam [16], si uxor ostensa fuerit extitisse: licet extra [17] dotem convenerit, jurijurando credens. Quid [18] enim agat aliud, quæ ad dotem non est idonea, quam ut semetipsam pro omni dote contradat? §. 1. Sit autem & soboles legitima etiam invito [19] patre. Qui enim ad hoc nuptias fecit, & filios procreavit, ut mulier legitimorum ei filiorum fieret mater: non potest ex tali natos germine, rursus ut naturales [20] abjicere: neque quasdam postea forte nuptias post mortem uxoris, aut repudium contrahens, eos qui ex illis nascuntur nuptiis, velle habere eos solos esse legitimos: nisi eis etiam illi priores fuerint copulati, quorum similiter pater est, teste [21] existente nuptiarum priorum quidem Deo, secundarum autem lege. Eadem nobis lex pro cautela sit nuptias contrahentium promulgata: & si filii quidem ex talibus processerint nuptiis, erunt sui: & his legibus quæ sunt de suis positæ, fruentur.

CAP. VI.

Qui sint filii legitimi, naturales, & neutrum, id est, ex damnato coitu.

SI quid autem præter hæc fiat, non tamen ex conscripta procedat copulatione, erunt naturales [22]: & quæ a nobis largita sunt naturalibus, sive ex testamento, sive ab intestato, potientur. Eos enim qui semel ex odibilibus [23] nobis, & propterea prohibitis nuptiis procedunt, neque naturales vocari, neque participanda eis [24] ulla clementia est: sed sit supplicium etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quicquam peccatricis concupiscentiæ eorum habebunt filii.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & ad hominum medelam, & naturæ plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat universis, programmatibus propositis, per quæ omnibus lex erit aperta, cognoscentibus secundum quem circa talia conversentur modum, & nostram considerantibus providentiam: quia omni occupationi alteri eorum utilitatem præponimus. Datum Nonis Jun. *Constantinop.* Imper. DN. JUSTIN. PP. August. Anno XV. JOANNE V. C. CONS. Indict. τῦ Ϡ. μ. ω. ἔτες [25].

TIT. IV.

DE APPELLATIONIBUS SICILIÆ [26].

NOVELLA CONSTIT. LXXV.

SIciliæ appellationes suscipiat Quæstor [27] & interveniant psephismata tam ecdicorum quam patrum.

* * *

EPITOME EJUSDEM EX JULIANO.

DE APPELLATIONIBUS IN SICILIA PORRECTIS.

APpellationes [28] quæ in Sicilia porriguntur [29] adversus sententias prætoris vel ducis vel cujusvis alterius judicis in Sicilia constituti, apud quæstorem in hac regia urbe exerceri præcipimus, ut ipse discutiat causas provocationis & sententiam dicat, & nostro imperio referat, ut nostra auctoritate sententia ejus roboretur. Sed & si aliud civile emergat, veluti defensoris [30] confirmatio, vel decretum patris [31] civitatis Siciliæ: similiter ad quæstorem referatur, & calculo ipsius confirmetur, nostra scilicet auctoritate suggerente quæstori sequenda.

TIT. V.

HÆC CONSTITUTIO INTERPRETATUR PRIOREM CONSTITUTIONEM, DE IIS QUI INGREDIUNTUR MONASTERIUM [32] ET DE SUBSTANTIIS [33] EORUM, ET EX QUO TEMPORE OPORTEAT EAM VALERE.

NOVELLA CONSTIT. LXXVI.

Idem Imper. August. Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

CAusa talis ad nos pervenit, quam existimavimus oportere competenti uti a nobis interpretatione, simul & adjutorio. Cognovimus etenim, quia mulier quædam habens filium sibi ex nuptiis legitimis procreatum, voluit quidem segregare se a communi [34] ista conversatione, & in quodam mulierum monasterio commanere, plurima bona faciens mulieribus reverendissimis ibidem congregatis. Et quoniam nostræ pietatis lex [35] vult eos qui se monasteriis dederint, seu viros, seu mulieres, antequam ingrediantur monasterium, eo quo voluerint modo quæ sua sunt disponere, nec posse, postquam ingrediuntur monasterium, ulterius agere quicquam de propriis, utpote domini [36] rerum non existentes ulterius, eo quod sanciverimus nos hujusmodi viros & mulieres cum corpore & anima ipso ingressu ad monasterium dedicare se [37] suasque substantias, & si quidem discesserint, manere etiam sic eorum substantias in monasterium, eo quod domini harum ulterius non existunt: hinc autem metuere, ne forte quamvis nostra constitutio multo posterior sit, quam quod in prædictam venerabilem domum ingressa est, aliqui prohiberent eam prospicere suo filio: & oportere propter prædictum metum hæc interpretari & lege nostra fieri manifesta, quia nihil læsa sit, aut ipsa, aut filius ejus circa ejus successionem ex memorata constitutione.

CAP. I.

PRopterea sancimus, si quis monasterium habitaverit vir aut mulier ante prædictam [38] nostram constitutionem, aut hactenus habitat, & maxime filiis existentibus, nullam habere necessitatem nunc eorum substantiam in monasterium, sed filio aut filiæ transmittere aut totam, aut etiam partem suæ substantiæ: aut etiam quo voluerit modo res suas disponere: utpote primam illam legem alia nostra hac constitutione interpretante, (eos enim qui semel ante memoratam dudum nostram legem monasteria intraverint, in nullo postea posita lex contristatura est, aut ablatura eorum quæ prius eis ut liceat, data sunt) neque prius nostræ legi impedimentum penitus faciente, eo quod neque possibile sit hoc fieri, ut oportuisset prius disponere, & ita ingredi in monasterium. Si vero nulla tunc tali lege posita, in monasterium ingressa est: quomodo fieri potuerit converti ordinem legis, & exigere eos qui prius ingressi sunt monasterium, illa facere quæ prius ignorata, postea per sacram nostram constitutionem sunt innovata? Sed unumquemque competit secundum sua tempora exspectare, & ea quidem quæ post legem sunt ita quærere fieri, sicut lex vult: si quid autem ante legem subsecutum est, hoc non commovere, neque perscrutari, sed in priori figura relinquere. §. 1. Hæc igitur lex pro interpretatione utili posita sit prioris nostræ illius constitutionis: ut illa in [39] posterioribus temporibus ex quo facta est, locum habeat: & iis qui postea convertentur viris ac mulieribus posita sit: sibique potestatem in illis custodiat: nihil horum quæ antea fuerint, perscrutando, cum licentia sit prioribus viris ac mulieribus qui habitaverunt aut etiam hactenus habitant in monasteriis, & maxime filiis existentibus, suas res quo volunt disponere modo.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis & per hanc sacram declarata sunt legem, solenniter per programmata sua omnibus facere manifesta festinet. Dat. Idib. Octob. Imper. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XII. JOANNE V. C. CONS. Indictione secunda [40].

---

quam testium fides est. vide tamen *l. 15. C. de fide instrument.* 1 Hi vilissimi homines dicuntur. Jul. *n. 265. in fin.* 2 Εἰς ἔσχατον ἢ τῦ δήμυ μέρ@ ἀπονέμων@. Græci *hic.* 3 Τυτέςιν ἐυτελεςέρυς καὶ ἀφανεςέρυς *Græci hoc loco* ἐυτελής: sic *Nov. 17. c. 3.* & apud Harmen. *l. 1. tit. 6. §. 35. lib. 5. tit. 8. §. 107.* vilis & abjectus. Alias cohortalis *5. Eclog.* 4 *c. 52.* Caligati, id est viliores. dixi ad *l. 9. in fin. ff. de cust. reor. l. a caligato milite 21. Cod. de Nuptiis*, hinc caligata militia, *l. 10. ff. de excus. tut.* 5 Milites & rusticani jus civile ignorant. 6 Scriptura non exigitur in nuptiis militum & agricolarum. In quibus causis non requiratur scriptura, dixi ad *l. 17. C. de pactis.* 7 Sponsalia non caruisse benedictione ecclesiastica hic locus ostendit. 8 In futuro, hoc enim differunt sponsalia a nuptiis. 9 Julianus hanc qualitatem non adjicit, sed simpliciter ait, Si quis divinis tactis scripturis juravit mulieri, legitimam se uxorem habiturum, vel si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illa legitima uxor. Jul. *hic, num. 266.* & merito, cum testem Deum habuerit, cui velle illudere sacrilegium est, *§. 1. in fin. J.* 10 Præsumptio contra mulierem fiet alias, nec sola ex cohabitatione nuptiæ præsumentur, Alciat. 2. *præsumpt. 5.* quod tamen olim non fuit, *l. 24. Cod. de rit. nupt.* 11 Id est, sub hac promissione.
12 Id est, legitimas causas repudii, de quibus vide *Nov. 22. c. 15.* 13 Quartam uxori competentem in bonis mariti observa. de qua vide *Nov. 53. cap. 6. Nov. 22. c. 18. Nov. 117. c. 5.*
14 Negans nuptam, repudium ei mittere dici non potest: privatio namque habitum præsumit.
15 Querela, accusatio. 16 De qua supra. 17 Id est, licet dotem nullam marito attulerit. 18 Indotata omnino non intelligitur venisse, quæ seipsam dotis loco marito tradidit. vide *l. 12. Cod. qui potiores.* 19 Invito filius legitimus esse potest.
20 Tantum scil. 21 Deus testis est omnium, quæ geruntur, maxime vero eorum, quæ in domo ejus, templo, ac ecclesia aguntur. 22 Νόθοι, *Græci hic.* 23 Qui ex damnato concubitu nascuntur, neque naturales sunt, neque patri succedunt. Jul. *const. 67. n. 267.* adde *Novell. 89. c. ult. Authenticam Ex complexu. C. de incest.* 24 Eorumve liberis. Nam si damnati ex coitu illicito, parentibus non succedunt, nec ii succedent, qui ex illis descendunt, vid. Roland. a Valle 1. *cons. 74. n. 1.* & nati natorum, & qui nascentur ab illis.
25 Id est, anno 541.

26 Id est, in Sicilia porrectis. Jul. *const. 69.* adde *Nov. 104.* de Siculis notanda Theodorici regis verba sunt: Novimus, inquit, testante Tullio, Siculorum naturam, quam sit facilis ad querelas, ubi solita consuetudine possint judices etiam de suspicionibus accusare, vid. Cassiodorum 1. *Var. 3.* 27 Quæ olim referebantur ad præfectum prætorio, *l. 27. C. Theod. de appellat.* 28 Jul. *d. loco.* 29 A consulari scil. vel prætore Siciliæ, Consularem enim prius habuit Sicilia: deinde prætorem, *Novell. 104.* 30 Alii defensores confirmantur auctoritate præfecti prætorio. 31 Patres civitatum fuere in singulis Siciliæ urbibus.

32 De monachis. *Index Reginæ.* 33 De constitutione imperatoris, quæ loquitur de substantiis monachorum vel ascetriarum. Julian. *const. 70.* 34 Cui opponitur monachismus. 35 *Novell. 5. c. 5.* 36 Monachismi professione, dominus ejurat rerum suarum proprietatem. 37 Vid. Authent. *Ingressi. C. de sacr. eccl.* 38 *Novell. 5.*
39 *Nov. 22. c. 1. & 2. Novell. 54. & 68.*
40 Id est, anno 538.

TIT. VI.

UT NON LUXURIENTUR HOMINES CONTRA [1] NATURAM, NEC JURENT [2] PER CAPILLOS DEI, AUT ALIQUID [3] HUJUSMODI: NEQUE BLASPHEMENTUR [4] IN DEUM.

NOVELLA CONSTIT. LXXVII.

Imp. Juſtinianus Auguſt. Conſtantinopolitanis.

PRÆFATIO.

OMnibus hominibus qui recte ſapiunt, manifeſtum eſſe putamus, quia omne nobis eſt ſtudium & oratio ut crediti nobis a domino Deo bene vivant, & ejus inveniant placationem: quoniam & *Dei miſericordia non perditionem, ſed* [5] *converſionem & ſalutem vult: & delinquentes qui corriguntur, ſuſcipit Deus:* propter quod nos omnes invitamus Dei timorem in ſenſibus accipere & invocare ejus placationem: & novimus, quia omnes qui dominum diligunt, & miſericordiam ejus ſuſtinent, hoc faciunt.

CAP. I.

IGitur quoniam quidam diabolica inſtigatione comprehenſi, & graviſſimis luxuriis ſemetipſos inferunt, & ipſi naturæ contraria agunt: iſtis injungimus in ſenſibus accipere Dei timorem, & futurum judicium, & abſtinere ab hujuſmodi diabolicis & illicitis luxuriis, ut non propter hujuſmodi impios actus ab ira Dei juſta inveniantur, & civitates cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim a divinis ſcripturis, quia ex hujuſmodi impiis actibus & civitates [6] cum hominibus pariter perierunt. §. 1. Et quoniam quidam ad hæc quæ diximus, & blaſphema verba, & ſacramenta de Deo jurant, Deum ad iracundiam provocantes: iſtis injungimus abſtinere ab hujuſmodi, & aliis blaſphemis verbis, & non jurare *per capillos* [7] *& caput, & his proxima verba.* Si [8] enim contra homines [9] factæ blaſphemiæ [10] impunitæ non relinquuntur: multo magis qui ipſum Deum blaſphemant, digni ſunt ſupplicia ſuſtinere. Propterea igitur omnibus hominibus hujuſmodi præcipimus a prædictis delictis abſtinere, & Dei timorem in corde accipere, & ſequi eos qui bene vivunt. Propter [11] talia enim delicta, & fames, & terræ motus, & peſtilentiæ fiunt: & propterea admonemus abſtinere ab hujuſmodi prædictis illicitis, ut non ſuas perdant animas. Sin autem & poſt hujuſmodi noſtram admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis: primum quidem indignos ſemetipſos faciunt Dei miſericordia: poſt hæc autem & legibus conſtitutis ſubjiciuntur tormentis. §. 2. Præcipimus enim glorioſiſſimo præfecto regiæ civitatis permanentes in prædictis illicitis & impiis actibus poſt hanc admonitionem noſtram comprehendere, & ultimis [12] ſubdere ſuppliciis, ut non ex contemptu talium inveniatur & civitas & reſpublica per hos impios actus lædi. Si enim & poſt hanc noſtram ſuaſionem quidam tales invenientes, hoc ſubtercelaverint: ſimiliter a Domino Deo condemnabuntur. Ipſe etenim glorioſiſſimus præfectus ſi invenerit quoſdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit ſecundum noſtras leges: primum quidem obligatus erit Dei judicio: poſt hæc autem & noſtram indignationem ſuſtinebit.

TIT. VII.

UT LIBERTI DE CÆTERO AUREO NON [13] INDIGEANT [14] ANNULO: ET UT PRISTINIS RESTITUANTUR [15] NATALIBUS: ET DE CELEBRATIONE DOTALIUM INSTRUMENTORUM IN LIBERTIS MULIERIBUS FACTA, ET HOC IPSO ETIAM NUPTIAS LEGITIMAS FIERI, ET FILIOS SUOS: SI NUPER ETIAM ANCILLA FUERIT, ET IPSAM LIBERAM ESSE CELEBRATIONE DOTIS, ET NUPTIAS LEGITIMAS: ET QUI EX EA PROCESSERINT FILIOS SUOS.

NOVELLA CONSTIT. LXXVIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Joanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

PErfectis nobis omnibus bonis a magno Deo datis, exiſtimavimus oportere & ipſas ſervorum libertates, (cum a priore conditione a dominis liberantur) eis omnino puras & infucatas & perfectas efficere: & propterea etiam dedititiorum [16] injuria liberavimus libertates: & Latinitates [17] velut imperfectas excluſimus: & iterationes [18] ſuperfluas demonſtravimus: & Juniam [19] legem & Largianum [20] odivimus ſenatusconſultum, utpote in initio inaniter introductum, & recte poſtmodum reprobatum: ſolamque [21] valere Romanam civitatem in libertatibus voluimus, non locis, non ætatibus [22], non alio quodam cauſam diſcernentes. Quoniam autem ſemper aliquid melius de noſtris ſubjectis tractamus, etiam ipſum quod perfectius datum eſt a majoribus exiſtimavimus oportere adjectionibus ampliare.

CAP. I. [23].

De jure annulorum aureorum omnibus libertis generaliter conceſſo.

PRopterea [24] ſancimus, ſi quis manumittens ſervum aut ancillam ſuam, *cives* [25] *denunciaverit Romanos*, (neque [26] enim aliter licet) ſciat ex hac lege, quia qui libertatem acceperit, habebit ſubſequens mox, & aureorum annulorum & regenerationis [27] jus, & non jam ex neceſſitate hoc a principibus [28] poſtulabit: neque indigebit omnino ulla ſcrupuloſitate: ſed libertatis virtute hæc omnia ſubſequentur: hac noſtra lege ex præſenti die inchoante. Non enim aliquid horum quæ prius facta ſunt, perſcrutamur. Firmamus igitur omnia præcedentia: ut valeant ſecundum eos, per quos facta ſunt modos: ſed hæc quidem ſic habere ſancimus.

CAP. II.

De reverentia & obſequio patronis a libertis præſtandis &c.

ILlud vero adjicimus, ut nihil neque poſt hanc legem noſtram lædantur patronatus jura, illa vero quæ nos ſancimus, in quibuſcunque omnino hæc perſonis ſervabimus, niſi [29] tamen etiam ab his libertum qui libertatem donavit, abſolverit, aut per fideicommiſſum hoc relinquens, aut in ipſa libertate hoc adjiciens, nam ſi hoc ille dederit, omnino qui manumittitur, abſolvetur etiam a patronatus jure, eo quod ille hoc expreſſerit. Habeant itaque hæc omnia qui libertatem meruerunt: verumtamen ſervent etiam poſt hanc noſtram conſtitutionem eis qui ad talem eos perduxerunt honorem [30], omnem reverentiam, & hoc quod vocatur obſequium & reverentiam recte legibus introductam: quin etiam abſtineant aut manibus [31], aut inſidiis, aut aliis ex quibus liberti tale aliquid agentes rurſus, & ſervitutem ſuſtinent ſecundum de his ſcriptas leges, & reſtituuntur priori conditioni. Nam [32] ſi nullum penitus ingratum [33] eſſe circa donatorem permiſimus, licet fuerit bene [34] natus, ſed donationes infirmas pronunciavimus in iis, quæ dudum a nobis ſcriptæ ſunt legibus, & in iis quæ a nobis quotidie præcipiuntur: quomodo patiemur manumiſſorem, qui æqualis patri [35] circa libertum factus eſt, ab eo aliquid pati malignum, aut injurias forſitan aſperas & indecentes, ſeu plagas, aut maxime intolerabilia ſuſtinere diſpendia: Sed ſi quid horum legitimis probationibus convicerit paſſum ſe, qui libertatem dedit, vel ejus filios: poſt prædictas probationes libertum in priori reſtituimus habitu: nominum quidem perſcrutatione, & propter hoc diſpendiis, omnes eripientes, juſtitiam autem ubique & æquitatem: & quod legiſlatorem decet, & quod placet Deo & liberto, & dudum domino conſervantes. §. 1. Quapropter ſint quidem & liberti & ingenui, ſive ii qui dudum manumiſſi ſunt, & evidenter eis hoc largitum eſt: ſive illi qui poſt hanc legem noſtram ad ingenuitatem venientes, tanquam bene [36] nati jam facti vivant, & debitum honorem manumiſſoribus reddant: ut non denuo & libertate & benenatione [37] cadant, tanquam indevoti ingratique convicti, & a lege damnati. Erunt namque ita perpetue liberi & ingenui, ſi manumiſſoribus eorumque filiis [38] inconfuſam & liberam ſuam venerationem & reverentiam devotionemque ſervaverint: quibus videlicet conſervatis nunquam ad priorem relabentur fortunam.

1 De impudicis dicam ad Novellam 141. nec enim fit hic mentio τῶν ἀσελγαινόντων.
2 Jul. *conſt.* 21. *cauſ.* 22. *quæſt.* 1. *c. ſi quis.* adde 5. *decret.* 26. *de maledicis.* 3 Aut per ejus membra vel per creaturas. vide *c.* 26. *x. de jurejur.* 4 Blaſphemia in Deum prohibita, de qua vide Petrum Gregorium 33. *ſyntag.* 52. Clarum 5. *ſent.* §. *blaſphemia.* Tomum 4. Ordinationum Gallicarum 6. *de la punition ordonnée contre les blaſphemateurs.* Porro βλασφημία dicitur ἐκ τοῦ βλάπτειν τὴν φήμην, id eſt, ex eo, quod alterius famam lædat, eſtque idem, quod κακολογία, ἀισχρολογία. Committitur autem vel in Deum ejuſve doctrinam, *ut hic:* vel in homines, *c.* 1. §. 1. *J.* Priori ſenſu peccat, qui Deo capillos & caput tribuit: qui Dei beneficia in execrationem convertit. ut qui concepta formula jurat per paſſionem & ſanguinem Chriſti. Et breviter, quoties negatur de Deo id, quod in eo eſt, aut ei tribuitur id, quod in eo non eſt, aut id, quod in eo eſt ſacrum (ut nomen ejus ac verbum) ab hominibus vulgare fit ac profanum, blaſphemia eſt, *Levitic.* 24. & 2. *Reg.* 19. *Eſaiæ* 52. *Rom.* 2. *verſ.* 24. *Apoc.* 16. *verſ.* 21. Id autem, quod in eo eſt, aut non eſt, opinione hominum non eſt metiendum, ſed ipſius rei veritate. Ideoque Chriſtus remittens peccata, *Matth.* 9. promittens adventum ſuum ex nubibus, *Matth.* 26. *verſ.* 66. *Marc.* 2. *verſ.* 7. filium Dei ſe aſſerens, *Joann.* 10. *v.* 36. Stephanus, prænuncians mutationem legis Moſaicæ, *Act.* 6. *verſ.* 11. 13. a nequiſſimis Judæis dicti ſunt blaſphemaſſe. Exempla atrocia hujuſmodi blaſphemiarum vide apud Clarum 5. *ſent.* §. *blaſph.* 4. *in princ.* Goth. In hanc Novell. vid. Ritterſhuſ. *part.* 12. *c.* 2. Anſ.
5 Deus non vult mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat. *Ezech.* 33. *v.* 11. *Nov.* 14. & 141. 6 *Geneſ.* 19. *verſ.* 24. & 2. *Pet.* 2. *verſ.* 6. 7 Κατὰ τελχὸς τῆς κεφαλῆς. *Scrimg.* 8 Argumentum a minori ad majus: ſeu a pœnis delictorum in homines commiſſorum ad ea, quæ committuntur in Deum. Sic proximum ſacrilegio crimen majeſtatis dicitur, *l.* 1. *ff. ad l. Juliam majeſt.* 9 Puta magiſtratum, *l. un. Cod. ſi quis imperat. maledix.* parentem, *l.* 1. §. 3. *ff. de obſeq.* ſervos Dei *Exod.* 5. 1 *Reg.* 18. 3 *Reg.* 21. 1. *Paralip.* 20. *Hierem.* 24. *Luc.* 7. *Act.* 2. 5. 6. 7. 16. 21. 26. 1. *Corinth.* 4. *verſ.* 13. 2 *Pet.* 2. *verſ.* 2. *Apocalypſ.* 2. *verſ.* 9. Polycarpo cauſam ſuam agenti turba conclamavit, αἶρε τοὺς ἀθέους. *Juſt. martyr.* adde Tertull. *c.* 9. *Apolog.* Minutium Felicem *in Octavio ſeu Octavium Arnobii.*
10 Ut ſunt convicia, injuriæ, execrationes, libelli famoſi. 11 Blaſphemiæ effectus.
12 Pœna blaſphemi, ultimum ſupplicium: id etiam jure divino conſtitutum fuit, *Lev.* 24. Gregorius pœnam mitigavit, blaſphemis ſex dominicis diebus pro foribus templi ſtare juſſis, dum aguntur miſſarum ſolennia. Septimo vero, nudis & quidem corrigia in collum injecta &c. *cap. Statuimus. x. de maledicis.* Qua tamen pœna comprehendi clericos (ne ob id eorum ordo vileſcat) idem Gregorius noluit, quem ſequuntur canoniſtæ, vid. Clarum 5. *ſent.* §. *blaſphemiæ* 3. *verſ. ſed quæro.* ita pauciſſimis ut locis legitima pœna ſervetur, quod Clarus *eodem loco* juſte deplorat. Lege *tom.* 4. *ordinat. Gal.* 6. ſub Philippo Valeſio Francorum rege, blaſphemum a prima hora ad nonam uſque, ferreum ad collare publice ſtetiſſe: iterantem vero ad eundem torquem die nundinarum ligatum, eique ſuperius labrum ferro candente ſic diſciſſum, dentes ut conſpicui fierent: tertia vice, labrum inferius, quarta utrumque: quinta, linguam abſciſſam: ut qua parte peccaſſet, eadem & puniretur. vid. plura apud Petr. Gregor. 33. *ſyntagm.* 12. Quid ira, ebrietas delinquentis & conſuetudo univerſæ provinciæ, excuſatne blaſphemum a pœna? Duobus prioribus caſibus, Clarus vult pœnam mitigari: poſtremo, pene excuſari. Placet in eo tamen, quod refert, non admiſſos a Senatu articulos & exceptiones blaſphemorum, ſuum delictum conſuetudine vel uſu totius provinciæ elevantium, *d. loco, in fin.* An blaſphemiæ damnatus non capitaliter, fiat infamis, aliter dijudicari non poteſt, quam ex tenore ſententiæ & provinciarum ſtatutis, *l.* 13. §. 6. *ff. de his qui notantur.*

13 Olim indigebant *ff. & Cod. de jure aureor. annul.* 14 Vid. *tit. C. de dedititia libert. tollend.* fiebant autem *Dedititii* ex lege Ælia Sentia. §. 3. *Inſt. de libert.*
15 Παλιγγενεσίαν Græci hic & alibi vocant, quam Latini appellant natalium reſtitutionem.
16 Vid. *tit. C. de dedititia lib. tollenda.* 17 Quod reliquos homines, non quod patrimonium attinet: niſi patronus manumittendo jus ſuum remiſerit. *l. pen. l. ult. C. de bon. libert.*
18 Latini fiebant inter veteres iteratione, quod ut fieret, vide Ulpianum 3. *in princ.* & §. 3.
19 Norbanam ſcil. qua libertini fiebant Latini §. 3. *Inſt. de libert.* 20 Largiano ſenatusconſulto cautum fuerat, ut liberi manumiſſoris (non nominatim exheredati) extraneis heredibus eorum, in bonis Latinorum præponerentur, §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. lib.* & ita Senatusconſultum Largianum erat appendix legis Juliæ Norbanæ de libertinis Latinis latæ, *l.* 1. *in princ. Cod. de Latina libert. tollend.* 21 Vid. *tit. C. de Latina libert. tollend. & per certos modos in civitatem Romanam tranſlata.* 22 Vid. Ulp. *tit.* 2. §. 2. §. 3.
23 Jul. *num.* 260. 24 Hinc ſumpta eſt Authent. *ſed hodie, C. de jur. aureor.*
25 Qui a domino manumiſſus eſt ea formula, *ut civis Romanus fiat*, ingenui jus habet.
26 Quotquot enim manumittuntur, cives fiunt Romani. Hinc colligas, privato cuique licere per obliquum civem Romanum facere, & jus civitatis Romanæ conferre. Manumittens enim manumiſſo jus civitatis confert, lege videlicet id permittente. 27 Παλιγγενεσίας, id eſt, natalium, non erit ut libertinus, erit ut ingenuus, *Nov.* 18. *cap.* 11.
28 Natalium reſtitutio olim a ſolo principe dabatur. *l.* 3. *ff. de natalibus reſtituendis.*
29 Servus ingenuus factus a domino, omnibus ingenuus eſt, at non manumittenti, niſi jus patroni nominatim remiſſum ei fuerit. *leg. penult. l. ult. C. de bon. lib.* Poteſt enim manumiſſor patronatus prærogativæ, vel cum manumittit, vel teſtamento renunciare. Julian. *conſt.* 72. *num.* 261. Jus patronatus remittitur, at non obſequium & honor. *infr. hic.*
30 Jure patronatus remiſſo, obſequium remiſſum non intelligitur. 31 Nota, quibus modis manumiſſi recidant in ſervitutem, vid. *l. ult. in fin. C. de bon. liber. l.* 2. *C. de libert.*
32 Argumentum a pecuniariis donationibus ad donationem libertatis obſerva. Illæ propter ingratitudinem ut poſſunt revocari: ita & hæc poteſt. 33 Donatio revocari poteſt ob ingratitudinem. vid. *l. ult. C. de revoc. don.* 34 Κἂν εἰ τῶν εὐγενεστάτων εἴη. *Scr.*
35 Manumiſſor manumiſſo patris loco eſt. 36 Ὡς εὐγενεῖς. 37 Εὐγενείας.
38 *l.* 5. *C. de obſeq. l.* 3. *C. de liber.*

CAP. III. [1]

Si libertam suam patronus uxorem habere maluerit.

SI [2] quis autem libertam ducere voluerit, aut legitimam facere conjugem, cujuslibet [3] dignitatis existens, nuptialia conficiat documenta, (hanc enim solam post manumissionem observationem adjicimus) & sint etiam præcedentes filii, sicut & qui post dotalia nati sunt, liberi & ingenui & sui, & patris successores, & a postulatione annulorum aureorum & pristinorum natalium liberati [4], nullamque penitus habentes differentiam ad cætera ingenuorum matrimonia. Libertas enim matris insuper & documentum nuptiale, sobolem liberam & ingenuam & patri succedentem demonstrabunt.

CAP. IV. [5]

Si quis ex ancilla sua liberos habuerit.

ET ita rebus & veritate toti efficimur, ut si [6] cui etiam ex serviente muliere procreentur filii, & voluerit ille postea mulierem manumittere, & dotalia conficere documenta: mox cum ipsa dotis inscriptione & filiis competet libertatis simul & suorum [7] jus: non requirentibus nobis specialem libertatem in filiis fieri, & simul manumitti cum matre aut postea vel ante eam forte libertatem accipere: sed conscriptione sola nuptialium documentorum mox eis etiam libertatem donamus. Quod enim majus utique ostensurus est pater libertatis filiorum indicium [8], quam uxorem ostendere, liberamque simul & legitimam nuptialium documentorum conscriptione? Si [9] enim miles [10] relinquens legatum alicui suorum servorum ipsa donatione legati & libertatem dare videatur: quomodo non multo magis pater si documentum nuptiale conscripserit, habebit proprios filios ex hoc solo & liberos & legitimos successores? Neque enim quilibet eum putaturus erit voluisse filiorum quidem matrem, legitimam esse, & hoc tam magnum ei donasse opus [11] libidinis, proprios autem filios ex suo natos semine, adhuc relinquere servituros. §. 1. Hoc similiter quidem pro manumissoribus, similiter autem & pro manumissis sancimus. Nam si ea quæ in præcedentibus dicta sunt, manumissoribus non servamus: segniores forsan homines circa libertatis largitatem efficiemus. Nobis autem omne extat studium subsistere libertates atque valere, & in nostra florere & augeri republica: etenim hujus causæ desiderio & in Libya & in Hesperia [12] tanta suscepimus bella, pro recta scilicet ad Deum religione, & pro subjectorum pariter libertate.

CAP. V. [13]

Ratio constitutionis.

FAcimus autem novum nihil, sed egregios ante nos imperatores sequimur. Sicut enim Antoninus [14] Pius cognominatus (ex quo etiam ad nos appellatio hæc pervenit) jus [15] Romanæ civitatis prius ab unoquoque subjectorum petitus [16] & taliter ex iis, qui vocantur peregrini [17], ad Romanam ingenuitatem deducens, hoc ille omnibus in commune subjectis donavit, & Theodosius [18] Junior post Constantinum maximum sanctissimæ hujus civitatis conditorem, filiorum [19] prius jus petitum [20] in commune dedit [21] subjectis: sic etiam nos hoc videlicet regenerationis [22] & aureorum annulorum jus, unicuique petentium datum, & damni & scrupulositatis præbens occasionem, & manumissorum indigens auctoritate omnibus similiter subjectis ex hac lege damus. restituimus enim naturæ, ingenuitate dignos, non per singulos de cætero [23], sed omnes deinceps qui libertatem a dominis meruerint: ut hanc magnam quandam & generalem largitatem nostris subjectis adjiciamus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur pro indulgentia subjectorum nostræ placuerunt clementiæ per hanc legem, hæc tua celsitudo cognoscens, nostris subjectis faciat manifesta per programmata propria & hic, & in provinciis: ut discant quia nostrorum subjectorum per omnia curam habemus, ea quæ pro utilitate eorum sunt, sancientes. Valebit [24] autem hæc lex in subsequentibus omnibus & eis, qui postea emerserint casibus: quod enim recessit, non perscrutamur. Datum 15. Kalend. Febr. CP. Imper. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XV. [25] ARIONE [26] V. C. CONS.

TIT. VIII.

APUD QUOS OPORTEAT CAUSAS [27] DICERE MONACHOS ET ASCETRIAS [28].

NOVELLA CONSTIT. LXXIX.

Imperator Justinianus Augustus Mennæ archiepiscopo Constantinopolitano, & universali patriarchæ.

PRÆFATIO.

REm cognoscentes non rectam fieri in hac regia civitate, communi lege existimavimus hoc mederi: inchoantes quidem ab hac felicissima civitate: in omnia vero loca ea quæ subjecta sunt distendentes. Quidam enim volentes corrumpere orthodoxæ fidei honestatem, si quidem litem habuerint, quasi cum monachis aut ascetriis, civiles judices interpellant: at illi mittunt executores, præsumentes accedere intra loca sancta, & monachos trahere, atque monastrias, vel ascetrias inquietare, forsan etiam eas quæ non videntur: & hinc injuriam & confusionem non parvam adorabilibus fieri locis.

CAP. I.

Si quis in jus vocare monachum vel sanctimonialem conatus sit [29].

PRopterea [30] igitur sancimus, si quis quamcumque habuerit causam cum aliquibus venerabilibus sanctimonialibus, aut sacris virginibus, aut mulieribus omnino in monasteriis consistentibus, Deo amabilem civitatis illius episcopum [31] interpellet: ille vero mittat, & cum omni honestate quæ sunt de personarum præsentia disponat: sive oportet per [32] abbates [33], sive per responsales [34], sive per alios quoslibet hoc fieri. ipsi vero cum omni veneratione sacerdotali causam examinent & judicent, & civiles non sint penitus eis judices, neque confundant eorum honestatem cum idonei sint Deo amabiles singularum civitatum episcopi, & quæ de lite sunt, & de cautela judiciorum disponere & judicare honeste atque sacerdotaliter [35], & secundum leges nostras [36], & sacratissimas regulas [37]. Sic enim & qui aliquam rationem habere putantur, merebuntur justitiam, & honestas sacratorum [38] inviolata integraque servabitur.

CAP. II.

Cura [39] & custodia constitutionis, & ut lites monachorum citius dirimantur.

COmmunis igitur sit lex, habeatque custodiam & a gloriosissimis præfectis, qui per cunctas existunt diœceses [40], & Illyrici dicimus, & Libyæ, Italiæque [41], & Occidentis totius, & a gloriosissimis præfectis utriusque Romæ, & magnificentissimo prætore populorum [42] & judicibus [43] gentium, eorumque officiis: & nulla ejus fiat omnino corruptio, sed integra ad honorem reverendissimorum monachorum custodiatur. Hæc autem etiam tua celsitudo cognoscens, & ipsa custodiat in hac felicissima civitate, & [44] ejus confiniis. utatur autem ad Deo amabiles civitatum metropolitanos (quorum ipse suscepisti [45] ordinationem) proponens propriis literis hanc nostram sacram legem. Verum illi sub [46] se constitutis episcopis hæc nuntient, ut ex paucis literis una continuatio legis ad omnem perveniat ditionem. Sed etiam *accelerari lites sancimus monachis illatas*, ut non mens eorum occupetur [47] circa litis solicitudinem: sed velociter liberati, sacris [48] operibus obsecundent.

CAP. III.

De [49] temeratoribus hujus constitutionis.

SCiant igitur qui præter hæc aliquid egerint: si quidem judex sit qui talem proferre sententiam præsumpserit, quia ab administratione repelletur tanquam divinitati contumeliam faciens, & pœna x. librarum auri una cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro danda ærario: executores [50] autem præsumentes offerre omnino admonitionem, ab ipsis Deo amabilibus episcopis prohibeantur, & retrudantur in locis quæ decaneta [51] nuncupantur, pœnas competentes passuri: exactionem nullam de cætero agere permittendi.

EPILOGUS.

† Hac [52] valente lege si quis cum aliquo reverendissimorum monachorum aut virginum aut mulierum omnino sacrarum & in venerabilibus monasteriis habitantium habuerit causam. De clericis etenim & ordine conventionis eorum jam leges conscripsimus, quas valere & firmas esse omni volumus modo. Scriptum exemplar viro clarissimo Joanni præfecto sacrorum Orientis prætoriorum, iterum exconsuli ordinario, & patricio. Scriptum exemplar Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scriptum exemplar Longino gloriosissimo præfecto urbis. Dat. 6. Id. Mart. CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XV. [53] ARIONE V. C. CONS.

---

1 Adde Julian. *num.* 262. 2 Hinc sumpta est Authentica, *Sed novo jure, C. de nupt.* & Authent. *Nova C. de jure aureor.* 3 Olim dignitatum præcipuarum patroni non poterant suas libertas ducere, & ita abrogantur *l. 9. ff. de senatoribus. l.* 16. 23. 43. 44. *ff. de ritu nupt. l. 7. in fin. C. de incest. Novell.* 22. *cap.* 10.
4 Olim non erant liberati. *Novell.* 18. *cap.* 11. 5 Jul. *num.* 263.
6 *l. 3. C. comm. de success.* 7 Γνησιότητος, id est, suitatis. 8 Non præsumitur pater velle ancillam suam liberam facere, filios vero ex ea susceptos relinquere in servitute.
9 Argumentum a milite aliquid servis legante, ad eum, qui suorum naturalium liberorum matrem uxorem ducit, observa. 10 Aliud in pagano. *l. 29. ff. de probat. l. 2. Cod. de necessar. serv. hered.* 11 Καὶ τηλικοῦτον αὐτῇ χαρίζεσθαι πάρεργον ἡδονῆς. *Scrimg.* ob nihili voluptatem tanto donare munere. *Hal.* & tantum illi voluptatis auctarium largiri, *Agyleus.* alii πάρεργον, accessionem vocant. 12 Id est, Italia. 13 Jul. *num.* 264.
14 *l. 17. ff. de statu hom.* 15 Ab Antonino Pio omnibus ingenuis, qui in orbe Romano, concessum est τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας: a Theodosio τὸ τῶν παίδων δικαίων: a Justiniano hic, τὸ τῆς παλιγγενεσίας καὶ τῶν χρυσῶν δακτυλίων. Ita effectum est tandem, ut sine specialis impetrationis necessitate, cives omnes facti fuerint: omnes jus liberorum habuerint: omnes liberti jus aureorum annulorum & natalium fuerint adsecuti. Sic solent plerumque boni principes alii alios, in subditis æquo jure regendis & beneficio adficiendis, superare.
16 Petitum αἰτούμενον. 17 Omnes ingenui Quirites facti ab Antonino. Rutilius Numantianus, Fecisti patriam diversis gentibus unam. Profuit injustis, te dominante, capi. Dumque offers victis proprii consortia juris, Urbem fecisti, quæ prius orbis erat.
18 *l. 1. Cod. de jure libert.* 19 Id est, liberorum. 20 Id est, peti solitum.
21 Theodosius Junior omnibus ingenuis jus trium liberorum dedit. vid. *l. 1. Cod. de jure liberorum.* 22 Omnibus ingenuis jus Quiritum ab Antonino, *s. hic.* liberorum a Theodosio: omnibus manumissis jus ingenuitatis, seu natalium & aureorum annulorum a Justiniano datum est. *ut hic.* 23 Ut olim fiebat. *l. 1. Cod. de jure aureor. annul.*
24 De potestate hujus constitutionis in tempore. Jul. *num.* 265. 25 XII. vid. Cujac. 4. *obs.* 28. & ita anno 539. 26 Apione Cujac. *ibid.* error nasci potuit ex litera R. Latina, quæ Græcis est P, id est, ρ. adde quæ scripsi ad *l. 6. C. de off. rector. provinc.*
27 De monachis legislatoribus. *Index Reginæ.* 28 Sanctimoniales, Jul. *Const.* 73.

29 Jul. *num.* 266. 30 Hinc sumpta est Authentica, *Cassa* 33. *C. de sacros. eccles.*
31 Forum monachi, episcopale, *ut hic:* olim præsidis vel præfecti prætorio, & ita abrogatur lex 33. *C. de episcop.* 32 Monachus ab aliquo conventus, respondere potest per abbatem, vel per actorem, vel per syndicum communem, qui & Apocrisiarius. 33 Ἡγουμένων. Scrimg. Julian. *hic.* 34 Ἀποκρισιαρίων *Scr. Jul.* iidem responsarii. *Novell.* 123. *cap.* 25. *Novell.* 133. *cap.* 5. 35 Ἱερατικῶς. Scrimg. 36 Episcopi judicare debent secundum leges imperatoris & sacros canones. 37 Κατὰ θείους κανόνας. Scrimger. Julian.
38 Ἱερῶν. Scrimg. 39 Ut hæc constitutio ad curam magistratuum & episcoporum pertineat. Julianus *num.* 267. 40 Diœceses episcopales ad instar diœceseon imperialium institutas fuisse, verisimile est: adde *Novell.* 11. 41 Præfectus prætorio Italiæ, ut & totius Orientis fuit sub Justiniano. adde *Novell.* 69. *in fin.* 42 Legendum δήμων, *ut Novell.* 13. Prætor populi, Præfectus olim vigilum. 43 Τῶν ἀρχόντων τῶν ἐθνῶν. *Scrimg.* provinciarum præsides vertit Julian. *hic.* 44 Urbis & ejus confinium cura ad Archiepiscopum pertinet. 45 Metropolitani ordinantur ab archiepiscopo. 46 Episcopi subsunt metropolitanis. 47 Monacho litigare indecorum. 48 Monachorum exercitia, vacare orationi, precibus, lectioni sacrorum librorum, & quibusdam artificiis manuariis, *Novell.* 133. *cap.* 6. vid. Hieronymum, tractatu de opere monachorum: Facito, inquit, aliquid operis, ut semper te diabolus inveniat occupatum &c. locus est lectu dignissimus. Vide de consecratione *distinct.* 5. *can. nunquan.* 49 Jul. *num.* 268. 50 Pœna executoris diem dicentis monacho apud laicum judicem. 51 Δεκανικοῖς, *Scrimg.* decanicis. Jul. *hic:* decaneta, *ut hic*, decanica. *Jul.* decanonica. *l. 30. Cod. Theod. 16. tit. 5.* diaconica. vid. *l. 3. C. de hæreticis.* Cancelli *Balsamoni ad Photium 9. cap. 1.* secretaria *act.* 1. *Concil. Chalcedonens.* quæ & aliis ἐκκλησιαστικὰ, & ἐγκλεῖστρα genus aliquod carceris vel custodiarum fuisse puto: adde Julianum *hic:* unde & interpretes Græci, εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐγκλείστραν ἐκβαλλέσθωσαν, in decanicis ecclesiarum recludantur. Decanicis non absimilia loca existimo, quæ Galli vocant, *le Chapitre:* & hic quoque executores dicuntur recludi in decanicis, competentes pœnas luituri. possis hinc etiam colligere, Monasteriis fuisse hoc casu jus prehendendi, recludendi, adde & coërcendi, addatur decanicis monasteriorum illud de decade Spartanorum, quo loci damnatos solebant strangulare. Plutarch. *in Agide.*
52 Quorum hæc constitutio interest. Ita conceptus est hujus epilogi titulus apud Julianum *num.* 269. 53 Lege 13. ut *supr. Novell.* i. e. anno 539.

TIT. IX.

[1] DE [2] QUÆSTORE [3].

NOVELLA CONSTIT. LXXX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

SEmper cum Dei auxilio omnem facimus providentiam, ut subjecti ab ejus clementia traditi nobis illæsi serventur. Itaque & leges ponimus omnem eis curantes justitiam: & quod paulatim labitur, reparare festinamus: insuper etiam administrationes invenimus, quæ castigantes quod inhonoratum est, mediocria faciunt delicta, quale videlicet aliquid *Prætores* [4] *populi* in hac felicissima magna urbe, utilissimo ex ipso rerum experimento omnibus regiam hanc civitatem nostram habitantibus approbatum. Ex hoc igitur experimento & aliud quiddam medela egens moliri & adinvenire, legi & cingulo justum existimavimus. Invenimus enim quia paulatim provinciæ quidem suis habitatoribus spoliantur: magna vero hæc civitas nostra populosa est turbis diversorum hominum, & maxime agricolarum suas civitates & culturas relinquentium.

CAP. I.

De his qui Constantinopolim veniunt.

HÆc ad præsentem legem nos respicere procuraverunt, & ad cingulum [5] quod nunc a nobis pene novatum est: cui non piget nos de publico & annonas dare, & sufficiens etiam officium constituere, & ex negligentia ejus periculum relevare. Cingulo etenim & hoc accipienti, quæstoris imponimus nomen. sic enim & in initio eum invenientes, (dicimus autem priscis temporibus) *Ereunadas* [6], vocabant inquisitores ad hoc venientes officium. Volumus autem cingulum habentes hoc, respicientes ad Deum, nostrumque timorem, & legem, requirere ad magnam hanc civitatem venientes, ex quacunque provincia sint, viros, sive mulieres, aut clericos, seu monachos, vel monachas, sive externarum civitatum advocatos [7], aut alterius cujuscunque fortunæ vel dignitatis existant, & perscrutari [8] qui sint, aut unde venerint, & qua occasione, & si quidem agricolæ [9] sint, intendere quibus nostrorum judicum horum competunt lites, & his imminere, velociterque eos eripere difficultatibus propter quas huc venerunt, & festinanter, unde venerunt, eos remittere, competentia fruentes.

CAP. II.

De agricolis.

SI vero aliqui sint agricolæ constituti [10] sub dominis, & egentes [11] eis ad hanc venerunt regiam civitatem: præparare [12] possessores, citius eas discernere pro quibus venerunt causas, & remittere merentes mox quæ justa sunt. Si vero forsitan ad [13] resultationem possessorum venerunt, & adversus eos dicant causas: si quidem multitudo sit, plures quidem remittere continuo ad provinciam, duobus aut tribus relictis, qui secundum [14] collitigantium schema litem exerceant: & ita eum imminere litis auditori [15], & procurare citius incidi negotia, ut non longitudo eis fiat temporis, & maxime agricolis: quorum [16] & hic præsentia superflua, & agriculturæ vacatio damnum & ipsis & possessoribus facit.

CAP. III.

SI [17] vero neque agricolarum sit adveniens multitudo, sed quidam forsitan alii, aut etiam litigaturi adversus alios & hic tardent, non quiescere, sed cum omni instantia judices urgere cum festinatione eos contentionibus absolvere, & litibus liberatos remittere in suas civitates & provincias habitare. Si [18] vero forsan cum institerint auditores [19] litis, aut agricolarum domini [20], qui a nobis sunt judices statuti, ut litigantes aut observantes liberent, ipsi adhuc differant, & non citius eos a litis observatione liberaverint, tunc ipsum qui a nobis in hoc cingulo constitutus est, deducere ad se litigantes, aut agentes aliquo jure a possessoribus, proinde non merentes examinare, & citius disponere, pro quibus illi huic magnæ observant civitati, ad suas remittere patrias, aut omnino ex quibus venerunt locis omnibus perempto ad hoc privilegio, & fori præscriptione.

CAP. IV.

SI vero vitæ occasionem aliqui aut lites non habentes, in hac sunt nostra civitate, ut propter [21] victum, aut eo quod hic ad eorum desideria non sufficiat, jam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est inspicere: & si quidem valent eis corpora, potentes autem sufficere ad laborem sunt: si quidem servilia fuerint: cognoscere quorum sunt, & hos etiam invitos possessoribus [22] transmittere. Si vero liberi fortuna & ex aliquibus civitatibus aut provinciis orti, hos transmittere ad provincias ex quibus orti sunt.

CAP. V.

De mendicantibus validis.

SI vero hujus [23] terræ fuerint, & corporibus quidem validis utantur, vitæ autem eis decens non est occasio hos non frustra esse *terræ* [24] *onus* permittere, sed tradere citius eos operum publicorum attinet artificibus, ad ministerium, & præpositis [25] panificantium stationum, & hortos operantibus [26], aliisque diversis artibus, aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare: simul autem ali: & segnem [27] ita ad meliorem mutare vitam. §. 1. Si vero aliqui noluerint observire operibus quibus traditi sunt, hos sectari [28] hac regia civitate: parcentes enim eis, hoc sancimus: ut non segnitie eos ad [29] illicitos actus impellente, leges eos abripiant ad pœnas [30], nostris [31] tradentes judicibus. Læsos [32] autem aut læsas corpore, aut canitie graves, hos sine molestia esse jubemus in hac nostra civitate [33], aut pie agere volentibus adscribendos: & aliorum singulos interrogare qua venerint gratia: & inquisitis quæ digna sunt super eis agere, ut non pigri hic sedeant, sed competentia [34] agentes, ad proprias revertantur provincias.

CAP. VI.

De sportulis.

SI vero aliqui aut in hac habitantium civitate, aut etiam de foris venientium, inculpent [35] aliquos tanquam ab eis damnificati per occasionem forte eorum quæ dicuntur sportulæ [36] aut etiam ex hoc læsionum: & dicant eos aut prævaricari pro his nostras leges, aut etiam sine judiciali præcepto admonitionem eis offerre: quærere subtiliter hæc delinquentes, cujuscunque fuerint dignitatis aut militiæ, & sub quo constituti sunt cingulo: eosque simul quidem comprehendere: simul autem post probationes interminatas secundum nostras leges exigere pœnas: nullo competentium eis judicum defendere eos valente: & tam illæsos servare eos qui injustitiam passi sunt, recipientes quæ contra legem exacti sunt, quam pœnas nostris definitas constitutionibus superexigere: ac de eis referre, ubi perspeximus dandas.

CAP. VII.

De falso.

SUper hoc autem quicunque [37] querelam suscipiunt falsitatis, seu quæ vocatur falsa [38] scriptura; in quocunque collegio [39] hoc requirere, & qui super his denuntiantur, comprehendere, & post inscriptiones & probationes punire: sic enim hujusmodi audientiæ damus potestatem ei. Si vero aliquis taliter læsorum adierit ordinatum secundum præsentem legem judicem, & [40] non justam impetraverit providentiam, ut cogatur ad nos & ad semper imperium hoc denunciare: sciat aperte qui cingulum hoc assumit, quia ipse de [41] suo reddet ea, ei qui ab eo neglectus est male, quæ decuerat eum a delinquente accipere, insuper & majorem indignationem nostram experietur juste, utpote nostras jussiones transcendere præsumens.

CAP. VIII. [42].

De salario Quæstoris & ejus officialium.

MAxime autem omnium, qui hanc administrationem habet, & perpetue hoc ponet studium puris manibus omnia agere, & administratores [43] ha-

1 Adde huic Novellæ tit. Codicis 25. lib. 11. *de mendicantibus validis.* 2 De officio quæstoris Jul. *const.* 74. περὶ τάξεως Κοιαίςωρ☉ καὶ τῶν βοηθῶν αὐτῷ, καὶ τῶν ἀντιγραφέων. *Scrimg.* id est, de cohorte quæstoris ejusque adjutoribus & receptoribus, ἀντιγραφεύς, scriba, contrascriptor, ut in hac inscriptione antiqua: Servato Cæs. XI. Fer. contrascriptori rationis summi chirographi. vide Cujac. 20. *observation.* 33. Galli *Controleur.* 3 Quæstor, de quo hic agitur, non palatii, de quo *Novell.* 35. vel exercitus, de quo *Novell.* 41. *&* 50. sed destinatus ad coërcendos homines otiosos, peregrinos, vagantes, cujuscunque conditionis, etiam ecclesiasticæ, fuerint. Ideoque huc referri potest titulus de mendicantibus validis *l.* 11. *Cod. tit.* 25. adde Petrum Gregor. 39 *syntag.* 6. ubi tractat de Otii crimine. Huic quæstori similes prope sunt, quos Galli vocant *Prevosts des mareschaux.* de quibus vide Papon. 4. *Arrest.* 12. *&* 2. *Notar.* 1. *c. des Prevosts des mareschaux.* Harm. *l.* 6. *tit. de dignitat.* §. 4. hunc quæsitorem ἐρευνητὴν appellari, hoc est, inquisitorem, refert, quod ob eam rem constitutus sit, ut ἐν βασιλίδι, in regia, vel regia civitate pauperes inquirat, & scrutetur, & juniores ac valentes corpore, mancipibus & olitoribus & aliis id genus artificibus tradat, imbecilles ac senes sinat, læsis ac injuria affectis jus reddi procuret, & iis, qui auxilio egent, operam suam accommodet, & peregrinos in sua loca remittat. 4 De quibus dictum est *Nov.* 13.

5 Ἀρχὴν appellant Græci: Julianus *const.* 74. *n.* 270. magistratum. 6 Ereunadæ, inquisitores, quæstores. 7 Συνηγόρας. *Scr.* Scholasticos aliarum civitatum vocat Jul. *d. loco.* 8 Quodnam munus sit hujus quæstoris. 9 Coloni, *Julian.* 10 Hoc est qui ad privatos dominos suos pertineant. *Jul.* τελοῦντες ὑπὸ δεσπότας, Græci *hic.* 11 Hoc est, ut supplicent dominis. *Julian.* 12 Παρασκευάζειν τοὺς κεκτημένους θᾶττον αὐτοῖς διακρίνειν τὰ ἐφ' οἷς ἀφίκοντο πράγματα καὶ ἐκπέμπειν αὐτίκα τυχόντας τῶν δικαίων. Hæc verba satis obscure reddita sunt ab interprete. Haloander ea refert ad ipsum Quæstorem, de quo hac Novella agitur, cui mandat hac Novella Justinianus, diligenter considerare, ad quos magistratus pertineant colonorum seu agricolarum Constantinopolim venientium controversiæ. Julianus Patricius *n.* 27. hoc ita exprimit: Quæstor cogat dominos, agricolas suos citius dimittere, quod & apertius est. Nam κεκτημένους appellat agricolarum, rusticorum, colonorum dominos.

13 Εἰς ἐναντίωσιν τῶν κεκτημένων. *Scrimg.* si contra dominum nituntur, Jul. *hic n.* 271. si cum dominis in disceptationem venerint. *Hal.* 14 Κατὰ τὸ συνδίκου σχῆμα. *Scrimg.* id est, more syndicorum litem propugnant. Jul. *hic.* Sic vasallis licet litigare adversus dominos per syndicum. 15 Id est, judici. 16 Agricolarum præsentia, in urbe superflua: absentia ab agris, damnosa. 17 Neque hoc quoque loco vetus interpres hunc locum satis assecutus est, ita se in gyrum vertit, ut hunc locum reddat. Sensus autem est: Quod si non unus agricola, sed multitudo rusticorum sit aliqua, quæ litem adversus dominum moturа in urbem venerit, Quæstor multitudinem illam continuo urbe excedere jubeat: ex ea tamen multitudine duos tresve seligat. ὥσπερ κατὰ τὸ τοῦ συνδίκου σχῆμα τὴν δίκην ἀγωνιοῦνται, id est, qui more syndicorum litem absentis multitudinis & quasi universitatis nomine peragant: dum tamen & sic citius lis dirimatur. 18 Jul. *n.* 271. 19 Ἀκροώμενοι τῆς δίκης. Græci: qui & Judices, Julian. *hic num.* 272. 20 Jurisdictionem tempore Justiniani dominos habuisse in suos domesticos, & agricolas & causis illis finiendis in prima instantia cognitores quosdam delegasse, quidam hinc colligunt. 21 Ὥστε διὰ ζῆν ἢ ἐκ τοῦ μεταιτεῖν ἢ τοῦτο πρὸς αὐτῶν ἐπιθυμίας οὐκ ἀρκοῦντ☉ ἤδη πλημμελεῖν. *Scrimg.* i. e. victum sibi quærant aut mendicent, aut etiam (si mendicitas non sufficit ad eorum aviditatem) peccandi licentiam quærant.
22 Id est, dominis. 23 Αὐτόχθονες, *Græci*, id est, indigenæ. adde Julian. *num.* 273.
24 Τῆς γῆς ἄχθ☉. Otiosus, terræ pondus inutile. 25 Προεστῶσιν ἀρτοποιητικῶν ἐργαστηρίων, id est, pistrinariorum. Jul. *hic.* huc refer historiam Cleanthis, de qua mox dicam.
26 Senatusconsulto Parisiensi anno 1532. mendicantes validi fossis urbium viisque purgandis addici jubentur. 27 Καὶ τὸν ἀργόν. 28 Ἀπελαύνειν, id est, expellant.

29 Mendicando homines ad delicta proniores fiunt, Jul. *hic n.* 273. 30 Otii & ignaviæ hæc pœna est ἀργίας γραφή. *c.* 10. J. ἀργία ignavia vetita est lege divina Genes. *c.* 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Iob.* 5. *& can. qui non potest* 13. *quæst.* 4. Homo nascitur ad laborem & avis ad volatum. David *Psalm.* 128. Laborem manuum tuarum manducabis. *Eccles. c.* 7. non oderis laboriosa opera. *Eccles.* 5. comedat quisque & bibat e labore suo. Paul. 2. *Timoth.* 3. Qui noluerit operari, non manducet. Ea ratione quisque apud Ægyptios, ut & apud Sardoas 4. *Ælian.* 1. cogebatur apud præsides edere, unde viveret: id si non fecisset, aut non legitime vixisset, morte privabatur. Herod. 2. Idem Draco statuit, Plutarchus *in Solon.* Solon duritiem legis mitigavit, infamia otiosis indicta & bonorum publicatione, si ter otii convicti fuissent. Pollux 8. In hujusmodi otium & ignaviam Areopagitæ diligenter inquirebant. Valer. 2. *c.* 1. *c. de Areopag.* & extat exemplum Cleanthis apud Laërtium 7. *c. Cleanth. in princ.* Pertractus enim ad judicem & rogatus, unde viveret, hortulano, apud quem operas locabat, ac muliere, apud quam farinam pinsebat, testibus productis, absolutus est. adde Athenæum 4. *c.* 20. *&* 5. *c.* 2. Nicetam *apud Stobæum.* 31 Otiosos & ignavos Græci cœno ac palude mergebant crate injecta. Tacitus *lib. de moribus German.* Hinc illa Francorum lex apud Beatum Rhenanum 2. *rerum German. & c.* 118. *legum Francicarum.* Mendici vagari per regiones non permittuntor. Suos pauperes quælibet civitas alito: illis, nisi manibus operentur, nullus quidquam dato. Aliam legem in mendicos severissimam vide apud Platonem 12. *de legibus.* & Caroli magni constitutionem in *Capitularib. Quæ. ad* 9.

32 Apud Athenienses invalidi corpore & mutilati, si a Senatu quingentorum tales probati fuissent, diebus singulis, ut quidam referunt, binos: ut alii, singulos obolos ex ærario capiebant: & Philochoro autore, novenas drachmas in mensem, ut legimus apud Suidam in verbo ἀδύνατοι. Adde Petrum Gregor. 15. *syntag.* 28. 33 Civitate παρὰ τῶν εὐσεβῶν βουλομένων ἀποτρέφεσθαι. *Scrimg.* id est, ab iis alendis, qui pie volunt agere. Julianus, si misericordia Christianorum alantur. 34 Πρέποντ☉. 35 Jul. *num.* 274. 36 Quæstor (de quo hic agitur) cognovit de superexactionibus executorum. 37 Ὅσοι, id est, quæcunque. 38 Quæstor de crimine falsitatis judicet. adde Jul. *num.* 275. 39 Ἐν οἱῳδήποτε πράγματι, ταῦτα ἀναζητεῖν, *Græci:* id est, in quocunque negotio ea requirere. Quæstor de crimine falsitatis judicabat. Jul. *hic*, *num.* 275. 40 Quæstoris pœna adeuntes contemnentis, Jul. *num.* 267. 41 Jul. *num.* 276. 42 Jul. *num.* 277. 43 Ὑπηρέ-

berè

bere non ſordidos, neque turpi acceptioni paratos, ſed pure & libere adminiſtrare: & ſi tale aliquid ſuper miniſtris peccatum invenerit, hoc etiam punire, & ex ipſis prius oſtendere ſuam firmitatem ſimul, & caſtitatem. Propterea enim & decem [1] libras auri occaſione expenſarum decernimus ei & ejus conſiliario ſolidos centum, & miniſtrantibus ad expenſarum cauſam ſolidos trecentos triginta damus annonæ, quorum etiam deſcriptionem huic legi apponi præcipimus, ut fiſci largitate contenti, alienis abſtineant: eruntque Dei & noſtri ſubtiles cultores, & e cœlo hanc noſtram fruentes providentiam & adminiſtrationem, cauſis facilius & legalius utentes.

CAP. IX.

De magiſtratibus & præſidibus.

DAmus autem adminiſtrationem habenti fiduciam & judicibus [2] inſiſtere [3], & ad nos referre, & ex ſe agere competentia: ut neque infirmitate, neque alio omnino culpatus, noſtro ſuper eo judicio minor appareat. Licentiam [4] vero ſimiliter ei damus publicis epiſtolis uti ad provinciarum præſides, ut ii qui remittuntur ab eo, mittant ad ſuas provincias ſine lite ibi ducturos: & ſi quo egent legitimo auxilio hoc percepturos: Illud maxime providere, non de iiſdem ſecundo moleſtari (quod ſæpe) eos qui hic vane commorantur: deinde tranſmiſſos ab eo, rurſus remanere: & mox reverſos, ſecundarum ei cauſarum præbere occaſiones. Si enim denuo in hac feliciſſima civitate inveniat quoſdam nidificantes [5] fruſtra, qui liberati & ad propriam provinciam tranſmiſſi ſunt: his & caſtigationem imponat decentem, & vehementius iterum tranſmittat. Sic nobis etiam foris civitates habitabuntur, & magna civitas hac confuſione liberabitur. Si vero aliquos perſpexerit ſui officii in tranſmarinis [6] partibus collocare, qui etiam de foris convenientes inquirant [7], & hinc deſtinatos ſuſcipientes, ad provincias dirigant: & hoc agat, quod utile eſt reipublicæ per omnia venatus.

CAP. X.

HÆc omnia ſancimus noſtrorum ſubjectorum curam habentes: ut non ſuas provincias deſerentes hic atterantur, & moriantur forſan propriis privati, & neque paternis [8] fruentes ſepulturis: eo quod & ante nos ponentibus leges, & rempublicam conſtituentibus, hæc non tranſitorio ſtudio fuerunt: ſed & pigritiæ fuit quædam ſcriptura [9], & peregrinos omnes perſcrutabantur, & neque novum, neque leve hoc cauſis ſtudium, bonum quidem & antiquum, neglectum vero in medio ab univerſa lædente negligentia, paulatim periclitatum eſt corrumpi & perimi: donec nos prodeſſe hoc, & utiliſſimum invenientes, rurſus in rempublicam introducimus. Sicut [10] enim præbemus incorruptum eum, & ejus officium eſſe volumus, & nihil extra quæ a nobis dicta ſunt accipere: ita & indemnes eos ſervari jubemus, ut neque occaſione codicillorum, neque per occaſionem annonarum, neque per aliam quamlibet cauſarum, aut in ſacrum noſtrum palatium, aut in forum tuæ celſitudinis occaſione codicillorum aut præceptorum aliquid dare nunc aut in futuro tempore immenſæ tuæ celſitudinis occaſione emolumentorum quæ per eos impenduntur ei aut conſiliario, aut ejus officio: ſed undique eis pura ſervari quæ noſtra largitate dantur, ſufficiet enim omnibus pro medela decenti germane eum gubernantem cingulum univerſis utiliſſimum eſſe.

EPILOGUS.

† Quæ igitur noſtræ placuerunt poteſtati, cognoſcens tua celſitudo, omnia ad effectum perducere feſtinet, approbetque noſtram providentiam: quia & novum cingulum adjecimus, & noſtrorum ſubjectorum per omnia curam habemus. Dat. 7. Id. Maji, *Conſtantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. A. Ann. XII. [11] ARIONE [12] V. C. CONS.

TIT. X.
DE EMANCIPATIONE.

Conſtitutio quæ dignitatibus & epiſcopatu (filium) liberat patria [13] poteſtate [14].

NOVELLA CONSTIT. LXXXI.

Imperator Juſtinianus Auguſt. ſacro ſenatui hujus regiæ civitatis.

PRÆFATIO.

QUicquid ad utilitatem & ornatum reſpicit a Deo traditæ nobis reipublicæ, hoc ſemper cogitantes ad effectum deducere feſtinamus. Igitur etiam dudum legem [15] ſcripſimus ſuper glorioſiſſimis noſtris *patriciis*: quæ liberos eos, dignitatis collatione, paterna poteſtate demonſtrat. Non enim decens putavimus, ut hos quos nos in officium patrum provehimus noſtrorum, hi ſub aliena ſint poteſtate. Nam ſi emancipationis actio dudum quidem & per eas quæ nuncupantur legis actiones, facta cum injuriis [16] & alapis [17] liberabat eos hujuſmodi vinculis: quomodo futuri eſſent codicilli omnium honeſtiſſimi dati a præſidente univerſis imperio, non eos poſſe paterna poteſtate liberare? Nunc autem clementius aut etiam honeſtius in republica cogitantes: ſed ſuper glorioſiſſimis conſulibus, qui proprium nomen ipſi poſt [18] imperium præbent: & ſolis conſularibus codicillis honorantur: & ſuper cingulis quæ liberare a curia poſſunt, hoc eſt præfecturæ & magiſtri militum: dicimus autem in ipſis ſedibus & operibus agnitis hoc ipſum ſancimus eſſe, ut omnis talis dignitas, aut etiam cingulum hujuſmodi acquiſitum aliquibus quoſcunque nos probaverimus quod eos liberet a curia [19], hoc valeat, & ut poteſtate eos liberet patrum atque avorum. Nam ſi ſancivimus, ut ſi quis ſervus [20] ſciente domino mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiſcatur, repente ab imperio liberetur, & in ipſam rapiatur ingenuitatem: quomodo non eſt juſtum, tantos promerentem codicillos, non etiam paterna poteſtate liberum fieri?

CAP. I.

PRopterea igitur hac honeſtiſſima utentes lege, ſancimus & ordinarios conſules [21], ſi ſub poteſtate conſiſtant, una cum ipſo verbo, quo hoc his donatur officium, ſuæ poteſtatis fieri: nec non & iis qui honorantur [22] ab imperio per conſulares codicillos, ſi ſub patris ſunt manu, fieri codicillos eorum ſuæ poteſtatis occaſionem. Et ſi quos nos per univerſas diœceſes glorioſiſſimos Præfectos ſacrorum noſtrorum prætoriorum inſtituamus, aut in præfectura civitatis utriuſque Romæ provexerimus, aut in quolibet magiſterio militari: hos repente etiam ſuæ poteſtatis fieri. Eum namque qui [23] tantorum judex eſt, & tantis jubet, manere ſub poteſtate alterius, & non inter eos qui ſuæ poteſtatis ſunt, ſcribi, noſtrarum indignum judicavimus legum ſimul & temporum. §. 1. Generaliter autem, ſicuti dictum eſt, ſancimus: Ut omnis dignitas & omne cingulum a [24] curia liberare valens, hoc etiam ſuæ poteſtatis præmium honoratis præſtet, & nobiliores [25] adhuc patres oſtendat. Si ergo ab imperio ſic honoratorum aliqui ſint patres: qui ſi non hoc eſſet, etiam ipſi pariter ſtuderent imperium pro iſtis petentes: quapropter ſive eſt aliquis nunc quidem ſub poteſtate iis fruens honoribus aut cingulis, quos in primis enumeravimus, ſive poſtea erit, etiam hunc jus poteſtatis ſuæ ſequatur, & [26] peculium ei donans, & arbitrii liberi eſſe præbens: ac digne agere honore & judicio ſuper his ab imperio habito. hoc enim multo major patribus laus erit, & lætitiæ occaſionem præbebit magnæ.

CAP. II.

Ut liberati per dignitatem patria poteſtate, legitima jura intacta habeant.

ILlud quoque lege cavemus, ut [27] non has tales ſuas poteſtates ſimilia præbere, qualia aliæ quæ per emancipationes fiunt, ſed præcipuum quoddam præmium imperium conferre talibus ſuæ poteſtatibus. Non enim volumus eum qui ita ſuæ poteſtatis fit, perdere aliquod legitimorum jus, ſed ſint & generi ad eos, & ipſis ad genus intacta legitima, & ex natura ſervata jura: & filii [28] eorum poſt mortem avorum ſub eorum recidant poteſtatem, ac ſi contigiſſet eorum parentes morte ſuorum patrum, & non ex præſenti lege, ſuæ poteſtatis fieri: & merito filios poſt mortem ſuorum patrum ſub poteſtate habere, ut nihil horum quæ ab imperio conferuntur, eis deeſſe videatur: quoniam *omne bonum, ſive a Deo* [29] *acquiritur hominibus, ſive ab imperio ſequente Deum, decet eſſe manſurum* [30], *& omnis malitiæ ac diminutionis extraneum.*

CAP. III.

Ut per [31] *epiſcopatum liberetur filius patria poteſtate.*

PAlam vero eſt nullum eſſe qui neſciat, præ omnibus ſanctiſſimis epiſcopis ipſa ordinatione [32] etiam ſuam poteſtatem [33] acquiri. Qui enim omnium ſunt ſpirituales [34] patres, quomodo ſub aliorum poteſtate conſiſtant? Sed convenit [35] etiam eos hujuſmodi potiri honore, & hoc etiam ex hac noſtra legiſlatione frui.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis viſa ſunt ad veſtram reverentiam & honorem, o colendiſſimi patres, volumus in perpetuum ſplendere noſtræ Reipublicæ tam ad noſtrum ornatum quam ad noſtræ largitatis probationem: quam noſtris patribus, & conſulibus, ſacerdotibuſque contulimus. Dat. 15. Kalend. April. CP. DN. JUSTIN. PP. A. ARIONE V. C. CONS. [36].

ταμίνας. id eſt, officiales, Jul. *hic. num.* 277. 1 Id eſt, 702. aureos. 2 Judices inquietare dixit, Jul. *num.* 277. 3 Αρχουσιν ἐνοχλεῖν. 4 Jul. *n.* 278. 5 Εμφωλεύοντας, nidulantes. 6 Εν τοῖς πέραν ὁρμητηρίοις ἱδρῦσαι. *Scrimg.* in ultra marinis navium ſtationibus collocare, *Hal.* in portubus. Julian. *hic num.* 289. Quidam intelligunt partem illam civitatis Conſtantinopolitanæ, quæ ex Aſia Conſtantinopolim reſpicit. 7 Qui ſint, ſeu unde veniant, & quam ob cauſam. Jul. *d. loco.* 8 Eſt enim grave, paternis ſepulchris carere, ut & domo paterna. *l.* 22. *C. de adm. tut.* 9 Αργίας γραφὴ, *Scrimg.* ceſſationis. Julian. *n.* 290. id eſt, actio moræ lenitudinis, de qua dixi *ſupr. cap.* 5. Refert Gellius 4. *cap.* 20. Apud cenſores deliberatum fuiſſe de nota alicujus, qui ad cenſorem advocatus, ſtans in jure, clare nimis & ſonore oſcitaſſet, tanquam illud indicium vani animi foret & hallucinantis, fluxæ atque apertæ ſecuritatis. 10 Jul. *num.* 291. 11 13. ut ſit annus 539. 12 Lege, Apione. 13 Et ſervili & adſcriptitia. adde *Nov.* 123. *cap.* 4. & 1. Cajum 6. & 2. Paul. *ſent.* 25. 14 Περὶ αὐτεξουσιότητος. *Scrimg.* id eſt, de libera ſui poteſtate & emancipatione, quomodo jus poteſtatis diſſolvatur. Julian. *conſt.* 75. adde 1. *Inſtit.* 12. & 8. *C.* 49. de ſolutione patriæ poteſtatis. *Index Reginæ.* Porro hinc ſumpta eſt Authent. *Sed epiſcopalis. C. de epiſcop.* 15 Patriciatus dignitas patria poteſtate liberat. vide *l. ult. C. de conſul.* de collata patriciatus dignitate Caſſiodoro a Theodorico rege, vid. Caſſiodorum *ipſum* 1. *Var.* 3. & 4. vid. *l. ult. C. de conſulib.* 16 Μεθ' ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων. *Scrimg.* injurioſa rapiſmata, quæ hic appellantur, *l.* 6. *C. de emancip.* Claudianus *l. de conſulatu Honorii*, vocat gratum ictum, felicem injuriam. Hinc manumiſſio dicta, quod manus immitteretur manumiſſo. Ambroſius 2. *epiſt.* Libertas, quam manumiſſus accipit & palma lictoris donatus adquirit. Cornut. *in Perſ.* Quoties manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant. Seneca 1. *epiſt.* Qui ſe Philoſophiæ ſubjecit & tradidit, ſtatim circumagitur, id eſt, fit liber. adde Cujac. 5. *obſ.* 13. ſed præſtat dici ῥαπίσαι eſſe, virga cædere, non manu: ῥαπὶς enim Heſychio, virga eſt.

17 Symbolum erat aliquod in omni fere actu legitimo, quemadmodum in emancipatione alapa, *ut hic:* in mancipatione æs & libra. Ulp. 19. §. 2. in cretione digitorum crepitus, vid. Cujac. *hic.* adde quæ ſcripſi de ſymbolis ad *l.* 1. *in fin. ff. de verb. oblig.* 18 Vid. *Novell.* 47. *ſupr.* 19 Senſus eſt, Non modo conſulatum, *l. ult. C. de conſulib.* ſed & omnes dignitates, quæ curia liberant (de quibus vid. *Nov.* 38. & 70.) patria poteſtate liberare. 20 Servus ſciente domino militiam adeptus, intelligitur manumitti, facit §. 4. *Inſt. quib. mod. jus patr.* 21 Conſulatus dignitas patria poteſtate liberat. *c.* 3. J. *hic.* adde *l. ult. Cod. de conſulib. l. ult. C. de decurionibus.* 22 De honorariis conſulibus alias dixi. 23 Abſurdum eſt, eſſe in poteſtate patria aliquem, qui tot hominum ſit judex, totque negotiis imperet. 24 Vid. *Nov.* 38. & 70. 25 Parentum favore hæc etiam conſtitutio lata eſt. Feudum autem nobilitare hinc colligas, & filii dignitatem ad patres etiam pervenire; *ut hic.* An ad matres? vid. *l.* 1. *in fin. ff. de ſenatorib.* 26 Effectus emancipationis. 27 Græciſmus hic eſt, ut ſit ſenſus: lege cavemus, & ne ſuæ poteſtatis modi per hanc Novellam introducti ea jura tantum præſtent, quæ alii emancipationum modi præſtant, ſed majora. 28 Paterfamilias dignitate factus ſeu emancipatus legitima jura intacta in familia ſua habet, ideoque liberi ejus (quos habuit, dum filiusfamil. eſſet) poſt mortem patris ejus in ipſius tranſeunt poteſtatem. Jul. *num.* 293. alias emancipati, ſeu alio modo, quam per dignitatem emancipati, patre mortuo non obtinent jus poteſtatis in liberos ſuos, quos filiifamilias ſuſceperunt, hoc eſt, ante emancipationem & tum, cum in poteſtate patris eſſent, eſt igitur hic locus exceptio ad *leg.* 5. *ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris.* 29 Dona Dei ἀμεταμέλητα. 30 *Nov.* 10. §. 2. & *c.* 16. *de reg. jur. in* 6. 31 Jul. *num.* 294. 32 Αμα τῇ χειροτονίᾳ. *Scrimg.* ex ipſa conſecratione. Jul. *conſt.* 75. *num.* 294. 33 Liberantur etiam curia epiſcopi, *Novell.* 123. 34 Epiſcopi patres ſpirituales, *ut hic: Paul. ad Galatas c.* 4. *ibi:* Filioli mei, adde Baſilium in *Pſalm.* 34. 35 Antea non obtinuerant, *l.* 34. *C. de epiſc.* 36 Id eſt, anno 539.

TIT. XI.

DE JUDICIBUS [1], ET UT NULLATENUS CUM JUREJURANDO ELIGATUR ALIQUIS JUDEX QUOD PERMANEAT EI: ET UT APPELLATIONES ACCIPIANT MODIS OMNIBUS JUDICES: ET UT IN MEDIA LITE FACTÆ FORMÆ QUOMODO OPORTEAT DECIDI COGNITIONEM, NON ATTENDANT JUDICES.

NOVELLA CONSTIT. LXXXII.

Idem Imperator Augustus Joanni gloriosissimo prætoriorum Orientis præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

A Zenone piæ memoriæ scripta est lex [2] *de judiciorum ordine*, multas quidem mutationes subsequentibus suscipiens temporibus: ad hoc autem pervenit, ut paulatim pene omnino caderet, nam & qui in ea conscripti sunt *Pedanei* [3] *judices* humanam omnes reliquerunt vitam, & plurima definiti juris tacita sunt, & certam non meruerunt memoriam: sed usus hæc percipiens, in aliam transtulit figuram. Nos igitur videntes omnino confusum judicum schema, existimavimus oportere hac lege determinare quæ decentem ordinem imponat causæ. Non enim existimavimus oportere habere judicum quorundam nomina, maxime legum [4] ineruditorum, deinde neque causarum habentium experimentum. Nostris enim administratoribus adsunt modis omnibus etiam Assessores [5], & [6] ea [7] quæ legum sunt explicantes, & occupationes adimplentes eorum: quoniam multi detenti curis quas apud nos habent, merito judiciorum complent partem per suorum præsentiam Assessorum. Illi autem neque cingulum [8] habentes, neque nobis ministrantes, nisi potuerint per se nosse quod justum est, sed aliunde emendicare judicandi honestatem: quomodo non maximum vitium erit reipublicæ [9] non eis qui ex se quod agendum sit sciant, lites tradere, sed sinere eos quærere alios, a quibus liceat discere, quæ ipsos in judicando eloqui decet? Hæc nos merito ad præsentem erexerunt, nostrorum subjectorum curam agentes & volentes eis etiam quæ de judiciis sunt in promptu esse atque facilia, & absque omni dilatione transigenda.

CAP. I.

De judicibus a Justiniano electis.

VEtus igitur schema Zenonis constitutionis [10] piæ memoriæ quæ unicuique Prætorio [11] certos definivit judices [12], omnino perimimus: eligere vero perspeximus in rebus utilibus habentes attestationem qui communes omnium erunt judices, tanquam undique electi. & hoc quidem gestum est: & electi sunt a nobis judices, *Anatolius* vir spectabilis jam advocatione [13] dudum completa, & inter spectabiles fisci advocatos deputatus: ac *Flavianus*, qui nunc advocatus [14] fisci consistit: & *Alexander*, & *Stephanus*, & *Mennas*, eloquentissimi advocati, & pedanei judices tui fori: & *Alexander* [15] alter, quem pedaneum [16] judicem esse prætorii gloriosissimi Magistri sacrorum officiorum cognovimus: & duo subsequentes alii advocati [17] tui fori [18] *Victor*, & ex Quizico [19] *Theodorus*. Ex advocatis itaque isti judices præponantur.

§. 1. Quia vero competens est esse etiam majores judices aliquos dignitate provectos, experimento causarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos, magnis cingulis, aut multitudine horum exercitatos, qui etiam nostræ observent pietati: ideo perspeximus ex gloriosissimis quidem patriciis *Platonem* gloriosissimum [patricium] longum qui in urbana præfectura obtinuit tempus, & secundo in illis sedibus constitutus est, & *Victorem* gloriosissimum & ipsum, qui tam in magna Hellade, quam in nobili Alexandrinorum civitate administravit, & Præfecturæ urbanæ tenuit præsulatum, & neque legum inexpertum, & *Focam* [20] gloriosissimum inter nostros annumerandum judices, virum quæcunque sedes noverit laudatum, quam sibi præstantem, insuper & quæ legum sunt scientem. Inter hos *Marcellum* quoque magnificentissimum, semper quidem eum nobis præsentem & circa justitiæ mittamur observationem, & ab omnibus pene nos adeuntibus propter hoc peritum scimus, & consiliario utentem laudabili, quatenus disponere quæ ex legibus sunt, possit, id est *Appione* [21] viro spectabili, & fisci advocato, & in aliis habente testimonium optimum tam apud alios, quam a nobis ipsis.

CAP. II.

Ut judicibus tantum hac lege datis delegare causas liceat.

JUdices itaque post nostros administratores [22] hos esse volumus: & his omnibus negotia secundum quod nobis visum fuerit, delegamus. Si quis autem nostrorum judicum deputare [23] voluerit causas, iis qui definiti sunt a nobis pedaneis judicibus tradat, & alteri omnino nulli, nisi consiliariis suis commiserit particulares [24] examinationes: ipse [25] pro omni negotio judicium portaturus.

CAP. III.

De ordine & tempore quo judices sedere debent.

SEdebunt [26] autem hi *Pedanei* judices continue, & nunc in regia *Basilica* [27] in quibus & nunc domunculis judicant, matutino mox & meridie [28] & vespere audientes causas, non solum quæ post legem movendæ sunt apud eos [29], sed etiam alias quæcunque apud alios [30] quidem sunt secundum antiquum motæ schema, nunc autem a nobis ad eos mutari præceptæ sunt.

CAP. IV.

De provocationibus.

ILlo custodiendo: Ut si sub [31] appellatione a pedaneis judicibus aut gloriosissimis viris fiant causæ, & ipsæ quidem a nobis ipsis delegatæ sint secundum quantitatem aut in commune [32]: apud gloriosissimos judices nostros examinabuntur: aut aliis secundum consuetudinem sacrarum consultationum delegabuntur. Si qui tamen gloriosissimorum nostrorum judicum causas eis delegaverint: ad eos qui hos miserunt, eis audientibus appellatio remeabit: ab illis autem rursus secundum prædictum modum talia judicabuntur.

CAP. V.

De jurisdictione judicum pedaneorum.

AUdient igitur omnes quidem litem usque ad trecentos solidos existentem sub schemate annotationis [33]. Sic enim velocius lites judicabuntur, & circulis cognitionalibus ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur. Palam vero est, quia etsi *per* [34] *annotationem* audient causas: veruntamen dabunt terminum per scripturam, qui eorum manifestet sententiam: appellationibus in his nulli penitus perimendis: nisi forte tertio [35] appellare voluerit [36], aut per [37] contumaciam defuerit, talibus [38] enim etiam appellationum perimitur ratio.

CAP. VI.

De appellationibus, ut cursum duorum mensium habeant nullaque amplius concedatur reparatio.

APpellationes autem ex hac magna civitate a pedaneis judicibus non ultra duos menses habere inducias in cursu fatalium [39] volumus: post quos necesse est fatales [40] suum inchoare cursum: ea quæ vocatur a legibus reparatio [41] locum in his nullum habente.

CAP. VII.

Ut sportularum modus lege [42] Justiniani introductus servetur.

NUllo quoque præsumente transcendere quæ in sportulis, aut in litis expensis a nobis disposita [43] sunt: sed omnibus his contentis, & formidantibus pœnam quam in talibus sacra nostra constitutio terminavit.

§. 1. His qui causas præparant, sic existentibus, sicut & militiæ figura hactenus definivit, unoquoque tamen judice duobus quidem exceptoribus utente, & duobus causas præparantibus [44] & complentibus: non valentibus eis pluribus quam duobus omnino ministrare judicibus. hos autem omnino locupletes, & probatos esse: ut neque ab eis aliquid peccetur, neque prodatur, neque maligne agatur: sed periculo officiorum [45], aut scholarum, aut scriniorum præbentium eis super eos electionem simul & ministerium: & vel si quid ab eis peccatur, ad illos qui deputant eos, referri exinde periculum, qui omne damnum eorum causa factum iis, qui ab eis læsi sunt, curabunt. Necessitatem habentibus etiam competentibus [46] judicibus, si eis interpellatio fiat præparare modis omnibus eos qui ex officiis suis aut scholis aut scriniis eligant ministrantes, hinc læsis damnum curare. Si vero judex aliquam senserit malignitatem ab aliquo ministrantium fieri, expellat quidem auditorio suo eos qui non cum utili opinione causis utuntur: alios autem instituat, sententia & electione eorum quibus hoc (sicuti prædiximus) periculi est.

CAP. VIII [47].

Ut in locum remoti judicis alius a principe subrogetur.

SI quis autem aut gloriosissimorum, aut eloquentissimorum judicum removeatur judicare pro qualibet causa vel necessitate: non aliter alter in ejus succedat auditorium, nisi hoc nos [48] decernentes, alii tradiderimus pro eo causarum examinationem.

CAP. IX.

Ut [49] duos in exordio & duos in fine litis aureos accipiant pedanei judices.

NE autem circa hæc labor fine mercede nostris fiat pedaneis, sancimus eos in unaquaque dicta apud eos causa, vel si divinitus fuerit deputata, duos [50] quidem aureos ab utraque parte in contestatione litis accipere, & duos in fine negotii, & ultra hoc nihil, (quod etiam prædecessores nostri definierunt) sed his contentos esse solis: privilegiis [51] quippe quæ in diminutione sumptuum quibusdam concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conservandis. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum. Si enim usque ad hoc mensura fuerit litium: nihil eos audientiæ [52] causa volumus exigi, qui enim ita parvæ quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. Et neque in

1 Pedaneis scil. eisque urbanis. Jul. *const.* 76. Goth. Vid. ad hanc Novell. Rittershus. *part.* 9. *c.* 6. Ans. 2 Vid. quæ adscripta sunt *l.* 5. *C. de pedan. judic.* 3 Διαιτηταὶ Græcis & Juliano dicuntur, qui hic pedanei judices, nonnullis commissarii judices. 4 Imperiti legum, & usu rerum destituti, indigni sunt munere judicandi, vid. *l.* 2. *ff. quod quisque juris.* 5 Πάρεδροι, assessores, qui τῶν ἀρχόντων σύμψηφοι 7. *Eclog.* 1. *cap.* 1.

6 Adsessor magistratus, ea, quæ sunt legum, explicat, & occupationes magistratuum ipsorum adimplet. vide quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. quod quisque jur.* 7 In adsessoribus peritia juris requiritur. *l.* 1. *ff. de offic. adsess. l.* 1. *Cod. de assessor.* 8 Cingulum habere est ἀρχὴν ἔχειν. 9 Vitium est reip. peritis legum causas dijudicandas non tradere. 10 De qua vid. *l.* 5. *C. de pedan.* 11 Δικαστηρίῳ, id est, judicio. 12 Iidem διαιτηταὶ dicebantur, Julian. *hic.* 13 Fisci sc. Jul. *hic.* 14 Τῷ δημοσίῳ συνήγορος. 15 Ἀλέξανδρος τε ἕτερος. *Scrimg.* Alexander alter. *Jul.* 16 Pedaneos judices apud magistratus fuisse, hic locus argumento est. 17 Scholastici viri: Jul. *hic.* 18 Daniel & Victor. *Hal.* 19 Quizicetius, Jul. *hic.* 20 Φώκαν *Scrimg.* Focatem. Jul. *hic.* 21 Appione scholastico consiliario. *Jul.* 22 Ἄρχοντας, magistratus populi Romani. Julian *n.* 296. 23 Παραπέμπειν δίκας, deputare causas, *ut hic.* delegare, ut apud Julian. *d. loco.* 24 Τὰς κατὰ μέρος ἐξετάσεις. 25 Hoc est, ipse sententiam dicat. *Jul.* 26 Sententiam non valere, nisi feratur a judice stante, hinc colligunt, vid. Rol. a Valle *in cons.* 41. *num.* 14. 27 Ἐπὶ τῆς βασιλικῆς στοᾶς. *Scrimger.* In Basilica, Jul. *hic n.* 297. in porticu regia, in foro. Synesius *in epist.* τὴν στοὰν τὴν βασίλειον τὸ πάλαι κείμενον. In eadem porticu Agathias 3. scribit, se a mane ad occasum libellis litigantium dedisse operam: quibus ostendit, ex pedaneorum notariis se fuisse. 28 Pedanei a mane usque ad vesperam sedent, hinc colligunt nocte judicari posse, de quo alias dixi ad *l.* 2. §. 31. *ff. de orig. jur.* 29 Apud diætetas. *Jul.* 30 Id est, apud abrogatos diætetas. Jul. *hic.* 31 Ἐφέσιμοι δίκαι, causæ, in quibus appellatum est. 32 In commune procerum. *Jul.* εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων. 33 Ἐν σχήματι παρασημειώσεως. *Scr.* more quidem παρασημειώσεως, Jul. *n.* 299. παρασημείωσις complectitur τὰ κυριώτερα τῶν λαλουμένων ὡς ἐν συνόψει καὶ δι' ὀλίγων. huic contraria σημείωσις, quæ minuta complectitur judicii, ὑποσημείωσις vero subscriptio libellorum. 34 Κατὰ παρασημείωσιν. 35 *l. un. C. ne liceat in una & eadem causa.* 36 Maluerit. Jul. *n.* 299. 37 *l.* 1. *Cod. quor. appellat.* 38 Hoc est, Tertia provocatio illicita est, & contumaces condemnati appellare non possunt. *Jul.* 39 Τῶν κυρίων. de fatalibus diebus dixi alias. 40 Τὰς κυρίας. *Scrimg.* statutos legibus dies. Jul. *hic n.* 300. 41 Σπαρατήριον. *Scrimg.* ut ex hoc loco suspicio sit, apud Græcos legendum, ῥεπαρατήριον, non σπαρατήριον. Nam & reparatæ hic apud veterem interpretem & Julianum legitur *n.* 300. 42 *Nov.* 17. *c.* 3. Goth. De Jure Canonic. dantur tantum viatica: *cap. cum ab omni. extr. de vit. & honestat. cleric. c. statutum. §. insuper De rescript. in* 6. Ans. 43 *Nov.* 8. & 17. *c.* 3. 44 Hos Julian. vocat exceptores eo sensu. Unusquisque judex habeat duos exceptores fideles & probatos &c. 45 Τάξεων ἢ σχολῶν ἢ σκρινίων. 46 Id est, magistratibus. 47 Jul. *num.* 302. 48 Princeps judices pedaneos urbanos eligit. 49 De salariis judicum. Julian. *n.* 303. Goth. Dignus est operarius sua mercede. 1. *Timoth. cap.* 5. 1. *Corinth. cap.* 9. *can. charitatem.* 12. *quæst.* 2. Aucto labore muneris augetur stipendium. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 514. & *cas.* 223. Felin. *ad cap. cum olim. n.* 1. *extr. de re judic.* Ans. 50 Pedaneis dantur διαιτητικὰ sive sportulæ: magistratibus non dantur, quia ampla salaria habent. Pedaneis permodica, duarum scil. librarum auri, neque in omnibus causis, sed in iis tantum, quæ excedunt summam 100. solidorum J. *hic. vers. hoc autem.* 51 Privilegia sumptuum judiciariorum nonnullis data sunt. 52 Ἀκροατικῶν ἕνεκεν. Judicum διαιτητικὰ, quahoc

hoc solummodo statuus, sed etiam de proprio ipsi largimur. Volumus enim unumquemque istiusmodi pedaneorum, annis singulis a mensa tuæ celsitudinis percipere duas [1] libras auri, & his esse contentum solis, & neque redimi: & aurum omnino despicere. Propterea enim eligimus fiscum [2] minuere, quatenus horum unusquisque contentus nostra largitate & quaternis aureis, puras Deo & nobis & legi custodiat manus, cogitans quæ a prioribus legislatoribus de his definita sunt.

CAP. X.

Ut judex rationem expensarum examinet [3].

OPortet [4] autem expensarum rationem judices omnino examinare [5]. (Et quia hoc bene Zenonis piæ memoriæ decrevit sententia & auctoritas: & nos non dedignati sumus partem etiam hoc nostrarum facere dispositionum.) Maneat ergo etiam nunc in eodem schemate custoditum: illo solo adjecto, si jusjurandum intulerit de expensis judex victori, scilicet cum quantitate quæ visa erit ei recte se habere: (quam taxationem vocant leges) deinde ille juraverit: non habere licentiam judicem minus quam juratum est, condemnare, neque videri clementiorem [6] lege quæ hæc disponit. si tamen perspexerit neutrum sumptuum subdere rationi: & propter negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia [7]. Omnibus aliis super appellationibus [8], sicut prædiximus, & excusationibus, & ut non prompte, & cum necessitate fiant litis contestationes, sed habeant viginti dierum inducias [9], & quidquid aliud judiciale decrevimus: in propria virtute manentibus.

CAP. XI.

Ut arbitri per compromissum non per sacramentum assumantur.

QUia [10] vero multæ quædam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdam judices penitus ignorantes [11] leges, & experimentum, & prone jurant judicibus se contentos, quibus nequaquam quispiam quodlibet credat: deinde suadent forsan etiam judicibus quasi sibi præbere jusjurandum juris, neque quid sit justum, neque ejus observationes scientibus: & merito læsi ipsi rursus volunt examinari negotium, obliti jurisjurandi quod juraverunt: causa nobis subversione digna visa est. §. 1. Et quia cognovimus ex rerum experimento incautum hoc esse, sancimus de cætero nullum [12] fieri omnino judicem [13] arbitralem, & cum jurisjurandi cautione judicare: ne ex hoc in perjurium invitum incidant homines propter judicum ignorantiam pejerare compulsi: sed omnino qui judicem aut judices eligunt, cum pœna [14] eligant eos, quatenus partes ad invicem coëant, & necessitatem habeant aut contentæ esse judicio, aut si retractare voluerit alter, det multam, & sic licentiam habeat discedere reus ab iis quæ judicata sunt, & ad aliud venire auditorium: nostris judicibus si aditi fuerint, exigentibus multam: & iis qui eam jussi sunt accipere, restitui præparantibus [15]. Scientibus iis qui judices eligunt, quia si hoc non egerint, neque stipulati fuerint pœnam, sed existimaverint [16] sufficere sibi ex jurejurando cautionem: deinde judices sic electi noceant eis, si quidem ex studio [17], a domino Deo [18] pœnas perjurii sustinebunt: si autem ex ignorantia hoc passi fuerint, nihil præter jusjurandum erit eis amplius: quia neque perjurium volumus ab aliquo inferri, neque rursus litigantes sustinere damnum magnum propter judicantium ignorantiam citra jurisjurandi reverentiam permittimus. Omnibus ante sancitis sive ex antiqua legislatione, sive a nobis de compromissariis judicibus, aut arbitris, extra tamen necessitatem jurisjurandi, in propria virtute manentibus, & nequaquam ex hac nostra lege novandis.

CAP. XII.

De [19] *appellationibus, & ne cui eas non recipere liceat.*

NOstros tamen judices omnibus modis suscipere appellationes sancimus, & nulli licentiam esse penitus hoc repellere præter solam tuam eminentiam: cui hoc ab initio largitur imperium, retractationis [20] introducens auxilium.

CAP. XIII.

De diversis rescriptis [21] *ad judices directis.*

OMnis autem judex sive cingulum habens, sive aliter judicans [22] custodiat leges, & secundum eas proferat sententias: & vel si contingat jussionem nostram in [23] medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere [sanctionem] dicentem aliter agi, sequatur legem. nos enim volumus nihil obtinere quod nostræ volunt leges. Si enim sub appellatione lis fiat, judex quidem suscipiat modis omnibus oblatam appellationem, nihil penitus excusans, in quibus omnino licet appellare: auxilium vero circa appellationes omnibus adjacet, per quod licet læso & queri, & mereri correctionem aut ab iis qui de appellatione judicant: aut a nobis ipsis, si ad nos sententia referatur.

CAP. XIV.

De relationibus [24].

SI quid autem audientes judices putaverint esse dubium: damus [25] eis licentiam de his nuntiare nobis, & consulere nos, ut discant quæ necessaria sunt, & ita quod agendum est explicent, & faciant justa simul & rationabilia judicia.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & propter nostrorum subjectorum utilitatem gesta sunt, hic & in imperiali proponat basilica, & in aliis partibus nostræ regiæ civitatis, ut universis hæc fiant manifesta, & discant quia per omnia nobis cura est eorum utilitatis pariter & æqualitatis. Dat. ARIONE [26] V. C. CONSULE.

TIT. XII.

UT CLERICI [27] APUD PROPRIOS EPISCOPOS PRIMUM CONVENIANTUR, ET POST HOC APUD CIVILES JUDICES.

NOVELLA CONSTIT. LXXXIII.

Idem Augustus Joanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

PLurimas sacras scribentes leges & de Deo amabilibus episcopis, & reliquo omni sacerdotio, necnon de reverendissimis monachis, & nuper hoc agentes in quibus volumus reverendissimos monachos, apud solos [28] civitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conventiones suscipere: petiti sumus a Menna Deo amabili archiepiscopo hujus felicissimæ civitatis, & universali patriarcha, reverendissimis clericis hoc dare privilegium [29], ut si quis habet adversus eos quamlibet pecuniariam causam, prius ad Deo amabilem archiepiscopum pergat sub quo constitutus est, & interpellet eum, & [30] ex [31] non scripto judicium mereatur. &, si hoc fiat, nec inquietet eum, nec trahat ad auditoria civilia, neque a sacro [32] eum vacare faciat ministerio, sed ex non [33] scripto examinetur negotium sine damnis, & accipiat formam forsan etiam scriptam, si hoc quoque partes voluerint & poposcerint, & liberentur alterutro [34] certamine. §. 1. Si vero aut propter causæ naturam, aut propter quandam forte difficultatem non fuerit possibile Deo amabili episcopo decidere [35] negotium, tunc licentiam esse & ad civiles judices pergere, & privilegiis omnibus custoditis, quæ reverendissimis clericis sacræ præstant constitutiones, & litigare & examinationem fieri, & terminum imponi liti, & ita liberam fieri causam clarissimis judicibus secundum nostras constitutiones vel leges studentibus cum magnanimitate & velociter lites decidere, ut non propter hujusmodi causas sacris amoveantur obsequiis, & cum oporteat Deum placari & decentia sacerdotibus agi, auditoriis detineantur & illis turbis, atque inhærente tumultu litigantium animabus.

§. 2. Si tamen de criminibus conveniantur, si quidem civilibus, hic quidem competentes judices [36], in provinciis autem earum præsides sive judices, non transcendente lite mensium duorum spatium ex quo litis contestatio fit, quatenus brevis imponatur causæ terminus. Illud palam est, si reum esse putaverit eum, qui convenitur, provinciæ præses, & pœna judicaverit dignum: prius hunc spoliari a Deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu.

CAP. I.

SI vero ecclesiasticum [37] sit delictum, egens castigatione ecclesiastica & multa, Deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis provinciæ judicibus. neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles judices: cum oporteat talia ecclesiastice examinari, & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam mulctam secundum [38] sacras & divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non [39] dedignantur leges. Si [40] vero quædam prius contestatæ sunt lites, hæ maneant in ipso schemate, velocem accipientes finem: omnibus quæ jam a nobis sancita sunt, sive super sanctissimis ecclesiis, sive super Deo amabilibus episcopis, sive super clericis, sive super monachis, propriam virtutem habentibus.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, per programmata propria manifesta faciat universis, & in perpetuum studeat custodiri. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug. ARIONE V. C. CONS. [41].

tuor aurei. Majora sunt apud Gallos: apud quos δικαςικὰ, *Espices*, de quibus vid. Paponem 18. *Arrest. 3. c. des espices.* Lucius δικαςικὰ etiam appellat aurum sportularium & Tragemata 5. *Placit. 5. de Tragematis n. 2.* Verisimile est enim Gallos (judiciis tum minus corruptis) judicibus dedisse aromatarias quasdam species: ac procedente tunc demum tempore mutatum id genus sportularum in pecuniam numeratam. Qua de re merito conquerebatur Michaël Hospitalius, Francicus Cancellarius in oratione Rothomagi habita 1563. *tom. 2. ordin. 1. fol. 836.*
1 Id est, 144. aureos. 2 Fisci causa sub bono principe permissa. 3 Et rationem expensarum habeat in definitiva sententia. Jul. *n.* 304. 4 Hinc sumpta est authentica, *Post jusjurandum. Cod. de judiciis.* 5 Expensæ a judicibus pedaneis taxabuntur: aut ex officio, vel delato parti jurejurando: interdum fiebat condemnatio exceptis expensis. vid. Jul. *hic n.* 304. *sans despens.* 6 Symmachus *epist.* Corruptæ esse videntur sententiæ, si sint legibus mitiores. adde *l.* 12. §. 1. *ff. qui & a quibus manumiss.* adde *l.* 11. *ff. de pœn.* 7 Arbitrio. Jul. *n.* 304. ψήφῳ. 8 Vel recusationibus, Jul. *n.* 305.
9 Jure Canonico arbitrarium est. *cap. dilectus. extr. de procurat. cap. quoniam frequenter. §. si vero. extr. ut lit. non contestat. cap. cum sit. extr. de Appellat.* Ans. 10 Hinc sumpta est authentica, *Decernit. C. de jurejurando propter calumn.* 11 Ἀνεπιςήμονας καὶ νόμων καὶ πείρας. *Scrimg.* Pedaneos peritos esse oportet νόμων καὶ πείρας. Merito laudatur Alexander Severus, quod cum de jure aut de negotiis tractaret, solos doctos & disertos adhiberet: si de re militari, militum veteres, & senes, & benemeritos, & locorum peritos ac bellorum & castrorum, & omnes literatos, & maxime eos, qui historiam norunt. Lampr. *in Severo.* Idem etiam sæpe dicebat, eos esse promovendos, qui per se rempublicam gubernarent, non per assessores, *ibid.*
12 Et ita abrogatur *lex* 4. *C. de arbitr.* ut nemo judex cum jurejurando a litigatore possit accipi.
13 Δικαςὴν αἱρετὸν, *Scrimg.* judicem. Jul. *n.* 306. 14 Arbitri cum pœna eligi possunt, olim non poterant, & ita abrogatur lex 27. *in fin. ff. de arbitris.* 15 Id est, jubentibus, ordinantibus. 16 Olim sufficiebat jurasse, *l.* 4. §. 1. *C. de receptis.* 17 Dolo malo.
18 Perjurii vindex Deus, *l.* 2. *C. de reb. cred.* 19 De provocationibus & retractationibus, Jul. *n.* 307. 20 Ἀναψηλαφήσεως. *Scrimg.* retractatio, *l. ult. in fin. C. de fide instrum. l. ult. C. de temp. appell.* Retractatio, id est, supplicatio, *l.* 1. *C. de sent. præf. præt.*
21 Et de provocationibus. Jul. *n.* 308. 22 *tit. Instit. de off. jud. Novell.* 24. *c.* 2.
23 Vid. *Novell.* 113. 24 Jul. *n.* 309. 25 Abrogatur. J. *Novell.* 125.
26 Apione, id est, anno 539.

27 Vid. Jul. *const.* 77. de clericis litigatoribus. *Ind. Reg.* Hujus Novellæ Latinam interpretationem integriorem vide apud Agyleum *hic.* 28 Non ut olim apud provinciarum præsides, *l.* 33. *C. de episc.* 29 Hinc sumpta est authentica *Clericus. C. de episc.*
30 Hinc sumpta est Authentica, *Nisi breves, C. de sent. ex peric.* 31 Καὶ ἐγγράφως κρίνεσθαι. *Scrimger.* & male, quod ex sequentibus partim, partim ex Juliano potest colligi. Ubi autem episcopus (inquit) causam dirimere vult, sine scriptura omnia producantur, & definitiva sententia sine scriptis ab eo producatur, nisi partes aliud voluerint. 32 Episcopi a sacro ministerio non sunt abducendi. 33 *Nov.* 18. *c.* 2. 34 Id est, exceptionibus & dilationibus nimiis. *Nov.* 17. *c.* 3. 35 *Nov.* 123. *c.* 21. 36 Hodie episcopi: *Fridericus Auth. Statuimus. l.* 33. *C. de episc.* 37 Delictum aliud ecclesiasticum, aliud seculare. 38 Delicta ecclesiastica puniuntur sacris canonibus. vid. *Nov.* 23.
39 Leges civiles non dedignantur sequi sacros canones, *l.* 45. *C. de episc. Nov.* 5. Princeps recte subsequitur decreta Pontificum, vide *auream bullam Nicetæ Imperatoris.* 40 De judiciis. Jul. *const.* 37. *in fin.* 41 Id est, anno 539.

TIT. XIII.
DE [1] CONSANGUINEIS [2] ET UTERINIS [3] FRATRIBUS [4].

NOVELLA CONSTIT. LXXXIV.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

MUltis undique natura [5] novitatibus utens (dictum jam est in legibus hoc sæpe proœmium, dicitur autem & iterum donec illa quæ sua sunt operatur) ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim & cognativas [6] successiones dicunt [7] quidem nobis & veteres, & qui ex antiquissimo jure hæc sumentes, descenderunt usque ad nos, qui plurima horum correximus, pervenit autem ad nos aliquid tale. §. 1. Duxit [8] quidam uxorem, & filii ex eadem sunt nati: deinde moriente illa duxit rursus aliam, ex qua nati sunt filii ei, prioribus consanguinei solum, non autem uterini: deinde etiam tertium introduxit matrimonium: fecitque filios ex eo: post mortem vero ejus ad secundum mulier descendit virum: ex quo alios fecit filios, iis qui ex priore viro fuerant uterinos solum, non tamen consanguineos: moriente igitur matre, postea mori [9] unum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filiis & sine testamento, multos fratres relinquentem, alios quidem consanguineos, alios autem uterinos, alios vero simul & consanguineos, & uterinos. Et quæ quidem adinventa est naturæ novitas, talis quodammodo fuit. Licebit autem tali principio dato nobis, ab eo & alios quosdam opinari casus tale aliquid proferre volentes, sive morte viri, sive morte mulieris, sive alia legitima separatione nuptiis diversis hoc facientibus. Quæstio igitur illa erat, si ad mortui fratris hereditatem oporteret omnes vocari, & consanguineos, & uterinos & simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres.

CAP. I.

QUia [10] igitur considerantes leges omnes quas congregavimus, & veteres omnes, & nostras hujusmodi non invenimus emersisse quæstionem: congruum est eam sero tandem refrenare lege, & considerare quia fratribus sunt ad defunctum aliis quidem cognationis jura, quæ nos legitimis copulavimus: aliis autem hoc ipso legitima: communicabant enim aliquid ei circa paternam prolem, sicut alii circa maternam: alii autem illud pure habebant, & lege & natura juvante se, eo quod ex iisdem erant procedentes matrum sinibus, eratque eis patris semen unum: & undique veluti quoddam signum eis germanitatis resplendebat. Si igitur hujusmodi frater litibus liberare & legem & dubitantes voluisset, ad testamentum venerat: & suam sententiam fecerat manifestam, & per scripturam honorati ad hereditatem vocarentur. Quia vero hoc agere noluit, aut non potuit, (multæ namque sunt homini & anxietates innumeræ, & repentinæ mortes) hæc nostra lex causam determinet. §. 1. Vult autem hæc lex, ex utroque [11] decoratos, & simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres, ad successionem morientis meliores esse quam illos qui solummodo consanguinei, aut solummodo uterini sunt, & nos non faciat hæsitare naturæ varietas; sed nos hujusmodi adinventiones ostendimus legitimas, atque decernimus, perfectioribus distribuentes quæ meliora sunt, & minores exæquari eis non patientes. §. 2. Plurima namque ad hoc nos invitaverunt. Primum quidem altera nostra lex [12], si filius moriatur non habens filios: deinde existentibus ita forte maternis [13] rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa quæ non acquiruntur, prius ex iisdem nuptiis fratres ad hereditatem vocari: deinde ex aliis, & post [14] hos patrem, quod probatio erat eo quod dudum talia nostra legislatio concessisset. Nam si etiam patre existente, suo patri, & iis qui sunt ex aliis nuptiis, præponi consanguineos & uterinos fratres contingit: consequens est, licet pater non existat, sed fratres solummodo, præponi iis qui ex uno parentum solummodo copulantur morienti, eos qui similiter quidem consanguinei, similiter autem uterini sunt, & his conveniens erit illud quod dudum & in maternis, & in iis quæ ex nuptiali causa, aut aliter non acquirantur, sancitum est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere atque tractari. Hæc igitur lex in isto casu data sibi occasione, sicuti dictum est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis hoc processit, novitas naturæ nihil prohibet, vel si quis proponat & in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solum uterinos, alios autem consanguineos simul & uterinos, vel si quis extendi dicat matrimonia, & adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in hujusmodi casibus ubi tales quidam introducuntur ordines fratrum lex habeat suam virtutem: & excludant [15] duplici utentes jure eos qui uno solo uti possunt.

CAP. II.

SI vero non talis est casus, sed solummodo constituti sunt uterini aut consanguinei, & moriatur aliquis fratrum: hæc prioribus subjaceant legibus quæ eorum successiones disposuerunt. Locum tamen hæc lex habeat non solum in hoc casu, qui quæstionem movit: sed etiam in iis, qui postea futuri sunt. Quocirca priora si aut judicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, hujus legis judicio non egentia.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram manifestata sunt legem, per literas proprias declarare cunctis & in perpetuum observare festinet. Dat. 15. Kalend. Jun. *Constantinop.* Imp. Dom. JUSTIN. Aug. Anno 15. [16] ARIONE V. C. CONS.

TIT. XIV.
DE ARMIS [17].

NOVELLA CONSTIT. LXXXV.

Imperator Justinianus Augustus Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum.

PRÆFATIO.

MAgnum Deum & salvatorem nostrum Jesum Christum & ejus auxilium semper invocantes, studemus omnes subjectos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæsos [18] & sine calumnia [19] custodire & inhibere bella, quæ per suam considerationem suscipientes adversus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quam quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur.

CAP. I.

VOlentes igitur hujusmodi mortibus homines liberare, prospeximus armifacturæ [20] opus nullum privatum operari, solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis [21], aut qui dicuntur fabricensii [22]: eos autem qui operantur arma, nulli vendere privato [23]. Sed neque qui in [24] numeris constituti sunt armifactores, quos etiam deputatos appellant qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari, aut alicui vendere arma: sed solum diligentiam habere armorum militum in numero constitutorum, in quibus militant. Si vero novum aliquid faciunt, hoc auferri ab eis, & in sacro nostro inferri armamento [25] adjiciendum ibi repositis publicis armis.

CAP. II.

HOc autem observare volumus & eos, qui in ordinibus ballistariorum [26] sunt, quos per diversas statuimus civitates, ordinantes eos & arma facere: sancientes, ut & ipsi sola publica arma in armamentis [27] publicis uniuscujusque civitatis recondita corrigant, atque renovent. Si qui vero unum aliquid armorum instruxerint, hoc similiter & ipsis inter publica arma præstent, & nulli alteri penitus vendant. Hoc quoque custodiant, qui in ballistariis deputati sunt, periculo [28] patrum [29] civitatum, sub quibus & ipsos ballistarios statuimus, & publicorum armamentorum [30] diligentiam atque custodiam constituimus: quatenus si qui visi fuerint aut deputati aut fabricensii [31] vendentes arma, provideant per loca judices [32] eos suppliciis subdere, insuper etiam arma ab iis qui ea comparant, sine pretio auferre, & publico vindicare.

CAP. III.

HAnc igitur gubernante nos Deo cogitationem, per præsentem sancimus legem, *In nulla civitate aut provincia nostræ reipublicæ habere licentiam privatos aut alium quempiam arma facere aut vendere, aut quolibet mercari modo: sed solos eos qui inter fabricenses referuntur, hæc instruere, & deferre ad sacrum nostrum armamentum:* & hoc a tua celsitudine, & qui post te susceperint cingulum custodiri sancimus: deputantibus nobis aliquos [33] chartulariorum, qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti fabricensium, periculo quinque inter eos priorum [34] bonam opinionem habentes, & opportunos, qui & eos qui in hac felicissima civitate, & in aliis civitatibus nostræ reipublicæ arma faciunt, requirentes, prohibeant privatos, aut etiam alios quosdam citra eos qui deputati sunt inter fabricenses, armifacturæ agere causam: & in quibuscunque compererint locis aliquos privatos hoc audentes, hæc auferre, & fisci applicare armamento. Si autem inter operarios privatos artifices opportunos [35] invenire potuerint: hos, si voluerint, in militiis statuere, & in descriptione [36] nomina eorum facere, & destinare nobis descriptionem artificum: ut per sacrum nostrum rescriptum in illis statuantur locis, in quibus sunt publicæ fabricæ, quatenus ipsi operantes arma, & de fisco annonas accipiant: hoc enim facto & subtiliter observato a prædictis personis licentia penitus nulli dabitur, neque civitates inhabitantibus privatis, neque villas incolentibus rusticis, armis uti adversus alterutros, necesque præsumere, & ex hoc plurimos homines occidi, publicas vero perire functiones, dum terræ cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem utuntur. §. 1. Oportet ergo eos qui diriguntur a tua celsitudine ex memorato fabricensium scrinio ad prohibendos privatos armorum factores confessionem [37] accipere etiam per loca judicum, & subjectorum eos officiorum, & civitatum defensores, & patres, quia nihil valebunt de cætero horum quæ a nobis prohibita sunt aliquid agere: sed quæ per præsentem sancita sunt legem, custodient, pœnam & in pecuniis, & in ipsum formidantes caput. Sancimus enim magnæ quidem Alexandriæ judicem negligentem quæ a nobis sancita sunt viginti auri librarum exsolvere pœnam, & cingulo cadere: & hujus officium similiter auri librarum viginti dare pœnam, & capitale subire supplicium: aliarum vero provinciarum judices, da-

1 De fratribus. *Index Reginæ.* de successionibus, quæ ab intestato fratribus deferuntur, Jul. *const.* 78. vide hujus Novellæ pleniorem interpretationem Latinam Agylei *hic.* 2 Περὶ τῶν ὁμοπατρίων. *Scrimg.* qui scilicet nati sunt ex eodem patre: vel ex eodem patre & matre simul. 3 Περὶ τῶν ὁμομητρίων. *Scrimg.* qui nati sunt ex eadem matre. Uterini enim sunt diverso patre nati, Ambros. *epist.* 66. Atque ita liberorum alios constituit hæc Novell. μόνον ὁμοπατρίους, ὁμομητρίους & ὁμοπατρίους τὸ ἅμα καὶ ὁμομητρίους. 4 Frater fratri ab intestato ut succedat. 5 Multas formas edere natura properat, *l.* 2. *Cod. de veter. jur.* 6 Καὶ τὰς Cognaticas, *Scrimg.* 7 Id est, explicant. 8 Facti narratio. 9 Quæstio, Fratris sine liberis mortui hereditas ad quem pertineat. 10 Hinc sumpta est Authentica, *Itaque. Cod. Comm. de successionibus.* 11 Olim ita non fuit. *l.* 1. *C. de legitimis heredibus.* Unde constat hodie, consanguineos & uterinos simul præferri consanguineis tantum vel uterinis tantum. 12 *l. ult. C. comm. de successionib.* 13 Decisio hujus Novellæ, Fratris sine liberis mortui hereditas defertur ad fratres ejus consanguineos, id est, ad fratres ex utroque parente conjunctos, non eos, qui tantum sunt ei uterini, vel ex eodem patre; in rebus ejus paternis, fratres paterni succedunt ex regula, Paterna paternis, materna maternis, de qua vid. *l.* 13. *C. de legit. heredit.* In rebus aliunde quæsitis iidem consanguinei paternos vel uterinos excludunt: sunt enim conjunctiores, §. 1. *s. h. t.* consanguineis deficientibus paterni, & uterini æqualiter succedunt in aliunde quæsitis: vid. quæ dicam ad *l.* 13. *in fin. C. de legitim. hered.* 14 Hodie pater vocatur in virilem proprietatis, *Nov.* 118. *c.* 2. 15 Duplici utentes jure, iis, qui uno tantum utuntur, sunt potiores. 16 13. id est, anno 539.

17 Περὶ ὅπλων, *Scrimg.* περὶ ὅπλων καὶ ὁπλοποιῶν. 7. *Ecl.* 9. de armis & fabricensibus. *l.* 7. §. 1. *C. de fabricensibus, & qui arma gerere possint,* Jul. *const.* 79. Goth. Vid. Rittershus. *part.* 13 *cap.* 4. Ans. 18 De jure principis dicam ad *Novellam* 105. *c.* 2. *in fin.* 19 Ut injustis litibus non vexentur. 20 Τῆς ὁπλοποιΐας ἔργον. 21 Ὁπλοποιΐαις, publicis fabricis, *Jul.* armamentis, *arsenauls.* 22 φάβριξι, id est, fabricis. 23 Arma privatis vendere non licet, *ut hic*, multo minus licet arma ad barbaros exportare vel eis vendere, *l.* 2. *C. quæ res exportari.* 24 Ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, id est, matriculis, Julian. *hic.* Numerorum fabricensibus nova arma fabricare non licet, licet tamen ea curare. 25 Ἀρμαμέντῳ, *Scrimg.* 26 Βαλλιστaρίων. 27 Ἐν ταῖς δημοσίαις ὁπλοθήκαις, *Scrimg.* 28 Οἱ βαλλιστάριοι τοῖς πατράσιν ὑπόκεινται τῶν πόλεων. *Basil.* vid. Cujac. *hic.* 29 Patres Civitatum hodie videntur esse, qui Gallis dicuntur *Prevosts des Marchands & Eschevins*, sub eorum cura ballistarii erant, ut ex hac Novella apparet. 30 Ὁπλοθηκῶν. 31 φαβρικήσιοι, qui & fabricenses. 32 Ἄρχοντες, præsides provinciæ, Jul. *hic*, *n.* 304. 33 Quinque scil. Jul. 305. 34 Πρωτευόντων. Primates scriniis appellat, Jul. *hic.* 35 Id est, idoneos. 36 Matriculam vocat Julian. *hic.* quæ & patricula *l.* 5. *C. Theod. de domesticis & protectoribus.* 37 Κατάθεσιν, depositiones, Julian. *hic.*

mnum quidem decem librarum auri sustinere, similiter autem & ipsos casui cinguli subjacere, & eorum officia. Defensores autem, & patres civitatum trium librarum auri multari pœna, & in capite sustinere periculum, si quod tale factum comperientes non punierint, aut hoc agere valentibus non nuntient, sed latere permiserint.

CAP. IV.

UT autem palam fiant quæ a nobis prohibita sunt, a privatis, & aliis quibusdam, citra eos qui in sacris nostris fabricensibus referuntur, fieri, aut privatis vendi arma: & hoc per præsentem legem significare curavimus. Prohibemus enim [1] privatos operari & emere arcus [2], & sagittas, & spathas, & enses, quæ vocare consueverunt semispathia [3], & quæ vocantur Zabæ [4], sive loricæ, & contos [5], & quolibet modo vel figura factas lanceas, & quæ apud Isauros nominantur monocopia [6], & appellatos sitinnos [7], seu missilia, insuper & aspidas, sive scuta, & galeas, seu cassides: non enim ista alii cuidam instruere sinimus, præter eos qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus. solos autem fieri (& vendi a privatis) & privatis vendi permittimus cultellos minores, quibus nullus in præliis utitur. Præsentem igitur legem generalem tua celsitudo in hac proponat regia civitate, nec non & per alias civitates nostræ reipublicæ ut omnes agnoscentes quæ placuerunt nobis, hæc observent.

CAP. V.

DEnunciamus autem futuris præesse hujusmodi custodiæ chartulariis ex memorato fabricensium scrinio, quia ex negligentia non solum pecuniarias sustinebunt pœnas, sed etiam in corpore supplicia patientur, & militia cadent. insuper nec ipsum ulterius permitti a nobis scrinium in hujusmodi adesse sollicitudine, sed aliis committi fabricensium curam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc legem declarata sunt, tua celsitudo, & qui post te in cingulo fuerint, operi terminoque contradere festinent: indignationem nostram & ipsi metuentes, nisi rem sic utilem reipublicæ custodierint.

TIT. XV.

UT [8] DIFFERENTES JUDICES AUDIRE INTERPELLANTIUM ALLEGATIONES, COGANTUR AB EPISCOPIS HOC AGERE: ET UT QUANDO IN SUSPICIONEM [9] HABUERINT JUDICEM, PARITER AUDIAT CAUSAM ET CIVITATIS EPISCOPUS: ET DE CAUTELA ALIA QUAM OMNINO OPORTET EPISCOPUM AGERE.

NOVELLA CONSTIT. LXXXVI.

Imperatoris Justiniani Augusti edictum.

PRÆFATIO.

EX quo nos Deus Romanorum præposuit imperio, omne habemus studium universa agere ad utilitatem subjectorum commissæ nobis a Deo reipublicæ, & illa facere quæ omni difficultate & læsione atque contritione privent: ne occasione litium, & aliorum quorundam discedere cogantur a propria patria, & in peregrinis affligi.

CAP. I.

PRopterea igitur & in præsenti prospeximus præsens edictum ad omnes dirigere subjectos, & palam facere omnium civitatum & vicorum habitatoribus, quatenus si quis habuerit contentionem adversus alium, sive [10] de pecuniaria causa, sive de sublatione rerum mobilium & immobilium, sese que moventium, sive de criminalibus, prius interpellet clarissimum provinciæ judicem, & ut ipse secundum nostras leges examinet ea, quæ proponuntur, & unicuique justitiam servet. Si vero dum aliquis adierit judicem provinciæ, non meruerit justitiam, tunc jubemus eum adire [11] suum sanctissimum episcopum, & ipsum mittere ad clarissimum provinciæ judicem, aut per se venire ad eum, & præparare eum ut omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni justitia secundum nostras leges, ut non cogatur peregre de sua patria proficisci: Si vero etiam sanctissimo archiepiscopo compellente judicem cum justitia determinare interpellantium causas, judex differat discernere negotium, & non servet litigantibus justitiam: jubemus sanctissimum civitatis illius episcopum dare ad nos literas ei qui non meruerit quod justum est, insinuantes quia coactus ab eo judex distulit audire interpellantem, & judicare inter eum & qui ab eo conventus est: ut hoc cognoscentes nos supplicia inferamus judici provinciæ, qui interpellatus ab eo qui injustitiam passus est, & coactus a sanctissimo archiepiscopo, non judicaverit quæ in dubitationem venerunt.

CAP. II.

SI [12] vero contigerit quendam nostrorum subjectorum in dubitationem habere judicem, jubemus sanctissimum archiepiscopum audire cum clarissimo judice: ut ambo [13] per amicabilem conventum dissolvant quæ dubia sunt: ut aut per annotationem [14] scriptis factam, aut cognitionaliter [15] judicetur inter litigantes: & forma [16] detur justitiæ legibusque conveniens: ut non cogantur nostri subjecti propter hujusmodi causas recedere [17] a propria patria.

CAP. III.

SI quis vero existimans habere se adversus aliquem quamlibet actionem, neque clarissimum provinciæ judicem interpellet, neque sanctissimum civitatis episcopum adeat, & ita [18] veniat huc absque literis Deo amabilis episcopi civitatis: sciat quoniam & ipse tales sustinebit pœnas, quales futurus esset sustinere judex, si interpellatus ab eo non studuisset ei servare justitiam. Hæc autem omnia sancire perspeximus propter utilitatem eorum qui habitant per civitates & vicos: ne privati propriis provinciis, & ipsi in peregrinis affligantur, & res eorum lædantur. Propterea enim judices gratis facimus, & jusjurandum eos jubemus subire, ut unicuique interpellanti justitiam servent secundum nostras leges.

CAP. IV.

SI tamen contigerit quendam nostrorum subjectorum ab ipso clarissimo provinciæ judice lædi, jubemus eum adire [19] sanctissimum illius civitatis episcopum: & ipsum judicare inter clarissimum illius provinciæ judicem, & eum qui putatur lædi ab eo. Et si quidem contigerit judicem legitime & juste judicari a sanctissimo episcopo: satisfacere eum omnibus modis ei qui interpellavit adversus eum. Si vero refutaverit judex hoc agere, & pervenerit ad nos ipsa lis: si quidem invenerimus quia juste & secundum leges aditus a sanctissimo episcopo, ea quæ condemnatus est, non fecit: novissimis [20] eum suppliciis subdi præcipimus: quoniam qui debet vindicare oppressum, ipsum opprimere reperitur.

CAP. V.

SEd etiam subjectum ei officium [21] jubemus cum omni studio & administrantes clarissimis judicibus interpellantes absolvere, nihil [22] accipientes præter illa quæ nostris constituta sunt legibus. Si vero hæc non custodiant, subdi jubemus suppliciis [23].

CAP. VI.

SI tamen invenerimus quendam sanctissimorum episcoporum pro gratia cujuspiam prodere justitiam, regularem [24] ei castigationem inferri jubemus: ut studeant cum timore Dei juste judicare: ne non impetrantes justitiam, cogantur homines relinquere proprias civitates atque provincias, & in [25] loca quælibet alia iniqua concurrere.

CAP. VII.

IN civitatibus autem in quibus non sunt judices [26], jubemus eos qui habent causas, adire [27] defensorem, & ipsum discernere inter eos. Si vero litem habentes voluerit defensorem una cum sanctissimo episcopo judicare, & hoc agi præcipimus.

CAP. VIII.

NEque autem monachum, neque clericum, neque episcopum jubemus venire huc absque [28] literis sanctissimi sui patriarchæ. Si vero hoc fecerint, sciant quia semetipsos schemate faciunt indignos.

CAP. IX.

SI quis autem magisterianus, aut præfectianus [29] aut cujuscunque fortunæ existens acceperit amplius sportularum quam definitum est sacris nostris constitutionibus: jubemus omnibus modis judicem provinciæ periculo proprio secundum nostram legem hoc vindicare, & vindictam inferre hoc præsumentibus. Si vero non vindicaverit hoc ipse judex, licentiam damus sanctissimo uniuscujusque civitatis episcopo nunciare nobis quæ de eis aguntur, & qualem habet militiam, aut dignitatem, qui hoc præsumpserit: ut & judici periculum inferamus prætermittenti & despicienti nostram jussionem, & ipsum quoque jubeamus puniri talia præsumentem.

TIT. XVI.

DE MORTIS CAUSA DONATIONE [30] CURIALIUM.

NOVELLA CONSTIT. LXXXVII.

Antonio Contio interprete.

PRÆFATIO.

CUrialium fraudes nihil posse ferre damni Reipublicæ, sed resistere legem talibus curiis [vel consiliis] omni volumus modo. Cognovimus enim, quemadmodum, postquam interdiximus curialibus donationum modum, non concedentes ipsis possessionem immobilem donare [31], neque in testamento relinquere ultra [32] tres uncias, sed dodrantem omni modo Curiæ servare, illi calumniantes legem, excogitaverunt tales aliquas fraudes contra ipsam legem. Scientes enim quod nos invenientes vetustos legumlatores, dubitantes de mortis causa donatione utrum donatio an legatum sit, & illos quidem connumerantes ipsam donationi, quosdam vero legatis, ea quæ pluribus [33] & optimis legislatoribus visa sunt eligentes, legatum [34] ipsam esse omnimodo decidimus, nec [35] confectione monumentorum egere, sed licentiam habere facere ipsam & inserere ipsi etiam certos fines quos donator voluerit, & si hoc fecerit, licentiam habere renunciare etiam huic ipsi facultati, qua possit pœnitere super talibus donationibus, revocare [36], & quos utique voluerit terminos inserere mortis causa donationibus, sicuti *Julianus* sapientissimus constituit, quod quidem nos in trigesimo nono [37] nostrorum Digestorum scripsimus. Omnia enim comprehendimus

1 Arma portare prohibitum, v. Socin. *regula* 30. 2 *Edicto Justiniani* 8. *c.* 3. Armorum genera observa. 3 Ἅπερ καλεῖν εἰώθασι παραμήρια. *Scrimg.* quæ parameria vocant. Julian. *hic*, *n.* 300. Cedrenus τῷ παραμηρίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐξέτεμε. Porro παραμήρια dicuntur, quod femori accingantur. Semispathia quæ hic appellantur, Vegetius 2. vocat Semispathas, eadem forma, qua Tull. 3. *de legibus*, Semisicas dixit. 4 Zabæ, loricæ, *Jul. Suid. in verbo* ζαβαρέον. 5 Καὶ Κόντους. Κόντος δόρυ. *Hesych.* 6 Μονοκόντια. *Scrimg.* monocontia, *Jul.* 7 Ζιβύννας. *Scrimg.* Zibynnos, quos missilia vocant. Jul. *hic.* Ennius sibinas. vid. Cujac. *hic.* Hesychio ζιβύννια sunt λογχίδια μικρά. Glossis vero ζιβύνη est venabulum.
8 Ut præsidi suspecto in audiendis litibus adjungatur episcopus, *Index Reg.* 9 Vid. Jul. *constit.* 69. *num.* 260. *&* 250. *& sequentibus.* 10 Lis est aut de pecunia, aut de re mobili, immobili, vel movente se, aut de crimine. 11 Si præses provinciæ preces provincialium contempserit, provincialibus licet de ea re conqueri apud Episcopum. Jul. *d. n.* 269. 12 Hinc sumpta est authentica, *Si vero*, *C. de jud.* 13 Episcopo scil. cum præside considente, Jul. *n.* 250. 14 Vel more παρασημειώσεως, eos audiant, Jul. *hic.* adde *Nov.* 82. *c.* 4. 15 Sive scriptura. 16 Sententia. 17 *c.* 6. *in fin.* J. *hic.* 18 Jul. *n.* 251. 19 Adde *l.* 4. *C. ad l. Jul. repetund.* 20 Id est, ultimis suppliciis. Ultimum supplicium mors, *l.* 21. *ff. de pœnis.* 21 Id est, officiales, ministros, apparitores. 22 Jul. *hic*, *n.* 253. 23 Ultimis *Jul.* aut quadrupli pœnæ & exolutioni illos subdi, *Scrimg.* 24 Id est, ex sacris regulis pœna subjicitur, Julian. *num.* 254. 25 Vid. *c.* 2. *in fin.* 26 Præsides provinciæ. 27 Jul. *num.* 255. 28 Jul. *num.* 256. *Novell.* 6. *c.* 8. 29 Ἡ ἐπαρχικός. *Scrimg.* agens in rebus, Julian. *hic*, *n.* 257.
30 De diversis donationibus a curialibus faciendis, Julian. *const.* 80. de donationibus factis a decurionibus. *Index Reg.* 31 Inter vivos *Novell.* 38. 32 *Novell.* 45. 33 Id semper sequendum est, quod pluribus & optimis videtur. 34 Mortis causa donatio legatis comparatur, *l.* 4. *C. de mort. caus. don.* 35 Mortis causa donatio non eget insinuatione *l. ult. C. de mortis caus. l.* 15. *in fin. l.* 37. *ff. de mort. caus.* §. 1. *Inst. de don.* 36 Mortis causa donatio revocari potest. 37 *tit.* 6. *l.* 16. 17. 18. *ff. de mort. caus.*

in

in brevi & quæ vetuſtis & quæ nobis placita ſunt. Hoc igitur ſcientes putaverunt oportere ſecundum modum hunc facere quaſdam mortis cauſa donationes & inferere pacta ſecundum legem ad auferendum poteſtatem ſibi ipſi ſuper donatione pœnitenti, eam revocandi. Alium vero terminum ipſis placentem addere ipſis donationibus, ut inde ipſis nimirum liceat facere donationes a revocatione liberas, & ita ſuas minuere ſubſtantias.

CAP. I.

ETſi autem ex his quæ jam lege ſancivimus adempta eſt omnis illis occaſio plus dodrante relinquere queundi, vel in teſtamento relinquendi, vel per donationis modum alienandi, tamen ut adhuc etiam magis ipſorum fraudem compeſcamus, idcirco & nunc *ſancimus* nemini [1] curiali neque per mortis cauſa donationem licere donare quid, præterquam tantummodo per antenuptialis donationis modum pro ſeipſis aut propriis liberis factæ aut per dotis occaſionem, quatenus ipſa noſtra conſtitutio dicit, etiam filiabus donare nubentibus: ſiquidem aliter ipſos non poſſe donare certum eſt res immobiles, ſed ipſas manere ſemper apud ipſos curialibus obnoxias functionibus, ſola ipſis venditione conceſſa, & ipſa ſecundum Novellæ noſtræ conſtitutionis obſervationem. Mortis cauſa donationibus ſuam vim habentibus, & valentibus cæteris hominibus, exceptis [2] curialibus, facere dictas mortis cauſa donationes in quaſcunque voluerint perſonas, & conditiones ipſis imponere, & renuntiare (ſiquidem hoc voluerint) pœnitudini conceſſæ circa pactionis revocationem: manere quippe oportet rem etiam ſic in mortis cauſa donationis conditionibus, (hoc enim inſuper ſancimus) & tales donationes firmas eſſe & ſtabiles, quod quidem non nunc primum lege ſtatuimus, ſed jam lege ſtatutum, & nunc per noſtram interpretamur & corroboramus vocem in omnibus aliis perſonis, præter ſolos, ut dictum eſt, curiales: idque propter ipſam noſtram erga rempublicam curam & ſtudium.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & hac lege manifeſtata ſunt, tua gloria cuſtodire ſtudeto, in primis utilitati Reipublicæ providentiam impertiens.

TIT. XVII.

DE DEPOSITO [3], ET DENUNCIATIONIBUS INQUILINORUM, ET DE [4] SUSPENDENDA ADMINISTRATIONE [5] PANUM.

NOVELLA CONSTIT. LXXXVIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Joanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

LItem nuper audientibus nobis (hoc quod in imperio publice ſedentes multotiens agimus) orta eſt aliqua quæſtio, quam reſolvimus ſtatim: hujuſmodi vero diſcentes contingere multa communi & generali lege definire hoc juſtum eſſe arbitrati ſumus.

CAP. I.

SI [6] enim quis ab aliquo capiat aurum aut res aliquas depoſiti cauſa in quibuſdam conditionibus, deinde illi agant: neceſſitatem habeat omne reſtituere aurum aut res, conditionibus ſemel impletis, & nulla omnino licentia ſit aliquibus [7] extrinſecus interdictionibus uti, & retinere depoſiti reſtitutionem: cum & alia multa privilegia [8] tam a præcedentibus legiſlatoribus, quam a nobis ipſis data ſunt: licentia enim eſt prohibenti redditionem, eum quidem, cui creditum eſt depoſitum, non moleſtare: eum vero de rebus quæ in quæſtione ſunt, qui aurum, aut res aliquas accepturus eſt, litem ſortiri, & juſtitiam & legem promereri: ſed ne per hanc cauſam damnis magnis ſubjiciat eum qui interdictionem ſuſcepit, & compellatur aut defenſiones expetere, aut res habere, & non poſſit voluntarie cum deponente benigne agere: quod ſi tale aliquid egerit (omnino enim oportet non ſola delictorum nos contentos eſſe prohibitione: ſed [9] etiam timorem inferre juſtum tranſgreſſoribus) ſive perditionem contigerit rerum aut pecuniarum fieri, & hoc probetur, ſive alium quemcunque caſum fortuitum, ipſum reſpicere qui conteſtationem dixerit. Inſuper etiam ex quo facta eſt hujuſmodi conteſtatio, uſuras pecuniarum uſque ad tertiam [10] centeſimæ agnoſcere prohibentem accipere propria: non ſolum ſi aurum fuerit quod depoſitum eſt, reſtitui vero prohibitum: ſed & ſi aliæ res ſint: ut hoc timore ſtultorum ſimul, & perverſorum maligne verſandi, in depoſitionibus homines ceſſent.

CAP. II.

De his qui denunciant ne civiles annonæ, vel penſiones ſolvantur [11].

SEd & totum hoc quod de mandatis eſt, & aſpicere, & conſtituere ſecundum legem providimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac præcipue civitate & aliquos interdicentes eis qui miniſtrant publicas [12] annonas, & teſſeras [13] accipiunt ab annonarum præfecto, volentes ſuſpendi adminiſtrationem: & eos qui ex hoc ſolummodo forſan nutriuntur, defraudari adminiſtratione, per quam eis omnis tribuitur vitæ occaſio. Huic autem rei ſeverius & difficilius illud eſt: multis [14] enim domos poſſidentibus in hac feliciſſima civitate [15], qui imbanchiti [16] non videntur, mox futuris penſiones ab inquilinis accipere, calumniantur per interdictiones inquilinis dirigentes, ut non inferant eis. Illi [17] vero ultra [18] eas ſuſcipientes, quidam propter inopiam forſan comedunt eas: quidam vero & exules a magna hac fiunt civitate, & decidit omnino penſionum adminiſtratio iis qui ex hoc forſan ſolo nutriuntur, ſecundum quod occurrentes in civilibus annonis diximus.

§. 1. Nemini [19] igitur damus hujuſmodi licentiam: ſed unuſquiſque ſi aliquam habeat cauſam ad obnoxium ſibi, non obdormiat: in liberalibus [20] autem perverſitate omni plenius aſpiret interdictionibus. Cognoſcat enim, quia ſi tale aliquid egerit, & per occaſionem ejus ceciderit aut adminiſtratio panum, aut penſionum datio ex hoc accidens ipſe ſuſtinebit periculum, mox quod interdictionem [21] inquilinis & miniſtrantibus panem miſerit, aut ſuſpenderit annonam: nihil enim horum agi omnino volumus: ſed ex quo interdictiones egerit, ſancimus eum omne damnum ſarcire domino rerum: ſuper hoc & uſuram & tertiam centeſimæ agnoſcere pecuniarum, aut rerum quas non accipere per eum is qui ſecundum hunc modum læſus eſt, valuit. Et neque aliquis opponat defenſiones, quia qui præſens eſt ei exactionis domino danti defenſionem aut in depoſito, aut in aliis recipere rem propriam, non enim omnibus [22] eſt facile fidejuſſorem præbere noſtris legibus, nullam defenſionem omnino ratam eſſe ponentibus, niſi [23] cum fidejuſſione fiat, fidejuſſorem enim omnino dandum idoneum non facile neque poſſibile paſſim eſt. Et propterea igitur ad ſecuritatem noſtrorum ſubjectorum volumus hoc cuſtodiri a modo, & de cætero omni tempore, ut immortale ſit hujus noſtræ ſanctionis juvamen Reipublicæ, quæ judicantibus quidem nobis in mentem venit, præſentem vero legem commune juvamen noſtris peperit ſubjectis.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc divinam manifeſtata ſunt legem, operi effectuique tradere, & in perpetuum obſervare feſtinet.

1 Nota regulam. 2 Decurio donare non poteſt etiam mortis cauſa. Donare tamen poteſt, dotis aut donationis propter nuptias cauſa.
3 De rebus depoſitis, & de his, qui denunciant, ut depoſita non reddantur. Jul. *conſt.* 81.
4 De ſuſpenſione erogationis annonarum. *Index Reg.* De his, qui denunciant, ut civiles annonæ vel penſiones non ſolvantur. Julian. *hic n.* 310. 5 Χορηγία ἄρτων, adminiſtratio panum, *ut hic.* Juliano eſt, civilium annonarum vel penſionum ſolutio.
6 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sed jam cautum. C. depoſit.* Goth. Vid. Rittershuſ. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. & 10. Anſ. 7 Puta creditoribus. Creditor denunciare quidem poteſt depoſitario, ne depoſitum reddat *l. ult. ff. de lege commiſſoria*, poteſt tamen eo invito depoſitarius depoſitum reddere, exacta cautione, quod hac Novella non tollitur. Ad hæc, cum hic dicitur aliquibus, ne intelligas ipſum rei dominum, cui jus competit rei ſuæ vindicandæ, *l.* 9. *in fin. ff. de rei vind. l.* 31. *ff. depoſ.* Hac enim Novella repellitur denunciatio creditoris, non domini: prohibetur denique denunciatio, non vindicatio. 8 Depoſito non opponitur compenſatio. *l. ult. C. de compenſat.* Depoſitum anteponitur privilegiis, *l.* 7. *ff. depoſ.* Chirographo depoſito acceptæ rei, non opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ. *l.* 14. *C. de non num.* 9 Pene nihil eſt delicta prohiberi, niſi puniantur, *l.* 2. §. 13. *ff. de orig. juris.*
10 Id eſt, trientes. 11 Jul. *hic*, *num.* 310. 12 Τὸ δημόσιον σιτηρέσιον ἢ καὶ ψήφυς πορίζομένες. 13 Teſſeræ annonarum accipiebantur ab annonarum præfecto.
14 Græcus textus ita habet, πολλοὶ γὰρ τοῖς οἰκίας κεκτημένοις κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν βασκάνοντες, ἡνίκα μέλλοιεν τὰ γεγονότα παρὰ τῶν οἰκούντων λαμβάνειν ἐπηρεάζουσιν ἐκ μαρτυρίας τοῖς ἐνοικοῦσιν εἰλλοντες, ὥστε μὴ καταβάλλειν ἐπ' αὐτοὺς, id eſt, multi enim domos poſſidentibus in hac feliciſſima civitate invidentes, ut penſiones domorum ab inquilinis accipiant, denunciant teſtatione facta, ut ne inquilini penſiones ſolvant proprietario ſeu ædium domino. 15 Senſus eſt corruptus, quem ita reſtitue: Illud omnium incommodius eſt, quod plerique dominis ædium *invidentes*, die penſionis cedente, inquilinis denunciant, teſtato, ne penſionem ſolvant.
16 Mirum unde vox hæc, imbanchiti, irrepſerit: niſi ſi ſtupidus & ignarus interpres τὸ βασκάνοντες, quod in Græco textu eſt, in hanc vocem nullius ſenſus commutarit.
17 Inquilini. 18 Id eſt, ultro ac libenter. 19 Denunciatione injuſta creditoris; ſi quod detrimentum debitoris depoſito fuerit illatum, creditor debitori damnum reſarcire tenebitur. 20 Hic locus valde depravatus eſt: lege itaque: *illiberalibus autem & omni perverſitate plenis abſtineat interdictionibus.* 21 Vid. *l. ult. ff. de lege commiſſoria.*
22 Fidejuſſorem invenire vel dare non eſt omnibus facile, *l.* 33. §. 2. *C. de epiſc.* vid. quæ dixi ad *l.* 3. *C. de verb. ſign. l.* 5. §. 1. *ff. ut legatorum ſeu fid.* 23 Defenſio nulla eſt ſine fidejuſſore.

COLLATIO SEPTIMA.

TIT. I.

QUIBUS MODIS NATURALES [1] EFFICIUNTUR SUI, ET DE EORUM EX TESTAMENTO SIVE AB INTESTATO SUCCESSIONE.

NOVELLA CONSTIT. LXXXIX.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Joanni glorioſiſſ. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

NAturalium nomen Romanæ legiſlationi dudum non erat in ſtudium, nec quælibet circa hoc fuerat humanitas, ſed tanquam alienigenum aliquid & omnino alienum a republica putabatur: a *Conſtantini* vero piæ memoriæ temporibus in conſtitutionum ſcriptum eſt libris [2]. Deinde paulatim in mediocritatem clementemque ſententiam Imperatores tranſeuntes, leges poſuerunt: alii quidem & dari & relinqui aliquid eis a patribus concedentes: aliqui autem etiam adinvenientes modum per quem naturali jure priore [3] liberati legitimi fierent, & paternæ ſubſtantiæ ſucceſſores: paulatimque etiam ad nepotes [4] proceſſerunt hujuſmodi legiſlationes: & quoniam in noſtra tempora venerunt, & eorum qui paulo ante nos fuerunt, multam varietatem cauſa ſuſcepit. Nos enim duplex habuimus ſtudium, & plurimos in libertatem perducere homines ex priore ſervitute, & ex naturalibus ad legitimos elevare: non enim ultio & interdictio deſpicienda eſt: ſed quod eſt in neceſſitate, curandum eſt: & diffugiendum quidem quod malum eſt, inveniendum [5] vero undique quod melius eſt. Quia igitur aliqua quidem in conſtitutionum Codice [6], quam ex omni priorum imperatorum legiſlatione collegimus, de naturalibus ſcripta ſunt filiis: quædam vero in [7] libro Inſtitutionum: de his autem nos conſtituimus, aut jam perfecta comperimus, & nos ipſi plurimas fecimus de his conſtitutiones, alias quidem in prædictarum collectione conſtitutionum, alias autem etiam poſtea: ne cauſa ſit diſperſa, bene ſe habere credidimus, in una conſtitutione totum colligere, quæ pro omnibus ſufficiat ea quæ de naturalibus ſunt, corrigere atque ſancire.

1 Περὶ τῶν νόθων. De liberis naturalibus vide Julian. *conſt.* 82. de filiis naturalibus, *Index Reginæ.* adde *Novell.* 74. *L.* 4. *C. Th.* 6. 2 *l.* 1. *Cod. de natural. lib.* Goth. Vid. in hanc Novell. Gudelin. *de Jure Noviſſ. lib.* 1. *c.* 16. & *lib.* 2. *c.* 10. Rittershuſ. *part.* 4. *cap.* 12. & *part.* 7. *cap.* 6. Anſ. 3 Id eſt, priſtino naturalium jure. 4 Nepotes, ut & filii legitimari poſſunt. 5 Bono melius inveniri poteſt. 6 *d. tit. de natur lib.*
7 Ἐν τῷ τῶν ἐπιτρόπων λόγῳ. *Scrimg.* id eſt, in tractatu de tutoribus, intelligit autem legem

CAP. I.

De liberis naturalibus.

Palam namque est, quia hominum alii [1] quidem liberi simul consistunt, & inter legitimos sunt: alii vero hoc prius non habentes, postea fiunt, & ex servis ad liberos adscendunt, & ex naturalibus ad legitimos. Alii vero ex ipso hoc naturales sunt, & quædam eis successiones existunt: alios autem neque naturales esse decet, sed etiam hoc monstrantur indigni [2]. Oportet igitur nos ita facere constitutionem, ut nullus ignoret quæ possunt in naturalibus valere: dicimus autem inchoantes legem, qui consistunt naturales, quibusque modis procedunt ad legitimos, (quorum plurimos invenimus nos) & quæ sunt horum successiones, & quomodo quidem vetustas usa est his amare, quomodo nos humane. Nec illud quoque relinquitur, qui nec naturalium digni sint, sicuti diximus, appellatione. Natura [3] siquidem ab initio, dum de filiorum procreatione sanciret, scriptis nondum positis legibus omnes similiter quidem liberos, similiter autem produxit ingenuos. Primis namque parentibus primi filii, similiter quidem liberi, similiter autem legitimi a [4] creatura fiebant: bella vero & lites, atque libidines, & concupiscentiæ causam deposuerunt ad aliud schema. Servitutem namque invenit bellum [5]: naturales autem castitatis [6] casus: lex autem rursus hujusmodi delicta curans, libertatem [7] servis molita est, & multum de his tractavit, modos introducens dena millia, imperatoriæ vero constitutiones aperuerunt iis [8] quæ non recte facta sunt, ad jus legitimum vias. quod non transitorie neque nos sancimus, neque subjectos hanc legem negligenter audire præcipimus.

§. 1. Legitimi siquidem successores procedunt hominibus ex nuptiis [9], quas contrahunt aut cum dotalibus instrumentis, aut etiam absque eis, sic ad fœminas masculis convenientibus, ut ab initio habeant ad eas legitimarum nuptiarum affectum [10]. Et hoc enim in calumnia positum nos respicientes, lege decrevimus, quid in [11] iis quidem, qui fortunæ dignitate provecti sunt, quid autem in mediocri hominum statu agendum sit ad demonstrationem [12] legitimarum nuptiarum: quid vero deinceps permissum est plebi [13]. Quapropter nuptiis [14] procedentibus, ex hoc ipso sunt successiones certæ: & si inter legitimos [15] connumerentur, mox lex introducit successionum modos, plurimum de his tractans. Legitimum igitur jus sic se habet. Quod vero non est hujusmodi, sed liberum quidem, non [16] tamen ex nuptiis procedens legitimis, aut etiam in servitute natum: si libertatem quidem meruerit, mansérit autem naturale: hoc modi varii ad jus legitimum ferunt, quos enumerantes, sic etiam reliqua sanciemus.

CAP. II.

De primo (hoc est per oblationem curiæ) modo legitimationis.

Primus itaque modus est legitimi juris existens civitatibus mox utilis, quem Theodosius piæ & novæ introduxit memoriæ. Sancitum namque est ab eo, *ut possit naturales filios, aut omnes, aut aliquos offerre curiis, aut filias curialibus* [17] *copulare*: & quoniam modus iste non simplicem habuit legislationem, sed varie de oblationibus dictum est, & de successionibus, quomodo ipsi, & quorum heredes existant, & qui rursus ad jus eorum hereditarium accedant: justum credimus hoc primum legislationis disponentes capitulum, ita ad reliquos modos qui ad legitimorum jus ferunt, accedere: quæ enim inde sunt facile omnino erit dicere. §. 1. Si quis igitur fuerit naturalium filiorum pater, sive curialis existens, sive liber a curia, licentiam habebit, omnes, aut quosdam ex eis, sive legitimorum sit filiorum pater, sive etiam non, sed solummodo naturalium offerre curiæ [18], licet forte illustris dignitatis sint filii suscepti: nisi tamen dignitas intercesserit talis, quæ homines, licet curiales sint, ab hac fortuna liberos facit. Oblationis autem modus sive fiat a patre adhuc superstite, cum quispiam in commune filium offerret, (hoc namque gestum est in Philocalo naturali filio, curiali a patre in Bostrenorum [19] civitate) & hoc ipsum dicit secundum inspectionem ibi factam, & ita eum offert, sicut a Leone piæ memoriæ scripta dicit constitutio: sive ergo secundum hunc modum fiat aliquis a patre pronunciatus curialis, sive eum pater sub gestis monumentorum offerat, sive moriens in testamento conscribat oportere fieri curialem: deinde ille amplectatur scripturam: legitimus mox fiet, naturalium jure omnino liberatus: sive etiam mortuo patre semetipsum filius aut filii offerant: non existente quidem legitima sobole, etiam sic erunt legitimi & curiales. Proinde pater quidem etiam existentibus legitimis offert curiæ non legitimos filios: qui vero per semetipsum ad hoc procedit, tunc solummodo auditur, cum nullus legitimorum filiorum existit. Hoc itaque de oblationibus fit, quod indifferenter sancitum est a nobis, in hac præsenti lege reconditum: non autem simpliciter neque fortunæ oblatione: oportet enim & modos facere manifestos secundum quos offerantur.

§. 2. Si quis igitur ex qualibet oriatur civitate, sive curialis, sive etiam liber hujusmodi sit fortuna: licebit ei suum naturalem offerre filium curiæ illius unde oritur civitatis. Si vero [20] nec civis ipse consistat, sed ex villa quadam aut vico sit oriundus: illi a patre offeratur civitati, aut semetipsum offerat, sub qua civitate villa aut vicus tributa persolvit [21]. Palam vero est, quia siquidem pater eum, aut avus offerat, aut aliquis ascendentium parentum, & liberos habentes filios, hoc agere poterit: si [22] vero ipse quispiam semetipsum offerat, hoc permittimus, cum [23] non alii legitimi sunt fratres. §. 3. Si tamen aliquis offerre volentium suos naturales curiis, aut ex maxima hac oriatur civitate, aut ex seniore Roma, huic damus licentiam, in quam voluerit metropolim oblationem celebrare: & hanc esse regulam etiam in filiabus, ut jungat [24] eas curialibus aut ex civitate ipsa ex qua orti sunt, aut sub qua villa aut vicus tributa persolvit, aut si quis liber simul & Romanus, aut Byzantius fuerit, cuicunque curialium alterius cujuspiam, metropolis [25] tamen. Sic itaque nobis curialium diligentia est, & iste modus placet juris legitimi, quia damus curialium naturalium existenti solummodo filiorum patri, licet ex ancilla eos habeat, & liberos facere, & offerre curiæ secundum quod prædictum est. Et adhuc amplius sancimus de causa, ut vel si non pater offerat, liber autem semel filius fiat: possit & semetipsum offerre curiæ, etiam hic legitima non existente prole.

CAP. III.

De successione curialium.

Et quoniam varie etiam de hujusmodi personarum successione sancitum est: non videtur absurdum nobis & de successione, sicut prædiximus, terminare. Si quis igitur naturalis secundum hoc schema, (id est oblationis) fiat curialis: erit patri & ab intestato [26] successor & ex voluntate: nihil dissimilis legitimis, & ex donatione [27] percipere poterit patris: ita tamen, ut non amplius habeat uno horum qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente. Cum semel autem illi susceperint oblationem, & propterea ad jus legitimorum ascenderint: non sinimus eos abstinere se patrum hereditate, aut videri quasi donationem in se factam, & ratam habitam ab eis, relinquere, & fortuna recedere. Manentes itaque curiales, relictam aut donatam (sicuti dudum a nobis dictum est) habebunt mensuram. §. 1. Si vero ab initio refutaverint oblationem, manere liberi præponentes, licet naturales, quam fieri ditiores & curiales: deinde videantur postea aut in totum, aut ex parte possidere res donatas, aut relictas sibi, aut etiam alienare: tenebuntur omnino, curiali fortuna etiam inviti [28]: ut non adulterari nobis videantur legislationem & lucra quidem venentur, quæ occasione oblationis sint: repellant autem fortunam propter quam lucra promeruerunt. Et hoc similiter sancimus & in masculis oblatis curiæ, & in filiabus nubentibus curialibus: nulla existente differentia sive per masculos quispiam curiæ munera agat, sive per generos curiam in filiabus augere voluerit, & per illorum filios novos adjicere prioribus curialibus filios eorum.

CAP. IV.

Filium vero per hujusmodi causam factum legitimum, ipsi soli [29] genitori legitimum facimus, non etiam extraneæ cognationi patris, (dicimus autem & ex quibus ille natus est, & qui ex utroque sunt, & qui ex eo processerunt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblatum curiæ naturalem filium solummodo patri legitimum fieri successorem, nullum tamen habere participium ad ascendentes, aut descendentes, aut ex latere agnatos vel cognatos patris: aut illos aliquod habere participium ad illorum successiones: æquum etiam ei dantes privilegium, ut sicut nec cognatis patris sit iste successor, sit nec illi ad ejus vocentur successionem, nisi forte scripserit aut ipse illos, aut ab illis scribatur, soli enim patri fiunt legitimi, & cognati esse creduntur.

CAP. V.

Ergo sanciendum est qui factis ita legitimis efficiantur successores. Et si quidem habuerit filios qui talis est, aut nepotes de legitimis sibi procreatos uxoribus & merito etiam curiales constitutos: modis omnibus ei [30] succedant: quid enim legalius [31] est proprio filio ad paternam successionem? si vero filios habuerit non curiales quandoque sibi progenitos, tunc legitima men veniat ad fiscum & curiam: reliquum vero quantumcunque fuerit, ad illos filios qui curiales non sunt, accedat. Si vero etiam generaliter nulla [32] ei sit proles, & moriatur intestatus: novem quidem uncias curia & fiscus habeat: secundum quod dudum a nobis sancitum est: in reliquis autem tribus unciis, qui ex lege vocantur omnibus modis venient: aut si testatus fuerit, ad scriptos descendent heredes. Semel autem factum curialem lex suscipiens, & inscribens curiæ, & successiones, & aliam omnem ordinatam dedit vitæ successionem & quæstum. Si quis autem vel ex genere, vel extraneus, scriptus forsan, aut etiam non scriptus, voluerit adire imperium, & semetipsum offerre curiæ: licentiam habeat hoc agendi, & distributam curiæ partem accipiens, fieri curialis, & tam fortunæ quam functionum successor, si hoc imperium annuerit.

CAP. VI.

Si quis autem legitimos quidem filios non habeat, naturales [33] autem ei solummodo sint: liceat ei curiæ honore scribere eos heredes: & scriptura pro omni oblatione consistat, & non egeat hoc antiquarum legum alia adjectione, neque oblatione, dum superstites essent: sed ex [34] hoc ipso scripti si liberi sint, curiales simul & heredes fiant, & habeat ipsi substantiæ *novem uncias*, sicut pater eis distribuerit: sin autem etiam totum eis relinquere voluerit, adhuc

ultimam *C. de confirmand. tutor. leg. ult. Cod. quando mulier tutelæ offic. fung.* 1 Personarum divisionem observa. Hominum alii liberi, alii libertini, alii servi, adde *l. 4. in fin. ff. de just. & jure*, alii legitimi, alii naturales tantum, alii legitimati, alii ne naturalium quidem nomine digni sunt. *Goth.* Vide Gudelin. *de Jure Noviss. lib. 1. cap. 9. num. 2.* Ans.
2 Incestuoso concubitu natos intelligit. 3 *c. 9. infr. h. t. Novell. 74. c. 1.*
4 Παρὰ τῆς δημιουργίας, id est, ab ipsa procreatione. 5 Primæ servitutes bello inventæ. *l. 5. ff. de justitia. l. 4. l. 5. ff. de statu hominum.* 6 Σωφροσύνης ἔκπτωσις.
7 Manumissionis beneficium. 8 Τοῖς ἐκ ὀρθῶς γενομένοις, id est, his, qui recte nati non sunt. Naturales enim ex obliquo descendunt. 9 Nati ex legitimis nuptiis, legitimi sunt parentum successores. 10 Nam citra affectum nuptiarum conjunctio nuptias non efficit. Conjunctio non probat nuptias, sed affectus. 11 Hominum alii in dignitate positi, alii in mediocri statu, alii plebeji. 12 Probationes aliæ requiruntur ad nuptias clarissimorum arguendas, aliæ ad reliquorum hominum demonstrandas. 13 Vid. *Nov. 74. cap. 4. 5.* 14 Justis nuptiis suscepti, certum jus succedendi habent.
15 Legitimi liberi, jus certum succedendi habent. 16 Liberi quæsiti extra nuptias legitimas, vel in servitute, jus certum succedendi non habent. 17 Vid. §. 1. J. *hic.*
18 Oblatione Curiæ filii legitimantur *in pr. §. hic. §. 13. Inst. de nupt. l. 3. l. 4. C. de nat. lib.*
19 Ex hoc loco legendum est in *l. 4. C. de nat. lib.* Bostra, non nostra. Bostra autem est civitas Arabiæ, *Novell.* 102. 20 Nati ex vico aut villa fiunt naturales oblatione Curiæ.
21 Id est, cujus in territorio vicus est. Jul. *hic.* Probatur ita territorium civitatis alicujus, jure in eo exigendi vectigalis, *l. 4. §. 2. ff. de censibus.* 22 Liberi naturales offerri Curiæ possunt vel a patre, vel ab avo & ascendentibus, vel a seipsis. 23 Naturales non fiunt legitimi oblatione Curiæ, legitimis liberis existentibus, *§. 3. in fin. J. hic.* 24 Julianus id ita explicat, Ubi quidem parens dat, non impediunt legitimi filii: ubi filius sese dare voluit, impeditur filiis legitimis superstitibus. adde *l. 9. C. de suis & legitim. lib.*
25 Byzantium ac Roma, sedes imperii, senatum habent, non Curiam. Quæritur ergo, qua ratione oblatione curiæ naturales suos filios legitimos possint facere? Permissum est Romanis ac Byzantinis tali casu Curiæ alicujus metropoleos liberos suos naturales offerre. Plures enim metropoles sub regiis urbibus erant constitutæ. 26 Naturalis legitimatus oblatione Curiæ succedit patri ab intestato. 27 Legitimato parens donare potest, quantum legitimo.
28 Legitimatus oblatione Curiæ, munus Curiæ non potest effugere, etiamsi patris, per quem legitimatus est, successione abstineat. 29 Oblatione Curiæ, filius fit legitimus, sed tamen ei soli, per quem oblatus est, fit legitimus, non autem aliis personis ascendentibus, descendentibus, aut collateralibus, etiamsi possit heres ab his institui. 30 Legitimato parenti liberi ac nepotes curiales succedunt. Non curiales certa parte succedunt: pars reliqua ad Curiam defertur, si partim curiales, partim non curiales parens reliquit: illi novem uncias, hi tres consequentur. 31 Νομικώτερον, id est, cuinam lex magis defert patris successionem, quam filio? Filius, ergo heres. Hoc utitur argumento Paulus Apostolus epistola ad Galatas *c. 4. vers. 7.* vide *l. 11. C. de suis & legitimis. l. 7. ff. de bonis damnat.* 32 Curiali sine liberis mortuo, quomodo succedatur. 33 Quomodo liberi naturales succedant legitimato parenti. 34 Naturalis filius a parente Curiali scriptus heres, tacite intelligitur

faciet

faciat melius: veruntamen usque ad novem uncias omnimodo eis relinquat, sciens quia si reliquerit minus, a lege modis omnibus supplementum [1] substantiæ fiet: illi vero si voluerint, curiales fiant. Si vero aliqui quidem eligant, aliqui vero refutent: ad eos qui eligunt refutantium veniant portiones. Si vero omnes renuerint, tunc tanquam filiis non existentibus, ita ad curiam veniant novem unciæ omnes. Si vero ille quidem tacuerit, filiorum vero legitimorum ei non sit proles: tunc legitima quidem pars ad heredes ab intestato veniat: filii vero naturales si voluerint, semetipsos offerre curiæ, hoc faciant sicuti voluerint, sive omnes, sive quidam ex iis: & modis omnibus novem unciæ substantiæ ad curiales aut curialem perveniant. Si vero etiam ex ancilla ei nati sunt, si eos manumiserit aut vivens, aut in testamento obtulerit eos, etiam sic suscipiantur, & sint curiales sicut testator voluit, aut sicut eorum desiderium fuit, offerentes enim semetipsos curiæ, percipient (sicuti dictum est) novem uncias: undique enim volumus, vel si testetur, vel si non facta voluntate decesserit, eos qui ad curiam veniunt, novem uncias accipere. Si vero manumiserit quidem solummodo, non tamen obtulerit, aut illi etiam sic volunt, aut quidam ex eis ad curiam respicere: etiam tunc novem unciæ curiam agenti vel agentibus secundum quantitatem dentur. Si vero nullus naturalium aut velit, aut offeratur, tunc novem uncias curia percipiat. Palam quippe est, quia simul sequitur ubique fiscus secundum constitutionem de hoc a nobis positam. De naturalibus itaque qui per transitum [2] ad curiam fiunt legitimi, & de modo secundum quem offeruntur, & successionibus, hæc a nobis pure sancita sunt.

CAP. VII.

TRibus [3] autem aliis constitutionibus scriptis Zeno quidem piæ memoriæ, non [4] de futuris aliquid plene sancivit, sed de jam præteritis: quam scribi ideo solummodo permisimus, ut eos quibus illa forte constitutio prodest, quod descendit eorum exinde proles, non hac utilitate privaremus: sicut etiam Anastasii piæ memoriæ, quæ naturales adoptare contribuit, non esse importunam de cætero nostris subjectis permittimus, nisi ad hoc positam solummodo sinimus, ut si qua utilitas aliquibus exinde reposita est, hanc non videamur per nostras amputare leges. Oportet enim semper aliquod inchoare bonum, non ea quæ a quibusdam præexistunt, destruere: nostri enim patris [5] approbamus constitutionem, temperate quidem introductam, & ordinate positam: quæ [6] adoptiones naturalium prohibuit, multam absurditatem habentes, & indiscrete velut advenas quosdam legitimis naturales superinducentes.

CAP. VIII.

De secundo legitimationis modo per instrumenta dotalia [7].

REliqui igitur sunt modi, qui a nobis inventi sunt, quos percurremus, legitimum jus præbentes eis qui erant primitus naturales: circa quorum successionem non laboravimus: semel enim eos efficientes legitimos, damus habere etiam successiones illas, quas habent ii qui ab initio legitimi sunt. Si quis igitur dotalia [8] scripserit ad liberam in principio, sive ad libertam mulierem, cui omnino licet copulari, in concubinæ schemate sibi, aut legitimorum filiorum jam pater existens, aut etiam filiorum naturalium pater, legitimas esse nuptias, & filios vel [9] præcedentes, vel conceptos, legitimos ei esse sancimus. & licet [10] postea non nascantur filii ei, aut etiam nati moriantur, nihilominus prior soboles legitima consistit. Affectus enim circa filios ita ei procedens, qui eum etiam ad dotale provocavit instrumentum, ipse dedit secundis filiis occasionem, qui postea nati sunt, legitimi juris. Quapropter absurdum erat, benignam occasionem, quam posteri sibi filii invenerunt ex prioribus sumentes: eam non etiam prioribus legitimum jus simul & sine calumnia circa patrum dare successiones. Palam enim est, quia juniores filii ex lege facti sunt sui, hoc initium dotalibus præbentibus. Quapropter unum amborum fecimus ordinem, & de cætero calumnias plurimis abstulimus constitutionibus: illud dicentes: Ut vel si non habuerit filios postea pater, dotalia tamen exposuerit instrumenta: etiam sic nihilominus suos habeat filios. Ut enim nascerentur ei filii alii, casus quidam forte potestatem & licentiam habuit: sicut etiam natos auferre [11]: affectionis vero probationem quæ in prioribus fuit natis, hoc est ante dotalia instrumenta, præbentem legitimum jus, nihil tale fuit quod auferre omnino potuerit. §. 1. Insuper etiam ex rationalibus, hoc adjectum est causis, quod si ante dotalia conceptus [12] quidem est filius, natus autem post dotalia: auxiliator sui fit: qui etiam ex prioribus constitutionibus hoc facere potuit, & quædam a nobis inventa est ratio regularis optime narrans de ordine nascentium. Cum enim dubitaretur utrum oporteat conceptus, aut partus respici tempus, sancimus, ut non tempus conceptus, sed partus inspiciatur, propter filiorum utilitatem. Si vero contigerit tales aliquas excogitari circumstantias casuum, in quibus est utilius conceptionis tempus quam partus: tempus illud valere magis præcipimus quod [13] utilius sit nascenti.

CAP. IX.

De tertio modo legitimationis per Principis Rescriptum.

ILlud tamen a nobis sancitum est: Ut si quis voluerit legitimam suam facere sobolem, & non habuerit uxorem talium filiorum matrem, aut filios quidem valde diligat, mulier autem non sine peccato sit apud eum, neque digna [14] sit quolibet legitimo nomine: & propterea aut moriente muliere aut legitimo jure non digna in matrimonio putanda, aut causa a filiis maligne tractata aut ex studio muliere celata, aut a filiis, aut forte aliter ei divitiis accedentibus, ne jure legitimorum usum pater & fructum defuncta matre tanquam sub potestate filiis constitutis habeat. Si [15] quis ergo filios legitimos non habens, sed tantummodo naturales, ipsos quidem legitimos facere voluerit, mulierem vero in promptu non habeat omnino, aut habeat quidem, non tamen sine peccato [16], aut si non appareat, aut aliter dotalium instrumentorum non habeat facultatem: (quid enim si ad sacerdotium [17] alter eorum ascendat?) damus [18] ei fiduciam (hoc quod dudum gessimus) ad legitimum jus filios educere naturales, legitimis, sicuti prædiximus, non existentibus, per quandam hujusmodi viam. Sicut enim sunt modi, qui servos ad libertatem simul & ad ingenuitatem deducunt, & naturæ restituunt: ita si pater non habuerit legitimam prolem, & voluerit eos restituere naturæ & antiquæ ingenuitati, sive ex ingenua nascuntur ei, sive ex liberta, & legitimos de cætero & sub potestate habere: hoc agat per nostrum rescriptum. non enim fuit in principio, quando natura hominibus sanciebat sola, antequam scriptæ procederent leges, quædam differentia naturalis atque legitimi: sed primis parentibus primi filii (sicut præsentem inchoantes diximus legem) etiam ipso processu [19] nati, legitimi fiebant. & sicut in liberis natura quidem fecit liberos omnes, bella vero servitutem adinvenerunt: sic etiam hinc nobis natura legitimas protulit soboles: ad [20] concupiscentiam vero facta conversio, naturale jus eis inseruit. Quapropter similibus passionibus exortis convenit curam ex æqualibus inveniri, aliam quidem a prioribus nostris, aliam vero a nobis. §. 1. Sit igitur licentia patri in prædictis casibus matrem in priore [21] schemate relinquenti, imperio preces offerre, hoc declarantes, quia vult naturales suos filios restituere naturæ & antiquæ ingenuitati, & juri legitimo: ut sub potestate ejus consistant, nihil a legitimis filiis differentes: quo facto, ex hoc filios frui hujusmodi adjutorio. una namque hoc modo omnes hujusmodi naturæ digressiones & opiniones in his qui legitimos non habent filios, curamus: sic brevi solatio tantum impetum naturæ corrigentes.

CAP. X.

De quarto modo legitimationis per testamentum patris a principe confirmatum.

SI vero is qui solummodo naturalium filiorum est pater, per quosdam fortuitos casus non valuerit hoc agere, moriens autem sub quodam prædictorum casuum scripserit testamentum [22], volens sibi legitimos esse filios successores: & in hoc damus ei licentiam & fiduciam, supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, & hoc dicentibus, & ostendentibus patris testamentum, & heredibus existentibus secundum legem: hoc quoque donum habeant patris & principis, id est dicere, naturæ [23] simul & legis [24].

CAP. XI.

GEneraliter autem in omnibus qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum jus, tunc hoc volumus obtinere, dum & filii hoc ratum habuerint. Nam si solvere [25] jus patriæ potestatis invitis filiis non permissum est patribus, multo magis sub potestatem redigere invitum filium & nolentem, sive per oblationem ad curiam, sive per instrumentorum celebrationem, sive per aliam quamlibet machinationem, tanquam sortem [26] metuentem paternam, justum non est: neque imperii & legislatoris [27] ponimus proprium [28].

§. 1. Si vero plurimis existentibus filiis, alii quidem eligant, alii respuant: hi qui volunt legitimi fieri, fiant, aliis in jure naturali manentibus: & hoc dicimus, nullum priorum legitimorum perimentes modum, sed hunc adjicientes aliis, in quibus illos accipere non licet. omnino enim legitimis [29] existentibus, deinde naturalibus provenientibus, nequaquam jus legitimorum eis adjicitur, nisi omnino aut per curiam aut per nostras constitutiones, quæ dotalium instrumentorum introduxerunt modum. §. 2. Adoptionis [30] autem modum, qui fuit olim a quibusdam [31] ante nos imperatoribus super naturalibus putatus non improbus, invenientes: secundum [32] paternæ [33] constitutionis virtutem & nos (sicuti dictum est), excludimus, quoniam castitatem non perfecte consideravit. Et non erit decens, ut quæ bene [34] exclusa sunt, in rempublicam rursus introducantur. Quapropter his a nobis sancitis atque manifestatis quo conveniat modo ad civitatem Romanam legitimorumque jus transire: nihil de successione super talibus est dicendum. Nam sicut in cæteris ab initio legitimis oportet etiam in his fieri successiones.

CAP. XII.

De successione omnium naturalium [35] *filiorum.*

DIscretis igitur & iis qui facti sunt legitimi, & iis qui manserunt naturales: ordinandum est jam etiam de successionibus eorum. Valenti siquidem & Valentiniano, & Gratiano [36] divæ memoriæ primis placuit humanum aliquid agere circa naturales. Et siquidem sit naturalium patri legitima soboles, una [37] uncia eos dignos esse fecerunt, & hanc cum sua matre; non donari, neque ex ultima dari voluntate ulterius aliquid permittentes: si vero filii quidem

oblatus curiæ, & ita legitimatus. 1 Supplementum legitimæ datur legitimato, & sic lex *omnimodo. C. de inoffic. testament.* pertinet etiam ad legitimatos liberos. 2 Oblationem. 3 Quarum una Zenonis. *l. 5. C. de naturalib. liberis*, alia Anastasii, *l. 6. d. tit.* alia Justini. *l. 7. d. tit.* 4 *d. l. 7.* 5 Justin. *d. l. 7.* 6 Vid. Jul. *hic n.* 317. & ita adoptio non est modus legitimandi liberos. 7 *Nov.* 12. *c.* 4. 8 *l. 5. C. de naturalib. lib. Nov.* 117. *c.* 2. *§. ult. Instit. de nupt.* 9 *l. 10. C. de naturalib. lib.* 10 *l. 11. C. de naturalib. lib.* 11 Id est, eripere. 12 Conceptus ante dotalia instrumenta, natus post eadem, fit legitimus. adde *l. 5. §. 2. l. 15. ff. de statu hom.* 13 Tempus, quod nascenti utilius est, semper considerari oportet: sive sit conceptionis tempus, sive partus. 14 Vide Jul. *hic const.* 82. *n.* 319. 15 Nota, quemadmodum liberi naturales, non existentibus aliis liberis legitimis, legitimari possint a patre rescripto principis. 16 Non sine peccato uxorem habet, qui eam duxit, quam leges duci vetant. vide *l. 7. C. de incestis.* 17 Sacerdos dotalium instrumentorum confectione liberos non potest legitimare. 18 Et ita abrogatur *l. 1. C. de natur. liber.* abrogatur quoque lex Julia de Senatorum & libertinarum nuptiis. 19 Ipsa generatione. 20 Sensus est: Quemadmodum bello, contra jus naturale, servitus orta est: ita ex concupiscentia depravata naturales tantum liberi procreati sunt. 21 Id est, utcunque eam non ducat uxorem. 22 Utcunque testamento patris liberi fieri possint legitimi: ejusdem tamen legitimatio a principe confirmanda est. adde Julian. *num.* 320. 23 Id est, testamento patris. 24 Et confirmatione imperatoris: & ita legis nomen hic pro imperatore sumitur.

25 Argumentum a minore ad majus. Invitus nemo emancipatur, multo igitur minus quis invitus in potestatem redigitur, *l. ult. ff. de his qui sui vel al.* Paul. 2. *sent.* 25. *§. ult.* ut enim cui plus licet, eidem minus permissum est: ita cui minus non licet, & majus quoque ei denegandum est, vid. quæ scripsi ad *l. 21. ff. de reg. jur.* adde etiam quæ de invito dixi ad *l. 69. l. 156. ff. de reg. jur.* 26 Τύχην, sensus est: patria potestas res est maxima, sed ea tamen tanti non est, ut ejus habita ratione, invitum filium lex aut imperator in patris potestatem redigat, vid. tamen *l. 12. ff. de adoptionibus. l. unicam in C. de ingratis lib.* 27 Καὶ νομοθεσίας, id est, legislationis. neque imperatori, neque legibus potestas ea data est, nec mirum, cum omnia principi non sint permissa. vide quæ dicam ad *Nov.* 105. *cap.* 2. *in fin.* 28 Extantibus legitimis parens naturales legitimare non potest, nisi vel contracto matrimonio cum eorum matre vel eos curiæ offerendo. vide Jul. *const.* 82. *n.* 321. 29 *c. 7. supr. hic.* 30 Ab Anastasio *l. 6. C. de natur. lib.* 31 Id est, invitati constitutione lata a Justino patre, quæ vetabat legitimari filios adoptione. *l. 7. C. de natur. lib.* 32 Id est, Justini. 33 Et ita abrogatur *d. Nov.* 74. *c.* 6. & dicta lex 6. confirmatur vero dicta lex 7. Tentari tamen possit, adoptionem reduci per *Nov.* 117. *c.* 2. Nam si sola nominatione filius naturalis suus fit, & adoptione multo magis: majori namque cum solennitate fit: quin & alias tantum præstat nominatio, quantum adoptio, *§. ult. Instit. de adopt.* & adoptione quis nominatur filius. 34 Bene exclusa non sunt rursus admittenda. 35 Vid. Gudelin. *de Jure Noviss. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 6. Ans. 36 Autoribus legis 1. *C. Theod. naturalib. liberis.* 37 *d. l.* 1.

non ſint naturales, concubinæ vero ſolummodo iis qui non habeant utique conjugem (hoc etenim tantum concubinam [1] habentibus eſt conſcriptum) mediam unciam ſolam donantes. Si vero filiorum legitimorum non ſint parentes, & neque patrem neque matrem habeant, usque ad tres uncias relinquere eis aut donare permiſſi ſunt, & hoc cum matre: & ſi quolibet modo acceperint aliquid, in hoc reputari ſolummodo: quod autem plus eſt, ad eos qui vocantur ex lege venire, hoc quod Theodoſii ſenioris filii, licet non perfecte, ſanciverunt. §. 1. Nos igitur etſi prius humana uſi lege, pro tribus unciis, ſex [2] uncias eis, filiis legitimis non extantibus, per patrum magnificentiam dedimus: ſed tamen ex iis quæ ſubinde proveniunt cauſis perfectius ſimul clementiusque conſiderantes, præſentem ponimus legem. Plurima utique ſunt, & prius commiſſa, & noſtris temporibus delinquuntur: & ideo ab impietate homines liberamus. Quidam enim non habentes licentiam quantum volunt ſuis naturalibus filiis relinquendi, eligunt [3] quaſi viros [4], & ſcribunt heredes, quatenus reſtituant filiis. At illi aut ex hoc impie agunt, & prævaricantur voluntatem ſcribentium, aut (quod omnium leviſſimum putant) pejerant: & tacemus ea, quæ tradita ſunt ex memoria nobis in perſonis glorioſiſſimis talia delinquentibus priſcis temporibus. §. 2. Ne [5] igitur ſemper tale fieri delictum ſinamus: neque quod agere licet in extraneis & ignotis, hoc in propriis filiis naturalibus homines agere prohibeamus, propterea præſenti lege ſancimus, ut ſiquidem quispiam habuerit filios legitimos, non poſſit filiis eorumque matri ultro [6] unam relinquere unciam, aut donare naturalibus aut concubinæ: (hoc enim proprium prioris judicamus eſſe conſtitutionis) ſed & ſi quid amplius dare tentaverit quolibet modo, hoc fieri filiorum legitimorum: vel ſi filii non ſint, concubina vero ſolummodo, huic mediam unciam relinqui aut donari concedimus. §. 3. Si [7] vero filios non habuerit quispiam legitimos, aut quenquam aſcendentium quibus neceſſitas [8] eſt legis relinquere partem propriæ ſubſtantiæ competentem: teſtatori licentia ſit etiam [9] in duodecim uncias ſcribere filios naturales heredes, & dividere inter eos quocunque voluerit modo res, & per donationes aut ſimplices, aut antenuptiales, aut per dotes: aut per alium quemlibet modum legitimum ſuas in illos ſubſtantias transponere. ſic enim nequaquam egebunt, quibusdam ad impietatem aut perjurium præparatis: ſed ex ipſo ſuam diſponent pure ſententiam. Si vero habuerint hi quos prædiximus, aliquos aſcendentium: legitimam eis relinquant partem, quam lex & nos conſtituimus: reliquam vero totam in naturales filios habeant relinquendi licentiam. Et hæc dicimus ſuper iis, qui in ſcriptis & legitimis voluntatibus diſponunt ſuam ſubſtantiam.

§. 4. Si quis autem defunctus fuerit, legitima ei omnino ſobole non extante, (filiorum dicimus aut nepotum, vel deinceps ſucceſſionis) neque [10] legitima conjuge, deinde moriatur non diſponens de ſubſtantia ſua, & veniat cognatio [11] forſan aut etiam manumiſſor [12], utpote bonorum poſſeſſionem movens & inſurgens, aut etiam noſtrum ærarium [13], (nam nec illi quantum ad hoc parcimus) ſit autem ei donec vixerit, libera mulier in ſchemate concubinæ ſociata, & filii ex ea: (talibus enim ſolummodo hoc ſancimus, ubi omnino indubitatus eſt & concubinæ in domo affectus, & filiorum ibidem proles) & alimentum damus eis, & inteſtatis parentibus defunctis duas [14] paternæ ſubſtantiæ uncias habere, cum matre partiendas, quanticunque fuerint filii: ut unius filii portionem mater accipiat. Et hoc dicimus ſi uni concubinæ ſocietur, aut filios ex ea habeat, aut etiam præcedente concubina, morte forſitan, aut ſeparatione filii ei domi ſint: tunc enim damus eis ab inteſtato ad duas uncias vocationem. §. 5. Si vero effuſa concupiſcentia ei fuerit, & alias ſuperinduxerit priori concubinas, & multitudinem [15] habuerit mulierum fornicantium, (ſic [16], enim dicere melius eſt) & ex eis filios habens moriatur, multas ſimul deſerens concubinas, odibilis quidem eſt iſte talis: procul autem hac lege modis omnibus cum talibus filiis [17] & concubinis excludatur. Sicut enim ſi quis legitimæ copulatur uxori, alias [18] ſuperinducere non poterit matrimonio conſiſtente, & ex his legitimos procreare: ita neque poſt agnitam quo diximus modo concubinam, & ex illa filios, dabimus, ſi etiam aliquod opus libidinis aliud fecerit, etiam hos ad ſucceſſionem ejus introduci, ſi mortuus fuerit inteſtatus. Nam ſi hoc non ſanciverimus: indiſcreta quidem erunt quæ mulierum ſunt quam potius aut quam minus amaverit: indiſcreta quidem & quæ filiorum ſunt, & nos non damus luxuriantibus, ſed pudicis legem. Non autem differentiam facimus [19] de filiis ſive maſculi ſint ſive fœminæ. Sicut enim natura nihil circa talia tractat: ſic nec nos aliam in maſculis, & aliam in fœminis ſecundum hoc ponimus legem.

§. 6. Si quis autem (oportet enim per omnem viam ſubtilitatem [20] ſimulque pietatem tranſire) habens filios legitimos, relinquat & naturales, ab inteſtato quidem nihil eis exiſtere omnino volumus: paſci [21] vero naturales a legitimis ſancimus, ut decet eos ſecundum ſubſtantiæ menſuram a bono viro arbitratam: quod videlicet apud noſtras leges viri boni arbitratu dicitur, hoc ipſo cuſtodiendo, vel ſi conjugem quidem habet, filios autem naturales, & ex defuncta concubina ſibi natos, & illi aluntur ab eis ſucceſſoribus. De nepotibus enim naturalibus, quæ jam a nobis ſpecialiter etiam de ipſis diſpoſita ſunt [22], obtineant.

CAP. XIII.

IN quibus autem caſibus naturales filios vocavimus ad ſucceſſionem, in iis quoque & ipſi decentem naturalibus patribus devotionem ſervent: eademque menſura ſicut parentes proſpiciunt naturalibus filiis ſecundum noſtram legem, & ipſi parentibus compenſent [23] ſive in ſucceſſionibus, ſive in alimentis, ſicut ſuperius ſancivimus [24].

CAP. XIV.

QUoniam vero & dudum in quibusdam conſtitutionibus dictum eſt oportere, in quibus patres donant filiis aut relinquunt, in his etiam curatores [25] eis præbere confirmandos tamen: hoc ratum eſſe etiam nunc ponimus, dantes & matri [26] (ſecundum quod jam de his diſpoſitum eſt) & naturalium tutelam agere filiorum, omnia agenti quæcunque in legitimis definita ſint filiis.

CAP. XV.

Ut filii ex damnato coitu nati, nec [27] alimenta a parentibus conſequantur.

ULtima [28] ſiquidem nos pars legis expectat, ut ipſa competentem ſuſcipiat ordinem, & enumeremus qui neque ipſo naturalium nomine digni ſunt. Primum quidem *omnis qui ex complexibus* (non enim hoc vocamus nuptias) *aut nefariis, aut inceſtis [29] aut damnatis proceſſerit, iſte neque naturalis nominatur, neque [30] alendus eſt a parentibus, neque habebit quoddam ad præſentem legem participium.* Unde etſi certa a Conſtantino piæ memoriæ in conſtitutione [31] ad Gregorium ſcripta, quædam de talibus dicta ſunt filiis: hæc non recipimus: quoniam & non [32] utendo perempta eſt. *Phœnicarchorum* enim, & *Syriarchorum* [33], & magiſtratuum, & inſignium meminit, & clariſſimorum: & neque naturales eſſe vult ex his procedentes: amovens eis etiam imperialis munificentiæ manſuetudinem. Quam videlicet conſtitutionem omnino perimimus [34]. §. 1. Hæc a nobis ſancita ſint, & nulla penitus ignorantia noſtrarum erit legum, nec qui ſunt legitimi, qui vero naturales, nec quomodo eis legitima jura dantur: aut quomodo etiam naturales permanentes promerentur humanitatem: & quomodo etiam ipſi competenter honorati ſunt, ab eorum qui neque naturales dici digni ſunt, communione ſegregati.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & ad hominum medelam atque naturæ ſupplementum per hanc legem decreta ſunt, tua ſublimitas faciat omnibus manifeſta, programmatibus propoſitis, per quæ omnibus lex erit aperta, cognoſcentibus quomodo in talibus converſentur, & noſtram conſiderantibus providentiam, qui omni alii occupationi eorum præponimus utilitatem. Dat. Kal. Septembr. CP. Imp. Domin. JUSTINIAN. PP. Aug. Anno XIII. [35] APPIONE V. C. CONSULE.

1. Unicam ſcil. §. 5. J. *hic.* 2 *Nov.* 18. *c.* 5. 3 In fraudem legis. 4 Legati & inſtitutionis capaces. 5 Hinc ſumpta eſt Authentica, *nunc ſoli. C. de naturalib. lib.* 6 Senſus eſt, Parentibus permitti unciam naturalibus liberis non legitimatis & eorum matri, etiam exiſtentibus legitimis liberis, vel inter vivos, vel teſtamento donare: ſoli concubinæ, ſemiunciam: non exiſtentibus vero liberis legitimis, parentem poſſe eos in aſſem inſtituere, niſi & ipſe moriens parentes reliquerit, quibus legitimam ſervare debet. Concubinam cum dicimus, intellige, non quamvis mulierem, ſed eam tantum, quæ conſuevit ei, qui uxorem tunc non habuit, *l. unic. C. de concub.* 7 Hinc ſumpta eſt, Authentica, *licet. C. de natur. lib.* 8 *Novell.* 1. 9 Olim in ſemiſſem. *Nov.* 18. *c.* 5. 10 *Nov.* 18. *c.* 5. 11 Id eſt, veniant cognati legitimi. 12 Quod fit, quoties agitur de ſucceſſione liberti. 13 Id eſt, fiſcus. 14 Naturales nunquam legitimati a patre, una cum ſua matre patri ab inteſtato, nullis relictis legitimis liberis, ſuccedunt in duabus unciis. 15 Plures concubinas Romanis habere non licuit, *Novell.* 18. *c.* 5. de quo ſcripſi ad *l.* 7. *C. de Judæis. d. l. unic. C. de concub.* 16 Concubinam qui concubinæ ſuperducit, ſcortum verius, quam concubinam habere intelligitur. 17 Poteſtne ei teſtamento aliquid relinqui? Guido Papæ negat relinqui poſſe: ac ita judicatum refert *quæſt.* 280. 18 *d. l.* 7. 19 Aliud jure feudali. 20 Ακριβείας καὶ εὐσεβείας, ſubtilitatis & pietatis. 21 Naturalibus liberis debentur alimenta ab inteſtato: ſuntque eis præſtanda a legitimis. 22 *l.* 12. *C. de naturalib. lib.* 23 Liberi naturales parentibus viciſſitudinem debent & in alimoniis & in ſucceſſionibus, Jul. *hic*, *num.* 323. 24 Aliud lege Solonis, quæ non vult ſpurium cogi patrem alere. 25 *l. ult. C. de confirmando tutore.* 26 Mater naturalis filiorum tutelam gerere poteſt *l. ult. C. quando mulier. tut.* 27 4. Harm. 6. §. 69. 28 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Ex complexu, C. de inceſt. nupt.* & pars Authenticæ, *licet. C. de natural. liber.* 29 *Nefarias* nuptias Harmenopulus *d. loco.* §. 78. *& ſequentib.* definit, quæ cum aſcetria aut rapta. *Inceſtas*, quæ cum ea quæ nos ſanguine attingit, contractæ: *Damnatas*, quæ vetitæ ſunt, ut tutoris cum pupilla, liberti cum patrona. Eidem autori *d. loco* §. 65. ἀθέμιτος γάμος, ſeu inceſtæ nuptiæ dicuntur, quæ inter aſcendentes contrahuntur. 30 Vid. Ritterſh. *part.* 4. *c.* 2. Anſ. Sed jam tempus eſt, ut aliquid dicamus de obliqua nothorum ſucceſſione. Nothi ſunt vel ex inceſtu ſuſcepti, vel ſpurii, patre ſcil. incerto, vel naturales: & hi quidem vel legitimati, vel non legitimati. Inceſtu ſuſcepti dicuntur, qui naſcuntur ex Titio, & muliere Sempronium maritum habente, *c.* 12. §. 5. *ſ. hic. Nov.* 134. *c.* 12. vel qui ſuſcipiuntur ex Mævia & Titio uxorem Seiam vel plures concubinas habente. *d. c.* 12. *in princ. &* §. 5. Item qui ex nefariis & inceſtis nuptiis naſcuntur, *ut hic.* Hujusmodi liberis nulla pars ſucceſſionis ab inteſtato defertur, *ut hic.* Jure tamen canonico ſunt alendi *c.* 4. *de eo qui duxit uxorem, quam polluit per adulterium.* Spuriis vero ſeu vulgo quæſitis datur querela adverſus inofficioſum matris teſtamentum, *l.* 29. §. 1. *ff. de inoffic. teſt.* multo magis legitima ſpecialiter eis relinqui teſtamento poteſt. Naturales legitimati (legitimantur autem multis modis, puta oblatione Curiæ *c.* 2. *ſupr. hic.* matrimonio contracto cum eorum matre, *c.* 8. *ſ. hic.* aut, eo non contracto, principis reſcripto, *c.* 9. *ſ. hic.* ſi a patre filii ſunt nominati in aliquo ſolenni inſtrumento, *Nov.* 117. *c.* 2. poteſt etiam & hoc defendi, ſi adoptati ab eodem *c.* 11. *in fin. ſ. hic.*) a legitimis non differunt, *c.* 3. *c.* 9. *in fin. ſ. hic.* ideoque a parente vel inter vivos vel teſtamento donari eis poteſt integra quidem hereditas, ſi nulli extent legitimi *c.* 12. §. 3. *ſ. hic.* aut iis extantibus non amplius, quam qui legitimus conſtitutus miniam habuerit portionem. *d. c.* 3. *ſ. hic.* Jul. *conſt.* 83. *n.* 313. Ab inteſtato vero legitimati per matrimonium (de legitimatis per adoptionem alibi dicemus: de his autem qui legitimantur per oblationem curiæ, hoc tenendum eſt, eos patri tantum legitimos. *c.* 4. *ſ. hic.* quin & talem legitimationem ab uſu receſſiſſe, Michael Graſſus *l. ſent.* §. *ſucceſſio quæſt.* 19. *n.* 19. Legitimatum vero per reſcriptum principis aut ejus beneficio, qui poteſtatem legitimandi habet, interpretes nolunt ad feuda admitti, niſi & ad ea ſpecialiter legitimatus ſit. Graſſ. *ad num.* 15.) cum legitimis concurrunt: ſunt enim ſui heredes, iisque deficientibus, ſoli ſuccedunt. Nam ita patri ſuccedunt, quemadmodum & nuptiis legitimis procreati patribus ſuis ſuccederent: Jul. *hic n.* 322. §. 2. *Inſt. de hered. ab inteſtat.* ideoque præteriti rumpunt teſtamentum, *l.* 8. *ff. de injuſto.* §. 1. *Inſt. quib. mod. teſtam.* injuſte exheredatis querela inofficioſi competit. §. 2. *Inſt. de inoffic. teſt.* inſtitutis in minori parte, actio ad ſupplementum ex *l.* 30. *C. de inoffic. teſt. arg. d. c.* 2. ibi: *ſi nullo alio jure.* Et hæc ita vera ſunt, ut maſculi legitimati per matrimonium præcedant ſorores ex legitimis nuptiis procreatas in feudis. Graſſ. *ex communi d. l. n.* 6. 7. (etiamſi inveſtitura facta ſit pro filiis Titii, ejusque liberis legitime natis. *ibid. d. n.* 7.) & excludant, jure primogenituræ, ſecundo genitum fratrem legitimis nuptiis natum, Graſſ. *ibid. n.* 8. idque defendi poteſt. *l.* 10. *in fin. C. de naturalib. lib.* at non eum, qui ex legitimo matrimonio ante natus fuerit, quantumvis ætate inferiorem (potuit enim Titio naſci ex Mæviæ concubinatus tempore Sempronius. Eidem Titio paulo poſt naſci ex legitimo Cajæ matrimonio Cajus. Idem Titius potuit mortua uxore Mæviam quondam concubinam ducere) & merito, jus enim quodammodo videtur quæſitum priori. Naturales vero non legitimati, legitimis exiſtentibus teſtamento patris una plus unica cum ſua matre partienda non poſſunt accipere, *c.* 12. *in princ.* §. 1. *&* §. 2. non extantibus in infinitum. *d. c.* 12. §. 3. non ut olim tres uncias tantum, *d. c.* 12. *in princ.* ſervata tamen aſcendentibus (ſi qui fuerunt) legitima, *d. c.* 12. §. 3. Quid ab inteſtato? a legitimis liberis (ſi qui fuerint) alendi ſunt boni viri arbitratu, *d. c.* 12. §. 6. Idem dicendum, ſi qui aſcendentes, vel ſi qua uxor heres defuncto fuerit, *d. c.* 12. §. 4. *in princ.* At ſi defuncto adgnatus, vel cognatus aliquis ſuccedat, vel manumiſſor, vel fiſcus, naturales liberi cum ſua matre duas uncias ex bonis defuncti patris percipiunt. *d. c.* 12. §. 4. Jul. *conſt.* 82. *num.* 222. Duæ igitur unciæ ſunt eorum legitima. Quid ſi pater eorum ſit teſtatus, & tamen nullam eorum mentionem fecerit, nullamve partem eis adſcripſerit? Idem hic quod ab inteſtato dicendum eſt. Quid ſi poſt donationem omnium bonorum pater naturales liberos ſuſceperit? dixi ad *l.* 8. *C. de revoc. donat.* 31 *l.* 1. *C. de naturalib. liber.* 32 Lex, non utendo tollitur, & ſic deſuetudo legis legem perimit. Plus tamen ex hac lege colligas, deſuetudinem ſcilicet, legem non tollere, niſi princeps deſuetudinem confirmaverit, *ut hic.* liberi qui jure communi legitimi fieri non poſſunt, lege vel reſcripto principis poſſunt fieri legitimi, ſi princeps legi vel reſcripto clauſulam *non obſtante* tali lege (verbi gratia: non obſtante *l.* 1. *c. de naturalib. liberis*) adjecerit. Bald. *Authentica propterea. C. de natur. lib.* Quinimo putat idem Baldus, ſufficere, ſi Princeps reſcripto ſuo generalem clauſulam tantum inſeruerit, hanc videlicet, non obſtante aliqua lege Bald. *d. l.* 1. 33 De Phœnicarchis & Syriarchis dixi ad *l.* 18. *ff. de muneribus.* 34 Abrogatur *d. l.* 1. 35 Id eſt, anno 539.

TIT. II.
DE TESTIBUS [1].
NOVELLA CONSTIT. XC.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. prætoriorum Orientis præfecto, iterum exconsuli, ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

TEstium, propter probationes, utilitas [2] adinventa quidem dudum est, ne quid lateat facile actorum: at calliditate plurima hominum adveniente animis periclitatur migrare in contrarium ordo causæ. Non enim ut patefiant quæ gesta sunt, testantur plurimi: sed quatenus adhuc amplius occultentur. nam alia quidem scientes, alia vero pronunciantes, aut quæ non sunt, dicentes: hoc ipso confitentur, quia ea quæ vere sciunt, neque volunt patefieri, neque secundum ea proferri judicia: sed quæ nunquam facta sunt, hæc & pronuntiant, & ad judicium deduci quærunt. Omnino itaque perimere testimonia usui rerum incautum est, plurimis existentibus, quæ non [3] aliter patefiunt, nisi testibus pronunciantibus. Licere autem omnibus etiam valde vilissimis [4] testimonium perhibere, & ante nos prohibuerunt legislatores [5], scilicet multas exceptiones facientes [6] & plurimos excludentes etiam ipso testium nomine [7], vel schemate [8]. Quia vero neque post has prohibitiones, adhuc purum est testium opus: existimavimus oportere & nos adjicere aliquid causæ subtilitati, & falsa testimonia, quantum est possibile, minorare. Tale enim quiddam etiam nunc apud clarissimum Bithyniæ provinciæ judicem gestum invenimus in testamento, ostensa testium falsitate pessima aperte convictorum, & novissime confessorum, quia cum testamentum fieret, & fuisset defuncta testatrix, testium quidam tenentes jam mortuæ manum, ita per chartam [9] virgam factam & ex latere ductam traxerunt, & signum venerabile crucis videri scripsisse defunctam præparaverunt. Nos igitur ad hoc respicientes, alia quidem de modo testium, alia vero de eorum statu existimavimus oportere decernere. Quæ itaque dicta sunt ab antiquis legislatoribus in prohibitione horum, quos suspenderunt testimonium perhibere, rata omnia ponimus.

CAP. I.

Ut testes nonnisi illæsæ existimationis recipiantur, seu de testibus judiciariis.

SAncimus autem, & præcipue in hac maxima & felicissima civitate, ubi plurima consistit (Deo favente sermoni) multorum bonorumque copia virorum, bonæ [10] opinionis esse oportere testes, & aut [11] carentes hujusmodi derogatione per dignitatis [12] aut militiæ [13], aut divitiarum [14], aut officii [15], causam: aut si non tales consistant, ex utroque tamen quia fide digni sunt, testimonium perhibere. Et non quosdam artifices [16] ignobiles, neque vilissimos, neque nimis obscuros [17] ad testimonium procedere. Sed ut si qua de eis dubitatio fuerit, possit facile demonstrari testium vita, quia inculpabilis atque moderata est. §. 1. Si vero ignoti [18] quidam fuerint undique, & aliquid apparuerint circa testimonii veritatem corrumpere [19] festinantes: posse eos etiam verberibus [20] subjacere. Et judices siquidem administratores [21] fuerint, hoc ipsi agant. Si vero alii præter eos sunt, qui administrationes habent, ipsi quidem assumant apparitorem magnificentissimi prætoris plebis, in provincia vero locorum defensorem: & per eos inferant eis verberum experimentum: quatenus propter hoc nihil celent veritatis, aut etiam capiantur per hanc viam pecuniis testimonium perhibere, aut aliter circa hoc malignantes.

CAP. II.

Ut instrumentis debitæ pecuniæ testes rogati non fortuiti adhibeantur, seu de testibus instrumentariis.

ET [22] licet dudum nullam in debitis ex scripto factis non scriptarum solutionum probationem per testes suscipi sanciverimus, nisi secundum observationem ibi [23] dictam, quam scilicet valere præcepimus: & tamen etiam nunc hoc renovamus. Si enim scriptum sit debitum, & non scripta proferatur solutionis a litigantibus per testes probatio: tunc susceptibilem eam apud judices esse, dum ad hoc ipsum assumantur [24] testes, ut pro facienda solutione aut memoria factæ alicui jam solutionis, & confessione ejus qui pecunias accepit, testimonium perhibeant viri fide digni constituti [25]: aut etiam causam testimonii sorte faciant manifestam. Hæc autem inania & ex transitu [26] perhibita testimonia, nulla modis omnibus valere ratione, & hujusmodi quædam fingere testimonia, ut propter aliud quoddam opus adinveniens, audiat aliquos dicentes accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui. Hæc namque aperte nobis suspecta sunt, & nulla digna ratione dum quando & tale aliquid in judicando invenimus, eo quod cum multæ pecuniæ dicantur solutæ, tabularii duo [27] tantummodo hoc dixerunt *audisse se, teste præsente nullo, & debitum in scriptis constitutum*, & fatente scribere ex hoc sciente & valente per proprias literas hæc manifesta facere: quod ex illo odio habentes occasionem præsentis accepimus legis. Et iterum adductus est aliquis [28] alius similis calumnianti, & præsentibus testibus ad hoc, & coram tabulario deposuit *apud semet ipsum debita esse.* & is quidem qui mercede hoc egit, decessit, alius autem exactus est debitum, quod ab alio quodam tanquam ab eo scilicet confessum est, Deo hujusmodi omnino non indulgente occultari.

CAP. III.

Ut testimonia scriptis redigantur, & quorsum.

NEque igitur hujusmodi credimus testimoniis, aut tabulariorum (sicut prædiximus) depositionibus, eo quod literis eruditi sint, qui confiteri volunt, apud quem, & scribere, aut in judicio confiteri, & dare rei fidem indubiam: neque manere eas veracibus pestiferas concedimus: neque si tale aliquid factum est, recipimus: sed exigimus quod deprecatum est ab eo, qui deduxit testes in hoc ipsum: & hoc per testationes demonstrare necesse est eos (hoc quod in [29] testamentis) rogatos [30], & bonæ opinionis constitutos, & ita cautam suscipere ab eis probationem, & neque [31] attestationem deinceps, neque testium habentem præsentiam, & depositionem, & subscriptionem, tenere. Si vero non hujusmodi constituti testes sint, quales pridem ediximus, & suppliciis [32] subdi eos præcipimus. Si [33] vero quidam aperte contraria [34] dicant sibi, aut alterutris testificentur, maxime judices hoc animadvertere: & si veraciora [35] testificatis adversitates [36] invenerint, ejiciant quidem ejusmodi testationes: ea autem quæ a dignioribus [37] fide & plurimis dicta fuerint, considerent. Si vero astu [38] apparuerint malignantes, & ex hoc incidentes in contrarietatem: neque immunes eos derelinqui, nisi secundum aliquem errorem fortuitum, & non astu contraria dicentes demonstrentur.

CAP. IV.

Ut cognitis testimoniis quartæ productioni testium locus non sit: vel, quot & quomodo testes producuntur.

1 Julian. *const.* 83. dixi ad 22. D. 5. adde 4. *quæst.* 3. Goth. Vid. ad hanc Novell. Rittershus. *in exposit. Novell. part.* 9. *cap.* 22. Ans. 2 Testium usus in multis necessarius, *l.* 1. *ff. hic.* 3 Testibus solis quædam probantur. 4 Εὐτελεστέροις. Viles sunt, quos vitæ vilitas infamavit, Paul. 5. *sent.* 15. §. 1. vitæ, id est, morum, *l.* 2. *ff. hic.* ut sunt infames, *l.* 1. *ff. de his qui notant. infam.* Berberius in defensorio jur. *c.* 9. *n.* 34. popinarum & ganeorum mancipia intelligit, sed & eos, qui vilia officia administrant, *c.* 1. *vers. Et non quosdam.* J. *hic.* 5 *l.* 8. *C. hic.* 6 Eorum scilicet, qui non possunt testes esse: & ita ferre testimonium possunt, qui nominatim non prohibentur. 7 Ut quia parens vel filius, domesticus, vel (ita conjunctæ personæ) impubes, infamis, furiosus. 8 Ut quia sunt infames, aut vilissimi artifices. 9 Οὕτω κατὰ τῦ χάρτυ τήν τε ἰυθεῖαν τήν τε πλαγίαν ἕλκυσαν &c. *Scrimg.* id est, & tam in transversum, quam recta linea ducta effecisse, ut defunctus venerandæ signum *Crucis* adscripsisse videretur. *Hal.* Moris fuit apud Constantinopolitanos, *Crucis* signum præfigere testamentis & instrumentis. *Nov.* 73. *c.* 8. *l. ult.* §. 2. *C. de jure delib.* Hinc constat, testibus licuisse manum ducere contrahentis literarum imperiti, ad pingendum crucis Christi signum. vide quæ scripsi ad *Nov. Leon.* 72. 10 *l.* 3. *ff. hic.* cui derogatur multis modis, de quibus J. *hic.* Goth. Ad hoc caput vid. Desider. Gerald. *de rer. jud. autorit. lib.* 1. *cap.* 5. Ans. 11 Καὶ κρείττυς τῆς τοιαύτης διαβολῆς. 12 Nimia dignitas, nimiæ divitiæ, nimium officium, seu nimia conjunctio, testibus fidem derogat. 13 Puto id ostendi, ducem pro milite, militem pro duce testem facile non admitti. 14 Divitiæ tamen testimonio fidem videntur addere. Diviti namque quam pauperi major fides adhibenda, vid. *l.* 3. *ff. hic.* Homo tamen, licet pauper, fidelis esse potest. §. 12. *Inst. de suspect. tut. l.* 17. §. 4. *ff. de adopt.* quod etiam in criminalibus locum habere dixeris, nisi nimia paupertas & dolus perspicuus sit: & ita accipe *l.* 3. *ff. hic.* Poterit itaque pauper pro paupere vel divite, vel in pauperem aut divitem recte testimonium dicere: de locuplete adde Rolandum a Valle 1. *Consil.* 16. *n.* 18. Quid creditor? pro debitore suo non facile videtur admittendus, ut nec debitor pro creditore. 15 Επιτηδείοτιως. Puto etiam id significari, Amicum amico, *l.* 5. *C. hic.* liberos parentibus, *l.* 6. *d. tit.* uxores maritis, libertos patronis, *l.* 12. *d. tit.* clientes, servos, *l.* 8. *d. tit.* domesticos, *l.* 3. *d. tit.* dominis: agnatos seu proximos, agnatis: socium socio, 1. *Harm.* 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων *in fine*, & econtra, testes idoneos non esse. Contra, uxor in virum, servi in dominum, filii in patrem, & econtra, testes esse possunt, in causa majestatis, 1. Harm. 6. *c.* περὶ τῶν κεκωλυμένων. 16 Επιδιφρίυς μηδὲ χαμαιρεπεῖς, sedentarios aut humi repentes, *Haloand.* carrucarios itaque intellige & latrinarum stercoratores, *l.* 15. §. 1. *ff. de usufruct.* Horum enim artificium tale est, ut circa humum versentur. adde Berberium *d. loco.* Testem commendare debet artis laudabilis titulus Jul. *hic n.* 326. Ita apud Harmenopulum legimus *lib.* 1. *tit.* 6. §. 1. Testes esse debere ἀξιοπίςυς, μὴ ἐπιδιφρίυς, μηδὲ χαμαιρεπεῖς, μηδὲ παντοίως ἀσήμυς. Sic Hesychio χαμαιρεπὴς γεωργὸς, ὁ ἐν γῆ κοιμώμενος. Eadem ratione Harm. 6. *tit.* 2. §. 22. mulieres viles & abjectas ἐυτελεῖς καὶ χαμηλὰς vocat. 17 Ασήμυς. 18 Αγνώςοι, puto intelligi eos, non qui sunt ignoti actori vel reo: sed vel vilissimos: *de quib.* S. vel omnibus bonis ignotos, vel eos de quorum honestate & vita nulli testes possunt deponere. Jul. *hic.* alias vel in itinere, si quid nobis præter spem accidat, invidia fuerit ignotis, id est, nondum nobis notis testibus, uti non posse. Et tamen verum est, quod dicitur, testem notum esse judici & parti, id est, & actori & reo oportere. Non est autem ignotus, cujus persona, nomen, domicilium, urbs, ætas, mores, officium, vel artificium sciri poterit. Quid, testis potestne audiri, si dixerit se nomen rei ignorare, se tamen reum exhiberi petere, ut eum agnoscat? posse volunt idque officio judicis, *l.* 3. §. 7. *ff. ad exhib. l.* 3. *in fin. ff. de public. l.* 2. *C. ad exhib.* Nam & ignotus heres institui potest, *l.* 11. *C. de hered. instit.* & ignotus tutor dari potest, §. 10. *Inst. de excus.* At in inventario notus heredi testis admittendus, *l.* 22. §. 2, *C. de jure delib.* Cæterum quibus casibus testes noti esse debeant, vid. apud Socinum *reg.* 412. adde quædam de ignoto teste ex Harm. 1. *tit.* 6. §. 2. Goth. Intellectum hujus §. vid. apud Bellon. *lib.* 4. *supputat. cap.* 13. Ans. 19 Id est, Testes, qui vel odio, vel inimicitia, vel precibus, vel pecunia, vel gratia deponunt, sunt suspecti & merito rejiciendi. 20 Obscuriorum & obscurarum personarum testimoniis non creditur sine tormentis, *l.* 21. §. 2. *ff. hic l.* 13. *C. hic.* Cur ita? possunt enim minimo metu quæstionis injecto corruptos se fateri: quibus non propositis in honestarum personarum capita securi grassarentur facile. 21 Αρχοντες, id est, magistratus. 22 Hinc sumpta est Authentica, *Rogati. C. de testib.* extat & hic locus apud autorem *Ecl.* 21. *tit.* 1. *c.* 54. 23 *l.* 18. *C. de testib.* 24 Παραλαμβάνοιντο, id est, rogentur. Solutio seu numeratio pecuniæ non probatur testibus, nisi ad id rogati sint, ut spectatores aut testes solutionis essent, *c.* 3. J. *hic.* Jul. *hic ibi. & ad hoc ipsum rogatis, & d. auth. Rogati.* Επὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων, καὶ περιςατικῶν &c. id est, fortuitis vero & iis, quæ casu contingunt, etiam non rogatus testis auditur: & ita Harmenop. accipit *l.* 1. *tit.* 6. §. 38. *l.* 11. *ff. de testib.* Idem dicendum est in iis, quæ fieri clam solent, ut in furtis, in quibus etiam admittuntur domestici testes, *l.* 8. §. 6. *in fin. C. de repud.* In conventionibus rogati esse debent, Harm. *ibi*, & in testamentis, vid. *l.* 21. §. 2. *ff. qui testam.* & matrimoniis. 30. *quæst.* 5. *c. nostrates*, & divortiis, *l.* 9. *ff. de divortiis*, in aperienda cista deposita, *l.* 1. §. 36. *ff. depositi.* & in specie *Novell.* 117. *c.* 15. In iis ergo casibus, in quibus requiritur specialis testium rogatio, simplex testium non sufficit interventus. Tutissimum itaque fuerit, si tabellio rogatos fuisse scripserit: quamvis in dubio præsumantur rogati, *arg. l.* 11. *ff. hic.* quam legem possis ita quoque sumere, adde Oldend. *c.* 4. *de testib. n.* 23. 25 Quinque 1. Harm. 6. §. 3. 26 Ex τῦ παρήκοντος. *Scrimg.* 1. Harm. 6. §. 37. per transennam. In solutione pecuniæ non admittuntur testimonia eorum, qui dicere solent transeuntes se audivisse aliquem dicentem, pecuniam sibi solutam esse. In criminalibus aliud accidere potest, nec enim rogari testes in hujusmodi negotiis moris est. Clam enim, ut sæpius fiunt, vel in rixa, motu vel furore subito, nullis accitis testibus. Illud singulare est, quod in transitu servi manumitti possunt, *l.* 7. *ff. de manumiss. vindict.* Quid si in judicio creditor confessus est, sibi solutam esse pecuniam? ejus confessio ei nocebit. *l.* 56. *ff. de re judicata: l.* 4. *C. de repud. heredit.* & in eum audientur, qui judicio tum interfuerint, licet non rogati. 27 Duo tabularii sine testibus non sufficiunt ad plenam fidem instrumento faciendam, *Novell.* 73. 28 Sensus est, Titius mercede conductus a Sempronio, apud notarios præsentibus testibus fatetur se Cajum (nomen Caji adsumens, quem Sempronius volebat sibi, falso tamen, obligare) accepisse mutuo centum a Sempronio. His ita peractis Cajus exactus est. 29 *l.* 21. §. 2. *D. qui testam.* 30 Dixi S. *c.* 2. 31 Sensus est, Tabularium præsentem non sufficere, nisi testes quoque rogati sint & subscripserint, & ipsa persona principalis, si literas sciat. 32 Id est, quæstioni, *c.* 1. *supr. hic.* 33 De testibus sibi invicem contradicentibus, sive dolo, sive errore. 34 Testis sibi contrarius non auditur, quin punitur. Contrarius est, qui vacillat, *leg.* 2. *l.* 16. *ff. hic.* 35 Καὶ εἰ περὶ τὰ κυριώτερα τῶν μαρτυρομένων τὰς ἐναντιότητας εὕροιεν. *Scrimg.* id est, & si judex repererit testes contraria dicere in eis, quæ totam causam continent. Jul. *hic* 326. *in fin.* id est, in his cardo totius litis versatur. 36 Id est, contraria. 37 1. Harm. 6. §. 4. Quoties testes alii aliis sunt contrarii, creditur plurimis & dignioribus fide, adde *l.* 3. §. 2. *ff. hic.* Quid si pares? adhuc non pereunt testimonia, sed spectanda erit causa, de qua lis movetur. Quid enim si de libertate quæritur vel agitur, utrimque paribus testibus contrariis? pro libertate judicabitur, *l.* 24. *in fin. ff. de manum.* Quid si testes digniores, num vincentur? Quidam volunt duos testes honestioris vitæ præferri centum vilibus contrarium deponentibus, ut ita stetur majoris autoritatis testibus, rejecto minori numero. *Host. Joann. And. Anton. in c. nostra* 32. *de testib.* sed in eo tamen plane non subsistunt: negant enim digniores duplo numero superatos audiri, *arg. c. si quando* 9. *de elect. in* 6. *ibi duplo majore numero.* 38 Testis potest contraria vel astutia, vel per errorem deponere. Priore casu, tormentis potest subjici, Jul. *hic n.* 326. *in fin.* id est, puniri, *l.* 16. *ff. de test.* Altero, cum venia dimitti. Astu contraria potest dicere, si a reo corruptus est, nec perstat pro accusatore, vel

Quia

QUia [1] vero [2] multi ſæpe teſtes producunt, & tertio hoc agentes, poſtea mox ut concluſerint, & excepta fuerint teſtimonia, tentantes interpellationibus nobis importuni eſſe, & velle etiam quarto [3] deducere teſtes, ſancimus noſtros judices hoc maxime conſiderare: & ſi tertio producti jam ſint teſtes: & ab eo qui teſtes deduxit, concludente & editum accipiente, iterum petantur teſtes: hos omnino non adeſſe: utpote ſuſpicione habita, ne forte [4] relictis quidem prioribus, & dudum manifeſtis propter eorum teſtimonia factis, ille non productionem teſtium, ſed de præcedentibus aut non teſtificatis additamentum, aut eorum depoſitionibus emendationem deſideret. Si vero deducens quidem teſtes, editionem nondum acceperit, neque perlegerit teſtationes, neque ipſe, neque aliquis advocatorum [5] ejus: adverſarius autem ejus acceperit ſolus, & fecerit [6] diſputationem, non tamen eam dederit ei, qui tertio dudum fecit teſtium productionem, neque per [7] diſpoſitionem edoctus ſit is qui eos produxerat, quæ teſtimoniis deſunt, hæc adjici: tunc dandam eſſe & quartam productionem teſtium ei qui hoc petierit, primitus ſacramento dando ab eo, quod neque ſubtraxit, neque percunctatus eſt teſtationes, neque ipſe, neque aliquis advocatorum ejus, aut omnino pro eo agens: neque per aliquem dolum aut machinationem vel artem, quartam productionem petit fieri teſtium: ſed propterea quod non valuit primitus uti denunciatis teſtimoniis. & ſi hoc factum fuerit: neque juſſione pro talibus imperiali egere ſicut pridem erat: ſed ex hac lege ſufficiant eis hæc quæ permiſſa ſunt: & uſque ad quartam teſtium productionem licentiam eſſe teſtimoniis uti, non tamen per longum intervallum: ut non ex hoc protrahantur lites: ſed oportere omnino velocitatem eis imponere, ſecundum quod judex exiſtimaverit hoc fieri. §. 1. Illud tamen indubium eſt, quia etſi ſemel producens teſtes, aut bis, aut teſtificationes tractaverit, aut adverſario hoc faciente, ipſe diſputationem [8] acceperit, & ex hoc didicerit teſtificata, non habebit omnino licentiam ullam ulterius uti teſtium productione, neque ſi divina hoc juſſio præceperit.

CAP. V.

Ut teſtes in propria provincia examinentur: & quo ex loco trahantur.

ET [9] quoniam ſcimus dudum factam legem [10], ut ſi quis hic [11] litem exerceat, oporteat autem in provinciæ [12] parte aliqua approbari: licentiam habere, judice hoc decernente, & ſufficiens ſpatium temporis definiente, deducere [13] intra provinciam teſtes, & huc tranſmittere litem geſtis perlatis: & ab eodem judicari judice. Multæ autem hujuſmodi interpellationes nobis fiunt, volentibus aliquibus, qui in provinciis quidem litigant, hic vero teſtes habent, ut teneantur hujuſmodi lege: & licentiam eſſe in provinciam judicanti dirigere huc ut præſententur teſtes, aut teſtificationes omnino dentur, & iterum ad eum referri lites. Et ſi [14] de provincia in provinciam hæc petantur fieri: ſancimus propter probationum abundantiam & hoc valere, & poſſe etiam a provincia huc ab eo qui judex eſt in provincia deſtinari: & ab uno (qui a nobis definitus fuerit) eloquentiſſimorum judicum, interlocutione de eo a judice facta teſtationes dari: & a provincia alia in [15] aliam provinciam, aut apud defenſorem, aut apud præſidem teſtificationibus ex interlocutione judicantis datis: illic videlicet definitiva ſententia danda, ubi [16] & lis conteſtata eſt: ut quemadmodum hinc in provinciam apud judices aut defenſores de productione teſtium agi ſancita ſunt, ita & a provincia in provinciam, & a provincia huc teneant: & perfecta per omnia ſit probationum omnibus facultas: teſtimoniis quidem non editis, neque in provinciis, ſed geſtis datis eis a quibus producuntur, aut eorum adverſariis ſub geſtis monumentorum ſigna percipientibus, & ita huc, aut in provincias deſtinandis a judicibus: ne quando forſan & aliis egeat teſtibus cauſæ natura, & excludatur propter editionem teſtium adjectio. Hæc omnia in pecuniariis quæſtionibus intelligentes: in criminalibus [17] enim in quibus de magnis eſt periculum omnibus modis apud judices præſentari teſtes: & quæ ſunt eis cognita, edocere: ubi & tormentorum forſan erit opus, & aliis omnibus obſervationibus.

CAP. VI.

Ut teſtimonium recipiatur ejus qui ſervus eſſe dicitur: & de teſtium ſtatu.

SI [18] vero dicatur ſervilis [19] eſſe fortunæ qui teſtari voluerit, is vero *liber affirmetur conſtitutus:* ſi quidem ex nativitate, impleatur quidem teſtimonium: diſputationum vero de ſtatu ſervetur ratio: ut ſi apparuerit fortunæ ſervilis eſſe, ejus teſtimonium, ac ſi neque datum fuerit, ita ſit. Si vero *libertum ſe dicat,* compellatur demonſtrare primum inſtrumentum, in quo libertatem percepit: & ſic teſtetur. Si vero *in alia provincia libertatem dicat perceptam, aut non eſſe in promptu ſibi probationes,* & hoc evidenter juraverit: teſtatio quidem ſcribatur, non monſtrato vero manumiſſionis inſtrumento, is qui deduxit eum, non utetur ejus teſtimonio.

CAP. VII.

Ut teſtes propter inimicitiam a dicendo teſtimonio repellantur, & de Teſtibus inimicis.

SI vero quis dicat *odioſum* [20] præſentem ad teſtimonium ſibi conſtitutum, & approbaverit ſtatim, quoniam criminalis [21] inter eos lis movetur: non adſit ad teſtimonium qui uſque adeo infeſtus eſt, donec de crimine judicetur. Si vero aliter [22] odioſus eſſe dicatur, aut conventus pecuniarie: procedat quidem teſtatio, tempore vero diſputationum [23] ſerventur hujuſmodi quæſtiones.

CAP. VIII.

Ut mediatores non niſi de partium conſenſu teſtimonium ferant, & de teſtimonio proxenetarum.

QUoniam vero legem [24] propoſuimus in pecuniariis cauſis nolentes teſtificari, illos non compellendos [25] teſtimonium dare, qui ante *mediatores* [26] facti ſunt ipſis, & quidam abutuntur hoc, & teſtimonio nolunt uti: ſancimus, ſi utraque pars conſentiat quod & mediator eorum fiat teſtificator, (componantur enim ea quæ ab eo dicuntur) compellere eum etiam nolentem teſtimonium perhibere: prohibitione propter quam eum nolentem teſtificari penitus noſtra voluit lex, propter conſenſum utriuſque partis ſublata.

CAP. IX.

Ut teſtium productio non niſi præſente fiat adverſario: & quo tempore teſtes in teſtimonium admittantur.

ET [27] hoc [28] vero quia multoties actum ſcimus, quod quidam aut apud locorum defenſores, aut apud clariſſimos provinciarum præſides, aut forte (ut aſſolet) hic apud virum clariſſimum magiſtrum cenſus ingrediuntur, & queruntur tanquam ab aliquo ſuſtinentes aliquid contra leges, aut aliter læſi, aut damnificati, teſtes volentes producere, ut non in poſterum opponantur eis, quæ ab una parte geſta ſunt: oportet etiam illum in ea civitate conſtitutum, in qua teſtationes dantur, admonitum a judice, ſive a defenſore, præſentem [29] eſſe, & audire [30] atteſtationes. Si vero noluerit advenire, ſed reſpuerit, ut ex hoc ab una [31] parte teſtimonia dentur, ut ſecundum hoc ipſum inutilia eſſent: ſancimus hujuſmodi atteſtationes ita tenere, ac ſi non ex una parte conſtitutæ ſint, ſed tanquam eo præſente factæ ſint. Si enim recuſaverit, & advenire noluerit, & audire depoſitiones, (etenim publicabuntur) & niſi per inexcuſabilem aliquam neceſſitatem [32] deduci non poſſit [33], ſimilis [34] advenienti erit: & nullum juvamen ex ſua protervitate [35] ei efficietur: ſed videantur quidem probationes factæ: quæcunque vero competierint ei ad diſputandum de eis, licebit his uti ſolummodo quod videntur eſſe ex una parte [36]: propter ejus proterviam [37], propterque audaciam minime advenientis, teſtationibus opponere non valente. Omnibus [38] aliis quæ de teſtibus & ab iis qui ante nos & a nobis ipſis dicta ſunt & ſancita, fixis manentibus, & a noſtris judicibus obſervandis: ſive majores, ſive minores ſint: & ſive in hac magna civitate, ſive foris in provinciis: ut ea quæ de teſtibus ſunt, quantum poſſibile nobis eſt, corrigentes, adhuc purius & ſanctius lites agi præparemus: propter quas & cognitiones fieri a judicibus omnibus divinis [39] propoſitis Evangeliis ſancimus, & jusjurandum ſubire & pulſantes & pulſatos & advocatos præcipimus, ubique Deum inſpectorem & eorum qui judicant & quibus judicatur, & qui teſtimonium præbent animabus: ut perennis Dei commemoratio & præſentia, mundalitium [40] & citra ſuſpicionem litigantibus fiat, quam legem tenere volumus de cætero omni tempore.

EPILOGUS,

ſeu promulgatio.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc divinam manifeſtata ſunt legem, tua eminentia operi effectuique tradere feſtinet. Dat. 5. Kalend. Octob. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIII. [41] APPIONE V. C. CONSULE.

e contra. Qua pœna punietur? utique falſi, *l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Corn. de falſis*, de qua vide *l.* 1. *in fin. & Nov. Leon.* 77. 1 Hinc ſumpta eſt Authentica, *At qui ſemel. C. de prob.* 2 Adde 21. *Ecloga* 1. *c.* 44. 1. Harmenop. 6. §. 36. 3 Poſt cognitas teſtium depoſitiones, teſtium productio peti non poteſt. vide ad hunc locum Oldend. *cap.* 3. *de teſt. num.* 12. *in fin.* & decem exceptiones ſequentes. 4 Teſtis interrogari ſuper uno & eodem facto, plus quam tertio vel quarto, non poteſt. Cur? hic vide. 5 Advocato ſciente teſtium depoſitionem eam & noſſe clientes ipſius advocati intelliguntur. 6 Lege diſpoſitionem, ꝧ. *hoc tit.* ποιήσατο παραγραφάς. *Scrimg.* exceperit præſcriptiones adverſarii ſui, Jul. *hic num.* 327. *in fin.* 7 Διὰ παραγραφῶν. 8 Τὰς παραγραφάς. *Scrimg.* παραγραφὴ *hic & duobus locis*, id eſt, diſputatio, ꝧ. *h. t.* diſpoſitio. ꝧ. *h. t.* præſcriptio adverſarii, Jul. *hic num.* 327. Contredits de teſmoins, *Gall.* 9 *Hinc ſumpta eſt Authentica, Apud. C. de teſtib.* 10 *l.* 18. *C. de teſtib. l.* 3. §. 6. *in fin. ff. de teſtib.* 11 In urbe reſpectu provinciæ, vel in provincia reſpectu urbis, vel in provincia alterius provinciarum reſpectu. 12 Teſtes produci ex provincia quemadmodum debeant. 13 Παράγειν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας, *Scr.* ſenſus eſt: Quotieſcunque in cauſa pecuniaria teſtes in provincia degunt, litigatores vel eorum procuratores judicis mandato mitti in provinciam, & apud judices provinciales teſtes citari, dicturos, quid de negotio aut facto eis propoſito ſciverint. Poſt hæc, teſtimonia in urbem tranſmitti, ut judex urbanus ſententiam proferat. 14 1. Harmenop. 6. §. 4. 15 *Novell.* 134. *cap.* 5. 16 Ubi lis conteſtata, ibi ſententia definitiva ferenda eſt, finem lis accipit, ubi & cœpit, *l.* 30. *l.* 34. *ff. de judiciis & toto tit. ff. quib. cauſis ad eundem judicem.* 17 In criminalibus cauſis teſtes non interrogantur in ſui domicilii loco (quod fit tamen in cauſis pecuniariis, ꝧ. *h. t.*) ſed in locum litis ſeu judicii venire compelluntur. Tacitus *libro de oratore.* Teſtimonia in judiciis publicis, nec abſentes, nec per tabellam dare, ſed coram & præſentes dicere cogebantur, & ita imperator Adrianus dixit ſe non teſtimoniis, ſed teſtibus crediturum, *l.* 3. §. 3. *ff. de teſtibus*, in criminalibus cauſis ipſæ perſonæ teſtium neceſſariæ, ut ſint in præſentia, Jul. *conſt.* 83. *num.* 328. *in fin.* 18 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Si teſtis, C. de teſtib.* 19 Servus teſtis eſſe non poteſt, *ut hic, & Nov. Leonis* 45. 49. aliud in eo, qui ſe ingenuum vel libertum dicit, ſi tamen talis eſſe detegitur, perit ejus teſtimonium, adde *l.* 4. *ff. de teſtib.* 20 Ἀπέχθητον, inimicum, Jul. *n.* 330. 21 Ἐγκληματικὴ δίκη, id eſt, accuſatio criminalis. Qui aliquem de crimine accuſat, teſtis in accuſatum eſſe nullo modo poteſt, *ut hic*, & ſic obſtant accuſatori inimicitiæ capitales, *l.* 6. §. 17. *ff. de excuſ. tut.* Qui alias inimicus eſt, dicere quidem teſtimonium poteſt, ſed præſcriptio ei opponitur. *ut hic.* Jul. *hic n.* 330. adde *l.* 3. *ff. h. t.* Qui cum aliquo litem non criminalem inſtituit, teſtimonium in eum ferre poteſt, niſi aliqua juſta cauſa prohibeat. 1. Harm. 6. 22 Alia occaſione *Jul.* 23 Τῶν παραγραφῶν, id eſt, exceptionum, Jul. *n.* 330. præſcriptionem vertit. 24 *l.* 16. *l.* 19. *C. de teſtib.* 25 Olim *inviti* teſtes in criminalibus cauſis teſtimonium dicere cogebantur, exceptis certis perſonis, *l.* 4. *l.* 19. *ff. h. t.* Plin. 3. *Ep.* In pecuniariis & criminalibus teſtes erant voluntarii, Quint. 5. inviti vero ex conſtitutione Juſtiniani, *l.* 16. *C. h. t.* Quinam inviti non cogantur teſtimonium dicere, vid. Old. *c.* 2. *de teſtib.* 26 Jul. *hic n.* 331. μεσῖται. *Scr.* ὁ μεσάσας τισὶν ἐν πράγματι, ὃ μαρτυρεῖ αὐτοῖς ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει 1. Harm. 6. *c.* περὶ κεκωλυμένων. §. 43. vel hic locus oſtendit ſequeſtrem pacis & honorarium arbitrum intelligi potius, quam ſequeſtrem depoſitarium. 27 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sed & ſi quis. C. de teſt.* 28 Ut teſtium productio apud judices vel defenſores vel magiſtros cenſus non aliter valeat, niſi præſente quoque adverſaria parte vel contumaciter non veniente: ſcilicet ut & hic ſalva præſcriptio ei competat, quam opponendam exiſtimaverit, Jul. *n.* 332. 29 Teſtimonia eorum, qui non vocata parte recepti fuerunt, fide carent nulliuſque momenti ſunt. Intereſt enim adverſarii, perſonas teſtium, & utrum juraverint, noſſe. 30 Ne hinc colligas, Reum præſentem eſſe oportere, quo tempore teſtes interrogantur: Interrogandi ſunt enim in ſecreto judicis loco, *l.* 14. *C. h. t.* ne teſtimonii libertas teſtibus adimatur, ſed publicatas teſtationes legi parti adverſæ. vid. *Oldend. c.* 5. *de teſt. n.* 3. adde *l.* 27. §. 7. *ff. ad l. Jul. de adult.* 31 Parte abſente per contumaciam, teſtium productio fit μονομερῶς, *l.* 19. *in fin. C. hic.* alias aliter fieri non poteſt productio teſtium, niſi parte præſente. 32 Contumaciter non videtur abeſſe, qui ex neceſſitate abfuit, forte enim intra ſepta ſanctorum fuerat. Julianus ita hunc locum interpretari videtur. 33 Ut ſi intra ſepta ſanctorum fuerit. Is non videtur contumaciter abfuiſſe, qui ex neceſſitate abfuit, Jul. *hic.* 34 Abſens contumax habetur pro præſente. 35 Ex delicto ſuo nemo juvatur. 36 Μονομερῶς εἶναι. 37 Προπέτειαν, temeritatem. 38 Confirmatio antiquarum legum. 39 *l.* 2. *Cod. de jurejur. propter calumn.* 40 Græcus textus ita habet, ἵνα διὰ πάντων τῇ τοῦ Θεοῦ μνήμῃ τε καὶ παρουσίᾳ καθαρὰ τὰ τῶν δικῶν, καὶ ἀνύποπτα τοῖς δικαζομένοις γίνοιτο, hoc eſt, ut per omnia lites Dei memoria & præſentia, puras & litigantibus a ſuſpicione reddamus liberas. 41 Id eſt, anno 539.

TIT.

cusat is, qui suscipere postulatur, proximus [17] est danti, & hoc cum aliis in dote valeat. Sicut enim nisi dederit, per dilationem dotis, negationem ei antenuptialis donationis inferimus: ita vel si voluerit dare, & percepturus ex studio recusaverit perceptionem, damus ei antenuptialis donationis matrimonio soluto petitionem: licet [18] dotem propter viri causam non intulerit.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, eminentia tua operi effectuique tradere festinet. Dat. Kal. Octob. *Constantin.* Imper. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIII. [19] APPIONE V.C. CONS.

TIT. IV.
DE IMMENSIS [20] DONATIONIBUS IN FILIOS FACTIS.

NOVELLA CONSTIT. XCII.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

DUdum [21] de Falcidia & illius parte decrevimus, augentes eam non [22] ignobili incremento, quod enim nimis inæquale est, non valde placet nobis, sed oportere quidem præponi filios, quos pater voluerit, non tamen in tantum minui aliis, ut [23] importabilis sit eis imminutio.

CAP. I.

POsita [24] igitur a nobis lege in sua virtute manente, illud volumus. Ut si quis donationem immensam in aliquem aut aliquos filiorum fecerit, necessarium habeat in distributione hereditatis, tantam [25] unicuique filiorum servare ex lege partem, quanta fuit priusquam donationem pater in filium aut filios, quos ea honoravit, faceret. Sic enim nihil ulterius in donationibus querentur, qui habent quidem in omni substantia patris, quod legitimum est: in tantum [26] autem aucta quantitate, quantum habuit substantia patris antequam donationibus exhauriretur: non [27] valentibus filiis qui donationibus honorati sunt, dicere contentos se quidem esse immensis his donationibus, videri autem abstinere paterna hereditate: sed neque [28] cogendis quidem si contenti sunt donationibus, suscipere hereditatem: necessitatem autem habentibus omnibus modis complere fratribus quod hæc defert, secundum quam scripsimus mensuram, ut non minus habeant illi quam quod ex legibus eis debetur, propter factam in donationibus immensitatem: dum liceat patri mediocriter sapienti [29] circa omnem prolem, etiam iis qui ab eo potius diliguntur, donare aliquid amplius [30], & non cæteros filios per immensitatem in illos factam lædere, & nostram transcendere intentionem. Et hæc quidem nostra ab initio cogitatio fuit, differentes autem illud dudum, & humanarum experti animarum, quoniam videbamus eos in hujusmodi passionibus labefactari, atque descendere, propterea nunc augmentum illi legi hoc facimus.

§. 1. Hæc itaque dicimus de filiis gratis [31] existentibus eis, non de ingratis, & quibus pater justam & legitimam ingratitudinem infert: nam si hoc ita se habere apparuerit, & approbentur ingratitudinis causæ, sint ea quæ in lege de ingratis posita sunt, rata: nihil hac nostra legislatione minuenda.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram nostram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet.

TIT. V.
DE APPELLATIONIBUS.

NOVELLA CONSTIT. XCIII.

Ut si mota apud appellationis [32] judicem causa litigatores ad arbitros deveniant, intereaque temporis biennium [33] decurrat, & contingat denuo causam ad appellationis redire judicem, ne biennii decursus objiciatur.

Imp. Justin. Aug. Joanni glorioss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

SUbjectorum nostrorum interpellationes legum nobis præbent occasiones pro salute subditorum conscribendarum. Aditionem namque nobis quidam [patronus] fecit: quia lege volente *appellantem* [34], *& per biennium tacentem, aut certe exercentem quidem, non tamen perexequentem; appellationum cadere certaminibus, & confirmata sententia, non posse ulterius procedere, sed ratam* [35] *fieri utrique sententiam.* Hesychium autem & adversarium ejus exercuisse qui-

TIT. III.
UT [1] EXACTIONE INSTANTE DOTIS PRIMÆ [2] ET SECUNDÆ, VIRO AD SECUNDA VOTA MIGRANTE PRÆPONATUR UXOR PRIMA, VEL EX PRIORI MATRIMONIO FILII: ET SI VOLUERIT UXOR, AUT IS QUI PRO EA DOTEM SCRIPSERIT, DARE VIRO QUÆ SCRIPTA SUNT, DISTULERIT AUTEM VIR SUSCIPERE: SOLUTO MATRIMONIO EXIGI EUM AB EA ETIAM CONSCRIPTAM ANTENUPTIALEM DONATIONEM.

NOVELLA CONSTIT. XCI.

Imperator Justin. August. Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

Ut dos primæ uxoris præferatur doti secundæ uxoris, sive ipsa sive liberi ejus agant.

PRÆFATIO.

DUdum judicantibus nobis in dubitationem venit causa multa correctione digna, & legislatione clariori non indigna. Etenim quidam prioris factus uxoris vir, cum eam extulisset, deinde secundæ dotem suscipiens, & filios ex priore relinquens, obiit adhuc secunda superstite. volebat igitur secunda uxor dotem a se datam exigere, privilegio utens a nobis dato: contradicebant autem ex priori matrimonio filii, & ipsi maternam objicientes dotem. Et dubium erat, utrum etiam non superstite uxore priori, oporteret suscipi filios contra secundæ dotem litigantes. Non enim aliis dedimus [3] dudum & damus hoc privilegium, aut heredibus, aut creditoribus, sed solis filiis. Plurimæ siquidem dubitationes extiterunt in hac causa, dicente secunda, quoniam expendisset antequam ad ejus venisset matrimonium prioris uxoris dotem: & non esse justum, suam quidem, quod tantum inventus est reliquisse vir, quantum sufficeret soli secundæ, dotem eam perdere: illos autem expensam jam dotem percipere. Sed filii hypothecas proponebant, quoniam omnino rebus existentibus [4] morienti hypothecæ seniores potiores quam secundæ essent.

CAP. I.

HIs [5] igitur in dubitationem venientibus, illud certum etiam a nobis sancitum est, quia si [6] aliquid appareat rerum prioris [7] aut secundæ dotis hoc necessarium filios prioris aut secundæ habere: aut si moriatur etiam illa, filios ejus singulos, quod proprie habendum suum ostenderint. Hinc enim & in rem quæ de proprietate est, competit pure, & unumquemque quod suum est habere, nullo privilegio indigens. Si vero nihil appareat utriusque rerum, aut aliqua quidem appareant, aliqua vero desint: sive superstites sint mulieres, repudio forsan priori matrimonio dissoluto: competere mulieri dotem: sive defunctæ sint filiis existentibus ambæ, aut etiam una harum: in iis quæ desunt, superiorem esse priorem, & filios ex ea, antiquiorem dotem præponentes, id est dicere nepotes & pronepotes, & deinceps successores, cujuscunque naturæ fuerint. Sicut enim si duo [8] debita publica [9] fuissent, necessario antiquum præponeretur posteriori: ita & hic privilegia necessarium est priori doti dare priora: & ita secundæ: & dotem non præponere doti, nec hypothecam hypothecis: sed quod antiquius [10] est tempore, amplius manere proprium robur habens & privilegium. Tempora namque hypothecarum permutare, aut interimere vel minuere, nullo modo patimur. Et hoc dicimus non ignorantes, quoniam jam & in alia quadam nostra legislatione hoc decrevimus, sed quoniam omnino motum est apud nos, & quasdam habuit diversas causa quæstiones: & propterea ad præsentis legis opus accessimus: ut non nunc aliquid prius sanciremus, sed ut clariorem eam omnibus constitueremus.

CAP. II.

Si per maritum steterit quo minus dos ei solveretur.

ILlud [11] quoque adjicere legi bonum est, quod mota quæstio similiter necessarium nobis ad legislationem fecit. Si [12] enim debeat dotem mulier, & illa quidem dare voluerit ipsa forsan, aut qui pro ea promisit illam, quicunque fuerit aut proximorum, aut extraneorum: aut *profectitia* aut *adventitia* sit dos: (hæc enim verba legis sunt) vir autem, aut ejus pater [13] forsan aut avus suscipere eam nolit: pars autem mulieris contestetur [14], & parata sit hoc solvere, aut etiam aliquid majus peragere, & offerat forsan, & si mobilis sit, signacula [15] etiam imponat, & secundum leges recondat: aut secundum unam [16] partem ingrediens in judicium, petat hoc fieri: & pergentes ex judicio quidam denuncient hæc ad partem viri: at ille permaneat ita differens: non poterit soluto matrimonio antenuptialis donationis exactionem declinare, tanquam dote non data. Qui enim dare voluit: dum perceptionem re-

1 Ut dos prioris uxoris præferatur doti secundæ, sive ipsa, sive liberis ejus agentibus, Jul. *const.* 84. De duarum dotium debito, & de eo, qui dotem accipere non vult, *Index Reginæ.* 2 Mortuæ scilicet. *Goth.* Vid. ad hanc Novell. Rittershus. *part.* 5. *c.* 7. Ans. 3 *l. ult. Cod. qui potior.* 4 Id est, quoties debitori res aliquæ supersunt, cujus hypothecæ antiquius est, præferri debet. 5 Hinc sumpta est Auth. *Si quid. C. qui potior in pign.* 6 Sensus est, Si duæ sunt mulieres, quæ de dote sua agant, suas quæque mulier res extantes vindicabit. *l.* 30. *Cod. de jur. dot.* Si non extant, antiquior causa dotis præfertur, *l. ult. C. qui potior.* & ita prima uxor ejusve liberi, secundæ præferentur. Præfertur socrus nurui *in declamat.* Quint. 360. 7 4. Harm. 6. §. 19. 8 *Subaudi*, ex duabus stationibus, ut in *l.* 2. *Cod. de solution.* 9 Ex duabus fisci stationibus, ea præfertur quæ prærogativam habet temporis. 10 Prior tempore, prior jure, *l.* 11. *ff. qui potiores.* 11 Hinc sumpta est Auth. *Dos datæ. Cod. de donat. ante nupt.* 12 Vid. 4. Harm. 9. §. 12. 13 *Nov.* 2. *cap.* 5. 14 Debitor rei dotalis immobilis, testato eam offerre marito debet. 15 Extra judicium dos quomodo sit offerenda marito recusanti eam recipere. 16 Quemadmodum in jure dos marito offerri possit. 17 Dedisse videtur, cujus adversarius fecit, quominus daretur. Paria sunt dedisse & obtulisse legitime, *l. acceptam* 19. *C. de usuris.* 18 Mulier interdum dotem petit, quam nunquam revera numeravit, sufficit autem eo casu, legis fictione marito dotem numeratam: veluti si marito dotem legitimis modis obtulit & eam maritus accipere noluit. 19 Id est, anno 539.

20 *L.* 3. *Cod.* 29. de immodicis & inofficiosis donationibus, Julian. *const.* 85. de immensis donationibus collatis in liberos. *Index Reginæ.* 21 Vid. *Nov.* 18. Goth. Adde Rittershus. *part.* 5. *c.* 13. Ans. 22 Producta est enim ad trientem, & certis casibus ad semissem. 23 Legitimæ liberorum per leges non ita multum imminuendæ sunt, ut sit enormis, &, ut quidam loquuntur, importabilis earum diminutio. 24 Hinc sumpta est Authentica, *Unde. C. de inoff. test.* 25 Donationes fiunt a parentibus vel post liberos susceptos vel ante. Priore casu donationes factæ a parentibus vel extraneo, vel uni liberorum a reliquis liberis defuncti non rescinduntur, nisi pro modo eorum Falcidiæ tantum. Et ita parens pro numero liberorum semissem, vel etiam bessem donare poterit, *Novell.* 18. ut hinc colligas, liberos ex donationibus inter vivos factis a patre suam Falcidiam revocare, *ut hic:* extraneos vero non detrahere *l.* 17. 42. *in fin. ff. de mort. caus.* Itaque liberi legitimam suam petentes, res patris, uti tempore donationis ab eo factæ fuerunt, spectant, ut si eo tempore 1200. solidorum fuerint, parens non possit ultra semissem vel bessem donare, habita scil. ratione numeri liberorum. *Nov.* 18. Quid si donavit 900. & postea 300. adquisivit? nihil habent liberi, quod possint conqueri: cum hæc summa reliquis bonis paternis addita 600. efficiat: id est, verum dimidium 1200. solidorum, quos parens tempore collatæ donationis habuit. *vers. sic enim.* ibi, *In tantum aucta quantitate. infr. hic.* Quoties vero donationes factæ sunt a patre ante susceptos liberos, revocatur tota donatio, de quo vid. *l.* 8. *C. de revoc. donat.* 26 Id ut intelligendum esset, *supr.* dixi. 27 Ab invitis donatariis, detrahitur legitima liberorum. 28 Liberi donatarii patris, non coguntur hereditatem adire, *ut hic*, coguntur tamen supplere fratribus legitimam *supr. hic.* 29 Φρονήσαντι, id est, affecto. 30 Parens potest aliquid amplius donare prædilecto filio, quam reliquis: at non ita donare, ut reliquos legitima defraudet. 31 Ingrati liberi non revocant donationes factas a parente.

32 Si appellatione introducta compromissarium arbitrium litigatores elegerint. 33 Jul. *const.* 86. 34 Appellans, si per biennium tacuerit & appellationem suam per id tempus exequutus non fuerit, dicta adversus eum sententia in rem judicatam transierit. 35 Ἀλλὰ κυρίαν γίνεσθαι θατέρῳ τὴν κρίσιν. *Scrimg.* id est, sententiam in suo robore durare. *l. ult.* §. 4. *C. de temp. appell.* alii, abire in rem judicatam. Cujacius redire vertit: eo sensu, biennii cursu redire causam ad condemnationem hoc modo. Prioris judicis pronuntiatione res transit in rem judicatam, *l.* 16. §. 6. *ff. de pign.* judicatum extinguit appellatio *l.* 1. *in fin. ff. ad SC.*

dem litem apud pedaneum judicem: addictum [1] autem eundem Hesychium appellasse: & causam contigit recurrere ad tuam cognitionem: & dum lis in judicio tuæ celsitudinis exerceretur, recessisse quidem a certaminibus apud te gestis, arbitros autem elegisse communes ex conscripto, & apud illos concurrisse, & quædam exercuisse, postea vero neglexisse quidem electos arbitros, non autem persecutos apud eos motam litem, sed transacto biennio uti [2] adversarios ejus, quia non possit a condemnato [3] exerceri in tuo judicio talis lis, sed oportet eam confirmari semel biennio transacto: illum [4] vero propterea non persecutum apud tuam gloriam, eo quod litem apud electos diceret arbitros.

CAP. I.

SAncimus [5] igitur memoratum quidem negotium ex quo hæc nobis sunt nunciata, nihil lædi ex cursu temporis, neque ratam esse judicis sententiam semel appellatione data: sed & exerceri apud tuam gloriam, & terminum legitimum suscipere: etiamsi decies millies plusquam biennii tempus excesserit aut excedat. Deinceps autem in omni negotio in quo tale aliquid agitur, & in medio motæ causæ apud judicem appellationis, aut non motæ, si aliqui eligantur alii, & propterea biennium [6] transeat, intra quod oporteat appellationis judices litem decidere: & per quamlibet circumstantiam rursus revertatur ad judices appellationis causa: aliis quidem omnibus liceat uti partibus, tanquam si eos non contigisset deserere quidem appellationis judicium, ad electos autem venisse: non tamen posse uti, quod biennium præteriit. Nam qui semel judices alios elegit, non est justum ut taciturnitatem culpet ejus, qui propterea læsus est, quia iis quæ gesta sunt, de electione judicum credidit: & ideo non est executus, neque complevit litem illic, eo quod apud judices illos sit exercitum negotium.

EPILOGUS.

† Hæc igitur in omni negotio servari apud tuum forum volumus, & in omni alio, ubi secundum appellationis judicatur schema: quatenus nihil injuste circa nostros subjectos agatur. Si vero etiam postquam deseruerint electos judices biennii transeat tempus: tunc confirmari volumus sententiam secundum constitutiones de hoc factas a nobis, quod etiam deinceps in omnibus futuris secundum hos modos negotiis valere volumus. aliis omnibus quæ de appellativis certaminibus priscis dicta sunt legibus, & a nobis in legum conscripta sunt codicibus, in propria virtute manentibus.

TIT. VI.

UT SINE PROHIBITIONE MATRES [7] DEBITRICES [8] ET CREDITRICES TUTELAM [9] GERANT MINORUM NEQUE JUSJURANDUM PRÆSTENT, QUOD NON VENIENT AD SECUNDA VOTA.

NOVELLA CONSTIT. XCIV.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

NUper [10] scripsimus legem super cura minorum (malignitates quæ circa eos fiunt ex frequentibus litibus, quæ apud nos agitantur invenientes) quatenus nullus obligatus existens minoribus aut obligatos eos habere se dicens, curam exerceat: ne forsan in potestate rerum factus agat aliquid circa minorem malignitatis: & lex ipsa rata nobis sit, & ex præsenti firmata.

CAP. I.

QUia vero matribus volentibus curam habere minorum, & petentibus secundum veteres & nostras leges curam subire, objecta est contra nostram intentionem ab aliquibus non recte hujusmodi [11] constitutio: volumus in legem hoc dicentem, matrum excipi personas. Primum quidem causam introductam pro minoribus semper [12] prohibere, nunc ineptissimum existimamus: deinde nullus eandem constitutionem objiciat matri & aliis, cum illam namque naturæ [13] amor pius circa filios, sine [14] suspicione faciat quamplurimum, illis nullam habentibus ad filios favoris necessitatem: recte non est matribus derogandum, ideoque licentia sit matribus secundum antiquam [15] observationem abrenunciantibus & obligantibus suas res, sicuti prius schema fuit, & tueri filios, & talem præscriptionem non formidare: sed ita super his esse ac si nec ab initio contigisset legem in hoc scribi. Quapropter sive dotes, sive sponsalitiæ largitates exiguntur, sive alia debita habeant sive matres ad minores, sive minores ad matres, ex paternis forsan occasionibus, aut etiam ex propriis: (multa namque quilibet cogitans & considerans adinveniet) sint hæc integra utrique, secundum priores constitutiones judicanda & tractanda, sive legitimorum sive naturalium mater filiorum tutelam gerat.

CAP. II.

QUia vero multam habemus formidinem, ne facile jusjurandum per magnum Deum detur, & hoc prævaricetur: propterea credimus oportere & hanc emendare [16] legem [17], quæ vult matres [18], dum suorum filiorum [19] curam gesturæ sunt, jusjurandum jurare, quod ad secundas nuptias non venient: & toties [20] scimus prævaricatam legem & jusjurandum perjurum datum, quoties pene datum est: ut peccatum apertissimum esset, quia hoc intulimus jusjurandum ad prævaricandum: non enim eo quod aliquæ [21] servaverunt jusjurandum, propterea oportet & eas quæ exhonorant eum, habere occasionem impietatis in Deum. Nam quod [22] raro fit (sicut etiam vetus sapientia docet) non observant legislatores: sed quod fit plerumque, & respiciunt & medentur. Propterea [23] igitur sancimus aliam quidem observationem quam in matribus observamus, valere secundum schema, & abrenuntiare [24] eas & Vellejano [25] SC. & omni [26] auxilio, & omnia agere, quæ prius decreta sunt: jusjurandum vero non [27] præberi, sed sufficere abrenunciationem solam Vellejani, & aliorum omnium: & de secundis nuptiis nullo [28] jurejurando de hoc dando: mox tamen ut secundas contraxerit nuptias, repente expelli [29] a tutela, & agi, quæ si eam jurare contigisset, perferret, semel in judicium mentita, & præponens propriæ confessioni & depositioni secundas concupiscentias.

EPILOGUS.

† Hæc igitur lex super pietate sit posita: ut enim non injurietur in aliquo honor in Deum, hæc a nobis sancita sunt: ut ex nunc valeant, tua celsitudine manifestam faciente hanc legem in provinciis omnibus. Hinc enim gloriosissimo præfecto hujus felicissimæ civitatis, cui hæc curæ sunt, de his transmisimus legem: ut providentia ejus, & viri clarissimi prætoris, cui hujus partis cura est in omni tempore servari, & ex nunc teneat: quatenus in omni pupillari substantia omnis cautela [30] fiat circa res minorum custodiæ, & præcipue, ut cum subtilitate descriptiones [31] fiant, præsente [32] quoque clarissimo scriba, cui de talibus cura commissa est, & aliis qui consuete [33] talibus interveniunt: subtiliter & fidejussionibus dandis & omnibus agendis, sicut nostris decernitur legibus, providentia clarissimi prætoris, cui hujus partis cura est: proponatque eam ipse in hac regia civitate, ut omnibus sit manifesta, & nullum lateant quæ a nobis sancita sunt. De hoc enim legem sicut oportet in provinciis servari, gloriosissimis præfectis sacrorum nostrorum prætoriorum destinavimus. Dat. 5. Idus Oct. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XIII. [34] APPIONE V. C. CONS.

CAP. VII.

DE [35] ADMINISTRATORIBUS [36].

NOVELLA CONSTIT. XCV.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli, ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

JAm quidem novimus positam legem volentem eos qui in cingulis fuerint, sive civilibus, sive militaribus, neque si removeantur ab administratione, discedere inde non posse, antequam dies quinquaginta [37] in metropolibus commorentur, publice apparentes, & convenire volentibus satisfacientes: ut nec per occasionem hinc evocationis, possint a provincia discedere: & vel si quid egerint tale, rursus eos ad provinciam destinari. Invenimus autem aliquos sic existentes audaces, ut etiam hac posita lege antequam discingerentur præsumerent derelinquere provincias, & ad hanc felicissimam civitatem venire timore a se gestorum, & ne justa perferrent horum quæ deliquerunt.

CAP. I.

SAncimus igitur nulli penitus licentiam esse cujuscunque provinciæ judici, & Orientalium, & Occidentalium, & ex utroque, eam relinquere antequam deponat cingulum: sed etiam postea (renovamus enim vetustatem) quinquaginta [38] commorari dies, publice apparentem in provincia in qua administravit: sed a quoque monumentorum conficere secundum quæ advenit provinciæ: ut sit palam sive fiduciam habeat in suis actibus, sive etiam non.

§. 1. Si quis autem administrationem administrans aliquam militarem, vel civilem, aut etiam remotus ab ea relinquat provinciam: administrans quidem adhuc eam dum relinquit citra nostram jussionem, ipse quidem majestatis [39] reus sit: in provinciam vero denuo destinatus, postquam accusantibus satisfecerit, tunc majestatis novissimas sustineat pœnas. Si vero deponens cingulum, deinde non moretur, tunc legitimis diebus publice cunctis semetipsum ostendens, & fugiat de provincia: quæ dudum a nobis de hoc sancita sunt, valere. §. 2. Illud autem omnibus prædicimus ut dum aliqui acceperint cingulum, tueantur illud: successores autem eis cinguli factos, solere non ultra terminos [40] mittere quæ vocantur interdicta [41], neque removere quidem præsides, ipsos autem aut morose iter agere: aut hic degere: aut [ad] aliquas alias prius ire provincias patriam visuros: & quæcunque fortuitis & blandientibus hominibus consueta sunt: sed velociter ad administrationem ire, cujus regimina susceperunt, ut non alii quidem removeantur, alii vero non sint, & provincia sine judice maneat: sed ante duos [42] solum dies quam ad provinciam accedant, in qua qui cingulum habet, est: mittere ad eum amicabilem

Turpill. appellatione circumscripta (non prosecuta) redit causa ad condemnationem, sensus est itaque; Præscriptionem biennii non nocere appellationi, si interim, dum de re transigenda cum adversario tractatur, vel componenda per arbitrum compromissarium, labatur biennium. Est igitur hæc Novell. exceptio *d. legis ult.* §. 4. *Cod. de temp. appell.* 1 Condemnatum. 2 Dicere. 3 Hesychio. 4 Hesychium. 5 Hinc sumpta est Auth. *Si tamen. C. de tempor. appell.* 6 Si quis appellaverit: & appellatione introducta arbitrum compromissarium elegerit cum adversario suo, non excluditur venire iterum ad appellatorium judicium, quamvis biennium fuerit transactum. Jul. *hic.*

7 An & aviæ? utique. quod enim constitutum est de matre, id trahitur ad aviam *l.* 2. §. 28. *D. ad SC. Tert.* 8 Et ita restringe *Nov.* 72. *c.* 1. 2. 3. 9 Si mater filiorum suorum tutelam suscipere maluerit, Jul. *const.* 87. De tutela matrum *Index Reg.* 10 *Nov.* 72. *c.* 1. 2. 3. & 4. 11 Dicta Novell. 72. quæ vetat creditorem minoris ejus tutelam gerere vel curare. 12 In quibuscunque casibus. 13 Mater, ipsa natura, liberos amat. 14 Liberi sine suspicione vivunt apud matrem: tollitur enim sinistra suspicio ob nimium amorem, qui matribus inesse præsumitur. 15 *l.* 2. *C. quando mulier tutel.* 16 Emendatur hic *d. lex* 2. ea scilicet parte, qua jusjurandum a matribus exigebat. *Gothofr.* Vid. in hanc Novell. Gudel. *de jure Noviss. lib.* 1. *c.* 17. Rittershus. *in exposit. Novell. part.* 8. *cas.* 2. & 3. Ans. 17 *d. l.* 2. 18 Et avias. *Authent. matri & aviæ. C. quando mulier.* 19 Liberorum. 20 Sensus est: Frustra exigi id juramentum, quod præstitum mox servari communiter non soleat. 21 Argumentum a quorundam hominum observantia recte non ducitur ad necessitatem & coactionem omnium. 22 Vid. *leg.* 64. *ff. de reg. jur.* 23 Hinc sumpta est Authentica, *Sacramentum. C. quando mulier tut.* 24 Matribus tutelam filiorum ambientibus suorum id est observandum, ut obligent res suas liberis, ut renuncient Velleiano, ut promittant in judicio, se non venturas ad secundas nuptias: ut inventarium ab eisdem fiat. *infr. hic.* Jul. *hic.* 25 Mulier renunciare Velleiani privilegio certis casibus potest. 26 Renunciationem omni legum auxilio observa. 27 Hoc abrogatur *Novell.* 118. *c.* 5. 28 Et ita derogatur *d. l.* 2. 29 Mater privatur tutela filiorum ob secundas nuptias ab ea contractas. 30 Satisdatione rem pupilli salvam fore. 31 Inventarium. 32 Inventarium privatim factum non valet, debet enim præsentibus publicis personis fieri, vid. *l.* 24. *C. de administ. tut.* 33 Solennitates sumendæ sunt ex consuetudine loci, in quo res & actus geritur. 34 Id est, anno 539.

35 De officio omnium magistratuum provincialium, & de 50. diebus, Jul. *const.* 88. De præsidibus & ut deposito magistratu 50. dies in provincia sua morentur, sive militarem sive civilem gesserunt administrationem, *Index Reginæ.* 36 Ἄρχοντας vocant Græci hoc loco: magistratus provinciales, Jul. *const.* 88. 37 Vid. *c.* 1.]. *hic. Nov.* 8. *cap.* 9. *l.* 1. *Cod. ut omnes judices.* 38 *In pr. supr. hic.* 39 Magistratus relinquens provinciam injussu principis, reus fit majestatis, *ut hic*, novissimas pœnas sustinet.]. *hic.* id est, ultimo supplicio punitur. Jul. *hic*: vide tamen *l.* 15. *ff. de offic. præsid.* 40 Id est, fines provinciæ. 41 Διατάγματα *Scring.* olim edicta ante adventum suum mittere præsides solebant, & ita abrogatur lex 4. §. 3. *ff. de offic. procons.* 42 De biduo vid. Cujac. 4. *de præscript.*

cabilem

cabilem epistolam volentem officium [1] destinari ad occursionem ejus: & usque tunc annonas accipere in cingulo existentem & gubernantem eum: & non ex codicillis cinguli judicare tempus, neque præceptis tuæ sedis: sed ex quo (sicuti dictum est) in provinciam ipsam accesserint, illius accipere reipublicæ emolumenta [2]: usque tunc eum qui in rebus extitit, ea percipere, & alium omnium nullum. Non enim possibile neque portabile est omnino, sine [3] judice relinqui provinciam, statuto quidem quasi aliquo ab eo qui a nobis ordinatus est, ut ejus impleat locum, homine forsan rerum non habente experimentum: illo vero, qui in ipsis operibus est, & discedente de provincia antequam adveniat tempus, & fraudando emolumentis quæ eum accipere oportet, donec deponat cingulum. Deponet autem id, dum successor accesserit in provinciam, ante duos solum dies quam provinciam ille ingrediatur.

EPILOGUS.

† Quæ omnia custodiri a sede tuæ celsitudinis in perpetuum volumus: & mox, ut cognoveris adstitisse eum provinciæ, ex illo transponere emolumenta in successorem: alioqui ministrare ea priori, secundum quod a nobis dispositum est, donec in provinciam successor veniens semetipsum subjectis ostendat. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. Kalend. Novembr. CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIV. [4] APPIONE V.C. CONS.

TIT. VIII.

DE EXECUTORIBUS [5], ET DE [6] IIS, QUI CONVENIUNTUR [7] ET RECONVENIUNTUR [8].

NOVELLA CONSTIT. XCVI.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

Quoniam calumniam odimus, & omnem tergiversationem aversamur, propterea hujusmodi actus egere legitimis medelis existimavimus. Didicimus enim quia quidam non habentes ullam obligationem, sed unam statuentes voluntatem [9] cum iis qui causas exequuntur, conveniunt quosdam: deinde libellos dirigunt, & dum damnum pertulerint fugientes, deserunt eos, & proficiscuntur, incurabile eis dantes dispendium: & hoc adhuc amplius in provinciis committitur, communione lucrorum ipsis convenientibus, & causarum executoribus proficiente.

CAP. I.

De [10] in jus vocando: vel ut actor caveat de contestanda lite intra duos menses.

Ne [11] igitur hæc jugiter committantur: sancimus non aliter actores libellos [12] dirigere [13] & damni occasionem præbere conventis, antequam cautionem exponant & in fugientem, & in negotii executorem, *quia intra duos menses omnibus modis litis contestationem facient apud judicem: aut si hoc non egerint, omne [14] damnum eveniens convento restituent duplum*, non transcendente cautione triginta & sex aureos.

CAP. II.

De his qui conveniuntur & reconveniuntur [15].

Illud quoque promereri competentem correctionem decet. Adiit nos quidam docens, quia in conventionem fecit obligatum sibi apud quendam gloriosissimorum nostrorum judicum: deinde qui factus est in conventione [16] tanquam & ipse actorem obligatum habens, eum apud alium traxit [17] judicem: & aliquid inopinabile fiebat: quia enim uterque, seorsum actoris obtinet officium [18], miserandum quidem & risibile inde veniebat: mox enim cum voluisset aliquis proprium movere litem; repente is, qui ex diverso convenerat, apud alium judicem trahebat eum, apud quem ipse sortitus fuerat judicem: & alterutros protrahentes, immortaliter permanserunt litigantes.

§. 1. Sancimus [19] igitur si quis obnoxium arbitratur habere [20] eum qui contra se conventionem exposuit, non apud alium judicem, sed apud eum mox a principio convenire: & eundem [21] esse judicem in utroque negotio. Si vero forsan displicuerit apud quem litem sortitus est judex, licet ei etiam hoc emendare, viginti [22] enim dierum inducias dantibus nobis post libelli transmissionem, postquam oportet litem contestari; licet intra prædictam suspensionem refutare quidem illum: alium vero mereri, apud quem iterum similiter utramque exerceri competit litem: & ejusmodi artes in nullo fieri, sed unumquemque proprio jure uti. Si itaque tacuerit, deinde postea voluerit causam apud alium judicem movere: necessitatem eum habere sustinere terminum ejus litis illatæ sibi ab eo qui eum in judicium traxit: & dum finem lis acceperit, tunc eum suam causam apud alium judicem proponere: ut ita tales eorum auferamus artes, & in alterutros calumnias.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. Kalend. Novembr. CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. August. Anno XIII. [23] APPIONE V.C. CONS.

TIT. IX.

DE ÆQUALITATE [24] DOTIS, ET PROPTER NUPTIAS DONATIONIS: ET AUGMENTO DOTIS, ET ANTE NUPTIAS DONATIONIS: ET DE PRIVILEGIO DOTIS, QUIA ALIIS PRÆPONETUR PRIVILEGIIS: (ET) UT EXCIPIANTUR HOC PRIVILEGIO CREDITORES IN EMPTIONE MILITIÆ: (ET) DE DOTE REMEANTE AD PATREM, ET RURSUS DATA PRO EADEM FILIA SECUNDO VIRO: ET DE DOTIS COLLATIONE, INOPE MARITO MORIENTE.

NOVELLA CONSTIT. XCVII.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

Quoniam plurimas in legibus quæstiones videmus & circa primas [25] nostras nativitates, (id est nuptias, & filiorum procreationes) motas, & circa novissima [26] quale est aliquid voluntatum & testamentorum: cogitatio facta est nobis nuper perscrutari & agnoscere, quid volens nobis antiqua lex super dotis instrumentis, mensuram quidem pactionum nuptialium inter alterutros æquam esse & masculos & fœminas vult, & æqualitatem pensat eorum, qui ad invicem copulantur: non alii quidem mediam forte dat stipulari partem, alteri vero tertiam, aut quartam: sed ex medio trahens, æquale utrinque exigit fieri pactum, aut mediam, dicimus, in utroque constituens, aut tertiam, aut quartam, aut quantamcunque contrahentes voluerint: hoc autem non multo prius quæsivit, ut & ipsorum quæ dantur, æque sint mensuræ: sed aliis quidem permisit in mille forsan, aut in duobus millibus aureis facere rationem, aut in quantuncunque voluerint: aliis autem non [in] tantum, sed in minus: ut æqualitas in verbis solis, & literis puris, sed non in rebus ipsis quæreretur.

CAP. I.

De exæquatione dotis & propter nuptias donationis.

Hoc [27] igitur ante alia universa corrigimus [28], æqualia [29] in dotibus esse & propter nuptias donationibus, & ea quæ offeruntur, & ea quæ in stipulationem deducuntur pacta, & tantam quidem quantitatem conscribere virum, quantam & mulierem: tantum quoque lucrum stipulari & ex tanta parte, ex quanta voluerit, æqualis tamen mensuræ. Non enim aliter justitiæ & æquitatis servabitur ratio, si *negotiative* [30] alterutros circumveniant [31], & videantur quidem æquas facere stipulationes, pro [32] vero autem inæqualis maneat effectus, non prius quantitate datorum eadem consistente. Irrideri videatur undique lex, si ille quidem conscribat duo millia aureos: mulier autem sex millia forte in dotem offerat: & stipulentur alterutros quartam conscriptæ in lucro percipere. proinde illo eveniente lucro, illa quidem nihil aliud lucrabitur, nisi quingentos aureos ex quarta: ille autem quingentos & mille ex eadem quarta: & tanquam in [33] ænigmate multo videbitur quarta unius alterius quarta minor: ex suspecta namque vel æqualitate, quanta inæqualitas ex hoc ipso procedit. Quæ igitur prius exposita sunt dotalia, secundum quem constituta sunt modum habeantur: quod enim factum [34] est, infectum manere impossibile est. De cætero autem, in omni datione sancimus [35] æquas quidem esse oblationes [36]: ipsos autem mediocria [37] lucra pacisci: ut per omnia justitiam æquitatemque honoremus. Si enim aliquis amplius alio dives est, licet ei per alium modum, legitimum tamen & agnitum nostris legibus, clementiam præbere alii: non per inæqualitatem [38] redigens ad æqualitatem, lucrum majus alteri acquirere: & hæc quidem de hoc lex ita quodammodo habeat, suam justitiam universis ostendens.

CAP. II.

De augmento dotis & donationis propter nuptias [39].

Aliud [40] quoque quod circa nuptiales oblationes fit, inspeximus atque consideravimus: dicimus autem de augmento. Quia enim & ab ante nos legislatoribus, & a nobis ipsis, de augmentis dictum [41] est: plurima autem a nobis & non facile numeranda, etiam in his super [42] antiquitate philosophata sunt, adinventas ab aliquibus circumscriptiones perimentes, & puram justitiam servari volentes, etiam illud corrigimus. Privilegium enim dedimus dotibus, ut contra [43] antiquiores hypothecas habeant honorabiliora [44] jura, utpote dum contrahentes cum viris eorum credant substantiis, & non mulierum: & quæ forte tunc neque competebant iis qui prius contraxerunt. Dedimus autem licentiam (hoc videlicet quod antiquitus) & augmenta facere permittentes & viro & mulieri, sive ambo voluerint, sive etiam horum alter celebrare augmentum. Primum quidem illud sancimus, ne [45] aliqua fiat circumscriptio: sive augere voluerit dotem aut propter nuptias donationem

1 Id est, officiales. Solebant enim in provinciis esse perpetui, vid. *l.* 34. *ff. de reb. cred.* & singulis præsidibus obtemperare, *l.* 59. *Cod. Theod. de appell.* 2 Id est, annonas. *l.* 11. *C. de annonis.* 3 Præsidi, antequam successor mittatur, decedere e provincia non licet, adde *l.* 15. *ff. de off. præsidis. l.* 10. *ff. de off. proconf. l. unic. ff. de off. præfect. Aug.* Dion. 39. 4 14. id est, anno 539.

5 Περὶ τῶν ἐκβιβαστῶν, Græci *hoc loco.* Ita quoque appellantur executores apud Harmenopulum 1. *tit.* 4. §. 55. & 7. *Eclog.* 4. *cap.* περὶ ἐκβιβαστῶν quibus adjunguntur ἐπάκται, compulsores 9. *Eclog.* 3. *cap.* 10. Goth. Vid. Rittershus. *part.* 9. *cap.* 11. 6 Et de mutuis petitionibus. *Index Reginæ:* quod proprie pertinet ad *cap.* 1. *j. hic.* de in jus vocando, Jul. *const.* 88. quod præcipue pertinet ad *c.* 1. *infr. hic.* 7 Hi ἀντικείμενοι. 8 Hi ἀνταιτιαθέντες. 9 Id est, sed colludentes cum executore. 10 Jul. *Constit.* 89. 11 Hinc sumpta est Authentica, *Libellum. Cod. de litis contestatione.* Goth. Non observantur hæc in praxi. vid. Bart. *ad d. auth. libellum.* & confer §. 6. *Institut. de satisdat.* potest etiam dici abrogata, *d. auth. per Nov.* 112. *cap.* 2. Quæ tamen canonizata est in *c.* 4. *vers. libellum q.* 3. *causa* 3. Ans. 12 Accusatores scil. Jul. *hic.* 13 Adversus reum. 14 *Nov.* 112. *c.* 2. 15 Et de mutuis petitionibus. adde *leg.* 1. *l.* 2. *ff. de quib. rebus ad eundem judicem eatur.* 16 Id est, deinde reus. 17 Et ita actorem reconvenit. 18 In diversis tamen judiciis. 19 Hinc sumpta est Authentica, *Et consequenter. Cod. de sent. & interlocution.* 20 Id est, reconvenire. 21 *Novell.* 123. *cap.* 25. *l.* 22. *ff. de judiciis*, *l.* 4. *Cod. de sent. & interlocutionibus.* 22 Vid. *Novell.* 53. *cap.* 3. §. 1. 23 Id est, anno 539.

24 De exæquatione dotis & propter nuptias donationis. Jul. *const.* 90. huc pertinet *cap.* 1. *infr. hic.* De jure dotis, *Index Reginæ*, adde *Novell. Leonis* 20. 25 Procreandi hominis modus, nuptiæ: dissolvendi, mors. *Novell.* 22. *cap.* 20. 26 Mors ultima linea rerum est. 27 Hinc sumpta est Authentica, *Æqualitas dotis. Cod. de pactis convent.* 28 *Lex* 9. *Cod. de pactis convent. Novell.* 22. *cap.* 20. *in princip. cap.* 23. 24. 25. 26. 29 Æqualis ut esse debet qualitas dotis & donationis propter nuptias: ita æqualis quoque esse debent pacta. 30 Ἐμπορικῶς, ut in commerciis solet fieri. 31 Circumscriptio, (modica tamen,) in contractibus permissa. v. *l.* 8. *in fin. C. de rescind. vendit.* hinc nimirum est animus omnium (ut Mimus quidam dicebat) ut velint vili emere, caro vendere. 32 Id est, re ipsa. 33 In ænigmate dicis causa. 34 Facta infecta esse non possunt, vid. *l. un. in princ. Cod. de raptu virg.* 35 Nota regulam. 36 Ἐπιδόσεις, hoc est, Doti mulieris par quantitate donatio propter nuptias esse debet. Quin & facta & stipulatio in dote & propter nuptias donatione, modo pari componi debent. Jul. *const.* 90. 37 Ἴσα, hoc est, æqualia. 38 Ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἀνισότητος ὑποδυομένης ἰσότητα, id est, sed per inæqualitatem, quæ occultet æqualitatem. 39 *Subaudi*, in fraudem creditorum non faciendo. 40 Hinc sumpta est Authentica, *Sed jam necesse*, & Authentica, *Nunc inhibetur. C. de donat. ante nupt.* 41 Vid. §. 1. *Institut. quibus alien. licet, vel non.* 42 Id est, olim philosophati sumus. 43 Dos præfertur antiquioribus hypothecis. vid. *l.* 12. *Cod. qui potior.* dixi ad *Nov.* 109. *c.* 1. 44 Potiera. 45 Dos quidem augeri potest matrimonio constante, non tamen in cre-

non [1] licere alii quidem facere, alii autem in prioribus manere: sed utrumque [2] celebrare omnino augmentum: & non in electione, sicuti prius, sed in necessitate causam consistere, omnino tamen quantitate æquali: hoc quod etiam nostri patris dicit constitutio [3]. Et ne contingat augmentum non ipsa fieri veritate, sed schematicum [4], & maxime in parte mulieris, & ne viri creditores circumscribat, privilegio utens: si [5] quidem habuerit uterque immobiles res, melius est in immobilibus fieri oblationem: [6] quatenus sit palam & indubitatum, quod quidem ab initio fuit, quod autem postea additum est. Si autem non utrinque immobiles res fuerint: mulierem omnino per immobiles res celebrare augmentum, ut & dos & augmentum similiter habeat adversus antiquiores creditores privilegium, undique indubitato augmento existente: vir autem in rebus immobilibus faciat augmentum: nulla enim hinc orietur læsio: si autem mulier immobilium habens rerum substantiam, in rebus mobilibus scribat augmentum: sciat privilegium non habituram, nisi in antiqua sola dote, non in figurato existente augmento. Quod enim ab initio factum est, in toto sine suspicione est: quod autem postea machinatum est contra creditores, hoc ipso introducit meditationem: & lædi homines ex dato a nobis dotibus privilegio, nullo volumus modo. Si vero non fuerit debitum contra virum ullum, neque suspicio contra creditores circumventionis, tunc & in pecuniis, & ut volunt, augmentum fiat ab eis: utrique tamen augmento sic faciendo, & æqualitatem habente, ut æquitatem servemus. Quæ enim erit circumventionis suspicio, viro obligato nulli existente, & præterea augmentis sine tergiversatione factis?

CAP. III.

De privilegio dotis, & creditorum ex causa militiæ emptæ.

HIs [7] consequens est & illud decernere, quod in casibus hujusmodi dubitatum est. Novimus & antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas præponere juniores [8] existentes, ex privilegiis a legibus datis: quale est quando aliquis propriis pecuniis procuraverit navem [9] comparare [10], aut fabricare [11], aut reparare [12], aut domum [13] forsan ædificare, aut etiam emi [14] agrum, aut aliquid horum: in his enim omnibus priores existunt posteriores creditores, quorum pecuniis empta [15] aut renovata res est, iis qui etiam multo antiquiores sunt. Quæsitum est igitur, si mulier prætendens privilegium super antiqua dote, & augmentum, in [16] quo etiam hoc servatur privilegium, (sicuti prædictum est) prioribus voluerit præponi creditoribus: veniat autem & alter creditor posterior [17] quidem, prætendens autem pecuniis suis emptam [18] aut reparatam navem, aut domum, aut agrum, aut competere, eum in his rebus quæ ejus pecuniis emptæ aut reparatæ sunt, habere prædictum privilegium: utrum [19] oporteat dotem etiam talibus præponi: in aliis quidem prævalere creditoribus, quicunque non talia prætendunt: his autem cedere, quoniam [20] ex eorum substantia res acquisita est. Plurimum igitur super his cogitantes, non invenimus mulierem juste existentem [21] cedere alicui tali privilegio. Videbamus enim (quæ causæ absurditas est) quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore advenit quæstus, & vivunt ex hoc quæstu: adversantibus autem, & quæ semetipsas atque substantiam ad virum introducunt, non solum nullus sit quæstus a viris male degentibus, sed etiam minuantur, & spes eis nulla sit. Volumus igitur secundum hoc, ut si quis domum renovasset [22] aut etiam agrum emisset, non possit talia privilegia mulieribus opponere. infirmitatem namque muliebris naturæ satis novimus, & quia facile circumventiones fiunt adversus eas, minui autem eis dotem nullo sinimus modo. sufficit enim quod a lucris cadunt, si priora antenuptiali donatione inveniantur, & sufficiens quoddam extet eis ex hoc damnum: non etiam eas volumus & circa ipsam dotem periculum sustinere.

CAP. IV.

Ut [23] excipiantur hoc privilegio creditores in emptione militiæ.

QUia vero & hujusmodi quædam aditiones nobis factæ sunt, eo quod quidam aliorum militant pecuniis, & oportet eos qui in has crediderunt causas [24] præponi: sancimus, si quis crediderit aurum occasione militiæ, sive statutum fieri, vel pro aliis quibusdam talibus causis: & expressim [25] hoc ipsum scribatur in instrumento: & in hoc fiat pactum, *ut casu proveniente, prior sit solus, qui ad hoc credidit:* [&] huic solo [26] casui cedere mulierem: neque facile credendum, neque per testes, sed negotio ex scripto gesto, & testium habente subscriptiones, & ipso opere procedente: tunc enim, si per omnem hujusmodi viam causa procedat, suspicionem non habeat, & competit contrahentes propriis non privari: aliis omnibus prævalere mulierem, secundum quod jam a nobis eis datum est privilegium.

CAP. V.

De dote remeante ad patrem, & rursus data pro eadem filia secundo viro [27].

QUia [28] vero jam legem scripsimus, ut patres semel offerentes dotem pro filia sub potestate, aut suæ quidem potestatis, reversionem autem in semetipsos facientes: quæsitum est apud aliquos, si competens est moriente genero, & remeante ad patrem dote, quæ ab eo data est, hanc patrem semel offerentem, posse ad secundas veniente nuptias filia, minuere, aut hoc non facere, cogitantem, quia semel alienata est ab ejus substantia: sed ipsa mensura ei nubenti rursus dare, tanquam si nec contigisset viduatam: hoc [29] enim nobis nunciatum est, quia triginta librarum auri quidam pater existens obtulit dotem: deinde filia viduata, & ad secundas veniente nuptias, non jam triginta libras ipse obtulit, sed quinque & decem solas: quoniam contigerat mulierem, lucratam mediam antenuptialis donationis partem, in quinque & decem auri libras existentem: & pater nequaquam de suo obtulit triginta auri libras, sed quinque quidem & decem ipse, quindecim vero ex lucro mulieris. Non justum igitur existimavimus hoc esse: sed similiter in divisione habere quidem eam præcipuum antenuptialis donationis lucrum, ex paternis autem quinque & decem percipere reliquas: tanquam studuerit pater lædere filiam. Quid enim egisset, si non contigisset secundis eam nuptiis copulari, sed manere eundem generum vivum? Aut quomodo futurus erat minuere dotem jam a se datam, aut proprium illius lucrum, suum facere, & in dotem secundi viri deducere? cum utique oporteret eam in paraphernis hæc habere, & forsan propter hanc causam ditiori nubere viro: non solum triginta librarum auri dominam factam, scilicet quindecim antenuptialis donationis, & quindecim a patre oblatis: sed quadraginta & quinque, lucrum quidem in paraphernis ei constitutum, fortuna ei datum: quod autem ex largitate paterna oblatum est, manente integro. Hæc autem sancimus, si & patris substantia manserit in ipsa figura in qua prius fuit. Sin autem fortuita quædam clades imminuerit ejus substantiam, ut neque volenti sit possibile æquæ mensuræ qua prius dare rursus dotem, & probetur a patre fortuita deminutio patris substantiæ: tunc non amplius cogi patrem dare secundo filiam jungentem nisi in quantum substantiæ virtus est: sed lucrum quidem prioris antenuptialis donationis habere integrum, tantam vero percipere a patre in secundo ordine dotem, quantum substantiæ ejus mensura susceperit. palam enim est, quia hoc lucrum quod ex antenuptiali dicimus donatione, (cujus solum ei usum damus) ex omni necessitate moriens restituet filiæ, proprietatis antenuptialis donationis dominæ omnibus modis factæ.

CAP. VI.

De [30] collatione dotis inope moriente marito.

ILlud [31] quoque sancire necessarium existimavimus, in plurimis videlicet & innumeris rebus quæsitum: obtulit enim pater dotem, aut forte mater pro filia sua. hanc autem illa obtulit marito: & defunctus est vir inops, deinde patre & matre mortuis, exigitur quæ nupsit, conferre suam dotem, aut minus [32] tanto accipere. Si [33] quidem vir idoneus est: causa undique absoluta est. Si vero nullius alterius domina consistit illa, nisi actionum quæ contra maritum sunt, at illæ minus idoneæ sunt: & objiciatur mulieri, quod jam data sit dos pro ea: illa vero actionem conferat, nullum habentem penitus effectum legis: causa nobis digna putata est. Et novimus quidem jam in plurimis judiciis duritiam postea sic judicatam, & mulierem coactam conferre dotem: aut certe reputare pro se datam, ex qua nullum ei omnino contigit effectum in ipsis rebus recipere. Nos autem ex aliis nostris legibus juvamus causam. Quia enim dedimus [34] mulieribus electionem etiam constante matrimonio, si male res maritus gubernet, & accipere eas, & gubernare, & secun-

ditorum fraudem. 1 Quando licet mulieri dotem suam augere, Jul. *n.* 342. 2 Et ita tollitur lex 19. *C. de donat. ante nupt.* 3 *l.* 19. *C. de donat. ante nupt.* 4 Id est, coloratum. 5 Si quo tempore maritus dotem auget, ære alieno non laborat, dotem potest augere: si laborat, dotem augere potest immobilibus datis, (est enim immobilium φανερὰ ὅσια; mobilium, ἀφανῆ) non mobilibus. 6 Incrementum. 7 Hinc sumpta est Authentica, *Quo jure, C. qui potior.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 5. *c.* 3. Ans. 8 Posteriores hypothecæ interdum prioribus præferuntur, *ut infr. hic. l.* 5. *l.* 6. *ff. qui potior.* 9 *Ut l.* 5. *l.* 6. *ff. qui potior. in pign.* 10 Creditor cujus pecunia navis, domos, ager emitur, anterioribus creditoribus præfertur. 11 Qui credit pecuniam, ut navis fabricetur, licet tempore posterior, in ea tamen navi priorem habet hypothecam. 12 Privilegium nota credentis ad reparationem navis. 13 Nota de privilegio credentis in ædificationem domus. 14 Nota de privilegio credentis in emptionem agri. 15 Nota de privilegio credentis in emptionem aut. renovationem rei. 16 Privilegium dotis ab initio constitutum, porrigitur ad augmentum dotis postea factum; licet privilegia stricti juris sint: quinimo porrigitur quoque cum jure prælationis, vid. Negusant. 2. *de pignor.* 4. *n.* 46. *& seq.* 17 Quid si prior? Antonius Mercator. 3. *not.* 14. negat, mulierem ei præferri, sed eo casu inter ejusmodi creditores & mulierem ordinem servari. 18 Qui pecuniam credidit in emptionem vel reparationem navis, domus, vel agri, prioribus creditoribus est potior, *ut hic*, si modo nominatim in eum casum vel finem pecunia numerata, & si in eas causas conversa est, vid. Mynsinger. 1. *obs.* 60. 19 Dos præfertur ei, qui credidit marito ad rem aliquam comparandam, vel renovandam, vel aliquid faciendum. adde Harm. 8. §. 27. 20 Quoties alicujus pecunia res empta est, is in ea privilegium ante priores creditores habet. 21 Justum non est, ut dos mulieris illis creditoribus cedat, quorum pecunia res empta est aut reparata, etiam si ex eorum substantia res marito adquisita est vel ab eo reparata: cum possit ita fraus fieri dotibus mulierum & ex consequentia dos minui. 22 Qui credidit pecuniam, ut domus renovaretur, *ut hic*, vel emeretur, *supr. hic.* ibi, *emi agrum aut aliquid horum:* & ibi, *emptam domum:* vel ædificaretur, *supr. hic.* ibi: *ædificare:* vel repararetur, *ibi, reparata sunt.* Item qui pecuniam credidit, ut navis compararetur, vel fabricaretur, vel repararetur, *§. eod.* armaretur, reficeretur, *l.* 5. *ff. qui potior.* Item qui pecuniam credidit, ut ager *supr. hic.* vel prædium emeretur, *l.* 7. *C. qui potior.* in ea re, & ad concurrentem quantitatem sui crediti, cæteris aliis creditoribus, licet anterioribus, expressam vel tacitam, generalem vel specialem hypothecam habentibus, præfertur. Si talis creditor anteriores excludit, multo magis & sequentes, minus enim habent privilegii sequentes, quam anteriores. Demus, post pecuniam ita creditam mulierem marito dotem afferre, num præferetur hujusmodi creditor mulieri? præferri quibusdam videtur, quia, singulari privilegio dos præfertur creditoribus anterioribus. Singulari, inquam, contra regulam generalem, Qui prior est tempore, prior est jure, *l.* 2. *Cod. & l.* 51. *ff. qui potiores.* Non tamen ita est hoc casu: ut hujus constitutionis sententia contrario sensu arguit, his ex verbis desumpta, *veniat autem & alter creditor posterior, supr. hic.* Quid si post dotem mulieri constitutam, in causas superiores sit creditum? mulier præferetur: ne alioquin marito dolo malo minuere dotem uxoris liceat. Quid si creditor post dotem mulieri constitutam pecuniam marito credidit, ut ipsi emeretur militia? Hic utique muliere potior fungitur jure, *infr. hic.* An mulier præferatur omnibus creditoribus anteriorem hypothecam etiam expressam habentibus, dicam ad Novellam 109. *cap.* 1. *& l.* 12. *Cod. qui potior.*
23 *Novell.* 53. *cap.* 5. §. 1. Goth. Adde *Novell.* 35. & Rittershus. *part.* 2. *cap.* 8. *& part.* 5. *cap.* 3. 4. 5. Ans. 24 Emendæ scilicet militiæ. 25 Id est, specialiter. *Nov.* 53. *c.* 5. *Nov.* 136. *c.* 3. *l.* 12. *C. de pign. l.* 7. *C. qui potior.* 26 *l.* 3. *C. de primipilo* & ita mulier, licet tempore prior, cedit ei, qui posterior tempore credidit ad emendæ militiæ casum & sibi specialiter (*ibi expressim*) jus pignoris & privilegii in eum stipulatus est, ibi, *ut prior sit solus:* instrumento in eum finem facto, *ibi, neque facile credendum neque per testes, sed negotio ex scripto gesto. infr. hic. Novell.* 136. *cap.* 3. non quidem leviter aut tumultuario, sed habente testium subscriptiones, *ibi, testium habente subscriptiones. infr. hic.* ut eo pacto nemo præferatur mulieri antiquiori, eo excepto, qui credidit militiæ emendæ causa, quique in eam jus hypothecæ stipulatus est, & instrumentum de ea re confecit, subscriptum a testibus, quod Galli possunt ad eum referre, qui emendi officii regii causa mutuum dedit.
27 Et ut dos eadem quantitate filiæ a patre constituatur secundo nubenti, quæ primis in nuptiis ei constituta fuerit, adde Scholiastem Harmen. 4. *tit.* 8. §. 50. *&* 51. 28 Hinc sumpta est Authentica, *Sed quamvis. C. de rei uxor. act.* 29 Hoc mandatur, ut eadem quantitas dotis, filiæ in secundis nuptiis a patre servetur, nisi pater probaverit fortuito quodam casu substantiam suam diminutam esse. Quid si 30. solidorum dos fuerit & filia 15. ex antenuptiali donatione lucrata fuerit, utræque summæ filiæ sunt relinquendæ, Julian. *hic num.* 345. sed eo casu filia lucrum in paraphernis habet, non in dote, vid. Cujac. *hic.* Quo jure superiora sic constituta sunt? quod dos mulieris sit patrimonium, licet in patris sui potestate sit, *l.* 3. §. 5. *in fin. ff. de minorib. l.* 16. *ff. de religiosis. l.* 14. *ff. ad leg. Falc. l.* 4. *ff. de collationibus.* 30 *Nov.* 18. *c.* 6. 31 Hinc sumpta est Authentica, *donationem. Cod. de jure dot.* & Authentica, *Quod locum. Cod. de collat.* 32 Ἡ παρὰ τοσοῦτον λαβεῖν. *infr. hic.* ἐν τῷ παρὰ τοσοῦτον τὴν συνεισφορὰν ποιεῖσθαι. hinc illud Gallis usitatum, *Rapporter ou moins prendre. l.* 5. *Cod. de collat.* adde 4. Harmenop. 9. §. 13. 33 Filia, quæ se rebus patris immiscet, conferre fratribus dotem debet, aut tantum de bonis paternis remittere, *l.* 5. *C. de collat.* Quid si filia dotem integram a suo marito recuperare non potuit, eo sc. non existente solvendo? ne dicas id tantum conferre, quod a marito potest consequi, ut jure veteri, *l.* 1. §. 6. *l.* 2. *ff. de dotis collat.* sed ita, si sui juris fuit, aut si, cum excessisset 25. annum in potestate posita, dotem amplam habuit, potuitque viro ad inopiam vergente, dotem repetere, nec repetiit, tunc enim integram dotem conferet, nec liberabitur, inanem actionem coheredibus suis conferendo. Si non ampla fuit dos, id est, si minor centum, liberabitur, *Novell.* 22. quod eo casu sine voluntate patris agere non poterat, utique si pater ejus dotem non petierit, liberabitur nudam actionem dotis conferendo. 34 *l.* 24. *ff. solut. l.* 29. *l.* 30. *in fin. C. de jure dot.*

dum

dum decentem modum, & sicuti nostra constitutio [1] dicit: si [2] quidem suæ potestatis, & perfectæ ætatis mulier est, sibimet [3] culpam inferat, cur mox viro inchoante male substantia uti non percepit, & non auxiliata est sibi: (sic enim habitura erat in collationis ratione proprias res undique, & sine deminutione, & in ea minus tanto collationem facere.) §. 1. Sin autem sub potestate est, & sine patris voluntate hoc agere non poterat, si quidem adiens patrem hoc dixit, & contestata est ut consentiret ei, & res percipere etiam constante adhuc matrimonio, & secundis temporibus eas servare, & hoc egit pater, etiam rursus hic integra habebit sua jura, rebus ei suis servatis: cum etiam antenuptialis donationis res vindicare etiam constante matrimonio dederimus ei, & posteriori periculo omni liberari. Sin autem illa quidem hæc contestata [4] est patrem, ille autem, neque movit, neque consensit, & neque dedit licentiam filiæ hoc agere, non eam periculum pati, sed & conferri nudam actionem contra inopis mariti res, & fortunam esse communem, & ipsi, & ejus fratribus: non tamen ex collatione damnificari: sed competentem ei partem dari ex paternis rebus: actionem illa quidem conferente: ab omnibus autem movendam fratribus, & hoc proficiendo universis ipsis, quod fortunæ eventus dederit. Sed si quidem pater in talibus casibus obtulerit dotem, & de ejus substantia sperari futura est collatio, hoc valere. Si vero major forte oblatio fuerit, & collatio circa illam vertitur spem [5] ex patris inobedientia neque movere volentis, neque permittentis ei movere: tunc etiam per semetipsam filiam movere, & non habere occasionem, eo quod non potuerit movere, & sibimet auxiliari, & futuræ læsionis ex inopia viri adimere metum. Et novimus Ulpianum [6] sapientissimum talia quæsisse: & inope viro comperto, juvisse mulierem, & in [7] quantum vir idoneus est collationem ei fieri voluisse. §. 2. Sed quoniam in multitudine legum existentium antequam eas constitueremus, & ad conspicuum perduceremus ordinem, plurima & necessaria ignorabantur: & decreta quæ contraria vellent, a judicibus posita sunt: ne ulla seductio circa hoc fiat, propterea necessarium putavimus, proinde etiam in medio nostræ positæ constitutionis [8], quæ etiam constantibus matrimoniis mulieri auxiliatur, ad meliorem & magis consequentem viam venientes præsentem ponere legem. Ut autem non per partes enumeremus personas, in quibus valere eam oportet, generali sermone decernimus. Quapropter in quibus est collationis ratio, in his & constitutionem valere, sive pater, sive avus, sive mater, sive avia, aut ascendentium aliqua sit persona.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo per programmata propria, manifesta facere universis solenniter procuret, & in perpetuum servare festinet. Dat. 15. Kal. Decemb. CP. DN. JUST. PP. Aug. Anno XIII [9]. ARIONE [10] V. C. CONS.

TIT. X.

NEQUE VIRUM QUOD EX DOTE EST, NEQUE MULIEREM EX SPONSALITIA LARGITATE LUCRUM PROPRIUM HABERE: SED SERVARE DOMINIUM [11] SUIS FILIIS, VEL SI AD SECUNDAS NUPTIAS NON VENIANT, USU SOLO IN LUCRO [12] CONSISTENTE: ET UT EX REPUDIO TRANSIGENTES NUPTIAS, LUCRANTES AUT DOTEM, AUT ANTE NUPTIAS DONATIONEM, ET IPSIS SIMILITER DOMINIUM SERVENT FILIIS: USUM HABENTE PERSONA COGENDA FILIOS ALERE. SI VERO BONA [13] GRATIA SOLVANTUR NUPTIÆ: ET VIDEANTUR OCCASIONE DAMNI DETINERI QUÆDAM: ET HAC ARTE PERIMENDA QUÆ DETINENTUR, ET FILIIS SERVENTUR.

NOVELLA CONSTIT. XCVIII.

Imper. Justin. August. Joanni gloriosiss. sacrorum Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

Ea quidem quæ semper idem se habent, legibus non egent variis, simplicitatem, & quod sine ullius diversitatis mixtura est, continue possidentia, & utentia legibus sempiternis ac sacris nulla correctione egentibus. Quod autem secundum nos est in redundationis comprehensum tumultu, *gubernativa* [14] indiget sapientia, ex legibus supervenientе negotiis. Unde quoniam nos neque ad judicia segnes, multis interpellantium causis, singulis quidem medemur: comprehendentes autem unamquamque quæstionem dubitatam a nobis & judicibus nostris, per legislationem quæ oporteat agi, generaliter in unaquaque quæstione exponimus. Itaque illud ante omnia visum quidem est forsan esse priscis legislatoribus non sine quadam divisione: nobis autem putatum est bene se habere temperata lege ad simplicitatem causam transponere, & nunc inchoante, & nihil perscrutante horum quæ prius terminata sunt: quoniam & nobis ipsis pridem non displicentibus de hoc ipso legibus, visa sunt meliora secunda. Nuptialibus namque lucris si quidem aliquis conjunctorum servaverit pudicitiam manentibus apud ipsos valide, & eorum substantiis infixis: si vero veniat ad alterius personæ conjunctionem ex prioribus nuptiis filiis servandis, simplici quadam & meliori lege duplicem hanc placuit interimere. Sic enim secundis mixta nuptiis mulier, aut etiam vir forte ad secundam respiciens conjugem: quæ ex morte lucrata sunt aut etiam ex repudio forte servat filiis, (cum utique forsan & alii erunt eis filii ex nuptiis sequentibus) quomodo justum est eos, qui in solis filiis legitimis moriuntur, non servare eis lucra ex mortuis eorum parentibus, sed aliis ea transmittere? Scilicet quid erit pretiosius filiis parentibus non ingratis?

CAP. I.

Ut proprietas dotis & propter nuptias donationis servetur filiis.

Propterea [15] igitur sancimus, si mulier moriatur, & eveniat lucrum fieri viro, dotem hanc omnino servare [16] filiis, sive ad secundas veniat nuptias, sive etiam non. Et ex diverso si mortuus fuerit vir, mulierem antenuptialis donationis lucra propriis filiis servare: usum quidem lucrorum ex nuptiis apud eos constitutum, proprietatem vero eorum filiis omnino servandam: his quæ super parentibus ad secundas venientibus nuptias sancita sunt, in suo ordine servandis: & hoc valere, matrimoniis quocunque modo solutis, ab hodierna die, & in omne quod sequitur: & his matrimoniis quæ jam soluta sunt quidem sive morte, sive quolibet alio modo, adhuc autem pendente, eo quod unus superstes sit. Nam si ambo defuncti sint, hoc heredibus non damus: sed tanquam semel terminatum, veteribus relinquimus legibus: illud certum est, quia dum semel fuerit filiorum, & proprietatem lex deferens eis præstiterit: tunc in successionibus & aliis accessionibus, ita & in his erit, sicut & in prioribus sancitum est filiis, qui propter secundas nuptias parentum, lucrum aliquod ex legibus sunt potiti.

CAP. II.

Ut repudio vel bona gratia soluto matrimonio, id [17] quod alterutri personæ cautum est, filio suo conservet, & de alendis liberis a parentibus.

Illud quoque ex quadam causa denunciatum nobis ad legislationem deducere existimavimus oportere. Quia enim transegerunt quidem inter alterutros & vir & uxor, filios autem qui eis erant ex matrimonio, despexerunt eos ambo, & circumibant mendicantes: propterea judicavimus vehementiori quidem forte, sed convertenti ad melius se habens, uti lege: ut timore scilicet pœnarum quiescant, aut lucrorum causa injustorum matrimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios. §. 1. Si enim omnino aut per transactionem, aut per modum alium separetur matrimonium: si quidem non sunt filii, maneant priora in suo ordine. Si vero filiis existentibus fiat hoc: & neque filios erubescentes, dent tamen occasionem spontaneam & transactionis, & per consensum factæ, aut etiam invitæ, forsan peccante viro, aut committente digna amissione antenuptialis donationis, aut muliere digna casu dotis: neque vir dotem lucretur, neque mulier antenuptialem donationem: sed repente casu procedente aut dotis aut antenuptialis donationis, proprietatis lucrum mox ad communes veniat filios, & eorum fiat: usu solo apud transigentes manente: cogendo tamen eo qui usum [18] lucretur, filios ex eo matrimonio & alere [19], & alia omnia ministrare eis secundum lucratæ substantiæ mensuram. §. 2. Novimus autem aliquid etiam tale factum, & quia *bona gratia* [20] viso dissolvi matrimonio, & recedere quidem antenuptialem donationem ad eum qui conscripsit, dotem vero ad eam quæ obtulit: tamen occasione quasi damni, & aliarum causarum, auri quantitas non mediocris utrique data est parti, ut non videretur hoc nuptiale lucrum, neque servaretur filiis secundum de hoc leges: sed extrinsecus accedens, quasi ex alia causa lucrum fieret ejus qui accipere hoc egit. Ideoque ex hac arte factam curantes læsionem, sancimus, ut vel si quid tale fiat, & adveniat alteri aliquod lucrum: & hoc similiter servari filiis: proprietate quidem mox veniente ad eos, usu vero solo apud lucrantem constituto. Sic abstinebunt omni vitio, sic omni desiderio irrationabili: sic nec inviti, nec sponte, suis nocebunt filiis: sed erunt temperati, maxime quidem circa suam castitatem: deinde etiam circa matrimonii affectum, quem competens est habere eos qui semel conjuncti sunt alterutris. Res enim est & castitate plena, & bonis moribus congrua, & paterno, maternoque affectu plena, ut quod eis parentes sponte non servant, hoc post Deum (qui est communis [21] omnibus pater, dicimus autem qui imperium habet) per legem iis, qui a parentibus læsi sunt, servet: ut hic quoque ea quæ de lucris & successionibus pridem disposita sunt, teneant: nihil enim eorum innovamus, præter illa sola quæ expressim in hac lege conscripsimus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. 15. Kal. Jan. *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIII. [22] JUST. V. C. CONS.

TIT. XI.

DE [23] REIS [24] PROMITTENDI.

NOVELLA CONSTIT. XCIX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

Novimus pridem ponentes legem [25] de electione mandatorum, & fidejussorum, & sponsorum, multas habentem & in commune utiles nostris subjectis legislationes. In præsenti vero & aliud nobis visum est egere quadam explanatione & incremento, non ex genere, neque usu imperfecto & inutili consistente.

1 *d. l. 29. l. 30. in fin.* 2 Hæc distinctio per hanc Novellam inventa est. 3 Negligentia admittenti nocet. 4 Contestatio moram purgat. 5 Non paternorum bonorum, sed collationis, vide *l. 1. §. 21. ff. de collat.* 6 In *l. 1. §. 6. ff. de collat.* 7 *d. §. 6.* 8 *d. l. 29. C. de jure dot.* 9 Id est, anno 539. 10 Appione.

11 Ut proprietas dotis vel antenuptialis donationis filiis communibus conservetur, mortua alterutra persona, Jul. *Constit.* 9. huc refer *cap.* 1. Goth. Adde *Novell.* 127. *cap.* 3. Rittershus. *part.* 5. *cap.* 14. Ans. 12 De lucris nuptialibus, *Index Reginæ.* 13 Huc refer *c.* 2. *J. hic.* 14 Quæ hæc κυβερνητικὴ σοφία? Jurisprudentia, quæ legibus consistit, ab Aristotele sic appellatur, a Jurisconsultis vero Vera sapientia. 15 Hinc sumpta est Authentica, *Uxore. C. de secundis nupt.* 16 Et ita habet usumfructum. olim jure proprietatis, quam & alienare poterat. & ita abrogatur *Novell.* 22. *cap.* 20. §. 1. *l. 5. in fin. l. 6. in fin. l. 8. in fin. Cod. de secund. nuptiis.* Hodie proprietatis jure virilem tantum habet. *Novell.* 127. *cap.* 3. 17 Id quod ab alterutra persona lucrata est, filiis suis conferat &c. vid. Jul. *constit.* 91. *num.* 348. 18 Ut qui usum lucri nuptialis lucratur divortio facto, liberos alat. Goth. Vid. Gudelin. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. Ans. 19 Parens, qui propter nuptias donationis usumfructum habet, liberos alere tenetur. *Novell.* 117. *c.* 7.

20 Si bona gratia matrimonium solvatur, & quasi transactionis nomine alterutra persona aliquid acceperit: nihilominus ejus proprietatem liberi habent: parens autem usumfructum. Goth. vid. Gudelin. *de Jure Novissimo lib.* 1. *cap.* 11. Ans. 21 Deus communis omnium pater. 22 Id est, anno 539.

23 Περὶ ἀλληλεγγυίων, Græci hic & 7. *Eclog. ex lib.* 26. *tit.* 2. *c.* 2. Sunt autem mutua vice fidejussores. Sic ἀλληλεγγυίως δανειζομένη μετά τινος γυνή. apud Harmenop. 3. *tit.* 6. §. 11. dicitur. quæ cum aliquo alio mutuum accipit, & vicissim pro eodem fidejubet. Eadem ratione in agris ἀλληλεγγύιον constitutione Basilii Porphyrogenetæ, *cap.* 2. cujus meminit quoque Cedrenus. Goth. Appendix hæc est *Novell.* 4. & est quinquennio posterior. *d. Novell.* 4. vid. Gœdd. *de contrah. stipulat. c.* 5. *num.* 160. & *cap.* 9. *num.* 131. & 133. Rittershus. *part.* 3. *cap.* 6. Ans. 24 De duobus reis, *Index Reginæ:* de duobus reis promittendi Julianus *const.* 92. dixi *L.* 45. *D.* 2. 25 *Novell.* 4.

CAP. I.

SI quis [1] enim alterna fidejussione obligatos sumat aliquos: si [2] quidem non adjecerit oportere & unum horum in solidum teneri: omnes ex æquo conventionem sustinere. Si vero aliquid etiam tale adjiciatur, servari quidem pactum: non [3] tamen mox ab initio unumquemque in solidum exigi: sed interim secundum partem qua unusquisque obligatus est: cedere autem eum & contra reliquos actionem, si & idonei sunt, & in eo loco, & si hoc ita se habere videatur: si quidem idonei [4] sint, & præsentes inveniantur, illos periclitari complere, (singulos in propria parte) quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino obligati sunt, & non commune debitum, proprium cujuspiam fieri onus. Si vero minus idonei se habere reliqui videantur, sive omnes, sive quidam: sive in partem, sive in solidum, sive absentes forte: in illud tenere, quod accipere ab aliis non potuit. Sic enim & illis servabitur pactionis modus, & nullum sustinebit damnum actor, licet aliquid inter se illi pepigerint ignorante isto qui habet eos obligatos: & unusquisque tenebitur in id quod ab initio scripserit, artibus aut dolis, aut transactionibus prævaricari quæ constituta sunt, non sinendus. §. 1. Sin autem in iisdem commorentur utrique aut omnes locis: sancimus negotii judicem deducere illos mox, & communiter examinare negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic enim & rei omnes obligabuntur: & substantiæ eorum qualitas examinabitur: & debitum similiter quidem secundum justitiæ, similiter autem secundum legum ordinem procedet. §. 2. Si autem non administrator sit causæ judex, sed alter aliquis, damus licentiam aut hic competenti judici interpellationem suscipienti, aut in provinciis, his denunciatis clarissimo præsidi, aut competenti judici cogere per suum officium & illos interesse liti, & partem ejus fieri: ut nullum impedimentum huic nostræ legi fiat. his omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis, & ab hujus legis dispositione: quod autem ante eam præteriit, positis pro his relinquimus legibus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuique contradere festinet. Dat. 15. Kal. Januar. CP. Dom. JUSTIN. PP. August. Anno XIII. ARIONE V. C. CONS.

1 Hinc sumpta est Authentica, *Hoc ita, Cod. de duobus reis.* 2 Duobus simul obligatis, si non fuerit adjectum, ut in solidum tenerentur, tacite intelliguntur teneri ex æquo, *l.* 11. *in fin. ff. h. t.* 3 Qui in solidum cum alio obligatus est, correo idoneo & præsente in solidum conveniri non potest: non idoneo vel absente conveniri potest, *leg.* 26. *l.* 28. *ff. de fidejuss. l.* 10. *Cod. de fidejuss.* §. 3. *Instit. de fidejuss.* & ita abrogatur lex 47. *in fin. ff. locati, l.* 2. 3. §. 1. *ff. de duob. reis, l.* 2. 3. *Cod. hic.* 4 Beneficium est epistolæ D. Adriani, quod hic extenditur ad correos principales, de quo vid. *l. ult. C. de constit. l.* 26. *ff. de fidejuss.* §. 4. *Instit. de fidejussor.* adde Paulum 1. *tit.* 20. *cap. unic.*

COLLATIO OCTAVA.

TIT. I.

DE [1] TEMPORE NON SOLUTÆ PECUNIÆ SUPER DOTE [2].

NOVELLA CONSTIT. C.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

OMnes pecuniæ non numeratæ replicationes [3] subjectas [4] in aliquibus casibus non [5] examinatas nostræ reliquerunt leges: sed prolixitatem earum & effusionem abbreviavimus, ne sua negligentia aut calliditate forsan negotiis [6] fruantur homines, & causas præbeant aliis: non enim sub æqualitate semper probationes erunt eas exhibere volentibus: multa quoque tempus refutat. Quapropter benefacientes abbreviavimus in quibusdam casibus pecuniæ non numeratæ querelas, quas licet ex iis quæ a nobis jam sancita sunt, colligere. Quia enim omne [7] tempus matrimonii dabatur viris, donec matrimonium constaret, queri de non data dote: interpositio quoque major facta est etiam post mortem virorum, ut & post repudium intra [8] annum daretur querela: ideo existimavimus brevi & compendiosa lege velocem facere & pecuniæ non numeratæ super dote querelam, & liberare a probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

CAP. I.

De [9] dote non numerata.

SI ergo annis duobus [10] solummodo habeat aliquis uxorem, aut etiam his temporibus minus, & non accipiat dotem: nihil ex taciturnitate vir lædatur: neque heredes viri, licet tacuerit ille, sed intra [11] annum alium querela moveatur. brevitas enim matrimonii ad hanc nos legislationem vocat. Si vero majus biennio tempus, minus autem decennio matrimonium protendatur: damus marito queri, & dicere non illatam sibi dotem aut in partem aut in solidum: & si hoc fecerit transmittere querelam, semel marito querente, & muliere quia dedit non probante. Si autem neque intra decennium [12] queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam; neque ei post decennium hoc agere sinemus, nec annum dantes ulterius heredibus ejus. sitque in hoc non nostra adversus aliquos pœna, sed libertatis subjectorum diligentia. Ubi enim licet in prolixo [13] sic tempore (decennii dicimus) proponere querelam: si tacere elegerit, palam est voluisse, vel si non accepit dotem, omnino eum, aut suos reddere heredes: his valentibus & si repudio solvi contingat matrimonium: in nullo discernentibus nobis, sive mulier tanquam dotem offerens conscribat, sive pater, sive alter quispiam pro ea: tempore in omni casu tali, sicuti prædiximus, extendente suos effectus, & dante vel perimente querelam. Contestationem [14] vero dicimus non in sermonibus solum: (sæpe enim indignationis, aut alterius incidens occasio, talia quædam virum præparat dicere: aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redempti hoc mentiuntur) sed oportet contestationem [15] in literis esse. Si autem etiam in judicio eam aliquis forte facere voluerit, oportet omnino innotescere mulieri, aut ei qui dotem omnino offerre conscripsit. nam nihil est quod prohibeat maritum in semetipsum hoc agere, & queri, & quasi partem quidem mulieris quod agitur, ignorare: providentiam vero sui etiam ponere nullo valere modo: & quia vel ab eo querela facta est, nescire.

CAP. II.

GEneraliter [16] igitur dicendum est, intra biennium quidem matrimonio soluto sive morte, sive repudio, & ipsi marito, de non numerata pecunia licere queri & heredi ejus intra alium annum. Si vero ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito damus querelam & heredi ejus intra menses tres [17]. Si vero transcurrerit decennium: tunc neque marito, neque heredibus ejus querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra ætatem [18] maritus sit, & non queratur: tantum ad in integrum restitutionem ei damus tempus, ut non transcendat duodecim annos a tempore nuptiarum. Novimus enim eos qui vehementer citius contrahunt nuptias, non [19] minus quindecim annorum ad hoc procedentes. qua de re transit quintum & vicesimum annum: & erit possibile intra vicesimum septimum annum queri de non numerata pecunia dotis: moriente quoque eo intra prædictum tempus, heredes habere annum ad querelam. §. 1. Si autem minores sint non querentis heredes, sive majoris, sive minoris: quinquennium habeant solummodo ad movendam querelam non numeratæ pecuniæ, sufficiente tempore, & non expectante exitum omnium minorum temporum: quod nos ad præsentem legem movit. muliere namque conjuncta quarto & decimo anno post vicesimum annum mortis patris, abutens minori ætate, movebat quidem contra matrem non numeratæ pecuniæ objiciens rationem post quartum & vicesimum nuptiarum annum, quod nos judicantes curavimus: & propter has circumstantias, & ætatem minorum in quinquennium in præsenti decernimus lege, illo videlicet non numeratam pecuniam objiciente, qui scriptus fuerit dotem suscepisse, & secundum sua tempora, sive perfectæ ætatis sit, sive minoris causa judicanda. Valente hac lege super iis quæ postea futuræ sunt nuptiis: super iis enim quæ constant, siquidem residuum est decennium aut non minus biennio, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod ei etiam post transmissionem dabit. Si vero aut minus ei biennio reliquum est tempus, aut etiam excessit totum decennii tempus: tunc ipsis quidem biennium damus ad querelam non numeratæ pecuniæ: eorum autem heredibus, & post solutionem matrimonii intra tres menses: ut per omnia eis justitiam servemus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo effectui & fini contradere festinet. Dat. 13. Kal. Jan. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIII. ARIONE V. C. CONS.

TIT. II.

DE DONATIONIBUS A CURIALIBUS [20] FACTIS, SIVE AB INTESTATO VEL TESTAMENTO, EORUM SUCCESSORIBUS.

NOVELLA CONSTIT. CI.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

BOnæ nobis sanctionis occasionem interpellatio quorundam curialium dedit. Et hanc legem facimus non ad quosdam curiales, sed ad omnes qui nobis obediunt: dicimus autem quantum quidem ad Orientem est, & quantum Occidens sol respicit, & quantum ex utrisque lateribus est. Quoniam enim solicitudo fuit eis qui ante nos fuerunt de curialibus & de collationibus in curias, quidam autem sunt qui trahuntur ad curiam, quidam vero liberantur, illud sancimus licentiam esse curialibus non solum ejusdem civitatis curiales heredes instituere, (hoc enim hactenus licitum fuit) sed etiam quosdam liberos a curia, si voluerint instituere heredes, hoc agere sub hac videlicet conditione ut offerat modis omnibus se heres, sive heredes conditioni curiæ defuncti, id est, ex qua ille progressus est, & curialis fit particeps functionis, & hereditatem nullo impediente percipiat. Scientes enim quia hæc res erit in præsenti correctio, quoniam nunc quidem adjicitur curiæ ex istis modis in pecunia utilitas, ex futura vero legislatione, & curialis, & substantia proficiet, & (florebit curia corporibus pluribus &) substantias habebit eorum.

1 *Nov.* 2. *cap.* 5. 2 De non numerata dote, *Index Reginæ.* de dote cauta vel adscripta, non numerata, Julian. *const.* 95. adde *L.* 5. *C.* 15. 3 Exceptiones. 4 Quæ proponebantur & allegabantur. 5 Lege, non *inexaminatas*, id est, non inexcussas. 6 Id est, minus negotiatione fruantur homines. 7 Hoc abrogatur ℐ. *hic cap.* 1. 8 Hoc etiam abrogatur ℐ. *hic.* 9 Περὶ ἀναργυρίας προικός. 23. *Eclog. ex lib.* 29. *tit.* 3. *c.* 1. §. 3. & 3. Harmenop. 5. §. 11. 10 Id est, si duobus annis durat matrimonium. 11 Si biennio tantum duravit matrimonium, exceptio non numeratæ dotis anno post finietur, *l. ult. Cod. de dot. caut.* si plus biennio, non plus tamen decennii tempore, tribus post mensibus ℐ. Si plus decennio, maritus nunquam queri potest de dote. 12 Decennio præscribitur omnis querela dotis non numeratæ, ut sit sensus: Potest vir defuncta uxore exigere sibi promissam dotem intra decennium duntaxat. 4. Harmenop. 9. §. 7. 13 Decennium prolixum tempus. 14 Querelam non numeratæ dotis contestandam esse non nuda denunciatione, sed literis: in judicium vocata muliere, vel eo, qui pro ea dotem capit. *l.* 14. §. 4. *C. de non num. pecun.* Contestatio perpetuat exceptionem & transfert onus probandi in actorem. *l.* 3. *C. de non num.* nisi ex chirographo, in quo sit adscripta debiti causa, agatur, *l.* 13. *Cod. de non num.* 15 Hinc sumpta est Authentica, *Si minor. C. de tempor. in integr. restitut.* & Authent. *Quod locum. C. de dote cauta & non num.* 16 Nota regulam. 17 De tribus mensibus vid. Cujac. *c.* 14. *de divers. temp.* 18 Id est, initio 25. annorum. Ætas enim id hic significat, & Græci, ἡ μὲν ἐν ἀφήλιξ. 19 Pubertas in nuptiis contrahentis finitur anno 14. in masculis: 12. in fœminis, non affecto, sed expleto, vid. *Novell. Leon.* 74.

20 Περὶ βουλευτῶν Græci *hoc loco.* De curialibus Julian. *const.* 93. de decurionibus, *Index*

CAP.

CAP. I.

PRopterea sancimus licentiam esse eis qui curiales sunt, dum testamenta [1] condent, uti heredibus sive curialibus ejusdem civitatis voluerint (hoc lege permittentes) sive quibusvis ex suo genere, sive extraneis: sive curiales fuerint, sive non, sive in portionem non minus novem unciarum, vel certe in integrum, dantibus se tamen curiæ & unitis ejus corpori & explentibus inculpabiliter functiones. Hoc valente circa ipsos filios & nepotes & residuos successores, non tamen secundum modum, secundum quem ante paululum constitutio promulgata circa eos, qui se curiæ offerunt, præceperat prolem eorum qui se obtulerunt ad conditionem non trahens, sed tanquam si ab initio fuissent constituti curiales, ita & ipsi cum propria prole curiæ uniti & albo & corpori. Neque [2] enim quicquam differt, aut eum qui est curialis ejusdem civitatis scribere heredem, aut eum qui mox erit.

CAP. II.

SEd & si quis consanguineus curialis existens, vel aliter ab eadem conditione liber ad successionem curialis defuncti fuerit vocatus tanquam ejus qui non [3] scripserit testamentum, voluerit autem & ille seipsum dare curiæ, licere ipsi hoc agere, & suam voluntatem in actis indicare intra [4] menses sex: & pariter curialem cum suis successoribus atque substantia pariter, & fieri heredem, nihil omnino ex eadem substantia expetendo occasione quartæ portionis seu novem unciarum, semel eo qui successerit in hereditatem aut curiali existente, aut mox extituro, & re ac substantia rursus ad curiam veniente. Sed & si quis donaverit res propriæ facultatis, aut multas, aut omnino non minus novem [5] unciarum vel curiali ejusdem civitatis existenti, vel alii cuidam, offerens tamen se & propriam substantiam atque prolem sive quæ est, sive quæ erit, & residuam successionem curiæ, cujus est qui donationem fecit, sancimus valere [6] factam sub hac conditione largitatem. omnimodo enim nobis studii dignum est videre, ut nullo modo substantiæ curialium alienentur a curia illius civitatis cujus sunt curiales.

CAP. III.

UT autem non ad collusionem hæc fieri videantur, & quidam domini effecti hereditatum curialium aut per donationes, aut per testamentum, (secundum quod prædiximus) aut ab intestato deferantur, & propter hanc oblationem, & rebus quidem frui velint, oblationem autem suam non faciant: Sancimus si quidem per donationem, hoc quod prædictum est, dederit, non prius traditionem fieri rerum, sed hoc manere apud donatorem, donec is qui donationem accepit, inter gesta [7] confecta apud judicem provinciæ, gratis & citra omnem dationem secundum prædictum modum, datus fuerit curiæ, & mox conscriptus albo 8, tunc enim etiam res ei dari volumus. Quod si donator tradiderit res, & necdum confessione facta quæ accipientem societ curiæ, etiam sic defendi quæ donata sunt curiæ, usque ad novem uncias, in quibus omnino vocari curiam censemus. §. 1. Quod si ex testamento, aut per vocationem [9] legis, qui non est curialis, ad successionem perveniat curialis, tunc mox a morte curialis concurrere curiam, & una cum defensore civitatis, præter [10] læsionem futuram rerum defuncti, descriptionem fieri rerum [11] præsente etiam eo qui ad hæc vocatur, & res tradi curiæ sub facto signaculo [12] tam defensoris quam [13] Deo amatoris episcopi, & dum prædicta actio gestorum facta fuerit apud judicem provinciæ, & data fuerit curiæ, secundum quod frequenter dictum est, cum substantia, & prole quæ est & quæ fuerit, tunc eum & res percipere & esse eum dominum secundum quod & prior ille curialis fuit, nihil ab eo differre visus. His gestis sine dubio apud judicem provinciæ habitis præter omne lucrum & dispendium. Neque enim ad illusionem vel ad dispendium curiæ, sed ad utilitatem hanc proferimus sanctionem, ut in perpetuum valeat, augens & corporibus & pecuniis curialium facultates, atque substantias. Si vero is qui ab intestato vocatur curialis heres, non tamen existens & ipse curialis, noluerit adire & se dare curiæ, curia quidem teneat novem uncias, tantummodo autem ipse dominus efficietur trium unciarum, quas ei dat & anterior lex vel si non fuerit curialis. Quod si plures fuerint ejusdem gradus qui vocantur ad curialis hereditatem, & quidam dederint se, quidam recusaverint, novem quidem uncias accipere eum vel eos qui se dederint curiæ, tres autem uncias residuos, qui ex lege vocantur, accipere heredes. Studium enim nobis est omnimodo novem uncias ad curiales ejusdem civitatis pervenire.

CAP. IV.

SIn autem defunctus fuerit quidam superstite filia, si nupta [14] quidem fuerit curiali ejusdem civitatis, dubium non est, quia præter calumniam habebit paternas res, aut in integro, aut omnimodo novem uncias, si forte ad alium quendam pater voluerit tres uncias pervenire: & si non ab initio existenti curiali nupta fuerit, accesserit autem quidam ad ejus nuptias, volens eam ad hoc accipere, ut sit curialis & dare se curiæ, & stabiles ei nuptiæ fuerint: etiam sic habere novem uncias sine calumnia, occasione bonæ circa curiam voluntatis: & qui curialis offertur rebus & gubernabit eas, propter quod & omnimodo mulieri dari eas volumus. Quod si plures fuerint filiæ, & quædam ex his nuptæ fuerint curialibus aut existentibus aut per oblationem factis, novem unciæ quidem inter eas dividendæ sunt: ad residuas autem tres unciæ quidem venient, illi autem qui uxores eas acceperint, usuri sunt rebus ipsis ad curiales causas, licet in dominio sint uxoris. propterea enim eis dedimus res patris, ut exinde conjuges earum impleant curiæ functiones. Quod si contigerit deficere eam quæ nupta fuerat illi, qui se curiæ tradidit, si quidem filios masculos de eo habuerit, apud filios erunt res, & ipsi erunt in curia, & nulla tergiversatione res indigebit. §. 1. Quod si fœminæ fuerint quæ natæ sunt, & si ipsæ quibusdam nuptæ fuerint, aut curialibus ejusdem civitatis, aut qui se ipsos dederint curiæ ejusdem civitatis, similiter & ipsæ eas habebunt sine ulla molestia, subjectas curiæ functionibus per proprios viros. Quod si non nuptæ fuerint, curialibus, aut qui sunt aut fuerint, tunc secundum datam olim divisionem, nuptæ quidem curialibus novem uncias habebunt, propter quas functiones curiæ compleantur, residuis autem sufficient [15] tres unciæ. Quod si neque masculi neque fœminæ eis erunt, quousque vir supererit, habeat earum usum, explens in eis curiæ functiones, & si quidem ad secundas venerit nuptias & filiorum fuerit effectus pater masculorum seu fœminarum, & has conjunxerit curialibus, rursus similiter curiæ servabuntur corpori: quod si mortuus fuerit aut ad secundas nuptias non venerit, aut filias non procreans, eas non sociaverit curialibus vel qui sunt vel qui fuerint, tunc recto ordine curia has res accipiet, neque enim unquam hanc partem curialium copiarum & functionum alienari concedimus: vel si ad plurimos redactum fuerit genus successionis, quatenus per omnes, hac linea descendentes, sive per masculos liberos curialium, sive per generos dantes se curiis, novem unciæ curiæ salvæ sint. Quam legem valere volumus in omni deinceps tempore, & in causis adhuc etiam nunc pendentibus, & quæ consecutæ non sunt judiciali sententia aut amicabili interventu absolutionem.

EPILOGUS.

† Quæ igitur visa nobis sunt, & hac sacra lege declarata, tua excellentia custodire festinet, maxime omnium utilitatis publicæ providentiam omnem faciens. Dat. Kalend. Aprilis, CP. DN. JUSTIN. PP. Aug. ARIONE V. C. CONS.

TIT. III.

DE [16] MODERATORE ARABIÆ [17].

NOVELLA CONSTIT. CII.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

CUm plerosque alios provinciarum magistratus ad meliorem jam formam traduximus, qui humiles abjectique prius existentes, neque ulli rei convenienter agendæ idonei, postquam in ampliorem constituimus ordinem, & valentiores per omnia facti sunt, & ita rerum administrationem capessere cœperunt, ut universa in melius commutarentur: tum vero a nobis etiam proconsules & prætores, & moderatores, & veterum horum nominum amplitudo inventa est, auctæque ipsis annonæ, & summa [18] potestas data, & ante omnia interdictum illis fuit, ne perniciem inferant subditis, & multis ad ipsos diripiendos utantur manibus, juramentis quoque rem munivimus omnium horrendissimis [19]: neque aliter eis officia tradimus, quam præstitis juramentis, ita codicillis magistratus digni sunt habiti. Convertimus igitur & ad Arabum regionem oculos, & requisita causa, quamobrem & publicum laboret inopia, quamquam regio florentissima [20] sit, & tam magnus nos interpellantium numerus iis locis excedat, & omnes lamententur, alii furta & rapinas, alii injurias, alii alia damna in querelam deferentes: occasionem & causam hujus mali ex imbecillitate & impotentia eorum qui magistratum ibi gerunt, provenire deprehendimus. Erat enim ita tenui potestate præditus is qui civili magistratu defungebatur, ut [21] ei qui præesset armis, servili propemodum more manciparetur, & in illius arbitrio hujus salus esset posita, aut ut ne esset quidem omnino hic magistratus. Inde adeo & longum tempus est, ex quo is desierit, & militaris ea quæ civilem magistratum concernunt, peragat. *Cum tamen neque sibi, neque ipsi per omnia sufficiat. In hoc enim est, non ut utilitatem aliquam subditis adferat, sed ut utrinque lucrum capiat.*

CAP. I.

HÆc nos ad suscipiendum præsens consilium excitarunt: & præsenti utentes lege, magistratum ad pulchriorem formam transponimus, benigneque & ipsi Moderatoris appellationem largimur, (id quod etiam in Ponto fecimus [22]) & spectabilium magistratuum jus concedimus, ut in nullo sit Duciano [23] inferior [24]. Sed & publicis [25] exactionibus cum summa vehementia adhærescito, adhærescito etiam privatorum utilitati, neque committito, ut vel spectabilis dux, vel tribunus, vel aliqua potentiorum domuum, vel etiam sacrum patrimonium, vel sacræ nostræ res privatæ, vel ipsa sacra nostra domus, qualecunque subditis nostris damnum irroget: neque facile succumbito, neque formidinem [26] contrahito: sed viriliter subditis præito, & ante omnia Deo pariter ac nobis, & legi puras conservato manus. Si quidem iisdem juramentis [27] & hunc submitti volumus, quibus & cæteros magistratus submisimus. Deinde cum codicillis percipito etiam Imperialia mandata: quæ tam ante nos legumlatores, quam vetus illa reipublicæ forma novit, & nos cum pene obsolevissent, denuo reparavimus, & in rempublicam reduximus: ut ea semper adhibeat veluti in colloquium, & jussiones nostras custodiat. Nam si

Reginæ. adde *Novell.* 89. *cap.* 3. & 4. 1 Curialis moriens dodrantem debet Curiæ, vel suis liberis curialibus, vel ultro se dantibus curiæ, qua de re dictum est *Novell.* 89. *cap.* 4.
2 Nihil interest utrum aliquis curiali seu civitatis propriam substantiam det, an ejusdem civitatis curiali futuro, Jul. *num.* 253. 3 Curiali intestato mortuo, is ei cognatus succedit, qui muneribus curiæ se obtulerit. 4 Vid. Jul. *const.* 93. *cap.* 353. *in fin.*
5 Jul. *ibid. in pr.* 6 Nihil enim interest, ut antea diximus, curiali suæ civitatis aliquis propriam substantiam dederit; an ejusdem civitatis curiali futuro, Jul. *ibid.*
7 Donatio a curiali facta non curiali requirit solennitatem scripturæ, Jul. *hic num.* 354.
8 Albo, τῷ λευκώματι. *Scrimg.* 9 Id est, ab intestato, vocantur enim hujusmodi heredes a lege, non a testatore, Jul. *hic num.* 355. 10 Inventarium sine fraude fieri oportet. 11 Id est, inventarium bonorum defuncti. 12 Fiscus, quoties ejus interest, rebus defuncti, facto bonorum ejus inventario, signaculum potest imponere.
13 Signa, id est, sigilla sua Episcopi, vel olim, Justiniani tempore habuerunt, fidemque rei gestæ fecerunt. 14 Vid. Julian. *hic num.* 356. 15 Legitimam liberorum statuto minui posse, hinc colligas, qua de re memini alias dixisse. Et breviter, quantitas legitimæ augeri vel minui potest, tolli non potest, nisi certis parentum criminibus, *l.* 5. *C. ad legem Juliam majestat.*
16 6, *Eclog.* 15. de officio moderatoris Arabiæ, Julian. *const.* 95. 17 Quam Trajanus obtemperare Regibus Romanis compulit, provinciæ nomine imposito, rectorisque adtributo. Ammian. 14. 18 Καὶ ἐξουσία δίδοται πᾶσα. 19 Φοβερωτάτοις.
20 Arabiæ locus. vid. Ammian. *lib.* 14. 21 Civiles magistratus regionum non ita sunt negligendi, ut eorum dignitas præ militaribus vilescat, & sint militarium veluti servi.
22 *supr. de moderatore Helenoponti. Novell.* 28. 23 Id est, duci militari, Jul. *hic.*
24 Ducianus dignitas magistratus civilis Arabiæ. 25 Objecta moderatoris Arabiæ.
26 Julianus ita refert, si justitiam secum habeat, non timeat neque ducem, neque *Phylarchum*, id est, Saracenorum ducem, neque potentium domus &c. *hæc ille.* Phylarchi ergo, Justiniano teste, Saracenorum duces seu optionum. Procopius 1. *de bello Persico*, ἄδως δὲ ἀλλ Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων ὃς δοὺξ καλεῖσθαι ὅτε Σαρακηνῶν Ῥωμαίων εὐσπόνδων ἡγούμενος οἱ Φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται, & post, καὶ αὐτὸν Βασιλεὺς Φύλαρχον τῶν ἐν Παλαιστίνῃ Σαρακηνῶν κατεστήσατο. Theodorus Anagnostes 2. Ἀλαμούνδαρε τοῦ Φυλάρχου Σαρακηνῶν. vid. Cujac. *ad d. l.* 7. *Cod. de exact. tribut.* Sextus Rufus Phylarchi Saracenorum in Osroënam cessere superati. Jornandes, in Osroëne, Saracenorum Phylarchi devicti Romanis se dediderunt. *Idem ad Novell.* 22. adde & illud ex Ammiano 24. Malechus Podosaces nomine, Phylarchus Saracenorum Assanitarum, famosi nominis latro. De Phylarchis Arabiæ & Emesenorum dixi 15. *Epistolarum familiarium Ciceronis* 1. adde Strabonem 16.
27 *Nov.* 8. *tit.* 3.

illas

illas sane secutus fuerit, non est causa, quamobrem non omnia illi præclare & ex animi sententia occurrant, & legum beneficio ad summam ipse in rebus gerendis facilitatem & justam facultatem perveniat.

CAP. II.

Principio igitur (ut diximus) studio sit illi publicorum tributorum exactio, devotis quidem humano paternoque se affectu exhibens, indevotis vero vehementem & severum. Deinde curam geret etiam reipublicæ, & ut recte in ea atque ordine omnia fiant, neve tumultibus & ne seditionibus dediti sint vel Bostreni [1], vel alii, & quæ a vetustate permissa sunt ad delectationem, ea convertant in furorem & cædes. Habebit item secundum mandata nostra dicto suo audientes milites (siquidem & hoc inde licebit desumere) neque ullam omnino rem negliget quæ commoditatem aliquam in se habeat. Quemadmodum enim in Ponto [2] cum Moderatore egimus, ita & ipsum per eadem ejus magistratus vestigia ingredi facimus. Eritque & ipse spectabilis, & consimiliter cum alia multa, tum etiam ea quæ appellationes concernunt, administrabit. Sed neque ad modum prioris duntaxat solatii resistemus. Volumus enim, ut ipse quidem per causam annonarum & reliqui solatii percipiat quindecim auri libras, adsessor vero ejus magistratus duas libras, & cohors ejus novem auri libras habeat. Et quamquam (ut diximus) ex Imperialibus mandatis jam etiam militibus præest: erit tamen nobis curæ, ut nonnullos illic stativa agentes militares numeros & ei subdamus qui in hos magistratum gerit, ut illi soli obediant, ejusque formulis ac præscriptis cedant & obtemperent. Non igitur communionem omnino habebit aliquam spectabilis Dux, neque cum militibus quos expresse huic assignabimus, neque cum pagano aliquo, neque cum illorum litibus, si quas inter se habent: neque si paganorum aliquis in jus producatur. Nullum denique habeat cum paganicis causis commercium: quandoquidem magnum [3] in medio intervallum est inter civilem & militarem administrationem: discernuntorque ea inter se, quemadmodum patres nostri in republica ista ordinarunt & instituerunt, scituro spectabili duce, quod si rebus se civilibus immittere ausit, neque militaria retinebit, sed & illis spoliatus privatum aget, & hujus magistratus imperio subditus erit.

CAP. III.

Atque hæc nobis item de magistratu regionis Arabicæ sancita sunto. Persuasum enim habemus voluntate Dei, quod ea res ad melius profectura sit. Ex quo enim neque pecuniis pepercimus, & annonas illi auximus, inde adeo certo scimus, quod & is qui hunc magistratum gerit, talem se circa vere publicorum tributorum exactiones præbere studebit, ut non damnum exinde, sed justum lucrum fisco adducat. Illud sane fieri obtinereque volumus, ut spectabilis dux inde annonas suas percipiat, unde provinciæ præses jusserit, cum manifestarium sit, non cum tanta eum ignavia his rebus admoturum animum, ut suas ipse annonas exigere nequeat: sciens, quod si quid hæc contra fecerit, quindecim librarum auri pœna multabitur. Dat. 6. Kal. Jun. CP. DN. BELIS. V. C. CONS. [4]

TIT. IV.
DE PROCONSULE PALÆSTINÆ [5].

NOVELLA CONSTIT. CIII.

Scripta Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætpriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

Jam quidem & alios gentium præsidatus majores reddidimus, qui prius humiles pariter erant, & ad aliquid fortiter agendum impotentes: & tam inter spectabiles ipsos constituimus, quam etiam annonas ipsis, adsessoribusque & cohorti auximus: & inter alia omnia, quæ benigne illis elargiti sumus, ut item de appellationibus cognoscerent, præbuimus, aliosque honore proconsulum exornavimus, alios (ut appellant) comitum, alios prætorum, alios denique moderatorum: & semper præclaro aliquo adinveniendo, novum veluti florem nostræ addimus reipublicæ. Venit autem nobis in mentem & metropolis [6] Cæsarea, quæ in prima Palæstina principatum tenet, quam præ cæteris majore etiam honore perfrui oportebat: propterea quod & quondam proconsul ipsam tenuit, & præfectus illi talis magistratus fuit, licet postea ab ampliore dignitate ad minorem transierit: nimirum cum una prius tota Palæstina esset, ea deinde in tres divisa partes, & neque proconsulatum retinente, sed ad magistratum hunc (ut appellant) ordinarium delata. Quanquam sane & vetusta urbs sit, & semper ampli nominis fuerit, tam cum Strato [7] primus eam in formam urbis redegit, qui mutatis sedibus excedens Græcia hujus conditor extitit: quam quum divæ memoriæ Vespasianus [8] celebratissimus ille Imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad summam gloriam vel solum potuit sufficere, ipsorum Cæsarum appellatione eam nominavit, cum antea *Stratonis* [9] *turris* vocaretur: hoc illi honore impenso, eo quod in ea post [10] Judaicas victorias inter Imperatores adscriptus esset. §. 1. Cernimus autem, quod & magnæ admirandæque regionis imperium habeat ea provincia, & quam maximam reipublicæ nostræ gratiam & sensum exhibeat, tam tributorum magnitudine, quam devotionis exuperantia, præbeatque ampli [11] nominis civitates, ac bonos cives enutriat, & omni doctrinarum genere refertos, neque non inter sacerdotes celebres, & (quod omnium maximum est) quia universi conditor Dominus noster Jesus Christus [12], verbum illud Dei, & totius humani generis salus, in ea [13] comparuerit, dignatusque sit assumere nostra.

CAP. I.

Hanc igitur quomodo non honore afficiemus, & provehamus ad formam proconsularem, concedamusque illi qui in ea defungitur magistratu, ut proconsul pariter sit & vocetur: id quod facimus per hanc pragmaticam formam. Appellari autem eam volumus & Cæsariensium [14] privilegium. Et qui eum magistratum gerit, proconsulem [15] efficimus: præbemusque ei, ut inter spectabiles adscribatur: & omnia habeat quæ ejusmodi magistratus sunt propria: audiat etiam provocatione suspensas lites usque ad decem auri libras, quæ ex utraque ad ipsum Palæstina devolvuntur: valeatque omnino talis existere, ut jussiones nostras præclarius & majoribus cum viribus queat ad effectum deducere. Utetur autem & veneranda illa atque antiqua Veneta [16], (de purpurea plane stola loquimur) in [17] sacris eam mensium festis induens, venustumque se præbeto tanto redimitus honore, & multis imperato militibus ac tantis: & quicquid denique vel publico, vel nostris utile est subjectis, facito. Cæterum per occasionem annonarum [18] præbemus illi viginti [19] libras auri, quas tam inter se, quam adsessorem simul & obtemperantem sibi cohortem dividat, quo ipse voluerit modo, per suggestionem nos de iis certiores reddens, ut sacra pragmatica forma eam divisionem corroboremus. Neque enim sustinuerimus videre, aut ut ipse adsessorque ejus sub pristina tenuitate annonas percipiant, aut ut cohortem ejus, quanquam circa tot tributorum illationes laborantem periclitantemque, omni destitutam auxilio non sublevemus, quo majore cum benevolentia, & illi appareant, & publica tributa exigant, & injustis rapinis abstineant.

CAP. II.

Insuper nullam omnino cum civilibus causis publicorumque tributorum profligationibus communionem habebit pro tempore spectabilis eorum locorum Dux: sed ipse omnes [20] publicas privatasque causas (prout dictum est) disceptabit, & maxime omnium providebit, ut publica tributa sine retardatione detrimentoque inferantur, & puris ipse utatur manibus. Qua quidem re diligenter observata, cum & spectabilis vir Stephanus, qui nunc primus in ea versatur, magnam laudem consecutus sit: prorsus in eam opinionem venimus, sumpta [21] videlicet ex antecedentibus conjectura, quod rursus hoc faciet. Maxime omnium vero curam geret, ut quæque suo ordine fiant in civitatibus, neque popularis aliquis tumultus excitetur in urbibus. Si quidem & hoc ejus, cum in magistratu esset, proprium fuit: qui cum provinciam tum ex aliis occasionibus, tum vero maxime ex diversitate [22] religionum seditionibus laborantem suscepisset: evidenter pacatam eam reddidit, & omni motu ac turba liberavit: quod sane nunc illi quoque, ut faciat, injungimus. Et si quando res ita ferat, ut etiam in secundam [23] Palæstinam excurrat, & ibi tumultus sedet, neque committat ut incommode aliquid in illa geratur, & præsertim in illa: quandoquidem & multos illic tumultus existere cernimus, neque leves horum eventus.

CAP. III.

Quod si etiam militibus indigeat, qui in provincia stationes habent: adjungimus & hos illi ex quo militarium numerorum strenuitatem compertam habemus, tam in tuenda dignitate urbium, quam conservanda moderatione in iis qui ruri habitant, & exigendis tributis publicis. Sacra pragmatica forma, quæ ad eam illi rem prius data est, nunc quoque rata manente, quæ non vult, ut vel spectabilis dux, vel gloriosissimus magister militum licentiam habeat, militum præsidia quæ apud illum constituta sunt, ab illo abstrahendi, ne quis exinde in civitatibus oriatur motus ac turba: id quod nunquam eventurum est, si ille & civilem magistratum gubernet, & inter publicorum tributorum collatores rectæ disciplinæ providentiam accommodet, tam in auxilium paratos habens milites, quam si quid indecore vel ab ipsis, vel ab aliis per ipsos geratur, corripiens. §. 1. Eruntque omnino inter se distincti [24] officiis spectabilis locorum Dux, & is qui proconsularem gerit magistratum. Nam ille quidem militibus, & limitaneis, & fœderatis, & quicquid omnino in provincia armatæ militiæ adscriptum est, præibit, exceptis his militibus qui proconsuli deputati sunt: hic vero tam pro civilibus personis, quam rebus, & præsidiis militum illi adhærentibus providentiam adhibebit & custodiam. Certe publicorum [25] tributorum nomine, aut per causam motæ in populo seditionis nemo prorsus a spectabilis proconsulis jurisdictione eximetur. Sed omnibus imperabit, omnibus præcipiet, neque quisquam ejus resistet formulis ac dispositionibus, aut ullum habebit prætextum vel defraudandi publicum, vel civibus inferendæ injuriæ, publicæ seditionis auctor factus: aut etiam utetur vel cinguli, vel dignitatis, vel sacerdotii, vel cujuslibet alterius causæ prærogativa: sed eo solo seipsum noxa liberabit & supplicio, si nullam noxam contrahat. §. 2. Hæc igitur (ut diximus) & huic magistratui concedimus, & conservare perpetuo per hanc sacram pragmaticam legem volumus. Sed & ut excellentia tua perpetuo ipsam conservet, & eo modo particularibus thronorum tuorum dispositionibus ac formulis adscribat, sancimus: neque non ut omnes Palæstini, qui in sequenti futuri sunt tempore, cognoscant, quod denuo proconsulare ipsis jus restitutum sit, summusque in prima [26] Palæstina magistratus Proconsul rursum sit, ut olim qui liberatus pristino fastu, nunc in honore quam qui civitati debeatur, futurus sit majore, & priore liberata supercilio, in majore nunc honore erit, nempe civitati debito.

---

1 Bostra civitas Arabiæ, de qua alias dixi. Ammianus 14. præcipuas Arabiæ civitates facit Bostram, Gezazam atque Philadelphiam. 2 Seu Helenoponto. 3 Magnum intervallum est inter civilem & militarem administrationem. 4 Id est, anno 535.
5 6. *Eclog.* 16. de off. proconf. Palæstinæ, Jul. *const.* 96. quam Pompejus Judæis domitis & Hierosolymis captis in provinciæ speciem rectori delata jurisdictione firmavit. Ammian. 14. Ea olim terra Chanaan Scripturis cognita. 6 Cæsarea, metropolis Palæstinæ, primæ, colonia Vespasiani, *l.* 1. §. 6. *l. ult.* §. 7. *ff. de censibus.* a qua Cæsariensis advocatio, *l. ult. Cod. de pact.* id est Palatina. *l. pen. Cod. de fidejuss.* Cæsarienses quondam supra 20000. Judæorum apud se habitantium una die trucidarunt. 2. Joseph. 19. 7 Strato fundator Cæsareæ. 8 Id tamen communiter ab omnibus historicis tribuitur Herodi, regi Judææ, qui in honorem Augusti Cæsaream nuncupavit, Ammian. *lib.* 14. Joseph. 19. *Antiquit.* 7. 9 Turris Stratonis, Cæsarea: *Ptolomæus.* Hieronymus refert, vocatam etiam fuisse Acaron. 10 Vid. Ammianum *d. loco.* 11 Et quasi ad perpendiculum æmulas, ita ut nulla alii cedat. Præter Cæsaream autem enumerat Eleutheropolim, Nicopolim, Ascalonem, Gazam. Ammianus *d. loco.* 12 Ejusque Apostoli, & quidem Cæsareæ fit mentio *Act.* 8. 9. 11. 18. 21. 13 Id est, Palæstina, quæ terra Chanaan, *ut dixi*, eam occuparunt Israëlitæ, annis 1399. ante Christi adventum: ante Titi tempora 1469. In eadem Palæstina fuit Judæa, cujus metropolis Hierosolymæ: fuerunt etiam Galilæa, Samaria, præsentia Christi illustratæ. 14 Cæsariensium privilegium, id est, forma pragmatica ad Cæsarienses. 15 Proconsul Palæstinæ. 16 Ἀρχάιᾳ τηβέννῳ. *Scr.* induatur tebennum. Iul. *hic.* τήβεννος (cujus fit etiam mentio a Plutarcho) est trabea Romuli, Polluci & Themistio τήμενος, cujus inventor Timenus Arcas. Stola proconsularis. *Novell.* 31. Eunapius τὴν περὶ πόρφυρον ἐσθῆτα τήβεννον Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Dionysius Halicarnass. 6. τηβέννας τὰς καλουμένας πλαβίας. Polyb. 10. λαμπρὰν τηβένναν, λαμπρὰν ἐσθῆτα. v. Cuj. *hic.* 17 Ἐν ταῖς ἱερομηνίαις. Hesychio, ἱερομηνία est ἑορτάσιμος ἡμέρα: Eidem ἱερὰ, ἑορτὴ κατὰ μῆνα. Glossis ἱερομηνία sacri mensis. 18 Annonæ proconsularis Palæstinæ. 19 Id est, 712. aureos. 20 Objecta Proconsulis Palæstinæ. 21 Præsumitur diligens in aliqua re futurus, qui semel in ea diligens fuerit.
22 Regiones seditionibus obnoxiæ propter diversitatem religionum, adde *Novell.* 17. *c.* 11. *Edictum* 2. *Justin.* 1. 23 *Nov.* 8. *c.* 15. §. 7. 24 Dux militum Palæstinæ distinctus a proconsule Palæstinæ. 25 Duo solent præcipue commendari præsidibus provinciarum, quies regionis *cap.* 2. & tributorum exactio, *ut hic.* 26 Palæstinæ duæ, Prima & secunda, *Nov.* 8. *c.* 14. §. 6. & 7. quin & tertia *d. Nov.* 8. *c.* 14. §. 38.

EPILOGUS.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

Novellæ 104. (*quæ Latina fuit*) *epitome partim ex Haloandro, partim ex Juliano.*

TIT. V.

DE PRÆTORE [1] SICILIÆ.

NOVELLA CONSTIT. CIV.

HAbeto Sicilia Prætorem, qui & res civiles tractet, & curam gerat militaris impensæ. §. 2. Publica tributa Siciliæ non pertinent ad solicitudinem prætoris, sed censentur sub comite patrimonii Italiæ [2].

§. 3. Provocationes a Sicilia in hanc civitatem venientes apud excellentissimum Quæstorem ventilentur. Et si defensorum civitatis vel patrum [3] creandorum decreta opus sit celebrari, apud eundem illustrissimum virum celebrentur.

TIT. VI.

DE CONSULIBUS [4].

NOVELLA CONSTIT. CV.

Idem Augustus Strategio Comiti sacrarum largitionum, exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

COnsulatus nomen [5] & causa [6] priscis [7] quidem Romanis adversus [8] hostium adinventum est utilitatem: & in decretis quæ eis ordinatio communis dabat reipublicæ figura, sortiebantur repente provincias, in quibus Romani bellum habebant: & secundum has sortiebantur fasces [9], sequens [10] vero tempus in [11] imperatorum piissimorum transponens bellandi & [12] pacificandi potestatem, ad largitatem solam causam consulibus mutavit, & hanc temperatam & ordinatam, mensuramque non excedentem, paulatim vero quidam ita sumptuose causam aggressi sunt, ut suam quidem ederent magnanimitatem, non tamen cogitarent, quia exemplum aliud non haberent, non enim ad plurimos venit substantiæ magnitudo, transcendens etiam magnificentiam animæ, non mensura rei, sed propria magnitudine proveniens. Quia igitur videmus periclitari consulum nomen, quod ex temporibus ita prolixis, & ad millesimum prope annum veniens, cum Romanorum republica pullulavit: propterea credimus oportere causam comprehendere, & immensitatem ejus recidentes, ad beneplacitas consulares statuere expensas, quatenus continua sit Romanis, omnibus autem bonis viris existat accessibilis quoscunque hujusmodi nos dignos esse honore decreverimus. Cuncta siquidem perscrutantes, perspeximus quantum esse conveniat quod datur. A Marciano [13] itaque imperatore eximio scripta lex est, quæ volebat *non spargere pecunias consules*, & ipsa ejus constitutionum prima fuit. Igitur & post prædictam constitutionem, quoniam invenimus quod quidam hanc sequentes, nihil spargere populo passi sunt, alii autem & ultra legem agere hæc petentes: & promerentes quæ petiverunt, deinde ad sui animi respicientes mensuram, circa aspersionem largitatem ultra terminum celebraverunt: quidam vero medium [14] bene eligentes mediocribus pro plurimis contenti fuerunt: quoniam etiam nos præcedentibus, quod [15] medium est, optimum visum est esse, tanquam ex utroque summis periclitantibus, mox ad immensitatem procedere: propterea existimavimus & nos de hoc definire quod decet: ut nihil nec immensum nec inordinatum sit, neque nostrorum temporum indignum.

CAP. I.

De septem processionibus consulum.

QUantumcunque ergo competens est dari ab eo qui a [16] nobis eligitur per annum [17] consul, occasione sportularum omnium, & distributionum & expensarum: hæc omnia competenti scriptione huic nostræ interponi sacræ jussimus legi. In legis enim hoc ponimus schemate, ut transcendenti etiam pœna quædam inferatur competens. Processiones [18] autem eorum esse volumus septem. Si enim ad hoc adinventum est, ut spectacula ad [19] animi voluptatem [20] agantur populo, hæc autem a nobis determinantur in Circensibus [21], & bestiarum [22] spectaculis, & thymeles [23] delectatione, nullo horum noster privabitur populus: sed erit quidem ei processus primus [24] quo suscipiet consulatum, & hujus possidebit codicillos, Kalendis [25] Januariis. Post [26] illum vero secundum aget spectaculum certantium equorum, (quam mappam [27] vocant.) Et tertium [28] qui theatroquinegium [29] dicitur, non bis, sed semel exhibendum, & post [30] illud, quod dicitur totius [31] diei, multa delectatione implebit populum: hoc quod vocatur Græce παγκράτιον [32], & cum bestiis pugnantes homines, & vincentes audacia, insuper & interemptæ bestiæ. Quintum [33] quoque faciet processum, qui ad theatrum ducit, quem [34] adorna vocant: ubi in scena ridiculorum [35] est locus, tragœdis & thymelicis choris, & spectaculis universis, & audibilibus [36] apertum est theatrum. Rursus [37] quidem spectaculum equorum certantium edit, seu quæ vocatur [38] hippomachia [39]. Sextum agens hunc conventum. Ex [40] hoc deponit annalem hunc honorem, in depositione agens solemnem editionem [41]. Et ita septem noctium [42] & processuum complebitur cursus: nullam specierum antiquitus statutarum derelinquens. Unam si quidem aliam adinvenire mappam [43], duoque continuare, quæ vocantur theatroquinegia [44], & non priorum horum contentos esse: palam est, quia nihil novi ultra id quod prius agitur, habet. Sufficere itaque rite causa putabitur: & singulæ dantur clare & non in tantum, ut jam populo etiam odibile sit: in iis enim quæ raro [45] fiunt, miraculum est. Hæc itaque de consularibus a nobis scripta & determinata sunt expensis.

CAP. II.

De uxore & matre Consulis.

SI autem etiam uxorem consul habeat: definita est a nobis & circa illam expensarum mensura [46], decet enim frui [47] eas & conjugis claritate. Si vero non copulatus est uxori, his satis est, nisi mater ejus constat jam consulatu digna & prius honorata, & velit eam una frui secum schemate, & hoc in sola [48] matre præbemus: alia vero non decorabitur mulier penitus, præter conjugem [49] & matrem, & istæ quidem omnibus modis: quoniam uxores [50] coruscant radiis maritorum, hoc lege dante: matres vero, si consul hoc voluerit, nam neque filia, neque soror forte neque uxor filii: & multo magis si nec pertinens ad genus sit: hoc enim pure illicitum existebat. §. 1. Quid autem oporteat spargere [51] in septem his processionibus populo consulem, melius nos designavimus: quam sicut Marciani divæ memoriæ constitutio [52] dicit. Illa quidem abnegavit omnino munificentiam: nos autem corrigimus eam causam, voluntate ejus, qui consulatus habet honorem, disponentes, sive enim nihil voluerit, spargere, non cogimus: sive rursus venire ad hoc voluerit, & ex argento muneribus honorare populum, nec hoc interdicimus, non tamen aurum spargere sinimus, non minoris alicujus, non majoris omnino, non medii characteris aut ponderis: sed argentum, sicut prædiximus. Soli [53] enim

1 6. *Eclog.* 12. De officio quæstoris, Jul. *constit.* 97. adde *Nov.* 75. *supr. hic.* quæ est de appellationibus Siciliæ. 2 Comes patrimonii Italiæ, Comes largitionum Italicarum. 3 Jul. *hic.* vid. *Novell.* 75. alii legunt, primorum. 4 *L.* 2. *Cod.* 3. Jul. *const.* 98. adde *Nov. Leon.* 94. Goth. Intellectum hujus Novell. vid. apud Joann. Zang. *de Except. part*, 2. *c.* 1. *n.* 166. Ans. 5 Consul a consulendo dictus. Hinc illud, Consul fiat, qui recte consulet. 6 Ob tyrannidem Tarquinii. 7 Sed tamen post reges exactos, *l.* 2. §. *exactis* 16. *ff. de orig. jur.* Liv. 1. *& alii.* ut mirum mihi videatur, quod Harm. *lib.* 1. *tit.* 1. §. 1. scripserit, Romæ initio non fuisse dominationem regiam, sed per consules, eosque binos & annuos Rempubl. fuisse administratam, verum, ut opinor, satis illo loco ostendi, Harmenopulum in historia lapsum vel corruptum esse. 8 Id ita ne intelligas, quasi consules tantum electi fuerint, cum bellum futurum esset: ne rursus intelligas, bella solis a consulibus gesta. Nam eo fine plerunque dictator creabatur, *l.* 2. §. 18. *ff. de origine jur.* §. 6. *Inst. de jure naturali. l.* 1. §. 7. *C. de veteri jure.* sed quod consularis potestas adversus tyrannidem Regum sit inventa, & videtur Justinianus *hostium* vocabulo, Reges tyrannos intelligere. De consulum potestate, vid. *l.* 2. §. 16. *ff. de origine juris.* Cic. 3. *de legib.* 9 Duodecim. Halicarn. 4. 10 Lex Regia, quæ principi & in principem jus omne suum transtulit, *l.* 1. *ff. de constit. princip.* 11 *Nov.* 47. *l.* 2. §. 11. *ff. de orig. jur.* Ammian. *lib.* 14. 12 Princeps jus belli & pacis habet. 13 *l.* 2. *C. de consulibus & non spargend. ab his pecun.* 14 Virtus est, medium vitiorum utrinque reductum, Horat. 1. *Epist.* 18. 15 Εν μεσότητι τὸ βέλτιςον, In mediocritate optimum consistit. 16 Consules olim eligebantur a populo, postea ab Imperatore. Ausonius *in Gratiarum actione.* Nunc autem, quod diei hujus proprium, de consulatu gratias agam, *& post*, obnoxiam tibi uni sinas fieri mei consulatus dignitatem, quem omnibus prætulisti. Quod quidem & ipse sibi invenit gradus, cum clarissimo viro collega meo honore conjunctus, nuncupatione prælatus Consul ego, imperator Auguste, muneri tuo, non passus septa, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos: qui non prensaverim manus, nec consultantium (sic enim lege, non *cum salutantium*) confusus occursu, aut sua amicis nomina non reddiderim, aut aliena non imposuerim: qui tribus non circumivi, centurias non advocavi, vocatis classibus non intremui, nihil cum sequestre deposui, cum diribitore nihil pepigi. Romanus populus, Martius campus, equester ordo, rostra, ovilia, Senatus, Curia, unus mihi omnia Gratianus, *& post*, Fecisti autem & facies alios quoque consules, piissime Gratiane, sed non ex causa pari. 17 Consulatus erat olim magistratus annuus, qui, ni decem interfuerint anni, nemini deferebatur: Cicero 3. *de legib.* Eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito, civitatem annali lege servanto. Lege annali intelligit, ut opinor, imperium annuum. Hæc postea vel necessitate, vel ambitione, vel vi desueta, id enim ostendunt sex Valerii Corvini, septem Caji Marii, tredecim Augusti, septemdecim Domitiani consulatus, vid. Auson. *in gratiar. action.* 18 Πρόοδος, Græci *hoc loco*, Theophilo Προσελεύσεις καὶ θέαι. §. 46. *Inst. de rer. divis.* ubi perperam interpres *adventus* vertit, ut ibidem notavi. Non licet pronunciatione hujusmodi processionum, sex plus nummis accipere, *l.* 26. §. 2. *C. de episcop. audient.* Constitutum est etiam, ut uxor marito ad istiusmodi processum donare possit, *l.* 41. *ff. de don. inter virum.* Puto, hujusmodi processionem vocari transitum: eoque sensu tradi, servum manumitti posse in transitu, dum ludorum gratia procedit prætor, aut proconsul, legatusve Cæsaris, *l.* 7. *ff. de manum. vind.* 19 Spectaculorum finis. 20 Ψυχαγωγίαν vocat, ut & Harmen. 2. *tit.* 4. §. 6. 21 Εἴς τε ἱπποδρομίαν. 22 Εἴς τε τὰς τῶν θηρίων θέας τε καὶ ἀναιρέσεις, καὶ τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς τε καὶ θυμέλης, ἡδυπαθείας. 23 De thymelicis alias dixi ad *l.* 10. *ff. de pollicit.* 24 Primus consulum processus Kalend. Januariis fiebat. 25 Kal. Januariis consules inire solebant magistratum, *l.* 36. *ff. de cond. & demonstr.* & prætores, *arg. l.* 5. *ff. de feriis.* 26 Secundus consulum processus. 27 Mappa, Circensis ludus, cujus rationem Cedrenus exposuit, & Cassiodor. 3. *epist.* 51. ad Faustum præfectum prætorio. De mappa hoc addendum. Quintil. 1. *cap.* 5. Mappam usitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant. Martial. 12. *Epigr.* 19. Cretatam prætor vellet cum mittere mappam, Prætori mappam surripit Hermogenes. Tertull. *cap.* 16. *de spectaculis.* Cognoscite dementiam de vanitate: *Misit* dicunt, & mittunt invicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatis: non vident missum quid sit, & *mappam* putant: sed est diaboli ab alto præcipitati figura. His adde, quæ de mappa notat ex Græcis Josephus Scaliger ad 2. Manilii *ibi*, Mittunt in tempore signum. Sed & his adjice Juvenalem, *Satyr.* 22. Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. Suetonius *in Neron. cap.* 12. universorum se oculis in circo maximo præbuit, aliquo libero mittente *mappam*, unde magistratus solent. Hinc apud Tertullianum *libro adversus Valentinianum*, mappa missa est, ut hinc constet mappam initio indicem & promissionem Circensium futurorum fuisse. Post vero, θέαν τῶν ἁμιλλητηρίων ἵππων, *ut hic*, vocatam. 28 Tertius Consulum processus. 29 Θέατρα κυνηγετικά. *Scrimg.* Venatio est theatrica. 30 Quartus Consulum processus. 31 Τὸ λεγόμενον μονημέριον. extat epigramma Leonis philosophi, εἰς τὸ μονημέριον. 32 Pancarpum. *Jul. hic.* πάγκαρπον. *Scrimg.* Πάγκαρπος sylva, vetus interpres, & ideo sylvam appellat Capitolinus Gordian. Sylva est, quæ ex variis generibus arborum constat, & Augustinus ad *Secundinum* testatur, pancarpum dici propter omnium generum, quæ inerant, herbas. Hinc Festo pancarpiæ coronæ, ex vario genere florum. sic Neleus jussus statuam erigere, ἀπὸ παγκάρπων ξύλων, erexit e quercu in qua offenderat multos variosque suspensos fructus, ut interpres Callimachi scribit. Appellatur & a Sophocle *in Oedipo* laurus πάγκαρπος. Reliqua vide apud Cujacium. hic addatur & hoc ex Tertulliano *adversus Valentinian.* Igitur ex ære collatitio quod ajunt, in honorem & gloriam patris pulcherrimum Pleromatis sydus, fructumque perfectum compingunt Jesum. Eum cognominant Soteram, & Christum, & Sermonem, de patruitis, jam & omnia jam, ut ex omnium defloratione constructum graculum Æsopi, Pandoram Hesiodi, Acci patinam, Nestoris Cocetum, *Miscellaneam Ptolemei.* Quam propius fuit de Atticis historiis, Pancarpiam vocari a tam otiosis autoribus nominum. Quod si cusam lectionem defendes, adde quæ de Pancratio scripsi ad *l.* 7. §. 4. *ff. ad l. Aquil.* 33 Quintus processus Consulum. 34 Ην δὴ πόρνας καλοῦσιν *Scrimgerus.* In quinta id faciat consul, quod porna dicitur. Jul. *hic:* πόρναι *hic*, productio meretricum. Seneca *primo epistolarum* 98. adde Isidorum 18. Florales jocos nudandarum meretricum, Tertullianus *cap.* 10. *de spectac.* Ipsa prostibula publicæ libidinis in scenam proferunt. Verum Alciatus vulgatam lectionem retinet, aut hac potius vera lectione non cognita, eam quam solam noverat, cujusmodi incrustare nititur. Putat enim in *l. unica de Athletis*, Adorna locum fuisse, quod in eo Cantores spectarentur, παρὰ τὸ ᾄδω, quod est cano, & ὁράω, quod est cerno. 35 Ridiculos γελωτοποιοὺς vocavit, vide Severum *Epist.* 122. Atellanas videtur intelligere. Galli *Farces:* ut & Atellanum gesticulatorem, *le badin ou farceur:* sicut Italorum *Zani.* 36 Ακούσμασιν, id est, ubi nihil, nisi risu dignum, neque videtur, neque auditur. 37 Sextus Consulum processus. 38 Η τὴν καλουμένην μάππαν, *Scrimger.* superius dixi de mappa. 39 Hic duplex est error, nec enim legendum hippomachia *ut s. dixi.* & aliter finienda est hæc sententia, hoc scilicet modo, seu quæ vocatur mappa. sextum agens hunc conventum. Ex hoc &c. 40 Septimus processus Consulum. 41 Πανήγυριν. *Scrimg.* 42 Sic Germani, non dierum numerum, sed noctium computabant, vid. Tacitum. 43 De qua dixi superius. 44 De venatione theatrali supra dixi. 45 Εν τοῖς σπανίως γινομένοις τὸ θαυμαζόμενον ἐςί. Raro quæ accidunt, magis miramur: quotidiana negligimus. Juvenalis *Satyr.* 11. *in fin.* facere hoc non possis quinque diebus Continuis, quia sunt talis quoque tædia vitæ, Magna voluptates commendat rarior usus. 46 Notitia: quæ tamen periit. 47 Consularis fœmina, uxor consularis viri. *leg.* 1. *in fin. ff de senatorib.* 48 Vide quæ scripsi *in epitome Feudorum, tit. de his quibus ut indignis.* 49 Id enim deberi videtur, nonnisi magnis affectionibus. 50 *l.* 10. *C. de nupt.* vide *l. ult. C. de incolis: l.* 8. *ff. de senator.* Quid viduæ? idem jus ei competit *Novell.* 22. *c.* 36. 51 Moris fuit Consulibus, missilia in vulgus jactare, §. 46. *Inst. de rer. divis.* 52 *l.* 2. *Cod. de consulibus.* 53 Aurum spargere soli principi

aurum spargere damus imperio, cui soli [1] etiam aurum contemnere præstat fortunæ fastigium, argentum vero quod mox post [2] aurum [3] pretiosissimum fiet, & aliis consulibus largimur decens: & hæc sinimus eos spargere [4] in his quæ vocantur missilia [5], thymelicis [6], & caveis [7], & in quadrangulis [8] & talibus. Quanto enim minora sunt quæ sparguntur, tanto plures suscipientes erunt, sitque rei mensura dantis virtus [9], & voluntas, sive nihil, sive mediocre, aut transcendens populo erogandi, hoc enim in consulatu definimus, neque invitos spargere cogentes, neque volentes prohibentes. Sed de argento quidem spargendo ita a nobis sancitum sit, & si omnino ad hoc accesserit licentiam habeat distribuendi argenti munificentiam in suis processionibus, sicut ipse recte se habere putaverit: solo prohibito aurum omnino jaculari, quod imperatori tantum tributum est contingere. §. 2. Aliorum autem quæ a nobis decreta sunt & conscripta in descriptione quæ hac continetur lege, transcendi [10] aliquid omnino aut addi nos nullo permittimus modo. Quod itaque infinitum est (dicimus autem spargere) in dantis ponimus voluntate, omnino propriæ potestatis hoc ejus qui dat, facientes, quod vero a nobis definitum est semel & ordinatum, transcendi hoc nostra lex prohibet. Sed si quis præsumpserit, quod definitum est, egredi, centum [11] librarum auri persolvet pœnam, utpote nostra prævaricatus præcepta, & omnem hujus legis corrumpens, quantum in se est, intentionem. Si enim pro hac tantummodo posita est lex occasione, ne dandorum immensitate consulatus desinat, & propterea nos superfluas illas donationes [12] & expensas abbreviavimus, & in populum effusas processiones, & spectacula ad bene se habentem deduximus mensuram: rite aliquid decentius de numeris considerantes, id est spargere argentum, & neque quicquam dare, eorundem consulum dimittentes voluntatibus, ut nobis sint amplius [13] & semper ex suo vocabulo [14] tempus adornent: qui quod dispositum est, transcendit, rite, utpote nostram prævaricatus legem, dignus est pœna: sic enim nobis erunt jugiter consules, quæ immensitatem non formidantes: nec tanquam certissimum periculum consulatum refugientes & aversantes, & propterea sancimus legem hanc sub firmitate servari. §. 3. Nullus igitur eam egredi præsumat, nec si vehementer idoneus sit, nec si nostrorum sit judicum, nec si maximæ curiæ, aut nulli administrationi præsit. Hæc enim omnia nos considerantes, omnibus proposuimus super donationibus æqualitatem, nulli penitus licentiam dantes exire mensuram quæ hac continetur lege, nisi in solo argento in processionibus spargendo, aut neque hoc faciendo: quod in eorundem consulum posuimus (sicut sæpe diximus) voluntatibus. Ipsis quoque qui hoc accipere consueverunt, maxime gratiæ in hac nostra repositæ sunt lege: si enim periculum erat deficientibus consulibus, neque quicquam accipere, nunc autem accipient mediocriter, multam habebunt rite huic legi gratiam, quod sufficiat pro nihil offerente: & hoc enim ipsum non permittere nos gloriosissimis consulibus aut aurum spargere, aut [15] vasa majora, sed in miliarensis [16], & melis [17] & caveis [18] & quadrangulis mediocribus & hujusmodi facere donationem: sanctio ad humanitatem a nobis adinventa est, & populo medelam præbens. Si enim hoc egerint, qui consularem edent munificentiam, & his solis concilient populares, nequaquam de maximis lucris decertantes seditiones exercebunt ad invicem, & venient usque ad alternas plagas, quas per [19] fustes, & gladios, & lapides egerant frequenter, rem omnino nobis odibilem. Videbamus enim eos contendentes quidem, & malis innumeris implentes alterutros occasione sparsorum, & ab eis arreptorum, domum vero referentes omnino nihil: sed ea fide in ebrietatibus [20] & potationibus omnia expendentes. Si vero forsitan spe lucri majoris etiam præexpendisse contigerit, postea vero aut nihil aut minus accipiat: etiam damnum & debitum habebit, & plagis & vulneribus & ex hoc malis incurrere cogetur. Si autem mediocre sit quod spargitur, nec [21] vehementer contendent: nec quæstus expectantes, abundantia vulnera aut plagas alterutris ultra mensuram dabunt. Ideoque communem providentiam introduximus ex hac lege & communi reipublicæ figuræ, quatenus tempus habeat post [22] imperium, & consulis jugem memoriam, atque vocabulum in gloriosissimis nostris judicibus, & qui ex maxima curia sunt (eo quod honorare nobis placet dignos non expendentes immense) decentem damus consolationem & nostro populo, & aliis omnibus, licet desperantibus jam causam: propterea quod superfluum est offerentes, ut consulatum immortalem reipublicæ statuamus. §. 4. Subjaceat igitur (sicuti prædiximus) nostra dispositio huic legi: cujus exemplaria recondentur in foro tuæ celsitudinis cum hac lege, quam ad eam direximus. Per tempora tamen gloriosissimos consules sancimus ex solo tuo foro exemplar descriptionis accipere huic subditæ legi, ut secundum eam omnia dentur. Descriptionem namque ideo a sede tua dari volumus, ut nec ipsis liceat prævaricari, nec his qui vocantur breviatores [23], adulterari aliquid horum quæ a nobis disposita sunt: sed periculo custodientium hanc descriptionem in foro tuæ gloriæ, dari exemplar ejus cum subscriptione cingulum habentis hoc, cui nunc ipse præsides: ut per omnia inadulterata maneant quæ a nobis disposita sunt. Difficultatem vero nullus habebit horum qui ad consulatus veniunt honorem, si mediocrem ita faciens expensam in omni tempore fiet: Etenim omne quicquid hactenus consulatus habentes honorem, & ex foro tuæ celsitudinis, & ex gloriosissimis præfectis nostris, aut etiam aliunde per munificentiam nostram percipiebant, & nunc eis dabimus: ab eis quidem faciendas expensas abbreviantes: a nobis autem largitatem non minorantes. Omnibus autem a nobis dictis, imperatoris excipiatur fortuna: *cui & ipsas Deus leges* [24] *subjecit* [25], *legem animatam* [26] *eum mittens hominibus*, eo quod imperatori quidem jugis [27] & indefinens consulatus omnibus civitatibus & populis, & gentibus, in singulis quæ placent distribuenti [28], advenit: aut cum ipse [29] annuerit trabea: ideoque & imperii consulatus per omnia sit sequens [30] sceptra.

EPILOGUS.

† Tua igitur celsitudo hanc nostram suscipiens legem perpetue eam in sua manere fortitudine procuret secundum omnem quæ in ea continetur virtutem legis. Scriptum exemplum Joanni gloriosissimo sacrorum prætoriorum præfecto iterum exconsuli & patricio. Scriptum exemplar Longino prudentissimo & gloriosissimo præfecto hujus almæ urbis. Dat. 5. Kal. Jul. *Constantinop.* post [31] Conf. BELIS. V. C.

TIT. VII.

DE [32] USURIS NAUTICIS [33].

NOVELLA CONSTIT. CVI.

Imperator Justinianus Augustus Petro gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum.

PRÆFATIO.

Nuntium audivimus a tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi præbuimus. Duos enim istos Petrum & Eulogium supplicasse nostræ sacræ potestati, & per se explanasse dicentes quod consueverunt naucleris seu negotiatoribus mutuare, & maxime in mari negotia facientibus, & hanc vitæ habere occasionem. Ipsa vero marina credita vocare nostra consuevit lex trajectitia [34] & metuere eos, utpote dubitationibus hinc eis exortis, oportere propterea fieri manifestum quæ valeat super his consuetudo, ut & sacra nostra in hæc procederet jussio, quæ consuetudinem ad certissimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoscere, & hanc ad nos deducere: quatenus manifesta nobis facta, quod videretur, lege comprehenderetur perpetua, tuamque gloriam hoc a nobis agere jussam, convocasse naucleros quibus hæc mutua curæ sunt, & interrogasse quæ aliquando antiqua consuetudo fuit. Illos autem & jusjurandum adjicientes testimonio, perhibuisse modos esse varios talium mutuorum: & si quidem placuerit creditoribus in singulis solidis pecuniarum quas dederint, unum tritici modium aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberent teloniariis, sed quantum ad ipsos sine telonio navigare naves, & hunc habere fructum & harum quas crediderint pecuniarum, & insuper etiam pro [35] decem aureis unum percipere solidum pro usuris: in ipsos autem creditores respicere ex eventibus periculum. Si vero non erumpent hanc viam creditores: octavam partem percipere pro singulis solidis nomine usurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, sed donec naves revertantur salvæ. Secundum hoc autem sche-

permissum. 1 Soli principi aurum contemnere licet. 2 Horatius, Vilius argentum est auro, virtutibus aurum, 1. *epist.* 1. *vers.* 52. 3 Pindarus 1. *stroph.* 1. ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, ἅτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου. adde de auro Plin. 33. *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 4 Enumerat Imperator, quæ missilium genera permittat Consulibus. 5 Ἐν τε τοῖς καλουμένοις μιλιαρησίοις καὶ μήλοις καὶ καυκίοις καὶ τετραγωνίοις καὶ τοιούτοις. *Scrimg.* Eadem pene leguntur J. *hic.* §. 3. Locus est perelegans & tamen neglectus ab interprete, vertit enim satis generaliter *missilia*, pro miliarensibus. Miliarenses porro nummorum genus est, qui militibus erogabantur. Epiphanius, *libro de mensuris & ponderibus* τὸ ἀργύριον τοῦτο ἐστὶν ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρήσιον καλοῦσιν ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα. Idem Cedrenus scripsit, & Miliarenses dici quasi militares, & hi quidem decimam solidi partem faciunt autore Suida, a Miliarensibus dicitur, Scrinium a miliarensibus, *l.* 7. *Cod. de Palatin. sacr. larg.* ubi vide Cujac. adde *Novell. Leonis Iconomachi cap.* 3. 6 Καὶ μήλοις, ut δ. μῆλοι dicuntur, quod rotundi ut interpres perperam ex his verbis καὶ μήλοις, fecerit, thymelicis. 7 Καὶ καυκίοις ut δ. *hic.* καυκίοι dicantur a forma, quod sint paululum cavi, cujusmodi nummos minutos Germania habet. 8 Τετραγωνίοις. τετραγώνιοι nummi dicti, qui quadrati. 9 Δύναμις, id est, facultas. id est, Cuique consuli tantum spargere licebit, quantum voluerit, quantum denique facultas ejus patietur. 10 Παραβῆναι, id est, transcendi. 11 Multa consulum spargentium missilia in vulgus præter leges. 12 Largitiones. 13 Πλεῖς, plures. 14 Καὶ τῇ παρ' ἑαυτῶν προσηγορίᾳ χρόνον κοσμεῖν, id est, ex sua appellatione tempus exornent, §. 3. J. *hic.* vide *Nov.* 47. *c.* 1. ut anni per Consules numerentur. 15 Ἢ καὶ μεῖζον. *Scrimg.* aut majorem monetam. *Hal.* 16 Vide §. 1. *supr. hic.* 17 Vide *d.* §. 1. 18 Καυκίον. Scrimg. *ut supr. hic* §. 1. Haloander his verbis intelligit monetam ove ac cyatho signatam. 19 Rixæ ob missilia colligenda. 20 Eadem de causa apud Gallos edicto Regis Francisci, collegia artificum (*confrarias* vocant) sublata sunt. 21 Vilium rerum causa raro plerumque certatur. 22 §. 2 *supr. hic. Novell.* 47. *cap.* 1. 23 Breviatores, βρεβιάτορες, id est, brevium proscriptores, breves, brevia, brevicula, chartæ sive libelli breves. Zonaras in Carthag. concil. βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται, καὶ σύντομος γραφή. 24 Principi Deus leges subjecit, *ut hic*, & corpora subditorum. Theophil. *ad* §. 7. *Instit. de jur. natur.* eorumque bona omnia, *l.* 3. *Cod. de quadrienn. præscript.* sed ea tantum imperio possidet, non dominio, Seneca 7. *de benef.* 5. ideoque vel sine justa causa, verbi gratia, delicti, bona subditis Princeps auferre non potest, *l.* 5. *C. ad l. Jul. majest. & titul. de bonis damn.* vel sine pretio. *l.* 13. *ff. comm. præd.* adde quæ dixi ad *l.* 15. §. 2. *ff. de rei vindic. l.* 11. *ff. de evictionib.* adde 1. *Reg.* 21. *ubi de vinea Nabothi.* Notandum est quod a Gregorio Papa *Reg.* 10. *exposit* 4. refertur jus regium, cujus fit in libris regum mentio, non ad historiam præcipi, sed ostendi, quid acturi sint reges reprobi, quid vitaturi sint boni. Alioquin si permissa sunt omnia principi, quid erit Dei? Tertull. *in lib. de Idololatria*: & recte pieque Iason ad *l.* 5. *in princ. num.* 12. 13. *ff. de condict. causa data.* Licet Deus (inquit) subjecerit leges principibus, non tamen subjecit contractus, qui sunt juris gentium, alias nemo cum principe contraheret. Placet etiam, quod Baldus *cap.* 1. *de pace Constantiæ, vers. si vero*, scribit, omnes contractus, qui alioqui sua natura stricti juris sunt, bonæ fidei existere, si cum principe initi fuerint. 25 §. 6. *Instit. de jur. nat. l.* 31. *ff. de legib. l.* 2. §. 3. *ff. de orig. jur. l.* 3. *Cod. de testam. l.* 34. *Cod. de donat.* Principes λύουσι τῶν νόμων. Dion. 53. τῶν νόμων ἐπάνω, *Chrysostomus*, κατὰ νόμους οὐκ ἀνυπεύθυνοι. *Plato.* Jura negant sibi data: alius nata. Horatius *lib. de arte Poëtica.* sic lex regia apud Persas (teste Herodoto in Thalia) regi id quod facere vellet, permittebat. Hinc Julia noverca & uxor Antonini Caracallæ, An nescis te imperatorem esse, & leges dare, non accipere? Spartian. *in Antonino Caracalla.* Superiora si Judaice & ad literam intelligemus, nihil principe ferocius fuerit: In id itaque magis propendeamus, Principem legibus solutum non esse, sed eis subesse potius *l.* 4. *Cod. de legibus*: magis solutum legibus videri, quam esse, *leg.* 23. *ff. de leg.* 3. Hoc etiam Gentiles passi sunt sibi dici. Apollonius Thyaneus ad Domitianum, *teste Philostrato* 8. Hæc mihi dicta sint de legibus, quas si tibi imperare non putaveris, ipse non imperabis. Plinius *in Panegyrico ad Trajanum.* In rostris simili tu religione ipse te legibus subjecisti, Cæsar, quas nemo principi scripsit, sed tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis. Quod nunc primum audio, nunc primum disco, *Non est princeps supra leges, sed leges supra principem.* adde Plutarchum ἐν τῷ πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον. Agapetum diaconum, in admonitionibus ad Justinianum: adde exempla duo Levinii Consulis ex Livio 26. & Gelonis regis Syracusi ex Diodoro 11. Inde fit, ut multis casibus eodem cum ceteris jure princeps utatur, *Nov.* 89. *c.* 11. *l.* 31. *ff. qui test. l. pen. ff. de hered. inst. l.* 15. *ff. de condit. instit. l.* 23. *ff. de legat.* 3. *l.* 60. §. 1. *ff. de conditionibus & demonstrationibus*: *l.* 6. 22. §. 2. *ff. de jure fisci*: *l.* 2. 3. *Cod. ne fiscus vel Respubl.* utut sit, Nihil potest princeps contra pietatem vel bonos mores, *l.* 15. *ff. de conditionibus instit. Novell.* 9. *l.* 1. *Cod. si adversus vend. l.* 3. *C. si minor. se major. & Cod. si contra jur.* & in dubio errare non dicitur, qui respondet contra fiscum, *l.* 10. *ff. de jure fisci.* Fruitur tamen princeps singularibus privilegiis, puta ut censeatur major ante alios, vide quæ notavi ad *l.* 8. *ff. de munerib.* ut in contrahendis nuptiis non sic observet gradus prohibitos (exceptis tamen ascendentibus, descendentibus, & collateralibus proximi gradus, *vide constitutionem Isaaci Angeli c.* 2.) facit etiam gratiam jurisjurandi, *l. ultim. ff. ad municipalem*, ubi tamen agitur de jure suo, & ubi manifesta deceptio jurantis, non ubi legitime juratum *Novella* 9. *l.* 1. *Cod. si adversus vendit. l.* 3. *Cod. si minor, se major.* Indulgent etiam nonnunquam pœnas legibus constitutas, vide *tit. Cod. de abolitionibus & de gener. abolit.* His adde Bossium *in tractatu de Principe & privilegiis ejus tit.* 100. Cujac. 15. *observ.* 30. 26 Princeps, νόμος ἔμψυχος, lex animata: lex, mutus princeps. 27 Imperatoris munus est, perpetuo subditis consulere: vel statim atque Princeps sceptra stolamque imperii, id est, regia ornamenta insigniaque sumpsit, perpetuum init geritque consulatum: quia Reipublicæ indesinenter consulit. 28 Προσίεσθαι δὲ ἡνίκα αὐτοῖς νεύσειεν ἡ στολή. *Scrimger.* sensus est, Voluntatem eam esse principis, ut interdum privatis, nutu quodam conferat stolam, id est dignitatem consularem. 29 Cujacius, post Petrum Fabrum legit, αὐτός. 30 Sensus est, Consulatum imperatoriam dignitatem sequi. 31 Id est, anno 536.

32 Dixi ad *rubr. & l.* 1. *ff. de naut. fœnore.* Jul. *const.* 99. 33 Hæc Novella abrogatur per Novellam centesimam decimam. 34 Creditum maritimum, trajectitium. 35 Usura dextans est; dixi ad *l. eos* 26. §. 1. *C. de usuris.* Gall. *Au denier dix.*

ma

ma contingit forſan & in annum extendi tempus, ſi tantum foris moretur navis, ut annum aut terminos ſuos ſumat, aut etiam tranſcendat: citius autem ea remeante, tempus in unum ſolum aut duos trahi menſes: & ex tribus [1] ſiliquis utilitatem habere: vel ſi ita breve ſit tempus, vel ſi apud alterum extra debitorem maneat debitum, hoc idem valere: aliam rurſus negotiatoribus profectionem aſſumentibus, & per unumquodque onus definiri ſchema, ſecundum quod competit mutuum, aut manere aut permutare ſecundum pactum quod ob hoc convenerit partibus. Si tamen poſt reverſionem navis ſalvæ nequaquam navigare propter tempus valentes revertantur: triginta ſolum dierum inducias dari a creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis uſurarum cauſa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium eſſe debitum non reddendum, duas partes centeſimæ dominis pecuniarum dare uſuras, & mutuare [2], & mox mutuum in terrenum tranſponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus moleſtandis: & hæc omnes dixiſſe cum jurejurando perhibentes teſtimonium quæ ad nos nuntiaſti, ut nos ſanciremus quod nobis videretur, & ſuper his dicebas hæc noſtræ nuntiare poteſtati.

CAP. I.

NOs igitur & ipſa legentes geſta, & cauſam edocti, ſancimus, ſecundum quod teſtatum eſt coram tua celſitudine, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere, eo quod neque jam poſitis repugnet legibus, ut oporteat nunc & de cætero ſecundum quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus ſuper talium cauſarum hæc ſervari litibus, & ſecundum dictum modum prædictarum pactionum ita fieri etiam eventus, & alia omnia, quæcunque in prioribus teſtata ſunt apud ſedem tuam, unde ſecundum propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis [3] ita ſervatum eſt temporibus & tenuit immutabiliter, ſicut teſtimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo non eſt juſtum & in aliis omnibus valere, quæ poſtea erunt, & eſſe hanc eis rerum tranſactionem ex propria lege valentem, & altera quadam diſpoſitione non egentem: ſed in naucleris ſeu negotiatoriis occaſionibus in omne tempus valentem, ut puta generalem exiſtentem legiſlationem, & naucleris ſeu negotiatoribus & eorum contractibus expoſitam? Quæ debet etiam pars fieri jam a nobis poſitarum legum, & judicantes ad hanc reſpicientes proferre ſententiam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo jugiter ſervare feſtinet.

TIT. VIII.

DE TESTAMENTIS [4] IMPERFECTIS A [5] PARENTIBUS IN FILIOS FACTIS: ET DE DIVISIONE RERUM A FILIIS CORAM PARENTE, ET DE EJUS FACULTATIBUS FACTA ET SUBSCRIPTA.

NOVELLA CONSTIT. CVII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Baſſo magnificentiſſimo comiti devotiſſ. domeſticorum locum obtinenti Joannis glorioſiſſ. prætoriorum præfecti, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

A Conſtantino [6] divæ memoriæ lex ſcripta eſt per antiquæ conjecturæ ſimplicitatem: porro cauſarum varietas & natura eas frequenter mutans, egere leges illas emendatione noſtra præparavit. Dicit itaque lex, oportere morientium voluntates, quando ſunt parentes omnibus modis inter filios tenere, & tamen eos erubeſcit parentes exiſtentes, quia eis & claram rerum concedit ſignificationem, dicens & ſi non manifeſtæ ſint eorum diſpoſitiones, appatuerint autem ex quibuſdam indiciis [7] & conjecturis, & qualibet ſcriptura: & ſic eas valere & hoc in ſuis & emancipatis filiis. Inſuper & Theodoſius [8] decrevit non in patribus ſolum hoc diſponens, ſed etiam in matribus & aſcendentibus utriuſque naturæ [9]. Hanc apprehendentes licentiam homines in tantam ingreſſi ſunt obſcuritatem, ut divinantibus [10] magis quam interpretantibus hæc egerent. Itaque neque perſonas ſcribentes, neque rerum dicentes notitiam, & forte nec quantitatem, tamen dignantur conjecturis & veriſimilium ratione talia permittere.

CAP. I.

De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonii facienda.

NOs [11] igitur omnia clara & aperta conſiſtere volentes, (quid enim ſic proprium [12] eſt legum, ſicut claritas maxime ſuper defunctorum diſpoſitionibus) volumus ſi quis literas ſciens, inter ſuos filios voluerit facere diſpoſitionem, primum [13] quidem ejus ſubſcriptione tempus [14] declaret: deinde quoque filiorum nomina propria [15] manu [16]: ad hoc uncias in quibus ſcripſit eos heredes, non ſignis [17] numerorum ſignificandas, ſed per totas [18] literas declarandas: ut undique claræ & indubitatæ conſiſtant. Si vero etiam rerum voluerit facere diviſionem, aut in quibuſdam rebus certis aut omnes aut quaſdam inſtitutiones ſtatuere, & harum inſcribat ſignificationes: ut ejus literis omnia declarata, nullam ulterius contentionem filiis derelinquant. Si tamen aut uxori aut extraneis [19] perſonis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripta manu, dictaque a teſtatoribus coram teſtibus, quoniam omnia conſequenter in diſpoſitione poſita ipſi & ſcripſerunt, & volunt valere, ſint firma: nihilo minuenda eo quod videantur in charta ſcripta, reliquam obſervationem teſtamentorum non [20] ſuſcipientia: ſed hoc ſolum immutetur, quod ejus manus & lingua habet omnem virtutem chartæ præbitam.

CAP. II.

ET [21] ſi quidem uſque ad mortem maneat hoc ſchema, nullus poſtea deducet teſtes, quia voluit forte talem voluntatem commutare, aut convertere, aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere quod factum eſt, & aliam facere voluntatem, declarantem perfectam ejus ſententiam quam competit valere. hoc enim concedimus ei agere, hoc ipſum expreſſim ſignificantem ſub præſentia teſtium ſeptem [22], quia & ſi fecerit quandam talem voluntatem, non tamen eam valere ulterius vult, ſed rurſus vult aliam facere: & hanc aut in teſtamento perfecto [23] faciat, omnia teſtamentorum habente ſigna, aut in non ſcripta perfecta voluntate: videri eum defunctum eſſe prioribus infirmis factis ex ſecunda ejus ſecundum perfectum teſtamentum aut voluntatem diſpoſitione.

CAP. III.

QUia vero novimus aliquos diviſiones facientes inter proprios filios, & præparantes eos his ſubſcribere: & hoc ſchema ſuſcepimus. Si quis enim dividat proprias res, & ipſos filios evocans faciat [24] ſubſcribere diviſionibus ipſis, & ratas eas judicare, & profiteri filios hoc ſecundum hunc habere modum: ſit & hoc firmum in hujuſmodi rerum diviſione [25] ſecundum noſtram conſtitutionem quam ob hoc poſuimus: quam in omnibus, quæ in ea continentur, firmam eſſe per hanc legem ſancimus. Si autem & in diviſione ipſe ſubſcripſerit, & clara omnia per ſubſcriptionem ſuam fecerit, ſit & hoc ratum: quoniam & hoc jam noſtra legiſlatione continetur. Palam vero eſt, quia in talibus caſibus valebit hæc lex, quoſcunque poſtea moveri contigerit.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua gloria cognoſcens, omnibus faciat manifeſta: ut nullum lateant quæ recte & providenter pro noſtris ſubjectis ſancita ſunt. Datum Kalend. Januar. *Conſtantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug. Imperii Anno XIII. BASILIO V. C. CONS.

TIT. IX.

DE [26] RESTITUTIONIBUS [27].

NOVELLA CONSTIT. CVIII.

Imp. Juſtin. Aug. Baſſo magnificentiſſ. comiti devotiſſ. domeſticorum, locum tenenti Joannis glorioſiſſ. ſacrorum prætoriorum præfecti.

PRÆFATIO.

NEgotium audivimus pro teſtamento dubitato, quod etiam interpretari juſtum exiſtimavimus, & lege comprehendere certiſſima: hoc quod noſtræ conſuetudinis eſt, in negotiis motis ex legibus optimis accipere occaſiones. §. 1. Filios enim quidam ſuos inſtituens heredes, deinde alterutris eos, filiis non exiſtentibus, ſubſtituere volens, juſſit, *ſi contigerit aliquem ejus filiorum, & heredem futurum, ſine filiis humanam ſolvere vitam, poſt exceptionem horum, quæ ex lege debentur ei, ex eis quæ ab eo relinquebantur ei rebus, reliquas omnes res, & jura quæcunque apud eum in tempore mortis invenirentur, venire & reſtitui ex his ſuperſtiti, aut ejus filiis, ſi etiam ipſe moreretur: omni ceſſante inter eos propter memoratam ſubſtitutionem cautione & fidejuſſione in his.* Eo moriente, & uno quidem ejus filiorum & heredum filios habente, alio vero manente ſine filiis, prohibet eum qui ſine filiis eſt, is qui filios habet, uti rebus, utpote eas deterentem. at ille utens verbis teſtamenti, quia quicquid inveniretur in tempore mortis apud eum, hoc eum reſtituere juſſit: ſecundum hoc vult ſchema licentiam habere uti rebus ſicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei. §. 2. Nos igitur ſumentes ex hoc occaſionem, exiſtimavimus oportere & antiquam definitionem, & deinceps diſcretionem hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, & propterea lege cauſam comprehendere, ut diſcant homines

1 Comprobatur hic conventio recepta, Ut creditor in ſingulos ſolidos capiat tres ſiliquas, quæ uſura eſt centeſima. 2 Lege, *mutare.* 3 Argumentum a more diu recepto licet ſumere. vide Everardum Topicis, loco ab uſitato ſeu ſolitis, 104.

4 De teſtamentis inter liberos factis, *Index Reginæ.* De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonii facienda Jul. *conſt.* 100. περὶ βουλήσεων τῶν ὡς τοὺς παῖδας γινομένων, *Græci hoc loco.* 5 Vid. *l.* 21. §. 1. *C. de teſtam.* Goth. Ad hanc Nov. vid. Gudelin. *de jure noviſſ. lib.* 2. *c.* 6. Rittershuſ. *in expoſit. Nov. part.* 6. *cap.* 2. Anſ. 6 *l.* 26. *C. fam. erciſc. l.* 1. *Cod. Theod. fam. erciſc.* 7 Lege Conſtantini parentum voluntates, quibuſcunque indiciis, conjecturis, quacunque ſcriptura manifeſtæ, inter liberos valent, adde *l.* 21. §. 1. *Cod. de teſtam.* 8 *l.* 21. §. 1. *C. de teſtam.* 9 Sexus. 10 Divinare & interpretari differunt. 11 Hinc ſumpta eſt Authent. *Quod ſine. C. de teſtam.* 12 Obſcuritas legibus inimica: perſpicuitas contra eis amica. 13 Nota formam, ſecundum quam parentes literas ſcientes, ſcripto teſtari debent inter liberos. 14 Facti ſc. teſtamenti. 15 Hinc nonnulli colligunt, non valere teſtamentum inter liberos, niſi ſua manu ſuiſque literis parens ſcripſerit nomina liberorum, tempus & unciarum modum, cum potius mens Juſtiniani hæc ſit, Ut ſive ſcribat teſtamentum parens, ſive alius pro eo, illud literis perſcribatur, non notis: alioquin, teſtamentum non valere. 16 Vid. *Nov.* 66. *c.* 1. §. 4. & 119. *c.* 9. 17 Μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημαινομένας. *Scrimg.* σύμβολα τῶν ἀριθμῶν, numerorum notæ. Galli, *Chifres* vocant, vide Cuj. 3. *obſ.* 3. & 12. *obſ. ult.* vid. *l.* 6. *in fin. ff. de bonor. poſſeſſ.* Goth. Adde Panciroll. *rer. memorabil. lib.* 2. *tit.* 14. Anſ. 18 Δι' ὅλων γραμμάτων, *Scrimg.* inter liberos teſtatio mentis noſtræ, debet eſſe ὁλογράμματος, adde *Novell. Baſilii c.* 2. plenis atque prorſus integris literis perſcripta. 19 Extranei ſunt, non liberi, hinc colligunt, Teſtamentum imperfectum inter liberos favore extraneorum non ſuſtineri *l.* 21. §. 1. *C. de teſtam.* vide Clar. 3. *ſent.* §. *teſtam. quæſt.* 10. id eſt, extraneos nihil ex eo capere poſſe, & ita utile non vitiari per inutile. Goth. Vid. Gudelin. *de jure noviſſ. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 11. Anſ. 20 Extraneis legari aut fideicommitti poteſt in teſtamento inter liberos minus ſolenni. Minus ſolenne hic intellige non qualecunque, ſed tamen ſcriptum a teſtatore lectumque teſtibus, §. *hic.* ibi, *coram teſtib.* licet nullæ aliæ ſolennitates fuerint ſervatæ. Teſtibus, inquam, ſaltem duobus. Numero enim plurium duo ſaltem intelliguntur, *l.* 12. *ff. de teſtib.* Cum dicimus legari vel fideicommitti poſſe, ſatis intelligitur, aliud dicendum fore, ſi inſtituantur heredes. Nec enim poſſunt extranei in imperfecto teſtamento heredes ſcribi. ſic itaque, Ex imperfecto teſtamento extraneis liberi relicta legata vel fideicommiſſa præſtabunt, ſi modo holographum & teſtibus ipſis nuncupatum fuerit teſtamentum. 21 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Hoc inter. C. de teſtam.* 22 Ἑπτὰ ἢ καὶ πέντε, *Hal. edit. Græca Harmen.* 5. *tit.* 1. §. 37. quæ verba ἢ καὶ πέντε vetus interpres hic non agnoſcit, nec Scrimgeri editio Græca, nec Julianus interpres. hoc igitur innuit, Teſtamentum imperfectum, quod inter liberos valere poteſt, alio teſtamento imperfecto revocari aut rumpi non poſſe: ſed ut coram ſeptem teſtibus teſtamentum revocetur, exigi. Ratio dubitandi naſci videbatur ex eo, quod naturale ſit, unumquodque eo genere diſſolvi, quo colligatum eſt, *l.* 35. *ff. de regulis jur.* Poſſumus & hoc adjicere, ſufficere præſentiam quinque teſtium in revocando eo teſtamento, quod quinque teſtibus perfici poteſt, *l. ult. C. de teſtam.* vid. Cujac. 3. *obſerv.* 3. *in fin.* Aliud eſt in teſtamento militis, cujus imperfectum teſtamentum alio imperfecto, intra annum tamen miſſionis, revocari poteſt, *l.* 34. *in fin. ff. de teſtam. milit.* & ita facilius imperfectum militis teſtamentum, quam patris in liberos rumpitur. 23 Imperfecta inter liberos diſpoſitio non poteſt, niſi ſolenniter, revocari, 35. *Eclog.* 3. *ex tit.* 20. *cap.* 2. & 5. Harmenop. 1. §. 37. 24 *Nov.* 18. *cap.* 7. 25 Diviſio bonorum facta a patre confirmatur, vel ejus ſubſcriptione, §. *hic. ibi, Sin autem & in diviſione ſubſcripſerit*, vel liberorum ejus, *ut hic.* unde colligunt interpretes, teſte Claro 3. *ſentent.* §. *teſtament. quæſt.* 14. *verſ. ſed pone.* Schedulam a patre non ſcriptam vel ſubſcriptam, ſed tamen ſubſcriptam a liberis, valere. Valere, inquam, non jure teſtamenti, ſed contractus.

26 De fideicommiſſariis hereditatibus. Jul. *conſt.* 101. 27 Huc redit conſtitutionis hujuſce quæſtio, An & quatenus juſſus reſtituere, quod ex bonis ſuperfuerit, poſſit demi-

omnem legis ordinem, cum quo competit talia & discere, & judicare. Novimus igitur apud Papinianum sapientissimum, dictum in decimo nono [1] libro ejus quæstionum, ubi permittit alienationes in tali casu: illud solum velut ex studio in ænigmate proponens, ut tunc oporteret prohiberi alienationes, cum ad solvendum fideicommissum, ex studio [2] qui hoc oneratus est, ad alienationem venit. Et tanquam philosophatus inter Imperatores Marcus, tali quodam proposito casu, viri boni arbitratum videri inesse talibus verbis disposuit.

CAP. I.

NObis [3] ergo recte visum est, hanc ita disponere legislationem, ut si quidem universaliter aliquis dicat restitutionem fideicommissi: hæc tenere quæ in talibus decreta sunt & a nobis jam sancita. Sin vero tale sit fideicommissum, quale subjacet: & ea quæ inveniuntur seu remanent in tempore mortis, testator submittat sola in fideicommissum: tunc indefinite dictum prioribus, sub quadam legitima deducere divisione & ordine. Si quis enim hæc, aut etiam aliquid aliud tale dixerit: sancimus usque [4] ad Falcidiam solum suæ institutionis necessitatem habere servare eum qui oneratus est fideicommissi restitutione, & non posse aliquid penitus ex illa minuere sufficiens existens: sed heredi quidem supersint tres partes, illi autem quartæ solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei qui gravatus est, etiam donationibus [5] uti aliquibus, & forsan ex studio (quod Papinianus [6] dicebat) intervertendi fideicommissi causa, ut etiam quarta minuatur institutionis ejus: sed hoc omnino relinquere fideicommissum: aliis omnibus in ejus positis potestate: & licentiam habere eum his sicut voluerit uti, quemadmodum perfectis dominis competit. Si vero & ipsam quartam is qui gravatus est, contingat: necessarium est perscrutari causam secundum quam hoc egit: & si quidem aut dotem [7] voluerit dare, aut sponsalitiam largitatem, aliam non habens substantiam: oportet ei hoc permitti agere, hoc videlicet quod nostra continetur jam lege, in qua ei omnino non negavimus talem deminutionem. Si vero & in captivorum redemptionem (hanc enim excipimus, & dicamus Deo causam) & hoc licentiam eum habere facere, & minuere etiam quartam pietatis ratione: quod omnium nobis pretiosius videtur.

CAP. II.

SI vero contigerit neque ipsum habere ex aliquibus causis unde faciat expensas, ex tali restitutione, etiam has facere, damus ei licentiam: (hoc quod & testator permisit) quod relinquetur, omnino hoc volens ad restitutionem trahi, & quasi aliquis dicat, ex hoc quod remaneret, ei restitutionem fieri. Si autem nulla talis subjacet occasio, necessitatem habere omnino quartam partem propriæ institutionis servare, & tali & aliis restitutionem donare. Si [8] tamen aliquid expenderit, habens unde supplementum faciat: ex illo suppleri quartam, & per nullam causam hanc minui. Si vero contigerit quartam, & non habeat ad supplementum aliam substantiam: tunc damus ei & contra emptores, aut aliter accipientes res, in rem & hypothecas ex autoritate hujus legis, ut liceat complere sibi fideiommissum ex rerum vindicatione, hoc quod in legatis jam dedimus, & ex constitutione in rem ei donantes, & fideicommissi persecutionem. unde & cautionem fideicommissarius [9] dabit [10] non minus quartam servare: nisi & ipsam testator, sicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. cum enim ipse testator omnem non fidejussionem solum, sed etiam cautionem relaxaverit, nos aliter disponere, non est morientis conjicere voluntatem.

EPILOGUS.

† Hæc igitur sit causis decisio, ipsi quæ præbuit quæstionem, & aliis omnibus, in quibus pendere contigerit casus testamentorum quidem factorum, & testatorum quippe defunctorum: nondum autem tali locum accipiente fideicommisso, sed adhuc eo qui gravatus est, superstite. Et hæc dicimus non in filiis solum, sed etiam in aliis cognatis & extraneis agere, in quibus omnino tale fideicommissum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus hæc manifesta faciat nostris subjectis, ut sciant quemadmodum competat & vivere eos, & mori, & testari, & fideicommissa relinquere, & alia agere quæ in talibus sunt sancita. Dat. Kalend. Febr. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIV. [11] BASIL. V. C. CONSULE.

TIT. X.
DE PRIVILEGIIS DOTIS [12] HÆRETICIS [13] MULIERIBUS NON PRÆSTANDIS.

NOVELLA CONSTIT. CIX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

UNam nobis esse in omni nostræ reipublicæ & imperii vita, in Deo spem credimus, scientes quia hæc nobis & animæ & imperii dat salutem, unde & legislationes nostras inde pendere competit, & in eam respicere: & hoc eis principium [14] esse, & medium, & terminum. Sicut igitur universi qui ante nos imperantes, & maxime Leo [15] piæ memoriæ, & Justinus [16] piæ memoriæ noster pater in suis constitutionibus, hæreticis omnibus interdixerunt, ut neque ulla ipsi participarentur militia [17], neque quodlibet in publicis curis participium haberent, uti ne occasione militarium & publicorum collegiorum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ membra viderentur vastare: ita & nos ipsi hoc egimus, nostris constitutionibus hoc roborantes. Hæreticos [18] vero & illi dixerunt, & nos dicimus eos qui diversarum sunt hæresium: quibus conjungimus & connumeramus & qui Nestorii Judaicam [19] sequuntur vesaniam, & Eutychianistas [20], & Acephalos [21] qui Dioscori [22] & Severi [23] mala secta languent, & Manichæi [24] & Apollinaris renovantium impietatem: & ad hoc omnes qui non sunt membrum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, in qua omnes concorditer sanctissimi episcopi, & totius orbis terrarum patriarchæ [25], & Hesperiæ [26], & Romæ, & hujus regiæ civitatis, & Alexandriæ, & Theopoleos [27], & Hierosolymorum, & omnes qui sub eis constituti sunt sanctissimi episcopi, Apostolicam prædicant fidem, atque traditionem. Igitur sacram [28] communionem [29] in Catholica Ecclesia non percipientes a Deo amabilibus sacerdotibus hæreticos juste vocamus. Nam licet nomen [30] Christianorum sibimet imposuerint: attamen a Christianorum se fide & communione separant, Dei judicio semetipsos subdi cognoscentes.

CAP. I.

QUæ igitur de hæreticis prolata sunt lege, omnibus sunt manifesta. Nos autem volentes orthodoxam amplectentes fidem, & eam defendentes, habere aliquod amplius privilegium iis qui alienant semetipsos a Dei ovili (quoniam neque [31] justum est æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos fieri privilegiis) propterea & nunc ad præsentem respeximus legem. Quia [32] enim dedimus privilegium mulieribus dotium, ut etiam prioribus [33] creditoribus præponantur, & meliorem ordinem eas habere, & nec a tempore superatas: in donationibus autem propter nuptias secundum tempora per quæ fiunt, hypothecas [34] habere, omnibus in præsenti facimus manifestum per hanc sacram nostram legem, quia & hoc privilegium & tacitas hypothecas, & omnia alia quæ mulieribus omnibus in diversis privilegiis a nostris legibus data sunt, illis damus solis quatenus his fruantur, & utantur, & quæ diligentiam habent rectam, & adorandam nostram fidem tenere (Catholicæ dicimus & [35] Apostolicæ Ecclesiæ) & participare in ejus salutari communione. Quæ enim separant se a sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, & sacrosanctam in ea communionem percipere non patiuntur a Deo amabilibus sacerdotibus, nolumus omnino talibus frui privilegiis. Si enim se separant a Dei muneribus, & a sacra communione alienas faciunt: multo potius & nos non eas dignas fieri privilegiis, neque ex nostris legibus frui permittimus continentia: sed sint eis inaggressibilia [36] omnino ex legibus beneficia: & omni privilegio ex nostris constitutionibus eis dato privabuntur.

CAP. II.

LIcebit autem eis melioris [37] sententiæ factis, & rectam veramque amplectentibus fidem, & hac semper contentas, talibus perfrui muneribus & privilegiis: his in omni ditione valentibus, atque servandis, principaliter quidem a Deo amabilibus episcopis & sacerdotibus, deinde a nostris administra-

nuere. adde *Novell. 69. supr.* 1 *l. 54. ff. ad SC. Treb.* vicesimo, *l. 3. §. 2. ff. de usuris.* Goth. Ad hanc Nov. vid. Rittershus. *part. 6. cap. 9. & seq. & Novell.* 39. Ans.
2 Ultro, non coactus. 3 Hinc sumpta est Authentica, *Contra. C. ad SC. Trebell.*
4 Rogatus restituere, quod ex hereditate defuncti ei supererit, potest diminuere ad novem usque uncias, triuncio servato fideicommissario generali. Numquam igitur deminuere poterit ex tribus illis unciis? Imo poterit, certis tamen casibus. *versic. si vero. infr. hic.*
5 Rogatus restituere, quidquid ei supererit ex hereditate defuncti, donare quicquam ex iis bonis non potest: excipe tamen quædam genera donationum, de quibus dictum est *Nov. 39.*
6 *l. 3. §. 2. ff. de usuris.* adde *l. 25. §. 16. ff. de hered. petit. l. 14. in fin. l. 15. l. 16. ff. ad SC. Treb.* 7 Rogatus restituere *quicquid ei supererit ex hereditate defuncti*, non tantum novem uncias ex quavis causa, sed ex tribus reliquis unciis, certis de causis, diminuere potest.
8 Nota remedia fideicommissario generali competentia, si triuncium ejus deminutum fuit citra causam ab herede: & is alia bona habeat. eo enim casu fideicommissarius aget in ejus bona, ad supplementum triuncii, *ut hic:* si non habet, res alienata possidentibus condicetur. *vers. si vero contigerit. infr. hic.* 9 Id est, heres, ut in *l. 51. ff. de judic.* 10 *l. 54. in fin. ff. ad SC. Treb.* Imo, non dabit, *l. 6. §. 1. C. ad SC. Treb.* Res ita est: dabit, si restituere jussus est fratri, non si liberis suis: nisi jussus sit cavere, vel ad secundas nuptias transierit, vid. Cuj. *ad Novell. 37.* 11 15. ut sit annus Christi 541.
12 Quorum fit mentio *L. 7. Cod. 74.* 13 De hæreticis, vid. Jul. *const.* 102. περὶ αἱρετικῶν τῇ πίστει γυναικῶν. *Scrimg.* id est, de mulieribus fide hæreticis. 14 Orpheus de Deo loquens, ἀρχὴ πάντων τε τελευτή. 15 *l. 9. C. de div. off.* 16 Hæc desiderantur in titulo Codicis *de episcopali audientia*, sed extant in lib. 57. Basilicῶn. Cujac. *hic.* possis tamen dicere hic intelligi, *l. 12. C. de hæret.* Huc & potest referri *l. 20. Cod. de episc. aud.*
17 *d. l. 20. d. l. 12.* 18 Quinam hæretici, vid. *l. 2. in fin. Cod. de hæreticis.*
19 Id est, rebellem. 20 Eutyches Constantinopolitanus monachus senex, hæresin suam inchoavit, Leo *epist.* 10. 11. 19. 70. 21 Acephali dicti fuerunt, quod, qui factionis eorum autor fuerit, ignoretur. *Marian.* vel quod præfectos ecclesiasticos non admiserint, vid. Rusticum Diaconum *adversus Acephalos*, & nullos conventus, nullos presbyteros, nullos Episcopos habuerint, dixi in *Auth. Idem est, C. de hæret.* 22 Dioscorus successor D. Cyrilli Alexandriæ episcopi, *l. 8. C. de hæret.* de quo vide 1. Euagrii 10. & 2. c. 2. 4. Liberatum *in Breviario cap.* 10. damnatus fuit in Concilio Chalcedonensi. 23 Severus fuit episcopus Antiochenus, fautor Acephalorum 3. Euagr. 33. & 4. c. 4. 24 Manes, genere Persa, ut doctrina infamis, ita & morte. Nam cum filio regis Persarum liberationem morbi fuisset pollicitus, isque postmodum moreretur, in carcerem Manes conjicitur: ex quo cum evasisset, retractus, arundine vivus excoriatus est, ejusque utrem excoriatum paleis expletum Persæ multis annis adservarunt, vide Suidam & Epiphanium. 25 Patriarchæ qui dicantur: nota & speciatim de Romano, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano, adde, de episcopo Justinianeæ Primæ *Novell. 131. cap. 3.* Justinianeæ Carthaginis *cap. 4.* quibus idem jus suis in provinciis fuit, quod superioribus. 26 Id est, Italiæ.
27 Id est, Antiochiæ. 28 Hæretici qui dicantur *l. 2. l. 12. C. de hæret.*
29 Fidei scil. 30 Augustinus *tom. 4. de fide.* Nullum genus est exortum errorum, quod ita sit repertum Christianæ religioni adversari, quod non affectaverit atque maluerit Christi nomine gloriari. 31 Privilegia Christianorum non extenduntur ad hæreticos. vid. *l. 1. C. de hæret. Nov. 45. supr. hic.* 32 Hinc sumpta est Authentica, *Item privileg. C. de hæret.* 33 Dotis privilegia duo hic enumerantur: Unum, tacitæ hypothecæ, *ibi, & tacit. hypothec. J. hic.* Alterum, ut ex hac tacita hypotheca dos prioribus creditoribus omnibus præferatur. *ut hic, Nov. 97. c. 3. l. 12. C. qui potior. l. 30. C. de jure dot.* An expressam habentibus? Bulgarus, cujus opinio communiter est recepta, negat mulierem hypothecam expressam habentibus præferri. Putat enim Bulgarus mulierem præferri tantum creditoribus actionem personalem & tacitam tantum hypothecam, non etiam expressam habentibus, etiamsi mulier expressam habeat hypothecam. vid. Hartman. 2. *pract.* 17. Mynsing. 4. *obs.* 13. Contra Martinus (cujus opinionem veteres Galli sunt sequuti) existimat, mulierem tacitæ suæ hypothecæ privilegio antiquioribus, expressam etiam habentibus, præferri. Eandem opinionem Robertus defendit, ut Justiniani verbis & menti magis consentaneam. 3. *animadv.* 14. Movetur, quod jus privilegii datum sit mulieri adversus omnes mariti creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati, *l. 12. §. 1. C. qui potior.* Ergo & contra expressam habentes: lex enim non distinguit. Movetur etiam, quod mulier præferatur creditori, cujus pecunia res empta est, cuique nominatim expressa hypotheca competit. *Nov. 97. c. 3.* Qui Bulgari opinionem tuentur, volunt mulieri competere privilegium contra omnes creditores mariti anteriores. Omnes, inquam, tacitam tantum hypothecam habentes. Moventur autem his rationibus: quod fiscus creditor cedat anterioribus creditoribus expressam habentibus, *l. 8. ff. qui potior. l. 4. C. qui potior.* ergo & mulier, cum sit in causa pignoris eadem fisci & mulieris ratio. *l. 2. Cod. de privil. fisci.* Ad hæc, Privilegio tacitæ hypothecæ mulier dicitur præferri creditoribus posterioribus expressam habentibus, *l. 29. C. de jure dotium.* Ergo a contrario, non præfertur anterioribus. Moventur quoque, quod privilegio Principis jus alteri semel quæsitum minui non possit, *l. 2. §. 10. §. 16. ff. ne quid in loco publ. l. 2. C. de precib. imper. l. 4. C. de emancip. liber.* ergo nec anteriorum creditorum expressam habentium jus, posteriore mulieris hypotheca minui potest. Postremo, non obstare *Novell. 97. cap.* 3. quæ non id dicit, mulierem præferri creditoribus anterioribus in emptionem agri mutuam pecuniam dantibus, sed posterioribus tantum. *d. cap. 3. ibi, veniat creditor posterior quidem.* Causam autem, de qua hic agitur, diversam esse, cum in ea quæstio sit: An mulier præferatur anterioribus creditoribus expressam habentibus? 34 Tacitas sc. Tacita dotis hypotheca tacitis prioribus & posterioribus præfertur: sed & posterioribus expressis, eo excepto, qui militiæ emendæ causa credidit. *Novell. 97. cap. 4.* Expressa, ut posteriores tacitas & expressas excludit (est enim prior tempore) ita cedit anterioribus expressis. *Novell. 97. cap. 3.* & interdum soli tacitæ puta uxoris anterioris hypothecæ, vid. *Novell. 91. cap. 1.* 35 Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ epitheta observa. 36 Ἀβατοι εὐεργεσίαι. *Scrimg.* id est, ad privilegia orthodoxæ ecclesiæ hæretici aspirare non possunt. 37 Pœnitentibus hæreticis indulgetur, adde *Nov.*

toribus & judicibus, sive sint majores sive minores: & insuper a tua celsitudine, apud quam & præsentem facimus legem. Unde competens est, & judices apud quos aliquæ movebuntur contra mulieres causæ, aut a mulieribus quædam privilegia sibi vindicare volentibus, respicere ad præsentis nostræ legis subtilitatem: & si non invenerint eas orthodoxæ fidei existentes, & percipientes sacrosanctam, & adorabilem communionem in sanctissima catholica ecclesia & apostolica a venerandissimis ejus sacerdotibus, non permittere frui ex nostris constitutionibus privilegiis.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens, causis apud eam motis servare, & operi effectuique tradere curet, & per solennia edicta & præcepta propria omnibus faciat manifesta, & in hac felicissima civitate, & in provinciis, ut cognoscant omnes quanta & quæ nobis cura est & veræ circa Dominum Christum verum Deum fidei, & nostrorum subjectorum salutis. Dat. 2. Kal. Maji, *Constantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIV.[1] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XI.
DE NAUTICIS[2] USURIS[3].

NOVELLA CONSTIT. CX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. sacrorum Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

Novimus ex denunciatione tuæ celsitudinis, legem fecisse jam[4] nos de trajectitiis pecuniis, quæ manifesta facta est foro tuo.

CAP. I.

Sed quoniam postea aditionibus nobis factis, percepimus legem illam non valere, rescindi[5] eam sperantes ex foro tuo: cognovimus autem eam & in quibuslibet provinciis jam insinuatam: propterea sancimus talem legem omnino vacare, & si contigerit etiam per provincias eam destinari, nec ibi valere, sed invalidam esse. Sicque non volumus causam procedere, tanquam si nec scripta fuisset memorata lex: sed secundum de talibus positas leges a nobis negotia & æstimatione & sententia potiantur.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. 6. Kal. Maj. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. BELISARIO V. C. CONS.[6]

TIT. XII.
HÆC CONSTITUTIO INNOVAT[7] CONSTITUTIONEM, QUÆ PRÆSCRIPTIONEM CENTUM[8] ANNORUM VENERABILIBUS LOCIS DEDERAT.

NOVELLA CONSTIT. CXI.

Imp. Just. Aug. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

Quod medicamenta[9] morbis, hoc exhibent jura negotiis. Unde consequitur, ut nonnunquam a judicio[10] discordet effectus, & quod credebat conjectura prodesse, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc præsentis etiam necessitas sanctionis, in qua privilegium ex religioso[11] proposito sacrosanctis ecclesiis Dei, & monasteriis, aliisque religiosis locis constitutione nostra nuper indultum, necessaria correctione distinguimus. Dudum[12] siquidem jusseramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cujus licentiam sanctionis negotia quidem multa commota sunt, & velut antiquorum vulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices: sed eorum sanitas provenire non potuit, probationum scilicet difficultatibus impedita: quoniam *per tantum seculi[13] magis quam temporis spatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet testibus suffragari.*

CAP. I.

Unde quia largitati nostræ causarum non occurrit angustia: cum ratione simul ac religione tractantes prædictum privilegium, usque ad possibilem modum deducere experimento retraximus & jubemus in negotiis quæ antehac triginta annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus ecclesiis, monasteriis, & xenodochiis, nec non orphanotrophiis, & brephotrophiis, & ptochotrophiis quadraginta[14] annorum protelatio conferatur: salva scilicet circa alias personas & causas virtute, quam semper tricennalis[15] sibi præscriptio vindicabat: quoniam hanc decem annorum adjectionem solis (ut dictum est) religiosis locis, eorumque juri vel contractibus indulgemus: ut sopitæ hoc temporis spatio tam personales quam hypothecariæ actiones in perpetuum conquiescant: nihil penitus aliis exceptionibus derogantes: sed tam in aliis quam triennio vim roburque tenentibus. in illis namque (ut dictum est) negotiis religiosos contractus memorato quadraginta annorum privilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum prærogativam constitutio[16] nostra contulerat. Si quas plane causas ante hanc nostram constitutionem ab ecclesiis cæterisque sacris locis ubicunque commotas, judicialis sententia aut transactionum conventio terminavit, nolumus refricari, sed in reliquum illis hanc objici sanctionem, quas antehac sopitas octo[17] lustrorum silentio moveri hactenus, aut motas terminari non contigit.

EPILOGUS.

† Illustris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc generalem legem nostra statuit æternitas, edictis propositis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. Kal. Jun. CP. imperii DN. JUSTIN. perpetuo Aug. Anno XV. BASILIO V. C. CONS.[18]

TIT. III.
DE LITIGIOSIS[19] ET DE DECIMA[20] PARTE LITIS[21] AB ACTORE CAUTELA PRÆSTANDA.

NOVELLA CONSTIT. CXII.

Imp. Just. Aug. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

Multa quidem de litigiosis tam antiqua[22] legislatorum prudentia quam imperialis dispositio promulgavit, sed in præsenti quidem judices a nostra clementia petierunt, ut dubietatem discernamus, quæ adhuc pro hujusmodi causis in judiciis commovetur, & leges nec non constitutiones super his positas apertius explanemus: ut jam manifestissimum sit quas res vocari litigiosas oporteat.

CAP. I.

Quæ res litigiosa sit.

Ideoque[23] sancimus litigiosam dici & intelligi[24] rem mobilem, & immobilem, seseque moventem, de cujus dominio causa inter petitorem & possidentem movetur, aut per judiciariam[25] conventionem, aut per preces principi oblatas, & insinuatas[26] judici, ac per eum adversario[27] interpellatoris cognitas: in his enim casibus etiam præteritam constitutionem mansuetudinis nostræ per hanc volumus obtinere: in qua scientes & ignorantes emptores discernimus. Et hoc adjiciendum esse perspeximus, ut si lite de re litigiosa pendente, pulsatum contigerit ab hac luce recedere, heredes autem ejus velle divisionem[28] rerum facere, sine aliquo obstaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigiosæ per successionem ad heredes perveniunt, non[29] debet alienatio intelligi earum inter coheredes divisio. Et[30] hoc autem præsenti nostra lege decernimus, ut si contigerit unum pro tali causa litigantem, ab humano consortio recedentem, per ultimam voluntatem res aliquas de quibus dominii dubitatio vertitur, legati[31] nomine cuicunque relinquere: si quidem heres judiciali sententia dominus earum fuerit demonstratus, tunc legatarius quod ei relictum est, modis omnibus consequatur. Si vero heres in judicio victus[32] extiterit, non[33] habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato heredem exigere: quoniam sciens testator rem litigiosam esse, litis eventum[34] legatario dereliquit. Unde damus licentiam legatario (si hoc prodesse sibi putaverit) litis participem fieri: ut ne aliquam forte negligentiam seu proditionem heredi possit objicere Ab[35] hoc autem litigiosi vocabulo hypothecas separari[36] decernimus, & in his hanc distinctionem tenere: ut siquidem speciales res mobiles, vel immobiles, aut se moventes nominatim[37] fuerint hypothecæ suppositæ[38], liceat quidem debitori eas, cui & quando voluerit vendere: sic tamen ut ex pretio earum usque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori. Si[39] autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet, eandem rem vindicare, donec ei satis pro debito fiat. Hoc autem præcipimus observari,

17. *cap.* 8. *l. ult. in fin. Cod. de summ. trin.* 1 XV. ut sit annus 541.

2 De nautico fœnore Jul. *const.* 103. περὶ τῶν τόκων. Græci hic. 3 Hæc constitutio abrogat Novellam 106. Vult enim in nauticis pecuniis non licere centesimam excedere. Per Novellam centesimam sextam, licebat in singulos solidos denos capere, quæ usura erat dextrans, & hoc amplius imponere in singulos solidos singulos modios tritici vel hordei, pro quibus vectigal debitor navicularius sive negotiator expendebat: quo adjecto excedebatur ea conventione legitimæ usuræ modus. 4 Id est, *Nov.* 106. 5 Αναληφθῆναι. quidam vertunt *resumi.* Haloander vertit *recipi.* Cujacius *revocari.* 6 Id est, an. 541.

7 De tempore actionum sacris locis competentium. *Index Reginæ.* de præscriptione centum annorum sublata, quæ sanctis ecclesiis locisve aliis venerabilibus competebat. Jul. *const.* 103. competebat, inquam, ut *Novell* 9. *supr.* & *l.* 23. *C. de sacrosanctis ecclesiis.* hoc modo abrogentur, reducto veteri jure. *l. ult. C. de fundis patrimon.* In antiquis legibus Caroli & Ludovici ita est scriptum. Ne X. anni vel XX. vel XXX. annorum præscriptio religiosis domibus opponatur, sed sola XL. annorum curricula: & non solum in cæteris rebus, sed etiam in legatis & hereditatibus. Porro hæc Novella extat inter edicta Justiniani quinto loco, Harmenopulus eam *lib.* 1. *tit.* 3. appellat Novellam, non Edictum. 8 Actiones ecclesiis competentes 40. annis præscribuntur, ut *Novell.* 131. *cap.* 6. adversus ecclesias autem ad summum 30. annis excluduntur, vid. Cuj. *hic:* & 5. *obs.* 5. & *cap.* 31. *de præscript.* Goth. Vid. ad hanc Novell. Rittershus. *part.* 11. *cap.* 1. Ans. 9 Negotia, morbi: jura, medicamenta & remedia. Leo *in proœmio Novell.* 9. 10 Ab opinione, spe, existimatione, conjectura. 11 Bona intentio & religiosum propositum interdum nocet. Bona intentio peccatum non excusat. 12 Id est, *Nov.* 9. 13 Sæculum a tempore separandum. 14 Locis religiosis & ecclesiis actiones pereunt annis 40. Quacunque actione experiatur ecclesia, excluditur quadraginta annorum præscriptione & ita revocatur jus antiquum. *l. ult. C. de fund. patrimon.* 15 Quæ privatis competunt in ecclesiam actiones, excluduntur præscriptione annorum 30. vid. Cujac. 5. *obs.* 5. 16 Id est, *Nov.* 9. 17 Id est, quadraginta annorum. Lustrum enim annos quinque continet. 18 Id est, anno 541.

19 Jul. *const.* 105. & *L.* 44. *ff.* 6. & *L.* 8. *C.* 39. Hodie hic titulus parum est in usu; cum cuivis litigiosa res cedi posiit, & cessione facta, cessionarii possint agere: si tamen a rege literas impetraverint, judici mandantes, cessionarium admitti ad litis persecutionem & in locum cedentis subrogari, vitio litigii cessionario remisso, vid. Imbert. *in Echirid.* 20 *C.* 2. J. Goth. Adde Georg. de Cabedo *de decima litis decis.* 18. & conciliationem hujus Novell. cum *auth. hoc si debitor. C. de pignor.* & cum *Nov.* 4. vid. Rittershus. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 34. & *part.* 9. *c.* 11. Ans. 21 *Subaudi* præstanda a temere litigantibus. 22. *l.* 3. *ff. h. t. l.* 4. *C. h. t.* 23 Hinc sumpta est Authentica *litigiosa. Cod. de litigiosis.* 24 Litigiosa res quando dicatur vid. *l.* 1. *ff.* & *l.* 1. *Cod. de litig.* 25 Seu judicialem admonitionem. Jul. *hic.* 26 Intimatas. *Jul.* ἐμφανισθείσας τῷ δικαστῇ *Græci hic*, sic ἐμφάνισις διαθήκης. *Nov.* 131. *cap.* 12. insinuatio testamenti & ἐμφανιστικὰ insinuativa. *Nov.* 50. & 123. *c.* 3. hoc est, honoraria pro insinuatione dari solita. 27 Id est, reo. 28 Litigiosæ res dividi possunt inter heredes, *l.* 4. *in fin. Cod. h. t.* 29 Divisio inter coheredes, alienatio proprie non est, nec enim alienat, qui dividit, Jul. *hic.* Nam qui alienat, rem suam transfert: is autem qui accipit, rem quæ fuit alterius, nec antea suam accipit. At qui ex divisione accipit, rem suam recipere videtur. 30 Hinc sumpta est Authentica, *Nunc si hæres. C. de litigiosis.* 31 Litigiosa res legari potest. 32 Ordo litigandi hic esse potest, Re litigiosa legata (dic idem, si donata est aut si titulo aliquo lucrativo translata est,) si nondum ea legatario tradita est, sed penes heredem extat, heres conveniendus est, potest tamen legatarius adesse judicio, ut nulla negligentia vel collusio ab herede committatur, *ut hic.* Si jam tradita est & heres & legatarius sint actori præsentes, æquum videtur, discutiendum primo heredem, *Auth. hoc ita si debitor. C. de pignorib.* multo magis, si litem cum eo actor fuerit contestatus: adeo ut iniquum videatur, dimisso aut relicto herede, in legatarium experiri, *l.* 30. *ff. de judic.* nisi forte actori rei vindicatio, *l.* 9. *in fin. ff. de rei vind.* aut hypotheca specialis competat, *versic. Si autem hoc debitor. infr. hic.* Quid si possidens ex causa legati convenitur? auctoris sui heredes laudare non poterit, *l.* 2. *Cod. de evictionib.* & sententia secundum actorem lata jus non habebit, rem aliam ab heredibus petendi, *ut hic*, quod olim non fuit, ut J. *dicam.* 33 Olim litis æstimatio præstanda erat legatario, *l.* 3. 4. *Cod. h. t.* 34 Litigiosam rem qui sciens legat, litis eventum legare intelligitur, non autem id velle, ut ea evicta ab heredibus, res alia legatario præstetur. 35 Nec cogitur eo casu actor aut heres denunciare litem legatario, potest etiam legatarius eo casu condemnato herede appellare.

36 Hinc sumpta est Authentica, *Hoc ita. C. de pignorib.* 37 Ὀνομαστί. Nominatim res obligari dicitur, quæ specialiter obligatur, non quæ traditur. 38 Aliud est, rem hypothecæ subjectam, aliud litigiosam esse. Litigiosam enim rem non facit de hypothecis quæstio. Jul. *hic.* 39 Pignus speciale debitor potest vendere, *l.* 6. *ff. de pign.* Si tamen ex ejus pretio non satisfit creditori, non cogitur creditor debitorem discutere, licet enim ei pignus vindicare a possessore, & hunc sensum puto veriorem esse, quanquam alii hæc verba

si [1] non forte ante, aut per generalem aut per specialem nominatim hypothecam eadem res aliis fuerit creditoribus obligata: tunc enim secundum sacrarum nostrarum legum tenorem temporum [2] privilegia unicuique creditorum servari decernimus. Ex quo jam claret quod generales hypothecas multo [3] magis litigiosi vocabulo nolumus contineri: sed earum actiones secundum veterum legum constituta examinari, & inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigiosis, & speciali nec non generali hypotheca disposuimus, ut jam nulla de his in judiciis dubitatio generetur, sed secundum distinctionem hujusmodi certamina terminentur.

CAP. II.

De cautione quæ ante reorum citationem præstari debet ab actore.

AD excludendas autem calumniose moventium intentiones, & executorum fraudes, aliud invenit providentia nostra remedium. Sancimus [4] enim omnes judices, si quando aliquos teneri [5] vel [6] amoveri voluerint, hanc conditionem in suis interlocutionibus [7] adjicere, *ut non aliter conventionales libelli pulsatis porrigantur, aut sportulæ* [8] *executoribus dentur, nisi prius & in libello actor per se, aut per* [9] *tabularios subscripserit* [10]*: & actis intervenientibus fidejussorem* [11] *idoneum periculo competentis officii præstiterit, confitentem quod* [12] *usque ad finem litis permaneat, & suas intentiones aut per se aut per legitimum procuratorem exerceat: & si postea fuerit approbatus injuste litem movisse sumptuum, & expensarum nomine decimam* [13] *partem ejus quantitatis, quæ in libello continetur, pulsato restituat.* Si [14] autem dixerit non valere fidejussorem dare: tunc apud judicem a quo causa examinanda est sanctis propositis Evangeliis per sacramentum hoc ipsum affirmet, & sic [15] juratoriam [16] cautionem exponat, & per eam hæc quæ superius dicta sunt, profiteatur. §. 1. Si vero non hæc omnia quæ prædiximus, secundum ante latum modum processerint, nullatenus pulsatum responsum facere executori concedimus. nam si citra memoratam dispositionem, aut aliquis judicum, aut officium ejus, vel quilibet executor negotii aliquem convenire præsumpserit: judex quidem & officium ejus denarum [17] librarum auri pœnam sustinebit: ipse autem executor negotii & confiscationem suæ substantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur: pœna videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis rerum privatarum exigenda, & nostri fisci juribus [18] inferenda. Omne autem dispendium quod pulsatus ex hac conventione præter tenorem nostræ legis factum perpessus fuerit, ex petitoris substantia pulsato resarciatur periculo judicis, cujus ab executore detentus est, necnon & officii, quod ejus jussionibus obsecundat, ut undique nostro imperio superna majestate ac divinitate crediti, pro sua indemnitate lætentur. Causas vero quæ ex consensu utriusque partis in judicio moventur, a pœna hujus constitutionis liberas esse decernimus: & sicut aliis nostris continetur constitutionibus terminari.

CAP. III.

Ut [19] *post annum & tria edicta in actorem contumacem sententia feratur* [20].

OMnem [21] vero causarum finem volentes celeriter pervenire, illorum malignitatibus obviamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere judicium, dicentes legem [22] esse, quæ decernit *neminem* [23] *actiones suas exercere nolentem compelli.* Et hanc igitur pravitatem extinguere festinantes, jubemus memoratæ legis auxilio non [24] eos uti, qui contra aliquem suas proposuerint actiones: sive per judiciariam conventionem, sive per preces principi oblatas, & judici insinuatas, & per eum ad scientiam adversarii deductas, vel sub legitimi judicis cœptas examine. Injuste enim agere recusat, qui paratus [25] adversarium suum ad judicium vocavit: cum excusatio hæc pulsato magis quam actori conveniat. Quamobrem sancimus *actorem* [26] *cœptum negotium usque ad finem litis exercere.* Si vero causam prosequi distulerit: damus pulsato licentiam, judicem apud quem lis cœpta est postulandi: ut ab eodem judice actor ad judicium aut per se aut per legitimum procuratorem venire moneatur: & si hoc minime fecerit propositis tribus vocetur edictis: unaquaque cautione non minus quam triginta [27] dierum spatio concludenda. Jubemus enim ordinarios [28] judices non solum præconum [29] vocibus, sed etiam edictis [30] propositis quamcunque litigatorum partem absentem in judicium vocare. Vocem enim præconum pauci possunt qui præsentes inveniuntur, audire: edicta vero per multos dies sic posita possunt pene omnes agnoscere. Aliis autem omnibus judicibus qui per imperialem jussionem causas examinant, ex præsenti lege permittimus partes quæ in judicio non permanent, propositis edictis vocare, ne causæ infinitæ permaneant.

§. 1. Si vero apud judicem initium [31] lis non acceperit, sed tantum conventionali libello quicunque pulsatus est, aut precibus nostræ oblatis clementiæ: Jussio nostra super hoc prolata, sive scriptis, sive per mandata judici fuerit intimata, & ea adversario per eum cognita: etiam sic licebit pulsato ire ad competentem judicem & per eum suum adversarium simili modo vocare: ut siquidem sui præsentiam actor fecerit, causa secundum legum ordinem examinata finem legitimum sortiatur. §. 2. Si vero propositis edictis vocatus ad judicium venire, & suas intentiones aut per se aut per legitimum (sicut dictum est) procuratorem proponere noluerit: tunc & aliud unius [32] anni spatium ei concedimus: intra quod, nisi suam intentionem fuerit prosecutus, damus licentiam judici, & absente adversario, partis permanentis allegationes secundum nostras leges examinare: & veritate subtilius requisita, legitimam [33] proferre sententiam. Si vero intra prædictum anni spatium venerit: & suas intentiones exercere voluerit: jubemus judicem modis omnibus expensas vel sumptus quos propter litem pulsatus permanens in judicio sustinuerit, ante omnia exigere actorem, & pulsato dare: & sic actorem permanere: donec causa finem secundum leges accipiat. Nam si tantummodo venerit, & expensis sive sumptibus datis solum annale tempus interrumpere voluerit, & iterum a judicio recedens, usque ad exitum causæ non permanserit: jubemus eum post prædicta edictorum & annalis spatii observationes ab omni cadere actione, quam sibi competere contra pulsatum existimabat. *Deterior namque dolus ejus agnoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quam qui semel acceptam dereliquit.* Legis autem privilegio, quæ nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones movere: illis [34] tantummodo uti concedimus, qui nullam secundum prædictos modos adversario moverint quæstionem.

EPILOGUS.

† Hæc autem omnia obtinere decernimus in causis quæ necdum vel judiciali sententia, vel amicabili conventione, vel alia juri cognita decisione finitæ sunt, Theodote [35] parens charissime atque amantissime. Illustris itaque & magnifica auctoritas tua præsentem nostri numinis legem in perpetuo valituram edictis in hac regia urbe propositis, & præceptionibus in universis provinciis sub tua constitutis jurisdictione directis faciat manifestam: ut omnes ea quæ pro utilitate eorum sancimus, a se custodienda cognoscant. Dat. 4. Idus Septembr. CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno xv. [36] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XIV.

IN [37] MEDIO [38] LITIS NON FIERI [39] SACRAS [40] FORMAS AUT SACRAS JUSSIONES: SED SECUNDUM ANTIQUAS LEGES GENERALES LITES DECIDI.

NOVELLA CONSTIT. CXIII.

Imp. Justin. Aug. Theodoto sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

OMnia secundum [41] nostras leges agi volentes, & harum virtutem servari studentes, perspeximus præsentem scribere legem, ad ipsarum legum observationem. Agnovimus enim quoniam quidam judicium volentes eis qui causas dicunt, tergiversari, & celare suas festinantes dilationes, excusant se frequenter, dicentes quod sacræ formæ aut sacræ jussiones aut dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum insinuatæ eis sunt, tanquam disponentes; quemadmodum oporteat negotium examinari aut judicari.

CAP. I.

ET propterea sancimus, ut dum lis examinatur, sive in pecuniariis, sive in criminalibus, aut aliis quibuscunque emergentibus causis apud judices, sive

alio referant, ad eum scilicet casum, quo discussis bonis debitoris creditori non fuerit satisfactum, & male: cum hic permittatur creditori hypothecaria, quo casu res specialiter ei obligatæ venditæ alteri fuerint, nec earum ex pretio satisfactum ei fuerit. Non dicitur autem ex aliarum pretio. Et in eo differre specialem hypothecam a generali dixeris, quod certis casibus, jure prioris ac specialis hypothecæ, protinus possessorem sequi possis, etiam non discusso principali, ex generali autem semper sit discutiendus principalis prius quam possessor: idque non tantum natura specialis hypothecæ, sed & superiora illa verba a Triboniano intercisa & detruncata *in his hanc distinctionem tenere* §. *hic* evidenter ostendunt.

1 Specialis hypotheca prior tempore, alii speciali tempore posteriori, præfertur *ut hic*: ut & specialis prior tempore, generali posteriori, *ut hic*. Generalis vero anterior, generali vel speciali posteriori præfertur. *leg. 2. ff. l. 6. Cod. qui potior.* etiam si res specialiter post constitutionem generalis hypothecæ obligata, a debitore fuerit adquisita, producitur enim ad res futuras jus generalis hypothecæ, *l. ult. C. quæ res pign.* Quid si generalis creditor, anterior tempore, pignus speciale creditori speciali evincat? Generalis creditor cogetur antea discutere cætera bona debitoris, *Authent. hoc si debitor. Cod. de pign.* nec beneficium pignoris specialis speciali creditori auferendum, ut illud vel non persequatur, vel non retineat. Pignoris specialis utilitas in eo maxime versatur: Quinimo rei specialiter mihi obligatæ emptor discussionis beneficium creditoribus generalem hypothecam habentibus objicere poterit. Eodem quoque jure posteriores creditores pignus speciale vel possidentes, vel persequentes utentur. Beneficium denique discussionis, emptoribus & creditoribus (quibus jus est specialis hypothecæ) competet: nunquam tamen in anteriorum creditorum fraudem vel damnum, quibus hæc subsidiaria, discusso reo principali, datur. 2 *leg. 2. C. qui potior.*
3 Specialis hypotheca si rem litigiosam non facit, multo minus generalis faciet.
4 Hinc sumpta est Authentica, *Generaliter, C. de episc. & cler.* 5 Συσχεθῆναι comprehendi. 6 Ἢ ὑπομνησθῆναι, vel admoneri, citari. *Hal.* 7 Διαλαλιᾶς, Græci hic & 7. *Ecl. 4. c. 2.* Græci vocant interlocutiones. 8 Συνηθείας, *Eclog. d. loco* σπορτουλῶν. Græci *hic.* 9 Subscribere per tabularium actor potest. 10 Libello accusatorio scilicet, vide Jul. *hic num.* 369. 11 *Novell. 53. c. 2. §. 2. Inst. de satisdat.*
12 Cautio de lite prosequenda & permanendo ad finem usque litis. 13 Pœna temere litigantis §. 1. *Inst. de pœna tem. litig. Nov. 53. c. 1. Nov. 96. c.* 1. adde Cujac. 7 *obs. 5.* adde quæ scripsi de decima ad *l. 2. §. 2. ff. de pollicitationibus.* 14 Libellus in causa criminali, antea reo dari non debet, quam accusator ei se subscripserit, quam fidejussorem de lite prosequenda dederit & decima quantitatis in libello comprehensa præstanda, quo casu litem male movisse dictus fuerit. Si fidejussorem dare non poterit, juratoriæ cautioni committetur.
15 Ἐνώμοτον ὁμολογίαν. Juratoriam cautionem hic appellant, de qua dixi ad Harmenopulum, *l. 1. tit. 2. § 26. & 27.* quæ eidem ἐξωμοσία, adde *Novell. 22. c. 44. Nov 53. c. 4. & 134. c. 9.* Dicitur quoque διωμοσία. *Novell. 112. cap. 2.* 16 Juratoriæ cautioni committitur, qui fidejussorem reperire non potest, vid. *l. 26. C. de episc. & cleric. l. 12. C. de prox. sacr. scrin.*
17 Pœna denarum librarum injusto executori imposita. 18 *Al.* viribus, vide quæ scripsi *Novell. 144. in fin.* 19 Si admonito reo, judicium deseruerit actor. 20 Vide Novell. Leon. 108. 21 Hinc sumpta est Authentica, *qui semel. C. quomodo & quando judex.*
22 *l un. C. ut nemo invitus agere.* 23 Invitus nemo agere cogitur: *ut hic.* vid. tamen finem hujus capitis *& l. diffamari 5. C. de ingenuis manumiss.* 24 Qui semel adversus alium egit, actionem continuare cogitur, ideoque regula, *ut nemo invitus agere cogatur,* non pertinet ad eum, qui agere cœpit: adde *l. 5. Cod. de ingen. manumiss.*
25 Est enim in arbitrio actoris agere velit, necne: Necessitatis vero in reo, excipere.
26 Actor cœptum negotium ad finem usque litis exercere debet. 27 Olim 10. dierum. *l. 69. ff. de judiciis: l. 2. Cod. de judiciis.* 28 Ὀρδιναρίους δικαστὰς, ἤγουν τοὺς ἐμβάθμους. Græci hic, *& Eclog. dict. loco.* sunt igitur ἔμβαθμοι δικασταὶ judices ordinarii. 29 Absentes vocantur in jus aut præconis voce §. aut per edicta publice proposita. Præconis voce τῆς τῶν κηρύκων φωνῆς, *ut hic:* & quidem dupliciter, vel in ipso judicio per præconem, id est, apparitorem, *leg. 7. ff. de in integ. rest. Par un huissier:* vel extra, νομίμοις κηρύγμασι, *Nov. 134. c. 5.* Galli, *A son de trompe & cry public.* adde *leg. 10. ff. de public. l. 2. §. 3. l. 15. §. 2. l. 42. §. 1. ff. de jure fisci.* Per edicta vocantur, id est, programmata, προγράμματος προτιθεμένου διὰ γραμμάτων, vide quæ notavi ad *l. 1. §. 2. ff. de requirendis reis:* sive libellis affixis ad domicilium absentium, *l. 4. §. 6. ff. de damno. l. 2. Cod. de annali except.* vel ad judicii locum, *par affiches.* Porro citatio, quæ fit *per buccinam*, raro fieri solet, sed certis tantum casibus: puta, quoties reus efficit, ne citatio ad se perveniat: quando in eo loco est, ubi tuto conveniri non potest: quoties reus habet incertum & vagum domicilium: quoties contradictor est incertus, tunc enim omnes citandi sunt, quorum interesse potest, puta creditores defuncti. *l. 6. C. de remiss. pignor.* vide Gailium 1. *observ.* 57. 30 Quæ Græcis προγράμματα. 31 Contestata non fuerat. Initium litis, contestatio. 32 Si lis nondum est contestata, tribus edictis reus fit contumax, ab his anni spatium etiam habet, intra quod comparere potest, solutis tamen prius adversario expensis, *vers. Si vero. §. hic.* Si comparuerit, & rursus in parem contumaciam incidit, repellendus est, *vers. Nam si tantummodo. §. hic.* 33 Definitivam. 34 Nemo invitus agere compellitur re integra. *l. unica Cod. ut nemo invitus agere.* Res non est integra, lite cum adversario contestata aut eo prehenso. vid. Jul. *hic num.* 370. 35 Non erat pater Justiniani, sed honoris causa cum ita appellat. Purpurat. *in l. final. C. de edendo.* Ans. 36 Id est, an. 541.
37 De pragmaticis sanctionibus & diversis jussionibus principis & officio judicum & ordine Jul. *const.* 106. 38 *L. 1. C. 21 Nov. 82. c. 13. l. 13. C. de appell.* 39 Exceptio novatorum hinc oritur, de qua vide Oldend. *c. 4. de except.* 40 Ne sacræ formæ fiant in medio litis, *Index Reginæ.* adde Julian. *constit.* 105. adde 2. *Eclog. 6. cap. 23.* θείους τύπους Græci hic appellant, quas interpres vertit sacras formas. 41 Ex legibus judicandum est. *Nov. 15. cap. 1. in fin. & 82. cap. 13. l. 2. C. de pœna judicis. l. 40. ff. de judiciis & pr. Instit. de offic. judic.*

hic,

hic, sive in provinciis, neque [1] pragmaticum typum, neque aliam præscriptionem, neque sacram nostram quamlibet ex scripto aut non scripto jussionem aut dispositionem in hac regia civitate spectabilium nostrorum referendariorum [2], aut alterius cujuslibet, disponentem eos quomodo decet inchoatum examinare aut judicare negotium: insinuare judicantibus, aut insinuatam valere: sed secundum generales [3] nostras leges causas examinari & decidi. Quod [4] enim in legum positum [5] est potestate, non egebit aliqua extrinsecus [6] dispositione. Si quod enim ad nos negotium, apud judicem jam dictum, aut antequam hoc principium sumat, perspeximus nos hoc per proprium nostrum judicium disponere & dicere: hoc nequaquam alterius judicis egebit judicio. Sicut enim a nobis per sacrum (sicuti dictum est) judicium disposita aut decisa, non [7] egebunt aliorum examinatione, aut judicio, aut retractatione [8] aliqua: sic nos (quibus Deus sanciendi potestatem donavit) si aliquod judicium in quolibet negotio protulerimus, non alii judici hoc committimus sive per formas, sive per dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum, aut alterius cujuslibet, quomodo convenit hoc negotium examinari aut judicari: utpote quia a nobis semel judicatum est, quod retractari a nullo valeat: his videlicet tenentibus, quando scripta talis aliqua nostra procedit sententia. Si [9] vero aliqua dubitatio judici de aliqua fiat lege: nunciet ad nostram potestatem, & a nobis expectet causæ scriptam declarationem aut interpretationem, & secundum eam decidat litem. §. 1. Si vero dum causa dicitur, pragmatica nostra forma, aut dispositio spectabilium nostrorum referendariorum, aut alterius cujuslibet, aut aliud aliquid horum quæ dicta sunt omnium, judicantibus insinuetur, ordinans in his examinationem, aut sententiam, jubemus judicem quidem omnino non respicere: sed his vacantibus, & nullam penitus habentibus virtutem secundum generales nostras leges causam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non custodierit judex, decem librarum auri eum subjacere pœnæ: ut etiam aliam nostram majorem indignationem experiatur: eidem pœnæ subjecto & eo, qui præsumet talem aliquam dictare formam, & ministrantibus ei, & talem aliquam dispositionem facientibus spectabilibus nostris referendariis. Et hæc dicimus sive [10] ex sacra nostra sanctione judicare quispiam deputatus est, sive ex præcepto judiciali, sive secundum arbitrium, aut compromissariorum schema quæstionem audit: sive scripto, sive sine literis. Sed vel si quis judicum propriam despiciens salutem ex aliquo tali præsumpserit sententiam proferre: hanc ita infirmam [11] esse volumus, ut neque appellatione indigeat, neque ex compromisso inferatur pœna. Nos enim omnes judices secundum generales nostras leges examinationes & sententias ferre volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque judicialis quælibet valebit jussio extra quod ordinatum est hac nostra lege.

CAP. II.

Super hoc autem & illud judices nosse opus est, quia competens est eos, & quæ [12] adhuc & nunc moventur quæstiones, secundum generales determinare leges, vel si quispiam præcessit impetrans [13] sanctionem, disponentem judicantis examinationem, aut sententiam. Ei enim qui tale aliquid impetravit jam, sententiamque definitivam nondum promeruit, nihil ex iis quæ impetravit, prodesse volumus. Si enim semel pervenit sententia definitiva [14] data: nequaquam hanc ex nostra hac perscrutari lege jubemus: licet appellatio subsecuta sit, aut retractationis est aliqua species contra sententiam. Eam autem jussionem, quæ non disponit quidem judicantem, aut judicare futurum, quomodo oporteat quæstionem fieri, aut judicium inferri: causam vero fini [15] studiose tradi legitimo vult: aut actorum imponet editionem, aut judicem coget legitimam proferre sententiam, aut simul [16] alium judicem secundum nostras præstitutas leges; & fieri, & valere, & scripto & sine scriptura non prohibemus.

CAP. III.

Ut autem omnes nostri subjecti & maxime qui litibus atteruntur, nostram pro se noverint providentiam, & nullus hanc sacram nostram circumveniat legem, neque ignorantiam in ea proponat: sancimus in unoquoque negotio initium apud judicem accipere ex procemiis [17] mox, & ante ipsam personarum firmationem [18] inscribi eam, & monumentorum fieri partem: sic enim gestis præfulgens prohibebit ea quæ præter ejus virtutem tententur circa eam, & circa ipsam forsan personarum firmationem [19]: & prævaricari eam nitentibus per multa interminata refrenabit a talibus eos præsumptionibus, & propriis tempus non finet fieri pœnis. Ut enim iniquitatem simul & injustitiam per omnia expellamus, propterea præsentem posuimus legem, undique eam, & per eam alias cautas & incircumveniendas custodientes reipublicæ leges, secundum quas & nos ipsi imperium, quod Deo dante suscepimus, custodire, nostramque rempublicam ab his legibus muniri semper optamus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo servare quidem studeat, omnibus autem palam faciat, proponens quidem eam in hac felicissima civitate, præceptis autem solennibus utens ad provinciarum præsides, ut omnes homines sciant eam quam super eos habemus providentiam. Dat. 10. Kal. Decembr. CP. DN. JUSTIN. PP. August. Anno XV. [20] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XV.

UT [21] DIVINÆ [22] JUSSIONES SUBSCRIPTIONEM [23] HABEANT GLORIOSISSIMI QUÆSTORIS.

NOVELLA CONSTIT. CXIV.

Imperator Justinianus Augustus Theodoto sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

Nostræ serenitatis solicitudo remediis invigilat subjectorum, nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra republica corrigendum. ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus. Unde ad universorum utilitatem pertinere perspeximus, si sacras etiam jussiones cum competenti jubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro sua voluntate profiteri.

CAP. I.

Nam [24] præsenti lege decernimus, nullam divinam jussionem neque per viri magnifici quæstoris adjutores, neque per aliam cujuslibet militiæ aut dignitatis aut officii personam, cuicunque judici confectam, a quolibet suscipi cognitore, cui magnifici viri quæstoris [25] annotatio subjecta non fuerit, qua contineatur *& inter quos, & ad quem judicem* [26], *vel per quam fuerit directa personam*: quatenus omni posthac ambiguitate submota, nulla cuilibet excusationis relinquatur occasio: scientibus judicibus vel administratoribus universis, quod si in quolibet negotio sacram susceperint jussionem, nisi cui quæstoris viri magnificentissimi fuerit subjecta annotatio, mulcta viginti librarum auri, & officium eorum simili pœna plectetur: quibus jubemus si qua talis jussio ad eos pervenerit, mox ad prædictum virum magnificum quæstorem referre, aut cum illo qui hæc ingerit, destinare: ut in eum vindicta procedat, quam in falsarios jura nostra constituerunt, Theodote, parens [27] charissime, atque amantissime.

EPILOGUS.

† Quam legem perpetuo valituram celsitudo tua ad universorum faciat pervenire notitiam.

Ejusdem breve argumentum.

Omnis sacra jussio quæstoris subscriptionem [28] habeto: & quibus de rebus publicetur qualemque judicem det, manifestator. Non repugnat quod jubetur, omne principis rescriptum principis manu omnino subsignari debere. Nam præsens constitutio non tollit & abrogat quod in Cod. [29] dictum est, sed addit quod hic statuitur, videlicet quæ a principe subsignari non oportet [30].

TIT. XVI.

UT [31] CUM DE APPELLATIONE COGNOSCITUR, SECUNDUM ILLAS LEGES DEBEAT JUDICARI, QUÆ TEMPORE [32] LATÆ SENTENTIÆ OBTINEBANT: NON SECUNDUM EAS QUÆ POSTEA PROMULGATÆ SUNT: ET DE ALIIS CAPITULIS.

NOVELLA CONSTIT. CXV.

1. Ut cum de appellationibus, & retractationibus, & relationibus judicum cognoscitur, secundum illas leges controversiæ decidantur, quæ tempore latæ sententiæ & suggestionis obtinebant, non quæ postea promulgatæ sunt. 2. Si altera litigantium pars renunciet se allegationibus contentam fore, altera vero differat, quasi non contenta, judex dato unius, & item alterius, & tertii mensis dilationem, his autem præteritis non amplius expectato, sed proferto sententiam. 3. Quæ causæ ingratitudinis rationabiliter filiis objici possint a parentibus. 4. Quæ rursum causæ ingratitudinis, rationabiliter possint parentibus objici a filiis. 5. Ut lugentes, & qui genere illis proximi sunt, nulla de causa intra nonum diem prehendantur vocenturque in jus. 6. De constitutæ pecuniæ obligatione & sponsionibus, si quis ita pecuniam constituat aut spondeat, satis tibi facio, aut satis tibi fiet a me, & hoc & illo: aut satis tibi fiet a me, aut hoc aut illo.

Imp. Justin. August. Theodoto orientalium sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

Pervenit ad scientiam nostræ serenitatis, quod cum inter Eustathium virum reverendissimum Tholonæ [33] civitatis Episcopum, & Pistum, diaconum ecclesiæ Thelmissensis [34] fuisset causa commota, processit a rectore provinciæ definitiva sententia, contra quam appellatio est porrecta. Judices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad nostram clementiam retulerunt, an secundum leges quæ obtinebant, quando processit definitiva sententia, an secundum tenorem illius legis, quæ post definitivam sententiam a nobis promulgata est, eandem causam examinare deberent. Nos itaque justum esse perspeximus, secundum leges quæ obtinebant tempore latæ sententiæ prædictam appellationis causam examinari, & terminum secundum ipsas accipere. Prævidimus autem & post hanc si quandocunque dubitatio talis emerserit, eam simili ordine terminare.

1 Non ex jussione principis, pendente lite, impetrata judicandum est. 2 Referendarii interdum nunciabant judicibus, quemadmodum litem finiri vellet princeps. 3 Γενικὰς νόμους appellant Græci. Sic & *d. l. Eclog. ut &* Harmenop. 1. *tit.* 1. §. 47. τὰ κοινὰ καὶ ἐν γένει καὶ ἐπὶ πάντων ὠφελίμως νενομοθετημένα, adde *Novell.* 82. *& l. ult. Cod. si contra jus vel utilitatem publicam.* ubi dixi. 4 *l.* 1. §. 4 *ff. ad SC. Turpill.* 5 Κείμενον *Synops. ibid.* quod ex legum autoritate decretum est. 6 Id est, aliunde petita. 7 Appellari a sententia principis non potest, nec ab ea fit retractatio, interdum tamen princeps minoribus indulget restitutionem adversus eam sententiam, quam ipse dixit. *l.* 18. *ff. de minoribus.* Potest & quod vulgo dici consuevit, a principe dormiente ad ipsum vigilantem appellari, qua de re vide exemplum, apud Plutarch. in Apophtheg. ubi de Philippo rege. 8 Αναψηλαφήτως, *Novell.* 82. *cap.* 12. *in fin.* 9 Hoc abrogatur *Nov.* 125. *c.* 11. 10 Judices dantur, vel a principe, vel a magistratu: eliguntur a litigatoribus. 11 Sententia ex rescripto lata, non ex legibus, ipso jure nulla est: & ex compromissio, pœnæ promissio non est, *l.* 10. 11. *C. de judic.* 12 Leges interdum formam dant pendentibus negotiis. 13 Ambitiosis ex rescriptionibus non judicatur. Jul. *hic.* Ambitiosa sunt ad gratiam composita: κολακικά, adulatoria, per adulationem impetrata.

14 Finita negotia rescripto non sunt revocanda. Finitum dicitur, quoties definitiva sententia lata est: quamvis appellatio aut retractatio in eam speretur. Jul. *hic.* 15 Etiamsi hæc lex vetet rescripta a principe impetrari: non tamen vetat id genus rescripti, quo jubentur judices sine dilatione vel mora causas dirimire, vel secundum leges judicare, vel acta litigatoribus edere, vel cum alio judicare, *l. ult. C. de mand. princ. l.* 2. *C. ut lite pendente.* 16 *d. l.* 2. 17 Id est, ab initio. 18 Firmatio personarum, satis datio, §. 3. *Inst. de satisd.* 19 Id est, satisdationem, *s. hic.* 20 Id est, an. 541.

21 Fuit hæc constitutio Latina, ut & *Nov.* 65. *&* 143. 22 De sacris jussionibus, *Index Reginæ*, divinas, intellige imperatorias, hoc enim titulo Justinianus sibi blanditur, ut & quidam Episcopi, sanctitatis nomine. Sic divina beneficia *l.* 5. *in fin. C. de divers. rescr.* sacri afflatus, *l.* 6. *d. tit.* oracula *l.* 7. *d. tit.* 23 De his verbis *Quæstor legi*, vide constitutionem Justini de filiis liberorum, *infra.* 24 Hinc sumpta est Authent. *Gloriosissimis, C. de div. rescr.* 25 Cancellarius apud Gallos appellatur. 26 Forma divinæ seu imperatoriæ jussionis. 27 Solent Galliæ reges hac formula uti ad judices, *A nostre aime & feal*, vid. *l.* 17. *ff. de jure patron.* adde Papon. 3. *Notar.* 5. *des termes en rescripts d'aime & feal.* 28 Subscriptio quæstoris his verbis fiebat, *Quæstor legi. ut s. dixi.* 29 *l.* 3. *l. pen. C. de divers. rescript.* 30 Cujacius hanc subscriptionem addit, Dat. Kal. Novemb. C. P. Just. P. P. August. anno XVI. Basil. V. Cos. Is est annus 542.

31 Iul. *const.* 107. 32 Punitur tamen reus ea pœna, quæ obtinebat tempore delicti commissi non sententiæ, *leg.* 1. *ff. de pœnis.* In æstimatione Falcidiæ in bonæ fidei judiciis tempus rei judicatæ: in stricti juris judiciis, litis contestatæ tempus spectamus, *l.* 3. §. 2. *ff. commod.* 33 Τλῶ πόλιος, est autem Tlos civitas Lyciæ, 5. Plin. 27. & Ptol. a Tlo Tremili & Praxidicis Nymphæ filio. vid. Stephan. *lib. de urbibus in* τλῶς. 34 Telmessos urbs ma

CAP

CAP. I. [1].

Ut causæ appellationum dirimantur ex iis legibus quæ tempore latæ sententiæ [2] obtinebant.

IDeoque sancimus, si quando de aliqua causa processerit definitiva sententia, & provocatio fuerit subsequuta: appellationis examinatores secundum leges quæ tempore definitivæ sententiæ obtinebant, terminum dare negotio: hoc eodem videlicet observando & in retractandis [3] amplissimæ prætorianæ sententiis, & in suggestionibus [4] judicum, quando [5] utræque partes *omnibus allegationibus suis renuntiaverint*, & judices per suas relationes, quid disponi debeat, interrogaverint. In omnibus enim prædictis casibus illas leges a cognitoribus [6] servari decernimus, quæ [7] tempore sententiæ, aut certe relationis obtinebunt: tametsi contigerit postea legem promulgari novi aliquid disponentem, & tenorem suum ad [8] præterita quoque negotia referentem.

CAP. II.

De his qui post renunciationem adversariorum se allegationes habere dicunt [9].

SEd [10] & hoc præsenti addimus sanctioni. Quia inter litigatores aliquando contingit unam quidem partem suis allegationibus renunciare, alium vero scientem se malas causas habere, post cognitionalia [11] certamina, & dilationes [12], quas [13] probationum causa leges concedunt, nolle confiteri allegationes sibi sufficere, ne cito causæ qualitas agnoscatur: jubemus [14], ut quando una pars *allegationibus renuntiaverit*, alia vero pars dixerit *se habere aliquid quod proponat*: judex negotii modis omnibus eam partem quæ utitur dilatione [15], compellat *intra triginta dies postquam altera pars renuntiaverit, quidquid velit, sine aliqua intermissione proponere*: quod si non fecerit, tunc ad ejus malitiam convincendam alius unus mensis indulgeatur a judice. Si vero & sic distulerit, alterius unius mensis ei dilatio præbeatur: ita ut si usque ad prædictos tres menses quos litigatoribus protrahentibus concessimus, suas non proposuerit allegationes: tunc cognitor causæ non [16] amplius expectans modis omnibus proferat sententiam legibus consonantem: vel si voluerit, referat, ne litigatoribus male certantibus liceat causarum exitum ultra protrahere.

CAP. III.

Quæ [17] sunt justæ exheredationis liberorum causæ [18].

ALiud [19] quoque capitulum præsenti legi addendum esse perspeximus. Sancimus igitur non [20] licere penitus patri vel matri, avo, vel aviæ, proavo vel proaviæ suum filium vel filiam, vel cæteros liberos præterire, aut exheredes in suo facere testamento, nec [21] si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem: nisi forsan probabuntur ingrati: & ipsas nominatim [22] ingratitudinis causas [23] parentes suo inseruerint testamento. Sed quia causas ex quibus ingrati liberi debeant judicari, in diversis legibus dispersas, & non aperte declaratas invenimus: quarum aliquæ nec *dignæ* nobis ad ingratitudinem visæ sunt: aliquæ vero cum essent dignæ, prætermissæ sunt: ideo necessarium esse perspeximus eas nominatim præsenti lege comprehendere: ut præter [24] ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in hujus constitutionis serie continentur. Causas autem justas ingratitudinis has esse decernimus. §. 1. Si quis parentibus suis manus [25] intulerit.

§. 2. Si gravem [26] & inhonestam injuriam [27] eis ingesserit. §. 3. Si eos in criminalibus causis accusaverit, quæ non sunt adversus [28] principem, sive rempublicam. §. 4. Si cum maleficis hominibus ut [29] maleficus versatur. §. 5. Vel vitæ [30] parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentaverit. §. 6. Si novercæ [31] suæ, aut concubinæ [32] patris, filius sese immiscuerit. §. 7. Si delator [33] contra parentes filius extiterit, & per suam dilationem gravia eos dispendia fecerit sustinere. §. 8. Si quemlibet de prædictis parentibus [34] inclusum [35] esse contigerit, & liberi qui possunt ab intestato ad ejus successionem venire, petiti ab eo vel unus ex his in sua eum noluerit fidejussione suscipere, vel [36] pro persona, vel pro debito, in quantum esse qui petitur, probatur idoneus, hoc tamen quod de fidejussione censuimus, ad masculos tantummodo liberos volumus pertinere.

§. 9. Si convictus fuerit aliquis liberorum ex eo quia prohibuerit [37] parentes suos condere [38] testamentum: ut si quidem postea facere potuerint testamentum, sit eis pro tali causa filium exheredandi licentia [39]. Si autem in ipsa prohibitione, sine testamento aliquis ex parentibus decesserit, & alii sive qui ab intestato ad hereditatem defuncti, aut cum ipso filio qui testamentum fieri prohibuit, aut post illum vocantur, sive illi quos heredes, aut legatarios habere volebat, vel qui læsionem aliquam ex prohibitione testamenti sustinuerunt, hoc ipsum approbaverint: secundum alias leges super hoc positas talia negotia terminentur. §. 10. Si præter voluntatem parentum inter [40] arenarios vel mimos sese filius sociaverit, & in hac professione permanserit: nisi forsitan etiam parentes ejusdem professionis [41] fuerint. §. 11. Si alicui ex prædictis parentibus volenti suæ filiæ vel nepti maritum dare, & dotem secundum vires substantiæ suæ pro ea præstare, illa non [42] consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si [43] vero usque [44] ad vigintiquinque annorum ætatem pervenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc contigerit in suum [45] corpus eam peccare, aut sine [46] consensu parentum marito se, libero [47] tamen, conjungere: hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: quia non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscitur.

§. 12. Si [48] quis de prædictis parentibus furiosus [49] fuerit, & ejus liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non existentibus, alii ejus cognati, qui ab intestato [50] ad ejus hereditatem vocantur, obsequium ei & curam competentem non præbuerint: siquidem a tali sanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas utrum velit negligentem filium vel filios, aut cognatos, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit a suis neglectum liberis vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis heredibus, & pro misericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiam attestationem eis qui ab intestato, vel ex testamento jam facto ad furiosi hereditatem vocantur, scriptis dirigere, ut eum procurare festinent. Si autem post hujusmodi attestationem neglexerint, & extraneus in suam domum furiosum susceptum sumptibus propriis usque ad finem vitæ ipsius procurasse monstratus fuerit: eum qui obsequium ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad ejus successionem pervenire decernimus, evacuata institutione eorum, utpote indignorum, qui furioso (sicut diximus) curam præbere neglexerint: ita tamen ut cætera testamenti capitula in sua maneant firmitate.

§. 13. Si unum de prædictis parentibus *in captivitate [51] detineri contigerit*, & ejus liberi, sive omnes, sive unus, non [52] festinaverint eum redimere: siquidem valuerit calamitatem captivitatis evadere: in ejus sit potestate: utrum hanc causam ingratitudinis testamento suo velit adscribere. Si autem per liberorum negligentiam [53] vel contemptum non fuerit liberatus, & in captivitate decesserit, illos ad successionem ejus venire non patimur, quia non festinaverunt ejus redemptionem citius procurare: sed omnibus liberis in hoc negligentibus res universas ab eodem relictas, ecclesiæ civitatis ex qua oritur, applicari, inventario scilicet sub publica attestatione celebrando, ne quid ex ejus facultatibus pereat: ita ut quicquid exinde ad ecclesiam pervenerit, captivorum redemptioni proficiat. Sed hæc quidem quantum ad personas dicta sunt, quas exheredare non licet, nisi ingratitudinis causas ubique approbari contigerit. Occasionem autem nobis ad generalem legem promulgandam hæc præsens causa noscitur obtulisse. Sed universaliter jubemus, ut si ille qui in captivitate detentus fuerit, liberos non habuerit, & aliis qui ad ejus hereditatem vocati sunt, eum redimere non festinantibus, in captivitate defunctus fuerit: nullus ex iis qui neglexerit, ad hereditatem ejus perveniat, licet ante

ritima Lyciæ. Plin. *d. l. Ptol.* Strabo. aliis Cariæ. *Stephanus in* τελμισσός.

1 *Sub.* prioris.

2 De appellationibus, *Index Reg.* Si qua nova lex per porrectam provocationem promulgetur, Jul. *ibid.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 10. *cap.* 5. Ans.

3 Retractiones vocat Jul. *hic.* ubi tamen perperam legitur retractationes. Est vero retractatio ἀναψηλάφησις, Græcis.

4 Relationes vertit Julianus: quas Græci hic ἀναφορὰς appellant.

5 Renunciatio hæc notanda practicis usitata: in qua litigatores renunciant omnibus allegationibus suis: δικαιολογίας Græci hic appellant.

6 Qui διαγνώμονας.

7 *Novell.* 73. *c.* 4. *l.* 7. *C. de legib. l.* 27. *C. de usur.*

8 Lex quotiescunque ad præterita negotia porrigitur, negotium jam finitum, transactione vel sententia, non comprehendit *l.* 22. §. 1. *C. de sacros. eccles. l.* 1. *in fin. Cod. de contr. jud.*

9 Jul. *const.* 107. *num.* 373.

10 Hinc sumpta est Authentica, *jubemus. C. de judiciis.*

11 Διαγνωστικοὺς ἀγῶνας.

12 Dilationes, novas allegationes causantibus, dantur, causa cognita.

13 Tempora probationum.

14 Nota regulam.

15 Probationis & instrumentorum proferendorum causa, dilatio danda est, *l.* 99. *in fin. ff. de verb. sign.*

16 *l.* 9. *C. de judic.*

17 5. Harmenop. 9. §. 31. *& seq.*

18 Jul. *hic n.* 374.

19 Hinc sumpta est Authentica, *Non licet* & Authentica, *Ex causa. Cod. de lib. præt.* Goth. Intellectum hujus *cap.* 3. vid. apud Dekherr. *lib.* 1. *dissert.* 8. *num.* 23. 24. 25. Ans.

20 Nemo ascendentium, descendentium aliquem præterire, vel sine causa exheredare potest, *l.* 30. *ff. de liber. & posthum. l.* 3. *ff. de injusto: pr. Instit. de exhered. lib.*

21 Quarta liberis relinquenda est institutionis, non donationis, legati, vel fideicommissi titulo. Jus ita vetus abrogatur, cujus fit mentio in §. 6. *Instit. de inoff. testam.* quo supplementum quartæ jure legati relinqui poterat. Pone, Pater reliquit filiæ centum pro sua legitima vel pro sua Falcidia. quæro: utrum his verbis filia censeatur instituta? Bartolus *in Auth. si parens. C. de inoff.* ita putat, Mathesilanus autem *singul.* 159. non admittit his verbis institutionem, etiam implicitam includi, *arg. l. cogi.* 16. *ff. ad SC. Trebell.* Cur? Hæc enim verba nimis generalia esse, præsumi quidem in omni actu solennitatem intrinsecam, modo verba per se, suaque vi ad solennitatem hujusmodi arguendam vel demonstrandam apta sint. Cujusmodi verba in contractibus quædam solemnia occurrunt ut est fidejubeo, promitto, *l. sciendum* 30. *ff. de verb. oblig.* minus autem solemne esse verbum, Convenit. *l. lecta* 40. *ff. de rebus creditis.* Item quæro, An testamentum, in quo liberis legitima titulo legati sit relicta, valeat saltem favore Ecclesiæ & piæ causæ? Tiraquellus ita putat 14. *privil. piæ causæ.*

22 Viglius *ad §. ult. Inst. de exhered. lib.* ait, Exheredationem valere interdum non expressa causa exheredationis, veluti si bona mente facta fuerit exheredatio, ut exheredato prodesset, *l.* 18. *ff. de liber. & posth.* si voluntate ejus, qui exheredatur, fiat, *leg.* 8. §. 6. *ff. de bon. possess. contra tabul.* vel a milite, si filia, quæ ab intestato non potest succedere, exheredatur, vid. Vigl. *ibid.*

23 Hinc possumus colligere, Posthumum exheredari non posse, *l.* 33. *C. de inoff. testam. l.* 55. *in fin. ff. de fideicomm. libert.* & ita abrogari videntur *l.* 2. 4. *C. de præt. lib.* §. 2. *Inst. de exher. lib.* adde *l. ult. C. de lib. præterit.*

24 Præter quatuordecim causas, J. enumeratas, exheredationis justæ causæ nullæ sunt. Interpretes tamen similes gravioresque communi opinione admiserunt, ut hodie non sint tantum 14. causæ, sed infinitæ prope ac innumerabiles: quod tamen Viglio displicet, *d. l.*

25 *l.* 1. §. 2. *ff. de obs.*

26 Ut si sine patris consensu inhonestam uxorem duxerit. Plerique hæc verba ad quamcunque injuriam gravem extendunt.

27 *d. l. in fin.* 2. *Feudor.* 24. §. 2. *ver. porro.*

28 Liberi parentes accusare possunt læsæ majestatis 1. Harm. 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων, ut & uxor maritum. Harm. *ibid.* servus dominum, libertus patronum, *l.* 7. §. 2. *ff. ad l. Jul. majest.*

29 Non continuo damnandus est, qui inter maleficos in itinere vel hospitio repertus fuerit, cum eo nomine, nisi societas latrocinii sit, puniri nemo debeat. *Novell.* 22. *cap.* 15. *l.* 39. §. 4. *ff. ad l. Jul. de adult.*

30 Vid. *tit. de leg. Pomp. de parricid.*

31 Privigni cum noverca consuetudo incestuosa *l.* 17. *C. de nupt.* adde *l.* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid.*

32 Concubina patris ejusque consuetudine filius abstinere debet, etiamsi eam uxorem velit ducere *l.* 4. *C. de nupt.*

33 Si calumniator, Jul. *hic.* ὁ συκοφάντης κατὰ τῶν γονέων. *Scrimg.*

34 Idem in patrono 2. *Feud.* 24. §. 2. vid. *item si.*

35 Ingratus in parentem censetur, qui pro eo carcere incluso fidejubere noluit. Alias filius non cogitur æs alienum patris exsolvere, *l.* 5. §. 16. *ff. de agn. & alend. l.* 2. 3. 4. *C. ne filius pro patre.* Illud de Cimone fertur, eum patrem ob crimen peculatus in carcerem conjectum ibique defunctum, translatis in se vinculis, ad sepulturam redemisse. Justin. 2. Valer. 5. *cap.* 3. qui & hæc de cujusdam filiæ erga patrem pietate refert, Filiam quandam extitisse, quæ patrem suum consimili fortuna cum Cimone affectum, & pari custodiæ traditum, jam ultimæ senectutis infantem, pectori suo admotum uberibus aluerit, adde Festum *in verb. pietatis.*

36 Fidejubetur vel pro persona, vel pro debito.

37 *l.* 23. *C. de inoff. testam.*

38 Condere, id est, facere.

39 Quid si non exheredaverit? potest hereditas ei velut ingrato auferri, *l.* 1. *ff. & l.* 2. *C. si quis aliquem test. prob.* Paul. 5. *sent.* 12. §. 3.

40 Daturne filio arenarii querela inofficiosi? vid. *l.* 11. *C. de inoff. testam.*

41 Pater non potest improbare mores, quos ipse liberis præfert. *l. in arenam supr. de inoffic. testam.* Ans.

42 Potest quidem filia impune, justa tamen de causa, detrectare nuptias sibi a parente oblatas, *arg. l.* 18. *l.* 20. *C. de inoff. testam.* Si tamen eas detrectaverit, ut luxuriosam vitam eligeret, velut ingrata a parente potest exheredari, *l.* 19. *C. de inoff. testam.* Goth. Videtur improbari jure Canonico *cap.* 1. *De dispens. impub.* Ans.

43 Hinc sumpta est Authentica, *Sed si post. C. de inoff.*

44 Aliud itaque in minore 25. annis.

45 *In corpus peccare*, hic aliud nihil esse puto, quam meretricio more vivere. Eo igitur adducor, ut credam, filiam majorem 25. annis patre cessante ei conditionem quærere, non ob id exheredari posse, quod in corpus suum peccaverit, forte semel, aut aliquoties, clam tamen, aliud vero fore, si palam turpiter vivat & flagitiose. *l.* 19. *Cod. de inoff. testam.*

46 Hic quæri merito potest, An filia ob nuptias sine consensu parentum contractas exheredari possit? filia minor 25. annis nuptias contrahere sine patris consensu non potest, *ut hic*, sine consensu etiam matris, idque metu ingrati, *l.* 18. *l.* 20. *Cod. de inoff. testam. l.* 1. *l.* 18. *l.* 20. *C. de nupt.* major 25. annis potest, *ut hic.* Masculi emancipati sine consensu possunt uxorem ducere, *l.* 25. *ff. de ritu nupt.* non tamen propudiosam: possunt alioquin exheredari, *l.* 3. §. 5. *ff. de bon. poss. contra tab.* In potestate positi tum demum possunt, cum eis conditio a patre de ea re interpellato, non quæritur, *l.* 19. *ff. de ritu nupt.*

47 Utcunque filia major 25. annis possit sine consensu patris nuptias contrahere, non potest tamen servi nuptias eligere, *ut hic.*

48 Hinc sumpta est Authentica, *Liberi. C. de episc. aud.*

49 Furiosi parentes a liberis impune non negliguntur; retinent enim matrimonium & potestatem patriam furiosi, *l.* 8. *ff. de his qui sui vel al.* Etiamsi propter furorem in cura liberorum suorum esse possint, vide *l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *ff. de curat. furiosi.*

50 Vel ex testamento, *l.* 3. *ff. de his quib. ut indign.*

51 Hinc sumpta est Authent. *Si captivi. Cod. de episc. & cler.*

52 Hac impietate laboravit Gallienus Imperator, de quo vid. Treb. Pollionem *in Gall.*

53 Pœna liberorum parentem captivum non liberantium.

captivitatem teſtamentum forſan ab eo fuiſſet conſcriptum, in quo memoratas perſonas ſcripſit heredes: ſed hac quoque inſtitutione heredum infirmata, & cæteris teſtamenti capitulis in ſuo robore permanentibus ſubſtantiæ talium perſonarum ſimili modo eccleſiis civitatum ex quibus orti ſunt, applicentur, & nullis aliis cauſis, quam in captivorum redemptionibus expendantur: ut unde [1] illi a ſuis non ſunt redempti, aliorum redemptio procuretur, & ipſorum quoque animæ ex hac cauſa piiſſima ſubleventur. Hoc eodem obſervando & ſi aliam extraneam perſonam ante captivitatem ſcripſit heredem: & illa ſciens ſe ab eo heredem ſcriptam, eum redimere a captivitate neglexerit. Hanc autem pœnam contra illos valere jubemus, qui octavum [2] & decimum ſuæ ætatis annum compleverint. In hujuſmodi [3] vero cauſis quando pro captivorum redemptione neceſſarium fuerit dare pecunias, ſi quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, ſi memoratæ ſit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles vel immobiles ſupponendi, ſive propriæ ipſius ſint, ſive illius [4] qui in captivitate detinetur: quoniam in prædictis omnibus, quæ pro [5] captivorum redemptione data vel expenſa probabuntur, contractus hujuſmodi tanquam a perſona ſuæ poteſtatis & legitimæ ætatis factos, ita firmos eſſe decernimus: nullo eis qui cum hujuſmodi perſonis in memoratis cauſis quo prædictum eſt modo contraxerint, præjudicio generando: neceſſitatem ſcilicet habente eo qui ex captivitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis tanquam ſuis debitis obligari. §. 14. Si quis [6] de prædictis parentibus orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum filium vel liberos [7] non eſſe catholicæ fidei, nec in ſacroſancta eccleſia communicare, in qua omnes [8] beatiſſimi patriarchæ una conſpiratione & concordia fidem rectiſſimam prædicant, & ſanctas quatuor [9] ſynodos, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem amplecti ſeu recitare noſcuntur: licentiam habeant pro hac maxime cauſa ingratos eos & exheredes in ſuo ſcribere teſtamento. Et hæc quidem pro ingratitudinis cauſa decernimus. Generalem autem [10] providentiam liberis catholicis deferentes, jubemus ſalvis legibus quæ jam de aliis hæreticis ſunt prolatæ & circa Neſtorianos & Acephalos, hæc obſervari, ut ſi quando parentes inventi fuerint ſive Judaico Neſtorii furori dediti, ſive Acephalorum amplectentes inſaniam, & ideo ab Eccleſiæ catholicæ communione ſeparati, non liceat eis alios heredes ſibi inſtituere [11] niſi [12] liberos orthodoxos [13] & Eccleſiæ catholicæ communicantes, vel liberis non exiſtentibus agnatos, vel cognatos, qui ſcilicet catholici ſint. Quod ſi forte ex filiis alii quidem ſunt orthodoxi, & Eccleſiæ catholicæ communicantes, alii vero ab ea ſeparati, omnem parentum ſubſtantiam ad [14] filios tantum catholicos pervenire ſancimus: licet ultimas voluntates hujuſmodi perſonæ fecerint contra tenorem hujus noſtræ conſtitutionis aliquid diſponentes. Si vero poſthac fratres ab eccleſia ſeparati, ad eam converſi [15] fuerint, pars eis competens, in ſtatu in quo inventa fuerit tempore quo redditur, eis præbeatur, ut nullam de fructibus aut gubernatione medii temporis inquietudinem vel moleſtiam catholici patiantur qui ante prædictas res detinebant: quoniam hujuſmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici poſſidebant, ſicut alienationem vetamus, ita præteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his a quibus detenti ſunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem uſque ad finem vitæ ſuæ in eodem errore non communicantes permanſerint: tunc catholicos fratres, vel heredes ipſorum, pleniſſimo jure dominii eaſdem res poſſidere decernimus: quod ſi filii quidem omnes perverſi, & ab Eccleſiæ catholicæ communione alieni inventi fuerint, alii autem propinqui agnati vel cognati religionem catholicam colentes, & communicatores eſſe fuerint approbati, eos liberis [16] hæreticis anteponi, & eorum hereditati ſuccedere. Si vero liberi & propinqui agnati vel cognati ab orthodoxæ religionis communione ſunt extranei: tunc ſiquidem ſchema clericorum parentes eorum habuerint: ad [17] eccleſiam civitatis ubi [18] domicilium habebant, res eorum volumus pertinere: ita ut ſi eccleſiaſtici intra annale ſpacium hujuſmodi perſonarum vindicare res neglexerint: earum dominium noſtri fiſci juribus vindicetur. Si autem laici ſunt, ſine aliqua diſtinctione ſubſtantias eorum ad res privatas noſtras ſimiliter pervenire ſancimus. Quæ obtinere decernimus etiamſi teſtamento non facto tales perſonæ deceſſerint: omnibus quæ contra cæteros hæreticos in aliis conſtitutionibus diſpoſita ſunt, & contra Neſtorianos & Acephalos, & alios [19] omnes qui catholicæ eccleſiæ (in qua prædictæ quatuor ſynodi, & patriarchæ recitantur) non communicant, & ſucceſſiones eorum, ſimiliter obſervandis. Si enim pro cauſis corporalibus cogitamus: quanto [20] magis pro animarum ſalute providentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda? Sive [21] igitur omnes memoratas ingratitudinis cauſas, ſive certas ex his, ſive unam [22] quamlibet parentes in teſtamento ſuo inſeruerint, & ſcripti heredes nominatam, vel nominatas cauſas, vel unam ex his veram eſſe monſtraverint [23], teſtamentum ſuam habere firmitatem decernimus. Si autem hæc obſervata [24] non fuerint, nullum exheredatis liberis præjudicium generari: ſed quantum [25] ad inſtitutionem heredum pertinet, teſtamento evacuato, ad parentum hereditatem liberos tanquam ab inteſtato ex æqua parte pervenire, ne liberi falſis [26] accuſationibus condemnentur, vel aliquam circumſcriptionem in parentum ſubſtantiis patiantur. Si vero contigerit in quibuſdam talibus teſtamentis quædam legata [27] vel fideicommiſſa, aut libertates, aut tutorum donationes relinqui, vel quælibet alia capitula conceſſa legibus nominari: ea omnia jubemus adimpleri, & dari illis quibus fuerint derelicta, & tanquam in hoc non reſciſſum obtineat teſtamentum. Et hæc quidem de parentum ordinavimus teſtamentis.

CAP. IV.

Quæ ſint juſtæ cauſæ parentum [28] exheredationis [29].

JUſtum autem perſpeximus, & e contrario de liberorum teſtamentis hæc eadem cum aliqua diſtinctione diſponere. Sancimus [30] itaque non [31] licere liberis parentes ſuos præterire, aut quolibet modo a rebus propriis, in quibus habent teſtandi licentiam, eas omnino alienare: niſi cauſas quas enumeravimus, in ſuis teſtamentis ſpecialiter nominaverint. Has autem eſſe decernimus. §. 1. Si parentes ad interitum [32] vitæ liberos ſuos tradiderint: citra cauſam tamen quæ ad [33] majeſtatem pertinere cognoſcitur. §. 2. Si venenis [34] aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitæ inſidiati probabuntur. §. 3. Si pater nurui [35] ſuæ, aut concubinæ filii ſui ſeſe immiſcuerit. §. 4. Si parentes filios ſuos teſtamentum [36] condere prohibuerint in rebus, in quibus habent teſtandi licentiam: omnibus videlicet, in hujuſmodi teſtamentorum prohibitione ſervandis quæ in parentum perſona diſtinximus [37]. §. 5. Si contigerit autem virum [38] uxori ſuæ ad interitum, aut alienationem [39] mentis dare venenum, aut uxorem marito, vel alio modo alterum vitæ alterius inſidiari: tale quidem utpote publicum crimen conſtitutum, ſecundum leges examinari, & vindictam legitimam promereri decernimus, liberis autem eſſe licentiam, nihil in ſuis teſtamentis de facultatibus ſuis illi perſonæ relinquere, quæ tale ſcelus noſcitur commiſiſſe. §. 6. Si liberis, vel uno ex his in furore [40] conſtituto, parentes eos curare neglexerint: omnia & hic obſervari præcipimus, quæ de parentibus furioſis ſuperius diſpoſuimus [41]. §. 7. His caſibus etiam cladem captivitatis [42] adjungimus: in qua ſi liberos detineri, & per parentum contemptum vel negligentiam non redemptos ab hac luce tranſire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perveniant liberorum, de quibus filii teſtari potuerant: ſed omnia in hoc quoque capitulo ſerventur, quæ & de parentibus vel cognatis atque agnatis qui ab inteſtato ad talium perſonarum jura vocantur, aut de extraneis ſcriptis heredibus ſupra cenſuimus [43]. §. 8. Si quis de prædictis liberis orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum parentem vel parentes non [44] eſſe catholicæ fidei: hæc & in eorum perſona tenere, quæ ſupra de parentibus juſſimus [45]. §. 9. Si tales igitur cauſas, vel certas, aut unam ex his liberi ſuis teſtamentis inſcripſerint, & ſcripti ab eiſdem heredes, aut omnes, aut certas, aut unam ex his probaverint, teſtamentum in ſua firmitate manere præcipimus. Si autem hæc omnia non fuerint obſervata, nullam vim hujuſmodi teſtamentum quantum ad inſtitutionem heredum habere ſancimus: ſed reſciſſo teſtamento, eis qui ab inteſtato ad hereditatem defuncti vocantur, res ejus dari diſponimus: legatis videlicet vel fideicommiſſis & libertatibus & tutorum dationibus, ſeu aliis capitulis, ſicut ſuperius [46] dictum eſt, ſuam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis ſive fideicommiſſis & libertatibus, & tutorum dationibus, aut quibuslibet aliis capitulis, in aliis legibus inventum fuerit huic conſtitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hæc quidem exheredationis aut præteritionis pœnæ, quantum ad ingratitudinis cauſas contra prædictas perſonas ſtatuendæ ſunt: ſi quæ autem ex his inter crimina reputantur, earum autores etiam alias [47] pœnas ſentiant legibus definitas.

CAP. V.

Ut [48] non liceat creditori heredes defuncti pro debito moleſtare ante novem [49] dies.

HÆc autem diſpoſuimus, ut & parentes & filios a teſtamentorum injuria [50] liberos reddamus. Cæterum ſi qui heredes fuerint nominati: etiam [51] ſi certis rebus juſſi fuerint eſſe contenti, hoc caſu teſtamentum quidem nullatenus ſolvi præcipimus: quicquid autem minus ei legitima portione relictum eſt, hoc ſecundum noſtras alias [52] leges ab heredibus impleri [53]. Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio, a parentibus & liberis injuriam præteritionis, & exheredationis auferre: *Conſiderare namque debent parentes, quia [54] & ipſi filii fuerunt, & eadem a ſuis parentibus ſperaverunt. Et ſimiliter qui nunc filii ſunt debent ſtudere parentum animos ſanare: quia [55] & ipſi parentes fieri deſiderant, &*

1 Qui major 18. annis (ignoſcitur enim ætati minoris, ſeu non exephebi, qui redemptionem patris non procuravit) parentem captivum redimere neglexit, quod ab eo alioquin potuit teſtamento capere, id amittit & captivis redimendis cedit. Eſt hoc in pœnis irrogandis, quoad ejus fieri poteſt, ſervandum, ut pœna delicto ſimilis imponatur, quæ delinquentis animo ſpeciem delicti maxime repræſentet, ut per ea quiſque puniatur, per quæ vel in quibus peccaverit. 2 Hæc eſt plena pubertas. 3 Minor 25. annis, major 18. poſſunt mutuo accipere pecuniam, reſque ſuas pignori dare, liberandi patris captivi cauſa. 4 Filius res parentis obligare poteſt ejus ab hoſtibus redimendi cauſa. 5 Redemptio captivorum favorabilis, adde *Nov.* 120. *c.* 10. dixi ad *l. ſancimus* 21. *in fin. C. de ſacr. eccl.* 6 5. Harm. 9. §. 52. περὶ αἱρετικῶν. 7 Liberi hæretici non ſuccedunt patri vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, *l.* 19. *C. de hæreticis.* 8 Non dicit omnes homines, ſed omnes patriarchas beatiſſimos, nec enim omnes homines in veram & orthodoxam fidem conſpirant. 9 Vide *l.* 7. §. 4. *Cod. de ſumma trinit.* 10 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Idem eſt. C. de hæret.* 11 Hæretici parentes teſtari inter liberos poſſunt. 12 *Novell.* 118. *cap.* 6. *Novell.* 144. *cap.* 1. *l.* 18. *Cod. de hæret.* 13 Hoc quidam volunt, abrogari per *Authenticam Gazaros. C. de hæret.* quæ jubet bona hæreticorum publicari, & conſequenter vetat orthodoxos liberos hæreticis parentibus ſuccedere. 14 Hæreticis quod non defertur, fratribus orthodoxis adcreſcit. 15 Hæreticorum liberorum jus in ſuſpenſo eſt: Quamdiu ſunt hæretici, fratres eorum orthodoxi vel cognati eis præferuntur, fructus etiam lucrantur: non tamen proprietatem fratri hæretico delatam alienare poſſunt. Hæretico namque reſipiſcente, proprietatem ei reſtituere coguntur, non tamen fructus. 16 Obſerva caſum, in quo agnati & cognati defuncti excludunt defuncti liberos, hic interea notandum, Jure Romano non tantum orthodoxos liberos hæretici parentis fiſcum excludere, ſed & ejus agnatos. 17 Eccleſia in bonis clerici hæretici fiſcum excludit *infr. hic. ibi, ita ut ſi &c.* quod hodie non ſervatur. Clarus 5. *ſent.* §. *Hæreſis, verſ. item bona*, refert in ducatu Mediolanenſi bona dividi æquis portionibus inter fiſcum ducalem & epiſcopos & inquiſitores. In Hiſpania, omnia bona hæretici, etiam clerici, vel beneficium eccleſiaſticum habentis, fiſco Regio cedunt, quantumvis hæretici parentis liberi ſint orthodoxi, *arg. Authenticæ Gazaros, C. de hæret.* cujus ſententia prævaluit, quod vehementer repugnat huic Novellæ §. *hic.* ibi, *non liceat eis alios heredes inſtituere, niſi liberos orthodoxos.* 18 Non eccleſiam quandam generalem. 19 Pœnæ hæreticorum ad ſimiles extenduntur. 20 Animarum major, quam corporum habenda eſt ratio. Animas etiam quibuſcunque rebus præferri oportet, *l.* 21. *in fin. Cod. de ſacr. eccl.* 21 De inofficioſo teſtamento, Jul. *hic conſtit.* 107. *cap.* 375 adde 5. Harm. 9. §. 15. 22 Ingratitudinis vel unica cauſa ad exheredandos liberos ſufficit. 23 Præſumuntur alioqui liberi ipſi meriti, niſi probentur immeriti. 24 Id eſt, probata. 25 Hinc ſumpta eſt Authentica, *ex cauſa. Cod. de liberis præteritis.* 26 Falſis parentum accuſationibus temere non credendum, *l.* 4. *ff. de inoff. teſtam.* 27 Injuſta exheredatio liberorum teſtamento adſcripta teſtamentum non vitiat, ſed ſolas inſtitutiones, non legata, non fideicommiſſa, non libertates: quod olim non fuit, *l.* 8. §. 16. *l.* 25. *ff. de inoff. teſtam.* 28 vid. Harm. 9. §. 56. 57. *& ſeq.* 29 Jul. *conſt.* 107. *num.* 376. 30 Hinc ſumpta eſt Authentica, *In teſtam. C. ad Tert.* 31 *Nov.* 1. *pr.* §. 2. adde *l.* 15. *ff. de inoff. l.* 7. §. 1. *ff. unde liberi.* Goth. Etiam ante hanc Novell. non licuit filiis, parentes præterire *l.* 17. *C. de inoff. teſtam. l.* 14. *l.* 15. *d. tit. l.* 15. *ff. hic.* Donell. 6. *comment.* 14. Cujac. 8. *obſ.* 23. Anſ. 32 *l.* 4. *ff. de agnoſc. & al. lib.* 33 Vitæ liberorum inſidiari permiſſum in cauſa majeſtatis. id eſt, Permiſſum eſt parenti, liberos majeſtatis accuſare, adde *c.* 3. §. 3. adde *l.* 35. *ff. de religioſis.* 34 *d. c.* 3. §. 5. 35 *d. c.* 3. §. 6. 36 *d. c.* 3. §. 9. 37 *d.* §. 9. 38 Interfectorem matris exheredare poſſumus, etiam parentem: diſſimulatam ideo pœnam ejus legimus, in ea, quæ pro vindicta liberorum matrem ſuam interfecit, cum illa nepotes ſuos veneno ſuſtuliſſet. vide quæ notavi ad *l.* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* 39 Εἰς ἔκστασιν διανοίας. 40 *c.* 3. §. 12. §. *hic.* 41 *d.* §. 12. 42 *d. c.* 3. §. 13. 43 *d.* §. 13. 44 *d. c.* 3. §. 14. 45 *d.* §. 14. 46 *d.* §. 14. *in fin.* 47 Præter exheredationem. 48 Ut non liceat creditori ante luctuoſos novem dies, debitore ſuo mortuo, aliquem moleſtare, propter hoc quod defunctus debet. Jul. *conſt.* 107. *n.* 377. 49 *Nov.* 60. *c.* 1. 50 Exheredatio injuriæ ſpecies. 51 Inſtitutus alias in re certa pro legatario habetur, *l.* 13. *Cod. de hered. inſtituend.* 52 Adde *Nov.* 15. *c.* 5. Harm. 9. §. 17. *l.* 14. *l.* 15. *ff. de inoff. teſtam.* 53 Actionem ad ſupplementum legitimæ obſerva, de quo vide *l.* 30. *C. de inoff. teſtam.* 54 Senes alioqui parentes, ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt, non quæ olim fuit. Terent. *in Heautont. act.* 2. *ſcen.* 1. 55 Laudat quiſque facile, quod

a suis filiis optant honorari. Unde & constat ad utriusque partis utilitatem atque cautelam præsentem legem fuisse prolatam: quam ex hac occasione promulgandam esse perspeximus. In aliquo autem negotio disceptantes, invenimus Pulcheriam filiam gratam quidem a sua genitrice fuisse dictam, exheredatam autem testamento nominatam tam in paternis, quam in maternis facultatibus: & talem quidem scripturam, quia dolo eam, & machinatione quorundam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere: filiam autem heredem patris ac matris jussimus fieri: sicut & in scriptis prolatum super hac causa nostrum manifestat arbitrium. §. 1. Meminimus [1] insuper legem [2] a nobis fuisse prolatam, per quam jussimus *nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturæ.* Sed in præsenti quendam cognovimus cujusdam mortui genitorem a sepultura sui filii redeuntem, nomine debiti tenuisse: ideoque pium, & humanum esse perspeximus talem crudelitatem hac lege piissima coercere. Sancimus itaque nulli penitus esse licentiam, aut heredes, aut parentes, aut liberos, aut conjugem, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines ejus, aut fidejussores, ante [3] novem dierum spatium, in quibus videntur lugere, conveniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in judicium [4] eos vocandi, sive debiti gratia quod a defuncto descendit, sive alterius cujuscunque causæ nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si vero intra novem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de prædictis personis prehendere, aut adoriri, aut aliquam cautionem seu promissionem vel fidejussionem exigere ab ea: hæc omnia invalida esse decernimus. Post novem autem dierum excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putaverit actiones, eas secundum leges exerceat, nullo videlicet præjudicio actoribus ex hoc intervallo circa temporalem præscriptionem, aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

CAP. VI.

De [5] constituta pecunia [6].

AD [7] hoc, aliud capitulum ad pecuniæ constitutionem seu promissionem respiciens, hac lege prævidimus desinire. Sancimus igitur, si quando aliquis aut pro [8] se, aut pro alia persona pecuniam constituerit, vel spoponderit, dicens forte cuicunque; *Satis [9] tibi facio:* eum in quantitatem quam dixit, modis omnibus obligari, atque promissionem seu sponsionem suam adimplere, & debitum compelli persolvere. Si quis autem dixerit, *Fiet tibi satis a me, & ab illo, & illo:* illis quidem quos nominaverit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri præjudicium: sed nec ipsum qui hoc dixerit, pro illis personis quas nominavit, aliquam exactionem sustinere: pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantum portione persolvere. Si autem dixerit, *Fiet tibi satis aut a me aut ab illo & illo:* tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri præjudicium: ipsum autem qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persolvere. Si quis autem dixerit, *Fiet tibi satis*, cum tali verbo, ut impersonaliter [10] dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum servari. Si quam autem contra nominatas personas putaverit sibi actionem competere, eam secundum leges adversus eos proponere, & legis auxilio perpotiri.

EPILOGUS.

† Hæc autem obtinere sancimus in causis omnibus quæ nondum judiciali sententia, vel amicabili conventione sopitæ sunt, parens charissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua præsentem nostri numinis generalem constitutionem edictis quidem in hac regia civitate more solito proponendis, præceptionibus autem ad provinciarum rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. Kal. Februar. *Constantinop.* Imper. DN. JUSTIN. PP. August. Anno XV. [11] BASIL. V. C. CONS.

TIT. XVII.

UT NEQUE MILES [12], NEQUE FOEDERATUS [13] OBSERVETUR [14] DOMUI PRIVATÆ [15] AUT POSSESSIONI ALICUJUS.

NOVELLA CONSTIT. CXVI.

Imp. Justin. August. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

CUm domini Dei benevolentia ad custodiam nostrorum subjectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim providentia Dei dispositis, Barbarorum quidem incontinentia refrenatur, reipublicæ vero res augetur. Et quoniam aliqui propriæ salutis pro nihilo facientes rationem, milites & fœderatos, qui debent pro libertate reipublicæ contra inimicos certare, præsumunt subtrahere, & in privatas suas occupare utilitates: prævidimus per præsentem legem nostram omnibus interdicere, ut nullum de cætero præsumant militem in quocunque relatum numero, aut fœderatum subtrahere, & in sua domo aut in propriis habere possessionibus, pro quibus nos multos sustinemus labores: exercentur enim & militant, ut communibus utiles sint rebus.

CAP. I.

SInt igitur omnes scientes, qui milites aut fœderatos aliquos in suis habent domibus [16] aut possessionibus, aut qualitercunque observantes, & quasdam eis proprias implentes utilitates: quod nisi intra triginta dierum dilationem, computandorum ab insinuatione per loca præsentis nostræ dispositionis, eos expulerint: substantiæ quidem habentium eos, aut retinentium publicationi subjectæ, fisco applicabuntur: ipsi vero & dignitatibus & militiis, quas habent, expellentur: milites vero & fœderati qui eis post dilationem observaverint, non solum militia spoliabuntur, sed etiam ultima [17] sustinebunt supplicia: scientibus etiam uniuscujusque provinciæ judicibus, quia si aliqui inveniantur in locis [18] quæ sub his sunt exactoribus, aut convictoribus, aut personis aliquibus aut [19] dominiis, aut possessionibus, aut quibuslibet propriis utilitatibus permanentes, & non celeriter istos comprehenderint, & suppliciis subdiderint, & milites quidem ad numeros suos transmittant in quibus militant, fœderatos [20] vero ad proprias [21] optiones: ipsi decem librarum auri pœnam exigentur, & insuper exilio tradentur, utpote nostras jussiones præsumentes negligere. Nemo igitur neque divino quodam typo de hoc forsan facto, neque præceptis judicum utatur, neque aliquis nostrorum judicum hujusmodi aliquos typos aut præceptiones judicum suscipiat, sed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros [22], fœderati vero ad suas optiones revertantur, & pro communibus certent rebus: nullo enim modo de cætero concedemus nostros milites aut fœderatos in quibusdam omnino privatis utilitatibus occupari.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per præsentem manifestata sunt legem, tua eminentia præcognoscens, in hac quidem felicissima civitate edictis secundum morem propositis, in provinciis vero præceptionibus destinatis [23] omnibus manifesta constituere festinet. Dat. Id. April. *Constantinop.* Imper. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XV. [24] BASIL. V. C. CONS.

TIT. XVIII.

UT [25] LICEAT MATRI [26] ET AVIÆ, ET ALIIS PARENTIBUS POST LEGITIMAM PARTEM LIBERIS DERELICTAM, QUOMODO VOLUERINT RESIDUAM FACULTATEM SUAM DISPONERE, ET ALIA CAPITULA PLURA.

NOVELLA CONSTIT. CXVII.

Imp. Just. Aug. Theodoto præfecto Orientalium prætoriorum.

PRÆFATIO.

DIversis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspeximus generali hac lege disponere.

CAP. I.

Si quis filiumfamilias heredem instituerit, ut pater ipsius usumfructum hereditatis non habeat [27].

SAncimus [28] igitur licentiam esse & matri & aviæ, aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem, quæ lege [29] debetur: quod reliquum [30] est suæ substantiæ sive in solidum voluerint, sive in partem, filio vel filiæ, nepoti vel nepti, & deinceps descendentibus donare, aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint [31] *ut pater aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium.* Hæc enim & extraneis relinquere poterant, unde nulla parentibus utilitas nasceretur. Hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personæ licere præcipimus. §. 1. Res autem ita relictas sive donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectæ [32] sint ætatis: licet [33] sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. Si vero ætate minores sint: per quem perspexerit testator, aut donator, hæc gubernentur, donec illi quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam ætatem veniant: licentiam [34] habente testatore, vel donatore, & matri & aviæ horum quibus res collatæ sunt, ipsarum rerum si voluerint gubernationem committere, licet maritis junctæ sint memoratæ mulieres: ita tamen, si & ipsæ hujusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsan is qui relinquit, aut donat, nullum his dispensatorem ordinaverit, aut ab eo datus hujusmodi gubernationem subire noluerit, aut non potuerit, aut moriatur antequam illi perfectæ [35] fiant ætatis, tunc jubemus judicem [36] competentem curatorem fide dignum cum legitima fidejussione [37] rebus talibus ordinare, qui debeat relictam talibus personis substantiam gubernare atque custodire,

optat. 1 Hinc sumpta est Authent. *Sed neque. C. de sepulchr. violato.* 2 *Novell.* 60. *c.* 1. adde *l. ult. Cod. de sepulchro violato: l.* 2. *ff. de in jus vocando. l.* 36. *ff. de jud.* Goth. Vide Pecc. *de Jure sistendi cap.* 5. *n.* 23. S. L. 3 Solebant enim in nonum usque diem justa defunctis & μνημόσυνα persolvi, *Nov.* 133. *cap.* 3. *in fin.* Gregor. 8. ἐννάτῃ μὲν ἡμέρᾳ παρὴν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως καὶ ἅπασαι τῶν ἐνδόξων γυναικῶν τὸ νενομισμένον τελέσουσαι πένθος καὶ τὰ μνημόσυνα, qui mos ex paganis manavit: Dion. *in Adriano.* Πλωτίναν ἀποθανοῦσαν ἐτίμησεν ὡς ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα μελανειμονῆσαι. Augustin. *in qu. super Gen.* Nescio, utrum inveniatur, alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum 9. dierum, quod apud Latinos Novendiale appellant, unde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum servent, qui magis est in Gentilium consuetudine, Donatus *in Phormione.* In nuptiis septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere novem dies, qui parentalia concludunt, vide Cujac. *hic & cap.* 6. *de præscript.* Hinc Novendialis cœna apud Tacitum 6. *Annalium.* Virg. 5. *Æneidos.* Præterea si nona dies mortalibus almum Aurora extulerit. Statius Thebaïdos 6. *vers.* 238. in Archemori funere, Roscida jam novies cœlo demiserat astra Lucifer, Glossis Novendialia Ἔννατα νεκροῦ ἀγόμενα. Eodem die cœnæ funebres & epulæ fiebant. Julius Obsequens. adde Festum *in Novendiales feriæ.* 4 *l.* 2. *l.* 3. *ff. de in jus vocando.* 5 Actio de constituta pecunia (de qua vide §. 9. *Instit. de actionib.*) Græcis, ἐπὶ τῇ ἀντιφωνήσει ἀγωγή. 3. Harmen. 6. §. 5. 6 Vide Jul. *constit.* 107. *n.* 378. 7 Hinc sumpta est Authentica, *Si quando, Cod. de constituta.* Goth. Vide Rittershus. *part.* 2. *c.* 5. Ans. 8 Constituimus aut pro nobis aut pro alio. 9 Formulas quatuor constituendi hic observa. Satis tibi facio, Fiet tibi satis a me & ab illo, & illo. Fieri tibi satis aut a me, aut ab illo & illo, Fiet tibi satis. Priore & tertia formula constituentem in solidum obligari, secunda viriliter tantum: Quarta nullo modo obligari. 10 Impersonalis enunciatio non obligat loquentem. 11 Id est, anno 541.

12 Περὶ στρατιωτῶν *Scrimg.* de militibus *Index Reg.* 13 Fœderati qui sint, vide *cap.* 1. *infr. hic.* 14 Id est, recipiatur in domo vel possessione alicujus privati. 15 Τὸ μὴ τινα στρατιώτην ἢ φοιδέρατον ἐν τισιν ἰδιωτικαῖς χρείαις ἀπασχολεῖσθαι 57. *Ecl.* 8. 16 Milites privatis negotiis occupari non debent, vide *l.* 31. *Cod. de locat.* 17 Id est, mortem. 18 Ἢ οἴκοις, ἢ δεσπόταις. *Scrimger.* 19 Hæc verba *quæ sub his sunt exactoribus, aut convictoribus*, desunt in Scrimger. editione. 20 Fœderati. *l. ult. Cod. de locat.* Julian. *const.* 108. *num.* 388. sub optionibus sive Phylarchis erant, ut scholares sub primiceriis scholarum, milites sub magistris militum, vel ducibus, vel tribunis. Duces optionum, Phylarchi appellantur. vide quæ notavi ad *Novell.* 102. *cap.* 1. Hic ergo fœderati ad optiones suas; milites, ad numeros suos, relictis privatorum negotiis, redire jubentur, his adde, quæ dixi ad *l.* 31. *Cod. de locat.* 21 Ἰδίους ὀπτίονας *Scrimg.* 22 Numeri militum, optiones fœderatorum. 23 Ad præsides. 24 Id est, anno 541.

25 De divortiis & aliis capitulis, *Index Regin.* adde Jul. *const.* 208. 26 Huc refer *c.* 1. *infr. hic.* 27 Jul. *hic*, *n.* 379. 28 Hinc sumpta est Authent. *Excipitur. Cod. de bonis quæ liberis.* Goth. Vid. Goed. *de verb. stipulat. cap.* 7. *num* 44. Rittershus. *in exposit. Nov. part.* 4 *cap.* 7. *& part.* 5. *cap.* 15. Ans. 29 Liberis relinquenda est, ut minimum, legitima. 30 Potest parens uni liberorum plus aliis relinquere. 31 Ea lege ascendentes & extranei bona alicui relinquere possunt, ne usustructus eorum patri adquiratur. 32 Id est, 25. annorum. 33 Vide quæ scripsi ad *l.* 3. *C. qui testam.* 34 *l.* 3. §. 3. *ff. de usur. l.* 4. *C. de confirmando tutore: l.* 32. *vers. similis. ff. de excus. tut.* 35 Id est, 25. annorum. 36 Vide *tit. ff. de tutoribus datis.* 37 Rem pupilli salvam fore scil.

donec

donec [1] illi ad perfectam (sicut dictum est) ætatem perveniant. In illis enim casibus legem quæ usum [2] parentibus præbet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter hujusmodi conditio.

CAP. II.

De eo qui in aliquo instrumento nominatus est filius [3].

AD [4] hoc autem & illud sancire perspeximus: ut si quis filium aut filiam habens de libera muliere cum qua nuptiæ consistere possunt, dicat in instrumento, sive publica sive propria manu conscripto, & habente subscriptionem trium [5] testium fide dignorum, sive in testamento sive in gestis monumentorum, *hunc aut hanc filium suum esse* [6], *aut filiam*, & non adjecerit naturalem: hujusmodi filios esse legitimos, & nullam aliam probationem ab iis quæri, sed omni frui eos jure quod legitimis filiis nostræ conferunt leges: utpote ipso patre (sicut dictum est) filios proprios eos vocante. ex hoc enim & cum eorum matre monstratur legitimum habuisse matrimonium: ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere multos filios habens, uni ex eis testimonium quolibet ex prædictis præbuerit modis: sufficere ex eadem muliere natis, ad legitimorum jura patris testimonium uni datum.

CAP. III.

De muliere quæ sine dotalibus instrumentis nupsit [7].

HOc quoque præsenti constitutioni perspeximus adjiciendum: ut si quis ex non scripto per affectum nuptialem uxorem acceperit, & ex ea filios procreaverit: soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere conjugem cum dotalibus instrumentis, & ex ea similiter filios procreare, nullum circa paternam hereditatem aliis filiis ex indotata [8] conjuge natis præjudicium fieri: sed cum aliis filiis ex secunda natis uxore, quæ cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris etiam illos hereditatem vocari, cum etiam ex solo affectu possit consistere matrimonium: quod similiter valere volumus, etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis jungatur aliquis uxori, post illam vero alteram ducat solo nuptiali affectu.

CAP. IV.

De nuptiis [9] *illustrium, ut cum dotalibus instrumentis fiant.*

QUia [10] vero legem [11] dudum protulimus jubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud ecclesiæ defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta præberi: in præsenti perspeximus melius disponere ea quæ de his pridem sancita sunt. Et propterea jubemus eos [12] qui maximis dignitatibus decorati sunt, usque [13] ad illustres, non aliter nuptias celebrare, nisi dotalia scribantur instrumenta: nisi tamen aliquis antequam mereretur hujusmodi dignitates, ex affectu solo duxit uxorem. Tales [14] enim nuptias ante dignitates factas, & post dignitates, legitimas manere præcipimus, & ex his natos legitimos esse filios. Postquam vero honorati fuerint aliqui hujusmodi dignitatibus: non aliter ducere uxores, nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus [15] subjectis nostræ reipublicæ Barbaris [16], licet dignitatibus hujusmodi decorati sint, ut etiam sub affectu [17] possint ipsi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes præter eos qui maximis (sicut dictum est) dignitatibus decorati sunt, cujuslibet sint dignitatis, aut militiæ, aut studii, si quidem voluerint, aut potuerint, non prohibemus eos cum dotalibus instrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non custodierint, & ex solo [18] affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, & ex eis natos, legitimos esse filios jubemus.

CAP. V.

Ut cum matrimonium est sine dote, & conjunx superstes inops, mortui quartam [19] *partem accipiat.*

QUia [20] vero legem [21] dudum posuimus præcipientem, *Ut si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit, cum affectu solum nuptiali, & hanc sine causa legibus agnita projecerit* [22]*: accipere eam quartam* [23] *partem substantiæ ejus.* & aliam [24] post hanc fecimus legem decernentem: *si quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit, & usque ad mortem cum ea vivens, præmoriatur, accipere similiter & eam quartam illius substantiæ portionem: ita tamen, ut non transcendat hoc centum* [25] *librarum auri quantitatem.* In præsenti melius utramque legem disponentes, sancimus in utroque casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse, & ad paternam vocari hereditatem: uxorem autem ex utroque horum casuum, siquidem usque ad tres habuerit filios ejus vir sive ex ea, sive ex alio matrimonio, quartam partem ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii: tantum in utroque similiter casu accipere jubemus mulierem quantum uni competit filiorum: ita quippe, ut usum solum [26] in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filiis servetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, jubemus etiam dominii jure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per præsentem jussimus legem. Quæ tamen irrationabiliter [27] exclusa [28] est: in ipso tempore expulsionis partem jubemus accipere, quæ continetur hac lege. Virum etiam in talibus casibus quartam, secundum priorem nostram legem, ex substantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

CAP. VI.

De Leoniana [29] *& Constantiniana constitutione* [30].

ILlo indubitanter observando, ut Leonis piæ memoriæ constitutio [31] in omnibus aliis casibus qui non continentur præsenti lege, propriam habeat fortitudinem. Constantini vero piæ memoriæ legem [32] ad Gregorium scriptam, & super ea factam interpretationem a Martiano [33] piæ memoriæ, per quam mulierum conjunctiones (quas Constantini lex [34] abjectas vocavit) ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nullo penitus modo valere permittimus: sed licentiam [35] volentibus præbemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, hujusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero citra eos qui majoribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habeant hujusmodi mulieres accipere, sive scripto voluerint, sive solo affectu nuptiali: si tamen liberæ sint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.

CAP. VII.

Soluto per repudium matrimonio quomodo & [36] *apud quem liberi alantur* [37].

ILlud [38] quoque disponendum esse perspeximus, ut si quando inter maritum & uxorem nuptias solvi contigerit: ex hujusmodi nati filii, nullo modo lædantur ex separatione nuptiarum, sed ad parentum hereditatem vocentur, ex patris substantia indubitanter alendi. Et si [39] quidem pater occasionem [40] separationis præbeat, & mater ad secundas non venerit nuptias: apud [41] matrem nutriantur, expensas patre præbente. Si vero per causam matris ostendatur solutum matrimonium: tunc apud patrem maneant filii, & alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem [42] vero locupletem: apud eam pauperes filios manere & ab ea nutriri jubemus. Quemadmodum [43] enim filii [44] locupletes coguntur matrem egentem alere: ita justum esse decernimus & a [45] matre locuplete filios pasci. Quod autem de alenda matre, & filiis indigentibus definivimus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis utriusque naturæ valere præcipimus.

CAP. VIII.

De justis [46] *divortiorum causis marito permissis* [47].

QUia [48] vero plurimas in veteribus & nostris legibus invenimus causas, ex quibus facile nuptiarum solutiones fiunt: ea causa perspeximus ex his abscindere aliquas, quæ nobis indignæ ad solvendas nuptias visæ sunt: & eas solummodo nominatim præsenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest sive vir sive mulier repudium mittere. Nunc autem causas ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, & dotem [49] uxoris lucrari, servato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus, quibus non extantibus, frui etiam proprietate: has esse decernimus. §. 1. Si [50] contra imperium [51] cogitantibus aliquibus conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicet [52]. Si autem vir hoc a muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quancunque personam hoc declarare imperio: ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem. §. 2. Si de adulterio maritus putaverit posse suam uxorem convinci: oportet virum prius [53] inscribere [54] mulierem, aut etiam adulterum: & si hujusmodi accusatio verax esse ostenditur, tunc [55] repudio misso habere virum super ante nuptias donationem, etiam dotem: & [56] ad hoc, si filios non habeat, tantum accipere ex alia uxoris substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur: ut ejus proprietati & dos, & a nobis definita pœ-

1 Major 25. ann. in cura esse desinit. 2 Usumfructum Jul. *hic*. 3 Jul. *hic*, *n.* 380. 4 Hinc sumpta est Auth. *Si quis liber. C. de natur. lib.* 5 Instrumentum patris manu scriptum, subscriptionem trium testium habens, pro filio fidem facit. 6 Justa uxor videtur, cujus liberos in instrumento publico, vel privato, tribus testibus munito, vel in testamento, vel apud acta, filios tuos nominaveris, unde possis colligere, adoptione filios suos fieri, nisi plus aliquanto dare libuerit nominationi, quam adoptioni. vide quæ dixi ad *Nov.* 89. *c.* 10. adde *l.* 6. *l.* 7. *C. de nat. lib. Novell.* 72. *cap.* 2. *in fin.* 7 Et de filiis ex tali matrimonio natis, Jul. *const.* 381. 8 Indotatæ uxoris liberi cum dotatæ liberis æqualiter succedunt, ut ita exæquentur liberi primarum & secundarum nuptiarum, licet non in utrisque intervenerint dotalia instrumenta. 9 Jul. *hic*, *n.* 382. 10 Hinc sumpta est Auth. *Maximis. C. de nupt.* & Auth. *Sed novo jure. Cod. de nat. lib.* 11 *Nov.* 89. *c.* 8. 12 Nota, quando & quorum in nuptiis, exigantur nuptialia instrumenta. 13 Μέχρι ἰλλυστρίων Græci *hic*, μέχρι καὶ τῶ πρωτοσπαθαρίω. 4. Harm. 4. §. 16. περὶ ἀξιωματικῶν. 14 Sine instrumentis. 15 Extranei melius tractantur. Non ita exacte agitur cum extraneis incolis: quam cum civibus ac vere subditis. 16 Puta Gothis, Vandalis & similibus, qui frequentes in comitatu & aula Justiniani fuere. 17 Sine titulo scil. 18 Citra instrumenta scil. & ita hac constitutione confirmantur leges, quæ sanciunt, nuptias contrahi solo affectu, juxta *Novell.* 22. *cap.* 3. solos illustres Romanos excipit, ut & *Novell.* 74. Emendatur hic quoque *Nov.* 74. *cap.* 4. §. 1. qua non illustres cogebantur profiteri nuptias apud episcopum, exceptis servis, militibus, agricolis & abjectis personis. 19 *Nov.* 53. *c.* 6. *Nov. Leon.* 106. *&* 5. Harm. 8. §. 94. 95. 20 Hinc sumpta est Auth. *præterea C. unde vir & uxor.* 21 *Nov.* 53. *c.* 6. 22 Id est, ab ea diverterit. 23 V. Jul. *hic*, *n.* 382. *Nov.* 22. *c.* 18. *Nov.* 53. *c.* 6. *Novell.* 74. *c.* 5. *Nov.* 134. *in fin. l.* 11. *Cod. de repud.* 24 *Nov.* 74. *c.* 5. 25 Dotis maximæ quantitas quæ fuerit veteribus, *Novell.* 22. *c.* 18. 26 Hic abrogatur *Novell. Leon.* 106. 27 Sine justa causa. 28 Repudiata. 29 Jul. *hic*, *n.* 383. 30 Viles personæ illustribus possunt nubere. 31 Lex 9. *C. de pactis conventis* hic confirmatur. 32 *l.* 1. *C. de nat. lib.* hic abrogatur. 33 Martiani Novella *de matrimonio Senatorum*, hic abrogatur. 34 *l.* 7. *C. de incest.* 35 Viles mulieres duci possunt a viris non positis in magna dignitate, dotalibus etiam instrumentis non confectis, & ab aliis magna dignitate præditis, si tamen dotalia instrumenta componantur, & ita hodie senator libertinam ducere, senatoris filia liberto nubere potest, abrogatis *l.* 16. *pr.* 23. 42. *in fin. l.* 44. *ff. de ritu nupt.* quin quæ palam quæstum corporis faciunt, duci possunt ab illustribus, abrogata *l.* 41. *ff. de ritu. l.* 7. *C. de incestis:* Estque hæc Novella plenior *Novell.* 78. *cap.* 3. quæ in nuptiis libertinæ abscise requirebat nuptialia instrumenta: huc refer *l. ult. Cod. de agricol.* 36 *Nov.* 98. *c.* 2. 37 Vid. Jul. *hic*, *num.* 184. 38 Hinc sumpta est Auth. *Si pater. C. divortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant:* adde Harmen. 7. §. 4. 39 Olim erat positum in judicum potestate, statuere, apud quem educarentur, *l. un. C. divortio facto.* 40 Pœna occasionem præbentis injusto divortio. 41 Apud matrem potius, quam apud patrem liberi aluntur, *l.* 1. §. 3. *ff. de lib. exhib.* 42 *l.* 3. §. 5. *ff. de lib. exhib.* 43 Argumentum a relatis, vid. *l.* 41. *ff. de reg. jur.* 44 Est enim iniquum, matrem egere, cum filius sit in facultatibus *l.* 5. §. 13. *ff. de agnoscend. liber.* 45 *d. l.* 5. 46 De repudiis a marito mittendis. Jul. *hic*, *num.* 385. 47 Vid. *Nov.* 22. *cap.* 15. *&* 4. *Harm.* 12. An propter furorem dirimatur matrimonium, vid. *Novell. Leon.* 111. 112. 48 Hinc sumpta est Auth. *Sed novo jure. Cod. ad l. Jul. de adult.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 4. *cap.* 8. *n.* 7. Ans. 49 Adultera uxore, dotis proprietatem maritus lucratur, si uxori nulli sint liberi: si ei liberi sint, solum usumfructum, *ut hic*. Quid si adulterium in secundo matrimonio sit commissum? maritus nihil percipiet in dotalibus bonis prioris matrimonii. Cur? proprietas eorum ad prioris matrimonii liberos pertinet, *l.* 6. *C. de secund. nupt.* Ideoque hoc casu marito actio in dotem secundi matrimonii dabatur, vid. Pap. 22. *arrest.* 9. *n.* 5. Quid si uxor secundo marito solam dotem prioris matrimonii & nihil plus attulit? Putat Papo *ibid.* eo casu virilem marito adjudicari in hujusmodi dote. Num usufructu solo, an vero & proprietate? prior sententia magis probanda, ut quod vero patri adversus liberos denegatur, *ut hic:* hoc multo magis extraneo seu vitrico denegetur. Videtur tamen huic pœnæ quodammodo derogari per *Nov.* 134. *cap.* 10. quæ vult, adulteratam detrudi in monasterium ejusque liberis bessem, quatuor reliquas uncias monasterio adquiri: quod si ascendentes habeat, vult bessem monasterio, reliquas quatuor uncias ascendentibus addici, sin vero nulli sint ei liberi vel ascendentes, totum assem monasterio adjudicari, adde *Novell. Leonis* 32. 50 Repudiorum causas observa. 51 Repudiare vir uxorem potest propter crimen majestatis, & e contra *cap.* 9. *infr. hic.* 4. Harm. 12. *cap.* αἰτίαι τῆς διαλύσεως τῆς γυναικός. in eandem, idem ob crimen, testis etiam maritus esse potest, & e contra, 1. Harm. 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων. 52 Crimen est majestatis, reos majestatis non indicare. Interdum non indicare, est delictum, *ut hic & vers. Si quolibet mod.* ℑ. *& cap.* 9. ℑ. *& l.* 5. §. 6. *Cod. ad leg. Jul. majest. l.* 1. *Cod. de falsa moneta. leg. ult. Cod de malefic. l.* 2. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* facit *l.* 46. §. 8. *ff. de furtis:* & scientia delicti contrahendi punitur, *l.* 6. *l.* 7. *ff. ad l. Pomp. de parric.* quin & is, qui potuit prohibere, nec prohibuit, *l.* 9. §. 1. *ff. ad l. Corn. de falsis. l.* 50. *ff. de reg. jur.* adde Bellovisan. 2. *pract.* 6. *n.* 30. 53 Ordinem accusandi de adulterio observa. 54 6. Harm. 2. & ita abrogatur pars leg. 30. *Cod. ad l. Jul. de adult.* 55 Pœnæ adulteræ. 56 Adulteræ uxoris maritus non tantum do-

na applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, jubemus etiam dotem (ſecundum quod de hoc cenſent leges) aliamque mulieris ſubſtantiam filiis conſervari: & ita adulterum legitime convictum, una cum uxore puniri: & ſi quidem habeat uxorem adulter [1], accipere eam & dotem propriam & propter nuptias donationem, & ſi filios habeat, ſolo uſuſ mulier fruatur donationis, proprietate ſecundum leges filiis ſervanda, aliam vero mariti ſubſtantiam ejus filiis ex noſtra largitate donamus. filiis autem non exiſtentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere ſancimus: aliam vero mariti ſubſtantiam omnem fiſco [2] ſecundum [3] antiquas applicamus leges. §. 3. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit inſidiata: aut aliis hoc facientibus conſentiens viro non [4] indicaverit. §. 4. Si cum viris extraneis [5] nolente marito convivatur, aut cum eis lavatur [6]. §. 5. Si nolente viro foris [7] domum manſerit, niſi forſan apud proprios [8] parentes. §. 6. Si Circenſibus [9] aut theatris aut amphitheatris interfuerit ad ſpectandum, ignorante aut prohibente viro. §. 7. Si vero contigerit aliquem citra [10] unam prædictarum cauſarum uxorem ſuam a domo propria expellere, & illa non habens parentes apud quos poſſit manere, ex neceſſitate foris habitet nocte: jubemus nullam eſſe marito licentiam propter cauſam hanc repudium mittere uxori, eo [11] quod ipſe hujus rei auctor exiſtat.

CAP. IX.

De juſtis [12] divortii cauſis mulieri [13] conceſſis.

CAuſas [14] autem pro quibus rationabiliter poteſt viro a muliere mitti repudium, ex quibus poteſt & dotem recipere, & propter nuptias donationem exigere, ſimiliter filiis ſervanda donationis proprietate, aut, filiis non extantibus, habere etiam hujuſmodi dominium, has eſſe ſolas diſponimus.

§. 1. Si contra [15] imperium aut ipſe cogitaverit aliquid, aut cogitantibus conſcius non [16] indicaverit imperio, aut per ſe aut per quancunque perſonam.

§. 2. Si quolibet modo vir inſidiatus fuerit vitæ mulieris, aut aliis hoc volentibus ſciens non manifeſtaverit uxori, & ſtuduerit ſecundum leges ulciſci [17].

§. 3. Si maritus uxoris caſtitati inſidiatus [18], aliis etiam eam adulterandam tentaverit tradere. §. 4. Si vir de adulterio inſcripſerit uxorem & adulterium non [19] probaverit, licere mulieri volenti, etiam pro hac cauſa repudium deſtinare viro, & recipere quidem propriam dotem, lucrari autem & antenuptialem donationem: & pro hujuſmodi calumnia, ſi filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum ſecundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri ſubſtantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars eſſe cognoſcitur. Si autem filios habuerit, jubemus omnem viri ſubſtantiam filiis conſervari: firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione aliis legibus continentur: ita tamen, ut etiam propter illatam adulterii accuſationem & non probatam, illis quoque maritus ſubdatur ſuppliciis, quæ eſſet paſſura mulier, ſi hujuſmodi fuiſſet accuſatio comprobata. §. 5. Si quis in ea domo in qua cum ſua conjuge commanet, contemnens eam, cum alia inveniatur [20] in ea domo manens: aut in eadem civitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere convincitur, & ſemel & ſecundo [21] culpatus, aut per ſuos, aut per mulieris parentes: aut per alias aliquas fide dignas perſonas hujuſmodi luxuria non abſtinuerit: licere mulieri pro hac cauſa ſolvere matrimonium, & recipere datam dotem, & antenuptialem donationem, & pro tali injuria tertiam partem æſtimationis, quam antenuptialis facit donatio, ex ejus ſubſtantia percipere: ita tamen ut ſi filios habuerit, uſu ſolo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione, & pœna tertiæ portionis, mariti ſubſtantiæ acceperit, dominio communibus filiis conſervando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem præcipimus.

CAP. X.

Ut non liceat conſenſu matrimonium diſſolvere, niſi ex cauſa probabili [22].

QUia [23] vero ex conſenſu aliqui [24] usque ad præſens alterna matrimonia ſolvebant, hoc de cætero fieri nullo ſinimus modo, niſi forte quidam caſtitatis concupiſcentia hoc fecerint. Si autem hujuſmodi perſonæ filios habuerint: tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conſervari diſponimus. Si quis autem horum aut maritus forſan aut uxor, poſtquam propter caſtitatem ex conſenſu ſolverit matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias, aut luxurioſe vivens: jubemus, ſi quidem (ſicuti dictum eſt [25]) filii fuerint ex memorato conjugio, ſuper dotem & propter nuptias donationem, eis tradi & proprietatem pene ſubſtantiæ illius quæ convincitur deliquiſſe perſonæ. Si vero filii minoris ſint ætatis: gubernari eos & paſci ab illo parente præcipimus, qui nihil præſenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in hujuſmodi vitium [26] incidant, tunc utriusque parentis ſubſtantiam filiis applicari: diſpenſatorem [27] autem eis, qui in minori ſunt ætate conſtituti ordinari providentia competentis judicis & aliorum quibus hæc ex noſtris legibus ſunt commiſſa. Si autem filii non ſint, utriusque perſonæ ſubſtantiam fiſci rationibus applicari [28], & eos qui talia deliquerunt legitimis ſubdi ſuppliciis. Aliter enim ſeparationem matrimoniorum fieri ex conſenſu, nulla ratione permittimus.

CAP. XI.

Quod tempus exſpectare maritum in expeditione [29] degentem debeat mulier.

QUod [30] autem a nobis ſancitum eſt [31] de iis qui in expeditionibus ſunt & in militiis conſtituti, ſive milites ſint, ſive fœderati [32], ſive ſcholares, ſive alii quidam ſub alia quacunque militia armata conſtituti: melius ordinare perſpeximus, & jubemus, quantoſcunque [33] annos in expeditione manſerint, ſuſtinere eorum uxores: licet nec literas nec reſponſum aliquod a ſuis maritis ſuſceperint. Si qua vero ex hujuſmodi mulieribus ſuum maritum audierit [34] eſſe mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias ſinimus, niſi prius acceſſerit mulier aut per ſe aut per ſuos parentes, aut per aliam quamcunque perſonam, ad priores numeri [35] chartularios, in quo hujuſmodi maritus militabat: & eos, ſeu tribunum (ſi tamen adeſt) interrogaverit, ſi pro veritate mortuus eſt ejus conjux: ut illi ſacris Evangeliis propoſitis ſub geſtis monumentorum deponant, ſi pro veritate vir mortuus eſt. Et poſtquam hæc geſta monumentorum confecta mulier pro ſuo teſtimonio perceperit, etiam poſt hoc jubemus manere eam per unius anni ſpatium, ut etiam poſt hunc decurſum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem præter hanc obſervationem mulier præſumpſerit ad aliud venire matrimonium: & ipſa, & qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui ſub geſtis monumentorum cum jurejurando teſtati ſunt, convincantur etiam falſum poſtea depoſuiſſe teſtimonium: ipſi quidem militia denudati, decem auri librarum pœnam compellantur exolvere illi quem mentiti [36] ſunt mortuum eſſe: ipſe vero licentiam habeat, ſi voluerit, ſuam [37] uxorem recipere. Si vero ſcholaris fuerit ille de cujus morte dubitatio eſt, a primis ſcholæ & actuario: ſi autem fœderatus, ab optione ejus memoratam depoſitionem accipere ejus uxorem, his obſervandis, & circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

CAP. XII.

Ex quibus [38] cauſis matrimonium ſine pœna ſolvatur [39].

PRædictis itaque cauſis proſpeximus etiam has nominatim adjicere, ex quibus matrimonia ſine pœna licet tranſigere: hoc eſt, de iis qui [40] non poterunt [41] ab initio nuptiarum miſceri ſuis uxoribus, & quæ per naturam viris conceſſa ſunt, agere: inſuper de iis viris ac fœminis, qui conſiſtente matrimonio ſanctimonialem [42] converſationem & monaſterii habitationem elegerint, & de iis perſonis quæ in captivitate [43] aliquanto tempore detinentur: in his enim tribus caſibus quæ de eis prioribus noſtris legibus continentur, firma eſſe ſancimus. Memoratas igitur omnes cauſas, quæ in præſenti noſtra lege continentur, ſolas ſufficere jubemus ad tranſactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare præcipimus, nullamque aliam cauſam citra eas quæ nominatim inſertæ ſunt huic legi poſſe ſolvere legitimum matrimonium, ſive noſtris ſive veteribus legibus continentur.

rem lucratur, ſi ex ea non ſuſceperit liberos, ſed etiam in aliis ejus bonis tantum lucratur, quantum tertia pars dotis fuerit: lucratur, inquam, ea omnia etiam proprietate. Quid ſi liberos ex ea ſuſcepit? ſolam dotem lucratur, quam etiam filiis ex eo matrimonio ſuſceptis ſervare cogitur. 1 Pœna adulteri mariti. Adulter autem dicitur, non qui uxori fidem ſemel aut ſecundo fallit, *cap.* 9. *infr. hic.* ſed qui cum alterius uxore rem habuit, *ut hic.* 2 Adulteri bona olim confiſcabantur. *Novell.* 134. *cap. ult.* 4. Harm. 12. *d. loco,* & 6. *tit.* 2. 3 *d. cap. ult.* 4 De delicto non indicantis, dixi *ſupr. hoc cap.* 5 Extraneorum voce num etiam intelligemus ejus agnatos & cognatos proximos? 6 Si uxor invito marito cum maſculis extraneis convivatur aut lavat, repudiari poteſt. vid. *Nov.* 22. *c.* 15. §. 2. 7 *Nov. Leon.* 31. 8 Apud quos nihil injuſtæ ſuſpicionis eſſe poteſt, & ita, nolente etiam viro, poteſt uxor impune extra domum mariti apud parentes manere. 9 Ludis ſcilicet. 10 Omittit cauſam exheredationis, cujus fit mentio *Nov. Leon.* 30. 31. 11 Nemo poteſt id punire, cujus admittendi cauſa fuerit, *l.* 13. §. 5. *ff. ad l. Jul. de adult.* 12 De repudiis, vid. *Nov.* 22. *c.* 15. 13 *Nov.* 22. *c.* 15. §. 1. & 4. Harm. 12. *cap.* ὡ ἀιτίαι τῦ ἀνδρὸς. & Jul. *conſt.* 168. *num.* 386. 14 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sed novo. Cod. de repud.* 15 Uxor virum majeſtatis reum deferre poteſt, & in eum teſtis eſſe, 1. Harm. 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων. 16 *d. c.* 15. §. *hic.* 17 Maritus injuriam uxoris tenetur propulſare: uxores enim a maritis defendi jus eſt. §. 2. *in fin. Inſt. de injur.* 18 Si maritus lenocinium uxoris procuravit, divertere ab eo uxor poteſt. 19 Maritus falſo uxorem de adulterio impune non accuſat. 20 Quod maxime caſtas uxores exaſperat. *Novell.* 22. *cap.* 15. §. 1. 21 Non temere a marito ſcortatore uxor poteſt diſcedere & ideo bina ſaltem admonitio prius requiritur. Ex hoc loco poſſe colligi puto, eum proprie non eſſe adulterum, qui cum muliere ſoluta rem habet, *ut hic*, ſed eum tantum, qui cum alterius uxore, *ut cap.* 8. *ſupr. hic.* Priori reſipiſcenti pœna non infertur, *ut hic:* ſed neque capitalis pœna hic ſtatuitur. Poſterioris pœna capitalis eſt. *Nov.* 134. *c.* 10. 22 Jul. *hic n.* 387. 23 Hinc ſumpta eſt Authent. *Quod hodie. C. de repud.* 24 Et ita abrogatur lex 60. *ff. de donationibus inter virum*, lex 9. *Cod. de repud.* & *Novell.* 22. *cap.* 4. quibus licuit mutuo conſenſu matrimonium diſſolvere. Verum hæc Novella poſtea abrogatur per Novellam 140. *c.* 1. qua repudium fieri mutuo conſenſu permittitur. 25 *Cap.* 8. *c.* 9. *ſupr. hic.* 26 Ut ſcilicet ſcortentur. Quid ſi nuptias redintegrant? aliud dixeris. 27 Caſum obſerva, quo parentibus adimuntur bona, ut eorum liberis dentur, ipſis liberis diſpenſatore ſeu curatore conſtituto. 28 Pœnam ſcortantium poſt matrimonium caſtitatis cauſa ſolutum obſerva. 29 De uxoribus militum, vid. Jul. *num.* 388. 30 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Hodie. Cod. de repud.* 31 *Nov.* 22. *c.* 14. 32 Fœderati & ſcholares qui eſſent, diximus *Novell.* 116. *cap.* 1. 33 Lege Conſtantini, uxor, ſi quadriennio nullum ſoſpitatis mariti indicium accepiſſet, certa ſolennitate præeunte poterat impune nubere *l.* 7. *C. de repud.* lege Juſtiniani quadriennium Conſtantini ad decennium prorogatum fuit, *Novell.* 22. *cap.* 14. quod decennium hic in incertum tempus mutatur. 34 Ob quantumvis longam abſentiam mariti, uxor alteri nubere non poteſt, niſi audiverit eum certo mortuum, *ut hic.* unde, vel qua cauſæ cognitione habita, petenda ſit hujuſmodi certitudo, *ut* ¶. *hic.* 35 Chartularii numerorum militum in acta referebant nomina militantium, & qui eorum eſſent mortui, *ut hic.* 36 Pœna mentientis, aliquem mortuum eſſe. 37 Eadem verba leguntur in Auth. *Hodie uxor. C. de repud. Nov. Leon.* 33. Porro cum hæc quæſtio, de redintegratione matrimonii, ſit utilis his, qui in foro Eccleſiaſtico & conſiſtoriis verſantur, & de ea paucis abhinc annis fuerim rogatus, cum forte Titius aliquis poſt 30. annum ad uxorem rediiſſet, viſum eſt ea de re aliquid hic dicere. Primum illud ſit, hodie non licere uxori (dic idem in marito) propter quantumvis longam mariti abſentiam (rejecto quadriennio Conſtantini *l.* 7. *Cod. de repud.* & biennio Juſtiniani *Nov.* 22. *c.* 6.) alteri prius nubere, quam de morte penitus certior facta fuerit, *ut hic.* Secundum ex *cap.* 44. *extra. de ſent. excommun.* Mulierem vere comperta prioris mariti abſentis ſoſpitate marito ſecundo præſenti debitam conjugii fidem præſtare impune poſſe, præſertim ſi maritus ſecundus eam exigat: fore aliud, ſi rumor incertus ſoſpitatis prioris mariti fuerit, ne alioquin vel contra legem conjugii, vel contra conſcientiam offenſæ committantur. Tertium, priori marito reverſo, jus eſſe uxorem ſuam recipiendi, *ut hic.* Quam ſententiam uſus antiquus & Leo Pontifex 34. *quæſt.* 1. *can. per bellicam*, confirmavit, dignitate nuptiarum motus, quæ Deum autorem & vitam individuam continent. Movetur eo amplius, quod res abſentium & captivorum uſucaptæ vel non utendo amiſſæ, poſtea reverſis, magiſtratus beneficio reſtituantur. *l.* 1. *ff. ex quib. cauſ. major.* Æquiſſimum eſſe, ut ſi jus id in rebus inanimatis admittatur, idem quoque inter animata & quidem ratione prædita, probetur. Jubet itaque uxorem marito reſtitui, idque fidem olim datam expoſcere; ad opprobrium enim malæ voluntatis non trahendum quod conditio neceſſitatis & captivitatis extorſerit. Id ipſum (uſu invaleſcente) confirmavit Innoc. *c. urſa. q.* 34. *c.* 12. Lucius Tertius quoque *in epiſt. ad captivos ſeu in c. dominus, extra. de ſecundis nuptiis.* in eadem etiam ſententia eſt, adeo ut ſi mulier poſteriorem præferat, adulterium committat. Sic error verum matrimonium vitiare non poterit *arg. l.* 6. §. 1. *ff. de off. præſid.* Eſt & illud elegans, quod Alexander 3. *in c. Lator* 7. *extra. de ſent.* & *re judicata.* & ibidem interpretes docent, ſententiam latam adverſus matrimonium nunquam in rem judicatam tranſire: ideoque ſemper revocandam, quoties de errore conſtiterit. Dices, ſi jus ita ſit, conſequens eſſe, ut intermedio tempore uxor adulterium commiſerit, & ſuſcepti ex hujuſmodi copulatione liberi ſint illegitimi? Sed collectio hæc vitioſa eſt, *l.* 11. §. 12. *ff. ad l. Jul. de adult.* Putativum enim matrimonium ad legitimationem filiorum prodeſſe dicitur *l.* 4. *C. de inceſtis:* & errori communi, opinioni, *l.* 2. *C. ſi ſervus aut libertus* 10. *tit.* 32. neceſſitati, & utilitati publicæ aliquid indulgeri æquum eſt, & uſitatum, ut ex iis cauſis geſta bona fide ac ſimplicitate ſumma teneant. Vid. quæ notavi ad *l.* 3. *ff. de off. prætor. l.* 3. *ff. de SC. Macedon.* etiam ſi ſtatus poſterioris mariti redeat ad cauſam extranei & non mariti, *arg. l.* 11. *l.* 38. *C. de liberali.* 38 Dic ex tribus. 39 Vid. Jul. *conſt.* 108. *cap.* 189. 40 Vid. *Nov.* 22. *c.* 6. *l.* 10. *C. de repud.* 41 Impedimentum poteſt eſſe vel in viro, *ut hic:* vel in uxore, *l.* 14. §. 7. *ff. de ædilitio.* 42 *Novell.* 22. *cap.* 5. *Novell.* 123. *cap.* 39. *l.* 60. *ff. de donat. int. vir. l.* 53. *in fin. l.* 56. *C. de epiſc.* 43 Vid. *c. dominus, extra. de ſecund. nupt. Novell.* 22. *c.* 7.

CAP.

CAP. XIII.

Si [1] *mulier sine justa causa marito suo repudium miserit* [2].

Quia vero quædam mulieres inhoneste volentes vivere, festinant propria matrimonia solvere: sancimus si quando mulier citra aliquam prædictarum a nobis causarum voluerit matrimonium solvere, licentiam quidem eam non habere hoc agere: si vero permanserit in hujusmodi impia voluntate, & repudium marito transmiserit: jubemus [3] dotem quidem viro dari, communibus filiis secundum legem servandam: si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito, mulierem vero periculo judicis negotium audientis tradi episcopo civitatis, in qua communiter domicilium habuerint, quatenus illius providentia in [4] monasterium ipsa mittatur, ut quoad vixerit, debeat ibi consistere: & si quidem filios habuerit hujusmodi mulier, duas partes propriæ ejus substantiæ dare filiis: tertiam vero monasterio [5] in quod mittitur, applicare jure proprietatis. Si vero filios non habuerit, sint autem ei parentes: duas partes quidem ipsius substantiæ monasterio præberi ubi mittitur, tertiam vero partem illius parentibus dari: nisi tamen sub potestate eam habentes, irrationabili repudio consenserunt [6]: in hoc enim consentientes, nihil eos penitus ex substantia filiæ habere permittimus: sed hæc omnia venerabili monasterio volumus applicari. Porro neque filiis, neque parentibus existentibus ei omnem similiter ejus substantiam competere monasterio. Si vero judex qui negotium examinat, hoc non fecerit, id est, tradiderit in hoc deprehensam civitatis episcopo, ut debeat in [7] monasterium mitti: siquidem in hac felicissima civitate sit judex, ipse quidem vigintiquinque librarum auri pœnam exigatur: officium autem ejus alias decem. Si vero in provincia sit hujusmodi judex, & non egerit quæ a nobis in hac jussa sunt, decem librarum auri persolvat pœnam, & officium ejus alias quinque. Si vero judex fuerit non [8] habens cingulum, ipse quidem pœnam decem librarum auri exigatur, ministrantes autem ei quinque, quatenus multa quæ hinc accedit a memoratis personis, per comitem [9] rerum privatarum, & palatinorum scholam exigatur: & nostro assignetur ærario. Si [10] autem & vir circa mulierem transigere [11] studuerit matrimonium, & irrationabiliter [12] repudium destinarit: jubemus reddere quidem eum, quam susceperit dotem una cum sponsalitia largitate, & tantum ex alia ejus substantia præberi mulieri, quantum tertiam partem sponsalitiæ faciat largitatis: & si quidem ei filii sunt, solum usum & antenuptialis donationis, & a nobis additæ tertiæ partis mulierem habere: proprietatem vero filiis conservare, filiis autem non existentibus, habere mulierem super [13] usum in ipsis rebus etiam proprietatem, & prædictas quidem dispositiones dissolutis rationabiliter aut etiam irrationabiliter nuptiis ordinamus: & omnia de memoratis casibus secundum hanc nostram constitutionem judicari & decidi decernimus.

CAP. XIV.

Si quis uxorem suam flagellis castigaverit [14].

Si quis autem propriam uxorem flagellis [15] aut fustibus [16] cæciderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere jussimus, matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus [17]: virum autem qui monstratur sine hujusmodi causa vel flagellis vel fustibus cæcidisse uxorem suam, tantum [18] pro hujusmodi injuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

CAP. XV.

Si quis suspicatus fuerit de aliquo, velle eum pudori uxoris suæ illudere [19].

His [20] quoque etiam illud adjicimus, ut si quis forsan suspicatur aliquem velle suæ uxoris illudere castitati, & *contestationes ei ex scripto* [21] *tres destinaverit*, habentes testimonia trium virorum fide dignorum, & post has tres ex scripto contestationes invenerit eum convenientem suæ uxori: siquidem in sua [22] domo, aut ipsius uxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis: esse licentiam marito propriis manibus talem perimere [23] nullum periculum ex hoc formidanti. Si vero in alio loco talem invenerit cum sua uxore loquentem: non minus tribus testibus fide dignis convocatis [24] per quos probare possit, quod eum cum sua uxore comperit: judici tradere crimina examinanti. Illum vero pro veritate cognoscentem post tres ex scripto contestationes cum tali muliere eum inventum: talem quidem tanquam ex [25] hoc solo adulterii crimini subjacentem, nulla alia ratione quæsita punire: licentiam autem exequi crimen. §. 1. Quia vero ita comperiuntur aliqui impii, ut etiam in [26] venerandis domibus præsumant in talibus se miscere sceleribus, & ibi [27] de peccatis tractare, ubi consueverunt Deum timentes, peccatorum veniam postulare: jubemus, ut si quis talis inveniatur in [28] locis venerabilibus alienæ uxori, de qua in suspicione est, post tres (sicut dictum est) contestationes loqui, licentiam esse ejus marito utrasque personas defensori ecclesiæ aut aliis clericis tradere [29]: ut ad eorum periculum divisim [30] isti serventur [31], donec judex hoc cognoscens mittat ad episcopum civitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant sustinere tormentum secundum leges quæ interdicunt adulteros [32] a sanctissimis ecclesiis vindicari [33]: nullam neque in hoc aliam judice quærente de adulterio probationem, nisi tres (sicuti jam supra diximus) contestationes, his enim tribus contestationibus ostensis, omnibus modis illi sicuti adulteri puniuntur. Non enim debent hujusmodi personæ in venerabili loco munimen habere, quem [34] ipsi per scelus proprium despexerunt: nam si eos qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria committunt, & ad orationum domos confugiunt, ab eis vindicari [35] nostræ leges non sinunt: quomodo [36] illis qui in ipsa ecclesia tale scelus studuerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis invenire? sed omnibus modis judicibus eos tradi, & pœnam sustinere qua digni sunt, qui sanctissima loca violare præsumunt. Quis enim [37] ibi delinquit, ubi salutem petat? Et generaliter disponimus, ut si quis invenerit suam uxorem aut filiam aut neptem, aut sponsam [38] in venerandis locis cum aliquo loquentem, & suspicatus [39] fuerit turpis gratia causæ eos colloqui: tradat eos defensori, aut aliis sanctissimæ ejus ecclesiæ clericis, ut ipsi suo periculo utrasque personas divisim tamdiu custodiant, donec judex eos accipiat, & secundum leges causas decernat.

EPILOGUS.

† Quæ igitur per præsentem & in perpetuum valituram legem nostra definivit tranquillitas, in omnibus prædictis casibus valere volumus: nisi tamen nondum [40] aut judiciali decreto, aut amicabili conventione decisa sunt: quæ suum robur habere sancimus. Gloriosa igitur & eminentissima auctoritas tua in hac quidem inclyta civitate edictis propositis ad notitiam perducat universorum: in provinciis autem per præcepta ad clarissimos provinciarum judices destinata hæc omnibus facere manifesta festinet: ut nullus penitus ignoret, quæ pro utilitate nostrorum collatorum a nobis disposita sunt: ita tamen, ut omnibus per propria præcepta pronuntiet: quatenus sine quolibet injusto dispendio nostris collatoribus præsentis legis fiat insinuatio. Dat. 15. Kal. Jan. Dom. JUSTIN. PP. August. Anno XV. [41] BASIL. V. C. CONS.

1 *Nov.* 22. *cap.* 16. 19. 2 Vid. Jul. *hic num.* 340. 3 Pœna conjugis injuste repudium mittentis. 4 *l.* 1. *l.* 2. *Cod. Theod. de repud.* adde *vers. Si vero judex*, ¶. *hic.* Pœna ecclesiastica, detrudi in monasterium perpetuum ob injustam repudii causam, *ut hic:* ob adulterium, *Novell.* 134. *cap.* 10. de detrusione in carcerem, vid. Petrum Gregorium 31. *Syntag.* 32. De perpetua carceris pœna dixi ad *l.* 8. §. 9. *ff. de pœnis.* dicam & ad Novellam Emanuelis *cap.* 8. 5 Tertia bonorum ingredientis monasterium mulieris, hic aspergitur monasterio: ut bes, *versic. si vero.* ¶. & as integer *vers. porro.* ¶. *hic.* 6 Pœna consentientis illegitimo matrimonio. 7 Vid. *versic. si autem.* ¶. *hic.* 8 Id est, non magistratus, Jul. *hic.* 9 Vid. *tit. Cod. de offic. comit. rer. privatar.* 10 Hinc sumpta est Authentica, *Sed novo. C. de repudiis.* 11 Dissolvere, est enim transactio litigiosæ rei solutio. 12 Pœna mariti injuste repudium mittentis. 13 Id est, præter usum. 14 Jul. *hic num.* 391. De condictione ex hac lege pro honestis uxoribus adversus maritos, vide Oldendorpium *class.* 7. *act.* 12. agitur autem hic de pœna mariti flagello verberantis uxorem. 15 Flagellis cædi injuria, *l.* 11. §. 7. *ff. de injuriis.* 16 Lignis, Jul. *hic.* 17 Et ita restringitur *l.* 8. §. 2. *C. de repud.* 18 In quibus causis vir potest uxorem repudiare, in illis omnibus potest uxorem acriter verberare & domo exigere. In aliis casibus volunt interpretes, marito modicam uxoris castigationem permitti, *arg. l.* 17. §. 1. *ff. de usufr. l.* 5. *in fin. l.* 6. *ff. ad leg. Aquil. l.* 13. §. 4. *ff. locati: l.* 2. *in fin. ff. de obsequiis. l.* 1. *Cod. de emendat. propinq.* si tamen id acciderit, volunt eo casu jurari vel cautionem a marito præstari, nunquam uxorem in posterum sic verberatum iri, *arg. l.* 6. *in fin. C. de his qui ad eccles. confug.* adde Bellovisan. 1. *pract.* 9. *n.* 16. 17. 19 Vid. Jul. *hic n.* 392. 20 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis. C. ad l. Jul. de adult.* adde 6. Harm. 2. 21 Eodem modo sacerdotes, presbyteri, diaconi, subdiaconi, & similes, si post primam, secundam & tertiam denunciationem perrexerint cum alterius uxore confabulari & conversari, excommunicentur. *cap.* 2. *extra. de cohabitat. cleric.* 22 Adulterum uxoris quemadmodum maritus possit occidere. Goth. Vid. *Cens. forens. nostram lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. S. L. 23 Vid. *l.* 24. *ff. ad l. Jul. de adult.* 24 Testes in quibus causis rogandi sint, *Novell.* 90. *cap.* 2. 25 Præsumitur adulter, qui ter & solenniter monitus non desiit cum uxore alterius loqui.

26 Prop. 2. *Eleg.* 14. Illic (id est, ruri) te multi poterunt corrumpere ludi, Fanaque peccatis plurima causa tuis. 27 Magnum scelus, ibi de peccatis tractare, ubi Deum timentes consueverunt peccatorum veniam postulare. Crescit delictum qualitate loci. Hinc Juvenalis 9. vers. 24. quo non prostat fœmina templo. 28 Protestatio fieri potest in Ecclesia, vid. *l.* 2. *Cod. de sacrosanct. eccles.* 29 Non licet marito adulterum in templo occidere: licet tamen adprehendere. 30 Id est, locis & diætis separatis. 31 Episcopi jus est, ex causa reos deprehensos custodire. 32 Adulteri jure asyli non fruuntur, vid. *l.* 6. *in fin. Cod. de his qui ad Eccles.* 33 Ἐκδικεῖσθαι *Scrimg.* immunitatem sperare. *Hal.*

34 Quod quis despicit, eo non juvatur. 35 Id est, excusari. 36 Argumentum a minori ad majus. Asyli jure non fruitur adulter, qui ad Ecclesiam confugit: multo minus qui in ipsa ecclesia de adulterio tractavit. 37 Inversa videtur oratio, ut sit sensus: Ne quis ibi salutem speret, ubi deliquit. 38 Quod de uxore dicitur, interdum ad sponsam extenditur, *ut hic.* 39 De sola suspicione potest quis adulterii causa prehendi.

40 Leges non porriguntur ad casus sententia vel transactione decisos. 41 Id est, anno 541.

COLLATIO NONA.

TIT. I.

DE HEREDIBUS AB INTESTATO [1] VENIENTIBUS [2], ET DE AGNATORUM [3] JURE SUBLATO.

NOVELLA CONSTIT. CXVIII.

Imperator Justinianus Augustus Petro gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum Orientis.

PRÆFATIO.

Plurimas & diversas leges veteribus temporibus prolatas invenientes, per quas non juste differentia [4] ab intestato successionis inter cognatos ex masculis & fœminis introducta est, necessarium esse perspeximus, omnes simul ab intestato cognationum successiones per præsentem legem clara compendiosaque divisione disponere: itaque prioribus legibus pro hac causa positis vacantibus, de cætero ea sola servari, quæ nunc constituimus. Quia igitur omnis generis ab intestato successio tribus [5] cognoscitur gradibus, hoc est, ascendentium, & descendentium, & ex latere: (quæ in agnatos cognatosque dividitur) primam [6] esse disponimus descendentium successionem.

CAP. I.

De descendentium [7] successione.

Si [8] quis igitur descendentium [9] fuerit ei qui intestatus moritur, cujuslibet naturæ [10] aut gradus, sive ex masculorum genere, sive ex fœminarum [11] descendens, & sive suæ potestatis, sive sub potestate sit: omnibus ascendentibus & ex latere cognatis præponatur [12]. Licet enim defunctus sub alterius potestate fuerit: tamen ejus filii, cujuslibet sexus sint aut gradus, etiam ipsis [13] parentibus præponi præcipimus quorum sub potestate fuerit, qui defunctus est, in illis [14] videlicet rebus, quæ secundum nostras alias leges patribus non acquiruntur. Nam in usu [15] harum rerum qui debet acquiri, aut servari nostras de his omnibus leges parentibus custodimus: sic tamen, ut si quem horum descendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios descendentes, in [16] proprii parentis locum succedere, sive sub potestate defuncti, sive suæ potestatis inveniantur: tantam de hereditate morientis accipientes partem, quanticumque sint, quantam [17] eorum parens si viveret, habuisset: quam successionem in [18] stirpes vocavit antiquitas. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus: sed cum filiis & filiabus ex præmortuo filio aut filia, nepotes vocari sancimus: nulla introducenda differentia sive masculi, sive fœminæ sint, & seu ex masculorum seu [19] fœminarum prole descendant, sive suæ potestatis sive [20] sub potestate sint constituti. Et hæc quidem de successionibus descendentium disposuimus. Consequens [21] autem esse perspeximus & de ascendentibus constituere, quomodo ad descendentium successionem vocentur.

CAP. II.

De ascendentium [22] successione.

Si igitur defunctus descendentes quidem non relinquat heredes, pater [23] autem aut mater, aut alii parentes, ei supersint, omnibus ex latere cognatis hos præponi sancimus, exceptis solis fratribus ex utroque [24] parente conjunctis defuncto, sicut per subsequentia declarabitur. Si autem plurimi ascendentium [25], vivunt, hos præponi jubemus, qui [26] proximi gradu reperiuntur, masculos & fœminas, sive paterni, sive materni sint. Si autem eundem [27] habeant gradum, ex [28] æquo [29] inter eos hereditas dividatur: ut medietatem [30] quidem accipiant omnes a patre ascendentes quanticunque fuerint: medietatem vero reliquam a matre ascendentes, quantoscunque eos inveniri contigerit. Si [31] vero cum ascendentibus inveniantur fratres aut sorores ex utrisque [32] parentibus conjuncti defuncto: cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur: si autem pater aut mater fuerint, dividenda inter eos quippe hereditate secundum [33] personarum numerum, uti & ascendentium & fratrum singuli æqualem habeant portionem: nullum [34] usum ex filiorum aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare, quoniam pro hac usus portione, hereditatis jus & secundum proprietatem per præsentem dedimus legem: differentia nulla servanda inter personas istas, sive fœminæ, sive masculi fuerint, qui ad hereditatem vocantur: & sive per masculi, sive per fœminæ personam copulantur: & sive suæ potestatis, sive sub potestate fuerit is, cui succedunt. Reliquum est ut tertium [35] ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, & in agnatos & cognatos dividitur: ut etiam hac parte disposita, undique perfecta lex inveniatur.

CAP. III.

De successione ex latere [36] venientium.

Si igitur defunctus neque descendentes neque ascendentes reliquerit, primos ad hereditatem vocamus [37] fratres & sorores ex eodem [38] patre [39] & ex eadem matre natos: quos etiam cum [40] patribus ad hereditatem vocavimus. His [41] autem non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad hereditatem vocamus, qui ex uno parente conjuncti sunt defuncto, sive [42] per patrem solum, sive per [43] matrem. Si autem defuncto fratres fuerint, & alterius [44] fratris aut sororis [45] præmortuorum filii, vocabuntur ad hereditatem: isti cum de patre & matre thiis masculis & fœminis: & quanticunque fuerint, tantam ex hereditate percipient portionem, quantam [46] eorum parens futurus esset accipere, si superstes esset. Unde consequens est, ut si forte præmortuus frater, cujus filii vivunt, per utrumque parentem nunc defunctæ personæ jungebatur, superstites autem fratres per patrem solum forsan, aut matrem ei jungebantur: præponantur [47] istius filii propriis thiis, licet in tertio [48] sint gradu, (sive a patre, sive a matre sint thii, & sive masculi, sive fœminæ) sicut eorum parens præponeretur si viveret. Et ex diverso [49] siquidem superstes frater, ex utroque parente conjungitur defuncto, præmortuus autem per unum parentem jungebatur: hujus filios ab hereditate excludimus sicut ipse, si viveret, ab hereditate excludebatur. Hujusmodi vero privilegium in hoc ordine cognationis solis [50] præbemus fratrum masculorum & fœminarum filiis aut filiabus, ut in suorum parentum jura succedant. Nulli enim alii omnino personæ [51] ex hoc ordine venienti, hoc jus largimur. Sed & ipsis fratrum filiis

1 Ulp. 26. Paul. 4. *sent.* 8. *&* L. 3. *Inst.* 1. *ad fin.* 13. *&* L. 38. *ff.* 6. 7. 8. 9. 11. 12. 16. 17. *&* L. 6. *Cod.* 54. 55. 56. 57. *ad* 61. *&* 45. *Eclog.* 1. *&* 4. Harm. 7. Porro hæc constitutio definit τὰς ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεις. *Scrimg.* 2 Jul. *const.* 109. 3 Διάταξις ἀναιροῦσα τὰ adgnatica δίκαια, *Scrimg.* De æqualitate agnatici & cognatici juris. *Index Reginæ apud Cujacium.* Jus agnatitium dicitur in lege ultima §. 3. *Cod. de legit. hered.* 4 Olim differentia fuit: quoad jus succedendi inter cognatos & agnatos. §. 3. *Inst. de legit. agnat. success. l.* 4. §. 2. *ff. de gradib.* 5 Tres gradus succedentium ab intestato, Ascendentium, descendentium, cognatorum ex latere. 6 Julian. *d. const.* 109. 7 Hinc sumpta est Auth. *In successionem. C. de suis.* 8 *l.* 1. *ff. unde lib.* 9 Descendentes (sive masculi, sive fœminæ sint) præferuntur in successionibus parentum, ascendentibus defuncti omnibus ejusque cognatis ex transverso. 10 Φύσεως, id est, sexus. 11 *l.* 3. *Cod. unde legit. l.* 4. *C. de legit. heredib.* 12 Dixi ad *l.* 11. *C de suis.* 13 Liberi patri suo (etiam in potestate posito) succedunt, & avum cæterosque ascendentes excludunt, quod proprietatem bonorum defuncti attinet: salvo jure ususfructus ascendentibus defuncti, si quod eis lege competit. 14 *l. ult. C. de collat. l.* 6. *Cod. de bonis quæ liberis.* §. 2. *Inst. per quas personas.* 15 Ususfructu. 16 Nepos patrem repræsentat. 17 Id est, in stirpes concurrunt cum suis patruis aut amitis, non in capita. 18 Successio in stirpes, de qua vide §. 6. *Inst. de heredit. ab intestato:* 2 Gajum 8. §. 7. eadem ex stirpibus dicitur *l.* 2. *C. de suis.* 19 *Novell.* 18. *c.* 4. *l. ult. C. de suis:* & ita abrogatur lex 9. *C. de suis.* §. 13. *Inst. de hered. ab intestato. l.* 4. *Cod. Theod. de legitimis hered.* 20 Emancipati a suis hodie non distinguuntur in succedendo. 21 Hinc sumpta est Authentica, *Defuncto. C. ad SC. Tert.* 22 Jul. *d. l. num.* 395. 23 Liberis defuncto non extantibus parentes defuncti succedunt. 24 Hi Græcis ἀμφιθαλεῖς ἀδελφοὶ 5. Harm. 8. §. 15. *&* 17. ut ὁμομήτριοι uterini: ὁμοπάτριοι germani & consanguinei apud eundem autorem. 25 Potest enim defuncto pater esse avus, proavus, abavus &c. paternus vel maternus. 26 Ascendentes proximiores excludunt ulteriores. 27 Potest enim esse defuncto pater, avus &c. cum paternus tum maternus. 28 Ascendentes, qui sunt æquo gradu constituti, æqualiter succedunt. 29 Æquali gradu positi æqualiter succedunt, facit *l.* 8. *ff. de legit. tutorib.* Pari gradu pariter succedunt. 30 Cur non ait, paterna paternis, materna maternis ascendentibus deferri? ut in lege 13. *C.* §. 2. *de legit. heredit.* Aliud est enim accipere medietatem bonorum, aliud materna maternis, paterna paternis deferri, vid. *d. l.* 13. §. 2. & adquisita æqualiter postea dividi. 31 Hinc sumpta est Authentica, *Item hered. C. de bon. quæ liber.* 32 Fratres consanguinei defuncti, concurrunt in ejus successionem cum defuncti parentibus propinquioribus. 33 Inter ascendentes proximos & fratres defuncti, dividitur hereditas in capita. 34 Olim parentes defuncti solidum usumfructum bonorum consequebantur: fratres defuncti, proprietatem: hodie parentes & fratres defuncti viriliter succedunt: & ita abrogatur lex 13. *C. de legitim. hered.* lex ultima *in fin. C. comm. de success.* 35 Hinc sumpta est Authent. *Cessante. C. de legitimis heredib.* 36 Vid. Jul. *const.* 396. huc refer titulos *ff. unde legitim. unde agnati.* 37 Æqualiter sc. 38 Fratres igitur quibuscunque præferuntur post liberos, quin & patruo, vid. Theophil. §. 6. *Instit. de jure natur.* 39 Fratres & sorores æqualiter admittuntur ad successionem fratris vel sororis sine liberis præmortuæ, vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 25. *n.* 1. 40 Olim præferebantur. *l. ult. C. comm. de success.* 41 Fratres consanguinei succedunt defuncto sine liberis mortuo. Utque concurrunt illi parentibus defuncti, sic fratres uterinos excludunt, *Novell.* 84. *c.* 1. §. 1. vel ejusdem patris tantum. Quod ut melius intelligamus, rem ita fingamus esse: Ex Titio & Caja nascitur Sempronius & Mævius: mortuo Titio, Caja nubit Aurelio, ex eo Paulum suscipit, postea nubit Proculo, exque eo suscepit Plautium, mortuo Sempronio succedet Mævius, exclusis Paulo & Plautio, quia consanguineus frater excludit fratres non consanguineos. Quid si Mævius moritur? Cum Plautio concurret Paulus: sunt enim illi duo uterini. Dicamus ita, Titio ex Caja nascitur Sempronius & Mævius: eidem Titio ex alia uxore nascitur Paulus, ex tertia Plautius. Mortuo Sempronio Mævius solus succedet: quia frater consanguineus excludit non consanguineos fratres, in bonis scilicet paternis. Solent enim bona paterna paternis deferri: ut materna maternis, *Nov.* 84. *c.* 1. §. 2. *l.* 13. *in fin. Cod. de legit. liber.* Mævio mortuo, Paulus & Plautius concurrent. Fingamus, fratris filium mori, quis ei succedet? An qui patri defuncti sunt ex utroque parente conjuncti? an & qui ex patre tantum sunt? uterque, id est patruus, & avunculus admittetur, & inter eos hereditas in capita, non in stirpes dividetur, Bartol. *l.* 2. §. *legitima* 4. *ff. de suis, qua de re vide* Cujac. 4. An id juris sit, quæri possit: siquidem nepos ex consanguineo fratre mihi succedit, exclusis fratribus meis uterinis aut paternis, *versic. unde consanguineus,* ¶. *his.* Ergo a contrario frater mei patris consanguineus mihi succedet, patris mei vel matris meæ fratre excluso? Responsio est facilis, nempe prærogativam consanguineorum certis tantum personis concessam esse, & ita stricte accipiendum, *versic. hujusmodi vero privilegium,* ¶. ideoque avunculum cum patruo consanguineo defunctæ concurrere, ex quo patruus consanguineus hac constitutione præcise non anteponitur. Vult enim Justinianus hac Novella, privilegia stricte intelligi, *d. vers. hujusmodi privil.* ¶. *& versic. nulli enim personæ,* ¶. *hic.* 42 Hinc sumpta est Auth. *Post fratres. C. de legitim. hered.* 43 Ponamus rem ita esse, Titio ex Caja nasci Sempronium: ex Julia Paulum: ex Mævia Plautium. Hi sunt inter se per patrem tantum conjuncti. 44 Titio ex Caja nascitur Sempronius; ex eadem Caja & Julio nascitur Paulus. Post ex eadem & Mævio nascitur Plautius; & illi omnes inter se sunt uterini. 45 Fratrum filii succedunt cum suis patruis in stirpes, non in capita. Sorores defuncti excludunt defuncti patruos. Multo magis igitur filiæ defuncti excludunt defuncti fratres. Unde colligunt, Filiabus statuto exclusis ab hereditate patris, stantibus fratribus, eo casu filias defuncti præferri fratribus defuncti. Nam statutum excludens fœminas, extante fratre, de fratre primi, non autem secundi gradus intelligi debet, vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 55. *n.* 18. 46 Id est, in stirpes succedunt, non in capita. 47 Esto hæc hypothesis: Titio Cajus frater esto uterinus: eidem Titio Sempronius esto consanguineus; eidem Sempronio nascatur Plautius. Demus Sempronium mori, & paulo post Titium sine liberis; ecquis succedat Titio? num Cajus defuncti frater uterinus? An vero Plautius nepos ex fratre defuncti consanguineo? Plautius præferetur, & ita consanguineorum liberi parentes ita repræsentant, ut præferantur uterinis fratribus ejus, de cujus successione agitur, quantumvis uterini sint secundo gradu seu proximiores: nepotes ex fratre tertio, *versic. quandoquidem in fin.* ¶. *hic. ibi, illud palam est.* vide Grassum *l. sentent.* §. *Successio ab intestato quæst.* 31. ut eo casu, Cujus parens uterinos vel patruos tantum excludit, ejus filius eosdem uterinos vel patruos excludat. Hinc constat, fratris consanguinei filios cum fratribus consanguineis defuncti concurrere. *Novell.* 127. *cap.* 1. 48 Fratrum filii tertio gradu sunt. Graduum dinumerandorum rationem a Justiniano servatam nota: non eandem enim servant Canonistæ. 49 Consanguinei fratres mihi succedunt, & præferuntur fratribus meis paternis tantum vel uterinis, & per consequens paternorum fratrum filiis. Nam qui patrem excludit, & ejus liberis anteponitur. 50 Privilegia consanguineis data certis duntaxat casibus & personis prosunt, *vers. nulli,* ¶. *hic.* Cæterum paucis hoc notandum est de repræsentatione, eam locum habere semper ac in infinitum in descendentibus, in ascendentibus nunquam: In collateralibus ultra fratrum filios non extendi, vid. Schneidewinum *ad tit. Instit. de hereditatibus ab intestato,* ibi, *de tertio ordine succedendi, n.* 12. Ut mirum plane mihi videatur, a quibusdam dici, Repræsentationem nepotis jure civili in infinitum etiam in linea collaterali extendi, ideoque pronepotes & trinepotes propinquiores esse patruo, aliud enim esse, locus hic evincit. Constat etiam hoc jure civili novo, solis fratrum filiis repræsentationis jus datum esse & veteri jure civili, fratrem liberos exclusisse, *l. consanguinitatis* 3. *l.* 14. *in fin. C. de legitim. heredib.* Minus itaque probandum est dici, Jus repræsentationis ex jure civili esse. At forte juris naturalis est? Hoc iidem ita putant, quod vix probo. Nec enim natura idem pater & filius, sed fictione civili tantum. At ex feudali consuetudine jus hoc repræsentationis introductum? sic sane, si fratris filios ponas. Jure enim feudali defuncto filiis nepotibus & deinceps non existentibus, in feudo paterno succedunt fratres defuncti cum fratrum præmortuorum filiis. 1. *Feud.* 14. §. 1. *&* 2. *tit.* 11. cum & alias in successionibus feudorum deferendis ordo legum Romanarum servetur, ubi nihil contrarium jure feudali constitutum est, 2. *Feud.* 37. Sed ut jure feudali primogeniti filius atque ita nepos præferatur patruo, & sic fratris filius, vix est, ut ullibi reperias: Imo contrarium plane jure feudorum receptum, nimirum, ut patris intestato mortui feudum æqualiter inter fratres dividatur. 1. *Feud.* 1. §. 1. *& tit.* 8. §. 1. *& lib.* 2. *tit.* 11. §. 2. *& tit.* 50. Nullum, inquam, jus primogenituræ, jure feudali defertur ad primogeniti filium, nisi forte feudum sit natura sua indivisibile, 1. *Feud.* 14. non etiam ferendum est dici, Repræsentationem nepotis ad patruum excludendum, juris feudalis ratione niti, quod juri civili consentaneum sit, *l. inter filios* 11. *C. Familiæ ercisc. l.* 1. *C. unde liber. l. penult. C. comm. dividund.* 51 Personalia privilegia non egrediuntur per-

tunc

tunc [1] hoc beneficium conferimus, quando cum propriis [2] vocantur thiis masculis & fœminis, sive paterni, sive materni sint. Si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes (sicut jam diximus) ad hereditatem vocantur: nullo [3] modo ad successionem ab intestato fratris aut sororis filios vocari permittimus: neque si ex utroque parente eorum pater aut mater defuncto jungebatur. Quandoquidem igitur fratris & sororis filiis tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum, soli in tertio constituti gradu, cum iis qui in secundo gradu sunt, ad hereditatem vocentur, illud palam [4] est, quia thiis defuncti masculis & fœminis, sive a patre sive a matre, præponuntur, si etiam illi tertium cognationis similiter obtineant gradum.

§. 1. Si [5] vero neque fratres, neque filios fratrum (sicut diximus) defunctus reliquerit, omnes [6] deinceps a latere cognatos ad hereditatem vocamus, secundum uniuscujusque gradus prærogativam, ut viciniores [7] gradu, ipsi reliquis præponantur. si autem plurimi ejusdem gradus inveniantur, secundum [8] personarum numerum inter eos hereditas dividatur: quod in [9] capita nostræ leges appellant.

CAP. IV.

De agnatorum jure in hereditate sublato [10].

NUllam vero volumus esse differentiam in quacunque successione aut hereditate inter eos, qui ad hereditatem vocantur, masculos ac fœminas, quos ad hereditatem communiter definivimus vocari [11] sive per masculi, sive per fœminæ personam defuncto jungebantur: sed in omnibus successionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare [12] præcipimus, sive per fœmineam personam, sive per emancipationem, sive per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, & omnes sine qualibet hujusmodi differentia, secundum proprium cognationis gradum ad cognatorum successionem ab intestato venire præcipimus.

CAP. V.

De legitima tutela liberorum, & de matre & avia [13].

EX [14] his autem quæ de hereditate diximus & disposuimus: & quæ de tutela sunt, manifesta consistunt. Sancimus enim unumquemque secundum [15] gradum & ordinem, quo ad hereditatem vocatur, aut solum, aut cum aliis, etiam functionem tutelæ suscipere: nulla [16] neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum seu cognatorum jure: sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quique ex masculorum, quique ex fœminarum prole descendunt minori conjuncti. Hæc autem dicimus si [17] masculi & perfectæ [18] ætatis sint, & nulla lege prohibeantur tutelam suscipere, neque excusatione competente sibimet utantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ subire officium, nisi [19] mater aut avia fuerit. His enim solis secundum hereditatis ordinem & tutelam subire permittimus, si [20] inter gesta & nuptiis [21] aliis & auxilio Vellejani senatusconsulti renuntiant. Hæc enim servantes, omnibus a latere cognatis quoad tutelam proponuntur, testamentariis [22] solis tutoribus præcedentibus eas. defuncti namque voluntatem & electionem præponi [23] volumus. Si autem plurimi eundem cognationis gradum habentes ad tutelam vocantur: jubemus communiter [24] convenientibus apud judicem, cui [25] hujus partis solicitudo est, unum [26] aut plures, quanti ad gubernationem substantiæ sufficiant, ex ipsis eligi, & denunciari, & eum vel eos minoris res gubernare: tutelæ periculo [27] omnibus imminente qui ad tutelam vocantur, & substantiis eorum minori ætate tacite [28] subjacentibus pro hujusmodi gubernatione.

CAP. VI.

De vi & potestate hujus constitutionis in personis & in rebus.

HÆc autem omnia quæ de successionibus generis sancivimus, obtinere in illis volumus qui catholicæ fidei sunt: in hæreticis [29] enim jam a nobis positas leges firmas esse præcipimus, nullam novitatem aut immutationem ex præsenti introducentes lege. Quæ igitur per hanc constitutionem in perpetuum observandam sancivit nostra tranquillitas, in illis volumus obtinere casibus, qui a principiis Julii mensis præsentis sextæ indictionis [30] seu evenerunt, seu posthac emerserint. Præcedentes namque casus qui usque ad memoratum tempus pertransierunt, secundum veteres leges decidi præcipimus.

EPILOGUS.

† Tua igitur gloria, per præsentem legem a nobis disposita, ad omnium cognitionem venire procuret: in hac quidem regia civitate edictis consuete propositis: in provinciis autem præceptis dirigendis ad clarissimos præsides earum: ut nulli nostri imperii subjectorum sit ignota nostræ circa eos mansuetudinis providentia: ita tamen, ut sine omni dispendio civium, aut provincialium, in omni loco præsentis legis fiat insinuatio. Dat. 7. Kal. Aug. Septimiliario [31] in novo palatio DN. JUSTIN. PP. August. Imperii ejus Anno XVIII. [32] post consulatum BASILII V. C. Anno tertio [33].

TIT. II.

UT SPONSALITIA [34] LARGITAS SPECIALIS [35] SIT CONTRACTUS: ET DE DIVERSIS CAPITULIS.

NOVELLA CONSTIT. CXIX.

Imperator Justinianus Augustus Petro gloriosissimo Orientalium prætoriorum præfecto.

CAP. I.

Donatio propter nuptias insinuanda non est.

SPonsalitiam [36] largitatem contractum specialem [37] esse, & judicari, & non [38] aliis donationibus eam connumerari per præsentem sancimus legem: quoniam pro ea æqualitas dotis offertur. Sive igitur fiat sub gestis monumentorum ejus insinuatio, sive etiam non: jubemus eam per omnia suum robur habere tam apud mulierem, quam [39] apud virum sive, ab ipso viro, sive ab altero aliquo mulieri detur seu conscribatur, vel in viri personam donatio fiat, quatenus ipsas res in nuptialem donationem conscribat. Et hoc valere præcipimus cujuscunque sit donatio quantitatis, vel [40] si non [41] (sicuti dictum est) insinuetur.

CAP. II.

Minor in testamento servos manumittere potest [42].

ET [43] hoc quoque præsenti constitutione sancimus: ut licentia sit minoribus in ipso tempore, in quo [44] licet eis testari de alia substantia, etiam [45] suos servos in ultimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento ætatis [46] faciendo: sed vacante lege quæ hoc primitus [47] prohibebat.

CAP. III.

Ut non aliter credatur instrumento de altero instrumento facienti mentionem, quam si idipsum proferatur [48].

ET [49] hoc insuper jubemus, ut [50] si quis in aliquo documento alterius faciat [51] mentionem documenti: nullam [52] ex hac memoria fieri exactionem, nisi [53] aliud documentum cujus memoria in secundo facta est, proferatur: aut alia secundum leges probatio exhibeatur: quia & quantitas cujus memoria facta est, pro veritate debetur: hoc enim etiam in veteribus legibus invenitur.

CAP. IV.

De appellationibus [54].

HOc [55] quoque sancimus: ut si quando appellatione sequuta, in novissima [56] induciarum [57] die, aut pars utraque, aut solus qui appellatione usus est, occurrerit, & suam præsentiam manifestaverit judici futuro appellationis examinare judicium, aut consiliariis ejus, aut qui lites intromittunt, & judex eum in definitis diebus suscipere differat: nullum præjudicium partibus aut uni earum ex hoc penitus fieri, sed & post hoc examinari appellationes hujusmodi, & sententia legitima terminari.

CAP. V.

De retractationibus sententiarum P. Prætorio [58].

ALiud [59] ad hoc capitulum nostra indigens providentia prospeximus emendare. quia enim nostræ leges decernunt, *si quando gloriosissimi præfecti sacrorum prætoriorum sententiam protulerint, nullam* [60] *appellationem adversus eam offerri*: sancimus, quoties sententia gloriosissimorum præfectorum cujuscunque regionis proferatur, & unus forsan litigantium putaverit se gravari, habere eum licentiam petitionem [61] offerre gloriosissimis præfectis qui sententiam protulerunt, aut eorum consiliariis, aut causas introducentibus, intra decem dierum inducias post prolatam sententiam: ut hoc subsecuto, non aliter exe-

sonas privilegio honoratas. 1 Hoc abrogatur per Novellam 127. *c.* 1. 2 Et solis. 3 Hoc abrogatur per Novellam 127. *c.* 1. 4 De eo dixi *ad vers. unde consequens* §. *hic.* 5 Hinc sumpta est Authentica, *Post fratres. C. de legit. hered.* 6 Liberis, fratribus aut ascendentibus defuncto non extantibus, defuncto succedunt cognati proximiores. 7 Vicinior gradu ulteriorem excludit. 8 Id est, in capita, J. *hic. l.* 11. *C. familiæ.* 9 Patruo mihi (liberis, parentibus, fratribus, aut sororibus destituto) succedunt fratrum ac sororum liberi in capita ex lege 1. *in fin. ff. si pars hered. l.* 2. §. 2. *ff. de suis & legitimis.* Ulpian. *tit.* 26. §. 3. Caji *Inst.* 2. *tit.* 8. §. 6. & Azonis sententia, & Accursii, *in l.* 14. *& l. ult.* §. 3. *C. de legitim. heredib.* probata a Zasio 1. *Respons.* 7. & a Carolo Quinto in Comitiis Spirensibus anno 1529. teste Mynsing. 3. *observ.* 94. & Curiæ Parisiensis Arrestis. vide Papon. 25. *Arrest.* 11. *n.* 11. 12. 13. Imbertum *in Enchirid. in verbo, Les nepueux*, explosa Bartoli opinione ad *leg.* 2. §. 1. *ff. de suis*: atque ita, In capita successio plures inter fratrum filios, eosque solos, locum habet. Quid si cum nepotibus meis ex fratre vel sorore concurrant patrui, vel avunculi mei? Hi omnes æqualiter a me distant, tertio scilicet gradu. Ideoque secundum numerum personarum hereditas mea inter eos dividitur, *ut hic*: quibusdam tamen locis *l'oncle exclut le nepueu*, id est, meus patruus mihi potius succedit, quam nepos meus ex fratre. 10 Et ita tollitur differentia succedendi 2. Gaj. 8. §. *ult.* 11 *Novell.* 18. *cap.* 4. 12 Agnati in succedendo non sunt cognatis potiores, & ita abrogatur lex 5. *C. de legit. hered.* 13 Vid. Jul. *hic, n.* 167. 14 Hinc sumpta est Authentica, *Sicut hered. C. de legit. tutel.* & Authentica, *Matri. C. quando mulier tutelæ officio.* 15 Argumentum ab ordine succedendi, ad ordinem suscipiendæ tutelæ observa. huc facit lex 73. *ff. de reg. jur.* 16 Olim adgnati præferebantur. *Inst. de legit. agnat. tut. l.* 1. *C. de legit. tut.* 17 Nam tutela non defertur fœminæ, quantumvis proximæ, licet ad eam deferatur hereditas. *Inst. de legitim. patron. tut. in fin. l. ult. ff. de tut. l.* 3. §. 4. *ff. de legit.* 18 Est enim absurdum, ut alterius tutelam quis gerat, qui ipse tutore indiget, *l. ult. in fin. C. de legit. tut.* §. 13. *in fin. Inst. de excusat. Inst. de fiduc. tut. in fin.* 19 Mulieres (excepta matre vel avia) removentur a tutela alicujus gerenda. 20 Tutela filiorum vel nepotum quibus conditionibus matri vel aviæ deferatur, nota. Addatur *Nov.* 22. *c.* 40. *Nov.* 94. *cap.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *Cod. quando mulier tutelæ.* 21 *Nov.* 155. J. abrogatur *Novell.* 94. *cap.* 2. 22 Legitimo tutori non est locus, existente testamentario. 23 Causa testati quam intestati potior. 24 Id est, proximi; Pupillis proximus cognatus petere tutorem a judice tenetur, vid. *ff. & Cod. qui petant tut.* 25 Id est, apud judicem domicilii pupilli, *l.* 1. *in fin. ff. de tutoribus datis.* Quid si pupillus in urbe & provincia facultates habeat? urbanus prætor, urbicis: provincialibus, præses tutorem dabit, *l.* 27. *ff. de tutorib. datis.* & ita habenti tutorem tutor datur, non earundem, sed aliarum rerum ratione, *l.* 21. *in fin. ff. de excusationibus.* 26 Adde *l.* 3. §. 8. *ff. de administr. tut.* 27 Vid. *tit. Cod. de periculo tut.* 28 Pupillus in bonis tutoris tacitam habet hypothecam, *ut hic, & l.* 20. *Cod. de administr. tut.* 29 Vid. *Nov.* 115. *cap.* 3. 30 Indictio sexta de decima, vid. *Novell.* 142. *cap.* 2. 31 De septimiliario, ac septimo miliario dixi ad *l.* 22. *in fin. Cod. de sacr. eccl.* 32 Id est, anno 544. 33 Aut legendum est anno VII. aut supra legendum est XIV. non XVIII. id est, anno 540. Error nasci potuit ex affinitate duorum illorum numerorum XIV. & XVIII.

34 Donatio propter nuptias, Jul. *constit.* 110. *& Index Reg.* quam Græci διὰ τὰς γάμους δωρεὰν appellant, *hic.* 35 29. *Eclog.* 1. *cap.* περὶ γαμικῶν. 36 Hinc sumpta est Authentica, *Eo decursum. C. de donat. ante nupt.* 37 Adde *Nov.* 61. *c.* 1. *l.* 20. *C. de donat. ante nupt.* §. 3. *vers. sed nos. Inst. de don.* 38 Et ita non indiget insinuatione, quamvis summam quingentorum aureorum excedat, quod in aliis donationibus non est: hoc tamen ut obtineat, dicam ad *Novell.* 121. *cap.* 1. *&* 2. 39 Hoc immutatur *d. cap.* 2. 40 Id est, etiamsi non. 41 Insinuatione non indiget donatio propter nuptias. 42 Jul. *num.* 400. 43 Hinc sumpta est Authent. *Sed hodie. C. qui manum.* 44 Quo tempore quis testari potest, eo potest manumittere, & ita abrogatur §. 7. *vers. sed cum libertas Inst. quibus ex causis manumit.* quo permittebatur manumissio, anno 18. incipiente. Lex etiam Ælia Sentia vetuerat, quemquam ante 20. annum manumittere posse. *dict. vers.* Hodie XIV. anno ætatis impleto masculus testari potest: fœmina XII. ergo & eodem tempore manumittere. 45 Argumentum nota, ab ultima voluntate ad actum inter vivos: seu a manumissione testamentaria, ad eam, quæ fit inter vivos. 46 Adde *l.* 102. *ff. de legat.* 1. *l.* 4. *Cod. qui manumitt.* 47 Prius. 48 Jul. *num.* 401. 49 Hinc sumpta est Authent. *Si quis in aliquo. Cod. de edendo.* 50 22. *Eclog.* 4. *in fin.* 1. Harm. 8. *c.* 5. 51 Id accidere potest sæpius, ut *l.* 5. *ff. fam. l.* 2. *C. de fid. instr. l.* 7. *Cod. de edendo.* 52 Imo aliud est, *l.* 37. §. 5. *ff. de leg.* 3. 53 *l. ult. ff. de probat.* 54 Vid. Jul. *num.* 402. 55 Hinc sumpta est Authentica, *Si appellatione. C. de temporibus & reparationibus.* 56 Εμπροθέσμῳ ἡμέρᾳ, ultimo fatali die, Jul. *hic.* 57 Εν τῇ τελευταίᾳ ἐμπροθέσμῳ ἡμέρᾳ *Græci hoc loco*: in novissima induciarum die, *vetus interpres hic* in ultimo fatali die Jul. *hic. cap.* 402. Diem novissimum exeuntium induciarum vertit Haloander. 58 Jul. *hic num.* 403. 59 Hinc sumpta est Authent. *Quæ supplicatio. Cod. de precibus imperatori off.* 60 Appellatio nulla est a sententia præfecti prætorio, *l. unic. ff. de off. præfecti prætorio*: *l.* 17. *ff. de minoribus, l. un. C. de sent. præf. præt. l.* 16. *C. Theod. de appellat.* 61 Libellos Jul. *hic*, admonitorium, *Hal.* διδασκαλικὸν Scrimg. *hic. Novell.* 22. διδασκαλία. Re-

cutioni

cutioni sententia contradatur, nisi prius fidejussiones dignas præbuerit victrix pars, *tantæ quantitatis, quantæ fuit condemnatio: ut si post hanc retractationem modo legitimo procedente sententia resolvatur* [1], *res ei cum augmentis legitimis restituatur.* Si vero intra memoratas decem dierum inducias post prolatam sententiam non obtulerit libellum is qui putat se læsum: jubemus causæ executionem sine fidejussore procedere, retractationis jure servando illi qui se gravatum putaverit.

CAP. VI.

Si minor vigintiquinque annis restitutionem adversus aditionem hereditatis petere voluerit [2].

AD [3] hæc quoque sancimus: ut si contigerit minores velle se abstinere [4] ab hereditate in se devoluta, & a se suscepta: si quidem omnes creditores præsentes fuerint in illis locis, in quibus in integrum restitutio postulatur, vocentur [5] a judice creditores: & præsentibus omnibus, ab hujusmodi hereditate se minores abstineant. Si vero omnes aut aliqui creditorum absentes fuerint: jubemus minores volentes hoc agere, locorum judicem in quibus ipsi degunt, adire: illum vero per consuetas [6] citationes vocare creditores, & si intra spatium trium mensium nusquam appareant creditores, licere minoribus sine periculo ab hujusmodi hereditate abscedere: judice providente, apud quem agitur in integrum restitutio, ubi debeant hereditariæ res mobiles & immobiles custodiri [7]: quantitate quippe harum, publica [8] descriptione sub gestis monumentorum manifestanda.

CAP. VII.

De præscriptionibus, alias, De mala [9] *fide possessoris res alienantis.*

RUrsus [10] sancimus ut si quis mala fide rem possidens, aut per venditionem aut per donationem, aut aliter hanc rem alienet: qui vero putat easdem res competere sibi, hoc agnoscens, intra decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, non contestatus fuerit secundum leges emptorem, aut donationem accipientem, aut illum ad quem res alio quolibet modo translatæ sunt: eum qui tales res habet, firme eas habere, post decennii videlicet inter præsentes, & vicennii inter absentes decursum: Si autem ignorat vetus alienatarum rerum dominus, & quia res ei competunt, & quia alienatio facta est: non aliter hunc excludi, nisi per tricennalem [11] præscriptionem: non valente dicere eo qui res hoc modo possidet, quia ipse bona fide possidet, quando ipse a [12] mala fide possidente hoc accepit.

CAP. VIII.

De absentibus & præsentibus in decennii præscriptione [13].

DE [14] præscriptione vero decennii hoc ordinare prospeximus, ut si quando quispiam in prædicta decennii temporali præscriptione in quibusdam quidem annis præsens sit, in quibusdam vero absens: alios tantos ei annos super decennium adjici, quantos ex ipso decennio absens fuit. Hæc autem omnia quæ de temporali præscriptione decrevimus, non in præteritis, sed in futuris, & tantum post præsentem legem negotiis atque causis valere præcipimus.

CAP. IX.

De testatore non cogendo propria manu nomina heredum scribere [15].

QUia [16] vero ante [17] hanc legem protulimus, *ut testator aut manu* [18] *propria, aut per testes, nomina heredum scribat in testamento:* agnovimus autem ex hujusmodi subtilitate plurima testamenta destructa, testatoribus non valentibus [19] hujusmodi custodire subtilitatem aut forsan nolentibus [20] scire aliquos suam voluntatem: jubemus licentiam quidem esse volentibus hoc servare in propriis testamentis: si enim hoc non observant, sed secundum priscam consuetudinem testentur, etiam sic firmum testamentum esse sancimus, sive per se aliquis, sive per [21] alterius [22] personam nomen heredis inscripserit: si omnino reliquam legitimam observationem [23] in testamento testator observaverit.

CAP. X.

De rebus immobilibus quæ locis venerabilibus pertinent [24].

LEgem [25] vero per quam sanximus non transferri ad alios res quæ ad nostram domum ex venerabili ecclesia pervenerunt, vacare [26] sancimus tam in iis, quæ jam ad nostram domum legitime pervenerunt, quam quæ postea pervenire futura sunt.

CAP. XI.

De lege Falcidia in rebus alienari prohibitis cessante [27].

SI [28] quando autem aliquis testamentum faciat, & aliquam rem immobilem suæ familiæ aut alteri cuicunque personæ nomine legati reliquerit, & specialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari, sed aut apud heredes, aut apud successores illius cui relicta est, permanere: in hoc legato jubemus Falcidiam legem locum penitus non [29] habere: quoniam alienationem ejus testator ipse prohibuit. Hæc autem obtinere præcipimus in illis casibus, qui nondum judiciali decreto aut per amicabilem conventum, aut quolibet modo legitimo decisi sunt.

EPILOGUS.

† Eminentia igitur tua, quæ per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, edictis quidem in hac regia civitate propositis, præceptis autem ad omnium provinciarum judices destinatis, ad omnium notitiam venire procuret. Dat. 13. Kalend. Febr. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno * [30] BASIL. CONS.

TIT. III.

DE ALIENATIONE, ET EMPHYTEUSI [31] ET LOCATIONE, ET HYPOTHECIS ET ALIIS [32] DIVERSIS CONTRACTIBUS, IN UNIVERSIS LOCIS RERUM [33] SACRARUM [34].

NOVELLA CONSTIT. CXX.

Imp. Just. Aug. Petro gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

MUltis & diversis legibus super alienationibus, & emphyteusibus, & locationibus, & reliquis administrationibus ecclesiasticarum rerum plantantibus [35] prævidimus omnes præsenti comprehendere lege.

CAP. I.

De alienatione [36] *& emphyteusi rerum ecclesiæ.*

SAncimus itaque nullam habere licentiam ordinatores rerum hujus regiæ civitatis, sanctissimæ majoris ecclesiæ, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut xenodochii, aut ptochotrophii, aut alterius venerabilis domus in hac regia civitate, sive in ejus finibus constitutæ, exceptis venerabilibus monasteriis, aut vendere, aut donare, aut commutare, aut [37] subalterno dono dare, aut alio quolibet modo alienare rem immobilem, aut civilem [38] annonam, aut rusticum [39] mancipium: nisi [40] ad imperialem domum commutatio sola facta est: Sed neque (de [41] colonis juste) dari quidem concedimus. Emphyteuses [42] vero a prædicta sanctissima majore ecclesia regiæ civitatis, & commemoratorum locorum fieri jubemus in personam ejus, qui acceperit, & aliis duobus deinceps heredibus, & non amplius de sexta parte instantis canonis dimittimus ei qui emphyteusis jure acceperit. De competentibus vero proastiis [43] ipsi sanctissimæ majori ecclesiæ, & nominatis venerabilibus domibus in regia hac civitate, aut in ejus regione [44] aut mansione constitutis: jubemus, siquidem hæc reditus habeant integro canone, ab iis ordinatoribus, qui regunt ipsa venerabilia loca, in emphyteusim secundum prædictum modum accipienti, & aliis duabus successionibus dari, & nullam omnino relevationem, sed augmentum fieri. Si vero non habeant ipsa proastia aliquos omnino reditus: licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorum in alia quantitate [45] hoc (sicut prædictum est) in emphyteusim dare. §. 1. Si vero contigerit quamlibet rem ex aliquo prædictorum locorum venerabilium emphyteutico jure datam, aut in imperialem domum, aut in sacrum nostrum ærarium, aut in civitatem aliquam, aut in curiam, aut in aliquam venerabilem aliam domum pervenire: licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorum a quibus a principio emphyteusis facta est, mox ut pervenerit in unam prædictarum personarum ipsa emphyteusis, manifestare suam voluntatem intra biennium [46], & aut ab iis derelinqui eandem rem ad quos pervenit, & annuam pensionem, quæ pacto continetur, inferri, aut hoc recipere emphyteusi soluta, eo quod hoc sibi prodesse existimant. §. 2. Si [47] vero quædam sunt loca aut ipsi sanctissimæ ecclesiæ majori, aut alicui venerabilium domorum competentia, in quibus antiquæ habitationes depositæ sunt, & ex quibus [48] nullus præbetur reditus: prædictæ vero venerabiles domus quibus competunt hæc loca, reædificare non possunt, licentiam damus ipsis ordinatoribus earum in emphyteuses perpetuo jure tradere ipsa loca: ita tamen ut emphyteusis in tertia parte pensionum quæ ex habitationibus adhuc stantibus colligebantur, ex principiis temporis emphyteuseos procedat: aut si emphyteuta maluerit, magis sub isto pacto accipiat loca, ut primitus ædificet, & ex adjectis illic per æstimationem pensionibus medietatem partis dari venerabili domui, a qua ipsa loca accepit: & hoc fieri concedimus: utatur ergo hujusmodi emphyteuta, & illic inventa de depositis habitationibus materia.

CAP. II.

Si quis usus nomine rem ecclesiæ habere voluerit.

SI [49] vero aliquis voluerit quamlibet rem immobilem nomine [50] usus accipere a sanctissima majore ecclesia regiæ civitatis, aut unius memorata-

queste civile & proposition d'erreur: vid. Cujac. *c.7. de præscript.* adde *l. 5. C. de precib. imperat.*
1 *l. 1. ff. de appellationib.* 2 Jul. *num.* 404. 3 Hinc sumpta est Authentica, *Si omnes. C. si minor ab hered.* 4 *l. 7. §. 5. l. 29. §. 2. ff. de minorib. l. 57. §. 1. ff. de acquir. hered.* 5 Edictis publicis scil. 6 Citandi seu citationum modi varii sunt. 7 Deponi, sequestrari. 8 Publico inventario. 9 Jul. *hic, n.* 405. 10 Hinc sumpta est Authentica, *Malæ fidei. Cod. de præscript. long. temp.* 11 Usuras non præscribi, nonnulli hinc colligunt, quod tamen Molinæus negat, *q. 17. de usur. num.* 190. 12 Quando mala fides est in autore, non procedit usucapio in successore, nisi dominus sciverit, rem suam esse venditam, & multis annis tacuerit, nisi primus emptor rem alteri vendiderit, nisi res sit præscripta 40. annis, nisi heres vitia defuncti purgaverit: nisi defuncti fides fuerit non omnino mala: nisi res mala fide comparata sit ab antistite, tunc enim Zasius negat, malam fidem autoris nocere sequenti antistiti, vide Zas. *ad l. Pomp.* 13. *§. cum quis* 1. *ff. de acquir. poss.* 13 Jul. *hic n.* 406. 14 Hinc sumpta est Authent. *Quod si quis. C. de præscript. long. temp.* 15 Jul. *hic num.* 407. 16 Hinc sumpta est Authent. *Et non obs. C. de testam.* 17 *l. 29. l. 30. C. de testam.* adde *Novell.* 60. *c.* 1. *§.* 1. *§.* 4. *Inst. de testam. Novell.* 170. *cap.* 1. 18 Nemo cogitur in testamento propria manu, vel testis, nomina heredum scribere. Jul. *const.* 110. *num.* 470. 19 Quod cæcis accidit, *Novell. Leonis* 69. & ignaris scribis. 20 Tunc sufficit scribi nomen heredis, non nuncupari. 21 Nomen heredis, vel per testatorem, vel per testes adhibitos testamento scribi olim erat necesse, hodie per qualemcunque personam nomen heredis potest scribi & ita abrogatur *d. lex* 29. *d. lex* 30. *Nov.* 66. *c.* 1. *§.* 1. *§.* 4. *Inst. de testam.* 22 Quam testatoris aut testium. 23 Testamentum non valet si suis solennibus destitutum. 24 Jul. *hic num.* 408. 25 vide *Novell.* 55. *cap.* 1. 26 Abrogatur *d. cap.* 1. 27 Julianus ita hoc caput contrahit *n.* 409. Si quis familiæ suæ legaverit, vel alii personæ aut rei legatæ alienationem prohibuerit. Huc referenda est etiam lex ultima *C. de al. reb. non alienand.* 28 Hinc sumpta est Authent. *Sed & in ea. C. ad l. Falcid.* 29 Falcidia multis casibus cessat: nec enim detrahitur ex re, ea conditione legata, ne alienetur, *ut hic:* non detrahitur ex legatis ad pias causas *Nov.* 131. *cap.* 12. vide Mich. Grassum *§. Falcid. quæst.* 3. *num.* 5. quoties heres solida legata quibusdam solvit *d. Novell.* 1. *cap.* 31. Si inventarium heres non fecit. *Novell.* 1. *cap.* 2. *§.* 2. quoties testator expressim vetuit detrahi, *Novell.* 1. *cap.* 2. *in fin.* Potestne etiam tacite prohiberi Falcidia? Mich. Grassus *§. Falcidia. quæst.* 10. *num.* 2. 3. 4. refert ex communi opinione, tacite prohiberi posse, veluti, si testator legatum solvi vel præstari jusserit integrum, sine diminutione, vel si executores jussi fuerint distribuere usque ad integram summam legatorum. Idem fore, si pleno jure restitui testator jusserit, quamvis & hunc casum ab omnibus non approbari scribat, alias generaliter haberet locum *lex* 2. *Cod. ad l. Falc.* 30 Id est, an. 531. 31 *Cap.* 1. *cap.* 8. *J. hic.* 32 Jul. *const.* 111. usu *cap.* 2. *J.* pignore *cap.* 4. *J.* hypotheca *c.* 5. *J.* permutatione *cap.* 7. *J. hic.* 33 Puta immobilium, annonarum civilium, rusticorum mancipiorum, Jul. *ib.* adde *l.* 14. *C. de sacr. eccl.* 34 Constantinopoli existentium, *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. *J.* & extra Constantinopolim *cap.* 6. 35 Φροντισάντων. *Scrimg.* id est, cum nullæ leges promulgentur de rebus ecclesiasticis. 36 Jul. *c.* 410. *&* 3. *Eclog.* 1. *ex lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 2. 37 Ἢ ἐπὶ ἀντιδώρῳ διδόναι. *Scrimg.* id est, vel in pari donatione, Jul. *hic*, remunerandæ donationis gratia dare, *Hal.* 38 Πολιτικὴν σίτησιν. *Scrimg.* 39 Γεωργικὸν ἀνδράποδον. *Scrimg.* 40 *Nov.* 7. *cap.* 2. 41 Ἀλλ' οὔτε παροικικῷ δικαίῳ δίδοσθαι. *Scrimg.* Sed neque paræcirco jure dare *Jul.* & male, lege parœcico. Jus παροικικὸν colonarium seu libellaria, de quo dixi ad *Novell.* 7. *circa fin. princ. & l.* 24. *§.* 1. *Cod. de sacr. eccles.* 42 3. Harm. 4. §. 5. 43 Suburbanis ædificiis. 44 Regio, mansio, παροικία. 45 Ἐπί τινι ποσότητι. *Scrimger.* sub quadam quantitate, de hac quantitate vid. *Nov.* 7. *c.* 3. *§.* 1. 46 Nota jus singulare attributum ecclesiæ: ut scilicet post contractam emphyteusin cum fisco, vel imperatore, vel repub. vel Curia, vel cum alio venerabili loco pœnitere intra biennium possit. De biennio vide Cujacium *cap.* 21. *de præscr.* 47 Hinc sumpta est Authentica, *Si quas. C. de sacr. eccl.* 48 *Novell.* 7. *c.* 3. *§.* 2. 49 Hinc sumpta est Authent. *Hæc usus. C. de sacr. eccl.* 50 *Nov.* 7. *cap.* 4.

rum

rum venerabilium domorum, non aliter hoc accipiat, nisi aliam rem mox dominii jure præbuerit, ex quo eandem rem accepit, tantum habentem reditum, quantum habeat res quæ ei datur: & non majoribus fisci præstationibus prægravatam: ut post ejus mortem, aut post tempus in quo datio usus convenit, non transcendentem videlicet accipientis vitam, utraque res integra & in dominium & in usum in eandem venerabilem domum perveniat.

CAP. III.

Ut liceat usque ad xxx. [1] *annos res ecclesiasticas locare.*

Locationes vero ab ipsis venerabilibus domibus fieri concedimus in quantoscunque contrahentibus annos placuerit, non transcendentibus videlicet xxx. [2] annorum temporibus.

CAP. IV.

Ut liceat res ecclesiæ immobiles pignori obligare.

Si vero contigerit aliquam prædictarum venerabilium domorum nomine fiscalium [3] tributorum, aut alterius cujuslibet supervenientis necessitatis venerabili domui, pecuniis egere: liceat ejus ordinatoribus immobilem rem aut supponere aut dare in speciale pignus, & creditor possideat eandem rem, & [4] ejus fructus colligat, & reputet sibi tam in his creditis pecuniis quam in usuris, non autem majoribus quam quartam partem centesimæ. Si vero persolverint debitum præpositi ejusdem venerabilis domus, aut ex fructibus adimpleatur creditum: redeat iterum res ad venerabilem domum ex qua data est.

CAP. V.

De emphyteusi & hypotheca rerum ecclesiæ.

Emphyteuseis vero & hypothecas, & ultra quinquennium volumus [5] fieri a sanctissima majore ecclesia regiæ civitatis, conscientia & consensu beatissimi hujus civitatis episcopi & patriarchæ: jurantibus præsentibus Deo amabilibus œconomis & chartulariis [6] ejusdem sanctissimæ majoris ecclesiæ, quod non ad præscriptionem juris ejus contractus efficiatur. In aliis vero venerabilibus domibus, siquidem sint chartularii, ipsos æquali modo jurare præsente eo qui præest venerabili domui. Si vero non sint chartularii, ab his qui præsunt venerabilibus domibus, propositis sanctis evangeliis contractum fieri in scriptis cum jurejurando addito hujusmodi instrumentis, quod non ad læsionem aut præscriptionem venerabilis domus contractus efficitur. §. 1. Oeconomis [7] vero & Orphanotrophis, & reliquis venerabilium domorum ordinatoribus [8], nec non omnibus chartulariis, & parentibus eorum, & filiis, & aliis qui per genus eis, vel nuptiarum jure conjuncti sunt, interdicimus [9] emphyteusim & locationes sive hypothecas rerum ipsis venerabilibus domibus competentium, aut per semetipsos, aut per interpositam personam accipere: scientibus eis, quod si tale aliquid fiat, & hoc invalidum erit: & omnem substantiam tam eorum qui accipiunt, quam œconomorum & chartulariorum & ordinatorum, quibus secundum prædictum modum conjuncti sunt, in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, post obitum eorum pervenire jubemus.

CAP. VI.

De rebus aliarum ecclesiarum extra civitatem [10] *Constantinopolitanam.*

Et hoc quidem super iis qui majoris ecclesiæ sunt, & prædictarum venerabilium domorum, quæ sunt in hac regia civitate, vel ejus circuitu adhærentium disposuimus. In aliis vero sanctissimis ecclesiis, & monasteriis, & xenodochiis, & nosocomiis, seu reliquis venerabilibus domibus, quæ in omnibus provinciis nostræ reipublicæ positæ sunt, verum etiam monasteriis in hac regia civitate, & ejus circuitu adhærentibus, consequenter definire prævidimus. §. 1. Licentiam [11] igitur damus prædictis venerabilibus domibus non solum ad tempus emphyteusim facere immobilium rerum sibi competentium, sed & perpetue hæc eis emphyteutico jure volentibus dari. Et si quidem sanctissimæ ecclesiæ sint, vel aliæ venerabiles domus, quarum gubernationem loci sanctissimus episcopus aut per se, aut per venerabilem [12] chorum clericorum faceret, cum voluntate eorum & consensu fieri hujusmodi contractum jurantibus præsentibus [13] œconomis & administratoribus, & chartulariis ipsius venerabilis domus, quod ex hac emphyteusi nullum damnum eidem venerabili domui infertur. Si vero ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut reliquæ venerabiles domus sint propriam administrationem habentes: si quidem venerabilia oratoria esse contigerit, cum voluntate majoris [14] partis ibidem ordinantium [15] clericorum, necnon & œconomi. Si vero xenones, aut ptochium, aut nosocomium, aut alia sit venerabilis domus, apud [16] præpositum ipsius fieri contractum, jurantibus ordinatoribus earundem venerabilium domorum in præsentia Deo amabilis episcopi, a quo præponuntur aut ordinantur, quod nihil ad læsionem aut præscriptionem ipsarum venerabilium domorum de hujusmodi contractu efficitur. §. 2. In venerabilibus vero monasteriis primates [17] eorum cum ampliore & majore [18] parte ibidem deservientium [19] monachorum contractum efficiant. In prædictis vero omnibus jubemus inscribi instrumentum cum jurejurando, quod non ad læsionem aut præscriptionem earundem res agitur. Hac vero observatione, hujusmodi præcedente, relevationem non amplius fieri a sexta parte reditus quem habet res quæ in emphyteusim datur. Quæcunque vero de lapsis domibus competentibus venerabilibus domibus quæ in regia sunt positæ civitate, superius disposuimus: hæc in his venerabilibus domibus valere præcipimus. Hoc [20] etiam super ipsis venerabilibus domibus definire prævidimus, ut si quædam ex eis sive pro publicis collationibus, sive pro alia necessaria causa ejusdem domus debitis obnoxiæ fiant, & non est possibile de rebus mobilibus eadem persolvi debita: primo [21] quidem ordine in speciali pignore dari rem immobilem creditori, ut ejus fructus colligens, reputet sibi tam in [22] ipsis debitis mutuis pecuniis, quam in usuris non amplius quarta parte centesimæ. Si vero noluerit isto modo debitum transigere, jubemus per eos quidem qui a sanctissimo patriarcha ordinantur, sive metropolitæ, sive alii episcopi sint, sive archimandritæ, sive orphanotrophi, aut nosocomi, aut xenodochi, aut aliarum venerabilium domorum ordinatores, apud sanctissimos patriarchas, a quibus ordinantur, aut præponuntur, monumenta fieri, & cum jurejurando ordinatorum, & consensu amplioris [23] partis in eis deservientium debitum manifestari, & quia non est possibile de rebus mobilibus istud persolvi: per eos vero qui a metropolitis ordinantur, sive episcopi sint, sive archimandritæ, sive orphanotrophi, sive ptochotrophi, aut aliorum venerabilium locorum ordinatores apud eos similiter metropolitas episcopos hujusmodi monumenta conscribi, ab illis vero episcopis qui aut a patriarchis, aut a metropolitis episcopis ordinantur, & habent sub propria jurisdictione aut monasteria, aut prochia, aut xenones, aut nosocomia, aut alias venerabiles domos, sub similem modum fieri gesta: ita tamen, ut sive apud patriarchas, sive apud metropolitas, sive apud episcopos alios hujusmodi gesta fiant, nullum [24] pro his dispendium aut expensam venerabiles domos sustinere. Propterea enim volumus de cætero apud judices provinciarum, aut defensores locorum hujusmodi monumenta a memoratis personis sive domibus agi, ut nullum dispendium sentiant [25]. Postquam vero ista subsecuta fuerint apud memoratos sanctissimos patriarchas, apud metropolitas, aut alios episcopos, tunc per prædictos ordinatores debitricis domus venerabilis in scriptis in [26] publico civitatis loco proponantur per viginti [27] dies: & isto modo hortentur eos qui emere voluerint immobilem rem: ut qui plus [28] præbet, aliis præponatur. His vero omnibus præcedentibus, venditionem fieri, pretio modis omnibus pro debito dando: ut non aliter habeat emptor munitionem [29], nisi pretium pro ipso debito persolvatur, & hoc evidenter inscribatur, quod nihil ad læsionem aut præscriptionem ejusdem venerabilis domus efficitur. Si vero secundum prædictum modum emptor hujusmodi rei non inveniatur: jubemus creditorem ex jure prædictarum venerabilium domorum, quod pro [30] soluto dicitur, eandem accipere possessionem, justa & districta [31] æstimatione facta: & addita in pretio decima parte universæ æstimationis, in ipsa quantitate accipere rem creditorem pro solutione, certo [32] dominio possessurum: ita tamen, ut ordinatores [33] debitricis venerabilis domus, & amplior [34] pars deservientium, hujusmodi venditionibus consentiant. Quod autem præbetur in hoc immobilis res, non per electionem creditoris detur, sed secundum æquitatem: aliud quidem fructiferarum, aliud vero possessionum sterilium [35] ejusdem venerabilis domus, & in reditu [36] earum, & in fiscali solutione & reliquæ ordinationis. §. 3. Si vero quis aut episcopo, aut œconomo, aut ordinatori cujuslibet venerabilis domus, sive in regia civitate, sive in provinciis constitutæ pecunias credidit, aut posthac crediderit: jubemus neque eis hoc reputari [37] pro venerabili domo, nisi primitus ostenderint, quod in utilitates prædictæ venerabilis domus ista profecerunt, neque ipsum creditorem, aut heredes ejus contra venerabilem domum habere aliquam pro ipsis actionem, nisi [38] monstraverint quod in utilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniæ profecerunt: sed contra mutuas accipientem pecunias, aut heredes ejus, proprias moveant actiones.

CAP. VII.

De permutatione rerum ecclesiasticarum.

Hoc [39] vero jubemus, ut excepta sanctissima majore ecclesia regiæ civitatis, & venerabilibus orphanotrophiis, xenonibus, & ptochiis, quæ sunt in regia civitate sub ejus constitutis ordinatione, licentiam esse omnibus sanctissimis ecclesiis, & venerabilibus domibus, necnon & monasteriis, tam in hac regia civitate, quam in diversis provinciis constitutis permutationes [40] ad invicem facere, quando utrique venerabili domui servatur indemnitas, consentientibus in scriptis aut per depositiones hujusmodi contractui non solum ordinatoribus utriusque venerabilis domus, sed etiam ampliore parte in eis deservientium. Ea vero quæ ab imperiali domo in quamlibet venerabilem domum pervenerunt, aut postea pervenerint, nullo modo vendi, aut pignori

1 3. *Ecl.* 1. *ex lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 6. 2 Locationes rerum majoris ecclesiæ Constantinopolitanæ, non excedunt annos triginta, licet privatarum & publicarum fiat in centenos, ut Hyginus scribit *lib. de limitib.* alias in plures annos *l.* 24. *in fin. l.* 32. *l.* 60. *ff. locati.* plures inquam, quam quinque, Siculus Flaccus. Alii per singula lustra locare soliti: alii in plures annos. 3 Major ecclesia Constantinopolitana hoc habet præcipuum, ne possessionem inutilem & publicis oneribus prægravatam alienare possit, pignori tamen dare possit creditore fructus in sortem imputante. 4 Hæc pignorum lex vocatur ἀντίχρησις. 5 *Novell.* 67. *c.* 4. 6 Chartularii ecclesiæ. 7 Hinc sumpta est Auth. *quibuscunque. C. de sacros. eccles.* 8 Oeconomi, administratores Ecclesiæ eorumque cognati vel adfines, non possunt conducere vel in emphyteusim vel ἀντίχρησιν res ecclesiasticas capere. adde dicta ad *l.* 5. *C. de contr. empt. & c.* 37. *canon. apost.* 9 Præsumitur enim hujusmodi alienatio nocere ecclesiæ, de qua præsumpt. vide Alciat. 1. *præsumpt.* 29. *&* Wurmser. 1. *pract.* 39. *cap.* 6. 10 Vide Jul. *hic num.* 411. 11 Hinc sumpta est Auth. *Perpetua. C. de sacros. eccl.* 12 Η διὰ τοῦ εὐαγοῦς αὐτοῦ κλήρου. *Scrimg.* per clericum Jul. *hic.* adde *Novell.* 67. *cap.* 4. 13 Ὀμνύντων παρόντος αὐτοῦ τῶν οἰκονόμων. Græci *hic.* hoc est jurantibus eo (id est, episcopo) præsente, œconomis &c. 14 Majori parti consentientium multum defertur. 15 Ἑκάστοι λειτουργούντων. 16 Τὸν προεστῶτα. *Scrimg.* hoc est propositum ipsius contractum facere. Verum hæc interpretatio in idem recidit. 17 Ἡγουμένους. *Scr.* certe male, namque apud Julianum hic legumenos. 18 Major pars quod facit, cæteri omnes facere videntur. 19 Λειτουργούντων. *Scrimg.* qui ibi ministerium faciunt debitum. Jul. *hic.* 20 Hinc sumpta est Authentica, *Hoc jus. C. de sacr. eccl.* 3. *Eclog.* 1. *ex lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 10. 21 Quo ordine, quibus ex causis immobilia ecclesiastica vendi possunt. *Nov.* 46. *c.* 1. *Nov.* 54. *c.* 2. *Nov.* 67. *cap.* 4. 22 Hoc est, in sortem seu capitale, & ut autor Eclogæ illo loco scribit, εἰς τὸ κεφάλαιον. 23 Majoris partis consensus universitatem integram repræsentat, ideoque eum consensum sequi solent judices s. *hic.* adde *l.* 7. *in fin. ff. de pact. l.* 3. *ff. quod cujusque l.* 14. *ff. depositi: l.* 3. §. 7. *de adm. tut. l.* 15. *ff. de reb. aut. jud. l.* 2. *ff. de curat. bon. dand. l.* 3. *ff. de decret. ab ordin. l.* 45. *C. de decurion.* §. 1. *Inst. de satisdat. tut.* 24 Ita ut gratuito & nulla mercede accepta acta ecclesiastica fiant. 25 Emptores præsertim. 26 *Affiches & prononceaux se doivent mettre en lieux les plus apparens de la ville*, adde *l. penult. C. de bon. proscript.* vide *l. pen.* §. 1. *C. de defensor. civit. l.* 2. *Cod. de annali.* 27 De 20. diebus vide Cujac. *c.* 9. *de præscr.* 28 *Au plus offrant & dernier encherisseur*, hinc possis colligere, Formam auctionum eam fuisse apud veteres, ut a minima quantitate ad majorem, plures licitantes pervenirent, *l.* 35. *ff. de minor.* Audio quibusdam in locis, rem quam plurimo subhastari: eumque, qui primus ex ea quantitate aliquid deducens emptioni seu emptorem se obtulerit, licitatione vincere & rem obtinere. 29 Τὸ ἀσφαλές. *Scrimg.* ut non aliter habeant cautionem, Jul. *hic.* 30 Jus pro soluto, Ita Græcis hic & apud Julianum *cap.* 411. appellatur. Autor Eclogæ 3. *tit.* 1. *ex lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 10. λαμβάνειν κατὰ δεσποτείαν dixit, hoc est, accipere jure dominii. Res ecclesiasticæ in solutum dari possunt, prius tamen exacte æstimandæ, & ultra æstimationem adjicere debet creditor decimam pretii: ut ita raro vel nunquam ecclesia lædatur. Bald. *tamen ad Authentic. Hoc jus porrectum, Cod. de sacros. eccles.* negat hoc servandum esse jure etiam poli & conscientiæ: adde *Novell.* 46. Verum Accursius in d. glossa Authenticæ, *Hoc jus porrectum.* τὸ *addita* accipit, pro remissa, ut scilicet decima pars pretii remittatur emptori: ut cum in uno gravetur, quod scilicet invitus rem ecclesiasticam in solutum accipiat, in alio relevetur. 31 Subtili. *Julian.* ἀκριβεῖ. *Scrimg.* 32 Firmo. *Julian.* βεβαίᾳ δεσποτείᾳ. *Scrimg.* 33 Διοικητὰς: *Scrimg.* administratores. Julian. *hic.*

34 De quo dixi s. 35 Quænam res ecclesiasticæ in solutum dari debent creditori? mediæ inter fertiles & steriles, vide Julian. *hic.* 36 Æstimatio rei ex ejus reditu, & publicarum tributionum functione & reliquo statu facienda est. Julian. *hic.* 37 Non omne quod mutuo accipit administrator ecclesiæ, imputatur rationibus ecclesiasticis, sed id tantum quod mutuum in utilitatem ecclesiæ versum est. *Novell.* 123. *c.* 6. *in fin.*

38 Creditor ecclesiasticus probare tenetur pecunias mutuo datas in usum & utilitatem ecclesiæ conversas fuisse. 39 Hinc etiam sumpta est Authentica, *Hoc jus. Cod. de sacros. eccles.* 40 Ecclesiæ permutationes ad invicem facere possunt. *Novell.* 54. *c.* 2.

ſupponi, aut permutari, aut omnino alienari concedimus, neque ſi ad alteras venerabiles domos, tale aliquid egerint. §. 1. Et quoniam cognovimus ab aliquibus fieri alienationes [1] monaſteriorum, ut hæc a ſacra figura in privatorum converſationem transferantur, & hoc omnibus modis prohibemus. Si vero tale aliquid factum deprehendatur: licentiam præbemus ſanctiſſimo loci epiſcopo hoc monaſteriis vindicare, & in antiquam figuram reducere. Si [2] vero quis de prædictis venerabilibus domibus quæ in hac regia civitate, ſive in aliis provinciis, ſunt, (excepta ſanctiſſima majore eccleſia regiæ civitatis) prædium habeat plurimis fiſcalibus tributis gravatum, ex quo nullus inferatur reditus venerabili domui: licentiam [3] præbemus ejuſdem venerabilis domus ordinatoribus tale prædium alienare quolibet modo voluerint, ad perfectam ſecuritatem ejuſdem venerabilis domus, geſtis monumentorum videlicet in hujuſmodi alienatione conficiendis ab illis a quibus ordinatores talium locorum præponuntur ſive ordinantur, & jurantibus in ſanctis ſcripturis præſente antiſtite ejuſdem venerabilis domus, & ampliore parte in ea deſervientium, quod neque per proditionem, neque per gratiam, aut quamlibet præſcriptionem alienatio fiat, ſed ut ſervetur immunitas eidem venerabili domui. Oeconomis vero & ordinatoribus clericorum, & chartulariis ubicumque venerabilium domorum conſtitutarum, aut parentibus eorum & filiis, & quibus ſecundum genus aut ſecundum matrimonii jura conjunguntur, locationes, aut emphyteuſeis, aut emptiones, aut hypothecas rerum immobilium ipſis venerabilibus domibus competentium ſubire aut per ſe, aut per interpoſitam perſonam, ſecundum quod & iis, qui in regia civitate ſunt, prohibemus.

CAP. VIII. [4]

Si emphyteuta eccleſiæ per biennium in ſolvendo canone ceſſaverit.

SI [5] vero quis aut locator aut emphyteuta alicujus rei competentis aut ſanctiſſimæ majori eccleſiæ, aut alteri venerabili domui in quolibet loco noſtræ republicæ conſtitutæ, aut deteriorem faciat rem, quam quidem aut accepit, aut poſt hoc acceperit, aut per biennium [6] non intulerit quod ab eo promiſſum eſt emphyteuticum aut locationis canonem: damus licentiam venerabili domui ex qua locatio aut emphyteuſis facta eſt, & quæ debentur ſolum pro præcedente tempore, & antiquum ſtatum locatæ ſive emphyteuticæ rei exigere, & ejicere de emphyteuſi, ſive de locatione, non [7] valentem de emponematis actionem aliquam contra venerabiles domos movere. Si vero noluerint prædicti ordinatores expellere eum, exigi quidem eum præcipimus quæ pro locatione ſive emphyteuſi debere cognoſcitur: uſque ad definitum vero tempus completum, ſibi datam rem tenere eum, & quæ placita ſunt dare. Si vero refugiat, licentiam præbemus præpoſitis eorundem venerabilium locorum indemnitatem venerabilibus domibus de ejuſdem rebus fieri, non valente neque hic de emponematis [8] aliquid prætendere.

CAP. IX.

Ut liceat pro redemptione captivorum res immobiles eccleſiæ alienare.

SAnctiſſimas vero eccleſias [9] [omnes ſeu œconomos] civitatum præcipimus alienare res immobiles pro captivorum [10] redemptione: niſi [11] ſub hac conditione poſſeſſiones aliqui eis dederint: ut nullo modo has alienent. Hoc autem concedimus, ut Hieroſolymorum [12] ſanctiſſima eccleſia licentiam habeat domos competentes ei non poſitas in eadem ſancta civitate vendere, non minori pretio quam de penſionibus ejus in quinquaginta [13] annis colligitur: ut ex earum pretio reditus meliores emat. Si vero quidam cuilibet venerabili domui, ſive in hac regia civitate, ſive in provinciis poſitæ ſteriles [14] poſſeſſiones donaverint, aut vendiderint, aut alio modo conceſſerint, aut dereliquerint: jubemus pro talibus rebus nullam læſionem ſuſtinere venerabilem domum in quam hujuſmodi poſſeſſiones pervenerunt: aut fiſcalium nomine, aut alterius cujuslibet cauſæ gratia prægravari: ſed omne hujuſmodi onus in dantes & eorum heredes recurrere: neceſſitatem habentibus recipere datas hujuſmodi poſſeſſiones, & reſtituere de propria facultate venerabili domui omne damnum quod ex hujuſmodi occaſione ei contigerit. Si vero [15] etiam talis dolus in re ſubſecutus eſt, ut aliquæ pecuniæ pro hoc venerabili domui darentur, & eas jubemus in proprium lucrum venerabilem domum habere, ſteriles vero res ei, qui dedit & heredibus ejus omnino reſtitui. §. 1. Ad hæc jubemus, ut nulla [16] neceſſitas ſanctiſſimis eccleſiis, vel aliis venerabilibus locis tam in regia civitate, quam in omnibus reipublicæ noſtræ provinciis poſitis inferatur, poſſeſſiones ſteriles aut frugiferas ubilibet conſtitutas emere: ut non inveniantur per hanc occaſionem, & quas habent perdere, aut debitis obnoxiare. Si vero quis voluerit rem immobilem nomine [17] uſus accipere ab aliqua prædictarum venerabilium domorum (ſecundum [18] quod ſuperius de venerabilibus domibus, quæ in regia civitate ſunt poſitæ, diſpoſuimus) non aliter hoc accipiat, niſi aliam mox rem dominii jure præſtiterit venerabili domui, a qua eandem rem acceperit, tantum habentem reditum, quantum habet res quæ ei datur, & non majoribus tributis gravatam: quatenus poſt ejus tranſitum, aut tempus in quo datio uſus eſt placita, non tranſcendens ſcilicet ejus qui acceperit vitæ tempus: utramque rem integro jure, & ſecundum dominium & ſecundum uſum in ipſam venerabilem domum pervenire. Et hoc quidem de immobilibus rebus jubemus.

CAP. X.

De ſacris vaſis cujuſque eccleſiæ vel oratorii.

DE ſacris autem [19] vaſis competentibus ſanctiſſimæ majori eccleſiæ regiæ civitatis, aut aliis venerabilibus oratorii domibus, in qualicunque loco noſtræ reipublicæ poſitis, generaliter conſtituimus, ut non aliter hæc vendantur, aut ſupponantur, niſi pro captivorum redemptione. Si [20] vero ſunt plura vaſa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum neceſſarium uſum facientia, & contigerit hujuſmodi venerabilem locum debitis aggravari, & non ſint aliæ manifeſtæ res mobiles de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus geſtis monumentorum (ſicuti ſuperius dictum eſt) conſtitutis prædicta ſuperflua vaſa [21] aut aliis venerabilibus locis neceſſaria [non [22]] habentibus vendere, aut conflare, & ſimiliter vendere, & eorum pretium in debitum præbere: ut [23] non immobiles res alienentur.

CAP. XI.

Quibus pœnis ſubjiciantur qui præſentem conſtitutionem violaverint [24].

SI [25] vero præter hæc quæ inſerta ſunt præſenti legi, contractus fiat ſuper competentibus rebus mobilibus & immobilibus uni memoratarum venerabilium domorum, reddi quidem eidem ſanctiſſimæ eccleſiæ ſive venerabili domui rem ſuper quam tale aliquid ſubſecutum eſt, cum medii temporis fructibus: maneat autem apud eam, & pretium aut antidorum [26], aut quod pro permutatione, aut alia qualibet occaſione datum eſt ei. Si vero emphyteuſis agatur præter hæc quæ diſpoſita ſunt a nobis, reddi ſanctiſſimæ eccleſiæ, ſive venerabilibus domibus vel locis eandem rem jubemus, & emphyteuticum, ſecundum quod [27] placitum eſt, dare, & pactum finiri ſecundum virtutem emphyteuticalium inſtrumentorum. Si vero donetur res eccleſiaſtica, aut alterius venerabilis domus, & hanc reddi ſanctiſſimæ majori eccleſiæ, aut aliis venerabilibus domibus cum medii temporis fructibus, & tantum aliud quantum valebat ipſa res. Si vero hypothecæ contra hæc dentur, creditor quod ei debetur, perdat, & res venerabili loco reddatur: tabellionibus [28] præſumentibus præter hanc noſtram legem talibus miniſtrare inſtrumentis, perpetuo [29] exilio condemnandis. Si vero aliquid ante hanc noſtram legem ſecundum antiquas conſtitutiones factum eſt: hoc jubemus omnibus modis propriam virtutem habere. Omnia vero quæ contra antiquas leges facta ſunt, revocari ſancimus, & res quæ contra virtutem earum data eſt, venerabilibus domibus reddatur, & de cætero ſecundum præſentem legem omnia fieri diſponimus: vacantibus poſthac aliis omnibus conſtitutionibus quæ ſuper talibus caſibus dudum loquebantur.

EPILOGUS.

† Eminentia igitur tua, quæ per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquillitas, inconvulſa obſervare feſtinet: edicto in ſolennibus & legitimis locis per decem dies propoſito: & nullo pro tali occaſione in provincias deſtinando. Nos enim providemus quali modo ſine collatorum læſione omnibus præſens noſtra generalis conſtitutio manifeſta fiat. Dat. 7. Id. Maji, *Conſtantinop.* DN. JUSTINIAN. PP. Aug. [30] BASILIO [31] V. C. CONS.

TIT. IV.

UT PARTICULARES [32] USURARUM SOLUTIONES IN [33] DUPLUM COMPUTENTUR.

NOVELLA CONSTIT. CXXI.

Imp. Juſtin. Auguſt. Baſilio præſidi Tarſi.

PRÆFATIO.

CUm decuriones videamus nobis inſtare precibus, & libenter iis indulgeamus: merito ſane legibus contrarias artes, & per fraudem excogitatas confeſſiones valere non concedimus.

CAP. I.

DOcuerunt enim potentiam noſtram Euſebius, & Aphthonius, qui Demetrio nepotes extiterunt, nati ex Palladio Demetrii filio: quod is Demetrius Artemidoro per cauſam mutui quingentos aureos debuerit, in quam ſummam etiam uſuras ſtipulatus ſit. Nuper [34] vero ſacram prodiiſſe formam, quæ voluerit, *ſi duplum debiti ſolvatur, ut nulla contra ipſos ſecundum leges noſtras ſuperſit exactio.* Artemidori autem creditoris ſucceſſores Epimachum, & Artemonem dixiſſe, *mentitos* [35] *ipſos in precibus neque noſtro dignandos auxilio: cum debito plene ſatisfactum non fuerit, ſed ſoli* [36] *nongenti quadraginta novem aurei perſoluti ſint.* Ajunt enim ſupplices, patrem ſuum Palladium una cum Demetrio patre ejus & Paulo octingentos ſexaginta ſeptem ſolviſſe aureos. Sed Artemonem & Priſcianam Artemidori filios, qui Epimachi & Artemonis illius alterius avus fuit, dixiſſe *particularem ſe ſolutionem ſorti non adjungere, ſed omnia*

1 Hinc ſumpta eſt Authent. *Multo magis. C. de ſacr. eccleſ.* vid. Julian. *hic n.* 412. *Novell.* 7. *cap.* 11. 2 Hinc ſumpta eſt Authent. *Item prædium. C. de ſacr. eccleſ.* 3 Res eccleſiæ (non tamen majoris, quæ eſt Conſtantinopoli) oneroſa diſtrahi poteſt. v. *c.* 4. *ſ. hic.* 4 Vide Julian. *hic num.* 413. 5 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Qui rem, C. de ſacroſ. eccleſ.* 6 Vide *l.* 2. *Cod. de jure emph.* 7 *Nov.* 7. *cap.* 3. §. 2. 8 Emponemata, meliorationes. 9 Pro his incluſis ita legito ex Græcis ταῖς δὲ ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις Ὀδήσσου, καὶ Τομέως τῶν πόλεων ἐπιτρέπομεν. *Scrimg.* eccleſiis Odeſſi & Thomeos. Jul. *hic, n.* 414. Utramque Tomos ſcil. & Odeſſon Ptolemæus ponit in Myſia inferiori. Claudianus *in Epithalamio Palladii,* veteresque Tomi, Mavortia matris Nobilitas. 10 *Novell.* 65.
11 Quid ſi poſſeſſiones eas tantum habeat? Archidiaconus negat prohiberi alienationem captivorum redimendorum cauſa: & recte: quia videtur teſtator hunc caſum non prævidiſſe, cum ſub ea conditione, *Ne alienaretur,* rem eccleſiæ legaret. 12 Vid. *Nov.* 40. *c.* 1.
13 Adde quæ ſcripſi ad *l.* 35. §. 3. *C. de don. Nov.* 131. *c.* 12. *in fin.* Goth. In locis tamen, ubi fundi viliores ſunt, propter incommoditatem limitaneorum & periculum incurſionum, non minoris æſtimantur fundi, quam ſit cumulus fructuum 20. annorum. vide Gloſſ. *in l. fin. verb. juxta. Cod. de ſacroſ. eccleſ.* Tiraquell. *de retractu, lib.* 1. §. 1. *gloſſ.* 6. *n.* 19. Garſ. *de expenſ. c.* 9. *n.* 79. Covarruv. *lib.* 3. *var. reſolut. n.* 5. Joann. Baptiſt. Lup. *de Uſur. Commentar.* 2. *n.* 77. alibi ad rationem 30. alibi ad rationem 25. pro uno, alibi quantum cumulus fructuum in 40. annos aſcendit. Anſ. 14 Ἄποροι, penuria laborantes. Jul. *hic num.* 415.
15 Non eſt rata traditio prædiorum ſterilium & defectorum facta eccleſiæ, etiamſi ut illa acciperet eccleſia, eidem fuerit certa pecunia adnumerata, quod etiam cautum eſt, *Novell.* 7.
16 Eccleſia non cogitur ex pecunia, quam in numerato habet, poſſeſſiones, quantumvis fertiles, ei occurrentes, emere. 17 Ὀνόματι χρήσεως. 18 Quo jure accipitur res urbana eccleſiaſtici uſus nomine, eodem & provincialis. adde Jul. *hic n.* 416. ut videatur duci argumentum ab urbanis rebus ad provinciales. 19 Tranſit a venditione rerum immobilium, ad mobiles, adde Jul. *hic, n.* 417. & hoc interim paucis traditur. Qualiacumque vaſa eccleſiæ, redimendorum captivorum cauſa, poſſe diſtrahi: debiti cauſa, ſuperflua tantum, adde *l.* 21. *C. de ſacr. eccleſ.* 20 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Præterea, C. de ſacr. eccleſ.*
21 Vaſa eccleſiaſtica ſuperflua aliis eccleſiis vendi poſſunt, aut conflari, *ut hic.*
22 Hæc negativa ſupereſt. 23 Superflua vaſa eccleſiæ rebus immobilibus ejuſdem hic opponuntur. 24 Jul. *hic n.* 418. 25 Hinc ſumpta eſt Auth. *Qui res. C. de ſacr. eccl.*
26 Ἀντίδωρον, id quod remunerationis gratia datum eſt, vid. *Nov.* 7. *in princ. l.* 14. §. 1. *C. de ſacroſ. eccl. l.* 20. §. 11. *ff. de hered. pet.* 27 Καὶ τὸν ἐμφυτευτικὸν τὸ πάκτον τελεῖν. *Scrimg.* pactum, canonem, vid. *l.* 3. *C. de obſequiis.* pactionem & apud Jul. *hic.* pactio emphyteutica: & alibi ſæpe ſuffragium, & μίσθωμα ſumitur pro eo, quod datur ſuffragii & locationis cauſa.
28 Pœna tabellionis vetitum inſtrumentum, eccleſiæ cauſa, facientis. 29 Διηνεκεῖ ἐξορίᾳ, *Scrimg.* 30 Id eſt, anno 19. Jul. *hic.* anno Chriſti 545. 31 Id eſt, anno 541.

32 Μερικαὶ καταβολαὶ τῶν τόκων appellantur a Græcis hic. Autor *Eclog.* 23. *tit.* 3. *c.* 72. *&* 73. κατὰ μικρὸν ἢ κατὰ μέρος καταβαλλομένους τόκους, vocat. 33 Adde *Nov.* 138. *& Nov.* 160. *pr. l.* 10. *l. pen.* §. 1. *Cod. de uſur. l.* 26. §. 1. *ff. de cond. indeb. l.* 4. *in fin. ff. de nautico fœnore. Edict. Juſtiniani* 9. *c.* 5. idque fuit etiam receptum apud Ægyptios certa lege, de qua vide Diodorum Siculum 2. *&* Cujac. 5. *obſ.* 38. 34 *l. pen.* §. 1. *Cod. de uſur.* 35 Mendax poſtulator non juvatur reſcripto, *l.* 7. *C. de diverſ. reſcr.* 36 Hypotheſin hujus Novellæ

velle

velle reputari in usuras, hæc item innuere sententiam provinciæ præsidis, & propterea exegisse Palladium pro priore quingentorum aureorum fœneratitia syngrapha alteram aureorum sexingentorum. Solvisse autem ipsi (inquiunt) diversis temporibus, & Palladium aureos septuaginta duos, & Eusebium atque Aphthonium decem, ut inde colligatur nongentorum quadraginta novem aureorum summa. Eum vero qui controversiæ audientiam præbuerat, cum in animo non revolveret, quod totius accusationis eadem causa esset: non admisisse ipsos, sed voluisse in sexingentos eos aureos sortis condemnare. Petieruntque, ut hac necessitate eximerentur: & collecto universo debito quingentorum aureorum, si quinquaginta unum adhuc solverent, qui reliqui essent ad mille solidorum quantitatem, tam universo debito liberarentur, quam fœneratitiam sexingentorum aureorum syngrapham reciperent.

CAP. II.

CUm igitur leges [1] nostræ nihil ultra [2] duplum solvi velint: & nos in hoc tantum differentiam habeamus cum prioribus, quod illæ quidem debita constituant usque ad duplum, si nulla particularis facta fuisset solutio: nos vero recipiamus, ut particulares etiam solutiones debita dissolvant, si usque ad duplum pertingant: sancimus ut secundum hoc fiat computatio: & si tantum hi persolverint, quantum adhuc ad mille aureos deest, recuperent etiam fœneratitiam sexingentorum aureorum syngrapham, ne debitum ex hac causa multipliciter exigi deprehendatur.

EPILOGUS.

† Quæ itaque nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, ea studeto magnificentia tua effectui & fini tradere, tam ea interpretatione, quæ de hac causa in sententiis, quorum supplices meminerunt, facta est, abolita: quam omnibus quæ per obreptionem & ex una tantum parte confecta sunt, aut conficientur, vacantibus. Divinitas te servet per multos annos, frater jucundissime. Dat. 17. Kal. Maji, *Constantinop.* BELIS. V. [3] C. CONS.

TIT. V.

EDICTUM [4] PIENTISSIMI DOMINI NOSTRI JUSTINIANI DE FORMULA [5] ARTIFICUM.

NOVELLA CONSTIT. CXXII.

PRÆFATIO.

COgnovimus, quomodo post castigationem Domini Dei benignitate immissam, qui negotiationes & ludos literarios [6] exercent, diversi etiam generis artifices & agricolæ, insuper & nautæ, cum potius meliores fieri deberent, lucri cupiditati se dediderint, & duplicia tripliciaque pretia ac mercedes præter veterem consuetudinem requirant.

CAP. I.

VIsum igitur est per sacrum edictum omnibus interdicere detestandam istiusmodi avaritiam, & ne quis in posterum cujuscunque disciplinæ aut artis magister, qualiscunque etiam negotiationis negotiator, qualiscunque demum agriculturæ agricola, quam vetus consuetudo ferat, plus pretii mercedisve nomine exigat, jubemus vero etiam ut [7] ædificiorum, & colendæ terræ, aliorumque operum mensores nihil amplius operariis imputent, & illis antiquam consuetudinem conservent. Hæc autem observare jubemus & eos qui qualiacunque opera demandant, & eos qui aliqua redimunt. Si quidem nec ipsis amplius quam more constitutum sit, dare concedimus. Sciant vero qui quicquam amplius, quam pro veteri consuetudine requirunt, quod triplicem quantitatem in fiscum inferre cogentur, si supra id quod ab initio constitutum fuerit, cepisse illos quicquam aut dedisse ostensum sit.

EPILOGUS.

† Hæc porro inquiri ac vindicari jubemus & ab excellentia tua & a gloriosiss. felicis hujus urbis præfecto. Volumus enim per vos ab hujus nostri edicti transgressoribus constitutam multam exigi, pœnisque illos subdi: ita ut quæ vobis parent cohortibus, quinque librarum auri multa incubitura sit, si quid ex iis quæ a nobis constituta sunt, neglectum fuerit. Dat. 2. Kal. Apr. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. post [8] BELIS. V. C. CONS.

TIT. VI.

DE SANCTISSIMIS EPISCOPIS [9] ET DEO AMABILIBUS ET REVERENDISSIMIS CLERICIS, ET MONACHIS.

NOVELLA CONSTIT. CXXIII.

Imperator Justinianus Augustus Petro gloriosiss. magistro sacrorum nostrorum officiorum.

PRÆFATIO.

DE gubernatione, & privilegiis, aliisque diversis capitulis ad sanctissimas ecclesias, & alias venerabiles domos pertinentibus, jam quædam disposuimus [10]: super sanctissimis autem episcopis, & clericis, & monachis dudum in diversis constitutionibus disposita cum competenti correctione hac comprehendere lege prospeximus.

In editionibus Haloandrinis duæ hic paginæ infarciuntur, quæ nec in Scrimgeriana editione, nec in meis manuscriptis reperiuntur. Contius.

CAP. I.

De ordinatione episcoporum [11].

SAncimus igitur quoties opus fuerit episcopum ordinari, clericos & [12] primates civitatis cujus futurus est episcopus ordinari, mox in tribus [13] personis decreta facere, propositis eis sacrosanctis evangeliis, *periculo suarum animarum* dicentes in ipsis decretis: *quia neque propter aliquam donationem* [14], *neque propter aliquam promissionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet causam, sed scientes eos recta & catholicæ fidei* [15], *& honestæ* [16] *esse vitæ, & literas* [17] *nosse, hos elegerunt: & quia neque* [18] *uxorem, neque* [19] *filios* [20] *aliqui eorum habent, neque concubinam* [21] *aut filios naturales* [22] *cognoscunt eos habuisse* [23], *aut habere: sed & si prius uxorem aliquis ex eis habuit ipsam & unam* [24], *& primam* [25], *& neque viduam* [26], *neque viro conjunctam* [27], *neque legibus* [28] *aut sacris constitutionibus* [29] *interdictam, sed & quod neque curialem* [30] *aut officialem hunc esse cognoscunt, aut si curiali vel officiali subjacet fortunæ, sciunt eum in monasterio non minus quindecim* [31] *annis monasticam conversationem implevisse.* §. 1. Hoc quoque decretis oportet inseri, *quia non minus quam triginta quinque* [32] *ætatis annos habet is, qui eligitur ab eis qui cognoscunt personam:* ut ex trium personarum pro quibus talia decreta facta sunt, melior ordinetur electione & periculo ordinantis. Curialem vero vel officialem, qui, sicut dictum est, quindecim [33] annis in monasterio conversatus est, & ad episcopatum provocatus, liberum esse propria fortuna: ita tamen, ut liberatus a curia, quartam partem suæ substantiæ sibi retineat: reliquis ejus rebus secundum nostram legem curiæ & fisco vindicandis. §. 2. Damus autem licentiam decreta facientibus, si quempiam laicorum præter curialem & officialem [34], dignum memorata electione esse putent: hunc cum aliis duobus clericis aut monachis eligere: ut si laicus [35] hoc modo ad episcopatum eligatur, non repente episcopus ordinetur, sed primo clericis non minus tribus mensibus connumeretur, & [36] ita sanctas regulas & cotidianum ecclesiæ ministerium edoctus, episcopus ordinetur, qui enim alios debet docere [37], post ordinationem ab aliis doceri non debet. Si vero (ut evenit in quibusdam locis) non inveniantur tres personæ ad talem electionem opportunæ, liceat decreta facientibus in duabus & in una persona decretum facere: eos tamen omnes jam dictas a nobis habentes testationes. Si vero qui debent episcopum eligere, citius ipsa decreta intra [38] sex menses non faciant: tunc periculo propriæ animæ ille, quem competit ordinare episcopum, ordinet, omnibus aliis quæ diximus observandis. Si quis autem citra memoratam observationem episcopus ordinetur, jubemus hunc omnibus modis episcopatu depelli [39]. Sed etiam illum qui præter hoc præsumpserit ordinare, segregari [40] uno anno a sacro ministerio, & omnem ejus substantiam, quæ quolibet tempore aut modo in ejus dominium deducta est, propter culpam quam fecit, dominio ecclesiæ cujus episcopus est, vindicari.

CAP. II.

De accusatoribus episcoporum [41].

SI quis autem electum ad ordinationem episcopatus accusaverit in qualibet causa quæ possit secundum leges [42] aut canones ejus impedire ordinationem, differatur hujusmodi ordinatio: & prius contra eum propositam causam sive præsente accusatore [43], & ab eo propositam causam exequente, sive etiam deficiente per tres menses suam accusationem implere: diligenter examinari ab illo a quo futurus erat episcopus ordinari: & si quidem obnoxium eum accusator invenerit, prohibeatur ordinatio. Si vero obnoxius non ostendatur, ordinatio quidem non impediatur: accusator autem, sive non probaverit, sive etiam fugit propositam a se accusationem, a provincia in qua habitat abjiciatur. Si quis autem ante examinationem accusatum ordinaverit, ordinatus quidem a sacerdotio repellatur: qui vero talem ordinare festinaverit, superius dictæ subjaceat pœnæ, tam annali [44] prohibitioni sacri ministerii, quam etiam ut omnes ejus res ecclesiæ vindicentur. §. 1. Præ [45]

---

vid. *hic apud Cujac.* 1 Vid. *l. pen. C. de usuris: Eclog. d. cap. 72. & 73.* 2 Id uti fieret, vide apud Molinæum *tractat. de usur. n. 47.* ibi, Ex prædictis generaliter sequitur, quod, quanquam usuræ lapsu temporis sortem æquaverint, quod tunc sive fuerint solutæ, sive non, statim ipso jure desinunt currere. Et si de facto continuetur solutio, quidquid deinceps solvitur, sorti imputatur, & cum iterum summam sortis, & sic ejus duplum æquaverint, ipso jure liberatur debitor & a sorte & ab usuris. Idem, si postquam supra sortis quantitatem solvi cœperint, debitor sortis residuum repræsentare & offerre velit. Hæc ille. 3 Id est, anno 541.

4 Vid. *6. Edict. Justinian.* Goth. Vid. ad hanc Novell. Rittershus. *part. 3. c. 12.* Ans. 5 De dispositione artificum, *Index Reginæ.* 6 Μεθοδίας, quo nomine intellige conventus hominum, & mercatus. 7 Vetat Justinianus, agricolas, nautas, artifices, negotiatores, pretii mercedisve nomine plus more veteri exigere: quinimo vetat, ut locent operas κατὰ τὴν παλαιὰν διατύπωσιν. sic enim legendum, non ut Haloander ex *epitome Theodori* κατὰ τὴν πράσεως διατύπωσιν, id est, secundum actionis formulam. 8 Id est, anno 541.

9 De episcopis & clericis. *Index Reginæ.* vid. *l. 1. Cod. Theod. 3.* Hæc constitutio de ecclesiasticis diversis capitulis loquitur. Jul. *const. 115.* περὶ ἐκκλησιαστικῶν διαφόρων κεφαλαίων. *Scr.* Goth. In cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. *extr. de constit.* aufertur laicis omnis facultas disponendi de rebus Ecclesiasticis. Quapropter quæ in hac *Nov. 123. & tit. Cod. de summ. Trinit.* it. *de Episcop. & clericis.* rursus quæ sub *tit. de Episc. aud.* statuuntur, sunt contra Jus Canonicum. *Ans.* 10 *Novell. sc. 6.* 11 De episcopi consecratione. Jul. *hic num. 429.* adde *Nov. 137.* J. Goth. Diversa circa electionem episcopi forma præscribitur *cap. quia propter. extr. de elect.* Ans. 12 Καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως. Laici proinde jus habent suffragii in nominandis seu eligendis episcopis, adde *Nov. 6. c. 1.* quod est notandum, qua de re dicemus alibi plenius. 13 Quid si tres non reperiantur? duos sufficiet nominasse. *cap. 2. J. leg. 42. Cod. de episc.* Est ergo hoc notandum, tres aut saltem duos probatæ vitæ & morum nominari a clericis & primatibus civitatis, ut ex eis eligatur episcopus, adde quæ scripsi ad *l. 1. C. de tutorib. & curatoribus illustrium.* vid. Sidon. 4. Epist. 25. 14 Testis eo nomine potest recusari, si dicatur ad testimonium dicendum donatione, promissione, amicitia, aut causa non absimili perductus. 15 Hoc abrogatur Novella Leonis. Doctrina fidei orthodoxæ in episcopo esse debet & ut apostolus jubet, Episcopum oportet ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου. *ad Tit. 1. versic. 9.* διδακτικόν. *1. ad Tim. 3. vers. 2. in fin.* & idem diaconos vult ἔχειν τὸ μυστήριον τῆς πίστεως. *ibid. vers. 9.* 16 Oportet eundem habere testimonium ab extraneis fidei *1. Tim. 3. vers. 7.* adde *l. 42. Cod. de episc.* 17 Γράμματα, ita ut non sit ignarus. *d. 38. Novell. 63. vers. 1. §. 2.* Linguarum cognitione instructos esse oportet beneficiarios, vid. Duar. *1. de sacris 2.* 18 Uxorem habens vetatur hic Episcopus fieri. 19 Liberos habens Episcopus eligi non debet, vid. *epist. 1. ad Tim. 3. vers. 4. 5. & Tit. 1. versic. 6. Novell. 6. cap. 1. §. 4.* 20 Concubina est quasi uxor, vide quæ dixi ad *l. 3. in fin. ff. de concubinis.* 21 Nascuntur enim illi ex concupiscentia. *Novell. 74. c. 1.* 22 Nota est, non tantum habere, sed habuisse concubinam aut liberos naturales. *Nov. 6. c. 1. §. 4.* 23 Loquitur de primo bigamiæ genere, quoties uno eodemque tempore duas vel plures quis habet uxores, vid. *epist. 1. ad Tim 3. vers. 2. ad Tit. 1. versic. 6.* adde 26. *dist. Nov. 6. c. 1. §. 3.* 24 Loquitur de secundo genere bigamiæ, quoties mortua priore uxore, alteram quis ducit. 25 Cur primam dixit? forte minus honesta existimatur, quæ secundo nubit. Hæc tamen ratio sive inspectio, minus honesta est. 26 Separatam a viro. 27 Vid. *tit. Cod. de incest. nupt.* 28 Canonibus, forte scenicam intelligit. Jul. *hic.* 29 Vid *dist. 51. 52. 53.* 30 Curialis 15. annis purgatus monastica conversatione sc. fieri potest episcopus, *ut hic, & §. 1.* J. alias episcopatus est incapax *l. 4. l. 12. Cod. de episc.* 31 *l. 2. Cod. de episc.* 32 Anno 35. ætatis ordinari quis episcopus potest, hodie 30. ut *Nov. 137. c. 2.* adde *dist. 78.* 33 Dixi §. 34 Taxeotam, Jul. *hic.* 35 Ex laico fieri quis episcopus potest, si tamen trimestre prius inter clericos fuerit. 36 Nota, ignarum sanctarum regularum quotidianique ministerii, episcopum eligi posse, si modo spes in eo sit, ut brevi Canones & regulas Ecclesiasticas addiscat. 37 Instituendus ab alio instituere non potest alios. 38 Sedes episcopalis ultra sex menses vacare non debet. De collegio ecclesiastico, vacante sede episcopali, vid. Duar. *5. de sacr. 6.* Viglium *3. method. juris Pontif. 2.* 39 Illegitime electus non fruitur episcopatu. 40 Pœna episcopi, alium illegitime ordinantis. 41 Vid. Jul. *hic n. 430. & 3. Eclog. 1. c. 2. Nov. 137. cap. 3.* 42 Removetur quis ab adipiscendo episcopatu legibus, aut canonibus. 43 *Nov. 6. cap. 1. §. 10.* Forte petitum est ex illo loco *1. Tim. 5. versic. 19.* κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου᾽ ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. 44 Τῇ ἐνιαυσιαίᾳ κωλύσει τῆς θείας λειτουργίας. *Scrimg.* 45 Jul. *hic n.*

omnibus illud servari sancimus, ut nullus per suffragium [1] auri, aut aliarum rerum, episcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur, ipsi semetipsos, & [2] dantes [3] & accipientes [4], & mediatores [5] eorum, secundum sacras scripturas & sanctas regulas damnationi subjiciunt: & propterea qui dat, & qui accipit, & mediator ejus factus, sacerdotii aut cleri honore removeatur: quod autem pro hac causa datum est, ecclesiæ illi vindicetur, cujus voluit sacerdotium comparare. Si vero laicus [6] forte pro hac causa aliquid accipiat, aut mediator rerum factus est: datas res in duplum eum exigi jubemus, ecclesiæ vindicandas. Non solum autem quæ secundum hunc modum dantur, vindicari præcipimus: sed etiam omnem cautionem [7] pro hoc quolibet modo expositam, & pignorum vel fidejussorum dationem, vel oblationem, & omnem quamlibet aliam cautionem vacare sancimus. Et qui super hoc promissionem accepit, non solum professionem [8] reddat: sed etiam aliud tantum quantum professio continet, exigatur, quod debet ecclesiæ dari.

CAP. III.

Si quis episcopus ante ordinationem [9] vel postea ecclesiæ res suas obtulerit: & quid pro cathedratico dari conveniat.

SI quis autem episcoporum sive ante suam ordinationem, sive post ordinationem voluerit proprias res, aut partem earum ecclesiæ offerre cujus sacerdotium accepit, non prohibemus, & omni condemnatione & pœna præsentis legis liberum eum esse sancimus: sed etiam omni laude dignum judicamus: quoniam hoc non est emptio, sed oblatio [10]. Pro consuetudinibus autem illa sola permittimus præberi ab ordinatis episcopis, quæ subsequenter præsenti legi inserta sunt. Jubemus igitur beatissimos archiepiscopos & patriarchas, hoc est [11] seniores Romæ, & Constantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos [12], & Hierosolymorum, siquidem consuetudo [13] habet episcopis [14] & clericis [15] in eorum ordinatione, non minus quam viginti auri libras dari, ipsa solummodo præberi, quæ consuetudo [16] recognoscit: plus autem ab hac quantitate nihil supra viginti auri libras præberi. metropolitas autem a [17] propria synodo [18], aut a beatissimis patriarchis ordinatos, & alios omnes episcopos, qui aut a [19] patriarchis aut a metropolitis ordinantur, dare [20] pro inthronisticis [21] quidem solidos centum: notariis autem ordinantis, & aliis ministrantibus ei, & solenniter accipientibus solidos trecentos. Si vero ecclesiæ reditus minus quidem quam triginta [22] auri libras per annum [23] reddant, non minus autem quam decem: dari pro inthronisticis [24] solidos centum: aliis autem omnibus, qui ex more capiunt, solidos cc. Si vero minus quidem quam decem, non minus autem quinque auri libras ecclesiæ reditus esse contigerit: pro inthronisticis [25] quidem dari solidos quinquaginta: omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus, solidos ducentos. Si autem minus quam quinque, non minus autem duas auri libras ecclesiæ reditus habeat, pro inthronisticis [26] solidos decem & octo: omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos xxiv. Si autem minus tres, non autem quam duas auri libras quantitas redituum ecclesiæ comperiatur, dare pro inthronisticis [27] quidem solidos duodecim, pro omni vero alia consuetudine solidos sex. Episcopum enim ecclesiæ minus [28] duas auri libras reditus habentem, neque pro inthronisticis [29], neque pro alia qualibet consuetudine dare aliquid permittimus. Hæc autem quæ præberi disposuimus [30], primus presbyter [31] ordinantis episcopi & archidiaconus [32] suscipientes, ex consuetudine percipientibus dividant hæc. Igitur jubemus hæc omnibus modis observari: ut non ex talibus occasionibus ecclesiæ debitis prægraventur, & sacerdotia venalia [33] fiant. Si quis autem ultra quantitatem a nobis definitam pro inthronisticis [34] aut consuetudinibus quolibet modo præsumat accipere: jubemus quicquid plus acceperit, triplum [35] ex rebus ejus vindicari ecclesiæ dantis. Sed hæc quidem pro episcoporum ordinatione dicta sint.

CAP. IV.

Ut episcopatus a servili, & adscriptitia [36] fortuna [37] hominem liberet.

POst [38] ordinationem vero servili & adscriptitia fortuna episcopos liberos esse præcipimus, nisi curiales aut officiales citra prædictam observationem ordinentur: tales enim episcopatu remotos, curiæ aut officio restitui jubemus: ut non ex tali fortuna sacerdotio fiat injuria. Illos autem qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna inveniuntur episcopi ordinati, hujusmodi quidem fortuna liberos esse sancimus: legitimam vero partem ex propriis rebus curiæ, & fisco dare: sic tamen, ut nullam imminutionem ecclesiastica jura sustineant in rebus, quas in episcopatu acquisitas, ecclesiæ eorum competere disposuimus. Si vero contigerit ordinatum episcopum sub proprii parentis potestate esse: ex ipsa ordinatione suæ potestatis sit.

CAP. V.

De presbyteris, & diaconis, & subdiaconis cognationis jure ad tutelam vel curam vocatis [39].

DEo [40] autem amabiles episcopos [41] & monachos, ex nulla lege tutores, aut curatores cujuscunque personæ fieri permittimus: presbyteros [42] autem, & diaconos, & subdiaconos jure & lege cognationis tutelam aut curam suscipere hereditatis permittimus, proprio & solo gradu cognationis [43] ad tutelam & curam vocatis, hujusmodi suscipere administrationem permittimus: si tamen intra quatuor menses ex quo vocati sunt, apud competentem judicem scripto declarent talem administrationem propria [44] voluntate suscepisse. & si quis eorum forsan hoc fecerit, nullum ex hoc in [45] alia tutela aut cura præjudicium patiatur.

CAP. VI.

Ut clerici a muneribus personalibus & negotiis secularibus [46] abstineant.

SEd neque fieri susceptorem [47] aut exactorem fiscalium functionum, aut conductorem [48] publicarum aut alienarum possessionum, aut curatorem [49] domus, aut procuratorem litis, aut fidejussorem [50] pro talibus causis episcopum, aut œconomum [51], aut alium clericum cujuslibet gradus, aut monachum proprio nomine, aut ecclesiæ, aut monasterii sinimus: ut non per hanc occasionem & sanctis domibus damnum fiat, & sacra ministeria impediantur [52]. Si autem ecclesiis aut monasteriis possessiones quædam adjacentes [53] inveniantur, & voluerint dispensatores ipsarum venerabilium domorum in conductionem aut emphyteusim has accipere: tunc omnibus clericis & monachis pro his causis in ipso instrumento sub gestis monumentorum consentientibus & manifestantibus pro utilitate venerabilium domorum hoc fieri: talem conductionem & emphyteusim procedere sinimus. Sed etiam ipsis sanctissimis ecclesiis & aliis venerabilibus domibus damus licentiam conductiones & emphyteuses facere ad [54] invicem: & clericis [55] similiter propriarum [56] ecclesiarum possessiones conducere & gubernare, cum voluntate [57] tamen episcopi & œconomi permittimus: exceptis personis quas per aliam legem hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra ea quæ dicta sunt aliquid fecerit, si quidem episcopus fuerit, omnes ejus res ex quolibet causa vel persona sive ante episcopatum, sive post hoc fuerint ad eum venientes, ejus ecclesiæ [58] vindicari sancimus. Si autem œconomi, aut alii clerici fuerint hoc delinquentes: pecuniariam eos pœnam, qualem episcopus eorum probaverit, exigi, ecclesiæ vindicandam: cum etiam conductionem teloniorum, aut cujuslibet possessionis, aut publicarum collationum perceptionem, aut exactionem, aut solicitudinem domus eis credentes, aut fidejussores eos pro memoratis causis suscipientes: nullam contra ecclesiam, aut monasterium, aut res ejus, aut gubernantium, aut contra illas personas quibus crediderint, aut contra facultates aut fidejussores eorum habeant actionem. Illi vero qui publicarum collationum aut tributorum susceptionem, aut conductionem, aut exactionem memoratis personis crediderint, aut fidejussores eos acceperint: si quod publico damnum contingat, hoc ex [59] propria facultate restituere compelluntur.

241. ut nulla pecunia data episcopi consecrentur. 1 Vid. *Novell. 6. cap. 1. §. 5.* dicam de eo plenius *ad cap. 16. ℑ. hic.* 2 Relatorum eadem natura, vetatur aliquis dare, ergo & accipere, vid. *l. ult. in fin. C. ad l. Jul. repet.* prohibitum est docere, ergo & discere. *l. 8. C. de malefic.* 3 Pœna ementis episcopatum. 4 Pœna vendentis episcopatum. 5 Καὶ ὁ μισθός. Pœna proxenetæ episcopatus venditi. Et hoc quidem notandum est adversus proxenetas rerum turpium. Proxenetæ sacerdotiorum Galli *Courratiers & maquignons de benefices.* de proxenetis rerum illicitarum adde *l. ult. ff. de proxenetis.*

6 Κοσμικὸς, id est, mundanus: perinde ac si diceret, clericorum vitam cœlestem esse. Iidem mundani, laici *Nov. 6. cap. 1. §. 2.* quasi ex plebe, ut eorum intuitu, clerici quasi patricii quidam vel senatores esse videantur: unde & laicorum vita secularis conversatio dicitur *l. 56. C. de episc.* 7 Vendere prohibitus, in fraudem venditionis cautionem, fidejussorem vel pignus, jure accipere non potest, fraus enim fit legibus, quoties ab uno contractu prohibito ad alium pervenitur. dixi ad *l. 5. C. de legibus.* 8 Ὁμολογίαν. *Scrimg.* cautionem, Jul. *hic.* 9 Consecrationem. vid. Jul. *hic num.* 431. 10 Cur ita? quia quod datur ab eligendo vel electo episcopo, datur ipsi ecclesiæ, non alicui privato. 11 Ita legitur apud Julian. *hic*, id est, Papam Romanum, & Constantinopolitanum, & Alexandrinum, Theopolitanum, id est, Antiochenum & Hierosolymitanum, ut hinc possis colligere, Papæ appellationem Episcopis primarum sedium tributam fuisse, adde quæ dixi ad *l. 7. C. de summ. trin.*

12 Id est, Antiochiæ, Jul. *hic.* dixi ad *l. 6. in fin. C. de summ. trin.* 13 Nota hæc diligenter est servanda, continens ea, quæ dantur a Papis seu patriarchis, a metropolitanis, ab episcopo, & a clericis pro suæ promotionis vel ordinationis gratia. Papæ seu Patriarchæ episcopis & clericis, a quibus eliguntur consuetudinis nomine, id est, consecrationis quasi remunerandæ causa, dant non plus 20. auri libris, *ut hic*, id est, 1440. dant aureos. Metropolitani non dant Patriarchæ solidis plus centum: ejus notariis, non plus 300. ℑ. Episcopi totidem suo metropolitano præstant, nisi reditus eorum ecclesiæ minor sit tribus libris auri, *infr. hic.* Clerici quantum præstent vid. *c. 16.* ℑ. 14 Papæ ordinantur & consecrantur a clericis & episcopis. 15 Res est notanda, Papam ne quidem excipi a consuetudinibus præstandis pro sua consecratione. 16 Opinor hujusmodi dationes pecuniæ magis niti consuetudine, quam ulla lege divina expressa, ac si diceret: Quæ dantur ab ordinato episcopo, dantur potius ex consuetudine, quam lege: ut hinc possis colligere, *Annatas* esse juris positivi, non divini. 17 Nota a quibus ordinentur metropolitani. 18 Nota a quibus ordinentur episcopi. 19 Synodus potest ordinare metropolitanum & episcopum. An concilium œcumenicum beneficia conferat, & an subsit ei Romanus Pontifex, vide Duarenum 3. *de sacris* 2. 20 Tota res eo redit. Papas seu patriarchas inthronistica dare iis episcopis, a quibus eliguntur: metropolitanos, patriarchis aut Synodo: episcopos metropolitanis. Et ita, non ad unam & eandem personam defertur jus inthronistici, aut cathedratici. puto tamen, ea potius omnia distributa a primo presbytero vel archidiacono. *in fin.* ℑ. *hic.* distributa, inquam, in usum ecclesiasticum & pauperum, id enim erat munus diaconi.

21 Ὑπὲρ ἐνθρονιαστικῶν. *Scrimg.* pro cathedratico Jul. *hic*, & passim, *infr. hic.* 22 Id est, 4320. aureorum. 23 Quantitas cathedratici in divitibus admodum ecclesiis ad annuum reditum non redigitur, in aliis redigitur, ut hic. 24 Pro cathedratico. Jul. *hic.* 25 Cathedratico, Jul. *hic.* 26 Cathedratico, Jul. *hic.* 27 Id est, pro cathedratico, Jul. *d. loco.* 28 Duæ auri libræ 144 aurei, & hic quidem erat episcopatuum minimus reditus. 29 Cathedraticis. 30 Id est, inthronistica, cathedratica, consuetudines, adde & insinuativa & ἐμφανιστικὰ ex *Nov. 56.* 31 Πρῶτος πρεσβύτερος. de archipresbytero, vide Petrum Gregorium 15. *syntagm. 21. & præsertim num.* 13. ubi ex Capitulari Caroli Magni, *de pace const.* 25. refert, ad archipresbyterum notionem de incantatoribus & maleficis pertinuisse, adde quæ de primo presbytero dicam, ℑ. *hic.* & Viglium 3. *meth. juris Pontif.* 11. *fol.* 616. *c. de archipresbytero &c.* 32 Ἀρχιδιάκονος. Primi presbyteri & archidiaconi officium inter cætera fuit, in ecclesia pecuniam distribuere, & ob id Novella Majoriani de episcopali judicio, Archidiaconus multam jubet ei inferre, quem fecerit clericum invitum episcopus. & Prudentius Laurentium, quem primum e septemviris vocat, & archidiaconum (nam septem tantum diaconi initio fuerunt) votas opes dispensasse ait, & ideo industriam in Archidiacono Hieronymus & Sidonius requirunt. Hieronymus Euagrio: Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & archidiaconum vocent. Sidonius Dominulo 4. Epist. 25. Joannes Archidiaconus in quo sc. gradu, seu ministerio retentus propter industriam, vid. *hic* Cujac. De aliis muneribus archidiaconi vide *extra. de offic. archidiaconi*, Petrum Gregorium 15. *syntag.* 20. Viglium 3. *meth. juris Pont.* 11. *C. de archidiaconis fol.* 612. 33 Res divini juris emi non possunt. §. 8. *Inst. de rer. divis. &* § 2. *Inst. de inutil. stip. l. 6. ff. de contrahend. empt. l. 83. §. 5. ff. de verb. obl. l. 1. §. 1. ff. de ambitu.* 34 Pro cathedratico. 35 Pœna plus æquo accipientis cathedratici nomine. 36 Patria potestate dignitas episcopatus filium liberat. *Nov. 81. c. 3.* 37 Et patria potestate, *in fin.* ℑ. *hic.* non tamen curia, ℑ. *hic.* adde Jul. *hic num.* 433. 38 Hinc sumpta est Authentica, *Sed Episcopalis. Cod. de episc. & cleric.* 39 Jul. *hic num.* 434 3 Ecl. 1. *c.* 2. 40 Hinc sumpta est Authentica, *Presbyteros. C. de episc.* 41 Episcopi & monachi tutores esse non possunt. *Goth.* Vid. Gudelin. *de Jure Noviss. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 9. *& de tutel. cleric.* Rittershus. *part.* 8. *cap.* 2. Ans. 42 Presbyteri, diaconi, subdiaconi unam legitimam tutelam suscipere possunt, non inviti tamen, ℑ. *hic. l. 52. C. de episc.* 43 Clerici legitima tutela fungi possunt. Testamento tutores possuntne dari? Concilia id vetant, ut scribit Cyprianus 1. *epist.* 44. Non invitos *d. l. 52. 3. Ecl.* 1. *c.* 2. adde *l. 17. C. de episc.* 45 Id est, unam tantum legitimam tutelam administrare possunt. 46 Puta ne exceptores, vel exactores publicarum tributionum fiant, aut adjutores vectigalium aut alienarum possessionum, vel curatores aut fidejussores in talibus causis fiant, Julian. *hic num.* 435 adde *Nov. Leonis 68.*

47 Ἐκλήπτορας ἢ ἀπαιτητήν. 3. *Eclog.* 1. *cap.* 1. 48 Μισθωτὴν τελῶν conductorem vectigalium. Jul. *num.* 435. 49 Κουράτορας οἴκων, id est, actorem aut procuratorem, idque congruit capitulo 3. Chalcedonensis synodi, & cap 6. Carthaginensis synodi & Novellæ Leon. 86. forte militum exemplo. *Nov.* 116. sacris enim rebus militant clerici. 50 *Nov. Leonis 86. Canon. Apost.* 19. 51 Oeconomi, dispensatores pauperum. 52 Quod est iniquum, decet enim sacerdotes sacris vacare, *l. 32. §. 4. ff. de arbitris: l. 52. §. 1. in fin. C. de episc.* 53 Ecclesiæ conducere possunt possessiones sibi adjacentes. 54 Ecclesia conductionem aut emphyteusin facere cum alia ecclesia potest. 55 Clericis propriarum ecclesiarum possessiones conducere licet. 56 Singulis ecclesiis clerici certo numero adtributi.
57 Clericus conducere possessionem ecclesiæ non potest, nisi voluntate episcopi vel œconomi.
58 Pœna episcopi tutelam gerentis, prædiave publica & privata conducentis.
59 Pœna judicis, qui clericum fidejussorem vel creditorem vectigalium publicorum adpro-

CAP.

CAP. VII.

Ne episcopus dicendi testimonii causa evocetur [1].

NUlli vero judicum [2] licebit, Deo amabiles episcopos cogere ad judicium venire pro exhibendo testimonio [3]: sed judex mittat [4] ad eos quosdam ex personis ministrantium sibi: ut propositis sanctis evangeliis secundum quod decet sacerdotes, dicant quæ noverint.

CAP. VIII.

Ne propter quamlibet causam episcopus ad secularem judicem trahatur [5].

SEd [6] neque pro qualibet pecuniaria causa vel criminali episcopum ad judicem civilem aut militarem, invitum producere aut exhibere citra [7] imperialem jussionem permittimus: sed judicem qui tale aliquid sive ex scripto sive ex non scripto præsumpserit imperare: post cinguli privationem, viginti librarum auri pœnam exsolvere jubemus ecclesiæ, cujus episcopus produci aut exhiberi jussus est: executorem similiter post cinguli privationem, & verberibus subdendum, & in exilium deportandum.

CAP. IX.

Ne episcopi proprias ecclesias relinquant [8].

INterdicimus autem Deo amabilibus episcopis proprias relinquere [9] ecclesias, & ad alias regiones venire. Si vero necessitas faciendi hoc contigerit: non aliter, nisi cum literis [10] beatissimorum patriarchæ aut metropolitæ, aut per imperialem videlicet jussionem hoc faciant: ita tamen ut nec illis episcopis qui sub beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos & patriarcha fuerint, liceat citra permissionem ejus, aut nostræ jussionis, ad regiam civitatem venire. Si vero etiam secundum hunc modum episcopus cujuscunque loci profectus fuerit, non amplius uno [11] anno suam relinquat ecclesiam. Episcopos autem in regiam civitatem, sicut dictum est, venientes, cujuslibet fuerint diœcesis, præ omnibus ire ad beatissimum archiepiscopum Constantinopoleos, & ad patriarcham, & ita per [12] eum ad nostram introire tranquillitatem. Citra autem hanc nostram dispositionem aut proficiscentibus, aut ultra definitum unius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus moram, primum quidem non [13] ministrari ab œconomis propriæ ecclesiæ expensas: deinde admonere eos per literas [14] sacerdotum sub quibus agunt, ut revertantur ad suas ecclesias: differentes autem reverti secundum sanctas revocari regulas: & nisi intra definitum a sacris canonibus tempus revertantur ad suas ecclesias, ipsos quidem ab episcopatu expelli [15], alios autem pro eis meliores ordinari secundum præsentis legis virtutem: hoc ipso & super clericis valituro cujuscunque ordinis fuerint aut ministerii.

CAP. X.

Ut archiepiscopi & patriarchæ sæpius in annis [16] *singulis concilia & synodos celebrent.*

UT autem omnis ecclesiasticus status, & sacræ regulæ diligenter custodiantur: jubemus unumquemque beatum archiepiscopum [17], & patriarcham & metropolitam sanctissimos episcopos sub [18] se constitutos in eadem provincia semel [19] aut secundo per singulos annos ad se convocare, & omnes causas subtiliter examinare, quas [20] episcopi aut clerici aut monachi adinvicem habeant: easque disponere: & super hoc quidquid extra regulas a quacunque persona delinquitur, emendare. Interdicimus [21] autem sanctissimis episcopis, presbyteris, & diaconis, & subdiaconis, lectoribus, & omnibus aliis cujuslibet venerandi collegii aut schematis constitutis, ad tabulas [22] ludere [23], aut aliis ludentibus participes ac inspectatores [24] fieri, aut ad quodlibet [25] spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, jubemus hunc in tribus [26] annis a venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium redigi. Si autem in medio tempore ostenderit dignam sui vitii pœnitentiam [27], liceat & sacerdoti sub quo constitutus est minuere tempus & hunc rursus proprio reddere [28] ministerio: scientibus quoque sanctissimis episcopis debentibus hoc vindicare, quia si tale aliquid agnoscentes non vindicaverint, ipsi rationem Deo pro tali causa persolvent. Nullum autem episcopum invitum cogi quemlibet clericum sub se constitutum de proprio clero dimittere [29].

CAP. XI.

Ne quis ante [30] *causæ exitum excommunicetur.*

OMnibus autem episcopis & presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione, antequam causa monstretur propter quam sanctæ regulæ hoc fieri jubent. Si quis autem præter hoc a sancta communione quemquam segregaverit: ille quidem qui injuste a communione segregatus est, solutus [31] excommunicatione a majore sacerdote, sanctam mereatur communionem. Qui vero aliquem a sancta communione segregare præsumpserit: modis omnibus a sacerdote, sub [32] quo constitutus est, separabitur [33] a communione quanto tempore ille perspexerit: ut quod injuste fecit, juste sustineat. Sed neque propriis manibus liceat episcopum aliquem percutere [34], hoc enim extraneum sacerdoti est. Si [35] quis autem episcopus secundum ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus, præsumpserit [36] ingredi civitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum in quo jussus est degere: jubemus hunc in [37] monasterio in alia regione constituto tradi: ut quod in sacerdotio deliquit, degens in monasterio corrigat.

CAP. XII.

Quales [38] *esse debent qui in clericos ordinantur.*

CLericos autem non aliter ordinari permittimus, nisi literas [39] sciant, & rectam [40] fidem, vitamque habeant honestam: & neque concubinam [41] aut naturales habuerint aut habeant filios, sed caste [42] viventes, aut uxorem [43] legitimam, & ipsam unam & primam habentes, neque viduam, neque separatam a viro, neque aliter legibus aut sacris canonibus interdictam.

CAP. XIII.

De ætate [44] *presbyterorum* [45] *& cæterorum clericorum.*

PResbyterum autem minorem [46] triginta quinque [47] annorum fieri non permittimus. Sed neque diaconum aut subdiaconum minorem [48] viginti quinque, neque minorem lectorem decem & octo annorum. Diaconissam [49] vero non ordinari in sancta ecclesia, quæ minor [50] est annorum quadraginta, aut ad secundas [51] venerit nuptias.

CAP. XIV.

De uxoribus [52] *Clericorum.*

SI autem tempore ordinationis clerici cujuscunque collegii aut ordinis, accusator [53] aliquis apparuerit, dicens *eum indignum ordinatione esse:* differatur ordinatio, & universa procedant tam pro examinatione, quam pro multis causis, quas in episcoporum ordinationibus sancivimus. Si vero futurus ordinari diaconus non [54] habuerit uxorem (sicut prius dictum est) conjunctam sibi: non aliter ordinetur, nisi prius ab ordinante eum interrogatus promiserit *posse post ordinationem & sine legitima uxore honeste vivere:* non valente eo qui ordinat, in tempore ordinationis permittere diaconum aut subdiaconum post [55] ordinationem uxorem accipere. Is autem qui permittit [56] episcopus, expellatur ab episcopatu. Si vero post ordinationem presbyter aut diaconus aut subdiaconus uxorem duxerit: expellatur [57] a clero, & curiæ civitatis illius in qua clericus erat, cum propriis rebus tradatur. Si vero lector secundam [58] ducat uxorem, aut primam quidem viduam, aut separatam a viro, aut legibus vel sacris canonibus interdictam [59], nequaquam ad alium ecclesiasticum ordinem provehatur: sed & si quolibet modo ad majorem ordinem perducatur, expellatur eo, & priori restituatur.

CAP. XV.

Quibus casibus Curiales [60] *clerici ordinari possunt.*

SEd [61] neque curialem [62] aut officialem clericum fieri permittimus: ut non ex hoc venerabili clero injuria fiat. Si vero tales personæ in clero constituantur, tanquam nec ad ordinem perducti, propriæ fortunæ restituantur, nisi forsan monasticam vitam aliquis eorum non minus quindecim annis im-

baverit. 1 Jul. *hic n.* 436. 2 Hinc sumpta est Authentica, *Sed judex. C. de episc.*
3 Episcopus dicit etiam invitus testimonium: id itaque cum cæteris commune habet, *l. ult. vers. notissimi. Cod. de fide instr. l.* 4. *l.* 5. *ff. de testib. l.* 14. *Cod. de testib.* Id tamen ut dicat, in judicium trahi non potest: & consequenter hoc speciale a reliquis habet. *l.* 7. *l.* 8. *C. de episc.*
4 Vid. *l.* 2. §. 1. *Cod. de jurejur. propter calumn.* 30. *Eclog.* 4. *c.* 13. 5 De episcopis in judicium non vocandis. Jul. *hic num.* 437. 6 Hinc sumpta est Authentica, *Nullus episcopus. C. de episc. & cler. d. loc.* 7 Rescripto Principis episcopus evocari potest litis causa ad judicem civilem vel militarem, *ut hic*, & hoc quidem receptum est, posse justa de causa rescripto Principis causam evocari ab actore, *Nov.* 53. *c.* 2. vel reo. *Novell.* 69. *cap.* 4.
8 De episcoporum profectione. Jul. *hic num.* 438. dic melius de episcopis vagantibus, & deserentibus suas ecclesias, & ut ne sine systaticis literis discedant; *Nov.* 6. *cap.* 3. adde 1. legum Francicarum *cap.* 131. de stabilitate episcopi vel clerici. 9 3. *Ecl.* 4. *cap.* 14.
10 Episcopi literis Imperatoris aut patriarchæ, possunt in omnes regiones excurrere necessitatis causa, solis literis metropolitani in vicinas tantum possunt, excepta regia urbe. Nullibi vero sine literis metropolitani, vel patriarchæ, vel imperatoris. 11 Episcopis supra annum abesse extra episcopen suam non licet, *ut hic: & Nov.* 6. *c.* 2. adde *Nov.* 67. *c.* 3.
12 Episcopi intromittebantur ad imperatorem per patriarcham Constantinopolitanum, *Novell.* 6. *cap.* 3. 13 Reditus ecclesiastici episcopales Justiniani tempore administrati fuerunt ab œconomo, non ab episcopo. 14 Sacerdotes literis monere possunt suum episcopum diu oberrantem, ut redeat. 15 Synesius χρῆναι τούτοις ὅσοι τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀπέπαυτο, πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀπείπασθαι. 16 Vid. Jul. *hic n.* 430. 17 Synodos annuas cogere, quibus olim jus fuerit. *Goth.* Antiquitus Impp. id sibi adrogaverant, ut patet ex *l.* 4. *Cod. de summ. trinit.* Ans. 18 Quinam cogebantur ad synodos annuas.
19 Nota de synodis annuis. 20 Quibus de rebus ageretur in synodis annuis.
21 Hinc sumpta est Authentica, *Interdicimus. C. de episc. & cler.* 22 Vid. 3. *Ecl.* 1. *c.* περὶ ταβλιζόντων ἐκκλησιαστικῶν προσώπων, de episcopis & aliis religiosis viris tablizantibus. Jul. *hic num.* 440. adde *l.* 34. §. 1. *Cod. de episc. aud.* aleatorum susceptor ταβλοδέκτης. Moschopulus περὶ σχεδῶν. Κύβους τὰ ἐστιγμένα ὀστᾶ οἷς χρῶνται ταβλίζοντες. Suidas Πέττοι, ψηφῖδες ἐν οἷς ταβλίζουσι. vid. Cujac. *hic.* adde *Novell. Leonis* 87. 23 Adde *Ecl. d. lib. tit.* 2. περὶ κοσμικῶν ἤτοι κυνηγῶν. possis & huc referre titulum de clerico venatore *extra.* & *can. Esau.* 86. *dist. & can. Episcopus. dist.* 34. *dist.* 86. *c. qui venatoribus, cum sequent. Clem. & §. Porro. §. Si quis autem, ver. si quis vero. de statu monach.* 24 Spectare otiose res inanes & vetitas, peccatum *l.* 34. §. 1. *C. de episc. aud.* 3. *Ecl.* 1. *c.* περὶ ταβλιζόντων. 25 Spectacula præsertim alearum interdicta episcopis *dist.* 23. *c. His igitur. dist.* 35. *c.* 1. *dist.* 44. *c.* 12. *c.* 15. §. *minis.* §. *ad aleas. de vita & honest. clericorum. c. nullus presbyterorum in fin. de consecratione dist.* 5. *c. non oportet. c.* 41. *Apost.* 26 Pœna episcopi & clerici tabulis ludentium. 27 Pœnitenti ignoscitur. 28 Ministerium culpa amissum pœnitenti potest restitui.
29 Jul. *hic n.* 441. 30 De his qui sine causa excommunicantur. Jul. *hic num.* 441. Goth. Vid. Rittershus. in *exposit. nov. part.* 13. *cap.* 7. Ans. 31 Major magistratus restituit adversus ea, quæ gesta sunt a minore. 32 Injusta excommunicatio non tenet, sed rescinditur. 33 Pœna injuste excommunicantis sumpta de lege talionis; adde *Novell. Leonis* 61. 34 Vid. Jul. *hic num.* 443. De episcopo percussore, vid. 3. *Eclog.* 1. *c.* 23. An liceat prælato verberibus corrigere clericos: vid. *can. cum beatus. dist.* 45. *c. ante omnia dist.* 38. *& c. circumcellionum &* 23. *quæst.* 5. *c.* 1. *&* 24. *quæst.* 5. de clerico percussore, vide *c. sane percussor.* 45. *dist. & c. si rector* 44. *dist.* 35 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis episcopus. C. de episc.* 36 Exulis deportati & relegati refugæ pœna, facit *l.* 8. §. 7. *ff. de pœnis. l.* 14. *C. de episc.* adde Jul. *hic n* 444. 37 Pœna ecclesiastica, in monasterium detrudi. 38 Jul. *hic n.* 445. 3. *Eclog.* 1. Goth. Vid. *tit. de ætat. & qualit. præfic. in* 6. *& in Clement.* Ans. 39 Clericos literas scientes esse oportet. Jul. *c.* 429. & 3. *Ecl.* 1. *c.* 21. Vid. *Nov.* 6. *cap.* 4. *Nov.* 137. *c.* 1. *vers. exig. & distinct.* 37. & 38. An jurisprudentiæ vel medicinæ? vide titulum, *Ne clerici vel monachi secularibus se immisceant. extra. & in sexto.*
40 De hæreticis non ordinandis in clerum vid. Viglium 3. *method.* 4. *n.* 18. 19. 20. 21. de officiis clericorum, vide omnino eundem 3. *Methodo juris Pontificii* 5. 41 Ne concubinas alant Vigl. *ibi. n.* 60. ne cum mulieribus conversentur vel confabulentur *n.* 57. ne eas osculentur 58. ne secum habeant mulieres 59. ne uxores ducant 61. 62. ne soli ad fœminæ tabernaculum accedant 63. ne cum mulieribus lavacra habeant communia 64. ne monialium monasteria ingrediantur 65. ad num. 69. 42 Vid. Vigl. *ibi. num.* 56. 43 Vid. Vigl. *ibid. num.* 61. 62. 44 Jul. *hic num.* 446. *tit. de testib. ordin.* apud Viglium 3. *method. juris Pontificii* 4. *num.* 37. 45 Adde *cap.* 14. *synodi sextæ in Trullo.* 46 Hinc sumpta est Authentica, *Presbyterum, de episcop. & cler. quæ subjecta est l.* 9. 47 Hæc omnia Clemens immutavit *c. ult. de ætate & qualitate & ordine*, anno quippe 25. ætatis presbyterum ordinari posse permittit, 20. diaconum, 18. subdiaconum. 48 Id mutatum *Novell. Leonis* 16. 75. *& c.* 15. *sextæ synodi in Trullo.* 49 Hinc sumpta est Authentica *Diaconissam, C. de episcopis.* 50 Magna quoque hic diversitas occurrit, nam præcepto Apostoli 1. *Tim.* 5. Diaconissæ jubentur eligi non minores annis 60. postea ut anno 50. eligi possent, indultum fuit, *l.* 9. *C. de episc. Nov.* 6. *cap.* 6. 51 Diaconissa fieri non potest, quæ secundas nuptias contraxit. 52 Clerici conjuges esse potuerunt, *c.* 12. *supr. h. t.*
53 De accusatoribus clericorum Jul. *hic num.* 447. 54 Quid si habuerit: potest ordinari ut & quivis clericus *c.* 12. *s. hic.* ibi, *aut unicam uxorem legitimam*, quo nomine non episcopos, sed presbyteros, diaconos aut subdiaconos intellige. 55 Post ordinationem diaconus uxorem ducere hic vetatur. Si tamen duxerit, uxorem non dimittit, privatur tamen diaconatu. 56 *Novell. Leonis* 3. & ita derogatur *c.* 10. Ancyranæ Synodi.
57 Notandum est hoc, Non retrahi ab uxore ad clerum, presbyterum, diaconum, vel subdiaconum, qui post ordinationem susceptam uxorem duxerit. *Nov.* 6. *c.* 1. §. 3. 4. qua de re dixi ad *Nov.* 22. *c.* 42. 58 Vid. *d. c.* 42. 59 *Nov.* 6. *c.* 1. §. 3. 60 De curialibus & taxeotis ad clericatus honorem venientibus, Jul. *hic n.* 449.
61 Hinc sumpta est Authentica, *Sed neque. C. de episc.*
62 *l.* 53. *pr. C. de episc.*

plevit. tales enim ordinari præcipimus, legitima videlicet parte curiæ & fiſco danda, ſi in clero conſtituti, monacho condecentem vitam impleverint. Si vero poſt clericatus honorem aliquis eorum uxorem duxerit, aut concubinam habuerit curiæ & officio, cujus fortunæ ſubjacebat, reddatur: etiam ſi maxime tali eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus non prohibetur ſacris canonibus & legibus uxorem accipere. Hoc autem & ſuper aliis omnibus monachis [1] tenere ſancimus, qui de monaſteriis ad quemlibet eccleſiaſticum transferuntur gradum, etiam ſi nulli fortunæ ſubjecti fuerint. Et generaliter ſancimus, nulli [2] licere in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtituto, diſcedere ab eo, & ſecularem fieri, ſcientibus tale aliquid facientibus, quia & quaſi appoſito ſibi cingulo aut dignitate aut militia nudabuntur, & curiali fortunæ propriæ civitatis tradentur. Qui autem ante [3] noſtram legem clerici ordinati ſunt ex [4] curiali fortuna: per ſubſtitutas perſonas pecuniaria munera compleре, a corporalibus autem liberos ſervari.

CAP. XVI.

Ut ordinationes gratis [5] fiant.

SEd neque clericum cujuscunque gradus dare aliquid ei a quo ordinatur, aut alii cuilibet perſonæ permittimus: ſolas autem præbere eum conſuetudines [6] iis, qui ordinantium miniſtrantes ſunt, ex conſuetudine accipientibus, unius [7] anni emolumenta [8] non transcendentem. In ſancta vero eccleſia in qua conſtituitur, ſacrum complere miniſterium, & nulla penitus propriis clericis [9] dare pro ſua inſinuatione: nec ob hanc cauſam propriis emolumentis aut aliis portionibus hunc privari. Sed neque [10] xenodochum, aut noſocomium, aut ptochotrophum, aut alium quemlibet venerabilis domus gubernatorem, aut quamcunque eccleſiaſticam ſolicitudinem agentem, dare aliquid illi a quo conſtituitur, aut alii cuicunque perſonæ pro commiſſa ſibi gubernatione. Qui vero præter hæc quæ diſpoſuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator [11] fit, ſacerdotio aut clero hujusmodi commiſſæ ſibi cujuscunque gubernationis [12] nudabitur, iis quæ accipiuntur vindicandis venerabili loco, cujus talis perſona ordinationem aut ſolicitudinem aut gubernationem accipit. Si autem ſecularis [13] ſit qui accipit, aut mediator factus eſt: quod datum eſt, duplum repetitur, & venerabili loco in quo talis perſona ordinationem aut gubernationem aut ſolicitudinem ſuſceperit, præbeatur. Si quis autem clericus cujuslibet gradus, ſive gubernator cujuslibet venerabilis domus, aut ante ordinationem commiſſam ſibi cujuscunque gubernationis aut ſolicitudinis, aut poſtea aliquid voluerit ſuarum rerum offerre [14] eccleſiæ in qua ordinatur, aut loco cujus gubernationem aut ſolicitudinem ſuſcepit: non ſolum non prohibemus hoc fieri, ſed etiam magis invitamus eos talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa ſolum dari prohibemus, quæ propriis perſonis quibusdam præbentur, non [15] quæ ſanctis eccleſiis, aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

CAP. XVII.

Quomodo ſervus [16] ordinari poſſit, aut adſcriptitius.

SI ſervus [17] ſciente [18] & non contradicente domino in clero ordinatus fuerit: ex hoc ipſo quod conſtitutus eſt, liber & ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatio fiat: licet domino intra [19] ſpatium unius anni & ſervilem fortunam probare, & ſuum ſervum recipere [20]. Si vero ſervus ſciente domino ſive inſciente (ſicut diximus) eo quod in clero conſtitutus eſt, liber factus eccleſiaſticum miniſterium reliquerit, & ad ſecularem tranſierit vitam: ſuo domino ad ſervitium tradatur. Adſcriptitios [21] autem in ipſis poſſeſſionibus, quarum ſunt adſcriptitii, clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, ut clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant.

CAP. XVIII.

De ædificatoribus eccleſiarum [22].

SI quis oratorii domum fabricaverit, & voluerit in ea clericos ordinare aut ipſe, aut ejus heredes: ſi expenſas ipſis clericis miniſtrant, & dignos denominant [23], denominatos ordinari. Si vero qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent ſacræ regulæ ordinari: tunc ſanctiſſimus epiſcopus quoscunque putaverit meliores, ordinari procuret. Sancimus autem reverendiſſimos clericos ſuis eccleſiis obſecundare, & omne eis competens eccleſiaſticum miniſterium [24] adimplere: hoc requirente uniuscujusque civitatis ſanctiſſimo epiſcopo, & cujuscunque ordinis eccleſiaſtici primatibus, eos qui hoc non cuſtodiunt, regulari multæ ſubdentibus.

CAP. XIX.

Ut omnes Clerici res ſuas in ſua poteſtate habeant.

PResbyteros [25] autem & diaconos & ſubdiaconos, cantores & lectores, quos omnes [26] *clericos* appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere ſub ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum [27] & donare ſecundum leges, & in his teſtari, licet ſub parentum ſint poteſtate: ſic tamen, ut horum filii, aut his non exiſtentibus, parentes eorum legitimam partem ferant.

CAP. XX.

Quibus pœnis ſubjiciantur Clerici, qui falſum tulerint teſtimonium.

REverendiſſimis [28] autem presbyteris aut diaconis etiam, ſi inventi fuerint pro [29] pecuniaria cauſa falſum [30] perhibuiſſe teſtimonium: ſufficiat pro verberibus, tribus [31] annis ſeparari a ſacro miniſterio, & monaſteriis [32] tradi. Pro criminalibus autem cauſis ſi falſum teſtimonium dixerint: clero nudatos, legitimis ſubdi pœnis præcipimus: reliquos autem omnes in aliis etiam eccleſiaſticis ordinibus conſtitutos, ſi falſum teſtimonium cujuslibet cauſæ, ſive pecuniariæ, ſive criminalis dixiſſe convincantur, non ſolum eccleſiaſtico officio repelli, ſed etiam verberibus ſubdi.

CAP. XXI.

Ut Clerici [33] apud propium conveniantur epiſcopum [34].

SI quis contra aliquem clericum aut monachum, aut diaconiſſam, aut monaſtriam, aut aſcetriam habeat aliquam actionem, adeat prius ſanctiſſimum epiſcopum, cui horum unusquisque ſubjaceat: ille vero cauſam inter eos judicet: & ſi quidem utraque pars iis quæ judicata ſunt, acquieverit: jubemus per [35] loci judicem hoc executioni perfectæ contradi [36]. Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat [37] iis quæ judicata ſunt, tunc locorum judex cauſam examinet: & ſi invenerit judicium recte factum, etiam per ſententiam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat, quæ judicata ſunt: & non liceat ſecundo [38] in tali cauſa victo appellare. Si vero judicis ſententia contraria [39] fuerit iis, quæ a Deo amabili epiſcopo judicata ſunt: tunc locum habere appellationem contra ſententiam judicis, & hanc ſecundum legum ordinem referri & exerceri. Si tamen ex imperiali juſſione [40] aut judiciali præcepto epiſcopus judicat inter quascunque perſonas: appellatio ad imperium, aut ad eum qui transmiſit negotium, referatur. §. 1. Si vero crimen fuerit quod adverſus quamlibet memoratarum reverendiſſimarum perſonarum inferatur, ſi quidem apud epiſcopum aliquis accuſatur, & ipſe veritatem invenire potuerit: ab honore aut gradu [41] hunc ſecundum eccleſiaſticas regulas dejiciat, & tunc [42] competens judex hunc comprehendat, & ſecundum leges litem examinans cauſæ finem imponat. Si vero prius civilem judicem adeat accuſator, & crimen per legitimam examinationem potuerit approbare, tunc epiſcopo locorum geſta monumentorum palam faciat: & ſi ex his agnoſcatur propoſita crimina commiſiſſe eum, tunc ipſe epiſcopus hunc ſecundum regulas ab honore ſive gradu quem habet, ſeparet: judex autem ultionem ei inferat legibus congruentem. Si vero epiſcopus putaverit geſta non juſte confecta: tunc liceat ei deferre [43], & nudare honore ſeu gradu accuſatam perſonam: ita tamen, ut hujusmodi perſona ſub legitima cautela fiat [44], & ita ad nos negotium tam ab epiſcopo quam a judice, referatur, ut nos hoc cognoſcentes, quæ nobis videntur, jubeamus. §. 2. Si quis autem pro pecuniaria cauſa contra aliquem omnium memoratarum perſonarum habuerit actionem aliquam, & epiſcopus diſtulerit inter eas judicare: licentiam habeat actor [45] civilem judicem adire: ita tamen ut accuſata perſona nullo modo cogatur fidejuſſorem dare, ſed ſolam [46] cautionem ſine jurejurando cum hypotheca ſuarum rerum exponere. Si vero pro criminali cauſa accu-

1 Vid. Jul. *hic n.* 410. 2 *Nov.* 5. *c.* 7. 3 Vid. Jul. *hic n.* 451. 4 Vid. *l.* 21. *C. de epiſc. & cler.* 5 Jul. *hic num.* 452. *in fin.* adde *Nov.* 56. *c.* 1. *Nov.* 137. *c.* 2. *l.* 1. *ff. de ambitu. c.* 28. *Apoſt. &* 3. *Ecl.* 1. *c.* 31. 6 Vid. *cap.* 3. §. *h. t.* 7 Et ſi quædam ejus pene generis dicta ſint, *c.* 3. §. *hic.* non puto tamen alibi jure civili manifeſtius Annatarum originem, quam ex hoc loco oſtendi: quam tamen nonnulli referunt ad Bonifacium IX. alii ad Joannem XXII. *teſte Platina.* Id genus vectigalis Concilio Baſilienſi *Seſſione* 21. & in Gallia, damnatum fuit, ut ex edicto Caroli VI. & Pariſienſi ſenatusconſulto anni 1406. 1407. apparet, cui Notas ſuas Molinæus addidit. videbis itaque Tractatum ejus de *Annatis.* Movebantur autem Galli loco illo ſcripturæ & Samuelis 1. *Reg.* 12. Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus: utrum bovem alicujus tulerim vel aſinum: ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujusquam munus accepi: & reſtituam vobis. ſic dixerunt. Non es calumniatus, neque oppreſſiſti nos &c. Movebantur etiam dicto Pauli *Actor.* 20. Argentum & aurum nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant & his, qui mecum ſunt, miniſtrarunt manus iſtæ. Ego ſcio (inquit Apoſtolus) quoniam poſt diſceſſum meum intrabunt lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Movebantur & illo Ezechielis 34. Facti ſunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem, eo quod non erat paſtor. Neque enim quæſierunt paſtores gregem meum: ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, &c. Moveri etiam poterant aurea lege 31. *C. de epiſc.* Movebantur quoque conſtitutione D. Ludovici, lata anno 1267. qua cavebatur, beneficiarios eligi nihilque dari electionis cauſa. Superiora edicta Galli confirmarunt Pragmatica ſanctione (quam conſtitutionem per eminentiam vocant Galli, *La pragmatique ſanction*) lata ſub Carolo VII. anno 1438. Biturigibus, autoritate Synodi Conſtantienſis & Baſilienſis permoti. vide Duarenum *in Defenſione libertatis Gallicæ, num.* 14. 15. Cui ſanctisſimæ conſtitutioni multum derogatum eſt a Franciſco, concordia quadam his in rebus inita cum Leone X. Pontifice Romano, quam conſtitutionem Galli *Concordat* nuncupant. De annatis adde Duarenum 8. *de benefic.* 3. 8 Δῶρα, Scrimg. *hic* 3. *Ecl.* 1. *c.* 31. dona Jul. *hic n.* 452. ut videatur legiſſe δῶρα. 9 Συγκληρικοῖς, *Græci hic*, conclericis, Jul. *hic.* 10 Ut locorum venerabilium adminiſtratores ſine pecunia fiant, vid. Jul. *hic n.* 453. 11 Dixi ad *c.* 2. §. *hic.* 12 Διοικήσεως. *Græci hic.* Inde nomen diœceſis uſitatum. 13 Κοσμικὸς, *Scr.* laicus. Jul. *c.* 453. 14 De adminiſtratoribus venerabilium locorum res ſuas offerentibus, vid. Jul. *hic num.* 454. 15 Adde *d. c.* 2. *in pr.* 16 Si Servus clericus fiat, Jul. *hic num.* 454. Goth. Vid. Petr. Gudelin. *de jure noviſſimo lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 2. & 6. Anſ. 17 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Si ſervus*, *C. de epiſcopis.* 18 Adde *l.* 4. *C. de præpoſ. ſacri cubiculi, l.* 6. *l.* 7. *C. qui militare.* 19 Novella Leonis non fit liber, ſi epiſcopatum adipiſcitur ignorante domino: retrahitur enim in ſervitutem *Novell. Leonis* 11. adde *Nov. ejusdem* 9. & 10. 20 Paulus eodem modo Oneſimum ad Philemonem remittit, vide epiſtolam Pauli ad Philemonem. Clementem *c.* 82. adde Cujac. 20. *de præſcript. ibi, Decimum.* 21 Si adſcriptitius clericus fiat. Jul. *hic num.* 456. adde *l.* 16. *Cod. de epiſcopis.* hinc ſumpta eſt Authentica, *Adſcriptitios. Cod. de epiſc.* 22 De clericis electis ab ædificatoribus venerabilium locorum vel heredibus eorum, Jul. *hic n.* 457. 23 De jure patronatus eccleſiaſtici dictum *Novell.* 57. *c.* 2. quibus adde Duarenum 5. *de ſacris eccleſiæ miniſteriis*, ubi fuſius docet, quale ſit nominationis aut præſentationis jus & ut competat iis, qui patroni eccleſiarum dicuntur, adde Viglium 5. *Methodi juris Pontificii* 14. ubi tradit, quæ juris patronatus cauſæ ſint, quibus competat, quod ſit jus patronatus. Poſſis & ejusdem Duareni tractatum de nominatione Regia in ordinandis antiſtitibus adjungere 5. *de benefic.* 12. Poſſis etiam ex eodem addere, de ſcholaſtica nominatione in Galliis admodum uſitata *c.* 13. quis nominari poſſit 14. quomodo ſit concipienda nominatio 15. apud quos nominari oporteat 16. de prohibitione ac denunciatione, quam inſinuationem vocant 5. de effectu nominationis 6. ſed nemo fuſius de nominationibus ſcripſit Rebuffo in ſuo nominationum tractatu, quem vide. adde Socin. *reg.* 217. 24 De clericis miniſterium adimplentibus. Jul. *hic num.* 458. 25 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Presbyteri. C. de epiſc.* 26 Clericorum nomen generale, *l.* 34. *C. de epiſc. & cleric.* 27 De peculio quaſi caſtrenſi, & ſignificatione clericatus Jul. *hic n.* 459. adde *l.* 52. *C de epiſc. & cleric. l.* 2. *C. Theod. de epiſc.* 16. *quæſt.* 1. *de monachis.* 28 Hinc ſumpta eſt Authentica, *presbyteri, C. de epiſc.* 29 Hujus conſtitutionis meminit Leo *Novell.* 76. 30 De teſtimoniis clericorum Jul. *hic num.* 460. 3. *Eclog.* 1. *c.* περὶ ψευδομαρτύρων, id eſt, qua pœna puniendi ſunt clerici, ſi falſum teſtimonium dixerint, & ita hoc capite de foro eccleſiaſtico tractatur. 31 Nota de triennali privatione miniſterii, ſeu potius ſuſpenſione miniſterii. De pœna ſuſpenſionis beneficii, v. Clar. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 75. *l.* 8. *ff. de pœn.* 32 De detruſione in monaſterium alibi dicam. 33 Adde, & Monachi, & diaconi, & aſcetriæ, Jul. *hic n.* 461. Forum itaque Clericorum obſerva. 34 Cum in civili, tum criminali cauſa, Jul. *ibid.* 35 Judex civilis mandat executioni ſententias probatas ab epiſcopo. 36 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Si quis litigantium. C. de epiſc. aud.* 37 Et appellet. Nota, Juſtiniani tempore appellationes a ſententia epiſcopi ad judicem civilem receptas fuiſſe. 38 Nota caſum, in quo ſecundo appellari non poteſt. 39 Judex civilis cognoſcens de ſententia epiſcopi, poteſt eam comprobare vel infirmare. 40 A delegato Principis, Princeps ipſe appellatur. 41 Clericus criminum reus degradatur ab epiſcopo. Eodem modo criminum cauſa, degradari poſſunt ſenatores & ducenarii, non a quovis tamen, *l.* 1. *C. de privileg. ſchol.* & miles etiam degradatur, cum gradu movetur. vide quæ notavi ad *l.* 12. *in fin. pr. ff. de cuſtod.* adde *Nov.* 47. *quæ eſt ex Indice Reginæ.* De epiſcopis degradatis, adde Clar. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 74. *ubi de pœnæ forma & aliis adjunctis degradationis* tractat. & Petrum Gregorium 31. *ſyntagm.* 30. 42 Clericus degradatus, id eſt, ſpoliatus honore clericali, mox traditur judici civili. 43 Honoris ſpoliationem ſcil. Jul. *hic.* 44 Et ita tamen ut legitime cuſtodiatur. 45 Leges de foro clericorum nonnihil variant. Quapropter ſciendum, in actoris poteſtate fuiſſe, clericum coram Epiſcopo ſeu judice ſeculari in jus vocare. *l.* 25. *Cod. de Epiſcop. & cleric. l.* 13. *Cod. de Epiſcop. aud.* Hoc autem Imp. correxit *l.* 51. *Cod. de Epiſcop. & cleric. l.* 29. *Cod. de pact. Nov.* 79. *& auth. cauſa quæ. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Novell.* 83. Anſ.
46 *l.* 25. *l.* 33. *Cod. de Epiſc. & Cleric.*

ſatio contra aliquam memoratarum perſonarum proponatur, ſub legitima cautela accuſata fiat perſona. Si autem [1] eccleſiaſtica [2] cauſa eſt, nullam communionem habeant judices civiles circa talem examinationem, ſed ſanctiſſimus epiſcopus ſecundum ſacras regulas cauſæ finem imponat.

CAP. XXII.

Ut Epiſcopi apud proprium conveniantur metropolitanum: & ut cavere pro lite non teneantur.

SI quis vero ſanctiſſimorum epiſcoporum ejuſdem ſynodi dubitationem [3] aliquam adinvicem habeat, ſive pro eccleſiaſtico jure, ſive pro aliis quibuſdam rebus: prius metropolita [4] eorum cum aliis de ſua ſynodo epiſcopis cauſam examinet & judicet: & ſi non rata habuerit utraque pars quæ judicata ſunt, tunc [5] beatiſſimus patriarcha diœceſeos illius inter eos audiat, & illa determinet quæ eccleſiaſticis canonibus & legibus conſonant: nulla parte ejus ſententiæ contradicere valente. Si autem & a clero, aut alio quocunque aditio contra [6] epiſcopum fiat propter quamlibet cauſam: apud ſanctiſſimum ejus metropolitam ſecundum ſacras regulas & noſtras leges cauſa judicetur: & ſi quis judicatis contradixerit, ad [7] beatiſſimum archiepiſcopum & patriarcham diœceſeos illius referatur cauſa, & ille ſecundum canones & leges huic præbeat finem. Si vero contra metropolitam [8] talis aditio fiat ab epiſcopo, aut clero, aut alia quacunque perſona: diœceſeos illius beatiſſimus patriarcha ſimili modo cauſam judicet. Pro omnibus autem cauſis, pro quibus apud proprium metropolitam, aut patriarcham, ſive apud alios quoſcunque [9] judices epiſcopi conveniantur, nullæ fidejuſſiones aut cautiones pro lite exigantur: ſic tamen, ut iſti ſtudeant illatis ſibi cauſis ſemetipſos abſolvere.

CAP. XXIII.

Ut Oeconomi & ſimiles apud proprium epiſcopum conveniantur.

OEconomos [10] autem, & xenodochos, noſocomos, ptochotrophos, & aliorum venerabilium locorum gubernatores, & alios omnes clericos, jubemus pro creditis ſibi gubernationibus apud [11] proprium epiſcopum cui ſubjacent, conveniri, & rationem ſuæ gubernationis facere, & exigi quod ex ipſis debentes oſtenduntur illi venerabili reddendum domui, ex cujus ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint ſe gravari: poſt repetitionem [12] metropolita [13] cauſam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quampiam prædictarum perſonarum hujuſmodi cauſas examinans, & debitum exegerit, & exactus putaverit ſe gravatum [14]: diœceſeos illius beatiſſimus patriarcha cauſam determinet: non enim concedimus prædictis perſonis pro memoratis cauſis ante examinationem & exactionem debiti proprios epiſcopos declinare, & ad alia venire judicia. Si quis autem ex eccleſiaſticis cui aliqua talis diſpenſatio credita eſt, ante rationum expoſitionem, & debitorum ſolutionem moriatur, jubemus ejus heredes [15] ſimili modo & rationibus & exactionibus ſubjacere.

CAP. XXIV.

Ut epiſcopi illic ubi deliquerint [16], conveniantur.

SI quis epiſcopus aut clericus ex quacunque provincia in Conſtantinopoli reperiatur, & voluerit aliquis adverſus eum actionem proponere: ſi quidem litis conteſtatio in provincia pro ipſo negotio facta eſt, ibi litem compleri. Si vero nondum inchoata eſt: apud glorioſiſſimum præfectum Orientis prætoriorum, aut apud eos qui a nobis fuerint deputati judices, convenientibus eum reſpondere.

CAP. XXV.

De Apocriſiariis [17].

REverendiſſimi vero apocriſiarii [18] cujuſcunque ſanctiſſimæ eccleſiæ, qui in regia civitate degunt, aut ad beatiſſimos patriarchas, aut ad metropolitas a ſuis epiſcopis ordinati & deſtinati, neque pro ſuis epiſcopis, neque pro cauſa eccleſiæ, aut pro debito publico aut privato aliquam conventionem ſuſtineant, niſi mandatum habuerint a ſuis epiſcopis, aut œconomis, ut aliquos conveniant. Tunc enim ſolis illis, qui ab eis conveniuntur, damus licentiam ſi quam obligationem habent contra eccleſiam aut contra epiſcopos eorum, proponere. Si vero & in quibuſdam cauſis vel actionibus ſemetipſos obligatos fecerint, in tempore in quo reſponſa faciunt, pro his conventiones [19] ſuſcipiant.

CAP. XXVI.

Ne epiſcopi legationis tempore conveniantur.

SI vero epiſcopi vel clerici pro [20] civitate aut pro ſuis eccleſiis propter ſuam legationem [21], aut ordinationem epiſcopi, ad regiam civitatem, vel ad alium quemlibet locum proficiſcantur, jubemus eos nullam moleſtiam aut importunitatem a qualibet perſona ſuſtinere: licentia exiſtente iis, qui obligatos eos putant ſe habere, poſtquam ad provinciam revertuntur, convenire eos, nullo in iis quæ ſe putant habere, eis faciendo præjudicio de temporalibus præſcriptionibus, propter tempus quod in tali cauſa protraxerint.

CAP. XXVII.

Ut monachi per procuratorem ſe defendant: & de quantitate ſportularum.

SI quando autem cauſa emerſerit, ut admonitio aut executio [22] inferatur pro qualibet pecuniaria cauſa ſive publica, ſive privata: clerico aut monacho, aut monaſtriæ, aut cuicunque monaſterio, & maxime fœminarum: jubemus ſine injuria, & cum competenti honore admonitionem fieri, non tamen monaſtriam aut aſcetriam monaſterio [23] abſtrahi: ſed procuratorem ab eis ordinari, qui pro cauſa reſpondeat. Monachis autem liceat ſive per ſe, ſive per procuratorem monaſterii cauſas agere: ſciente qui hoc prævaricatur judice, vel executore, quia & cingulo ſpoliabitur, & pœnam quinque librarum auri exigetur per magnificentiſſimum comitem privatarum rerum: executore videlicet ſuper hoc verberando, & in exilium dirigendo: locorum ſanctiſſimis epiſcopis proviſuris, ut nihil his contrarium fiat: aut ſi aliquid committatur, memorata ultio procedat. judicem vero vindictam differentem imponere, ad ſcientiam noſtram epiſcopus referat.

CAP. XXVIII.

De modo ſportularum [24] in perſona clericorum.

SPortularum [25] vero nomine omnem perſonam in quocunque eccleſiaſtico officio conſtitutam, & ad hoc diaconiſſam & monacham, aut aſcetriam aut monaſtriam pro omni criminali, & pecuniaria cauſa, cujuſcunque quantitatis ſit, ſive a clerico, ſive a quolibet in militia conſtituto admonitionem ſuſcipiant aut in regia civitate, aut in provinciis quibus degunt: nec amplius quatuor ſiliquis dare permittimus. Si vero ex noſtra juſſione aut ad judicem, aut ad beatiſſimum patriarcham miſſus executor in alias provincias, admonitionem offerat alicui memoratarum perſonarum: non ultra unum ſolidum accipiat. Si vero pro una eademque cauſa multas ex memoratis perſonis admoneri contingat, unam & ſolam perſonam pro omnibus ſportulas dare ſancimus. Epiſcopus vero pro [26] rebus eccleſiæ ſuæ nullam exactionem moleſtiamque ſuſtineat ſportularum, ſi pro talibus cauſis admoveatur exactio: actiones videlicet contra eccleſiam propoſitas œconomis ſuſcipientibus, aut illis qui in eam cauſam ordinati ſunt. Qui vero contra hæc exigere [27] ſportulas præſumpſerit: in duplum quod accepit, exactæ perſonæ reddere compellatur: &, ſi quidem militat, cingulum perdat: ſi vero clericus fuerit, a clero removeatur.

CAP. XXIX.

Ne clerici mulieres ſuperinductas in [28] propriis domibus habeant, epiſcopi vero nullas.

PResbyteris autem & diaconis, & ſubdiaconis, & omnibus in clero conſcriptis, non [29] habentibus uxores ſecundum ſacros canones, interdicimus etiam nos ſecundum ſanctarum regularum virtutem, mulierem aliquam in propria domo ſuperinductam [30] habere: tamen citra matrem, aut ſororem [31], aut filiam, aut alias perſonas quæ omnem ſuſpicionem [32] effugiunt. Si quis autem abſque hac obſervatione mulierem in ſua domo habet, quæ poteſt ei ſuſpicionem inferre, & ſemel & ſecundo a ſuo epiſcopo aut a ſuis clericis admonitus ne cum tali muliere habitaret, ejicere eam de ſua domo noluerit: aut accuſatore apparente approbetur inhoneſte cum muliere converſari: tunc epiſcopus ejus ſecundum eccleſiaſticos canones de clero eum amoveat, curiæ civitatis cujus clericus erat, tradendo. Epiſcopum [33] vero nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc cuſtodiens, epiſcopatu projiciatur, ipſe enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio.

CAP. XXX.

De Diaconiſſis [34].

DIaconiſſam vero nullo modo cum viro ex quo poteſt inhoneſtæ vitæ emergere ſuſpicio, habitare permittimus. Si vero hæc non obſervet: ſacerdos ſub quo ſubjacet, admoneat eam, ut omnibus modis talem virum ejiciat e ſua domo, ſi vero hoc diſtulerit agere, eccleſiaſtico miniſterio, & propriis [35] emolumentis alienata, monaſterio tradatur [36], & ibi omni ſuæ vitæ tempore degat: rebus [37] ejus, ſi quidem filios habeat, inter ſe & illos ſecundum numerum perſonarum dividendis: ut competentem ipſi mulieri partem monaſterium accipiens, eam alat, & regat. Si autem non habuerit filios, omnis ejus ſubſtantia inter monaſterium ubi mittitur, & eccleſiam [38] in qua prius erat conſtituta, æqua portione dividatur.

CAP. XXXI.

De his qui in eccleſia epiſcopo aut aliis clericis injuriam inferunt [39].

SI [40] quis, cum ſacra miniſteria celebrantur, in ſanctam eccleſiam ingrediens, epiſcopo aut clericis, aut miniſtris aliis eccleſiæ [41] injuriam aliquam inferat: jubemus hunc verbera ſuſtinere, & in exilium mitti. Si vero hæc ſacra [42] miniſteria conturbaverit, aut celebrare prohibuerit: capitaliter pu-

1 Cauſarum mere eccleſiaſticarum notio non pertinet ad judicem civilem. 2 Canonica cauſa, Jul. *hic n.* 462. negotium eccleſiaſticum, *ibid.* 3 De rebus dubiis in conciliis epiſcoporum emergentibus. Jul. *hic num.* 463. 4 Synodum obſerva ex metropolitano & epiſcopis ei ſubjectis. 5 Appellari poteſt a ſynodo provinciali ad patriarcham. 6 Forum epiſcopi obſerva. Epiſcopus conveniendus eſt apud metropolitanum, adde Jul. *hic n.* 464. 7 A metropolitano appellatur ad patriarcham.

8 Forum metropolitani nota. Metropolitanus conveniendus eſt apud ſuum Patriarcham. adde Jul. *hic num.* 465. 9 De epiſcopis ad judicem vocatis, Jul. *hic n.* 466. 10 Forum nota eorum, qui adminiſtrant venerabilia loca. Huc refer Jul. *hic n.* 467. 11 Adminiſtratores venerabilium locorum conveniendi apud ſuos epiſcopos. Atqui orphanotrophi non ſunt obnoxii reddendis rationibus, *Nov.* 131. *c.* 15. *l.* 32. *C. de epiſc.* vide quæ dixi ibid. 12 Μετὰ τὴν ἀπαίτησιν, poſt exactionem, Jul. *hic.* in exigendo. *Hal.*

13 Ab epiſcopo ad metropolitanum appellatur. 14 Appellatur a metropolitano ad patriarcham ſeu archiepiſcopum. 15 Heredes rationibus obnoxiorum, de iis reddendis etiam tenentur, adde Jul. *hic num.* 468. 16 Dic potius, ſi reperti fuerint Conſtantinopoli, ut ſit ſenſus, Epiſcopos & clericos (ſi lis nondum conteſtata eſt in provincia) Conſtantinopoli repertos ibi conveniri poſſe, adde Jul. *hic num.* 469. 17 Jul. *hic n.* 470. 18 Jul. *hic n.* 471. Apocriſarii, qui res agunt Eccleſiarum. *Nov.* 6. *c.* 2. reſponſales, viri reſponſarii *cap.* 42. J. v. *Nov.* 133. *c.* 2. 4. 5. Unde & iidem apocriſeωn cauſa exire ex monaſteriis poſſunt *l.* 29. *C. de epiſc.* & qui dicitur apocriſarius, *Nov.* 25. *c.* 1. *in fin.* reſponſarius nuncupatur a Juliano *ibid.* id eſt, dans reſponſum vice monaſterii *c.* 36. *infr.* ſeu monachorum *c.* 42. *infr. h. t.* ut & alias vice magiſtratus, *Nov.* 24. *c.* 4. & ita judicibus, monaſteriis, & epiſcopis fuerunt ſui apocriſiarii, de apocriſiariis adde *c. convenientibus* 1. *q.* 7. *c. ſignificaſti. de elect.* ubi apocriſarii fidei Apoſtolicæ legati, Suidas in voce διοτύσι@ ὃς ἐγίνετο ἐπὶ τῶν ἀποκρισμάτων, qui fuit a reſponſis ſeu divinis libellis, adde Petr. Greg. 49. *ſynt.* 5. *n.* 4. 19 *Nov.* 96. *c.* 2. 20 Epiſcopi officio legati fungi poſſunt: legati, inquam, vel pro ſua civitate vel pro ſuis eccleſiis, vel pro ordinando Epiſcopo, J. *h. t.* 21 Vid. *l.* 3. *ff. de judiciis.* 22 De executione religioſæ perſonæ, Jul. *hic num.* 42. 23 *Nov.* 134. *cap.* 9. 24 De ſportulis religioſæ perſonæ Jul. *hic num.* 473.

25 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sed hodie. C. de epiſc. & cler.* 26 De epiſcopis, pro rebus Eccleſiæ non conveniendis Jul. *hic n.* 474. 27 De his qui ſportulas exigunt ultra modum ſtatutum Jul. *hic n.* 475. 28 Jul. *hic num.* 475. Goth. Vid. *deciſ. Cur. Ultraject.* 58. *n.* 13. *& ſeq.* Adde *Novell.* 137. *cap.* 1. *in fin. & l.* 19. *C. de Epiſcop. & cleric.* Anſ. 29 Vid. *Novell.* 5. *cap.* 8. 30 Επείσακτον. 31 Vid. tamen *l.* 19 *C. de epiſc.* 32 Mater cum filiis, ſoror cum fratre, filia cum parente clerico (non Epiſcopo) citra ſuſpicionem poteſt habitare. 33 Epiſcopi cum ulla muliere vetantur hic habitare. Jul. *n.* 477. 34 Quæ ſcil. cum maſculis habitant, & de liberis earum Jul. *hic num.* 478. *Ecl.* 1. *c.* 42. 35 Quæ διάρια hic Græci appellant, Julianus, beneficia & ſalaria. 36 Diaconiſſas alias fuiſſe a monialibus, hinc deprehenditur, quod pœnæ nomine diaconiſſa in monaſterium detruditur. 37 Diaconiſſæ retinebant adminiſtrationem bonorum ſuorum.

38 Diaconiſſæ certo numero eccleſiis adſignabantur. 39 Si quis inter celebranda myſteria, miniſtris Dei injuriam fecerit. Jul. *hic n.* 475. 40 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sed novo jure. Cod. de epiſc. & cler.* 41 *l.* 10. *Cod. de epiſc. l.* 8. *C. de his qui ad eccleſias confugiunt.* 42 Αὐτὰ τὰ μυστήρια καὶ τὰς θείας λειτουργίας ταράξοι. *Scrimg.* Julianus videtur

niatur;

niatur: hoc ipso & [1] in litaniis [2], in quibus episcopi aut clerici reperiantur, custodiendo. Et si quidem injuriam solum fecerit, is verberibus exilioque tradatur. Si vero etiam litaniam [3] concusserit, capitale periculum sustinebit: & vindicare jubemus non solum civiles, sed etiam militares judices.

CAP. XXXII.

Ne laici [4] faciant litanias sine episcopo & clericis, & crucibus.

OMnibus autem laicis interdicimus litanias [5] facere sine sanctis episcopis, & qui sub eis sunt reverendissimis clericis. Qualis enim est litania [6], in qua sacerdotes non inveniuntur, & solennes orationes faciunt? Sed & ipsas honorandas [7] cruces (cum quibus & in litaniis ingrediuntur) non alibi, nisi in venerabilibus locis reponi: & si quando opus vocaverit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos qui consuete eas portare solent, & cum episcopo & clericis litanias celebrare: hoc custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca judicibus. Si quis autem in hoc capitulo præsentis nostræ legis virtutem aut transcenderit, aut non vindicaverit: prædictas pœnas patietur, monasteriorum & reverendissimorum monachorum dispositione.

CAP. XXXIII.

REliquum nobis est & de venerabilibus monasteriis & reverendissimis monachis formam dare. Illud igitur ante cætera dicendum &c.

Transcribitur hic in Græco totum primum caput Novellæ quintæ supra [8].

CAP. XXXIV.

Ut abbas non tam antiquitate quam bona existimatione censendus sit & eligendus.

JUbemus igitur, abbatem [9] aut archimandritam in unoquoque monasterio ordinari, non [10] omnino secundum gradum [11] monachorum: sed omnes [12] monachi melioris opinionis existentes eum eligant propositis sacrosanctis evangeliis: dicentes quia neque propter amicitiam, aut aliam quamlibet causam, sed scientes eum & fide [13] rectum, & vita castum, & gubernatione dignum, & qui possit monachorum disciplinam, & omnem monasterii statum utiliter custodire, eum elegerunt: & sanctissimum episcopum sub quo monasterium constitutum est, eum qui ita electus est, modis omnibus abbatem ordinare. Hæc autem omnia quæ a nobis disposita sunt pro ordinatione abbatum, valere præcipimus & [14] in venerabilibus fœminarum monasteriis & asceteriis.

CAP. XXXV.

De monachis non [15] statim vestiendis.

SI quis autem ad monasticam vitam venire voluerit: jubemus, si quidem notus est quia nulli fortunæ subjacet, abbas monasterii si perspexerit, schema ei præbeat. si vera non cognoscitur, aut cuilibet fortunæ subjaceat: intra tres [16] annos non accipere eum schema [17] monasticum: ut intra memoratum tempus experiatur [18] hujus hominis conversationem monasterii præsul. Et si intra triennium aliquis emerserit dicens aut servum, aut colonum, aut adscriptitium suum hunc esse, aut etiam tanquam fugientem agriculturam, aut quasi aliquid rapientem, aut propter aliquam culpam in monasterium eum ingressum: proprio domino hunc restitui cum rebus quas probatur in monasterium introduxisse: jurando [19] primum, quia [20] nihil patietur a suo domino percipiente. Si autem intra triennium nullus convenerit, aut inquietaverit, aut contra aliquam memoratarum personarum quæstionem fecerit, abbas monasterii post transcursionem triennalis temporis, si talem virum dignum judicaverit: tunc det ei schema, & nullus sit ei postea molestus propter fortunam, donec tamen deget in monasterio. Res autem quas in monasterium introduxisse videtur, illæsæ domino reddantur. Si quis autem memoratarum personarum reliquerit monasterium, & ad sæcularem venerit vitam, aut in civitatibus, aut in agris circumiens, propriæ fortunæ reddatur.

CAP. XXXVI.

Ut monachi in uno conclavi habitent [21].

IN omnibus autem monasteriis, quæ [22] cœnobia dicuntur, jubemus secundum canones monachos in uno habitaculo [23] omnes separatim dormire, ut mutuum alterutris testimonium castæ conversationis præbeant: nisi quidam tamen ex eis, aut propter longævam in monasterio conversationem quiete volentes vivere, aut senectutis atque corporis infirmitatis causa in remotis cellulis [24] intra monasterium constitutis degant: & hoc cum conscientia & voluntate Abbatis [25] fieri. Hæc omnia in monasteriis & asceteriis fœminarum servantibus, in nullo loco nostræ reipublicæ esse [26] monasteria permittimus aliter. Ubi autem monasterium invenitur, omnibus modis jubemus viros a fœminis separari, & fœminas quidem in quo sunt monasterio remanere: viros autem aliud monasterium sibimet facere. Si vero plura sunt monasteria, ut necesse non sit nova monasteria ædificare: locorum sanctissimus Episcopus monachos cum monachis, & fœminas cum fœminis separare [27], & in aliis monasteriis congregare procuret. quæcunque vero habentur communia, inter eos secundum competens eis jus dividere. Fœminis autem quemcunque ipsæ elegerint [28] sive presbyterum, sive diaconum, ad faciendum eis responsum [29], aut sanctam eis communionem portandam [30]: sanctissimus episcopus sub quo sunt, deputet, quem rectæ fidei, & vitæ bonæ esse cognoverit. Si vero qui ab eis electus est, non sit presbyter aut diaconus, dignum tamen eum hujusmodi ministerio episcopus judicaverit: ordinationem ei imponat, qui dignus esse videbitur, ut responsa (sicut dictum est) monasteriis distribuat: ita tamen, ut neque sic electus ad responsa fœminarum, in monasterio maneat.

CAP. XXXVII.

Conditionem nuptiarum vel liberorum non extare si quis monasterium ingrediatur.

SI quis sub [31] conditione nuptiarum sive liberorum, sive dotis causa, sive antenuptialis donationis donaverit sive reliquerit suis liberis, sive alii cuicunque personæ hereditatem, sive legatum, aut ab initio pure relinquens eis, oneret eos substitutione, aut restitutione, aut sub una prædictarum conditionum reliquerit, vel donaverit: substitutiones vero vel restitutiones eis fecerit, adjectis conditionibus quibuscunque ex iis quæ superius enumeratæ sunt: sancimus, si personæ talibus conditionibus subjectæ, sive masculi, sive fœminæ, monasteria ingrediantur, aut clerici, aut diaconissæ, aut ascetriæ fiant: tales conditiones [32] invalidas & pro non scriptis esse, hoc autem solatio & clerici & diaconissæ ecclesiarum fruantur, si usque ad suam vitam in his perseveraverint, ut res sub tali conditione donatas aut relictas, ad pia opera expendant aut relinquant. In personis enim quæ in monasterium vel asceterium ingrediuntur & relinquunt hujusmodi conversationem castam: monasterio aut asceterio ubi a principio ingrediuntur, res sub tali conditione donatas aut relictas, cum alia eorum substantia competere volumus. Si tamen in redemptionem [33] captivorum, aut egentium alimenta sub prædictis conditionibus substitutio aut restitutio fiat: ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus [34].

CAP. XXXVIII.

Ut qui monasteria ingrediuntur, se suaque [35] dedicent monasterio.

SI [36] qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, & intraverit monasterium: filiis non extantibus, monasterio quod ingreditur, res ejus competere [37] jubemus. Si vero talis persona filios habeat, & non antequam intret monasterium, de suis rebus fecerit dispositionem, & legitimam partem filiis deputaverit: etiam sic liceat ei postquam monasterium [38] ingreditur, suam facultatem in proprios dividere filios: ita tamen ut nulli filiorum suorum minuat [39] legitimam partem, quam vero non dederit filiis partem, monasterio competat. Si vero omnem substantiam inter filios dividere voluerit, propria sua persona filiis connumerata, unam sibi partem omnibus modis retineat, quæ debeat juri monasterii competere. Si vero in monasterio degens moriatur antequam inter filios suos proprias distribuat res, legitimam partem filii percipiant: reliqua vero substantiæ pars monasterio competat.

CAP. XXXIX.

Ut solutis sponsalibus per monasterii ingressum simplæ tantum arrhæ reddantur.

SPonsalibus [40] quoque secundum leges factis inter aliquos, sive sponsus monasterium ingrediatur, recipiat quæ pro sponsalibus arrharum nomine sunt data: sive sponsa monasticam vitam elegerit, illa solummodo reddat quæ similiter arrharum nomine accepit: pœna utrique parti concedenda.

CAP. XL.

Si vir aut uxor ingrediatur monasterium.

SI vero constante [41] adhuc matrimonio, aut vir solus, aut uxor sola intraverit monasterium, solvatur matrimonium, & citra repudium, postquam tamen persona pergens ad monasterium schema, perceperit. Et si quidem vir elegerit monasticam vitam, restituat prius mulieri dotem, & si quid aliud ab ea receperit, & super hoc ex nuptiali donatione tantam partem quanta ex morte viri competebat mulieri, secundum pactum dotalibus instrumentis insertum. Si vero mulier fuerit monasterium ingressa, simili modo retineat vir nuptialem donationem [42], & casum dotis ex morte mulieris placitum: reliquum vero dotis mulieri restitui præcipimus, & si quid aliud ex rebus mulieris apud eum inveniatur. Ambobus autem monasticam vitam eligentibus, jubemus vacantibus dotalibus placitis, virum retinere donationem antenuptialem, & mulierem propriam accipere dotem, & quicquid aliud viro dedisse probetur: ut unusquisque citra damnum suis fruatur rebus: nisi forte sponsus sponsæ, aut sponsa sponso, aut maritus uxori, aut uxor marito aliquid donare aut cedere voluerit: quoniam neque ex pactis nuptialibus viro aut mulieri lucrari aliquid conceditur.

CAP. XLI.

Ne liceat parentibus exheredare filios qui ingrediuntur monasteria, velut ingratos.

NUllam vero licentiam damus aut parentibus filios aut filiis parentes, se-

legisse αὐτὰ τὰ εὐκτήρια καὶ λειτουργίας, dum vertit, *sed si ipsa sancta oratoria.* 1 Argumentum a perturbatore mysterii sacri, ad eum, qui litanias perturbat. 2 Litaniæ, supplicationes. 3 Λιτήν. 4 Λιτάς. *Scrimg.* quas *Nov.* 67. vocat δημοσίαν πρόοδον, *une procession publique.* 5 De litaniis laicorum Jul. *hic n.* 480. 6 Litaniæ sine sacerdotibus non fiebant. In iisdem fiebant orationes & cruces præferebantur, *ut hic*, nocte & die celebratæ *l.* 3. §. 1. *C. de hæreticis.* 7 Vide quæ scripsi ad Novellam Leonis 72.

8 Jul. etiam hoc caput ignorat. 9 Τὸν ἀββᾶν ἢ τὸν ἀρχιμανδρίτην. *Scr.* ἡγούμενον vocat *Ecl.* 4. *tit.* 1. *c.* 2. 10 Jul. *hic n.* 481. 4. *Ecl.* 1. *c.* 1. 11 Οὐ κατὰ βαθμόν. id est, non ejus, qui ordine primus, secundus, tertius, & sic deinceps: sed qui optimus. 12 Abbates eligebantur a monachis. 13 Abbatis dotes. 14 Ut sc. Abbatissæ eligantur a monialibus. 15 *Nov.* 5. *c.* 2. Jul. *hic n.* 483. 4. *Ecl.* 1. *c.* 3. 16 *d. c.* 2. *d. c.* 3. 17 Schema seu habitum monachi observa: erant autem diversi a laicis habitu: diversi, inquam, veste & tonsura. *Novell.* 5. *c.* 2. *in pr.* 18 Triennium præfinitum probandis iis, qui ad monachismum affectant. 19 Λόγον λαμβάνοντα *Græci hic, luy ayant baillé la parole.* vide *Nov.* 5. *c.* 2. §. 1. 20 *Novell.* 5. *c.* 2. *Novell.* 17. *c.* 14. *l.* 6. §. 5. *C. de his qui ad eccl. confug.* 21 Hoc verbo intelligunt Græci τὸ οἰκεῖν, τὸ καθεύδειν, τὸ τρέφεσθαι. 4. *Ecl.* 8. *c.* 4. adde Jul. *hic num.* 483. 22 Monasteriorum videntur quædam fuisse, non κοινόβια, in quibus in communione non vivebatur. 23 Οἴκῳ. *Nov.* 5. *c.* 3. 24 Κελλίοις. adde 4. *Ecl.* 1. *c.* 18. de cellulis monachorum dicam ad *Novell.* 133. *c.* 1. 25 Τοῦ ἡγουμένου. *Scrimg.* Egumeni Jul. *hic.*

26 Ita Græci legunt, κατ' οὐδένα δὲ τόπον τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ μοναχοὺς καὶ μοναστρίας οἰκεῖν ἢ τὰ λεγόμενα διπλᾶ εἶναι μοναστήρια συγχωροῦμεν. *Scrimg.* id est, In nullo nostræ reipublicæ loco concedimus, ut in uno monasterio monachi sint, & monastriæ habitent: & ut appellantur, duplicia sint monasteria. *Hal.* sed nec ea quæ duplicia vocantur. Julian. *hic.* Id etiam constitutum fuit Nicena synodo 2. *c.* 20. & epistola quadam Cypriani. adde *l.* 44. *C. de episc.* 27 Jul. *hic n.* 484. 28 Monastriæ sibi eligebant unum diaconum vel presbyterum, quo utebantur diribitore sacræ communionis, & ad responsa. 29 Εἰς τὸ ποιεῖν αὐταῖς τὰς ἀποκρίσεις. *d. l.* 44. aproctisiarium intelligit Julian. *hic.* de quo dixi ad *c.* 25. §. *hic.*

30 Αὐταῖς ἁγίαν κοινωνίαν φέρειν. *Scrimg.* videtur ergo communio sacra interdum ad communicaturos deportata. 31 Hinc sumpta est Authentica, *Nisi. Cod. ad SC. Trebell.* adde Jul. *hic n.* 485. 4. *Ecl.* 1. *c.* 5. 32 Conditio legati, institutionis, donationis ita factæ, *Si sine liberis decesserit*, vel, *Si nuptias non contraxerit*, sacerdotio vel clericatu impletur aut potius remittitur. 33 *l.* 49. *C. de episc.* 34 Jul. *hic n.* 486. 35 Alaudia scil. *ut hic*, *&* *Novell.* 76. Quid feuda? vide 2. *Feudorum* 21. 36 Hinc sumpta est Authentica, *Si qua. C. de sacr. eccl.* 37 Ipso scilicet ingressu *Nov.* 5. *c.* 5. 38 Parens etiam post ingressum monasterii, testari potest & hereditatem dividere inter filios. adde quæ dicam ad *Novell. Leonis* 5. 39 Parens, quantumvis monasterium ingressus legitimam tamen cogitur liberis relinquere. 40 Jul. *hic n.* 487. *&* 4. *Eclog.* 1. *c.* 8. *ad* 11. 41 Jul. *hic num.* 488. 42 Vide Roland. a Valle *de lucro dotis quæst.* 95. Boër. *decis.* 2. *num.* 39. Jas.

cularem

cularem vitam sectantes, & relinquentes, velut ingratos [1] a sua excludere hereditate, monasterium aut monasticam vitam subsequutos. Interdicimus autem parentibus filios suos monasticam vitam eligentes, ex venerabilibus monasteriis abstrahere. [2]

CAP. XLII.

De monacho monasterium deserente.

SI monachus reliquerit suum monasterium, & in aliud [3] ingrediatur: quascunque res tempore, quo monasterium dereliquerit, habere videbitur: proprio monasterio in quod ab initio ingressus est, eas competere jubemus. Providere autem sanctiss. locorum episcopos, ut neque monachi neque monachæ circumeant [4] civitates, sed si quod necessarium responsum habuerint, per proprios responsarios [5] hoc agant in suis manentes monasteriis. Si monachus reliquerit [6] monasterium, & ad secularem vitam migraverit: hunc militia, & honore, si quem habet, prius spoliatum, ab episcopo locorum & provinciæ judice in monasterium mitti, & res quas postea habuisse probatus fuerit, monasterio, in quod mittitur, competere. Si vero rursus reliquerit monasterium: tunc eum judex provinciæ in qua inventus fuerit, teneat, & subdito sibi officio commoneat [7].

CAP. XLIII.

De raptoribus sanctimonialium.

SI quis rapuerit [8] aut solicitaverit, aut corruperit ascetriam, aut diaconissam, aut monastriam, aut quamlibet aliam fœminam venerabilem habitum habentem, hujus res ex talis sceleris participio jubemus venerabili loco in quo talis fœmina habitat, per locorum sanctissimos episcopos & œconomos eorum, nec non etiam cujuslibet provinciæ judices & eorum officia vindicari. Eos autem qui talia deliquerint, & participes eorum sceleris fuerint, capitale [9] periculum sustinere: talem vero mulierem ubicunque est, cum propriis rebus in monasterio recondi, in quo cautius custodiri possit, ut non rursus in eodem crimine reperiatur. Si vero diaconissa fuerit, & filios habuerit legitimos: legitimam partem dari filiis. Si autem intra unum annum postquam cognoscitur tale facinus commisisse, tales res juri venerabilium domorum non vindicentur: jubemus omnibus modis comitem [10] privatarum fisco nostro has assignare, locorum judice qui neglexerit easdem res vindicare, cingulo privando, & mulctam quinque librarum auri a comite privatarum exigendo.

CAP. XLIV.

Ne liceat laicis & scenicis uti monachi schemate.

OMnibus itaque generaliter in seculari vita conversantibus, & maxime theatralia [11] exercentibus viris ac mulieribus, nec non & prostantibus interdicimus uti [12] schemate monachi, aut monastriæ, aut ascetriæ, aut cujuscunque personæ hujusmodi imitari schema: scientibus universis præsumentibus aut uti tali schemate, aut imitari, aut illudere in quacunque ecclesiastica disciplina: quia & corporalia supplicia sustinebunt, & exilio tradentur: providentibus huic rei non solum locorum episcopis, & qui sub eis sunt clericis, sed etiam militaribus civilibusque judicibus, & quæ sub eis sunt officiis, & locorum defensoribus. Pœnas autem præsenti legi insertas, quæ etiam ex prioribus legibus sunt notæ, non solum in futuris, sed etiam in præcedentibus casibus seu delictis valere, & omnibus modis vindicari sancimus. Per præsentem enim legem nuper dispositas videlicet pœnas in solis futuris temporibus servari jubemus.

EPILOGUS.

† Tua igitur gloria, quæ per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, per omnia custodiri provideat. Dat. Kalend. Maji, *Constantinop.* JUSTIN. PP. Aug. BASIL. [13] V. C. CONS. missa Petro præfecto prætorio.

TIT. VII.

UT LITIGANTES [14] JURENT IN EXORDIO LITIS, QUIA NEQUE PROMISERUNT DARE JUDICIBUS, NEQUE DABUNT: ET DE SPORTULIS [15], ET UT QUÆ JUBENTUR, REFERENDARII COMPLEANT, ET NON MISCEANT SEMETIPSOS CAUSÆ, ET PER SE EXEQUANTUR.

NOVELLA CONSTIT. CXXIV.

Imp. Just. Aug. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

PRæsentem legem proferimus, ut & judicum puritas appareat, & non valeat litigantium suffragium circumvenire leges.

CAP. I.

JUbemus [16] igitur, quoties apud quoscunque judicantes [17] aut administratores, lites aut appellationes examinantur: præ omnibus principales [18] litigantium personas, aut illos ad quos in medium negotium forte migraverit, in præsentia judicum tangentes sancta evangelia, jurare [19], quod nihil penitus judicibus, aut patrocinii [20] causa ipsis vel alii cuicunque personæ pro hac causa quolibet modo dederunt, aut promiserunt, aut postea dabunt vel per se, vel per aliam quamcunque mediam personam: exceptis iis quæ propriis advocatis pro patrocinio [21] præstant, aliisque personis quibus nostræ leges dari disposuerunt. Hæc autem servari præcipimus & in sacro nostro consistorio, quando consultationes intromittuntur, ut sub præsentia sacri senatus memorata sacramenta præstentur. Si autem (ut contingit) aliqui litigantium nequeunt ad judices venire, tunc jubemus præsentes quidem jurare prædictum jusjurandum: ad absentes [22] autem dirigi ex officiis ministrantibus aliquos cum adversa parte, ut eis præsentibus memorata sacramenta similiter præbeantur. Si vero mulier fuerit, quæ propter honestatem vitæ extraneis viris se monstrare non consuevit: tunc & absente adversario, ex officio missos memorata suscipere sacramenta. Si autem abesse partes in aliis locis contingat [23], aut unam earum: præcipimus absentem in provincia in qua degit, jusjurandum modo a nobis dicto sub gestis monumentorum apud judicem provinciæ, aut apud locorum defensorem præbere. Illo videlicet generaliter observando, ut si quis litigantium absens vel præsens hujusmodi jusjurandum præbere noluerit, & hoc manifestetur judici: per sententiam ejus actor quidem casum actionis, reus autem condemnationem sustineat.

CAP. II.

Si pœnitentia ductus litigator personam, cui aliquid dedit, proferat.

SI [24] quis autem ex litigatoribus dixerit se dedisse alicui aut promisisse, & personam declaraverit, & hoc probaverit: ipse quidem in eventu litis veniam mereatur: qui vero accepit, aut promissionem suscepit, aut ei probetur: si quidem pecuniaria sit causa, quicquid datur, triplum [25]: quod vero promittitur, duplum a comite rerum privatarum exigatur, & dignitatem seu cingulum quod habet, in utroque casu amittat. Si autem criminalis sit accusatio, confiscationem propriæ substantiæ patiatur, & mittatur in exilium, qui propter acceptionem alienum crimen in se transponi festinavit. Si autem datum aut promissum litigator probare nequiverit: juret persona, quæ datum aut promissum dicitur suscepisse, quia neque per se, neque per aliam personam aut accepit aut promissionem habuit: & hoc præbito sacramento, ipse quidem liber sit, litigator autem qui non potuit ostendere, in pecuniariis quidem causis æstimationem litis a comite rerum privatarum exigatur: lite quippe eventum proprium sustinente. in criminalibus autem causis confiscationem suarum rerum sustineat, & causæ apud competentes judices secundum ordinem legum terminentur. Si autem a litigatore manifestetur persona, quæ memoratum refutaverit jusjurandum, tam in criminalibus quam in pecuniariis causis, memoratis subjaceat pœnis. Si quis autem litigantium juraverit non dedisse, aut non promisisse, intra decem [26] vero menses post prolatam sententiam numerandos ostendatur dedisse: memoratæ pœnæ & contra dantes [27] & contra accipientes habeant locum. In causis autem quæ per tutores aut curatores aguntur, sacramenta [28] quidem tutores aut curatores præstent. Si qua vero memoratarum pœnarum locum habuerit per talia sacramenta, hanc tutores aut curatores sustineant, nullo [29] ex hoc præjudicio generando iis, qui sub tutela aut cura esse noscuntur.

CAP. III.

De [30] illicitis sportulis prohibendis.

ET hoc quoque præcipimus ab omnibus judicibus tam militaribus [31] quam civilibus in omni loco nostræ reipublicæ custodiri, ut neque magisterianis, neque præfectianis, neque alii cuicunque executori concedant aliquid amplius a quacunque persona sportularum nomine percipere quam nostris legibus declaratum est, nec si sacram nostræ tranquillitatis proferant jussionem. Sed si quidem invenerint aliquid amplius exigentem: licentiam habeant & comprehendere hunc, & includere, & quadruplum exigere quod plus acceperit: ut simplum quidem damnum passo reddatur, triplum vero inferatur ærario. Si autem civilis aut militaris judex sive interpelletur, seu quolibet modo neglexerit læsum (sicut diximus) vindicare: ex sua substantia quadruplum secundum prædictum exigetur modum. Ipsam vero pœnam exigi jubemus per comitem [32] nostrarum rerum privatarum. Et competentes judices si cognoverint aliquos ex suis officiis executores sportularum nomine contra nostras leges aliquid exigere: & hoc neglexerint vindicare, damus licentiam exactis nihil amplius exigentibus quam ex nostra constitutione definitum est, dare: & si quid amplius exigere eos voluerint, licentiam habeat eis resistendi [33].

CAP. IV.

Ne judex [34] aliquos ad transigendum compellat.

QUia vero lex tam piæ memoriæ patris nostri, quam etiam nostræ [35] tranquillitatis disposuit nullo modo judices suis sententiis inscribere, tanquam ex imperiali verbo ex non scripto procedente jussum sit aliquos adhiberi, aut præsentari, sed etiam spectabiles referendarios nostras jussiones secundum quod competit, facere manifestas, easdem leges firmantes, jubemus spectabiles referendarios [36], in causis quas docent, seu referunt ad nostram tranquillitatem, nullam [37] habere licentiam eos, aut adjutores eorum, vel

---

conf. 135. *vol.* 1. Nicol. vand. Hoog. *sing.* 7. *n.* 7. Ans. 1 Monachi non possunt exheredari, quamvis dum laici essent, in causam ingratitudinis inciderint. *l.* 55. 56. §. 1. *C. de episcop.* forte militum exemplo, jure namque antiquo non potuerunt exheredari, *l.* 26. *ff. de lib.* ut certissimum sit monachum non posse exheredari ex causa ingratitudinis, quæ monachismum antecesserit. vide Cujac. 12. *observ.* 26. *in fin.* quod & a Gratiano relatum 19. *quæst.* 3. *c. ult.* 23. *q. c. non licet.* Idem omnino extat apud Harmenop. 5. *tit.* 9. *in fin.* Atque ita fallitur Accurs. *Nov.* 5. & Alciat. 4. *parerg.* 23. negans hoc jure civili constitutum. His adde quæ scripsi ad *l.* 56. §. 1. *C. de episc.* Idem adversus Alciatum tenet Emanuel a Costa *in repetitione l. Gallus Aquilius* 29. §. *& quid si tantum* 5. *num.* 195. 196. 197. 198. *ff. de lib. & posth.* Et ita monachismo deletur ingratitudo erga parentes: & e contrario. 2 *d. l.* 56. §. 1. Jul. *hic n.* 490. 3 *Novell.* 5. *c.* 4. Jul. *hic num.* 491. 4. *Ecl.* 1. *c.* 13. 4 Vide Jul. *hic num.* 492. 5 Διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων. *Scrimg.* per apocrisiarios. Jul. *hic.* 6 Jul. *n.* 493. *Ecl. c.* 15. 7 Videtur legendum, *connumeret.* Nam hic Græci legunt, συναριθμάτω ut pœna desertoris, de qua *Nov.* 5. *c.* 2. sit & in secundo desertore. 8 Jul. *hic n.* 494. 9 Stuprum vel incestum cum moniali pœna capitis puniri hinc colligunt. vide Clar. 3. *sent.* 5. §. *fornicatio*, *vers. cum moniali.* & tamen idem *ibid. vers. cum presbytero.* sentit mulieri non esse sacrilegium aut capitale, si cum presbytero rem habuerit. 10 Vide *tit. C. de off. comm. rer. privat.* 11 Τοῖς τὰ σκηνικὰ μεταχειριζομένοις. *Scrimg.* & 4. *Ecl.* 1. *cap.* 17. adde Jul. *num.* 495. 12 *l.* 4. *C. de episcop. aud. l.* 9. *ff. de injur.* & *d. c.* 17. Jul. *hic.* 13 Id est, anno 541. 14 Jul. *const.* 122. de litigatoribus *Index Reginæ.* περὶ τῶν δικαζομένων Græci hic. 15 Huc refer c. 9. 16 Hinc sumpta est Authent. *Principales, C. de jurejur. propter calumn.* 17 Quinimo & hoc in consistorio Principis fit. *infr. hic.* 18 Id est, ante omnia. 19 Vide Plin. 5. *epist.* 7. *Eclog.* 307. *tit.* 4. *cap.* 6. 20 Προστασίας χάριν. 21 Id est, exceptis honorariis advocatorum. 22 Id est, qui in forum non venerunt. 23 Mittitur nonnunquam ad domum litigatoris, ut juret, vid. *l.* 15. *ff. de jurejur. propter calum. vide Nov.* 123. *c.* 7. 24 Hinc sumpta est Authentica, *Novo jur. C. de pœn. judicis qui male judicavit.* 25 Pœnam judicum observa, qui quid judicandi causa accipiunt. 26 Ἐντὸς δὲ τεσσάρων μηνῶν. *Scrimg.* intra 4. menses, vid. Cujac. *c.* 6. *de præscript. in fin.* 27 Dantes & accipientes æque puniuntur. *l.* 31. *C. de episcop.* 28 Tutores & curatores jurare possunt pupillorum & adolescentum nomine *l.* 2. §. 1. *C. de jurejur. propter calum.* Jurant autem de calumnia, de non data pecunia judicibus, id est, de conscientia sua. Possuntne pupillorum nomine jurare in litem? possunt, vid. *l.* 4. *ff. de in litem jur.* 29 Pejeratio tutoris aut curatoris, non nocet pupillo vel adolescenti. 30 Ut inhibeant judices supra dictum modum sportulas exigi. Jul. *c.* 529. 31 7. *Ecl.* 4. *c.* 6. §. 4. Jul. *hic n.* 529. 32 Vide *tit. Cod. de off. com. rer. privat.* 33 Executori injusto licet resistere. adde Jul. *hic n.* 530. adde *Nov.* 8. 17. 86. 34 Referendarius scil. *infr. hic.* 35 *l.* 2. *C. de mandatis principum.* 36 Jul. *hic n.* 532. 37 Referendarii munus est, referre desideria supplicantium ad Principem, & inferre judicibus sacram jussionem, non immiscere se causis, multo minus prehendere, satisdationem exigere, adigere eos ad pactionem aut transactionem aliquam: si ita est, Referendariis similes erunt (quos Galli vocant, *Maistres des requestes de l'hostel du Roy*) huc refer *Nov.* 10. *quæ est de referendar. Palat. Novell.* 113. *c.* 1.

per se, vel per aliam quamcunque personam tenere aliquem, aut sub fidejussoribus facere, aut aliquid exigere, aut cogere transactiones, aut pacta quædam cum suis adversariis exponere, aut quolibet modo in quacunque causa se permiscere. Nihil enim aliud facere eos concedimus, nisi solas nostras jussiones in quocunque negotio, aut ex scripto aut non scripto prolatas, competentibus aut deputatis insinuare judicibus. Si quid autem præsenti legi contrarium aliquis eorum præsumpserit agere: is quidem qui damnum aliquod aut circumventionem in suis rebus pertulerit, nullum præjudicium penitus circa jus proprium sustinebit. Qui vero tale aliquid egerit, ex sua substantia damnum læsæ personæ delatum, per competentem judicem restituere compelletur: & super hoc cinguli & dignitatis sustinebit amissionem. Hæc autem omnia jubemus non solum in futuris causis, sed etiam in his quæ jam inchoatæ, nondum tamen sunt terminatæ, servari.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia præsentem legem in perpetuum valituram edictis solemnibus in regia civitate propositis, ad omnium notitiam venire procuret: ut omnes agnoscant quæ pro communi eorum beneficio a nobis disposita sunt. Datum * BASILIO [1] CONS.

TIT. VIII.

UT JUDICES [2] NON EXPECTENT SACRAS JUSSIONES, SED QUÆ VIDENTUR EIS DECERNANT.

NOVELLA CONSTIT. CXXV.

Imper. Justin. August. Gabrieli gloriosiss. prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

Quoniam quidam judicantium, post multa litis certamina, & plurima a litigantibus facta dispendia in negotiis apud eos motis, suggestionibus utuntur ad nostram tranquillitatem: præsenti generali lege hoc perspeximus emendare, ne dilationes negotiis ex hoc fiant, & aliud rursus principium examinationis accipiant.

CAP. I.

Jubemus [3] igitur nulli [4] judicantium quolibet modo vel tempore pro causis apud se propositis nuntiare ad nostram tranquillitatem, sed examinare perfecte causam: & quod iis justum legitimumque videtur decernere: & si quidem partes cessaverint in iis, quæ decreta sunt, executioni tradi sententiam secundum legum virtutem. Si autem aliquis putaverit ex prolata novissima sententia se læsum, appellatione utatur legitima: & hoc secundum ordinem legibus definitum examinetur, & perfectum suscipiat terminum. Si autem duo vel amplius fuerint cognitores litis, & aliqua inter eos emergat dissonantia: etiam sic jubemus unumquemque eorum secundum quod videtur ei, dare suam sententiam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur per præsentem legem in perpetuum valituram nostra tranquillitas definivit, tam tua celsitudo, quam omnes alii judices majores & minores custodire festinent: ut nullus penitus ignoret, quæ pro utilitate nostrorum collatorum a nobis disposita sunt: ita tamen, ut universis interdicatis proprio præcepto, quatenus sine ullo injusto dispendio nostris collatoribus insinuatio legis præsentis fiat. Dat. Id. Octobr. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. August. BASILIO [5] V. C. CONS.

TIT. IX.

EXEMPLUM [6] SACRÆ [7] FORMÆ DE APPELLATIONIBUS [8].

NOVELLA CONSTIT. CXXVI.

Imperator Justinianus Augustus Petro gloriosissimo prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

Manifeste Theodosius & Valentinianus sacratissimi principes lege [9] expresserunt, ut causas appellationum quæstor sacri palatii una cum præfecto Orientalium prætoriorum, qui pro tempore thronum regat excellentiæ tuæ, secundum formam [10] sacrarum consultationum examinaret. Invenimus autem in hujusmodi examinationibus aliquid evenire, quod & reipubl. & nostro indignum sit imperio. Litigatores enim & procuratores, & horum advocati, & omnes, qui in hujusmodi causis ministerium suum adhibent, quasi nobis ipsis præsidentibus & audientiam præbentibus, tam veste [11], quam calceamentis [12], & verbis [13] apud nostros magistratus utuntur, quibus solummodo uti convenit eos qui ad majestatem ingrediuntur Imperatoriam. Quin & ipsi judices non ex propria persona, sed quasi nobis ipsis præsentibus & interloquentibus, ita suas proferunt sententias.

CAP. I.

Quod de cætero in quocunque judicio fieri prohibemus, sancientes, ut sacri quidem nostri palatii pro tempore quæstor quidem una cum tua excellentia, sive pro tempore sacrorum prætoriorum præfecto hujusmodi causas examinet: non autem ex nostra, sed ex propriis personis interlocutorias proferant, & legibus cognitam edant sententiam: solitis videlicet scriniis in hujusmodi cognitionibus suum adhibentibus ministerium: scientibus quoque magistratibus, qui id genus causas dijudicant, quod si quid hæc contra quocunque modo de cætero delicti fuerit admissum, crimini perduellionis subjacebunt.

CAP. II.

In [14] omnibus præterea appellationibus hoc valere jubemus, ut quotiescunque appellatione interposita, intra præfinitum tempus utraque pars fatalem diem observaverit, absque omni dilatione judices tum acta causæ, tum judicata examinare studeant, & legi ac juri consentaneam depromere sententiam. Sin vero solus is qui provocavit fatali die ingressus fuerit: jubemus, ut judices sub extremum fatalem diem, si vel requisitus victor non inventus fuerit, examinatis actis causæ legitimum adsignent terminum. Si solus is qui victricem retulit sententiam, ingrediatur: qui vero provocavit, requisitus inventus non fuerit: præstolentur judices non solum ad extremum usque fatalem diem, sed etiam per tempus reparationis, hoc est, tres menses. Quod si ne tunc quidem inventus fuerit, qui provocavit, non amplius decursu temporis corroboretur sententia, sed vel una tantum parte præsente judices actitata in causa & judicata examinent. Et si quidem recte prolatam sententiam invenerint, eam confirment. Si quid in ea per negligentiam omissum est: id corrigant, & legitimam edant sententiam. Simulatque [15] vero semel appellationis causa intra eos dies, qui dilationis causa præfiniti sunt, sive ab utraque parte, sive ab una tantum introducta fuerit: non amplius biennii decursu firmitatem de cætero capiat sententia, sed attentis oculis veritate ac jure considerato, terminum hujusmodi causis legitimum adhibeant, sive una, sive utraque parte præsente. Ac propterea [16] jubemus, ut in hoc genere causarum non amplius, quemadmodum in præsentem usque diem obtinuit, in primam appellationem omnes cognitiones conferantur, sed unaquæque cognitio suum diem præscriptum habeat.

CAP. III.

Ad hæc sancimus, ut omnes judices appellationem quidem, quæ intra deputatos dies offertur, neque interdicta [17] est legibus, omnibus modis suscipiant [18]. Intra triginta vero dies quam oblata fuit appellatio, actitata [19] in causa cum propria [20] subscriptione præbeant litigatoribus, ut illi pro suo hæc auxilio competenti possint insinuare magistratui. Quod si quis judicum hoc facere supersederit: sententia quidem temporis decursu confirmabitur, ipse vero judex, qui ista non observavit, quique huic apparent, omne damnum, quod per causam non editorum actorum litigator sustinuerit, ex propriis facultatibus ei resarcire compellentur, & denarum librarum auri pœnam nostris inferendam rebus privatis persolvent.

EPILOGUS.

† Gloriosa igitur, & magnis rebus gerendis nata auctoritas tua præsentem legem & in regia urbe proponere studeto, *& alibi manifestam facere procurato*, ut omnes cognoscant, quid observare debeant.

TIT. X.

UT FRATRUM [21] FILII SUCCEDANT [22] PARITER AD [23] IMITATIONEM FRATRUM ETIAM ASCENDENTIBUS EXTANTIBUS. ET UT MULIERES NON INSINUATA [24] ANTENUPTIALI DONATIONE NON LÆDANTUR: NON INSINUANS AUTEM VIR, VEL SI COMPETAT NUPTIALE LUCRUM, EO NON FRUATUR. ET RURSUS UT MULIERES NON SECUNDO NUBENTES, DOMINÆ SINT PARTIS SPONSALITIÆ LARGITATIS, QUANTUM [25] PARS FACIT UNIUS FILII. ET UT SIMILES SINT POENÆ UTRIUSQUE SEXUS, DUM SINE [26] CAUSA RATIONABILI REPUDIUM MITTITUR.

NOVELLA CONSTIT. CXXVII.

Idem August. Basso præfecto prætoriorum.

PRÆFATIO.

Nostras leges emendare [27] nos non piget, ubique utilitatem subjectis invenire volentes. Meminimus igitur scripsisse legem [28], per quam jussimus, ut si quis moriatur relinquens fratres, & alterius fratris filios præmortui: ad similitudinem fratrum, & præmortui fratris filii [29] ad hereditatem vocentur, paternum adingredientes gradum, & illius ferentes portionem. Si vero moriens relinquat ascendentium aliquos, & fratres ex utrisque parentibus conjunctos sibi, & filios ex præmortuo fratre: fratres quidem jussimus per ipsam legem cum parentibus vocari: fratris vero filios exclusimus.

CAP. I.

Ut fratrum filii succedant etiam ascendentibus primi gradus extantibus.

Hoc [30] itaque juste corrigentes [31], sancimus, ut si quis moriens relinquat ascendentium aliquem, & fratres qui possint cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios: cum ascendentibus & fratribus vocentur etiam præmortui fratris filii: & tantam accipiant portionem, quantam eorum

1 Id est, anno 541.

2 Ut judices nulla relatione utantur ad Principem, Jul. *const.* 112. de Judicibus. *Index Reginæ.* Goth. Vid. Rittershus. *expos. nov. part.* 9. *cap.* 7. Ans. 3 Hinc sumpta est Authentica, *Novo jure. C. de relat.* 4 Hac Novella tolluntur relationes judicum, quæ superioribus comprobatæ sunt. *Novell.* 82. *c.* 14. *Novell.* 113. *c.* 1. *Nov.* 115. 5 Id est, anno 541.

6 Græci ἴσον appellant. 7 Julianus hanc hujus Novell. inscriptionem habet. Quomodo sacrum auditorium celebrari oportet, & post *cap.* 42. *de appellationibus.* Goth. Vid. ad hanc Nov. Rittershus. *in exposit. Nov. part.* 10. *cap.* 6. Ans. 8 Vid. Jul. *constit.* 113. adde *Novell.* 20. & 23. *c.* 2. 9 *l.* 52. *C. de appell.* 10 Id est, servata forma & observatione, & iisdem temporibus, quibus in sacro consistorio lites finiuntur. 11 Id est, vestitu eodem omnes utebantur, quo tantum apud principem uti licet. 12 Id est, *campagis*, ut Julianus interpres ait, qua voce utuntur Capitolinus & Pollio, pro calceamento regio, de qua re vide hic Cujacium, & Petrum Pithœum *adversar.* 16. ubi etiam monet, legi *Compaces.* his adde quæ scripsi de calceis senatorum ad *l.* 100. *ff. de verb. sign.* mullei dicebantur, quibus primi reges Albanorum utebantur. Festus *in mulleos:* Cæterum ut de Campagis hoc addam, vox Campagi in Decretis reperitur apud Greg. *epist. ad Joannem Syracusanum in can. provenit & can. Illud distinct.* 93. ubi vetat, diaconos absque Apostolica licentia uti compagis & mappulis. 13 Præfecti prætorio & quæstores ita pronunciabant, *Nostra serenitas, nostra pietas, nostra mansuetudo.* & advocati iisdem vocibus ad eos utebantur. Julian. *const.* 113. Qui mos hodie nimis in usu promiscuo, his appellationibus repertis, *Altesse, Excellence, Grace*, & similibus. 14 Vid. Julian. *num.* 422. 9. *Ecl.* 1. *ex tit.* 2. *c.* 13. 15 *Eclog. dict. loco cap.* 12. 16 Vide Cujac. 18. *obs.* 36. 17 Jul. *hic n.* 422. 18 *Nov.* 82. *c.* 13. 19 *Nov.* 134. *c.* 3. *l.* 34. *Cod. de appell.* 20 Cum sua relatione. *l.* 24. *C. de appellat.* Subscriptiones non erant nudæ nominis appositiones: sed qui subscribebant, adnotabant, cui rei subscriberent.

21 De successione, quæ ab intestato defertur fratribus & parentibus & filiis fratrum, Jul. *const.* 114. 22 *Et ita abrogatur lex* 3. *l.* 14. *in fin. C. de legitimis.* 23 *c.* 1. *infr.* 24 *c.* 2. J. 25 *c.* 3. J. 26 *c.* 4. J. 27 Variare interdum Principi licet: sed tamen in melius. Goth. Vide in hanc Nov. Rittershus. *part.* 5. *cap.* 10. & *part.* 17. *c.* 17. Ans. 28 *Nov.* 118. 29 Hoc prohibitum erat *Nov.* 118. *cap.* 3. *vers. Si autem:* Quod tamen non extenditur ad præmortui fratris nepotes. *Auth. post fratres. Cod. de legit. hered.* Vide Gudelin. *de Jure Noviss. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 8. Ans. 30 Hinc sumpta est Authentica, *Cessante, C. de legit. heredibus.* 31 Cum parentibus & fratribus defuncti concurrunt ejusdem defuncti nepotes ex fratre vel sorore, quod postremum vetabat *Nov.* 118. *c.* 3. *versic. sed & ipsis*

futurus

futurus erat pater accipere si vixisset. Hoc vero sancimus de illis filiis fratris, quorum pater ex utroque parente jungebatur defuncto, & absolute dicimus: ordinem, quando cum solis vocantur fratribus, eundem eos habere jubemus, & quando cum fratribus vocantur aliqui ascendentium ad hereditatem, [hoc [1] jubentes ex Kal. Jan. præsentis indictionis undecimæ.]

CAP. II.

Quando donatio propter [2] nuptias insinuationi [3] subjaceat.

ILlud [4] quoque dignum correctione aliqua esse judicantes, partem hoc præsentis facimus legis: ex ipso enim rerum invenientes experimento, necessarium esse mulieribus, actis monumentorum antenuptiales donationes insinuari, ut [5] vel si principalia instrumenta [6] pereant, (quod facile est,) per monumenta matrimonii ejus probatio maneat: sancimus necessitatem habere viros ipsos, aut etiam qui pro eis antenuptiales donationes scribunt, si quingentorum [7] solidorum transcendit quantitatem, insinuare eam in actis monumentorum, in regia [8] quidem civitate apud [9] magistrum census: in provinciis autem apud uniuscujusque civitatis defensorem, aut apud quos omnino talia documenta confici possunt. Si vero non insinuent eas: quantum [10] quidem ad partem mulieris, etiam sic eas valere jubemus, & si tempus fiat exactionis, donationis, & partis ejus: non opponi mulieri non insinuatam fuisse donationem. Si vero dotalium pacta & horum eventus parti [11] viri concedunt actionem dotis, aut etiam ejus partis: nullam eum habere jubemus actionem, si non donationem insinuavit in actis monumentorum, sicut dictum est, viris enim habentibus potestatem insinuare donationes, pro non insinuatis periculum mulieribus imminere, ineptum nobis esse videtur.

CAP. III.

Ut mulier quæ ad secundas [12] non transit nuptias, tantum habeat, quantum unus filiorum.

QUia [13] vero mulieres ad secundas nuptias non venientes, portione aliqua dignas ultra eas quæ secundo nubunt esse putamus: si qua amisso viro, alterius abstineat nuptiis, habere quidem eam usum antenuptialis donationis, sicut prius sancimus: habere vero eam & proprietatis [14] tantum, quantum filiorum quantitas faciat: ut secundum proprietatis rationem unius & ipsa filii personam obtinere videatur. Hæc vero valere non in matribus solis jubemus, sed etiam in patribus, & aliis ascendentibus volumus, ad secundas nuptias non venientibus.

CAP. IV.

Matrimonium sine [15] causa dissolvendum non esse.

QUia vero interdiximus dudum per nostram legem & viris & mulieribus repudia mittere, & transigere matrimonia, (nisi tamen quædam sit causa nostræ legi cognita) & pœnas hoc facientibus & viris & mulieribus imposuimus: mutationem quandam circa pœnas viri ac mulieris facientes, & ad melius hoc transformantes, sancimus nullam esse differentiam quantum ad pœnam inter virum & mulierem hoc præsumentes: sed iisdem [16] pœnis quæ contra mulieres a nobis definitæ sunt, si sine causa nostræ legi cognita matrimonia distrahant, etiam viros subdi hoc præsumentes, & similes pœnas esse in viro, & in muliere. in delicto [17] enim æquali similes eis imminere pœnas justum esse putamus.

EPILOGUS.

† Præsentem igitur generalem legem nostram manifestam tua gloria faciat per edicta solennia & iis qui hanc maximam civitatem, & qui provincias habitant: ut nullus hominum quæ ad salutem communem sancita sunt a nobis, ignoret. Dat. 5. Kal. Sept. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XXII. [18] post Conf. BASILII V. C. Anno VII.

TIT. XI.

DE [19] COLLATORIBUS, ET ALIIS CAPITULIS.

NOVELLA CONSTIT. CXXVIII.

Imp. Just. Aug. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

CAP. I.

QUæcunque ad utilitatem nostrorum collatorum respiciunt, studentes adimplere, & hanc præsentem ponimus legem: per quam sancimus per Julium vel Augustum mensem uniuscujusque indictionis, particulares dispositiones collationum futuræ indictionis in foro uniuscujusque diœcesis gloriosissimorum nostrorum præfectorum sub confectione monumentorum manifestari: declarantes quantum unicuique provinciæ sive civitati pro unoquoque jugo [20], aut villis, aut centuriis [21], aut alio quolibet, tam in specie quam in auro, fiscalium causa imminet: indicantes quoque specierum æstimationem secundum mensuram in unoquoque loco tenentem, & quicquid ex his in arcam inferri, aut in unaquaque dari aut expendi oportet. Sic igitur compositas tales dispositiones provinciarum judicibus mox destinari in prœmiis [22] uniuscujusque indictionis, & per eos proponi in civitatibus sub eis constitutis intra Septembrem aut Octobrem menses. Sed & volumus exemplaria eorum ex foro gloriosissimorum præfectorum sine dilatione dari: ut collatores cognoscant quemadmodum debent collationem inferre. Si vero ante insinuationem in alios titulos, præter eos, qui continentur particulari dispositione anni, collatores fiscalia exolvant, aut in provincia expendant: jubemus eis in ejusdem indictionis collationes hoc reputari: ut nullum ipsi patiantur damnum. Si vero secundum a nobis definitum tempus non dirigantur hujusmodi particulares dispositiones: qui quidem per tempus gubernant nostrum prætorium, triginta librarum auri pœnam persolvant: uniuscujusque vero provinciæ contractæ quinque & viginti librarum auri pœnam exigantur. Si autem judex missus easdem particulares dispositiones, in provinciis non proposuerit, decem librarum auri pœna damnabitur, & spoliationem cinguli sustinebit: ejus quoque officium quinque libras auri exigetur.

CAP. II.

JUbemus vero specierum quidem illationem mox ex principiis [23] uniuscujusque indictionis incipere: argenti vero illationis titulum secundum definita tempora.

CAP. III. [24].

PRo fiscalibus autem collationibus desuscepta [25] sive securitates particulares aut plenarias [26], omnibus ab iis qui fiscalia suscipiunt, fieri definivimus, manifestantes & solidorum qualitatem [27], & specierum, necnon & jugorum [28], sive villarum, sive centuriarum [29] & nomina possessionum, pro quibus functiones suscipiunt. Si vero secundum prædictum modum desuscepta [30] sive securitates non fecerint: jubemus eos & pœnam x. librarum auri exigi, & tormentis subdi: similiter judicem provinciæ decem librarum auri exigi pœnam, si de hoc interpellatus non judicaverit, & compulerit desuscepta sive securitates secundum quem definivimus ordinem scribi.

CAP. IV.

HOc autem jubemus observari, si quis forsan collatorum dubitat [31] de possessione pro qua fiscalia exiguntur, aut pro qua fiscalium quantitate: omnibus modis fiscalium [32] descriptionum custodes cogi a provinciæ judice, aut illo negligente a locorum sanctissimo episcopo eas proferre & fiscalium ostendere quantitatem, & servitutem publicæ descriptionis exigi possessorem.

CAP. V.

ET in hoc quoque adjuvare nostros collatores perspeximus, ut non necessitas inferatur possessoribus [33] sub hypothecis decimationes nominare in auro collationis, ut non aliquam ex hoc ipsi patiantur læsionem, sed eos quibus in unaquaque provincia aut civitate periculum fiscalium exactionum imminet, sive [34] vindices [35] sint, sive curiales, sive exactores, aut canonicarii [36]: aut alii quidam: proprio periculo & suscipere pecunias & transmittere, & expendere in quibus deputatæ sunt utilitatibus.

CAP. VI.

ET hoc custodiri jubemus, canonicarium [37] talem in provinciam destinari, qui possit periculo ordinantium [38] eum exigere fiscalia tributa, & per nullam [39] occasionem impulsorem [40] post eum mitti, & damnum subjectis inferri impulsionis: & ipsum vocabulum [41] de cætero perimimus. Si vero non opportunus inveniatur canonicarius: non impulsor mittatur, sed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipsum quoque canonicarium contentum esse jubemus deputatis consuetudinibus [42], & nullam subjectis inferre læsionem.

CAP. VII. [43].

SIn autem aliquando contigerit superindictionem [44] cujuslibet possessionis conservæ [45] aut contributariæ fieri: ex illo tempore jubemus superindi-

fratrum filiis. 1 Inclusa desunt in Scrimgeri editione, leguntur autem apud Haloandrum. 2 Quid dos? nunquam insinuanda. *l. ult. C. de jure dot.* licet a veteribus nominata inter donationes *l. ult. §. 1. C. de donationibus ante nupt.* Et constitutionibus regni Galliæ, & dos, & omnes contractus insinuantur, ut falsitatis nulla sit occasio: longe melius, quam Leonis Novell. 50. quæ donationibus scriptis insinuationem remittit. 3 Intimationi. Julianus *hic, n.* 425. 4 Hinc sumpta est Authentica, *Eo decursum. Cod. de donationibus. ante nupt.* 5 Utilitas insinuationis. 6 *l. 6. in fin. l. 7. ff. de edendo.* 7 Quotæ quantitatis donationes insinuandæ sint. 8 Qua in urbe, seu quo in loco donationes propter nuptias insinuandæ. 9 Apud quem judicem donationes propter nuptias insinuandæ. 10 Insinuatio donationis propter nuptias valet ex parte uxoris: ex parte viri non valet, cum donatio non insinuata ei non pariat æquale lucrum ex dote in casum mortis uxoris, vel injusti repudii. 11 Et ita abrogatur *Nov.* 119. *c.* 1. quæ remittebat viro insinuationis necessitatem, abrogantur eodem modo leges aliæ, quæ volebant donationes propter nuptias omnimodo insinuandas, etiam ex parte mulieris, nisi donatio collata fuisset in matrem familias minorem vigintiquinque annis, vid. *l. 17. C. de donat. ante nupt.* 12 De his qui secundas contrahunt nuptias, Jul. *hic num.* 406. Goth. Adde *Novell.* 98. & Rittershus. *part. 5. cap.* 15. Ans. 13 Hinc sumpta est Authentica, *Si tamen. C. de secund. nupt.* 14 Abstinens secundis nuptiis donationis antenuptialis usu fruitur: in virilem vero proprietatis bonorum concurrit cum liberis mariti defuncti, adde *Novell.* 22. *c.* 30. & abrogatur ita *Novell.* 98. *c.* 1. quæ vult, ut proprietas propter nuptias donationis servetur filiis. Sed huic Novellæ derogatur per *Novellam Leonis* 22. 15 Jul. *num.* 427. 16 Pœna, quæ mulieribus, eadem maritis dissidium, ac divortium facientibus est imposita, abrogantur itaque leges, quæ gravioribus pœnis mulieres coërcebant, vide Julianum *hic n.* 427. hic enim uterque sine causa repudium mittens, in monasterium detruditur. adde *Nov.* 134. *c.* 11. vide Cujac. *ad Nov.* 22. *fol.* 76. 17 Paribus delictis, par imponenda est pœna. 18 Id est, anno 548. 19 De exactionibus sive delegationibus tributorum, Julianus *const.* 124. de exactione publicorum tributorum, *Index Reginæ:* περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀνύσεως καὶ καταβολῆς καὶ ἑτέρων κεφαλαίων. *Scrimg.* de publicis tributis exigendis, & solvendis neque non aliis capitulis. *Haloand.* 20 Ὑπὲρ ἑκάστου ἰύγου ἢ ἰουλίων ἢ κεντυρίων. *Scrimg. & c.* 3. *infr. hic*, ut *Nov.* 17. *in Basilicis*, ἰουλίων. ἰυγαλίων legit Cujac. *ad l. pen. C. ut nemini liceat in coemption.* ἰυγαλίων vocabulo intelligit ζυγοκέφαλα, id est, jugationem & capitationem simul, quam nonnulli præstant: aliis solam jugationem præstantibus. Goth. Vid. Rittershus. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 22. adde *Nov.* 17. 95. & 130. 21 Centenariis Jul. *hic:* Centuria *hic*, & *in l.* 1. *C. Theod. de annonis & tributis lib.* 11. ducenta jugera, Varro 4. *de lingua:* Siculus Flaccus *de cond. agr.* Hyginus *lib. de limitib.* hinc centuriatio apud eundem Flaccum. 22 Indictionum initia erant mense Septembri ut *infr. hic.* & *l. ult. C. de annonis & tributis. l.* 1. *C. de milit. veste.* 23 Id est, initio, ex ordine cujusque indictionis Jul. *hic num.* 543. 24 De apochis publicis Jul. *n.* 544. 25 Ἀποχὰς ἢ ἀμεριμνίας. 26 Πληναρίας. *Scrimg.* Plenariæ apochæ sunt totius debiti apochæ generales. Eodem forte sensu dicuntur in edicto de Alexandrinis *cap.* 23. §. 1. Gregorius plenariam minutionem dixit 4. *epist.* 27 *En quelle espece le payement a esté fait.* 28 Τῶν ἰύγων ἤτοι τῶν ἰουλίων. *Scrimg. hic ut supr. hic in pr.* 29 Dixi *supr. in pr.* 30 Ἀποχὰς ἤγουν ἀμεριμνίας. *Scrimg.* 31 Jul. *hic n.* 545. 32 Τῶν δημοσίων ἀπογραφῶν φυλακὰς. *Scrimg.* Id est, censuales. *Nov.* 17. *cap.* 8. 33 Sic legunt Græci, ὥστε μὴ ἀνάγκην ἐπάγεσθαι τοῖς κτήτορσιν ὑποδέκτας ὀνομάζειν τοὺς ἐν χρυσίῳ συντελεστάς. *Scrimg.* id est, ne qua possessoribus inducatur necessitas, ut aurariæ contributionis susceptores nominent. 34 Græci ita legunt, ἅτε ἄρχοντες ὦν, ἅτε πολιτευόμενοι, ἅτε ἐξάκτωρες, ἅτε βίνδικες, ἅτε κανονικάριοι, ἢ ἄλλοι τινές. *Scrimg.* 35 Vindices ab Anastasio creati Nicephor. 16. *c.* 44. ita dicti, quod iniquis exactionibus curialium essent oppositi, adempta curialibus exigendi facultate, ut Evagrius scribit, de quibus *Nov.* 38. *in pr.* & 134. *c.* 2. ubi plenius dicam de vindicibus. 36 Vid. *c.* 6. 37 Canonicarii Palatini mittuntur in provincias ex scrinio canonum ad exigendos solemnes titulos fiscales seu canones: mittuntur autem vel a comite domorum vel præposito sacri cubiculi *Novell.* 30. vel a comite privatarum, ut est in formula Cassiodori: Canonicarios dirige. Iidem scriniarii dicuntur. *Nov.* 134. *cap.* 2. 147. Novella Majoriani *de indulg. rel.* Canonicarios autoritate terribiles & in provincialium viscera & damna sævientes. *post.* Canonicariorum venalis improbitas. ut differant a vindicibus, vide quæ dicam ad *Novell.* 134. *cap.* 2. adde Cujac. *hic.* his adde Julian. *hic num.* 547. 38 Nominatorum. Jul. *d. loco.* 39 Et ita abrogatur lex ultima *Cod. de exact. trib.* 40 Ἐπιδιωκτήν. *Hal.* ἐξελαστήν. *Scrimg.* expelleutam. Jul. *hic.* expulsorem. *Agylæus.* 41 Impulsoris sc. seu compulsoris. 42 Solatiis. Jul. *hic.* 43 Quando steriles agri fertilibus imponuntur. Jul. *hic num.* 548. περὶ ἐπιβολῶν, quod onus fuisse τῶν ἐρήμων καὶ ἀπόρων χωρίων, & Justiniani tempore invaluisse scribit Suidas. qua de causa multæ constitutiones Justiniani novæ latæ sunt, ut 17. 166. 168. 44 Ἐπιβολὴν, ἐπιβολὴ, est superindictio, sive superindictum. *infr.* hic intelligitur fieri, quoties defecti agri onus fertili imponitur. 45 Οἱασδήποτε κτήσεως ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων. *Scrimg.* agri ὁμόδουλοι sunt in censum relati cum aliis, qui postea facti sunt deserti ὁμόκηνσοι, simul censiti quidem, sed quarum pars vendita est, ὁμοδούλων & ὁμοκήνσων agrorum onus pertinet ad fertilium agrorum possessores, & possessorem

ctum suscipientem exigi pro eo fiscalia [1] ex quo tradita est ei superindicta possessio. Non aliter autem superindictum [2] fieri: nisi ex rescripto de hoc examinatio fiat apud provinciæ judicem, & sententia ejus procedat, definiens eum qui debet superindictum suscipere. Si quis autem putaverit se lædi, liceat ei provocare: ut in foro gloriosiss. præfectorum appellatio examinetur, & secundum leges terminum suscipiat.

CAP. VIII.

SI vero aliquando contigerit dominum cujuscunque possessionis aut [3] non apparere, aut ad fiscalium solutionem non sufficere, ut ex hoc superindictionis necessitas suscipiatur: jubemus hanc repente tradi iis qui conserva [4] aut contributaria prædia possident, cum omnibus, qui in ea inveniuntur agricolis, & peculiis eorum, & enthecis [5], & fructibus, & animalibus, & omni alio instrumento ibi invento. Si vero aut persona quæ debeat eam secundum legem suscipere, non inveniatur, aut alio quocunque modo differri superindictum [6] contigerit, jubemus gesta confici apud provinciæ judicem, significantia & qualitatem & statum ejus possessionis, & omnia in ea inventa, ut sic eam curiales aut exactores [7] aut officiales suscipiant: & si postea inveniatur, qui debeat eam secundum leges suscipere, non aliter fieri, nisi ut quod per occasionem exactorum, aut curialium, aut judicum, aut officialium ejus pejus aut minus factum est, ei qui suscipit, restituatur.

CAP. IX.

HOc quoque jubemus, ut pro pecuniis aut speciebus in provinciis expensis non exigantur collatores ea quæ dicuntur transmissoria [8]: pro iis autem quæ transmittuntur, non amplius præberi horum, quæ ex initio in unaquaque provincia deputata sunt.

CAP. X.

EOs autem qui in provincias pro quibuscunque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius provinciali judicio insinuaverint [9] impositas sibi de hoc jussiones: ut exolventes fiscalia tributa; nulli pro his periculo aut damno subjiciantur, hoc ipso & super privatis negotiis observando [10].

CAP. XI.

HOc quoque jubemus eis quibus fiscalium exactio injungitur, nullam [11] privatarum causarum executionem committi: sed & si quid eis tale injungatur, nullo modo præsumere eos hoc agere: ne occasione publicarum functionum nostri subjecti lædantur.

CAP. XII.

SI autem aliquis pro veritate publica debens tributa dicat executori esse sibi alium debitorem: non licere executori molestiam aliquam denominato inferre, nisi [12] prius debitor probetur nullo omnino modo posse publica tributa persolvere. Hoc tamen prius requiri apud judicem provinciæ si pro veritate debitor est is, qui denominatus est, & ita fiat exactio: in utroque vero casu si quis aut exequi aut exigere citra ea quæ a nobis disposita sunt, præsumpserit: & cingulo nudabitur & confiscabitur, & exilio tradetur. Qui autem injunxerit aut præceperit judex: decem librarum auri exigatur pœnam, & officium ejus quinque librarum auri subjaceat pœnæ.

CAP. XIII.

NUlli vero penitus liceat publica tributa exigentium, neque censualibus, aut rationum scriptoribus, aut aliis quibusdam publice ministrantibus, excusatione uti, *quod* [13] *in sacro loco resideant*, contra eos, qui dicunt se læses ab eis in fiscalium exactione.

CAP. XIV.

NUllus autem penitus molestetur pro [14] tributis terrarum quas non possidet, sed etiam si contingat agricultores alicui competentes, aut adscriptitios propriam habere possessionem, illos molestiam sustinere, nisi forte [15] propria voluntate tali functioni se fecit obnoxium.

CAP. XV.

EOs autem qui publica tributa exigunt, justis [16] ponderibus [17] & mensuris [18] uti præcipimus: ut neque in hoc nostros tributarios lædant. Si autem collatores putant gravari se sive in mensuris, sive in ponderibus: habeant licentiam specierum [19] quidem mensuras & pondera a gloriosissimis præfectis: auri [20] vero & argenti & reliquorum metallorum pondera a gloriosissimo per tempora comite sacrarum largitionum accipere: & has mensuras & pondera in sanctissima uniuscujusque civitatis ecclesia [21] servari, ut secundum ea & gravamen collatorum, & fiscalium illatio, & militares & aliæ expensæ fiant.

CAP. XVI.

CIvitatum vero nostræ reipublicæ & habitantium eas perfecte prospicientes, jubemus nullam omnino esse licentiam fiscalium [22] exactoribus communicare pecuniis, quæ [23] operibus [24] & frumentis civitatum, & aquæductibus, aut aliis quibuslibet solemnitatibus, aut salariis [25] deputatæ sunt: aut retinere aliquid ex iis, aut ad proprium lucrum redigere: sed sine [26] aliqua dilatione aut imminutione has præbere, ut proficiant ab initio in quibus deputatæ sunt operibus: sed neque possessores aut habitatores civitatum præsumere quolibet modo auferre aliquid ex ipsis pecuniis aut nomine descriptionum, aut pro sportulis dare aliquid ex his aut expendere. Si quis autem dare aut accipere ex his præsumpserit: jubemus eum de suo in duplici quantitate hoc civitati reddere. Sed neque provinciarum judices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad prædictas pecunias, aut eorum dispensationi semetipsum miscere, sed civitatis sanctissimum episcopum & primates [27], nec non & ejus possessores constituere quidem patrem [28] civitatis, & frumentarios, [29] & alios hujusmodi dispensatores. Singulis autem annis impletis, sanctissimum episcopum cum quinque primatibus civitatis rationes exigere eos qui ab ipsis ordinati sunt: & si quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum, aut remansisse: exigi hujusmodi dispensatores periculo eos constituentium: & utilitatibus quibus deputata sunt, reservari. Si quis autem ex prædictis dispensatoribus inefficax inveniatur: repente hunc removeri jubemus, aliumque pro eo a sanctissimo civitatis episcopo, & reliquis possessoribus (sicut prædictum est) ordinari: scientibus iis qui denominant eos, quia si quod damnum civitati contigerit, ex propriis substantiis hoc medebuntur.

CAP. XVII.

NUlli vero liceat eorum qui in officio sunt gloriosissimorum præfectorum [30] aut in alio officio, aut in schola constitutorum talia ratiocinia committi, neque ex præcepto cujusdam administratoris, aut alterius judicis scriptis, nec si pragmaticam, aut aliam sanctionem, aut sacrum commonitorium accipiat, præcipiens ei aliquid tale. Sed si quid fiat hujusmodi, licentiam habere uniuscujusque civitatis sanctissimum episcopum, & ejus primates, non respondere pro memoratis capitulis talibus personis: referre autem ad nos, ut hoc agnoscentes, & illatum civitatibus damnum ex eorum substantia restitui jubeamus, & competentem vindictam talibus inferamus.

CAP. XVIII.

SUper hoc jubemus, scriniarios [31] operum sub præfecto sacrorum prætoriorum constitutos, nullum participium ad [32] talia ratiocinia omnino habere: vacantibus omnibus, per quæ eis sive generaliter, sive specialiter aliquid tale pridem concessum est, aut postea impetretur, pro prædictis enim causis rationes nulli committi volumus, nisi nos prodesse civitatibus existimantes virum opinionis bonæ, & dignitate ornatum elegerimus, qui debeat a nobis in scriptura divinam jussionem percipere continentem nostram piam subscriptionem, & illius nomen & dignitatem, & causas & tempora, quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem qui a talibus personis rationes exiguntur, omnem habere tutelam jubemus, aliquam quæstionem nullatenus sustinentes.

CAP. XIX.

AD hæc sancimus in [33] nullo nostræ reipublicæ loco eundem [34] episcopum [35] & judicem esse, & loci servatorem gloriosissimorum præfectorum aut magistrorum militaris cinguli: sed nec aliquam exactionem fiscalium tributorum agentem loci servatorem esse gloriosissimorum præfectorum aut magistrorum militum, & simpliciter dicendum est nullum in provinciis fieri loci servatorem præfectorum, nisi per nostram jussionem in expeditionibus, ubi utilitas exigit loci servatorem mitti ejusdem præfecturæ qui debeat providere militaribus expensis. Si quid autem extra hoc delinquatur & committatur: qui quidem loci servatorem suum fecit, triginta librarum auri pœnam exigetur, restituturus omne damnum quod per eum qui ab eo directus est, aliquis pertulerit: qui vero fieri præsumpserit, proprio cingulo & dignitate & militia privabitur, & decem librarum auri pœna multabitur.

CAP. XX.

AD hæc prohibemus [36] & in provinciis existentes judices civiles & militares, in civitatibus aut castris *loci servatores* [37] in commissis sibi provinciis facere, ex quo videlicet in provinciam accesserint, & in quantum in ea administrant: quinque auri librarum pœna imminente tam facienti loci servatorem judici, quam fieri præsumenti. Antequam vero in provinciis veniant judices damus eis licentiam vices agentes suos instituere, qui debeant omnia usque ad sui præsentiam agere, quæ possunt ipsi judices facere: citra tamen novissimum supplicium, aut membri incisionem. Sed si quis ex judicibus secundum jussionem nostram in aliam regionem mittatur, liceat ei per similem modum loci servatorem suum facere.

CAP. XXI.

JUbemus [38] autem omnes judices tam militares, quam civiles per se requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum, aut fœminarum, aut alia quælibet in provinciis illicita committunt, & supplicia eis legitima inferre, neque pro his causis accipere aliquid consuetudinis nomine: ut omnes undique nostri collatores illæsi serventur, non enim permittimus cuilibet majori aut minori militari judici, aut latronum insecutores [39], aut violentiarum inhibitores, aut tribunos pro talibus causis in provinciis ordinare, aut qui debeant aliquos examinare [40]: ut non per tales occasiones ampliores violentiæ inferantur provincialibus. Si quis autem judicum hoc non custodierit: cognoscat

ditiorem vel præsentem *cap.* 8. *infr. hic.* ne quid alioquin fisco depereat. Eadem ratione agrorum defectorum & desertorum onus ad ὁμοχώρους, id est, ejusdem territorii possessores pertinet. *Nov.* 17. 1 Τὰ δημόσια. 2 Sive superindictio *supr. hic.* 3 Julian. *hic num.* 549. 4 Ομόδουλα ἢ ὁμόκηνσα. *Scrimg.* 5 Καὶ ἐνθηκῶν enthecæ dotes prædiorum *Hal.* instructum Jul. *hic. l.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 2. *l.* 2. *ff. de instructo.* Dotes prædiorum, sunt instrumenta & ferramenta agri causa reposita. *l.* 29. *in fin. ff. de leg.* 3. & 1. Columell. 8. 6 Superindictum quid esset, dixi *supr. c.* 7. 7 Græci ita legunt: οἱ πολιτευόμενοι ἢ βίνδικες ἢ ταξεῶται. 8 Παραπομπικὰ *Scrimg.* Jul. *hic n.* 550. *l. ult. C. de discussorib.* eadem ἀγωγικά. Sunt autem species a provincialibus illatæ & eorundem sumptibus transmitti solitæ. 9 *l. ult. Cod. de executoribus & exactoribus*, Jul. *hic n.* 551. 10 Fuit hæc Placentini sententia, de qua disputat Accurs. in *l.* 39. §. 1. *ff. de procur.* Procuratorem scil. creatum exigendi debiti causa, non prius admitti, quam si judici mandatum insinuaverit: nisi reus contentus sit cautione de rato: vel nisi procurator ex proximis personis sit. *l.* 12. *C. de procuratoribus.* 11 Jul. *hic num.* 552. 12 Exactor publicorum tributorum debitores sui debitoris aliter convenire prius non potest, quam si debitor publicus solvendo non sit. Jul. *hic n.* 553. *l.* 3. §. 8. *ff. de jur. fisc. l.* 4. *Cod. quando fiscus vel privatus.* 13 Λόγῳ ἀσυλίας κεχρῆσθαι. *Nov.* 17. *c.* 6. Exactor tributorum, censualis, logographus, & similes personæ, si quem provincialium læserint, & postea confugerint in ecclesiam, jure asyli non fruuntur: tributorum debitoribus jus asyli denegatur *Nov.* 17. *c.* 17. 14 Jul. *hic n.* 555. & ita prohibentur clarigationes. *l.* 4. *C. de execut. & exact. l.* 16. *C. de omni agro. Nov.* 52. 15 Dominus scil. alias dominus pro colono adscriptitio non est conveniendus *l.* 4. *C. de agricolis & censitis.* 16 Jul. *hic n.* 556. *l.* 9. *C. de susceptor. l. pen. C. de defensorib. civitat.* 17 De ponderibus falsis, vid. *l.* 52. §. 22. *ff. de furtis. l.* 6. §. 1. *ff. de extraord. crim. l. penult. in fin. ff. ad l. Corn. de falsis.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 3. *c.* 13. Ans. 18 De falsis mensuris vid. *l.* 6. *in fin. ff. de extraord. crimin.* 19 Mensuræ specierum tradebantur a præfecto prætorio. 20 Pondera auri, argenti & æris a largitionum Comite tradebantur. 21 Deponi. vid. *d. leg. pen.* 22 Tributorum, Jul. *hic n.* 557. 23 Exactores tributorum tractabant pecunias civiles, destinatas annonis civilibus, operibus publicis, vel salariis professorum. Nam principes eas quodammodo sibi vindicabant, *l.* 2. *C. de petition. bon. sublat.* sed non boni. 24 Possis huic executori comparare, quam Galli vocant *Receveur des fortifications ou bastimens.* 25 Puta professorum. 26 *l. ult. C. publicæ lætitiæ.* 27 Τοὺς πρωτεύοντας τῆς πόλεως, id est, locupletiores, *l. ult. C. ut nemini liceat in coempt.* 28 Pater civitatis, curator reipublicæ. 29 Σιτώνην. 30 Id est, nulli præfectiano, neque scriniario, Jul. *hic num.* 558. 31 Scriniarii operum qui, adde *l. ult. C. de num.* 32 Πρὸς τὰ τοιαῦτα λογοθέσια. 33 Ut idem non sit judex & loci servator. 34 Jul. *hic n.* 559. 35 Hæc vox, *episcopum*, superest, nec legitur a Græcis, vult itaque, ut nullo Reipublicæ Romanæ loco idem & præses & vicarius sit præfecti prætorio vel militaris cujuscunque magistratus. 36 Jul. *hic n.* 560. 37 Τοποτηρητὰς, de quibus vid. *Novell.* 8. *c.* 4. Agylæus vertit *vicarios.* 38 Jul. *hic n.* 561. 39 Λῃστοδιώκτας ἢ βιοκωλύτας, de quibus vid. *Novell.* 8. *cap.* 13. 40 Exarmare ἀφοπλίζειν. *Scrimg.* de aphoplistis vide *d. c.* 13.

gnoſcat non ſolum ſe commiſſo ſibi cingulo ſpoliandum, ſed decem librarum auri pœnam exolvere, eo quod præſumpſerit talem cauſam aſſumere: poſt tormenta vero & confiſcationem ſubſtantiæ in exilium redigendum & relegandum.

CAP. XXII.

AD hoc jubemus provinciarum judices, & officia eorum, ſi quando [1] de civitate ad civitatem veniunt, neque [2] angariis neque deſcriptionibus, aut aliis expenſis collatores gravare: ſed ex deputatis ſibi de fiſco annonis expenſas facere.

CAP. XXIII.

SUper hoc ſancimus provinciarum judices omnibus modis poſt depoſitionem cinguli quinquaginta [3] dies in provinciis commorari, & conventiones aliquas contra ſe moventibus reſpondere. Si vero contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deſerere provinciam: jubemus omnes ab eo damnum aliquod paſſos ſimul ingredi apud ſanctiſſimum metropoleos epiſcopum ejuſdem provinciæ & ſub geſtis monumentorum unumquemque tangentem ſancta evangelia palam facere illata diſpendia: & ex illius ſubſtantia, contra quem talia facta ſunt monumenta, omne damnum læſis reſtitui providentia & periculo per tempus præſectorum ejuſdem provinciæ: ſcientibus quia ſi hoc complere neglexerint, ipſi de propriis facultatibus omnia damna læſis reſtituere compellentur.

CAP. XXIV.

SI quis autem ex judicibus provinciarum aut evocetur ad aliam adminiſtrationem, aut opus ad aliam provinciam ei credatur: jubemus eum legitimo [4] procuratore conſtituto conventiones pro damnis proponentibus reſpondere: quod niſi fecerit, ſancimus monumenta apud ſanctiſſimum epiſcopum (ſicut ſuperius dictum eſt) agi, & pro damnis illatis, eis jurantibus, ſecundum geſtorum virtutem omne damnum reddi, providentia ſimiliter, & periculo per tempus præfectorum & uniuſcujuſque provinciæ tractatorum [5].

CAP. XXV.

OMnes [6] autem pecuniarias pœnas, quæ præſenti lege continentur, a comite [7] per tempus privatarum exigi eos qui præſentem legem non ſervant, & noſtro fiſco vindicari ſancimus: qui niſi eas vindicaverit, ipſe cum miniſtrante ſibi ſchola ex propria facultate hujuſmodi quantitatem ſolvere cogatur.

EPILOGUS.

† Quæ igitur per præſentem legem noſtram ſalutarem, in perpetuum valituram, pro utilitate & ſtatu noſtrorum collatorum diſpoſuimus, tua gloria inviolata & immota per omnia ſervare feſtinet, & ad omnium notitiam pervenire faciat: edictis quidem in hac regia civitate ſolenniter propoſitis: præceptis autem ad clariſſimos provinciarum judices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifeſta fiant. Dat. Id. Jun. Dom. JUSTIN. PP. Aug. * BASIL. V. 8 C. CONS.

TIT. XII.
DE SAMARITIS [9].
NOVELLA CONSTIT. CXXIX.
Idem Auguſtus Areobindo P.P.

PRÆFATIO.

NUllum ita magnum ſubjectorum noſtrorum delictum eſt, quod non noſtra clementia medeatur. Licet enim eorum facta odio habentes ad vindictam pro eis inſurgamus, tamen tempus medentes [10] & commonentes modis competentibus delinquentes, rurſus ad noſtram clementiam remeamus, juſtitiam iracundiæ, benignitatis reconciliantes rationibus, quale quiddam & præſens noſtra celebrat lex. Samaritas [11] enim pridem atroces & elatos contra Chriſtianos & in omnium velut noviſſimam ſuperbiam excedentes plurimis quidem pœnis affliximus, una [12] vero maxime, *quod neque teſtamenta ipſi poſſunt conſcribere, neque hi defuncti abſque teſtamento, cognatis qui ab inteſtato vocantur, hereditatem tranſmittere, niſi ad hereditatem ex utraque cauſa* [13] *vocatos rectæ Chriſtianorum fidei eſſe contingeret.* Interdiximus autem eis *& legata dare & donationes ſcribere, aut aliquas omnino alienationes in ſuis ponere rebus, niſi forſan orthodoxa fide percipiens perſona eſſet.* Licet autem lege generali hæc comprehendentes tunc meminerimus, tamen non eandem in operibus [14] quam in literis [15] ſubtilitatem reſervavimus. Nam neque [16] noſtrum fiſcum, nec aliquam publici partem ex his quicquam accipere paſſi ſumus, licet hoc expreſſim lex daret.

CAP. I.

NUnc itaque ad moderationem reductos videntes eos, & nobis ipſis indignum eſſe putantes in iiſdem permanere terminis, contra eos qui non ſimilia prioribus languent, præſtantes maxime omnium Sergii ſanctiſſ. Cæſarienſium metropolis epiſcopi juſtis petitionibus [17], quas pro eis facit, teſtimonium quidem perhibentis meliores eos factos: quietem vero eorum futuro tempore promittentis, ad præſentem ſacram noſtram venimus legem, per [18] quam ſancimus, licentiam [19] eſſe Samaritis jam ſcribere teſtamenta, & ſuas proprias diſpenſare ſubſtantias, ſicut & aliæ præbent leges, & per præſentem nos decernimus, & ſine teſtamentis morientes, ab inteſtato vocatos ſecundum imitationem aliorum hominum heredes habere eos præter ea quæ per præſentem noſtram tranſponimus legem. Sed & donationes eis permittimus ſcribere & legata dare & accipere, & hujuſmodi contractus facere cum omni licentia. Qui enim teſtari [20] dedimus eis & omnem diſpenſare ſubſtantiam, quomodo de particulari diſpenſatione negabimus.

CAP. II.

SEd tamen non eundem reddimus ordinem & Chriſtianis ſucceſſoribus & Samaritis. Iterum vero & merito, meliora [21] ſectantibus privilegium præſtamus. Unde ſi quis eorum ſine teſtamentis moriatur, & filios ad Deum diſcretos reliquerit, ſoli vocabuntur ad hujuſmodi hereditatem, qui rectam Chriſtianorum allegant fidem, aliis excluſis, quicunque ipſo detinentur quo defunctus errore. Hæc autem dicimus non ſuper filiis ſolis, ſed etiam aliis cognatis ex quacunque ſint linea, ut recta ſectantes, illis qui non proxima colunt, præponantur, tamen ſi eundem, qui vocantur, omnes gradum accipiant, aut unam ad hereditatem habeant vocationem [22]. Non enim his qui ex longiore gradu ſunt, & a vicinioribus excluduntur, licet meliora ſectantibus, proximorum damus prælationem aut privilegium.

CAP. III.

NEc tamen pœnitentiæ [23] locum in cauſa excluſis, auferimus & ex hoc. Nam ſi voluerint & poſtea ad rectam fidem Chriſtianorum reverti, qui pro hoc hereditate excluſi ſunt, ſuas recipient portiones, ita vocandi ad hereditatem tanquam ſi rectæ hujus religionis extitiſſent, ſolis fraudati medii temporis fructibus. Si vero & teſtamenta ſcripſerit aliquis eorum, valere quidem ea quantum ad religionem jubemus. Si autem pater aut etiam aliquis deſcendentium [aut etiam aſcendentium] ſit, qui teſtamenta conſcribit, ſi quidem omnes ex ordine qui ad hereditatem vocantur, ejuſdem quo pater erroris ſint, his non relinquat ultra [24] duas ſubſtantiæ uncias, reliquis ad eos qui recte colunt deferendis. Tamen niſi aliquis forte Chriſtianis ex ipſis reliquerit legata, ſervanda etiam hic pœnitendi loco volentibus, ut poſſint æqualitate frui cum eis qui ab initio Chriſtiani fuerint, ſicut ab inteſtato decrevimus. Ad hunc itaque ordinem & partem, & de inofficioſo damus aſcendentibus & deſcendentibus & recta ſectantibus dogmata, & forte læſis per celebratas in teſtamentis rerum diviſiones.

CAP. IV.

COncedimus autem eis & donationes dare, & accipere, & legata relinquere, & libertatibus ſervos honorare, contrahere quoque ad invicem, nihil ea quæ a nobis pridem [25] poſita eſt, prohibente lege: noſtrum enim fiſcum & aliam omnem publici partem excludimus [26] omnino, nullum ex illa lege ad eorum hereditates eorumque ſubſtantias aut documenta participium habere valentibus. Hæc autem dicimus non in futuris ſolum, ſed etiam in [27] præteritis [28], ut neque pro his quæ tunc facta ſunt, aut noſter fiſcus aut alter omnium, ſubſtantias perſcrutetur eorum. Qui enim in [29] futuris clementiam dedimus, quomodo de præteritis ſubtilem tractatum haberemus? ut omni modo præſentem noſtram clementiam promerentes, gratias Deo profiteantur, & nobis & Sergio [30] ſanctiſſimo ad hanc nos quam maxime circa eos provocanti clementiam.

EPILOGUS.

† Tua igitur gloria noſtram in eis declaratam humanitatem per præſentem noſtram legem cognoſcens, manifeſta per provincias ſolennibus edictis, quæ nunc nobis placuerunt, faciat, ut perpetuo hoc ipſi fruantur auxilio. Dat. 17. Kal. Jul. *Conſtantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XXV. [31] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XIII.
QUOMODO OPORTEAT MILITES TRANSITUM [32] IN CIVITATIBUS FACERE, ET DE INTROITU.
NOVELLA CONSTIT. CXXX.
Idem Auguſt. Petro prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

PRimum & maximum arbitramur ſtatum eſſe noſtræ reipublicæ, ut inculpabiliter noſter exercitus in itineribus converſetur, & innoxietas atque indemnitas noſtris collatoribus cuſtodiantur.

CAP. I.

JUbemus igitur quoties tranſitus fit noſtrorum judicum & exercituum, delegatores [33] ſimul eſſe cum eis qui curam habeant eorum alimenti, & ſingularum provinciarum judices per quas tranſitus fit, præparationem facere expenſarum, ut noſtri exercitus in unamquamque provinciam adſcendentes, inculpabiliter converſentur, & uniuſcujuſque numeri optiones [34] ſuſcipere ſpecies ſine qualibet tergiverſatione, & erogare magiſtris militum & militibus in ſpecie præbitas annonas, habere autem eoſdem optiones deputatam ipſis occaſione emolumenti quintam decimam [35] portionem. Ex conſuetudine

1 Jul. *hic n.* 562. 2 *Nov.* 17. *c.* 9. 3 Jul. *hic n.* 563. vid. *Nov.* 8. *Nov.* 95. *Nov.* 161. *l.* 1. *C. ut omnes judices. l.* 3. *Cod. de adſeſſorib.* de diebus 50. v. Cuj. *c.* 12. *de præſc.* 4 Jul. *hic n.* 560. 5 Τραχτευτῶν, tracteutarum. Jul. *hic.* de quibus dixi ad *Nov.* 30. *c.* 2. 6 De multis & pœnis exigendis per Comitem rerum privatarum. 7 Comes privatarum rerum pœnam hujus legis exigit. Julian. *hic n.* 365. 8 Id eſt, anno 541.
9 Samaritæ, *Nov.* 144. Julian. *conſt.* 116. *l.* 12. *l.* 17. *l.* 21. *C. de hæret. l.* 2. *C. ne Chriſtian. mancip. Edict.* 9. *Juſtinian.* 2. *&* 1. *Eclog. c.* 1. περὶ αἱρετικῶν. Epiphan. 1. *tom.* 1. *hereſ.* 9. qui & Samaritani. 10 Id eſt, tempus hoc medendi præſentibus captantes, & convenienti modo caſtigatis iis, qui deliquerunt. 11 Samaritæ paganis dicuntur non abſimiles in *l.* 21. *C. de hæret.* unde & exprobrantur ei ſabbatha *Nov.* 124. 12 *l.* 17. *C. de hæretic.* 13 Ἐφ' ἑκατέρῳ θέματι. id eſt, ex utroque themate, id eſt, ab inteſtato, vel teſtato ut *l.* 17. *C. de hæret.* 14 Exequutione. 15 Legibus. 16 Hæreticos punientes leges, non ſemper ſtricte obſervatæ fuerunt ab Imperatoribus. 17 Hæreticos quietos tolerari & pœnis legum ſolvi, ſanctiſſimi interdum epiſcopi a Chriſtianis Imperatoribus petierunt. 18 Hæreticis Samaritis licentia datur teſtari, & ab inteſtato hereditates deferre: ut & donare, *ut hic.* Julianus *conſt.* 116. mentionem tantum facit juris inter ſe donandi, contrahendi, & ab inteſtato ſucceſſionis deferendæ. 19 Et ita abrogatur *d. lex* 17. ſed hæc conſtitutio mox abrogatur *Nov.* 144. 20 Argumentum nota, qui teſtamentum facere poteſt, idem & donare vel legare poteſt. eſt autem a teſtamento & ultima voluntate ad contractum & donationem. 21 Adde *Nov.* 115. 22 Id eſt, eundem ordinem habent. 23 Pœnitentibus hæreticis ignoſcendum, *ut hic.* Samaritæ in ſucceſſione, quæ ex teſtamento venit, ſi pœnitentiam egerint, nullam patiuntur læſionem. 24 Ut Chriſtiani de inofficioſo querelam habeant contra Samaritanorum teſtamenta ad duas uſque uncias. 25 *l.* 17. *C. de hæreticis.* 26 Hodie non excluditur *Nov.* 144. 27 Lex extenditur ad præteritos interdum caſus, ſi nominatim eorum facta eſt mentio. vid. *l.* 7. *C. de legib.* 28 Retrorſum vires ſuas extendit hæc conſtitutio, id eſt, etiam in præteritum. Jul. *conſtit.* 116. *in fin.* 29 Quod in futurum indulgetur, videtur non indulgeri præteriti ratione (quod tamen hic ceſſat) E contrario, quod lex indulget in præteritum, in futurum vetat. *l.* 22. *ff. de legibus.* 30 Epiſcopo Cæſarienſi ſcil. *c.* 1. *§. hic.* 31 Legend. XV. id eſt, anno 541.

32 Περὶ παρόδου στρατιωτῶν. *Scrimg.* de tranſitu militum *Index Reginæ.* adde Jul. *conſtit.* 123. adde quæ ſcripſi ad *l.* 27. *§.* 3. *ff. de uſufruct.* Goth. Vide Ritterhuſ. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 23. *& part.* 14. *cap.* 6. Anſ. 33 Delegatores qui & legatarii. Harmenop. 6. *tit.* 14. *ad finem quarti lib.* & Eparchicon libris providentes annonæ militari. *Commiſſaires de vivres.* Annonæ per optiones exigebantur *l.* 9. *C. de exact. trib.* 34 Optiones erogant annonam *d. l.* 9. *l.* 3. *C. Theod. de corporibus publ.* & in Baſilicis ad *l.* 1. *ff. de munerib. & honorib.* optio militum pro diviſione annonæ ſumitur. vid. Cujacium *hic.* 35 Plerumque ſuſceptoribus certa

autem & recauta [1] fieri ab optionibus, collatoribus pro his quæ ab his expenduntur, periculo eorum qui cum eis ſunt judicum & tribunorum, & comitum & diaſoſtarum [2] & delegatorum & uniuscujusque numeri primatum [3] & nullo modo gratis expendere [4] milites a collatoribus, aut occaſione [5] non factæ forſan præparationis, aut *introitorum* [6] nomine, quorum etiam ipſum vocabulum omnino perimimus, ut undique illæſi & indemnes cuſtodiantur noſtri ſubjecti.

CAP. II.

Species autem quæ [7] inveniuntur in unoquoque loco ipſos accipere milites, & non alias quærere quæ in ipſa regione non inveniuntur, & propter hoc tergiverſationem aut damnum inferri noſtris collatoribus.

CAP. III.

Eam vero quæ fit a noſtris poſſeſſoribus expenſam, & declaratur per recauta [8], jubemus reputari eis a ſede tuæ celſitudinis ſine qualibet tergiverſatione aut damno aut injunctione in collationem eam, quam ab eis fiſcus capit pro indictione illa in qua expenſa fit. Si vero amplius quam *profeſſiones* [9] ſunt ab his qui dant ſpecies, inveniantur expenſæ, jubemus ex omni corpore fiſcalium ejusdem provinciæ compleri eos qui ultra functiones ſuas exhibuerunt. Si vero non habeat ipſa provincia ſufficientia ad expenſam factam, compleri eos qui hanc expenſam fecerunt ex generali menſa, quæ regitur a tua gloria, aut retinere hæc eos ex his quæ ab his inferenda ſunt ſecundum ſequentem indictionem, & hæc reputari eis ex omni modo ab his qui fiſcalia exigunt: his omnibus admittendis & obſervandis periculo tuæ gloriæ & ſingularum provinciarum tractatorum [10] & judicum & obſequentium eis officiorum & *ſuſceptorum* [11], & curialium, & omnium fiſcalia tractantium.

CAP. IV.

Hoc quoque jubemus ſervari, nullum judicum aut militum occaſione tranſitus, aut a civitatibus aut prædiis in [12] minimo aliquid accipere. Si autem inventus fuerit quis pro tranſitu annonam [13] accipere, jubemus tale aliquid agentem exigi duplum totum, quod accipere pro hoc præſumpſerit.

CAP. V.

Si [14] quis vero noſtrorum judicum aut militum aut optionum ipſorum non recauta fecerit factæ ab iis expenſæ, jubemus expenſas facientes collatores geſta monumentorum conficere, ſiquidem inveniatur judex in illis locis, apud eum & ſanctiſſimum civitatis epiſcopum. Si vero non inveniatur judex in locis illis, apud ſanctiſſimum civitatis epiſcopum, aut defenſores locorum, ſub quibus poſſeſſio jacet, ex qua facta eſt expenſa, & per talia geſta palam facere qui noſtrorum judicum & cum quali exercitu tranſitum facientes non fecerunt recauta [15], & quantam quantitatem expenderunt, & talia geſta mitti ad tuam gloriam: tuam vero celſitudinem utpote recautis factis, collatoribus quidem præbere aut etiam reputare quæ ab eis facta expenſa, ſicuti ſuperius diximus: retinere autem hanc quantitatem quæ ex geſtis declaratur, ex his quæ delegata ſunt de fiſco principalibus militiæ, & militibus qui expenſam fecerunt.

CAP. VI.

Ad hæc jubemus principes militiæ noſtros, ſive eos *qui deducunt* [16] *exercitum*, & delegatores, in tranſitibus *præmittere* [17] ad illum locum in quo futurus eſt noſter exercitus applicare, & præparationem facere expenſarum, & non mittere ad alias civitates aut poſſeſſiones, aut prædia quaſi debeat exercitus ibi manere, & ex hoc pecunias accipere de poſſeſſionibus & villis. Si autem accipere aliquid pro hoc præſumpſerit, jubemus etiam ſic quidem geſta fieri, ſignificantia & unde & cui datum eſt, & reputari damnificatis a tua gloria, aut præberi ſecundum prædictum modum omnia, quæ ex talibus geſtis ſignificantur, principes autem militiæ, & quocunque modo diaſoſtas [18] noſtri exercitus & delegatores & in duplici quantitate dare quæ accipere præſumſerint: prometatores vero etiam ſupplicium & exilium ſuſtinere.

CAP. VII.

Si qui vero judicum provinciarum colludentes [19] forte cum diaſoſtis [20] noſtri exercitus, non præparaverint expenſas, & ex hoc per diverſas civitates & villas eos perducant, jubemus eos cingulo remotos confiſcationi & exilio cum obedientibus eis officiis ſubdi: noſtros autem collatores & ita indemnes ſervari ex recautorum datione aut ex geſtis, quæ ſecundum prædictum modum debent fieri.

CAP. VIII.

Hæc autem ipſa ſervari præcipimus non ſolum in tranſitibus noſtrorum judicum & militum, ſed etiam aliorum, qui [21] ex qualibet gente in auxilium noſtræ reipublicæ nobis mittuntur.

CAP. IX.

Ut autem non occaſione metatorum [21] damnationis injurietur noſtrorum collatorum libertas, jubemus nulli penitus licere noſtrorum militum in *authenticas* [23] habitationes, in quibus domini domuum inveniuntur manentes, accipere ſibi metata, ſed illas quidem ſine moleſtia ſervare propriis dominis, accipere autem milites in aliis diætis metata.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per præſentem declarata ſunt legem, tua gloria in regia civitate & per loca ſanctiſſimis epiſcopis, clariſſimisque judicibus & omnibus noſtris ſubjectis in unaquaque provincia & civitate palam faciet, ut ſciant noſtri ſubjecti quæ a nobis pro eorum indemnitate diſpoſita ſunt, & agnoſcant, quia ſi contra hæc aliquid agatur, & qui læduntur taciturnitati cauſam tradiderint, ipſi hujusmodi læſionis ſibi auctores ſient. Datum Kal. Mart. *Conſtantinop.* DN. JUSTIN. PP. Auguſt. Anno XIX. [24] Poſt conſulatum BASIL. V. C. Anno quarto, indictione octava. Propoſita in civitate Conſtantinopolitana.

TIT. XIV.

DE ECCLESIASTICIS TITULIS [25], ET PRIVILEGIIS, ALIISQUE CAPITULIS [26].

NOVELLA CONSTIT. CXXXI.

Imperator Juſtin. Auguſt. Petro glorioſiſſ. præfecto ſacrorum prætoriorum.

PRÆFATIO.

De regulis eccleſiaſticis & privilegiis, aliisque capitulis ad ſacroſanctas eccleſias & reliquas venerabiles domos pertinentibus, præſentem proferimus legem.

CAP. I.

De quatuor ſanctis Eccleſiis.

Sancimus igitur vicem [27] legum obtinere ſanctas eccleſiaſticas regulas, quæ a ſanctis quatuor conciliis expoſitæ ſunt, aut firmatæ, hoc eſt in Nicæna trecentorum decem & octo & in Conſtantinopolitana ſanctorum centum quinquaginta patrum, & in Epheſina prima, in qua Neſtorius eſt damnatus, & in Chalcedonia in qua Eutyches cum Neſtorio anathematizatus eſt. Prædictarum enim quatuor ſynodorum dogmata ſicut ſanctas ſcripturas accipimus, & regulas ſicut leges obſervamus.

CAP. II.

De ordine [28] *ſedendi patriarcharum.*

Ideoque ſancimus ſecundum earum definitiones ſanctiſſimum ſenioris Romæ papam [29], primum [30] eſſe omnium ſacerdotum: beatiſſimum autem archiepiſcopum Conſtantinopoleos novæ Romæ, ſecundum habere locum [31] poſt ſanctam Apoſtolicam ſenioris Romæ ſedem: aliis [32] autem omnibus ſedibus præponatur.

CAP. III.

De archiepiſcopo primæ Juſtinianæ [33].

Per tempus autem beatiſſimum primæ [34] Juſtinianæ, noſtræ patriæ archiepiſcopum habere ſemper ſub ſua jurisdictione epiſcopos provinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis, & Privalis [35], & Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari: ipſum vero a proprio [36] ordinari concilio, & in ſubjectis ſibi provinciis locum [37] obtinere eum ſedis [38] Apoſtolicæ Romæ, ſecundum ea quæ definita ſunt a ſanctiſſimo Papa Vigilio.

CAP. IV.

De epiſcopo Carthaginenſi [39].

Simili quoque modo jus [40] pontificis, quod epiſcopo Juſtinianæ Carthaginis [41] Africanæ civitatis [42] dedimus, ex quo Deus hanc nobis reſtituit, ſervari jubemus. Sed & aliæ civitates, & earum epiſcopi, quibus in diverſis locis metropoliticum [43] jus præſtitum eſt, hujusmodi privilegio in perpetuum potiantur. Omnia autem privilegia [44] vel ſolatia quæ ex imperiali munificentia, aut etiam alio quolibet modo ſanctiſſimis eccleſiis aut aliis venerabilibus domibus & locis collata ſunt, firme eis p[…] omnia conſerventur.

CAP. V.

De privilegiis poſſeſſionum eccleſiaſticarum [45].

Ad hæc ſancimus omnium ſanctarum eccleſiarum & omnium venerabilium domorum poſſeſſiones, neque [46] ſordidas functiones, neque extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere. Si tamen itineris [47] ſternendi, aut pontium ædificii, vel reparationis opus fuerit, ad inſtar aliorum poſſeſſorum: hujusmodi opus & ſanctas eccleſias & venerabiles domos complere, dum ſub illa poſſident civitate, ſub qua tale ſit opus. Si quæ vero res ex curialium ſubſtantiis ad quamlibet ſacroſanctam eccleſiam, aut aliam venerabilem domum ſecundum leges venerunt, aut poſtea venerint: liberas eas eſſe ſancimus deſcriptione [48] lucrativorum.

CAP. VI.

De [49] *præſcriptione 40. annorum ad venerabilia loca pertinente.*

Pro [50] temporalibus [51] autem præſcriptionibus decem & viginti, & triginta annorum, ſacroſanctis eccleſiis & aliis univerſis venerabilibus locis

pars datur rerum ſuſceptarum pro ſalario. *ut hic. & l. 9. C. de ſuſcept.* 1 Ita quoque Græci legunt *& c. 3. J. hic.* Jul. *hic.* apochas ſive recauta facientes. Porro recautum idem eſt quod deſuſceptum. *l. 4. Cod. de collat. fund. patrimon.* ſpecies apochæ *Suidas*, ubi eſſet recautum. Auguſtinus *de cura pro mortuis.* Recavere eſt cautionem diſſolvere, Recautio diſſolutio. Eſt enim cautio, obligatio. Recavere eadem forma dicitur, qua repignorare, pignus diſſolvere. 2 Διασωςῶν. vide *c. 6. J. hic.* 3 Προτευόντων: præpoſitorum. 4 Id eſt, accipere. 5 Id eſt, etiamſi eis apparatæ non ſint annonæ. 6 Ιντροιτῶν. *Scrimg.* 7 Jul. *hic n.* 354. 8 Dixi *ſ. cap.* 5. adde Jul. *n.* 535. 9 Penſitationes annonæ vocat Julianus *hic.* 10 Τρακτευτῶν. 11 Εκληπτόρων. *Scrimg.* exceptorum Jul. *hic.* 12 Εν ἀπαργυρισμῷ, *ut J. hic.* adde Jul. *num.* 536. 13 Εν ἀπαργυρισμῷ, *ut ſupr. hic & Nov.* 43. ἐν ἀπαργυρισμῷ λαμβάνειν non eſt ſimpliciter per concuſſionem exigere pecuniam, ſed pretium pro annonis. *l. 7. Cod. de exact. milit. ann.* ea eſt adæratio. 14 Jul. *hic n.* 537. 15 Recautum eſt ſpecies Apochæ, & inter ſe opponuntur *cautum* & *recautum*, quemadmodum *pignorare*, & *repignorare*, id eſt pignus luere. Anſ. 16 Τοὺς διασώζοντας τὸ στράτευμα. Ii ſunt διάσωςαι exercitus *c. 7. J.* Jul. *n.* 538. *de quib. J. hic & ſ. c. 2. in fin.* 17 Qui ita præmittuntur. Julian. vocat prometatores, *Fouriers, mareſchaux des logis.* 18 Διασώζοντας τὸ ἡμέτερον στράτευμα, *ut ſupr. hic.* 19 Jul. *num.* 539. 20 Dixi *ſupr. cap.* 6. 21 Jul. *num.* 540. 22 Metata ſunt hoſpitia militibus deſtinata. vid. *l. 2. C. de metat.* Anſ. 23 Εἰς τὰς αὐθεντικὰς οἰκήσεις. *Scrimg.* Authentica habitatio, in qua paterfamilias habitare ſolet. Jul. *hic n.* 451. pars principalis ædium, *l. 2. C. de metatis.* primaria habitatio: adde *l. 6. §. 5. ff. de off. præſid.* adde *Nov.* 134. *c. 1. Novell. 17. cap.* 10. dominica. 24 Anno 545. 25 Canonibus. *Index Reginæ.* adde Jul. *conſt.* 119. 26 De fideicommiſſis & orphanotrophis *Index Reginæ.* 27 Canones quatuor ſanctorum conciliorum pro legibus habentur, Jul. *hic num.* 507. adde *l. 4. l. 12. §. 1. C. de ſacroſ. eccleſiis.* adde 1. Harm. 2. §. 3. ubi dixi. 28 Jul. *hic n. 507. de patriarchis.* 29 Vide quæ notavi ad *l. 26. C. de ſacr. eccl.* Goth. Vide A. Barboſ. *de patriarch. erect. tit. 3. cap. 1. verſ. de primatu.* Ritterſhuſ. *expoſ. nov. part.* 11. *cap.* 1. Anſ. 30 Id eſt, priorem ſedere, Jul. *hic.* 31 Τάξιν appellant Græci hic poſt τόπον. 32 Hieroſolymitano, (de quo *Novell.* 40. *&* 120. *c.* 9.) Antiocheno, Alexandrino, primæ Juſtinianæ, (*ut hic c. 3. & Novell.* 11. *ubi patriarchatum ſe erigere dicit prætextu & imitatione præfecturæ*) Carthaginenſi epiſcopo. ut *& Nov.* 137. 33 Jul. *hic n.* 509. adde *Nov.* 11. 34 *Nov.* 11. 35 Τελβαλλίας *d. Nov.* 11. Triballeæ Julian. *hic.* 36 Id eſt, ab ipſis epiſcopis provinciarum, adde Gregor. 4. *regiſtr.* 59. 37 Hoc eſt, ut eadem ſuper eas jura habeat, quæ Romanus ſupra epiſcopos ſibi ſuppoſitos. Jul. *hic num.* 509. 38 Θρόνον appellant Græci. 39 Jul. *hic n.* 510. 40 Αρχιερωσύνης δίκαιον appellant hic Græci. 41 *Nov.* 37. 42 Διοικήσεως *Græci hic.* 43 Μητροπολιτικὸν δίκαιον. 44 *l. 22. §. 1. C. de epiſcop.* 45 Jul. *n.* 511. 46 *l. 5. Cod. de ſacroſ. eccleſ.* 47 *l. 7. C. de ſacroſ. eccl. l. pen. C. de privil. dom. Aug.* 48 *l. 22. C. de ſacroſ. eccl. l. un. C. de imponenda lucrativis deſcription.* 49 Jul. *num.* 512. 3. *Ecl.* 3. *ex tit. 2. cap.* 23. *&* 1. Harm. 3. §. πᾶσα ἀγωγή. 50 1. Harm. 3. §. 53. 51 Hinc ſumpta eſt Auth. *Quas action. C. de ſacr. eccl.*

ſolam

solam quadraginta [1] annorum præscriptionem opponi præcipimus: hoc ipso servando & in exactione legatorum & hereditatum, quæ ad pias causas relicta sunt.

CAP. VII.

De [2] ædificatione ecclesiarum [3].

SI quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monasterium, præcipimus non [4] aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem [5]. Si vero semel [6] cœperit aut novam ædificare basilicam, aut veterem renovare: modis omnibus compellatur a beatissimo locorum episcopo, & œconomis ejus, & civili judice, eam explere, & si is distulerit, hoc moriente heredes ejus opus inchoatum adimpleant.

CAP. VIII.

Ne in [7] proastiis vel domibus, vel fundis, vel privatis locis sacra ministeria fiant.

SI quis in sua domo, aut in [8] suburbano ecclesiasticum [9] ministerium ministrare præsumpserit, aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorum episcopo subjacentibus: jubemus hanc domum, aut suburbanum, aut prædium, ubi tale aliquid delinquitur, loci illius sanctissimæ ecclesiæ vindicari [10] per Deo amabilem episcopum, & œconomum ejus, & civilem judicem locorum. Si vero nesciente locorum domino, ejus curatores [11], aut conductores, aut emphyteutæ contrarium aliquid exerceri permiserint: dominum quidem loci nullum præjudicium aut dispendium sustinere: eos autem qui hoc fecerint, aut fieri permiserint, ex provincia ubi hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimæ ecclesiæ vindicandis.

CAP. IX.

Ut legatum Deo relictum, illi ecclesiæ deputetur, ubi testator domicilium [12] habet.

SI quis in nomine magni Dei [13], & Salvatoris nostri Jesu Christi hereditatem aut legatum reliquerit, jubemus ecclesiam loci [14] illius in quo testator domicilium habuerit accipere, quod dimissum [15] est. Si quis autem *unum sanctorum* [16] heredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, & non specialiter nominaverit locum in quo est venerabilis domus, inveniantur autem in eodem loco aut civitate plura oratoria ejusdem sancti: illi magis domui, quæ pauperior [17] est, quod relictum est, præbeatur. Si [18] autem non est in civitate basilica nominati sancti, inveniatur autem in territorio ejus, illi detur. Si autem neque in territorio ejus reperitur hujusmodi domus, tunc ecclesiæ civitatis in qua testator domicilium habuerit, quod dimissum est, præbeatur.

CAP. X.

Si quis [19] oratorium ædificari [20] jusserit.

SI quis ædificationem [21] venerabilis oratorii, aut xenodochii, aut ptochii, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut alterius reverendæ domus, in novissima voluntate fieri disposuerit: oratorium quidem intra quinque [22] annos compleri jubemus providentia locorum episcopi, & civilis judicis: xenodochium [23] autem aut ptochium, aut aliam venerabilem domum intra unum [24] fieri annum. Si autem intra annum non fecerint heredes xenodochium, aut quamlibet venerabilem domum a testatore dispositam fieri: jubemus eos domum aut comparare aut locare, ubi possint quæ jussa sunt adimplere, donec hujusmodi domus venerabilis expleatur. Et si quidem ipse testator decreverit qui debeant xenodochi fieri, aut ptochotrophi, aut alteri tales gubernatores, sive suis heredibus hujusmodi electionem commiserit: jubemus modis omnibus heredes ejus, quæ ab eo definita sunt, adimplere, locorum beatissimis episcopis inspicientibus si gubernatio recte procedit: & si invenerint non utiles existentes rectores, licentiam habentibus sine damno alios pro eis opportunos efficere.

CAP. XI.

Ut [25] legata pro redemptione captivorum relicta, præstentur ab episcopis &c.

SI quis autem pro [26] redemptione captivorum aut alimentis pauperum hereditatem aut legatum reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus, sive semel, sive annale, & hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem ab iis quibus [27] jussum est hoc facere, compleri. Si autem specialiter dixerit quomodo pauperibus hoc reliquit: præcipimus sanctissimum episcopum civitatis in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, & ejus civitatis pauperibus erogare. Si autem pro redemptione captivorum aliquid relinquatur, & non nominatim testator dixerit per quem oporteat fieri redemptionem captivorum, etiam sic jubemus res ad hoc relictas locorum [28] episcopum & ejus œconomos accipere, & hujusmodi pium opus implere: in omnibus enim talibus piis voluntatibus sanctissimos locorum episcopos volumus providere, ut secundum defuncti voluntatem, universa procedant: licet [29] præcipue a testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium. Si [30] autem qui hoc facere jussi sunt, semel & secundo a beatissimo locorum episcopo aut ejus œconomis per publicas personas admoniti distulerint quæ disposita sunt, adimplere: jubemus eos omne lucrum [31] relictum eis ab eo qui hoc præceperit, amittere: & locorum episcopos omnes res cunctis (sicuti dictum est) piis causis distributas, cum [32] fructibus & augmentis medii temporis & memorato lucro vindicare: & quæ testator disposuit adimplere, scientes, quia si neglexerint, pro his omnibus rationem Deo persolvent. Si [33] autem sanctissimus locorum episcopus reliquerit aliquid horum quæ a nobis dicta sunt: liceat sanctissimo ejus metropolitæ hæc omnia exigere, & complere: & omni alii licentia sit hujusmodi movere quæstionem, & studere ut modis omnibus causæ piæ compleantur.

CAP. XII.

Ut [34] in piis legatis cesset Falcidia.

SI [35] autem heres quæ ad pias causas relicta sunt, non impleverit, dicens relictam sibi substantiam non sufficere [36] ad ista: præcipimus omni Falcidia [37] vacante, quicquid invenitur in tali substantia, proficere provisione sanctissimi locorum episcopi ad causas quibus relictum est. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur causas: jubemus intra sex [38] menses ab insinuatione testamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi quibus relictum est. Si autem distulerint qui in hoc onerati sunt, hujusmodi præbere legatum: & fructus, & usuræ, & omne legitimum exigatur augmentum a tempore mortis ejus qui hoc reliquit. Si autem annale [39] legatum cuilibet venerabili domui relinquatur: si quidem qui hoc dare jussi sunt, aut locus ex quo jussum est hoc præberi, in ipsa, aut vicina provincia fuerit: jubemus nullo modo legatum alienari. Si vero loca aut personæ ex quibus hoc dari præceptum est, longius fuerint: tunc liceat illis quibus hoc relictum est, si etiam pars obligata consentit, commutare legatum, & pro eo præcipere reditus idoneos, & cum augmento non minus quartæ partis relictæ quantitatis, & neque plurimis tributis fiscalibus prægravatos: aut vendere, si voluerint, hujusmodi legatum, & non minus pro pretio percipere, quam ex tali legato intra vigintiquinque [40] annos colligitur: ita tamen, ut hujusmodi pretium ad utilitatem prædictæ venerabilis domus ubi relictum est, proficiat.

CAP. XIII.

Ut de iis quæ post episcopatum adquisierint episcopi testari non possint.

INterdicimus autem sanctissimis episcopis res mobiles aut immobiles sese que moventes, quæcunque post [41] episcopatum ad eos quoquo modo pervenerint, in proprios cognatos aut in alias quascunque transferri personas. In captivorum vero redemptionem, & egentium pabula, & alias pias causas, aut pro utilitate propriæ ecclesiæ, ex his expendere licentiam habeant: & quicquid ex hujusmodi rebus post obitum eorum in ipsorum facultate remanserit, jubemus hoc ad proprietatem ecclesiarum, quarum sacerdotium habuerunt, competere. In illis enim solummodo rebus licentiam eis alienandi aut relinquendi quibus voluerint, damus, quas ante episcopatum probantur habuisse: post episcopatum vero, quæ ex genere sibi conjuncto ad eos devolutæ sunt, quibus ab intestato usque ad quartum [42] gradum succedere poterunt. Hæc autem omnia quæ diximus de rebus quæ post episcopatum devolutæ sunt ad sanctissimos episcopos, & in reverendissimis orphanotrophis, & ptochotrophis, & nosocomis, & xenodochis, & gerontocomis, & omnibus aliis rectoribus venerabilium domorum, valere sancimus, in rebus quæ in tempore propriæ administrationis secundum prædictum modum ad eos pervenerunt. Si quis autem Episcopus, aut clericus aut cujuslibet ecclesiastici gradus minister aut ecclesiæ Diaconissæ, moriantur sine testamentis & legitimis successoribus, horum successio ecclesiæ [43] competat in qua constituti fuerint.

CAP. XIV.

Ne hæretici ab ecclesiis vel privatis res immobiles quoquo titulo accipiant: & ne speluncam fidei suæ ædificent.

JUbemus autem nullum hæreticorum, neque [44] per conductionem, neque per emphyteusim, neque per emptionem, aut alio quolibet modo res immobiles accipere a qualibet sancta ecclesia, aut alio venerabili loco, si quid vero hæreticus pro tali causa præbuerit, amittat: hujusmodi [45] vero res venerabili loco a quo etiam datæ sunt, vindicentur: rector autem domus qui ipsas res

1 *Nov.* 11. *c.* 1. & ita videtur abrogari centum annorum præscriptio, *Nov.* 10. *&* *l.* 23. *C. de sacr. eccl.* 2 *Nov.* 5. *cap.* 1. *Nov.* 77. *c.* 1. Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Noviss. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 7. Ans. 3 Venerabilium Jul. *n.* 513. 4 Loca ecclesiastica quomodo consecranda. *Nov.* 5. *c.* 1. *Nov.* 67. *c.* 1. *in fin. Nov.* 123. *c.* 34. 5 De cruce alibi diximus. 6 Ædificationem ecclesiæ nemo potest inchoare, quin cogatur eam perficere. 7 *Novell.* 58. *Novell. Leon.* 4. 8 Ἡ προαστείῳ ἢ χωρίῳ. 9 Ecclesiastica munera facere: Jul. *n.* 514. ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν ἐπιτελεῖσθαι. *Scrimg.* vid. *Nov.* 8. 10 Domus privatæ Ecclesiæ vindicantur, in quibus sacra ministeria fiunt. vid. *Nov.* 58. adde *l.* 3. *l.* 8. §. 3. *Cod. de hæreticis.* 11 Pœna eorum, qui quid illicitum faciunt in domo aliena, ignorante domino proprietario, quod si eo sciente factum fuisset, domus confiscaretur. 12 Jul. *hic n.* 515. Goth. Vid Gudelin. *de Jure Noviss. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 7. & Rittershus. *exp. nov. part.* 6. *cap.* 14. Ans. 13 Dei vel Christi nomine qui quid reliquit, domicilii sui ecclesiæ videtur reliquisse. *l.* 26. *C. de sacr. eccles.* 14 *l.* 39. §. *ult. ff. de cond. & demonstr. l.* 49. *C. de episc.* 15 Relictum aut legatum. 16 Si quis in nomine sancti Martyris. Jul. *n.* 116. 17 In dubio favendum paupertati. *d. l.* 27. *in fin. l.* 49. §. 5. *C. de episc.* & pauperiori ecclesiæ. 18 Res ita habet: Legatur D. Petro urbano: primum Petri templo legatum debebitur: si alia sint ejus cognominis templa, pauperiori præstabitur: quod si nullum urbanum fuerit, extraurbano debebitur. Si nullum extraurbanum, ecclesiæ, in qua domicilium testator habuit, legatum præstabitur, etiamsi Petri nomine nuncupata non fuerit. 19 1. *Ecl.* 1. *c.* 7. 20 Potest heres damnari, ædificare domum, Paul. 3. *sent.* 5. §. 10. oratorium, xenodochium, templum & his simile quid, *ut hic.* 21 Domum religiosam. Jul. *n.* 519. εὐκτήριον vocant Græci hic. 21 Intra quod tempus heredes defuncti gravati, ædificare domos sacras debeant. 23 Ξενῶνα. *Scrimg.* Xenones. *Jul.* 24 De anno, vid. Cujac. 20. *de præsc.* 25 5. *Ecl.* 1. *c.* 8. *&* 9. Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Noviss. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 8. & Rittersh. *part.* 3. *c.* 12. Ans. 26 *l.* 28. *C. de episc.* adde Jul. *n.* 318. 27 Id est, ab executoribus, licet enim defuncto eligere ministrum executorem seu dispensatorem, quem voluerit. Id sæpenumero testamenti exequendi causa fieri consuevit. *Nov. Leonis* 68. 28 Executore redemptionis captivorum non expresso a testatore, onus redimendi defertur ad episcopos & eorum œconomos. 29 Hinc sumpta est Auth. *Licet. C. de episc.* Hujus autem loci sententia hæc est: Episcoporum interesse, omnia ad pietatem pertinentia fieri, quamvis testator vel donator verba contrariæ voluntatis expresserit. Jul. *hic.* 30 Heredes si piam dispositionem implere noluerint, quemadmodum puniendi sint, Jul. *hic num.* 519. 31 Etiam Falcidiam. Alias quidam volunt, heredem non frustratorem voluntatis defuncti, deducere Falcidiam ex piis legatis, *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falc.* Cujac. eam sententiam Balsamonis fuisse refert ad *c.* 12. J. adde quæ scripsi ad *Novell.* 119. *c. ult.* 32 *l.* 46. §. 4. *Cod. de episc.* 33 Dormiente Episcopo, vigilat ejus Metropolitanus. 34 5. *Ecl.* 1. *c.* 8. *&* 9. de quo dixi ad *Authent. similiter. C. ad leg. Falcid.* 35 Hinc sumpta est Authent. *C. similiter. ad l. Falc.* 36 Si heredes testatoris substantiam non sufficere dixerunt. Jul. *hic num.* 520. 37 *l.* 49. *C. de episc.* vid. *c.* 11. *s. hic. Nov.* 119. *cap. ult.* Falcidia privatur heres hic, non quivis, sed morosus: ut ita Falcidia locum etiam habeat in legatis ad pias causas *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falc.* Paul. 4. *sent.* 3. §. 3. Cæterum an & quo modo Falcidia locum habeat in legatis ad pias causas, vid. Tiraq. 26. *privilegio piæ causæ*, ubi notat, quinque casibus Falcidiam detrahi ex legato ad pias causas. & 27. ubi notat, Trebellianicam non deduci ex fideicommisso universali ad pias causas, adde Grassum §. *Falc. q.* 3. *&* §. *Treb. q.* 6. Goth. Adde Ant. Merend. *contr. lib.* 2. *c.* 32. *&* 33. Ans. 38 Si sex intra menses pia voluntas defuncti impleta non fuerit. Jul. *num.* 521. de sex mensibus vide Cujac. *c.* 18. *de præs.* 39 De legatis annalibus ad loca religiosa relictis *num.* 523. 40 Ita legit Julianus hic, Græci vero, 35. vide quæ notavi ad *l.* 35. §. 3. *C. de donationibus. Nov.* 120. *c.* 9. adde Molinæum *tractatu de usuris q.* 1. *n.* 119. 41 Hinc sumpta est auth. *Licentiam. Cod. de episc.* adde Jul. *num.* 523. hoc interim vult, Episcopum res adquisitas (successiones a cognatis ad quartum usque gradum ei delatas excipe, *vers. in illis. in fin. J. hic. l.* 42. §. 2. *Cod. de episc.*) post adeptum Episcopatum, nemini donare testamento posse: quod res hujusmodi præsumantur ex bonis Ecclesiæ & occasione ecclesiæ ei quæsitæ. 42 *d. l.* 42. §. 2. *C. de episc.* 43 Ecclesiasticis personis mortuis sine testamentariis aut legitimis heredibus ecclesia succedit: olim fiscus, *l.* 20. *C. de episc.* adde Jul. *hic n.* 524. 44 *l.* 10. *C. de hæreticis.* 45 Vide quæ scripsi ad *l.* 16. *C. de hæreticis.*

dedit

dedit hæretico, omni gubernatione removeatur, & in monasterio recludatur, & uno anno a sancta communione segregetur: cum hæreticis prodiderit Christianos. Si autem orthodoxus possessionem habens in qua est & sancta ecclesia, alienaverit aut reliquerit, aut per emphyteusim, aut per conductionem, aut quamlibet gubernationem hanc dederit Judæo, aut Samaritano [1], aut Ariano, aut alii hæretico: sancta [2] ecclesia ejusdem vici hujusmodi vindicet proprietatem alienationis. Si quis autem hæreticorum (quibus etiam connumeramus Nestorianos, & Acephalos, & Eutychianistas) præsumpserit speluncam [3] suæ incredulitatis ædificare, aut Judæi novam synagogam constituere, locorum sancta ecclesia ædificia suæ proprietati defendat. Si vero quis per emphyteusim, aut conductionem, aut etiam per quamcunque aliam gubernationem dederit possessionem hujusmodi personæ: si quidem sciebat dominus possessionis ejus, quia hæretico hanc commisit, omnes reditus illius temporis quod in contractu transiit, ecclesiæ civitatis, sub qua possessio constituta est, vindicari. si vero ignorabat dominus possessionis, quia hæreticus erat cui hæc commissa est, ipsum quidem dominum propter ignorantiam indemnem servari: hæreticum vero in utroque casu expelli de possessionibus, & ejus substantiam applicari fisco.

CAP. XV.

Ut orphanotrophi sint tutoribus similes & ad instar eorum inventarium conficiant.

ORphanotrophi [4] vero, tutorum & curatorum fungantur officio: ita tamen, ut etiam sine satisdatione & conveniant, & conveniantur de rebus orphanotrophiis, & ipsis propriis orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorum, publicis præsentibus tabulariis, aut sub gestis monumentorum in hac quidem regia civitate apud magistrum census habitis: in provinciis autem apud judices earum, aut defensores locorum, orphanotrophiis accipere & custodire: & si necessarium putaverint, etiam alienare, & pretia earum orphanis conservare: aut alias res pro illis emere: non autem subjacere tutelaribus aut curatoriis rationibus: servari autem jubemus venerabili orphanotrophio hujus regiæ urbis, & xenodochio quod vocatur sanctæ Mariæ Sanso [5], & sub ejus gubernatione constitutis oratoriis aut xenonibus, aut venerabilibus domibus omnia privilegia quæcumque habet major sanctissima ecclesia Constantinopolitana.

EPILOGUS.

† Quæ igitur per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, tua celsitudo edictis solenniter in hac regia urbe propositis, ad omnium studeat pervenire notitiam. Nos enim providebimus quatenus sine collatorum dispendio fiat etiam in provinciis manifesta. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. * BASILIO V. [6] C. CONS.

TIT. XV.

DE INTERDICTIS [7] COLLEGIIS HÆRETICORUM [8].

NOVELLA CONSTIT. CXXXII.

Imperator Flavius Justinianus, felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus, Episcopo Constantinopolitano.

PRÆFATIO.

PRimum esse & maximum bonum omnibus hominibus credimus, veræ & immaculatæ Christianorum fidei rectam confessionem: ut per omnia hæc roboretur, & omnis orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur, & consone immaculatam Christianorum confessionem prædicent, & omnem occasionem, quæ ab hæreticis invenitur, auferant, quod ostenditur ex diversis conscriptis a nobis libris & edictis. Sed quoniam hæretici neque Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legum severitate considerantes, diaboli opus implent, & quosdam simplicium seducentes sanctæ fidei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, adulteras [9] collectas, & [10] adultera baptismata latenter faciunt: pietatis existimavimus, per præsens nostrum edictum monere eos, qui tales sunt, quatenus & ipsi recedant ab hæretica vesania, & nec aliorum animas per simplicitatem perdant, sed magis concurrant ad sanctam Dei ecclesiam, in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreses cum principibus suis anathematizantur. Nosse enim volumus omnes, quia si de cætero aliqui inveniantur aut [11] contrarias collectas facientes, aut apud semetipsos collectionem: nequaquam omnino eos ferimus, sed domos [12] quidem ubi aliquid delinquitur, sanctæ assignamus ecclesiæ: his autem qui colligunt, aut apud se colliguntur, ex constitutionibus pœnas inferri omnibus modis jubemus. Dat. Prid. Non. April. *Constantinop.* Dom. JUST. PP. Aug. * BASIL. CONS.

TIT. XVI.

QUOMODO OPORTEAT MONACHOS [13] VIVERE.

NOVELLA CONSTIT. CXXXIII.

Idem August. Mennæ beatissimo Archiepiscopo.

PRÆFATIO.

SIngularis [14] vita hujusque contemplatio res [15] est sacra, & ex hoc evehens animas ad Deum, & non solum juvans eos qui ad hanc accedunt, sed etiam aliis omnibus pro ejus puritate & supplicatione ad Deum, præbens inspectam utilitatem. Unde & priscis imperatoribus studii fuit & a nobis non pauca sancita sunt de eorum honestate & ornatu. Sequimur etenim sacras regulas & antiquos patres qui hæc sanxerunt, quia *nihil* [16] *sine via ad quæstionem est imperio*, communem omnium hominum sollicitudinem ex Deo accipienti. Dudum [17] quidem scripsimus constitutionem volentem *in multitudine existentes monachos in commune* [18] *degere secundum quod vocatur cœnobiorum schema: & neque propria habere habitacula* [19], *neque substantias* [20] *congregare, neque vitam* [21] *habere sine testimonio: sed communiter quidem ipsos comedere* [22]*: dormire* [23] *vero omnes in commune, & honestam sectari vitam, & testes esse ornatus alterutris, & juvenes* [24] *quidem vereri canitiem hæc respicientium, & ex studio etiam vigilias* [25] *assumere*, ut ne quid facinoris velut per somnum fiat, neque turpis videatur aliis, sed unusquisque suam honestatem etiam dormiendo custodiat.

CAP. I.

QUibusdam vero nobis nunciatis, quæ digna & majori cautela legis egebant; recte ad præsentem venimus sanctionem ad illius perfectionem & supplementum, per quam sancimus nullam penitus habere licentiam separatim habitandi, neque appellatam cellulam [26] nisi solus fuerit, & monasterium duobus utens ministris, & continentem & quietam degant vitam, sed omnino cum sint plurimi viri, una sit eorum conversatio & orantium & quæ naturæ sunt opera [27] facientium, quatenus inculpabiles & inaccusabiles consistant: & communiter quidem sicut dictum est, comedere, communiter quoque dormire, & siquidem tanta sit multitudo, quanta in uno habitaculo capiatur, alioquin duo forsan aut tria habitacula esse quæ capiant eos. Nullum tamen omnino proprium habere, sed in commune vivere diebus & noctibus, ut noctes eis eandem habeant quam dies observationem. Non enim dormiunt omnes semper, sed palam est, quia alii quidem in somno sunt, alii vero vigilant, & omnino erunt quidam dormientes inspicientes. Si autem aliqua habitacula sint in quolibet monasteriorum sub tua constitutorum sanctitate, sive in hac magna civitate, sive in ejus per circuitum habitaculis, sive a nobis ipsis ædificatis, sive ab aliis seorsum habitata, hæc omnibus modis depones [28], aperiesque eis alterutra ubi celebrent: quid enim formidabunt hoc agentes semetipsos dicantes Deo & abrenunciantes publicæ conversationi? & hoc quidem ita valere nunc & in futurum omne volumus tempus, nullo ut dictum est, habente habitaculum seorsum, sed congregandis omnibus & inspicientibus quæ ab alterutris aguntur. Certum est enim quia talia studebunt ea constituere, qualia omnino inculpabilia manent. Si quis autem apparuerit tantum impudens, ut audeat tentare prævaricari quod sancitum est, monasterii præsul hæc examinet. Volumus enim vehementiorem quam nunc est, fieri observationem, & quidem primum non plurimos [29] esse in monasterium ingressus, sed unum, aut secundum forte, & adstare januæ [30] viros senes & castos & testimonii boni ex omnibus, qui quidem neque reverendissimis monachis concedant sine [31] abbatis voluntate exire monasterium, (sed inter eos detineant, quæ Dei sunt zelantes, nec semetipsos lacerantes, nec actus, nec studia) nec alios quosdam introire monasterium noctibus, & diebus sinant, qui non rectam manere procurent venerabilium monachorum voluntatem. Sitque cautissima maceria munitum monasterium, ut nullus exitus aliunde, nisi per januas, sit.

CAP. II.

DEinde vel si ulla ecclesia in monasterio sit, neque sic occasione ecclesiarum, ingredi [32] & deambulationes licite illic facere, & confabulari cum quibus non convenit, sed venire quidem tempore sacri ministerii, cum Abba suisque prioribus & senibus, sacrificioque completo omnes monachi rursus ad cœnobium revertantur, ibique sedeant, magnumque Deum honorent, & sacris [33] scripturis incumbant. Plurimus itaque est horum librorum chorus [34], & possibile est unicuique animum corrigere, atque rigare sacris scripturis, quas si [35] frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas descendent solicitudines. Quatuor autem vel quinque seniores [36] ex ipso monasterio esse in constituta ecclesia, quibus jam omnis exercitatio est expleta in continentia, & qui ordinationem habere meruerunt in clero presbyterorum forsan aut diaconorum aut deinceps habentium schema. Dicti enim & supervenientes alloquentur, & de divinis eloquiis disputabunt [37], & putari omnes esse tales procurabunt, & custodient sacram domum, juventutem autem exardescentem, & suos terminos exilire volentem in continentia detinebunt.

CAP. III.

NOn ingredientur autem neque mulieres in [38] virile monasterium, neque viri in fœmineum occasione [39] mortui, & ibi sepulti memoriam, vel per aliam causam. & maxime si quis fratrem forte vel sororem aut aliquem ex genere habere in monasterio dicat: cognatio enim monachis in terra non est, cœlestem zelantibus vitam: quid enim volentes tales ingressus faciant, nisi voluerint aliquid agere interdictorum? cum liceat & viris convenientia in monasteriis virilibus celebrare, & mulieribus similiter distributa in muliebribus monasteriis facere mulieres, nullo permixto alterutri, neque si forte frater esse dicatur: aut soror [40] aut cognatus alter. Neque enim per hanc occasionem

1 Dixi de Samaritanis *Nov.* 129. 2 Olim fiscus eam vindicabat *l.* 10. *C. de hæreticis*, nec id mirum. Novæ siquidem constitutiones ecclesiæ plerumque tribuunt, id quod veteres fisco dederunt, *ut hic & c.* 13. *in fin.* §. *hic.* 3 Templa hæreticorum, speluncæ. 4 Vide quæ dixi *l.* 32. *C. de episc.* adde 5. *Ecl.* 3. *c.* 12. περὶ ὀρφανοτρόφων. 5 5. *Ecl.* 3. *c.* 12. §. 2. περὶ τοῦ ξενῶνος τοῦ ὁσίου Σαμψῶν. hujus meminit *Nov.* 59. *c.* 3. & Procopius *l.* 1. περὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων. adde Cujac. 1. *obs.* 12. 6 Id est, 541. 7 *l.* 3. *C. de hæret. Nov.* 37. 8 De hæreticis *Index Reginæ.* ἔδικτον περὶ πίστεως Κωνσταντινοπολίταις. *Scrimg.* adde *Nov.* 45. 109. 9 παρασυνάξεις. *Scrimg.* vid. *l.* 8. §. 3. *leg.* 14. *C. de hæreticis.* 10 Παραβαπτίσματα. *d. l.* 14. 11 Η παρασυνάγοντες ἢ πρὸς αὐτοὺς συναγόμενοι. *Scrimg.* 12 Quas ob causas domus confiscentur, dixi ad *Novellam* 14. §. 1. 13 De monachis & ascetriis & eorum conversatione, *Scrimg. Hal.* de vita monachorum. *Index Reg.* vid. *Novella* 5. 14 Ὁ μονήρης βίος. 15 Laus vitæ monachalis. de qua vide plura apud Cedrenum in vita Claudii. 16 Princeps omnium solicitudinem gerit, id est, nihil quidquam est, de quo princeps non sit solicitus. adde *l.* 3. *ff. de off. præf. vigilum.* μηδὲν ἄβατον ἐστιν ὡς ζήτησιν τῇ βασιλείᾳ. 17 *Nov.* 5. *cap.* 3. *Nov.* 123. *cap.* 36. 18 Monachi in commune degunt. 19 Κτήσεις. *Scrimg.* possessiones: eo sensu, vetari scil. monachos proprias habere possessiones. 20 De bonis. 21 De vita. 22 De victu. 23 De somno. 24 De mutuo inter se honore. 25 De vigiliis & otio vitando. 26 Μηδὲ τὸ καλούμενον κέλλιον, *Scrimg.* κέλλιον, latibulum monachi: quod & Laura. *Nov. Nicephor.* Κέλλια καὶ τὰς καλουμένας λαύρας ἐν ἐρήμοις οἰκοδομεῖν. & Suidæ λαύρα ἡ στενὴ κατοικία τῶν μοναχῶν. secretum *l.* 26. *Cod. de decur. leg. ult. C. de metallariis.* adde *Novellam* 123. *c.* 31. 36. 27 Victum & somnum intelligit. 28 Ædificia illicita possunt deponi. 29 Plures ad monasterium ingressus esse non debent. 30 Janitores monasteriorum quales esse debeant. 31 *cap.* 6. J. *Novell.* 134. *cap.* 41. 32 Quemadmodum monachi in templum se conferant. 33 Monachorum opus est, sacris scripturis incumbere. 34 Bibliothecas suas monachi habuerunt. 35 Scripturarum sacrarum utilitas. 36 Responsarii Monachorum sunt velut eorum procuratores & professores, de quibus vid. *cap.* 5. J. *hic.* eorum muneris inter cætera fuit, rudiores instituere, & cum eis conferre ac disputare de rebus sacris. Erant ergo reliquis quasi lectores & professores. 37 Disputationes & disputationum præsides monachi in suis monasteriis habuerunt. 38 *Nov.* 123. *c.* 29. *l.* 19. *C. de episc.* Goth. Facit *l.* 44. *C. de episc. & cler.* Ans. 39 Hoc enim prætextu & colore lex potest circumveniri. 40 *d. l.* 16.

ingredi

ingredi ſinemus aliquem. Si enim ipſa principia [1] abſcindamus, & per ipſum aſpectum inſitam animabus delinitionem, & ex hoc lapſum prohibeamus, erit multo poſſibilis ac facilior ſacris [2] decertatoribus melioris vitæ ſtatus. Omnes ergo huic legi obediant, & neque viri recondant in muliebri monaſterio ſepulchra, neque mulieres in virilibus aſceteriis fodiant. *Neque enim viros mulierum* [3] *ſtudia decent, neque rurſus virilia mulierum collegiis conveniunt.* Neque ex hoc propter defunctos turpes & mali principii tales permixtiones agi volumus, ut non iter ex hoc fiat naturæ apud ſe inhoneſte graſſari [4], & ludere, & divinas confundere cauſas, & pietatis quaſi velamine, & cognationis ſchemate hæc agere, quæ neque dicere neque cogitare ſingularem vitam eligentibus eſt bonum. Illo exiſtente manifeſto, quia neceſſarium eſt ſepulturæ miniſtrantes & maxime lectis [5], & fodientes non ingredi monaſteria, ſed in virilibus quidem monaſteriis cauſa facilis eſt: in muliebribus autem non ita, propter memoratam interdictionem. §. 1. Sancimus igitur, ſi quando aliquid futurum ſit tale fieri, & ſepeliri mulier in muliebri monaſterio, (virum namque non ſinimus) reverendiſſimas quidem fœminas in ſuo manere habitaculo, ſolam vero oſtiariam [6] & abbatiſſam forte ipſam, ſi voluerit intereſſe his quæ aguntur: & ipſos celerius illa agentes, quæ circa funus ſolennia ſunt, & ſepulchrum fodientes, & corpus obvelantes [7] repente diſcedere, neque videntes aliquas reverendiſſimarum mulierum, neque ab aliqua earum viſos. Sed neque aliquam excogitent occaſionem aut viri ad muliebria monaſteria ingrediendi, aut mulieres viris deputata occaſione horum quæ circa funus aguntur (quas utique memorias [8] vocant) in tertiam & nonam [9] convenientes diem, aut dum quadraginta compleantur, aut etiam annus, cum liceat, ſiquidem muliebre ſit monaſterium, mulieres omnia agere: ſi vero virorum viros: & non occaſione talium obſervationum inhoneſtatem quandam venerabilibus monaſteriis imponere.

CAP. IV.

QUia vero nihil quod ſancitur, niſi [10] cuſtodiam habeat competentem, poterit ſervari decenter, ſancimus per tempus uniuscujusque monaſterii præſulem [11] frequenter inſpicere & perſcrutari uniuscujusque converſationem & diſciplinam: & ſicubi aliquid parvum fiat contra quam decet, hoc repente corrigere, & non ſinere majus fieri lapſum, & perire animam ad ſalutem converſationis confugientem. Monaſteriorum autem exarchus [12], ſi quis fuerit per loca, ſicut in hac feliciſſima civitate hæc ſolicite curet, & mittat eos qui appellantur reſponſarii [13] ejus per monaſteria, & requirat etiam vicinos [14], ne forte aliquid nequam in aliquo monaſteriorum proximo fiat, & hæc univerſa caſtiget, & competenti digna faciat providentia. Sed etiam uniuscujusque civitatis epiſcopus [15] hujus rei providentiam habeat ſive patriarcha, ſive metropolita ſive ſinguli ſunt epiſcoporum, & reverendiſſimos defenſores, qui mittant hæc requirentes & ſervantes, & non ſinentes, quicquam fieri extra quam decet: ſed & ſi quid fiat, velociter hoc emendare. Sanctiſſimus autem patriarcha feliciſſimæ hujus urbis de monaſteriis hic poſitis ſimiliter examinet & cuſtodes rei Deo amabiles eccleſiæ defenſores ſanctiſſimæ majoris eccleſiæ, & quos putaverit perfectos & honeſtiſſimos eſſe, conſtituat, ut per plures cuſtodia facta, adhuc amplior obſervatio & ſuper peccatis vindicta fiat.

CAP. V.

OPortet autem unumquodque monaſterium ſub abbate [16] conſtitutum habere (ſicut prædiximus) eos, qui vocantur *Reſponſarii* [17], viros ſenes & monachicum certamen ſuperantes, & non facile corporales injurias paſſuros, qui eorum rebus & eorum occupentur utilitatibus, & non ſolum ſi virorum ſit monaſterium, ſed etiam ſi mulierum contingant, eſſe duos aut tres viros, aut vel eunuchos [18], ſi poſſibile eſt, eſſe, aut ſenes & caſtitatis teſtimonium habentes, qui cauſas agant, & ineffabilem eis præbeant communionem [19], cum hujus tempus fuerit. Si vero de alia monaſterii utilitate, aut ad unam reverendiſſimarum aſcetriarum pertinente, dicere aliquid neceſſariorum voluerint, loquentur abbatiſſæ, & alteri penitus nulli fœminarum quæ in monaſterio ſunt hæc per reverendiſſimas [20] oſtiarias agentes. Oportet enim tales aliquas ad januas ordinari, quæ ſimiliter ingreſſus & egreſſus in monaſterium inſpiciant & egreſſus prohibeant, & inacceſſibiles viris ingreſſus præterquam apocriſiariis conſtituant. Illi vero ad oſtiariam loquentur, & dicent ſuum adventum: abbatiſſæ vero per eas agnoſcentes & deſcendentes his loquentur, & illi referent ad illas de earum gubernatione aut utilitate pro qua venerint, & ita & quæ humana ſunt, agentur bene, & caſtitas permanebit undique a nullo tentata malo. Si quis autem deliquerit, (nam multa ſunt humana: & nullus [21] poteſt naturam ſic retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium eſt ſolum Dei) hunc, ſi [22] quidem mediocre peccatum eſt, & monere & ſuſpendere & pœnitentiæ ei dare tempus, ut meliorem ordinem ſumens, mox revertatur ad ſemetipſum, & non quos jam poſuit, amittat labores. Si vero major culpæ ſit modus ſecundum commiſſum & medelam correctionis eſſe & rurſus admonitionem vehementiorem & pœnitentiam fortem exigere: & ſi quidem valuerit iſtis modis amovere lapſum, & corrumpi cœptum (hoc autem & in mulieribus converſis & viris dicimus) grates agere magno Deo, cum & in cœlo fiat magnum gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis ſalvus fit peccatorum. Si vero potiores ultra medicinam cauſæ fiant, tunc etiam expelli [23] eum a monaſterio, quatenus dans ſemetipſum ex melioribus ad pejora, ipſe ſuis malis potiatur ſolus, & non per ejus malum etiam alii violentur, ſicut morboſorum [24] & inexcuſabiliter languentium jumentorum. Neque enim imperium deſpiciet hos negligi, neque retinebit indignationem adverſus abbatem, neque contra loci epiſcopum & ſub eo poſitos defenſores eccleſiæ, ſi non hæc obſervaverint, tanquam neceſſaria ſit etiam imperio rei diligentia. Si [25] enim illi puris manibus & nudis animabus pro republica ſupplicent Deo, manifeſtum quod & exercitus habebunt bene, & civitates bene diſponentur. Deo quoque placato & propitio exiſtente, quomodo non univerſa plena totius pacis & devotionis? ſed & terra nobis feret fructus, & mare quæ ſua ſunt dabit, illorum oratione propitiationem Dei ad omnem rempublicam deducente. Sed & ipſum commune ſchema hominum reverentius erit, & vivet melius, illorum erubeſcens *perdurationem* [26], ideoque una pariter conſpiratio erit, omnibus ſimul ad hoc concurrentibus, & in exilium miſſa quantum poſſibile eſt, malitia omni & melioribus & ſanctioribus ſtudiis introductis, & rebus ipſis decentibus, quod nos requirentes, cauſam agimus, ut putamus, utilem.

CAP. VI.

ILlud quoque omnibus ſervari volumus modis. Si viſus fuerit aliquis reverendiſſimorum monachorum & in aliqua tabernarum [27] converſari, hunc repente dari locorum defenſoribus, aut hic *glorioſiſſimis præfectis ſacrorum Prætoriorum*, & caſtigari convictum, & nuntiari hoc *Abbæ*, quatenus eum expellat [28] monaſterio qui talia deliquit, utpote in confuſionem vitæ angelicam hanc converſationem mutantem. Oportet enim duplex [29] hoc opus monachis eſſe, aut divinis vacare ſcripturis, aut quæ monachos decent (quæ vocant manuum [30] opera) meditari & operari. Mens enim fruſtra [31] vacans nihil bonorum parit. Pro his hanc ponimus legem & in hac regia civitate valentem & in gentibus omnibus. Utique ad ſingulos patriarcharum dirigimus eam ad cautelam obſervationemque competentem: illi vero ſub ſe conſtitutis metropolitis mittent. Illi quoque aliis omnibus innoteſcent epiſcopis & per epiſcopos omnia hæc reverendiſſimis monachis & abbatibus eorum fient manifeſta. Damus autem cauſæ obſervationem non ſolum abbatibus monaſteriorum ſingulorum, nec ſolum Deo amabilibus epiſcopis, nec ſanctiſſimis metropolitanis, neque ſanctiſſimis patriarchis, ſed hic quidem & tuæ [32] excellentiæ, ut ſi cujus cauſa egeat vehementioris correctionis, diſcentes a Deo amabilibus viris exequantur. In provinciis autem earum judicibus, primitus a Deo amabilibus epiſcopis, quod agitur agnoſcentibus, & ut ſint per omnia & perſonis ſacratis & magiſtratibus innoxia ea quæ ad Deum & præ cunctis imperio, tanquam nihil ſit ſanctius cuſtodiri rempublicam magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti clementia frui per reverendiſſimorum virorum puritatem. quam cuſtodient quoque clerici & monachi & epiſcopi majores & minores, ſacrorum memores canonum ſacratumque legum & conſtitutionum de hoc ſcriptarum, quas & valere & gratas eſſe etiam per præſentem ſancimus legem.

EPILOGUS.

† Tua igitur beatitudo quæ placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem cognoſcens, operi effectuique tradere feſtinet. Dat. 17. Kalend. April. *Conſtantinop.* ARIONE [33] V. C. CONS.

TIT. XVII.

UT NULLI JUDICUM LICEAT HABERE LOCI [34] SERVATOREM [35], NISI CERTIS EX CAUSIS DIVINA CONCESSERIT JUSSIO [36].

NOVELLA CONSTIT. CXXXIV.

De Vicariis.

In nomine Domini Jeſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar, Flavius Juſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, glorioſus, victor, triumphator, nunquam non colendus Auguſtus, Muſonio præfecto urbis.

PRÆFATIO.

QUæcunque ad utilitatem noſtrorum ſubjectorum, intentionem habentes ſemper, invenimus diverſas læſiones noſtris ſubjectis inferri ab emiſſis vicariis in provinciis ab aliquibus civilibus & militaribus judicibus: & de hoc dudum legem ſcripſimus, particularem aliquam facientes rei emendationem.

CAP. I.

Ne ulli magiſtratuum liceat conſtituere vicarios.

NUnc vero perfecte juvare noſtros ſubjectos ſtudentes, ſancimus nullam licentiam habere pro tempore præfectos tam Orientis quam Illyrici prætoriorum aut comitem largitionum, aut comitem privatarum, locorum [37] ſervatores deſtinare in provincias, aut ipſos provinciarum judices facere, & proprii cinguli loci ſervatores emittere. Sed neque vicaneos judices in creditis eis provinciis loci ſervatores emittere in qualibet civitate. Solum vero jubemus eſſe loci ſervatores præfecturæ in Hosdruma [38], & in Meſopotamia, & ſi

1 Principiis obſta. Principia delinquendi abſcindenda. adde *l. 6. §. 9. ff. de injuſto.* 2 Agoniſtæ ſacri, monachi, velut in ſacro certamine currentes, alludit autem ad veterum ſacra certamina (de quibus vide *l. 4. in pr. ff. de his qui notantur infamia*) Olympia, Iſthmia, Pythia, Nemæa. 3 Mulierum ſtudia viris indecora: ut & virorum mulieribus. 4 Τρυφᾷν. 5 Id eſt, & maxime eos, qui feretra deportant, quique defodiunt. 6 Μόνην δὲ τὴν θυρωρὸν ἢ τὰς θυρωρὸς καὶ τὴν ἡγουμένην, *Græci hic.* Janitrices & oſtiariæ fuerunt quædam monialium. de qua *c. 5. ℑ. hic.* 7 Vid. Tertull. *lib. de velandis virg.* 8 Ἃς δὴ καλοῦσι μνήμας. Memorias & preces ſolennes defunctorum nomine tunc fieri ſolitas intelligit. 9 Novendiale ſacrum mortuorum quid eſſet, dixi ad *Novell.* 115. *c.* 5. §. 1. 10 Parum eſt leges promulgari, niſi aliquis earum vindex & cuſtos conſtituatur. *Nov.* 26. *cap.* 1. *l.* 2. §. 13. *ff. de orig. jur.* 11 Προεστῶτα. 12 Ἔξαρχοι μοναστηρίων. Exarchi monaſteriorum: *les Prieurs.* 13 De quibus vide *c. 5. ℑ. hic.* 14 Vicinus enim præſumitur ſcire factum vicini, *l. 9. C. de nuptiis.* 15 Epiſcopis cura monaſteriorum incumbit. 16 Ὑπὸ ἡγούμενον τελῶν, *Græci hic.* 17 Τὰς λεγομένους ἀποκρισιαρίους. *c.* 2. *c. 4. ℑ. hic.* de apocriſiariis dixi ad *Nov.* 123. *c.* 25. 18 Minus enim ſuſpicionis eſt in eunucho, quam in alio. Ideoque regio cubiculo ut ſæpius miniſtrabant Eunuchi, unde & Eunuchi dicti: quod εὐνὴ ſit cubile; ἔχω, cuſtodio. Ea re factum, ut Eunuchi ſervi pretium veteribus inter omnia mancipia ſummum eſſet. *l.* 1. §. 5. *verſ. Sin vero. C. de communi ſervo manumiſſo.* 19 Τὴν ἄῤῥητον αὐταῖς διαδώσουσι κοινωνίαν. *Scrimg.* ἁγίαν. *l.* 44. §. 1. *C. de epiſc. Nov.* 123. *c.* 36. Sacram itaque communionem moniales ſumebant ut plurimum a ſenibus & Eunuchis monachis. 20 Janitrices monialium, ingreſſus & egreſſus monaſterii obſervabant, & cum adventantibus loquebantur. *c.* 3. §. 1. *ſupr.* 21 Nihil eſt omni ex parte beatum, vid. *conſtitutionem de conceptione Digeſt.* §. 14. 22 Gradus delictorum monachorum. 23 Pœna monachica, expelli a monaſterio, ut *c. 6. ℑ. hic.* 24 Morboſi monachi pœna, ab aliis ſeparari, Cato *c.* 2. ferramenta vetera, ſervum ſenem, ſervum morboſum, & ſi quid ſuperſit, vendat. 25 Operæ Dei miniſtrorum quænam ſint, *l.* 42. *Cod. de epiſc.* 26 Καθαρότητα, id eſt, puritatem. 27 Εἰς τὸ καπηλεῖον ἀναστρεφόμενος. *Scrimg.* in cauponam, fruſtra hoc non dicit, nam & tabernariæ inter abjectas perſonas numerantur. *l. 7. C. de inceſtis.* ſolentque vulgo proſtitui *l.* 4. §. 2. *ff. de his qui notantur.* In tabernis etiam adſolent quæſtuaria mancipia eſſe, *l.* 43. §. 9. *ff. de ritu nupt.* 28 Expelluntur interdum monaſterio monachi, *ut hic. & c. 5. ℑ. hic.* tantum abeſt ut illic perpetua cuſtodia detineantur. 29 Duplicia monachorum opera *c.* 2. ℑ. *l.* 34. *Cod. de epiſc. audient.* 30 Ἐργόχειρα Aug. *in Pſalm.* 99. *& lib. de opere monach. c.* 20. *verſ.* 341. dicuntur Euchitæ opinari, monachis non licere ſuſtentandæ ſuæ vitæ cauſa aliquid operari, atque ita ſeipſos monachos profiteri, ut omnino ab operibus vacent. Auguſt. *ad Quod vult deum de hæreſib.* hujusmodi ignaviæ ſectatores leges deteſtantur atque puniunt, *l.* 26. *C. de decur.* 31 Id eſt, otio. 32 *l.* 44. §. 3. *Cod. de epiſc.* 33 Apione, id eſt, anno 539. 34 Et vicarios *Nov.* 8. *c.* 4. 35 Περὶ τοποτηρητῶν. *Scrimg.* de vicariis, ſeu locum tenentibus, Jul. *conſt.* 126. de quibus dicam plenius *c. 2. ℑ.* 36 Sunt & alia capita, de quibus hic tractatur. 37 De ea re dixi ad *Nov.* 8. 17. 118. 130. 38 Ὀσδροηνῆ, Os-

necessitas vocaverit: in aliis locis tempore expeditionis pro nutrimento eis destinato: & hoc quidem per nostram jussionem. His insuper jubemus, ut neque magistri militum, neque duces in provinciis, in quibus administrare jussi sunt, loci servatores, aut biocolytas [1], aut latronum expulsores habeant. Si vero contigerit, necessitate faciente, sive magistros militum, sive duces destinari per nostram jussionem in aliis locis, tunc fieri loci servatores absentes, & hoc secundum nostram præceptionem. Nulli vero liceat civili aut militari judici circumire provinciam sine causa necessaria. Si vero aliqua necessitas vocaverit tale aliquid fieri: expensis propriis hoc facere jubemus tam judices quam competens & obediens eis officium. Neque vero angariis [2], aut iis quæ vocantur epidemiticis [3], aut alio quolibet dispendio gravare nostros subjectos: neque consuetudines nominare, aut quærere, quas forsitan aliqui prædictorum in proprium lucrum injuste adinvenerunt. *Male enim adinventa maleque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa* [4] *consuetudine confirmantur:* scientibus omnibus prædictis judicibus civilibus & militaribus, quod si aliquid præter hoc fiat, & qui facit, si loci servator est, viginti librarum auri inferet pœnam, & cingulo spoliabitur: & qui fieri se acquievit, cadens propria substantia exilio subjicietur.

CAP. II.

AD majorem autem nostræ dispositionis cautelam, jubemus per loca episcopos, & provinciarum rectores, & eos qui civitates habitant, nullum contra præsentem nostram dispositionem suscipere biocolytam [5], aut latronum persecutores: omnino enim nullum judicum civilium aut militarium constitutum in provincia, habere loci servatorem concedimus. Præcipue quidem jubemus provinciarum rectores sic recte conversari, aut res gubernare, ut non necessitas fiat de qualibet re debente queri, aut gubernari, ad provincias aliquem destinari. Si vero opus fuerit transmitti aliquos in provincias occasione publicarum exactionum, aut quarumlibet emergentium querelarum, neque ordinem, neque nomen habere loci servatoris. Destinatus vero in provinciam nullum subjectis inferat dispendium: creditum vero sibi opus adimpleat, judice provinciæ eum & ejus officium adjuvante. Si vero contra ipsum judicem forte accusatum transmittatur; tunc jubemus & provinciale officium obedire ei. Quemadmodum enim prohibemus loci [6] servatores fieri: ita omne periculum jubemus habere judices provinciarum, & eorum officium: ut solicitudinem faciant tam publicarum exactionum, quam locorum quietem: & ut omnis injustitia & læsio suspendatur. In quibus vero provinciis aut judices [7], aut exactores sunt fiscalium, & opus habuerint aliquo adjutorio: jubemus judices provinciarum & officia eorum omne solatium & studium eis conferre, ut sine impedimento fiscalium exactio procedat. Et omnes quæ motæ fuerint sive civiles sive criminales causæ, & competentes provinciarum judices ipsos jubemus inquirere, ut illi proprio periculo has discutiant, & legitimum finem eis imponant. Super hoc autem jubemus provinciarum judices mox qui futuri sunt cingula suscipere, sive præsentes, sive absentes sint, cautelam impendere, tam præfecturæ, quam nostris largitionibus, & comiti privatarum pro inferendis pecuniis unicuique prædictarum dignitatum: cum etsi non caveant, tanquam facientes cautelam, ita jubemus eos & eorum officia subjacere prædictis dignitatibus. In illis vero civitatibus & provinciis volumus judices periclitari pro fiscalibus, & exigi, in quibus neque scriniarii [8], neque judices [9], neque alii quidam proprio periculo exactionem faciunt.

CAP. III.

ET hoc pervenit ad nos, quod quidam provinciarum judices ita inique agunt, occasione vilium lucrorum, ut neque testamenta [10] concedant facere, neque facta insinuare [11], neque nuptias [12] aliquas facere, aut super nuptialibus donationibus monumenta [13] componere, neque defunctorum [14] corpora sepulturæ tradi: neque rerum descriptionem [15] concedunt fieri, aut aliud quid hujusmodi agi aut ex gestis aut ex testimoniis. Propterea interdicimus omnibus judicibus tam civilibus quam militaribus & eorum officiis aut alii cuilibet tale aliquid præsumere. Si vero quidam hujusmodi odibilem rem in quolibet loco nostræ reipublicæ præsumpserit agere, aut ministrare ei qui hoc præsumpserit facere: jubemus hujusmodi extra cingulum factos in exilium destinari: & de substantia eorum eveniens dispendium, læsis in duplum restitui: non sublato ab eis neque alio quidem ex legibus adjutorio. Omnem vero damus licentiam locorum sanctissimis episcopis, & primatibus civitatum, hujusmodi præsumptiones prohibere: & studere, ut hæc omnia sine impedimento & sine dispendio secundum legum virtutem procedant, & de his nobis nuntiare. Illas vero quæ secundum leges offeruntur appellationes [16] suscipere volumus omnino judices, & eos qui secundum nostram jussionem specialiter (quia & a divinis licet appellare judicibus) audiunt, sive majores, sive minores sint: & edere gesta [17] sine aliqua dilatione [18] litigantibus, ut quæstio legitima de his procedat. Super hoc jubemus appellatione [19] porrecta secundum leges, neque exactionem fieri [20], neque possessiones rerum transferri, usque ad definitum super ea judicium.

CAP. IV.

QUoniam vero [21] contingit adulteria, aut raptus mulierum, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in provinciis committi: jubemus provinciarum judices omnia secundum leges vindicare, & peccantes tenere, & non alios pro aliis, aut ex quibus nati sunt vicis qui crimina præsumpserunt, alium pro [22] alio comprehendere, aut damnum eorum inferre vicis, sed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprii lucri causa inferre, aut delinquentium res proprium lucrum facere. Nos enim reos quidem ex legibus pœnas sustinere volumus: damna vero subjectis nostris, aut lucrum ex hoc judicibus aut eorum hominibus sive officialibus fieri nullatenus concedimus, ut ne propter rerum desiderium inveniantur injuste aliquos castigantes, aut peccantes vendere. Si enim præter hæc fiat: ipse provinciæ judex omne ex hoc accidens damnum læsis medebitur: & suppliciis subjectus, exilio tradetur: & consiliarius ejus simile sustinebit supplicium, si factis a judice contra leges, in scriptis consentiat. Officium vero ejus, & alii qui circa hoc propter lucrum proprium ei obsecundant: non solum damna læsis compellentur restituere: sed culpabiliores eorum legalibus suppliciis subjecti, exilio tradentur.

CAP. V.

Ut rei criminum edictis legitimis evocentur.

SI [23] vero quis comprehensorum criminum latuerit, aut reliquerit provinciam illam [24] in qua crimina deliquit, jubemus legitimis [25] edictis [26] a judice evocari [27] eum: & si non obediat, illa in eum procedere quæ nostris legibus definita sunt. Si vero cognoscatur quod in alia [28] provincia degit, jubemus provinciæ illius judicem in qua peccari quid hujusmodi contigerit, epistola publica [29] uti ad provinciæ illius judicem, in qua delinquens persona degit, illum vero qui publicas [30] susceperit literas, & periculo [31] suo & officii sui comprehendere hujusmodi & ad judicem provinciæ transmittere in qua peccavit, suppliciis legitimis subjiciendum. Si vero qui publicam epistolam suscepit, neglexerit hoc facere, aut officium ejus tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipsum judicem tres auri libras, & officium ejus alias tres pro pœna inferre jubemus. Si vero judex aut aliquis officii ejus propter lucrum hujusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, & hoc agens convincatur: spoliatus cingulo, exilio tradatur.

CAP. VI.

Ut judex compleat quod decessori mandatum est.

ET hoc vero jubemus observari ab omni administratore, ut si contigerit in scriptis nostram jussionem fieri ad aliquem judicem, & interea iste quiescat ab administratione: is qui post illum susceperit dignitatem, accipiat [32] eam, & insinuet, & siquidem privata est causa: & implere eam, & assequi quemadmodum ad eum promeruit rescriptum. Si vero hujusmodi in scriptis jussio publicum respicit, inquirat eam, & siquidem non lædatur fiscus, quæ in ea comprehensa sunt, adimpleat. Si vero ad læsionem est fisci, nihil super ea omnino agi: nuntiare vero nobis primum, ut secunda nostra fiat de hoc jussio. Si vero & præcepta cujuslibet judicis sint, & priusquam insinuentur hæc, aut præcipientem, aut ad quem præcepta facta sunt, contigerit removeri de cingulo: sic qui factus fuerit judex, hæc suscipiat & exigat, si legitime facta sunt: si vero contra legem, aut contra publicum facta sunt, hæc pro non scriptis esse jubemus.

CAP. VII.

Ne quis creditor filium [33] *debitoris pro debito retinere præsumat.*

QUia [34] vero & hujusmodi iniquitatem in diversis locis nostræ reipublicæ cognovimus admitti, quia creditores filios debitorum præsumunt [35] retinere aut in pignus, aut in servile [36] ministerium, aut in [37] conductionem [38]: hoc modis omnibus prohibemus: & jubemus, ut si quis hujusmodi aliquid deliquerit, non [39] solum debito cadat, sed tantam aliam quantitatem adjiciat dandam ei qui retentus est ab eo, aut parentibus ejus, & post hoc etiam corporalibus [40] pœnis ipsum subdi a loci judice: quia personam liberam pro debito præsumpserit retinere, aut locare, aut pignorare.

CAP. VIII.

De intercessionibus mulierum.

ET illud vero prævidimus pro subjectorum utilitate corrigere, ut si [41] qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam aut seipsam obligatam faciat: jubemus nullatenus [42] hujusmodi

droena. 1 Vid. *Nov.* 8. *c.* 13. 2 *Nov.* 17. *c.* 19. 3 Επιδημητικοῖς, sunt pretia, quibus se provinciales ab onere hospitum suscipiendorum redimunt. *l. ult. C. de metatis & epidemet.* adde *Nov.* 129. 4 Consuetudo prava non est toleranda, & ita argumentum a prava consuetudine non subsistit. 5 *Nov.* 8. *c.* 13. 6 Τοποτηρητάς. *Scrimg.* τοποτηρηταὶ sunt loci servatores. *Novell.* 8. *c.* 4. & 17. *c.* 10. & 128. *c.* 20. defensores civitatum seu plebis, *l.* 1. *C. de off. juridic. Alexand.* non sunt vindices *ut* J. *dicetur*, τοποτηρητὴς δὲ ὁ ἀξιώματος. *Suidas.* loci servator Paulo Monacho 6. *hist. Longobard.* & in *l.* 27. *de furtis, C. Longobard.* loci judex *l.* 2. *C. de exhib. reis*, vicarius & locum tenens Jul. *hic const.* 126. mittebatur autem a præfectis Prætorio, vel Comitibus, vel præsidibus juris dicendi causa. vid. Cujac. 3. *obs.* 14. adde quæ de iis notavi ad *Novell.* 8. *c.* 4. 7 Ἡ βίνδικες ἢ ἐκλήπτορες. *Scrimg.* id est, vindices. de vindicibus quædam dixi ad *Novell.* 128. *c.* 8. *in fin.* Sunt exactores tributorum, instituti in singulis civitatibus ab Anastasio, *teste* Nicephoro 16. *cap.* 44. ita dicti, quod oppositi sint decurionum iniquis exactionibus. His sunt affines canonicarii, de quibus dixi *Nov.* 128. *c.* 6. ita dicti quod exigendis canonibus præfecti, differunt tamen ab iis, qui hic dicuntur τοποτηρηταὶ, *de quib.* S. *dixi.* Vindices, alia significatione sunt defensores civitatum, *l.* 1. *C. Th. si quavis præditus potestat.* 8 Iidem qui & canonicarii, dixi ad *Nov.* 128. *c.* 6. 9 Μηδὲ βίνδικες. 10 Testamentum inter liberos actus numeratur *l.* 1. *C. de sacr. eccles.* 11 Ἐμφανίζεσθαι. Testamenta insinuantur. 12 Nuptiæ inter liberos actus referuntur. *l.* 134. *ff. de verb. oblig. l.* 14. *C. de nuptiis.* 13 Ὑπομνήματα συντάττεσθαι, donationem insinuare ante nuptias, *Jul.* indulget enim ex parte viri insinuationes *Nov.* 117. 14 Vid. *Nov.* 60. 15 Ἀναγραφὴν, inventarium fieri. Jul. *hic.* 16 *Nov.* 82. *c.* 13. 17 Et apocham tribuere Jul. *hic.* 18 Frustratoria scil. *l.* 1. *C. de relationib. l.* 6. *in fin. C. de appell.* alias 30. dies dantur in edendis actibus, *Nov.* 126. *c.* 3. adde *l.* 24. *C. de appell.* 19 Interposita appellatione nihil innovandum. *l.* 3. *C. quando provoc. non est necesse. l.* 7. *in fin. ff. de muneribus & hon. leg.* 1. *ff. nihil innovari.* 20 Id est, interposita appellatione sententiæ executio & translatio possessionis suspenditur. Idem fit postulata restitutione in integrum, *leg.* 1. *C. in integ. postulat.* non etiam postulata retractatione. 21 Vid. Rittershus. *part.* 3. *cap.* 7. Ans. 22 Ex causa criminali alius pro alio teneri non potest, licet sit concivis, aut contribulis, *ut hic:* licet propinquus *l.* 22. *C. de pœnis.* Idem est in causa civili. *Nov.* 52. 128. 23 Hinc sumpta est Authentica, *Si vero. C. ad l. Jul. de adulter.* Goth. Ad intellectum hujus loci vid. Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 201. Ans. 24 Et in ea forum sortitur. *Novella* 60. *cap.* 1. *l.* 1. *C. ubi de criminib.* 25 Per triduum scil. vid. *l.* 10. *ff. de publicis judiciis.* 26 Νομίμοις κηρύγμασι. *Scrimg.* vid. *l.* 1. §. 1. *ff. de requirend. reis.* Galli *adjourner à son de trompe & cri public.* 27 Adnotari *leg.* 6. *Cod. de accusationibus.* citari *d. l.* 10. adde *leg.* 3. *ff. de custod. reor.* 28 Quid agendum sit judici, reo criminis agente in alia provincia, nec comparente ad edictum. 29 Epistola publica ἐπιστολὴ δημοσία. *Scrimg.* de hujusmodi litteris dixi ad *Novell.* 17. *c.* 14. vid. *Edict.* 13. *c.* 23. Judex criminis admissi, vel rei, literas mittere solet ad judicem alterius territorii, in quo citandus domicilium habet, ut futuram litem illi significet, & proinde admoneat citandum, ut responsurus veniat libello actoris, vid. Gail. 1. *obs.* 56. *n.* 5. Plura vide apud Rebuffum *tom.* 2. *tract. de literis requisitoriis seu rogatoriis.* Hujusmodi litteris utimur in sententiis extra territorium exequendis, *l.* 13. §. 3. *Cod. de judiciis. l.* 15. §. 1. *ff. de re judicata.* adde Hartmannum 2. *obs.* 1. *n.* 6. & in evocandis plerumque testibus *l.* 3. *in fin. ff. de testibus.* 30 Ἐπιστολὴν δημοσίαν. 31 Pœnam judicis non deferentis literis requisitoriis aut compulsoriis observa. 32 Et merito, nam licet mutetur præses, idem tamen judicium manet atque tribunal, *l.* 10. *ff. de off. procons. leg.* 76. *ff. de jud.* 33 *Nov.* 52. adde *tit. C. ne filius pro patre.* 7. *Ecl. ex l.* 23. *tit.* 2. *c.* 2. *fol.* 76. 34 Hinc sumpta est Authentica, *Imo a debito. C. de oblig.* 35 *l.* 12. *C. de oblig.* 36 *d. l.* 12. 37 Græci ita legunt μισθὸν, hoc est elocationem pro mercede. 38 Vid. quæ notavi ad *leg.* 1. *ff. ad leg. Fab. de plag.* 39 d. Authentica, *Imo a debito.* 40 In exilium mittitur. Sic Julianus patricius *const.* 125. *c.* 2. adde *d. l.* 1. *in pr. ibi; liberum hominem.* 41 Hinc sumpta est Authentica, *Si qua mulier. C. ad SC. Velleian.* Goth. Vid. Rittershus. *Expos. part* 2. *c.* 9. *num.* 12. Ans. 42 Uxor pro viro obligari nullo modo potest, etiamsi intercessionem sæpius confirmet: nisi pecunia accepta in rem ejus propriam versa sit, *in fin.* J. *hic.* Nisi statuto, vel consuetudine aliud sit

valere

valere aut tenere, sive semel, sive multoties hujusmodi aliquid pro eadem re fiat: sive privatum sive publicum sit debitum: sed ita esse ac si neque scriptum esset: nisi manifeste probetur, quia pecuniæ in propriam ipsius mulieris utilitatem expensæ sunt.

CAP. IX.

Ne mulieres in carceribus includantur.

NEcessarium [1] vero credimus & illud competenti adjutorio emendare [2], ut nulla mulier [3] de [4] qualibet re [5] includatur [6], aut custodiatur: sed si quidem pro fiscalibus debitis aut privatis pulsetur, secundum legem mulier aut per [7] virum suum, aut per se, aut per quam voluerit personam legitime respondeat, & transigat rem. Si vero vidua sit, aut non [8] a principio viro conjuncta: liceat similiter mulieri aut per se aut per quos voluerit propria jura proponere secundum legem. Eum vero qui præter hæc præsumpserit agere aliquid prædictorum, jubemus siquidem majores judices sint, viginti auri librarum: si vero minores sint, decem librarum auri pœnæ subjacere: obedientes autem eis in prædictis causis, spoliatos cingulo, pœnis subjici, & in exilium destinari. Si vero mulier post legitimam admonitionem noluerit instituere aliquem, qui pro ea respondeat, aut litigans addicta sit, nec sic includi aut custodiri eam, sed legitima jura in competentibus ei rebus procedere. Si vero crimen sit quod infertur mulieri, in quo necessarium est ipsam custodiri: siquidem fidejussorem personæ præstare potest, ipsi credatur. Si vero juraverit *non posse se dare fidejussorem*, juratoriam [9] cautionem faciat, de observatione judicii. Si vero gravissimum inveniatur crimen in quo accusatur, in monasterium [10] aut in asceterium mittatur: aut mulieribus tradatur, per quas potest publice & libere custodiri, donec causa ejus manifestetur: tunc autem illa procedant in eam, quæ legibus definita sunt. Nullam enim mulierem pro pecunia fiscali sive privata causa, aut pro criminali quolibet modo, aut in carcerem mitti concedimus, aut a viris custodiri: ut non per hujusmodi occasiones inveniantur circa castitatem injuriatæ. Monastriam quidem aut ascetriam per nullam actionem trahi [11] concedimus de propriis monasteriis aut asceteriis.

CAP. X.

Quæ sit mulieris adulteræ pœna.

SI [12] quando vero adulterii crimen probetur; jubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Constantinus [13] divæ memoriæ disposuit [14]: & illis similibus subjiciendis pœnis, qui medii [15] ministri hujusmodi impio crimini facti sunt. De substantia vero adulteri, si habeat uxorem, dotem & propter nuptias donationem ei salvari: aut partem a nostra lege datam, si dotalia instrumenta non subsequuta sunt. residuam vero ejus substantiam, siquidem sint ascendentes aut descendentes usque ad tertium gradum, accipiant hi secundum ordines & gradus. Si vero non sunt hujusmodi aliqui, fisco [16] applicari hæc jubemus. Adulteram [17] vero mulierem competentibus vulneribus subactam, in [18] monasterium mitti: & si quidem intra biennium recipere [19] eam vir suus voluerit, potestatem ei damus hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens: & nullatenus [20] propter ea quæ in medio tempore facta sunt, nuptias lædi. Si vero prædictum tempus transierit, aut vir, priusquam recipiat mulierem, moriatur, tonderi eam, & monachicum habitum accipere, & habitare in ipso monasterio in omni propriæ vitæ tempore: & si quidem habeat descendentes, duas partes [21] accipere eos substantiæ, secundum legum ordinem divisas, reliquam vero tertiam partem monasterio, in quod mittitur, dari. Si vero descendentes non fuerint, sed ascendentes inveniantur non consentientes hujusmodi iniquitati: quatuor uncias eos secundum leges divisas accipere: octo vero uncias dari monasterio in quo includitur hujusmodi mulier. Si vero neque descendentes neque ascendentes habeat, aut ascendentes consenserint hujusmodi iniquitati: omnem ejus substantiam accipere monasterium illi conservandam: ut per omnes casus viro pacta dotalibus illata instrumentis serventur.

CAP. XI.

Pœna injusti repudii.

QUia [22] vero aliqui nostram legem [23] transcendere student, in qua evidenter causas enumeravimus, ex quibus solum repudia possunt transmitti aut a viro, aut a muliere, jubemus præter illas causas nullo modo repudia fieri, aut per consensum [24] nuptias solvi, & concedere invicem delictis. Si [25] vero præter a nobis definitas causas præsumpserint aliqui solvere matrimonium: jubemus si quidem descendentes habuerint sive ex ipso, sive ex alio matrimonio, substantiam eorum illis dari secundum legum ordinem, & tam virum quam mulierem in monasterium [26] mitti in omnibus vitæ suæ temporibus & de singulorum facultatibus quaternas uncias monasteriis, in quibus mittuntur, separari: viro nihilominus neque [27] usum habente datæ partis filiis: quoniam pater rerum filii in potestate positi non habet usumfructum. Si vero descendentes non habeant, sed ascendentes inveniantur: tertiam partem substantiæ accipere eos, si non iniquitati solutionis matrimonii consenserint, duas vero partes monasteriis, in quibus unusquisque mittitur, separari. Si vero neque descendentes neque ascendentes inveniantur, & ascendentes consenserint facto: jubemus omnem substantiam monasteriis, in quibus missi sunt, dari: ut non propter hunc contemptum, & Dei judicium contemnatur, & nostra lex transgrediatur. Sed & ministros talis solutionis nuptiarum, aut qui hujusmodi infanda instrumenta composuerint [28], corporalibus pœnis subjici jubemus, & in exilium destinari. Si vero ii qui matrimonium solvere præsumpserunt, voluerint iterum [29] sibi conjungi, priusquam mittantur in monasterium: licentiam eis damus hoc facere, & prædictas pœnas concedimus eis, & proprias habere substantias, & ita adinvicem vivere, tanquam si nihil delictum fuisset. Uno vero volente matrimonium revocare, si non consentiat alia persona, contra [30] eum qui noluerit teneant pœnæ. Hæc vero omnia servari jubemus tam in regia hac civitate quam in provinciis, tam a comite privatarum, quam a Palatinorum schola, & provinciarum judicibus & officiis eorum: scientibus quod si neglexerint hujusmodi alicujus delicti, & non omnia hæc custodierint, & exilium & proscriptionem bonorum sustinebunt. Hæc vero jubemus servare locorum sanctissimos episcopos [31], ut providentia eorum traditæ personæ in monasteriis mittantur: & de rebus earum quod a nobis definitum est, monasteriis vindicetur.

CAP. XII.

SI quis vero accusatus de adulterio, per proditionem judicum, aut alio quolibet modo a legibus pœnas effugerit, & post hoc inveniatur cum muliere, de qua accusatus est, turpiter conversatus, aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat vivente marito, aut post [32] ejus mortem: neque matrimonium valere jubemus: sed eum qui hoc delinquere præsumpserit: & si prius profugerit, attamen licentiam damus omni judici & comprehendere eum, & post tormenta ultimis suppliciis subjicere: nulla alia excusatione aut probatione facienda: & mulierem castigatam, & detrusam monasterio immitti jubemus: & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: utriusque vero substantiam secundum prædictum ordinem dividi periculo (sicut prædiximus) tam comitis privatarum quam judicis loci.

CAP. XIII.

De pœnarum omnium moderatione.

QUia [33] vero nos oportet humani generis infirmitatem protegere: corporales pœnas secundum aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras [34] manus aut pedes [35] abscindi, aut hujusmodi quædam inferri supplicia, per quæ articuli [36] dissolvuntur: quia membrorum dissolutio gravior est utriusque manus abscissione. Propter quod jubemus, si quidem tale aliquid delinquatur, unde leges mortem delinquentibus inferunt secundum legum virtutem sustinere eum pœnas. Si vero tale fuerit crimen quod morte dignum non sit, ipse aut castigetur aut in exilium transmittatur. Si vero criminis qualitas membri abscissionem exigat fieri: unam solam [37] manum [38] abscindi.

receptum. Hinc fit, ut in Gallia mulier pro marito possit fidejubere, si prius tamen Velleiano renunciaverit, vid. Paponem 12. *Arrest.* 3. Gailius 2. *obs.* 90. refert in Germania receptum esse, ut uxores mercatorum quasi sociæ pro maritis teneantur. Quid si pro alio obligantur, juvantur tamen Velleiano, nisi post biennium obligationem confirmaverint, *leg.* 22. *C. ad SC. Velleian.* adde *Nov.* 6. *c.* 1. §. 2. *l.* 2. *ff. ad SC. Velleian.* An maritus pro uxore obligari possit, vid. Gailium *d. loco.* 1 Hinc sumpta est Authentica: *Hodie, C. de custod. reor.* adde 6. *Ecl. c.* περὶ γυναικῶν. *ibid. in fin.* καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐγκλείεσθαι αὐτάς. 2 Et ita abrogatur *lex* 3. *C. de custod. reor.* 3 Aliud in maribus. *l.* 1. *C. qui bon. cedere.* 4 Id est, ob quamlibet rem civilem vel fiscalem. 5 Etiam criminali *vers. si vero crimen* ¶. 6 Invitæ etiam domo abstrahi non possunt, & in publicum educi, *l.* 1. *Cod. de off. divers. jud.* 7 Uxor in jus vocata per maritum suum vel alium respondere & rem legitime transigere potest. 8 Id est, si virgo sit. 9 Juratoria cautio, subsidium fidejussionis. *Nov.* 112. *cap.* 2. 10 Utcunque causa sit criminalis, & quidem atrox, mulier tamen non conjicitur in carcerem jure civili, sed vel monasterio vel custodiæ mulierum datur, ne pudori ejus insidietur, quod hodie paucis vel etiam nullis locis servatur. 11 Monastriæ & ascetriæ ob quodvis delictum ex suis monasteriis non trahuntur. 12 Hinc sumpta est Authentica, *Sed hodie, C. ad l. Jul. de adult.* 13 Imo Constantinus & Constantius *l.* 4. *C. Theod. quorum appellationes non recipiantur.* 14 Nempe capitales *l.* 30. *Cod. ad l. Jul. de adult.* 15 Οἵ τινες μέσοι ἢ ὑπουργοί, *ut hic.* & *Nov.* 123. *c.* 2. §. 1. Minister delicti punitur, Mediator sceleris existimatur conscius, quique scientiam delicti habet, nec indicat, *leg.* 16. *ff. de pœn. l.* 2. *l.* 6. *leg.* 7. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* qui mandat, *l.* 15. *in fin. ff. ad l. Corn. de sicar. leg.* 24. *ff. de jure fisci.* vel jubet, *l.* 157. *ff. de reg. jur.* qui delictum commissum ratum habet, *l.* 25. §. 5. *ff. de petit. hered. leg.* 5. *Cod. de accus.* qui suadet, *leg.* 16. *ff. de pœn.* qui dat consilium, *leg.* 50. §. 2. *leg.* 52. *ff. de furtis.* opem, ministerium, adjutorium, *leg.* 50. §. 1. 2. 3. 4. *ff. de furtis.* qui homines ad delictum cogit, *l.* 2. §. 2. *ff. vi bonor. raptor.* aut congregat, *l.* 5. *ff. de vi privat.* qui comitem se adjungit, *l.* 5. *ff. repetund.* ac socium, *l.* 39. §. 4. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 6. §. 2. *ff. de plagiar.* qui recipit partem pretii rei furtivæ, *l.* 1. *ff. de receptatoribus*, qui furem domo recipit, *ff. de recept.* qui rem furtivam alio defert in gratiam furis, *l.* 35. *ff. de furtis.* qui sinum furanti præbuit, *l.* 6. *in fin. ff. peculatus.* qui domum locat ac concedit gratis, ad maleficium, vid. *Nov.* 14. §. 1. *Nov.* 42. *c. ult.* §. 2. *Nov.* 58. *l.* 8. 9. *ff. de adult.* qui concedit ferramentum ad ostium alterius effringendum, & scalas ad ascendendum, *l.* 54. §. 4. *ff. de furtis.* & pecuniam administrat delictum commissuris; *l.* 7. *ff. de sicariis.* qui conducit delinquentem, *l.* 11. §. 4. *ff. de injuriis.* qui concitat, qui submittit, *l.* 11. *l.* 15. §. 8. *ff. de injuriis.* qui in gratiam alterius scribit, qui componit, qui edit famosum libellum, *l.* 5. §. 9. *ff. de injuriis.* facit *Nov.* 42. *c.* 1. §. 2. *in fin.* Nonnunquam etiam delinquit, qui aures & oculos delicto præbet, *Nov.* 123. *c.* 20. veluti si quis prohibitas artes discat, *l.* 8. *C. de maleficiis.* non idem in eo, qui fugitivo iter monstravit, *l.* 62. *ff. de furtis.* 16 Et ita maritus ex bonis adulteri nihil lucratur. 17 Vid. 4. Harm. 6. §. 56. aut potius scholiastem Harmenopuli, quam ipsum Harmenopulum. 18 Res ita habet, Adulter olim deportatione, *l.* 5. *ff. de quæstionib.* post gladio punitus lege Constantini, *l.* 30. *in fin. C. de adult. de qua ibid. latius dicam.* Ex ejus bonis dos & donatio propter nuptias, aut quarta uxori ejus debita detrahitur. In reliquis ejus bonis descendentes & ascendentes succedunt ad tertium usque gradum: non extantibus iis, adultero succedit fiscus. Adultera vero hic, gladio non punitur, sed verberata in monasterium ad tempus mittitur: interdum in perpetuum, verbi gratia, si maritus intra biennium mortuus sit, aut si intra id tempus eam recipere noluerit: *ut hic.* adde 6. Harmen. 2. Et ita mitius hic (aliud est in injusto repudio, nam mulier viro, quod ad pœnam, exæquatur *Novell.* 117.) agitur cum adultera, quam cum adultero. Sed Leo *const.* 52. voluit tum adultero, tum adulteræ nasum præscindi, *l. ult. Cod. ad l. Jul. de adulteriis.* maritum vero dotem lucrari. 6. Harm. 1. *de bonis adulteræ*, vid. *vers. si vero.* ibi *si quidem habeat* ¶. *hic.* 19 Redintegrari potest matrimonium cum adultera, quod olim non licuit. *l.* 37. *in fin. ff. de minor.* 20 Redintegrati matrimonii effectus. 21 Hinc & ex sequentibus possis colligere, Maritum nihil lucrari ex bonis uxoris adulteræ: ut quæ descendentibus & ascendentibus & monasterio certo gradu atque ordine distribuantur; de ea re dixi ad *Novell.* 117. *c.* 13. adde 6. Harm. 2. de jure in ea re veteri vid. Ulp. 6. §. 12. 22 Hinc sumpta est Authentica, *Idem est. C. de bon. quæ lib.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 12. *cap.* 6. Ans. 23 *Nov.* 117. *c.* 9. 10. 24 Consensu mutuo nuptiæ non dissolvuntur, etiam si naturale sit, unumquodque eo genere dissolvi, quo contractum est, *l.* 35. *ff. de reg. jur.* & ita abrogatur *Nov.* 22. *c.* 4. 25 Pœna injusti repudii *Nov.* 127. *c. ult.* 26 Pœna est in monasterium conjici vel ei addici. 27 Auth. *Idem est. C. de bonis quæ liber.* 28 Pœna notarii conficientis instrumentum injusti repudii. 29 Redintegrari potest matrimonium. 30 Ne alterius delicto puniatur. 31 Cura episcopalis ad quæ porrigatur. 32 Nemo potest eam uxorem ducere, cum qua adulterium commiserit. huc refer *tit. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* adde *leg.* 11. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 28. *l.* 34. *C. ad l. Jul. de adult.* Martial. 1. *Epig.* 75. Mœchus erat, poteras tamen hoc tu Paula negare. Ecce vir est: nunquid, Paula, negare potes? & alio loco. 6. *Epigr.* 22. Quod nubis Proculina concubino. Et Mœchum modo, nunc facis maritum. Ne lex Julia te notare possit. Non nubis Proculina, sed fateris. vid. Cujac. *hic.* 33 Hinc sumpta est Authentica, *Sed novo jure. C. de servis fugit.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 13. *c.* 2. Ans. 34 Nemo potest ita damnari, ut utraque manus ei, vel uterque pes abscindatur, vel ut solvantur artus. Fugitivo pes unus amputatur, *l.* 3. *C. de servis fugit.* falsario manus una, *Nov.* 17. *Nov.* 42. 35 Pedis abscissio, de qua dicam ad *l.* 3. *C. de servis fugit.* 36 Τὰ ἄρθρα διαλύονται. *Scrimg.* Nulli judici liceat exarthrare in quocunque delicto, Jul. *hic versic. nulli.* Exarthrandi verbo, opinor, intelligit inscissionem nervorum, quo supplicii genere falsi reus punitus fuit Alexandri decreto, *teste Lampridio.* nec enim puto, crurifragium hic intelligi, cujus fit mentio apud Johann. 19. *v.* 32. 33. Apulejum 9. *Asini.* Ammianum 14. apud Gallicanum *in Cassio.* Suetonium *in Octavio c.* 67. a quo non multum differt rotæ supplicium, quo nunc passim judices utuntur adversus latrones seu grassatores: nam rota veterum dissimilis fuit: de qua vide Demosthenem 3. *in Alphebum.* Ciceronem 3. *Tusc.* Suidam, Lucianum *in epist. ad Stesichorum* 3. Apuleium 3. & 20. Nicephorum 3. *c.* 14. Cujacium 3. *obs.* 28. *in fin.* 37 6. Harm. 10. *in fin.* 38 Manus non amputatur furi, *ut hic.* Lege divina amputabatur mulieri quæ verenda certantis cum marito prehendisset. *Deut.* 25. & Galba, nummulario non ex fide versanti pecuniam, manus amputari jussit, mensæque ejus affigi. Suet.

Pro furto [1] autem nolumus omnino quodlibet [2] membrum abscindi, aut mori, sed aliter eum castigari. Fures [3] autem vocamus, qui occulte & sine armis hujusmodi delinquunt. Eos vero qui violenter [4] aggrediuntur aut cum armis, aut sine armis, in domibus aut itineribus [5], aut in mari [6], pœnis eos legalibus subdi jubemus. Ut autem non solum corporales pœnæ, sed etiam pecuniariæ mediocres fiant, sancimus eos, qui in criminibus accusantur, in quibus leges mortem [7] aut proscriptionem definiunt: si convincantur, aut condemnentur, eorum substantias non fieri lucrum judicibus aut eorum officiis, sed neque secundum veteres leges fisco [8] eas applicari, sed si quidem habent descendentes & ascendentes usque ad tertium gradum, eos habere [9]. Si vero mulieres [10] habeant qui condemnati sunt: omnibus modis jubemus istas & dotem & antenuptialem donationem accipere. Si vero sine dote talibus personis conjunctæ fuerint: a legibus definitam [11] partem de tota substantia condemnati eas accipere: sive filios habeant, sive non. Si vero neminem prædictorum habeat qui deliquit: tunc fisco sociari ejus substantiam. In majestatis [12] vero crimine condemnatis, veteres leges servari jubemus.

EPILOGUS.

† Providentiam igitur adhibeto gloria tua, ut præsentem sacram legem nostram; & in alma hac urbe proponat, & per provincias mittat insinuetque harum præsidibus, quo magis omnes subditi intelligant, quantam pro ipsis geramus providentiam. Dat. Kal. Maji, *Constantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug.* Basil. [13] V. C. CONS.

TIT. XVIII.

NE QUIS COGATUR BONIS [14] CEDERE.

NOVELLA CONSTIT. CXXXV.

PRÆFATIO.

Quibus maxime rebus divinum a nobis numen placari perhibetur, ea sane inter subditos jugiter incrementum accipere, atque elucescere contendimus. Zosarius quispiam ex Mysis oriundus [15] cum [16] lacrymis porrectis precibus nos edocuit, quod cum pecuniarum publicarum pariter & privatarum nomine conveniretur a clarissimo provinciæ præside per contumeliam, & quidem solam. Neque enim credidit de iis pecuniis propriarum rerum suarum persecutionis libellos oblatum iri, id quod injustissimum habetur, & inter ea capitula quæ cum primis adferunt molestiam. Ubi enim locorum justum est, ut is qui in universum ex accidenti [17], non supina negligentia res suas amisisse traditus esset, denuo per vim ad ignominiosam [18] vitam transponatur, & ad quotidiani victus, neque non (ut licet conjicere) amictus corporis inopiam adigatur?

CAP. I.

De his edocti, alacriterque cupientes id, quod deterius est, per melius corrigere, quo magis ea re omnium optimus Deus concilietur neque [19] calamitosi aliquid nostris geratur, inque usu habeatur temporibus: sancimus [20], ut nemini gloriosissimorum aut magnificentissimorum magistratuum liceat rei causa cessionis bonorum necessitatem alicui eorum inferre, qui de prædictis causis *propter* [21] *pecunias publicas forte, aut etiam privatas* judicium sustinent, aut hujusmodi contumeliis uti, ac prætextibus, perinde quasi dum corporis [22] supplicium ipsi remittitur, maluerit rerum suarum amissionem capessere potius, quam cum inopiæ jugo itidem ad mortem usque premi opprobrio ignominiæ [23]. Jusjurandum [24] tamen per adoranda præbeat eloquia, *quod nullam rerum causa occasionem aut aurum reliquum* [25] *habeat, unde æris alieni supplementum faciat.* Præterea si qua ipsi jura lex vel ex hereditate, vel cognatorum donatione in rebus mobilibus præstet, in quarum possessione nondum constitutus sit, competere tamen ipsi videantur, possintque [26] creditores vel partem ex iis, vel etiam totum colligere, extra tamen res uxoris, *siquidem revera ad illam pertineant*, hoc fiat, creditoribusque hujusmodi actionum vindicandi, & in personam ejus, qui aliquando jurium futurus sit dominus, actiones instituendi, sive præsens debitor est, sive non, & (ut simpliciter dicamus) quoad actionem & vindicationem rerum consistendi in persona ejus, qui ita fuerit obnoxius, licentia sit.

EPILOGUS.

† Diligens itaque & virtutis amans magnificentia tua, ea, quæ tam pie nobis placuerunt, observato: decem librarum auri multam ei, qui ex iis aliquid, quæ de his a nobis sancita sunt, transgredi præsumpserit, irrogans. Neque enim absque periculo erit, sed & vitæ periculum inferetur iis, qui vel sola cogitatione tenus ea quæ juste a nobis per hanc sacram exprimuntur legem, transilire attentaverint. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* BELIS. V. [27] C. CONS.

TIT. XIX.

DE ARGENTARIORUM [28] CONTRACTIBUS [29].

NOVELLA CONSTIT. CXXXVI.

PRÆFATIO.

Qui in corpore ac collegio consistunt argentariorum hujus almæ urbis, hi supplices apud potentiam nostram facti, de multis nos capitulis petierunt, potiri cupientes auxilio, ut qui multis [30] se utiles præbeant, *unde* [31] *sponsiones & mutui obligationes periculo plenæ accedunt.* Nam cum sacra nostra existat constitutio [32], quæ vult, *ut exactiones ordine fiant, ac primum quidem principales rei, & res eorum excutiantur, deinde vero & fidejussores & mandatores neque non constitutæ pecuniæ rei*: ab hac legislatione ipsorum eximi consortium, & pati omnium gravissima, si ipsi quidem constitutionis auxilio uti nequeant, sed protinus exigantur: cum vero constitutæ pecuniæ obligationes ab aliis percipiant, non item ipsis satisfaciant, qui pecuniam constituerint mandatoresve in eam rem aut fidejussores extiterint, & convenire, ut ipsi communium legum participes sint, aut sibi constitutio nostra non adversetur.

CAP. I.

Sancimus igitur, ut cum aliqui ex his qui argentariæ mensæ præpositi sunt, mutuam alicui pecuniam dederint [33], & vel constitutæ pecuniæ reos, vel fidejussores, vel mandatores in eam rem acceperint, opponaturque ipsis constitutio, & ordo per eam introductus: nihilominus & in ipsis constitutio obtineat, nisi [34] speciale pactum fecerint, *ut creditori licentia sit, tam principalem debitorem quam mandatorem atque fidejussorem, & constitutæ pecuniæ reum conveniendi, non expectato* [35] *constitutionis gradu.* Propter ingens enim illud studium, quod argentarii circa publicos contractus adhibent, hujusmodi pacta conventa admittimus: cum non videantur contra legem esse, propterea quod *unicuique integrum est his, quæ ipsi a lege data & concessa sunt, renuntiare* [36]. Proinde sicubi tale pactum fiat: licitum ipsis esto, tam principalem debitorem, quam mandatorem & fidejussorem, atque alias porro personas convenire. Ut quidem si nullum pactum adscriptum sit, penitus & in ipsis valeat constitutio [37]. Si pacta vero adscripta sint: simul formam ac regulam [38] addant contractui, simul exinde inferatur exactio.

CAP. II.

Secundum vero ipsis capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridem [39] fecimus, cum quis argentariæ mensæ præpositus militet, aut filios suos militare faciat, ut nequeant eo militantes ipsorum filii uti, quasi non ex paternis, aut aliunde quæsitis pecuniis militent, sed creditorum: & petierunt,

in Galba c. 9. Exactori publico res susceptas non ex fide describenti manus etiam amputatur. vid. quæ dixi *Nov.* 17. *c.* 8. ut & lectionis improbatæ libros scribenti. *Nov.* 42. *c.* 1. §. 2. *in fin.* Jure Insubrum eandem pœnam sustinent, qui contractum falsum feudi seu prædii clientelaris conscripserunt 2. *Feud.* 55. *de prohibita feudi alienatione vers. Scriba vero.* quique contra pacis statutum aliquem vulnerarunt §. *si quis alium* 2. *Feud.* 27. *de pace tenenda, & ejus violatorib. in princ. vers. Si quis alium.* Quædam alia vide apud Cujac. 7. *obs.* 13. Petrum Gregorium 31. *synt.* 16. *n.* 6. amputatur etiam manus raptori. *Nov. Leonis* 35. 1 Aliud pro latrocinio, nam latroni vita adimitur. vid. 2. *Feud.* 28. *tit. de pace tenenda* §. 5. & §. *si quis quinque solidos. l.* 28. §. 15. *ff. de pœnis.* Fures tamen interdum capitaliter puniti sunt. *l. pen. ff. de cond. causa data.* 2 Puta linguam (quæ tamen perjuro Nov. Leonis abscinditur. vid. quæ dixi ad *Nov.* 77. *s. hic.*) nares (quæ tamen amputantur furibus lege Longobardorum *l. de latronib. l. si quis latro. C. de Longobard. de furtis.* vid. *Novell. Leon.* 32.) aures (quo supplicio Persarum reges affecerunt quosdam captivos Græcorum. Diod. *lib.* 17. *anno* 6. *Alexandri.*) oculos (de excæcatione dicam ad *Nov. Leonis* 92.) testes seu testiculos: dic idem in castratione. vid. *Nov. Leonis* 60. 3 Fures qui dicantur. 4 Latrones hi dicuntur. 5 Ii sunt grassatores *l.* 28. §. 10. *ff. de pœnis. Nov. Leonis* 70. 6 Ii sunt piratæ; de quibus *l.* 3. §. 1. *ff. nautæ, caupon. l.* 18. *ff. commodati.* 7 Bona ad mortem damnati vel proscripti non confiscantur *Nov.* 17. *c.* 12. 8 Hinc sumpta est Authentica, *Bona damnatorum lege* 17. *Cod. de bonis proscript.* 9 *Confiscations n'ont point de lieu en pays de droict escrit. Nov.* 17. *c.* 12. & ita abrogatur *lex* 1. *ff. de bon. damn. l.* 4. *C. de bon. proscript.* quosdam casus excipe, puta crimen majestatis, *l.* 5. *C. ad l. Jul. majest.* incestarum nuptiarum, *Nov.* 112. Dic idem, si quis castitatem non servaverit, post solutum castitatis causa matrimonium, *Nov.* 117. sed ea de re dicam plenius *ad tit. C. de bon. proscript.* 10 *l.* 9. *C. de bon. proscript.* Goth. Conciliationem hujus §. cum *Novell.* 17. *c.* 12. & *auth. bona damnatorum. Cod. de bon. damnatorum. Cod. de bon. proscript.* vid. apud Rittershus. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 35. Ans. 11 Id est, quartam *Nov.* 117. *c.* 5. 12 Vid. *l.* 5. *C. ad l. Jul. majestatis.* 13 Anno 30. post consulatum BASILII V. C. anno 15. Cujac. *hic.* id est, anno 541.

14 Cedere bonis nemo cogitur, ut hic: de cessione bonorum adde *L.* 42. *ff.* 3. & *L.* 7. *Cod.* 71. vide Paponem 10. *Arr.* 10. *de cession de bien.* Petrum Gregorium 12. *Synt.* 8. ubi tractat de cessione bonorum *c.* 9. de personis & qui cedere bonis possint *c.* 10. quibus & pro quibus debitis, cessio fieri non possit *c.* 11. de præscripta cedendi bonis formula *c.* 12. cessionis bonorum auxilium non porrigi ad fidejussores cedentium *c.* 13. de fine præcipuo cessionis *c.* 14. de ratione inducendi beneficium cessionis *c.* 15. num hoc beneficium cessionis locum habeat, quoties quis debiti causa se carceribus teneri obstringit: & an expresse ei renunciare possit debitor: ubi tandem probat, debitorem ad cessionem faciendam admitti, sive nude, sive jurejurando cessionis beneficio renunciet, id confirmatum legimus Arresto, cujus meminit Papo 10. *Arrest.* 10. *num.* 3. 15 Et ita ex territorio imperatoris. Legis Juliæ beneficium ad solos cives pertinebat, Cæs. *de bell. Gall.* Suet. *c.* 41. *in Jul.* Tacit. 5. *Annal.* postea indultum extraneis *l.* 4. *Cod. qui bon. ced.* In Gallia extranei non fruuntur hoc beneficio. Pap. 10. *Arrest.* 10. *n.* 12. Contra, apud Flandros indigenæ non juvantur beneficio cessionis, nisi id beneficii a Principe magnis conditionibus impetraverint ex Caroli quinti sanctione lata anno 1541. vide Petrum Gregorium 22. *Arr.* 9. *num.* 16. 16 Cedere bonis non potest, qui voluntate sua inops factus est. *Butrigarius.* Cur? cessio non admittitur, nisi urgentibus creditoribus. vide Petrum Greg. 22. *Syntagm.* 9. *n.* 16. 17 Ἐκ τῦ συμβεβηκότος καὶ ἡ ῥαθυμίᾳ. recte, nam qui ex negligentia sua, non ex aliquo casu fortuito decoquunt, non procul ab infamia sunt. Lex Roscia cum cavisset, ut equites in XIV. ordinibus sederent, decoctores excepit. Cicero *Philipp.* 2. Plin. 33. *cap.* 2. Florus *Epitome* 99. Hujus etiam conditionis homines Adrianus in Amphitheatro catamidiari jussit, Galli, *Mitrer*, Spartianus *in ejus vita*, ut plerisque locis hodie fit in foro: & Bœotis eadem lex fuit: Nicolaus *apud Stobæum c.* 42. ut & Solonis, Laërtius 1. alias, cessio bonorum non infamat, ut *infr. hic.* 18 Ἀσχήμονα τὸν βίον ἑαυτῷ περιθεῖναι. dixi s. id genus infamiæ pertinere posse ad decoctores, non ad quosvis bonis cedentes *l.* 11. *C. ex quibus caus. infam. l.* 3. *l.* 5. *ff. de cess. bonor. l.* 2. *l.* 4. *C. qui bon. cedere.* adde *Nov.* 4. *c.* 3. *in fin.* adde *Theophil. Inst. quibus ex causis manumittere.* is utique, cujus bona venduntur, videtur infamia adfici. dixi *l.* 2. *ff. de obsequiis.* 19 Fuit hæc introducendæ bonorum cessionis ratio σεισάχθεια, de qua vide Petrum Gregorium 22. *Syntagm.* 14. 20 Res ita habet, Qui suo vitio ad inopiam sunt redacti debitores, carcerem, vincula, & verbera patiuntur. J. *hic. ibi, dum corporis supplicium ipsis remittitur. l.* 1. & *l. ult. C. qui bon. cedere, l.* 1. *C. Theod. hoc tit.* nisi maluerint cedendo bonis infamiam experiri, ut s. Qui vero non suo vitio, sed casu sunt ad id redacti, carcerem non patiuntur, non vincula, non verbera, non coguntur etiam bonis cedere, vel etiam speciem infamiæ subire propositam iis, qui bonis cedunt: sed cum primum bonam copiam ejuraverint, id est, cum primum probaverint inopiam proprio vitio sibi non accidisse, sed casu, liberantur carcere, cruciatuque omni corporis. Hotom. 24. *Illust. in fin.* 21 Hinc constat, Debitoribus ad inopiam redactis non suo vitio, beneficium cessionis etiam adversus fiscum superfluum esse: Superfluum, inquam, quia non coguntur bonis cedere, & tamen carcerem evitant. Effectu quidem bonis cedunt: quia bonorum omnium venditionem patiuntur: sed ea formula (quæ speciem habeat ignominiæ) bonis cedere non coguntur. 22 Decoctores corporis supplicium evitasse bonis cedendo hinc colligunt. corporis, inquam, at non omnino famæ. s. *hic* & J. *hic.* 23 Καὶ τῷ τῆς ἀσχημοσύνης πιέζεσθαι μέχρι θανάτου ὀνειδισμῷ. 24 Cessionis bonorum faciendæ varias variarum gentium formas vide apud Petrum Gregorium 22. *Syntagm. c.* 12. & *cap.* 8. *n.* 5. ubi notat inter cætera, symbolum cessionis hoc usitatum veteribus fuisse, debitori zonam solvi ex 15. Gelli. 12. ex Horatio 2. *epist.* 25 Quid si bonis cedens fidejussorem idoneum dederit? eo casu beneficium cessionis factæ reo non prodest fidejussori, vid. Gregor. *l.* 1. *c.* 12. admittit tamen ex sua persona, si forte contigerit, eundem vitio aliquo non suo, factum fuisse non solvendo. 26 Cedens bonis non ipso jure omni debito liberatur: alioquin bona ab eo quæsita postea non essent creditoribus obnoxia, convenitur ergo in iis bonis, sed quatenus tantum facere potest *l.* 4. *ff. hic.* nec enim fraudandus alimentis quotidianis est *l.* 5. *d. tit.* Quid si debitori cessionem bonorum facienti, partem tamen debiti re præstanti, pactum fuerit a creditoribus de non petenda alia quota debiti & is postea meliorem ad formam pervenerit? Si creditores dolo perducti quotam remiserint, negant interpretes debitorem exceptione pacti juvari. vide Petrum Gregor. 22. *Syntagm.* 13. *num.* 2. 27 Id est, anno 541.

28 Adde *Nov.* 4. *in fin.* & *l.* 2. *in fin. C. de constit. pecunia.* Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Novissimo lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. Ans. 29 *Edict.* 9. *Justinianus* 23. *Eclog.* 4. De argenti distractionibus qui & argyropratæ vocantur. Jul. *const.* 117. 30 Argentariorum officium publicam causam habet *cap.* 2. J. *hic.* 31 Intercedunt enim pro aliis *Edict.* 9. & *l. pen. C. de const. pecun.* Intercedunt enim suo modo, recipiendo scilicet ut cæteri constituendo. 32 *Novell.* 4. *cap.* 3. *in fin.* 33 Per argentarios credebantur pecuniæ. 34 Argentariis stipulari licet, ut fidejussorem priusquam reum principalem convenire possint. 35 Id est, non servato ordine discussionis. 36 Vid. *l.* 29. *C. de pactis.* 37 Id est *Nov.* 4. 38 Τὸ κανονίζον τὸ συνάλλαγμα. Pacta informant contractum, & legem dant contractui *l.* 1. §. 6. *ff. deposit.* vid. *l.* 52. *ff. de verb. oblig.* 39 Id est, anno 528.

ut

sit aut neque in ipsis hujusmodi locum haberet præsumptio [1], aut ipsis quoque eadem suppeterent, ut si quis mutuo ab ipsis sumpto militet, aut etiam ejus filii, neque debitum possit aliunde dissolvi, vel ex istiusmodi militiæ ejus, aut filiorum venditione, satis ipsis fiat. Nos igitur cum neque simpliciter legem [2] proposuerimus, sed cum convenienti observatione neque facile subverti ipsam sustineamus: sancimus, ut sacra constitutione valente, neque hac præsumptione, quæ secundum sacram constitutionem contra ipsos protenditur, sublata, quandoquidem multi, cum contrahunt, non suis omnia pecuniis facere videantur: habeant & ipsi hoc privilegii [3], ut si quis militet, aut ejus filii, ipsius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, si de numero earum sit, quæ [4] vendi solent. Consimiliter autem & filiorum nisi manifestissime ab ipsis comprobetur, quod vel ex maternis filiorum bonis vel ex principali largitate militia ipsis accesserit. Nam si debitum aliunde dissolvere nequeant: tunc argentariæ mensæ præpositis etiam ex filiorum militia satisfiat: siquidem ipsorum gratia hanc legem proponimus, opponentes eam præsumptioni, quæ ex constitutione nata est. Et quemadmodum [5] illa prædictam contra ipsos præsumptionem effecit: ita & nos contrarium ipsi remedium addentes, his solummodo, qui de prædicto consortio sunt, liberalitatem nostram explicamus propter communem [6] ipsorum utilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis se periculis immiscent, ut ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur.

CAP. III.

Porro neque illud abs re dicere visi sunt, si cuipiam mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati sint ad nonnullarum [7] mobilium aut immobilium rerum emptionem, & certam auri summam dederint, *& mutuata pecunia res empta sit*, ut prorsus ipsi ea in re potiora jura habeant, neque distortione aliqua tententur: sed simul ac ostenderint suis pecuniis eam rem comparatam [8] esse, neque possint debitores pecunia ipsis numerata satisfacere: res istiusmodi pecuniis empta perinde ipsis addicatur, quasi revera ab ipsis emptio celebrata foret, & nuda [9] emptoris appellatio fuisset apposita. Neque enim justum est, ut qui [10] tam largiter pecunias suas profundunt, non item primum [11] & extra omnem controversiam positum ordinem in rebus sua pecunia [12] comparatis teneant: dumtaxat si in contractibus scriptura interveniente celebratis hypothecæ aliqua facta sit mentio. hoc namque si observaverint: totum habituri sunt, quod a nobis petierunt: imo vero etiam amplius quam petierunt: si quidem omnibus præstantiora ipsis jura in iis rebus concedimus, quæ ipsorum pecuniis emptæ probantur. Si tamen contractus factus sit, aut fiat, nulla scriptura interveniente, ipsique vel pecuniam numeratam dederint, vel (quod maxime apud argentariæ mensæ præpositos fieri consuevit) species [13] aliquot mundi forte muliebris, aut argenti, quod ob ejusmodi datur venditurve, pro quo tamen pretium [14] nondum perceperint: tunc liceat ipsis hæc tanquam sua vindicare, etsi hypothecarum jus in iis non habeant. Neque enim illi possidebunt aliena: & cum aurum pro pretio non solverint, frustra detinebunt ea, quæ ipsis ab aliis tradita sunt: sed sive ad heredes transmiserint, heredes eorum pro ipsis, vel ipsa data reddent: sive ad heredes non pervenerint, licebit hæc ipsis vindicare, nulla contra ipsos hypotheca in eorum rebus, quæ per alios forte quæsitæ sunt, valitura.

CAP. IV.

Quia vero legem tulimus, ne argentariæ mensæ præpositi ultra [15] besses usuras fœnerarentur, docuerunt autem nos, quod cum sine scripto fœnerari soleant: hi deinde illiberales se circa usuras præbeant, propterea quod & mutuum sine scripto contractum, neque stipulatio interposita sit: scilicet juxta illud quod vulgo dicitur, *non convenire, ut usuræ citra* [16] *interpositam currant stipulationem*: quamquam multi [17] casus sint, in quibus vel sine stipulatione & ex pacto nascatur usurarum obligatio: nonnunquam etiam hæ, tametsi non ex pactis, sed suapte [18] sponte introducantur, tamen exigantur: propterea sancimus, ut usuræ ipsis non solum ex stipulatione, sed etiam absque scripto præbeantur, nimirum tales quales ipsos lex stipulari permittit, hoc est usque ad bessem, [19] centesimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati sunt, hos utique per hujusmodi minutias injuriam perpeti, justum non fuerit.

CAP. V.

Insuper de hoc [20] quoque nos instruxerunt, quod hi qui cum ipsis contrahunt, cum instrumenta contractus & ratiocinia conficiunt, partim publice ea in foro componunt, partim ipsi propria manu conscribunt, partim ab aliis conscriptis subscribunt: petieruntque, ut si quid ejus generis conscribant, ii qui cum ipsis contrahunt, teneantur obnoxii & ipsis satisfaciant, neque possint hoc in usum assumere & dicere, quod tametsi instrumenta, sive confessiones, sive ratiocinia omnia manu sua conscripserint, aut aliis scribentibus his subsignarint, aurum tamen, quod in iis comprehenditur, datum non sit: & ut exinde hypothecas habeant, & besses usuras, quamvis scriptæ non sint, tamen percipiant. Nos itaque, quoniam ejusmodi communia, ac publica sunt & majore consideratione indigent: respondemus ad hæc, uti conveniens est. Et quidem si quis publicum instrumentum confecerit, aut totum propria manu conscripserit, aut etiam instrumentis, vel ratiociniis ab aliis conscriptis subscripserit: ut omnibus modis tam ipse, quam heredes ejus personalibus scilicet actionibus teneantur obnoxii, sancimus. Neque enim temere hypothecam dederimus his qui de ea pactum non fecerint, nisi omnino in scriptura eorum quæ in bonis sint comprobetur facta esse mentio, aut ipsi bona sua pignori opposuerint, aut saltem hoc simpliciter adjecerint periculo eorum quæ in bonis habeant, aut denique aliquid proloquuti fuerint, aut conscripserint, ejusmodi, quod intellectum quendam hypothecæ adferat. Tunc enim ipsis etiam hypothecam præbemus, ut neque legum nostrarum in universum naturam perturbemus, neque ipsos tolerabili defraudemus auxilio. Usuræ sane siquidem certas pepigerint, pactæ præstentur. Si vero dumtaxat scriptum fuit, quod fœneratitium creditum extiterit: nequeant contrahentes dicere, quod ex quo usuræ finitæ non sunt, propterea & debitum sterile haberi debeat, sed ex præsumptione [21] ita celebretur exactio, quasi besses usuræ expressis verbis nominatæ sint, atque hoc quidem de cætero observetur: in ratiociniis vero, quæ jam confecta sunt, & si nulla usurarum habita sit mentio: tamen quia manifestarium est, quod apud argentariæ mensæ præpositum solummodo contractus sub usuris ineatur, cum non possit, qui ipse usuras dependit, sine usuris dare impendia: liceat ipsis besses usuras expetere, ut tamen de cætero observent ea, quæ præsens ipsis sacra lex largitur.

CAP. VI.

In illo utique casu nimis quam ipsis opem ferimus, ut si ratiocinia proferantur, quæ expresse quamque causam [22] habeant adscriptam, in quam aurum datum est, atque hic ratiociniis ipsis subscripserit: etsi [23] singulas in ipsis causas propria manu non scripserit, aut etiam confessionem de hoc aliquam sive sub specie mutui, sive ex acceptilatione, sive etiam aliter non confecerit: nequeat amplius ab eo qui hoc fecit, singularum causarum particulatim probationes exigere: nisi forte ex abundanti velit vel ipsi, vel creditoris heredibus jusjurandum [24] deferre. hoc enim solum ei concedimus: intra tamen ea tempora [25], quæ exceptioni non solutæ pecuniæ attributa sunt. Nam si id quoque tempus præterire contigerit, neque jurejurando ipsos gravamus: id quod etiam in generalibus legibus descripsimus, quamquam ne hoc quidem ex usu erat: nam eum qui propria manu vel scripsit, vel tradidit ratiocinia, quomodo justum fuerit putare ita dissolutum extitisse, ut quæ data non essent, pro datis scriberet?

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quam quicunque præterea reipub. nostræ magistratus, inviolata custodire in perpetuum studeto: decem librarum auri pœna imminente his, qui hæc vel transgrediuntur, vel transgredi patiuntur. Dat. Kal. April. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. BASIL. V.C. [26]. CONS.

TIT. XX.
DE ORDINATIONE [27] EPISCOPORUM [28] ET CLERICORUM.

NOVELLA CONSTIT. CXXXVII.
Antonio Contio Interprete.

Imperator Justinianus Augustus Petro magistro officiorum.

PRÆFATIO.

Si civiles leges, quarum potestatem nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientium securitatem studemus, quanto plus studii adhibere debemus circa sacrorum canonum & divinarum legum custodiam, quæ super salute nostrarum animarum definitæ sunt? Qui enim sacros canones [29] custodiunt, domini Dei adjutorio digni sunt: qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetipsos judicio reddunt obnoxios. Majori [30] igitur condemnationi subjacent sanctissimi episcopi, quibus concreditum & commissum est & canones inquirere & conservare, si quod eorum prætermissum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Sane cum hactenus canones observati non recte fuerint, diversas ex eo passi sumus interpellationes contra clericos & monachos, & quosdam episcopos, ut qui secundum divinos canones non viverent, & quidam etiam inter eos invenirentur, qui nec ipsam quidem vel sanctæ oblationis [31] vel sancti baptismatis orationem tenerent aut scirent [32].

CAP. I.

Dei igitur intelligentes & animo insigentes judicium, singulorum quæ nobis delata sunt, inquisitionem simul & correctionem jussimus canonice procedere. Si [33] enim illa quæ a laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquisitionem & vindictam manere, quomodo a sanctis apostolis & patribus super omnium hominum salute canonice statuta despici patiemur?

Ea est autem lex ultima *C. de pignorib.* 1 Quod emitur ab argentario, censetur ac præsumitur emptum eorum nomine, a quibus idem argentarius pecunias accepit, ideoque licet argentarius sibi, liberis vel cognatis suis (hæc enim postrema particula recte additur a Jul. *n.* 502.) militiam aliquam emerit, ea tamen militia, tacito jure hypothecæ, præsumitur creditori argentarii obligata. Vicissim si argentarius credidit alicui pecuniam, & is postea sibi, vel suis liberis vel cognatis militiam comparaverit, talis militia, tacito jure argentario erit obligata. id autem privilegio singulari concessum est argentariis. J. *h. ibi, hoc privilegii.*
2 Id est, *d. l. ult. C. de pignor.* 3 Privilegium argentariorum observa, de quo §.
4 Nec enim quælibet militia vendi potest. 5 Æquitatis vis ea est, ut idem jus creditori argentario tribuatur, quod in eundem debitorem creditoribus datur. Eodem modo, si debitor Titii speciali beneficio cogere potest debitores suos ut solvant sine exceptione, Titio agenti debitor nullam poterit exceptionem opponere, *l.* 3. §. 3. *ff. quod quisque juris.* huc refer *l.* 3. *in fin. ff. mandat. l.* 46. *ff. de verb. sign. l.* 7. *C. de rescind.* 6 *l.* 10. §. 1. *ff. de edendo.* & necessarium usum *l.* 8. *ff. depositi.* 7 Argentarii hoc commune habent cum reliquis creditoribus *Nov.* 97. *l.* 7. *C. qui potior.* 8 Præsumitur alioquin res non ex argentarii pecunia empta, nisi probetur: quod in militia tamen empta non servatur *c.* 2. *supr. h. t.* 9 Id est, ut qui rem emit, nudum nomen emptioni accommodasse videatur, fructum vero omnem emptionis in creditorem ejus argentarium retulisse.
10 Argentarii. 11 Argentarii primum & extra omnem controversiam positum ordinem in rebus sua pecunia comparatis obtinent, si scriptura interveniente hypothecam sibi fuerint stipulati. 12 Qui jure principalis hypothecæ uti desiderat, creditum de scripto probare tenetur. adde *Nov.* 90. *c.* 3. in quibus contractibus scriptura requiratur, dixi ad *l.* 17. *C. de pactis.* 13 Argentarius si loco pecuniæ credidit aut vendidit monilia, nec ei satisfiat, potest argentarius eo casu monilia vindicare: quod in reliquis venditoribus non est, quibus jus tantum retinendi pignoris. *l.* 22. *ff. de hered. vend. l.* 13. §. 8. *ff. de action. empt. l.* 31. §. 8. *ff. de ædilitio edict. l.* 14. §. 1. *ff. de furtis.* non jus vindicandi competit.
14 Seu æstimationem earum. Julian. *hic n.* 504. id est, valoris rei æstimato datæ.
15 Argentarii besses usuras accipiunt. 23. *Eclog.* 4. *c.* 4. *in fin.* 16 *l.* 1. *C. de usur.*
17 Usuras citra stipulationem non deberi, non perpetuo verum est. nam interdum usuræ sine stipulatione, etiam ex nudo pacto debentur, dixi ad *l.* 30. *ff. de usuris.* 18 Αὐτομάτως *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. de usur. l. ult.* §. 2. *C. de jure dot.* 19 Argentariis stipulari besses usuras licet *l.* 26. §. 1. *C. de usuris.* Usuræ besses, *huit pour cent.*
20 Vid. Rittershus. *part.* 3. *cap.* 12. Ans. 21 Usuræ modus licet ab argentario adhibitus non fuit, besses tamen usuras stipulatus præsumitur: alioqui non sufficit usuras stipulari, nisi & modum usuris adjecerit, *l.* 31. *ff. de usur.*
22 *l.* 4. *ff. de pignor. l.* 4. *ff. de fide instr.* 23 Argentarii debitorem se esse qui scripsit, obligatur: etiamsi causam non expresserit: forte quia præsumitur mutuum accepisse, ducta præsumptione a consuetudine, statu, & officio creditoris, seu argentarii: non poterit itaque juris ob hanc præsumptionem, debitor argentario exceptionem non numeratæ pecuniæ objicere.
24 *l.* 14. §. 3. *Cod. de non num.* 25 Id est, intra biennium. *d. l.* 14.
26 Id est, anno 541.
27 Περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν. 28 De episcopis & clericis *Index Reginæ.*
29 Canones servandi. 30 Crescit delictum ex persona delinquentis.
31 Τῆς ἁγίας προσκομιδῆς. 32 Nota quosdam clericos, monachos, imo & episcopos Justiniani seculo rudes & imperitos sic fuisse, ut orationem sanctæ oblationis & sancti baptismatis nescirent. 33 Habenda est ratio eorum, quæ committuntur adversus leges hu-

Sane multos ex eo maxime deprehendimus in peccata fuisse prolapsos, quod [1] non sunt factæ synodi sanctissimorum sacerdotum, juxta ea quæ a sanctis apostolis & patribus definita sunt. Si enim hoc fuisset observatum, quilibet metuens gravem in synodo accusationem, studuisset utique, *& sacras ediscere* [2] *liturgias* [3], *& temperanter vivere*, ne condemnationi divinorum canonum subjaceret: illud quoque nihilominus quibusdam peccandi occasio fuit, quod absque [4] examinatione, & rectæ fidei atque honestatis vitæ testimonio ordinantur episcopi, presbyteri, diaconi, & cæteri clerici. Nam si ad orandum pro populo destinati, indigni divino ministerio inveniantur, quomodo pro transgressionibus & delictis populi Deum propitiare poterunt? Plane ordinationes sacerdotum *cum omni diligentia & rigore* [5] *fieri oportere*, docet nos & qui inter sanctos censetur Gregorius Theologus, sequutus sanctos Apostolos & divinos canones. Sic enim in magno Apologetico [6]: *Quis* autem (inquit) secundum Pauli canones & definitiones seipsum dirigens, quas de episcopis & presbyteris constituit, ut sicci sive sobrii sint, modesti, non vinolenti, non percussores, ad docendum idonei, irreprehensibiles in omnibus non conversantes malis: non multum aberrare se inveniet ab illa canonum rectitudine? Idemque rursum loquitur [7] in hæc verba: *Mundari* (inquit) *oportet* [8] *primum, ac deinde mundare: sapere, ac deinde sapientiam docere: lucem fieri, & postea illuminare: propinquari Deo, tum alios adducere: sanctificari, tum sanctificare: manu ducere cum manibus, consultare cum consilio.* Et rursus idem sanctis connumeratus Gregorius, de iisdem in eadem oratione istud scribit: *Quis instar figuli uno ipso die fictilia sua tornantis, ita repente fingat veri cultus antistitem, cum angelis stantem, & cum archangelis laudes canentem, & Christo consacrificantem.* Et per hæc quidem indicat ille Theologus, qualesnam oporteat ad sacerdotium promoveri. De his autem qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione. *Qui cum nihil* (inquit) *ad sacrum Dei altare & sacerdotium attulerint, nec in virtute & pulchro prius insudarint & elaborarint, simul* [9] *discipuli & præceptores pietatis ostenduntur: & priusquam purgati sint, purgant, heri* [10] *sacrilegi, hodie sacerdotes: heri extra sacra, hodie præsules mysteriorum: veteratores malitia, novitii pietate, qui sunt opus atque fabrica humanæ gratiæ, non Spiritus sancti.* Quod autem divini canones prohibent *clericos esse qui secundam uxorem duxerunt*, & inter sanctos Basilius [11] docens, sic ait: Digamos canon ministerio exclusit (inquit) & ex iis progenitos. Et hæc quidem sanctus Basilius. In tantum autem patribus sacerdotum cura fuit, ut qui Niceæ convenerunt, canonem [12] ediderint ita habentem: interdixit per omnia magna Synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam [13] habere mulierem, nisi forte aut matrem aut sororem aut amitam, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt.

CAP. II.

His igitur quæ sacris canonibus definita sunt, insistentes, præsentem sancimus legem, per quam sancimus ut quoties usu venerit episcopum ordinari [14], conveniant clerici & primores [15] civitatis cui ordinandus est episcopus, & propositis [16] sanctis evangeliis super tribus [17] personis psephismata fieri, & quemque ipsorum jurare secundum divina eloquia, & ipsis psephismatibus inscribi, *quod neque* [18] *per dationem, neque promissionem vel amicitiam vel gratiam, vel aliam qualemcunque affectionem, sed quod scientes ipsos rectæ* [19] *& catholicæ fidei, & honestæ* [20] *vitæ* [21], *& excedere* [22] *trigesimum ætatis annum, ipsos elegerint, & quod* [23] *neque uxorem* [24], *neque liberos* [25] *sciunt aliquem ex ipsis habere, nec pellicem* [26] *aut filios naturales sciunt ipsos habere vel habuisse, sed si quis eorum prius uxorem habuit, & illam solam* [27], *& neque* [28] *viduam* [29], *neque a viro separatam, neque sacris canonibus aut legibus interdictam, sed nec muneribus* [30] *publicis addictum, aut curialem, aut taxeotam, sive cobortalem aliquem eorum qui electi sunt esse cognoscunt*, præterquam si in monasterio non minus quindecim [31] annis monachicam vitam sine ulla calumnia exegerit: ea sane observatione quæ antea a nobis dicta est, & in talibus personis earumque electione observanda, ut ex tribus ita electis personis melior [32] eligatur electione & judicio ordinantis. Exigi etiam ante omnia ab eo qui ordinandus est, libellum [33] ejus propria subscriptione complectentem quæ ad rectam ejus fidem pertinent. Enunciari [34] etiam ab ipso & sanctam oblationis formulam, quæ in sancta communione fit, & eam quæ fit in baptismate precationem, & reliquas deprecationes. Jusjurandum [35] autem suscipere eum qui ordinatur per divinas scripturas, *quod neque* [36] *per seipsum neque per aliam personam dedit quid, aut promisit, neque posthac dabit vel ordinanti ipsum, vel his qui sacra pro eo suffragia fecerunt, vel alii cuiquam ordinationis de ipso faciendæ nomine.* Si quis autem præter memoratam observationem episcopus ordinetur, jubemus & ipsum omnibus modis episcopatu dejici [37], & eum qui contra talem observationem eum ordinare ausus fuerit.

CAP. III. [38]

Si quis autem accusationem [39] instituet contra ordinandos in episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel alium clericum, vel etiam abbatem ex quacunque causa, differatur talis ordinatio, & fiat [40] prius inquisitio accusationis præsente etiam accusatore, & ea quæ ab ipso delata sunt, usque ad finem prosequente. Si vero desistat & comperendinet accusator, nihilominus is qui ordinationem facturus est, inquisitionem diligentissimam faciat intra tres menses: & si quidem obnoxium invenerit eum qui accusationem sustinet, sive contra divinos canones, sive secundum nostras leges, prohibeatur ordinatio, si vero accusator aut præsens non probaverit, aut se absentaverit, siquidem clericus sit, proprio gradu depellitor; si vero laicus, competentem coërcitionem sustineat. Si autem quis ante examinationem causæ ordinaverit accusatum: tam ordinator quam ordinatus sacerdotio exuuntur.

CAP. IV.

Quando autem quod in canonibus cautum est de synodis sanctissimorum episcoporum per [41] singulas provincias congregandis, hucusque minime observatum est: illud in primis corrigere est necessarium. Sancti igitur Apostoli & patres definierunt, *bis* [42] *in unaquoque anno fieri debere synodos sanctissimorum sacerdotum in unaquaque provincia, & emergentes causas excuti, & competentem accipere correctionem*, hoc est, *unam quidem in* [43] *quarta* [44] *septimanæ sanctæ Pentecostes, alteram vero Octobris mense.* Nos autem invenientes quod ex hujusmodi negligentia [45] multi diversis peccatis impliciti sunt, jubemus omnibus modis unam [46] synodum fieri singulis annis in singulis provinciis mense [47] vel Junio, vel Septembri: & convenire quidem apud [48] beatissimos patriarchas, illos qui ab ipsis ordinati sunt, & qui non habent jus alios episcopos ordinandi: at apud sanctissimos metropolitas cujusque provinciæ, eos qui ab eis sunt ordinati. Quo in loco motas lites & interpellationes vel pro [49] fide, vel canonicis quæstionibus vel administratione rerum ecclesiasticarum, vel de episcopis & presbyteris, vel diaconis aut aliis clericis, vel de abbatibus, vel monachis, vel de accusata vita, vel de aliarum rerum correctione, moveri quidem & agitari, & convenienter examinari, & eorum correctionem secundum sacros canones procedere, & secundum nostras leges.

CAP. V.

Non solum autem in anniversariis synodis ista quæri volumus, sed etiam quoties quidam sacerdotum vel clericorum, vel abbatum, vel monachorum accusabuntur, vel de fide, aut turpi vita, aut ob aliquid aliud contra sacros canones admissum. Et si quidem episcopus est is qui accusatus est, ejus metropolitanus examinet ea quæ dicta sunt: si vero metropolitanus sit, ejus beatiss. archiepiscopus, sub quo degit. Si [50] vero presbyter vel diaconus vel alius clericus vel abbas, vel monachus, tunc sanctissimus episcopus cui subsunt, examinet delatas hujusmodi querelas: & cum veritas probata fuerit, unusquisque pro qualitate delicti canonicis pœnis subdatur examinantis arbitrio. Hæc autem omnia obtinere volumus non solum in ordinandis posthac episcopis & clericis & abbatibus, sed etiam in his qui nunc sunt, & qui ex quibuscunque causis per canones, & nostras leges interdictis accusantur. Si enim hæc ita observata fuerint, & laici maximum hinc & ad rectam fidem & ad vitæ honestatem profectum promerebuntur & percipient.

CAP. VI.

Ad hæc jubemus *omnes episcopos & presbyteros non in secreto* [51], *sed cum ea voce quæ a fidelissimo populo exaudiatur* [52], *divinam oblationem* [53] *& precationem quæ fit in sancto baptismate, facere*, ut inde audientium animi in majorem devotionem & Dei laudationem & benedictionem efferantur. Sic enim & divinus

manas, multo magis & eorum, quæ in divinas committuntur. *Goth.* De Synodis Episcoporum provincialibus consecrandis vid. *Novell.* 123. *cap.* 10. *can.* 36. *Can. Apostol. Can. Syn. Nicen. dist.* 14. Ans. 1 Synodorum intermissio causa malorum in ecclesia fuit. Synodos autem annuas intelligit, de quibus vide *Novell.* 123. *c.* 10. adde *c.* 36. *Canon. Apostol.*
2 Liturgiæ cognitio in clericis requiritur: hoc est, ut sciant saltem liturgias sacras legere, adde *Novell.* 123. *c.* 12. Julianus *cap.* 429. vertit *& literas scire.* 3 Λειτουργίας.
4 Corruptelas electionis episcopalis Justiniani observa: Nonnulli quippe tum eligebantur, sine examine, sine rectæ fidei vitæque honestatis testimonio. 5 Episcoporum ordinationes cum omni rigore & diligentia fieri debent. 6 De fuga sua in Pontum.
7 In oratione funebri Athanasii Alexandriæ episcopi. 8 Sed præstat Græca verba adscribi. Καθαρθῆναι δεῖ πρῶτον, εἶτα καθᾶραι, σοφισθῆναι, καὶ οὕτως σοφίσαι, γίνεσθαι φῶς, καὶ φωτίσαι, ἐγγίσαι Θεῷ καὶ προσαγαγεῖν ἄλλους, ἁγιασθῆναι, καὶ ἁγιάσαι, χειραγωγῆσαι μετὰ χειρῶν, συμβουλεῦσαι, μετὰ συνέσεως. 9 Simul discipuli & præceptores. 10 Χθὲς ἱερόσυλοι καὶ σήμερον ἱερεῖς. Χθὲς τῶν ἁγίων ἔξω, καὶ μυσταγωγοὶ σήμερον. Sic Aristides in Encomio Romæ, οἱ χθὲς σκυτοτόμοι, σήμερον ὁπλῖται. Cedrenus χθὲς δοῦλος ἐπίορκος, σήμερον δὲ τύραννος, heri servus, hodie libertus, vid. *l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de injuriis.* modo taxeota & buleuta, mox sacerdos *l.* 53. *Cod. de episc.* Tertull. *lib. de præscr. adversus hæreticos*: Ante sunt præfecti catechumeni, quam edocti. *& post*: hodie diaconus, qui erat lector: hodie presbyter, qui erat laicus: heri catechumenus, hodie pontifex: heri in amphithearro, hodie in ecclesia: vesperi in circo, mane in altari. *Hieron. ad Oceanum*, οὐδὲ ἐσχηματισμένην λαμβάνει τὴν χειροτονίαν ὡς ἄρτι μὲν ἰδιώτης, εὐθὺς δὲ κληρικὸς, εἶτα βραχύ τι διαλιπὼν ἐπίσκοπος ἀναφαίνεσθαι, *Novell.* 6. *cap.* 1. §. 2. 11 *Canone* 12. ad Amphilochium: adde *c.* 16. *Apost.* 12 *Nicen. synod. c.* 3. 13 Συνείσακτον, *Scrimg.* vid. *Nov.* 123. *c.* 29. *Nov.* 133. *c.* 3. vide quæ not. ad *l.* 19. *Cod. de episc.* 14 Χειροτονηθῆναι.
15 Clerici & primates civitatis eligunt episcopum *ut hic &* J. ibi, *ipsos elegerint.* & ita, si non plebs tota, priores tamen plebis ad electionem episcoporum fuerunt admissi, *dict. Nov.* 123. *c.* 1. Goth. Male hinc colligunt laicos cum clericis habere jus eligendi seu nominandi episcopum, *primores* enim hic sunt primores ecclesiastici, uti sunt Archidiaconi, Archipresbyteri. *Gloss. in Nov.* 123. *cap.* 1. *in pr. & Nov.* 123. *cap.* 8. Ans. 16 Euangeliis sacrosanctis propositis multa in jure fieri jubentur, verbi gratia, electio episcopi, *ut hic & Nov.* 123. *cap.* 1. litis universæ disceptatio atque dijudicatio *l.* 14. *in fin. pr. C. de jud.* alienationes ecclesiasticæ & similes actus. *l.* 17. §. 2. *C. de sacr. eccl.* 17 Tres proponebantur, ex quibus eligeretur Episcopus. *Nov.* 123. *c.* 1. Tacitus 4. *Annalium anno* 776. *urbis* refert, mortuo Flamine diali, moris fuisse, patricios confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, ex queis unus legeretur vetusto more. Hæc ille. Constat utique, in locum Judæ Apostolos, duos tantum statuisse, ut, in quem eorum sors cecidisset, is apostolatu fungeretur, *Actor.* 1. *vers.* 23. *& seq.* 18 *d. c.* 1. 19 Fides episcopi. 20 Julianus *c.* 428. honestæ vitæ esse, & literas scire, eos elegerunt: & autor *Eclog.* 9. *tit.* 2. *c.* 25. εἰ μὴ γράμματα ἴσασι.
21 Vita Episcopi. 22 Ætas episcopi, & ita abrogatur *Nov.* 123. *c.* 1. §. 1. qua vetatur episcopus eligi, nisi 35. annum excesserit. 23 Familia episcopi. 24 Cœlibatus episcopi. 25 *d. c.* 1. *d. l.* 42. §. 1. *C. de Episc. & c.* 16. *Apostolicorum canonum.*
26 Castitas episcopi. *canon apostolorum* 16. 27 Sic apud Gentiles, Fortunæ muliebri coronam non imponebat, nisi univira: sicut nec matri Matutæ. Pontifex Maximus, & Flaminica nubebant, semel. Cereris sacerdotes viventibus etiam viris & consentientibus amica separatione viduabantur. Tertull. *lib. de Monogamia.* 28 *Can. Apostolorum* 17.
29 Gradus observa: Removetur enim hic ab episcopatu adipiscendo is, qui justam uxorem habet, aut pellicem: quique semel viduam & a viro separatam aut sacris canonibus interdictam semel duxerit. 30 Quemadmodum muneribus publicis addicti curiæ, ordini & cohorti, eligi possint, adde *l.* 3. *C. de episc.* 31 Purgationis genus observa.
32 *Nov.* 123. *c.* 1. §. 1. 33 Ordinandus episcopus libellum fidei suæ de scripto offerre tenetur; ut hinc colligi possit, Episcopum scribendi peritum esse debere. facit *Nov.* 123. *c.* 12.
34 Ordinandus Episcopus recitat formulam sanctæ oblationis ac communionis, baptismi, & similes hujusmodi orationes. 35 3. *Eclog.* 1. *c.* 1. §. 2. Ordinandus jurat, se nullo pretio dato aut promisso eligi. 36 Merito, cum non pretio, sed precibus ordinetur Antistes, quæratur cogendus, rogatus recedere debeat, invitatus effugere. *l.* 31. *C. de episc.* Sic Alexander Severus Imperator, Præfectum prætorio fecit, qui ne fieret, fugerat: dicens, *Invitos, non ambientes, in republica collocandos.* 37 Multi sunt igitur hoc tempore suo episcopatu dejiciendi. *Nov.* 123. *c.* 3. *Ecl.* 1. *c.* 7. 38 *Novell.* 123. *c.* 2.
39 Ad eundem modum Alex. Sever. rectores provinciis daturus, præpositos facturus vel procuratores, id est, rationales ordinaturus, eorum nomina publice proponere solebat, monens populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus: si non probasset, pœnam capitis subiret: dicebat grave esse, cum id Christiani & Judæi facerent in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi essent, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita, Spartian. *in Severo.* 40 *Novell.* 123. *cap.* 2.
41 Synodi provinciales, quæ per singulas provincias habentur. 42 Synodi semestres, id est, semestribus singulis & sic bis annuatim olim celebrari solitæ, vid. *cap.* 36. *Can. Apost.*
43 Synodi anniversariæ, seu annuæ quo tempore anni habendæ. 44 Quarta septimanæ, dies Mercurii, vid. *l.* 22. §. 1. *Cod. de episc. aud.* 45 Vilescunt enim atque negliguntur, quæ fiunt sæpissime, contra, quæ rara chara. 46 Nota de synodis annuis, seu annuatim faciendis. 47 Quibus temporibus synodi annuæ coguntur. Vestigia hujus antiquitatis etiam durant. Galli synodos ejusmodi *Sennes* vocant. adde *Nov.* 123. *c.* 10.
48 Ut apud Patriarcham & Metropolitanum synodi anniversariæ cogantur. 49 Materia synodorum, seu quibus de rebus agebatur vel disceptabatur in synodis annuis. adde *c.* 5. J.
50 Nota ordinem, De presbyteris, diaconis, clericis, abbatibus, monachis cognoscit episcopus: de episcopo metropolitanus: de metropolitano archiepiscopus. 51 Secreto pronunciare, est apud se pronunciare, id autem vetatur. 52 Et intelligatur. Vulgari itaque lingua preces divinæ oblationis & baptismi olim factæ, ut inde audientium animi in majorem devotionem & Dei laudationem & benedictionem efferrentur, *ut hic.*
53 Προσκομιδήν.

Aposto-

Apostolus docet, dicens in priore ad Corinthios epistola [1]. *Cæterum* (inquit) *si solum benedicis spiritu, is qui idiotæ*[2] *locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni subjiciet Deo sanctum illud Amen? si quidem quid dicas, non novit: tu autem pulchre gratias agis, sed alius non ædificatur.* Et rursus in ea quæ est ad Romanos [3], sic dicit: *Corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Idcirco igitur convenit, ut ea precatio quæ in sancta *allatione*[4] dicitur, & aliæ orationes cum voce a sanctissimis episcopis & presbyteris proferantur Domino nostro Jesu Christo Deo nostro cum Patre & Spiritu sancto, scituris religiosissimis sacerdotibus, quod si quid horum contempserint, & horrendo Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi judicio rationem reddituri sunt, & nos ista cognoscentes non relinquemus quieta, & inulta. §. 1. Jubemus autem & provinciarum præsides [5] si quid neglectum ex his quæ statuimus invenerint, primum quidem cogant metropolitas & alios episcopos dictas synodos congregare, & omnia implere quæcunque de synodis per præsentem legem jussimus. si vero eos morantes noverint & remissos, tunc nobis indicent, ut ad competentem protinus correctionem procedamus contra detrectantes synodos celebrare: scituris vero ipsis præsidibus & obedientibus ipsis officiis, quod si quidem ista non servaverint, extremis subjicientur suppliciis. Confirmamus autem & per præsentem legem omnia a nobis diversis legibus sancita de episcopis & presbyteris & cæteris clericis, ad hæc & xenodochis & orphanotrophis, & cæteris quicunque venerabilibus locis præsunt.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem manifestata sunt legem, tua claritudo per prothemata in consuetis locis regiæ civitatis affixa in cognitionem omnium perducere festinet, & manifesta facere omnibus qui provinciis præsunt. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. BASIL. V. [6] C. CONS.

TIT. XXI.

DE [7] USURIS SUPRA [8] DUPLUM NON COMPUTANDIS.

NOVELLA CONSTIT. CXXXVIII.

Imp. Just. PP. Aug. Hermogeni Magistro officiorum.

MAnifestissima est nostri nominis constitutio [9] quæ usque ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus consecuti sunt: hi quidem qui in duplum ex usurarum quantitate per diversa tempora consecuti sunt, nullam adversus te inquietudinem proponere concedantur: alii autem si simili modo repleti fuerint, eo modo silere compelluntur. Et si debita subsecuti fuerint, fœneratitias cautiones recuperare, vel si remanserint, suis viribus vacare, si [10] preces veræ sunt, præsentis oraculi sanctione decernimus.

TIT. XXII.

INDULGENTIA ILLICITE CONTRACTARUM NUPTIARUM.

NOVELLA CONSTIT. CXXXIX.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri. Imp. Cæsar, Flavius Justin. August. Floro.

PRÆFATIO.

REtulit ad nos gloria tua incolas Syndios pagi, neque non Hebræos in Tyro insula, illicitis contractis nuptiis, in sacram nostram incidisse constitutionem [11], nec secundum ea quæ de hoc constituta sunt, quartam bonorum suorum partem inferre: jamque [12] ex iis nonnullos in tertia ætate consistere & filiorum patres esse, ac propterea cum lacrymis supplicasse, ne nunc tandem uxores a se dimittere [13], compellantur: sed ut tam ipsas retineant: quam qui [14] ex ipsis procreati sunt filii, aut procreabuntur, successores eorum existant, neque ullam exinde revereantur pœnam.

CAP. I.

SAncimus igitur ut pro hujusmodi indulgentia propter præfatas causas singuli denas auri libras præbeant, ipsisque vel solis major illa pœna remittatur, & tam uxores, quam qui exinde nati sunt, & (ut potest fieri) postea nascentur, successores habeant, neque id a nobis in exemplum [15] aliis sancitum intelligatur: sed quocunque alio scituro, quod si quid tale petierit: ultra hoc quod petitis non potietur, etiam facultates amittet [16] atque insuper corporalibus pœnis exceptis, perpetuum incolet exilium. Nemo autem his qui a nobis nostra dignati sunt indulgentia, aut eorum uxoribus existentibusve vel futuris filiis, aut bonis, sive ex judiciaria sententia, sive alio quocunque modo inquietudinem inferat.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram declarantur legem, quæ & vigorem habet specialis nostri indulti, ea studeto gloria tua effectui & fini tradere.

TIT. XXIII.

UT CONSENSU MATRIMONIUM SOLVI POSSIT. [17]

NOVELLA CONSTIT. CXL.

PRÆFATIO.

NIhil in rebus mortalium perinde [18] venerandum est, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omnisque deinceps sobolis series existat, quod regiones atque civitates frequentes reddat, unde denique optimæ reipublicæ coagmentatio fiat. Quocirca conjugibus matrimonia adeo fortunata optamus, ut nunquam adverso numine inita esse videri queant, neque illi citra justam dissolvendi matrimonii causam a se invicem recedant. Verum, quoniam ut in omnibus hoc servetur, perquam id difficile est, (ut enim in tanta multitudine non aliquæ atroces irreconciliabilesque inimicitiæ incidant, prorsus impossibile est) par esse putavimus, ut hujus rei remedium aliquod comminisceremur: præcipue vero, ubi pusillanimitas eo progressa sit, ut, quod odium inter conjuges obortum fuerit, mitigari & componi nequeat. Pro veteri [19] sane juris ratione fas atque licitum fuit, ut istiusmodi a se invicem recederent, dummodo id communi [20] voluntate atque consensu facerent. Adeo vero, ut multæ leges essent, quæ hac de re & agerent & constituerent: cum etiam talem matrimonii dissolutionem bona gratia [21] fieri patria [22] lingua dicerent. At postmodum a patre [23] nostro sacratissimo principe, (qui pietate atque sapientia omnes quotquot unquam imperarunt, superavit) dum ad benignum suum atque firmum propositum respiceret, nec non ad aliorum etiam miserum & pusillanime consilium oculos converteret, scripta lex [24] est, quæ consensu matrimonia solvi vetat. Quam sane nos etiam obtinere, atque in suo vigore manere magnopere velimus. Verum permulti nos adierunt, qui matrimonium quo inter se nexi essent, mutuo odissent atque aversarentur, & (id quod dolendum valde, ac alioqui molestia mœroreque plenum est) propterea belligeratum domi pugnatumque esse per criminationem exponerent, ideoque matrimonium solvi peterent, tametsi [25] causas, ob quas tuto id illis facere lex concederet, nullas afferre possent: nos vero alias monendo, alias minis terrendo, ut a mutuo inter se, eoque citra causam suscepto odio desisterent, & ad concordiam proclinarent: animisque inter se pacatis essent, illorum in his desiderium festinationemque ad tempus suspendimus. Sed nihil profecimus. *Eos siquidem qui violento affectu odioque semel correpti fuerint, perquam est difficile*[26] *reconciliare.* Contigit enim ut ex his nonnulli ad mutuas insidias procederent, venenisque, & aliis quibusdam quæ lethalia essent, uterentur in tantum, ut sæpe neque liberi, qui ipsis communiter nati essent, illos in unam eandemque voluntatem conjungere potuerint.

CAP. I.

QUum itaque hæc a nostris temporibus aliena judicaremus, ad præsentem sacram legem respeximus, per quam statuimus, ut prout olim [27] juris fuit, matrimoniorum solutiones ex consensu fieri liceat [28], & ne amplius patris nostri sanctione in eos qui consensu matrimonia dirimunt, constitutæ pœnæ in usu sint. Si [29] namque mutua affectio matrimonia conficit, merito [30] diversa voluntas eadem per consensum dirimit, modo hanc missi repudii libelli satis declarent. Cæterum illud manifestum sit, quod alia omnia quæ legibus, & præcipue sacris patris nostri constitutionibus de matrimoniis liberis, & causis per quas dirimere matrimonium permissum est, aut de iis etiam qui nulla de causa (non tamen ex communi voluntate, & consensu, quomodo præsens nostra lex constituit) matrimonium solvunt, & de constitutis in illos pœnis canta sunt, ex præsenti etiam nostra lege obtinebunt, suamque per omnia vim habebunt.

EPILOGUS.

† Proinde quæ a nobis in publicum usum producta sunt, & per præsentem sacram declarantur legem, gloria tua consueto modo per regiam hanc urbem omnibus manifesta reddi jubeto. Dat. 17. Kal. Octobr. *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno 1. [31].

TIT. XXIV.

EDICTUM DE HIS QUI LUXURIANTUR CONTRA [32] NATURAM.

NOVELLA CONSTIT. CXLI.

Imp. Justin. August. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

CUm semper omnes benignitate, ac bonitate Dei indigeamus: tum vero maxime hoc tempore, cum propter peccatorum nostrorum multitudinem variis ipsum modis ad iracundiam provocavimus. Et quanquam minitatus est, & clare ostendit, quibus secundum peccata nostra digni essemus: tamen clementer nobiscum egit, iramque suam in aliud tempus re-

1 *c.* 14. *vers.* 16. 2 *Nov.* 6. *cap.* 1. §. 2. Idiotam laicum nominat *Chrysostomus.* *cap.* 10. *vers.* 10. 4 Προσκομιδῇ, oblatione. Justinianus superius dixerat ad se perlatum, episcopos quosdam electos fuisse, qui sacræ communionis, seu oblationis, & sacri baptismatis, & similes orationes ignorent, *hac Nov. in fin. princ.* ideoque ut huic occurrat morbo, jubet, ordinandum episcopum eas orationes prius recitare *cap.* 2. §. *hic.* Jubet etiam, ut sive baptismus, sive communio celebretur, utraque oratio palam, & audiente & intelligente populo, recitetur, eoque *c.* 14. *Epist.* 1. *ad Corinth.* refert.
5 Provinciarum præsides, episcopos, metropolitanos & archiepiscopos negligentes, suum munus ut impleant, possunt cogere. 6 Id est, anno 541.

7 Hanc constitutionem restituit P. Pithœus. Extat eadem, sed alia forma, apud Haloandrum, apud quem hoc secundum caput ita legitur, ὅτι πᾶσα θεία καὶ βασιλικὴ ἑρμηνεία ἰσχὺν ἔχει νόμου, quod convenit *l.* 43. *ff. de vulgari.* Goth. Vid. *Novell.* 121. *&* 160. & Rittershus. *part.* 3. *c* 9. Ans. 8 Adde *Nov* 128. 9 *d. Nov.* 121. 10 Clausula, Si preces veritate nituntur, rescriptis solet inseri: de qua vid. *l.* 7. *Cod. de diver. rescript. princ.*
11 *Nov.* 12. *cap.* 1. Goth. Ad hanc Novell. vid. Rittershus. *part.* 12. *cap.* 10. Ans.
12 Adde *l.* 57. *ff. de ritu. & Nov.* 154. 13 Separatio namque uxoris a marito dura est, *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de pign.* 14 Multum tribuitur precibus parentum, numerosam prolem habentium: adeo ut eorum nomine parentes nuptias suas retineant, illicitas alioquin. *d. l.* 57. bonorum etiam publicatio eis interdum prædictam ob causam remittitur. *l.* 7. §. 3. *ff. de bon. damnator.* 15 Indulgentiæ non trahuntur in exemplum. *l.* 1. *in fin. ff. de const. princ.*
16 Pœna postulantis jus retinendi illiciti conjugii, quod multis locis hodie non servatur, cum dispensationes ad matrimonia contrahenda gradus intra prohibitos indulgeri vel etiam vendi soleant. Quod probari hac Nov. nullo modo potest. Nam si puniuntur, qui rescripta postulant ad retinendas hujusmodi nuptias, multo magis puniendi, qui ad contrahendas. Favetur enim semper magis retentioni, quam novis petitionibus.

17 Reducitur jus vetus legis 60. 61. 62. *ff. de donat. inter vir. Novell.* 22. *c.* 4. abrogata *Nov.* 117. *c.* 10. Est tamen hæc Novell. Justini, non Justiniani. Eadem extat *infr.* inter constitutiones Justini, quam non possis nisi injustam & injustissimam dicere. *l.* 8. *C. de repudiis.*
18 Laus matrimonii. 19 Jus vetus repudiorum & divortiorum. 20 Non altero invito. 21 Bona gratia dicitur matrimonium dissolvi, quoties dissolvitur volentibus conjugibus. Titinnius: quanta stultitia cupidinis; petunt consilium bona gratia, ut parvi faciatur. Bona gratia, idem est, quod apud Tertullianum *in libro de Monogamia,* amica separatione viduari. Ut ad rem redeam, dissolvitur matrimonium bona gratia, interdum ex causa, *ut d. l.* 60. 61. 62. interdum sine justa causa, *ut hic.* 22 Id est, Romana, *Nov.* 7. *c.* 1. *Nov.* 22. *c.* 2. *Nov.* 30. *c.* 5. *Nov.* 69. 23 Id est, Justiniano. 24 *Nov.* 22. *c.* 4.
25 Id est, etiam sine justa causa, mutuo tamen consensu potest matrimonium dissolvi.
26 *Nov.* 22. 27 Jure veteri inter volentes, quavis de causa, permissum repudium.
28 Id est, mutuo consensu matrimonia possunt dissolvi constitutione hac Justiniani.
29 Causa dubitandi sumitur ex his, quæ dicuntur in *leg.* 35. *ff. de reg. jur.* 30 Imo non recte *l.* 8. *C. de repud.* 31 Id est, anno 556.
32 Περὶ ἀσελγαινόντων. *Scrimg.* adde *Nov.* 77. 20. *Levit.* 13. *Exod.* 22. περὶ ἀσελγῶν ἢ τῶν ἀρσενοκοιτῶν. 60. *Eclog.* 39. §. 4. *Instit. de public. jud. l.* 31. *C. de adult.* Collatio legum Mosai-

jecit,

jecit, nostram expectans pœnitentiam *ut qui nolit* [1] *mortem nostram peccatorum, sed conversionem & vitam.* Quapropter justum non fuerit, ut omnes nos opulentiam bonitatis, ac tolerantiæ, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor nostrum, iram nobis in die iræ accumulemus, sed cum omnes improbis studiis, & actionibus abstineamus, tum vero maxime, qui abominabili illa, & merito Deo exosa atque impia actione computruerunt. Loquimur autem de stupro masculorum, quod nonnulli mares sacrilego & impio ausu præsumunt, cum [2] masculis perpetrantes turpitudinem.

CAP. I.

Scimus etenim sacris scripturis edocti, quam justum Deus supplicium his, qui olim in Sodomis [3] habitabant, propter hunc ipsum in commistione furorem intulerit, ut in hunc usque diem ea terra igni conflagret inextinguibili: Deo per hoc nos erudiente, ut legibus contrariam hanc actionem aversemur. Rursum scimus, qualia de hujusmodi divus dicat Apostolus [4] qualiaque reipublicæ nostræ leges promulgent. Unde omnes, qui timori Dei intenti sunt, convenit, ut a tam impia & scelesta actione abstineant, quam ne [5] in brutis quidem animantibus admissam reperire est. Et qui quidem nihil tale sibi conscii sunt, hi & in posterum eo se pacto conservent. Qui vero hoc morbi genere contabuerunt: illi non solum de cætero peccare desinant, sed etiam rite agant pœnitentiam, & coram Deo procidant, & morbum beatissimo patriarchæ renuntient [6], rationemque curationis percipiant, & (prout scriptum est) fructus producant pœnitentiæ, ut benignus Deus pro opulentia miserationum suarum dignetur nos quoque benignitate: & omnes illi agamus gratias de pœnitentium salute, quos modo jussimus, ut etiam magistratus persequerentur, conciliantes sibi Deum, qui merito nobis irascitur. Et quidem scientes prudentesque ad sanctorum dierum reverentiam benignum Deum obsecramus, ut ita hi, qui impiæ hujus actionis cœno coinquinati sunt, pœnitentiam capessant, ne alia nobis persequendi ejus flagitii præbeatur occasio. Prædicimus autem omnibus deinceps, qui hujusmodi alicujus sibi peccati conscii sunt, nisi peccare desierint: & seipsos renunciantes [7] beatissimo patriarchæ, salutis suæ curam gesserint, pro tam impiis actionibus Deum intra sanctum festum placantes: quod acerbiora [8] sibi accersent supplicia, nimirum qui nulla de cætero venia digni habebuntur. Neque enim de ejus rei inquisitione ac correctione quidquam relaxabitur, negligentiusve tractabitur contra eos, qui intra sanctum festum se non detulerint, aut in tam impia actione perstiterint: ne si omisso circa id animo simus, Deum contra nos irritemus: quod cæcutientibus oculis transmiserimus actionem tam impiam, ac prohibitam, & quæ maxime idonea sit, ut bonum illum Deum in omnium perniciem ad iram provocet. Proponantur Constantinopolitanis civibus nostris. Dat. Id. Mart. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. August. Anno XXXII. post BASIL. V. C. CONS. Anno XVIII. [9].

TIT. XXV.

DE [10] HIS, QUI EUNUCHOS FACIUNT [11].

NOVELLA CONSTIT. CXLII.

Imp. Just. August. Marthanæ.

PRÆFATIO.

Supplicia, quæ ab aliquot retro [12] principibus contra eos, qui eunuchos facere auderent, constituta sunt, omnia sane manifesta existunt. Ex quo enim nonnulli rationem salutis suæ non habentes, ante parvum admodum tempus ausi sunt tam impium in se delictum admittere: propterea & nonnulli meritas de se dederunt pœnas, alii post irrogata supplicia [13] etiam in exilium missi sunt. Verum enimvero quia ne sic quidem a tam impia actione temperatur, sed in tantam multitudinem hoc flagitii genus excurrit, ut sæpenumero e multis vix pauci evadant incolumes, usque adeo, ut quidam ex his, qui servati fuerunt, sub nostro aspectu deposuerint e nonaginta ægre [14] tres servatos esse, quis obsecro in tantum salutis suæ contemptor existit, ut hæc despiciat, & inulta relinquat? Nam si leges nostræ eos etiam, qui gladium contra aliquem distringunt [15], suppliciis subdunt, quomodo impune conniventibus præterire oculis possimus tot perpetratas cædes, & factum contra Deum pariter, & leges nostras præsumptum? Inde adeo necessarium duximus eos, qui hujusmodi facere ausint, exquisitius per hanc legem persequi.

CAP. I.

Sancimus igitur, ut qui in quocunque [16] reipublicæ nostræ loco, quamcunque personam castrare præsumunt, aut etiam præsumpserint [17], siquidem viri sint, qui hoc facere præsumpserint, aut etiam præsumunt: idem [18] hoc quod aliis fecerunt, & ipsi patiantur: & si incolumes evaserint, tam bona eorum addicantur [19] fisco per eum qui pro tempore magistratum obit gloriæ tuæ: quam ipsi mittantur in Gypsum [20], ubi locorum per omne vitæ suæ tempus esse debebunt. Sin vero mulieres sint, quæ id egerint, afficiantur & ipsæ supplicio, & bona earum per eum qui pro tempore gerit magistratum tuum, addicantur fisco, mittanturque in exilium: ut [21] ex quo putaverint, aut putant impium se lucrum assecuturas, ex eo supplicia simul & bonorum suorum amissionem sustineant. Porro & eos qui ad hoc mandatum [22] dederint obtulerintve personas, aut etiam domos [23], vel locum aliquem ad hoc præbuerint, aut præbent, sive viri sint, sive mulieres, eadem subire supplicia jubemus, utpote qui injustæ hujus actionis testes facti sunt.

CAP. II.

Verum ipsos castratos tametsi a vetustioribus temporibus liberos esse oportebat: jubemus tamen, ut qui jam inde a decima [24] indictione nunc ineuntis mensis per quemcunque in locis nostræ reipublicæ castrati fuerint, liberi [25] sint, neque ullo modo aut quovis genere contractus in servitutem retrahantur: neque [26] item instrumentum de ipsis vel publicum, vel privata manu conscriptum quocunque tandem modo aut per fraudem factum aut fiendum valeat. Sed neque inquirendi illorum status causa cognitiones, quæ anacrises [27] dicuntur, de istiusmodi personis interponantur, aut interpositæ valeant. Sed & omnes eos qui tali contractui in posterum ministerium [28] præbent, superius traditas subire pœnas jubemus. Præterea si usuveniat, ut servus propter morbum [29] castretur: jubemus, ut & ille libertatem nanciscatur. Qui enim initio liberi erant, eos probabile est, cum in hoc genus morbi inciderint, sui potestatem habuisse, ut quod vellent, sibi remedium adhiberent. Jubemus igitur, ut in nostra republica castrati jam inde a memorato tempore apud quamcunque personam sint, liberali causa adserantur manu, & liberi sint, neque unquam in servitutem retrahantur. Cæterum si qui eorum post præsentem nostram legem aliquos detinere apud se castratos præsumpserint: damus etiam ipsis castratis licentiam, nimirum qui semel ex præsente nostra lege libertatem promeruerint: ut hic quidem majestatem Imperatoriam, & sanctissimum pro tempore patriarcham adeant, neque non apud gloriosissimos Imperii nostri proceres relationem ea de re instituant, in provinciis vero apud religiosissimos locorum episcopos & harum præsides: quo magis providentia omnium nostrorum magistratuum, & periculo obtemperantium ipsis cohortium (sive Constantinopoli, sive alibicunque locorum nostræ reipublicæ) his secundum libertatem dentur vindiciæ [30], libertasque ex præsente nostra lege ipsis largita conservetur. Nam tot cædes conniventibus oculis accipere per causam eorum, qui talia [31] in nostra præsumunt republica, neutiquam sustinuerimus. Si enim *Barbari* [32], simulatque nostra de hoc audierunt mandata, hæc custodierunt: quomodo tandem permittemus, ut post tot retro principum sanctiones tale quid denuo delinquatur, & inultum relinquatur in nostra republica?

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram generalem declarantur legem, ea tam hic, quam in provinciis gloria tua manifesta pariter faciet & conservabit. Dat. 15. Kalend. Decembr. Domino JUST. PP. Aug. BASIL. [33] V. C. CONS.

TIT. XXVI.

DE MULIERE RAPTUM [34] PASSA.

NOVELLA [35] CONSTIT. CXLIII.

Imperator Justinianus Augustus Areobindo gloriosissimo prætoriorum præfecto, expræfecto almæ urbis, & exmagistro militum.

PRÆFATIO.

Legis interpretationem [36] culmini tantum principali competere, nemini venit in dubium: cum promulgandæ quoque legis auctoritatem fortunæ sibi vindicet eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, sive jam desponsatæ fuerint, vel maritis conjunctæ, sive non, vel etiam si

carum *titul.* 5. *de stupratoribus.* & ita quoque hic titulus conceptus est in Indice Reginæ. 6. Harm. 4. *c.* περὶ ἀσελγῶν &c. περὶ ἀλογευομένων. Clar. 5. §. *Sodomia.* Bossius 23. *q.* Petrus Gregor. 36. *syn.* 10. Goth. Vid. Rittershus. *part.* 12. *cap.* 9. Ans. 1 Deus non vult mortem peccatorum. *Nov.* 14. & 77. *Ezech.* 33. *vers.* 11. 2 Ἀῤῥενες ἐν ἀῤῥεσι. *Scrimg.* ἄρσενες ἐν ἄρσεσι *Rom.* 1. *vers.* 27. 3 19. *Genes.* 24. 29. *Deut.* 23. 13. *Esai.* 19. 40. *Jerem.* 56. 16. *Ezech.* 49. 4. *Amos* 11. 17. *Lucas* 29. 2. *Petr.* 2. *vers.* 6. *Idem vers.* 7. adde *Nov.* 77. *c.* 1. 4 *Rom.* 1. *vers.* 27. 28. 29. 5 De obbrutescentibus, vid. 6. Harm. 4. *c.* περὶ ἀλογευομένων. adde quæ dixi ad *Novell.* 77. Petrum Gregorium 36. *cap.* 14. *Lev.* 20. *Exod.* 23. *c. mulier.* 15. *q.* 1. *c. hoc ipsum* 33. *q.* 2. Rolandum a Valle 1. *cons.* 71. Clar. 5. *sent.* §. *fornicatio, vers. cum animali bruto.* 6 Vid. J. *hic.* Confessionis auricularis aut certe tacitæ quoddam genus innuit. 7 Dic ut *supr. hic.* Notari tamen hic obiter poterit; Magistratus supremos interdum jus commutandarum pœnarum in atrocissimis etiam delictis sibi vindicasse, *ut hic.* Commutandarum, inquam, cum remittant confitenti pœnam Sodomitis debitam, *ut hic.* 8 Quæ? morte puniuntur lege divina *Levit.* 20. gladio §. 4. *Inst. de publicis judiciis. l.* 31. *C. ad l. Jul. de adulteriis.* quod etiam receptum apud Athenienses fuit. Æschin. *contra Timarchum.* apud Gothos castrabantur *leg.* 8. *C. Westgotti de incestis l.* 3. *tit.* 5. Valentinianus, Theodosius & Arcadius jubent comburi *l.* 6. *C. Theod. de adult.* ex qua emendandum est fragmentum collationis legum Mosaicarum *tit.* 5. Hanc pœnam usus tandem recepit, vid. Clar. 5. *sent.* §. *Sodomia vers. sed quæro.* In id genus delicti lex Scatiania vel Scantinia Romanis quondam fuit. Cœlius apud Ciceronem 8. *epist.* 12. insolentissimi homines, postulandum me lege Scantinia curant, Cicero 5. *Philippica.* hinc Scantiniæ leges, Suetonius *in Domitiano c.* 8. Quosdam ex utroque ordine lege Scatinia condemnavit. Tertullianus *lib. de monogamia.* Uticensis ille vester nec Scatiniam timuit. Juvenalis *Satyr.* 2. citari ante omnes debet Scatinia. Ausonius *Epigr.* 88. semivir ipse Scantiniam metuens non metuit Titiam. Tribuni plebis Caji Scantinii meminit Valerius 6. *c.* 1. cui diem a Marcello dictam refert, quod filium Marcelli de stupro appellasset: eumque tandem sub uno teste damnatum refert. Pœna legis Scantiniæ non erat capitalis, sed decem millium. Quint. 4. *c.* 2. 7. *c.* 5. *in fin.* de hac lege vide quædam apud Plutarchum *in Marcello:* nec mirum temporibus illis (utpote corruptis) hoc crimen pecunia multatum. Refert enim Seneca 4. *Controvers.* ex sententia cujusdam, impudicitiam illam in ingenuo crimen esse, in servo necessitatem, in liberto officium. 9 Id est, anno 544.

10 Fit mentio hujus Novellæ apud Scholiasten. 19. *Ecl.* 1. *ex lib.* 33. *tit.* 1. *cap.* 52.
11 *L.* 4. *C.* 42. Domitianus castrari mares vetuit. Suetonius *in Domitian. c.* 7. eoque Martialis illud pertinet *Epigr.* 6. ad Domitianum, Lusus erat sacræ connubia fallere tædæ; Lusus & immeritos execuisse mares. Utraque tu prohibes Cæsar. *Leo Novell.* 60. hanc pœnam abrogavit. *Goth.* Vid. Rittershus. *part.* 12. *c.* 12. Ans. 12 Extant etiam Senatusconsulta adversus castratores *l.* 3. §. 4. *l.* 6. *ff. ad l. Corn. de sicariis*, extant & edicta Domitiani. Sueton. *in Domitiano c.* 7. Dion. *in Domitiano*, Nervæ, Adriani *l.* 4. §. 2. *l.* 5. *ff. de sicariis.* 13 Dicam de pœnis J. 14 Periculum, in quod conjiciuntur ii, qui castrantur. 15 Nemo distringere gladium in aliquem impune potest. 16 Barbaris enim licebat suos Barbaros castrare, vide 1. *Nomocanonis* 14. 17 Castrabant autem ut plurimum servos *d. l.* 6. idque libidinis aut promercii causa *d. l.* 3. §. 4. Paul. 5. *sent.* 23. §. 7. faciebantque castrando pretiosiores *l.* 27. §. 28. *ff. ad l. Aquil.* 18 Castratur, qui alium castravit, *ut hic*, hæc est talionis pœna. Sic Gallienus, cum quidam gemmas vitreas ejus uxori pro veris vendidisset, surripi quasi ad leonem venditorem jussit, deinde cavea caponem emitti: mirantibus cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici jussit, *Imposturam fecit & passus est.* His adde, quæ scripsi de talione *Novell.* 60. *c.* 1. *in fin.* locum elegantem ex Galeni 6. *de Hippocratis & Platonis Placitis* relatum a Cujacio 7. *obs.* 14. *in fin.* Sed hanc pœnam castratorum sustulit *Leo Novella* 60. *ubi dicam de pœna castratorum.* 19 Vide quæ dicam ad *Novellam Leonis* 60. 20 Gypsus insula *Nov.* 22. *c.* 8. 21 Avarus nimium spoliatione bonorum omnium hic privatur. 22 Mandator sceleris punitur *l.* 15. *ff. ad l. Corn. de sicariis. l.* 24. *ff. de jure fisci.* 23 Domum præbens ad delictum committendum, punitur. vid. *l.* 1. *C. de Eunuchis. l.* 8. *l.* 9. *ff. ad l. Jul. de adult. Nov.* 14. §. 1. *Nov.* 42. *c. ult. Nov.* 58.
24 Indictio decima sexta, vide *Nov.* 148. *in fin.* de prima vid. *Novell.* 147. *cap.* 2.

25 Huic vicinum est, quod quæri solet, An castratus testari possit, de quo dicam ad *l.* 5. *C. qui testament. fac.* 26 Quinimo Tabellio quoque, qui hujusmodi instrumentum conscripsit, puniendus est, *l.* 2. *C. de Eunuchis.* 27 Anacrisis *hic & l.* 6. *ff. de custod.* Interrogatio reo vel de reo facta. *Interrogations, enquestes, informations.* Libellus rei dicitur in *l.* 6. §. 9. *ff. de injusto.* Sic Festus ad Agrippam *Actor.* 25. *vers.* 26. de quo (id est, de Paulo) quod scribam domino (id est Cæsari) non habeo; quapropter produxi eum ad vos & maxime ad te rex Agrippa, ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ τι γράψαι. Possit tamen dicere, ἀνακρίσεις hic esse cognitiones de statu. 28 Ministri delictorum puniuntur. 29 Qui servum castrat, liberum facit, *hic.* 30 *Qu'ils soient maintenus en possession de leur liberté*, vindiciæ, *maintenue ou recreance.* Huic contrarium vindiciis abdicere, *l.* 2. §. 24. *ff. de origine juris.* 31 Qui alios castrant. 32 De Abasgis hoc intelligendum est, de quibus vide Euagrium 2. 33 Id est, anno 541. 34 Adde *Novell.* 150. de ea quæ raptori suo nubit, *l. un. Cod. de raptu* 9. *tit.* 13. vide omnino *Novell. Leonis* 35. Goth. Vid. Rittershus. *part.* 12. *c.* 11. Ans. 35 Hæc constitutio est Latina. 36 *l.* 1. *Cod. de legib.*

viduæ

viduæ ſint, legem antea poſuiſſe: & capitis [1] ſubjeciſſe ſupplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum: nec non alios, qui eis auxilium tempore invaſionis contuliſſe noſcuntur: & non tantum parentibus mulierum, verum etiam conſanguineis, & tutoribus & curatoribus hujuſmodi dediſſe per eandem legem vindictam & præſcriptis pœnis locum dediſſe, ſi jam nuptæ vel deſponſatæ mulieres rapiantur: cum non ſolum raptus mulieris, verum etiam adulterium per hujuſmodi temeritatem committitur. Et ſuper alias pœnas raptoris etiam, necnon aliorum qui cum eo fuerint, patrimonium raptæ mulieri vindicari, per eandem legem præcipimus, ut dotis etiam marito legitimo dandæ copia per raptoris ei miniſtretur ſubſtantiam. Illo quoque ſpecialiter adjecto: Ut [2] nulla ſit mulieri vel virgini raptæ licentia, raptoris eligere [3] matrimonium, ſed cui parentes voluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permiſſa, raptoris ſe conjungere matrimonio. Sed parentes etiam, ſi tali conſenſerint matrimonio, deportari [4] præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere raptam mulierem ſive volentem ſive nolentem, & ſi raptoris matrimonium contra noſtræ conſtitutionis tenorem amplexa ſit, debere tamen eam raptoris habere ſubſtantiam, vel quaſi legis præmium, vel ex teſtamento forte, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerunt, hi prædictæ legis ſeriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale ſtare matrimonium, & ſi rapta voluerit, prohibuimus, & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubjecimus pœnæ, ſi hujuſmodi conſenſerint matrimonio: quomodo [5] raptas mulieres, raptorum eligentes connubium, præmiis honoraſſemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem vel in poſterum reſecantes, priorem per præſentem legem interpretari cenſuimus. Sancimus itaque ſi rapta mulier cujuſcunque ſit conditionis vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit, parentibus præſertim non conſentientibus: nec [6] ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hereditatem ſuſcipere, vel quocumque modo ſubſtantiam vindicare: ſed præmium, quod per legem noſtram raptæ mulieri datum eſt, ut raptoris, & eorum qui ei auxilium tempore invaſionis præbuerint, bona [7] vindicet: hoc ad parentes, ſi ambo vel unus ſuperſit, qui nuptiis ſpecialiter non probantur conſenſiſſe, ex tempore raptus ipſo jure transferri, & patrimonium raptoris non raptam jam habere mulierem, quæ conjugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri, quas ſuperius nominavimus, ei non conſentientes conjugio. Nam nefarios hujuſmodi coitus pœnis corrigi, non [8] præmiis honorari convenit. Quod ſi parentes jam deceſſerunt, vel hujuſmodi ſceleri conſenſerunt: ſubſtantia raptoris, nec non & aliorum, qui facinoris fuerint participes, fiſci juribus [9] vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo caſibus, verum in præteritis etiam valere ſancimus, tanquam ſi noſtra lex ab initio cum interpretatione tali a nobis promulgata fuiſſet, præfecte chariſſime atque amantiſſime. §. 1. Quæ igitur per hanc legem noſtra ſtatuit æternitas, tua celſitudo effectui mancipari, obſervarique præcipiat [10].

TIT. XXVII.
DE SAMARITANIS [11].

NOVELLA CONSTIT. [12] CXLIV.

Juſtinus Imperator Diomedi P.P.

PRÆFATIO.

UT impiam Samaritanorum hæreſim, & omni ratione carentem horum veſaniam ad meliorem frugem perduceremus, neque non ipſorum animas, quo detinentur morbo, liberaremus: ſæpenumero tam pientiſſimus princeps pater [13] noſter, quam etiam nos ipſi ſtudio habuimus. Sed in pleriſque horum non potuimus id, in quod longo ſtudio incubuimus, effectui tradere. Evaſerunt enim in tantam nonnulli eorum veſaniam, ut vel ſalutari baptiſmo dignati denuo ad id mali, unde diſceſſerant, redierint, & eadem cum Samaritanis habere in pretio, eodem cum ipſis agitari furore dignoſcantur. Præclarum igitur nobis viſum eſt veterem illam & prius contra ipſos propoſitam patris noſtri legem renovare.

CAP. I.

AC propterea ſancimus, ut ipſi neque [14] ex teſtamenti tabulis, neque abſque iis heredes fiant legatave capiant, aut donationis titulo rem aliquam nanciſcantur. Sed neque Samaritani, aut in univerſum hæretici, quive rectam ſe Chriſtianorum fidem amplecti ſimulant, cum revera neque ita ſentiant, neque huic conſentanea faciant: ad hereditatem ab inteſtato vocati, ſucceſſionem habeant. Item neque [15] teſtamenta conſcribant, neque legata relinquant, aut donent: niſi qui ea percepturi ſunt, & recte de fide ſentiant, & fideles ſint operibus. Nam ſi nemo horum ſit: jubemus, ut poſt ipſorum mortem horum bona ad ſacratiſſimum pertineant ærarium. Unde & ſacra illa forma, per indulgentiam ipſis a patre noſtro conceſſa, quæ legis vicem obtinens, largitur ipſis, ut [16] hereditatem pariter adire & transmittere, item legatis honorari & legata relinquere poſſint: in poſterum vacabit, neque prorſus ullam firmitatem habebit. Nam ſi hujus ſe clementia indignos eſſe perhibuerint, qui Samaritanorum agitantur veſania: neminem alium, quam ſeipſos accuſabunt, cum a benignitate Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti alieni ſint: liberalitates autem ab Imperatoria olim majeſtate ipſis conceſſas amittunt in hoc, ut ad meliorem mentem redeant, non ut perpetuo in perverſa hac opinione ſua permaneant.

CAP. II.

EXcipimus autem a præſente lege ruſticos, qui Samaritanorum opinionibus honorum habent: idque non ipſorum gratia, ſed propter conſtitutionem prædiorum, quæ ab ipſis coluntur [17], propterque reditus & tributa, quæ exinde inferuntur publico, ut [18] qui ruſticitate ſeducantur. His etenim permittimus, ut tam aſcendentes, quam deſcendentes, & ex transverſo cognatos ſuos heredes legatarioſve ſcribant, tametſi Samaritanorum errore detineantur: ut tamen fundos recte colant, quo magis & uberior exinde proventus ad prædiorum dominos deferatur, & per ipſos ad fiſcum. Sed & ſine teſtamentis prædicti alter ad alterius hereditatem pervenient propter eandem cauſam. Quandoquidem & ſi nemo horum inveniatur: nihilominus tamen volumus, ut prædii dominus [19], in quo ruſticus defunctus eſt, ab illo relicta capiat, & fiſci locum teneat, utpote qui & pro illo publicis ſatisfacit tributis. Præterea Samaritanum omnino neque militiam [20] capeſſere concedimus, neque ad civilem adminiſtrationem accedere, neque poſtulare [21] in judicio, neque poſtremo in conſortium diſertiſſimorum aſſumi rhetorum [22], neque adoleſcentes inſtituere. Sed & ſi qui ex iis ſalutari dignati baptiſmo, ad priſtinum denuo errorem reverſi, obſervare [23] ſabbata, aut etiam alia quædam agere videantur, quæ coarguant per ſimulationem ipſos ſanctum baptiſma aſſumpſiſſe: eos proſcribi jubemus: & in perpetuum tradi exilium. Iiſdem quoque pœnis eos ſubdimus, qui contra rectam Chriſtianorum fidem impium iſtis patrocinium præſtiterint. Perpulchrum vero nobis videtur, ut ad incontaminatum accurrentes baptiſma non temere ſuſcipiantur, ſed cum quadam obſervatione, & inſtructione, quæ initiationis tempore fieri ſolet. Dicimus autem, ut qui omnino ſenſu aliquo bonæ doctrinæ tangi poſſunt, per duos primum annos in [24] fide inſtituantur [25], & pro viribus ſcripturas ediſcant: tuncque demum ſacro redemptionis offerantur baptiſmati, tam longi temporis pœnitentia prorſus redemptionis fructum aſſecuti. Pueros autem admodum, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeunt, etiam abſque hac obſervatione ſacro dignari baptiſmate admittimus. Porro nullus Samaritanus Chriſtianum [26] habebit mancipium: ſed ſimulatque emptum fuerit, protinus in libertatem [27] rapiatur [28]. Quod ſi æque perverſa opinione mancipium, ut ipſe dominus, fuerit, licitum ei eſto, ſi [29] Chriſtianorum de fide ſententiam exoſculetur, illico & Romana ipſum libertate potiri.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem declarantur legem: ea proponens gloria tua ſolennibus locis effectui, & fini contradi præcipito.

TIT. XXVIII.
UT DE CÆTERO NULLAM LICENTIAM HABEAT DUX AUT BIOCOLYTA [30] LYDIÆ ET LYCAONIÆ IN PHRYGIAM UTRAMQUE ET PISIDIAM ADVENIRE.

NOVELLA CONSTIT. CXLV.

Idem Auguſtus Ariobindo glorioſiſſimo P.P.

PRÆFATIO.

HIs quæ ſemper incidunt, competentem ſingulis medicinam invenientes, poſtquam quæ utilitatis ſunt præterierint, iterum prioris efficimur ordinis uſque ad ſolum dolentem medicinam ſuſtinentes, quod tale aliud præſens noſtra ſacra vult lex. Modice enim prius aliud quiddam indiſciplinationes populares, aliud vero latronum incurſus in Phrygiam atque Piſidiam fieri diſcentes, eo quod civilem gubernationem ſcindat rei ſolicitudo, tam his quam Lycaoniæ & Lydiæ militarem adminiſtrationem præpoſuimus, *Ducem* ſeu *Biocolytam* nominantes eum qui ſuper hanc ordinatus eſt partem. Sed nunc adiere nos, qui Phrygiam utramque & Piſidiam habitant, ut ea quæ pridem commiſſa ſunt in eis compeſcantur, dicentes neque latrocinia in locis illis compeſcita, neque enim in hominibus enutriri provincias [31], bonus vero non ferri a nobis inventi cinguli, quod miniſtrantes ei continuo invadant provincias & comprehendant aliquos & damnis afficiant, & quod turbis militaribus impleta ſint loca illa, & omnino inhabitabiles eſſe eis provincias, etenim & ipſis per ſe civilibus judicibus copioſis ad rei correctionem conſtitutis, & eorum qui provincias habitant multos aliorum quietem inventum facientes quo cinguli hujus abutantur περιβολῇ [32] & comprehendant innocentes, & quæ non ſunt juſta in eis agi.

CAP. I.

HÆc ſæpius dicentes eos miſerti ad præſentem noſtram ſacram venimus legem, per quam *ſancimus*, auferri [33] de cætero, quæ dictæ ſunt a nobis

1 Pœna raptus, capitalis *d. l. un. §. 2.* adde Clarum 5. *ſent. §. raptus* 15.
2 *l. unica Cod. de raptu virg.* 4. Harmenop. 6. §. 64.
3 Rapta raptori nubere prohibetur. addunt quidam exceptionem, niſi prior diſſenſus in ſecundum conſenſum tranſierint. *Cap. penult. cap. ult. extra. de raptoribus. l. 2. Cod. de his quæ vi met.* vid. Gailium 2. *obſerv.* 28.
4 Parens conſenſum præſtans filiæ ut raptori nubat, deportatur.
5 Ex illicito matrimonio nullus conjugum poteſt fructum ſperare, vid. *l. 6. Cod. de inceſtis.*
6 Pœna mulieris nubentis raptori.
7 Bona raptoris cui cedant, vid. *leg. unic. C. de rapt.*
8 Delictis pœnæ, non præmia proponuntur. & contra virtuti præmia, non pœnæ. *l. ult. Cod. de ſtatuis.*
9 *Al.* viribus: ut *l. 2. Cod. ne fiſcus vel reſp. Novell.* 112. *cap.* 2. §. 1. *&* Jul. *anteceſſor conſtit.* 32. *&* 107. *l. 2. Cod. de Judiciis*, vid. Cujac. 18. *obſerv.* 2.
10 Dat. Kal. Jun. CP. Imper. DN. Juſt. PP. Auguſt. anno 36. poſt Conſ. Baſil. V. C. anno 22. Cujac. *hic.* id eſt, anno 548.
11 Vid. *Nov.* 129. hæc conſtitutio eſt Juſtini, non Juſtiniani, ut *infr.* dicemus.
12 Juſtini eſt hæc Novella, ſucceſſoris Juſtiniani, ut paulo poſt apparet.
13 Juſtinus ſcil. quæ verba oſtendunt hanc conſtitutionem alterius eſſe, quam Juſtiniani.
14 *l. 3. C. de apoſtatis.*
15 Hæretici teſtari non poſſunt, niſi inter liberos orthodoxos. *l. 17. C. de hæret.* & ita abrogatur *Novell.* 129. *cap.* 1.
16 *Novell.* 129. *cap.* 1.
17 Id eſt, ne agrorum cultura ceſſet.
18 Ruſticitas elevat pœnam hæreſeos. adde aliquid tale de ruſticitate ex *Nov.* 154. *c.* 1.
19 In ſucceſſione coloni præfertur dominus fiſco, ut qui pro eo ſoleat fiſco tributa ſolvere. *l. 4. C. de agricolis & cenſit.*
20 Samaritani removentur ab omni militia, adminiſtratione civili, & jure poſtulandi pueroſque inſtituendi: quod commune eſt omnibus hæreticis. *Nov.* 109.
21 *l. 8. C. de poſtulando.*
22 Julianus eadem adverſus Chriſtianos conſtituerat. Ammian. 25. Inter quæ, inquit, erat inclemens, quod docere vetuit magiſtros, Rhetores & Grammaticos, ne tranſirent a numinum cultu.
23 Samaritani ſabbatha obſervabant. alibi dicuntur non abſimiles paganis. *l. 21. Cod. de hæret.* vid. *l. 9. C. de diverſ. off.*
24 Samaritani natu majores non admittuntur ad baptiſma, niſi catechumeni fuerint per duos annos.
25 Catechumeni partes.
26 *l. 2. C. ne Chriſtianum mancipium.*
27 Novus adipiſcendæ libertatis modus.
28 Idem de vendito ſervo Chriſtiano Judæis præſanciverat Conſtantinus, auctore Euſebio, Conſtantinus fiſco vindicari voluerat, autore Hermia & Cedreno, & extat utriuſque lex in Codice Theodoſiano. *lib. 2. C. Theod.* Ne Chriſtianum mancipium Judæus habeat.
29 Nota alium modum adipiſcendæ libertatis.
30 Vid. *Nov.* 8. Goth. Vid. ad hanc Novell. Ritterſh. *part.* 12. *c.* 13. Anſ.
31 Locus eſt corruptiſſimus, hoc vult tamen, Phrygas & Piſidas conqueſtos apud Juſtinianum fuiſſe, utramque provinciam non ſufficere alendis officialibus ducis, ſeu Biocolytæ, in illis regionibus jam pridem a Juſtiniano conſtituti: eaque maxime de cauſa, quod homines, id eſt, officiales ac miniſtri ducis utriuſque ſolebant hinc & inde graſſari per provinciam, nunc hos, nunc illos adprehendendo aut verberando: ita ut inde tumultus oriretur, & provincia utraque fieret deſerta: ad hæc, politicos ſeu civiles utriuſque provinciæ magiſtratus latrociniis comprehendendis poſſe ſufficere, & eo magis calamitati utriuſque provinciæ ſuccurrendum, quod non tantum ipſi Biocolytæ, eorumque miniſtri graſſarentur, ſed & nonnulli ex ipſis provincialibus ejuſmodi miniſtris ſe admiſcerent, iiſque conductis perſæpe privatas ad vindictas abuterentur.
32 Id eſt ſatellitio, ope, adjumento.
33 Abrogatur imperium ducis aut Biocolytæ Lydiæ atque Lycaoniæ, eo videlicet vetito in utramque

provinciæ (dicimus Phrygiam Salutarem [1] & Phrygiam Pacatianam [2] & Pisidiam) de cingulo illo quod tam ipsis quam Lycaonis, & Lydis imposuimus olim, & nullam licentiam ex præsenti esse eis, qui eam habent administrationem, ita in eis fieri provinciis tanquam dignitates, habentes aliquod cum eis participium, aut transmittere aliquem de officio suo aut aliter eis competentibus, & comprehendere aliquos. Sed neque eis licentiam esse, eis, qui ex illis provinciis sunt, confugere ad unumquemque hanc habentem [dignitatem] & querelam insinuare adversus invicem, sive pro pecuniariis, sive pro criminalibus fuerit quod movetur, pœnam metuentibus *triginta librarum auri*, utpote nobis omnem transitum ad dictas nobis provincias excludentibus his, qui per tempus habuerint dignitatem, aut his omnino qui in eorum ordinem relati fuerint, ut neque præcepta in illis provinciis aut contra eos qui in eis habitant, faciant, neque aliter sibi aliquid vindicabunt eorum quæ in his feruntur, sed contenti sint tam Lycaoniorum quam Lydorum [provincia] in ipsis jubentes solis, tanquam si in principio istis duabus provinciis conclusissemus dignitatem eorum, nullum participium in Phrygiam utramque aut Pisidiam dantes ei. Omni enim ex hoc difficultate provincias liberamus, illas civilium judicum dignas in omnibus, tam pecuniariis quam criminalibus respicientium, scientibus his quod si quodlibet factum latrocinium aut invasionem in illis locis aut ablationem rerum persequantur, & ablatum vindicent, ex ipsis suis facultatibus ex hoc datum dispendium curare necessitatem habebunt, tam in cingulo constituti, quam etiam post depositum illud. Itaque si vel tentaverit post præsens tempus qui Lycaoniæ & Lydiæ militarem habet dignitatem, aut ipse ire ad prædictas nobis provincias, aut dirigere aliquos de suo officio, fiduciam damus episcopis civitatum prohibere, eum aut eos qui ab eo destinati fuerunt irruere volentes & expellere de locis eos, utpote semel per præsentem sacram prohibitos legem, super quod & pœnam xxx. librarum auri impositam tam ei qui pro tempore habet cingulum, quam his qui ei obedire deputati sunt, sive tale aliquid jubeat, aut ipsi præsumpserint ministrare: & super hoc cinguli amissione periclitabunt & ipsius substantiæ.

EPILOGUS.

† Tua igitur gloria quæ per præsentem nobis divinam legem sancita sunt cognoscens, faciet quidem decreta consequentia ipsis, edictis vero utetur & præceptis ad eos qui provincias moderantur, & civitatum episcopos, ut & hanc per civitates proponant legem, & omnibus manifesta faciant quæ per eam nobis placuerunt occupationem. [Datum 6. Id. Februar. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno xv. post consulatum BASIL. V. C. CONS. Anno XII. [3]]

TIT. XXIX.

UT [4] LICEAT HEBRÆIS [5] SECUNDUM TRADITAM LEGEM SACRAS SCRIPTURAS LATINE VEL GRÆCE VEL ALIA [6] LINGUA [LEGERE] ET, UT DE LOCIS SUIS EXPELLANTUR NON [7] CREDENTES JUDICIUM VEL RESURRECTIONEM [8] AUT DICENTES ANGELOS [9] SUBSISTERE CREATURAM DEI.

NOVELLA CONSTIT. CXLVI.

Idem Augustus Areobindo P. P.

PRÆFATIO.

Necessarium quidem erat Hebræos sacros audientes libros non solis literis [10] adhærere, sed ad reconditas eis prophetias respicere, per quas magnum Deum & Salvatorem generis humani *Jesum Christum* annunciant. Sed etiam si insensatis semetipsos interpretationibus tradentes a recta usque nunc aberraverunt gloria [11], tamen certare ad invicem discentes ipsos, non sustinuimus sine judicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipsorum quæ nobis adductæ sunt προσελεύσεων [12] dicimus, quod quidem solam habentes Hebraicam vocem, & ipsa uti in sacrorum librorum lectione volunt, nec Græcam tradere dignantur, & multum dudum tempus pro hoc ad invicem moventur. Nos igitur hujusmodi discentes meliores judicavimus esse [13] & Græcam vocem ad sacrorum librorum lectionem tradere volentes, & vocem omnem simpliciter, quam locus aptiorem & magis cognitam audientibus facit.

CAP. I.

Sancimus igitur licentiam esse volentibus Hebræis per Synagogas [14] suas in quocunque Hebræi omnino loco sunt per Græcam vocem sacros libros legere convenientibus, vel etiam patria [15] forte (Italica hac dicimus) lingua, vel etiam aliorum simpliciter, una scilicet cum locis etiam lingua commutata, & per ipsorum lectionem, per quam clara sunt quæ dicuntur convenientibus omnibus deinceps, & secundum hæc vivere & conversari, neque fiduciam esse his qui apud eos sunt expositoribus, solam Hebraicam tradentibus, malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia suam ipsorum abscondentes malam consuetudinem. Verum tamen hi qui per Græcam legunt, *Septuaginta* [16] utantur traditione, quæ omnibus certior est, & præ aliis melior judicata, præcipue propter quod circa interpretationem contigit, quia & per duos divisi, & per diversa interpretantes loca, tamen unam tradiderunt omnes compositionem. §. 1. Ad hæc vero quis non horum virorum & illud admiretur, quia multo antiquiores salutari apparitione magni Dei & Salvatoris nostri *Jesu Christi* constituti, tamen illam futuram, tanquam videntes, sacrorum librorum traditionem fecerunt, tanquam propheticæ gratia circumfulgente eos? & hac quidem utuntur præcipue omnes. Sed, non tamen tanquam eis residuas excludere sanciverimus interpretationes, licentiam damus & *Aquilæ* [17] uti, etsi alienæ [18] tribus ille, & non competentem in aliquibus sermonibus habet cum Septuaginta interpretatione dissonantiam [19]. Eam vero quæ ab eis dicitur *secunda editio* [20], interdicimus omnimodo, utpote sacris non conjunctam libris, neque desuper traditam de prophetis, sed inventionem [21] constitutam virorum ex sola loquentium terra, & divinum in ipsis habentium nihil. Et ipsas ergo sacras voces legant, codices ipsos *respuentes* [22], sed non abscondentes quidem quæ per eos dicta sunt: exterioribus vero traditis sine scriptis vanæ vocis utentes, ad simpliciorum per ipsos excogitatis perditionem. Ut hac data a nobis licentia, neque damnis aliquibus subjiciantur omnino qui Græcam vocem & alias tradunt, neque ab alio quovis prohibeantur. Neque licentiam habebunt hi qui ab eis majores omnibus *Archipherecitæ* [23] aut presbyteri [24], forsitan, vel magistri appellantur, perinœis [25] aliquibus aut anathematismis hoc prohibere, nisi velint propter hos castigari corporis pœnis, & insuper privationem facultatum nolentes sustinere, meliora vero & Deo amabiliora volentibus nobis & jubentibus.

CAP. II.

Si quidam vero apud eos [26] *atheos* vanæ novæ vocis eloquia inferre præsumpserint, aut *resurrectionem* [27] & *judicium* [28] negare, aut [29] *facturam Dei*, & *creaturam angelos subsistere*: hos & expelli volumus loco omni & non relinqui vocem blasphemiæ, & ita a Dei simul lapsam notitia: præsumentes enim eos affari aliquid hujusmodi ultimis subdantur suppliciis, illato errore ex hoc Judæorum emendantes gentem.

CAP. III.

Oramus vero eos, aut per istam [30] aut per illam linguam sacros libros audientes, servare quidem interpretantium malignitatem, non solas vero considerare literas, sed rebus refici, & divinum veraciter intellectum excipere, ut & redoceri quod melius est, & quiescere aliquando errantes, & in hoc ipso quod est omnium καιριώτατον [31] peccantes, in Deum spem dicimus. Propterea enim omnem eis vocem aperimus ad sacrorum librorum lectionem, *ut omnes de cætero eorum accipientes scientiam doctiores ad melius fiant*, re confessa constituta paratiorem multo ad discretionem esse, & ad melioris intentionem sacris innutritum libris, & parum quod desit habentem ad emendationem, quam scientem quidem horum nihil, solo vero cultus inchoatum nomine, & tanquam anchora [32] retentum sacra, & doctrinam [33] piam, hæresis appellationem esse putantes.

Phrygiam & Pisidiam excurrere. 1 Duplex Phrygia. 2 Metropolis Phrygiæ Pacatianæ Laodicæa, vide subscriptionem epistolæ 1. *ad Tim.* quam Cujacius hic refert, recentiorem esse, ut Apostolicis temporibus possit tribui. 3 Id est, anno 549. 4 Abrogatur hæc constitutio, *Novella Leonis* 55. 5 Seu Judæis. Tertullian. 18. *Apologet. in fin.* Hebræi retro, qui nunc Judæi *L.* 1. *C.* 9. adde constitutionem Leonis Iconomachi, quæ Judæos ad baptismum adigit. 6 Non tantum Hebraica. huc refer *c.* 1. *& c.* 3. *infr.* 7 Id est, negantes. 8 Huc refer *c.* 2. *infr.* 9 Vid. *c.* 2. *infr.* 10 Quæ occidunt. 11 Δόξης, id est, sententia. 12 Interpellationum, προσέλευσις interpellatio. 13 Eos scil. qui Græcam etiam assumendam putarunt. 14 Synagogæ Hebræis permissæ. 15 De quo sæpius dixi *Novell.* 7. *cap.* 1. *Novell.* 22. *cap.* 2. *Novell.* 30. *cap.* 5. *Nov.* 69. *Nov.* 140. 16 Translatio Bibliorum facta a 70. interpretibus, de qua *infr.* omnes alias Græcas facile antecedit. Cæterum brevitatis causa 70. interpretatio dicitur, cum 72. fuerint. Epiphanius *in libro de mensuris.* Tertull. 18. *Apologet.* eadem ratione, qua Centumviri appellabantur, qui tamen erant 105. ex singulis tribubus terni. Festus *in voce Centumviralia judicia.* 17 Dicendum est aliquid de Græcis versionibus. Prima quæ dicitur 72. interpretum, ut §. *hic.* composita fuit a viris 72. Ptolomæo Philadelpho Ægypti regi missis ab Hierosolymitanis. Joseph. 12. *Antiq.* Tertull. *cap.* 18, 19. *Apologet.* Epiphan. *lib. de mensuris.* Euseb. 8. *de præparat.* 1. Philo *de vita Mosis & legibus divinis.* Composita, inquam, in Pharia insula, repositaque primum in Bibliotheca Bruchio: postremo in Serapio, idque longe ante Christum natum. vid. Epiphanium *libro de mensuris & ponderibus.* ubi inter cætera refert, septuaginta duos electos imitatione quadam Mosis, cui præceptum fuerat, ut assumeret septuaginta viros, ascenderet in montem. Hanc interpretationem sequuta est interpretatio Aquilæ, de qua hic, facta sub Hadriano Imperatore. Epiphan. *dicto loco.* Tertia est Symmachi Samaritæ. Epiphan. *d. loco*, vel Ebionei. Euseb. 6. *cap.* 71. Quarta Theodotionis Ephesii Marcionitæ sub Commodo, Epiphan. *d. loco.* Quinta editio interpretem certum non habet: fuit tamen reperta anno septimo Antonini Caracallæ in Hiericho doliis occultata cum aliis libris Hebraicis & Græcis. Epiphan. *d. loco.* Sexta autorem etiam non habet, utque superior reperta fuit doliis inclusa, in Nicopoli ad Orientem sita, seu in Actiaco littore, sub Alexandro Severo. Epiph. *d. loco.* Has interpretationes adeptus Origenes curavit sic integra Biblia describi, ut Hebraico textui, literis Hebræis in una columna descripto, columnam adjungeret alteram Hebraicam quidem: sed tamen literis & characteribus Græcis descriptam, ut Græci, literis suis etiam & characteribus Græcis Hebraicum textum legere possent. Duabus istis columnis quatuor alias adjecit ex opposito, interpretationem scilicet Aquilæ, Septuaginta, Symmachi, Theodotionis, eamque editionem Hexapla vocavit: quibus vero addidit quintam & sextam interpretationes anonymas (*de quibus superius diximus*) Octapla vocavit. vid. Epiphan. *d. loco.* Sed ut eo revertar, unde sum digressus, Justinianus hic non probat quamlibet translationem Græcam, sed septuaginta tantum vel Aquilæ, quod maxime notandum, quod D. Hieronymus *in præfat. in lib. Iob.* hæreticos Judaizantes vocet Aquilam, Symmachum & Theodotionem, his adde Eusebium 6. *c.* 16. ubi etiam de tetraplis. De Latinis versionibus alio dicemus loco. 18 Κἂν ὁ ἀλλόφυλος ἐκεῖνος, id est, tametsi etiam diversæ nationis fuerit. 19 Aquila ex Græco Christianus factus, cum Astronomiæ curiosis quæstionibus plus æquo deditus esset, ejectus ecclesia transit ad Judæos, utque Christianis noceret, cœpit 70. interpretationem & testimonia de Christo in scripturis probata corrumpere. vid. Epiphan. *d. loco.* 20 Τὴν λεγομένην δευτέρωσιν. Vocabulo δευτερώσεως, non intelligit prædictarum translationum aliquam, sed traditiones & observationes tantum Judaicas, quas Hebræi vocant *Misne Thorah*, id est, legem secundariam in unum velut Corpus (ut nonnulli volunt) a Judæis post Christi adventum, partim ex Cabalisticis seu anagogicis, partim ex allegoricis quibusdam interpretationibus compositam, quarum originem & successum usque ad tempora Mosis & 70. ejus assessorum Judæi repetunt. Addunt, Judæos deinceps ex superiori syntagmate & aliis postea natis opinionibus, *primum Talmud*, seu *Hierosolymitanum* (sic appellatum ob Judæos doctores undique Hierosolymis in eum finem coactos) composuisse anno Christi 300. Anno vero 70. post, *secundum Talmud* edidisse coactis in Babylone Judæis: eoque nunc Talmud uti Cabalisticis somniis referto. vid. Postell. *c.* 3. *de orbis concordia n.* 12. 21 Ἐξεύρεσιν, id est, commentum. 22 Ἀναπτύσσοντες, sensus, si Judæis est animus, sacras scripturas legendi, sacros Codices evolvant, non eos, in quibus meræ tantum fabulæ continentur. 23 Ἀρχιφερεκῖται, vox est hybrida, Græca partim, partim Hebræa. Horum munus erat legere & interpretari illas legis seu prophetarum sectiones, quas Hebræi *Parsitoth*, & *Perakim* appellant & ad eas accommodare subdistinctiones tractatuum majorum Talmudis (quas iidem Judæi Perakim vocant.) Nam quod nostris libri 50. Pandectarum sunt, hoc Talmudicis 60. tractatus majores fuere: quod tituli, hoc Perakim. Igitur ἀρχιφερεκῖται, quasi particularii, quibus ad unguem noti Talmudis Tituli. Id ita esse, Cornelius Bertramus sacræ linguæ apud nostros professor dignissimus, nec minus Jurisconsultus, quam Theologus amice commonuit. 24 Id est, seniores. 25 Περινοίαις τισὶν, id est, commentis quibusdam. 26 Apud eos κενοφωνίας ἀθέους &c. id est apud eos novas vocum novitates & impias. vid. 1. *Timoth.* 6. *vers.* 20. 27 Resurrectionem quidam hæretici negarunt, quam tamen ex gentilibus quidam agnovere, Plin. 7. *c.* 55. similis est, inquit, de asservandis corporibus hominum ac reviviscendi promissa a Democrito vanitas, qui non revixit ipse. Agnoverunt multa, haud dubie Ethnici, sive ductu naturæ, sive institutione Christianæ legi consentanea, quale illud dixeris: Quæsivi, viveretne ipse pater Paulus, & alii, quos nos extinctos arbitramur. Immo vero, inquit, vivit. Cicero *in Somnio*, & alibi Tusculan. Pherecydes Syrus primus dixit, animos hominum esse sempiternos, vide libros Aureorum nostros ad Senecam in Theologicis, in quibus de animorum immortalitate, extremo judicio, fine mundi per ignem & resurrectione diximus. 28 Hæresin negantem judicium ultimum observa. 29 Ἢ τὸ ποίημα τοῦ Θεοῦ καὶ κτίσμα τοὺς ἀγγέλους ὑπάρχειν Haloander ita vertit, affirmare, quod figmentum & creatura Dei per angelos subsistat: quasi diceret, Hæresin esse, si quis rerum istarum aspectabilium autores faciat angelos, non Deum ipsum. Possumus etiam hac sententia relata ad verbum ἀρνούμενος, colligere, quosdam ex Judæis eam opinionem habuisse, ut negarent Angelos a Deo creatos. 30 Græcam & Hebraicam. 31 Opportunissimum. 32 Anchora sacra retineri, id est, maxima & validissima. Hanc nautæ demittebant in magno periculo constituti, vid. Lucianum *in Jove Tragœdo, & Trapetis Apologia.* Euripidem *in Helena*, & Aristidem *in Themistocle.* 33 Aliud est vera de Deo scientia, aliud secta.

EPILO-

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc præsentem piam legem declarata sunt, custodiet quidem tua gloria, & quod tibi obtemperat officium. Servabit & pro tempore, qui in eodem cingulo ordinabitur, & non permittet omnino Hebræos præter hæc facere, sed insistentes & prohibere omnino nitentes, corporalibus primum pœnis subjiciens exilium incolere compellet, auferens & bona, ut non simul ipsi contra Deum, sed & imperium audaciter insurgant. utetur autem & præceptionibus ad provinciarum præsides, præcipiens ipsis nostram legem ut & ipsi hanc discentes, proponant per civitatem unamquamque: scientes, quod hæc observari utile erit his, qui nostram indignationem veriti fuerint. Dat. [1] 6. Id. Febr. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. Anno XXV. post BASIL. V. C. Consulatum Anno XII. [2].

TIT. XXX.

DE RELIQUIS [3] PUBLICIS NON EXIGENDIS [4], ET DE DISCUSSIONE DIVERSARUM ACTIONUM.

NOVELLA CONSTIT. CXLVII.

Idem Augustus Areobindo P. P.

PRÆFATIO.

Et si expensam multam nunc supra quam aliquando reipublicæ esse oportet, tantam magnitudinis præbitionem benignitate accipienti Dei, & ad augmenti rationem superimpositos expugnanti barbaros, omnem tamen providemus viam, ut & expensarum non prohibita fiant, & nulla misericordiæ species circa subjectos nostros relinquatur. Quanta igitur singulis interpellantibus nobis & debita prætendentibus publica & inopiam redditionis, præparate remuneramus, & qualiter nullus misericordiam petens sine actu a nostra recessit facie, hoc dicere non nostrum est, his quæ pro his scripta sunt & ipsis qui remunerationes acceperunt, attestantibus nobis. Sed quia modicum & imperio indignum est de singulis interpellantibus proprias aliquorum munerationes facere, aut etiam usque ad villas aut civitates solas aut in solas provincias nostram extendere misericordiam, & non magnum aliquid & commune de omnibus subjectis facere.

CAP. I.

Propter hoc ad præsentes nostras venimus donationes, per quas *sancimus* dimitti omnibus nostris subjectis reliqua omnino debita a præterito circulo primæ indictionis & ejus, & in quam præcedentes nostras conclusimus donationes usque adhuc currentem septimam [5] indictionem & ipsam: ut sint viginti duo anni continui in nostros subjectos a nobis factæ largitatis, & nulla reliqua exigi ex illo relata tempore. Hæc vero dicimus non in his quæ in auro solum, sed etiam si argentum aut triticum, aut quædam alia species debita sit, & hoc quidem sive quod a subjectis debitum sit, sive ab Illyrica præfectura aut sacrorum nostrorum thesaurorum, sive pro fructibus [6], sive pro residuis titulis quomodocunque inferendis ab eis. In commune enim omnibus nostris subjectis hanc nostram largitatem concedimus, ut nemo pro [7] temporibus illis super eos reliquum inducat, qualemcunque faciens reliquorum exactionem, sive ab ipsis destinatus cingulis, aut qualitercunque publicam personam sibi vindicans, sive aliqua inferens præcepta aut deputationes [8]: quoniam quidem & his qui hujusmodi quid acceperint, & tanto continue non exigere tempore, contra subjectos nostros auferimus exactionem. Insuper & contra ipsum publicum, qui enim debet continue tantum, vel negligens, vel sportulis magis & non principalibus factus, & neque ab eis neque a publico accipiens, non in tempore deinde memoratur deputationum, aut exinde exactionem inferre tentat. E contrario autem, eum qui hujusmodi aliquid facere se præsumpserit, tanquam nostris pestiferum repellimus donationibus, ut omnem de cætero repetitionis occasionem aut perinœam [9] auferri, tam contra subjectos, quam contra publicum, & majorem prævalere, & ex hoc ἀπραγμοσύνην nostris subjectis. Quoniam autem & his perfruentur donationibus, & quæ sacris nostris privatis aut divino nostro patrimonio competunt possessiones, & neque contra colonos neque contra locatores aut emphyteutas exactio fiscalium pro prædictis a nobis fiet temporibus, aut ab his qui publicum exigunt, aut palatinis ipsis manifestum est. Hæc vero dicimus de his quæ debentur adhuc, & apud nostros sunt subjectos. Si enim aliquid contigerit illis dare & hoc apud curiales forsan aut officiales aut hypodectas [10] aut delegatores, aut apud hos qui provinciarum sunt numerarii [11] remansit, hoc non comprehendimus neque partem facimus præsentis nostræ donationis, sed servabitur publico. Inutilissimo [12] constituto, ut quod a subjectis datum est, non fiscus accipiat, sed proprium aliorum lucrum fiat.

CAP. II.

Hac vero nostra largitate excludimus, & quæ cauta sunt forsitan, aut fidejussa publico a numerariis [13] aut arcariis [14] aut scriniariis [15], nihil enim neque his de æqua conferimus donatione, quia semel propria fecit, & pene habet hæc accipiens fiscus. De sacra vero hac largitate excipimus tam militares, quam fœderaticas [16] discussiones: ipsæ enim non contingunt quidem nostros subjectos: justam vero exactionem contra illos inferunt, qui non competenter de publico accipiunt, quanquam si occasione militaris vel fœderaticæ expensæ contigerunt accipientes, tamen proprium hoc lucrum facientium: & multo magis hoc nostra excepimus donatione civilium pecuniarum inquisitiones, & insuper operum discussiones [17] tam quæ in hac felicissima civitate quam in aliis provinciis, quoniam non est justum tanto a nobis emisso auro pro occasione munitionis reipublicæ, administrantes quidem lucrum injustum habere, fraudari vero loca nostra largitate, aut debita eis munitione, aut civitates pecuniis quæ ad ornatum earum divisæ sunt, defraudari. Quia vero etsi malignantes omnino odimus, sed nostras tamen humanitates [18] oblivisci nullo possumus modo: propterea sancimus quæ a nobis in quibusdam capitulis facta exceptio est, locum habere super his quæ nuper transiit, primæ [19] indictionis temporibus, hanc vero dicimus sexdecim pridem annis factam. De his enim quæ præcedunt temporibus, simplicem & generalem omnibus continue nostram humanitatem concedimus, nullam exceptionem in ea facientes, ut communem omnes homines perfruantur securitatem, & nullam reliquorum exactionem ex qualibet occasione ex illis procedere temporibus. Hanc nos quidem subjectis humanitatem concedentes Deo magno offerre actum existimavimus oportere, ut omnes his perfruentes bonis, gratias pro imperio confiteantur magno Deo, qui & hunc nobis in mentem actum immiserit.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto tua excellentia ad opus adduci, & servari festinet. Datum [20] prid. Kal. Maji *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. August. Anno XXVIII. [21] post consulatum BASIL. V. C. Anno III. [22].

TIT. XXXI.

DE INDULGENTIA [23] RELIQUORUM PUBLICORUM.

NOVELLA CONSTIT. CXLVIII.

Antonio Contio interprete.

PRÆFATIO.

Quantam circa communia rerum statim ex prooemiis [24] nostri imperii fecimus providentiam & studium, traditæ nobis ex Deo reipublicæ curam gerentes, ex his quæ jam fecimus, manifestum fecimus universis. Nam publicum debitis multis prægravatum invenientes, & ad ultimam penuriam repulsum in nosmetipsos suscepimus debitum, onere simul & difficultate multa sublevantes illud & rem militarem diffluentem jam necessariorum penuria, ita ut respublica barbarorum insultibus & incursibus immensis pessum daretur, secundum quod nobis fuit possibile, competenti correctione sumus dignati: quin nec usque ad hæc & sola oportere existimavimus circa subjectos stare auxilium, sed & cujusdam alterius participes facere humanioris sententiæ subditos lege jussimus opus esse, liberos ipsos his quæ ab ipsis debebantur debitis publicis facientes.

CAP. I.

Communem igitur & hanc nostram beneficentiam in omnes subjectos extendentes, indulgemus superioris temporis usque ad octavam [25] indictionem, & ipsam præsentis cycli, debita a subjectis publico: & sancimus nullam exactionem fieri eorum quæ in reliquis debentur usque ad dictam indictionem, sive generalem, sive specialem mensam tuæ gloriæ hæc respiciant, sive cingulum sacrorum apud Illyricos prætoriorum, sive gloriosissimi Justiniani præfecti eorum, qui in Mysia & Scythia sunt militares numeri, sive sacrorum nostrorum thesaurorum, sive sacratissimi nostri ærarii, sive sacri patrimonii, sive magnificentissimi curatoris domorum [26]. Sed omne quicquid tam in auro quam argento & cæteris speciebus debitum sit, id omnibus debentibus indulgeatur, ita ut neque coloni neque conductores, neque emphyteutæ, neque etiam possessores exigantur debita publico reliqua eorum quæ a prædicta indictione fluxerunt & ipsa temporum.

CAP. II.

Excipimus autem ab hac nostra largitate militares [27] & fœderaticas [28] discussiones. Ipsas enim subjectos neque omnino contingere accidit, præter eos & quidem solos, qui sibi ex publico pecunias erogatas in lucrum proprium conferunt. Item ea quæ militaribus ordinibus vel fœderaticis deputata sunt a publico, & quæ apud dictos hypodectas [29] vel exactores aut delegatores, sive in auro sive in argento & in aliis quæ in specie conferuntur, inveniantur a subjectis soluta, exigentur & ipsa, & solventur quibus competens est prædictorum nostrorum cingulorum. Ad eundem vero modum & alios omnes qui acceperunt a nostris subjectis aurum vel aliud quid ex dictis a nobis indictionibus, & hoc non deposuerunt in publicum, (si deponi competens erat) excipimus a præsenti nostra donatione, ut illud in publicum aut his quibus congruit, solvatur. Subjectorum enim miserescentes, præsenti eos dignati sumus humanitate. Sed neque eos, qui apud se publicas susceperunt pecunias, privare vero publicum volunt, sive illos ad quos destinati erant. Perspicuum autem est, quod si quidam hanc nostram præsentientes munificentiam super indultis reliquis, per aliquam περίνοιαν [30], id est, machinationem a subjectis cautiones aut fidejussiones acceperint, aut in propria transtulerint debita, vel aliud quid in fraudem hujusmodi meditati esse aut fecisse deprehendantur, nihil ex his utilitatis habebunt, reddent vero cautiones his a quibus receperunt ipsas. Omnes autem gratias Deo & nobis confitebuntur: alii quidem quia debentes reliqua, indulgentia & humanitate dignati sunt, alii vero quia nihil reliquorum nomine debentes, liberati sunt solicitudine, susceptorum gratia custodiæ, ne hi quibus accidit sæpe, pro iisdem inquietari temporibus, rursus tanquam quibus furto propria jugatio interciderit, ad solvendum præsto esse debeant, us-

1 Id est, anno 548. sed Scrimg. ita legit: Dat. Id. Feb. CP. DN. JUST. PP. A. BASIL. V. C. CONS. 2 Id est, anno 541. 3 Adde *Nov.* 148. *Nov.* 163. *l.* 6. *C. de jure fisci.* 4 De indulgentia reliquorum publicorum, *Index Reginæ.* Ammian. 16. loquens de Juliano id eum adusque imperii finem & vitæ scimus utiliter observasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariæ rei concederet aliqua, *& lib.* 25. loquens de eodem, libertatis hujus testimonia plurima sunt, & verissima, inter quæ indulta sunt tributa admodum lenia, coronarium indultum. 5 Id est, annum 7. indictionis, cui si 15. addideris, efficies 22. annos, ut *infr. hic.* ut hinc possis colligere, Circulum indictionalem esse 15. annorum. 6 Ὑπὲρ φόρων, id est, tributis. 7 Indulgentia dicitur, quoties præterita tributa remittuntur: relevatio, quoties futura. 8 Ἐκταγὰς. vid. *l.* 13. *C. de annon. l. ult. & antepen. C. de exact. trib.* 9 Περίνοιαν, id est, commentum, *Novell.* 146. *c.* 1. *in fin.* 10 Id est, susceptores. 11 Τερατεύουσιν. 12 Id est, cui sit mens absurdissima. 13 Παρὰ τερατευτῶν. 14 ἀρκαρίων, Arcarii sunt præpositi his exigendis, quæ in arcam Præf. prætorio inferuntur, ut *tit. de susceptorib. & arcariis.* Alias, arcarii sunt servi dispensatores & œconomi. Ideo vetus interpres Epist. ad *Romanos* 16. *vers.* 23. œconomum vertit arcarium, quem alii civitatis procuratorem exponunt: alii, quæstorem ærarium civitatis. 15 Id est, canonicariis. 16 *Nov.* 148. *c.* 2. 17 Id est, si quid civilibus commodis deputatur, nec erogatum sit. 18 Nihil est, quod Imperatores melius commendet gentibus quam clementia, vid. Volcatium Gallicanum *in Cassio:* & Julian. apud Ammianum 16. Hactenus incusent jura clementiam. adde Senecæ *libros de Clementia.* 19 Indictio prima, *ut hic.* de sexta & decima, vide *Nov.* 142. *c.* 2. de octava, vid. *Nov.* 148. *c.* 1. 20 Dat. 7. Kal. Maji *Constan.* DN. Just. PP. August. Basil. V. C. Cons. id est, anno 541. & male ut *infr.* 21 Id est, 544. 22 Contius legit XI. 23 *Nov.* 147. *supr.* An hæc constitutio sit Justini Curopalatæ, dicam ☞. 24 Id est, initio. 25 De indictione prima, sexta, decima dixi *Nov.* 147. *c.* 2. §. 26 Rerum privatarum. *Hal.* 27 Id est, si quid commodis militiæ deputatum est, nec erogatum. 28 De quibus *Nov.* 147. *c.* 2. 29 Id est, susceptores. 30 Ut *Nov.* 146. *c.* 1. *Nov.* 147.

que ad octavam indictionem habentes securitatem, ut in omnes revera præsens nostra distribuatur donatio.

EPILOGUS.

† Quæ igitur sancita sunt a nobis & per hanc nostram pragmaticam legem manifestata, tua gloria literis usa per hanc regiam urbem omnibus manifesta constituet. Dat. *Constantinop.* DN. N. JUSTIN.[1] PP. August. Anno XIX.[2] post consulatum BASIL. V. C. Anno IV.

TIT. XXXII.

UT [3] DEI AMANTISS. EPISCOPI CUM PROVINCIARUM INDIGENIS [4] ET INCOLIS, QUOS SIBI PRÆSIDES [5] ESSE VELINT, EOS SIBI A SACRATISSIMO PRINCIPE CONCEDI PETANT, IIQUE GRATIS PRÆSIDES FIANT: UT TAMEN QUI IN PRÆSIDEM PETITUR, IDONEE FISCO CAVEAT: SI VERO PRÆSIDEM PETERE DISTULERINT, UT TUM ADVERSUS EUM QUI IPSIS PRÆSES MISSUS FUERIT, QUODCUNQUE ETIAM OCCASIONE PUBLICORUM TRIBUTORUM FECERIT, QUERELAM INSTITUERE NEQUEANT.

NOVELLA CONSTIT. CXLIX.

PRÆFATIO.

DUm reipublicæ a Deo nobis datæ curam gerimus, simulque ut subditi nostri in omnibus justitiæ bono fruantur, operam damus, hoc unum nobis inde ab initio proposuimus, ut quicquid antea imperfectum, & confusum fuisset, id & corrigeremus & undique perfectum exhiberemus. Anxia itaque reputatione habita, quomodo & fiscus & subditi illæsi & indemnes permaneant, animadvertimus nos facile id consecuturos, si efficeremus ut provinciarum præsides, ubi magistratu gratis [6] suscepto, rite fisco cavissent, in omnibus recte ac legitime magistratu fungerentur: ita ut ab omni injustitia, quæstu, alioquique turpitudine atque re vetita abstinerent.

CAP. I.

NE igitur peregrini [7] aliqui in provincias se ingerentes, illas injuria afficiant, nosque crebris adversus illos interpellationibus instituendis molestias sustineamus: hortamur cujusque provinciæ sanctissimos episcopos, eosque, qui ex indigenis & incolis primas tenent, ut per communem libellum supplicem de iis ad nostram potentiam referant, quos idoneos esse ad provinciæ suæ gubernationem existiment. His enim magistratus insignia gratis tradituri sumus: tamen ut publicum & fiscalem canonem se illaturos caveant, atque nihil contra leges se exacturos; neque cuiquam collatorum vim illaturos, illis datis sponsoribus promittant, se annonis contentos publicorum tributorum exactioni invigilaturos, iisque qui in sacris illationibus probi & prompti sint, mites simul & paterno affectu exhibituros, cum improbis vero atque refractariis acerbius in exactionibus acturos, neque inde quidquam lucri ablaturos. Oportebit vero etiam nihilominus illos, conjectis [8] in leges oculis quibuscunque litigatoribus æqualitatem atque justitiam tribuere, &, ne sumptibus ac longinquitate temporis atterantur, cito [9] illos dirimere: tum & eos qui deliquerint, in jus rapere, & secundum legem pœnas illis infligere: denique in omnibus justitiam exhibere.

CAP. II.

AC sane non hisce solis hæc præcipimus, verum etiam cujusque magistratus assessoribus, aliisque quicunque magistratibus subserviunt. Nam si quis illorum aut in publicorum tributorum exactione negligenter se gesserit, aut collatores nostros damnis contumeliosisve vel læsionibus involverit, simul bonis excidet, simul summo subjicietur supplicio. Etenim Deo auspice *hoc unum nobis studio est, ut provinciæ bonis legibus regantur, tutoque* [10] *habitentur, atque præsidum justitia fruantur: & vero publica tributa citra querelam inferantur. Impossibile enim, est, ut sacris tributis non illatis, alioqui* [11] *respublica conservetur. Militares* [12] *namque copiæ*, assignato sibi salario inde percepto, *hostibus resistunt, collatores a barbarorum incursionibus & truculentia vindicant:* denique *agros atque civitates a latronum alioque modo incompositam vitam sectantium, vi & irruptionibus, agendis excubiis defendunt:* ex illis etiam reliquæ cohortes ea quæ ipsis attributa sunt, accipiunt: muri atque civitates indidem instaurantur: publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: postremo spectacula, aliaque omnia quæ ad delectationem subditorum inventa sunt, ex iisdem curantur: ut quæ ab illis contribuuntur, partim in ipsos, partim propter ipsos insumantur & impendantur: nobis autem prorsus nihil inde præter istarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, quum magnus ille Deus & Servator noster Jesus Christus, magnitudine clementiæ suæ permultis propter hoc nos bonis remuneretur.

CAP. III.

HIs itaque omnibus provincialibus hominibus velut præconio a nobis denunciatis, & quanta nostra sit erga subditos benevolentia & liberalitas per hoc ostenso, magis propitium ac benignum Deum habituri sumus, qui tantopere ne quid [13] detrimenti subditi capiant curemus. Si vero hoc nostrum beneficium consecuti, in præsidum electione, opinione atque spe frustrentur, neminem [14] præter seipsos culpare poterunt. Neque etiam, si hos eligere, & ad nos referre distulerint, ullo amplius jure de iis qui hinc in provincias emittentur, si propter publicorum tributorum collectionem nihil non fecerint, querimoniam instituent: neque vero nos ut de his nos adeant, eosque deferant, dehinc sustinemus. Qui enim facultatem eligendi præsides a nobis ceperunt, ut illi gratis magistratibus susceptis publica tributa inferrent, ipsique ab illis nulla injuria afficerentur, si hi in illorum electione negligenter versati fuerint, permittendum illis nullo modo erit ut de ipsis conquerantur, nosque illos delaturi adeant, atque molestiam exhibeant. Cæterum nullus omnino in persolvendis quæ ipsi incumbunt publicis tributis, ulla dilatione uti poterit, non [15] sacra domus, non sanctissima ecclesia, non pium pauperum receptaculum aut monasterium, non denique clarus aut obscurus quisquam. Neque vero eos qui rempublicam administrant, neque quos ἐκλήπτορας [16] vocant, neque etiam alios, quibus publicarum contributionum cura incumbit, periculo, quod hinc existere possit, eximimus. Quæ enim in commune omnibus conducunt, illorum qui in fiscum improbi esse velint, injusto proposito anteferimus [17].

EPILOGUS.

† Ut autem quæ pulchre a nobis proponuntur, omnibus manifesta fiant: jubemus, ut tua excellentia hoc præsens sacrum edictum per felicem hanc urbem & in provinciis, conspicuis in quaque civitate locis proponat, quo neminem ratio, qua fisci subditorumque indemnitati consulatur, a nobis serenissime adinventa lateat. Dat. 15. Kalend. Febr. *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. August. Anno VIII. post Conf. ejusdem Anno III. [18].

TIT. XXXIII.

DE [19] EA, QUÆ RAPTORI SUO NUBIT.

NOVELLA CONSTIT. CL.

PRæsens constitutio confirmat pœnas in constitutione ipsam præcedente prædictas. Jubet enim, ne puella raptum passa, raptori suo nubat. Sin vero hoc fecerit: non succedit ei, cujuscunque tandem sectæ aut ætatis sit. Nam si ipsi conjuncta non fuerit: capiet omnia bona ejus. Si parens consenserit raptum passæ filiæ suæ, ut raptori suo copuletur, mittetur in exilium. Si mortuus est non præbito consensu, tunc raptoris bona confiscantur, videlicet cum nefariæ sint ejusmodi nuptiæ, si denuo raptori suo raptum passa puella copuletur.

TIT. XXXIV.

NE DECURIO AUT COHORTALIS [20] PERDUCATUR IN JUS, SISTATURVE JUDICIO [21] CITRA JUSSIONEM PRINCIPIS, QUÆ INSINUETUR PRÆFECTIS.

NOVELLA CONSTIT. CLI.

Imperator Justin. August. Areobindo prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

SUggestio nobis per epistolam gloriæ tuæ facta est, quæ dicit, non [22] ex usu esse, ut decuriones aut cohortales, cum publico privatove cum ipsis jure agendum est, ad diversa judicia, vel ad hanc almam perducantur urbem, vel in alias mittantur provincias. sæpenumero autem sacras nostras præberi jussiones, quæ id velint: petiistique ut sacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortalium aut decurionum judicii causa, vel ex alia in aliam provinciam duceretur, vel ad hanc usque regiam pertraheretur urbem. si vero sacræ de hoc componantur formæ: ut hæ prius insinuentur [23] judicio excellentiæ tuæ, & decreta, uti æquum est, suscipiant.

CAP. I.

NOs igitur tametsi omnem productionem in jus exhibitionemque in judicio aversamur: si tamen necessitas incidat ut hujusmodi aliquid agatur, nulli nostrorum magistratuum, excepto throno tuo, concedimus, ut cohortalem aut decurionem ad hanc almam urbem judicii causa perduci faciat: nisi sacra aliqua interveniat jussio, quæ expressis verbis id præcipiat, quam ipsam convenit ut & excellentia tua perdiscat, neque citra decretum tuum ipse huc in jus perducatur, cum ita fieri id expediat publico: ne si ex iis locis ubi [24] publicas tractant pecunias, abstrahantur, hanc ansam arripiant nocumentum inferendi contra rempublicam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram pragmaticam declarantur formam, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

TIT. XXXV.

NE SACRÆ FORMÆ [25] QUÆ DE CAUSIS PROCEDUNT PUBLICIS [26], ALITER ROBUR ACCIPIANT, QUAM SI GLORIOSISS. PRÆTORIORUM PRÆFECTIS INSINUATÆ SINT, VEL FUERINT, ILLICQUE HABEANTUR RATÆ.

NOVELLA CONSTIT. CLII.

Imperator Justin. August. Joanni gloriosiss. prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

DAntes operam, ut divino cooperante auxilio, cum summa diligentia res Imperii, a Domino Deo nobis concrediti gubernentur: jubemus ne aliter forma de publicis confecta causis ad magnificentiss. ducem, aut etiam Augustalem, aut clarissimos provinciarum præsides valeat, nisi prius insinuata fuerit judicio excellentiæ tuæ: quæ vero insinuatæ non fuerint, nullam firmitatem habeant. Absurdum etenim fuerit, sacram formam

1 Hæc verba indicant, hanc constitutionem esse Justiniani, non Justini Curopalatæ.
2 Id est, anno 545.
3 Cujacius notat, hanc Novellam esse Justini. 4 Indigenæ ad præsidis officium promovendi. 5 De præsidibus, *Index Reginæ*. 6 *Nov.* 8. 7 Peregrini remoti ab adipiscendo provinciarum aliarum præsidatu. Huc refer regiam apud Gallos constitutionem, qua vetantur peregrini ad beneficia & eorum possessionem admitti, nisi naturalitatis (ut loquuntur) literas a Rege prius impetraverint: id est, nisi jure civitatis Gallicæ donati a Rege fuerint, *arg. l. sed si accepto* 32 *ff. de jure fisci.* vide Papo. 2. *Arrest.* 3. *arresto* 14.
8 Judex secundum leges judicare debet. *Nov.* 24. *c.* 2. *Nov.* 82. *c.* 13. *& Instit. de off. jud.*
9 Vid. *l.* 13. *C. de judiciis.* 10 Exceptio loci non tuti, de qua vide *Clementinam pastoralis* 2. *de sent. & re judicat.* Oldend. *c.* 17. *tractatus exception.* adde *l.* 10. *ff. de vi.*
11 Pecuniæ, nervi reipublicæ. *Novell.* 8. *c.* 10. *§.* 2. 12 Laus, necessitas atque utilitas rei militaris: maxime vero Tributorum, 13 Legum omnium hic scopus est, Salus populi suprema lex esto. Erat & illa formula solennis in auspicis magistratuum, *ut consulerent, ne quid detrimenti Respublica pateretur.* 14 Electio mala eligenti imputanda.
15 Adde *Nov.* 38. *l.* 7. *C. de sacros. eccles.* 16 Susceptores. 17 Publice utilia bonis Principis, & fiscalibus commodis anteponuntur, adde *l. non puto.* 10. *ff. de jure fisci.*
18 Id est, anno 544.
19 Dixi ad *Novell.* 143.
20 Cohortales officiales præsidum, qui sunt ex cohorte præsidis. *tit. C. de cohortalibus,* Augustinus *in Euang. Johann.* Cohors non Judæorum, sed militum fuit. 21 Extra suam provinciam scil. *Novell.* 45. 22 Privilegium probatur consuetudine. 23 Evocationum formulæ impetratæ adversus decuriones aut cohortales, insinuandæ sunt apud præfectum prætorio. 24 Huc referri potest titulus Codicis, *ubi de ratiociniis.*
25 Seu jussiones. *Index Reginæ*, sacri typi. θεῖοι τύποι *Scrimg.* βασιλικαὶ κελεύσεις, ἤτοι θεῖοι τύποι 2. *Eclog.* 19. 26 Puta de publicis operibus.

pro

pro publicis confectam causis, non prius insinuari throno excellentiæ tuæ, atque ita transmitti in provincias, finique contradi.

CAP. I.

SI quid igitur hucusque ad detrimentum [1] reipublicæ factum est, jubemus hoc irritum esse: sancientes, ut quævis de cætero sacræ formæ pragmaticæ sive ad Augustalem, sive ad ducem, sive ad reliquos provinciarum præsides conficiantur, occasione (ut dictum est) causarum publicarum, omnino insinuentur judicio excellentiæ tuæ, eoque pacto (uti dictum est) cum jussionibus excellentiæ tuæ mittantur in provinciam: ut quæ quidem sacræ formæ ad detrimentum reipublicæ factæ non sunt, hæ & suscipiantur, conjiciunturque in præceptiones, & ab excellentia tua mittantur in provincias, quatenus certo fini tradantur, quæ vero ad detrimentum reipublicæ per obreptionem [2] fiunt, has quidem sacras formas tua suscipiat excellentia: non tamen prius quæ inibi sunt reposita faciat, quam ad nos relationem ea de re pertulerit: quo magis si quid (ut potest fieri) ad detrimentum factum est reipublicæ, id corrigamus. Quæcunque enim sacra pragmatica forma publicarum causarum nomine facta throno excellentiæ tuæ insinuata non fuerit, hanc nullo valere tempore volumus.

TIT. XXXVI.

DE INFANTIBUS EXPOSITIS [3].

NOVELLA CONSTIT. CLIII.

Imperator Justinianus Augustus Mennæ gloriosissimo præfecto prætoriorum Illyrici.

PRÆFATIO.

CRimen a sensu humano alienum, & quod ne ab ullis quidem barbaris admitti credibile est, Dei amantissimus Thessalonicensis ecclesiæ apocrisiarius [4] Andreas ad nos retulit, quod quidam vix ex utero progressos infantes abjiciant, inque sanctis eos relinquant ecclesiis: & postquam educationem atque alimoniam ab hominibus pietatis studia exercentibus promeruerint, hos vindicent, & servos [5] suos esse pronuncient, cupientes crudelitati suæ hoc etiam apponere, ut quos in ipsis vitæ primordiis ad mortem exposuerint, eos postquam adoleverint, defraudent libertate. Ex quo igitur hujus generis factum multa simul in se absurda complectitur, cædem [6] videlicet ac calumniam, & quæcunque aliquis in tali actione facile enumeraverit: æquum sane erat, ut qui talia perpetrarent, vindictam quæ proficiscitur ex legibus non effugerent, sed quo magis alii exemplo horum temperantiores fierent, extremis pœnis subjicerentur: ut qui per actionis impudentiam [7] sua detulerint flagitia. id quod in posterum custodiri jubemus.

CAP. I.

QUi itaque ad eum modum in ecclesia, aut vicis publicis, aut aliis locis projecti fuisse comprobati erunt: hos omnibus modis liberos [8] esse præcipimus, licet ei qui præjudicio contendit ad hoc, manifesta existat probatio, & possit ejusmodi personam ad suum pertinere dominium ostendere. Nam [9] si nostris præcipitur legibus, ut ægrotantes [10] servi a dominis suis pro derelicto [11] habiti, & quasi desperata jam valetudine, cura dominica non dignati, prorsus ad libertatem rapiantur, quanto [12] magis eos qui in ipso vitæ principio aliorum hominum pietati relicti, & ab ipsis enutriti fuerunt, non sustinebimus in injustam servitutem pertrahi? Quin sancimus, ut tam religiosissimus Thessalonicensium archiepiscopus, quam sancta Dei sub ipso constituta ecclesia, & gloria tua his opem ferat: neutiquam illis qui hæc patrant, legibus nostris constitutas pœnas effugientibus: nimirum qui omni inhumanitate & crudelitate referti sint, tanto deteriores homicidio pollutis, quanto calamitosioribus id inferunt.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram declarantur legem, ea tam gloria tua, quam qui eundem pro tempore magistratum suscepturi sunt, & obtemperans vobis cohors, effectui ac fini tradere & observare studento. Quinque etenim librarum auri pœna imminebit tam his qui hæc transgredi pertentaverint, quam qui alios transgredi permiserint.

TIT. XXXVII.

DE HIS QUI IN OSDROENA ILLICITAS [13] CONTRAHUNT NUPTIAS.

NOVELLA CONSTIT. CLIV.

Imperator Just. August. Floro comiti sacrarum rerum privatarum.

PRÆFATIO.

PRæter opinionem incertus ad nos rumor pervenit: quod hi, qui Mesopotamiam & Osdroenam provincias incolunt, illicitis se jungere ausint nuptiis: & Romanas leges, neque non interminatas in iis pœnas veteres simul & novas transgrediantur, in illicitas ac prohibitas incidentes nuptias, dum vicinis [14] & adjacentibus [15] populis morem gerunt. Cæterum nos nihil quicquam horum credidimus, neque enim arbitramur homines esse, qui quidem, cum portio sint nostræ reipublicæ, tale quid facere audeant, quo facto & progeniem suam dehonestent, & confundant [16] nomina.

CAP. I.

UNde & pervestigare ea volumus, & si omnino hujus generis aliquid factum sit, extremum delinquentibus inferre supplicium. Sed quia & longum tempus est, neque credimus hujusmodi aliquid delicti admissum esse, ut maxime hujusmodi quid contigerit, tamen quod præteriit, quocunque se modo habeat, his qui Osdroenam & Mesopotamiam provincias incolunt, propter diversas hostium irruptiones, quæ quotidie in ipsis fiunt, indulgemus [17], maxime vero quia agrestis [18] ut plurimum multitudo hæc fertur delinquere: sinimusque ea manere sub præsente forma, haud scrupulosius nimisque anxie hæc inquirentes, quæ usque ad novellam sacram de hoc nostram (ut potuit fieri) constitutionem perperam admissa fuerunt: sed omnem hujusmodi de hoc inquisitionem contra personas, & res ad earum provinciarum incolas pertinentes prohiberi sancientes. Post [19] nostram vero legem quæ nuper [20] de hoc fuit proposita, si quis præsumpsit, aut etiam præsumpserit tale quid facere: volumus, ut is extremis subdatur pœnis, sciturus, quod non intra pecuniarias pœnas resistemus, sed tam ipsum, quam uxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptiis post nostram constitutionem digna animadversione persequemur, & periculum [21] capitis simul atque bonorum ademptionem irrogabimus: nulli parcentes, sive majoris, sive minoris status, aut conditionis, aut (quod multo etiam difficilius est) sacerdotii sit, sed omnibus plectendis solennem & Romanis legibus decentem ordinem conservabimus, non tantummodo partem bonorum ablaturi, sed & cum toto patrimonio partem corporis: & si importunius illicitas contractas nuptias deprehenderimus, ne ipsam etiam vitam quoquam salvare queunte: ut per omnia pœnæ consectaneæ sint delictis. Oportet enim recta pariter ac convenientia sapere, & alios ad earundem rerum æmulationem excitare: non vero ipsos perpetrare legibus contraria, & ex mutua [22] vitiorum imitatione refugium quærere. Hæc igitur conservari in prædictis provinciis volumus: tam civilibus, quam militaribus magistratibus idipsum custodientibus, & ut pœnæ delinquentibus imponantur procurantibus. Atque hoc mandatu tuo volumus ibi locorum programmatis per proprios magistratus manifestum fieri: nisi & ipsi extremis subdi velint suppliciis, simul & magistratuum ac bonorum amissionibus, si quid horum per negligentiam omiserint.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, ea studeto gloria tua effectui & fini tradere.

TIT. XXXVIII.

UT [23] MATRES ETIAM TUTELÆ RATIONIBUS OBNOXIÆ [24] SINT.

NOVELLA CONSTIT. CLV.

Imperator Justin. August. Belisario.

PRÆFATIO.

POrrexit potentiæ nostræ supplicationem Martha clarissima fœmina, qua continebatur, quod magnificæ memoriæ Sergius, qui pater ejus fuit, cum obiisset mortem, tenera admodum ætate ipsam reliquerit: quodque clarissima mater ejus Auxentia, testatione apud actorum monumenta deposita, non [25] se ad secundas perventuram nuptias, tutelam ejus subierit: & legibus nostris de hoc definito jurejurando [26] præstito, res administraverit. His ita ab ea gestis, quasi neque jusjurandum ab ipsa præstitum, & despicabile patrimonium relictum esset: paucula [27] quædam in inventario ab ea confecto designasse, postea etiam secundas elegisse nuptias, cum [28] tutorem ipsi nominasset Petrum. Item e secundo matrimonio duos habuisse filios, & cum recte erga ipsam [29] affecta non esset: institutum quidem ab ea tutorem administratione destitisse, cum ipsa vix decimum tertium apprehendisset annum: petiisseque, *ut secundæ ætatis curatorem quæreret*, mox etiam persuasisse, ut pro se acceptilationes conscriberet, & omni actioni, quæ secundum leges ipsi posset competere, per causam tutelarium rationum, in hujusmodi acceptilationibus renunciaret: cum in cubiculo per id tempus esset, neque quicquam sciret eorum quæ gererentur. Neque enim [30] possibile fuit, ut ea, quæ apud illam educaretur, neque in ullo contradicere posset his quæ adversus ipsam gererentur, ut maxime inferri sibi detrimentum sensisset: aliquid ageret eorum, quæ prohibere potuissent ad ipsius attentata jacturam. Postquam vero tempus effecerit, ut quæ adversus ipsam agitata essent consilia, persentisceret: se quidem apud matrem usam exhortationibus, ne his, quæ in fraudem suam gesta essent, perperam uteretur: sed uti matrem deceret, se ostenderet: & quas primum res in bonis habuisse nosceretur, sibi restitueret. Ipsam vero cum se totam filiis ex secundo matrimonio procreatis exposuisset [31], neutiquam istiusmodi rationes edidisse, quin e contrario sacram nostram prætendisse sanctionem, qua continetur non posse restitutionis contra [32] ipsam jura in usum assumi: tametsi [33] ea nihil ejus generis de matribus, quæ filiorum tutelam suscepissent, & secundas exosculatæ essent nuptias, sanciret. Atque ea de causa supplicationem nobis porrexit: quo magis & mentem sacræ constitutiones redderemus mani-

1 Reipublicæ ad detrimentum quæ fiunt, inutilia sunt, nec tenent. 2 Obreptitia rescripta nullius momenti, vid. *l.29. ff. ad l. Corn. de falsis.* Augustinus *in Johannem:* Juris est forensis, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit, quod impetravit.
3 Vid. 8. *C.* 52. περὶ τῶν χαμευεςτῶν βρεφῶν. *Scrimg. Extravag.* 11. adde quæ notavi ad *l.2. C. de patribus, qui filios distraxerunt, &* 1. Harmenop. *ult.* Goth. Vid. Rittershus. *part.* 12. *cap.* 14. Ans. 4 Apocrisiarii, pro veritate personarum, cui adjuncti sunt, quasi legati ecclesiarum, episcoporum, monasteriorum, judicum, vide quæ scripsi ad *Nov.* 123. *cap.* 25.
5 Expositum & ab alio educatum dominus in servitutem vindicare non potest, adde *l. 2. C. de infantib. expositis, l. un. §. 3. Cod. de Latina libertate.* 6 Homicidii species, infantem exponere. Negat enim alimenta, qui exponit: qui negat alimenta, necare intelligitur, *l. 4. ff. de agnoscend. lib.* 7 Turpitudinem suam allegans, id est, postulans lucrum ex sua turpitudine & impudentia nemo audiendus est. *l. transactione 30. l. cum te 5. C. de transact. l. si creditorib. 5. Cod. de servo pignori dato manumisso. cap. inter dilectos, extr. de donat.*
8 Infantes expositi, ipsa expositione liberi fiunt & liberi censentur. 9 Argumentum sumptum a domino servum exponente ad patrem infantem filium exponentem observa. Aliud in eo, qui servum capitali forte judicio exposuit. *l. 13. ff. de statu hom.*
10 Vid. *l. 2. ff. qui sine manumiss.* adde *l. 3. §. 5. C. de bon. liber. l. un. §. 3. Cod. de Latina libert. tollend.* 11 Adde *l. 8. ff. pro derelicto.* 12 Infantem qui exponit, magis peccat, quam qui grandem jam natu exponit.
13 Huc refer *Novell.* 139. de indulgentia illicite contractarum nuptiarum. *Goth.* Adde *Nov.* 12. *& Nov.* 82. *c. ult.* Rittershus. *part.* 4. *c.* 2. Ans. 14 Puta Persis.
15 Et mala vicini pecoris contagia lædunt, Virgilius *Ecloga* 1. 16 *Novell.* 12.
17 Principes justa nonnunquam de causa, indulgere possunt illicitas nuptias, adde *leg. 57. ff. de ritu nupt.* 18 Rusticis magis parcitur, quam aliis, in iis, quæ fiunt ignorantia juris. adde *Nov.* 144. *c.* 2. 19 Lex quoties in præteritum aliquid indulget, in futurum vetat. *l. 22. ff. de legib. Nov.* 127. *c.* 4. 20 *Novell.* 139. 21 Pœna incestarum nuptiarum alia fuit olim. *l. 6. C. de incestis.* 22 Exempla delictum non excusant.
23 Ne matres tutelæ rationibus obnoxiæ sint. *Index Reginæ.* Goth. Vide in hanc *Novell.* Rittershus. *part.* 8. *c.* 7. Ans. 24 Maxime si nubant. *Novell.* 22.
25 *Novell.* 118. *cap.* 5. 26 *Nov.* 22. *c.* 40. *l. 2. C. quando mul. tut. off.*
27 Et ita inventarium illegitimum fuit. 28 Mater ob secundas nuptias privatur tutela liberorum, potest tamen eis tutorem nominare: quod ut fiat, vid. *c.* 1. J. 29 *Nov.* 6. *de qua* S. 30 Justum matri non contradicendi metum habet filia minor annis, quæ matris in domo versatur. 31 Contra voluntatem legum *Novell.* 2. 32 Id est, negabatur, filiam posse restitui adversus matrem. 33 Lex, quæ negat, liberos adversus parentes restitui, non prodest illis parentibus, qui ad secundas nuptias convolarunt. *c.* 1. J.

festam, & extra controversiam positam: neque si perperam in ea contentis uteretur Auxentia mater ejus, res a patre relictas in lucrum proprium converteret.

CAP. I.

CUm igitur hæc in se contineret supplicatio: merito ad sacram hanc pragmaticam formam respeximus. Per quam sancimus, ut quoniam [1] sacra nostra sanctio nullam mentionem facit earum mulierum, quæ susceptа filiorum suorum tutela, secundas amplexæ sunt nuptias: non liceat Auxentiæ clarissimæ fœminæ eam sacram nostram sanctionem perperam in usum desumere. Propter causas autem prædictas, & quia monumenta actorum, sub quibus Marthæ filiæ suæ tutelam suscepit, ostendunt legibus definitum ipsam jusjurandum [2] præstitisse, non se ad secundas perventuram nuptias, & quod jusjurandum aspernata, in matrimonium secundo se marito junxit, & susceptis ex eo liberis, effecit, ut clarissima filia ejus Martha pro rerum restitutione acceptilationes in ipsam exponeret: summam utique licentiam habere Martham clarissimam fœminam posse sancimus, ut restitutionis [3] in integrum jure utatur, præsertim cum nondum se vicesimum quintum ætatis suæ annum excessisse profiteatur, sacra sanctione a nobis proposita, quæ sancit, ne [4] filii contra parentes suos, aut liberti contra patronos suos possint restitutionis in integrum jure uti, neutiquam ipsi objicienda, propterea quod nihil lex de his disputet, quæ filiorum suorum tutelam susceperunt, quin contra, eo quod altera [5] post hæc sacra nostra processerit sanctio, quæ sancit: *Ne qui tutores constituuntur, aliter filiorum suorum tutelam suscipiant, quam si designationis suæ tempore apud* [6] *acta deposuerint, quod pupillos indefensos non relinquent: & si contingat etiam matrem filiorum suorum tutelam suscipere: ut & ipsa hoc faciat, tutelaribusque rationibus* [7] *obnoxia sit: & si alium pro se designare tutorem velit, ut suo* [8] *& subsistentium illi rerum periculo id faciat.* Unde omnibus modis hoc etiam casu convenit, ut si Martha clarissima fœmina comprobaverit, non præteriisse ea [9] tempora in quibus restitutoriæ ipsi actiones competunt: tam restitutione in integrum utatur, quam omnibus aliis, per quæ leges nostræ minoribus ætate opem & auxilium præbent. Sancit etenim nostra potentia, ut omnis reverentia [10], quæ parentibus debetur a liberis, item honor, atque obsequium parentibus conservetur: dum tamen nihil ab ipsis in illorum detrimentum fiat. Ut vero ex prioribus nuptiis filios despiciamus, neque religioni putamus consentaneum: neque alioqui convenire, ut res, quæ ex paterna ad ipsos pervenerunt substantia, hujusmodi matres possint vel sibi, vel his, qui secunda vice ipsas habent in matrimonio, vel ex istiusmodi matrimonio procreatis liberis lucrifacere.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per sacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea studeto gloria tua una cum beatissimo archiepiscopo Theopolitanæ [11] ecclesiæ, effectui & fini tradere. Dat. Kal. Febr. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. V. C. CONS.

TIT. XXXIX.

DE PROLE [12] PARTIENDA INTER RUSTICOS [13].

NOVELLA CONSTIT. CLVI.

PRÆFATIO.

DOcuerunt nos, qui sacrosanctæ Apamiensis ecclesiæ negotia gerunt, quod ad alios quosdam pertinentes rustici cum rusticanis mulieribus suis se conjunxerint, exindeque procreaverint filios: petieruntque, ut & rusticos ipsis adsignarent, & horum filios maternum [14] sequentes uterum. Sed qui hæc petunt, hi sane constitutionem nostram, quæ nuper prodiit, intelligere non videntur, quid ea sibi velit.

CAP. I.

NAm si liberi aliqui se adscriptitiis [15] conjungant: secundum rationes constitutione comprehensas, infantes matrem sequentur, unde ad libertatem non perveniunt. Si vero rustici sint, non amplius constitutioni illi per omnia locus sit: sed quemadmodum nuper [16] decrevimus, & lege cavimus, proles dividitur [17] in partes. Et si quidem æqualis sit [18] natorum numerus: in duas partes dividitur: si inæqualis, aut etiam unus tantum natus sit: tunc quod redundat, venter [19] habet, propterea quod & amplius laboraverit: & unus quidem si sit, matrem sequetur, si vero tres nati fuerint: duo quidem duæ ve matrem sequentur, unus autem ad proprietatem paterni dominii perventurus est, atque ita semper (ut prædiximus) id quod impar [20] est, habebit venter. Et secundum hæc Apamienses quoque prolem partiendam esse cognoscunto: ut quod multis retro temporibus in controversia fuit positum, intelligant denuo sub nostram redactum sanctionem.

TIT. XL.

DE RUSTICIS [21] QUI IN ALIENIS PRÆDIIS NUPTIAS CONTRAHUNT [22].

NOVELLA CONSTIT. CLVII.

Imp. Just. Aug. Lazaro Comiti Orientis.

PRÆFATIO.

EX his quæ diverso modo ad nos relata sunt, didicimus in Mesopotamia & Osdroena provinciis quidpiam delinqui, nostris plane temporibus indignum. Consuetudinem [23] etenim apud ipsos esse, ut qui ex diversis [24] originem trahant prædiis, nuptias inter se contrahant. Inde sane conari [25] dominos, de facto jam contractas nuptias dissolvere, aut procreatos filios a parentibus abstrahere, exindeque totum illum locum misere affligi, dum & rusticani viri & mulieres ex una parte distrahuntur, & proles his adimitur, qui in lucem produxerunt, & sola nostra opus esse providentia.

CAP. I.

SAncimus igitur, ut prædiorum domini de cætero rusticos suos, prout voluerint, conservent: neque quisquam eos qui jam conjuncti sunt, possit secundum consuetudinem prius obtinentem divellere, aut compellere ut terram ad ipsos pertinentem colant, abstrahereve a [26] parentibus filios prætextu conditionis colonariæ. Sed & si quid hujusmodi forte jam factum est: corrigi hoc simul, & restitui efficies, sive filios abstrahi contigerit, sive etiam mulieres, nempe vel a parentibus, vel contubernii consortibus: eo, qui reliquo deinceps tempore hujusmodi aliquid facere præsumpserit, etiam de ipso prædio in periculum vocando. Quare libera sunto contubernia metu, qui dudum ipsis immittitur, & parentes habento ex hac jussione filios suos: nequeuntibus prædiorum dominis subtilibus contendere rationibus, & vel nuptias contrahentes, vel filios abstrahere. Qui enim tale quid facere præsumpserit: etiam de ipso prædio in periculum veniet: cui eos vindicare rusticos attentat.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per sacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea providentiam habeto magnificentia tua, tibique obtemperans cohors, & qui pro tempore eundem magistratum geret, ut ad effectum deducantur conserventurque, trium librarum auri pœna imminente ei, qui ullo unquam tempore hæc transgredi attentaverit. Dat. Kal. Maji, *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. BELIS. [27] V. C. CONS.

TIT. XLI.

UT [28] DELIBERANDI JUS ETIAM AD IMPUBERES TRANSMITTATUR.

NOVELLA CONSTIT. CLVIII.

PRÆFATIO.

OBlatæ nobis a Thecla, quæ & Manno appellatur, preces sunt, quæ declarant, Theclam quandam e vita decessisse, relicta Sergia filia impuberem ætatem agente: cumque vix sedecim dies matri supervixisset filia, obiisse & ipsam mortem in contagione illa, quæ nuperrime homines invaserat. Eam vero quæ nobis preces porrexerit, inquit Sergiæ patri [29] sororem extitisse. Cosmam autem Theclæ fratrem Sergiæ hereditatem vindicasse, dictasseque eo nomine judicium. Rursum hanc, ne non recte contentiones sereret, abiisse ad Joannem provincialis fori advocatum, percontatum [30] de legibus, quæ hanc causam concernerent. Illumque responsum in scriptis [31] edidisse eo ipso significantem, quod Sergiæ ad ipsam delata esset hereditas. Atque ea sane de causa controversiæ judicem delegisse [32] ipsum Joannem, Cosmæ partes agente Æsculapio quodam scriniario per Orientem magisterii militum. Sed Joannem contrariam edidisse sententiam his quæ in scriptis responderat, usurpata ad hoc in sententia lege [33] justissimi Principis Theodosii, quæ dicit non posse eum, qui nondum septem [34] annorum natus sit, maternam vindicare hereditatem, nisi tutorem habeat: sed ut ad illos ea deferatur, quibus competitura esset, & si defunctus impubes ad hereditatem legibus vocatus non esset. Neque hæc tantum protulisse in sententia, sed & effecisse [35], ut quæ nobis supplicaret, consequenter secundum sententiam pacta iniret, & eadem denuo dictaret Æsculapio, qui pro Cosma causam egerat. Petiitque nos ut ipsam tam misere affectam injuria respiceremus: & maxime cum lex [36] in Codice, qui de nostro nomine cognomen accepit, posita sit, quæ innuat recte maternam hereditatem vindicare eum, qui fari possit: & rursus alia [37] a nobis lege proposita, quæ vult, ut si quis hereditate ad ipsum delata antequam eam vindicet, aut contrariam ea in re sententiam suam ostendat, ex hac vita emigret: super ea hereditate deliberandi jus ad heredes suos transmittat. Porro eam legem, quæ nuper [38] a nobis proposita sit, qua idem in hereditatibus ordo adgnatis [39] pariter & cognatis tribuitur, locum in hac controversia non habere, cum antiquior sit nostra [40], cujus occasione lex illa valere jussa est.

CAP. I.

SAncimus igitur, ut gloria tua, si [41] hæc ita se habere compererit: opem ferat supplicanti, & legem nostram illi conservet, quæ deliberandi jus ei tribuit, nimirum Sergia ante excessum anni post matrem suam demortua, volentique maternam Sergiæ hereditatem vindicare, ejus agendi copiam præbeat. Neque enim pugnare inter se aliquis Theodosii pientissimi Principis [42] & nostram [43] legem dixerit: cum in eodem utraque volumine sit posita, &

1 Dic *ut* §. *hic*. 2 *leg.* 2. *Cod. quando mul. Novell.* 118. *cap.* 5. 3 Filia restitui adversus matrem secundo nubentem potest, & acceptilationem seu apocham rerum gestarum ab ea condicere. 4 *l.* 1. *l.* 2. *C. qui & advers. quos in integr. restit. non poss. l.* 11. *ff. de dolo. l.* 17. *in fin. ff. de minoribus.* 5 *l. ult.* §. 2. *Cod. de admin. tut.* 6 *d.* §. 2. 7 Et residuis solvendis. 8 *d.* §. 2. 9 Vide *tit. Cod. de tempor. in integr. restit.* 10 Tria hic conjungit: αἰδῶ, τιμὴν, θεραπείαν. *l.* 1. *ff. de obseq. parentibus & patron. præst.* 11 Id est, Antiochiæ.

12 De sobole cum colonis partienda. *Index Reginæ.* hæc constitutio confirmat Novellam 162. quæ hac tempore posterior est. 13 Adscriptitia ex mea & tuo adscriptitio qui nascitur, meo dominio subjicitur: si duo nascuntur, secundus tui fit dominii: si tertius, mei: & sic deinceps, ut quoties impar fuerit numerus, impar matrem sequatur, *Nov.* 162. 14 Partus ventrem sequitur, vid. *l.* 19. *ff. de statu hominum.* 15 Mulieribus. 16 *Novell.* 164. quæ hac est posterior. 17 Dandum est enim aliquid matri propter puerperii difficultatem. vid. *l.* 12. §. 1. *Cod. qui potior.* 18 Quid si duo simul nascuntur, quis eliget? sorte res dirimetur, ut & quibusdam in aliis causis fit. *leg. ult. in pr. Cod. comm. de legat.* 19 In pari jure, partus ventrem sequitur. 20 Inter conjuges adscriptitios, filii impares ventri cedunt, id est, conditionem, & dominium matris sequuntur.

21 De colonis &c. *Index Reginæ.* 22 In Mesopotamia scil. & Osdroena *Index Reg.* 23 Consuetudo in nuptiis attenditur. 24 Personæ adscriptitiæ diversorum dominorum inter se possunt nuptias contrahere. 25 Domini non possunt adscriptitiorum matrimonia dissolvere. 26 Est enim dura separatio parentum a liberis, vid. *l.* 8. *ff. de pign. l.* 71. §. 3. *in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 41. §. 2. *in fin. ff. de leg.* 3. *l.* 3. *ff. de liberali.* Paul. 5. *sentent.* 6. §. *ult.* 27 Id est, anno 541.

28 Ut jus deliberandi etiam impuberes transmittant. *Index Reginæ.* Goth. Vid. in hanc Novell. Rittershus. *part.* 7. *cap.* 21. Ans. 29 Moritur aliquis impubes non adita hereditate; quis illi succedet? num avunculus, num amita, num uterque? 30 Advocati sine consilio rei conventi, non temere actiones ullas excipiebant. & breviter, litem nunquam suscipiebant patrono, id est, advocato inconsulto, *l.* 17. §. 1. *ff. si servit. vindic.* ibi, *omnes consilium jurisperiti dederunt.* Testamenta etiam vix sine jurisperito faciebant, *l.* 88. *in fin. ff. de leg.* 2. Inde est, quod non toleretur ignorantia in eo, qui Jurisconsulti copiam habere potuit. *l.* 9. §. 3. *ff. de jur. & fact. ign.* 31 Advocati responsa sua in scriptis reddebant. 32 Compromissum in advocatum & scriniarium factum observa. 33 *l.* 19. *C. de jure delib.* 34 Id est, infantem. 35 Id est, effecisse, ut sententiæ arbitrium confirmarent. 36 *l.* 1. *C. d. tit.* 37 *l.* 18. *Cod. de jure delib.* 38 *Novell.* 118. *c.* 3. 39 Adgnatici juris & cognatici nulla hodie differentia est in succedendo. 40 Id est, cum hic casus, qui nunc proponitur, sit antiquior *Nov.* 118. per quam sublata est differentia juris agnatici & cognatici, & ita leges non trahuntur ad præteritos casus. *l.* 7. *C. de legib.* 41 Id est, si preces veritate nituntur, hæc enim conditio tacite rescriptis inest, vide *l.* 7. *C. de divers. rescript.* 42 *d. l.* 18. *C. de jure delib.* 43 *d. l.* 19. *C. de jure delib.*

nos per constitutionem, quam pro eo posuimus, obfirmaverimus, nihil in eo residere contrarii. Sed obtineto quidem lex nostra in præsenti controversia, & omnibus casibus in quæstionem deducto a similibus: obtineto autem Theodosii sacratissimi Principis lex, in quibus [1] annum præterire contigit, & deliberandi tempus elapsum est. Pacta enim post sententiam conscripta cum altero inita, qui obligationem adquirere non potuit: manifestum est, quod nullam actionem Cosmæ de his, quæ inibi confessa fuerunt, dederint. Datum pridie Idus Julii, *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug.

TIT. XLII.

UT [2] RESTITUTIONES FIDEICOMMISSI USQUE AD UNUM [3] GRADUM CONSISTANT.

NOVELLA CONSTIT. CLIX.

Imperator Justinianus Augustus Petro gloriosissimo sacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

Tantum nobis benignitatis adest, ut ne privatas quidem causas, quæ judicum nobis inquisitionem superare videntur, legibus nostris definire indignum putemus, ne si quando privata causa audientiam in judicium deferri solitam excedat, longa mora eos, qui in jure controverso hærent, atterat. Aliquoties igitur gloriosissimus vir Alexander ad nos retulit, gloriosæ memoriæ patrem suum Hierium, cum testamenti tabulas conscriberet, hisce verbis usum esse: *Volo [4] ac jubeo, ut heredes mei, Constantinus quidem clarissimus vir deputatam sibi domum cum omnibus (ut præscriptum est) cohærentibus illis juribus, & suburbium in Copariis appellatum, item cum omnibus (ut præscriptum est) juribus ad ipsum pertinentibus, & domum Antiochiæ sitam, emptam ab Ammiano: Anthemius vero dulcissimus suburbium in Blachernis [5] dictum, redemptum a gloriosæ memoriæ viris Eugenio & Juliano, & suburbium in promontorio sinus [6] Sosthenii, quod olim in dominio Ardaburii gloriosæ memoriæ fuit: Callipius autem clarissimus vir suburbium Bytharium sive Philothei nuncupatum: & Alexander clarissimus vir suburbium in Venetis, neque [7] per venditionem neque donationem, neque permutationem, neque quocunque tandem titulo in alium transferant, rejiciantve, aut eam domum seu præscripta quinque suburbia e meo nomine & mea familia alienent: sed si quidem (quod Deus faxit) nascantur filii, & relictis post se filiis aut nepotibus, sive legitimis, sive etiam naturalibus moriantur: ut pro se quisque deputatum sibi suburbium aut domos tam in hac regia urbe quam Antiochiæ positas filiis ac nepotibus legitimis aut etiam naturalibus suis relinquant. Persuasum etenim habeto, quod neque in naturalibus liberis ac nepotibus dispositionem voluntatemque hanc meam negligent. Si vero in universum omnes aut aliqui, aut unus ex iis (quod abominor) sine liberis decedat: volo & jubeo, ut qui liberis orbi, aut orbus mortem obierit, superstitibus aut superstiti ex ipsis fratri præscriptas domos, tam quæ in hac urbe, quam quæ Antiochiæ est, & item prius declarata quinque suburbia cum omnibus eorum juribus, & omnibus denique rebus ac personis quæ iis continentur, citra ullam exceptionem restituat: cessante [8] videlicet inter eos fideicommissorum seu legatorum servandorum causa satisdatione. Volo etenim ac jubeo, ne quisquam ab alio hujus generis satisdationem expetat: iis vel eo, qui præter paternam & pietatis erga ipsos plenissimam intentionem meam a fratribus suis satisdationem in rebus abalienari prohibitis expetere pertentaverint, vel pertentaverit: omni modo ejus fideicommissi amissionem sustinentibus, vel sustinente.* Atque hæc quidem ipsum protulisse in testamento: conscripsisse autem & codicillum, in quo talibus propemodum verbis usus sit: *Manifestum [9] plane facio, quod pridem testamentum per scripturam fecerim, & quæ in eo conscripta sunt, ex animi mei sententia composuerim: voloque ac jubeo, ut omnia quæ in eo testamento continentur, omnimodo firmitatem obtineant: his solis exceptis, per quæ forte in hoc meo codicillo vel aliquid mutavero, vel relicta alicui legata ademero [10]. Volo igitur ac jubeo, ut suburbium illud meum, quod Coparia appellitant. quod in proposito testamento magnificentissimo filio meo Constantino reliqui, detur & pleno proprietatis atque possessionis jure ad clarissimum pariter & generosissimum nepotem meum, Constantini magnificentissimi filii mei filium Hierium simul universum pertineat, cum omnibus prætoriis quæ in eo sunt, & omnibus scalis [11], & quæ vel intra urbem, vel extra urbem pro pensione elocantur, ædibus atque officinis, & balneo, & hortis tam intra quam extra muros existentibus, & hippodromo, neque non horto qui in ipso est, & cisterna, atque omni denique jure, quod ullo modo in eo mihi suburbio competit. Idipsum [12] vero suburbium tunc demum prædicto clarissimo nepoti meo Hierio dari volo, cum [13] primum post meam mortem patris sui potestate solutus, per emancipationem sui juris factus erit: nulla licentia eidem generosissimo nepoti meo concedenda, ut præfinitum rei terminum excedat: aut iis, qui vel ex hoc meo, vel ejusdem clarissimi nepotis testamento in eadem jura successerint, ut idem suburbium, vel partem ejus aliquam, vel jus divendant, permutentve, aut alicui donent, aut quocumque titulo denique abalienent: propterea quod hoc ipsum suburbium, & ædes situm sitasve intra portam muri Ficulnei, qua via ducit ad sacrosanctum Martyreium sanctæ Theclæ, per omnia & perpetuo velim permanere in familia mea, neque unquam de meo nomine egredi. Volo autem & jubeo, si quidem eveniat, ut generosissimus nepos meus Hierius vel intra pubertatem, vel etiam post pubertatem sine liberis tamen legitimo matrimonio procreatis moriatur: ut ejus suburbii sive ædium possessio simul & proprietas perveniat, & deferatur, aut restituatur magnificentissimo patri ejus Constantino sub eadem conditione, ne [14] unquam de familia mea meoque nomine abalienentur.* His ita confectis ipsum quidem e rebus humanis abiisse, Hierium vero gloriosæ memoriæ domum quidem Theopoli sitam, quæ successione paterna ad ipsum pervenerat, aliis personis vendidisse: ipsam autem domum, quæ in hac alma urbe est, & insuper suburbium, quod illi codicillo datum erat, in quibus omnibus interdicta fuerat alienatio, ad Constantem gloriosæ memoriæ filium suum transmisisse. Illumque rursus prægnante uxore relicta vitam finiisse: scripto prius testamento, in quo disposuerit, *ut si puer vel natus non esset, vel natus ante pubertatem mortuus esset: tam gloriosissima ejus mater Maria, quam inclyta etiam uxor ejus altera Maria ad successionem ejus vocarentur.* Postea vero quam nata filia in ipsa infantia & teneram adhuc ætatem agens, humanis rebus excessit: cum reliquam substantiæ partem, tum etiam domum in ampla hac urbe, & insuper suburbium, quod expressis verbis Hierio gloriosæ memoriæ in codicillo relictum fuit, ad inclytas mulieres devoluta esse: meritoque tam ex testamento, quam ex verbis codicilli, domum juxta & suburbium vindicandi sibi locum datum, utpote qui solus hoc tempore ex Hierii gloriosæ memoriæ liberis superstes permanserit, & primum gradum in nomine familiæ obtineat. Verum qui pro Maria & Maria gloriosissimis fœminis faciebant verba, hi ajebant, neque testamenti verbis ullum locum factum esse. Neque enim Constantem gloriosæ memoriæ absque liberis ex rebus humanis abiisse, ut utrarumque ædium restitutioni locus sit. Sed neque suburbii nomine rite secundumque leges Alexandrum gloriosissimum virum hasce adoriri: cum & ipse suburbium, quod ipsi relictum fuerat, in quo communis pater æque, ut in cæteris, alienationem illi prohibuit, ante id tempus alienaverit: sed & alios fratres idem hoc fecisse. Et leges nostras, siquidem omnes ordine, in quibus hujusmodi aliquid definitum sit, defuncti voluntatem transgrediantur: ex æquo omnibus restitutionem adimere: ne si vicissim alter alterum mutua petitione in jus vocent, multis in una causa subdantur judiciis, legesque de hoc propositas nobis revocarunt in memoriam. Alexander autem gloriosissimus vir recte se actionem intentare ajebat, & maxime de utrisque ædibus: defunctum enim satis manifeste suam in codicillo sententiam de iis rebus declarasse, cum res familiæ conservari voluerit: sed multo justioribus se rationibus inniti in suburbio. Neque enim recte illas sibi alienationem exprobrare, cui ex imperiali jussione hoc facere indultum fuerit. Ac prolixis in ea causa disputationibus utraque pars usa est, nunc testatoris interpretando voluntatem, nunc nostras usurpando leges, quas in rem quæque suam facere arbitrabatur.

CAP. I.

Nos igitur cum & legum, & testamenti interpretationem perspectam haberemus: non [15] nuda sententia, sed lege [16] ejus causæ decisionem complectendam duximus, simul ut præsentem dirimeremus controversiam, simul ut cæteris movendæ de his contentionis ansam præriperemus. Unde subtilius pariter & exactius testamenti verbis innixi, deprehendimus ipsis quidem filiis hereditatem capessentibus *alienationem interdictam, si sine liberis vita functuri essent, non ulterius vero his etiam qui eis filiis succederent:* sed contentum fuisse defunctum, *si inter filios duntaxat alienationis interdictum constitueret:* neque enim si & ipsi relictis filiis decederent, majore ipsum cura perquisiisse, cui aut quomodo res relinqueretur: nec voluisse alienationis interdictum ultra [17] filiorum vitam extendere. Enimvero codicillum, qui de suburbio duntaxat factus fuit, interdixisse his etiam, qui ex testamento gloriosæ memoriæ Hierii (de juniore loquimur) res per successionem cepissent, ne suburbium alienarent, & quod consequenter inducitur, in his quoque defunctum voluisse, ut id perpetuo in familia permaneret. Et quidem quæ in controversiam deducta sunt, ejusmodi fuerunt.

CAP. II.

Nos [18] vero cum totam causam cum diligentia qua decet penitius intueremur: in aliis quidem rebus, quarum sane Constantinus gloriosæ memoriæ, Hierii senioris filius, ex paterni testamenti tabulis dominus factus fuit, præclare nullam quæstionem excitandam rati sumus, arcendumque in his actione, non solum Alexandrum gloriosissimum virum, sed etiam omnem reliquam familiam: cum & testamenti verba prohibitionem inter solos constituant filios: & ipsi gloriosæ memoriæ Hierii filii, per quos qui post eos illius familiæ portio extiterunt, Hierii sibi jura vindicant, nonnullas apud se constitutas res alienaverint, perinde quasi ex una voluntate substitutionem interdixerit: quod autem ad suburbium attinet, cujus dominum codicillus ostendit esse gloriosæ memoriæ Hierium, præter modum scrupulosa nobis diligentia plenum visum est, si post quatuor demum generationes hujusmodi quæstionem produceremus in medium. Nunc certe cum Maria & Maria gloriosissimæ fœminæ etiamnum supersint, quas alicubi & ipsas nostræ leges in familiam reponunt, ut quæ sponsas [19] quoque hac appellatione dignentur: neque recte neque ordine Alexander gloriosissimus vir litem a se prætensam instituit. Quin ut maxime hæ decessissent: tamen quod quatuor [20] jam generationes præteriisse viderentur, haud sustineremus tam obsoletam causam denuo tradi judiciis, & maxime cum Constantis filia in pupillari adhuc ætate vitam finierit. Unde tametsi testamentum ille non confecisset, suburbium tamen ad matrem ejus pervenisset: non ipsa pupilla, sed ipsa quodammodo lege horum causa exi-

1 Infans per se adire hereditatem matris non potest, sed per tutorem: si per eum non intra annum adierit, ad suos eam non transmittit. *l.* 18. *C. de jure delib.* sin vero intra annum adierit, transmittit. *l.* 19. *Cod. de jure delib.*

2 De substitutione facta in familia morientium, ut usque ad quartum gradum valeat. *Index Reginæ.* 3 Μιχειὶνὲς βαθμῶ. ita legitur in editione Scrimgeri & Haloandri Græca. Alciatus legit, μίχει ἐν δὴ, & male. Græci enim ita non loquuntur μίχει ἐν δὴ, sed μίχει δ', & Justinianus constituit, si inter filios facta sit precaria substitutio, ut non porrigatur ultra filiorum gradum: licet autem postea adjiciat Justinianus, prohibitionem alienationis extra familiam non valere ultra quartum gradum, debet tamen hic titulus a priore ejus parte concipi, & a quibusdam quoque legitur in vulgata, non *quartum*, sed *quotum*. vid. Cuj. 4. *obs.* 38. Goth. Prohibita alienatio a testatore quousque se extendat, vid. Rittershus. *part.* 6. *cap.* 12. Ans. Adde censur. forens. nostram *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 14. S. L. 4 Formulam testamenti observa. 5 Blachernense suburbium Constantinopolitanum, de quo alias dixi. 6 Hodie Stenia, teste in Pandectis Turcicis Leunclavio. 7 Potest testator rerum suarum alienationem prohibere, & heredes damnare, ne vendant. 8 Testator remittere potest heredibus mutuam satisdationem. *l.* 2. *C. ut in possess.* 9 Codicillis testamentum quibus verbis confirmari solitum fuerit, observa. 10 Testamento relicta codicillis possunt adimi. vid. *Instit. de ademptione legatorum.* 11 Scalæ, trajectus maritimi. *l.* 7. *C. de aquæduct.* vel portus aut stationes navium, autore Moschopulo περὶ σχεδῶν. Alciatus perperam cœnacula. 12 Facti species hæc est, Parens Constantino filio testamento adscribit fundum, postea, codicillis eundem fundum Hierio nepoti suo (id est, filio Constantini) legat, *cum emancipatus esset*, interdicta ei omni alienatione extra familiam, tam ei, quam ejus successoribus: eique, quo casu sine liberis moreretur, Constantinum patrem substituit. His ita confectis, moritur testator, moritur Constantinus. Moriens Hierius fundum ad filium transmittit, pronepotem scilicet testatoris. Is rursus abnepoti, eique, si impubes decederet, substituit extraneos, matrem, & uxorem. Quæritur, an fundus debeatur? Conditio legati ita concepti, *Ne fundus de familia defuncti ejusque nomine exiret*, videtur prima facie obstare, sed tamen, quia fundus cucurrerat per quatuor gradus heredum, lex vetat testatoris prohibitionem ulterius extendi, & ita vult deberi fundum uxori. 13 Legari potest filio etiam in tempus emancipationis, vid. *l.* 46. *ff. de hered. instit.* 14 Conditionem, ne legatum de familia unquam exeat, legato adjectam observa. *l.* 77. §. 27. *l.* 88. §. 15. *ff. de leg.* 2. *Nov.* 119. *c.* 11. *Nov.* 120. *c.* 9. 15 Lex enim ab Imperatore lata evidentius decidit, quam sententia. 16 Id est, eo animo, ut quæ hic dicuntur, pertineant ad omnes casus similes. 17 Interdicta filiis alienatione, sub hac conditione, *Si sine liberis decesserint*, natis liberis finitur prohibitio, ita ut & nepotes possint bona extra familiam alienare. Quid si prohibitio facta sit in infinitum, & substitutio precaria adjuncta? ultra quartum gradum extendi non debet. 18 Cujacius putat, hanc Novellam ex earum esse numero, quas Harmenopulus, Tribonianum composuisse, narrat obscure, & ambigue, pecuniaque corruptum, ut & *Nov.* 2. *Nov.* 106. ut & alias plerasque. 19 Νύμφας, id est, nurus, *Novell.* 115. *cap.* 4. §. 3. & 117. *cap.* 15. & ita est, Nurus filii loco est. Theophilus §. *adfinitatis Inst. de Nuptiis.* vide Cujacium 28. *obs.* 2. 20 Causa de-

stente:

stente: quamvis nemo successorum gloriosæ memoriæ Hierii circa voluntatem ejus deliquisset. Licet enim Constans, cum testamenti tabulas conscriberet, substitutiones quasdam fecerit, filia intra pubertatem mortua: nihil tamen inde excellens introducitur: cum & ipsa lex pupillæ substantiam matri, quasi ea sine testamenti tabulis decessisset, per se præbitura esset.

CAP. III.

SAncimus igitur, ut neque gloriosissimus vir Alexander, aut ejus filii, neque reliqui senioris Hierii gloriosæ memoriæ liberi, neque [1] alius quisquam omnium qui genus suum in eorum familiam referunt, vel Mariam & Mariam gloriosissimas fœminas occasione rerum apud ipsas consistentium, vel alios apud quos aut hoc tempore res existant, aut ad quos sequente tempore perventuræ sint, in [2] quibus alienationem forte Hierius gloriosæ memoriæ prohibuit, adoriantur judicio, aut omnino mentionem de cætero prohibitionis & familiæ nominis faciant, & aliquod sibi exinde jus adquirant: utpote cum & alii Hierii gloriosæ memoriæ filii res suas abalienaverint, & reliquorum quodammodo alienationibus consenserint [3], ac per has, neque non alias, quas prædiximus rationes, quæ ad hujusmodi judicationem & legislationem abunde nobis sufficiunt, sibi pariter, & successoribus suis actiones, quæ ipsis potuissent competere, sustulerint. Atque hæc non tantum præsentis causæ decisio esto, sed & reliquarum in quibus hujusmodi prohibitione facta, tot successiones prætererint, & ultimus heredum per [4] intervenientem aliquem in medio impuberem hereditatem capessat. Tunc enim his etiam, qui sunt extra familiam ejus, qui primus prohibuit, per præsentem nostram legem transmittendarum rerum licentiam habebit. Si quidem in commune hanc legem, tam de præsenti casu, quam de omnibus post hac futuris ad eum modum prohibitionibus protulimus, simul contentionem componentes, quæ hoc tempore evenerat, simul (ut probabile est) futuras præcidentes.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea proponere gloria tua in alma hac urbe, & effectui ac fini tradere studeto, atque observari præcipito.

TIT. XLIII.

EXEMPLUM [5] SACRÆ PRAGMATICÆ FORMÆ DE USURIS.

NOVELLA CONSTIT. CLX.

Imperator Justin. August. Papio.

PRÆFATIO.

ARistocrates prudentissimus Aphrodisiensis reipublicæ pater, quique immobilia in ea possident, supplices nobis facti sunt, ajentes prædictam civitatem &c. Ac principio quidem illud cognoscimus, quod plerique leges nostras ita accipiant atque intelligant, ut unde minime conveniat, inde [6] injustarum ipsis actionum ansas præbeant. Si quidem a patre reipublicæ edocti fuimus, quod cum bene magna auri summa Aphrodisiensium reipublicæ ex legatis a nonnullis civitati relictis collecta esset, ne quando ea deperiret: quidam eorum qui in republica cum potestate erant, eam auri summam collocaverint, ut quamdiu id auri apud ipsum resideret, tamdiu qui suscepisset, quoquo anno pro eo civitati dependeret (sive [7] quis id pactum, sive reditum, sive etiam usuram [8] appellare velit) quantum ferre civitatem æquum esset. Eos vero, qui aurum susceperunt, postquam constitutionem protulimus, ne creditoribus permittatur, ut debitum ultra [9] duplum exigere, sed hoc ipso duplo contenti sint, sane legatum civitati deperire, & tam calefactiones balnearum publicarum, quæ exinde fieri soleant, injuria affici, quam opera publica per legem nostram labefactari, & illorum interpretationem vitium adferre reipublicæ.

CAP. I.

UT igitur omnia hæc e nostra expellamus republica, sancimus, ut qui id auri perceperunt in hoc, ut pensionem [10] aliquam pro eo persolvant reipublicæ singulis annis, quoad illud penes se aurum habuerint, inferre compellantur id quod pro eo se illaturos constituerint, haudquaquam sacra nostra ad hoc constitutione usurpata. Illam etenim de creditoribus conscripsimus, & qui in ea comprehenduntur, casibus. Præsens vero species illam non attingit: siquidem hoc magis annuo [11] reditui, quam usurarum præstationi simile videtur, nos autem ex æquo civitatum curam gerere oportet, ut rerum fiscalium. Quod si quis post hanc præsentem nostram formam aliter ea quæ a nobis lege promulgata sunt acceperit, & defraudare civitatem dato auro voluerit: & pro universo tempore, quantum debet, civitati persolvet, & prætera reddet duplum: ut malitiosæ interpretationis justam retributionem percipiat: propterea quod cum in manu illi esset, ut bonum se perhiberet civem, ita improbus est, ut quæ illum in lucem protulerit, eam non dubitet afficere injuria.

TIT. XLIV.

DE [12] PROVINCIARUM PRÆSIDIBUS.

NOVELLA [13] CONSTIT. CLXI.

PRÆFATIO.

NOn tantum decenter leges ferre summo bono est, sed etiam sancita accurate custodire [14], & ad effectum deducere transgressoresque competentibus pœnis subjicere. Quæ enim legum erit utilitas, si in literis [15] duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se præbeant? Ac scimus quidem, quam vehementer majestas Imperatoria collatorum curam gesserit, cum aliquoties definierit, ut provinciarum præsides officia gratis [16] suscipiant: quo magis & ipsi, cum pure his utuntur, æquum & bonum subditis impertiantur, & ex collatorum incolumitate omnium rerum copia abundet respublica. Sed hæc quidem per immodicam avaritiam eorum, qui officia redimunt [17] potius, quam suscipiunt, devicta paulatim in oblivionem devenerunt.

CAP. I.

NOs autem de his propositas leges renovantes, sancimus, ut illi magistratum gerant, qui & bona existimatione noti sunt [18], & in exercenda justitia plurimum repossuerunt solicitudinis. Sed & ut citra ullum munus & largitionem magistratus suscipiant. Item ut tam collatores incolumes indemnesque conservent, quam publica [19] tributa diligenter expediant. Præterea ut neque per se, neque per adsessores suos, aut cancellarios [20], domesticosve aut quempiam eorum, qui [21] ad ipsos pertineant quidquam a subditis accipiant, nisi in quadruplum velint, (ut leges loquuntur) quod ab ipsis acceptum est, dependere: sed contenti his sint, quæ lege ipsis deputata sunt e publico. Simulatque magistratu abierint, ut per solennes quinquaginta [22] dies in provincia assideant, sub publico versantes conspectu, & omnibus actionem intentare volentibus respondeant. Lite vero intra quinquaginta dies non finita, si quidem pecuniaria sit, procuratorem dato: sin vero criminalis, ad terminum usque causæ permaneto, his, qui in causa dijudicant (sive magistratus sint, sive a præfectis dati) nisi intra viginti dies, quam initium cœperit, eam litem finierint, decem libras auri mulctandis: lite nihilominus secundum prædicta procedente. Si qui enim mala conscientia stimulati, vel clam aufugerint [23], vel ad sacras [24] ædes decurrerint: substantia excident, secundum legem pro modo admissorum inter injuria affectos dividenda. Et quemadmodum procedens de hoc constitutio & ex una parte, prout antea lege [25] comprehensum est, stiterit: quæ pro collatoribus [26] introducta sunt, ea firma permanento. permanentibus videlicet & aliis firmis, quæ ad collatorum utilitatem de præsidibus pulchre a majestate sancita sunt Imperatoria. Quemadmodum autem eos, qui hæc perperam in se admittunt, punimus: ita & eos, qui per hanc causam contra interdictum aliquid ab ipsis accipiunt [27], restitutioni quadrupli subjicimus.

CAP. II.

ATque ut hæc ita caveremus lege, ex eo nobis in mentem venit, quod pluris [28] a nobis sit subditorum opulentia & medela, quam reditus qui exinde inferuntur Imperio. Contrahimus enim una cum largitionibus præsidum in arctum ipsa etiam suffragia [29], quæ Imperialibus inferebantur rationibus, & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis hac causa & respublica meliore successu potiatur, & locupletior redeat, aliquot retro temporibus a nonnullis excogitatis præstationibus liberata. Una enim hæc res potentiæ nostræ studio [30] est, *ut provinciæ & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur, neque non ex præsidum justitia fructum capiant, & tributa publica sine querela inferantur:* neque enim aliter conservare licet rempublicam nisi [31] pientissimæ præstationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, ut resistatur hostibus, & per agros ac urbes agantur excubiæ: perfruuntur item reliqui ordines adtributis sibi salariis, reparantur quoque muri & urbes, denique omnia alia proveniunt, quæ communem subditorum utilitatem concernunt.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem: ea gloria tua in alma hac urbe consuetis locis proponet, sed & solitis usa jussionibus mittet per provincias: ut omnes intelligant, quantum nobis respublica simul & subditorum nostrorum incolumitas curæ sit.

TIT. XLV.

SACRA [32] FORMA TRANSMISSA DOMINICO GLORIOSISSIMO PRÆFECTO, DE DIVERSIS CAPITULIS.

NOVELLA CONSTIT. CLXII.

Antonio Contio Interprete.

PRÆFATIO.

PErcontata nos est tua gloria de quibusdam controversiis apud disertissimos ejus quod apud Illyrios est fori causarum certatores, quæ quidem dixisti nostra dijudicatione egere, ut non perpetuo dissentiant.

CAP. I.

De donationibus.

PRimum [33] igitur capitulum tale erat: Mulier quædam super his quæ ei a conjuge donatæ fuerant rebus, non tamen traditæ, volebat mortuo viro & qui silentium egerat super donatione, res persequi, ut domina harum tam donatione quam silentio viri facta. Opponebatur a detentoribus, exceptionem ipsam solam habere conventam, si detineret, non tamen & ab alio posse ipsa vindicare. Quod igitur controversum fuit, tale erat. Nos vero recordati su-

cidendi ex eo sumitur. 1 Et ita excluduntur gentiles in hac hypothesi. 2 Adde *l.* 62. *ff. de adquir. rer.* 3 Alienatione prohibita extra familiam, omnibus vendentibus, vel pacto consentientibus, fideicommissum remittitur, *l.* 77. §. 27. *ff. de leg.* 2. vid. *l.* 11. *Cod. de fideicommiss.* 4 Ut mater per abnepotem in pupillari ætate decedentem. An ad alios casus id extendi potest? non temere. vid. Cujac. *hic in fin.* 5 De pecuniis & usuris civitatum. *Index Reginæ*, adde *l. si bene collocatæ* 33. *ff. de usuris.* Goth. Vide *Novell.* 138. & *Novell.* 121. Ans. 6 Calumnia non inde sumenda, sinceritas unde manat. 7 Dubitatum itaque fuit de contractus sive actus nomine. 8 Idque rectius; nihil est enim aliud reditus pecuniæ, quam usura, *l.* 24. *ff. de præscript. l.* 30. *ff. de adimend.* 9 Usuræ supra duplum non debentur, *Nov.* 121. *Nov.* 138. 10 De reditu in pecunia constituto vid. Molinæum *de usur. n.* 69. 11 Annui reditus & usurarum subtilem differentiam observa. 12 De præsidibus, *Index Reginæ*: adde *Novell.* 95. *Novell.* 128. 13 Hæc Novella est Tiberii. 14 Parum est, leges sanciri, nisi custodiantur. *Novell.* 26. *cap.* 1. *Novell.* 133. *cap.* 4. *l.* 2. §. 13. *ff. de orig. jur.* 15 Legum utilitas non in earum scriptura consistit, sed observatione. 16 *Novell.* 8. 17 Aliud est suscipere magistratum, aliud eum redimere. 18 Nota, quos promoveri oporteat ad magistratum. 19 *Novell.* 8. *c.* 8. 20 Cancellarii sunt a secretis judicum, dixi ad *l.* 8. *C. de adsessoribus.* 21 Fraus alioquin fieret legi, quoties per interpositam personam id fit, quod lex vetat fieri. vid. *l.* 5. *Cod. de legibus:* adde *l.* 5. *ff. de l. Jul. repetund.* 22 *Novell.* 8. *c.* 9. 23 Fuga suspectum reddit. *Novell.* 53. *cap.* 4. *l.* 15. *Cod. de probationib.* adde *leg.* 25. *ff. de Senatusconsulto Silaniano.* Bald. *in l. admonendi* 31. *ff. de jurejur.* Exceptiones vero hujus regulæ, vide *apud* Socin. *regula* 163. 24 Facit *Nov.* 17. *cap.* 7. *Novell.* 128. *cap.* 13. 25 *Novell.* 128. 26 *d. Novell.* 128. 27 Vid. *l.* 1. *l.* 2. & *toto tit. ff. de l. Jul. repet.* 28 Commoda subditorum suis commodis optimus Princeps anteponit. Notandum illud sane est, Marcum Antoninum Imperatorem fisco, in causis compendii nunquam favisse. Capitolinus *in ejus vita*, quod ad *l.* 10. *ff. de jure fisci* facit optime. 29 Suffragia hujusmodi δεσποτικὰ dicuntur. vid. quæ notavi ad *Novell.* 8. 30 Vita & studia optimorum Principum. 31 Pecunia nervus reipublicæ. *Novell.* 8. *cap.* 10. §. 2. *Novell.* 149. *cap.* 2. 32 De donationibus, sacra forma, & de adscriptitiis, *Index Reginæ.* 33 Extat primum caput hujus Novellæ in *lib.* 47. *Basilic. tit.* 1. *c.* 78. Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Nomus*

mus constitutionis [1] nostræ, dicentis, donantem, & si non sit stipulatus [2] traditionem, necessitatem habere tradere donatum. Non enim ad defraudationem, neque ut literæ sint nudæ, interpositum convenit conficere instrumentum. Animum quoque advertimus & ad Cinciæ [3] legis veteris legislationem (quam benefaciens a sua legislatione removit dudum respublica) talia lege includentem seu tractantem, qualia in præsenti controversia fuerunt.

§. 1. Et sancimus: Si quemadmodum prius a nobis dictum est, perfecte omnia se habeant ea quæ ad talem donationem pertinent: tam secundum [4] mensuram, quam secundum [5] insinuationem, valere ipsam ex modo omni, per viri silentium illico ab initio, (secundum nostram constitutionem) ex quo facta fuit, ita [6] ut quamvis postea vir in hypothecam dederit [7] rem, vel in pignus tradiderit, non tamen prægalienasse videri ipsum, quamdiu superstes erat, silentem, & traditionem ipsam (sive intervenit) dare ipsi exceptionem, sive non intervenit, præbere & exactionem, si [8] quidem stipulatio intervenit, per ex stipulatu: sin minus per ex lege condictitiam ad consequendum id quod donatum est. §. 2. Et illud etiam constituere justum duximus: Ut si quidem insinuatæ fuerint ab initio donationes in gestis, omnibus modis ipsas silentio confirmari. Si vero minime insinuatæ manserint, excesserint autem mensuram indigentem insinuatione, usque [9] ad tantum duntaxat ipsas valere usque ad quantum & non insinuatas donationes validas esse a nobis constitutum est. Hoc enim in extremo constituentes, obtinere idem volumus, & non propter adjectionem quantitatis, excidere & id quod recte se habere poterat. Quod quidem & super universitatis donationibus jam lex [10] nostra dicit. His obtinentibus non solum in viro & uxore, sed etiam in aliis personis, inter quas quæ in matrimonio fiunt donationes, prohibentur.

CAP. II.

Secundum etiam insuper capitulum a tua excellentia interrogati sumus. An post constitutionem [11] nostram volentem ex libera & inscriptitio [12] natos quospiam postea liberos propter matris conditionem existentes, oportere existimare, tametsi nec adscriptitii facti sint secundum [jus] antiquum, tamen omnino [13] colonos factos esse: propterea quod alia nostra constitutio etiam colonorum liberos non permittit relinquere [14] terram, sed manere colonos, & multo magis hoc esse oporteat, quandoquidem est in his personis prorsus inscriptitiorum prosapia. Hæc igitur in interrogatione erant tua, & hoc erat dictum capitulum. Oportet enim nostram considerantes mentem, nosse quia nunquam nos liberum [15] ventrem parere inscriptitium [16] concessimus, sed symbolum sane hoc & signum superponi oportet genito, post statim positam legem, hoc ipsum scilicet, nempe libertatem convenire ex libera natis matre. Si igitur ex [17] libera quis & inscriptitio nascatur, manet quidem liber, & maternam non abjicit ullo modo ingenuitatem. Indicat autem a nobis posita constitutio [18], quæ vult tales habitatores regionum manere, & agrorum cultores, tanquam ibi natos. Hoc enim coloni [19] vult appellatio. Non concedimus igitur ipsis licentiam relinquere quidem regionem, ad alia vero se recipere: sed si quidem omnino nati fuerint quidam in aliquo prædio, si quidem ex adscriptitia matre, manifestum est eos omnino inscriptitios fore: si [20] vero ex libera, manent quidem liberi: [21] quæ ab his adquisita sunt, sub illis erunt, neque peculium fient dominorum, non [22] egredientur vero ex eo prædio, sed illud colent, neque erit eis licentia hoc quidem relinquere, alia vero circumire aliena, nisi si domini fiant possessionis cujusdam propriæ, sufficientis eos ibi occupatos alere circa seipsam, & non concedentis, & alia colere, & in ea migrare: quandoquidem omnibus modis ipsos manere sancimus in prædio, liberos quidem constitutos, habitatione [23] tamen detentos, & hoc quidem hactenus constitutum esto.

CAP. III.

Sed neque extra modum visum est nobis, & illud quæsitum nostra dijudicatione dignari. Si enim inscriptitia mulier ad [24] inscriptitium alicujus prædii ad alium pertinentem venerit conjugium, quæsitum est de prole, si liberi ex his nascantur, utrum deceat ad dominum viri an dominum mulieris pertinere prolem? *Sancimus* igitur si quid tale fiat, & conveniant ad invicem diversorum dominorum adscriptitii, quandoquidem ea quæ ad fortunam eorum pertinent non sint in controversia posita, ventre non libero existente, sint quidem progeniti, adscriptitii: non tamen omne dabimus matri neque ejus domino, sed si quidem unus genitus fuerit filius, venter [25] semini præfertor, sitque domini matris id quod erit progenitum. Sin duo forte contigerint filii, dividantur ambo, electione per [26] sortem dirimenda. Sin impar [27] sit liberorum numerus: majorem obtineat matris sinus, ita ut si tribus existentibus, duo quidem sint matris, unus vero patris, & rursum si quinque, tres quidem ex genitis sint domini matris, duo vero patris: & secundum hoc incrementum, numerus progrediatur, id quidem quod in æqualitatem dividi potest dividens ex æquo, quod vero exsuperat, tanquam gratiosius illud distribuens matri. Oportet enim ipsam dignari majore studio, ut quæ & parturierit [28] & pepererit, & nutrierit, supra eum qui voluptatis superfluum, pueri fecerit originem.

EPILOGUS.

† Quæ igitur hac sacra pragmatica forma comprehensa sunt, tua gloria in similibus casibus custodire festinet. Etenim & commune de hoc scribimus legem, ipsa quidem & alia quædam reformantes, quæ quidem necessariæ legislationis esse credimus. Dat. 5. Idus Septembr. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. August. ARIONE [29] V. C. CONS.

TIT. XLVI.

DE [30] RELEVATIONE [31] TRIBUTORUM PUBLICORUM.

NOVELLA CONSTIT. CLXIII.

PRÆFATIO.

Præstantissima inter homines bona sunt *justitia* [32] & *benignitas*: quarum altera æquabiliter suum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad misericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. Hæc ornare firmareque Imperium, hæc conservare rempublicam, hæc pulchre humanam noverunt gubernare vitam. Unde & nobis ex quo divinitus Imperii sceptra suscepimus, magno affectatum est studio, ut undique tam bonis actionibus conspicui simus; quo magis si utiles nos præbeamus subditis, ex virtute & gloria remunerationem habeamus. Ac scimus quidem mutua illa, & omnimoda hominum exitia ad tantam inopiam possessiones redegisse, ut neque reditus possint suis producere possessoribus, neque satis idonee publica inferre tributa. Atque hæc militari & alio necessario sumptu imminente, vehementerque nos impellente, dum multis undequaque bellis alluimur, ut crebriores pecuniarum collationes faciamus. Inde adeo non semel curas in eam rem impendimus, quanam ratione fieri possit, ut & necessitati faceremus satis, & subditorum egestati afferremus remedium: cumque in multas nostra circa hæc distraheretur sententia, magis tamen obtinuit, ut ad benignitatem respiceremus, & Deo placentem collatoribus impertiremur medelam, & quod communibus deesset sumptibus, hoc in ejus vicem introduceretur ex thesauris principalibus.

CAP. I.

Acceptam igitur & hanc nostram curam ferentes domino Christo, & salutaris passionis, neque non sanctæ resurrectionis ejus præsentibus [33] magni festi [34] diebus condigna facientes, merito & ipsi in præsentia hanc pro republica largitionem offerimus, per quam concedimus in universum omnibus agricolis pariter & collatoribus, (idem autem dicere licet & de prædiorum dominis) integrum unum canonem publicorum tributorum, in quadriennium partiendum: hoc est quartam [35] quidem ejus portionem pro nova indictione proxime initura, tandem vero alteram & pro decima, quæ hanc secutura est, consimiliter, & pro undecima & *duodecima*, unicuique quartam portionem, una eademque opera diminuentes & consuetudines, quæ quocunque modo aliquibus hoc nomine præbentur.

CAP. II.

Remittimus autem his & præteriti [36] temporis reliquationes, usque ad finem proxime præteritæ quintæ indictionis. Ac sancimus ne qua fiat exactio pientissimarum nobis condonatarum præstationum, sive maximam præfecturam respiciant sacrorum orientalium prætoriorum, sive præfecturam Illyricianam, sive præsidatum insularum, atque præfecturam militarium in Scythia & Mysia ordinum, aut sacras nostras largitiones, aut denique alium magistratum: interdicentes decurionibus, & exceptoribus scriniariis, & cohortalibus, palatinis, & exactoribus, neque non susceptoribus, & quicunque vel exactionem vel susceptionem publicorum expedivit, aut expedit tributorum, ne per vafritiem excogitatis contra agricolas & collatores utantur artibus: aut etiam prædiorum dominos, ut diversos ex reliquis indultis pro se instituant, aut constitutis pecuniæ obligatiōnes, aut fidejussiones, aut confessiones dolo malo suscipiant. Constituimus etenim omnem contra munificentiam nostram factam aut futuram circumscriptionem irritam: cum illud constet, quod si qui nostram antevertentes largitionem ex reliquationibus jam inde a quinta indictione factis aliquid exegerint, neque id persolvisse videbuntur: omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam ut collatores beneficio afficeremus, præsentem ipsis benignitatem impartiti sumus, non autem his [37] qui publica tributa suscipiunt, & in suum lucrum conferre ea voluerint, præsentis ad tempus canonis indulgentiam instituimus: nullo modo embola [38] (hoc est annua specierum transmissione, ut in condito & ad militares sumptus habeantur) diminuenda. Oportet enim universum frumenti aliarumque specierum modum consueto ac solito more & contribui, & importari: pretiis quartæ partis per singulos annos a nobis usque in quadriennium collatoribus indultæ ad mensam publicam cum aliis, quæ in auro ab ipsis contribuuntur, æstimandis solvendisque e publico. Idemque hoc in Osroena & Mesopotamia peragetur eorum gratia, quæ pro reconditis & militari sumptu in speciebus conferuntur. Consimiliter & in speciebus, quæ ploimæ [39], quasi navibus transportandæ dicuntur, quæ proveniunt in Lazica, & Bosphoro, & Chersoneso, percipient enim harum pretia ex publico, prout in mensis præfectorum ordinatum fuerit, unde hæ importantur, ut & ipsi nostra in hoc perfruantur benignitate. Earum enim specierum illationem negligere, haudquaquam tutum est: cum & inevitabilis existat impensa, & publicas (ut ita dicamus) res in unum conciliet. Credimus autem & ex hac nostra largitione magna reipublicæ incrementa futura, Deo omnia nobis fausta per hujusmodi actiones præbente: ea quæ pro subditorum utilitate a nobis disposita sunt, transcendere præsumentibus, tam de substantia, quam de ipsa periclitandis salute.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem sacram declarantur legem: ea programmatis usa gloria tua, tam in alma urbe, quam etiam per provincias omnibus manifesta faciet, ut neminem nostra lateat munificentia.

vissime lib. 1. cap. 8. num. 10. Rittershus. *part. 5. cap.* 11. Ans. 1 *l. 35. C. de donationib. §. 2. Instit. de donat.* 2 Id est, etsi non promiserit. 3 Τὰ Σεντίο. *Scr.* Æliæ Sentiæ: *Hal.* & male. Lex enim Ælia Sentia de manumissionibus fuit, non donationibus. Goth. De lege *Cincia* sive *cynthia* de donationibus meminit Tacit. *Annal.* xi, 5. Vid. etiam Ranchin. *var. lect. lib. 2. cap.* 7. S. L. 4 Ut non sit immodica. 5 Ut sit insinuata. 6 Abrogatur lex 12. *C. de donat. inter virum & uxorem. l. 32. §. 5. ff. de donat. inter virum.* 7 Ut si donator rem a se donatam alienaverit vel pignoraverit, donationem revocasse non intelligatur. 8 *l. 35. Cod. de donationib.* 9 Utile per inutile non vitiatur, *l. 21. in fin. ff. de donat. l. 34. Cod. de donat.* 10 *d. l. 35.* 11 *l. ult. C. de agricolis.* 12 Adscriptitio. 13 *Novell. 54. c. 1.* vide Cujac. *lib. 4. obs.* 28. 14 Adscriptitiis non licet a gleba discedere. 15 Ex ventre libero adscriptitius non nascitur. 16 Adscriptitium. 17 Ex libera & adscriptitio nascitur liber, *l. ult. C. de agricol. & censit. Novell. 22. Nov. 54.* vide *Novellam Justini de filiis liberorum in Africa.* olim placebat adscriptitium nasci. 18 *d. l. ult. Cod. de agricolis.* 19 Colonus quid. 20 Ex adscriptitio ventre, adscriptitii, ex libera liberi nascuntur. 21 Effectus ingenuitatis. 22 Effectus adscriptitii juris. 23 Statu quisi interdum liber est: habitatione vero & domicilio servus. 24 Dixi *Novell.* 156. 157. 25 Semini venter præfertur: id est, patri mater. 26 Sortibus jactis, *l. ult. C. comm. de legatis.* hoc enim fit multis aliis causis *l. 2. C. quando & quibus quarta pars: l. 14. ff. de judic. l. 24. §. 17. ff. de fideicomm. §. optionis* 23. *in fin. Inst. de legatis.* 27 Ex duobus adscriptitiis natus, impar matris: par patris conditionem & dominium sequitur. 28 *l. ult. Cod. qui potior.* 29 Id est, anno 539.
30 Hæc Novella est Tiberii. 31 De relevatione futurorum *Index Reginæ.* Relevatio ita distat ab indulgentia. vid. *cap. 2. J. hic.* 32 Laus Justitiæ. 33 Magistratus attentiores ad munus suum esse solent, instante festo aliquo insigni. adde *l. 22. l. 23. C. de episc. aud. l. 6. l. 7. in fin. l. 8. C. de feriis, l. 6. C. de custod. reor.* 34 Paschatis. 35 Relevatio hæc tributorum Constantinianæ pene similis est, qua relevantur possessiones quarta parte tributorum in quadriennium. Eusebius 4. *de vita Constantini.* 36 Indulgentia in eo differt a relevatione. Relevatio est futuri: indulgentia præteriti. 37 Indulgentia hæc non pertinet ad publicos tributorum exactores. 38 Embola, mox ut ait, est publica & annua solemnisque specierum transmissio. *l. 16. C. de sacr. eccl.* 39 Ploimæ species navibus transportandæ.

TIT. XLVII.
DE [1] HEREDIBUS [2].
NOVELLA CONSTIT. CLXIV.
PRÆFATIO.

DEo simul & justitia [3] nihil majus existit: absque his enim nihil unquam commode geri potest, & præcipue in nostra hac republica. Exinde enim & recte regnare & subditos ad benevolentiam, neque non ad summam licet attrahere devotionem. Ea propter cum & nos divinitus, perque justitiam imperii sceptra susceperimus, tametsi multis undique curis implicamur, quo magis & Romani quotidie virtutibus reddantur auctiores, & Barbari devicti succumbant: non tamen penitus a solicitudine nostra secludimus, ne non in his, quæ privatim usui esse possint subditis, competens accommodetur providentia. At cum multa, quæ prius confusa erant, ad meliorem statum erexerimus: conveniens esse putavimus & id, quod longo jam tempore in successionibus neglectui fuit habitum, ad actionem Deo placentem reducere. Cognovimus enim, quod quidam oberrantes defunctorum perturbant patrimonia, sed [4] neque testamenta valere sinunt, neque item ab intestato successiones locum capere, mobilibus quidem rebus immittentes signacula [5], immobilibus vero imponentes titulos: ut hac ratione ipsis illorum successio adcrescat, inque ea decentem aliquem ordinem occupent. Quoniam vero impossibile est in tanta multitudine exacte ea quæ singulatim in talibus eveniunt perdiscere: perpulchrum nobis visum est, si generali hæc lege ad certam redigeremus formulam.

CAP. I.

PRopterea sancimus, ut universi citra invidiam & rebus juribusque suis perfruantur, & ad suos ista transmittant heredes. Penitus autem nemo omnium illorum invadat patrimonia, aut horum successores damnis implicet, aut titulos [6] sive signacula rebus præter legum nostrarum placitum imponat. Nam & successiones ab intestato, quo quisque vocatur ordine, confirmamus: & ultimas horum voluntates legitime consistentes non subvertimus. Si enim sedulo advigilamus, sumusque solliciti, ut collatores bonis gubernentur legibus, & de eorum incolumitate multo maximam potentia nostra curam sustinet: quomodo non in hanc quoque partem providentiam ipsis accommodaverimus, & alacriter nostrum ipsis impertiamur beneficium? hæc etenim placere Deo persuasissimum habemus, & hoc justitiæ munus esse asserimus: persuasissimum quoque est, Imperium per hæc nobis undique munitum & quietum futurum. Connumerator itaque & hæc nostra lex cæteris præclaris nostris facinoribus: & subditi pristinis liberati molestiis, & tanta a potentia nostra dignati providentia, Deo simul & post illum nobis gratias agant: divinum numen placantes precibus, ut devictis hostibus, aliam insuper & majorem ipsis securitatem impertiamur.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt & per hanc sacram declarantur legem, ea conservanto tam gloriosissimi sacrarum domuum curatores, quam quibus vel maximorum, vel etiam minorum gerendorum magistratuum cura sive in alma hac urbe, sive item in provinciis commissa est, publicationem bonorum juxta & supplicium formidantes capitis, si sancita nostra transgressi fuerint. Præsentem itaque sacram nostram legem gloria tua in insignioribus [7] locis hujus almæ urbis proponet, sed & usa ad hoc jussionibus transmittet in provincias.

TIT. XLVIII.
GENERALIS FORMA [8] DE PROSPECTU [9] IN MARE, SCRIPTA DOMINICO GLORIOSISSIMO PRÆTORIORUM PRÆFECTO.
NOVELLA CONSTIT. CLXV.

DOcuit nos mater &c. Prospectus [10] in mare, qui intra centum esse pedes solet, non solum per directum, sed ne per transversum quidem, impediri novo debet opere, hoc enim præsens forma adjicit, tum Zenonis constitutionem custodiens, tum Novellam interpretans.

Hactenus editæ Novellæ extant, aut apud veterem interpretem, aut Haloand. aut Scrimg. aut Julianum. Trium sequentium titulos ex Haloandro aut Augustino. Verba vero, ac quid sibi singulæ breviter velint; quando a nullo adhuc conversas certum est, ex doctissimo Cujacio hic excudi curavimus.

Forma præfectorum [11] prima.

TIT. XLIX.
DE ADJECTIONIBUS [12], ID EST, DE PRÆDIORUM STERILIUM AD FERTILES IMPOSITIONIBUS.
NOVELLA CONSTIT. CLXVI.

Hæc est fere sententia hujus constitutionis.

SI defunctus justa ex causa fundum aut territorium aut compossessionem [13] alienaverit, & moriens residua bona liberis vel extraneis heredibus reliquerit, qui ex eis similiter prædia quædam alienaverint, ex quibus possidente emptore aliquod forte postea defecerit, ita ut locus sit ἐπιβολῇ [14], quam prædia sustinent, quæ sunt ex eadem substantia & origine *l. 10. & 12. C. de omni agro desert.* ut ne defecti, vel deserti prædii onus irrogetur simul ejusdem substantiæ prædiis omnibus, sed cæteris primum prædiis quæ possidet is qui ea emit a liberis vel extraneis heredibus defuncti: vel, si hic idoneus non sit, heredibus defuncti, id est, prædiis quæ possident heredes defuncti ex eadem substantia: aut si forte hæc etiam non sufficiant publicæ collationi, tum ut onus transferatur ad alia defuncti bona, quæ ad alios quam ad heredes pervenerunt. Ad eum igitur qui fundum aut compossessionem a defuncto emit, ut posuimus initio. Idemque dicendum est, si ea prædia per plures successiones transierint. Quamdiu enim proximiores sive posteriores possessores idonei sunt, ἐπιβολὴ antiquioribus non irrogatur, id est, defecta prædia eorumque tributa antiquiores possessores non agnoscunt: quod si ejusdem gradus & ordinis plures sint possessores quibus injungi ἐπιβολὴν oporteat, ut inter eos oneris divisio non fiat ex æquo, sed pro rata fertilium bonorum quæ possident ex eadem substantia.

Forma P. P. vicesima quarta.

TIT. L.
GENERALIS FORMA [15] DE POSSESSIONE, QUOMODO OPORTEAT MITTI IN EAM, BISSI GLORIOSISSIMI PRÆFECTI.
NOVELLA CONSTIT. CLXVII.

Hæc est hujus constitutionis sententia.

EX sententia judicis non recte apprehenditur nisi possessio vacua, & quam in urbe quidem vacuam esse exequutorum testimonia adseverent, in provinciis acta defensorum plebis vicinorum testimonio confirmata. Et similiter ex contractu in provinciis quoties quis ingredi possessionem desiderat, acta apud defensores civitatum fieri debent traditæ possessionis, simul ac consentientium voluntati tradentis, novoque domino colonorum vel actorum possessionis. Si non sit copia defensoris, apud præsidem: vel etiam, si hic longe absit ab eo loco, quo traditio fit, apud episcopum.

Forma P. P. secunda.

TIT. LI.
DE HOMINIBUS QUI EIDEM DOMINO SUBJECTA [16] PRÆDIA POSSIDENT.
NOVELLA CONSTIT. CLXVIII.

HÆc est περὶ ὁμοδούλων, id est de prædiis hominibusve prædiorum ratione eidem domino servientibus. His solent accrescere invitis defecta desertave prædia ejusdem substantiæ ut diximus *Novell. 128. & 166.* denique ἐπιβολὴ, onus est, ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων, & irrogatur rusticis prædiis tantum. Nam & hæc sola referuntur in censum, non annonæ civiles, non ædes. Et ideo in tit. Dig. *de censibus*, agrorum tantum censendorum mentio fit: ac quod est de servis, *l. 4. §. in servis*, id de rusticis tantum accipio, qui pars agrorum sunt, ut dixi supra *Novell. 7.* Sed & quod dicitur de tributo capitis *l. 3.* id in agris tantum locum habet, non in urbibus aut metrocomiis, *l. 1. C. de cap. civ. l. 8. C. de exact. trib.* Prædiis igitur urbanis aut annonis civilibus non irrogatur agrorum ἐπιβολὴ, quia nec sunt ὁμόκηνσα, nec satis est si sint ejusdem originis.

1 Hæc etiam Novella est Tiberii. 2 Et eorum jure confirmato. 3 Vide *Novell. 163.* 4 *Novell. 134. cap. 3.* 5 Signacula mobilibus: Tituli immobilibus imponebantur. Signaculum *le seel ou le seau:* Tituli, *affiches & pannonceaux.* 6 *Novell. 17. c. 15. l. 2. C. ut nemini liceat. vide quæ ibidem notavi.* 7 Edicta solent in insignioribus locis civitatum publicari. facit *Novell. 120. cap. 6. §. 2. l. pen. C. de defensoribus civit. l. 2. C. de annali. l. 7. C. de bon. proscr.*

8 Videtur esse ἐπαρχικὸν, nam & de eadem re extant quædam apud Harm. *lib. 2.* de eparchicis dicam *Novell. 166.* J. 9 Hæc *Novell.* pertinet ad *Novell. 63.* 10 De prospectu in mare, vide *Nov. 63.* & Gudelin. *de jur. Noviss. lib. 2. cap. 1. n. 8.* Ans.

11 Sicut Basilica sunt libri complectentes leges promulgatas ab imperatoribus: sic *Eparchica* sunt libri continentes formas sive edicta præfectorum prætorio, quæ constat vim legis habere. *l. 2. C. de offic. præf. præt. l. 16. C. de judic. l. pen. C. de fidejussoribus.* 12 Περὶ ἐπιβολῶν. ἐπιβολαὶ hic non sunt adjectiones quæ fiunt in auctionibus & licitationibus publicis, ut in *l. 21. in fin. ff. ad municipalem.* ἐπιβολὴ hic, teste Harm. est ἐπίδοσις ἀπόρου κτήσεως πρὸς κληρονόμους, ἢ συντελεστὰς ἢ ὁμοχώρους καὶ ὁμοδουλήσαντας, legendum ὁμοκήνσους. vide Cujac. 4. *observ.* 30.
13 Σύγκτησιν. σύγκτησις est universa possessio multorum prædiorum. *l. 34. §. 1. ff. de leg. 2. l. 30. §. 1. ff. de adimend. legat.* Græci μετοχὴν appellant *d. l. 34. in fin.* id est, universam prædiorum una clausula conceptionem. Massa dicitur a Leone & Anthemio, *Novell. de bon. vacantibus.* massa terræ, *Maisteries*, & quod septis firmata sit, firma, *ferme* dicitur.
14 Ἐπιβολὴ est ἐπίδοσις ἀπόρου κτήσεως πρὸς κληρονόμους ἢ συντελεστὰς ἢ ὁμοχώρους ἢ ὁμοκήνσους, Harm. *l. 6. tit. de verb. signif. §. 29. 56. Ecl. 18. cap. 6.* Est igitur onus συντελεστῶν, ὁμοχώρων καὶ ὁμοκήνσων, quod rusticis tantum prædiis irrogatur, non urbanis aut annonis civilibus, hac *Novell.* & *Novell. 6. & 128.* ἐπιβολὴ est licitatio quæ fit in auctionibus. 15 Vide Cujac. 8. *observ.* 10.
16 Γενικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων. vide Cujac. *d. l. ad Nov. 128. 166.*

FINIS NOVELLARUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS.

JUSTI-

JUSTINIANI IMP. EDICTA[1]

HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

EDICTUM I.

Edictum scriptum piissimis in omni terra Archiepiscopis & sanctissimis Patriarchis.

TRaditæ [2] nobis a Deo reipublicæ curam habentes, & in omni justitia vivere nostros subjectos studentes, subjectam legem conscripsimus: quam & tuæ sanctitati, & per eam omnibus qui tuæ provinciæ sunt, facere manifestam, bene habere putavimus. Tuæ igitur sit reverentiæ & cæterorum hoc custodire: & si quid transcendatur a judicibus, ad nos referre, & quæ sequuntur.

EDICTUM II.

NE PRÆSIDES IN FISCALIBUS CAUSIS FIDEM [3] PUBLICAM DENT.

Idem Imperator Joanni prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

EX iis quæ a gloria tua sine scripto ad nos relata sunt, non exiguam publicorum tributorum illationi difficultatem provinciarum præsides dum quibuslibet fidem publicam dant, attulisse cognovimus. Eos enim qui tributa publica suscipiunt, inde sibi securitatem atque tutamentum prætendentes, quod aurum ipsis perfusum sit non transmittere, sibique maximam partem retinere, & cum aurum debeant, male sibi data fide publica abuti.

§. 1. Missa igitur ad excellentiam tuam hac sacra pragmatica forma, statuimus, ut per edicta sua omnibus clarissimis provinciarum præsidibus interdicat, ne in fisci causis fidem [4] publicam dent: in privatorum autem solum causis liceat ipsis, iis qui id desiderant fidem publicam dare, idque ad certum tempus: quod non continuo poterunt, ubi elapsum fuerit, denuo renovare. Sciant vero omnes quod ubi tales securitatis promissiones ab illis acceperint, nullam inde utilitatem sensuri sunt: sed facultas cuicunque cui hoc injunctum est, ut quæ ab illis debentur publica tributa persundat, fuerit, ut illos comprehendat: ut quæ illis in provincia data fides publica fuerit, in nulla re ipsis utilis futura sit. Cæterum illi soli securitatem habeant, qui aut ad sacram nostram jussionem, aut ad excellentiæ tuæ mandata securitatis promissiones abstulerint.

CAP. I.

POsteaquam etiam a gloria tua edocti sumus, quomodo nonnulli in diversis provinciis, inquisitione [5] in eos qui se hæreticorum erroribus dedidissent facta, cum multos subditos hanc ob causam comprehendissent, sportularum ratione magnam vim auri ab ipsis ceperint: sancimus, ut qui id ausi sunt, & comprehendantur, & ad clarissimos provinciarum præsides adducantur, post probationes, quod ceperint, in triplum refusuri: ut simplum iis qui damno affecti sunt, reddatur, duplum vero in fiscum inferatur. §. 1. Porro qui in vicariana cohorte, quæ spectabili Asianæ jurisdictionis vicario apparet, locum & ordinem obtinent, suo bonorumque suorum periculo publicorum tributorum illationi incumbant: cum quidem qui in provinciali cohorte numerantur (quomodo & id ad nostram pietatem excellentia tua retulit) deficiant, numerusque ipsorum in paucos admodum coarctetur, ac a longo jam tempore clarissimi provinciæ Phrygum Pacatianorum [6] gentis præsidis magistratum etiam vicarius assumpserit. Qui ergo in vicarianam cohortem referuntur, facultatem habeant, ut ex vicarii, qui nunc est, & pro tempore futurus est, jussu publicas contributiones exigant, illasque fisco inferendas curent. §. 2. Constituimus etiam, ut qui in quacunque provincia provinciales tributorum susceptores sunt, in apochis quas faciunt, quod ipsis perfusum aurum est, distincte describant: distincte etiam ponant, quantum occasione eorum, quæ excellentiæ tuæ mensæ, quæque sacris nostris largitionibus competunt, transfusum sibi sit, ut persolutam quantitatem per hujusmodi acceptilationes evidenter explicent & manifestent: denique ne qui facultatem habeant, ut quæ ex aliis titulis acceperint, in alios transponant & accepta ferant. §. 3. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea excellentia tua ad effectum deduci præcipito.

EDICTUM III.

DE ARMENIORUM SUCCESSIONE [7].

PRÆFATIO.

ARmenios pristina injustitia liberatos, tum ad nostros per omnia leges deducere, tum decora æquabilitate donare volumus.

CAP. I.

ET quoniam barbaricam [8] quandam insolentemque & quæ neque Romanos, neque nostræ reipublicæ justitiam deceat, apud ipsos esse legem nuper didicimus (ut *nempe masculi in parentum hereditatem succedant, fœminæ vero non*) emissa præsenti ad magnificentiam tuam sacra lege decernimus, ut successiones æquales sint: & quæ de viris mulieribusque Romanorum legibus constituta sunt, hæc etiam in Armenia obtineant. Sane idcirco illuc nostras etiam leges transmisimus, ut in eas oculos convertentes ad præscriptum illarum rempublicam gubernarent. §. 1. Quoniam vero quæ præcesserunt, ea omnia commovere absurdissimum esset, statuimus, ut hæc lex inde ab initio pii nostri imperii vim & vigorem habeat: ut ab eo tempore hucusque defunctorum successiones hunc ad modum fiant, præterquam si qui jam transegerint, aliove modo se invicem liberarint. Si enim tale quippiam factum sit, id in suo robore permaneat, nulloque modo commoveatur, jubemus. §. 2. Porro *mulieres* a prædicto tempore eorum etiam prædiorum quæ genearchica [9] vocantur, participes esse volumus. Si vero inveniri nonnullos contingat, qui filias quanquam non vocarentur ab intestato ad successionem, heredes tamen scripserint, illæ similiter, quique ex illis nati fuerint, in res genearchicas successionis participes sint.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, excellentia tua & custodire & fini tradere studeat: ut leges nostræ per omnia obtineant, autoritatemque habeant. Ac præsens quidem lex ab initio imperii nostri (ut jam diximus) incipiat, & simul in omne tempus extensa, in posterum omnibus modis in republica vim habeat, atque ab omnibus observetur. Dat. 10. Kal. August. BELIS. [10] V. C. CONS.

EDICTUM IV.

DE MAGISTRATU PHOENICIÆ LIBANICÆ [11].

Idem Imperator Joh. gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

MAgistratus creari oportere gratuito jam lex nostra [12] præcipit, quam sane & autoritatem per omnia obtinere volumus.

CAP. I.

POsteaquam vero omnia ad subditorum benevolentiam *demerendam*, locorumque custodiam & munitionem undique indagantes, magistratus partim conjunximus, partim divisimus, alios in aliam atque aliam formam transmutavimus, nonnullos vero sublimiores fecimus, nominibusque majoribus quam quæ tunc essent, decoravimus, prætores [13], proconsules [14], moderatores [15], & comites [16] præter pristinam consuetudinem in rempublicam introducentes, omniaque ad ipsius utilitatem facientes: oportere etiam putamus, ut magistratum Phœniciæ ad Libanum ex ducalibus in spectabilem transferamus, & moderatoris formam illi demus, tum etiam annonas ad decem auri libras assignemus: ipse vero istius proventus occasione fisco nihil præbere debeat. Interim apud Phœnices scrinii tractator, pro nuper attributo illi munere, quod & beneficium [17] nuncupatur, ex canone ejusdem provinciæ clarissimo pro tempore spectabilium tribunorum notariorum primicerio denas auri libras in singulos annos dabit, quibus ille solis contentus esse debebit. Moderator porro a muneribus [18] omnia pura conservet, & quatenus ipsi sacra nostra constitutio permittit, militum ministerio utatur.

CAP. II.

VErumtamen eximium illi fortissimorum Tertiodelmatorum [19] numerum, ut in Phœnicum regione est, assignamus, quæ præcepta ipsius exaudiant, qui ipsum insequantur: qui denique jussis ipsius, quæ aut de vectigalium exactionibus aut de reipublicæ statu, aut de civitatum incolumitate procedent, pareant. Qua de re cum instrumenta etiam confici jusserimus, statuimus ut excellentia tua hæc omnia cognoscens, hujus magistratus præfecto decem libras auri in annonas assignatas, ex provinciæ tributis persolvendas constituat. Interim quæ constituta sunt, ut quotannis a publicarum rationum procuratore spectabili clarissimo tribunorum notariorum primicerio darentur, imminuenda non sunt: neque vero præterea quicquam illi est addendum. §. 1. In primis autem *moderatori* studio sit, ut fisco faveat [20]; dehinc, ut disciplina & conveniens ordo in civitatibus conservetur: tertio, ut justitiam inter plebeios exerceat. Quæ vero (ut dictum est) scripta sunt a nobis de mo-

1 Edicta sunt generales leges, quæ omnes populos & provincias tenent, *l.* 3. *C. de legibus.* 2 Hoc edictum extat in Novell. 8. post *cap.* 14.
3 Ἀσυλίας λόγον *ut & in edict.* 13. *cap.* 11. ℣. Vetantur iniqui tributorum exactores λόγῳ ἀσυλίας κεχρῆσθαι *Novell.* 128. *cap.* 13. dicitur etiam simpliciter λόγος *Edict.* 13. *cap.* 10. ℣. *Novell.* 17. *cap.* 6. appellat κεκλεισμένον λόγον ut & *Novell.* 5. *cap.* 2, §. 1 κεκλεισμένην πίστιν, ubi interpres vertit Jusjurandum, Galli, *Franchise & sauf conduit.* vid. Papon. 5. *Arr.* 7. *de sauf conduit, & enfreinte d'iceux, &* 3. *Notar.* 8. *des saufs conduits & passeports.* 4 Λόγον ἀσυλίας. *Scrimg.* 5 Vetat hoc edictum ullos *quæsitores hæreticorum* admitti, ut & *Nov.* 17. *cap.* 11. *Novell.* 103. *cap.* 2. Hanc enim potestatem sæpe nefarii quidam a Principe postulabant, ut hoc prætextu plebem innocentem expilarent. Possis huc referre ex Tomo 4. *Ordinationum Galliæ tit.* 6. *des inquisiteurs de la foy, & de leur jurisdictions.* Pap. 29. *Arr.* 2. *n.* 10. Clar. 5. *sentent.* §. *hæres.* 7. Pet. Greg. 33. *syntagm.* 6. 7. 6 Phrygiæ Pacatianæ fit mentio in *Novell.* 8. *cap.* 2.
7 Adde *Nov.* 21. *de Armen.* & præsertim *cap.* 1. *ibid.* ubi successionis apud Armenios receptæ fit mentio: adde *Nov.* 31. 8 Eadem lex servata fuit a Saliis, seu Francis his verbis, *de terra Salica nulla portio hereditatis in mulierem pertransit &c. titul. de Allodiis l.* 6. & ab Anglis seu Thervingis idem etiam receptum, addita prohibitione, *ne hereditas transiret a lancea ad fusum. Titul. de Allodibus, l.* 8. Displicuit tandem ea lex Francis, excepta regni successione, ut ex formula Marculphi apparet, quæ extat apud Cujac. 8. *observ.* 14. 9 Τῶν γενεαρχικῶν χωρίων. *Scrimg.* Genearchica prædia, progenitorialia prædia vertit interpres *Novell.* 21. *c.* 2. *in fin.* propria cujusque patrimonia; quæ pensitant, nec fidem, vel hominium, investituram, vel ἀποδεκτικὰ debent: eaque vulgo Allodia: & *lib.* 2. Feud. 48. dum ait, si datum sit ad proprium sive ad libellum, allodium intelligit, ut *tit.* 28. allodium sive libellariam, Gallis *franc aleu.* 10 Id est, anno 535.

11 Λιβανησίας. *Scr.* Phœnicia Libanica, ad Libanum montem sita. de Libano, vid. Plin. 20. Libani fit etiam mentio sæpissime in scripturis. 12 *Novell.* 8. 13 Hinc prætor Lycaoniæ, *Novell.* 23. Paphlagoniæ, *Novell.* 29, Pisidiæ, *Novell.* 24. Siciliæ, *Novell.* 104. Thraciæ, *Novell.* 26. Populi, *Novell.* 13. 14 Hinc proconsules Cappadociæ, *Novell.* 30. Palæstinæ, *Novell.* 103. 15 Hinc moderatores Arabiæ, *Novell.* 102. Helenoponti, *Novell.* 28. 16 Hinc comes Isauriæ. *Novell.* 27. 17 Βενεφικίου. *Scr.*
18 Excipe esculenta, potulenta, quæ ad paucos dies prodiguntur, *l.* 18 *ff. de off. præsid.* excipe ξένια, de quibus dictum est: ut nec omnia, nec quovis tempore, nec ab omnibus accipiantur, *l.* 6. §. 3. *ff. de off. procons.* 19 Τερτιοδελματῶν. *Scrimger.* sic ℣. *hic.*
20 Res ita est, vectigalium exactionem commendari præsidibus *Novell.* 8. *c.* 8. *Novell.* 161. *cap.* 2. quanquam in dubiis causis fisco favendum esse neget, *l.* 10. *ff. de jure fisci.*

deratorum reliquorumque magistratuum statu in sacra nostra constitutione, ea omnia & in illo locum habeant. §. 2. Sane si dictus devotorum Tertiodelmatorum [1] numerus nostro jussu in alia transferatur loca, alterum illi *in ejus locum* surrogatum & subjiciendum curabimus: ut ne quid ex solenni plenoque auxilio omnino illi desit. In his porro jam dictis rebus spectabilis dux nihil communionis habebit. Volumus enim, quicquam illi commercii esse aut cum militibus spectabili moderatori certo assignatis, aut cum plebeiorum quoquam, aut cum illorum controversiis quas inter se habuerint: aut si cui plebeiorum, in quos illi nullum jus concessimus, dica impingatur: propterea quod inter rei militaris curam & civilem administrationem permultum intersit, ac discerni hæc oporteat, quemadmodum patres reipublicæ id nobis ordinarunt, & constituerunt. Ac sciant spectabiles duces, quod si rebus civilibus se ingerere [2] audeant, militarem magistratum non retinebunt, & huic magistratui subjiciendi erunt. In nulla namque re inferiorem hunc magistratum ducis magistratu esse volumus. Volumus insuper (ut quomodo dictum est [3]) quam vehementissime publicarum contributionum exactioni incumbat, plebisque incolumitati invigilet, & ne spectabilibus ducibus, neque clarissimis tribunis, neque cuiquam potentium domuum, imo ne sacro quidem nostro patrimonio, aut sacris nostris privatis, aut sacræ nostræ domui, qualecunque tributariis nostris damnum inferre permittat: ut ne etiam demisso animo neque pavidus sit, sed virilem in modum subditis præsit, omniaque faciat quibus alii moderatores ex præscripto obstricti sunt. Atque ita *quidem* rerum summa ab ipso administretur.

CAP. III.

ILlud sane etiam fieri & obtinere volumus, ut spectabiles duces [4] inde annonas auferant, unde spectabilis provinciæ moderator eas auferendas constituerit: propterea quod manifestum sit eos non tam socorditer ad res animum adversuros esse, ut quæ sibi competant, petere non possint. Sciant vero, quod si præter hæc quippiam fecerint, viginti librarum auri mulctam persundent.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, excellentia tua effectui & fini tradere studeto.

EDICTUM V.

DE [5] TEMPORE [6] ACTIONUM QUÆ SACRIS LOCIS COMPETUNT.

PRÆFATIO.

QUod [7] medicamenta morbis, hoc jus præstat controversiis, & cætera.

EDICTUM VI.

EDICTUM PIENTISSIMI DOMINI NOSTRI JUSTINIANI [8].

PRÆFATIO.

COgnovimus, quomodo post castigationem Domini Dei benignitate immissam, qui negotiationes & ludos [9] literarios exercent; diversi etiam generis artifices & agricolæ, insuper & nautæ, cum potius meliores fieri deberent, lucri cupiditati se dederint, & duplicia tripliciaque pretia ac mercedes præter veterem consuetudinem requirant.

CAP. I.

VIsum igitur est per sacrum edictum omnibus interdicere detestandam istiusmodi avaritiam, & ne quis in posterum cujuscunque disciplinæ aut artis magister, qualiscunque etiam negotiationis negotiator, qualiscunque demum agriculturæ agricola, quam vetus consuetudo ferat [10] plus pretii mercedisve nomine exigat. Jubemus vero etiam, ut ædificiorum, & colendæ terræ, aliorumque operum mensores nihil amplius operariis imputent, & illis antiquam consuetudinem conservent. Hæc autem observari jubemus, & eos qui qualiacunque opera demandant, & eos qui aliqua redimunt. Si quidem nec ipsis amplius quam more constitutum sit, dare concedimus. Sciant vero qui quicquam amplius quam pro veteri consuetudine requirunt, quod triplicem quantitatem in fiscum inferre cogentur, si supra id quod ab initio constitutum fuerit, cepisse illos quicquam aut dedisse ostensum sit. Hæc porro inquiri ac vindicari jubemus & ab excellentia tua, & a gloriosissimo felicis hujus urbis præfecto. Volumus enim per vos ab hujus nostri edicti transgressoribus constitutam mulctam exigi pœnisque illos subdi: ita ut quæ nobis parent cohortibus, quinque librarum auri mulcta incubitura sit, si quid ex iis quæ a nobis constituta sunt, neglectum fuerit. Dat. 2. Kal. April. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. August. post [11] BELIS. V. C. CONS.

EDICTUM VII.

FORMA PRAGMATICA DE ARGENTARIORUM [12] CONTRACTIBUS.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri.

Imperator Cæsar Flavius Justinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni ævo adorabilis, Augustus.

PRÆFATIO.

QUemadmodum virtutis vis in rebus adversis semper elucet, ita etiam imperatoria cura & gubernatio in subditorum controversiis manifesta fit. Et optandum [13] quidem nobis est; ne quid unquam reipublicæ nostræ adversi eveniat: verum si aut rerum humanarum mutabilitas, aut commota ad id divina voluntas mortalibus mala immittat, desuper benigne inducta castigatio Imperatoriæ curæ benignitatisque occasio fit. Quod sane hoc tempore *ita evidenter* accidit, ut opus expositione non sit. Cum enim mortis aculeus & periculum omnia loca pervagata sint, quod quisque sensit, nemini audire necesse est. Quando itaque multa ex improviso inciderunt, quæ non temere tempus aliud induxisset, qui in corpore ac collegio argentariorum recensentur, nos accesserunt, dicentes [14], heredes nonnullos ac successores quorundam, qui scriptura non interveniente ab argentariis aurum, aut argentum etiam, aut alias species accepissent, ad perfidiam improbitatemque spectare: quod videlicet neque qui ceperunt, superessent neque ipsi heredes sive successores, cum contractus conscripti non sint, convinci possint.

CAP. I.

HUic igitur rei mederi conantes, statuimus, ut qui ad hunc modum judicium subeunt, oculis in conscientiam [15] defixis, expresse ac plene quæ illis, in quorum bona & jus successerunt, ab argentariis data sint, confiteantur: ut etiam *qui adhuc* superstites *sunt*, ejus collegii [16] quod ipsis actionem intendit, argentariis idipsum faciant. Idem etiam a servis, qui ab iisdem judicibus examinantur, fieri jubemus. Sciat vero utraque pars, si ministrorum testimonio, aut quæ cum jurejurando fiat, diariorum productione, aut alia etiam aliqua sufficienti probatione res convincetur, quod qui improbe egerint, quæ fraudulenter & per improbitatem negaverint, in duplum [17] dependent, sive rei veritatem occultaverint, sive illam cognoscere neglexerint.

CAP. II.

ALterum ad nos ab ejusdem corporis argentariis relatum caput est, ut ne teneantur quæ ab illis cum quibus contraxerunt, confessiones, tabulæ, aut ratiocinia ipsorum manu conscripta, sibi exhibita sunt, posteaque in dubium devocantur, ista ipsi per publicorum instrumentorum collationem probare: propterea quod ipsorum collegium multis, & præcipue nobilibus credat, qui contractus suos publicari [18], aut statum [19] rerum suarum manifestum fieri non sustinent, maluntque (ut consentaneum est) divites quam obærati aliis videri, sed ut propria manu (ut dictum est) in se conceptæ literæ eandem cum publicis instrumentis vim obtineant. §. 1. Et in hoc mediam [20] quandam nos viam ingressi, qua & argentarios adversus eos qui de talibus capitulis litem movebunt, & rursus hos adversus illos uti volumus, statuimus, ut si istiusmodi illorum qui contraxerunt propria manu scriptas literas argentarii proferant, quas aut ipse cujus esse dicuntur, aut ipsius heredes successoresve non possunt cum jurejurando abnegare, tanquam *procul dubio* ab illo cujus præ se nomen ferunt, scriptæ sint, numeratam pecuniam [21] non esse opponi nequeat. Insuper vero si argentarius ex [22] publico instrumento propriæ manus [23] scripturam confirmare possit, aut ipse quidem id negligat, adversarius vero ex alterius publici scripti comparatione scripturam illam ut falsam redarguere nequeat: tunc ex instrumentis, quæ illorum manu *de quibus agitur*, conscripta esse certo constat, & testium subscriptione stabilita sunt, ad ea *eorundem* scripta quæ ab argentariis, aut adversus eos ab iis quæ contraxerunt, proferuntur, comparatio fiat, firmaque sint, nec minorem quam publica instrumenta vim & autoritatem habeant, non ex firmitate & vigore qui illis insit, sed ex sola forma. Nihil etiam præjudicii in hoc supplicibus sit, quod in scripto ab iis qui contraxerunt ipsis dato, hypothecæ, aut heredum successorumve nomina non [24] insint.

CAP. III.

EJusdem porro corporis argentarii similiter etiam qui cum illis contrahunt, dummodo similes adversus illos actiones moveant, facultatem habebunt, ut si qui defuncti propter inopiam heredes non habuerint, debitores vero reliquerint, aut res aliquæ quæ ad ipsos pertineant, apud aliquos depositæ oppignoratæve inveniantur: adversus illos competentes actiones moveant, & ex illis satisfactionem sibi parent. Idem etiam ipsis in bonis illorum qui cum ipsis contraxerunt, & debent, dum illi adhuc vivunt, servabitur, ut ipsis, sive actores, sive rei sint, si velint, tametsi in instrumentis hypothecæ nulla mentio insit, hypothecarias tamen actiones movere liceat: quasi eæ naturaliter [25] argentariorum, eorumque qui cum ipsis contrahunt, contractus comitentur. Habebunt vero id etiam, ut tempore posterioribus creditoribus præferantur. Non æquum enim est, a nostrorumque temporum justitia alienum, eos qui bene de aliis merentur, rebus suis privari: qui vero debent, superbire de alieno.

CAP. IV.

ILlud sane etiam in illorum subsidium adjicimus. Quoniam enim quæ ab ipsis ineuntur contractibus, vehementer novella nostra [26] lex repugnat, quæ jubet ne creditores adversus eos qui aliquid a debitoribus emerint, prius judicio agant, quam principales debitores per cessionem bonorum non solvendo esse constet, (id quod admodum illis grave & molestum fuit, propterea quod qui emunt, velut ex consuetudine quadam & *ob evictionem* [27] fidejussores

1 Τερτιοδελμάτων ut *s. hoc tit.* officiales ac domestici moderatoris Phœniciæ Libanicæ fuisse videntur, audivi, qui diceret, Syriaca lingua *Tersita dalmin*, significari stipatores, a *Tersita*, id est, clypeis & *Almin*, id est grassatoribus: ut Tertiodelmati milites fuisse videantur, grassatoribus prehendendis destinati. Idque colligi ex 1. *Reg.* 10. *v.* 17. & 14. *v.* 26. ubi fit mentio Clypeorum in domo Libani repositorum: quod huic Edicto non abludit; quod est de Magistratu Phœniciæ Libanicæ. 2 Vid. *l.* 1. *C. de off. magist. milit. l.* 1. *C. de off. milit. Jud.* est enim absurdam jurisdictiones misceri. 3 §. 1. *s. hic.* 4 Militum scil.

5 Περὶ λιτιγιώτων καὶ περὶ ἀσφαλείας ἣν δεῖ ποιεῖν τοὺς ἐνάγοντας περὶ τῆς τῶν ἐναγομένων ὑπομνήσεως. *Scrimg.* vitiosa est hæc inscriptio, nec titulo convenit. quod etiam observavit Cujacius 5. *obs.* 5. *in fin.* 6 Hæc constitutio inter Justiniani constitutiones est 111. 7 *d. Novell.* 111.

8 De formula artificum, idque edictum reperitur inter Novellas Justin. *Novell.* 122. 9 Τὰς μεθοδείας, id est, conventus hominum, mercatus, ut *Nov.* 122. 10 *d. Novell.* 122. *cap.* 1. 11 Id est, anno 536.

12 Ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων, Scrimger. adde *Edictum* 9. *J. hic & Novell.* 136. 13 Justinianus in hoc Caligulæ dissimilis est. Is enim solebat queri de conditione suorum temporum, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur: Augusti principatum clade Variana: Tiberii, ruina spectaculorum apud Fidenas memorabilem factum: sui oblivionem imminere prosperitate rerum. Ideoque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat. Sueton. *in Calig. c.* 31. 14 Occasio hujus Edicti. 15 Et merito; nullum enim maleficium sine formidine est: quia nec sine conscientia sui. Tertull. *advers. Marcionem.* Conscientia mille testes. Quintil. 5. *Instit.* 11. 16 Collegia argentarii habuere, *hic & cap.* 5. *J. hic. edict.* 9. *J. cod. & passim.* quod omnibus non licuit, *l.* 1. *ff. quod cujuscumque Universitatis.* 17 Inficiator proprii chirographi dupli pœna punitur. 18 Δημοσιεύεσθαι. *Scrimg.* Plerumque honestiores viri, licet ipsi contrahant, servorum, quam sua nomina malunt instrumentis publicis inscribi, *l.* 5. §. 4. *ff. de auctor. tutor.* Ideoque recte constitutum est, ut si scriptum sit, servum fecisse stipulationem, adversus eam scripturam testes non admittantur *l. pen. Cod. de contrah. stipulat.* 19 Vid. *l.* 2. *Cod. de alimentis pupillo præstandis.* 20 Medium tenendum *l.* 6. §. 3. *ff. de off. præsid. l.* 3. *ff. si pars hered.* §. 25. *vers. & post multa, Inst. de rerum divis.* 21 Exceptionem non numeratæ pecuniæ Græci vocent ἀναργυρίαν *hic.* adde *Nov.* 136. *cap.* 6. 22 *Nov.* 49. *c.* 2. *Nov.* 73. 23 Τὸ ἄγραφον. Scrimger. interpres hic legisse videtur ἰδιόχειρον, de quo in *l.* 11. *C. qui potior.* 24 Hoc enim contractibus solet inscribi, ut debitoris ejusdemque heredum bona creditoribus sint obnoxia. 25 Φύσει Argentarii crediti nomine tacitam habent hypothecam. 26 *Novell.* 4. 27 Evictionis causa fidejussores accipere solemus, *l.* 4. *l.* 37. *ff. de evict.*

quærant

quærant, & aliam [1] sibi omnem securitatem parent: ipsis vero id neque consuetudo, neque in conficiendis contractibus celeritas permittat) per præsentem sacram pragmaticam formam, eam speciali munificentia ipsis elargimur, quæque alteri personæ, collegio, corpori, aut officio nullo modo competat, statuimus, ut & ipsi & qui cum ipsis contrahunt, quando adversus ipsos actiones instituunt, in inquirendis persequendisque rebus in quibus ipsis tempus prærogativam præbet, tali privilegio [2] utantur, quale ante legis nostræ lationem habuerunt: ut probatione debitores bonis cessisse non gravati, siquidem satisfactionem a principalibus consequi nequeant, adversus res ab illis abalienatas, & ex speciali generalive hypotheca ipsis obnoxias, in quibus, (ut dictum est) antiquius quam alii creditores jus habent, actionem movere possint. Existimamus enim, quæ prædicto argentariorum corpori, & qui cum ipsis contrahunt, conceduntur, in communem [3] se beneficentiam extendere: ideo quod illi non paucis quibuspiam, sed omnibus ferme quæ in universa republica fiunt contractibus ministerium præstent.

CAP. V.

Hoc quoque illis ad petitionem ipsorum concedere visum est: Ut quando dicam aliquibus impingunt, & ad promissionem decimæ [4] partis adiguntur, ne ab illis fidejussiones exigantur, sed sufficiat ipsorum hac de re factum promissum: quippe qui digni sint quibus per [5] se credatur, cum ipsorum fides & pro aliis sufficere existimetur. Illud manifestum sit, quod si legi succubuerint, nihil illis proderit fidejussorem non dedisse: sed nihilominus decimæ partis pœnam depensuri sunt, quemadmodum & qui illos in jus vocant, ipsis. Insuper & qui ab illis in jus vocantur, similibus pœnis subjicientur. Hoc unum discrimen in hoc capite fuerit, quod (quemadmodum jamjam dictum est) qui e collegio argentariorum actiones instituunt, fidejussorum datio in decima parte per speciale nostrum beneficium his condonata & remissa sit.

CAP. VI.

Quoniam vero quod supplices ad diversa tribunalia [6] protrahuntur (idcirco quod eorum qui cum ipsis contrahunt infinitus numerus sit, & ut contingit, pauci probi sint & grati) non solum ipsis damnum, verumetiam communibus rebus impedimentum inferri compertum est: etiam in hac parte priorem nostram circa illos providentiam imitamur, ac jubemus ut speciales illis judices sint, sive in jus vocent, sive vocentur, & prudentia tua [7], & Petrus gloriosissimus sacrarum nostrarum largitionum comes, consularis, & patricius, ut apud utrumque horum movendæ inter ipsos & alios qualescunque controversiæ, aut etiam apud judices antehac a nobis illis datos ac deinde defunctos jam motæ examinentur, atque brevi finem, qui nostris legibus conveniat, capiant & supplices prætoriorum vexatione liberati, officio & rebus suis vacent: tantoque candidius & libentius subditorum contractibus operam navent, quanto minore improbitate & ingratitudine tentantur, aut qui improbi esse conantur, iniqua illis damna inferre non sinuntur.

CAP. VII.

Porro postquam & aliam nobis dolosorum hominum fraudem exposuerunt, denuntiantes, quomodo quidam a dicti collegii argentariis pecunias mutuati aut mutuantes emerint aut emant possessiones immobiles suarum uxorum aliorumve quorumpiam familiarium nomine, quo videlicet generalem illam acquisitorum acquirendorumque bonorum oppignorationem circumscribant: nonnulli etiam quæ sibi debentur, a debitoribus aut in pecuniis, aut omnino in immobilibus rebus recepturi, non in suam personam, sed (quemadmodum dictum est) aut uxorum, aut cognatorum istiusmodi solutionem, cessionem, aut venditionem faciendam curent, quo per istiusmodi rationem inopiam prætendere possint: ipsi vero qui ex dicto argentariorum corpore de illis benemeriti essent, hos quibuscum contractum iniisse non videantur, in jus vocare nequeant: in hoc quoque capite parem munificentiam argentariis, & qui adversus ipsos similes controversias movent, exhibentes jubemus, ut [8] si debitorum quempiam dolo fecisse quominus res suas possideat, aut jus suum clam in alium transtulisse demonstretur, liceat actoribus in rem, aliave legitima actione id factum esse ostendere, adversusque dictas res, quasi debitoris sint, procedere, & undique technis pulsis, indemnitati suæ & in debito & in hoc factis expensis consulere. Eam autem prudentiæ tuæ memoratique gloriosissimi viri diligentiam esse scimus, ut jam motas, nondum autem finitas, aut in posterum etiam movendas controversias ita dijudicaturi sitis, ut neque supplices ex debitorum improbitate aut fallacia injustum dispendium subeant: neque innoxii ex iniquis obliquisque commentis importunas eversiones sustineant. Ita vero etiam, ut quæ nuper ipsis petentibus præbita sunt, rata & inconcussa maneant, & quæ per præsentem sacram nostram pragmaticam formam liberaliter conceduntur, ad mentis voluntatisque nostræ scopum perficiantur, qui hoc agimus, ut omnes subditi recte & non captiose in negotiis versentur, & quibus [9] debetur, quod ministerium reipublicæ negotiis præbeant, quieta vita fruantur, ac neutiquam per improborum machinationes judiciis, quæque inde manant difficultatibus, & dispendiis implicentur.

CAP. VIII.

Cæterum quod in quoquo dictorum capitum specialiter posuimus, id in orationis obsignatione & fine generaliter ponere visum est: ut in omnibus prædictis, his qui in prædicto argentariorum corpore recensentur, eorumque heredibus & successoribus [10], *tum etiam illis qui cum ipsis contrahunt, ac eorum heredibus & successoribus*, in quibus *rebus* adversus argentarios actiones movent, æqualia [11] privilegia sint. Convenit enim, ut utraque pars eam simplicitatem integritatemque in contractibus ac negotiis suis servet, quam sibi ab altera servari velit. §. 1. His demum per præsentem sacram nostram pragmaticam formam jussis & hoc addimus, ut prudentia tua [12] omnesque magni magistratus eos qui in prædicto collegio recensentur, juvent, ut sive per edicta, sive per literas, sive per alium quemcunque consuetum modum servato juris ordine competens subsidium consequantur, possitque illis adversus improbos succurri, neque cogantur & ipsi adversus alios improbi esse, sed æquos atque bonos se illis, qui cum ipsis contrahunt, exhibeant: quippe quum id nostrorum temporum bonitati universæque reipublicæ contractibus, quorum præcipui quique & maxime necessarii semper per prædictum collegium fiunt, conveniat.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, prudentia tua, & quicunque alius reipublicæ nostræ judex, firma servato. Supplicibus vero hanc sacram pragmaticam formam in quocunque judicio, & majori & minori, producendi, illamque recipiendi, ac inde subsidium consequendi facultas esto: utpote quæ tantam in præsenti proposito & in prædictis tractatulis vim habeat, quantam in aliis negotiis generales nostræ leges obtinent. Dat. 5. Kal. Mart. *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XVI. post [13] BASIL. V. C. CONS.

EDICTUM VIII.

DE PONTICI TRACTUS VICARIO [14].

Idem Imperator Basso gloriosissimo sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

Subfecturos *civiles magistratus* Pontici tractus provinciis existimantes, præpositum quondam illis locis *Vicarium* medio post tempore inhibuimus [15]: nihil eorum quæ postmodum ab illis facta sunt, commissum iri expectantes. Atqui posteaquam ex rerum experientia cognovimus, in provinciis hisce homines habitare *latrociniis* & cædibus innutritos, & homines * ferentes semper * congregantes & * armis utentes ** & his, effugiuntque in has res constitutas pœnas, dum provincias in quibus deliquerint, deserunt, neque *provincialium* magistratuum quisquam ex attributa sibi provincia egredi audet: ut nos etiam, quanquam persæpe homines in provinciam emiserimus, siscumque stipendiis gravaverimus, nihil tamen amplius effecerimus, quod ad manum is magistratus non esset, qui auxilium ferre, & istiusmodi insolentiam reprimere posset.

CAP. I.

Revocare *Vicarii* magistratum visum est, & Galatiæ [16] primæ magistratu *ad pristinum statum redacto*, ut non nisi civilis sit, quemadmodum ante erat, quam nos illum, sublato vicarii magistratu, dignitate annonaque majore decoravimus: vicarium denuo omnibus Pontici tractus provinciis præficere: *ita* [17] *vero* ut non solius præfecti locum adimpleat, verum etiam gloriosissimi magistri sacrorum nostrorum officiorum, gloriosissimorum etiam ducum, magnificentiss. denique *eorum* magistratuum, qui sacro nostro patrimonio, cubiculo etiam, & domesticis, protectoribusque præfecti sunt: deinde istiusmodi potestatem habeat, qualem cujusque provinciæ magistratus in sua provincia habere solet: ut neque per dignitatem, neque per sacerdotium [18], neque per cingulum, neque per militiam, neque demum per quodcunque aliud quisquam hujus jurisdictioni eximatur: sed ad consimilem modum omnes illi subsint, sive plebeji sint, sive etiam cingulo, dignitate, militia aut sacerdotio etiam decorati fuerint, idque non in criminibus solum: (non enim militatem tantum hunc magistratum facimus) verumetiam si quis de re pecuniaria litem instituere velit. Omnibus etenim hominibus, omnimodisque rebus magistratum hunc communem facimus. §. 1. Reddimus autem illi, quod & antea habuit, sacrum [19] auditorium, ut controversiæ in aliqua Pontici tractus provincia provocatione suspensæ, dummodo quingentos aureos non exsuperent, non in felicem hanc urbem deduci, sed apud seipsum ad sacrarum formam examinari debeant, sive ex ipsa civilium magistratuum jurisdictione *provenerint*, sive etiam ex sententiis cujuspiam magnæ hujus urbis magistratuum, aut ex nostra jussione motæ sint. Nemini vero potestatem facimus, ut postquam provocatione suspensa [20] controversia mota fuerit, altera [21] provocatione utatur. At sane si qua controversia ab initio apud illum cœpta sit, eamque provocatio consecuta fuerit, procedet provocatio quemadmodum solebat, antequam magistratum univissemus, tanquam si medio tempore nihil novi intervenisset. Quod sane & in Galatiæ præside jubemus: quem simplicem [22] denuo magistratum facimus, quasi in illo nihil medio tempore innovatum esset.

CAP. II.

Facultatem etiam huic [23] vicario damus, ut [24] a vicina hac Bithynia incipiens, usque ad Armenios ipsos, Trapezunta etiam, & nostræ reipublicæ Persas versus fines in quamcunque Pontici tractus provinciam velit, proficiscatur: ut velut ab initio ac primario quæ hucusque commissa sunt, competentibus pœnis persequatur, (quorsum sane & gladii jus illi concedimus) præcipue vero milites adoriatur si qui *desertis* [25] *stationibus* suis istiusmodi se nequitiæ dediderint. Et si quidem criminibus obnoxium quempiam invenerit; hunc cingulo privet, qualecunque etiam habeat: non expectans donec eum magistratum sub quo is militat, ea de re certiorem fecerit, tanquam qui istius

1 Puta pignora. 2 Argentariis datum hoc fuit, ut inexcusso reo convenirentur: fidejussores vero inexcusso reo non convenirent, quod inæquale admodum fuit. Hodie licet argentariis pacto in ea re sibi prospicere. *Novell.* 136. *cap.* 2. 3 Argentariorum officium publicam causam habere dicitur, *l.* 10. §. 1. *ff. de edendo*, *Nov.* 136. 4 Decimam, cujus fit hic mentio, solvebant, qui calumniose agebant, §. 1. *versic. hæc autem. Inst. de pœna temere litigantium.* eaque fuit ex stipulatu actio. Nam initio litis cavebat actor, *Ni vicisset, reo decimam præstitam iri*, & erat repromissio, non satisdatio, ut ex C. Hermogeniano *tit. de calumniatoribus*, constat. Eam actionem decimariam, non utendo amissam, restituit Justin. eo addito, ut decimæ cautio satisdationem habeat *Nov.* 112. *c.* 2. qua lege hic eximit argentarios, quibus agentibus rei repromissione citra satisdationem contenti esse debent. 5 Idoneis creditur. 6 Forum competens argentariorum observa. 7 Præfectum urbis intellige *arg. edict.* 9. J. 8 Vid. *Nov.* 136. *cap.* 3. 9 Οφιλοντες, sed familiare est Justiniano hoc verbo uti, pro ὀφειλομένους. 10 *l.* 3. §. 5. *ff. quod quisque jur.*

11 Quod quisque juris in alium statuerit, eodem utatur, *l.* 1. *l.* 3. *ff. quod quisque jur. l.* 3. *in fin. ff. mandati: l.* 7. *C. de rescindenda venditione.* 12 Præfectum urbi alloquitur *arg. edict.* 9. J. 13 Id est, anno 542.

14 Restituto scil. quemque antea sustulerat Justinianus, eo in Comitem Galatiæ mutato. *Novell.* 8. *cap.* 3. Vicarius ergo Pontici hic restituitur, cui datur jurisdictio in universum tractum Ponticæ diœceseos. Quod Vicarii in Oriente fuerint, vide *l. ult. Cod. de div. off.* 15 Et ita abrogatur *Novell.* 8. *c.* 2. 16 Galatiæ primæ suus redditur Consularis civilis magistratus. 17 Vicarius Pontici tractus, civili & militari magistratu fungitur, vicem agens plurium magistratuum. 18 Sacerdotes subeunt forum civile. adde *c.* 2. J. 19 Θεῖον ἀκροατήριον. 20 Appellationis proprium est, litem suspendere. 21 Vide *l. un. C. nihil novari appellatione interposita.* 22 Ac civilem. 23 Pontico 24 Tractus Ponticus qualis. 25 De desertoribus vid. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *ff. de re militari.*

magiſtratus locum adimpleat, & in omnes omnino jus & poteſtatem habeat. In quævis etiam loca & latifundia, ſive ad ſanctiſſ. [1] eccleſias, aut ad religioſa pertineant monaſteria, ſive etiam ad *ſacra noſtra privata*, aut ad ſacrum patrimonium, aut etiam ad noſtram domum, aditum illi & introitum concedimus: & (ut ſimpliciter loquamur) nullum omnino locum ipſius juriſdictioni eximimus.

CAP. III.

INſpectabit vero etiam militares tranſitus, an ſatis ordinatim [2] procedant: & ſi quicquam in illis committi inveniat, id corriget tum milites ipſos caſtigando, tum etiam ſubditis noſtris in quibus injuria affecti fuerint, ſatisfactionem curando. Poteſtatem item concedimus, ut armis [3] privet, qui illa ad nullam militiæ neceſſitatem habent, illaque omnia in publica magnæ hujus urbis armamentaria inferat. §. 1. Inhibebit etiam adulteria, homicidia, latrocinia, præcipue vero mulierum raptus, rerum ereptiones, infeſtationes etiam & vim, denique univerſum iſtiuſmodi delictorum cumulum, tanquam id præcipuum a nobis illi aſſignati magiſtratus caput ſit. Refrænabit quoque injurias, ſive ſacerdotes, ſive magiſtratus ſint, ſive etiam nobiles, ſive plebeji: neque cuiquam quod leges noſtræ non probent, facere permittet. §. 2. Suſtinebit autem controverſiarum & examinationes & dijudicationes, habebitque propriam cohortem virorum vicarianorum ſeptuaginta [4], qui per ſacra noſtra probatoria ſtipendia facient, quæ ex illo ſcrinio præbebuntur, ex quo & olim ſolebant quum vicarius eſſet. Reddimus illi mulas [5] etiam, quot quondam vicario aſſignatas, nunc provinciæ præſes in uſus ſuos & miniſterium percepit. Quum enim hic aliud quam civilis magiſtratus ſit, ſuperfluus ipſi illarum uſus eſt: ſpectabili vero vicario, ut qui hac illac circumcurſare debeat, neceſſarium illarum miniſterium eſt. §. 3. Obediet [6] vero ipſi univerſus in illis locis conſtitutus exercitus, dictoque illi audientes erunt domeſtici & protectores, ſcholares etiam & milites: ita ut præſidali mandato noſtrove juſſu non indigeant, ſed ipſi jure magiſtratus obedientiam miniſteriumque præſtent. Præſtabunt autem miniſterium quo loco degunt, extra quam ſi qua juſta inevitabiliſque neceſſitas, majoris auxilii indiga, ipſum huc adigat, ut ex uno loco in alium transferre *ipſos* neceſſe habeat. §. 4. Utetur porro præconis voce [7], & lampadibus [8] quatuor, quippe cum in hanc rem ſumptus a nobis conſtitutus ſit; quin & aliis omnibus, quæcunque civilis ſimul & militaris magiſtratus ſunt, inſigniis. Unde ad glorioſiſſimorum noſtrorum ducum imitationem, & adreſponſum [9] miniſtrare illi jubemus: per quos milites, ſi quando ita tempus poſtulabit, compeſcet, & in neceſſariis rerum miniſteriis ac officio continebit. Quantum vero illi, aſſeſſori quoque ejus, & cohorti annonarum nomine aſſignaverimus: quantum etiam de reliquo Galatiæ primæ præſidem pro ſe, aſſeſſore ſuo, & obediente ipſi cohorte habere oporteat: item quantum ipſum aut in ſacro noſtro palatio, aut in religioſiſſimorum præfectorum prætorio pro magiſtratus codicillis dare conveniat, per ſubjectam deſcriptionem omnibus fiet manifeſtum. Hunc autem nos magiſtratum illis locis reddimus, ut iis qui injuria afficiuntur in promptu auxilium eſſet, omneſque qui in illis locis habitant, quibus hactenus preſſi ſunt difficultatibus liberarentur: & vero quiete ac recta legum moderatione fruerentur, magiſtratuum opera, quos tales illis locis præfecimus, ut ad omnem injuriam, ac aliena invadendi cupiditatem reprimendam ſufficere queant.

EPILOGUS.

† Hæc igitur gloriæ tuæ manifeſta facere viſum eſt, quo ipſa cognoſcens quid hac de re nobis nunc placuerit, id in omne deinceps tempus obſervet: & quemadmodum in ſubjecta a nobis deſcriptione comprehenditur, annonas illi præbeat. Dat. 15. Kalend. Octob. *Conſtantinop.* Imp. DN. JUST. PP. Aug. Anno XXV. [10] poſt BASIL. V. C. CONS. Anno VI.

EDICTUM IX.

DE ARGENTARIORUM CONTRACTIBUS [11].

Imperator Juſtin. Aug. Triboniano præfecto urbis.

PRÆFATIO.

COmmune collegii [12] argentariorum qui in hac magna urbe ſunt, libello ſupplici a potentia noſtra petiit, ut ſupra alia omnia quæ ipſis munifice largiti ſumus, alio nunc etiam modo ſibi opitulari velimus. Expoſuerunt autem quomodo nonnulli, quum debuerint, aut etiam debeant, quando pecuniæ aut res ab ipſis repetuntur, quod ſolvendo non ſint, a ſe petant ut puras ſponſiones pro ipſis fubeant: & alias quidem hoc ipſum in obligatoriis ſchedulis conſcribant, alias vero, propter contrahentis fidem, & ſine ſcripto hoc facere ſibi mandent: ipſi autem, illorum petitionibus cedentes, iis qui illis moleſti ſunt, certum tempus conſtituant, intra quod ſponſor omnino debitum transfundat: ſe *itaque ad hunc modum* illis ſpondere, ac deinde ad diem liberaliter iis qui ſponſiones ſuſceperunt ſatisfacere: debitores *autem interea*, quaſi per ſponſiones ſatis caverint, aut mutui forte ſyngraphas obligationiſque ſuæ ſchedulas recipere, aut apochas capere. *quomodo item* multi quum parare ſibi rem aliquam voluerint aut velint, ſibi mandent, ut pro ipſis pecuniam aut rem aliquam ſe daturos ſpondeant: & illis quidem quod affectarint, obtingat: ipſi vero prompte pecunias aut res transfundant: *denique quomodo quum* ita ſimpliciter mandantibus illis ſponſiones fiant, pecunias tamen aut res non aliter ſolvere velint quam qui ſponſionem accepit, pecunias aut res oſtendat, aut eas *ſe* accepiſſe probet. *unde quum* ipſi pecunias aut res dederint, quod illi probationes, pecunias aut res datas eſſe depoſcant, poſtmodum contentionibus ac controverſiis irretiantur. Quæ res ſimul in prætelritis, ſimul in futuris ſane quam perplexa illis eſt & formidabilis, imo & impoſſibilis. Quiſnam eorum enim, pro quibus aut pecuniæ aut res ſponſæ fuerint, vel ſpondentur, *quando is cui ſponſæ fuerint*, quæ data ſunt oſtendere, aut ea ſe accepiſſe, apud acta probare *debeat*: ad eam *tergiverſationem* devenire non velit? *Ac idcirco* perſæpe ſe fatigatos aliis cedere actiones: neque hæc ſibi actionem intendentibus opponi ſolum, verum etiam quibus actiones ceſſæ ſunt aut ceduntur. Ac *vero* petierunt, ut ab hac difficultate liberentur: ut etiam ſi quidem *nulla* omnino *appoſita conditione* pure mandatum factum ſit, aut fiat, ut pecunias aut res intra certum tempus transfundant, ſimulatque præfinitum tempus elapſum ſit, mandator ſibi, & quibus a ſe actiones ceſſæ ſunt, aut etiam ceduntur, ad debiti perſolutionem teneatur: idque non ſolum ſi hoc interveniente ſcriptura mandaverit, verumetiam ſi ſine ſcripto totum negotium confectum ſit.

CAP. I.

NOs ergo ſuccurrere iſti rei volentes (cum omni æquitate tamen & juſtitia, atque ut in poſterum omnibus citra periculum hæc procedant) ſtatuimus, ne aliter [13] ipſi ſponſiones ſubire velint quam ſcripto comprehenſum de his mandatum ipſis detur, quod quomodo quamque rem fieri oporteat, luculenter explicet: ne ex bona *ſcilicet* fide in evidens exitium manifeſte incidant. Verum ſi quo modo ſcriptura non interveniente mandatum factum ſit, tempus autem determinatum ſit, & tacuerit per omne tempus ille pro quo ſponſio facta eſt, neque querelam moverit: decurrat vero etiam conſtitutum tempus, neque tum demum intra alios duos menſes hoc ipſum in querelam deduxerit: omnibus modis mandator ſolvat ſponſori debitum, quod ex ipſius voluntate ab aliquo eorum qui argentariæ menſæ præpoſiti ſunt, ſponſum eſſe conſtiterit: & neque ipſis, neque ipſorum heredibus, aut quibus ceſſæ ab ipſis ſunt vel ceduntur actiones, iſtiuſmodi quiddam opponi queat: ſed illud obtineat quod mandati oſtenderit tenor: qui quidem ſi literis comprehenſus ſit, literas judex ſequetur: ſin in literas contractus relatus non ſit, probationibus ea de re ſecundum leges prolatis inſiſtet. Atque hæc quidem teneant, & in jam factis ad hunc modum, & in faciendis etiamnum ſponſionibus.

CAP. II.

SI quis vero ipſis interveniente ſcriptura, aut ſine ea, famulatus [14] promiſſus fuerit, aut promittatur, probatio vero aut ex ſcripto [15], aut ex teſtium fide ſufficiens & legitima producatur, hunc ſuam vim obtinere volumus, & ut quod pacto convenerit, exigi poſſit, ita ut nulla prorſus lex obſiſtere queat, quaſi [16] id gratis & non pro mercede fieri oporteat: propterea quod omnis [17] illis ex eo vivendi facultas pendeat, quod uſuras pendant, quod mercedem pro habitatione dent, & velut propugnaculum communis utilitatis ſint: ut ne damnum ſentiant, neque alimonia deſtituantur, ſed hanc habeant ſuorum laborum conſolationem. §. 1. Sane ſi vel rationes, vel mutuas [18] ſyngraphas, vel propriæ [19] manus ſcripta quæpiam ediderint, edantve, aut ipſi illis qui cum ipſis contrahunt, aut illi ipſis, in quibus pecuniarum illatio & ſolutio deſcripta ſunt, quæque ipſius menſæ præpoſiti, ipſius etiam amanuenſis, (quos Samaritanos [20] vocant) & eorum ruſum qui cum ipſis contraxerunt, literas præferunt, aut per omnia illius qui cum ipſis contraxit, manu ſcripta ſunt, ſubſcriptionemve habent: non poterunt qui cum ipſis contraxerunt, pecuniarum quidem illationem, quam argentarii in commentariis aut a ſe ſcriptis brevibus deſcripſerunt, agnoſcere, atque inde in ipſos exactionem conſtituere: expeditionis vero ſolutioniſque, tanquam facta non ſit, deſcriptionem refellere: neque ruſum poterunt argentariæ menſæ præpoſiti ſolutionem quidem exigere, illationem vero non agnoſcere. §. 2. Verum ſi autex antiſyngraphis, aut ex ratiociniis, aut ex propriæ manus ſcriptis probetur, & de illatione & de ſolutione, literarum veritas, utrunque omnino firmum & ratum erit: neque unum quidem adverſus ipſos obtinebit: alterum vero pro ipſis irritum fuerit. exigetur autem quantum ratiocinia perhibebunt: niſi altera aut utraque pars in calculo [21] ſe erraſſe, aut in uſuris [22] diſpendium ſuſtinuiſſe demonſtret. Si enim tale quiddam evidenter commonſtretur, id, quo quiſque juſtitia & æquitate fruatur, correctione dignandum eſſe ſtatuimus.

CAP. III.

HOc vero etiam nos docuerunt, quomodo quidam illorum, poſtquam a pluribus aut vice mutua inter ſe fidejubentibus, aut aliis pro aliis mandantibus, obligationis confeſſiones abſtuliſſent, deinde debiti longe maximam partem percepiſſent, ut reliqua perquam jam exigua eſſent, reliquorum nomine extrinſecus ab uno aut duobus illorum obligatione capta, quod intra certum tempus illhæc perſolvent, apochas forte aut liberationis confeſſiones omnibus ediderint: & quum aut unum aut plures eorum qui reliquorum obligationem ſubiiſſent, mori contigiſſet, heredes quæ ab illo aut ab illis pecuniæ pacto promiſſæ eſſent, eas exolvere noluerint. Statuimus igitur, ut ſi hæc ita ſeſe habeant, quæ pecuniæ in obligationibus comprehenſæ ſunt, & quas defunctus aut defuncti ſcripto pacti fuerint, hæ ab heredibus [23] cum pactis uſuris exigantur.

1 Eccleſiæ non ſunt immunes a juriſdictione civili, adde *c.* 1. §. *h. t.* 2 *Nov.* 130. 3 Adde *Nov.* 85. *cap.* 4. 4 Cohors vicarii Pontici. 5 Quibus forte utebantur ad curſum publicum. 6 Obedientia magiſtratibus debetur *Novell.* 69.

7 Κήρυκος φωνῇ, *Scrimg.* id eſt, præconem intelligit. Præco, vox legum, ut & carnifex manus legum, qua de re dixi ad *Nov.* 69. *cap.* 3. 8 Λαμπάσι. *Scrimg.* Lampadariorum meminit *Novell.* 41. & Julian. *conſt.* 38. *n.* 171. Lampadarii forte hic dicuntur, quod ignem præferrent. Dicuntur & Lampadarii, qui in ſacris ſcriniis faces ſive lampades accendebant, *l. ult. C. de diverſ. officiis.* De Lampadariis edidit Theodoſius Novellam quam amiſimus. Ignis certe præferendi ante Reges Perſarum mos antiquus fuit. *Xenophon.* 8. mos deinde ad Romanos promanavit. *Herodianus* enim *in Commodo* refert, Commodum ſorori ſuæ Lucillæ honores ſervaſſe. Nam & in theatris ſella imperatoria ipſa ſedebat καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς, id eſt, & ignis eam præcedebat. Idem de Marcia Commodi concubina, omnia ut Auguſtæ adfuiſſe πλὴν τοῦ πυρὸς præter ignem. & de Pertinace, Venit in Senatum (inquit) ὅτι τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεῦσαι. & in Marci Antonini vita dicitur Aulicum, μήτε δορυφορήσεως χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημαντικῶν, μήτε λαμπάδων, id eſt, aulicum ita comparatum eſſe, ut ſtipatoribus non utatur, aut veſte inſigni, aut lampadibus. Lucernas quoque a Gentilibus accendi ſolitas in Cæſarum ſolennitatibus, *Tertull.* ſcribit *cap.* 34. *Apologetic.* Grande videlicet officium, inquit, focos & choros in publicum educere: *& poſt:* Cur die læto non laureos poſtes obumbremus, nec lucernis diem infringimus, *&* 2. *ad uxorem*, procedit de janua laureata & lucernata. 9 De adreſponſo ſæpe alias dixi. 10 Id eſt, 551.

11 Vide *Edict.* 7. *ſupr.* 12 Collegii argentariorum fit mentio *Edict.* 7. *c.* 2. §. 13 Cautio hæc argentariis utilis, ſicubi pro alio ſpondere velint. 14 Θεραπεία. *Scr.* Utcunque ſponſio gratuita eſſe debeat, poſſunt tamen argentarii ſuis a debitoribus aliquod officium exigere. 15 Probationes fiunt vel ſcripto, vel teſtibus. 16 Ratio dubitandi ex eo naſcitur. Sponſionis officium gratuitum eſt: vitiatur itaque mercedis adjectione. 17 Argentariorum vita quæſtuaria. 18 Ἀντισυγγράφως. 19 Αὐτογράφως. 20 Σαμαρείτας. Extat Novell. Juſtiniani de Samaritis 129. 144. ut & inter Novell. Juſt. 5. fit etiam Samaritanorum mentio, *l.* 12. *l.* 17. *l.* 18. 19. 21. *Cod. de hæret.* Sed nihil ad argentarios ſuperiora pertinent. Veriſimile eſt autem Samaritanos uſuræ exercendæ peritos fuiſſe, utque induſtrios, argentariis operam navaſſe. 21 Error calculi veritati non affert præjudicium *l. un. Cod. de errore calculi.* 22 In uſuris diſpendium ſuſtinet, qui lege majores uſuras perſolvit, *l.* 26. §. 1. *l.* 27. *C. de uſur.* 23 Heredes debitoris uſurarii tenentur ad

CAP.

CAP. IV.

Quod si qui datis pignoribus ab illis mutuati fuerint, aut mutuentur, deinde etiam in mutui syngraphis permiserint aut permittant [1], ut pignoribus pro ipsorum bona fide divenditis, eorum pretium in debiti solutionem imputaretur [2]: ipsi vero hoc fecerint: ne molestiis illi implicentur, neque propter hoc negotia sustineant: sed juratis quanti pignora vendiderint, credatur: idque ipsis ad omnis improbitatis abolitionem suppeditet. At si quis non interveniente scriptura mutuatus, pignora obsignata aut non obsignata det, necesse habebit qui mutuatus est, ut aut pignora recipiat, agnoscens [3] sigilla: vel ipsa etiam pignora non obsignata, & adimpleat sortem pactasque usuras: aut si pecunias non habet, ad justam æstimationem illa relinquat, & reliqua expleat. neque dicere poterit, pignoribus, quanquam minus [4] valeant creditorem contentum esse oportere: sed omne debitum quod cum pactis usuris in rationem deductum fuerit, omnibus modis adimplebit. Si vero datis pignoribus, sive obsignatis, sive non obsignatis, mutuationi tempus præfinitum sit, ac intra id non satisfiat, tantumque elabatur alterum: liceat ipsis, præsentibus [5] tabulariis, sacrisque eloquiis in medium propositis, & æstimatoribus adhibitis, diligenti æstimatione facta illorum pretium constituere, ac sive ad plenum debitum, sive ad ejus aliquam partem sufficiant, sibi imputare atque assignare.

CAP. V.

Huic sane etiam medicinam adhiberi cupierunt, ut quoniam [6] mutuo & dando & accipiendo, pro aliis etiam spondendo, & denique usuras pendendo vitam tolerent, ne ipsis in mutuationibus nostra opponatur constitutio [7], qua nemini ultra duplum accipere quicquam permittimus, si quidem quantum sors & usuræ faciant, persolutum sit. Nos igitur in posterum eam legem omnino violari nolumus: quod vero præcessit, quia nondum insidiis obnoxium sit, huic ipsis medentes sancimus ut in contractibus, qui revera argentariorum sunt, ad hodiernum diem factis, facultas ipsis sit, ut licet in iis debitis usuræ supra duplum datæ sint, nihilominus tamen quæ debentur cum constitutis usuris exigant: ita ut neque in usuras, neque in primitivum debitum quæ supra sortem jam soluta sunt, imputare compellantur: & ne ipsis in hac specie & quidem sola nostra de duplo constitutio obstet, quominus secundum contractuum naturam hæc exigant. Verum neque ipsi adversus eos qui cum ipsis jam contraxerunt, nostra constitutione abuti, neque imputare poterunt solutas jam usuras aut duplo usurarum, aut primitivo debito.

CAP. VI.

Quandoquidem vero postquam argentariæ mensæ Præpositis excepta [8] armata militia, cum omnibus aliis militiis in hac alma urbe commercium instituere permisimus: illique deinde quum mutuum dedissent, aut etiam darent, Bessales [9] usuras (quantas argentariis concessimus) stipulati sint: hi liberaliter hoc ipsis opponant, quod dicant, ipsos non quæ argentariis, sed quæ militantibus conveniant, usuras capere oportere: hanc eorum iniquam & improbissimam objectionem vacare nulliusque momenti esse, & quæ pacto convenerint, aut etiam conveniant, obtinere volumus. §. 1. Neque vero id nobis placet, quod de argentariorum contractibus nonnulli petunt, ut omnino non dentur aut sortes aut usuræ, vel id (quod iis etiam pejus est) ut quæ legitimæ usuræ dantur, sorti imputentur. Etenim hoc quoque in contractibus qui cum argentariis initi sunt aut ineuntur, obtinere volumus.

CAP. VII.

Unum certe & hoc eorum est, quæ illi inter supplicandum proposuerunt, quod persæpe nonnulli qui ipsis obnoxii sunt, quum illi alios obnoxios habeant, ab istis sibi non satisfaciant: sed id suis uxoribus [10] solvendum prætextu dotis, eorumve quæ præter dotem data essent, aut aliorum etiam debitorum, ab iisque apochas sive solutionis probationes ferendas curent: & quod quum illi ad inopiam devenerint aut deveniant, vel mortui sint etiam, aut postmodum moriantur: ipsi vero cum debitum accipere velint: uxores, licet latenter illa acceperint, aut postea accepturæ sint, integra tamen ipsis debita opponant, ut ipsorum prorsus omnis spes concidat: petierunt autem, ut si quid istiusmodi factum sit, aut posthac (ut consentaneum est) fiat, necesse habeant qui apochas liberationemve a mulieribus acceperint, aut etiamsi quis contractus factus sit, aut omnino faciendus est, heredibus ad probationem eorum quæ gesta sunt *devocatis*, *eas eumve* proferant, ne uxores quibus nihil debetur, emolumentum sentiant: ipsi vero quibus debetur, defraudentur. Statuimus *nos vero*, ut si tale quidpiam factum sit, aut fiet, necessario illi instrumenta proferant: attamen absque omni suo incommodo, & ut nullum damnum ex prolatione sustineant: (memores enim sumus nostræ [11] constitutionis, quæ adactas literarum, ex quibus quis jus quodpiam suum tueatur, prolationes innoxias [12] iis qui proferunt, esse vult,) sed proferant illi quidem instrumenta, & recipiant. Et si quidem inde aliquam utilitatem, qui adversus mulieres prolationem fieri coëgerint, habere possint, hanc secundum legem ex ipsis sentiant, nulloque prorsus damno, qui protulerint, ob prolationem afficiantur. §. 1. Quod si mutuis syngraphis cum aliquo pacta, liberationes, aut etiam qualescunque conventiones instituerint, aut posthac etiam instituant, & quæ apud ipsos manserint modo aliquo (quod facile est) perierint: volumus, ut qui adversarias syngraphas habent, eas proferre, aut si nihil istiusmodi habere vel proferre posse, jusjurandum dare cogantur. Quod jusjurandum ubi apud acta monumentorum præstitum fuerit, non ulterius illos molestia affici oportet. Nemo vero in *exigendis* sportulis [13] judicialibusque expensis, pœnam, quæ talia committentibus imminet, reveritus, constitutionis nostræ modum transcendat.

CAP. VIII.

Quoniam deinceps quando petere semel cœpissent, hoc etiam petierunt, ut tua [14] excellentia curam ipsorum suscipiat, quibusque ipsi controversiis impetuntur, eas audiat; & si quos obligatos habeant, aut alii ipsos, his velut peculiaris [15] judex audientiam præbeat (propterea quod exacta cura quæ ad leges pertinent tractes, ac cuique suum jus tribuas, & facile rationem invenias qua quæ valde difficilia videntur, quæ alii non assequuntur nec intelligunt, dissolvi queant) sancimus ut secundum ea quæ a nobis constituta sunt, & ipsos, sive actores sive reos, in peculiaris judicis modum audias, & præterita secundum hanc legem componas, & quomodo æquum esse videbitur, futuris curam adhibeas: ut legitimum quoddam ipsis ac decens a nobis accedat auxilium. Convenit [16] enim, ut qui pro omnibus se obstringunt, ac cuique utiles se exhibere student, eximio etiam aliquo fruantur auxilio. Et certe quæcunque & hoc tempore & olim, aut ex nostris legibus, aut ex sacris pragmaticis formis concessa ipsis sunt, illæsa rataque conservantor: ac in speciebus rerum jam gestarum atque etiam gerendarum, locum habento.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, ac per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea gloria tua, & quicunque alius reipublicæ nostræ judex, firma servato.

EDICTUM X.
DE [17] APPARITORIBUS PRÆSIDUM.

PRÆFATIO.

Cujusmodi insidias provinciales apparitores [18] seu cohortales fisco struant, persæpe ex ipsis rebus didicimus.

CAP. I.

Posteaquam autem & hoc unum ipsorum audaciæ caput esse edocti sumus, quod fiscalia involent, ac deinde in sacris [19] locis se occultent, hac ratione meritas pœnas se effugituros existimantes: statuimus (id quod & Dei amantissimis provinciarum episcopis scripsimus) ut si qui illorum in sacra septa confugiant, in potestate tuæ excellentiæ sit, ut hos ex illa provincia exire, & in quocunque velis loco esse jubeas: hoc adjecto, ut Dei amantissimi episcopi necesse habeant, ut illos ex sacris locis producant: ubi tamen fidem publicam acceperint, se ex illis locis unde discedunt, sine aliqua distorsione a publicis ministris ad constituta loca ducendos esse. Ad hunc igitur modum in cohortales excellentia tua imperio utitor. Illud sane etiam Dei amantissimis *episcopis & religiosissimis* ipsorum clericis interminati sumus, ne e provincia data [20] fide publica illos ejicere, & in constituta loca cum fide publica ducere velint: *ob* sacrorum autem fortasse locorum *privilegium illos* illic morari *sinant*: ipsos de suo, minime vero de ecclesiasticis proventibus fisco indemnitatem præstituros, neque a sacerdotii ademptione liberos futuros.

EPILOGUS.

† Tua igitur excellentia, quæ nobis placuerunt, quæque per hanc sacram pragmaticam exprimuntur formam, effectui simul & fini tradere studeto.

EDICTUM XI.
UT PONDERATORES [21] ET MONETARII [22] APUD ÆGYPTIOS QUICQUAM PRO OBRYZO [23] EXIGENDI, NULLAM DE RELIQUO FACULTATEM HABEANT: SED QUEMADMODUM IN MAGNA HAC URBE, ITA ILLIC QUOQUE SIGNATUM AURUM ÆSTIMETUR: ET ILLI SIGNA PRO PONDERE, QUOD IN SIGNATURA SERVATUM EST, IMPONANT.

Idem Imperator Petro gloriosissimo sacrorum Orientalium prætoriorum iterum præfecto, iterum etiam sacrarum largitionum comiti, & exconsuli.

PRÆFATIO.

Quod obryzum [24] apud Ægyptios sermone hominum celebre est, quod idem, superioribus seculis, cum prorsus incognitum fuisset, admodum nuper in Ægypto contractus involvere & turbare cœpit: ad tantamque absurditatem processit, ut in unamquamque libram noveni aurei dentur, in posterum reprimi, ac ex communi usu tolli oportere putavimus. Ideo id autem, ne rempublicam oblædat, neu subditorum contractus obturbet, ac involvat: præcipue vero quod hujus absurditatis longe maxima pars (quantum cognoscere potuimus) in ipsa Alexandria solum consederit, neque similiter per Ægyptum aut illius tractus alias civitates in publicum usum pervenerit.

CAP. I.

Sancimus itaque, ut secundum id quod olim obtinuit, tametsi mediis postmodum temporibus in signatura quæ apud Alexandrinos absoluta dicitur, vitiatum sit, in Ægyptiaco tractu de auri tractatione & valore statuatur: ita ut non possit a quoquam pro male adinvento atque excogitato obryzo quicquam exigi. §. 1. Item, ut quod aurum per Ægyptum ratum & receptum est, sic in contractibus computetur, quomodo quod in hac magna signatum

---

usuras, *l. 6. ff. de usur.* 1 Permittere argentario debitor potest, ut pignora citra solennitatem vendat, pretiumque venditionis redactum sorti imputet. 2 Quod ex pretio pignoris venditi creditor capit, in debitum imputare tenetur. Pretium pignoris acceptum, sorti imputatur, vide *l. 2. C. de partu pignoris & omni causa.* 3 Actionis genus observa, ut debitor sigillum suum agnoscat. 4 Ad justam quantitatem sortis & usurarum sæpe debitores pignus dare solent: interdum pignus sortem exuperat, interdum non exuperat: Quemadmodum ergo quod superest, non cedit lucro creditoris: ita quod deficit, non cedit in ejus detrimentum. *l. 8. in fin. Cod. de pignorib. l. 28. ff. de rebus creditis.* 5 Conjunge *l. 1. §. 36. ff. depositi.* 6 Vita argentariorum in quibus consistat. 7 *Nov.* 138. 8 Argentariis urbanis interdictum commercium cum militibus armatæ militiæ. 9 Argentariorum usuræ sunt besses seu bessales, *a huict pour cent.* 10 *Edicto 7. c. 7. supr.* 11 *l. ult. C. de fide instrumentorum.* 12 Qui coactus instrumentum protulit, non est eo onerandus. 13 Vide *l. 1. l. ult. C. de sportul.* 14 Præfectum urbis alloquitur. 15 Judex argentariorum competens, præfectus prætorio *Edict. 7. cap. 6. supr. h. t.* 16 Περὶ ταξεωτῶν. *Scrimg.*

17 Βουλευτῶν. *Scrimg.* id est, provinciales decuriones. 18 Iniqui apparitores judicis, non fruuntur jure asyli, facit *Nov. 17. c. 7. §. 1. Nov. 128. c. 33. l. 6. §. 4. C. de his, qui ad sacras ecclesias.* 19 Τὸν καλούμενον λαμβάνοντα λόγον. *Scrimg.* ut alibi, λόγον λαμβάνοντες. *Novell. 123. cap. 35.* διδόναι τὴν καλουμένην πίστιν. *Nov. 5. cap. 2. §. 1.* sacramenti interventionem *l. 6. §. 4. C. de his qui ad sacras eccles. apres luy avoir donné parole.* facit *Edict. 2. 8.* 20 Μετὰ τοῦ λόγου πίστεως. Scrimg. 21 Græci ζυγοστάτας. Scrimg. *hic. l. ult. C. de pond.* adde *Cod. Theod. de ponderatorib.* de quib. J. *hic.* dicam. 22 Græci χρυσώνας. Scrimg. 23 Ὑπὲρ ὀβρύζης. *Scr. de quo* J. *dicam.* 24 Ὄβρυζον. *Scrimg.* Sic in quadam lege Caroli Magni Aurum ad obrussam. Dicitur etiam ὄβρυζον in neutro, ut in Basilicis. capitaliter punitur, qui τὰ παλαιὰ ὄβρυζα dixerit viliora. Obryzum Hieronymus quasi ophirisum *ex Ophira* (quam nonnulli putant hodie vocari *le Peru*) *insula* Isid. 16. c. 17. quod obradiet splendore. Est enim coloris optimi. quod Hebræi *Ophax*, Græce cairon (lege καθαρὸν) vocant, aliis, obryzum quasi ἄβρυζον, id est, purum & sincerum. Ab obryzo obryziati solidi ex auro excoctissimo *l. 1. C. Th. de ponderatoribus. l. 2. C. ut nemini liceat in coëmpt. l. ult. Cod. de veteris numism. potest. l. un. Cod. de oblation. votor.* Suet. *in* est

eſt urbe: idque periculo pro tempore præfecti apud Alexandrinos Auguſtalis, & quæ ipſi parent cohortium, ſervetur.

CAP. II.

QUoniam vero fraudulenti hujus facinoris ponderatores monetariique auctores ſunt, injunximus illi qui illos magiſtratus nunc obtinet, ut ad dandam idoneam cautionem ſe per abſolutam ſignaturam [1] contractibus miniſtraturos, &, ſi quando ſignare oporteat, tantum ſolummodo ſe inſcripturos, quantum revera quod ſignaverint aurum pendeat, ipſos adigat: ut pro eo more qui perperam hactenus obtinuit, non liceat illis amplius quam revera ſignati auri pondus ſit, ſignaturæ inſcribere. Si namque tale quippiam auſi fuerint, & bona illorum publicamus, & corporalibus pœnis ipſos ſubjicimus, ut qui ſecundum juſſa noſtra ab uſitato ſibi & conſueto ſcelere non deſtiterint. Sed & neceſſe omnino habebunt, ut tum præfecto apud Alexandrinos Auguſtali, quique pro tempore eum magiſtratum habebunt, in conſuetis frumenti emiſſionibus, tum vero etiam alabarchæ [2] qui nunc eſt, quique pro tempore futurus eſt, & ſacrorum noſtrorum theſaurorum præpoſito, nullo prorſus accepto lucro aurum ſuppeditent.

CAP. III.

ITa vero illi hujus rei curam injunximus, iiſque qui magiſtratum poſt ipſum ſuſcepturi ſunt & cohortibus quæ ipſis parent, ut ſciant, ſi pro obryzo aut a ſacrarum noſtrarum alabarchiatum [3] præfectis, aut a ſacrarum noſtrarum largitionum præpoſito quicquam exactum eſſe manifeſtum fiat, ſibi id de ſuorum ex ſuppeditatis ipſis, & cohortibus annonis tum etiam ex facultatibus ſuis dependendum fore: idque non ſolum donec in magiſtratu fuerint, verum etiam poſtquam magiſtratum depoſuerint: deinde etiam, ſive initis ab initio pactis (vetus enim illud de obryzo [4] non eſt, cœptque temporibus admodum nuperis & recentibus) participes iſtius lucri fuerint, ſive etiam nihil iſtiuſmodi pacti ſunt. §. 1. Aliis porro qui mercaturam faciunt, & hactenus lucri aliquid capere conſueverunt [5], interdicto ſimiliter denunciabis, quod ſi quid in contractibus capere pro obryzo, aut in computationem deducere comperiantur, & bonis excaſuri, & corporales [6] pœnas ſubituri ſunt. Rem perverſe cœptam, tantoque progreſſu facto univerſam rempublicam diſpendiis involventem, per præſentem legem in reliquum tempus tolli jubemus, ne de cætero contractus afficiat & obturbet: idque ita obſervari periculo præfecti apud Alexandrinos Auguſtalis, quique pro tempore eundem magiſtratum geſturi ſunt, & utrorumque cohortium. *Adeo autem id jubemus*, ut vel ejus memoriam aboleri *velimus*, quo a tanto incommodo & damno per Ægyptiacum tractum contractus *aliquando* liberi fiant.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram exprimuntur legem, gloria tua effectui finique tradi & obſervari jubeto. Dat. 6. Kal. Januar. *Conſtantinop.* Imp. DN. JUSTINIAN. PP. Auguſt. Anno XVII. 7 poſt BASIL. V. C. CONS. Anno XVIII.

EDICTUM XII.

DE HELLESPONTO.

PRÆFATIO.

EDocta noſtra eſt potentia, quomodo Joannes ſcriniarius per Helleſpontum, ut cui nomine ratiociniorum civilium, ſive (ut vocantur) ſolennium proventuum commiſſæ formæ eſſent, quum in regionem illam veniſſet, a nulla re, quæ ad ſummam deprædationem ſpectaret, abſtinuerit, civitates populatus ſit, & reverſus in almam hanc urbem, ipſe quidem auro abundaverit, Helleſpontiorum vero regioni omnem ſummamque paupertatem reliquerit. Ac ſane quomodo *idcirco* cum illo agi oporteat, & injuria affectis reſarciri damnum poſſit, *jam* a nobis definitum eſt.

CAP. I.

AT quoniam, propter eorum, quibus iſtiuſmodi demandantur, inſatiabilem avaritiam, generali [8] *legis* forma univerſale iſti rei remedium adhiberi debere putavimus, ſancimus, ut ſi quis iſtiuſmodi rei cauſa in provinciam quampiam ſive Helleſpontiorum, ſive aliam quamlibet profectus, præſidale juſſum habeat, ne quiſquam illi obtemperet citraque periculum ipſius exactio propulſetur: ſi vero cum ſacra pragmatica forma venerit, & quod profert commonitorium ſit, aut literæ de hoc conceptæ, neque iis obtemperetur, uti quæ ad deprædationem, præterque noſtram notitiam & voluntatem prodierint: ſin quod oſtenditur, pragmatica forma ſit, ut [9] ne ſic quidem ex eo confeſtim aliquid fiat, ſed talem pragmaticam formam provinciæ præſes apprehendat, de eaque ad nos referat, & alteram a nobis juſſionem expectet: ut ſi illam, cuique talis forma commiſſa eſt, agnoſcamus, altera noſtra pragmatica forma, quæ exactionem fieri demandet, procedat: ſin aut rem, aut perſonam reprobemus, nihil iſtinc fiat, ſed ſacra forma a provinciæ præſide remittatur, qui ſciat, quod ſi hanc rem neglexerit, indeque damnum aliquod ſubditis noſtris proveniat, iſtud ipſe de ſuo reſarciet.

CAP. II.

FAcultatem vero etiam epiſcopis [10] damus, ut ſi provinciæ præſes pragmaticam formam inhibere negligat, cuique illa demandata eſt, concedat & conniveat, eam rem nobis ſignificent. Ac ſi hoc didicerimus, illum tanquam criminis ſocium, de magiſtratu dejiciemus, cingulo quoque & facultatibus privabimus, & qui quacunque in re injuriam paſſi fuerint, iis indemnitatem recuperabimus.

EPILOGUS.

† Tua igitur excellentia, quæ nobis placuerunt, ex præſenti ſacra pragmatica forma diſcens effectui ſimul & fini tradere ſtudeto. Dat. 15. Kal. Septembr. *Conſtantinop.* BELIS. V. C. CONS.

EDICTUM XIII.

LEX DE ALEXANDRINIS ET ÆGYPTIACIS PROVINCIIS.

PRÆFATIO.

QUum vel minima [11] quæque noſtra cura dignemur, certe multo minus quæ maximi ponderis & momenti ſunt, ac rempublicam noſtram continent & conſervant, pro derelicto habere, aut neglecta competentique ornatu vidua eſſe debemus ſinere: præſertim cum tua excellentia miniſterio nobis ſit, cui per omnia noſtra incolumitas, rerum publicarum incrementum & ſubditorum noſtrorum gubernaculum curæ eſt. Conſiderantes itaque, quomodo ſuperioribus temporibus, tametſi aliis locis publicæ exactiones ſic ſatis conſtitutæ viderentur, in Ægyptiaco tamen tractu adeo confuſæ fuerint, ut quid in provincia ageretur, hic cognoſci non poſſet: ejus rei conturbatum modum atque ordinem, qui hucuſque duravit, valde admirati ſumus. Sed Deus hoc etiam temporibus noſtris, tuoque officio ſervatum voluit. Ut enim nobis frumentum inde adjiciebant, ſic nihil aliud contribuere volebant. verum ſubditi omnia plene a ſe exigi omnino affirmabant: pagorum [12] autem præfecti, & reipublicæ adminiſtratores, publici exactores etiam, & præcipue pro tempore præſides hactenus eam rem ita adminiſtrarunt, ut nemini innoteſcere poſſet ac ipſis ſolis lucroſa eſſet. Quoniam igitur ſi rem in [13] genere ac promiſcue adminiſtrari ſinamus, haud unquam illam perpurgare decenterque conſtituere poſſimus: ideo magiſtratum qui Ægypti rebus præeſt (*Præfectorum* [14] *Auguſtalium* nempe) moderatioribus curis præficere viſum eſt. Non temere enim unius [15] hominis induſtria tantis [16] curis par ſit, nec ita rem adminiſtrare valeat, ut inde cujuſpiam boni ſenſus ad nos reſultet.

CAP. I.

PRopterea igitur ſtatuimus, ut excellentia tua hanc noſtram ea de re legem ad ſe receptam ſic formet atque ordinet, ut illam nos tuliſſe, tuam vero excellentiam miniſterium habuiſſe dignum ſit. In primis autem ſpectabilem *præfectum* Auguſtalem ipſi Alexandriæ [17] præeſſe, & omnium ejus rerum curam habere volumus, & inſuper duabus [18] Ægyptis, ac iis ſolis, excepto oppido Menelaita [19] dicto, quod Ægypto præjacet, & præterea Mareota [20]. De illis enim qui videbuntur, conſtituturi ſumus. §. 1. Volumus autem ipſum (ut dictum eſt) non uni Alexandriæ, verum etiam duabus Ægyptis, dictis Mareota Menelaitaque exceptis, *ita* præeſſe, ut magiſtratus provincialis dictarum duarum provinciarum (quomodo etiam hucuſque obtinuit) ipſi ſoli ſubſit. Et (quod in idem recidit) *volumus* ſpectabilem *præfectum* Auguſtalem propter dictæ maximæ urbis [21] populoſitatem, magiſtratus militaris jus habere: non ut res dividatur, in duoſve magiſtratus diſtrahatur: (id enim conducibile eſſe omnino non putamus) ſed ut unus homo dicto ſolio præſit, & in omnes qui illic ſunt milites, ſive in ipſa magna Alexandrinorum urbe, ſive in duabus (ut dictum eſt) Ægyptis ſtationes habeant, jus & poteſtatem habeat.

CAP. II.

CUrare enim etiam te oportet, ut decorum in civitate ſervetur, neque tumultus quiſpiam in dicto populo oboriatur: & quum dicti magiſtratus præfectus, & civilis magiſtratus, vim & militum robur in ſubſidium habeat, (quod quantum ad ipſos milites, tum qui in Alexandria, tum qui in utraque Ægypto ſunt, vicarius ſit) ille Deo duce & auſpice dicti decori per civitatem ſervandi curam gerat: illique glorioſiſſimus generoſiſſimuſque dux præſentalium [22], Orientalis etiam * [23] & adreſponſum [24] præſto ſint, & quæ is jubeat, in iis obſequioſi ſint. Eſt autem ipſi cohors & Auguſtaliana & Ducalis, militum plus minus ſexcentorum: non ut ſeorſum Ducales ſint, ſeorſum etiam Auguſtaliani: ſed ut una cohors, unaque recenſio ſit, in qua centum primates ſint, quinquaginta in Auguſtaliana cohorte, totidem inter Ducales: quorum

Nov. 44. *in fin.* Obryzæ incrementum, *l.* 4. *C. Th. de auro coron.* 1 Ζυγοστάται, de quibus hoc edicto *&* *l. ult. C. de ponderator.* libripendes, ſeu ponderatores, ſigna ponderibus imprimebant, *ut hic:* eorum judicio ſingulis in civitatibus nummi probabantur, ut ex his appareat, quanta nummis in explorandis veteribus fuerit diligentia. Syneſius Aſclepiodoro ὡς ἀπηριθμηκότων, ὡς ἐζυγοστάθησαν, ὡς κατεσημαίνοντο τῇ δημοσίᾳ σφραγῖδι τὸ χρυσίον. Pſeudo-Plautus in *Querulo*, Quid tam ſimile, quam ſolidus ſolido? etiam hic diſtantia quæritur. In auro vultus, ætas & color, nobilitas, literatura, patria, gravitas atque adſcriptio, quæritur in auro plus quam in homine. Cujac. adde *d. l. ult.* Ut ad Zygoſtatas revertar, non dabatur iis excuſatio tutelæ, quantumvis in publica re occupatis, ut ad *l. 6. ff. de excuſ. tut.* notat Cujac. ζυγοστασίας fit mentio in *l. 1. C. de frumento Alexandr.* Verum eo loco ζυγοστάτης eſt, quo frumentum admetitur.
2 Κατὰ καιρὸν ἀλαβάρχῃ. Scrimg. de Alabarchis dixi ad *l. 9. Cod. de vectigalib. & commiſſ.*
3 Προεστῶτες ἀλαβαρχίων. 4 Obryzon quid eſſet, ſuperius dixi. 5 Obryzæ pro incremento ſolet aliquid exigi, ſi forte nummi, qui inferuntur, non ſint ex hujuſmodi auro: verum hic prætextus illationi ſolidorum, qui ſunt ſpeciei probæ minime obtendi debet.
6 Sic in Baſilicis, κεφαλικῶς τιμωρηθήσεται ὅστις τὰ παλαιὰ ὄβρυζα ὄντα ἐντελεστέρως διατιμᾶται.
7 Id eſt, anno 545.
8 Edictorum hæc definitio eſt, *l. 3. C. de legib.* 9 Vetat imperator temere credi edictorum principalium latoribus, præſertim ſi in his de vectigalibus imponendis agatur.
10 Epiſcopi præſidibus negligentibus imminere poſſunt, facit *l. 26. C. de epiſc. aud.*

11 Minima quæque Imperatori quoque curæ eſſe oportet. 12 Πάγαρχοι. Scrimg. 9. Euſeb. 1. videntur eſſe, qui a Diodoro 1. βιβλιοθ. dicuntur νόμαρχοι. Erat enim diviſa Ægyptus in plures partes, quarum quælibet νόμος appellabatur, id etiam confirmat Plinius 5. *c.* 9. hinc præpoſitura pagorum *l. 2. Cod. de ſuſceptorib.* His locis permotus *Cujacius* ad *l. 9. Cod. de jure fiſci.* legit, Præfectum pagis, in *l. 1. C. Theod. de pignor.* & præpoſitum pagis, in *l. 49. C. Theod. de decur.* pro *Pagis.* 13 Ἐνομάδας. *Scrimg.* legendum ἐνομάδι aut καθ' ὁμάδα ἐν ὁμάδι in univerſum averſione, de quo dixi ad *l. 62. in fin. ff. de contrah. empt.*
14 Vid. *l. 1. ff. & Cod. de off. præfecti Aug.* 15 Unus plurimum vicem ſuſtinere non poteſt, unius hominis induſtria curis infinitis ſufficere non poteſt. 16 Poteſtas & juriſdictio præfecti Auguſtalis. 17 Innuit opulentiam Ægypti. 18 Ægyptus (quæ Mizraim ſacris ſcripturis & Chus Arriæ Montano) duplex. Superior, olim Thebais: hodie Sabid Joanni Leoni: Inferior, quæ & Delta antiquitus, poſtea Auguſtanica, vel αὐγουστανικὴ dicta eſt. Idem Leo refert Ægyptum hodie duas in partes diviſam & Orientalem *Bethria:* Occidentalem *Errif* vocari. Ammianus 22. paulo aliter refert, Tres, inquit, provincias fertur habuiſſe temporibus priſcis: Ægyptum ipſam, Thebaidam, & Lybiam: quibus duas adjecit poſteritas ab Ægypto Auguſtannicam & Pentapolim a Lybia ſicciore diſparatam. De Ægypto vid. Herodotum 2. 19 Menelaita oppidum, olim Canopus, de quo ſic Ammianus *lib. 22. in fin.* Hactenus, inquit, impendio locus fanis & diverſoriis lætis extructus, auris & ſalutari temperamento perflabilis, ita ut extra mundum noſtrum morari ſe quiſquam arbitretur in illis tractibus agens, cum ſæpe aprico ſpiritu immurmurantes audierit ventos.
20 Mareia (μάρεια) πόλις καὶ λίμνη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη, ἡ καὶ μαρεῶτις λέγεται. *Stephanus.* hinc Mareotis nomos apud Ptolomæum, & Mareoticum vinum Stephanus. Mareotidos fit mentio apud Plinium 5. *cap.* 9. 21 Alexandriæ ſc. de qua vide Ammianum 22. *in fin.*
22 Στρατηγὸν τῶν πραισεντάλίων. *Scrimg.* Præſentales, qui præſentes adſunt Præfecto Auguſtali, ut & præſentiales domeſtici, *l. 6. C. de advocat. diverſ. jud.* ſeu præſentales *l. ult. C. de domeſt.* (ubi Græci præſentales πραισεντάλιους vertunt) *l. 12. C. de re milit.* præſentes milites, vel numeri *l. 18. l. ult. in fin. C. de re militari.* præſentalis curioſus curſus publici, *Notitia imperii.* præſentium ordines 17. Nicephor. 1. Hinc magiſter præſentalium militum, *l. ult. C. de re militari l. 12. l. ult. C. de offic. magiſt. milit.* qui ſunt in ſacro comitatu Principis, vel ut Arcadius loquitur, in præſenti *l. 21. §. 1. de teſtibus.* Præſentale magiſterium. Marianus dicit fuiſſe duos comites militum præſentalium. 23 Τὸ * καί. 24 Adreſponſus ἀποκρισιάριος, quaſi legatus & vicarius ducis præſentalium militum. De apocriſiariis alias diximus.

inter

inter ipſos ordo alternet, ut priores partes Auguſtalianus, alteras Ducalis habeat, quam centum inter ipſos primatum formam deinceps conſervari volumus. Cætera, ut ei qui magiſtratum obtinet videbitur, conſtituantur: ut tamen cohortis mixtim ex Auguſtalianis & Ducalibus conſtantis numerum, ſexcentorum militum ſcilicet, non excedat.

C A P. III.

OMnia vero quæ ſub illo fiunt, & ad tuum ſolium, & per excellentiam tuam ad nos referuntur: ut quod a vobis fit, ſi rectum & bonum ſit, autoritatem accipiat: & ubi cohors conſtituta fuerit, abſque probatoriis, quibus noſtra manu ſubſcriptum ſit, ut hactenus obtinuit, nemo Auguſtalianus fiat. Ipſa autem univerſa cohors Auguſtaliana appellabitur. Enimvero qui ab Imperatore deſignatus, Imperatorioque judicio dignus habitus, Magiſtratum aſſumet, & puras [1] manus conſervabit, & ſe in omnibus Imperatorio judicio dignum exhibebit. Neque enim nos tantam ſolummodo conſolationem, quantam usque ad hunc diem ſpectabilis Auguſtalis habet (quinquaginta annonas, & quinquaginta capita [2] videlicet) ex publico illi dabimus: ſed magno auctario adjecto, quadraginta auri libras pro annonis, conſuetudinibus, & calandicis [3] quotannis ipſum accipere volumus: idque a vindice [4], & ex ſubjectis huic formæ locis & cauſis.

C A P. IV.

ADſeſſores autem ejus ex eiſdem quinque libras auri accipient, quæque ipſis apparet cohors, mille ſolidos: quanquam antehac tertiam ejus ſummæ partem ſolummodo habere ſolet. Ita res iſta per ſe ſplendida erit, proque noſtrorum temporum dignitate adminiſtrabitur. §. 1. Ut porro ſolennis ſtataque frumenti illatio [5] recte procedat, id ejus qui iſtiusmodi magiſtratum tenebit, primam curam eſſe volumus: ut ipſe ſpectabilis *præfectus* Auguſtalis, & quæ illi cohors apparet, ſuo bonorumque ſuorum quæ in præſentia habet, quæque aliquando habiturus eſt periculo: cohortis vero etiam tanto periculo, ut non de his modo, verum etiam de ſalute & vita judicium ſubitura ſit, omnem curam & diligentiam ſubire debeat, ut dictum felicis [6] ſolennisque illationis frumentum & exigatur, & conſuetis temporibus emittatur. §. 2. Atque hoc quidem, quod ex utraque Ægypto contribui debet, exiget: aliud vero citra dilationem ſuſcipiet, aut etiam navibus injiciet: quantumque canon ejuſdem ſolennis illationis, quæ in hanc almam urbem advehi ſolet, poſtulat, huc emittendum curabit. §. 3. Volumus inſuper ut ſimiliter quod a nobis magnæ Alexandrinorum urbi donatum eſt, quantum quidem ex utraque Ægypto pendi debet, exigat ſuo cohortisque ſuæ periculo: quantum vero ex utrisque locis provenit, ſuſcipiat: quod tradatur modo, quam qui hactenus obtinuit longe explicatiore, qui in ſequentibus declarabitur: & (quomodo conſuevit) in ejuſdem urbis alimoniam expendat, quo illi Deo propitio per omnia ſatis ſit. Quo autem huic rei nullum omnino impedimentum afferatur, cum ipſo ſpectabili Auguſtali eidem periculo ſubjici placet, quotcunque militum ſub ipſo conſtitutorum, clariſſimorum etiam tribunorum, & cujuſcunque civilis publicique auxilii officium atque numerum adſcripti ſunt.

C A P. V.

CÆterum quod *frumentum* ex locis ipſius juriſdictioni non ſubjectis exportatur, id eatenus inducere ipſi periculum & neceſſitatem volumus, ut poſtquam exportatum ſit, ipſe ſine ulla mora id ſuſcipere, & quæ ipſi paret cohors ad hanc almam urbem ſuo periculo devehere debeat. Summa etiam cum diligentia curabit, ne ex ſubjectis ipſi civitatibus, provinciis, quibuscunque locis, portubus etiam aut oſtiis, prius frumenti quicquam exportetur, quam ſtata [7] illatio Alexandria ſolverit: ac vero ut ne tum quidem, extra quam ſi id a nobis per ſacras noſtras formas, aut ſoliorum tuorum juſſa permiſſum fuerit aut permittendum ſit. In omnibus autem cohortales quæ ipſis injunxerit (quomodo prius dictum eſt) ipſi miniſterium præſtent: navicularii vero frumentum ſuſcipiant, navibusque imponant, atque Deo duce ad hanc almam urbem navigent.

C A P. VI.

SAne ſi ex utraque Ægypto frumentum non exegerit, neque illud huc mittendæ felicis [8] ſolitæque illationis Alexandriam importandum, neque ante finem menſis Auguſti ad almam hanc regiamque urbem [9] vehendum curarit: ſi etiam frumentum Alexandrinis a nobis in alimoniam elargitum, menſe Septembri in ipſorum urbem non importarit: ſciat, quod quantum illationis alimoniæve frumento, pro eo modo qui ex utraque Ægypto inferri conſuevit, deeſt, in ternas artabas [10] pro ſingulis ſolidis a ſolio tuo & ipſe ſive magiſtratum adhuc obtineat, ſive privatus factus ſit, & heredes ſucceſſoresque ipſius exigentur: nulloque modo bona ipſius libera erunt, antequam quicquid inde debet, ad ternas æſtimatum artabas tuis menſis intulerit. Interim convenit omnino ut ad prædicta tempora ipſe ex utraque Ægypto plenariam etiam exigat.

C A P. VII.

QUandoquidem vero de ſolenni illatione tractatus connexum & inſeparabilem habet portoriorum titulum, volumus etiam, quæ ad ipſum pertinent (quo iſti negotio plene convenienterque proſpiciatur) certa juris forma comprehendere. Volumus igitur, ne in poſterum portoriorum ſuſceptor facultatem habeat, ut ſe quibuscunque publicis vectigalibus immiſceat, ac nonnullis ſolvendo vectigali obnoxiis illud remittat: itaque quæ ἐνδομαтικὰ [11] nuncupantur (*quæ per indulgentiam & gratuito data dixeris*) accipiat, & publica inde negligat: ab aliis vero plus quam par ſit exigat, & plures ut violentius & ſupra conſuetas, ac hinc confundendæ rei occaſionem initiumque capiat, portoria quidem recuſari non poſſe prætendens, ex rei vero confuſione ſuum commodum captans: & menſas quidem tui tribunalis deſpiciens, ſimul autem lucri cauſa cuncta ad ſe trahere conans.

C A P. VIII.

QUoniam etiam tua excellentia vigilanter cuncta gubernans, nos docuit quantum [12] portoriorum canon qui ex Alexandria ſuppeditatur, ſubducta ratione conficiat, ſolidorum *videlicet octoginta* millia, (quippe quum quod frumentum tranſmittitur, in octogies centena millia exurgat) volumus, ex ſubjectis provinciis, locis & proventibus portoriorum ſuſceptori octoginta hæc ſolidorum millia dari. Quam largam liberalitatem ideo fecimus, ut ne quid omnino ex dilatione defectuve ſolennis frumenti tranſmiſſionis conficeretur. Spectabilis autem *præfectus* Auguſtalis, & quæ ipſi cohors ex Auguſtalianis,

1 *Nov.* 17. *c.* 2. 2 Τὰ πεντήκοντα κάπιτα. Scrimg. Capita, pabula equorum dixi ad *l. unic. C. de annonis & capitat.* 3 Καὶ καλανδικῶν. *Scrimg.* de calauticis, ſeu calanticis ornamento capitis, dixi ad *l.* 25. §. 10. *ff. de auro.* Sed nihil id ad hæc Calandica pertinet. *Calandica* videntur fuiſſe capiti genus aliquod, vel idem quod capitum, cujus paulo ante facta mentio eſt. In eaque opinione firmavit me Cornelii Bertrami ſacræ linguæ profeſſoris autoritas, poſtquam indicavit mihi *Kaladukka* Arabibus ſignificare gramen & paleam: quæ duo Capiti ſive pabuli definitioni conveniunt optime. Eſt enim κάπιτον πρόβλημα τῶν ἀλόγων, ut dixi ad *tit. Cod. de annon. & capit.* ac niſi capitum id eſſet, fore genus pallii magnifici ac tenuiſſimi e lino, quale erat Ægyptium: voce deducta ex Chaldaico *Kalandakka*, quod etiam male non abludit ab iis quæ refert Herodotus *libro ſecundo.* Ægyptios ſolere veſtiri lineis circa crura fimbriatis, quas *Calaſiris* appellant. Cæterum fuiſſe inter cætera Ægyptum lino celebrem conſtat ex Plinio 19. *cap.* 1. Ægyptio, inquit, lino minimum firmitatis, plurimum lucri: quatuor ibi genera Taniticum, & Peluſiacum, Buticum & Tentiriticum. *& poſt:* Veſtes inde ſacerdotibus Ægypti gratiſſimæ &c. Quod de ſacerdotibus ſcripſit, id ita eſſe indicat proverbium *a Plutarcho* relatum, ὅτε φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, ὅτε ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι. *Juvenalis* loquens de Iſiacis: Qui grege linigero circumdatus & grege calvo. Non tantum autem (ut hoc obiter moneam) linigeri Iſiaci, ſed & raſo capite. Lampridius *in Commodo:* Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet & Anubium portaret. Quem morem Ægyptiaci monachi retinuiſſe videntur. Ab his ad alios translatum veriſimile eſt. 4 Παρὰ βίνδικος. *Scr.* de vindicibus, dixi ad *Novell.* 128. *cap.* 5. & 8. *Novell.* 134. *cap.* 2. 5 Quam Græci hic appellant, τῆς αἰσίας ἐμβολῆς διοίκησιν. vide quæ dixi ad *l.* 4. *C. de epiſcop. aud.*

6 Τῆς αἰσίας ἐμβολῆς σίτου. Eadem & ſacra embola. vid. *l.* 10. *C. de ſacroſanct. eccl. l. ult. C. de navibus non excuſand. Novell.* 163. Solennis & annua ſpecierum & annonarum tranſmiſſio fiebat ex Ægypto Conſtantinopolim. Ab Embola, *Embolicæ ſpecies* apud Vopiſcum. Alciatus *in d. l. ult.* interpretatur ſimpliciter, Embolam itineris ingreſſum: qui & alias notat Embola, ſignificare roſtra navium, & alia præterea de quibus *Hermolaus Barbarus* in corollario Plinii, ἐκβολὴν vero ejectum eſſe *in l.* 3. §. 6. *ff. de incendio.* quæ omnia parum vel nihil conferunt ad ſinceram hujus loci interpretationem. 7 Πρὶν αἰσίαν ἐμβολὴν ἀποπλεῦσαι. *Scrimg.* 8 Αἰσίας ἐμβολῆς. 9 Conſtantinopolim ſcil. 10 *Artaba hic & cap.* 22. *in fin. c.* 23. *in fin.* genus menſuræ Ægyptiacæ, modios quinque accipiens. Hieronym. 2. *in Eſai* 5. *Ariſtophanis* interpres in Acharnenſibus. Αχάνη μέτρον ἐστὶ περσικὸν ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις. adde *Suidam* in ἀρτάβη. Atticum tamen medimnum facit *Heſychius*, qui & Medicam menſuram appellat. 11 Ἐνδομαтικὰ ſunt, quæ dat collector exactori, ut aliquid de exigendi ſeveritate remittat, vid. *l. ult.* §. 1. *Cod. de exactionibus tribut.* Eadem autem ratione dicuntur ἐνδομαтικὰ, qua ἐμφανιστικὰ, id eſt, inſinuativa, quæ clerici dant pro introitu, vid. *Novell.* 56. ἐνθρονιαστικὰ, ſeu inthroniſtica, ſeu Cathedratica, quæ ab epiſcopis vel Archiepiſcopis, thronum, id eſt, ſedem adipiſcentibus, *Novell.* 123. *cap.* 3. δικαστικὰ, quæ a litigatoribus dantur judici, *Novell.* 89. *cap.* 9. δεσποτικὰ, quæ Principi rerum domino, *Novell.* 8. ἀποδεκτικὰ, quæ a novo emphyteuta, *Novell. Leon.* 13. ἀθλαστικὰ, quæ athletis pro coronis, vid. *l.* 5. *Cod. quæ res pignori.* ἑρμηνευτικὰ, interpretatitia quæ interpreti, *l.* 3. *ff. de proxenet.* προπομπικὰ, *Novell.* 128. *cap.* 9. & ἀγωγικὰ, *l. ult. Cod. de diſcuſſorib.* τρακτευτικὰ, ἀσπαστικὰ, *Novell.* 30. *cap.* 3. ἐπιδημητικὰ, pretia quibus ſe redimebant ab onere recipiendorum hoſpitum, *C. de metatis & epidemeticis lib.* 12. *Novell.* 134. *cap.* 1. ut & chartiaticum, *l.* 6. *ff. de bonis damnatorum.* pulveraticum, *conſtit. Theod. & Valentin. apud* Frontinum: *Novell. Leon. &* Majoriani *de Curialib.* Caſſiodor. 12. *Variar. l.* 16. *Cod. Theod. de tyronib.* v. Cujac. 4. *obſerv.* 18. *in fin.* πορνικὸν τέλος. *apud* Æſchinem γαμικὸν δῶρον, 37. *Ecl.* περὶ τοῦ ποιεῖν λόγους &c. *cap.* 2. Viaticum, *l.* 79. *ff. de judiciis*, *l.* 1. §. 9. *ff. de tutela & rationib.* Addamus & reliqua mercedum genera, legatis legativa, vid. *l.* 2. *ff. de legationib.* nutricibus Nutricia, *l.* 1. §. 14. *ff. de extraord. cogn.* quæ Græci τροφεῖα, obſtetricibus μαιῶτρα: ſervatoribus σῶστρα: liberatoribus λύτρα, ſive ἄποινα: præceptoribus διδακτρα, huc facit *l.* 12. §. 3. *ff. de adm. tut.* Indici fugitivi μήνυτρα. 10. *Eclog.* 2. περὶ τῶν διδομένων. *ex lib.* 20. *cap.* 8. & 9. §. 2. *item tit.* 4. *cap.* 14. & *ibi ex tit.* 2. *cap.* 2. (Latini indicium, *l.* 4. §. 4. *ff. de cond. ob turp. l.* 15. *ff. de præſcr.* Paul. 2. *ſent.* 31. §. 20. Indicinam appellat Apulejus 7. de Aſino. εὕρετρα inventori rei *l.* 43. §. 9. *ff. de furtis.* εὐαγγέλια fauſto nuntio, vid. *Cod. publ. lætitiæ* 2. *ad Attic.* 18. Cerarium pro cera dabatur, Cic. *Verr.* 3. philantrophon proxenetæ, *l.* 2. *ff. de proxen.* honorarium advocato, *l.* 10. §. 10. *ff. de Extr. cogn.* & menſori. *l.* 1. *ff. ſi menſor.* ſalarium Comitibus judicum, *l.* 4. *ff. de off. adſeſſor. l.* 1. §. 8. *ff. de Extr. cogn.* στεφανόμιον, penſio inſulæ, 3. Harm. 8. dixi ad *l.* 56. *ff. locati.* Xenia judicibus etiam dabantur, *l.* 6. §. 3. *ff. de off. proconſ.* Quid ἀνακαλυπτήρια, ὀπτήρια, προσφθεγκτήρια, dixi ad *tit. C. de ſponſ.* θρεπτήρια alumno dabantur, dotarium quod & ὑπόβολον & dotalitium, vid. 4. Harm. 10. & morgengaba, uxori, dixi ad *tit. C. de donat. antenupt.* Palmarium, *l.* 1. §. 12. *ff. de extraord. cogn.* ſymbolum a convivis Terent. *in Andria.* quod & ſymbola a Tertulliano *lib. adverſ. Valent.* naulum *l.* 6. *ff. qui potior. l.* 39. §. 1. *ff. de leg.* 1. Vectura, penſio, *l. ult. ff. de jure fiſci.* ſalgamum quid, vid. *C. de ſalgamo.* ſportulæ, vid. *C. de ſportul.* de præmio manumiſſionis & emancipationis, vid. *l.* 3. *Cod. de bon. matern.* introitus, vid. *l.* 102. §. 2. *ff. de leg.* 3. natalitium, nuptialitium, *l.* 194. *in fin. ff. de verb. ſig.* merces hortorum *l.* 30. §. 1. *ff. de leg.* 3. ἀπαργυρισμὸς, *l.* 56. *Ecl.* 17. *cap.* 43. quæ & adæratio. Locarium ſeu προθύριον κέρδος. *Novell. Leon.* 56. 104. *l.* 15. *in fin. ff. qui potior. l.* 39. §. 5. *ff. de leg.* 1. cloacarium *l.* 27. §. 3. *ff. de uſufructu leg.* 39. §. 5. *ff. de legatis* 1. quod & τὸ τέλος τοῦ κανάλου. 6. *Eclog.* 1. *c.* 27. τὸ τέλος τοῦ ὑδραγωγίου. *Eclog. d. loco.* id eſt, quod ob formam aquæductus penditur, *l.* 27. §. 3. *ff. de uſufructu. l.* 39. §. 5. *ff. de leg.* 1. τὸ τέλος τῆς ὁδοστρωσίας. *Eclog. d. loco.* καὶ τῆς στρατιωτικῆς παρόδου καὶ τοῦ πολιτικοῦ καὶ τὰ δημόσια τέλη. *Eclog. d. loco.* πατρωνίκιον. *Nov. Tiberii*, *c.* 4. Emeritum. *l.* 3. §. 8. §. 12. *l.* 5. §. 7. *ff. de re militari.* Eſt & τὸ κανονικὸν in Novella Iſaaci Commeni quod datur, τῆς χειροτονίας ἕνεκα, pro ordinatione, de quo adi *Novell. Juſtin.* 56. & 123. *cap.* 3. Eſt & minerval, quod & Gloſſis minervalitium καὶ συστατικόν. Placet & hæc quoque addi: Naulum eſt navium, vectura jumentorum *l.* 30. §. 1. *ff. de legat.* 1. Donativum quod militi ultra ſtipendia datur ab imperatore. *l.* 1. *Cod. de re militari.* πάτευμα & ἐπιχαπέτευμα, congiarium quoddam quod plebi dabatur. *l.* 2. *Cod. de annonis civilibus lib. XI.* Xenia & Xeniola quæ hoſpitibus *l.* 6. *in fin. ff. de off. proconſulis.* linguarium quod pro lingua Seneca 4. *de benef.* Stipendium, tributum, ſalarium, quod dabatur pro victu: in quo principem locum tribuebant ſali. Unguentarium Plin. 2. *epiſt.* quod Marius Priſcus a provincialibus quaſi pro unguento exegerat, ſic vinum honorarium quod regibus & potentibus honoris gratia offertur. Cujus meminit Cato *orat. de innocentia ſua.* Fuſiones quoque fiſco præſtari ſolitæ, *l.* 27. §. 3. *ff. de uſufr.* vaſarium vero, quod pro vaſis & utenſilibus ex ærario tribuebatur magiſtratibus in provinciam ituris: ut legativum, quod legatis, *l.* 18. §. 12. *ff. de muneribus. l.* 2. *ff. de legation.* Balneaticum quod Gloſſis βαλανικὸν, quod pro balneo, ἐπικεφάλαια Ciceroni ad Atticum capitatio. Acceſſiones nummorum *eidem* 3. *Verrina*, id quod in locationes decimarum unius agri præter ſolitam mercedem exigebant, puta bina vel terna millia H. S. Equeſtre æs Feſto, quod equiti dabatur, ut & uxorium æs *eidem.* pœnæ quæ publice exigebantur ab iis qui uxores non habebant. unde ἀγαμίου δίκη. Sic eidem, Hordearium æs, quod pro hordeo equiti Romano dabatur, ut & *eidem autori* Curionum æs, quod dabatur Curioni ob ſacerdotium. Columniarium vero, vectigal erat columnis impoſitum a Cæſare, ut ea ratione ædificandi inſaniam coërceret. Cic. 13. *ad Attic.* 6. συγχαρήσεια, ſive συγχάρεια, præmia publicæ lætitiæ nuntiatæ, 56. *Eclog.* 17. *cap.* 65. Velatura, plauſtrorum merces Varroni 4. *de lingua.* Clavarium quod in Caligatorum clavos impenditur Tacit. 3. *Hiſt.* φιλικὸν quod datur amicæ, *l.* 6. *in fin. Cod. de naviculariis.* puto id eſſe, quod noſtri vocant, *Don gratuit.* Calcearii meminit Suetonius in Veſpaſiano *cap.* 8. Camelaria quod pro Camelis alendis datur, *l.* 1. *l. ult. ff. de munerib.* Nuptiale vero munus quid, vide *l.* 13. §. 2. *ff. de adm. tut. l.* 1. §. 5. *ff. de tutelæ & rationib. diſtrahendis.* Cœnatica vero, quæ quaſi pro cœna a provincialibus milites exigebant, *l. cœnaticorum.* 3. *Cod. de erogatione militaris annonæ.* Salgamum vero quod ad eſculenta condienda erogabatur, *l. un. Cod. de ſalgamo hoſpitib. non præſtando &* 7. *Cod. Theod.* 9. Poteſt & in hunc locum referri ſtellatura, hoc eſt annonæ dierum ſeptem aut earum pretium ex *l.* 12. *Cod. de erogatione militaris annonæ:* ubi Cujacius meminit ſportularum & eulogiῶn. Quid autem Gleba, glebalis functio, deſcriptio, collatio, præſtatio, munus, Canon, penſio, Aurum glebale, oblatitium, coronarium, aut argentum, follis ſenatorius, & ſeptem ſolidorum præſtatio, vide apud *Cujacium* titulo Codicis de prætoribus & honore Præturæ & gleba & folli & ſeptem ſolidorum functione ſublata libro duodecimo, ἀερικὸν, ſeu tributum pro cœlo & ſpiritu aërio inventum a Michaële Paphlagone, teſte Cedreno & Procopio, φορὰ ἡ τεταγμένη ἀλλὰ τύχῃ τινὶ ὥσπερ ἐξ ἀέρος φερομένη. Equimentum quod pro equi in equam admiſſione datur, vid. Nonium *cap.* 2. *num.* 9. nuptiale munus, *l.* 13. §. 2. *ff. de admin. tut. l.* 1. §. 5. *ff. de tutelæ & rat. diſtrab.* Hic conferri cupio Petrum Gregorium 27. *ſyntagm.* 2. quibus & alia longe plura in meis ad hunc locum Commentariis addam aliquando. 12 Portorii frumentarii Alex-

prioribusque Ducalibus (ut dictum est) in unam coitionem conjunctionemque conflata paret, portoriorum susceptori per civitates atque loca, & ab hominibus ex Alexandria & utraque Ægypto in hoc delectis exactiones facient. Cujusmodi exactionem ipse etiam portoriorum susceptor similiter faciet. Ut suo periculo (quomodo dictum est) *præfectus* Augustalis ac ipsius cohors una cum portoriorum [1] susceptore hæc exigant. Ipsi vero harum rerum exactionis periculum etiam incumbit, ut irreprehensibiliter aurum exigat, & in dictum usum expendat, & prout hactenus moris fuit, naviculariis [2] distribuat: una cum ipso portoriorum susceptore in omnibus labores & pericula sustinente spectabili *præfecto* Augustali, cum ipsi parente cohorte, & fortissimis per illa loca constitutis cohortibus cum suis tribunis: quippe quia conveniens sit, ut omnibus modis portoriorum ratio per contributionem suppleatur hæcque susceptori dentur, qui convenienti consuetoque modo illa dispenset, ac pro omni solemni illatione naviculariis præbeat. Atque hæc quidem prima illi cura administratioque applicanda est solennis illationis & portoriorum.

CAP. IX.

SEcundo deinde loco excellentiam tuam & pro tempore hujus magistratus præfectum, scriniarios etiam & tractatores [3] & duos ex Ægypto & Alexandria curam habere volumus exactionis publicorum tributorum, in tribunalis tuæ excellentiæ utramque mensam, & privatam & publicam inferendorum, ex illis scilicet civitatibus, & ab illis personis horumque fidejussoribus & e locis quæ in hoc selecta sunt, & sacræ huic legislationi subjecta: ut nullo modo neque spectabilis *præfectus* Augustalis: neque quæ ipsi paret cohors, neque Dei amantissimus Alexandrinus Episcopus cujuspiam publicæ exactionis rationem reddere vel exigere, aut etiam per qualemcunque causam indicta exactione, quæ ad excellentiæ tuæ mensas, aut ad homines ab illa delectos pertinet, communionem habere possit: præterquam si tractatores, quique in provincia illorum locum supplent, auxilii causa id fieri petierint. §. 1. Si enim hoc petant, aut si gloria tua, quique pro tempore eundem magistratum obtinebunt, id jubeant, necesse habebit *præfectus* pro tempore Augustalis, quique sub ipso sacramento obstricti milites sunt, & horum tribuni, cohors etiam quæ eidem magnificentissimo Augustali apparet, & quodcunque civile publicumque auxilium, ut scriniariis tuis suppetias veniat: & ut omnes istiusmodi illationibus utrique excellentiæ tribunalis tuæ mensæ competentibus obnoxii, citra omnem dilationem imposita sibi publica tributa inferant, neque contradicere audeant, faciat. §. 2. Si enim qui in utraque Ægypto (excepta Mareota [4] & Menelaita urbe, de quibus in sequentibus convenientia statuemus) aut Alexandriæ habitant, istiusque modi illationibus obnoxii sunt, ad dationem vultum obvertere, in alioque adversari audeant: & spectabilis *præfectus* Augustalis militarem simul & civilem magistratum obtinens cohortiumque primores & tribuni illum aut illos qui debent, inferre, atque in fiscum benevolos esse non coëgerint: sciant, & ipse magnificentissimus *præfectus* Augustalis, & quodcunque auxilium cujus paulo ante mentionem fecimus, se in singulis fisco in partem eorum quæ debentur adjudicandis periclitaturos: qui vero contradicere ausi fuerint, bona sua publicanda, seque e provincia ejiciendos esse. Manifestum vero sit, quod in omnibus quæ ab excellentia tua decernentur, *præfectus* pro tempore Augustalis tuæ excellentia tua decernentur, *præfectus* pro tempore Augustalis tuæ excellentiæ potestati ac imperio, prout hactenus moris fuit, subfuturus est.

CAP. X.

CÆterum si gloria tua, aut scriniarii, aut tractatores, aut qui illorum locum supplent, in provincia fidem publicam nonnullis dari voluerint, pro illis ipsi periclitabuntur. Dabit tamen illam Dei amantiss. patriarcha [5] in tot dies atque in hunc modum, in quem ab excellentiæ tuæ magistratu jussum, aut a tractatoribus petitum fuerit. Et si præter hæc publica [6] fides detur, erit illa omnino irrita. Non enim quemquam præter hæc hominibus in quamque causam delectis fidem publicam dare concedimus, præterquam si quis in hoc fidem publicam capiat, ut in publico versetur, & intra certos dies quicquid debet omnino fisco persolvat aut sufficientem tractatoribus scriniariisve cautionem præstet. Ad hoc, qui præter hæc fidem publicam quocunque modo ceperit, æqualis cum iis qui non acceperunt conditionis sit, intraque sacra etiam septa exactionem sustineat. §. 1. Verum si Dei amantissimus archiepiscopus extra dictum modum fidem publicam dederit, necessario Dei amantissimi œconomi, & sanctissimæ ecclesiæ defensores, quod damnum fisco hinc obortum fuerit, id agnitum de suo & de facultatibus suis resarcient. Qui si sat divites non fuerint, ex 7 sanctissimæ ecclesiæ pecuniis & rebus fisco satisfiet. §. 2. Quod si præter notitiam & voluntatem Dei amantissimi episcopi fidem publicam ipsi dare ausi fuerint, non modo ea omnino irrita erit: verumetiam ipsi fisco damnum rependent: & beatissimus patriarcha, si quid præter voluntatem ipsius fecerint, omnino ipsos & ab officiis quæ habent removebit, & e sacerdotio ejiciet. §. 3. Si vero magistratus quispiam contra vetita, cuipiam qui publica tributa tuis mensis assignata debeat, fidem publicam dederit, sive *præfectus* Augustalis, sive clarissimi tribuni qui cohortibus præsunt, sint, & a dignitate magistratuque removebitur, & fisco privatus factus damnum resarciet: idque non modo quum adhuc superesit, verum etiam [8] ubi mortuus fuerit. Obnoxii enim ipsi heredesque & facultates ipsorum hujusmodi exactionibus erunt, ut *videlicet* pœnarum metu istiusmodi nihil committatur, neque *quispiam*, priusquam omne debitum persolutum sit, pœnam effugiat. §. 4. Item si quis ex iisdem civitatibus locisve in jus vocatum exemerit [9], aut exactioni impedimento sit, oportet, & hunc in quantum exemptus tenebatur, obnoxium esse, ejusque exactionem cum heredibus, successoribusque suis & in bonis sustinere. Cæterum quibus (ut dictum est) omne periculum incumbit, (tractatoribus nempe & scriniariis) omnem ipsi potestatem procurationemque hujus rei habeant, totumque canonem qui ex dictis civitatibus, provinciis, atque locis mensis tuis infertur, ad mensas tuæ excellentiæ, tum publicam, tum privatam emittant, & quibus tu dari constitueris tradant.

CAP. XI.

STatuimus porro, ut spectabilis *Præfectus* Augustalis iis qui a solio tuo in hoc mittuntur, sive tractatoribus, sive scriniariis, sive [10] qui ipsorum locum supplent, in exactionibus ipsos respicientibus, & in publicam privatamque mensam inferendis, necessario opem ferant. §. 1. Et si quem ex dictis locis in fiscum improbum esse, atque ut exactionem effugiat, tumultum [11] ciere contingat, volumus tractatori, sive scriniario, sive qui illorum locum obtinet, facultatem esse, ut hoc magnificentissimo *præfecto* Augustali manifestum faciat: qui suo cohortisque sibi apparentis periculo milites succurrere rei inhibereque improbos, & quæ mensis debentur, exigere cogat: ut dum hæc per civilem militaremque manum perficiuntur, citra dilationem exigi, & in magnam hanc urbem [12] importari possint. Sciant autem clarissimi tribuni fortissimique milites, & maxime qui inter illos principatum obtinent, quod si hoc neglexerint, neque ut illa omnia quæ diximus facerent, curarint, de [13] annonis etiam periclitabuntur. Retinebuntur enim illæ a *præfecto* pro tempore Augustali, ipsiusque periculo mensis tuis inferentur. Tum & bonorum publicationem sustinebunt clarissimi ipsorum tribuni, quique inter ipsos primas tenent, qui sane & capitale supplicium metuant: & universum agmen e provincia motum ultra Istrum flumen [14] sive Danubium transferetur, ut in illorum locorum limitibus custodiæ causa perseveret. §. 2. Illi vero qui in fiscum improbi fuerint, atque istiusmodi necessitatem expectarint, publicationem ac perpetuum exilium Sebastiam [15] & in Pityusam (quæ in extremis * Euxini Ponti finibus est) deportati sustinebunt. Eandem vero similemque curam & occasione largitionalium titulorum, omniumque quæ ad sacras nostras largitiones pertinent, spectabili *præfecto* Augustali imponimus, quæ quidem ab ipso atque etiam ejus cohorte & Alexandriæ & per utramque Ægyptum debeant expediri. Etenim harum rerum hæc a nobis constituta procuratio est. Et conveniens est, ut ipse ejusque cohors suo periculo largitionalium tributorum, omniumque causarum ad sacras nostras largitiones pertinentium exactionem curet: ut hujusmodi publicæ illationes, quæ sacris nostris thesauris applicantur, omni periculo spectabilem *præfectum* Augustalem ipsique obsecundantem cohortem concernente, & exigantur, & sacris nostris largitionibus inferantur. Si enim horum quicquam neglectum fuerit, periculum illi & de magistratu & de bonis imminebit: idque non solum dum in magistratu erit, sed postmodum etiam quando magistratum deposuerit: adeo ut illud periculum ad successores quoque ejus, & heredes transiturum sit. Donec enim quæcunque ex locis ipsi subjectis sacris nostris largitionibus debentur, expleta fuerint: non ipse tantum hujusmodi exactionibus obstrictus erit, verum [16] heredes etiam ejus & successores. §. 3. Sed neque asylum [17] dabit quisquam iis qui ipsius jurisdictioni subsunt, præterquam ii qui exactionis periculum (ut dictum est) *sustinent*, quæ sit periculo spectabilis pro tempore præfecti Augustalis, & obsecundantis ipsi cohortis. Pecuniæ autem devotis sacrarum largitionum palatinis transfundendæ sunt, quorum hæc res curæ incumbit, aut qui alioqui ad hoc a gloriosissimo præfecto inclyto huic magistratui præposito emittuntur. Neque contra ea quæ ante excepta sunt, fidem publicam dare quisquam, aut in exactionibus impedimento esse poterit. §. 4. Devoti autem milites, & qui in agris, & qui in urbibus illis sunt, passuri eadem sunt, nisi ipsi quoque opem tulerint: omnibusque modis largitionales pecuniæ collectæ, ac iis qui in hoc missi fuerint, transfusæ sint, & denique tanta cum alacritate exactionem exercuerint, quantam in ea ab arcariis exhiberi præcepimus.

CAP. XII.

ILlud item spectabili præfecto Augustali tribuimus, ut ipsi & militibus, & regionis primoribus [18], & rerum fiscalium sub ipsius jurisdictione & potestate constitutarum exactoribus, in omnibus imperare licitum sit: ut tamen regionis [19] primores, si aut circa frumentum, aut circa portoria [20] aut alias fiscales res, quæ vel dictas causas vel sumptus per provinciam faciendos concernant, improbuli atque refractarii sint, pro imperio removere non possit. Si quid autem mali fecerint, non removebit quidem illos, sed in custodia constituet: delectisque circumspecte aliis qui recte in negotio versentur, omnia huc solio tuo, & per hoc porro imperatori nunciabit, quo nos omnia cognoscentes, & de illorum qui recte in negotio versati non sunt ejectione, & delectorum regionis primorum [21] (si videbitur) institione, eorumque quæ ad regionis [22] primatum ac primorum bona pertinent traditione, quod æquum & conveniens sit, statuamus. §. 1. Sed & qui Alexandriæ & per utramque Ægyptum rempublicam administrant, omnesque etiam qui tributa ipsius exactionibus assignata in locis ipsi subjectis tractant, ipsius imperio subfuerunt. Quin & in alias quascunque provincias ipsi non subjectas, & ut *debitores* ad se adducat, & fiscalia exigat concedere: & si qui, quum Alexandriæ aut in duabus Ægyptis possessiones habeant, alibi degant, aut in provinciis ipsi non subjectis habitent, hos in provinciam quam deferuerunt (quo rebus fiscalibus ipsi subjectis nihil impedimenti obveniat) reducere illi liberum fuerit. Quod idem faciet, si qui ad mensas tuas pertinentia debeant, & tractatores, quive illorum locum supplent, aut qui exactionibus publicis privatisve tuis mensis inferendis incumbunt, tale quippiam ipsi significarint. Nam & tunc ad eundem modum & emittere & adducere hos debebit, ut a tractatoribus tuis exactionem sustineant. Non poterunt autem debitores, quum in aliis locis sunt, in fiscalium rerum causa præfectum Augustalem exceptione submovere, quasi competens ipsorum judex non sit, quod sane & in largitionalibus exactionibus fieri volumus.

CAP. XIII.

REstat ea exactionum cura quam spectabilis præfectus Augustalis ipsique obsecundans cohors militaribus impensurus est sumptibus, iis qui Alexandriæ, quique in duabus [23] *subibuntur* Ægyptis, tum etiam civilibus solen-

andrini summa 80000. solidi. Transmissio frumenti annua 80000. 1 Ἀποδέκτῃ τῶν ναύλων. 2 Ναυκλήροις. 3 Τρακτευτάς. 4 Vid. *cap.* 17. *& seq.* 5 Πατριάρχης. 6 Γίνοιτο τις λόγου δόσις. vid. *Edict.* 2. 8. *eod.* 7 Privati culpa nocet interdum ecclesiæ, facit *l.* 10. *in fin. C. de sacr. eccl.* adde *cap.* 76. *de reg. in* 6. 8 Delicti nomine, in bona defuncti ad pœnam agere possumus, licet alias regulariter crimen morte finiatur. dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 20. 9 *l.* 1. *ff. ne quis eum qui in jus vocat. Nov.* 30. *c.* 12. *in fin. princ.* 10 Eadem fides in successore requiritur, quæ in auctore. 11 Coërcitio tumultum cientis ob frumenta. 12 Constantinopolim scilicet. 13 *Un prince peut arrester les gages de ses officiers, & se payer sur iceux de son deu.* 14 Ister sive Danubius. 15 Σεβαστουπολιτῶν καὶ Πιτυούντων, Sebastopolis & Pityusa ad Pontum Euxinum sitæ fuerunt. 16 Heres facto defuncti tenetur. *l. cum a matre* 14. *C. de rei vindicat.* 17 Λόγον ἀσυλίας, vid. *Edict.* 2. 8. *eod.* 18 Πατριάρχαις. 19 Πατριάρχαι. 20 Ναῦλα. 21 Πατριάρχων. 22 Πατριαρχίας. 23 De utraque Ægypto dixi *cap.* 1. *supr. eod.*

nibus-

nibusque magnæ [1] Alexandrinorum urbis & utriusque Ægypti tributis. Erit igitur ſpectabilis præfecti Auguſtalis ipſique obſecundantis cohortis, ut hæc ſuo periculo & exigant, & tradant, neque eam rem amplius tuæ excellentiæ ſcriniarius exequetur, quem quod res militares adminiſtret, ϛρατιώτην [2] Ægypti nuncupant. Atque hic quidem in univerſum deſinet: ſpectabilis autem præfectus Auguſtalis, ipſique obſecundans cohors, quibuscunque voluerit modis, ſuo periculo exactionem faciet, omnibusque devotis militibus qui Alexandriæ ſtationem habent, ſumptus ſuppeditabit, eos ſuo periculo a ſubjectis locis & civitatibus exigens.

CAP. XIV.

COges porro pro tempore Alexandrinum vindicem [3], ut quos ſumptus facit, eos omnes in accendendis calefaciendisque publicis balneis, ac aliis omnibus civilibus ſolemnibus faciat, qui quidem *ſumptus* ſacræ huic noſtræ legi expreſſe omnes ſubjecti ſunt, quæ deſcriptio hoc quoque evidenter declarabit, ex cujusmodi locis, atque titulis, ſive cauſis, & perſonis hi colligantur, deinde quanti ſint, quemque ad modum diſpenſari debeant: ſolennes ſumptus videlicet, & quotquot in duabus Ægyptis civiles [4] ſunt, qui civitatibus periculo peculiaris harum provinciarum magiſtratus porriguntur. In iis vero qui a ſpectabili præfecto Auguſtali ipſius cohortisque periculo diſpenſabuntur, fidem [5] publicam dandi, & quæcunque negotio conducere putaverit, faciendi facultatem habebit: quippe cum periculum in ipſum ejusque cohortem omne concedat, ut tamen qui ſumptus Alexandriæ fiunt, per illos qui hactenus eos faciunt, ſervata conſuetudine fiant. §. 1. Nullus autem hoc prætextu, quod ſpectabili præfecto Auguſtali non ſubſit, neque vero etiam ipſe ſpectabilis Auguſtalis, neque ejus cohors improbitatem aliquam inceptent, fraudemve quampiam aut in illationibus aut in frumenti ſolenniter illati transvectionibus committant: ſed pure rem tractent, eoque modo quo quam maxime reipublicæ & proſpiciant & commodent: expendentes quam ea res neceſſaria atque inevitabilis ſit: & ſcientes etiam quod extremo [6] ſupplicio obnoxii erunt, ſi quid hac in re non ſolum maleficioſe perpetrarint, verumetiam vafre quicquam & per commentum egerint.

CAP. XV.

ENimvero illud etiam quod ab excellentia tua ad nos relatum eſt, in hac lege inſcribendum eſſe duximus. Gloria enim tua, in dicta civitate Alexandria omnia perſcrutata invenit in tabula, quæ temporibus Anaſtaſii pientiſſimi principis confecta fuit, quando Marianus vir inclytus ſub ipſo res adminiſtrabat, extitiſſe tabulam publicam, quum vindicis [7] in modum Potamon fiſcalibus Alexandrinis præeſſet, qua in tabula [8] deſcriptus eſſet rerum exportandarum titulus, qui diverſis cauſis mille * aureos ita expenſos ferret: quadringentos nonaginta duos publicis ejusdem civitatis balneis: quadringentos item & undeviginti anticantharo [9], ut vocant: quingentos poſtremo & quinquaginta octo cum dimidio, portoriorum [10] ſuſceptori: ut deſcripta ſumma in mille quadringentos ſexaginta novem aureos exurgat. Deinde vero ab iis qui rempublicam adminiſtrant, in eandem rerum exportandarum cauſam aureos centum perceptos eſſe. Præfectum autem pro tempore Auguſtalem pro triginta ſex pullis equinis trecentos & viginti aureos accepiſſe. Similiter præbere dictæ Alexandriæ civitatis equeſtribus [11] ludis. Atque hanc quidem formam eſſe non ſolum magiſtratus illuſtriſſimi Strategii [12], verum etiam usque ad ſecundam indictionem præteriti circuli (quæ fuit ante annos quindecim) duraſſe. Ex eo autem tempore quorundam negligentia, aliorum autem dolo malo, plurimorum vero etiam furto eam rem paulatim imminutam, & publica balneas illas quadringentorum nonaginta duorum aureorum ſumma, portoria autem quingentorum quinquaginta octo, & ſemiſſis aureorum illatione defraudata eſſe: idque occaſione illis data, quod nonnulli partim ex Principis aula, partim ex ſoliis tuis facultatem ſibi pararent, ut gratis e dicta civitate Alexandria tegulas [13] aliasque ſpecies, quæ iſtiusmodi tributo obnoxiæ ſunt, exportarent. Atque ita quidem memoratam civitatem paulatim eſſe depauperatam.

CAP. XVI.

EXcellentiam itaque tuam & in his animum intendentem amplexati, ſtatuimus, ne aliquibus iſtiusmodi ſacra Principalis forma data quicquam utilitatis adferat, ſed omnes agnoſcant, quod usque ad illuſtriſſimi illius Strategii [14] tempora dare conſueverunt: ne etiam ſpectabilis præfectus Auguſtalis majores ſumptus faciat, quam antea & temporibus illuſtriſſimi Strategii fieri ſoliti ſunt: neque novo aliquo commento tributa illa attingat, ſibique vindicet: ſed vetus forma quæ usque ad Strategium illuſtriſſimum illum & ipſum obtinuit, cuſtodiatur. ne denique pro tempore Auguſtali contentionis occaſio detur, ut hic quod nihil ceperit, ille vero quod minus ceperit, dicat: ſed ex univerſa ſumma mille octingentorum & undenonaginta aureorum aurei trecenti & undeſeptuaginta leventur & demantur. Aliquanto enim benignius quam pro exactiore jure agere, & ob copias præfecto pro tempore Auguſtali colligendas, alios mille quingentos & viginti aureos ſolos ex titulo inferri volumus, quibus ex aureis trecentos illos & viginti aureos occaſione triginta ſex pullorum, quos ex antiqua conſuetudine Alexandrinis equeſtribus ludis ſuppeditare tenetur, ſpectabilis præfectus Auguſtalis ſibi imputabit. Reliquos vero mille ducentos aureos, eidem in annonas ipſius annumerari volumus. Atque ita quidem ea res non difficilis ſolutu fuerit, & priſtinam rationem ſervabit, neque ulli prorſus ad dolum malum feneſtra aperietur.

ꝭ De publicarum autem balnearum calefactione, & anticantharo [15], & publicis portoriis, ex aliis cauſis deſcriptio in hac ſacra lege adhuc inſtituetur.

CAP. XVII.

QUoniam vero Mareotam [16] Libyco [17] tractui ſubjecimus & nonnullos Alexandrinos in popularibus ſeditionibus deprehenſos, quo ſibi inferendas a ſpectabili præfecto Auguſtali pœnas effugiant, illuc profugere conſtat: ſtatuimus, ut pro tempore ſpectabili Auguſtali facultas ſit, ut ob hanc cauſam, & quidem ſolam, commentarienſem [18] illuc mittat, qui ad eum qui clariſſimi provinciæ Libyæ præſidis locum obtinebit, cum publicis [19] literis proficiſcatur: quo illos & comprehendat, & per cohortes militesque qui ſub ipſo ſunt, tradat: ut nemo qui Alexandriæ publicos tumultus moverit, illuc confugiat, & ſpectabilis præfecti Auguſtalis pœnas evitet. Inſuper & illi ipſi qui iſtis partibus præfuerit, facultas erit, ut ſi quos tales inveniat, eos & comprehendat, & caſtiget, atque etiam ** publice manu emittat, & liberet. In iis itaque dictum magiſtratum circumſcribimus, quæque in hac lege explicavimus, hæc illi facienda injungimus. Sic enim cura ipſi rei facile par, contracta etiam undique neque confuſa fuerit, nullamque ad confuſionem furtumque propenſis maleficii occaſionem præbebit.

CAP. XVIII.

HInc nos cura Libycorum limitum vocat, quos ad Paratonium [20] conſtituimus, collocata inibi militari manu, quæ in illis locis barbaros compeſcat. Spectabilem enim Libyæ ducem (ut dictum eſt) per Paratonium, & per ſubjectas illis civitates (in quibus qui ſub ipſo ſunt milites, ipſius juſſis obſequentur) velut ſtativa caſtra obtinere volumus. Percipiet autem ipſe attributas ſibi annonas, ut pro annonis, quæ in ſpeciebus ſunt, nonaginta, proque capitibus centum & viginti aureos conſequatur ſupra mille quinque & quadrantem: pro annonis autem, quæ in auro conſiſtunt, quinquaginta: ac pro totidem capitibus, aureos quadringentos. Ipſi item obſecundans cohors habebit aureos centum octoginta ſeptem. Et milites qui videlicet ex his Libybus [21] Juſtinianeis, quique apud aliquam Juſtinianearum cohortium dictis locis asſignatarum ſunt, ſuas annonas, quemadmodum reſpublica ipſis conſtituit, percepturi ſunt. Manifeſtum *interim ſit*, quod & omnia ſolennia quæ civitatibus ipſis aſſignatis *dari ſolent*, quo modo hactenus data ſunt, deinceps *ipſis* dabuntur. Similiter vero & provincialis magiſtratus, obſecundansque ipſi cohors, ſuas annonas habebit. §. 1. Verum quoniam, ſi quis omnes hoſce ſumptus ſupputet, non paria neque ſufficientia futura ſint quæ ex locis ipſi ſubjectis, ſive ex Libyum provincia inferuntur: idcirco neceſſarium eſſe duximus, ut Mareotam [22] (quomodo dicitur) & Menelaitam urbem [23] (quæ ante Ægyptiacam provinciam ſita eſt) ipſi adjiceremus. Efficere enim alioqui nequeat ut e publico militibus ſub ipſo conſtitutis ſalarium ſuppeditetur, ſi, quæ danda ſunt, aliunde pendeant, ac ſub alio magiſtratu contribuantur: tum etiam hinc ex diverſitate magiſtratuum innumeræ ſolicitudines atque tumultus eſſent exorituri. Atque ille quidem dictis locis præerit, tu vero tuo periculo, tibique obſecundans cohors, & civilis magiſtratus, una cum cohorte, exactionem perficietis, & quod collegeritis, militibus vobisque ipſis diſtribuetis, ut ipſorum & ſumptus, & annonæ hinc conficiantur, proprio periculo exactione illorum facienda.

CAP. XIX.

NE vero hic cuiquam excogitandi, quomodo aut majores ſumptus faciat, aut minorem illationem colligat, occaſionem demus: hac etiam re decenter conſtituta, per ſubjectam huic ſacræ legi deſcriptionem manifeſtum fecimus, quatenus ſit canon qui & ex dictis provinciis locisque, & ex Libya ipſa, Mareota etiam, Menelaitaque urbe illatus, ad tribunal tuæ excellentiæ defertur: tum etiam quanti ſint ſumptus quos circa magiſtratus, cohortes, ſolennia, & devotorum militum alimoniam fieri conveniret. Spectabilis autem præfectus Auguſtalis, ipſiusve cohors, aut quicunque alius provincialis magiſtratus cum dicto duce in ſubjectis ipſi provinciis, civitatibus & locis nullam omnino cujusquam rei communitatem habebit. Verum ipſe ſpectabilis dux & civilis Libyæ magiſtratus in dictis locis, tum in pecuniariis & criminalibus cauſis, tum etiam in publicis exactionibus omnem poteſtatem obtinebit, ut quæcunque in Libya ſunt, & omnes qui illa loca poſſident, in ſuis quisque poſſeſſionibus, & qui incolæ ſunt etiam ſpectabili duci ſubjecti ſint. Adeo ut tametſi qui ſub dictis civitatibus aut locis quibus ſpectabilis dux præeſt, poſſeſſiones habent, in aliis provinciis habitent, ſimiliter tamen in publicis exactionibus ipſi ſubjici velimus: ut poteſtatem habeat, ut ad ipſos exactores emittat, omniaque quæ exactionis ratio poſtulat, faciat.

CAP. XX.

POrro quia etiam ſacræ noſtræ largitiones ex his provinciis atque locis, quæ dicto Libycorum limitum duci parent, nonnulla recipiunt, nosque æqualem atque ſimilem illis curam impendimus: ſancimus, ut dictus Libyæ, & Mareotæ, Menelaitæque urbis (hæc enim illi adjecimus) ſpectabilis dux [24], & provinciæ præſes cum obſecundante ipſi cohorte ſuo periculo largitionalium pecuniarum, quæ ex omnibus dictis debentur locis, exactionem faciat: ita ut plenæ illæ, citraque ullum defectum quotannis exigantur, & ab ipſis Alexandriam emittantur: porroque cui pro tempore ex devotis palatinis, ut illic præpoſiti officium adimpleat, commiſſum fuerit, tradantur: qui ipſis auxilium ferre debebit, ſciens quod niſi has res omnibus modis curaverit, in idem cum duce, præſide, & obſecundantibus ipſis cohortibus periculum incidet. In hoc etiam milites ſuppetias venient: & niſi id fecerint, in periculo erunt, ne easdem pœnas ſubeant quas Alexandriæ, & in utraque Ægypto conſtitutis militibus, niſi & ipſi eam rem æquali cura dignarentur, impoſuimus. Neque vero præter cauſas ſuperius exceptas præterque devotorum dicti magiſtratus palatinorum voluntatem, qui a ſuo pro tempore præfecto ad exactionem publicorum largitionalium omnino emittuntur: aliquæ ſecuritatis promiſſiones in largitionalibus cauſis dari poterunt: ſed e diverſo, in iis [25] etiam locis quæ aſyla appellantur, exactio exercebitur, omniaque alia ſimiliter per Libyam, Mareotam, Menelaitamque Ægyptiacam civitatem in largitionalibus exactionibus exigentur, quemadmodum Alexandriæ atque in utraque Ægypto arcariarum exactionum occaſione fieri oportere diximus.

1 Alexandriam vocat Ammianus 22. verticem omnium civitatum Ægypti. inter cætera aër Alexandrinus laudatur ab eodem. Nullo, inquit, pene die incolentes hanc civitatem ſolem ſerenum non vident. adde 5. Plinius 10. 2 Stratiota Ægypti, quem & ϛρατήριον videtur appellare; *cap.* 15. 16. *infr. eod.* 3 Βίνδικα, de vindicibus alias dixi. 4 Civiles ſumptus πολιτικὰ δαπανήματα. 5 Λόγον. 6 Id eſt, morte. vid. *l.* 21. *ff. de pœnis.* 7 Κατὰ τὸ βίνδικος σχῆμα. 8 Tabula rerum exportandarum, vid. *l.* 1. *l.* 2. *C. quæ res exportari non debeant.* 9 Τῷ καλουμένῳ ἀντικανθάρῳ. Ἀντικάνθαρος, navigii genus, ut κάνθαρος. Anticanthari fit mentio, ꝭ. *c.* 16. *in fin.* 10 Ἀποδέκτῃ τῶν ναύλων. 11 Τῇ ἱπποδρομίᾳ. 12 Τὸ ϛρατηγίου. 13 Tegulæ Alexandria Conſtantinopolim adportari ſolitæ. 14 Στρατηγίου. 15 Ἀντικανθάρῳ dixi ad *cap.* 15. ꝰ. *eod.*

16 Vid. *cap.* 1. 9. §. 2. ꝰ. *eod.* 17 Libycus tractus, provinciæ Ægypti, eaque duplex Libya ſiccior & Pentapolis, cujus urbes præcipuæ Cyrenæ, Ptolemais, Arſinoë (quæ & Teuchira) Dornis, & Berenice. Illius Parætonion, Cherecia & Neapolis. vid. Ammian. 22. *in fin.* 18 Κομμενταρήσιον. 19 Μετὰ δημοσίας ἐπιϛολῆς. De literis requiſitoriis & earum negotiis in criminalibus uſu, alias dixi. 20 Quæ & Parætonium Ptolomæo *in Africa:* & Plinio 5. *cap.* 6. Paretonium Ammian. 22. 21 Λιβύων Ἰουϛινιανῶν. 22 De Libya Mareotide, dixi *cap.* 1. §. 2. ꝰ. *eod.* vid. 5. Plin. 6. 23 De qua dixi *cap.* 5. ꝰ. *eod.* fuit cognominata a Menelao, cum antea Canopus diceretur. Ammian. 22. *in fin.* 24 De duce Libyæ Mareotæ, & Menelaitæ urbis. 25 Εἴσω τῶν ἀσύλων χωρίων.

CAP. XXI.

Cæterum neque portoriorum, neque privatæ publicæve tribunalis excellentiæ tuæ mensæ rationes cum dicto Libycorum limitum magistratu & exactione (*eo autem magistratu, eaque exactione qui quæque hactenus* fuit & qui quæque jam adjicitur, Mareotæ nempe, & Menelaitæ civitatis, quæ Ægyptiacæ provinciæ sunt) nihil prorsus commune habeant: propterea quod jam ante constituimus, ut universus canon qui ex Libya, Mareota, Menelaitaque urbe quocunque modo, & ex quocunque eorum quæ ad excellentiæ tuæ magistratum referuntur, titulo contribuitur, ad hos sumptus quos supra diximus procedat, nempe ad alimoniam magistratuum, cohortium & militum, ac denique ad solennia. Quæcunque autem occasione largitionalium illationum dicta nobis sunt, omnibus modis observentur. §. 1. Quoniam vero hoc etiam in curam nostram suscipimus, ne subditi nostri ex magnis locorum intervallis collisionem subeant, itaque injuria afficiantur, sed ut quia Mareota Alexandriæ vicina [1] sit, & nonnulli qui illic turbant, veniant, necesse est facere adimplentem magistratus officium *, tradentur autem ipsi consolationis causa aurei centum. Atque hic quidem etiam quæ a nobis de Libyæ administratione constituta sunt, finem habento.

CAP. XXII.

Sequitur dehinc, ut transeamus ad limites Thebaicos, hoc est, duas Thebaidas, quibus præest spectabilis dux [2] qui a nobis hanc administrationem accipit: cui etiam harum provinciarum peculiares magistratus obedient, quique in eodem honore in quo præfectus Augustalis est, tanquam si is ipse esset, futurus est: ac per omnia tuæ excellentiæ statutis tribunalique Orientali suberit, quemadmodum nunc etiam spectabilis præfectus Augustalis subest.

§. 1. Damus enim illi omnem jurisdictionem & potestatem quam spectabilis Augustalis habet * jam olim ipsi attributis, hoc est duabus Thebaidis [3]. Hoc ipsius curæ suo periculo incumbit, ut primum summa diligentia frumentum solennis illationis exigat: dein emittat, tradatque spectabili Alexandrino Augustali: & omne frumentum quod ad ipsius provincias, civitates atque loca pertinet, quodque etiam ad illationem felicis hujus urbis, & ad alimoniam a nobis Alexandriæ benigne donatam refertur, ut ad jam dictas constitutas dies citra defectum & cum effectu paratum sit, suo periculo operam det: ita ut nulla in his dilatio fiat: quippe cum omne * etiam obsecundantem ipsi cohortem. * Periclitabuntur * etiam milites qui in illis locis sunt, & tribuni, omneque civile atque publicum auxilium, nisi in his suppetias ferant. Oportebit autem solennis illationis quæ huc emittitur, mensuram ante [4] diem nonum mensis Augusti ab ipso cum effectu fluvialibus navibus imponi, & quæ sub ipso est plenariam ab ipso exigi: deinde idem frumentum ante decimum mensis Septembris Alexandriam deportari, atque spectabili præfecto Augustali, aut qui ab illo in hoc designati sunt, tradi: alimoniam autem a nobis per liberalitatem magnæ urbi Alexandriæ donatam, ante decimum quintum mensis Octobris. §. 2. Illud enim in confesso est, quod nisi ad dictas dies omne solennis illationis huc mittendæ, atque Alexandrinis in alimoniam datum frumentum Alexandriam emissum, spectabilique præfecto Augustali traditum fuerit, ipse quod frumenti mensuræ deest, quodque traditum non est, id omne in ternas artabas [5] singulis solidis apponere debebit. Hoc autem periculum, non ad vitam, neque ad magistratum ipsius modo durabit, verum etiam privatus factus, & mortuus productiorem vita sua exactionem sentiet. Heredes si quidem & res ipsius istiusmodi difficultatibus obnoxiæ erunt: cum negligentia illius continenter adversus ipsos periculum, curam, & exactionem dabit, quoad omnis debiti ad dictum modum dissolutio fiat.

CAP. XXIII.

Neque vero eorum quicquam quæ hactenus facta sunt, conquisitis aliis innovamus. Scimus enim, quomodo Joannes gloriosissimus comes illius magnificæ memoriæ filius, ante completum eundem mensem primæ indictionis jam nunc præteritæ, omne frumentum Alexandriam intulerit, eique qui eo tempore Augustalem magistratum obtinebat tradiderit Mareotæ. Ne autem spectabilis Alexandrinus Augustalis amplius metuat, statuimus, ut clarissimus pro tempore Libyæ civilis magistratus suo periculo hominem industrium eligat, atque emittat huic vicarium, qui Mareotæ & Menelaitæ residebit, pecuniariasque atque criminales causas, necnon alia omnia quæ in vicinis circa Mareotam & Menelaitam civitatem locis aguntur, audiet, ac quæ deceant faciet: tum etiam si qui Alexandrini seditiosi fugerint, hos comprehendet, & ut eorum quæ ita committuntur nihil inultum relinquatur, ad spectabilem præfectum Augustalem, scriptis ad illum publicis literis, mittet. Sane, si quum seditiosi aliqui Mareotam fugerint, hos spectabilis præfectus Augustalis prehendere velit, facultatem habebit, ut [6] unum aliquem ex commentariensibus suis cum publicis [7] literis ad eum qui clariss. Libycæ provinciæ præsidis locum supplet, emittat: quo ipsius cura & periculo ordinis honestatisque turbatores comprehendantur, tradantur, & Alexandriam emittantur. Assignamus enim dicto vicario viginti cohortales, ex ea cohorte quæ provinciali Libyæ præsidi paret: & milites ex illis qui illic stativa habent, numero ad quinquaginta, ut & qui pareant & ministrent habeat, & ad exigenda ea quæ competunt, par sit. §. 1. Ministerium autem ipsi præbebunt dicti cohortales & milites, tum in conservatione ordinis, tum in aliis omnibus, quæ illorum officii essent, qui ab ipso in hoc quod jam constituimus, designari solent. Exiget etiam plenariam [8], prout quondam a nobis constitutum est. Deinde quod huic rei annexum est (de portoriis loquimur) omnino ipsius provincialiumque magistratuum, & obsecundantium ipsi cohortium curæ atque periculo subjacebit: ut quotcunque civitates, loca atque homines suppositæ huic legi descriptioni subjecimus, portoriorumque titulo assignavimus, ab his citra ullam imminutionem omne aurum quod inde provenit, & exigat, & portoriorum [9] susceptori tradat: idque intra constituta tempora, in nulloque prorsus illa transgressus: ne videlicet portoriorum rationi impedimentum inferat, quod rursum solennem illationem impediat. Certe enim ita ipsum hujus rei periculum respiciet, ut quodcunque portoriorum susceptori ad diem persolutum non fuerit, hujus duplum ab ipso ejusque cohorte deposcendum sit. §. 2. Quæcunque vero ex provincia ipsi a nobis tradita excellentiæ tuæ mensis [10] inferuntur, hæc per excellentiæ tuæ cohortem & scriniarios, dictarumque provinciarum tractatores [11] a locis, civitatibus, & personis huic sacræ nostræ legi subjectis evidentioremque exactionis facilitatem facientibus proprio ipsius periculo exigi volumus. Illi enim hæc exigent, atque huc transmittent. Neque securitatis [12] promissiones dabit quisquam, sive magistratum gerat, sive civitatis episcopus sit, ne spectabilis quidem Alexandrinus Augustalis, nisi jussio a solio tuo procedat, quæ id velit, aut etiam ipsi tractatores. Hoc ipsum etiam fecit qui in præsentia eundem magistratum obtinet, Orion videlicet gloriosiss. urbicas plenarias [13], & quæ sub Joanne, & quæ sub Orione collecta emissa est, tua excellentia nosque inspeximus. Socordiæ igitur solummodo fuerit & proditionis, eos qui tanti fuerint, nolle imitari: præsertim quum majorem potentioremque illum fecerimus, & Augustalis dignitatem atque jurisdictionem ipsi dederimus. Et profecto tolerabile non esset, si qui majorem potestatem indeptus sit, superioribus se inferiorem exhibeat, universamque rempublicam periculo subjiciat: se vero perpetuo exitio implicet, dum magistratu excidit, atque in judicium protrahitur: dum in privata vita, & post mortem per suos heredes debitum dissolvit, donec in ternas artabas [14] frumenti omnis mensura quæ exportata non fuerit, per solium excellentiæ tuæ exacta, fisco plene admensa sit.

CAP. XXIV.

Imperium vero habebit & in milites & in [15] paganos: in illos quidem pro jure militaris magistratus: in hos autem, pro ratione jurisdictionis Augustalis: insuper in subjectos ipsi (quemadmodum antea diximus) provinciales magistratus, quibus dictæ provinciæ curæ sunt, atque in obsecundantes illis cohortes: in omne item civile publicumque auxilium, & in omnem magistratum, quique rempublicam tractat: breviter, in omnes qui in illis provinciis aut sunt, aut habitant, aut pagos gubernant, aut quoquo modo rempublicam administrant. Quos facultatem habebit, ut ad se adducat, quanquam in aliis provinciis ipsi non subjectis habitent, in solis tamen publicis exactionibus. Quod faciet, tametsi qui in ipsius locis sunt, aufugerint. Ita enim in publicorum tributorum exactione undique excusationes atque prætextus excludentur.

§. 1. Quod si quos illorum qui pagos [16] gubernant (pro quibus etiam periclitatur) circa solennem frumenti transmissionem, aut circa ea quæ portoriorum provincialiumque sumptuum nomine dantur, refractarios experiatur, non hos removebit, sed in custodia constituet, aliosque ad eam rem idoneos quæret, atque hæc tuæ excellentiæ solio indicabit: quo res per te, & qui in posterum eundem quem tu magistratum obtinebunt, ad aulam Imperatoriam relata, inde dispositionem dijudicationemque suscipiat: ita ut improbitatis accusati, si sic nobis videbitur, repellantur: qui vero in horum locum delecti sunt, si idoneos esse judicabimus, sufficiantur, & divina sacraque nostra atque solii tui de hoc jussione facta, in illorum pagarchias [17] atque bona subeant.

§. 2. Ante omnia itaque curare ipsum volumus solennem illationem atque alimoniam Alexandrinorum, ut suo provincialiumque magistratuum & obsecundantium ipsius cohortium periculo illam Alexandriam emittat, quatenus sub ipso constitutæ provinciæ & civitates, periclitaturis etiam clarissimis tribunis cum omni civili publicoque auxilio circa cingulum, bona, & salutem ipsam, nisi auxiliati fuerint. Verum huc felicis frumenti transmissionis [18] usque ad decimum mensis Septembris, uniuscujusque indictionis, nisi Alexandriam emiserit, & hujus Augustali, quive ab ipso designati sunt, tradiderit.

§. 3. Donatam autem a nobis Alexandrinæ urbi alimoniam usque ad decimumquintum mensis Octobris mittet, tradetque spectabili præfecto Augustali aut scriniarii, aut qui ipsorum locum obtinent, si hoc petierint: verum tamen ad eandem diem, & in hos terminos, quos solium tuum præstituerit, si & ipsi hæc fieri velint: extra quam si nonnullis in hoc fidem publicam dent, ut e sacris locis egressi res suas inspiciant, omnibusque modis explendum fiscum, illive satisfaciendum, curent: quo hoc tribunalis tui scriniarii, qui hujus rei periculum in se receperunt, accipiant. Nam quæ præter hæc fides publica datur, eam nullam esse: atque ubicunque [19], in sacris etiam locis, eum qui eo modo frustra fidem publicam acceperit, exactionem sustinere volumus. Insuper & qui ita fidem dederit, quæ hinc exactiones & damna obvenient, iis ipse & heredes ipsius atque successores & bona subjacebunt. §. 4. Quod si quis Dei amantissimorum episcoporum contra jam dicta fidem publicam dederit, necesse habebunt Dei amantissimi ecclesiæ ipsi subjectæ œconomi & defensores, ut inde proveniens damnum fisco resarciant: ac primum quidem de suo & ex bonis suis: deinde vero, si inopes sint, ex [20] ipsis etiam sanctissimæ ecclesiæ rebus. Verum si præter voluntatem Dei amantissimi episcopi aliquo modo ipsi dare fidem publicam ausi fuerint, non modo quod factum est, omnino irritum erit, verum etiam ipsi damnum fisco resarcient. Ad hoc etiam, si tale quippiam præter episcopi sui voluntatem fecerint, & ab officiis quæ habent removebuntur, & e sacerdotio ejicientur. §. 5. Ac si præses contra vetitum modum cuipiam, qui publica tributa tuis mensis assignata debeat, fidem publicam dederit, aut tribuni, aut primores. * * *

1 Vid. Ptolomæum. 2 De duce Thebaidos. 3 Thebais, provincia Ægypti, in ea Thebæ portarum centum 5. *Plin*. 9. seu hecatompylos *Ammian*. 22. Illud mirabile, 20000. urbes in Ægypto fuisse temporibus Amasis. Plin *d. l.* 4 Illationis seu embolæ Thebaicæ tempus. 5 Dixi ad *c.* 6. *§. eod.* 6 Forma mittendarum litterarum quæ requisitoriæ dicuntur. 7 Δημοσίαν ἐπιστολὴν πρὸς ἐκεῖνον ποιούμενος. dixi ad *Novell.* 17. *cap.* 14. *Novell.* 134. *cap.* 5. adde *l.* 15. §. 1. *ff. de re judicata.* 8 Πληναρίας. Plenaria *hic &* J. §. 2. apochæ totius debiti, apochæ generales, dixi ad *Novell.* 128. *cap.* 3. *in princ.* 9 Τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ, Naulum ergo, idem quod portorium. 10 Τραπέζαις. 11 Τραπεζιτευτῶν &c.

12 Λόγον ἀσυλίας. vid. *Edict.* 2. *§.* 13 Ἀστικὰς πληναρίας, dixi ad §. 1. *§. eod. & ad Novell.* 120. *cap.* 3. 14 Dixi ad *cap.* 6. *in fin. §. eod.* 15 Ἀρξει δὲ καὶ στρατιωτῶν καὶ ἰδιωτῶν. Idiotæ itaque hic sunt pagani, & quicunque milites non sunt. 16 Τῶν παγάρχων. Pagorum sunt præfecti, dixi ad initium hujus edicti. 17 Παγαρχίας. 18 Adde *cap.* 22. *§. eod.* 19 Asyli jure nemo adversus fiscum fruitur, adde *l.* 6. §. 4. *C. de his qui ad ecclesias. Novell.* 17. *cap.* 7. §. 1. 20 Ecclesia de facto œconomi & defensoris sui, in subsidium tenetur, vid. *cap.* 10. *§. eod.* vid. *cap.* 76. *de regul. in* 6.

JUSTINI

JUSTINI [1] IMP. AUGUSTI
NOVELLÆ CONSTITUTIONES.
HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

CONSTIT. I.

DE INDULGENTIA [2] TRIBUTARIORUM RELIQUORUM.

QUantum ſtudii & providentiæ jam inde ab imperii noſtri primordiis in commoda publica contulerimus: & quæ ſequuntur.

CONSTIT. II.

UT CONSENSU [3] MATRIMONIUM SOLVI POSSIT [4].

NIhil [5] in rebus mortalium perinde venerandum eſt, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omniſque deinceps ſobolis ſeries exiſtat: & quæ ſequuntur.

CONSTIT. III.

DE HIS QUI IN OSDROENA [6] ET MESOPOTAMIA ILLICITAS NUPTIAS CONTRAXERUNT.

Idem Imperator Petro ſacri ærarii comiti.

PRÆFATIO.

LEgum ſeveritati interdum Imperatoriam clementiam immiſceri [7] convenit, præcipue vero quando ſubditos multis damnis atque incommodis ea res eximit: quale profecto quiddam in præſentia noſtræ potentiæ facere viſum eſt. A patre enim noſtro qui una cum aliis virtutibus pudicitiam mirifice amplexatus eſt, conſcripta lex [8] eſt, quæ eos qui illicita matrimonia ineunt, & punit, & mulctat, & ad honeſtatem reducit, ut ne quæ extra ipſius naturæ fines poſita ſunt, concupiſcant. Ac ſane perpulchra ea lex eſt, mirumque in modum nobis placet: adeo ut eam & ratam habeamus, & omnibus modis vigorem ſuum obtinere jubeamus. Verum multi ex Meſopotamia, Osdroena quoque & Euphratica provincia nos adierunt, qui docerent, quomodo nonnulli, dum conſuetudinem cum Perſis, (a quibus hæ provinciæ non [9] multum diſtant) & qui inter illos ſunt Saracenis [10] habent, partim per ignorantiam legis, partim amoris affectu victi *illorum imitatione* illegitimis matrimoniis conjuncti fuerint, ita ut nonnullis horum liberi atque nepotes nati ſint: *quomodo item* nonnulli, hac cupiditatis ſuæ occaſione capta, quod paululum quiddam pro acceptis juſſionibus quæ iſtiusmodi inveſtigari atque vindicari velint, gloriæ tuæ magiſtratui quotannis depenſuri ſint, poſt hujus rei faciendæ commiſſionem turpis lucri cauſa per calumniam multos injuria afficiant, vexent, ac innocentibus negotium faceſſant: adeo ut ſæpe mortuis illis qui illicite inter ſe juncti fuerant, ab horum filiis, nepotibus, & ulterioris ſeriei liberis, qui nihil deliquerint, quod parentes majoreſque ipſorum illicite in matrimonium coierint, pœnas exigant. Atque hæc quidem quum dicerent, ſimul a potentia noſtra clementiam petierunt.

CAP. I.

NOs igitur horum precibus admiſſis ſtatuimus, ut nullus [11] omnino eorum in tribus *iſtis* provinciis, qui ante eum diem quo Deus nobis Romanorum Imperium eſt largitus, in illicitas nuptias inciderit, ob id negotiis irretiatur, vel difficultatibus ac diſpendiis ſubdatur. Quamquam enim ſacratiſſimum noſtrum ærarium ita damno afficiatur, & iis quæ ex lege per hanc occaſionem ipſi dabantur, privetur, nihilominus tamen quod præteriit, ex ſpeciali beneficio uſque ad id tempus condonamus. Quod profecto facimus, non quaſi pudicitiam aut quæ de hac lata lex eſt negligamus: ſed quo iis qui parvo redempta talia ex fiſco ſubtrahunt, multorumque facultates ac ſubſtantias in dictis provinciis quaſſant, & communes calamitates cient, omnem quæſtus occaſionem ſuccidamus. Quocirca ſane legem illam, & quæ in illa adverſus eos qui illicite nuptias contrahunt, pœnæ conſtitutæ ſunt, ubique per noſtram rempublicam, & in paulo ante dictis provinciis inde ab initio Imperii noſtri *vim & autoritatem habere*, jubemus. Provinciis autem iſtis ideo benignitatem ſimul & veniam elargiti ſumus, quod qui in illis habitant, Perſis, & qui ſub ipſis agunt barbaris Saracenis finitimi [12] & vicini ſint: itaque humanis affectibus tacti, illos imitati ſint, neque naturæ motum atque vim ſuperare valuerint.

EPILOGUS.

† Proinde quod nobis viſum eſt, & per hanc ſacram pragmaticam declaratur formam, gloria tua, quique pro tempore eidem magiſtratui præerit, effectui atque fini tradere & obſervare ſtudeto. Dat. Kal. Jan. *Conſtantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno I.

CONSTIT. IV.

UT [13] DEI AMANTISS. EPISCOPI CUM PROVINCIARUM INDIGENIS, ET QUÆ SEQUUNTUR.

DUm reipublicæ a Deo nobis datæ curam gerimus ſimulque ut ſubditi noſtri in omnibus juſtitiæ bono fruantur, operam damus: & quæ ſequuntur.

CONSTIT. V.

DE SAMARITANIS [14].

Idem Imp. Diomedi ſacrorum prætoriorum præfecto.

UT impiam Samaritanorum hæreſim, & omni ratione carentem horum veſaniam, ad meliorem frugem perduceremus: & quæ ſequuntur.

1 Juſtinus hic fuit ſucceſſor Juſtiniani, cognomento Curopalates. Paulus Aquilegienſis nepotem Juſtiniani fuiſſe ſcribit: Zonaras, conſobrinum: Cedrenus, ſorore Juſtiniani natum: Paulus Diaconus Juſtinianum minorem appellat. 2 Extat hæc Novell. inter cæteras Juſtiniani ordine 148.
3 Vid. *Nov.* 22. *cap.* 4. *Novell.* 139. 4 Vide quæ notavi ad *Nov.* 139.
5 Laus matrimonii.
6 Conjunge *Novellam* Juſtiniani 154. 7 Severitati clementia miſcenda.
8 *d. Novell.* 154. 9 De qua ſæpius ideo certatum inter reges Perſarum & Romanos. vid. Amm. 17. 10 Saracenorum nomen ſatis antiquum. Eorum enim meminit Sextus Rufus *in Trajano*, Sarracenorum, inquit, & Arabum loca occupavit. Sed nemo fidelius id expreſſit Ammiano *lib.* 14. *&* *lib.* 23. ibi & Scenitas Arabas, quos Sarracenos poſteritas appellavit. Hæc ille. Inde Mahumetis genus, cujus poſteri Sarraceni: poſtmodum Turcæ. Ne putes alioquin cum idiotis ab Agare, Agarenos: aut a Sara Abrahami uxore, Sarracenos appellari. De phylarchis Sarracenorum alias dixi. 11 Indulgentur nuptiæ illicitæ Osdroënis. de indulgentia illicitarum nuptiarum, adde *l.* 57. *in fin. ff. de jure dotium.*
12 Ab occidua ſcil. plaga, *Ammianus* 23. loquens de Perſide. Ab occidua plaga contingit Armenios & Niphatem, & in Aſia ſitos Albanos, mare rubrum & Scenitas Arabas quos Sarracenos poſteritas appellavit.
13 Extat hæc Novella inter reliquas Juſtiniani, ordine 144.
14 Extat hæc Novell. apud Juſtinianum 144. cui adde *Novell.* 129.

TIBERII [1] IMP. DE DIVINIS DOMIBUS
CONSTITUTIO.
HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

In nomine Domini Jeſu Chriſti Dei noſtri.

Imperator Cæſar Flavius Tiberius Conſtantinus, fidelis in Chriſto, clementiſſ. beneficentiſſ. pacificus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, Triumphator, ſemper colendus, Aug. ſacratiſſ. Senatui.

PRÆFATIO.

CUm opera ſint, quæ Deo conveniant, ſimulque eundem cum humano genere ortum habeant, in ſupplices beneficum eſſe, maleficia extirpare, & quæcunque ſubditis utilia ſunt, ea & meditari & facere: tum ea ipſa nos præcipuum Imperatoriæ Majeſtatis inſigne eſſe arbitrati, ex quo Deus nobis reipublicæ imperium atque gubernacula dedit, nulla (ut ita loqui liceat) neque die neque nocte quicquam earum rerum ſtudio antiquius cariuſque habuimus. Hinc certe quum permulti qui partim in inclyta hac urbe habitarent, partim ex omnibus ferme ſubditorum noſtrorum provinciis *alii aliunde prodirent*, diverſimode nos adierint: *qui iidem* quum prope poſſeſſiones domuſve quaſpiam Imperatorias prædia & bona ſua haberent, aliiſque rebus & controverſiis involuti eſſent, variis injuriarum modis a procuratoribus, chartulariis, conductoribus, & qui alioqui ad Imperatorias domus attinent, in ſe peccari annunciarent, *atque* res mobiles, interdum etiam poſſeſſiones, agros & agricolas ſibi ereptos lamentarentur: *ea autem ratione, quod* illi aliquid faciendum conducere ab ipſis alienis prædiis & agris defenſionem quæ illis non competat, tribuant, tabulaſque Imperatorias ac ſignacula [2] affigant, & (ut uno verbo dicamus) quæ ad ipſos non pertinent, ſuo dominio ſubjiciant: *quod* aliorum adverſus alios nulla ratione nitentes lites ſuſcipiant, itaque & actores rebus ſibi debitis potiri non ſinant, & reis citra judicium indictaque cauſa debiti exactionem vi inducant: *ad extremum vero, quod* ut nonnulli fraude inducti, rerum debitarum ſyngraphas in ipſas divinas domus concipiant & conſcribant, efficiant, alieniſque emptionum, aut fortaſſe donationum contractibus, in eorum qui aliis debent circumſcriptionem immiſceant: *inde (inquam) factum eſt, ut* quæcunque ad noſtras aures pervenerint, de iis recte & competenter ſtatuerimus, quum his quidem reſtitui ablata juſſerimus, ac incompetentes defenſiones interdixerimus [3]: illos vero a judiciis liberaverimus, debitorumque ſyngraphas irritas judicaverimus & frau-

1 Hic ſucceſſor fuit Juſtini, *de quo* ſ. ſub quo palatium regebat, teſte Paulo Diacono. Cedrenus & Zonaras fuiſſe κόμητα τῶν ἐξκυβιτόρων ſcribunt.
2 Vid. *l.* 2. *Cod. ut nemo privatus titulos præd. ſuis vel alien. impon. &c.*
3 Facit 2. C. 14. 15. 16. 17. 18.

des [1] in contractibus fieri ſolitas prohibuerimus: quum denique Imperatoriarum domuum procuratores leges juſtumque pietatis noſtræ propoſitum ſequi juſſerimus. Verum quoniam impoſſibile eſt, ut extranei, quique procul hinc habitant, pariter omnes huc conveniant, utque nos ſingulatim omnia quæ ad hunc modum fiunt, ubique manifeſta faciamus: quæ ad hæc attinent, evidenti lege explicare viſum eſt, quo non ſolum noſtræ ætatis, verumetiam omnis futuri ævi hominibus noſtrum æquitatis juſtitiæque ſtudium innoteſcat. *Innoteſcat vero* etiam quam Imperatoriis noſtris ædibus, quive illis præſunt, ſi quid delinquant, non parcamus: *quomodoque* ſi [2] ſubditis bene ſit, id noſtram eſſe opulentiam felicitatemque, & (quia non ſolum divinarum domuum negotia, verum etiam communia præſentis reipublicæ nos cognoſcere par eſt) ſubditorum facultates, quantum ad curam, nihil [3] ab Imperatoriis differre exiſtimemus.

CAP. I.

STatuimus igitur, ut nulli glorioſiſſimorum, magnificentiſſimorumve divinarum noſtrarum aut pientiſſ. Auguſtæ domuum (quibus & patrimonialis & regia domus, quæ ante novas eccleſias ſita eſt, annumeranda eſt) curatores, aut chartularii, aut proviſores [4] aut conductores, aut quicunque alii ad eaſdem divinas domus pertinent, vel tabulas quæ noſtram appellationem contineant, vel effigies [5] inſigniave Imperatoria alienis ædibus aut prædiis vel mobilibus defunctorum, aut etiamnum ſuperſtitum rebus ſignacula [6] imponere, vel aliorum ruſticos ſuſcipere, vel ſolutiones aliquas quæ ipſos aut etiam ipſorum proventus transferant, in Auguſtalem domum faciendas curare in poſterum auſint: neque ſi etiam earundem domuum, prædiorum, rerum, aut ruſticorum partem aliquam ad Auguſtas ædes pertinere contingat, hinc adverſus eos qui una cum ipſis poſſident, fraudis læſioniſque occaſionem capiant.

CAP. II.

QUin & ſi quos ruſticos, qui in aliorum mancipio ſunt, in præſenti ipſos habere, aut quales diximus ſolutiones accepiſſe conſtet, ſimul ipſos ruſticos reſtitui, ſimul ipſas ſolutiones irritas eſſe jubemus. Quod ſi de his rebus aut etiam de aliquibus contractibus actionem ſe habere adverſus alios dicant, nequaquam reum ad ſe trahant [7], neque (id quod & abſurdiſſimum & iniquiſſimum putamus) ſuarum [8] controverſiarum judices ſedeant, liceat autem ipſis ut coram competente judice, ſub quo ſunt qui actiones ſuſtineant, litem moveant, ſimulque jus ſuum obtineant. At ſi ipſos glorioſiſſimos magnificentiſſimosque curatores, divinarum domuum, quarum curam gerunt, nomine ab aliis in jus vocari contingat, tum quidem ſi hic actio inſtituatur communi & actoris & Auguſtalis domus curatoris conſenſu, unus ex glorioſiſſimis noſtris præfectis ad rei examinationem dijudicationemque eligatur: & ſi (ut fieri aſſolet) contentio huc inſurgat, libellus ſupplex Principi offeratur, datusque ab ipſo judex ſuſcipiatur: ſi vero in provincia aliqua, ejus præſes controverſiam ſibi audiendam ſumat. Cæterum ſi quis chartularius, emphyteuta, conductor, aut colonus Auguſtalium rerum occaſione in jus vocetur, facultas ſit actori, ſi velit, ut coram ipſo Auguſtalis domus curatore, aut (ſi ſuſpectum illum habeat) in alio foro coram eo coram quo communiter viſum ſit, aut etiam quem ex imperiali juſſu hic nacti fuerint, actionem inſtituat. Quæ vero iſtiusmodi controverſiæ in provinciis movebuntur, eas cujusque provinciæ præſes audiendas aſſumet. Sane quæ iiſdem divinis domibus privilegia [9] jam conceſſa ſunt, ea non in his, ſed in litium ſumptibus obſerventur, pro inducendis *nempe* (quomodo dicitur) legendis & edendis, atque in aliis quæ circa lites fiunt ſumptibus, ut nemo conſtitutum horum modum transgredi audeat, judiciorumque miniſtri eo contenti eſſe debeant. Illis vero etiam qui adverſus ipſas Auguſtas ædes, earum curatores, proviſores, conductores, chartularios aut colonos actionem dictant, ut iiſdem utantur privilegiis facultas fuerit: ut ne in hoc quidem (quo tamen legibus noſtris conſtitutum eſt modo) illis eſſe inferiores videantur.

CAP. III.

POrro quia nonnullos eſſe ſcimus, qui quum creditores ſuos debitis defraudare volunt [10], res ſuas illis oppigneratas alicui noſtrarum ædium aut vendunt aut donant, aut alio quocunque contractu perſcribunt, & per illas medias [11] in alios vel cognatos vel familiares aliquo contractus modo transferendas curant: ut hac ratione hypothecæ jus miſerum in modum iis qui pecunias ſuas erogarint, fere diſpereat: dum divinæ domus præfectus (per quem hæc facta eſſe dicuntur) propter poteſtatem quam habet movendam de his rebus actionem non ſuſcipit: & qui rem percepit, contractum cum divina domo initum prætendit, per datumque domui privilegium a nemine actione conveniri ſuſtinet: *inſuper etiam quia eſſe ſcimus*, qui domibus, locis, aut aliquibus unius cujuſpiam Auguſtarum ædium officinis majore aut quacunque mercede conductis illarum rerum prærogativa utantur: itaque creditores, aut etiam qui ipſis actiones intentant, & arceant & oblædant: idcirco jubemus ne quis de reliquo ſubdolis commentis adverſus creditores ſuos uti audeat, neque per divinam domum mediam cum alio donationem aut contractum inſtituat: *ſciens* quod nullum [12] fructum ex verſutia ſua percepturus eſt, quum res alienata ubicumque fuerit, ſive penes divinam domum, ſive penes alium quempiam, nihilominus vindicari poterit, & omnia ei qui actiones aut etiam hypothecæ jus habet, integra atque illæſa, perinde ac ſi nihil interveniſſet, ſervabuntur. Ad hoc etiam, ſi quid hujus commenti cauſa ipſi divinæ domui ejusve procuratori captandæ benevolentiæ ratione datum eſſe contingat, eo qui dedit excidet, hancque (quamquam minorem quam pro merito) remunerationem feret.

CAP. IV.

CÆterum neque per earum ædium quæ ad Imperatorias domus pertinent inquilinos, neque per alienos colonos, aut alium quempiam omnium, divinarum ædium præfecti aliquid faciendum conducant [13], neque illis patrocinium tribuant, aut quod πατρωνίκιον [14] dicitur, ex liberis aliquibus, exactionibusve obnoxiis, aut decurionum etiam, quæve in univerſum ad alios pertinent, prædiis capiant: ac vero ab his omnibus deſiſtant. Et ſi tabulæ aut inſignia Imperatoria iſtiusmodi prædiis, domibus, officinis aut locis jam affixa ſint [15], hæc detrahant [16], aliiſque qui illa detrahunt, quaſi noſtro juſſu id faciant, nequaquam contradicant. Ad hæc quietem agant, adverſusque inquilinos, & qui quocunque modo tenentur, coram competentibus tribunalibus moveri actiones ſinant: ac nullum ad alienas controverſas, aut res, aut jus, aut prædia, horumve colonos acceſſum habeant, neque adverſus aliquos actiones cedant, aut has *ab aliis* aſſumant: itaque alios, ut iſtiusmodi actionibus obnoxios, in jus vocent. Etenim hanc injuriæ rationem omnino tolli jubemus, etiamſi donationis modo iſtiusmodi actiones ipſarum dominus in nos divinasque noſtras ædes transferat, & quæ juſta videantur, debita ſe habere dicat: ne *videlicet* hoc commento aliis iniquitatis quicquam obveniat. Iſtiusmodi [17] ſi quidem donationes nobis curæ non ſunt, neque calumniæ opinionem auferre & ſubire noſtrarum divinarum domuum procuratores volumus: utpote qui ſingulis (ut dicitur) diebus noſtra ſubditis donemus, magnamque rerum mobilium immobiliumque & pecuniarum vim prope omnibus elargiamur. Facultas vero cuique ſit, ut quas ſe habere actiones dicit, eas adverſus obnoxios ſecundum conſentanee in hoc obtinentem modum, nullo Auguſtarum domuum præfecto interpoſito, moveat: & quando ſua per legem recuperarit, de his quocunque velit modo ſtatuat. Ipſas enim actionum ceſſiones, quod fraudis & calumniæ anſam complectantur, & odimus & averſamur. Quapropter etiamſi quæ hujusmodi in ipſas divinas domus jam conſcriptæ ſunt, has irritas conſtituimus, & [18] nullam illas petitionem exactionemque habere concedimus, ut hi adverſus quos factæ ſunt, inde provenientibus actionibus liberentur, hancque pœnam iis qui has ceſſiones facere auſi fuerint, imponimus.

CAP. V.

SI vero etiam ipſarum Auguſtarum domuum præfecti, aut chartularii, aut emphyteutæ, aut conductores, aut diſpenſatores [19], aut qui alioqui ad illas pertinent, ob res privatim ad ipſos pertinentes ab aliquibus coram competentibus magiſtratibus in jus vocentur, ipſos prompte obedire jubemus, & ſecundum procedendi ex lege ordinem actiones ſuſcipere, indeque manantibus exactionibus cedere, idque perinde ac ſi ad divinas domus nihil pertinerent: ne hac poteſtate eos qui adverſus ipſos actiones habent oblædere, iiſque quæ debent fraudare videantur. Adeo autem ab iſtiusmodi injuriis divinas noſtras domus alienare cogitamus, ut controverſias apud illarum magnificentiſſimos glorioſiſſimosve curatores ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis jam motas, ulterius procedere non ſinamus, extra quam [20] ſi utraque pars ſponte id facere velit. Quod ſane ſi utraque pars non velit, *volumus* ut unus aliquis noſtrorum magiſtratuum, in quem partes conſenſerint, quemve etiam nos aſſignaverimus, ſecundum hoc quod recens a nobis conſtitutum eſt, controverſiam a quocumque horum examinatam, quæque in illa forte acta ſunt, ſuſcipiat, ac deinceps audiat, quæque legibus conveniant, de ea ſtatuat.

CAP. VI.

DE oneribus [21] profecto etiam, & metatis & angariis, & viarum [22] pontiumque inſtaurationibus, de deſcriptionibus quoque & indictionibus tractare nobis viſum eſt: ac ne hæc indiſtincta maneant, conſentanea quædam juſtiſſimo noſtro propoſito de illis deſcriptio procedat. Quum enim privilegia jam olim Auguſtalibus domibus data ab his illas eximant, recte animum noſtrum ſubiit, ut rei utilem & neceſſarium ordinem imponeremus. Si etenim ab Imperatoriorum exercituum, qui in barbaros emittuntur, tranſitum, aut etiam noſtro juſſu, quo abunde huic inclytæ civitati annonæ ſit, aliarumve occaſionum cauſa, ſpecierum quandam contributionem [23] fieri contingat: his omnibus non modo alios ſubditos [24], verum Auguſtarum domuum poſſeſſiones & habitacula profecto etiam obnoxia eſſe volumus. Ac ſane citra has cauſas, ne divinæ domus, neque alius ſubditorum quiſquam moleſtia afficiantur, jubemus: neque ut tale aliquid illata neceſſitate fiat permittimus.

CONSTIT. II.

DE HEREDIBUS.

DEo [25] ſimul & juſtitia nihil majus exiſtit: abſque his enim nihil unquam commode geri poteſt, & præcipue in noſtra hac republica. Exinde enim & recte regnare, & ſubditos ad benevolentiam, neque non ad ſummam licet attrahere devotionem. Ea propter cum & nos divinitus, perque juſtitiam, imperii ſceptra ſuſceperimus: & quæ ſequuntur.

CONSTIT. III.

DE [26] PROVINCIARUM PRÆSIDIBUS.

NOn tantum decenter leges ferre ſummo bono eſt, ſed etiam ſancita accurate cuſtodire, & ad effectum deducere, transgreſſoresque competentibus pœnis ſubjicere. Quæ enim [27] legum erit utilitas, ſi in litteris duntaxat conſiſtant, non etiam per ipſa facta atque opera ſubditis utilitatem de ſe præbeant? & quæ ſequuntur.

Novella quarta deeſt integra. **

CONSTIT. V.

DE [28] RELEVATIONE TRIBUTORUM PUBLICORUM.

PRæſtantiſſima inter homines bona ſunt juſtitia [29] & benignitas: quarum altera æquabiliter ſuum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad miſericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. Hæc ornare firmareque imperium, hæc conſervare rempublicam: hæc pulchre humanam noverunt gubernare vitam, & quæ ſequuntur.

1 Vid. *leg.* 5. *Cod. de legibus.* 2 Intereſt enim Principis locupletes habere ſubditos. *Novell.* 8. §. 1. *l.* 3. *Cod. de Naturalib. liberis.* 3 Hinc illud Plinii ad Trajanum, Tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis. adde *Novell.* 149. *cap.* 3. *in fin.* 4 Προνοητῶν. 5 Εἰκόνας ἢ χαρακτῆρας βασιλικὰς. adde *Nov.* 17. *c.* 15. 6 Σήμαντρα. 7 De evocationibus alias dixi. 8 *l.* 10. *ff. de jurisd.* 9 Vid. *tit. C. de privileg. domus Auguſt.* 10 Adde *l.* 1. *ff. de alienatione judicii.* 11 Fraus fit a perſona ad aliam, *l.* 5. *ff. donat. int. vir. l.* 5. §. 3. *ff. de autor. tut. l.* 26. *in fin. C. de uſur. Novell.* 123. *cap.* 2. 12 *l.* 10. *in fin. ff. ſolut. matrim.* 13 Ἐνεργολαβεῖν, id eſt, mercede accepta defendere, ſic in *Novell.* 17. *cap.* 14. Τοὺς ἑτέρων βίους ἐνεργολαβεῖν. 14 Πατρωνίκιον, merces patrocinii. 15 Dixi ad *l.* 2. *C. ut nemo privatus.* 16 Adde *Nov.* 28. *cap.* 5. 17 Adde *l. pen. ff. de hered. inſtit.* 18 Adde *l. ult. C. ne liceat potentioribus.* 19 Ἢ διοικηταί. 20 Licet enim cuique renuntiare iis, quæ pro ſe introducta ſunt, *l.* 5. *Cod. de epiſcop. l.* 29. *Cod. de pact. Novell.* 136. *cap.* 1. 21 Τῶν συνωνῶν. vid. J. *eod.* 22 Vid. *l.* 17. §. 1. *Cod. de ſacroſanct. eccl. l.* 4. *Cod. de privilegiis domus Auguſt.* 23 Συνωνὴ, ut & ſupra συνωνῶν, συνωνὴ, coëmptio, *l.* 2. *Cod. de frumento urbis Conſtant.* Boëthius *de conſultation.* indicta coëmptio. Caſſiodor. 12. *variar.* Laridi atque tritici ſpecierum nullis temporibus coëmptionis nomine indedecernimus poſtulari. Coëmptio dicitur quoties quis forenſi pretio fiſco vendere cogitur, ideoque ἄχθος, id eſt, onus dicitur, *Suidas in* Συνωνὴ, a quo nemini licet ſe excuſare. *Cod. ut nemini liceat in coempt. ſpecierum*, dicitur etiam συνωνητόν. *l.* 1. *C. Theod. de publ. comparat.* Specierum emendarum cura, ſitonium & ſitonia, *tit. ut nemini liceat in coëmptione ſpec. & de munere ſiton.* 24 Ut *l.* 2. *C. de privil. domus Aug.* 25 Extat inter *Novell.* 164. 26 Extat inter *Nov.* 161. 27 *l.* 2. §. 13. *ff. de orig. jur.* 28 Extat inter *Novell.* 163. 29 Hinc illud apud Ciceronem 6. *de republica*, *ſeu in ſomnio.* Juſtitiam cole & pietatem.

ALIÆ

ALIÆ ALIQUOT CONSTITUTIONES
JUSTINIANI, JUSTINI, ET TIBERII,
EX LIBRO JULIANI ANTECESSORIS.

PRAGMATICA SANCTIO JUSTINIANI IMP. COMPLECTENS VARIA CAPITULA.

I. *Imper. Justinian. August. ut omnia firma sint, quæ Amalasiunta, vel Atalaricus, vel Theodatus concesserunt.*

PRo petitione Vigilii [1] venerabilis antiquioris Romæ Episcopi quædam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per Occidentales partes habitare noscuntur. In primis itaque jubemus, ut omnia quæ Atalaricus vel Amalasiunta [2] regia mater ejus vel etiam Theodatus [3] Romanis vel Senatu poscente concessa sunt, inviolabiliter conserventur: sed & ea quæ a nobis vel a piæ memoriæ Theodora Augusta quondam conjuge nostra collata sunt, volumus illibata servare, nulla cuicunque danda licentia contra ea venire, quæ a prædictis personis pro quibuscunque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur, excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita Marciani: ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud utrumque firmiter manere censuimus.

II. *Ut per Totilanem factæ donationes irritæ sint.*

SI quid a Totilane [4] tyranno [5] factum vel donatum esse invenitur cuicunque Romano seu cuique alio, servare vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus: sed res ablatas ab hujusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari præcipimus. quod enim per illum tyrannidis ejus tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

III. *Nemini noceat in captivitate gentium amissio instrumentorum.*

LIcet enim generali lege prospectum est [6] ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcunque præjudicium rerum possit inferri: tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates & hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana, quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Nequaquam igitur ex hoc quicunque patiantur calumniam, aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus, ut instrumentorum quidem amissionem [7] vel corruptionem nullum præjudicium pro dominio vel possessione, pro credito, dominis rerum, vel possessoribus, aut creditoribus pro quibus instrumenta conscripta fuisse inferre pragmatum.

IV.

SEd & si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges [8], per suam aut cujuslibet auctoritatem invasit, vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato, sine ulla dilatione jubemus restitui ipsi vel etiam heredibus ejus. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus ejus restituatur, legis auctoritas suggerit.

V. *Non præsumat quis alienum.*

QUia autem verisimile putamus diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcunque gerentibus, vel aliam a Totila commissam actionem vel potentiam vel gratiam apud eum habentibus, sive venditione, sive aliis quibuscunque contracti titulis, modo vero quod factum est prius rescindi [9] desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum: sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi, vel possessionis a judice adipiscendæ, prædiis tantummodo videlicet restitutis, qui tamen eo qui se dedisse perhibet adprobante veraciter constiterit exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta, vel ab eo recepta: cum non absque ratione esse putamus multa tunc tempore per metum vel violentiam facta esse, quæ nostris temporibus rescindi exposcit justitia, pœna videlicet instrumentis inserta propter prædictas sanctiones modis omnibus quiescente.

VI. *De tempore postliminii, id est, post captivitatem.*

CUm autem Deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta [10] necnon & quadraginta annorum præscriptionem, alias insuper, legibus locum habere, & suam tenere per omnia firmitatem: his duntaxat temporibus, quæ ab adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenus in præscriptionum curriculis imputandis.

VII. *Ut instrumenta irrita revocentur.*

COgnovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos qui obsidebantur, vel etiam instrumenta conscripta: in præsenti vero quosdam prædictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare: sancimus, & si postea per hostilem incursionem hujusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam quæ facta sunt, infirmandi, sed omnes [11] contractus obsidionis tempore factos in sua firmitate durare instrumenti etiam competentem vim habituri, sed nullum per eorum amissionem dominis præjudicium generandum. quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus verti subtilitatis non patitur ratio.

VIII. *De rebus mobilibus vel immobilibus.*

RES insuper mobiles vel immobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis [12] temporibus usque ad nefandissimi Totilæ superventum quocunque jure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se vel usufructuarias vel alias personas, per quas unumquemque præcepit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine quo per prædicta tempora easdem res possedisse noscuntur.

IX. *Pro immunitate tributorum.*

NE autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quarumcumque provinciarum, sancimus nullius majoris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, sed per provinciarum judices & eorum officia quodcunque damnum collatores sustinere pro tributorum videantur exactione, licentia non deneganda majoribus judicibus, & eorum officiis, si minus inlatæ fuerint functiones, ipsos judices & eorum officia convenire, & quod minus est illatum exigere, & tam publicæ rationes, quam collatoris utilitas procuretur. Dat. anno, die, & Cons. SS.

X. *De confirmatione absolutionis tributorum.*

IPsarum etiam functionum solutionem per consueta loca vel tempora solenniter præcipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore, sive ad arcam sive in provincia, unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare.

XI. *Ut leges Impp. per provincias ipsorum dilatentur.*

JUra insuper vel leges [13] Codicibus nostris insertas, quas jam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus: & eas quas postea promulgavimus constitutiones, jubemus sub edictali propositione vulgari ex eo tempore quo sub edictali programmate evulgatæ fuerint, etiam per partes Italiæ obtinere, ut una, Deo volente, facta republica, legum etiam nostrarum ubique prolatetur auctoritas.

XII. *De suffragio collatorum.*

PRovinciarum etiam judices ab [14] episcopis & primatibus uniuscujusque regionis idoneos eligendos [15] & sufficientes ad locorum administrationem, ex ipsis videlicet jubemus fieri provinciis, quas administraturi sunt sine suffragio: litis etiam codicillis per competentem judicem eis præstandis: ita videlicet, ut si aliquam collatoribus læsionem intulisse inveniantur: aut supra statuta tributa aliquid exegisse, vel in coemptionibus [16] mensuris [17] enormibus, aliisque præjudiciis vel gravaminibus, aut iniquis [18] solidorum ponderibus possessores damnificasse, ex suis satisfaciant facultatibus. Quod etiam si quis de administratoribus aut *actionariis* de præteritorum nefandorum tyrannorum tempore fecisse invenitur, ex suis facultatibus ei a quo abstulit, restituere jubemus, cum nos indemnitatem subjectorum undique volumus procurari.

XIII. *Ut proprietas unicuique restituatur.*

CUm autem cognovimus inimicis Deo propitio diversis expulsis provinciis quosdam greges [19] invenientes ab illis relictas [20], & suo eas vindicare dominio, licet ad alios antea pertinebant: sancimus caussa discussa, quantum quidem ad eos pertinet, eis præstari. Si quid vero ab aliis agnoscetur, dominum sua recipere: quod vero excepto domino non cognoscitur, inter illos distribui, qui per eandem provinciam greges amisisse inveniuntur, divisione pro rata portione scilicet facienda.

XIV. *De eo cui aliquid ablatum est, ut restituatur.*

SI qui etiam collatorum per occasionem tributorum exactiones vel cujuslibet oneris prætextu, aut alio irrationabili modo a quibusdam in au-

1 Scripsit adversus Eutychen. 2 Amalasiunta, vel ut Paul. Aquilegiensis scribit, Amalasunta, alii Amalasuntha, regina mater Atalarici Gothorum regis: quo extincto ipsamet regnavit, vid. Paulum Aquilegiensem *in Justiniano:* Procopium *de bello Vandalico &* 1. *de bello Gothico.* 3 Theodatus ab Amalasunta particeps regni adsumptus, post dies aliquot eam in balneo strangulare jussit. Paul. Diaconus *d. l.* 4 Totilas vel Totilanes rex Gothorum, a quo Roma quondam capta est, qui parcere Romanis cupiens, per totam noctem clangere buccina jussit, ut qui se a Gothorum gladiis tutos esse vellent, aut in ecclesiis se tuerentur, aut quibuscunque modis occultarent, quique decimo post anno victus & interfectus a Narsete, Paul. Aquileg. *ibi.* vid. Procop. 3. *de bello Gothor.* 5 Facit *Paul. Cod. Theod. de infirmandis iis, quæ sub tyrannis ac barbaris gesta sunt. Dixi ea de re nonnulla in l.* 16. *C. de sacros. eccl.* 6 *l.* 4. *l.* 5. *Cod. de fide instrum.* 7 Instrumenti amissio facta tyrannidis tempore, non nocet creditoribus, dominis aut possessoribus. Nam & alias amissio instrumenti cæteras probationes non excludit *l.* 4. *Cod. de fide instrum.* 8 Vid. *cap.* 13. ℸ. 9 Facit *Novell.* 36. 10 Idque etiam continetur *d. Novell.* 36. res ereptas tyrannidis tempore auferri possessoribus, nisi actores excludantur legitimis præscriptionibus. 11 Contractus non ideo rescinduntur, quod obsidionis tempore facti. Obsessus itaque contrahere potest: nam & captus potest. *l. Nam & Servius* 21. *ff. de negotiis gestis.* 12 Theodoricus hic est a quo Odoacer (rex Turcilinquorum & Rugorum, si credimus Paulo Diacono *in Zenone*) rex Italiæ superatus est. vid. Procopium *de bello Gothor.* vide Paul. Diaconum *in Odoacro.* 13 Facit *Novell.* 36. *in fin.* 14 Episcopi in provincialium judicum electione suffragium habuerunt. 15 Nota a quibus olim eligerentur provinciarum judices. 16 De quib. dixi ad *Novell. Tiberii cap.* 6. *in fin.* ℸ. 17 Vid. *l.* 6. *in fin. ff. de extraord. criminibus.* 18 Facit *Edictum* 11. *cap.* 1. 19 *Cap.* 4. ℸ. *eod.* 20 Greges etiam fœminino genere dixerunt veteres. Lucretius 4. Buceriæque greges. vid.

ro [1] vel in ſpeciebus læſi eſſe noſcuntur: hoc etiam competenter, ei cui ablatum eſt, jubemus ſine ambiguitate reſtitui, ut undique provinciarum habitatores legitime ſua recipiant & noſtri temporis poſſint felicitatem ſentire.

XV. *De ſervis qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores.*

ILlud etiam præteritis capitulis inferendum eſſe cenſuimus: Ut ſi qui per Gotthicæ [2] ferocitatis nefandiſſima tempora ſervi conſtituti liberas uxores inveniantur duxiſſe, vel etiam liberis hominibus ancillæ conjunctæ, licentiam [3] quidem liberæ perſonæ diſcedendi per præſentes noſtros mereantur affectus, ancilla, videlicet vel ſervo in dominorum ſuorum jure remanentibus, nullo præjudicio dominis ſervorum vel ancillarum ex præterito tempore generando. Si vero in poſterum etiam conjugia tenenda eſſe putaverint, nullum [4] præjudicium circa libertatem propriam patiantur, filii vero maternam [5] conditionem ſequantur, quod etiam in illis, qui ex tali conjugio nati ſunt, obtinere jubemus.

XVI. *De ſervis & colonis ab alio detentis.*

SErvos etiam vel colonos, quos ab aliquo contigerit detineri, ſuis reſtitui dominis una [6] cum medii temporis prole jubemus.

XVII. *De Deo dicatis virginibus.*

CUm autem tyrannicæ ferocitatis præſumptionem res etiam illicitas quaſi permiſſas egiſſe ſine dubio ſit: ſancimus, ut ſi qui mulieres Deo ſacratas vel habitum religioſum habentes ſibi conjunxiſſe inveniantur, nullam eis tenendi, vel dotes forte conſcriptas iterum [7] monaſteriis vel eccleſiis, aut ſancto propoſito cui dedicatæ ſunt, reſtituantur.

XVIII. *Ne pro comparatione ſpecierum collatores graventur.*

NE vero per coemptiones [8] etiam quodcunque collatores detrimentum ſuſtinere inveniantur, ſancimus per unamquamque provinciam illarum fieri ſpecierum coemptionem, quæ per eandem provinciam abundare noſcuntur: neque enim ejus quod ibi non abunde naſcitur, coemptionem non fieri patimur: pretiis videlicet pro ſpecierum venalitate, quæ tunc temporis in foro [9] rerum venalium obtinere noſcuntur, ſtatuendis, ipſis tamen pretiis ſpecierum unicuique collatorum in tributorum imputandis exactionem, commerciis videlicet navium nullo modo prohibendis, ut & noſter feliciſſimus exercitus poſſit nutriri, & collatores aurarias [10] functiones ex abundantium ſpecierum commercio infundere valeant, diſtributione coemptionis pro arbitrio tam locorum antiſtitis quam primatum uniuſcujusque celebranda, ne collatores ex Officiorum [11] avaritia per quemcumque modum opprimi videantur.

XIX. *De menſuris & ponderibus.*

UT autem nulla fraudis vel læſionis provinciarum naſcatur occaſio, jubemus in illis menſuris vel ponderibus ſpecies vel pecunias dari vel ſuſcipi, quæ beatiſſimo Papæ vel ampliſſimo ſenatui noſtra [12] pietas in præſenti contradidit.

XX. *De mutatione ſolidorum, id eſt, monetæ.*

CUm autem ſcimus *veterum* Romanorum principum ſolidos per illa loca facile inveniri, comperimus autem negotiatores vel alios quoſdam propter mutationem ſolidorum diſpendium aliquod collatoribus noſtris inferre: ſancimus, ſolidos Romanorum principum forma ſignatos ſine permutationis diſpendio per omnes provincias ambulare, & per eos celebrari contractus: eum, qui diſpendium aliquod permutationi ſolidorum inferre præſumpſerit, pro [13] unoquoque ſolido alterum tantum ei cum quo contraxerit, inferat.

XXI. *Ut pretium ſatisfaciat & quod tulit quis.*

SI quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquem ornatum vel materiam abſtuliſſe inveniatur, modis omnibus reſtituere: vel ſi jam alicui injuncti [14] ſint ædificio, pretio ſatisfacere coarctetur, ut undique noſtrarum legum conſervetur auctoritas. Inſtrumenta [15] etiam quæ ad alios pertinentia, forte ab aliis detinentur, prioribus dominis jubemus reſtitui, ut omnes undique noſtrarum legum adjutorio potiantur. Si vero inſtrumentum periiſſe inveniatur, cujus exemplar apud alterum invenitur, utpote duobus [16] ſcriptis authenticis, prout in contractis [17] ſolitum eſt, ex eo quod apud partem alteram invenitur, aliud conſcribi jubemus, & parti dari, cujus jam inſtrumenta perierunt, ut competentem poſſit habere cautelam. Sed & ſi quis inſtrumentum alienum ſive ipſe tollendo, ſive quocunque caſu inveniendum malignitate vel incendit [18] vel abſcondit, aut corrupit, aut quocunque modo habere deſierit, tunc quanti intereſt ejus, ad cujus jura inſtrumenta pertinebunt, is qui dolum fecit, ſatisfacere compellitur. Dat. die, anno, & Conſſ. SS.

XXII. *Ut annona miniſtretur Medicis & diverſis.*

ANnonam etiam quam & Theodoricus [19] dare ſolitus erat, & nos etiam Romanis indulſimus, in poſterum etiam dari præcipimus, ſicut etiam annonas, quæ grammaticis ac oratoribus vel etiam medicis, vel juriſperitis antea dari ſolitum erat, & in poſterum ſuam profeſſionem ſcilicet exercentibus erogari præcipimus, quatenus juvenes liberalibus ſtudiis eruditi per noſtram rempublicam floreant.

XXIII. *Ut civiliter inter ſe cauſas audiant.*

LItes etiam inter duos procedentes Romanos, vel ubi Romana perſona pulſatur, per civiles judices exercere jubemus, cum talibus negotiis vel cauſis judices militares [20] immiſcere ſe ordo non patitur.

XXIV. *Ut mutationes in ſuo ſtatu ſtent.*

REipublicæ permutationes etiam vel comparationes ſive competitiones [21] cum publico factas usque ad adventum ſceleratæ memoriæ Totilæ [22] in ſua firmitate firmamus, ſi tamen nulli aliquid alio poſſidente competit.

XXV. *Ut fabricæ publicæ ſerventur.*

COnſuetudines etiam & privilegia Romanæ civitatis vel publicarum fabricarum reparationi, vel alveo [23] Tiberino, vel foro aut portui Romano ſive reparationi formarum [24] conceſſa ſervari præcipimus: ita videlicet, ut ex iisdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, præſtentur.

XXVI. *Ut per negotiatores coemptiones fiant.*

SUper hæc cognovimus Calabriæ vel Apuliæ provinciæ poſſeſſoribus pro coemptionibus non inferendis ſuperindictitium [25] titulum impoſitum eſſe pro unaquaque millena, unde coemptiones per negotiatores annis ſingulis exerceri, in præſenti vero negotiatoribus ſpecierum coemptiones recuſare tentantes tam ſuperindictitium titulum, quam coemptionis onus provinciæ poſſeſſoribus imminere, cum abunde mercatores ſint, per quos poſſit exerceri coemptio: ſancimus magnitudinem tuam hæc examinantem, ſi poſſibile ſit, per negotiatores ſpecies comparatas inferri, collatores provinciæ nullatenus prægravari, cum ſuperindictitio titulo ſemel eis impoſito, coemptionis etiam onus inferre ſit impoſſibile. Dat. die, anno, Conſſ. SS.

XXVII. *Ut qui voluerit ad præſentiam Imp. navigare, non impediatur.*

VIros etiam glorioſiſſimos ac magnificos Senatores ad noſtrum accedere comitatum volentibus, ſine quocunque impedimento venire concedimus, nemine prohibendi eos habituro licentiam, ne Senatoribus noſtris vel collatoribus debitus introitus quodammodo videatur excludi, ſed etiam ad Italiam provinciam eundi eis, & ibi quantum voluerint tempus commorandi pro reparandis poſſeſſionibus aperimus licentiam, cum dominis abſentibus recreari [26] poſſeſſiones aut competentem mereri culturam difficile ſit. Quæ igitur per hanc divinam pragmaticam ſanctionem noſtra ſtatuit æternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare, obſervareque procuret, pœna decem librarum auri imminente contra temeratores noſtrarum juſſionum. *Pragmatica data Idib. Auguſt. Conſt. Imper. DN. Juſtiniano PP. Auguſt. Anno* 28. [27] *P. C. Baſilii V. C. Anno* 13. *Narſiur.* [28] *Ill. præpoſito ſacri cubiculi: Antiocho V. Magnifico præfecto per Italiam.*

DE ADSCRIPTITIIS ET COLONIS.

Imper. Juſtin. Auguſt. Dominico præfecto.

DOcuerunt noſtram ſerenitatem Lygdunenſium [29] habitatores, & hoc nos docuerunt, quia *ante propoſuimus legem per quam juſſimus adſcriptitios vel colonos commiſcentibus ſe liberis mulieribus procreare filios ad ſimilitudinem liberorum*, & ex hoc detrimentari fundos & eorum functiones, recedentibus agricolis, velut ex utero libero procedentes: ex hoc corrigentes ſancimus, ſecundum veterem legem *de adſcriptitiis & colonis conſtitutis agricolis, quod naſcitur adſcriptitium & colonum fieri.* ſed ſi ſola fuerit mulier libera conſtituta cum procreaverit filios, tunc ergo nullo modo patimur lædi ex hoc penitus liberum uterum, utque talis mulier tali viro ſociata fuerit, neque adſcriptio, neque colono, in hoc tantummodo caſu obtinente lege. Sancimus ergo generalem legem, *ut qui ex adſcriptitio & colono natus eſt, patris naturam ſequatur.* Sic ergo & indemnitas fiſco collatoribus erit P. C. In hoc ergo medentes, præſentem diſpoſitionem diſpoſuimus, quam obſervare tuam celſitudinem ſancimus in omnibus Illyricanis partibus, ut non exinde deminutio aliqua dominis inferatur. Tua igitur gloria quæ nobis viſa ſunt per hanc legem divinam ſignificantem effectui mancipare feſtinet, multa imminente decem librarum auri, qui eam violaverit, aut conceſſerit violandam. *Dat. Sub. Id. April. Conſtant. Imp. DN. Juſtiniano Aug. Anno* 14. [30] *Juſtino Conſ.*

CONSTITUTIO JUSTINI IMPER. DE FILIIS LIBERARUM, IN AFRICAM DIRECTA.

Imperator Cæſar Fl. Juſtinus, fidelis in Chriſto, manſuetus, maximus, benefactor, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus: Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator, ſemper Aug. Theodoro.

DIe noctuque pro utilitate reipublicæ ſubtiliter cogitantes, illa properamus renovare quanta in locis opportunis ſunt neceſſaria, & maxime pro tributis atque reditibus, ſine quibus impoſſibile eſt aliquid agere proſperum. Suggeſſit autem tua magnitudo maximam partem poſſeſſorum

Nonium in Greges. 1 Facit *Edict.* 11. *§. eod.* 2 Quibus Gothi Italiam tenuerunt. 3 Matrimonia tempore tyrannidis contracta cum ancillis, diſſolvi poſſunt. 4 Obſerva caſum, quo libera ſervi uxor eſſe poteſt, etiamſi libertatem non amittat. 5 Partus ventrem ſequitur quoad ingenuitatem. *l.* 24. *ff. de ſtat. hom.* 6 Parentis reſtitutionem ſequitur partus. Cauſa conjici poteſt *ex l.* 6. 7. 8. *ff. de pignor. & hypothec. l.* 71. *§.* 3. *ff. de legat.* 1. *l.* 41. *§.* 2. *in fin. ff. de leg.* 3. *l.* 11. *ff. de manumiſ. vind. l.* 3. *ff. de liberali cauſa.* & Seneca 9. *controv.* 3. In auctione, inquit, fratris quamvis hoſtilis haſta non dividit. 7 Matrimonium cum moniali contractum, dirimi jubet lex Juſtiniani. 8 *Cap.* 12. *ſupr. eod.* 9 Privatus ſpecies fiſco vendere cogi poteſt, ſalario tamen accepto. dixi ad *l.* 13. *§.* 1. *ff. commun. præd.* id eſt, pretio, quod communiter fungitur. dixi ad *l.* 63. *ff. ad l. Falc.* forenſi pretio: alias nemo invitus cogitur vendere. *l.* 6. *Cod. de Judæis.* 10 De auraria functione, vid. *l.* 13. *l.* 18. *C. Theod. de luſtrali collatione.* Dicitur autem eo modo, quo auraria penſio apud Caſſiodorum 2. *variar.* auraria penſitatio. *l.* 2. *C. de fund. patrimon.* auraria præſtatio. *l. un. C. Theod. qui a præbit. tyron.* hinc aurarius canon. *l.* 10. *C. de excuſ. mun.* aurarius ſuſceptor. *l.* 1. *C. de apochis publicis.* 11 Id eſt, officialium, hoc enim inter cætera officium ſignificat. *l.* 6. *§.* 5. *ff. de offic. præſid.* inde officium cenſuale. *l.* 18. *C. de teſtam.* & apud Symmachum 1. *epiſt.* 46. Cohortale, *l.* 33. *C. de appell.* comitianum, *l.* 2. *C. de off. milit. jud.* comitum *l.* 3. *C. de canon. largit. tit.* præfecti prætorio *l. unic. C. de collat. donat.* Præſidis *l.* 54. *in pr. C. de decurion.* præſidiale *l.* 1. *C. de præſcript.* 30. procuratoris fiſci, *l.* 3. *C. quando fiſcus vel privat.* proconſulis præfecti Auguſtalis. *l.* 3. *§.* 1. *C. de Canon. largit. tit.* rectoris provinciæ *l.* 2. *in fin. C. de Canon. largit. tit.* vicarii *d. §.* 1. 12 Principis eſt, pondera & menſuras tradere. facit *Edict.* 11. *c.* 2. facit *l.* 1. *c.* 2. *C. Theod. de ponderator. l.* 15. *C. eod. de ſuſcept.* 13 Multam obſerva diſpendium permutationi ſolidorum inferentis. 14 Adde *l.* 38. *in fin. ff. de rei vind.* 15 Vid. *tit. de tab. exhib.* 16 Interdum duo contractus authentici eſſe poſſunt. 17 Id eſt, contractibus. Idem plerumque fit in teſtamentis, vid. *l.* 24. *ff. qui teſtamenta.* 18 Adde *l.* 23. *ff. de falſis.* 19 De quo *§. c.* 8. 20 Judex militaris cauſarum civilium notionem non habet. vid. *l.* 1. *& ſeq. C. de off. milit. jud.* 21 Forte legendum, *conductiones*, argumento eorum quæ dicuntur in *l.* 9. *C. Theod. de infirm. his quæ ſub tyrannis.* ibi, *locatio & conductio immutabilem obtinuerunt firmitatem.* 22 De quo *cap.* 5. 8. *§. eod.* 23 Adde *l. un. C. de nautis Tiberinis.* 24 Intelligit, ut opinor, aquæductus. *l.* 27. *§.* 3. *ff. de uſufruct. & quemadmod. l.* 39. *§.* 5. *ff. de leg.* 1. 25 Superindictum, eſt augmentum indictionis. vid. *tit. Cod. de ſuperindicto*, Galli, *le taillon.* 26 Quænam tantæ ubertatis cauſa erat? ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (ut fas eſt credere) gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: ſive illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella, eademque diligentia arva diſponebant, qua caſtra: ſive honeſtis manibus omnia lætius proveniunt, quoniam & curioſius fiunt. Plin. 18. *cap.* 3. *&c.* quæ ibidem vide de ſenatoribus ab aratro ad honores vocatis. 27 Id eſt, anno 554. 28 *Narſi urbi:* ita legitur apud Julianum.

29 Lugdunenſium, ita legitur apud Julianum, alii Lygdinenſium. extat reſcriptum Hadriani ad Bitraſium Pollionem legatum Lygdonenſem. *l.* 15. *in fin. ff. de excuſ. tut.* ubi Haloander legit Lugdunenſem. Fit etiam mentio Lugdunenſium Gallorum in *l. ult. §.* 1. *ff. de cenſib.* Non poteſt autem hic locus referri ad Lugdunenſes Gallos, ut qui Clodoveo Regi tunc temporis obtemperarent, ſoluti poteſtate & jurisdictione Imperatoria: ut colligere poſſis ex Gregorio Turonenſi 2. *num.* 36. puto itaque hanc Lugdunenſium civitatem Illyrici fuiſſe, eo magis, quod hæc conſtitutio ad Illyricanos pertineat. J. *eod.* 30 Id eſt, 540.

Africanæ

Africanæ provinciæ precibus suis intimare desolatos agros remansisse, cum divina lex promulgata fuisset constituens creatos ex libera matre & adscriptitio marito, liberos esse, quod contrarium est legibus antiquis: cum illæ manifeste decreverunt talem sobolem adscriptitiam esse, ex hac enim licentia filii adscriptitiorum, prædia in quibus nati sunt, dimittentes, & in aliis habitantes locis, tam fiscum quam dominos prædiorum minuere, & hæc dicentes supplicaverunt corrigere hoc capitulum apud illam provinciam, sicut & pater noster prædictæ legis lator in Illyricanam provinciam fecit, constituens *filios, qui nascuntur ex libera matre atque adscriptitio patre, liberos esse cum suis rebus* [1], *sed tamen colonos ut non liceat terrulas ubi nati sunt relinquere, & alienas colere.* His igitur nostræ serenitati suggestione tua relatis, necessarium esse perspeximus possessores subjectos nostros atque functiones publicas adjuvare. Unde * sancimus in Africana provincia filios ex libera matre & adscriptitio patre productos, liberos quidem esse, & res proprias habere, in ordine tamen colonorum esse, & non posse eos dimittere prædia, in quibus nati sunt, & excolere aliena, sed vicos ipsos in quibus orti sunt cum libertate colere: sic etenim nec fiscus nec possessor læditur, neque prædicti imminuuntur, terras ubi nati sunt excolentes, Theodore parens [2] carissime atque amantissime. Quæ igitur per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra sanxit æternitas, tam tua magnitudo, quam qui post te eandem administrationem adepti fuerint, una cum officio suo effectui mancipare observareque procurent. *Dat. Kal. Mart. Constantinop. Imper. D. N. PP. August. Justini an.* v. *Indict.* III. Et subscriptio [3] imperialis, *Vale Theodore parens carissime atque amantiss.* &, Quæstor legi [4]. *Dat. Kal. Mart. CP. Imp. D. N. Justin. PP. August. Anno* v. *post Conf. ejusdem D. N. Anno* 2.

SACRUM PRAGMATICUM TIBERII [5] AUGUSTI, DE CONFIRMATIONE CONSTITUTIONUM JUSTINI IMPERATORIS DE FILIIS COLONORUM ET LIBERARUM.

In nomine Domini Jesu Christi.

Imperator Cæsar Fl. Tiberius Constantinus, in Christo mansuetus, maximus, benefactor, & Fl. Nob. Tiberius, Mauritius, Felicissimus Cæsar, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor & Triumphator, semper August. Theodoro.

Consuetum & peculiare nostræ mansuetudinis remedium necessitatibus subjectorum nostrorum imponere cupientes, suggestionem viri beatissimi Publicani [6], antistitis Carthaginensium civitatis & possessorum ejusdem Africanæ proconsularis provinciæ libenter suscepimus, per quas pragmaticam sanctionem Justini divæ memoriæ patris nostri pro conditione sobolis ab adscriptitio patre & ingenua matre ad Theodorum tunc præfecturam tuam agentem ante tempus emissam firmam illibatamque nostris etiam affatibus constitui supplicaverunt, ut cultura terrarum permaneat nulla lege vel machinatione ab ea separari valitura. Consulentes itaque conlatoribus Africani tractus, sancimus eandem pragmaticam sanctionem, & ejus dispositionem omnibus modis ex quo data est, suas vires habere, & in certam ei auctoritatem universis dominis terrarum opitulari, ut liberi procreati a matre ingenua & patre adscriptitio vel colono rusticitatem paternam cognoscant, & operibus suis consuetos reditus his quibus suppositi sunt, subministrent, deterioris quidem conditionis alieni, ipsius autem cespitis ubi nati sunt, recedere, & in aliis quibuscunque locis degere non permissuri, Theodore parens carissime atque amantissime. Illustris igitur & magnifica autoritas tua hanc pragmaticam sanctionem in æternum valituram edictis propositis omnibus habitatoribus Africanarum partium innotescat, ut omnibus pateat, qualem pro utilitate eorum providentiam gerimus.

Et subscriptio Imperialis.

7 *Divinitas te servet per multos annos, parens carissime atque amantissime,* &, Quæstor legi. *Dat.* 3. *Id. August. CPL. Imp. DN. Tiberii Constant. PP. August. Anno oct. & P. CL. ejus Anno tertio. & RS. Nob. Tiberii Marc. feliciss. Cæsar. Anno primo* 8.

1 Vid. *Nov.* 162. *cap.* 2. 2 Antiquum est viros graves ab Imperatoribus *parentum* nomine appellari. 3 Subscriptionem Principis, rescriptis & constitutionibus addi observa. adde *l.* 6. *C. de diversis rescriptis.* sed & subscriptionem quæstoris præcedere. 4 Moris fuit Quæstores ita subscribere: Quæstor legi: vid. *Pragmaticam proxim.* J. adde *Novell.* 114. *in princ. & fin.* Eadem forma subscribebant patriarchæ. *l.* 25. §. 6. *C. de sacros. eccl.* 5 Hic fuit successor Justini 2. *de quo* §. 6 Publicanus Episcopus Carthaginis. 7 Præcedebant, interdum illa: *Et manu divina: divinitas te servet per multos annos.* Nov. Valentiniani de homicidiis casu factis: *& manu divina optamus vos felicissimos. Novell. de indeb. relig.* 8 Subscriptiones rescriptorum varias observa. addebant interdum rescriptis & constitutionibus diem, quo is ad quem dirigebantur rescripta vel constitutiones accepisset, & quo fuissent ante latæ, id est, programmate propositæ, *l.* 27. *C. Theod. de iis quæ* §. *relat. contra.* Ideoque in una & eadem constitutione interdum quatuor dies subnotabantur, Data, Subscripta, Accepta, Antelata, vel Lecta, vel Allegata.

INDEX NOVELLARUM CONSTITUTIONUM LEONIS IMPERATORIS.

INDEX
CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM
AB ENIMUNDO BONEFIDIO COLLECTARUM.

EPITOME
NOVELLARUM LEONIS,
AD ORDINEM CODICIS REDACTA,
CUJUS NUMERI AD NUMERUM CONSTITUTIONUM REFERUNTUR,
AUTORE DIONYSIO GOTHOFREDO JC.

IMPERATORIS [1] LEONIS AUGUSTI NOVELLÆ [2] CONSTITUTIONES:

A U T,

CORRECTORIÆ LEGUM REPURGATIONES [3].

HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

PROOEMIUM.

Rerum humanarum viciſſitudo, vitæque inconſtans atque multiformis ſtatus, permultis ac omne genus legibus ortum [4] præbuere: quæ *leges* quia ſua multitudine ad quaſcunque ſe facile res protendunt, quum illas ſibi admovent, quidquid recte aut ſecus ſeſe habeat, dijudicant. Sunt itaque tanquam [5] cuſtodes quidam vitæ noſtræ & medici [6], dum mala, partim ne oriantur ac in communem vitam promanent, impediunt [7]: partim vero, quæ mala occulta ſunt, inſinuanterque irrepſerunt, eorum noxam corrigunt [8], ac velut radicitus vitioſitatem evellunt, eamque non ſinunt corroborari. Atqui *earundem* humanarum rerum curſus [9] velutique reciprocus quidam æſtus, dum ſurſum deorſum omnia vertit ac volvit, & multa quæ recte conſtituta eſſent in pejus commutat, permulta item oblivione obruit, ut perinde ac ſi in rerum natura viſa nunquam eſſent, incognita ſint: non mediocrem illis labem intulit, has profundo ſilentio tegendo, in illis vero ut inter ſeſe diſſentiant efficiendo: idque alias dum illi ipſi qui illas tulerunt, in priore ſententia ac voluntate non perſiſtunt, verum ſibi ipſi contradicunt: alias etiam, dum poſteriores modo conſuetudine, modo lege illis contraria ſuſtinent, ut hinc confundi leges, nec exiguum rebus mortalium inferri detrimentum contingat, aliis cum aliis commutatis, talorumque [10] inſtar huc illuc temere volventibus. Illas itaque res, ex quarum tranquillo & imperturbato ſtatu ſalus reipublicæ dependet, in tanta confuſione perturbationeque verſari, indignum neglectu rati, quam accuratiſſima legis inſpectione ac conſideratione dignati ſumus: & quas obtinere conducibile fore animadvertimus illis ſelectis, ſcripto [11] Imperatoriæ noſtræ majeſtatis decreto in republica autoritatem confirmavimus: utque controverſias dijudicarent, inſuper etiam ſcivimus: quas vero inutiles judicavimus, harum nonnullas in perpetuum ſilentium conjectas, decreto & ipſas a legum honore atque ordine exulare juſſimus: quarum autem nullam prorſus mentionem fecimus, has etiam, hoc ipſo quod earum non meminerimus, juxta atque illas in exilium ejecimus. Denique quoniam & inter receptas conſuetudines [12] nonnullas ratione non deſtitui, taleſque quales prudens aliquis non contemnat, vidimus, has quoque legis prærogativa honeſtantes, ex inſcriptæ [13] conſuetudinis ſtatu ad legis imperium atque honorem eveximus. Quum ergo hæc ita a nobis comparata ſint, ſciat quiſque quod quæ leges per ſcriptum Imperatoriæ noſtræ majeſtatis decretum autoritatem nactæ, aut quæ conſuetudines legis dignitate honoratæ fuerint: hæ & in republica obtinebunt, & controverſias in ſe ſuſpenſas habebunt, quæ autem ab illis in contrarium vergunt, aut mentione ſempiternam illis taciturnitatem injungente, citrave hanc etiam ut quæ cum deſpectis ejuſdem conditionis ſint, eodem decore dignæ habitæ ſunt: hæ vero dehinc & rejectæ & a republica exules atque extorres erunt.

CONSTIT. I.

QUOD UNUMQUEMQUE, QUI JUDICANDI PRÆROGATIVAM ACCEPERIT, QUEMADMODUM LEGALIUM CAPITULORUM A NOBIS HABITUS DELECTUS [14] STATUERIT, DIRIMERE CONTROVERSIAS OPORTEAT: QUÆ VERO INTER REPROBATA [15] HABITA SUNT, UTI EX ILLIS NULLA LITIS AMBIGUITAS DIJUDICETUR.

In nomine ejus qui univerſo humano generi ſalutares leges tulit, Chriſti veri Dei noſtri.

Imperator Cæſar Flavius Leo, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni ævo venerabilis, Auguſtus, fidelis Rex: Styliano Illuſtriſſimo ſacrorum noſtrorum officiorum magiſtro.

Celeberrimi ille inter imperatores nominis Juſtinianus quum animo eſſet erga rempublicam & optimo, & ejus utilitatum ſtudioſiſſimo, velut ſylvam [16] quandam, conſtitutiones in Romano Imperio inde ab initio uſque ad ſuam ætatem diverſis temporibus editas accipiens, quo bene de ſubditis mereretur, induſtria & laboribus ſuis opus admiratione dignum, univerſarum nempe legum illam incorporationem [17], ſumma cum contentione efficere eſt conatus. Si quid contrarium aut inconveniens appareret, repurgavit: ex quibus vero compoſitum reipublicæ ad decorum ſtatum extiturum crederet, hæc in unum contexuit, atque velut in artem [18] aliquam informavit, quaſique in una juſtitiæ libra [19], a qua juſtum a diverſo & injuſto diſcerneretur, conſtituit & collocavit. Atqui (ut conſtat) ubique eſt pulcherrimum, *Ut ne quid* [20] *nimis*. Quum namque in multas partes diviſam legum ſubſtantiam ac materiam in unum Corpus [21] tanta cum laude coagmentaſſet, prætereа etiam quæ legalis regiminis ordinem & convenientiam ſæpenumero labefactarent, in concordiam redegiſſet: itaque quod ad hæc ſola omnes ſententiæ ferendæ eſſent, in unum conſenſum judices compuliſſet, eoſque ad pacifice judicandum, legalibus capitulis in tranquillo & ab omni contentione libero ſtatu conſtitutis, inter ſe conciliaſſet: his ille non contentus, ſed præſtantius [22] quippiam in reipublicæ gratiam poſtmodum conficere cogitans, imprudens iis quæ poſtea ſtatuit primum opus evertit: neque alterum vituperationi non obnoxium fecit, cum ex poſteriore ipſius inſtituto non paucæ adverſus prius ſuſcitatæ contradictiones & controverſiæ ſint. Atque ad hunc ſane modum ipſe Juſtinianus a ſeipſo vitium paſſus eſt. Certe quidem cum uſque ad hodiernum diem nunc ex recentioribus ſanctionibus, nunc ex inſcriptis, & non aliunde quam [23] quod multitudini placeant autoritatem præ ſe ferentibus conſuetudinibus, permulta ab illo tempore innovata ſint: parum abeſt, quin res legalis prorſus turbata confuſaque ſit, & communis vitæ negotia ſurſum deorſum ſubſultim ferantur. Quapropter [24] quum ſi quid aliud, hoc certe quod opitulatrice noſtra induſtria & cura neceſſario potiatur, dignum ſit ** tractatum inſuper & conſuetudinibus quæ ad rerum gubernationem deveniſſent, diligenter excuſſis, legum inter ſe contradictionem ſuſtulimus: quicquid adverſarium & ad præſentem rerum conſtitutionem rationemque illicitum eſſet, huic legalem autoritatem abrogantes: quæcunque vero conſuetudines non male neque noxie de rebus conſtituere viderentur, has non amplius inſcriptas & neglectas conſuetudines manere ſivimus, ſed ad legis vim ac poteſtatem extulimus: alicubi autem & ad ſævitiam quiddamque præfractius ſpectantem, ac ceu juſtitiæ penitus oblitam legem, ad ſuum decentemque modum legibus debita cum æquabilitate contraximus. His itaque hoc pacto diſpoſitis & conſtitutis, omnibus quibus juſtitiæ trutinæ commiſſæ ſunt, & magiſtratibus & judicibus mandamus, *ut* [25] *quæ leges* ab imperatoria noſtra majeſtate a legali ſolo exulare juſſæ ſunt, has inutiles judicantes, dehinc in omne ævum rejici ſinant: ſecundum reliquas vero ſcriptas atque veteres, & quæ haud ita pridem a ſempiternæ memoriæ patre [26] noſtro, atque nunc a nobis ſelectæ aut latæ ſunt, controverſiis dijudicationes ſuppeditent, neminique poſthac ad aliquam a legali autoritate exterminatam juris ſpeciem declinare, neque ad conſuetudinem quampiam, quæ accepta prærogativa pro eo quod conſuetudo eſſet ac diceretur, ad legis majeſtatem & honorem a potentia noſtra ſubvecta non ſit, recurrere permittatur.

1 Originem Græcarum conſtitutionum, quæ multorum manibus hodie teruntur, hic referre, non inutile fortaſſis fuerit. Baſilius Macedo cum filio Conſtantino & Leone Philoſopho (cujus Novellas hic interpretor) πρόχειρον juris edidit, diſtinctum titulis 60. adde *Novell.* 1. *in fine. Novell.* 71. §. *de nupt.* Hunc conſequutus Leo filius, collatis omnibus quæ de jure civili extabant voluminibus, Digeſtis, Codicibus, Inſtitutis, Novellis, novum opus libris 60. complexus eſt: quod ideo ἑξηκοντάβιβλον, & quia Principum leges continet τὰ βασιλικὰ nuncupavit, & ἐκλογήν. *Novell.* 1. *infr. eod.* hoc itaque conſtet Leonem βασιλικῶν autorem eſſe 1. *Harmenopul.* 1. *in princ.* Balſamon *in verſibus Heroicis.* Eodem tempore Photius patriarcha Conſtantinopolitanus νομοκανόνα edidit, quaſi breviarium & indicem Canonum uſu receptorum diſtinctum titulis 14. quem & προκανόνα appellarunt, forte quod is Photii liber velut Index præponeretur canonibus. Idem enim pene præſtiterunt Photius & Balſamon, Græcis, quod Latinis poſtea Burchardus Wormatienſis anno 1020. Ivo Carnotenſis anno 1090. & Gratianus anno 1120. Poſtea Conſtantinus Leonis filius, cognomento Porphyrogenneta, libros Baſilicῶn repurgavit, fuitque autor ἀνακαθάρσεως, id eſt, Baſilicῶn repetitæ prælectionis, & ita Balſamon intelligendus eſt in præfatione, ne alioquin ſibi contrarius Conſtantinum Porphyrogennetam autorem faciat τῶν βασιλικῶν. Neque tantum a Conſtantino Porphyrogenneta libri Baſilicῶn repurgati: ſed & Photii Procanon ſeu Nomocanon. A Conſtantino, Romanus Lecapenus junior, Conſtantini Porphyrogennetæ nepos edidit (ut quidam putant) librum qui inſcribitur μικρὸν κατὰ στοιχεῖον quod ſit parvum manuale, ordine alphabetico titulos diſpoſitos habens, quo libro multis locis utitur Conſtantinus Harmenopulus, ut & aliis nuncupatis Ρωμαϊκὰ Magiſtri ſive Patricii, titulis & capitibus diſtinctis, de utroque dixi in Nomenclatore Græcarum juris dictionum ad Harmenopulum. Hos omnes inſecutus eſt Balſamon interpres Photii, ex Diacono magnæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Nomophylace, & Chartophylace, & præfecto Blachernenſi, Antiochiæ, totiuſque Orientis Patriarcha. De eparchicis alias dixi, quibus addi cupio Cujacium 6. *obſervat.* 9. & 10. de ſynopſi βασιλικῶν ſeu Ecloga hoc viſum eſt addere: βασιλικῶν, majorum quaſi epitomen eſſe, vide Leunclavium *in præfatione Eclogæ.* quam multis erroribus occaſionem dediſſe ſcribit Cujacius 18. *obſerv.* 36. Quod ad Novellas Leonis, quas nunc interpretor, attinet: veriſimile eſt editas fuiſſe poſt libros βασιλικῶν, ut & fuerunt Novellæ Juſtiniani, poſt editionem Codicis. 2 Hæ Novellæ editæ a Leone poſt libros βασιλικῶν, multa corrigunt ex Juſtinianeo jure, nullius tamen apud nos autoritatis ſunt Cujac. 17. *obſervatione* 31. quin ne Leonis quidem ætate unquam obtinuiſſe videntur, niſi, ut Græci apud eundem Cujacium notant, in iis, de quibus antea nihil conſtitutum fuerat. ut *Novell.* 57. 71. 89. 102. 103. 104. vel quæ jus vetus, explicant, ut *Novell.* 77. aut ſupplent, ut *Novell.* 5. 3 Επανορθωτικαὶ καθάρσεις. His verbis veriſimile eſt repetitam legum prælectionem factam a Leone philoſopho prætendi, non has Novellas, ut hoc videlicet proœmio de autoritate legum a Leone philoſopho emendatarum agatur. 4 Ex corruptis moribus civium optimæ leges naſcuntur. 5 Ad ſalutem civium, civitatiſque incolumitatem, vitamque hominum & quietem conditæ ſunt leges. Cicero 2. *de legibus.* 6 Quod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis. *Novell. Juſtiniani* 111. *in princ.* 7 Prohibendo ſcilicet, *lege ſeptima, ff. de legibus.*

8 Hinc pœnæ conſtitutæ. 9 Legum deſuetudinis cauſæ. 10 Κατὰ κύβους ſpecies eſt proverbii. 11 Has Novellas non intelligit, ſed βασιλικῶν libros, de quibus ſupra diximus. alioquin, quid eſt in his Novellis, quod omnibus litibus finiendis ſatis eſſe poſſit. 12 Ex conſuetudinibus leges fiunt. 13 Conſuetudo ſcripta.

14 Εκλογή. Intelligit haud dubie libros βασιλικῶν, in quibus, quod a ſeculo Juſtiniani ad ſua tempora deſuetum erat, abrogatur: his tantum ſelectis, quæ in uſu quotidiano erant poſita. 15 Lites non ex legibus abrogatis dirimendæ. Idem a Juſtiniano conſtitutum §. 3. *conſtit. de Juſtinianeo Cod.* & §. 5. *de emendat. Cod.* 16 Ὕλην. 17 Σωματοποιΐαν. 18 Ars aliqua juris. 19 Juſtitiæ libra. 20 Τὸ μηδὲν ἄγαν. Terentius in Andria *act.* 1. *ſcen.* 1. Id arbitror adprime in vita eſſe utile, ut *Ne quid nimis.* 21 Σῶμα, ſic corpus Homeri dicitur, *l.* 52. §. 2. *ff. de legat.* 3. 22 Codicem Juſtinianeum repetitæ prælectionis intelligit. 23 *l.* 32. §. 1. *ff. de legibus.* 24 Quid a Leone præſtitum fuerit in emendatione juris. 25 Obſerva ſententiam hujus Novellæ, facit §. 3. *de Juſtinianeo Cod.* §. 5. *de emend. C.* 26 Baſilico ſc. Macedone. nam antea dixi Baſilium Macedonem cum filiis Conſtantino & Leone ediſſe πρόχειρον diſtinctum titulis ſexaginta.

CON-

CONSTIT. II.

UT QUI CÆTERA SECUNDUM SACROS DIVINOSQUE CANONES EPISCOPALI DIGNITATE DIGNUS ESSE PROBATUR, SI LIBERI EX LEGITIMO MATRIMONIO ILLI SINT, OB ILLOS IN CONSEQUENDO HONORE NULLUM IMPEDIMENTUM SENTIAT.

Aliter.

UT QUI ALIOQUI PRINCIPE [1] SACERDOTIO DIGNUS EST, SI LEGITIMI ILLI LIBERI SINT, NON IMPEDIATUR ILLUM CONSEQUI.

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constant. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

CUm sacrosancti divinique canones, & quicunque alii de sacerdotio ac episcoporum creatione statuere, in optimum numerisque omnibus plenum editi sint modum (& quidem quomodo illi non exacte perfecteque editi sint, quum divina inspiratio in autoribus efficaciter operata sit?) mirari [2] subit, quomodo non veriti nonnulli sint, sacras divinasque leges, tanquam illæ absolutæ non essent, promulgatis aliis legibus abrogare. Etenim quum sacri canones [3], quibus locis de episcoporum creatione præscribunt, statuant *eum* [4] *qui ex* legitimo matrimonio liberos habeat, si modo in reliqua vitæ ratione nihil impedimenti sit, ad primarium [5] sacerdotium promoveri posse: hi in contrarium statuentes [6] ajunt, ut ii qui liberos habent, tametsi legitimi conjugii munus sint, ad episcopalem dignitatem evadant, suo impedimento non vacare. Quod ideo fortasse in animam induxerunt, quod [7] istiusmodi affectione quadam erga liberos (quid enim quis aliud dicat?) sacras facultates oblæsurus videatur. Verum non recte sese illa ratio habet. Sic namque [8] nec fratribus aliisve cognatis superstitibus accessum quisquam ad Episcopatum haberet: siquidem & ad hos sanguinis propinquitatisque affectio respicit. Quin & hoc prævidentes divini canones fecerunt episcopis potestatem, ut si ipsis pauperes cognati essent, illorum inopiam ex sacris facultatibus sublevarent. Nostra igitur Imperatoria quæ ex Deo est majestas, si mandatis divinis insistatur, id longe convenientius fore animadvertens, consonam illis profert legem: ut quemadmodum ipsis videtur ad primarium sacerdotium promoveri posse [9] qui illo honore alioqui dignus sit, tametsi liberi ipsi lege tamen honorati sint: id ita liceat: & ita quidem censens, ut a lege, quæ contradicere ausa fuit, in audaciæ pœnam perpetuum in futurum exigatur silentium.

CONSTIT. III.

UT QUI SACERDOTES CREANDI SUNT SECUNDUM ECCLESIÆ RITUS, EA LEGE CREENTUR, UT OMNEM DEINCEPS VITAM COELIBEM AGANT, AUT SI MATRIMONIUM CONTRAHERE VELINT, PRIUS ID FACIANT, AC DEINDE AD CREATIONEM PROCEDANT.

Aliter.

QUOD ANTE INEUNDUM SACERDOTIUM MATRIMONIUM CONTRAHI DEBEAT.

Idem Imper. Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

CUm decenter inde ab initio de iis qui faciendis Deo sacris digni essent, ecclesiasticus ordo constituerit, non recte (meo quidem judicio) qui præsentis temporis consuetudinem sequuntur, interdum ecclesiasticam traditionem contemnunt. Nam ubi illa [10] mandat, *ut qui creandi* sacerdotes sunt, aut per omnem vitam, si promissum non falsum fore fidant: cœlibatum voveant: aut si [11] illum servare impossibile ipsis videatur, legitimum matrimonium ineant, ac deinde divinum ministerium suscipiant: consuetudo quæ in præsenti obtinet, iis quibus matrimonio conjungi in animo est, concedit, ut [12] antequam uxorem duxerint, sacerdotes fieri possint, & deinde biennium ad perficiendam voluntatem jungi matrimonio volenti præstituit. Id igitur quia indecorum esse videmus, jubemus ut ad vetus Ecclesiæ & antiquitus traditum præscriptum [13] dehinc creationes procedant. Neque enim dignum est, ut qui spirituali ascensu supra corporis abjectionem & sordes evecti sunt, hi rursum ad carnis [14] sordes delabantur: sed e diverso, ut divinum ministerium ex corporis sordibus tanquam in altum aliquem gradum conscendat, convenientius fuerit.

CONSTIT. IV.

UT NON MODO UNIVERSALIS [15] ECCLESIÆ SACERDOTES, VERUM ETIAM QUI AD QUAMCUMQUE SACRAM ÆDEM PERTINENT, SI IN HOC VOCENTUR, LICITE SACRA MYSTERIA [16] EXPONERE DIVINUMQUE CULTUM CELEBRARE DOMI PRIVATÆ POSSINT.

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

PLacuit veteribus, ut quæ sacrificia & communiones in privatis ædibus fiunt, ab illis sacerdotibus, qui ad generales [17] ecclesias pertinent, solis celebrentur: ab aliis vero qui alicui alii sacræ ædi addicti deserviunt, privatoque vitæ in statu sunt, ut nullum neque officium neque sacrificium perficiatur. Atque hoc quidem ut statuerent, religionis conservandæ causa in mentem illis venisse videtur, quo videlicet (ut conjicere est) dum nonnulli sacerdotii prætextu lethale defectionis malum tegunt, usu non veniat, uti qui profanati sacrificii participes fuerint, longe magis contaminentur quam expientur. Qui profecto eorum qui istiusmodi religioni cautionem excogitarunt, propositus finis hoc ipso nomine quod sacrosanctæ fidei stabilimentum adinvenerint, simul laudabilis, simul commendatione dignus est. Verumtamen quatenus se firmitatem allaturos existimarunt, eatenus illam ex lege promanasse atque se extendisse non videas. E diverso vero subinde illam ipsam legem religiosis & divinis ministeriis operam navantibus etiam adversari conspicitur. Ut autem pollutus sacerdos, qui notus non est, pollutæ suæ inquinationis aliquem participem faciat, verisimile fortasse est aliquando id evenire: verum non ita ut semper & omnino tale quiddam contingat. Quis enim animo tam facili est, tamque omnia promiscua habet, ut quem non norit sacerdotem, neque cujus religionis, neque quibus moribus sit, hunc ad sacrificandum advocet? Rursum vero qui defectionem moliuntur, remque sacram profananter faciunt, ne illi cum alienis ab impietate conventus agere non velint. Ut unde stabiliri lex videtur, non inde quemadmodum existimatum sit, stabiliatur. Tum & religiosis in multis utilitatibus consequendis eandem impedimento esse comperitur. Siquidem cum divina gratia in omnibus fere omnium non modo potentiorum, verumetiam tenuiorum domibus sacraria [18] Deo erecta sint, & vero sumptus reliquaque ad rem familiarem necessaria sacerdotibus ab omnibus similiter suppeditari non possint: evenit propter legem, ut (quemadmodum dixi) qui tenuiores sunt quam ut privatim sacerdotes suscipere possint, persæpe divinorum mysteriorum expertes maneant, & sacra [19] delubra, quæ in illis sacrificia fieri debeant, his defraudentur. Quin verisimile etiam est, nonnunquam defunctorum [20] memoria instante ob defectum sacerdotis præsentem memoriæ diem nullo facto sacrificio [21] elabi, ut inde & qui hic vivunt, & quos altera vita tenet, utrisque non exiguum damnum obveniat. Statuimus igitur, *ut non solum* generalis ecclesiæ sacerdotes, sed etiam qui ad quamcumque aliam sacerdotum domum pertinent, quibuscumque cujusque domus dominis accersitis accessum ad sacra oratoria, & sacrarum rerum functionem [22] dare voluerit, in quibuslibet ædibus sacrificandi [23], Deique arcana enarrandi facultatem [24] habeant [25].

CONSTIT. V.

NE, QUIBUS, POSTQUAM MONASTICÆ VITÆ INSTITUTUM SUBIERINT, FACULTATES SUPPETUNT, IN UNIVERSUM HI DE ILLIS TESTARI PROHIBEANTUR: SED UT SI, QUO TEMPORE MONASTERIUM ADIERUNT, IN ID QUIPPIAM CONTULERINT, IN ILLORUM POTESTATE SIT, UT QUEMADMODUM VELINT, DE IIS QUÆ SIBI POSTMODUM PARARUNT, IN PLENUM ASSEM ETIAM TESTAMENTUM CONDANT. SI VERO NIHIL AB INITIO INTULERINT, TUM UT DE BESSE STATUENDI FACULTATEM HABEANT, MONASTERIUM AUTEM ALTERAM PARTEM SIVE TRIENTEM ACCIPIAT.

Aliter.

UT MONACHUS [26] DE ACQUISITIS TESTARI POSSIT.

Idem Imperator Stephano [27] sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

QUoniam de monachorum bonis quæ post susceptam vitam monasticam coacervassent, persæpe nobis una cum Dei amantissimis sub te primariis sacerdotibus dubitare te (o divinum, &, ut mundo præluceas, in magno ecclesiæ firmamento a principe lumine collocatum lumen) dixisti, an constitutione facta monachos istiusmodi bonorum dominos designari oporteret, an vero ipsos ab illorum dominio arceri conveniret: nimirum quod tanquam nubes, quæ istinc ambiguitas existit, rationis radios, quo minus perspicue ea res dijudicari possit, subeat & offuscet: quoniam (inquam) de hoc dubitantes variis nos postulationibus ad hujus rei considerationem una vobiscum suscipiendam hortati estis: nos, ut in aliis, ita & hic sacerdotalem tuam dignitatem venerantes, ad satisfactionem petitionis tuæ accingimur. Ac illa quidem primum a nobis dicantur, quæ a veteribus [28] de illis qui se jam in monasticam rempublicam [29] adscribi volunt, constituta sunt: illis nempe de rebus suis prius testandum esse, ac deinde ad concupitum vitæ institutum procedendum, nec dispositionem rerum suarum vitæ mutatione anticipandam. Nam si hoc ita evenisse constet, non amplius ipsis jam tonsis, ut de rebus suis quicquam statuant permittendum esse: omnemque substantiam, in qua ecclesia tonsi sunt, illi cessuram. Quod sane de iis qui vitam monasticam jam subierunt, decretum (extra quam si liberi qui hereditatem petant, supersint) & optimum, & ita ut nemo possit melius, constitutum est:

1 Αρχιερωσύνης: intelligit sacerdotium episcopale. 2 Leges divinæ abrogari non possunt. 3 1. *ad Tim.* 4. *ad Tit.* 1. *vers.* 6. 4 Nemo removetur ab episcopatu adipiscendo propter liberos quos habet. 5 Αρχιερωσύνην. 6 Vid. *l.* 42. §. 1. *Cod. de episc. & cler. Novell.* 123. *cap.* 1. *Nov.* 137. *cap.* 2. 7 Adde & alias ex *d.* §. 1. *dist.* 28. *c. priusquam c. de Syracusana.* hinc dubitandi ratio sumitur. 8 Eversa ratio dubitandi ab absurdo. 9 Et ita abrogatur *d.* §. 1. *d. Novell. c.* 1. §. 4. *Nov.* 23. *c.* 1. *Nov.* 137. *c.* 2. adde *c. priusquam c. de Syracusana dist.* 28.

10 Traditio ecclesiastica. 11 Traditio fuit Ecclesiastica, ut qui creandi sacerdotes essent, vel cœlibatum voverent, vel, si cum vovere non possent, uxorem prius ducerent, & ita ministerium susciperent. 12 Hoc innuit, tollendam esse sui temporis, ut inquit, consuetudinem, quæ sacerdoti, intra biennium sacerdotii adepti uxoris ducendæ potestatem faciebat, reducta, ut inquit, veteri consuetudine, qua futuris episcopis matrimonium permissum, non tamen electis, *l.* 45. *Cod. de episcop.* vid. *Nov.* 79. *T. eod.* 13 De quo s. dixi. 14 Nuptias intelligit. Idem pene dicitur in *l.* 44. §. 1. *vers. oportet. Cod. de episcop. & cler.* quod parum honeste dictum videtur, τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι. *Heb* 15. *vers.* 4. simile est quiddam Syrici *dist.* 82. *c.* 4. & Innocentii *dist.* 28. *c.* 2. & Gregorii *dist.* 28. *c. priusquam.* 15 Καθολικῆς. 16 Ιερὰς μυσταγωγίας καὶ λατρείας. si ita est, Novella Justiniani 58. abrogatur. Interim hoc videtur innuere sacerdoti privatis in domibus permitti ἱερᾶσθαι καὶ μυσταγωγεῖν, ut hæc Novella pertineat ad sacrificia & administrationem verbi. *cap. clericos dist.* 1. *de consecrat.* ut & *Novell.* 15. *T. ad baptismum.* 17 Καθολικάς. 18 Quæ Græcis εὐκτήρια. *Theophil.* § 8. *Inst. de rer. divis.* 19 Ιερὰ τεμενίσματα. 20 Κεκοιμένων. 21 Sacrificia pro mortuis & defunctis fieri solita. 22 Ιερουργίαν. 23 Ιερᾶσθαι, intelligit ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν. ut *Novell.* 131. *cap.* 8. actum sacrificandi. 24 Μυσταγωγεῖν. 25 Et ita abrogatur *Novell.* 58. *Novell.* 131. *c.* 8. Olim sine consensu episcopi, qui in privata domo vel possessione sacrificasset, Canones notabant, ut παρασυνάγωγον. Balsamon *ad cap.* 31. *Synodi* 6. *in Trullo:* adde *cap. clericos.* 5. 34. *dist.* 1. *de consecrat.*

26 Περὶ τοῦ διατίθεσθαι τὸν μονάχον &c. extat alias hujus Novellæ Epitome apud Harmenopulum 5. *tit.* 1. §. 3. Goth. Ne quidem Papa potest concedere Monacho ut aliqua bona retineat, vid. *cap.* 6. *extr. de stat. homin.* quo posito non poterit testari vid. Covarruv. *rubr. de Testam. num.* 47. Ans. 27 Quem Cedrenus in Leone vocat Στέφανον σύγκελλον, Leonis ἄδελφον, cui mortuo successit Antonius cognomento Cauleas. Porro σύγκελλος, idem quibusdam, quod contubernalis. Zonaræ vero in Monomacho id in Ecclesia σύγκελλος, quod Agarenis Seriph, hoc est Caliphæ successor. Apud alios est suffraganeus. Plura dixi in Nomenclatore meo Græcarum jurisdictionum in voce πρωτοσύγκελλος & in voce σύγκελλος. 28 Jure veteri monachi testari non poterant. *Novell.* 5. *cap.* 5. *Nov.* 76. *Nov.* 123. *cap.* 38. 29 Τῷ μοναστικῷ βίῳ.

tum nec addi nec adimi illi quicquam queat. Etenim qui ante mutatam vitæ rationem, quum bonorum dispositionem in arbitrio suo positam haberet, de iis statuere noluerit: merito postmodum id facere prohibetur, ut qui se ipse in has angustias conjecerit. Propterea enim quod quum licitum ipsi esset prædisponere res suas testamento noluerit, ejus postea faciendi facultatem, tanquam ab ipso damnatam, sibi adimi, id vero jure longe optimo sustinet. Cæteroquin etiam, quomodo non absurdum fuerit, si qui se ab hujus vitæ curis sejunxerit, illarum adhuc onus sufferat, indeque promanante molestia prematur? Liberos igitur qui in monachorum numerum adscriptus est (quemadmodum dixi) quando non habet, non profecto hoc decretum decreto alteri cedat. At si liberi supersint (non enim tunc illos propter parentis silentium damno affici fas esset) non omnino testamenti ordinationem monachicus habitus impediat: sed manifestum est quod [1] de liberorum portionibus testari poterit, quæ illis æquabili legitimaque divisione attribuentur. Quæ vero pars ad ipsum respicit, in ea testamenti factio deficiat: quippe quæ integra ad monasterium pertineat. Cæterum si mors etiam (ut multi sunt rerum humanarum casus) subito superveniens rerum distributionem intercipiat, neque tunc quidem quæ liberis succurrat dispositio omnino conticebit: sed secundum dictum modum, quæ ad illos pertinent legitimo ipsis jure separabuntur: residuum autem involabit monasterium. Atque hæc quidem de hisce facultatibus, quas ante susceptam vitam monasticam habuerit quisquam. Verum de quo paterna vestra beatitudo prodire decretum petiit (de iis nimirum rebus quæ post monasticæ vitæ susceptionem accesserunt) de eo hoc statuimus, ut inde ab eo tempore ex quo monasticæ vitæ rationem susceperit, consideratione procedente, quæ postmodum ab ipso comparata sunt, discernantur. Non enim quod qui a profana vita ad monasticam transit, nisi prius testetur, testandi postmodum facultate privatur: ideo & de iis quæ postmodum conquisierit, quicquam statuere in universum prohibeatur. Illic namque jure testamenti factione privatur: quia quum ipsi in profano statu res adhuc tractanti, aliquid constituere integrum esset, eo ipso quod id non fecerit, se ipse in [2] has angustias circumcluserit, hic vero nihil simile est ut quisquam aut a seipso, aut ab alio prohibeatur. Quod si quis dicat, hoc solo nomine quod monachus sit, monasterium omnia esse percepturum: haud scio, si istiusmodi, quæ monachos deceant, statuat. Primum enim an qui homines opum contemptum professi sunt, hos ita illas amplecti, ac quacunque ratione retinere convenit? Deinde sint alicui cognati pauperes, alioquive noti, qui consolatrice manu indigeant: quomodo non ab omni humanitate alienum, nullo illos ex cognati rebus sublevamine dignari, tanquam non modo peregrinos, sed & cognatos amicosque propellere, atque omnia ad se trahere monachis decorum sit? quemadmodum hellu ones [3] voracesque homines nullam omnino partem aliis qui una accumbunt relinquere velle videmus. Neque enim servus servitutis vinculis liberatur, neque egenus commiseratione potitur, non alius quisquam necessitatibus pressus consolationis fructum invenit, quum omnes monachi facultates monasterio dantur. Ac propter hoc sane statuimus, *ut si quis, quo tempore* monasticam vitam suscepit, ecclesiæ quidpiam consecrarit, illi circa res postmodum comparatas liberum ratumque judicium sit [4], quomodocunque de illis statuere velit: sin nihil omnino ab initio in monasterium allatum sit: tum ut bifariam substantia dividatur, ita ut una pars in bessem, altera vero in trientem circumscribatur, ac monachus quomodocunque ipsi visum fuerit de besse testamento statuat: triens autem applicetur monasterio. Atque hæc quidem, de quibus requisitis nostra decrevit potentia. Oportebit autem tuam beatitudinem, quæ decreta sunt, omnibus sub ipsa Dei amantiss. metropolitanis facere manifesta, & hos similiter sub se constitutis Episcopis, illosque quarum curam sortiti sunt ecclesiis ista indicare: quo videlicet & in præsens & in futurum hæc ab omnibus tum cognoscantur, tum hunc ad modum fiant.

CONSTIT. VI.

UT UTRUMQUE TEMPUS TUM QUOD SANCTA SEXTA CONSTITUIT SYNODUS, TUM QUOD DECERNIT DIVUS BASILIUS, IN IIS QUI MONACHI FIERI STATUUNT, OBSERVETUR: ET BONORUM EJUS QUI A SYNODO PRÆSTITUTO TEMPORE MONACHUS FIT, DISPOSITIO SECUNDUM EDITAM A NOBIS FORMAM PROCEDAT.

Aliter.

UT DECENNIS [5] PUER IN MONACHORUM NUMERUM ASSUMATUR.

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

Quo tempore eos qui monasticam vitam subire desiderant, re concupita potiri oporteat, id quia non unum atque idem, sed aliud atque aliud a divinis nostris patribus præstitutum sit, ut ad hunc etiam tractatum dijudicandum, & quæ subesse videtur contrarietatem conciliandam me componerem, effectum est. Itaque quæ magnus ille ac admirandus decernit [6] Basilius (ut videlicet qui monachicum habitum ambiunt, decimo sexto primum aut decimo septimo ætatis anno digni illo habeantur) quæque sancta sexta [7] mandat [8] synodus, anno decimo, qui istiusmodi vitam capesserent, suscipiendos esse monens: hæc cum sanctiss. Patriarcha Deique amantissimis metropolitanis diligenter expendentes, neutram sacrarum legum diximus esse contemnendam: sed contra ad utrumcunque tempus religioso habitu qui illum sumere cupiunt, dignos habere jubemus. De bonorum autem dispositione peculiarem sententiam pronunciavimus, *ut nempe qui* sexto decimo aut decimo septimo tonderi voluerit, de rebus suis quomodo velit, statuere [9] possit. Existimo enim propterea etiam magnum illum Basilium hoc tempus hujusmodi actioni tribuisse, quod ad id legitimæ ætatis requisitio ad statuendum de rebus suis impedimento non sit. Qui vero decimo anno in monasticæ vitæ sanctimoniam mutato statu transire in animo habeat, ut neque huic salutaris conatus impedimentum aliquod obviet (hoc enim, ut videtur, & sacra synodus intelligens, ac volens, tempus quo vitam monasticam adire esset, ampliavit) *ne tamen is* quo modo istiusmodi vitam ineundi, sic etiam de rebus suis testandi [10] facultatem accipiat: sed donec illud tempus, quo legitimam plenamque ad testandum ætas potestatem capit, advenerit, a disponendis rebus inhibeatur. Quod si (ut sunt res humanæ) ante illius temporis completionem e vita excesserit, servi ejus omnes a servitute liberentur: reliqua vero bona bifariam dividantur in bessem & trientem: ac bessem quidem monasterium auferat, triens autem defuncti cognatis detur. Quorum si nulli supererunt, quo bes processit, eo triens quoque abeat.

CONSTIT. VII.

UT QUOTIESCUNQUE A CLERICORUM HABITU AD PROFANORUM TRANSIRE PER VECORDIAM ALIQUIS TENTARIT, IN ILLUM IS INVITUS ETIAM RESTITUATUR.

Aliter.

NE CLERICUS DENUO PROFANUS [11] FIAT.

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

Quemadmodum antehac, quando certiorem firmioremque rerum constitutionem investigaremus, si civilis lex plus roboris ac firmitatis, quam ecclesiastica præbere videretur, illi prærogativam dedimus: eo modo & hic decretum sacrum rectæ rerum moderationi, quam civile sit, conducibilius fore intelligentes, illi per assensionem consona præscriptione edita, statuimus, *ut quicunque clericorum* habitum mutare profanorum habitu improbe instituerit, is quotiescunque actus fuerit in istiusmodi vecordiam, secundum ecclesiasticum decretum, quantumvis invitus in clericorum habitum [12] restituatur, tametsi qui ecclesiastici ordinis statum recipiat, dignus non sit, uti qui se ipse illo indignum transfugio constituerit.

CONSTIT. VIII.

UT QUI REJICERE VENERANDUM MONASTICÆ VITÆ [13] HABITUM IN ANIMUM INDUXERIT, AC PRO ILLO PROFANORUM [14] HABITUM SUSCEPERIT, QUOTIESCUNQUE HOC FACERE AUSUS FUERIT, ETIAM INVITUS IN ILLUM RESTITUATUR: ET EX QUO MONASTERIO IMPROBE AUFUGERIT EIDEM REDDATUR.

Aliter.

DE EO [15] QUI VITAM MONASTICAM DESERIT, QUI PRÆSIDUM COHORTIBUS [16] ASCRIBI SOLET.

Idem Imper. Stephano sanctissimo Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

Cum alioqui, qui incomposite vivere instituunt, ac præ laudatis moribus sectantur vitiosos, quotiescunque flagitii quicquam designasse deprehensi sint, malum ipsorum institutum multifariam coërceatur, nec improbam, scelestamque voluntatem ac molitionem correptione vacare toleretur: subit mirari, quomodo lex vetus iis qui monasticæ vitæ exercitationi se mancipassent, deinde vero stationem suam & ordinem deseruissent, quomodoque sacræ [17] literæ habent, tanquam [18] canes ad suum ipsorum vomitum, aut sues ad pristinæ vitæ cœnosam cloacam reversi essent, ac profanorum in habitu statuque se ipsi collocassent: improbum hoc scelus tentari omninoque perfici permiserit. Jubet enim, ut qui semel monasticæ vitæ institutum reliquerint, unde flagitiose exissent, reverterentur: qui vero iterum [19] id ausi essent, ex eo tempore pulsi monachatu, inter cohortales provincialis cohortis recenserentur [20]. Atqui si ut desertor ordinis profanorum habitu indueretur, id illi statutu pulchrum visum fuit, quid causæ est cur ipsum ab initio ita non vestierit: sed ut qui monachus professionem suam semel deseruerit, is ad illam quamlibet invitus denuo cogeretur, constituerit? Si hoc ita præcipi decorum putavit, quare in eodem decreto non consistit, sed tanquam ipsum placiti sui pœniteat, miserum illum monachum ad militarem vitam protrahit? Nequaquam vero id nobis esse fas videtur, *neque* [21] qui in divinæ militiæ [22] legiones receptus sit, hunc in mundanis militiis placet collocari. At contra, quod ecclesiastico ordini observari debere visum est, ut si quis sæpius vitam monasticam aspernatus vagetur, huic profanum habitum recipere non concedatur, id per legem etiam nos jubemus. Si enim qui vitam monasticam exuit, mundanæ voluptatis velut asylo concitus id facit: quæ ratio est, tametsi semel cupidi-

1 Vid. *Novell.76. in fin. Nov.123. cap.38.* 2 Adde *l.7. §.1. ff. qui satisdare. l.2. §.8. ff. si quis cautionibus.* 3 Helluonis natura. 4 Et ita abrogatur *Novella 5. c.5. Nov. 123. c.38.*

5 Vid. in Corpore Canonico *c.14.* extra. de temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum, Clementinam de ætate & qualitate præficiendorum, & *c.1.8. 11. de regularib. cap. ult. de temporib. ordinat. in 6. & distinct. 77. cap. subdiaconus, & distinct. 78. c. quid est: & 1. q. 1. c. estote.* adde Vigelium 3. *methodi juris Pontificii* 4 *num.37.* Ab infantia potuisse monachos fieri constat ex lege 53. *C. de episcop.* 6 In epistola ad Amphilochium canone 18. 7 In Trullo 8 *Canone 40. ubi vid. Balsamonem.* 9 Id est, testari, adde *Nov.6. §. eod.* 10 Videtur abrogari lex Constantini, qua permittebatur impuberi cœlibatum profitenti ac voventi, in ipso monasterii ingressu testamenti factio. de quo vid. Sozomenum 1. *cap.9.* vide quæ scripsi ad *l. ult. C. de test. milit.*
11 Περὶ τὸ κληρικὸν μὴ γίνεσθαι αὖθις λαϊκόν. Scrimg. id est, ne clericus denuo fiat laicus.

12 Vid. *Nov. 8. T. eod.*
13 Τῆς μοναχικῆς πολιτείας. 14 Τὸ λαϊκόν. 15 Græci ita legunt περὶ τῶ συντεταγμένω καὶ ἀθετήσαντος τὸν μοναχικὸν βίον. 16 Arcadius & Honorius in *l.53. §.1. C. de episcopis & Cler.* sed & postea Justinianus monachum desertorem addici voluerat cohorti præsidis provinciæ *Novell.5. cap.6.* postea idem Justinianus monasterio reddi jusserat, non cohorti addici: nisi plus semel monasterium deseruisset *Nov.123. c.42.* 4. *Ecl.1. c.15.* Hac autem Novella cohorti addici prohibetur. 17 *Proverb.26. vers.12. & 2. Pet.2.* 18 Proverbii genus observa. 19 *Nov.123. c.42.* 20 Sic solebant clerici desertores cohortibus addici. *Nov.6.* ut apparitores præfecti urbi, corpori pistorum, *l.2. C. de apparitorib. præfecti urbi:* dissimiliter cohortales addicebantur Curiæ. *l.38. C. de decurionibus.* vel suarii pistrino, *l.19. C. de pœn.* Nam hujusmodi mutatione cohortalium aut suariorum conditio deterior non fiebat. 21 Et ita abrogatur *d. Nov.5. c.6. Nov.123. cap.42. l.53. §.1. C. de episcopis & Cler. l. ult. §.4. §.5. in fin. C. de episcop. aud.* 22 Monachismus divina militia, vide *Nov.4. Justin.* Cedrenum *in vita Claudii Imperatoris.* Suidam in μοναχός.

tatis

tatis suæ motu prohibitus sit, quum si rursum ad hoc faciendum animum appellat, se ad finem insolens suum consilium perducturum, ac in profanorum statum recipiendum esse sciat, ut is non omnibus modis monasticæ vitæ institutum iterum communi vivendi modo mutet?

CONSTIT. IX.
DE SERVO QUI IGNORANTE [1] DOMINO CLERICUS FACTUS EST.

Idem Imperator Stephano sanctiss. universalique Constantinopolitano Archiepiscopo.

EIdem rectæ rerum ecclesiasticarum constitutionis curæ insistentes, quæque sacrosanctis canonibus placuerunt, hisce nos etiam album calculum adjicientes, ab adversariis civilibus legibus hanc contradictionis pœnam, ut ex legitimis constitutionibus subtrahantur, exigimus. *Ut enim qui*, cum servilis conditionis esset, ignorante domino venerandam sacerdotii dignitatem assumpserit, nudatus istinc promanante honore, in pristinum servitutis restitueretur statum, secundum [2] ecclesiæ Dei voluntatem & nos constituimus [3]. Legem autem, quæ servum ignorante domino sacerdotem factum servitute liberat, huc ut neque effectum [4], neque fandi facultatem habeat, redigimus.

CONSTIT. X.
DE SERVO QUI INSCIO DOMINO MONACHISMUM SUSCEPIT [5].

Idem Imperat. Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

QUam præstans monasticæ vitæ professio sit; quique suave illud & beatum jugum suscipiunt, quanta illi reverentia & honore digni sint, scimus quidem & ipsi. Itaque non quo illum vituperemus, sed potius quo vituperationi eximamus, hæc statuere visum est, & censemus. Quanto enim illa admirabilior diviniorque est, tanto majore & quidem quanta maxima attingi cum veneratione, nequaquam vero ingratitudinis & improbitatis velamen ac prætextum monasticæ vitæ dignitatem fieri oportet. Et certe quomodo improbitas dicenda non est, si homo servus, dominum suum fugiens, ad illud vitæ institutum deveniat? Quoniam igitur de servis fugitivis ad vitam monasticam devenientibus, statutum a superioribus [6] est, ut si intra tres annos fugitivus manifestus fiat, illum habitu nudatum recipiendi facultatem dominus habeat: si vero usque in tertium annum incognitus manserit, tametsi postmodum agnoscatur, ut domini potestati non obnoxius sit, præterque illius voluntatem liber nuncupetur: & vero inde multos fugiendi dominos suos occasionem cepisse, ac re honesta monasticæ vitæ professione, ad tegendam malitiam abuti videmus (cuilibet enim servo perfacile est, ut ad triennium se occultet, deindeque libertatem consequatur) jubemus, *ut quantocunque* tempore servus tali consilio monachus factus delituerit, si ipsum aliquando dominus inveniat, nihilominus is quem malo proposito habitum sumpsit, hoc exuatur [7], rursumque in domini potestatem subigatur. Nam quod pio affectu habitum illum sumpserit, quantumvis id verbis ipse fingat, ne dici quidem potest. Sive enim cum benevolo placidoque domino uteretur, pro amore, odio concepto, fugere decreverit, extremæ ingratitudinis & improbitatis argumentum habes: sive (ut sunt res humanæ) molestiis & injuria affectus non tolerarit, ac idcirco dominum deseruerit, quomodo eam rempublicam magnifaciet, quæ cives suos in *Christi* crucem [8] & mortem continenter respicere vult?

CONSTIT. XI.
DE SERVO QUI IGNORANTE DOMINO EPISCOPUS FACTUS EST.

Idem Imper. Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

QUod de servo [9] qui venerandam sacerdotii dignitatem furatus sit, idem & de illis servis quibus nesciente domino ad primarii sacerdotii honores conscendere visum est, statuimus: ut videlicet secundum ecclesiasticæ constitutionis voluntatem exautorati, honore in quem clam irrepserint, priventur, & ad suum servilemque statum reducantur. Non enim profecto qui aliis in rebus furto vel fraude aliquid subtrahunt, his non modo ea quæ subtraxerint retinere non concedimus, sed interdum etiam ut maleficos puniemus: & qui tantarum rerum furta audent, hos inde honeste vivere, & ex uno fraudis pessimo exercitio duo omnium longe pretiosissima, libertatem & sacerdotii prærogativam, lucrari sinemus. Ergo si quis servus ignorante domino episcopus creatus sit, inde ad servitutis effugium nil juvatur.

CONSTIT. XII.
DE OFFICINARUM [10] MAGNÆ ECCLESIÆ USU.

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constant. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

COnstantinus [11], is qui primus *Christi* nomine Imperii coronam splendidiorem ac augustiorem reddidit, ubi etiam dignum aliis suis præclaris facinoribus imperatoriaque cura fore prospexisset, de sepultura *nempe* eorum mortuorum quos in ea etiam re egestas premeret, officinas [12], ex quarum vectigali necessarios ad humandos mortuos sumptus suppeditandos ordinasset, sanctæ Dei ecclesiæ applicavit. Hanc igitur provisionem quum piorum hominum æmulatio postmodum excepisset, quæ & ipsa pauperibus ad sepeliendum sufficeret, permultum illa in hunc usum sumptus auxit. Verum nunc omnino nihil ea solicitudine, qua initio ter ille quaterque beatus princeps voluit, dispensari inde videas. At nos, & scientes quidem quod postquam ecclesia officinarum vectigalia occupavit, tametsi (quod usus non postulet) in quem ab initio constitutum est, Numinis cultum illa non expendat, in aliud tamen quodpiam ministerium, & ipsum ad numinis cultum pertinens, prorsus illa dispenset: statuimus, *ut quæ de his* jam olim edita constitutio [13] est, immota & inviolata permaneat. Officinæ autem omnes, quæ in hoc ministerium attributæ sunt, supra mille numero sunt ad centum.

CONSTIT. XIII.
DE PERPETUIS EMPHYTEUSIBUS [14].

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

REm fraudulentam simul & illicitam consecratarum Deo ædium (ecclesiarum videlicet, hospitiorum, & viduis pupillisque alendis destinatarum domuum) præfectos etiam audere ad nostras relatum est aures. Narratum est enim quum domus elocatæ sint, jamque tempus pacto constitutum decurrat, quando locationis terminus, ac possessionis renovatio [15] instat, non fieri certam aliquam & statutam solutionem, quam peculiari nomine εἰσδικτικὸν [16] vocant: sed quomodo præfectis pro ipsorum avaritia visum sit, ita exactionibus domuum possessores prægravari. Id igitur cum omnibus grave, tum pauperioribus (quod ita ipsis durior egestatis necessitas imponatur) longe esse acerbissimum videntes, ne id amplius fiat lege cavemus: sed *ut certa* quantitate ad [17] duplum emphyteutici vectigalis constituenda solutio definiatur: & insuper omnis illatio locationis instrumentis inscribatur, domuique nulla novatio adferatur: non vero in præfectorum quæstum intervertatur, dum illi non ut domuum utilitati consulant, sed scelesté sibi lucrum parent, hoc agunt.

CONSTIT. XIV. [18].
DE [19] IIS QUI MONASTERIUM IMPERFECTUM RELINQUUNT.

Eidem.

QUi præcipitanter ambitioseque ad faciendum aliquid fertur, ac ipso in initio viribus ac facultate destituitur, sive manifestum vitium, sive benignitatis speciem conatus præ se ferat, simul ille reprehensione dignus, simul aspernandus est. Hoc sane & qui similitudines ab initio proverbiaque loquitur, Dominus noster & servator in Evangeliis vult, ubi de ædificatione urbis & absolutione, ac de similibus sermocinatur. Merito igitur & sacræ leges [20] & civilia decreta similes edunt, ejusdemque sensus admonitiones, ut quicunque monasterium construere instituerent, si ad perficiendum opus pares non essent, id aggredi prohiberentur. Oportet enim quascunque res, ubi ad perfectionem pervenerint, tum demum convenientem appellationem indipisci: nequaquam vero nomen rebus imperfectis, ut consummatæ constitutionis sint, præstare potest. Itaque (quod dictum est) recte sacra civilisque lex eos qui ad rem absolvendam pares non sint, fabricandi monasterii inceptione prohibet. Verum quoniam incognitum illud est, quando monasterium sufficienter absolutum judicari debeat (non enim expresse ab illis hujusmodi absolutio definita est) hac de re certum atque evidens edictum promulgare placuit. Dicimus igitur (quoniam divinum os loquutum [21] est: *Ubi duo aut tres in nomine meo congregati sunt, ibi in medio illorum sum*) *quod opus aliquod* monasterii appellationem subiturum, minimum [22] tribus sufficere oporteat: quod nimirum idem opus, si facultatibus quoque abunde instruatur, ad celebritatem nominis etiam valeat. Ut ergo quis liberam impedimentoque carentem ad dedicandum monasterium aggressionem habeat, in tot minimum monachos dedicationem concipiat necesse fuerit. Porro quia permulti, qui se istiusmodi incepto dedunt præveniente morte, ipsosque hominum consortio eripiente, interdum proposito destituuntur: illud a nobis statuitur, *ut si testamentum conditum sit*, quæ in illo Ecclesiæ assignata sunt, ea illi cedant. Si vero (ut identidem ex mortis incertitudine contingit) *antequam de rebus suis statueret*, evectus fuerit, tum si ad tres numero liberi supersint, quadrantem bonorum involabit monasterium: sin ultra ternarium numerum sobolis multitudo procedet, liberis connumerabitur monasterium, & deducto ære alieno, ex universa substantia, quantum ipsorum quisque capiet. Quod si defunctus sine liberis decesserit, parentes autem superstites habeat, rebus bifariam divisis, una pars parentibus, altera monasterio applicabitur. At si neque parentes, neque liberos heredes habeat, & cognati ad hereditatem prodeant, ipsi quidem quotcumque fuerint, trientem inter se distribuent, bes vero ecclesiæ accedet. Verum enim vero si aut per oblivionem aut aliam quampiam causam, in contrariam laudabili legitimoque proposito testamentum sententiam conceptum sit, ut ejus loci antistes Dei amantissimus, quantum ad ecclesiæ, eorumque qui in illa adsessuri sunt, sustentationem suffecerit, vendicet: de reliquis vero legum præscriptio & testamentum dijudicent.

1 Adde *Nov.* 123. *c.* 17. 2 Adde *epist. ad* Philemon. 3 Vid. *d. c.* 17.
4 Ανυπεργητὸν τε καθιςῶμεν καὶ ἀπαῤῥησίαςον.
5 Ut a domino possit ex monasterio in servitutem retrahi, quantocunque tempore in monasterio delituerit. 6 *Nov.* 5. *c.* 2. §. 1. *versic.* triennii, vel semel expleto tempore.
7 Ne ex sua fuga & improbitate commodum consequatur. 8 Servitutis jugum aspernari non debet, qui in crucem Christi continenter respicere jubetur.
9 *Nov.* 9. *supr. eod.*
10 *Novell.* 43. *Nov.* 59. 11 Vid. *d. Nov.* 43. *in prin. & Nov.* 59. *in prin.*
12 Officinarum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ reditus sepulchrorum sumptibus deputati. 13 *Novell.* 43.
14 Quidam legunt περὶ ἀνακάμψεως. vid. Cuj. 1. *Feud.* 5. 15 Ανανεώσεως. *Scrimg.* Cujacius *d. loco* videtur legisse, περὶ ἀνακάμψεως, qui & hunc locum de precaria accipiendum esse existimat. hinc illud Caroli magni 4. *leg. Franciæ*, Si quis in censibus reddendis & precariis novandis negligens fuerit. Precaria porro non est eadem cum libellaria, dixi ad *l.* 24. §. 1. *C. de sacrosanct.* cum feudo, cum usufructu, quin cum ipsa emphyteusi. quamvis illa omnia sint ususfructus. Ideo perspicitur, quod is qui dat, proprietatem retineat ad instar pignoris, hypothecæ, fiduciæ, ἀντιχρήσεως. quæ omnia non eadem sunt, etiamsi in hoc unum conveniant, quod sint pignora. Itaque Cujacius putat precariam esse cessionem ususfructus rei immobilis, quæ fit clerico ad tempus vel dum vixerit, ea lege ut ecclesiæ ministerium exhibeat, quod vix est ut huic loco conveniat; videtur enim pertinere ad omnes omnino homines, quibus jus est ab ecclesia emphyteusim accipere, non ad solos sacerdotes.
16 Εἰσδικτικὸν, renovationis pretium. de mercedibus dixi ad *Edicta* 13. *Justin. c.* 7.
17 Quænam quantitas εἰσδικτικῶν esse debeat.

18 Adde *Nov.* 77. *c.* 1. *Nov.* 131. *c.* 7. 19 Meminit hujus Novellæ *Harmenopul.* 5. *tit.* 8. §. 108. 20 *d. c.* 1. *d. c.* 7. 21 *Matth.* 18. *vers.* 20. 22 Imo duo videntur sufficere. *l.* 12. *ff. de testibus*, sed id forte receptum fuit, quod duo familiam non faciant. *l.* 40. *in fin. ff. de verb. sign.*

CONSTIT. XV.

UT SALUTAREM BAPTISMUM [1] IN QUOCUNQUE SACRO ORATORIO PERAGI LICEAT [2].

Idem Imperator Stephano sanctiss. Constantinop. Archiepiscopo, & Patriarchæ universali.

Etiam hic venerandæ sextæ synodi [3] sacer canon [4], qui non in privatarum ædium oratoriis seorsum, sed in solis in communem usum consecratis templis, divinam regenerationis lotionem perfici vult, quum similia cum illis jubeat, qui sacrosancta sacrificia & mysteria in privatis domibus celebrari vetant [5]: ideoque a nobis jam pridem consideratius expensi sunt: tanquam illorum germanus similiter correctionem consequetur. Statuimus igitur, *quemadmodum de sacrificiis*, sic quoque de salutifero baptismate, ut & ipsum in quocunque sacro oratorio quibuslibet peragere licitum sit. Nam hæc tam stricte sacrum synodi decretum constituisse mihi quidem videtur, propter eos qui quanquam sacerdotum nomen gerant, profani tamen sunt, & quos ad lavacrum adducunt, pollutos reddunt: qui (ut apparet) domos ejusdem opinionis hominum subeuntes, non rem divinam faciunt, sed cum iis qui conveniunt inauspicati aliquid moliuntur. Hanc vero provisionem tametsi & divinam esse & multa salutaria continere constet: non tamen illa ad impietatis plenos a suis vitiis coërcendos sufficiat. Nam & res audax est malitia, omnique modo, clausis etiam oratoriis, ad explendum propositum suum, suam inveniat viam. Verumtamen quum nunc divina gratia omnes perversæ opiniones sint profligatæ, etiam quantum ad hoc attinet, quamobrem reipublicæ hoc decretum ad prohibendam in privatarum ædium oratoriis regenerationis lotionem obtrudatur, nullam equidem esse necessariam causam video.

CONSTIT. XVI.

UT QUI VIGINTI [6] ANNOS HABET, HYPODIACONUS CREARI POSSIT.

Eidem.

Vetus verbum, *quod* [7] *de rebus suis dicenti aures esse aperiendas monet*, cum in aliis omnibus perbelle sese habeat, tum hic longe esse pulchrius apparet. At quorsum hoc? Civilis [8] lex statuit, *ne minor* vigintiquinque annis in divinis officiis creetur hypodiaconus. Decretum sacrum contra statuit, ut qui ad istiusmodi ministerium accedit, hunc vigesimus annus ad ordinationem perducat. Dignum itaque sacram legem de rebus suis præcipientem audire Imperatoria nostra majestas rata, & in eandem cum illa sententiam descendit, & statuit, *ut qui* ad vigesimum annum pervenit, modo anteactæ vitæ ratio obstaculo non sit, quantum ad ætatem, hypodiaconi officium suscipere non impediatur.

CONSTIT. XVII.

DE PUERPERIS, QUANDO DIVINORUM MYSTERIORUM PARTICIPES FIANT: ET QUANDO INFANTES BAPTIZENTUR, POST QUADRAGINTA VIDELICET DIES, EXTRA QUAM SI NECESSITAS URGEAT.

Eidem.

Id quod beatitudo tua postulat, a vobis procedere, quam a nobis originem sumere ac proficisci, æquius fuerat. De re [9] enim sacra sanctitatem tuam sancire oportebat. Verum quoniam super uno duntaxat capite concilium consultare (quum de multis decernere concilii sit) inconveniens esse, nos vero & citra concilium decretum facere posse dicitis: admonitionem suscipientes, quibus de rebus postulationem instituistis, de iis constitutionem emittimus. Quum itaque Dominus & servator noster, quo splendore gloriæ ipsius illuminarentur qui in tenebris ambulant, juxta atque nos carnis atque sanguinis nostri particeps factus fuerit: valde, mea quidem sententia, a salutifera ipsius providentia diverse sentiunt, quotquot eam quæ ex recenti puerperio decumbit, & morte [10] præ [11] foribus consistente, nec diem quem ipsi expectandum autumant (quadragesimum nempe post partum) expectante, citiusque obtorto velut collo protrahente, corripitur: illuminatione [12] indignam esse opinantur, & ut ob corporis immunditiem [13] revera illa e vita immunda excedat (quippe quæ in sacris non instituatur [14], nec sacri lavacri lustrationis, regenerationisque particeps fiat) efficiunt. Neque vero illi periculi damnique magnitudinem, quam inconsiderata ipsorum & perniciosa religio adfert, præ oculis habent. Verum ea illa est absurditas, ut oratione non indigeat. Talem enim mulierem incredulam reformationeque destitutam decedere & istiusmodi ob causam pro eo quod inter servandos collocanda esset, in perditorum damnatorumque locum rejici: quomodo fas, Deove, qui per fidem in ipsum & in aqua Spirituque regenerationem, salutem donat, non grave atque acerbum est? Vanam igitur istiusmodi prudentiam dehinc in futurum e medio tollentes de mulieribus, quæ recens pepererunt, quæque naturali expurgatione occupatæ sunt, statuimus, *ut si quidem* alia quacunque affectione morbida ipsarum vita non tentetur, usque ad præfinitum quadraginta dierum tempus expertes maneant, nondum initiatæ illuminatione [15]: ad sacra receptæ & initiatæ, sacrosanctorum mysteriorum perceptione. at si quis ipsis morbus, qui vitæ internecionem minitetur, superveniat & incumbat: sacrarum rerum omnibus modis participes fiant. Etenim si illis [16] qui propter enormia flagitia multis annis vivifica communione arcentur, mors ad obruens præscriptum tempus incidit, neque quisquam hos sacrorum participatione prohibere sustinet, qua ratione hæ propter naturales carnis sordes prohibebuntur? Quod profecto non tam propter muliebrem hanc immunditiem, quam ob alias causas in intima legis ratione reconditas, & veteri [17] prohibitum esse lege, & gratiæ tempus traditionis loco suscepisse puto. Existimo siquidem sacram legem id præscripsisse, quo protervam eorum qui intemperanter viverent, concupiscentiam castigaret: quemadmodum & alia multa per alia præcepta ordinantur & præscribuntur, quo indomitus quorundam in mulieres stimulus retundatur. Quin & hæc providentiæ quæ legem constituit voluntas est, ut partus a depravatione liberi sint. Quia enim quicquid natura supervacaneum est, idem corruptivum & inutile est, quod hic sanguis superfluus sit, quæ illi obnoxiæ essent, in immunditie ad id temporis vivere illas lex jubet: quo ipso etiam nominis sono lasciva concupiscentia ad temperantiam redigatur, ne ex inutili & corrupta materia ipsum animans coagmentetur. Et sane de infantibus eundem ad modum constituimus, *ut si non inquietentur*, inimicosque naturæ casus superent, antequam gratiæ splendore illustrentur, quadragesimus [18] dies expectetur. Consentaneum namque est, ut quemadmodum fœtus quadraginta [19] diebus in naturæ maternoque receptaculo plene informantur, sic etiam in æquali dierum numero in divinæ gloriæ æternique omnium Patris domum procedant. Si tamen & octavo [20] a partu die, baptizare aliquis volet, neque id absurdum fuerit. Dominus enim noster *Christus* octavo die circumcisus, imposito circumcisioni fine, pro hac vivifico baptismate initiari concessit. Verum hæc obtineant, si nulla necessitas, quæ mortem minetur, existat. At si periculum aliquod emergens vim vitæ inferat, omni diligentia omnibusque viribus etiam intra octavum diem sacram lotionem peragi oportebit, ne non illuminatus, neque sacri lavacri, atque adeo summi boni expers partus decedat.

CONSTIT. XVIII.

UT [21] IN SPONSALIBUS CONSTITUTA POENA EXIGATUR [22].

Idem Imperator Styliano excellentiss. sacrorum officiorum magistro.

In omnibus rebus & dictis quod præstantius sit seligi, reprehendendum non est. Atque tunc quidem, ut aliquid sequare, aut declinandum censeas, non eorum qui aliquid aut faciunt aut dicunt, habenda ratio: sed eorum quæ fiunt ac dicuntur, cognoscendus status est. Idcirco quod consuetudini placuit *ut in sponsaliorum* reprobationibus pœnæ imminerent iis, qui reprobare instituerent, id in legis autoritatem collocamus. Arbitror enim, id quod consuetudini visum est, ea lege quæ de hujusmodi rebus lata est, nihil improbabilius esse, ac res ipsas referre in melius. Nam quum lex arrhæ perditione, aut in duplum [23] restitutione solum temeritatem puniat, hæc definitum pactoque constitutum in sponsaliorum rescissione subiri damnum vult. Ac sane [24], ne (ut fieri assolet) sponsalia sursum deorsum ferantur, hoc mihi (quemadmodum dixi) majorem obtinere vim videtur. Solius enim arrhæ perditio, quæ in eum qui dedit, ac deinde sponsalibus non acquiescit, constituta est: ejusque in duplum restitutio, quam mulctam is qui arrham cepit, deindeque in pacto convento non persistit, sustinet: ut propter pœnæ levitatem ad pactorum rescissionem, qui id facere cogitant, facilius ferantur, facit. At ex pacto definitæ pœnæ gravius damnum sibi obvenire videns inconstans ille, tardior omnino ad divellenda sponsalia fiet. Quod sane nos etiam nuptialibus contractibus magis conducibile fore animadvertentes, quod ex consuetudine fieri solet, in legitimam constitutionem traducimus. Ex arrhæ siquidem [25] perditione faciles sponsaliorum eversiones video: ex pœnæ persolutione non item. Nam gravius dispendium (pacto enim constituta pœna arrha major prorsus atque gravior est) vel invitum inhibens, animi inconstantiam acquiescere illis, quæ antea de sponsalibus placuerunt, compellet. Sic igitur quod a consuetudine confirmatum est, quemadmodum hactenus, ita deinceps & obtineto, & causas dijudicato: tum etiam qui sponsalia evertit, pœnæ exactione feritor.

CONSTIT. XIX.

DE PACTO [26] PATERNO, EX ÆQUO HEREDEM FUTURUM FILIUM.

Idem Imperator Styliano excellentiss. sacrorum officiorum magistro.

Non contemnendi alios studio (ut & antea a nobis dictum est) neque ut gloriam nobis paremus, ad legum correctionem processimus: sed ut, quod conducibile non est, quoad ejus fieri potest, a subditorum consortio removeamus: id scientes, ad moderandam rempublicam legum rectam constitutionem omnium esse præstantissimam. Nam *qui leges* [27] *reipublicæ oculos esse dixerit*, is profecto mea sententia illas ita vocans, nihil indecens pronunciaverit. Quemadmodum enim res maxime necessaria est animali non titubans oculus, ita & reipublicæ legum æquus & rectus status. Hujus ergo nos curam gerentes, posteaquam in selecto [28] Codice legem esse cognovimus, (quæ propter evidentem absurditatem in hominum animis neutiquam locum invenit, ut susciperetur: nedum vim aliquam & efficaciam habet. Contraria enim statuit naturali, quæ a parentibus liberis debetur, æquabilitati, adversusque filium patri ad iniquitatem fenestram aperit: quin & parentem ut illi morem gerat obstrictum mendacio, doloque obnoxium facit) posteaquam, *inquam*, istiusmodi quandam esse legem animadvertimus, tametsi etiam ante nostram sanctionem ipsam ne susciperetur, excluserit communis hominum voluntas:

1 Superius dixit περὶ τῦ μὴ τὰς ἱερὰς μυςαγωγίας κατ' οἴκους ἐπιτελεῖν. *Novell.* 4. nunc de baptismo. 2 Et ita abrogatur Canon 59. Synodi 6. in Trullo. adde *Nov.* 58.
3 *In Trullo* §. 17. 4 *Canon.* 59. 5 *Novell.* 4. & *eod. Nov.* 58.

6 *Nov.* 75. & *eod. cap.* 15. *syn.* 6. *in Trullo.* 7 Ne dicatur alioquin cum poëta: Dedecus ille domus sciet ultimus. 8 Et ita abrogatur *Novella Justiniani* 123. *c.* 13.

9 Cuique turpe est, jus in quo versatur ignorare *l.* 43. *ff. de origine juris* 12. Quintil. 3.
10 Puerpera præ foribus mortis posita *l. ult.* §. 1. *C. qui potiores.* 11 Παρὰ πόδας. *Scrimg.*
12 Φωτισμῷ, id est, baptismo. 13 Puerperæ immundities. 14 Αμυςαγώγητον.
15 Id est, baptismo: hoc innuit; mulieres baptismo non initiatas intra diem 40. puerperii baptizari non posse, nisi casus aliquis aliud exigat: baptismo initiatas non admitti intra eosdem dies ad sacram communionem. adde Photium *tit.* 3. *c.* 18. 16 Excommunicatis, mortis tantum impendentis causa, communio datur. 17 Mosis lege, mulier, si masculum peperisset, septem diebus immunda: 30. diebus præterea manebat in sanguine purificationis suæ: si fœminam, duabus septimanis immunda: 66. diebus in purificatione nullam rem sacram attingere poterat. *Levit.* 12. 18 Leo monet, non tamen jubet, ad quadragesimum usque diem baptismum differri in infante, nisi mors infanti immineat.
19 Quadragesimo die partus formatur, ut dixi ad *l.* 3. *in fin. ff. de suis.* adde *l.* 39. *ff. de pœnis.* vel quadragesimo nono. 3. *Gell.* 10. 20 Octavo die baptismum infanti conferri posse.

21 Extat Epitome apud Harmenopulum 4. *tit.* 1. §. 26. 22 Si ita est, abrogatur *l.* 134. *ff. de verb. oblig.* 23 Vid. *l.* 5. *C. de sponsalib.* 24 Ratio decidendi.
25 Hoc innuit, dupli pœnam legibus constitutam non ita adstringere: quantum conventa atque pacta, adde 20. *Gell.* 1. ubi de pœna injuriæ legib. XII. tabularum constituta.

26 Vid. *l.* 15. *C. de pactis.* 27 Oculi Reipublicæ leges, ὀφθαλμὸς πολιτείας τὰς νόμους qui dicit, non errat. Persis ὀφθαλμοὶ βασιλέως, oculi regis dicebantur Satrapæ, ut per quos Rex omnia spectaret: sicut Regis aures *delatores*, per quos Rex audiebat omnia quæ ab unoquoque gerebantur, Suidas ὀφθαλμὸς βασιλέως. 28 Ἐν τῇ τοῦ κώδικος ἐκλογῇ, hoc est in Co-

luntas:

luntas: tamen nos nihilominus omnem illi prorſus functionem & uſum decreto adimimus. At quid dicit? Etiamſi, *inquit*, pater, quum in matrimonium collocaret filium, illum poſt deceſſum ſuum ex æqua parte cum aliis fratribus paternorum bonorum heredem fore pacto promiſerit, in poteſtate tamen illius, ſi velit, erit, ut pactum ejuſmodi negligat, aliiſque liberis amplius attribuat: & illi cui æquam portionem in hereditate pactum concedebat, minorem aſſignet. Hoc itaque quanquam alioqui (quomodo diximus) in republica nullum locum habeat, noſtro etiam decreto velut in exilium ejectum, omnibus modis in rempublicam ingreſſu prohibemus. Statuimus vero, *ut parentum* [1] nemo jura filiorum, quibus cum reliquis liberis æqualem hereditatis portionem ſervatum iri in nuptialibus contractibus ſpoponderint, innovare tentet. At ſi quis pactiones ſuas aſpernari, & illius, cui tantundem, quantum alii fratres habituri ſunt, promiſerit, portioni detrahere compertus fuerit: ſciat is, pœnitentia mutatam voluntatem invalidam atque vanam habendam. Ex æquo enim cum aliis fratribus ſecundum initum pactum filius in bona ſuccedet. Neque vero mendacium veritati [2] præferri ulla ratio patitur, nec æquum eſt, neque rationabili animali convenit pacta [3] conventa per improbationem adulterari. Atqui ſi quid aliud, hoc certe hominem decet [4], ut verbis ſuis fidem præſtet: niſi mendaciis veritatem corrumpendo deſtitutus ratione, eorum albo, quæ ratione prædita ſunt, excidere velit. Quinimo nec illud conſentaneum eſt, ut parentes iis qui pariter [5] ex ipſis nati ſunt, non parem curam exhibeant, neque æquabiliter ipſorum vitæ proſpiciant: ſed alios quidem uberiores facultates habere, aliis vero nihil parcere, neque illorum miſereri, tametſi inopes in miſeria victuri ſint, velint. Cæterum æquum eſt ut quemadmodum omnibus liberis ex æquo vitam impertiti ſunt, ita etiam ad hanc facultates impertiantur: nequaquam vero, velut ancipiti libra his levius quiddam, illis vero gravius, pro inæquabilitate animi ſui attribuant.

CONSTIT. XX.

UT [6] NE MARITUS, QUEMADMODUM UXOR, ILLA PRÆMORIENTE, PRÆTER [7] DONATIONEM PROPTER NUPTIAS QUICQUAM CAPIAT.

Idem Imp. Styliano excellentiſſ. ſacrorum officiorum magiſtro.

CUm vetuſtis legibus [8], quæ de pactionibus nuptialibus tractant, tum in prima matrimonii coitione, tum in ejus diſſolutione, quam mors in alterum conjugum irruens efficit, æquabilitatem [9] & viro & mulieri aſſignare viſum ſit: haud ſcio qua re moti, quibus poſtmodum leges condere ſtudio fuit, diverſis conſtitutionibus has ſubjecerint. Etenim vetuſtiores [10] leges mox a conjugii coitione æquales eſſe collationes, tum muliebrem, tum virilem, & ut altero vita defuncto, quum liberi nulli ſupereſſent, nec pactum in quo quippiam de lucro ſignificaretur, ſubeſſet, ex æquo ad utrumque ſua reverterentur, conſtituerunt. Si vero de lucro pactum initum eſſet, tunc ut utercunque vita exceſſiſſet, qui ſuperſtes eſſet receptis rebus ſuis, inſuper quantum pacto comprehenſum eſſet lucraretur, & in ambobus lucri æqualitas ſervaretur: ita ut viro præmortuo mulier dotem, propterque nuptias donationis partem aliquam, eamve totam, ſi ita conveniſſet, aſportaret: & ſi mulier ante virum in mortem incidiſſet, vir donationem propter nuptias conſervaret, illumque lucrum, ſive dos tota, ſive ejus pars, prout pacta vellent, ſequeretur. Atque hæc quidem quum vetuſtioribus placuiſſent, poſterioribus [11] diſplicuerunt. Quapropter & contra ſtatuunt: quanquam non recte: Statuunt autem, uti ſtatim ab initio conjugii inæquales procedant collationes, & major dos ſit, donatio vero propter nuptias contractior, ejuſque uxor ab eo die quo matrimonium contractum eſt, ſit domina, quanquam (ut fieri aſſolet) alterius viri conſortio poſtmodum ſe mancipet. Et inique judicantes, ubi matrimonium morte diſtractum fuerit, mulieris mœſtitiam lucro conſolantur: viri vero ſupra amiſſionem uxoris, diſpendio rerum ipſius mœrorem adaugent. Jubent enim, uti mulier ſuperſtes cum ſua dote univerſam propter nuptias donationem auferat, & ad hæc ex reliqua mariti ſubſtantia tantum quantum dotis donationiſque propter nuptias in unam ſummam contractarum quadrans conficit, ceu heres capiat. Quod ſi mulier ante maritum mortem obeat, tum ut illius heredes una cum dote donationem propter nuptias lucrentur: maritus autem nihil aliud quam quantum dotis donationiſque propter nuptias quadrans facit, habeat: utique res eum ad modum procedat, ſive ſubſit pactum, ſive nihil hujuſmodi inter ipſos convenerit. Sed hæc quomodo non iniqua? quomodo pro jure hæc non extrema injuria eſt? Quæ quidem præmortuo marito mulier accipit, in his fortaſſe aliqua ratio: quæ vero illa præmortua ad ejus heredes devolvuntur: in his quomodo non omnis injuſtitia & enormitas ineſt? Ea propter decenter valde ſapienterque perpetuo ille memorandus Imperator, & qui ex ipſius lumbis natus poſt ipſum *rebus præeſt*, fecit, qui veteribus legibus autoritatem conſervandam, quæque perverſe contra ſtatuerent, eas e republica in exilium ejiciendas putavit. At enim refractaria contentioſaque conſuetudo eſt, ac frequenter abſurda aliqua opinio, ubi in hominum animis (eorum præſertim, quibus recto judicio illam expendere curæ non eſt) altas velut radices egit, haud facile extirpari quit. Qui homines anticipatam opinionem, quamvis frivola ſit amplexantur, noluntque ſequi meliora. Adeo ut ne nunc quidem in æternum commemorandi patris noſtri conſtitutio, quæ ad veteres leges nuptialium pactionum rationem reducit, abſurdam conſtitutionem miſſam eſſe faciendam perſuaſerit, atque in quæ ille exilium decreverat, in publico hæc etiamnum uſu ſint. Quid nos igitur? *Poſtquam ſemel* prævalere viſum eſt, ne [12] in matrimonii coitione ex æquo collationes fiant, ſed major donatione propter nuptias dos ſit, hoc in republica obtineto, & ſi mors matrimonium dirimat, tum ſi [13] maritus ſine liberis decedat, pactumque non ſubſit, uxor dotem donationemque propter nuptias, nihil autem amplius auferto: ſi vero mulierem mors abripiat, dotem heredes ejus capiunto: maritus autem ſuis rebus ne privator, neque quæ ipſius ſunt alii, ſed ipſe habeto. Quomodo enim iniquum non eſt, alios ex illius rebus lucrum ſentire: ipſum vero, ſupra amiſſionem conjugis, bonis etiam ſuis, ſive donatione propter nuptias privari?

CONSTIT. XXI.

UT [14] DOTIS PROMISSIO EX PATERNIS AUT MATERNIS BONIS FACTA PRÆSTETUR.

Idem Imperator Styliano excellentiſſimo ſacrorum officiorum magiſtro.

QUemadmodum in libra videmus, eam tum recte ad rerum earum quæ ponderantur, dijudicationem deſumi, quando lances æquales [15] ſunt, neque vel tantillum in alteram partem proclinant: ita quoque lex, quum ne tantillum quidem jus intorquet ac depravat, digna eſt quæ ad rerum dijudicationem procedat. Illius enim partes ſunt, ut æquabilitatem: hujus autem, ut jus ſtabile conſervet. At quorſum hæc? In Codicibus deſcripta [16] conſtitutio eſt, quæ dum a parentibus qui in matrimonium liberos collocarunt, promiſſa dotis donationiſve propter nuptias nomine facta exigit, haud ſcio quomodo jus commiſceat. Vult [17] namque, uti pater, qui pro liberis dotem donationemve propter nuptias promiſerit, ſi promiſſionem indiſtincte fecerit, illam totam de ſuo expleat, ſuiſque ſolis ex bonis perſolvat: ſin diſtinxerit, huncque ad modum locutus ſit, *Ex meis filiique bonis promiſſa exhibebo*: tum ſi inops ſit, nihil ille in promiſſum contribuat, ſed filii facultates, quæ ſe una cum filio daturum pollicitus eſt parens, ſolæ expleant: ſed ſi dives ſit, contrarium ſtatuatur, ut ipſe ſolus de ſuo quæ pollicitus ſit, expleat, filiuſque nihil cum illo communicet: tametſi non ſe ſolum, ſed cum filio promiſſum expleturum pollicitus ſit: quod filium, qui ipſe non promiſerit, dare quippiam indignum putetur. Hoc itaque æquitatis ſubverſionem eſſe rati ſumus. Nam quantacumque inopia teneatur parens, ſi filius ſolus de ſuo promiſſa ſolvat, nulla juſtitia legis apparet: neque rurſum quum ſatis affluens rerum patri copia eſt, filium contributionis omnino eſſe expertem, univerſumque promiſſum a parente exhiberi convenit. Quamobrem etiam ſtatuimus [18] *ut* [19] *ſecundum* parentis verba promiſſorum ſolutio procedat, ab ipſoque ſolo quando ſe ſolum daturum pollicitus eſt, promiſſum exigatur: quando vero cum filio ſe daturum promiſit, filius etiam ſolutioni obnoxius ſit, eaque ex æqualibus partibus, quando illæ definitæ non ſunt, fiat: ac tum ex inæqualibus etiam, quum utrique certæ partes diverſæ aſſignatæ ſunt. In hoc nulla æquitatis everſio eſt, inſuperque id ad liberorum utilitatem ſpectat, quam in Codicibus edita conſtitutio non magnopere curat. Quid ita? Quoniam ſæpenumero parens quum ad diſpendium reſpicit, ideoque illud tempus quod filio efficaciter promittendi poteſtatem facit, ineundo nuptiali contractui expectat, quod conducibile filio ſit, perdit. Ut igitur ea res ambobus commoda felixque ſit, neque æquitas iniquo judicio involvatur, nec vero denique liberorum utilitati noceatur, Codicis decretum vacato: hoc vero jam etiam conſuetudini cognitum in republica obtineto. Quum etenim pro decreto legis in republica habeatur, jam prælatum eſt, quæ in Codicibus eſt, conſtitutioni.

CONSTIT. XXII.

UT MULIER QUÆ MATRIMONIUM NON [20] ITERAT, UNIUS LIBERORUM PORTIONEM PROPRIETATIS JURE CAPIAT: SIMILITER ET PATER.

Idem Imperator Styliano excellentiſſimo ſacrorum officiorum magiſtro.

SIcut in pleriſque aliis, quando abſurdi nihil incideret, neque rebus noxium quicquam inferretur, *conſuetudini* [21] *ceſſimus: quin & legis prærogativam illi dedimus: quum jam plebs aſſuefacta illi eſſet, nec ab illa ſe avelli ſineret:* ita etiam in parte donationis propter nuptias, quam mulier liberos habens, nec animo alteris nuptiis applicito ſponſalem torum commiſcens accipit, faciendum putavimus. Quum enim antiquior [22] lex id donum ita circumſcribat, ut donatione propter nuptias mulieri in uſumfructum data, illa præter uſumfructum ex eadem propter nuptias donatione, unius liberorum portionem proprietatis jure capiat: ac deinde poſterior [23] lex rurſum hanc unius liberorum portionem non ex donatione propter nuptias duntaxat lucrum mulieri afferre: ſed in alia etiam mariti bona procedere illam velit. His ita per leges conſtitutis, conſuetudo neutram legem directe, ſed partim hanc, partim illam ſequens neque ex ſola donatione propter nuptias, neque ex aliis extra donationem conſiſtentibus mariti facultatibus, unius liberorum portionem mulieri dari dignum putat: verum immutata illa portione, omnium [24]

dice repetitæ prælectionis. 1 Dixi ad *l.* 15. *C. de pactis.* 2 Mendacium veritati poſtponendum. 3 *l.* 7. §. 7. *ff. de pactis.* 4 Eſt enim grave fidem fallere. *l.* 1. *ff. de conſtituta pecun.* 5 Paria ejuſdem juris cenſentur. 6 Adde *Novell. Juſtiniani.* 7 Υπόβολον Græci hic appellant: ut & Harmenop. 4. *tit.* 10. §. 10. apud quem extat hujus Novell. epitome. 8 *d. Novell.* 97. 9 *d. Novell.* 97. *de æquabilitate dotis & donationis propter nuptias.* 10 *Nov.* 97. *c.* 1. 11 Id eſt, his, quæ Juſtiniani tempora ſecutæ ſunt. 12 Inæqualis poteſt eſſe quantitas dotis & donationis propter nuptias, *Nov.* 22. *c.* 20. Inæqualis inquam: Nam donatio propter nuptias dotis donatione major eſſe poteſt. 13 Mulier morte mariti ſine liberis mortui, donationem propter nuptias pleno jure lucratur, niſi pactum ſit contrarium. Quid ſi mulier præmortua? ejus heredes dotem tantum auferunt rebus propter nuptias donatis penes maritum manentibus. 14 Extat hujus Novellæ Epitome apud Harmen. 4. *tit.* 8. §. 34. 15 Lances juſtitiæ æquales. 16 *l. ult. Cod. de dot. promiſſ.* 17 Sententia d. legis ultimæ. 18 Emendatio d. l. ultimæ. 19 Senſus eſt, patrem (ſi ſolus dotem promiſit, vel donationem propter nuptias) ſolum exigi: ſi cum filio filiave promiſerit, pro ſua tantum parte conveniri, niſi ex parte inæquali ſpecialiter promiſerit, atque ita, patrem, indefinite dotem promittentem, ac donantem propter nuptias, ſolum non exigi: quod d. lex ultima conſtituerat. Alii non male ſentiunt, ſpectandum eſſe, quonam jure pater dotem dederit: ut ſi tantum tutor filiæ, aut geſtor, non de ſuis bonis videatur filiam dotaſſe. vid. Wurmſ. 1. *obſerv.* 37. §. 2. Interea videtur Leo ſecutus legem 22. §. 3. *in fin. ff. ſoluto.* 20 Adde *Nov.* 85. *J. eod. Nov. Juſtin.* 127. *c.* 3. 21 Conſuetudini quando cedendum. 22 Mulier primis nuptiis contenta, donationis propter nuptias uſumfructum habet: & præterea virilem proprietatis, in eadem *Novell.* 127. *cap.* 3. 23 Mulier non tranſiens ad ſecundas nuptias non tantum uſumfructum & proprietatis virilem in rebus donatis propter nuptias conſequitur: ſed in aliis rebus mariti virilem etiam habet. 24 Res ita conſtituenda eſt: Conjunx ſuperſtes non contrahens ſecundas nuptias, lucra nuptialia poterat alienare. *l.* 5. *in fin. l.* 6. *in fin. l.* 8. §. 1. *C. de ſec. nupt.* ut hinc colligas plenam proprietatem bonorum nuptialium veteri jure habuiſſe. Poſtea conſtitutum fuit, ut earum rerum proprietas liberorum eſſet, id eſt, ne in præjudicium liberorum alienaretur. *Nov.* 2. *c.* 2. Cui conſtitutioni poſtea derogatum, alienandi facultate parentibus permiſſa. *Nov.* 22. *c.* 20. §. 1. *ibi, omnem licentiam habebunt alienationis.* paulo poſt, facultas alienandi eiſdem fuit denegata. *Nov* 98. *c.* 1. *in pr.* abhinc cautum, ut rebus in illis mater uſumfructum & eo amplius virilem proprietatis conſequeretur. *Novell.* 127. *c.* 3. Poſt hanc legem alia ſucceſſit, quæ non modo uſumfructum,

simul ipsius bonorum illi partem largitur: *Hanc* [1] *igitur consuetudinem* [2] quoniam acerbam esse rebus mortalium non videmus, ut in aliis etiam faciendum putavimus, legis dignitate honestamus: illaque quidem dehinc [3] vim legis, non autem consuetudinis obtineto. Ac si quidem omnes mariti facultates in sola [4] donatione propter nuptias numerentur, cum hujus liberis superstes mater portionem quæ ad ipsam pertinet, pleno dominio accipiet, residuique usumfructum habebit. At si ad donationem propter nuptias facultates non sufficiant, non pro quantitate imminutæ donationis portionem mulier accipiet, sed quæ tantundem habeat quantum haberet, si nihil imminuta & plena donatio propter nuptias esset. Hujusmodi igitur portione mulieri, data, reliqua liberorum sunto: &, si nihil superfuerit, tanquam hereditatem, successionis privationem & egestatem illi auferunto. Atque hæc quidem de muliere. Vir autem si liberos non habeat (quo modo alibi correctum & constitutum est) nihil neque accipiet, neque perdet: si habeat neque alteris nuptiis uxoris desiderium inaniat, liberorum educationis exhibitæque priori matrimonio reverentiæ & honoris gratia, & ipse unius liberorum portionem capiet [5].

CONSTIT. XXIII.
NE PRÆSIDES IN PROVINCIIS SUIS DOMESTICA [6] SPONSALIA CONTRAHANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

DIgnum hercle humano ingenio magistratuumque virtute esset, si qui in magistratum assumuntur, eo quod supra multos alios gloria & honore fruuntur, religiose præcepta Dei observarent, & custodirent, provideque subditorum res curarent, nequaquam vero illos gravi manu opprimerent. At quia sunt quos ferox iniquusque animus e recta præceptorum semita exorbitans, in perversam tyrannicamque cupiditatem ducit, & pro reipublicæ cura efferati animi propositum exhibere facit, tanquam illos refrenatura lex [7] vetus statuit, ne præsides in suis provinciis contractus & sponsalia ineundi facultatem haberent. Atque hanc quidem juris rationem quum in filiis, nepotibus, & aliis constituisset, filiarum elocationem non prohibuit. Hoc igitur nos tanquam quod desit [8] optimæ legi adjicientes, statuimus, *ut quibus præsidatus obvenit*, quemadmodum filios aliosque virilis sexus cognatos & domesticos, ita quoque filias aliasque fœminini sexus personas, in suis quique provinciis in matrimonium collocare prohibeantur. Quid enim causæ est, quare filius, & si quis alius virilis sexus est, decreto obnoxius sit, filia vero a legis observatione libera permaneat? quum præsertim virilis sexus sæpenumero multis & modis & exercitiis sibi, conjugi, aliisque, quos affinitas conjunxit, utilis esse possit. Nam dignitates fortasse consecutus, aut mercatura [9] aliqua instituta, aliave sustentandæ vitæ cura suscepta, neque sibi (quomodo dixi) neque aliis propinquis inutilis fuerit. Quæ ut muliebris sexus subeat, non fere idoneus est.

CONSTIT. XXIV.
NE FILII NATURALES CUM ADOPTIVIS MATRIMONIUM CONTRAHANT [10].

Idem Imperator eidem Styliano.

MUlti, dum prisca [11] tempora laudibus celebrant, prima illis in ordinandis constituendisque rebus tribuere volunt. Atque illa in plerisque recentiora vincere, scio quidem & ego: verumtamen in nonnullis [12] vinci etiam video. Et cum non pauca sint, in quibus a recentioribus temporibus illa superentur, tum vero maxime in adoptionibus id fieri conspicitur: quas illa adoptiones neutiquam decenti cum ritu & ornatu faciebant, dum citra [13] divinum sacrificium divinosque cantus faciebant: & qui adoptari vellent, id illis simpliciter fieri lex permittebat. Unde usu veniebat persæpe, ut [14] sororis appellatio in uxoris transiret, & quæ puella paulo ante filia dicta esset, nurus nomine compellaretur, aut filius qui esset, pro eo gener agnosceretur: quando videlicet naturalis quemque adoptio in filiorum ordinem collocarat, matrimoniali commercio inter se jungerentur: ac susque deque istæc actio haberetur: quod cum sacrum ministerium non intervenisset, nullum inde ad matrimonialem consuetudinem existeret obstaculum. Cæterum olim quum decenti ratione non adoptaretur, quanquam matrimonium [15] infame quiddam complecteretur, non tamen nefarium aliquid continebat. Verum *nunc* quum adoptio secundum [16] ritus tum decoros tum justos fiat, & per sacrosanctum [17] sacrificium hi in parentum locum, illi vero in filiorum jus subeant, nulla amplius reliqua ratio est, ut filii adoptivi cum naturaliter genitis in matrimonium connectantur. Quocirca etiam statuimus, ut qui eo modo fratrum nomen subierint, iis nequaquam mutato fraternitatis jure in matrimonium jungi liceat.

CONSTIT. XXV.
DE EMANCIPATIONE, ET DOTIS RESTITUTIONE.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ a veteribus Imperatoribus de emancipatione constituta sunt, eximia illa quidem, dignaque quæ ab innovatione libera conserventur, haud scio quomodo non decentem reverentiam obtinuerint: sed, tametsi non omnino, at certe despici tamen cernantur. Non recte sane. Quod enim statuerunt, servis libertate donatis, non prorsus non offerri munificentiam posse, sed si quis in unam aliquam vetitarum causarum, quæ libertatis dignitatem in servitutis habitum transformare possunt, malo animo commisisse deprehenderetur, uti tum rursum [18] in servorum locum deduceretur: illos religiose omnes audiunt, legisque lationem venerantur. Quod vero liberis parentum potestate semel liberatis, libera animi voluntate per omnia plene uti permittunt [19]: non visum est audiendum, neque, quasi illi improbanda statuissent, decreto acquiescendum. Sed manifestum nunc est, nulla id ratione (neque enim lege noviter lata reprobatum est) autoritate privatum esse. Quidam *saltem* judex censuit (& miror quo pacto censuerit) ne, qui liberi sui juris facti essent, simpliciter potestatem quam cepissent, haberent, sed nisi [20] ipsis liberi essent, liberum arbitrium abrogaretur, rursumque patriæ potestati subjicerentur. Neque vero *ille* hoc unum *censuit* [21], sed etiam si quis ex semine suo efflorescentem fœtum viderit, ac vero hunc mors torvis oculis inspexerit, itaque ad liberorum orbitatem redactus sit: uti ille pariter cum liberis liberam voluntatem amitteret, neque testamenti factionem haberet, neque quæ donata a parentibus essent, pro arbitrio administrare permitteretur. Atque hoc quidem ubi nonnullis placuisset, facileque a posterioribus susceptum esset, despecta veteri legislatione, in hodiernum usque diem in republica valere conspicitur. Nos itaque pristinam legum hac de re autoritatem renovantes, statuimus, *ne quis* illorum qui de dotis [22] restitutione disceptant, rejiciatur, infectaque re inanis dimittatur. At quid ajunt illæ? si filius liberis orbetur, donum quod illi a patre processerit, ad donatorem oportere reverti: quod vero aut a matre aut ab extraneo quopiam donatum filius habet, non item, nisi reverti debere id donatores pacto complexi sint. Sed [23] quæ filiis patres inter emancipandum dederunt, apud eos qui acceperunt, irrevocabiliter permanere, illosque de illis testari jubent: nisi pacti cujuspiam, quum pater donaret, initi, obstaculum subsit. Nos itaque in harum sententiam pedibus euntes, *scire omnes* jubemus, si filius sui juris factus, nullosque liberos habens testetur: parentes illa duntaxat quæ ex lege Falcidia ad ipsos manant, nisi pactum (quo modo supra dictum est) initum sit, percepturos: reliquos vero cognatos, quanquam ab intestato vocarentur, ut qui de restitutione pactum interponere neglexerunt, omnino nihil. Illud porro annotatu dignum, solius [24] virilis personæ in potestate esse filium dici. Cæterum quoniam præter alios modos hic quoque sui juris filium esse ostendebat, si qui ipsum in potestate habebat, (sive is pater, sive avus esset) libertate ipsum suo [25] ore donasset: nos hoc insuper annectimus, ut [26] si pro suo saltem arbitratu vivere filius videatur (sive id ejus verbis cujus sub potestate degit, concessum fuerit, sive verbis quidem concessum non sit, sed consensus tacitus [27] filio vitæ rationes separatim instituenti non adversatus sit, verum ipsum suo modo seorsum vivere permiserit) tametsi [28] a conjugii commercio liber sit, jus tamen liberi arbitrii ratum illi & confirmatum sit. Etenim si servi semel jugo emissi, dum mali non apparent, iterum illud trahere non coguntur: quomodo indignum non est, filios patria potestate liberatos, denuo sub jugum mittere, ipsosque perpetua libertate, qua, quomodo dixi, servi etiam fruuntur, expertes esse?

CONSTIT. XXVI.
UT [29] EUNUCHI ADOPTARE POSSINT [30].

Idem Imperator Styliano excellentissimo sacrorum officiorum magistro.

MAgnum sane excellensque donum [31] a Deo creatore ad mortales promanavit, matrimonium. Non modo enim naturæ mortis [32] ingluviei obnoxiæ opem fert, humanoque generi perpetuitatem elargitur, id dum ab illa depascitur, non omnino deperire sinens: verumetiam per liberorum procreationem permagna alioqui hominum vitæ præstat. Nam quid ea quæ ex liberis percipitur voluptate ad oblectandos hominum animos suavius? aut vero quid in humanæ vitæ negotiis, cum aliis, tum quæ in senectute nobis se offerunt, utilius? Levari certe senectutis molestias liberorum ministerio videmus. Verum quoniam eam utilitatem per matrimonii commercium consequi non omnes valeant, voluit lex, & recte quidem, in eos, qui id donum a natura non accepissent, sua benignitate beneficium conferre. At id proposi-

virilemque donationis propter nuptias indulsit, sed & virilem in aliis mariti bonis §. *eod. ibi, ac posterior lex.* His successit consuetudo, qua matri abstinenti secundis nuptiis concessa est virilis in omnibus mariti bonis, quamque Leo hic confirmat, ut hæc consuetudo differat a lege de qua edictum est §. *eod. ibi, ac deinde posterior lex*, non video. mihi non videntur dissimilia, dari matri virilem in rebus donatis propter nuptias & aliis bonis mariti, *ut ibidem.* & eidem dari virilem in omnibus mariti bonis. Ut hinc notare liceat non esse de nihilo quod Harmenopulus operis sui initio retulit, Tribonianum pretio leges fixisse & refixisse.

1 Extat 4. Harmenop. 10. §. 11. 2 Hanc consuetudinem probat Leo *vers. hoc igitur.* J. *eod.* 3 Ex consuetudine lex oritur. 4 Ὑποβόλῳ. 5 Plura vide ad hunc locum apud Harmenopulum ibi, §. 12.

6 Id est, quod antea constitutum, ne præsides eorumve filii ac domestici nuptias contraherent in provincia, id hac Novella extenditur ad filias præsidis, idque adjecit legi veteri. 7 *l. un. C. si rector provinciæ vel ad eum pertinent.* 8 Quod de filio constitutum fuerit in dicta lege unica, ad filias extenditur. 9 Mercaturæ utilitas.

10 Etiam post dissolutam adoptionem, & ita lex 17. *ff. de ritu nuptiarum* abrogatur.

11 Antiquitas non omnis est melior novitate. 12 In nonnullis præsentia tempora antiquis potiora. 13 Ἄνευ τελετῆς θείας, καὶ ἱερῶν ᾠδῶν. est enim ita legendum non ᾠδίνων, adde *Nov.* 89. J. Veteres citra divinum sacrificium & divinos cantus adoptionem faciebant, quod emendat Leo hac Novella. 14 Si inter adoptivos permittuntur nuptiæ, necesse erit, ut quæ antea mihi soror fuerit, uxor esse possit: ut, quæ mihi filia adoptiva fuerit, postmodum mihi nurus sit, si filio meo adoptivo meam filiam uxorem ducere liceat, eveniet quoque, ut, qui filius antea mihi fuerit, idem mihi sit gener, si filiam meam adoptivam ducere ei permittatur. Est autem absurda nominum confusio: ergo & inter fratres adoptivos nuptiæ. 15 Matrimonium inter fratrem adoptivum & sororem adoptivam infame veteribus fuit, non tamen nefarium. 16 Adoptio fieri debet ritu decoro, & sacrosancto sacrificio interposito. 17 Διὰ τελετῆς ἱερᾶς. hujus constitutionis meminit alicubi Theodorus Balsamon, quibus adde & illud genus adoptionis quod fiebat *per baptismum.* Huc etiam referri potest adoptio *per arma*, qua Theodoricus Herulorum regem filium sibi fecit, Cassiodor. 4. *Variar.* & Justinianus Atalaricum, Cassiodorus 8. *variar.* Desiderio concordiæ factus est per arma filius. Idem autor *lib.* 8. Gensimundus armis filius factus est. Procopius 1. *belli Persici* refert, cum Cabades Persarum rex Justino Imperatori pacem obtulisset, si Cosroem ex sorore filium adoptaret, consilio Procli Justinum respondisse, paratum se id facere, sed ita ut barbarum deceret, id est, per arma, non per litterarum instrumenta: alioquin usitata apud Romanos adoptione, jus sui heredis Cosroi tribuisset. Erat & aliud genus adoptionis *per comam, sive per capillos.* Paul. Monachus 6. *de gestis Longobardorum.* Circa hæc tempora Carolus Francorum princeps filium suum ad Luitprandum misit, ut ejus juxta morem capillum susciperet, qui ejus cæsariem incidens, ei pater effectus est. vid. P. Pithæum 1. *adv.* 1.

18 *l. 2. C. de libertis.* 19 Legibus solvuntur liberi patria potestate per emancipationem: revocantur tamen in patris potestatem ingratitudinis causa. *l. unic. C. de ingratis liberis*, Quod cum ita sit, qui fit, ut Leo dicat hoc non audiendum? Immo quo jure simpliciter dicitur legibus permitti plenam omnino potestatem emancipatis, nullamque mentionem facit ingratitudinis legibus damnatæ? Non modo hic locus est corruptus, sed integra Novella.
20 Hoc ait, Emancipatos ingratos in patriam potestatem ob ingrati vitium revocari.
21 Hoc caput existimo referendum ad emancipatos ingratos (de quibus agi satis constat hujus Novellæ principio) eo sensu, Emancipatos si liberos habeant, non revocari in patriam potestatem: sed tamen testari de profectitiis non posse. 22 Locus est corruptus.
23 *l. 2. C. de emancipationib. liberorum l. 8. C. de bonis proscriptorum: l. 17. C. de collat.*
24 Hoc ostendit filios non esse in potestate matrum aut aviæ. *leg. 13. ff. de suis: leg. 8. Cod. de præscription. longi temporis: l. 5. C. de adoptionibus.* 25 Emancipatio non requirit scripturam. Imo requirit. *l. 2. C. de emancipationib. liberorum.* 26 Hujus constitutionis meminit Harm. 1. *tit.* 17. 27 Tacito consensu filius emancipatus dicitur, si patre non ignorante separatim rationes instituit, aut seorsim vivit, tametsi conjugem non habet. & ita abrogatur *l. 3. C. de emancipat.* quæ negat nudo consensu (citra solennitatem verborum) filios emancipari. 28 An id videtur velle? Filios nuptiis contractis voluntate patrum tacite emancipatos videri? non arbitror, quantumvis id multis locis hodie sit receptum.

29 Abrogatur §. 9. *Instit. de adopt. l. 2. §. 1. ff. de adopt.* 30 17. dicitur 2. Harm. 8. 4. 31 *Novell.* 22. *Novell.* 39. 32 Laus matrimonii sumpta ab utilitate & voluptate.

tum

tum non ita erga omnes ſervavit, ut omni defectu vacuum beneficium daret. Aliis enim etiam extra matrimonium [1] acquirendi liberos poteſtatem fecit, alios hujus beneficentiæ exortes reliquit. Quanquam ejus legis, quæ in hoc ſemel edita eſſet, ut liberorum orbitate qui nullos haberent, liberaret, ac ſua ope patres, quibus ex matrimonio id eſſe non contigiſſet, efficeret, pertinere ad omnes beneficentiam conveniebat. Verum illa id ita non vult: ſed rejicit illos qui lethalia paſſi ſunt: quorum tamen quod injuria affecti, generandique facultate privati ſint, miſereri par erat. Repulſæ autem cauſam hanc ponit, quod dicat: Quos [2] natura ad generandum non idoneos noverit, hos neque legem hoc beneficio affecturam. At vero non [3] natura, ſed hominum injuria his generandi vim ademit. Qui homines, ſi præter injuriam quam ab hominibus ſuſtinuerunt, alteram per leges non ſubirent, dignum fore Imperatoria noſtra majeſtas rata ſtatuit, ut ſi adoptare vellent, liberam id faciendi poteſtatem haberent [4]. Exiſtimo enim illic beneficium magis eſſe neceſſarium, ubi ejus impenſius requiritur utilitas. Eunuchis autem præcipue liberorum acquiſitio, quæ per legem fit, eſt neceſſaria, eoque magis, quod una hac ratione, ut patres ſint, conſequantur: itaque liberorum miniſterio ipſis frui contingat: quo inhumanum eſſet, ſi, quod genitalibus privati ſint, inſuper etiam privarentur. Sed quemadmodum [5] cui [6] vocis uſus ademptus eſt, quæ linguæ munia ſunt, per manum adimplere, & qui ſermonem labris fundere nequit, per ſcripturam ad ordinandas res ſuas procedere non prohibetur [7]: ita neque qui, quod genitalibus privati ſunt, liberos non habent, horum indigentiam alio modo compenſare vetandum eſt.

CONSTIT. XXVII.

UT PARITER [8] OMNIBUS [9] ADOPTARE LICEAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Cum eos qui ſua induſtria rem aliquam humanæ vitæ utilem adinvenire ſtudent, in commune illam proponere, quam [10] certis hominibus devovere aliosque ejus expertes relinquere decentius ſit: tum vero longe magis legum beneficium commune eſſe convenit. Nam ſicut ſub principe, virtute: ſic ſub legibus, quotquot illis paremus atque ſubditi ſumus, illarum beneficio in commune frui debemus. At quid ſibi vult hoc proœmium? Quod quum liberorum orbitate infelices liberare infortunio lex vellet, adoptare, & quod a natura accipi non poſſet, opinione comparare, jubendo, non erga omnes ſimiliter ſervarit propoſitum: atque viros quidem & mulieres, quas natura, poſtquam matres noviſſet [11], ademptione ſobolis ad liberorum orbitatem redegiſſet, adoptandi jure donarit: eunuchos [12] vero & mulieres, e quarum ſinu nondum ullus fœtus effloruiſſet beneficio indignos cenſuerit, tam viliter neſcio quomodo ratiocinata. Non enim quia hoc incommodo, ut natura patres eſſe nequeant, eunuchi affecti ſint, continuo, idem incommodum lege augeri [13] oportet: ſed e diverſo ejus rei defectum alio modo compenſari non prohibere, longe magis par eſt: quemadmodum aliis membris, quæ ad actiones naturales requiruntur (ut manibus [14], pedibus) mutilatis, aut ſi qua alia parte privati ſint homines, illi quocunque poſſunt modo, mutilationem ſarcire non prohibentur. Jam vero neque mulieres quia matres non fuerint, ne adoptent, coerceri, rationi conſentaneum eſt. Quæ enim ratio eſt, ut illis, quod liberis orbatæ ſint, denuo acquirendorum liberorum jus largiare: has vero, quod iſtiusmodi poſſeſſionis prorſus inopes fuerint, per omnem vitam in illa inopia vivere velis? Et certe ſi [15] hæc præcipua liberorum utilitas eſt, ut parentes in ſenio ſuſtentent: quo pacto non tam his quam illis ex æquo ut beneficii participes eſſent concedere æquum fuit? Sic enim quibus tenues arctæque facultates ſunt, filiorum ope & auxilio levior paupertas eſſet: quæ vero illas omni rerum copia affluentes habent, & his adoptio conduceret. Nam qui in filii locum aſſumptus eſſet, is & inſerviens matri, & pro illa quæ par eſt filium facere ſedulo exequens, quum bona illius, ita ut in ſuo ſtatu manerent, adminiſtraret: tum cum matre curarum onus partitus, ut illa tranquillius lætiusque viveret, efficeret. Noſtra itaque Imperatoria Majeſtas, iis legibus quæ adoptare his quos diximus non permittunt, adminiſtrationem abrogans, evulgat legem, quæ *omnibus qui* adoptare velint, ſive quiſpiam virili facultate orbatus ſit, ſive aliquam [16] necdum matrem Sol viderit, ejus faciendi poteſtatem facit: non ſolum autem ob commoditates quas ex adoptione manare dixi, ſed etiam quod inde virginitatis decus cohoneſtari animadvertam. Si quidem quæ conjugali conſuetudini virginitatem anteponunt, interimque liberorum deſiderio punguntur, quum id extra matrimonii conſuetudinem conſequi ſe poſſe videbunt, virginitatis honeſtatem negligere non ſuſtinebunt. Neque [17] porro verum eſt, ut quia mulieri liberos in poteſtate habere permiſſum non eſt, idcirco illi adoptare non liceat. Primum [18] enim, quia ſi quis hoc admittat, non modo mulieres, quæ nunquam pepererunt, verumetiam quæ matres extiterunt, ab adoptione arcet. *Fœmina* enim (ut lex [19] inquit) *habere in poteſtate non poteſt*. Deinde [20] quæ hoc ſanxit lex, loquitur de illis qui a matribus recedentes ſeorſum ſuo arbitratu vivere malunt: non item vero de iis qui materna imperia libenter tolerant, ipſarumque præſcriptis per omnem vitam parere propoſuerunt. Non igitur obedientiam & famulatum voluntarium, quanquam is ratus ſit, lex prohibet: ſed illic fœmina poteſtate privatur, ubi voluntatis aſſenſus ad obedientiam non coit. Nam ſi hoc ita ſit, quomodo multæ matres jam viduæ liberos ſecum una viventes & ſubditos ad extremum uſque diem habent & animam in illorum manibus expirantes maternæ benedictionis ſuarumque facultatum illos relinquunt heredes? Porro & illud etiam Imperatoria noſtra Majeſtas benigne ſubditis largitur, *ut non modo ab Imperatore* (quemadmodum vetuſtiores [21] leges præcepere) ſed etiam a quocumque, cui cujuscunque loci rectio injuncta erit, qui adoptare volet, id faciendo facultatem accipere poſſit.

CONSTIT. XXVIII.

* QUO TEMPORE [22] ET A QUIBUS RERUM SUARUM ADMINISTRATIO ADULTIS CONCEDI DEBEAT.

Idem Imp. Styliano excellentiſſ. ſacrorum officiorum magiſtro.

Quandoquidem hoc etiam legiſlatoribus recte placuit, ut [23] minoribus curatores præficerentur, qui parentum de illis curam ſupplentes, & ætatis imbecillitatem curæ haberent, & bona convenienti ſolicitudine illæſa conſervarent: quod legiſlationi recte ſe habenti deeſt, ex nobis addendum putavimus. At quis ille defectus eſt? Quod a ſolo Imperatore, juſſis recedere curatoribus, rerum adminiſtrationem tradi minoribus: idque quum jam præfinitæ ætatis modum attigerint, (quem maribus vigeſimus, fœminis vero decimus octavus annus tribuit) & tanquam ad hanc ætatem, qua ſapere recteque atque utiliter res ſuas adminiſtrare poſſunt, jam pervenerint, in plenam rerum ſuarum poteſtatem collocari velit. Verum quoniam ut ſapiant, omnibus non [24] eadem ætate contingit, non ita ſimpliciter ſtatui, neque ex ſola ætate ad rerum ſuarum gubernationem pariter omnes produci oportebat; ſed erat quam ætatem cujusque eorum qui rerum ſuarum adminiſtrationem ſuſcepturi eſſent, ſtatus requireret, inſpiciendum. Quid enim? an quum hic, poſtquam eam ætatem egreſſus ſit, nondum autem ſatis ſapere cœperit, adminiſtratione dignus judicatus fuerit: ille, quanquam etiamnum infra eam ætatem ſit, prudentia tamen non deſtituatur, ut recte res ſuas adminiſtrandas ſuſcipere non poſſit, ab adminiſtratione arcendus erit? Quando igitur non [25] minus animo quam corpore inter ſeſe homines differunt, & alii etiam ante legitimum tempus rationem bene conſtitutam habent: aliis vero etiam id ſupergreſſis mens nondum ſtabilita eſt: quod lex hæc ita vellet, ut defectuoſa eadem eſſet, factum eſt. Quin & alia hujus legiſlationis incommoda ſunt. Ac primum quidem quod difficile, imo vero prorſus impoſſibile ſit, ut ad omnes legiſlatoris voluntas pertingat. Quomodo namque qui longis terræ mariſque diſtinentur intervallis (ut interim alias vitæ difficultates, ut morbos, inſidiarum hoſtilium metus, membrorumque mutilationes omittam: quæ perſæpe difficultates, ne in ipſo quidem domicilii loco prodire, nedum longinquam profectionem ſuſcipere permittunt) quomodo, inquam, hiſce, ſexcentisque, quæ mortalium vitam allidunt, rebus aliis *adoleſcentes* impediri, rerum ſuarum adminiſtrationem ab unius Imperatoris nutu petent? Quod ergo (ſicut ſuperius diximus) legiſlationi deerat, id adimplentes, jubemus, ut [26] *qui puberes* imperfectæ ætatis tempus jam ſuperarunt (mares nempe annum XX. fœminæ vero XVIII.) animumque ad res gerendas idoneum habent, ac prudentiam, qua adminiſtratio refrenata res non labefactet, ut illa nocenter conceſſa non videatur, collegerunt: his plena rerum ſuarum autoritas detur. Accipiunto itaque hi, juſtaque poteſtate res ſuas agunto. At quibus rerum recte gerendarum judicium adhuc deeſt, eo quod ſibi ipſis (utpote qui quum gubernare debeant, imprudentiæ imperio regantur) damnoſi futuri ſint, etiamſi id tempus prætergreſſi fuerint, non percipient. Si quidem ſi, qui propoſitus finis erat, ut bona recte adminiſtrarentur, is necdum præſens ſit, qua ratione, quanquam ætas advenerit, cum periculo ipſis committentur, quæ ipſius procuratione non recte adminiſtrabuntur? *Ad hunc* ergo modum qui rebus prudenter præeſſe poterunt, tametſi [27] ad adminiſtrationis tempus haud dum pervenerint, non prohibebuntur. Unum eſt enim quod requiritur, ne bona labefactentur. Quod quum adſit, ſupervacaneum eſt ætatem expectare. *Et non tantum* Imperator rerum ſuarum procurationem adminiſtrationemque concedet, verum etiam [28] quibus cujusque loci magiſtratus obtigerit, plenamque juriſdictionem habent. Ita enim legiſlatoris providentia omnibus qui indigebunt, utilis erit, atque lex vim ſuam magis exeret.

CONSTIT. XXIX.

* UT ANCILLARUM PARTUS APUD ALIUM EDITUS, AD IPSIUS DOMINUM SEQUATUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum hunc ſermonem, qui nullam præ ſe fert mendacii perverſitatem, verum eſſe atque rectum ſcimus: ita etiam veram legem, quæ iniquitate perverti non deprehenditur. Atque adeo ſi qua id non obſervat, ea lex non eſt, quamvis ea appellatione digna habita ſit. Si enim hoc legis eſt [29], *ut cuique jus ſuum tribuat*, quomodo quæ hoc non præſtat, lex erit? *At cum aliæ etiam* nomine tenus leges in id committere deprehenſæ ſunt, tum vero illa [30] maxime, quæ partum ancillæ, quæ non apud dominum, ſed furto aliove modo ſubducta, apud alium quempiam peperit, poſtquam facinus innotuit, non cum matre ad ſuum dominum abire, ſed ab hoc quem alieni mancipii dominum fuiſſe conſtat, detineri jubet. Hoc itaque quia non recte ſe habere viſum eſt, convenienti medela nos dignati, uti ſuus matrem partus ſequatur, jubemus. Non enim quia fur, quæ lex domino perſolvi debere decernit, obtinet, idcirco etiam ille ancillæ ſuæ partu privari, eumque alius lucrari debet. Ad lucrum autem huic ſatis ſit, quod [31] illa ad miniſte-

1 Per adoptionem ſcil. 2 Ratio dubitandi ſumitur ex §. 9. *Inſtit. de adopt. l.* 2. §. 1. *ff. de adopt.* Poteſt ſic ea augeri: heredem inſtituere Eunuchis non licuit. *l.* 6. §. 1. *ff. de liber. & poſth.* vel matrimonium contrahere, *l.* 39. *in fin. ff. de jure dot.* nam quod dicitur, pro morboſis haberi, id levius eſt. *l.* 7. *ff. de ædilit.* hodie teſtamentum facere poſſunt. *l.* 5. *C. qui teſtam.* 3 Eunuchi non fiunt natura, *ut hic:* licet in quibusdam ſpadonibus contra *l.* 128. *ff. de verb. ſig.* quibus adoptio permiſſa *l.* 40. *in fin. ff. de adopt.* differunt enim a caſtratis de quibus hic agitur, dixi ad *d. l.* 128. 4 Olim caſtrati adoptare non poterant & ita abrogatur §. 9. *& d.* §. 1. 5 Ratio decidendi ſatis elegans, poſſis & a ſimili id etiam confirmare, licet Eunuchis teſtamentum facere. *l.* 10. *C. qui teſtamenta.* ergo & adoptare.
6 *l.* 10. *ff. qui teſtamenta.* 7 Et e contra qui manus amiſit, verbis teſtari poteſt, *l.* 10. *ff. qui teſtamenta.*
8 2. Harm. 8. §. 4. 9 Etiam fœminis quæ nunquam liberos habuerunt. & ita abrogatur §. 10. *Inſt. de adopt. & l.* 5. *C. de adopt.* 10 Superflue uni aut paucis ſcribitur, ubi eſt cauſa cunctorum. Salvian. *ad eccleſ.* adde *Nov. Juſt.* 60. *cap.* 1. *in fin.* 11 Senſus eſt: Veteri jure fœminis (quæ matres fuiſſent) tantum licuiſſe adoptare in ſolatium liberorum amiſſorum, *l.* 5. *C. de adopt.* 12 Eunuchi & mulieres improles, adoptare jure veteri non potuerunt. De Eunuchis dixi ad *Novell.* 26. *S. eod.* 13 Afflictio nullius augenda *Novell.* 40. *J. eod.* 14 Qui manus amiſit, verbis teſtari poteſt. *d. Nov.* 26. *& l.* 10. *ff. qui teſtam.* 15 Ratio decidendi. 16 Senſus eſt: Fœminas (licet nunquam habuerint liberos) adoptare poſſe. 17 Ratio dubitandi. 18 Prima refutatio dubitationis. 19 Vid. *l.* 5. *C. de adopt.* §. 10. 20 Secunda refutatio *Inſt. de adopt.* Ulp. 8. §. 9. 21 *d.* §. 10.
22 Etiam ante 20. & 18. Qui non ſemper 20. aut 18. quod addi oportet legi 2. *C. de his qui veniam ætatis.* 23 *Inſt. de curat.* 24 Non omnes eadem ætate ſapiunt.
25 Non minus animo quam corpore, inter ſe homines differunt. 26 Vid. *C. de his qui veniam ætat. impet.* 27 Idque additur legi 2. *C. de his, qui veniam ætatis.*
28 Idque additur legi 1. 2. 3. 4. *C. de his, qui veniam ætatis.*
29 *l.* 10. *ff. de juſtitia & jure.* 30 *l.* 10. *in fin. l.* 33. *ff. de uſucap. l.* 48. §. 5. *ff. de furt.*
31 Ex hoc loco poteſt defendi. Tutorem pupillæ plenam alimentorum penſionem imputare non poſſe, ſi pupillæ miniſterio ſuum ad compendium uſus fuerit.

rium pro arbitrio usus est. At dixerit aliquis: Sed si quid in illam, dum possedit, impenderit, oportet & ipsum ex pretio lucrari: ideoque alienum non est partum apud ipsum permanere. Atqui si quisquam ad detinendum fœtum hoc rationem præbere putat, quomodo ut ille *matrem* sequi debeat, a domino persolutum pretium non majorem præbebit? Quin quomodo convenientius non est, si qui perdidit, indeque dolores in corde pertulit, ex accessione delinimentum sentiat: quam si ille eam habeat, qui præterquam quod nihil amisit (ab illo enim qui furto subductam ancillam ipsi vendidit, pretium recuperare licet) ancillæ etiam ministerium lucratus est? *Neutiquam ergo* (quomodo diximus) *detineatur partus*, sed quemadmodum matrem sic etiam filium prior dominus habeat. Sive enim qui furtum commisit, dives sit, tumque ipsi quod male accepit, ejus pretium reddat, nihil amplius negotii restet: sive mortuus aut vivus adhuc inopia laboret, ut quæ lex a furibus exigit, exolvere nequeat, tum vero quoque qui ancillam amisit, ejus calamitatem filii cum matre receptione deliniri æquius sit.

CONSTIT. XXX.

DE MULIERE QUÆ VIVO MARITO ALIOS DE MATRIMONIO COMPELLAT [1].

Idem Imperator eidem Styliano.

Ut quum leges reipublicæ inutiles deprehenduntur, necessario illas justa reipublicæ providentia in melius transformat: ita quoque ejusdem providentiæ munus sit, ut leges recte constitutas, nihilque subditos contristantes a male constitutis subditosque contristantibus seligat, hisque illas anteponat: præsertim vero quando eadem de re duæ inter [2] se pugnantes leges statuunt. Quomodo enim ratione fultum sit, si quum duces atque præfecti ex pejoribus præstantiores eligantur, & qui in gubernatione ad subditorum utilitatem omnia facturi putantur, præponantur: non item ex legibus, quibus donec respublica consistet, præesse datur, quum contra temporanea ducum præfectura sit, non præstantissimæ, sed pejoris notæ, quasque neque a principio innotuisse decuisset, ad gubernacula deducantur? At quorsum hæc a nobis dicta sunt? Justinianus ille, cujus diadema præter religionem subditorum, cura etiam decoravit, quum prius [3] de solutione matrimoniorum sanctionem edidisset: ut si mulier marito etiamnum superstite de matrimonio cum altero agat, non amplius illam, ut ipsius membrum ipsi jungi liceat, sed ceu insidiatrix ab ipso avellatur: postmodum [4] sibi ipse contradicens, ob hanc causam dirimi non permittit [5] matrimonium. Nos itaque priorem hominis voluntatem, ut quæ his ipsis quæ statuit roboretur, & adversus matrimonia insidias præcidat humanæ vitæ conducibiliorem esse intelligentes: eam lege lata in republica observari jubemus: quam vero cantata palinodia evulgavit, eam in republicæ nostræ theatro locum invenire non permittimus. *Si qua* igitur marito adhuc vivo, de contrahendo matrimonio cum altero sermonem habuisse deprehendatur, ut quæ seipsa nefario proposito abruperit, & matrimonii solutione ab illo abstrahetur, & profecto etiam pecuniariis pœnis, quibus quæ aliis modis a maritis avelluntur, obnoxiæ sunt, subjicietur. Quæ enim matrimonii compage in unam [6] carnem cum marito coiit, non acquiescit autem, sed simul ad alium respiciendo, creatorem qui illam conjunxit, contumelia afficit, simul in maritum hostili animo est: quomodo non juste hæc quum prius se ipsa a conjunctione prorsus abruperit, abscindetur? Et sane quando [7] mulier protervo proposito oculum [8] a membro suo avertens, in alienum respicere gestit: quæ alia signa & testimonia ipsam in maritum hostilia cogitare desideres?

CONSTIT. XXXI.

UT [9] QUÆ MULIER MARITI ODIO ABORTAT, REPUDIARI AB ILLO POSSIT [10].

Idem Imperator eidem Styliano.

Qui hominem e [11] terra creavit, costa ipsius in mulierem transformata, adjutricem [12] illi ex ipsius membris conjunxit, quo videlicet suæ creationis causam illa cognoscens, vel hinc discat, qua lege erga conjugem, benevolentiam atque amorem incontaminatum conservet. Quæ igitur ita animata est, benevolentiamque suam marito custodit, revera illa auxiliatrix est, neque conditoris promissum fallit: quæ vero diverso animo est, non amplius neque hoc esse cognoscitur: neque quanquam conjugium in unum illam cum marito cogere annisum fuerit, caro ex carne, membrumve ipsius est. Idcirco quum de muliere, quæ propter inimicitias quas cum marito habet, de industria abortando [13], neque in vitæ lucem fœtum producendo, seminis ipsius fructum opprimit, duæ leges latæ sint, quarum una [14] repudiare injuria affectum maritum jubeat, altera [15] vero non permittat: *nos*, legi divortium suadenti assentientes, illi ut multo utiliori autoritatem attribuimus. Alienum enim mihi a ratione, prorsusque iniquum videtur, ut quæ tam apertum in maritum odium susceperit, ut ipsius semen disperdat (ut interim omittam, quod communi naturæ insidiata sit) ipsi cohabitet. Nam si [16] qui alicui alii operi damnum inferunt, eos tanquam inimicos aversamur: quomodo eam quæ procreandorum liberorum operi, tum maxime necessario, tum præstantissimo noxam fecit, ipse qui damno affectus est, ut suam apud se habere poterit, nec ut insidiatricem & hostem dimittet? Quod insuper evidentius signum requiras ut mulierem marito inimicam esse cognoscas? quomodo id inde manifestum non est, quod dum adversus illum hostilia cogitat, in vitam progressu fœtum privat? Quomodo igitur dictum est: lex quæ ipsos separat, obtineto, maritusque secedendi a muliere in hoc facinore deprehensa, facultatem habeto. Nam si quæ solum extra [17] ædes mansit, aut cum hominibus cum quibus non deceret convivata [18] est, hanc lex a nexu matrimoniali separat (quum tamen hic in maritum odii nullum tam evidens testimonium sit, & accidisse id illi citra matrimonii injuriam videri etiam possit) cujus rationis erit, eam quæ tantum, tamque in maritum & naturam injurium odium conceperit, non disjungere, si ita marito videatur, & jubere ipsum uxorem habere, quæ ipsius vitæ insidietur?

CONSTIT. XXXII. [19].

DE ADULTERIS MANIFESTO [20] DEPREHENSIS [21].

Idem Imperator eidem Styliano.

Adulterii scelus, si quod aliud, gravem horrendamque pœnam exigit, & (ut puto) homicidii pœna non [22] minorem. Homicida enim persæpe unius tantum sanguinaria manu vitam evertit: scelestus vero adulterii perpetrator quam plurimos [23] fere de medio tollit, maritum, liberos, cognatos, aliosque, dum uno vulnere dilacerato matrimonio omnes prosternit. Veruntamen quia, cum olim id facinus morte [24] puniretur, visum est posterioribus mitiorem proferre sententiam: ac vero nos fere ad benigniora trahimur: quam illi constituerunt, pœnam ut nempe nasus [25] detestandis illis ambobus abscindatur, hanc & nos statuimus. atque hæc quidem nefarii istius sceleris esto pœna. Ac quoniam maritum pro tanta injuria citra consolationem relinqui non oportet, in matrimonii jus injuriæ mulieris [26] dotem percipiendo se consolator. Insuper mulieri ad alteras nuptias prosultare, neque, quasi in nasi abscissione præmium acceperit, libere in posterum se cum libidinosis commiscere, nequaquam permittitor: sed ob scelus commissum, in monasterium (ubi in contritione animæ leviorem sibi pœnam faciat) velut in exilium detruditor. Et, si monasticæ vitæ desiderio correpta, illam susceperit, quæcunque ipsius bona a dote separata sunt, ea liberi & monasterium inter se distribuunto: si liberi nulli supersint, pro illis parentes, & si neque hi sint, alii cognati ad divisionem inducuntor. Quod si in prophano habitu & vita excedat, cum testamenti factionem omnino habeat, prout illa constituerit, quæ bona extra dotem habuit, dispensabuntur.

CONSTIT. XXXIII.

NE [27] CAPTIVORUM UXORIBUS ALIIS NUBERE LICEAT [28].

Idem Imperator eidem Styliano.

Si qui olim leges tractarunt, eo fuisse animo, ut prorsus sua quanquam in illis correctione nonnulla indigerent, corrigi tamen nollent, suspicatus essem: fortasse nunquam hoc consilium suscepissem, uti leges, quæ sese recte non haberent, corrigere tentarem, & tametsi arcta reipublicæ cura, quo videlicet recte illa administraretur, necessario correctionem injunxisset: ut ne tamen primos legislatores contristare videremur, qui nos in hoc impetus ferret, inhibuissemus. At quoniam illis quoque ipsis, si etiamnum in vivis essent, non modo illorum institutum, qui corrigere conantur, non displiciturum, sed eosdem etiam qui ita faciendum censerent, his gratias acturos arbitror, (non enim gloriæ causa, sed quod reipublicæ commoda curæ haberent, leges edidere) age quæ reipublicæ conducant, neque illis ipsis veteribus legislatoribus displiceant, facientes, exactiore consideratione, seu medicamento quodam Pæonio [29], legum morbos propitio Deo curemus. Supra cætera etiam ubi de captivis sanxerunt, hoc caput, in quo de matrimonii dissolutione statuerunt, valde rationi esse dissentaneum videtur. Sic autem & in hæc verba ajunt [30], *sive* marito captivitatis infortunium accidat, manente uxore in civitate: sive quum uxor in jus captivitatis pervenit, maritus in civitate permaneat: exquisita quidem & subtilis ratio distrahit matrimonium. Semel enim servitute alteri superveniente, conditionis inæqualitas æqualitatem, quæ in nuptiis spectatur, permanere non patitur. Nos tamen humanius talia contemplantes, *donec certum* est superesse maritum vel uxorem, pro non solutis matrimonia haberi sinimus: neque ad alias migrabunt nuptias vel mariti vel uxores, nisi petulanter id egisse videri velint, & in pœnas incidere, ille quidem exactionis donationis ante nuptias, hæc vero dotis. Hi ergo istiusmodi de captivorum matrimonio pronunciarint sententiam. Nobis autem neque causa, quam exquisita (ut ipsi loquuntur) subtilisque ratio suppeditat, rationi esse consentanea: neque humanitas, quæ dirimendi matrimonii facultatem præbet, dum ipsos damno subjicit, sincera videtur. Si enim (quemadmodum inquiunt) durare matrimonium fortunæ non [31] permittit inæqualitas, quomodo si ad libertatem revocetur

1 Dimittenda, ex *Nov.* 22. *c.* 16. §. 1. neglecta *Nov.* 117. *c.* 8. & ita reducitur ad *Nov.* 22. 2 Αντινομίαι interdum in jure occurrunt. 3 *Nov.* 22. *c.* 16. §. 1. 4 *Nov.* 117. *c.* 8. *infr.* 5 Saltem non numeratur inter causas repudiorum. 6 *Gen.* 2. *vers.* 24. *Matth.* 19. *vers.* 5. *Luc.* 16. 7 Hostis est mariti conjux, quæ proterve oculos a marito in alium conjicit. 8 Tertul. *lib. de velandis virginibus* ait, Nuptias de animo & affectu fieri, quemadmodum & stuprum. adde *Matth.* 5. *vers.* 28. 9 Extat apud 4. Harm. 12. §. 6. 10 Ut *Nov. Justin.* 22. *c.* 16. §. 1. fuerat constitutum: omissum vero in *Nov.* 117. *c.* 8. *in fin.* 11 *Genes.* 2. 12 Mulier ex viro & propter virum. Tertull. 5. *advers. Marcionem & lib. de veland. virginib.* 13 De abortu vide *l.* 8. *ff. de sicar. l.* 39. *ff. de pœnis.* 14 *Nov.* 22. *c.* 16. §. 1. 15 *Novell.* 117. *c.* 8. *in fin.* 16 Exaggeratio criminis abortionis. 17 *d. Nov.* 117. *c.* 8. *vers. si nolente viro foris domum manserit.* 18 *Nov.* 22. *c.* 15. §. 2. *Nov.* 117. *c.* 8. §. 4. *c. ibi, si cum viris extraneis nolente marito convivatur.*

19 Decimanona dicitur ab *Harm.* 6. *tit.* 2. 20 Επαυτοφώρῳ. dixi ad *l.* 23. *ff. ad L. Jul. de adult.* Gal. *trouvez sur le faict.* 21 Et eorum nova pœna. quippe nasus præcidi adulteris jubetur hac constitutione, quod veteribus legibus non erat. 22 Adulterium pœnam homicidio non minorem meretur. 23 Exaggeratio criminis adulterii. 24 Adulterium olim morte puniebatur, vid. *l.* 30. *in fin. ff. ad l. Jul. de adult.* 25 Harm. *d. loco.* Sic manus furibus præciduntur in Longobard. *l. de latronib. l. si quis latr. de furtis in Longobard.* & in patriam conspirantibus. *l. de conspirantibus, de aggressorib. in via factis, in leg. Longob.* adde quæ dixi ad *Nov.* 134. *cap.* 13. *vers. si vero criminis qualitas, ubi de pedis, manus, aurium & narium amputatione dixi, & excæcatione.* 26 Vid. quæ dixi ad *Nov.* 134. *c.* 10. *& Nov.* 117. *c.* 8. 27 Extat 4. *Harmenop.* 12. §. 4. 28 Etiam post quinquennium, & ita abrogatur *Novell.* 22. *c.* 7. *vers. si vero incertum. Nov.* 117. *c.* 12. 29 Medicamentum Pæonium; fuit autem Pæon Medicus Deorum. Suidas in παιώνος. 30 *Nov.* 22. *c.* 7. *in princ.* 31 *l.* 45. *ff. de ritu. l.* 1. *ff. de divor. l.* 19. *l.* 56. *ff. soluto. l.* 12. §. 4. *ff. de captivis.*

captivus,

captivus, quum post matrimonii dissolutionem ad æquabilitatem fortuna redeat, amboque in libertate vivant, ad æqualitatem matrimonium non redibit? Quæ vero illa sincera humanitas, quæ amicissimorum membrorum subtractione damnum inferre, aliorumque substitutione id quasi sarcire conatur? Quomodo item, etsi usque ad vilissima quæque captivorum substantia jure statuque ipsorum integro taxetur, illos non ita præstantiore parte (sui nempe membri conservatione) atque rerum suarum jure periclitari velle, immensumque damnum fore, si altera pars membrum suum negligere in animum inducat, non perquam est manifestum? Quid igitur ego? *Si quum altera pars* in captivitate sit, altera quæ a captivitate libera mansit, ad alterius conjugium respexerit: postliminio vero revertatur quæ in captivitate detenta fuit: ut illi [1] si velit suum membrum recipiendi facultas sit, ac nequaquam quod alteri conjunctum fuerit, prius matrimonium innovetur. Si enim conjugium cum altero postmodum initum videbitur aliquibus dissolvi non oportere, quomodo non æquius fuerit, si primus matrimonii nexus in suum statum revertatur? Et si eo quod alienæ parti conjunctum sit, id quispiam avelli non permittat: quomodo quod a sua parte abruptum sit, id in suum locum restitui, rationi non fuerit consentaneum? At dixerit aliquis: Sed in lucrum captivis cedit quod propter alterum temeritate contractum matrimonium, per compensationem pœnæ nomine introductum est. Verum hunc sermonem non dico non labris exprimi, sed ne in mentem quidem autoribus ejus venire melius fuerit. Nam quomodo ille, qui membrum suum pecuniis commutat, non extrema mentis infelicitate & penuria laborat? Sancimus itaque, *ut nequaquam* amplius quæ pars a servitute intacta mansit, ad alterius conjugium procedat: sed quotcunque annis altera in servitutis miseria detinebitur, tametsi [2] inde nullam neque de scripto, neque citra scriptum significationem accipiat, illam expectet. Et quod si præter hanc legem alterius matrimonii commercio a priore abrumpi aliqui velint, idque non secundum observationem in Novella centesima decimaseptima de uxoribus eorum, qui in expeditione sunt, relatam, fiat: sciunto illi, quod positis in dicta constitutione pœnis subjacebunt. Insuper etiam (quemadmodum diximus) ut si qui servitutis ærumnas sustinet, liberetur, suum si velit membrum recipiat, licebit.

CONSTIT. XXXIV.

DE TUTORE QUI PUPILLAM SUAM [3] VITIAT [4].

Idem Imperator eidem Styliano.

NEfaria res est, si illi, de quibus ea expectatio fuerat, quasi probi futuri essent, quum ab illis qui talem de ipsis opinionem conceperant, jam aliqua fide digni habiti sint, pro bonis atque fidis inimicos & infidos se exhibeant. In illis autem quibus pupillorum obvenit cura, si cum pupillis salutariter prospicere debeant, ipsorum eversores existant, tanto id scelus gravius [5] est, quanto illorum fides ab iis, qui id ipsis injunxerunt, major judicata est. Constat enim, quod parens persuasum habens, quos pupillaris ætatis relinquit liberos, ab eo cui cura committenda est, paternum patrocinium sensuros, eam cui ita fidit, demandat. Recte igitur superiores fecere, qui pro patre conservatoreque pupillæ deprehensum vitiatorem punierunt. Deportationi [6] enim hunc subjiciunt, ac bonorum privatione multant. Verum in decora specie decorum non servarunt, neque ullam injuria affectæ graviaque passæ puellæ, ut illius infortunio succurrerent, suscepisse curam videntur, dum vitiatoris bona in fiscum statuunt esse inferenda: non animadvertentes hinc fieri, ut ulcisci quidem injuriam velle, sed in proposito non persistere existimentur. Ubi enim injuriæ ultio quando injuria affecto damnum injuria datum non resarcitur, neque qua tenetur calamitatem legis auxilio effugit? Quale autem calamitatis puellæ est effugium, quando non modo infortunii compensationem non invenit, sed lucrum [7] etiam progressu ætatis ex suo dedecore atque infamia paratum esse videt? Ut igitur hoc lege, tanquam [8] probrum aliquod reprehensione affricatum purgemus, *ut vitiatoris* bona in fiscum deferantur, abrogamus: jubemus autem, ut eo concedant, quo ipsorum dominus injuriam & infortunium projecerit.

CONSTIT. XXXV.

DE RAPTORIS VIRGINIS, EORUMQUE QUI IN RAPTU ADFUERUNT, POENA [9].

Idem Imperator eidem Styliano.

NEque quod ecclesiasticæ legi rebellemus, neque quod civilem simpliciter collidamus, hanc adversus virginis raptorem sententiam proferimus: sed posteaquam velut via quadam rebus humanis conducibili investigata, commiseratione sacræ legis id malum quasi insolescere, civilis vero legis austeritate supprimi, cognovimus: in eam sententiam, unde rerum statui plus subsidii esset, inclinavimus. Vult autem civilis lex [10], ut non solum qui per raptum & vim virginem ingenuam stupravit, morti addicatur, insuperque supra mortis adjudicationem bonis privetur, verum etiam qui in scelere adjumento fuerunt, eandem & pœnam & multam sustineant: idque tum etiam, quum voluntarie se mulier raptori dedidit. Quin & ejus patrem, si facti conscius fuerit, deportatione punit. Neque vero tunc solum, sed etiam, si quum quo tempore raptus committeretur, ejus rei ignarus fuerit, filiolæ vitiationem postmodum parvi pendat, reoque judicium remittat, aut istiusmodi matrimonium approbet, in incuriæ pœnam deportationem sustinet. Atque hæc quidem veteribus placuere. Verum sempiternæ memoriæ pater noster non tantum in mulieris raptum, verum etiam in circumstantias oculos dirigens, ad illas sententiam accommodat ac sancit, *ut si cum armis* [11], sive gladiis, aliisve nonnullis præter gladium lethalibus raptus commissus sit; qui raptum fecit, gladio puniatur: utpote qui eo quod cum armis ad id factum processerit, neque ab homicidio immunis sit: qui vero suppetias [12] tulerint, factive perpetratores susceperint, naso mutilentur, verberentur, & cute tenus tondeantur. Quando autem arma violentiæ adhibita non [13] essent: ut mortem sententia non spectet, quod nempe tunc homicidium locum non habuerit: sed raptus auctor manus [14] mutilatione periclitetur. qui vero ministerium [15] præbuerint; alioquive se isti rei immiscuerint, verberibus, tonsura & deportatione pœnas pendant. Ac sane corporalis pœnæ hæc est descriptio: Quod vero ad pecuniariam attinet, ne a primitiva legislatione mutetur, ejusque effectum retineat, permittitur [16]. Atque hæc quidem pater noster sancit, quorum & nos approbatricem sententiam suscipientes, legislationem illam & in præsens & in futurum auctoritate & effectu obsignavimus.

CONSTIT. XXXVI.

UT CAPTIVI FILIUS [17] HERES SIT [18].

Idem Imperator eidem Styliano.

SI reipubl. sustentaculum [19] atque fundamentum sunt leges, certe ut illa in tuto sit, sanitatem leges conservent oportet. Legis autem sanitatem quid aliud quam æquitatem quis dicat? Circa hanc itaque, quo leges, quæ rempublicam nostram gubernant, æquabiliter sese habeant, cogitationes nostras obvertentes legem [20] illam, quæ eum qui ex duobus *captivis natus est* heredem bonorum ejus parentis qui apud hostes mansit, fieri non vult: hanc (inquam) legem, ne legum sanitate (quæ æquitas est) privetur, periclitari animadvertentes, illam ad sanitatem transformare voluimus. Nam quod injuste istud statuat, non difficile cognitu est. Quam enim vim locorum natura ad adscribendam filio hereditatem habet? Neque vero hoc quisquam objiciat, quod quum parens servus sit, propter servilem conditionem filius exheres erit. Quomodo enim civilis lex, quæ, si captivum liberari contigisset, illum liberum agnosceret, ex eo natum liberum heredem esse non permittet: sed qui apud hostes est, servo bonorum administrationem dabit, tum etiam ad quem captivi bona aliquis pertinere putabit? Ad cognatosne? At quomodo servitus obsistens his ad hereditatem introitum non præcludit? Aut quomodo, quibus permissum est, non longe prius heredes esse licebit? An vero fisco danda erunt? Verum quomodo manifesta illa injuria non est? Si etenim rationi consonum est, ut [21] captivorum liberi e publico subsidium sentiant: quomodo captivi filium bonis privari, illaque fisco attribui, non perquam evidens injuria est? Quod si sæpenumero, quum nonnulli parentes graviter conscientia abusi, atque ideo pœnis subjecti, acerbeque e vivis sublati sunt, liberi eorum substantiæ domini esse lege non [22] prohibentur: quæ ratio est, quamobrem quando pium propositum parentes decorat (& quidem in fidei testimonium effusus sanguis ut eximius ipsorum animus magnusque spiritus ipsis etiam impiis miraculo esset, persæpe effecit) liberi facultatem ipsorum domini esse non permittantur? Nequaquam itaque constitutio [23] illa sana esse nostræ Majestati videtur: eaque propter sancimus, uti deinceps, sive quum captivitatis caligine circumfusi parentes essent, in lucem prodiit filius, sive etiam in libertatis splendore ipsum mater peperit, parentum substantiæ heres sit: idque sive ambobus parentibus e captivitatis vinculis liberari continget, aut non: sive [24] quum unus eorum libertatem nactus sit, alter in calamitatis vinculis vitam finiet: sive denique uterque parens in captivitate morietur, extra quam si mortem testamento condendo præveniant. Tunc enim illi quos testator voluerit, heredes erunt: tamen ut trientis legitimum subsidium filio servetur.

CONSTIT. XXXVII.

* UT DOMINI TESTAMENTO MANUMISSUS, SI ILLUM DECESSISSE ADITAMQUE EJUS HEREDITATEM ESSE IGNORET, TESTARI POSSIT [25].

Idem Imperator eidem Styliano.

PRæsenti etiam legi plena absolutione deficienti, ejus quod deest additione decoram formam imponimus. Ait autem [26], servum qui quum domini sui testamento liber esse jussus sit, id ignorat, ideoque incertis rationibus libertatem obtinet, interea nequaquam propter ignorantiam libertate privari, sed in libertate vivere: ut autem tanquam liber testetur, ipsum potestatem non habere: quasi videlicet illam pœniteat, quam libertatem dedit, hanc ipsi perpetuo competere. Quum enim illi ut libero de rebus suis testandi facultas non sit, quomodo non ad pristinam servitutem redit? Nos itaque dicimus, posteaquam gradum statumque vitæ liberum præbuit lex, illam etiam [27] alia quæ libertatem comitantur, præbituram. Nam si ipsum facere quæ hominibus liberis duntaxat licent, prohibere oportebat, ipsa vero id non prohibuit, sed dignum illum qui istæc faciat judicavit: quare item istis actionibus quæ proprie libertatis dignitati competunt, illum non dignabitur? *Esto igitur* libertate donatus, revera liber, statuitoque de rebus quas illi dominus eximias dedit, quomodocunque visum sit. Non decet enim, ut qui libertatis dignitatem manifeste accepit, ob [28] incertam suspicionem ignominia afficiatur, atque a testando arceatur.

CONSTIT. XXXVIII.

* UT IMPERATORIS [29] SERVI DE REBUS SUIS QUOMODO VELINT, STATUERE POSSINT.

1 Dixi ad *Novell.* 117. *cap.* 11. 2 Quid exigebatur *d. c.* 11. 3 Id est, cujus tutelam vel curam gerit, vel gessit. & ita communiter intelligi tradit Clarus 5. *sent.* §. *fornicatio. vers. cum pupillus.* 4 Ejusque bonis pupillæ vim passæ addicendis, non fisco ut olim *leg. un. C. si quis eam cujus tutor fuerit, corruperit.* 5 Duci proditori comparatur violator pupillæ tutor. Quintilianus *declamat.* 284. 6 *d. l. un.* 7 Πορἱζόμενον ἕτερον ἔτεσιν κέρδος ὁρᾷ. *Scrimg.* προαζόμενον ἕτερον κέρδος. Cujac. 17. *observ.* 32. 8 Ὥσπερ κηλῖδα μώμου. Scrimger. ὥσπερ κηλῖδα μῶμον. Cujac. *d. l.* 9 Mutatur lex unica *C. de raptu virgin.* adde *Novell.* 143. & 150. *de ea, quæ raptori suo nubit.* 6. Harm. 7. Clar. 5. *sent.* §. *raptus.* 10 *d. l. un.* 11 De eo qui cum armis virginem rapuit. 12 De eo qui suppetias raptori cum armis tulit. 13 De eo qui sine armis virginem rapuit. 14 De manus mutilatione dixi ad *Nov.* 134. *c.* 13. 15 De eo qui opem tulit raptori sine armis. 16 Eaque in re nihil mutatur *d. l. unica.* 17 Id est, captivo natus. 18 Olim heres non erat nisi ambo parentes postliminio rediissent. & ita abrogatur *l.* 1. *C. de postl. rever.* 19 Legum commendatio. adde *l.* 2. *ff. de legib. Novell. Just.* 163. 20 *d. l.* 1. 21 Captivorum liberi e publico alendi. 22 Vid. *l.* 6. *ff. de bon. damnat.* 23 *d. l.* 1. 24 Et hoc adjicitur *d. l.* 1. *Cod. de postlim. rever.*
25 Et ita abrogatur *l.* 14. *ff. qui test.* 26 *d. l.* 14. 27 Data libertate, quæ necessario consequuntur libertatem, data etiam videntur. *arg. l.* 2. *ff. de jurisdict.* 28 Ea fuit ratio decidendi veteribus, de qua vid. *l.* 4. *in fin. l.* 15. *ff. qui testamenta: l.* 1. *ff. de legat.* 3. Ulpian. 20. §. 11. 29 Ad eundem modum olim servis populi Romani testari licuit. *Ulp.* 20. *in fin.* servis privatorum aut civitatis non licuit *l.* 16. *l.* 19. *ff. qui te-*

Idem Imperator eidem Styliano.

Hoc quoque, quanquam plauſibilem præ ſe ſpeciem (legalem nempe ordinationem) ferat: æquitatem mihi tamen excedere videtur. Dico autem quod ſervis de rebus ſuis ſtatuere non permittitur: ſed quæ laboribus ſuis arduiſque (ut conjicere licet) moleſtiis quæſierint, ea cujusque domini manus colligunt. Ac ſane mirari ſubit, quomodo ab initio lata lex nihil moderationis neque æquitatis huic rei attribuerit. Verumtamen ii e quibus nata iſta lex eſt, atque adeo lex ipſa ab aliis, ut cujusque voluntas feret, adprobantor. *Ego autem* nequaquam illos probo, neque illud placitum in ſervis [1] meis obtinere ſinam: ſed contra, plenam ipſis adminiſtrandarum rerum ſuarum poteſtatem facio. Ex hoc itaque tempore in omnem poſteritatem Imperatoris ſervi rerum ſuarum revera domini ſunto: ita ſane, ut ſive ſani ſint, ſive ægroti mortem imminere putent, de rebus ſuis pro arbitrio ſtatuendi poteſtate non priventur: neque ſervitutis nomine ex rerum quas poſſederint dominio expellantur. De Imperatoris igitur ſervis hæc noviter lata lex eſto, vigoremque habeto. Magiſtratibus autem reliquæque promiſcuæ plebi, ſi huic noſtro placito acquieſcere nolint, ad veterem de ſervilibus bonis legem reſpicere fas eſto.

CONSTIT. XXXIX.

UT PRODIGUS QUÆ EX RE IPSIUS SINT [2], FACERE [3] POSSIT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Mortalium nemo ad eam abſolutionem pervenit, ut non obnoxie aliquando res ſuas gerat: neque quiſquam (ni fallor) ita deſipit, quin crebro ſibi utilis eſſe poſſit. Neque enim qui in omnibus prudentiæ ſuæ fidit, hunc omnia irreprehenſibiliter facere ſinit Deus: neque idem cum creator creaturæque ſuæ curator ſit, mentis inopem per omnia ex imprudentia fruſtrari permittit. Præfatus hoc ſum propter illam legem [4], quæ prodigum de rebus ſuis quicquam aut velle aut ſtatuere omnibus modis prohibet. Quam quidem legem, conjectis in res geſtas oculis, pro illarum ratione, non autem ita ſimpliciter ſancire: & ſi quid inutiliter geſtum eſſet, non admittere: in quo vero aliqua utilitas verteretur, id ſuſcipere oportebat. Nunc vero nihil iſtiusmodi præſcribit, ſed in univerſum prodigo de rebus ſuis conſultandi poteſtatem adimit. Id nos recto judicio non convenire ſuſpicati, legem illam relaxantes, ſtatuimus, *ut quæ judicium* erroneum quodque prodigum deſignet, dictet, neque approbatione, neque confirmatione digna habeantur: quæ vero ad utilitatem ſpectent, ſuſcipiantur, atque nequaquam reprobentur. Quid enim, ſi [5] prodigus aut hereditatem neceſſariis ſuis relinquere, aut pauperibus ſua diſtribuere, aut denique gravem ſervitutis torquem ſervorum cervicibus adimere velit? An ideo quod prodigus eſt, id illi non licere velle dicendum? Quid, ſi quum prædium damnoſum habeat, alter quiſpiam, qui vitio mederi poſſit, majori pretio quam quanti prædium ſit, id emere, ipſumque damno levare velit? An prodigalitas, quo minus ille ſibi conſulat, utiliterque negotietur, impediet? At rationem non video. Quod itaque dixi, rerum geſtarum conditio obſervator: & ſi in ea prodigi [6] mores non conſpiciantur, quod actum eſt ratum eſto: ſi vero a prudenti rerum geſtione aberratum eſſe appareat, id neque approbatione neque confirmatione dignum habetor.

CONSTIT. XL.

UT [7] CAPTIVI TESTAMENTI FACTIONEM HABEANT [8].

Idem Imperator eidem Styliano.

Qui olim edendis legibus operam navavere, cum multa ad res humanas recte moderandas in medium protulerint, locupleſque benignitatis ſuæ teſtimonium (leges nempe, ſecundum quas reſpublica concinno in ſtatu conſervatur) reliquerint: tum haud ſcio, qua ratione fecerint, ut de captivis tractatus, quibus de rebus ſuis ſtatuendi poteſtatem non faciunt, reliquæ ipſorum benignitati non reſponderet. Quæ enim de teſtamentis ipſorum legiſlatio complectitur, valde comiter ac benigne conſtituta ſunt. Nam quod ſtatuerunt, *ut interdum quando* [9] *inopia teſtium laboraretur, a minore etiam teſtium numero teſtamentum obſignaretur: quin & nullis* [10] *adhibitis teſtibus, perſæpe tamen teſtamentum ratum haberetur, quemadmodum de* [11] *iis qui in acie occumbunt conſtitutum eſt:* permagnum ſane benignitatis eſt argumentum. At de captivis placitum jam dictorum non eſſe ſimile, neque ex eadem benignitate prognatum videtur. Quod namque de rebus ſuis conſtituere illis non permittunt: non ſolum non benignum aliquid de ipſis decreverunt, verumetiam [12] ipſam captivitatem alio modo intendunt. Quomodo enim rurſum illos in captivitatem non ducunt? aut quomodo malum irrecreabiliſque triſtitia non adaugetur, & morte acerbiorem in corde captivus non circumferens aculeum, rebus excedit humanis: quando non modo in captivitate vitam finit: verumetiam ſi qua apud contribules bona habet, de his illi conſtituendi poteſtas non eſt: ſed ſuis rebus tanquam alienis expellitur: & quæ ſuis laboribus quæſierit, prope quibus ſuſcepto periculo in captivorum infortunium incidit, ab horum diſpenſatione ejicitur? Quomodo item, ſi quos neceſſarios captivus habet, ut liberos, uxorem, fratres, aut alios, quos ad ipſius hereditatem lex vocat, ii non ſimiliter omnes obverſis in hereditatem ab inteſtato ad ſe devolvendam oculis, curam liberandi captivi, illius conſequendæ ſpe non omittent? Novimus ſiquidem res humanas, ut pauci admodum verum amorem conſervent, ejusque unius gratia ad opitulandum calamitate implicitis perpaucorum animus excitetur. Atqui ſpe nanciſcendæ cujusdam remunerationis ad ferendum indigentibus auxilium procedant, horum ſane longe maximus eſt numerus. Qua re itaque moti cognatus aliuſque quiſpiam captivorum ſuſcipiant curam? Si quidem ſtatuendi facultas de rebus ſuis ipſis eſſet, nonnulli laborem damnoſum ſibi non futurum reputantes, non ſegniter illum ſuſcepturi eſſent. Cogitarent etenim (ut veriſimile eſt) ſi aut conatus ipſorum ad finem deduceretur, captivique libertatem conſequerentur, ſe munus aliquod eſſe pro opera ſua & labore accepturos, aut etiam ſi conatus finem mors præveniens, captivum de medio tolleret, illum in teſtamento ſuo eum qui ipſius curam habuiſſet, majore portione quam illos qui ipſum neglexiſſent dignaturum. Non enim immemorem fore ipſum, neque labores nihili facturum arbitrarentur. Hac igitur ratione (quemadmodum dixi) futurum eſſet, uti aliqui non indiligenter ad liberandorum captivorum curam ſeſe erigerent. Nunc vero cum hi teſtari prohibeantur, illi autem ab inteſtato heredes in bona concedant: haud ſcio, ſi, qui pro liberatione labores ſuſcipiat, quiſquam inveniri poſſit. Succeſſionis enim ab inteſtato ſpes metuſque ne in vanum laboretur: ſi forte liberationem mors prævertat, captivumque rebus humanis eximat, *homines* tardiores (ut ne prorſus animo alienos dicam) ad id aggrediendum facit. Quod ſane non itidem contingeret, ſi lex illum teſtamenta irrita non faceret. Jam vero ſi liberandæ animæ pretium propriæ cujusque facultates ſunt, quomodo non in hoc etiam captivi injuriam longe maximam ſuſtinent, quod dum non ſinuntur a lege de rebus ſuis ſtatuere, etiamſi velint, pro animabus ſuis nihil rerum ſuarum erogare poſſint? Ad hæc porro cum liberationis ratio hinc abſurditatem contrahat, tum vero multo abſurdiſſimum eſt, quod dum teſtandi facultas captivis non datur, frequenter illi qui inimiciſſimi [13] fuiſſent, quoſque ipſi, ſi viverent, ne aſpicere quidem ſuſtinerent, illorum facultatum domini exiſtant. Qua quæſo re quid poſſit eſſe turpius? Hoc igitur quum hunc ad modum ſeſe habeat, non negligi debere Majeſtati noſtræ viſum eſt: ſed quemadmodum in aliis pro viribus divinitus nobis datis, ut recte reſpublica noſtra gubernetur ſolicite egimus: ſic & de captivis tractatum in melius corrigere decrevimus. Sancimus autem *ut dehinc captivi*, quæ ipſos a teſtando arcet, legi neutiquam obnoxii ſint: ſed ut ipſis (ſi poſſibile ſit) quinque, ſin minus, tribus teſtibus præſentibus [14], extremam voluntatem, ſive litteris commendare, ſive [15] ſine ſcripto pronunciare liceat: tamen ut qui ad teſtimonium aſſumpti ſunt, revera illam defuncti voluntatem eſſe jurejurando affirment: idque ſive quum liberi ſubſint, illos bonorum ſuorum heredes relinquant, ſive [16] quum liberos non habeant, alios in hereditatem introducant. Æquum enim non putamus, ut qui communis reipublicæ nominis æqualiter participes ſunt, ejuſdemque eſſe gentis cenſentur, non æquabili ex lege jure honorentur: ut videlicet qui liberi a ſervitute ſunt, ſtatuendi de rebus ſuis, uti viſum eſt, poteſtatem habeant: quibus vero illa manus intulit quaſi culpam commiſerint, quod pro tribulibus propugnando in captivitatis neceſſitatem devenerint, non item. Cæterum ſi captivorum quiſpiam aut ſua ſponte aut eorum quorum in poteſtate eſt, vi adactus, hoc in animum inducat, uti res ſuas ad hoſtes concedere teſtamento jubeat: nequaquam tunc placitum ipſius ratum ſit: quaſique non pro [17] decoro reipublicæ Chriſtianæ teſtamentum factum ſit, in irritum concidat. Atque hæc quidem de iis qui vitæ finem teſtamento anteverterunt ſancita ſunto. *Si vero ultimus* vitæ dies ſubito illi ſupervenerit, atque inteſtatus [18] de medio ſublatus ſit: tum ſi qui, ad quos hereditas pertinet, ſive aſcendentes, ſive deſcendentes ſuperſint, ad hos illa ſe conferet. ſi vero nulli ſint ad quos bonorum defuncti captivi ſucceſſio ſpectet (dico quos neque aſcendentes neque deſcendentes defuncti familia agnoſcit) primum conſiderari an aliquibus debeat, deindeque deducto ære alieno reliqua bifariam in trientem & beſſem dividi, ac trientem demum in erogationem pro anima faciendam ſeparari, alteram autem partem in fiſcum recipi jubemus: tamen ut ſervi his non immiſceantur. Hos enim, niſi æs alienum exolvi non poſſit, omnes libertate honorari volumus. Quæ eadem rerum diſponendarum forma cuſtodienda erit, quando nihil æris alieni fuerit, ſervitutique obnoxius (quemadmodum dictum eſt) ſine heredibus deceſſerit. Quæ itaque nobis ejus legiſlationes, quæ captivos contriſtabat, in mentem correctio venit, per ſacram hanc expoſita eſt legem. Tua autem magnificentia ſanctionem ſubditis notam facito: quo cum innotuerit, omnes de rebus ſuis, etiam quos captivitas detinet, quocumque modo velint, ſtatuant.

CONSTIT. XLI.

UT IN CIVITATIBUS QUINQUE [19], IN ITINERIBUS VERO ET AGRIS TRES [20] TESTES AD TESTAMENTORUM FIDEM SUFFICIANT [21].

ſtamenta. 1 Lex eſt ſpecialis, quæ ad omnes ſervos non porrigitur, interdum tamen humaniores domini ſervis teſtari permittebant; ſed inter domeſticos tantum. vid. Plin. 8. *c.* 16. dixi ad *l.* 4. *ff. de manumiſſ. & ad* Ulp. 5. §. 5. 2 Τὰ συμφέροντα. & ita abrogatur §. 2. *Inſt. quib. non eſt permiſ.* facit *l.* 1. *ff. de curatoribus.* vid. *l.* 18. *ff. qui teſtam.* 3 Tum inter vivos, tum mortis cauſa. Ŋ. *eod.* 4 *d.* §. 2. *d. l.* 2. *d. l.* 18. 5 Prodigus non cenſetur bonis male uti, quoties hereditatem neceſſariis perſonis relinquit, & pauperibus bona diſtribuit, aut ſervos libertate donat. Sic Tuditarii notæ inſaniæ hominis, & populo nummos ſpargentis, & togam, velut tragicam veſtem, in foro trahentis teſtamentum (quo filiam inſtituit heredem), centumviri probarunt. Magis enim quid ſcriptum in tabulis eſſet, quam quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimaverunt. Tullius *Philippic.* 3. *& Academicar.* 7. Valer. 8. & 2. Lact. 23. 6 Prodigi mores in eo non ſunt, qui bonis ſuis recte utitur.

7 Extat epitome 5. *Harmen.* 1. §. 30. 8 Et ita abrogatur §. *ult. Inſt. quibus non eſt permiſſ. l.* 8. *ff. qui teſtam. l.* 10. *ff. de teſt. milit.* Paul. 3. *ſentent.* 4. §. 8. 9 *l. ult. verſ. in illis vero locis C. de teſt.* 10 Imo milites convocatis ad hoc hominibus teſtari debent §. 1. *verſ. ſi ergo miles. Inſt. de militari teſtamento. l.* 24. *ff. de teſtam. milit.* vid. *Nov.* 41. Ŋ. *eod. ubi plura dixi.* 11 Puto intelligi *l.* 15. *in fin. C. de teſtam. milit.* vult enim valere militis voluntatem, ſi quid in vagina aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus adnotaverit, aut in pulvere inſcripſerit gladio, ſub ipſo tempore quo in prælio vitæ ſortem derelinquit. 12 Afflicti ſublevandi ſunt, non onerandi. *Nov.* 16. Ŝ. *eod.* 13 Durum videtur, captivis adimi teſtandi poteſtatem, ne alioquin ad eorum inimicos eorum bona deferantur. 14 Captivi teſtamentum facere debent teſtibus præſentibus. 15 Captivi teſtamentum facere poſſunt ſcripto vel verbis, coram quinque vel tribus teſtibus, niſi inviti ſua bona ad hoſtes ipſos transmitti voluerint, 5. Harmenop. 1. 16 Captivi teſtari poſſunt, ſive liberos habuerint, ſive non habuerint. 17 Κατὰ τὸν πρέποντα *Scrimger.* κατὰ τὸ πρέπον. Cujacius 7. *obſ.* 32. 18 Ad quos hereditas inteſtati captivi pertineat.

19 Quinque in urbano: tres in ruſtico teſtamento teſtes ſufficiunt ex hac Novella. Quinarius numerus lege XII. tabularum videtur introductus §. 1. *Inſtit. de teſtam. ordinand.* 20. Ulp. 2. & reductus a Baſilio Macedone Leonis hujus parente *verſ. quum enim* Ŋ. *eod.* Septem poſtea adhibiti ex conſtitutionibus. §. 3. *Inſtit. de teſt. ordin.* Specialius dicendum eſt. In militari teſtamento expeditionis tempore, *l.* 17. *C. de teſtam. milit.* (miles enim citra tempus expeditionis domi teſtatus ſeptem teſtes adhibet *arg. d. l.* 17.) teſtes requiruntur ad minimum duo *l.* 24. *l.* 40. *ff. de teſtam. milit.* §. 1. *Inſt. de milit. teſt.* vel ut *ibid. in princ.* 1. *tit.* ſcribit Theophilus, unus ſufficit: & ſi Leoni credimus *Novell. quadrageſima in princ.* Ŝ. *eod.* nullis teſtibus adhibitis miles teſtari potuit, quamvis Plutarchus *in Coriolano* ſcribat, in teſtamento procincto tres aut quatuor adhibitos: & hæc de militari teſtamento. In pagani vero teſtamento variatur numerus. In teſtamento inter liberos duo vel tres *l.* 21. §. 1. *Cod. teſtament.* cæci teſtamento vel octo requiruntur: vel ſeptem teſtes & unus tabularius *l.* 8. *Cod. qui teſtam.* In reliquis, ſeptem: ſi teſtamentum in ſcriptis fiat §. 3. *Inſt. de teſtament. ordinan.* Quid ſi nuncupativum fiat teſtamentum? ruri ſufficiunt quinque teſtes *l. ult. Cod. de teſtam.* ut & in codicillis *leg. ult. C. de codicillis. l.* 28. *in fin. C. de teſtam.* In urbe ſeptem requiruntur, ſi extranei inſtituantur heredes *l.* 21. §. 2. *C. de teſtam.* ſin filii, duo ſufficiunt *d. l.* 21. §. 1. ſi liberis mixti extranei, quod ad extraneos ſeptem requiruntur: quod ad liberos duo ſufficiunt *d.* §. 1. Hoc addendum eſt, unicum teſtem ſufficere, ſi teſtamentum fiat coram principe, hoc eſt, ipſum principem pro omni alio teſte ſufficere *l.* 19. *in fin. Cod. de teſtam.* quod tamen non admitto, & alia videtur ejus legis 19. ſententia, ut ibidem ſcripſi. Sed & illud tenendum, Jure Canonico valere teſtamentum factum coram presbytero & duobus teſtibus, *c. cum eſſes.* 10. *de teſtam.* Quin eodem jure ultimam voluntatem ad pias cauſas valere coram duobus teſtibus *c. relatum* 11. *de teſtam.* ad hæc jure civili plures quam ſeptem adhibitos non nocere. Superflua namque proſunt, nunquam nocent. Paul. 3. *ſent.* 4. §. 10. Quin ſufficere ad bonorum poſſeſſiones omnibus locis petendas, ut ſolennis teſtium numerus adhibitus fuerit, quo loco teſtamentum factum eſſe dicetur *l. ult. Cod. de teſtam.* Idque communiter obſervari refert Ferrarienſis *in formula libelli quo petitur hereditas ex teſtamento* 48. *in verbo* Vallatum 6. *n.* 4. & 5. Harm. 1. §. 11. & 12. 20 *Nov.* 43. 21 Atque ita mutatur numerus teſtium Juſtinianeo jure requiſitus, *Inſtit. de teſt. ordinan. &*

Idem

Idem Imperator eidem Styliano.

CUm omnibus humanæ vitæ negotiis, quæ teſtium fidem requirunt, inde robur adeſſe oporteat: tunc vero maxime quæ ultimi vitæ noſtræ diei contemplatione diſpoſitiones fiunt, iſtiusmodi corroboratione indigent. Nullus enim reliquus modus eſt, qui recte ipſis jus dictet, niſi ipſis a teſtibus præſidium adſit. Oportebat itaque quo magis neceſſe eſt, ſtatuta hominum e vita decedentium firma eſſe, eo quoque magis eadem per teſtimonia ſtabiliri. Verum quoniam frequenter res propter eorum quæ ſtrictius requiruntur penuriam, poſſibilem modum deduci videmus (cum namque ſtricto jure uti non datur, quemque quo modo poteſt uti neceſſitas eſt) de teſtium numero, quo teſtamentis adeſſe debeant, ſtatuere non alienum a providentia nobis viſum eſt. Atque hoc quidem etiam ſempiternæ memoriæ patri noſtro in mentem venit: verum quod ſtatuit non valde id exacte ſtatutum eſſe judicatum eſt. Quum enim ſuperiorum legiſlatorum alius [1] ſeptem, alius [2] vero quinque aſſumendos eſſe teſtes cenſuiſſet, (ſeptem quidem in civitatibus, quippe ubi propter hominum multitudinem, ut conſentaneum eſt, teſtes defuturi non ſunt: in agris vero & itineribus, quinque, quod magna illic plerumque hominum fide dignorum raritas [3] ſit) cum hoc (inquam) ita de illis conſtitutum eſſet, pater noſter [4] exuperantem numerum deſpiciens, ſimul in civitatibus, ſimul in agris & itineribus per quinque teſtes teſtamentis vigorem attribuit: idque ideo (mea quidem ſententia) quod quanta nunc virtutis inopia humanam vitam occupet, conſiderarit. Attamen (id quod dictum eſt) non admodum exacta ratione placitum illud nititur. Dicat enim fortaſſe aliquis, æqualem numerum attribui non oportuiſſe, atque teſtimonium quod in agris & itineribus adhibetur, arctius contrahendum fuiſſe. Nos igitur quod ille neglexit, non negligendum putantes, ſancimus, *ut in civitatibus* quinque teſtibus ſtabilitum teſtamentum approbetur: in itineribus vero & agris, aliisque inhabitatis locis trium teſtium confirmatio ſuſcipiatur.

CONSTIT. XLII.

UT [5] SUFFICIENS NUMERUS TESTIUM TESTAMENTUM RATUM FACIAT, TAMETSI [6] ID NEQUE ILLORUM SUBSCRIPTIONES NEQUE SIGNACULA HABEAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ in verbis reſidet obſcuritas, multum quod tractatur involvere videtur: quippe quæ tanquam expanſa quædam nubes, tum intelligendi vim animo auferat, tum a recta rerum adminiſtratione avertat. Hanc igitur obſcuritatis caliginem ubi illis conſtitutionibus quæ de teſtamentis agunt, neque mediocrem noxam rebus adferunt, circumfuſam eſſe cognovimus: pulchrum fore rati ſumus, ſi illas repurgaremus, quomodoque teſtamenta confirmari, aut non oporteat, lege non ambigua, neque quæ varie apprehendi poſſit, definiremus. Qui ante nos de teſtamentis tractarunt, bifariam illa diviſerunt, & alia quidem ſcriptis, alia vero ſine ſcriptis confici tradiderunt. Quin & modum quo utrumque teſtamentum, (& ſcriptum nempe, & non ſcriptum) ratum fiat, ſubjecerunt: ut ſcripta confirmatio in eo conſiſtat, quod vivente etiamnum teſtatore teſtium ſubſcriptione obſignatione que omnibus numeris abſolutum ſit: nuncupativi vero, ſive non ſcripti, quod ſeptem non indigni fide teſtes ſe audiviſſe, cum ita teſtator lingua ſua de rebus ſuis pronunciaret, confiteantur. Atque his hunc ad modum conſtitutis, annectunt ſcriptum teſtamentum, niſi [7] ad ſcripturæ, qua teſtatoris voluntas ſignificatur, perfectionem ſimul omnia conveniant, & teſtium ſubſcriptiones, nempe quæ illis de ſinceritate teſtimonio ſint, & ſignacula, quæ ſubſcriptionibus fidem præbeant: niſi hæc ſimul omnia (inquam) priusquam is cujus id teſtamentum eſt, e vita excedat, concurrant, omnino id irritum eſſe, ut neque tanquam ſcriptum, neque tanquam nuncupativum valeat. Ex quo ſane præoccupativo placito, quum non admodum caute (ne interim dicam male) conceptum ſit, confuſio atque ambiguitas rem teſtamentariam invadit. Aliis enim videtur teſtamentum velut adulterina ſemina, prorſus abjiciendum: ut aliis quidem ex bonis utilitatem capere permittatur, defunctis vero ne minimum quidem utilitatis ex rebus ſuis accedat: ſi tamen defuncti utilitatem aliquam ſentiunt. Sentiunt autem quum ex ipſorum morte per beneficii erogationem nonnulli reviviſcunt. Atque hi quidem (quomodo dixi) hunc in modum a rerum ſuarum utilitate hominem prorſus arcere volunt. Quibus vero benignior ſententia animo reſidet, hi teſtamento, quod ſigillorum impreſſione perfectionem non accepit, ſi non ut ſcriptum cenſeatur, certe tamen qualem non ſcriptum & nuncupativum accipit, talem vigorem tribuunt. Nos itaque perplexitatem hanc adeo rebus humanis eſſe nocumento videntes, in benigniorum judicum ſententiam pedibus imus, veteriſque legis caliginem & ambiguitatem in ſimplicem atque apertam cognitionem convertimus, ac ſancimus, *ut* [8] *quod teſtamentum*, reſpectu eorum quæ ſcripto teſtamento adeſſe debent, imperfectum eſt: ſi tamen nuncupativi teſtamenti teſtimonio non indigeat, vigore nuncupativi teſtamenti firmum ſit: ſin teſtium fide indigeat, ut quod nihil ad faciendam fidem idoneum habeat, in irritum concidat. Quæ enim ratio eſt, imo quomodo non omnino abſurdum nimiſque craſſum eſt, alias teſtes iſtiusmodi approbatione dignari, ut quæ nulla ſui parte ſcripto mandata ſunt, confirment? alias vero quaſi qui per ſcripturam declarata confirment, indigni ſint, ita illos vilipendere, præſertim vero, cum hic aliquo etiam modo fides corroboretur. Quomodo inſuper id deteſtandam inverecundamque æquitatis proditionem non continet? Quid ſi teſtamentum ſcripto tradi cœperit, quodque conſtitutum eſt, dignorum fide teſtium auribus inſonuerit, deinde vero aut ſcribam morbus corripuerit, aut mors etiam ipſum ſuſtulerit, & mox teſtator quoque enectus ſit: (ut multa hominibus ex improviſo contingunt) num propterea quos is moriens beneficio dignos cenſuit, illi eo privati injuriam ſuſtinebunt? Et vero, quod indigniſſimum eſt, non modo non cum vita id mali teſtatorem deſerit, verum etiam mortuum inſectatur, privatque (quantum quidem ad eorum qui teſtamentum irritum faciunt ſententiam attinet) miſericordis Dei commiſeratione, cujus participem illum fore, ex eo quod ipſo defuncto alii beneficiis ſubleventur, ſpes eſt. Idcirco ſimulatque noſtra poteſtas hæc animadvertit, evidentem atque indubitatam formam ſancit, *ut* [9] *ſi teſtes tantum* dicant illius hominis proprium id eſſe teſtamentum, id non improbetur, ſed firmum atque ratum ſit: tametſi non ſolum ſignacula, ſed etiam cum illius teſtium ſubſcriptiones deſint.

CONSTIT. XLIII.

UT PER SCRIBENDI IGNAROS [10] TESTAMENTA ETIAM CONFIRMENTUR [11].

Idem Imperator eidem Styliano.

NOn quod ſuperiores, quia communis vitæ negotiis diligentem cautionem attulerunt, reprehendere velimus, legem proferimus: ſed potius, ut exacta ipſorum ratio in uſum recipiatur, operam damus, reſque ipſæ (quod illas exacto ipſorum præſcripto reſpondere impoſſibile ſit) ne, quoad ejus fieri poteſt, debito ſuo ſtatu excidant, ſanctione cavemus. At quid eſt quod dico? Decretum eſt a veteribus de teſtamentis tractantibus, ut per [12] ſeptem teſtes, minimum autem per quinque defunctorum ſtatutis autoritas accedat. Neque vero id ſimpliciter, ſed ne [13] ignari literarum teſtes eſſent, ſi quidem in civitatibus, ubi non fere peritorum penuria eſt, teſtamenta facta ſint: ſed ſi aliis in locis in quibus literarum ſtudia diſciplinæque non admodum uſitatæ ſunt, illic teſtium non exacte haberetur ratio: neque illi ſoli qui ad literarum ſtudium educati ſunt, quærerentur, ſed ad teſtandum & literarum rudibus aditus eſſet. Quod itaque illis in locis, in quibus hominum ſcribendi peritorum abundantia non eſt, lex fieri ſtatuit, id conſuetudo omnibus ubique locis & civitatibus, quanquam magna doctorum hominum copia eſſet, ita facere volentibus conceſſit. Quod ſane & Imperatoriæ noſtræ Majeſtati legum autoritate dignandum eſſe placuit. Sancimus igitur, *ut quocunque* in loco & civitate, etiam [14] ab imperitis teſtamenta confirmentur, dummodo mores teſtium fidem mereantur. Quin & numerum non ſolum ad quinque contrahimus, ſed iis in locis in quibus raros fide dignos prodire conſtat, tres [15] quoque admitti, ac teſtimonium illorum non reprobari volumus.

CONSTIT. [16] XLIV.

* A QUIBUS [17] OBSIGNARI TESTAMENTA OPORTEAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

CUm omnes alii hominum actus ac negotia quæ in literas referuntur, neceſſario exquiſitum teſtimonii ſubſidium requirant: tum maxime id faciunt, quæ homines natura ſua ad interitum vergente, diſceſſuque e carne imminente litteris exponunt, his in ipſo e vita exceſſu rationes ſuas & voluntatem committentes. Quæ enim inter vivos conſcripta ſunt, quanquam obſignata ſint, nihilominus tamen illorum vitia ex verborum ejus qui ſcripſit, eorumque de quibus ſcriptum confectum eſt, examinatione deprehenduntur. Quæ vero a morientibus ſcripto conſtituuntur, ea ſe minus recte habere, ſi nullum certum teſtium ſuffragium adſit, impoſſibile diſcere eſt. Verum enimvero & hic tractatus longe optime a legiſlatore conſcriptus eſt, dum ſæpe teſtamentorum teſtes ad jusjurandum adigi nolens, illis cenſus [18] magiſtri qui nunc generalis [19] appellatur, ſigillo parari firmitatem jubet. Etenim quod tanquam levem promptumque ad jurandum aditum non præbet, inſignique ſigillo ambiguis teſtamentis vigorem tribuendo, ut juramenta reprimerentur, fecit: ea ſane res & prudentiſſimi conſilii, & præſtantiſſima eſt. Atque hoc quidem obtinuit olim. Poſtmodum autem conſuetudo id mutavit, ut ſupra teſtes ejus qui ad quæſtoris dignitatem perveniſſet: ſigillum teſtamento teſtimonium ferret. Et quidem illa etiam confirmatio majoribus noſtris optima viſa eſt. Quos & nos ſequentes, quo illa validior ſit, jubemus, *ut* [20] *ſigillo* magiſtri cenſus (quod nunc ad illum neque legum cura, neque adminiſtratio pertineat) nihil prorſus in obſignatione teſtamentorum juris nec commercii ſit (quemadmodum neque nunc id illa obſignat) ſed pro [21] illo quæſtoris ſigillum obſignet. Neque vero hoc ſolum teſtamenta obſi-

C. de teſtam. ordin. 1 Juſtinianus ſcilicet *l. ult. Cod. de teſtam.* 2 Jus vetus intelligit, de quo vid. §. 1. §. 2. §. 3. *Inſt. de teſtam.* 3 *l. ult. C. de teſtam.* 4 Baſilius Macedo.

5 Epitome exſtat apud 5. *Harm.* 1. §. 11. 6 Hoc vult: firmum ratumque teſtamentum eſſe, ſi teſtes una voce duntaxat pronunciaverint, id teſtamentum eſſe: nec amplius quidquam exigi: valere denique, licet ſignacula non ei adpoſita, licet etiam teſtium ſubſcriptiones cum ſignaculis deſiderentur: & breviter in teſtamentis ſubſcriptiones & ſignacula teſtium non requiri: quod olim requirebatur, & ita hæc conſtitutio abrogat §. 3. *Inſt. de teſtam. ordinand. & ſimiles.* 7 *d.* §. 3. 8 Senſus eſt a Leone nihil hic eorum immutari, quæ vel de ſcripto, vel nuncupativo teſtamento cauta ſunt. 9 Et ita jus vetus abrogatur, quo ſubſcriptiones teſtium eorumque ſignacula requirebantur.

10 Olim conſtitutum, ut literati teſtes pro illiteratis ſubſcriptionem interponerent, *l. ult. verſ. ſi vero unus, aut duo vel plures fuerint literati. Cod. de teſtam.* quod hac Nov. remittitur. 11 Titulus ita formatus eſt apud Græcos, περὶ τῦ κυρῦσθαι διὰ ἰσογράφων τὰς διαθήκας, καὶ περὶ τῦ εἰ καὶ τρεῖς τυγχάνοιεν μάρτυρες. *Scrimg.* 12 §. 2. *Inſt. de teſtam. ordin.* 13 *d. verſ. ſi vero.* 14 Abrogatur *d. verſ. ſi vero.* 15 *Novell.* 41. *c.* 5. Harmen. 1. §. 11.

16 Hujus conſtitutionis meminit *Harm.* 5. *tit.* 1. §. 12. ait enim Novella Leonis conſtitutum, ut teſtamenta a magiſtratu non ſignata valeant, etſi teſtium ſubſcriptionem non habeant. Puto tamen locum illum Harmenopuli pertinere ad Novellam 42. *c. eod.* 17 Olim a magiſtro cenſus, *l.* 23. *Cod. de teſt.* hodie a Quæſtore: & ita pars *d. l.* 23. *abrogatur.* 18 *Nov.* 44. *c.* 1. §. 4. *l.* 17. §. 2. *Cod. de ſacr. eccl. l.* 23. *C. de teſt.* 19 Ος νῦν τῦ γενικῦ προσηγορίαν ἀποφέρεται. 20 Harm. *d. l.* 21 Apud magiſtrum cenſus inſinuari teſtamenta moris erat *d. l.* 23. hodie a Quæſtore & aliis Magiſtratibus hic enumeratis.

gnet:

gnet: verumetiam magnificentissimi nostri magistri & patricii, præfecti urbis etiam, aliique qui judiciis præsunt, sigillis suis illa fidei commendent. Verum hi in urbe: in aliis autem locis & civitatibus præfecti, & in quaque provincia præsides hoc sciunto & faciunto.

CONSTIT. XLV.

* UT SENTENTIAM JUDICES IN LITERAS REFERANT, SUAQUE [1] MANU OBSIGNENT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Dum ut res judicatæ firmæ maneant, & ne qua suspicio atque controversia sententias insequatur, curam gerimus, hoc se nobis constituendum obtulit, *ut quibuscunque* dijudicare ac dirimere lites obtigisset, de quibus rebus judicium pronunciaturi essent, de iis sententiam de scripto ferrent, eamque manibus suis [2] obsignarent: ut ne si temere judicatum esse postmodum deprehendatur, negare illi suam sententiam possint: neque alii cuipiam supposititia adulterinaque sententiæ scriptura efficta, illam in judicum aliquem referre liceat. Quicunque igitur judicum dignitate honoratus est, dehinc ita facito: ac quibus de rebus judicavit, decretum scriptum suaque manu obsignatum edito.

CONSTIT. XLVI.

* ABROGATIO [3] QUARUNDAM DE CURIIS ET DECURIONIBUS [4] LATARUM LEGUM.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum ut quæcunque aliæ res in communis vitæ usum assumantur, ipsarum commoditas facit, & quæ utilitatem aliquam adferunt magnifacimus: quæ vero ad nihil conducunt, contemnimus: sic omnino & ad legalium capitum compositionem nos accommodari oportebit, ut quarum usus aliquis sit, qui bono quopiam rempublicam beet, hæ necessario & ferantur & honorentur: quarum vero usurpatio aut nullius momenti, aut mala sit, harum non modo non ratio habeatur, sed etiam e legum corpore exemptæ rejiciantur. Hæc idcirco dicimus, quod inter veteres de decurionibus & curiis latas leges quædam gravia intolerabiliaque decurionibus quæpiam munera injunxerint: curiis autem privilegium, ut quosdam magistratus constituerent, suaque autoritate civitates gubernarent, præbuerint. Quæ nunc, eo quod res civiles in alium statum transformatæ sint, omniaque ab una Imperatoriæ Majestatis solicitudine atque administratione pendeant, tanquam incassum circa legale solum oberrent, nostro decreto illinc submoventur.

CONSTIT. XLVII.

* ABROGATIO [5] LEGIS QUÆ SENATUI PRÆTORES, DECURIONIBUS VERO PRÆFECTOS CONSTITUERE CONCEDEBAT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quod alius olim reipublicæ status esset, rerum ordo similiter alius erat. Quum enim cuncta in Principis deliberationem non caderent, sed nonnulla essent, de quibus dispicere, & jubere senatus officium esset, ea ab illo etiam proferebantur. Prætores itaque tres [6] numero in urbe rebus administrandis ab eo præficiebantur, isque actus sanctione legis procedebat. Neque vero id in urbe solum, sed in aliis etiam civitatibus a decurionibus [7] ut vocabantur, præfecti quidam (non tamen quales hodie militaris præfectura novit, sed excellentiores quidam, quique aliam curam demandatam haberent) præficiebantur. Quum igitur aliter sese tunc res haberent, communis usus illam legem requirebat. Nunc autem quum omnia a principali cura pendeant, Deoque opitulante ipsius providentia discutiantur & dijudicentur: ac vero illa lex nullum de se usum præbeat, cum aliis quæ de republica ejectæ sunt, hanc etiam ejiciendam esse statuimus. Quemadmodum enim legibus nondum enatis nascendi causam rerum usus [8] præstat: sic quando lex rerum utilitati non subservit, eam abolendam esse sequitur.

CONSTIT. XLVIII.

* NE MULIERES IN CONTRACTIBUS [9] TESTIMONIUM PRÆBEANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Haud scio quomodo, re non exactiore judicio disquisita, mulieribus ad dicendum testimonium procedendi facultatem dederint veteres [10]. Illud saltem vulgo notum, volutandum animo fuerat, crebrum nempe in virorum oculos occursum [11] mulieri dehonestamento esse: pudicam vero & honestam ejusdem rei fugam efficere. Qua ratione igitur illas ad testimonium assumi permiserint, (unde fit persæpe, ut in magnis hominum turbis conversentur, irreverentiusque quam mulierum sermo ferat, lingua utantur) hoc quemadmodum dixi, mihi dubitare subiit. Quorsum enim hisce visum est, ut in [12] negotia publica mulierum prodiret testimonium, quibus juxta atque viris testari permiserunt, quemadmodum Scythicas [13] mulieres cum maritis ad bella coarmari audimus? Et sane quomodo præter absurditatem ingentem, hoc naturæ etiam finium, quibus virilis muliebrisque sexus disterminati sunt, tum confusionem, tum eversionem non continet? Quomodo item mulieribus (quas etiam domi observanter, nequaquam autem dissolute atque indulgenter, conveniri oportet) debitam non produnt & verecundiam & honestatem? Si quidem ad ferendum testimonium progressio, quum eo (quod multorum illæ hominum commiscentur conventibus, negotiisque implicantur virilibus) ad liberius loquendum quam mulieribus decorum sit, fenestram aperiat: muliebris sexus submissos morem pudoremque adimit atque ipsas ad inverecundiam & procacitatem exercet. Jam vero res illa contumeliam aliquo modo etiam viris adfert. Quid enim hoc aliud nisi contumelia, & ea quidem gravissima erit, si quarum rerum tractatio virorum maxime propria est, ad illas sexus etiam fœmineus procederet? Quapropter non minus consuetudinem, quam legis erratum Majestas nostra corrigens, *illis* ad testandum præcludit aditum, ac proposita sententia sua decernit, legeque prohibet, ne quo modo mulieres ad contractuum testimonia accedant. In rebus autem peculiariter ad ipsas [14] pertinentibus, quibus interesse viris fas non est (de partu [15] loquor, & si cui rei [16] alii sola mulier adhibetur) sua peculiaria viris que occulta testantor.

CONSTIT. XLIX.

* NE SERVI AD DICENDUM TESTIMONIUM ADMITTANTUR [17].

Idem Imperator eidem Styliano.

Testimonium cum magni momenti, necessariaque ad tuenda communis vitæ negotia res sit, non a quibuslibet, sed ab iis qui extra ignominiam vivunt, ferri æquum est. Recte ergo exquisita ratione de hoc disceptant leges, & non simpliciter ad dicendum testimonium cuique aditum præbent. Verumtamen, quia nonnullæ leges servilis conditionis hominibus in quibusdam [18] rebus testari concesserunt: visum nobis est, hoc nota inducendum esse, ut qui liberæ vitæ participes non sunt, in universum ad testandum non admittantur, exque Novellarum [19] Constitutionum obtineat, & de quocunque simpliciter testimonio statuat, idque in quacunque re, sive testamenta, sive aliam humanæ vitæ actionem testimonium complectatur. Si enim illis qui cum liberæ vitæ sint, vitam ingenue, eaque libertate quam nacti sunt digne non degunt, neque quantum fieri potest animi magnitudinem a servitute liberam conservant, sed in illicitarum actionum servitutem subiguntur, testimonium dicere non licet: neque his quorum vitam non esse liberam constat, ferre testimonium concedetur. Nam tametsi alius hic servitutis modus sit, attamen ea servitus est, quam libertatis dignitate participem esse indignum sit.

CONSTIT. L.

UT [20] DONATIONES QUÆ IN LITERAS RELATÆ NON SUNT AD QUINGENTOS USQUE AUREOS VALEANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quandoquidem multi alias gratias relaturi, alias benigno duntaxat proposito moti, dona in nonnullos conferunt: & de hoc capite distincte tradendum esse visum est, quales donationes non everti, qualesque contra irritas esse oporteat. Atque veteres quidem hac de re tractantes pronunciarunt, illam donationem concidere, ne firma sit quæ quingentorum aureorum summam exuperat, nisi in acta publica relata sit: quanquam etiam donatarius donationis certam probationem propria donatoris manu privatim scriptam abstulerit. Ac nescio quid sibi illi superflua hac subtilitate velint. Quando enim donatio scripto comprehensa, eique justum testimonium adhibitum esset, quorsum amplius accurate finire oportebat? Nobis itaque exacta hac definitione, quam neque de donationibus dictam [21] esse omnino scimus, per sanctionem consopita, illud proponere visum est, *ut* [22] *si* donatio quæ quingentos aureos excedit, in literas relata sit, rata permaneat: quæ vero scripto comprehensa non est, pro eo modo qui quingentos aureos excedit, irrita sit tametsi donatarius præsentibus testibus rem donatam adeptus sit. Etenim donatio, cujus æstimatio quingentos aureos non superat, etsi conscripta non sit, dummodo tribus testibus confirmetur, rata judicatur. Ad hanc ergo formam examinatæ donationes, aut valeant, aut irritæ sint.

1 Poterant olim manu aliena, *l. ult. C. de sententiis ex periculo recitandis:* cui hoc additur a Leone. 2 Et ita supplet *d. l. ult.*
3 Hac Novel. tolluntur ordines decurionum, ideoque hic titulus non est in Basilicis. vid. Cujac. *ad tit. C. de decur.* 4 *L. 50. ff. 2. L. 10. Cod. 31. Nov. 38.*
5 Abrogatur *l. 2. C. de off. prætor.* 6 *d. l. 2.* 7 Nam quod Constantinopoli atque Romæ senatores, hoc decuriones in municipiis fuere. 8 Leges usu exigente promulgantur, usu contrario tolluntur.
9 Testis in contractu mulier esse prohibetur *hac Nov.* Gell. 6. *cap. 7.* scribit nulli fœminæ dicendi testimonii jus fuisse, & Constantinus *l. 1. C. Theod. de rapt. virg.* mulieres removet a postulationibus & testimoniis, omnibusque rebus judiciariis: ut & antiquitus penitus removebantur. Harmenop. 1. *tit. 6.* refert mulieres admitti in testimonium ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βία ἀπείργεται & post capite περὶ κεκωλυμένων, mulieres ait in testamentis non admitti, ut & in aliis negotiis: iis exceptis, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται. in quibus non advocantur vel adhibentur masculi. Idem paulo post negat mulierem admitti ἐν ταῖς συστατικαῖς μαρτυρίαις, admitti vero ait ἐν ταῖς ἀποδεικτικαῖς, appellat autem συστατικὰς, διαθήκην, κωδίκελλον, δωρεὰν αἰτίᾳ θανάτου, ἀποδεικτικὰς δὲ τὰς λοιπὰς, id est, judicialia, vid. *l. 18. ff. de test. l. 20. §. 6. ff. qui testam.* His adde quæ scripsi 2. *Feud. 31. in fin.* ubi fœminæ removentur a testimonio investituræ, quamvis feudum habeant ab eodem domino. 10 *d. l. 18. d. §. 6.* 11 Mulieri dehonestamentum, frequenter viris occurrere. 12 Εἰς πράγματα. *Scrimg.* 13 Mulieres Scythicæ cum maritis ad bellum coarmari solitæ. 14 In quibus negotiis mulieris testimonium admittatur. 15 Vid. *tit. de ventre inspiciendo.* 16 Puta balneo muliebri, 1. *Harmenop.* 13. admittitur etiam in quæstionibus majestatis *l. 8. ff. ad l. Juliam majestatis.* & in domesticis factis *l. 8. §. 6. C. de repud.* adde quæ dixi ad *Nov. 90. & ad epigraphen hujus tit.*
17 Testis esse ullo modo non potest, qui servus est, *Nov. Just. 90. c. 6.* & ita abrogatur *l. 7. ff. de test.* 18 In iis scil. in quibus alia probatio ad eruendam veritatem non est, *l. 7. ff. de testib.* 19 Nov. sc. Just. 90. *c. 6.*
20 Titulus aliter a Græcis accipitur his verbis, περὶ τοῦ τὰς δωρεὰς τὰς μέχρι φ΄. νομισμάτων ἄνευ ἐγγράφως γίνεσθαι. *Scrimg.* Mihi sic videtur hac Nov. non requiri insinuationem in donatione 500. aureos excedente (ut ita abrogetur *l. 24. l. 36. in fin. C. de don. §. 2. Inst. de don.*) etiamsi in ea requiratur scriptura, si tamen testibus probari possit. 3. Harm. 1. *in fin.* ubi hujus *constitutionis meminit quam & pro 29. laudat.* 21 Ῥηθεῖσαν. *Scrim.* τηρηθεῖσαν. Cujac. 17. *observ.* 32. 22 Græci aliter legunt his verbis: ἵνα δωρεὰ ἡ χρυσίων ὑπερέχουσα πεντακοσίων, ἄγρα-

CONSTIT.

CONSTIT. LI.

* DE INVENTO THESAURO CUJUS ESSE DEBEAT [1].

Idem Imperator eidem Styliano.

Bonum sane atque salutare esset, si divinis salutiferisque morem gereremus legibus. minime enim tum humanis indigeremus, illarumque luce tutam viam commonstrante, humano ex legibus auxilio nobis non esset opus. Verum quoniam cœno atque luto omnes emergere, divinisque præceptis in cœlum tollentibus elevari difficile est: humano generi salutem etiam humana prudentia per leges suas adinvenit. Quapropter etiam nunc, quum, quanquam Dominus & Servator noster misericordes esse eorumque qui inopia premuntur, illos qui ipsius donis fruentes in affluenti rerum copia vivunt, angustiis succurrere jusserit, nonnulli tamen ita in Dominum ingrati, ergaque communem hominum cognationem commiserationis expertes sunt, ut non modo non benignam manum egentibus præbeant, verum etiam, tanquam solis quoque radiis tetricos thesauros suos aspicere invideant, in terram illos defodiant: de inhumano hoc invento in medium legem prodire oportuit. Quæ quidem *lex* cum olim lata fuerit, victa autem postmodum a cupiditate, quæ multas egregias res labefactat, ab eademque suo vigore privata sit: nunc ab Imperatoria nostra Majestate in integrum restituitur. Jubebat autem illa [2], ut qui in defossum thesaurum incidisset, si prædium in quo inventus esset, ad Principem [3] pertineret, alioquive publicum esset, illum ex æquo cum fisco partiretur: si vero locus unde thesaurus in lucem prodiisset, neque ad Principem pertineret, neque publicus, sed alterius cujuspiam esset, is æqualibus partibus inter inventorem prædiique dominum divideretur: denique si inventoris prædium esset, ipsi res inventa universa cederet. Atque hæc quidem lex illa sanciit. Verum [4] perversa cupiditas haud scio quomodo illa circumscripta, iniquoque lucro fisco donato, illi in hunc usque diem inventum thesaurum attribuit, legemque otiosam reddidit. At quid hinc contingit? Qui alicubi reconditos latere thesauros sciunt, dum alios laboribus suis gavisuros, se autem frustra illos subituros, quin & interdum acerbis examinationibus subjiciendos considerant, illos investigare negligunt: itaque in perpetuum recondita manent & pereunt, quæ in lucem producta magnam hominibus erant utilitatem allatura. Jubemus ergo, *uti* [5] *deinceps* secundum veteris legis æquitatem judicetur: & quando thesaurus aliquis inventus fuerit, si locus ubi inventus est, in publicis imperatoriisve fundis sit, inventor illum cum fisco partiatur: si vero alterius cujuspiam sit, simili modo ipsum & inventor, & loci in quo thesaurus inventus est dominus inter se dividant. Cæterum si improbus esse, neque quicquid repererit confiteri inventor omne velit, sed dolo mendaciisque ex re reperta nonnulla detineat: in vanum tunc ille laborarit, & tanquam maliciosus rerumque alienarum occultator & fur, nihil omnino accipiat, ac beneficium loci domino soli cedat.

CONSTIT. LII.

* UT TAM VETERUM [6] PRINCIPUM QUAM RECENTIORUM NUMISMATA MODO JUSTI PONDERIS, PROBÆQUE MATERIÆ SINT, VALEANT [7].

Idem Imperator eidem Styliano.

Si pecuniarum nervi [8] sufficiens & copiosa illarum materia est, remque publicam pecuniarum vis stabilit; recte profecto veteres defectum, velut morbum quendam ac tabem, inde profugarunt, dum omne genus numismatis, etsi ad veteres & priscos Principes referretur, similiter valere voluerunt [9]. Verum egregium hoc institutum haud scio qua de causa posteriores Principes in eadem forma consistere non permiserint, ac, tanquam subditorum opulentiæ inviderent, quæ numismata superiorum Principum effigiem ferrent, iis publico usu interdixerint: sua vero sola in communi commercio esse voluerint. Næ illi, quantum hinc in communibus negotiis novitatis, quantum item detrimenti, quod cum ad omnes, tum præcipue ad pauperiores, potiusque auxilio & defensione indigentes pertineat, existeret, intelligere noluerunt. Certe mercatorum vulgus, quique alioqui manibus victum quæritant, & demum universa rusticorum natio, dum, antiquata ea qua hactenus usi sunt pecunia, alio modo res necessarias sibi parare non possunt, in perquam angustas adiguntur angustias. Ea propter nos novo recentiorum placito non acquiescentes, veterum autem providentiam sequentes, sancimus, *ut secundum benignum* illorum reique publicæ commodissimum judicium, numismatis omne genus (quod [10] quidem formam [11] materiamque non adulteratam [12] & plenum pondus habeat) sive vetustioris cujuspiam Principis, sive recentioris sit, æqualiter & æstimetur, & in republica tractetur. Pœna vero eorum, qui rebelli animo decretum hoc contemnent, fuerit, ut flagris cædantur, & cute [13] tenus tondeantur, insuperque libras auri tres dependant.

CONSTIT. LIII.

* UT CUIQUE TAM INTRA CIVITATES QUAM EXTRA, MORTUOS SEPELIRE LICEAT [14].

Idem Imperator eidem Styliano.

Mea quidem sententia, leges civiles non ea modo quæ communi subditorum vitæ prosint præscribere: verum de iis etiam qui jam vitam finierunt, humanæ commiserationi convenientia decernere decet. Quæ autem defunctorum corpora ignominiæ contumeliæque exponant, ac per quæ communi hominum naturæ dedecus atque turpitudo concilietur, nequaquam in leges sunt includenda. At quod lex [15] mortuos non nisi extra civitates humari vult, quomodo id humanam naturam dedecore afficere non est? Et quidem si hoc præcipiens, de iis humandis ageret, quibus facilem elationem facultates, quas vivi habuerunt, suppeditarent, fortasse lex aliquam ad id jubendum rationem habuisset. Quanquam tunc etiam ad amicorum, cognatorum, necessariorumque defuncti commiserationem respicere oportebat. Quorum dolori atque orbitati magnum sane solatium est, si [16] amici sui sepulchrum amplexari, ac in id lachrymas profundere possint. Quæ officia extra civitatem sepulto non facile est exequi. Attamen si illos solum extra civitatem sepeliri vellet, quibus id ipso mortis die per facultates facile esset, ad eam inclementiam aliquam lex occasionem haberet. Verum nunc, cum inclementia illa simul ad omnes se extendat, quomodo non manifesta est absurditas? quomodo legem in naturæ opprobrium ferri non est evidens? Qui enim, dum adhuc viverent, inopes & deserti erant, quomodo mortui ipso mortis die humabuntur? Quomodo item, cum propter paupertatem sepultura non accelerabitur, multis diebus insepulti non miserabile simul & horrendum spectaculum jacebunt, tabescentemque hominum naturam dedecorabunt? Extra hæc autem, cum mortui interdum famuli Dei appellentur, propterque cœlestem gloriam colantur, ipsorum corpora inhumata abjici, quomodo id vero expiationi etiam obnoxium non est? Ne igitur ullo modo inter civiles leges hæc lex recenseatur, sancimus: quin potius, ut a consuetudine recte contemnitur, sic etiam decreto nostro prorsus reprobatur. *Quicunque autem sive* extra muros sive intra civitatem sepelire mortuos volet, perficiendæ voluntatis facultatem habeto.

CONSTIT. LIV.

* UT DOMINICIS DIEBUS OMNES [17] AB OPERIBUS VACENT [18].

Idem Imperator eidem Styliano.

Præstantissimum illorum est studium qui se edendis quæ communi vitæ utilia sint, præceptis dedunt; dignique sunt, eo quod ad subditorum utilitatem omnes suas curas intendunt, quorum pius in rempublicam amor laudibus celebretur, ac præcepta sancte observentur. Interim vero multo æquius fuerit, illis potius istiusmodi reverentiam attribuere, quos majores pro humani generis salute, tanquam universi terrarum orbis legislatores, suscepisse solicitudines constat, quasque leges tulerint, has aliis omnibus anteferre, idque non solum propter id quod dixi, quod *videlicet* ad hominum utilitatem, incomparabiliorem susceperint atque contulerint curam: sed quod etiam divini numinis virtute scripserint sua decreta. Quoniam itaque illorum inter discipulos procerum legi, quæ Dominicæ resurrectionis diem cessatione ab operibus omnes venerari mandat, legem aliam contradicere conspicitur, quæ non omnes simul operari prohibendos, nonnullisque uti operentur indulgendum esse censet: (ait [19] enim *omnes judices urbanæque plebes & cunctarum artium officia, venerabili die Solis quiescant: Ruri tamen positi agrorum culturæ libere licenterque inserviant*, cujus *istius* diei dehonestationis nulla ratione nititur causa. Nam quanquam fructuum conservatio prætendi posse videatur: nullius tamen illa

φ@ μὲν ὅσα ἀναθέτητ@ διαμένῃ, ἐγγέάφῃ δὲ συςάσεως ἐρήμη γνωρίζομένη, ἀβίβαι@ ᾖ κατὰ τὸ ὑπερβαῖνον μέτρον τῶν πεντακοσίων. *Scrimg.* ut locum esse corruptum hinc colligamus.

1 Thesaurus cujus esse debeat, breviter hæc notemus: Thesaurum non esse, quod quivis vel lucri, vel metus, vel custodiæ causa sub terra condidit. *l.* 31. §. 1. *ff. de acquirendo rerum:* quod quis perdidit, aut per errorem e suo fundo non abstulit, *l.* 67. *in fin. ff. de rei vind.* Thesaurus, est vetus quædam depositio rei mobilis *l. un. C. de thesaur.* seu pecunia cujus non extat memoria, ut ea jam dominum non habeat, *d. l.* 31. ejusque dominus sit ignotus *d. l. unica.* De invento hoc tenendum est, Eum qui thesaurum in suo casu invenerit, omnimodo suum facere, *vers. quæ quidem lex.* ¶. idque ex naturali æquitate & D. Hadriani constitutione §. 39. *Instit. de rerum divis.* Non est idem in eo qui sceleratis ac puniendis sacrificiis repererit. *d. l. unic.* nam & thesaurum inventum amittit, & eo amplius puniri potest. *arg. l.* 13 *ff. ad L. Corneliam de sicariis.* Eadem pene sunt in eo qui in privati fundo & alieno, data opera, non volente invitove domino, thesaurum perscrutatur, aut certe principis permissu: quippe inventor fundi domino thesaurum reddere cogitur, *d. l. unic.* Quod si non studio, sed casu, puta ab aratore vel colono, *d. l. un. in fin.* vel fabris ad domus refectionem adhibitis, *l.* 67. *ff. de rei vindic.* thesaurus sit repertus? dividetur inter fundi dominum & inventorem *vers. jubemus.* ¶. *eod. d. l. unic. dict.* §. 39. Quid si in loco sacro vel religioso sit repertus? Hadrianus totum concessit inventori *d.* §. 39. Divi vero fratres dimidium fisco dederunt *l.* 3. §. 3 *ff. de jure fisci.* Jam hic opinionum turba nascitur. Accursius dictum §. trigesimumnonum refert ad æquitatem: dictam legem tertiam, ad jus strictum: Angelo dicta lex tertia displicet, fisci loco ecclesiam subjicienti. Zoanetus in dicta lege tertia legit: *non etiam religiosis*, quo nomine reprehenditur a Roberto 1 *recept.* 5. Cujac. 5. *observ.* 5. refert dictam legem tertiam ad locum religiosum, qui sit publicus, *d.* §. 39. ad religiosum, qui sit nullius. Fornerius 2. *selectionum* 26. dictum §. 39 emendat, legitque *ac si quis* pro, *at si quis.* eo sensu; Ei qui thesaurum in loco religioso invenit dimidium cedere, ac si in alieno reperisset, sic sentio, Justinianum repudiata Divorum fratrum sententia, D. Hadriani constitutionem amplecti. Quid si in Cæsaris fisci, vel publico, vel civitatis loco thesaurus sit repertus? inventor thesaurum cum fisco ac civitate dividet ex constitutione Hadriani *d.* §. 39. Plura de inventione thesauri, & cui cedat vide apud Fercandum 2. *Explicationum* 28.

2 *lex* 3. §. 10. *ff. de jur. fisci.* §. 39. *Inst. de rer. divis.* 3 *d.* §. 10. *dict.* §. 9.

4 Hoc innuit dictum §. *decimum & dict.* §. *nonum*; certis temporibus non fuisse in usu.

5 Sententia *d.* §. 10. *d.* §. 9. in usum revocatur a Leone.

6 Vid. *l.* 1. *C. de veteris numism. pot.* 7 Nummi veterum etiam principum, modo justi ponderis, probæque materiæ sint, recipiendi. reducitur usus desuetus cui Nov. Nicephori Phocæ contraria *c.* 1. ¶. 8 Νεῦρα τῶν πραγμάτων, *Scrimger.* νεῦρα τῶν χρημάτων Agyleus, & male. Plutarch. in *Cleomene.* ὁ πρῶτ@ τὰ χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων προσειπών. quod Diog Laërtius *Zenoni* tribuit. Demosthenes ὑποτέμνηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων. Æschines ὑποτέμνηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων. Nicetas in Emanuele Comneno, καὶ χρημάτων ἐπιῤῥώννυσι διδώσειν ἃ νεῦρα τῶν πραγμάτων ἀρίςως τῶν πάλαι τὶς κατωνόμασε. Eustath. 2. *Iliados*, τὸ νεῦρα πραγμάτων εἰπὼν τὰ χρήματα ὅτι σκληρὸν ἀλλὰ καὶ ἀςοχώτατον. & 4. ὅτε δὲ τὶς ἀκολυθῶν παλαιῷ χρήσει νεῦρα πραγμάτων ἐρεῖ τὰ χρήματα. Sic in *l.* 1. §. 20. *ff. de quæst.* In tributis dicuntur esse nervi reipub. & *alibi*, sic in pecunia robur omne patrimonii veteres posuere *l.* 22. *vers. hinc accedit C. de admin. tut.* Plura vide apud Cujac. 6. *obs.* 19. ubi notat Portorio Reipub. nervos principaliter non esse, sed per consequentiam tantum. adde *Nov.* 149. *c.* 2. *Nov.* 161. *c.* 2. 9 *l.* 1. *C. de veteris numismat. potestat.* 10 Ἀκιβδήλευτον τὴν μορφὴν ἔχον καὶ τὴν ὕλην ἀκίβδηλον ἢ τὴν ὁλκὴν τέλειον. *Scrimg.* 11 Principum: quam imprimi numismatibus moris fuit, vid. *l.* 1. *C. de vet. numism. potest.* 12 Olim lege Cornelia plectebatur qui monetam vultu principum signatam (præter adulterinam) reprobasset. Paul. 5. *sent.* 25. §. 1. Arrian. 3. *ad Epictetum.* τὸ τοῦ Καίσαρ@ νόμισμα οὐκ ἔξεστιν ἀποδοκιμάσαι, &c. adde *Edictum* 11. *Inst. c.* 3. 13 Pœnæ genus observa: cui simile est in *Nov.* 58. *in fin.*

14 Sepelire etiam in civitatibus mortuos licet & ita abrogatur *lex* 3. §. 7. *ff. de sepulchro violato. l.* 12. *C. de religiosis. l.* 6. *C. Th. de sepulchro violato:* Paul. 1. *sent.* 21. §. 2. & is locus Ciceronis: hominem mortuum in urbe ne sepelito, de quo dixi ad leges XII. tabularum.

15 Vide dictas leges. 16 Solatium hoc est vivorum, non mortuorum adjumentum.

17 Dominicis diebus omnes ab operibus vacare debent, *ut hic.* Omnes, inquam, licet rustici, quod olim non fuit: & ita abrogatur *lex* 3. *C. de feriis.* facit hujus constitutionis mentionem Harmen. 1. *tit.* 4. §. 7. 18 Vid. *l. ult.* §. 1. *C. de feriis.* adde *c.* 1. 2. 3. *extra. de feriis*, ubi traditur, quemadmodum etiam feriis diebus haleces capere liceat, adde quæ dixi ad *leges* XII. *tab. ibi: feriis.* 19 *l.* 3. *C. de feriis.*

CONSTIT.

momenti

momenti, neque vera futilis est: quum non agriculturæ diligentia, sed solis virtus, quando frugum largitori visum sit, fructuum abundantiam suppeditet:) Quoniam, inquam, istiusmodi lex in lucem prodiit, quæ Domini cultum vilipendat, diversumque ab illis, qui contra omnes adversarios a Spiritu sancto victoriam obtinuerunt, decretum præscribat: statuimus nos etiam quod Spiritui Sancto, ab ipsoque institutis Apostolis placuit, ut omnes in die sacro, quoque nostra integritas instaurata est, a labore vacent: neque agricolæ, neque quiquam alii in illo illicitum opus aggrediantur. Si enim, qui umbram quandam atque figuram observabant, tantopere Sabbathi [1] diem venerabantur, ut ab omni [2] prorsus opere abstinerent: quomodo qui gratiæ lucem, ipsamque veritatem colunt, hos eum diem qui a Domino honore ditatus est, nosque ab exitii dedecore liberavit, non venerari par est? aut quomodo, cum ex septem [3] diebus unus in Domini honorem consecratus sit, nos aliorum ad opera usu contentos non esse, neque illum Domino eximium & inviolatum conservare: sed ipsum etiam vulgarem facere, nostrisque operibus applicandum putare, religionis non est prorsus dissolutæ?

CONSTIT. LV.

* UT JUDÆI SECUNDUM CHRISTIANISMI RITUS VIVANT [4].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUi olim sceptris potiti sunt, de Hebræorum gente (quæ quondam quoad divino patrocinio foveretur, inclyta fuit, nunc autem ob contumaciam in *Christum* & Deum nostrum, in calamitatibus celebris est) diversas [5] promulgarunt leges, quæ de ipsorum vitæ statu tractantes, jubent, ut [6] sacras ipsi scripturas legant, & ne a suis ritibus arceantur: quinetiam ut liberos supra sanguinis cognationem circumcisionis etiam cognatione suo instituto accommodent. Atque hæc quidem, qui olim (ut dixi) imperium obtinuerunt. Verum sacratissimus Princeps, ille ex cujus semine nos nati sumus, ut qui majore quam cæteri salutis ipsorum desiderio teneretur, hos in sola superiorum legum observatione relinquere (quod ante illum alii fecerant) non contentus: sed partim sacrorum oraculorum explicatione, partim eorundem admonitionibus ad salutarem Christianorum cultum traducens, vivifica baptismi aqua initiavit. Atque quod ipsos in novum secundum *Christum* hominem transformari debere persuasit ut veterem deponerent, plene effecit, & quæcunque vetustatem saperent, circumcisionem [7], sabbathum [8], & si quid aliud est, cum illo simul exuit. Atqui cum tanto cum effectu a Judaica pertinacia ipsos deduxisset, non etiam prioribus legibus, quæ Judaico ritu vivere permittebant, silentium, & vacationem alterius legis decreto imposuit. Quod igitur pater noster prætermisit, id nos adimplendum putantes, omni antiquiori, quæ de Hebræis statuit, legi silentium injungimus: & *ne illi aliter* quam pura salutarisque Christianorum fides vult, vivere audeant, jubemus. Quod si quis a Christianorum ritibus defectione facta ad Judæorum mores & placita reverti deprehendatur, hic secundum leges de apostatis [9] latas pœnas luat.

CONSTIT. LVI.

DE ORIS [10] MARITIMIS.

Idem Imperator eidem Styliano.

HÆc etiam lex quæ maritimorum prædiorum jus tollit, eorum unde apud [11] oras mare conspicitur: quæque insuper illorum dominum, si illic piscari volentes prohibeat, injuriarum actioni subjicit: nobis non æqua statuere visa est. Quicquid enim non iniquo titulo in cujuspiam dominium devenit, sive parentum hereditas laborumque emolumentum, sive alio quocunque non illegitimo modo paratum sit: quæ causa est, quamobrem id non ab eo qui in dominio habet, administretur, & illi non longe potius quam alteri cuipiam utilitatem præbeat? Non est igitur legis, quæ quidem æquitatem spectet, ut alios ad utilitatem rei, in quam nihil juris habent, introducat: illos vero qui aut solutum pretium, aut cognationis jus, aut denique alium aliquem possidendæ rei non illegitimum titulum laudant, illa privet. Jam vero quod, quum ab illo tanquam loci illius domino, annuum tributum exigatur, expellere inde illum, qui præter ipsius voluntatem loci commodis uti velit, non possit: sed si hoc faciat, injuriarum actionibus tenetur: quomodo id præterquam quod iniquum est, non omnibus modis absurdum est etiam? Quid si prædii dominus piscatoriæ artis non ignarus sit, num ipsi otioso dormiendum erit, aliisque orarum [12] emolumenta venari permittere debebit? aut, si otium non amplectetur, in aliorum oris errabundus piscabitur, in suis autem id ipsi non licebit? At quare ita fieri debeat, nullam equidem rationem video. Sancimus itaque, *ut quisque oras* suas inconcusso jure possideat, illorumque dominus sit: & si qui sine ipsius permissu illorum emolumento frui velint, hos propellere possit. Nam quemadmodum terrenis locis juris est, ut quicunque domus dominus sit, is præter illius usum, vestibulum [13] quoque atque atrium possideat: ut ita etiam in maritimis obtineat, rationi esse consentaneum putamus. Et sicut terrenis locis præter voluntatem domini ex alieno fructus percipere nemini conceditur: sed si quis fructus ex alieno colligit, eos vel benignitate domini percipiat, vel pro loci [14] usu vectigal solvat necesse est: sic etiam in maritimis observari præcipimus.

CONSTIT. LVII.

* QUANTUM IN PISCATIBUS REMORÆ [15] PISCATORIÆ INTER SE DISTARE DEBEANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUandoquidem quum plurimæ leges de piscatione statuant, illud quod ἐποχὴν [16] nominandum putarunt, adhuc lege definitum non est (quippe, quod, ut videtur, quo tempore leges illæ promulgabantur, nondum id institutum innotuisset) hoc quoque legis constitutionem auferre volumus. Quam itaque juris rationem in hoc piscationis instituto pro legitimo decreto obtinere consuetudini visum est (ut nempe interstitiorum modus ad trecentos sexaginta quinque passus protendatur) hoc nos quod extra convenientem modum non feratur, legis dignitate honorantes, dehinc legem esse sancimus. Nam tametsi citra hoc privilegium, ut remoræ piscatoriæ ad hanc rationem disponantur, præsentis ævi hominibus bonum videatur: quo tamen id firmius sit, cautiusque in æternum observetur, lex esto, *remoræque illæ trecentorum* sexaginta quinque passuum intervallo a consuetudine approbato inter se distanto: idque ita, ut ab utraque parte hic intervalli modus desumatur: ut videlicet centum octoginta duo, & semis [17] ab unius partis finibus exporrigantur, residuum vero ad vicinum usque pertingat. Atque hæc quidem de constituendis introducendisque post hanc legem remoratoriis dicimus. Quæ vero hoc decretum prævenerunt, tametsi præstituto hoc intervallo non distent, ex ejus præscripto tamen nihil novabitur: permanebuntque illa, ut initio constituta sunt.

CONSTIT. LVIII.

* NE [18] EX SANGUINE CIBUS CONFICIATUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

SImul olim legislatori Mosi [19] sanguine vescendum non esse mandavit Deus, simul ab istiusmodi cibo abstineri debere a præconibus gratiæ [20] est constitutum. Et quamquam tum veteris tum novæ gratiæ tempore illa res vilis habita sit, & nefaria: eo tamen contumaciæ, imo vecordiæ homines processere, ut neutri legi aurem præstent morigeram. At contra alii lucri, alii gulæ causa summa cum impudentia mandatum contemnunt, in escamque qua vesci vetitum est, sanguinem convertunt. Perlatum enim ad aures nostras est, quod intestinis tanquam tunicis illum infarctum, velut consuetum aliquem cibum ventri præbeant. Quod tolerari non debere Imperatoria nostra majestas rata, neque tam impio soli gulæ inhiantium hominum invento, nunc præcepta divina, nunc reipublicæ nostræ honestatem dedecore affici sustinens, jubet, *ne quis id* scelus, neque ad suum usum, neque ut emptores detestando cibo contaminentur, ullo modo exercere audeat. At sciat, quicunque dehinc divinum mandatum contemnere, sanguinemque in cibum convertere (sive vendat, sive emat) deprehensus fuerit, se bonorum publicationi subjiciendum, & ubi acerbum in modum flagris cæsus, ac cute tenus fœde tonsus erit [21], perpetuo patriæ exilio multandum esse. Quo quidem in judicio, neque civitatum magistratus citra criminationem dimittendos censemus: sed ut & ipsi (neque enim, si illi conveniendi alacritate magistratum gessissent, id scelus commissum esset) quod negligenter socorditerque subditis præfuerint, decem librarum auri multam sustineant.

CONSTIT. LIX.

* ABROGATIO LEGIS [22] QUÆ HOMINEM LIBERUM SE VENDERE PERMITTIT.

Idem Imperator eidem Styliano.

1 Sabbathi observatio. 2 Juvenalis 14. loquens de Judæis: Sed pater in causa est, cui septima quæque fuit lux Ignava: & *Satyr.* 6. Observant ubi festa mero pede sabbatha reges; cum dicit *mero pede*, iter sabbathi intelligere videtur, de quo Actor. 1. *vers.* 12. quod circiter 2000. passuum erat. 3 Unus ille ex septem diebus non est dies sabbathi; sed prima sabbathi.

4 Judæi jubentur fieri Christiani, & ita abrogatur *Nov. Just.* 146. *& tit. Cod. de Judæis*, quo permissum erat Hebræis suo more vivere. 5 *Cod. de Judæis d. Nov.* 146. 6 *d. Nov.* 146. 7 Vid. *Nov. Justin.* 37. adde quæ dixi ad *l.* 11. *ff. ad L. Corneliam de sicariis.* 8 *l.* 2. *l.* 13. *Cod. de Judæis.* 9 Vid. *tit. Cod. de apostatis.*

10 Παρὰ προθύρων θαλαττίων. *Scring.* πρόθυρον vestibulum ædium *l.* 19. §. 1. *ff. com. divid.* olim, qui alterum prohibebat ante Prætorium, seu prothyrum ædium suarum piscari, injuriarum tenebatur: *l.* 13. *in fin. ff. de injuriis.* adde 53. *Eclog.* 6. *c.* 3. Hac Novella non tenetur, & ita abrogatur *d. l.* 13. *in fin.* adde *l.* 14. *d. titul.* Nam ut ædium, ita & prothyri sui pleno dominio quemque frui oportet. Est enim prothyrum sequela ædium *d. l.* 13. *in fin.*
11 Παρὰ τοῖς προθύροις. 12 Τὰ τῶν προθύρων κέρδη θυρῶν. *Scring.* τὰ τοῦ προθύρου κέρδους. Cujac. 14. *obs.* 1. quid esset προθύριον κέρδος; dixi ad *l.* 15. *in fin. ff. qui potior.*

13 *d. l.* 13. *in fin.* 14 Ὑπὲρ τοῦ τόπου *Scrimger.* hinc τοπιατικὸν, quod & solarium & locarium. vid. *d. l.* 15. *in fin.*

15 Adde *Novell.* 102. 103. 104. *infr. eod.* & his quidem de rebus ante hunc Leonem nihil constitutum. 16 In prothyris seu vestibulis ædium, de quibus superiore Nov. dictum est, maxime in angusto mari, ut in Bosphoro Thracico ut plurimum erant ἐποχαί, aut certe ἐποχῶν initia, quæ posteriores dixere θράνους retia in mari extensa confixis palis. Phavorinus δίκτυα ἀγρεύοντα τοὺς ἰχθύας: quam ob rem ἐποχῆς τὴν πῆξιν dixit Leo Novell. 83. & 104. J. *eod.* & ἐφάπλωμα interpres Novell. 102. vid. Cujac. 14. *obs.* 1. 17 Jubet Leo intermitti spatium 182. cum semisse ulnarum a superiore vicina epocha & totidem ab inferiore.

18 Sanguis animalium cibus homini esse prohibetur. Ita reducitur jus Mosaicum *Lev.* 17. receptum etiam temporibus primitivæ ecclesiæ. *Act.* 15. *vers.* 19. 19 *Levit.* 17. 20 *Act.* 15. *vers.* 29. *Canon. Apost.* 62. 21 Pœnæ simile genus extat in *Novell.* 62. *in fin.*

22 Liber homo se nullo modo vendere ad pretium sui participandum potest: & ita abrogatur *l.* 5. §. 1. *ff. de statu hom. l.* 6. §. 5. *ff. de injusto. l.* 14. *ff. de pœnis.* §. 4. *Instit. de jure per-*

Quæ

Quæ lex hominem liberum, qui tam ignavi atque abjecti animi est, ut libertatis dignitatem dedecore afficiens, quo execrabile pro servitute persolvendi pretii lucrum participet [1], suam servitutem mercetur, non castigat, neque scelus illud corrigit: profecto & illa earum una est quæ rectum reipublicæ nostræ statum dedecent, ac approbatione indignæ sunt, neque auctoritatem & efficaciam accipere debent. *Illam* itaque de eo qui res suas ita gubernat, *latam* legem, quæ dementiam firmam esse permittit, neque eversa indigna illa mercatura, hos qui per insipientiam talia faciunt, competentibus pœnis subjicit, neque legis propositum scimus servare, neque quæ convenienti legibus reverentia potiatur, dignam putamus. Si enim quod [2] pater filiis est, id idem leges civibus esse oportet, ut in hoc unum quod illis conducat ac salutare sit, colliment: quomodo hanc legem qui tantum incommodum atque damnum incumbere iis qui per dementiam in id se conjecerunt, sinit, legibus annumerari æquum est? Hanc itaque nos legibus excerptam in exilium mittentes, sancimus, *ut si quis* ita demens sit, ut libertatem servitute commutans seipsum vendat, ne is contractus validus sit, sed evertatur, & simul ipse libertatis suæ proditor, simul is qui cum ipso id facinus designavit, verberibus castigentur, nihiloque minus vesaniæ mancipio libertas in pristino suo statu servetur.

CONSTIT. LX. [3].

* QUA POENA [4] CASTRATORES [5] AFFICI DEBEANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Virtutis [6] ad procreandum a Deo naturæ inditæ exectio non minore cum audacia identidem committitur, quam si apud Deum nulli pœnæ obnoxia esset, cum tamen vel maxime sit: & quamquam veteribus legislatoribus curæ fuerit, ut id malum ultrice lege excideretur, quo respublica ab istiusmodi invento munda esset: haud scio tamen, quum si cui alii, huic certe præscripto obtemperari, atque a naturæ mutilatione abstineri æquum sit, quamobrem non ita faciant homines: sed tanquam utilitatem quandam, istiusmodi adversus generandi vim insidias reputantes, membra quæ homini nascendi causam suppeditant, lancinent, & creaturam aliam quam qualis conditoris sapientiæ placuerit, in mundum introducere contendant. Hoc igitur cum inultum relinquendum non putemus, lege in id pœnam constituentes, quibus adeo divinam creaturam deformare religio non est, eorum audaciam, auxiliante Deo, reprimere conemur. Ac superiorum quidem legislatorum decretum eos qui id auderent ad [7] eandem mutilationem quam aliis intulerint adigit, quodque ipsi in aliis videre desiderarint, id ut itidem in se videant, conficit: idque me judice, non ita præter æquitatem: quanquam non valde decore. Non enim quia ille creaturam Dei *quasi* refingere ausus est, continuo vindicem id imitari, & pariter [8] refingere, æquum est. Veruntamen, quantum ad inventum attinet, non valde (quemadmodum dixi) id alienum est. Ad hoc autem alio etiam modo, qui impium hoc factum auderent, puniebat. Bona namque publicabat, perpetuoque ipsos exilio adjudicabat: & qui injuriam sustinuisset, si servus esset, libertate honorabat [9]. Atque superiorum quidem decretum istiusmodi erat. Nos vero de re illa sententiam pronunciantes, naturæ insidiatores simili mutilatione vicissim mutilari prohibemus: aliis autem isti crimini constitutis pœnis, (tametsi hic etiam ad clementiorem sententiam respiciamus) subjacere ipsos non displicet. Sancimus itaque, *ut qui detestandæ* hujus artis artificem ad castrandum advocarit [10], si in albo [11] Imperatorii famulatus sit, primum albo eximatur: ac deinde decem auri libris in fiscum deferendis multatus in decennium relegetur. Malæ vero istius artis artifex [12], & ipse primum flagris cuteque tenus tonsione deformetur, & deinde bonis privatus, eodem temporis spatio patria exulet [13]: qui autem injuriam sustinuit, si servilis conditionis sit, reliquo vitæ suæ curriculo ab illa liber erit: sin liberæ, tanquam ipse, quod injuriam admisit, ejus sibi autor sit, quod passus est, suo consensui acceptum feret [14]. Cæterum si qui exectionem sustinuit, ea illi (ut sæpe fit) remedium [15] attulerit, nihil neque nobis neque legi adversari videtur. Id enim naturam non mutilare, sed illi succurrere est.

CONSTIT. LXI.

* TRIBUTORUM EXACTORES, SI PLUS QUAM DEBEANT EXEGERINT, QUA POENA [16] AFFICIENDI SINT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Si rectam æquitatis semitam mortales ingredi vellent, sane quam magna hinc communi vitæ tum beatitudo, tum salus accederet. Non enim austeritatem præ se ferre legislatoribus opus esset, neque ultrices leges in periculorum difficultates aliquos conjicerent. Nunc vero quamquam & commoda & salutaris æquitatis via sit, plerique tamen illam ingredi nolunt: sed tanquam laboriosa [17] atque aspera sit, miseriasque viatoribus adferat, declinant. Sunt enim, sunt, *inquam*, quibus pessima [18] *quæque* placent: quique ab æquitatis itinere deflectentes, ad iniquitatis viam densis spinis stratam (qua viatores in perditionis præcipitia aguntur) alacri avidoque animo se conferunt. Quorum etiam temerarium impetum veteres castigandum esse putantes, illum lege, tanquam freno, inhibere instituerunt. Sed quomodo illi iniquitatem profligare, atque e diverso æquitatem constituere studuerint. * * * Et quis (quæso) quæ nostra majestas suscipit, non approbet? Quod vero in nonnullis non pro delicti merito pœnam statuere, istiusmodi decretum amplecti recusamus. Quando etenim pro commissi ratione reis judicium obvenit, æquum revera decretum est: quæque illis irrogatur pœna justa. At quando delictum gravius [19] quam oporteat punitur, non id justitiæ sed potius injustitiæ esse censendum est. Quocirca sane, cum superiores legem [20] promulgarint, quæ illis qui colligendis publicis tributis præfecti sunt (διοικητὰς [21] promiscuum vulgus appellare consuevit) si supra legitimum modum tributa extendere audeant, gravissimam pœnam infligit (morte enim id delictum persequitur) & vero non omnino merito tantæ pœnæ illos subjici nos existimemus, admissionem illi denegamus: contraque statuimus, *ut si quis* in id crimen incidisse deprehendatur, semelque tantum id ausus sit, quod amplius exegerit, ejus duplum dependat: sin id facere pergat, in quadruplum, quod amplius captum est, ad injuria affectum redeat, illeque cum ignominia a concredito sibi officio decedat. Ac sit sane posthac delicti hujus hæc pœna, neque pecuniariæ fraudis reus de vita periclitetur.

CONSTIT. LXII.

* DE POENA [22] EJUS QUI REM ALIQUAM PUBLICAM VENDIDERIT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Publicarum injuriarum reos castigari, & hujusmodi pœnis quæ in illas pronos ad temperantiam adigentes, quam maxime injurias succidant, subjici justum est. At non idcirco amplius quam par est puniri, neque jus ut fines suos excedat, specieque justæ vindictæ cum injustitia velut conspiret, cogi convenit. Si enim pro delicti modo qui deliquit, puniatur, justa ea juris ultio sit: at si quam pro eo pœna major infligatur, juris propositum servari non existimo. Ea propter nostra majestas, posteaquam in iis quæ a superioribus [23] constituta [24] sunt, ubi eos qui publicæ rei aliquid divendere ausi sunt pœnis subjiciant, non justam sententiam profiteri didicit: ut ejus criminis persecutio non amplius hanc vim habeat, decernit. Quomodo enim justum est, ut cuiquam, quia quiddam quod detrimentum fisco adferat, vendidit, incurabile damnum vitæ nempe privatio obveniat? Nequaquam itaque delictum illud morte puniri dignum est, neque nos hoc judicio deprehensos feriri sinimus. *Quicumque autem* publicam rem divendere deprehensus fuerit, ubi quadruplum reddiderit, satis pœnarum sustinuisse putator.

CONSTIT. LXIII.

* DE POENA ILLORUM QUI RES VETITAS AD HOSTES TRANSVEHUNT [25].

Idem Imperator eidem Styliano.

sonar. 1 Συμμοιράσασθαι. *Scrimg.* ad pretium participandum: *l. 5. §. 1. ff. de statu. l. 6. §. 5. ff. de injusto. §. 4. Inst. de jur. person.* ἐπὶ τὸ μοιράσασθαι τὸ τίμημα. Theoph. *ibi.* Quæri hic potest, quemadmodum ea venditio (nam in pignoratione minus est dubii *l. 23. §. 1. ff. de liberali causa:* & ministerio *l. 16. C. de liberali.*) aut cujus tandem pretium venditionis istius acceptum fieret? an venditoris? non video, cum statim ab ipsa venditione venditor servus efficiatur, nihilque ab eo momento suum vel proprium habeat. An emptoris? ne id quidem: nam qua manu pretium numeraret, eadem statim reciperet, nulloque momento in venditoris persona constaret. *l. 79. ff. de acq. hered.* An extranei? Non video quoque quenquam tam facilem in alium fuisse, ut se alterius locupletandi vel juvandi causa vendere velit. Itaque puto liberos & ingenuos homines eo redactos nonnunquam fuisse, quod herum a quo alerentur, interdum nancisci eis expediret magis quam in perpetua mendicitate vivere. Ac ne interea temere se in servitutem dedisse viderentur: utque aliquam speciem hominis ingenui semper præ se ferrent, ab emptore (Theophilus paulo aliter rem explicat *Inst. de jure personar. §.* οἱ δὲ δοῦλοι, eo sensu: Ego cum aliquo egi, ut me venderet viginti nummis, & sibi pro lucro quinque haberet, quindecim mihi redderet) partem sui ipsius pretii, ejusque liberam perpetuamque administrationem stipulabantur. *arg. l. 2. ff. si ingenuus:* quod postea, velut iniquum, mutatum est a Leone hac Novella; non immerito: cum talem sui ipsius venditionem natura quodammodo respuat: & parum admodum intersit, mortem quis sibi naturalem vel civilem consciscat, cum nemo sit membrorum suorum dominus *l. 13. ff. ad legem Aquil.* quod hominis liberi nulla sit æstimatio *l. ult. ff. de his qui dejecer.* quod iniquum sit minori viginti quinque annis in integrum restitutionem ad res suas alienatas revocandas concedi, nec tamen ad libertatem amissam seu venditam revocandam dari. 2 Lex id est civibus, quod pater liberis: ideo dicitur lex πόλεως συνθήκη κοινή. *l. 2. ff. de legibus.*

3 Hujus Novellæ meminit Balsamon ad *c. 21. 22. 23. Apost.* 4 Castratores olim ad eandem pœnam adigebantur. J. *eod. & Novell.* 142. *c.* 1. quod hac constitutione abrogatur. 5 De castratoribus, adde *l. 27. §. 28. ff. ad l. Aquil. l. 3. §. 4. l. 4. §. 2. l. 6. ff. de sicariis:* Paul. 5. *sent.* 23. §. 7. 6 Δυνάμεως πρὸς διαδοχὴν τοῦ γένους δύναμις, natura *l. 9. ff. de liber. & posthum.* 7 Id est, ad eandem castrationem. 8 Talionis est pœna, ut tale quis patiatur, quod fecit. de Talionis pœna dixi multis locis, quibus adjunge *Nov.* 93. J. *l. ult. Cod. ne sacr. baptism. l. ult. C. de accusat. l. ult. C. de Calumniatorib. l. 7. C. ad l. Jul. de vi publica. l. ult. C. de his qui latrones. Nov.* 123. *c.* 11. *Exod.* 21. *Lev.* 24. *Deuter.* 19. *Matth.* 5. *Apocal.* 13. *c. quod debetur* 14. *q.* 1. *c. sex differentiæ* 23. *q.* 3. 4. *l. 3. de contumeliis & vulneribus l. 6. C. Wisigott. lib.* 4. Quintil. *decl.* 358. 273. Isidor. 5. *Etymol.* 27. Diodor. 13. Aristoteles tamen 5. *Ethic.* ut & apud Gellium 20. *c.* 1. τὸ ἀντιπεπονθὸς reprobat. Nec est etiam hodie in usu, vid. Petr. Greg. 51. *syntagm.* 20. 9 *d. Nov.* 142. Qui publicabantur, id est, publici fiebant *l. 1. C. de Eunuchis.* 10 Pœnam observa jubentis castrari vel autoritatem castrationi hominis præbentis. 11 Τῷ καταλόγῳ τῶν βασιλικῶν ἀνθρώπων. *Scrimg.* 12 De pœna ejus qui aliquem castravit. 13 Lege Ripuariorum si ingenuus ingenuum castrasset, 200. solidis multabatur *tit. 6. §. 1. legis Ripuariorum.* 14 Pœnis tamen ecclesiasticis subjicitur. nam si seipsum mutilavit, ne fieret clericus ut sui homicida Deoque opifici hostis judicatur *c.* 22. *apost.* si jam clericus, deponitur. *c.* 23. Quid si laicus? tribus annis segregatur. *c.* 24. *ibid.* non idem est in eo, qui vi hostium vel a tyranno persecutionis tempore castratus est, aut qui natus est Eunuchus *c.* 21. *apost.* 15 *c. 1. Nicenæ synod.*

16 Tributorum exactores injusti olim capitali supplicio adficiebantur, *l. un. C. de superexactorib. lib.* X. Hac autem Novella pecuniaria dupli vel quadrupli multa puniuntur. & ita abrogatur *d. lex un.* 17 Virg. Nam via virtutis dextrum petit ardua callem, Difficilemque aditum primum spectantibus offert. Hesiodus *vers.* 288. 289. loquens de virtutis via: μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. 18 Hinc illud Medeæ: video meliora proboque, Deteriora sequor. 19 *l. 12. ff. de pœn. Novell. Justin.* 82. *cap.* 16. 20 *l. un. C. de superexactoribus lib.* 10. *tit.* 20. 21 Διοικηταὶ colligendis tributis præfecti.

22 Pœna ejus, qui rempublicam vendidit, quadrupli: ut hic, olim morte affectus, & ita abrogatur *l. 3. l. 4. C. quæ res ven. non poss.* 23 Arcadio, Honorio & Theod. 24 *d. l. 3. d. l. 4.*

25 Pœna res vetitas ad hostes transvehentis olim capitalis fuit, *l. 4. ff. ad l. Jul. majest. l. 1. 2. C. quæ res export.* alia pœna hic constituitur.

QUin & hoc crimen, cum ex eodem fonte manet, eidemque pœnæ a superioribus subjectum sit, insanabili nos castigationi (quippe quæ mortis pœnam contineat) eximentes, mitiore, quemadmodum & prædicta, dignamur pœna. A veteribus [1] enim statutum est, ne ad hostes transportentur, quibus illi instrui firmioresque reddi possint, ac sanctionis decretum contemptores de medio tollebat. Nos vero isti quoque crimini mitiorem pœnam (licet acerbam requirat) assignantes, talia constituimus: ut si navis dominus sit, qui res vetitas ad hostes transvexit, consiliumque suum cum nautis non communicarit, is solus pœnam subeat, & supra universum navis onus, ni ipsum inopia valde premat, reliquorum bonorum trientem etiam fisco dependat. Si vero soli nautæ (ut multa illis [2] malitiosum suum animum celantibus contingunt) id facinus ausi sint, ille quidem prorsus liber esto, hi vero pœnam non effugiunto: ac primum quidem flagris cæduntor, cuteque tenus tondentor: deinde vero, si divites sint, eorum quæ exportarunt, quadruplo multantor: si inopes & pauperes, supra verbera ignominiosamque tonsionem, quod alios in servitutem tradiderint, libertatem amittunto. Nam qui, quantum in se est, non modo quamplurimos in servitutem ducunt, sed etiam communi vitæ acerbitatem adferunt, tametsi ad servilis vitæ conditionem adigantur, mediocris tamen hæc atque mitis pœna est. Atque hæc quidem, quando communi consensu patratum non est facinus. Si vero communi consilio & malitia res gesta fuerit, ut simul eam perpetrarint, ita etiam utrisque ad præstitutum a nobis modum castigandis, simul pœnas sustinebunt.

CONSTIT. LXIV.

* DE POENA EORUM, QUI NAUFRAGIUM SUPPRESSERINT [3].

Idem Imperator eidem Styliano.

ILlud etiam atque etiam admiror, quomodo qui naufragio ejectas res occultat, tantum delinquere videatur, ut id mortem ipsi inferre debeat [4]. Quod autem qui illos rebus suis defraudat, quibus aliquis misericordia motus, vel de suo sumptus suppeditet, quemque in corde dolorem circumferunt, leniat (cum præsertim graves cruciatus in bonorum amissione sustineri consentaneum sit) ille non mediocre flagitium audeat, id vero luce clarius est. Atqui quod hos, quos vecors cupiditas huc impulit, vita privari oporteat, hoc profecto intellectu assequi nequeo. Nam quid tantum ablatum est, ut cum anima conferri possit, qua privari debere ille condemnatur? Pessimus quidem certe est & sacrilegus, qui se istiusmodi lucro mancipat: ac sane ille (id quod ab aliquibus fit) mortuos spoliat. Verumtamen id facinus istiusmodi non meretur pœnam. Pro [5] re enim materiali & fluxa, materiæ expertem atque immortalem, animam nempe, capere haud est æquum. Nam si persæpe neque in rebus materialibus mulcta illatum damnum longe superat, quo videlicet velut circuitum aliquem iniquitas excessu non conficiat: quamobrem tam inæqualis pœna illos, qui naufragorum res occultant, percellat, ut excessus, quem ultio ad facinus refert, exprimi verbis nequeat? Jubemus igitur, *ut de hoc* non amplius ita vindicetur, sed pro re detenta, qui occuluit, quadruplum [6] dependat, eaque pœna id delictum defungatur.

CONSTIT. LXV.

* DE INCANTATORUM POENA [7].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUi propter [8] temulentorum incompositum malignumque animum reprobandum esse vinum, ejusque oblectamentum aversandum dicit: næ ille propter perversum usum, rem per se non perversam suggillat. Ego vero promulgatam a veteribus legislatoribus legem [9] considerans, eam quæ modo incantamentum malum esse rata, id punit, modo vero admittit & approbat, *quanquam* id ex utentium proposito malum non fiat, sed sua natura vitiositate, tanquam sterquilinia graveolentia scaturiat: non *tamen* illos legislatores reprehendendos dixerim, sed ne quis legem (quod merito fiat) vituperet, eam ex legum quasi fundo tollendam puto. Vult autem puniri incantationes, eo quod modestia animi sublata, stimulis furoreque [10] amatorio rationem ad insaniam adigant: ac approbat [11] rursum illas, tanquam segetes [12], & fructus curent, aliaque bona (ut quidem videtur) suppeditent. Atque ita quod tanquam insidiosum puniisset, idem rursum tanquam beneficium honorat. Atqui nos istiusmodi incantationes perniciosas esse persuasum habemus: & ut boni quicquam inde manare credamus, induci non possumus. Ac sane etiam si boni quippiam producere illas appareat (quomodo *quidem* approbanti ipsas legi videtur) non *id* bonum esse, sed illecebram atque nassam, quæ illectos in malorum omnium extremum, ubi a summo bono excidant, absorbeat, compertum habemus. Notum enim nobis est illas, ut qui se ipsis dedunt, præ creatore & Domino infaustis dirisque dæmoniis adhæreant, efficere: & qui illas affectantur, hos per externarum rerum lætam quandam speciem vulnera in animam excipere. Quale quiddam inter pugnandum meticulosis frequenter accidit: qui dum ictus in manus excipere nolunt, illis vel caput vel ventrem exponunt. Sane vero *si quis aliquo* modo incantamentis usus esse deprehensus fuerit, sive id restituendæ conservandæve valetudinis, sive avertendæ a rebus frugiferis calamitatis causa fecerit, is apostatarum pœnam subiens, supremum supplicium sustineto [13].

CONSTIT. LXVI.

DE PLAGIO [14].

Idem Imperator eidem Styliano.

UT justitiæ libram non plus æquo ad misericordiam inclinare, ita neque nimia austeritate delinquentibus graviorem quam peccatum requirat, pœnam imponi, honestum est. Illud enim (intempestiva commiseratio nempe) in illis quibus decorum excedere religio non est, contemptum, & ad audenda mala ferventiorem promptitudinem gignat: & graviore quam pro merito delictum pœna ferire, id vero non justitiæ ultio, sed sub specie justitiæ rem injustam aggredi est. Nam non pro delicti modo delinquentem punire, injuria afficere, nequaquam vero justitiam exercere est. At quem in finem hoc dictum est? Quod lex [15] quo nescio modo (est enim hoc constitutum) eum qui alienum servum abduxit, morte puniat. In quo illa pœnam ad delictum haud dubie non expendit. Quum enim quod recuperari nequeat, amissum nihil sit, mortis pœnam illi qui cœpit inferri, irrecuperabilique ita damno subjici, non est æquum. Idcirco itaque ab iis qui digna morte non commiserunt, tam acerbas pœnas exigi, ubi iniquum esse animadvertimus, quam legem consuetudo contempsit (ut quæ vita plagiarium non privet, sed alio modo puniat) eandem nos etiam legalibus constitutionibus ejicientes, quod consuetudini placuit, lege confirmamus: ac jubemus, *ut si quis* alienum servum abduxisse deprehensus sit, is eundem, ejusdemque pretium, tum etiam quicquid ex industria ejus ipsi accessit, reddere, & quantum dominus non amisso servo ejus nomine percipere potuerit, tantundem [16] dependere, cogatur: atque ultra hæc delinquentibus pœna non aggravetur. Si quidem ita illi, qui servum amisit, sufficienter damnum resarcitur, furique satis magna pœna irrogatur: quippe quum ille servum cum accessione recipiat: & quam utilitatem ex servo non surrepto sensisset, illa non imminuatur, hic vero in duplum servum surreptum reddere debeat, nihilque ex ipsius servitute lucretur.

CONSTIT. LXVII.

DE IIS QUI AD HOSTES TRANSEUNT, SUAQUE SPONTE REVERTUNTUR [17].

Idem Imperator eidem Styliano.

SImul nimia austeritas & severitas, simul immoderata lenitas & clementia ex æquo utraque quod utile est intervertunt. Etenim & qui supra modum præfractus est, & qui lenitatem gravitate miscere nequit, uterque sive alicui uni, sive familiæ, sive civitati præsit, quibus præfectus est, cum illorum detrimento res administret. Oportet enim, ut qui recte præfuturus est, quemadmodum temperata salubriaque loca æquabiliter mixtas habent aëris qualitates: ita & ipse affectionum commistione ad rerum administrandarum utilitatem attemperata, se moderatum præbeat, & neque morositate gravis atque intolerabilis sit, neque indecora lenitate despicabilis, & ad gubernandum ineptus fiat. Quod autem de aëre dicimus, hoc certe & in legibus servari omnino convenit. Nam oportet leges, quum revera reipublicæ principes sint, quam dixi contemperaturam conservare, neque ad severitatem lenitatemve supra modum respicere: siquidem, qui ipsarum rectionem agnoscunt, incolumes futuri erunt. Atque hæc quidem respectu præfractæ illius legis, quæ adversus eos qui ad hostes transfugerent, lata est, a nobis dicuntur. Vult autem illa [18], uti transfuga, si quando pœnitudine ductus, redeundo ad suos commissum delictum obliterare velit, bestiis devorandus objiciatur, aut in furcam tollatur. Quod sane mihi reipublicæ magnopere nocumento esse, magnamque rationum ad salutem iter monstrantium contrarietatem gignere videtur. Necessitatem enim transfugis inducit, ne unquam recordentur suorum, neque revertendi in patriam concipiant desiderium. Nullus *est enim omnium*, qui quum se istiusmodi pœna excipiendum sciat, inter hostes vivere, quam tam acerbam in patria mortem subire non malit. Quapropter rigidam hanc severitatem, ut ne iniquitatem dicam (nam eum qui deliquit, deindeque suapte sponte ad medendum delicto resipiscit, tam acerbe puniri quomodo non est iniquum?) ex justissimis legibus profligamus, ac jubemus, *ut* [19] *si quis* transfuga in patriam recurrat, quum semel dumtaxat transfugerit, veniam consequatur: si iterum [20] id fecerit, in triennalem servitutem divendatur: si vero tertio transfugerit, reversus in perpetuam ac æternam servitutem addicatur. Tam incerti enim consilii homo, tamque inconstans, qui libertate fruatur indignus est. Cæterum si transfuga non ultro redierit, sed ab aliis comprehensus in patriam retractus sit, morte tum illum, tanquam hostem puniri, neque injustum, neque crudele fuerit: præsertim vero, si ante civili sanguine manus contaminaverit.

CONSTIT. LXVIII.

UT MONACHI ET CLERICI TUTORES [21] ESSE POSSINT: SED AB ADMINISTRATIONE AC PUPILLORUM RECTIONE ARCEANTUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

VEteribus quidem legislatoribus [22] (quum ut simile veri est, uniformis & simplex tunc temporis tutela esset, iique soli qui pupillorum tuitionem

1 Valente, Gratiano, & Martiano. 2 Nautis malitia sæpe inesse solet.

3 Pœna naufragium supprimentis, quadrupli hic constituitur, & ita abrogatur pœna mortis, qua olim affectus fuit, vid. *l.* 3. *in fin. ff. de incendio*; *l.* 3. §. 4. *ff. de sicariis.*

4 Ex *d. l.* 3. *de incendio*, *l.* 3. §. 4. *ff. de sicariis.* 5 Observa hanc sententiam.

6 Pœna naufragium supprimentis.

7 Incantatores, quorum opera olim grandines averterentur, minime puniebantur. vid. *l.* 4. *C. de malefic.* Hac Novella jubentur supplicium pati. Adde Photium 9. *Nomoc.* 25.

8 Usus rei propter abusum hominum non tollendus. 9 *d. l.* 4. *C. de malefic. & mathematicis.* 10 Vid. *l.* 15. *ff. de injuriis.* 11 *d. l.* 4. 12 Vide omnino quæ scripsi ad *d. l.* 4. 13 Pœna incantatorum supremum supplicium. adde *Deut.* 18. *Lev.* 20. 1 *Reg.* 28. Platonem 11. *de legibus.* Cassiodor. 9. *variarum* 18. Dionem 52. Herodian. 4. Arrianum *in Indicis c.* 25. *Capitularis Caroli Magni:* Xiphilinum *in Julian.* Tacitum 2. *Annal.* Sueton. *in Tiberio* 32. Columell. *de re rustic.* 8. Suidam *in verbo* ἐπῳδή. vide Petr. Gregor. 34. *Syntag.* 14. 15.

14 Περὶ ἀνδραποδισμοῦ. Plagii pœna fit hic pecuniaria, olim fuit capitalis. vid. *l.* 7. *C. ad l. Fab. de plag.* 15 *d. l.* 7. 16 De pœna plagiarii adde Petr. Gregorium 36. *Syntag. ult.*

17 Transfugæ bestiis non objiciendi, ut olim ex lege 3. §. 10. *ff. de re milit.* quæ lex abrogatur hac constitutione. adde 6. Harm. 8. *in fin.* 18 *d.* §. 10. 19 De pœna transfugæ, adde *l.* 8. §. 2. 3. *l.* 38. §. 1. *ff. de pœnis:* *l.* 7. *ff. de re milit.* *l.* 2. *C. de desertorib.* *l.* 1. *C. de servis fugit.* vid. *l.* 3. *in fin. ff. de sicariis.* 20 Iterata delicta gravius puniuntur. *l.* 3. §. 9. *ff. de re militari.*

21 περὶ τῶν ἐπιτροπειῶν, &c. *Scrimg.* Monachi & Clerici executores testamentorum esse possunt: Tutores dari vel curatores non possunt. & ita restringitur *Novell.* 123. *c.* 6. quæ de tutela simpliciter sumpta loqui videbatur. 22 Justiniani in *Nov.* 123. *c.* 6.

suscipe-

ſuſciperent, tutorum nomine cenſerentur) edicere viſum eſt, ne monachi aut quoſcunque ſacer ordo devinctos habet, tutorum officio fungantur. Et certe quidem id recte edixere. Intellexerunt enim, qui divino miniſterio conſecrati ſunt, hos ab externarum rerum occupationibus & moleſtiis liberos eſſe oportere. Quantum autem alendorum alioquique regendorum puerorum cura hominum animos diſtrahat, utque Deum debite colere non poſſint, impediat, nemo ignorat. Cum itaque non exigua difficultas iſti rei inſit, ac præcipue propter temporis diuturnitatem (tota enim plerunque vita tutores laborioſis iſtis curis irretiti tenentur) recte (quomodo dixi) iſtud illi decretum promulgarunt. Verum quoniam poſteriores illis dumtaxat qui tutelam adminiſtrarent, tutorum appellationem non ſervarunt: ſed hos etiam quibus [1] teſtatores, bona illorum exiſtimatione moti, teſtamentarias de rebus ſuis præſcriptiones [2] committunt, ac poſt mortem earum executionem concredunt, tutores vocare cœperunt: ac vero inde dubitatio extitit, an monachi, quique ſacrum ordinem ſubierunt, quod dictum decretum id non admittere videatur, hanc demandatam curam ſuſcipere poſſint: nos diſcrimine adhibito ſancimus, ut ab illa tutela ad quam vetera tempora reſpicientia, promulgandi decreti, quod dictis perſonis ad illam aditum præcluderet, occaſionem præbuere, penitus illi arceantur, natam autem poſtmodum tutelæ ſpeciem ſubire ipſis licitum ſit. Hujus namque muneris non ita graves curæ ſunt, ut a divino miniſterio aliquem abſtrahant, ſibique totum aſtringant. Tum alioqui quanto hi illis qui profanis rebus impure inhærent, ac in terrenis ſordibus volutantur, cautius diviniusque vivunt: tanto melius cautiusque defunctorum præſcripta expedienda eſſe ſpes eſt.

CONSTIT. LXIX.

*CÆCOS [3] SECRETO [4] TESTAMENTUM FACERE POSSE [5].

Idem Imperator eidem Styliano.

Quandoquidem de eo, quomodo cæcos teſtari oporteat, dubitatur, eaque dubitatio ex locis legalibus (quod ea de re leges inter ſe diverſa ſtatuant) & ex ea quæ nunc obtinet conſuetudine exiſtit: neque hoc altius expendere atque repurgare inconveniens aut alienum putavi. Etenim alia lex [6] prohibet, ne cæcus arcano [7] modo teſtamentum condat, & ne aliter id vim habeat, ſtatuit, quam ſi teſtes quæ conſtituta ſunt, a cæci ore proceſſiſſe, ſuiſque auribus inſonuiſſe aſſerant: atque per ſolum tabularium illorum fidem communiri non vult. Alia [8] autem latam quandam ad arcanum [9] teſtandi modum mulieribus, & illiteratis hominibus viam aperit, dum nullam aliam obſervationem præſcribit, quam, ut ſi teſtator literarum non omnino ignarus ſit, ſua ſubſcriptione teſtamentum corroborare debeat: ſi vero id præſtare non poſſit, pro ſe alium ad ſubſcribendum aſſumat. Atque ſic quidem ex legibus *illæ inter* ſe res diſſideant. Quomodo enim ſi mulieres rudesque literarum quam pauciſſimis voluntatis ſuæ conſciis teſtamenta condent, quum fides in ſolo tabulario fluctuet, non ex eadem cauſa cæcus liberam teſtamenti factionem habeat? Jam vero & conſuetudo, non ſolum autem alterius legis ratio, cum lege pugnat. Etenim placet huic, ne mulierum, & imperitorum literarum, cæcorumve teſtamenta arcane facta vigore priventur. Quod cum ita ſit, nos quoque, ut ſecreto [10] confecta teſtamenta, ſive cæcorum, ſive aliorum [11] quorumvis ſint, autoritatem obtineant, ſancimus: illudque inſuper ſtatuendo addimus, ut antequam teſtes jurent, ſubſcriptiones eorum qui teſtamenta conſcripſerunt, in medium proponantur, *quæ ſonent*, quod revera illa ſcripſerint quæ ipſa teſtatoris lingua dictante audiverunt. Et ſi quidem falſum commiſſum eſſe poſtmodum probetur, ipſos, ſi divites ſint, bonorum ademptio: ſin pauperes, vehementia verbera & exilium in delicti pœnam maneant. Quibus hoc inſuper annectimus, ut ſi quando ad ſui confirmationem (quod frequenter incidit) juramentis teſtamento opus ſit: ipſi etiam qui teſtamentum conſcripſerunt, una cum juraturis teſtibus rei fidem & veritatem corroborent.

CONSTIT. LXX.

DE GRASSATIONIBUS [12].

Idem Imperator eidem Styliano.

Quos communio [13] in unam aliquam eandemque conditionem conjungit, inter hos communes etiam animos eſſe ubique videas. Ita in negotiationibus ſocii [14] lucrum damnumque æqualiter inter ſe partiuntur; ita itinerum comites, quum fortuitu in rem aliquam incidunt [15], tametſi ſæpe uno illam momento pariter non conſpiciant, ejus tamen inter ſe jus communicant [16]. Ita vero & commilitones [17], licet omnes non pari ſtudio & impetu in hoſtem ferantur, attamen victoriæ palmam ex æquo auferunt. Quapropter etiam, ut qui malitioſo conſenſu coitione facta, rem aliquam in quam a lege pœna conſtituta eſt, inceptant (utpote ſi [18] raptus committatur, vel parricidium [19], alteriusve cujuſpiam cædes perpetretur) quanquam non omnes tantundem momenti & operis re peragenda conferant, eandem tamen pœnam ſuſtineant: ſane quam recte veteri legiſlatori placuit. *Et nos quoque* idcirco, quæ de his qui ſimul & communiter latrocinandi [20] animo homines invadunt, jam olim ſancita ſunt, approbantes [21], ſtatuimus, uti omnes, quotcunque fuerint [22], eodem [23] ſupplicio afficiantur: tametſi parem operam rei perpetrandæ non omnes adhibuerint. Non enim ſi quis ipſe manus inferendæ neci non admoverit, continuo inſons & a pœna immunis eſſe poterit. Quid enim ſi preſſis ipſe manibus, alterius tamen dextram ad cædem intenderit atque confirmarit? Sane quod manus homicida, a communi perverſitate inſtigata, rem aggreſſa ſit, conſtat. Nam niſi aliorum manus huic in ſubſidium præſto fuiſſent, non certe ita prompte homicidium perpetraſſet. Ac propterea (quemadmodum dictum eſt) quamquam uno cujuſpiam ictu (quod fieri poteſt) mors illata fuerit, aliorumque manus ſuppetias non tulerint: ut eandem tamen omnes pœnam ſuſtineant, decernimus.

CONSTIT. LXXI [24].

DE IIS QUI IN LOCIS ARABILIBUS [25] AUT VINEIS [26] ÆDIFICATURI SUNT [27].

Idem Imperator eidem Styliano.

Præſtantiſſimum illud æquiſſimumque patris noſtri ſempiternæ gloriæ Principis placitum, quanto [28] *videlicet* a vicini finibus ſpatio abſtinere debeant, qui in locis, quos hactenus aratrum ſecarit, inve quibus vineæ conſtiterint, noviter domus *aſſignandas* [29] *muneribus publicis* ædificare velint: quoniam ab ipſo in legum corpus [30] transſcriptum [31] non eſt, legis [32] autoritate decorari oportere judicavimus. Statuimus itaque, ut qui in locis ad ſementem excultis novas ædes conſtruere volunt, ſi loci amplitudo ferat, ſecundum illius [33] placitum a vicini finibus tanto ſpatio ædificent [34], in quantum arcus iterata [35] vice telum ejaculetur: ſin tantum ſpatium interſtitio loci anguſtia non præbeat, uno etiam arcus jactu hoc conſtituatur. Intra dictum autem ſpatium novam [36] domum extruendi nemini facultas ſit. Cujus ratio evidentior eſt, quam ut exprimi opus ſit. Quo enim ædificium propius vicini fruges ponitur, eo illi etiam noxa propinquior eſt.

CONSTIT. LXXII [37].

UT PACTA ETIAM NON CONSTITUTA POENA [38] VALEANT [39].

Idem Imperator eidem Styliano.

Legali [40] decreto, quod nudum pactum non actionem, ſed ſolum exceptionem parere tradit, nonnullos illudere videmus. Dum enim omne pactum quod pœna ſtabilitum non eſt, nudum eſſe volunt: etiamſi [41] ſcripto comprehenſum ſit pactum, etiamſi [42] qui pactum inierunt, ſua manu ſacroſanctæ [43] crucis [44] nota [45] ſcriptum ſignarint, etiamſi divini [46] ternionis appellationes adjectæ ſint: ſi tamen pœna conſtituta non ſit, id ut invalidum, contemnunt ac rejiciunt. Qui ſane male ſentiunt, minimeque judicium ſuum comprobant, ut qui rebus divinis communes res mortalium longe præferendas cenſeant. Quam enim tantam, recto quidem hominum judicio, adjectio pœnæ, pactis autoritatem, quantam ſacroſanctum ſignum, divinitatiſque nomenclatura in illis conſpecta præbeat? Sancimus igitur, *ut omne pactum*, in quo ex divinis hiſce adjumentis [47] idoneum aliquid ad faciendam

1 Vetuſtas executores teſtamentarios nonnunquam ἐπιτρόπους appellavit. dixi ad *l.* 107. *ff. de legat.* 1. *l.* 21. §. 4. *ff. de annuis legatis.* adde *Nov.* 131. *c.* 12. 2 Præſtationem *d. l.* 107. miniſterium *l.* 7. *ff. de legat.* 2. dationem *l.* 9. *ff. de alimentis.* diſtributionem *l.* 96. §. 3. *ff. de leg.* 1. *l.* 7. *ff. ſi cui plus quam per leg.* eis præſtatur cautio legatorum, *d.* §. 3. & petitio competit *d.* §. 3. *d. l.* 107. *d. l.* 9. *l.* 28. §. 1. *C. de epiſc.*
3 Cæci ſcripto teſtari poſſunt, *ut hic.* adde Paul. 3. *ſent.* 4. §. 4. ut & adoptare & adoptari, *l.* 9. *ff. de adoptionibus.* tutelam gerere, *l.* 16. *ff. de autoritat. tut.* multo magis bona ſua adminiſtrare: ideo curator cæco dari non ſolet: quia & ipſe ſibi procuratorem poteſt inſtituere, Paul. 4. *ſentent.* 2. §. *ult.* Poteſt etiam cæcus officio fungi, *l.* 6. *ff. de judiciis:* & quidem ſenatorio *l.* 1. §. 5. *in fin. ff. de poſtulando*, id eſt, retinere officium (Perſæ ne luſcum quidem ad regnum admittebant, *Procop.*) & teſtis eſſe in iis quæ ante cæcitatem vidit: poſt cæcitatem autem de his quæ a ſibi notis hominibus audivit. Accurſ. *Novell.* 1. *c.* 2. §. 1. *verſ. ſi vero in verbo vidiſſe*: Speculator *tit. de teſtibus.* feudum etiam retinet 2. *Feud.* 14. non poteſt tamen poſtulare, *l.* 1. §. 5. *ff. de poſtulando.* 4 Id eſt, ſcripto, non tantum per nuncupationem, quod exigebat lex 8. *C. qui teſtamenta.* Olim dubitatum fuit, Num cæcus teſtamentum poſſet facere: ſed in eam ſententiam tandem itum fuit, poſſe: quia accire poteſt adhibitos teſtes, & audire ſibi teſtimonium perhibentes, Paul. 3. *ſent.* 4. §. 4. Porro quod ſecretum teſtamentum hic dicitur, Græci μυστικὴν διαθήκην appellant. Harmen. 1. *c.* περὶ μυστικῆς διαθήκης, de quo plenius alias apud eundem Harmenopulum in Græcarum juris dictionum Nomenclatore, ut & locis aliis diximus. 5 Extat epitome hujus conſtitutionis 5. Harmenop. 1. §. 31. & 34. *l.* 8. *C. qui teſtamenta.* 6 *l.* 8. *C. qui teſtamenta.* 7 Κατὰ τὸν μυστηριώδη τρόπον. *Scrimg.* id eſt, ſcripto, ſed per ſolam nuncupationem. Nam μυστικὴν διαθήκην Harmenop. 5. *tit.* 1. vocat teſtamentum ſcriptum: & merito: teſtamentum enim non ſcriptum, teſtibus evulgatur neceſſario: quod & jure conſtituitur, ne fides alioquin teſtamenti pereat. 8 *Nov.* 119. *c.* 9. 9 Εἰς τὸ πρὸς τὰς μυστικωτέρας διατάξεις χωρίζεσθαι. *Scrimg.* 10 Διατάξεις ἐν μυστηρίῳ κειμένας. *Scrimg.* 11 Puta, mulierum, & imperitorum ſcribendi 5. Harmenop. 1. §. 34.
12 Περὶ ἐφόδων. *Scrimg.* Hac Novella confirmatur jus vetus pœnæ conſtitutæ adverſus graſſatores. 13 Communio animorum, ex communione conditionis præſumitur.
14 *l.* 29. *ff. pro ſocio.* §. 1. *Inſt. de ſocietate.* 15 Adde *l.* 5. *ff. pro derelicto: l.* 43. §. 7. 8. 9. *ff. de furtis:* §. 47. *Inſt. de rerum diviſ.* 16 Forte ex pacto. Poteſt & hoc referri vel ad rem pro derelicto habitam *d. l.* 5. vel ad res eas quas dominus ignoravit. *arg. d.* §. 7. 8. 9. *Nov.* 64. *ſ. eod.* 17 Συστρατιῶται commilitones qui ſimul militant. 18 De complicibus raptus *l. un.* §. 2. *C. de raptu.* 19 De complicibus parricidii *l.* 2. *l.* 6. 7. *ff. ad l. Pompejam de parricidiis.* 20 Ἔφοδον Græci. Galli *guetteur de chemins*, facit *l.* 28. §. 10. *ff. de pœnis: Novell.* 134. *c.* 13. *verſ. Eos vero, ibi. aut itineribus.* 21 Nihil igitur hac lege innovatur. 22 Conſcii, complices, miniſtri *l.* 2. §. 12. *ff. vi bonor.*
23 Pœna miniſterium præbentis graſſationi faciendæ *d.* §. 12.
24 Apud Harmenopulum nominatur 36. vid. 2. Harmen. 4. §. 151. *l. ult. ff. finium regund.*
25 Ἀροσίμοις. 26 Ἀμπελῶσι. 27 Et de ſpatio quo domum ædificatam in agris abeſſe oportet ab arvo vicini. Spatium autem definitur, quantum unus vel duo teli jactus faciant: olim duorum pedum ſpatium videtur fuiſſe, *l. ult. ff. finium regundor.* quæ hoc modo videtur abrogari. 28 *l. ult. ff. finium regundor.* 29 Εἰς ἀποκλήρωσιν. *Scrimg.* vetus liber habet, ὡς ἀποκλήρωσιν, quod eſt, ὡς ἀπόμοιραν, ut partem aliquam ab arvo aut vinea ſeparabant. Nam & ἀποκληροῦσθαι dixit duobus locis *Novell.* 5. per partem alicui addere & ſupponere. vide Cujac. 17. *obſ.* 31. 30 Εἰς τὴν τῶν νόμων πολιτείαν. *Scrimg.* intelligit πρόχειρον Baſilii, de quo dixi initio harum Novellarum. 31 Ἐγγράφησαν πολιτείαν. *Scr.* ἐγγράφη συμπολιτείαν. Cujac. 17. *obſerv.* 31. *ut Nov.* 78. τῆς ἐν τοῖς νόμοις συμπολιτείας. 32 Νόμου τιμῇ. *Scr.* νόμου τιμῆς. Cujac. 17. *obſ.* 31. 33 Κατὰ τὴν ἐκείνου. *Scrimg.* κατὰ τὴν ἐκείνου. Cujac. *d. loco.*
34 Ποιεῖσθαι τὸ διάστημα. *Scrimg.* μετρεῖσθαι τὸ διάστημα, ut apud *Harm.* Cujac. *d. loco.*
35 Δυσὶ τόξου βολαῖς, *a deux trajets ou jects d'arc.* 36 Τῆς τοιαύτης τῶν οἰκήσεων ναυργίας. *Scrimg.*
37 Hæc Novella triceſima octava nominatur apud Harm. 1. *tit.* 9. §. 12. 38 Ἀνυπροστίμου. 39 Nudum pactum non parit actionem *l.* 7. §. 4. *ff. de pactis.* Nudum non cenſetur interpoſita divini nominis denominatione aut crucis ſigno. *ut hic.* 40 Hic locus valde ſuſpectus. Nudum enim pactum non eſt quod litteris eſt munitum. *Inſt. de literar. oblig.* 41 *d.* §. 4. 42 Ratio abrogandæ legis hinc ſumitur. 43 Τὸν θεῖον σταυρόν. *Scrimg.* 44 Crucis Chriſti ſignum adeo ſanctum veterum ſeculo fuit, ut in inſtrumentis pro fide & ſubſcriptione cederet, *l. ult.* §. 2. *C. de jure deliber. Nov.* 73. *c.* 8. *Nov.* 90. & fixione ejus, profana loca expiari, Deoque conſecrari crederentur *Nov.* 5. *c.* 1. & 67. *c.* 1. *Nov.* 131. *c.* 7. *l. ult. C. Theod. de pig. ſacr.* Crux quoque præferebatur litaniis publicis, *Nov.* 123. *c.* 35. Ex contrario vetitum, ne in locum publicum, vel privatum voluptatibus deſtinatum crux inferretur, *l.* 26. *C. de epiſc.* aut ad contumeliam paſſionis Chriſti deferretur, *l.* 1. *C. de Judæis.* aut humi in ſilice vel marmore pingeretur, vel ſculperetur *C. Nemini licere ſignum ſalvatoris Chriſti.* 45 Ἐν τάξει. *Scrimger.* Signum etiam veteres appellarunt, *Cod. nemini licere ſignum ſalvatoris Chriſti.* Ratio a Chryſoſtomo affertur, ὅτι πάσας (inquit) τῷ θεῷ τὰς παρακαταθήκας ὅσας ἂν λάβωμεν τούτῳ καθάπερ τινὶ σημάντρῳ βασιλικῷ καὶ δακτυλίῳ σφραγίζομεν hæc ille. Conſtat quoque veteres frontem eo ſigno præmuniſſe, vide *Protevangelium Jacobi*, Tertullianum & Hieronymum *in vita Pauli.* 46 Θεαρχικῆς τριάδος. 47 Crucem intelligit & Trinitatis denominationem.

fidem inſit, quamvis de pœna nihil ſcriptum ſit, firmum ſolidumque robur habeat.

CONSTIT. LXXIII.

* UT NEMO CUM [1] MULIERIBUS IN ECCLESIARUM COENACULIS HABITET.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ res etiam antequam jure prohibita eſſet, deteſtabiliter committebatur, ac vero poſt prohibitionem multo deteſtabilius audetur (quod nempe in [2] Eccleſiarum cœnaculis, quæ promiſcuum vulgus κατηχέμενα [3] vocare ſolet, quidam cum mulieribus habitant) eam neglectim habere æquum non eſt: neque vero ita a nobis habebitur. Ac fuit hæc quidem res ad ſextam [4] usque ſynodum, haud ſcio qua ratione, impune admiſſa, in ipſa autem ſancta ſynodo, ubi penitius excuſſa eſſet, ſacerdotibus ita habitantibus, remotionem [5] a ſacro ordine, profanis vero a rerum ſacrarum communione ſeparationem [6] induxit. Verum, ut plene ab eo auſu eccleſias vindicaret, ad id ſacerdotale decretum non par fuit. Nam cum ad id usque tempus, quo pater noſter inclytus Princeps ſceptra moderatus eſt, in republica conſtitiſſet, ut Principis decretum atque manus eam inſolentiam ſacris ædibus expelleret, oportuit. Quod nos quum dehinc obtinere velimus, ſtatuimus, *ut omnino nullus* neque ſacerdos, neque profanus, in [7] dictis cœnaculis cum mulieribus habitet: ac ſi quis ſacram ædem hoc modo fœdare deprehendatur, hic illinc ignominioſe principali manu exturbetur, qui vero illi eum locum habitandum præbuit (ſive ſacerdos ſive aliquis alius qui templum procurat, ſit) ipſe quoque propter legis contemptum ſacrorumque profanationem procuratione periclitetur.

CONSTIT. LXXIV.

NE ANTE LEGITIMUM MATRIMONII TEMPUS FUTURIS CONJUGIBUS BENEDICATUR [8].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUoniam in iis quæ a ſacra magnaque ſexta ſynodo de nuptiis in duodecenteſimo [9] canone præcipiuntur, quiddam civilis juris placitis contrarium exiſtere videtur (ſynodus enim [10] ne ſponſa, vivente adhuc ſponſo, in matrimonium alteri conjungatur, in univerſum prohibet, eamque rem pro adulterio [11] habet: civilis autem lex [12] nequaquam talem diſſolutionem magnum aliquod eſſe crimen judicat: ſed ſi maturius [13] quam pro connubiali tempore ſolennis nuptialis benedictio celebretur, in ſolis arrhis, & quicquid pœnæ nomine permiſſum fuerit, dependendis, pœnam circumcludit.) Quoniam itaque ipſum contrarietatis velut vulnus hinc acrior ratio conſpicit, (quod enim poſt benedictionem dirimantur, in eo vera ſponſaliorum diſſolutio ſtatuenda eſt) ſancimus, ne prius benedictiones [14] celebrentur, quam legitimum matrimonii advenerit tempus, quod [15] in maribus decimumquintum [16], in fœminis decimumtertium expectat annum. Sic enim & benedictio tempeſtive fiet: & deſponſatis a ſe invicem divertentibus, quod perfectum matrimonium dirimant, a civili lege judicium quod eccleſiæ placitis non adverſetur, obveniet.

CONSTIT. LXXV.

* UT QUI VIGINTI [17] ANNORUM EST, HYPODIACONUS CREARI POSSIT.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſ. Conſtantinop. Archiepiſcopo, & Patriarchæ univerſali.

SI ſacrorum decretorum ſanctio ad res civiles tranſiens, in illis ſæpe plus autoritatis quam ipſæ civiles de iisdem rebus tractantes leges habeant, quanto magis ſacra decreta in ſuis rebus civilibus legibus prævalebunt? At quid eſt quod dico? Sexta Synodus [18] vicenarium hypodiaconum ordinari poſſe ſancit: huic vero civilis lex contradicens, viginti annis quinque admetiri jubet. Nos itaque *uti ſacram* legem ſacer ordo ſequatur, convenire rati, ut ad hypodiaconatum, qui quidem eo digni ſunt, anno ætatis ſuæ vigeſimo admittantur, ſancimus.

CONSTIT. LXXVI.

* DE POENA [19] FALSUM TESTIMONIUM DICENTIUM SACERDOTUM.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ præconibus Dei (ſacroſanctis Apoſtolis nempe) ſacræ ſanctiones [20] adſcribuntur, ſacerdotes falſo juraſſe deprehenſos, ſacra dignitate privant [21]. Civilis vero reipublicæ moderatrices leges [22], ubi hujus rei conſtituendo tractatui incumbant, falſum teſtimonium bifariam dividunt: & quod falſum dictum in cauſa criminali deprehenderint, remotione a ſacro ordine puniunt: qui vero in re pecuniaria falſum teſtimonium dixerint, hos ad tempus relegando, non autem penitus removendo puniunt. Nos igitur jubemus, *ut qui jurati* falſum teſtimonium, ſive in cauſa criminali, ſive pecuniaria tulerint, profani illi a ſacerdotio abſpellantur: at ſi ad falſum teſtimonium jusjurandum non acceſſerit, qui falſum veritatis ſpecie obtegere conati ſunt, in triennium [23] relegentur, (relegandi autem in monaſterium aliquod erunt, ubi illos ad arctiorem vitæ quandam normam vivere oportebit) delictique convenienti pœnitentia facta, in priſtinum ſuum reſtituantur ſtatum.

CONSTIT. LXXVII.

* DE FALSARIORUM POENA [24].

Idem Imperator eidem Styliano.

CUm in plerisque aliis, tum præcipue in legum tractatibus reprehendenda obſcuritas [25] eſt. Nam ſicubi alibi, illic certe diſtorto intricatoque dicendi genere vacare, recteque informari oratione (ni fallor) oportet: non enim arcana quædam ſanctiones legis ſunt, ut a multitudinis intellectu remotæ eſſe debeant: ſed potius, ſi fieri poſſet, neminem illas [26] latere, neque virum, neque puerum, neque mulierem oportebat. Quippe quod id ad hominum mores in melius convertendos, communisque vitæ utilitates vel maxime conduceret. Ob id cum ad difficilem illum legalium capitum locum ſubſtitiſſemus, ubi ipſis verbis quaſi legislator in eo quid diceret occultare voluiſſet, ita [27] comprehenſum eſt, *Falſarius in maximo delicto ſupplicio capitali afficitur:* cum quale tandem maximum illud delictum eſſe legislator ipſe exiſtimarit, non conſtet, illeque ejus rei intellectum non definitum prædicat: evidenter & definite illam orationem explanare nobis viſum fuit. Sancimus igitur, ut ſi iſtiusmodi quædam falſarius conſcripſerit, ex [28] quibus is adverſus quem falſum ſcriptum concinnatum eſt, mortis pœnæ ſubjiciendus ſit: ipſe falſarius pœnæ quam in alium machinari cogitarit, traditus decolletur.

CONSTIT. LXXVIII.

* NE AMPLIUS SENATUSCONSULTA FIANT [29].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUemadmodum & in aliis legibus, quæ ad communem rerum uſum nihil conferrent, fecimus, ut eas tanquam ſupervacaneas e legum corpore ſubduceremus: ita hic quoque facientes *eam* [30] *legem quæ Senatui* ferendarum legum poteſtatem facit, a legum quaſi republica ſecerni ſancimus. Nam cum, ex quo Senatoriam adminiſtrationem Imperatoria Majeſtas ſibi vindicavit, inutilem illam eſſe judicari debeat: ſi cum utilibus conjungeretur, & ineptum & ſupervacuum eſſet.

CONSTIT. LXXIX.

* DE [31] POENA SACERDOTIS, DIACONI AUT HYPODIACONI [32], SI POST ASSUMPTUM ORDINEM MULIERI IN MATRIMONIUM JUNGATUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ ſemel Deo dedicata ſunt, ea deinceps auferri non oportere, ſancitum eſt: idque non ſolum in donariis, verum multo etiam magis in hominibus qui per ſacrum ordinem divinæ Majeſtati conſecrati ſunt, obſervandum eſt: tametſi (ut multi ſunt hominum lapſus) e ſtatu in quem tanquam honeſte victuri, allecti erant, peccatum dominio in ipſos ſuſcepto, exturbet. Non approbantes igitur veteris [33] legislatoris propoſitum, qui ſacerdotem, diaconum aut hypodiaconum, ſi poſt aſſumptum ordinem mulieri in matrimonium jungatur, omnino a clericali habitu diſcedere, atque ad profanam vitam reverti vult: illud decretum irritum facimus, ac vero ſtatuimus, *ut ab* ordine quem ante nuptias obtinuerint, ſolum recedentes, ſatis tamen pœnarum luere videantur, & nequa-

1 Facit *Novell.* 123. *cap.* 29. *Novell.* 133. *cap.* 3. *l.* 19. *l.* 44. *C. de epiſc. canon.* 47. *Synod. in Trul. Synod.* 7. *cap.* 18. & 20. ubi de duplicibus monaſteriis. *Novell.* 123. *cap.* 36. 2 Ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις. Græci ſic. eſt vero ὑπερῷον domus editiore loco poſita 2. Harmenop. 4. §. 27. & 44. 46. 96. 3 Κατηχέμενα, ut Ɉ. *eod.* Catechumenorum manſiones, 6. *Synod. cap.* 98. 4 In Trullo. 5 Quam Græci καθαίρεσιν. Scrimg. *hic.* 6 Ἀφορισμόν. *Scrimg.* Clericorum eſt, καθαίρεσις, de qua ſupra: monachorum & laicorum ἀφορισμὸς. 7 Ἐν τοῖς λεγομένοις κατηχουμένοις οἴκοις. *Scrimg.* ut Ɉ. *eod.* κατηχέμενοι. 8 Benedicendi conjugibus morem obſerva. adde *Novell.* 89. Ɉ. *eod.* 9 Στηῶ. *Scr.* legendum ϛϞ. id eſt, 99. 10 Sexta ſcil. *d. c.* 99. 11 Adulterium ſententia ſextæ ſynodi committit, qui alterius ſponſam ducit. 12 *l.* 1. 2. 3. *C. de ſponſ.* 13 Vid. *d. l.* 3. 14 Τὰς εὐλογίας. 15 Pubertas in nuptiis definitur anno 15. & 13. non affecto, ſed plane expleto: adde Novellam Juſtiniani 100. *cap.* 1. *l. unicam C. Theod. de Carboniano edicto.* Sane Teſtamentum nemo facere poteſt niſi 14. anno expleto, hoc eſt, 15. incepto 35. *Ecl.* 7. 5. Harmenopul. 1. §. 3. 16 Legitimum nuptiarum tempus in maſculis & fœminis.

17 Hypodiaconus creari poteſt, qui annorum eſt 20. dixi ad *Novell.* 16. Ɉ. *eod.* adde Photium 1. *can.* 9. *can.* 15. *ſyn.* 6. *in Trullo.* 18 *In Trullo can.* 15.

19 Falſum teſtimonium dicentis ſacerdotis pœnam obſerva. Diſtinctio *can.* 24. *apoſt.* & *Nov.* 123. *c.* 20. adhibetur: non quodvis ob falſum teſtimonium clericos privari dignitate, ut canon 24. voluit, non ob falſum teſtimonium in criminalibus, ut *d. Novell.* Perjurio itaque ſolo privantur dignitate: non nudo falſo teſtimonio. 20 Θεσπίσματα, intelligit Canones, & quidem 24. qui Balſamoni eſt 25. 21 Ἀπογυμνοῦσι. *Scrimg.* 22 *Nov.* 123. *c.* 20. 23 Similis eſt pœna in *Nov.* 86. *in fin. infr.*

24 Falſi crimen non ſemper eſt capitale: & ita abrogatur *l.* 22. *in fin. C. de falſis: l.* 1. *in fin. ff. de falſis.* adde quæ dixi ad *l.* 1. *l.* 5. *l.* 22. *C. de falſis.* 25 Obſcuritas legibus inimica. 26 *l.* 9. *C. de legib.* 27 *d. l.* 22. 28 Deponens falſum in cauſa capitali, capitaliter punitur, Clarus 5. *ſent.* §. *falſum* 4. *v.* ex communi opinione refert falſum teſtimonium dicentem dolo, capite puniri: ad ſui defenſionem arbitraria pœna vel publicatione bonorum & deportatione, ſeu ad triremes damnatione: in pecuniariis cauſis, plerumque reo linguam amputari, aut reum fuſtigari: vid. *eundem ibi verſ. ſed quæro quæ ſit pœna falſi.*

29 Senatusconſulta fieri prohibentur: & ita abrogatur *tit. C. de ſenatuſc. l.* 9. *ff. de legib. & ſenatuſc.* 30 *d. l.* 9. 31 Vid. Balſ. *c.* 6. *ſextæ ſynodi in Trullo diſt.* 32. *c. ſi quis eorum.* 32 Nuptias poſt aſſumptum ordinem contrahentis ſacerdotis, diaconi & hypodiaconi: Extenſio eſt canonis 25. Apoſt. qui eſt 26. apud Photium, quo ſoli lectores & cantores uxorem ducere vetabantur, & abrogatio *Novell. Juſtiniani* 6. *c.* 5. *verſ. Si autem aliquis presbyter*, qua poſt aſſumptum ordinem presbyter, diaconus & hypodiaconus nuptias contrahens ordine privabatur, fiebatque idiota. Hac Novella poſt aſſumptum ordinem ducta uxore, hujusmodi homines ordine ſuo quidem privantur: non tamen & clericali habitu, vel alio in eccleſia miniſterio. 33 *Nov.* 6. *c.* 5.

quam

quam clericali habitu alioque eccleſiæ miniſterio, cujus quidem uſus illicitus non eſt, judicio priventur.

CONSTIT. LXXX.

*UT PURPURÆ SEGMENTA [1] ET PARTICULÆ IN PUBLICIS MERCIMONIIS SINT.

Idem Imperator eidem Styliano.

HAud ſcio qua ratione ſuperioris ævi Imperatores, cum ipſi toti [2] purpura veſtirentur, inducti fuerint, uti ne [3] qua omnino purpuræ [4] particula venundaretur, ſtatuerent, neque cuiquam talem colorem vendere aut emere permitterent. Ac ſane ſi integram [5] telam vænire illi prohibuiſſent, aliquam fortaſſe ejus faciendi non alienam a ratione occaſionem habuiſſe videri poſſent: at quod ſegmenta [6] atque fruſtula, quæ utilitatem atque uſum neque vendenti neque ementi inconvenientem præbeant, in mercimoniis eſſe prohibuerunt [7]: id vero quam honeſtam, & quæ ſubditorum invidentia vacet, illorum judicio prætendet cauſam? Nam quod aut Imperatoriæ Majeſtatis adverſetur eminentiæ, aut eam in communem uſum devocet, quid *quæſo* hinc exiſtat? Nos itaque iſti decreto non acquieſcentes, conſtituimus *ut purpuræ* [8] fruſta atque ſegmina, quæ magnificentiæ ſpeciem aliumve non prohibitum uſum ſubditis præbeant, tam divendi quam emi poſſint. Decet enim Imperatoriam Majeſtatem, cum aliis multis modis ſubditos beneficiis afficiat, eorundem magnificentiæ ne invideat.

CONSTIT. LXXXI.

*NE EX AURO [9] ET PRETIOSIS [10] LAPILLIS QUICQUAM CONFIERI IN UNIVERSUM NEFAS SIT.

Idem Imperator eidem Styliano.

HAnc vero etiam legem [11] quæ mundo muliebri annulisque exceptis, aliquid aliud ex auro & gemmis conficiendi omnem prorſus facultatem adimit, ejuſdem cum illa quæ de purpura tractat eſſe inſtituti animadvertentes, in eandem quoque cum illa conditionem reponimus. Non enim ſimpliciter ex auri materia quicquam in opificium præberi, ſed ſpecies operum prohiberi oportebat. Quoniam ne quod omnino ex auro & gemmis opus conflat vetare, manifeſta id ſe ſupra omnes efferendi cupiditas eſt. Jam vero, quod in quacumque re legem transgreſſus eſſe deprehenſus, tam gravem pœnam ſuſtinet (centum librarum auri mulctam quodque huic accedit, capitale ſupplicium dico) ut ea lex non ſummæ immanitatis eſſe putetur, qua ratione devitabitur? Quantam autem aliam abſurditatem in ſacris theſauris aliiſque nonnullis rebus effectus pœnæ deſignet, non attingo. *Nos* itaque non ſimpliciter opus aliquod ex auro & gemmis confici, ſed illa opera quæ ſolis Imperatoribus permittuntur, quorumque uſus magnificentiæ Imperatoriæ Majeſtatis, ejuſque neceſſitatibus deſtinatus eſt, prohibenda judicamus. Quare ſi quis vel monumentum ſacrum, vel aliud quiddam quod ſupra privatam dignitatem & honorem non ſit, conficere poterit, liberam ejus faciendi voluntatem habeto.

CONSTIT. LXXXII.

DE TESTAMENTO RESIGNATO [12].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ fortuito quodam caſu contingunt, eorum permulta nondum expenſa criminis nomine notantur: quæ eadem accuratius poſtmodum perſpecta, a nota abſolvuntur. At quale eſt quod dico? Perſæpe non de induſtria, ſed fortuito aut ferri aut lapidis jactu aliquis læditur. Eo necdum diſcuſſo, qui jaculatus eſt, ſons judicatur: diligenti autem de eodem examine habito, quare culpetur, nulla juſta ratio invenitur. Quamobrem quæ caſu eveniunt, ex circumſtantiis magis quam e rei natura judicari convenit. Verum quorſum hæc dicuntur? Quoniam teſtamentum poſtulante neceſſitate apertum [13], quum interdum deinceps reſignatum relinqui contingat, aut ipſum tempus (quod fieri aſſolet) ſigillum conſumat, fide quam ſignatum haberet deſtituatur, indeque incertitudo quædam iſtiusmodi teſtamento inſidietur: teſtamentis alio modo ad fidem confirmatis ſubvenire viſum eſt, ac jubemus, ut [14] *licet ad fidem faciendam illis ſigillum ſalvum non ſit, ſubſcriptiones tamen, ut rata maneant, teſtimonio præſtent.* Quemadmodum enim teſtamenta nondum aperta, quanquam (ut fit facile) ſigillum illæſum ſervatum non ſit, ſubſcriptiones confirmant [15]: ſic illa etiam quæ poſtmodum aperta ſunt, aut negligentia non obſignata manſerunt, aut quibus diuturnitate temporis ſigilla perierunt, ne fide priventur, dummodo ex ſubſcriptionibus fides illis ſuperſit, juſtum putamus. Illud porro inſuper ſancimus, ut ſi judicis ſocordia, ne teſtamentum denuo obſignaretur, factum ſit, ipſi in ſocordiæ pœnam duodecim librarum multa imponatur.

CONSTIT. LXXXIII.

UT AD TRIENTES USURAS PECUNIA LICITE MUTUETUR [16].

Idem Imperator eidem Styliano.

SI a Spiritus legibus ita ſe mortale genus regi ſineret, ut humanis præceptis nihil indigeret, id vero & decorum & ſalutare eſſet: at quoniam ſe ad Spiritus ſublimitatem elevare, divinæque Legis vocem amplecti non cujuſque eſt: ac vero quos huc virtus ducat, numero valde pauci ſunt: bene ſeſe adhuc res haberet ſi ſaltem ſecundum leges humanas viveretur. Quæ vocantur pecuniæ creditæ uſuræ, ubique a Spiritus decreto [17] condemnantur. Id ſciens [18] pater noſter æternæ memoriæ Princeps uſurarum ſolutionem ſanctione ſua prohibendam putavit. Atqui propter paupertatem res illa non in melius (quem tamen finem legiſlator propoſuerat) ſed contra in pejus vergit. Qui enim [19] antea uſurarum ſpe ad mutuandam pecuniam prompti fuerant, poſt latam legem, quod nihil lucri ex mutuo percipere poſſint, in eos qui pecuniis indigent difficiles atque immites ſunt. Quinetiam ad facile jurandum, quodque id fere conſequitur ad jusjurandum abnegandum, id occaſionem præbuit. Breviter, propter redundantem in humana vita perverſitatem, non modo non profuit legis virtus, verum etiam obfuit. Quanquam *igitur* ex ſe legem culpare (quod quidem etiam abſit) nequeamus: propterea *tamen* quod humana natura (quomodo diximus) ad illius ſublimitatem non perveniat, egregium illud præſcriptum abrogamus: ac in contrarium ſtatuimus, ut æris alieni uſus ad uſuras procedat, idque quomodo veteribus legiſlatoribus placuit, ad trientes centeſimæ nempe, quæ [20] quotannis in ſingulos ſolidos ſingulas fœneratoribus ſiliquas [21] pariunt.

CONSTIT. LXXXIV [22].

UT NEGOTIARI, ÆDIFICARE, MUNERAQUE ACCIPERE URBIS MAGISTRATIBUS LICEAT [23].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ a ſuperioribus [24] de magiſtratibus regiæ urbis decreta ſunt (*ut videlicet illi neque mobile aliquid, neque immobile emant, neque ad ædificandum accedant, niſi Principis permiſſu: inſuper vero, ne, ſi qua magiſtratus tempore munificentia accedat, hæc rata fiat, extra quam ſi donator finito magiſtratu ſcripturæ auctoritate illam confirmet, aut poſt magiſtratum quinque anni elapſi ſint*) hæc, quanquam hujus contemplatione, ne [25] vis locum inveniat, optima ratione conſtituta ſint: quia tamen alio etiam modo violentiæ viam præcludere facile eſt, nobis non videntur eſſe neceſſaria. Quocirca etiam abrogata illa eſſe volumus: *idque ideo* præſertim, quod ex quo transgreſſione illorum indies *magis atque magis* impunita relicta, pœna exerceri deſiit, etiam ante noſtrum decretum nullam vim habuerint. At qua de cauſa illa neceſſaria non ſunt? Quod cuique tam pauperi quam diviti (cum iis qui apud hanc urbem *habitant*, compellare Principem, eique ſupplicare expeditiſſimum ſit) liceat, ſi quam vim ſuſtineat, ne omnino a violento magiſtratu conficiatur precibus a Principe impetrare: adeo ut nulla neceſſitas ſit, ut quemadmodum in provinciis omni auxilio vacuis, ita etiam in Urbe, ubi abunde auxilii eſt, hæc adeo exacte requirantur. Sancimus itaque, *ut ſecundum* præſentem rerum ſtatum tum emere tum ædificare magiſtratus [26] poſſint, & in ſuſcipiendis quæ ſponte offeruntur muneribus [27], criminatione vacent, quippe [28] cum,

1 Purpuræ ſegmenta quæ τμήματα J. *eod.* in publicis commerciis permiſſa, videntur abrogari. *l. ult. Cod. de veſtib. holober.* 2 Ἀλουργίδα στολισάμενοι. *Scrimg.* 3 *l. 1. C. quæ res venire non poſ. l. ult. C. de veſtib. holob.* & antea a Cæſare purpuræ uſus interdictus præterquam Senatoribus qui in magiſtratu eſſent, *Dion* 49. & Neronem quoque matronam purpura uſam non veſte tantum, ſed bonis exuiſſe refert Sueton. 4 Ἀλουργὸν τμῆμα. 5 Ὁλόκληρον ὕφασμα. 6 Τμῆμα δὲ καὶ μέρος βραχὺ *Scr.* Tiberium Poſteriorem Cedrenus ſcribit permiſiſſe purpuræ διδακτυλίους ὤρας ἐν ταῖς στολαῖς αὐτῶν κόσμου χάριν φέρειν. ὤρας dixit quaſi oras & ornaturas. Iſidorus ſegmenta, *ut hic.* Liv. 11 ſancitum mulieribus ut aureis ſegmentis uterentur. Arator loquens de pontificis habitu in Exodo a Moſe præſcripto. Qui ſegmentatus mediis altaribus adſtat ſegmenta, limbi, ſeu inſtitæ, *l. 23. §. 1. ff. de auro.* adde Cujac. 12. *obſerv.* 24. 7 Intelligit, ut opinor, *l. pen. C. de veſtib. holober.* 8 Τὰ ἀλουργὰ μὲν μέρη καὶ τμήματα.

9 Ex auro vel pretioſis lapillis aliquid fieri prohibetur. videtur itaque revocare conſtitutionem Aureliani, qua permiſſum fuerat, ut aureis, qui vellent & menſis uterentur & poculis, autore Vopiſco. Abrogatur autem lex unica, *verſ. nulli. Cod. nulli licere in frenis.* 10 Lapilli pretioſi, margaritæ, ſmaragdi, & hyacinthi: aliis enim gemmis frena, equeſtres ſellas & baltheos ornare permiſſum *d. l. un.* 11 *d. l. un. verſ. nulli præterea privatorum liceat exceptis ornamentis matronalib. &c. C. nulli licere in frenis.*

12 Περὶ τῆς ἀσφραγίστου διαθήκης παρὰ τοῦ ἄρχοντος *Scrimg.* hoc innuit, Teſtamentum non ideo non valere, quod ſigna caſu corrupta ſint: ſi modo de teſtamenti fide teſtium ſubſcriptionibus conſtare poſſit. 13 Vid. *tit. ff. teſt. quemadmodum aperiantur.* 14 Scrimgerus ita legit, κἂν μὴ τῆς σφραγῖδος ἡ σωτηρία περίεσι τῇ διαθήκῃ εἰ τὴν ἀξιοπιστίαν, αἱ ὑπογραφαὶ δύναιντο προσμαρτυρεῖν, μὴ διαμαρτυρεῖν τὸ εἶναι βεβαίαν αὐτήν, qui locus purior extat apud Cujac. 17. *obſerv.* 32. his verbis, διαθήκη, ὡς τὴν ἀξιοπιστίαν &c. id eſt, Jubemus etiamſi ſigilla teſtamenti non ſuperſint, ſi idoneam fidem ſubſcriptiones teſtamento adhibeant, ne quid ob eam rem fides teſtamenti infirmetur. 15 *l. 30. ff. qui teſtamenta facere.*

16 Uſuræ trientes hic permittuntur, & ita abrogatur Baſilii conſtitutio, qua vetitæ fuerunt in univerſum uſuræ. J. *eod.* 17 *Exod.* 22. *Luc.* 6. adde Clar. 5. *ſent.* §. *uſuras* 20. 18 Uſuræ quomodo interdictæ a Baſilio: cujus nomen videtur legendum apud Harmenop. 3. *tit.* 7. §. 27. ubi tamen legitur Leo. 19 Hic ſatis oſtenditur, in hac hominum vita uſuras vix prohiberi poſſe. 20 Obſerva ex hoc loco, & ex Ammiano *l. 2. C. Theod. de uſur.* & *Novella Juſtiniani* 32. *c. 1. ibi, in ſingulos ſolidos annuas ſiliquas:* definitionem uſuræ trientis. 21 Ὅπερ ἐστὶ κεράτιον ἓν ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ νομίσματι. *Scrimg.*

22 Harmenopulus 3. *tit. c.* 3. περὶ ἀρχόντων *in fin.* hanc conſtitut. facit 40. 23 Magiſtratibus urbanis hic permittitur, negotiari, ædificare, & munera accipere, & ita abrogatur Juſtiniani lex unica *Cod. de contractib. judic.* diſtinctione adhibita inter urbanos & provinciales magiſtratus. Videtur tamen hæc Nov. abrogari a Romano ſeniore *cap. 1. infr.* 3. Harmenop. 3. *c.* περὶ ἀρχόντων. 24 A Juſtiniano in *d. l. un.* 25 Vid. *l. 11. Cod. de his quæ vi.* 26 Urbani ſcil. ut indicat præter ſequentia, inſcriptio. Idem tamen de provincialibus conſtitutum refert a Leone Harmenopulus 3. *tit.* 3. *cap.* 13. *in fin.* ubi & ſolum excipit στρατηγὸν, qui Mercero dux exercitus: Reidano Harmenopuli interpreti Tribunus militum dicitur. 27 Adde *l. 6. §. 3. ff. de offic. proconſul. l. 18. ff. de off. præſid.* 28 Scrimg. ita habet, ὡς οὐκ ἀπορούντων τῶν ὑφισαμένων τὸ βίαιον, ὁπότε τι συμβαίη τοιοῦτον, εἰς ἀποφυγὴν διὰ τῆς πρὸς βασιλέα ἐπιβοήσεως, Cujac. vero 17. *obſ.* 32. τοὺς ὑφισαμένους τὸ βίαιον οὐκ ἀπορεῖν ἀποφυγὴν διὰ τῆς πρὸς βασιλέα ἐπιβοήσεως, eo ſenſu, non deeſſe auxilium his quibus vis infertur, cum poſſint principem invocare.

qui

qui vim sustineant, quandocunque tale aliquid incidat, his supplicando Principi illam effugere integrum sit. De provinciarum autem magistratibus illud insuper statuere visum est, ut præfectus magistratus sui tempore neque quicquam emat, neque in suum usum extruat, neque denique dona libere admittat. Alii vero minores magistratus, relata ad præfectum re, ipsius judicio, aut removeantur, aut administrationem expleant.

CONSTIT. LXXXV.

UT PATRES [1] QUI NUPTIAS NON ITERANT, UNIUS LIBERORUM PORTIONEM CAPIANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam maritis cum liberis ab uxoribus relictis, quid de donatione propter nuptias statui debeat, non præscripsimus: illam autem donante consuetudine præmorientes uxores capiunt, nihil in hoc nos consuetudinem innovandam putantes, statuimus, ut *quemadmodum* hactenus comparatum legibus fuit, mulieribus donatio propter nuptias detur: viris autem, si iterum matrimonium contrahant, nihil accipere liceat: sin prius matrimonium venerentur, in remunerationem hujus honorificæ voluntatis, ipsis unius liberorum portio secernatur: idque hac ratione, ut si illa donationem propter nuptias vel æquet [2] vel exuperet, eo quod aut lucrum, aut *saltem* nullum damnum sentiatur, hac accepta illi contenti sint: si vero non exæquet atque minor sit, neque de suo quicquam dent, neque e *diverso* ex mulieris bonis quicquam accipiant.

CONSTIT. LXXXVI.

* DE POENA EPISCOPORUM, SACERDOTUM, ET CLERICORUM QUI SE ADVOCATIONIBUS, SPONSIONIBUS, REDEMPTURIS, ALIISVE SIMILIBUS DEDUNT [3].

Idem Imperator eidem Styliano.

Qui a divina bonitate ad divinum sacrosanctumque altare delecti sunt, hos non modo a peccati turpitudine mundos esse, verumetiam a communis vitæ negotiis & molestiis vacare decet. Sicut enim alia incontaminati sacrique cultus monumenta vulgari contrectatione profanari non licet: ad eundem modum neque animata immaculati sacrarii ornamenta communi usu dedecorari, sed in quem ordinem consecrata sunt, in eodem consecrationem puram conservare convenit. Admodum igitur decenter Apostolorum, præconum Dei, decretum, episcopos, sacerdotes, & clericos, qui se advocationibus [4], sponsionibus [5] redempturis [6] idve genus aliis [7] rebus dedunt, sacro ordine denudat. Qui enim attributam sibi a sacrosancto Spiritu dignitatem adeo dehonestant, & quantum in ipsis est, sublimitatem gratiæ deprimunt, merito cujus beneficii magnitudinem non sentiunt, eo, ut indigni, privandi judicantur. Veruntamen quia nunc temporis hominum genus, quam ut ad constitutæ a divinis istis legislatoribus vivendi rationis apicem pertingat, imbecillius est: non ipsis (ni fallor) displiceat, si quatenus id delictum omnino venia indignum non est, modicam quandam ipsi veniam impertiam. Certe idcirco, non quod contrarium (quod absit) statuere sed potius quod sacram sanctionem sequi, nullasque illis qui ab illa condemnantur, excusationum tergiversationes relinqui velimus: decernimus, ut si aut primarii [8] inferioresve sacerdotes, aut omnino clericus quispiam, vel præstando [9] in litibus patrocinio, vel spondendo, vel alio simili modo de sui ordinis dignitate detrahant, excommunicentur, & ad aliquod tempus a celebrandis sacris supersedeant. atque ubi ita pro delicto dignam pœnitentiam egerint, promisso facto, se ab humanorum negotiorum commercio pro viribus deinceps mundos conservaturos, ad sacra tractanda denuo introducantur: & si iterum iisdem rebus se polluere deprehendantur, omnimodo ut profani & indigni a sacris functionibus abstineant.

CONSTIT. LXXXVII.

* DE ECCLESIASTICORUM ALEA [10] LUDENTIUM POENA [11].

Idem Imperator eidem Styliano.

Jam vero qui sacri ordinis homines aleæ [12] vacant, neque hi rem modica aliqua pœna dignam audent. Quid ita? Nam cum tranquilla mente animoque a contemplandis rebus divinis immoto, quantum humanæ naturæ possibile est, summo isti bono inhærescere deberent: e contrario ad juveniles lusus deproperant. Quos etiam a sacerdotio succidi, secundum divinum sacrosanctorum Apostolorum [13] decretum, par est. Verum quoniam id, ipsum etiam præscriptum mitigat, ut qui non desistunt, pœnam subituros addat: statuimus nos quoque, *ut qui* aleæ lusu sacram sortem contaminant, in monasteria relegentur, (quam tamen relegationem triennale [14] tempus finiat) & *quando* delictum satis expiatum videbitur, in pristinum statum restituantur. At si rursum in fritillo vane tempus terere instituant, tanquam piaculares ex sacrosancto ecclesiastico statu omnino exturbentur, ab eoque profligentur.

CONSTIT. LXXXVIII.

* CELEBRIBUS QUIBUSDAM IN ECCLESIA VIRIS FESTI DIES CONSTITUUNTUR [15].

Idem Imperator eidem Styliano.

Venerabili sacrosanctorum Apostolorum decreto [16] (quod promulgatum est ad gloriam & honorem sacratissimorum dierum, quibus omnium Domino feriamur, & illorum qui horum ipsorum celebrium legislatorum aliorumque victoriosorum pugilum, qui morte sua impietatem in fugam verterunt, consecrationem significant) quum hoc quod conjungatur dignum sit, ut nempe horum diviniloquorum virorum etiam, qui post illos in ecclesia claruerunt, luminariumque instar ecclesiæ firmamentum rebus gestis atque documentis illustrarunt, memoria solenniter celebretur: nos quod deest, adimplentes, sancimus: Ut horum etiam sacri consecrationis dies convenientibus honoribus colantur, quorum hæc sunt nomina: *Athanasius* [17], inclyti ille in principibus Dei sacerdotibus nominis: *Basilius* [18], regium illud ecclesiæ decus: *Gregorius*, cognomine Theologus [19]: *Gregorius* [20], dulcis ille & illustris ecclesiæ fons: *Joannes* prorsus illud spiritus aureum [21] os: unaque cum iis *Cyrillus* [22] & *Epiphanius* [23], qui præclaris facinoribus gloriaque illis pares sunt.

CONSTIT. LXXXIX.

* NE MATRIMONIA CITRA [24] SACRAM BENEDICTIONEM CONFIRMENTUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quemadmodum adoptionem promiscue habitam neglexit vetustas, quam tametsi sine [25] precibus sacrisque ceremoniis peragi lege permitteret, non tamen illam se parvi pendere putabat: ita & absolutam matrimonii constitutionem, dum id citra [26] jam receptam [27] benedictionem [28] iniri sineret, neglexisse videtur. Sed veteribus istius voluntatis fortasse ratio inveniri possit: a nobis vero, cum divina gratia ad honestius multo sanctiusque vitæ institutum jam res comparatæ sint, neutrum dictorum negligi convenit. Itaque *quemadmodum* adhibitis sacris deprecationibus adoptionem perfici præcipimus [29]: sic sane etiam sacræ benedictionis [30] testimonio matrimonia confirmari jubemus. Adeo, ut, si qui citra [31] hanc matrimonium ineant, id ne [32] ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ illa consuetudine matrimonii jure potiri velimus. Nihil enim inter cœlibatum & matrimonium, quod reprehendi non debeat, medium invenias. Conjugalis vitæ desiderio teneris? Conjugii leges serves

1 Secundas nuptias non contrahens pater portionem unius liberorum capit, *ut hic.* idem de matre constitutum fuit, *Nov.* 22. *supr. eod.*
2 Vid. *Nov.* 20. *supr. eod.*

3 *Nov. Just.* 123. *c.* 6. *l.* 17. *Cod. de episc. Can.* 6. 19. 80. *apost.* Phot. 8. *Nomocan.* 13.
4 Συνηγορίας. Scrimg. *Nov. Justin.* 123. *c.* 6. prohibet episcopum ἢ διοικητὴν ἢ ἐντολέα δίκης εἶναι.
5 *Can.* 19. *apost. d. c.* 6. 6 Μισθώσεσιν. Scrimg. eodem modo *Justinianus. Nov.* 123. *c.* 6. vetat episcopum & clericum μισθωτὴν τελῶν ἢ ἀλλοτρίων κτήσεων εἶναι. *can.* 3. *can.* 4. *Synodi Chalcedonensis: c.* 16. *synod. sept. Carthaginensis.* 7 Secularibus. *canon.* 6. *apost.* publicis administrationibus. *can.* 80. *apost.* 8 Ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς. 9 Διὰ συνηγορίας. Adde Photium 8. *Nomocan.* 13.

10 Dixi ad *l.* 25. *l. ult.* §. 1. §. 3. *ibi, aut cubicare. C. de episc. aud. l.* 3. *C. de aleatoribus. Novell Justin.* 123. *c.* 10. adde 3. *Ecl.* 2. *c.* περὶ ταβλιζόντων ἐκκλησιαστικῶν προσώπων. adde Photium 9. *Nomoc* 27. 11 Emendat *canonem* 41. *apostol.* quo aleatores episcopi, aut presbyteri penitus deponuntur. Depositionis enim loco triennalis infligitur in monasterium relegatio.
12 Κύβοις. Scrimg. adde *dict.* §. 3. *ibi, aut cubicare.*
13 *Canon* 41. 42. *apost.* 14 *Ut Nov.* 76. *supr. eod.*

15 Adde *Nov. Emanuelis Comneni c.* 2. *J. Balsamonem ad* 7. *Photii* 1. 16 De die dominico vid. *can. apostol* 65. Paschatis *c.* 7. Pentecostes *c.* 36. Festis *c.* 52. 67. 70.
17 Alexandrinus, cujus extat symbolum. 18 Archiepiscopus Cæsareæ Cappadociæ.
19 Ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος. 20 Nyssenus forte. fuit & alius cognomento Thaumaturgus, item & alius Damascenus. 21 Τὸ πάγχρυσον στόμα. intelligit Chrysostomum.
22 Alexandrinus, *l.* 3. §. 3. *C. de summa trinitate.* 23 Episcopus Constantiæ, provinciæ Cypri.

24 Adde 4. Harmen. 4. *Nov. Alexii Comneni c.* 9. *J. Scrimg.* adde *Nov.* 24. *S. eod. Nov.* 98. *in pr. J. eod.* 25 Χωρὶς εὐχῶν καὶ τελετῆς ἱερᾶς. 26 Imo, non citra benedictionem. vid. quæ dixi *Nov. Just.* 74. *c.* 4. §. 1. *ibi, ille autem adhibens tres aut quatuor exinde reverendissimorum clericorum, attestationem conficiat &c.* 27 Usu scilicet.
28 Νενομισμένης εὐλογίας. 29 *Nov.* 74. *S.* 30 Jubet Leo benedictionem nuptiis adhiberi: quem ritum probat ex adoptionis solennibus *d. Nov.* 24. illud constat, apud Ethnicos sacramenta ignis & aquæ nuptiis adhibita, *l. pen in fin. ff. de don. inter virum & uxorem.* Apud Christianos Deus nuptiarum conciliator creditur *Marc.* 10. conjugia precibus & benedictione confirmata fuisse apud veteres innuit historia Tobiæ 5. 7. 8. & Euaristus refert 30. *q.* 5. *c.* 1. Non aliter legitimum conjugium esse, quam si suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote factis benedicatur. & Tertull. 2. *ad uxorem.* Unde sufficiam, inquit, ad enarrandam tantam felicitatem matrimonii, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli renunciant? Concilio Carthaginensi 4. *c.* 13. constitutum, ut sponsus & sponsa in templum deducantur ad benedictionem sacerdotis recipiendam. Ambrosius 9. epist. 70. Ipsum, inquit, conjugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oportet. Scholiast. Harmenop. 4. *tit.* 4. negat nudo consensu matrimonium contrahi: ita ut nisi sacrum Dei verbum fuerit recitatum, neque nuptiæ consistant, neque prohibeantur contrahentes a se mutuo separari. Idem probatur ab Innocentio III. *c.* 4. *extra. de sponsalibus.* Illud notandum est, proclamationes (quas Banna Longobardico vocabulo appellat *c.* 27. *extra. de sponsalib. c. ult. de clandestin. desponsat. c. ult. qui matrimonium accusare*) in ecclesiis fieri solitas. Pompam quidem non requirit in nuptiis *l.* 22. *C. de nupt.* sed tamen eodem *tit. l.* 24. dicitur, non aliter conditio nuptiarum evenisse, quam si nuptiarum accesserit festivitas. Tridentina synodus *sessione pen.* requirit præsentiam parochi & duorum vel trium testium. Rogerius Rex III. Neapolit. *constit.* 22. matrimonia sine sacerdotali benedictione publica (maxime inter nobiles) vult esse clandestina & illicita: nec illo casu testamento vel intestato, nuptias hujusmodi contrahentibus, succedi: mulieres ipsas dotes amittere; nisi viduæ sint & nubant. adde *de clandestinis matrimoniis Extr.* De clandestinis nuptiis dicam ad *l.* 7. *C. de nupt.* 31 Ἱερᾶς εὐλογίας μαρτυρία. Scrimg. ut superius dixit χωρὶς εὐχῶν καὶ τελετῆς ἱερᾶς, & δίχα τῆς νενομισμένης εὐλογίας.
32 Non est matrimonium cui sacrorum benedictio defuit.

necesse

neceſſe eſt. Diſplicent matrimonii moleſtiæ? Cœlebs vivas, neque matrimonium adulteres, neque falſo cœlibatus nomine culpam prætexas.

CONSTIT. XC.

*UT QUI TERTIUM [1] MATRIMONIUM CONTRAHUNT, SACRI CANONIS [2] POENÆ [3] OBNOXII SINT.

Idem Imperator eidem Styliano.

OPortebat nos, cum divina manu formati menteque ac ratione præditi ſimus, quorundam brutorum præſtantiæ non cedere. Non enim illa imbecillitas reprehenſione vacat, neque a juſtis vituperationibus libera eſt: ſed tanto obnoxior, quantum brutali naturæ rationabilis prudentia antecellit. Oportebat (inquam) homines, cum in aliis, tum præcipue in caſtitate matrimoniali a brutis [4] non vinci. Multa autem brutorum animantium genera [5], conjuge mortuo, perpetuam viduitatem amplectuntur, alterisque nuptiis priores velut congeſta terra obtegere nolunt. Verum quoniam hanc imbecillitatem turpem non eſſe (quanquam turpiſſima ſit) exiſtimans natura, primo matrimonio contenta non eſt, ſed nullo pudore tacta ad ſecundum etiam procedit: quin cum illam hic ſaltem ſiſtere deberet, non tamen id facit: &, quanquam per ſacram legem non liceat, a ſecundo matrimonio ad tertium prorumpit: haud dubie conſtitutam in tertium matrimonium pœnam, quod non exerceatur, contemptui habens: idque eo etiam magis quod civilis lex, qua neſcio de cauſa, Spiritus pœnam conſtituentis decreto non conſentiat, ſed hos a reprehenſione porro liberat, qui poſt alterum matrimoniale conſortium a matrimoniis abſtinere nolint: idcirco nos quæ Spiritui placent ſequentes, ſtatuimus, *ut qui* ad tertium matrimonium pervenerint, pœnæ quam in ipſos ſacer canon [6] promulgavit, obnoxii ſint.

CONSTIT. XCI.

*UT CONCUBINAM HABERE NON LICEAT [7].

Idem Imperator eidem Styliano.

NEque minus ea lex [8], quæ probroſe cum concubinis immiſceri non erubeſcentibus id permittendum judicavit, honeſtatem ſusque deque habuit. Ne ergo hoc legiſlatoris erratum dedecore noſtram rempublicam afficere ſinamus. Itaque lex illa in æternum ſileto. Ab illa enim non modo religionis [9], verumetiam naturæ injuria ſecundum divina Chriſtianisque convenientia præcepta prohibemur. Et quidem ſi cum fontem habeas, ſobrie inde haurire divino præcepto moneare: qua ratione, cum puras aquas haurire liceat, lutum tu mavis? Tum tametſi fontem non habeas, rebus tamen vetitis uti non potes. Cæterum vitæ conſortem invenire difficile non eſt.

CONSTIT. XCII.

*DE POENA EJUS QUI ALIQUEM DEDITA OPERA EXCÆCAVIT [10].

Idem Imperator eidem Styliano.

TAmetſi aliter quam veteres leges [11] ſanciant, de eo qui alteri violentis manibus oculos effodiſſet, cum ipſe judicio intereſſet, a nobis ſententia lata ſit: numquam tamen in legem illam transformare animus fuit. Nonnihil enim miſericordia moti (id quod ipſa res etiam indicat) tunc ita judicavimus: Quoniam oculi, ei qui illos amiſiſſet, reſtitui non poſſent, eum qui id damni dediſſet, quanquam qui idem pateretur, dignus eſſet, in eandem eſſe cæcitatem conjiciendum non putavi. Interim tamen tantam pœnam conſtitui, ut qui oculos eruit, ejus ſigna ferat: & cui eruti ſunt, in tanta calamitate adeoque profunda cæcitate, ex laboribus ejus, qui illa ipſum affecit, aliquam conſolationem habeat. Verumtamen, licet ita judicatum eſſet ex re judicata legem facere (quemadmodum dixi) non tamen animus erat. Sed quoniam qui [12] inter ſacra noſtra officia relatus eſt (cujus ego qua ratione poſtulationem rejiciam?) illam ſententiam, quod mitis ſit, inter leges collocari petit, quo deinceps, ſi quando tale quippiam incidat, qualiter in præſenti in injurium pœna conſtituta eſt, taliter ea res dijudicetur: poſtulato paremus, judicialeque decretum legis auctoritate donamus. Si quis ergo cujusquam viſum læſerit, hunc, ſi unum oculum ademerit, uno ſimiliter eodemque privari, ac talionis pœnam ſubire jubemus. Si vero ambobus oculis maleficas manus injecerit, quoniam hic pœnæ æqualitas, neque cui nocitum eſt, proſit, (quæ [13] enim in hoc cæco utilitas eſt, ſi alius etiam cæcus ſit) neque pœnæ obnoxio, tametſi non immerito, tamen acerbius quam par ſit (cum cæcis nihil miſerius ſit) inferatur: jubemus, ne æquabiliter, ſed diverſo modo pœna procedat: ita ut & maleficus puniatur, & qui læſus eſt, utilitatis quiddam ſentiat. Hunc autem in modum legem concipimus. Quicunque amborum [14] oculorum jacturam alicui intulerit, quo ſceleris ſui notam ferat, ipſe uno [15] orbator. Et quoniam ſcelerata manu mutilari ipſum æquum eſſet, pro manus amiſſione beſſe bonorum ſuorum mulctator: eumque in acerbæ vitæ conſolationem, cui eruti ſunt oculi, accipito. Atque ſic cæcus quidem inde quod ad ſuſtentandam vitam ſumptus accipiat, modicum quodpiam calamitatis lenimentum ſentito: ille vero in facinoris ſui pœnam, ut dictum eſt, tum altero oculo, tum bonis privator, pro manuum mutilatione. Et hunc quidem ad modum, ſi reus dives ſit, pœna procedito. At ſi omnino pauper [16] ſit, atque in anguſtiis vitam agitet, neque quicquam illi qui ipſius violentia in miſerias conjectus eſt, in compenſationem dare poſſit: ſimilis tum calamitatis & ſocius & particeps eſto, orbatusque utroque [17] lumine cæcus vivito. Si qui vero in ſcelere malefico opem [18] tulerint, ſi quidem manus rei admoverint, ſimulque oculos effoderint, eundem ad modum & ipſi puniuntor: at ſi ne una manus in oculos conjicerent, caverint, aliud autem quodpiam auxilium in facinus contulerint: his ad corporis verberationem, cute tenus tonſionem, trientisque bonorum mulctam pœna ſiſtitor. Qui vero cæcitatis auctores ſunt, prædictis pœnis ſubduntor.

CONSTIT. XCIII.

*UT SI SPONSA EX ALIO GRAVIDA [19] DEPREHENDATUR, SPONSALIA RESCINDI POSSINT [20].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUandoquidem veteres qui de ſponſalibus tractarunt, quo neſcio modo ea de re non abſolute præceperunt (ſive quod hoc de quo nunc ſancituri ſumus, inter cauſas diſſolvendorum ſponſaliorum comprehendere noluerint, ſive quod tale quiddam quale impræſentiarum exortum legis promulgationem requirit, tum nondum inciderit) nos, quod hac in parte deeſt, adimplentes, ſponſaliorum tractatum ad juſtam abſolutionem deducimus. Vetus autem conſtitutio [21] ſponſalia dirimit, aliis atque aliis de cauſis: ob diverſam videlicet de religione opinionem, & ſi alter inſaniæ morbo capiatur, ac inſuper ob nonnullas alias, atque harum utramlibet utercunque deſponſatorum haberet, ſponſalia divelli jubet. Quod vero nunc in conſiderationem noſtram venit, ſive tunc temporis, uti diximus, nondum [22] evenerit, ſive legiſlatores non eventurum arbitrati ſint, ſive qua alia cauſa ejus ſilentio prætereundi fuerit, inter dictas cauſas non commemoratur. Eſt autem iſtiusmodi ſponſam quandam furtivis complexibus ab alio eſſe gravidatam, cum illa interim ſponſalem præ ſe caſtimoniam ferret, ſponſaliorum tempore compertum eſt. Atque hoc quidem illud eſt quod veteribus legibus comprehenſum non eſt. Nos igitur quod deſit adjicientes, decernimus, ut *non modo* propter diverſitatem religionis, neque propter mentis emotionem, aut alias ob cauſas [23]: verum etiam propter hoc, quo nihil magis matrimonio adverſatur, quos ſponſaliorum opinio, non veritas copulavit, disjungantur. Quomodo enim vera ſponſalia ſunt, in quibus nihil verum neque genuinum conſpicitur? ubi meretricium [24] ſe offert ſcelus, ubi cauſæ ſunt diſſidiorum & odii, ubi animorum alienatio: (quæ mala acervatim omnia pariter cum peregrino, alienoque ſemine ſuſcipiuntur) quomodo ibi matrimonialis concordia, quomodo purus ſponſalisque eſt amor? Quin ut quispiam alterius fœtum ſibi ſubjiciat, id vero ratio non patitur. Neque item juſtum eſt, ut qui ſpe honeſtæ caſti matrimonii oblectationis ſponſam in domicilium ſuum recipere conſtituerit, ſi illa matrimonii legibus inſultet, & cum [25] aliis laſciviendo, oblectationis ſpem evanidam ipſi reddat, in meretricia illa facilitate ipſam uxorem agnoſcere debeat.

CONSTIT. XCIV.

*LEGIS [26] QUÆ DE CONSULATU [27] AGIT, ABROGATIO [28].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUoniam noſtra legum repurgatio [29] hunc ſibi propoſitum finem habet, ut non modo illa quæ ſubinde rerum ſtatum labefactant, verumetiam quæ longo tempore ſilentio obruta, inutilia prorſus, & tanquam propter cariem publico uſu non contrectata eſſe videntur, e legali ſolo deleat: conſequens eſt, ut & quæ de conſulatu tractat legem [30], tanquam nihil in præſenti ad rempublicam pertinentem, cum aliis inutilibus legali corpori

1 De tertiis nuptiis, vide conſtitutionem Porphyrogennetæ *Nov.* 1. *c.* 2. *verſ. ut autem* ℸ. 2 111. ſc. Neocæſarienſis. 3 Tempus aliquod pœnitendi Bigamis & Trigamis imponitur. Illud abjiciendum *d. c.* 3. *& c.* 7. *ejusdem ſynodi*, vetari presbyteros intereſſe nuptiis ejus, quæ ſecundo nubit. privabant enim nonnulli benedictione ſecundas nuptias. vide Auguſt. *ſer.* 243. Ambroſ. *in cap.* 7. 1. *ad Corinth. & in* 3. *cap. primæ ad Corinth. concilium Lateranenſe ſub Alexandro* 3. *tit. de ſecund. nupt. c.* 1. 4 Hinc illud Nazianzeni, τὸ πρῶτον συνοικέσιον, νόμος· τὸ δεύτερον, συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία· τὸ τέταρτον, χοιρώδης βίος.
5 Ut turtures. 6 *Canon.* 3. 7. Neocæſarienſ. *ſynod. l.* 31. *q.* 1. *c. de his qui. Baſilius c.* 4. *ad Amphilochium, ubi vide Balſamonem.*
7 Concubinam habere non licet, *ut hic.* & ita abrogatur *tit. ff. & Cod. de concubinis. l.* 13. *ff. ad L. Juliam de adult. & ſimiles.* Olim quidem conſtante matrimonio, concubinam habere non licuit. *Nov.* 18. *c.* 5. *Nov.* 89. *c.* 12. §. 5. Cæterum non concubina a meretrice diſcrepat: concubina unius tantum conſuetudine utitur: meretrix vero plurium. Concubina cum uno tantum peccat, meretrix cum pluribus. *Balſamon ad canon.* 26 *epiſt. Baſilii ad Amphilochium.* Goth. Vid. Goedd. *ad l.* 144. *ff. de V. S.* Anſ. 8 *ff. & C. de concubinis.*
9 Concubinatus jure divino reprobatur. adde Clar. 5. *ſent. §. fornicatio.* vid. *& in pr.*
10 Extat epitome apud Harmenop. 6. *tit.* 1. §. 6. explicare videtur pœnam talionis, de qua *Exod.* 21. 11 Moſis forte, *Exod.* 21. aut XII. tabular. de qua ad easdem dixi.
12 Ὁ τῶν ἐν τοῖς θείοις ἡμῶν ἀποφερόμενος. Scrimg. forte intelligit ſacrorum officiorum magiſtrum. 13 Ut deſit utilitas excæcato, intereſt tamen excæcantem alium, pœnam graviſſimam talionis pati, ut cæteri ab hujusmodi petulantia, metu graviſſimæ pœnæ deterreantur. 14 Qua pœna dives afficiatur, qui ambos oculos alteri effodit.
15 De pœna unum oculum alteri excæcantis. Sic unus oculus pro primo furto eruebatur apud Langobardos, *l. ſi quis latro. de latronibus in legibus Longobardorum.* 16 Qua pœna afficiatur pauper, qui ambos oculos alteri effodit. 17 De pœna excæcationis utriusque oculi. Eadem olim pœna plectebantur ſacrilegi, *l.* 11. *in fin. ff. ad l. Jul. pec.* Wiſigothorum lex ſtatuerat oculos erui patri, vel matri, qui abortu necem geſtati uteri procuraſſet, *l. ult. de exec. hom. pa. l.* 6. *C. Wiſigoth. tit.* 3. Locrenſium quoque lege lata a Zaleuco adulterum utroque oculo privari oportebat 5. Val. 6. Exempla regum & principum excæcatorum pete ex hiſtoricis. 18 Qua pœna afficiatur, qui alteri excæcando vel manuum opem præbuit, vel conſilium dedit.
19 Adde 4. Harmenop. 1. §. 27. 20 Videtur reduci quodammodo verſiculus 13. 14. & ſeq *Deut.* 22. Severior tamen fuit lex Moſis, ut quæ ſponſam ſtupri compertam lapidibus vellet obrui: ſed tamen hæc conſtitutio pertinet ad ſponſam non tantum ſtupri, ſed gravidam compertam, vid. Harmenop. 4. *tit.* 2. περὶ λύσεως μνηστείας. adde quæ ſcripſi ad *l.* 11. §. 1. *ff. de contr. empt. l.* 1. §. *ſi quis virginem* 5. *ff. de act. empt.* 21 *l.* 5. §. 1. *C. de ſponſalib.* 22 Hujus Novellæ caſum admodum ſpecialem eſſe collige. 23 Quod erat conſtitutum *d.* §. 1. 24 Hinc colligere poſſis, cum meretrice, niſi reſipiſcat, connubium non eſſe, *c.* 1. *c. non eſt culpandus* 32. *q.* 1. *cap. inter opera de ſponſalibus c. ultim. de condit. appoſit.* 25 Facit *Nov.* 31. ſ. *eod. Nov. Juſtin.* 22. *cap.* 15. §. 2. *Nov.* 117. *cap.* 8.
26 *Nov. Juſt.* 105. 27 Et miſſilibus. 28 Adde *Nov.* 47. *&* 78. ſ.
29 Ἀνακάθαρσις. hoc ſatis innuit Leonem autorem eſſe τῶν βασιλικῶν repetitæ prælectionis ſeu ἀνακαθάρσεως, vid. Cujac. 6. *obſ.* 9.
30 *d. Novell.* 105. *& ſimiles.*

eximat. Olim quidem conſularis dignitas veneranda erat, venerandoſque qui ipſam ſubirent, & magnificentia præſtantes efficiebat. ac idcirco quibus conſulatum gerere obtingeret, pro honore quem ex dignitate perciperent, remunerari rempublicam volentes, liberalia [1] promiſcue plebi munera elargiebantur. Ac initio quidem, quantam munificentiam faceret, cujuſque arbitrio permittebatur: poſtmodum autem ad certum modum decreto legali circumſcribi illam placuit. Atque hoc quidem donec conſularis dignitatis in republica majeſtas floruit, obſervatum eſſe apparet. Nunc vero, quum qui omnia [2] mutat, temporis curſus, hanc etiam conſularem magnificentiam e priſtina gloria & amplitudine in abjectam ſpeciem transformarit: ac vero qui ad illam procedunt, interdum ſibi non ſufficere, nedum aliis erogare quicquam poſſint: illam de conſulatu legem, quam propterea altum ſilentium occupavit, cum aliis inutilibus, ut dixi, fruſtra legalibus conſtitutionibus immiſtam, decreto majeſtatis noſtræ illinc eximimus.

CONSTIT. XCV [3].
DE AVULSA TERRÆ CRUSTA [4].

Idem Imperator eidem Styliano.

ANtiquioribus, quæque ante natæ ſunt legibus ortus cauſam rerum uſus præbuit. Legiſlatores enim quæ in communem vitam incidunt, ſingulatim accurate excutientes, pro illorum natura leges condunt. Quoniam ergo ex [5] communis vitæ negotiis (quemadmodum diximus) legibus naſcendi occaſio exiſtit, & vero propter novam quampiam rem, quæ ad veterem aliquam legem referri non poteſt, lege [6] opus eſſe videmus, quo videlicet ſi alias quoque iſtiuſmodi aliquid contingat, id legitime dijudicari poſſit: legem pro conditione rei in rerum naturam producimus. At quæ illa lex? Quando diverſi dominii agri ſibi invicem adjacent, & alter ſuperiore loco [7], alter autem depreſſo [8] & campeſtri ſitus eſt, ſi [9] ſuperioris & impendentis agri pars aliqua cum arboribus aut ſine his prærupta, ſubjacentem [10] agrum, qui ruinam excepit, obtegat, ne ſimpliciter, neque inferioris agri dominus avulſam materiam tanquam ſuam vindicet: neque ſuperioris dominus, qui avulſionem paſſus eſt, de finium qui ruinam incidentem exceperunt, dominio, illi litem moveat: ſed inferioris agri dominus ſuperioris [11] agri domino, ſi divulſam materiam (ſive arboribus conſita ſit, ſive [12] illis vacet) recipere & aſportare velit, id permittat: ille autem optionem habeat utrum receptam, ſuiſque finibus reſtitutam materiam, quemadmodum ſolet obtinere: an vero (ſi illam aſportare nolit) prorſus tum a materia, tum a finibus qui illam exceperunt, abſtinere, neque agri qui divulſa ſuſcepit, domino negotium faceſſere velit. Quemadmodum enim quum domus ſibi invicem adjacent, & alterius ſtructura ſupereminet, alterius humilis & preſſa eſt, ſi eminentiorem domum in humilem collabi contingat, dominus ejus aut [13] delapſam materiam recipere, aut, ſi id nolit, illa prorſus cadere: neque domus quæ caſum excepit, dominum inquietare debet, ita hic quoque eo ad conſequentiam & exemplum tracto, idem cuſtodiri & obſervari convenit.

CONSTIT. XCVI.
* DE SEPULCHRO VIOLATO [14].

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæ delicta ſola animi nequitia committuntur, nullaque naturali neceſſitate excuſari poſſunt, his neque [15] venia tribuenda neque inferendæ pœnæ effugium concedendum eſt. Quæ vero non omnino a malitia procedunt, ſed mixtam [16] naturæ violentiam habent, his utique ab illis, qui propoſita ſibi naturæ vi judicare volent, venia non denegabitur. Ex hac ego ratione civile, ſacrumque decretum, dum de ſepulchrorum perſcrutatoribus ſtatuunt, ſibi mutuo non contradicere conjicio. Civilis namque lex [17], malam voluntatem tantummodo intuens, negata prorſus venia, id delictum punit [18]: ſacra [19] vero (ad paupertatem, quæ humanam vitam miſere vexat, ſæpeque preſſos non audenda audere [20] cogit, ni fallor, reſpiciens) pœnam in deprehenſos non conſtituit. Nos itaque ad utrumque decretum nos accommodantes, ac, quoad fieri poteſt, pœnam atque veniam inter ſeſe conjungentes, ſancimus, ut qui ſemel duntaxat id auſi fuerint, leni miſericordique ſententia feriantur: qui vero ex clementia illa iterum peccandi occaſionem rapiunt, nec inde prudentiores facti a malitia deſiſtunt, nullis precibus admiſſis pœnam ſuſtineant. Illa autem in dorſi verberatione [21] criniumque [22] tonſione conſiſtet.

CONSTIT. XCVII.
UT IN [23] CONTESTATIONE LITIS, ET MAGISTRATUUM [24] INITIO JURETUR [25].

Idem Imperator eidem Styliano.

TAmetſi lex quæ in magiſtratuum initio [26], litiumque conteſtatione [27] jurandum præcipit, divino juſſui qui jusjurandum prorſus evitandum præſcribit, aliquo modo contradicere videatur: tamen ſi quis verborum mentem perſpiciat, non in contrarium illam rogatam eſſe, ſed e diverſo jurisjurandi ſuſceptione idem quod ejus prohibitione ſacra lex [28], efficere conari deprehendat. Etenim hæc quidem, quo mendacio prorſus viam præcludat, in univerſum [29] jurare vetat: illa [30] vero, dum hoc ipſum vult, ad fugandum mendacium jusjurandum in auxilium aſſumit. Quapropter nobis non in verborum formam, ſed propoſitum illorum finem cogitationes adigentibus, non aſpernari civile decretum, tanquam [31] cum divino & Domini noſtri mandato pugnet: ſed tanquam eodem vergat, illi honorem conſervare viſum eſt. Cæteroquin etiam hoc ſentimus, Domini juſſum non ſimpliciter ad moderanda communis vitæ negotia, ſed ad conſtituendum illis, qui ad beatam illam ſublimitatem aſcendere deſiderant, in perfectiorem rempublicam gradum eſſe promulgatum. Cujus ſane generis nonnulla etiam alia ſunt, ut hoc [32]: *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid eſuri ſitis, & ne reponatis theſauros in terra &c.* quæ eodem dicta ſunt. Hæc enim & ſimilia ſeorſum perfectioribus demandantur. Ea propter nos civili legi ſuam vim (quomodo diximus) imminutam conſervantes, ſancimus, ut qui magiſtratum ineunt, litemve conteſtantur [33], ſeveritatem mendacio prælaturos, nec ullo modo recta via declinata, in obliquam fraudis ſemitam conceſſuros, jurejurando affirment.

CONSTIT. XCVIII.
* DE POENA EUNUCHORUM, SI UXORES DUCANT.

Idem Imperator eidem Styliano.

LEgum ortus, tum ut reſpublica recte conſtituatur, hunc ſibi finem proponit, tum interdum naturæ injuria affectæ auxilium offert. Juſtum eſt ergo, ut nunc etiam de hac ſpecie, an eunuchos in matrimonium conjungi liceat, in quæſtionem ducta, lex enaſcatur. Sed priuſquam illa proponatur, rem examinare, & an iſtiuſmodi conjunctio matrimonium appellari poſſit, imo an omnino quæ in matrimonio peraguntur, (quæ ſunt ſacræ [34] preces, ſacrificium, carnalis [35] oblectatio ac voluptas, & quæcunque in matrimonio fiunt) fas ſit in illa perfici. Sacerdos igitur ad imitationem [36] cœleſtis a Conditore (qui ſexus ad [37] multiplicationem copulavit) pronunciatæ benedictionis [38] verba ſacra effatur. Humani autem ingenii voluptas & lætitia ad [39] geniales complexus, & [40] utriuſque ſexus fœtum reſpiciens, progreſſum facit. Sponſorum enim parentes [41], dum ſe viſcerum ſuorum viſuros fœtum, & ſponſi ipſi, dum ſe in lucem edituros generis ſucceſſores ſperant, multiplici voluptate perfunduntur. At hic nihil tale ſubeſt. Quali enim cum oblectatione illi [42] conveniant? quale [43] ſacrificium [44] eorum aggregationem ſtabiliat? Quum autem illorum conjunctio adeo omni oblectamento vacet, & conſecrationis, ſacrificiorum, benedictioniſque adeo non capax ſit, quomodo in ipſos matrimonii appellatio quadrabit? Imo quomodo non aliqua quæ nefariis [45] debetur, idque ex lege ipſos pœna ſequetur? Atque quod ne ab initio quidem matrimonium vocari poſſit, breviter ita dictum ſit. Sed magis exactiuſque rei indignitatem oratio exploret. Rerum conditor quum initio marem & fœminam conſociaret ad largum quod inde extiturum eſſet, incrementum reſpiciens, conſociationem illam faciebat [46]. Quin & naturæ (quæ tanquam famula, quantum poteſt, a conditore tradita præcepta obſervat) ut in hoc matrimonio conſuetudo ineatur, quo [47] ſobolis procreatio procedat, quod quidem ab ipſa tale miniſterium Conditor præſtari velit, propoſitum eſt. Si igitur vel hic quod naturæ Conditor, ipſaque natura voluit, apparet, quod prohibendum ducimus, ne prohibeatur: ſin minus (ut certe nihil iſtiuſmodi eſt, ſed contraria omnia, & nulla ad implendam Domini voluntatem vis & ejus generis, quiddam quod natura non agnoſcat) quare non omnibus modis prohibebitur? Quod [48] ſi quis contentionibus gaudens, dicat, ſi propter ſterilitatem eunuchi a conjugio ſecluduntur, multis etiam aliis conjugium interdici debere, quum non omnes quicunque in conjugium coëunt fœtificos ſe præſtent: ad contentionem in promptu eſt reſponſio [49], quod tametſi nullus ex iis fœtus gignatur, non tamen in hoc congregati ſint, ne quam communi vitæ utilitatem conjugalis [50] copulæ adferant: quum potius contra procreandorum [51] liberorum deſiderio congregatos conſtet, quos effectum deſiderio reſponſurum opinantes in eventu ſpes fefellerit: hic vero ut tale aliquid dici poſſit, permultum abſit, quum qui ad peregrinam [52] illam commiſtionem convenerunt, liquido ſcientes ſe ſteriles [53] ac ad gignendum inutiles convenire, naturæ quaſi inſidiati ſint. Ac ſane ob hoc duntaxat odio etiam ambo digni ſunt: mulier, quod cum conjugalis conſuetudinis cupida fœcundo

1 Φιλοτίμους δωρεὰς. miſſilia intelligit. 2 Tempus omnia mutat. 3 Hæc Novella laudatur ab Harmenop 46. *Leonis* vid. Harm. 4. §. 152. 4 Περὶ τοῦ ἀποσπασθέντος ὑπερέχοντος τόπου. *Scrimg.* ὑπερέχων τόπος, qui & infra ὑπερκειμένη χώρα, & ὑπερκείμενος ἀγρὸς, ὑπερτιθέμενος ἀγρὸς, locus eſt ſive ager ſuperior, cui ὑποκείμενος opponitur, de quo *lex* 1. §. 22. §. 23. *ff. de aqua & aqua pluvia.* Reducitur ergo dicta *lex* 7. 8. *&* 9. *in pr.* §. 1. *&* §. 2. *ff. de damno infecto* 5 Leges unde oriantur. 6 Videtur Leo ignoraſſe legem 9. §. 2. ibi: ſi ex fundo tuo cruſta lapſa ſit in meum fundum *ff. de damno infecto.* 7 Ὑπερκειμένην ἔχοντος χώραν. 8 Τοῦ δὲ ὑποκειμένου. 9 Ἐὰν ὁ ὑπερκείμενος ἀγρὸς. 10 Τὸν ὑποκείμενον τὸ ῥῆγμα δεξάμενον ἐπικαλύψῃ. Scrimg. 11 Τοῦ ὑπερτιθεμένου ἀγροῦ. 12 Εἴτε φυτῶν ἐρήμη. 13 *l. 7. §. ult. l. 9. ff. de damno infect.* 14 Et ejus delicti pœna in tonſuram & fuſtuarium mutata, cum olim criminaliter & pecunialiter de eo ageretur, *l. 8. l. 9. ff. de ſepul. viol.* 15 Quæ conſulto conſilio fiunt delictis, venia aut indulgentia dari non poteſt. 16 Ἀλλ' ἔχει καὶ τινα μίξιν φυσικῆς τυραννίδος. 17 *l. 8. l. 9. ff. de ſepul. viol.* 18 Criminaliter & pecuniaria pœna, *d. l. 9. Phot. 9. Nomocan. 27. & 13. c. 23. ubi Balſamon hujus conſtitutionis mentionem facit.* 19 Vid. Petrum Greg. 33. *ſynt.* 14. 15. 16. 20 Magna paupertas opprobrium, jubet quidvis facere & pati. 21 Sepulchri violator per fuſtuarium & tonſuram punitur, *ut hic*, Balſamon 13. *Nomocan.* 23. Baſil. *epiſt. ad Amphiloc.* 66 undecim annis privat communione: adde Nyſſenum epiſt. ad Lytoium Epiſcopum Mytilenes, *c.* 6. 7. 8. 22 Καὶ τριχῶν ὁμιλοθήσεται κουρᾷ. adde *Nov.* 96. ſ. *eod. &* 105. J. *eod.* 23 Ἐν ἀρχῇ τῆς δίκης eandem vocat, δίκης σύστασιν. J. *eod.* vid. *Nov* 49. *c.* 3. 24 Καὶ εἰς τὸ προβληθῆναι. ſic J. ἐπ' ἀρχῶν προβολῆς. 25 Et ita conſervatur titulus Codicis de jurejurando propter calumniam, *Nov.* 49. *c.* 3. 26 Ἐπ' ἀρχῶν προβολῆς. 27 Δίκης συστάσει. 28 *Matth.* 5. *v.* 34. 29 *d. verſ.* 34. 30 Civilis ſcilicet. 31 Lex civilis de jurejurando non pugnat cum lege divina. 32 *Matt.* 6. *v.* 25. 33 Cujac. *ad Nov. Juſtin.* 49. colligit ex hoc loco. Juramentum de calumnia non eſſe de quacunque, ſed de litium conteſtatione tantum, & dari in cauſis civilibus tantum, non in criminalibus. ut hac Novella conſtat & 107. J. nam in criminalibus ſufficit inſcriptio. Fridericus tamen *conſtit. de pace tenenda, & de incendiariis,* id etiam exigit in cauſis criminalibus, non (ut plerique opinantur) etiam Henric. *l.* 2. legum Longobardorum, cujus conſtitutionem retulit Honorius *c.* 1. *de juramento calumniæ.* Neque enim hoc dicit Henricus, Clericos neque in civili, neque in criminali cauſa jurare de calumnia, ſed nullo eos modo ulla in cauſa jurare. Hic adde l. 1. *l.* 2. *C. de juram. calumn.* in ſpiritualibus de calumnia jurari non vult Eugenius *c.* 2. *extr. de juram. calumn. vult tamen Bonifacius. v. c.* 1. *in fin. de juram. calumn. in* 6.

34 Οἷον εὐχὴν ἱερὰν ἢ τελετὴν &c. vid. *Nov.* 89. ſ. *eod.* 35 Ἡ ἀνθρωπίνην τινα τέρψιν καὶ θυμηδίαν. 36 Ritus conjugibus benedicendi ab inſtitutione divina deſumptus. 37 *Gen.* 1. *verſ.* 28. *& c.* 9. *verſ.* 1. 38 Εὐλογίας formulam divinam intelligit, *Creſcite & multiplicamini.* 39 Πρὸς τὸ τῆς γεωργίας τέλος ἀφορῶσα. 40 Καὶ τοῦ γένους ἑκάστην τὴν βλάβην. *Scrimg.* ἑκάστῳ τὴν βλαστήν. Agyl. 41 Sincera voluptas conjunctionis matrimonialis in quibus conſiſtat. 42 Eunuchi ſcil. ſpes procreandi deeſt eunucho. Ejus itaque conjunctio præcipua conjunctionis voluptate deſtituitur. 43 Quaſi dicat, vana & irrita erit precatio & formula: Creſcite & multiplicamini, ſi eunuchi nuptiis benedixeris. 44 Moris enim erat ſacrificium fieri, vid. *Nov.* 89. ſ. *eod.* 45 Eunuchi matrimonium quaſi nefarium eſt. 46 *Gen.* 1. *verſ.* 28. 47 Iſque matrimonii finis præcipuus. 48 Ratio prima dubitandi. Si propter ſterilitatem eunuchi conjugio arcentur, ergo & ſteriles & ſenes. 49 Reſponſio ad objectionem. 50 Τῆς γαμικῆς γεωργίας. 51 Παιδοποιΐας. 52 Ἔκφυλον μίξιν. 53 Ὡς ἄκενοι καὶ ἄκαρποι.

ſe jungere potuiſſet, infœcundum & ſterilem prætulerit: eunuchus vero, quod ut in vanum Dominus benediceret, impotentia ſua effecerit. Si [1] quis porro fundum ex quo alius aliquis fructus metat, vaſtet, & incultum relinquat, an hunc tanquam malum, atque perniciosum odio habebimus, ejusque ſi fieri poteſt inſtitutum reprimemus? illi vero qui fundum ex quo ratione præditum germen pullulet, deſolat, & inutilem reddit, tanquam nihil indignitatis committat, id facere permittemus? Et ſane quid quisquam dicat? Sed [2] Paulus, inquiunt, ait [3], *Matrimonium contrahere quam* [4] *uri* [5] *ſatius eſt*: quapropter naturalis fervoris contemplatione conjunctio prohiberi non debet. Sed [6] tu qui Paulum laudas, ad Pauli verba attende. Matrimonium contrahere [7], inquit, id eſt, per matrimoniale commercium cum muliere conjungi. Si igitur tua cum muliere commiſtio, conſociatio matrimonialis, & benedictione quæ in matrimonium coëuntibus debetur, digna eſt, matrimonium illam nomina, & obſerva uxorem: ſin ne tantillæ quidem benedictionis unquam capax fueris (quæ enim aut qualis conſecratio in iis, qui ſimul contra Conditoris decretum, ſimul contra naturæ legem conjunguntur, locum habeat?) quid Paulum in approbationem cœlibis [8] tui & peregrini [9] matrimonii pertrahere audes? Ad hoc vero ſi qui [10] ipſis naturalem & propriam marium potentiam exſecant, hoc conſilio id faciunt (tametſi vitioſe ac quadam in Deum rebellione id faciant) ne amplius viros ſe exhibere queant, ſed quantum ad libidinis ſtimulos attinet, prorſus elangueſcant, cubiliſque [11] fidi, & in quos ſuſpicio non cadat, cuſtodes ſint (quod ſane ipſe vocis [12] ſonus promittit) quomodo in hoc non juſtam adverſum ſe indignationem cudent, quod non ſolum inimicam [13] naturæ voluntatem capeſſant: verum etiam illis qui licet malitioſe, quomodo tamen ipſis videretur, utiles illos reddere ſtudio habuerunt, adverſari deprehendantur? & quum novum [14] atque peregrinum ſexum repræſentent, non tamen ſe neque initio attributæ naturæ, neque qua transformati ſunt, malitioſæ arti accommodent? Propterea ſancimus, ut ſi quis eunuchorum ad matrimonium procedere comperiatur, & ipſe ſtupri [15] pœnæ obnoxius ſit: & qui ſacerdos iſtiusmodi conjunctionem profanato ſacrificio perficere auſus fuerit, ſacerdotali dignitate denudetur.

CONSTIT. XCIX.

UT QUI JUSJURANDUM DEFERT, PRIOR [16] DE CALUMNIA JURET.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUæcunque ad recte cavendum ſpectant, quæcunque ad bonos mores pertinent, hæc & ſingulis & univerſæ reipublicæ, quæ a me adinvenienda dummodo poſſim, aut ab aliis inventa in publicum uſum deducenda petant & contendant, in medium pono. Ac idcirco ſupra alias hæc etiam lex, quæ cum qui aliquem ad jurandum adigit, ſe [17] nullo dolo malo, neque faceſſendi negotii animo, ſed ut rei, cujus ambiguitate ratio ipſius æſtuat, veritatem cognoſcat, jusjurandum exigere, prius jurare jubet: quum velut diſperierit, qui reviviſcat digna viſa eſt. Quum enim id decretum recte veterioribus placuiſſet, recentiores ejus cautionem negligentes, delato jurejurando, a quo exigitur, hunc id ſubire volunt: qui vero exigit, de eo nihil ſoliciti ſunt. Statuit igitur noſtra majeſtas, ut ſecundum veterum [18] legiſlatorum decretum juramentorum forma ſervetur: & qui ab adverſario auferre jusjurandum conatur, quam fidem ex aliis quærit, de moribus ſuis prius ipſe præſtet: *quod nempe non dolo, ſed neceſſario & inevitabili de cauſa ad deferendum jusjurandum procedat.* Exiſtimo [19] enim, quum ambo ita ad jurandum adigentur, aut dilucidiorem in juramentis exituram veritatem, aut hos aliquo modo reprimendos, neque tam prompte alacrique greſſu, atque nunc progredi videntur, ad deferendum jusjurandum prodituros.

CONSTIT. C.

DE SERVIS QUI LIBERIS IN MATRIMONIUM CONJUNGUNTUR [20].

Idem Imperator eidem Styliano.

LEges, quia ex benigno [21] judicio prognatæ ſunt, bona ſua ordinatione & moderamine iis etiam controverſiis, quæ non admodum crebro [22] in res humanas incidunt, auxilium ferre inſtituunt. At vero quum tantæ benignitatis ſint, quomodo non longe magis eorum, quæ in hominum vita aſſidue verſantur, curam ſuſcipient? Si enim [23] medicus quiſpiam iis quæ minus angunt curam adhibeat, quæ vero magis angunt, negligat: id quod minus angit, non per peritiam & prudentiam curare videatur? Ea propter legum dignitati plus majeſtatis attribuentes, quod hactenus ex [24] conſuetudine dijudicatum eſt, de iis nempe qui inæquali fortuna (libera videlicet & ſervili) amore inſtigante in matrimonium conjungi contendunt, in legem includimus, ac ſancimus, ut ſi homo liber ſervilis perſonæ nuptias ſectetur, ſub duplici hac conditione matrimonium ineatur, ut is aut æqualem cum ſervili perſona, cui per amorem aſſociatur, fortunam ſuſcipiat, aut pretium, quo illa ſervitute liberata in libertatem perveniat, ſolvere promittat. Atque hoc quidem, tanquam inæqualis matrimonii arrham quandam, eum qui conſuetudinis ſocietatem cum ſervili perſona init, perſolvere oportebit. Statuimus vero etiam, ne domini hac in re ſe inhumanius gerant: &, ſi perſona quæ ſervum in matrimonium delegit, ſervire malit, utriusque ſervitus domini [25] morte terminetur: eaque ubi inciderit, cum [26] liberis, ſi quod ipſis matrimonium largitum eſt, dimittantur liberi: ſin in ſervitutem non conſentiat, neque in promptu habeat, unde pretium plene perſolvat, libertate per vim mulctetur: ſed ſerviens apud eundem dominum, mercede quotannis binis ſolidis æſtimanda, ſervitutem tot annis duret, quot pacto pretio in plenam ſummam deducto dominum ſatis pro ſervo accepiſſe, neque juſtam cauſam ad detinendum amplius habere, ſunt oſtenſuri.

CONSTIT. CI.

DE SERVIS CONJUGIBUS [27], SI ALTER ILLORUM LIBERTATE DONETUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

NOn ſolum quod inter perſonam liberam & ſervilem ab initio contrahitur matrimonium, ſed quod communiter, in ſervitute degentes in pari fortuna contraxerunt, hoc etiam, altero illorum forte a domino libertate donato, altero vero in ſervitute retento, ad inæqualitatem redactum eſt, ex iſtiusmodi cauſa valde contentioſas ambiguitates & quæſtiones, eo quod lege dijudicatum non ſit, perſæpe exſuſcitare conſpicitur. Quum itaque hoc quoque a noſtra majeſtate lege conceptum, convenienter diſtingui deberet, hanc per quam recte dijudicetur legem accepit. At vero quæ illa lex? jubemus, ut ſi ſervitute liberata perſona conjunctioni ejus, quæ in ſervitute relicta eſt, acquieſcat, ſecundum formam [28] de perſonis liberis & ſervilibus matrimonio conjungendis lege comprehenſam matrimonium indiſruptum maneat. Oportet enim, ut datam ſibi libertatem non uſurpet, & æqualiter cum altera libertate non donata ſervitutis jugum ſubeat, donec [29] extremus vitæ dies domino obveniat: aut, ſiquidem libertatis dignitatem exuere nolit, pro adjuncta ſibi perſona pretium ſe ſoluturum promittat. Cæterum ſi hoc negliget, & ex libertate ſua occaſione arrepta, in ſervitute relictam perſonam in vitæ ſuæ ſtatum abripere conetur, non ſolum non hac arrogantia quicquam efficiat, neque alteri libertatem donandi poteſtatem habeat: verum etiam ipſa quam libertatem nacta eſt, hac excidat, rurſumque ſervitutis jugo collum ſubdat: utpote quæ ingrato animo benignæ domini ſui ac beneficæ voluntati injuriam intulerit, ejusque judicium, quod revereri & venerari debebat, tanquam per rebellionem contemnere cogitarit.

CONSTIT. [30] CII.

DE PRÆDIIS MARITIMIS AD REMORAS [31] PISCATORIAS CONSTITUENDAS SEORSUM NON SUFFICIENTIBUS: ET UT INVITUS ETIAM AD SOCIETATEM ADIGATUR.

Idem Imperator eidem Styliano.

MUlta [32] cumulatim bona mortalium vitæ confert prudenter & cum ratione inſtituta rerum communio. Etenim qui viribus valet, ſi cum altero, qui ſimiliter viribus valeat, communicet, longe præſtantiores atque utiliores ejus vires fuerint: & divites, ſi divitias communes faciant, majorem ex divitiis voluptatem capiant: denique ſi paupertas premat, operarum communio conſolatione, qua paupertatis acerbitas mitigetur, non indigebit. Verum quum adeo commoda atque utilis in communi vita communio & ſocietas ſit, mirabilis quædam hominum animos ſubiens pravitas, nedum aliis ad utilitatem impedimento eſt, verumetiam qui ipſam fovent, ut rebus ſuis noceri, quam ut inita cum vicinis ſocietate ipſis aliquid lucri accedat, permittere malint, perſuadet. Ac tale quiddam certe de nonnullis audivimus, qui quum maritima prædia habeant, quæ per ſe non ita multum lucri adferant, cum vicino autem & adjacente prædio communicatione conjuncta, uberiorem utilitatem reddant: ſocietatem inire, neque illa cum vicinis prædiis commiſcere (qua ratione ambo aliquid lucrari poſſent) per malignitatem nolunt: ſed contra, ſeipſos etiam damno afficere malunt, dummodo [33] vicino nocumento ſint. Verum enimvero tametſi damnum ſuum tales agnoſcere nolint, ſuaque male adminiſtrantes utilitatem per improbitatem negligant, tanquam immanes belluæ, aut propinquos lædant, in ſua vulnera proruentes: non tamen iſtiusmodi malignitatem in communi vita imperatoria noſtra majeſtas inſoleſcere patitur: neque quia illi utili cura digni non ſunt, auxilio vacuos relicturi ſumus. Quare ex parte aliqua ipſis, præcipue vero vicino, quem iſta inhumanitas male torquet proſpicientes ſancimus, ut ſi iſtiusmodi prædia mare verſus, non adeo ſingula lata ſint, ut ſepti remoratorii conſtituendi jus habeant [34] ejus juris conſequendi cauſa communione conjungantur: quo per iſtiusmodi communionem domini ex ſuis poſſeſſionibus utilitatem ſentire

1 Comparatio elegans. 2 Secunda dubitandi ratio. Præſtat matrimonium contrahere, quam uri. Eſt igitur eunucho permittendum matrimonium. 3 1. *Corinth.* 7. *verſ.* 9. 4 Sententia notanda, mirum ut ſit Tertullianum *lib. de Monogamia*, Didonem commendare, quod, ne ſecundas nuptias experiretur, maluerit uri, quam nubere. Uri cum dicit, alludit ad fabulam Didonis. 5 Uruntur enim ſpadones & qui amatores ſunt mulierum, etſi conſter eos nihil prodeſſe, ut Terentius loquitur in Eunucho *act.* 4. *ſcen.* 3. 6 Reſponſio ad ſecundam objectionem. 7 Matrimonium contrahere, ſeu γαμῆσαι, quid Paulo. 8 Αγάμυ γάμυ. 9 Εκφύλυ γάμυ. 10 De his qui ſeipſos caſtrant. 11 Καὶ τῆς εὐνῆς φύλακας. Alludere videtur ad veterem morem, quo caſtratis regii cubiculi cura demandabatur, *l.* 4. *C. de præfect. ſacri cubic.* Ambroſ. 5. *ep.* Gallicus præpoſitus cubiculi, eunuchus regius. *Socrates* 6. Εὐτρόπιος δὲ εὐνοῦχος προεςὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος. *Euagrius* 4. οἱ τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοίτοσι οὓς εὐνούχους ἡ συνήθεια καλεῖ. Adde Claudianum in Eutropio. 12 Εὐνοῦχοι τῆς εὐνῆς φύλακες, ut hic, vel παρὰ τὸ εὐνοεῖν, quod ſint benevoli, & fidem ſervare maritis didicerint, Epiph. 2. *contra hæreſes.* Phavorin. παρὰ τὸ ἐν νοῦν ἔχειν, quod mentis compotes eſſe exiſtimentur, id eſt, quod venereis abſtineant, quæ veteres ἀνόητα dixerunt. 13 Caſtrantis ſeipſum voluntas, naturæ inimica, vide *Canones Apoſtolorum* 21. 22. 23. ubi plenius diximus. 14 Καὶ ξένον τι γένος ὑπάρχουσι. 15 Eunuchus uxorem ducens, pœnæ ſtupri obnoxius.

16 Reducitur lex vetus 34. §. 4. *l.* 37. *in fin. ff. de jurejur. l.* 9. *C. de reb. cred. & jurejur.* His adde quæ de juramento calumniæ dixi *Nov.* 97. Š. *eod.* 17 Οὐδὲ ἀπὸ γνώμης δηλονότι κινουμένης. *Scrimg.* δολιότητι κινουμένης. Cujac. 17. *obſ.* 32. ſic & J. *Nov.* 107. δολιότητι γνώμης. quod eſt dolo malo, malitia mala. 18 Vid. *d.* §. 4. *d. l.* 37. *d. l.* 9. 19 Ratio decidendi. 20 Et eorum ſtatu ac pœna. 21 Sumitur enim in dubiis, cauſarum benignior interpretatio, vid. *l.* 168. *ff. de reg. jur.* 22 Id eſt, quod raro. 23 Comparatio. 24 Ex conſuetudine lex. 25 *Nov.* 101. J. *eod.* 26 Facit *lex* 3. *ff. de liberali.* 27 Περὶ δούλων ἐν συζυγίᾳ ὄντων. *Scrimg.* 28 De qua dictum eſt *Nov.* 100. Š. *eod.* 29 *d. Nov.* 100. 30 Hæc conſtitutio ex earum genere eſt, de quibus ante Leonem nihil conſtitutum fuerat. Hoc autem definit, vicinos invitos cogi ad ſocietatem remorarum piſcatoriarum, ut hæc conſtitutio vice ſit exceptionis ad *leg.* 26. §. 4. *ff. de cond. ind.* & alias, de quibus dixi ad *l. ult. C. comm. divid.* 31 Περὶ ἐποχῆς κατάςασιν. adde *Nov.* 57. Š. *eod. Nov.* 103. 104. J. *eod.* ἐποχὴ, *retenue.* 32 Laus communionis; de incommodis, vid. *l.* 26. *ff. de ſervit. præd. urban. l.* 77. §. 10. *ff. de legat.* 2. 33 Malignitatis evidens eſt argumentum, ſibi nocere velle, ut alteri noceas. de vicino dixi ad *Novell. Juſtin.* 63. *c.* 1. 34 Quid ſi non habent? vicinus de ſuo tenetur conferre, & invitus cum eo inire bonorum ſocietatem,

possint: & si dominorum alter communionem facere nolit, ad illam invitus [1] etiam compellatur. Quum enim quamvis invitus aliquis beneficii [2] particeps fit, id benignitatem etiam esse persuasum habemus. Hic autem longe major se exerit benignitas, ubi non solum qui beneficium non agnoscit, illo tamen afficitur: verumetiam qui illo inique privabatur, id sentit & percipit.

CONSTIT. CIII.

DE IIS QUI DE MARITIMIS PRÆDIIS [3] AD [4] CONSTITUENDAS REMORAS PISCATORIAS SOCIETATEM INEUNT [5].

IN societatibus usitatum est, ut fere [6] qui [7] plus contulit, idem plus lucri sentiat. Et recte sane negotium instituunt, inter quos ita convenit. Veruntamen de maritimis prædiis societate inita, non ideo recte, cujus prædium latius est, eo cujus arctius est, majus lucrum auferat. Exempli gratia, hujus prædium centum passus latum sit, illius vero longe angustius, si hæc conjungens communio inde utilitatem suppeditet, ut æqualiter, non autem secundum cujusque portionem, proventus inter socios dividatur, rationi consentaneum est. Quid ita? quia in aliis negotiis (in collatione pecuniarum nempe, aut pecorum, aut etiam, si quis ita velit terrestrium locorum) unaquæque res quæ in communionem coiit, per se domino, quantum ejus natura fert, utilis, esse possit: in maritimis vero prædiis id similiter se non habeat. Nam non quemadmodum illa, sic quoque maritimi juris portio, in se considerata, peculiare lucrum habet. Non enim præda [8] ibidem semper loci consistit, tanquam venatores expectans. Alioqui vero, etiam quod major portio propter minoris defectum inutilis sit. Quis enim ex re imperfecta usus aut utilitas? Additio autem minoris quum imperfectionem expleat, quodque per se ad nihil conducat, utile reddat, rationi consentaneum sit [9], ut utilitatis ex majore portione, quæ citra accessionem minoris nihil emolumenti adferat, provenientis æqualem partem domino suppeditet. Propterea igitur legem etiam quæ deinceps juste hoc gubernet, Imperatoria nostra majestas profert. Statuimus vero, ut si duarum maritimarum portionum, quarum altera major, altera vero minor sit, ad constituendas remoras piscatorias in communionem conjunctio fiat, utriusque portionis domini ex æquo inter se lucrum dividant.

CONSTIT. CIV.

DE PISCATORIIS [10] REMORIS INTER QUAS LEGITIMUM INTERSTITIUM [11] NON EST.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUandoquidem sæpe usu venit, ut quum legitimo intervallo vicinæ inter se remoræ piscatoriæ non distent, contentiones atque lites exsuscitentur: de iis etiam controversiis statuimus, ut reus ubi legitime convictus fuerit, si loci spatium patiatur, eo remoras transferat, ubi tanquam legis præscriptum despiciat, litem subiturus non est: si vero quo transferat locus non sit, annorum curriculum observetur, quot in litigioso loco remorarum septum fixum [12] fuerit: & si actore præsente, nullamque protestationem interponente decem [13] annos constiterit, immotum eodem in loco permaneat: at si actor peregre sit, ut septum non moveatur, decennium non sufficiat, sed alterum annumerari oporteat, ut anni omnes viginti sint. Atque hoc quidem præscriptum in prophanis obtineat. Ecclesiæ vero & monasteria & si qua alia venerabilis domus, tum denique quæcunque ad fiscum referuntur, quum ipsis ad annum quadragesimum jura conserventur, dictum tempus despicient. Ac sic quidem de [14] remorarum statione, quæ [15] propter temporis longitudinem moveri non possint sancientes, jubemus ne actor maritimæ oræ [16] emolumento privetur: tametsi [17] quod tempus elapsum sit, obtinere litem non potuerit.

CONSTIT. CV.

SI MAGISTRATUS ALIQUIS RES FISCALES FURATUS ESSE DEPREHENSUS SIT [18].

LAudabilis res est legitima castigatio & pœna, quod incomposita emendet: & ad mala propensos, ne in illa proruant, vel invitos restringat. Laudabilis est, inquam, quando legibus convenientem servat clementiam, neque hanc excedere argui potest, neque vero castigandi prætextu crudeliorem se exhibet. Quando & pater [19] donec benigne delinquentem filium castigat, simul prudentiæ, simul castigationis nomine laudandus est: ubi vero paterno affectu abjecto, non ut [20] patrem decet, sed atrocem in modum pœnam filio infligit, non paterno more castigat, neque quisquam atrocitatem approbat. Ac sane si leges revera reipublicæ parentes [21] sunt, (quemadmodum sunt profecto) requiritur omnino, ut pro [22] ratione delictorum pœnas etiam constituant: nequaquam vero immanem aliquam multoque quam pro delicti modo graviorem pœnam imponant. Nam quomodo id legitimæ est correptionis, quomodo inde manantis medicationis, si qui cuiquam mortem intulisse convictus non sit, morte puniatur? Medici sane quidem non præcise integra membra secari jubent, & *lex quum medicorum commiseratione infinito majorem* [23] *præ se ferat commiserationem*, (*si quidem* [24] *corpora tantummodo spectat medicinæ beneficium, leges vero tam* [25] *animo, quam corpori beneficia præstant,*) tantam crudelitatem in eos, quibus mederi vult, exeret? Hæc itaque quum hunc ad modum sese habeant, placuit nostræ majestati, uti quæ lex mortem decernit in magistratum, qui res fiscales furatus esse deprehensus sit, neque vero in hunc solum, sed in illos etiam, qui hac in re illi socii fuerint: hæc tanquam ab humano legalique ingenio aliena, non amplius in legalibus constitutionibus locum habeat, neque nominetur quidem, & velut supervacanea extra rempublicam projiciatur. Dehinc vero istiusmodi magistratus pro fiscalis rei furto dignitate expellantur: quæque surripuerint, hæc in duplum dependant. Qui autem in hoc communicarunt, si divites sint, eidem pœnæ subdantur: sin pauperes, flagris cæsi ignominioseque tonsi [26] exulare jubeantur.

CONSTIT. CVI [27].

DE INDOTATIS [28] MULIERIBUS QUANTUM MARITIS MORTUIS EX IPSORUM BONIS LUCRENTUR [29].

SI rem quæ modo aliquo absurda, æquitatique esse dissentanea apparet, lata de illa lege ad decentem constitutionem deducamus, operæ pretium nos facturos videmur. At quæ illa tandem est? Quod quæ mulieres inopes (id quod non rarum [30] est) locupletibus viris matrimonio junguntur, hæ illis defunctis provenientem ex ipsorum bonis portionem (provenit autem, si pauciores quatuor liberi sint, cognominis isti numero portio, *quadrans* [31] *nempe: sin tot aut* plures, quantum quisque illorum habet) non in perpetuum dominium, neque ut de illa testari possint: sed ad vitam in usumfructum tantummodo, &, ut inde vitam sustentent, accipiant: & ipsis mortuis in liberos hujus portionis dominium transferatur, neque illis rebus suis utendi quomodo velint potestas concedatur, extra quam si nulli liberi superfint, quod infortunium illas rerum dominio beet: ut haud sciam utrum mulier ex se fructum videre præoptet, an vero ne nascatur aliquis, quo devolvendæ ad ipsam portionis domina fiat, execrabunda precetur. Hanc vero absurditatem Imperatoria nostra majestas corrigens, sancit, ne [32] istius portionis dominium mulieri auferatur, utique ipsa quomodo visum sit, de illa statuat, & nihil aliud liberis quam quod ex Falcidia ipsis competit, debeatur: tamen [33] ut priorum nuptiarum illa non obliviscatur, neque inducto altero marito prioris toro contumeliam inferat: quod si contingat, a nobis attributo dominio prorsus excidet: illaque fato functa liberi rerum domini fient.

CONSTIT. CVII.

UT ACTOR ANTE LITIS CONTESTATIONEM [34] PORRECTO LIBELLO JUDICI FIDEM SUAM PROBET [35].

SI quicquid honestum vitæque humanæ utile est, a senio liberum ac semper vernans permaneret, neque unquam ejus utilitas deficeret: id vero longe præstantissimum foret. Quamobrem etiamsi contingat (ut sane persæpe contingere solet) ut eo neglecto utilitas depereat, quorum curæ communis vitæ bona incumbunt: hi certe ut ne id quod de se multum utilitatis in commune diffundat, restituere negligant, sane quam conveniens est. Ea propter & nostra Majestas legem quandam rebus humanis multo quondam utilissimam, nunc vero velut senio confectam, & ne prorsus inutilis fiat periclitantem, ad pristinum robur reducens, senii incommodum quasi abradit, & ad primitivum ipsius usum, reique publicæ utilitatem renovat. *Lex autem* de illis, qui actionem movent, agit, ut hi priusquam ad rei disquisitionem deveniatur, de suo instituto judici fidem faciant, scripto complexi, se nullo [36] dolo malo adversarium inquietare, neque alio judicio condemnatos esse, neque in præsens scire se nullum ad tribunal aditum habere, & maligno consilio negotium facessere, neque denique mendaciis veritatem intervertere conaturos esse. Atque hæc quidem legis præscripta sunt: quæ sane recte sese habent, eaque qui transgrederetur, huic pœna infligebatur. Neque vero huic soli, sed causarum etiam patronos iisdem dicta lex adjudicabat. Itaque hanc (quemadmodum dixi) ceu deperditam [37] prorsusque inutilem redditam, Imperatoria nostra majestas, tum ad pristinas vires reducit, tum in rem publicam reditu donat. Ac vero sancimus, ut qui dehinc in judicium procedere volent: ante introitum quæ a lege præscribuntur, exhibeant.

CONSTIT. CVIII.

DE EO, QUI AD PRIMAM DENUNCIATIONEM JUDICIO SE NON SISTIT [38].

si modo præstet illi competens lucrum ex empto & locato. *Græci apud* Cujac. 14. *obs.* 1.

1 Si ita est, inviti interdum compelluntur ad communionem, & ita restringitur *l.* 26. §. 4. *ff. de cond. indeb.* & aliæ de quibus dixi ad *l. ult. C. comm. divid.* 2 Vide quæ dixi ad *l.* 69. *ff. de reg. jur.*

3 Νομαῖς. 4 Πρὸς ἐποχῆς ὑπόστασιν. *De epochis*, adde *Novell.* 57. *Novell.* 102. Ϛ. *eodem. Novell.* 104. Ϛ. 5 Non ut cæteris casibus, qui plus contulit in societatis communionem, plus lucri percipit, ita fit in orarum maritimarum communione: ideoque hæc constitutio exceptio est ad leges, quæ potiores partes conferunt plus conferenti, *l.* 6. *l.* 80. *l.* 83. *ff. pro socio.* 6 Recte hæc particula addita est. Interdum enim qui plus pecuniæ contribuit, pacti jure non plus percipit ex societate, quam qui vel minus, vel nihil (operam tamen) contulit. *l.* 5. §. 1. *ff. pro soc.* §. 2. *Instit. de societat.* 7 *l.* 6. *ff. pro soc.* 8 Ἄγρα, id est, captura. 9 Non pro ratione prædiorum *d. l.* 6.

10 Περὶ ἐποχῶν. Scrimg. *de epochis*, adde *Nov.* 57. 102. 103. Ϛ. *eod.* 11 Διάμετρον. Scrimg. 12 Ἔσχηκεν ἡ ἐποχὴ τὴν πῆξιν. recte πῆξιν: solebant enim in mari palos configere ad retia extendenda. 13 Si quis in prothyrum vicini suam ἐποχὴν porrexerit decennio, vicino præsente & tacente, aut vicennio vicino absente, non poterit tot annorum possessione moveri. 14 Περὶ τῆς ἐπαρχικῆς στάσεως. *Scrimg.* περὶ τῆς ἐποχῆς. Cujac. 14. *obs.* 1. 15 Στάσεως ὅσαι &c. Scrimg. qua & Græci & Latini sæpe utuntur.

16 Τὸ προθυρίου κέρδος μὴ στερεῖσθαι &c. *Scrimg.* quod lucrum Græci interpretantur τοπικτικὸν, & solarium, vid. *l.* 15. *ff. qui potiores in pignore.* 17 Κἂν μὴ τὸ κράτος ἔχῃ, καθάπερ. Cujac. 14. *obs.* 1. καθάπαξ, τῆς ἐκδιώξεως διὰ τὴν ἀναφανεῖσαν (Cujac. *dict. loco* legit ἀναφωνηθεῖσαν) ἀντίπτωσιν idem legit ἀντίπτωσιν.

18 Dupli pœna punitur, ut hic. non capitaliter, & ita abrogatur lex unica *Cod. de crimine peculatus.* 19 Vid. *tit. C. de emend. propinquorum.* 20 Exemplum vid. *l.* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* 21 Leges, parentes reipublicæ. 22 *Nov.* 61. Ϛ. *eod. Nov. Justin.* 82. *c.* 10. *l.* 11. *ff. de pœnis.* 23 Legum commiseratio medicinali major. 24 Jurisperitus medicum antecellit: & consequenter medicinæ studium juridico cedit. 25 Legum utilitas. 26 *Nov.* 96. Ϛ. *eod.*

27 Hæc *Nov.* 53. Leonis dicitur ab Harmenopulo 5. *tit.* 8. §. 95. 28 *Novell.* 53. *c.* 6. 117. *c.* 5. 29 Quartum scilicet & ut pleno dominio sit uxoris, ut hic, non usu solo, ut olim, & ita abrogatur *Nov.* 117. *c.* 5. *vers. si autem, ibi, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat.* 30 Sæpe evenit, ut pauperes mulieres ditioribus maritis elocentur. 31 De quarta uxori inopi competente in bonis mariti locupletis defuncti, vid. quæ scripsi ad *Novell. Justin.* 117. *c.* 56. *& Authenticam præterea. Cod. unde vir & uxor.* 32 Abrogatur *d. c.* 5. *d. loco.* 33 Id est, ita tamen ne ad secundas transeat nuptias.

34 Dixi ad *Novell.* 97. Ϛ. *eod.* 35 Id est, juret. reducitur *Nov.* 49. *Justin. c.* 3. 36 Οὔτε δολιότητι. dixi ad *Nov.* 99. Ϛ. *eod.* 37 *Nov. Just.* 47. *cap.* 3.

38 In usum revocatur *Nov. Justin.* 69. *c.* 3. *Novell.* 112. *cap.* 3. 1. Harm. 2. §. 6. *in fin.*

Neque

Neque vero hoc, tametſi neglectum hactenus contemptuique habitum ſit, incorrectum relinqui fas eſt, potiusque ut convenienti auxilio potiatur, convenit: utpote quod humanis rebus multam de ſe utilitatem præbeat. Nos itaque quemadmodum is tractatus, qui litem inſtituere volentibus formam præſcribit, innovatus eſt, ad conſimilem etiam modum hoc innovantes, ſancimus, ut qui ſemel judiciali citatione in jus [1] vocatus, neque ipſe paret, neque alium qui pro ipſo in judicio ſe offerat, mittit, iterum judicii denunciatione impetatur: cui ſi ſimiliter non obtemperet, neque tertia denunciatione indignus cenſeatur: & ſi quidem, quum tam patienter judicialis clementia ipſum expectet, ipſe nihilominus tertiam [2] citationem contemnens (quum nulla juſta cauſa comparitionem ejus impediat) neque per ſe, neque per alium judicio ſiſtat: tunc omnino etiam abſens condemnetur, & nequaquam deinceps, vel quæſtionem movere, vel condemnationem ſubterfugere ipſi permittatur. Atque hoc in utrumque litigatorem decernimus, ſive quis in jus vocatus comparere negligat: ſive quis actione inſtituta, adverſarioque in judicium producto, deinde ipſi moleſtias protelationesque litis machinans ab intenta actione dolo malo deſiſtat. Etenim hic quoque, ubi ter a judice citatus non paruerit, abſens condemnabitur, ita tamen (quemadmodum dixi) ſi nulla cauſa, quæ illum, qui ſe in judicio non obtulit, veriſimiliter purget, ad juſtam excuſationem ſubſit.

CONSTIT. CIX.

NE [3] INTRA SEPTIMUM [4] ÆTATIS ANNUM SPONSALIA INEANTUR, NEQUE ANTE DECIMUM QUINTUM MARIBUS, AUT DECIMUM TERTIUM FOEMINIS MATRIMONIUM CONSECRETUR.

Quum ſuum cuique [5] rei tempus eſſe ſapiens [6] tradat, idque communis omnium, qui modo mentis compotes ſunt, ſententia tum amplectatur, tum probet: in omni actione tempus obſervare [7], longe pulcherrimum fuerit. Quod ſi fortaſſe alibi, in contrahendis certe matrimoniis negligi non debet. Oportet enim, ut quo ea res in communi vita magis neceſſaria eſt, eo prudentius cautiusque ad illam procedatur. Quam ſane nos ob cauſam ſecundum veteres [8], qui recte hac de re lege lata ſtatuerunt, ſancimus ne quo modo ante [9] ſeptimum ætatis annum ſponſalia conſtituantur, neque matrimonium [10] ſponſa duodecim, ſponſo vero quatuordecim annis minore, ſacris [11] ceremoniis confirmetur. Atque hoc quidem quantum ad communem publicumque reipublicæ uſum attinet, ita vetitum ſit. Verum ſi Imperator [12] (ut ſæpe accidit) novam familiam conficiens, & ſponſalia, & conſecratione peragendam conjunctionem intra præſtitutos annos deſponſandis decreto permittat, id nihil legi adverſabitur. Licitum enim eſt, ut quibus Deus univerſi terrarum orbis, tanquam familiæ [13] cujuſpiam adminiſtrationem demandavit, hi ſecus quam lex quæ ſubditos devincit, præſcribat, familias cogant.

CONSTIT. CX.

UT [14] MULIER SOLUTO MATRIMONIO DOTEM SUAM PROPTERQUE NUPTIAS DONATIONEM, ET RELIQUAM OMNEM MARITI SUBSTANTIAM IN COMMENTARIUM [15] CONSCRIBAT [16], AC EO PROLATO RESARCIRI SIBI POSTULET, SI QUID DAMNI IN REBUS SUIS A MARITO SE PASSAM DICAT: CITRA [17] COMMENTARIUM AUTEM EVIDENTEMVE PROBATIONEM NIHIL PETAT, AUT PETENDO ACCIPIAT.

Quum præter alia, quæ ſancte a veteribus [18] de matrimonii rebus tractata ſunt, huic quoque tractatui ſatis proſpectum ſit: ut nempe mulier ſoluto matrimonio non quoquo modo res maritales percipiendas & detinendas vendicet; ſed ſi de illis controverſia moveatur, confectum poſt mortem mariti de dote ſua & donatione propter nuptias, reliquisque maritalibus facultatibus commentarium publice prius exhibeat: & ſi quid ex dote a marito conſumptum eſſe appareat, id ex ipſius bonis repetat, quum hoc, inquam, quomodo jus atque æquitas poſtulat, a veteribus conſtiturum ſit, ac vero nunc ejus nulla ratio habeatur: quoniam veterum prudentiæ utilitatem conſervandam ducimus, illorum ſanctionem renovantes ſtatuimus, ut dehinc omnibus modis de dote, propterque nuptias donatione, & aliis quibuscunque maritalibus rebus a mulieribus commentarius conficiatur: quo ſi quando, ad iſtiusmodi controverſiæ ſpeciem adigantur, & ad res maritales, pro eo quantum ipſarum res deteriores redditæ ſunt, procedere velint; ex eo commentario aut probatione petitionis æquitas cognoſcatur, ut tum recte res maritorum vindicent, quando commentario comprehenſa ab illis inſumpta eſſe conſtabit. Citra commentarii autem teſtimonium, neque petitio locum inveniat, neque illa contentioſe petentes aut audiantur, aut quicquam eorum quæ petunt conſequantur. Porro commentarii conficiendi tempus ſtatuimus: ut intra tres [19] menſes fiat: & cujusmodi multa veteribus in tutores conſtituta eſt, talis etiam hic procedat.

CONSTIT. CXI.

UT SI UXOR [20] MENTE CAPIATUR IDQUE NEQUE DOLO MARITI, NEQUE IPSO CONSCIO, ALIORUM MALEFICIO FIAT, ET ULTRA TRES [21] ANNOS ID MALUM DURET: MATRIMONIUM DIRIMATUR, ALTERAMQUE UXOREM DUCERE MARITO LICEAT [22].

Idem Imperator eidem Styliano.

Nihil adeo ad conſervandum genus humanum eſſe neceſſarium, atque quod [23] e coſta viro attributum eſt ſubſidium, cum artifex ille qui iſtud condidit, docet, tum ipſa natura divino documento atteſtatur. Quod cum ita ſit, par atque conveniens erat, legis providentiam, & ſi qua aliunde cura mortalium rebus ſuccurrit, iſtiusmodi de re illa commentari & ſtatuere, quæ per omnem vitam illis qui conjugii nexu uniti ſunt, auxilio gaudioque ſint: quæ initio propoſitum conjugii finem confirment, non vero contra affligant, & miſeriam perpetuumque mœrorem adferant. Si ergo conjugium tale eſſe oporteat (quemadmodum certe oportet) non ſane ſuſcipienda mihi illa lex [24] videtur, quæ ſi poſt initum matrimonium furore uxor corripiatur, maritum illam perpetuo retinere, & furoris incommodum ſemper ferre cogit. Ubi enim approbetur, ubi rationi conſentaneum, aut matrimonialis convictus ſolicitudine dignum videatur, ut per totam vitam maritus inſanienti uxori alligetur, ejusque fœditatibus conficiatur? Si enim nullus adeo truculentus eſt, ut vel momento quemquam cum feris in eundem locum includere ſuſtineat: quomodo legis benignitatem prædicta illa lex eſt [25], quæ perpetuo efferatæ furore conjugi cohabitare maritum jubet? Sed per conjugium, inquiunt [26], in unum [27] corpus coierunt, oportetque membrum alterum alterius morbos perpeti: & divinum præceptum [28] eſt, quos Deus junxerit, ne ſeparentur. Præclara [29] quidem hæc & divina, utpote quæ a Deo pronunciata ſint: verum non recte, neque ſecundum divinum propoſitum hic in medium adferuntur. Si enim matrimonium talem ſtatum conſervaret, qualem ejus in principio pronuba [30] exhibuiſſet, quisquis ſepararet, improbus profecto eſſet, neque reprehenſionem effugeret. Jam vero quum præ furore ne vocem quidem humanam a muliere audias, nedum aliud quidquam eorum quæ ad oblectamentum & hilaritatem matrimonium largitur, ab illa obtineas; quis adeo acerbum horrendumque matrimonium dirimere nolit? Ea propter ſancimus, ut ſi quando poſt initum matrimonium mulier in furorem incidat, ad tres [31] annos infortunium maritus ferat, mœſtitiamque toleret: & niſi interea temporis ab iſto malo illa liberetur, neque ad mentem redeat, tunc matrimonium divellatur, maritusque ab intolerabili illa calamitate exoneretur. Cui ſanctioni hoc adjicimus ut furoris cauſa inveſtigetur, in eamque inquiratur, num [32] forte mariti, aut ipſo conſcio familiarium ejus aliorumve quorumlibet technis atque dolo ſit conflatus. Quod ſi ſic eſſe deprehendatur, & quidem maritus [33] maleficii arguatur: ut hic in monachum transformatus, nolensque volens monaſterio incluſus, nequitiæ ſuæ pœnas luat, manantique ex ſacris canonibus animæ curationi ſubjectus ſit, decernimus. At ſi a cognatis ipſius, aut aliunde ipſo conſcio noxa orta ſit ***.

CONSTIT. CXII.

UT SI MARITUS [34] PER MATRIMONII TEMPUS IN FUROREM INCIDAT, INTRA QUINQUENNIUM [35] MATRIMONIUM SOLVI NEQUEAT: EO AUTEM ELAPSO, SI FUROR EUM ADHUC OCCUPET, SOLVI POSSIT.

Veterum [36] Juriſconſultorum ſententiam, qua furorem matrimonium impedire, jam initum autem non infirmare conſtituitur, neque convellere, neque reprehendere eſt animus: illosque ipſos ad judicium ſuum, quo ad id decernendum commoti ſunt, expendendum remitto: ut tamen illam aut approbem aut confirmem, quod id mihi approbatione indignum videatur, induci nequeo. Nam quum matrimonium, ſi furor præveniat, impediatur: at vero ſi inito jam matrimonio furor ſuperveniat, illud nihil lædi dicatur, quomodo hinc ad comprobandum illectemur? Si enim hoc in matrimonio ſpectatur, ut cum utriusque conjugis commodo contrahatur: quomodo, qui ne id ab initio tanquam inutile conſiſtat, ſuadet, ſi poſtquam initum erit, eadem calamitas exiſtat, non idem ejus compagem tanquam inutilem diſſuadebit? An operam dari oportet, ne quis omnino in mali cujusquam periculum incidat: qui vero jam inciderit, hic ſine omni ope relinquendus, ipſiusque calamitatum non miſereſcendum eſt? Quod perinde [37] ſit, atque ſi quis, priusquam morbo quiſpiam corripiatur, adhibendum remedium exiſtimet, at jam correptum negato remedio mori ſinat. Veruntamen, id quod dixi, reprehendere Juriſconſultos non eſt animus: ut tamen ipſis adſtipulet, permultum abeſt. Præſertim vero quum multi alii modi ad ſolven-

1 Vid. *tit. ff. de in jus vocando.* 2 Vid. *dictum caput tertium.*
3 Et ita reducitur *l.* 14. *ff. de ſponſal.* Auguſt. antea conſtituerat, ne minor x. annis ſponſa haberetur, vid. Dion. Zonar. extat vero hæc Novella apud Harmenop. 4. *tit.* 1. §. 11.
4 Infantia his annis deſinit, *d. l.* 14. *l.* 1. *ff. de adminiſt. tut. l.* 3. *C. qui admin. l.* 18. *C. de jure delib.* 5 Καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι. 6 *Ecl.* 3. 7 Τηρεῖν τὸν καιρόν.
8 *d. l.* 14. *intelligit.* 9 Ante ſeptimum annum ſponſalia non conſiſtunt.
10 Matrimonium fœminæ ante 12. annum non contrahunt, maſculi ante 14. *l.* 9. *ff. de ſponſal.* 11 Ἱεροτελεστίαις. 12 Vid. *Novell. Iſaaci Angeli c.* 2. J. 13 Subditi principis familia.
14 Extat apud Harmenopulum *lib.* 1. *tit.* 13. §. 37. 15 Ἀπογραφὴν, nota de inventario rerum dotalium. 16 Intra tres menſes, ut J. *eod.* 17 Χωρὶς ἀπογραφῆς.
18 Juriſconſultis & Imperatoribus: adde Photium 9. *Nomocan.* 28. 29. *& ſeq.*
19 Idem temporis ſpatium inventario bonorum defuncti faciendo præſtituit *l. ult.* §. 2. *C. de jure delib.* & inventario bonorum pupilli 5. Harmenop. 11. *c.* περὶ κεκωλυμένων ἐπιτρόπων, quod Accurſius non probat in *l.* 24. *C. de admin. tut.* 20 De viro. *Nov.* J. *eod.*
21 Novella Nicephori Botoniatæ *c.* 1. J. idem confirmat, & Photius 13. *Nomocanon.* 30. quo loco Balſamon hujusce Novellæ mentionem facit, ut & Harmen. 4. *tit.* 1. *c.* περὶ μανίας.

22 Et ita abrogatur lex 16. *in fin. ff. de ritu nuptiarum,* quæ generaliter vetabat matrimonium ob furorem diſſolvi, reducta diſtinctione legis 22. §. 7. *ff. ſoluto matrimonio,* ſed tamen Photius dicto loco negat hanc Novellam Leonis uſitatam, ſtari potius juri civili & Novellæ Juſtiniani 22. *c.* 15. *Novell.* 117. *c.* 8. 9. quæ inter cauſas divortii hanc non enumerat.
23 *Gen.* 2. *v.* 22. 24 *d. l.* 16. *in fin. l.* 8. *ff. de his, qui ſui. v. l.* 4. *ff. de divort.*
25 Hinc ſatis perſpicuum eſt, non intelligi hoc loco *d.* §. 7. 26 Objectio.
27 Ἐν μέλος, ſic alibi σάρκα μίαν. *Matth.* 19. *verſ.* 5. 28 *Matth.* 19. *verſ.* 6.
29 Refutatio objectionis. 30 Νυμφοστόλος. 31 Triennali furore uxoris matrimonium poteſt dirimi. 32 Quid enim, ſi uxor malis artibus mariti in furorem verſa eſt?
33 Pœna mariti, cujus malis artibus uxor in furorem verſa eſt, adde *Nov.* 22. *c.* 15. §. 1. *l.* 3. *ff. ad l. Corn. de ſicariis.*
34 De mulieris furore dictum eſt *Novell.* 111. ſ. *eod.* Ex his apparet ob triennalem furorem uxoris, matrimonium diſſolvi poſſe: ut ob quinquennalem mariti.
35 4. Harmenop. 2. *Nov.* Nicephori Phocæ J. *eod.* ſed Photius 3. *Nom.* 30. negat hanc Novellam Leonis obſervari, cum furor inter juſtas divortii cauſas non numeretur in Novella Juſtin. 22. *c.* 15. *Nov.* 117. *c.* 8. 9. 36 Vid. *l.* 8. *in fin. ff. de his, qui ſui, l.* 16. *in fin. ff. de ritu nuptiarum.* 37 Argumentum ſatis firmum ad hujus Novellæ confirmatio-

dum matrimonium constituti sint, quorum nullus [1] cum furoris malo conferri recte possit. Quomodo [2] namque mariti prodigalitas, aut religionis [3] diversitas, aut in naturali consuetudine impotentia & imbecillitas, aut si quid aliud his connumeratur, quod ad dissolvendum matrimonium valeat, (cujusmodi est, si servilis conditionis conjugem esse appareat, & si quæ [4] in pactionibus nuptialibus promissa sunt, propter paupertatem plene præstari nequeant) hæc, inquam, & similia, quibus matrimonia dissolvere lege tributum est, quomodo tandem cum furoris calamitate comparari possunt? Nos itaque sancimus, ut si furor post initum matrimonium superveniat, ne intra quinque annos conjuges disjungantur. Etenim quemadmodum quando per omnem vitam furor duraret, nec tamen matrimonium dirimi posset, id durum & acerbum esse visum est: ita tanto tempore expectare & perseverare necesse est. At si postquam tantum temporis decurrerit, malum se non remiserit, neque furiosus resipuerit: cum neutrius commodo aut incommodo conjugium dirimatur. Atque hæc quidem statuimus, non quo superioribus legislatoribus obtrectemus: sed ut quam subditis curam debemus, adimpleamus. Jam vero si furor ipse nuptiarum die animadvertatur, quominus confestim matrimonium, tametsi [5] sacro ritu confirmatum sit, dissolvatur, nihil obstiterit: perindeque ac si ante nuptias furor animadversus esset, matrimonium in irritum recidet, atque distrahetur. Sed [6] quod post consecrationem disjungendos esse conjuges dicitur, fortasse id nonnullis recto judicio destitui videbitur: quasi, posteaquam sacrificio [7] juncti in unum corpus coierunt, non dirimi illos, sed unitos sini oporteat. Et præsertim quidem quum præstantius membrum, adeoque caput [8] maritus sit: neque præcipua corporis membra, si morbo aliquo occupentur, amputari soleant. Atqui hæc ratio, dum a conjunctione stare, atque illam defendere se putat, quid sibi benedictio velit ignorare videtur. Hæc enim præstantissima quæque connubio largiri cogitans, pudicitiam indissolubilique [9] quodam amoris vinculo conjuges devinciens, propagationem generis, & si quid aliud matrimonium jucundum reddit, consecrat. At furori, quæso, quomodo cum hoc sacrificii proposito conveniat? Ubi enim pudicitiæ integritas, quando mens seipsam non novit, miserabilisque ignorantiæ infortunio premitur? Unde vero propagatio generis speretur, quum furor spectaculum solo aspectu horrendum miseræ uxori miseriorem maritum exhibet, nedum ipsi cum illo consuetudinem habere permittit? Quali porro amoris vinculo colligentur, quum morbus universum hominem efferat, & ut quidvis potius quam homo videatur, efficit? Ac profecto si forte ex tam infortunato connubio fœtus [10] in lucem prodeat, quum natura fructus rebus ut plurimum assimilare soleat: quomodo non hic ipse fœtus humano generi commune detrimentum adferet? Mihi igitur propter hæc etiam, matrimonium post furoris correptionem solvendum esse constituere, justum rationique esse consentaneum, neque ad reprobationem matrimonialis benedictionis, neque ad aliud quodpiam crimen vergere visum est. Quod si quis sanctionem a crimine non liberet, hic apud se furiosi matrimonii utilitate expensa, quantum momenti judicium suum habeat, cognoscet.

CONSTIT. CXIII.

UT QUEMADMODUM IN ALIIS STRUCTURIS LEGE CAUTUM EST: ITA ETIAM SUBDIALIUM [11] AMBULACRORUM STRUCTURÆ, QUÆ SOLARIA [12] APPELLANTUR, DECEM PEDIBUS A VICINORUM ÆDIFICIIS DISTENT.

Quæ veteres de domuum & alioqui parietum structuris tractavere, perbelle illa se habent, & vicina ædificia decem [13] inter se pedibus distare debere, ab iisdem recte constitutum est. Verum quoniam de subdialibus [14] deambulationibus, & quomodo aliquis fortasse vocet proscenniis spectatoriis, quæ ad apricandi usum, & eum quidem solum excogitata sunt, atque a Sole nomen acceperunt (solaria enim appellantur) in lege nulla mentio facta, nihilque constitutum est: decreto quod de illis statuat, quæque subinde, ut verisimile est, de iisdem contentiones emergunt, dirimat, opus est. Decernimus igitur, ut & in his structuris solariorum nempe, inter vicinos tantum interstitium servetur, quantum in aliis constitutum est. Etenim quemadmodum in illis conspectus prohibendi causa decem [15] pedum interstitium statutum est: ita hic quoque merito idem [16] spatium eadem de causa præscribetur: præsertim vero, cum conspectus majorem etiam distantiam hic requirere videatur. Nam si ne se invicem vicini conspiciant, inter alia ædificia decem pedum intercapedo relinquitur: hic tanto id magis fieri debet, quanto hujusmodi structuræ conspectui magis sunt expositæ. Constat enim sedentem quippiamve facientem in ædibus aliquem, quod multa septorum obstacula intersint, non ita facile posse conspici. In prosceniorum vero de quibus agitur operibus, aut (quomodo multi dicere malint) menianis, quominus in quamcumque partem circumspectus nihil obstet. Ea propter sancimus, ne aliter cuiquam talem structuram fabricari liceat, quam si decem pedibus a vicinorum structuris abstineat. Similiter si quis ædium suarum fastigium mutans, marmoreas [17] crustas obducat: hic etiam non aliter id faciat, quam si dictum decem pedum interstitium inter se & vicinum relinquat ***, aut alius quispiam modus auxilium ferat: longi temporis præscriptio nempe, si ex quo opus constitit, a legibus præfinitum tempus decurrerit, aut pactum asservetur, ex quo quis facultate accepta ad ædificandum accesserit: jubemus, ut in suo statu structura maneat, tametsi a vicini structura decem pedibus non distet.

nem observa. 1 Argumentum aliud firmum satis observa. 2 Vid. *Nov.* 22. *cap.* 15. *Nov.* 117. *c.* 8. 9. 3 Vid. *l.* 5. *in fin. C. de sponsalibus.* adde Phot. 12. *Nomocanon.* 13. 4 Vid. *Nov.* 22. *c.* 18. 5 Μετὰ τὴν ἱερολογίαν. 6 Decidendi ratio. 7 Διὰ τῆς συναρμοστικῆς τελετῆς. 8 Caput uxoris, maritus 1. *Cor.* 11. *vers.* 13. 9 Ἀῤῥήκτῳ τινὶ δεσμῷ φίλτρου. *Scrimg.* 10 Hoc vult, sanum ex furioso concubitu nasci non posse.
11 Ἐν τοῖς προσκηνίοις κατασκευάσμασιν. 12 Ἃ τὴν τῶν ἡλιακῶν ἐπωνυμίαν φέρει. *Scrimg.* adde 2. Harmenop. *c.* περὶ ἡλιακοῦ ἤτοι ἐξόστου, & *c.* περὶ Σωλαρίων. Eadem & Meniana & τοιχόστας appellant, *l.* 11. *C. de ædificiis priv.* adde *l. pen.* §. 5. *C. de ædificiis priv.* 13 Harmen. 4. *cap.* περὶ οἰκοδομῆς. Imo duodecim, idem 2. *tit.* 4. περὶ ἀνανεώσεως οἴκου παλαιοῦ. *l.* 12. §. 2. *C. de ædific. privat.* 14 περὶ τῶν ὑπαίθρων. 15 *l.* 11. *C. de ædificiis privatis.* 16 Decem pedum scilicet ut §. *eod.* & *ad l.* 11. *C. de ædific. privatis.* nisi publicum solum sit vicinum, spatium enim quindecim pedum relinquendum. Harmenop. *d. c.* περὶ οἰκοδομῆς. 17 Μαρμάρων πλάκας.

ZENONIS IMPERATORIS
DE NOVIS OPERIBUS
CONSTITUTIO.

Imperator Cæsar Zeno, Pius, Victor, Triumphator, semper Maximus & Venerandus, Augustus, Adamantio Præfecto urbis.

Quandoquidem subditos nostros tam judiciorum quiete fruisci, quam ab externis bellis liberari volumus, æquitatis illos & justitiæ idemtidem admonere est animus. Quapropter etiam præsentem ferimus legem, quæ sufficienter ostendat, quomodo & tua magnificentia ad justitiam nos instruat, *& nos quæ ad tollendas difficultates faciant, prudenter decernamus.* Verum ab elegantioribus, reique publicæ convenientioribus verbis paulum recedentes, vulgo notioribus usuri sumus, ne qui in legem incidet, adjutore opus habeat in illa intelligenda. Cognovimus igitur ex illis, quæ a magnificentia tua ad nos relata sunt, propter perperam interpretantium opiniones, quibusdam locis ambiguam videri sacram illam legem, quam immortalis nominis pater noster Leo de iis tulit, qui in inclyta hac urbe ædificare vellent: ac jubemus, ut qui suas ædes renovant, nequaquam veterem modum excedant: ne qui ædificant, vicinorum luminibus & prospectui, contra quam antea res illæ se habuissent, officiant. Non addiderim tamen id obtinere debere, qualecunque jus qui ædificat, habeat, quod ex pacto aut stipulatione peculiariter ipsi competens, veterem formam si velit, mutare permittat. Tunc enim statuimus, ut si pactum aut stipulatio ædificantem juvet, illi secundum pacti stipulationisve vim ædificare liceat: tametsi vicinos, quibus pactum adversatur, oblædere ita videatur. Quia vero patris mei constitutio dicit, eum qui ædificaturus est, inter suam & vicini domum duodecim pedum interstitium relinquere oportere, & plus aut minus addit, quod nimirum maximam certitudinem facit (nam quod huc atque illuc inclinat, & anceps est, id ad tollendam ambiguitatem non idoneum est) luculenter jubemus, ut inter utramque domum duodecim pedum intercapedo sit, quæ a structura fundamenta contingenti inchoet, atque usque ad summam altitudinem conservetur: tum qui in posterum hoc observabit, ut ei sive novam domum ædificare, sive veterem renovare, sive ex incendio collapsam instaurare velit, secundum sacram legislationem in quantamcunque velit altitudinem domum suam tollere, & fenestras perspectitias, ut vocantur, & luminis tantummodo causa parandas facere liceat: ut tamen ipsi ex hoc intervallo non permittatur vicinum privare aspectu in mare recto, neque coacto, quem is quocunque latere domus in proprio stans, aut etiam sedens habet, *atque ita quidem habet:* ut inter prospiciendum se in obliquum inflectere, sibique ut mare videat vim inferre, non cogatur. De hortis autem & arboribus in priore legislatione nihil tractatum est, neque quicquam præsenti addetur, neque convenit etiam. Nulli vero ædificaturo domum,

domum, ſi in medio angiportus, aut platea duodecim pedibus latior ſit, propterea partem plateæ, aut angiporti adimere, & ſuo ædificio applicare fas eſto. Non enim quod quæ ad rempublicam pertinent oblædere, & ædificantibus attribuere velimus, duodecim pedum interſtitium inter domos eſſe debere conſtituimus, ſed ut ne anguſtiora inter ædes eſſent interſtitia & ampliora etiam, ſi ampliora eſſent, haberentur, ac eſſent, ut eſſent, quum vetus ſpatium imminui non ſinamus, ut civitati ſua jura conſerventur. Si vero vetus ædificium ita conſtitutum erat, ut minus duodecim pedibus inter utramque domum intervallum eſſet, fas non ſit, ut ultra veterem ſtatum & formam, aut extollatur ædificium, aut feneſtræ fiant, niſi decem pedum ſpatium in medio ſit. Tunc enim, ut dictum eſt, proſpectitias quæ olim non fuerint, ædificator facere non poterit. Feneſtras autem luminis dumtaxat cauſa parandas faciet ab area ſex pedum interſtitio in altitudinem, ut tamen luminari feneſtra ad dictum ſex pedum in altitudinem, præſcriptum confecta nequaquam in ſuo ædificio id quod fictitia area dicitur facere, & legem circumvenire audeat. Si enim hoc liceat, rurſum luminares feneſtræ per fictitiam aream proſpectitiorum uſum explebunt, ac vicino incommodabunt, quod fieri prohibemus : ut tamen nusquam ex pactis, aut ſtipulationibus ædificatoribus competens auxilium, ſi quidem omnino tale aliquid ſit, perimamus. Inſuper quum prior lex jubeat, ut domos antea incendio conſumptas, tametſi alteri proſpectus in mare præſtringatur, centum pedes in altum attolli liceat : & hanc ambiguitatem tollentes ſancimus, ut hoc ipſum obtineat, ſimiliter in exuſtis ædibus & renovandis, & quæ prius non fuerint nunc primum extruendis : ut id poſthac etiam in iis, quæ ignis nocumentum non ſenſerint, ſed propter vetuſtatem, aut etiam quamcunque aliam cauſam ruinoſæ nutent, obſervetur. Et a quacumque ædificanda domo in medio controverſorum locorum centum pedum ſit intervallum, itaque citra ullum impedimentum ſtructura procedat, etiamſi cujuſpiam ad alios pertinentis domus proſpectus in mare corrumpatur. Qui vero e ſolis coquinis, aut (ut vocantur) latrinis, ſive ad naturæ neceſſitatem ſeceſſibus, aut e ſcala etiam, aut pontibus parietalibus ad tranſitum ſolummodo utilibus, aut ex iis denique quæ *βαςίρεια* multi vocant proſpectus in mare eſt, ei impedimentum adferri liceat, ſi quis intra centum pedes ædificare velit, dummodo duodecim pedes in medio ſint. Atque hæc quidem obſervari placet, quando pactum alicui non ſuppetit, quod ædificare permittat. Qui vero ex pacto cum vicino inito ædificant, his in eo quod utrinque placuit perſiſtendum eſt. Tunc enim non obſervato intervallo ad pactum ſtructuras tolli ſinimus: tametſi illis qui pacti ſunt, aut qui in ipſorum domus ſucceſſerunt in maris proſpectu noceatur : propterea quod quæ jam ex pactis alicui jura ſuppeditant, ea per generales leges perimi non conveniat. Inſuper placet, ut quæ ſolaria vocantur, poſt præſentem legem non ex ſolis lignis & aſſeribus fiant, ſed Romanenſium (quæ vocantur) ſpecie ædificentur : ut etiam inter duo ſolaria ſibi invicem oppoſita decem pedum intervallum interſit. Quod ſi propter loci anguſtiam poſſibile non ſit, alternatim ſolaria fiant. At ſi ipſe angiportus decem pedibus latior non ſit, neutra pars ſolaria, ſive mæniana facere aggrediatur. Et quidem quæ quo dictum modo eſt, fiunt, ea jubemus, ut a ſolo quindecim pedum interſtitio in altum diſtent, & nequaquam ipſis columnæ aut lapideæ, aut ligneæ ad perpendiculum in ſolo ſubſtituantur, aut muri ſubſtruantur : quo ne qui ſubſolariis in altitudine, ut dictum eſt, factis aër exiſtit, is obſtruatur, neque inde anguſtior angiportus publicusque tranſitus fiat. Vetamus vero etiam, ſcalas quæ a ſolo incipiant, & in ſolaria ducant, in angiportis fieri : quo videlicet ex cautiore ſtructura, eoque quod non ita inter ſe ſolaria propinqua ſint, leviora aliquando rarioraque, & quæ facilius reſtinguantur, ex igne civitati, iisque qui domos habent pericula obveniant. Quod ſi contra noſtram legem ſolarium aut ſcala fiat, nedum quod factum eſt, refringetur, verum etiam ædium dominus decem librarum auri mulctam ſuſtinebit : & architectus aut redemptor, qui opus informavit, alteras decem auri libras dependet : & artifex qui fecit, ſi ob paupertatem mulctam exſolvere nequeat, ubi in corpore verbera exceperit, ab urbe propelletur. Ad hæc jubemus, ut nulli liceat multas deinceps columnas in publicis porticibus a Milio (quod vocatur) usque ad Capitolinm (quod vocant) aut domunculis, aut aliis etiam quæ inter columnas fabricari ſolent, ex ſolis aſſeribus obſtruere : ſed ut iſtiusmodi domunculæ cum parietibus latitudine plateam verſus ſex pedes, altitudine vero ſeptem non ſuperent : tum etiam ut per quatuor omnino columnarum interordinia liberi a porticibus in plateas tranſitus relinquantur : & iſtiusmodi domunculæ, ſive officinæ extrinſecus marmoribus adornentur, quo ornamento ſint civitati, & oblectamento prætereuntibus. Quæ vero in aliis urbis partibus inter columnas officinæ conſtituuntur, eas ad eam menſuram, eumque modum confici placet, quam menſuram quemque modum conducere civitati magnificentia tua judicabit : tamen ut æqualitas omnibus modis conſervetur, ne quod aliquibus permiſſum eſt, aliis prohibeatur. Illud item lege complecti viſum eſt, ne probi viri calumniatorum ſubdolis commentis oblædantur. Multi enim invidia, non vero quod injuria afficiantur, iis qui ædificare volunt, litem texentes, procraſtinandæ ædificationis neceſſitatem inferunt : ita ut qui ædificare cœperit, deinde prohibitus, opusque intermittere coactus, & in judicium tractus, qua pecunia domum ſe erecturum ſperaſſet, eam in litem inſumat, & (quod omnium abſurdiſſimum eſt) ubi victricem ſententiam obtinuit, velut indiſſolubilibus aliquibus vinculis irretiatur, dum qui novum opus nunciaſſet, obtenta provocatione vadimonia expectat, & quod ædificationem impediat, ex vicini incommodis voluptatem capit. Jubemus itaque, ſi in iſtiusmodi controverſiis adverſus decreta judicis provocatio inſtituatur, ut ſimulatque ſubſidiaria actio, ſive ſcripto comprehenſa forma a judice data fuerit, etiam vadimonio non obſervato, victori una cum victo, aut ſeorſum ſoli ad magnificentiæ tuæ tribunal ingredi : & adverſario, ſi abſit, pro conſuetudine vocato ſententiam judicis manifeſtam facere liceat : quo omni dilatione ſuccifa, legitimæ controverſiæ imponatur finis : neque ſi forte hiems adſit, aut appropinquet, dum longa conſtitutorum dierum tempora expectentur, qui ædificare voluiſſet, & non jure prohibitus eſſet, intolerabilia damna ſuſtineat. Similiter etiam, ut ſi quis in tali controverſia, magnificentiæ tuæ judicio non acquieſcens, provocare voluerit, confeſtim conſultatio (quomodo vocatur) fiat, nullaque intermiſſa dilatione, in ſacro noſtro palatio, & ipſi & victori, prout fieri conſuevit, ſententia conſideranda detur. Sciant vero omnes qui novum opus nunciare ædificatoribus tentant, quod ſi cauſa cadant, ipſis & omnia damna, quæ obvenerint, & materiarum, quas litis tempore forte corruptas, aut deteriores factas eſſe conſtabit, pretium refundent. Qui autem non jure ad ædificandum aggreſſi fuerint, hi, ſi judicio ſuperabuntur, iſti qui opus novum nunciaverit, eaque de re judicium illos ſuſtinere coëgerit, damna reſarcient. Cæterum omnes iſtiusmodi lites unius magnificentiæ tuæ tribunalis ſententia dijudicari jubemus, & ne alius quisquam glorioſorum magiſtratuum iſtiusmodi controverſiam audiat : neque eorum aliqui qui de iſtiusmodi controverſia contendunt, militiæ aut fori præſcriptione utantur : quo videlicet litigare, aut multas quas glorioſiſſimi præfecti urbis, dative ab ipſo judicis ſententia dare juſſerit, perſundere non cogantur. Verum qui judicio ſuperatus eſt, per cohortem magnificentiæ tuæ exactionem ſuſtineat, ita ut in hoc nullus fori præſcriptione uti poſſit. Hoc vero magnificentia tua provideat, ne qui operum redemptores aut artifices, ubi opus aliquod inchoarint, id imperfectum relinquant, ſed ipſum qui inchoarit, aut capta mercede perficere opus aut quod inde ædificatori obvenerit, damnum, quantique ipſius intereſt opus abſolutum non eſſe illi dare cogat. At ſi forte pauper ſit, qui id delinquit, verberibus cæſus ejiciatur urbe. Nec vero alius ejusdem artis, quod ab alio cœptum eſt adimplere prohibeatur. Quod ſane artifices redemptores adverſus ædificatores auſos eſſe intelleximus : qua re intolerabile damnum ædificatoribus machinantur & inferunt, dum neque ipſi quod opus facere cœpiſſent, huic finem imponunt, neque alios idipſum opus conſummare ſinunt. Qui vero cœptum ab alio opus ob hoc ipſum, quod ab alio cœptum ſit abſolvere recuſat, ſimilem & ipſe cum illo qui opus incorruptum reliquit, pœnam ſuſtineat.

IMPERATORIÆ CONSTITUTIONES [1].

ENIMUNDO BONEFIDIO INTERPRETE.

HERACLII.

1. De fide.

QUum S. Sophronius tum summo sacerdotio fungens Hierosolymis, subjectis sibi sacerdotibus convocatis synodice demonstrasset, eos qui unam in duabus Christi naturis voluntatem atque energiam affirmarent, palam unam quoque naturam statuere: eique Joannes Papa Romanus assensus esset: Imperator edictum proponit: Neque singularem, neque duplicem in Christo energiam esse asserendam.

2. De Judæis.

ANno 19. vere ineunte, Heraclius Constantinopoli Hierosolymam proficiscitur, & avehit venerabilia ac vivifica crucis ligna: votisque Deo persolutis, patriarcham Zachariam restituit: Omnes porro Hebræos sancta urbe exigit, edicto, ne iis intra tertium milliare accedere liceret.

3. De foro competenti episcoporum, clericorum, & monachorum.

SCias autem Novellam piorum Imperatorum Heraclii & Constantini, quæ statuit ne episcopus, vel clericus, vel monachus ob pecuniariam criminalemve causam apud civilem vel militarem conveniatur magistratum: sed apud suos episc pos duntaxat, aut metropolitanos, aut patriarchas. Eadem etiam statuit aurea bulla celeberrimi Imperatoris domini Alexii Comneni, vulgata mense Julio indictione 4. anno [*ab orbe condito*] 6589.

LEONIS ICONOMACHI.

1. De Hebræis & Montanis.

ANno sexto Imperator Hebræos [2] ac Montanos ad baptismum adegit.

2. De patrimoniis templorum urbis Romæ: & de capitatione infantium.

FUrore percitus majore homo adversus Deum pugnans, tertiæ Siculi ac Calabri populi parti tributum in singula hominum capita imposuit. Patrimonia quoque templorum Romæ principibus Apostolis consecratorum (quæ pecunia quotannis antiquitus pendebatur talentorum trium semis) in ærarium publicum conferri jussit: & mandavit inspici atque describi infantes qui nascebantur, ut census iste de singulis capitibus (*cephalationem* vocant) exigi posset.

3. De duabus siliquis præstandis provinciarum administratoribus.

IMperator, ruina murorum urbis cognita, cives ita est alloquutus: Vos muris urbis reficiundis cum non sitis pares, nos procuratoribus provinciarum negotium dedimus, ut ultra constitutum tributum in singula nomismata accipiant *miliarisium* unum, idque in ærarium nostrum conferant; ex quo nos muros condamus. Exinde obtinuit, ut binæ siliquæ seu ceratia quæstoribus solvantur. Ceratia autem appellantur duodecim folles, sive nummi.

CONSTANTINI CABALLINI.

De reliquiis & intercessione Sanctorum.

IDoneum se Antichristi instrumentum præbuit: atque adeo universali edicto vetuit, ne quis in universum domini servorum Sancti titulo cohonestaretur: quinimo conspui eorum inventas reliquias jussit, prohibuitque eorum intercessionem postulari, quod eos nihil posse diceret. Atque addidit scelestus, Mariæ quoque virginis intercessionem non esse implorandam, nihil enim eam præstare posse. Quin & Deiparam hanc noluit appellari.

NICEPHORI.

1. De militia inopum, de chartiatico, & fumario, & naucleris, & inventione thesauri: & aliis quibusdam.

UT exercitus deprimeret, quid non mali excogitavit adversus Christianos? Primo enim Christianos ex omnibus regionibus in Sthlabinias [3] coëgit demigrare, & eorum habitationes divendidit. Quæ res nihil ab hostili captivitate abfuit, omnibus in summas angustias conjectis. Secundum maleficium: imperavit ut egeni militarent, iisque a vicinis arma & stipendia in singulos XVIII. nomismatum darentur, ac census præterea publicus eorum nomine penderetur, id *Allelengyum* vocabatur, quod alteri pro alteris tributi nomine sponsores essent. Tertio, omnium bona inspici, indeque censum in publicum exigi jussit, nomine *chartiatici* præterea exactis in singulos duabus siliquis. Quarto, omnes onerum relevationes sustulit. Quinta calamitas, quod ab omnibus sacris ædibus, parœchiis, pupillis educandis destinata domo, hospitalibus, ad senes fovendos factis ædibus, necnon ab ecclesiis, atque monasteriis imperatoriis, *fumarium* tributum exegit, ab initio usque sui imperii. Meliora de eorum bonis sub imperialem curam transferri jubebat, nihilominus tamen tributum de his pendendum iis imponebatur, quæ reliquerat in iis ipsis sacris domibus, ita ut multis tributum duplicaretur: interim habitationibus ita exinanitis, ut inde emigrare cogerentur. Sextum tyrannicum institutum, quod a magistratibus inspici res eorum jussit, qui ex pauperie subito ad opes pervenissent: ab iisque, veluti qui thesauros invenissent, pecuniam postulari. Septimum, quod emunxit etiam hos pecunia, qui a viginti retro annis ad præsens usque tempus dolium, aut vas aliquod aliquando reperissent. Octavum: qui ab avis vel proavis hereditatem percepissent, etsi ea divisa jam inde a viginti annis esset, eos pensionem in publicum conferre coëgit, utque ii qui extra Abydum mancipia emebant, de singulis duo nomismata solverent, maxime Dodecanesum incolentes. Nonum: naucleros maritima, præsertim minoris Asiæ inhabitantes, & nunquam agriculturam expertos, invitos coëgit emere prædia, quæ aliis ipse eripuerat, indeque tributum solvere. Decimum: insignes Constantinopoli naucleros in unum conduxit, iisque duodecim cuique libras auri tradidit: ea lege, ut in singula nomismata usuræ nomine quatuor siliquas solverent: cum nihilominus reliqua etiam vectigalia navigiorum ab iis penderentur.

2. De usura.

USuras de navigiis captatas (cum interim re fœnebri aliis omnibus interdixisset) aliaque infinita mala excogitavit.

3. De vasis sacris & rebus ecclesiasticis.

DUces exercituum jussit episcopis & clericis mancipiorum loco uti pro sua autoritate in ædes episcopales, & monasteria divertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti. Vituperabat eos qui ab omni ætate Deo aurea vel argentea vasa consecrassent: & res templorum sacras in publicos debere usus converti statuebat.

LEONIS ARMENII.

De præfecto pœnam adultero non irrogante.

PRæter vigilem accuratamque reipublicæ gubernationem, summa fuit in eo in flagitiosos severitas, cujus rei exemplum referam. Exeuntem aliquando palatio accessit quidam, quærens suam sibi uxorem a Senatore quodam raptam: idque facinus se ad urbis præfectum detulisse, neque tamen suum jus consequutum. Leo statim mandavit, ut redeunti sibi sisteretur senator reus tam atrocis flagitii, & urbis præfectus. Quo facto, actorem proponere suam causam jussit, qui quum rem ab initio ad finem usque exposuisset, reus convictus probationibus, quum nullum inficiandi criminis locum inveniret, scelus confessus est: & præfectus causam interrogatus: cur flagitium digna pœna ultus non esset, inops excusationis obmutuit. Hunc ergo Imperator statim numero suo exuit, & adulterum ex legibus puniendum dedidit.

THEOPHILI.

1. De imaginibus.

IN eos qui cultum divinis imaginibus præstarent, nimis durum se atque inhumanum præbuit, omnes qui ante ipsum fuere tyrannos crudelitate vincere contendens. Nam Michaël pater ejus edixerat, *ne ulli pictæ imagini, ubicumque ea esset, nomen, Sanctus, imprimeretur,* quod id nulli rei præterquam soli Deo congruere putabat. Leo autem & filius ejus Copronymus, *omni earum adoratione prorsus interdixerant.* Theophilus autem *ne pingi quidem eas coloribus concessit:* abjecti dicens animi esse talium rerum admirationem, ipsamque solam spectandam esse veritatem.

2. De expulsione monachorum.

EDixerat Theophilus ne monachis ullam urbem intrare liceret: jusseratque omni modo eos arceri: atque adeo non tutum erat iis conspici ea in regione. Quin & monasteria atque otii causa conditas ædes hominibus frequentans, mundana fecit hospitia.

3. De connubio Persarum cum Romanis.

PErsæ hunc Theophobum, Constantinopoli abducere, regemque suum facere cupientes, ejus causa aliquoties ad Theophilum legatos miserant,

1 Miscellæ sc. nec unius ac certi Imperatoris, ut Leonis & Justiniani: sed variorum Imperatorum, quibus ideo nullos commentarios addere visum est, ut quas pleniores, & ordine meliore aliquando daturus sim.

2 Pleniorem hujus rei historiam vide apud Cedrenum. Hoc accidit anno 16. Leonis: vide Cedrenum in Leonis vita.

3 Sclaninias. Paul. Aquilegiensis lib. 24.

pacta

pacta simul pacis offerentes. Neque tamen persuaserant Imperatori, ut Theophobum ipsis dederet: sed eum potius patricii dignitate ornatum, sorori suæ matrimonio copulavit: lege etiam lata, quæ Persis conjugiorum cum Romanis licentiam concederet.

4. De tonsura capillorum.

Quia vero a natura paucos capitis capillos habebat, & erat recalvaster: ideo edicto edito jussit crines ab omnibus tonderi: neque ab ullo Romano ultra collum demissos gestari. Sanxitque edictum gravi flagrorum supplicio, priscorum Romanorum virtutem revocare studens.

5. De pœna raptoris equi.

Miles quidam manu promptus equum habuit egregium, qui ipsum sæpe ex prælio incolumem extulerat. Hujus equi amore captus dux sub quo is militabat, quum neque pollicitationibus, neque minis impetraret, hominem timiditatis accusatum apud Imperatorem exautorat. Quum autem Theophilus equum insigni virtute cuperet habere, & missis in omnes partes mandatis talem sibi quæri, atque afferri juberet, eam occasionem nactus dux iste, militi ei equum invito adimit, & tanquam suum Imperatori mittit. Post, quum necessitas bellica plures milites requireret, mandatoque Imperatoris omnes qui arma ferre possent, in exercitum allegerentur: ille etiam miles arma sumpsit, & in prælio fusis suis, quod equum a quo servari consueverat, non haberet, occubuit, uxore & liberis relictis. Vidua amissi mariti desiderio accensa, & quod necessaria pupillis suppeditare nequibat, justitiæ Imperatoris fama instigante, Constantinopolim venit: Theophilumque ad templum Blachernense equitantem de more conspicata mariti sui equo vehi, concitato cursu aggressa frenum equi apprehendit, suum hunc esse vociferans: & non alium, sed ipsum Imperatorem cædi mariti sui causam præbuisse. Perterritus Imperator manere eam jubet, dum in palatium ipse rediret: ac reversus statim ad se vocat, ac de re tota accuratius inquirit. Quam quum ea a principio ad finem usque recitaret: illico etiam dux ille sistitur, & muliere jussu Imperatoris occultata, de equo acriter interrogatur: quem quum asseveraret suum fuisse, neque raptu paratum, producitur extra velum mulier, reum de vi peractura. Qua is conspecta diriguit, & aliquandiu mutus adstitit: tandemque ad se reversus, supplex pedibus Imperatoris se advolvit, lacrymans, ac peccatum confitens. Ergo Imperator ejus facultates viduæ, ejusque liberis hereditatis jure addicit: ipsumque dignitate spoliatum exilio perpetuo damnat. Adeo infensus erat & iis qui injuste opes parare intenderent.

BASILII.

1. De judicibus, & foris quibusdam: & de pauperibus lites habentibus.

Operam dedit, ut justitia vigeret: & æquo jure inter se viverent subditi, neque a divitibus inopes opprimerentur: propositis passim decretis, quibus injustitia exterminabatur. Judices quoque constituit, amplisque stipendiis, & honoribus auxit jussos per diem sedere pro tribunali, & litigantium causas dijudicare. Ad eam rem loca iis designavit commoda, Magnauram, Circum, & Chalcen (æream portam) quam vetustate laborantem, ruinamque minantem, ad hoc instauravit atque adornavit. Alimenta etiam pauperioribus, quibus judicio erat disceptandum, ordinavit: ne inopia coacti litibus renunciarent.

2. De notis numerorum.

Animadvertens occasionem maleficii pravis hominibus eo dari, quod numeri quibus (verbi gratia) semissis, sextans, uncia, & similia designantur, per notas recepta antiquitus consuetudine scriberentur: loco notarum literis uti jussit, quas etiam rustici legere possent: & de suo sumptus in chartas, literas atque scribas ipse suppeditavit.

LEONIS ET ALEXANDRI.

De judicibus.

Existimo equidem, eorum neminem qui judiciario funguntur munere, eo unquam stuporis, aut inscitiæ proruptururn, ut aliter quam ex præscripto legum judicium sententiamve ferre audeat. Quod si quis in tantam evaserit dementiam, reus peractus eas dependet pœnas, quæ legibus sunt irrogatæ. Sin forte nos effugerit, pervigilem tamen illum atque insomnem oculum, cui nihil non, quamlibet occultum sit, patere potest, effugere non poterit. Tametsi idipsum imprecationibus quodque dirisque execrationibus stabilire ac firmare non ab re alienum censuimus. Inveniat itaque iste & Deum & cœlestes omnes atque incorporeas potestates sibi nunquam non adversantes. Immature ex hac vita excidat potius quam excedat. Incommodis insuper afficiatur perpetuis, ipsius ædium fundamenta ignis tandem devoret, & posteritas eo redigatur inopiæ, ut panem ostiatim quæritet. Atque hæc jure sane optimo, propterea quod leges, quas liberrimas esse oportuit, servas quodammodo atque captivas effecit fictorum pravorumque judiciorum.

CONSTANTINI PORPHYROGENNETÆ.

1. De rebellibus & seditiosis anathemate feriendis.

Quæ autem mense Julio 9. Indict. anno 6534. ab Imp. domino Const. Porphyrogenneta facta est Novella, sanctissimo quoque Patriarcha domino Alexio, & synodo assentiente, quæ decisionis locum obtinet, ut quæ ab Imp. & synodo descripta est, & quæ decernit eos anathematizari, qui defectionem ab Imperatore moliuntur, vel tyrannidem, & ea ratione subjectos adversus eorum dominos incitant, inter alia hoc quoque circa finem expresse definit. Iis qui ab hoc tempore deinceps insidias sunt machinaturi, vel tumultum excitaturi, anathema. Iis qui ipsis opem ferunt, & in defectione sunt socii, anathema. Iis qui consulunt, vel ad hujusmodi incitant, anathema. Iis qui ipsos ad pœnitentiam suscipiunt, quum defectionis pœnitentiam non agant, nec eam relinquant, anathema.

2. De polygamis.

Unionis vero decisio, quæ facta est sub Constantino Porphyrogenneta, & Romano, Constantino quidem imperante, socero autem ejus Romano patris Imperatoris dignitatem obtinente, anno 6429. indict. 9. & quæ singulis annis legitur in suggestu, mense Julio, hæc dicit circa finem. Deinceps autem communi sententia ac judicio pronunciamus ex præsenti anno, qui est 6429. indict. 9. neminem oportere se quarto [1] matrimonio jungere, sed esse omnino rejiciendum: & si quis ad ejusmodi conjugium venire voluerit, esse omni ecclesiastica congregatione privatum, & ab ipso in sanctum templum ingressu alienum, donec in conjugio permanserit. Hoc enim etiam sanctis patribus, qui nos præcesserunt, visum est. Nos vero etiam sententiam apertiorem reddentes, ipsum ut a Christiana republica alienum abdicamus. Ac sic quidem de quarto matrimonio. Ut autem quæ ad alia quoque matrimonia pertinent, decentius constituantur, & non Christiana vita indignam institutionem habeant, de tertio [2] quoque matrimonio definimus, ut non absolute ac simpliciter & temere perficiatur. Etenim a patribus quidem ut sordes permissum est, non sic tunc quidem ut nunc, re citra ullum ruborem impudenter peracta, & indiscriminatim contracta: sed quemadmodum si quis qui in domo in angulum incidit, multas sæpe sordes viderit: nunc autem quando libertatem accepit & perinde ac si nihil habeat dedecoris & sordis reputatur, recte visum est hoc repurgare, quemadmodum & turpitudinem non in angulum conjectam, sed in ædibus diffusam, nullo modo permittimus, sed repurgamus, & quod molestum est & indecorum ab eo rejicimus. Quinetiam humanæ cedentes infirmitati, honestatis autem Christianæ vitæ convenientis curam gerentes, hoc in tertiis nuptiis servandum statuimus, ut si quis qui quadragesimum annum excesserit, & nec naturam reveritus, nec honestæ vitæ, quæ in Christianis requiritur, ullam curam gerens, sed sola libidinis perturbatione victus, se in tertium matrimonium projecerit, is cum omni diligentia & observatione sit usque ad quinquennium sacramenti communionis minime particeps: & nec hoc tempus illi contrahatur. Qui enim post annum 40. fordem in Christi ecclesia esse vel dici amavit, quod melioris vitæ argumentum præbebit, propter quod tempus sacramentorum participationis ei contrahatur. Sed & postquam impolluta participatione dignus habitus fuerit, non erit ei permissum in alio tempore ad participationem accedere, quam in sola salutari Christi & Domini nostri resurrectione, per præcedentis jejuniorum abstinentiæ repurgationem. Hæc autem dicimus, quando ex prioribus matrimoniis non fuerint liberi, qui iis post quadragesimum annum tertiam uxorem ducere voluerint. Nam si liberos habuerint, eis nullo modo tertium permittitur matrimonium. Est enim valde iniquum tempestivæ libidini indulgere, priorum autem matrimoniorum liberis non prospicere, ut sint securi, & a molestia & a perturbatione remoti, quæ solent evenire hominibus ex filiorum multorum susceptione. Quod si quis triginta annos natus, ex prioribus matrimoniis habens liberos, tertiæ mulieri conjunctus fuerit, is quoque nulla ei venia data, ad quartum usque annum communionis sacramentorum sit expers: quia manifestum eum sola intemperantia motum, & quod sit carnalis libidinis servus, ad hoc se matrimonium conferre. Et postquam etiam sacramentorum participatione dignus fuerit habitus, semel quidem in salutari Christi, & domini nostri resurrectione: secundo autem in dormitione immaculatæ Dominæ nostræ Deiparæ: & tertio in natali Christi & Dei nostri, quod in his procedat jejunium & ejus utilitas. Sin autem non sint liberi (quia liberorum susceptionem desiderare facile est) condonandum, & sola ea pœna, quæ ab initio & hucusque servata est, in eum animadverteretur. Hæc etiam de tertio matrimonio. Atqui nec secundum [3], nec primum extra cautionem adhibitam relinquimus, sed & illa sic contrahi statuimus, ut nullam malam causam habeant, vel ex raptu, vel ex præcedente clandestino concubitu, sed legitime & ab iis qui ab ejusmodi inquinamentis & fornicatoria impuritate mundi sunt. Si quis ergo prædictis constitutionibus neglectis ad matrimonii consuetudinem primam vel secundam processerit, dum Christi ecclesia quæ est pura, immaculata, & sine ruga, salutaribus examinationibus subjicit, nec prius ad divinorum mysteriorum participationem admittit, quam definitum ob fornicationem tempus explevisse cognoverit, nisi forte necessarius e vita excessus urgeat, donec scilicet septimus annus completus fuerit. Sacerdos autem qui ausus fuerit, præter id, quod statutum est, divina participatione aliquem dignari, de proprio gradu in periculum veniet, eo videlicet qui præter formam constitutam divina communione dignus est habitus, ad excommunicationem redacto, usque ad septimi anni complementum.

1 Quartæ nuptiæ non permissæ. 2 Tertiæ nuptiæ quemadmodum permissæ.
3 Secundæ & primæ nuptiæ uti permissæ.

IMP. D. CONSTANTINI PORPHYROGENNETÆ NOVELLA SECUNDA CONSTITUTIO DE VOLUNTARIIS HOMICIDIS, SUSCIPIENS QUIDEM EOS PRÆTER VIM PRIORIS, PER COMMISERATIONEM, DAMNANS AUTEM PERPETUO EXILIO ET BONORUM SPOLIATIONE.

HÆc sancire nunc proposuimus, severitatem quidem prioris constitutionis benigniore Ecclesiasticorum decretorum censura commutantes: dissolutæ autem & indulgenti delinquentium disciplinæ, eaque de causa ad imitandum facili, non solum vinculo pœnarum medentes, sed & totius fere substantiæ ad homicidam pertinentis spoliatione, homicidis quidem ipsis de salute, reipublicæ autem ne quis simili moveatur affectu, utiliter prospicientes, ut horum utrumque tam jus observetur, & magnum divinumque ecclesiarum conservetur privilegium, quam his cautionibus imitationis frequentia coërceatur. Quod igitur attinet ad vitæ rationem homicidæ ordinari jubemus, quemadmodum canonica præscripserit disciplina. Nos autem hac constitutione perpetuo [1] eum damnamus exilio, ab eo loco, in quo scelus perpetratum fuerit. Quo quidem tam punietur reus quam propinquis occisi non majoris fiet tristitiæ & doloris augmentum, quod utrumque forsan non inutile: ne assiduo conspectu ejus qui dolorem attulit, & defuncti memoria propinqui sponte ad ultionem impulsi, malum malo sanare conentur, & homicidii duplicent infortunium. Omnino igitur homicida perpetuo illinc exulet, nec unquam eo revertatur, & terram habitet, quæ injuste sublati fratris sanguinem hiscendo suscepit. Et hanc primum post ecclesiasticam censuram condemnationem ferat: præterea vero bonorum suorum privationem subeat: ne tamen applicentur fisco. Nam si uxor sit homicidii damnato, dotem & propria omnia auferre eam oportet, hoc amplius donationem ante nuptias. Quod si theoretron pacta fuerit, aut aliud quippiam, hujus omnino recuperationem & proprietatem habere, si liberi non subsint. Sin autem subsint liberi, eam habere lucrorum nuptialium usumfructum, observatis omnibus legum præscriptis, liberi autem in trientem reliquæ substantiæ paternæ succedant. Et si quidem homicida proprio motu, aut consilio ac approbatione eorum a quibus examinatur, ad monasticam vitam (prius sceleris purus effectus) transierit, accipiat monasterium tertiam partem illius substantiæ, reliquo triente reservato uxori & liberis occisi in parvum eorum infortunii solatium. Quod si liberi non supersint occiso, inter uxorem & ascendentes triens ille æqualiter dividatur. Uxore autem relictis liberis præmoriente præferantur ii ascendentibus. Sed si nec liberi, nec uxor, nec ascendentes sint occiso, & alii qui lege ad successionem vocantur cognati, diligentiam adhibuerint, ut scelus manifestaretur, trientem accipiant ejus qui injuriam intulit. Sin autem solitariam vitam homicida non appetierit, non triens, sed bes juxta prædictam distinctionem parti ejus qui interfectus est, distribuatur. Præterea nemo eorum qui hujusmodi sceleris convicti sunt, civile officium, aut aliud quodlibet administret unquam, nec si divinum rescriptum impetraverit: sed omnimodo maneant infames, quibus ut viverent tantum benigne concessum est. Cæterum ii omnino tondebuntur, & in numerum monachorum referentur: qui malitiæ exuberantia, præmeditati sunt cædem proximi, & eam prius habito consilio, in animæ suæ perniciem & fratris sui necem, instructi patrarunt. Nec ad tempus modo pœnitentiæ præstitutum, sed quandiu vixerint, in monasterii regula coërceantur. Nam qui aliter sponte interfecerint, sed lascivia [2] & impetu iræ ratione carentis, non consulto & præmeditate ac hujus habita deliberatione arguentur occidisse, perpetuo quidem præter alia omnia subjicientur exilio, non tamen monasticam vitam eligere cogentur.

2. De laicis qui intestati moriuntur absque liberis.

NEc tibi repugnare videatur Novella Imperatoris domini Constantini Porphyrogennetæ, quæ tractat de iis qui sine liberis ab intestato moriuntur, non succedere ex linea transversa cognatos, sed tertiam partem bonorum eorum qui sic moriuntur, ad pias animæque salutares elargitiones procedere, cum eo etiam collectis pretiis servorum ejus qui mortuus est, utpote iis eo ipso liberatis. Hæc enim Novella de laicis loquitur & solis, sicut prædicta Justiniani Novella locum habet in episcopis & clericis, qui ab intestato moriuntur.

ROMANI SENIORIS.

1. De prædiorum acquisitione.

NOvella quoque Cæsaris Romani senioris idem pene statuit: Ne quis ultra conspicuorum & spectabilium magistrorum, aut patriciorum, neque eorum qui imperiis, potestatibus, aut omnino principalibus dignitatibus insigniti sunt & ornati, neque item civilium, aut militarium aut delegatorum magistratuum, aut his substitutorum, neque Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum, aut præfectorum, aut eorum qui sacris domibus præsunt, aut denique ad alium quemvis honorem seculi provecti sunt, prædiorum aut fundorum possessionem, aut emptione, aut donatione, aut alio quovis modo adeat. Eos enim qui post præsentem constitutionem, ejusmodi quippiam moliri & aggredi ausi fuerint, inde jubemus absque suæ pecuniæ restitutione detrudi, propriisque laboribus ac sumptibus fraudari, quos ad rem ornandam & pretiosiorem faciendam contulerunt, atque ipsam prædii æstimationem, si quidem conspicui viri sint & illustres, qui hoc admiserunt, fisco applicari: sin abjectiores sint, & omnino absque ulla pretii restitutione expelli, & meritis insuper pœnis castigari.

2. De rescindenda venditione.

NOvella quoque Cæsaris Romani senioris ita habet. Si deprehensum & exploratum fuerit eos, qui post a se peractam venditionem, si modo testibus peracta comprobetur, ad judicium provocarunt, intra quadriennium [3] id fecisse ac conquestos esse, citra controversiam his succurritur. Succurritur autem, non ut vendita suburbana recipiant: sed ut si quidem emtor quod reliquum est justi pretii expletioni præstare voluerit, hoc ei facere liceat. Atque ita justum [4] rei pretium supplens ac persolvens, ipsa prædia sibi retineat, & qui de facta venditione queruntur, justum pretium quanti prædium ipsum æstimatur, accipiant. Sin nolit emptor justam rei æstimationem complere, pecuniam quam ab iis qui cum eo expostulant, accepit, una cum ejus causis ac usuris restituat, & e prædio decedat venditori restituendo.

3. De prælatione.

SI qui communes ædes, fundum, vineam, aut quamvis aliam rem soli habentes, aut aliter quam communionis jure propinquis prædiis aliqua ex parte permixti aut adjacentes, consortes, vel alioquin vicini & proximi sua alienare aut venditionis, aut emphyteuseos, aut locationis nomine voluerint, ne prius hæc alii cuiquam alienanto, quam testatum iis fecerint, quos in prærogativa κατὰ τάξιν, hoc est, ordine, succedentes dicimus. Ut primi, inquam, vocentur permixtim quoquo gradu juncti cognati, aut quibuscum aliquid est commune, ut ædes, fundus, vinea, aut quævis alia res. Ejusmodi siquidem cognatos lex præfert. Ubi vero cognati communionem in re non habent, tum anteponuntur qui aliquid in ea communitatis habent. Quibus ii succedunt, qui tantum permixti sunt, etsi omni ex parte ei qui rem alienat, sint externi: deinceps & simul juncti consortes. Postremo qui simpliciter aliqua ex parte rei alienandæ uniti sunt, & vicini. Consortes porro appellamus, quotquot sub eodem censore perscripti sunt, & in censum publicum relati, etiamsi propria tributa diversis in locis pensitent. Enimvero cum multi finibus prædii alienandi circunquaque adjacent, suo cuique ordine testationis prærogativa tribuatur, ut renuentibus forte iis qui jure præferuntur, qui deinceps vocantur, contractum, si velint, inire queant. Quod si æqualibus omnes subnixi reperiantur privilegiis, ut nihil omnino sibi invicem in hujusmodi vocatione præjudicent, eadem quoque rursus fiat denunciatio, ut intra triginta dies justum pretium, quodque verus emptor haud segniter præstiturus esset, si absque ulla mora solventes, pro rata parte vel sponte sua, vel alicujus opera & arbitratu distribuant. Quotquot autem intra præfixum tempus sibi delatam pretii partem non præstiterint, jus prærogativæ amittent: nisi si quis forte eorum captivus est, deportatus aut relegatus: aut ob publica privatave negotia citra dolum absens: aut etiam nondum annum ætatis 25. explevit. Horum enim qui administranda negotia susceperunt, intra 4. menses, cum præsentibus novis emptoribus pro rata portione concurrunt, pretium explentes, quod a minoribus subducta ratione est præstandum, una cum legitimis usuris & necessariis sumptibus. Externos vero emptores in totum summovent, pretium cum usuris ac sumptibus ipsis restituentes. Quin & in universitate villarum quæ dicuntur, aut prædiolorum (universitatis autem unius sunt, qui ex eadem sunt villa) longe satius est, ut earum habitatores sibi mutuo præferantur. Quod si omnes, quibus in rei distractione prærogativæ jus datur, recusarint, vel eos exploratum fuerit, ei qui rem alienat, & ejus familiæ aut pecuniarii damni, seu multæ autores fuisse, aut ejus corpori ac vitæ insidias struxisse, gravissimamque infamiam peperisse, idque non fortuito, sed de industria, aut per se, aut per suos, hos invito eo qui talia sit passus, nulla ratione volumus ad ipsius prædia aspirare. Post decennium tamen silentio peractum, adversus eos qui quovis modo contraxerint, quive donatione aut testamento quippiam fuerint consecuti, nulla omnino ab iis qui dictis ex causis prærogativæ jus habent, imo nec a fisco controversia moveatur. Occasione tamen dotis, aut propter donationis, ex testamento vel permutatione, vel transactione & propinquis & externis omnes alienent, absque simulatione nimirum ac dolo. Si vero qui in fraudem nostræ constitutionis alienant, aliud quid facere ausi fuerint, & aliud aperte simulare, si quidem post jusjurandum convicti fuerint, tam ipsi quam qui ita dolose cum ipsis contraxerunt, & perjurii pœnas dabunt, & hi quidem prædio, illi vero clam soluto pretio excident, & utraque fisco inferentur, ut a fisco propinquis venundentur. Sin vero ante jusjurandum deprehensi fuerint tale quippiam egisse, & quod actum fuerit, erit irritum, & qui semel fundum præter juris formulam alienare conatus est, vel invitus postea cogetur iis vendere, quibus ejus prærogativæ concessimus. Et hæc quidem ita de his statuenda.

NICEPHORI PHOCÆ.

1. De tetartero, quod est numismatis genus.

NUmisma [5] attenuavit, tetartero, excogitato. Cumque eo modo duplex esset nummus, pensiones publicæ graviorem exigebant, minor in sumptibus faciendis dissipabatur. Cumque esset [6] lege & consuetudine receptum, ut omnes nummi imagine Imperatoris alicujus notati, modo ponderi nihil decederet, idem valerent: ipse sua insignes imagine præferri, aliorum depressis pretiis, voluit: eaque re haud leviter subditis in permutationibus incommodavit.

2. De eodem, & de hexagio.

APparet eundem avaritiæ quoque sordibus fuisse contaminatum. Nam cum usque ad eum quodvis numisma *hexagium* [7] penderet, ille *tetarterum* [8] excogitavit pondere imminuto.

3. De prælatione.

NE quod privilegium prætendant pauperes, dum distrahitur prædium a potentioribus, neque ex consortio, neque ex communicatione, licet milites vel etiam cives esse deprehendantur: sed in hoc rursum succedat persona quæpiam potestate prædita, quæ scilicet pauperum hinc inde adjacentium tranquillitatem ac utilitatem possit tueri. Et potentes cum potentioribus duntaxat emptiones contrahere volumus: milites vero & pauperes, cum iis qui parem secum sortiti sunt ordinem ac locum.

1 Homicidii voluntarii pœnæ. 2 Homicidii lascivia aut ira admissi pœnæ. 3 Præscribi quadriennio querelam rescindendæ venditionis. 4 *l. 2, l. 8. C. de rescind. vend.* 4 Hæc desumpta sunt ex Cedreno in vita Nicephori Phocæ. 5 *l. unica Cod. de veteris numismatis potestate.* 6 Sextula Hexagium. 7 Cum itaque nummi veteres essent hexagii, tetarteros effecit, id est, tertiam partem ponderis ademit. Ea est enim hexagii ad tetarterum proportio, quæ bessis ad assem.

4. *Ne-*

4. Ne ecclesiæ prædiis locupletentur, & ne sine sententia Principis Episcopus creetur.

PRæterea ad officium [1] assidue veniens, graviter subditos afflixit, non modo pensionum & tributorum omnigenis rationibus, sed & rapinis intolerabilibus. Ad hæc partem quandam eorum quæ Senatoribus solebant Imperatores largiri donorum, in fisco retinuit, causatus sibi ad bella gerenda deesse pecuniam. Neque hoc tantum, sed & donationes monasteriis, atque templis relictas a quibusdam piis Imperatoribus, prorsus abolevit, lege etiam lata, *ne* [2] *ecclesiæ immobilibus locupletarentur bonis*: causatus, Episcopos male prodigere ea, quæ pauperibus darentur, interim militibus deficientibus. Id vero omnium gravissimum, quod legem tulit, cui & episcopi quidam leves atque adulatores subscripserunt: *ne Imperatoris injussu ullus crearetur episcopus*: & [3] mortuo aliquo episcopo aliquem suorum submisit, qui definitos faceret sumptus: ipse quod erat de reditibus reliquum accepit.

5. Ne de novo construatur monasterium, aut venerabilis alia domus.

IMperatoris autem domini Nicephori Phocæ Novella decernit *non* [4] *esse de novo construenda monasteria*, vel xenodochia vel nosocomia, vel alia sancta & religiosa loca, sed eorum quæ sunt curam geri oportere, & hæc expresse in fine adjicit: Quare ab hoc deinceps tempore, quod est septimæ indictionis initium, nemini liceat, nec loca, nec agros ad monasteria, vel gerocomia vel xenodochia transmittere, sed neque ad metropolim vel ad episcopatum, neque enim illis est hoc conducibile. Si quæ autem prædictæ & religiosæ domus vel episcopatus & monasteria, adeo malam administrationem & providentiam sortitæ sunt, ut locis privatæ destitutæque sint, iis sententia & examinatione Imperatoria, eorum quæ sufficiunt acquisitio non prohibebitur. Cellas autem, & quæ appellantur lauræ in desertis ædificare, quæ non ad possessiones & agros alienos extenduntur, sed soli monastico ambitui seorsum præstituuntur, tantum abest, ut volentibus prohibeamus, ut etiam in magna laude ponamus.

BASILII PORPHYROGENNETÆ.

1. De possessione Ecclesiarum & venerabilium domorum.

QUam quidem Novellam Porphyrogenneta dominus Basilius junior sua Novella sustulit, mense Aprili edita indict. 1. anno 6495. quæ & hæc expresse continet: Imperium nostrum, quod a Deo profectum est, cum & a monachis, quorum pietas & virtus est testata & a multis aliis, legem de Dei Ecclesiis & sanctis domibus, vel potius contra Dei Ecclesias & sanctas eorum domos a domino Nicephoro, qui imperium invasit, conditam præsentium malorum causam fuisse, & radicem, & universalis hujus subversionis & confusionis (ut quæ ad injuriam & contumeliam non solum Ecclesiarum & sanctarum domorum, sed etiam Dei ipsius facta sit) intellexisset, & maxime cum id re ipsa expertum esset, ex quo enim hæc lex est observata, nihil boni penitus in hodiernum usque diem vitæ nostræ occurrit: sed contra, nullum penitus calamitatis genus defuit. Statuit per præsentem auream bullam, ut lex prædicta ab hoc præsenti die cesset, & deinceps infirma & irrita permaneat, & locum habeant, & in usu sint, quæ de Dei Ecclesiis & sanctis & religiosis domibus factæ sunt leges.

2. De allelengyo communis census pensitorum.

COnstituit tributum pauperum qui solvendo non essent a locupletibus exigendum esse: quod allelengyum vocabatur.

3. De prædiis potentiorum.

LEge etiam sanxit, ne potentiores multiplicandis prædiis augescerent. Quanquam eadem etiam ab avo ejus Constantino, hujusque socero Romano lata fuit.

4. De præscriptione 40. annorum.

CÆterum Novella lex Cæsaris Basilii Porphyrogennetæ in his quadraginta [5] annorum præscriptionem tollit. Neque rursum inopes, si potentiorum injuriis oppressi fuerint, quadraginta annorum præscriptione repelli: neque ullas prorsus valere præscriptiones, etsi aureis bullis insertæ sint, quæ injuste & fraudulenter inductæ fuerint. Neque ipsum etiam fiscum ullo temporis excludi intervallo, sed ab Augusto principe jus suum revocare, probationesque suas ad illud recuperandum afferre.

ROMANI ARGYRI.

De reditu magnæ Ecclesiæ, & de allelengyo.

INitio imperii bonis ac laudabilibus institutis subditos demeritus est. Principium fecit beneficentia in religionem. Cum enim sciret magnæ Ecclesiæ reditus non sufficere, ut qui superioribus temporibus dispensator fuisset ejus, & aliarum quibus hujus clerus de more inserviebat, LXXX. anni libras quotannis ex ærario imperatorio ei pendi jussit. Abolevit etiam allelengyum, quod Constantinus erat sublaturus, nisi mors eum antevertisset.

ZOÆ.

De magistratibus non vendendis.

IMperio Zoæ restituto, quæ sororem Theodoram quantumvis invita, consortem habebat, statim & honorum gradibus senatorio ordini & legationibus multitudini gratiæ sunt actæ, ac reipublicæ quanta omnino poterat cura gesta. Nam in omnes imperii partes literæ & edicta dimittebantur, quæ & magistratus vendi (quod erat ante factitatum) prohiberent: & omnia injustitiæ genera de medio tolli jubent.

MICHAELIS.

De prætorio, & velamine capitis, & de publicis curatoribus.

CUm autem esset admodum senex, multaque antiqua recordaretur, multas veterum consuetudinum reducere intendit, nihil vel imperio, vel reipublicæ profuturas. Nam prætorium expurgari jussit, & civium capita non literis, ut nunc, sed byssinis pileis, magnis lineis purpureis intertextis regi. Et procuratores publicos non ex senatu delegit, sed alios scribarum e numero velocium, in singulis archivis educatorum: & id genus alia multa.

ISAACI COMNENI.

De canonico, & consuetudinibus, quæ dantur pro ordinatione.

DE Canonico autem, & consuetudinibus, quæ pro ordinatione dantur, hucusque vim habet aurea bulla invicti Imperatoris domini Isaaci Comneni, quæ partim ita habet. Statuit vero imperatoria mea majestas, ut etiam in ordinatione sacerdotum, & Canonico vetus forma autoritatem obtineant, & nihil in ordinatione Episcopus, qui ordinat, amplius accipiat, quam præstantioris monetæ imperatoriæ meæ majestatis, septem aureos nummos duntaxat: unum videlicet, quando facit simplicem [6] papam, sive lectorem: tres, quando ordinat diaconum: alteros tres, quando sacerdotem, sive presbyterum perficit. Sic similiter pro Canonico a vico triginta infumibula habente, similem aureum unum, argenteos duos, arietem unum, ordei modios sex, vini mensuras sex, farinæ modios sex, gallinas triginta: a vico vero qui viginti infumibula habet, aurei bessem, pro duobus argenteis argenteum, agnum dimidiatum, ordei modios quatuor, vini mensuras quatuor, & gallinas viginti: a vico denique, qui decem infumibula habet, argenteos quinque, agnellum unum, ordei modios duos, vini mensuras duas, farinæ modios duos, & gallinas decem: quemadmodum in veterum actuariorum sigillis præscripta sunt. Atque provincialium conveniens ordinatio Imperatoriæ meæ majestati placuit. Cum hac vero aurea formali bulla, confecta est etiam 15. mensis Januarii, indictionis 10. a sanctissimo illo patriarcha domino Nicolao synodalis annotatio, quæ jubet, ut secundum hanc auream bullam canonica, ac pro ordinatione dentur.

MICHAELIS.

De prælatione in antichresi.

POtior est propinquus externo in rerum soli antichresi.

NICEPHORI BOTANIATÆ.

1. De solutione matrimonii ob furorem conjugis.

AT vero C. & Cl. Imperatoris domini Leonis Philosophi Novellæ statuunt, ut viro triennium duret, neque intra illud, postquam uxor furere cœperit, conjugium dirimat: mulier autem, nisi quinquennium præterierit, a furente marito non separetur. Legas quoque Novellam Imperatoris D. Nicephori Botaniatæ, quæ de furentibus conjugibus eadem disserit.

2. De relevatione [7] fiscalium debitorum.

BOtaniates cum ad imperium pervenisset, a Patriarcha, regali fascia tertio die coronatur, ac primum illud liberalitatis specimen edidit, ut quicquid fisco deberetur, id universum citra exceptionem aboleret, ac novas tabulas magnifico edicto institueret.

ALEXII COMNENI.

1. De ætate ineuntium officia.

DE iis autem qui in imperfecta ætate officia, aut dignitates suscipiunt, repositum est in publicis secretis edictum D. Alexii Comneni semper celebrandi Imperatoris: illud etiam cognosce. Habet ita ad verbum: Multi ubi ob denuntiatam reipubl. aliquam utilitatem, aut per ambitionem, qualemcumque dignitatem vel officium, aut capere, aut permutare, aut vendere petierunt: ea in parvos pueros transferunt. Ne igitur hoc fiat, neque tales imponere aut decipere conspiciantur, statuit Imperatoria mea majestas, ut quicunque dignitatem vel officium, sive propter denuntiationem, sive propter benevolentiam aliquam, sive per commutationem, sive in munus & per largitionem, aut dum animum nostrum oblectamus, ab imperatoria mea majestate acceperit: ne quempiam qui honoretur, viginti annis minorem admittat. Quin omnes quicunque per easdem causas, aut dignitatem, aut officium accipiunt, majores viginti annis sunto. Quando vero imperatoria mea majestas non propter talem causam, sed nulla causa interveniente honoraverit quempiam, aut officium donaverit, tametsi honoratus viginti annis minor fuerit, citra dubitationem tamen illi insternuntor. Reponatur igitur præsens hæc tabella inter chartas secretorum nostrorum, ad ostendendam imperandi gubernandique imperatoriæ meæ majestatis rationem, ut hoc modo deinceps in omne futurum tempus efficaciam habeat. Debet autem in ejus qui citra medium honoratur, tabula adjici: Insternitor, non impedietur per edictum de iis qui minores viginti annis honorantur, ab imperatoria mea majestate factum. Ac vero esto hoc signum eorum, qui (ut dictum est) citra causam mediam honorantur,

1 Ταμεῖον ita Cedrenus. Locus videtur fuisse ubi vectigalium aut pensionum ducebantur rationes. Galli dicerent: *la chambre des Comptes ou des finances ou thresor.*
2 *Contra legem* 1. *C. de sacros. eccles.*
3 Regaliorum jus in Ecclesias sibi eodem modo Reges Galliæ adserunt, quod & vocant, *droict de Regale.*
4 Novas religiones, novos ordines, seu novum habitum religionis creari vel adsumi. Sic Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi statuit, vid. *c.* 1. *de religiosis domib. in* 6.
5 Præscriptione 40. annorum inopes non excludi, qui a potentioribus spoliati.
6 Papa simplex, inferioris ordinis clericus, lector, ostiarius, acolytus, dixi *l.* 6. *C. de episcopali audient.*
7 Περὶ χρεωκοπίας de indulgentiis reliquorum.

tanquam imperatoria mea majestas hoc sciverit. Mense Januario, indictione quinta, per Imperatorem.

2. *De nuptiis amitæ & fratris filiæ cum filio fratris & patruo* [1].

EXtat jussio semper celebrandi Imperatoris domini Alexii Comneni, ad suggestionem proedri illius & hetæriarchi Bardæ Zeri, mense Martio, indictione decimaquinta edita, & ad illius temporis sanctiss. patriarcham dominum Nicolaum, ac sanctam divinamque synodum missa, quæ amitam & fratris filiam cum patruo & fratris filio, tametsi sexti gradus cognationem ea affinitate obtineant, citra impedimentum jungi statuit. Quam jussionem synodali subnotatione, quæ in memorati patriarchæ domini Nicolai codice repetitur, insertam legas.

3. *De sponsalibus Novella celebrandi Imperatoris domini Alexii Comneni, emissa mense Julio indictionis septimæ anni (ab orbe condito) 6592.*

SPonsalium nuptiarumque terminos vetusta superiorisque ætatis legislatio longe separavit: horumque intervallum magis quam Mysorum [2] & Phrygum [3], proverbium [4] notum fecit. Verum quæ sub felicis memoriæ patriarcha domino Joanne Xiphilino synodi opera confecta est subnotatio (cui etiam perpetuo inter Imperatores celebrandum dominum Nicephorum Botaniatem per aureæ bullæ scripturam autoritatem largitum esse compertum est) quæ multum inter se distabant, in unum contraxisse cernitur. Qua ratione quod synodica decisio de nuptiis promulgarat, hoc ille disertis verbis de sponsalibus censet, duobus fratribus duos patrueles sponsare non permittens. Atque promiscua quidem plebs indiscriminatim rem aggrediens, & se in synodalis statuti sensum mergere prorsus nequiens, sine ratione quidnam sponsalia essent, fingebat, neque quo pacto cautius firmarentur, exacte constituere valebat. Interdum etiam mentis suæ inconsiderantiam adversus absolutam ecclesiæ normam venditabat. Verum imperatoriæ nostræ majestatis pietas peritius considerationem auspicata, ubi apparentem contrarietatem recte dijudicasset, per præsentem legislationem, optimam adinvenit consonantiam. Posteaquam enim vetus lex sponsalia in sola contrahentium voluntate constituit, nihilque amplius quam de consensu, instrumentis, atque sponsalitiis arrhis elaborat: nobis autem vitæ negotia ad longe ornatius, magisque sacrum divina gratia devenerunt incrementum, atque hinc non nuptiæ solum, verumetiam sponsalia peragendam sacram benedictionem sibi conjunctam habent: ac certum tempus primæ conjugum conjunctioni per recentiorem sapientissimi Imperatoris domini Leonis sanctionem est promulgatum (in maribus nempe annus [5] ætatis decimusquintus, in fœminis decimus tertius: quod profecto tempus ad perfectam conjugum cohabitationem vetus lex sufficiens esse jussit) necessarium esse potentia nostra judicavit, ut per præsens oraculum firmiter definiat, proprie illa esse sponsalia, & revera secundum exactæ synodalis normæ considerationem cum nuptiis æquipollere, quæcunque tempus quod Imperatoris D. Leonis sanctio determinavit, integrum sibi habuerunt, & sacra benedictio consecuta est, atque in illis synodalis decisionis observationem valere debere. Si namque contrahentium alteram partem morte forte aliove fortunæ casu, aut sententiæ mutatione recedere, ad aliudque vitæ consortium transferri contingat: non exiguus hic absurditatis tractus existet, si præambulæ nuptiarum preces in sponsalibus peractæ, tanquam vanum aliquid & temere accumulatum reputentur, & indiscriminatim ea res intelligatur, quasi si Deus per sponsalia inter conjungendas personas introductus non esset. Hoc autem commemoratus celebris Imperator recte sequutus, sancti universalisque sexti Concilii canonem, qui sponsam, dum sponsus adhuc in vivis est, cum alio in matrimonii consuetudinem coire vetuit, adulterium rem manifeste statuens, cum aperta veteris legis contrarietate pulchre conciliavit. Quoniam post benedictionem sponsis factam, separatio ea secundum ejus vocem justorum sponsaliorum est solutio. Quod si sponsalia quædam secundum multorum consuetudinem congruenter jam contracta fuerint & instrumenta confecta sint, nondum autem statutum tempus, quo Christianis debita benedictio fieri consuevit, advenerit, neque solennes super desponsatis preces per sacerdotem pronunciatæ fuerint: hæc sponsalia quantum ad exactam ecclesiæ differtationem, neque esse, neque dici justa possunt: neque vero adversus hæc synodalis subnotatio efficaciam habet, sed tanquam hominum placita simpliciter per stipulationes confirmata, autoritatem ferunt, vetusque legislatio in illis firmitatem obtinet. Hoc enim pacto cum vetusta lex, quæ antea de sponsalibus promulgata est, integra conservabitur: tum synodi judicium secundum hic [positam] observationem & intellectum, & interpretatum, intactum atque intentatum custodietur. Quandoquidem vero hæc ita sunt explicata, & hæc vera sponsalia designata sunt, quæ cum sacra benedictione, statutoque tempore peracta esse noscuntur: quæ vero secundum antiquiorem legislationem fiunt, veluti hominum placita stipulationibus constabilita vim habere, atque soli priscæ legi, quæ certas personas ad sejunctam sponsam ingredi prohibitas recensuit, in his valere concessum est, quiddam cum conveniente Christianis honestate conjunctum, præsenti oraculo nunc etiam addi oportet. Quia enim non secundum exactam, convenientemque rationem veteris, novæque legislationis decreta peragebantur, sed promiscuum vulgus antiquiori legum autoritati adhærescens, post septennale tempus citra dilationem sponsalia celebrabat: ac pro arbitrio quisque ad desponsatas ingrediebatur, continua consuetudine atque libertate congressus ad colloquia amoris flammam accendens: sacratior autem pars Novellam Imperatoris jussionem secuta, inter sponsalia & nuptias distinctionem ponebat, primum preces sponsalitias, ac deinde matrimoniales conjungenda accinens: atque conjunctim simul & eodem tempore, quando interea vel minimum quidquam incideret, isthæc perficiebantur, & sponsalia nuptiæque uno spatio peragebantur: hoc tanquam sine disquisitione fiat, nostra pietas corrigens per præsentem generalem jussionem sancit, ut qui ad annum contrahentium septimum, & deinceps usque ad decimum quartum, aut duodecimum velut imaginarii sponsaliorum contractus fiunt, legitimorum firmorumque sponsaliorum vicem non obtineant: sed tantum tanquam confirmatæ stipulationes habeantur, atque secundum aliorum contractuum naturam operentur. Et ad hunc quidem modum apud omnes subditos nostros illa obtineant: ut tamen interim vetus lex, quæ de sponsalibus promulgata est, in personas ad sejunctam sponsam ingredi prohibitas plenam efficaciam habere debeat: idque quo is status quem in Christianorum republica vigere convenit, augmentum accipiat. Nam tametsi ea res secundum exactam rationem perfecta sponsalia non sint: attamen quia quod agitur, sponsaliorum propositum habere videtur, atque inde nuptiarum fundamentum jaci incipit: magna profecto ratio est, quamobrem a lege prohibitæ personæ iterum impediantur, adeoque nemo impudenter procari præsumat, ut in uxorem assumere audeat, quam vetus lex sponsam alicujus factam, diremptis sponsalibus in alterius manum convenire non sinebat. Verumtamen ubi id tempus advenerit, quod sponsalibus simul & nuptiis convenire judicavimus (ubi nempe fœmina duodecimum annum, masculus vero decimumquartum excesserit) tunc in primis sponsalia decantandis sacris precibus, illorumque solemnibus (arrha videlicet, gratoque desponsatis osculo) observandis perficiantur: atque deinde exiguo longioreve tempore, quomodo contrahentibus visum fuerit, intermisso, citra recusationem legitimæ etiam nuptiæ procedant: non autem multum disjunctæ res simul uno die, & sæpe una hora effectum sortiantur. Taliter enim ordine in nuptiis procedente, cum lex vetus, quæ prohibitarum personarum catalogum fecit, illis non permittens ad sejunctam cognatæ personæ sponsam ingredi, observabitur: tum sapientissimi imperatoris Novella jussio decore in omnibus & valere & in republica obtinere conspicietur: quin & contrahentes personæ ab intempestivis & indecoris congressibus coërcitæ, castam vitam ducent, opportuno tempore, quando sponsalia nuptiasque ipsis perfici conveniet, cum sacra invocatione invicem congressuræ. Quod si quis contra atque præsenti potentiæ nostræ constitutione prohibitum est sponsalia conficere præsumpserit, neque hæc generaliter & adversus omnes promulgata, quæ in posterum obtinere debent, ab ipsis Calendis ineuntis mensis Julii instantis 7. indictionis anni 6592. sequi visus fuerit, & ante legitimum tempus, sacramque benedictionem arrhas pacisci fuerit ausus, aut etiam in mutuum conspectum contrahentibus personis convenire, atque inter se promiscua omnia habere permiserit: tabellio qui arrhabonicum contractum conscripserit, a sua statione removebitur; qui vero ante tempus sponsalia confecerint, humanæ divinæque iræ se obnoxios reddent. Fiscus namque propter præsentis jussionis contemptum per rerum domesticarum secretarium positam ex stipulatione in instrumentis pœnam ab ipsorum singulis integram exiget. Credimus vero etiam ipsum Deum adversus hoc insurrecturum, quod inter juvenes nequitiam palam, & destinato introducere non erubuerint. Etenim si vetus lex irrita facta est, & perfecta sponsalia confici nequeunt, verum recentioris legislationis præscriptum ad effectum deducere contrahentes recusant: quid aliud faciunt, quam homines sibi mutuo secundum legem non obstrictos, contra legem inter se corrumpi sinunt, juvenumque animis lascivos amores per pollutam conversationem ingenerant?

4. *De solutione sponsalium.*

MEnse Martio, indictione decimaquinta, anno 6600. suggestio Curopalatæ & magni Drungarii Viglæ D. Joh. Thracensis, ex qua declaratio facta est Imperatoris D. Alexii Comneni, præcedentem ipsius Novellam de nuptiis confirmans, ac statuens, ne dissolvi possint sponsalia quæ sacra benedictione munita sunt. Domine mi sancte, cum quidam nuptiarum repromissiones liberorum suorum nomine contraxissent, deinde displicerent conventa, & sponsaliorum contractum rescindere conarentur, eumque supplicassent sanctæ tuæ majestati, & ad forum hippodromi remissi, in eo insisterent, ut pœnæ instrumento sponsaliorum comprehensæ præstarentur, & sponsalia dirimerentur. Cum autem alii contradicerent, oportere hæc indissoluta manere, non ut antea, datione pœnæ dissolvi, & Novellam tui imperii constitutionem de sponsalibus, ante aliquod tempus emissam in auxilium suum allegarent: quæ a veteribus legibus recedens, fecit ne aliter perficerentur sponsalia, quam si mas decimum quartum ætatis annum excessisset, fœmina autem duodecimum, solita precatione in sponsalibus facienda, cum aliis solennibus observationibus, nimirum arrhabone & osculo: ut inclyto Imperatori D. Leoni Philosopho constitutum est: & brevi temporis spatio, vel etiam majusculo, ut iis qui contrahunt placuerit, nuptias differri: non eadem die vel hora concurrere: Divisum est judicium in diversas sententias: Sunt enim qui censeant præstandas esse pœnas, & sponsalia solvi debere: allegantes si id non procedat, nullam inter nuptias & sponsalia fore differentiam, si quidem nuptiarum prærogativa sponsalia ornentur. Præsertim cum arrhabonis ea sit natura (quemadmodum lex ait) ut si is qui dedit non impleat ea de quibus convenit, amittat datum: sin autem is qui accepit, reddat in duplum. Alii e contrario indissoluta manere sponsalia putant: dicentes non esse consentaneum, ut quæ post liberorum perfectam ætatem simul parentibus placuerunt, eorum consensu & sacris precibus obsignata, datione pœnæ rescindantur: hoc enim conveniens esse, & accidere quando nudum vinculum processerit, aut etiam sponsalia post septimum annum initiata fuerint juxta veterem ritum, quæ nec sponsalia esse tuæ majestatis lex demonstrat. Sic igitur divisis judicum sententiis, tuæ majestati vilis servus ejus refero, quærens utri sententiæ adjicere se oporteat. Utraque enim pars probabilia proferre videtur. Et per venerandum rescriptum dari mihi postulo interpretationem, quæ dilucide pureque dubitationem solvat. Legis enim vigorem obtinebit in posterum: & oportet certam puramque esse sententiam, ne postea amplius in controversiam revocetur. Et interrogationem quidem meam sancta tua majestas æqui bonique consulat. Ego vero audacter etiam de tempore refero. Vilis enim servus tuus arbitror justum non esse, ut eodem tem-

1 Pernissis etiam in sexto gradu. 2 Mysorum ultimus, proverbium. Mysorum populus contemptissimus habitus fuit. Cicer. *orat. pro Flacco* & Strabo 12. 3 Phryx plagis fit melior, proverbium, vid. Cicer. *pro Flacco.* 4 Proverbium de Mysis & Phrygiis versibus trimetris hujusmodi fuit: Χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματα, τὸ δὲ διορίζειν χαλεπὸν, sunt separati Mysorum Phrygumque termini, sed finire perquam difficile est. Hi enim populi non satis stabiliter tutati sunt suos fines, suasque sedes, sed subinde aliunde, alio depulsi terminos incertos reddiderunt, vide *Strabonem* 12. Plinius quoque Mysiam in Phrygia collocat, vide Plin. *lib.* 5. Hinc Plutarchus ἐν ὑγιεινοῖς separatam ait esse Philosophorum & Medicorum professionem, non aliter Mysorum Phrygumque fines.
5 Vid. *Novell. Justin.* 100. *c.* 2.

pore sponsalia & nuptiæ definiantur: sed parvam aliquam prærogativam vel in tempore habeant nuptiæ, & a sponsalibus differant, quæ in eo nuptiis sint inferiores. Etenim hoc valde profuturum spero Reipublicæ. Nam parentes amore quo in liberos affecti sunt victi, & quamprimum iis providere festinantes, & securitatem adipisci, temporis angustiis impediti, moleste & graviter ferunt. Sunt autem qui & ex contemptu mentiuntur annos, amore liberorum ad perjuria impulsi, quod si sublatum fuerit, & diminuatur sponsaliorum tempus, tum & quæ ex contemptu vecordia parentum sanabitur, & quæ ex hac contingere suspicamur mala, mendacium & perjurium, convenienter reprimentur. Et sanctum Imperium tuum gloriæ, magnificentiæ & honoris fructum ineffabilem percipiet, & assiduas intensasque preces, quandoquidem subditis conducibilia, utilia & salutaria semper procurat. Si imperium nihil aliud est quam legitima præfectura: leges autem Rempublicam tuentur indemnem, procul expellentes & ejicientes ea quæ civili administrationi officiunt: regibus autem permissa est legis ferendæ potestas: opus sane regium ad communem reipubl. utilitatem, legum interpretationem, ab iis qui rerum potiuntur, fieri, & earum quæ deficiunt, ad implementum solidi, & ad earum quæ obscuræ sunt dijudicationem, quas vel ipsi sanciverunt, vel ante latas offenderunt, ab his exponi. His convenienter cum nostra majestas Julio mense præcedentis sextæ indict. anno 6592. legem fecisset, & Novella [1] constitutione D. Leonis philosophi & Imperatoris fundaretur definiente *ut prima contrahentium conventio sacra* [2] *benedictione initiaretur*, ipsa videlicet sponsalia, & tempus certum, quod utique & ad nuptialem conjunctionem sufficere lex antiqua statuit: instituitque ea esse proprie sponsalia, & vere nuptiarum potestatem habere, quæ & tempus Leonis Novella definitum integrum habent, & subsequentem sacram benedictionem noverunt: & in his sponsalibus synodalis decisionis observationem in nuptiis obtinere, quemadmodum & quæ tempore beati patriarchæ domini Joannis Xiphilini ex synodali consultatione emissa declaravit annotatio. Cui & inter principes inclytus D. Nicephorus Botaniata robur invenitur tribuisse. Diserte namque pronunciat: duos fratres non adsciscere sibi duas consobrinas per sponsaliorum conciliationem, neque etiam conjungi vetitis personis synodica decisione hujusmodi sponsalia contrahere licere. Quin potius etsi personæ hujusmodi sponsalia contraxerint, quæ alterius forte partium morte dissoluta sint, superstes alia sponsalia prohibebitur contrahere cum ea persona cum qua, si nuptiarum societas ei processisset, cum defuncta persona contractum inire non posset. Et secundum ea quæ in hac ab imperiali nostro culmine de his præscripta sunt, gubernari constituit eos qui nostræ orthodoxæ & Christianæ reipubl. sunt subjecti, *neque omnino sponsalia initiari umquam, aut actum proprie sponsaliorum nomen sortiri, nisi in iis sacra peragatur benedictio, & nuptiis præstitutum tempus habeant.* Etenim quæ aliter factæ fuerint, non sponsalia proprie, sed hominum placita per stipulationem confirmata censeri, & tanquam talia effectum sortiri, veteremque legislationem in his vim suam obtinere. Et hæc quidem ab imperio meo accurate tunc constituta sunt. Cæterum, quia nihil de eo quod magnifice suggessisti edictum est, quæ dictæ Novellæ constitutioni desunt, nostra adjicit potentia, & definit, talia sponsalia quæ proprie sponsalia sunt immota manere & inconcussa, ac indissolubilia, utpote Deo inter eos qui conjunguntur interveniente, & primam vitæ conciliationem confirmante corroboranteque, per sacrarum precum recitationem. Nunquam vero ipsa pœnarum resolventur dationibus. Neque enim hæc ex hoc tempore contrahentium instrumentis adscribentur. Nam quando solis pœnis corroborabantur, & eæ adscribebantur, datione etiam earum infirmabantur dissolvebanturque: nunc autem cum Deus disjuncta conjungens, sponsalia roborat & constabilit, indissolubilia prorsus remanebunt. quin facimus ut horum solutio perfecti matrimonii esse censeatur. perfecti enim matrimonii dissolutionem facere videbuntur, qui hæc sponsalia dirimere conabuntur. Sic igitur probabiliter & cognatæ personæ, prohibitæ cum sponsa, vel sponsæ sorore nuptias, aut sponsalia primas coëuntium conventiones contrahere, ab hujusmodi contractibus arcebuntur. Si quidem nuptiæ juxta tempus antiquis & recentioribus legibus nostraque Novella constitutione præstitutum servabuntur cum solitis his observationibus. Nec licebit cuiquam eorum qui in republ. nostra degunt, præter ea quæ præsenti majestatis nostræ constitutione vetita sunt peragere quidquam, nisi Imperator (ut sæpe accidit) sponsalia, & ex sacra benedictione conciliationem intra definitos annos per dispensationem [3] quandam sponsis permiserit. Licet enim quibus a Deo rerum humanarum dispensatio commissa est, supra leges dispensare, ut philosophorum summus, & veteres legislationes dicunt. Licebit igitur Principibus, quando voluerint, in angustum cogereti & contrahere per dispensationem & utraque sponsalia: nimirum, quæ secundum antiquam legem præscribuntur fieri non minoris ætatis, quam annorum septem, quæ & imperfecta sponsalia censentur: & ea quæ juxta Imperatoris D. Leonis philosophi summi legem cum sacrarum precum recitatione celebrantur, & perfecta sponsalia existunt, utpote cum nuptiis concurrens tempus habentia, & conjunctionem sponsorum quæ per sacram benedictionem fit, nimirum perfectas nuptias intra præstitutos ipsis annos circumscribere, ante hanc lata constitutione ab Imperatore philosopho summo. Nam ut & sponsalia & ex sacra benedictione conjunctionem sponsis intra præfinitos annos princeps decerneret, ab eo constitutum est. Quod si sponsalia non sint perfecta, quæ per precationes in ipsis arrhis sponsalitiis confirmationem non acceperint, neque definitum nuptiis tempus consentaneum acquisierint, qui sponsis conventionem ex sacra nuptiarum benedictione decreto suo permittit, puberibus hanc & impuberibus sponsis omnino decernere. Et hæc quidem ab Imperatoribus per dispensationem quandam efficientur. Non permittent tamen naturalem concubitum, sed ab eo repellent tam eos qui per sponsalium sacram precationem initiandi sunt, quam qui per divinum carmen nuptialium precum conjunctionem suscipiunt, intra annos declaratis sponsalibus & nuptiis præstitutos, & tam juxta leges antiquas quam Novellas philosophi regis constitutiones. Tunc enim naturalis coitus his concedetur, quando & ab initio lege definitum est: nimirum mare decimum quartum annum excedente, & fœmina duodecimum. Donec autem vel ambo, vel alter eorum definitum annorum spatium percurrerit, eis non dabitur conjunctionis naturalis potestas, illo a parentibus exigendo, ne circa hujus rei custodiam negligenter & segniter se gerant: ne præter decorum & ab initio definitum naturali coitui tempus ad se invicem conveniant. Si enim per eorum incuriam hoc perpetratum fuerit, tam qui perpetraverit, quam parentes ejus, subjicientur pœnis legitimis eorum, qui virginem intra præstituta nuptiis tempora corruperunt. Sed & si cum Princeps per dispensationem aliquam tempus sponsaliorum, vel nuptiarum præciderit, contigerit ante benedictionem nuptiarum & coronarum, post sponsalia sacris precibus initiata sponsos morte separari, superstes persona contrahere nuptias prohibebitur, cum quibus contrahere prohibetur jam dicta synodali consultatione. Non erit enim superstitibus permissum ad hujusmodi personas ingredi, quod tempus perfectorum sponsaliorum non invenitur concurrens. Nam quæ per Imperatoriam dispensationem peraguntur, idipsum dispensationem pro tempore ferunt auxiliantem. Leges enim, ut sæpe dictum est, legem condere & dispensare Imperatoribus permiserunt. Nam etsi in imperfecta ætate sponsalia, & nuptiæ fiant, cum talibus certe personis contrahere prohibebuntur, cum quibus contrahere perfectæ nuptiæ, & perfecta sacris initiata sponsalia non sinunt. Et hæc obtinebunt etiam in his quasi perfecta æstimentur contrahanturque, quæ & in perfectis nuptiis obtinent, quæ sine Principis dispensatione fiunt. Constitutione igitur ante promulgata Junio mense VII. indict. anni 6592. juxta omnia quæ ita disposita sunt inviolabiliter obtinente, nullo enim modo per præsentem constitutionem mutilata est, quin potius repletur & ad integritatem reducitur. Quæ vero nunc per præsentem & in perpetuum valituram constitutionem nostra definiit serenitas, omnibus omnino manifesta quam primum fieri curato, illustrissime Curopalata, & magne Drungarie [4] Viglæ: ut nemo eorum qui sub ditione nostra sunt, ignoret ea quæ pro ipsorum utilitate a nobis sancita & constituta sunt. Nam omnem Christianissimam multitudinem præsenti constitutione frui volumus, ne quis ex omnibus ignorantiam hujus constituti juris unquam prætendat: cui debes auxilio esse in omnibus judiciis, & omnibus quæ nostri imperii sunt provinciis, & apud omnium ecclesiarum quæ in iis sunt Præsules, eosque qui observantur ab omni Christiana civilitate. Actum Martio mense præsentis XV. indict. anni 6600. Excepto eo quod etsi sponsalia sacra precatione initiata debeant indissolubilia manere, non omnino tamen nuptiæ posthac indissolubiles servabuntur. Sed quibus ex causis hæ solutionem admittunt, iisdem & sponsalia dissolventur. Mense Martio indict. 15. rubris literis.

5. *De chartophylace.*

IMperium meum, quod ecclesiasticæ honestatis maximam curam gerit, & bonum quidem ordinem cum in omni civili ratione quærit, tum autem multo magis in rebus divinis eum versari studet, quæ unicuique gradui ecclesiastico sunt ab initio tributa privilegia, & eam quæ in his hucusque obtinuit constitutionem, deinceps quoque esse immutabilem, & perseverare vult, & censet, sanctissime Domine, utpote quæ per tot annos suscepta, & in usu civili longo tempore versata, & ab alio in aliud immutabilibus hucusque transmissionibus vindicata, ac confirmata sit. Sed quoniam Imperatoria mea sublimitas didicit, nonnullos antistites contentione quadam & gloriæ studio incitatos velle chartophylacis privilegium minuere, & canones in medium adducentes, per eos contendere illum ante antistites sedere non oportere, quando aliquo usu exigente oportet eos convenire, & considere ante excessum ad tuam sanctitatem: non ferendum regiæ meæ majestati visum est, ut res quæ tanto tempore approbata est & a prioribus patriarchis, & ab aliis antistitibus, sed & ab iis qui nunc ob rem non honestam contendunt, longissimi temporis silentio nunc obiter aboleretur & tanquam neglectum quidpiam convelleretur. Hanc ergo rem decernit esse valde rationi consentaneam & justam. Si enim contra vellent antistites immobilia non movere, nec ea quæ iis qui prius fuerunt patribus placuere, sed & quæ iis ipsis longo silentio, & hucusque patientia, probata fuere, rursus in certamen non deducere, recte se haberet, & eis magna gratia haberetur, quod pugnandi studio abjecto, pacem & quietem protulissent. Si autem etiam adhuc nonnulli, verba canonis usurpantes (a sententia enim longe absunt) voluntatem suam confirmare conantur, & non recte ordinem ad id quod est inordinatum transferunt; permittit quidem imperatoria mea serenitas canonis interpretari & declarare contextum, qui facile comprehendi potest, & pulchre discerni iis qui exacte penetrant, & canonicum sensum attingunt. Hoc autem utique ipsum in antistitibus increpat, quod cum canonem scirent, & ejus verba perfecte intelligerent, suam ipsorum conscientiam præter rationem conculcarent, & dum disturbaretur canon, tolerarint, & in anterioribus chartophylacibus inferiorem sedem elegerint. Et his mercedem contemptionis sacrorum canonum, dat expulsionem ad proprias ecclesias: canonem ecclesiasticum hic subsequens, & canonum contemptoribus sacros illos canones in subsidium opponens. *Neque enim pontifices occidentalium præsules, qui longo tempore sibi creditorum ovilium curam non gesserunt, nec ut oportebat iis præfuerunt, dicere possint, hostium rabiem quæ per orientem grassata est, impedimento fuisse, indeque rationalium ovium episcopatu esse spoliatos.* Et quod ita quidem a meo imperio dispositum est, judicium ipsius rei gestæ reliquit. Quoniam autem & illud ad aures ipsius perlatum est, aliquos ex ecclesiæ clero in ferendis suffragiis præteriri, iisque præferri nonnullos inferiores forte & ætate & statu vitæ meliore, & qui non multum pro ecclesia laborarunt: ea res nequaquam visa est sacra antistitum synodo digna. Unde religiose simul & regie mandat, ne ludatur in non ludicris, neque affectui indulgeatur in divinis, (ubi enim anima est id quod periclitatur, cujus alterius cura gerenda est?) illi autem præferantur aliis, & in suffragiis honorem ferant, quos cum doctrina vita ornat inculpata: aut deficiente forte doctrina, diuturnum tempus, & multus circa ecclesiam labor, defectum implent. Sic enim & suffragiis recte judicent, nec in suæ animæ condemnationem arguantur, Deo sententiam ferentes.

6. *De Doctoribus.*

NOta ex hoc præsenti canone, potestatem docendi populum solis episcopis datam esse: & magnæ ecclesiæ doctores patriarchæ jure docere. Hoc autem etiam ostenditur ex Novella illustris Imperatoris domini Alexii

1 *Novell. Leonis.* 74. & 89. 2 *Novella Leonis* 109.

3 Οἰκονομίαν, indulgentiam: unde & οἰκονομεῖν veniam dare.

4 De Drungario Bigiæ, vel Viglæ dixi quædam in Nomenclatore meo Harmenopul.

Comneni, quæ deſcribit & quomodo & quinam debent in eccleſiis eligi, & decernit omnibus doctoribus tam iis qui ſunt extra eccleſiam, quam iis qui ſunt intra, tres aſperorum [1] libras, & frumenti modios quinquaginta, & hæc aperte decidit. Sit autem & hic doctoribus honor tributus, ut iterum in propriis eccleſiis, propter quas ſeceſſerunt, ſtatim poſt officiales proximi patriarchæ aſſideant, tanquam ejus perſonam repræſentantes. Audimus enim eum qui Pontificis locum tenet maximum gerere honorem: & nemo poterit ad hoc contradicere. Qui autem & verbo & opere digni ſunt, quorum ratio habeatur, ad doctrinæ miniſterium introducantur, & per docendi munera ad officia provehantur. Propterea enim mortuo qui erat eo tempore patriarcha, nec ipſi docere poſſunt.

7. *De electis ad orientales eccleſias.*

Lege juſſionem, quæ menſe Novembr. 2. indict. emiſſa eſt, illuſtris imperatoris domini Alexii Comneni, decernentem, eos qui in orientales eccleſias electi ſunt, & iterum ſuas habere præpoſituras & adelphata, & officia: *Didicit* Imperium meum, ſanctiſſime domine & univerſalis patriarcha, quod cum in Dei eccleſia electiones procedant quidam eorum qui electi ſunt, in monaſteriis prioratum tenentes, & adminiſtrationem habentes, vel alia etiam miniſteria exercentes, & omnino monachi exiſtentes, alii autem in magna Dei eccleſia, & aliis ex officiis, & aliis quibuſdam miniſteriis, ea quæ victui ſufficiunt, poſſidentes, ægre ferunt pontificale jugum ſubire, & illis eccleſiis præeſſe, in quas renunciati ſunt: veriti ne, quum ejuſmodi eccleſiæ in orientis partibus ſitæ ſint, eis neceſſaria deſint, utpote cum eccleſiæ, in quibus electi ſunt, reditum non ferant, & ſint ipſis omnino inacceſſæ: priventur autem & ipſi, eo quod illarum regionem ſuſcipiant, præfecturis & œconomiis quæ ſibi adſunt, & aliis muneribus & iis quæ ſimpliciter dicuntur, adelphata, & officiis, & quibuſdam aliis miniſteriis. Meum itaque ſtatuit Imperium, ea quæ ad ipſos pertinent, diſpenſativa quadam ratione diſponens: ne quis propterea pontificale jugum ſubire recuſet, ii enim omnes rurſus fruentur iis quæ ſibi adſunt præfecturis, & œconomiis, & aliis miniſteriis, ac muneribus, & officiis, & quæ illis adſunt adelphatis: & doctrinæ rationem ſubeuntes, a ſe ſuſcepto ordine perfectivo, illorum quoque reditus libere percipient, donec remiſſionem acceperint, & ab ea quæ nunc eſt cleri calamitoſa ſorte, ad meliorem cleri ſucceſſum eis attributarum eccleſiarum, quæ ab eis, ut dixi, adiri non poſſunt, ut quæ ab infeſtiſſimis teneantur hoſtibus, pervenerint. Sed hæc quæ a meo imperio conſtituta ſunt, locum non habebunt in officiis, vel gradibus ſacerdotum, diaconorum, & cæterorum cleri magnæ Dei eccleſiæ. Pone ergo præſentem conſtitutionem in codicibus chartophylacii, ſeu tabularii magnæ eccleſiæ.

8. *De erigendis epiſcopatibus in metropoles.*

Interim autem ſcire debes in menſe Majo, decima indictione, anno *6565.* exiiſſe edictum ab illuſtri Imperatore D. Alexio Comneno, continens, cum metropolis Baſilæi, & metropolis Madytana viduæ eſſent, & antiſtitum electionem fieri oporteret, exurrexiſſe Heracleanum & Ancyranum [2] metropolitanum, & dixiſſe non debere eas eccleſias, etiamſi metropolium dignitate honoratæ ſint, a magnæ eccleſiæ partibus antiſtitem ſuſcipere, ſed ab ipſis, eo quod Madytana quidem eccleſia ſit Heracleæ epiſcopatus, Baſilæi autem eccleſia ſit Ancyrani metropolitani epiſcopatus. Et cum uſi eſſent ii metropolitani duodecimo canone Chalcedonenſis ſynodi, decernente, ſervanda veræ metropoli jura quæ illi adſunt in honorata eccleſia, decretum fuit imperiale in præſentia tunc convocatæ ſynodi conſentientis, unaque decernentis, licere Imperatori pontificalem thronum eccleſiis largiri, & epiſcopatus, vel archiepiſcopatus in metropoles erigere: eaque quæ ad electionem pertinent, & reliquam diſpoſitionem prout ipſe voluerit, deſcribere: nec a canone impediri, qui ſtatuit metropoli jura ſervari, quæ illi adfuerunt ab initio in honorato epiſcopatu. Et lege hoc edictum quod interpretatur, quomodo debeant ſervari jura antiquæ metropolis, & non dividendam eſſe unam provinciam in duas. Nos enim eo quod ſit prolixius, hic integrum non poſuimus. Hoc ipſum autem edictum poſt decretum quod continet, debere eccleſias quæ ſunt honoratæ, juſſu Imperiali a throno Conſtantinopolitano præſulum electionem accipere, nec eos qui paulo ante erant, metropolitanos ullam in eis partem habere, hæc quoque expreſſe continet. Quoniam autem rurſus quoque antiſtites Chalcedonenſis ſynodi canonem adducentes, eos qui juſſu Imperatoris altiore throno digni habiti ſunt, dicebant præter canones honorem perfectiorem conſequi & rationis expertes eorum appetitiones coërceri volebant, & canonicam auctoritatem afferebant: imperium meum, & Imperialis poteſtas, quod ei a divinis canonibus datum eſt privilegium, neglectui haberi non ſinens, & antiſtitum ob honoris provocationem ſupplicationes, ut non canonicas, neque legitimas, appellationis eventum accipere nolens, ſtatuit epiſcopatum non aliter in ſublimiorem thronum erigendum, archiepiſcopatus ſcilicet, vel metropoleos, quam ſi Imperator illius temporis, proprio motu impulſus, gratia humana non intercedente indecora, voluerit illam quæ eſt ſuperior, ac eminentior, dignitatem ei præbere, vel propter civitatis honorem, vel propter ejus fidem in ſanctam eccleſiam, vel ejus qui illi præeſt virtutem honorans, & ex eo ſua ſponte incitatus ad largiendum honorem. Ac ei quidem qui propter humanam affectionem, & mores non laudatos, ordinem ſublimem largitur, divinorum canonum metus incutitur. In quos ne ſæpe Imp. incidat, permittit & ſanctiſſimo ejus temporis patriarchæ, ne aliter a quovis allatam de cujuſcunque eccleſiæ primatu chartam confirmet, nec ejus præſulem inter archiepiſcopos, vel metropolitanos recipiat, quam poſtquam de ea re ad Imperialem poteſtatem retulerit, & quid ſacris cautum ſit canonibus docuerit, intellexerit quod Imperator, proprio motu juſta de cauſa eccleſiæ hunc honorem largitus eſt. Tunc enim & eam admittet, & in eorum qui ſub ſe ſunt antiſtitum numerum illum cooptabit, qui præſtantiorem honorem ab Imperatore ſortitus fuerit.

9. *De teſtibus, & benedictione matrimonii ſervorum.*

Lege etiam Novellam Imperatoris domini Alexii Comneni, quæ edita eſt de non admittendis teſtibus qui contra opponuntur, quando teſtes adducuntur ab eo qui ad libertatem proclamat: & de eo quod liberi ſervi non fiant qui ſacram benedictionem acceperint, quæ his verbis hæc perſequitur: *Duo* hæc ad aures mei Imperii pervenerunt, ſanctiſſime domine, quoſdam eorum qui ad ſanctum & magnum divini verbi ſapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, & genus ſuum ad libertatis oſtenſionem allegantes: (dicunt enim ſe ex liberis parentibus eſſe natos, Bulgaris forte, vel aliquibus aliis, quos in ſervitutem noſtra accepit Reſpublica) ea quidem quæ dicunt demonſtrare permitti: & poſtquam teſtes omni exceptione majores, & in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eis teſtes opponendos eorum dominos procedere. Et ſic eos qui proclamant, quum ſemper in judiciis ſubſiſtere non poſſint, ſervilis conditionis onere rurſus opprimi. Et quando matrimoniales fiunt ſervorum conventiones, & conjunctiones in noſtra republica, eas tamen ſacram non ſequi benedictionem, caventibus dominis *ne ſervos inter ſe invicem cum ſacra benedictione conjungant, & ex eo ad libertatem perveniant.* Eorum utrunque convenienti correctione opus habere cenſuit, & propterea hanc conſtitutionem magna cum cautione & obſervatione edidit, per quam ſtatuitur de iis qui ad libertatem proclamant ſervis, ne ii qui contra adducuntur teſtes, vim ullam, locumve habeant, in quocunque ſeu civili, ſeu eccleſiaſtico judicio: ſed ii ſoli qui proclamant, legitimas probationes afferant: & ſi ii quidem teſtibus abundent qui jure ſunt recipiendi, neque calumnia inducti, teſtium jurejurando judicium ſolvatur. Sed non aliorum etiam teſtium adverſus hæc productiones eorum dominis permittantur: ne magna adverſariorum inæqualitas ſit inferioribus damni cauſa: ſed quemadmodum in iis qui idem tributum ſolvunt, lex beatiſſimi domini Baſilii potentibus adverſus pauperes contrarias productiones non permiſit: ſic & hic dominis adverſus ſervos vis contrariæ productionis extincta erit: & ſola apud eos valebit adverſus teſtes illata criminatio contraria productione non omnino iis excluſa qui ad libertatem proclamant, quando ii qui trahunt in ſervitutem, eos adverſus illos qui jure ſunt liberi produxerint. Inferioribus enim & imbecillis præſens conſtitutio gratificatur, & quod eos juvet ſubminiſtrat: non autem pro majoribus & potentioribus editur. Adjicit autem, *& benedictiones non ſolum in liberis, ſed etiam ſervis valere.* Et nuptias non alioqui legitimas & Chriſtiana inſtitutione dignas eſſe & exiſtimari, niſi etiam benedictio eos qui conjunguntur obliget. Abſurdum enim eſſet, cum una in omnibus Chriſtiana fides valeat, & unus ſit in confeſſo baptiſmus, per quem ad Dominum deducti ſumus, & eadem ſalus a nobis omnino ſperetur, nonnullis hanc obortam eſſe ſuſpicionem, quod ſervi ſint boni minus participes, & liberi quidem matrimonio invicem conjungantur prius oratione colligati: ſervi autem a tali bono excidant: & Deum non aſſumant in congreſſus benedictione, vel metuant, ſi eum aſſumpſerint, ne herus in dominio injuria afficiatur, illorum ſervitio privatus. Si [3] hoc autem locum habuerit, ſanctum quoque baptiſmum timere oportet, ne ſervi a dominis alienentur: ſed etiam immaculatorum myſteriorum aſſumptionem [4], ne per eam ab illis quoque alienentur, quo fiet ut in ſervis intereat magnum & venerabile divinæ fidei nomen: & non ſolum hominum, ſed etiam diaboli ſervi fient homines. Eorum autem domini in periculum quoque venient, ne dum miniſterio hominum privari formidant, a Dei gloria ſe ipſos abalienare ſuſtineant. Sed neque hoc eſt rationi conſentaneum, & ſacram benedictionem in ſervis quoque valere, æquum, & Chriſtiana inſtitutione dignum eſt. Verum enimvero fortuna novit in hominibus diverſa eſſe dominium, & ſervitutem. Et quæ noſtra accepit reſpublica, ea in iis quoque valere oportet. Unus autem dominus omnium, una fides, unum baptiſma, & quod ad fidem quidem attinet dominii, & ſervitutis differentiam non cognovimus. Omnes enim ſumus ex æquo ſervi ejus, qui nos ſuo divino & vivifico ſanguine redemit. Et quoniam hæc ſic recte & utiliter conſtituta ſunt: oportet magnam tuam ſanctitatem hæc omnia in omnibus eccleſiis manifeſta reddere: ut qui eis præſunt, ea quæ ad libertatem pertinent, ſic examinantes, contrarias teſtium productiones adverſus ſervos dominis non permittant, & omnibus in ſuis provinciis manifeſtum efficiant, eos qui non cum ſacra benedictione ſervos invicem conjungunt, non Deo gratum inter eos matrimonium conſtituere, ſed fornicatorium coitum & ſtuprum confirmare. Quos enim non conjungit Deus per ſacram benedictionem aſſumptus, hi omnes ad peccatum conveniunt: & ſicubi hoc ab aliquo, quicunque is ſit, factum renunciatum fuerit, ſciant

1 Aſpron, Gloſſis nummus: ἀσπρότης, aſpritudo, candor, qua de re alias dicam plenius.
2 Hodie. Augur. 3 Benedictio ſacra in ſervorum nuptiis non minus conſentanea eſt, quam conſentaneum eos & baptizari & ad ſacram communionem admitti, quorum tamen interventu nulli in libertatem adſeruntur.
4 Convivii hujus ſacri adhibitione videbantur quodammodo liberi fieri: ſic enim olim Ethnicis ſervi fiebant Latini convivii adhibitione 1. *Cajus* 1. c. 3.

domini

domini se non solum iræ divinæ fore obnoxios, sed a servis quoque abalienatum iri, eis abductis in libertatem. Cum eis enim liceat servos suos jure invicem conjungere, & integrum in eos habere dominium, nisi hoc fecerint, jure omnino ab eorum dominio excident : præsens autem constitutio non solum debet in ecclesiis, quæ ubique sunt, promulgari, sed in omni etiam civili foro deponi, tradi autem etiam iis qui in provinciis magistratus gerunt. Quoniam autem in personis servilem fortunam habentibus nuptiæ prius factæ sunt, & nuptiæ convenienter iniquæ quæ hucusque invaluit consuetudini processerunt : oportet in iis quoque sacram benedictionem fieri, ut per eam, etiamsi tarde fiat, id quod est colendum, ac venerandum, habeant, superioribus observationibus etiam in hoc conjugio obtinentibus.

10. *De oblationibus, & aliis ecclesiasticis juribus.*

QUia autem de oblationibus & aliis ecclesiasticis juribus emissa est constitutio illius inclyti Imp. D. Alexii Comneni ad suggestionem quorundam diaconorum, qui curam patriarchalium monasteriorum susceperunt a patriarchali magnificentia, quæ subscriptionem habebat, Decembrem mensem quintæ indictionis : scito eam hæc ad verbum continere. Observationem & correctionem animæ lapsuum constat habere sanctissimum ejus temporis patriarcham, tam in liberis monasteriis, quam in traditis, & donatis, & iis quæ ad administrationem, vel dispensationem data sunt. Jus enim habet subeundi & contrectandi delicta animæ & secularia & publica monasteria, &, ut semel dicam, omnia quæ sunt sub ejus regione, sive sint patriarchalia, sive Imp. & quæ sunt sui juris. Et in propria quidem quæ superiores Patriarchæ ad incrementum non elocabant, absque impedimento, quando volet ingredietur, sive ipse per se, sive ejus suasione, quem ipse ex Ecclesiasticis elegerit : & ea perscrutari dignum esse statuerit. Libera autem & sui juris monasteria, quando ad sanctissimum dominum meum, & patriarcham delictum in monasterio factum pervenerit, sive alioqui ex fama aliquorum vel etiam unum audiverit, tunc, ut dictum est, ingredietur, & perscrutabitur delicta animæ, etiamsi is, qui dixit, nolit subire probandi periculum. Homo enim Christianus, quando aliquid factum audiverit, debet hoc dicere communi patri & antistiti : fortasse enim non vult hoc subire periculum, & propter hujusmodi causam delicta animæ inobservata & incorrecta relinquere, est hoc valde absurdum, nullo quocunque scripto Imperatoris, vel patriarchali hoc prohibente. Sed monasteria quidem debent non innovata conservari in perscrutationibus eorum, qui mittuntur, nullo inde sumptu dato. Tunc enim animæ delictorum correctio facile, si Deus volet, fiet. In monasteriis autem non solum alia animæ delicta inquiret, sed etiam an dissoluta sint, vel dissolvantur in parte, vel in universum, ab iis qui ea acceperc, & si inveniet in iis aliquas fieri diminutiones, coget eos, qui ea detinent, restituere, quemadmodum accepere, & secundum monasterii facultates. Sed in illis quidem qui propter inopiam non sufficiunt ad statum, in quo ea accepere, quæ sunt quidem effecta meliora & aucta, cum recte se habeant, non minuentur, sed manebunt ut se habent. Qui autem ea detinent quæ sunt illis tradita, ut regimen & administrationem ad tempus suscipiant, & eis damnum afferunt, si nolint in eum quem acceperunt statum ea restituere, eis auferantur, nec ab iis quæ habent scriptis juventur, eis dato convenienti die præfinito. Interea autem dum penderet terminus, debent observari an ipsis eorum de in integrum restitutione operibus vacent, ut ostensum est. Tum enim etiam terminus servabitur. Renunciationes autem, quoniam præter canones dantur & accipiuntur, omnino cessabunt : & qui accipere, vel dare inventus fuerit, si est quidem monasterii præfectus, ex præfectura expellatur : sin autem beneficiarius, e monasterio expelletur. Quæ autem ab iis, qui ad tonsuram veniunt, fiunt offerentium spontanea voluntate oblationes, suscipientur, & describentur in breviario monasterii, de iis quæ offerentur etiam sanctissimo patriarchæ cognitione data : etiamsi ii qui habent monasteria, documenta habeant de accipiendis renunciationibus, & oblationibus & in lucrifaciendis, hoc enim cessare nunc debet, & fieri quemadmodum dictum est superius. Sed etiam servatæ oblationes non debent alienari prætextu documentorum. Porro autem non solum cura animarum monachorum, sed etiam ipsorum sæcularium, incumbit sanctissimo patriarchæ : & quando viderit aliquem sæcularium sitientem propriam salutem, quomodo continget inhiberi patriarcham, quominus in monasterio eum collocet ad salutem animæ ejus qui accedit? citra ullum enim impedimentum sanctissimo patriarchæ licebit collocare, quam charisticarii, licet documenta habeant. Præterquam, si jubet sanctissimus meus dominus fraternitatis usum accipere sæcularem aliquem vel etiam monachum ex alio monasterio ab eo differente, ne det sæculari vel externo monacho monachatum, & gravetur monasterium adelphato. si enim gravetur, omnino deerit monachis qui sunt intus & pro mercede fiet judicium. Si autem accedit laicorum quispiam, qui est omnino inops & pauper, ad sanctissimum meum dominum, vel ex antistitibus qui suos thronos perdiderunt, & sunt inopes, & voluerit statuere ut is victum capiat e ditiori aliquo monasterio, hoc recte faciet, non supra facultates numeri eorum qui sunt ordinati. monachi enim, qui sunt intus, debent præferri cæteris omnibus ad ea quæ sunt sibi necessaria capienda.

11. *De foro clericorum, & de judice per rescriptum probibito causam ad se transmissam disceptare.*

SI vero partitio inter adversarios fuerit, & alterum mundani status esse appareat, alter in sacrum clerum allectus sit : actor foro rei per omnia subjacebit, & uterque ad competens judicium abibit : nisi si quando tribunal imperatorium aliquis requiret. Tunc enim omnibus cessantibus Imperatoria majestas litem dijudicabit, & decidet controversiam. Verum hujus aureæ bullæ segmentum, quod statuit, ut quicunque ad qualecunque tribunal trahuntur, si imperatorii tribunalis auditorium requirant, admittantur : irritum factum est ex posteriore jussione ejusdem Imperatoris domini Alexii Comneni, quæ vulgata est mense Majo, indict. 3. & statuit post procemium in hæc verba. *Præscribit* igitur omnibus vobis, qui judiciis præestis, Imperatoria mea majestas, ne unquam posthac ulli obtemperetis rescripto, quod judicum quempiam judicium ad ipsum transmissum exercere prohibeat, tametsi cinnabari subsignatum sit, tametsi cereæ bullæ sigillum habeat, sed siquidem post libelli oblationem intra viginti cognitionis dies, qui in judicium pertractus est, dimissionem Imperatoriæ nostræ majestatis impetret, quæ alterum judicem illi cui prius causa transmissa est, adjungat : in unum conveniant constituti judices, & legitimam decisionem controversiis imponant. Si vero viginti dierum tempus decurrerit, ne alter judex admittatur (quoniam hoc etiam legi videtur) neque vero prætextu, quod fortasse postmodum statui possit ut causa ad Imperatoriæ majestatis tribunal introducatur, nullo modo, quominus judicium ferat, impediatur, sed transmissam sibi controversiam ad legis præscripta exacte decidat : ut tamen litigator, si se injuria affectum putet, a provocatorio judicio neutiquam excludatur. Atque hoc omnes vos judices cognoscentes nitimini commissas vobis lites servare, & legitimum illis finem imponere. Non vult enim Imperatoria mea majestas, ut posteaquam ex jussione ipsius ad judicem quempiam controversia transmissa fuerit, per cujusmodicunque posterius scriptum, quod controversiam, ad Imperatoriam meam majestatem introduci demandet, cognitio impediatur : sed ut illa apud eundem judicem, aut (ut superius dictum est) judices, intra viginti cognitionis dies cum ipso, datos, usque ad finem, ita ut subtrahi non possit, procedat : ac post judicium finitum ei qui fortasse injuria se affectum putabit, facultas sit ut per provocationem aliud tribunal imploret, aut potentiæ nostræ audientiam requirat.

MANUELIS COMNENI.

1. *De executoribus testamentorum.*

MEnse autem Martio, indict. 14. facta est Novella sancti nostri Imperatoris domini Manuelis Comneni, quæ partim hæc statuit : *Cum* his hoc etiam iis quæ ante scripta sunt, sanciendo conjungimus. Multi homines in extremis suis dispositionibus procuratores sive executores eorum quæ præscripserunt, relinquunt, iisque Christo, dulci isto ac mundo salutari nomine, herede scripto, rerum suarum dispensationem atque administrationem injungunt. Hoc autem videntur facere, cum pauperibus substantias suas dividi præcipiunt. Quum enim mendicans accipit, adstat Christus, ac una cum illo manum porrigit. Quatenus namque, inquit, uni ex minimis hisce fratribus fecistis, mihi fecistis. Jubemus igitur, ut quando hujusmodi procuratoriæ dispensationes, & in pias causas distributiones, quæ ad animæ rectum ductum ac pupillorum, senum atque pauperum educationem & exhibitionem tendunt, proponuntur, in his judiciorum protelationes, atque qui hinc existunt inanes temporum decursus, locum non habeant. Contingit enim hinc ut defunctorum animæ damnum subeant, & communis omnium boni utilitatisque causa latæ leges commutentur in contrarium. Tum neque justum esse Imperatoria mea majestas judicat, ut qui ordo in reliquis judiciis obtinet, etiam in istiusmodi usurpetur : sed ut talium specierum ambiguitates confestim solvantur : neque libellus detur, & cognitio in tres aut summum 4. dies differatur, nulla judiciaria dilatione introducenda, quid cuique jure competat, disquiratur : citra omnem dilationem utraque pars accersatur : atque ut quid juris se habere putet, proponat, exigatur : tumque demum per breve tempus, in mensem forte unum aut etiam alterum extendendum, res in controversiam deducta, prout judici visum fuerit, convenienter dirimatur : in sua sede ac soliditate firmiter maneant leges, quæ non mox a defuncti morte, sed post aliquot dierum decursum successores ipsius in judicium trahi statuunt : quemadmodum quæ huc pertinent, fusius in Basilicis tractata sunt. Si vero procurator ad dilationem vergere videatur, eaque evertere dolo deprehendatur, nec quemadmodum testator præcepit, procrastinationes nectendo faciat : a rerum defuncti procuratione ac dispensatione removeatur : eaque quibus Imperator statuerit injungatur : aut si is forte peregre sit, præfectus urbis una cum sanctissimo ecclesiæ œconomo res illas procuret ac dispenset : qui de his quæ in hujusmodi speciebus administrarunt Imperatori, aut (si fortassis hic peregre erit) sanctissimo patriarchæ rationem reddere debebunt. Non tamen prout Imperator jusserit, defuncti voluntas adimplebitur.

2. *De feriis.*

CÆterum, si quonam die judicia cessent, exacte discere velis, lege adorandam illam divinitus coronati optimi ac sancti nostri Imperatoris, domini Manuelis Comneni Novellam, mense Martio, indict. 14. anno ab orbe condito 6674. emissam, atque hæc post procemium complectentem. Sancimus igitur, ut illi dies feriati sint, quos in præsenti constitutione nominatim enumerabimus. Quorum alii omnino toti feriati sint, ut nullo modo ulla ipsorum parte constitui judicium possit, extra quam si forte Imperator

Imperator dispensationis modo, aut propter necessitatem (ut multa sæpenumero rerum vicissitudo noviter introducit) in illis etiam judicium constituere velit. Alii vero ex parte a judiciis cessent, a mane videlicet usque ad ipsum divini ministerii tempus: ut judicibus, precationibus, atque glorificando Deo vacare liceat, ac deinde post divinum sacrificium justitiæ operam navent, secundumque legum vim injuriam passis auxilium ferant. Verumenimvero quibus ita post divinum ministerium judicare permissum est, in conficiendis a se instrumentis, temporis quo illa confecta sunt, mentionem facient. Ac primum quidem de omnino [1] feriatis est agendum. Natalis itaque dies purissimæ dominæ ac Dei genitricis qui est 8. *Sept.* [2] feriatus est. Item 14. qui propter exaltationem vivificæ crucis honoratur. Item vigesimus sextus, propter Apostoli & Evangelistæ Joannis Theologi transmutationem. Item 6. *Octobris*: quod tum memoria sancti Thomæ Apostoli celebretur. Item 9. in honorem Jacobi Alphæi Apostoli. Item 10. in honorem Lucæ Apostoli & Evangelistæ. Item 13. *Novembris*, quod tum memoria patris Chrysostomi celebretur. Item 14. quod tum Philippus Apostolus festiviter honoretur. Item 16. quod tum Matthæus Evangelista & Apostolus honoretur. Item 21. quod tum Dei genitricis in templum introitus celebretur. Item trigesimus, quod tum Andreas Apostolus festiviter honoretur. Item nonus *Decembris*: quippequia tunc genitricis Dei nostri conceptio celebretur. Item vigesimus, usque ad ipsum sextum *Januarii*, utpote quod diebus iis natalitia & baptismus domini & Dei & Servatoris nostri Jesu Christi celebretur. Item ejusdem Januarii duodevigesimus, divinorum patrum & doctorum Athanasii & Cyrilli gratia. Item ejusdem mensis vigesimus quintus, propter memoriam magni patris Gregorii Theologi. Item 2. *Februarii*, quod tum Servatori obviam itum sit. Item 3. celebrandæ memoriæ Simeonis Dei susceptoris causa. Item vigesimus quintus *Martii*, boni nuntii ergo ad Dei genitricem delati. Item dies Paschales ab ipsa Lazari resurrectione, usque ad ipsum post sacrum Pascha octavum. Item 15. *Aprilis*, in honorem Apostoli & Evangelistæ Marci. Item trigesimus, in honorem fratris theologi & Evangelistæ, Jacobi Apostoli. Item 8. *Maji*, ob memoriam Evangelistæ, Joannis theologi. Item 10. propter memoriam Simonis Zelotæ apostoli. Item 21. propter memoriam sanctorum ac apostolis æqualium, magnorum Imperatorum, Constantini & Helenæ. Item 26. propter memoriam apostoli Alphæi Judæ. Item 11. *Junii*, in honorem Bartholomæi Apostoli. Item undevigesimus in honorem Apostoli Judæ, qui & Thaddæus & Lebæus & Jacobus nominatur. Item vigesimusquartus, propter Præcursoris natalitium. Item undetrigesimus propter principum apostolorum, Petri & Pauli, celebrationem. Item trigesimus propter duodecim Apostolorum celebrationem. Item vigesimusquintus *Julii*, propter sanctæ Annæ matris Dei genitricis, obdormitionem. Item 6. *Augusti*, propter Servatoris nostri Jesu Christi transformationem. Item nonus propter memoriam S. Matthiæ apostoli. Item decimusquintus, propter gloriosam sanctæ Dei genitricis emigrationem. Item vigesimus, propter memoriam S. Thaddæi Apostoli. Item vigesimusquartus, propter Bartholomæi Apostoli memoriam. Item undetrigesimus, propter venerabilis præcursoris decollationem. Hisce omnino feriatis diebus connumerabuntur medietates quadragesimalis jejunii, & Pentecostæ: tum etiam Servatoris assumptio [3], & omnes totius anni dominici dies: ut in illis omnis in judicium aditus præcludatur, ac nemo judicum judiciale quiddam faciat. Sane vero qui ex parte [4] judicium sistent, neque toti (uti antea diximus) feriati erunt, hi sunto. Mensis *Septembris* sextus, quoniam tunc in Chonis summi ducis Michaelis miraculum prodigiose peragitur. Item 23. *Octobris*, quoniam memoriam fratris Dei, Jacobi celebramus. Item vigesimus sextus, quia magnum illum martyrem & unguento scaturientem festiviter veneramur, Demetrium. Item 1. *Novembris*, quod miraculosi illi anargyri, Cosmas & Damianus, festive colantur. Item 8. quod conventus defunctorum celebretur. Item duodetrigesimus, quod S. Stephanus martyr junior celebretur. Item 4. *Decembris*, in honorem egregiæ martyris Barbaræ. Item 6. in honorem miraculis celebris unguentoque scaturientis Nicolai. Item 10. *Januarii*, in honorem divini Gregorii Nysseni. Item 16 propter adorationem venerabilium principis Apostolorum Petri vinculorum. Item 19. propter recuperationem venerabilis defuncti Gregorii theologi. Item 27. propter recuperationem venerandarum reliquiarum Chrysostomi Item 7. *Februarii* in honorem magnifici martyris, ducis exercitus Theodori. Item 17. in honorem præmiis decorati Theodori tyronis. Item nonus *Martii*, nempe quod tum sanctorum quadraginta Christi martyrum memoria celebretur. Item vigesimustertius *Aprilis*, quippe quia tum magnificus martyr Georgius honoretur. Item secundus *Maji*, in honorem magni Athanasii. Item octavus *Junii*, in honorem magnifici martyris Theodori, exercitus ducis. Item nonus, in honorem sancti Patris nostri Cyrilli Alexandrini. Item vigesimusseptimus, in honorem sancti & miraculosi Sampsonis. Item primus *Julii*, quia tum sanctorum & miraculosorum anargyron illorum memoriam colimus. Item 2. quia depositionem pretiosæ vestis Dei genitricis recolimus. Item 8. quia magnificum martyrem Procopium festiviter honoramus. Item 11. quia eximiam martyrem Euphemiam concelebramus. Item 20. quia prophetam Heliam honoramus. Item 27. quoniam præmiis decoratum, & miraculosum Panteleemonem festive colimus. Item 31. *Augusti*, propter pretiosi cinguli immaculatæ Dei genitricis depositionem. Atque hi quidem dies sunt qui quodammodo feriati, & quodammodo non feriati sunt. Quibus vero diebus propter nativitatem, aut creationem principis feriamur, hos Imperatoria mea majestas inter non [5] feriatos collocat: præsentem sanctionem a se inchoans, & per ea quæ ipsamet actura est, reliquos docens. Non perinde enim præsentis constitutionis sermo, quantumvis in illum attentis, atque imperatoriæ majestatis meæ actio persuadeat. Mea itaque Imperatoria majestas quibus diebus, tum in hanc vitam producta, tum divina providentia in Imp. designata est, ne feriati sint, neque ullas inducias in illis judicia habeant, sancit. Sane præter supra descriptos anni dies omnes fasti erunt, & in illis judicia judiciariisque sententiis consentaneæ executiones exercebuntur. Persuasum autem habemus, Deo etiam hanc Imperatoriæ meæ majestatis sanctionem fore gratam. Cum enim Pharisæos execraretur dominus, neglectum ab ipsis misericordiæ [6] judicium ante omnia caussatus est.

3. De synodica subnotatione patriarchæ Lucæ de nuptiis septimi gradus cognationis.

Facta est autem etiam postea jussio potentis & sancti Imper. nostri & domini, emissa mense Majo ejusdem indictionis, quæ hæc in ejus parte decernit. Nostra itaque Imperatoria sublimitas hoc synodale de quæsito responsum, vel, ut vere dicam, decretum consequenter divinis canonibus legibusque civilibus editum, in posterum observandum, & perpetuo immobile, ac immutabile futurum judicavit, eandem de proposita quæstione habens sententiam, quam sanctiss. D. & universalis patriarcha, & sancta ac divina synodus.

4. De decisione Sisinnii de nuptiis duorum fratrum cum duabus consobrinis.

Cum hæc ita se habeant, & de ejusmodi contractu exorta esset controversia, emissa est Novella constitutio potentis & sancti nostri Imper. & domini mense Junio, indictione octava, quæ hæc in fine persequitur. Itaque ut utraque recte serventur & colantur imperialium & sacerdotalium jussionum majestas legumque & canonum subtilitas, nec decisio omnino solvenda est, nec rursus permittendum, ut omnino exerceatur. Sed media quadam & regia, ut ajunt, via est incedendum: & utrumque est conservandum, nempe, & reverentia quæ debetur antistiti, qui illam decisionem conscripsit: & Imperatoribus, qui illius decisionis meminerunt: & videndum ne quid quod a legibus canonibusque discrepet, suadeatur, quod hæc induxit decisio. Oportet enim contractum ea decisione introductum jam quidem etiam ante interrogationem perfectum non dissolvi, sed eos qui sic matrimonio conjuncti sunt, pœnis impositis gravari, judicio & examinatione illius loci antistitis, & conservari conjugium. Quod si prius sciscitatum accesserint, non concedere sine convenientibus pœnis & mandatis propter eam, quæ superius dicta est, reverentiam: Nec libere ac secure, nullaque ad eos retardandos allata causa sciscitantibus permittere, sed cum mandato, vel ipsos potius ab Ecclesia, dictæ decisionis, & eorum quæ in illa decernuntur, commemorationem accipere. Etsi decretum quidem honorare volentes, quæ etiam in eo comprehensa sunt, velint inconcussa manere, sunt omnino laudandi: sin autem quod ab eo vetitum est, velint agere, hoc eis facere permittetur, convenientibus tamen eis prius pœnis impositis.

5. De nuptiis cum duabus sobrinis.

Quia autem aliquando ad Imperatoris tribunal agitatum est, an posset unus & idem duas sobrinas in matrimonio habere: utpote cum contractus ad 7. affinitatis gradum deducatur, edita est Imperatoris D. Emanuelis Comneni jussio, quæ statuit hoc non posse fieri: quoniam maritus censeatur unius esse gradus cum uxore: & quod contractus ad sextum affinitatis gradum deveniat.

6. De sententiis judicum.

His sic definitis, quæsierit quispiam, cum præsens canon definiat in omnibus causis plurium sententiam vincere: Novella autem constitutio potentis & sancti nostri domini & Imperatoris D. Emanuelis Comneni mense Julio 14. indict. anno 6674. promulgata, constituat cum aliis & hæc nominatim: Si omnes non sunt ejusdem sententiæ, sed aliqui dissentiant, si qui dissentiunt, numero sunt æquales, eorum præferetur sententia, quibus is qui judicio præest, consenserit: utrum sequi debeamus?

7. Ne morientium Episcoporum diripiantur bona ab exactoribus.

Præterea tene memoria constitutionem Septembri mense, xiv. indictione emissam, Imperatoris domini Emanuelis Comneni, de non rapiendis ab exactoribus bonis, quæ ad defunctos episcopos pertinuerunt, quæ quidem hæc complectitur. Res quæ & in Dei contemptum, & ad legum naturæ infirmationem, ab iis qui, ut ajunt, neque Dei vocem, neque hominum vindictam formidant, ut est verisimile, patratur, non ferenda omnino meo imperio visa est, cum ad ejus aures pervenisset. Quamobrem eam ut omnino Christiana professione indignam, meum corrigit imperium. Ei enim relatum est, in excessu e vita eorum qui ubivis pontificatum gerunt in sanctissimis Dei ecclesiis partim quidem antequam funus efferatur, partim vero postquam elatum fuerit, eos qui in ea regione fisci procurationem exercent, ipsorum mortis prætextu eorum cellas inhumane invadere, & immobilia quæ sunt sub ecclesiis quæ eis obtigerant, & omnes quidem facultates quæ in illis inventæ fuerint, auferre: universam autem ejusmodi immobilium exactionem facere, & ea alioqui omnino conterere. Imperium ergo meum ne vel auditu quidem ferendam eorum esse audaciam existimans, ne cum damnum & calamitas ex antistitum morte ad eorum ecclesias pervaserit, hi multo majorem calamitatem invehant, & ea sint quam jam habent molestia longe molestiores: statuit per hanc præsentem constitutionem, ne ab iis qui ducales magistratus gerunt, vel descriptiones, vel aliqua alia publici juris exercent, tale quid in sanctissimas ecclesias, vel earum immobilia, vel antistitum cellas, in eorum morte deinceps amplius innovetur: sed si testati quidem moriantur antistites, eorum voluntate & ordinatione omnia fiant, quod ad ea attinet, quæ in eorum cellis inveniuntur. Quod si forte etiam intestati decesserint, omnia quoque fiant, ut sacris canonibus & legibus videtur. Atqui in viduarum ecclesiarum immobilia ne pedem quidem omnino immittet aliquis ex ducibus, vel aliquibus aliis, ut dictum est. Sed nec quælibet illinc pars quomodocunque apprehendetur, sed omnia a partibus ejusmodi ecclesiarum in ipsis administrabuntur,

1 Feriati omnino dies. 2 Annum a Septembri inchoari hic observa.
3 Id est, ascensio. 4 Feriati ex parte dies.
5 Non feriati dies.
6 Misericordiæ neglectæ Pharisæi a Christo notati.

nistrabuntur,

nistrabuntur, quemadmodum de ea legitime & canonice edictum est: donec sc. qui post mortuos antistites in ecclesias renunciati sunt, in regione fuerint, & eorum administrationem apprehenderint: debente scire eo qui ad infirmationem alicujus eorum, quæ a præsenti imperii mei constitutione decreta sunt, processerit, quod etiamsi Deus in tali ejus tamque audaci incepto in præsentia siluerit, omnino in futurum dignum ejus supplicium reservans: imperium tamen meum eum acerbius in præsentia aggredietur, pœnis eum corporalibus subjiciens & suorum membrorum truncationibus bonorumque publicationi, & diuturno exilio. Non solum enim ex eo simplum reddet ecclesiæ, quod ei illo modo ab ipso auferendum est, sed etiam a fisco talis quantitas in duplum absque ulla commiseratione exigetur, perfectissima de ea re cognitione ab antistite illius temporis data mystico, qui debet etiam utraque administrare: de suo autem peccato omnino excusationem non habebit. Venit enim meum imperium, & eis per præsentem constitutionem euangelice locutum est, quæ in sacro chartophylacio, seu tabulario reponetur, sanctissimis ecclesiis opem latura, etiamsi ejus exemplaria sola competenti fide munita ab ipsis partibus insinuentur, ea enim archetypi vim habebunt, & exhibentibus aderunt ad æternam securitatem.

8. *De homicidiis voluntariis.*

QUia autem de voluntariis homicidiis mense Aprili, indict. xiv. a potentissimo & sancto imperatore nostro domino Emanuele Comneno Novella edita est, eam manda memoriæ, quæ sic habet, post procemium sic tractans. Jubet ergo omnibus qui sunt in regionibus judicibus & militaribus quæ sunt in eis copiis, & earum ducibus, ubi fuerit cædes voluntaria, & tale quidpiam ausus fuerit aliquis, ut omnes statim excitentur ad apprehendendum homicidam, & eum vinctum mittant ad Imperatoriam circumspectionem: vel, si ea absit, ad magnæ urbis quæ a Deo custoditur præfectum, ut ipse in carcerem publicum introducatur, & tam in corpore, quam in bonis secundum legum & Novell. constit. potestatem puniatur, & alia supplicia subeat. Scientibus his omnibus, si probatum fuerit, potuisse quempiam homicidam apprehendere, & non fecerit, eum non secus condemnandum quam si Imperio insidiatus fuerit: sin autem latuerit fortasse quispiam, & ad sanctissimam Dei magnam ecclesiam confugerit, postquam pœnæ ecclesiasticæ adversus eum processerint, ex legali observatione, præsente quidem in regia urbe eo qui imperium obtinet, ab eo mittetur in provinciam quam censuerit, ut totum vitæ suæ tempus illic transigat, nec illinc effugiat, ut recurrat in eum locum in quo facinus execrandum admisit. Absente autem forte Imperatore, a præfecto, ut dictum est, in aliquam remotiorem regionem exterminabitur, & illic vitæ suæ tempus peraget. Sin autem non solum voluntarie, sed etiam præmeditato captoque consilio cædem perpetraverit, non cogetur ex prædicta regia constitutione tonderi. Si enim eum qui sua sponte ad tonsuram accedit, non eo ipso statim admittit canonica subtilitas, sed ei sufficiente tempore attributo, & per ipsum mente ejus, firma sit an instabilis examinata, siquidem hominem invenerit in eo quod primum habuit proposito perseverantem, & monastico habitu, & corporis mortificatione se impigre præparantem, boni quoque operis ei affert complementum, eo in monasticam institutionem statumque suscepto: quomodo non fuerit a ratione alienum, & a legibus spiritualibus dissidens, aliquem necessario tondere, eumque homicidam, quem Deus eo usque reliquit ut etiam manus fraterno sanguine pollueret? Timendum est etenim, ne invitus vitam angelicam ingressus, eaque vi suscepta venerando habitu in ludibrium utatur. Homines enim leviores cum in dementiam inciderunt, pessimas & perversissimas actiones suapte natura aggrediuntur. Loco ergo tonsuræ statuit mea Imperialis majestas, ut qui voluntariam cædem capto consilio perpetraverit, in custodia toto vitæ suæ tempore degat, & nec illinc quidem educatur jussu forte Imperatorio per oblivionem exhibito. De eorum autem facultatibus fiat sicut jussit Imperator memoratus. Quia autem plures homicidæ qui cædem meditato & consilio capto perpetrant, ad sanctissimam Dei ecclesiam postea accedentes, non ut facta est a se, sed ut ad suam facit utilitatem, cædem confitentur, jubet mea Imperialis sublimitas, ut a sanctissimo hujus temporis patriarcha ad regionis antistitem, & qui ei subest clerum, quinetiam ad provinciæ judicem cum pœna scribat, & quemadmodum factam esse cædem ex illius rescripto intellexerit, ita eam quoque persequatur: & non eum qui capto consilio cædem facit propter falsam suam confessionem, ad easdem pœnas, & eadem supplicia admittat, ad quæ qui fortuito & improviso in tale aliquod crimen incidit. Si quis autem homicida, qui ad sanctissimam magnam ecclesiam confugerat, & vel perpetuo exilio condemnatus, vel in vinculis esse, vel in perpetua esse custodia toto vitæ suæ tempore jussus erat, solutus, inventus fuerit in loco ubi cædem perpetravit ambulare, vinctus ab exactore qui est in provincia, ad meam Imperialem sublimitatem mittetur: & quæcunque quidem res tunc ei inventæ fuerint, exactori in lucrum cedent, & ei qui homicidam indicavit, ex æquo divisæ. Omnino autem curæ erit iis, qui sunt in sanctissima magna ecclesia illorum judicibus, ut cum conveniente canonica severitate crimina cædis puniant, & tempora non temere contrahant, nec plusquam par sit in iis quæ non decet, se lenes & clementes præstent. Imperialis autem meæ constitutionis exempla, ab iis qui præsunt judiciis descripta, missa ad ecclesias quæ sunt in provincia, ibi reponentur, ut eorum quæ sunt constituta omnes scientiam habeant, & faciant quemadmodum eis comprehenditur. Quod si is qui capto consilio cædem fecit tonsuram sua sponte elegerit, non absque probatione inter monachos cooptabitur: sed sufficienti tempore accuratissime & diligentissime ex canonicis constitutionibus examinatus, & probatus, in monasterio, vel invitus toto vitæ tempore manere cogetur, nec ei unquam exire permittetur. Monasterium autem erit omnino in alia provincia, & non in ea terra quæ mortui sanguinem dehiscens male suscepit.

9. *Ut ecclesiarum & monasteriorum quæ sunt ad urbem, immobilia intacta sint a manu fisci.*

POtenti ergo & sancto nostro Imperatori gratiæ agendæ sunt, qui apostolico canoni consequenter & præsenti constitutioni ecclesiarum & monasteriorum quæ sunt ad urbem, intacta & integra immobilia conservavit a manu fisci, seu publici, per tres aureas bullas suæ Imperialis majestatis: quarum altera quidem Julio mense, ix. indictione, 6654. anno facta est, & constituit non lædi monasteria, eo quod jura quæ illis forte adsunt claudicent: & secunda, quæ mense Octobri, vi. indictione 6665. anno emissa est, & jubet monasteria indivulse & inseparabiliter habere immobilia, etiamsi eis allegationes a census descriptore datæ sunt, quæ pro jure fisci faciunt. Hic autem sitæ non sunt, quod non perpetua cautio & utilitas monasteriis ex iis suppeditetur, sed temporalis. Alia vero quæ mense Martio vi. indictione, 6666. anno edita est, & in omnibus secretis posita quæ post procemium hoc expresse edicit. Imperialis mea sublimitas aliquot abhinc annis auream bullam emittere dispensareque prævenit, iisque quæ in hac urbium regina sita sunt, monasteriis, & iis quæ sunt in occidentali parte Steni, quantum est in littore & longius: similiter & iis quæ sunt in sinu Nicomediæ, & usque ad ipsam Nicomediam, & iis quæ sunt in insulis, Oxea, Prima, Chalce, Plate, S. Glyceria, Principo, Antigonia, Tragonesio, Terebintho, S. Andreæ, S. Tryphoni, S. Liberio, Codonæ, Pelago, Co insulæ dimidio, Medicæ, & sancto Demetrio, & iis quæ sunt in possessionibus portuum, & usque ad complexum Athyræ: & (ut semel dicam) iis qui circum circa Reginam civitatum exercentur monachis, viris & mulieribus iis multa jura largita est, & in immobilium detentione, ac dominatione, quæ quibusdam juribus ad eos pertinent, firmam & inconcussam possessionem concessit: quemadmodum aurea bulla hæc fusius persequitur. Sed quoniam cavillatores quiescere non potuerunt, sed fisci, seu publici prætextu eis gravem afflictionem intulerunt: Imperialis mea majestas Deum placare & propitium efficere volens: ob ea quæ ipsum ut homo offendit: simul etiam volens, magni Imperatoris, Christi scilicet, milites qui vitam monasticam propter ipsum elegerunt, & spiritus armaturam induerunt, socios habere, & strenuos defensores adversus hostes, tam qui videntur, quam qui non videntur, bono illi fundamento tectum quoque proportione conveniens imponere voluit: & præsentem auream bullam ea ex causa edidit, per quam statuit & definit, omnia immobilia quæ hodie ab enumeratis monasteriis possidentur, vel etiam silentiariis & anachoreticis cellulis, vel lauris, & omnino monasticis habitaculis, quocunque nomine vocentur, parœcias, prædia, conventus, tributa, vectigalia, portus, flumina, jura maritima, & ut semel dicam, quodcunque jus in possessione immobili consideratur, & in quocunque loco situm sit, in quo scil. hucusque non data est iis denotatio, seu designatio ab iis qui sunt in ea regione census descriptoribus quæ publicum in iis jus habere comprobet, habere dictas mansiones perpetuo dominio ut imperii mei donum & liberalitatem, & eis deinceps semper in posterum dominari, etiamsi probabili, vel non probabili de causa aliqua eorum, vel etiam fortasse omnia hucusque detinuerunt: vel etiam sine ullo titulo, vel ex titulo quidem, qui male se habet, vel est fortasse falso confictus. Omnia enim quæ ab ipsis in quocunque situ possidentur in oriente & occidente, sive ex iis qui eo tempore administrabant Imperatoribus, sive sint ex fragmentis sive ex commiserationibus, sive e loco motis vel caducis, vel ex vilibus quæ penduntur diariis, vel ex vilibus calamitate vexatis, vel iis quæ a potentibus vendita sunt, vel contra: vel ex correctione male factarum venditionum, & si in aliis locis jussa dari, in aliis tradita sunt, vel donata, non tradita sunt: vel tradita, donata non sunt, vel quovis alio modo male ab ipsis detinentur inconcusse & nullo negotio eis exhibito, a dictis monasteriis vult meum Imperium ea in æternum possideri, ut meum mei Imperii donum a mea liberalitate & munificentia profectum. Cum enim sola nunc apud ipsos immobilium inveniatur detentio, quæ pro omni titulo debet eis sufficere, est supervacaneum, de ullis aliis curiose investigare. In omnibus enim quæ hodie possident, præterquam in iis in quibus a publici census in ea regione descriptoribus documento data sunt, quæ jus fisci, seu publici, ut dictum est, probant, debet præsens aurea Imperii mei bulla sufficere, & pro donatione, & emptione, & quovis alio titulo satis esse: etiamsi quodcunque aliud secretum in eis probetur. Nec cogentur monasteria, ob ea quæ nunc possident immobilia, antiqua alia quæ eis adsunt jura proferre. Sed hac præsenti aureæ bullæ scriptura pro omni jure utentes, ea contenti esse debent, ut quæ eis, ut prius scriptum est, sufficere debeat, & pro donatione & pro traditione, & quovis alio jure. Sin autem invitante fortasse tempore voluerit ullum monasterium iis etiam quæ habet juribus & titulis uti, ea pro se afferens, a nullo penitus prohibebitur, hoc enim non faciet necessario. Si autem hoc propria voluntate elegerit, nemo impediturus admittetur. Non solum autem ad probandum jus terreni quod habent monasteriis sufficiet præsens bulla aurea: sed etiam in parœciis quæ nunc ab eis detinentur, & prædiis, vectigalibus, conventibus, trajectionis solutionibus, portubus, fluviis, juribus maritimis, & quocunque alio jure, quod ab eis possidetur, præterquam in iis, in quibus documenta pro publico (ut sæpe superius dictum est) assumpta sunt. Sin autem recenseri jussa sunt, vel amputari quædam tributa, vel pacta, vel militiæ, vel publica, vel libellica, vel aliquid aliud quod ad publicum pertinet, & non factum est quod recensendum erat, vel habet aliquod aliud jus quod apprehendi possit, monasteria ex eo nihil lædentur. Quid autem opus est multa dicere & enumerare, & exempli gratia afferre? Verborum multitudinem Imperii mei majestas prætercurrens, ne quis in ejusmodi rebus callidus, & vafer nonnullis quidem dictis, ex iis causis quæ immobilia concutiunt, aliis vero silentio præteritis, verba arripiat, & more Judaico, literæ insistat, & conetur in iis quæ dicta non sunt, monasteria agitare & vexare, universali & generali oratione, Imperium meum vult & decernit, ut quod in iis quæ hodie a monasteriis possidentur, vel in ipsis sunt monasteriorum cathedris, pro publico cogitatum fuerit ab aliquo, vel nunc, vel quandocunque, monasterio datum esse reputetur. Et simul ac hoc cogitarit quispiam vel dixerit, id quoque statim apprehendet monasterium, ut hodie a mea Imperatoria sublimitate donatum. Quod enim ad ea attinet quæ nunc possident immobilia, de quibus pro publico documenta non acceperunt monasteria, imperium meum vult unumquodque eorum publicum existimari, & perpetuam firmitatem obtinere, & a nullo de ea re disceptari, & quemadmodum publico nulla a se molestia negotiumve exhibetur, sic nec silentiaria, nec monasteria, nec reliqua ab ullo publici curatore litibus agitabuntur, sive quis probabilem sive non probabilem causam afferat, sive cujusmodicunque sit quod loquetur. Quisquis enim hoc facere aggressus fuerit, invalida & revera infirma dicere videbitur: & citra ullam misericordiam, ejus facultates fisco consecrabuntur, & ipse omnino infamis semper

erit: utpote qui Imperatori adversetur, qui pie, ac religiose omnem molestam vexationem a monasteriis in iis quæ ipsis data sunt, per præsentem auream bullam amoveat, & per ipsam exiguum aliquod donum offerat pro innumerabilibus beneficiis quæ a munifica ejus dextra accepit. Non licebit ergo, nec publici census descriptori, nec ullius secreti præfecto, vel peræquatori, vel in rebus agenti, vel focos censere, & terræ mensuras investigare, vel parœcorum quantitatem, vel quod terræ amplius possidetur, vel non justo pretio emptum est, vel injuste detinetur, examinare. Sed quoniam Imperii mei mandato acta facienda sunt, eorum nomine quæ hodie a monasteriis detinentur immobilium, & parœcorum, tunc demum juste monasterium molestia afficietur, & quod injuste detinet, ab eo auferetur, quando publici census descriptor ostenderit monasterium extra terminum occupare loca, vel parœcos, vel jus aliud. Nec enim licentiam habebunt monasteria augere & amplificare ea quæ ab ipsis hodie possidentur, sive parœci sint, sive loci, sive ἀυτέργια. Verumtamen per hujusmodi occasionem non licebit exactori, aut descriptori ulli fumarium, vel mensorium, aut aliud quodpiam vectigal quod ad ipsius officium pertineat recipere ab immobilibus quæ suprascriptis subjacent monasteriis. Qui enim contra ausus fuerit, sciat se non tantum id quod exegit multiplicatum restituturum, sed & omnium bonorum publicationi cum infamia & civilium munium incapacitate subjectum iri. Sic enim vult mea majestas jam manifestatorum monasteriorum immobilia omnia haberi ab unoquoque exactore, quasi non subsint ipsius officio, vel potestati. Et quemadmodum exactores in non sibi subjectis provinciis nihil juris habent, ut in iis agant administrentve quicquam: sic nec in immobilibus monasteriorum exactores provinciarum, quibus ea subsunt, censebuntur exactores. Quæ igitur fient acta, & descriptiones ab iis quos Imperium meum statuerit ad probationem eorum quæ a monasteriis possidentur, competentibus secretis propter notitiam insinuabuntur. Scire namque debent omnia monasteria, si quod ex iis deprehensum fuerit, astutiam aliquam, vel collusionem, vel dolum fecisse in immobilibus quæ hodie ab ipsis possidentur, non solum nihil utilitatis ex hac meæ majestatis aurea bulla consequuturum, sed etiam casurum jure concesso prædictis monasteriis per præcedentem mei imperii auream bullam. Deinde autem sustulit hæc aurea bulla omnem quoque jussionem quæ ei adversatur, quæ scilicet facta est, vel fiet: & statuit ut monasteria suis quoque antiquis titulis utantur.

10. *De immobilibus magnæ ecclesiæ.*

ET illi quidem antiquo & celebri Solomonis sapientiæ templo pro viribus offerebant omnes: & huic quoque sacro & maximo templo, quod est sub nomine Dei sapientiæ, qui ex Solomone & David secundum humanitatem derivatur, gloriose & regaliter extructo, cujus erat illud Solomonis præfiguratio, novæ inquam Sion, arcæ sanctificationis, servatoris nostri ecclesiæ, (quam super Apostolicorum mandatorum Petram adeo stabilem & immobilem Spiritus sanctus ædificavit) multi diversa munera obtulerunt, quæ in immobilibus possessionibus spectantur, ad orientem & occidentem sita: sed nonulla in insulis (sunt autem eorum quæ dixi, per redemptionem multa, ne dicam plurima) publico ea applicare decreverunt ex diversis causis ii qui sunt ubique publici census descriptoribus & in ejusmodi rebus exercitatis. Quoniam autem hoc ad mei Imperii aures frequenter delatum est relatione eorum qui hoc magnum & divinum templum dispensant, statim nostra potentia nihil cunctata hanc præsentem bullam huic venerabili domicilio elargita est, per quam ei pure donat & concedit nostra pietas omnia quæ ad fiscum, seu publicum quomodocunque pertinent, ex iis quæ sunt in oriente & occidente, & ab eis in omnibus insulis possidentur, immobilium possessionibus, tanquam ejus donum aliquod & sacram oblationem, sive sint parœci, sive terra fortasse arabilis, vel pratensis, vel consita vitibus, vel hortensis, vel cujusmodicunque prædia sive in eorum domibus agant famuli negotiatores, vel artifices, etsi castra in aliquibus eorum extructa sint, vel aliquid aliud, quod ad publicum utique pertinet, inventum fuerit. Corrigit autem meum Imperium per præsentem auream bullam quæcunque claudicare inveniuntur in iis quæ dictæ magnæ Dei ecclesiæ adsunt, viribus, ac titulis in omnibus ejusmodi immobilibus quæcunque ea fuerint, & omnia quæ illis adsunt in oriente & occidente, & in omnibus insulis, ut nunc a meo imperio data, & ei concessa reputentur per præsentem bullam auream nostræ serenitatis. Ob eam enim causam & exactas procedere descriptiones, quæ declarent cujusque generis immobilia, & qui eis præsunt incolas ac inquilinos: hoc amplius inventa in iis omnis generis ἀυτέργια a locorum descriptoribus, eorumque subscriptionibus confirmari & in perpetuam securitatem parti sanctissimæ magnæ ecclesiæ tradi jubet nostra majestas: ut omnia sint manifesta & extra controversiam posita, nec ullo tempore in disquisitionem revocentur a descriptorum quoquam vel inspectorum, vel peræquatorum & eorum qui aliter publica perscrutantur declaratarum descriptionum competentibus secretis, in futuram rei memoriam insinuandarum. Neque enim unquam eorum quis poterit ullo modo ingredi hujusmodi immobilia, aut ea in controversiam deducere & disquisitionem. Sed nec instrumenta in iis requirere, non fumarium, vel metreticon exigere, aut aliud ullum vectigal excogitatum in descriptorum lucrum: qui prohibentur insinuatione ipsa & sola præsentis aureæ bullæ mei imperii, & descriptionum, quæ ut supra comprehensum est, valituræ sunt. Omnis autem facta jussio, sive de prius separatis, sive de fragmentis, sive de commiserationibus, sive de iis quæ ab humilibus ordinibus, sive de iis quæ incisionibus subjecta, sive de militiis affectatis licet compensatio facta non sit, sive de non acquiescendo factis sine quantitate donationibus, sive de quacunque re edita fuerit jussio, & ulla in re repugnet præsenti imperii mei bullæ aureæ, irrita erit & invalida, & si ne irrita fiat in ea expressum sit, nisi nominatim pronunciatum sit. Omnium enim jussionum quæ factæ sunt, notitiam habet mea pietas, quas sigillatim enumerare supervacuum existimavit: & ut expressim enumeratas & eversas quod ad hanc aureæ bullæ orationem attinet, censeri constituit mea majestas. Sed nec alia ulla quæ in posterum fiet jussio huic piæ scripturæ prævalebit: quinimo & illa, quatenus præsenti meæ majestatis definitioni adversatur, irrita fiet, nullarumque virium: licet, ne subvertatur apposita sit clausula. Nisi nominatim pronunciatum sit, aut quævis alia distinctio. Ut autem sint manifesta quæ adsunt sanctissimæ Dei magnæ ecclesiæ immobilia omnia in præsenti bulla aurea aperte inscripta sunt: quæ habent hoc modo: in Thracia & Macedonia illa & illa, & deinceps enumerat omnia immobilia. Et post horum enumerationem ait, Judæi strobiliotæ ubicunque inventi, & excusi amplior capacitate triginta millium. Sancit Imperialis mea potestas sanctissimam magnam ecclesiam & omnem ejus partem habere jus suum inviolatum omnino & inconcussum, cum exactiones fieri debebunt terminorum definitiones a locorum descriptoribus, ut sæpe dictum est. Verum eo prætextu non licebit prædictis descriptoribus fumarium exigere, vel metreticon, aut necessariorum dationem, ullamve exactionem facere a quibuscunque immobilibus ejus. Sed absque ulla collatione & petitione prædictas finium descriptiones conficient. Quod si quis ausus fuerit violare quidquam eorum quæ præsenti aureæ bullæ oratione majestatis meæ definiuntur, præter Imperialem indignationem, in periculum veniet subeundi pœnam triginta librarum, quæ sine commiseratione a domesticorum secreto, ex aditione sanctissimæ magnæ ecclesiæ exigentur: quippe cum firma ac munita sit præsens aureæ bullæ oratio, facta mense Augusto 1. Indict. anno 6661. cui nostrum pietate præcellens subscripsit Imperium.

11. *De instrumentis omnium quæ ubique sunt ecclesiarum ob possessionem immobilium.*

PRæterea autem emissa est & alia bulla aurea Imperatoris quæ dicitur medicatrix, utpote quæ fortasse medeatur titulis & juribus omnium ecclesiarum quæ claudicant, episcopatuum scil. & metropolium, & ipsius magnæ ecclesiæ, quæ etiam ad verbum sic habet: Qui post Mosem fuit electi illius populi Imperator Jesus, Hierichuntis festinans munimenta ac propugnacula diruere, sacerdotibus jussit in circuitu tuba canere & sic murorum propugnacula mirabiliter dejecit. Imperio autem meo, quod novo populo a Deo electo præest, post illum principem populi servatorem & ducem alium Mosem inclytum, dico imperii mei dominum & genitorem, veluti quædam Hierichuntina mœnia, diruere properanti communis Christianorum inimici propugnacula, occidentalis dico draconis, qui [1] in Sicilia tyrannidem exercet, & illinc adversus Romanum Imperium latenter prorepit veluti spiritualibus quibusdam tubis, vestris antistitum Deum nobis quotidie placantium precibus, ad illum diruendum adjuvantibus opus est. Sed & ipse divinus Moses, quando cum Amalech prælium commisit, sacerdotibus utrinque innixus, sic eum fugavit, & vicit. Sicut ille ergo, meum quoque Imperium, antistitum sustentaculo indigens, ad aciem adversus novum hunc Amalech propositam, & veluti quandam lucis columnam novum hunc Israel præcedentem, & ejus gressus dirigentem preces eorum habere volens: hanc præsentem auream bullam, & omnium ecclesiarum matri, novæ Sion, Dei sapientiæ habitaculo, & iis qui sunt in omnibus insulis & in oriente & occidente antistitibus donavit: eorum pro Imperio meo preces magis confirmans. Recte enim scit meum Imperium, Regem non servari per multam potentiam, & gigantem non servatum iri in multitudine virtutis suæ: mendax autem equus ad salutem, ut dicitur cum Propheta & Psalmographo & Dei patre. Volens enim ut firmitas & stabilitas ecclesiæ quæ omnibus præest, servetur, & omnibus dictis antistitibus sanctarum quæ ubicunque sunt ecclesiarum, & securitatem titulorum ac jurium quæ illis adsunt, in ipsorum immobilium detentione firmius constituens, & præterea corrigens si quid in eorum juribus claudicet, & mero jure sit destitutum. Et non solum hoc, sed & si quod jus consequi debeant ad ejusmodi immobilium dominationem, detentionem & proprietatem, id fortasse prius factum non est, hanc imperii mei bullam auream ejus quod deest medicatricem illis tradidit, quæ veluti perfectum & integrum omnino inconcussum jus ejus ostendit. Per quam confirmat quidem & tutius facit quodcunque jus adest sanctis Ecclesiis, eique quæ illis præsidet, in ipsarum immobilibus cujusmodicunque fuerint, & ubicunque ea sita sint: & quod bonum est, melius fecit Imperii mei sententia & calculo. Quicquid autem est in eis in quibuscunque quis spectatum id dixerit, sive in aureis bullis diversorum Imperatorum, sive in sigillis, & sive in simplicibus jussionibus, sive in resolutionibus, sive in actis, claudicans, & aliquatenus, ab eo quod est exactum, & a debita consequentia deficiens regalium jussionum & legum corrigit & decernit, dictis sanctissimis ecclesiis nullum ex ea re præjudicium in æternum afferri: sed quod in eis est infirmum & imbecillum, esse firmissimum & nulla juris allegatione oppugnandum ab eo qui velit aliquid pro fisco, seu publico dicere, ut quod præsenti Imperii mei bulla aurea confirmetur & valde corroboretur. Et ut ex multis eorum quæ cuipiam in mentem venire possint, pauca quædam Imperium meum memoria repetat: si forte donatio ipsius parœcorum sit sine certa quantitate, aut mensurarum terræ, vel auturgia alia innovarint in hujusmodi possessionibus forte quæ ipsis donatæ non fuerunt: aut donatæ quidem fuerunt, jussiones autem de his factæ, non sunt revocatæ: vel in prius designatis donatis ipsis jussiones de prius definitis non sunt revocatæ: aut jussionum principalium quæ ipsis tributæ sunt aliquæ nullo modo insinuatæ fuerunt, aut fuerunt quidem insinuatæ in aliquo secreto, non tamen competente: aut insinuatæ perierunt, exempla autem earum fide digna reperiuntur: aut acta quæ procedere debebant, non processerunt, vel quæ processerunt, non sunt insinuata, aut quæ fieri debuerunt rationum computationes factæ non sunt, aut forte quamlibet aliam ob causam sive ex parte sive in totum jura sæpe dictis sanctis Dei ecclesiis & matri omnium claudicant, & inde firmitatem suam non habent, etsi non quæ id faciat causa nominatim expressa sit, aut forte alia ipsis exhiberi debuerunt jura de hujusmodi immobilibus velut quibusdam omnino procedentibus in ipsis (nam si documentum de quopiam ex possessis a se immobilibus nequaquam adquisierint, nihil a præsente aureæ bullæ oratione juvabuntur) nulla in re hæc omnia & quæcunque alia cuipiam pro fisco certanti in mentem quandoque venerint, lædere unquam sanctissimas ecclesias & Sophiæ Dei templum, reliquasque metropoles, archiepiscopas, episcopas poterunt in iis immobilibus, quæ (ut dictum est) ad ipsas pertinent, ex qualibuscunque documentis. Nam si nullum quæsierunt unquam jus in aliquibus forte immobilium quæ habent, nullam ex præsenti aureæ bullæ oratione sentient utilitatem: sicut nec in quibus fiscus, ad hodiernum usque diem possessionem

1 Saracenos videtur intelligere.

possessionem habuit ex justa quapiam causa, in his enim omnibus juris observabitur exacta disciplina. Si quis igitur voluerit per avaritiam, aut quampiam aliam causam, ea contemnere quæ hac chrysobulla mei Imperii oratione definita sunt: primum quidem sanctæ Trinitatis splendorem, cum ad tremendum sistemur tribunal, non conspiciet: excidet autem & Christianorum parte ut Judas duodenario. Et præter hæc execrationem sibi conciliabit primogenitorum sanctorum, justorum & deiferorum patrum qui ab ævo præmortui fuerunt.

12. *De citatione absentium.*

AC in iis quidem consistit canon. Tu autem scias, terminum qui hic præstituitur, hodie locum non habere, & per tria xxx. dierum edicta omnes actores, & reos accersiri, cujuscunque sint status, & cujusmodicunque causa sit: secundum Novellam potentis & sancti D. nostri & Imp. mense Julio editam indict. xiv. anno 6674. Sed hoc quidem servatur, quando per libellum & reliquam judicialem consequentiam pecuniaria vel criminalis causa adversus Episcopum illata fuerit. Si autem per ordinem adversus Episcopum vel clericum aliqua ecclesiastica quæstio denunciata fuerit, quando nec libello opus est, vel aliqua alia judiciali consequentia: & qui accusatur, seu defertur, non adest: punietur secundum LXXIV. canonem apostolicum, sicut condemnatur seu punitur etiam a legibus contumax impudens.

13. *De tonsura mulierum degere volentium in monasterio, post trimestre facta.*

NOn est lex scripta quæ statuat, ut si qua tonderi atque divortium facere cum marito velit, ne confestim tondeatur, sed in monasterium abducatur, & trimestri spatio exploretur, num forte in ipso velut pugnæ initio tonsuram deprecetur. Sed ex inscripta consuetudine, sæpenumero in judicio probata & confirmata, receptum est, ne aliter mulieri tonsura permittatur, quam si post tres menses interrogata sit, an in hoc bono proposito permanere velit. Ac sane hac de re coram imperatorio tribunali satis certatum est. Cum enim multi dicerent, debere Pyrrogeorgii illius uxorem confestim detonderi, quod firmi judicii esset, ut quæ etiam quadraginta annos haberet: ac vero nulla lex scripta de trimestri isto ageret: a Deo coronatus optimus & sanctus noster Imperator longam consuetudinem, ut dictum est, confirmatam, pro scripta lege suscepit: atque subnotatione confirmavit.

14. *De foro Judæorum.*

CUm moris esset ut Judæi coram solo Steni præfecto litigarent, optimus atque sanctus noster Imperator statuit, ut coram quocunque tribunali secundum leges causas agerent. Ac consuetudo pro nihilo habita est ut quæ legitime non fuisset confirmata.

ALEXII COMNENI SECUNDI.

Ne monasteriorum prædia describantur.

IMperium meum ex vestris precibus exaltatione indigens, & vestigiis domini & patris sui bonæ memoriæ volens insistere, illius quoque in eos qui sunt Deo dedicati beneficentiam imitari constituit. Ideo per hanc unam in vos beneficentiam & Deo, qui ipsum Imperatorem fecit, gratificatur, Imperatorisque & patris nostri sanctæ animæ & nostræ potentiæ profectus in bonam basim ac fundamentum ponit: & vestræ petitioni se inclinans, ut vim suam habeant, sintque stabiles, firmæ ac immobiles, quæ de vestris monasteriorum beneficiis aureæ tres bullæ emissæ sunt a sancta illius majestate decernit, & ut in eodem robore immobiliter permaneant: in quo a principio expositæ sunt, & quæ iis consequenter processerunt traditionis acta securitatem referant, etiamsi post biennium facta fuerint: licet fortasse quædam eorum in convenientibus secretis prius posita non fuere: iis quæ ad interpretationem vel subversionem virium bullarum aurearum particularem vel generalem editæ sunt jussionibus, quæ in nostris monumentis declarantur, quomodocumque emissæ fuerint, per præsentem resolutionem inutilibus invalidisque redditis, & perinde ac si ne essent quidem omnino reputatis. Cessabit autem & quæ hucusque vestris monasteriorum immobilibus in Thracia & Macedonia sitis insultavit, Practorici & Catepanici usus exactio, stuppæque & axungiæ redemptio & exactio, tanquam per hanc præsentem resolutionem excisæ & radicitus extirpatæ, & eo redactæ, ut nec sint, nec nominentur: prætoribus & exactoribus & catepanis, & iis qui stuppæ & axungiæ redemptionem vel exactionem exercent, iisque qui illis ministrant, sic ejusmodi immobilia prætercurrere debentibus, perinde ac si ne in suis quidem omnino regionibus sita essent, utpote quæ non sint a publico omnino requirenda in omnibus, quæ hoc modo decreta sunt ipsi, ab initio hodierni diei repetiti diuturno, & deinceps in omne ac perpetuum tempus suscepta sine contradictione, nec habeantur pro descriptis in publicis actis, licet autem non descriptæ sint in actis, sed alio quo modo agnita, & sic recepta. Si quis autem præter ea quæ constituta sunt his aureis bullis & præsenti solutione mei imperii, fuerit ausus aliud exequi in quibusvis possessionibus immobilibus vestrorum monasteriorum, prætorquam quod læsæ majestatis tenebitur reus (sicut his aureis bullis definitum est) & ab eminentissimo temporis illius mystico illatum cuipiam vestrarum possessionum damnum sarcire compelletur. Monasteriis quoque omnibus vicissim curæ erit, tam iis quæ sunt intra urbem quam quæ extra sub terminis iis aureis bullis comprehensis imperatoris bonæ memoriæ inclyti D. & patris imperii mei, ea peragere quæ in vestra suggestione declarata sunt: nisi velint tali excusatione privari, eo quod semel ea neglexerint.

ISAACI ANGELI.

1. *De metropolitanis revocantibus ad se pertinentes episcopas jure metropolis aut archiepiscopatus honoratas.*

QUoniam autem mense Aprili, xi. Indict. anno 6707. edita aurea bulla Imperatoris domini Isaaci Angeli, quæ & metropolitanis episcopatus ad se pertinentes, & metropolium, vel archiepiscopatuum honore donatos ad se revocantibus, & iis itidem qui imperialem circumspectionem privare conantur, ne episcopatus in metropoles & Archiepiscopatus erigat, secundum sibi datam a superis potestatem, os occludit: a nonnullis quæsitum est quid sit quod canone comprehenditur, ut honore affectæ metropoles solum honorem habeant, utpote aliis juribus veræ metropoli servatis. Dicimus de ea re dubitationem ab Imper. hac constitutione dissolvi. Quæsitum enim est, & post multas rationes allatas, hæc ejus rei gratia expressim comprehensa sunt: *& quod* universali ratione & generaliter exposita dispositione, ecclesias quæ jussione Imperatoria in altiorem thronum eriguntur, honore quoque dignas censeri oporteat, & electiones illic procedere ex forma canonica, quæ in magna ecclesia consecuta est, metropolitanis & archiepiscopis convenientibus & metropolitanum eligentibus: hoc & Imper. mea sublimitas decernit, & hanc constitutionem sancta quoque sequetur synodus, ut quæ ecclesiasticum ritum accurate servet, & a canonica rectitudine non excidat.

2. *De nuptiis septimi gradus.*

SCias vero, licet synodalis hæc decisio, & ipsam confirmans Imperatoria jussio consanguineorum in septimo gradu matrimonium minanter prohibeat: indictione tamen iv. anno 6694. cum dominus Basilius [1] Camaterus patriarcha esset, ab Imperatore nostro sancto domino Isaacio Angelo jussionem esse factam, quæ statuit, ne ex dictis actis, matrimonio post illa inter longe felicissimos Cæsares, dominum Joannem Cantacuzenum videlicet, atque germanam imperatoris sororem dominam Irenen, contracto quamquam in septimum consanguinitatis gradum referatur, præjudicetur: sed quantum ad illos, & quidem solos, quæ a synodo atque Imperatore domino Manuele de istiusmodi nuptiis determinata sunt, inefficacia sint. Quod etiam a synodo approbatum est.

3. *Subnotatio inclyti Imperatoris domini Isaaci Angeli, ut tondeantur electorum pontificum uxores, facta die 20. mensis Septemb. 4. indict. 5.*

LEgitimam Imperatoris sententiam non sine periculo delinquentes experientur. Ut enim dentibus acerba uva, oculis fumus nocet: sic iniquitas iis qui ipsa utuntur. Quorsum vero mihi hoc orationis spectat præludium? Cum sacratissimus Cyzici metropolitanus invenisset majestatem meam hodierno die jura reddentem, assidentibus sanctissimo domino meo œcumenico patriarcha, & aliis sanctissimis patriarchis, Antiocheno videlicet & Hierosolymitano nomina inferius continebuntur: Propositum est quosdam eorum qui ad metropoles, vel archiepiscopas electi & ordinati sunt, cum uxores ante ordinationem haberent, non recusare quidem quin primarii sacerdotii chrismate inungerentur: sed eorum uxores eundem rursum mundanum habitum induere, inverecunde agentes in iis ædibus quas antea habitabant: nec fœmineis introductas esse monasteriis, sed nec Deo seipsas dedicasse, & vitam delegisse monasticam. Et hæc, quod sacri divinique canones expressim moneant electos pontifices, a legitimis suis uxoribus, quas ante ordinationem habebant, omnimodo abstinere: ut non ex præcepto, sed propria voluntate eorum quisque continentiam, vel cœlibatum proprium sibi deligat, propter dignitatem sacerdotii, aut propter matrimonii honestatem, conjunctionem castam præferat. Hæc dicens, varios canones allegabat, inter quos & quadragesimus octavus erat sextæ synodi, hæc ad verbum comprehendens: Uxor ejus qui ad episcopalem dignitatem promotus est, communi viri sui consensu prius separata, postquam in episcopum ordinatus est, ac consecratus, monasterium ingrediatur procul ab episcopi habitatione extructum, & episcopi providentia fruatur. Sin autem digna visa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem provehetur. Lecto igitur hoc canone, Imperium meum in hominibus agnoscens maxima dona Dei a superna clementia, & regni, ac sacerdotii divinitus concessam unctionem & dignitatem ex uno eodemque perenni fonte manare humanamque exornare vitam, & amplificare: nihil etiam studiosius colens quam sacerdorum auctoritatem, qui regia & divina speculatione manus erigentes, Deum pro Christiana multitudine deprecantur, & ut sacræ quædam ancoræ Imperialem potentiam suffulciunt: postquam etiam canones contemni & infringi cognovisset in bene instituta republ. & quidem nostræ potentiæ, quasi non soluti essent creati pontifices, qui suis uxoribus cohabitare non vererentur: non parum commotum est. Triste etiam quiddam nec gratum in piissimum chartophylacem mea intuens majestas, definiit cohortantibus ad id sanctissimis patriarchis uxores creatis pontificibus ante ordinationem conjunctas in muliebria monasteria procul sita ab habitatione pontificum sine dilatione induci, tonderique eas, & canonice apud monachas degere, in quo monasterio comam deposuerint: aut si ipsæ tonsuram recusent, qui eis ante creationem juncti erant matrimonio pontificali solio, & dignitate priventur, & in eorum locum alii sufficiantur. In posterum autem, qui ante creationem legitimam uxorem habebit, non aliter ordinari, quam si communi conjugum scripto consensu, & placito a se invicem separentur, & mulier monasticam vitam amplexa sit. Sic enim creatio sine offendiculo & damno juxta sacros & divinos canones procedet, semota ab omni sacerdotalis ordinis reprehensione. Assidebant ad meæ majestatis tribunal pontifices Cæsareæ, Ephesi, Cyzici, & alii non pauci.

JOANNIS DUCÆ.

De vestibus externis prohibitis.

1 Basilius Camaterus patriarcha Constantinopolitanus.

ALterum vero illius imperatoriæ providentiæ ſpecimen : quod cum videret Romanas divitias, in peregrinas ac ſumptuoſas veſtes, ſericas, Aſſyrias, Babylonicas, atque Italicas, vario ac ſolerti artificio confectas effundi : decreto ſanxit ne quis ſubditorum iis uteretur, niſi ipſe, quiſquis eſſet, cum omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet : ſed iis contenti eſſent, quas Romanæ provinciæ, ac manus præberent. Neceſſariarum enim rerum uſus eſt immutabilis : & ſubditi quantum licet, principum ſequuntur cupiditates, idque lex eis eſt & honor, quod principibus viſum fuerit. Proinde cernere erat illa quoque breviſſimo tempore viluiſſe : nobilitatis autem limites Romanis veſtimentis definitos : & divitias domo, quod ajunt, domum ferri.

MICHAELIS PALÆOLOGI.

De primatu, & appellatione & commemoratione Papæ Romæ.

PRoinde tot difficultatibus circumventus Imperator, ac pene ad deſperationem compulſus, legatos ad Papam mittit, de ineunda veteris & novæ Romæ eccleſiarum concordia, modo Caroli [1] expeditionem averteret. Ea legatio a Pontifice benigne audita eſt : qui ea ſe facile, quæ Imperator petiviſſet, confecturum eſt pollicitus : ſtatimque ſuos legatos illis adjungit, qui concordiam conciliarent, atque amplecterentur. Cujus hæc tria [2] capita fuerunt. Primum, ut in ſacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor aliis patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major & perfectior eſſet, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur.

INCERTI IMPERATORIS.

De epiſcopatibus detentis a laicis.

EPiſcopatus quidem epiſcopis nullo tempore claudentur, quominus qui electi ſunt, ad ea revertantur : quemadmodum & in Megarenſi epiſcopatu factum eſt, qui tot annis quot hominum memoriam excedunt deletus extinctusque fuerat, & per juſſionem Imperialem, ſynodalemque actum metropoli Athenarum paulo ante rurſus ſervatus eſt.

1 Andegavenſis. 2 Papa Romanus Primatum Orientis conſequitur, & in quibus conſiſtat potiſſimum primatus.

CANONES [1] SANCTORUM
ET
VENERANDORUM APOSTOLORUM.
PER CLEMENTEM A PETRO APOSTOLO ROMÆ ORDINATUM EPISCOPUM, IN UNUM CONGESTI.
GREGORIO HALOANDRO [2] INTERPRETE.

EPiſcopus a duobus aut tribus epiſcopis ordinator [3].

2. Presbyter ab uno epiſcopo ordinator [4], item diaconus, & reliqui clerici.

3. Si quis epiſcopus aut presbyter, præter ordinationem Domini, quam de ſacrificio inſtituit, alia [5] quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram [6], aut confecta quædam aut aves, aut aliqua animalia, aut legumina ſupra altare obtulerit [7], ut qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor : excepto novo frumento, & uva opportuno tempore. Præterea licitum non eſto aliud quippiam admovere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore.

4. Omnium [8] aliorum pomorum primitiæ [9] epiſcopo & presbyteris domum mittuntor, non ſuper altare. Manifeſtum eſt autem, quod epiſcopus & presbyteri inter [10] diaconos & reliquos clericos eas dividunt.

5. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus uxorem ſuam prætextu [11] religionis non abjicito : ſi abjicit, ſegregator a communione : ſi perſeverat, deponitor.

6. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſeculares [12] curas non ſuſcipito, alioqui deponitor [13].

7. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſanctum diem paſchæ [14] ante vernum æquinoctium cum Judæis celebraverit : deponitor.

8. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex ſacerdotali conſortio oblatione facta, non [15] communicaverit : cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam prometor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo autor offenſionis fuerit, mota contra [16] eum ſuſpicione qui obtulit.

9. Quicunque fideles eccleſiam ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, neque apud preces [17] & ſanctam communionem permanent [18], eos tanquam, qui ordinis in eccleſia perturbationem inducant, a communione arceriopo rtet [19].

10. Si quis cum [20] excommunicato [21], licet in domo, preces [22] conjunxerit : iſte communione privator.

11. Si quis cum depoſito clerico, ut [23] cum clerico preces conjunxerit, deponitor & ipſe.

12. Si quis clericus aut laicus a communione ſegregatus, ſeu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus civitatem, ſine commendatitiis [24] literis receptus fuerit : a communione excluditor, tam qui receperit, quam qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13. Epiſcopo qui parochiam [25] ſuam dereliquerit, alteri inſilire [26] nefas eſto, licet a pluribus [27] ad hoc compellatur : niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe quod plus lucri & utilitatis his, qui illic conſtituti ſunt, verbo pietatis conferre poſſit : neque hoc tamen a ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum judicio & exhortatione maxima.

14. Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum conſortio, relicta parochia ſua in aliam conceſſerit, & omnino transmigratione facta præter voluntatem [28] ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit : hunc jubemus, ne porro in miniſterio publico ſit eccleſiæ, maxime [29] ſi accerſente ipſum epiſcopo ejus, redire contemnat, perverſo illic ordine perſeverans, ut laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.

15. Quod ſi epiſcopus [30] ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vacationis a miniſterio eccleſiaſtico pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos ut clericos ſuſceperit : a communione excluditor, ut perverſi ordinis magiſter.

16. Qui poſt [31] baptiſmum duabus [32] implicitus fuit nuptiis, aut concubinam [33] habuit : is epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

17. Qui viduam [34] duxit, aut divortio ſeparatam a viro, aut meretricem,

1 Hi canones non obtinent in Gallia. Imbert. 3. *Inſt.* Goth. Neque probat ſedes Apoſtolica, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt. Ab hæreticis enim Apoſtolorum nomine compoſiti dignoſcuntur. *c.* 3. *diſtinct.* 15. *&* *c.* 2. *diſt.* 16. A. Cont. *lect. Subciſiv. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. *in fin. & num.* 5. Anſ. 2 Alia extat editio Canonum apud Photium & Balſamonem huic in multis diſſimilis. Goth. Alii etiam ſunt Canones Apoſtolorum, quos dicunt non ab Apoſtolis editos, ſed paulatim a diverſis diverſo tempore collectos, & uno poſtea nomine comprehenſos, excuſ. Tiguri apud Geſner. *Ann.* 1559. *Græce & Latine.* Anſ. 3 Χειροτονεῖσθω. Balſamon hoc caput refert non ad electionem epiſcopi, quæ fiebat a populo per manuum elevationem, ſed ad ordinationem, quæ fit ab Antiſtitibus in eccleſia. 4 De ordinatione presbyteri & clerici. 5 Oblationes ſupra altare ne fiant mellis, lactis, ſiceræ, confectorum, avium, animalium, leguminum. 6 Sicera eſt quidquid ſine vino inebriat. *Balſamon.* 7 De oblationibus vide Duarenum 7. *de benef.* 3. Vigilium 3. *meth. Jur. Pontificii* 13. Oblationem pro defunctis Græci κανίκια vocant. Balſam. *hic.* 8 Deeſt hujus capitis initium apud Balſamonem. 9 Primitias ἀπαρχὰς τῶν ἄλλων ὀπωρῶν Græci vocant, Paulus ἀκροθίνια & aurea bulla Nicephori. De primitiis vide Duarenum 7. *de beneficiis* 2. Rebuffum *in tract. de decimis, q.* 1. *n.* 17. Vigil. 3. *method. Jur. Pont.* 13. 10 Primitiæ inter quos & a quibus olim dividebantur. 11 Vid. *diſt.* 28. *c. ſi quis. c.* 13. *ſynodi in Trullo.* 12 Κοσμικάς. adde *can.* 80. Ꞇ. 13 Niſi ceſſet *d. c.* 80. 14 Paſchæ diem nemo cum Judæis celebret ante vernum æquinoctium. Jubet ergo Canon, Paſcha celebrari poſt XIV. lunæ primi menſis, id eſt, Martii. vid. *c.* 76. *Concilii Carth*[illegible]*enſis, & ibid.* Balſamon. 15 De pœna epiſcopi, presbyteri, & diaconi communioni adſtantis, nec tamen communicantis. 16 Hæc verba ſatis indicant hic agi de epiſcopis, presbyteris, diaconis & ſimilibus perſonis communionem offerenti ſacerdoti non communicantibus. Videntur enim recuſantes communionem, offerentem in ſuſpicionem aliquam trahere : huc facit *Can.* 2. *ſynod. Antioch.* 17 Quæ fiunt in ſancta celebratione : Balſamon *c.* 2. *ſynod. Antioch.* negat hoc caput pertinere ad veſpertinas & matutinas laudationes. 18 De laicis precibus & communioni adſtantibus, & ad finem uſque non permanentibus, vid. *d. Can.* 2. *ſynod. Antioch.* 19 Communicationis loco excogitatum fuit ἀντίδωρον, ad eorum utilitatem qui ſanctorum myſteriorum participes eſſe non poſſunt : ut Antidoro de manu ſacerdotis accepto ad finem uſque communionis perſeverarent. Balſam. *ad d. c.* 2. 20 Adde *d. Can.* 2. *in fin.* 21 Excommunicatio Græcis ἀκοινωνησία, ſequeſtratio. 22 *Can.* 14. *ſynod. Sardicenſ. Can.* 9. *ſynod. Carthagin.* colloqui tamen excommunicato nemo prohibetur. Balſam. *hic.* 23 Id eſt, quidpiam clericale & ſacerdotale agenti : & ita Balſamon intelligit. Nam ex eo (inquit) quod quis cum aliquo excommunicato precatus fuerit, non affertur depoſitio, ſed excommunicatio. 24 Ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν. Canonicarum epiſtolarum, aliæ ſunt συστατικαὶ, aliæ εἰρηνικαὶ, ſive ἀπολυτικαί. Συστατικὰ γράμματα, hic & *Can.* 32. Ꞇ. & *c.* 11. *ſynod. Chalcedonenſ.* & Arriano *in Epicteto* teſtimoniales literæ dicuntur, dantur proprie ſeparatis a communione, ignotis, ſuſpectis, reis poſtulandis quibus abſolutio declaratur : vel apertius συστατικαὶ ſunt probatoriæ, quæ & formales dicuntur, *can.* 23. *ſynod. Carthag.* ut formales epiſtolæ Suetonio in Domitiano *cap.* 13. Quæ εἰρηνικαὶ ſive ἀπολυτικαὶ dicuntur, dantur epiſcopis in comitatum principis, vel clericis in aliam civitatem euntibus. *Chalced. cap.* 11. *Antioch. cap.* 7. *cap.* 8. & *ſext. ſynod in Trullo cap.* 17. ὡς εἰρήνην βεβαιοῦνται. Quarum uſum frequentem apud Chriſtianos Nazianzenus notat contra Julianum his verbis, ἐν ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν δι᾽ ἃ ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρήζοντας παραπέμπομεν. vid. Cujac. *ad Novell. Juſt.* 6. *c.* 3. Gerard. Rodolphum Granienſem *lib. de literis canonicis, formatis, pacificis, commendatitiis, ac dimiſſoriis, quibus in eccleſia primitiva ſancti patres uſi ſunt.* 25 *Can.* 16. *ſynod. Nicen.* 26 Quo verbo Balſam. tranſlationem quæ fit juſtis de cauſis non intelligit, niſi quis, inquit, vellet reprehendere Gregorium Theologum & alios, qui ex epiſcopatibus tranſlati ſunt in ſedem Conſtantinopolitanam & alias ſedes patriarchales. 27 Quid, ſi cui permittitur ab Imperatore extra ſuam diœceſim σημειοῦσθαι? recte id permitti ait Balſamon. 28 Ejusque dimiſſoriam *can.* 17. *ſynod. in Trull.* 29 Vid. *Can.* 3. *ſynod. Antioch.* 30 Balſamon excipit Conſtantinopolitanum & Carthaginenſem. 31 Cur ita ? quia, inquit Balſamon, omnia peccata per baptiſmum eluuntur. 32 Δίγαμος, adde *diſt.* 3. *cap. ſi quis poſt. l.* 3. §. 4. *C. de ſum. Trin.* 33 Παλλακὴν, id eſt, pellicem, ut *Nov.* 137. *cap.* 2. adde Phot. 9. *Nomoc.* 29. 34 Vid. *d. c.* 2. *diſt.* 34. *c. ſi quis viduam.*

aut

aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis: episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

18. Qui duas [1] sorores duxit, aut consobrinam [2], clericus esse non potest.

19. [3] Clericus qui se fidejussorem [4] dat, deponitor.

20. Si quis humana violentia [5] eunuchus factus est, aut in persecutione amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est: efficitor episcopus.

21. Qui sibi [6] ipsi virilia amputavit, clericus [7] non efficitor: sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis cum clericus esset, virilia [8] sibi ipsi amputaverit, deponitor: homicida etenim sui ipsius est.

23. Laicus qui seipsum [9] mutilavit, per tres annos a communione ejicitor: puta, quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

24. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione [10] aut perjurio [11], aut furto deprehensus, deponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim scriptura [12]: Bis [13] de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui clerici subduntor.

25. Ex [14] his qui cœlibes in clerum pervenerunt jubemus, ut lectores tantum & cantores, si velint, nuptias contrahant.

26. Episcopum aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles injuriam inferentes percutit [15], & terrorem ipsis per hujusmodi vult incutere, deponi præcipimus: nusquam enim Dominus hoc nos docuit. Imo vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum lacesseretur conviciis, non regerebat convicium: cum pateretur, non comminabatur.

27. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, ob certa crimina juste depositus [16], attingere ministerium, quod aliquando tractaverat, ausus fuerit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.

28. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, pecuniæ [17] interventu hanc dignitatem nactus fuerit: deponitor tam ipse, quam qui eum ordinavit, & omnino a communione abscinditor: quemadmodum Simon [18] Magus a [me] Petro.

29. Si quis episcopus secularium magistratuum familiaritate usus, per [19] ipsos ecclesiam nactus fuerit: deponitor: segregantor quoque a communione, quicumque cum ipso communionem habent.

30. Si quis presbyter proprium aspernans episcopum, seorsim conventicula [20] egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum in pietate, ac justitia condemnarit, deponitor: quasi qui principatum ambiat, tyrannus enim est. Consimiliter & reliqui clerici qui suum illi calculum apponunt. Laici vero a communione segregantor. Atque hæc post unam, & item alteram ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus, per episcopum a communione exclusus sit; hunc neutiquam ab [21] alio fas esto suscipi, quam ab eo qui ipsum a communione exclusit: nisi forte fortuna episcopus qui ipsum a communione segregavit, defunctus sit.

32. Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitiis [22] suscipitor literis: & si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vocantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntor: sin minus, ubi necessaria ipsis suppeditaveritis, ad communionem & ulteriorem ipsos consuetudinem non admittitote, multa enim per obreptionem fiunt.

33. Cujusque gentis episcopos oportet scire quinam inter ipsos primus [23] sit, habereque ipsum quodammodo pro capite, neque sine illius voluntate quidquam agere insolitum, illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam ejus, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in sancto Spiritu.

34. Episcopus extra [24] terminos suos in civitatibus & regionibus sibi non subjectis, ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatem eorum qui civitates illas aut regiones detinent, id fecisse convictus fuerit, deponitor tam ipse, quam etiam hi quos ordinavit.

35. Si quis ordinatus episcopus ministerium & curam populi sibi commissam non [25] susceperit: hic a communione sejunctus esto tamdiu, donec susceperit: (*obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus.*) Si vero non præ voluntate sua, sed præ [26] malitia populi non susceperit, maneto ipse quidem episcopus, clerus vero ejus civitatis a communione segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerit.

36. Bis [27] in anno episcoporum celebrator synodus, & pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocanto, neque non in ecclesiis incidentes contradictiones dirimunto: semel quidem quarta feria Pentecostes, secundo duodecima Hyperberetæi [28].

37. Omnium [29] rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato quasi inspectante Deo, non licitum autem ei esto quippiam ex iis sibi tanquam proprium assumere aut cognatis suis [30] elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint: ut pauperibus subministrato, non tamen horum in prætextu res ecclesiæ venundato.

38. Presbyteri & diaconi, absque [31] voluntate episcopi nihil peragunto, ipsius enim fidei populus Domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

39. Manifestæ [32] sunto privatæ res episcopi, (si modo & privatas habet) manifestæ item sunto Dominicæ: ut privatas quidem res episcopus, cum moritur quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnunquam uxorem, & liberos, aut cognatos, aut servos habet: justum est enim apud Deum pariter & homines, simul ne ecclesia per ignorantiam rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus aut cognati ejus prætextu Ecclesiæ oblædantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia ejusque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus [33], ut episcopus res ecclesiæ in potestate habeat [34]. Nam si pretiosæ hominum animæ fidei ejus committendæ sunt, multo utique magis oportuerit, & de pecuniis mandatum dare, ut illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore Dei, summaque sollicitudine per presbyteros ac diaconos [35] erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos & hospitio exceptorum fratrum usus opus habet, ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quam cæteri. Ordinavit enim lex [36] Dei, ut qui altari inserviunt [37], de altari nutriantur: quando nec milites unquam suis stipendiis arma hostibus inferant.

41. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus qui vel aleæ [38], vel ebrietatibus [39] indulget: vel desinito, vel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector qui consimilia facit, vel desinito, vel a communione sejungitor: similiter & laici.

43. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui usuras [40] a mutuum accipientibus exigit, vel desinito, vel deponitor.

44. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces [41] conjunxerit, duntaxat a communione suspenditor: Si vero etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

45. Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conventio inter Christum [42] & Belial? aut quæ particula fideli cum infideli?

46. Episcopus, aut presbyter si eum qui verum baptisma habeat, iterum [43] baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponitor: ut qui crucem & mortem Domini derideat, neque discernat veros sacerdotes a sacerdotibus impostoribus.

47. Si quis laicus cum suam a se uxorem abjicit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam [44], a communione segregator.

48. Si quis Episcopus aut presbyter secundum ordinationem Domini non baptizaverit *in patrem & filium & spiritum sanctum, sed in* [45] *tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos*: deponitor.

49. Si quis Episcopus aut presbyter, in una initiatione non tres [46] immersiones, sed unam [47] duntaxat quæ in mortem Domini detur, peregerit: deponitor. Non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate: sed, Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii & spiritus sancti.

50. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quivis omnino de sacerdotali consortio, nuptiis [48], & carnibus & vino [49] abstinuerit: non [50] propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, sed

1 Vid. *epist. Basilii ad Diodorum, de eo qui duas sorores duxit in matrimonium*: vide quæ dixi ad *l.* 8. *C. de incest. nupt.* 2 Ἡ ἀνεψιὰν, quæ Græcis ἀδελφιδῆ etiam dicitur, adde *l.* 19. *C. de nupt.* 3 Laudatur hic canon ab Harmenop. 4. *tit.* 6. §. 8. & ab eodem vicesimus nominatur. 4 *Nov. Just.* 123. *c.* 6. vid. *Novell. Leonis* 86. adde *cap.* 30. *in fin. syn. Carthag.* est vero apud Harmenopulum *illo loco*, sic scriptum ἐγγύας δίδωσι, hoc est, ut ne clericus det se fidejussorem seu fidejubeat pro alio. 5 Vid. Photium 1. *Nomocan.* 14. *Novell. Leonis* 60. *dist.* 33. *c. Eunuch.* 6 *Can.* 22. 23. ✝. *eod. can.* 1. *synod. Nicænæ*, vide quæ scripsi ad *l.* 4. §. 12. *ff. de re militari.* 7 Sic a Romulo, *teste Halicarn.* 2. sacerdotes quidam creati ætate provecti, virtute & genere nobiles & divites, nulla tamen corporis parte carentes: quod & usitatum Judæis. Hinc Antigonus Hyrcano præcidit aures, ne Pontificatui restitueretur iterum. Hegesippus 1. *de excidio Hierosol.* Josephus 14. *antiqu.* & Seneca 4. *Controvers.* 2. sacerdos, inquit, integer sit. Metellus Pontifex cum arderet Vestæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdit, sacerdotium illi negatur. *Ibid.* sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res vitanda est. Hoc in victimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? Non sine ira Deorum debilitatur sacerdos. Hoc institutum quoque Augustus servari voluit in senatoribus legendis: noluit enim quenquam in senatum legi, cui esset membrum debile. Dion. *lib.* 54. Mos etiam apud Persas fuit, ut ne parte aliqua corporis debilem regem crearent. Procop. 1. *persicῶn.* mutilos quoque milites haud lectos indicio est, Valer. 6. *cap.* 3. Ammian. 15. ubi de Murcis. dixi ad *l.* 4. §. 12. *ff. de re milit.* Huc referendum est quod de M. Sergio refertur a Plinio 7. *cap.* 18. Is enim in prætura cum sacris arceretur a collegiis ut debilis, ac dextera manu amissa, orationem sui causa habuit. Notandum sane hoc est, quod hic traditur, Castrantem se sui ipsius homicidam esse & inimicum creationi Dei: sic voluntas ejus naturæ inimica dicitur. *Nov. Leon.* 98. sed nos hic aliquando plenius de his dicemus. vid. interim Varronem apud Nonium *c.* 2. *in Eunuchare.* 8 Vid. *c.* 21. *s. eod.* 9 *Can.* 21. 10 *dist.* 50. 11 Vid. *Nov. Leon.* 76. Phot. 13. *Nomoc.* 18. *Basil. can.* 10. *&c.* 12 *Nahumi* 1. *vers.* 9. 13 Vid. *l.* 57. *ff. de reg. jur. cap.* 83. *de reg. in* 6. 14 Solis lectoribus & cantoribus post ordinationem conceditur uxorem ducere.

15 Vid. *tit. extra. de cler. percussor.* 3. *Eclog.* 3. *c.* 13. 16 *Can.* 4. 12. 15. *syn. Antioch. c.* 4. *syn. Sard.* 6. *quæst.* 4. *c. Hosius episc. dixit.* 17 *l.* 42. §. 9. *C. de episc. Nov. Just.* 123. *c.* 16. *& Nov.* 137. *c.* 2. *in fin. can.* 16. *synod. Chalced.* 18 *Act.* 8. *vers.* 18. 19 *Nov.* 123. *c.* 16. *&* 137. *c.* 3. *in fin.* 20 Vid. *l.* 15. *C. de episc.* 21 Vid. *c.* 12. *supr. eod.* 22 Dixi ad *d. c.* 12. *s.* 23 De gradibus episcoporum vide *Nov. Just.* 137. *c.* 2. 3. 4. 24. *Can.* 13. *&* 22. *syn. Antioc. c. nullum. c. episcopum* 9. *q.* 2. 25 *c.* 17. 1. *syn. Antioch. dist.* 92. *c. si quis episcopus ordinatus. & c.* 3. *epist. Cyril. ad Dominum.* 26 De episcopis qui a suis parochiis non suscipiuntur. *c.* 18. *synops. Ancyranæ.* 27 *Nov.* 123. *c.* 20. *Nov.* 137. *cap.* 4. *can.* 5. *synod. Nicænæ, dist.* 14. *cap. habeatur sane.* 28 Hyperberetæus, mensis October apud Macedones ultimus: unde & proverbio Hyperberetæus dicitur de cessatore. *Suid.* ὑπερβερεταῖος. 29 Vid. *tit. C. de episc. aud.* 30 *Nov. Just.* 120. *c.* 5. *Nov.* 131. *c.* 3. 31 Presbyteri atque diaconi subsunt episcopo. 32 12. *quæst. c. sint manifesta c.* 21. *l.* 20. *l.* 34. *C. de episcop.* vid. Phot. 10. *Nomocan.* 5. 33 12. *quæst. cap. præcipimus.* 34 Vid. *act.* 6. *n.* 2. 35 Vide, quæ dixi ad *Nov.* 123. *cap.* 3. 36 1. *Cor.* 9. *vers.* 13. 37 Ὑπηρετοῦντες. Balsamon legit, προσεδρεύοντες. Paulus dixit ἐργαζομένοις 1. *Cor.* 9. *v.* 13. 38 Dixi ad *Nov.* 123. *c.* 10. vid. *Nov. Leon.* 87. adde Phot. *Nomocan.* 27. *&* 13. *c.* 19. *dist.* 35. *c. episc. aut presbyter.* 39 Vid. Phot. 9. *Nomocan.* 35. *& d. c.* 19. adde *c.* 9. *synod. in Trullo.* 40 *Can.* 17. *synod. in Nicæna.* vid. Phot. 9. *Nomocan.* 27. *& ibi.* Balsamon id ita interpretatur, quasi non liceat episcopis usuras petere ex pacto, sed ex mora, vel tanquam interesse. *can.* 10. *syn. in Trullo. can.* 5. *syn. Carthag.* 41 Vid. *Can.* 10. *s. eod.* adde 2. *Joan. ep. Tit.* 3. *Rom.* 16. *ad Gal.* 1. 42 Beliali cum Christo nulla communio. 43 Vid. *tit. C. ne sanctum baptisma.* 44 *De consecrat. d.* 4. *c. si quis presbyter.* 45 Baptismi formulas observa. 46 De trina immersione in baptismo. 47 Una tantum immersione in domini mortem non est baptizandum. 48 1. *Cor.* 7. *vers.* 5. 49 Ciborum promiscuus usus est, de quo vide *Luc.* 19. 1. *Cor.* 10. *Coloss.* 2. de ciborum certum in finem abstinentia, vid. 1. *Cor.* 9. *v.* 19. *& cap.* 10. *v.* 23. de tolerandis in eo infirmis vid. *Rom.* 14. *vers.* 1. 50 1. *Tim.* 5. *v.* 19.

propter abominationem [1]: oblitus, quod omnia [2] pulcra valde, & quod masculum & fœminam Deus creavit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei vocat ad calumniam: aut corrigitor, aut deponitor & ex ecclesia rejicitor. Consimiliter & laicus.

51. Si quis Episcopus, aut presbyter, eum qui a peccato revertitur [3], non recipit, sed rejicit: deponitor, eo quod Christum offendat qui dixit, ob unum peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.

52. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus [4] & vino festivis diebus non utatur: idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis autor sit offendiculi.

53. Si quis clericus in caupona [5] cibum capere deprehensus fuerit: a communione excluditor: excepto tamen eo qui necessario in itinere in commune diverterit hospitium.

54. Si quis clericus episcopum contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui non [6] maledices.

55. Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum: a communione segregator.

56. Si quis mancum, aut mutum surdumve, aut cæcum, aut eum cui vitiosus [7] incessus est subsannaverit: communione privator, consimiliter & laicus.

57. Episcopus, aut presbyter qui [8] negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione segregator. Si vero in ea socordia perseveraverit, deponitor.

58. Si quis Episcopus [9], aut presbyter, clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditaverit, a communione rejicitor: sin perseverat, deponitor, ut qui fratrem suum necaverit.

59. Si quis falso inscriptos impiorum [10] liberos, tanquam sacros in ecclesia ad populi & clerici corruptionem publicaverit, deponitor.

60. Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & convictus [11] fuerit: in clerum non perducitor.

61. Si quis clericus per metum [12] humanum, vel Judæi, vel Græci, vel hæretici, negaverit, siquidem nomen Christi, *ab ecclesia* rejicitor: si vero nomen clerici, deponitor: pœnitentia tamen ductus, ut laicus recipitor.

62. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex sacerdotali consortio, comederit carnes in sanguine [13] animæ ejus, aut a bestiis [14] abreptum, aut suffocatum, deponitor, hoc enim lex prohibuit [15]. Sin vero laicus fuerit, a communione excluditor.

63. Si quis clericus, aut laicus, synagogam [16] Judæorum, aut hæreticorum conventiculum ingressus fuerit, ut preces [17] cum illis conjungat: deponitor, & a communione secluditor.

64. Si quis clericus in concertatione aliquem pulsaverit [18] & uno ictu, ac pulsatione interemerit, deponitor, propter temeritatem suam. Sin vero laicus sit, arcetor a communione.

65. Si quis Dominicum [19] diem, aut Sabbatum [20], uno [21] solo dempto jejunare deprehendatur, deponitor: sin laicus e communione ejicitor.

66. Si quis virginem sibi non desponsatam [22] admota [23] vi detinet: a communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere, sed eam detineto quam solicitavit quamvis paupercula sit.

67. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, secundam [24] ab aliquo ordinationem susceperit: deponitor tam ipse, quam qui ipsum ordinavit: nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati [25] aut ordinati sunt, hi neque fideles, neque clerici esse possunt.

68. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor sacram quadragesimam [26] Paschæ, aut quartam feriam, aut parasceven non jejunaverit, deponitor: præterquam [27] si imbecillitate impediatur corporis: Sin laicus sit, communione privator.

69. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus aut omnino, quicunque ex clericorum consortio cum Judæis [28] jejunaverit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud hujus generis, ab eis susceperit, deponitor: si laicus, a communione segregator.

70. Si quis Christianus oleum [29] ad sacra gentilium, aut in synagogam Judæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit: a communione excluditor.

71. Si quis clericus, aut laicus, ceram, aut oleum ex sancta surripiat ecclesia: a communione sejungitor.

72. Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut velamen [30] linteumve, nemo amplius in suos usus assumito, iniquum enim est. Cæterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator.

73. Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum [31] homines, ab episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus convictusque fuerit, censura irrogator ecclesiastica. Si vero vocatus non obtemperaverit, secunda [32] quoque vice vocator, missis duobus ad ipsum episcopis. Quod si per contumaciam [33] ne sic quidem comparuerit: synodus suam contra ipsum pronuntiato sententiam, ne quid tergiversando detrectandoque judicium lucri facere videatur.

74. In dictionem testimonii contra [34] episcopum hæreticus [35] non admittitor, sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum aut trium testium consistet omne dictum.

75. Item non oportet episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu [36]: neque enim ecclesiam Dei conferre debet in heredes. Enimvero si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipse autem excommunicatione percellitor.

76. Si quis oculo [37] defectus, aut obtuso crure existat, & dignus sit, episcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

77. Qui vero mutus [38], surdusve & cæcus est, episcopus non efficitor: non quia oblæso corpore est, sed ne ecclesiastica impediantur munia.

78. Si quis [39] dæmonem habeat, clericus non efficitor: sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor: & si dignus fuerit, efficitor.

79. Qui ex vita gentili advenerit, & baptisatus est, aut ex conversatione prava: justum non est eum protinus [40] promoveri in episcopum. Injurium enim est, eum qui prius [41] non specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere, nisi alicubi dono divinæ gratiæ hoc fiat.

80. Dicimus, quod non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis [42] se administrationibus immiscere: sed vacare & commodum se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis servire, juxta præceptum Dominicum.

81. Servi [43] si in clerum promoveantur citra dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando vero servus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noster [44] Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque miserint, & domo sua ablegaverint: efficitor.

82. Episcopus, aut presbyter aut diaconus qui militiæ [45] vacaverit, & simul utrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quam functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

83. Quisquis Imperatorem [46], aut Magistratum contumelia affecerit, supplicium luito, & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, a communione removetor.

84. Sunto omnibus vobis, clericis simul & laicis, venerandi [47] ac sacri libri: veteris quidem Testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Jesu filii Nave unus, Judicum unus, Ruth unus, Regnorum quatuor, Derelictorum ex libro dierum duo, Hester unus, De Machabæorum gestis tres, Job unus: Psalterium unus: Solomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum: Prophetarum duodecim, unus Esaiæ, Hieremiæ unus, Jezechiel unus, Daniel unus. Inquiritor autem a vobis extrinsecus, ut adolescentes vestri addiscant, item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra vero, hoc est Novi Testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis: Pauli Epistolæ quatuordecim, Petri Epistolæ duæ, Joannis tres, Jacobi una, Judæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones quæ vobis episcopis per [48] me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in se continent: Et actiones nostras Apostolorum.

1 *cap.* 52. J. *eod.* 2 1. *Tim.* 4. *v.* 1. *& seq.* ut & quondam Bogomili. Balsam. *hic. Hebr.* 13. 3 Pœnitenti parcitur, *Nov.* 18. *c.* 8. *l. ult. in fin. C. de summa Trin. Nov.* 109. *cap.* 1. 2. adde *c.* 8. *Syn. Laod.* adde *can.* 7. *syn. Carthag.* 26. *q.* 6. *c. Aurelius.*
4 Vid. *cap.* 50. s. *eod.* adde *can.* 14. *Ancyranæ Synodi*, ubi de Bogomilorum jejunio.
5 *Can.* 24. *in fin. synod. Laod. &* 42. *synod. Carthaginens. dist.* 43. *cap. clerici.*
6 *Exod.* 22. *vers.* 28. *act. Apost.* 23. *vers.* 5. 7 *Esdras* 2. *vers.* 21. adde *can.* 76. J.
8 Canes mutos intelligit, ventres pigros, de quibus vid. *epist. ad Tit.* 2. *vers.* 12.
9 Episcopus dispensator pauperum. 10 Libri impiorum non legendi, vide Photium 12. *Nomocan.* 3. *&* .63. *synod. in Trullo.* ubi confictæ martyrum prohibentur historiæ. adde, quæ scripsi ad *l.* 6. §. 1. *C. de hæret.* 11 Criminis alicujus convictus clericus esse non potest; sic ad Diaconatum promovendi ἀνέγκλητοι. 1. *Timoth.* 3. *vers.* 10. eligendus enim episcopus ἀνεπίληπτος *ib. vers.* 2. *l.* 42. *Cod. de episc. l.* 34. *Cod. de epis. aud. Novell.* 6. *cap.* 1.
12 Negantis nomen Christi per metum pœnam observa. 13 Carnem in sanguine animæ ejus comedere vetat hic Canon, id est, suffocata & morticina. *Levit.* 7. *Actor.* 15. adde quæ dixi ad *Nov. Leon.* 58. *de interd. esu sanguinis.* 14 Carnis animalis a bestiis abrepti esus interdictus, ut & suffocati. 15 *Deut.* 12. *v.* 23. 16 Synagogas Judæorum Christus & Apostoli sunt ingressi. 17 Adde *Can.* 10. 11. 44. s. *eod.* adde *c.* 51. *synod. in Trullo* 28. *quæst.* 1. *cap. Nullus.* 18 Vid. *Canon.* 26. s. *eod.* vid. Photium 9. *Nomocan.* 26.
19 Dominicus dies resurrectionis, Dominico die jejunari prohibet synodus Gangrensis *c.* 18. adde *can.* 15. *Petri Alexandrini.* 20 Sabbatho non jejunatur, ne quis Judæos videatur imitari. 21 Sabbathum magnum intelligit, quo Domini corpus exanime in sepulchro jacuerat. 22 Sponsam alterius rapere non licet: ut nec propriam (licet pauperculam) dimittere, vid. *canon.* 11. *&* 25. *synod Ancyr.* adde *epistolam Gregorii Thaumaturgi in princ.*
23 De iis qui gratia matrimonii mulieres rapiunt, vide Photium 9. *Nomoc.* 30. *can.* 93. *synod. in Trullo* 17. *synod. Chalced.* 36. *quæst.* 2. *cap. eos qui rapiunt.* 24 Ordinatio episcopi, presbyteri, vel diaconi, iterari non debet; ut nec actus legitimi. 25 Adde *canon.* 46. s.

26 Quadragesima sacra Paschæ a clericis servanda. *ut hic*, vid. *l.* 6. *C. de feriis*, Photium 7. *Nomocan.* 1. *can.* 49. *synod. Laod. canon.* 29. 52. 55. 56. 90. *synod. in Trull.* 27 Jejunium ecclesiæ imbecillitatis causa potest omitti, alias omittere non licet, *c.* 19. *syn. Carth. dist.* 30. *c. si quis per superb.* 28 Sic jejunare more Judaico, aut cum Judæis non licet, *canon.* 29. *synod. Laod.* 29 Oleo utebantur gentiles in templis *l.* 5. §. 12. *ff. de donat. inter vir.*
30 Veli nomine seu ὀθόνης quidquid textile est, significat. 31 Accusari ut possit Episcopus, dixi ad *Novell.* 137. *c.* 3. adde Photium 9. *Nomocan.* 1. 32 Episcopi ut fiant contumaces. 33 Contumax episcopus damnari potest. 34 Quot & qui adversus episcopos testificentur, vide Photium 9. *Nomocan.* 2. *canon.* 21. *synod. Chalced. can.* 31. *synod. Carthag.* 2. *quæst.* 6. *cap. placuit presbyteris* 2. *quæst.* 7. *c. clericos.* 35 Hæreticus in episcopum testis esse non debet. 36 Qua in re? ὡς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ὃν βόλεται χειροτονεῖν, ita legit Balsamon, cui convenit *canon* 23. *synod. Antioch.* 8. *quæst.* 5. *cap. episcop. non licuit.*
37 Luscus, seu ἑτερόφθαλμος, aut claudus Episcopus esse potest. 38 Mutus, aut surdus non potest in episcopatum eligi. 39 Ο δαιμονῶν ὀ κληρούσθω, *ut hic*: non tamen privatur communione *canon.* 3. *epist. Tim. Alex.* 40 Aliud est prohiberi νέον fieri episcopum: aliud νεόφυτον. Hic enim recenter Christianismo complantatur: id est de recenti, vel non ita pridem Christianus ex Judæo, vel Pagano factus est. Ille, ætate tantum juvenis.
41 Vide quæ dixi ad *Novell.* 137. *cap.* 1. 42 6. s. *eod. canon.* 16. *synod. Carthagin.* vide Phot. 8. *Nomoc.* 13. *Novell. Leonis* 86. *l.* 52. *Cod. de episcop.* 43 De servis qui fiunt clerici, vid. *l.* 37. *l.* 38. *Cod. de episcop. Novell.* 123. *cap.* 17. adde *Novell. Leon.* 9. 10. 11. vide Phot. 1. *Nomocan.* 36. 44 Potest ex hoc loco argumentum duci, hos canones Apostolorum esse: quod Onesimi fiat in epist. ad Philemonem mentio *vers.* 10. 35 Vel militaribus communitatibus. *Bals.* 46 Adde *canon.* 54. s. *eod.* vid. *tit. C. Si quis Imperatori maledixerit:* Photium 9. *Nomocan.* 36. adde 25. *Apost. vers.* 5. 47 Σεβάσμια, καὶ ἅγια βιβλία.
48 Colligere hinc possis Clementem horum Canonum autorem fuisse: qua de re dicere plenius propter temporis brevitatem supersedeo.



INDEX

CANONUM APOSTOLICORUM,

id est,

RERUM IN CANONIBUS APOSTOLICIS TRACTATARUM.

Viduæ



CONSUETUDINES
FEUDORUM.
CONSTITUTIONES
FRIDERICI II. Imper.
EXTRAVAGANTES.
LIBER DE PACE CONSTANTIÆ.
CUM NOTIS
DIONYSII GOTHOFREDI, JC.
EJUSQUE
EPITOME FEUDORUM.

INDEX TITULORUM FEUDORUM.

TITULORUM FEUDORUM INDEX JUXTA SERIEM LITERARUM.

Prior numerus librum, alter titulum demonstrat.

Hæc nota * titulos ex editione Cujacii sumtos ostendit.

EPITOME FEUDORUM,

DIONYSIO GOTHOFREDO, JC. Autore.

De jure Feudorum.

Feudi Etymon.

FEudis operam daturum prius nosse oportet, unde nomen Feudi descendat. Est autem Feudum a fidelitate & fide. Potest tamen conveniri, ut sine juramento fidelitatis feudum habeatur, *libro Feudor. 2. tit.* 3. *in fin. lib.* 2. *tit.* 24. §. 1. *tit.* 40. 76.

Beneficii seu Feudi definitio.

Beneficium in genere dicitur benevola actio &c. *lib.* 2. *tit.* 23. Senec. 1 *de beneficiis, cap.* 6. In specie vero & quod attinet ad hunc Feudorum tractatum, Beneficium seu Feudum id dicitur, quod ex benevolentia ita datur, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ, id est beneficio datæ & acceptæ, penes dantem remaneat; usufructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque ejus masculos & fœminas (si de his nominatim dictum sit) perpetuo pertineat: ad hoc, ut ille, ac sui heredes, fideliter domino serviant, ita uti expressum est.

De juris præceptis.

Legibus & moribus præceptum est, jus suum cuique tribuere, honeste vivere, alterum non lædere 5. 14.

De origine juris feudorum & autoritate Prudentum.

AB initio feuda ita fuerunt in dominorum potestate, ut quando vellent, ea auferrent: dein annalia: tum ad eum quem ex liberis vasalli dominus elegisset: postremo ad omnes filios æqualiter deferri cœpta *lib.* 1. *tit.* 1. §. 1. & ad nepotes ex filio 1. 1. 2. Quinetiam feudum a patre acceptum seu paternum ad fratres defuncti sine legitimo herede, id est masculo deferri cœptum: at non adquisitum a fratre, vel separatim vel communiter: nisi nominatim ita conventum esset 1. 2. 2. Quemadmodum nec ad filias defertur, nisi eo jure ita adquisitum 1. 2. 3. vel nisi a domino redemerint, aut gratiose propter servitium & amorem patris obtinuerint 1. 2. 4. Ad venientes ex latere ad septimum geniculum seu gradum, olim non ultra fratres patrueles 1. 1. 4. hodie in infinitum defertur. 2. 50. Hoc jus duobus libris in editionibus vulgaribus comprehensum: quinque vero in Cujacii editione. Prioris autor Gerard. Niger Consul Mediolan. teste Othone Frisingensi 2. *de rebus gestis Friderici* 12. Secundi ac tertii, Obertus de Orto 2. *Feudor.* 1. & 2. *Feudor.* 24. §. 2. Quartus ex variis & incertis autoribus est conflatus. Quinto continentur constitutiones quædam imperatoriæ, his libris ab Hugolino (Odofredo teste) insertæ. Quod ad prudentes juris feudalis attinet: citatur Obertus de Orto 2. 1. 2. 23. 2. 25. 2. 28. 2. 30. 2. 32. 2. 34. 1. 2. 34. 2. 2. 36. 2. 42. in Mediolanensi curia versatus 2. *Feudor. dicitur* 24. 2. 25. 2. 51. 1. *& inibi passim.* Mediolanensis consul fuit *teste Othone Frisingensi.*

Ex peritis juris feudalis citatur etiam Gerardus Capagisti 2, 25. 2. 28. 2. 30. 2. 32. 34. 1. 2. 36. 2, 51. 1. *& inibi passim.*

De legibus.

CAusarum aliæ dirimuntur jure Romano, aliæ Longobardorum legibus, aliæ secundum regni consuetudinem, quæ pro diversorum locorum & curiarum moribus varia ac diversa esse solet. *lib.* 2. *tit.* 1.

In judicio, quo de feudis agitur, illud dici solet: Legum Romanarum non esse vilem autoritatem, sed non adeo vim suam extendere, ut usum vincant aut mores 2. 1.

Strenuus legisperitus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scripta 2. 1.

De constitutionibus Principum.

PRincipum constitutiones his libris variæ extant Corradi 1. 1. 2. 2. 34. 40. Lotharii 1. 9. 13. 19. 2. 3. 1. 9. 2. 24. 3. 2. 38. 2. 44. 2. 55. 2. 76. 55. 5. 6.
Friderici 2. 3. 1. 2. 27. 2. 33. 1. 2. 55. 2. 100. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 17.
Henrici 5. 2. 3. 4.
Romani 5. 15. 16.
De consuetudine regni. vide 2. 1. 2. 28.
Leges plerumque ad casus præteritos trahi 2. 55.
De jure Romano & legibus Romanorum 2. 1.
De lege Salica vide *lib.* 2. *tit.* 29.
De legibus Longobardorum 2. 1. 2. 8. *in fin.* 2. 39.
De Lombarda 1. 10. 2. 58. 1. 2. 58. 3. 2. 53. 4.
De Canonum statutis 2. 27. 1.
De Decretis 2. 6.

De constitutionibus principum. vide *Titulum proxime sequentem*

De moribus curiarum 2. 23. hinc illa, Mediolani non tenetur. Mediolani non obtinet 2. 54. 1. Mediolani consuetudo 2. 39. 2. 2. 40. Mediolanenses 1. 27. *in fin.* viri prudentes Mediolanenses 1. 28. Sapientes Mediolanenses 2. 49. Mediolanensium Curia 2. 20. 22. 4. mos 26. 1. usus 2. 28. 1. 2. 29. 2. 32. 2. 37. 1. Archiepiscopus Mediolanensis 2. 35. Mediolanenses irrationabiliter considerant 1. 14. Citantur quoque viri Placentini 2. 27. 1. Ceremonens. 2. 27. 11. Et usus qui in Lombardia 46. sed & in Teutonia 2. 40.
Responsa citantur 2. 40.
Pronuntiata & judicata 2.
Citatur & Eugenius Papa 1. 19.
Honorius III. Pontifex, vid. *Constitutiones Friderici* 2. 6. 5. 22.
Urbanus 1. 6.

De statu hominum seu jure personarum & earum divisione.

De Duce, Marchione, Comite. Capitaneis, Valvasoribus majoribus & minoribus vel Valvasinis.

QUi a principe [illegible] ducatu, Duces: qui de Marchia, Marchiones: qui de Comitatu, Comites: qui de plebe aliqua ejusve parte, Capitanei (olim proprie majores Valvasores) qui a Capitaneis, Valvasores minores: qui a minoribus Valvasoribus investiti, minimi Valvasores & Valvasini appellantur *lib.* 2 *tit.* 10.

De his, qui in Feudum dare possunt vel non.

Feudum dare possunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus (si antiquitus consuetudo eorum fuerit) Dux, Marchio, Comes (qui & regni & regis capitanei) regni vel regis Valvasores (qui & Capitanei.) Ab his minores Valvasores feudum accipiunt 2. 1. Ecclesiasticæ personæ, (aliud in laicis) ad suam tantum vitam, feudum dare possunt: ac proinde successores eorum non tenentur feudi investituram ratam habere 1. 3. 1. 9. Si, qui in feudum dare non potest, in feudum dederit, nullum habebit vigorem infeudatio 1. 6. *in fin.*

De plebeis.

Qui ab antiquis temporibus beneficium non habent, plebei, id est, jus parium (aut, ut quidam volunt, nobilitatis) non habent 2. *tit.* 10.

De liberis.

Libertas est facultas qua naturaliter quid cuique facere libet, nisi vi vel jure prohibetur 5. 13.

De servis.

Servi post delatam successionem feudi, etiam manumissi in feudo non succedunt. 2. 106. Servus communi jure militia privatur, adeo ut si dominus servum in militia retinet, in x. libras condemnetur. 5. 10. *in fin.*

Nomenclatura generalis personarum de quibus his libris tractatur.

DE Abbate. v. 1. 1. *in pr.* 1. 3. 1. 6. 2. 40. *in fin.* 2. 89. Abbatissa v. 1. 1. *in pr.* 1. 3. 1. 6. 2. 89. Absente 2. 43. Acceptabili 2. 55. 2. 99. Actore 1. 26. 1. Actore domini 1. 10. Actore regis 1. 10. *in fin.* Adoptivo 2. 26. 4. Advena 5. 17. 10. Advocato 2. 27. 7. Adgnatis 1. 2. 11. 2. 21. 2. 26. 1. 26. 5. 1. 26. 6. 2. 45. 2. 49. 2. 98. Agricultoribus 5. 17. 11. Antecessore 2. 92. Antecessoribus vasalli. 2. 25. Antiquiore domino 2. 28. 4. Arbitro 2. 46. 2. 34. Archiepiscopo 1. 1. *in pr.* 1. 1. 3. 2. 52. 2. 89. Archiepiscopo Mediolanensi 2. 35. Ascendentibus 2. 50. Auctore 2. 25. Avo 1. 14. 1. 1. 19. 2. 11. Bannito 2. 28. Bono judice 2. 11. Capitaneis 1. 14. 1. 1. 15. 1. 17. 1. 18. 1. 19. Capitaneis improprie dictis 1. 17. Capitaneis principis 1. 17. Capitaneis proprie appellatis 1. 17. Capitaneis Regis vel Regni 1. 1. 1. 15. quis Capitaneus 2. 10. 2. 51. 2. 53. 2. 89. Claudo 2. 36. Clericis 1. 25. 1. 1. 26. 2. 26. 4. 2. 27. 1. 2. 30. 2. 32. 2. 35. 2. 36. 2. 40. *in fin.* 2. 109. Clientulis 1. 10. 1. 13. Cognatis patrui magni 2. 11. Coherede 2. 58. 2. 78. Comite 1. 1. *in pr.* 1. 13. 1. 26. 2. 10. 2. 52. 2. 53. 2. 54. 2. 89. Comite judice 2. 27. 1. 2. 27. 5. Comparibus 2. 54. Conrado 2. 34. 2. 40. 5. 1. Conjuge vel amico 2. 58. Consobrinis 1. 14. 1. Consortibus 2. 55. 1. Contumace 2. 22. Conversis 2. 21. 2. 30. Creditore 2. 86. Cremonensibus 1. 27. Curia 2. 9. 2. 10. 2. 22. 2. 23. 2. 34. 2. 46. 2. 51. 2. 76. 2. 89. Curia Mediolanensi 2. 10. 2. 24. Curiæ majoribus 2. 89. Curte 1. 4. 5. 1. 82. 2. 51. Curtis paribus 2. 46. Damnatis 2. 56. Defensoribus locorum 2. 53. Delatore 2. 24. 2. Descendentibus 2. 50. 1. 1. 14. 2. 2. 26. 6. Dissipatore 2. 91. Doli capace 2. 26. 4. *in fin.* Domestico 2. 5. 2. 55. 2. Domina 1. 5. Dominæ filia 2. 24. 2. Domino 1. 4. 1. 5. Domino antiquiore 2. 28. 4. Domino æquali, majori, inferiore 2. 34. 1. Domino plebis seu œconomo 1. 6. Domus paribus 1. 11. Duce & Ducibus 1. 1. *in pr.* 1. 19. 2. 10. 2. 52. 2. 53. 2. 54. 2. 89. 2. 100. Ecclesia 1. 13. 2. 103. Ecclesiasticis personis 2. 26. 2. 2. 91. Egente 2. 58. Emptore 2. 26. 6. 2. 41. 2. 42. 2. 51. 5. 2. 55. Episcopo 1. 1. *in pr.* 1. 3. 1. 3. 1. 6. 2. 20. 2. 35. 2. 40. *in fin* 2. 52. 2. 54. 2. 55. Excommunicato 2. 28. Extranei testibus 2. 32. Fideli seu vasallo 1. 1. 2. 1. 4. 1. 4. 5. 1. 5. *in princ. & fin.* 1. 10. 2. 26. 2. 19. 2. 57. Filiabus 1. 1. 1. 1. 3. 1. 8. 1. 8. 11. 1. 8. 2. 1. 14. 2. 1. 4. 2. 11. 2. 17. 2. 24. 2. 2. 126. 1. 2. 50. 2. 51. Filia domini 1. 5. Filio 1. 1. 1. 1. 8. 1. 8. 2. 1. 14. 1. 1. 15. 2. 46. 2. 50. 2. 51. 2. 28. 4. Filio domini 1. 28. Filio feudum adquirente 2. 27. 4. Filio fratris 1. 19. 1. Filio impubere 2. 26. 5. Filio masculo 2. 26. 5. 2. 28. 2. Filio militis 1. 28. Filio prioris matrimonii 2. 26. 4. Filio secundi matrimonii 2. 26. 4. 2. 103. Filio & successore domini 1. 2. Filio vasalli 2. 55. 2. Fœmina 1. 6. 1. 1. 15. 2. 3. 1. 2. 32. 36. 2. 41. 2. 104. Fratre 1. 1. 2. 1. 5. 1. 8. 1. 1. 8. 2. *in fin* 1. 13. 1. 14. 1. 1. 14. 2. 1. 19. 1. 1. 20. 2. 11. 2. 12. 2. 18. 2. 24. 31. 2. 26. *in fin.* 2. 28. 4. 2. 29. 2. 37. 2. 52. 2. 90. 2. 93. Fratre patris 1. 19. 1. Fratre patrueli 1. 4. Fratris filio 1. 5. 2. 11. Friderico ejusque constitutionibus 2. 3. 1. 2. 27. 2. 33. 1. 2. 55. 2. 100. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Gastaldio 1. 2. 1. 1. 1. 10. 12. 1. 11. 2. 94. Gerardo Capagisto 2. 25. 28. 30. 32. 2. 34. 1. 2. 34. 2. 2. 36. 2. 51. passim. Hæreticis 5. 17. 5. 7. 8. 9. Henrico ejusque constitutionibus 5. 2. 3. 4. Herede 1. 9. 1. 14. 1. 25. 2. 28. 3. 2. 58. 2. Herede legitimo 1. 15. Herede masculo 2. 34. 2. Hoste regis 1. 20. 2. 7. Idoneis testibus. v. Testibus. Ignorante 2. 9. 1. 2. 42. 2. 26. 6. Imperatore 1. 14. 1. 18. 1. 26. 2. 55. 2. 2. 100. Imperfecto 2. 36. Impubere 2. 26. 5. Incendiariis 5. 10. Inculpato seu accusato 1. 19. Indigno 2. 24. 2. Infami 2. 52. 2. Infante 1. 22. Inferiori domino 2. 34. 1. Infeudato 2. 55. Ingrato 2. 24. *in pr.* & §. 1. Inimico 2. 57. Investitore 2. 27. 2. 34. 2. 35. Investito 1. 9. Invito 2. 12. Judice 2. 46. Judice agnati 1. 15. Judice Curtis 1. 18. Judice ordinario 1. 15. Laicis 1. 3. 2. 32. 2. 35. Legitimatis 2. 26. 4. Legitimo herede 1. 1. 2. 1. 13. 2. 11. Legitimis liberis 2. 29. Longobardis 2. 2. 8. *in fin.* 2. 39. Lothario ejusque constitutionibus 1. 9. 1. 13. 1. 19. 2. 3. 1. 2. 9. 2. 24. 3. 2. 38. 2. 44. 2. 55. 5. 5. 5. 6. Magistratu 2. 53. 1. Majore 2. 3. 2. 53. 2. 55. Majore Curiæ 2. 89. Majore domino 2. 34. 1. Majore judice 2. 53. 1. Majore potestate 2. 22. Manumisso 2. 106. Marchionibus 1. 1. *in pr.* 2. 10. 2. 13. 2. 19. 2. 52. 2. 53. 2. 54. 2. 55. 1. 2. 89. Marito 1. 15. 1. 17. 2. 85. Masculis 1. 13. 1. 6. 1. 1. 8. 1. 1. 13. 1. 19. 1. 1. 20. 1. 24. 2. 41. 2. 95. Masculini sexus heredibus 1. 14. 1. Descendentibus 1. 14. 2. Matre 2. 50. 2. 103. Mediolano & Mediolanensibus 1. 1. 5. 1. 13. 1. 26. 1. 27. 1. 2. 10. 2. 24. 2. 29. 2. 32. 2. 34. 2. 37. 1. 2. 39. 2. 40. 2. 49. Mercatoribus peregrinantibus 2. 27. 5. Militibus 1. Vasallis 1. 19. 1. 1. 21. 1. 21. 1. 1. 22. 1. 22. 1. 1. 23. 1. 27. 2. 17. 2. 21. 2. 26. 1. 2. 26. 6. 2. 27. 1. 2. 27. 3. 2. 34. 2. 2. 52. 2. 76. 2. 88. Minoribus 2. 3. 2. 26. 4. 2. 27. 2. 91. Mortuo 1. 5. 1. 24. Muliere 2. 26. 4. Muto 1. 6. 2. Muto & surdo 2. 36. Naturalibus filiis legitimatis 2. 26. 4. Nepotibus 1. 1. 2. 1. 14. 1. Nepotibus ex filio 1. 8. 1. 19. 1. 2. 11. 2. 50. Nepotibus ex filia 2. 11. Nepote seu filio fratris 1. 5. 1. 13. Nepte 1. 5. 2. 11. 2. 90. Nobilibus 2. 52. Nobili conjuge 2. 29. Notario 2. 52. 2. Nuncio 1. 26. 2. 58. 2. Nupta filio domini 1. 5. Nutu domini 2. 24. 2. Oberto de Orto 2. 2. 2. 23. Palatinis 2. 52. 2. 54. Papa Eugenio 1. 19. Papa Urbano 1. 6. Paribus 2. 14. 1. 2. 39. 2. 58. 3. 2. 73. 2. 78. 2. 79. 2. 82. Paribus Curiæ 1. 10. 2. 20. 2. 32. 2. 34. 55. 2. Paribus Curtis 1. 2. 1. 1. 3. 1. 4. 1. 4. 3. 1. 4. 5. 2. 2. 2. 25. 2. 46. 2. 51. 5. Paribus domus vel curiæ 1. 11. Paribus testibus 2. 58. 2. Parium judicio 1. 18. 2. 12. 1. Parium laudatione 2. 76. Parium laudamento 1. 21. Parentibus 2. 58. 1. Parente adgnationis alicujus communi 2. 11. Parente domini vel vasalli 2. 33. Parentibus, id est, cognatis 1. 24. Patre 1. 1. 2. 1. 1. 3. 1. 14. 1. 1. 19. 1. 21. 24. 1. 26. 1. 2. 50. 2. 84. Patriarcha 2. 89. Peregrinis 5. 17. 10. Persona conjuncta 2. 91. Persona Ecclesiastica & seculari 2. 91. Persona tertia, quarta 2. 34. 2. Personali servitio 2. 26. 5. Placentinis 1. 26. 1. 21. 27. Primatibus locorum 2. 53. Principe 1. 7. Privato 1. 13. Proclamatore seu actore 2. 27. Proceribus 2. 54. Procuratore 2. 3. 1. Progenie 2. 90. Prole fœminei sexus 2. 11. Pronepotibus ex filia 2. 1. Plebe & plebis parte 2. 10. Plebeis 2. 10. *in fin.* 2. 53. Pluribus dominis 2. 77. Possessore 1. 26. 2. 27. 2. *in fin.* Posterioribus patrui 2. 95. Prælatis Ecclesiarum 2. 91. Præposito 1. 1. 1. 6. 1. 26. Pronepte 2. 11. Proscriptis 2. 56. Proximis & proximioribus agnatis 2. 9. 1. 2. 3. 1. 2. 50. *in fin.* 2. 24. 3. 2. 37. 8. 36. 5. Publicis latronibus 2. 75. 5. Rebellibus 5. 20. Receptatoribus 2. 33. 2. Rectoribus locorum 2. 53. Rege 1. 26. 2. 28. Reo 1. 26. 2. 28. 1. Roma 1. 1. 1. 1. 1. 5. 2. 54. Ronchalia 2. 52. Rustico 2. 27. 3. 2. 34. 1. Sacramentalibus x11. 1. 4. 2. 1. 10. 1. 26. 1. 1. 28. 2. 41. Sciente 1. 26. 1. 2. 9. 1. 2. 24. 2. Scriba 2. 56. Scutiferorum feudis 2. 74. Seculari persona 2. 91. Secundi matrimonii filiis 2. 103. Senioribus seu dominis 1. 17. 1. 18. 1. 2. 51. 5. 2. 52. Servis 2. 3. 1. 2. 10. 6. Sorore domini 1. 5. 2. 24. 2. Substituto acceptabili. 2. 99. Successoribus 1. 9. 1. 22. 2. 40. 1. 2. 95. Surdo & muto 2. 36. Testibus 1. 26. 1. 2. 81. 2. 88. 2. 92. Testibus corruptis odio, gratia, pretio 2. 2. 2. 58. 2. Testibus duobus, tribus, pluribus 2. 58. 1. Testibus extraneis 1. 26. Testibus idoneis 1. 10. 1. 11. 2. 2. 1. 2. 19. 2. 25. Testibus quinque 2. 57. Testibus septem 2. 27. 3. Testibus liberis 2. 58. 1. Testibus testimonii boni 2. 27. 2. Valvasoribus 2. 10. 2. 53. Valvasoribus majoribus 1. 7. 1. 14. 1. 15. 1. 1. 17. 1. 18. 1. 1. 19. 2. 10. 2. 89. Valvasoribus minoribus 1. 7. 1. 1. 15. 1. 16. 1. 18. 1. 18. 1. Valvasoribus minimis 1. 7. 1. 15. 16. Valvasoribus regis vel regni 1. 1. *in pr.* 1. 1. 5. Valvasoris filio 2. 10. Valvasinis 2. 10. Vasallo 1. 9. 1. 12. 1. 25. 21. 26. 2. 26. 3. 2. 47. 2. 79. Venientibus ex latere 1. 1. 4. Urbano Papa 1. 6. Uxore 1. 17. 1. 21. 1. 2. 8. 2. 29.

De Adoptionibus.

ADoptivus filius in feudo non succedit 2. 26. 4. *vers. Adoptivus.*

De Rebus & earum divisione.

De rebus immobilibus & quasi.

BEneficium seu feudum in immobilibus seu rebus soli aut solo cohærentibus tantum consistit, aut his, quæ inter immobilia connumerantur, veluti cum de Camera aut de Cavena feudum datur. 2. 1. *in fin.* 2. 23.

De soldata.

Qui soldatam (præstatio est annua quorundam solidorum, vini vel annonæ, quæ morte dantis vel accipientis finitur, nec transit in heredem) habuit vel etiam habet, nullum paradogium aut usum obtinet. 2. 10.

Nomenclatura generalis rerum quarum his libris fit mentio.

DE Allodio 2. 26. 1. *in princ. & in fin.* infeudato 2. 54. Paterno 2. 17. *in fin.* ejus venditione 2. 54. Angariis 2. 56. 2. 81. Annona ejusque pretio 2. 27. 4. Annua præstatione 21. 2. 20. Argentariis 2. 56. Armis bellicis 2. 21. Armandiis 2. 56. Beneficio seu feudo 1. 1. 4. 1. 16. 2. 26. 6. 2. 1. 1. quid sit 2. 23. Beneficio avi 1. 9. 1. communibus bonis empro 1. 20. ecclesiastico 2. 27. 1. 2. 40. 1. hereditario 2. 83. cujus nomine jusjurandum fidelitatis fieri debet aut non debet 2. 24. 1. materno 1. 15. novo 1. 14. 2. 2. 3. 2. 11. 2. 12. 2. 49. 2. 91. paterno 1. 14. 2. 1. 24. 1. 19. 1. 1. 24. 3. 2. 83. regali 2. 34. 2. 40. 1. veteri 2. 3. 291. Bonis vacantibus 2. 56. Brevi testato 1. 2. *in fin.* 1. 3. 1. 4. 1. 4. 3. 1. 4. 5. 2. 32. 2. 88. 2. 92. Cameræ seu de Camera feudo 2. 1. 1. 2. 2. 1. 2. 58. Casa communi 2. 12. Castro 1. 4. 3. Cavenæ seu de Cavena feudo 2. 1. 1. 2. 2. 1. 2. 58. Civitate 2. 53. 2. Conscientia 2. 58. Criminali causa 2. 33. 1. Culpa 1. 17. 1. 21. 2. 26. 2. 78. Contractu 2. 53. 3. Curia & curte, dixi supra de personis. Debito servitio 2. 55. Debito hereditario 2. 45. Dignitatis feudo 1. 13. Dignitate legali 1. 14. Dimidio reditus feudi 2. 55. Districtu 2. 54. Dominico 2. 35. Dominicaria vice 2. 81. Domus paribus 1. 11. Domus destructione 2. 53. 2. Donationibus 5. 13. Ducatu 2. 55. 1. 2. 100. Duello 2. 27. 2. 27. 3. Duplo 2. 53. 2. Ecclesia 1. 13. Equis & armis communibus 2. 12. Feudo alieno 1. 9. armis & equis communibus adquisito 2. 12. Cameræ 2. 1. 1. 2. 2. 1. 2. 58. Cavenæ 2. 1. 1. 2. 2. 1. 2. 58. Comitatus 1. 13. 1. 14. Communiter a fratribus adquisito 1. 1. 2. Conditionali & non conditionali 2. 75. ex divisione veniente 2. 50. Diviso dividendo 2. 55. 1. dignitatum 1. 13. ducatus 1. 14. fœmineo 2. 30. filii 2. 84. cujus nomine fidelitas non præstatur 2. 24. 1. Guardiæ & Gastaldiæ 2. 2. Habitationis 2. 105. Heredibus aperto 2. 26. 2. Improprio 2. 81. Indiviso 2. 26. 4. initium habente a fratribus 1. 8. 2. lege commissoria dato 1. 27. 2. 51. 6. ligio 2. 99. Marchiæ 1. 13. 1. 14. Militis 2. 26. 2. Novo 2. 26. 2. 49. partito 2. 77. paterno 1. 4. 2. 1. 8. 1. 1. 8. 2. 1. 12. 2. 11. 12. 2. 26. 6. 29. 1. 2. 11. 2. 17. 2. 26. 2. 49. 2. 36. 2. 37. 2. 39. 2. 45. 2. 46. 2. 50. 2. 93. Proprio 2. 34. 1. 2. 1. Propriam feudi naturam non habente 2. 48. recto seu cujus possessio justa 2. 2. 1. 2. 20. 2. 35. 2. 39. reverso ad eum, qui dedit 1. 4. 6. 1. 6. 2. quod reverti speratur 2. 26. 2. ad servitium certum dato 2. 51. 7. scutiferorum 2. 74. vero 2. 48. veteri v. beneficium uxoris 2. 85. Feudi alienatione 2. 9. Conditione 1. 9. 2. 2. 2. 2. 26. 3. 2. 26. 6. 2. 76. 2. 89. Causa 2. 44. consuetudine 2. 10. Honore 2. 81. Jure 1. 1. 5. 2. 44. 2. 86. Natura 1. 7. Notis 2. 58. Origine 1. 1. 1. Portione 1. 12. proprietate 2. 26. 6. successione 1. 8. 1. 9. usu 2. 10. Feudo. Feudum a fidelitate vel fide 2. 3. 1. opponitur hereditati 2. 51. 5. allodio 2. 26. 1. adquiritur,

ritur, retinetur, amittitur 1. 5. aperitur domino 2. 42. *in fin.* 2. 43. *in fin.* 2. 44. exinanitur 1. 25. 1. remanet vel jure proprio vel jure libelli 2. 44. revertitur ad dominum 1. 5. Feudum accipere ad proprium vel libellum 2. 48. accipere pro vice dominicaria, villicaria, decania vel aliis angariis 2. 81. in dotem dare 2. 9. 1. 2. 13. 2. 17. per fœminam recognoscere 2. 17. ut feudum possidere 2. 26. 4. pro feudo accipere 1. 4. 3. 1. 4. 4. tenere 1. 4. 3. habere 2. 48. quasi feudi nomine retinere 1. 25. Fidelitate 2. 3. 1. 2. 4. *in fin.* 2. 76. Fidelitatis forma 2. 6. 7. Fidelitatem facere 1. 21. 2. 26. 4. 2. 52. 2. 2. 92. 2. 93. 2. 100. 2. 101. jurare 2. 5. Fidelitates duæ 2. 12. Fluminibus navigabilibus 2. 56. Fodro 5. 21. 1. Fraude 2. 24. 2. 2. 26. 6. 2. 34. 3. 2. 43. 2. 52. 3. 2. 97. Fructibus 2. 12. 2. 28. 3. 2. 86. Frugibus extantibus 2. 86. Furto 2. 53. 1. Fustibus 2. 27. Gastaldiæ feudo 1. 2. 1. 11. 2. 94. Generatione secunda & tertia 2. 52. 2. 2. 93. Generali alienatione 2. 26. 6. Geniculo septimo 1. 1. 4. Gradibus succedentium 2. 11. 1. 81. 2. 26. 6. 2. 3. 2. 37. Guardia 1. 2. 1. 4. 3. 1. 10. *in fin.* Guerra 2. 27. 8. 2. 28. Habitationum feudis 2. 105. Hereditate & feudo oppositis 2. 51. 5. repudiata 2. 45. recusata 2. 51. 4. Hereditario beneficio 2. 83. debito 2. 45. onere 2. 45. sacramento ac principali 2. 58. 3. Homicidio 2. 53. 1. Hostenditiis 2. 40. Immobilibus 2. 1. 1. Improprie feudis 2. 81. Incendio 5. 10. Incestis nuptiis 2. 56. Incremento mansi 1. 4. 5. & feudi 1. 4. 6. Incuria 2. 55. Infamia 2. 52. 2. 55. Infantia 1. 22. Infeudato allodio 2. 54. infinito 2. 52. 2. 2. 93. ingratitudine 2. 23. 2. 24. 2. Ingressu curiæ seu qualitate paris & vasalli 2. 88. Initio 2. 55. Injuria 2. 24. 3. 55. 1. Innocentia 2. 27. 2. 2. 27. 3. Insidiis 2. 57. Instrumento publice confecto 2. 25. falso 2. 58. 3. publico 2. 2. 2. 2. 1. interesse 2. 26. Investitione 1. 26. 1. 28. Investitura 1. 25. 1. 25. propria & abusiva 2. 2. nova 2. 32. 2. 49. vasallo illicita 2. 55. veteris beneficii 2. 32. Investituræ dono 3. 27. 2. Investituram accipere 1. 2. 1. 3. 1. 4. 5. adimplere 1. 4. 5. confirmare 1. 3. dare 1. 3. facere 1. 3. 2. 3. 2. 3. 2. 35. negare 1. 23. ratam habere 1. 3. Judicato 2. 43. Judicio parium 1. 18. 1. 22. 1. Juramento 1. 11. 2. 33. Jurisdictione 2. 5. 2. 54. 2. 79. Jure 2. 43. beneficii, proprio libelli 2. 44. feudi 2. 483. ejus rigore 2. 27. Jurejurando 1. 13. 22. 2. 2. 1. 2. 15. 2. 26. 2. 81. jussu 1. 1. 21. Justa absentia 1. 22. causa 1. 22. 2. 52. 3. ignorantia 1. 26. 1. Justo errore 2. 92. metu 2. 53. 3. usu 4. 13. Laqueis venatorum 2. 27. 5. Laquei pœna 2. 87. 8. Latere agnatis 2. 31. 2. 50. Laudamento 2. 22. 1. parium 1. 21. sapientum 1. 19. Laudatione parium 2. 76. Lege arctiori 2. 108. eadem 2. 58. 2. Commissoria 1. 27. 2. 51. 6. Conradi 2. 9. 1. 2. 34. Friderici 2. 3. 1. Longobardorum 2. 1. 2. 39. Lotharii 1. 13. 2. 3. 1. Regis 1. 10. Salica 2. 29. Levissima re 2. 73. Libello, libellariis & precariis 1. 5. 1. 13. 1. 9. 1. 2. 39. 2. 44. 2. 48. 2. 53. 5. 21. 1. Libris centum, triginta, quinquaginta, viginti tribus 2. 53. decem & tribus 2. 53. 1. decem 2. 29. viginti quinque 2. 27. 1. 2. 27. 4. Centum 5. 1. *in fin.* Libro 2. 76. Linea eadem 2. 50. Lombarda 1. 10. 2. 58. 1. 2. 58. 3. Longa possessione 2. 33. 2. Locatione per libellum 2. 9. 1. fraudulenta 2. 9. 1. Loco Cæsaris 2. 56. domini 2. 82. Majestatis crimine 2. 56. 5. 19. Mala fide 2. 87. 2. 80. Mansione 2. 27. 2. Manso 1. 4. 5. Manus amputatione 2. 27. 2. 55. manu militari expugnare 2. 27. 2. calida invadere 2. 27. sua jurare 2. 27. 3. de manu eripere 2. 27. 2. Marchia 1. 13. 2. 10. 2. 55. 1. Materno beneficio & feudo v. Beneficium v. Feudum. Matrimonio ad Morganaticam 2. 29. secundo 2. 103. Medietate feudi 1. 5. 1. 13. Mediolano. *dixi* Medio 1. 13. Mercede 1. 2. 1. Metu justo 2. 53. 3. Mitiore sententia 2. 91. Milite natione 2. 27. 3. ordine militum 1. 19. Modernis 1. 17. Modiis sive maldiis 2. 27. 4. Monetis 2. 56. Moribus curiarum 2. 23. 2. 26. 2. Morte 1. 22. 1. 4. 6. Multarum & pœnarum compendiis 2. 56. Muris civitatum 5. 21. 1. Natura feudi 2. 50. 2. 48. Navigiis 5. 19. 9. Negligentia 2. 24. 2. Nova possessione 2. 33. 2. & nova investitura 2. 32. 2. 49. Novo beneficio 2. 45. 2. 49. feudo 2. 49. jure 1. 1. 4. Onere hereditario 2. 45. Ordinatione defuncti 1. 8. ordine, id est, stricto jure 1. 4. 1. ordine malo feudum intrare, id est per vim 2. 22. Pactis *dixi ad tit. de pactis feudorum:* Palatio seu placito comitis 2. 27. 5. 2. 56. Paradogio seu pedagio 2. 10. Parangariis 2. 56. Parentela 2. 53. 2. Parricidio 2. 24. 3. Parte 1. 18. 1. 1. 2. 43. 2. 44. Paterno beneficio & feudo v. *Beneficium* vid. *Feudum supra.* Pace 2. 27. 2. 53. Peccato 2. 39. Pecunia 1. 28. Pedagio 2. 10. Perjurio 1. 26. 1. 1. 26. 6. 2. 39. *in fin.* Permissione 2. 55. Perpetuo libello 1. 13. Personali servitio 2. 26. 5. Pignore 1. 44. 15. 1. 11. 1. 27. 1. 28. 2. 55. 2. 86. Pignore consulto 2. 8. *in fin.* Piscationum reditu 2. 56. Præscriptione 2. 26. 4. 2. 87. Pretio 1. 1. 5. *in fin.* 1. 2. 1. 16. 2. 26. 5. 2. 27. 4. 2. 52. Principali causa 2. 26. 2. 82. sacramento 2. 58. *in fin.* Privilegiis 5. 21. 1. Probatione 1. 10. 2. 81. 2. 88. Progenie 2. 90. Prole fœminei sexus 2. 11. Plaustrorum præstatione 2. 56. Plebe ejusque parte 2. 10. Portu 2. 56. Possessione vid. *tit. de acquir. & amittenda possessione.* Potestate constituendorum magistratuum 2. 56. majore 2. 22. Precariis 1. 9. *in fin.* 5. 21. 1. Prædæ emptione 2. 53. 2. Proprio 2. 42. 2. 48. 2. 73. feudo 2. 34. jure 2. 44. Proprietate 2. 29. 2. 26. 6. Προτιμήσεως jure 5. 13. 14. 15. 16. Pugna 1. 21. Puberum sacramentis 2. 53. 3. Publicatis bonis 2. 53. 2. Quartis & tertiis quæ a Longobardis viris, uxoribus fieri solent 2. 8. *in fin.* Quasi feudo 1. 25. Quasi refutatione 2. 39 Quinquaginta milliariis 2. 53. 1. Rapina 2. 27. 2. Rationibus vasalli 1. 3. 2. 79. Rationabili usu 1. 13. Recto feudo 2. 20. 2. 39. 2. 82. Redemptione seu retractu 2. 9. 1. Refutatione 2. 9. 1. quasi refutatione 2. 39. Regali beneficio 2. 34. Regaliis 2. 56. Regia ditione 2. 27. Regressu evictionis 2. 46. Religione domini 1. 10. Clientuli 1. 10. Repudiata hereditate 2. 45. Rebus Ecclesiæ 1. 6. maternis 2. 26. 4. soli 2. 1. 1. solo cohærentibus 2. 1. 1. per se subsistentibus & non subsistentibus 2. 8. 1. Rescissa investitura 2. 3. 1. Retiis 2. 27. 5. Reverentia 2. 22. Ripaticis 2. 56. Roma 1. 1. 1. 1. 5. Ronchaliis 2. 52. Sacramento vid. *titulum de Jurejurando.* Salica lege 2. 29. Salva reverentia 2. 22. Satisdatione 2. 73. Scientia certa 2. 26. 3. Scopis excoriari 2. 27. 8. Scutiferorum feudo 2. 74. Sententia 2. 25. 5. 21. 1. Separatione 2. 76. Servitio 1. 1. 2. 1. 24. 2. 26. 6. 2. 37. 1. personali 26. 5. nominatim & indeterminate promisso 2. 23. præstando 2. 107. faciendo 2. 77. recusato 2. 24. 2. Servitute 2. 8. Soboie 2. 90. Soldata 2. 10. Solennitate consuetudinis 2. 32. Solidis quinque 2. 27. 8. viginti 2. 27. 5. Stipendiis militiæ 2. 54. Successione feudi 2. 95. Sumptibus 2. 107. Teloniis 2. 56. Testimonio 2. 27. 2. Tempore rei judicatæ 2. 25. Thesauro invento 2. 56. Titulis Ecclesiæ 1. 6. Toto 2. 43. 2. 44. 2. 45. Traditione 2. 87. 2. 88. Transacto 1. 5. Tribus acceptionibus quietis 2. 2. Vacantibus bonis 2. 56. Vectigalibus seu teloniis 2. 56. Venatione 2. 27. 5. Venditione 2. 54. Veneno 2. 24. 2. Veritate 1. 23. 1. 26. Verona 1. 19. Vero feudo 2. 48. Veteri feudo & beneficio, *vide supra feudum & beneficium.* Viis publicis 2. 56. Vice dominicaria feudo accepto 2. 81. villicaria feudo accepto 2. 81. Vilissima duorum denariorum pensione 2. 91. Vi 2. 53. 3. Ultione injuriæ 2. 24. Voluntate domini 1. 13. 1. 21. 1. Voto religionis 2. 26. 4. Usu sapientum 1. 1. 4. feudi 2. 2. Mediolanensium 1. 28. 2. 37. regni 1. 15. 2. 82.

De officio domini.

INter dominum & vasallum nulla fraus nec ullum malum ingenium intervenire debet 2. 52. *in fin.* Dominus vicem fideli suo reddere debet &c. 2. 26.

Feloniam in vasallum committens feudo privatur. 2. 26. 6. v. domino. 2. 47.

Si Dominus feudum de Camera aut Cavena debet vasallo, & sine culpa promissoris utraque evacuata est, expectandum est vasallo, ut iterum de ea solvi possit. Dominus enim posse intelligitur omni ære deducto. Nec æquum est videre egentem, quem prius habuit in conjugem & amicum. 2. 58.

Vasallum mittere in possessionem & in eadem vasallum in judicio defendere debet, dixi *in fin. titul. de Evictionibus.*

Juvare & defendere vasallum debet, glossa vide 2. *feud.* 28. *ab omnibus recepta.*

Justitiam vasallo facere tenetur. 2. 12.

De officio vasalli.

Domino bellum faciente alicui, si vasallus id sciat juste agi, aut si de eo dubitat, dominum adjuvare tenetur: si injuste agi sciat, non tenetur 2. 28.

Eadem lege vasallus domino excommunicato aut a rege bannito, servitium præstare non tenetur. 2. 28.

Contra omnes debet vasallus dominum adjuvare & contra fratrem & filium (& patrem) at non contra dominum antiquiorem: hic enim cæteris est præferendus. 2. 28. *in fin.*

Operas suas vasallus ultro offerre non tenetur, nisi sciat dominum versari in magno periculo. 2. 26. 6. vid. *licet.*

Personales operas & servitium, etiam alius vasalli nomine præstare potest. 2. 55. 2. 99. *in fin. Vide plura in fin. tit. de jurejurando*, ubi de Nova forma fidelitatis agitur.

Dominum justitiam facere negligentem vasallus deprædari potest. 2. *Feud.* 22.

De officio parium.

AD officium parium spectat, ut vasallum de suo recto feudo prius investiri faciant fidelitatis jurejurando dilato, donec de principali causa cognoscatur. 2. 20.

Pares majorem de suo pari quam de suo domino jurisdictionem habent. 2. 79. Curia contumacem dominum adire debet, eumque salva reverentia competenter cogere, ut vel possessionem restituat & acquiescat, vel judicio curiæ se committat &c. 2. 22.

De jurisdictione.

SI de feudo fuerit controversia inter Capitaneos, coram Imperatore *libr.* 1. *c.* 18. vel Rege definiri debet 2. 34. quod Mediolani non obtinet. 2. 34.

Si inter duos vasallos sit controversia, dominus cognoscit 2. 55. 2.

Si inter majores & minores Valvasores de feudo fuerit controversia, in judicio parium lis definienda, vel per judicem curtis 1. 18.

Si inter dominum & vasallum sit controversia, Pares Curiæ a domino sub fidelitatis debito conjurati cognoscent 2. 55. 2.

Si contentio fuerit inter dominum & fidelem de investitura feudi, per pares ejusdem Curiæ (jurejurando prius ab eis interposito 2. 26.) lis dirimitur.

Orta quæstione de investitura feudi, facta sit an non: inter dominum & vasallum, pares judicant. Eo tamen casu actor de feudo prius investiendus (ut ita pares aliquos habeat) fidelitatis jurejurando dilato, donec de principali causa, hoc est, de investitura cognoscatur. De alio tamen feudo controverso interim investiri & jurare potest 2. 82.

Si contentio orta fuerit de feudo inter generum fidelis mortui & ejus agnatos, non apud dominum, sed apud ordinarium judicem vel arbitrum lis dirimitur 2. 15.

Pares majorem jurisdictionem habent de suo pari, quam de suo domino 2. 79.

Curiæ judicium a vasallo declinari non potest 2. 47. nisi dominus pares nullos habeat.

Ab iniqua sententia parium ad Imperatorem appellatur ipsis paribus etiam præsentibus judicaturum 1. 22.

Paribus jurare nolentibus Imperator adiri potest 1. 26.

Quod quisque juris &c.

UT vasallus calumniæ sacramentum a domino non exigat: quod etiam a parte domini intelligendum est, ut quod quisque juris in alium statuit, ipse eodem jure utatur 2. 33. 1.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

SI dominus ter admonitus facere destiterit, id quod curia jussit, tunc licet vasallo ad majorem potestatem ire & sibi consulere, & si dominus ei justitiam facere noluerit, poterit eum deprædare 2. 22. *in fin.*

De in jus vocando.

DOminus vasallum ad curiam vocare debet: & si non venerit, iterum vocare debet usque in spatio tertio septem vel decem dierum, arbitrio curiæ terminando. Quod si neque venerit ad tertiam vocationem, hoc ipso feudum amittit: & ideo debet curia dominum mittere in possessionem: sed si intra annum venerit, restituitur ei possessio, alioquin & beneficium & possessionem amittit. E contrario si vasallus de domino conqueritur, eum in curiam vocabit, & in eadem curia de domino conqueretur. Curia autem debet adire dominum, eumque salva reverentia competenter cogere, ut vel possessionem restituat & adquiescat, vel judicio curiæ se committat 2. 22.

De Pactis.

De pactis contra communem feudi rationem.

SI tenor præter communem feudi rationem in investitura intervenit, *vide* 2. 2. 2.

Si ut ad fœminas feudum perveniat.

Si specialiter dictum fuit, ut ad fœminas feudum pertineat 1. 1. 3. Si pactum fuit, ut filiæ succederent 1. 14. 2. *in fin.* Si quis ita investitus fuerit, ut ad fœminas feudum transiret 2. 51. *vers. similiter.* Si investitura fuerit facta in patre, ut filii & filiæ succedant in feudum 1. 8. 2. Si eo tenore feudum quis acceperit, ut ejus descendentes masculi & fœminæ illud habere possint 1. 6. 1. Si duo fratres in heredes masculos & fœminas de beneficio investituram acceperint 2. 90. Si ejus conditionis sit feudum vel eo pacto adquisitum, ut ad filias, neptes, proneptes & deinceps: ad ex filia nepotes ac pronepotes: ad prolem fœminini sexus, vel ex fœmineo sexu descendentes pertineret 2. 11. Si feudum ea lege alicui datum sit, ut ipse & heredes sui masculi & fœminæ, & cui dederit, habeat 2. 26. 6. *vers. feudum.* Si quis sibi vel heredibus suis masculis, vel, his deficientibus, fœminis beneficium per investituram accepit 2. 17. Si duo fratres simul investiti fuerint eo tenore, ut quamdiu ipsi vel eorum heredes masculi viverent, & masculis deficientibus, fœminæ si superessent, feudum haberent 2. 18. Si quis ea lege feudum dederit, ut ipse & sui heredes, & cui ipse dederit, habeat 2. 48. 2. 26. 6. *vers. feudum.*

Si ut ad fratres feudum perveniat.

Si eo pacto facta sit investitura, ut frater fratri succederet 2. 12. Si hoc nominatim dictum sit, ut uno fratre defuncto sine legitimo herede alter succederet 1. 1. 2. Si per investituram a domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri 1. 20. Si dictum fuerit, ut frater fratri succederet 1. 8. 2. *in fin.*

Si ut ne filii, aut in certa re succedant.

Si quis ea lege uxorem minus nobilem duxerit, ut nec ipsa, nec filii ejus amplius habeant de bonis paternis, quam dixerit tempore sponsaliorum, verbi gratia decem libras 2. 29. Si cum uxore ea conditione matrimonium contractum est, ut ne filii ex ea nati patri ab intestato succederent 2. 25. *versic. filii.*

Si ut ad patrem feudum deferatur.

Si nominatim cum domino pactum sit initum, Ut si filius ante patrem decesserit, feudum ad patrem revertatur 2. 82.

Si ut filii matri succedant.

Si specialiter dictum, ut filii matri succederent 1. 15.

Si ut post mortem possessoris feudum habeatur.

Si feudum ita datum fuerit, ut post decessum ejus, qui possidet, habeatur 1. 3.

Si ut sine juramento fidelitatis habeatur.

Si eo pacto adquisitum sit feudum, ut sine juramento fidelitatis habeatur 2. 3. *in fin.* 2. 24. 1. 2. 40. 2. 76.

Si ut omne feudi incrementum vasallus haberet.

Si ita dictum fuerit, ut omne incrementum feudi pertineret ad eum, qui investituram accepit 2. 1. 4. 5. 6.

Si pactum de non petendo.

Si Titius cum Sempronio fratre feudum paternum possidente pactum fecit, de eo feudo non petendo a Sempronio, ejusque heredibus 2. 26. *in fin.*

Si tacitæ conditiones exceptæ.

Si nominatim in ipsa traditione tacitæ conditiones sint exceptæ 2. 89.

De generali alienatione.

Si nominatim dictum fuerit, ut in generali alienatione contineretur feudum 2. 26. 6. vid. *in generali.*

De certo genere servitii.

Si ita convenit, ut festivis diebus vasallus vadat cum uxore domini ad Ecclesiam 2. 2. 2.

De evictione.

Si emptor sciens rem alienam, pacto speciali sibi prospexit de evictione 2. 8.

De feudo non auferendo.

Si hoc actum est, ut domino non liceat feudum improprium vasallo auferre 2. 81. Si specialiter cautum est, ne feudum habitationis morte accipientis finiretur. 2. 105.

De refutatione feudi.

Si frater fratri vel domino, vel extraneo partem feudi dederit, 2. 83.

De jure subfeudandi.

Si quis feudum sibi suisque heredibus (masculis) habuerit, non debet alii dare, ut ipse habeat & sui heredes masculi & fœminæ 2. 34. 2.

De pacto legis commissoriæ.

Non potest ea conventione feudum constitui, ut si tempore statuto pecunia soluta non sit, pro feudo habeatur 1. 27. 2. 51. 7.

De servitio.

Ad certum servitium feudum dari potest 2. 51. 7.

De refutatione feudi.

Uni dominorum partem feudi refutare vasallus potest, partibus aliorum dominorum reservatis: facta refutatione, domino, quem ejuravit, servitium nullum debet, tametsi eum offendere non debet 2. 38.

De Transactionibus.

De transactione non fraudulenta.

TRansigere cum adversario, citra fraudem domini vasallus potest: nec quod accepit transactionis, nomine feudum erit 2. 2. 6. 6. *vers. si vasallus.* 2. 41.

De transactione rei communis.

Transigere de re communi in fraudem proximioris adgnati non licet 5. 13.

De his qui notantur infamia

SCriba, qui instrumentum jure prohibitum conscribit post amissionem officii, cum infamiæ periculo manum amittit 2. 52. 1. *in fin.* 2. 55. *in fin. pr.*

De Procuratoribus.

INvestitura per se vel per suum nuncium dari & accipi potest 2. 58. 2. Utrum ipse vel alius pro te investituram faciat vel suscipiat, nihil interest, potest enim hoc negotium & per procuratorem ab utraque parte expediri 2. 3. 1. *vers. sed utrum.*

De negotiis gestis.

De agnatorum ratihabitione.

PAter in filiam feudum confirmare non potest, etiam domini voluntate, nisi agnati consentiant aut ratum habeant 2. 39.

Si maritus uxoris negotium gessit.

Si maritus de feudo uxoris investiatur, ea absente, nisi nominatim quasi gerendo uxoris negotium investiatur, sibi adquirit 2. 85.

De in integrum restitutionibus.

IN fraudem legis facta investitura rescinditur 2. 3. Excusatur vasallus, si justa causa intervenerit, quare non poterit investituram, veluti mortis vel capitalis inimicitiæ, vel infantia, vel justa absentia 1. 22.

Justo errore ac ignorantia quemadmodum excusemur. *vid. infra tit.* de juris & facti ignorantia.

Quod metus causa gestum erit.

PEr vim & justum metum, etiam a majoribus extorta sacramenta, nullius sunt momenti 21. *in fin.* 2. 53. *in fin.*

De dolo malo.

Si quid in fraudem vetitæ alienationis factum.

SI vasallus dolo quid egit in fraudem vetitæ alienationis feudi, amissione feudi multatur 2. 5.

Si vasallus dominum periculi non admonuit.

Si vasallus dolo vel negligentia vel fraude dominum celaverit, id est, non certioraverit de assaltu, morte, captione, vel grandi patrimonii jactura, beneficio caret 2. 24. 2.

Si intra annum & diem investituram non petiit.

Inter dominum & vasallum, nulla fraus, nec ullum malum ingenium debet intervenire: ac proinde si non dolose investituram intra annum & diem non petiit, feudum non amittit. Dolus autem abesse videtur, si justa causa impediente steterit. 2. 52. 3. vel etiam cum amore servitium fecerit domino conscio 2. 97.

De doli capace.

De majori doli capace *vid.* 2. 26. 4. *vers.* si minor.

Si vasallus dominum ejuravit.

Si vasallus fraudulenter, id est, sciens, feudum se a domino tenere negaverit 2. 34. *in fin.*

De fraudulenta subfeudatione.

Beneficium a vasallo in feudum, si nihil in fraudem legis fiat, recte dari potest, 2. 26. 6. *vers.* beneficium.

De fraudulenta transactione.

Vasallus cum adversario transigere potest, dummodo fraudulenter actum non sit 2. 43.

De fraudulenta alienatione.

Si callida machinatione sub colore investituræ feudum quis vendiderit 2. 55. *vers.* callidis 2. 52. *in fin.*

De Minoribus xxv. annis.

De fidelitate.

SI minori datum fuerit feudum fidelitatem facere non cogitur, donec ad majorem ætatem venerit, in qua doli capax sit, feudum tamen retinet 2. 26. 4. *vers.* si minori.

De jurejurando.

Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inviolabiliter custodiantur 2. 53. 3.

De veteris beneficii investitura.

Quæ de veteri beneficio fit investitura, etiam a minore potest fieri 2. 3. 2. 91. minore inquam xxv. annis.

De justa possessione.

Sive a minore sive a majore fiat investitura, non de omni possessione vasalli, sed de justa tantum facta intelligitur, nisi aliud nominatim dictum sit 2. 3.

De novi feudi investitura.

Novi feudi investitura non fit a minore xxv. annorum (vel ut quidam volunt) a minore xviii. annorum 2. 91. sed nec ab alio fit recte, nisi ab eo, qui legitime suorum bonorum administrationem habet: qui enim qualibet ratione de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit investituram facere 2. 3.

De non petita investitura.

Si infeudatus major xiv. annorum sua injuria vel negligentia per annum & diem steterit sine petitione investituræ a domino, transacto hoc spatio, feudum amittit 2. 55. *in fin. pr.*

De juramento pacis.

Ut a xviii. anno ad lxx. obstringantur omnes juramento, ad pacem tenendam 2. 53.

Ex quibus causis majores.

De sacramento per vim & metum extorto.

SAcramenta per vim & justum metum etiam a majoribus extorta, nullius sunt momenti 2. 53. *in fin.*

De receptis, qui arbitrium receperunt.

DE arbitrio utriusque consensu electo 2. 15. 2. 26. 2. 34. *in fin. pr.* 2. 47.

De judiciis.

De ratione convasalli & domini.

UT ratio convasalli adversus convasallum priusquam Domini discutiatur 2. 79.

De possessione & principali causa.

Ut prius possessio restituatur, quam de principali causa agatur 2. 82.

De rei vindicatione.

De ædificiis & meliorationibus feudi.

SI vasallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea, ut vasallus moriatur sine filio masculo, dominus aut patiatur ædificium auferri aut solvat pretium meliorationis 2. 28. 1. *vers. si vasallus.*

Rei vindicationem vasallo competere.

Etiam absente domino utiliter agendi & excipiendi adversus vindicantem proprietatem totius feudi vel partem jus vasallus habet 2. 43. Rei per beneficium datæ vasallus hanc habet potestatem, ut tanquam dominus possit a quolibet possidente, sibi quasi vindicare: & si ab alio ejus rei nomine conveniatur, defensionem imponere 2. 8. *vers. beneficium.*

De fructibus, & incrementis feudi.

De fructibus & incrementis feudi ad quem pertineant, *vid. infra tit. de usuris & fructibus.*

De usufructu.

Penes quem possessio & proprietas feudi.

PEnes vasallum feudi usufructus: penes dominum, proprietas 2. 23. *in fin.*

De precariis & quid precaria.

Legis Lotharii de precariis fit mentio *lib.* 1. *tit.* 9. *in fin.* Ut libellariæ & precariæ in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscujusque civitatis, *vide* Constitutionem Friderici & Henrici *lib.* 5. *tit.* 21. §. 1. Precaria est cessio ususfructus rei immobilis, quæ fit clerico ad tempus vel dum vixerit, ea lege, ut Ecclesiæ ministerium exhibeat. *Synod. Toletan. c.* 5. fiebat etiam ei ejusve liberis, qui rem suam Ecclesiæ donasset: de quo dixi ad *Novell.* 7. *cap.* 4. *Novell.* 20. *cap.* 2. *l.* 14. §. 5. *C. de sacros. Eccles.*

De Servitutibus.

De actione confessoria.

SErvitutem feudo debitam vasallus petere potest & retinere 2. 8. §. *rei.*

Si vasallus servitutem feudo adquisiverit.

Si vasallus pretio servitutem feudo adquisivit, dominus pretium ei solvere debet. Alii tamen dicunt omnino, id est, etiam pretio non restituto ad dominum pertinere 2. 28. *vers. si vasallus.*

Si vasallus servitutem feudo imponi passus fuerit.

Si pretio, vel dolo, vel injuria servitutem rei beneficiariæ vasallus imponi patitur: & ad dominum postea feudum revertitur, sibi, donec feudum tenet, obest: domino autem & si per longa tempora perseveraverit servitus, minime nocet 2. 8. *vers. rei.*

Si quid per se subsistens aut non subsistens feudo a vasallo adjectum.

Si, quod feudo a vasallo additum est, per se non potest subsistere, ut servitus, feudo accedit: & sicut pars feudi censetur 2. 8. 1.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, & de pastu.

Pabulatio quatenus peregrinanti permissa.

LIcet peregrino ad equi pabulationem secundum viam stare in loco publico, & uti herba, & viridi sylva sine vastatione aliqua pro sua commoditate & usu necessario 2. 27. *in fin.*

Familiæ erciscundæ, Communi dividundo, & de hereditariis actionibus.

Quæ feuda dividantur.

DIvidere non licet feuda Ducatus & Comitatus, 2. 55. 1. alia, licet 2. 59. 1. 2. 77. 2. 102. si velint eorum Domini ac consortes 2. 55. 1. quinimo etsi nolint 2. 58. 2. ac proinde, hoc jure, feudum regale majori natu deferri videtur.

De præscriptione iniquæ divisionis.

De iniqua feudi divisione inter fratres post 40. annos quæri non potest 2. 58. 2.

Plures vasalli unius feudi fidelitatem ut præstent.

Cum plures vasalli idem beneficium possident indivisum, una fidelitas & unum servitium domino fieri debet 2. 77. Si vero partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates 2. 77. Servitia vero non pro partibus (ut unum primum,) videlicet graviora, sed pro quantitate beneficii moderanda 2. 77.

Pluribus dominis fidelitas ut præstetur.

Si plures Domini feudum inter se dividunt, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt 2. 77. *in fin.* Servitium autem omnibus non gravitate sed moderamine faciendum est 2. 27. *in fin.* quod si plures domini idem feudum indivisum habent, vasalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primo partiuntur, quoniam secundum jus feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere 2. 102. & vasallus pro uno feudo plures dominos habere non compellitur 2. 55. 1. *in fin.*

Factum coheredis alteri non nocere.

Cum feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa aufertur, cæteris non præjudicat. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo eo vel suis heredibus feudum ad cæteros venire non intelligatur 2. 78.

De heredibus investiendis.

Heredes domini necesse habent tenere firmam investituram quam pater fecit 2. 58. 2. *vers. item heredes.*

De juramento successorum.

Cum datur successori domini defensio, jurare debet se non credere investituram factam esse ab antecessore suo 2. 58. *vers. cum datur.* Hereditarium sacramentum multum discrepat a principali 2. 58. 2. *in fin.* Heres, successor, filius, de conscientia, jurare debent, non de alieno facto. Jure tamen Lombardiæ filius præcise debet jurare, patrem suum non fuisse debitorem 2. 58. 2 in fin.

De acquirenda & repudianda hereditate (aliud in filio.)

Agnatus repudiare hereditatem defuncti potest; feudum vero ipsum paternum retinere: nec de debito hereditario aliquid feudi nomine solvere cogitur, sed de fructibus tantum, si quos reliquit 2. 46.

De jurejurando & fidelitate.

Investitus jurare domino fidelitatem tenetur.

FIdelitatem investitura præcedere debet 2. 4.

Fidelitatis definitio.

Fidelitas est jusjurandum quod vasallus præstat domino 2. 4.

Qui fidelitatem jurare coguntur & qui non.

Omnis vasallus ne imperatore quidem excepto, nisi feudo ad se aliquo delato, fidelitatem faciat, feudum amittit 2. 100. Non idem in Ecclesia, quæ nulli fidelitatem facit 2. 101. Minor quoque feudum sibi delatum retinet, non tamen cogitur fidelitatem facere antequam ad majorem ætatem venerit 2. 26. *vers. si minori.* Eadem ratione impubes filius vasalli defuncti, neque fidelitatem neque servitium sive per se, sive per alium debet. 2. 26. 5. Quid si plures vel vasalli vel domini, num plures fidelitates debentur, an potius una? dixi *s. tit. familiæ erciscundæ.*

Fidelitatis forma.

Nova (de veteri vide *lib.* 2. *tit.* 5. & 6.) forma fidelitatis hæc est: vasallus, tactis Evangeliis, omnino fidelitatem jurare cogitur contra omnem hominem (excepto tamen nominatim imperatore vel rege 2. 55. *in fin.* quod olim facile subintelligebatur 2. 8. 2.) id est, se nunquam scienter adfuturum consilio aut facto seu negotio, ubi dominus vitam, membrum, honorem præsentem vel futurum amittat, aut in sua persona læsionem, injuriam, & contumeliam accipiat: se omni conatu animi id impediturum, aut domino quam proxime nunciaturum, se consilio atque auxilio domino adfuturum ad res amissas recuperandas, aliumve juste offendendum, secretum sibi a domino commissum conservaturum &c. 2. 7.

De calumniæ, veritatis & conscientiæ juramento.

Calumniæ sacramentum vasallus a domino, & e contra non exigit 2. 33. 1. Sacramentales sunt testes jurantes secundum conscientiam: requiruntur autem duodecim: duo alioqui deponentes de veritate sufficiunt. 1. *Feud.* 26. §. 1. 2. *Feud.* 2. 33. & cum datur: ubi Laudensis.

De juramento parium.

Pares Curiæ, testamentum præbent jurati 1. 26.

De puberum juramento.

Sacramenta puberum sponte facta non retractantur: per vim aut metum extorta etiam a majoribus nullius sunt momenti 2. 53. *in fin.*

Masculo, fœminæ, & emptori juramentum ut defertur.

Si masculus rem feudalem esse adfirmet, filia neget, masculo defertur juramentum 2. 41. 2. 51. *vers. si contentio.* Si dominus feudum esse dicit, fœmina neget, fœminæ 2. 41. Si dominus dicat esse feudum, emptor neget, emptori defertur juramentum 2. 41. 2. 51. *vers. si contentio.*

De jurejurando delato, vel relato.

Jusjurandum defertur aut a judice aut a parte. Utroque casu, is cui delatum e[st], jurare debet, aut referre. Jurare, inquam, cum xii. sacramentalibus, sex parentibus (in ibi quidam legunt pagensibus) sex extraneis: idque sine mentione conscientiæ: nisi agatur de facto fratris, vel avi, vel alterius ascendentis 2. 33. *vers. & cum datur.* Idem est in domino *d. vers. & cum datur.*

De juramento principalis personæ & successorum.

Cum jurat dominus de investitura non facta, ita jurat, se investituram non fecisse: successor ejus ita jurat, se non credere investituram factam esse ab antecessore: multum enim discrepat juramentum & sacramentum hereditarium a principali sacramento *l.* 12. *generaliter. Cod. de rebus credit. & jurejurando.* ita jurat tutor, se credere & existimare *l.* 2. *C. de juram. calumniæ:* sic filius, successor heres, jurant de sua conscientia, non de alieno facto. *l. Marcellus. ff. rerum amotarum.* In Lombardia contrarium extat. In ea enim filius præcise debet jurare, patrem suum non fuisse debitorem 2. 58. *vers. cum datur.*

Possidenti juramentum quemadmodum deferatur.

Jusjurandum interdum possidenti, interdum non possidenti seu actori, interdum neutri pro motu judicis defertur 2. 33. *vers. sacramentum.* Possidente domino, & vasallo non probante, dominus absolvitur suo juramento: vasallo longo tempore possidente & domino non probante, jusjurandum defertur vasallo. si non longo tempore possedit, domino jusjurandum defertur 2. 33. 2. 1. 23. nisi aliud faciat pro possidente 2. 33. 2. Possessori asserti pignoris juramentum non defertur 1. 11. nisi sit munitus 30. annorum præscriptione 1. 28. Qui incrementum feudi possidet, investituram probare non tenetur, sed simpliciter jurare 1. 4. 5. Feudum guardiæ feudum esse 1. 4. 3. vel jure pignoratitio possideri 1. 4. 4. adversus vasallum possessorem dominus, qui id ait, probare tenetur: eo non probante, possessoris est defensio, eique juramentum deferri potest 1. 4. 3. nisi possessor dicat se ex feudo pignori sibi dato investitum. Tunc enim ei incumbit probatio 1. 11. Vasallus possidens feudum Cameræ aut Cavenæ: tenetur feudum (quod directum esse ait) jurare ejus conditionis esse, hoc est directum esse: aut juramentum de eo domino deferre 2. 21. Feudum paternum esse, rei ac possessoris juramento creditur 1. 4. 2.

De juramento pacis servandæ.

Ut a 18. ad 70. annum omnes ad juramentum pacis servandæ obstringantur & ut ejusmodi juramentum quoquo quinquennio renovetur 2. 53.

De infidelitate.

De infidelitate pugna fit jure Longobardico, non Mediolanensi 2. 39. *vers. non est.*

De condictione causa data, causa non secuta.

Condictio ex causa domino competit.

SI domino petente vasallus deservire noluerit, domino condictio ex causa competit ad repetendum feudum 1. 21.

De contrahenda emptione.

De pœna vasalli feudum alienantis.

NUlli licet feudum totum vel partem aliquam vendere, vel quocunque modo distrahere sine voluntate vel jussu 1. 21. vel permissione 2. 55. illius domini ad quem spectare dignoscitur. Hujusmodi alienationes hactenus perpetratæ cassantur, & in irritum deducuntur, nullius temporis præscriptione impediente, emptori bonæ fidei ex empto actione de pretio contra venditorem competente. Callidæ machinationes quorundam, qui pretio accepto, quasi sub colore investituræ, quam sibi licere dicunt, feudum vendunt & in alios transferunt, ita prohibentur, ut venditor & emptor qui tam illicitas

illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, feudum amittant, idque ad dominum libere revertatur. Lotharius 2. 3. 1. 2. 9. 2. 24. *in fin.* 2. 38. 4. 2. 44. 2. 52. 2. 55. Conradus 2. 34. Fridericus 2. 3. 1. 2. 55.

De pœna notarii instrumentum alienationis feudi conficientis.

Scriba seu notarius qui hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii, cum infamiæ periculo manum amittit 2. 55.

De omni alienatione feudi hic agi.

Quod dicitur de venditione feudi, intelligi oportet de omni alienatione 2. 42. 2. 55. ibi vel quocunque modo.

Quorum feudorum alienatio prohibita sit.

Quod de feudi prohibiti alienatione diximus, locum etiam habet in feudo, in quo dominus districtum vel etiam honorem habet 1. 5. 2. Sed & in eo quod judicio familiæ erciscundæ acceptum & alienatum est ab eo qui sine herede legitimo decessit 1. 5. 1.

In proximorum agnatorum præjudicium, id est, sine eorum consensu, feudum alienari non posse.

Paternum feudum (quod hodie censetur ad VII. usque geniculum) non potest frater in fratris præjudicium alienare: facere denique ut de eo filia investiatur. proinde, rescissa ejusmodi alienatione aut investitura, frater fratri defuncto sine legitimo herede masculo succedet 1. 8. 1. Rem, quæ a communi parente per successionem ad nos pervenit, seu alienari prohibitam, non possumus alienare in fraudem proximiorum adgnatorum: licet in feudum dare possimus, citra fraudem tamen, alias rescinditur infeudatio: jure προτιμήσεως proximiori adgnato competente 2. 3. 1. Feudum paternum agnatis, ad quos id reversurum est, non consentientibus aut ratum non habentibus alienare non possumus, etiam in filiam, vel domini voluntate interveniente 2. 39. Si proximus successor feudi consensit feudum in ulterioris gradus personam transferri, nullum ad feudum regressum habet 1. 5. 1. est enim inter ipsos adgnatos feudi alienatio permissa. Licet prohibeatur alienatio, inter adgnatos, si tamen paternum sit feudum, conceditur 2. 39.

De generali alienatione vasalli.

In generali alienatione vasalli non continetur feudum, nisi nominatim dictum sit 2. 26. *vers. in generali.*

De curiæ venditione.

Capitaneus curiam vendens, non intelligitur beneficium quod in ea extat, vendidisse 2. 51.

Qua lege vasallus feudum alteri dare possit.

Nemo alia lege, quam ipse habeat, feudum alteri dare potest: verbi gratia, qui sibi ac suis masculis feudum habet, alteri ea lege dare non potest, ut fœminæ habeant: alias feudum ipsum amittit: & secundum quosdam ipse qui dedit & qui accepit: secundum alios cum masculi defierint 2. 34. 2. Vasallus arctiori lege, quam ipse habeat, feudum in alium potest transferre 2. 108.

Conditiones tacite alienationem sequuntur.

Si feudum quod alienari potest, alienatum fuerit, conditiones primæ feudi, tacite sequuntur adquirentem 2. 34. 2. 2. 89.

Feudum alienatum cui committatur.

Feudum illicite alienatum domino aperitur, neque in caussam feudi recidit, etiam si vasallus id postea recuperet 2. 44. Quid si domini voluntate vasallus feudum alienavit, feudum postea recuperaverit? Id habebit non jure feudi, sed aut jure proprio, aut jure libelli (si id ad libellum vasallus alienavit) domino feudum non est commissum: quin ipse venditor feudum emptori potest evincere reddito ei pretio, ac præterea quanti ejus interest 2. 26. 6. *vers. si vasallus*, idque Obertus ita sentit 2. 42. Nam quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, id intelligendum, cum a sciente alienatur 2. 42.

De alienatione feudi in potentiores.

In potentiorem extraneum alienare non licet rem communem in fraudem proximiorum adgnatorum 5. 13.

Domino quatenus permissa feudi vasalli alienatio.

Dominus sine consensu vasalli feudum ad alios transferre non potest, seu alium de feudo investire, sed nec feudum ejus alii promittere; quod si fecerit, pro non facto habebitur 1. 22. 2. 55. 1. id tamen Mediolani non obtinet 2. 55. 1. Vivente & ignorante vasallo (cui nullus est heres) dominus potest feudum vasalli alienare, dummodo nullum ex eo detrimentum vasallus sentiat: quod tamen Placentinis non probatur 1. 27.

De allodii venditione.

De allodii simplicis & infeudati alienatione v. *lib.* 2. *tit.* 54.

De jure προτιμήσεως.

Qui ex parentela habens communem agrum, domum, vineam, vel rem immobilem divisam vel indivisam (ad Feuda hoc caput non ita pertinet) aut ex communi emptione vel aliquo hujusmodi titulo, eam alienare, in Emphyteusim dare, aut locare non potest: nisi prius denunciaverit illis, qui per ordinem ad jus προτιμήσεως vocantur: quales sunt parentes, conjuncti, socii, conjuncti extranei, qui sub uno servitio vel censu conjuncti ex aliqua parte ut vicini & confines. Denunciatis datur mensis pretii justi offerendi, cum usuris legitimis: tutoribus, procuratoribus, menses quatuor: non denuntiatis, decennium. Porro consensu etiam tacito, ut si venditioni interfuerunt & tacuerunt, amittitur jus προτιμήσεως ut & præscriptione temporis decennali, & ingratitudine sive indignitate. In fraudem hujus legis facta alienatio rescinditur: in potentiores personas fieri prohibetur: quinimo convicti perjurii emptor & venditor, rem & ejus pretium amittunt, utrumque fisco committitur. Nisi rem vendit proximioribus, quibus jus προτιμήσεως competit 5. 13. Ex causa tamen dotis, donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationis causa mortis, vel ex testamento, vel permutatione, vel transactione vera, non simulata, licet in fraudem proximiorum alienare 5. 13. 5. 14.

De rescindenda venditione.

SI beneficium in fraudem consuetudinis & legis alienatum & in feudum datum fuerit: tunc rescissa investitura reddito a proximiore adgnato pretio, is, qui investituram accepit, compellitur eam restituere 2. 3. 1. Sed novo jure, factæ in fraudem legum, feudi alienationes a scientibus cassantur, & in irritum deducuntur, feudo penitus domino commisso, & ad pretium emptori actione non competente 2. 52. 2. 55. nisi de evictione sibi prospexerit 2. 8. 2. 80.

De actionibus empti & venditi.

EMptori bonæ fidei ex empto actio contra venditorem competit 2. 55.

Locati & conducti.

De locatione fraudulenta & per libellum: & quid ea sit.

LOcare feudum (quo etiam vocabulo feudum quod in curia domini est, intelligitur 1. 5. 1.) vasallus potest, nisi locatio sit fraudulenta alienatio: sicut est per libellum, hujusmodi enim locatio, venditio dici potest. Libellario autem nomine locamus, quoties sub vilissima duorum denariorum pensione perpetuo 2. 9. *in fin.* 2. 73. 1. 13. utendum concedimus 2. 9. *in fin.* est enim prohibitum quadam collusione nomine libelli vendere 2. 55.

De totius feudi & partis ejus locatione.

Totum an pars (olim partim licebat 1. 5.) feudi ita locetur (quod Mediolani non obtinet) nihil interest: feudum enim eo casu amittitur, neque valet quod factum est 1. 13. & mortuo vasallo sine legitimo herede, id est, masculo, feudum revertitur ad dominum.

Per libellum alienatio feudi quatenus permissa.

Quod dictum est, feudum per libellum alienari non posse, intelligendum est, sine voluntate domini. Nam si cum Domini voluntate vasallus feudum totum vel medium libellario nomine dederit, stabilis permanet alienatio 1. 13. Quinimo, sine voluntate domini vasallus certis casibus feudum per libellum dare potest (verbi gratia, singulari privilegio Ecclesiæ feudum in perpetuum libellum dare potest, quamvis feudum nunquam sit reversurum dominum, cum ecclesia nunquam desinat esse heres) privato non potest 1. 13. Fratri vel nepoti per libellum facta alienatio valet, etiam sine voluntate domini 1. 13. *in fin.* Licet prohibeatur beneficii alienatio, inter adgnatos tamen, si feudum paternum fuit, conceditur: & si libellum unus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio 2. 39. Si quis ea lege feudum acceperit, ut ipse, & sui heredes, & cui ipse dederit, habeant, poterit id ad libellum dare: quod licet propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi censebitur, ut ex his causis amittatur, quibus & verum feudum 2. 4. 8.

Feudum recuperatum quo jure sit penes recuperantem.

Sin vasallus voluntate domini feudum per libellum alienavit, & id postea recuperaverit, penes eum remanet, non jure beneficii, sed jure libelli 2. 44.

De libellariis.

De libellariis & precariis vid. *lib.* 5. *tit.* 21. §. 1.

De locatione in fraudem proximioris agnati.

Si locatio facta sit in fraudem proximioris agnati vid. 5. 13. Si in emphyteusim detur in fraudem proximioris adgnati 5. 13.

De subfeudationibus an licitæ & quatenus.

Beneficium a vasallo in feudum, si nihil in fraudem legis fiat, recte dari potest 2. 26. 6. *vers. beneficium* (nec enim licet sub colore investituræ, alioquin permissæ, feudum vendere, eo enim casu feudum emptori ereptum ad dominum revertitur 2. 55.) dum tamen militi detur: 2. 26. 6. *vers. beneficium:* & secunda persona sit talis, quæ feudo servire possit 2. 34. 2. In infinitum (ea lege de qua supra diximus) vasallo licet subinfeudare 2. 34. 2. In quibusdam tamen curiis ultra tertiam personam feudi concessio non extenditur, ut cum feudum pervenit in quartam personam, ei auferre dominus possit 2. 34. 2. Qui suum beneficium alii dat in feudum, non debet alia lege dare nisi qua ipse habeat, ut si habeat sibi suisque heredibus (quod intelligi debet de solis masculis) non debet alii dare, ut habeat ipse & sui heredes masculi & fœminæ. Eo casu quidam putant dantem feudum amittere: & alii dantem & accipientem: alii, tunc domino feudum aperiri, cum masculi defecerint 2. 34. 2.

De rerum permutatione.

SI quis faciat cambium de beneficio sui militis, sine illius consensu, cujus est beneficium, pro non facto habetur 2. 22. 1. Si quis cambium proprietatis nomine feudi habeat 1. 4. 2.

Si cambium feudi a domino vasallus petet 2. 25. si permutet in fraudem proximioris adgnati 5. 13. *vers. ex causa.*

An per acceptabilem vel substitutum domino servire possit vasallus vide *lib.* 2. 55. 1. 2. 99.

De pignoribus & hypothecis.

De pignore quod consultum.

Pignus quod consultum dicitur, fieri non potest ex feudo 2. 8. *in fin.*

De pignore totius vel partis feudi.

Pignorare totum, vel partem feudi sine domini consensu non licet 2. 55. Olim qui pro pignore plus medietate obligasset, ita ut transactum seu distractionem permitteret, vel dolo hoc egisset, amissione feudi mulctabatur 1. 5.

Pignus in feudum converti posse.

Pignus in feudum converti potest 1. 4. 4. 1. 11. 1. 18.

De pacto legis commissoriæ.

Si quis obligaverit aliquam rem pignori, eo pacto, ut si statuto tempore pecunia soluta non fuerit, res sit creditoris & eam pro feudo habeat, potest debitor quandocunque pecuniam, solvendo pacto non obstante, pignus recuperare 1. 27. 2. 51. 7.

An mortui vasalli feudum pro pignore possit retineri a creditore.

Creditor debitore mortuo feudum ejus pro pignore sibi retinere non potest, licet fruges extantes retineat 2. 86.

De evictionibns.

Vasallo quatenus debetur evictio a domino.

GEneraliter verum est in feudis, dominos de evictionibus teneri 2. 80. ut in dominum investiti regressum habeant de evictione 2. 46. Si tamen quis sciens investituram alterius beneficii adquisierit, eo evicto nullam adversus dominum actionem habet de evictione, quoniam in adquirendo malam fidem habuit 2. 80. 2. 87. 2. 96. Ac nisi pacto speciali sibi prospexerit, de evictione agere non poterit 2. 8. Ignorans vero recte aget, ut aliud feudum ejusdem bonitatis seu quantitatis sibi præstetur 2. 8. In eo vero nulla differentia est, qui investituram facit, utrum sciverit, vel ignoraverit 2. 8. Si domino laudato seu vocato, nec defendente, vasallus causam per sententiam amiserit, eique feudum sit evictum, dominus vasallo feudi cambium debet, id est, feudum ejusdem æstimationis (quod erat tempore rei judicatæ) restituere tenetur, vel nummos in feudum datos numerare 2. 25. id est, æstimationem litis quam vice feudi subiit vasallus, quam sententia judicis victori exsolvit.

De usuris & fructibus, & causis, & omnibus accessionibus & mora.

De usuris legitimis.

UT tutores, curatores, procuratores, defensores jure προτιμήσεως uti volentium intra quatuor menses veniant, & solvant justum pretium cum legitimis usuris & expensis necessariis, atque ita accipiant jus προτιμήσεως 5. 13.

De fructibus.

Si vasallus decesserit, nullo in feudo relicto herede masculo, jus feudi ad dominum pertinet. Fruges autem extantes ad filias vasalli, vel etiam uxorem ejus, & hac ratione creditor eas retinere potest, licet pignus habere non possit 2. 86. 2. 45. Alia distinctio a quibusdam adfertur, ut si vasallus sine liberis masculis ante mensem Martium moriatur, fructus illius anni ex feudo provenientes ad dominum pertineant: si post Kalendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant. Alii volunt quocunque tempore anni decedat vasallus, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere 2. 28. 1. *vers. his consequenter.*

Si duo fratres in casa communi post mortem patris remanserint, id est, habitaverint, simul & eorum unus feudum adquisiverit, feudum alteri, eo qui adquisivit, sive vivo, sive mortuo non communicatur nisi per pactum: fructus tamen erunt communes donec simul habitaverint 2. 12.

De causis.

Qui investitus est eadem lege & eodem jure rem habere debet, quo habet, qui eum investivit 2. 58. 2.

De accessionibus.

Omne incrementum feudi ad vasallum pertinet, nisi dominus aliquid sibi in eo reservavit 1. 4. 5.

Si vasallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea, ut vasallus sine filio masculo decedat: dominus aut patiatur ædificium auferri, aut solvat pretium meliorationis 2. 28. 1. *vers. si vasallus.* Idem dicendum si vasallus pretio servitutem feudo adquisivit 2. 28. 1. Quidam dicunt omnino ad dominum pertinere 2. 28. 1. Sed & in ea re hæc distinctio recepta, ut si quid feudo a vasallo additum sit, si quidem tale est, ut per se subsistere possit, ac per se censeatur, ut prædium, id non accrescat feudo: si vero per se non possit subsistere, ut servitus, plerisque placet, feudo accedere & sicut partem feudi disponendam esse 2. 28. 1.

Qui incrementum possidet, investituram probare non tenetur, sed simpliciter, quod ad eam rem attinet jurejurando ejus statur 1. 4. 5.

Ab eo qui feudum cum omni incremento accepit, feudum nobis cedi potest: quo vivo, si quid feudo adcrescat, ad nos pertinet. Id autem quod eo mortuo adcrescit, ejus est ad quem feudum reverti debet 1. 4. 6.

Si pretio, dolo, aut injuria vasalli feudo quid decreverit, vasallo, donec feudum tenet, obesse potest: domino autem etiam per longa tempora, non nocebit 2. 8. *vers. Rei in fin.*

De mora.

De mora vasalli in investitura petenda, fidelitate offerenda, domino juvando ac certiorando, hostenditiis solvendis, justitia facienda, in jure se sistendo, suis locis dictum est.

Si jure προτιμήσεως uti volens, moram fecerit in justo pretio emptori offerendo v. 2. 3.

De eo quod interest.

Si investitura facta & fidelitate subsecuta dominus differt vasallum mittere in vacuam possessionem, omnem utilitatem ei præstat 2. 7. *in fin.*

Si facta de feudo investitura, pœniteat dominum, antequam possessionem transferat, præstando interesse vasallo, non liberatur, ac proinde possessionem feudi, de quo investituram fecit, tradere compellitur 2. 26. 6.

Si vasallus feudum alienavit ignorans, non domino, sed ipsi vasallo feudum restituendum: ad interesse vero emptori ignoranti condemnandus 2. 26. 6. *vers. vasallus.*

Ut tutores, curatores, procuratores & defensores jure προτιμήσεως uti volentes, si intra quatuor menses justum pretium cum legitimis usuris & necessariis impensis emptori non obtulerint, farciant de propriis suis quicquid incommodi personæ illæ habuerint 5. 21. adde quædam ex titulo de evictionibus.

De impensis, & expensis sumptibus.

Id quod de communi expensum est, alteri pro parte competenti est restituendum 2. 12. *in fin.*

Jure προτιμήσεως uti volens justum pretium cum usuris legitimis & expensis necessariis offerre ac solvere debet 5. 21.

Sumptibus domini servitia præstantur a vasallo 2. 107.

Hostenditiarum nomine in Lombardia de modio XII. denarii. In Teutonica terra tertia pars fructuum solvitur: facta computatione fructuum solummodo ejus anni, quo hostem faciunt 2. 40. *in fin.*

De probationibus & præsumptionibus.

Onus probandi cui incumbat.

PRobationis onus ei incumbit, qui feudum novum esse ait 2. 11. 2. 15. 2. 26. Bonus tamen judex eo ex casu juramentum deferre poterit, cui magis æquum videbitur 2. 13.

De novæ & veteris investituræ probatione.

Nova investitura præcise probanda est per pares ejusdem Curiæ (si tamen Dominus vasallos habeat, alias extranei testes sufficiunt 2. 33. *vers. quæ autem* 2. 58. 1. 2. 58. 2. *in fin.*) non per confessionem domini, aut breve testatum. Quanquam alii volunt vel per confessionem domini, vel per breve testatum ab extraneis confirmatum probari etiam posse 2. 32. Vetus vero investitura (quæ fit vel a domini successore vel vasalli successore) etiam per extraneos probari potest: non tamen per fœminas 2. 32.

Si investitura facta esse negetur.

Si dominus neget se investituram fecisse actori 1. 10. 1. 26. ejusve patri 1. 26. 1.

Inopia probationum res deciditur per jusjurandum 1. 10. 2. 2. 1. *in fin.* possessoris, vel cum 12. sacramentalibus secundum quosdam: nisi clientulus sit gastaldus, vel actor domini, vel guardiæ feudum habet: tunc enim domini religioni statur 1. 10.

De præsumptionibus.

Unusquisque sibi, suis heredibus ac soboli videtur prospexisse 2. 18. 2. 90. Pares, pecunia, odio vel gratia corrumpi, non est suspicandum 2. 58. 2. *in fin.* Privato feudum, ad libellum perpetuum dare non possumus, ecclesiæ possumus. Ecclesia enim cultrix & auctrix justitiæ, non patitur contra justitiam aliquid fieri in se vel in alterum, privatus vero sæpe obviat justitiæ 1. 23.

De Fide instrumentorum.

De libro.

SI cui militi fidelitas requisita fuerit a domino, dominus secundum quosdam librum militi ostendere debet, miles autem eam facere debet 2. 76. Liber autem quod vasallo ostendi soleat, non necessitate fit, sed voluntate. Est enim quoddam signum requisitæ fidelitatis memoriæ causa 2. 76.

De instrumento publico.

Vasallus investituram per instrumentum publice confectum probare potest 2. 25. a tribus vel duobus paribus confirmatum. Quod si instrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amissum sit, tunc qui probare desiderat, pares illius curiæ, qui interfuerunt, offerre debet 2. 2.

Quod si investitura ab eo qui vasallos non habebat, dicatur facta, tunc per quoslibet idoneos testes, aut per publicum instrumentum probari potest: aut inopia probationum res decidatur per jusjurandum 2. 2. 1.

De brevi testato.

De probatione per breve testatum v. 1. 2. *in fin.* 1. 3. 1. 4. 1. 4. 3. 1. 4. 52. 32. 2. 88. 2. 92.

De notario & scriba.

Si notarius vel scriba sciens instrumentum alienationis illicitæ feudi conscripserit v. 2. 52. 2. 55.

De testibus.

An in nova vel veteri investitura extranei testes admittantur.

NOva investitura paribus Curiæ: vetus, etiam testibus extraneis, non tamen fœminis, probatur 2. 32. In clericorum tamen feudis pariter accipiuntur pares & extranei: quia cum clerici de feudo investiunt, sæpe absconse & sine præsentia suorum confratrum hoc facere student 1. 26. Si tempore investitionis pares abfuerint 1. 26. aut jurare voluerint, neque jurare eos dominus compulerit 2. 2 *in fin. princ.* etiam extranei sunt recipiendi, qui si veritatem celare voluerint, forte amore, vel pretio vel alia qualibet causa, a comite vel populo jurare compellantur, quod ex ea causa falsitatem non dicent, nec verum scientes tacebunt 2. 26.

Qui pares aut pro paribus habeantur.

Pro pari, domino vel vasallo dissentiente, non eligitur, qui nondum fidelitatem juravit 2. 16. Paradogium seu Paragium non adquirit, qui soldata habet vel habuit 2. 10. v. Nam ille ut testis cieri potest, qui tempore investituræ par fuit, licet postea par esse desierit 2. 19. Pares cum dicimus, pares ejus, qui eorum testimonio utitur, intelligimus, & qui ab eodem domino feudum tenent, non alienos 2. 26.

De possessoris jurejurando.

Si testibus res probari non potest, possessoris sacramento res deciditur 1. 26. *in pr.* 2. 2. *in fin. pr.*

Testes jurati esse debent.

Si testes investituræ interfuerint, & eos vasallus ad testimonium vocaverit, eorum testimonio cum sacramento creditur 1. 26.

De fœminis.

Fœminæ testes in investitura, etiam veteri, probanda, admitti non possunt 2. 32

De servis.

Testes liberi ac liberæ conditionis esse debent 2. 58. 1.

De numero testium.

Coram duobus saltem testibus investitura fieri debet: si tamen is, qui investit, vasallos habet. 2. 2. 1. 26. 1. 2. 58. 1. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. 2. 58. 1.

Qui non possidet & investituram factam esse ait, eam per duos saltem pares de domo ipsius domini probare debet, vel etiam cum pares absunt, per alios duos idoneos testes 1. 26. 1. Si possidet, tunc sine probatione ulla testium, debet solus jurare, se vel patrem suum fuisse investitum 1. 26. 1. *in fin.* Quinque testibus integræ opinionis causæ ingratitudinis vasalli probandæ 2. 57.

An vasallus in dominum testis esse possit.

Vasallus testimonium in dominum ferre non potest in causa criminali, in civili modica potest. 2. 33. 1.

De juris & facti ignorantia.

De fidelitate non facta.

JUsto errore excusatur vasallus qui fidelitatem non fecit. 2. 3. 2.

Justa ignorantia vel parvi temporis negligentia, cum iniquæ possessionis perjurio, domino in possessione damnum adferre non debet. 1. 26. *in fin.*

De ignorantia.

Ignoranti subvenitur 2. 26. vers. vasallus.

De servo investito.

Servus investiri potest, nisi ignorantia prætendatur. 2. 5. vers. personam.

De sponsalibus.

DE desponsatione & tempore sponsaliorum v. 2. 29.

De donationibus ante nuptias.

QUartæ sive tertiæ ratione, quæ a Longobardis seu Romanis viris, uxoribus fieri solet, post mortem viri ad mulierem nihil pertinet 2. 8. *in fin.* hujusmodi tertiæ & quartæ dabantur a maritis uxori, hypoboli seu vice donationis propter nuptias loco, & a Longobardis Morgengabe appellabantur, quasi diceres donationem a viro uxori collatam mane die Nuptiarum: qua de re quædam infra dicentur titul. de Pactis conventis.

Donationis propter nuptias causa feudum alienare in fraudem proximioris adgnati an liceat 5. 15. 56.

De incestis nuptiis.

INcestas nuptias contrahentium bona inter Regalias seu Regalia numerantur 2. 56.

De secundis Nuptiis.

SEcundi matrimonii filii in feudo materno liberis prioris matrimonii præferuntur 2. 26. 4. vers. mulier: dummodo tale feudum sit adquisitum secundi viri ac mariti contemplatione 2. 103.

De jure Dotium.

Feudum in dotem dari quatenus possit.

PAter feudum in dotem pro filia dare nullius curiæ consuetudine potest 2. 9. 1. Potest tamen ipsa fœmina feudum, si quod habet, marito in dotem dare. quo casu, si marito superstite sine liberis decedit, feudum ad maritum non pertinet 2. 13. Casus ille in difficili est: Fœmina paternum feudum in dotem dedit, duobus filiis ex eo matrimonio procreatis, quorum unus duas filias, alter unicum filium masculum reliquit, fœmina mortua, succedet masculus ille unicus, non fœminæ, ejus amitæ 2. 17.

Dotis causa alienare in fraudem proximi 5. 13. 5. 15.

De Pactis conventis.

De pacto, ne filii, aut in re aliqua tantum succedant.

FIlii nati ex ea uxore cum qua matrimonium tali conditione contractum est: Ne filii ex ea nati patri ab intestato succedant, in feudo non succedunt. Nam quamvis ratione improbetur talis conditio, ex usu tamen admittitur 2. 26. 6. *vers. filii nati.* Quidam habens filium ex nobili conjuge, ea mortua, minus nobilem desponsavit ea lege, ut nec ipsa nec filii ejus amplius habeant de bonis patris quam dixerit tempore sponsaliorum, verbi gratia x. libras, vel quantum voluerit dare quando eam desponsavit (quod Mediolanenses dicunt, accipere uxorem ad Morganaticam: alii lege Salica) hic filiis ex ea susceptis decessit. Isti in proprietatem seu allodem patri non succedunt, aliis fratribus extantibus: sed nec in feudo, etiam aliis non extantibus, fratribus tamen succedunt sine legitima prole decedentibus, usu Mediolanensi 2. 29.

Soluto matrimonio.

Vir uxori non succedat & e contra.

MAritus uxori in feudo non succedit nisi specialiter investitus 1. 15. Quod si simul investiti, sibi æqualiter feudum adquirunt: uno tamen eorum ante alterum mortuo, pars defuncti superstiti non adcrescit, sed domino feudi defertur 2. 85.

De naturalibus liberis.

NAturalis filius patri non succedit in feudo quamvis legitimatus sit 2. 26. *vers. Naturalis.*

De Administratione tutorum.

UT tutores vel curatores minorum 25. annis, quibus ut proximioribus jus προτιμήσεως competit, intra quatuor menses a denunciatione eis facta, justum pretium rei emptori cum usuris legitimis solvant: alias si id negligunt, sarciant de propriis suis quicquid incommodi minores habuerint 5. 13.

De testamentis.

De feudo parenti an testari liceat.

SI quis decesserit filiis & filiabus superstitibus, succedunt tantum filii æqualiter: vel nepotes ex filio loco sui patris: nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente 2. 8.

An ad pias causas de feudo testari liceat.

Nulli licet feudum totum vel partem pro anima judicare sine permissione illius domini ad quem feudum spectare dignoscitur 2. 55. 2. 9. 1.

De Allodiis in fraudem proximiorum an testari sit permissum.

Allodialem rem ex testamento seu ultima dispositione alienare possumus, in fraudem proximioris adgnati 5. 13. 5. 14.

De adquirenda vel omittenda hereditate.

An, & a quibus feudum defuncti adiri possit, repudiata ejus hereditate.

ADgnatus feudum quod paternum dicitur, sibi delatum retinere potest, repudiata hereditate: ita ut de hereditario debito non teneatur 2. 45. dixi supra, titulo Familiæ erciscundæ. Filius vero defuncti non potest 2. 45. 2. 51. nisi adgnatis consentientibus a domino investiatur quasi de novo beneficio: quo facto licebit ei repudiata hereditate feudum retinere, nullo onere hereditario ei imminente 2. 46.

De suis & legitimis liberis, & ex filio ac filia nepotibus heredibus.

De liberis masculis.

MOrtuo vasallo prima causa liberorum ejus 2. 11. masculorum 1. 19. in succedendo. Ideoque proles ejus mascula ex eaque alia proles mascula descendens succedit, & prolem fœmininam, exque ea prolem omnem fœmineam descendentem (nisi feudum ea conventione adquisitum, ut fœminæ cum masculis succederent 2. 11. de quo infra plura, & supra, titulo de pactis) sed & fratres defuncti excludit 1. 19. Succedunt autem filii inter se æqualiter 1. 8.

De adoptivis.

Adoptivus filius patri in feudo non succedit 2. 26. *vers. adoptivus.*

De legitimatis.

Naturalis filius patri non succedit in feudo, quamvis legitimatus sit 2. 26. *vers. Naturalis.*

De natis ex matrimonio ad Morganaticam.

Natus ex matrimonio ad Morganaticam contracto patri in feudo non succedit. Ad Morganaticam matrimonium contractum dicitur, si ita contractum fuerit: Ne ex eo matrimonio nati in feudo succederent 2. 26. *vers. filii.* Usu quoque Mediolanensium, si pactum quis inierit cum secunda uxore minus nobili ea lege, ut, nec ipsa, nec filii ejus amplius habeant de bonis patris quam dixerit tempore sponsaliorum, verbi gratia x. libras, vel quantum voluerit dare quando eam desponsavit (quod Mediolanenses dicunt uxorem ducere ad Morganaticam, alii lege Salica) hi in proprietate aliis extantibus, patri non succedunt: sed nec in feudo, aliis etiam non existentibus, licet legitimi sint. Succedunt tamen fratribus sine legitima prole descendentibus in ipsa proprietate, non in feudo 2. 29.

De filiis secundi matrimonii.

Filii secundi matrimonii in feudo materno, prioris matrimonii liberis præferuntur 2. 26. 4 *vers. mulier*, dummodo tale feudum fuerit adquisitum secundi viri ac mariti contemplatione 2. 103.

De filiis vasalli delinquentis.

Vasalli feudum delinquentis licet ad agnatos proximiores (qui quarto gradu sunt 2. 26. 6. *vers. si vasallus*) quandoque pertineat: filius tamen ad id nullatenus adspirabit, nisi id iterum a domino licite adquirat 2. 26. 6. *vers. si vasallus* 2. 31. alii tamen putant feudum ad dominum non pertinere, donec aliquis masculus delinquenti superest, cui sententiæ alii contradicunt 2. 98. adde quæ notavi ad titul. de bonis damnatorum infra.

Nepos ex filio ut succedat.

Conradi lege feuda ad nepotem ex filio producta 1. 1. 2. Succedunt filii æqualiter vel nepotes ex filio, loco sui patris 1. 8. Filii vel nepotes ex parte filiorum 1. 1. seu patrum suorum succedunt 1. 14. Si quis miles mortuus fuerit sine filio masculo & nepotem reliquerit, in beneficium avi in patris vicem succedit 1. 19. *in fin.* Filiis existentibus masculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per masculinum sexum descendentibus, cæteri removentur adgnati 2. 11. Filius patri succedit, non filia, nisi ex pacto: vel nisi feudum sit fœmineum, tunc enim succedit filia patri & matri, secundum quosdam succedit nepos ex filio solus, & sic usque in infinitum 2. 50.

Nepotes ex filia ut succedant.

Ad ex filia nepotes, seu propenotes successio feudi non pertinet. Proles enim fœminini sexus vel ex fœmineo sexu descendens, ad hujusmodi successionem adspirare non potest, nisi ejus conditionis sit feudum vel eo pacto adquisitum 2. 11.

Fœminæ & filiæ an & quomodo in feudis succedant.

Non patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo qui primus de hoc feudo fuerit investitus 2. 17. Filiæ in feudis parentibus non succedunt, nisi investitæ fuerint 1. 8. 2. 1. 14. 2. *in fin.* nisi ex pacto: vel nisi feudum sit fœmineum, (tunc enim succedit filia matri, si fœmineum sit feudum: patri, si in investitura feudi id adjectum, ut filia succederet 2. 50) nisi conditionem feudo adjectam æque implere possint, ut masculus: multo magis in feudo succedent, si nulla sit adjecta conditio: idque æquitatis est 2. 104. Filiis extantibus 1. 8. 2. 1. 14. 2. *in fin.* aut ex filio nepotibus 2. 50. filiæ non succedunt 2. 36. *in fin.* etiamsi investitura facta fuerit in persona patris ea lege, ut filii ac filiæ succederent 1. 8. 2. 1. 14. 2. *in fin.* ut ejus descendentes masculi & fœminæ habere possint 1. 1. 6. ut in se, descendentesque suos id haberent 2. 104. 2. multo minus filiæ succedunt, si vasallus pro se vel heredibus suis masculis vel his deficientibus fœminis, feudum acceperit 2. 17. Aliud erit si feudum ita adquisitum est, ut in eo succedant fœminæ sicut masculi, fœminæ enim cum ipsis masculis succedent: idque vi verborum & sententia contrahentium 2. 104. 1. Nullo herede masculo existente feudum paternum filiæ delatum est: eadem moritur relictis duobus filiis, quorum unus duas filias, alter unicum masculum reliquit, quid juris? fœminæ eo casu non succedent 2. 17. Qui feudum adquisiverat, ut ad fœminas transiret, duas tantum filias sustulit: quarum una filium, altera filiam reliquit: Gerardi sententia (aliud Obertus existimat) masculus præfertur 2. 51. *vers. similiter.* Feudum a duobus fratribus ita adquisitum, ut quamdiu ipsi, vel heredes eorum masculi viverent, haberent, masculis deficientibus, fœminæ si superessent: eorum unus moritur relicta unica filia: succedit ei filia, non frater: unusquisque enim sibi, suæque soboli, ac proli heredibusque videtur prospexisse potius quam aliis: qui alias si sine filia frater mortuus fuisset, vi pacti successisset 2. 18. 2. 90. Quid si simpliciter in heredes masculos & fœminas duo illi fratres investiti? uno sine liberis masculis aut filiabus moriente, feudum non ad superstitem fratrem sed ad dominum perveniet 2. 90. Si feudum ita fuerit adquisitum a viro & uxore, ut in se, descendentesque suos id haberent, fœminæ excludentur a masculis ejus matrimonii: quibus non extantibus, cum filiis alterius matrimonii concurrent: si neque ex eo, neque ex alio matrimonio filii fuerint, partem feudi filiæ, partem alteram dominus feudi habiturus est 2. 104. 2.

Neptes & proneptes in feudis an succedant.

Ad neptes vel proneptes successio feudi non pertinet 2. 11. quod de filiabus tamen dictum est superiore capite, ad neptes, proneptes & deinceps extendi potest: cum in eodem sexu eadem sit juris dispositio.

De Nepotibus & Pronepotibus ex filia.

De Nepotibus & Pronepotibus ex filia 2. 11. dictum est supra.

Ad SC. Orphitianum & ut matri liberi succedant.

Matri in feudo æqualiter succedunt liberi, etiamsi id specialiter non sit dictum, vel investiti non sint, id enim æquitatis est 2. 15.

Si feudum sit fœmineum, filia matri succedit: secundum quosdam nepos ex filio solus 2. 50.

Matri succedunt filiæ deficientibus masculis 2. 30. 2. 51. *vers. similiter.* 2. 17. Etiam sine speciali stipulatione matris, ut feudum ad filias deferretur (quod tamen quibusdam non probatur) 2. 30. alias fœminæ non succedunt masculis extantibus, ut supra dictum est.

Ad SC. Tertyllianum, & ut liberis succedant parentes.

AScendentes descendentibus in feudo non succedunt 2. 50. 2. 84. nisi nominatim cum domino pacti fuerint, ut si filius decesserit ante patrem, feudum ad patrem revertatur, alias defuncto ante patrem filio, pater non succedit, sed dominus 2. 84.

De legitimis heredibus.

In paterno frater fratri feudo ut succedat.

POst filios masculos, post nepotes ex filio, ac deinceps: post filias certis casibus, eorumque liberos, uti superius dictum est, succedunt ex latere omnes per masculum descendentes usque in infinitum, si feudum sit paternum 2. 50.

In novo feudo frater fratri ut succedat.

In novo feudo frater fratri non succedit 2. 90. novo, inquam, id est a fratre adquisito, nisi pacto speciali investituræ adjecto. frater fratri jus succedendi fuerit stipulatus 2. 12. Quid si cum in casa communi duo vel plures fratres habitarent, eorum unus feudum adquisierit? fratri defuncto etiam sine liberis, frater non succedet: sed ad dominum feudum revertetur, fructus tamen erunt communes donec simul habitaverint 2. 12. Quid si cum equis & armis communibus vel pecunia communi fuerit feudum adquisitum? frater fratri etiam non succedet, ne forte invitus dominus alium quam quem voluerit sibi adquirat vasallum, dum tamen meminerimus, id quod de communi expensum est, alteri pro parte competente esse restituendum 2. 12. Quid si feudum consentiente Domino cessum ac refutatum liberis a parente fuerit, & eorum unus sine liberis moriatur? qui superstites erunt fratres, defuncto fratri succedent in eo feudo, tanquam paterno, non tanquam adquisito 2. 14.

Nepotes ex fratre patruo ut succedant.

Liberis ac nepotibus & deinceps masculis defuncto non existentibus, in feudo, quod paternum dicitur, succedunt fratres defuncti, cum fratrum præmortuorum filiis 2. 11. In feudo enim paterno fatrum filii patrem mortuum repræsentant, & succedunt una cum patruis: quorum si unus sine liberis masculis moritur, prædicti fratres vel nepotes succedent 1. 14. 1.

Patrui ut nepoti succedant.

Filio ex fratre sine liberis mortuo succedit ejus patruus 1. 10.

Quid si Gajus Titii avus de novo beneficio investitus fuerit, & Titius sine herede masculo moriatur? Titii successio non pertinet ad Sempronium ejusdem Titii patruum magnum seu

seu Gaji fratrem: hujusmodi enim feudum Sempronio nunquam fuit paternum. Feudum enim paternum dicimus, quod fuit illius parentis, qui ejus adgnationis, de qua quæritur, fuit communis 2. 11

De patruelibus, consobrinis & sobrinis.

Deficientibus fratribus ac fratrum præmortuorum filiis, adgnati ulteriores in feudo paterno succedunt 2. 11. Verbi gratia, patrueles 1. 1. 4. 1. (aut ut ibidem legitur consobrini vel sobrini 1. 2. 50.) patrui magni 2. 11

Communia de successionibus.

Successione beneficium adquiri.

PEr successionem quoque sicut per investituram beneficium ad nos pertinet 2. 11. 2. 33

Qui retinere possint feudum.

Cæcus feudum paternum retinere potest 2. 36. Claudus feudum paternum potest etiam retinere 2. 36. Imperfecti, quemadmodum cæcus & claudus, feudum paternum retinere possunt 2. 36. Mutus qui omnino non loquitur, quorundam sententia, feudum retinere non potest: si tamen magnum fuerit feudum, nihilque is habeat unde se alere atque exhibere possit, alimenta ex feudo consequetur 1. 6. *in fin.* alii volunt, mutum, surdum, etiamsi ita natus sit, feudum paternum retinere posse 2. 36. idque æquius esse puto.

Qui non retineant.

Servi post delatam successionem feudi, etiam manumissi, in feudo non succedunt 2. 106. Si vasallus monachus 2. 21. aut clericus fiat, vel habitum religionis assumit, feudum amittit: ita, ut si feudum ejus novum fuerit, dominum: si paternum, proximos adgnatos habeat heredes 2. 26. *vers.* qui clericus 2. 109

De ordine succedendi gradibus & proximioribus.

In successionibus feudorum deferendis ordo legum Romanarum servandus 2. 37. Ad proximiores ex linea defuncti, (proximiores dicuntur respectu aliarum linearum) feudum defertur, omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur 2. 50. Proximioribus quemadmodum jus προτιμήσεως competat, alias dictum est a nobis.

Vasallo delinquenti qui succedant.

Si vasallus ita in dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad dominum beneficium revertitur: si non in dominum sed in alios, non ad dominum sed ad proximos feudum pertinet, si tamen beneficium fuerit paternum 2. 24. 3. 2. 37

Qui semel feudum refutavit, an possit in eo aliquando succedere.

Partem meam feudi paterni Titio adgnato, ejusdem feudi socio refutavi, non ea mente, ut a domino quasi de novo beneficio investiretur, sed ut sibi suisque heredibus, & cui is dedisset, haberet. Mortuo Titio sine liberis masculis pars quondam mea feudi ad me revertitur: non ad Sempronium Titii ac meum adgnatum socium ac participem ejusdem feudi 2. 83

In feudis dignitatum an sit successio.

Hodie in feudo Comitatus, Marchiæ, Ducatus & aliarum dignitatum legalium successio est 1. 13. *in fin.* 2. 55. 1. olim non erat nisi ab Imperatore ita per investituram fuisset adquisitum 1. 14. Et quia in ejusmodi feudis non admittitur divisio 2. 55. 1. majori natu deferuntur: aut eo furioso vel infami, secundo genito, aurea bulla Caroli 4. *c.* 25

An vir uxori & e contra succedat.

Si vir & uxor simul investiuntur, sibi æqualiter feudum adquirunt, eorumque uno ante alterum mortuo, pars alteri seu superstiti non adcrescit, sed domino defertur 2. 85. Maritus uxori in feudo non succedit nisi specialiter investitus sit 1. 15. 17

Dominus vasallo ut succedat.

Si vasallus decedit, nullo in feudo relicto herede, jus feudi ad dominum pertinet 2. 86. Huc referri possunt, quæ superius dicuntur titul. de bonis damnatorum: & titul. de acquirenda & amittenda possessione.

De donationibus.

De vasallo.

DOnare feudum vasallus non potest, non consentiente domino 2. 55

De domino.

Quod dicitur dominum donationes facere posse duobus vel tribus testibus idoneis præsentibus 2. 8. 2. ad investituras pertinet, non ad donationes, in præjudicium vasalli.

De eo, qui liberos habet, & de eo, qui non habet.

Qui liberos habet, in fraudem proximioris adgnati, ulteriori feudum dare non potest, donatum tamen adgnatus proximior ulteriori evincit pretio numerato. Qui liberos non habet, ulteriori feudum donare non potest in fraudem proximioris, ac proinde feudum ita donatum proximior adgnatus ulteriori evincet, nullo etiam pretio numerato 2. 26. 5. *in fin.*

De uxore & marito.

Filia feudum paternum jure sibi delatum, etiam moriens sine liberis, marito superstiti in præjudicium domini donare non potest 2. 13

Si quis ea lege feudum possideat, ut cui ipse dederit, habeat.

Si quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse & sui heredes, & cui ipse dederit habeat, qui sic accepit, id vendere vel donare, vel aliter si placuerit, etiam sine domini voluntate alienare 2. 48

Ex dono donatorem non conveniri.

Iniquum est, si aliquis ex dono suo conveniatur 2. 58. 3

De dono investituræ.

De investituræ dono *v.* 2. 27. 2. *vers.* si duo homines.

De variis donationum generibus.

De donatione propter nuptias, simplici donatione causa mortis *v.* 5. 13

De dote.

De feudo in dotem dato *v.* 2. 17

De re allodiali.

Simpliciter vel causa mortis donare licet rem allodialem in fraudem proximioris adgnati 5. 13. 5. 14

De acquirenda, retinenda, vel amittenda possessione feudi: ubi de investitura & caussis amittendi feudi.

Proprietas & possessio feudi penes quos sit.

PRoprietas rei immobilis beneficiatæ, penes dantem remanet: ususfructus vero illius rei ita ad accipientem transit, ut ad eum, heredesque masculos ejus, quinetiam fœminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat: ad hoc, ut ille & sui heredes fideliter domino serviant 2. 23. *in fin.* Ac proinde possessio beneficii ad vasallum pertinet, proprietas ad dominum 2. 8. *in fin.*

Feudum quibus modis adquiratur.

Feudum adquiritur & successione & investitura 2. 1. 1. 2. 11

Investitura quid.

Investitura nihil aliud est, quam possessio 2. 2. ac proinde investire nihil aliud est, quam in possessionem feudi vasallum mittere.

Quibus modis fit investitura.

Fit autem investitura aut reipsa, aut alio modo, qui pro investitura habeatur. (Ut si vasallo hasta vel corporeum quiddam tradatur 2. 2.) Si ita dicatur: Vade in possessionem feudi & teneas illum pro feudo 2. 33. Idem existimandum, si vasallus aliquo tempore tenuerit aliquid beneficii nomine, domino præsente, & non contradicente, & servitium ejus quasi a vasallo is receperit 2. 33

Pro investitura habeatur, si quis per XXX. annos rem aliquam ut feudum possedit, & servitium domino exhibuit: quamvis enim de ea re non sit investitus, præscriptione tamen XXX. annorum se tueri potest 2. 26. 4. Hoc tamen interesse videtur, quod si quis domino jubente sine investitura feudi possessionem nanciscatur, teneat possessionem quamdiu vixerit, quasi feudi nomine retinere potest, herede ejus nullo modo ei succedente 1. 25. 7

De possessione reali.

Investitura (abusiva scil.) facta & fidelitate subsecuta, omni modo cogitur dominus investitum in vacuam possessionem mittere 1. 4. 1. 7. *in fin.* Quod si differat, omnem utilitatem ei præstat 2. 7. *in fin.*

Quinimo si facta de feudo investitura, pœniteat dominum antequam possessionem transferat, præstando interesse vasallo, non liberatur: quoniam dominus possessionem feudi, de quo investituram fecit, tradere compellitur 2. 26. 6

Qui & per quos investire possumus.

De novo beneficio mulier 2. 3. 1. (aliud jure stricto 2. 81.) sed & major XVIII. annis investire potest 2. 3. 2. 91. 2. De Veteri omnes personæ minores XXV. annis 2. 3. 2. 91. seculares, ecclesiasticæ, fœminæ 2. 91. Per procuratorem possumus investire 2. 3. 1

Qui & a quibus possumus investiri vel non.

Investiri potest maritus de uxoris feudo, jubente ac sciente uxore 2. 85. Fidelitatem facere recusans investiri non potest 2. 3. 1. *in fin.* Servus etiam investiri non potest, nisi habeatur pro libero 2. 3. 1. Quinimo post delatam successionem manumissi, si non succedunt 2. 106. Per Procuratorem possumus investiri 2. 3. 1

Quibus de rebus possit investitura fieri.

De spe feudi, ad se aliquando reverteenti dominus alium investire pure non potest: sub tempore vel conditione potest, ut ejusmodi investitura tum demum capiat effectum, cum id feudum domino ejusve heredi fuerit apertum. In ecclesiasticis personis aliud esse quidam existimant. Nam si ecclesiastica persona talem fecerit investituram, non aliter valebit, nisi ipsi ecclesiasticæ personæ, non etiam ejus successori, feudum aperiatur. Verum obtinuit episcopos & clericos, ea, quæ in dominico inveniunt tempore sui introitus, in feudum dare posse 2. 35. In ejusmodi investitura hoc etiam notandum, consensum ejus de cujus feudo agitur non requiri 2. 26. 2. 2. 35. Qui alienæ rei vel obligatæ sciens investituram accepit, de evictione agere non potest, nisi pacto speciali sibi prospexerit: si ignorans recte aget ut aliud ejusdem bonitatis seu quantitatis ei præstetur. In hoc autem nulla est differentia, utrum qui investituram fecit, sciverit vel ignoraverit 2. 8

Quibus præsentibus fiat investitura.

Qui vasallos habet, saltem coram duobus ex illis investituram solenniter facere debet, alioquin, licet alii intersint, investitura minime valet 2. 2. Excipiuntur tamen clerici; hi enim investituram facere possunt testibus extraneis præsentibus 1. 26. Si vasallos non habeat, coram extraneis, brevi testato facto 1. 4

Quomodo probetur.

Domino in possessione feudi constituto, ac negante, se de eo feudo investituram fecisse, actor investituram probare potest, vel per publicum instrumentum, vel per pares curiæ domini. Qui si nulli sint aut jurare nolint, per extraneos etiam. Qui si etiam non extent, jurisjurandi electio domino datur, ideoque aut jurare cogitur aut referre juramentum 2. 2. Vasallo vero in possessione constituto (ut si feudum Cameræ vel Cavenæ in duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat) & domino investituram negante: tunc non est opus probatione, sed possidenti vasallo datur electio, ut aut juret suum esse feudum rectam, (id est ejus se justam possessionem habere) aut domino referat jusjurandum 2. 2. 1. 1. 26. v. plura supra titulo de Probationibus.

De retinenda possessione.

Vasallum in possessionem missum dominus in possessione tueri ac defendere debet, uti superius ostensum, titulo de Evictionibus. Si investituram unius feudi fateatur dominus, alterius vero feudi neget: ex æquo & bono ejus etiam feudi ita ambigui & controversi defensionem debet vasallo 1. 4. 1. Domino feudum novum esse dicente: Adgnatis vero defuncti, paternum esse contendentibus, manet interim possessio apud vasallum 2. 26. Si vero inter filiam & adgnatum defuncti contentio est de feudo, illa, allodium seu libellarium dicente, his, feudum esse asserentibus, apud filiam interim possessio collocanda 2. 26. 1. Quod si inter filiam defuncti & dominum lis oritur, domino, feudum esse, illa allodium vel libellarium asserente, filia in possessione interim esse debet 2. 26. 1. *in fin.* Ac prioribus duobus casibus, adgnatis: posteriori, jurisjurandi electio filiæ datur 2. 26.

De minore, impubere, muto, surdo, cæco, claudo, imperfecto, fœmina, clerico.

Minor 2. 26. 4. *vers. si tamen.* Ut & impubes 2. 26. 5. Mutus, surdus, cæcus, claudus, imperfectus etiam ita natus 2. 36. (de muto tamen quidam dubitant 1. 6. *in fin.* ut & de fœmina & clerico 2. 36.) feudum sibi delatum retinent.

De hæreditariis obligationibus, actionibus.

Heres tenetur stare investituræ, factæ a parente 2. 58. 2. Idque locum habet in omni successore non laico tantum, sed & clericis & ecclesiasticis 2. 35. si modo de suis aut Ecclesiæ bonis, investiri solitis investituram fecerint, non si de alieno 2. 1. 3. 1. 25. *in fin.*

De amittenda possessione seu quibus modis feudum amittatur.

Citra delictum ut amittatur.

VAsallus feudum amittit aut citra delictum, aut ex delicto. Citra delictum feuda impropria (ut si quis pro vice dominicaria, vel villicaria vel pro decania, vel pro aliis quibuscunque angariis feudum acceperit) dantis arbitrio auferuntur, nisi aliud pactum sit 2. 81. Sic feuda habitationum, nisi aliud cautum sit, morte accipientium finiuntur 2. 105. Minores etiam valvasores sine culpa devestiri possunt, nisi vel fecerint hostem Romæ vel feudum emerint 1. 7. Mutus feudum retinere non potest, si tamen magnum fuerit feudum, nihilque mutus habeat, unde se exhibeat, alimenta ex eo consequetur 1. 6. *in fin.* Sed tamen alii volunt mutum, surdum, ut & cæcum, & claudum & aliter imperfectum, etiamsi sic natus sit, feudum retinere posse 2. 36. Sexus quoque huic rei impedimento. Nam fœminæ in feudis ordinarie ac regulariter non succedunt 2. 36. *in fin.* de quo plura diximus supra titul. de pactis & tit. de suis. Monachismo quoque feudum amittitur, feudum enim eo casu novum, ad dominum: paternum ad adgnatos ejus defertur 2. 21. Idem dicitur, si quis clericus fiat aut votum religionis adsumat 2. 26. 4. *vers. qui clericus*, aut fiat conversus 2. 30. hoc enim ipso feudum amittit, etiamsi habitum clericalem deponat 2. 26. 4. *vers. qui clericus* 2. 30. & breviter, clericatu feudum amittitur. Hujus rei ratio ea adfertur, quod desinat esse miles seculi, qui factus est miles Christi: & quod beneficium non pertineat ad eum, qui non debeat gerere officium 2. 21. 2. 30. *in fin.* 2. 36. 2. 109. Ad hæc, feudum vasallus amittit, si id domino refutavit 1. 5. *in fin. princ.* 2. 38. (sic ea contrario dominus feudum amittit per refutationem 2. 9. 1.) si consensit eos investiri, ad quos secundum rectum morem feudum non pertinebat: quo facto nullo modo ad id repetendum regressum habet 1. 5. 1. 2. 39. 2. 44

Ex delicto & ingratitudine ut amittatur.

Amittendi feudi causæ ob ingratitudinem certa regula aut definitione comprehendi non possunt. Egregiæ tamen, ut ita dixerim, causæ ingratitudinis sunt, quibus beneficium secundum mores curiarum solet adimi 2. 23

Si adversus dominum vasallus deliquerit.

Si inhonestis factis atque indecentibus machinationibus dominum suum offenderit, insidiisque eum clandestinis vel manifestis appetiverit 2. 57. Si inimicis domini amicitias suas copulavit 2. 57. Si credentiam ad domini damnum scienter manifestaverit 1. 17. 2. 6. Si in aliis sic versatus est, ut potius inimicus, quam fidelis esse credatur 2. 57. Si delator sui domini extitit, & per suam delationem grave dispendium sustinere fecerit 2. 24. 2. *v. item si delator.* Si sciens dominum assalierit, vel vicum aut castrum in quo est 1. 5. 1. 17. 2. 24. *vers. porro.* Si impias manus in personam domini ubicunque injecerit 2. 24. *vers. porro.* Si alias graves vel inhonestas injurias intulerit. d. *vers. porro* Si morti ejus veneno vel gladio, vel aliter insidiatus sit 2. 24. *vers. porro.* Si sciens dolo, vel negligentia vel fraude non certioraverit, quam citius potuit, dominum, de assaltu, morte, capitione, patrimonii grandi jactura 2. 24. *vers. præterea.* Si dominum in acie periclitantem, non mortuum, non vulneratum ad mortem diviserit 1. 5. 1. 17. 1. 21. 2. 24. 2. 2. 57. Si a morte eum liberare potuit, nec liberaverit 2. 39. *vers. Si a morte.* Si cognoverit dominum inclusum, aut obsessum, & eum cum posset non liberaverit 2. 24. 2. *vers. item si delator.* Si domino justitiam facere neglexerit 2. 92. Si dominus a filio domestico vel vasallo vasalli offensus fuerit, & vasallus a domino requisitus deducere ad dominum eum qui offendit neglexerit: his enim casibus feudo privabitur 2. 52. 2. 2. 51. *vers. quæsitum.*

Si adversus personas domino conjunctas.

Si dominum suum cucurbitaverit 2. 57. id est, si cum uxore (aliud erit, si cum ejus vidua 1. 21.) domini concubuerit, aut id tentaverit, aut cum ea turpiter luserit 1. 5. Si cum domini vel dominæ filia vel nuru, id est nupta filio, concubuerit 1. 5. 2. 42. Si cum sorore domini in ejus domo manente (quæ in capillo dicitur) se immiscuerit 1. 5. 2. 42. 2. 2. *vers. rursus.* Quid si unum tantum ex dominis cucurbitavit? illius tantum parte privabitur 2. 38. Quid si fratrem domini interfecit? feudo non privatur 2. 37

Si adversus feudi & investituræ conditionem.

Si citra causam justam impedimenti id propter quod beneficium datum fuerit, servitium facere recusaverit 2. 24. 2. *vers. sed non est* (hoc tamen fallit, si beneficium tale fuit, ut nullum pro eo servitium præstaret 2. 107. 2. 24. 1. 2. 3. *in fin.*) Si dominis suis petentibus deservire noluerit 1. 21. Si major XIV. annis 2. 55. dolo 2. 97. citra justum impedimentum, puta mortem, capitales inimicitias, infantiam, justam absentiam 1. 22. 2. 52. per annum & diem cessaverit in petenda investitura 2. 24. Si fidelitati faciendæ obnoxius, non justo errore ductus 2. 92. ter citatus jurare fidelitatem noluerit 2. 24. 1. 2. 3. *in fin.* Si dominum ejuraverit, id est, si non dubius negavit se a domino feudum habere 2. 34. *in fin.* feudum, inquam, non rem aliam domini. suum, inquam, feudum, non alterius 2. 26. 3. Si indicta publica expeditione vocatus a domino, spatio justo ac competente venire contempserit, aut pro se acceptabilem domino non miserit, aut hostenditias non solverit 2. 54. 2. 55. 1. 2. 40. Si a domino in jus eum vocante ter citatus, non comparuerit intra annum 2. 22

Si adversus adgnatos proprios.

Si fratrem proprium (aliud si fratrem domini) 2. 37. dolo malo interfecit 2. 37

Si quæ similes causæ.

Si qua similis vel major causa fuerit, feudo privabitur. 1. 17. 2. 24. 2. *vers. sed quia facit. Novell.* 115. *cap.* 3. *l. ult. C.* de ingratis liberis. *Novell.* 22. *cap.* 15. *Novell.* 117. *cap.* 119. *l.* 8. *C.* de repudiis. ut *C. de revoc. donat.*

Quibus ex causis vasallus feudum non amittit.

Non omni ex causa, ex qua opinio vasalli gravatur, feudum amittit. nam & sæpe dejerat, (ut cum beneficii portionem alienat absque domini scientia) beneficium retinet, tametsi fidem promissam servare non videatur 2. 24. 2. *in fin.* Sic cogitationis pœnam non patitur, ideoque si dominum offendere voluerit, nec offenderit, feudo non privabitur 2. 51. *vers. si voluerit.* Sic non privatur feudo, si fratrem domini sui interfecit 2. 37. Si dominum injuste bellum facientem non adjuvit 2. 28. Si eundem non adjuvit adversus antiquiorem dominum, is enim cæteris a vasallo præferendus 2. 28. *in fin.* Si non requisitus a domino anni spatio domino se non repræsentavit 2. 26. 4. *vers. etsi.* Si non magno periculo domino imminente servitium non obtulit, si tamen servire paratus sit 2. 26. *vers. licet.* 2. 28. 1. 37. 1. Si æs alienum domini solvere neglexit, aut etiam non solvit, licet eo non soluto dominus forte in perjurium possit incidere 2. 26. *vers. licet.* 2. 36. *in fin.*

Imperatorem amittendi feudi pœnis etiam obnoxium.

Imperator succedens in aliquo ducatu, nisi fidelitatem faciat, feudum amittit. potest tamen eo casu alium ducem in ducatu constituere, qui feudo serviat & domino fidelitatem faciat 2. 100

Qui non amittunt beneficium sine culpa.

Capitanei Regis a Rege, sed nec capitanei improprie sumpti

pti ab ipſis Capitaneis Regis poſſunt deveſtiri ſine culpa. Minores poſſunt ſine culpa, niſi fecerint hoſtem Romæ 4. 7

Quot teſtibus cauſæ ingratitudinis ſuperiores probandæ.

Quinque teſtibus opinionis integræ cauſæ ingratitudinis probandæ 2. 57

Quibus ex cauſis dominus cauſam amittat.

Dominus quoque feudum variis modis amittit, citra delictum ſcilicet vel ex delicto. Citra delictum feudum amittit, ſi refutationem feudi faciat 2. 9. 1. Ex delicto, quibus ex cauſis vaſallus feudum amittit, ob easdem ipſe dominus in vaſallum delinquens feudi proprietatem amittit, eaque vaſallo committitur & adquiritur 2. 26. domino committente feloniam & 2. 47. In his enim omnibus dominus fideli ſuo vicem reddere debet, quod ſi non fecerit, merito cenſetur malefidus 2. 6. Quin etiam dominum Curiæ vel majoris poteſtatis judicio non adquieſcentem vaſallus deprædari poteſt 2. 22

Ingrati vaſalli vel domini bona cui committantur.

Vide infra Titulum de bonis damnatorum.

De uſurpationibus, & uſucapionibus.

Præſcriptione nulla obſtante dominus alienationem feudi factam illegitime, revocare poteſt: ſed & hoſtenditias, id eſt, pœnam vaſalli non reſpondentis ad delictum 2. 40

De præſcriptione temporis v. 2. 55. 2. 83. 2. 87

De quocunque tempore 2. 28. 3

De quantocunque tempore 2. 26. *verſ. licet.* 2. 28. 3

De antiquis temporibus 2. 10

De longo tempore 1. 28. Longi temporis præſcriptione feudum bona fide adquiri poteſt 2. 85. Etiam longi temporis facto, vaſallus conditionem domini ejusve ad quem feudum reverti debet, deteriorem facere non poteſt 2. 8. *in princ.* & 1. verbi gratia ſervitutem imponere 2. 8. 1. tertiam aut quartam uxori donare propter nuptias 2. 8. 2

De hora 1. 11

De ſeptem diebus 2. 24. 1

De ſpatio tertio, ſeptem vel decem dierum 2. 22

De quatuor ſeptimanis 2. 27. quicunque *verſ. quod ſi.*

De triginta diebus 5. 13

De Menſe Martio, Auguſto 2. 28. 3

De ſex ſeptimanis 2. 27. *verſ. quod ſi.*

De quatuor menſibus 5. 13

De anno 1. 1. 1. 1. 2. *in princ.* 1. 26. 11. 2. 22. 2. 27. 4 *verſ. etſi* 2. 27. 4. 2. 55. 1. 2. 73. 2. 76. 2. 97

De anno & die 2. 24. 2. 40. 2. 52. 3. 2. 54. *in fin. princ.*

De anno & menſe 1. 22

De quinquennio 2. 53. 1. *in fin.*

De decennio 5. 13

De XVIII. 2. 53

De XX. annis & ultra 1. 21

De majore XXV. annis 2. 55. *in princ.*

De XXX. annis & triginta annorum præſcriptione 1. 28. 2. 26. 4. 2. 90. 1

De XL. annis 2. 58. 2

De LXX. annis 2. 53

De re judicata.

SI vaſallus cauſam amiſit per ſententiam 2. 25. Vaſallus ſi de ſuo beneficio agit aut convenitur, ſive obtineat, ſive non, licet ignorante domino, firmum erit illud judicium 2. 26. 6. *verſ. ſi vaſallus.*

De confeſſis.

NOvam inveſtituram, domini etiam confeſſione probari poſſe quidam ajunt, quidam negant 2. 32

De exceptionibus.

VAſallus ſi feudi nomine convenitur, utiliter agendi & excipiendi habet poteſtatem 2. 43. defenſionem poteſt opponere 2. 8. *verſ. rei.*

De exceptione pacti de non petendo ſeu renunciationis 1. 5. 1. 2. 9. 1. 2. 38. 2. 29. 2. 44

De obligationibus & actionibus.

HEredes & ſucceſſores obligantur ex inveſtitura ſuorum auctorum 1. 3. 1. 25. *in fin.* 2. 35. 2. 58

De rei vindicatione 2. 8. 2. 43

De condictione ex cauſa 1. 21

De actione ex Empto 2. 55

De ſolutionibus.

AEs alienum domini ſolvere vaſallus non tenetur, tametſi dominus non ſolvendo, in perjurium poſſit incidere 2. 26. *verſ. licet.* 2. 39. *in fin.*

De furtis.

UT furtum legitimum puniatur 2. 53. 1. Ut qui quinque ſolidos valens aut plus furatus fuerit, laqueo ſuſpendatur, qui minus ſcopis & forpice excorietur & tondeatur 2. 27. 8. De Rapina 2. 27. 2. De publicis latronibus 2. 27. 6

Arborum furtim cæſarum.

UT qui vineas aut pomaria exciderit præſcriptioni & excommunicationi incendiariorum ſubjiciatur 5. 10. *in fin.*

De incendio, rate & nave expugnata.

DE incendiariis pleniſſime v. 5. 10

De rate expugnata piratis v. 5. 17. 9

De Conſtitut. Friderici 2. *c.* 9

De injuriis.

UT Injuria legitime puniatur 2. 53. 1. Si quis aliquem intra pacis edictum vulneraverit 2. 27. Si quis aliquem absque ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines ejus aut barbam expilaverit 2. 27 Si absque percuſſione quis alium invaſerit Zitterhand, id eſt calida manu ac verberibus contumeliisque male tractaverit 2. 27

De Receptatoribus violatorum pacis.

2. 27. 2. 2. 53. 2. *verſ. receptatores.*

De Collegiis.

De conventiculis & conjurationibus 2. 53. 2

De Accuſationibus.

VAſallus dominum accuſare aut teſtimonium in eum ferre, in cauſa criminali non poteſt, in civili modica poteſt 2. 31. 1

Eoque pertinet quod ſupra dictum eſt, vaſallum delatorem domini, & per ſuam delationem grave diſpendium dominum ſuſtinere facientem, feudum amittere 2. 24. 2. *verſ. ſi delator.*

Si ruſticus militem; vel miles ruſticum, vel miles militem de pace violata accuſet v. 2. 27. 3

Ad L. Jul. Majeſtatis.

DE crimine Majeſtatis v. 2. 56. Qui ſint rebelles, v. *lib.* 5. *Tit.* 20

Si civitas, oppidum, Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, valvaſor major aut minor pacem violaverit 2. 53. Si Epiſcopus pacem violaverit 2. 53. 2. v. Epiſcopos. Si clericus de pace violata damnatus ſit 2. 27. 1. Si quis hominem intra pacis Edictum conſtitutum vulneraverit: injuria affecerit, vel occiderit 2. 27. *verſ. ſi quis alium.* Si quis pacem jurare aut ſervare noluerit 2. 53. 2. *verſ. qui pacem.* Si quis violatorem pacis receperit apud ſe 2. 27. 2. 2. 53. 2. *verſ. receptatoribus.*

Ad L. Cornel. de ſicariis.

DE Homicidio 2. 53. 1. *verſ. Homicidium.* De veneno 2. 24. 2

De vi publica.

ARmorum uſus quemadmodum ruſtico, mercatori peregrinanti, cuivis denique in placito comitis permiſſus 2. 27. 5

Ad L. Cornel. de falſis.

De inſtrumento falſo 2. 58. 3

De Annona.

NE quis ultra pretium annonæ in provincia ſtatutum, carius annonam vendat 2. 27. 4

De Pœnis.

DE pœna laquei 2. 87. 8. manus amputationis 2. 27. de fuſtigatione, tonſione 2. 27. 8. domus deſtructione 2. 53. Librarum centum XXX. LX. III. v. 2. 53. X. III. v. vide 2. 27. 1. 2. 27. 4

De bonis damnatorum.

EX delicto vaſalli feudum ad dominum reverti ſolet 1. 17. 1. 21. 2. 98. Si crimen quod vaſallus admiſit, dominum (verbi gratia ſi contra legem Lotharii feudum alienavit 2. 24. 3. 2. 38.) non extraneum ſpectat, feudum (ſi tamen paternum fuit) domino committitur: ut hanc habeat ſuæ injuriæ ultionem: ſin minus, non ad filios aut deſcendentes damnati 2. 26. 6. *verſ. ſi vaſallus* 23. 1. ſed ad vaſalli proximos 2. 24. 2. 37. *in fin. princ.* adgnatos, qui quarto gradu 2. 26. 6. *verſ. ſi vaſallus:* alii tamen putant feudum ad dominum non pertinere, donec aliquis maſculus delinquenti ſupereſt, cui ſententiæ alii contradicunt 2. 98

Si vaſallus unum tantum dominum cucurbitaverit, ejus tantum parte privatur 2. 38

Cum feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa aufertur, cæteris non fit præjudicium, eo tamen vivo vel ſuis heredibus, feudum ad cæteros veniet 2. 78

Ob prælati Eccleſiaſtici delictum feudum, Prælato tantum vivente, committitur, eo mortuo ad Prælati ſucceſſores revertitur 2. 40. 1

Ob delictum in vaſallum admiſſum dominus feudum amittit, ipſique vaſallo adquiritur 2. 26. *verſ. domino committente* 2. 26. 2. 47

Imperator niſi fidelitatem faciat, aut alium in feudo adquiſito ac delato ſibi conſtituat, feudum amittit 2. 100

Res & pretium vendentium & ementium rem in fraudem proximiorum, ſi in eo perjurii convincantur, fiſco committitur 5. 13

De bonis vacantibus, indigno ereptis, contrahentium inceſtas nuptias, damnatorum, proſcriptorum, committentium crimen majeſtatis & aliis v. 2. 56

De Appellationibus.

AB iniqua ſententia parium ad Imperatorem appellari 1. 22. 1. 26

De jure fiſci.

V. Titulum quæ ſint Regaliæ 2. 56. & 5. 13

De re militari.

NE ſervi ſacerdotum, diaconorum & ruſticorum filii cingulum militare aſſumant 5. 11. *in fin.*

De extraordinariis cognitionibus & ſi Judex &c.

DE illicitis exactionibus 2. 53. 2. *in fin.*

Si judex vel magiſtratus juſtitiam facere neglexerit 2. 53. 1. *verſ. judices.*

Si quis advocatiam vel aliud beneficium inornate tractet 2. 27. 7

Venatio quibus & quemadmodum interdicta 2. 27. 5. *verſ. Nemo retia.*

Pabulatio quatenus peregrinanti permiſſa 2. 27. 8. *in fin.*

De verborum ſignificatione.

NOmenclaturam Perſonarum & rerum vide in Titulo de ſtatu hominum & rerum diviſione ſupra.

Advocatia 2. 27. 2. eſt dignitas urbis aut Eccleſiæ præpoſitura *c.* ſalvator 1. *quæſt.* 3. *c.* in quibusdam. de pœnis *c.* præterea. de jure patronatus. Hinc advocatus Auguſtæ apud Urſpergenſ. Advocatia Betunæ, in Chronicis Fland. Tugurinenſis in Auſtria Lazii. Advocatus & Advocatia in donatione Caroli magni apud Mutium Chronic. 9

Allodium de quo 2. 54. & 3. 17. *in fin.* & 2. 26. 1. 2. 29. id dicitur, cujus poſſeſſor nemini leudes eſt. Inde, allodium proprietas dicitur 1. 4. 2. 29. proprium 2. 42. Jus proprii 2. 44. hereditas 2. 45. 2. 51. 3. res mancipi a Sigeberto.

Armandiæ vel Armaniæ 2. 56. Fabricæ, publica armamentaria *Novell.* 85

Cambium 1. 4. 2. 1. 22. *verſ. ſi quis*, id eſt permutatio.

De Camera feudum 2. 58. 2. 1

De Cavena feudum 2. 58. 2. 1. 11

In Capillo ſoror 1. 24. 2. id eſt, innupta.

Clientulus 1. 10. vaſallus.

Credentia 1. 17. arcanum, ſecretum.

Cucurbitare dominum ſeu cum uxore domini concumbere: vel concubitum ejus tentare 1. 5. 2. 57

Curtis 1. 2. 1. domus, palatium, caſtrum.

Felonia 2. 26. 6. 2. 37. 2. 38. 2. 39. 2. 47

Fidelis 1. 1. 11. id eſt, vaſallus.

Decania 2. 8

Dominicaria vice 2. 81

Gaſtaldiæ feudum 1. 2. 2. 94. quod alicui tanquam actori aut procuratori prædii domini datur.

Gaſtaldus vel actor domini 1. 10

Geniculus 1. 1. 4. id eſt, gradus.

Guardiæ feudum 1. 2. 1. 4. 3. 1. 11. 2. 94. quod alicui tanquam cuſtodi caſæ dominicæ datur.

Guarentizare 1. 34. id eſt, evictionem præſtare.

Hoſtenditiæ, adjutorium quod faciunt vaſalli dominis, cum rege in hoſtem pergentibus 2. 40

Hoſtem facere 1. 7. 2. 40. id eſt, in expeditionem bellicam ire.

Invadiare 2. 27. *in fin.* eſt pignori obligare, *engager.*

Judex Curtis 1. 18. Is judicabat inter convaſallos de feudalibus controverſiis.

Verbum *Legitimus heres*, in feudis maſculum ſignificat 1. 13. 2. 34. *verſ. profecto.* 2. 26. *in fin.*

Manſius 1. 4. 5. hereditas, prædium.

Marchio a marcha: quæ ut plurimum juxta mare poſita 2. 10

Ad Morganaticam matrimonium 2. 29. Albertus Argentinenſis.

Morganatico jure donatum. Morgangheba donatio collata in uxorem mane die Nuptiarum.

Paragium [ſeu Pedagium vel Paradogium] adquirere 2. 10. Jus parium conſequi.

Plebi 2. 10. qui noviter feudum acceperunt a Capitaneis.

Precaria 1. 9. *in fin.* ceſſio uſusfructus.

Regaliæ 2. 56

Sacramentales 1. 4. 2. 10. 1. 28

Senior 1. 17. id eſt, dominus.

Soldata dicitur, quia plerumque in ſolidorum donatione conſiſtit 2. 10. *in fin.*

Tituli Eccleſiæ 1. 6. prædia clericis ad alimenta deputata.

Valvaſor v. nomenclaturam perſonarum *Tit. de ſtatu hominum.*

Valvaſinus 2. 10

Vaſallus v. Nomenclaturam perſonarum *Tit. de ſtatu hominum.*

Villicaria vice 2. 81.

De regulis juris.

REgula aut definitione certa cauſæ feudi amittendi non poſſunt comprehendi: ſunt tamen ut ita dicam, egregiæ quædam ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi 2. 23

Fœminæ locus non patet in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc fuerit inveſtitus 2. 17

Invitus alium quam quem voluerit, ſibi adquirere vaſallum dominus non cogitur 2. 12

Non vult heres eſſe, qui ad alium transferri voluit beneficium 1. 51. 2. 29. 2. 44

Factum fratris fratri in feudo paterno non nocet 2. 93. Culpa unius coheredis, cæteris non præjudicat 2. 78

Secundum libertatem reſpondendum 5. 14

Perſona ſervilis poſt delatam ſucceſſionem etiam manumiſſa, in feudo non ſuccedit 2. 106

Qui ex liberalitate conveniuntur domini, in id quod facere poſſunt condemnandi 2. 58. Iniquum eſt, ſi quis ex dono ſuo conveniatur 2. 58. 3

Quod ab initio de jure non valuit, tractu temporis convaleſcere non debet 2. 55

Qui in alterius locum ſuccedunt, juſtam cauſam habent ignorantiæ 2. 92

Vaſallus vaſalli mei, vaſallus meus eſt 2. 52. 2. 51

Ætati 1. 22. & imprudentiæ ſuccurritur 2. 26. 6

Minor fidelitatem facere non cogitur, donec venerit in majorem ætatem, in qua doli capax ſit 2. 26. 4. *verſ. ſi minori.*

Dolus abeſſe videtur, ſi juſta cauſa impediat 2. 52. *in fin.*

Æquitas in paribus cauſis paria jura deſiderat 2. 54

Quod quisque juris in alium ſtatuit, ipſe eodem jure utatur 2. 33. 1

Inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium intervenire debet 2. 52. *in fin.* 2. 97

Ex omni felonia ex qua vaſallus feudo privatur, ex eadem dominus feudo etiam privatur 2. 47. 2. 26. 6. v. domino. non eſt æquum videre egentem, quem prius habueris in conjugem vel amicum 2. 58. 1

Id quod de communi expenſum, pro parte communi reſtituendum 2. 12

Qui ſuum beneficium alii dat, non debet alia lege dare niſi qua ipſe habet 2. 34. 2

Quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino: id intelligendum eſt, cum a ſcientibus alienatur beneficium 2. 42 *in fin.*

Eccleſia non deſinit eſſe heres 1. 13. adde quædam de Eccleſiæ laude ex 1. 13

Deſinit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti 2. 21. 2. 109

Abſtinere a malo non ſufficit, niſi fiat, quod bonum eſt 2. 27

Qui qualibet ratione de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poteſt inveſtituram facere 2. 3

Pluralis locutio duorum numero contenta 2. 58. 2

Pares majorem jurisdictionem habent de ſuo pari, quam de ſuo domino 2. 79

Actore nihil probante, qui convenitur, obtinet, vel abſolvitur 2. 33. *verſ. ubi nihil.*

Ligius homo duorum eſſe nemo poteſt 2. 99

Unusquisque ſibi ſuisque heredibus videtur proſpexiſſe 2. 18. 2. 90

Juſta ignorantia, vel parvi temporis negligentia cum iniquæ poſſeſſionis perjurio, domino in poſſeſſione damnum adferre non debet 1. 26. *in fin.*

Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini adquirendum 1. 27

Legum Romanarum non eſt vilis autoritas, ſed non adeo vim ſuam extendunt, ut uſum vincant aut mores 2. 1

Parem corrumpi pecunia, odio, gratia, non eſt ſuſpicandum 2. 58. *in fin.*

Promptiores ſumus ad abſolvendum quam ad condemnandum 2. 28. 1

Inveſtitura fidelitatem præcedere debet 2. 4

In generali alienatione feudum non continetur 2. 26. *verſ. In generali.*

Qui præſens actum impedire poteſt nec contradicit, is habetur pro conſentiente 2. 9. *verſ. ſi porro.* 2. 26. 5. *verſ. Titius.* 2. 33. *verſ. inde etiam.*

Natura novas deproperat formas edere 2. 24. *verſ. ſed quia.*

Ratihabitio, etiam tacita, confirmat actum invalidum 2. 39

Portionem feudi alienans, fidem promiſſam ſervare non videtur 2. 24. 2. *in fin.*

Legitime factum, ſuperveniente facto, non retractandum 2. 106

Stipendium conſequi debet qui ſuum obſequium commodat 2. 107

Reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis 1. 13. 2. 8. 1. 2. 9. *in fin. princ.*

INCIPIUNT

INCIPIUNT[1]

FEUDORUM[2] CONSUETUDINES[3].

LIBER I.

TIT. I.

DE HIS, QUI FEUDUM DARE POSSUNT, ET [QUI NON:] ET QUALITER ACQUIRATUR, ET RETINEATUR.

Feudum dare possunt prælati Ecclesiarum, si ecclesiæ est consuetudo & nobiles seculares, & qui ab eis feudum accipiunt. Bald. *Qui feudum dare possint.* 1. 2. 3. 4. *De acquirendis feudis.* 5. *De natura feudi.*

Quia de feudis tractaturi sumus, videamus: primum [4] qui feudum dare possunt. † Feudum [5] autem dare possunt archiepiscopus [6], episcopus, abbas, abbatissa, præpositus, si antiquitus [7] consuetudo eorum fuerit feudum dare.

† Dux [8], Marchio [9], & Comes similiter feudum dare possunt, qui [10] proprie regni, vel regis capitanei [11] dicuntur. Sunt & alii qui ab istis feuda accipiunt, qui proprie regis, vel regni valvasores dicuntur: sed hodie capitanei appellantur: qui [12] & ipsi feuda dare possunt. Ipsi vero qui ab eis accipiunt feudum, minores [13] valvasores dicuntur.

Vasallus ipso vivo non privatur feudo, ipso vero mortuo ad filios æqualiter pertinet feudum. Bald.

§. 1. Et quia vidimus de personis: videamus qualia prius habuerunt initia. † Antiquissimo [14] enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. † Postea [15] vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde [16] statutum est, ut usque ad vitam fidelis [17] produceretur. Sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret: sic [18] progressum est, ut ad filios deveniret: in quem scil. dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie [19] ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter [20] veniat. §. 2. Cum [21] vero Conradus [22] Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus [23] qui in ejus erant servitio, ut lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes [24] ex filio producere dignaretur, & ut frater fratri sine legitimo [25] herede defuncto (vel filius) in beneficio quod eorum patris [26] fuit, succedat. † Sin autem unus ex fratribus a domino [27] feudum acceperit [28]: eo defuncto, sine legitimo herede, frater ejus in feudum non [29] succedit: quod etsi communiter [30] acceperint, unus alteri non succedit, nisi [31] hoc nominatim dictum sit: scil. ut uno defuncto sine legitimo herede, alter succedat, herede vero relicto alter frater removebitur. §. 3. Hoc [32] autem notandum est, quod licet filiæ, ut masculi, patribus succedant: legibus [33] tamen a [34] successione feudi removentur [35], similiter & earum filii [36], nisi [37] specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. §. 4. Hoc quoque sciendum est, quod beneficium [38] ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione secundum usum ab antiquis sapientibus constitutum, licet moderno [39] tempore usque [40] ad [41] septimum [42] geniculum [43] sit usurpatum: quod [44] in masculis descendentibus, novo jure usque in infinitum [45] extenditur.

Feudum quod datur a capitaneis, vel regis valvasoribus propriam habet naturam, quod vero a minoribus datur, propriam naturam non habet: duobus casibus exceptis qui in litera continentur. Baldus.

† Notandum est autem, quod illud beneficium, quod a regis capitaneis, atque regis, [vel regni] valvasoribus aliis impenditur, proprie [46] jure feudi censetur. Illud [47] vero quod a minoribus in alios transfertur, non jure feudi judicatur: (licet aliter in curia Mediolanensi observetur) sed quando voluerint, recte auferre queunt: nisi Romam cum illis in exercitu [48] perrexerint: quo casu in jus feudi transit, [& adjudicatur:] vel nisi aliquid propter feudum acceperint: tunc enim nisi [49] restituto pretio [50] auferre non possunt.

TIT. II.

[DE [51] FEUDO GUARDIÆ [52], ET GASTALDIÆ [53].]

Feudum guardiæ, & gastaldiæ, & illud, quod pro mercede alicujus rei datur, elapso anno revocari potest: nisi ad certum tempus detur. Sed si gastaldi nomine proprii feudi dicant se possidere, non defendunt sibi possessionem, nisi de suo jure probent. Bald.

1 Consuetudinis nomine feudorum libri nuncupantur, *ut hic.* Atqui consuetudo jus est non scriptum, §. *sine scripto* 9. *Inst. de jure naturali.* Sed hic scriptura, non ut forma, sed memoriæ & probationis tantum faciendæ causa intervenit. Hujusmodi consuetudo scripta, vel multis antiquis instrumentis comprobata, notoria esse dici potest. 2 De feudorum origine vide Cujacium 8. *obs.* 14. Goth. Adde Hotoman. 2. *obs. cap.* 2. Et de feudis non authenticis vide Molin. *ad Consuetud. Parisiens. tit. des fiefs, num.* 100. *& seq.* Card. Tusc. *litt. F. conclus.* 168. Ans. 3 Hinc illa: usus curiarum 2. *feud.* usus ab antiquis sapientibus constitutus. 1. *feud.* 1. §. 4. justus & verus. 1. *feud.* 13. *in pr.* regni. 1. *feud.* 15. 2. *feud.* 82. 2. *feud.* 101. comprobatus. 2. *feud.* 81. 83. *in fin.* usu tradita. 2. *feud.* 84. Jus Curiæ, 2. *feud.* 101. in multis curiis & civitatibus intellectum, 2. *feud.* 88. & breviter, consuetudo, mores, consuetudo feudi, 2. *feud.* 1. 4 De personis primo quærendum est, *l. si quæramus* 4. *ff. qui testamenta.* 5 Feudum dare possunt Ecclesiasticæ personæ: aut potius Ecclesiarum Prælati, si Ecclesiarum consuetudo sit: cujus sententiæ vide octo exceptiones apud Beluisanum & Laudensem hic. 6 *Tit.* 3. J. *eod.* 7 *Tit.* 6. J. 2. *feud.* 91. Quid? quæ infeudandi antiqua consuetudo est? Ravennas notat, utilem, 30. annis: Damnosam, tempore cujus non sit memoria: dubiam annis 40. præscribi. Potest quoque ejusmodi persona in feudum dare, consensu totius collegii, etiamsi nulla sit consuetudo.
8 Feudum dare possunt seculares nobiles: ut Marchio & Comes. 9 Dux major Marchione: Marchio Comite, v. 2. *feud.* 10. J. *quis dicatur dux.* 10 Capitanei regni vel regis proprie, Duces, Marchiones, Comites: improprie qui Valvasores regni vel regis.
11 Id est, principes, proceres. *Hotom.* patritii. 12 Feudum dare possunt valvasores regni vel regis. 13 Valvasorum alii regis vel regni (qui feuda accipiunt a Ducibus, Marchionibus & Comitibus) alii minores, qui a valvasoribus regni (de quibus paulo ante) feuda accipiunt. 14 Antiquissimum jus feudorum hoc fuit: ut domini pro animi sui arbitrio, vasallis feuda possent auferre: arbitraria itaque vel potius precaria fuerunt ab initio feuda. 15 Secundum jus, feuda fuerunt annalia. 16 Tertium jus, feuda ad vitam vasalli producta. 17 Id est, vasalli. §. 2. J. *eod. tit.* 4. *in pr. &* §. 5. J. *eod.*
18 Quartum jus: feudum transferebatur ad filium vasalli, quem dominus elegisset. Pone fœminas feudi capaces esse: an omnes æque patri succedent? Laudensis eam existimat successuram, quæ in hereditate paterna successerit. *cap.* 1. *an agnat.* sin minus, eam quam dominus elegerit. *arg. hujus loci.* Curtius, 3. *parte vers.* 10. *octavo quæro.* putat primogenitam succedere, adde quædam ex Cujacio *consult.* 54. *circa med.* 19 Quintum jus: Feudum æqualiter ad omnes filios pertinet. 20 *Tit.* 8. J. 21 Sextum jus: Feudum ad nepotes ex filio transibat: Imo & ad fratrem si feudum paternum vel antiquum, non autem si novum feudum: si frater sine legitimo herede decedebat. Quid si pacto conventum est, ut frater fratri in novo feudo succedat? quid si feudum, quo de agitur, sciente domino, communi vel pecunia, vel armis & equis emptum est? Quid si contra hostem regis pugnaverint fratres? Quid si contraria consuetudo? frater fratri, etiam in novo feudo succedet, *ut hic.* Quid? num uterinus frater fratri succedet? non succedet: quia finitum est genus primi feudum adquirentis: & in feudis jure cognationis nulla est successio. *c.* 1. J. *de gradib. success. feud.* Quid? utrimque conjunctus frater, num excludet fratrem consanguineum tantum? jure civili excluderet. *Auth. cessante. C. de legit. hered.* At non hoc jure, *Bald. Ardizo. Laudens.* Hic addendum quod a Baldo notatum est, Fratrem fratri in feudo succedere, non adcrescendi jure, sed providentia principali seu legis. 22 Lotharius, *Hotom.* Goth. Conradus II. Suevus. vide Molin. *ad Consuetud. Paris. tit. des fiefs.* 1. *num.* 81. Ans. 23 Id est, vasallis. §. 1. S. *eodem.* 24 *Tit.* 8. 14. §. 1. *& tit.* 19. §. 1. J. *eod.* 25 Id est, masculo. 2. *feud.* 34. §. 2. *& tit.* 13. J. *eodem.* legitimus enim heres in feudis, est masculus descendens. 26 Id est, paterno. *tit.* 12. *&* 19. *in fin.* J. 27 Hujusmodi feudum initium habere a fratre dicitur. *tit.* 8. *in fin.* J. ideoque novum appellatur. *tit.* 14. *in fin.* J. *eod.* 28 Adquisierit. *tit.* 20. J. *eod.* 29 *d. tit.* 8. *&* 20. 30 Id est, simul investiti. *tit.* 14. *in fin.* J. 31 *d. tit.* 14. 20. alias exceptiones vide *d. tit.* 20. J.
32 Septimum jus, Fœminæ non succedunt in feudo (quod hodie etiam generale est in feudis) quemadmodum nec succedunt collaterales, ultra patrueles. Quid? quomodo succedunt patrueles? Cum patruis, in stirpem: inter se soli, in capita. *Bald. Authen. cessante. Cod. de legit. hered.* 33 Ut & XII. Tabularum scil. *l.* 14. *Cod. de legitimis heredibus* §. 3. *versic. & hæc quidem. Instit. de legitima agnator. success.* dixi *ad leges* XII. *Tabul. lib.* 2. *tit.* 20. §. 6.
34 Fœminæ in feudis succedere non possunt, nisi pacto convento adjectum sit, ut certo gradu, vel in infinitum succedant, *ut hic:* vel nisi contraria sit consuetudo. Quid si feudum maternum, vel fœmineum sit? fœmina excluditur a masculis. *capite* 1. J. *de feudo fœmin.* Quid si feudum ad nullum servitium datum est? explosa est Baldi opinio, existimantis fœminam succedere: eo magis quod extravagans, *si cui militi*, qua utitur, nullius autoritatis sit, & alioquin contrarium ipsemet sentit in *l. quotiens* 12. *C. de suis.* Quid si feudum emptum est? rejecta Odofredi opinione, Iserniæ probatur sententia, existimantis fœminam in id feudum non succedere. Quid si fœmina bellis assueta, vel virago? ne quidem succedet. Primum enim id rarum est. Deinde feudum non datur tantum juvandi domini gratia, sed ut ejus secreta non evulgentur. Ideoque Laudensis putat fœminas ad feudi successionem, ea de causa non admitti. adde de his *c.* 1. J. *quemadm. feud ad filiam.* 35 *tit.* 6. §. 1. J. *eod.* quia neque faidam levare, vel pugnam facere possunt. Iserniensis. 36 Quantumvis sint masculi. 2. *feud.* 11. *vers. ad filias.* 37 *tit.* 8. §. 2. *tit.* 14. §. 2. 2. *feud.* 39. 50. 38 Contradi, de quo §. 2. S. *eod.* alii feudum interpretantur. 39 Octavum jus, Collaterales in feudo succedunt ad 7. usque gradum. An usque ad 7. tantum gradum? Isern. & Bald. ita putant: Contrarium verius est, in infinitum nempe succedere. *c.* 1. J. *de nat. succ. c.* 1. *si Vasall. feud. privet. Gloss in c.* 1. J. *de success. feud. & in c. si capitan.* J. *de feud. Marchiæ. Odof. Henr. Ardizo: Aug. Cons.* 106. si modo feudum de quo quæritur, semel ad descendentes primi adquirentis pervenerit. Collaterales enim descendentium ab avo & eodem primo adquirente, succedunt in infinitum. *d. c* 1. *de natur. success. feud.* alias ad 7. usque tantum gradum. *Ravennas, Laudensis.* 40 Quid? gradus in feudis num computamus ex regulis juris civilis vel canonici? Civilis, *Isernias, Bald. Laudens.* Sic & in jure retractus agnatici, gradus secundum jus civile computandos esse scribit Cujac. *consult.* 9. 41 Verbum *usque* Laudensis accipit inclusive, non exclusive. 42 Hodie etiam in infinitum. 2. *Feud.* 50. Et hanc probat Laudensis *hic. n.* 38. In feudis collaterales in infinitum succedere: non ad 7. usque gradum. 43 2. *Feud* 50. 44 Novum jus: Descendentes masculi in infinitum succedunt in feudis, quod & hodie servatur, & ita verum est, ut in feudo etiam ecclesiæ, succedant descendentes masculi in infinitum, *ut hic. capit. ex parte. de feud. Gloss. & Doctor. in l. ex facto* 17. *in fin. ff. ad SC. Trebellianum. l.* 1. *Cod. unde vir & uxor.* Nec obstat Novella *de non alienandis* 120. *c.* 5. quæ hodie est correcta in hoc graduum numero, & alioqui est de emphyteusi, quæ ad filias etiam descendit: non de feudo, quod ad filias non transfertur. Quid emancipati filii? hi etiam in infinitum succedunt in feudo: quia principalis ratio succedendi in feudis est in masculis, *cap.* 1. J. *de al. feudi. Bald. Ard. Laud.* Quid juste exheredatus? non succedit, nisi a patre feudum assignatum ei fuerit, *arg. l.* 1. §. *pen. ff. de adsign. liber.* Quid adoptivus vel naturalis tantum? vid. *c. naturalis c. adoptivus.* J. *si de feud. fuer. controv.* Quid in regno & feudis individuis? primogenitus solus succedit, *c. licet de voto.* Quid filius clericus, episcopus vel prælatus? Beluisan. Bald. Alberic. negant succedere: quod autoritate Joan. Calderini, Dulii, Bartoli, Archidiaconi, Innocentii, Joan. Ananiæ, Hostiensis, Joh. de Lignano, Geminiani, Antonii de Butrio, Panormitani, Saliceti, non admittit Laudensis. Nam quæ in contrariam partem proferuntur, vel pertinent ad clericum volentem servitia præstare per substitutum, vel ex stricto jure sunt. Ita fuerit æquitatis, superiores personas in feudis succedere, si modo servire per substitutum sint paratæ. Quid masculi descendentes ex fœmina? negant succedere: remota enim origine, his qui ab origine dependent, locum non superesse. *l. si viva matre* 3. *C. de bon. maternis.* 45 2. *feud.* 74. 81. J. 46 Feudum concessum a valvasoribus regni vel regis, jure proprii feudi censetur: proprium autem est feudum, quod est perpetuum, quod transit ad heredes, quod non revocatur pro arbitrio ipsius domini.
47 Feudum concessum a minoribus valvasoribus, non censetur jure proprii feudi: hoc est non transit ad heredes: revocari quandocunque ab ipso domino potest, nisi tribus casibus. Primum enim id non obtinet Mediolani. Deinde aliud dicendum, si vasallus cum domino Romam perrexit in exercitu. Postremo si vasallus quiddam dederit pro feudo: tunc enim non potest auferri, nisi restituto pretio. 48 *Al.* in exercitum. loquitur de exercitu, cum quo Imperator Romam proficiscebatur ad coronam imperialem accipiendam. *Trithemius* 30. *Otho Frisingensis* 2. *c.* 11. 12. 49 Imo non restituitur pretium. *c.* 1. J. *tit. prox.* Sed hic restituitur pretium datum pro feudo perpetuo: ibi, pro temporali. 50 Atqui pretium pro feudo non datur. *c.* 1. J. *de feudo dato in vicem legis commissor.* non quidem ita decorum est pretium pro feudo accipere: potest tamen id accipere dominus, si velit, & ibi lege commissoria agitur.

51 Feuda guardiæ & guastaldiæ, anomala non regularia. Goth. *Guardia* est custodia, ut quum castra, & territoria custodienda traduntur, *Gastaldia* gubernatio dicitur, qua res domini gubernantur. Zas. *de feud. a rect. feud. natur. degener. part.* 12. *num.* 4. 5. 6. Ans.
52 *tit.* 4. §. 3. *tit.* 10. *in fin. tit.* 11. J. *eod.* 2. *feud.* 94. feudum guardiæ custodiæ nomine datur ei, qui quasi custos prædio apponitur, puta Cæsario, seu casæ custodi.
53 2. *feud.* 94. feudum Gastaldiæ, vel Guastaldiæ causa datur ei, qui quasi actor vel procurator prædio dominico imponitur, aut curti seu casæ dominicæ gubernandæ. *tit.* 10. J. *eod.* 2. *Longobard.* 17.

ITem [1] illud, quod datur nomine gastaldiæ, vel guardiæ, & pro mercede [2] alicujus rei [3], transacto [4] anno [5] potest [6] jure auferri, etiam pretio pro eo dato, non restituto, nisi [7] ad certum [8] tempus datum fuerit.

§. 1. Si vero gastaldi aliquid nomine [9] proprii [10] feudi possederint [11] non valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per pares curtis [12], vel breve testatum [13] potuerint probare, se, antequam gastaldi essent, vel postquam desierunt esse, investituram accepisse.

TIT. III.

[QUI [14] SUCCESSORES FEUDUM [15] DARE [16] TENEANTUR.]

Successor prælati non cogitur investituram a prædecessore factam, & non expletam de feudo, quod alius tenet, ratam habere. Bald.

SI vero archiepiscopus [17], episcopus, vel abbas, vel abbatissa investituram ejus feudi, quod alius detinebat [18], eo tenore alicui dederit [19], *ut post decessum ejus qui possidet, habeat:* & ante decesserit archiepiscopus, quam ille qui feudum possidebat: successores eorum non [20] coguntur [21] eam investituram facere, vel confirmare, etiamsi pares ejus curtis adsint testes, vel breve testatum [22] inde sit: nisi [23] ille, qui investituram acceperit, nomine ejus feudi in possessionem missus [24] sit eo consentiente [25], qui detinet. Sed si ille, qui feudum possidet, prius decesserit, quam ille qui investituram fecit: jure cogitur [26] eam ratam habere.

† Laici [27] vero iisdem [28] modis omnibus, quibus supra diximus, si aliis investituram dederint, heredes eorum, si rationibus claruerint [29], omnimodo eam adimplere compelluntur.

TIT. IV.

[SI DE INVESTITURA FEUDI CONTROVERSIA FUERIT.]

Si investitura sit facta coram paribus, vel per breve testatum, dominus tenetur investitum mittere in possessionem. Bald.

SI autem controversia [30] inter dominum & fidelem de feudi investitura fuerit: quid juris sit, videamus. Et si investitura facta fuerit coram paribus [31] curtis, aut in brevi testato: recte eum qui investitus est, cogitur dominus mittere [32] in feudi possessionem. Si vero fuerit in possessione: & mota fuerit ei controversia a [33] domino: ei defensio [34] detur propter possessionem [35]. Si autem non fuerit in possessione, nec supra dictis modis poterit probare: tunc illius erit defensio [36], qui investituram dicitur fecisse. §. 1. Si vero feudum aliquis habuerit, de quo nullo controversia est, & dixerit *se investituram alterius feudi accepisse ab eodem domino.* nec in possessione fuerit, nec prædictis [37] rationibus probare potuerit: licet domini esset defensio: ex ordine [38] tamen, quia aliunde vasallus est, remittitur domino ex æquitate defensio. §. 2. Cum autem quis dixerit feudum ad se per successionem pertinere, adserendo, illud esse paternum [39]: si fuerit in possessione medietatis [40], vel alicujus partis, vel [41] cambium [42] proprietatis nomine illius feudi habuerit [43], vel aliis [44] justis rationibus illud esse paternum probare potuerit, jure obtinebit: si vero probare non potuerit prædicto modo, dabitur ei defensio [45] cum duodecim sacramentalibus [46].

Si vasallus possidet castrum nomine recti feudi, dominus autem dicat eum nomine guardiæ possidere: domino incumbit probatio: & si probaverit, vasallus condemnabitur: nisi vasallus probet se legitime investitum a domino, postquam in guardiam ab eo accepit: domino vero in probatione deficiente, vasallo datur defensio. Bald.

§. 3. Item si [47] vasallus possederit castrum, quod dixerit *se pro feudo tenere.* & e contra [48] dominus *per guardiam* [49] dixerit *se ei dedisse,* domini est probatio: & si poterit probare, tunc ille, qui tenet, domino debet restituere, vel [50] probare per pares curtis [51], vel per breve testatum, postquam in guardiam suscepisset, se a domino pro feudo investituram accepisse. Domino vero in probatione deficiente, tunc illius erit defensio, qui possidet [52].

Si creditor emit pignus, desinit esse pignus, nisi esset emptio simulata, & de simulatione constaret per certa indicia. Bart.

§. 4. Similiter [53] si aliquis possederit castrum, vel aliam rem, & dominus dixerit *se pro pignore ei dedisse:* e contrario [54] ille dixerit *se accepisse pro feudo,* si potuerit dominus probare, quod ei pro pignore dedisset: tunc ille qui tenet domino restituet, vel probet supradicto modo, se, postquam a domino pro pignore accepit, feudi nomine accepisse, & si dominus non poterit probare, se nomine pignoris dedisse, erit defensio illius, qui possidet. §. 5. Si quis de manso [55] uno feudi nomine investituram acceperit, & dixerit, *quod omne* [56] *incrementum pertineat ad eum per investituram:* si [57] dominus reservaverit sibi aliquid [58] in ipsa curte [59], tunc oportebit fidelem incrementi investituram per pares curtis vel per breve testatum probare. Sed si [60] dominus in ipsa curte nil sibi retinuit: tunc omne incrementum jure feudi fidelis obtinebit. Si vero fidelis in possessione incrementi fuerit, non oportebit eum investituram probare, sed jurare.

1 *Item* particula repetitiva ejusdem qualitatis. Nam sup. §. dictum est de feudo non perpetuo. 2 An præterita, ut vult Petrus de Cervo, *arg. c.* 1. *in fin. in quibus causis feudum amittat. c.* 1. *de capitaneo, qui curiam.* An & futura; ut vult Baldus? quod verius, hoc sensit, feudum pro mercede, sive præterita, sive futura, post annum posse auferri sive justa causa, sive alia: potentior est enim præterita quam futura causa. *l. Aquilius* 27. *ff. de donat. l. qui sub prætextu.* 9 *C. de sacros. Eccles. l.* 45. *ff. de fidejuss.* Quid si feudum concessum sit advocato pro patrocinio, vel scutifero, pro servitio; vel capellano, pro capellania? finito anno potest auferri. Nam feudum quodcunque pro mercede, est annale, *ut hic, c. feud. scutiferorum.* J. *de notis feudorum.* Quid si pro mercede domini in vita defensi, feudum datum est? perpetuum est. *l. si pater.* 34. §. 1. *ff. de donat.* Quid si feudum guardiæ annuum datum est? perpetuum quoque est. *arg. l. si Stichum* 16. §. 1. *ff. de verb. oblig. l. senatus* 35. *in fin. ff. de mortis causa donat.* 3 Puta advocatiæ, defensionis, oneris, administrationis. Hujusmodi feuda impropria. *tit* 4. §. 3. 2. *feud.* 81. dicuntur, & pro vice dominicaria, vel villicaria, pro decania, & pro aliis quibuscunque angariis accipi. 2. *feud.* 81. 4 *Tit.* 11. J. *eod.* 2. *feud.* 94. 5 Feudi vita perpetua est: nisi sit feudum guardiæ, Gastaldiæ, & quod pro mercede datur. Hujusmodi namque feudum est annale, nisi certum tempus sit adjectum; neque pretium restituitur. 6 Imo non potest, cum sit perpetuum feudum servitii, *c.* 1. *in fin. quæ caus. feudi amitt.* feudum principaliter concessum propter servitium, annuum est, ob gratiam principaliter concessam, adjuncto ei servitio, perpetuum. 7 Adde & aliam exceptionem ex 2. *feud.* 81. & 105. 8 Feudum guardiæ & guastaldiæ potest dari ad certum tempus, puta biennium, triennium, eo casu, ante tempus auferri non potest. 9 Feudum quod guastaldus possidet, præsumitur possideri nomine guastaldiæ, non jure proprii feudi. Ita ex ratione qualitatis officii præsumitur qualitas feudi. Privilegium & beneficium interpretamur ex qualitate personæ. *arg. l. ex militari* 11. *ff. de mil. test. l. in delictis* 4. §. *si extraneus* 1. *ff. de noxal. act. l. si quis filio* 6. §. *irritum* 5. *ff. de injusto.* Quid si feudum guardiæ datum esse nobiliori dicatur, quam ipse sit dominus, qui id dederit? Baldus putat feudum præsumi perpetuum & proprium, nisi forte qualitas officii accipientis nobilitati præponderet. Quid si feudum guardiæ datum sit ad concedentis arbitrium? Baldus notat feudum esse perpetuum, *arg. l. Jurisperitos* 30. *ff. de excusat. tutorum.* 10 Feudorum aliud proprium, aliud improprium. *d. tit.* 18. Gastaldia improprium feudum. 11 Saltem duos. 12 Curtis, domus, palatium, prætorium, castrum. 13 Id est instrumentum publicum. *tit.* 3. J. *eod.*

14 Id est an etiam successores personæ ecclesiasticæ. 15 Cujus investitura facta est ab autore successoris. 16 Id est tradere. 17 Hi solent res ecclesiasticas in feudum dare. *tit.* 1. 18 Adde *tit.* 9. 25. 27. J. *eod.* 19 Feudum prælatus non potest conferre in fraudem successoris sui. Adde *c. ult. ne prælati vices suas cap.* 1. *de solut.* verbi gratia: Archiepiscopus investivit Titium de feudo Gaji superstitis, ea lege, ut feudum haberet Gajo mortuo: Archiepiscopus mortuus est ante Gajum: Archiepiscopi successor non cogitur ratam habere investituram factam ab antecessore Archiepiscopo, *ut hic.* Quid ita? prælatus prælato non est heres. Antecessor & successor in hujusmodi dignitatibus, non censetur una & eadem persona. 20 Idque ex regula juris antiqui. *l. dudum. C. Th. de rescript.* qua a successoribus obligationes non incipiebant, volentes tamen possunt. Ita prælati successor etsi non cogatur investituram ab antecessore factam ratam habere, ratam tamen habere potest. Hac ratione colligunt, imperatoris successorem non cogi investituram ab antecessore factam, ad modum, qui hoc paragrapho præscribitur, confirmare: quod electione, non successione fiat Imperator, *c. venerabilem de elect.* alias cogi pure factam ab antecessore comprobare. *c.* 1. J. *de natura feudi.* 21 Imo coguntur. 2. *feud.* 33. *dicam* J. *tit.* 25. *in fin.* 22 *Titul.* 2. 23 Vivente vasallo, & eo ratum habente, potest dominus ejus feudum alteri conferre in diem, vel sub conditione, ut ipso vasallo mortuo investitus feudum habeat. Ita investitura de feudo vasalli superstitis alicui facta, potest ipsius vasalli ratihabitione confirmari. 24 An hoc in feudo hereditario quod ad heredes transit, verum? negat Laudensis, & ita potiores esse heredes vasalli ipso investito. *c.* 1. §. 2. *cum vero Conradus* S. *de his qui feudum.* 25 Expresse: nam tacitus consensus non sufficeret, cum hic de tertii, hoc est, successoris investientis præjudicio tractetur. 26 Quid si continuis & importunis interpellationibus potentioris, quasi coactus, prælatus eum de feudo viventis investivit? mortuo ipso vasallo, atque ita feudo aperto, posse prælatum pœnitere notat Ravennas: alias cogitur investire, nec enim liberabitur id solvendo quod investiti intererit. *c.* 1. *in fin.* J. *si de feud. fuerit controversia.* Faciunt *notata in l.* 1. *ff. de action. empt.* Quid si importunæ hujusmodi flagitationes probabuntur? poterit investitor ipse revocare investituras ita factas. *l.* 1. *Cod. de petition. bon. sublatis,* quod & Innocentium mortuo Friderico imperatore fecisse notat, post Andream, Laudensis: idque ex causa permissum esse, *arg. Nov.* 18. & *c. quamvis de rescriptis in sexto. l. Lucius* 11. *ff. de evict. l. item si* 15. *ff. de rei vind.* 27 Et ita in Laicorum successoribus regula Juris novi a Justiniano proditi. 4. *Cod.* 11. servatur, ut a successoribus obligationes incipiant. In successoribus ecclesiasticorum, favore Ecclesiæ, non incipiunt: quod hi juris tantum ecclesiastici, non defuncti antecessoris successores sint. 28 Investituram factam ab antecessore laici heres ratam habere cogitur. 29 Lego, claruerit, eo sensu, si prædictis rationibus probata fuerit investitura. *tit.* 4. §. 1. prædictis, id est, per pares Curtis, vel per breve testatum. *hic & d.* §. 1. Justæ rationes dicuntur. *tit.* 4. §. 1. J. *eod.*

30 Controversia quid, notatur *in l. causas vel lites* 16. *C. de transact. l. Lucius* 78. §. 3. *D. ad SC. Trebellianum. l. non solum* 39. *D. de procuratoribus.* 31 Probatur investitura per pares, aut per breve testatum: per pares si quos tamen habeat ipse dominus, alias etiam per extraneos, si nullos pares habeat. 32 Investitum in possessionem mittere cogitur investitor, neque præstatione ejus quod interest liberatur: nisi forte facultatem tradendi non habeat. Porro hæc missio in possessionem non est verbalis, aut abusiva, seu impropria, hæc enim possessionem vasallo non tribuit, licet ipsi vasallo feudum ita sit quæsitum. 2. *feud.* 7. *in fin.* 33 Controversiam movente domino adversus vasallum, vasallus si in possessione fuerit, obtinebit, si modo ipse vasallus juret, se, vel antecessorem suum fuisse investitum. *ut c. ult.* J. *de investit.* Quid si vasallus neque sit in possessione feudi, neque prædicta probaverit? jusjurandum Domino defertur. *vers. cum autem.* J. *eodem.* Quid si neuter possideat? jusjurandum erit arbitrarium: h. e. jusjurandum deferet vasallo, vel domino, judex causa cognita. *c.* 1. §. *sacramentum. de consuet. rect. feud.* Quid si vasallus non possideat, & aliud indubitatum feudum habeat a domino præter controversum feudum? jurare non cogitur Dominus, *ut hic.* In hac enim specie vasallus adversus indubitatum dominum aget, cum aliud feudum indubitatum ab eodem domino habere hic proponatur. Priore specie, non agit adversus manifestum & indubitatum dominum, quippe qui habeat in feudo ita controverso negantem dominum. Ideoque in hac quam nunc tractamus specie, remittitur recte juramentum: quia mitius agendum est adversus eum qui manifesto dominus est, quam qui non manifestus est. 34 Id est, jusjurandum. §. 2. J. *eod.* 35 Quam minimum annalem, & bona fide, his enim duobus modis hunc locum coërcent interpretes. 36 Id est, jusjurandum defertur domino, licet ejus adversarius vasallus nihil probet: quod contra jus civile est. *l. ult. C. de rei vind. l. qui accusare* 4. *C. de edendo, cap. ult. de jurejurando.* 37 Id est, per pares curtis, vel instrumentum publicum. *in princip.* S. *eod. tit.* 3. *in fin.* S. *eod.* 38 2. *feudorum* 58. §. 3. id est, mero jure. Nam ordo hic opponitur æquitati. 39 *tit.* 12. *in fin.* J. *eod.* 40 Ut S. responso dictum est. 41 Partis feudi possessorem se esse, qui plene probavit, idem & alterius partis in dubio præsumitur possessor, dum tamen id juret: quod si semiplene tantum se partis possessorem probaverit, jurare cum duodecim sacramentalibus cogetur partem illam controversam feudi, suam esse. Porro, quod ratione partis vasallus totum obtineat. Baldus id fieri putat, quod juramentum sit individuum: ita majori ex parte bonorum feudali, reliquæ partes feudales esse præsumuntur. 42 *tit.* 22. §. 1. Cambium habere, *ut hic,* vel facere *d.* §. 1. est permutare. 43 Id est, fecerit, *d.* §. 1. 44 Verbi gratia, per pares curtis, vel breve testatum. *tit.* 3. *in fin.* S. *eod.* 45 Id est, purgatio, quæ fit dato jurejurando: ea defertur reo & possessori. §. 3. §. 5. *in fin.* J. *eod. tit.* 10. J. *eod.* 46 Vide *tit.* 10. & 28. J. *eod.* 47 Permutationis titulo a suo vasallo volente, dominus accipere potest ejus utile dominium, vel ejus partem, & ejus loco ipsi vasallo quiddam aliud proprietatis & pleni ac directi dominii dare. Itaque talem permutationem probare debebit vasallus per pares curiæ, vel breve testatum, nam id exemplo novæ investituræ ita probandum est. 48 Aliud igitur feudum, aliud guardia. 49 De guardia dixi *tit.* 2. S. *eod.* 50 Testimoniis cognitis, testes ad alios articulos probandos admitti hinc colligit Ravennas *contra auth. qui semel C. de probat.* Nam post probationes domini probantis feudum (de quo agitur) Guardiæ feudum esse, auditur vasallus probare volens, rectum feudum sibi ab eo tempore concessum fuisse: unde colligunt, Negantem se occidisse, convictum post, probare posse, se ad defensionem sui occidisse, ut qui neget se occidisse, intelligatur semper id negare ad eum modum qui proponitur: scilicet ut puniatur, atque ita sibi contrarium non videri. 51 Pares curtis & breve testatum justæ rationes probandæ investituræ. §. 26. *eod.* 52 *tit.* 10. J. *eod.* 53 Feudum guardiæ, ut ex pacto in rectum feudum mutari potest. §. 3. S. *eod.* ita pignus in feudum converti potest, *ut hic,* utroque casu probatio est vasalli. 54 Aliud feudum, aliud pignus. 55 Mansus hic est fundus & hereditas, unde quis se & familiam tueri satis commode potest. Ac præterea vectigal sive censum domino referre. dicitur autem a manendo. Alii mansum interpretantur prædium ubi maneant agricolæ: Alii, quod jugo boum arari possit. Mansus vel Massa terræ, Gallice *mestairie.* 56 Etiam alluvionis. 57 Probare se investitum de incremento quoque feudi vasallus cogitur, quoties constat dominum aliquid excepisse in curte vasalli. Tunc enim juramentum est domini: quoties autem nihil sibi excepit, ipsum juramentum est vasalli. 58 Puta, membrum, hortum, viridarium. 59 Est enim curtis, pars mansi, *ut hic,* sicut villa fundi. *l.* 8. *ff. quib. modis usus fructus.* 60 Jurisconsulti in usufructu sic distinguerent:

Si

Si secundus vasallus accipiat investituram de feudo a primo vasallo cum ejus incremento, & aliquid huic accedat feudo, vivente primo vasallo: totum incrementum est ipsius vasalli secundi. Bart.

§. 6. Rursus si aliquis [1] acceperit investituram feudi *cum omni incremento, quod ei obvenerit* [2], & aliquid accreverit vivente [3] eo, [4] a quo acceperit, ipsius erit, & si ille, qui investituram fecit, sine herede decesserit, & feudum reversum fuerit ad eum [5], a quo ipse tenuerit, vel ad alium: quidquid post mortem ejus, qui dedit, accreverit, ad eum [6] pertinebit, ad quem regressum fuerit.

TIT. V. [7]

QUIBUS MODIS FEUDUM AMITTATUR [8].

Casus primus feudi amittendi.

Quia supra dictum est, quibus modis feudum acquiritur, & retinetur: nunc videamus, qualiter amittatur. Si enim dominus prælium campestre [9] habuerit & vasallus eum morantem in ipso prælio dimiserit [10] non mortuum, nec ad mortem vulneratum: feudum amittere debet [11].

† Item si fidelis cucurbitaverit [12] dominum, id est cum uxore [13] ejus concubuerit, vel concumbere se [14] exercuerit, aut cum ea turpiter luserit [15], vel si cum filia, aut [16] [cum nepte ex filio, aut cum nupta filio] aut cum sorore domini concubuerit, (hæc ita obtinent, si in domo domini maneat [17]) jure feudum amittere censetur. † Similiter si dominum assalierit [18], vel castrum domini, sciens [19] dominum, vel dominam ibi esse. † Item si fratrem suum [20] occiderit, vel nepotem [21], id est filium [22] fratris. † Aut si libellario nomine amplius [23] medietate [24] in feudum [25] dederit, aut pro pignore [26] plus medietate obligaverit, ita ut [27] transactum permittat: vel dolo hoc egerit, amissione feudi multabitur. † His omnibus casibus feudum ad [28] dominum revertitur.

† Rursus si fidelis minus medietate libellario nomine [feudum] dederit, & sine herede [29] decesserit, & feudum ad dominum redierit, vel postquam ad libellum dederit, vel pignori obligaverit, & domino [30] refutaverit [31]: tunc ille, qui ab eo acceperit, nullo jure adversus dominum se tueri poterit.

Qui consentit, jura sua perdit, & aliena fortificat. Bald.

§. 1. Præterea si ille, ad quem feudum per successionem jure obvenire debet, consenserit [32] eos investire, ad quos secundum rectum morem non pertinet: nullo modo ad eum repetendum regressum habet.

† Item si fuerint duo fratres & unus investituram feudi acceperit: si postea feudum cum fratre diviserit [33], & [34] ille, qui feudi partem accepit, postea plus medietate vendiderit [35], & sine [36] herede legitimo decesserit, feudum ad dominum revertitur. † Item si quis feudum habuerit in [37] curte [38] domini sui: non poterit ipsum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui sine consensu domini sui dare, vel pignori obligare. Similiter si extra curtem detinuerit, & [39] dominus districtum [40] habuerit, vel [41] alium honorem: si [42] alienaverit sine voluntate [43], jure ad dominum revertitur.

TIT. VI.

[EPISCOPUM, VEL ABBATEM, VEL ABBATISSAM, VEL DOMINUM [44] PLEBIS FEUDUM DARE NON POSSE.]

Episcopus, Abbas vel Abbatissa, vel dominus plebis non possunt de cætero infeudare res ecclesiarum sibi subjectarum, quæ vocantur tituli. Bald.

Item si Episcopus vel Abbas, vel Abbatissa, vel dominus [45] plebis, feudum dederit de rebus ecclesiarum, quæ eis subjectæ sunt, & tituli [46] vocantur: nullum habet vigorem, secundum hoc quod constitutum est a Papa Urbano in sancta synodo, hoc est illud, quod [47] post ejus decretum fuerit datum: quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. Idem juris est, si sit præpositus (vel Abbatissa,) vel alia ecclesiastica persona, quæ antiquitus [48] non sit solita in feudum dare: scilicet ut quod dederit, de jure non valeat.

Fœmina posita in copula cum masculo, non succedit simul cum eo, sed ita demum, si masculus non est. Bald.

§. 1. Quinetiam si quis eo tenore feudum acceperit: *ut ejus descendentes masculi &* [49] *fœminæ illud habere possint*: relicto masculo, ulterius [50] fœminæ non admittuntur. §. 2. Mutus [51] feudum retinere non [52] potest [53], scil. qui [54] nullo [55] modo loquitur [56]: sed si feudum fuerit magnum, quo ei ablato se exhibere [57] non valeat: tantum ei relinqui debet unde se sustinere possit. † Et his omnibus casibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur.

TIT. VII.

[58] DE NATURA FEUDI.

Non potest de Comitatu, Marchia, vel Baronia investitus per principem, de his pro libito devestiri. Bald.

Natura feudi hæc est, ut si [59] princeps investierit capitaneos suos de aliquo feudo, non potest eos devestire sine [60] culpa, id est Marchio-

Latenti incremento augeri usumfructum, non evidenti. *l.* 9. §. 4. *ff. de usufructu.*

1 Puta Titius. 2 An hoc innuitur? Omne feudi incrementum, vasallo de feudo investiti cum omni incremento esse, sive vivente investitore fiat, sive eo mortuo: & ad investitorem reverti mortuo vasallo? An & id quoque amplius vasallo subfeudante, seu alii feudum dante sub eadem conditione totius incrementi, omne incrementum feudi quod post mortem primi vasalli mortui sine heredibus evenerit, reverti ad primum dominum investitorem, vel ad eos ad quos feudum reversurum est: ut ea ratione primi vasalli jure sublato, sublatum quoque jus intelligatur ejus, qui ab eo feudum eadem conditione accepit? quod & verius est. 3 Imo etiam & mortuo investitore, Bellovisanus, *Laudensis.*

4 Puta Sempronio. 5 Subfeudare vasallus potest: hoc est alteri feudum suum dare, etiam impermissu domini; dum id faciat vasallus bona fide, & æquali & iisdem cautionibus: qua in specie, dominus in subvasallum experiri in subsidium potest servitiorum nomine. Subfeudum Gallis dicitur, *Arrierefief.* 6 Puta Cajum.

7 *tit.* 17. J. *eod. &* 2. *Feud.* 24. 8 *tit.* 2. Cujac. 9 Adde *tit.* 17. 21. *&* 2. *feud.* 24. §. 2. *tit.* 28. 57. 107. 10 Dominus, si justam pugnæ causam habuerit, vel incertum id fuerit, a vasallo defendendus est: de domino illis casibus defendendo & adversario ejus offendendo, jurare vasallus cogitur: sin vero injustam pugnæ causam dominus habuerit, de eo defendendo jurare non debebit. *c.* 1. J. *hic finitur lex.* Quid si in injusta causa, dominum juvare cœpit vasallus, & dominum postea reliquit? feudo privandum esse negant doctores: nisi forte per speciem juvandi id effecit, ne juvaret alius. Quid si ea membrorum habitudine est, ut juvare dominum non possit? clamore saltem ciere seu advocare auxiliaturos cogitur, *argumento l. domino.* 16. *ff. ad SC. Silanian.* Quid si dominum adjuturus certo præviderit se quoque interfectum iri: Propriam vitæ domini potest anteponere vasallus: & ita fuga salutem sibi quærere? nec ea causa feudum amittit, aliud tamen est in servo. *l.* 1. *ff. ad SC. Silanianum.* Quid si commune feudum duo fratres habeant; unus dominum defenderit? alter non defenderit? qui non defendit, excusabitur alterius intuitu; idque propter personarum & feudi conjunctionem. *Bald.* 11 *Sub.* per sententiam non ipso jure, *Isernias, Alvarot. Ravennas.* 12 *tit.* 17. 2. *feud.* 57. 13 Etiam volente, non tantum invita. Quid si cum uxore domini ignorans adulterium commisit? feudum non amittit. Quid si cum concubina vel sponsa de præsenti? Idem quod in vera uxore constituunt interpretes: Aliud si cum pedissequa. 14 Quid si alii opem tulit? idem. 15 Vasallus feudo privatur turpiter ludens cum uxore domini, unde notant ex turpi etiam colloquio cum uxore domini vasallum feudo privari, licet alias colloqui levius sit quiddam, quam attingere: & in pœnis mitiores esse debeamus. Goth. Turpiter luserit, id est osculatus fuerit. Menoch. *lib.* 2. *cas.* 287. adde *l.* 1. *ff. de extraord. criminibus.* & Gothofr. *in not. ad l.* 16. *Cod. de donat. ante nupt.* Quod si vero stupraverit concubinam vel pedissequam domini, non amittit feudum. Vult. *de feud. cap.* 11. *num.* 38. Molin. *ad consuetud. Paris. tit.* 1. §. 30. *quæst.* 38. *n.* 140. a quibus dist. Zas. *in Epit. feudor. p.* 14. *concl.* 5. Ans. 16 Aut nuru, id est cum nupta filio. *Cujac.* 17 Et in capillo fuerit. 2. *feud.* 24. §. 2. *vers. rursus.* 18 2. §. 2. *vers. porro si dominum.* 19 Imo idem & si nesciens, aut ignoravit dominum ibi esse, quemadmodum nihil interest dominus in castro fuerit, vel non fuerit: cum vasallum oppugnasse castrum domini sufficiat. *Ravennas.* 20 2. *feud.* 24. 2. §. 3. Quid si fratrem domini? feudum non amittit. 2. *feud.* 37. 21 Nepos pro filio fratris hic sumitur.

22 Quid his casibus, quibus nimirum vel fratrem, vel filium fratris interfecit: cui feudum committitur? non domino, sed agnatis interficientis, cum id delicti genus in personam domini admissum non fuerit. Sed de feudi committendi legibus paucis hæc notemus. Ex delicto in personam domini admisso, feudum sive antiquum, sive novum domino committi, exclusis agnatis vasalli, & descendentibus. Ex delicto in alium admisso, novum domino, antiquum agnatis committi ex non delicto, sed quod in legem contractus feudi admisit vasallus (pone vasallum sine domini voluntate feudum vendidisse) novum domino, antiquum adgnatis committi, si qui sint: si nulli, ad dominum, non filios vasalli, si quid hereditarium patris habeant. *Ravenn.* 23 *tit.* 13. J. *eod.* 24 Medietate feudi dederit. *Cujac,* hodie etiam partis alienatio prohibita. 2. *feud.* 9. 52. 55. 25 Invito domino.

26 Pignorare feudum, sic ut realem possessionem in alium transferat, vasallus non potest: alias feudo privatur. verbaliter, id est, verbotenus tamen pignorare potest, nec ea re feudum amittet. 27 Ut transacto anno, *Hotom.* ut distractionem permittat, *Cujac.* id genus pignoris consultum dicitur, 2. *feud.* 8. *in fin.* 28 2. *feud.* 37. 29 A masculo scil. si vasallus sine herede masculo decedat. 30 Feudum refutare domino vasallus potest, vel id quoque quod ipse in alium contulerit, etiam ipso accipiente invito. Quid ita? imputet sibi, qui accepit, quod non rite acceperit. *arg. l. qui cum alio* 19. *ff. de reg. juris.* Quid si quis accepit ignorans? Baldus putat retinere feudum posse, *c.* 1. §. *si vero.* J. *qualit. olim poter. feuda.* quo loco tamen agitur de infeudatione jure permissa, hic autem de alienatione non permissa. 31 2. *feudorum* 9. si feudum refutaverit in manus domini.

32 Si proximior adgnatus successurus consentiat, ut remotior, vel, ut extraneus de feudo investiatur. 2. *feudorum* 26. §. 5. *vers. Titius.* præjudicat sibi. Consensisse autem hic intelligitur, qui vel tacite consensit: sic tamen ut ille consensus actu aliquo probetur, puta sigillo adposito, vel subscriptione aliqua speciali, alia tamen quam testimonii perferendi causa facta, *l. Gajus.* 39. *ff. de pignoratitia actione.* 33 Feuda dividi regulariter possunt, *ut hic:* quod in feudis dignitatum non obtinet. *c.* 1. §. *præterea. de publica alien. feudi per Feder.* & ubi alia consuetudo est. 34 Frater fratri in feudo simul adquisito non succedit, nisi mortuo sine liberis: at non ei succedit delicto feudi partem suam amittenti. 35 Si vasallus plus medietate feudi vendiderit. 36 Et si. *Hot.* 37 Si minima pars feudi, quod in curte est, alienata. 38 Vide 2. *feud.* 5. quod vulgo de camera, vel de cavena dicitur. *Contius:* feudum in curte domini habere intelligitur, qui annuum reditum, vel certam pensionem, & ut Ravennati placet, qui certam partem territorii, vel villæ a domino accepit. Extra curtem vero domini feudum habet, qui possessionem eam a domino in feudum accepit, in quam ipse dominus jurisdictionem habeat. Cæterum non in curte, sed extra curtem & jurisdictionem feudum habet, qui in ea villa feudum habet, in qua dominus nullam habet jurisdictionem, vel nullum districtum. 39 Infeudans rem singularem, non censetur jurisdictionem infeudare: secus si universitatem castri, vel villæ quis infeudet. Jurisdictionem ac districtum alicubi habere & in eodem loco dominium habere, differre ex hoc loco colligi etiam potest, §. *ad hæc.* J. *de pace juram. firm.* 40 i. e. Jurisdictionem. 41 Si feudum in quo dominus districtum, vel alium honorem habet, vasallus vendiderit.
42 Feudum habens in curte domini, feudum suum alteri infeudare non potest.
43 Domini scil.

44 De quo vide J. *eod.* 45 Dominus plebis: adde *inscriptionem tituli*, qui & vice dominus. *c. volumus. c. Dominum* 89. *distinct.* Sigebertum *in Chronico*, Car. 4. *de rever. eccl. deb.* œconomos, Cassiodorus 5. *variarum epist.* præpositus reditibus colligendis a plebeis seu rusticis, dixi ad *l.* 33. §. 4. *C. de episcopis.* 46 Tituli prædia clericis ecclesiæ ad alimenta destinata. 47 Infeudationes ecclesiasticarum rerum factæ ante Papam Urbanum ratæ habentur. 48 *tit.* 15. *eod.* 2. *feud.* 91. 49 Ratio dubitandi in hac voce consistit, quod masculus, & fœmina re & verbis hic sint conjuncti, & tamen fœmina simul cum masculo non admittitur, etiam si dictum sit, ut masculi & fœminæ feudum illud habere possint. Quid igitur? si nunquam extiterit masculus, fœmina admitteretur: sin semel extiterit, postea non admittetur, fœmina semel a masculo exclusa, in perpetuum est exclusa, ut ne mortuo quidem masculo fœmina admittatur: nisi forte qui extitit masculus, subito mortuus sit, quia qui extitit & subito mortuus est, extitisse vix videtur: quo loco notant, subito eum decessisse videri, qui antequam tingeretur sacro baptismate & nomen ei impositum esset, mortuus sit. Hoc est ante octavum diem. Innoc. *in cap. nam & ego. de verb. significat.* Quid si non rectum feudum sit, sed conditionatum, ut ita appellant, cujus servitium ipsa mulier æque præstare possit ac masculus? fœmina simul cum masculo admittitur, ut interim noterur, particulam, *&*, hic positam, sensum conjungere, non verba. Tres alios intellectus ad hunc locum vide apud Laudensem. Goth. Nota, quod particula, *&*, hic non copulet æqualiter, sed denotet ordinem successivum. Ans. 50 Id est, extantibus masculis. *tit.* 7. §. 2. 51 2. *feud.* 36. 52 Imo potest. 2. *feud.* 36. 53 Mutus etiam ex morbo sine culpa sua adscito, cur feudum retinere non potest? An quia pars servitii est aliqua in sermone? *ut tit. de forma fidelitatis.* Eadem ex causa primogenitum regis, quod mutus sit, in regno non succedere notant: & consequenter ei secundo genitum præferri. 54 Mutus dicitur qui nullo modo loquitur. 55 Mutus feudum retinere non potest, nisi pauper sit, & feudum ipsum magnum. Tunc enim eatenus sibi ex feudo servare potest, quatenus ad alimenta sufficiat. Quid si feudum novum ad certum aliquod servitium datum est, ut ne ei muto esse noceat? Ita mutus feudum retinebit. Quid si qui mutus est, vasallus ea sit conditione, ut neque ob ingratitudinem feudum possit ei avocari: puta quod dominum mortis periculo eripuerit? feudum ei servari notat Ravennas. Quid si sciens prudens mutum investierit dominus? gratiam ei beneficii seu feudi fecisse intelligitur. 56 Balbutientem feudum sibi retinere posse hinc recte colligas: cum balbutiens quodammodo loquatur. 57 Id est, alere.

58 *tit.* 3. Cuj. 59 Devestire vasallum, hoc est feudum vasallo auferre dominus non potest, etiamsi sit Imperator, vel ejus successor, ubi eum semel investivit, nisi convictum & per sententiam, *ut hic.* 60 *tit.* 21. *tit.* 22. *in fin.*

nes, & Comites, & ipsos, qui proprie hodie appellantur capitanei. Idem est, si investitura sit facta a capitaneis, & majoribus valvasoribus qui proprie [1] hodie capitanei appellantur. Si vero facta fuerit a minoribus, [2] vel minimis valvasoribus, aliud est. Tunc enim possunt devestiri non habita ratione culpæ: nisi [3] fecerint [4] hostem Romæ, tunc enim idem est in minimis, quod in majoribus valvasoribus: vel nisi [5] emerint feudum: tunc enim pretium restituendum est secundum antiquum & rationabilem usum. Moderni [6] autem non ita subtiliter cernentes, dicunt idem observandum in minimis, quod dictum est in majoribus valvasoribus.

TIT. VIII. [7]

DE SUCCESSIONE FEUDI.

Si habens feudum decedat masculis & filiabus relictis: soli masculi succedunt in feudum, non filiæ seu fœminæ. Baldus.

SEquitur de successione feudi videre. † Si quis igitur decesserit filiis & filiabus superstitibus: succedunt tantum [8] filii æqualiter [9], vel nepotes [10] ex filio [11], loco [12] sui patris: nulla [13] ordinatione [14] defuncti in feudo manente, vel valente.

Feudo paterno alienato, vel de quo est filia investita, succedit masculus superstes. Baldus.

§. 1. Hoc quoque observatur, ut si frater meus alienaverit [15] partem suam feudi [16], vel fecerit [17] investiri filiam [18] suam, si moriatur sine herede masculo, nihilominus revertitur ad me [19]: & olim observabatur usque ad quartum gradum tantum secundum quosdam: hoc ideo, quia postea non [20] vocatur feudum paternum. Alii autem dicunt usque ad septimum [21] gradum.

Filia non succedit in feudo, licet vasallus decesserit sine herede masculo, nisi investitura facta fuerit in patre, ut filii, & filiæ succedant in feudum. Bald.

† Filia [22] vero non [23] succedit in feudo, nisi [24] investitura fuerit facta in patre, *ut filii, & filiæ succedunt in feudum,* (tunc enim succedit filia filiis non [25] extantibus) vel nisi [26] investitæ fuerint [27]. Hæc de hoc feudo paterno.

† In alio vero feudo, quod habuit initium tantum a fratribus [28], non [29] succedit unus alteri, sive una investitura, sive duabus: nisi [30] hoc fuerit dictum expressim, ut alter alteri succedat.

TIT. IX. [31]

QUI [32] SUCCESSORES TENEANTUR.

SI quis investitus fuerit de alieno [33] feudo *post* [34] *mortem ejus* [35], vel si quis fuerit investitus *sub* [36] *conditione aliqua, vel tempore* [37], *quo nullus erat* [38] *investitus*: sive præmoriatur tenens feudum, sive investitor sive investitus: investitor, & [39] investitoris heredes tenentur investito, vel heredi ejus veniente tempore vel conditione: licet alii dicant [40], si moriatur investitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem existentem, vel ante tempus, quod heredes ejus non debeant investiri: nam si quis fuerit investitus pure [41] de alieno feudo, non valet habita investitura. Hoc [42] ita est, nisi fuerit facta ab aliqua ecclesiastica persona: tunc enim si præmoriatur investitor, antequam feudum tenens vel conditio, vel tempus existat: non obligatur successor illius: hoc probatur per Legem Lotharii de precariis [43], & hoc [44] intelligendum est in vasallis, qui feudi succcessionem [45] non habent.

TIT. X. [46]

DE CONTENTIONE INTER DOMINUM ET FIDELEM DE [47] INVESTITURA FEUDI.

Orta contentio inter dominum & fidelem de investitura, decidi debet, vel per pares curiæ, vel per juramentum possessoris. Bald.

SI contentio fuerit inter dominum & fidelem de investitura feudi, per [48] pares curiæ [49] dirimatur: Alii [50] enim testes, etsi idonei sint, admittendi non sunt, inopia [51] tamen probationum dirimatur per religionem [52] clientuli [53] possessoris [54] feudi, vel cum [55] duodecim sacramentalibus [56], secundum quosdam. Cæterum si dominus possideat, etiam per suum jusjurandum cum duodecim sacramentalibus, dirimatur: hoc ita, nisi clientulus sit gastaldus [57], vel actor domini, tunc enim tantum [58] suæ, id est, domini religioni statur: nisi [59] habeat testes pares idoneos [60], nam [61] aliquando malignando multa bona auferuntur [62] domino hoc modo, & hoc colligitur per legem, quæ est in titulo de acquisitione actorum regis in Lombardia [63]. Idem dicendum est de guardia.

TIT. XI.

[DE PIGNORI DATO FEUDO QUID JURIS SIT.]

SImiliter si [64] quis voluerit dicere *de pignore sibi dato se investitum esse*, non [65] credatur suo juramento, sed testibus idoneis [66] paribus domus, vel curiæ. † Insuper sciendum est feudum guardiæ, & gastaldiæ quacunque [67] hora vult auferri [68] posse a domino, scil. post [69] annum.

TIT. XII. [70]

DE CONTENTIONE [INTER ME ET DOMINUM DE PORTIONE] FEUDI FRATRIS [MEI] DEFUNCTI.

Fratri superstiti defertur jusjurandum, si partem habet in feudo, de quo est contentio inter eum, & dominum. Bald.

SI contentio fuerit inter me, & dominum *de portione feudi fratris mei defuncti*, dicendo [71] *paternum esse, & sic* [72] *me debere succedere*, ille vero minime, tanquam habuerim partem [73] meam: sive possideo [74], sive alienavi, dabitur mihi jusjurandum, scil. patrem meum jure investitum fuisse: licet non possideam portionem fratris mei. Si vero nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur jusjurandum, nisi propter supradictam rationem domino, non, ut ego propter hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen vasallus poterit probare paternum fuisse, sive possideat, sive [75] non, obtinebit: alioqui nisi [76] probet paternum fuisse, vel nisi possideat, dominus obtinebit.

TIT. XIII. [77]

DE ALIENATIONE FEUDI.

Vasallus hoc jure potest etiam sine voluntate domini feudum alienare ad libellum, usque ad medietatem, & non in plus: & non per alium contractum. Bald.

SI clientulus [78] voluerit partem suam feudi alienare, id est, medium [79], sine domini voluntate poterit hoc facere: ulterius [80] progredi non [81]

1 *tit.* 1. §. *eod.* improprie. *Cujacius.* 2 *tit.* 16. §. *eod. & tit.* 1. §. 5. §. *eod.* 3 Prima exceptio. 4 Id est, nisi valvasinus cum domino Romam (cum qua Longobardis res fuit semper) in expeditionem perrexerit. Adde *tit.* 20. J. *eod. &* 2. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 5. §. *eod.* 5 Secunda exceptio. Adde *tit.* 16. J. *eod.* 6 Mediolani. Cujac. *arg. tit.* 1. §. 5. 2. *feud.* 10.

7 *tit.* 4. Cujac. Ad intellectum hujus *tit.* vid. Kinschot. *resp.* 2. *num.* 46. Ans. 8 §. 2. J. *eod. tit.* 1. §. 3. §. *eod.* 9 *d. tit.* 1. §. 1. *in fin.* 10 *d. tit.* 1. §. 2. 11 Non ex filia. 12 *tit.* 4. §. 1. J. *eod.* jure etiam repræsentationis admisso. 13 Succedendi ordinem in feudis vasallus mutare non potest: h. e., non potest bessem uni, alteri trientem legare. Quid? potest ne quis heredem damnare, ut ex feudo annuam vini vel frumenti modiationem aliquam det Titio? Baldus, Alvarotus, Ravennas ita putant, cum in hac specie testetur defunctus de fructibus a feudo separatis, qui proprii sint heredis, non feudi. 14 Id est, testamento vel prælegato. 15 In filiam. 16 Feudum antiquum a vasallo alienatum sine consensu domini, primo filiis vasalli, deinde agnatis ejus committitur, non ipsi domino. 17 2. *feud.* 39. 18 Filiam vasalli de feudo novo investire dominus potest etiam invitis vasallis: cum id feudum sit ad ipsum dominum recasurum, qui investivit & feudum contulit: de feudo paterno & antiquo, invitis agnatis non potest, nisi vivo ipso vasallo, id est, tantisper dum vivit ipse vasallus pater filiæ ita investitæ. 19 Si alienationi, aut investituræ non consensero. *d. tit.* 39. alias non revertitur, *tit.* 24. *tit.* 5. §. 1. §. *eod.* 20 Hoc hodie immutatum. J. *eod.* 21 Hodie in infinitum. 2. *feud.* 50. v. Mynsinger. 3. *observ.* 95. 22 Fœminæ in feudis succedunt vel ex pacto, vel ex gratia domini (feudo hoc postremo casu libere ad ipsum dominum reverso, ut hic) vel si feudum sit maternum. Quid filius filiæ? succedit, si pater investitus fuerit pro se, filiis masculis & fœminis ex suo corpore descendentibus. *l.* 1. *C. de condit. insertis.* 23 *tit.* 1. §. 3. J. *eod.* 24 Prima exceptio. *d.* §. 3. 25 Fuit hæc Gerardi sententia *tit.* 6. §. 1. §. *eod.* 2. *feud. tit.* 17. *vers. non enim. tit.* 50. *tit.* 51. §. 3. *tit.* 104. §. 1. 26 Secunda exceptio. 27 A domino. *tit.* 14. J. *eod.* 28 Id est, in feudo fraterno ac novo. 29 Vid. *tit.* 20. J. *eod.* 30 Exceptio *tit.* 14. J. *eod.* Frater fratri in feudo fraterno (quod initium accepit a fratre) non succedit, nisi ex pacto: *ut hic*, aliud in emphyteusi. *Ravennas.* Quin & in feudo fraterno succedet frater, si feudum ita concessum fuerit, *duobus fratribus & singulis feudum & rectum & nobile concedimus*, ut eo casu singuli solidum feudum accepisse videantur.

31 Qualiter heres investitoris teneatur. *Cujac.* 32 *tit.* 5. *Cujac.* 33 *tit.* 3. §. *eod.* 34 In diem investitura fieri potest, vel ita: investitura diem & conditionem recipere potest. 35 Id est, possessoris. 36 Sub conditione & in diem quis investiri potest. 37 Investire vasallum dominus sub ea conditione potest: *cum aperietur feudum.* Hunc in modum, feudum nondum apertum conferri sub conditione potest: pure non potest. 38 Lego, *erit.* 39 In feudis spes conditionalis investituræ transit ad heredes active & passive. facit §. 4. *vers. ex conditionali. Inst. de verb. oblig.* Ita feudum comparatur magis contractui, quam ultimæ voluntati: quia spes conditionalis in ultima voluntate non transit ad heredes *l. si ex* 9. *ff. de suis.* 40 An bene, ut vult glossa? An male: ut communiter glossæ opinionem reprobant Belvisanus, Isernias, Baldus, Laudensis. 41 Pure de alieno feudo investiri nemo potest. 42 Quæ superius dicta sunt de investitura in diem vel sub conditione facta, locum non habent in investitura facta ab Ecclesiastica persona. Quid ita? quia si ante diem vel eventum conditionis investitor Ecclesiasticus decesserit, successor ejus ratam investituram habere non cogitur, *ut hic.* In laico investitore, heres investitoris factam ita investituram probare tenetur. 43 Precaria, est cessio ususfructus rei immobilis, quæ fit clerico ad tempus, vel dum vixerit, ea lege, ut ecclesiæ ministerium exhibeat. *Synodus Toletana: c.* 3. fiebat etiam ei, ejusve liberis qui rem suam ecclesiæ donasset. adde *quæ de precaria dixi ad Nov.* 7. *c.* 4. *Novell.* 20. *c.* 1. *l.* 14. §. 5. *C. de sacr. eccles.* 44 Quod superius dictum est initio hujus capitis, locum habet, quoties primus vasallus decessit sine successore masculo vel agnato. 45 Feudum successionem non habere dicitur, quod morte accipientis finitur, *ut hic, & tit.* 27. *&* 2. *feud.* 26. §. 2.

46 *tit.* 4. §. *eod.* 47 *tit.* 6. Cujac. 48 *d. tit.* 4. 49 Iidem pares Curtis dicuntur. *tit.* 2. §. 1. *tit.* 4. *passim.* §. *eod.* pares domus. *tit.* 11. J. *eod.* pares de domo *tit.* 26. §. 1. J. *eod.* compares, convasalli. 50 Testes extranei in aliis causis jure civili passim admittuntur. *l.* 1. *ff. de testib.* In feudis seu jure, pares Curiæ tantum admittuntur. 51 Probationum inopia (ut quia nulli sint pares Curiæ) recurritur ad juramentum: est enim subsidium probationum jusjurandum. Sic apud Mimum, jusjurandum emplastrum æris alieni dicitur, vid. 16. Gell. 7. *in fin.* 52 Id est, jusjurandum. 53 Id est, vasalli. Clientulus enim his libris sumitur pro vasallo. 54 *tit.* 4. § 3. §. *eod.* 55 Sacramentales nunquam jurant, nisi aliqua suspicio sit vel præsumptio adversus possidentem jurantem. Idem in purgatione canonica, quippe infamia apud bonos notatus, purgandus est Canonice, *c. cum in juventute sua* 12. *x. de purg. canonica.* Ita quoque jure civili ad inquisitionem non pervenitur, nisi præcedentibus indiciis. Cyn. *l. ult. C. de quæst.* 56 *tit.* 4. §. 2. §. *eod tit.* 28. J. *eod.* 57 Dixi *tit.* 2. §. *eod.* 58 Sine sacramentalibus. 59 Atqui pares Curiæ testes esse non posse videntur: cum paulo ante dictum fuerit eos esse judices? Interpretes putant numerum parium spectandum esse, ut si ad utrumque munus sufficiant pares, hoc est & testium & judicum, hi testes, illi judices esse possint: sin pauciores sint, ut per illos solos factum possit probari, testium officio fungentur, alius vero seu aliunde judex sumetur. Sin per alios res probari poterit, pares ipsi judices sint. In re tamen obscura, testes esse debebunt: alter vero judex adsumetur. facilius enim reperiuntur judices quam testes: nam & nova investitura per pares probatur, antiqua etiam per extraneos *cap.* 1. J. *qui testes sint necessarii.* 60 *tit.* 11. 61 Præsumitur officialis multa suis ex bonis a domino quæsivisse: imo & subtrahere potuisse. adde *l. defensionis facultas* 7. *C. de jure fisci. l. si defunctus.* 10. *C. arbitr. tutelæ.* 62 Ab actore. *l. ult. in fin. ff. de officio præsidis. l.* 1. §. 1. *ff. de off. procurat. Cæsar.* 63 *Lib.* 2. *tit.* 17. *de acquisitionibus actorum regis.* Lombardi libros esse Authenticos hinc colligunt.

64 Præsumendus nemo est in feudum rem accepisse, quæ pignori tantum ei data est, nisi probetur. 65 Imo creditur. *tit.* 28. J. *eod.* Cur non creditur? Possedisse jure pignoris, aliud sane est a feudi possessione: & proinde non hoc probat, qui illud probat. 66 *tit.* 10. §. *eod.* 67 Hæc est natura feudi improprii. 2. *feud.* 81. ut post annum auferri quandocunque possit: ut judicis sententia neque requiratur, neque tempus datum judicatis, nisi forte jus domini sit incertum. 68 Feuda guardiæ & gastaldiæ non sunt perpetua: cum quacunque hora post annum vasallo suo possit ea auferre dominus. 69 *tit.* 1. §. 1. *tit.* 2. §. *eod.*

70 *tit.* 7. Cujac. 71 *tit.* 3. §. 2. §. *eod.* 72 Frater fratri mortuo succedere potest in feudo paterno. 73 Sive mediam, sive majorem, sive minorem: Ita partis possessæ ratione, præsumitur totum possessum. 74 Possessio multum confert ut jusjurandum possessori deferatur. 75 Hæc verba, *sive non.* Cujac. expungit. 76 Præsumitur feudum potius novum quam paternum, vid. 2. *feud.* 11. *in fin.*

77 *tit.* 8. Cujac. 78 Id est, vasallus. *vers. et si* J. *eod. tit.* 10. § *eod. tit.* 79 *tit.* 3. *in fin. pr. &* §. 1. §. *eod.* 80 Hodie ne quidem partem alienare potest sine domini voluntate. 2. *feud.* 9. 52. 55. ut nec pignorare totum vel pro parte sine voluntate domini. *c.* 1. *de prohibita feudi alienat. per Frideric.* 81 Potest tamen hodie subfeudare: nec, enim hic prohibetur subfeudatio. *c.* 1. *qualiter olim poterat feudum alienari.*

potest,

potest, secundum justum & verum usum : alioquin, & feudum amittit, & non valebit quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligas de libello [1]. [Huic consuetudini derogatum est per legem Lotharii [2].] Mediolanenses [3] vero irrationabiliter [4] considerantes dicunt clientulum etiam alienare posse in totum, & sine domini voluntate. † Inde potest præsumi, si clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo suo alicui ecclesiæ [5], non valet : ideo [6] scilicet, quia [7] nunquam reversurum sit ad dominum, cum *ecclesia non desinat* [8] *esse heres* : quod observandum est (&) in privato ex natura [9] perpetui libelli. Sed [10] diversum observatur in ecclesia, quam in privato. Ecclesia [11] enim cultrix & auctrix justitiæ non patitur contra justitiam aliquid fieri in se, vel in alterum : privatus vero sæpe obviat justitiæ. † Et si clientulus fecerit libellum, vel aliud [12] de medietate feudi sine domini voluntate : eo mortuo sine legitimo herede masculo (quod verbum [13] ita intelligendum est in feudo, id est, sine filio masculo) revertitur [14] feudum ad dominum. † Si vero cum [15] domini voluntate totum, vel medium alienaverit, stabilis permaneat alienatio, fratri vero vel nepoti [16] per libellum facta alienatio, etiam [17] sine voluntate domini. (Item [18] in feudo comitatus, vel marchiæ, vel alienarum dignitatum non [19] est successio secundum rationabilem usum : sed hodie hoc est usurpatum [20].)

TIT. XIV. [21]

[22] DE FEUDO MARCHIÆ, VEL DUCATUS, VEL COMITATUS.

In feudis dignitatum succedit heres, nisi sit investitus. Bald.

De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua legali dignitate si quis investitus fuerit per beneficium ab [23] Imperatore : ille [24] tantum debet habere, heres enim non succedit ullo modo, nisi [25] ab imperatore per investituram acquisierit.

1. Si [26] capitanei, vel valvasores majores, vel minores investiti fuerint de beneficio : filii vel nepotes ex [27] parte filiorum [28] succedunt. Si vero unus ex his filiis, vel nepotibus sine descendentibus masculini sexus heredibus mortuus fuerit, prædicti [29] fratres vel nepotes per investituram patris & avi in beneficium succedunt. Et similiter intelligendum est in consobrinis [30].

2. Si [31] duo fratres simul [32] investiti fuerint de beneficio novo, & non de paterno : si unus eorum sine descendentibus [33] masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit non frater : nisi [34] pactum [35] fuerit in investitura, quod frater fratri succedat. Per pactum enim frater succedit, non dominus. Et quod diximus de fratribus, ut unus alii succedat per pactum : idem [36] dicendum est de filiabus, [37] si hoc pactum conciliet : & sic per pactum [38] filiæ [39] succedunt.

TIT. XV.

AN [40] MARITUS SUCCEDAT UXORI IN BENEFICIO.

Maritus uxori non succedit in feudo, etiam fœmineo, nisi specialiter sit investitus. Bald.

Si fœmina [41] habens beneficium (& maritum [42]) moriatur : nullo [43] modo succedit [44] in beneficium [45] maritus, nisi [46] specialiter investitus fuerit. † Et si ipsa fœmina filios dimiserit : dicunt quidam [47], filios non debere succedere in beneficium matris, nisi specialiter sit dictum, vel investiti fuerint : quia secundum usum regni [48] ad beneficium vocantur paternum, & non maternum. Sed secundum æquitatem [49] dicamus filios [50] debere succedere. Hoc dicimus de capitaneis, & de majoribus valvasoribus, & de minoribus : de minimis autem & de iis, qui beneficium tenent a majoribus [51] valvasoribus, sic servetur, sicut inferius [52] dicemus.

TIT. XVI. [53]

DE FEUDIS DATIS MINIMIS VALVASORIBUS QUID JURIS SIT.

Minores valvasoribus minimis feudum auferre possunt quandocunque, pretio tamen restituto, si quod acceperint. Bald.

Si minores valvasores beneficium tollere voluerint minimis valvasoribus, licet [54] eis facere : excepto [55] si beneficium [56] vendiderint [57] eis. Si vero pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

TIT. XVII. [58]

[59] QUIBUS MODIS FEUDUM AMITTATUR.

Si capitanei, vel majores valvasores, qui hodie vocantur capitanei [60] (licet improprie dicantur minores) seniores [61] in bello dimiserint [62] vel, si credentiam [63] ad eorum damnum scienter manifestaverint [64], si valvasores seniorum uxores adulteraverint [65], si scienter seniores assalierint [66] vel [67] similes [68] culpas commiserint : beneficio carere debent.

TIT. XVIII. [69]

APUD [70] QUEM VEL QUOS CONTROVERSIA FEUDI DEFINIATUR.

Si contentio fuerit de beneficio inter capitaneos [71], coram Imperatore definiri debet. Si vero fuerit contentio inter minores valvasores & majores de beneficio : in judicio parium definiatur, vel per judicem [72] curtis.

Si [73] aliquis de capitaneis, vel de majoribus valvasoribus, vel de minoribus suum beneficium, sive totum [74] sive partem alienaverit [75] & [76] ipse

1 Libellarius contractus quid sit, vid. 2. *feud.* 9. J. 2 De qua vide 2. *feud.* 9. 44. 52. 55. Feudi alienatio omnis sive universi, sive partis feudi sit, hodie prohibita est lege Lotharii. 3 Facit 2. *feud.* 44. 4 Consuetudinem sine ratione interdum admitti hinc notant : dum ne bonos in mores committat. 5 Quid? civitati num potest vasallus in feudum dare? non potest, *arg. hujus capitis. l. An usus fructus 56. ff. de usufructu.* 6 Cur feudum in perpetuum libellum dari non possit, adde 2. *feud.* 9. 7 Ecclesia heres perpetua intelligitur. 8 Idem pene dicitur de municipiis, *l. 56. ff. de usufructu.* 9 Natura perpetui libelli quæ. 10 Vasallo olim licitum erat feudi dimidium alienare per libellum; idque in privatum, non in Ecclesiam. Ita nonnunquam deterioris est conditionis Ecclesia quam privatus, quod fit ideo, ne cum alterius injuria locupletetur Ecclesia : Ita non fuerit hoc caput adversus ecclesiæ libertatem. *Auth. cassa, C. de sacr. eccl.* 11 Ecclesiæ commendatio. 12 Id est, si pignori obligaverit. 13 Heredis nomine, jure feudistico, filius masculus ex masculo descendens non ex fœmina intelligitur, *ut hic, & 2. feud.* 34. §. 2. *vers. profecto.* J. 14 Quia perempto jure auctoris, perimitur jus successoris, *ut hic, & 2. feud.* 8. §. 1. *tit.* 9. *in pr.* 15 2. *feud.* 52. 55. 16 Id est, fratris filio, *ut tit.* 5. *item,* 8. *eod.* 17 Inter agnatos proximos aliquid permittitur, quod inter extraneos non est permissum, *ut hic.* Permissa est inter agnatos feudi alienatio sine voluntate domini, at non in extraneos. Cur permittitur? hujusmodi alienatio proprie non est alienatio, sed refutatio potius feudi paterni ab initio. 18 Inclusa, ad sequentem titulum pertinent, ejusque initium faciunt, proxime ante §. 1. 19 In feudis dignitatum, stricto jure (aliud usu) non est successio, *ut hic.* Cur non est successio? hujusmodi feuda vel dignitates successione non quæruntur, sed electione & concessione principis. 20 Consuetudine scilicet & ita hoc verbum plerunque intelligitur *l. 13. §. ult. ff. de injuriis. l. 1. §. 6. ff. de extra. cognit.*

21 *tit.* 9. Cujac. 22 De investitura Marchiæ, Ducatus aut Comitatus, & ejus successione, & retentione. *Cujac.* 23 Regalium dignitatum collationes, summi principis sunt. 24 In feudis regalibus dignitatem habentibus non succedit heres, nisi de novo per investituram adquirat. Goth. Hujus observantiæ vestigium apud Hispanos adhuc viget. Ducalis enim dignitas nisi per Regem renovetur, non transit ad heredes. Zuares. *in l. quoniam. C. de inoff. testam. dubit.* 1. *in fin. & dubit.* 2. *num.* 10. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. *& seq.* Ans. 25 Hodie usurpatum est, ut feudum regale jure successionis adquiratur. 2. *feud.* 55. §. 1. hoc est, deferuntur hujusmodi feuda primogenito. Quid si incertum sit, quis primogenitus sit : An ambo admittentur ut vult Alexander? An supremus feudi dominus alterutrum prout voluerit, eligere poterit : ut post Baldum notat Alvarotus? Quid si Rex vel Dux ante regiam vel ducalem dignitatem indeptam filium habuerit, & alium post eam adeptam susceperit? Hunc, non illum præferri notant : si modo consuetudo non de primogenito simpliciter, sed de primogenito Regis, vel Ducis loquatur. 26 De successione feudi Capitaneorum & valvasorum, , *tit.* 10. Cujac. 27 *tit.* 1. §. 2. *tit.* 8. 8. *eod.* 28 Id est, patrum suorum. 29 Filii, scilicet vel nepotis mortui. 30 Sobrinis, *Hot.* patruelibus. *Cujac.* 31 De successione domini in feudo ejus, qui fratrem vel filiam habet. *tit.* 12. Cujac. 32 *tit.* 1. §. 2. *in fin. supr. eod.* 33 In feudalibus successionibus descendentes collateralibus favorabiliores, quippe descendentes ascendentibus, succedunt etiam in feudo novo : at non collaterales collateralibus, nisi hoc dictum sit. 34 *tit.* 8. *supr. eod.* 35 Frater fratri non succedit in feudo novo, nisi ita pactum sit. 36 Simile potest extendi in feudis, & sic a similibus ad similia progredi possumus, etiam in causis feudalibus. 37 *d. §. 2. in pr.* Cujacius sequentia addit ex manuscriptis, in his omnibus videndum est, quid actum sit inter contrahentes. Investitura enim quæ fit ante duos, vel tres liberos homines, servari debet, nisi juri vel naturæ contraria sit. Si ergo Domino & fideli placuit, ut paciscantur de filiabus, quatenus ipsæ succedant, hoc quoque servandum est, & sic per pactum filiæ succedunt. 38 Pacto derogari potest feudorum naturæ. Pacto enim potest effici ut fœminæ & collaterales succedant in feudo novo. 39 Maritus non succedit uxori in feudo, etiamsi nulli sint propinqui uxoris. Ita titulus, Unde vir & uxor, juris civilis, locum non habet in feudis. Quod ita verum, ut etiamsi maritus una cum uxore investitus sit, ei non succedat, nisi in investitura adjectum fuerit ut succederet.

40 De successione feudi materni non conjugalis. *Cujac.* 41 Fœmina interdum capax est beneficii. 42 Feudum tamen in dotem marito suo uxor dare potest : adeo ut vasallus marito servire teneatur non ipsi mulieri. 43 2. *feud.* 13. 85. 104. §. 2. 44 Liberi succedunt in feudo materno, licet id in investitura dictum non fuerit : quæ sententia non usu regni, sed ex æquitate obtinet. Quid filii naturales? non succedunt matri in feudo materno. Ita, *l. si quæ illustris. C. ad SC. Orphitianum,* in feudis locum non obtinet : *c. naturales in fin. si de feudo defuncti.* 45 In alode tamen cognatos uxoris excludit. 46 *d. titul.* 85. 47 Stricto jure. 48 Regni proprie beneficium vocatur paternum &c. *Cujac.* 49 Æquitas juri stricto præferenda. 50 2. *feud.* 50. 51 A minoribus. *Cujac.* 52 *tit. prox.* J. *eod.*

53 *tit.* 13. Cujac. 54 *tit.* 1. §. 5. 8. *hic.* etiam non habita ratione culpæ. *tit.* 7. *vers. si vero facta.* Hodie sententia hæc correcta est secundum Glossam & Doctores ; ut scilicet hodie non possint minores valvasores, minimis suis valvasoribus quandocunque velint feuda auferre restituto pretio : ut nec possunt iisdem feuda auferre, sine causa cognita & convicta culpa. 55 Vel nisi hostem fecerint Romæ. *d. vers. si vero,* id est, nisi Romam cum domino in exercitu profecti fuerint, *tit.* 1. §. 5. 8. *hic.* 56 Beneficium non vendiderint, quidam ita legunt, vid. *Cujac.* 57 *d. §. 5. vers. si vero.*

58 *tit.* 14. Cujac. 59 Qualiter capitanei vel valvasores feudo priventur. *Cujac.* 60 Capitanei licet improprie vel minores &c. *Cujac.* 61 Id est, dominos. 62 *tit.* 5. 8. *hic. tit.* 21. §. 1. J. *eod.* 2. *feud.* 24. §. 2. 63 Id est, arcanum, secretum, ut 2. *feud.* 6. *vers. tutum, & tit.* 7. *vers. etsi aliquid mihi, tit.* 24. §. 2. *vers. Item si delator* 3. *Const.* 2. *Neapolit.* 18. facit *l.* 38. *ff. de pœnis. l.* 6. *ff. de re militari.* 64 Credentiam domini manifestans vasallus feudo privatur ; si modo malo animo & nocendi domino, id fecerit, & damnum inde secutum fuerit. Idem si amicitiam cum inimicis domini vasallus contraxerit. Amicitiam intellige non simplicem, sed animo injuriæ & damni domino inferendi. Unde constat his casibus vasallum ignorantem non puniri. Hoc tamen inter superiores casus interesse dicitur : quod revelans domini secretum vasallus probare tenetur, se non id fecisse animo nocendi : cum amicitiam contractam cum inimicis domini, probare dominus teneatur. Priorem enim casum illicitum esse, posteriorem non æque : Cur? non est res illicita amicitiam contrahere. 65 *tit.* 5. *vers. item si fidelis.* 66 Vid. *d. tit.* 5. *vers. similiter si dominum.* 8. *hic.* 2. *feud.* 51. §. 2. 67 Similes culpæ similem pœnam exigunt, similis autem censetur arbitrio judicis. *l. non possunt* 12. *ff. de leg.* 68 2. *feud.* 24. §. 2. *vers. sed quia natura.*

69 *tit.* 15. Cujac. 70 Forum feudale varium est. Quid enim si lis inter imperatorem & civitates fœderis Longobardici fuerit? pares civitatis & Comitatus judicant : nisi imperator ipse in Longobardia sit : tunc enim potest ipse judex esse. §. *si qua controversia. tit. de pace Constantiæ.* Quid si contentio est inter capitaneos Imperatoris? solus Imperator, *ut hic.* Quid si inter alios vasallos? si utrique in aliis feudis non controversis ejusdem domini sint convasalli, Dominus feudi judex erit : si unum constiterit vasallum esse in alio feudo, quam contentioso, Pares curiæ judices erunt : si dubium fuerit quis litigantium sit vasallus, ordinarius vel arbiter judicabit, *c. si inter. de lege Conrad.* si de feudo antiquo tantum inter se litigabunt Curia. *c.* 1. *de invest. in mar.* si unus antiquum esse, alter novum & proprium dixerit, pares Curiæ sine domino cognoscent. *c.* 1. J. *an apud judicem.* si plures investituras proferent ipsi litigantes, ordinarius judex erit. §. *si duo. de pace tenenda.* si lis inter vasallum & non vasallum, Ordinarius. *c.* 1. *de contr. inter vas. & alium.* si inter dominum & alium non vasallum, ordinarius quoque. §. *pen. de prob. al. feud. per Fred.* si inter dominum & vasallum lis est, vel de investitura, vel de amittendo feudo, vel de vi, vel de denegata justitia, pares Curiæ cognoscent (nisi forte nimis ipsi domino faveant, vel nisi pares ipsi meticulosi sint : tunc enim vel officium præsidis advocatur ; *arg. l. illicitas.* 6. *ff. de off. præsid.* vel imperatoris) si inter dominum, & eum quem dominus negat esse vasallum, pares quoque cognoscent. Bald. *d.* §. *pen.* Quid si citra privationem feudi criminaliter agetur ad vindictam, vel civiliter ex injuria, damno, interdicto? ordinarius cognoscet. Bald. *c.* 2. *de lege Conradi.* Quid si jurisdictio privilegio, statuto, vel consuetudine sit finita? ea spectanda fuerit. Bald. *d.* §. *pen.* Quid in causa appellationis? superior cognoscet. Vide hic & Ravennatem. Quid? juramenti ratione, Ecclesiasticus judex estne in negotiis feudalibus competens judex? vid. Alvarotum §. *ult. de investit.* 71 Id est, primi ordinis vasallos, veluti Duces, Marchiones, Comites. 72 Judex Curtis judicabat inter convasallos de feudalibus controversiis : quo nomine Judex Curiæ dicebatur, videturque ita alibi legendum 2. *feud.* 15. *in fin. &* 46. *in fin.* 73 Quando per alienationem Capitanei vel valvasores feudo privantur. *tit.* 10. Cujac. 74 *tit.* 5. *& pr. &* §. 1. *tit.* 13. 8. *eod.* 2. *feud.* 44. 75 Sine domini consensu. 2. *feud.* 52. 55. 76 Hodie beneficium, ut alienatum est sine consensu domini, ita statim committitur. Ita hic §. ad jus antiquum pertinet.

vel

vel heres ejus ſine herede deceſſerit: quia beneficium ſenioribus aperitur, totum quod fecit, revocari debet.

TIT. XIX.

[1] CONSTITUTIONES FEUDALES DOMINI LOTHARII IMPERATORIS, QUAS [2] ANTE [3] JANUAM BEATI PETRI IN CIVITATE ROMANA CONDIDIT OBSERVANDAS.

SI quis ex [4] militum ordine deceſſerit, qui de feudo inveſtitus fuerit: ut conſtitutum habemus, obſervetur de beneficio [5], & ſucceſſione, & culpis. † Si unus inculpatus [6] fuerit una de his nominatis culpis, ut habemus inſertum, obſervetur per conſtitutionem domini Lotharii [7] Imperatoris, quæ eſt conſtituta tempore Eugenii Papæ ante januam beatisſimi Petri Apoſtoli in civitate Romana per laudamentum [8] ſapientum [9] Papiæ, atque Mediolani, Mantuæ, Veronæ, quæ Brenus (alias Hybernus) vocatur, & Parmæ, Lucæ & Piſæ, & Syponti, & Marchionum atque ducum vel capitaneorum atque valvaſorum majorum.

Decedente milite vaſallo ſuccedit ſibi filius, & nepos ex eo, & frater: quinimo & patrus ſi feudum ſit avitum. Bald.

(Imp. Lotharius Eugenio Papæ, & univerſo populo.)

SI [10] quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem [11] reliquerit, in beneficium avi [12] in patris vicem [13] ſuccedit. Et ſi heredem [14], & fratrem [15] reliquerit, in beneficium patris ipſe [16] ſuccedit. Et ſi filius fratris mortuus fuerit, frater patris [17] in beneficium ſui [18] defuncti [19] ſuccedat [20].

TIT. XX. [21]

DE BENEFICIO FRATRIS, ET QUALITER FRATER IN BENEFICIUM FRATRIS SUCCEDAT.

Frater fratri defuncto ſine filio non ſuccedit in novo feudo. Bald.

SI quis acquiſierit [22] beneficium & ſine filio maſculo mortuus fuerit & fratrem reliquerit: frater non ſuccedat fratri, ſed dominus (habeat) niſi [23] per inveſtituram a domino ordinatum fuerit, *ut frater ſuccedat fratri, ſi mortuus fuerit ſine herede maſculo: vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio*: vel niſi beneficium de [24] communibus [25] bonis fuerit [26] emptum [27]. Vel utriusque nomine domino ſciente: ſi inſimul ſteterint: [28] vel [29] in hoſtem regis adquiſierint [30].

TIT. XXI.

[31] DE FEUDO SINE CULPA NON AMITTENDO.

SAncimus, ut nemo miles [32] ſine [33] cognita [34] culpa beneficium [35] ſuum amittat [36]: ſi [37] ex culpis iis, vel cauſis convictus [38] non [39] fuerit, quas milites uſi [40] ſunt nominare, quando fidelitatem faciunt dominis ſuis: vel [41] per laudamentum [42] parium ſuorum: vel [43] ſi dominis ſuis [44] deſervire noluerint, tunc condictio [45] cauſa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non ſervit domino. Nam ſi ſteterit viginti annis & ultra quod non ſervierit domino: niſi [46] neceſſe fuerit domino, feudum non amittit.

Vaſallus feudo privatur alienando, cum uxore Domini concumbendo, & in pugna, cum poſſet eum juvare, dimittendo. Bald.

SI [47] quis miles beneficium ſuum vendiderit [48] totum ſine (voluntate vel) juſſu domini ſui: ut proprium beneficium amittat [49] decernimus, dominus vero habeat: vel ſi concubuerit [50] cum uxore domini ſui, domino vivente [51]: vel ſi in pugna ſuum dominum dimiſerit [52], & cum eo non laboraverit [53], ſi potuerit.

TIT. XXII.

[QUO TEMPORE MILES INVESTITURAM PETERE DEBEAT.]

Si miles intra annum & menſem poſt mortem domini non petat inveſtituram ab ejus herede, vel poſt mortem patris a domino: perdit feudum. Bart.

SAncimus, ut nemo miles [54] ultra [55] annum, & [56] menſem, vadat, ut inveſtituram beneficii ſui a filio [57], vel ſucceſſore domini ſui petat, vel poſt mortem [domini ſui, vel] patris ſui, vel alterius, cui ſuccedere debet: niſi juſta [58] cauſa intervenerit, quare non petierit: veluti [59] mortis [60] vel capitales inimicitiæ [61], vel infantia [62], vel juſta abſentia [63]: & ſi (ut ſupra dictum eſt) non petierit, damnetur.

SI [64] quis fecerit inveſtituram, [65] vel [66] cambium [67] de beneficio ſui militis [68], ſine illius conſenſu, cujus eſt beneficium: pro non [69] facto habeatur.

Miles non poteſt deveſtiri a domino ſine [70] culpa, & cauſa cognita, & convicta, per laudamenta parium. Bald.

SAncimus, ut nemo miles [71] adimatur de poſſeſſione ſui beneficii, niſi [72] convicta culpa: quæ ſit laudanda [73] per judicium parium ſuorum, ſicut ſupra [74] diximus. Si autem dixerit miles, quod ſui pares inique judicaſſent, miles in poſſeſſione maneat per ſex hebdomadas: & ad [75] noſtram veniat præſentiam cum [76] illis, qui laudamentum [77] atque judicium fecerint, & ante nos definiemus.

TIT. XXIII. [78]

DE [79] CONTENTIONE INTER DOMINUM ET VASALLUM [80] DE INVESTITURA FEUDI.

Si inter militem vaſallum & dominum contentio ſit de inveſtitura: domino deficiente in probatione, vaſallo poſſidenti defertur jusjurandum: domino autem poſſidente, militi vaſallo incumbit probatio. Bald.

SI quis miles [81] in poſſeſſione ſui beneficii fuerit, & dominus inveſtituram negaverit: miles [82] affirmet per jusjurandum, ſi potuerit, quod ſuum ſit beneficium per inveſtituram domini ſui: & ſi dominus poſſederit, & miles ſic dixerit, quod inveſtitus fuerit a domino ſuo, & dominus negaverit: adhibeantur pares illius, & per ipſos inveniatur veritas: & ſi pares non fuerint, veritas inveniatur per dominum [83]; quia [84] non eſt bonum, ut veritas denegetur.

1 De ſucceſſione & culpis militis fidelis. *tit.* 17. Cujac. 2 Imperator, etiam cum in urbe Roma eſt, poteſt legem generalem facere urbi & orbi. 3 Ad limina 3. *Longob.* 10. in atrio. ſolebant eo loci Imperatores conſtitutiones ſuas promulgare. Caſſiod. 9. *var.* 4 Ex eorum militum ordine quos valvaſores nominare ſolent. Oth. Friſingenſis 1. *c.* 3. 5 Lotharii conſtitutiones feudales, de feudorum ſucceſſionibus & culpis, quibus feudum amittitur, ſunt ſervandæ. 6 Accuſatus. 7 Lotharii primi, vid. *hic* Hotom. Tertii. Cujac. *hic.* 8 Conſilium. *tit.* 22. §. 2. *in fin.* J. *hic.* Autoritatem habet majorem quod plurium conſilio fit & auctoritate, *arg. l. dubium.* 3. *C. de repudiis.* 9 Sapientum Mediolani, atque Papiæ ſeu Cremonæ atque Mantuæ & Veronæ, (quæ vulgo Berna vocatur) & Treviſii & Paduæ atque Vincentiæ, & Parmæ &c. *Cujac.* 10 Qualiter nepos vel patruus ſuccedant in feudo avito. *tit.* 18. Cujac. 11 In ſucceſſione feudi antiqui ſeu paterni, primo vocantur deſcendentes, filius, nepos, deinceps vero, his non extantibus, collaterales. 12 Id eſt, in avitum beneficium. 13 Et ita nepos patris vicem repræſentat, ſive ſolus ſit, *ut hic*, ſive cum patruis concurrat. 2. *feudor.* 11. 14 Id eſt, filium vel nepotem maſculum. 15 Filius patruo præfertur, *ut hic, & tit.* 18. 2. *in fin.* S. *hic.* 16 Filius ſcilicet. 17 Id eſt, patruus. 18 Id eſt, avitum. 19 Id eſt, quod erat delatum fratris filio. 20 Quando frater fratri ſuccedat in feudo.

21 *tit.* 19. Cujac. 22 *tit.* 8. *in fin.* S. *hic.* de ſucceſſione fraterni ac novi feudi. 23 Prima exceptio. 1. *feud.* 1. §. 2. 2. *feud.* 12. 24 Feudum emptum proprio nomine ex communibus bonis commune eſt: quod repugnat *l. Titium.* 47. §. *altero.* 6. *ff. de admin. tut.* Cur tam varie? Præſumitur ſciens dominus, fratribus inter ſe communibus vaſallis feudum quaſi ſociis dediſſe, partim quia fratres ipſi ſimul vivebant, partim quia de communibus bonis emebatur. Hinc commune negotium tanquam a ſocio, geſtum ea parte videtur, niſi forte ipſius emptionis tempore, emptor nominatim proteſtatus fuerit ſibi uni caveri feudumve emi. *Bald.* 25 Secunda exceptio 2. *tit.* 7. 12. *in fin.* 26 Feudum emi poteſt, *tit.* 7. 16. S. *hic.* 27 Tertia exceptio. vid. *d. tit.* 12. 28 Quarta exceptio. His enim caſibus quatuor frater fratri non ſuccedit in feudo novo. 29 Feudum pecunia adquiri poteſt. 30 Communibus armis. *d. tit.* 12.

31 *Tit.* 20. Cujac. 32 An idem in non milite? Idem, nam quæcunque in feudis conſtituuntur de milite, locum habent in non milite vaſallo: niſi diverſitatis ratio inter militem & alium vaſallum proferatur. *c.* 2. J. *tit.* 3. 33 Miles ipſo jure feudum non amittit, ſed cauſa cognita, vel convicta. *tit.* 22. §. 2. J. *hic.* non ſine culpa *tit.* 7. S. *hic.* 34 Quo nomine actio commiſſi feudi criminalis competit. Hotom. 35 Feudum vaſallus non amittit, niſi cauſa rationabili cognita & convicta, *ut hic.* ſic privilegia ſine cauſa auferri non poſſunt. Alvar. *l. ult. C. de diverſ. præd. urb. lib.* 11. 36 Sententia hic requiritur quia privandus dicitur, *l. jubemus* 14. *C. de ſacroſ. eccleſ. l. ejus* 29. *ff. de jure fiſci.* alias ſi ipſo jure privaretur, ſententia non eſſet neceſſaria ad ipſius pœnæ eſſentiam, ſed ad executionem tantum, ut multis notat *Ravennas* hoc loco: vid. *c. pro humani. de homicidio in* 6. & *c. ſecundum leges. de hæreticis in* 6. 37 Sed ſi, ita emendo diſpuncta etiam negativa & duabus disjunctivis: quæ ſequuntur, ut mox dicam. 38 Ad convincendum vaſallum quinque teſtes neceſſarii ſunt J. *quot teſtes* ſunt *neceſſarii.* 39 Hanc negativam expungo, eo ſenſu; Miles ſine culpa beneficium non amittit, ſed ſi laudamento parium convictus fuerit, in juramentum fidelitatis commiſiſſe, puta ſi dominis ſuis deſervire noluerit, tunc condictio cauſa data proponitur ad repetendum feudum. 40 2. *feud.* 67. 97. *in fin.* J. 41 Hanc particulam expunge. 42 Id eſt, judicium. *tit.* 22. *in fin.* J. *hic.* 43 Puta ſi, ita legendum cenſeo. 44 Petentibus ſcilicet feudum. 26. §. 3. *verſ. vaſallus &* §. 7. *tit.* 37. §. 1. J. *hic. tit.* 28. §. 1. facit *lex* 22. *ff. de operis liber.*

45 Condictio cauſa data, vel ob cauſam, cauſa non ſecuta datur domino, ad feudum repetendum, ſi vaſallus debitum ſervitium præſtare recuſaverit. *l. ſi donaturus* 9. *ff. de condict. cauſa data.* Qua de re vide plura hic apud *Laudenſem.* 46 *d.* §. 7. ſufficit voluiſſe, licet non ſervierit. 47 Quot modis miles beneficium ſuum amittat. *tit.* 21. Cujac. 48 Vid. 2. *feud.* 55. 49 Quid ſi poſt culpam, ſciens prudens amice cum vaſallo dominus vixerit? feudo non privabitur vaſallus: adde §. *ult. Inſt. de injuriis.* 50 *tit.* 5. & 17. S. *hic.* 51 Non igitur idem ſi cum ejus vidua? Imo idem fuerit. 52 *t.* 5. & 17. 2. *feud.* 24. §. 2. 53 Impotentia fortuita & magna non adjuvans dominum vaſallus excuſatur, niſi eam vitio ſuo ſibi accerſiverit. Cæterum clamore ſaltem juvare cogitur, *l. cum dominus* 19. *ff. ad SC. Silan.*

54 Miles inveſtituram petere debet intra annum & menſem, *ut hic*, alii vaſalli non milites intra annum & diem. *c.* 1. §. *præterea* J. *de prob. alienatione feud. per Frider.* 55 Hoc tempus currit ſcienti, non ignoranti, quippe ignorans non privaretur niſi ignorantia eſſet craſſa & ſupina. 56 Et diem vadat. Cujac. Hotom. *arg.* 2. *feud.* 24. 52. *in fin.* 55. *in fin. pr.* & ita legendum eſt 2. *feud.* 87. 57 A quibus inveſtituræ renovationem vaſallum petere oporteat. 58 2. *feud.* 52. *in fin. l.* 1. *C. quibus ex cauſis majores.* 59 Cauſæ juſtæ non petitæ inveſtituræ vaſallo hæ ſunt: mors, inimicitiæ capitales, infantia, juſta abſentia, *ut hic*, vel ſi quæ ſimilis. 60 Adde *l.* 2. §. 3. *ff. ſi quis cautionib. l.* 9. *l.* 20. *ff. de procurat. l.* 17. *ff. de ſponſalibus.* 61 *l.* 8. *in fin. l.* 14. *l.* 43. §. 6. *in fin. ff. de procurat.* 62 Adde *l.* 17. *ff. de procurat.* 63 *l.* 9. *l.* 23. *ff. de procurat.* 64 De inveſtitura quam facit dominus ſine conſenſu fidelis. *tit.* 22. Cujac. 65 Inveſtire pure alium de feudo vaſalli dominus non poteſt ſine conſenſu ipſius vaſalli. 66 Permutare feudum vaſalli, eo ignorante & non conſentiente, dominus non poteſt. adde *l. non dubium.* 5. *C. de legibus. l.* 2. *C. de Eunuchis.* 67 Id eſt, permutationem *tit.* 4. §. 2. S. *hic.* 68 Et vaſalli. Militis enim nomine ſignificatur vaſallus, & magis domino opponitur quam pagano, *in pr. hujus tit.* S. *hic.* & 2. *feud.* 26. 69 Pro infecto habetur, quod fit contra conſuetudinem feudalem. Quid? dominus alienans feudum vaſalli, invito vaſallo, num feudum amittit: quemadmodum amitteret vaſallus, ſi feudum alienaſſet invito domino? Baldus negat: cum privatio vaſalli ſit inducta illo caſu præter nullitatem alienationis. 70 Ut miles fidelis de poſſeſſione feudi non ejiciatur ſine culpa. *tit.* 23. 71 Id eſt, vaſallus, ut *ſupr.* 72 Dixi *tit.* 21. S. *hic.* id eſt, niſi convictus & per ſententiam condemnatus. Ita vaſallus privari poſſeſſione ſui feudi non poteſt, niſi convictus & ſententia damnatus: a qua tamen ſententia appellare vaſallus poteſt intra ſex hebdomadas, eo interim manente in poſſeſſione feudi. 73 Id eſt, definienda, probanda. 74 *d. tit.* 21. 75 Appellari, omiſſo medio, ad imperatorem in feudis non poteſt. *l. Imperatores* 21. *ff. de appellat.* 76 Appellationis judicem adire primus judex non cogitur, ſatis eſt enim ab eo apoſtolos dari, *l.* 1. *ff. de libellis dimiſſor.* hic autem primus judex, qui ſententiam dixit, judicem appellationis adire debet, quod ſpeciale eſt in magnis feudis. 77 Id eſt, judicium, *ut hic & tit.* 20. & 21. S. *hic.*

78 *tit.* 24. Cujac. 79 Si dominus inveſtituram feudi negaverit: cum fidelis eſt in poſſeſſione feudi. *Cujac.* 80 De origine verbi vaſalli vid. Petr. Heig. 4. 2. *n.* 76. Anſ. 81 Idem in quolibet vaſallo. 82 Juramentum defertur vaſallo poſſidenti, cui controverſia fit inveſtituræ. 83 *tit.* 2. §. 4. S. *hic.* 84 Id eſt, jurare id quod verum ſit ex animi ſui ſententia, vaſalli & domini poſſidentes debent, quoties eis defertur jusjurandum.

TIT.

TIT. XXIV. [1]

[2] QUEMADMODUM FEUDUM AD FILIAM [3] PERTINEAT.

Vasallo defuncto sine liberis, filia non succedit in beneficio patris. Bald.

SI quis sine filio masculo [4] mortuus fuerit, & reliquerit filiam: filia non habeat beneficium [5] patris, nisi [6] a domino redemerit [7]. Si autem dominus ei dare voluerit propter servitium & amorem patris: non [8] revocetur [9] ab ullo ex parentibus [10] suis, neque damnetur.

TIT. XXV. [11]

[12] QUIBUS MODIS FEUDUM CONSTITUI POTEST.

Feudum sine investitura constitui non potest. Bald.

SCiendum est, feudum sine [13] investitura nullo [14] modo constitui posse, etiamsi domino jubente [15] quis alicujus rei nomine feudi possessionem nanciscatur, & teneat: licet tamen possessionem taliter adeptam, dum vixerit, quasi [16] feudi nomine retinere: herede ejus in hoc jure nullo modo ei succedente [17].

SI [18] dominus, qui investivit, forte sit clericus [19], & contigerit, ut ante moriatur, quam vasallus possessionem feudi nancisceretur: exinanitur [20] feudum, quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, observatur.

TIT. XXVI. [21]

SI [22] DE INVESTITURA INTER DOMINUM ET VASALLUM LIS ORIATUR.

SI inter dominum & vasallum lis oriatur de investitura feudi, domino sc. investituram se fecisse negante: si [23] testibus res probari non poterit, possessoris [24] sacramento res decidatur. † Idem [&] in eorum successoribus [25] observatur. † Si vero testes interfuerint, & eos vasallus ad [26] testimonium vocaverit [27], eorum testimonio cum sacramento [28] credatur. Testes [29] vero sint pares [30] ejus, & [31] qui ab eodem domino feudum teneant: qui si tempore investitionis abfuerint, etiam extranei [32] sunt recipiendi, qui etiam [33] si veritatem celare voluerint, forte amore [34], vel pretio, vel alia qualibet ex causa, a comite [35], vel a populo [36], jurare compellantur, quod ex ea causa falsitatem non dicant, nec vera scientes [37] tacebunt. His enim non cogentibus [38] eos, vasallus cum ipso domino ad [39] imperatorem [40] ire festinet: eique causam intimet: & quod Imperator inter eos judicaverit, observetur. Si autem se venturum, vel nuncium missurum vasallus promittat: ex quo promiserit, usque ad annum quiete possideat. Si vero ad regem non venerit, vel [41] non miserit intra annum, domini [42] sacramento causa finiatur. Et si testes sacramento jam dicto præstito se non interfuisse dixerint, domini sacramento quæstio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum personis locum habent: præterquam quod de personis testium dictum est. In [43] clericorum feudo pariter accipiuntur pares, & extranei: hoc ideo, quia cum clerici quosdam de feudo investiunt, sæpe absconse [44] & sine [45] præsentia suorum [46] confratrum [47] hoc facere student.

Orta contentione inter dominum & vasallum, si vasallus dicit, se vel patrem suum investitum, debet probare per testes saltem duos suam intentionem. Bald.

§. 1. Si quis se vel patrem suum ab aliquo defuncto, vel patre ejus, de feudo investitum esse contenderit: nisi per duos [48] pares de domo [49] ipsius domini probaverit quod intendit: vel etiam cum pares absunt, per alios [50] idoneos duos testes: tunc in electione domini est, utrum velit jurare cum duodecim [51] sacramentalibus, illum, qui feudum quærit, per se, vel patrem ejus, si de hoc quæratur, de ipso feudo investitum non fuisse. Quod si jurare noluerit, actor juret cum duodecim sacramentalibus, se, vel patrem suum investitum fuisse. Quod si jurare noluerit: qui convenitur, est absolvendus. Secundum enim morem Mediolanensium hæc sacramenta præstanda sunt, tam a filiis [52] actoris, vel rei, quam ab ipsis principalibus personis. Si autem aliquis in possessione [53] feudi sit, de quo dominus dicit eum investitum non fuisse: tunc sine probatione ulla testium debet solus jurare se, vel patrem suum fuisse investitum. Hæc autem sunt ita tenenda, si [54] per unum [55] annum sciente domino, & non contradicente in possessione [feudi] permansit. Alioqui justa ignorantia, vel parvi temporis negligentia cum iniquæ possessionis perjurio quandoque domino in possessione damnum afferat.

TIT. XXVII.

DE FEUDO DATO IN VICEM LEGIS COMMISSORIÆ [56] REPROBANDO [57].

Feudum non potest constitui sub pacto legis commissoriæ. Baldus.

SI [58] quis obligaverit aliquam rem pignori eo [59] pacto, *ut [60] si statuto tempore pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris, & eam pro feudo habeat*, potest debitor quandocunque [61] pecuniam solvendo, pacto non obstante pignus recuperare: Feudum enim non [62] sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini adquirendum est [63].

SI [64] quis investierit aliquem de [65] feudo sui militis, viri [66] Placentini prorsus asserunt hanc investituram non aliter valere, nisi eo consentiente, cujus erat feudum. Mediolanenses & Cremonenses nihil distare asseverant, utrum eo sciente, vel ignorante, dummodo, eo vivente, nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat. Hoc autem dicendum est de eo milite, qui feudi successores non habet.

TIT. XXVIII. [67]

[68] DE USU MEDIOLANENSIUM SECUNDUM QUOSDAM.

Filio militis dicenti patrem investitum de pignore & xxx. annos nomine feudi possedisse, defertur jusjurandum. Jacob. de Bel.

---

1 *Tit.* 25. Cujac. 2 Ut filia in feudo paterno non succedat nisi fuerit investita. *Cuj.* 3. *tit.* 1. §. 3. 4 Filio vel nepote, vel deinceps. 5 *Sub.* novum, ut notat Petrus de Cervo, Baldus, Isernias, Ardizo, Odofredus: sed tamen Pileus & Belvisanus hunc locum de paterno & antiquo interpretantur: & Baldus quidem de feudo quod vasallus pro se & heredibus suis masculis & fœminis recepit. 6 *tit.* 8. *in fin.* §. *eod.* 7 Reditu unius anni vel trium. id Galli *relief* appellant: adde 2. *feud.* 15. Alii interpretantur, nisi meruerit operis suis. 8 Investire filiam vasalli in feudo novo dominus potest invitis agnatis.
9 Imo revocatur, *tit.* 8. §. *eod.* Solve, revocatur, si agnati non consenserunt. 2. *feud.* 39. secus si consenserint, 1. *feud.* 5. §. 1. vel dic, investiri posse in feudo novo, non in antiquo. Priore enim casu non succedunt agnati. Atqui nullum videtur dubium, ut possit filium vasalli dominus investire in eo feudo, quod ipse mortuo vasallo habiturus sit invitis vasallis. Quid? num dicemus, rem dubiam in feudis fuisse, ut possit, exstantibus vasallo agnatis, ejus filiam investire? An potius dominum non posse agnatis extantibus filiam vasalli investire, nisi his casibus, de quibus hic agitur? An hic dicemus filiam investitam, vivente patre? An invitis agnatis investiri posse, si feudum ab ejus patre adquisitum, pro se, & heredibus suis etiam fœminis? 10 Id est, agnatis.
11 Feudum sine investitura non constitui. *Cujac.* 12 *tit.* 26. Cujac.
13 Feudum (ut habeat propriam naturam feudi) sine investitura constitui non potest. Ideoque si non præsente curia, dominus jusserit aliquem possessionem alicujus rei prehendere feudi nomine, feudum rectum non erit, ut ad heredes descendat. Hujusmodi jussus non est investitura. Corporalis adprehensio rei etiam voluntate domini facta rectum feudum non inducit. Quid si coram curia id jusserit? actus pro investitura habebitur. *Ravennas.* Quid si per annum passus sit dominus vasallum possidentem, & ab eo servitia receperit. Investitus vasallus recte videbitur. *c.* 1. ℐ. *de cons. recti feudi.* Quid si sine servitiis 30. vel 40. annis possederit? rectum feudum fuerit: & ad heredes descendet. *c. si quis*, ℐ. *si de feudo fuerit controvers.* Quid si domini jussus intervenerit, nullos pares habentis? Baldus negat recte feudum fore: Contra Alvarotus, rectum fore ait: Ravennas & Laudensis tum demum rectum fore putant, si hujusmodi jussus a principe intervenenit. *arg. l. omnium* 19. *C. de testam. l. pen. C. de don. inter virum.* Quid, si domini jussus in brevi tantum aliquo testato insertus fuerit? rectum fuerit feudum: par enim autoritas parium, & testati, *cap.* 1. *infr. quid sit investitura.*
14 Imo aliquo. 2. *feud.* 26. §. 4. & *tit.* 3. solve, *ut infr. eod.* Constituitur & acquiritur successione, *c.* 2. *infr. de feud. cog.* & præscriptione. *c. si quis. infr. si de feud. fuerit cont.*
15 Absentibus scil. paribus, alias si præsentibus id jubeat, jussus pro investitura cedit, *ut d. tit.* 33. 16 Quasi feudum non transit in heredem. 17 Nisi præscripserit spatio 30. ann. *ut d.* §. 4. *Goth.* Quia si provocaverit ad Imperatorem, annum habet ad appellationem prosequendam. *auth. ei qui. C. de temp. appellat.* & consequenter per eum annum quiete possidere debet, ut pendente appellatione nihil innovetur. Alvarot. *hic num.* 7. Ans.
18 Feudum non traditum morte domini clerici perimi. *tit.* 27. Cujac. 19 *Sub.* at de bonis Ecclesiæ investierit: non propriis. Hoc enim casu comparatur laico, *c.* 1. ℐ. *de clericis.*
20 Imo non exinanitur, successores enim investientis possessionem tradere coguntur investito. 2. *feud.* 35. ℐ. *eod.* solve: Coguntur utique si clericus, vel de suis, aut ecclesiæ bonis investire solitis investituram fecerit. *d. tit.* 35. non si de alieno, *ut hic & tit.* 3. §. *eod.*

21 *tit.* 28. 22 De contentione investituræ feudi inter dominum & vasallum. *Cujac.* 23 Probationibus aliis deficientibus fides adhibetur possessoris juramento, si modo possessio præsumptione aliqua juvabitur, veluti si possessor anno, nec vi, nec clam, nec precario, quiete & libere possederit. 24 *tit.* 23. §. *eod.* 25 Successores jurare possunt de investitura suo auctori facta, *ut hic, &* §. 1. ℐ. *eod.* si modo facti veritatem nosse possunt: non alias, *l. videamus*, 4. *ff. de in litem jurando.* 26 Testes citandi sunt: alias non citati testimonium non valet. adde Bart. *in l. post legatum*, 5. §. *his vero* 100. *ff. de his, quæ ut indignis.*
27 Etiam inviti testimonium dicimus. 28 Testibus plerumque non creditur nisi juratis, *ut hic.* vid. *l.* 9. *C. de testibus.* Socinum regula *Testis non juratus* 424. 29 Testis pro domino vasallus esse potest, in negotio ac lite feudali, *ut hic.* Quo jure? quia nec prohibitus est jure, ideo admittendus. *l.* 3. *ff. de testibus.* 30 Id est, convasalli.
31 Parium definitio: Pares sunt qui ab eodem domino feudum tenent. 32 Extranei (paribus curiæ absentibus) testes investituræ esse possunt: ita testibus idoneis absentibus, aut desinentibus extranei admittuntur. adde *l. consensu* 8. *C. de repud.* 33 Testis, etiam si veritatem amore, pretio, vel alia causa celare voluerit, jurare & testimonium dicere cogetur, *ut hic*: unde colligunt admitti etiam testimonium ejus, qui pecunia accepta testimonium initio dicere noluit. Præterea falsum testem eum non videri, qui initio rei gestæ veritatem amore, pretio, vel alia simili causa celaverit, coactus tamen a judice juraverit & testimonium dixerit. Quid si post juramentum celet, vel aliud referat? testimonium vitiatur, ad hunc locum vide Socinum regula *Testium corruptio* 405. 34 Vid. *l.* 3. *ff. de testibus.*
35 Id est, judex ordinarius. 36 Præposito: Cujacius ita hunc locum emendat. Est autem præpositus missus & vicarius comitis. 37 Se scientibus, Cujac. ut est ℐ. 2. *feud.* 5. me sciente. 38 Testes producti coram arbitro, possunt & debent cogi per judicem ordinarium ad indicandum & testimonium perferendum. 39 *tit.* 22. *in fin. supr. eod.*
40 A denegata justitia, aut justitia quasi denegata, non tantum appellatur superior judex, sed princeps etiam adiri potest, ut post Bartolum, Baldum, Angelum notat Ravennas.
41 In causa feudali etiam ante litem contestatam, sententiam definitivam dici posse hinc colligit Ravennas: ut in causa appellationis. *l. ult.* §. *illud. C. de temp. appell.* 42 Possessio nuda vasallum non juvat, nisi legitime probetur: ea enim neglecta, juramento domini fides habetur, *ut hic.* 43 Testes in clericorum feudis æquo jure admittuntur pares curiæ & extranei. Quid ita? Clerici clam sæpe faciunt suas investituras. 44 Clericorum investituræ aliis ut sæpius occultiores. 45 Quid? possuntne clerici suis agnatis non potentioribus sed æqualibus iisdem prorsus conditionibus & pactis vasalli feudum apertum, conferre, vel emphyteusim? possunt. 46 An & seipsum investire de re Ecclesiastica, aut feudo suæ Ecclesiæ aperto, prælatus potest? non potest, Bald. & *Doctores hic.* 47 Capituli.
48 *l.* 12. *ff. de testibus.* Testes duo sufficiunt ad investituram feudi probandam.
49 Qui & pares domus. 50 Extraneos. 51 Vid. *tit.* 28. *infr. eod.*
52 Dixi §. *eod. in princ.* 53 *tit.* 23. §. *eod.* 54 Imo aliud tenendum est in hac ipsa hypothesi: quippe juramentum vasallo possidenti non prius defertur quam longa possessione sit munitus. 2. *feud.* 33. *in fin.* anno autem uno, de quo hic, non adquiritur longa possessio, *C. de longi temp. præscript.* 55 Possessio in feudis præsumptionem pro vasallo tunc inducit, quum vasallus in possessione feudi fuerit per annum, quiete, & ut investitus: domino sciente & non contradicente. Unde notant, Titulum hic præsumi ex sola annali patientia, cum præsumptione investituræ.

56 2. *feud.* 51. §. 6. *l. ult. C. de pact. pignor.* 57 Feudum lege commissoria, vel sub pacto commissorio constitui non potest, *ut hic.* Proinde præterito id genus pacto, potest dominus idemque debitor rem suam revocare, restituto emptori vasallo pretio. Ut in pignore, ita in feudo pactum hoc commissorium reprobatum est, *l.* 1. *C. de pactis pign.* Quod si pactum hoc (legis commissoriæ scil.) ex intervallo adjectum est? valere existimatur *l.* 2. *C. de pactis pign. l. Callippo* 45. *ff. de solutionibus.* Quid? in castro pignori accepto, potestne creditor uti jurisdictione? Vid. *l. eleganter*, 24. *in fin. ff. de pign. act.* 58 *tit.* 29. Cujac.
59 Quid si ita convenerit citra pignoris ullam mentionem, ut nisi statuto tempore decem mihi solveris, Tusculanum prædium meum sit: aut feudum habeas emptum justo pretio? valebit utrumque pactum. *l. ult. ff. de contrah. empt. l. si fundus* 16. *in fin. ff. de pign.* Bald. Alvar. Ravennas. 60 Formula legis commissoriæ notetur. *l.* 2. *ff. de lege commissoria. l.* 1. *C. de pactis pign.* 61 Etiam post triginta annos. Nam jus offerendi pretii, debitori potestatis & facultatis jure competit. Atqui juri seu facultati non præscribitur. Quid si debitor in mora luendi pignoris sui constitutus fuerit? præscribitur jus offerendi, vel eo tempore non expectato. *l. si convenit.* 4. *ff. de pignor. act.* 62 2. *Feud.* 23. *in fin.* ℐ. *eod.* Imo, feudum interveniente etiam pecunia potest adquiri. *tit.* 1. *in fin.* 7. 16. 24. *in pr.* §. *eod.* 2. *feud.* 12. Solve: pecunia adquiri non potest, eo contractu, qui jure sit reprobatus: alias justo contractu, feudum pecunia numerata adquiri potest. 63 Et merito, cum feudum originem ex beneficio & amicitia habeat. 64 *tit.* 3. Cujac. 65 *tit.* 3. §. *eod.* 66 De feudo vasalli viventis inviti potestne dominus alium quendam investire? Placentini præcise negant: Mediolanenses & Cremonenses adhibita distinctione, putant id feudum etiam conferri posse, dummodo nullum præjudicium fiat ipsi vasallo viventi; aut ejus successoribus, eo mortuo, hoc est, putant feudum alienum posse in diem & sub conditione conferri, *ut hic.* Atqui pactum futuræ successionis injustum est. *l. ult. C. de pactis?* hoc pactum non est de futura successione, sed potius de jure caduci, quod collatum est in id tempus, quo nullum jus in ipsum feudum tertio alicui sit.
67 *tit.* 31. Cujac. 68 Si dominus feudum militi suo obligaverit. *Cujac.*

Quidam obligaverat terram quandam suo militi: deinde cum filius [sui] domini longum post tempus pecuniam offerendo pignus liberare voluisset: filius militis contendebat patrem suum a domino suo defuncto de prædicto pignore investitionem [1] feudi accepisse. Unde viri prudentes Mediolanenses interrogati laudaverunt, [2] in electione filii militis esse, cum XII. sacramentalibus [3] jurare [4], patrem suum vel se, vel domino suo per investituram prædictam terram tenuisse: ita ut per [5] XXX. [6] annos contestatio pignoris a [7] parte domini adversus ipsum, vel patrem suum facta non fuisset. Si autem ipse jurare noluerit, filius [8] defuncti domini necesse habet jurare cum duodecim sacramentalibus, defunctum militem inde per feudum investitum non fuisse. Quod si ita jurare recuset, investire ipse filium militis domini filius de jam dicta terra per feudum debet.

1 Id est, investituram. 2 Id est, responderunt. 3 *tit.* 4. §. 2. 10. 26. *supr. eod.* 4 Imo in electione ejus non est jurare, cum ejus juramento credi lex vetet. *tit.* 11. *supr. eod.* Solve; Lex vetat possessori asserti pignoris juramentum deferri. *d. tit.* 11. nisi sit munitus triginta annorum præscriptione, *ut hic.* 5 Feudum non intelligitur constitutum, nuda receptione servitiorum; nisi servitia sint recepta longissimo, hoc est triginta annorum spatio; & quidem continuo sine interruptione ulla. 6 Adde 2. *feud.* 26. §. 4. J. *eod.* 7 Feudum præscriptione adquisitum, transit etiam ad heredes. In re præscripta jure feudi locum habet successio; quia præscriptio veritati exæquatur. *l.* 1. *C. de servit. & aqu.* 8 *tit.* 26. *in pr. &* §. 1.

OBERTI DE ORTO

DE FEUDIS

LIBER SECUNDUS.

TIT. I.
DE [1] FEUDI COGNITIONE.

Causæ generaliter aut deciduntur jure Romano, aut Legibus Longobardorum, aut consuetudine: sed causæ feudales deciduntur consuetudine. Bald.

Obertus de Orto Anselmo [filio] suo [dilecto] salutem. Causarum [2], quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur jure Romano: aliæ [vero] legibus Longobardorum [3]: aliæ autem secundum regni consuetudinem, quæ quanquam sint variæ, & quanquam secundum diversorum locorum, aut curiarum mores sint diversæ, nec breviter possint dici, nec hoc libello facile comprehendi: usum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, exponere tibi necessarium duxi. In judicio etenim, quod de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autem Romanarum non est vilis autoritas: sed non adeo vim suam extendunt, ut usum [4] vincant, aut mores. Strenuus autem legisperitus, sicubi [5] casus emerserit, qui consuetudine [6] feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit lege scripta.

Sciendum [7] est autem feudum, sive beneficium nonnisi [8] in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in iis, quæ inter mobilia [9] connumerantur (veluti cum de camera [10], aut de cavena [11] feudum datur) posse consistere: ac feudum neminem posse acquirere, nisi [12] investitura [13], aut successione [14].

TIT. II. [15].
QUID [16] SIT INVESTITURA.

Investitura alia propria, ut possessio: alia abusiva, ut quando hasta, vel aliud corporeum porrigitur vasallo a domino pro investitura. Bald.

Investitura quidem proprie [17] dicitur [18] possessio, abusivo [19] autem modo dicitur investitura, quando hasta, vel aliud corporeum [20] quidlibet porrigitur a domino [feudi] se investituram facere dicente: quæ [21] siquidem ab illo fiat qui alios [22] habet vasallos, saltem coram duobus [23] ex illis solenniter fieri debet: alioqui, licet alii intersint testes, investitura minime valeat. [24] † Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit investituta, quæratur: non debet probare nisi per pares curtis illius domus, vel per publicum instrumentum, a tribus vel a duobus paribus confirmatum. Nam si instrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amissum sit: tunc qui probare desiderat, pares curiæ illius, qui interfuerint, offerat, qui si denegaverint, forte corrupti [25] odio vel gratia seu pretio, & dicant se non interfuisse, cum investitura facta fuerat, vel non reminisci [26]: tunc domino cogente jurent tactis [27] sacrosanctis scripturis, *quod hujus rei veritatem nesciant*, & tunc actor aut alios producat pares, aut jurisjurandi domino detur electio: ut proinde juret investituram factam non esse: aut sacramentum vasallo referat: & ille aut juret, aut acquiescat. Quod si jurare pares aliqua ex causa recusaverint, nec [28] dominus eos jurare compellat: licet vasallo etiam per extraneos probare investituram. Testibus vero deficientibus jurisjurandi electio domino detur.

Vasallo possidenti feudum cavenæ, non opus est probatione: sed aut juret, aut referat. Bald.

§. 1. Si vero vasallus [29] quidem possideat, vel si feudum cameræ [30] aut cavenæ, in duabus seu tribus [31] acceptionibus quietis, quasi [32] possideat: dominus autem feudum negans esse rem suam petat: vel quod de camera vel de cavena bis [33] vel ter (sicut diximus) jam solutum est, deinceps solvere renuat: tunc non est opus probatione: sed possidenti data electione, aut juret suum esse feudum rectum [34], aut [35] domino referatur jusjurandum. † Si [36] autem investitura ab eo, qui vasallos non habebat, dicatur facta: tunc per quoslibet idoneos [35] testes [38], aut per publicum instrumentum probari potest: aut inopia probationis emergente, res decidatur per jusjurandum.

Contentione orta inter dominum & vasallum de pactis appositis inter eos præter conditionem feudi vel naturam, domino quidem incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, vasallo defertur jusjurandum. Baldus.

§. 2. Præterea si aliquis tenor præter [39] communem [40] feudi rationem in investitura a domino dicatur intervenisse: vel si dicatur feudum sub tali conditione [41] dedisse, *ut vasallus in festivis diebus vadat* [42] *cum uxore sua ad ecclesiam:* omni facultate probandi domino adempta, habeat vasallus potestatem defendendi se per sacramentum. † Item si vasallus [per] pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat, velut [43] *de filiarum* [44] *successione:* liceat ei tenorem, si potest, sicut investituram probare, quod si in probatione defecerit, vel cessaverit: concedatur domino hoc denegare jurejurando præstito.

1 De feudis sive eorum consuetudine Mediolanensi, vid. *Cujac.* 2 Causæ feudales deciduntur, vel jure Romano, vel Longobardo, vel consuetudine regni. Quo ordine? mox dicetur. 3 Longobardæ libros authenticos esse hinc colligitur. 4 Consuetudines feudales vincunt leges Romanas, *ut hic.* Consuetudini standum est, quidquid disponat jus commune. Duenaz. *regula* 141. Est enim domina rerum. 12. Gell. 12. sequenda velut altera lex. Rolandus 3. *cons.* 4. statuto comparatur. Rimin. 2. *cons.* 304. pacto. Boer. *decis.* 107. Rimin. 1. *cons.* 181. veritati. Decius *cons.* 586. facit de illicito licitum *Glos. in c. tua nobis. extr. de simonia.* ligat minores. Boerius *decis.* 80. pupillos. Boer. *decis.* 43. furiosos, mente captos. *l. fine* 32. §. *Lucius* 6. *ff. de adm. tut.* licet enim proprio non possint, alieno tamen consensu nituntur. Ias. *in l. de quibus. ff. de leg.* adde quæ scripsi ad *l.* 2. *C. quæ sit longa consuet.*
5 In feudalibus negotiis finiendis spectanda est primum consuetudo si exstat; deinde ad similes casus consuetudine feudorum expressos fit extensio. *c.* 2. *de feudo March.* Post, ad legem scriptam, si quæ extat, recurritur, *ut hic*, quæ si non extat, ad legum similia recurrendum. *arg. l. non omnes* 5. §. *a Barbaris.* 6. *ff. de re militar.* 6 Consuetudo intelligenda est, quæ præscripta: alias non præscripta, non tam consuetudo quam voluntas ejus inducendæ dici potest. *c. Cumana. de elect.* 7 In quibus rebus feudum consistat. *tit.* 2. Cujac.
8 Feudum non consistit nisi in re immobili, vel quasi immobili. Quid ita? rerum quæ usu consumuntur, proprietas est penes accipientem. Atqui feudi proprietas penes dominum jure feudorum esse debet. Quid in nominibus vel reditibus quæ nobis perpetuo debentur, num possumus alii feudum constituere? Possumus: Bald. *hic.* An & in immobili, cui res mobiles sint quædam adjunctæ? Possumus quoque. *Ravennas.* 9 *l.* 14. *C. de sacrosanct. Ecclesiis. Novell.* 7. *&* 120. *c.* 1. 10 Id est, cum ex ærario, vel arca domini vasallo adsignatur stipendium certum. *tit.* 2. §. 1. 11 Vel de Cavena, id fit quoties ex cellario domini, vasallo præbentur annonæ. Utrumque feudum de Camera scilicet & Cavena in curte domini est. Proprium feudum est extra curtem & consistit in prædiis. 12 Imo & præscriptione & traditione sine investitura. *tit.* 26. §. 4. J. *eod.* 1. *feud.* 28. S. *eod.* & culpa alterius vasalli possidentis. 13 Vide *tit.* 2. *infr. eod.* 14 Vid. *tit.* 11. *infr. eod.*

15 *tit.* 3. Cujac. 16 De investitura feudi. *Cujac.* 17 Propria investitura quid. 18 Investitura propria, adprehensio est corporalis possessionis feudi: impropria, abusiva & ficta, sine corporali possessione ipsius feudi. Fit verbis tantum, quibus tamen symbolum aliquod corporeum adjungi solet: fit denique his duobus concurrentibus nudis verbis & symboli interventu: puta hunc in modum: Ego investio te cum hoc annulo vel hac hasta. hac enim investitura feudi possessio non prehenditur, sed jus possessionis ipsius adipiscendæ & ingrediendæ propria autoritate adquiritur. 19 Abusiva investitura.
20 Puta vexillum, baculus, gladius, virga, annulus, Galli *parrain, & baston.*

21 Investitura propria coram duobus saltem testibus, iisque paribus Curiæ (si modo tot pares investitor habeat) fieri debet: deinde inducendus est investitus in possessionem ipsam feudi. Hæc si defuerint, nulla nascetur inde obligatio. Quid si pauciores aut nulli pares sint? possunt extranei admitti. §. 1. *vers. si autem.* J. *eod.* 22 Hi dicuntur pares curtis, J. *eod.* curiæ, domus, de domo domini. 1. *feud.* 26. *in princ. &* §. 1. 23 *d.* §. 1. Quid? testes ipsi suntne ad investituram novam citandi? Alvarotus post Baldum putat citandos, nisi longissime absint. Ravennas putat expectandos, cum hæc investitura sit voluntaria: & jura contraria pertineant ad eos casus quos celeriter expediri sit necesse. Quid si citati adesse nolint? actus nihilominus valebit. *Bald.* Quid si unus tantum Par Curiæ sit? & hic quoque citandus erit. 24 Cur ita? ne quid fraudis excogitetur ab extraneis, qui non sunt ita noti domino. 25 *l.* 1. *feud.* 26. *vers. testes*, S. *eod.* 26 Testis, qui dicit se non in præsenti meminisse, ac sequenti post die dicit se reminisci, neque suspectus, neque falsus, neque varius est. 27 Adde *tit.* 5. J. *eod.* 28 Quid? qui non cogit pares ipsos jurare ac testimonium dicere dominus, num feudo privatur, quasi denegato jure vasallo actori? Glossa ita putat. *Baldus* negat. *Alvarotus* arbitrarium facit: hoc est, id relinquit arbitrio judicis. 29 Superiore casu dictum est de domino possidente. 30 Vid. *tit.* 1. *in fin.* S. *eod.* 31 Facit *tit.* 33. *vers. inde etiam dicitur.* J. *eod. l.* 1. *C. de fideicommiss.* & quæ dixi ad *l.* 28. *C. de pact.* hoc tandem docet: usum pro possessione esse, si quis bis terve annonas ex cellario domini perceperit. 32 Jura quasi possidentur. 33 Possessio feudi proprie, & vere continuata per annum domino sciente & patiente, & servitia recipiente tanquam a vasallo, præscriptionem inducit pro vasallo, ut fides ejus juramento habeatur, *ut hic.* Quid si rusticus bis terve in anno par caponum dederit nobili: num perpetua præstatio inducetur? non inducetur. v. *l.* 28. *C. de pactis, l. cum de in rem vers.* 6. *ff. de usuris.* ut ait *Baldus*, locum non habet in mulieribus & rusticis. 34 Feudum rectum dicitur, cujus possessio justa est, *ut hic, & tit.* 33. 39. 82. 91. J. *eod.* 35 Jurare vel referre jusjurandum possessor vasallus debet.
36 Pars altera divisionis propositæ initio hujus tituli, *ibi quæ siquidem ab illo.*
37 Etiam extraneos. 1. *feud.* 26. *vers. testes.* S. *eod.* 38 Probationum observa genera: Testes, *ut hic*, publicum instrumentum, jusjurandum. J. *eod.* 39 Pactum insolitum investituræ, qui intervenisse ait, id probare debet: quo deficiente in probatione, causa jurejurando adversarii deciditur. adde *tit.* 20. 24. §. 1. 26. §. 6. *vers. filia* 29. 73. 76. 84. 90. 104. 105. *& similia.* 40 Pactum etiam insolitum feudi investituræ adjectum, est servandum.
41 Hinc feudum conditionale. *tit.* 75. 89. 42 Quid si dignitate, infirmitate, vel senectute id facere prohibetur? per substitutum servire debebit. Bald. *in l. quisquis* 27. *C. de episcopis:* adde *l. in metallum* 22. *ff. de pœnis.* 43 Pactum ut filiæ succedant, est præter communem feudi rationem: & tamen servandum. 44 *tit.* 51. 194. *infr.* 1. *feud.* 1. §. 3. *tit.* 6. §. 1. S. 14.

TIT. III.
PER [1] QUOS FIAT INVESTITURA [2], ET PER QUOS RECIPIATUR.

Vetus investitura fieri potest etiam a majore, vel a quocunque: nova autem non potest. Bald.

INvestitura autem aut fit de veteri [3] beneficio [4], aut de novo [5]. Quæ de veteri fit, etiam [6] a minore potest fieri. Sive autem a minore, sive a majore fiat, non de omni possessione vasalli, sed [7] de justa [8] tantum facta intelligitur: nisi aliud nominatim dicatur. Novi vero investitura feudi non ab alio recte fit: nisi ab eo, qui legitime suorum bonorum administrationem habet. Qui [9] enim qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare [10], is nec per feudum poterit investituram [11] facere.

Res, cujus alienatio prohibetur, in feudum dari non potest. Bald.

§. 1. Sed etiam res, cujus alienatio prohibetur [12], nec per beneficium dari conceditur [13], nisi in casibus: ut ecce si quis ex agnatis tuis rem [14], quæ a communi parente per successionem ad eum pervenerit [15], alienare voluerit: non permittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alii eam vendere, nisi [16] tibi [17] vel alii proximiori [18] pro æquali [19] pretio accipere volenti. Per feudum tamen [20] cuilibet [21] dari potest: nisi fiat in fraudem [22] nostræ consuetudinis, vel legis novæ bonæ memoriæ Lotharii [23] [vel Friderici [24]] imperatoris. Tunc enim rescissa [25] investitura, reddito a te [26] vel ab alio proximiori, videlicet secundum antiquam [27] consuetudinem, pretio, si quod dederit: is, qui investituram accepit, compellatur rem tibi restituere. † Personam vero investituram accipientis non distinguimus: nam etiam servus [28] investiri poterit, nisi ignorantia [29] prætendatur. † Sed utrum ipse vel alius pro [30] te investituram faciat, vel suscipiat, nihil interesse putamus: post enim hoc negotium, & per [31] procuratorem ab utraque parte expediri. † Fœminam quoque etiam [32] novi feudi investituram [33] facere posse plerique consentiunt [34]. Nulla [35] autem investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat [36]: cum [37] a fidelitate feudum dicatur vel a fide [38]: nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, *ut fine* [39] *juramento fidelitatis habeatur.*

TIT. IV.
QUID PRÆCEDERE DEBEAT AN INVESTITURA, VEL FIDELITAS.

Fidelitatem præcedere debet investitura. Bald.

UTrum autem præcedere debeat fidelitas investituram, an investitura fidelitatem, quæsitum scio: & sæpe responsum est, investituram [40] debere præcedere fidelitatem [41]. † Fidelitatem [42] autem dicimus jusjurandum, quod a vasallo præstatur domino.

TIT. V.
QUALITER [43] JURARE DEBEAT VASALLUS [44] DOMINO FIDELITATEM.

Vasallus domino jurare debet quod sibi erit fidelis: & quod credentiam sibi commissam non manifestabit. Bald.

QUaliter autem debeat jurare vasallus fidelitatem, videamus. Jurare scilicet sic [45] debet: Ego juro ad hæc sancta Dei Euangelia [46], *quod a modo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit [dominus,] pandam* [47] *alii ad ejus detrimentum, me sciente* [48].

† Si [49] vero domesticus, id [50] est, familiaris ejus sit cui jurat: aut si ideo jurat fidelitatem, non quod habeat feudum [51], sed quia [52] sub jurisdictione [53] sit ejus cui jurat, nominatim vitam [54], membrum, mentem, & ejus rectum honorem custodire jurabit.

TIT. VI.
DE FORMA FIDELITATIS.

Vasallus & dominus sibi invicem auxilium & consilium præstare debent. Bald.

IN epistola Philiberti episcopi in decretis 22. [55] causa, de forma fidelitatis, aliquid scribere monitus, hæc vobis quæ sequuntur breviter ex librorum auctoritate notavi. Qui domino suo fidelitatem jurat, ista sex [56] in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile; *Incolume:* ne sit in damno domino suo de corpore [57] suo. *Tutum:* ne sit ei in damno de [58] secreto [59] suo, vel de munitionibus [60] suis per quas esse tutus potest. *Honestum:* ne sit ei in damno de sua justitia [61], vel de aliis causis quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. *Utile:* ne sit ei in damno de suis [62] possessionibus. *Facile*, vel *possibile:* ne id bonum quod dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile: neve id quod possibile ei erat, faciat impossibile. Ut fidelis hæc documenta caveat, justum est. † Sed quia [63] non [64] sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est: restat [65] ut in sex prædictis consilium & auxilium domino præstet, si beneficio vult dignus videri, & de fidelitate esse salvus [66]. Dominus quoque in his omnibus vicem [67] fideli suo reddere debet: quod si non fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille qui in eorum prævaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus & perjurus.

TIT. VII.
DE NOVA FORMA FIDELITATIS.

Traditur hic nova forma jurisjurandi fidelitatis, quod præstat vasallus domino. Bald.

ESt & alia de novo super fidelitatis juramento forma inventa, & utentium approbata consuetudine: quæ hodie fere in omni curia vidatur obtinere, hæc scilicet: Ego *Titius juro super* [68] *hæc sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea usque ad ultimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Cajo domino meo contra omnem* [69] *hominem excepto* [70] *Imperatore, vel rege.* Quod verbum si recte intelligatur, nulla quidem indiget adjectione [71], sed integram & perfectam in se continet fidelitatem: sed propter [72] simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adjici solet: id est, Ego juro, *quod*

1 De investitura veteris ac novi beneficii, vid. *Cujac.* 2 *tit.* 4. Cujac. 3 Investitura. veteris beneficii fit, vel a successore domini, vel successore vasalli. *tit.* 31. ꝟ. *eod.* 4 Hujusmodi investitura est simplex feudi recognitio, quæ apud quosdam fit plerunque illata certa pecunia. Galli *relief.* 5 Ea dat legem contractui. 6 Investitura antiqui beneficii fieri potest etiam a minore: novi non potest, *ut hic.* Quid ita? Qui de veteri feudo investit, non alienat, nec infeudat, sed investituram tantum a majoribus factam confirmat: Imo ne quidem possessionem transfert, sed confirmat tantum. An quæ fuit injusta possessio hoc modo confirmabitur? Minime, nullum enim jus possessionis de novo tribuit, sed quæsitam confirmat tantum. In dubiis justa tantum continentur, ut ne jus alterius lædatur, *ut hic.* Apertius dicamus: Infans & furiosus ne quidem investit de antiquo feudo: sed eorum tutores & curatores. Majores infante, de novo feudo etiam consensu tutorum & curatorum investire non possunt, cum hæc investitura sit alienatio: de antiquo etiam sine tutore & curatore investire possunt: si tamen læsi sint, restituentur, nisi dicamus in minoribus tutorem vel curatorem non habentibus judicis præsentiam requiri. *l. bonorum* 7. *C. qui admitti ad bonorum*, *l. si infanti* 18. *C. de jure deliber.* 7 Non possidens non cogitur investituram petere. facit *l.* 4. §. 4. *ff. de censibus.* 8 Id est, non vitiosa 9 Alienare prohibitus, in feudum dare non potest. adde *l. ult. C. de rebus alienis non alien. l. qui habebat* 101. *ff. de legat.* 3. Excipe casus sequentes in §. *proximo.* 10 Alienat, qui etiam utile tantum dominium alienat, ut & qui de novo investit, *d. l. ult.* hoc quidem in minore. In majore aliud est, major enim alienare prohibetur invito domino, qui tamen eo invito subfeudare potest. 11 Novam scilicet. Est enim novi feudi investitura alienationis species. 12 Vel a lege vel a testatore, argumento emphyteuseos. *l. ult. C. de rebus alien. non alienand.* 13 Falsa videtur illatio: Quippe res ecclesiastica alienari non potest, *Novell.* 7. potest tamen in feudum dari 1. *feud.* 1. 14 Feudum antiquum vasallus etiam invito domino tibi adgnato, vel alii proximiori vendere potest: proximior adgnatus tibi præfertur, dum æquale pretium offerat, *ut hic.* Quid si tu præter vel ultra justum pretium numerasti? id etiam proximior offerre cogitur. Justum enim pretium est, quod inveniri potest. *Doctores in l.* 2. *C. de rescind. venditione.* Quid? num vasallus feudum suum alteri dare potest? Potest; dum ne consuetudinis, vel legis novæ Lotharii, vel Friderici quid in fraudem fiat. *versic. per feudum.* Fraus est, colore infeudationis abuti, & reipsa vendere; fraus est post mortem suam proximiores agnatos feudo privare velle. Pone investituram in fraudem ita factam esse, ut superstite investitore nocere possit, proximis tamen ejus agnatis eo mortuo non nocebit. Quin licet proximis agnatis feudum ita concessum in fraudem, revocare, pretio restituto ei, qui feudum sic in fraudem accepit; *vers. Tunc enim rescissa.* Dices iniquum esse fraudulento emptori mercedem fraudis restitui? verisimile est, hunc versiculum referendum esse ad eum, qui sine mala fide ita feudum acceperit. Et ita hunc locum accipio, quem nec Ravennas, nec Laudensis intellexit. 15 Id est, prædia familiarica sive allodia sint, sive feuda. 16 *c.* 62. *legum Saxonicar.* 17 *Sub.* agnato: hæc enim vox refertur ad superiores, si quis ex agnatis tuis. 18 Non potest quis feudum genearchicum alii vendere, quam agnato, si velit id agnatus eodem pretio habere, in feudum tamen cuilibet dare potest, *ut hic, &* ꝟ. *eod.* 19 Id est, justo: secus si viliore. 20 Quod alienare non possum nisi in proximum, possum id in extraneum jure feudi conferre. 21 Idoneo tamen. 22 Ut si adsimuletur investitura feudi loco venditionis. *tit.* 55. ꝟ. *eod.* 23 *tit.* 52. ꝟ. *eod.* 24 *tit.* 55. *infr. eod.* 25 Cui jus προτιμήσεως competit, ad rescissionem alienationis agere potest. 26 Hinc jus προτιμήσεως. 27 Juris προτιμήσεως origo hic referri ad antiquam consuetudinem videtur: cujus fit mentio in *l.* 14. *C. de contrahend. empt.* adde Novellam Romani, de qua vide 3. Harm. 3. Νεαρὰ τῦ Καίσαρος ῥωμαυῦ. *Const. Frideric.* ꝟ. *eod.* 28 Servus investiri potest (non tamen ab ignorante) id tamen, de quo investitus est, domino adquirit. adde *tit.* 106. Servum suum, qui scienter de feudo aliquo investit, liberum facit. *arg. l. super servis.* 6. *C. qui militare.* Quid si servum alienum ipsius servi contemplatione, & domino ejus sciente investieris? liber erit, eodem argumento. Quid si vel domino ignorante, vel domini ejus contemplatione eum investieris? liber non fiet, sed feudum ejus domino adquiretur. Quid si ita servo alieno feudum dederis, ut ei adquiratur non ejus domino? neque servo ipsi, neque

FEUD.

ejus domino feudum adquiretur. 29 Id est: nisi putabatur liber. 30 Procuratore uti possumus in investiendo proprie vel abusive, *ut hic, & §. idem sciendum, de notis feudorum.* 31 Per procuratorem investire, & investiri possumus. 32 Fœmina potest antiqui feudi investituram facere: Imo & novi, *ut hic.* nisi forte bonis interdicta vel Longobarda sit, ut hunc locum restringunt Doctores. 33 Investire vasallum fidelitatem non jurantem, non cogitur dominus, nisi feudum tale sit, cujus nomine jurari fidelitas non debeat, *ut hic.* 34 Ratio dubitandi hæc est, videbatur enim fœmina nihil alienare posse sine curatorum autoritate 2. *Longob. quali mil. lib. alien.* 35 Neque vetus neque nova. *tit.* 20. ꝟ. *eod.* 36 Per se vel per procuratorem. 37 Argumentum duci potest ab etymo. 38 Alii a faida, de quo dicam alibi plenius. 39 *tit.* 24. *in fin. pr. &* 76. ꝟ. *eod.* 40 Investitura præcedit fidelitatem. *tit.* 7. *in fin.* ꝟ. *eod.* 41 Cur investitura abusiva præcedere debet juramentum vasalli? Baldus hoc ideo receptum esse putat: quod ipse dominus caput sit ipsius feudi, & persona agens, unde notat Ravennas, primo præcedere investituram verbalem annulo, vel alio signo factam: deinde præstari fidelitatem a vasallo. Tertio investituram realem, hoc est missionem in possessionem feudi subsequi. Ea tamen in re prædicti ordinis præposteratio investituram ipsam non vitiaret, cum sufficiat intellectus ordinem spectari. §. *ante heredis* 33. *Inst. de legat.* 42 Fidelitas quid. 43 De juramento fidelitatis, & qualiter vasallus juret domino. *Cujac.* adde *huic titulo titulum* 6. & 7. & 63. *dist.* 5. *c. tibi.* 33. 44 Adde, & domesticus: *vers. si vero.* (Nam de utroque hoc §. tractatur.) Potest & hoc juramentum referri quoque ad eos, qui ut subditi (tametsi non sint vasalli) jurare alicui vel ratione bonorum, vel habitationis ratione coguntur, *vers. aut si adeo.* ꝟ. *eod.* Quid? num dominus cogitur vasallo fidelitatem jurare? non cogitur. Nam effectu ipso sine jurejurando vasallis suis præstare cogitur dominus, quod interposito jurejurando vasalli. 45 Consuetudo in juramento fidelitatis est servanda; neque quidquam innovandum est in juramentis hominis, & fidelitatis. 46 *tit.* 2. *supr. eod. tit.* 7. ꝟ. *eod.* 47 Id est, evulgabo: vid. *titul.* 7. ꝟ. *eod.* 1. *feud.* 17. 48 1. *feud.* 26. *vers. testes in fin.* S. *eod.* 49 Jurant aliter vasalli & non vasalli, puta domestici & habitatores, *ut hic.* Quid si unus & idem vasallus sit & non vasallus, puta domesticus? utrumque præstare cogetur: nisi si uno juramento utrumque juramentum explicare maluit. 50 Domesticus pro familiari. Porro domestici appellatione interpretes accipiunt consiliarium domini camerarium, pincernam, dapiferum. 51 Veluti si feudum in curte domini habeant. 1. *feud.* 5. *in fin.* S. *eod.* 52 Quid condomini seu collegæ unius & ejusdem castri, num mutuo sibi jurare debent? Id videtur, fingitur enim alius alii, juris præsumptione, subesse. 53 Non tantum feudatarii jurant, sed & ii, qui subsunt alicujus jurisdictioni. 54 Vide *tit.* 7. & 8. ꝟ. *eod.* 55 22. *quæst.* 5. *c. de forma.* 56 Nempe ut ne noceat corpori, secreto, munitionibus, justitiæ, possessionibus, juri, aliisque hujusmodi. 57 Id est, vita. *tit.* 5. *in fin.* S. *eod. tit.* 8. *in fin.* S. *eod.* 3. *Const. Neapolit.* 15. & 18. vid. *formulam* Rodevici 3. *c.* 19. 58 Quid si se occisurum Sempronium dixerit vasallo dominus? Dehortari primo dominum debebit: ac deinde in genere ipsum Sempronium admonere, ut sibi caveat. *Gloss. c. nervi.* 13. *dist. c. si sacerdoti. de offic. ordin.* 59 *tit.* 5. S. *eod.* 1. *feud.* 17. 60 *tit.* 24. §. 2. *vers. porro.* ꝟ. *eod.* 1. *feud.* 5. *vers. similiter.* 61 *d. v. porro, tit.* 55. *in fin.* ꝟ. *eod.* 62 Ut supra de suis munitionibus. 63 Vasallus a superioribus non tantum abstinere debet, sed & eo amplius in hujusmodi casibus consilio juvare dominum cogitur. 64 Nota. 65 Oblivio in iis non admittitur, quæ quis interposito jurejurando facere cogitur. adde *l. magnam* 12. *C. de contrah. stip.* 66 Perjuro vasallo non potest gratiam jurisjurandi facere princeps, invito ipsius vasalli domino. 67 Inter dominum & fidelem fides est reciproca ideoque dominus vasallo conjux & amicus dicitur. *tit.* 58. *in fin. pr.* ꝟ. *eod.* adde *tit.* 26. §. 7. *vers. domino tit.* 47. *infr. eod.* 68 *tit.* 5. S. *eodem.* 69 Vid. *tit.* 28. *in fin.* 70 *d. tit.* 28. & 55. *in fin.* ꝟ. *eod.* In juramento fidelitatis vasallus tacite excipit Principem suum, antiquiorem dominum, patriam. Interpretes vero has personas addunt: patrem, filium & fratrem, si qua videlicet in re adversus jus naturæ lædentur ab ipso domino. Addamus & uxorem. 71 Cum tacite id intelligatur. 72 Simplicium & imperitorum habetur ratio: & ut Glossa *in l. quotiens.* 10. *C. familiæ erciscundæ.* ait: Non omnis scit dicere, heredem instituo. unde notant, Testi-

nunquam scienter ero in consilio, vel [1] *in facto* [2] *quod tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel quod* [3] *tu recipias in persona aliquam læsionem, vel injuriam, vel contumeliam, vel quod tu amittas aliquem honorem quem nunc habes, vel in* [4] *antea habebis, & si scivero vel audivero de aliquo qui velit aliquod istorum contra te facere, pro* [5] *posse* [6] *meo, ut non fiat, impedimentum* [7] *præstabo. Et si impedimentum præstare nequivero, quam cito* [8] *potero, tibi nuntiabo* [9]*: & contra eum, prout potero, auxilium* [10] *meum tibi præstabo, & si contigerit te rem aliquam quam habes vel habebis, injuste vel* [11] *fortuito* [12] *casu amittere, eam recuperare juvabo, & recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero te velle juste* [13] *aliquem offendere, & inde generaliter* [14] *vel specialiter fuero requisitus* [15]*, meum tibi, sicut potero, præstabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaveris, illud sine licentia nemini pandam* [16]*, vel per quod pandatur, faciam: & si consilium mihi super aliquo facto postulaveris: illud tibi dabo* [17] *consilium quod* [18] *mihi videbitur magis expedire tibi: & nunquam ex persona mea aliquid faciam* [19] *scienter quod pertineat ad tuam, vel tuorum injuriam vel contumeliam.* §. 1. Investitura [20] vero facta & fidelitate subsecuta [21] omni modo cogatur dominus investitum in vacuam possessionem mittere [22], quod si differat, omnem [23] utilitatem [24] ei præstabit.

TIT. VIII.
DE INVESTITURA DE RE ALIENA FACTA.

Miles ignorans a comite de aliena re aut impignorata investitus, habet contra dominum actionem pro evictione, sciens autem, non, nisi stipulatio aut pactum intervenerit. Bald.

CUm de re aliena, vel alii obligata investitura fiat, illud distinguitur, utrum scienti an ignoranti facta sit. Qui [25] enim alienæ rei sciens [26] investituram accepit: nisi [27] pacto speciali sibi prospexerit, de evictione [28] agere non poterit: ignorans [29] vero recte aget, ut [30] aliud [31] ejusdem bonitatis seu quantitatis [32] ei præstetur [33]. Sed in eo nulla est differentia, qui investituram fecit, utrum sciverit vel ignoraverit.

REi [34] autem per beneficium recte investitæ vasallus hanc habet potestatem, ut tanquam [35] dominus possit a quolibet possidente sibi quasi [36] vindicare [37]: & si ab alio ejus rei nomine conveniatur, defensionem [38] opponere [39], nam & servitutem [40] eidem rei debitam petere potest & retinere. † Quid ergo si pretio vel dolo, aut incuria [41] servitutem [42] rei beneficiariæ imponi [43] patiatur, & ad dominum ex qualibet causa postea beneficium revertatur? an ex eo præjudicium domino generetur, quæsitum fuit? & responsum est, ut vasallo quidem, donec [44] feudum tenet, possit obesse: domino autem etsi per longa tempora perseveraverit, servitus minime noceat.

Vasallus potest feudi conditionem facere meliorem, non deteriorem in alterius præjudicium. Bald.

§. 1. Econtrario autem si quid feudo a vasallo additum sit: si [45] quidem tale adjectum sit, quod per [46] se subsistere possit, id est, ut per se censeatur, ut [47] prædium: id non accrescit feudo. Si vero per se non [48] possit subsistere, ut servitus [49]: plerisque placet feudo accedere, & sicut partem [50] feudi disponendam esse: meliorem [51] namque conditionem feudi facere potest: deteriorem [52] vero sine [53] domini voluntate, vel eorum agnatorum [54] ad quos per successionem pertinet, facere non potest.

Feudum alienari non potest in alium, quinimo nec pignori obligari. Bald.

§. 2. Quamvis enim possessio [55] per beneficium ad eum pertineat, tamen [56] proprietas ad alium spectat: & ideo quartæ [57] sive tertiæ ratione, quæ a Longobardis seu a Romanis viris uxoribus fieri solet, post mortem viri ad mulierem nihil pertinet, nam nec [58] pignus quod consultum [59] dicitur, fieri potest ex feudo.

TIT. IX.
QUALITER OLIM POTERAT FEUDUM ALIENARI.

Olim regulariter venditio feudi pro parte dimidia permittebatur, altera parte retenta. Bald.

EST autem optima consuetudine interdicta feudi alienatio: super qua multæ & diversæ sententiæ dabantur in singulis civitatibus, seu curiis: donec Imperator divæ memoriæ Lotharius tertius promulgavit super hoc novam constitutionem [60], quæ posita est in titulo de beneficiis. Necessitate [61] namque suadente, poterat olim [62] vasallus, domino inscio vel invito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. † Si vero vel totum, vel partem volebat per feudum aliquem investire [63]: hoc licebat ei sine [64] fraude facere. Si autem dissentiente domino vendebat, sive per feudum investiebat, (quod [65] & ipsum sincere hodie & sine fraude licet ei facere) si tamen sine [66] herede masculo descendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat, [67] aut alia forte ratione intercedente culpa [68] amittebat: tunc [69] omnis feudi alienatio ad irritum revocabatur: eo [70] excepto, quod ille qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si [71] priori domino servire, & ab eo feudum recognoscere volebat.

Casus enumerat in quibus etiam de jure antiquo alienatio fuerat prohibita. Bald.

§. 1. Donare [72] autem, aut judicare [73] pro anima, vel in dotem [74] pro

monium ejus valere qui Titium possidere dixerit, tametsi interrogatus quid sit possidere, respondeat se nescire. *Gloss. in l. stipulatio ista* 38. *§. hæc quoque* 7. *ff. de verb. oblig.*

1 Consilii & facti discrimen. 2 Id est, actu. 3 Quid si vasallus consilium dederit, ut dominus furiosus caperetur, vel coërceretur, aut ipse etiam furiosum ceperit, ut in vincula conjiceretur ex *l. Divus* 14. *ff. de officio præsid. l.* 1. *C. de emen. propin.* vasallus nihil adversus jusjurandum ex officio videtur fecisse, sed juvasse potius dominum. 4 Juratur etiam super futuris. 5 Atticismus feudisticus. 6 Impossibile non cogitur promittere aut præstare vasallus. Ita non tenebitur ad ea quæ jure non poterit. *l. nepos* 125. *ff. de verb. signif.* 7 De domino non impediendo. 8 Tempus omne cum quodam temperamento accipi oportet. *l. Aemilius* 38. *ff. de minoribus.* 9 De domino certiorando. 10 De auxilio ferendo. 11 Fortuitum casum & injustitiam comparari notat Laudensis hic. 12 Vid. *l. ult. C. de act. empt. l.* 9. *§.* 2. *ff. locati.* 13 Vid. Nicætam *in Alex. Commen.* Vasallus non cogitur juvare dominum injuste alium offendentem. 14 De generali ac speciali domini denunciatione. Specialis igitur denunciatio domini non exigitur: hoc est dominus non cogitur specialiter denunciare vasallo, ut juvet: cum generaliter denunciasse sufficiat. 15 Juvandi alterius debitor, intelligitur moram commisisse, si requisitus non juverit. Ita qui juvare promisit, intelligitur adversus conventionem fecisse, si requisitus aut interpellatus id non fecerit, nisi forte scivit magnum periculum imminere domino. Proinde in fœderibus Principum vel civitatum, pactum juvandi non committitur, nisi præcesserit denunciatio. 16 De arcano non evulgando. *tit.* 5. *s. eod. tit.* 28. *in fin. J. eod.* 17 De consilio. 18 Consilium ex animi sui sententia vasallus domino præstare tenetur, & proinde non fraudulentum. 19 De domino non offendendo. 20 Investitura abusiva seu verbali (quæ per annulum puta, vel hastam fit. *cap.* 1. *s. quid sit investitura*) facta, & fidelitate præstita, dominus tenetur vasallum mittere in possessionem, qui nisi miserit, id quod interest vasalli, præstare ei debebit. Quid si nudo pacto (id est verbali tantum investitura) promisit dominus se investiturum? Ravennas putat, etiam ex illo nudo pacto cogi dominum investituram realem facere: adeo ut nisi eam fecerit, vasallo id quod ejus intersit, omnimodo actione doli præstare debeat.

21 Fidelitas subsequitur investituram *tit.* 4. *s. eod.* 22 1. *feud.* 4. *s. tit.* 26. *§.* 6.
23 Hoc est, id quod re ipsa intererit, præstabit: puta damna omnia accepta. Imo & id quod extra pœnam intererit, puta id quod lucrari potuit vasallus ex feudi reditu, veluti, si vasallus ipse pecuniam in mercibus emendis occupare consuevit. Raven. *hic.*
24 Id est, id quod interest. 25 Evictionis non agit in dominum, qui sciens, ab eo investitus est de feudo alieno: nisi evictionis periculum fuerit sibi stipulatus. 26 Aliud, si nesciens. 27 Pacto sibi stipulari evictionem rei vetitæ legibus alienari, emptor non potest. *princ. vers. callidis. J. de prohibita feudi alien. per Frideric.* alienæ tamen rei in feudum receptæ etiam scienter, evictionem sibi stipulari potest, *ut hic*, quippe hic actus lege omnino irritus non habetur, ut prior ille. 28 Adde *tit.* 46. *J. eod.* dixi ad 1. *C. de jure dotium.*
29 Evictionis agit adversus dominum vasallus investitus de re aliena a domino etiam ignorante; nec enim ullo modo decipiendus est vasallus. 30 Evicto feudo dominus præstare vasallo cogitur aliud feudum ejusdem bonitatis & quantitatis, *ut hic.* Ita feudo evicto vasallus non agit ad duplum ex jure civili; sed ad tantundem ejusdem bonitatis & quantitatis: denique ad cambium tantum feudi evicti, sic speciem pro specie petere potest.

31 *tit.* 25. 32 Seu quantitas. *Hotom.* 33 Evictionis agi potest ob feudum donatione acceptum, *ut hic.* Jure civili ob rem donatam evictam, agi non potest adversus donatorem, *v. l.* 2. *C. de evict. l. Arist.* 18. *in fin. ff. de don.* Quid ita? feudum non est donatio simplex, sed ob causam. 34 De jure quod vasallus habet. *tit.* 9. Cujac.
35 Vasallus post investituram feudi acceptam, tanquam dominus est. Ita duplex dominium est; verum & quasi dominium: ut & proprietas & quasi proprietas, *Gloss. l.* 2. *§. quædam ff. de interdictis, l. recte* 25. *ff. de verb. sign.* Atqui dominium per nudam investituram sine traditione non transit, *l. traditionibus* 20. *C. de pactis.* Respondeo: Feudi dominium per nudam & abusivam investituram non transit, *tit.* 2. *s eodem.* per propriam transire videtur, *ut hic. & d. tit.* 2. vel si feudi instrumentum sit traditum, *arg. l.* 1. *C. de donat.* vel si ab Imperatore facta sit, qui solutus legum solennitatibus videtur. *l.* 19. *C. de test. l.* 34 *in fin. C. de donation. c. si tibi* 17. *de præbendis in sexto.* 36 Utilis & quasi rei vindicatio datur vasallo. Ut quasi dominus potest rem suam feudalem a quocunque possessore vasallus avocare, seu vindicare, a quocumque inquam extraneo; Imo & ab ipso domino, si feudum injuste possideat dominus. *l.* 1. *in fin. ff. si ager vectigal.* Quid si vasallus & dominus feudum vindicent simul? præferendus erit vasallus; cum sit ejus causa propinquior, & utiles actiones habeat. *d. l.* 1.
37 Vasallo competit vindicatio. 2. *feud.* 43. *J.* 38 Vasallus feudi nomine agere & defendere potest: Jure experiri, cum agendo, tum excipiendo potest. 39 *d. tit.* 43.
40 Vasallo plus juris in feudo competit quam usufructuario in re usufructuaria, *l.* 1. *ff. si usufructus: l.* 1. *in fin. ff. de novi operis nuntiat.* 41 Id est, negligentia: alias legitur, *injuria*, ut notat Laudensis. 42 Servitutem feudo imponi vasallus cum patitur pretio, dolo, vel negligentia, sibi nocet; non domino, etiam si servitus ea præscriptione alicui fuerit quæsita, *ut hic.* Quid? privaturne feudo ea de causa, perinde, ac si feudum alienasset? non privatur, DD. *hic.* Quid si in judicio servitus feudo vasalli fuerit imposita? vel ipsi domino servitus sic imposita nocebit, *c.* 1. *J. de controversia inter vasallum: c. si vasallus. J. si de feudo defuncti content.* Quid si contraxit æs alienum vasallus? feudo domino aperto, creditoribus vasalli, potior fuerit dominus, *ut hic notant interpretes.* 43 Vid. *§.* 1. *in fin J. eod.*
44 Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis. *l.* 31. *ff. de pignoribus, &* 1. *tit.* 13 *s. eod. & l. ult. C. si pignus pignori datum sit*, excipe *tit.* 9. *in fin. princ. J. eod.* 45 Augmentum feudi factum opera, vel industria vasalli si per se subsistere, & a feudo separari potest, pars feudi non censetur, *ut hic.* Quid si per alluvionem quædam portio feudo adcrevit? pars feudi est. *§.* 5. *si quis de manso. si de investitura feudi tit.* 4. 46 Prædia seu agri per se subsistunt. 47 Augmenta feudorum duorum sunt generum: Quædam per se subsistunt, ut vicina feudo prædio comparata: quædam non per se subsistunt, sed feudo cohærent plane. Sine feudo esse non possunt, ut sunt servitutes feudo adquisitæ, *ut hic*, priora augmenta pars feudi non sunt, at posteriora. Goth. Adde *cap.* 1. *§. Si vasallus. tit. hic finitur lex.* Jul. Clar. *lib.* 4. *sent. §. feud. q.* 88. *num.* 1. Rosenthal. *de feud. c.* 7. *conclus.* 47. *num* 10 *& c.* 10. *conclus.* 43. *& c.* 12. *conclus.* 15. *num.* 12. Hartman. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 42. *num.* 1. *& seq.* S.L.
48 Servitus per se non subsistit, est enim qualitas, & sic accidens, *l. quid aliud* 86. *ff. de verb. sign.* 49 Servitutem feudo adquisitam per vasallum, aperto sibi feudo dominus retinet, *ut hic*, tenetur tamen servitutis æstimationem solvere heredibus vasalli. *§. si vasallus. tit. hic finitur lex.* Quid si jurisdictionem castro feudali adquisivit? Jurisdictio heredum vasalli fuerit. Potest enim separari jurisdictio a castro, cum penes unum feudale castrum, penes alium jurisdictio esse possit. 50 Servitus pars feudi. 51 Deteriorem feudi conditionem invito domino, vel agnatis vasallus facere non potest: meliorem potest.
52 Idem in usufructu. *l.* 10. *l.* 13. *§.* 4. *l.* 15. *§.* 6. *ff. de usufruct.* & feudo dotali. *l.* 7. *§.* 2. *ff. soluto matrimonio.* 53 Potest igitur volente: cum volenti non fiat injuria.
54 Adde 1. *feud.* 5. *§.* 1. 2. *feud.* 26. *§.* 5. *vers. Titius.* 55 Penes vasallum feudi possessio est: penes dominum ipsa proprietas, hinc feudum res non mancipi. Adde *tit.* 23. *in fin.*
56 Feudi proprietas penes dominum est: possessio penes vasallum. Quid hinc sequitur? jure Longobardo, vel Romano uxores maritis suis succedere in quartis, vel tertiis, maritis suis non succedere in feudis, *ut hic*, etiamsi feudum quo de agitur, ab ipsis conjugibus simul fuerit adquisitum: nisi aliud pacto sit conventum. 57 Hujusmodi tertiæ & quartæ dantur a maritis uxori, hypoboli, seu vice donationis propter nuptias loco, idque Longobardis morgengaba. vid. *tit.* 29. *J. eod.* 58 Pignorare feudum vasallus non potest invito domino, *ut hic.* Quid si pignorarit? feudo privabitur. *c.* 1. *J. de prohib. alienat. feud. per Frider.* Cur pignorare non potest? quia non pleno jure dominus rei feudalis est, directum feudi dominium non habet, sed utile tantum. Atqui creditor pignus suum alteri pignori dare potest. *l.* 1. *l.* 2. *C. si pignus datum sit.* 59 Dixi 1. *feud.* 5. *versic. aut si libellario.*

60 *d. tit.* 5. *tit.* 52. *infr. eod.* 61 Puta famis. Necessitatis enim causa, poterat vasallus mediam partem feudi alienare. Hodie non potest. Cur non necessitate famis. *arg. l.* 2. *C. de patribus qui filios suos distraxerunt?* vasallus dominium habet: pater nullum.
62 Hodie non potest. *d. tit.* 52. 24. 25. *infr. eod.* 63 *d. tit.* 5. 3. *s. eod.*
64 Id est, impune. *l.* 1. *ff. ad l. Falcid.* alias hic notant: Interpretationem in feudis eam admitti oportere, quæ dolum & fraudem excludat. *l. creditor.* 60. *§. Lucius* 4. *ff. mandati, l. fraus* 30. *ff. de legibus.* 65 De infeudatione loquitur, non de alienatione. 66 Vasallo sine herede masculo decedente, moriente, feudum ad dominum revolvitur. 67 Refutatione feudum amittitur. *tit.* 14. *&* 38. *s. eod.* 68 Vid. *tit.* 24. *J. eod.* 69 *tit.* 8. *§. in fin. s. eod.* 70 Hic igitur invitum, hoc est, eum quem nolit, habebit vasallum dominus? Merito subvasallus, aut a vasallo investitus, eadem conditione est cum ipso vasallo investiente, vel, ut proprie magis loquamur, subinvestiente. Non fit ea parte deterior domini conditio, cum loco vasalli alium ejusdem plane conditionis habet. 71 Alias invitum vasallum non habemus. *l.* 8. *§.* 1. *s. eod. l.* 12. *J. eod.* 72 Donare feudum vasallus non potest, *ut hic*, nisi filio, vel agnato proxime successuro. Hujusmodi enim non tam donatio est, quam refutatio. *J. de alienat. feud. paterni.* 73 *tit.* 55. *vers. habito. J. eod.* de legato feudi ad pias causas. Testari de feudo suo etiam pias ad causas vasallus non potest. quod ita receptum, non piæ causæ odio, sed ex natura ipsius feudi, cujus alienatio est interdicta. Quid si feudum piam in causam legatum fuerit: ut ipsum feudum non debeatur, non debebitur saltem æstimatio? Ne quidem æstimatio debebitur, *Doctores hic.* 74 De feudo in dotem dato. Feudum in dotem pro filia dare pater non potest invito suo domino. Nam si famis causa feudum alienare non potest; *s. eod.* multo minus in dotem filiæ dare poterit.

filia

filia dare, nullius curiæ poterat consuetudine: licet posset locare [1], nisi locatio esset fraudulenta alienatio: sicut [2] est per libellum [3], ut dicatur [4] venditio. Quis enim dubitat, quod libellario [5] nomine sub [6] vilissima duorum [7] denariorum pensione [8] perpetuo concedatur utendum, alienatum [9] in fraudem esse? Porro sive de bona consuetudine, sive de prava quæramus: concessa [10] erat domino pro æquali pretio redemptio: nisi hoc beneficium amiserit [11] dominus per refutationem, vel annali silentio, ex quo sciverit [12], computando. Præscriptione autem triginta [13] annorum submovebatur, tam sciens quam ignorans: in prohibendo autem vel redimendo potior [14] erat proximi agnati, quam [15] domini conditio: si tamen feudum erat paternum.

† De illa vero feudi alienatione [16] quæ a domino sit, si dubitetur, lex [17] Imperatoris Corradi consulatur: quæ posita est in jam dicto titulo de beneficiis.

TIT. X.

QUIS [18] DICATUR DUX [19], MARCHIO, COMES, CAPITANEUS, VEL VALVASOR.

QUi a principe de ducatu aliquo investitus est, dux [20] solito more vocatur. Qui vero de marchia, Marchio dicitur. Dicitur autem marchia [21], quia marcha, ut & plurimum juxta mare sit posita. Qui vero de aliquo comitatu [22] investitus est, comes appellatur. Qui vero a principe, vel ab aliqua potestate [23] de [24] plebe aliqua vel plebis parte per feudum est investitus, is capitaneus [25] appellatur, qui proprie valvasores [26] majores olim appellabantur. † Qui vero a capitaneis antiquitus beneficium tenent, valvasores [27] sunt. Qui autem a valvasoribus feudum quod a capitaneis habebatur, similiter acceperint, valvasini [28] id est, minores [29] valvasores appellantur: qui antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam habebant: valvasore [30] autem sine filio mortuo, feudum quod valvasori minori [31] dederat, ad capitaneum revertebatur, sed hodie eodem jure utuntur in curia Mediolanensi, quo & valvasores. † Cæteri vero, qui [32] ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet noviter a capitaneis seu valvasoribus acquisierint, plebeii [33] nihilominus sunt. Nam illi, qui soldatam [34] habuerunt vel acceperunt vel habent: per eam nullum pedagium [35], sed nec feudi usum acquirunt. Soldata [36] autem est præstatio quædam annua gratuita quæ a neutra parte transit [37] in heredem: morte enim dantis vel accipientis [38] interveniente finitur. Soldata vero dicitur, quia plerunque in [39] solidorum [40] donatione consistit: quandoque autem in [41] vino & annona consistit.

TIT. XI.

DE [42] SUCCESSIONE FRATRUM [43] VEL GRADIBUS SUCCEDENTIUM IN FEUDO.

Feudum acquiritur investitura & successione. Bald.

PEr successionem [44] quoque, sicut per investituram beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo qui beneficium tenebat, prima [45] causa liberorum est. Filiis enim existentibus masculis [46] vel ex filio [47] nepotibus vel deinceps per masculinum sexum descendentibus cæteri removentur agnati [48]. Ad filias [49] vero seu neptes, vel proneptes, vel ex filia nepotes, seu pronepotes successio feudi non pertinet. Proles enim fœminini sexus, vel ex fœmineo sexu descendens ad hujusmodi successionem aspirare non potest: nisi [50] ejus conditionis sit feudum, vel eo pacto [51] acquisitum. † His [52] vero deficientibus vocantur primo fratres [53] cum [54] fratrum præmortuorum filiis, deinde agnati ulteriores [55], quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum: hoc [56] est, si fuit illius parentis, qui ejus fuit agnationis communis. Si enim Titii avus de novo beneficio fuerit investitus, Titio sine legitimo herede masculo defuncto, ejus feudi successio non pertinet ad ejusdem Titii patruum magnum, nec ad prolem ex eo descendentem, imo revertitur ad dominum. Ad cognatos enim ejus beneficium non pertinet, neque beneficii successio. † Si vero dominus vel alius beneficium defuncti novum esse dicat, agnatus autem illius proximus paternum esse contendat: tunc onus probationis incumbit illi [57] qui novum dicit. Sed scio aliter pronuntiatum esse. Bonus [58] enim judex causa cognita diligenter intuebitur, cujus potius jurejurando dirimenda sit hæc quæstio, utroque scilicet in probatione deficiente.

TIT. XII.

DE [59] FRATRIBUS DE NOVO BENEFICIO INVESTITIS.

In feudo non habet locum jus accrescendi inter eos qui prætendunt primam seu primordialem investituram. Baldus.

SI duo fratres de novo beneficio, & non [60] de paterno simul investiti fuerint: uno sine herede defuncto, ad alterum non [61] pertinet ejus beneficii portio: nisi [62] facta fuerit eo pacto investitura. † Si [63] duo fratres in causa [64] communi post mortem patris remanserint, id est habitaverint [65] simul, & unus eorum feudum acquisierit, plerique [66] dicunt ad alium non pertinere, sed ad dominum, nisi per pactum: sed neque vivente eo qui acquisierit, neque post mortem ejus: fructus tamen erunt communes, donec simul habitaverint. Quod si cum [67] equis vel armis [68] communibus vel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicunt: ne forte invitus [69] dominus alium quam quem voluerit, sibi acquirat vasallum, dum tamen meminerimus id, quod de communi expensum est, alteri pro parte competenti esse restituendum.

TIT. XIII.

DE [70] INVESTITURA, QUAM TITIUS ACCEPIT A SEMPRONIO.

Maritus non succedit uxori in beneficio ea mortua sine herede. Baldus.

TItius a Sempronio talem investituram accepit feudi, *ut haberet ipse, & heredes sui legitimi masculi, & iis omnibus deficientibus fœminæ.* Porro Titius superstite tantum filia decessit. Ipsa a domino investita [71] fuit, & feudum in [72] dotem [73] dedit [74]: maritoque superstite sine liberis decessit. Quæ-

---

Quid? potestne marito feudum suum mulier in dotem dare? potest, non tamen æstimatum: nam æstimatio venditionem facit, at ut in dotem feudum ita dari potest, ita donationis propter nuptias causa, propter cognationem ipsam dotis & donationis propter nuptias feudum dari poterit. Bald. *Auth. dos data. C. de donat. ante nupt.* 1 De locatione feudi. 2 *d. tit. 55. vers. quapropter.* 3 De libellaria. 4 Libellaria quasi venditio. 5 Libellus, seu libellarius contractus, quemadmodum constituatur. 6 *tit. 37.* J. *eod.* 7 Multo magis uno nummo. *l. 46. ff. locati, l. 66.* J. *ff. de jure dotium, l. 10. §. 2. ff. de acquirenda possessione.* 8 Annua. 9 1. *feud. 13.* 10 Retractus dominicus ut fiat. 11 Quibus modis domini feudum amittant. *tit. 33.* J. *eod.* 12 *tit. 26. §. 4.* J. *eod.* 13 1. *feud. ult.* S. *eod.* 14 Agnatus excludit dominum in retractu. 15 Retractus feudi olim permittebatur agnatis & dominis: eo jure, potior erat causa proximi agnati quam domini, ut & gentilitius retractus & agnatilitius dominico, potior erat. 16 *tit. 34. §. 1.* J. *eod.* 17 Statutum alio suppleri potest.

18 De nominibus vasallorum, *Cujac.* 19 Dignitates & nobilitates gradatim distinguuntur. 20 Dux. 21 Marchia, quæ tenet quod est juxta mare, & plerunque marcha juxta mare sit posita, *quidam ita legunt*, Marchia, limes: marchiones qui fines regni tuentur. 5. Annon. 11. Alciatus equitum præfectos vertit ab antiquo vocabulo, & etiamnum usitato apud Armoricos, *March*, id est, equo: unde *Trimarchisia* Pausaniæ, quod singuli equites constarent ex tribus. *Gregorius* 7. Marchesium, principis vexilliferum interpretatur. 22 Id est, jurisdictione. est enim comes judex, *c. 55. & 90. leg. Ripuar.* Idem Gravio, vel Graphio. Paul. Diaconus. 5. *histor. Longobard.* Inde Landgravii, provinciæ: Marchgravii, limitis; Pfalzgravii, palatii: Burgravii, arcis, præsidiive judices. Inde etiam Centgravii, Gogravii & Dingravii, judices pedanei. 23 Potestas investire potest. 24 De plebe, ejusve parte investitus capitaneus. 25 Capitaneus quis. 26 Et valvasores dominici. Annonius *de valvasore majore.* 27 Minores scil. *ut in feud. 1. §. 5. & tit. 7. & 15.* de valvasore minore. 28 Valvasini. 29 Minimi, *Hotom.* de valvasore minimo. 30 Minore scil. Hotom. *ut 1. feud. 7. & tit. 15. in fin.* 31 Minimo. *Hotom.* 32 Locus est elegans, unde possis ex sententia Cujacii, originem præsentis nobilitatis ostendere, videtur enim id dici: Non sunt justi milites, vel nobiles, nisi qui a Principe, vel Duce, vel Comite, vel Marchione de feudo investiti sunt, vel qui a majore, vel minore valvasore de feudo investiti sunt, si modo ii longam annorum seriem numerare possint, qua feudum, onusque militiæ ei adnexum in familia sua resederit, eaque certissima est nobilis definitio, sed hæc Hotomanno non omnino placent, cum inter se differant, nobilem & vasallum esse. Hoc igitur putat innui, eum, qui viginti jam annis feudum a valvasoribus majoribus adeptum possederit, quia jam publicum munus sustinuerit, non jam plebejum, sed minorem valvasorem esse. 33 Plebeji sunt, qui noviter feudum acceperunt a capitaneis: militibus non adnumerantur, ideo plebeji dicuntur. *Otho Frisingensis 2. Frideric. 18.* cum se plebejum diceret, in eodemque ordine vellet remanere, honeste donatus est. Nobiles itaque non fieri, qui a valvasoribus majoribus feuda accipiunt, hinc colligunt: nisi ab antiquo feudum habeant, *vers. qui vero a capitaneis antiquitus*, unde notat Baldus, nobilitatem antiquitati adscribi: feudum omne antiquum nobile esse. Quid, si quis ab Imperatore, vel rege, novum feudum accipiat? nobilitatur, *vers. qui vero a princ.* J. *eod.* Quin ut nobilitetur feudum accipiens ab inferiore ipso Imperatore, unius tamen censetur nobilis, quam qui feudum ab Imperatore accepit: ideoque hic illum præcedet, *l. 6. C. de advoc. divers. jud. l. ult. ff. de albo scrib.* 34 Id est, qui de feudo cameræ, vel cavenæ investiti sunt. *ut* J. *eod.* 35 Paradogium, ita legunt Baldus, & Alvarotus: & paradogium nobilitatem interpretantur. *Cujac.* legit *paragium*, eo sensu: Plebejos, de quibus supra, pares curtis domini non censeri, parium dignitatem solos nobiles habere, & ita non omne feudum nobilitare. *Hot.* putat pedagium sumi pro viatico militari, a pede, pedare & repedare. 36 Soldatæ definitio. 37 Soldata non transit in heredem, *ut hic*, nisi pacto, vel privilegio. Quinimo de præterito transit, licet non de futuro, *l. post duos 15. C. de advoc. div. judic. l. ult.* vid. *Gloss. C. de domesticis & protectorib.* 38 Soldatam dari nobilibus ad paupertatem redactis solitam, notat Ravennas, ac propterea distare a feudo Cameræ, vel Cavenæ. hæc enim duo, feuda esse, & propter servitium dari, soldatam vero neque feudum esse, neque propter servitium, sed miserationis causa gratis dari, ac proinde feudum ob servitium aliquod concessum, soldatæ feudum non censeri, *arg. l. Aquilius 27. ff. de donat.* 39 Soldatæ Etymon. 40 Alii derivant a *solde*, quod Germanis stipendium, & mercedem significat, unde soldatii. 41 Atque ita ut paulo ante dictum est, soldata parum differt a feudo cameræ, vel cavenæ.

42 De gradibus succedendi in feudo, *Cujac.* 43 Adde *tit. 50.* J. *eod.* 44 *tit. 1. in fin. supr. eod.* 45 §. 1. *Inst. de hereditatibus quæ ab intestato.* 46 1. *feud. 1. §. 3.* 47 *d. tit. 1. §. 2. tit. 8.* 48 Feudorum successio in multis differt a successione, Jure civili introducta. Jure civili succedunt fœminæ, *l. maximum vitium. 4. C. de liberis præter.* in feudis non succedunt, *ut hic.* jure civili parentes succedunt. *Auth. defunct. C. ad SC. Tert.* jure feudorum non succedunt. *c. 1. de natura successionis.* Jure communi cognati succedunt: sublata differentia agnationis & cognationis. *Authent. post fratres. C. de legitimis hered.* jure feudorum soli agnati succedunt, non cognati, §. *penult. supr. qui feudum dare.* Differt quoque feudum ab emphyteusi. fœminæ ex pacto, aut nisi fœmineum sit feudum, in feudo non succedunt, *ut hic.* quæ tamen succedunt in emphyteusi, *Nov. de non alienandis.* adde Everardum in Topicis loco ab Emphyteusi ad feudum 30. 49 *d. §. 3. tit. 6. §. 1. tit. 8. in fin.* 50 *tit. 50.* J. *eod.* 51 *d. §. 3. d. tit. 8.* 52 Masculis sc. 53 1. *feud. 1. §. 2.* 54 1. *feud. 14. §. 1.* 55 1. *feud. 1. §. 4. supr. eod. tit. 50.* J. *eod.* 56 Feudum paternum dicitur, quod fuit illius parentis, qui fuit communis stipes ac progenitor agnationis communis, *ut hic, & c. 1. de natur. successionis feudi.* ita fit ut in feudis successio omnis ad communem suum stipitem semper referatur. 57 Præsumiturne in dubio beneficium potius antiquum, quam novum? Ajunt nonnulli: & male. *v.* J. *eod. & tit. 25.* J. *eod.* adde 1. *feud. 12. in fin.* 58 Juramentum deferre judex non debet, nisi causa bene cognita, *ut hic*, adde *l. in bonæ fidei, 3. C. de reb. cred. & jurejurando. l. ubi falsi 22. C. ad l. Cornel. de falsis.*

59 De successione fraterni feudi. *Cujac.* 60 1. *feud. 14.* S. *eod.* 61 Jus accrescendi in feudo novo locum non habet inter fratres; uno enim mortuo alter ei non succedit. §. 1. S. *de his qui feudum dare.* Quid si pars deficientis individua sit, puta servitus? jus adcrescet fratri superstiti, data ejus partis æstimatione domino, nisi forte feudum contemplatione fratris mortui dominus dederit, vel nisi pars deficientis major sit: tunc enim pars superstitis adcrescit domino, data superstiti æstimatione suæ partis. *Alvarotus, Ravennas.* 62 1. *feud. 20.* Pacto nova forma dari potest contractui. adde *l. 1. §. si convenerit. 6. ff. depositi.* 63 Feudum quoties adquiritur a fratre, ut sit commune, tria hæc requiruntur: primum, ut ipsi fratres simul habitent: secundum, ut sit adquisitum bonis communibus: tertium, ut qui infeudavit dominus id sciat. 64 Id est, domo. 65 *d. tit. 20.* 66 Et male. *d. tit. 20.* Imo bene. 1. *feud. 1. §. 3. & 14. §. 1.* 67 Feudum castrense est quod alicui datum est ut militi. *arg. l. si castrense 87. l. si forte 8. ff. de castrensi peculio.* quasi castrense, quod quis adquisivit non miles, ab habente districtum vel jurisdictionem, *arg. l. ult. C. de inoff. testament. l. fori, 4. C. de advoc. div. jud.* adventitium, si neutro modo fuerit adquisitum. *DD. hic.* Quid in adventitio feudo filii, pater habetne usumfructum? non habet. Cur? feudum datur filio, ut serviat, & ita, ut fructus percipiat. Et hæc quidem ita sunt, nisi pater una cum filio vivat: tunc enim fructus communes erunt, quippe si hoc jus est in fratre, multo magis in patre admitti debet. Quæ ratio, sententia interpretum, in clericis & eorum peculio ecclesiastico, servanda: nimirum, ut, cui tale peculium fuerit, & patri, & fratri quibuscum simul habitat, id communicare debeat, vid. Bald. *in l. sacrosanctæ 34. C. de episc.* 68 *d. tit. 20.* feudalem militiam equestrem fuisse hinc colligunt. 69 Dixi *tit. 9. in fin.* S. *eod.* invitum vasallum nemo habet.

70 An maritus succedat uxori in feudo. *Cujac.* 71 1. *feud. 8. in fin.* 72 Maritus in feudo non succedit uxori. Titulus juris civilis & Romani, *unde vir & uxor*, locum non habet in feudis. adde *c. 1. tit. an marit. success. uxori.* Quid: num uxor in feudis viro potest succedere? non potest. *DD. hic.* 73 Pro se sc. *ut tit. 17.* J. *eod.* alias pater feudum in dotem pro filia dare non potest. *l. 59. §. 1.* S. *eod.* 74 Uxor marito feudum

rebatur, si ad maritum successio feudi pertineat? Responsum est non [1] pertinere.

TIT. XIV.

DE [2] VASALLO DECREPITÆ ÆTATIS, QUI FEUDUM REFUTAVIT [3], UT FILII INVESTIRENTUR.

Si vasallus decrepitæ ætatis feudum refutavit, ut filii investiantur, & investiti sunt, postea decedente altero filiorum post investituram fratre superstite, & sine herede, frater sibi succedit, & non revertitur ad dominum. Baldus.

Quidam vasallus cum decrepitæ ætatis esset, feudum suum in manu [4] domini ad hoc refutavit, *ut Sejum & Sempronium filios suos de eodem beneficio investiret.* Vasallo mortuo Sempronius sine legitimo herede, Sejo adhuc superstite, decessit. Lis est inter dominum, tanquam [5] novum feudum sibi delatum esse dicentem: & Sejum paternum esse contendentem. Unde eorum sententia prævaluit, qui dixerunt hoc feudum quamvis refutatum, nihilominus esse paternum.

TIT. XV.

DE [6] INVESTITURA IN MARITUM FACTA.

Sic ontentio est inter maritum filiæ vasalli, & agnatum de beneficio, an sit paternum vel novum, quæstio dirimi debet coram judice ordinario vel arbitro. Bald.

Vasallus superstite tantum una filia decessit, illa vero maritum accepit: cui dominus accepta [7] pecunia partem [8] feudi, quod pater puellæ habebat, retenta sibi parte altera dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit, dicens totum hoc feudum esse paternum, & ideo omnimodo esse ad se devolutum. Econtra maritus contendit, hanc partem quam ipse habet, novum feudum esse: & ideo domino apertum: quæritur igitur, utrum apud dominum eundem, & in ejus curia cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati judicem [9], vel arbitrum [10] utriusque consensu electum hoc esse debeat? Mihi [11] & aliis placet potius apud judicem ordinarium, vel arbitrum, quam apud eundem dominum hoc litigium fore determinandum. † Item placet agnatum non [12] semper cogendum probare feudum hoc esse paternum, sed ab adversa parte novum esse probandum [13]. Qua deficiente in probatione, tunc agnato (ut dictum est) causa [14] cognita detur electio, quatenus vel juret esse paternum, vel [15] alteri parti referat jusjurandum: & ille aut juret aut taceat. † Illud tamen sciendum est, quod si [16] inter duos qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio: alter alterum invitum trahere non potest ad dominum, vel ejus curiæ judicium [17]. Si vero cum sua curia dominus vocaverit eos, nemini [18] eorum licet illius domini vel ejus curiæ examen declinare.

TIT. XVI.

DE [19] CONTROVERSIA FEUDI APUD PARES TERMINANDA.

Si inter dominum & vasallum de feudo orta fuerit contentio: [20] per [21] pares illius domus, sicut lex [22] Corradi [23] dicit, dirimatur: si tamen pares habeat. Et siquidem dominus & vasallus consenserint [24] in eligendis paribus: nulla dubitatio est. Si vero dissentiant: tunc quid faciendum sit, quæritur: sed prævaluit eorum sententia, qui dixerunt dominum [25] debere eligere prius [26], quem aut quos voluerit: & vasallus similiter hoc [27] faciat secundum numerum a domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatem domino non juravit, domino vel vasallo dissentiente, pro pari [28] non est [29] eligendus.

TIT. XVII.

DE EO, QUI SIBI [30] (VEL HEREDIBUS SUIS MASCULIS ET FOEMINIS) INVESTITURAM ACCEPIT.

Si vasallus pro se & heredibus suis masculis, & his deficientibus fœminis, investituram accepit, fœmina non succedit in beneficio, quamdiu masculus superest.

Qui sibi vel heredibus suis masculis, vel, [31] *his deficientibus, fœminis per beneficium investituram feudi accepit:* una tantum filia superstite, nullo alio descendente relicto decessit. Hæc marito paternum feudum in dotem [32] dedit & decessit, duobus filiis ex eo procreatis; quorum unus duas filias reliquit: alter vero uno filio masculo relicto decessit: de prædicto itaque feudo urgentem vidimus quæstionem: masculo quidem hoc feudum totum sibi, quia solus ejus, qui primo investituram accepit, heres masculus sit, vindicante: fœminis vero totam sui patris partem sibi defendentibus, quia ex eo nullus extitit masculus. Cumque inter sapientes sæpe super hac quæstione sit disputatum: tandem pro masculo pronunciatum est. Non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec [33] masculus supereft ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus. † Nam & illud judicatum scio: si ille, qui proprium [34] feudum suum militi pro beneficio dedit, duobus filiis relictis decesserit, quorum unus filia tantum relicta obiit: alter vero filio masculo relicto superstite defunctus est: quod miles non debet feudum suum per fœminam recognoscere, donec superest masculus ex eo qui primam investituram fecit. Alii dicunt per filiam debere recognoscere, cum de paterno allodio [35] esset hoc feudum: alioqui si aliunde esset, verum esset quod dicitur per fœminam non debere recognoscere.

TIT. XVIII.

DE [36] DUOBUS FRATRIBUS A CAPITANEO [37] INVESTITIS.

Duo fratres, scilicet Titius & Sejus, a quodam capitaneo de novo beneficio simul investiti sunt: eo videlicet tenore [38], *ut quandiu ipsi, vel eorum heredes masculi viverent, & masculis deficientibus, fœminæ, si superessent, feudum haberent.* Ex fratribus his unus, una filia relicta, altero adhuc vivente decessit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, utrum filiæ, an fratri? Respondetur, filiæ [39]: unusquisque [40] enim sibi suisque heredibus videtur prospexisse. Si tamen is, qui filiam reliquit, sine herede decessisset, propter tenorem investituræ insertum, ejus pars fratri, non domino est quæsita.

TIT. XIX.

AN [41] REMOVERI DEBEANT TESTES QUI PARES ESSE DESIERUNT.

Si inter dominum & vasallum contentio est de investitura: illi, qui pares fuerunt tempore investituræ, non removentur postea a testimonio, licet desierunt esse pares. Bald.

Ex facto quæsitum scio: si inter dominum & fidelem de investitura feudi contentio emerserit, quia *factam eam dominus neget:* si vasallus offerat eos testes, qui tempore investituræ pares erant, sed postea qualibet ex causa pares esse desierunt: an ideo sint removendi, quia nunc non sunt pares? Sed quamvis alii aliter sentiant: tamen mihi & quibusdam aliis videtur sufficere eos tempore investituræ saltem pares fuisse. Quid enim peccavit [42] qui investituram accepit [43], si illi, quos eo tempore [44], utpote idoneos, adhibuit, postea pares esse desierunt?

TIT. XX.

DE [45] CONTROVERSIA INTER EPISCOPUM ET VASALLUM.

Si inter episcopum & vasallum est contentio de investitura ab ejus prædecessore facta, pares curiæ cognoscunt. Bald.

Ex eo quod scriptum [46] est, si inter dominum & vasallum de feudo nascatur quæstio, quod per pares ejusdem curiæ dirimenda sit: quæsitum

in dotem dare potest, *ut hic.* non æstimatum tamen vel adjecto pacto de lucro feudi, his enim modis fœmina feudum alienaret. Quid, feudo in dotem dato, quis servire cogitur? maritus. *D D. hic.* 1 1. *feud.* 13.

2 De refutatione feudi. *Cujac.* 3 *tit.* 9. S. *eod. tit.* 38. 39. J. *eod.* 4 *d. tit.* 9. 5 Feudum refutatum per patrem, ea conditione, *ut filii sui in eo investiantur*, non est feudum novum, sed paternum, & consequenter in eo feudo filii vicissim sibi non succedent: quasi mutata feudi paterni natura istiusmodi investitione, *ut hic.* Quid? remissa vasallo culpa a domino, propter quam feudo privari potuit; num feudum remanet antiquum, an potius novum esse incipit? an dicemus antiquum manere: ita ut vasallo moriente succedant ei agnati, tanquam in feudo antiquo? an potius, novum esse dicemus, si id feudum sibi jam commissum usurpavit dominus, & id deinde vasallo restituit: quemadmodum si ipso jure feudo privatus esset vasallus? Hoc verius est. Quid? num pacto novum feudum antiqui feudi naturam sortiri potest? posse putant interpretes, præter quam in prælato.

6 De contentione feudi inter generum fidelis mortui & agnatos. *Cujac.* 7 Feudum accepta pecunia dari potest, 1. *feud.* 24. S. 8 Feudum pro parte accipi potest. 9 Ordinarium sc. *ut* J. *eod.* adde *tit.* 34. 46. J. *eod.* qui & comes & curiæ judex. 10 Judex inter vasallos de feudo contendentes, esse dominus non potest, quoties ex consequentia quadam negotium ipsum domini geri potest, ut hic, unus dicebat antiquum: alter novum esse. Interest autem domini novum esse potius, quam antiquum; redit enim ad dominum facilius novum feudum, quam antiquum. 11 In arbitrum compromitti de feudo potest, consensu tamen domini. 12 Probatio incumbit investito contendenti feudum novum esse, quo non probante, transfertur electio in agnatum, paternum esse contendentem. 13 Vid. *tit.* 11. *in fin.* S. *eod.* 14 Juramentum causa cognita deferendum. 15 Juramentum cui defertur, jurare vel referre juramentum cogitur, *l. manifestæ*, 38. *ff. de jurejur.* is vero cui refertur; aut jurare aut lite cadere, *ut hic, l. general.* 12. §. 1. *C. de reb. credit. & jurejurando.* 16 Si lis sit de feudo inter unum, qui certo sit vasallus, & alium de quo dubitetur, an sit vasallus, cognoscit dominus simul cum curia, alias inter eos qui certo sunt vasalli, solus dominus cognoscit. 17 Judicem. Cujac. 1. *feud.* 18. & ita legendum monet *tit.* 46. *in fin.* J. *eod.* 18 Forum feudale vasalli declinare non possunt, *ut hic.* Quid si suspecti judices sint? notant interpretes declinari non posse; cum sint ordinarii judices. *l. apertissimi.* 16. *C. de judiciis.* improbata opinione contraria. Est tamen vasallo remedium Authenticæ, *si vero contigerit, C. de judic.*

19 De contentione feudi inter dominum & vasallum. *Cujac.* 20 Feudalis sc. Quid in causa reconventionis de re non feudali, potestne par curiæ judicare? potest, *Interpretes hic.* 21 1. *feud.* 18. *tit.* 20. 39. §. 1. J. *eod.* 22 *tit.* 34. J. *eod.* 23 Lotharii. *Hot.* 24 Pares judices eliguntur communi partium consensu, hoc est ex paribus ipsis curiæ eliguntur qui judicent, ita electio judicum paribus committitur, *l. observandum* 47. *ff. de jud.* 25 In eligendis ex numero parium judicibus, si dissentiant inter se dominus & vasallus, in eligendis judicibus præferetur dominus. 26 Id est, non solum. *arg. l.* 47. *ff. de judiciis.* 27 Id est, tot judices eligat, quot ipse dominus elegit: ut hi simul de tota re cognoscant. 28 Par in judicem, vasallo vel domino inter se litigantibus in eligendo dissentientibus, eligi is non potest, qui fidelitatem nondum juravit, *ut hic:* igitur iisdem consentientibus, par eligi in judicem poterit is, qui nondum fidelitatem juraverit. 29 Par proprie, aut plene non est, qui fidelitatem nondum juravit, *ut hic:* ita studiosi vel notarii privilegiis frui eum negant interpretes, qui jusjurandum studiosi, vel notarii consuetum nondum rectori vel magistratui præstiterit.

30 Sibi & filiis investituram accepit. *Cujac.* 31 Feudum fœmineum non est, licet ad fœminam pervenerit, ut ecce, feudum mihi, masculis, & masculis deficientibus, fœminis, accepi: masculi primo succedent, deinde fœminæ. Pone, masculos omnes decessisse, filiam fuisse superstitem, relictis duobus filiis, quorum unus duas filias, alter masculum reliquerit? masculus succedet, *ut hic:* ut masculi excludant fœminam; vice versa vasallus quamdiu masculum dominum habere potest, tamdiu feudum suum a fœmina non cognoscit, *vers. nam & illud.* Quid si mihi, filiis & filiis fratris, feudum aliquod accepi? filii fratris dimidium consequentur. Bald. *hic.* Quid si feudum accepi, ut deficientibus masculis, ad unam fœminam feudum deferatur: & plures fœminæ fuerint? dominus eliget. *Bald.* Quod si filiis etiam meis feudum accepi? & nati & nasciturі admittentur. Num & me vivo? non admittentur: ut ordo temporis & rationis hic servetur. Bart. *in l. Gallus* 29. §. 1. *ff. de liberis & posthum.* 32 In dotem feudum marito dare uxor potest. *tit.* 13. S. *eod.* 33 1. *feud.* 8. *in fin.* S. *eod.* 34 Proprium suum. *Hot.* 35 De Allodiis v. *tit.* 54. J. *eod.*

36 Quando in feudum filia, non frater succedat. *Cujac.* 37 Vel alio quocunque, ob eandem videlicet æquitatis rationem. 38 Tenor investituræ semper spectandus, potest enim tenor derogare omni feudorum naturæ. 39 Filia adquirentis, patruum in feudi, a patre ea lege adquisiti, ut masculis deficientibus fœminæ succederent, successione excludit. 40 *tit.* 90. J. *eod. l.* 9. *ff. de prob. l. tale* 40. *in fin. ff. de pactis.*

41 Si de investitura feudi contentio fuerit inter dominum & fidelem. *Cujac.* 42 Pœnam non meretur qui nihil admisit. 43 Legitime factum non retractatur. *l.* 85. §. 1. *ff. de reg. jur. c. factum legitime* 73. *de regul. jur. in* 6. 44 Testium conditio, testationis ex tempore sumitur. *l.* 22. §. 1. *ff. qui testam.* §. 7. *Inst. de testam. l.* 5. *C. de test.* testium conditio in feudis eo tempore inspicitur, quo testes adhibentur, non quo testimonii dicendi causa rogantur, *ut hic.* testes adhibiti, si tempore investituræ fuerint pares, non removentur a testimonio, licet pares esse desierint. 45 Si inter dominum & fidelem de feudo fuerit quæstio. *Cujac.* 46 V. *tit.* 16. S. *eod.*

est,

est, si quis dixerit se a quodam episcopo [1] fortassis jam defuncto de annua [2] præstatione, aut qualibet alia re per feudum investituram accepisse: & cum successore ejus agat, & ille respondendo neget hunc esse vasallum: utrum per pares ejusdem curiæ sit judicandum super hac quæstione? Opponit enim vasallus, quod dominus eum negat [3] esse vasallum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vasallus, quod prius de suo recto [4] feudo debet investiri, quam a nemine judicari: domino respondente, quod quicquid [5] inter eos sive de investitura, sive de fidelitate, sive de principali causa agendum est: per suam curiam est expediendum. Sed laudatum [6] sæpe scio, pares illius curiæ secundum præfatum modum esse eligendos prius, ad quorum spectat officium, ut illum prius [7] de suo recto feudo investiri faciant: sed fidelitatis jusjurandum differatur [8], donec de [9] principali [10] causa cognoscatur. Ex illo enim apparebit, utrum jurare debeat, an non: quod totum expeditæ quæstionis est. Sed si constiterit vasallum aliquid aliud præter id, de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tunc quin debeat de suo recto feudo investituram accipere, & fidelitatem jurare, & sic ad principalem causam accedere, non est dubitandum.

TIT. XXI.

DE [11] VASALLO MILITE, QUI ARMA BELLICA DEPOSUIT.

Miles seculi, qui factus est miles Dei, ex eo quod venerabilem domum intravit, & feudo renunciavit, feudum amittit. Bald.

Miles, qui beneficium tenebat, cum esset sine liberis, venerabilem [12] domum [13] intravit, & seculo renunciando, arma bellica deposuit, habitumque religionis assumpsit, & sic conversus factus est. Hic donec vixerit, feudum retinere conatur, quod dominus vel agnatus ad se pertinere contendit. Sed judicatum est domini, vel [14] agnati conditionem esse potiorem, eo quod desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi: nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.

TIT. XXII.

DE [15] MILITE VASALLO, QUI CONTUMAX EST.

Dominus vocat militem, qui ab eo feudum possidebat, dicendo eum in culpam incidisse, per quam feudum amittere debeat, hic non respondet: quæritur, quid faciendum sit domino? Respondeo eum ad curiam vocari debere, & si non venerit, iterum eum debere vocari usque in spatio tertio septem [16] vel decem [17] dierum, arbitrio ejusdem curiæ terminando. Quod si neque venerit ad tertiam [18] vocationem, hoc ipso feudum amittat: & ideo debet curia dominum mittere in possessionem. Sed si intra annum venerit, restituitur ei possessio: alioquin & beneficium, & possessionem amittit [19]: ut in Lombardia de iis, qui ad palatium venire contempserint, l. si cujuscunque [20]. † Si vero vasallus conqueritur de domino, forsan quia *feudum malo ordine intravit* [21]: domino perperam respondente [22], quid vasallo faciendum sit, quæritur? Respondeo, eum curiam debere vocare, & in eadem curia de domino conqueri. Curia autem debet adire dominum, eumque *salva* [23] *reverentia competenter cogere, ut vel possessionem restituat & acquiescat, vel judicio curiæ se committat.* Quod si ter admonitus facere distulerit: tunc liceat vasallo ad aliam majorem potestatem ire, & sibi consulere: & si dominus ei justitiam facere noluerit [24], poterit eum deprædare [25].

TIT. XXIII.

[26] IN [27] QUIBUS CAUSIS FEUDUM AMITTATUR.

Primo pater scribit filio, præmittens excusationem sui, dicens, quod causæ, quibus feudum amittitur, non possunt sub regula definiri: & addit qualiter vasallus contra dominum se debeat habere, postea definit beneficium dupliciter. Baldus.

Obertus de Orto, Anselmo (filio) suo salutem. Cogis me, & super hoc sæpe scribendo multum urges, ut causas quibus beneficium amittatur enumeratas, tibi significarem. Quod ideo distuli, quia sæpius circa nostræ [28] Reipublicæ curam occupatus, & multis privatorum causis, aliisque rerum innumerabilium impedimentis detentus, onus illud subire non valebam. At ne videar preces tuas parvi pendere, & studium discendi tibi nunc imminens negligere: quid mihi super hoc videatur, paucis explicabo: dummodo memineris causas [29] illas sub aliqua certa regula aut definitione rotunda non posse comprehendi. Nam sicut de probationibus in Digestis [30] scriptum reperimus: sic & de his causis sine calumnia dicere possumus. Si quis enim dixerit, quæ causæ quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicujus vasalli probandam possint sufficere, nullo certo modo posse definiri: nihil erraverit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur, non enim ad hoc sufficit omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii videtur ingratus: sed sunt [31] quædam (ut ita dixerim) egregiæ [32] ingratitudinis [33] causæ, quibus beneficium secundum mores curiarum solet adimi. Quomodo [34] enim vasallus, quam [35] humiliter, quam devote, quam benigne, quam fideliter erga dominum suum debeat se habere, potius ex naturalibus [36] & bonis curiarum consuetudinibus potest percipi, quam [37] lege, aut scripto aliquo possit comprehendi. † Inprimis te illud scire oportet, beneficii illius quod est [38] genus, talem esse definitionem [39]: beneficium [40] nihil aliud est quam benevola [41] actio [42], tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo: in id quod facit prona, & sponte sua parata, ut ait Seneca [43]. † Hujus autem generis species quædam est beneficium illud [44], quod ex [45] benevolentia ita datur alicui, ut proprietas [46] quidem rei immobilis [47] beneficiatæ penes dantem remaneat: ususfructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculos sive fœminas, (si [48] de his nominatim dictum sit) *in perpetuum pertineat: ad hoc* [49] *ut ille & sui heredes fideliter domino serviant:* sive [50] servitium illud nominatim [51] quale esse debeat, sit expressum, sive indeterminate sit promissum.

TIT. XXIV.

QUÆ FUIT PRIMA CAUSA BENEFICII AMITTENDI [52].

Si vasallus ab herede domini, vel heres vasalli a domino non petiit investituram intra annum & diem, amittit beneficium. Bald.

Prima autem causa beneficii amittendi hæc fuit, & adhuc est in plerisque curiis: (sed in nostra curia Mediolanensi non obtinet) quod si [53] vasallus per [54] annum & diem domino suo mortuo steterit, quod heredem domini sui, investituram petendo, fidelitatem pollicendo non adierit: tanquam ingratus [55] existens beneficium amittit: & e converso, si domino superstite vasallus decesserit, & filius ejus per jam dictum tempus neglexerit petere investituram, beneficio carebit [56].

1 Episcopi possunt infeudare loca ecclesiæ, si consuetudo sit infeudandi, & feudum sit apertum, *l.* 1. *§. episc. vel abbatem.* 2 Ea est soldata, *tit.* 10. *§. eod.* aut feudum de camera vel cavena. *tit.* 1. *in fin. §. eod.* 3 Qui negatur vasallus, idem & per consequentias negatur pares in curia habere: nam quum ipse neque vasallus, neque par curiæ sit, compares non habet. 4 De quo vid. *tit.* 2. §. 1. *§. eod. tit.* 33. 3. §. 1. *tit.* 82. 91. *J. hic.* 5 Observa regulam. 6 Responsum, judicatum. 7 Investitura nonnunquam juramentum fidelitatis præcedit. 8 Et ita color quæritur ad tribuendum paribus curiæ judicium. 9 *tit.* 82. *J. eod. & tit.* 26. *J. eod.* 10 Principalis causa hic est, utrum valuerit investitura, vel non valuerit.

11 De contentione feudi inter dominum vel agnatum & venerabilem domum. *Cujac.* 12 Aliud esse putant, si vasallus fiat miles, vel eques ordinis Hierosolymitani: causam enim juris in hujusmodi milite non esse mutatam, licet honorem auxerit. *l. falsa,* 33. §. 1. *ff. de cond. & demonstr.* 13 Monachismo, *ut hic* & clericatu, *tit.* 26. §. 4. *vers. qui cleric. tit.* 109. *J. eod.* feudum amittitur. 14 Quo ordine? etiam extantibus agnatis feudum novum fit domini, non extantibus, paternum, *ut hic.* Allodia vero venerabilem domum sequuntur. *Nov.* 76. & 123. *c.* 38. sed & id feudum quod non solummodo datum fuerit, sed & ecclesiæ simul. *tit.* 40. *in fin. J. hic.* Quid si subditus, & ut loquuntur, homo meus, talem domum ingressus fuerit? succedent primo liberi, deinde dominus succedet: non autem domus hujusmodi religiosa, *Doctores hic,* quod superioribus repugnat. Quid, si rex eam capitis diminutionem patiatur? succedent consanguinei. *gloss. in c. scripsit.* 26. *c.* 27. *q.* 2.

15 Si dominus vasallum in culpam incidisse dicat, vel contra. *Cujac.* 16 *tit.* 24. §. 1. *J. hic.* desumptum ex jure pontificio. *can. præsenti. c.* 5. *quæst.* 2. 17 Ex jure civili desumptum. *l.* 68. *l.* 69. *ff. de judiciis.* 18 *d. l.* 68. 69. & *d. l.* 13. 3. Rudovic. *c.* 27. 19 *Nov.* 112. 20 Id est, *l.* 3. 21 Vasallo in dominum competit interdictum unde vi. 22 Paria sunt non respondere, aut perperam respondere. unde notant, jus eum non tantum denegare, qui expresse denegat, sed & qui non loquitur aut obmutescit: aut qui moram in jure dicendo admittit. 23 Id est, moderate hortari. *ut l.* 9. *in fin. C. de cond. ob causam. l.* 8. *C. de liberali causa.* 24 Statutum deprædandi contumacis alicujus facultatem dari potest. 25 Deprædari. *Hotom.* id est, grassari in eum impune quasi solutus fide, ut hoc pacto, vasallo liceat possessionem sine officio judicis ingredi: quod est contra jus civile. *l.* 68. *ff. de rei vind. l.* 3. *ff. ne vis fiat.* ita potest vasallus dominum contumacem in jure reddendo, feudali pretio privare, etiam manu militari, & vi, judicis præcepto.

26 *Liber tertius* hic incipit secundum omnes doctores. Ideoque *Cujac.* tertium librum hic inchoat. 27 De beneficio quid sit, & quibus modis amittatur. *tit.* 1. Cujac. 28 Mediolanensis. *arg. tit.* 24. *J. eod.* fuit enim Obertus de Orto consul Mediolanensis: Otho Frisingensis, 2. *Frideric.* 12. 29 Causæ feudi amittendi certa regula constitui non possunt, *ut hic.* ideoque causarum feudi amittendi dijudicatio arbitraria est. 30 *l.* 3. §. 2. *ff. de testib.* 31 Delicta ipsaque crimina suis titulis, hoc est veris coloribus distinguere, ac depingere licet. 32 Id est, graviores. 33 Ingratitudine non quavis, sed summa tantum feudum amittitur. 34 Officium vasalli erga dominum certa regula definiri non potest, id enim varium est, pro curiarum varietate. 35 *tit.* 5. 6. 7. *§. eod.* 36 Consuetudo est optima, quæ a natura, & ratione naturali ducitur. 37 Idem de mora dicitur, *l.* 32. *ff. de usuris:* adde *l.* 3. *ff. de solution. l.* 14. *ff. de diversis & temporalibus.*

38 Beneficium aliud in genere, aliud in specie est, *ut hic.* 39 Definitio beneficii. 40 Seu feudum. 41 1. *feud.* 27. Ideoque redemptio, sive ἀνάκαμψις jus feudi non mutabit. nam & in rebus gratuitis plerumque intervenit honor, munus, salarium, & remuneratio: ut in mandato. *l.* 1. 6. 7. *ff. mandati,* advocato & mensore. *l.* 1. *ff. si mensor.* deposito. *l.* 2. §. 24. *ff. vi bonorum rapt.* donatione propter nuptias. vid. Vincentium 7. *specul.* 145. 42 Actio benevola genus beneficii, non res aliqua: puta, fundus, ædes, annonæ: feudum jus est, non prædium ipsum. 43 *lib.* 3. *de beneficiis cap.* 6. 44 Feudum ut sit perfectum, sex requiruntur: videlicet, ut dominus id det sponte, non coactus: ut directum dominium maneat penes ipsum dominum: ut id, quod in feudum datur, consistat in re immobili, vel quasi immobili: ut dominium utile transeat in vasallum: ut feudum ipsum transeat perpetuo in descendentes masculos: ut vasallus fidelitatem præstet, & fideliter serviat. 45 Causa efficiens. 46 Causa formalis. *tit.* 8. *in fin. §. hic.* ut hinc constet feudum esse rem nec mancipi. 47 Vel quasi *tit.* 1. *in fin. §. hic.* Causa materialis. 48 1. *feud.* 1. §. 3. 49 Causa finalis. 50 Feudum datur, aut servitio aliquo nominatim expresso: aut nullo expresso, quod interpretamur ex natura communi feudi, *ut hic.* Quid si feudum ita datum sit, ut nullum servitium præstetur? Censebitur jure feudi in omnibus præterquam in servitii præstatione. Nam iisdem causis ac delictis amittetur, sicut alia feuda: excepto servitio, quod ex pacto non debet. 51 *tit.* 51. §. 7. *J. hic.*

52 1. *feud.* 5. & 17. 53 Feudum amittit vasallus investituram intra annum & diem non petens ab herede domini, ejusve successore: quæ consuetudo Mediolani non obtinet, *ut hic,* neque in minore quatuordecim annis. *c. si minor. J. si de feudo defuncti cont.* neque ubi justum impedimentum adest vel obest. *c.* 1. *§. quo tempore miles,* non obtinet quoque in milite, qui intra annum & mensem petere debet. *d. c.* 1. Aliud quoque in feudo novo, in quo nullum tempus statutum est ad petendam investituram realem. Aliud quoque, si vasallus ipsum feudum non possideat, sed tertius aliquis. Cujac. *in l. solennib.* 25. *C. de rei vind.* quin id tempus non currit filio vasalli, antequam se misceat hereditati, antequam sciat mortem patris, antequam sciat rem de qua agitur, feudalem esse. Quin vasallo intra id tempus mortuo, ejus heres idem temporis spatium habere debet. *c.* 4. *§. quo tempore miles.* Quid: num satis est investituram petiisse nulla fidelitate oblata? satis est. *c. ult. §. per quos fiat investitura.* Quid si vasallus quæsitum dominum non reperit, & id tempus lapsum fuerit? feudum non amittet: testari tamen id vasallum testibus præsentibus oportebit. *l.* 2. *C. de his, qui per metum jud. non appellarunt.* Quid petendæ investituræ causa, absentem dominum num adire cogendus est vasallus? non ita longe absentem adire cogitur; hoc tamen arbitrio judicis statuetur. Quid si vasalli amator, suo, suorumque successorum nomine fidelitatem semel juraverit? etiam investitura petenda est, *Doctores hic.* Quid, intra id tempus num servitia præstare cogitur? sic sane. Quid, si temporis eo spatio dominum offendit? etiam feudum amittet. Quid si eo lapso investituram petit? moram non purgat. Quid si dominus intra id tempus vasallum petentem non investit? proprietatis jus amittit. *gloss. supr. per quos fiat investitura.* 54 Vid. 1. *feud.* 22. *§. eod. tit.* 40. 52. §. 3. *J. hic.* 55 Ingratitudinis causa potestne pacto remitti in feudis? *Baldus* negat, si remittatur ingratitudo adversus contractum aliqua: secus si remittatur ingratitudo delicti. *Laudensis,* neutro modo putat ingratitudinem posse pacto remitti, cum pacta quibus delicta remittuntur, non valeant. Contra tamen fore existimat, si feudum tali pacto datum fuerit vasallo, qui vitam domini sui defenderit. Huic enim vasallo feudum nulla ex causa auferri posse, velut meritis apertissimis, vel contractu vero quæsitum. 1. *feud.* 2. *ubi* Laudensis. 56 *Excipe tit.* 52. *in fin. J. eod. tit.* 55. *vers. præterea.*

Si

Si dominus a vasallo petierit fidelitatem, investituram pollicendo, nec legitime requisitus eam præstare voluerit, tanquam ingratus feudum amittit. Bald.

§. 1. Est & alia ingratitudo notanda, si dominus investituram pollicendo vasalli fidelitatem petierit: & illo non præstante, dominus tribus vicibus convenienti tempore interposito, forte septem [1] dierum spatio, ad curiam suam super hoc reclamaverit [2]: & vasallus [3] tribus vicibus citatus a [4] suis paribus jurare noluerit: si [5] tamen beneficium tale sit, ut pro eo jusjurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt [6] enim quædam feuda ita data, *ut* [7] *pro his fidelitas non sit præstanda.*

Vasallus amittit feudum, si cum domino non ivit in prælium, dum potuit. Bald.

§. 2. Item qui dominum suum cum quo ad prælium iverit, in acie periclitantem dimiserit [8], beneficio [9] indignum se indicavit. † Præterea si vasallus rescierit aliquem contra dominum suum assaltum [10], vel mortem, vel captionem, aut patrimonii grandem [11] jacturam facere molientem: debet dominum super hoc quam citius potest [12], certiorare [13], ut proinde dominus sciens prudensque periculum valeat declinare. Quod si non fecerit, doloque vel negligentia sua, vel fraude celaverit: beneficio se cariturum agnoscat. † Rursus si domini, vel dominæ filiæ, vel nurui [14] aut sorori [15] in domo adhuc manenti, quæ in capillo [16] dicitur [17], sese immiscuerit: feudo quo se monstravit indignum, carere debet.

† Porro si dominum assalierit [18], vel vicum [19] in quo est per vim aggressus fuerit, vel impias [20] manus in personam domini ubicunque [21] ingesserit [22], vel alias graves [23], vel inhonestas injurias intulerit: vel morti [24] ejus veneno, vel gladio, vel aliter insidiatus fuerit, beneficium amittit [25]. † Illud tamen non lateat, quod si [26] quis suo domino justitiam [27] facere noluerit: feudum quod tenebat, perdet: sicut in alio [28] libello tibi scripsisse hoc credo. † Sed non est alia justior causa beneficii auferendi, quam si [29] id, propter [30] quod beneficium datum fuerit, hoc servitium facere recusaverit [31]: quia beneficium amittit. Aliud est si forte ideo non servierit, quia [32] non potuerit: tunc enim feudum non amittit.

† Item si delator [33] domini sui extiterit, & per suam delationem grave [34] dispendium eum sustinere fecerit: vel si cognoverit dominum inclusum, & eum, cum [35] potuerit, non liberavit [36]: feudum perdit.

† Prædictis modis beneficium debere amitti, tam naturalis, quam civilis ratio suadet: quæ potest colligi, si quis novam [37] constitutionem justas exheredationis [38] causas enumerantem & alias constitutiones veteres, justas ingratitudinis [39], & repudii [40] causas quibus matrimonia recte contracta solvuntur, & donationes [41] jure perfectæ revocantur, subtiliter scrutatus fuerit. Sed quia natura [42] novas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, ut aliæ emergant causæ, quibus videatur juste adimi posse feudum [43]: ideoque judex solers & discretus, & æquitati obsecundare solicitus, cuncta subtiliter dispensans, provideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis [44] seu major: ut proinde sciat utrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum. † Illud enim est certum, quod non [45] ex omni causa ex qua opinio vasalli gravatur, beneficium amittitur. Nam & sæpe dejerat [46], & beneficium nihilominus retinet: utputa qui beneficii portionem alienat, absque domini scientia, beneficium quidem retinet [47], sed fidem promissam servare non videtur [48].

Ubicunque dominus principaliter offenditur per reatum vasalli, ibi ad dominum feudum revertitur. Bald.

Denique [49] sæpe quæsitum est vasallo propter justam culpam a feudo cadente, utrum [50] ad dominum an ad successorem vasalli beneficium pertineat: sed hæc distinctio tam ratione quam moribus comprobata est: ut si quidem vasallus ita in dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat: non ad proximos, sed ad dominum beneficium revertatur, ut hanc saltem habeat suæ injuriæ ultionem [51]. Si vero non in dominum, sed alias graviter deliquerit, vel grave quid commiserit, sicut ille qui fratrem [52] suum interfecit: vel aliud grave crimen, (quod parricidii appellatione continetur) commiserit, feudum amittit: & non ad dominum, sed ad proximos pertinet: si tamen beneficium fuerit paternum. Sic enim sæpe pronunciatum scio. Si vasallus contra constitutionem bonæ memoriæ Lotharii [53] imperatoris beneficium alienaverit: quia dominum contemnere [54] videtur, ad dominum beneficium pertineat: scriptum est enim, ut pretio [55] se cariturum [56] agnoscat.

TIT. XXV.

[57] SI [58] DE FEUDO VASALLUS AB ALIQUO INTERPELLATUS FUERIT, ET DOMINUS EUM DEFENDERE NOLUERIT.

Dominus vasallo cum extraneo litem habenti de feudo, de evictione tenetur, si monitus eum non defenderit. Bald.

Negotium tale est: Quidam vasallus a domino tenebat feudum, de quo ab aliquo interpellatus fuit: & sic vasallus dominum vocavit [59], ut eum defenderet: domino renuente ad judicem venire, vasallus amisit causam per sententiam: nunc vero vasallus cambium [60] feudi a domino petit: ad quem dominus respondens, ait illum nunquam ab eo hoc feudum tenuisse, nec ab eo investituram accepisse: contra quem vasallus dicit se hoc feudum ab eo tenuisse, & investituram recepisse, & ab eo petivisse, ut eum in judicio defenderet: nec tunc temporis inficiabatur illius esse, quod idoneis totum testibus probat vasallus. Respondi: Super negotio isto quod literis insinuasti nobis, tale est sapientum nostræ civitatis consilium, videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagisti, ut si vasallus cum de feudo interpellabatur, auctorem suum, id est dominum, ut eum defenderet, vocavit, & hoc probare possit: si in eo judicio vasallus fuerit victus [61] de re aliena investitum fuisse: ut dominus vasallo ejusdem æstimationis, quod erat tempore rei judicatæ, feudum restituat, vel [62] nummos [63] in feudum dandos numeret: & hoc cum certum est vasallum de feudo victum fore. Sed si dominus neget hoc feudum unquam ab eo tenuisse, nec ab eo domino ipsum vasallum, vel ejus antecessores unquam investituram accepisse: & hoc vel per instrumentum publice confectum, vel per pares curtis vasallus poterit probare: dominus ad restitutionem feudi tenebitur: alioquin dominus sacramentum subire cogetur, istum qui est in causa, vel ejus antecessores a se vel a suis antecessoribus nunquam hoc feudum tenuisse, vel investituram accepisse: quo facto dominus absolvendus erit.

TIT. XXVI.

SI [64] DE FEUDO DEFUNCTI CONTENTIO SIT INTER DOMINUM, ET AGNATOS VASALLI.

Si contentio est inter dominum, & agnatos defuncti, agnati interim ante litem finitam constituendi sunt in possessione. Bald.

J. *eod. tit.* 97. T. *eod.* 1 *tit.* 22. *supr. hic.* 2 §. 2. *vers. sed non alia.*
3 Contumax vasallus privari jure suo potest, etiam ante traditam sibi possessionem feudi.
4 Pares curiæ judices sunt competentes inter dominum & vasallum: etiamsi de feudo novo, & investitura reali quæstio sit. 5 Interdum fidelitatis juramentum non debetur. *tit.* 3. *in fin.* s. *eod. tit.* 76. J. *hic.* debetur tamen fides. 6 *d. tit.* 3. 76. 7 Feudum potest sine fidelitate per pactum constitui. *c. ult.* s. *per quos fiat investit.* 8 1. *feud.* 5. & 17. sponte. Quid, si dominum deseruit, quod eum juvare non potuit, aliud dicendum fuerit. Idem notant interpretes, si metu tyranni, seu potentioris principis dominum deseruerit. 9 Sententia tamen exigitur ut privetur. 10 Feudo privari vasallus potest, etiam ex sola negligentia non admoniti domini de assaltu, id est, de vi, morte, captione, vel patrimonii grandi jactura. 11 Grandis jactura bonorum, quæ fit arbitrio judicis finitur. 12 *tit.* 39. *in fin.* J. *hic.* 13 *tit.* 7. *supr. hic.*
14 1. *feud.* 5. *vers. item si fidelis.* 15 Feudo privatur, qui cum sorore domini sui stuprum admiserit, *ut hic.* & tamen feudo non privatur, qui fratrem domini interfecerit. *c.* 1. J. *an ille qui interf.* Cur tam varie? an quod gravius sit stupri quam homicidii crimen? an potius, quod injuria majore afficitur dominus sororis stupro quam fratre occiso? an quod stuprum hic admissum est in domo domini: ut hac loci circumstantia delictum augeatur? Quid? num idem fuerit in sorore domini nupta, manente tamen in ipsius domini domo? *Ravennas* idem esse monet. 16 Id est, innuptæ. Comis enim tantum, non ullo velamine, virgines obtegebant caput. Et præceptum Pauli solas ad virgines pertinere existimabatur: quod tamen est contra sententiam Tertulliani, & ita in *l.* 1. *Longobard. de eo qui pat. filiis nec. hab. l.* 21. 23. 25. 27. *de succ. & in const. Neap. de succ. in feud.* in capillo esse dicitur, quæ nondum nupsit viro. Virgines innuptas veteri more in capillo fuisse notant hic interpretes. Multis locis in Germania mos ille servatur. 17 Etiam sponte ac volens. *Doct. hic.*
18 1. *feud.* 5. *vers. similiter & tit.* 17. 19 Adde *tit.* 6. J. *hic.* 20 *l.* 1. §. 2. *ff. de obseq. Nov.* 115. *c.* 3. §. 1. 21 Nisi seipsum defendens, & ad sui tutelam fecerit. 22 *Al.* injecerat. Hic enim notatur conatus cum aliquo actu: ut nuda manus levatione, animo percutiendi, vasallus feudum non amittat, ut ne in hoc proposito locum habeat lex *Item apud Labeonem* 15. §. *si quis* 1. *ff. de injuriis.* 23 *d. c.* 3. §. 2. 24 Aut potius vitæ, *d. c.* 3. §. 11.
25 Quid si dominus ipse non est conquestus? si quia morte præventus, vel delictum ignoravit conqueri non potuit, heredibus domini feudum committetur. 26 Justitiam denegans domino vasallus (quod fit, si in jus de re feudali vocatus a domino, ire negligit, vel contemnit, aut domesticos suos juri non sistit, a quibus fuerit dominus injuria affectus) feudum amittit *ut hic*, ut per contrariam justitiam denegans vasallo dominus, feudi proprietatem amittit *c.* 1. J. *qualiter dominus proprietate privetur.* 27 *tit.* 6. *vers. honestum.* s. *eod. tit.* 55. *in fin.* J. *hic.* 28 Hic locus ostendit duos feudorum libros ab Oberto fuisse conscriptos.
29 Fidem seu conventionem servitii feudo adjectam non servans vasallus, feudum amittit, etiamsi id in investitura non fuit adjectum: tacite namque id intelligitur, adde *C. de don. quæ sub modo.* Quid: qua actione eo nomine experietur ipse dominus, vel rei vindicatione, vel condictione ob causam, vel condictione ex moribus feudorum. 30 *tit.* 3. *in fin.* s. *hic.*
31 §. 1. s. *hic.* Interpellatio igitur exigitur. Duobus tamen casibus etiam citra interpellationem servitium suum offerre cogitur vasallus, si videlicet sciat dominum periclitantem, vel si certa die servitium debeat: ut dies interpellet pro homine, *l. magnam* 12. *C. de contr. stipul.*
32 Impotentia seu impedimentum excusat vasallum non servientem. 33 1. *feud.* 17. s. *eod. tit.* 5. 6. s. *hic. Nov.* 22. *c.* 21. 115. *c.* 3. §. 7. 34 Accusans calumniose dominum, feudum amittit, *ut hic.* Quid si accusatoris nomine fidejussit, aut testis ei, vel advocatus ultro ac sponte adfuit? Idem. Quid si læsæ majestatis accusavit, aut suam suorumque injuriam persequens, vel minor accusavit? Aliud. Quid si adversus dominum male judicavit? si malo animo judicavit, & grave damnum domino intulit, neque peritiores consuluit, feudum amittit. *Doctores hic.* Quid si pœniteat justa ex causa? licet ei pœnitere. 35 Adde *tit.* 39. *in fin.* J. *hic.* 36 Quid si fidejubendo inclusum liberare potuit? ex ea causa fit liberorum exheredatio. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 8. ergo & feudi privatio. J. *hic.* adde 3. *constitutionum Neapolitanarum.* 19. 37 *Nov.* 115. *c.* 3. *l. unic. Cod. de ingrat. liber.* 38 Ingratitudinis causæ eædem notantur in vasallis, quæ in filiis & donatariis, *Auth. ut cum de appellat.* §. *causas. l. ult. C. de revoc. don.* & sic feudum iisdem causis amittitur, quibus fit exheredatio, donationis revocatio, & matrimonii dissolutio: vide tamen Molinæum ad Consuetudines Parisienses. 39 *d. c.* 3. *d. l. unic.* 40 *Nov.* 22. *c.* 15. 117. *c.* 8. 9. *l.* 8. *C. de repudiis.*
41 *l. ult. C. de revoc. don.* 42 *l.* 2. §. 18. *C. de veter. jur. enucl.* 43 *l.* 38. *ff. de rei vind. l.* 13. §. 1. *ff. de annuis, l.* 14. *ff. de divers.* 44 1. *feud.* 17. *in fin.* s. *hic.*
45 Vide 1. *feud.* 21. s. *hic.* 46 Perjurio feudum non amittit vasallus. 47 *Sub.* pro parte, seu pro ea parte, quam non alienavit. 48 Id est, videtur dominum contemnere. §. 3. *in fin.* J. *hic.* 49 Ad quem feudum amissum redeat. *tit.* 2. Cujac.
50 Feudum committitur domino, si vasallus in dominum deliquerit: aut eum contempserit feudum alienando. Quid, quod in alium deliquit, feudum amittit? Feudum committitur agnatis vasalli, non domino. 51 Vindictæ locum dare. *Apul.* 52 Vid. 1. *feud* 5. *vers. similiter, &* 2. *feud.* 37. J. *hic.* 53 *tit.* 52. J. *hic.* 54 Feudum alienans sine consensu domini, dominum suum contemnere intelligitur, ideoque feudo privatur. §. 2. *in fin. supr. hic.* 55 *d. tit.* 52. *in fin. princ.* 56 Feudum alienans inconsulto domino, feudum amittit, an ipso jure? non ipso jure, sententia enim exigitur, quod hæc vox *Cariturum*, ostendit: quæ pœnam futuram, & sententiam significat. *gloss. in l. providendum* 7. *C. de postulando.*

57 *Liber quartus* feudorum hic constituitur, a *Cujacio* collectus ex variis auctoribus.
58 De evictione feudi, & ejus æstimatione. *tit.* 1. Cujac. 59 Id est, dominum autorem laudavit. *l.* 29. §. 2. *l.* 34. §. 1. *l.* 37. *ff. de evict.* Evicti feudi nomine, ut adversus dominum agat vasallus, litem denunciare ipsi domino tenetur. 60 Id est, aliud feudum ejusdem pretii. *tit.* 8. s. *hic.* de cambio dixi 1. *feud.* 4. §. 2. *tit.* 22. §. 1. s. *hic.* Evicti feudi agens vasallus, non agit ad duplum, sed ad tantundem ejusdem bonitatis & quantitatis, vel ad pretium convertendum in tantumdem, *ut* J. *hic*, ita aliud pro alio solvere cogi dominus potest, contra regulas juris generales. *l.* 2. §. *mutui. ff. de rebus creditis & si certum.* 61 *tit.* 26. §. 5. *vers. si Vasallus.* 62 Id est, æstimationem litis, quam vice feudi subiit vasallus, quam ex sententia judicis victoris exolvit. 63 Ne dixeris, nummos in feudum dari, feudum enim in pecunia esse non potest; etiamsi accepta pecunia vasallus juraverit se vasallum; pecunia illa feudum non erit, quippe feudi proprietas penes dominum esse debet. cæterum ubi pecunia datur, dominium a numerante in accipientem transit, proinde qui in feudum nummi dari hic dicuntur, nihil aliud sunt, quam litis æstimatio quam subiit vasallus *ut dixi*, seu pecuniæ summa actori numeranda.

64 Si contentio est inter dominum, & agnatos defuncti de feudo. *tit.* 2. Cujac.

SI de feudo defuncti militis sit contentio inter dominum, & agnatos defuncti, domino novum feudum, agnatis vero paternum esse contendentibus: agnati [1] in possessione feudi de quo quæritur, constituendi sunt. Eo facto super principali [2] quæstione cognoscendum est: utroque autem deficiente in probatione, electio jurisjurandi agnatis danda [3] est [4].

Si contentio est inter filiam & agnatos de beneficio, filia interim debet esse in possessione.

1. INter [5] filiam defuncti, & agnatos ejus, de quodam prædio mota est quæstio, agnatis feudum, filia vero allodium [6] sive libellarium [7] esse asserentibus: super possessione apud quem manere debeat, quærebatur. Responsum est, apud filiam possessionem interim esse collocandam: deficientibus vero hinc inde probationibus, per jusjurandum, causa cognita res decidetur, electione [8] danda agnatis [9]. §. 1. Defuncto milite inter dominum, & filiam illius super quodam feudo quærebatur, domino feudum, filia allodium sive libellarium esse allegante. Respondi, filiam in possessione feudi manere debere [10], donec de eo judicetur: probatione vero hinc inde cessante, electio jurisjurandi filiæ danda est.

Investitura sumit effectum, cum feudum sibi vel heredi suo fuerit apertum. Bald.

2. MOribus [11] receptum est, dominum de feudo militis [12] sui, quod [13] post [14] mortem ipsius ad dominum reverti sperabatur, in alium militem investituram facere posse: quæ investitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut heredi suo fuerit apertum. Secus est in ecclesiasticis [15] personis: nam si ecclesiastica persona talem faciat investituram: non aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur: & in tali investitura consensus ejus de cujus feudo sit, exquiri non oportet.

Si vasallus domino inficietur feudum, vel feudi partem, aut ejus conditionem: convictus postea de mendacio, perdit feudum, & ejus conditionem. Bald.

3. VAsallus [16] si feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa scientia inficiatur [17], & inde convictus [18] fuerit, eo quod abnegavit feudum ejusve conditionem, expoliabitur [19]: alius autem vasallus, quamvis hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet: aut si aliam [20] rem domini celaverit vasallus, feudum tamen non amittit.

Qui per triginta annos rem alicujus tanquam in feudo possedit, & pro ea servitium præstitit domino, præscribit in feudum. Bald.

4. SI [21] quis per [22] triginta [23] annos [24] rem aliquam ut feudum possedit [25], & servitium [26] domino exhibuerit: quamvis [27] de ea re non sit investitus, præscriptione tamen triginta annorum se [28] tueri potest [29].

QUi [30] clericus efficitur, aut votum religionis assumit: hoc [31] ipso feudum amittit [32].

ETsi [33] vasallus omni anno [34] domino se non repræsentat [35]: feudum tamen non [36] amittit.

OMnes [37] filii ejus qui feudum acquisierit, fidelitatem facere debent [38], maxime si [39] indivisum [40] habent: quod si [41] feudum ex divisione ad unum tantum pervenerit, ille tantum faciet fidelitatem.

ADoptivus [42] filius in feudum [43] non succedit [44].

MUlier [45] habens feudum, relictis filiis ex duobus matrimoniis decessit: inter quos feudi quæstio aliarumque rerum maternarum vertebatur: obtinuit filios [46] prioris [47] matrimonii tam in feudo, quam in cæteris potiores esse.

NAturales [48] filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi [49] nec [50] soli, nec cum aliis admittuntur.

SI [51] minori [52] datum [53] fuerit feudum, fidelitatem facere [54] non cogatur, donec venerit in majorem ætatem, in qua doli capax sit: feudum tamen retinet.

Si filius impubes successit vasallo, non cogitur facere fidelitatem nec servitium personale potest præstare. Baldus.

§. 5. Si quis decesserit filio impubere [55] relicto, fidelitatem nec ipse nec alius pro eo facere cogitur [56]. Idem [57] de servitio personali: alius tamen pro eo faciens servitium admittetur.

TItius [58] filios masculos non habens, partem suam feudi [59] Sejo, partem ejusdem feudi possidenti agnato suo concessit [60]. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato pretio recuperare potest. † Quod [61] si Titius filios proprios [62] haberet [63], pretio reddito etiam vivo Titio: quod si [64] consensit [65] alienationi, vel per annum ex quo scivit, tacuit: omnino removebitur.

Facta domino de feudo abusiva investitura, cogitur dominus vasallum mittere in possessionem, nec liberatur interesse præstando. Baldus.

SI facta [66] de feudo [67] investitura pœniteat [68] dominum antequam possessionem transferat: an præstando interesse vasallo, liberetur, quæsitum

1 Præsumitur feudum in dubio antiquum esse potius, quam novum. Ita in dubio agnati vasalli excludunt dominum; magis favetur adgnatis vasalli, quam domino. Cur? quia possedit defunctus, ideo & adgnati in ea possessione sunt tuendi: & alioquin dominus hic feudum ipsum non negat, sed qualitatem tantum feudi. Quid si in continenti dominus probaturus est novum feudum esse: nec ea causa cognitionem majorem desiderat? possessio agnatis non est addicenda. *l. ult. C. quorum bonor.* 2 *tit.* 20. *S. eod. tit.* 82. *J. eod.* 3 Cur danda est electio jurisjurandi agnatis? quia possessio feudalis indivise præsumptionem pro possessore inducit: hic autem agnati possident. Quid: quo tandem jure agnati jurabunt feudum antiquum esse, cum id verisimiliter possint ignorare? anceps perjurium dicerentur subire hoc casu. *l.* 4. *ff. de in litem jur. l.* 11. §. 1. *ff. de act. rerum amotar.* Paul. 2. *sent.* §. 4. nisi lex eos ad jurandum admitteret. 4 Quam judex non semper sequitur. *tit.* 11. *in fin. supr. eod.* 5 De possessione apud filiam collocanda. *tit.* 3. Cuj. 6 Præsumitur res allodialis potius quam feudalis. Ita heres in possessione rei hereditariæ, quam defunctus possidebat mortis tempore, confirmandus est, donec probentur res ipsæ feudales esse, non allodiales, facit *l. sive possidetis* 16. *C. de probat.* 7 Emphyteuseos capaces sunt fœminæ, non tamen feudi, *ut hic*, nisi feudum fœmineum sit. 8 Si modo pro eis faciant quædam præsumptiones, quemadmodum in hoc proposito, si quædam præsumptiones sint pro filia, jusjurandum filiæ deferendum est. *gloss. & doct.* 9 *tit.* 40. 51. §. 5. fidei maris magis statur, quam fœminæ. 10 Cur filia? præsumptione aliqua juvabatur, *ut paulo ante in simili specie dictum est.* 11 Dominum investituram feudi sui militis in alium facere posse. *tit.* 4. Cujac. 12 Id est, vasalli. 1. *feud.* 22. 13 Hujusmodi feudum successionem non habere dicitur, de quo vid. 1. *feud.* 9. & 27. *in fin. S.* 14 Investire aliquem de feudo nondum sibi aperto laicus dominus potest: non pure, sed hac conditione, post mortem scilicet vasalli possidentis, vel commisso alias feudo: nec enim laicus posset pure feudum vasalli superstitis alii conferre sine ejus consensu. Quid: teneturne heres laici investitoris ratam habere investituram? cogitur, *ut hic.* Quid successor ecclesiasticæ personæ, genus id investituræ num confirmare cogitur? Minime, *vers. secus, J. eod.* Cur tam varie? successor ecclesiastici, successor est tantum, non heres. 15 1. *feud.* 3. 25. §. 1. 16 Feudum, qui sciens injuste negat, & quidem totum amittit: qui partem, partem tantum: qui qualitatem, totum ipsum. Quippe hæc negatio rem totam afficit, neque dividi potest. Quid si non neget feudum totum ejusve partem vel qualitatem: sed feudum ita ab alio ejuratum vel negatum, ignorantia ductus dissimulet? feudum non amittit. Minus itaque punitur dissimulatio, quam negatio: seu contumacia expressa in negando, quam ficta in tacendo. Aliud igitur fuerit, si dolo id dissimulaverit, tacueritve. *c.* 1. *J. de forma fidel. l. ult. ff. de rei vind.* 17 De pœna inficiationis feudi. *tit.* 5. Cujac. Quid si emphyteuta sciens prudens rem emphyteuticam esse negavit? eam pariter amittit. Everardus *in Topicis loco a feudo ad emphyteusim* 29. *num.* 12. 18 Quid si non testibus, sed juramento domini sit convictus? aliud *arg. l. eum qui* 30. *ff. de jurejur.* 19 Quid si pœniteat ante litem contestatam? auditur damna, & expensas domino offerens. Bald. 20 §. 5. *vers. vasallus J. eod. tit.* 34. *in fin. J. eod.* 21 Id est, non feudalem. 22 Præsumitur res esse feudalis, quæ 30. annis ut feudalis est possessa: cujus, ut feudalis (nam id exigitur, *arg. l. ult. ff. quemadm. servit.*) eo spatio præstita sunt servitia, aut certe præstitum fuit aliquod servitium. 23 De præscriptione feudi longissima. *tit.* 6. 24 Continuos non interruptos. 25 Etiam mala fide, jure civili: non canonico. *c. ult. de præscr.* 26 Etiam unum, sufficit enim vasallum paratum fuisse servitia præstare. 27 Quid si quis ita dixerit, consentio ut præscribas? Hæc præscriptio mera non est, sed unita vestitaque pacto: qua (etiamsi longissima ea sit) directum dominium adquiritur. 28 Feudum præscriptione adquisitum, transire etiam ad heredes hic etiam notatur ab interpretibus, ad eos, inquam, heredes qui ad feudum ipsum admittebantur ex natura feudi simpliciter concessi. 29 *Sub.* in feudo, *ut hic.* Ita per contrarium præscribitur eo spatio jus petendi servitii: cum correlativorum sit eadem ratio. Quemadmodum si eo spatio rem feudalem, ut suam possedit dominus, utile dominium adquisivit, & directo suo adjunxit. 30 *tit.* 9. §. 1. *S. eod.* 1. *feud. ult.* 31 Hæc verba, *hoc ipso*, arguunt ipso jure clericatu indepto, feudum amitti, nec sententiam exigi: non idem esse in usufructu, & emphyteusi notant interpretes. 32 Clericum feudum perdere. *tit.* 7. Cuj. 33 An vasallus, qui se non exhibet domino, feudum amittat. *tit.* 8. Cujac. 34 Omnino. Hotom. 35 Adde §. 7. *J. eod.* 1. *feud.* 22. 36 Cur non amittit? nihil tale adversus vasallum statutum est, tale nihil etiam ejus juramento continetur, proinde neque id exigitur a vasallo. *arg. l. si servum* 71. §. *non dixit* 5. *ff. de adquir. vel omitt. her.* 37 Omnes fidelis filios fidelitatem facere debere. *tit.* 9. Cujac. vasallos tamen possidere dici posse, notat *Baldus*, quod ipsi vasalli sint in bonis. 38 *tit.* 55. §. 1. *infr. eod.* 39 Feudum pro indiviso simul teneri & possideri per filios vasalli potest, tunc autem, omnes fidelitatem jurare debent: Quid ita? cum succedunt, una persona censentur. unde notant, jus patronatus individuum esse. Quid: quæ ratio in servitio præstando inibitur? si in dando consistet servitium, singuli vasalli dabunt, si in facto individuo, ipsi unum ex se eligent, qui id servitium præstet. Quid, pluribus domini heredibus, quemadmodum vasallus præstabit servitium individuum in diversa bella forte proficiscentibus? An quemcunque volet, sequetur? an potius digniorem & seniorem præferre cogendus est? *arg. l. si quis in gravi*, 3. §. *si cum omnes* 4. *ff. ad SC. Silan.* Quid si inter heredes domini bellum sit? An neutros sequi cogetur, cum sibi invicem obstent? 40 Divisum. Cujac. 41 Feudum divisione ad unum filiorum pervenire potest, ut ille solus juret & solus vasallus censeatur.

42 Adoptivum in feudum non succedere. *tit.* 10. Cujac. Ita adoptivus non omnimodo naturali comparatur. Quid ita? feudum dari intelligitur vasallo ejus contemplatione, & eorum qui ex vasalli sanguine descendent. Adoptivi non sunt adoptivo patri consanguinei: quid: num eadem ratio in arrogato, quæ in adoptivo? eadem. Quid: potestne feudum ea lege dari, ut etiam adoptivi & arrogati succedant? potest: licet id factum sit contra communem naturam feudi. *c.* 1. *J. de feudo non habente propriam naturam feudi.* Potestne huic legi derogari statuto, consuetudine, vel rescripto principis? potest. *Bald.* quid hæc lex num locum habet in filio legitimo emancipato, & post adoptato? non habet. Quid ita? nempe quia hic potest in feudo succedere etiam sine adoptione. 43 Aliud in allode. 44 Quia consanguineis, id est veris, natura legeque liberis, deferuntur feuda, non commentitiis liberis. 45 Filios secundi matrimonii tantum fœminæ in feudum succedere. *tit.* 11. Cujac. 46 Jus succedendi commune statuto & consuetudine mutari potest; *ut hic*, filii prioris matrimonii soli in feudo succedunt. 47 Posterioris. Cujac. vid. *tit.* 103. *J. eod.* 48 Id est, ut naturales post facti legitimi non succedant. *tit.* 12. Cujac. *Goth.* Vid. Zas. *de feud. success. num.* 72. Scacch. *de jud. caus. civil. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 17. 23. *& seqq.* Ans. 49 Etiam materni. 50 Legitimati sive soli sint, sive cum aliis legitimis sint, in feudis non succedunt, *ut hic*, quid ita? agnati generaliter in feudis succedunt: legitimati, cognati sunt, non adgnati. *l. hac parte* 2. *ff. unde cognat.* Quid, si cum naturales essent soli, nulli legitimi, patre id postulante, legitimati sint ad feuda, principis rescripto? plane etiam succedunt, sive soli fuerint, sive cum aliis post natis concurrant, dum id nominatim rescripto contineatur, *eos legitimari non obstante hoc capite.* *Naturales:* ut cum anomalum hoc sit beneficium principis anomala quoque solennitas adhibeatur. Quid legitimati per subsequens matrimonium? plane succedunt: adeo, ut nec in eo matrimonio requiratur instrumentum matrimonii vel dotis: licet tamen quidam in eo dissentiant. Quid, si feudum accipienti & legitime descendentibus ex ejus corpore sit datum? qui tempore contracti matrimonii naturalis filius natus fuerit, tali in feudo non succedet: qui conceptus tantum, succedet: Quid, si primogenitus in feudo succedere debet: & Titio primus natus sit ex concubina: deinde ex uxore legitima secundus, & ea mortua nuptias contrahat cum ipsa concubina? licet primus legitimetur, concubinatu matris in matrimonium verso, secundus tamen eo potior fuerit, ut succedat in feudo. *c. tanta.* X. *qui filii sint legitimi.* Quid si in ipso articulo mortis, concubinam duxerit? nati ex ea filii, velut ex matrimonio legitimantur, ut in feudo succedant. *d. c. tanta.* Quid nati ex matrimonio injusto, a principe tamen confirmato? nati ex eo matrimonio legitimi non fuerint: nisi in ipsa legitimatione facta fuerit eorum mentio. Quid si dominus vasallum investivit pro se & filiis natis & nascituris, cum sciret vasallo filios esse naturales? succedent & hi quoque in feudo: sciens enim dominus naturales legitimos, hoc est, feudi capaces ita fecisse intelligitur. Quid: legitimatus in uno territorio, estne legitimatus in omnibus aliis: in feudo temporali vel Ecclesiastico? vid. Bald. *in l. eam quam* 14. *C. de fideicom. & Dd. in c. per venerabilem x. qui filii sint legitimi.* 51 De minore ad fidelitatem feudi non cogendo. *tit.* 3. Cujac. 52 Id est, impuberi §. 5. *J. eod.* 53 Et ita etiam novum feudum impubes retinet, licet fidelitatem non juret. 54 Impubes vasallus fidelitatem jurare non cogitur, etsi feudum retineat. Quid si doli sit capax impubes: an jurare cogitur? quidam ita putant, *argum. Auth. sacramenta. C. si advers. vendit.* quod *Alvarotus* non admittit. Quid: volens impubes num jurare potest? *Ravennas* ita putat. Quid infans? non jurat: sed ejus tutor. *arg.* §. 5. *J. eod.* 55 Adde versiculum superiorem. 56 Sponte igitur pro impubere alius (puta tutor) jurabit. 57 Impubes vasallus neque ipse jurare fidelitatem, neque servitium personale facere cogitur etiam per substitutum, *ut hic*, quod hodie consuetudine feudorum non scripta, non servatur; cum impuberes cogantur hodie per substitutum servire. *Doctores hic.* Quid, si servitium nominatim personale sit? per substitutum servire vasallum non posse notant: nisi inidoneus sit ad servitium præstandum. *l. quisquis* 27. *C. de Epis. & Cler.* nisi dignitas ejus dominica major sit. *l. interdum* 34. *ff. de operis libertorum*; nisi justa causa eum impediat. *l. filius.* 8. *ff. de procurat.* quo etiam casu solennia servitia (puta Capitaneatus) per alium possunt explicari. *l.* 1. §. *hujus ff. de off. ejus, cui mandata.* 58 Quando agnatus ad feudum admittatur vel excludatur. *tit.* 14. Cujac. 59 Antiqui scil. 60 Id est, alienavit licite: permissu domini, interveniente pretio. 61 Feudum antiquum ex pacto providentia a patre juste alienatum liberi, vivo etiam patre, revocare possunt: agnati, agnato tantum mortuo. 62 Filium haberet. Cujac. 63 Nec retrahentes. 64 Consentiens alienanti vasallo, jus suum amittit. 65 §. 1. *tit.* 39. 49. *J. tit.* 8. *in fin. S. eodem.* 66 Dominum feudi, tradere cogi. *tit.* 15. Cujac. 67 *Sub.* novo. Nam in veteri feudo nulla traditur possessio; cum vasallus illam jam habeat. 68 Feudi investituram factam dominus retractare non potest, adeo ut nec liberetur præstatione ejus quod interest. Ipsam enim præcise possessionem tradere cogitur ab alio non occupatam, seu vacuam. Quid, ab investitura, possuntne communi consensu recedere dominus & vasallus? possunt. Quid si pœnitentia non ducatur dominus, sed traditionem differat tantum? omnem utilitatem vasallo præstabit, quam is habuisset, si ab initio ei tradita fuisset possessio. Quid, si in eadem re dominus plures diversis temporibus investivit? præferendus erit qui prior possessionem fuerit

fuit? Responsum est, prætermissa illa condemnatione, dominum possessionem [1] feudi, de quo investituram fecit, tradere compellendum.

Filii [2] nati ex ea uxore cum qua matrimonium tali [3] conditione contractum est, *ne [4] filii ex ea nati, patri ab intestato succedant*: in feudo succedunt [5], nam quamvis ratione improbetur talis conditio, ex usu tamen admittitur [6].

Ei qui non vult aliquid consequi, sed jus quæsitum conservare, non imminet jus offerendi, nisi dies fuerit apposita. Baldus.

Licet [7] vasallus domino servitium non [8] offerat: quantocunque [9] tempore steterit (dummodo domino petenti servire paratus sit) beneficium non amittit, si [10] tamen sciat ei magnum periculum imminere, ultro adjutorium suum ei debet præbere. † Inde quæsitum est, si dominus in perjurium [11] incidat, quia [12] dare non valeat quod dare juraverat, & vasallus eum liberare [13] possit suam pecuniam [14] dando, & non faciat, an beneficium amittat? Et responsum est, non amittere.

Si [15] vasallus culpam [16] committat, propter quam feudum [17] amittere debeat, neque filius neque ejus descendentes ad id feudum revocabuntur: sed agnati [18] qui quarto gradu sunt, dummodo ad eos pertineat.

In [19] generali alienatione vasalli [20], non [21] continetur feudum, nisi nominatim dictum sit.

Si vasallus feudum ignorans alienavit, feudum non amittit & sibi restituendum est, non domino: tenebitur tamen ad interesse emptori ignoranti. Bald.

Si [22] vasallus feudum alienavit [23] ignorans [24]: non domino, sed ipsi vasallo feudum restituendum est: ad interesse vero emptori ignoranti [25] condemnandus est vasallus.

Vasallus [26] feudum [27] quod sciens [28] abnegavit, amittit: ignoranti [29] vero subvenitur. Quod si dubitet [30], dubitanter [31] respondere debet.

Beneficium [32] a vasallo in [33] feudum, si nihil in [34] fraudem legis fiat, recte dari potest, dum [35] tamen militi detur.

Si [36] vasallus de beneficio suo agat [37], vel [38] conveniatur: sive obtineat, sive [39] non (licet: ignorante [40] domino fiat) omni tempore firmum erit illud judicium, nam & transigere [41] recte poterit: nec [42] quod accepit transactionis nomine feudum erit.

Si dominus commisit feloniam, per quam si eam committeret vasallus in dominum, amitteret feudum: dominus etiam perdere debet feudi proprietatem. Bald.

Domino [43] committente feloniam [44], ut ita dicam, per quam vasallus amitteret feudum, si eam committeret: quid obtinere debeat de consuetudine, quæritur? & respondetur, proprietatem feudi ad [45] vasallum pertinere: sive peccaverit in vasallum, sive in alium [46].

Feudum [47] ea lege datum, *ut ipse & heredes sui masculi & fœminæ, & cui [48] dederit, habeant*: iisdem culpis amittitur, quibus & aliud feudum. Quod si vasallus alienavit: feudum esse desinit apud emptorem.

Titius [49] cum Sempronio fratre suo feudum paternum possidente pactum fecit *de eo feudo non petendo a [50] Sempronio, heredibusve suis* [51]. Sempronio sine herede masculo defuncto, inter Titium & Sejum fratrem suum de eo feudo quæstio orta est, quid inde fieri debeat, quæritur? responsum est, pactum non obstare Titio.

TIT. XXVII.

DE [52] PACE [53] TENENDA [54], ET EJUS VIOLATORIBUS.

Imperator adulatur omnibus, suadens quod debeant servare pacem, & statuit pœnam contra non servantes. Baldus.

Fridericus [55] Dei gratia Romanus Imperator semper augustus, episcopis, ducibus, comitibus, marchionibus, & omnibus ad quos literæ istæ pervenerint, gratiam suam & pacem, & dilectionem. Quoniam divina præordinante clementia, solium regiæ majestatis conscendimus, dignum est, ut cujus præcellimus [56] munere, illi omnino pareamus in opere. Inde est, quod nos, tam divinas, quam humanas leges in suo vigore manere cupientes, & ecclesias sive ecclesiasticas personas sublimare, & ab incursu, & invasione quorumlibet defensare intendentes, quibuscunque personis jus suum conservare volumus, & pacem [57] diu desideratam, & antea toti terræ necessariam, per universas regni partes habendam regia auctoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda sit, & servanda in subsequentibus declarabitur evidenter. † Si quis [58] hominem intra pacem constitutum occiderit [59], capitalem [60] subeat sententiam, nisi per duellum [61] hoc probare possit, quod vitam suam defendendo [62] illum occidit. Si autem omnibus manifestum sit, quod non necessario, sed voluntarie illum occiderit: tunc neque per duellum neque quolibet alio modo excusabitur, quin capitali damnetur sententia.

† Si vero violator pacis a facie judicis fugerit, res ejus mobiles [63] a judice in populum publicentur [64], & dispensentur [65]: heredes [66] autem sui hereditatem quam ipse tenebat, recipiant, tali [67] conditione interposita: ut jurejurando spondeant, quod [68] *ille violator pacis nunquam de cætero ipsorum voluntate, aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat.* Quod si heredes neglecto postmodum juris rigore, hereditatem ei dimiserint: comes [69] eandem hereditatem regiæ ditioni assignet, & a regio jure beneficium suscipiant [70]. † Si quis alium intra pacis edictum vulneraverit [71], nisi quod in duello, & vitam suam defendendo hoc fecerit, probaverit, manus [72] ei amputetur: & (sicut superius dictum est) judicetur: & judex in causa ipsum, & res ejus secundum rigorem justitiæ strictius consequatur. † Si quis aliquem ceperit, & absque sanguinis effusione fustibus [73] percusserit, vel crines [74] ejus, aut barbam [75] expilaverit: decem [76] libras ei, cui injuria illata esse videtur, per compositionem impendat: & [77] judici [78] viginti libras persolvat. Si vero temerarius absque percussione eum invadat, eo quod vulgo dicitur cisteros [79] & calida manu, ac verberibus contumeliisque male tractaverit, quinque libras pro tali excessu componat, & judici pro tali excessu decem libras persolvat. Quicunque judici suo pro excessu viginti libras invadiaverit [80]: prædium suum pro pignore illi tradat, & intra quatuor septimanas invadiatam pecuniam persolvat. Quod si intra quatuor septimanas prædium suum solvere neglexerit: heredes sui, si voluerint, hereditatem recipiant, & comiti intra sex septimanas viginti libras persolvant. Si autem comes [81] eandem hereditatem regiæ potestati consignet: proclamatori [82] etiam damnum restituat, & prædium a rege beneficiali jure obtineat.

Clericus qui pacem violavit, vel pacis violatorem receptavit, si quidem comparet in judicio, pœna pecuniaria punitur. Si vero est inobediens, pœna majori puniendus est. Baldus.

adeptus, priorem autem eum feudi possessionem prehendisse dicemus, qui prior domino pretium numerasse probabitur. 1 *tit. 7. in fin. §. eod. 1. feud. 4. §. eod.* 2 Quando filii in feudum non succedant. *tit.* 16. Cujac. 3 Ea de re convenire plerumque solent nobiles, qui habentes liberos ex nobili uxore, ea defuncta, plebeiam ducunt, facit *tit. 29. §. eod.* 4 Pactum de non succedendo patri in feudo, valet, *ut hic*, quod tamen jure civili non valet. *l. pactum 3. C. de collat.* Quid, valetne pactum, ut ne prioris matrimonii liberi succedant? valere ajunt, si cum nobiliore fœmina secundæ nuptiæ contrahantur: quæ (nisi id pactum convenisset) non fuissent alias contractæ. *Bald.* 5 In feudum non succedunt. Bart. Cujac. *hic*, *ad l. 26. ff. de verb. oblig.* 6 Imo non est admittenda, *arg. tit. 1. §. eodem.* 7 Vasallum non teneri offerre servitium. *tit.* 17. Cujac. 8 *l. 4. vers. & si §. eod.* 9 Viginti annis. 1. *feud.* 21. vel triginta annis. Ita vasallus feudum non amittit, etiamsi per triginta annos domino non servierit. Cur? punitur recusans tantum servitium, non autem, non serviens. 10 Servitium domino offerre vasallus non cogitur, nisi sciat dominum in magno periculo servari, *ut hic. arg. l. quod te 5. ff. de reb. cred.* aut nisi dies adjecta. *arg. l. si residuum 5. C. de distr. pign. l. acceptam 19. C. de usuris.* 11 *tit. 89. in fin.* 12 Perjurium admittit, qui promissa servare non potest, etiam propter inopiam, *ut hic*. culpa nimirum contingentem, non casu. 13 Quid: alere inopem dominum, aut eum custodia seu carcere liberare, num vasallus cogitur? non cogitur, nisi juvandi vasalli causa dominus bona sua consumpserit, vel nisi maximum sit feudum, vel nisi de omnibus bonis vasallum investivit. verum id utilius fuerit initio stipulari. 14 Vid. *l. 5. §. 16. ff. de agnoscendis liberis. Novell.* 115. *c.* 3. §. 8. 15 Feudo amisso, filios vasalli excludi. *tit.* 18. Cujac. 16 *Sub.* in alium quam dominum: & quidem culpam ex delicto aliquo descendentem, non adversus contractum feudalem simpliciter admissam. 17 *Sub.* antiquum: hac sententia, feudum quo vasallus privatur suo delicto in personam extraneam admisso, agnatis ejus & descendentibus committitur, non domino. 18 *tit. 24. §. 3. in fin. tit. 31. J. eod.* 19 In generali alienatione non contineri vasallos. *tit.* 19. Cujac. Alex. 5. *consil.* 25. Atqui hujus paragraphi hæc potius sententia videtur esse, Vasallum alienando omnia sua bona, non intelligi feudum alienasse: nisi nominatim sit dictum. sic generali hypotheca non continentur alienari prohibita. *l. 88. §. 15. ff. de leg. 2.* Refutatione quoque generali bonorum feudum non venit. Bald. *Authent. in successionem C. de suis.* 20 Hanc vocem *Hotomannus* expungit. 21 *tit. 51. J. eod.* 22 Vasallum repetere feudum, quod ignorans alienavit. *tit.* 20. 23 *tit. 42. J. eod.* 24 Ut si successit ei, qui diu scilicet longo tempore non servivit. 25 Nam scienti non fit injuria. *l. cum donationis 34. C. de transact.* 26 De pœna negantis feudum. *tit.* 21. 27 Quid, si partem, agente in eum domino, vasallus negavit? partem amittit. 28 *§. 3. §. eod.* 29 Ignorantia excusat vasalli mendacium: modo ne sit crassa & supina. 30 *tit. 14. in fin. §. eod.* 31 Dubius dubitanter respondere potest, *ut hic*: dilatio tamen dabitur, ut plenius instituatur. 32 Feudum vasallo in feudum dari posse. *tit.* 22. Cujac. 33 Subfeudare vasallus potest: hoc est, feudum alii dare: cognati, & eadem conditione. 34 Fraudem præsumi putant doctores, si vasallus det feudum suum alteri, accepto pretio. 35 *tit. 34. §. 2.* 36 Vasallum agere & conveniri de feudo posse. *tit.* 23. 37 Agere vel conveniri feudi nomine vasallus potest: adeo ut sententia prodesse imo & nocere possit domino etiam ignoranti: dum ne judicium in fraudem suscipiatur. 38 *tit. 25. §. eod.* 39 Res judicata cum vasallo nocet domino, *ut hic*. Quid ita? an dicemus vasallum totum in eo fuisse, ut litem domino denuntiaret, neque dominum reperisse? An litem institutam præsente domino non specialiter per vasallum admonito? an quia vasallus in hac lite non obtinuit? cum rem sibi in feudum datam esse contestaretur: & quidem præcise ab ipso domino? An quia dominus rem ut feudalem vindicat, non ut propriam? An quia vasallus jure suo sine domino experiri potuit? 40 Atqui domino ignorante feudum vasallus alienare non potest? non potest, ultro: ex causa necessaria judicii vel transactionis potest. *ut hic.* 41 *tit. 43. J. eod.* decidendi scilicet, non alienandi aut diminuendi causa. 3. *Const. Neapol.* 5. Transigere de feudo suo vasallus potest. 42 Feudum non est, quod vasallus feudi nomine ab adversario accepit transigendo. 43 Quando proprietas feudi ad vasallum perveniat. *tit.* 24. 44 Felonia commune verbum est tam domini quam vasalli, *ut hic, & tit. 47. J. eod.* 45 Mores Galliæ addicunt superiori, Imperatori aut Regi, ut & constitut. Neapolit. 3. *tit.* 19. 46 Hoc est, conjunctum vasallo. Exemplum Ravennas subjicit in domino, vasalli famulum verberante, ut injuriam vasallo faceret. 47 Feudum iisdem causis amitti, licet datum sit heredi, & cui vasallus dederit. *tit.* 23. 48 *tit. 48. J. eod.* 49 De pactione de non petendo feudo. *tit.* 26. 50 Pactum de non petendo a certis personis, personas non transgreditur. 51 Id est, filiis masculis.

52 De trenga & pace, quidam ita legunt apud Cujac. *hic*: hujusmodi Constitutiones a Germanis Landfriden dicuntur. Abbas Ursper. 3. Frossar. 97. 53 Treugæ violatores eadem pœna puniri, qua pacis violatores hic notant interpretes. Quin hanc constitutionem locum habere, adversus turbatores pacis singularum personarum. 54 Pax ut res necessaria ab omnibus desideranda & servanda. 55 Primus scilicet, Cujac. arg. eorum quæ dicuntur ab Othone Frising. 2. *c. ult.* Imo Tertius, qui & Austriacus, *Hotoman.* arg. eorum quæ dicuntur a Wimpfelingo *c.* 51. de subditis ad pacem coactis lege habita, sed *Cujacii* verior sententia est. 56 Munus optimi principis. 57 Utilitas pacis. 58 Laicus scilicet: nam de clericis agetur *J. eod. §. 1.* 59 De homicidio. 60 Pacis violator voluntarius capite punitur: aut ita: Homicida voluntarius intra pacis tempus capite punitur, ut pacis perturbator. adde *l. ult. in fin. ff. de re milit.* 61 Purgationem per duellum observa. 62 Pacem non violat, qui se vel filium, vel conjunctum, vel bona sua defendens alium interficit: ut nec homicidii tenetur, qui extra terminos imperii occidit. 63 Mobilia ejus territorii atque jurisdictionis censentur esse ubi reperiuntur. Quid fructus? suntne res mobiles? sunt, si a feudo separati: secus si pendentes. *l. fructus 44. ff. de rei vind.* Quid pensiones? mobiles sunt, si earum dies jam cessit; sin minus, immobiles. Quid annuæ præstationes ad longum tempus? immobiles. 64 Pacis violatoris fugitivi hæc pœna est. Bona ejus mobilia publicantur: immobilia ejus heredibus relinquuntur, ea conditione, ut nec bonis illis pacis violatorem juvent, alias publicantur, & a principe alteri donari possunt. Hoc utiliter quoque hic notatur. Arbitrium generale habentem bona publicare non posse. 65 Dissipentur, id est, diripiantur. Gunther. 8. 66 Heredes de homicidio decessoris transigere non possunt. 67 Sententiæ modus adjici potest: idque ut conditio servari debet. *l. cum eorum 5. l. cum judex 11. C. de sententiis.* 68 Pacis violatorem patrem, vel ut bannitum vel hostem a liberis alendum non esse sub pœna publicationis eorum bonorum, quæ a patre acceperint de publico, ea lege, ut ne patrem alerent, hinc colligunt. 69 Id est, judex. vid. *& J. eod. & §. 1. J. eod.* dixi *tit. 10. §. eod.* 70 Suscipiat. Hotom. 71 De vulnerato homine intra pacis tempus. Vulnerans aliquem sponte intra tempus pacis, manum amittit: secus si in duello, seu se defendendo. 72 Manus amputatio. Quid: quæ manus reo amputanda? ea ipsa qua deliquit. Vide doctores in Authent. *sed novo jure. C. de servis fugitivis.* 73 Si quis quem fustibus percusserit. 74 Si quis crines aut barbam alterius expilaverit, sex solidis ea injuria vindicabatur lege Longobard. 4. *tit. de his, qui insidiando.* 75 Barbam aut crines alicui expilare atrox injuria est. 76 Libræ condemnationum taxatæ a lege vel statuto, num ad tempus legis latæ referendæ sunt: an ad præsens tempus? ad præsens tempus referendæ sunt. 77 Pœnas duplices interdum ex eodem delicto quis patitur, *ut hic*, veluti si reus parti condemnatur, id est, adversario suo & Reipublicæ. adde *l. locatio 9. §. quod illicite. 5. ff. de publicanis.* 78 Pœnæ pecuniariæ & multæ Comiti vel Baroni committuntur, non fisco. Quid bona? fisci fiunt, *ut supra*, nisi ab ipso Comite vel Barone sint profecta. *§. Illud. de prohib. feud. al. per Frider.* nisi delinquens agnatos habeat, ad eos enim redit feudum antiquum, *c. denique §. quæ fuit prima causa.* vel nisi aliud consuetudo a principe confirmata suadeat. *J. de pace Constantiæ* 79 Zitterhand, ita legitur in quibusdam exemplaribus, quod nihil aliud est quam calida manu. nisi malis legere *haisterhand*, ut in legibus Alamanorum. *tit.* 20. vid. Cujac. 80 Id est, obligaverit dato pignore. 81 Id est, judex *§. eod.* 82 Id est, actori conquerenti.

§. 1. Si clericus [1] de pace violata pulsatus fuerit, id est, notatus & proscriptus fuerit: aut pacis violatorem in contubernio [2] suo habuerit: & de his in præsentia sui episcopi sufficienti testimonio convictus fuerit: comiti [3] in cujus comitatu idem clericus hoc perpetravit, viginti libras persolvat: & de tanto excessu secundum statuta canonum episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit: non solum officio & beneficio ecclesiastico privetur, verumetiam tanquam proscriptus habeatur. §. 2. Si judex populi [4] clamore aliquem pacis violatorem ad castrum alicujus domini secutus fuerit: dominus [5] cujus castrum id esse cognoscitur ad faciendam justitiam [6] illum producat. Quid si de sua fuerit diffisus innocentia, & ante conspectum judicis venire formidaverit? si mansionem in castro habet, dominus ejus omnia bona mobilia [7] sub sacramento judici repræsentet: & eum de cætero in domo sua tanquam proscriptum non [8] recipiat. Si vero mansionem in castro non habuerit: dominus ejus secure eum adducere faciat, & postmodum judex cum populo eum tanquam pacis violatorem persequi [9] non desistat. † Si duo homines pro uno beneficio contendunt, & unus super eodem beneficio investitorem producit: illius [10] testimonium, cum investitor donum [11] investituræ cognoscit, comes [12] primo recipiat: & si idem probare poterit idoneis testibus, quod absque rapina [13] hoc idem beneficium habuit: remota controversiæ materia, id obtineat. Quod si de rapina præsente judice convictus fuerit: rapinam dupliciter [14] solvat: beneficio [15] vero careat: nisi justitia & judicio dictante illud in posterum requirat. † Si tres, vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes utrimque diversos investitores: judex [16], in cujus præsentia causa ventilatur, a duobus [17] requirat [18] boni testimonii hominibus, in provincia [19] eorundem litigatorum commorantibus, per sacramentum, quod juraverint, quis illorum absque rapina ejus beneficii possessor extiterit: & cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suum quiete obtineat: nisi [20] judicio & justitia dictante alter de manu sua illud eripiat.

Miles a rustico de pace violata pulsatus, militari manu se purgabit. Baldus.

§. 3. Si rusticus militem de violata pace pulsans, manu [21] sua juraverit [22], quod non de voluntate sua, sed de necessitate hoc fecit, manu [23] militari se miles expurgabit. † Si miles rusticum de violata pace pulsaverit, & manu sua [24] juraverit, quod non voluntate, sed necessitate hoc fecit: de duobus unum rusticus eligat, an divino [25] an humano [26] judicio innocentiam suam ostendat: aut septem testibus idoneis, quos judex elegerit, se purget. † Si miles adversus militem pro pace violata aut aliqua capitali causa duellum [27] committere voluerit: facultas pugnandi ei non concedatur, nisi [28] probare [29] possit, quod [30] antiquitus ipse cum parentibus suis natione [31] legitimus miles existat. §. 4. Post [32] natalem [33] sanctæ Mariæ unusquisque comes [34] septem boni testimonii viros sibi eligat, & de [35] qualibet provincia cum ipsis sagaciter disponat: & quanto pretio [36] secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat. Quicunque vero contra deliberationem ipsius, intra anni terminum altius [37] modium, & carius vendere præsumpserit, tanquam violator pacis habeatur: & totidem viginti libras comiti [38] exolvat, quanti modios sive maldios [39] altius vendidisse convictus fuerit.

Rusticus arma non portet: nec mercator, qui negotiandi causa per provinciam transit: nec miles ad palatium comitis. Baldus.

§. 5. Si quis rusticus [40] arma vel lanceam portaverit, vel gladium: judex, in cujus potestate repertus fuerit, vel arma tollat [41], vel viginti solidos pro ipsis recipiat a rustico. † Mercator negotiandi causa per provinciam pertransiens, gladium suum suæ sellæ [42] alliget [43], vel super vehiculum suum ponat [44]: non [45] ut quem lædat innocentem, sed ut a prædone se defendat. Nemo [46] retia [47] sua aut laqueos, aut alia quælibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ursos, apros, vel lupos capiendos. † Ad palatium [49] comitis nullus miles ferat arma, nisi rogatus a comite.

Publici latrones antiqua damnantur sententia. Bald.

§. 6. Publici [50] latrones & convicti [51], antiqua damnentur sententia.

§. 7. Quicunque advocatiam [52] suam, vel aliquod aliud beneficium inornate tractaverit, & a domino suo admonitus non resipuerit, & in sua perdurans insolentia, ordine [53] judiciario tam advocatia quam beneficio exutus [54] fuerit, si postmodum ausu temerario advocatiam vel beneficium invaserit, pro violatore habeatur.

Si furatus est aliquis valorem quinque solidorum, vel amplius, laqueo suspendatur: si vero minus, scopis, & forcipe excorietur & tundatur.

§. 8. Si [55] quis quinque solidos [56] valens: aut [57] plus fuerit furatus, laqueo [58] suspendatur: si minus, scopis & forcipe excorietur, & tundatur [59]. † Si ministeriales alicujus domini inter se guerram habuerint: comes [60] sive judex, in cujus regimine eam fecerint, per leges & judicia ex ratione prosequatur. † Quicunque per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quanto propinquius secundum [61] viam stans in loco amplecti potuerit ad refectionem & reparationem [62] equi sui: impune ipsi equo potrigat. Licitum sit etiam ipsi uti herba & viridi [63] sylva, & sine vastatione aliqua quilibet utatur pro sua commoditate, & usu necessario.

TIT. XXVIII. [64]

HIC [65] FINITUR LEX, DEINDE CONSUETUDINES REGNI INCIPIUNT.

Vasallus dominum suum non adjuvans in prælio justo, feudum perdit. Bald.

DOmino guerram [66] faciente alicui, si [67] sciatur, quod juste, aut cum dubitatur, vasallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defensionem: ad offendendum vero alium non adjuvet, si vult. Sed si eum adjuvare noluerit, non tamen feudum amittet, secundum Obertum de Orto, & Gerardum (Capagistum.) Alii vero sine distinctione dicunt semper debere eum adjuvare. Sed Obertus & Gerardus utuntur eo argumento, quod quemadmodum dominum excommunicatum [68], vel a rege [69] bannitum non est obligatus vasallus ad adjuvandum vel servitium ei præstandum, imo solutus est interim [70] sacramento fidelitatis, nisi ab ecclesia [71], vel a rege [72] fuerit restitutus [73]: ita nec istum injuste guerram alicui facientem.

Nam & Germanis clamor est actio, ut veteribus Gallis *clain ou clam.* ut in legibus Alamanorum conclamare causas. 1 Superius dixi de laicis. 2 Proscriptus, a nemine recipiendus §. 2. J. *eod.* olim tenebatur lege Julia, qui interdictum aqua & igni. Paul. 5. *sent.* 26. §. 3. *vers. & qui eum.* aut relegatum recepisset. *l.* 11. *ff. de interdictis,* ita pacis violator & receptor, qui sciens ac prudens violatorem pacis recepit, eadem pœna qua violator punitur, *ut hic & l.* 1. *ff. de receptatoribus.* 3 Id est, judici. 4 Populi clamore judex cogi potest, ut pacis violatores persequatur: quod plerunque accidit, reo ipso deprehenso in ipso crimine. 5 Castri dominus pacis violatorem recipere non debet: quinimo confugam judici exhibere cogitur. Quid si reus non extraneus plane, vel sine lare non sit: sed in ipso castro mansionem habeat? Castri dominus bona rei mobilia, jurejurando prius interposito, judici tradere debet: deinde pacis violatorem tanquam proscriptum ejicere, *ut hic.* Quid: cujus expensis ad judicem ipsum remittere pacis violatorem debet? publicis, si ipse castri dominus eo nomine interpellatus fuerit: sin minus & sponte remiserit, petentis seu conquerentis. *l. mulier* 6. *ff. de captivis.* 6 *tit.* 55. *in fin.* J. *eod.* 7 Cur non ipsum reum exhibet? Reus in mansionem suam atque domicilium confugisse videtur, quæ tutissimum cuique perfugium est. *l. plerique* 18. *ff. de in jus vocando.* 8 De receptatore violatoris pacis, vid. §. 1. S. *eod. l. congruit.* 13. *ff. de offic. præsid.* 9 Pacis violatorem manu armata persequi cuivis e populo licet.
10 Probationes hæ in feudorum controversiis primo admittendæ quæ majoribus munitæ sunt præsumptionibus. Porro ex hac probatione investituræ non oritur plenum jus actori, nec enim sufficit actori, ut probet se investitum. Testimonium enim investitoris, hoc ad ipsius causæ principalis decisionem non exactum fuit, sed ut judex imponeret huic vel illi onus probandi: & alioqui, unius investitoris testimonium in sua causa, idoneum non est. *l. omnibus* 10. *C. de testibus.* Ex testimonio denique investitoris, hic, judex elicit indicia tantum & adminicula. *arg. l. etiam* 16. *l. cum probatio* 7. *ff. de probat.* 11 Hinc colligit Hotomannus, moris fuisse ut vasallus domino donum aliquod pro investituræ monumento, & insigni traderet, Urspergensis *in Chronico anno* 808. videtur tamen Cujacius contrarium omnino sentire: notat enim moris fuisse in investitura vasallum aliquid a domino accipere, puta scipionem, annulum, clypeum. 12 Id est, judex, *ut* S. *eod.* 13 Absque vi.
14 Id est, duplum, Pœna raptoris hic duplum est, meram pœnam continens. Alias, simplum est in pœna generaliter. 15 Feudum amittit vasallus, si rem feudalem, quam tenet dominus, propria autoritate capiat. adde *l. invasor.* 5. *C. unde vi.* qua in specie feudum vasalli a quocunque dominus ipse vindicare potest. *arg. l. ult. C. de jure emphyt.*
16 Cur hic cognoscit judex ordinarius, non dominus? nempe quia vasalli diversos investitores laudant, & ita non pugnant. *§. si inter duos.* J. *de prohibita alien. feud. per Frideric.*
17 Probari feudi investitura duobus testibus potest, *ut hic, arg. l. ubi* 12. *ff. de testibus.* etiamsi non sint pares curiæ: cum lex indefinite hic loquatur. 18 Petente id adversario. Nam in civilibus (exceptis usuris & suspecto) judex supplere non solet, testes præterea petente parte interrogantur. *Laudensis.* 19 Probatio possessionis facilius fit per eos, qui in ipsa regione vivunt & morantur, quam per extraneos: quippe vicini præsumuntur id nosse melius quam extranei. *l. si vicinis* 9. *C. de nuptiis.* Quid si provinciales ipsi testes in alio sint territorio? extra territorium audiri possunt. *l. Judices* 10. *& ibi in Authent. C. de fide instrum.*
20 *l.* 7. *C. unde vi.* 21 Accusare militem rusticus, nisi juratus, non potest.
22 Jurat hic de calumnia rusticus. 23 Manu quarta. *Cujac.* id est, miles purgare se debet dato jurejurando cum tribus conjuratoribus. Huic interpretationi videntur obstare illa verba J. rusticus eligat divino an humano judicio innocentiam suam ostendat. sed ea de re mox dicetur. 24 Manu septima, *Hotom.* id est, septem testibus, Lazius 2. *Viennæ* 5. septima manu se purgare poterit. 25 Duello scilicet. *Cujac.* Alii hoc referunt ad genus quoddam barbaræ purgationis: qua reus ferrum ignitum manu sua illæsa ex uno loco in alium ferens innocens, aut sane minus nocens habebatur, de quo alias dixi. adde *tit. de purgat. vulg. x.* 26 An per testes? an potius manu militari? ut rustici nomine detur campio, qui cum milite duello certet? *ut* J. *eod.* ita sentit *Hotomannus.* 27 Duellum militi indicere rusticus non potest: hoc est nobili ignobilis. Potest tamen nobilis per campionem (ut loquuntur) ignobilem, pugnare adversus rusticum. Imo potest ipse nobilis per se pugnare & hoc casu suo beneficio renunciare. Ravennas S. *eod.* 28 In duello par utriusque decertatoris conditio requiritur. 29 Probare nobilitatem debet, qui se nobilem ait.
30 Probatur nobilitas cujusque hoc ipso quod antiquitus majores ejus fuerint legitimi milites.
31 Puto legendum, *nativitate.* Cæterum nobilis æstimatur ex genere & vita militari. J. *Constit. Neapolit.* 59. 60. 32 Annonæ pretium quotannis solenniter indicere judices possunt. adde *l.* 1. §. *cura carnis.* 11. *ff. de offic. præf. urbi.* 33 Et ita post Kalendas Septembr. 34 Id est, judex. J. *eod.* 35 Provincialibus in causis decidendis provinciales ipsi cæteris aliis præferendi. 36 De pretio annonæ constituendo.
37 Annonam vendens definito publice pretio carius, ut turbator pacis publicæ puniendus. *l. ult. ff. de annona.* 38 Id est, judici. Est & hoc frequens in legibus Gothorum, ut judici multæ pars aut etiam tota adjudicetur. 39 Hinc multare avenæ apud *Urspergensem.*
40 Rusticis armorum usus interdictus. adde *Novell.* 17. *c.* 17. 41 Arma vetita deferens ea amittere debet. 42 Mercatori armorum usus in itineribus permissus.
43 Vid. Othonem Frising. 2. *Feud.* 18. 44 Arma portans ligata ad sellam, vel supra vehiculum, non præsumitur occidendi, sed se tantum tuendi animum habere.
45 Arma mercatoribus iter facientibus habere licet, ut se defendant. 46 Venari (nisi ad ursos, lupos, & apros) in alieno non licet: seu in alieno retia sua, aut laqueos aut alia instrumenta ponere non licet: in suo vero licet venari & aucupari cum omnibus & canibus & retiis, etiam quidvis præter apros, ursos & lupos: & ita hunc locum accipit Laudensis. *arg. l. Divus.* 16. *ff. de servit. præd. rustic.* 47 Venatio cum armis non est permissa, nisi adversus animalia periculosa, ut sunt leones, ursi, lupi, Cæpolla *tract. de servit. rusticor. c.* 21. *tit. de aucupatione num.* 20. Medic. 1. *de Venatione,* 11. 48 Similium est eadem ratio.
49 Ad placitum, *Hotom.* id est, forum judiciale, *ut in Lombard.* 2. *tit.* 46. Armatum in Curiam domini ingredi, jus non est: (nisi eo consentiente) *ut hic,* quid ita? ut eo magis sine suspicione vel rixa procedant judicia. 50 *l.* 11. *ff. de vi publica; l.* 28. §. 10. *ff. de pœnis.* 51 Convictos latrones sufficit, etiamsi non sint confessi. vid. *l. qui sententiam* 16. *C. de pœnis,* utrumque tamen requiritur, ut ne locus sit appellationi. *l.* 2. *C quorum appellat.* 52 Advocatia est quædam dignitas urbis, aut ecclesiæ præpositura. *c. salvatur* 1. *q.* 3. *c. in quibusdam de pœnis. c. præterea. de jure patronatus.* hinc advocatus Augustæ, *apud* Urspergens. Advocatia Betunæ *in Chronic. Flandr.* Tiguriensis *in Austria Lazii:* Advocatus & advocatia: *in donatione Caroli apud* Mutium *Chronic.* 9. 53 Feudo vasallum suum propria autoritate exuere dominus non potest: sed ordine tantum ac jure. Unde rursus colligi potest: Domini jus esse vasallum suum monere, ut subvasallos suos æquo jure regat nec offendat. 54 Feudo & officio suo privari debet, qui admonitus eo abutitur. 55 Pacem violare is etiam dicitur, qui furtum quinque solidorum committit, *Bald.* quod Bartolus negat, in *l. verum* 25. *ff. de furtis.* 56 Solidus 12. denarii. Carol. 2. *Longob.* 22. Quid num interest an quinque solidos furatus sit: aut quod tantumdem sit? *Alvarotus* ita putat: Alii contra. *arg. l. interpretatione* 42. *ff. de pœnis.* 57 Aut amplius, *Cujac.* 58 Furtum, capitale crimen fuit apud majores ante pœnam quadrupli. 5. Isid. 26. *&* 15. Gell. *ult.* adde *l. pen. ff. de cond. causa dat. l.* 56. §. 1. *ff. de furt.* Hodie hoc observari negat Laudensis, ut ob quinque solidorum furtum quis suspendatur. *tit* 53. §. *injuria.* J. *de pace tenenda inter subditos & juram. firm.* 59 Tondeatur, *Hotom.* mos hic fuit variarum gentium. Tacitus *de moribus German.* Lomb. 2. 18. 20. *lib.* 3. *tit.* 1. Landulph *lib.* 23. Otho Frising. 1. *Freder.* 26. Stobæus *sermone* 42. Rhenan. 2. *German.* adde *Novell. Leonis* 60. vid. Basilic. Zonaram. Nicetam *&* Niceph. *multis locis.* 60 Jurisdictioni judicis ordinarii subsunt, etiam principis ministri & domestici. adde *l.* 1. *C. ubi senatores. Authent. qua in provinc. C. ubi de criminibus.* 61 Eques iter faciens equum suum in agro alieno pascere potest impune: quanto propius tamen poterit secundum viam: nec enim in medio agro alieno suum equum pascere ei licet: deinde citra necessitatem id ei licere vel permitti non videtur, *ut hic, ibi, ad refectionem: & ibi, usu necessario.* 62 Nec amplius. *l.* 1. *Longobard. de itinerantib.* 3. *Neapol.* 58. sic lege: Laurentum vetitum erat ex alieno pomum legere supra armum, id est, supra quod humeris oneri esset, Festus *in Armata.*
63 Non fœno, vide edictum Clodovei *apud* Greg. Turo. 2.
64 *tit.* 27. Cujac. 65 Vasallum pro domino belligerari. *Cujac.* 66 Id est, bellum, aut potius ad pugnam & certamen provocantem. 67 Juvare dominum vasallus in causa justa pugnantem seu offendentem cogitur, ut & se defendentem licet injuste. Quid si causa dubia sit? etiam juvare cogitur, ut ejus dubii decisio vasallo non sit committenda. Quid? Quomodo se tueri atque defendere quis potest, ut non offendat? quod si id ipsum faciat directo, justum sit, non quod secundario. 68 Excommunicatum dominum juvare vasallus non tenetur. Cur? eo casu necessitate fidelitatis solvitur. 69 Bannitum a rege dominum pendente banno, vasallus juvare non debet. Possis & id hoc ex loco colligere: vasallos ob delictum domini feudum non amittere. 70 Et ita jus vasallagii magis suspenditur quam eripitur. 71 Excommunicatus restitutus Ecclesiæ, feudum recuperat excommunicationis causa amissum. Restitutio in integrum illo casu est absolutio ipsa Ecclesiastica. 72 Princeps restituere bannitum potest. 73 Bannitus re-

Vasallus non cogitur domino offerre servitium. Jacobus de Belvis.

AD [1] hoc quantocunque tempore steterit vasallus, quod domino non servierit, secundum usum Mediolanensium, beneficium non amittit, nisi [2] servitium facere renuerit [3]: vel nisi a domino ei denunciatum fuerit, & ille, cum potuerit, diu steterit, quod servitium nullum ei fecerit. Bonus tamen judex varie ex personis causisque definiet, & finget vasallum remotum esse, vel propinquum: paratum esse vel non: dominum guerram habere, vel non: utrum etiam magnam vel parvam, & annuntiavit ei dominus, vel non: hæc omnia vertuntur in cognitione causæ: & promptiores [4] sumus ad absolvendum quam ad condemnandum. Tu tamen scias, quod si vasallus sciat dominum obsideri, vel aliter ei mortem imminere: & cum potuerit, ei non nunciaverit, vel etiam sine nuncio eum non adjuverit: feudo privabitur [5].

SI [6] vasallus in feudo aliquod [7] ædificium [8] fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea, ut vasallus sine filio masculo decedat, dominus aut patiatur ædificium auferri, aut solvat pretium meliorationis. Idem dico si pretio servitutem feudo acquirat: Quidam alii dicunt omnino ad dominum pertinere.

Si vasallus nullo herede relicto ante Martium decesserit, fructus domino pertinent ad quem devolvitur feudum. Baldus.

(HIs [9] consequenter dicitur, quod) si vasallus decedat sine herede masculo, & contingat feudum ad dominum reverti, sic distinguitur, quod si [10] ante Martium, omnes fructus [11] illius anni ex feudo provenientes ad dominum pertinebunt. Si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant. Si vero post Augustum omnes fructus anni percipiet dominus. † Quidam tamen dicunt quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

COntra [12] omnes debet vasallus dominum adjuvare, & contra fratrem & filium (& patrem) nisi [13] contra alium dominum antiquiorem [14]: hic enim cæteris est præferendus.

TIT. XXIX.

DE [15] FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD MORGANATICAM [16] CONTRACTO.

QUidam habens filium ex nobili conjuge, post mortem ejus non valens continere, aliam minus [17] nobilem duxit: qui nolens existere in peccato eam desponsavit, ea lege [18], *ut nec ipsa nec filii ejus amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore sponsaliorum: verbi gratia decem libras, vel quantum voluerit dare quando eam desponsavit*: quod Mediolanenses dicunt accipere uxorem ad morganaticam, alibi, lege Salica [19]: hic filius ex ea susceptis decessit. Isti in proprietatem [20] non succedunt aliis extantibus: sed nec in feudo, etiam aliis non existentibus: qui licet legitimi sint, tamen in beneficio minime succedunt. In proprietate vero succedunt patri, prioribus non existentibus. Succedunt etiam fratribus sine legitima prole decedentibus secundum usum Mediolanensium.

TIT. XXX.

DE [21] FEUDO FOEMINÆ.

Filiæ matri in feudo fœmineo succedunt, masculis non extantibus, secundum Obertum & Gerardum: sed secundum alios non succedunt, nisi per pactum sit actum. Bald.

SI fœmina habens feudum decesserit: quia fœmineum est feudum, & sine pacto speciali, deficientibus filiis masculis, ad filias pertinebit. Obertus & Gerardus. Alii vero dicunt, nisi [22] per pactum speciale ad eas non pertinere: sicut si datum esset filio masculo: quia si [23] ideo quod est fœmineum sine pacto transit in fœminas: eadem [24] ratione, quia est fœmineum, transit in fœmineam prolem, etiam masculis extantibus: quod falsum est. † Ex hoc illud descendit, quod dicitur clericum [25] nullo modo in beneficium paternum debere succedere, etiamsi posteaquam habitum religionis assumpserit, postposuerit. † Idem in omnibus [26] qui habitum religionis assumunt, ut conversi. Hi enim nec postea in feudo succedunt, & si quod habent, perdunt.

TIT. XXXI.

SI [27] VASALLUS FEUDO PRIVETUR, CUI DEFERATUR.

VAsalli feudum delinquentis [28], licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus [29] aspirabit, nisi id iterum a domino licite acquirat sibi gratiam [30] faciente: Verbi gratia, si non sunt alii ex latere, quibus aperiatur: ad ejus peritionem admittuntur, qui quarto gradu sunt remoti ab eo, qui id acquisivit, & etiam usque ad infinitum [31], dum [32] tamen hos constet ab eo per masculos descendisse.

TIT. XXXII.

QUI [33] TESTES SUNT NECESSARII AD NOVAM INVESTITURAM PROBANDAM.

Nova investitura probatur per testes pares curiæ, aut per breve testatum a paribus confirmatum, sive dominus sit laicus, sive clericus. Bald.

SIve clericus, sive laicus sit dominus, ad probandam novam investituram, semper [34] pares curiæ sunt necessarii: & si sine eis facta sit investitura, etiamsi dominus confiteatur factam: quia tamen sine hac solennitate facta est, non valet, etiam si probari possit per breve testatum. Sed si alii contra testantur, & si dominus confiteatur factam, decurrens postea ad solennitatem [35] consuetudinis [36], non [37] audiatur: sed tale habeatur ac si pares affuissent: sed alii, etiamsi probari possit per breve testatum, ut Obertus & Gerardus, nisi a paribus curiæ fuerit confirmatum. Consules tamen Mediolanenses nuper in quibusdam omnia contra rescripserunt: in quo fere omnes Mediolanenses consenserunt, & consentiunt: ut breve testatum non a paribus, sed ab aliis [38] confirmatum sufficiat ad probandam novam investituram. Novam [39] investituram dico, quando feudum primo quæritur. De veteri [40] autem beneficio investituræ, quæ fit a domini successore, vel vasallo successori: etiam extranei [41] recipiuntur ad testimonium, præter fœminas [42], secundum usum Mediolanensium. Istæ enim nec in causis feudi, nec aliorum, recipiuntur ad testimonium: cæteri autem recipiuntur in omnibus quæ ad causas feudi pertinent, præterquam de nova investitura.

stitutus, feudum & vasallos recuperat. Quid damnatus cui crimen a rege remissum est? si feudum regi ipsi apertum sit, id recuperat: si aliis, non recuperat, *Gloss. & Doctores.* vid. *l.* 1. *l.* 13. *C. de sententiam passis & restitutis.* Ita bannum non tollit penitus fidelitatem, sed suspendit: Hoc amplius notandum, Bannitum pendente banno, feudum alienare non posse.

1 Propter cessationem servitii præstandi feudum non amitti. *tit.* 28. Cujac. 2 Dixi *tit.* 26. §. 3. 7. 8. *eod. tit.* 37. *infr. eod.* 1. *feud.* 11. 3 Servitium facere domino vasallus cogitur, si vel a domino, vel a lege, vel die dicta interpellatus sit: ab illa tamen interpellatione, momentum etiam aliquod habet arbitrarium seu judiciale, *ut hic. l. quod dicimus* 105. *ff. de solut.* 4 *l.* 47. *ff. de oblig. & act.* 5 1. *feud.* 11. 6 De ædificio facto in feudo. *tit.* 29. 7 Expensas in ædificio feudali factas a vasallo, aut in adquirendis servitutibus prædio feudali, feudo ad dominum reverso, non ex delicto vasalli, sed propter deficientes vasalli liberos, dominus heredibus (forte fœminis, & aliis cognatis) vasalli restituere cogitur, vel pati eas expensas auferri. Hanc enim habet electionem dominus, *ut hic.* Quid si modicæ sint expensæ? eas non restituit. *arg. l.* 7. §. *hactenus ff. de usufruct.* Atqui nemo repetit expensas quas ipse sciens in alieno fecit. §. *cum in* 39. *Inst. de rer. divis.* Vasallus expensas faciens in re feudali, in alieno prorsus solo expensas non facit, sed quasi in suo. Habet enim utile feudi dominium. Proinde contraria sententia obtinet in iis, qui expensas fecerunt in alieno prorsus ædificio ac solo. 8 Vel servitutem adquisivit. *tit.* 8. §. 2. 8. *eod.* adde 1. *feud.* 4. §. 5. 9 De fructibus feud. *tit.* 30. 10 Fructuum feudalium perplexa hæc apud interpretem divisio est. Mihi verissima, & paucis videtur esse hujus loci sententia hæc: Feudum estne commissum domino ante Martium mensem initio temporis ducto a Kalendis Augusti mensis: hoc est, feudum, estne commissum domino a Kalendis Augusti ad Martii mensis initium? omnes fructus illius anni, hoc est, ejus spatii a Kalendis Augusti ad initium Martii, domino feudi adquiruntur. Feudum estne commissum domino a Kalendis Martii ad Augusti Kalendas? omnes fructus eo spatio percepti, vasalli heredibus adquiruntur. Et hæc prima de dividendis fructibus feudalibus opinio est, *ut hic.* Alii putant quocumque tempore committatur feudum, omnes fructus jam perceptos, fieri vasalli ejusve heredum: pendentes vero domini, *vers. Quidam tamen.* Placet potius quod ab aliis notatur. Vulgo creditur, usufructus finiti vel amissi tempore fructus pendentes proprietario deberi, nihil eorum deberi fructuario: per contrarium autem, omnes fructus a terra separatos fructuarii esse, nulla parte ipsius proprietarii. Doctis tamen aliud videtur: fatentur enim pendentes quidem fructus esse domini in hac specie, per contrarium vero fructuarii, si pendentibus adhuc fructibus inchoatus sit usufructus. *l. si pendentes* 27. *ff. de usufructu.* Finito autem usufructu vel amisso, existimant fructus & pendentes, & perceptos inter dominum & fructuarium dividi pro rata temporis, quo usufructus in personam fructuarii eo anno constitit. *l. si operas* 26. *ff. de usufruct. l.* 3. *in fin. ff. si ususfruct. petatur*, sive extent, sive consumpti sint, sive ab ipso fructuario, sive quo alio modo a solo separati sint, puta vel sponte deciderint, vel ab alio decerpti vel dejecti. *l. in singulos* 8. *ff. de annuis l. si apes* 26. §. *ult. ff. de furtis.* §. 36. *is vero. Inst. de rer. divis.* Nec obstat *l. defuncta* 58. *ff. de usufruct.* cum in ejus specie anno integro duraverit usufructus, ut agrorum pensiones ob id integræ heredi fructuarii debeantur, licet tardius inferantur. Ita cum quæritur, fructus inter proprietarium & fructuarium quemadmodum dividantur pro rata anni quo constitit usufructus, putat Cujacius, fructus eodem modo dividendos esse inter vasallum ejusve heredes, & dominum. Eandem etiam rationem servari in emphyteuticario & colono, & eo, qui libelli vel precariæ jure possidet: sed & eandem rursus inter virum & uxorem: velut inter quos fructus feudi dotalis dividantur pro rata ejus anni, quo diremptum est matrimonium. *l. cum in fundo* 78. §. 2. *vers. divortio. ff. de jure dot. l. fructus* 7. §. *Papinian.* 1. *l. si alienam* 11. *l. Si marito* 31. *ff. soluto matrim. l.* 1. §. 9. *vers. sed & novissim. C. de rei uxoriæ action.* Et hæc sententia de dividendis fructibus inter vasallum & dominum impendio placet. Nam quod alii *in vers. quidam.* putant fructus omnes perceptos vasalli, pendentes domini fieri, exemplo creditoris qui pignus accepit ἀντιχρήσεως lege, & tempore liberati pignoris, hoc est, solutæ vel depositæ & consignatæ pecuniæ. *l.* 11. *C. de usuris*, fructus jam a solo separatos, (etiamsi nondum sint consumpti) retinet usurarum vice, pendentes vero restituit, vel imputat in sortem. *l. si pign.* 22. §. *si prædo* 2. *ff. de pigneratit. actione. l. ex prædiis* 11. *C. de usur.* falluntur, inquam, illi, qui ita censent. Nam perceptos fructus retinet creditor ex conventione illo casu, usurarum vice, vasallo vero heredive ejus nulla conventio dat jus retinendi ex fructibus, plus quam ratio temporis ferat. Neque probatur prior hujus loci sententia, quæ feudo reverso ad dominum post Kalendas Martias, vasallo ejusve heredibus dat fœnificia, messes hordearias, fabarias, & alia legumina: feudo reverso ad dominum post Kalendas Augusti, domino dat messes frumentarias, triticarias, vindemiam, poma, oleam seu olivinam. Quippe hæc proportio est iniqua. Potest enim accidere, ut minore tempore feudo fruitus sit vasallus, & tamen in suis fœnificiis & similibus, plus habeat reditus, quam dominus in suis vindemiis & messibus farrariis & similibus, licet major anni pars ejus sit. Deinde, cur discedamus a superiore proportione, nempe ut dividantur fructus pro rata temporis. 11 Adde *tit.* 86. *infr. eod.* 12 De auxilio vasalli. *tit.* 31. Vasallus juvare dominum contra omnes cogitur, omnes etiam contra fratrem & filium. 13 At non contra antiquiorem dominum, ut hic, vel seipsum, vel Imperatorem, etiamsi id expresse non sit dictum: id enim tacite intelligitur. *Doctores hic.* an & contra patrem? Cusa lectio id suadet: quæ Cujacio deest hac parte. Si ita est, vasallus domino magis obligatur, quam filio vel patri: minus quam sibi, imperatori, vel antiquiori domino. An & adversus proprium patrimonium juvare cogitur dominum? non cogitur, *Doctores hic.* an & per contrarium idem vasallo suo debet dominus? Correlativorum hoc casu non est eadem ratio. *ut in l. ult. C. de indicta viduit. l. ult. ff. de accept.* 14 Quo nomine regem ipsum etiam intellige. *tit.* 7. 8. *eod. tit.* 53. §. 2. J. *eod.*

15 Quando filii in feudum non succedunt. *tit.* 32. Cujac. 16 Morganatico jure donatum. Albertus Argentinensis morganghebam appellat donationem scilicet in uxorem collatam a viro mane die nuptiarum. 17 Lex Salica, vide quæ dixi *tit.* 26. §. 6. *vers. filii. supr. eod.* 18 Hæc lex desumpta ex lege Salic. J. *eod.* Langobarda, Ripuaria 39. Alamanorum 56. 19 Seu Francorum. 20 Id est, alodem. Possum eadem ratione spurium legitimare ea lege, ut mihi non succedat tantum in re certa vel emphyteutica. vide Everard. *in Topicis arg. a feudo ad emphyteusim* 26. *n.* 11.

21 Quando filia succedit in feudum. *tit.* 33. 22 Dixi 1. *feud.* 7. *in fin.* 23 Feudum fœmineum seu a fœmina adquisitum sine pacto non descendit ad filias. 24 Feudum fœmineum non transit ad fœminas, masculis extantibus, ut hic, fœmina feudum adquirens, intelligitur potius adquirere suis masculis descendentibus, quam fœminis. 25 Vid. *tit.* 26. §. 4. *vers. clericus.* 26 *tit.* 21. *supr. eod.*

27 Patre feudum amittente filios non succedere. *tit.* 34. 28 Vasalli patris delictum nocet filiis in feudo jam sibi adquisito: in sperato, non nocet. Quid enim si pater meus vivo patre suo feudum sibi & heredibus habente, reliquerit? patris mei delictum mihi non nocebit: Nepos enim avo meo succedam. 29 *tit.* 26. §. 7. *vers. si vasallus.* 30 Gratia domini vocantur ad feudum, qui jure non vocantur. Gratia potior est jure, *ut hic*, *ut* 1. *tit.* 5. 8. *eod.* ut hic, gratiam feudi facit filiis vasalli delinquentis dominus, invitis etiam agnatis vasalli, quibus feudum jam erat apertum. 31 In infinitum agnati vocantur ad feudum. 1. *tit.* 1. §. *hoc quoque. supr. eod.* 32 Agnatus non succedit in feudo antiquo, nisi descendat ab avo, a quo descendit vasallus, cujus feudum est commissum.

33 De probatione investituræ. *tit.* 5. 34 Probanda est nova investitura testibus, Paribus Curiæ vel publico instrumento Paribus confirmato: quanquam Mediolanensium consuetudine sufficit publicum instrumentum testibus extraneis, qui non sint pares, munitum. 35 Subtilitatem. 36 Consuetudo potest probationibus exsequendis modum imponere. 37 *tit.* 2. *supr. eod.* 38 Aliis, hoc est, extraneis. 39 Nova investitura, seu novum feudum dicitur quoties nunc primum, aut de novo feudum adquisitum. Antiquum, quod ab antecessoribus adquisitum. 40 *tit.* 3. *supr. eod.* 41 *tit.* 2. §. 1. *vers. si autem investitura.* 42 Testimonium in feudis non dicunt fœminæ, *ut hic.* sic jure Romano fœminis testimonii dictio fuit in actibus fortuitis & repentinis (veluti in criminibus), in

TIT.

TIT. XXXIII.
DE [1] CONSUETUDINE REGTI FEUDI.

SCiendum est itaque, feudum acquiri [2] investitura, successione [3], vel eo quod habeatur pro [4] investitura, ut [5] ecce si dominus alicui coram paribus curiæ dixerit, *Vade in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo.* Licet enim non intercessisset investitura [6], tamen tale est ac si intercessisset: quia ille ejus voluntate possessionem fundi nactus est [7] feudi nomine: inde etiam dicitur, quod si alius probaverit se aliquid nomine beneficii aliquo [8] tempore tenuisse domino præsente, & non [9] contradicente, & servitium [10] ejus quasi a vasallo recipiente: licet non probet investituram, veruntamen obtinebit præstito juramento: nisi aliud contra inducatur. † Quod autem dictum est, ut per pares probetur investitura: intelligendum [11] est de eo domino, qui [12] alios habet vasallos: cæterum sufficiunt extranei. Nec dicatur investituram, ubi sine paribus facta est [13], valere: quoniam tunc temporibus aberant pares, qui etiamsi absint, tamen expectandi [14] sunt. † Sacramentum [15] non semper est dandum possidenti: sed [16] quandoque possidenti, quandoque petenti, quandoque neutri datur: & cum alicui horum datur, ita demum datur, si [17] aliquid pro eo sit, quod judicem moveat. Ubi nihil est, quod faciat pro aliquo eorum præter possessionem solam, tunc secundum quod judici melius visum fuerit, aut possidenti dabitur sacramentum: aut actore nihil probante, qui convenitur, etiamsi nihil præstiterit reus, tamen absolvitur, vel obtinet. † Et cum datur: aut [18] datur a judice, aut a parte: si a parte, aut subeat cum duodecim sacramentalibus secundum inferiorem distinctionem, aut referat pars cui delatum est. Si a judice: juret ille cui delatum est, cum duodecim vasallis, cum sex parentibus [19]: cæteros si vult, habeat extraneos. Dominus vero, si vult, cum parentibus, aut cum vasallis solis, aut cum parentibus vasalli, vel cum extraneis mixtis parentibus, vel vasallis: & jurabit vasallus sine [20] mentione conscientiæ. Dominus quoque de suo facto similiter. De [21] facto vero patris vel avi, aut alterius ascendentis juramento conscientia præponetur. Quidam tamen dicunt, non quidem conscientiam esse præponendam.

Vasallus a domino non poterit exigere juramentum calumniæ: sed nec dominus exigere potest a vasallo. Baldus.

§. 1. In quibus etiam causis sacramentum calumniæ a domino non exigetur: quod nuper rex Fridericus in Romandiola [22] constituit: ut vasallus calumniæ sacramentum a domino non exigat: quod etiam a parte [23] domini intelligendum est: ut quod [24] quisque juris in alium statuit, ipse eodem jure utatur. † Similiter vasallus dominum accusare [25], vel testimonium [26] contra eum reddere non debet in civili causa modica [27] aut criminali. Quidam tamen dicunt, in criminali non licere, in civili licere [28]: in quibus si contra fecerit, feudo privabitur.

Si contentio est de beneficio inter dominum & vasallum: domino possidente, vasallo autem in probatione deficiente, absolvitur dominus sine juramento. Bald.

§. 2. Item [29] si inter dominum & vasallum controversia sit de beneficio: possidente domino, & vasallo in probatione deficiente: qui convenitur nullo præstito sacramentum absolvatur: vasallo vero possidente, & actore in probatione deficiente: si [30] longa sit vasalli possessio, ejus juramento [31] causa finiatur. Ubi [32] vero nova est possessio, sacramentum ei non præstabitur, sed domino deferetur: nisi aliud faciat pro possidente.

TIT. XXXIV. [33]
DE LEGE CORRADI.

Si inter capitaneos regis est contentio, coram rege debet definiri per l. Corradi: si vero inter valvasores, coram paribus curiæ. Bald.

LEx Corradi [34] de beneficio, quæ dicit: Si inter capitaneos controversia sit, coram [35] rege finiatur, si inter valvasores, coram paribus curiæ, Mediolani non tenetur: sed talis distinctio ibi observatur, quia si inter duos, quicumque fuerint, de beneficio regali controversia fuerit, quorum uterque a rege se dicit investitum fuisse, tunc causa coram eo decidatur: cæteræ vero causæ apud pares curiæ. † Si autem inter pares duos de aliquo beneficio controversia sit, quorum uterque suum feudum proprium esse dicat: sive asserant eundem investitorem, sive diversos: coram judice [36] vel arbitro [37] finiatur. Sed cum unum producunt investitorem: si possidenti [38] dominus guarentizare [39] voluerit [40], sine fraude ipse obtinebit: nisi adversarius contra aliquid induxerit [41].

Dominus sine vasalli voluntate, feudum alienare non potest, sed hoc non servatur Mediolani. Bald.

§. 1. Ex eadem lege descendit, quod dominus sine [42] voluntate vasalli feudum alienare [43] non potest: quod Mediolani non obtinet. Ibi enim sine curia etiam beneficium totum recte alienatur: dum tamen aut æquali domino, aut majori [44] vendatur. Inferiori vero sine vasalli voluntate non licet partem alienare, etiam majori retenta parte alia feudi: Verbi gratia, est vasallus, qui ab eodem domino in [45] pluribus locis feudum tenet. Si partem feudi in uno loco vendat, in alio sibi teneat: iste non debet emptori servire: sed per priorem dominum totum beneficium recognoscere: cum curia vero cuicunque beneficium etiam [46] rustico, & sine vasalli voluntate, potest: dum tamen non totum alienetur. Obertus. Quidam autem dicunt, ut Gerardus, non valere, si fiat inferiori.

Non potest regulariter vasallus feudum sine voluntate domini alienare: nisi det alii in feudum, & personæ sibi æquali. Bald.

§. 2. Similiter [47] nec vasallus feudum sine voluntate domini alienabit: in [48] feudum [49] tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, quæ feudo servire possit: ut [50] si dans miles est, & ille, qui accepit feudum, inveniatur miles, ad hoc feudum si contigerit, domino similiter servire [51], ut & prior possit: & hoc ut dare liceat in [52] infinitum. In quibusdam tamen curiis ultra tertiam personam feudi concessio [53] non extenditur: ut cum feudum pervenit in quartam personam, ei auferre dominus possit. † Profecto ille, qui suum beneficium alii dat in feudum: non debet alia [54] lege dare, nisi qua ipse habeat: ut si habeat sibi suisque heredibus (quod intelligi [55] debet de solis masculis) non debet alii dare, ut habeat ipse, & sui heredes masculi & fœminæ. Unde quibusdam placet, quod qui taliter dedit, eo ipso beneficium amittit. Gerardus & alii dicunt, quod qui dedit [56], & cui datum est, beneficium perdit. Secundum alios vero tunc domino aperitur, cum masculi defecerint.

SI [57] fuerit inter dominum & vasallum de beneficio controversia, domino dicente, *Hoc, quod tenes in feudum, a me habes:* ille vero negaverit [58] prorsus [59]: si quidem probatum fuerit, ipsum ab eo auferatur. † Sed cum dubitanter [60] responsum fuerit, *nescio*: minime, secundum quosdam: sed secundum alios tunc demum privabitur, si fraudulenter, id est sciens [61] hoc negaverit.

TIT. XXXV.
DE [62] CLERICO, QUI INVESTITURAM FACIT.

CLerico investituram faciente de suis bonis, ejus successor omnifariam cogitur eam adimplere. Cumque de bonis ecclesiæ eam fecerit, si possessio rei pro beneficio investituræ penes eum fuerit, ipse & ejus successor ipsam adimpleant [63]: quod etiam in laicis contingit. Ubi vero de alterius feudo fecerit investituram, si quidem pure, non valeat: sed si sub tempore vel conditione quo feudum sibi aperiatur, valebit investitura eti-

legis actionibus & legitimis ac civilibus actibus non fuit, veluti in testamentis, mancipationibus, divortiis, in jure cessionibus & similibus, *Hotom.* mulieres ita testes esse possunt, non superstites. *Cujac.* adde *l. 1. C. Th. de rapt. Nov.* 48. 1 Quot modis feudum adquiratur.
2 Feudum adquiritur quatuor modis, investitura, successione, adoptione possessionis (præcedente licentia domini & præsente curia) & si quis steterit in possessione per annum, domino sciente & non contradicente. 3 Sive cessione. *Hotom.* 4 Quasi investitura.
5 Feudum rectum est, quoties quis nanciscitur possessionem feudi, præcedente licentia domini præsente curia, *ut hic.* Si curia defuerit, abusiva censebitur, tunc enim non transmittitur ad heredes feudum. *c. 1. quibus modis feudum constitui potest.* 6 Hoc scilicet casu, alias investituram intercedere necesse est. 1. *feud.* 25. 7 Præsente curia scil. *ut* §. *eod.* al. si absente *d. tit.* 25. 8 Possessio inducit præsumptionem pro vasallo, si in ea perseveravit per annum domino sciente & non contradicente, & recipiente servitia: tanquam a vasallo, cujus vi defertur juramentum vasallo, nisi ea præsumptio per aliam elidatur. Quippe præsumptione tollitur. *l. Divus* 7. *ff. de in integ. restit.* 9 Qui cum potest non contradicit, consentit. *tit.* 10. §. 1. 10 *tit.* 2. §. 1. 2. *feud.* 20. 11 *d.* §. 1. *in fin.*
12 Probatur investitura nova per extraneos, si dominus Pares non habet. Quid si pares habeat, & illi sint absentes? expectandi sunt: neque investitura probari aliis poterit. *ut hic*, ita colligimus, solemnitatem specialem non exigi in probanda nova investitura, quoties dominus est sine Paribus: proinde actus ita non valebit, non expectatis expectandis. Unde notant, Absente judice neminem sibi jus posse dicere, nisi forte expectatio frustra fiat vanaque sit. *l. Arescusa* 15. *ff. de statu hominum.* Hac ratione, mulieres vetitæ contrahere absentibus cognatis, recte contrahunt, si per contumaciam cognati abfuerint. 13 Non valere. *Cujac.*
14 An per duos menses? An potius tempus fuerit arbitrarium, ut id definiat judex?
15 Quibus juramentum defertur. 16 Juramentum in causis feudalibus, quandoque possidenti, quandoque petenti, sive auctori: quandoque neutri datur. Ita certa regula definiri non potest, cui juramentum in negotiis feudalibus deferendum sit. Arbitrarium itaque id est, & judici committendum. 17 Juramentum in feudis potest etiam deferri in supplementum probationis, & hoc casu subsidiarium vel suppletorium est. Quid si pars parti juramentum defert? probationis in defectum delatum dicetur. *l. in bonæ* 3. *C. de rebus creditis, & jurejur. l. admonendi.* 31. *ff. de jurejur.* 18 A quibus juramentum deferatur. 19 Jurare cur vasallus cogitur cum sex conjunctis? Nempe quia cognationis causa, præsumitur notior illis esse veritas. *l. de tutela* 7. *C. de in integrum restit. l. octavi.* 9. *ff. unde cognati*, quæ necessitas domino remittitur; ut ea parte melioris sit conditionis, quam vasallus. 20 Jurat vasallus indistincte ex veris non secundum conscientiam: non tamen dominus, ut ea parte melioris sit conditionis dominus quam vasallus. 21 *tit.* 72. *in fin.* §. *eod.* 22 Roncalia, *Cujac.* Roncaliæ fit etiam mentio. *tit.* 52. ¶. *eod.* 23 Juramentum calumniæ dominis & vasallis remissum, *ut hic:* alias qui defert jusjurandum, regulariter prius jurat de calumnia, dixi ad *l. 9. C. de rebus creditis & jurejurando.* 24 *tit. quod quisque juris, l. 3. in fin. ff. mandati, l. 7. C. de resc. l. ult. C. de fructibus & litium expensis.* 25 Accusare dominum vasallus non potest, *ut hic.* Accusare inquam, temere (aliud enim dicendum, si accusationem suam perfecit. *l. qui cum.* 14. *in fin. ff. de bonis lib.*) aut causa gravis sit, & coactus id facit, suam, suorum, principis vel reipublicæ injuriam persequendo. *Doctores hic.* 26 Testis esse adversus dominum vasallus ultro non potest, in causa civili vel criminali alia quam feudali; etiam modica: si secus fecerit, feudum amittit. 27 Hanc particulam Cujacius in vers. sequentem rejicit, ibi in civili. 28 Civili modica licere. *Cujac.* 29 Si inter dominum, & vasallum de beneficio contentio sit. *tit.* 37. 30 Addenda est hæc distinctio. 1. *Feud.* 26. §. 1. *vers. si quis.* 31 Atqui juramento opus esse non videtur: cum actore non probante, reus sit absolvendus. *l. qui accusare* 4. *C. de edendo.* In feudis hoc speciali jure receptum est, ut etiam deferatur reo juramentum: quod ex jure civili non est.
32 Possessio longa probationem pro vasallo inducit, *ut hic.* possessio, inquam, annua, quieta, sciente domino nec contradicente, & ab eo tanquam vasallo servitia recipiente.
33 *tit.* 9. *in fin.* 16. §. *eod. tit.* 40. ¶. *eod.* 1. *Feud.* 1. §. 2. 34 Lotharii, *Hotom.*
35 Forum lege Corradi usu feudi sortiuntur Capitanei, apud Regem: valvasores apud Pares Curiæ: Mediolani vero apud regem litigatur, si de beneficio regio litigetur, apud Pares Curiæ, si de non regio lis sit. Atque ita lex Conradi in jurisdictione feudalium rerum distinguenda, personas & dignitates consideravit, non res. Mediolanenses vero res, non personas spectarunt, *ut hic.* Utra melior lex? Conradi, teste *Baldo.* 36 *tit.* 15. *supr. eod. tit.* 46. *infr. eod.* 37 Atqui facultate apud arbitrum litigandi via quodammodo ad alienationes feudi struitur interdictas. *infr. de prohibita alienat.* Quid? num dicemus apud arbitrum hodie de feudo litigari non posse? Apud arbitrum compromitti posse rem feudalem notat Ravennas, non apud arbitratorem. Item apud arbitrum de re feudali compromitti quidem posse, translationem tamen, id est alienationem re ipsa factum prohiberi. 38 Si possidenti sine fraude dominus &c. Cujacius hic ita revocat illa verba, sine fraude.
39 Id est, evictionem præstare. Alii exponunt, gratificari, & testimonium dicere vere & pure, quod is, non ille jure agat. 40 Voluerit, ipse obtinebit. *Cujac.*
41 Id est, nisi probaverit fraudem, vel nisi probaverit, saltem semiplene jus suum.
42 Feudum sine voluntate vasalli dominus alienare non potest: idque lege Conradi, quæ Mediolani non obtinet. 43 *tit.* 9. *in fin.* §. *eod.* An & pignorare? vide Clarum 4. *sent.* §. *feudum. q.* 28. 44 Feudum vasalli, eo invito, dominus alienare Mediolani, etiam sine curia potest: dum id agnato, vel majori domino vendat, *ut hic.* Cur potentiori? quia interest vasalli potentiori domino subjici, quam inferiori. Quid si mediam partem feudi uni, alteram alteri vendiderit dominus? vasallus neutrum recognoscet: nisi inter se convenerint, nec enim cogendus est vasallus plures habere dominos. 45 Feudum potest esse in pluribus locis, licet una investitura contineatur. 46 Imo rustico semper non potest, §. 2. ¶. *eod. tit.* 26. §. 7. *vers. beneficium.* 47 Feudum sine domini voluntate vasallus alienare non potest. 48 *tit.* 3. 9. §. 1. & *tit.* 10. §. *eod. tit.* 55. ¶. *eod.* 49 Subfeudare, id est, feudum suum alteri dare vasallus potest, etiam non consentiente domino, idque non in unam, secundam, tertiam & deinceps generationem, sed in infinitum etiam, dummodo feudum suum det æquali, eadem forma & conditione, & quidem sine fraude: hæc enim tria concurrere debent, *ut hic.* Quid si vasallus in quartam tantum generationem subfeudarit? quarta generatione finita, a quinta generatione feudum avocabit dominus, *Doctores hic.*
50 *tit.* 26. §. 7. *vers. beneficium* §. *eod.* 51 Vasallus vasalli, cogitur domino servire.
52 In infinitum licet infeudare. 53 Consuetudo. Cujac. id est, proprium jus feudi. *tit.* 3. §. 1. §. *eod.* 54 *tit.* 48. 108. *infr. eodem.* 55 1. *feud.* 13. *etsi clientulus.*
56 Hanc opinionem probat Ravennas. Ita subfeudans alia conditione quam habeat, feudum amittit, ut & accipiens. Quid si initio eadem lege dedit, postea legem mutavit? Contra Baldum Alvarotus putat feudum committi: id enim in apertam fraudem domini fieri.
57 De pœna inficiantis feudum vid. *tit.* 39. 58 Feudum sciens & cum fraude negans vasallus feudo privatur: secus si negat, ductus ignorantia justa & probabili. Quid si sciens, cum dubitatione tamen negat feudum? perinde privatur feudo, ac si palam vel expresse negasset. Quid, si dubius est, non sciens? dilatio danda est, ut certo scire possit.
59 Id est scienter, *tit.* 26. §. 3. 7. *vers. vasallus.* 60 *d. vers. vasallus.* 61 *d.* §. 3. *d. vers. vasallus.*
62 Ut successor clerici, investitoris feudum tradere cogatur, *tit.* 40. 63 Imo non

 am

am sine voluntate vasalli facta. Si tamen ante decesserit investitor quam feudum ad eum revertatur, successor non cogitur eam habere ratam: aut cum se vivente feudum apertum fuerit, possessionem tradat, & investituram adimpleat. Et ideo sciendum [1] est Archiepiscopum Mediolanensem non posse dare in feudum quod tempore introitus sui in dominico [2] invenerit: sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto alii episcopi & clerici ea quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.

TIT. XXXVI.
AN [3] MUTUS VEL ALIAS IMPERFECTUS FEUDUM RETINEAT.

Succedit militi patri mutus, aut aliter imperfectus in feudo. Bald.

MUtus & surdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiam si sic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit [4]. Obertus & Gerardus & multi alii. Quidam tamen dicunt eum qui talis natus est, feudum retinere non [5] posse: quia ipsum servire [6] non valet. Sic dicimus in clerico [7], & in fœmina, & in similibus.

TIT. XXXVII.
AN [8] ILLE QUI INTERFECIT FRATREM DOMINI SUI, FEUDUM AMITTAT.

Vasallus si fratrem domini sui interfecit, non amittit feudum: sed si fratrem suum occiderit proditionaliter, vel aliam feloniam commisit, ut sine verecundia in curia esse non possit, feudum amittit, & transit ad agnatos. Bald.

SI quis interfecerit fratrem domini sui, non ideo beneficium amittit: sed si fratrem suum [9] interfecerit ad hoc, ut totam hereditatem habeat, vel aliam feloniam commiserit: verbi gratia, hominem tradendo, ut in curia amplius stare non possit, privabitur beneficio: quia tamen ergo dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit: eodem prorsus observando quantum ad ordinem gradus qui continetur in legibus. Cum autem ad dominum respicit felonia, feudum tunc domino aperitur.

1. NOn [10] cogitur vasallus omnino, secundum usum Mediolanensem, dominum adire [11], & servitium ei offerre: sed cum nunciatum ei fuerit, tunc domino, si potest, serviat.

TIT. XXXVIII.
DE [12] VASALLO QUI CONTRA CONSTITUTIONEM LOTHARII REGIS BENEFICIUM ALIENAVIT.

Vasallus in quantum beneficium alienavit inscio aut nolente domino, in hoc gravatur, quia alienatum ad dominum redit. Bald.

SI vasallus contra constitutionem Lotharii [13] regis beneficium alienaverit: si totum, perdat totum: si partem [14], partem perdat, & ad dominum revertatur. Et ideo si contra unum dominorum quorum communis vasallus erat, fecerit feloniam, eum forte cucurbitando [15]: ejus solius parte privabitur, & si voluerit unius solius partem refutare, aliis sibi reservatis, hoc facere poterit: quia vasallus etiam sine domini voluntate recte feudum refutare [16] potest: post refutationem tamen ad serviendum non tenetur: sed eum quidem tunc [17] offendere non debet.

TIT. XXXIX.
DE ALIENATIONE PATERNI FEUDI.

Vasallus feudum paternum etiam domini voluntate alienare non potest, non consentientibus agnatis.

ALienatio [18] feudi paterni [19] non valet etiam [20] domini voluntate, nisi agnatis consentientibus [21] ad quos beneficium quandoque sit reversurum [22]: nec in filiam [23] vasallus feudum poterit confirmare agnatis non consentientibus, vel postea ratum non habentibus [24], & licet prohibeatur beneficii alienatio inter agnatos [25], tamen si paternum fuit, concederetur [26]: & si [27] libellum unus alteri [28] fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio [29].

SI [30] inter dominum & vasallum de [31] beneficio fuerit controversia: coram [32] paribus finiatur. Ubi autem dicit vasallus prius de suo recto [33] feudo debere se a domino investiri: si quidem sine controversia de alio sit vasallus, indubitanter primo investiendus est: & postea cognoscendum est quod sit suum rectum feudum, aut quod non. Sed si nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, nisi de quo controversia est: tunc tota causa prius ventilanda est: & sic videndum, utrum postea investiendus sit.

De felonia, aut de infidelitate, secundum consuetudinem Mediolanensem, non fit pugna: sed secundum legem Lombardiæ. Baldus.

NOn [34] est consuetudo Mediolani, ut de felonia [35] aut de infidelitate pugna fiat: licet contrarium sit, quod præcipit lex Longobardorum [36], ut de infidelitate pugna fiat.

SI [37] a morte vasallus dominum liberare potuerit [38], & [39] non fecerit, beneficio carebit: sed licet potuerit facere ne dominus in [40] peccatum præcipitaretur, veluti perjurium: non tamen feudo privandus erit.

TIT. XL.
DE CAPITULIS CORRADI [41].

Si vasallus vel ejus heres intra annum & diem veterem non petierit investituram a domino, vel herede ejus, feudum amittit: sed Mediolani non servatur. Bald.

HÆc sunt capitula quæ rex Corradus [42] fecit in Romandiola [43] de beneficiis. Constituit enim, ut si post mortem domini [44], vasallus, vel post mortem vasalli [45] heredes ejus per annum & diem steterint, quo dominum vel heredem ejus non adierint, fidelitatem pollicendo & investituram petendo: si [46] tale sit beneficium, ut fidelitas sit præstanda, ipsum perdant: sicut & antiquitus consuetudo fuit: sed non Mediolani.

† Præterea ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla [47] obstante præscriptione [48], revocare. † Similiter in petendis hostenditiis (*hostenditiæ* dicuntur adjutorium quod faciunt dominis Romani cum rege in hostem pergentibus) vasalli qui cum eis non [49] vadunt: verbi gratia, in Lombardia [50] de modio XII. denarios: in Theutonica terra tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum solummodo ejus anni quo hostem faciunt.

Ob prælati delictum ecclesia ad tempus feudo privatur. Bartolus.

† Item si clericus [51], veluti episcopus, abbas, beneficium habens a rege datum non solummodo personæ, sed ecclesiæ, ipsum propter suam culpam perdat, eo vivente, & ecclesiasticum beneficium, vel honorem habente, ad regem pertineat: post mortem vero ejus ad successorem ejus revertatur.

TIT. XLI.
DE [52] CONTROVERSIA INTER MASCULUM ET FOEMINAM DE BENEFICIO.

ITem sciendum est, quod si [53] inter masculum & fœminam controversia fuerit, masculo dicente, *hoc est feudum*, fœmina negante: nisi apertis probationibus fœmina ostenderit non esse feudum, creditur [54] masculo cum suo juramento affirmanti cum duodecim sacramentalibus. † Sed si inter dominum & fœminam, domino dicente *feudum*, fœmina negante: probationibus deficientibus detur fœminæ sacramentum. † Item si sit inter dominum & emptorem [55] feudi: si emptor dicat *non esse feudum*, domino in probatione deficiente, sacramento emptoris finiatur. Quidam tamen distinguunt: ut si magna eorum pars [56] quæ vasallus ibi tenebat, feudum sit: detur domino sacramentum, alibi fœminæ [57].

TIT. XLII.
DE [58] CONTROVERSIA INTER DOMINUM ET EMPTOREM FEUDI.

DOmino cum emptore feudi agente [59], si vasallus jurare [60] poterit, quod ignorans [61] esse beneficium, vendidisset [62], credens [63] proprium [64]: electioni [65] emptoris committitur [66], utrum domino velit ipsum cedere, an vasallo restituere. Obertus dicit omnia vasallo restituenda.

coguntur adimplere, 1. *Feud.* 25. ß. *eod.* 1 Exceptio. 2 Id est, feudum quod ad ecclesiam rediit.
3 De vasallo imperfecto 2. *tit.* 14. *supr.* 4 Imo non retinebit, 1. *Feud.* 6. §. 2.
5 *d. tit.* 6. *in fin.* 6 Necessitas enim bellorum feuda parit.
7 2. *tit.* 26. §. 4. *vers. qui clericus.*
8 De vasallo qui occidit fratrem suum, vel domini sui, *tit.* 42. 9 *tit.* 24. §. 3. 1. *Feud.* 5. 10 Non teneri vasallum offerre servitium, *tit.* 43. 11 *tit.* 26. §. 3. *vers. licet. vasall.* §. 7. ß. *eod.* 1. *Feud.* 21.
12 De alienatione feudi, *tit.* 44. 13 Vid. *tit.* 52. J. *eod.* 14 Vid. *tit.* 55. J. *eod.* 15 *tit.* 57. J. *eod.* 1. *feud.* 5. *vers. item si fidelis.* 16 *tit.* 14. ß. *eod. v.* Mynsing. 5. *obs.* 65. 17 Manent enim adhuc reliquiæ juris dominici.
18 Alienare feudum suum, ne quidem in filiam, vasallus potest invitis agnatis proximis etiam consensu domini, vel agnatorum remotiorum. Quid si post feudum aperiatur remotioribus agnatis? feudum ita alienatum revocabunt, licet alienationis tempore proximiores non fuerint. 19 Antiqui, aliud in novo. vid. Clar. 4. *sent.* §. *feud. q.* 41.
20 1. *Feud.* 8. §. 1. 21 Omnibus non tantum proximis. 22 Imo in filiam vasalli potest confirmare feudum dominus? §. 1. ß. *de success. feud.* In feudo novo, quod ad ipsum dominum reverti proxime speratur, gratiam feudi filiæ vasalli potest facere. In antiquo quod agnatis committi potest, non æque. 23 Quasi extraneam, *d.* §. 1.
24 Etiam tacite, *tit.* 9. §. 5. *vers. porro. tit.* 26. §. 4. *vers. Titius filios, & tit.* 33. *vers. inde etiam. supr. eodem.* 25 Remotiores scil. non consentientibus intermediis: nisi sic legas, *& licet prohibeatur beneficii alienatio, inter agnatos tamen, si paternum fuit, concedatur.*
26 Ad tempus scil. inde revocari potest. 27 Libellus feudi factus agnato, seu feudum datum agnato ad libellum, vel jure libelli, non est alienatio, vel libellus proprie, sed quasi refutatio: feudum est, non libellus. 28 Puta proximiori, eoque sensu feudum testamento quoque transcribi posse quidam putant, in eum, ad quem proxime alias erat perventurum. 29 *tit.* 14. ß. *eod.* 30 De feudi controversia inter dominum & vasallum. *tit* 46. 31 Petit vasallus investiri? lis dirimitur apud Pares curiæ, *ut hic.* Quo ordine? si aliud a controverso feudum habet vasallus, & feudi controversi investituram probat, in continenti investiendus & fidelitatem jurare debet, rejecta causæ principalis in aliud tempus cognitione: nempe ut cognoscatur recte necne interposita fuerit investitura: si vero nullum aliud feudum possidet a controverso, etiam investiendus est, fidelitatis juramento in aliud tempus rejecto, dum de lite principali cognoscatur: ut tum cognoscatur, juramentum sit admittendum nec ne. 32 Dixi ß. *tit.* 16. 33 Rectum feudum est, quod non datur ad rectum servitium, quodque perpetuum est, & irrevocabile. Feudum vero non rectum est, quod alicujus officii, vel meriti contemplatione datur sic, ut revocari possit. 34 De infidelitate pugnam non fieri. *tit.* 47. 35 Feloniam etiam vasallo committit Dominus: cujus nomine feudum amittit, & ad pugnam provocari quoque potest a vasallo: jure scilicet Longobardiæ, quod apud Mediolanenses usu non receptum est.
36 2. *Lomb.* 54. 37 Quando vasallus feudum perdat. *tit.* 48. 38 2. *Feud.* 24. §. 2. 39 Feudum vasallus amittere potest, vel ex sola negligentia domini mortis in discrimine positi non juvandi: qui tamen feudum non amittit, licet eum a perjurio non liberaverit. 40 Æs alienum domini solvere vasallus non cogitur: ne id quidem, quod interposito jurejurando promisit dominus se soluturum.
41 Conradi Regis, factis in Ronchalia. *tit.* 49. Cujac. sed Hotomanus legit Lotharii.
42 Lotharius, *Hotom.* 43 Ronchalia, *ut* 34. §. 1. ß. *eod.* 52. J. *eod.* 44 *tit.* 24. ß. *eod.* 45 *d. tit.* 24. 46 Feudum sine fidelitate per pactum constitui potest.
47 Præscriptionem longi, non longissimi temporis, feudi a vasallo alienati dominus revocare potest. vid. §. 1. J. *de prohibit. alien. feud. per Frider.* 48 *tit.* 5. *vers. nos autem.* longi temporis, non tamen XXX. annorum. 49 Pœna vasalli non respondentis ad delectum. 50 In Lombardia dimidiam, in Teutonica &c. 51 *tit.* 26. §. 4. *vers. si quis clericus, & tit.* 30.
52 Cujus juramento stetur in quæstione feudi. *tit.* 50. 53. Feudi controversia inter masculum & fœminam deciditur, in dubio sacramento masculi, cum duodecim sacramentalibus, qui secundum conscientiam suam jurant, si modo præsumptio quædam masculo adsit: nam ex contrario si fœmina præsumptione juvabitur, deferendum erit ei sacramentum. 2. *Feud.* 41. de controversia inter masculum & fœminam de beneficio. Idem dicendum est, si contentio sit inter dominum & fœminam, *vers. sed inter.* vel inter dominum & emptorem, *vers. Item si.* 54 *tit.* 26. §. 1. 55 Adde *tit.* 5. §. 5. 56 Partis majoris bonorum ratione in certo territorio existentium, præsumptio elicitur ad cætera bona in eodem loco posita, ut si pars major bonorum alicujus sit feudalis: pars reliqua feudalis quoque intelligatur. 57 Has duas postremas dictiones Cujac. expungit. 58 Electionem dari emptori feudi, cui feudum restituat, domino an vasallo ignoranti. *tit.* 51.
59 An rei vindicatione? potest sane, si de dominio directo egerit: sed quia id probari non ita potest commode, aget ex condictione legis *Imp.* J. *de prob. alien. feudi per Frider.* qua possessio sola avocatur. *l.* 1. *C. de donat. quæ sub mod.* 60 Si qua conjectura fuerit, ignorantem vendidisse: alias si sciens vendidit, non jurabit. 61 *tit.* 26. §. 7. *vers. si vasallus* ß. *eod.* 62 Venditionis verbo hic intelligitur omnis alienatio. adde *l. statulib. a cæteris* 29. *in fin. ff. de statulib.* Quid? qui transigit num vendit? dimittit verius possessionem quam transfert, ita non videtur alienasse. In aliis causis qui dimittit, alienat. *l. quædam* 77. *ff. de rei vind.* 63 Ignorans (non supine) feudum esse, qui vendit, venia dignus est. 64 Feudum & proprium hic opponuntur. 65 Electio hic reo, seu emptori convento datur, ut rem emptam, hoc est, feudum emptum restituat vasallo venditori, an domino vasalli. unde notant, Emptorem in hac specie præferre posse, eum qui utile dominium habeat, directum habenti, adde *l. ult. ff. de transact.* ubi debitor potest solvere cedenti, apud quem jus nullum remanserat. 66 Imo non committitur electioni

Quo

Quo reſtituto, id beneficium vaſallus retinebit, non nocente nec obſtante venditione, eo quod ignorans alienavit: & quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, intelligendum eſt, cum [1] a ſcientibus alienatur beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem eſt [2] in omnibus alienationibus.

TIT. XLIII.
DE [3] CONTROVERSIA INTER VASALLUM, ET ALIUM DE BENEFICIO.

Vaſallus agere & conveniri poteſt pro feudo, & pro parte feudi, etiam domino abſente, & quaſi pro re propria. Bald.

SI controverſia inter vaſallum & alium de beneficio fuerit, adverſario proprietatem totius [4], vel partem, vel aliud aliquod jus ſibi vindicante: cauſa per vaſallum, etiam domino abſente, quaſi propria ad finem perducatur: ipſe enim ſolus utiliter agendi [5], & excipiendi habet poteſtatem: & ſi pro eo, aut contra eum judicatum fuerit, vel cum adverſario transegerit [6], dummodo fraudulenter [7] actum non ſit, etiamſi poſt beneficium domino aperiatur, tale erit, ac ſi eo cauſam agente judicatum fuiſſet: & ideo ab eo ratum haberi oportet.

TIT. XLIV.
QUID [8] JURIS, SI POST ALIENATIONEM FEUDI VASALLUS ID RECUPERAVERIT.

Culpa quæ non tranſivit in perpetuam privationem, non poteſt purgari. Bald.

PRæterea ſi vaſallus ante conſtitutionem Lotharii [9] regis feudum alienavit: quod in quibusdam [10] curiis pro [11] parte, in quibusdam pro toto olim licebat, & ipſum poſtea recuperabat, pro feudo ſibi retinebat: hoc eſt, in cauſam feudi recadebat. Hodie autem ſi ipſum alienaverit, ſiquidem illicite, licet [12] poſtea [13] recuperaverit, tamen penes eum non remanebit: utpote domino ad quemcunque pervenerit, apertum.

† Profecto ſi domini voluntate vendiderit, per libellum, vel aliter alienaverit: ſi idem poſtea recuperaverit feudum, penes eum remanebit, non jure beneficii, ſed aut jure proprio, aut jure libelli, aut aliter: ſecundum quod idem recuperaverit: dummodo ſcias, quod ſi ad libellum domini voluntate id dederit, ſi quidem pro libello ei datur ſingulis forte annis, & hoc jure feudi cenſebitur. Illud vero jus quod per libellum tranſtulerit, & poſtea recuperaverit: pro beneficio non tenebit, ſed velut alterius rei datæ per libellum, etiam [14] ſi feudum domino refutaverit, libellum [15] retinebit.

TIT. XLV. [16].
AN AGNATUS, VEL FILIUS [DEFUNCTI] POSSIT RETINERE FEUDUM REPUDIATA HEREDITATE.

Primo tractat. an agnatus poſſit hereditatem agnati repudiare, & feudum retinere. Secundo an filius vaſalli poſſit hereditatem repudiare, & feudum retinere. Secunda in verſicul. ſi vero.

SI contigerit vaſallum ſine omni prole decedere: agnatus ad quem univerſa hereditas pertinet, repudiata [17] hereditate, feudum, ſi paternum fuerit, retinere poterit: nec de debito hereditario aliquid feudi nomine ſolvere [18] cogitur: ſed in fructibus [19] ſi quos reliquit, ut de eis debitum ſolvatur, quo tempore deceſſerit, (ſecundum quod ſupra diximus) conſiderabitur. † Ubi vero filium reliquit, ipſe non [20] poteſt hereditatem ſine beneficio repudiare: ſed aut utrumque retineat, aut utrumque repudiet: quo repudiato, ad agnatos, ſi paternum ſit, pertinebit: & licet alterum ſine altero retinere non poſſit, agnatis tamen conſentientibus poterit dominus eum, ſi voluerit, quaſi de novo beneficio inveſtire; quo facto licebit ei repudiata hereditate feudum tenere, nullo onere ei hereditario imminente.

TIT. XLVI.
AN [21] APUD JUDICEM, VEL CURIAM DOMINI QUÆSTIO FEUDI DEBEAT TERMINARI?

EX eo, quod ſupra [22] diximus, ut ſi inter duos de beneficio fuerit controverſia, coram [23] judice, vel arbitrio [24] finiatur: talis hic ſit quæſtio. Quodam ſine filio decedente, alius credens beneficium, quod ipſe tenebat, apertum domino eſſe, ab eo inveſtitus eſt ejus beneficii nomine, econtra apparent agnati qui feudum ſibi vindicant quaſi paternum. Eſt igitur quæſitum, an apud curiam domini, vel judicem ſit hæc quæſtio terminanda? Et reſponſum ſcio, quia ad dominum quodammodo cauſa ſpectare videtur, ad quem inveſtitus habebit regreſſum [25] de evictione: ut coram paribus finiatur curtis, & licet alter per ſe non poſſit alterum trahere ad curiæ judicium: generaliter tamen, etiamſi inter duos cauſa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non [26] licebit eorum alicui ejus curiæ judicium [27] declinare.

TIT. XLVII.
QUALITER [28] DOMINUS PROPRIETATE FEUDI PRIVETUR.

Dominus propter feloniam commiſſam in vaſallum, feudi proprietate privatur: ſicut econtra vaſallus feudo. Bald.

EX facto quæſitum ſcio, & ego a pluribus quæſivi, ſi dominus contra vaſallum apertam feloniam fecerit: an ſicut vaſallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate privetur? Et quidam dicunt, ex omni felonia, qua vaſallus [29] feudo privatur, & dominus [30] proprietate privetur. Alii non niſi ex magna felonia: alii ex nulla. Sed prior ſententia mihi placet, non habita diſtinctione qualis vaſallus ſit, utrum per ſacramentum, vel non.

TIT. XLVIII.
DE [31] FEUDO NON HABENTE PROPRIAM [32] FEUDI NATURAM.

Si miles accepit caſtrum in feudum a duce, ut ipſe & ſui heredes, quibus dederit, id habeant: non habet hoc feudum propriam feudi naturam. Bart.

SI quis ea lege alicui feudum dederit: *ut ipſe & ſui heredes, & cui* [33] *ipſe dederit* [34] *habeant:* Reſpondeo, iſte, qui ſic accepit, poterit [35] id vendere, vel donare: vel aliter, ſi ſibi placuerit, etiam ſine voluntate domini alienare, & ille etiam cui datum fuerit, non habebit ipſum pro feudo [36] niſi [37] ſicut [38] ei datum eſt. † Sed qualitercumque ei datum fuerit, *ſive ad proprium, ſive ad libellum:* licet propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi cenſebitur: ut ex his cauſis ipſum amittat, quibus & verum feudum.

† Ubi ergo ſic datum eſt feudum, *& cui in feudum dederis,* aliud eſt: & propriam feudi naturam habet [39].

TIT. XLIX.
DE [40] EO QUI FINEM [41] FECIT AGNATO DE FEUDO PATERNO.

TRes erant agnati, vel plures: unus eorum habebat feudum, quod erat paternum: ſed alter eorum finem & refutationem [42], ei ſuisque heredibus, & cui ipſe dederit, fecit, deceſſit iſte ſine filio maſculo. Alter qui non refutavit, vendicat ſibi totum. Alter vero, qui refutationem fecit, vult ad ſucceſſionem venire, pacto non obſtante. Sapientes quidam Mediolanenſes interrogati, reſponderunt non [43] obſtare illud pactum, niſi feudum omnino refutaverit, vel niſi ad hoc refutaverit, ut dominus eum quaſi de novo [44] beneficio inveſtiret. Tunc enim ſecuta inveſtitura nova, quaſi novum ſit feudum, non ſuccedit.

TIT. L.
DE NATURA SUCCESSIONIS FEUDI.

SUcceſſionis feudi talis eſt natura [45], quod aſcendentes non [46] ſuccedunt: verbi gratia pater filio: inferius vero filius patri ſuccedit, & non [47] filia niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmineum [48]. Tunc enim ſuccedit filia matri [49] & patri: ſecundum quosdam [50] ſuccedit nepos ex filio [51] ſolus: & ſic usque in infinitum [52]: ex latere omnes per maſculos deſcendentes, usque in infinitum, ſi feudum ſit paternum. Paternum [53] autem voco, quicunque ex ſuperioribus id acquiſivit: dummodo ſcias quod ſi quis habens beneficium, quatuor ſuperſtitibus filiis decedat: & feudum ad unum ſolum ex diviſione deveniat, & iſte ſuperſtitibus filiis duobus vel tribus decedat, qui patrueles dicuntur, & ad unum [54] eorum beneficium feudi ex diviſione perveniat: & ſimiliter iſte ſuperſtitibus filiis decedat, qui patrueles dicuntur: ad quorum unum feudum ſimiliter pervenit: ſicut etiam ex aliis ſuperioribus vel primis fratribus ſuperſunt maſculi: ſi ille qui feudum habet, deceſſerit nullo filio relicto: an ad omnes, vel ad quos perveniat, quæritur? Reſpondeo, ad ſolos, & ad omnes qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit. Et hoc eſt quod dicitur ad proximiores pertinere. Iſti vero proximiores eſſe dicuntur reſpectu aliarum linearum: ſed omnibus hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

TIT. LI.
DE [55] CAPITANEO QUI CURIAM VENDIDIT, AN INTELLIGATUR BENEFICIUM VENDIDISSE.

QUidam capitaneus in quadam curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curiam vendidit, non habita mentione beneficii. Controverſia eſt inter capitaneum & emptorem, dicente emptore ſe curiam cum beneficio emiſſe: domino vero contradicente, ad eum beneficium non pertinere. Reſpondetur, illud beneficium in venditione non [56] contineri, niſi expreſſe de eo actum ſit.

emptoris, ut reſtituat venditori. Eſt enim in poteſtate venditoris, probata ignorantia pœnitere, & ita feudum repetere: cum ipſo jure nulla fuerit venditio. *Doctores hic.*
1 Sciens qui feudum alienat, privatur feudo. 2 Venditionis verbo omnem alienationem intelligi ſuperius probatum eſt.
3 Vaſallum de feudo agere & conveniri poſſe, *tit.* 52. 4 Vaſallus agere & conveniri poteſt pro toto feudo & parte ejus: & cauſam etiam abſente domino, ad finem usque perducere, quod & ratum habere dominus tenetur, etiam ſi poſt ei feudum aperiatur.
5 *tit.* 8. §. 1. 6 *tit.* 26. §. 7. adde Clarum 4. *ſent.* §. *feudum, quæſtione* 38. Tranſigere, de feudo vaſallus poteſt bona fide: eamque tranſactionem ratam habere dominus cogitur.
7 Fraudulenter facit, qui prece, vel pretio, vel per dolum, vel per negligentiam, ſine vitæ neceſſitate, alienat.
8 De feudi alienatione & recuperatione, *tit.* 53. 9 *tit.* 52. J. *eodem.*
10 Mediolani 1. *feud.* 13 & 18. §. 1. 11 1. *feud.* 5. §. 1. *in princ.* 12 Semel jure commiſſum domino feudum ſemper ei commiſſum intelligitur: neque id recuperando vaſallus redintegrat, vel purgat cauſam amiſſionis: unde notant, ſemel extincta, non reviviſcere, vid. *l. qui res* 98. §. *aream* 8. *ff. de ſolut.* Quid, ſi vaſallus vendidit, necdum tradidit? culpa purgari poteſt: ut hic locus in venditione omnimodo perfecta intelligatur. *Canoniſtæ in c. potuit, de locato.* Quid ſi vendidit vaſallus, & conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere? Alvarotus negat feudum committi. Quid ſi alienavit, & in continenti, vel ante motam a domino actionem feudum recuperavit? feudum committi negant doctores: quaſi hic recuperatio poſt intervallum notetur, non momentaria, quæ videlicet ſit illico, atque ita verbum, *poſtea* ſic intelligunt nonnulli. 13 Id eſt, poſt intervallum: ante querelam domini: at non in continenti. 14 Hanc dictionem diſpungit Cujacius.
15 Per libellum. Cujac.
16 *tit.* 54. 17 Repudiari poteſt defuncti hereditas ab agnato, & feudum retineri, *ut hic*, a filio non poteſt, J. Et ita agnatus exheredatus ſucceſſione feudi antiqui non excluditur. *Goth.* Vid. Treutler *p.* 2. *Ex.* 12. *th.* 4. *in pr.* Contra *l.* 1. 2. *ff. de acq. vel omitt. heredit.* Clar. §. *feudum quæſt.* 76. Scacc. *de Jud. cauſ. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1510. & *ſeq.* Anſ. 18. *tit.* 86. *infr. eod.* 19 *d. tit.* 86. *tit.* 28. *ſupr.* 20 *tit.* 51. §. 4. J. *eod. l.* 1. *ff. de adquir. vel omitt. hered.*
21 Coram quo ſit quæſtio feudi ventilanda, *tit.* 55. 22 *tit.* 15. *tit.* 34.
23 1. *feud.* 18. 24 *d. tit.* 15. *tit.* 34. *ſupr. eod.* 25 *tit.* 8. S. *eod.* 26 Curiæ judicium non declinatur a vaſallo. 27 Judicem, ita Cujacius legendum monet, dixi *tit.* 15. *ſupr. eod.*
28 De pœna domini feloniam committentis, *tit.* 56. 29 *tit.* 5. 6. 7. 24. S. *eod.*
30 *tit.* 29. *verſ. domino* S. *eod.*
31 Quando feudum licite alienetur, *tit.* 57. 32 Vid. *tit.* 81. J. *eod.*
33 2. *tit.* 26. *verſ. feudum.* S. *eod.* 34 Sine domini conſenſu. 35 Alias non poterit, *tit.* 55. 36 An ſaltem pro Alode? & ſi pro Alode, num debebuntur laudimiæ? vid. Gl. Hermiæ 2. 3. Ald. Alvarot. Curtium 4. *parte ultima cauſa* 2. *regula verſ. ſexto quær.*
37 Hic lego, niſi & ſic datum eſt. *arg. verſ. ult.* J. *eod.* 38 *tit.* 34. §. 1. S. *eod.*
39 Non habet. *Hotom.*
40 Quando pactum non obſtat ſucceſſioni feudi, *tit.* 58. 41 Id eſt, refutationem.
42 Refutatio hæc diverſa ab ea, quæ ſit domino, de qua vid. *tit.* 14. S. *eod.*
43 Facit *tit.* 26. *in fin.* S. *eod.* 44 His duobus caſibus, qui feudum paternum refutat Titio, ejusque heredibus, in id regreſſum nunquam habet, quia omnino refutavit, quia conſenſit, ut Titius de feudo refutato, tanquam de novo inveſtiretur. Hæc feudi novi natura eſt, atque conditio, ut agnatus agnato in eo non ſuccedat 1. *feud.* 8. *in fin.* S. *eod.*
45 A qua ſæpius conventione diſceditur, *ut tit.* 84. J. *eod.* 46 *Excipe d. tit.* 84.
47 1. *feud.* 1. §. 3. 48 *tit.* 11. S. *eod.* 49 1. *feud.* 15. 50 Gerardum ſc. *tit.* 51. §. 3. J. 51 Ex filia, quidam ita legunt. 52 1. *feud.* 1. §. 4.
53 Paternum feudum quid, adde 1. *feud.* 4. §. 2. 54 *tit.* 93. J. *eod.*
55 Beneficium in curiæ venditione non contineri. *tit.* 60. 56 Dixi *tit.* 26. §. 7.

1. Quæ

1. QUæsitum [1] esse apud me scio: si filius vivente [2] patre dominum offenderit, ita quod feudum amitteret, si pater decessisset: utrum feudum amittat: vel non? secundum istos sic, secundum Gerardum non, & Obertum similiter.

Dispositio solius animi ad delictum, non perficit delictum: sed insidiæ habentur pro delicto contra dominum consummato. Bald.

2. SI [3] voluerit vasallus dominum offendere, sed [4] non laboraverit: feudum non amittit. Gerardus & Obertus, similiter etiam si laboraverit, non amittit feudum, nisi [5] insidiatus ei fuerit, & hoc probatum fuerit.

Feudum non transit ad fœminam, licet per pactum sit actum, si vasallus superest. Bald.

3. SImiliter [6] si quis investitus fuerit de feudo, ita ut ad fœminas transiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, & altera filiam: utrum post mortem illarum masculus tantum feudum habere debeat? secundum Gerardum masculus tantum. Obertus contra. & econtra si filios ille habuerit.

FIlius [7] non [8] potest recusare hereditatem patris absque feudo, propinquus autem potest.

Si contentio est inter vasallum & emptorem de feudo, vasallo deficiente in probatione, electio jurisjurandi datur emptori. Bald.

SI [9] contentio fuerit inter filiam & propinquum de hereditate & de feudo: cum filia feudum habere non poterat: quia dicat ipsa, hoc est de mea hereditate: [10] & ille dicat, imo de feudo: electio [11] propinqui erit discernere veritatem jurejurando. Gerardus & Obertus. Et similiter si contentio fuerit inter aliquem qui emisset [12] a seniore, & vasallum: quia dicat vasallus, hoc est de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris erit veritatem jurejurando discernere, cum pares curtis veritatem non testantur: Gerardus & Obertus.

Feudum non potest constitui sub pacto legis commissoriæ. Bald.

SImiliter [13] feudum lege commissoria [14] datum non valet, id est, si ad certum tempus pecunia non solvatur creditori, ut habeat in feudum. Gerardus. & secundum Obertum valet.

SImiliter [15] potest feudum dari ad certum [16] servitium. Gerardus & Obertus.

TIT. LII.
DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE
PER LOTHARIUM [17].

Feudum vasalli non alienent sine voluntate dominorum suorum. Bald.

Lotharius divina favente Clementia III. Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, ac triumphator, semper Augustus Universo populo.

IMperialis benevolentiæ proprium esse judicamus, commoda subjectorum investigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi: similiter reipubl. bonum statum, ac dignitatem imperii omnibus privatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam præsentium noverit universitas, qualiter dum apud Ronchalias [18] secundum antiquorum imperatorum consuetudinem pro justitia ac pace regni componenda consideremus: omnia quæ ad honorem imperii Romani spectare videntur, solicite indagantes, perniciosissimam pestem, & reipubl. non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Permultas enim interpellationes ad nos factas comperimus [19] milites sua beneficia passim distrahere: ac ita omnibus exhaustis, suorum seniorum servitia subterfugere: per quod vires imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis suis exutos ad felicis. nostri numinis expeditionem nullo modo transducere valeant. Hortatu itaque & consilio archiepiscoporum, episcoporum, ducum, comitum, marchionum, palatinorum, cæterorumque nobilium, similiter etiam judicum hac edictali lege in omne ævum Deo propitio valitura decernimus, nemini [20] licere beneficia quæ a suis senioribus habent, sine ipsorum permissione distrahere, vel aliquod commercium [21] adversus tenorem nostræ constitutionis excogitare, per quod imperii vel dominorum minuatur utilitas. Si quis vero contra hæc nostræ legis saluberrimæ præcepta ad hujusmodi illicitum commercium accesserit, vel aliquid in fraudem hujus legis machinari tentaverit: pretio [22] ac beneficio se cariturum agnoscat. Notarium [23] vero qui super hoc tali contractu libellum vel aliud instrumentum conscripserit: post amissionem officii, ipsum infamiæ periculum sustinere sancimus. Dat. 7. die mensis Novembr. M. C. XXXVI.

Imperator LOTHARIUS August. universo populo.

2. SAtis bene dispositum ad utilitatem regni, & ad perniciosam pestem destruendam, in scriptis inserere curavimus. Quidam [24] miles bina beneficia a duobus dominis, prout solitum est, acquisivit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum domino suo pro beneficio quod ad eum pervenit, fidelitatem nullo antepositο [25], sicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater pro suo beneficio alteri domino suo similiter, quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis, utique [26] feudum in querimoniam venit, ut prius personam, & sic dominus posterior talem fidelitatem quærit, qualem ejus frater fecerat. Quas amputantes altercationes, sancimus quod frater fecit [scilicet in dando simpliciter] nil [27] superstiti obesse: licet in secundam & tertiam generationem, & usque in infinitum pervenit, si hoc actum erit.

Si vasallus intra annum & diem dolose non petierit investituram, amittit feudum. Si vero justa causa impeditus non fecerit, non perdit feudum. Bald.

Imperator LOTHARIUS Augustus, &c. Eugenio [28] Papæ, & universo populo.

1. QUoniam inter [29] dominum & vasallum nulla fraus nec ullum malum ingenium debet intervenire, idcirco per hanc præsentem legem sancimus, si vasallus non [30] dolose per annum [31] & diem steterit quod a domino sui beneficii investituram non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus [32] enim abesse videtur, si justa causa impediente steterit. Dat. 6. Kal. Septembr. anno a nativitate Domini M. C. XXVII. indictione 5.

TIT. LIII.
DE PACE [33] TENENDA INTER SUBDITOS, ET JURAMENTO FIRMANDA ET VINDICANDA: ET DE POENA JUDICIBUS APPOSITA, QUI EAM VINDICARE, ET JUSTITIAM FACERE NEGLEXERINT.

FRIDERICUS [34] *Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus universis subjectis suo imperio,* Salutem.

HAc edictali lege in perpetuum valitura, jubemus, ut [35] omnes nostro subjecti imperio, veram & perpetuam pacem inter se observent: & ut inviolata inter omnes perpetuo observetur, duces, marchiones, comites, capitanei, valvasores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus & plebeiis, a decimo octavo [36] anno [37] usque ad septuagesimum, obstringantur juramento, ut pacem teneant, & rectores locorum adjuvent in pace tenenda atque vindicanda: & in fine uniuscujusque quinquennii de prædicta pace tenenda omnium sacramenta renoventur. † Si quis vero aliquod jus de quacunque re vel facto contra aliquem se habere putaverit, judicialem [38] adeat potestatem, & per eam jus sibi competens exequatur.

† Si quis vero ausu temerario prædictam pacem violare præsumpserit: si [39] civitas est, pœna centum librarum [40] auri [41] cameræ nostræ inferenda puniatur: oppidum vero triginta [42] libris auri mulctetur: duces autem, marchiones [43], & comites quinquaginta auri libras præstent: capitanei quoque & majores valvasores, viginti [44] auri libris puniantur: minores vero valvasores & omnes alii prædictæ pacis violatores [45] tres libras auri inferre cogantur, & [46] damnum passo secundum leges resarciant. §. 1. Injuria seu furtum legitime [47] puniatur. † Homicidium quoque & membrorum deminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter [48] vindicetur. † Judices vero & locorum defensores, vel quicunque magistratus [49] ab Imperatore, vel ejus voluntate constituti seu confirmati, qui justitiam facere neglexerint, & pacem violatam vindicare legitime supersederint: damnum omne injuriam passo resarcire [50] compellantur: & insuper si major judex est sacro ærario pœnam decem librarum auri præstet: minor autem pœna trium librarum auri multetur.

† Qui [51] vero ad prædictam pœnam persolvendam inopia dignoscitur laborare, corporis [52] sui correctionem cum verberibus patiatur, & procul ab eo loco quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Domus ubi conventicula aut conspirationes fiunt, confiscatur: & receptans violatorem legis, pari cum eo pœna punietur. Bald.

§. 2. Conventicula [53] quoque in civitatibus, omnesque conjurationes, & extra, etiam occasione parentelæ, & inter civitatem & civitatem, & inter per-

vers. in generali. S. *eod.* 1 Utrum filius vasalli feudum amittat vivo patre, *tit.* 61. 2 Indignus est filius successione feudi ob feloniam commissam vivo patre, *ut hic.* nisi a patre ad dominum reductus eum placarit. *tit.* 55. §. 2. J. *eod.* 3 Non puniri vasallum ex sola cogitatione *tit.* 62. 4 Adde *l.* 18. *ff. de pœnis.* 5 1. *feud.* 5. & 16. 6 De successione nepotis ex filia. *tit.* 63. 7 Differre agnatum a filio in successione feudi. *tit.* 64. 8 *tit.* 45. S. *eod.* 9 De contentione feudi inter filiam & propinquos, vel inter vasallum & emptorem. *tit.* 65. 10 Id est, alode. 11 Dixi *tit.* 26. §. 1. 12 *tit.* 41. *supr. eod.* 13 De pacto legis commissoriæ. *tit.* 66. 14 1. *Feud.* 27. 15 Ut feudum ad certum servitium dari potest. *tit.* 67. 16 *tit.* 23. *in fin. supr. tit.* 104. J. *eod.* ita ad incertum 104. *in fin. principii.* 17 Scil. *tit.* 3. §. 1. *tit.* 9. 24. §. 3. 39. 44. S. *eod.* 55. J. *eodem.* Goth. Molin. *ad Consuet. Paris. tit.* 1. *de fiefs. num.* 80. putat hic in superscriptione errorem a librariis commissum & constitutionem hanc non esse *Lotharii* III. sed II. Ans. 18 *tit.* 33. §. 1. *tit.* 40. S. *eod. tit.* 55. J. *eod.* Guntherus 2. *Ligurini. Authent. habita. C. ne filius pro patre.* Roncaliæ campi supra Padum non procul a Placentia, in quibus solebant Imperatores olim conventus cogere solennes, adde *Abbatem Urspergens.* 19 Causa hujus constitutionis. 20 Regula generalis de alienatione feudorum. adde *tit.* 55. J. *eod.* 21 Puta pignus. 22 *tit.* 24. §. 3. *in fin.* S. *eod.* 23 De pœna notarii contractum illicitum conscribentis. *Goth.* Imo etiam manus amissione punitur. vid. J. *tit.* 55. §. *scriba.* Ans. 24 *tit.* 93. J. *eod.* 25 Id est, excepto: quod est feudi ligii proprium *tit.* 99. J. *eod.* 26 Utrumque feudum in unam ut prius venit personam. ita legitur in fragmentis Ardizonis. 27 Feudum divisione heredum naturam suam non immutat. 28 Nihil Eugenio ad Lotharii III. tempora, ideoque hanc vocem Molinæus expungit. *in Consuet. Paris.* 29 *tit.* 97. J. *eod.* 30 Aliud si dolose 2. *feud.* 21. 31 1. *feud.* 22. 32 *tit.* 97. J. *eod.* Dolus abesse videtur seu intelligitur, si justa causa impediens probetur. Ita legitimum tempus nunquam peremptorium, si legitima probetur excusatio, *arg. l. Cum a matribus* 8. *Cod. qui petant tutor. l. quæsitum* 60. *ff. de re judicata.* 33 Inita cum Mediolanensibus, primo bello Mediolanensi. 34 Primus sc. Ænobarbus, Suevus. 35 Lex in quoquo territorio ligat solos subditos: extra territorium, non obligat. *l. ult. ff. de jurisdictione. l.* 1. *C. de summa Trin.* 36 Male XVI. J. *de pace Constantiæ.* §. 17. & apud Radevicum XIV. *lib.* 3. *c.* 41. 37 Hæc est plena pubertas, Langobardiis legitima, *l.* 1. & *l. si infans.* J. *de prohibit. alien. min.* quam qui non impleverunt, Gunthero pupilli dicuntur. 38 Jus sibi dicere nemo potest, sed judicem adire & in jure jus suum persequi quisque debet. *l.* 10. *ff. de Jurisdict.* Quid, non licebit debitorem fugientem persequi vel prehendere? Possis fugienti rem tuam auferre: Possis & fugientem una cum re tibi obligata manu injecta capere & judici offerre *l.* 10. §. *si debitorem.* 16. *ff. quæ in fraudem creditorum.* imo possis & sine re fugientem capere & judici sistere. Bart. *in l. si alius.* 7. §. *bellissime* 3. *ff. quod vi.* Illud literis aureis dignum est, Civitatem, quæ superiorem nullum habeat, res sibi ab alia civitate ereptas, propria autoritate per vim recuperare posse, ubi judicis non sit copia. Bart. *in l.* 1. *C. ne quis in sua causa.* Ravennas *hic.* atque ita in alieno etiam territorio: quippe in suo ac proprio territorio, judicis haberet copiam, aut certe judicis copia ei non deesset. 39 Pœnas pecuniarias graviores præstat quisque quo major & nobilior est, *ut hic.* notanda est interim pœnarum variarum pro parte violata ratio: civitatis enim pacem violanti pœna auri librarum 100. Oppidi 30. Ducis, Marchionis & Comitis 50. Capitanei & majoris valvasoris 20. minoris valvasoris 3. 40 Urspergensis legit Marcas. non idem tamen est marca & libra. Marca namque duas libras continet. 41 Puri scilicet. Omnis pœna auri, auri puri intelligitur. 42 XX. ita legunt veteres, *Radevicus & Guntherus.* 43 Marchiones 50. Comites 40. *Urspergens.* 44 Vid. *Urspergens.* 45 Decem: alii prout facultas fert, usque ad tres. *Urspergens.* 46 Pœnam pecuniariam reus non tantum præstat adversario, sed & damnum ipsum, *ut hic. cap.* 1. *de injuriis.* Interdum & tertiam pœnam patitur corporalem. §. 1. J. *eod. l. locatio* 9. §. *illicite* 5. *ff. de publicanis.* 47 Injuriæ pœna legitima est, *ut hic.* At quæ? In civili vel Prætoria, pars æstimata, judex definit pœnam. §. *pœna* 7. *Instit. de injuriis.* In criminali pœna injuriæ, Judex arbitrio suo eam definit. *l. ult. in fin. ff. de injur.* §. *in summa* 10. *Inst. de injur.* una tamen per aliam tollitur. *l. quod senatusconsultum* 6. *l. Prætor.* 7. §. 1. *ff. de injuriis.* 48 Homicidii sponte non ad suam tutelam, aut casu admissi pœna legalis, hoc est, legitima, *ut hic.* Atque capitalis. *l.* 3. §. *penult. ff. ad l. Corn. de sic.* §. *Item lex Cornelia. Inst. de publ. jud.* Quid si homicidium sequuta est pacis violatio? *vid.* §. *si violat.* S. *de pace tenenda.* 49 Judices in civitatibus Imperio subjectis ab Imperatore ejusve voluntate constituendi, *ut hic.* Verum consuetudine receptum est, ut singulæ civitates, sua regimina habeant, & merum a se imperium. Olim Præses Provinciæ merum habebat imperium *l.* 4. *ff. de officio Præsidis Gloss. l. ult. C. de præscript. longi temporis.* 50 Pœnam in corpore patitur violator pacis, ut & Judex in jure reddendo negligens, si pecuniariam solvere non potest. Ita nemo propter inopiam pœna eximitur: minuitur tamen aut potius multa remittitur propter inopiam. *l. eos. C. de modo multar.* Quid si pœnæ debitor partem solverit? ratione alterius etiam partis, corporalem pœnam pati potest: hic enim agitur de integra solutione. 51 Adde *leg.* 2. *C. de commerciis. l. ult. C. ne sanct. baptism.* adde Justinum *l.* 9. 52 Dixi *ad l.* 1. *in fin. ff. de pœnis.* 53 Adde *l.* 15.

ſonam & perſonam, ſive inter civitatem & perſonam, modis omnibus fieri prohibemus: & in præteritum factas caſſamus, ſingulis conjuratorum pœna unius libræ auri puniendis. Epiſcopos vero locorum eccleſiaſtica cenſura violatores hujus ſanctionis, donec ad ſatisfactionem veniant, volumus coërcere. Receptatoribus [1] etiam malefactorum, qui prædictam pacem violaverint, & prædam ementibus, noſtram indignationem ſubituris, & eiſdem pœnis feriendis. Præterea bona ejus publicentur [2], & domus ejus deſtruatur [3]. Qui pacem jurare & tenere noluerit, beneficio & lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones [4], maxime ab eccleſiis (quarum abuſus jam per longa tempora inolevit) per civitates & caſtella omnino condemnamus & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum, inviolabiliter obſerventur. Jacob. de Bel.

§. 3. Item ſacramenta [5] puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inviolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem & juſtum metum etiam a majoribus (maxime ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciant) extorta, nullius eſſe momenti jubemus.

TIT. LIV.
DE ALLODIIS [6].

AD hoc qui allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & juriſdictionem [7] Imperatoris vendere non præſumat: & ſi fiat, non valeat. Si vero contigerit allodium aliquod etiam infeudatum [8] conferri eccleſiæ, vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & venditionis, alteriuſve hujuſmodi contractum: infeudatus niſi per gratiam eccleſiæ, tanquam de novo receperit, feudum quod habebat, retinere non poterit. Ut autem æquitas quæ in [9] paribus cauſis paria jura deſiderat, per univerſitatem totius imperii ſervetur: firmiter ſtatuimus, tam in Italia quam in Alemania, ut quicumque indicta publica expeditione Romam, ad ſuſcipiendam imperii coronam, regem, aut ſub rege dominum ſuum non [10] adjuverit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate [11] feudi ſtipendia militiæ perſolvendo, ſi de vocatione legitima a domino ſuo convinci per compares ſuos poterit, feudum perdat: & dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem.

TIT. LV.
DE PROHIBITA FEUDI [12] ALIENATIONE
PER FRIDERICUM [13].

Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta etiam antiqua quantumcunque, caſſatur, & bonæ fidei emptori pretium reſtituitur. Bald.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

IMperialem decet ſolertiam ita reipublicæ curam gerere, & ſubjectorum commoda inveſtigare, ut regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus. Quapropter dum ex prædeceſſorum noſtrorum more univerſalis curiæ Roncaliæ [14] pro tribunali ſederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus eccleſiarum, quam aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum & feuda quæ vaſalli ab eis retinebant, ſine dominorum licentia pignori obligaverant, & quadam colluſione nomine libelli [15] vendiderant, unde debita [16] ſervitia amittebant: & honor imperii, & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo conſilio epiſcoporum, ducum, marchionum, & comitum, ſimul etiam & palatinorum judicum, & aliorum procerum, hac edictali Deo propitio perpetuo valitura lege ſancimus, ut [17] nulli liceat feudum totum vel partem [18] aliquam vendere vel pignorare, vel quocunque modo diſtrahere ſeu alienare, vel pro anima judicare, ſine permiſſione illius domini ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Unde Imperator Lotharius [19] tantum in futurum præcavens ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non [20] ſolum in poſterum, ſed etiam hujuſmodi alienationes illicitas hactenus [21] perpetratas, hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deducimus, nullius [22] temporis præſcriptione impediente: quia quod [23] ab initio de jure non valuit, tractu temporis convaleſcere non debet: emptori bonæ fidei ex [24] empto actione de pretio contra venditorem competente. Callidis [25] inſuper machinationibus quorundam obviantes, qui pretio accepto, quaſi ſub colore inveſtituræ, quam ſibi licere dicunt, feudum [26] vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem hujus noſtræ conſtitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus: pœna [27] auctoritate noſtra imminente, ut venditor & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxiſſe, feudum amittant: & ad dominum libere revertatur. Scriba vero qui hoc inſtrumentum ſciens conſcripſerit, poſt amiſſionem officii, cum infamiæ periculo manum [28] amittat. Præterea ſi [29] quis infeudatus major [30] quatuordecim annis ſua incuria vel negligentia per annum [31] & diem ſteterit quod feudi inveſtituram a proprio domino non petierit: tranſacto hoc ſpatio feudum amittat, & feudum ad dominum redeat [32].

Si vaſallus legitimæ ætatis non iverit cum domino in expeditionem, vel illuc non miſerit alium pro ſe domino acceptabilem: vel non ſolverit domino dimidiam partem redditus feudi unius anni: feudum amittat. Baldus.

§. 1. Firmiter etiam ſtatuimus, tam in Italia, quam in Alemania, ut [33] quicunque indicta publica expeditione vocatus a domino ſuo, in eadem expeditione ſpatio competenti temere venire ſuperſederit, vel alium [34] pro ſe domino acceptabilem mittere contempſerit, vel dimidium [35] reditus feudi unius anni domino non ſubminiſtraverit, feudum quod ab epiſcopo, vel alio domino habuit, amittat: & dominus feudi in uſus ſuos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. † Præterea ducatus, marchia, comitatus, de cætero non [36] dividatur [37]: aliud [38] autem feudum, ſi conſortes voluerint, dividatur: ita [39] ut omnes qui partem feudi habent jam diviſi, vel dividendi, fidelitatem faciant: ita [40] tamen, ut vaſallus pro uno feudo plures dominos habere non compellatur: nec dominus [41] feudum ſine voluntate vaſalli ad alium transferat.

Si filius vaſalli offendit dominum patris ſui, tunc aut pater a domino requiſitus debet eum ducere ad ſatisfaciendum domino, aut filium a ſe ſeparare: alioqui privabitur feudo. Bart.

§. 2. Inſuper ſi filius [42] vaſalli dominum offenderit, pater a domino requiſitus deducat filium ad ſatisfaciendum domino: vel a ſe filium ſeparet: alioqui feudo privetur. Si autem pater vult eum deducere ut ſatisfaciat, & filius contemnit: patre mortuo in feudum non ſuccedit: niſi prius ſatisfecerit domino. Parique modo vaſallus pro omnibus ſuis domeſticis faciat. † Illud quoque præcipimus, ut ſi vaſallus de [43] feudo ſuo alium vaſallum habuerit: & vaſallus vaſalli dominum domini ſui offenderit, niſi pro ſervitio alterius domini ſui hoc fecerit, quem ſine [44] fraude ante [45] habuerit, feudo ſuo privetur: & ad dominum ſuum a quo ipſe tenebat, revertatur: niſi requiſitus ab eo, paratus fuerit ſatisfacere majori domino quem offenderit. & niſi vaſallus idemque dominus a domino ſuo requiſitus [46], eum qui majorem dominum offenderit, requirat ut ſatisfaciat, ſuum feudum amittat. † Præterea ſi inter duos vaſallos de feudo ſit controverſia, domini ſit cognitio, & per eum controverſia terminetur. Si vero inter dominum & vaſallum lis oriatur, per pares curiæ a domino ſub fidelitatis debito conjuratos terminetur. Illud quoque ſancimus, ut in omni ſacramento fidelitatis Imperator [47] nominatim excipiatur.

TIT. LVI.
QUÆ [48] SINT REGALIÆ [49].

Imp. FRIDERICUS.

REgaliæ [50], armandiæ [51], viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex [52] quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica [53], vectigalia [54], quæ vulgo dicuntur telonia, monetæ [55], multarum pœnarumque [56] com-

C. de epiſcopis. l. 5. C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt. l. 1. ff. quod cujusque univerſ. l. 1. ff. de collegiis. conventicula poſſeſſionis noſtræ tuendæ cauſa hic non prohibentur. *l. Gracchus. 4. C. ad l. Jul. de adult.* non civitatum inter ſe confœderationes, ad mutuam tutelam, ſed coitiones tantum illicitæ. *l. Conventicula 15. C. de epiſcopis & cler.* 1 *tit. 27. §. 1. ꝰ. eod. l. 1. ff. de recept. l. ultim. ff. de abigeis. l. 1. C. de his qui latron. l. 14. C. de furtis. l. 3. §. 3. ff. de incendio. l. penult. C. ad l. Juliam de vi publ. l. 12. C. ad l. Fab. de plag. l. 1. C. de crim. pecul.* 2 In populum publicentur, diſpenſentur a judice, diripiantur. *Guntherus.* 3 Vide *quæ ſcripſi ad leg. 20. ff. commun. dividundo. l. 24. ff. de pœnis. l. 4. ff. de re militari.* 4 Pecuniæ ſcilicet. *l. 2. C. de epiſcopis & cler. §. 2. J. de ſtatutis & conſuetudine. l. 6. §. 3. ff. de officio præſid.* 5 Translatus eſt hic §. in titulum *C. ſi adverſus vendit.*

6 *tit. 17. in fin. 26. §. 1. & 29. ſupr. eod.* Allodium eſt, cujus poſſeſſor nemini laudes eſt. Inde allodium, proprietas dicitur 29. ꝰ. *eod.* 1. *feud.* 4. §. 2. & proprium 42. *ſupr.* jus proprii 44. ꝰ. *eod.* hereditas 45. & 51. §. 3. res mancipi a Sigeberto. 7 Aliud feudum, aliud juriſdictio, *ut hic, & tit. 5. ꝰ. eod. 1. feud. 5. in fin.* ideoque a vaſallo adquiſita, feudo non adcreſcunt, *tit. 8. §. 2. ꝰ. eod.* alienatione feudi juriſdictio non comprehendetur 26. §. 7. *verſ. in generali ꝰ. eodem.* Et tamen veriſimile eſt ad inſtar feudi, ſine domini conſenſu alienari juriſdictionem non poſſe. 8 Allodium infeudari poteſt. 9 Paria paris juris cenſentur. 10 Vid. 24. §. 2. ꝰ. *eodem.* 1. *feud.* 5. 11 Vid. *tit.* 40.

12 Proprii; vix eſt enim ut hæc conſtitutio ad feuda impropria pertineat, *de quibus tit. 48. ꝰ. eod.* quæ naturam & conditionem recipiunt mutua domini & vaſalli conventione. 13 *tit. 3. §. 1. ſupr. eodem.* Radevic. 2. *c.* 7. adde Guntherum. 14 Dixi *tit. 52. ſupr. eodem.* 15 Aut inveſtituræ. J. *eod.* 16 Cauſa hujus conſtitutionis. 17 Prima regula de feudorum alienatione & pignoratione. 18 Et ita jus vetus abrogatur, 9. §. 1. *ſupr. eod.* 1. *feud.* 21. §. 1. 19 *tit. 52. §. 1. ꝰ. eod.* 20 Secunda regula de feudorum alienatione. 21 Leges plerumque trahuntur ad præterita. dixi *ad l. 7. C. de legibus.* 22 Longi ſcil. adde *tit. 40. ꝰ. eod.* non tamen triginta annorum. *tit. 9. §. 1. 26. §. 4. 1. feud. ult.* 23 Dixi *ad l. 29. ff. de reg. jur. & ad c. 18. de reg. jur. in 6.* 24 *l. 11. ff. de actionibus empti.* 25 Tertia regula de feudorum alienatione. 26 Quarta regula, ſeu prima cauſa feudi amittendi. 27 Adde *tit. 52. §. 1. in fin. ꝰ. eod.* 28 Vide quæ dixi ad *Novell.* 134. *c. ult.* 29 Secunda cauſa feudi amittendi. 30 Minori ſuccurritur. 31 Dixi 1. *feud.* 22. 32 Niſi reſtituatur: nam lex ultima *C. in quibus cauſ. in integrum.* locum etiam habet in præſcriptionibus ſtatuto & conſuetudine inductis. 33 Tertia cauſa feudi amittendi. 34 Licet vaſallo muneris ſui vicarium dare, *ut hic:* facit *tit. 99. in fin. & 100. J. eod.* 35 *tit. 40. ſupr. eod. leg. ult. §. 2. ff. qui & a quibus manum. l. 25. in fin. ff. de oper. liber. l. 1. ꝰ. eodem.* 36 Quinta regula de alienatione feudi per diviſionem. 37 Sed majori natu deferatur: aut eo furioſo, aut infami, ſecundo genito. *Aurea bulla Carol. 4. cap. 23.* alia feuda dividi poſſunt, vide J. *eod.* 38 Non regale ſcilicet, *tit. 26. §. 4. verſ. omnes. ſupr. eod. 1. feud. 9.* Poſſuntne vaſalli feudum dividere irrequiſito Domino? Poſſunt & conſequenter emphyteuſim. vid. Everard. *Topicis in loco a feudo ad Emphyteuſin 29. n. 10.* 39 Vide *tit. 77. J. eodem.* 40 *tit. 102. J. eodem.* 41 *tit. 9. in fin. 34. ꝰ. eod. 1. feud. 22. §. 1.* 42 Dixi *ad tit. 51. ꝰ. eod.* 43 2. *feud.* 3. §. 1. & *tit. 9.* 44 Hinc illud Gallorum, *Le vaſal ſe peut jouer de ſon fief, juſques a la main mettre au baſton:* vel: *juſques a demiſſion de foy:* id eſt, feudo ſuo abuti poteſt, dum ne a fide & clientela ſe ſuumve feudum ſubducat. 45 *tit. 28. in fin. ꝰ. eod.* 46 *tit. 6. verſ. honeſtum. tit. 22. 24. §. 1. 2. verſ. illud tit. 27. §. 2.* 47 Vid. *tit. 7. ꝰ. eod.*

48 Regaliæ ſeu regalia quæ ſunt: Nam hic exempla quædam ſubjiciuntur tantum, at non ipſa Regalia finiuntur? Regalia, jura ſunt ſumma Regis ac regni: Regi ejusque fiſco vel Coronæ debita honoris ſupremi ergo, quaſi laborum præmia, ut regi, regnoque tuendo inſerviant. Horum quædam majora, quædam minora ſunt. Majora ſunt hæc. Legem condere, Magiſtratus creare, nobilitati & famæ reſtituere, legitimare ſpurios, monetam cudere, ætatis veniam concedere, jure regni incolendi donare extraneum, tabelliones creare, ſuperindicta imponere, Pœnæ Capitalis & Jurisjurandi gratiam facere, ut poſſis agere. Minora vero ſunt hæc, multarum & pœnarum compendia, tributa & ſimilia. Quid? poteſtne Princeps regalia alteri cedere? Poteſt: his temperamentis adjectis, ut ne Regalia jura ſua cedet ſine ſumma neceſſitate, ac ut ea cedat ex cauſa neceſſaria, ut ne ea tota cedat, deinde ut quæcunque cedit, ſuopte motu ac ſua ſponte, ſciens prudenſque cedat, Principatus jure ſemper excepto: quod etſi nominatim non fuerit exceptum, tacite tamen exceptum intelligatur: (cum adverſus omnes regalia poſſidentes, in ſuo regno, jus inſtituendæ actionis habeat) adeo ut jus id nullo tempore poſſit præſcribi. Videamus qua lege cedi poſſint? ſpecialiter ceſſa, ſpecialiter ac reſtricte; ſimilia tamen etiam intelliguntur. Quid ſi generaliter ceſſa? ſi cum ducatu, comitatu, aut regali aliqua dignitate ceſſa, etiam majora jura Regaliorum (de quibus ſupra) translata intelliguntur: ſi ſine regali dignitate, minora tantum. Quid ſi quædam expreſſa & generalis clauſula adjecta, omnia conceſſa, ſint dicenda: Quid: ſola ne Principis conceſſione conceduntur, an etiam præſcriptione temporis cujus non extet memoria poſſunt adquiri? Poſſunt: vel ea, quæ majora Regalia paulo ante diximus, adeo ut quorundam opinione, neceſſaria non ſit ipſius Principis ſcientia, hoc eſt, præſcribi poſſunt etiam ignorante principe. Quid? regalia jura quæſita Duci, Comiti, Civitati, quo tempore adverſus Ducem, Comitem (civitatem adquirere poſſumus) annis 30. vel 40. Imo opinione quorundam, decennio, cum titulo & bona fide: ſic tamen ut quibusdam regalibus juribus, præſcriptis, ne omnia præſcripta putemus. Ponamus Principem regalia jura ſua alicui conceſſiſſe: non poterit Princeps ipſe, juribus illis uti in territorio ea jura accipientis? Quidam putant, majora jura illa Regaliorum exerceri poſſe in territorio ejus, qui accepit, at non minora. 49 Regalia ſunt hæc quæ ſequuntur: ut ab Imperatore aliquo Rege creato, huc quæ ſequuntur eum ſequantur. Dicta autem Regalia, vel quod Regi, hoc eſt, ſupremo principi competunt, vel quod a regibus uſurpata. Goth. Quæ ſint regalia, vid. Sixtin. de *Regalib.* Andr. de Iſernia & Jacob. Cujac. *de feudis lib. 5.* Anſ. 50 Regalia ſunt armandiæ &c. 51 Armandiæ, fabricæ, & publica armamentaria, *Novell.* 85. Breviculum reditus Eccleſiæ Romanæ, locavit comitatum cum publicariis & Armandiis. Aliud ſunt ab Arimaniis ſeu officiis apparitorum. Nam Armanni ſunt qui magiſtratibus parent, *l. 58. Longob. & l. 2. ſedit. l. 10. de præſc.* Fuerunt igitur Armaniæ vel Armandiæ non locus ipſe armamentarii, ſed jus armorum fabricandorum, aut vectigal ſane ex licentia arma faciendi, ne alioqui putemus vectigal ex armentis aut ſcripturæ genus eſſe. 52 Id eſt, omnis utilitas ex decurſu fluminum proveniens. 53 Id eſt, portoria quæ ſolvuntur a ripam transeuntibus: Cæterum ripæ ipſæ non cenſentur inter regalia: cum earum uſus ſit publicus: protectio tamen & cuſtodia ipſa regaliorum eſt. 54 *C. vectigalia nova.* 55 *l. penultim. Codice de falſa moneta.* 56 Pœnæ maleficiorum ſunt fiſcales. adde *l.*

pendia [1], bona vacantia [2], & quæ ut ab indignis [3], legibus auferuntur, nisi [4] quæ specialiter quibusdam conceduntur: bona contrahentium incestas [5] nuptias, condemnatorum [6] & proscriptorum, secundum quod in novis [7] constitutionibus cavetur, angariarum [8], parangariarum, & plaustrorum [9], & navium præstationes, & extraordinaria [10] collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum [11] magistratuum ad justitiam expediendam: argentariæ [12] & palatia in [13] civitatibus consuetis: piscationum [14] reditus & salinarum [15], & bona committentium crimen majestatis [16], & dimidium [17] thesauri in loco Cæsaris inventi, non data opera, vel loco religioso: si data opera, totum ad eum pertineat.

TIT. LVII.

QUOT TESTES SUNT NECESSARII AD PROBANDAM FEUDI INGRATITUDINEM.

Ad probandam ingratitudinem delicti, quinque testes requiruntur idonei, opinionis integræ, & manifeste probantes. Bald.

Imperator HENRICUS Augu∫t. Universo populo &c.

SI vasallus inhonestis factis atque indecentibus machinationibus dominum suum offenderit, insidiisque eum clandestinis vel manifestis appetiverit, vel inimicis [18] ejus suas amicitias copulaverit, atque in aliis sic [19] versatus est, ut potius inimicus quam fidelis esse credatur, vel si eum cucurbitaverit [20], seu in campestri bello suum dominum reliquerit: feudo privabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque [21] testibus summæ atque integræ opinionis probatum fuerit manifeste. Dat. [22] 8. Idus Augusti feliciter.

TIT. LVIII.

DE [23] NOTIS FEUDORUM.

NOtandum est in feudo quod de cavena [24] seu camera dicitur, non debere dari nisi [25] cum sit in camera, vel cavena, unde solvi possit: vel si ita evacuata sit cavena sine culpa promissoris, expectandum est, donec iterum de cavena vel de camera dari possit. † Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni [26] ære alieno deducto. Non enim æquum est quem videre egentem, quem prius habuit in conjugem [27], [vel amicum.]

1. QUod [28] autem pares tantum debeant interesse investituræ feudi, & non alii: hoc tunc [29] verum est, cum dominus vasallos alios [30] habuerit. Alioqui adhibeat dominus quos meliores poterit, liberos tamen argumentatione legis de ultimis voluntatibus, in Lombarda [31] scilicet illa quæ dicit, Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui, vel investituram: adhibeat sibi de parentibus [32] suis (& per eandem legem jurant) duos testes idoneos, vel tres, vel plures. Pluralis enim locutio, duorum [33] numero contenta est.

2. ITem [34] sciendum est non esse impedimentum investituræ, etsi investituram faciat de re quam communem [35] dominus habeat cum aliquo: quia si sponte dividere noluerit ille cum quo habet rem communem, qui investivit: potest cogere [36] per judicem ille qui investitus est, ut dividat. † Item heredes ejus necesse [37] habent tenere firmam investituram quam pater fecit. Item eadem [38] lege & eodem [39] jure debet habere rem iste qui investitus est: quam haberet qui eum investivit, cum coherede suo, scilicet [40] ut adæquatio [41] percurrat usque ad quadraginta annos. † Item investitura per se, vel per suum [42] nuncium dari & accipi potest. quæ omnia supradicta colligi possunt per supradictas LL. Longobard. titulo de ultimis voluntatibus. l. si quis. & C. communi dividundo. l. 1. & 2. † [Idcirco [43] pares necessarii sunt in instrumento investituræ, & non alii: ne quid excogitetur falsitatis in perniciem domini, aliis testibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia: quæ non [44] sunt suspicanda in paribus.]

SI [45] instrumentum [46] diceretur falsum a domino: daretur [47] defensio vasallo qui instrumentum ad se deferret: ut in Lombard. [48] qualiter quis se defendere debet l. de chartis. & auferetur domino, qui veritatem noverit, & iniquum erit si aliquis ex dono suo conveniatur. Domini est defensio ex ordine [49], cum vasallus non possideat. † Notandum est quod de omni controversia quæ inter dominum & vasallum oritur, si pares veritatem noverint, omnino cogi debere a domino & [50] paribus dicere veritatem. qui si [51] dicant se nescire, cum sciant, & vasallus postulet: dominus eos coget jurare, & veritatem dicere: ut C. de testibus. l. si quando. & in Lombard. ut judex unus, &c. & in titulo qualiter quis se defendere debet l. si qualiscunque causa, & tit. de testibus. l. ut quicunque. & l. ult.

CUm [52] datur [53] domino defensio de investitura, quæ dicitur esse facta: jurare debet se investituram non fecisse. Cum [54] vero datur successori ejus, jurare debet se non credere investituram factam esse ab antecessore suo. † Si qua investitura facta esse dicetur, semper debet nominare [55] dominum a quo investitura facta dicitur; cum multum discrepet sacramentum hereditarium a principali sacramento. C. de rebus cred. & jurejurando. l. 3. & l. generaliter. & ut habes de tutore qui jurat quod credit & existimat: ut C. de juram. calum. l. 2. de conscientia [56] enim sua jurare debet, & non de alieno facto (cum iniquum sit aliquem jurare de alieno facto) heres vel successor, nec etiam filius: ut D. rerum amotarum. l. Marcellus. sed contrarium reperitur in Lombard. quia licet filius minorem virtutem habeat quam pater, tamen debet præcise jurare patrem suum non fuisse debitorem. ut in Lombard. qualiter quis se defendere debet l. si contigerit.

Hic est finis feudorum in editione vulgata. Sequuntur fragmenta sive extraordinaria capitula, quæ doctissimus Cujacius restituit ex Ardizone & Alvaroto usque ad finem libri quarti. Ac deinde liber V. ab eodem Cujacio confectus ex variis Imperatorum diversorum feudalibus constitutionibus.

TIT. LXXIII.

DE ALIENATIONE FEUDI.

SUmmopere mandare curamus, ut si quis aliquem de beneficio investiverit, quod ille qui investitus fuerit, non potest per proprium vendere, nec [57] pro levissima re locare, nec infeudare, nisi majorem partem apud se retinuerit: & si in desperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare potest. Quæ omnia si facta fuerint, nullius momenti erunt: & eo defuncto, omnia ad priorem dominum revertuntur, & si dominus conquestus fuerit paribus, pares auditis rationibus intra anni spacium expedire faciant, vasallo non faciente satisdationem, domino dent possessionem, salvis suis rationibus: nisi diffinitivam promeruerint sententiam.

TIT. LXXIV.

DE FEUDIS SCUTIFERORUM [58].

FEuda scutiferorum, ut ad [59] libitum dominorum possint adimi, rationis non est, dum tamen serviant secundum laudationem curiæ.

TIT. LXXV.

DE CONDITIONE FEUDI NON IMPLETA.

UT inter conditionalia [60], & non conditionalia aliqua sit differentia, dicimus, quod si quis alicui dederit beneficium conditionale (utpote quæ dantur propter habitationem) [61] deserta habitatione beneficium amittetur. & etiam cum certo constituuntur servitio, non dato servitio non poterit retinere beneficium.

TIT. LXXVI.

DE FIDELITATE.

QUoniam de fidelitate mentionem fecimus, super ea aliquid summatim dispiciamus. Si beneficium est sine [62] fidelitate, & vasallus aliquid, quod sit contra suum dominum, fecerit, amittat beneficium laudatione parium: hoc idem dicimus in iis, qui fidelitatem jurant. Si cui mi-

mulctarum 5. *C. de modo multarum. l.* 1. *ff. de jure fisci.* 1 Id est, banna. *l.* 5. *C. de modo multarum.* nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur. *ut* J. *eodem.* 2 *Leg.* 1. *C. de bonis vacantib. l. penult. C. de præfect. sacri cubiculi. l.* 96. §. 1. *ff. de legat.* 1. 3 *ff. & C. de his, quæ ut indignis.* 4 *l.* 5. §. 2. *ff. de his, quæ ut indignis. l.* 7. *ff. de jure patr. l.* 2. *C. de episcop. audient. l. penult. C. de legat.* 5 *l.* 6. *C. de incestis. Novell.* 12. 6 Vide *Novell.* 134. *cap. ult. l. ult. C. de bonis proscript. & damnat.* 7 Novellis. 8 *l.* 9. *l.* 20. *C. de cursu public.* 9 *l.* 10. *l.* 11. *C. de sacros. eccles.* 10 *l.* 27. §. 3. *ff. de usufructu.* feudum dicitur: Otho Frisingens. 2. 11 *l.* 1. *ff. de ambitu.* 12 Argenti fodinæ, salinæ. *l.* 4. *ff. de rebus eorum, qui sub tutel.* Hotomannus intelligit potestatem argentariæ permittendæ. *argument. l.* 10. *ff. de edendo. l.* 24. *ff. de rebus auct. jud.* adde Edict. Justin. 7. 9. 13 *l.* 14. *ff. de offic. rect. provinc. l.* 26. *C. de operibus public.* Dion. 53. Placia vel Placita forte legendum esse monet Hotomanus *argument. l.* 1. *D. & C. de nundinis.* 14 *l.* 17. *ff. de verbor. signific.* 15 Salinæ in publicis locis inventæ, principis sunt: *ut hic.* in privatis, privatorum. *l. forma* 7. §. *si vir.* 13. *ff. soluto matrim.* 16 *l.* 5. *C. ad l. Jul. majest.* 17 Thesaurus inventus non data opera in loco Cæsaris, vel religioso, hoc jure pro dimidia parte cedit inventori: data opera quæsitus, totus ei cedit: id est, fisco. *l.* 3. §. 10. *ff. de jure fisci.* dixi ad *Novell. Leonis* 51. 18 Dixi ad *l.* 20. *C. de inofficioso.* 19 Et ita ex præsumptione privari potest. 20 1. *Feud.* 5. 21 Probanda est ingratitudo vasalli erga dominum quinque testibus, *ut hic.* Ita amplior hic numerus testium exigitur quam in lege ubi *num.* 12. *ff. de testibus.* Cur tam varie? Ingrati crimen patet latissime, ut quod feudi privatio sequatur. Proinde plures testes exiguntur. 22 Hanc constitutionem Imperatoriam esse possis colligere, licet Glossa dubitet. 23 Quando feudum de camera sit dandum. *tit.* 68. Cujac. 24 *tit.* 1. *in fin. tit.* 2. §. 3. *eodem.* 25 Feudum de camera vel cavena, tum demum, peti atque exigi potest, quando camera vel cavena idonea est: hoc est: ex ea solvi potest, nisi forte culpa ipsius domini camera vel cavena sit exhausta: tunc enim, ut destituta atque inops sit, solvere dominus cogitur. Quid si hæc Camera seu Cavena domini sit exhausta: alia vero ejus cavena non sit exhausta? si quæ inserta est contractui feudi camera vel Cavena, exhausta est, nihil præstabitur vasallo. sin locus est adjectus demonstrationis tantum loco, utcumque is locus sit exhaustus; alter non sit, præstabitur tamen Camera vel Cavena vasallo. *arg. l. ult. ff. de contrah. empt. l. quod a testamento. ff. de legat.* 1. Quid si certis annis sit exhausta? ubertate superveniente vasallo præstabitur omnis, etiam præteriti temporis, utilitas. Quid: in aliis feudis quam cameræ, vel Cavenæ, id ne servabitur, ut in feudo vasalli potior sit causa domini inopis, quam vasalli: saltem ut ex eo sibi deducat dominus, ut non egeat? Imo non permitti putant, nisi pactum sit: vel nisi tuendi vasalli causa inops factus dominus fuerit. 26 Creditores domini, præferuntur vasallo exigenti utilitates sibi debitas ex camera vel cavena ipsius domini. Quid ita? creditor certat de damno vitando: vasallus de lucro. 27 Dixi *tit.* 6. *in fin.* S. *eod.* 28 Qui debent interesse investituræ, 69. Cujac. 29 Probanda est nova investitura Paribus Curiæ, si tamen ipse dominus pares habet: si non habet, etiam extraneis paribus probari potest investitura. Pares autem esse non præsumuntur, nisi in instrumento insertum fuerit pares esse, vel nisi antiquissimum instrumentum sit. 30 1. *feud.* 26. 2. *feud.* 2. *in fin. pr.* 31 *l.* 7. *Longob. de ultim. voluntatibus.* 32 Pagensibus. *d. l.* 7. Pagenses, κωμῆται. 33 *l.* 12. *ff. de testibus.* 34 De re communi in feudum danda, & per quos fiat investitura. *tit.* 70. Cujac. 35 Feudum ejusque investitura in re communi recte constituitur. adde *l. portionem* 12. *C. de donat. l. falso* 3. *C. de comm. rerum alienat.* 36 *l.* 26. §. 4. *ff. de condict. indebit. l. ult. C. commun. divid.* 37 Heres factum defuncti mutare non potest. facta defuncti firma habere cogitur: eadem lege & eodem jure rem habet, quo defunctus. *l.* 14. *C. de rei vindic. l.* 3. *C. de rebus alienis.* adde *l.* 59. *l.* 120. *l. ex qua persona* 149. *ff. de regul. juris.* 38 Investiturus de novo beneficio, fungitur eodem jure in re infeudata, quo fungebatur investiens ante concessionem investituræ: unde notant posse eum provocare ad divisionem. *ex l. ad officium* 3. *l. ult. C. commun. dividund.* cum ejus antecessor potuerit. 39 Res feudalis transit cum sua causa suisque vitiis. 40 Communi dividundo judicio res producenda est ad æqualitatem. *l. penult. C. commun. dividund.* 41 De iniqua feudi inter fratres divisione post 40. annos quæri non potest. *l.* 3. *Longobard. de probib. alienat. minor.* 42 Per procuratorem investiri possumus. *tit.* 3. *vers. sed utrum.* S. *eod.* 43 In investitura feudi, testes, pares Curiæ esse debent: hoc ideo quod non præsumatur in illis suspicio, cum ob juramentum ab iis præstitum: tum ob beneficium suum quod habent a domino. Quid si nulli sint pares? extraneis testibus investitura probanda erit. 44 Præsumitur pro vasallo. 45 Si instrumentum feudi falsum dicetur. *tit.* 71. 46 Si de instrumento investituræ lis sit inter dominum & vasallum, idque dominus dicat falsum esse ac se nullam fecisse investituram, si vasallus in possessione feudi fuerit, juramento vasalli stabitur: si modo id instrumentum neque abolitum neque cancellatum sit: licet quoque præsumptio sit adversus id instrumentum. Quod si vasallus in possessione non fuerit, stabitur juramento domini. 47 Si instrumentum feudi falsum dicitur, non fit exacta inquisitio, sed simpliciter possidenti vasallo defertur juramentum: non possidenti, domino. Quid ita? quia hæc falsi accusatio, civilis est; In criminali fit exactior inquisitio. *l. ubi* 22. *C. ad l. Corn. de falsis.* 48 2. *tit.* 54. 49 Id est, mero jure. 1. *feudor.* 4. §. 1. 50 Par curiæ parem suum cogere potest, verum dicere. Cogere, inquam, potest ut judex. *l. si quando* 19. *C. de testibus.* 51 Testis licet extra judicium primo dixerit se nescire, si tamen in judicio post dixerit se scire, falsus non videtur. Quid si juratus dixit se nescire? post se scire citra falsum, dicere non potest. Quid si dixerit se non reminisci, post se reminisci? testimonium ejus admittetur. 52 Qualiter juret dominus aut vasallus cum defensio ei datur. *tit.* 72. 53 Jurat de veritate dominus si investivit: de credulitate & certa opinione, ejus heres. Ille jurat sciens se non fecisse: Hic, opinatione sua jurat, antecessorem non fecisse investituram. 54 Juramentum successoris differt a juramento autoris: cum diversa sit eorum in facto scientia atque cognitio. 55 Investitorem suum nominare vasallus debet, si de eo sit controversia. 56 *tit.* 33. *in fin.* S. *eodem.*

57 *tit.* 9. §. 1. S. *eodem.*
58 Θυρεοφόρων. 59 *tit.* 81. J. *eod.* 1. *feud.* 1. §. 5.
60 *tit.* 89. J. *eod.* 61 *tit.* 105. J. *eod.*
62 Potest esse beneficium sine fidelitate, id est, fidelitatis juramento. *tit.* 3. *in fin. pr.* & *tit.* 24. §. 1. at non sine fide.

liti fidelitas requisita fuerit a domino, dominus secundum quosdam librum militi ostendere debet, & miles eam facere debet vel parium laudationi stare intra annum: quod nisi factum fuerit, miles secundum quosdam de beneficio damnari potest, quod contra præceptum domini Lotharii [1] regis Papiæ datum videtur. Librum autem quod vasallo ostendi soleat, non necessitate fieri, sed voluntate. Est enim quoddam signum requisitæ fidelitatis memoriæ causa. Et venit aliquando ut vasallus dicat domino se facturum fidelitatem, quam pares laudaverunt. tunc non perdit beneficium, si stat per dominum, quod faciat curiam. Qui fidelitatem jurant, si voluntate utrorumque separatio facta fuerit, fidelitas finitur: si sua voluntate vasallus vel judicio parium feudum dimisit, fidelitas durat.

TIT. LXXVII.
SI PLURES SINT DOMINI VEL VASALLI, AN PLURES [2] FIDELITATES VEL SERVITIA DEBEANTUR.

CUm plures fratres vasalli paternum habent beneficium, donec illud indivisum possident, una fidelitas, & unum servitium domino fieri debet: Si vero partitum [3] fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Servitia vero non pro partibus, ut unum primum, videlicet graviora, sed pro quantitate beneficii moderanda. Plures autem domini, etsi feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Servitium vero omnibus non gravitate, sed moderamine faciendum est.

TIT. LXXVIII.
CULPAM [4] UNIUS EX COHÆREDIBUS CÆTERIS NON PRÆJUDICARE.

CUm feudum hereditarium uni ex cohæredibus propria culpa auferetur a paribus per judicium, cæteris non præjudicat. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo [5] eo, vel suis [6] heredibus feudum ad cæteros venire non intelligatur.

TIT. LXXIX.
UT RATIO VASALLI PRIUSQUAM [7] DOMINI DISCUTIATUR.

SI contentio fuerit inter dominum & vasallum, & dominus habuerit aliquam rationem contra vasallum, & vasallus contra dominum, vasalli ratio prius discutiatur: quoniam pares majorem [8] jurisdictionem habent de [9] suo pari, quam de suo domino.

TIT. LXXX.
DE EVICTIONE.

GEneraliter verum est in feudis dominos [10] de evictionibus teneri. at si quis sciens [11] investituram alterius beneficii acquisierit, eo evicto nullam adversus dominum vasallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

TIT. LXXXI.
DE FEUDIS IMPROPRIIS [12] QUÆ AUFERUNTUR [13] DANTIS ARBITRIO.

UNum quidem non minus utile, sed satis congruum superioribus adverti, & ex comprobato [14] usu in scriptis bono arbitrio reducere procuravi. Si quis igitur pro vice dominicaria [15] vel villicaria, ut dicam, pro decania [16], vel aliis quibuscunque angariis feudum quod improprium est, acceperit, nisi specialiter hoc actum sit inter contrahentes, id est, nominatim feudum cum honore feudi, & ita, ut non liceat domino auferre quod datum fuerit, etiam si administratio illa auferatur: quod datum penitus ablata administratione sine omni obstaculo auferre liceat. Si autem quod superius dictum est, probare conetur, & quodammodo possidere vasallus quibusdam credatur: non jurejurando decidi oportet, sed testibus vel instrumento aliisve legitimis probationibus causa firmiter approbetur.

TIT. LXXXII.
PRIUS [17] POSSESSIONEM RESTITUENDAM ESSE QUAM DE PRINCIPALI CAUSA AGATUR.

SI qua contentio de beneficio inter aliquos (prout sæpe fieri solet) orta fuerit, si unus dominus vel loco domini habeatur, & alter vasallus vel loco vasalli habeatur: si per pares secundum usum regni judicium ventiletur, primo [18] de suo recto beneficio investiri debet, & si possessio aliqua perturbata fuerit, modo restitui debet.

TIT. LXXXIII.
SI UNUS EX FRATRIBUS DEDERIT [19] SUAM PARTEM FRATRI, VEL DOMINO VEL EXTRANEO.

SI alter ex fratribus [20] qui paternum [21] habeat beneficium, suam portionem dederit domino vel alicui extraneo: dominus vel extraneus tamdiu [22] teneat sine præjudicio, quamdiu ille, qui dedit, heredem masculum habuerit: si vero sine herede decesserit, alter frater si vixerit, vel ejus heres sine ullo obstaculo & temporis præscriptione [23] beneficium, quod hereditarium [24] est, vindicet a quocunque possidente. Hoc idem dicimus, & si fratres fuerint, & alter ab altero ex fratribus acquisierit: hoc enim verissimum ex usu comprobato didicimus.

TIT. LXXXIV.
PATREM [25] IN FEUDO FILII NON [26] SUCCEDERE.

QUoddam usui traditum recordationis causa in scriptis ponere procuravi. Si quis igitur habens filium, ipsum per dominum investire fecerit, nisi [27] nominatim cum domino pactus fuerit, ut si filius decesserit ante patrem, quod feudum ad patrem revertatur: dicitur defuncto ante patrem filio, patrem carere beneficio, & domino adquiri beneficium.

TIT. LXXXV.
DE INVESTITURA FACTA MARITO VEL UTRIQUE CONJUGI.

SI maritus de feudo suæ uxoris investiatur ea absente, nisi nominatim quasi gerendo [28] uxoris negotium investiatur: sibi acquirit feudum ea sciente vel jubente. Si vero uterque insimul [29] investiatur, pro parte sibi proficiunt: nisi cum jam dicta distinctione factum fuerit. & dicimus etiam, ut si unus ante alterum sine herede decesserit, quod alterius [30] pars domino adquiratur.

TIT. LXXXVI.
DE FRUCTIBUS [33] FEUDI.

UNum quidem satis usitatum dicimus, quod si aliquis decesserit nullo in feudo relicto herede, jus feudi ad dominum pertinere dicimus: Fruges autem extantes non ad dominum, sed ad filias ipsius vasalli, vel etiam ad uxorem ejus pertinere, & hac ratione creditor [32] eas retinere potest, licet pignus habere non possit: & hoc cum distinctione Imperialium Constitutionum.

TIT. LXXXVII.
AN PRÆSCRIPTIONE [31] FEUDUM ADQUIRATUR.

IN beneficiis ut in cæteris contractibus, præscriptiones currere satis humanum, & rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo justa traditione acceperit, licet dominus non sit, cum verus dominus in traditione putetur, longi [34] temporis præscriptione jus sibi acquirit. Si vero malam [35] fidem habuerit, nulla se poterit tueri præscriptione, nec etiam de evictione agere poterit.

TIT. LXXXIIX.
DE PROBATIONE INVESTITURÆ.

DE ingressu [36] curiæ a quibusdam varia ac diversa putantur: nos autem, quod sæpius ac rationabiliter in multis curiis & civitatibus intelleximus, in scriptis bonæ recordationis causa inserere procuravimus. Quicunque igitur beneficium per investituram acquisierit sine possessionis traditione, pares ad investituram habeat, ut pro ipso veritas discernatur, cum controversia inde fuerit. Sane si possidet, aliis quibusdam adjuvetur adminiculis. Veruntamen quia milites inopes vasalli sunt, per testes vel per breve testatum probatio satis competens esse dignoscitur.

TIT. LXXXIX.
CONDITIONEM TACITE FEUDUM SEQUI.

BEneficia conditionalia [37], quæ in majoribus curiis a veteri tempore esse noscuntur: utpote Patriarcharum, Archiepiscoporum, Abbatum, Abbatissarum, Ducum, Marchionum, Comitum, Capitaneorum, sive etiam majorum valvasorum, si duobus, tribus, vel deinceps aliis dantur vasallis, tacitæ [38] conditiones eos sequuntur, nisi nominatim in ipsis traditionibus ipsæ conditiones excipiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus, quæ noviter [39] constituuntur ad harum similitudinem verissimum fore sapientibus placet.

TIT. XC.
FRATREM FRATRI IN FEUDO NOVO [40] NON SUCCEDERE.

SI duo fratres in heredes masculos & fœminas de beneficio investituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptem cum patruo ad feudum venire dicimus: cum unusquisque [41] fratrum suæ soboli bene consuluit. Si enim frater suus sine ulla progenie decesserit, feudum non ad superstitem, sed ad dominum perveniet: nisi pactum de successione factum foret.

TIT. XCI.
DE INVESTITURA VETERIS ET NOVI BENEFICII.

BEneficium intelligitur de veteri [42] & novo: & cum de veteri fit investitura, satis sit si de recto [43] beneficio fiat investitura. Hæc autem investitura ab unaquaque [44] persona fieri potest, sive seculari sive ecclesiastica, si antiquitus [45] eorum consuetudo fuerit. hæc secundum quosdam,

1 *tit.52. supr. eod.*
2 *tit.55. l.1. §.1. supr. eod. tit.* 3 Feudum potest dividi. *ut hic.* non tamen regale. *tit.55. §.1. in fin.*
4 *tit.93.* ꝧ. *eod. tit.52. supr. eod.* 5 *tit.83.* ꝧ. *eod.* 6 *tit. 98.* ꝧ. *eod.*
7 Ad judiciorum ordinem id pertinet, ut & titulus 82. ꝧ. *eod.* 8 Vid. *titul.* 22. *in fin. supr. eod.* 9 Id est, tam in suum convasallum, quam in suum dominum.
10 *tit.8.25.46. supr. eod.* 11 *tit.87. & 96.* ꝧ. *eod.*
12 *tit.48. supr. eod.* 13 *tit.74. supr. eod. tit. 94.* ꝧ. *eod. 1. feud. 1. §. 5. & tit.2. 11.*
14 Ex eodem usu sumitur decisio. ꝧ. 83. 15 Dixi 1. *feud.* 2. 16 Dicania, quidam ita legunt. Cæterum Decanus Longobardorum & Gallorum legibus, non tantum is est qui in militia, decuriæ imperat: sed & qui domi judicandi munere fungitur, ut advocatus, centenarius, millenarius, quingentenarius.
17 *tit.20. & 39. §.1.* ꝧ. *eod.* 18 Dixi *tit.2. §.1. supr. eod.*
19 Id est, refutaverit. 20 De feudo a patre refutato, vid. *tit. 13.* ꝧ. *eod.*
21 De quo vid. *tit.50. supr. eodem. 1. feud. 4. §. 2.* 22 *tit.78. supr. eod.*
23 Longa non XXX. annorum *ut tit. 9. §. 1. 26. §. 4.* ꝧ. *eod. 1. feud. ult.* adde *tit. 88. infr. eod.*
24 Paternum feudum hic dicitur hereditarium. Interpretibus hereditarium est quod quis habere non potest, nisi sit heres.
25 *tit. 50. §. eod.* 26 Excipe casum qui nunc sequitur. 27 Pater contracta fiducia filium de feudo investire faciens, filio succedit: alias non succedit. *d. tit. 50.*
28 Per gestorem potest investitura accipi. *ut hic:* & per nuntium. *tit.58. §. 2. supr. eod.* per procuratorem, *tit. 3. §. 1. vers. sed utrum. supr. eod.* 29 *tit. 104.* ꝧ. *eod. 1. feud. 15.*
30 Et ita juri adcrescendi hoc casu locus non est.
31 Adde *tit. 28. §. 3. & tit. 45. supr. eod.* 32 *tit. 45. supr. eod.*
33 Præscriptione tricennali feudum adquiritur. ꝧ. *eod. tit. 9. §. 1. in fin. 26. §. 4. 1. feud. ult.*
34 XXX. annorum, alias non currit præscriptio, vid. *tit. 83. supr. eod.* 35 *Tit. 80. supr. eod. tit. 96. supr. eod.*
36 Id est, de qualitate vasalli & paris.
37 Quibus adjecta est conditio aliqua *tit. 2. §. 2. tit. 75. supr. eod.* 38 Qualitas fundi, fundum tacite sequitur. 39 Vid. *tit. 108.* ꝧ. *eod.*
40 Aliud in paterno, 1. *feud. 8. in fin. tit. 14. §. 2. tit. 20.* 41 *tit. 18. supr. eod.*
42 *tit. 3. supr.* 43 De quo vid. *tit. 20.* 44 1. *feud. 1.* 45 *d. tit. & 6.*

& a fœmina, & a minore 25. ann. fit. De novo si fiat investitura, nominatim & de certa re oportet fieri. Hæc investitura a muliere secundum quosdam non valet: quibusdam valere placet: quæ sententia mitior [1] est. A minore autem 18. annorum non valet: hoc etiam de minoribus ann. 25. asseritur, ut quibusdam placet. A prælatis Ecclesiarum vero tradi, & legitime dici potest jure, ut valeat investitura, dum tamen dissipator [2] videri non possit: quod si aliter intelligeretur, nullum beneficium ab ecclesiasticis personis datum retineri posset. Dicitur etiam quod si conjunctæ [3] personæ gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, quod duos consimiles vasallos acquirere posset, inutile est beneficium.

TIT. XCII.
JUSTO [4] ERRORE EXCUSARI VASALLUM QUI FIDELITATEM NON FECIT.

QUicunque paratus est facere bene fidelitatem domino suo, prout pater fecerat fidelitatem patri vel antecessori domini, dum tamen hæc bona fide dicat, & non dolose, sed justo errore, omnino condemnari non potest. Cum enim controversia est inter ipsos, per antiquitatem feudi, vel per breve testatum, vel per testes domino incumbit probatio, alioquin per vasallum veritas inquiratur.

TIT. XCIII.
FACTUM FRATRIS [5] FRATRI IN FEUDO PATERNO NON NOCET.

QUoddam satis bene dispositum ad utilitatem, & ad perniciosam calliditatem destruendam, in scriptis inserere curavimus. Quidam [6] miles bina beneficia a duobus dominis, prout solitum est, acquisivit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum suo domino pro beneficio quod ad eum venit fidelitatem nullo [7] anteposito, sicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater alteri domino similiter pro suo beneficio, quia alium nullum dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit: defuncto posteriore fratre sine filiis, utrumque feudum in unam, ut prius, venit personam; & sic dominus talem fidelitatem quærit, qualem frater ejus fecerat: quas altercationes amputantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil superstiti obesse: licet in secundam & tertiam generationem, & usque ad infinitum pervenerit.

TIT. XCIV.
DE FEUDO GUARDIÆ [8] ET GASTALDIÆ.

QUod nomine gastaldiæ vel guardiæ in feudum datur, ablata gastaldia vel guardia jure auferri [9] potest [10].

TIT. XCV.
DE SUCCESSIONE FEUDI.

QUidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios: & unusquisque ipsorum habuit duos vel tres filios: unus illorum fratrum decessit, una tantum filia relicta: portionem illius non [11] ad omnes superstites, sed ad patruos [12] illius & suis posterioribus [13] pertinere dicimus.

TIT. XCVI.
DE INVESTITURA ALIENI BENEFICII.

SI quis acceperit investituram alterius beneficii, inutilis est hæc investitura: & qui sciens hoc agit, de evictione [14] agere non potest.

TIT. XCVII.
NON AMITTERE FEUDUM EUM QUI SINE DOLO CESSAVIT PER ANNUM IN PETENDA INVESTITURA.

INter [15] dominum & vasallum nulla fraus [16] debet esse, & inde potest accipi, si vasallus non dolose steterit per annum [17] quærere investituram sui beneficii, non damnabitur. dolus [18] enim abest, si justa causa impediente steterit, vel etiam cum amore servitium fecerit domino conscio. Dicimus autem ut si contra [19] ea quæ in fidelitate nominantur fecerit, beneficio carebit.

TIT. XCVIII.
EX DELICTO VASALLI FEUDUM AD DOMINUM REDIRE.

VAsallus habens feudum deliquit contra dominum, cui judicatum est: agnati cum domino litigant, quidam domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non [20] pertinere, donec [21] aliquis masculus ex delinquenti vasallo superest, alii vero contradicunt.

TIT. XCIX.
DE FEUDO LIGIO.

SI quis investitus de feudo ligio, pro quo contra [22] omnes fidelitatem domino debet, Lucio & Titio ex se descendentibus filiis, sibi heredibus institutis, vita decesserit, divisione facta, si ad solum Titium feudum pervenerit, rationabiliter placuit eum solum fidelitatis sacramento esse obnoxium, ad quem solita feudi jura transierint. quod si ab alio domino Lucius postea feudum per investituram acquisierit, pro quo similiter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio sine liberis, ad quem devolvatur feudum, quod ex divisione habuerat, an ad alium fratrem an ad dominum quæri potest? & cum placeat [23] quem ligium hominem duorum esse non posse, videri potest feudum ad dominum pertinere. sed rectius visum est feudum, quod per investituram acquisierit, impedimento ei non esse, licereque ei per [24] substitutum acceptabilem domino priori servire.

TIT. C.
IMPERATOREM FEUDUM AMITTERE VEL ALIUM PRO SE FIDELEM DARE.

EX facto incidisse scio Fridericum principem nostrum [25] cum ab initio Dux esset, & pro Ducatu fidelitatem faceret, divino nutu postea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino respondisse, non teneri se fidelitatem facere, cum omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, & ipse soli Deo & Romano Pontifici. Sed cum insistente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudenter visum est, feudum amissum esse [26], vel alium [27] Ducem in Ducatu constituendum, qui feudo servire debeat, & domino fidelitatem faciat.

TIT. CI.
ECCLESIAM FIDELITATEM NON FACERE [28].

DE negotio super quo nos consulere voluisti, tibi secundum jus curiæ & usum feudi breviter respondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per Ecclesiam detinetur, nulla sit facienda fidelitas [29].

TIT. CII.
NON COGI VASALLUM PRO UNO FEUDO DUAS FIDELITATES FACERE [30].

INsuper etiam te instructum esse volumus, quod si dominus a quo feudum tenebatur, diem suum pluribus heredibus relictis obierit: vasalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primo partirentur: quoniam secundum jus feudi non debet quis duas [31] fidelitates pro eodem feudo facere.

TIT. CIII.
FILIOS TANTUM SECUNDI MATRIMONII MATRI IN FEUDUM SUCCEDERE.

MUlier quæ feudum secundi viri contemplatione acquisierat, si ex utroque matrimonio superstitibus liberis decesserit, solos ex [32] secundo viro susceptos filios ad feudi successionem admitti, usu curiarum obtentum est.

TIT. CIV.
CASUS QUIBUS FOEMINA IN FEUDO SUCCEDIT.

SI cui militi ad certum [33] servitium feudum fuerit datum, isque relicta ex se descendente fœmina, decesserit, quæ id servitium juxta feudi conditionem non minus decenter [34] præstare possit quam masculus, etsi in investitura minime cautum sit, ut & fœminæ ad id aspirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus, quinimo hoc casu, simul cum masculo in feudo eam succedere quidam putant, quod multo magis dignum observantia existimamus, cum feudum sic datum est, ut nullum pro eo servitium fiat, ut pleraque hodie feuda dantur. §. 1. Item si quis eo tenore de feudo aliquo sit investitus, ut in eo succedant fœminæ sicut [35] masculi, sive feudum id ad certum fuerit datum servitium, sive pro eo indeterminate fuerit promissum servitium, investito moriente in feudum succedunt pariter & mares & fœminæ, quanquam enim superstite [36] masculo ex eo qui primus feudum adquisivit, fœminæ excludantur, & si in maribus & fœminis fuerat acquisitum (ut in feudis regulariter tradi solet) sermonem tamen investituræ, nec non vim verborum & sensum contrahentium intuentes, discretionem sexus in ejusmodi feudi successione non fecimus. §. 2. Jugales [37] a quodam milite simul [38] de eodem feudo investiti fuerant, ut in se descendentesque suos id haberent. Hi ex se filio & filia superstitibus defuncti sunt, inter quos feudi quæstio agitatur. masculus enim universum feudum sibi vindicat: fœmina vero ad parentum feudum pariter cum fratre vocari se defendit. quidam pro masculo, quidam pro fœmina pronuntiant. Eorum qui pro filia judicant, sententiam sequendam esse censeo, cum filia ex antedictorum jugalium contubernio superest, ex prædefuncta uxore alio suscepto masculo qui consanguineus ad eam frater sit. In cæteris [39] priorum sententia sane sequenda est, quod si sola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio connubio superstite masculo, ab hac luce subtracti fuerint, feudum scindi fert prudentum nostræ civitatis opinio, ut dimidiam quidem partem fœmina sibi acquirat, reliquam vero dominus aut ejus heres accipiat.

1 Ideo sequenda. 2 Prælatus res ecclesiæ infeudare potest, at non dissipare. 3 *Novell. 120. cap. 5.* 4 *tit. 26. §. 7. vers. vasallus.* 5 Vid. *tit. 78. supr. eod.* 6 *tit. 52. §. 2. supr. eod.* 7 Hoc feudi ligii proprium est. *tit. 99. J. eod.* 8 *1. feud. 2. & 4.* 9 Vid. *tit. 81. supr. eod.* 10 Nisi aliud convenerit. *tit. 105. J. eod.* 11 *tit. 50. in fin. supr. eod.* 12 Ad fratres. *Cujac.* 13 Id est, posteris, *ut l. 3. §. 3. ff. de injusto.* 14 Evictionis non agit qui sciens alieni beneficii investituram accepit. *tit. 80. in fin. s. eod.* 15 Dixi *tit. 52. §. 3. in fin. supr. eod.* 16 Dolus inter vasallum & dominum interdictus. 17 Et diem. *1. feud. 22.* 18 Dolum excusat justa causa impediens. 19 *2. feud. 24. §. 2. vers. sed non est. 1. feud. 21.* 20 Cujacius hanc negationem expungit. 21 *tit. 78. supr. eod.* 22 Feudi ligii proprium hoc est, ut qui feudum ligium a domino acceperit contra omnes ei fidelitatem debeat. *tit. 52. §. 2. tit. 93. s. eod. c. pastoralis de sent. & re judic.* ut ne quidem Imperator excipiatur, antiquiorve dominus. In jurejurando non homologi, excipitur. *tit. 28. in fin. supr. eod.* 23 Duorum homologus nemo esse potest, *ut hic:* non homologus, potest, *d. tit. in fin.* 24 Facit *tit. 55. §. 1. tit. 100.* 25 *Libri feudorum compositi videntur sub Friderico Imp.* 26 Aliud in ecclesia, *tit. 101. J.* 27 Vicarium scil. & substitutum. ut *tit. 35. §. 1. tit. 99. supr. eod.* 28 Id est, solutam esse juramento fidelitatis, & ita derogatur legi generaliter conceptæ, *tit. 3. in fin. supr. eod.* 29 Igitur major Ecclesiæ quam imperatoris autoritas. *tit. 100. J.* 30 Quid si plures feudum adquisierint? omnes fidelitatem facere debent, *tit. 26. §. 4. vers. omnes.* 31 *tit. 55. §. 1. supr. eod. tit. 77. supr. eod.* 32 *titul. 26. §. 4. vers. mulier.* 33 *tit. 51. §. 7.* 34 Puta, ut comitetur domini uxorem. *tit. 2. in fin. supr. eod.* 35 *1. feud. 1. §. 3. tit. 6. §. 1. tit. 8. & 2. feud. 26. §. 7. vers. feudum ea lege.* Vi hujus pacti succedunt fœminæ cum masculis. 36 Fuit ea Gerardi sententia, de qua dixi *1. feud. 8. in fin.* ab omnibus recepta. 37 Id est, conjuges. 38 Ut *tit. 85. supr. eod.* Hujusmodi feudum partim fœmineum, partim paternum: & ita mixtum. 39 Id est, quoties filia ex eodem matrimonio fratres habet.

TIT. CV.
DE FEUDIS HABITATIONUM.

Feuda habitationum [1] nisi [2] aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur [3].

TIT. CVI.
SERVOS POST DELATAM SUCCESSIONEM MANUMISSOS IN FEUDUM NON SUCCEDERE.

Quæsitum scio, dudumque apud prudentes fuisse causam hanc: si servi [4], quibus macula [5] servitutis obstaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi successionem valeant adspirare? Denique post magnas varietates obtinuit sententia distinguentium, quo tempore libertatis donum assecuti fuerint: ut si quidem eo tempore [6], quo coheres alter, utpote his constitutis inhabilibus, aut dominus quasi ad se devolutum vindicasset, ab ejus successione sint penitus alieni, ne quod legitime factum est, supervenienti facto postea retractetur: qui si re integra manumissi fuerint, in feudum recte succedere queunt.

TIT. CVII.
UT VASALLI SUMPTIBUS DOMINI SERVITIA PRÆSTENT.

Antiquatum esse ipsis rerum experimentis, nos ipsi cognovimus, fideles, nisi [7] aliud contractibus pactiones insertæ desiderent, dominorum [8] sumptibus eisdem servitia ministrare. Justum namque est, ut illi consequantur, stipendium, quo tempora suum commodare reperiuntur obsequium, præsertim cum nec quisquam propriis cogatur impendiis militare, maxime cum extra [9] civitatis suæ tentoria servitiis exhibendis eos convenit fatigare.

TIT. CVIII.
VASALLUM FEUDUM POSSE IN ALIUM ARCTIORI LEGE TRANSFERRE.

Nulla juris constitutione aut consuetudinis, usus que longævi observantia prohiberi sciscitatus invenio, vasallum, actori [10], quam ipse habeat, lege, feudum in alium ubilibet posse transferre.

TIT. CIX.
CLERICATU FEUDUM AMITTI.

Et jure & moribus receptum est, vasallum clericali [11] se militiæ dedicantem feudum amittere. Scriptum est enim in divinis eloquiis: Miles Christi serviat Christo: milites seculi serviant seculo.

1 *tit. 75. supr. eod.* 2 *tit. 44. supr. eod.* 3 Et deserta habitatione. *d. tit. 75.* 4 An servus investiri possit, vid. *tit. 3. §. 1. vers. personam.* 5 Servitutis macula. 6 In feudis delatæ successionis tempus spectatur, facit *tit. 30. supr. eod.* 7 Conventio format contractum. *l. 7. §. 5. §. 6. ff. de pact.* 8 Sumptu dominico servitium præstatur a vasallo. Vid. Ardizonem *de feud. cap. 25.* An & a liberto servitium eodem modo præstatur patroni sumptu? minime. vid. *l. suo victu. 18. ff. de oper. libert.* 9 Vid. Curtium 4. *parte* 1. *causa ver. tertia cadit.*
10 *tit. 34. §. 2. tit. 48. 89. in fin.*
11 *tit. 21. tit. 26. §. 4. vers. qui clericus. supr. eod.*

LIBER QUINTUS [1]
DE FEUDIS,
QUO
VARIÆ CONSTITUTIONES IMPERATORUM AD HANC PARTEM JURIS PERTINENTES CONTINENTUR.

TIT. I.
CONSTITUTIO CONRADI [2] DE BENEFICIIS.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis: Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris tam præsentibus quam futuris notum esse volumus, quod ad reconciliandos animos seniorum & militum, ut ad invicem semper inveniantur concordes, & ut fideliter nobis & suis senioribus serviant & devote, præcipimus & firmiter statuimus, ut nullus miles Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, Marchionum, vel Comitum, vel hominum qui beneficium de nostris publicis bonis, aut de Ecclesiarum prædiis nunc tenent aut tenuerint, aut hactenus injuste perdiderint, tam de nostris majoribus valvasoribus, quam eorum militibus sine [3] certa & convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum & judicium parium suorum. Si contentio emerserit inter seniorem & militem, quamvis pares judicaverint, illum suo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc injuste, vel per odium factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior & ille quem culpat, cum paribus ad nostram præsentiam veniant, & ibi causa juste determinetur. Senior vero & miles qui culpatur, qui ad nos venire debuerint, sex [4] hebdomadas antequam iter incipiat ei cum quo litigaverit innotescat. Hoc autem de majoribus valvasoribus observetur. De minoribus vero in regno nostro, aut ante seniores, aut ante missum [5] nostrum eorum causa finiatur. Præcipimus etiam, ut si aliquis miles sive de majoribus, sive de minoribus, de hoc seculo migraverit, filios ejus beneficium tenere, si vero filios non habuerit, & aviaticum [6] ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum valvasorum in dandis [7] equis & armis suis senioribus. Si vero forte aviaticum ex filio non reliquerit, sed fratrem legitimum ex parte patris, & si seniorem offensum habuerit, sibi vult satisfacere [8] & miles ejus esse, beneficium quod patris sui fuit habeat. Insuper & omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium [9] aut precarium aut libellum sine [10] eorum adsensu facere præsumat. Illis vero quæ tenet proprietario jure, aut per præcepto suo porrectum libellum, sive per precariam, nemo eum devestire audeat injuste. Fodrum [11] autem de castellis quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus: illud vero quod non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc jussionem nostram infregerit, auri optimi libras C. componat, medietatem cameræ nostræ, & medietatem cui damnum illatum fuerit.

TIT. II.
CONSTITUTIO HENRICI DE CAUSIS AMITTENDI FEUDI.

Imperator Augustus Henricus secundus. De militum beneficiis quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideo ad Reipublicæ statum quædam statuimus. Si [12] quis ergo dominum suum interfecerit, vel vulneraverit, ipsum dominum suamve dominam obsederit, vel eum cucurbitaverit [13], vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget: si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat (usu vero curiali solus defendat). Si quis autem suorum parium idoneus tamen exinde se veritatem scire dixerit, & per pugnam eum fatigare voluerit, ut per [14] pugnam se defendat, edicimus. Si quis autem fuit, qui domino non servierit, parium laudatione beneficium amittat (curiali tamen usu id redimere potest pro medietate, quantum valuerit), sed si hoc defendere noluerit, duos vel unum saltem parem ostendat, & cum his se servisse juret: & si pares paremve habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum [15] serviisse juret: (usu tamen curiali solus jurare conceditur. Qualiter autem juret, an solus, aut cum aliis, nihil interest, dum tamen servitia nominet.) Si autem concorditer cum domino suo se habuerit dominum sæpe videndo, tunc dicimus ut probet per testes servitium fecisse, & per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum & vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerint, vasallus domino se repræsentando servitium promittat, & si necesse fuerit, hoc probet jurejurando, saltem ad finem controversiæ vasallo a paribus dato. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, & dominus aliud servitium imposuerit, quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit usque ad fruges, feudatarius parium existimatione damnum resarciat. De aliis vero culpis unde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se, ut supra, vel emendat.

TIT. III.
ALIA CONSTITUTIO HENRICI DE VASALLO QUI UNUM EX DOMINIS REFUTAVIT.

Imperator Henricus: si contigerit feudum incuria, aut neglectu fidelis consortibus [16] applicari, nullum ex eo levamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemptus illusus fiat, ob quem feudum jure dimiserat. Sane qui aliter fecerint, quam quod mens saluberrimæ nostræ constitutionis exposcit, beneficio se carituros esse cognoscant, ita ut eis amplius sperare non liceat, seniori danda licentia tam ab ipsis eorumque posteris, quam cæteris detentatoribus prædictum beneficium vindicandi.

1 Hoc libro continentur quædam Constitutiones Imperatoriæ compilatæ atque hic insertæ ab Hugolino. Cujac. *de feud. cap. 2. circa fin.* & Borchold. Ans. 2 *1. feud. 1. §. 2.* adde *2. feud. 34. 40.* 3 *1. feud. 21. 22. §. 2.* 4 *d. §. 2.* 5 Vicarium. 6 Id est, nepotem ex filio. *1. feud. 1. §. 2.* 7 *2. feud. 12.* 8 *2. feud. 51. §. 1. tit. 55. §. 2.* 9 De cambio adde *1. feud. 4. §. 2. 22. §. 1. tit. 25.* 10 *2. feud. 9. in fin. 34. §. 1.* 11 Annonam militarem 5. Ammonius 3.
12 Causæ feudi amittendi. 13 *1. feud. 5. supr. & 2. feud. 38. 57.* 14 *2. feud. 27. in princ. & §. 3. & tit. 39. §. 2.*
15 Quod minimum est, *ut J. eod.*
16 Id est, uni dominorum, *ut 2. feud. 38.*

TIT. IV.

ALIA CONSTITUTIO HENRICI EJUSDEM, UT INGRATITUDO VASALLI PROBETUR TESTIBUS QUINQUE.

Imp. HENRICUS Aug. universo populo.

SI [1] vasallus inhonestis factis atque indecentibus machinationibus dominum suum offenderit &c.

TIT. V.

CONSTITUTIO LOTHARII DE FEUDIS NON ALIENANDIS.

LOTHARIUS divina favente clementia tertius Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus ac triumphator semper Augustus universo populo.

IMperialis [2] benevolentiæ proprium esse judicamus, commoda subjectorum investigare &c.

TIT. VI.

ALIA EJUSDEM LOTHARII CONSTITUTIO DE INVESTITURA NON PETITA INTRA ANNUM.

Imp. LOTHAR. Eugenio papæ, & universo populo.

QUoniam [3] inter dominum & vasallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium debet intervenire &c.

TIT. VII.

CONSTITUTIO FRIDERICI DE FEUDIS NON ALIENANDIS ET ALIIS CAPITULIS.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus universo populo.

IMperialem [4] decet solertiam ita Reipublicæ curam gerere, & subjectorum commoda investigare &c.

TIT. VIII.

ALIA DE JURE FISCI.

Imp. FRIDERICUS.

REgalia [5] sunt armanniæ, viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia &c.

TIT. IX.

ALIA CONSTITUTIO EJUSDEM FRIDERICI DE PACE TENENDA.

FRidericus [6] Dei gratia Romanus Imperator, semper Augustus, Episcopis, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, & Rectoribus &c.

TIT. X.

ALIA CONSTITUTIO FRIDERICI IMPERATORIS DE INCENDIARIIS ET PACIS VIOLATORIBUS.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus. Decet fidelitatis nostræ tempora, generali populum provinciarum tranquillitati circumspectionis nostræ studio provideri, ut dum in subjectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet ac scelerosos a subditorum injuriis arceamus æquitatis nostræ correctione. Considerantes quippe quæ damna, quantæque desolationes hominum & provinciarum, per seditiones & incendia provenerint, & quantos præterea futurorum timores reportent, ea quæ de conscientia & consilio principum, & aliorum fidelium nostrorum, tam liberorum, quam ministerialium, ad reprimendas incendiariorum insolentias, imperialis nostra sanxit auctoritas, universalis imperii fidelibus nota fieri volumus, & sicut in castro nostro Nurimberc hæc ordinata & confirmata firmiter indicimus observanda. Primum igitur de incendiariis [7] demandamus generaliter, ut si liber homo, ingenuus, ministerialis, vel cujuscumque conditionis fuerit, incendium commiserit pro vuerra propria, pro amico, pro parente, vel causæ cujusquam alterius occasione, de sententia & judicio imperiali, proscriptioni statim subjectus habeatur. Hic excipiuntur, si qui forte manifesta vuerra castra manifeste capiunt: & si qua ibi suburbia, aut stabula aliave tuguria præjacent, igne succendunt. Excipiuntur & judices quos in malefactores pœnam justitia exigente exercere contingit. Quod si aliquis in Ducatu alicujus incendium fecerit, ipse proscriptum pronuntiet, ac deinde justitiæ suæ auctoritate eum proscribat. Idipsum faciant Marchiones, Palatini, Comites, Landgravii, & Comites alii, nec alicui eorum liceat talem absolvere, nisi domino Imperatori.

Quicunque etiam incendiarium in domo sua scienter receperit, & consilium auxiliumve ei impenderit, damnum & injuriam passo pro facultate sua restituat. Judici vero x. libras monetæ de illa diœcesi in qua commissum est, persolvat, ac domino Imperatori pro voluntate & gratia sua disponat. Si quis autem super hac culpa innocentiam suam probare vel ostendere voluerit, cum duobus viris veracibus culpa in præsentia judicis se expurget.

Si quis autem cuiquam imposuerit, quod incendiarium receperit, & de hoc ipsum jure voluerit convenire, hoc nequaquam ei fieri liceat, nisi præstito primo calumniæ sacramento. Dominus etiam Imperator proscriptorum neminem a sententia proscriptionis absolvat, nisi de illicitis primo damnis cum injuriato componat, & nisi conscientе judice hoc faciat.

Proscriptum vero, quem pro incendio sententiam proscriptionis incurrisse omnibus notum fuerit, diœcesianus Episcopus, si ad satisfactionem inobediens extiterit, a communione Ecclesiæ Dei & fidelium Christi abjiciat, & extraneum eum reddat, nec eum absolvat, quoadusque læso damnum restituat: & e converso, quem Episcopus legitimis induciis citatum justitia dictante excommunicaverit, & hoc judici intimaverit, judex eum banno proscriptionis condemnet, & nec prius eum absolvat, quam coram Episcopo de his pro quibus condemnatus est, satisfaciat. Quod si a proscriptione illa prædicto modo fuerit absolutus, & Episcopo suo voluerit obedire, incendium primo abjuret, deinde sit in arbitrio Episcopi, qualem ei pœnam injungat, ad visitandum sepulchrum Domini, aut limina Jacobi Apostoli. Si autem proscriptus eo, ut dictum est, modo absolvi desideraverit, domino Imperatori fines imperii per annum & diem abjuret. Si quis autem a proscriptione & excommunicatione similiter non fuerit absolutus intra annum & diem, universo jure, honore, & legalitate privatus habeatur, ita ut ferendo testimonio, vel ad judicandum, de cætero nequaquam sit admittendus. Omni quoque feudali jure carebit perpetuo.

Item si in reisa [8] alicujus domini, cum ipso domino cujus est reisa, aliquis fuerit, qui incendium (ut sæpius contingit) faciat, dominus ipse, cujus est ipsa reisa, jurabit super reliquias, quod non fecerit conscientia, vel mandato, vel voluntate sua. Reum autem abjiciet a se & nunquam recipiet. Quod si illum post satisfactionem receperit, tenetur universum damnum quod ille commisit, restituere.

Item si contingat dominum aliquem in villa aliqua hospitari violenter, & fortuito evenerit, domum aliquam incendi, & ille cui fit damnum, dominum impetierit, quod mandato suo, vel voluntate, vel conscientia sua factum sit, damnum damnificato restituat.

Item si incendiarius captus fuerit, & coram judice negare voluerit incendium se commisisse, si forte notorium non fuerit, per provinciam judex si posset eum cum septem idoneis testibus convincere, capite plectatur. Sed si notorium fuerit, nullius requirendum est testimonium, sed statim decollandus. Item si Castellani cujusquam domini descendentes a castro domini sui, incendium fecerint domino absente a provincia, castrum domini propter hoc non erit comburendum, sed bona incendiariorum, quæcunque extra castrum fuerint reperta, comburantur. Post reversionem vero domini, si dominus incendiarium retinere voluerit, & a se non repulerit, castrum ejus similiter erit comburendum. Item si proscriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non possit haberi, nisi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis incendiarius, sed damnum pro incendio restituere debet. Item si incendiarius super castrum aliquod agitatus confugerit, & dominus, cujus est castrum, fortassis dominus, vel vasallus, vel consanguineus fuerit, dominus ille non debet eum persequentibus repræsentare, sed juvabit eum a castro in sylvam vel alias, ubi securus sibi videatur. Quod si nec dominus vel vasallus, nec cognatus fuerit, persequentibus eum statim repræsentet, vel cum eo in eadem culpa sit.

Statuimus etiam, & eodem firmiter edicto sancimus, ut quicumque alii damnum facere, aut lædere ipsum intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium suum diffiduciet eum. Quod si læsus diffiduciatum se fuisse negare voluerit, nuncius idem si vivus est, juret quod contradixerit ei ex parte domini sui, loco & tempore designato. Si mortuus est nuncius, juret dominus junctis sibi duobus viris veracibus, quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis valeat inculpari. His sancientes adjicimus, ut quicumque treugas alicui dederit, nisi ibi determinatum & exceptum fuerit, quo tenore servet vel non servet eas, contradicere eis ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit, ut violator fidei judicetur.

Item qui nuncium aliquem, pro eo quod contra dicturus mittitur, læserit, fidem suam violavit, & de cætero omni honore suo carebit, & in posterum nullus ei contradicet. De filiis [9] quoque sacerdotum, diaconorum, rusticorum, statuimus, ne cingulum militare aliquatenus assumant: & qui jam assumpserunt, per judicem provinciæ a militia pellantur. Quod si dominus alicujus eorum eum in militia contra judicis interdictum retinere contenderit, dominus ipse judici in x. libras condemnetur, servus autem omni jure militiæ privetur. Statuimus etiam, ut si quis vineas [10] aut pomaria exciderit, proscriptioni & excommunicationi incendiariorum subjiciatur. Ut autem hæc tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & eo quo dicta est tenore inconvulsa consistat, eam legibus prædecessorum nostrorum Imperatorum atque regum jussimus interseri, & perpetuo jure servari. Cui si quis ausu temeritatis contraire præsumpserit, Dei omnipotentis & nostræ perpetuo indignationis sit reus. Fiat, fiat. Actum Nurimberc in præsentia Principum, Consilio, & consensu eorum. Anno incarnationis M. CLXXXVII. 3. Kal. Jan.

TIT. XI.

ALIA CONSTITUTIO EJUSDEM DE PACE COMPONENDA ET RETINENDA INTER SUBJECTOS, ET ALIIS CAPITULIS.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus universis subjectis suo imperio, Salutem.

HAc [11] edictali lege in perpetuum valitura jubemus, ut omnes nostro subjecti imperio &c.

TIT. XII.

ALIA CONSTITUTIO EJUSDEM FRIDERICI DE PACE CONSTANTIÆ.

IN [12] nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus &c.

1 Vid. 2. *feud.* 57.
2 Vid. 2. *fend.* 52. *in princ.*
3 Vid. 2. *fend.* 52. §. 3.
4 Vid. 2. *feud.* 55.
5 Vid. 2. *feud.* 56.
6 Vid. 2. *feud.* 27.

7 De incendiariis. 8 Reisa militaris excursio, hinc Raisogneldum, apud Aventinum, multa non respondentis ad delectum.
9 Filii sacerdotum remoti a cingulo militari.
10 *l.* 2. *l.* 3. *ff. arborum furtim.* 63. *Eclog.* 16. *c.* 2. 6. Harmenop. 7.
11 Vid. 2. *feud.* 53.
12 Vid. J. *tit.* 18.

TIT.

TIT. XIII.
ALIA CONSTITUTIO FRIDERICI DE JURE ΠΡΟΤΙΜΗΣΕΩΣ [1].

SAncimus a modo in omni provincia & in omni civitate, ſi quis ex parentela [2] habeat communem agrum [3], domum, vel vineam, vel rem immobilem diviſam, vel indiviſam, aut ex communi emptione, vel aliquo hujusmodi titulo, vel alio modo aliquo conjunctim, & voluerit alienare ſupradictas res per venditionem, vel emphyteuſim [4] vel locationem, non ante liceat ei alienare, quam denuntiaverit illis quos vocavimus per ordinem in jus προτιμήσεως. In primis [5] vocentur parentes, qui ſunt conjuncti, poſt hos ſocii, poſt hos illi qui ſunt conjuncti, etiam ſi extranei ſint, poſt hos vocentur omnes qui ſunt ſub uno ſervitio, & qui ſunt conjuncti ex aliqua parte. Sin autem plures ſint in jure προτιμήσεως, omnibus denuntietur, ut intra [6] triginta dies ſolvendo juſtum [7] pretium ſine mora aut quantum quivis emptor ſine fraude dederit, unusquisque portionem ſuam accipiat. Verum ſi intra ſtatutum terminum juſtum pretium non ſolverit, de cætero non habebit jus προτιμήσεως, niſi ſi quis eorum erat in captivitate, vel deportatus, vel in exilium miſſus, vel abſens reipublicæ cauſa, aut ex propria ſua cauſa, vel minor viginti quinque annis: & licet iſti fuerint abſentes ex juſta cauſa, tamen tutores eorum, vel curatores, vel procuratores, vel defenſores intra quatuor menſes debent venire & ſolvere juſtum pretium cum legitimis uſuris [8] & expenſis neceſſariis, & accipere jus προτιμήσεως, & extraneos emptores omnimodo expellere, & ſi neglexerint hoc facere, ſarcient de propriis ſuis quidquid incommodi illi habuerint. Licet autem ſupra diximus omnes vocari ad jus προτιμήσεως, tamen ſi [9] probatum fuerit quod atroces injurias vel manus impias venditori vel ejus familiæ intulerint, vel ipſius ſubſtantiæ gravem jacturam moliti ſunt, vel contra ejus vitam niſi ſunt, omnes iſti nullo modo ſine voluntate venditoris ad jus προτιμήσεως veniunt. Ex [10] cauſa tamen dotis vel donationis propter nuptias vel ſimplicis donationis vel donationis cauſa mortis vel ex teſtamento, permutatione, transactione, & parentes & extranei omnes poſſunt alienare, niſi quis vendendo vel locando ei qui non habuit jus προτιμήσεως ſimulate donaverit vel legatum dederit. Ideoque illi qui habent jus προτιμήσεως, poſſunt exigere juramentum [11] a venditore & emptore, & poſt juramentum ſi probatum fuerit contra Conſtitutionem noſtram ſimulate hoc feciſſe venditorem & emptorem, rem & pretium [12] perdent, & fiſco applicabitur, fiſcus autem vendet rem illam illis qui habent jus προτιμήσεως. Sed ſi ante juramentum probatum fuerit hoc eos feciſſe, venditio erit irrita, & venditor cogetur [13] invitus vendere illis qui habent jus προτιμήσεως. Prohibemus autem potentiores [14] perſonas aliquid accipere prætextu adoptionis, vel donationis ſimplicis aut cauſa mortis, ex teſtamento, vel ex uſucapione, aut ſub prætextu defenſionis, niſi forte parentes fuerint. Potentiores [15] autem dicimus, qui non tantum per ſe, ſed etiam per propinquos poſſint inferre timorem alienatoribus, aut promiſſionem beneficii. Quod ſi aliquis ex potentioribus hoc præſumpſerit facere, ſit alienus ab illa re, & æſtimationem illius rei præſtet fiſco. Transcurſo tamen decennio [16] ſine denunciatione, nulla de cætero moveatur controverſia illis qui poſſident ex aliquo contractu vel ex donatione vel ex teſtamento, ab illis qui habent jus προτιμήσεως vel etiam fiſco.

TIT. XIV.
ALIA EJUSDEM DE JURE ΠΡΟΤΙΜΗΣΕΩΣ.

QUum omnibus hominibus qui legibus reguntur & moribus, præceptum eſſe conſtet, jus ſuum cuique tribuere [17], nec cuiquam jus ſuum detrahere, libertatis [18] procedente gratia qua naturaliter quod cuique facere libet, niſi quid vi aut jure prohibetur, eſt conceſſa facultas, res ſuas unicuique liberum eſſe aut propter [19] nuptias donationis, aut dotis, aut ſimplicis donationis, aut cujuslibet alienationis, aut ultimæ voluntatis diſpoſitionis cauſa ſive teſtamentario jure in alium transferre, non eſt ambigui juris. Sed quoniam & jure præcipitur, honeſte vivere, alterum non lædere, ne hi qui cognatione vel communione, vel aliquo propinquitatis modo eorum qui vendunt urbanis ruſticisve prædiis adhærendo ab his qui intromiſceantur, lædantur, vel aliter ipſa venditione impediantur, jure προτιμήσεως præferri ſancimus &c.

TIT. XV.
ΝΕΑΡΑ ΡΩΜΑΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΡΟΝΤΟΣ, ΠΕΡΙ ΕΚΠΟΙΗ*σεως κτημάτων καὶ προτιμήσεως συγγενῶν, καὶ κοινωνῶν, καὶ ἀναμεμιγμένων καὶ συμπαρακειμένων ὁμοτελῶν, καὶ συναπτῶς ἡνωμένων καὶ τῶν νοουμένων ὁμοτελῶν χωρίων, καὶ ἀγριδίων, καὶ κωλυμάτων, δυνατῶν προσώπων, καὶ ἐκποιήσεως ϛρατιωτικῶν κτήσεως.*

Παλαιὸς νόμος ἐϛὶν, ἵνα μηδεὶς &c. [20]

Vocantur hac conſtitutione in jus προτιμήσεως cognati primum conſortes, veluti fratres, qui paterna prædia pro diviſo aut pro indiviſo poſſident, hi ſunt qui dicuntur οἱ ἀναμὶξ συγκειμένοι συγγενεῖς, auctoribus Græcis interpretibus, qui & inde adnotant recte conſortes extraneos præferri cognatis non conſortibus. Poſt cognatos conſortes vocantur ſocii, deinde qui rem communem habent citra ſocietatem, ſive ſint cognati ſive exteri, tum ii qui communi cenſus vinculo tenentur, licet non eodem loco cenſum exſolvant, poſtremo vicini & confines. Hi teſtato denuntiandi ſunt antequam venditio fiat extraneo. Denunciatis datur menſis, procuratoribus eorum menſes quatuor, non denuntiatis decennium, dominis ἐμφυτεύσεων & feudorum longe alia tempora, *l. ultima Cod. de jure emphyt. & ſupra* 2. *titul.* 9. & ii qui præſentes venditioni adfuerunt, & tacuerunt, ut interpretes Græci adnotant rectiſſime, nec venditioni conſenſiſſe, nec pro denunciatis habentur, *l. Titia. §. Lucia. ff. de leg.* 2. *l. Gajus. ff. de pign. act.* Conſenſu amittitur jus προτιμήσεως & præſcriptione temporis, & ingratitudine ſive indignitate. Datur etiam hac Novell. jus προτιμήσεως convicanis, ſecundum *l.* 1. *C. non lic. habit. metr.* Eſt & aliud hac Novell. caput de locupletioribus & potentioribus, ut ne quid ex bonis tenuiorum adquirant ἔν τισι χωρίοις ἢ ἀγριδίοις, ἐν οἷς οὐκ ἔχουσιν ἴδια κτήματα, ut explicatius enarrant interpretes. non igitur niſi ἀνακοινώσεως, aut πλησιασμοῦ jure, & ad definitionem potentiorum, Novell. Conſtantini Porphyrogennetæ περὶ δυνατῶν τῶν εἰσελθόντων εἰς κτῆσιν πενήτων declarat nihil intereſſe potentior ſit qui emerit, an is qui potentiori domeſticus ſive προσοικειωμένος fuerit, Fridericus male propinquus. Igitur ne potentiores quidem derogare poſſunt juri προτιμήσεως, quinimo ſeverius cum his agitur. nam neque donationis aut teſtamenti aut transactionis aut patrocinii aut adoptionis jure ad bona tenuiorum pervenire poſſunt. Sed eadem & hos quæ ſuperiores tuetur præſcriptione decennii.

Poſtremum caput vetat alienationem prædiorum militarium: quod omnino pertinet ad feuda, & conſentit etiam cum Friderici & Lotharii Conſtitutionibus, ne milites per inopiam muneribus militaribus reddantur inhabiles, publicove depereat cenſus qui eo nomine dependi ſolet. qua de re viſum etiam eſt proponere Novellam Conſtantini Porphyrogennetæ.

TIT. XVI.
ΝΕΑΡΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ.

ΩΣΠΕΡ *σώματι κεφαλὴ* &c.

Ut Lotharii & Friderici Conſtitutione feuda nullo modo poſſunt a militibus alienari, ita nec ea prædia militaria quæ relata ſunt in Codices militares ex hac Conſtitutione, quæ feudis comparamus. Cetera autem quæ Codicibus militaribus abſunt, poſſunt alienari usque ad certum modum, puta ſecundum ejus diſtinctionem, ſi modo retineat ſibi tantum ex iis miles quantum conficiendis quatuor vel duabus libri auri ſufficiat, ne ſcilicet omnino redactus ad inopiam, & militiæ reddatur inutilis, quæ eſt etiam ratio Conſtitutionum Lotharii & Friderici. Sed hoc diſtabant illa prædia militaria a feudis, quod illa a nemine recognoſcebant, quippe cum eorum eſſent milites pleno jure domini, & conſequenter quod alienatione aliis non aperirentur, ſed illis ipſis reſtituerentur. Cæterum ut Fridericus nullam cenſet emptori præſcriptionem temporis opitulari poſſe, quominus venditio reſcindatur, ita nec Conſtantinus, niſi 40. annorum, quaſi ſcilicet omnis qui ea prædia emerit in eo pro malæ fidei poſſeſſore habeatur, *l.* 7. *C. de agr. & cenſ.* licet in fructuum & ejus quod intereſt ratione diſtinguat inter bonæ & malæ fidei emptorem, ſicut Fridericus in pretii repetitione. Et præterea longi tantum temporis præſcriptionem excludere Fridericus voluit. Militibus hac ſive novella ſive edicto Conſtantinus adnumerat cauſarios, & quid juris ſit ſi prædia miles a milite emerit, definit, & alia quædam.

1 Paucis de jure προτιμήσεως (cujus originem ad jus divinum quidam referunt. *Lev.* 25.) dicendum. Jure Romano, ſi teſtator vetuiſſet fundum alienari extra familiam, fundo in exterum alienato, proximiori agnato fidei commiſſi petitio competebat, *l.* 32. *§. ult. ff. de leg.* 2. fundo ulteriori agnato vendito, non competebat. *arg. l.* 114. *§.* 15. 16. *ff. de legat.* 1. *l.* 32. *in fin. l.* 67. *§.* 5. *ff. de leg.* 2. *l.* 54. *ff. ad l. Falcidiam.* Apud eosdem, etiam proximis conſortibusque conceſſum erat, extraneos ab emptione removere, quod licet poſtea vetitum. *l.* 14. *C. de contr. empt. l.* 16. *ff. de reb. auctor. jud.* reductum tamen eſt, genearchici videlicet atque paterni feudi retractu, proximioribus agnatis conceſſo, *ut hic, &* 2. *feud.* 26. *§.* 5. *verſ. Titius.* jure civili dominus præfertur extraneo in emendis meliorationibus coloni. *l.* 2. *C. de jure emphyteutic.* jure conſuetudinario apud quasdam gentes allodialium fundorum & cenſibus obnoxiorum retractus proximis permiſſus eſt, his concurrentibus. Qui retrahit ſibi ac in uſum ſuum, non alteri, intra tempus retractui definitum, expenſas. *l.* 30. *ff. de minor.* Juſtumque pretium emptori offerre debet. *arg.* 2. *feud.* 3. *§.* 1. *l.* 3. *§.* 4. *ff. de act. empt.* aut id quod apparet, deponere, ac de eo, quod obſcurius erit ſatisdationem offerre. *l.* 5. *l.* 34. *§.* 1. *ff. de ſtatu liber.* Goth. Vid. in hanc conſtit. Matth. de Afflict. *tr. de jure protimeſ.* Anſ.

2 Id eſt, cognatione, aut agnatione potius.

3 In rebus mobilibus, jus retractus locum non habet.

4 In quibus contractibus jus retractus locum habeat, *ut hic:* in quibus non habeat *verſ. ex cauſa* ☞. *eod.*

5 Qui potiores in jure retractus ſint.

6 Intra quod tempus jus retractus competat, *ut hic:* adde & aliud tempus 4. menſium ☞. *eod. ibi, intra quatuor menſes.*

7 De juſto pretio emptori a retrahente offerendo.

8 De uſuris & expenſis neceſſariis, a retrahente emptori offerendis.

9 Qui ex agnatis removeantur a jure προτιμήσεως, ſive retractus.

10 In quibus contractibus jus προτιμήσεως locum non habet.

11 De juramento ab emptore ſimulato præſtando.

12 Pœna committentis in jus retractus.

13 Invitus interdum quis vendere cogitur.

14 In fraudem cognatorum non licet feudum alienare in potentiores perſonas.

15 Potentiores perſonæ quæ dicantur.

16 Quo tempore emptores præſcribunt adverſus proximiores venditores agnatos.

17 *l.* 10. *§.* 1. *ff. de juſtitia & jure.*

18 *§.* 1. *Inſtit. de jure perſon.*

19 *tit.* 13. *ſupr. eod.*

20 Vid. 3. Harmenopul. 3.

FEUDORUM FINIS.

CONSTITUTIONES FRIDERICI SECUNDI IMPER. INCIPIUNT.

TIT. I. vel, TIT. XVII.

De statutis & consuetudinibus contra libertatem ecclesiæ editis, & immunitate locorum religiosorum ubique morantium & fori privilegio, & Gazaris, & Patarenis, & aliis hæreticis, eorumque successoribus, & naviglis peregrinis & advenis quocumque locorum hospitantibus, eorumque successoribus, & de agricolarum securitatibus.

FRIDERICUS [1] Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, Marchionibus, Comitibus, cunctisque populis, quos clementiæ nostræ regit imperium, Salutem & gratiam.

IN die qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepimus imperii diadema, curavimus ad Dei & ecclesiæ suæ honorem, edere quasdam leges, quas in præsenti pagina jussimus annotari, per totum nostrum imperium publicandas. Per imperialia vobis scripta præcipiendo mandamus, quatenus eas quisque literas in suo districtu irrefragabiliter & inconcusse servet.

Et sunt hæ leges [2].

Ad decus & honorem imperii, & laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere, quam ut expurgatis quibusdam erroribus, & iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cætero ecclesia Dei plena quiete vigeat, & secura gaudeat libertate. Sane adeo infidelium quorundam & injustorum iniquitas abundavit, ut non dubitent contra apostolicam disciplinam, & sacros canones statuta sua confingere, contra ecclesiasticas personas, & ecclesiæ libertatem. Cum ergo dispositione divina favente nihil velit ecclesia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concursu & eadem non placeat voluntate.

§. 1. NOS [3] Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus, hac edictali lege irritamus, & irrita nuntiamus omnia statuta [4] & consuetudines, quæ civitates, vel loca, potestates, consules, vel quæcunque aliæ personæ contra [5] libertatem ecclesiæ, vel ecclesiasticas personas edere, vel servare adversus canonicas vel Imperiales sanctiones præsumpserint: & ea de capitularibus [6] suis mandamus intra duos menses post hujus publicationem edicti penitus aboleri: & [7] si de cætero similia attentaverint, ipso jure decernimus esse nulla, & eos sua jurisdictione privatos, superiori protinus applicanda: necnon locum ubi deinceps talia præsumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus subjacere: potestates [8] vero, consules, rectores, statutarii, & scriptores dictorum statutorum, necnon & consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta vel consuetudines memoratas judicaverint, sint ex tunc ipso jure infames: quorum sententias & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quod si per annum hujus nostræ constitutionis inventi fuerint contemptores: bona [9] eorum per totum nostrum imperium mandamus impune ab omnibus occupari: salvis nihilominus aliis pœnis contra tales in generali concilio promulgatis.

§. 2. Item [10] nulla [11] potestas, vel persona publica, vel privata collectas sive exactiones [12] angarias, vel parangarias ecclesiis, vel aliis piis locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut invadere bona ecclesiastica præsumant: quod si fecerint, & requisiti ab [13] ecclesia, vel ab imperio, emendare contempserint, triplum [14] refundant: & nihilominus banno imperiali subjaceant: quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur [15].

§. 3. Item [16] quæcunque communitas, vel persona per annum in excommunicatione [17] facta propter libertatem ecclesiæ perstiterit, ipso jure imperiali banno [18] subjaceat: a quo nullatenus extrahatur, nisi [19] prius ab ecclesia absolutus fuerit.

§. 4. Item [20] statuimus, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel civili trahere ad [21] judicium seculare præsumat, contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. Quod si fecerit, actor a jure suo cadat, & judicatum non teneat: & judex sit ex tunc judicandi potestate privatus. Statuimus enim, ut si quis clericis vel personis ecclesiasticis justitiam [22] denegare præsumpserit tertio requisitus, suam jurisdictionem amittat.

§. 5. Gazaros [23], Patarenos, Leonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circumcisos [24] & omnes hæreticos utriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua [25] damnamus infamia, diffidamus atque bannimus [26], præcipientes, ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur: ita quod filii ad successiones eorum pervenire non possint: cum longe gravius sit æternam quam temporalem offendere majestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspicione [27] notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ, juxta considerationem suspicionis, ac qualitatem personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quod si sic per annum manserint, ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus.

§. 6. Statuimus [28] etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates, consules, seu rectores, quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publice juramentum [29], quod de terris suæ jurisdictioni subjectis universos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod a modo, quandocunque fuerit quis in potestatem, sive perpetuam, vel temporalem, assumptus, hoc teneatur capitulum juramento firmare, alioqui nec [30] pro potestatibus, nec pro consulibus habeantur: & eorum sententias irritas extunc decernimus & inanes.

§. 7. Si [31] vero dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica pravitate: post annum a tempore admonitionis elapsum, terram illius ipsis exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis, absque ulla contradictione possideant, & in fidei pietate conservent: salvo jure domini principalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat, eadem nihilominus lege servata contra eos qui non habent dominos principales.

§. 8. Credentes [32] præterea, receptatores [33], defensores, & fautores hæreticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit ab ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, extunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendum aliquos ad hujusmodi, neque ad testimonium admittatur, sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte judex extiterit, ejus sententia nullam habeat firmitatem: nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per eum confecta, nullius penitus sint momenti [34].

§. 9. Navigia [35] quocunque locorum pervenerint, si quo casu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram pervenerint, tam navigia ipsa, quam navigantium bona, illis integra [36] reserventur ad quos spectabant, antequam navigium illud periculum incurrisset, sublata omnium locorum penitus consuetudine, quæ huic adversatur sanctioni: nisi talia sint navigia, quæ piraticam [37] exerceant pravitatem, aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Transgressores vero hujus nostræ constitutionis, bonorum suorum publicatione multentur: & si res exegerit, eorum audacia juxta mandatum nostrum modis aliis compescatur.

§. 10. Omnes [38] peregrini [39] & advenæ libere hospitentur [40] ubi voluerint: & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem: quorum ordinatio inconcussa servetur. Si qui vero intestati [41] decesserint, ad hospitem nihil perveniat: sed bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur heredibus, si fieri potest: vel in pias causas erogentur. Hospes [42] vero si aliquid de bonis talium contra hanc constitutionem nostram habuerit, triplum episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum: non [43] obstante statuto aliquo, seu consuetudine seu privilegiis, quæ hactenus contrarium inducebant. Si [44] qui autem contra præsumserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem: ut in eo puniantur, in quo deliquerint: alias prout culpæ qualitas exegerit, puniendi [45].

§. 11. Agricultores [46], & circa rusticitatem occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi [47] sint quacumque parte terrarum: ita ut nullus inveniatur tam audax, qui [48] personas, vel boves, agrorum instrumenta, aut si

1 Anno 1212. electus præfuit annis 35. *Sabellic.* 2 Hæc constitutio est Friderici II. lata Anno 1220. approbata ab Honorio III. confirmata a Bonifacio VIII. & in quantum Hæreticorum coërcitionem tangit, canonizata in *cap. Inquisitionis. De hæreticis in 6.* Ans. 3 *Hinc sumpta est Auth.* 12. *Cassa C. de sacros. eccles.* 4 Statuta & consuetudines adversus Ecclesiam & Ecclesiasticas personas, non valent. adde *c. noverint. de sent. excomm.* 5 Statuta adversus libertatem ecclesiæ ea dicuntur, quæ Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis id auferunt quod eis concessum est jure communi. *DD. in c. Ecclesia. de constit.* 6 Capitularia, acta publica in sua capita, suosque titulos distributa. 7 Statutis adversus Ecclesiam & Ecclesiasticas personas utentes punitur. 8 Adde *c. gravem de sent. excomm.* 9 Feudis privantur vasalli adversus libertatem Ecclesiæ aliquid statuentes. 10 Ut in Ecclesiam ejusve personas nullus magistratus potestatem exactionis indicendæ habeat. 11 *Hinc sumpta est Authent.* 1. *item nulla, C. de episcop. & cler.* 12 Ecclesia tamen a quibusdam exactionibus non est immunis, *l. ad instructiones* 7. *C. de sacros. eccles.* 13 Forum ecclesiasticum sortiuntur, qui bona ecclesiæ invadunt. 14 Pœnam tripli patiuntur, qui extorquent illicitas exactiones ab ecclesiis, & ecclesiasticis personis. 15 Bannum causa cognita remitti potest. unde notant, Bannum, esse interloquutoriam sententiam: nam definitiva remitti non potest, *l. quod jussit. ff. de re judic.* 16 *Hinc sumpta est Authent.* 13. *Item quæcumque. C. de episc. & cler.* 17 Excommunicari etiam collegia possunt. 18 Banniri etiam possunt universitates & communitates. 19 Bannum ante executionem ejus remitti potest, *ut hic*, postea non, *l.* 1. *C. de requir. reis.* 20 *Hinc sumpta est Authent. statuimus. C. de Episcop. & Cleric.* 21 Ut ad forum seculare ecclesiastici non trahantur: & ut qui secus fecerit, jure suo privetur. 22 Jus reddere aut in eo reddendo negligens, jure suo privatur. 23 *Hinc sumpta est Authent. Gazaros. C. de hæret. & Manich.* 24 V. hunc locum pleniorem apud Petrum de Vineis. 1. *Epistol.* 27. ubi plures recenset hæreticos. Adde & eundem *Epistola* 26. ubi de Patarenis. 25 Ut hæretici sint infames & banniti: ut eorum bona publicentur, Item ut ne filii eorum succedant. 26 Bannitos posse impune offendi, hinc colligunt. 27 Ut suspectus hæreseos si mandatu ecclesiæ intra annum se non purgaverit, ut hæreticus damnetur. adde *c. urgentes de hæreticis. c. cum contumacia de hæreticis in* 6. 28 *Hinc sumpta est Auth.* 19. *statuimus. C. de episc. aud.* 29 Ut judices omnes jurent se hæreticos ex territorio suo ejecturos. 30 Judicis negligentis & contumacis in eliminandis, seu extra jurisdictionem suam arcendis hæreticis, bona a quoquo posse occupari hic notant interpretes: ea lege, ut qui ea bona occupaverit, ea a superiore ipsius hæretici domino recognoscat. 31 *Hinc sumpta est Authent. si dominus. C. de hæret. & Manich.* 32 *Hinc sumpta est Auth. credentes. C. eod. tit.* 33 Hæreticum recipiens simili pœna cum ipso hæretico puniendus, *ut hic: & c. sicut c. adversus. de hæreticis.* 34 Adjicimus insuper, quod hæreticus per hæreticum convinci possit, & quod domus Patarenorum, receptatorum, defensorum & fautorum sive ubi docuerint, sive ubi aliis manus imposuerint, destruantur, nullo tempore reparandæ. Petrus de Vineis 1. *epist.* 27. 35 *Hinc sumpta est Auth. navigia C. de furt.* 36 Navigia casu in portum revecta, vectigal non præstare hic notant. facit *l. Cæs. ff. de publican.* 37 Piratæ ut hostes fidei & Imperatoris, a quovis spoliari possunt: & qui sint ipso jure diffidati, hoc est, banniti. 38 *Hinc sumpta est Authent. omnes C. commun. de success.* 39 Peregrini & advenæ libere hospitari & testamentum facere apud nos possunt. Quin, eorum intestatorum bona apud nos industria aut quovis alio modo quæsita, per loci magistratum, vel episcopum, heredibus ab intestato servanda sunt: qui si nulli sint, in pias causas eroganda. 40 Peregrinis hospitium debemus, *ut l.* 1. *§.* 1. *ff. nautæ. l.* 1. *§. servi ff. furti adversus naut.* 41 Peregrinorum vacantia bona non sunt fisci, sed Christi: hoc est, ubi nulli sunt peregrino heredes ab intestato vel testamento, ea bona in pias causas dispensanda. Quod contra jus civile est, *l.* 1. *C. de bonis vacantibus.* 42 Peregrini mortui apud nos bona, qui sine ejus voluntate contrectat, neque ea episcopo loci indicat, triplum præstat. 43 Clausula hac generali, *Non obstante.* statuta tolluntur, ut necesse non sit integrum tenorem statuti adjicere. 44 Statutum invalidum non excusat a delicto. 45 Peregrinum testari qui prohibet, fit ipse intestabilis. Imo punitur criminaliter pro criminis qualitate. 46 *Hinc sumpta est Auth. agricultores. C. quæ res pign. oblig.* 47 Agricolis securitas debetur. 48 Agricolarum personæ, animalia & instrumenta rustica, debiti nomine manu injecta capi non possunt: pœ-

quid aliud ſit quod ad operam ruſticalem pertinet, invadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem hujusmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, infamiam ipſo jure incurrat, imperiali animadverſione nihilominus puniendus.

§. 12. Nos vero Honorius [1] epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, has leges a Friderico Romanorum Imperatore filio noſtro chariſſimo pro utilitate omnium Chriſtianorum editas laudamus, approbamus & confirmamus, tanquam in æternum valituras, & ſi quis auſu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunque modo has infringere tentaverit: indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

na in ſecus facientem, quadrupli & infamiæ conſtituta. 1 Honorius hic tertius Fridericum Secundum coronavit. Kranz. *c.* 38. Idem Petrum Altiſiodorenſem cum Iola ejus uxore Græcorum Imperatorem coronavit. Blondus 7. *dec.* 2. in Apulia bellum geſſit cum Cæſare. *Sabellic.* Civile jus in Academia Pariſienſi legi vetuit. *Sabellicus.*

EXTRAVAGANTES,

QUAS

NONNULLI XI. COLLATIONEM

APPELLANT.

TIT. I. vel, TIT. XIX.

QUOMODO IN LÆSÆ MAJESTATIS CRIMINE PROCEDATUR.

HENRICUS SEPTIMUS [1] divina favente gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

Ad reprimendum multorum facinora qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis, adverſus Romanum imperium, in cujus tranquillitate totius orbis regularitas requieſcit, hoſtili animo armati conantur nedum humana, verum etiam divina præcepta, quibus jubetur, quod omnis anima Romanorum principi ſit ſubjecta, ſceleratiſſimis facinoribus & aſſiduis rebellionibus demoliri: ne ex eorum abſentia, in deteſtando læſæ majeſtatis crimine proceſſus & ſententia retardentur, & tanti ſceleris nefanda temeritas remaneat impunita: Hac edictali, Deo propitio, perpetuo valitura lege ſancimus, ut in quocunque læſæ majeſtatis crimine, & maxime, ubi contra Romanorum imperatores vel reges aliquid quod dictum tangat aſſeratur commiſſum, poſſit procedi per accuſationem, inquiſitionem [2], ſeu denuntiationem, ſummarie & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, prout illi, qui juriſdictioni præeſt, videtur expedire. Ad hoc, ſi qua communitas, corpus, vel collegium, vel alia quævis perſona, cujuscunque ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, ſuper dicto crimine per nuncium, vel per literas, ſeu etiam per edictum publice propoſitum citata, vel citatum neglexerit in termino perſonaliter vel legitimo comparere: contra ipſam vel ipſum perinde ac ſi præſentialiter omnibus intereſſet, vel lis foret legitime conteſtata, tam ad receptionem teſtium, & eorum publicationem, & ſequentia, quam ad definitivam ſententiam, & ejus executionem procedatur: legibus & conſuetudinibus non obſtantibus quibuscunque. Hanc autem generalem legem noſtram extendi jubemus ad præterita [3], præſentia & futura: quam legem ex nunc absque alterius temporis exſpectatione tranſcurſus ſuum integrum vigorem decernimus obtinere.

TIT. II. vel, XX.

QUI SINT REBELLES.

Idem ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam nuper eſt auditum noſtrum deductum, quod inter nonnullos fideles & ſubditos noſtros provinciæ Lombardiæ, aliorumque locorum Italiæ diſceptationes & dubia ſæpius oriuntur, an infidelis & rebellis imperii quisquam reputari debeat, niſi prius per noſtræ majeſtatis ſententiam condemnatus appareat: & nos attendentes quod acta prava malorum potius quam verba ſententiarum ipſos faciunt pœna condignos, & eo ipſo quod quis peccat, correctionem meretur: & quanto plus differtur punitio, tanto amplius culpa creſcit, & gentibus pernicioſius in exemplum tranſit. Tenore præſentium declaramus, decernimus, & pronuntiamus, quod illi [4] omnes & ſinguli ſunt rebelles, & infideles noſtri imperii, qui quomodocunque publice vel occulte [5] contra noſtrum honorem & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & contra noſtri imperii proſperitatem aliquid machinantur: contra nos, ſeu officiales [6] noſtros in iis quæ ad commiſſum eis officium pertinent, rebellando. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam declarationis & pronunciationis infringere, vel auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam mille librarum noſtræ cameræ ſolvendarum ſe noverit incurſurum. Data Piſis 4. Nonas Aprilis: regni noſtri anno quinto, M. CCCXII.

1 *Henricus VII. Lutzelburgenſis* anno 1309. Imperium obtinet, annis 6. imperavit. Lombardiam ſibi ſubjicit, victor Romam intrat, & ibidem coronatur, tandem veneno in Euchariſtia a Monacho ordinis prædicatorum oblato tollitur. *Blond. Platin.* Ei ſucceſſit *Ludovicus V.* Bavarus. Hoc Imperatore *Clemens V* pontifex fuit. Interim ſerva hanc conſtitutionem ab eo latam Piſis, Anno 1312. regni ejus 5. *tit.* 20. J. *eod.* Goth. Juxta formam harum conſtitutionum Henricus VII. contra Robertum utriusque Siciliæ regem proceſſit, & adverſus eum perduellionis ſententiam tulit, paulo poſt quam eas edidiſſet, eumque capitis ſupplicio, regnorum, dignitatum, bonorumque omnium amiſſione damnavit. Alberic. *in l. quisquis num.* 11. *C. ad leg. Jul. Majeſt.* Quæ tamen omnia Clemens V. poſtea annullavit. *Clem. paſtoralis de re Jud.* Anſ. 2 Pragmatici vocant ſecretam informationem, *qua de* vid. Clarum 5. *ſent.* §. *ult. q.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 20. 21. 3 Vid. *l.* 7. *C. de legibus.*

4 Rebelles ſunt qui vel publice vel occulte rebellionis opera faciunt (ita hic loquitur textus) adverſus Principis honorem & fidelitatem: Imperii proſperitatem, aut officiales Principis in commiſſo ſibi officio occupatos. 5 Per inſidias. 6 Adde *l.* 5. *C. ad l. Jul. majeſtat.* vid. Clarum 5. *ſent.* §. *læſæ majeſtat. in verſic. quæro etiam.*

LIBER DE PACE CONSTANTIÆ[1] COMPOSITA INTER IMPERATOREM FRIDERICUM[2] ET FILIUM EJUS HENRICUM, ET QUOSDAM NOBILES ALEMANIÆ EX UNA PARTE, ET CIVITATES LOMBARDIÆ, MARCHIÆ, ET ROMANDIOLÆ, EX ALTERA.

TIT. III. vel XXI.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis: Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, & filius ejus Henricus, sextus Romanorum Rex, Augustus. † Imperialis clementiæ immensa serenitas mansueta, eam semper in subditis suis dispensationem favoris & gratiæ habere consuevit, ut quamvis districta severitate excessuum delicta debeat & possit corrigere: magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis & piis affectibus misericordiæ Romanum imperium regere, & rebellium insolentiam ad debitam fidem, & debitæ devotionis obsequium revocare. Ea propter cognoscat universitas fidelium imperii tam præsentis ætatis, quam successivæ posteritatis, quod nos solita benignitatis nostræ gratia, ad fidem & devotionem Lombardorum, qui aliquando nos & imperium nostrum offenderant, viscera nobis innatæ pietatis aperientes, eos & societatem ac fautores eorum in [3] plenitudinem gratiæ nostræ recipimus, offensas omnes & culpas quibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes: eosque propter fidelia devotæ sinceritatis servitia, quæ nos ab eis credimus[4] certissime recepturos, in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus. Pacem itaque nostram quam eis clementer indultam concessimus, præsenti pagina jussimus subscribi: & auctoritatis nostræ sigillo [5] communiri: cujus est hic tenor & series.

Nos Romanorum Imperator Fridericus, & filius noster Henricus Romanorum Rex, concedimus vobis, civitatibus, locis & personis societatis regalia [6] & consuetudines nostras tam in civitate quam extra civitatem, videlicet Veronæ & castro ejus, suburbiis etiam, & aliis civitatibus & suburbiis, locis & personis societatis in perpetuum, videlicet ut in ipsa civitate omnia habeatis sicut hactenus habuistis, vel habetis. Extra vero omnes consuetudines [7] sine contradictione nostra exerceatis, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis tam in foro, vel in nemoribus & pascuis, & pontibus, aquis & molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis, vel habetis in exercitu, in munitionibus civitatum, in jurisdictione, tam in causis criminalibus [8], quam in causis pecuniariis, intus & extra, & in cæteris, quæ ad commoditatem spectant civitatum.

Volumus ut regalia quæ vobis non concessimus, in hunc modum cognoscantur per episcopum loci: & homines tam de episcopatu quam de civitate eligantur viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei esse credantur: tales qui nec contra civitatem nec nostram majestatem privato vel speciali odio teneantur: qui jurent bona fide & sine fraude perquirent, & inquisita consignabunt ea quæ specialiter ad nostram excellentiam spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint: censum duorum millium marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis visa fuerit. Si [9] quis autem super his quæ vobis concessimus vel permisimus, sive in civitate, vel extra civitatem, querimoniam apud majestatem ipsam deposuerit: ejus [10] querimoniam non admittemus, & silentium ei imponemus.

Hoc quod nos [11] vel noster antecessor Rex vel Imperator episcopis, ecclesiis, vel civitatibus, vel aliis quibuscumque personis, clericis vel laicis ante [12] tempus guerræ dedit [13], vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum & ratum habemus: salvis superioribus concessionibus, ut pro ea solita nobis servitia exhibeantur: sed census non præstetur.

Commoditates quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitatibus, vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debeat præstari.

PRIVILEGIA [14] omnia & data, & concessiones, quæ in privilegium vel damnum civitatum, vel locorum, vel personarum civitatis occasione guerræ in alicujus injuriam prædictorum a nobis, vel nunciis nostris indulta sunt, cassentur [15], & in irritum deducantur. In civitate illa in qua episcopus per privilegium Imperatoris vel Regis comitatum habet, si consules per ipsum episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut consueverunt recipere: alioqui unaquæque civitas a nobis consulatum recipiat. Consequenter vero in singulis civitatibus consules constituentur a nuncio nostro qui sit in civitate vel in episcopatu: & investituram recipient: & hoc usque ad quinquennium. finito quinquennio unaquæque civitas a nobis recipiat, & intra quinquennium a nuncio nostro, sicut dictum est, nisi in Lombardia fuerimus: tunc enim a nobis recipiet. Eadem observentur in successore nostro. Et omnes investituræ gratis fiant. Cum autem nos Imperator divina vocatione decesserimus, vel regnum filio nostro concesserimus, simili modo a filio nostro, vel ejus successore investituram recipietis.

In causis [16] appellationum, si quantitas vigintiquinque librarum imperialium summam excesserit, appellatio ad nos fiat salvo jure & moribus Brixiensis ecclesiæ in appellationibus: ita tamen, ut non cogantur in Alemaniam ire: sed nos habebimus proprium [17] nuncium in civitatibus, vel episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat, & juret quod bona fide, & sine fraude causas examinabit & definiet secundum [18] leges & mores ipsius civitatis, intra duos menses a contestatione litis, vel a tempore appellationis receptæ: nisi justo impedimento, vel consensu [19] utriusque partis remanserit. Consules qui in civitatibus constituentur, tales sint qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant antequam consulatum recipiant.

Vasalli tanquam vasalli, & cæteri omnes tanquam subditi jurare debent fidelitatem principi, nisi sint tales personæ, quibus juramentum remittatur. Bald.

§. 1. Vasalli nostri [20] a nobis investituram [21] recipiant, & fidelitatem faciant sicut [22] vasalli, cæteri omnes sicut cives a sedecim [23] annis usque ad septuaginta: nisi [24] tales personæ sint, quibus debeant & possint sine fraude sacramenta remitti. Vasalli, qui tempore guerræ [25] vel treugæ non postulaverint investituram, vel debita servitia nobis non exhibuerint, hac occasione feudum non amittant. † Libellariæ [26] & precariæ in suo statu permaneant, secundum consuetudinem uniuscujusque civitatis, non obstante lege nostra, quæ dicat, Imperatoris Friderici damna omnia & ablata: etiam injurias quas nos per nos & per [27] nostros ab universitate societatis, vel ab aliquo de societate, vel coadjutoribus societatis sustinuimus, per nos cum nostra parte

1 Hæc constitutio de pace Constantiæ promulgata est Constantiæ in conventu principum: ut & constitutio posita 2. *feud.* 53. Roncaliæ. 2 Fridericus hic primus, cognomento Ænobarbus, seu Barbarossa, Suevus gente, cujus filius fuit Henricus Sextus, *ut hic*: Huic Henrico successit Fridericus Secundus. 3 In gratiæ plenitudinem is recipitur, cui non modo crimen ipsum remittitur, sed & cui honores conferuntur, vel qui ad honores admittitur. Hæc enim plena gratia est. v. *l.* 1. *l. ult. C. de sent. passis & restitutis.* 4 Præsumitur ea mente Princeps esse, ut gratiam subdito conferens, ab eo vicissim gratiam recipiant: ut minime sit mirum, ingratos, ob suam ingratitudinem gratia sua, suisque beneficiis decidere.

5 Sigillo probatur instrumentum, etiamsi deficiat tabellio, *ut hic, cap. extr. de foro competente.* Ita sigillum vim habet consensus & confirmationis, si modo scripturam adjunctam habeat: alias sola sigilli exhibitione, mandatum, præsertim speciale, non probatur, *c. quamvis de pactis.* 6 Regalia sua urbana & extraurbana jura civitatibus concedere Princeps potest, sive ea sint in terra sive in aquis & silvis: sive in pace, sive in bello, sive in pecuniariis, sive in criminalibus causis. 2. *feud.* 56. 7 Rebellione consuetudines amittuntur ut & privilegia. 8 Imperium merum hodie civitates exercent consuetudinario jure. 9 Princeps quod ex certa scientia facit, retractare id nemo debet. adde *l. ult. C. de legibus. l.* 3. *C. de crimine sacrilegii.* 10 Sententia pro eo dicta, quem audiri vetuit lex, non valet.

11 Regem Romanorum, vivo ac superstite Imperatore privilegium concedere posse hic notatur. 12 Pace inita, hostes in sua bona restituuntur: adeo ut si belli tempore aliis donata fuerint, donatariis auferri debeant. Rex enim indulgentiæ nudæ vim non habet, sed & restitutionis in integrum. 13 De rebus a principe donatis. 14 De privilegiis. 15 Vox *cassentur* ipso jure actum irritum esse innuit. 16 De causis appellationum. 17 Nuntio qui utitur, per se non per alium obligari vult: qui procuratore, per alium, non per seipsum. 18 Appellationis causæ secundum leges & mores ipsius civitatis, in qua appellatio est, finiendæ. Unde notant, in causis appellationum jurisdictionis prorogationi locum non esse. 19 Appellationis tempus potest mutuo consensu prorogari, licet appellationis causa privilegio vel speciali principis statuto decidatur. 20 Forum sortiri seculare perjuros hinc colligunt. vide *c. licet. de jurejur.* 21 De investitura. 22 Juramentum aliud est vasalli, aliud civis. 23 XVIII. *ut* 2. *feud.* 53. 24 Jurisjurandi præstandi necessitas potest ex circumstantiis personarum remitti. 25 Bellum excusat a non postulata investitura, aut non præstitis servitiis, *ut hic.* Quid bellum estne casus fortuitus: ut ad instar casuum fortuitorum excuset? Quidam putant, Casibus fortuitis adnumerari, nisi eo tempore, quo contractum negotium proponitur, bellum prævisum esse dicatur. adde *l. habitatores* 27. *in fin. ff. locati.* 26 De libellariis & precariis. 27 Principi ipsi injuria fit mediate & immediate: mediate, cum ejus sit consiliariis aut offi-

remit-

remittimus gratis, & plenitudinem nostræ gratiæ eis damus. † Moram [1] superfluam [2] in civitate vel episcopatu pro damno civitatis non faciemus. Civitates [3] mutare [4], vel extra munitiones facere eis liceat. † Item societatem quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint, renovare [5] eis liceat. † Pactiones [6] timore [7] nostro, vel per impressionem nunciorum factæ cassentur, & pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur. † Pacta Placentinorum, scilicet pactum pontis Padi, & fictum [8] ejusdem pontis, & regalium & datium, & pactum, quod episcopus Hugo fecit de castro Arquato, & si aliqua facta sunt similia ab ipso episcopo vel a communi, vel ab aliis de societate nobiscum, vel nostro nuncio, ipso ponte remanente cum omnibus suis utilitatibus Placentinis: ita tamen quod teneantur persolvere fictum abbatissæ sanctæ Juliæ de Brixia, & si quæ sunt similes.

Dicit quod sententiæ per imperatorem latæ contra rebelles occasione rebellionis & partialitatis, rescinduntur facta pace.

§. 2. Sententiæ [9] quoque quæ [10] de jure & secundum leges & consuetudines contra aliquem vel aliquos de societate latæ sunt, teneant, sicut de jure contra eos tenerent, si gratiam nostram non habuissent. Quæ vero contra aliquem vel aliquos de societate latæ sunt occasione guerræ seu discordiæ, in irritum deducantur. Possessiones omnes quas quisque de societate tempore guerræ tenebat juste, si per vim ablatæ sint ab eis qui de societate non sint, cum fructibus [11] & sine damno restituantur: vel si eas recuperaverit, quiete possideat: nisi per electos arbitros [12] ad cognitionem regalium nobis assignentur. Opizoni [13] marchioni omnem offensam, quam nobis vel alicui partis nostræ fecerit, postquam in societate fuerit, vel per se, vel per aliquam personam cum societate, vel defendendo aliquem de societate, imperiali clementia per nos & nostram partem remittimus, & in plenitudinem nostræ gratiæ eum recipimus: nec per nos, nec per interpositam personam pro præteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferemus injuriam, læsionem, vel coërcitionem.

† Amplius eam jurisdictionem quam Mediolanenses exercere [14] consueverunt in comitatibus Seprii & Martexanæ & Burgariæ, & in aliis comitatibus, exceptis locis quæ Pergamenses nomine nostro tenent inter Alduam & Oleum, excepto Romano veteri & Bariano, & eam quam modo exercent, libere & quiete habeant & possideant, sine contradictione nostra, & successorum nostrorum, salvis pactis & datis, & concessionibus in suo robore durantibus, quæ Mediolanenses per commune fecerunt civitatibus Pergamo, Novariæ, & Laudo: nec per hanc concessionem lædendis [15]: nec ullum præjudicium fiat juri aut consuetudini alicujus civitatis & societatis præter dictas concessiones.

† Pacta inter civitates & societates quondam facta nihilominus firma & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in episcopatu Laudensi præter dictas concessiones: salvo jure aquæ Lambri Mediolanensibus, si quod habent, vel in pedagio. Omnes de societate qui fidelitatem nobis jurabunt, in sacramento fidelitatis adjicient, quod possessiones & jura quæ nos habemus in Lombardia, & possidemus extra societatem, jurabunt bona fide nos manutenere, si opus fuerit, & cum super hoc per nos, vel per certum nuncium fuerint requisiti: & si amiserimus, recuperare: ita videlicet quod finitimæ civitates obnoxiæ sint principaliter ad hoc faciendum: & si opus fuerit, aliæ teneantur ad competens auxilium præstandum.

† Civitates quæ sunt extra Lombardiam in suo confinio, similiter teneantur facere. Si qua vero civitatum ea quæ in conventione pacis ex parte nostra statuta sunt, non observaverit: cæteræ civitates eam ad id observandum bona fide compellant: pace nihilominus in suo robore permanente.

† Nobis autem intrantibus Lombardiam, fodrum [16] consuetum & regale, quæ solent & debent, præstabunt: & vias & pontes bona fide & sine fraude & sufficienter reficient: in eundo & redeundo mercatum [17] sufficiens nobis & nostris euntibus & redeuntibus bona fide, & sine fraude præstabunt: in omni decimo anno fidelitates renovabunt in iis qui eas nobis non fecerunt, cum nos petierimus vel per nos vel per nostrum nuncium. Si qui ex parte nostra de suis justis possessionibus expulsi sunt, restituantur sine fructibus & damno: nisi in causa principali suæ proprietatis jure possit se tueri possessor: salvis prioribus concessionibus: & omnes offensæ eis remittantur: eodem jure servando iis qui sunt ex parte nostra circa restitutionem: nisi civitas adstringatur juramento, ut non restituat: quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere. & si qua controversia fuerit orta de feudo inter nos & alium qui sit de societate, per pares illius civitatis, vel episcopatus in quo descendit, agetur: & secundum [18] consuetudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuerimus, tunc enim in audientia nostra, si nobis placuerit, agitabitur.

† Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta, & juramento firmata inter civitates & civitates, societates & societates, vel civitatem & alias personas, nos audientiam denegabimus.

† Item nos restituimus stratam Veronensibus: & nominatim recipimus Ozolinum in plenitudinem gratiæ nostræ, & omnem offensam ei remittimus. Datum apud Constantiam solenni curia 7. Kalendas Julii.

Sequentia desunt in editione Cujac.

HAnc igitur secundum formam præscriptam, & ut per mediatores pacis, videlicet Guilielmum episcopum Discensem, Henricum Marchionem Sarnensem, fratrem Fridericum de sylva benedicta, & Rodulphum camerarium nostrum, una cum his bona fide [19] intelleximus, & secundum tenorem, quo eandem pacem & concordiam jurari fecimus, & secundum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi, & conservari statuimus: & ut firma permaneat & inconcussa, præsentem paginam nostri impressione sigilli fecimus communiri.

Nomina vero civitatum quibus sic gratiam nostram reddidimus, & præscriptam fecimus concessionem seu promissionem, hæc sunt: Vercellæ, Novaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Padua, Tervisium, Bononia, Faventia, Mutina, Rhegium, Parma, Placentia. Istis autem civitatibus & locis pacem servari volumus, & gratiam nostram reddimus. Præscriptam autem concessionem seu promissionem his non facimus, videlicet Imolæ, Castro sancti Cassiani, Bobio, Pleti de Guarbadona, Ferotræ, Belutiæ, Tenetæ. Ferrariæ autem gratiam nostram reddimus, & præscriptam concessionem facimus seu promissionem, si intra duos menses post reditum Lombardorum a curia nostra de pace præscripta fuerint.

Hanc itaque pacem & concordiam, sicut præscriptum est, tam nos, quam filius noster Henricus Romanorum Rex, per camerarium nostrum Rodulphum jurari fecimus in animam nostram.

Hi autem sunt principes & nobiles curiæ, qui præscriptam pacem & concordiam per se firmam tenere juraverunt: Hermannus Monaster. episcopus, Henricus Cirnensis electus, Citalinus Curiensis, Abbas Gotifredus imperialis aulæ cancellarius, Otto dux Bavariæ, Fridericus dux Sunormæ, filius noster Bertoldus dux Zaermoez, Bertoldus Marchio Histriæ, Hermannus Marchio Veron. Comes Henricus dux Spleten. Comes Theopobus de Lexchomienda, Comes Ludovicus, frater cancellarii de Olfestre, Rodulphus camerarius, Guarnerius de Lombardia, Cano de Minabere, Corradus Pincerna.

Hi sunt nuncii qui ex parte Longobardorum pacem præscriptam & concordiam receperunt, & in præsentia nostra juramento confirmaverunt.

† De Mediolano, Guido de Landriano, Pinamonte de Vicomercato, Adobatus Bultrassus, Guilielmus Burrus, Guercius de Buxolla, Aldericus de Bonate, Rogerius Marcellinus, Loterius Medicus. † De Brixia, Obrandus de Martinengo, Gozed de Turbiado, Desiderius judex, Rodulphus de Concipio, Boccatius de Manerbio, Albericus de Caprino. † De Placentia, Girardus [20] de Artizone, Jacobus Strictus, Hermanus de Carnocampo judex.

† De Pergamo, Albertus de Mapello, Attoficianus [21], Joannes de Pitetigo, Lanfranchus de Monacha, Albertus Attonis, Albertus Albertonis.

† De Verona, Corus judex, Ubertinus de Carcere, Valerianus de Castello, Martius de Castello, Theobaldinus de Nicando, Theobaldinus de Nascenguerra. † De Vincentia, Pileus judex, Ubertinus de Fonte vivo, Cardenarius Marchus de Pauliana. † De Padua, Jansuxellinus [22] judex, Bugelescus de Fonte Glina. † De Tervisio, Florius judex, Gumbertinus.

† De Mantua, Alexandrinus, Jacobus de Amica, Angelus judex, Henricus de Angelo.

† De Faventia, Bernardus judex, Hugolinus de Azo.

† De Bononia, Antonius Potestas, Rolandus Guarini, Matthæus Rodulphi. † De Mutina, Arlotus judex, Reinerius de Bucacabata. † De Rhegio, Albertus cambiator, Rolandus de Charitate. † De Parma, Jacobus Petri Bravi, Mallobatus judex, Vetulus judex, Corradus Banzoni. † De Laude, Vincentius [23] de Sisiraga, Anselmus de summa ripa. † De Novaria, Opizo de Briona, Tedixius Cabalacius, Gerardus de Bomprando. † De Vercellis, Meardus & Vercellinus.

† HÆ autem sunt civitates & loca, quæ pacem præscriptam sub juramento Lombardorum nobiscum receperunt, & eandem per se juraverunt: Papia, Cremona, Communiterdona, Asta, Cæsarea, Janua, Alba, & aliæ civitates & loca, & personæ quæ sunt, & quæ fuerunt in pace nostra.

† HÆC autem sunt nomina nuntiorum, qui investituram consulatus a nobis nomine civitatum receperunt: De Mediolano, Adobatus. De Placentia, Gaardus Artizonus. De Laude, Vincentius Corno. De Vincentia, Pileus. De Padua, Jansus. De Tervisio, Florius. De Mantua, Alexandrinus. De Faventia, Bernardus. De Bononia, Antonius. De Mutina, Arlotus. De Rhegio, Rolandus. De Parma, Jacobus Petri Bravi. De Novaria, Opizo. De Vercellis, Meardus. De Pergamo, Atoficiarius.

† SIGNUM domini Friderici Romanorum inclytiss. Imperatoris. Ego Gotifredus imperialis aulæ cancellarius vice Christiani Moguntinæ sedis archiepiscopi, & Germaniæ archicancellarii recognovi.

† ACTA sunt hæc anno incarnationis millesimo centesimo octogesimotertio: indictione prima: regnante domino Friderico Romano imperatore gloriosissimo, anno regni ejus octogesimosecundo, imperii vero tricesimonono. Datum apud Constantiam in solemni curia 7. Kalend. Julii.

† IN Christi nomine juro ego quod a modo ero fidelis domino imperatori Friderico, & ejus filio regi Henrico, non ero in consilio vel facto, quod ipsi perdant vitam [24], vel membrum, aut mentem, seu coronam imperii vel regni, vel caput, & si scivero aliquem fecisse vel facere volentem: per me vel per alium domino imperatori, vel regi, vel nuntio ejus, sine fraude manifestabo eis & adjuvabo honorem coronæ tenere: & si perdiderit, recuperare bona fide in exercitu & comitatu adjuvabo. Insuper pacem domini imperatoris Friderici, & filii ejus regis Henrici, & suæ partis factam cum societate Lombardiæ, & ejus societatis, sicut scriptum est inde, sine fraude intra quindecim dies post jurata bono [25] intellectu, & sigillo imperatoris sigillata observabo bona fide, & sine fraude, & hoc jurare faciam omnes masculos mecum habi-

cialibus. facit *l. ossa. ff. de religiosis.* 1 De mora superflua ab Imperatore in urbibus non facienda. 2 Moram superfluam Imperatoris in aliqua urbe Glossatores hic interpretantur sex mensium: ut arbitrariam, hoc est eam, quam judex æquus & bonus arbitraretur, *l. continuus.* 137. *§. cum ita. ff. de verborum obligat.* 3 De muris & munitionibus civitatum. 4 Alias, civitati sine jussu principis id non licet, *l. 8. in fin. l. 9. §. 4. ff. de rer. divis. l. 3. ff. ne quid in loco sacro.* 5 Renovari fœdera expresse debent: ideoque si post inducias conventas, civitates mutuo se juverint, non intelligitur ex eo solo tacite fœdus redintegratum. *arg. l. si cum Hermes C. de locato.* 6 De conventionibus per vim factis. 7 Metum etiam infert Princeps. & sic teneri potest actione quod metus causa. Cujusmodi porro negotia inita, rescinduntur & pro infectis habentur, *ut hic.* 8 Id est, merces, vectigal, pensitatio. 9 De sententiis belli tempore latis. 10 Sententiæ adversus rebelles velut adversus rebelles latæ tempore rebellionis, facta pace, rescinduntur, latæ ex jure communi, puta ex causa mutui vel depositi, non rescinduntur, *ut hic.* 11 Fructus & damna hic distinguuntur: unde notant percipientem fructus ex re aliena invito domino, non intelligi damnum dare: qua sententia nihil stultius est. 12 Arbiter citare potest, *ut hic*, etsi territorium non habeat. *c. 1. de foro comp.* 13 Is est Marchio Opitius cognomento Malaspina, de quo vide 2. Othonis Frisingens. 16.

14 Probatur jurisdictionis possessio per exercitia jurisdictionis, qua quis libere ac quiete usus sit. 15 Princeps regalia concedere non potest in præjudicium successorum, aut eorum, quibus prioribus ea regalia concessit. In privilegiis itaque, beneficiis & concessionibus principum qui prior est tempore potior est jure. 16 Fodrum hic in *tit. 1. s. eodem & 2. Feud. 56.* Annonius 5. *c.* 3. annonam militarem interpretatur. Hinc Lotharius & Carolus in suis legibus. Marescalos illorum ad fodrum dirigant. *Guntherus*, id quoque quod fodrum vulgari nomine dicunt. Lucius 3. *in cap. præterea. de jure patronatus.* fodrum Albergarias, regium & similia: tanquam a propriis rusticis ab Ecclesiis extorquent, adde 2. Othon. 12. 23. 4. Radev. 16. 1. §. 34. 17 Princeps res subditorum emere debet, non injuria auferre, *ut hic.* Quid si pecunia principi restituitur: aut rustici in vendendo nimium sint tenaces? aliud, putat *Ravennas.* 18 Consuetudo loci, ubi res est feudalis, spectanda. 19 Contractus ex bona fide interpretationem recipere hinc colligunt. 20 Infra, Gerardus Artizonus. 21 Infra Atoficianus. 22 Infra Jansus. 23 Infra Vincentius Corno. 24 Principis sui vitam, membra, mentem, coronam ejus ac regni, caput, honorem adjuvare vasalli tenentur. 25 Contractus ad bonum & sanum intellectum revocandos esse hinc colligunt. Cavillari jus non oportet *l. 1. §. 1. ff. de reg. Caton. l. 117. l. 223. ff. de verb.*

tantes a decimosexto anno supra usque ad septuagesimum, intra quindecim dies postquam juratum habuero: exceptis servis: & qui per me jurare noluerint, intra tertiam diem imperatori, vel regi, vel suis nuntiis manifestabo per breve. Millesimo centesimo octogesimo tertio, indictione prima. Ego juro omnibus civitatibus societatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, & locis, & domino Opizoni Marchioni Malaspinæ, & omnibus personis prædictæ societatis, concessiones & permissiones atque pacta, sicut in scripto pacis inter nuntios domini imperatoris, & rectores & nuntios civitatum societatis Lombardiæ facto continetur, firmas tenere: nec ero in consilio vel facto ubi aliquid prædictorum minuatur alicui de societate: & si qua persona, aut civitas, vel locus alicui civitati, vel loco, aut personæ prædictæ societatis, aut jam dicto Marchioni auferre vel deminuere voluerit, eos vel eas manutenere, & defendere bona fide sine fraude contra omnes adjuvabo: & omnia præcepta quæ rectores concorditer omnes, vel major pars mihi fecerint sine fraude observabo: & omnia supradicta, attendam a Kalendis Majis usque ad triginta annos: & in capite uniuscujusque quinquennii, scilicet si per majorem partem rectorum requisitus fuero, renovabo: & hoc totum sine fraude jurare omnes homines meæ civitatis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum faciam, & hæc omnia faciam jurare consules vel potestates meæ civitatis, & credentias [1] usque ad illum terminum, qui mihi constitutus fuerit per rectores Lombardiæ & Marchiæ, & Romaniæ, in hoc eloquio.

DIE Lunæ undecimo Kalendas Januarii in Placentia, in ecclesia sanctæ Brigidæ, in præsentia Mirabelli, Gulielmi, Garonii notarii, ibique in eorum præsentia rectores Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ fecerunt prædictum sacramentum: nomina quorum sunt hæc: De Brixia Aldericus de Salla. De Verona Vozo judex. De Bononia Prendeparte potestas. De Padua Bazotus. De Novaria Rogerius Marcellinus potestas. De Tervisio Oldericus de Montelio. De Mantua Gulielmus de Azo. De Placentia Bonizo judex. De Pergamo Albertus de Ossa potestas. De plebe de Granatina Petrus Collus judex. De Faventia Gulielmus Butinus potestas. De Mediolano Petrus vicecomes.

HÆC sunt nomina eorum qui juraverunt, ut [2] superius legitur, ut dicti rectores juraverunt, eo excepto, quod non fuerunt districti facere jurare homines suæ civitatis. De Brixia, Desiderius judex, Martinus de Pontenalupis, Pax Confalonerius. De Padua, Ganiphus Achalaone. De Verona cancellarius Grescenonum, & Vivianus advocatorum. De Tervisio, Travisius de Gualperto. De Pergamo, Lanfrancus. De Monancha, Oprandus judex, Joannes de Petengo. De Novaria, Fridericus de Bon. Michaël Capra. De Mutina, Rolandus de Baimonte. De Garino, Bunalellus de Garbonensibus. De plebe de Granatoria Gregorius consul ita juravit, suus rector. De Faventia, Anteus judex: anno a nativitate Domini millesimo centesimo octuagesimo, indictione prima: & postea sequenti die Martis 12. Kalend. Januarii Armanus de Parma rector idem sacramentum fecit, ut pridem rectores: & Albertus de Theobaldo similiter.

sign. l. 56. ff. de reg. jur. 1 Credentiam adversus juramentum revelans officialis, officio suo privandus est. adde 2. *feud.* 7. 2 Tabellio si perscriptis quorundam testium nominibus, sequentes *eodem modo testimonium dixisse* perscripserit, non perit autoritas ejus testimonii: quasi dictum ac perlatum sit ab his, qui præmeditatum inter se sermonem habuerant. Quippe quod de præmeditato testium sermone dicitur, *l. 2. §. 1. ff. de testib.* ad eos qui suspecti sunt pertinet, non ad eos qui vitæ sunt honestæ.

F I N I S.



FRAGMENTA

FRAGMENTA JURISPRUDENTIÆ ANTE-JUSTINIANEÆ,

QUÆ

LEGES XII. TABB.

EX VETERUM MONUMENTIS DECERPTAS,

TITULOS EX CORPORE ULPIANI XXIX.

JULII PAULI RECEPTARUM SENTENTIARUM AD FILIUM LIBROS V.

CAJI INSTITUTIONUM DUOS LIBROS,

CUM NOTIS

DIONYS. GOTHOFREDI, JAC. CUJACII

ALIORUMQUE JURISCONSULTORUM

AD RECENTIORES EDITIONES REVISOS

EMENDATE EXHIBENT.

INDEX TITULORUM
QUI IN
FRAGMENTIS DUODECIM TABULARUM
CONTINENTUR.

Numerus hic est paginarum.

INDEX TITULORUM
TAM
INSTITUTIONUM ULPIANI, ET JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM,
QUAM GAJI,
ORDINE ALPHABETICO.

Numerus in Ulpiano titulum; in Gajo & Paulo autem prior librum, posterior titulum demonstrat.

DUODECIM TABULARUM

FRAGMENTA.

LIBER PRIMUS[1].

De cultu divino.

AD divos adeunto caste[2], pietatem adhibento. opes[3] amovento. Qui secus faxit, Deus[4] ipse vindex[5] erit.

Qui colendi.

Separatim nemo habessit[6] deos neve novos[7]: sed ne advenas[8], nisi publice adscitos[9], privatim colunto.

Ubi colendi.

Constructa a patribus delubra[10] habento. lucos[11] in agris habento, & larum[12] sedes. ritus[13] familiæ[14], patrumque[15] servanto.

Qui colendi.

Divos, & eos qui cœlestes semper habiti, colunto, & ollos[16], quos in cœlum merita[17] vocaverunt, Herculem, Liberum, Æsculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum, ast[18] olla, propter quæ datur homini adcensus in cœlum, Mentem[19], Virtutem[20], Pietatem, Fidem[21], earumque laudum delubra sunto. Nec ulla vitiorum[22] sacra solemnia obeunto.

Quo tempore colendi.

Feriis[23] jurgia[24] amovento: easque in famulis, operibus patratis[25], habento. itaque, ut ita cadat in annuis amfractibus[26], descriptum esto. certasque fruges, certasque baccas sacerdotes publice libanto: hoc certis sacrificiis, ac diebus[27]. Itemque alios addes[28], ubertatem lactis, fœtusque servanto. Idque ne committi possit, ad eam rem, & rationem, cursus annuos sacerdotes finiunto.

Quibus hostiis colendi.

Quæque quoque[29] divo decoræ, grătæque sint hostiæ, providento.

1 Quæ leges hoc priore libro continentur, ex Ciceronis libris de legibus decerptæ, vere duodecim tabularum non sunt, sed a Cicerone partim inventæ, partim ex ipsis legibus duodecim interpolatæ, idque Tullius ipse *libro* 3. *de legibus* minime diffitetur. Non recognoscimus, inquit, nunc leges P. Romani, sed aut repetimus ereptas, aut novas scribimus. Fecit itaque mixtura veterum legum, rerumque ipsarum utilitas, ut eas lectori proponerem, non tam ut eas cognosceret, quam ne ignoraret. 2 Animo & corpore. 3 Id est, sumptum. 4 Nedum homo, & his quidem verbis, præsentis pœnæ metu reliqua confirmari videntur. 5 *l.* 2. *C. de rebus creditis & jurejur.* 6 Id est, habeat.

7 Vide Paulum 5. *sentent.* 21. §. 2. 8 His verbis tollit confusionem religionum & ceremoniarum, Cicero. Diu certe hoc Romæ servatum non fuit. Testis erit dea Pessinuntia, quæ & mater Deum, Phrygia advecta non sine magnis miraculis. Herodianus 1. 18. Plin. 3.

9 Tertullianus 5. *Apologet.* *Vetus*, inquit, *erat decretum, ne quis Deus ab imperatore consecraretur, nisi a Senatu probaretur.* & post, *apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit.* & post, *Tiberius nonne Christum detulerat ad senatum, cum prærogativa suffragii sui? Senatus, quia ipse non probaverat, respuit:* Eusebius 2. *histor.* 2. id ea de causa factum fuisse refert, quod salutaris prædicatio, nulla opus habeat humana approbatione. 10 *Fronto*, delubrum dici putat, quo homines pericula sua diluunt. Ponebant enim vel pileum vel scutum, vel alia susceptis votis. Isidorus 5. *c.* 3. delubra a diluendo dici putat, eaque esse templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur. Templum, ædificium Deo consecratum, *Festus:* in loco augurato. *Fronto:* singulorum diis attributorum locorum, *Asconius:* a contemplatione. Isidorus *d. loco*, seu tuendo, qua tuimur, id est, spectamus. Varro 6. *de Ling.* Fanum a Fauno, *Fronto:* sive a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur, *Festus:* unde fata petuntur. *Asconius.* Sacellum, parvulum ædificium diis consecratum, *Fronto:* Tescua, seu Tesca, loca quidem angusta diis dicata: quod ibi mysteria fiant ac tueantur. Varro 6. *de lingua.* 11 Locus est arborum spissitate tectus: vel locus fulmine ictus, *Fronto.* 12 Larum diversæ sententiæ fuerunt. Vulgus lares vocabat, viarum atque itinerum deos, ex eo quod Græci vicos cognominant lauras. Arnob. 3. alii, quasi aërios deos & heroas. Arnob. *d. loco.* Varro, Manes interpretatur: quorum mater, Arnob. *d. loco.* vel avia, Mania fuerit: vel ut Lactantius 1. *c.* 20. scribit, Muta seu Larunda & Lara, Festus *in voce Maniæ turpes: larvæ.* Manias nutrices minitabantur pueris parvulis, Festus *d. loco.* Idem, *in Pilæ.* Lares, animas hominum redactas in numerum deorum interpretatur ut minus proprie is, *Act.* 12. *vers.* 15. ἄγγελον reddiderit, qui genium vertit, cum nuntium a Petro fidelem potuerit intelligere. Eidem Festo *in voce Pilæ*, Lares dii inferi: quibus tot pilæ, quot capita: tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & essent his pilis & simulachris contenti. Ut rem omnem finiam, Lares domuum custodes hic intellige, *ut supr.* non penates, (id est, Neptunum & Apollinem, qui urbem Ilium muro cinxerunt. Arnob. 3.) Lares iidem, qui genii, Genius seu lateranus, focorum (qui ex laterculis sæpe fiunt) Deus. Arnob. 4. De lare familiari vide Plautum *in Aulularia.*

13 Festus *in voce ritus.* Ritus, mos comprobatus in administrandis sacrificiis. Varro 6. *de lingua.* ritu, id est, instituto. ut cum Haruspex præcipit, ut suo quisque ritu sacrificium faciat: & nos dicimus XII. (alii legunt XV.) viros Græco ritu sacra, non Romano facere, hæc Varro. 14 Ritus familiæ, sacra gentilitia. 15 Vetus & antiquum fuit, patrum ceremonias custodire. Tertull. *c.* 5. *adversus gentes.* *Laudatis semper antiquitatem & nove de die vivitis.* & post: *Videmini fidelissime tueri a patribus traditum studium deorum colendorum, de quo maxime erravit antiquitas.* Est igitur justa de causa a patrum falsis opinionibus discedendum. *Ierem.* 8. 16. *Ezech.* 20. *Novell.* 15. Et recte Pythius, Atheniensibus quærentibus quem morem majorum potissimum sequerentur ex variis, respondit: ut optimum sequerentur. ut sit id habendum antiquissimum & Deo proximum, quod sit optimum. Cicer. 2. *de legibus.* 16 Id est, illos. 17 Dii gentilium meritis fiebant, ut Hercules, Liber, Æsculapius &c. Merita in eorum muneribus & officiis perspiciuntur. Arnob. 4. Illud quod sequitur, quale est, quod deos vobis inducitis fabros, alios medicos, alios lanarios, nautas, citharistas, aulædos, venatores, pastores, rusticos? Et ille Musicus Deus est, & hic alter divinus est, obstetricis ille informatus artibus, medicorum alius est institutus disciplinis; hic in sermone facundus est, bardi sunt alii. Hinc, Venus Libentina, & Liburnus libidinis ardorem incitat. Domiducus adest nuptæ, cum in domum mariti deducitur: Virginensis, cum virgini zona solvitur. (Arnobius 3. Cinxiam appellat.) Subigus & dea Prema, ut virgo subigatur & comprimatur. August. *de civit.* 9. Persica voluptatem seu voluptatis prælium (*ut* Arnobius *ait lib.* 3.) cum dulcedine procedere perficit. Pertunda (Augustinus Partundam appellat *d. loco.*) scrobem virginalem defodientibus maritis adest. Arnob. 4. Viriplaca, cujus interventu viri placabantur. 2. Valer. 1. Alemona, partum alit in utero. Partula, partum gubernat. Lucina, producit in lucem. Tertull. 19. *de anima.* Postvertam & Protam deprecabantur, ut rectus ac non perversus partus esset. 16. Gell. 16. Ossilago, ossium solidatrix. Arnob. 4. Cunina, quæ infantes in cunis tuetur. 1. Lactant. 20. Rumina, lactantes pueros tuetur. Est enim Ruma, mamma, unde subrumi agni. Utrique, Cuninæ & Ruminæ lacte fiebat, non vino. Nonius *in Ruma.* Nodutis, & Nodoturensis, nodos producit ad res satas & fruges. Limentinus a liminibus, Cardea a cardinibus, Forculus a foribus. Tertull. *lib. de Idololatria.* Limus, obliquitatibus, Montinus, montibus: Nemestrinus, nemoribus: Puta, putationi arborum: Peta, petendis: Patela, patefaciendis: Patelata, patefactis rebus: Vibilia, erroribus viarum: Mellonica, mellis dulcedini: Orbana (hujus etiam meminit Plin. 2. *c.* 7.) orbatis præest. Pecunia. Arnob. *ibid.* Æsculanus & filius ejus Argentinus æs & argentum largiuntur. August. 4. *de civit.* 21. Murcia segnium deus. Arnob. 4. August. 4. *de civit.* 6. forte quia Murci bellorum refugæ, dixi ad *l.* 4. §. 12. *ff. de re milit.* Agenoria, Stimula, Strenua, Quies. August. *d. loco.* adde August. 4. *de civit.* 20. 21. Portunus, in portum tendentibus: Consus, consiliis: Flora, floribus, præest: Juno, juvat partum: Unctia, unctionibus. Victa, victui: Potua, potui. Arnob. 3. Educam & Potinam appellat. August. *de civitate.* 9. Nonius vero *in Edusa* Edusam & Potinnam, cum priore, inquit, cibo & potione initiarent pueros, sacrificant, ab edulibus Edusæ, & a potione, Potinnæ nutrices. Fessonia, fessis. August. 4. *de civit.* 21. Omitto Præstanam, Pandam, Panticam, Pelloniam. Arnob. *d. loco.* pellendis hostibus. August. 4. *de civit.* 21. Arnob. 2. Fornacem deam, Cacam, Sterculum, qui stercorandi rationem primus induxit. Terminum lapidem informem. 1. Lactant. 20. Fluvioniam, Pomonam, Ossipaginam, Februtim, Populoniam, Caprotinam, Pales pecorum, Inuus pastorum deus. Rubigo (unde Robigalia) ne rubigo segetes occupet. Spiniensis, ne spinæ. August. 4. *de civit.* 21. Nocturninus nocti, Plaut. *in Amphit.* Hieronym. *adversus Vigilantium:* Martianus Capella *de nuptiis:* Vulcanus, igni: Pythius, divinationibus: Æsculapius, morbis præest: Minerva dea memoriæ, quasi Meminerva. Neptunus, ita dictus quod terram nubat, id est, cooperiat. Mercurius, quasi medicurius, & media currens via: Ceres, quod gerat frumenta. Novensiles dii, id est, novem musæ: Penates, qui in intimis penetralibus cœli; qui & Consentes & Complices, quod simul oriantur & occidant. Trebiani, eversores urbium. Summani, summi dii. Arnob. 3. minores qui & Semones, quasi Semi hemones, Varro *apud Fulgent.* Grundules lares, Lucrii, Ail, Locutii. Arnob. 1. Parcæ, nemini parcentes: Manes, id est, immanes: Lamiæ, quasi Laniæ. 8. Isidor. *ult.* Patellarii, Medioxumi, Ollares. Sed jam cohibeo me, plenius aliquando de his dicturus. Vide interim Augustini *libros de civitate Dei* 5. 18 Ex hoc loco satis constat, cultum diis tribui, quos merita in cœlum vocarunt: delubra vero his propter quæ datur adscensus in cœlum. 19 Lactantius 1. *c.* 2. Mentem inter deos collocavit senatus, quam profecto si habuisset, ejusmodi sacra nunquam suscepisset. Plin. 1. *c.* 7. Innumeros credidere, atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, Pœnam & beneficium. 20 Plinius *d. loco:* Lactantius *d. loco.* Si vitia consecranda non sunt, ne virtutes quidem. Nec enim per se sapiunt, aut sentiunt: neque inter parietes aut ædiculas luto factas, sed inter pectus collocandæ sunt & interius comprehendendæ, ne sint falsæ, si extra hominem fuerint. 21 Plinius *d. loco.*

22 Meretrices tamen coluerunt Romani, Accam Laurentiam (quæ & Lupa) & Faulam, Herculis scortum, teste Verrio *apud Lactantium* 1. *cap.* 20. & Lavernam, deam furum. vide Festum *in voce Laverniones.* Plautus *in Cornicularia, Mihi Laverna in furtis celebrassis manus.* Horatius, *Pulchra Laverna, da mihi fallere.* Ea diva, caput erat sine reliquo corpore. vid. Joseph. Scalig. *apud Festum d. loco:* Bellonam, discordias, furias. Arnob. 3. sic apud Athenienses Contumeliæ fanum fuit & Impudentiæ. (Cicero *hic.*) Coluerunt etiam Gentiles interdum bruta. 2. Plin. 7. Arnob. 4. Templa felibus, scarabæis & buculis sublime sunt elata fastigiis. Quale autem illud fuit quod de Mutino legimus? Lactantius. Et Mutinus, in cujus sinu pudendo nubentes præsident, id est, inequitant, ut illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur. 1. *c.* 20. Arnob. 4. Festus *in voce Mutinus*, August. 4. *de civit.* 11. & 6. *de civit.* 9. Febrim etiam coluerunt, Malam Fortunam. Plin. *ibid.* Pavorem & Pallorem Tullus Hostilius figuravit & coluit. Cloacinæ simulachrum, in cloaca maxima repertum Tatius consecravit. 1. Lactant. 20. Matrimonia inter deos etiam crediderunt: ut & alios canos, alios juvenes, pueros, claudos, ovo editos, alternis diebus viventes morientesque, adulteria inter ipsos fingebant, jurgia, odia, furta. Plin. *d. loco.* 23 Feria a feriendis victimis appellata, Festus *in voce Feria.* Antiqui ferias festas dicebant, Idem *ibid.* Harum aliæ, Sementinæ, paganicæ, conceptivæ. Varro 5. *de lingua:* Festus *in conceptivæ.* Præcidaneæ. 4. *Gell.* 6. *in fin.* publicæ, Latinæ. *l.* 2. §. 33. *ff. de orig. juris.* Varro 5. *de lingua:* denicales, quoties hominis mortui causa, familia purgabatur: νέκυν enim Græci mortuum appellant. Festus *in Denicales*, æstivæ. 9. Gell. 15. *in princ. l.* 7. *C. de feriis:* compitaliciæ. Festus *in conceptivæ:* vindemiales. 16. Gell. 4. *l.* 1. *in pr. & fine. l.* 4. *ff. de feriis:* imperiales. *l.* 4. *C. de feriis.* statæ, quod certo statutoque tempore observarentur, Festus *in voce Feriæ:* quæ fiunt ex more & consuetudine. *l.* 7. *ff. de off. Proconsul.* quæ & solennes. *l.* 26. §. 7. *ff. ex quib. caus. major. l.* 3. *C. de dilationibus:* quibus opponuntur repentinæ. *d. l.* 3. extra ordinem indictæ. *d.* §. 7. Aliæ sunt sine Festo, ut Nundinæ: aliæ cum Festo, ut Saturnalia, quibus adjungebantur epulationes ex proventu fœtuque pecorum. Festus *in voce Feriæ:* aliæ sine proprio vocabulo, aliæ cum vocabulo, ut Novendiales. Varro 5. *de lingua.* Stativæ, universi populi communes: Conceptivæ a magistratibus, vel sacerdotibus: Conceptæ & Latinæ, Paganalia, Sementinæ, Compitalia, Imperativæ a consulibus, vel Prætoribus, (Hodie imperiales dicuntur, quod a principe indicantur. *l.* 4. *C. de feriis.*) pro eorum arbitrio indictæ. Nundinæ, sunt pagorum & rusticorum. Propriæ, familiarum: ut Claudiæ, Æmiliæ, Juliæ, Corneliæ. Singulorum, ut natalium, fulgurumque susceptiones: item funerum atque expiationum. Apud veteres etiam qui nominasset Salutem, Semoniam, Sajam, Segetiam, Tutilianam, ferias observabat. Flaminica quoties tonitru audisset, ferias agebat, donec deos placasset. In indictis & conceptis feriis nefas erat quidquam agi: idque per præconem edicebatur; qui id neglexisset, multabatur, & porco piaculum dabat. Non tamen polluebantur feriæ, si quis quid egisset ad deos pertinens aut sacrorum causa, aut ad urgentem vitæ utilitatem. Ideo non videbatur ferias polluisse, qui adhibitis operis bovem specu liberasset, aut qui trabem tecti fractam fulsisset, quive ovem, scabiei causa, lavasset. Virg. *Georg.* 1. & breviter, Scævola consultus quid feriis agi liceret, respondit, *quod prætermissum noceret.* Macrob. 1. *Satur.* 16. A feriis feriati dies. *l.* 6. *ff. de feriis.* Feriati gemini mentes. *l.* 5. *C. de feriis.* 24 Id est, lites. Jurgare, jure agere. Jurgare enim ab jure dictum, Varro 6. *de lingua.* 25 Id est, perfectis. Plautus *in Asinaria.* si hoc patro. Salustius *in Catilin.* incepta patravissent. Tacitus 2. si patrandæ neci venenum immitteretur. Idem 4. *Maluit, patrati quam incepti facinoris reus esse.* adde 8. Quintilian. 3.

26 Amfractum ab origine flexum. Lex duodecim tabularum, Viæ latitudo, in amfractum sexdecim pedes. Varro 6. *de lingua: lege* 8. *ff. de servitut. præd. rusticor.* Est igitur hic amfractus, temporis revolutio. Annus enim statis temporibus in se redit & revolvitur.

27 De diebus aliquid dicendum videtur. Dierum alii, inquit Varro 5. *de lingua*, deorum: alii hominum causa instituti. Illi, vel statuti vel annales. Statuti ut Carmentalia, Lupercalia, Quirinalia, Feralia (quod diis inferis ad sepulchra epulas deferrent) Terminalia (quod in extremis diebus anni, id est, Februarii, sacra fierent) Equitia, ab equorum cursu: Liberalia in honorem Liberi patris: Megalensia (in honorem magnæ Deæ) Fordicidia, a fordeis bobus: Carmentalia, Palilia, Cerealia, Vinalia (quæ alia erant a Vinalibus rusticis, quæ fiebant ante duodecimum Kalend. Septembris) Vestalia (vide Festum in voce *Penus*) Neptunalia, Furinalia, Portumnalia, Consualia, Volcanalia, Vortumnalia, Fortunalia, Opalia, Angeronalia (alii legunt, Angenoralia) Accalia, seu Laurentalia, Opeconsiva, a diis & deabus ita dicta sunt. Meditrinalia, quod eo die vinum vetus, & novum degustarent medicamenti causa: Fontinalia, quod eo die puteos coronarent, & in fontes coronas injicerent. Lupercalia. Varro 5. *de lingua:* Matralia, Varro 4. *de lingua:* Armilustrum, quod armati sacra facerent: Tubilustrum, quod tubæ lustrarentur in foro sutorio. Nonæ Caprotinæ, dies Agonales, Quinquatrus, Sexatrus, Septimatrus, Quinquatrus minusculæ, Fortis-Fortunæ, Populi fugia. Et hæc de statutis diebus quæ in compitis peragebantur. Festus *in Compitalia.* Annales vero, ut Compitalia & Feriæ. Hominum causa dies instituti, Kalendæ, Nonæ, Idus, dies Festi, Nefasti, Comitiales, quibus in comitio conveniebant. Festus *in Comitiales.* 28 Ad dies. Legendum puto, *illos ad dies:* nisi mavis ἀρχαϊκῶς *ollos ad dies.* 29 Id est, cui majoribus, cui lactan-

De sacerdotibus, Pontificibus & Flaminibus.

Divisque aliis alii sacerdotes [1], omnibus pontifices [2], singulis flamines [3] sunto.

De Vestalibus.

Virgines Vestales [4] in urbe custodiunto [5] ignem [6] foci publici sempiternum quoque & privatim, & publice modo [7], rituque fiat, discunto ignari a publicis sacerdotibus.

De sacerdotum officio.

Eorum autem duo [8] genera sunto: unum [9], quod præsit ceremoniis, & sacris: alterum, quod interpretetur [10] fatidicorum [11], & vatum [12] effata incognita, cum senatus populusque adsciverit.

De Auguribus & Aruspicibus.

Interpretes autem Jovis optimi maximi, publici augures [13] signis, & auspiciis [14] postea vidento, disciplinam tenento. Sacerdotes vineta [15] virgetasque [16], & salutem populi argutanto, quique agent rem duelli [17], quique populare auspicium præmonento: ollique obtemperanto: divorumque iras providento, iisque parento: cœlique fulgura regionibus ratis [18] temperanto: urbemque, & agros, & templa liberata [19] & effata [20] habento: quæque augur injusta, nefasta [21], vitiosa, dira [22] defixerit [23], irrita [24] infectaque [25] sunto: quique non paruerit, capitale esto [26].

De fecialibus.

Fœderum [27] pacis, belli, induciarum, oratores, feciales [28], judices sunto. bella disceptanto.

De Etruscis & Aruspicibus.

Prodigia [29], portenta ad Etruscos [30], & haruspices [31] si Senatus jusserit, deferunto: Etruriæque [32] principes disciplinam docento: quibus divis creverint, procuranto: iidemque fulgura atque obstita [33] pianto.

De sacris nocturnis.

Nocturna [34] mulierum sacrificia [35] ne sunto [36], præter olla, quæ pro populo rite fient. Neve initianto, nisi ut assolet Cereri [37], Græco [38] sacro.

De expiationibus.

Sacrum [39] commissum, quod [40] neque [41] expiari [42] poterit, impie commissum est: quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto.

De ludis.

Ludis [43] publicis, quod [44] sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto, eamque cum divum honore jungunto.

tibus, cui masculis, cui fœminis. 1 Sacerdotes a sacris dicti. Varro 4. *de lingua.* Sacerdotum is erat ordo. Fest. *in voce Ordo:* 10. Gell. 15. Maximus, qui & Rex sacrorum, ea sacra faciebat, quæ facere reges sueverant. Fest. *in voce Sacrificulus.* Diebus agonalibus arietem in regia immolabat: ferias edicebat. Varro 3. *de lingua.* Deinde Dialis flamen, id est, Jovis: post hunc Martialis: quarto Quirinalis: quinto Pontifex maximus: eoque ordine in conviviis adsidebant. Festus *in voce Ordo.* Præter eos erant Salii, dicti quod quotannis in comitio saltare solebant. Luperci, quod in lupercali sacrificarent: Fratres arvales, quod sacra facerent, ut fruges ferrent arva. Varro 4. *de lingua:* erant numero XII. insigne spinea corona & albæ infulæ. 6. Gell. 7. Sodales Titii a Titiis avibus, quas in auguriis certis observare solebant. Varro 4. *de lingua.* Epulones, quod epulas Jovi indicendi potestatem haberent. Festus *in voce epulones.* 2 Pontifices a posse & facere, vel potius a ponte faciendo, nam ab his, sublicius factus est primum. Varro 4. *de lingua.* Penes eos annis fere 100. mansit scientia interpretandi leges XII. tabularum. *l.* 2. §. 6. *ff. de origine juris:* & confitendarum religionum. Cicer. 2. *de legibus.* vel ut ibidem legit Lipsius *cum fide tuendarum:* in annales quoque referre, quoties annona cara, aut Lunæ aut Solis defectiones accidissent. 2. Gell. 26. *in fin.* 3 Flamines, quasi filamines, quod caput eorum velatum esset & cinctum filo. Singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt. sed partim sunt aperta, partim obscura, aperta ut Martialis, Volcanalis. Varro 4. *de lingua & lib.* 6. Quirinalis, obscura vero Volturnalis, Palatualis. *d. lib.* 4. *lib.* 6. ei deo sacrificabat in cujus tutela palatium esset. Fest. *in voce Palatualis*, Furinalis. *d. lib.* 4. *lib.* 5. *lib.* 6. Floralis, Falacer, Pomonalis. *d. lib.* 4. *d. lib.* 6. Dialis, Jovis Flamen, qui & Dijovis, albo galero utebatur. *d. lib.* 4. De Dialis ceremoniis, privilegiis & autoritate, vide 10. Gell. 15. Inter cætera Privilegia, illud singulare, quod piaculum esset eo die verberari, qui ad verberandum ductus, ad pedes ejus supplex procubuisset. Gell. *ibid.* Quod clerici & monachi seculo Justiniani videntur voluisse imitari, & usurpare. *l.* 6 *C. de episcop. audientia.* 4 Vestales a Vesta dictæ. Sex fuisse Festus indicat *in voce Sex Vestæ.* quæ ex familia, quo ritu, quibus ceremoniis eæ caperentur, vide apud Gellium 1. *c.* 12. Inter quæ illud notandum est, quod Vestalis simul ac in atrium Vestæ deducebatur, ac pontificibus tradita erat, eo statim tempore sine emancipatione, & sine capitis minutione, a patria potestate exiret, & jus testamenti faciendi adipisceretur. Plutarch. *in Numa:* qua de re dixi ad 10. Ulpian. §. *ultim.* Idem, quod neque heres esset cuiquam intestato, neque intestatæ quisquam, sed bona ejus in publicum redigebantur. Gell. *d. loco.* Victu modico, aliisque privilegiis honoratas fuisse, ut & jus ex testamento capiendi haberent, constat ex Symmacho *in epistola pro sacris paternis.* Raro jurabant Vestales, nec unquam, nisi per suam Vestam. Senec. 6. *controvers.* 8. 5 Ideoque dicitur ignis inextinguibilis a Tertulliano 2. *ad uxorem.* & si interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur a Pontifice, Festus *in voce Ignis:* Cujus rei extat exemplum apud Livium 28. Cur ita ignem observarent, vide Plutarchum 7. *Synops.* 4. 6 Vesta Græcis ἑστία Cicero 2. *de legib.* Flamma. Ovid. 6. *Fastor.* *Nec tu aliud Vestam quam vivam intellige flammam:* Tertullian. 1. *adversus Marcion.* *Mos ille ignis asservandi ab Ilio deductus.* Virgil. 2. *Æneid versic.* 295. 296. Ilienses forte hunc morem didicerant a Medis & Assyriis, apud quos ignis cultus fuit perenniter. Plutarch. *de facie Lunæ:* ut & apud Ægyptios. Diodor. 1. *cap.* 2. & Persas. Strabo 15. Herodot. 1. Athenienses, Pausanias *in Attic. c.* 1. Delphos, Plutarch. *in tract.* περὶ τοῦ εἶ
7 Mos is fuit, Tabulam felicis materiæ tamdiu terebrabant, quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret, Festus *in voce ignis Vestæ.* Simplicius 3. *de cælo:* ἀπὸ ξυλῶν τὸ πῦρ ἐκβάλλουσι, θάτερον τῶν ξυλῶν, ὡς τέρετρον ἐν θατέρῳ περιστρέφοντες. Hesychius, ἀχάλκευτα τρύπανα, τὰ φρύγια πυρεῖα. Scalig. *apud Fest. d. loco.* adde Alexand. ab Alexandro 5. *genial.* 15. Quod de fumariolis ignis æterni citatur ex Tertulliano, *de pœnitentia*, huc non pertinet, sed ad montem Vesuvium. 8 Sacerdotum duo genera, Unum eorum qui ceremoniis præerant. Alterum eorum, qui interpretarentur fatidica & vatum effata cæremoniis, id est, placandis diis. 9 Cæremonias & sacra tractare dicuntur, qui ad placandos deos constituti sunt. 10 Interpretes sacrorum. 11 Fatidici, qui futura solent fari. Varro 5. *de lingua.* 12 Antiqui poëtas vates appellabant, a viendis versibus, Varro 6. *de lingua.*
13 Augures, ab avium garritu. Auguraculum arx, in qua augures publice auspicabantur, Festus *in voce Augur & Auguraculum.* 14 Auspicium ab ave spicienda. Veteres enim dicebant, Spicio, non Aspicio, Festus *in Auspiciis.* 15 Vineta, ac vineæ a vite multa, Varro 4. *de lingua*, scribens de olivetis & vinetis: Idem 1. *de re rustic.* 18.
16 Isidorus 17. *c.* 6. videtur appellare virectum: locum, ubi virgulæ, novellæ & virentes. Forte apud Isidorum legi oportet virgectum: quod idem est ac virgetum. Veteres enim dumecta dicebant, quæ nos dumeta, Festus *in voce Dumeta.* Porro virgetum ea forma dicitur, qua Pometum apud Sosipatrum, Myrthetum apud Servium: Nucetum apud Tertullianum *lib. adversus Valentin.* Juncetum apud Varronem 1. *de re rustic.* 8. & alia infinita.
17 Id est belli, Festus *in voce Duellum.* Duellum enim duorum concursus, hinc Duellona, Bellona. Perduellum etiam dicebant, unde perduelles, id est, hostes, Varro 6. *de lingua.* vide *l.* 234. *ff. de verb. signific.* 18 Id est, certis. Attius *in Menalippe*, nego ratum esse quod dicas, Fest. *in voce Ratus.* 19 Id est, effata, elocuta, Festus *in voce Liberata.*
20 Idem est quod liberata. Festus *in voce Effata.* Varro 5. *de lingua.* Effata dicuntur, quod augures finem auspiciorum cœlestium extra urbem agris sunt effati. hinc effari Templa dicuntur ab auguribus: ad fatus, qui in his fines sunt: fana, quod pontifices, in sacrando fati sunt finem. 21 Nefasti dies, per quos nefas fari Prætorem, *Do, Dico, Addico.* Æque (legendum est *iisque*) non potest agi: & necesse est aliquo eorum uti verbo, cum lege quid peragitur, Varro 5. *de lingua:* Festus *in voce Nefasti.* 22 Dirum, ad Dei iram natum, Festus *in Dirus.* Diris devovere, est Deorum iræ. 23 Id est, definierit.
24 Non rite facta. 25 Quid si tali die Prætor imprudens verbum emisit, aut quem manumisit? Manumissus liber est, sed vitio: ut magistratus vitio creatus, nihilo secius magistratus. Imprudens qui dixisset, piaculari hostia piari poterat: qui prudens, ut impius non poterat, Varro 5. *de lingua.* 26 Hinc perspicitur satis, quænam fuerit Augurum potestas. Cicero *hic.* Quid est majus, quam posse comitia tollere, concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid gravius quam rem susceptam dirimi, si unus augur aliter dixerit? quid magnificentius, quam posse decernere, ut magistratu se abdicent consules? Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? quid legem, si non recte rogata est, tollere? Nihil domi, nihil foris per magistratus gestum, sine eorum autoritate posse quidquam probari? 27 Feciales, oratores & judices fœderum pacis, belli, & induciarum, a feriendo dicti: ut apud quos belli pacisque faciendæ jus esset, Festus *ibidem:* ut qui fidei publicæ inter populos præessent, per quos etiam fieret, ut justum conciperetur bellum, Varro *ibidem.* Porro, quo ritu, quibusque verbis Fecialis populo Romano bellum indiceret, vide apud Gellium 16. *cap.* 4. De fecialibus adde Halicarnass. & Plutarchum *in Numa.*
28 Ita legitur apud Festum, *in Feciales*, a Varrone dicuntur. 4. *de lingua.* 29 Portenta, quæ quid porro tendatur, indicant, Festus, *in Portentum:* adde quæ dixi ad *leg.* 38. *ff. de verb. signific.* 30 Nonnulli ita legunt, Hetruria. 4. Gellius 5. Etruria de cœlo tacta scientissime animadvertit, eademque interpretatur, quid quibusdam ostendatur, Cic. *de divinatione.* Nostrorum Etruscorum disciplinam res ita probavit: Cicero *lib.* 2. *de natura.* Auspicium autem primus Etruscis tradidisse dicitur quidam Tages. 8. Isidor. 9. 31 Alii ita scribunt Aruspices, Isidor. *d. loco.* 4. Gell. 5. Notum est illud Catonis, Mirum esse, quod non rideat aruspex, cum haruspicem viderit. Cicero 1. *de Natura.* Quota enim quæque res evenit prædicata ab his? aut si evenerit quidpiam, quis affirmare potest, cur non casu id evenerit? De perfidia aruspicum, vid. 4. Gell. 5. Aruspicina hodie damnata est. *l.* 3. *l.* 5. *C. de maleficiis.* Superiorum oblitus Cicero 2. *de Natura.* aruspicinam artem divinam esse ait. & 2. *de divinat.* communis reipublicæ causa, communisque religionis colendam censet.
32 Cicero, apud majores inquit nostros Senatus decrevit, ut de principum filiis sex, singulis Etruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars propter tenuitatem hominum a religionis autoritate abduceretur ad mercedem, atque quæstum. Cicero 1. *de divinat.*
33 Alii legunt ostenta, ab Obstinet antiquo, id est, ostendit, Fest. *in voce Obstinet.* Sed melius est in ea re sequi Cloatium & Ælium Stilonem, quibus obstitum est idem quod violatum, attactumque de cœlo, Festus *in Obstitum.* 34 Vide ea de re triste exemplum apud Livium 39. Huc etiam facit Portii Latronis declamatio contra Catilinam, de cœtibus in urbe noctu non agitandis. 35 Nocturna sacrificia Dionysius videtur appellare, διαπαννυχισμοὺς ἐν ἱεροῖς ἀνδρῶν σὺν γυναιξὶν καὶ τὰς βακχείας καὶ τελετὰς ἀπορρήτους, id est, nocturnas vigilias. 36 Concilium Eliberinum ea de causa vetuit nocturnas pervigilationes mulierum in cœmeteriis, quod multæ, eo prætextu impudicitiæ committerentur. Hinc enim apud Plautum *in Aulularia:* Lycomedes adolescens dicitur Euclionis filiam violasse in Cereris vigiliis, & Pentheus apud Euripidem *in Bacchis*, cum audiret Orgia noctu celebrari, exclamavit, τοῦτ᾽ ἐς γυναῖκας δόλιον ἐστι καὶ σαθρόν, & Eupolis in Baptis, ne mortis quidem piaculo adduci potuit, quominus damnaret nocturna sacrificia Atheniensium, quæ Collyria dicebantur. Apud Myoneam urbem fuerunt etiam, τῶν θεῶν μειλιχίων, nocturna sacra. Magnentius nocturna quædam sacrificia instituerat, quæ postea sublata a Constantino *l.* 5. *C. Theod. de paganis & sacrificiis.* Illud quoque legitur, Tertulliani ætate Christianos noctu convenisse, sed cum alias interdiu ac palam facile non possent, & tamen eis objectum, quod in principis majestatem conjurarent, quod infanticidia, quod Epulæ Thyesteæ, & ad extinctam lucernam, incesta, stupra, & illicitæ conjunctiones apud eos fierent, Tertullian. 9. *Apologet.* objectum denique quod caput asini & genitalia antistitis ac sacerdotis sui colerent. Minutius Felix *in Octavio.*
37 Eleusinia mysteria intelligit. Horum sacrorum meminit Cicero 1. *de natura.* Plutarchus *lib. de exilio.* 3. Diodorus 5. & 5. *cap.* 2. Pausanias *in Atticis.* Arnobius 7. Lactantius 1. *cap.* 21. Augustinus 7. *de civitate* 20. Eleusine non procul ab Athenis 4. Plinius 7.
38 Sacra enim Eleusinia a Græcis petita, Diodorus *dicto loco:* ut & antea ab Ægyptiis, Diodorus 3. *cap.* 5. Valerius 1. *cap.* 1. *ibi, de Cerere placanda.* Cereri (inquit) quam more Græco venerari instituerant sacerdotem a Velia petierant, ne Deæ vetusti ritus deesset Antistes. Candida veste utebantur in sacris Cereris. Tertullianus *de pallio*, Cur istas non spectas? vel illos item habitus, qui novitate vestitus religionem mentiuntur, cum ob cultum omnia *candidatum*, & ob notam vittæ & privilegium galeri Cereri initiantur? Ovidius *in Metamorphosi*, *Festa piæ Cereris celebrabant annua matris, Illa quibus nivea velantur corpora veste.*
39 Sacrum commissum, cujus causa homo sacer est: id est dignus qui judicetur ob maleficium, vide Festum *voce Sacer.* 40 Cicero id ita interpretatur. Publicus, inquit, sacerdos impudentiam consilii expiatam metu liberet: audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet, atque impiam judicet. Ubi vereor ne sit legendum, *imprudentiam consilii.* Idque ita ut emendem, adducor autoritate Varronis 5. *de lingua:* Prætor, inquit, qui tum fatus est, *si imprudens fecit*, piaculari hostia facta piatur: si prudens dixit. Quintus Mucius abnegabat eum expiari, & ut impium non posse dicebat. Exemplum denegatæ expiationis vide apud Zosimum 2. 41 *Nec*, particula disjunctiva interdum apud veteres sumitur pro *Non.* Turpillius, Nec recte dici mihi jamdudum audio. vide Festum *in voce Nec.*
42 Piare, unde expiare, est propitium reddere, liberare incommodo atque metu. Hinc Piatrix porta ita dicta, quod quædam piacula ibi fieri solita. Piatrix sacerdos, expiare solita. Piamenta quibus utimur in expiando. Fest. *in piatrix.*
43 Hæc ludorum genera fuerunt apud Romanos, Troja, Compitalitii, vel Compitalitia, Festus *in Compitalitia.* Consualia in honorem Neptuni, quem & Consum vocabant, Festus *in Consualia.* Varro 5. *de lingua.* Tertullian. 1. *de spectaculis.* 2. Valer. 1. *ibi, mos ludorum:* Plutarch. *in vita Romuli:* Megalenses, Festus *in Megalesia:* in honorem magnæ matris deorum. Apollinares, Festus *in Apollinares:* Varro 5. *de lingua:* & liberales, Festus *in Liberalia.* vere scænici, ob fabulas quæ in frondeis tabernaculis edebantur, de quibus hic agitur. Circenses curriculis fiebant in circo, Var. 4. *de lingua.* in honorem Neptuni, ut Cereales in honorem Cereris: Varro 5. *de lingua*, Taurii seu Tauricei, diis inferis consecrati: Varro 4. *de lingua.* Festus *in Taurii.* Capitolini, funebres, votivi, scænici, plebei, seculares qui centesimo quoquo anno. Zosim. 2. Juvenales, Latiares, Florales, Tertullian. *d. loco. c.* 2. Apud Græcos ludi nobiles, Pythia Apollini: Olympia Jovi: Nemæa Herculi. Tertullian. *d. loco c.* 9. Isthmia Neptuno. Minus nobiles Panionia. Panathenaica in quibus utriusque sexus flos per mutua nexis manibus saltabat Pyrrhicam. Ludiones erant nudi (inde Gymnasia, ita certarunt Athletæ gymnici. *l.* 4. *ff. de his, qui notantur*) aut vestiti aut armati, eorumque opera posita erat in jactu (disci forte vel jaculi saltu, cursu) idque pedites vel equites, vel curru vecti. Ad id genus exercitationis pertinebant populares. *l.* 1. §. 12. *ff. de off. præfect. urbi.* juvenes, veteres. *l.* 28. §. 3. *ff. de pœnis:* factiones agitatorum, Veneta, Prasina, Albula, Russata. vid. Tertullian. 5. *de spectaculis.* quas Græci δήμους *Novell.* 17. Latini etiam factionarios. *l.* 1. *C. Theod. de equis:* agitatores. *l.* 2. *l.* 4. *C. de spectaculis.* qui aquam equis spargebant, Xystici. *l.* 4. *ff. de his, qui notant.* unde Xystarches. Tertull. *lib. ad martyres.* Lucta *l.* 7. §. 4. *ff. ad leg. Aquil.* pugna seu pugillatu. *l.* 7. §. 4. *ff. ad l. Aquil.* Pugnis addebant interdum cestus, id est, lora ceu cingula. Postremo plumbum assutum fuit tristissimo spectaculo. Pugillatui παγκρατιάσας. *l.* 7. §. 4. *ff. ad l. Aquil.* 13. Gell. 26. proprior, ut qui etiam calcibus, genubus, dentibus abuteretur. Commissæ sunt paulo post inter se feræ, ut & ipsis bestiis homines. *l.* 1. §. 6. *ff. de postulando.* *l.* 3. §. 5. *ff. de testibus.* &, quod tertius est, homines hominibus, hinc munus gladiatorium, hinc spectacula. Tertull. *d. loco. c.* 10. Valer. 2. *c.* 1. *ibi, mos ludorum.* vid. Lips. *de gladiatoribus.* quod merito sublatum a Constantino. *l.* 1. *C. de gladiatoribus penit. tollend.* Et his quidem ludis motu violento & nervis opus erat: a scenicis minus: ut qui voce, gestu, organis, sonis, &, ut ait Tertullianus *d. loco, c.* 7. litteris transigerentur. Hinc mimi, pantomimi. *l.* 4. *C. de spectaculis:* archimimi. *l.* 25. §. 1. *ff. de oper. libert.* histriones. *l.* 5. *C. de spectaculis:* γελωτοποιοὶ *Novell.* 105. *c.* 1. gesticulatores, thymelici & thymelicæ, de quibus dixi ad *l.* 10. *ff. de pollicitationibus.* His accommodata est Satyra, Comœdia, Tragœdia & similia poëmata, de quibus Jul. Scaliger 1. *Poëticis.* 44 Obser-

De

De Ritibus.

Ex PATRIIS ritibus [1] optuma [2] colunto. Præter [3] Idæa [4] matris famulos [5], eosque justis diebus, ne quis stipem [6] cogito.

De sacrilegio.

Sacrum [7] sacrove commendatum [8] qui clepserit [9] rapseritque [10] parricida [11] esto.

De Perjurio.

Perjurii pœna [12] divina, exitium: humana [13] dedecus.

De incestu.

Incestum [14] pontifices supremo [15] supplicio sanciunto [16].

De Impietate in Deo.

Impius [17] ne [18] audeto placare donis iram deorum.

De votis.

Sancte vota [19] reddunto. Pœna violati juris esto. Quocirca ne quis agrum [20] consecrato. auri, argenti [21], eboris [22] sacrandi modus est.

De sacris privatis.

Sacra privata [23] perpetua [24] manento [25].

De religiosis sumptibus funerum.

Deorum manium [26] jura [27], sancta [28] sunto. Hos [29] leto datos [30], divos habento. Sumptum in ollos [31], luctumque [32] minuunto.

Hominem mortuum in urbe [33] ne sepelito [34], neve urito [35].

Hoc plus [36] ne facito. Rogum [37] ascia [38] ne polito [39].

Mulieres genas ne radunto [40], neve lessum [41] funeris ergo habento.

Homini [42] mortuo ne ossa legito, quo [43] post funus faciat [44]: neve aurum addito.

Servilis unctura [45] tollatur, omnisque circumpotatio [46].

va definitionem ludorum scenicorum. 1 Eisque variis scilicet. 2 Antiquissimum illud est, deoque proximum quod optimum, Cicero *hic.* 3 Gallis Cybeles sacerdotibus singulari privilegio datum etiam fuit, ut eorum dea Cybele ei heres posset institui. Ulpian. 22. §. 6. 4 Quæ & Cybele, magna & deorum mater dicta est: & Pessinuntia. quod ejus simulachrum in agrum Phrygiæ, cui nomen Pessinunti, cœlitus delapsum crederetur, Ammian. 22. Herodian. 1. artifice & materia qua compositum esset ignoratis. Autoritas ex eo comparata, quod responsum fuerat, auctum iri imperium Romanum, & mansurum, si id Romam transferretur. Itaque, totius civitatis vir integerrimus, ut oraculo satisfieret, ad eam rem legatus quæsitus est Scipio. Cicero 5. *de legibus.* Livius 29. 8. Valerius 16. Ammianus 22. *l.* 2. §. 37. *ff. de origine juris.* Cumque simulachrum ad Tyberis fauces delatum, Navigium ita substitit, ut nulla vi pop. Rom. certatim trahentis moveretur. Vestalis Claudia stupri accusata petiit a populo Romano, ut judicium de se Pessinuntiæ Deæ committeretur, quo imperato zonam recinxit, clare precata, ut si se virginem esse dea sciret, navim progredi juberet. Hæc ubi dixisset, ducta navis, zonamque Vestalis sequi cœpit, Herodianus *ibidem:* Tertullianus 22. *Apologetic. in fin.* quin major messis ea æstate, quam antecedentibus annis decem fuisse traditur, Plinius 18. *cap.* 3. 5 Evirati & castrati erant, & a Gallo fluvio Galli dicebantur. Herodian. 1. Juvenal. *Satyr.* 6. Festus *in voce Galli.* Arnob. 7. *duobus locis.* 1. Lactant. 21. 6 De his loquitur ita Arnobius *lib.* 7. Mendicantes vicatim deos ducunt, Tertullianus 13. *Apologetic.* Circuit cauponas religio mendicans, exigens mercedem pro solo templi, pro aditu sacri: non licet deos nosse gratis, venales sunt: adde Clementem *in Exhortatione.* 7 De sacrilegio, adde *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 9. *l.* 10. *ff. ad leg. Jul. peculat.* 8 Solebant enim Antiqui res suas templis commendare, Herodianus 1. *ubi de templo Pacis loquitur. l.* 4. *in fin. ff. familiæ erciscundæ.* pecunias Plaut. *in Aulular.* tabulas *l.* 3. §. 3. *ff. de tabulis exhib.* testamenta. Plutarchus *in Antonio.* Tacitus 1. *Annalium*, transactiones publicas Dion. 48. Extat in *l.* 10. *in fin. ff. ad legem Jul. peculat.* elegans exemplum ejus, qui arculam in templo posuerat, eaque hominem incluserat, ut post clusum templum, de arca exiret resque sacras templo subtraheret. 9 Id est, sustulerit, a Græco κλέπτειν, vel ab antiquo clepsere, vel clepere, vel clapere. Varro 6. *de ling.* videtur hoc verbum usurpari in quadam antiqua Gallorum puerorum Nænia in qua Clope, furem denotat. 10 Id est, rapuerit. Rapere, per vim, Clepere, clam auferre.
11 Id est, capitale esto. Lex Numæ, Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto. Fest. *in voce Parricida.* De pœna sacrilegi vide Paul. 5. *sent.* 19. *l. unic. C. de crimin. sacrileg.* 12 Jurisjurandi contempta religio, satis Deum ultorem habet. *l.* 2. *C. de rebus credit. & jurej.* ut negare non possis *d. legem* 2. ex hoc loco transcriptam. Imitationis causa cuivis nota. Macrobius 1. *Saturn.* 17. In ea, inquit, ferenda (Liciniam intelligit sumptuariam) quæsita est nomine legis autoritas, exolescente metu legis antiquioris: ita Hercules, ut de ipsis 12. tabulis factum est: quas ubi contemni antiquitas cœpit, eadem illa, quæ illis legibus cavebantur, in alia latorum nomina transierunt. 13 De pœna perjurii dixi ad *l.* 2. *C. de rebus creditis & jurej.* adde *l.* 2. *in fin. C. de indicta viduitate.* 14 Græci ἀνήκεστον, Fest. *in voce Incestus.* Cæterum, non hic agitur, meo judicio, de quovis incestu, sed de incestu Vestalium, qui ad Pontificum audientiam & curam pertinebat. 15 Stupri compertæ Vestales, juxta portam Collinam, vivæ in ædiculam subterraneam defodiebantur, in eaque lectus stratus & lucerna accensa ponebatur, eorum quoque, quæ ad victum sunt necessaria pauca, ut panis, aqua in ampulla, lac, oleum. Damnatam lecticæ indebant, atque undique obnubebant, vinciebantque, ut ne vocem quidem emittere, & a quoquam exaudiri posset. Posthac per forum devehebant, procedebantque de via omnes taciti, sine voce, cum ingenti mœstitia. Ubi ad locum illum ventum esset, apparitores vincula damnatæ adimebant. ubi Pontifex quasdam preces arcanas tensis ad cœlum manibus peregisset, damnatam in ædiculam demittebant, quam mox injecta humo complanabant. Plutarch. *in Numa:* cui adde Livium *l.* 22. *ubi de Opimia & Floronia* 16 Quænam incesti pœnæ vulgares in reliquis fuerint, vid. *l.* 6. *C. de incestis: Novell.* 143. & 28. *Eclog.* 4. *cap.* περὶ γάμων ἀθεμίτων.
17 Nec bene cœlestes impia dextra colit. *Ovid.* 18 Qua enim mente Deus dona acciperet ab impio, cum nemo vir bonus ab improbo se donari velit? Plato apud Ciceronem 2. *de legibus.* 19 Votum, est sponsio, qua deo obligamur. Cic. *hic.* de votis vide quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. de pollicitationibus.* 20 Hanc rationem ex Platone adfert Cicero, *Terra*, inquit, *domicilium deorum est, igitur sacra: est autem absurdum iterum idem consecrari.*
21 Aurum enim & argentum in urbibus & privatis, invidiosa res est. Plato apud Ciceronem 2. *de legibus.* Notum est illud Alexandri Severi, qui in templis nunquam præter quatuor aut quinque argenti libras: auri, ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans versum Persii 2. *Satyr. Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum?* 22 Nam ebur ex inani, (vel, ut Lambinus legit, immani) corpore extractum, haud satis castum donum deo. Plato *d. loco.* Item æs atque ferrum, duelli instrumenta, non fani. Plato *d. loco.* 23 Publica sacra pro populo montibus, pagis, curiis, sacellis fiebant publico sumptu. Privata, pro singulis hominibus & familiis. Fest. *in publica sacra.* hinc gentilitia sacra, Livius 5. feriæ propriæ familiarum. 1. *Macrob.* 16. 24 In eadem familia scilicet, & gente: uxores enim in sacris maritorum: liberi, in sacris parentum erant, vide quæ scripsi ad *l.* 2. *C. de bon. quæ liber.* Per emancipationem e sacris paternis dimittebantur, vid. *l.* 13. *C. de legitim. heredibus.* Quæ sacra ne interirent, receptum fuit ea deferri certis gradibus ad eum qui majore ex parte heres, legatarius vel alio quoquo titulo honoratus foret vel creditor. Cic. *hic.*
25 Interimendorum tamen horum sacrorum causa, jurisconsulti coëmptiones, quæ a senibus fierent, excogitarunt, Cicer. *pro Muræna.* idque ita fiebat: Seniores orbi matrimonium per coëmptionem contrahebant: qua ratione accidebat, ut eorum uxores sacrorum sociæ, suæ illis heredes essent: mortuis senibus uxores alteri nubentes in aliena sacra hereditatem deferebant, ut eo modo sacra prioris mariti interimerentur. Ea est Hotomani sententia hic. Alciatus 9. *parerg.* 19. putat bona seni admodum vendi, nec ad ulteriores ejus heredes transmitti solita. Prior sententia aptior est & melior.
26 Manes, dii inferi, immanes & mali, atqui Manum apud veteres idem quod bonum? utique: sed dii Manes ita dicebantur a suppliciter eos venerantibus, propter metum mortis, quasi boni essent, Fest. *in Manos.* 27 Circa defunctos scil. dixi ad *l.* 28. *in fin. ff. de stipulat. servor.* de ritu sepeliendi. Nunc de sacris mortuorum dicendum. Sacra seu sacrificia, quæ diis Manibus fiebant, Inferiæ dicebantut, Fest. *in Inferiæ.* & Feralia dies stati in quibus ferebant tum epulas ad sepulchrum, quibus ibi jus erat parentare. Varro 5. *de lingua.* Sacrificia pro defunctis Græcis Χοαὶ Plutarch. *in Antonio:* Tertullianus 10. *Apologet.* scribit, *captivos nonnunquam & servos in exequiis immolatos: quoniam animos defunctorum sanguine humano propitiari credebant. quod quia crudele visum fuit, placuit ante sepulchrum quosdam dimicare, qui ob id bustuarii dicti.* Servius *in Æneid.* sed hoc rarius. Frequentius atras hostias, thura, salsas fruges, lac, oleum, sanguinem offerebant, Arnob. 7. *adversus gentes.* In eo etiam differebant sacra inferorum deorum, quod diis superis tantum libarent: inferis etiam vasa in ignem mitterent, Servius 8. *Æneidos*, ad illa verba *fuso crateres olivo.* Videntur inter cætera ea formula usi ad defunctos; *Resurgetu, comede, & bibe, & lætare*, Epiphan. *in Anchorato.* Huc referendæ sunt clausulæ illæ testamentariæ, Quos libertos meos ubi corpus meum positum fuerit, ibi eos morari jubeo, ut per absentiam filiarum mearum ad sacrofagum meum memoriam meam quotannis celebrent. *l.* 18. *in fin. ff. de aliment. legat.* Titio relinquo, ita ut a monumento meo non recedat. *l.* 71. §. 2. *ff. de condit. & demonst.* Ejus fidei committo, uti det ex reditu cœnaculi mei, & horrei post obitum, sacerdoti & hierophylaco & libertis, qui in illo templo erunt, donaria decem die nundinarum, quas ibi imposui. *l.* 20. *ff. de annuis.* quo loco videtur intelligere denicales, aut novendiales ferias, seu Novendial. de quo dixi ad *Novell.* 115. *cap.* 5. ἔννατα ἐπὶ νεκρῷ ἀγόμενα, quibus diebus fiebant cœnæ funebres, epulæque. *Julius Obsequens.* Et alibi, ut *l.* 44. *ff. de manumiss. testament.* Omnes sub hac conditione liberi sunto, ut monumento meo alternis mensibus lucernam accendant, & solennia mortis peragant. 28 Id est, intacta. 29 Id est, manes; *de quibus* §. *eodem.* 30 Legendum puto, *Datis*, ut sit sensus; Manes letho datis divos esse, id est, mortuis, seu mortuorum deos esse. Manes denique eos esse, quos pro mortuis invocare solerent. 31 Mortuos scil. interim nota sequentes leges seu sequentia capita esse genuina legis XII. Tabular. 32 De luctu mox dicetur. 33 *l.* 3. *ff. de sepulchro: l.* 12. *C. de religiosis:* Plutarchus *in Arato.* An quia non licet privato sepulchrum facere in loco publico? non puto. Potest enim publicus locus esse ad eam rem destinatus. Sed & Vestæ virgines etiam in civitate sepulchra habuerunt, & quod majus est, vivæ defossæ sunt intra pomerium. Mos etiam fuit antiquis in urbe sepeliri. Servius 5. *Æneidos.* quid, quod quibusdam datum est virtutis causa post duodecim tabulas, ut in urbe sepelirentur. ut Publicolæ, ut Tuberto, ut Fabritio? *Cicero hic.* Causa igitur fuit, ne urbanum cœlum tœdo cadaverum odore infectum, pestem civibus, qui spiritum ex eo ducerent, inferret: vel ne (ut illi putabant) sanctum jus municipiorum pollueretur. *l.* 12. *C. de religiosis.* Contraria omnino consuetudo fuit apud Tarentinos, cum oraculo accepissent futuros beatiores, si cum pluribus habitarent, Polybius 8. Exemplo forte eodem vetitum, ne quis in Apostolico vel Martyrio conderetur *l.* 2. *C. de sacrosanct. eccles.* eadem imitatione Concilium Varense *c. Præcipiendum* 15. *c.* 13. *quæst.* 2. vetuit, Ne quis in Ecclesia sepeliretur, sed tantum in atrio vel porticu vel exhedris Ecclesiæ. 34 De sepulchro illud Plinii notandum est 7. *c.* 54. *Ipsum cremari*, inquit, *apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum. Vetus certe institutum sepultura.* Arnobius 8. quo apud Xenophontem Cyrus utitur, & apud Romanos Numa & gens Cornelia, *Cicero hic.* ut merito compos mentis esse negetur, qui heredem ita instituit, si reliquias ejus in mare abjiceret, *l.* 27. *ff. de conditionib. instit.*
35 Propter ignis periculum hoc adjectum est. *Cicero.* Quod ab eodem dicitur, *Non qui uratur sepeliri, sed qui humetur: obscurius cum sit, sic interpretor. Finem sepulturæ, ustionem non fuisse, sed humationem: Improprie sepeliri, qui uritur: proprie, qui terra conditur.* Aliud est sepultura ab humatione. Sepultus dicitur quoquo modo, humatus terra tantum. Vide quæ scripsi ad *l.* 28. *in fin. ff. de stipulatione servorum.* 36 Ecquod illud? superius non dixit. Placet nonnullis decurtatam hanc esse sententiam, aut superioris alicujus appendicem. Possis tamen dicere, initium legis fuisse, ac si scriptum esset: Hoc plus ne facito, Plus, inquam, quam sequenti lege continebitur. Et ita loquitur Jurisconsultus in *l.* 1. *ff. de pactis.* Hujus edicti æquitas naturalis est, quanquam edictum de quo loquitur *l.* 7. §. 7. *dicti tituli*, contineatur. 37 Id est, ligna, quæ ad rogum faciendum conferuntur. Rogus non est monumentum. Monumentum non exuritur, rogus exuritur. Cum ascenderet in rogum ardentem, Cicero *primo de divinatione.* incendo rogum. Plautus *in Menechmis.* quanquam etiam in monumentis faciendis, *l.* 2. *ff. ad legem Falcidiam:* & sepultura, habenda est ratio sumptuum *l.* 14. §. 6. *ff. de religiosis: l.* 123. *ff. de legatis* 1. *l. ult. in fin. ff. de auro.* Quod adjicit Cicero de tribus riciniis & vinculis purpuræ & decem tibicinibus explicandum est. Ricinii (Festus recinium scribit) nomine vestem intelligit, cujus dimidia pars retrorsum jaci poterat, Varro 4. *de lingua:* Isidorus 19. *cap.* 25. vestes etiam non quasvis, sed quæ in luctu sumebantur, Nonius *in Ricinium*, quibus interdum corpora defuncti convolvebant. Lactantius 1. *Inst.* 4. quas, plus tribus, sepulchris condi Solon vetuit, Plutarchus *in Solone.* Quanto melius Jurisconsulti dissuadent ullas condi, cum sit hoc simpliciorum proprium *l.* 14. §. 5. *ff. de religiosis.* Quod adjicit de vinculis purpuræ, intellige fascias purpureas. hucque pertinet locus Livii 34. Purpura viri utemur: nec id ut vivi habeant tantum insigne: sed etiam, ut cum eo crementur mortui. De decem tibicinibus illud notandum, olim Siticines dictos fuisse, quod apud Sitos, hoc est, vita functos & sepultos canere soliti essent, tuba quadam differente a vetere Tuba proprietate. quos Sicinistas, vulgus: qui rectius loquuti, Sicinnistas dixere: Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Siticinibus affines sunt Tubicines, qui tubis: Liticines, qui lituo, 20. Gell. 2. adde Ovidium 6. *Fastorum.* Videntur autem Judæi didicisse quondam hoc genus Siticinii a Gentilibus, Matthæi 9. *vers.* 23. 38 Id est, dolabra. 39 Ne alioquin & modum excedas, & videaris ædificium potius, quam rogum construere. Hoc igitur vetat, pyram ex aliis lignis, quam rudibus & impolitis confici. 40 11. Plin. 37. adde sicubi captivi alicujus aut Gladiatoris sanguis effundi non poterit, Servius 12. *Æneidos.* Moris enim fuit istiusmodi hominum sanguinem effundi ante sepulchra, ut supra dixi. Faciebant autem id mulieres, ut, sanguine ostenso, inferis satisfacerent. Cæterum, Radere hic, significat unguibus genas dilaniare. Festus *in verbo Radere.* In declamationibus Quintiliani fit mentio mulieris, quæ filium lugens sanguinales lacertos, scissumque, laniatumque vultum & livida ubera, ostendit. 41 Id est, lugubrem ejulationem. Non vestis funebris, ut Sextus Ælius & Lucius Acilius putabant, Cicero *hic.* πένθος ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον, &c. *Lex Solon. apud Plutarchum in Solone:* adde Platonem 12. *de legibus:* Cicero 2. *Tusculanarum. Ejulatus ne mulieri quidem concessus: & hic nimirum fletus est, quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt.* Justinianus lessum veterum vertit in cantum præficarum seu psaltriarum, *Novell.* 59. *Hieronymus* in Epistola Pauli testatur, *Christianos in exequiis cecinisse, Alleluja.* Quod ad luctum attinet, Paulus 1. *Timoth.* 4. *vers.* 13. ita loquitur, Nolim autem, inquit, vos ignorare, fratres, de dormientibus, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Et is quidem lugubris modus videtur ab Aegyptiis acceptus: apud quos lugentes mulieres nudatis mammillis: viri pectus laniantes, plateas oberrabant. Herodot. 2.
42 Hominis mortui. 43 Non simpliciter prohibet ossa legi, sed ita legi, ut post funus fiat, id est, sumptus in funus. ideoque crediderim pro *funus*, legendum *sumptus*, excepta tamen bellicæ & peregrinæ mortis causa translatione. *l.* 8. *l.* 14. §. 4. *ff. de religiosis.*
44 Facias *Hotomanus*, nec male etiam possis legere *fiat.* 45 Quid sit unctura, audio. quid sit servilis unctura, nondum percepi, etiamsi scio in rem domini versum intelligi, si odores & unguenta servus emerit, & ad funus erogaverit. *l.* 7. §. 3. *ff. de in rem verso.* & inter funeris sumptus unguenta referri. *l.* 37. *ff. de religiosis.* ut uncturam servilem dicamus eam, quæ fit servandorum corporum causa, non video. Vix est enim ut talis unctura prohiberi debeat. Melius est tamen ut servilis unctura prohibeatur, & mandetur ne cadavera servorum ungantur sepulturæ tradenda, sive quia hujusmodi expensæ publicæ rei nocent velut sumptuosæ: sive quia interest, servos homines ea quoque parte a liberis distingui. 46 Vetus fuit consuetudo a Græcis etiam usurpata, ut mortuis ad monumenta cibum & potum deferrent. Tertullianus *lib. de testim. animæ*, vocas securos mortuos, si quando extra portam cum obsoniis & matiis, tibi potius parentans, ad busta accedis, aut a bustis dilutior redis. In Pandemiis diebus edulia quidem tota exurebant: vina vero libabant, quin mortuum provocabant his verbis: *Resurge, comede, & bibe, & lætare.* Epiphanius *in Anchorato.* Tertullianus *de resurrectione in principio.* Ego magis ridebo vulgus tunc quoque cum ipsos defunctos atrocissime exurit, quos postmodum gulosissime nutrit. Genus farciminis quo utebantur, Latini videntur appellasse silicernium (quibusdam tamen silicernium est τὸ τῆς ἑκάτης δεῖπνον Juvenalis *Satyra* 8. & Apulejus 4. *Florid.* cœnam feralem vocat) quia is, cujus nomine instituebatur, jam silicem cerneret. Fest. *in Silicernium.* Gammaros etiam & ova parentalibus atque mortuali isti cœnæ apposuere. Juvenal. 8. ut & lentem & salem φακὸς καὶ ἅλας. Plutarch. *in Crasso*, φακὸς καὶ μᾶζαν. Appian. *in Parth.* id est, lentem & li-

Ne sumptuosa [1] aspersio [2].

Neve longæ [3] coronæ [4], ne acerræ [5] præterëantur [6].

Coronam [7] virtute partam & ei qui peperisset, & ejus parenti, sine [8] fraude esse lex impositam jubet.

Ut uni plura [funera [9] ne] fierent, neve lecti plures [10] inferrentur. Neve aurum [11] addito [12]. Ut (legendum *Ast*) quoi auro dentes [13] juncti (lege *vincti* [14]) essent [15] (lege *erunt*) altim (legendum *Im* [16]) cum illo sepeliretur (lege *sepelire*) & ne (lege *ureretve*) se fraude (lege, sine [17] fraude esto.)

Uti ne rogum [18] bustumve [19] novum propius [20] LX. pedes adjici ædes alienas invito domino, neve forum [21] sepulchri, bustumve [22] usucapi [23] liceret.

Fragmentum quod ex moribus P. Romani præter superiora ex XII. Tabulis descripsi ex Cicerone 2. de legibus.

Funus ut indicatur, si quid ludorum dominusve funeris utatur accenso atque lictoribus.

Honoratorum virorum laudes in concione memorantor, easque etiam ad cantus tibiarum prosequuntor, cui nomen Næniæ.

EX LIBRO CICERONIS III. DE LEGIBUS.

De Magistratibus majoribus in genere [24].

JUsta imperia sunto, iisque cives modeste, ac sine recusatione parento [25]. Magistratus nec obedientem, & noxium civem multa [26], vinculis [27], verberibusque [28] coërcento: ni par, majorve potestas, populusque prohibessit [29]: ad quos provocatio esto. Cum magistratus judicassit, inrogassitve: per [30] populum multæ [31], pœnæ certatio [32] esto [33].

De militaribus.

Militiæ [34] ab eo, qui imperabit [35], provocatione esto: quodque is, qui bellum gerat, imperassit, jus ratumque esto. Minores [36] magistratus, periti juris [37], plures prælia [38] sunto. Militiæ [39] quibus jussi erunt imperanto, eorumque tribuni sunto [40].

De magistratibus & Quæstoribus.

Domi pecuniam publicam custodiunto [41].

De Triumviris Capitalibus.

Vincula sontium servanto [42].

De Quæstoribus parricidii.

Capitalia [43] vindicanto.

De Triumviris monetalibus.

Æs [44], argentum [45], aurumve publice signanto.

De decemviris litium.

Liteis [46] contractas judicanto: quodcunque senatus creverit [47], agunto.

De ædilibus.

Suntoque ædiles [48] curatores urbis [49], annonæ [50] ludorumque [51] solemnium: ollisque vel honoris amplioris gradum is primus [52] adsensus esto.

De Censoribus.

Censores [53], populi civitates [54], soboles [55], familias [56], pecuniasque [57] censento: urbis [58] templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia [59] tuentor: populique partes in tribus [60] distribuunto: exin pecunias, ævitates, ordi-

bum. adde Xiphilinum *in Domitiano*. Vas autem, quo potio funeraria continebatur, obba. Tertullianus 13. *Apologet.* quid omnino ad honorandos deos facitis, quod non etiam mortuis facitis? quo differt ab epulo Jovis silicernium, a simpulo obba, ab aruspice pollinctor? Nam & aruspex mortuis apparet. Inter hæc etiam pro mortuis orabant & requiem æternam eis precabantur. Tertullianus *de testimonio animæ*, ossibus & cineribus ejus refrigerium comprecaris, & ut bene requiescat apud inferos cupis. 1 Quidam legunt, respersio. Respersum vinum dicebatur, quod sepulchro spargeretur. Fest. *in Respersum.* 2 Hic locus ita legitur apud Ciceronem: mutilus tamen videtur. Festus *in Murrata*, refert XII. tabulis caveri, *Ne mortuo murrata potio inderetur.* Adjicit Plinius 14. *cap.* 12. Numæ regis legem fuisse, *Vino rogum ne respergito*, quæ duo optime conveniunt huic loco. De murrata potione dixi ad *l.* 6. §. 1. *ff. de tritico.* hoc tantum addidero, Videri mihi genus murratæ potionis translatitium ab Ægyptiis, apud quos murrata potio ex myrrha & aliis quindecim composita, Cyphi dicebatur. Plutarch. *in Iside.* 3 An quæ totum hominem a vertice ad pedes cingerent, quales fortasse deorum signis imponebant? An potius Lemniscatæ, id est, ex quibus Fasciolæ penderent, Festus *in Lemnisci*, quales in ludis & certaminibus dabantur? Coronarum, quæ athletis dabantur, in jure nostro fit mentio in *l.* 6. §. 13. *ff. de excus. tutor. l.* 40. *de re judicata: l.* 1. *C. de athletis.* De coronis adde Gellium 3. *cap.* 6. Tertull. *lib. de coron. militis.* De coronis mensarum, v. *l.* 19. §. 14. *ff. de auro.*

4 Arnobius 8. nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quod tribuatis exanimi facem, aut non sentienti coronas. Tertullianus *lib. de corona. Mortuorum est ita coronari.* 5 Acerra, arca quæ ante mortuum poni solebat: in qua odores condebantur, alii dicunt arculam thurariam. Fest. *in Acerra.* 6 Quidam legunt *adhibeantur.*

7 Plinius 21. *cap.* 3. Inde, inquit, illa XII. Tabularum lex, *Qui coronam parit, ipse pecuniave ejus, virtutis ergo arguitur.* Quam servi, equive, meruissent, pecuniam partam lege dici, nemo dubitavit. Quis ergo honos fuit? ut ipsi mortuo parentibusque ejus dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita. Pro *arguitur*, quidam legunt *dividitur*, legendum videtur *duitor*, vel *adduitor.* 8 Exceptio superioris legis: Coronæ longæ mortuis non sunt præferendæ: nisi si quas virtute quondam paraverint.

9 Nisi forte diversis locis quis sepultus est: alibi corpus, alibi caput. *l.* 44. *ff. de religiosis.* potest etiam sepulchrum uno loco fieri, alio monumentum. *l.* 42. *ff. de religiosis.*

10 Apud veteres gloriosum erat pluribus lectis efferri. Sylla 6000. lectorum habuisse dicitur, & Augustus ad honorem Marcelli, sororis suæ Octaviæ filii, lectos intrare civitatem jussit. Lego, Constantinopoli in majore ecclesia duos, præ reliquis, lectos majores fuisse, præter eos unum deauratum, eorumque usum non gratuitum fuisse, *Novell.* 59. *cap.* 6.

11 Antiqui solebant una cum mortuo in rogum vel sepulchrum res multas pretiosas conjicere, puta supellectilem, vide Plutarch. *in tractat. Epicuri.* Hinc illud legatum, Volo inferri mihi quodcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis & viriolas ex smaragdis. Quæritur, an heres cogatur obtemperare conditioni? responsum est, non cogi. *l. ult. in fin. ff. de auro.* quippe, injustæ voluntates defunctorum circa sepulturam (veluti si jubeant vestes aut quædam alia supervacua in funus impendi) non valent. *l.* 113. *in fin. ff. de legat.* 1. Lex etiam vetat ornamenta cum corporibus condi. *l.* 14. §. 5. *ff. de religiosis.* Plinius certe notat moris fuisse, ut morientibus annuli detraherentur 33. *c.* 1. adde Sueton. *in Tiberio.* 12 Funeri scilicet. Lambinus legit *arduito*, hoc est duito, idque ἀρχαϊκῶς pro dato. Ac pro ad, ut tandem fiat verbum, *addito.* 13 Auro dentes eburneos nonnulli sibi devinciebant: qualis fuit illa Ægle, de qua Martialis: Sic dentata sibi videtur Ægle, emptis ossibus Indicoque cornu. Mos etiam fuit veteribus, trientem in os defuncti, tanquam naulum imponere, quem apud inferos dari pro portorio opinio fuit, qui δανάκη Græcis vide Hesych. Apulejus 6. *Sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, sed offas polentæ mulsa concretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore duas ferre stipes.* Et post: *Ergo & inter mortuos avaritia vivit?* Juvenal. Satyr. 3. *Jam sedet in ripa, tetricoque novitius horret Porthmea, nec sperat cœnosi gurgitis alveum Infœlix, nec habet, quem porrigat ore trientem.* adde Alexand. ab Alexandro 3. *Genial.* 7. 14 Ita legunt Hotomanus, Balduinus & Lambinus. 15 Escunt. Lambin. veteres enim dixerunt *Escit*, seu *Esit* (quod magis probo, idque propter antiquum usum literæ S. pro R.) Esit pro *erit.* Fest. *in escit.* meam sententiam confirmat Varro 6. *de lingua.* Casmenarum priscum vocabulum, ita natum atque scriptum est. Alibi, Carmenæ, ab eadem origine sunt declinatæ, ut in multis verbis, in quo antiqui dicebant S. postea dicunt R. ut in carmine Saliorum sunt, hæc Cosauli, Dolosi, Eso, & alibi Cusiatii, Muses, Ruse, Melios, Fœdesum, Plusima, Asena, Janitos. *Hæc ille.* quibus addi cupio quædam alia quæ scripsi initio hujus libri.

16 Id est, eum. idque ἀρχαϊκῶς a nominativo Is, Fest. *in Is.* 17 Ex particula *Se* fecimus *Sine*, Fest. Se (ita legendum est non *Sed*) pro sine inveniuntur posuisse antiqui.

18 Apparatus mortuorum funus dici solet: extructio lignorum, rogus: subjectio ignis, pyra: crematio cadaveris, bustum: locus, ustrina: operis constructio, sepulchrum: inscriptum nomen memoriaque, monumentum. Publicæ ustrinæ erant in Exequiis, teste *Acrone.* vide *Josephum Scaligerum* apud Festum *in voce Bustum.* 19 Quasi bene ustum, locus in quo mortuus ustus est, Festus. Cicero vertit τύμβον. 20 Lex etiam vetat mortuum inferri propius ædes alienas, quam intra legitimum spatium. *l.* 3. §. 1. *ff. de mortuo inferendo:* facit *lex ult. ff. fin. regundor.* 21 Id est, vestibulum sepulchri, Cicero Festus *in voce Forum:* ut eo pacto heres defuncti iter, aditum, abitum, jusque accedendi ad sepulchrum habeat. *l.* 53. *ff. de actionibus empti: l.* 5. *ff. de sepulchro:* Cicero *pro Rosc.* 22 Bustum etiam pro sepulchro usurpatur, quod si discrimen facere libet. Locus in quo mortuus est combustus, ustrina dicitur: in quo & combustus & sepultus, bustum: Fest. *in bustum.* obiter etiam hinc observabis, ustrinam aliquando fuisse separatam a sepulchro, interdum conjunctam. 23 Hac in re sepulchris lex prospexit. Quid vendi? vide *l.* 9. *C. de religiosis.*

24 Transit ad magistratus. Id enim est, quod constituta religione rempublicam contineat maxime. Recte hic Cicero magistratum legem loquentem: legem mutum magistratum vocat. 25 Vide *l. unic. ff. si qui jus dicenti non obtemperaverit:* Novellam 69. *ut omnes obediant judicibus provincialium.* 26 Omnibus magistratibus (non tamen duumviris) concessum erat, jurisdictionem suam defendere pœnali judicio: *l. un. ff. si quis jus dicenti non obtemperaverit:* adde *l.* 131. §. 1. *l.* 244. *in fin. ff. de verbor. sign.* 27 *l.* 9. *ff. ex quib. caus. major. l.* 8. §. 9. *ff. de pœnis:* adde *l.* 216. *l.* 224. *ff. de verb. signific.*

28 Ita tamen, ut nemo verberibus necetur, aut virgis interimatur, nec tormentis, *d. l.* 9. §. 3. 29 Major minorem prohibere potest, par parem prohibere posse non videtur. *l.* 4. *ff. de arbitris.* & tamen hic habetur magis ratio prohibentis, quam jubentis. & merito, id enim prævalet in re pari. *l.* 11. *ff. de servit. præd. rusticor. l.* 28. *ff. comm. dividundo.* & in publicis judiciis obtinet. *l.* 38. *ff. de re judicata.* adde Fenestellam *c.* 10. *in fin.*

30 A magistratibus ad populum provocabatur, ut cui pœnæ, multæque remittendæ jus esset: sic Flacco, Martiali flamini, populus Romanus multam remisit, quam Crassus Pontifex maximus ei, si a sacris discessisset, dixerat. Cicer. *XII. in Anton.* Illud est etiam observandum, non tantum a magistratibus, sed & a regibus ad populum provocationem fuisse. Cic. 1. *de republ. apud Senecam* 19. *epist.* 109. neque id mirum, cum iidem reges Quæstores non crearent, sed populus. *l.* 1. *ff. de off. quæstor.* ut merito suspecta sit sententia legis Regiæ, qua dicitur populus ei, & in eum jus omne suum transtulisse. 31 Id est, multæ pœnæve. 32 Certatio, id est, cognitio suprema. Livius 25. Ducentum millia æris multa Posthumio publicano dicta a Tribunis plebis fuit, cujus certandæ cum dies advenisset conciliumque tam frequens adesset &c. 33 Additur hic in quibusdam Codicibus, lex quæ sequitur. Quodcumque postremum populus jusserit, id jus ratumque esto. sed commodius visum est eam in librum sequentem rejicere. 34 Puto legendum *militi.*

35 De cujus officio vide *l.* 12. *ff. de re militari:* utebantur autem nonnunquam vel imperatore, vel consule, vel dictatore. 36 Puta legati. 37 Militaribus hominibus concessa est judicandi facultas, vid. *l.* 1. *C. de off. magistrat. milit. l.* 17. *C. de judiciis. l.* 6. *C. de Jurisdictione*, non tamen omnino legum imperitis, *d. l.* 17. *in fin.* quos ideo Romani in provincias mittebant, & ad utrumque & pacis & belli tempus idoneos, *Novell.* 24. Constat tamen sæpissime judices Romæ non ex doctrina, sed ex casu fieri solitos esse. Plinius 14. *c.* 1. Minores tamen magistratus, de quibus hic agitur, videntur fuisse quasi adsessores majorum: & adsessorum exemplo, peritiam juris in iis requiri, *l.* 1. *ff. de off. adsess. l.* 2. *ff. quod quisque jur. leg.* 1. *C. de adsessoribus. Novell.* 82. *in princ.* Pedaneos eodem modo peritos esse oportuit, νόμων καὶ πείρας, *Novell.* 82. *c.* 11. 38 *In prælia*, ita legitur in quibusdam excusis. alii legunt *in prælio.* 39 Forte legendum, *milites.* 40 De munere & officio tribuni militaris, vid. *l.* 12. *in fin. ff. de re militari.* Veget. 2. *c.* 12. vide *epistolam Aureliani ad quendam ejus vicarium, apud Vopiscum.* 41 Hoc caput refero ad quæstores, inquirendæ & conservandæ pecuniæ causa creatos. Etsi scio apud Varronem 4. *de lingua*, nonnihil extare de tribunis ærarii & ære militari, quæ huic loco non ita male convenirent. 42 Hoc etiam caput ad triumviros capitales refero: ut qui carceris custodiam haberent, ut cum animadverti oporteret, eorum interventu fieret. *l.* 2. §. 30. *ff. de origine juris.* quos existimo alios fuisse ab iis quibus potestas esset de carcere vel custodia dimittendi. *l.* 52. §. 12. *ff. de furtis.* ad eosdem triumviros capitales refero illud Taciti 5. *Annal.* Tradunt temporis ejus autores, quia triumviris capitalibus supplicio (ita emendo, pro triumvirali supplicio) affici virginem inauditum habebatur, a carnifice, laqueum juxta compressam, qua lectione nihil apertius. necdum enim probatum animadverti, Triumvirale supplicium idem esse, quod pœnam laquei; potuitque error ex hac scriptura *triumvirali*, pro *triumviris capitalibus*, admitti. 43 Hunc locum refero ad quæstores parricidii, de quibus *l.* 2. §. 23. *ff. de origine juris.* vel similes magistratus. Nec enim Consulibus licuit de capite civis Romani jus dicere. *d.* §. 23. 44 Et hoc etiam caput ad triumviros monetales, æris (ut inquit Pomponius, *d. l.* 30. §. 2.) argenti & auri flatores, aut qui tempore XII. tabularum similem potestatem habuerunt. 45 Legibus XII. tabularum hoc constitui non posse præsumptio est ea. Romani ante Servium Tullium rudi ære utebantur. Plin. 33. *cap.* 3. Servius primus æs signavit. Plin. *d. loco. &* 18. *capite* 3. Argentum non ante Pyrrhum signatum est: sed annis tantum quinque ante primum bellum Punicum. Plin. 32. *cap.* 3. Aurum quo tempore signatum fuerit, incertum est. Plin. *d. loco.* 46 Hac particula adducor, ut credam hic tractari de decemviris, qui hastæ præessent, quique (ut Pomponius loquitur. *d. l.* 2. §. 29.) in litibus judicandis olim constituti fuerunt. 47 Decreverit. 48 *d. l.* 2. §. 21. *&* 26. Ædiles curules intelligit. 49 Ideoque, ædiles nonnunquam intervenerunt incendiis arcendis. *l.* 1. *ff. de offic. præfect. vig.* 50 Hinc ædilitiæ actiones. *C. de ædil. act.* edicta ædilitia. *tit. de ædil. ed.* ut hinc facile intelligas, ecquid Pomponius senserit, dum nobis retulit, Præfectum annonæ & vigilum non magistratus, (id est, non perpetuo aut ex legibus XII. tabularum) sed extraordinarie & utilitatis causa fuisse constitutos. *l.* 2. §. 33. *ff. de orig. jur.* Ob superiorem causam iidem ædiles de mensuris jus dicebant, Juven. Satyr. 10. *Et de mensura jus dicere, vasa minora Frangere, pannosus vacuis ædilis Ulubris.* Qua de re memini quædam me scripsisse ad *l.* 12. *ff. de peric. & com.*

51 Et munerum Suet. *in Julio* 10. Capitolin. *in Gordiano.* Cicer. 2. *offic.* ubi adjicit, muros, navalia, portus, aquæductus, & omnia quæ ad usum reipublicæ pertinent, theatra, porticus, nova templa, impensas meliores ædilium censeri. 52 Ideoque notat Cicero 2. *de officiis*, prætermissionem ædilitatis Mamerco repulsam consulatus attulisse. Solebant enim ædiles auram popularem largitionibus variis demereri. Quod hic dicitur de ædili, idem etiam tribuitur quæstori, in *l.* 1. *in fin. ff. de offic. quæstor.* 53 *l.* 2. §. 17. *ff. de origine juris.* Censores inde dicti, quod tanti quisque res suas æstimaret, quantum illi censuissent. Festus *in Censores:* huic magistratui origo fuit, quod populus diu incensus fuisset, nec differri census, neque consulibus, propter bella id curæ esse, poterat. 54 Ætates *l.* 3. *ff. de censibus.* 55 Liberos. 56 Id est servos. *l.* 4. §. 5. *ff. de censibus.*

57 Agros *d. l.* 4. 58 Livius 4. Publicorum jus, privatorumque bonorum sub nutu Censoris & arbitrio erat. 59 Livius 24. Locabant etiam opera publica. 60 Ab initio tribus (Livius vocat Curias equitum *libro* 1.) tres fuerunt Tatiensium, Ramnium seu Ramnensium, & Lucerum. Varro 4. *de lingua.* A tributo, non a tribus populi partibus dictas fuisse Livius scribit *l.* 1. quin, initio quatuor fuisse Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam, ita dictas a regionibus urbis. Liv. *ibid.* 18. Plin. 3. Ciceronis ætate fuerunt XXXV. Cicer. *contra Rullum.* quarum nomina, secutus Manutium, visum est utile studiosis communicare. Æmilia Cicero *ad Atticum* 11. Livius 38. Aniensis Livius *lib.* 10. Cicero 8. *familiar.* Arniensis Livius 6. *&* 29. Cicero 2. *in Rull.* Claudia Livius 11. Halicarnass. 5. Crustumina Cicero *pro Planco & pro Balbo.* Collina Varro 4. *de lingua.* 18. Plin. 3. Cornelia Livius 38. Exquilia Varro 4. *de lingua* 18. Plin. 3. Fabia Horat. 1. *epist.* 6. Suetonius *in August.* Falerina Liv. 9. Galeria Liv. 27. Plinius 2. Mæcia Cicero 4. *ad Atticum.* Livius 29. 2. Valer. 4. Mentina Cicero 3. *familiar.* Joseph. 13. *histor.* Oufentina Liv. 9. Palatina Varro 4. *de lingua.* Cicero 4. *in Verrem.* Livius 20. 18. Plinius 3. Papiria, Papia *vide* Manutium. Poblilia Liv. 7. Pollia Liv. 29. Valer. 4. *&* 9. *cap.* 10. Pomptina Cice-

nes

nes [1] partiunto: equitum [2], peditumque [3] prolem describunto: cœlibes [4] esse prohibento: mores [5] populi gregunto: probrum [6] in senatu ne relinquunto: bini [7] sunto: magistratum quinquennium [8] habento: reliqui magistratus [9] annui sunto, eaque potestas semper [10] esto.

De officio Prætoris.

Iuris disceptator, qui privata [11] judicet, judicarive jubeat, prætor [12] esto. is juris civilis custos [13] esto. huic potestati parento. Quotcumque [14] senatus creverit, populusque jusserit, tot sunto.

De officio consulis.

Regio [15] imperio duo [16] sunto: iique præeundo [17], judicando [18], consulendo [19], prætores [20], judices [21], consules, appellantor: militiæ summum [22] jus habento, nemini [23] parento. salus [24] populi suprema [25] lex esto. Eundem magistrum, ni interfuerunt decem anni, ne quis capito. Ævitatem annali [26] lege servanto.

De Dictatore, & Magistro Equitum.

Ast quando duellum [27] gravius [28], discordiæ [29] civium estunto ne amplius sex [30] menses, si senatus creverit, idem juris, quod duo consules, tenento, isque ave [31] sinistra [32] dictus [33] populi magister [34] esto.

Æquitatem [35] quicumque regat, habeto [36] pari [37] jure cum [38] eo, quicumque erit juris disceptator [39]. Ast quando consulis [40] est, magistratusve [41] populi, reliqui magistratus ne sunto [42].

De Auspiciis, & autoritate Senatus.

Auspicia [43] patrum sunto: ollique ex [44] se produnto, qui comitiis creare [45] consules rite possint.

Imperia, potestates, legationes, cum Senatus creverit, populusve jusserit, ex urbe exeunto.

De re militari.

Duella [46] justa [47] juste [48] gerunto: sociis [49] parcunto: se, & servos continento: populi sui gloriam augento: domum cum [50] laude redeunto: rei suæ [51] ergo ne quis legatus esto.

De Tribunis plebis [52].

Plebes [53] quos pro se contra vim [54], auxilii ergo, decem [55] creassit, tribuni [56] ejus sunto: quodque ii prohibessint, [57] quodque plebem rogassint, ratum esto: sanctique [58] sunto: neve plebem orbam [59] tribunis relinquunto.

De Senatoribus & Senatusconsultis.

ro 4. *ad Atticum:* Livius 7. Pupinia Cicero 3. *familiar.* 8. Livius 26. Quirina Cicero *pro Quintio:* & 8. *familiar.* Romilia Varro 4. *de lingua.* Cicero 2. *in Verrem:* 2. *Agraria:* Servius 1. *Æneidos*, Sabatina Liv. 6. Scaptia Liv. 8. Suetonius *in Augusto.* Sergia Ascon. Stellatina Livius 6. Suburrana Varro 4. *de lingua.* 8. Plin. 3. Terentina Cicero *pro Plancio:* & *lib.* 8. *familiar.* Tromentina Livius 6. Velina Cicero 4. *ad Atticum* & *in Bruto:* Horatius 1. *epistol.* 6. Voltinia Cicero *pro Plancio.* Vejentina Cicero *dicto loco.* Tribuum etiam aliæ fuerunt Rusticæ, aliæ Urbanæ. Et hæ quidem illis minus nobiles: ut Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina 18. Plin. 3. 1 Tres apud Romanos fuerunt ordines, Senatorius seu Patricius, Equestris & Plebeius. Senatorii ordinis tres etiam gradus postea fuere, clarissimi, spectabiles & illustres, dixi ad *Novell.* 7. *in fin.* 2 Inter ærarios unus relatus est ab iisdem Censoribus, qui cum uberrimus & habilissimus esset, rogatusque quam ob caussam equum nimis strigosum haberet, responderat, se a seipso curari, equum a famulo. 4. Gellius 20. & 7. *cap. ult.* Livius 43. *In equitibus*, inquit, *recensendis tristis admodum & severa fuit eorum censura, multis equos ademerunt.* Idem *lib.* 24. & Valerius 2. *cap.* 4. *Censores citarunt eos qui post Cannensem pugnam rempublicam deseruissent.* his adde quædam alia ex Valerio *dicto loco.* 3 Qui sine justa missione discesserant a signis milites, Censores ita adigebant: *Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii Tiberii Sempronii censoris in provinciam Macedonicam redibis, quod sine dolo malo facere poteris.* Livius 41.
4 De cœlibe quædam dixi ad Ulpianum *cap.* 13. & 14. & ad titulum *Codicis de indicta viduitate:* & *de lege Julia Miscella tollenda.* & ad titulum *C. de infirmandis pœnis cœlibatus.* Hoc tantum addere visum est de Camillo & Posthumo censoribus, qui æra, pœnæ nomine; eos qui ad senectutem cœlibes permansissent, in ærarium deferre jusserunt: iterum puniri dignos, si quo modo de tam justa sententia quererentur. 2. Valer. 4. 5 Quale illud fuit, Livius *lib.* 4. Censor, inquit, agebat de uxoribus solemne jusjurandum, quumque verbis conceptis aliquem Censor ita interrogasset, *Et tu ex animi tui sententia uxorem habes? habeo equidem, inquit, sed non ex animi tui sententia.* Tum Censor, quod intempestive lascivisset, in ærarios retulit. Alterum severitatis Censoriæ exemplum fuit in eo qui prope fuit (nisi vitio se oscedinis teneri dejerasset) ut plecteretur, quod apud Censorem clare nimis ac secure oscitavisset: tanquam illud vagi animi indicium foret. 4. Gell. 20. & 7. *c. ult.*
6 Legimus L. Antonium senatu motum, quod quam virginem uxorem duxerat, repudiasset nullo amicorum consilio adhibito. 2. Valer. 4. & L. Flaminium pariter senatu motum, quod in provincia quendam damnatum securi percusserat, tempore supplicii ad arbitrium mulierculæ, cujus amore tenebatur, electo: & Ruffinum, quod decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum: & Duronium, quod legem de coërcendis conviviorum sumptibus latam abrogasset. 2. Valer. 4. Livius *lib.* 43. senatum censores legerunt, septem e senatu ejecti sunt. adde eundem *lib.* 4. 7 Censores duo.
8 Octodecim tantum mensium meminit Livius *lib.* 10. idque ex lege Æmilia quæ hanc abrogat. 9 Ut Consulatus, Prætura. 10 Id est, non sit extraordinaria ut Dictatura. 11 De criminibus ac delictis publicis non cognovit. ejus etiam autoritatis non erat, creare magistratus, sicuti nec penes eum belli ac pacis jus fuit. Interdicta tamen reddidit de rebus sacris, religiosis ac publicis. *l.* 1. *in fin. ff. de interdictis.* hinc illa interdicta, Ne quid in loco sacro fiat. De locis & itineribus publicis: Ne quid in loco publico. De loco publico fruendo. De via publica. De fluminibus. Ne quid in flumine publico: Ut in flumine publico navigare liceat. De ripa munienda. 12 Vide *tit. ff. de Officio Prætoris.* 13 Juris etiam civilis adjuvandi, emendandi, & supplendi potestas Prætoribus data. *l.* 7. *in fin. ff. de just.* & *jur.* 14 Prætores plures olim fuere, urbanus, *l.* 2. §. 27. *ff. de orig. jur.* peregrinus, *d. l.* 2. §. 28. Sardiniæ, Siciliæ, Hispaniæ, Galliæ Narbonensis, qui de falso, qui de parricidis, qui de sicariis, qui de veneficiis, duo frumentarii & ita XII. aliquando fuere. Augustus XVI. Prætores constituit, quibus duos Claudius adjecit, qui de fideicommisso jus dicerent, ex queis Nerva unum detraxit alio subrogato, qui inter fiscum & privatos jus diceret. Ad hunc modum XVIII. Prætores fuere. *d. l.* 2. §. 32. quinqueviri Cistiberes & Ultiberes, id est, cis & ultis Tiberim constituti, quasi Prætorum vicarii. *d. l.* 2. §. 31. & 33. *in fin.* Et hæc quidem Romæ. Constantinopoli vero, tres Prætores fuerunt ab initio. *l.* 3. *C. de episc. audien. l. ult. C. de offic. Prætoris.* Flavialis, Constantinianus, Triumphalis. Succedaneis postea temporibus, interdum quatuor, interdum quinque, interdum octo fuere, Constantinianus, Constantianus, Theodosius, Arcadius, Triumphalis, Augustalis, Romanus, Laureatus, ut dixi ad *d. l. ult.* 15 Vid. *ff. de officio Consulis.* 16 Consules regio fuerunt imperio. in consulibus tamen regium imperium paulo imminutum fuit, quod duo, quod annui essent, quod statis tantum festis ac pompis & honoris Deorum gratia, sceptra, coronas aureas & purpuram usurparent. Halicarn. 3. Fenestel. 7. Regii Imperii vestigium fuit, sella eburnea in qua sedentes jus reddebant, quodque prætexta candida uterentur, quod XII. lictores, totidem secures ante eos præferrent.
17 A Lacedæmoniis mos hic usurpatus. Halicarn. 4. spectabant & aliud Romani, hoc scilicet, minus injuriosos fore & molestos divisa potestate. 18 Inde Prætores etiam dicti. J. *eodem.* 19 Constat Consules initio, ante constitutos Prætores, jus in civitate reddidisse. *l.* 2. §. 29. *ff. de origine jur.* præterquam in caussis criminalibus. *d. l.* 2. §. 23. Apud eosdem manumissiones expeditas fuisse constat. *l. un. ff. de officio Consul.*
20 Vel quod Reipublicæ. Fenest. *c.* 7. vel quod senatum, populumque consulerent. Varr. 4. *de lingua.* ut inde lex fieret vel senatusconsultum, nisi Consulis vocem inde potius derivemus, unde Actius ait, *apud eundem Varronem d. loco.* Qui recte consulat, consul fiat. videtur etiam Cincius *libro de Consulis potestate.* apud Festum *in voce Prætoria porta*, opinari Consules dictos, quod populos Latinos consulere soliti essent & imperium communi consilio administrare. 21 Festus *in Prætoria porta.* Initio Prætores erant, qui nunc Consules, iique bella administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium; hinc Prætoria porta, qua exercitus in prælium educebatur. Fest. *ibi.* Prætoria cohors, quæ a Prætore non discedebat, Festus *in Prætoria cohors.* 22 A judicando, *ut* §. *eod.*
23 Ita ut eo tempore miles ab eorum sententia appellare non posset. §. *cap. de magistrat.*
24 Nisi populo. 25 Hoc innuit; Populi salutem omnibus rebus anteponi, a qua sententia nunquam boni principes abhorruere. Capitolinus *in M. Antonino.* fisco, inquit, in caussis compendii, nunquam judicans favit. adde *Nov.* 149. *in fin.* & 161. *in fin. l.* 10. *ff. de jure fisci.* 26 Id est, ultima. Est enim supremus post quem nullus, quem nemo sequitur. *l.* 34. *ff. de vulgari* & *pupillari substitutione. l.* 9. *ff. de reb. dub. l.* 92. *ff. de verb. sign.*
27 Quæ & Annaria, Festus *in Annaria.* Annaria lex dicebatur ab antiquis, quia magistratus erant annui. fuerunt & aliæ leges annales, quibus cavebatur, quo ætatis suæ anno quisque magistratum posset adipisci. Gerebatur ædilitas curulis anno XXXVII. biennio post, prætura: Cic. *epist. ad Furnium.* Consulatus anno XLIII. quibus tamen legibus nonnulli, virtutis causa, interdum solvebantur. vide Paul. Manucium *lib. de legib.* 28 Id est, bellum ita dicitur, quod sit quasi duorum inter se contendentium conflictus. inde Duellona, Bellona. Var. 4. *de ling.* Fest. *in Duel.* duidens hostia, bidens. Fest. *in duidens.* Duonum, bonum, Idem *in Duonum.* Duellum etiam dicebatur perduellum, Var. 6. *de ling.* unde perduellis. Fest. *in Duel. l.* 234. *ff. de verb. sign.* 29 Vid. *l.* 2. §. 18. *ff. de orig. jur.* 30 Hinc legimus apud Liv. 2. Conjuratione detecta XXX. populorum, vel ut *Fenest.* ait XL. Dictatoris primam mentionem ortam fuisse credi: nonnullis asserentibus T. Largium primum dictatorem, Spurium Cassium Magistrum equitum creatos. Fenest. 8. Halic. 5. 31 *d.* §. 18. *l. un. C. de off. Præf. Præt.* 32 Id est, auspicato. 1. Valer. 1. *de quo mox etiam dicam.* Illud addendum, moris etiam fuisse dictatorem noctu sub silentio dici, *Liv.* 33 Avis sinistra, non est mala: sinistra seu scæva auspicia, bona auspicia existimantur. scævum omen, bonum omen. Var. 6. *de lingua*, sinistrum enim in auspicando significare ait, Atteius Capito, lætum & prosperum auspicium, Festus *in Sinistrum.* causa vanitatis inde fuit: crediderunt augures, quod homine in meridiem (quæ deorum sedes ab iisdem existimabatur) spectante, ad sinistram ejus, partes mundi exorientes sint, ad dextram occidentes. Inde sinistra auspicia, fausta dici, quod ea, quæ oriantur, quæque ortus causam tribuunt, meliora sint iis, quæ occidunt, quæve interitum rei demonstrant, vide Festum *in sinistræ aves.* Partes exorientes, ibi intelligi puto solem ipsum aut orientem, non ipsas stellas, quæ nobis nunquam occidunt, & quæ ab Astrologis perpetuæ apparitionis dicuntur: sed quam vana sit augurum & aruspicum opinio, satis ostendit contraria Ægyptiorum sententia, ut qui existimarent, Anticas mundi partes esse in Occidente, Posticas in Oriente, dextras in Septentrione, sinistras in Meridie. vide Plutarchum *in Iside:* adde Cœlium Rhodiginum 1. *Lect.* 10. *ubi explicat quæ sint in mundo Antica & Postica.* 34 Varro 4. *de lingua.* Dictator quod a Consule dicebatur, cui [legendum cujus] dicto omnes audientes essent: Consule, inquam, vel ut *Dionysius* ait *lib.* 4. a collega: ut alter Consulum alterum nominasse videatur. Halicarnass. *ibidem.* 35 Varro 5. *de lingua.* Dictator, magister populi, quod is a consule debeat dici. *Es paulo post*, magister populi etiam dicitur. Dictatoris forte appellatio, sumpta ab Albanis, apud quos magistratus annui dictatores vocabantur. Halicarnass. 5. Fenest. 8. 36 Non improbarem, si quis ita legeret, Equites qui regat habeto. 37 Creato. Nam magister equitum a dictatore creabatur. Halicarnass. 5. 38 Imo plus juris. A consulibus provocatio erat ad populum. *l.* 2. §. 16. *ff. de origine juris.* a dictatoribus non fuit. *d. l.* 2. §. 18. Consulibus nulla capitis animadversio. *d.* §. 16. & §. 23. *ibidem.* dictatoribus fuit. *d. l.* 2. §. 18. his omissis puto id significari, Inter cætera dictatoris munera illud quoque adnumerari, ut magistrum equitum sibi crearet. 39 Id est, eodem tempore creatum. Alioquin, absurdum fuerit jus, de quo hic agitur, referre ad magistri equitum potestatem, cum inæqualis fuerit potestas dictatoris & magistri equitum. Eodem tempore dixi. Nullus enim dictator fuit absque magistro equitum Halicarnass. 5. solebatque magister equitum dictatori adjungi: quo modo Regibus, Tribunus Celerum. *l.* 2. §. 19. *ff. de origine juris.* Fenest. 9. & succedaneis temporibus præfecti prætorio, Imperatori *l. un. ff. de off. præfect. prætor.* Possis etiam juris vocabulo intelligere auspicia, nam magister equitum non sine auspiciis lectus fuit. Idque ex eo constat, quod soricis occentus auditus Fabio Maximo dictaturam, & Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit. 3. Valer. 1. usque adeo tributum a veteribus fuit soricis occentui. Plutarch. *in Marcel.* 8. Plin. 57. 40 Juris disceptator, Prætor §. *de off. prætor.* quasi id innuat; Magistratum equitum dictatori loco fuisse prætoris; & quidem legimus, in omnes milites & accensos, jus summum militare magistris adtributum, Fenestella 9.
41 Consulatus est. quidam etiam ita legunt, male ut opinor. De vera hujus loci lectione mox dicam. 42 Magister populi. quidam etiam ita legunt, & male. Puto hunc locum corruptum esse & ita restitui posse, Ast quando consuli reipubl. opus est, magistratuve populi, &c. neque quidquam a veritate historiæ alienum comminiscor. Testatur enim Plutarchus, moris fuisse, ut cum Dictator eligeretur, omnes magistratus deponerentur, excepto tribuno plebis. Plutarch. *in Fabio.* 43 Quidam ita legunt, Reipublicæ auspicia.
44 Quasi avispicia. Plebs postea ad consulatum admissa fuit. *l.* 2. §. 26. *ff. de origine juris.*
45 Creari. 46 Id est, bella. 47 Justum bellum dicimus, non tantum quod publice decretum est. *l.* 24. *ff. de captivis. l.* 118. *de verb. sign.* sed cum ita suscipitur, ut nihil nisi pax quæsita videatur. Cicero 1. *offic.* Justa sunt etiam ea bella quæ Deus jubet, in quibus ductor exercitus vel ipse populus, non tam auctor belli quam minister judicandus. August. *lib.* 6. *quæst. super Johannem.* 48 Non excludit dolum, qui adversus hostem bonus esse dicitur. *l.* 1. §. 3. *ff. de dolo.* 49 Hinc illud, *Parcere subjectis & debellare superbos.* Idem a præsidibus requirit *Juvenalis* 8. *miserere*, inquit, *inopum sociorum.* 50 Hac occasione permoti imperatores, ob levissima prælia triumphos sibi decerni postulabant: quibus ut occurreretur, lege cautum fuit, *Ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium una acie cecidisset.* Eique legi rursus ne fraus fieret, altera lege contra falsas pugnas cautum fuit, *Ne quis hostium occisorum falsum numerum senatui referret, jussis imperatoribus, cum primum urbem intrassent, apud quæstores urbanos jurare de numero occisorum.* 3. Valer. 8. Coronæ in eum finem dabantur. Triumphales (initio laureæ fuerunt, postremo una littera dempta, aureæ) imperatoribus dabantur. idque vulgo dicitur aurum coronarium. Obsidionalis quæ & graminea, quam dabant ii, qui obsidione liberati erant ei duci, qui liberasset. Civica ex quercu vel ilice facta, ea appellabatur, quam civis civi, a quo servatus esset in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ daret. Muralem dabat imperator militi, qui primus murum ascendisset: ut Castrensem, ei qui primus in castra hostium impetum fecisset: ut & Navalem, ei qui primus in hostium navem vi armatus transilisset. Hæ tres coronæ fiebant ex auro. Ovali, (quæ ex Myrto) utebantur imperatores, qui ovantes urbem introibant. Ovandi causa erat, cum aut bella non rite indicta, neque cum justo hoste, aut hostium nomen humile, aut deditio repente facta. Oleagina utebantur, qui in prælio non fuerant, qui tamen triumphum procurabant. 5. Gell. 6. 51 De ea re dixi ad *l.* 14. *ff. de legationib.* 52 De tribunis plebis, vid. *l.* 2. §. 20. *ff. de origine juris.* 53 Plebs, cæteri cives a senatoribus. *l.* 238. *ff. de verbor. sign.* 54 Senatorum scilicet & patrum. 55 Prima secessione duo tantum fuere. Livius 2. alia secessione tres additi; mox quinque: & ita decem. Fenestel. ib. nonnumquam viginti *l.* 2. §. 25. *ff. de origine juris.* quod vix est ut credi possit.
56 De tribunis plebis. 57 Id est, obnuntiarint, intercesserint. Gell. 13. *cap.* 12. Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non juri dicundo, nec querelis de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus præsentes fuissent. & Fenestella refert, patrum decreta prius rata non fuisse, quam si tribuni ea approbassent. Illud mirum est, tantæ potestatis viros, prehensionem quidem habuisse, vocationem in jus non habuisse, qua de re vide 13. Gell. 12. 58 Livius 2. Agi de concordia cœptum, concessumque in conditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset, neve cui patrum eum magistratum capere liceret. Eadem extant apud Halicarnassæum 6. 59 Hoc igitur innuit, Plebi Romanæ utiles fuisse tribunos plebis. in municipiis, tribunorum vicem sustinuerunt defensores civitatum. de quibus vide *Novell.* 15. Quod ad tribunos plebis attinet. Cicero 3. *de legibus.* Tribunitiam potestatem pestiferam vocat, ut quæ in seditione & ad seditionem nata sit. idque evidenter etiam Tiberii Gracchi tribunatum ostendisse: & Curiatii hominis infimi, a quo D. Brutus & P. Scipio in vincula conjecti. Idem quoque perspectum in Caji Gracchi & Saturnini tribunatu. Syllam recte constituisse, ut tribunis plebis injuriæ faciendæ potestas adimeretur, auxilium

Omnes [1] magistratus auspicium [2], judiciumque [3] habento: eque his senatus esto: ejus decreta, rata sunto. ast ni potestas par, majorve [4] prohibessit. SC. perscripta servanto. Is ordo vitio [5] vacato: cæteris specimen [6] esto.

De Suffragiis & creatione magistratuum.

Creatio magistratuum, judicia, populi jussa, vetita, cum suffragio consciscentur [7], optimatibus nota, plebi libera [8] sunto.

De quæstoribus [9].

At si quid erit, quod extra magistratus cohærario [10] æsussit, qui cohæret, populus creato, eique jus coërcendi dato.

De jure Populi & Senatus.

Cum [11] populo, patribusque agendi jus esto consuli, prætori, magistro populi [12], equitumque, eique, quem produnt, patres consulum rogandorum ergo: tribunisque, quos sibi plebs rogassit, jus esto cum patribus agendi: idem [13], ad plebem, quod census [14] erit, ferunto. Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica [15] sunto. Senatori, qui nec [16] adierit, aut causa aut culpa esto. Loco [17] senator, & modo [18] orato: causas [19] populi teneto. Vis [20] in populo abesto. Par, majorve potestas plus [21] valeto. Ast qui turbassitur [22] in agendo, fraus auctoris esto. Intercessor rei malæ, salutaris [23] cuive esto. Qui agent, auspicia servanto; auguri publico parento: promulgata, proposita, in ærario [24] cognita, agunto: nec plus, quam de singulis rebus semel consulunto: rem populum docento, doceri a magistratibus, privatisque patiuntor. Privilegia [25] ne irroganto [26]: de [27] capite civis, nisi per [28] maximum [29] comitiatum, ollosque, quos censores in partibus populi locassint, ne ferunto: donum [30] ne capiunto, neve danto [31], neve [32] petenda, neve gerenda, neve gesta potestate. Quod quis earum rerum migrassit [33], noxiæ pœna par esto. Censores fide legem custodiunto [34]. Privata [35], ad eos acta referunto: nec eo [36] magis lege liberi sunto.

ferendi relinqueretur. 1 Nisi dimoveret Ciceronis in hunc locum interpretatio, putarem legendum esse *Senatores*, perinde ac si lex hoc velle videretur, Senatores auspicato eligi, judicandi potestatem penes eos esse, exque his senatum fieri: nec enim ita proprie quis dixerit, Senatum ex prætoribus atque ex senatoribus fieri, & ut paucis dicam, Nemo non videt agi hoc capite de senatu atque senatoribus, non de prætoribus. 2 Non videntur magistratus electi, numine inconsulto. 3 Id est, potestatem judicandi.
4 Conjungenda est hæc sententia superiori capiti, de magistratibus, Ni par magistratus, potestasve, populusve prohibessit. Varro 4. *epist. ad Oppium*, teste Gellio 14. *cap.* 7. Intercedendi ne senatusconsultum fieret, jus fuit iis solis, qui eadem potestate, qua ii, qui senatusconsultum facere vellent, majoresve essent. Hæc ille. Intercedere tamen proprium tribunorum fuit. Notandum est, quod superiore loco scribit idem Varro, dictatores, Consules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum urbi, & extraordinario jure Tribunos militares, qui pro consulibus fuissent, Decemviros, quibus tum imperium consulare esset, item Triumviros reipublicæ constituendæ causa creatos, jus consulendi senatum eo ordine habuisse. 5 Hinc illud s. *capite de Censoribus.* Probrum in senatu ne relinquito.
6 Quales enim summi civitatis viri fuerint, talis civitas erit. Claudianus, *Nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, quam vita regentis.* 7 Id est, ferentur. 8 Suffragia ab initio palam & voce ferebantur a populo. Sed quoniam intererat populi (propter potentiores) voluntatem in judiciis regere, latæ sunt quatuor leges tabellariæ. Gabinia, qua populo potestas facta est suffragia ferendi per tabellam, quoties ageretur de magistratu alicui demandando. Cassia, quoties ageretur de capite fortunisque civium, excepto perduellionis crimine. Papiria, quoties de jubendis ac vetandis legibus ageretur. Cœlia, in perduellionis etiam crimine tabellam populo dedit, quod lex Cassia exceperat. His de causis Cicero *in Agraria* 2. *& lib.* 3. *de legibus*, tabellam appellat vindicem tacitæ libertatis: & in Oratione pro Cornelio, principium institutæ libertatis Cassiam legem appellat. Et tamen nostra lege suffragia populi, optimatibus nota esse jubet. Si nota, non igitur libera? Cicero hanc legem tabellariam ut non omnino probat, ita penitus non improbat. Improbat, quia bonorum interest, scire, quid quisque sentiat, quam voluntatem tabella occultat: ideoque magis graviora judicia de potentissimis hominibus extare voce, quam tabella: minus multos tabella condemnatos, quam voce. Probat vero, quoties ambitio locum habet, & ea tamen conditione, ut quisque optimo & gravissimo civi tabellam offerat. Quod de lege Mariana adjicit, quæ fecit pontes angustos: Pontium nomine intelligo mensas, quibus suffragiorum cistæ imponebantur: quarum mentionem facit autor *ad Herennium*, & Suetonius *in Julio*. Ut ad libera populi suffragia revertar, C. Cæsar ea sustulit, Augustus restituit, quod diu non mansit. Hinc fit ut Modestinus in *l.* 1. *ff. de ambitu*, dicat legem de ambitu in urbe suis cessasse temporibus, quia tunc ad principis curam magistratus creatio pertinebat: & Juvenalis *Satyr.* 10. *Jampridem ex quo suffragia nulli vendimus.* 9 *l.* 2. *§.* 22. *ff. de origine juris: l.* 1. *ff. de offic. quæstoris.* 10 Ærarii tribuni, ab ære dando dicti: Fest. *in Ærarii.*
11 Vide 14. Gell. 7. 12 Magister populi, dictator ut s. *cap. de dictatore.*
13 Iidem. 14 Censuerint: Ferunto, *Lambinus.* quod cesus erit Lipsius 2. *epistola* 2. cesus, ἀρχαϊκῶς pro usus. sic apud veteres Cœrare pro curare, & cœratio pro Curatio.
15 Modesta. 16 Multæ dicebantur senatori, qui cum in senatum venire deberet, non adesset, *Varro* apud Gell. 14. *cap.* 7. 17 Id est, togatus, *Cicero.* 18 Id est, ne sit infinitus. Nam brevitas non modo senatori, sed etiam oratori magna laus est, Cicero *hic.* Veritatis sermo simplex. Ammianus 14. *& alibi*, Tunc laudanda brevitas, cum nihil detrahit cognitioni justorum. hinc rescriptum est, Brevitate non minui fidem chirographi. *l.* 13. *C. de donationibus.* 19 Senatori necessarium est, nosse rempublicam: puta, quot habeat militum, quid valeat ærario, quos socios habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, conditione, fœdere, tenore, consuetudinem decernendi, nosse exempla majorum. *Cic.* 20 Nihil est enim tam exitiosum civitati, nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minus civile & humanum, quam composita & constituta republica, quidquam agi per vim. 21 Quod pars major civium fecerit, omnes fecisse videntur.
22 Turbassit, turbasserit. Nemo causam quærat seditionis agendo: hinc vetitum, ne quis turbis coadunatis de fide disputet, ex eo tumultus & perfidiæ occasionem requirens. *l.* 4. *C. de summa Trinitate.* Puniri etiam lex jubet, qui turbulentis se adclamationibus populi adcommodant. *l.* 28. *§.* 3. *ff. de pœnis:* ut & auctores seditionis & tumultus *l.* 38. *§.* 2. *ff. de pœnis.* lex id innuit, intercessori deferendum. Impediri enim bonam rem melius, quam concedi malam. *Cicero.* 23 Leges promulgatæ in ærario condebantur. Sueton. *in Julio*, ut & Senatusconsulta. 24 Hæc lex non tollit privilegia certis personis aut corporibus data, sed negat legem de una tantum persona concipi posse in omnia tempora. Quintilianus *declamat.* 154. In præsens tempus ferri de singulis leges possunt, ut de Menandro. *l.* 5. *in fin. ff. de captivis.* de Hostilio Mancino *l. ult. ff. de legation.* adde Cujac. *obs.* 8.
25 Cicero *pro domo.* Vetant XII. Leges privatis hominibus irrogari. Cicero *pro Sextio.* XII. tabulis sancitum, ut neque privilegium irrogari liceret. Idem in Solonis legibus fuisse cautum Æneas Gazæus scribit *in Theophrasto* his verbis: ὁ μὲν τοῦ Σόλωνος οὐκ ἐᾶν νόμον ἐπὶ ἀνδρὶ τιθῆναι. ἀλλὰ ἢ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τίθεσθαι. Idem institutum fuit apud Athenienses, ne scilicet lex ulla ferretur, nisi in eas Athenienses convenissent non minus 6000. Demost. *contra Timocratem.* Huc illud referri potest: Jura non in singulas personas, sed generaliter constitui. *l.* 8. *ff. de legibus.* a judicibus generaliter constitutiones observari. *l. ult. C. si contra jus.*
26 Cicero *pro Sextio:* XII. tabulis sancitum est, ut non liceret de capite, nisi comitiis centuriatis rogari, *& post* de capite non modo ferri, sed ne judicari quidem posse nisi comitiis centuriatis. 27 Et merito. Nam universi populi gravius est judicium, quam partiti: descriptusque populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuse in tribus convocatus. 28 Maximus comitiatus, centuriata comitia.
29 Gellius 20. *c.* 1. Nisi duram esse legem putas, qua judex, arbiterque jure datus, qui ob rem dicendam, pecuniam accepisse convictus est, capite punitur. vid. *l.* 6. *§.* 3. *ff. de off. proconf. l.* 18. *ff. de off. præsid. Novell.* 8. *c.* 1. *&* 17. *c.* 1. *l.* 1. *l.* 2. *C. de pœna jud. l.* 7. *C. quando provoc. non est necess. l. ult. C. ad l. Jul. repetun.* Hinc venales sententiæ ipso jure nullæ. *d. l.* 7. *l.* 15. *ff. de judiciis.* Plato 8. *de legibus.* 30 Per se vel per alios: quod tamen moderatum est, moderatio plausibilis videtur: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, id est, A nemine quippe accipere inhumanum: passim vilissimum: ab omnibus vero accipere avarissimum est. *l.* 6. *§.* 3. *ff. de off. proconf.* Altera moderatio fuit, permitti præsidibus accipere esculentum, potulentumque quod intra dies paucos prodigeretur. *l.* 18. *ff. de off. præsid.* 31 *l.* 1. *in fin. ff. ad l. Jul. de amb.*
32 Observanda sunt hæc tria tempora. 33 Id est, quisquis has leges contempserit, aut neglexerit. 34 Facit *l.* 2. *§.* 13. *ff. de origine juris. Novell.* 26. *§.* 1. *Novell.* 133. *c.* 4. *Novell.* 161. Sic apud Græcos fuerunt νομοφύλακες. 35 Privati: sensus est, eos qui magistratu abierint, cogi apud censores edere & exprimere quid in magistratu gesserint. Vide quæ scripsi ad *Novell.* 8. *c.* 6. 36 id est, nec ante.

LEGUM XII. TABULARUM
F R A G M E N T A,
AD
PANDECTARUM ET CODICIS
SERIEM ADCOMMODATA.

TIT. I.
De legibus.

1. Jura non in singulas personas sed generaliter constitui *l.* 8. *de legibus.*

PRivilegia [1] *ne irroganto.* Hæc Cicero 3. *de legibus. Idem pro Sestio.* Cur, cum XII. Tabulis sancitum esset, *ut neque privilegium irrogari* [2] *liceret*, nulla vox est audita Consulum.

2. Priores leges ad posteriores trahi.

Interrex Fabius ajebat in XII. Tabulis legem esse, *ut quodcunque postremum* [3] *populus jussisset id jus ratumque esset.* Hæc Livius 7. & 9. Cicero *pro Balbo: &* 2. *de inventione.* autor *ad Herennium libro* 2. Varro 8. *de lingua.*

TIT. II.
De statu hominum.

1. De partu 10. & 11. mensium.

D*Ecemviri in X. mense gigni hominem non in undecimo* 4. Hæc Gellius 3. *c.* 6.

2. De partu deformi.

Deinde cum esset cito legatus, tanquam ex XII. Tabulis, insignis ad deformitatem [5] puer, brevi tempore nescio quo pacto creatus, multoque tetrior & fœdior natus est. Cicero 3. *de legibus.*

3. De Patrono & Cliente.

De Patrono & Cliente v. J. titul. De extraord. criminibus, *c.* 2.

TIT. III.
De his qui sunt sui.

1. Trina venditione liberos emancipari.

ID enim lex [6] XII. Tabularum jubet his verbis: *si pater filium ter* [7] *venundarit* [8], *filius a patre liber* [9] *esto*, hæc Ulpian. 10. §. 1. Hanc legem ita restituit Josephus Scaliger, apud Festum *in addes. Sei pater filiom ter venomduit* [10], *filius a patre liber esto.*

TIT. IV.
De rebus.

GAjus libro sexto ad legem XII. Tabularum. *Rem*, inquit, *de qua controversia est, prohibemur* [11] *in sacrum dedicare, alioquin dupli pœnam patimur.* nec immerito, ne liceat eo modo duriorem adversarii conditionem facere. *l. ult. ff. de religiosis.*

1 De hac lege dixi in superiore legum Ciceronianarum tractatu. 2 Id est in privatos homines ferri. Nam privilegium omne secundum Decemviros injustum: secundum Jurisconsultos (verbi gratia fisci, creditorum & id genus) probum ac justum.
3 *l.* 26. *l.* 27. *l.* 28. *ff. de legib.*
4 *Dixi ad Novellam de restitutionibus & ea quæ parit XI. mense.* 5 Locus est meo judicio valde corruptus: quem ut difficultate nimia, nondum, puto, quisquam restituit, ita vix ausim attingere. videtur tamen pertinere ad deformes, si non monstrosos partus, quorum fit mentio in l. 10. *l.* 14. *ff. de statu hom. l.* 135. *ff. de verb. sign.*
6 Ante legem 12. Tabul. Romulus id constituerat teste Dionysio. Rævardus putat lege Romuli filios ter venditos, ter manumissos reipsa. Lege 12. Tabularum imaginarias fuisse venditiones seu mancipationes & manumissiones. 7 De trina venditione filiorum dixi ad Ulpianum, *tit.* 10. 8 Venumduit, nam ut veteres dixere *Adduo.* Festus *in Addues.* ita & creduo, venunduo. 9 Id est, ingenuus haud libertinus. sic libertas pro ingenuitate. *l.* 21. *ff. de statu hom. l.* 40. *ff. de liberali causa.* Paul. 5. *sentent. in princ.* 10 Filio ita vendito non competebat postliminium. Cicer. 1. *de Orat.*
11 Forsitan permisit in eum mortuum inferre his verbis, *nec non mortuum inferunto*, quibus verbis *nec non* lex magis permittit quam prohibet. dixi ad *l.* 237. *ff. de verb. signif.* quæ sumpta est ex Gaji lib. V. ad legem 12. Tabularum. adde Cujacium 10. *observ.* 26.

TIT.

TIT. V.
De pactis.

Rem ubi pagunt, orato ni [1] (quidam legunt *oranto*, alii *orationi*: lege *oratione*) *pagunt* (lege *pagunto*). Autor ad *Heren.* 2. Joseph. Scaliger apud Festum *in plorare* hanc legem ita restituit, *Rem ubei pagunt, oranto: ni pagunt, ante meridiem in foro aut in comitio causam conjiciunto* &c. quæ vide in titulo de Judiciis. infr. Cujacius vero *ad l. 6. ff. de pactis* ita restituit, *Ubi paguntor, ita ni pagunt, in comitio &c.*

2. Pacta servanda.

Cum [2] *nexum* [3] *faciet, mancipiumque* [4] *uti lingua nuncupassit* [5], *ita* [6] *jus esto* [7]. Festus in *Nuncupata.*

Cum ex XII. Tabulis satis esset cautum præstari *quæ essent lingua nuncupata* [8] *quæ qui inficiatus esset duplo* [9] *pœnam subiret.* Cicero 3. *Officiorum.*

Ut totum illud *uti lingua nuncupassit*, non in XII. Tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Cic. 1. *de oratore.*

3. Pactis ipso jure [10] tolli actionem de membro rupto.

Si membrum rupit, ni [11] *cum eo pacit* [12] *talio esto.* Festus in *Talionis.* v. infr. de damno, & titulum de injuriis.

4. De jurejurando.

Nullum vinculum ad adstringendam fidem, jurejurando majores arctius esse voluerunt, id indicant leges in XII. Tabulis. Cic. 3. [13] *Officiorum.*

5. De furto pacisci.

De furto pacisci licet dixi infr. Tit. de furtis *c. 5.*

6. Qui coronam virtutis ergo propositam pacit [14], ipse pecuniave ejus arguitor. Plin. 21. *c.* 3.

TIT. VI.
De receptis arbitris.

1. De arbitro corrupto, vide titul. proximum de Judiciis.
2. De tribus arbitris familiæ erciscundæ, v. titul. famil. erciscund. in fin.

TIT. VII.
De judiciis.

1. De judicio sisti.

Si in jus vocet, atque [15] *eat* [16], Cic. 2. *de legibus.*
Lege jus est, *ut in jus eas cum voceris.* Autor ad *Herennium.*

2. De reo fugiente.

In duodecim, quod est, *Si calvitur* [17] *pedemque struit* [18], *manum* [19] *endo* [20] *jacito.* Festus *in Struere.*

3. De dilationibus & earum causis.

Lex duodecim [21] tabularum, *Si judex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico* [22] *impediatur, jubet diem judicii esse diffisum* [23], l. 2. §. 3. ff. si quis cautionibus.

Si [24] *in jus vocat, si morbus* [25], *ævitas* [26] *vitiumve esset, qui in jus vocabit, jumentum dato* [27]*: si nolet, arceram* [28] *ne sternito* 20. Gel. 1. *Si quid horum fuit vitium, judici, arbitrove, reove dies diffisus* (alii male difensus) *esto.* Festus, id est, dilatus *l.* 11. §. 11. *ff. si quis caution.* Acron *in Horat.*

4. De Antestatione & manus injectione.

De hac lege duodecim tabularum his verbis cautum est, *Si vis* (quidam legunt, *Si in jus*) *vocationi* (quidam legunt *vocati*, Cujacius 7. *observat.* 16. legit *vocat* Lipsius 4. *Epist.* 27. fuat) *testamini igitur* (Cujacius legit, *ni eat, manum* [29] *injicito*) *en capito* (legendum *encapito*, id est, *incipito* Lipsius *d. loco em capito*) *antestari* [30]. Porphyrio ad illa verba Horatii 1. *serm.* 9. & licet antestari. Fuerit igitur ita lex concepta, *Si in jus vocatus non eat, manum injicito, encapito antestari.* Rævardus, si vis vocationi fuat, testamini, igitur Em capito antestari. Lips. 4. *Epist.* 27. pro veteri lectione, si vis vocationi fuat, testamini, igitur Em capito antestari, ita emendat. si vis vocationi fuat, antestaminor: ni it, aurem capito antestari.

5. De testium citatione & denunciatione.

Vagulatio in lege XII. Tabularum significat quæstionem cum convitio, *Cui testimonium defuerit is tertiis* [31] *diebus ob* (Id est, *ad*) *portum* [32] *obvagulatum* [33] *ito* [34]. Festi *in vagulatio.*

6. De plus petitionibus.

Quod alter plus [35] *lege* [36] *agendo petierit, quam quantum lex in* XII. *Tabulis permiserit quod cum impetrassit, causa cadet.* Eoque nomine reo exceptio hæc competebat, *cujus pecuniæ dies fuisset.* Cic. 1. *de orat.*

7. De pœna corrupti judicis aut arbitri.

Dure autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest? Nisi duram esse legem putas quæ *judicem* [37], *arbitrumve jure datum, qui ob rem dicendam, pecuniam accepisse convictus est, capite punit.* Hæc Gel. 20. *cap.* 1.

8. Si judex falsam vindiciam tulit.

Si vindiciam falsam &c. *vid. in fin. titulum de possessionibus & interdictis.*

9. Apud quos judices de capite civis Romani agi oporteret.

Cur cum sacratis legibus & XII. Tabulis sancitum esset, *ut neque privilegium irrogari liceret, neque de capite nisi comitiis centuriatis rogari, nulla vox est audita consulum?* hæc Cicero *in oratione pro Sestio.* & post: *De capite non modo ferri, sed ne judicari quidem posse nisi centuriatis comitiis.*

10. De temporibus judicandi.

Rem ubi pagunt, orato pagunt [38] *in comitio aut in foro ante meridiem causam conjicito* [39]. Autor *ad Heren.* 2. In XII. Tab. verbum hoc ita scriptum est, *Ante* [40] *meridiem causam conscito* [41], *cum perorant ambo præsentes. Post meridiem præsenti* [42] *litem* [43] *addicito. Si ambo præsentes, sol* [44] *occasus suprema* [45] *tempestas* [46] *esto.* 17. Gel. 2.

Festus *in supremum.* In legibus XII. *Solis * occasus suprema tempestas esto.* Macrob. 1. *Saturnalium* 3. *in fin.* Dies ita dividitur: Primum tempus diei, dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, deinde conticinium, cum & galli conticescunt & homines etiam tum quiescunt. Deinde diluculum, Id est, cum incipit dignosci dies, inde mane, dum dies clarus, *& post*, a mane ad meridiem, hoc est, ad medium diem (puto legendum *a mane ad medium diem, meridies*) inde jam supra, vocatur tempus occiduum, *& mox suprema tempestas*, Id est, diei novissimum tempus, sicut expressum est in XII. Tab. *Solis occasus suprema tempestas esto.*

Plin. 7. c. 57. Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut Ionum literis uterentur. *cap.* 58. Veteres Græcas fuisse easdem pene quæ nunc sunt Latinæ &c. *cap.* 59. sequens gentium consensus in tonsoribus fuit, sed Romanis tardior &c. *c.* 60. Tertius consensus fuit in horarum observatione jam hic rationi accedens. Quando & a quo in Græcia reperta, diximus in secundo volumine. Serius etiam hoc Romæ contigit. c. XII. Tab. *Ortus tantum & occasus nominatur, post aliquot annos adjectus est & meridies.* Accenso Consulum id pronuntiante, cum Curio (alii legunt cum a curia) inter Rostra & Græcostasim prospexisset talem (hanc vocem quidam expungunt) Solem. A columna (solem a columna) ænea (legunt nonnulli Mænia) ad carcerem inclinato sidere, *supremam* pronunciabat. sed hoc serenis tantum diebus, usque ad primum Punicum bellum. Hæc ille. Suprema, summum diei, id est, a supremo (quidam legunt *superrimo*). Hoc tempus XII. Tabulæ dicunt *occasum esse solis*: sed postea lex Prætoria id quoque tempus jubet esse supremum, quo Prætor in Comitio supremam pronuntiavit populo. Varr. 5. *de lingua.* Idem 6. *de lingua*, supremum

1 Quintil. 1. *c.* 6. Cum in Tabulis legeremus, *Ni ita pagunt.* 2 Qui nexum, ita nonnulli legunt. 3 Quidam hæc verba referunt ad nuncupationem heredis. 4 Vid. Paul. 2. *sentent.* 17. §. 3. 5 Nuncupare, idem hic quod nominare. Varro 5. *de lingua.* adde Festum *in Nuncupata pecunia.* ubi etiam de votis nuncupatis. Isid. 4. *c.* 4. 6 Hinc pacta juri præstare dicuntur, autor *ad Herennium*: Cic. 2. *de invent.* 7 Quidam hoc addunt, *uti nominassit locutusve esit, ita jus esto.* 8 Promissa. *l.* 37. *ff. de dolo. l.* 19. *ff. de ædilitio edicto.* scripta in lege venditionis. *l.* 33. *ff. de contrah. empt.* adseverata. *l.* 13. §. 3. *ff. de act. empt.* 9 Paul. 1. *sent.* 19. §. 1. *&* 2. *tit.* 17. §. 2. 3. 4. Varro 2. *de re rustic.* 11. Solet si res mancipio non datur, dupla promitti: aut si ita pactum, simpla. olim mancipio datarum non erat auctor, sed mancipio non datarum tantum. soli domini ex jure Quiritum mancipio dare poterant, tradere etiam non domini. 10 *l.* 6. *ff. de pactis.* 11 Transactiones plerunque dum in jus ibatur, fiebant, *l.* 22. *in fin. ff. de in jus vocando.* 12 Ab antiquo paco, id est, paciscor, vide Fest. *in Pacionem.* & apud Scaurum *lib.* 2. *de Orthographia, Ni pacunt.* 13 Adde *l.* 1. *ff. de jurejur.* 7. Gell. 18. Halic. 2.
14 Ita emendat Rævardus & Lambinus *in Prologo Amphyt.* pro parit. Eo sensu prohibent leges 12. Tabul. coronas etiam Circenses pecunia adquiri: aut ita legendum, propositam pecunia parit. cui emendationi facit *l. un. C. de athletis.* Plaut. *in Prolog. Amphyt. ibi in mandatis dedit ut conquisitores fierent histrionibus, Qui sibi mandassent delegati ut plauderent.* Lipsius 4. *Epist.* 27. qui coronam parit, ipse pecuniave ejus virtutis ergo arduitor, id est, additor.
15 Id est, statim. 20. Gell. *ult.* 16 *ff. in jus voc. ut eant. l.* 1. *ff. si quis in jus voc. non ierit.* 17 Cajus *lib.* 1. *ad l.* 12. *tab.* Si calvitur, inquit, & (legendum id est) moretur & frustretur &c. *l.* 233. *ff. de verb. sign.* 18 Gl. pedem struit, φεύγει Festus in *pedem struit.* Idem in *struere*, Struere, inquit, antiqui dicebant, pro adjicere, augere: unde industrius. At in 12. putant esse retrorsus ire, alii in aliam partem, alii furere, alii gradum augere, alii minuere. 19 Ad eundem modum, creditori persequi debitorem fugientem licet, eique auferre pecuniam sibi debitam, *l.* 10. §. 16. *ff. quæ in fraud.* adde & alios casus ex *l.* 23. *ff. ad l. Juliam de adult. l.* 54. *C. de decur.* 20 Id est, injicito. vid. Fest. *in Endoplorato. & Endoprocinctu.* ex hoc loco ita legendus est versus Lucillii apud Non. *c.* 1. *in Calvitur* 20. si non it capito eum & si calvitur, Endo ferto manum.
21 Atqui *Fest.* in *Reus* id Numæ tribuit. Ex *Halic.* 2. & 10. constat, decemviros, multa ex legibus Regiis & moribus pop. Rom. in 12. Tab. transtulisse hoc censente populo.
22 Quid morbus sonticus esset, dixi ad *l.* 4. §. 5. *ff. de ædilitio edict. l.* 60. *ff. de re judicata. l.* 113. *ff. de verb. sign.* adde Gellium 20. *cap.* 1. 2. *Eclog.* 2. *c.* 113. 23 Numa in 2. tabula, secunda lege, in qua scriptum est, Quid (lege si quid) horum fuit (lege fuat) unum (Cujacius 3. *obs.* 40. legit vitium) judici, arbitrove reove, dies diffensus, (Scaliger legit diffunsus: sed legendum est ex *dicta lege* diffisus) esto. Festus in voce *Reus.* Possis itaque legem ita restituere, Si quid horum fuit vitium judici, arbitrove, reove, dies diffisus esto. diffisus, id est, dilatus. Gellius 14. *c.* 2. jussi diem diffindi, *& post*, in diffisionibus comperendinationibusque. Livius 9. legem Curiatam triste omen diffidit. Horat. 2. *sermon.* Nihil diffindere possum. 24 Alii legunt *Ni it, in jus vocato: si morbus ævitasque vitium esit &c.* Palmer. *Spicileg.* Rævardus ita, morbus ævitasve vitium esit, qui in jus vocassit, jumentum dato, si volet arceram ne sternito. 25 Id est, vitium aliquod imbecillitatis atque invalentiæ. 20. Gell. 1. 26 Id est, ætas, senectus, vid. Nonium *in Ævum.*
27 Scite dictum est, neque onerosum creditorem, neque morosum debitorem audiendum, *l.* 25. *in fin. ff. de pignoratitia actione.* 28 Arcera plaustrum, tectum undiquaque & munitum quasi arca. 20. Gell. 1. Varro 4. *de ling.* Arcera quæ in 12. tabulis appellatur.
29 De manus injectione loquuntur sæpe 12. tabulæ, ut S. *c.* 2. 30 Nunquam ducitur quis nisi antestatus. Qui trahit in jus, antestatur prius. Antestatus dicitur, qui testato convenitur, qua ratione & pater fiduciarius antestatus dictus est olim autore Gajo *in Institut.* Plaut. *in Persa, Age, ambula in jus, leno.* D. *Quid me in jus vocas?* S. *illic dicam apud Prætorem: sed ego in jus voco.* D. *Nonne antestaris?* S. *Tuane ego causa carnifex cuiquam mortali libero aures atteram?* Hæc ille. Ut hinc constet aures non antestati sed testium fuisse attrectatas. Et lex Bajuvaria, Testis per aurem trahi debet, idque ita sentiunt Acron & Porphyrio ad illum locum Horatii, *Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestantur.* Plin. 11. *c.* 45. Recte, nam in antestatione memoriæ causa actor auriculam imam tangebat antestati, cum hoc verbo *Memento*: Et est apud Latinos Lapillus in quo caput sculptum & manus aurem atterens cum verbo Græco μνημόνευε. 31 Per triduum testimonii denuntiatio fiebat, sicut & reatus. vid. *l.* 10. *ff. de publ. jud.* 32 Id est, ad domum, Festus *in Portum. Portum in* 12. *pro domo positum omnes fere consentiunt: Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.* Hæc ille. Plutarchus *in Graccho*, dixit πρὸς τὰς θύρας.
33 Vagulatio quæstio cum convicio, id est, convocio, Festus *in vagulatio.* Plaut. *in Aulul.* nisi reddi mihi vasa jubes, pipulo hic te differam ante ædes. quo loco pipulo differre ante ædes, nihil aliud quam ad portum obvagulatum ire, & convitiari: pipulum enim idem quod convitium Varroni & de lingua declinatum a pipatu pullorum. 34 Ut eo pacto testes non extrahantur de domo sua. Gajus 1. *ad leg.* 12. *Tab.* in *l.* 18. *l.* 20. *ff. de in jus voc.*
35 §. 33. *Inst. de act.* vid. *C. de plus petitionib.* 36 Lege agendo petere, est certa atque præscripta formula petere. Cic. 1. *de orat.* Actor lege agit, quoties solenniter jus suum persequitur. Valer. 7. Prætor lege agit. *Senec.* 3. *controvers.* cum verbis solennibus sententiam pronunciat. Lictor lege agit, cum sententiam solenniter exequitur. Liv. Hinc legis actio. *l.* 1. *ff. de officio juridici. l.* 4. *ff. de adop.* 37 Vid. *l.* 3. *ff. de lege Julia repet.* Paul. 5. *sent.* 28. §. 1. 38 Dixi de hujus loci restitutione *supr. tit. de pact.*
39 Id est, agito. conjicere causam, est agere. Afranius *Materteris*, causam conjici hodie ad te volo, ambo adestis. vide Nonium in *conjicere.* 40 Hanc legem ita restituit Joseph. Scaliger apud Festum *in plorare. Rem ubei pagunt, oranto. Nei pagunt, ante meridiem in foro aut in comitio causam conjiciunto &c.* 41 Alii gnoscito, ut Rævard. eo sensu, ut Judex ante meridiem, quum actor & reus perorassent, id est, causam dixissent, de causa cognosceret. conjiciunto Joseph. Scaliger *in plorare apud Fest.*
42 An id innuit, post meridiem secundum præsentem judicari: quibusdam, ut Rævardo hæc vox deest. his adde *C. quomodo & quando judex sententiam proferre debeat præsentibus partibus vel una tantum parte præsente.* 43 Litem addicere quidam interpretantur secundum præsentem litem dare. Rævardus, litigandi potestatem facere. 44 Sole occaso diei suprema potestas esto. *Rævard.* 45 Ut. *l.* 92. *in fin. l.* 162. *l.* 163. *ff. de verb. sign.* hoc innuit, solem occasum supremum esse juris dicendi tempus. Ita, Judex non videtur se subtrahere juri dicundo, qui se recepit hora suprema. *l.* 1. §. 8. *ff. quando appellandum.* ut hinc colligas, moris non fuisse apud veteres noctu judicare. Senec. 1. *de tranquill.* quibus tamen opponitur *l.* 2. §. 31. *ff. de orig. jur. Novell.* 82. *c.* 3. hoc recte constat noctu posse transigi, *l.* 20. *C. de transact.* & testamentum signari. *l.* 22. §. 6. *ff. qui testamenta.* 46 Quæ & suprema hora. *l.* 1. §. 8. *ff. quando appell. l.* 2. *in fin. ff. de*

a superrimo dictum. Itaque in XII. Tabul. *Solis occasu, diei suprema tempestas esto.* Libri Augurum, pro tempore tempestatem dicunt, id est, supremum augurum tempus.

11. Qui satisdare cogantur.

Ennius verbum hoc ex XII. Tabulis vestris accepit: in quibus si recte commemini, ita scriptum est. *Assiduo, vindex* [1] *assiduus* [2] *esto: Proletario* [3] *civi, quivis volet vindex esto.* 16. Gell. 10.

12. Judicio sisti.

Indicant XII. Tabulæ, *aut status* [4] *dies cum hoste* [5]. Cic. 1. *offic.*

13. De confessis [6] in jure.

v. infr. tit. de hereditatibus ab intestato §. 27.

14. De tempore judicati faciendi.

v. infr. de hered. ab intest. §. 27.

De servitutibus Titul.

Vide infr. tit. Finium regundorum, ubi de via & hujusmodi servitutibus.

TIT. VIII.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

A*Nimalium nomine, quæ ratione carent, si qua lascivia aut pavore aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege XII. Tabularum prodita est.* Inst. si quadrupes. *Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, actio ex lege* XII. *Tabularum descendit, quæ lex voluit aut dari id quod nocuit, id est, animal: aut æstimationem noxiæ offerri.* l. 1. ff. si quadrupes. Ita lex esse potuit, Si equus calcitrosus alium percusserit, aut bos cornu petere solitus cornu petierit &c.

TIT. IX.

Damno dato.

1. De rupto.

RUpitias [7], in XII. Tabulis significat damnum dederis. Festus *in voce rupitias.*

Sarcito, in XII. Tabulis Servius suspicans ait significare, damnum solvito, præstato. Festus *in voce Sarcito.*

Ex his duobus fragmentis possis ita legem concipere. *Quod rupitias, sarcito.*

2. De membro rupto.

Talionis mentionem fieri in XII. Tabulis ait Verrius, hoc modo. *Si membrum rupserit* [8], *ni cum eo pacit, talio esto.* Festus in Talionis. dicam de hac lege ad tit. de Injur. infr.

TIT. X.

De noxalibus actionibus.

CElsus differentiam facit inter legem Aquiliam & legem XII. Tabularum. Nam in lege antiqua (*id est* XII.) *Si servus sciente domino furtum fecit, vel etiam noxam commisit, servi nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur* [9] l. 2. §. 1. ff. de noxalibus.

Noxales actiones sunt aut legibus aut Edicto Prætoris. Legibus, veluti *furti ex legibus* XII. *Tabularum* §. 4. Inst. de noxalibus actionibus. *Si servus furtum faxit, noxamve nocuit.* l. 2. §. 1. *vers. sed si placeat. ff. de noxal. act.*

TIT. XI.

Finium regundorum, & de servitutibus.

1. De viarum latitudine.

V*Iæ latitudo ex lege* XII. *Tabularum in porrectum octo pedes habet, in amfractum* [10] id est, ubi flexum *est, sedecim*, Cajus *in l. 8. de servitut. rusticorum.* Amfractum est ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo, ab *eo leges* [11] *jubent in directo pedum octo esse, in amfracto sexdecim*, id est, *in flexu.* Var. 6. *de lingua.*

2. Si aquæductus privato noceat.

Si per publicum locum aquæductus privato nocebit, erit privato actio ex lege XII. *Tabularum, uti noxæ domino caveatur.* l. 5. ff. ne quid in loco publico.

3. Si aqua pluvia nocet.

Et sic verba legis XII. Tabularum veteres interpretati sunt, *si aqua pluvia nocet ei.* si nocere poterit *l. 21. ff. de statuliber.*

4. De interstitiis.

Gajus *lib. 4. ad legem* XII. *Tabul.* sciendum est, inquit, in actione finium regundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum est, quod Athenis Solonem dicitur tulisse: nam illic ita est. Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολίπειν. ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον [12] τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολίπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ ὀργυιάν. ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν, ἐννέα [13] πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε [14] πόδας. *Id est*, Si quis sepem ad alienum prædium fixerit, infoderitque: terminum ne excedito. Si maceriam: pedem relinquito. Si vero domum: pedes duos. Si sepulchrum aut scrobem foderit, quantum profunditatis habuerint, tantum spatii relinquito. Si puteum, passus latitudinem. At vero oleam, aut ficum, ab alieno ad novem pedes plantato: cæteras arbores ad pedes quinque. Hæc ille.

5. Qui viam debet, eam munitam præstet.

Si via sit immunita [15], *jubet lex qua* [16] *velit, agere jumentum.* Cicero *pro Cæcina.*

6. De legitimo spatio ac sestertio pede inter duas insulas relinquendo.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædificia, locus duorum pedum & semipedis [17] ad circumeundi [18] facultatem relictus. Festus *in Ambitus.*

7. De crassitudine parietis communis.

Leges publicæ [19] *non patiuntur majores crassitudines quam sesquipedales* [20] *constitui loco communi*: cæteri autem parietes, cum spatia angustiora fierent, eadem crassitudine locantur: lateritii vero (nisi diplinthii [21] aut triplinthii fuerint) sesquipedali crassitudine non [22] possunt plusquam unam sustinere contignationem. In ea autem majestate urbis & civium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo cum recipere non posset area plana tantam multitudinem, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coëgit devenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ contignationibus una coaxatis, & cœnaculorum summas utilitates perfecerunt & despectationes. Ergo menianis [23] & contignationibus variis alto spatio multiplicatis, populus Romanus egregias habet sine impeditione habitationes. Hæc Vitruv. 2. c. 8.

8. De quinque pedum præscriptione.

Ex hac non rerum sed verborum discordia, controversia nata est de finibus, *in qua quoniam usucapionem* XII. *Tabul. inter quinque* [24] *pedes esse voluerunt*, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinamus, nec Mamilia [25] lege singuli, sed ex XII. tres arbitri fines regemus. Hæc Cic. 1. *de legibus.*

9. De tribus arbitris finium regundorum.

Nec Manilia cum singulis lege [alii ita habent, Nec Manilia lege singuli] sed cum his te arbitro [alii recte legunt, *Sed ex his tres arbitri*: Cujacius [26] vero quam optime, *sed ex duodecim tres arbitri*], si vis, [alii legunt *Fineis*, & recte] regemus [27]. Cic. 1. *de legibus.* Possis ita hanc legem restituere, *Ut si vicini inter se jurgant, finibus regundis tres arbitros darent: eisque totius rei jus arbitriumque permitterent.*

TIT. XII.

Familiæ ercifcundæ.

H*Æc actio proficiscitur ex lege* XII. *Tabularum* [28] 1. ff. familiæ.

De religiosis & sumptibus funerum. Titul. (v. supra 66.)

TIT. XIII.

De contrahenda emptione & venditione.

1. De traditione.

V*Enditæ res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quam* [29] *si is venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti* [30] *expromissore vel pignore dato.* quod quanquam cavetur lege XII. Tabularum: tamen recte dicitur & jure gentium, id est naturali id effici. §. 41. *Instit. de rerum divis.* Sub vos

verb. signif. fuerunt apud Romanos 24. *l. 8. ff. de feriis.* horarum sex antemeridianarum fit mentio in *l. 3. ff. de operis libertorum.* septem primarum diei in *l. 2. in fin. ff. de verb. sign.* supremarum *d. l. 2. d.* §. 8. horæ sextæ diei in *l. 2. ff. de annuis*, sextæ noctis *l. 5.* §. 1. *ff. qui test. l. 1. ff. de manumiss.* secundæ noctis *l. 20. C. de transact.*

1 Vindex is erat qui vindicabat, quo minus is qui prehensus erat, ab aliquo teneretur, atque ita prensum, nexum, sive addictum liberabat. Festus. Sic vindex libertatis. Liv. 2. & 6. alii vindicis vocabulo procuratorem, alii fidejussorem intelligunt.

2 Id est, locuples: dicitur enim ab asse dando. 16. Gell. 10. *l. 2.* §. 2. §. 4. *ff. qui satisdare. l. 1. ff. in jus vocati.*

3 Id est, pauperi.

4 Status dies vocatur, qui judicii causa est constitutus cum peregrino. Festus *in status.* Plautus *in Curculione: si status condictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum quo imperant ingratis.* Gell. 16. *c.* 4. concipiebant jusjurandum ut adessent, his additis exceptionibus. *& post*, nisi ipsius eo die sibi sit jus. *hostisve status, condictusve dies cum hoste.*

5 Id est, peregrino, Cic. 1. *offic.* hostis apud majores nostros dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Fest. *in status.* Peregrini ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari jure cum pop. Rom. atque hostire ponebant pro æquare.

6 Vide quæ not. ad *l. 4. in fin. C. de rep. vel abstin. hered.*

7 De rupto ad *l. 27.* §. 13. *ff. ad l. Aquil.*

8 Quidam legunt *ruperit.*

9 Hinc constat legem noluisse servos dominis suis obtemperare in delictis *l. 2.* §. 1. *ver. at in l. Aquilia. ff. de nox.*

10 In Amfracto, id est, in flexo. Varro 6. *de lingua.*

11 Hinc constat legibus 12. Tabularum de aqua pluvia arcenda proditam specialem actionem, quæ tamen desideraret mensoris interventum, quoties ex rivo forte quem fecit aqua pluvia intra limites unius agri adfinis calumniose æstimari censebat oportere fines agri sui, non ex limitibus initio constitutis. vide Cujac. 10. *obs. 2. in fin.*

12 Plutarchus *in Solone.*

13 Plutarchus *ibidem.*

14 Plutarch. *ibid.* 2. Harm. 4. Cicer. 2. *de legib.*

15 Eodem sensu ripæ dicuntur muniri. *l. un.* §. 6. *ff. ne quid in flum. publ. l. unica.* §. 1. *ff. de ripa munienda.* hoc de munitione observandum est, eum, qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus solum compelli. Paul. 1. *sentent.* 14. §. 1. *l. ult. ff. de via publica.*

16 Civiliter tamen; nam quædam in sermone tacite excipiuntur. *l. 9. ff. de servitutib.*

17 Hoc caput 12. Tabularum esse colligimus ex Metiani libello de asse. *Sestertius*, inquit, *duos asses & semis, quasi semis tertius. lex etiam 12. Tabularum argumento est: in qua duo pedes & semis, sestertius pes vocantur.* Hæc ille. Varro 4. *de ling. ambitus*, inquit, *circumitus: ab eoque 12. Tabul. interpret. ambitum, parietis circumitum dixerunt.* Hæc ille. Et id quidem spatium legitimum dicitur, *in l. 14. ff. de servit. prædiorum rusticor.* vid. Fest. & Isidor. 15. *c. ult.* & quæ dixi ad *l. 2.* §. 2. *C. de ædif. privatis.*

18 His verbis colligimus, Insulas proximis insulis connexas non fuisse, sed adjacentes. *l. 15.* §. 14. *ff. de damn. infecto.* & tamen nihil vetat insulæ parietem communem esse. *l. 13. ff. de servitut. præd. urbanor.* vid. Cujac. 1. *obs.* 4.

19 Forte duodecim tabularum, quod tamen vix certo ausim affirmare.

20 Plin. 35. c. 14. de lateritio muro loquens. *Romæ*, inquit, *non sunt talia ædificia: quia sesquipedalis paries non plus quam unam contignationem tolerat: cautumque est, ne communis crassior fiat. nec intergerinorum ratio patitur.* Hæc ille.

21 Id est, duorum, aut trium ordinum laterum, qui πλίνθοι Græce dicuntur.

22 Plinius *d. loco.*

23 Quid mœnianum, vid. *l. 11. C. de ædificiis privatis.*

24 De hac quinque pedum præscriptione dixi ad legem, *Quinque pedum. 5. C. fin. regund.*

25 Quidam legunt *Manilia*, utrumque non male. Siculus Flaccus de conditionibus agrorum, Si arbores communes sint, mediæ utrinque notatæ per totas esse debebunt: si partium frondes spectant, in alios fines, plagis, id est, latis cicatricibus signatæ inveniri debent, ut intelligantur eorum esse dominorum, in quas partes integræ erunt, intactæ reservabuntur. Signantur autem utrinque, id est, ex utraque possessione intra pedes quinos, ut legis Maniliæ commemorationem habeant. Frontinus *de limitibus agrorum*, de rigore controversia est finitimæ conditionis, quoties inter duos pluresve terminos ordinatos, sive quæ alia signa, secundum legem Maniliam intra quinque pedes agitur. Aggenus *de limitibus agrorum*, de fine enim lex Manilia quinque aut sex pedum latitudinem præscribit: quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circum actus aratri, quod usucapi non potest. Iter enim, non qua ad culturas pervenitur, capitur usu, sed id quod in usu biennio fuit &c. Hygenus, *de limitibus constitutis.* Linearii limites mensuræ tantum discriminandæ causa sunt constituti: & si finitimi interveniunt, latitudinem secundum legem Maniliam accipiunt. Extat quoque in libro variorum autorum *de limitibus*, fragmentum legis Maniliæ, Rosciæ, Peduceæ, Allenæ, (lege Aliænæ) Faviæ (quidam legunt Fabiæ) quod restitutum vide apud Justum Lipsium 1. *Electorum* 15.

26 5. *observ. c. 21.*

23 Ad hos arbitros recurrebatur, quoties inter vicinos jurgium de finibus erat. Cicero 4. *de Republica apud Nonium, in jurgium.* Admiror, inquit, nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam: *Si jurgant*, inquit, benevolorum concertatio, non lis inimicorum jurgium dicitur. & in sequenti: Jurgare igitur lex putat inter se vicinos non litigare. Hæc ille.

28 Hujus rei extat vestigium apud Festum, *in Erctum. Erctum*, inquit, *citumque* fit inter consortes, *ut in libris legum Romanarum legitur.* Erctum a coërcendo, unde & ercifcundæ & ercisci. Citum autem est vocatum, a ciendo. Hæc ille. Quo loco Josephus Scaliger monet legendum Citum fit, quæ particula expuncta. ut Erctum citum, sit hereditas divisa. & in glossis Herctus citus, διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων vocatur, apud Servium: Erctum non citum, hoc est patrimonium non divisum. Erctum ciendum, hereditas dividenda.

29 Vide *l. 5.* §. 18. *in fin. ff. de tributoria actione. l. 19. ff. de contrah. empt.* Grex dominium non mutat, nisi sit æs adnumeratum. Var. 2. *de re rustica.*

30 *l. 53. ff. de con-*

placo

placo (inquit Festus *in Sub vos*) in precibus fere cum dicitur, significat id quod supplico, *ut in legibus, Transque dato* [1], *edendoque* (*lege endo* [2]) *plorato.* Hæc Festus.

2. De Nexu.

Dictum est de Nexu supr. tit. *de pactis.*

3. De emancipatione.

Mancipatio [3], est imaginaria quædam venditio, quæ sic agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus, civibus Romanis puberibus [4], & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accepit æs tenens, ita dicit, *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse ajo, isque mihi emptus est hoc ære æneaque libra.* Deinde ære [5] percutit libram, idque æs datur ei a quo mancipium accipitur, quasi pretii loco. *Quæcunque igitur res mancipi* [6], *lege* XII. *Tabularum, aliter nisi per hanc solennitatem alienari non poterat,* Boëtius *in Topic. Ciceronis.*

4. De Monopoliis.

Gajus *lib.* 4. *ad legem* XII. *Tabularum.* Sodales sunt, inquit, qui sunt ejusdem collegii: Græci ἑταιρίαν vocant. *His autem potestatem facit lex* [7]: *pactionem quam velint sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant.* Sed hæc lex videtur esse ex lege Solonis translata. Nam illa ita est ἐὰν δὲ δῆμος &c. *l. ult. ff. de collegiis.*

5. Rem litigiosam alienari non posse.

De ea re dictum est supr. titulo de rebus.

6. Statuliberos vendi posse.

Statuliberum venundari [8] *posse leges* XII. *Tabularum putaverunt. l.* 25. ff. de statuliberis, *emptori tamen dando pecuniam, ad libertatem perveniet: idque lex* XII. *Tabularum jubet.* Ulpian. 2. §. 4. *in fin.*

TIT. XIV.

De pignoribus.

NAncitor [9] in XII. Tabulis, nactus erit, prædatus erit. Idem in fœdere [10] Latino: *Pecuniam quis* [11] *nancitor* [12], *habeto: & si quid pignoris nancitur* (legunt alii *nancitor*) *sibi habeto* [13]. Festus in Nancitor.

TIT. XV.

De usuris.

1. De unciario fœnore.

SAne vetus urbi fœnebre malum, & seditionum discordiarumque creberrima causa, eaque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo XII. [14] Tabulis sanctum, *Ne quis unciario* [15] *fœnore amplius exerceret,* cum antea ex libidine locupletum ageretur, dein [16] rogatione tribunicia ad semuncias redacta. Postremo vetita versura [17]. Tacitus 6. *Annal. anno urbis* 786.

2. Usurarii pœna quadruplum.

Majores nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt *furem dupli condemnari: fœneratorem quadrupli.* Marcus Cato *initio libri de re rustica.*

TIT. XVI.

De testibus.

DE intestabili. v. infr. titulo de testamentis. ubi de testamento per æs & libram.

De falso testimonio. v. infr. Tit. de publicis judiciis. ubi de falsis.

De intestatione & manus injectione. v. supr. Titul. de judiciis c. 4.

De testium citatione & denunciatione. v. supr. Tit. de judiciis c. 4. de obvagulatione c. 5.

TIT. XVII.

De nuptiis.

1. Nuptias auspicato fieri.

APud antiquos non solum publice sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo *ex more* [18] *nuptiis etiamnum Auspices* [19] *interponuntur:* qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpantur. Hæc Valerius 2. *c.* 1. *de nupt.*

2. De nuptiis inter patres & plebeios interdictis.

Ne connubium patribus cum plebe esset, num Decemviri tulerunt paucis his annis pessimo exemplo publico, cum summa injuria plebis? Hæc Livius 4.

3. De societate bonorum & sacrorum inter virum & uxorem.

Γυναῖκα γαμέτην κατὰ νόμους ἱεροὺς [20] συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν [21] ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν. Hæc Dionysius Halicarnass. 2.

4. De usurpata muliere.

Lege non esse usurpatam [22] *mulierem, quæ cum Kal. Januariis apud virum causa matrimonii esse cœpisset, ante diem quartum Kalendas Januarias sequentes usurpatum isset.* Hæc Gell. 3. *c.* 2. & Macrobius 1. *Saturnal.* 3.

5. De moribus uxoris [23].

Si mulier aliquid peccasset, pœnam luebat ex læsi (mariti) arbitrio. Idque maximarum pœnarum proprium. Cognati cum marito ea de re judices erant. Graviora illa erant φθορὰ σώματος. καὶ εἴτις οἶνον εὑρεθείη πιοῦσα γυνή. Utrumque damnavit Romulus [24], ὡς ἁμαρτημάτων γυναικείων ἔσχατα, hæc desumpta sunt ex Dionysio Halicarnass. *lib.* 2.

Gellius 10. *c.* 23. Qui de victu, inquit, atque cultu populi Romani scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio abstemias egisse. Hoc est, vino semper, quod temetum [25] prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt: institutumque ut cognatis osculum ferrent, reprehendendi causa, ut odor indicium faceret, si bibissent (idem refert Plinius 14. *c.* 13). Bibere autem solitas ferunt, loream, passum, murinam, &, quæ id genus optant, dulcia. Sed M. Cato non solum existimatas, sed multatas, a judice mulieres refert, non minus *si vinum bibissent,* quam si probrum & adulterium admisissent. Verba M. Catonis adscripsi ex oratione quæ inscribitur de dote, in qua id quoque inscriptum est. & post, Si quid perverse tetreque factum est a muliere, *si vinum bibit,* si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. Hæc ille. Plinius idem prope refert *d. loco.* Non licebat, inquit, fœminis Romæ *vinum bibere.* Invenimus inter exempla, Egnatii Mecennii uxorem, *quod vinum* [26] *bibisset,* e dolio, interfectam fuste a marito, eumque cædis a Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit, matronam quod loculos, in quibus erant claves *vinariæ cellæ,* resignavisset, a suis inedia mori coactam. & post, Cneus Domitius judex pronunciavit mulierem videri *plus vini bibisse* quam valetudinis causa, viro insciente, & dote multavit. Hæc Plinius. Valerius 2. *c.* 1. de usu vini mulieribus interdicto. Vini usus, inquit, olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit. Cæterum, ut non tristis earum & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & abundanti auro, & multa purpura usæ sunt: & quo formam concinniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, sed pariter & videre sancte, & aspici mutuo pudore custodiebantur.

6. Si mulier adulterium commiserit.

v. tit. de adulteriis. infr. eod.

7. Uxor marito sua heres & quando.

v. tit. de suis & legitimis. infr.

8. De donationibus inter vir. & uxorem.

Moribus apud nos receptum est, ne inter virum & uxorem donationes valerent. *l.* 1. *ff. de donat. inter vir.*

9. De jurgio & fribusculo inter virum & uxorem.

Quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii [27] intercesserat, in sacellum Deæ Viriplacæ, quod est in palatio, veniebant [28]. Tum ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum deposita, concordes revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris assecuta fertur: veneranda quidem, & nescio an præcipuis & exquisitis sacrificiis colenda: utpote quotidianæ ac domesticæ pacis custos in pari jugo charitatis. 2. Val. 1. de sacello Deæ viriplacæ.

10. De repudiis & divortiis.

Suas res sibi [29] habere jussit & XII. [30] Tabulis claves [31] ademit [32], exegit [33]. Hæc Cic. 2. *Philipp.*

11. De secundis nuptiis.

Quæ uno [34] contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur, 2. Valer. 1.

TIT. XVIII.

De Tutoribus & Curatoribus.

1. De testamentaria tutela.

VErbis legis XII. Tabularum his, *ut legassit suæ rei ita jus esto,* latissima potestas tributa videretur: & heredis instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi *l.* 120. *ff. de verborum signif.*

Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem le-

trab. empt. 1 Id est tradito. Tradere est trans dare seu movere. Accius apud Nonium: *Remisque nixi properiter navem in fugam transdunt.* 2 Endoplorare, est implorare. Festus *in Endoplorato.* Implorare cum fletu rogare, supplicare, invocare publicum auxilium. *l. ult. ff. de eo quod metus causa.* Clamare, Festus in Plorare. Lex Servii Tullii hæc est, Si parentem puer verberit, ast olle *plorassit,* puer divis parentum sacer esto. Proclamare. *l.* 4 *in fin. ff. ad l. Corneliam de sicariis.* 3 Dixi ad Ulpianum 19. §. 3. adde Gajum 1. *Instit* 6. §. 4. 4 Impubes libripens esse non potest neque antestari, ut Priscianus refert *lib.* 8. 5 Quod & Raudus. Varro 4. *de lingua.* Porta Rauduscula, quod ærata fuit, Æs raudus dictum: ex eo in veteribus mancupiis (id est mancipationibus) scriptum, *Randusculo libram ferito.* adde Festum *in Rodus.* Rausculi meminit Cic. 4. *ad Attic.* 8. & 6. *Epist. pen.* 7. *Epist.* 2. 5. *Vide* 6. 6 Vide Ulpianum 19. 7 12. Tabularum scil. Est enim hæc lex desumpta ex 4. Caji ad legem 12. Tabul. 8 Lex 12. Tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur. *l.* 29. *ff. de statulib.*

9 De hoc verbo vide quædam *in titulo* 18. §. 4. T. *eod.* 10 Hoc caput non pertinet ad leges 12. Tabul. 11 Ἀρχαϊκῶς pro Qui. 12 Id est, *nancitur: nancitur,* pro *nanciscitur,* ut *apiscitur* pro *adipiscitur.* 13 Hoc innuit, ut quod ante bellum contraxerit Latinus cum Romano, sive mutuum sit, sive pignus, ut id valeat.

14 Livius 7. hanc institutionem refert ad M. Duellium: C. Marcio, (inquit) Cn. Manlio Coss. de unciario fœnore a M. Duellio Tribuno plebis rogatio perlata est, & plebs aliquanto eam cupidius scivit, accepitque. Sed verisimilius est intelligi legem 12. Tabul. pene antiquatam a Duellio in usum revocatam fuisse. 15 Usura unciaria est, cum quoquo anno unus in centenos nummos penditur, sextans, cum bini: quadrans, cum terni: triens, cum quaterni: quincunx, cum quini: semis, cum semi: septunx, cum septeni: bes, cum octoni: dodrans, cum noni: dextans, cum deni: deunx, cum undeni: as, cum duodeni.

16 Id est, decem annis post Duellii rogationem, de quo superius dictum est. Livius T. Manlio Torquato, C. Plauto Coss. semunciarum tantum, ex unciario, fœnus factum.

17 Id est, sublatum omne fœnus. vide Appianum 1. *civilium.*

18 Hoc caput ex moribus populi Romani petitum, vel, ut T. *eod.* dicitur, veteris consuetudinis Romanorum fuit. 19 Cic. 1. *de divinat.* Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspicato, ne privatim quidem gerebatur. Quod etiam nunc Nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent. In sacellum exiisse ominis capiendi causa constat ex eodem Cicer. *ibid.* Idem *in Cluentio.* Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus. *Virgilius* 1. Æneid. *Cui pater intactam dederat primisque jugarat Ominibus.* Juven. Satyr. 10. *veniet cum signatoribus auspex.* Catullus: *hæc cum bona Nubet alite virgo.* Plaut. in Prologo Casinæ: *ibit nuptum, non manebit auspices.* 20 Conventionem in manum intelligit, de qua alias dixi ad Ulpian. 9. adde *l.* 66. §. 1. *ff. de don. int. vir. & uxor.* 21 Dixi ad *l.* 1. *ff. de ritu nuptiarum.* adde 4. Harmenop. 4. *in pr.*

22 De usurpata muliere, vid. *tit.* 23. § 6. T. *eod.* 23 Vid. *titulum C. de repudiis & judicio de moribus sublato.* 24 Lex est Romuli, quam tamen verisimile est relatam fuisse in 12. tabulas, hujusque rei argumentum nobis facit Gell. ut dicam inferius. 25 Temetum vinum: unde temulentia. vid. Festum *in Temetum.* 26 Adde quæ scripsi ad *Novell.* 22. *c.* 16.

27 Vid. *l.* 32. §. 12. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* 28 Ad mores populi Romani hoc referri oportet. 29 Cajus *l.* 2. §. 1. §. 2. *ff. de divortiis.* In repudiis, inquit, id est renunciatione, comprobata sunt hæc verba: *Tuas res tibi habeto.* Item hæc, *tuas res tibi agito.* In sponsalibus vero discutiendis hæc verba probata sunt: *Conditione tua non utor.*

30 Cajus *lib.* 3. ad leg. 12. Tabular. Si ex lege repudium missum non sit &c. *l.* 43. *ff. ad l. Juliam de adulteriis.* 31 Dixi hac de re ad *l.* 2. §. 1. *ff. de divort.*

32 Illud observandum, Repudium inter uxorem & virum a condita urbe usque ad 520. (vel ut apud Gellium est 523. *lib.* 3. 4. *c.* 3. Tertullianus *libro de Monogamia:* & in *Apologetico,* post 600. urbis conditæ) nullum accidisse. primumque Spurium Carbilium uxorem sterilitatis causa (id enim olim licuit. *l.* 60. *in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor*) repudiasse. 2. Valer. 1. *de primo repudio.* Ad id autem movebatur, quod juraverat apud Censores, uxorem se liberorum quærendorum causa habere. Gell. 17. *cap. ult.* jurisjurandi religionem animo atque amori in eo prævertens, Gell. 4. *c.* 3. 33 Huc illud Catonis pertinet, Vir, inquit, cum divortium facit, mulieri Judex & pro Censore est, imperium quod videtur habet. 10. Gell. 23. 34 Univiræ apud Gentiles admodum commendatæ: hinc, Fortunæ muliebri coronam non imponebant nisi univiræ, sicuti nec matri Matutæ. Tertullianus *de Monogamia.* Et alia sacra coronabat univira, alia multivira. *Arnob.* 7. Mirum certe illud Athanagoræ *in Apol.* ὁ γὰρ δεύτερος γάμος, εὐπρεπής ἐστι μοιχεία. & illud Tertulliani *libro de Monogamia.* Unum matrimonium novimus, sicut unum Deum, qua de re & alias dixi.

ge XII.

ge XII. Tabularum, *Uti* [1] *legassit super pecunia, tutelave suæ rei, ita jus esto.* hæc Ulpian. 11. §. 14.

2. Liberis in potestate positis tutorem a parente dari.

Lege XII. *Tabularum permissum* [2] *est parentibus, liberis suis sive fœminini, sive masculini sexus, si modo in potestate sint, tutores testamento dare. l.* 1. *ff.* de testam. tut.

3. De legitimis tutoribus & de legitima adgnatorum tutela.

Quibus testamento tutor datus non est, his ex [3] *lege* XII. *Tabularum adgnati sunt tutores qui vocantur legitimi.* Instit. de legitima adgnatorum tutela.

Legitimæ tutelæ, lege XII. *Tabularum adgnatis delatæ sunt & consanguineis. l.* 1. *ff.* de legitimis tutoribus.

Per eminentiam legitimi dicuntur, qui ex lege XII. Tabularum introducuntur seu propalam ut adgnati: seu per consequentiam, ut patroni. Ulp. 11. §. 3. 4.

4. Tutelam proximos adgnatos nancisci.

Si plures sint adgnati, proximus tutelam nanciscitur [5]. Cajus *l.* 12. ad Edictum Provinciale, in *l.* 9. *ff.* de legit. tutoribus.

5. De legitima patronorum tutela.

Ex eadem lege XII. *Tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos, liberosque eorum pertinet,* quæ & ipsa legitima vocatur, non quia nominatim in ea lege de ea tutela caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem ac si legis verbis introducta esset. Eo enim ipso quod hereditates libertorum, libertarumque, si intestati decessissent, jusserat lex ad patronos, liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres, voluisse legem etiam tutelam ad eos pertinere, *Inst. de legitima patron. tutel.*

Tutela legitima, quæ patronis defertur lege XII. Tabularum, non quidem specialiter vel nominatim delata est, sed per consequentias [6] hereditatum, quæ ex ipsa lege patronis datæ sunt. *l.* 3. *ff. de legit. tutoribus.*

6. De legitima [7] fœminarum tutela.

Fœminarum legitimas tutelas lex Claudia [8] *sustulit* [9]. Ulp. 11. §. 8. *in fin.* Moribus tutor datur mulieri quæ cum tutore suo lege aut legitimo judicio agere vult. Ulpian. 11. §. 24. Mulieres omnes, propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate esse voluerunt. Cicero *pro Muræna.* Majores nostri nullam, ne privatam quidem rem, agere fœminas sine auctore voluerunt: sed in manu esse parentum, fratrum, virorum *d. Livius* 24. In officiis apud majores ita observatum, ut pupillaris tutela muliebri præferatur. Massurius 3. *juris civilis* apud Gell. 5. *c.* 13. [10].

7. De Curatoribus & de Curatore furiosi.

Emancipati furiosis fratribus & sororibus lege [11] XII. Tabularum legitimi curatores erant *l.* 5. *Cod. de curator. furios.*

Lex est, *si furiosus est, agnatorum, gentiliumque* [12] *in eo pecuniaque ejus potestas esto.* Cic. 2. *de inventione.*

Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant XII. Tabulæ, itaque non est scriptum si insanus, sed, *si furiosus esse incipit.* Cic. 3. *Tusculan.*

Lex XII. *Tabul. furiosum in curatione jubet esse agnatorum* 12. Ulp. 3.

Furiosi, licet majores vigintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt adgnatorum ex lege XII. Tabularum.

8. De curatore prodigi.

Lege XII. *Tabularum prodigo* [13] *interdicitur* [14] *bonorum suorum administratio.* Ulp. *lib.* 1. ad Sabinum in *l.* 1. de curatoribus furioso & aliis.

Prodigi, licet [15] *majores vigintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt adgnatorum* ex lege XII. Tabularum. §. 3. Inst. de curatoribus.

Lex XII. *Tabularum prodigum, cui bonis interdictum* [16] *est, in curatione jubet esse cognatorum* 12. Ulp. 12.

9. De suspectis tutoribus.

Suspecti crimen *ex legibus* XII. *Tabularum* [17] *descendit.* Ulpianus *l.* 1. §. 2. *ff.* de suspectis tutoribus: Inst. de suspectis tutoribus.

Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, *ut tutela* XII. Tabulis. Cic. 3. *offic.*

10. De tutelæ actione in duplum.

Si ipsi tutores rem pupilli furati sunt, videamus *an ea actione quæ proponitur ex lege* XII. *Tabularum adversus tutorem in* [18] *duplum singuli in solidum teneantur,* & quamvis unus duplum præstiterit, nihilominus etiam alii teneantur &c. *l.* 55. §. 1. *ff. de administ. tutor.*

TIT. XIX.

De testamentis & legatis.

1. De libera [19] testandi facultate.

OLim lege XII. Tabul. libera erat legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare, quippe cum ea lege [20] ita cautum esset, *Uti quisquam legassit suæ rei, ita jus esto.* Inst. de lege Falcid. *in princ.*

Uti quisquam legassit de re sua, ita jus esto. Nov. 22. c. 2.

Verbis legis XII. Tabularum his, *Uti legassit suæ rei, ita jus esto,* latissima potestas tributa videtur & heredis instituendi, & legata & libertates dandi, & tutelas quoque constituendi: sed id interpretatione coangustatum est vel legum, vel autoritate jura constituentium, *l.* 120. *ff. de verb. signif.*

Uti legassit super pecunia, tutelave suæ rei ita jus esto. 11. Ulpian. 12.

Paterfamilias uti super familia, pecuniave sua legassit, ita jus esto. Autor *ad Herenn.* 1.

2. Lege adquiri quod legatum est.

Lege nobis adquiritur legatum [21] *ex lege* XII. *Tabularum* 19. Ulp. 17.

3. Suos nominatim institui & exheredari a patre & avo paterno oportere.

Emancipatos jure civili [22] *neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui.* §. 3. Inst. de exhered.

4. Mater, avusque maternus necesse non habent nominatim instituere aut exheredare.

Neque matri filium, filiamve neque avo materno nepotem, neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, sive de jure civili quæramus, sive de edicto Prætoris. §. *ult. in fin. Inst. de exheredatione.*

5. Hereditates testamentarias lege XII. Tabularum confirmari.

Lege obvenire hereditatem non improprie quis dixerit & eam quæ ex testamento debeatur: *quia lege* XII. *Tabularum testamentariæ hereditates confirmantur. l.* 130. *ff.* de verbor. signif.

6. De testamento per æs ac libram.

Ex iisdem Tabulis id quoque est, *Quæ si erit* [lege *qui se sierit* [23]] *testatior* [lege *testarier* [24]] *libripensve* [25] *fuerit in testimonium* [quidam legunt *ni testimonium*] *feriatur* (quidam legunt *fariatur* [26]) *improbus* (quidam ita legunt *improbus quibus:* alii *improbus quoivis:* alii *improbus civis*) *intestabilisque* [27] *esto.* hæc Gel. 15. *c.* 13. *in fin.* idque ita emendavit Cujacius *ad titul. Inst. de testam. ordinand.* ex Codice in bibliotheca Johannis Biturigum ducis reperto.

7. Testamentum uno eodemque tempore & contextu perficiebatur testibus præsentibus.

Constitutum est *ut uno eodemque tempore quod jus civile quodammodo exigebat, testamentum fieret. & post,* ita ut testes quidem & eorum præsentia uno contextu celebrandi testamenti gratia, a jure civili descendant: subscriptiones autem testatoris & testium ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur: signacula autem & testium numerus [28], ex edicto Prætoris. §. 3. *Inst. de testam. ordinand.*

Eos qui in utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes, siquidem post mortem nostram nascantur, ex jure [29] civili: si vero viventibus nobis ex lege Julia. Ulpian. 12. §. 19.

TIT. XX.

De hereditatibus ab intestato.

1. Jus intestati legibus XII. Tabularum angustum.

ANgustissimis finibus constitutum per legem XII. *Tabul. jus percipiendarum hereditatum Prætor ex æquo & bono dilatavit.* §. 2. Inst. de bonorum possess.

2. De suis & legitimis heredibus & de liberis in potestate positis.

Intestatorum hereditates ex lege XII. Tabularum *primum* [30] *ad suos pertinent* [31] §. 1. Inst. de hered. quæ ab intestato.

3. De emancipato.

Emancipati liberi jure civili nihil juris habent, neque enim sui heredes sunt, qui in potestate patris esse desierunt, neque ullo alio jure per legem XII. *Tabularum vocantur.*

1 Quidam ita legunt, *Paterfamilias ut legassit &c.* adde autorem ad Herenn. *lib.* 1. 2 §. 3. *Inst. de tutelis.* 3 Hoc innuit legitimos tutores a nullo dari, sed lege 12. Tabularum fieri. *l.* 5. *ff. de legit. tutorib.* 4 Adde *l.* 1. *C. de legitima tutela.* 5 Cujacius 10. *observ.* 11. motus hac unica voce putat legem 12. Tabularum ita conceptam fuisse, Agnatus proximus familiam nancitor, constat enim ex Festo verbum Nancitor pertinuisse ad 12. Tabulas. Festus in *Nancitor.* Nancitor in 12. tabulis, id est nactus erit. 6 Vid. 11. *Ulpian.* 3. 7 Adde quæ scripsi in *Epitome Feudorum. Tit. per quas personas fiat investitura.* 8 *l.* 3. *C. de legit. Tutela.* 9 Sustinet. 10 Hunc locum ita accipe, Mulieres filiasfamilias in potestate patrum suorum fuisse: nuptas in virorum manu: orbas innuptas, in fratrum tutela. 11 Facit *l.* 7. §. 6. *C. de curat. furios. l.* 27. *vers. sin autem C. de Episcop. audientia.* 12 Interpretationem hujus loci vide in *l.* 53. *ff. de verb. signific.* Quid autem gentilis v. Festum, Ciceronem *in Topicis.* Erant autem gentiles, qui non tantum generis, sed & nominis, ejusdem, qui ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt deminuti. Omnes agnati gentiles: at non omnes gentiles agnati: Alio sensu gentiles apud Ammianum.
13 Prodigus ita definitur, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit. *l.* 1. *ff. de curatoribus.* Cajus prodigos vocat eversores. 1. *cap. ult.* 14 Hoc jure Cajus quidam Licinius cognomento Hoplomachus a Prætore postulavit, ut patri suo bonis, tanquam ea dissipanti, interdiceretur. *Valerius* 8. Hinc illa formula interdicendi apud Paulum 3. *sentent.* 4. §. 7. Quando bona tua paterna avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. huc referenda est *l.* 18. *ff. qui testamenta.* quæ negat eum cui lege bonis interdictum sit, testamentum facere posse. lege, id est 12. Tabularum: & lex 5. *in fin. ff. de adquir. heredit.* qua lege bonis interdictus heres institutus, hereditatem adire potest. *l.* 5. *in fin. ff. de adquir. vel omitt. heredit.* Et *l.* 6. *ff. de verbor. obligat.* quæ eidem interdicto potestatem facit stipulandi. 15 *l.* 16. *ff. de curatorib.* 16 Moribus per Prætorem bonis interdicebatur hoc modo: Quando bona tua paterna avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re, eoque commercio interdico. Paul. 3. *sent.* 4. §. 7. 17 Vide Platonem 11. *de legibus.*
18 Scævola de tutelæ judicio apud Cicer. 1. *de Oratore, Alter,* inquit, *plus lege agendo petebat, quam quantum lex in 12. Tabulis permiserat.* Hujus dupli damnationis vestigium extat *in leg.* 1. *ff. de his qui notantur: l.* 42. *ff. de verbor. signific.*

19 *Adde* Harmen. 1. tit. 1. 20 Ad hanc legem accommodata est lex Falcidia his verbis: *Qui cives Romani sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volet, ut eam pecuniam, easque res quibusque dare legare volet ita jus esto.* & secundo capite: *Quicunque civis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique civi Romano pecuniam jure publico dare legare volet, jus potestasque esto: dum ita detur legatum ne non minus quam quartam partem hereditatis eo testamento heredes capiant. Eis quibus quid ita datum, legatumve erit, eam pecuniam sine fraude capere liceto: isque heres, qui eam pecuniam dare jussus damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est. l.* 1. *ff. ad l. Falcid.* 21 *l.* 47. *in fin. ff. de peculio. l.* 120. *ff. de verb. signific.* 22 Id est, legibus 12. Tabul. 23 Id est, siverit, id est, permiserit: alii legunt *sirit.* Cujacius 9. *observat.* 10. sic apud Plaut. in *Curculione. Pænulo, Trinum. Bacchid.* 24 Id est, in teste cieri μαρτυρηθῆναι, vel ita, si nolit fidem testamenti approbare, cogendum: ac deinceps pro improbo & intestabili habendum. Harmenopulus 1. *tit.* 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων refert: lege prohiberi in testamento testem esse, qui cum se alicujus testamento subscripserit, testimonium tamen ferre non sustinuerit: qui ne lege quidem ut testimonium ferat compellitur, sed tamen prohibetur in altero testamento ferre testimonium, quin & testari, & ex alieno testamento quidquam percipere. Idem refert Theophilus *Inst. de testamentis ordinandis.* Intestabilis igitur est qui neque ex testamento capere, neque in testamento testis, sed & qui ab omnibus nexus & mancipiorum solennibus sic arcetur, ut nunquam vel ejus recipi, vel ei testimonium dici posset, atque ita intestabilis Plauto *in Milite glorioso.* 25 Testamentum innuit, quod per æs & libram fiebat. de quo vid. §. 1. *Inst. de testamen. ordin.* 15. Gell. 27. Ulp. 20. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. His adde quod Priscianus *lib.* 8. refert impuberem libripendem esse non posse, neque antestari, eoque loco Antestari passive intelligi. de Antestatione dixi ad *tit. de Judiciis* S.
26 Vocabulum priscum, *fariar* enim veteribus pro fari, sic veteres *aggrediri* pro aggredi: moriri, pro *mori.* Plauto in *Trucul. & Rudente,* F. Hotomanus vir clarissimus legit *fateatur.* 27 Vid. §. 6. *Inst. de testam. ordin.* 28 Alius testium numerus requiritur ex 12. Tabulis: alius ex constitutionibus: ex 12. Tabul. quinque sufficiebant. §. 1. *Inst. de test. ord.* Ulp. 20. §. 2. Ex constitutionibus; septem. §. 3. *Inst. de testamen. ord.* 29 Id est lege 12. Tabularum, quod jus antiquum a Scævola dicitur. *l.* 29. §. 7. *ff. de liberis & posthum.* habita ratione legis Velleiæ.
30 2. *feud.* 11. 31 Quid si abstinere voluissent? lege 12. Tabularum erant necessarii, id est, sive noluissent sive voluissent tam ab intestato quam ex testamento heredes

sed

fed Prætor æquitate naturali motus, dat eis bonorum poffeffionem, unde liberi §. 9. *Inftit. de hered. quæ ab inteftato.*

4. De nepotibus ex filio [1] præmortuo.

Lex XII. *Tabularum filio mortuo nepotem vel neptem: pronepotes vel proneptes in locum patris fui ad fucceffionem avi vocat.* §. 11. *in fin.* Inft. de hered. quæ ab inteft.

5. De eo qui in utero.

Ex lege [2] XII. Tabularum ad legitimam hereditatem qui in utero fuit, admittitur, fi fuerit editus. Inde folet remorari infequentes fibi adgnatos, quibus præfertur fi fuerit editus. Inde & partem facit his qui pari gradu funt, ut puta frater unus eft & uterus: vel patrui filius unus natus & qui in utero eft. *l.* 3. §. *utique* 9. *ff. de fuis.*

6. De liberis matri fuccedentibus.

Lex XII. Tabularum ita ftricto jure utebatur & præponebat mafculorum progeniem & omnes qui per fœminini fexus neceffitudinem fibi junguntur, adeo expellebat, *ut ne quidem inter* [3] *matrem & filium, filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret,* nifi quod Prætores ex proximitate cognatorum, eas perfonas ad fucceffionem bonorum, poffeffione unde cognati adcommodata, vocabant, Inft. de fenatufc. Tertul. *in princ.*

7. De filiabus & liberis fœminini fexus patri fuccedentibus.

Lege antiqua XII. *Tabularum omnes* [4] *fimiliter ad fucceffionem ab inteftato vocabantur.* quod & Prætores fequuti effe videntur: ideo fimplex ac fimile jus & in filiis & in filiabus &c. §. 5. *Inft. de exhered. liber.*

8. De uxore in manu viri & nuru quæ in filii manu.

Inteftatorum hereditates lege XII. Tabularum primum ad fuos heredes pertinent: fui autem heredes exiftimantur liberi qui in poteftate morientis fuerint, veluti filius filia, *& poft.* Idem & in cæteris deinceps liberorum perfonis datum intelligimus. *Uxor* [5] *quoque quæ in manu ejus eft, quæ filii loco eft. ita nurus, quæ in filii manu eft: nam & hæc neptis loco eft. fed ita demum erit fua heres, fi filius cujus in manu erit, dum pater moritur in poteftate ejus non fit. Idemque dicimus & de ea quæ in nepotis manu matrimonii caufa fit.* Gajus 3. *Inftitutionum* apud Ruffinum *tit.* 16. *collationis leg. Mofaicarum.*

9. De legitima adgnatorum & cognatorum fucceffione.

Agnatus agnato mortuo fuccedit.

Si paterfamilias moritur, familia, pecuniave ejus agnatorum [6] *gentiliumque efto.* Autor *ad Herennium* 1. & 2. *de invent.*

10. Agnatus agnato fine liberis mortuo fuccedit.

Si nullus fit fuorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege XII. *Tabularum ad agnatos.* Gajus 3. *Inftitutionum* apud Ruffinum *titul.* 16. *collationis legum Mofaicarum.*

11. Non quivis agnatus fuccedit fed proximus.

Aft fi inteftatus [7] *moritur, cui fuus* [8] *heres nec extabit, proximus familiam* [9] *habeto.* 26. Ulp. 1. *His cautum eft lege* XII. *Tab. fi inteftatus moritur cujus heres nec eft, agnatus proximus* [10] *familiam habeatur* [11] (legendum *habeat*) Ulpianus libro fingulari fub titulo de legitimis hereditatibus apud Ruffinum *tit.* 16. *collationis legum Mofaicarum.*

Si nemo fuus heres, vel eorum quos inter fuos heredes Prætor vel conftitutiones vocant, exiftat, qui fucceffionem quoquo modo amplectatur, tunc ex lege XII. Tabularum *ad agnatum proximum pertinet hereditas.* Inftit. de legitima agnat. fuccef. *in princ.*

Si plures fint gradus adgnatorum, lex XII. Tabularum *proximum vocat.* §. 5. Inftit. de legitima agnat. fuccef.

12. Adgnatus proximus dicitur etiam is qui folus eft adgnatus.

In vulgari fubftitutione qua ei qui fupremus morietur, heres fubftituitur, recte fubftitutus etiam unicus intelligitur, *exemplo legis* XII. *Tabularum, ex quibus proximus adgnatus & folus habetur, l.* 162. *ff.* de verborum fignificatione.

13. Ut quis proximus dicatur, mortis defuncti tempus fpectatur.

Non omnibus fimul adgnatis dat lex XII. *Tabularum hereditatem, fed his qui tunc cum certum eft aliquem inteftato* [12] *deceffiffe, proximo gradu funt.* Cajus *apud Ruffinum dicto loco.*

14. Sororibus defuncti excludi ulteriores adgnatos.

Si fui heredes non fint, ad confanguineos, id eft fratres & forores ex eodem patre: fi nec hi funt, ad reliquos cognatos virilis fexus per mares defcendentes ejusdem familiæ, inteftati hereditas pertinet. his enim cautum eft lege XII. [13] *Tabularum &c.* Ulpianus *libro fingulari fub titulo de legitimis hereditatibus* apud Ruffinum *titul.* 16. *Collationis legum Mofaic.*

Noftræ hereditates ad fœminas ultra [14] *confanguineorum gradum non pertinent. Itaque foror fratri fororive, legitima heres eft. Amita vero & fratris filia, heres effe non poteft.* Gajus apud Ruffinum *d. titul.* 16.

Soror jure confanguinitatis, tam ad fratris quam ad fororis hereditatem admittitur. Paulus 7. *fententiarum, fub titulo De teftamentorum fucceffionibus,* apud eundem Ruffinum *dicto tit.* 16. [15].

15. Poft fratres & forores defuncti fuccedunt agnati.

Si nec hi (*id eft confanguinei*)*, ad reliquos cognatos virilis fexus per mares defcendentes ejusdem familiæ, hereditas redit. hoc enim cautum eft lege* XII. *Tabularum.* Ulpianus *fub Titulo de legitimis hereditatibus,* apud eundem Ruffinum *d. tit.* 16.

16. Poft agnatos fuccedunt gentiles.

Si nullus agnatus fit, eadem lex XII. *Tabularum gentiles ad hereditatem vocat.* Gajus 3. *Inft.* apud Ruffinum *dicto titulo* 16.

Si agnatus defuncti non fit, eadem lex XII. *Tabularum gentiles ad hereditatem vocat, his verbis, Si gnatus* (lege *agnatus*) *nefcit* [16] (lege *nec fit*) *gentiles familiam heres hanc,* (*familiam hercifcant,* Oifellus, *familiam habeant*, P. Pithœus) nunc nec gentilitia jura in ufu [17] funt. hæc Ulpianus *libro fingulari fub Titulo de legitimis hereditatibus* apud eundem Ruffinum *d. loco.*

17. De his qui funt ejusdem gradus.

Si plures eodem gradu confiftunt, fimul admittuntur. Paulus 7. *fentent.* apud Ruffinum *d. loco.*

18. Si cum fratribus defuncti fratres alterius filii vel nepotes concurrunt.

Si plures fint gradus agnatorum, aperte lex XII. *Tabularum proximum vocat. Itaque fi fint defuncti frater & alterius* [18] *fratris filius aut patruus, frater folus habetur* [19]. *d.* §. 5. Inftit. de legitima agnatorum.

19. Duorum fratrum filii fuccedunt in capita.

Si defuncti nullus frater exftet, fed fint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: fed quæfitum eft, fi difpari numero fint, forte nati ex uno unus vel duo: & ex altero tres aut quatuor, utrum in ftirpes dividenda fit hereditas, ficut inter fuos heres juris eft, an potius in capita. Jamdudum autem placuit [20] *in capita dividendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte perfonæ, in tot portiones fuccedent.* Cajus 3. *Inft.* apud Ruffinum *d. loco in fin.*

Si duorum fratrum fint liberi, non in ftirpes fed in capita hereditas diftribuitur, fcilicet ut pro numero fingulorum viritim diftribuatur hereditas. Paulus apud eundem Ruffinum *dicto loco.*

Omnes fratrum filii patruo fuo ab inteftato fuccedunt, *non in ftirpes, fed in capita.* Cajus 2. *Inftit.* 8. §. *penult.*

20. De decimo gradu adgnationis.

Agnationis jure aliquem admitti ad hereditatem etiamfi decimo gradu fit, five de lege XII. *Tabul. five de edicto &c.* §. 5. Inftit. de fucceffione cognatorum.

21. De adgnatis capite minutis.

Adgnati capite diminuti [21] *quique ex his progeniti funt, ex lege* XII. *Tabularum inter legitimos non habentur: fed a Prætore tertio ordine vocantur.* §. 1. Inft. de fucceffione cognatorum.

22. De fœminis.

Lex XII. *Tabularum nulla difcretione fexus cognatos admittit.* Paul. 4. *fentent.* 8. §. 3.

Lex XII. *Tabularum fimplicitatem legibus amicam amplexa, fimili modo, omnes adgnatos five mafculos five fœminas cujuscunque gradus, ad fimilitudinem fuorum invicem ad fucceffionem vocabat.* §. 3. Inftit. de legitima agnatorum fucceffione [22].

23. De agnatis & cognatis capite minutis.

Legitimæ hereditatis jus quod ex lege XII. *Tabularum defcendit, capitis minutione amittitur.* 27. Ulpian. 5.

24. De fucceffione libertorum & jure patronatus.

De Patrono ejusque liberis.

Si liberti inteftati deceffierint, nullo [23] *liberorum relicto, jus quod erat ex lege* XII. *Tabularum integrum refervavit.* §. 3. Inftit. de fucceffione libertorum.

Hereditatem libertorum, fi inteftati deceffiffent, jufferat lex ad patronos, liberosve eorum pertinere. Inftitut. de legitima patronorum tutela.

25. De patrona.

Si libertinus eft vel libertina, ad patronum ejus legitima hereditas, patronamve [24]*, lege* XII. *Tabularum refertur.* Ulpian. *d. titul.* 16. apud Ruffinum.

26. De liberto remancipato.

Si is qui deceffit liber fuit, ex remancipatione manumiffus, lex quidem XII. *Tabularum manumiffori legitimam hereditatem detulit.* Sed Prætor æquitate motus decem perfonas cognatorum ei prætulit has, fcil. patrem, matrem, filium, filiam, avum, aviam, nepotem, neptem, fratres, forores: ne quis occafione juris, fanguinis neceffitudinem vinceret. fed Imperator nofter in hereditatibus quæ ab inteftato deferuntur, eas folas perfonas voluit admitti, quibus decimæ immunitatem tribuit: Ulpian. *d. loco.*

27. Si patronus libertum capitis accufavit.

Qui libertum capitis accufavit, ad legitimam hereditatem quæ ex lege XII. *Tabularum defertur, non admittitur. l.* 10. *l.* 11. *ff.* de jure patronatus.

28. De fucceffionibus quæ fiebant per bonorum venditionem.

Æris confeffi [25] *rebusque* [26] *jure judicatis, triginta* [27] *dies jufti* [28] *funto. Poft*

erant, fed his volentibus Prætor permifit abftinere. §. 2. *Inft. de hered. qualit.*
1 Vid. *l.* 3. *C. de fuis & l.* 2. *d. tit.* 2 Adde *l.* 4. *C. de legitimis.*
3 Ad liberos matris inteftatæ hereditas ex lege XII. Tabularum jure non pertinebat: quia fœminæ fuos heredes non habent. fed poftea Antonini & Commodi oratione in fenatu recitata, id actum eft, ut fine in manu conventione, matrum legitimæ hereditates ad filios pertineant exclufis confanguineis & reliquis agnatis. 4 Vid. *l.* 14. *C. de legit. hered.* §. 3. verf. *& hæc quidem. Inft. de legit. adgnat. fucc.* 5 Vid. Ulp. 22. §. 14. *in fin.*
6 Extat hujus legis fragmentum in *l.* 53. *ff. de verbor. fignif.* fæpe, inquit, comparatum eft, ut conjuncta pro disjunctis accipiantur: & disjuncta pro conjunctis: interdum foluta pro feparatis. Nam cum dicitur apud veteres *agnatorum gentiliumque*, pro feparatione accipitur.
7 *l.* 9. §. 2. *ff. de liberis & pofthum.* 8 *l.* 7. *ff. de bonis damnat.*
9 *l.* 195. *ff. de verb. fignif.* 10 Homo fi deceffierit & filios non habuerit, dabitis hereditatem proximo eorum de tribu ejus, & poffidebit omnia ejus. *Numerorum* 27.
11 Familiæ appellatio qualiter accipiatur videamus & quidem varie accepta eft. nam & in res & in perfonam deducitur: in res, ut puta in lege XII. Tabularum his verbis: *Agnatus proximus familiam habeto.* Hæc Ulpianus in *l.* 195. §. 1. *ff. de verb. fign.* 12 Facit lex *ult.* §. 8. *C. de curat. furiof.* §. 6. *Inft. de legitima adgnat. fucceff.* 13 Quod & jus exploratum dicitur. *l.* 3. *C. de legitimis.* Jus XII. Tabularum in *l.* 14. §. *ult. d. titul.*
14 §. 3. *verf. quod ad fœminas. Inftit. de legit. adgn. fuccef.* idque lege Voconia Paul. 4. *fent.* 8. §. 3. 15 *Adde* eundem Paulum 4. *fent.* 8. §. 3. & Ulpian. 26. §. 6.
16 Sic apud Feftum, *in nec*, aft ei cuftos nec fit. 17 Inteftatorum hereditas lege XII. Tabularum primum fuis heredibus, deinde agnatis & aliquando quoque gentibus deferebatur. Paul. 7. *fentent. apud eundem Ruffinum d. tit.* 16. Gajus *libro* 3. *apud eundem Ruffinum.* Illic, inquit, admonuimus gentilitium jus in defuetudinem abiiffe. 18 Frater filio fratris: vel eo non exiftente, nepoti præfertur. Paul. 4. *fentent.* 8. §. 2. Idem *lib.* 7. *fentent. apud Ruffinum d. tit.* 19 Hodie non habetur potior. *Novell.* 127. ut fratrum filii fuccedant pariter ad imitationem fratrum. 20 Videtur hoc jus fucceffionis ex interpretatione prudentum fluxiffe. de qua re dixi ad *Novell.* 118. *cap.* 3. *in fin.*
21 Vid. Ulp. 27. §. 5. 22 Adde *l.* 4. *C. de legitimis heredib.* 23 Vid. Ulp. 29. §. 1.
24 10. Ulp. 4. 6. 7. 25 Id eft, de quo facta confeffio eft. 15. Gell. 13. *in fin.* in jure, vid. *l.* 4. *C. de repud. hered.* 26 Ærisque debiti judicatis. *Ræward.* 27 Id eft, unus menfis. Ex conftitutionibus judicati faciendi tempus eft duorum menfium. *l.* 2. *C. Th. de ufuris rei judicatæ.* hodie quatuor menfium. *l.* 2. *C. de ufuris rei judicatæ.* 28 Dies jufti hic appellantur ea forma, qua Feftus, *in Juftos dies*, Juftos dies appellat, dies triginta

deinde[1] *manus injectio esto, in jus ducito, ni judicatum facit*[2], *aut qui*[3] *pseudo eo in jure vim dicit*[4] *secum ducito, vincito aut nervo*[5] *aut compedibus quindecim pondo, ne*[6] *minore: aut si volet, majore vincito. Si volet, suo vivito. Ni suo vivit, qui eum vinctum habebit, libras*[7] *farris in*[8] *dies dato. erat autem jus interea paciscendi: ac nisi pacti*[9] *forent, habebantur in vinculis dies sexaginta*[10]. *Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur, quantaque pecunia judicati essent, prædicabatur, Tertiis nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tyberim peregre venum ibant. Verba legis* XII. *Tabularum ea erant, Tertiis nundinis, parteis secanto: si plus minusve secuerunt, sine fraude esto.* Hæc Gel. 20. *c.* 1.

Hanc legem ita restituit Josephus Scaliger apud Festum in nervum.

Æris confessei rebusque jure joudicateis, XXX. *dies justei sunto, Postidea indumanus jacito, esto, in jous ducito, nec judicatum facit, aut qui pseudo joure vindicit, secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus, quindecim pondo ne minore: aut, sei volet majore vincito, sei volet suo vivito: Nei suo vivit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, sei volet plus dato.* Hæc quæ sequuntur a Rævardo adjecta ac restituta. *Ni cum eo pacit sexaginta dies in vinculis retineto. Trinis nundinis continuis in Comitium procitato, ærisque æstimiam judicati prædicato. Tertiis nundinis pœnas capite luito, aut trans Tyberim peregre venum ito. Ast si pluses esunt rei, tertiis nundinis partes secanto: si plus minusve secuesunt, ne si fraude esto. hoc loco: Nesi pro sine a veteribus usurpatum.*

TIT. XXI.

De hereditariis actionibus.

1. Ut mortuo debitore ejus heredes conveniantur non legatarii.

Creditores hereditarios adversus legatarios non habere personalem actionem convenit, quippe cum evidentissime lex XII. *Tabularum heredes huic rei faciat obnoxios.* l. ult. C. de hereditariis actionibus.

2. Actiones hereditarias inter coheredes dividi.

Defuncto creditore, multis relictis heredibus, *actionem personalem inter eos ex lege* XII. *Tabularum dividi. l.* 1. C. si unus ex pluribus heredibus. Obligatio dividitur per legem XII. Tabularum *l.* 25. §. 13. *ff.* familiæ.

3. Actiones hereditarias dividi inter coheredes pro portionibus hereditariis.

Ea quæ in nominibus sunt, non recipiunt divisionem, cum ipso jure in portiones[11] *hereditarias ex lege* XII. *Tabularum divisæ sint. l.* 6. C. familiæ.

TIT. XXII.

1. De possessionibus & interdicto uti possidetis.

Gellius 20. *c.* 9. *Ex jure manu consertum* verba sunt ex antiquis actionibus: quæ cum lege agitur & vindiciæ contenduntur, dici nunc quoque apud Prætorem solent. *& post, ex Ennio.* Non ex jure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi. *& post,* Manum conserere, est de qua re disceptabatur in re præsenti, sive ager, sive quid aliud est, cum adversarium simul manu prehenderet, in ea re omnibus verbis *vindicare:* id est vindicia[12] correpta manu in re atque in loco præsenti, apud Prætorem ex XII. Tabulis fiebat. in quibus ita scriptum est, *Si qui in*[13] *jure manum conserunt.* Sed postquam prætores propagatis Italiæ finibus, datis jurisdictionibus negotiis occupati, pacisci (lege proficisci) vindiciarum dicendarum causa longinquas res[14] gravabantur, institutum est contra XII. Tabulas tacito consensu, *ut litigantes non ex jure apud Prætorem manum consererent, sed ex jure manu consertum vocarent*[15]: id est, alter alterum ex jure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret. Atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad Prætorem deferent: & in ea gleba[16], tanquam in toto agro vindicarent. Idcirco Ennius significare volens bellum, non ut ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex jure manu consertum: sed bello ferroque, & vera vi atque solida: quod videtur dixisse conferens vim illam civilem & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret cum vi bellica & cruenta. Hæc Gellius ad verbum.

2. Si judex falsam vindiciam in causa libertatis tulerit.

Vindiciæ[17] appellantur res eæ, de quibus controversia est, quod potius dicitur jus, quæ sit inter eos, qui contendunt. *& post,* De quo verbo Cincius sic ait, Vindiciæ olim dicebantur illæ, quæ ex fundo sumptæ: in jus adlatæ erant. At Ser. Sulpicius *jam [*lege* nomine etiam] singulariter formato vindiciam esse ait [*lege* rem] qua de re controversia est ab eo quod vindicatur; & in XII: *Si vindiciam falsam tulit* * (lege *rei*) *si velit is* (lege *sive*[18] *litis*) *arbitros tres* (quidam legunt *tot arbitros æris*) *dato, eorum arbitriis fructus* (quidam legunt *fructi*) *duplione*[19] *damnum decidito.* Hæc Festus *in voce Vindiciæ.*

Initium fuisse secessionis dicitur Verginius quidam qui cum animadvertisset Appium Claudium *contra jus, quod ipse ex vetere jure in* XII. *Tabulas transtulerat, vindicias suas a se abduxisse,* & secundum eum, qui in servitutem ab eo suppositus petierat dixisse: captumque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse, indignatus, quod *vetustissima juris observantia,* in persona filiæ suæ defecisset, utpote cum Brutus, qui primus Romæ consul fuerat, *vindicias*[20] *secundum libertatem dixisset,* in persona Vindicis[21] Vitelliorum servi, qui proditionis conjurationem indicio suo detexerat, & castitatem filiæ, vitæ quoque ejus præferendam putaret: arrepto cultro de taberna lanionis, filiam interfecit. Hæc Pomponius *in l.* 2. §. 24. *vers. initium. ff. de origine juris.*

Appius Claudius M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem assereret, neque cederet *secundum libertatem postulantibus vindicias:* quod pater puellæ abesset, locum injuriæ esse ratus, virgini venienti in forum minister manum injecit, serva sua natam, suamque servam appellans esse, sequique se jubebat, cunctantem vi abstracturum. *& post,* fit concursus *& post,* Jam a vi tuta erat, cum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait, se jure non vi grassari: vocat puellam in jus. ad tribunal Appii perventum est. notam judici fabulam petitor peragit. puellam domi suæ natam, furtoque inde in domum Virginii translatam, suppositamque ei esse, id se judicio compertum afferre. Advocati puellæ cum Virginium Reipublicæ causa dixissent abesse, biduo affuturum, si ei nunciatum sit: iniquum esse absentem de liberis dimicare: postulant ut rem integram in patris adventum differat: *lege ab ipso lata, Vindicias*[22] *det secundum libertatem,* neu patiatur Virginem adultam famæ prius, quam libertatis periculum adire. Appius decreto præfatur, quam libertati faverit, *eam ipsam legem declarare,* quam Virginii amici postulationi suæ prætendant. Cæterum ita in ea firmum libertati fore præsidium, si nec causis, nec personis variet. In[23] his enim quæ asserantur in libertatem, quia quivis lege agere possit, id juris esse: in ea quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat. Placere itaque patrem accersiri: interea juris sui jacturam assertorem non facere, quin ducat puellam, sistendamque in adventum ejus, qui pater dicatur promittat. *& post,* Id quod constat, nudum videtur proponendum, *decresse vindicias secundum servitutem, & post:* I, lictor summove turbam & da viam domino ad prehendendum mancipium. Cum hæc innotuisset plenus iræ, tum Virginius, Quæso, inquit, Appi, primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum invectus: deinde sinas hic coram virgine nutricem percontari: quid hoc rei sit, ut si falso pater dictus sum, æquiore hinc animo discedam. Data venia, seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ad tabernas, ibique ab lanio cultro arrepto, *Hoc te uno quo possum, ait, modo filia in libertatem vindico,* pectus deinde puellæ transfigit, respectansque ad tribunal, Te, inquit, Appi, tuumque caput hoc sanguine consecro. Hæc Liv. 3.

3. De arboribus cædendis.

Quod ait Prætor & lex XII. Tabularum efficere voluit, *ut quindecim pedes altius rami circumciderentur.* & hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret. *l.* 1. §. 8. *ff. de arboribus cædendis.*

4. De arboribus ex vicini fundo.

Si arbor ex vicini fundo inclinata in tuum fundum sit, ex lege XII. Tabularum de adimenda ea recte agere potes, jus ei non esse ita arborem habere, *l. ult. ff. de arb. cæd.*

5. De glande legenda.

Cautum est lege XII. Tabularum, *ut glandem*[24] *in alienum fundum procidentem liceret colligere.* Hæc Plin. 16. *c.* 5.

TIT. XXIII.

De usucapionibus.

1. Immobilia biennio: mobilia anno usucapi.

Lex jubet usum & autoritatem[25] *fundi*[26], *esse biennium*[27] Cicero pro Cæcina: *cæterarum rerum annuus est usus.* Idem *in Topicis. Instit. de usucapionibus l.* 13. Cod. *de servitutibus.*

2. Titulus in usucapione requisitus.

Jure civili constitutum fuerat ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crederet eum dominum non esse, rem emerat, vel ex donatione alicujus quavis justa causa acceperit, usucaperet. Inst. de usucapionibus.

3. Quibus in locis annalis & biennalis usucapio locum habuerit.

Jure civili constitutum fuerat, *ut res mobiles, anno ubique uno: immobiles, biennio tantum in Italico*[28] *solo usucaperentur.* Inst. de usucap.

4. Res furtivæ aut vi possessæ non usucapiuntur.

Furtivarum rerum lex XII. *Tabul. & lex Atilia*[29] *inhibent*[30] *usucapionem:* vi possessorum, lex[31] Julia & Plautia[32] §. 2. *Instit. de usucapionibus.*

5. Res civium Romanorum a peregrino non usucapi.

Hostis apud majores nostros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus. Indicant enim XII. Tabulæ *Adversus hostem æterna auctoritas*[33] *esto.* Hæc Cic. 1. *offic.*

quibus exercitu imperato, vexillum in arce ponebatur. 1 *Cujacius* legit *pedeinde* ἀρχαϊκῶς. *postiden.* Scaliger *apud Festum in Nervum.* 2 Faxit, ne mut quips endo eo in jure vindex esit secum ducito. *Rævard.* Porro Nemut ἀρχαϊκῶς pro nisi Festo. 3 Quips endo &c. quips antique, pro quispiam 4 Vindicit, id est vindicaverit. eadem forma quo veteres lavit, sonit. vid. Cujac. 3. *observ.* 39. 5 Græci hunc nervum vocabant κᾶλον. vid. Joseph. Scaliger *apud Festum in Nervum.* 6 Ne majore, aut si volet, minore Cujac. *d. loco.* 7 Libra S. farris Fornerius 1. *Select.* 6. ita emendat, eo sensu libra S. id est, selibra. movetur illo Plutarchi loco *in Camillo* ὅσον ἡμέρας ἑκάστης ἐλάμβανεν ὡς τροφήν. οὔτε μὴν ἡμιλίτριον φαρός. quod a Cujacio non probatur. 9. *obs.* 37. 8 Endo die. ἀρχαϊκῶς alii endo die. Endo, pro In. sic Endoitium Initium: Festus *in Endoitium.* Endoplorato, implorato. Festus *in Endoplorato.* Endoprocinctu, in procinctu, Festus *in Endoprocinctu.* 9 Vestigia hujus sententiæ extant in *l.* 60. *ff. de pact. l.* 9. §. 5. *ff. de jurejurando l.* 25. *ff. de reb. auctorit. judicis.* 10 Hi duo menses non sunt judicati faciendi seu pignorum vendendorum, ut dixi ad *l.* 31. *in fin. ff. de re judicata.*

11 Pro portione hereditaria. *l.* 1. *C. de exceptionibus,* pro parte competente *l.* 1. *C. de heredit. act.* pro portionibus hereditariis. *l.* 1. *C. si certum. l.* 23. *C. familiæ:* pro hereditariis partibus. *l.* 2. *C. de hereditar. act.* adde *l.* 2. §. 2. *ff. de verb. oblig.*

12 Festus *in Superstites.* Superstites testes præsentes significat, cujus rei testimonium est quod superstitibus præsentibus, ii inter quos controversia est, *vindicias sumere jubentur.*

13 *Josephus Scaliger* apud Festum dicto loco hanc legem ita refert, *sei quei in jure manum conserunt, utreique superstitibus* (id est, testibus) *præsentibus vindicias sumito.* 14 Lege in longinquas regiones. 15 Actor cum in jus vocasset adversarium hac in jure formula utebatur, Fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur, ego eum ex jure meum esse ajo: inde ego te ex jure manu consertum voco. Citatus vero reus hac formula utebatur: unde tu me ex jure manu consertum vocasti, inde ego te revoco. Idque ex Cicerone *pro Murena* colligi potest. 16 Vid. consuetudinem regni Daciæ. *c.* 2. *extra. de consuetudine.* 17 Adde Arnob. 4. *adversus gentes.* 18 Cujacius ita emendat. 5. *obs.* 22. 19 De duplis fructibus. vid. Cujac. *d. loco.* 20 Vide quæ scripsi ad *l.* 14. *C. de liberali.* 21 Adde Senecam 3. *Controvers.* 9. 22 Homines apud sequestres deponi potuisse testatur Ulpianus *l.* 7. *ff. depositi.* Plautus *in Mercatore,* ibi: Imo sequestro mihi data est. 23 Observa calumniosam legis interpretationem & restrictionem. 24 Cajus *libro* 4. *ad legem* 12. *Tabularum:* Glandis appellatione fructus omnis continetur ut Javolenus ait. exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα, id est, extremitates arborum, appellantur. *l.* 236. *in fin. ff. de verb. signif.*

25 Usus & auctoritas, hic est usucapio. Horat. 2. *epistol. Quædam, si credis, consultis mancipat usus.* per usum adquirere est usucapere. *l.* 19. *ff. ex quibus causis majores.* 26 An & ædium? sic videtur. Cicero *in Topicis.* Quod in re pari (inquit) valet, valeat & in hac, quæ par est: ut quoniam usus autoritas fundi, biennium est: sic etiam ædium. at (lege *etsi*) in lege ædes non appellantur, & (lege *nec*) sunt cæterarum omnium, quarum annuus est usus. Hæc ille. quid servitutes? viam, iter, actum, aquæductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur. vid. Paul. 1. *sent.* 17. §. 1. 27 Hoc jus abrogatum est. Nam hodie res mobiles per triennium: Immobiles, decennio inter præsentes: vicennio inter absentes usucapiuntur. *Inst. de usucap. l.* 13. *C. de servitutibus.* Paul. 5. *sentent.* §. 3. 28 Hodie non solum in Italia, sed in omni terra, quæ imperio Romano gubernatur, res mobiles triennio: res immobiles decennio inter præsentes, vicennio inter absentes usucapiuntur. *Inst. de usucap.* 29 Atinia *l.* 33. *ff. de usurp. & usucap.* Gellius 17. *cap.* 7. *legis,* inquit, *Atiniæ verba sunt: Quod surreptum erit, ejus rei æterna autoritas esto.* 30 Omnino scil. adeo ut bona fides possidentem non juvet *d.* §. 2. *l.* 24. *ff. de usurp. & usucap.* 31 *l. ult. ff. vi bonorum rapt.* 32 *l.* 33. §. 2. *ff. de usurp. & usucap.* 33 Autoritas quid esset

6. De

6. De muliere usucapta & usurpata.

Quintum Mucium jurisconsultum dicere solitum, *lege non esse usurpatam* [1] *mulierem, quæ cum Kalendis Januariis apud virum causa matrimonii esse cœpisset, ante diem quartum Kalendas Januarias sequentes usurpatum esset.* Non enim impleri posse trinoctium, quod abesse a viro usurpandi causa ex XII. Tabulis deberet, quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent. Gel. 2. *in fin.* 3. qui inciperet ex Kalendis. Virgilius quoque id ipsum ostendit, *Torquet* (inquit) *medios nox humida cursus. Et me sævus equis oriens afflavit anhelis.* Macrob. 1. *Saturn.* 3.

7. De vestibulo sepulchri.

Quod forum, id est vestibulum sepulchri, bustumve usucapi vetat, tuetur jus sepulchrorum. Cic. 2. *de legibus.*

TIT. XXIV.

De privatis delictis & de furto.

1. Nocturnum furem quoquo modo posse occidi.

NOn abs re puto hoc loco id quoque admonere, quod Decemviri in XII. Tabulis insitatissime Nox pro [2] noctu dixerunt. Verba hæc sunt: *Si nox furtum factum sit, si im* [3] *aliquis occisit, jure cæsus esto* [4]. Macrob. 1. *Saturn.* 4.

Cicero pro Milone, XII. *Tabulæ nocturnum furem quoquo modo interfici impune voluerunt* [5].

Cajus *in l.* 4. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* lex XII. Tabularum *Furem noctu deprehensum occidere permittit.*

Gellius 11. *c.* 18. Decemviri nostri post reges exactos leges quibus P. Romanus uteretur in XII. Tabulis scripserunt. *Furem qui manifesto furto deprehensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut cum faceret furtum nox esset,* aut interdiu se telo, cum prehenderetur, defenderet.

2. Interdiarium furem se defendentem posse occidi.

Furem interdiu [6] *deprehensum non aliter occidere lex* XII. *Tabularum permisit, quam si se telo* [7] *defendat.* Cajus in *l.* 54. §. 2. *ff.* de furtis.

Interdiu deprehensum furem ita permittit lex occidere, si is se telo defendat, ut tamen æque cum clamore testificetur [8]. *l.* 4. *in fin. ff.* ad l. Aquil.

Duodecim Tabulæ, furem diurnum, si se telo defenderit, interfici impune [9] *voluerunt.* Cicero *pro Milone.*

Decemviri qui post reges exactos leges quibus P. Romanus uteretur in XII. Tabulis scripserunt, *furem tum demum occidi permiserunt, si interdiu se cum telo, cum deprehenderetur, defenderet.* 11. Gel. 18.

Si quis furem occiderit, injuria occiderit. quamobrem? quia jus nullum constitutum est. Quod si se telo defenderit? non injuria. quid ita? quia constitutum est. Oratio pro M. Tullio apud Quintil. *l.* 5.

Hoc & in legibus antiquis secularibus invenitur, *impune occidi nocturnum furem quoquo modo: diurnum si se cum telo defenderit: jam enim plus quam fur est.* August. 11. *super Exod.*

3. De pœna furis manifesto deprehensi.

Decemviri nostri qui post reges exactos leges quibus P. Romanus uteretur in XII. Tabulas retulerunt, neque pari severitate in puniendis omnium generum furibus, neque remissa nimis lenitate usi sunt. *Furem qui manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut cum faceret furtum nox esset,* aut interdiu se cum telo defenderet. *Ex cæteris autem manifestis furibus, liberos verberari* [10], *addicique jusserunt ei cui furtum factum esset, si modo id luci fecissent, neque se telo defendissent. Servos autem furti manifesti prehensos, verberibus affici & e* [11] *saxo præcipitari. pueros impuberes* [12] *Prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam sarciri.* Hæc Gell. 11. *c.* 18.

4. De pœna furti non manifesti.

Aliis furtis omnibus quæ non manifesta appellantur pœnam imposuerunt dupli [13]. Hæc Gell. 11. *c.* 18.

5. De furto pacisci [14] licet.

Nec conjunctionem Grammatici fere dicunt esse disjunctivam, ut Nec legit, nec sentit: cum si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi posse eam positam esse ab antiquis pro non, ut & in duodecim est. *Si adorat* [15] *furto* [16], *quod nec manifestum erit* [17]. & apud Plautum in Phasmate: Nec recte si illi dixerim. & Turpillium in Demetrio: Nec recte dici mihi quod jamdudum audio. Hæc Festus in voce *Nec.*

6. De furto [18] per lancem & licium concepto.

Decemviri in XII. Tabulis *ea furta quæ per lancem* [19] *& licium concepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicaverunt.* Hæc Gell. 11. *c.* 18.

Furtorum quæstiones *cum lance & licio evanuerunt* [20]. Hæc Gell. 16. *c.* 10.

7. De Tigno juncto.

Tignum [21] non solum in ædificiis quo utimur appellatur, sed etiam in vineis, ut est in XII. *Tignum* [22] *junctum* [23] *ædibus vineæque* [24] *& concapu* [25] *ne* [26] *solvito.* Hæc Festus *in Tignum.*

Lex XII. Tabularum, tignum ædibus junctum vindicare posse scit, sed interim id solvi prohibuit pretiumque ejus dari voluit *l. Qui res* 98. *in fin. ff. de solutionibus.* Tignum alienum ædibus junctum nec vindicari potest propter leges XII. Tabul. nec eo nomine ad exhibendum agi, nisi adversus eum, qui sciens alienum junxit ædibus: sed est actio antiqua de Tigno juncto quæ in duplum ex Lege XII. Tabular. descendit *l. in rem* 23. §. *Tignum* 6. *ff. de rei vind.*

8. Arborum furtim cæsarum.

Fuit & arborum cura legibus, cautumque est XII. [27] Tabulis ut *qui injuria arbores* [28] *alienas cecidisset, lueret in singulas æris* XXV. Hæc Plin. 17. *c.* 1. Colonus, cum quo forte propter succisas arbores, sive e lege XII. Tabular. de arboribus succisis, sive e lege Aquilia damni injuria, sive interdicto quod vi aut clam postea convenietur per exceptionem jurisjurandi defendi poterit. *l. in duobus* 28. §. *Colonus.* 6. *ff. de jurejurando.*

9. De pastu, sectioneque frugum.

Frugem aratro quæsitam furtim noctu pavisse aut secuisse puberi XII. *Tabulis capitale erat: suspensumque* [29] *Cereri necari jubebant gravius quam in homicidio convictum. Impuberem Prætoris* [30] *arbitratu verberari, noxamque* [31] *duplione* [32] *decerni.* hæc Plinius 18. *c.* 3.

10. De pastu pecoris.

Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam: Aristo scribit, non sibi occurrere legitimam actionem qua experiri possim. Nam neque ex lege XII. *Tabularum de pastu pecoris* [33], *quia nec in tuo pascatur:* neque de pauperie, neque damni injuria agi posse, in factum itaque erit agendum *l.* 14. *in fin. ff. de præscriptis verbis.*

11. De sarptis vineis.

Sarpuntur vineæ id est putantur, ut in XII. quandoque sarptæ, donec dempta erunt. Festus *in sarpuntur.*

12. De incendio.

Cajus *l.* 4. ad legem XII. Tabularum, *Qui ædes* [34] *acervumve frumenti juxta domum positum combusserit* [35], *vinctus, verberatus igni* [36] *necari jubetur. l.* 9. *ff.* de incendio.

TIT. XXV.

De injuriis.

1. Pœna injuriarum ordinaria vigintiquinque asses.

NOnne tibi videtur esse dilutum, quod de injuria punienda scriptum est, *Si injuria* [*lege injuriam*] *alteri faxit, vigintiquinque æris* [37] *pœna* [38] *sunto.* Quis enim erit tam inops, quem ab injuria facienda [Pithœus legit injuriæ faciendæ libidine] vigintiquinque asses deterreant? & post, Lucius Neratius pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum servus sequebatur crumenam assium plenam portans: & quemcunque depalmaverat, numerari statim, *secundum* XII. *Tabul.* 25. asses jubebat. Propterea Prætores hanc legem abolescere & relinqui censuerunt, injuriisque æstimandis recuperatores se daturos, edixerunt: *& post,* non omnino omnes injurias ære isto pauco diluerunt, tametsi hæc ipsa paucitas assium, grave pondus æris fuit. Nam librariis assibus in ea tempestate populus usus est: sed injurias atrociores, ut de osse fracto, non liberis modo, verum etiam servis factas impensiore damno vindicaverunt. Hæc Gellius 20. *c.* 10.

Paulus libro singulari, & titulo de injuriis apud Ruffinum *Titul.* 2. *Collationis legum Mosaicarum.* Injuriarum [39], inquit, actio aut legitima est aut honoraria. legitima ex lege XII. Tabul. *Qui injuriam alteri facit quinque & viginti sestertiorum pœnam subit. quæ lex generalis fuit libero trecentos* [40]: *servo* CL. *pœnam subita sextertiorum.*

superius explicatum est. 1 De usurpatione, vid. *l.* 2. *C. de usucap.* usurpationis verbum ex 12. Tabulis esse hinc constat. & quidem Appius Claudius proxime post 12. Tabulas de usurpationibus scripsit. *l.* 2. §. 36. *de origine juris.* de usucapionibus etiam aliquid ex Quinto Mucio hic affertur a Gellio & Macrobio, sic longa possessio jus sepulchri non tribuit ei, cui jure non competit. *l.* 4. *ff. de mortuo inferendo.* lege naturæ communique gentium jure sancitum est, ut nihil mortales a diis immortalibus usucapere possint. Cic. *in oratione de Aruspicum responsis.*

2 Nox pro noctu. 3 Idest, eum. Ducitur autem hæc particula a nominativo Is. Macr. 1. Satur. 4. 4 Ut tamen is, qui occidit, cum clamore testificetur. *l.* 4. *in fin. ff. ad l. Aquil.* Quæ verba, restrictionis loco a Jurisconsultis adjecta sunt.
5 Adde Senecam 10. *Controvers. ult.* 6 Hac voce veteres ut sæpius usi sunt, ut in *l.* 2. *ff. de furibus balneariis. l.* 4. *ff. ad l. Aquil. de interdiario fure.* dixi ad *l.* 54. §. 2. *ff. de furtis.* 7 Cajus *libro* 1. ad legem XII. *Tab.* Telum vulgo appellatur, quod arcu mittitur, sed nunc omne significatur quod mittitur manu. vid. *l.* 233. §. 2. *de verb. signif.*
8 Vel si parcere ei sine periculo suo non potuit *l.* 9. *ff. ad l. Corneliam de sicar.* quæ verba non sunt legis XII. Tabul. sed interpretationis Edicti ad *l.* XII. adcommodatæ.
9 Ita ut qui hoc modo interfecerit. Plato 9. *de legibus.* καθαρὸν εἶναι profiteatur.
10 Virgis, sed hæc pœna in duplum & quadruplum postea mutata est. *l.* 50. *ff. de furtis.* 11. Gell. 18. lege Draconis quodvis furtum etiam modicum, capitale erat: lege Solonis dupli pœna constituta fuit. apud Ægyptios & Lacedæmonios impunitum erat. 11. Gell. 18.
11 Dixi ad *l.* 25. *ff. de pœnis.* 12 Doli capaces. *l.* 9. §. 2. *ff. de minor. l.* 5. §. 2. *in fin. ff. ad l. Aquil. l.* 14. *ff. de SCt. Silaniano: l.* 23. *ff. de furtis: l.* 111. *ff. de regulis juris.*
13 Cato *initio de re rustica. Majores,* inquit, *nostri sic habuerunt, itaque in legibus posuerunt, furem dupli damnandum: fœneratorem quadrupli.* 14 Dixi ad *l.* 18. *C. de donationib.* 15 Hoc verbum non accipio simpliciter pro agere, sed pro pacisci: nam inter cætera, adorare significat propitiare, Nonius *in ador.* & alloqui Apulejus 2. infusa aqua populum sic adorat. *& lib.* X. ad istum modum seniore adorante. Constatque de furto pacisci. *l.* 7. §. 14. *in fin. ff. de pactis.* ac decidere licuisse. *l.* 7. *ff. de condict. furtiva, decidere, inquam, ex legibus l.* 3. *C. de furtis.* adde *l.* 61. §. 1. *ff. de furtis.* 16 Furtum. *Rævard.*
17 Erit, duplione luito. *Rævard.* 18 Labeo *lib.* 2. de XII. Tabulis acria & severa judicia de furtis habita apud veteres scribit. 19 Hoc quid sit, dixi ad §. 4. *Inst. de oblígat. quæ ex delicto.* sed præstat id ex Festo audire. Lance & licio inquit, Fest. *in Licio:* Dicebatur apud antiquos, quia is qui furtum ibat quærere in domo aliena licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrumfamilias & virginum pudorem. Quæri tamen potest, qui ita oculos tegeret, quid videre posset, quove modo furtum conciperet. ut non injuria Josephus Scaliger ad illum locum Festi dixerit, nescio aliam interpretationem. vide apud Pithœum 1. *adversar.* 2. adde *l.* 1. *C. Theod. de habitu.* 20 Requisitio rei furtivæ hodie secundum veterem observationem non fit, & merito ex consequentia, præfatæ actiones (concepti scilicet & oblati furti, prohibiti, non prohibiti) ab usu communi recesserunt. *d.* §. 4. 21 Tigni appellatione in lege XII. Tab. omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur. *l.* 62. *ff. de verbor. signif.* 22 Antiqui Tignom.
23 Junctom, antique. 24 Vineæve. 25 Lege *concapes.* Lignum *conpaces* quod habet caput suum, cum capite vineæ commissum. Caput vineæ est radix ipsa: cætera dixi ad *l.* 1. *ff. de tigno juncto.* Est qui ita legit *vineaique & capulo ne solvito.* Bossius 1. *ad Attic.* 19. legit *e compage.* 26 Vid. §. 29. *Inst. de rer. divis.* 27 Ex lege XII. Tab. dabatur actio, arborum furtim cæsarum, *l.* 1. *ff. arborum furt. cæs.* 28 Et maxime vites. hi enim tanquam latrones puniuntur, Cajus *lib.* 1. *ad legem* XII. *Tab.* & *l.* 2. *ff. arborum furt. cæs.* Porro, arborum appellatione id non continetur quod adeo tenerum est, ut herbæ loco sit, Cajus *libro ad legem* XII. *Tabul.* in *l.* 4. *ff. arborum furtim cæsarum.*
29 Sacratumque. Lips. 4. *Epistol.* 27. id enim frequens in formulis: Cereri sacer esto. Jovi sacer esto. 30 Id est, Consulis. Nam Decemvirorum tempore haud tum creati Consules, sed id nomen Consulibus erat. Varro *apud Nonnium.* Iidem dicebantur Consules & Prætores: quod præirent populo, Prætores: quod consulerent senatum Consules.
31 Noxæve duplionem decerni. ita emendat Lipsius. 32 Et hæc quidem pœna ad omnes personas edicto fuit redacta. *arg. l.* 7. *in fin. ff. arbor. furtim cæsarum,* idque evidentius ex Paulo perspicitur: *sive segetes,* inquit, *per furtum, sive quælibet arbores cæsæ sint, in duplum ejus rei nomine reus convenitur.* Paul. 2. *sent.* 32. §. 21. 33 Adde *l. pen. C. de leg. Aquil.* Paul. 1. *sent.* 15. §. 1. 34 Appellatione ædium omnes species ædificii continentur. Cajus *lib.* 4. *ad l.* XII. *Tabul. in l.* 9. *ff. de incendio.* 35 Sciens scil. & prudens. nam si casu aut negligentia: aut noxiam sarcire jubetur, aut si minus idoneus sit, levius castigatur. Cajus *d. loco.* 36 Vid. *l.* 28. §. 10. *ff. de pœnis.*

37 Id est, vigintiquinque asses: asses, inquam, librales. 20. Gell. 1. 38 Pœnæ.
39 Fr. Hotomanus vir de jure Romano & antiquitate meritissimus in disputatione de Aureo Justinianeo hunc locum ita legit: Injuriarum actio legitima est ex lege XII. Tabular. qua qui injuriam 25. æris pœnam subit. quæ lex generalis non fuit. nam qui os fregit, si libero 300. si servo 150. assium pœnam subit. Profluxit autem is error ex notariorum imperitia, dum librarii L. pro LLS. sumpserunt, & e contra. qui error apud Plin. frequens.
40 Locus est corruptus.

2. De membro aut osse fracto & Talione.

Phavorinus, Nonnulla autem in istis legibus nec consistere quidem (sicut dixi) visa sunt. Velut illa lex Talionis, cujus verba (nisi memoria me fallit) hæc sunt, *Si membrum rupit* [Festus legit *rapserit* in voce Talionis] *meum, e pacto* (*ni cum eo pacit* [1]. Festus ita legit *d. loco*) *talio* [2] *esto*. Hæc Gellius 20. c. 1. purior est autem lectio Festi quam Gellii.

Pœna injuriarum ex lege XII. *Tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat:* propter os vero *fractum, nummariæ pœnæ erant constitutæ*, quasi in magna veterum paupertate: & post, sed pœna injuriæ, quæ ex lege XII. Tabularum introducta est, in desuetudinem abiit. Hæc Justinianus in §. 7. *Inst. de injuriis.*

3. De convitiis & famosis libellis.

Nostræ XII. Tabulæ, cum perpaucas res capite [3] sanxissent, in his quoque hanc sanciendam putaverunt. *Si quis actitavisset* (legunt nonnulli *occentasset* [4]) *sive carmen* [5] *condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri:* hæc Cicero 4. *de Republica* apud Augustinum 2. *de civitate Dei* 9. Rævardus ita hanc legem restituit. Si quis occentassit, actitassit, sive carmen condidissit, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur, capite pœnas luito.

TIT. XXVI.

De extraordinariis criminibus.

1. De termino moto.

Numa [6] Pompilius statuit, eum *qui terminum exarasset & ipsum & boves ejus sacros esse.* Festus *in Termino.*

Hanc legem ita restituit Josephus Scaliger, *Quei terminom exarassit, ipsus & boveis sacrei sunto.*

2. De Prævaricatione Patroni adversus Clientem [7].

Servius ad illos versus Virgilii 6. *Æneidos* 609. 610. Hic, quibus invisi fratres, dum vita manebat, Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti. Ex lege, inquit, XII. Tabularum venit, in quibus scriptum est: *Patronus si clienti* [8] *fraudem fecerit, sacer esto.* Hæc ille.

3. De collegiis illicitis.

Duodecim tabulis cautum esse cognoscimus, *Ne quis in urbe cœtus nocturnos agitaret:* deinde lege Gabinia promulgatum, qui conciones ullas in urbe conflavisset, more majorum, capitali supplicio multaretur. de te itaque Catilina sciscitor, tunc cœtus istos commilitonum tuorum *contra præcepta* XII. *Tabularum*, contra leges nostras, contra senatus ac plebis autoritatem, noctu cogendos esse putavisti? hæc Porcius Latro in declamatione adversus Catilinam.

TIT. XXVII.

De publicis judiciis.

1. De accusationibus.

Interfici indemnatum [9] *quemcunque hominem*, *etiam* XII. *Tabularum* decreta vetuerunt. Hæc Salvianus episcopus Massiliensis 8. de judicio & providentia.

2. De Majestatis crimine.

Lex XII. *Tabularum jubet eum, qui hostem concitaverit, quive civem hosti* [10] *tradiderit, capite puniri.* Marcianus *in lege* 3. *ff. ad legem Juliam majestatis.*

3. De adulteriis.

Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui majorum [11] more *de communi* [12] *sententia coërcerent* [13], *Tiberius autor fuit.* Suetonius *in Tiberio cap.* 35.

4. In adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare.

In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares: illa te (si adulterares) digito non auderet contingere, neque jus est. Cato *in oratione de dote* apud 10. Gell. 23.

5. De pellice.

Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes non solum fœminis, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna constituta est a Numa [14] Pompilio hac lege. *Pellex aram Junonis ne tangito: si tanget, Junoni crinibus demissis agnum fœminam cædito.* Hæc Festus *in voce Pellices*, & Gellius 4. *c.* 3. *in fin.*

6. De sicariis.

Id autem fuisse indicat lex [15] Numæ [16] Pompilii regis, his composita verbis: *Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto.* Festus in Parrida. *Sei imprudens se* [17] *dolo malo occisit pro capite occisei, & nateis ejus in concione arietem subicito* [18]*:* Josephus Scaliger apud Festum *in Subici*, hanc postremam partem ita restituit ex schediis Servianis.

7. De Parricidio.

Plorare, flere, inclamare, idem significat & cum præpositione implorare, est invocare. at apud antiquos plane inclamare. in Regis Romuli & Latii (lege Tatii & Servii Tullii) legibus, *Si parentes, puer verberit, ast olle* (*lege oloe*) *plorassit* [19] (*lege plorassint*) *parentes puer diveis parentum sacer* [20] *esto. Si nurus, sacra divis parentum esto.* Hæc Festus *in Plorare*, apud quem tamen quæ pars hujus legis de nuru loquitur, ordine præcedit anteriorem. Præstat autem eam legem ita restitui, judicio Josephi Scaligeri.

8. De veneficiis.

Cajus *lib.* 4. ad legem XII. Tabularum, *Qui venenum* [21], *inquit, dicit, adjicere debet utrum malum an bonum &c. l.* 23. *ff.* de verbor. signific.

9. De falsis.

An putas Phavorine, *si non illa etiam ex* XII. *Tabulis, de testimoniis falsis pœna abolevisset: & si nunc quoque, ut antea qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio* [22] *dejiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus?* Hæc Gellius 20. *c.* 1. *in fin.*

10. De maleficiis.

Quid? non & legum ipsarum in XII. [23] Tabulis verba sunt? *Qui fruges excantasset* [24]*:* & alibi, *qui malum carmen incantasset.* Hæc Plin. 28. *c.* 2.

Servius in Eclog. 8. Virgilii, *Atque satas alio vidi traducere messes.* Magicis, inquit, quibusdam artibus hæc fiebant. unde est in XII. Tabulis, *Neve alienam segetem pellexeris.* Hæc ille.

Hæc pestifera scelerataque doctrina, *Fructus alieni in alias terras transferri prohibentur*, nonne in XII. Tabulis, id est, Romanorum, antiquissimis legibus Cicero commemorat esse conscriptum, & ei qui hoc fecerit supplicium constitutum? Hæc Augustinus 8. *de civitate Dei* 19.

Et apud nos in XII. Tabulis cavetur, *ne quis alienos fructus excantassit.* Rudis adhuc antiquitas credebat, *& attrahi imbres cantibus & repelli* [25]: quorum nihil posse fieri, tam palam est, ut hujus rei causa nullius Philosophi schola intranda sit. Hæc Seneca 4. *Naturalium* 7. *in fin.* Tibullus 9. Cantus vicinis fruges traducit ab agris.

11. De lege Julia repetundarum, & corrupto judice.

De Judice qui ob rem dicendam pecuniam acceperit, dixi supr. ad Titul. de judiciis.

12. De falsis vindiciis.

Dixi supr. ad Titulum de possessionibus & interdictis.

TIT. XXVIII.

De pœnis.

De capite civis nisi per maximum comitiatum ne ferunto. Cicero 3. *de legibus.*

TIT. XXIX.

De captivis.

Sanates dicti sunt, qui supra infraque Romam habitaverunt, quia cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam, quasi sanata mente. Itaque in XII. cautum est, *Ut* [26] *idem* [27] *juris esset sanatibus, quod fortibus* (quidam legunt *forctibus*) id est bonis, & qui nunquam defecerunt a populo Romano. Festus *in Sanates.*

1 Ab antiquo paco, quod est pacisci. vide *Festum* in voce *Pacionem.* 2 Talionem Imperatores dixere reciproci pœnam in *l.* 3. *C. Theod. de exhib. reis:* reciprocos pœnæ incursus. *l.* 7. *C. Theod. de accusat.* Tertul. 2. *adversus Marcionem.* Timor talionis per eundem saporem passionis. Nihil amarius, quam id ipsum pati quod feceris aliis. de Talionis pœna & exemplis dixi multis locis. *Nov.* 60. *c.* 1. *Novell.* 115. *c.* 3. §. 13. *Novell.* 123. *c.* 11. *Nov. Leonis* 60. Lex Talionis justa sit necne, vide apud 20. Gell. 1. 3 Legibus 12. Tab. capitale fuit, convicium, carmenve in alterius injuriam facere. Secuta est alia pœna, fustuaria scil. Horat. *epist. ad Augustum, Quin etiam lex, Pœnaque lata malo quæ nollet carmine quenquam Describi, vertere modum formidine fustis, Ad benedicendum delectandumque redacti.* adde Cornutum *in Persium.* Tertia successit pœna infamiæ, de qua vid. *l.* 5. §. 9. §. 10. *ff. de injur.* hodie pœna famosi libelli, capitalis. *l. un. C. de fam. libel.* 4 *Occentassint* antiqui dicebant quod nunc *convicium fecerint* dicimus &c. Festus in *occentassit.* & hoc quidem verbo maledictum & convitium prohibetur. Paul. 5. *sent.* 4. §. 18. 5 Psalterium, canticum. Paul. 5. *sent.* 4. §. 15. famosos libellos §. 16. librum *l.* 5. §. 9. *ff. de injur.* ἐπιγράμματα *d. l.* 5. §. 10. Famosum carmen quod legibus XII. Tabul. vindicatum testatur. Paul. 5. *sent.* 4. §. 6. *l.* 21. *ff. de testibus. l.* 18. *in fin. ff. qui testamenta.* Carmen malum, quo fama alterius coinquinatur & vita. Arnob. 4. *contra gentes.* Horat. 2. Satyr. 1. *si mala condiderit, in quem quis carmina, Jus est judiciumque.* Carmen ad alterius injuriam conditum. Cic. 4. *Tuscul.*

6 Constat hanc legem non esse XII. Tabul. sed Numæ. 7 Advocatus non proprie prævaricator dicitur, si tamen prævaricatus sit, id est, si prodiderit causam, extra ordinem solet puniri. *l.* 1. *in fin. ff. de prævaricatione.* 8 De clientibus & susceptis dixi ad *l.* 24. *ff. de testibus: l.* 132. *ff. de verbor. obligat. l.* 6. §. 5. *C. de his qui ad Ecclesiam.* Cato apud Gellium 5. *cap.* 13. majores, inquit, sanctius habuere defendi pupillos, quam clientem non fallere, adversus cognatos pro cliente testatur. testimonium adversus clientem nemo dicit. Patrem, primum, postea patronum proximum nomen habere. Massurius autem Sabinus *libro* 3. *juris civilis*, antiquiorem locum tribuit hospiti, quam clienti. Verba ex eo libro hæc sunt: In officiis apud majores ita observatum est, primum tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea affini. de qua causa fœminæ viris potiores sunt habitæ, pupillarisque tutela muliebri prælata: etiam adversus quem affuissent ejus filii tutores relicti, in eadem causa pupillo aderant. & post, C. Cæsar in oratione quam pro Bithyniis dixit, Neque clientes, inquit, sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus. Idem Gell. 20. *c.* 1. Clientem in fidem acceptum chariorem haberi, quam propinquos, tuendumque contra cognatos censuit. Neque pejus ullum facinus æstimatum est, quam si quis probaretur clientem derisui habuisse &c. addendus Servius ad illa verba Virgilii, *& fraus innexa clienti.* Plautus *in Menechm.*

9 Id est, inauditum. dixi ea de re ad *l.* 2. *ff. ad l. Corneliam de sicariis.* 10 Cajus *lib.* 2. *ad leg.* 12. *Tabul.* quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adjectionem judicantes, cum quibus bellum esset. *l.* 234. *ff. de verb. signific.*

11 Id lege Romuli constitutum fuisse testatur *Dionysius Halicarnassæus* 2. 12 Id est, mariti & cognatorum, Halicarn. *ibid.* 13 Ζημιοῦν quod quidam necare intelligunt, sed Gellius multare non necare dixit. 14 Lex Numæ. 15 Huc referenda lex horrendi carminis quæ apud Livium 1. Duumviri perduellionem judicent. 16 Lex Numæ. Certum est ea de re aliquid sancitum fuisse in 12. Tabulis Justinianus §. 5. *Institut. de publicis judiciis.* Lex, inquit, Cornelia de sicariis quæ homicidas ultore ferro prosequitur: vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. Telum autem, ut Cajus noster ex interpretatione 12. Tabul. reliqui &c. 17 Id est, sine. Festus *in sed.* 18 Subici aries dicitur, quem quis agit, ut pro se cædatur. *Festus*, in subjicere. 19 Parens, qui a filio vim patiebatur, parentes plorabat, hoc est, inclamabat, & divis parentum sacer erat filius, hoc est, ejus facinus conclamatis parentibus divis parentum sic devovebatur, ut filius a quovis sine fraude posset occidi, & qui eum occidisset, parricidii non damnaretur: Rævardus ita hunc locum interpretatur. 20 Id est, in parentum sacra ac potestatem revertitur, vide Cujac. *ad titul. de ingrat. liber. C.* ubi dixi. 21 Vid. *l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Corneliam de sicariis.* 22 Dixi ad *l.* 25. *ff. de pœnis.* 23 Plinius 30. *c.* Est & alia magices factio. *& post*, Extant & apud Italas gentes vestigia ejus in 12. Tabulis nostris. Hæc ille. 24 Seneca 4. *natural.* 7. *in fin.* Et apud nos in 12. Tabulis cavetur, *Ne quis alienos fructus excantassit.* 25 Huic postremo hominum generi leges ignoscunt. Constantinus, Nullis criminationibus implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur. *l.* 4. *C. de maleficiis.*

26 Josephus Scaliger apud Festum *in Sanates* ita restituit, Nexo solutoque, forcti sanatique idem jus esto, id est, bono Romano idem & peregrino qui inferiore loco est. Hæc ille. Alias de sanatibus populis opiniones, vide apud eundem *dicto loco.* 27 Hæc particula movit me, uti hoc caput referrem ad Titulum de captivis, quod vix improbabunt, qui huic loco contulerint legem 7. *ff. de captivis.*

Finis legum XII. Tabularum.

TITULI

TITULI
EX
CORPORE ULPIANI.

TIT. I.
DE LEGIBUS [1] ET MORIBUS [2], ET LIBERTIS.

§. 1.

Imperfecta lex est veluti Cincia [3], quæ supra certum modum donari prohibet, exceptis quibusdam cognatis: & si plus donatum sit, non [4] rescindit. §. 2. Minus quam perfecta lex est, quæ vetat aliquid fieri: &, si factum sit, non rescindit: sed pœnam injungit ei qui contra legem fecit, qualis est lex Furia [5] testamentaria, quæ plus quam mille assium legatum, mortisve causa prohibet capere: præter exceptas personas: & adversus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituit. §. 3. Lex aut [6] rogatur, id est, fertur: aut abrogatur, id est, prior lex tollitur: aut derogatur, id est, pars primæ tollitur: aut subrogatur, id est, adjicitur aliquid primæ legi: aut abrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.

§. 4. Mores [7] sunt tacitus [8] consensus populi, longa [9] consuetudine inveteratus. §. 5. Libertorum genera sunt tria [10], Cives [11] Romani, Latini [12] Juniani, Dedititiorum [13] numero. §. 6. Cives Romani sunt liberti qui vindicta [14], censu [15], aut testamento [16], nullo jure impediente manumissi sunt. §. 7. Vindicta [17] manumittuntur apud magistratum, velut Prætorem [18], Consulem [19], Proconsulem [20]. §. 8. Censu manumittebantur olim, qui lustrali [21] censu Romæ jussu dominorum, inter cives Romanos censum [22] profitebantur. §. 9. Ut testamento [23] manumissi liberi sint, lex duodecim Tabularum facit, quæ confirmat, quod datum [24] legatum est. §. 10. Hodie autem ipso jure liberi sunt ex lege Junia [25], qua lege Latini [26] sunt nominati, inter amicos [27] manumissi. §. 11. Dedititiorum [28] numero sunt, qui pœnæ [29] caussa vincti sunt a domino [30]: quibus vestigia [31] scripta fuerunt: qui propter noxam torti nocentesque [32] inventi sunt: quive traditi sunt, ut ferro, aut cum bestiis depugnarent: vel in custodiam [33] conjecti [34] fuerunt: deinde quoquo modo manumissi sunt: idque lex Ælia [35] Sentia facit. §. 12. Eadem lege [36] cautum est, ut minor triginta annorum servus [37] vindicta manumissus, civis Romanus non fiat, nisi apud consilium caussa probata fuerit: ideo sine consilio manumissum servum manere putat. Testamento vero manumissum perinde habere jubet, atque si domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit. §. 13. Eadem lex eum [38] dominum qui minor viginti annorum est, prohibet servum manumittere, præterquam si caussam apud consilium probaverit. In consilium [39] autem adhibentur [40] Romæ quinque Senatores [41], & quinque Equites Romani, in provincia [42] viginti Recuperatores [43], cives Romani. §. 14. Ab eo domino, qui [44] solvendo non est, servus testamento liber esse jussus, & heres institutus, etsi [45] minor sit triginta annis, vel in ea causa sit, ut dedititius fieri debeat, civis Romanus & heres fit; si [46] tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. Quod si duo pluresve liberi heredesque esse jussi sunt, primo [47] loco scriptus liber & heres fit. Quod & ipsum lex Ælia Sentia facit.

§. 15. Eadem lex in [48] fraudem creditoris & patroni manumittere prohibet.

§. 16. Qui tantum in bonis [49], non etiam ex jure [50] Quiritium servum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis [51] tantum alicujus servus est, velut hoc modo, Si civis Romanus a cive Romano servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus [52] ei, neque in jure cessus [53], neque ab ipso anno [54] possessus sit. Nam quandiu [55] horum quid fiat, is servus in bonis quidem emptoris est, ex jure Quiritum autem venditoris est.

§. 17. Mulier [56], quæ in tutela est, item pupillus & pupilla manumittere non possunt. §. 18. Communem servum unus ex dominis manumittendo, partem suam amittit: eaque adcrescit [57] socio, maxime si eo modo manumiserit, quo, si proprium haberet, civem Romanum facturus esset. Nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum nihil egisse. §. 19. Servus, in quo alterius est ususfructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumissus, liber non [58] fit, sed servus sine domino est.

§. 20. Post mortem heredis [59], aut ante [60] institutionem heredis testamento libertas dari non [61] potest, excepto testamento militis. §. 21. Inter medias heredum institutiones libertas data, utrisque adeuntibus non [62] valet: solo autem priore adeunte, jure antiquo valet. Sed post legem Papiam Poppeam, quæ partem non adeuntis caducam facit, si quidem primus heres vel jus antiquum habeat, valere eam posse placuit: quod si non habeat, non valere constat, quod loco non adeuntis, legatarii [63] partis heredes fiunt. Sunt tamen qui & hoc casu valere eam posse dicunt. §. 22. Qui testamento liber esse jussus est, mox [64] quam unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. §. 23. Justa libertas testamento potest dari his servis, qui testamenti [65] faciendi, & mortis [66] tempore, ex jure Quiritum testatoris fuerunt. §. 24. Lex Furia [67] Caninia jubet testamento ex [68] tribus servis non plures quam duos manumitti: & usque ad decem, dimidiam partem manumittere concedit: a decimo usque ad triginta, tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, æque ut ex priori numero: a triginta usque ad centum quartam partem, æque ut decem ex priori numero liberari possint: a centum usque ad quingentos, partem quintam, similiter ut ex antecedenti numero vigintiquinque possint fieri liberi. Eademque præcipit, ne [69] plures omnino quam centum, ex cujusquam testamento liberi fiant. §. 25. Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim [70] dentur.

1 Dixi ad *lib. 1. C. 14.* 2 Vide *L. 8. C. 53.* 3 De qua dixi ad *l. 25. Cod. de donat. & ad l. 5. Cod. de legib.* fit etiam ejus mentio in lege 4. *C. Theodos. de donat.* Plautus eam muneralem appellat apud Festum. 4 Macrobius *in somnium*, Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna sancitur. 5 De qua dixi ad *l. 1. ff. ad l. Falcid.* 6 Dixi ad *l. 102. ff. de verbor. signif.* 7 §. 9. *Instit. de jure naturali.* 8 *l. 32. in fin. ibi, tacito consensu. l. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. ff. de legibus.* sine scripto *d. §. 9.* non suffragio, sed rebus ipsis & factis declaratus, *d. l. 33.* vid. *tit. Cod. quæ sit longa consuetudo.* 9 *d. l. 35.* Inveterata *d. l. 33. §. 1.* diuturna *d. l. 34.* 10 Cajus 1. *Instit. 1. vers. libertorum.* Libertorum status tripartitus §. 3. *Inst. de libertinis.* 11 Cives autem Romani fiunt tribus modis. J. *eod. §. 6.* Cujac. 1. *Inst. 2.* 12 §. 10. J. *eod.* 13 §. 11. J. *eod.* 14 Vid. §. 7. J. 15 Vid. §. 8. J. 16 Vid. §. 9. J. 17 §. 1. *Instit. de libertinis.* Tribunal non exigit hæc manumissio *l. 7. ff. de manumiss. vindict.* fitque hodie per tutorem verbaque solennia, licet non dicantur, ut dicta accipiuntur *l. 23. ff. d. tit.* Porro, Theophilus id genus manumissionis ex eo dictum putat, vel quod eo vindicaretur mancipium in naturalem libertatem, (& male. Nam si ita esset, qui censu vel testamento manumitteretur, vindicta quoque manumitti diceretur) vel a Vindice quodam, qui, cum servus esset, erupturam adversus Romanos conjurationem indicio suo patefecit, publiceque a Romanis manumissus est, & in honorem ejus, quicumque apud magistratum manumittebatur, vindicta manumitti dicebatur, Theophil. §. καὶ τὰς μὲν *Inst. de libert.* Conjurationis a Vindice detectæ meminit quidem Livius 2. Est etiam verisimile, vindicta manumissionem dici, quod lictor. *l. 8. l. 23. ff. de manumiss. vindict.* virgulam servo manumittendo imponeret. Persius. *Vindicta postquam meus a prætore recessi*, & post, *Non in festuca lictor quam gestat inani.* Virgulam, inquam, quæ vindicta diceretur. Boët. *in Topic.* Plutarchus *de sera numinis vindicta* κάρφον λάπτον appellat. hinc vindictam imponere *l. 24. in fin. ff. de manumissionibus. l. 12. §. 2. ff. de liberal. causa, l. 19. §. 4. ff. de castrensi peculio. l. 2. C. si adversus libertat.* 18 *l. 1. l. 8. ff. de manumiss. vindicta. l. 4. C. de vindicta manumiss. l. 1. C. de off. prætor. l. 1. ff. de off. præt.* 19 *d. l. 4. l. 1. §. 1. §. 2 ff. de off. consul. l. 20. in fin. ff. de manumiss. vindict.* 20 *l. 2. ff. de off. proconsul. l. 17. ff. de manumiss. vindicta:* & ita legendum est *lege* 4. non *præsides.* An & apud alios? utique apud magistratus civitatum, quibus hujusmodi jus est. vid. *d. l. 4. in fin.* apud magistratus municipales. hi habent legis actionem, Paul. 2. *sentent.* 25. §. 4. apud Præfectum Ægypti *l. 21. ff. de manumiss. vindict.* apud legatum proconsulis *l. 17. in fin. ff. d. tit.* quin apud ipsum imperatorem *l. 14. in fin. ff. de manumissionibus.* 21 Lustrum, spatium quinque annorum. de forma censendi vide titulum *ff. de censibus.* 22 Id est, facultatem & libertatem suam, vide Theophil. *dicto loco, l. 10. ff. de probat. l. 64. ff. de adquir. rer. dom.* 23 Dominus servum testamento potest manumittere. *ff. de manumiss. testam. C. de testam. manumiss.* 24 Verba hujus legis vide *in titulo* 11. §. 14. J. *eodem: & in l. 1. ff. ad legem Falcidiam: l. 53. l. 120. ff. de verb. signific. in Novell.* 22. *c.* 2. vide etiam quædam, quæ ibidem dixi. 25 *l. unica C. de Latina libertate tollend.* Norbana scilicet, §. 3. *Instit. de libert. Novell.* 78. Alia est Junia Patronia vel Petronia de libertate. *l. 24. ff. de manumiss.* 26 Vide *C. de Latina libertate tollend.* 27 §. 1. *Institut. de libert.* Latini aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittebantur, vide Cajum 1. §. 3. Hosce manumittendi modos Theophilus *dicto* §. καὶ τὰς appellat φυσικάς. quibus opponit *dicto loco* ἔννομον τρόπον ἐλευθερίας. 28 Vide *C. de dedititia libert.* 29 Nam fugitivos solebant plerumque pœnæ causa notis compungere. 30 *l. 43. ff. de fideicommiss. liber.* vel alio, ejus jussu aut ratihabitione, Paulus 4. *sentent.* 12. §. 8. Aliud si ab herede, Paulus 4. *sentent.* 12. §. 4. Quid si a communi domino. vide Paul. *ibid.* §. 5. quid si a creditore? fiunt quoque. Paul. *ibidem* §. 6. Quid si domini furiosi aut pupilli jussu? Non fient dedititii. Paulus *ibidem* §. 7. 31 Στίγματα κατὰ τοῦ μετώπου. Theophilus §. τῶν δ' ἀπελευθέρων. *Institut. de libertinis.* vide Cajum 1. §. 3. 32 Aliud si innocentes, Paulus 4. *sentent.* 12. §. 3. 33 Publicam scilicet, Theophilus *ibidem*, alias, privatus carcer non impediret, nisi vincula fuissent injecta. *l. 216. ff. de verb. signif.* 34 Non idem fuit, si dominus servum ab honore ministrandi vel administrandi removisset. *l. 51. in fin. ff. de manumiss. testam.* 35 §. 3. *Inst. de libert.* 36 Sentia §. 11. *in fin.* §. *eod.* 37 Ita etiam manumittitur, cum ad statutam ætatem pervenerit. *l. ult. ff. de rebus dubiis.* id est, Cum servus erit 30. annorum, liber esto. *l. 39. §. 2. ff. familiæ herciscundæ. l. 46. ff. de manumiss. testament. l. 13. §. 5. ff. de statuliberis.* 38 §. 4. *Instit. quibus ex caus. manumitt.* 39 Theophilus *Institut. quibus ex caus. manumit.* Consilium definivit συνέδριον seu consessum spectabilium virorum statis diebus coëuntium. Consilium autem hic intellige, Prætoris, Romæ: Præsidum, & proconsulis in provinciis, Theophilus *dicto loco.* 40 A Prætore scilicet. 41 Si ita est, turpe non fuit, senatorem Prætori adsidere. 42 A Præsidibus scilicet & proconsulibus. 43 Ita dicti quod per eos quisque debitum, id est, jus suum reciperet. Hi adsidebant Præsidi aut Prætori sedenti pro tribunali in provinciis, Theophilus *dicto loco.* 44 §. 1. *Institut. quib. ex caus. manumit.* Cajus 1. *Institut.* 5. 45 Ratio dubitandi sumitur ex §. 12. §. *eodem.* 46 §. 1. *Institut. quibus ex caus. manumit.* id autem species est ignominiæ. *l. 26 ff. de fideicommiss. libert.* 47 Ordo scripturæ attenditur. *l. 24. §. 17. ff. de fideicommiss. libert.* 48 Cajus 1. *Instit. §. 6. Instit. quib. ex caus. manumit. in princ. & §. 3.* adde *tit. ff. qui & a quibus manumiss. liberi non fiant, & ad l. Æliam Sentiam.* 49 Qui servum ita habet Bonitarius a Theophilo dicitur *Institut. de libertin.* 50 Quod civis a cive comparat, nec mancipatum, aut cessione in jure accipit, aut necdum usucepit, id in bonis non habet: sed jure Quiritum tantum. 51 Duplex dominium. Naturale quod in bonis ejus dominus Bonitarius *supr. eodem.* Legitimum, seu jure: Quiritum, cujus dominus, Jure Quiritiario. *ut hic.* Qui utrumque habet dominium, pleno jure dominus. 52 Mancipatio ut fieret, vide *tit.* 19. §. 3. J. 53 Cessio in jure ut fiat, vide *tit.* 19. §. 9. & 10. J. 54 Quemadmodum quis dominus fieret usucapione, vide *tit.* 19. §. 8. J. 55 Theophilus *dicto loco de libert.* 56 Nisi tutoris autoritate, quin, sine tutoris autoritate si jus habebat liberorum, vide fragmentum juris veteris evulgatum a Pithœo. de fœminarum tutela dixi ad leges duodecim Tabularum *libro* 2. 57 Hodie non adcrescit, & ita hic locus, ut & alius Pauli 4. *sent.* 12. §. 1. abrogatur §. *pen. Inst. de donat. & l. 1. & 2. C. de communi servo.* 58 Veteri jure, proprietarius servum manumittendo, dominium amittebat: interim tamen dum ususfructus durabat, status manumissi erat in pendenti. *l. 9. in fin. ff. de her. instit.* nisi ipse usufructuarius manumissioni consensisset (tunc enim servus fiebat liber. *l. 2. ff. de manum. vindicta*) aut si proprietarius proprietatem servi ipsi usufructuario reliquisset una cum libertate. *l. 6. ff. de manum. test.* Hodie manumissus a proprietario servus, fit liber, usufructuario necessitatem habente manumittere, accepta prius sui usufructus justa æstimatione. *l. 1. §. 2. C. de communi servo.* 59 Quia nihil ab herede heredi relinqui potest. Paul. 3. *sent.* 6. §. 2. & hæc prima ratio dubitandi fuit veteribus. 60 Quia testamenta accipiunt vim ab institutione heredis. §. 34. *Inst. de legat.* & hæc fuit secunda ratio dubitandi veteribus. 61 Hodie hoc abrogatum est. § 34. *Inst. de legat.* Cur ita? Incivile est scripturæ ordinem sequi, testatoris autem voluntatem sperni. *d. §. 34.* 62 Hodie valet. *d. §. 34. in fin.* 63 Præfecti ærarii heredes sint. Cujacius ita hunc locum restituit. Movetur, Quod præfectorum ærario fuerit, bona, quæ fisco deferebantur, spernere vel agnoscere. *l. 4. §. 20. ff. de fideicom. liber. l. 13. ff. de jure fisci.* 64 *l. 23. l. 25. l. 58. ff. de manumiss. testam.* 65 Vid. *d. l. 58. tit.* 22. §. 1. J. *eod.* 66 Vel intra tempus aditionis. hi enim defuncti videntur fuisse. 67 Fusia, vide Paul. 4. *sent.* 14. *ad l. Fus. Can.* 68 De numero servorum testamento manumittendorum Cajum 2. adde §. 7. *Institut. quibus ex caus. manumit.* 69 Cajus *d. loco:* Paul. *d. loco.* Vopiscus *in Tacito.* Servos manumisit intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur. Quid juris, si supra statutum numerum, manumissi fuissent? receptum eos liberari, qui primo loco scripti fuissent. *l. 83. in fin. ff. de hered. instituend.* Cajus *d. loco* §. 2. Quid si in orbe id est permixte scripti? omnium impediebatur libertas. *l. 42. 43. ff. d. tit.* nulli erant liberi. Cajus *d. loco* §. 3. Quid si codicillis quibusdam libertates datæ? jus codicilli, testamentario cedebat. Paul. 4. *sent.* 14. §. 2. 70 Nominatim videtur liber esse jussus, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo evidenter denominatus est. vid. *l. 24. ff. de manum. testam.* Paul. 4. *sent. ult.* §. 1. §. 25. *in fin. Inst. de leg.*

TIT. II.
DE STATULIBERIS[1].

§. 1. Qui sub conditione testamento liber esse jussus est, statuliber appellatur[2]. §. 2. Statuliber, quandiu[3] pendet conditio, servus heredis est. §. 3. Statuliber seu alienetur ab herede, sive suscipiatur ab aliquo: libertatis conditionem secum[4] trahit.

§. 4. Sub hac conditione liber esse jussus, si decem millia heredi dederit, & si ab herede abalienatus sit, emptori[5] dando pecuniam, ad libertatem perveniet: idque lex XII. Tabularum jubet. §. 5. Si per[6] heredem[7] factum sit, quo minus statuliber conditioni pareat, perinde fit liber, atque si conditio expleta fuisset. §. 6. Extraneo[8] pecuniam dare jussus & liber esse, si paratus sit dare, & is qui jussus est dare, aut nollet accipere, aut antequam acceperit moriatur, perinde fit liber, ac si pecuniam dedisset. §. 7. Libertas & directo[9] potest dari hoc modo, *Liber esto, Liber sit, Liberum esse jubeo*[10]: & per[11] fideicommissum, ut puta, *Rogo*[12], *fidei committo heredis mei, ut Stichum servum manumittat*. §. 8. Is qui directo liber esse jussus est, horcinus[13] fit libertus. Is autem, cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed[14] manumissoris fit libertus. §. 9. Cujus fidei committi potest ad rem aliquam[15] præstandam, ejusdem etiam[16] libertas fidei committi potest.

§. 10. Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio servo testatoris, quam heredis, aut legatarii, vel cuilibet extranei[17] servo. §. 11. Alieno servo per fideicommissum data libertate, si dominus eum justo pretio non vendat, extinguitur[18] libertas, quoniam nec pretii computatio[19] pro libertate fieri potest. §. 12. Libertas sicut dari, ita & adimi[20] tam testamento, quam codicillis testamento confirmatis potest: ut tamen eodem[21] modo adimatur, quo & data est.

TIT. III.
DE LATINIS[22].

§. 1. Latini jus Quiritum[23] consequuntur his modis, beneficio[24] principali, liberis[25], iteratione[26], militia[27], nave[28], ædificio, pistrino: præterea ex Senatusconsulto, veluti quæ sit ter enixa.

§. 2. Beneficio[29] principali Latinus civitatem Romanam accipit, si ab imperatore jus Quiritum impetravit. §. 3. Liberis jus Quiritum consequitur Latinus, qui minor[30] triginta annorum manumissionis tempore fuit. Nam lege Junia cautum est, ut si civem Romanam, vel Latinam uxorem duxerit testatione interposita, quod liberorum[31] quærendorum caussa uxorem duxerit, postea filio filiave nato natave, & anniculo facto, possit apud Prætorem vel Præsidem provinciæ caussam probare, & fieri civem Romanum tam ipse, quam filius filiave ejus & uxor, scilicet si & ipsa Latina sit. nam si[32] uxor civis Romana sit, partus quoque civis Romanus est, ex senatusconsulto, quod auctore Divo Adriano factum est. §. 4. Iteratione[33] fit civis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat, major triginta annorum, iterum[34] juste manumissus est ab eo, cujus ex jure Quiritum servus fuit. Sed huic concessum est ex senatusconsulto, etiam liberis[35] jus Quiritum consequi. §. 5. Militiam Quiritum accipit Latinus, si inter vigiles[36] Romæ sex annis militaverit, ex lege Visellia[37]. Præterea[38] ex senatusconsulto concessum est ei, ut si triennio inter vigiles militaverit, jus Quiritum consequatur. §. 6. Nave[39] Latinus civitatem Romanam accipit, si non[40] minorem quam decem millia modiorum navem fabricaverit, & Romam sex annis frumentum portaverit, ex edicto Divi[41] Claudii.

* [42] * *

TIT. IV.
DE[43] HIS QUI SUI JURIS SUNT.

§. 1. Sui juris sunt familiarum suarum principes[44], id est, paterfamiliæ, itemque materfamiliæ[45]. §. 2. Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt[46], spurii appellantur.

TIT. V.
DE HIS QUI IN POTESTATE SUNT.

§. 1. In potestate sunt liberi parentum ex[47] justo matrimonio nati.

§. 2. Justum[48] matrimonium est, si inter eos[49], qui nuptias contrahunt, connubium[50] sit, & tam masculus pubes quam fœmina potens[51] sit, & utrique consentiant[52], si sui juris sunt, aut etiam parentes eorum, si in potestate sunt. §. 3. Connubium[53] est uxoris jure ducendæ facultas. §. 4. Connubium habent cives[54] Romani cum civibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis, ita si[55] concessum.

§. 5. Cum[56] servis nullum est connubium[57]. §. 6. Inter[58] parentes & liberos infinite cujuscunque gradus connubium non est. Inter cognatos autem ex transverso gradu, olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio[59] gradu licet uxorem ducere. Si[60] tamen fratris filia, [non etiam sororis filia,] aut amita, vel matertera, quamvis eodem gradu sit: eademque uxore: noverca, vel privigna, vel nurus, vel socrus nostra fuit, ducere non possumus. §. 7. Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, incestum[61] matrimonium contrahit: ideoque liberi in potestate ejus non fiunt, sed quasi[62] vulgo concepti, spurii sunt. §. 8. Connubio[63] interveniente, liberi semper patrem[64] sequuntur: non interveniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & cive Romana, peregrinus nascitur: quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino[65] natum deterioris parentis conditionem sequi jubet.

1 Dixi ad *L.* 40. *ff.* 7. 2 Dixi ad *l.* 1. *ff. eodem.* 3 *l.* 9. *ff. eodem.*
4 Statuliber vendi potest. *l.* 30. *ff. eod.* non tamen duris conditionibus in venditione onerandus est. *l.* 25. *ff. eod.* ne pacto heredis ejus conditio fiat durior. *l.* 33. *ff. eod.* ideoque nec alienatio, nec usucapio ei nocebit, quominus existente conditione libertatem consequatur. *l.* 13. *C. de testam. manum.* Quid si legatus fuit? cum sua causa alienabitur. *l.* 45. *in fin. ff. de fideicomm. lib.* 5 Aut similibus successoribus. *l.* 27. *in fin. ff. eod.* 6 *l.* 3. §. 1. *ff. eod.* 7 Aut heredis tutorum & curatorum. *l.* 3. §. 10. *ff. eod.* 8 Cuivis denique. *d.* §. 10. 9 *l.* 43. *ff. de manumiss. test.* Directo manumittitur, qui a nullo quam a testatore manumittitur. §. 2. *Instit. de singulis rebus per fideicommiss. relict.*
10 Jubeo, est verbum directum. 11 *l.* 16. *ff. de fideicomm. libert.* Quibus verbis fideicommittatur, vid. §. *ult. Instit. de singul. reb. per fideicomm. relict.* Paul. 4. *sentent.* 1. §. 6. 12 Rogo & fideicommitto verbum obliquum. 13 Orcinus §. 2. *Instit. de singulis rebus per fideicommiss. relict. l.* 3. §. 3. *ff. de legitim. tutorib. l. un.* §. 7. *in fin. C. de Latina libert. tollend.* χαρωνιανὸς Theoph. *ibid.* id est, Charontis seu nullius. *l.* 4. *ff. de bon. libert.* familiæ *l.* 48. *ff. de manumiss. testam.* Ea forma dici Cujacius putat, qua a Plutarcho in M. Antonio Charonitæ. Idem existimat, dici non male Horcinum. nam & Horcum quidam dixere, τὸ ὅρκος. 14 §. 2. *Instit. de singul. reb. per fideicommiss. relict.*
15 Puta pecuniam. 16 Ex hoc loco, puto initium legis 24. *ff. de fideicomm. libert.* passive legendum esse, quod & sequentes *d. leg.* §. satis ostendunt. 17 *l.* 16. *ff. de fideicommiss. libert.* Paul. 4. *sentent.* 3. §. 7. 18 Hoc abrogatum est *l.* 6. *C. de fideicommiss. libert.* 19 Libertas æstimari non potest. 20 *l.* 50 *ff. de fideicommiss. libert.* & *ff. de ademptione libertatis.* 21 Vid. *l.* 35. *ff. de regul. jur.*
22 Latini fiebant ex lege Junia *Novell.* 78. Latinorum conditio hodie abrogata. *l. un. C. de Lat. liber. toll.* 23 Jus commercii & testamenti. 24 §. 2. J. *eod.* 25 §. 3. J. *eodem.* 26 §. 4. J. 27 §. 5. J. 28 §. 6. J.
29 Hodie qui manumittuntur, fiunt cives ipsa manumissione. *d. l. un.*
30 Hoc hodie sublatum *Novell.* 78. *ubi loquitur de ætatibus.* 31 §. 4. *in fin.* J. *eod.* dixi de ea re ad *l.* 220. *in fin. ff. de verb. sign.* adde & illud Isidori 9. *Etymol.* 8. Tres ob causas ducitur uxor. Prima est causa prolis. Græci quoque definiunt Matrimonium, conjunctionem viri & mulieris secundum leges ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. Et Menander apud Clementem παίδων σπόρῳ τῶν γνησίων δίδωμι σοί γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα. adde Valerium 7. *c.* 7. Tacitum 7. Annalium.
32 Ex matre; cive Romana, patre Latino, qui nascitur, civis Romanus est: antea fiebat Latinus *arg.* §. 8. *in fin.* J. *tit.* 5. 33 §. 1. S. *eodem. Nov.* 78. ubi de iteratione. Plin. 7. *epist.*
34 Latinus, si iterato manumissus fuisset, fiebat civis Romanus §. 1. S. *eod.* 1. Cajus 1. §. 5. *in fin.* 35 §. 3. *supr. eod.* 36 Nocturni vigiles, militare censentur. dixi ad *l.* 8. §. 4. & 6. *ff. de excus. tut.* 37 Lata anno 763. rogante Visellio Varrone. vid. *C. ad l. Viselliam.* 38 Id est, postea. 39 Non est mirum privilegia dari navium ædificatoribus. Navis enim exercitio ad summam reipublicæ pertinet. *l.* 1. §. 20. *ff. de exercitoria act.* adde & aliud privilegium navis ædificatori datum ex *l.* 5. *l.* 6. *ff. qui potiores in pignore. Nov.* 97. *c.* 2. 40 Magna capacitas navis fuit. Senatoribus olim non licuit lege lata a Q. Claudio Tribuno plebis, navem maritimam majorem 300. amphorarum habere. Livius *libro* 21. qua de re dixi ad *l.* 3. *ff. de vacatione muner.* 41 Suetonius *in Claudio* 18. *in fin.* Naves mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit. & *c.* 19. fœminis (quæ naves mercaturæ causa fabricarent,) jus tribuit quatuor liberorum. 42 Desunt in hoc fragmento hæc capita. De ædificio, de pistrino & de ea quæ ter enixa *arg.* §. 1. *supr. eod.*
43 Vid. *L.* 1. *Inst.* 8. *L.* 1. *ff.* 6. Caj. 3. 44 Quasi diceret, Non sunt in alterius familia, sui juris sunt, *l.* 4. *ff. hoc tit.* puta morte parentum. tunc enim singuli liberi, singulas familias inchoant. jure saltem, etiamsi sint pupilli *l.* 195. §. 2. *ff. de verb. sign.* ac sine matrimonio & liberis. Tertullianus *in libro de veland. virginib.* Materfamilias est, licet virgo: paterfamilias, licet investis, novarumque familiarum principes atque duces esse possunt. Festus *in voce Familiæ*: Quod patresfamilias, quam domini familiæ potius appellantur, ratione non caret. Gratius est enim nomen patris, quam domini. Tertull. *in Apologet.* Seneca 6. *epist.* Macrob. 1. *Saturnal.* 11. Martial. 1. *Epigr.* 45 Ea familiæ suæ & caput & finis est. *l.* 195. *in fin. ff. de verb. signific.* 46 Ita dicuntur παρὰ τὴν σπορὰν, id est, a satione. *l.* 23. *ff. de statu hom.* quasi σποράδην seu sparsim concepti: vel a literis Latinis S. P. quasi sine patre. Theoph. §. ἢ διὰ τῆς ἀπ' ἐναντίας. quam postremam originem probat Cajus 4. §. 8. *in fin.* & Martianus *l.* 25. *in fin. ff. de captivis.* Utramque originem assumit Tribonianus §. 12. *Inst. de nupt.* dum vult spurios dici ἀπάτορας, & παρὰ τὴν σπορὰν. Festus nothum appellat spurio patre natum. Σπορίου υἱὸς a Plutarcho joculari dicto appellatur, quasi matris filius. Muliebrem enim naturam veteres spurium vocarunt 9. Isid. 5. σπόριον Plutarch. *in problem.*
47 *l.* 3. *ff. de his, qui sui.* 48 Legitimum Cajus 4. §. 1. secundum præcepta legum *Inst. de nupt.* 49 Id est, inter cives. Legitimæ enim nuptiæ sunt, si Romanus Romanam ducat Cajus 4. §. 1. 50 Quid sit connubium, vid. §. 3. 4. J. 51 Id est, pubes. Masculus pubes esse debet, virgo viripotens, *Inst. de nupt. l.* 13. *ff. de verb. sign. l.* 101. *ff. de cond. & dem. l.* 30. *ff. quando dies legati. l.* 5. §. 2. *ff. quib. ex caus. in poss.* nubilis ætatis, *l.* 10. *ff. de cond. & demon.* major ann. 12. *l.* 4. *ff. de ritu nuptiar.* ὥριμος παρθένος. 2. *Ecl.* 2. 13.
52 Tria requiruntur in justo matrimonio. Primum ut qui contrahunt sint cives Rom. S. *cap. ibi, connubium:* ut sint puberes S. *c. ibi, potens:* Tertio ut consentiant, si sint sui juris: vel parentes eorum, si in potestate *ut hic:* & *l.* 2. *ff. de ritu nuptiar. Inst. de nupt.* Quartum Cajus addidit, nuptias *d.* §. 1. quo vocabulo, ut opinor, ritum solennem intelligit. vid. *l.* 24. *C. de nupt.* 53 Quidam scribunt, Conubium per unicum n. 54 Isidor. 10. *Etym. ult.* addit æquales. eo sensu, Connubium esse, cum æquales nuptiis coëunt ut puta cives Rom. pari utrique dignitate. Idem receptum aliquando fuit ab Atheniensibus, apud quos lege Periclis pro notho habebatur qui natus non fuisset ex duobus Atheniens. vid. Demosth. *in orat.* κατὰ Νέαιρ. 55 Boëtius *in Topicis.* Non omnibus erat connubium cum Romanis, nec erant nuptiæ jure contractæ, quæ non aut inter civem Romanum, civemque Romanam inibantur, aut cui princeps, populusve civitatem vel connubium permisisset. eo scil. modo in potestatem parentum liberi rediguntur. Hæc ille. sic Hernicis permissum, Anagninis ademptum connubium. Livius *lib.* 9. 56 Cum ancillis *l.* 3. *C. de incestis.* inter servos & liberos Paul. 2. *sentent.* 19. §. 3. quid ergo? contubernium fuit. *l.* 14. §. 3. *ff. de ritu nuptiar.*
57 Est tamen inter servos cognatio, *Instit. de servili cognat. l.* 10. §. 5. *ff. de gradib.* & quidem talis, ut inter ascendentes & descendentes impediantur nuptiæ. Servilis enim cognatio impedimento nuptiis est. §. 10. *Inst. de nupt. l.* 8. *l.* 14. §. 2. *ff. de ritu nuptiar.* Est igitur connubium inter servos? Non est. Quoties connubium negamus esse inter servos, hoc intellige, Natos ex ejusmodi conjunctione cives non esse, jureque civium non frui, nec esse in parentum suorum potestate, servos esse *l.* 3. *C. de incestis:* & tamen quibus in negotiis summus pudor, summaque honestas esse debet (ut in nuptiis *d.* §. 2.) non parcimus his nominibus: ut ita sit cognatio etiam inter servos, *d.* §. 5. *l.* 14. §. 2. 3. *ff. de ritu nuptiar.* Sic conniventibus oculis servos dicimus habere bona propria, *l.* 4. §. 1. *ff. de manumissionib.* & quasi testamenta facere. Plin. 8. *epist.* 16. Permitto servos quoque testamenta facere, eaque ut legitima custodio. mandant, rogantque, quod visum est, pareo ocyus, res suas dividunt, donant, relinquunt, duntaxat intra domum. Nam servis respublica quædam & quasi civitas, domus est.
58 *l.* 17. *C. de nuptiis.* 59 Cujacius legit quarto. 60 Locus est corruptus, quem ita Cujacius restituit, sed tamen fratris aut sororis filiam, neptemque eorum, quamvis eodem gradu sit: amitam vel materteram, eamque uxorem, quæ noverca vel privigna, vel nurus vel socrus nostra fuit, ducere non possumus. Hæc ille. Fratris vel sororis neptem (& sic deinceps) duci non posse constat, etiamsi quarto gradu, §. 3. *Inst. de nupt.* Multo minus filiam fratris, quæ est tertio gradu. Cajus 4. §. 3. Quid amitini, vel consobrini inter se? jure veteri, hæ personæ jungi inter se non potuerunt. Cajus 4. §. 6. Possunt hodie, novis constitutionibus. §. 4. *Inst. de nupt. l.* 19. *C. de nupt.* 61 Incesti appellatio hic latissime extenditur. vid. *C. de incestis.* 62 Ut vulgo concepti spurii dicuntur. *tit.* 4. §. 2. S. ita ex incestis nuptiis nati. 63 Quod quid esset, dictum est §. 3. & 4. S. *eod.* 64 Id est, patris conditionem. 65 Natus patre & matre civibus Romanis, civis est, *ut hic:* peregrino & cive Romana, vel ex cive Romano & peregrina, peregrinus est, id est, non est civis, *ut hic*, nisi per errorem nuptiæ contractæ doceantur. *tit.* 17. §. 4. J. *eod.* ex cive & Latina, Latinus fiebat lege Mensia §. 9. J. Adriani constitutione civis. *tit.* 3. §. 3. *in fin. supr. eod.* ex libero & ancilla, servus est. *d.* §. 9. natus vulgo, matrem sequitur. *l.* 1. *in fin. ff. ad municipalem.* ut & is, qui illegitimo matrimonio, nisi lex specialis aliud inducat. *l.* 24. *ff. de statu hom.* Est hoc observandum, quod interpretes notant, Bastardos patrum suorum nobilitate, eorumque privilegiis frui, sed & nomine & insignibus gentis & familiæ. Guido Papæ *q.* 580. Papon. 3. *Notar.* 6. *c. de legitimation de bastards:* eosque adipiscendarum quoque dignitatum capaces. *l.* 3. §. 2. *ff. de decurion.* Ex duobus ingenuis natus patrem sequitur, quod ad honores. *l.* 19. *ff. de statu hom.* Ideoque natus ex patre Campano municeps erit Campanus. quæ regula vera est, nisi privilegio aliquo materna origine censeantur liberi. Tunc enim liberi maternæ originis municipes erunt, exempli gratia: Iliensibus concessum est, ut qui matre Iliensi esset, Iliensium municipium sortiretur. *l.* 1. §. 2. *ff. ad municipalem.* Idem Delphensibus & Ponticis mulieribus tributum. *d.* §. 2. & Antiochenis *l.* 22. *C. de decurionibus.* In Campania Galliæ, natus ex nobili muliere & ignobili patre fit nobilis, eo scilicet privilegio. *En Champaigne le ventre ennoblit.* dixi ad *l.* 1. *in fin. ff. ad municipalem.* Ex duobus diversorum dominorum adscriptiis natus impar, matris: par vero, patris conditionem sequitur. *Novell.* 156. Ex libera & servo vel adscriptitio, olim fiebat servus vel adscriptitius. *l.* 27. *ff. depositi:* quod merito sublatum *l. un. C. de Senatuscon. Claud.* Ex ingenua & murilegula, conditionem paternam sequitur. *l.* 3. *C. de murilegulis.* Adde & hoc in gratiam nostræ gentis hominum, Natum in Gallia ex peregrino & Galla muliere, Gallici juris censeri, patri succedere, & ab intestato & testato, fisco nullum jus albinagii competere, hereditatem paternam ad liberos ejus in infinitum & cognatos in eadem Gallia commorantes, deferri: quod est contra jus civile, quo peregrini sine beneficio principali testari non poterant. *l.* 11. *ff. qui testam. l.* 31. 32. *ff. de jure fisci:* vide Papon. 3. *Notar.* 6. *c. des lettres de Naturalité.* Idem jus esse puto:

§. 9. Ex

§. 9. Ex [1] cive Romano & Latino Latinus nascitur, & ex libero & ancilla, servus: quoniam cum his casibus connubia non sint, partus sequitur matrem. §. 10. In his qui jure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis [2] tempus spectatur. in his autem qui non legitime concipiuntur, editionis: veluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit. Nam quamvis non legitime concepit, cum editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

TIT. VI.
DE DOTIBUS [3].

§. 1. Dos aut datur aut dicitur [4], aut promittitur [5]. §. 2. Dotem dicere [6] potest mulier [7], quæ nuptura est. & debitor mulieris, si jussu ejus dicat institutus [8]: parens mulieris virilis sexus per virilem sexum cognatione junctus, velut pater, avus paternus. Dare, promittere dotem omnes [9] possunt. §. 3. Dos aut profectitia dicitur, id est, quam [10] pater mulieris dedit [11]: aut adventitia, id est, quæ a quovis alio [12] data est. §. 4. Mortua in matrimonio muliere, dos a patre profecta, ad [13] patrem revertitur, quintis [14] in singulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quod si pater non sit, apud maritum remanet.

§. 5. Adventitia [15] autem dos semper [16] penes maritum remanet, præterquam si is qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus fuit: quæ dos specialiter recepticia [17] dicitur. §. 6. Divortio facto, si quidem sui juris sit mulier, ipsa habet actionem, id est, dotis repetitionem: quod si [18] in potestate patris sit, pater adjuncta filiæ persona habet actionem revera [19]. Nec [20] interest adventitia sit dos, an profectitia. §. 7. Post divortium defuncta muliere, heredi [21] ejus actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit. §. 8. Dos si pondere, numero, mensura contineatur, annua, bima, trima die reddetur [22]: nisi si, ut præsens reddatur, convenerit. Reliquæ dotes statim redduntur. §. 9. Retentiones ex dote fiunt [23] aut propter liberos [24], aut propter mores [25], aut propter impensas [26], aut propter res donatas [27], aut propter res amotas [28]. §. 10. Propter liberos retentio fit [29], si culpa mulieris aut patris cujus in potestate est, divortium factum sit. Tunc enim singulorum liberorum nomine sextæ [30] retinentur ex dote: non plures quam tres sextæ [31] in retentione [32] sunt, non in petitione. §. 11. Dos quæ semel functa est [33], amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit [34]. §. 12. Morum nomine, graviorum quidem sexta [35] retinentur: leviorum item octava [36]. Graviores mores [37] sunt, adulteria [38] tantum: leviores, omnes reliqui. §. 13. Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote quæ a [39] die reddi debet. Ita propter majores mores [40] præsentem [41] dotem reddit: propter minores [42] senum mensum die. In ea autem quæ præsens reddi solet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur: quod repræsentatio [43] facit. §. 14. Impensarum species sunt tres [44]: aut enim necessariæ [45] dicuntur, aut utiles [46], aut voluptuosæ [47]. §. 15. Necessariæ sunt impensæ, quibus non factis dos [48] deterior [49] futura est: veluti si quis ruinosas [50] ædes refecerit.

§. 16. Utiles sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit: factis autem fructuosior [51] dos effecta est: veluti si vineta & oliveta fecerit.

§. 17. Voluptuosæ [52] sunt, quibus neque omissis deterior dos fieret: neque factis, fructuosior effecta est: quod evenit in viridariis [53], & pictoriis [54] similibusque [55] rebus.

TIT. VII.
DE JURE DONATIONUM INTER [56] VIRUM ET UXOREM.

§. 1. Inter [57] virum & uxorem donatio non [58] valet, nisi [59] certis ex caussis: mortis [60] caussa, divortii [61] caussa, servi manumittendi [62] gratia. Hoc amplius principalibus [63] constitutionibus concessum est mulieri, in hoc donare viro suo, ut is ab Imperatore, lato clavo [64], vel equo [65] publico, similive [66] honore [67] honoretur. §. 2. Si maritus divortii caussa res moverit, rerum quoque amotarum actione tenebitur [68].

§. 3. Si maritus pro muliere se obligaverit [69]: vel in rem ejus impenderit [70]: divortio facto, eo nomine cavere [71] sibi solet stipulatione tribunitia [72].

§. 4. In potestate parentum sunt etiam ii liberi quorum caussa probata est, per errorem contracto matrimonio inter dispares [73] condignis personas. Nam seu civis Romanus Latinam, aut peregrinam [74], vel eam, quæ Dedititiorum numero est quasi per ignorantiam [75] uxorem duxerit: sive civis Romana per errorem peregrino, vel ei qui Dedititiorum numero est, aut etiam si Latino ex lege Ælia [76] Sentia nupta fuerit, caussa probata, civitas redditur tam liberis quam parentibus, præter eos qui Dedititiorum numero sunt, & ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

TIT. VIII.
DE ADOPTIONIBUS [77].

§. 1. Non [78] tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptivi. §. 2. Adoptio fit aut per populum [79], aut per Prætorem [80], vel Præsidem [81] provinciæ. Illa adoptio quæ per populum fit, specialiter arrogatio dicitur [82]. §. 3. Per populum [83], qui sui [84] juris sunt [85]. Per Prætorem [86] autem, filii familiæ [87] a parentibus dantur in adoptionem. §. 4. Arrogatio Romæ [88] tantum fit: adoptio autem, etiam [89] in provincia apud Præsidem. §. 5. Per Prætorem vel Præsidem provinciæ adoptari tam masculi quam fœminæ, & tam puberes quam impuberes possunt. Per populum vero Romanum, fœminæ quidem non arrogant [90]. Pupilli [91] antea quidem non [92] poterant arrogari: nunc autem possunt ex constitutione Divi Antonini. §. 6. Hi qui ge-

si Galli apud peregrinas gentes morentur, ibique liberos suscipiant, fruentur enim ejus liberi jure Gallico, si tamen apud fœderatos Galliæ populos eos susceperint. *l.* 32. *ff. de jure fisci: l.* 7. *ff. de captivis:* ideoque nedum hereditatis paternæ dominium retinebunt. *d. l.* 7. sed & heredes poterunt institui. *d. l.* 32. *in fin.* 1 Dixi §. 8. *supr. eod.* 2 Mulier quæ libera vel concepit, vel utero libera partum gestavit, vel libera peperit, liberum parit. vel ita, Cujus mater libera fuerit vel conceptionis vel partus vel intermedio tempore, liber nascitur. *l.* 5. §. 2. *ff. de statu hom.* Paul. 2. *sent.* 24. §. 1. 2. 3. Censetur autem libera, quæ manumitti debuit, nec est manumissa. *l.* 1. §. 1. *ff. de suis & legit. hered.* Paul. *ibid.* §. 4. Ad eundem modum conceptus ex concubinatu, natus in matrimonio, fit legitimus *Novell.* 7. Tentari potest, eum esse civem Romanum, qui patre cive conceptus est, licet patre postea peregrino nascatur: & nobilem, qui tempore conceptionis, patrem nobilem habuerit, quantumvis postea pater nobilitatem amiserit.

3 2. Paul. 21. 3. *C. Theod.* 13. & 5. *C.* 11. *de dotis promissione.* 4 Vid. §. 2. *in princip.* J. *eod.* 2. Cajus 9. §. 4. 5 Vid. *d.* §. 2. *in fin.* aut datur *l.* 2. *C. Theod. de incestis.* 6 Dotis dictio *l.* 3. *C. Theod. eodem.* solenniter fiebat *d. l.* 2. Id est, solennibus verbis. Hodie qualiacunque verba sufficiunt *l.* 6. *C. de dotis promiss.* Doti dicere veteres dicebant, cujus forte loco Tribonianus hanc formulam usurpavit, Doti promittere. vid. *l.* 79. *ff. de jure dot.* 7 Tres personæ tantum poterant doti dicere, 2. Cajus 9. §. 4. mulier nuptura, *ut hic*, procurator specialis. J. *eod.* parens nupturæ. J. *eod.* Dotem vero promittere poterant omnes, cujuscumque sexus & conditionis. *l.* 41. *ff. de jure dot.* 8 Id est, constitutus. 9 *d. l.* 41. 10 *l.* 5. *ff. de jure dot.* 11 Per se vel per alium. *d. l.* 5. §. 1. & breviter non jus potestatis, sed parentum nomen dotem profectitiam facit. *d. l.* 5. §. 1. 12 *d. l.* 5. §. 9. etiam matre. *d.* §. 9. 13 Nobilis est quæstio, & a multis agitata. Ad quem dos profectitia (de adventitia dicam. §. 5. J.) mortua muliere revertatur. Paucis ita desinio, dotem profectitiam morte mulieris ad ejus patrem reverti, *ut hic: & l.* 17. *ff. de SC. Macedon. l.* 5. §. 13. *ff. de jure dotium.* sive filiafamilias fuit. *l.* 4. *C. soluto:* sive materfamilias ut Theodorus Græcus interpres adnotavit ad *d. l.* 4. Hic difficiles occurrunt quæstiones. Quid si non morte sed divortio matrimonium dissolvatur? si filiafamilias sit, ad patrem revertitur: ad eam tamen recuperandam sine consensu filiæ agere non potest. *l.* 34. *ff. soluto: l.* 14. *ff. ad l. Falcid. l.* 34. §. 6. *ff. de solutionib. l.* 2. *l.* 7. *in fin. C. hoc tit.* Si emancipata, uno casu ad patrem revertitur. *l.* 7. *ff. de evictionib.* puta si ideo filia divertit ut maritum lucro dotis afficeret, patrem defraudaret. *l.* 5. *ff. de divort. l.* 59. *ff. soluto:* Quid si capta ab hostibus? perinde dicendum est ac si nupta decessisset. Ideoque dos ad patrem revertitur. *l.* 10. *ff. soluto.* Quid si mortua liberos reliquit? Bulgarus dotem ad patrem filiæ reverti existimat. Martianus contra: cujus opinio communi interpretum sententia defensa est. Accurs. *ad l.* 4. *C. soluto.* Num ex jure Romano? jure veteri non puto. hic enim dos profectitia ad patrem filiæ revertitur, quintis in singulos liberos relictis penes virum: si pater non sit, apud maritum remanet. adde *l.* 6. *ff. de jure dot.* 9. *Eclog.* 1. *c.* 3. Scio tamen subtiliter quædam dici in contrariam sententiam posse, quale est illud, Dotis repetitionem patri competere, mortua in matrimonio puella, *l.* 17. *ff. de SC. Macedon.* ergo, a contrario, si non puella, id est, non virgo, mortua, sed mater relictis liberis, dos ad ejus patrem non revertetur. Ad hæc, Innui potest ex *l. ult.* §. 1. *ff. ut legator.* vel unius filii superstitis nomine dotem apud maritum remanere, non ad patrem reverti. Colligunt etiam nonnulli ex *l.* 26. §. 2. *ff. de pactis dotalib.* dotem pertinuisse prius ad liberos defuncti: ab his, ad maritum: nisi maritus suo juri in favorem patris defunctæ expresse renuntiasset. Sed præstat Martini opinionem defendere liberorum favore, eoque magis, quod usu sit recepta, Accurs. *ad l.* 4. *C. solut.* Bald. *ad l. post dotem* 40. *ff. soluto:* Ferrariens. *in forma libelli, qua uxor agit ad dotem* 33. *in verbo dicta dominæ num.* 1. adde Antonium Fabrum 1. *conjectur.* 16. 14 Nota de quintæ retentione. Sextæ retentionis fit mentio in §. 10. J. utraque abrogata *l. un.* §. 5. *vers. Sileat ob liberos retentio. C. de rei ux. act.* 15 Adventitia dos ea est, quæ ab alio quam parente constituitur. *l.* 1. §. 13. *vers. extraneum. C. de rei uxor. act.* 16 Id est, sive sint liberi, sive non sint. 17 Dixi *l.* 31. §. 2. *ff. de mort. caus. donat.* 18 *l.* 2. §. 1. *ff. soluto.* 19 Actionem rei uxoriæ, ita emendat *Cujac.* 20 Imo interest. *d.* §. 1. 21 *l.* 57. *ff. soluto.* 22 Hic paragraphus abrogatur. Nam hodie res mobiles, se moventes, incorporales dotales, intra annum redduntur: res soli, illico, *l. un.* §. 7. *vers. exactio autem dotis C. de rei ux. act.* 23 Hic paragraphus abrogatus est *l. un. C. de rei ux. act.* §. 5. 24 *d.* §. 5. *vers. sileat ob liberos retentio.* 25 *d.* §. 5. *vers. quid enim opus est inducere ob mores retentionem.* 26 *d.* §. 5. *vers. sed nec ob impensas.* 27 *d.* §. 5. *vers. vel ex qua causa ob res donatas:* adde *l.* 1. §. 3. *ff. de dote prælegata.* 28 *d.* §. 5. *vers. sed nec retentio ob res amotas.* 29 Hodie non fit *d.* §. 5. *vers. sileat ob liberos retentio.* 30 Nota de sextæ retentione. Retentionis quintæ fit mentio §. 4. S. *eod.* utræque retentiones abrogatæ sunt *d.* §. 5. *vers. sileat ob liberos.* 31 Id est, non plus dimidia. nam sex sextæ faciunt integrum.

32 An compensationes dotis causa, sint sublatæ, dicam alibi. 33 Id est, quæ semel dos esse desiit. 34 Id est, nisi matrimonium sit redintegratum. Redintegrato matrimonio, dos tacite redintegratur. *l.* 64. *ff. de jure dot. l.* 19. *ff. soluto.* Tacite, inquam, quia semper hoc agi intelligitur, nisi aliud convenerit. *l.* 30. *ff. de jure dot.* id est, nisi dos sit recepticia. *l.* 42. *in fin. ff. soluto.* Porro, non dicitur redintegrari matrimonium, si post leve jurgium uxor rediit. Est enim aliud leve fribusculum, aliud divortium. *l.* 31. *ff. de jure dot. l.* 32. §. 11. 12. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* Si divortium non fuit, redintegrari non potuit. Vix est enim ut id redintegratum dicamus, quod dissolutum non fuit. 35 Sextæ. *Cuj.* 36 Octavæ. *Cujacius.* 37 Adde *l.* 39. *l.* 47. *ff. soluto.* 38 An pars aliqua bonorum adulteræ, ejus marito hodie cedat, dixi ad *Novell.* 117. *cap.* 13. & *ad Nov.* 134. *c.* 10. 39 Quæ annua, bima, trima die &c. Cujac. *hic.* Idem tamen 7. *obs.* 20. legit, annua: & hac unica voce Jurisconsultum affectasse compendium orationis, ut in *l.* 30. §. 2. *ff. de legatis* 1. *ibi: annua die dabuntur. l.* 1. §. 2. *ff. de dote prælegata, ibi: annua die dos præstaretur.* Suetonius *in Augusto sub finem*, quibus solvendis annuum diem finiit, Dies annuus tres pensiones. 40 Id est, propter adulterium, §. 12. S. *eod.* 41 Id est, illico. 42 Quam adulterii scil. 43 Cujus magnum est commodum *l.* 1. §. 2. *ff. de dote præleg.* 44 *l.* 1. *ff. de impensis.* 45 §. 15. J. *eod.* 46 §. 16. J. *eodem.* 47 §. 17. J. 48 Aut res quælibet *l.* 79. *ff. de verb. sign.* 49 Id est, quibus non factis dos minueretur. *l.* 14. *ff. de impensis.* 50 Ædificium ruens. vid. *d. l.* 1. §. 3. *l.* 4. *ff. de impensis.* 51 Melior *d. l.* 79. §. 1. *l.* 5. *in fin. ff. de impensis.* 52 Ita appellantur *in l.* 14. §. 2. *ff. de impensis.* voluptuariæ *l.* 7. §. 9. 10. 11. *ff. de impensis.* ἐπιτερπεῖς 2. *Eclog. tit.* 2. *c.* 79. 53 Viridiaria, viridia, viridaria, χλοηφόρα γήδια, dixi ad *l.* 79. *in fin. ff. de verb. sign.* 54 Picturis picturæ *d. l.* 79. *in fin.* ἐπὶ ζωγραφίᾳ *Eclog. d. loco.* Cujacius emendat, tectoriis 6. *obs.* 37. 55 Vid. *d. l.* 79. *in fin.*

56 Vid. *L.* 24. *ff.* 1. Paul. 2. *sent.* 23. 57 Nota regulam. 58 Ne mutuo amore spolientur. Vid. *l.* 1. *in fin. l.* 2. *l.* 3. *in pr. &* §. 10. *ff. h. t.* 59 Exceptio regulæ superioris. 60 Id est, cum mors insequetur *l.* 9. §. 2. *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* Mortis causa donatio fit impendente metu mortis. Mors impendet quidem omnibus, eaque semper certa est, etiamsi incertum diem habeat *l.* 68. *in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 1. §. 2. *ff. de condit. & demonst.* Metum tamen hic, instantem intellige *l.* 6. *ff. de mort. caus. donat.* Instat autem non tantum infirmo, sed peregrinaturo, navigaturo, militi. Paul. 2. *sentent.* 24. §. 1. iter facturo per insidiosa loca, seni *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *ff. de mort. caus. donat.* Id genus donationis morte donatoris convalescit. Paul. *d. loco.* §. *ult.* Morte donatarii, res redit ad eum qui donavit. Paul. *d. loco* §. 5. Est autem hoc genus donationis permissum, quia in id tempus excurrit, quo qui donat & cui donatum est, vir & uxor esse desinunt. *l.* 10. *ff. eod.* adde *l.* 22. *C. de donat. int. vir.* 61 Vid. *l.* 60. *in fin. l.* 61. *ff. eod.* 62 Cur ita? Favore libertatis id receptum est, vel potius, quod nemo hujusmodi re donata fiat locupletior. Paul. *d. loco* §. 2. adde *l.* 7. §. 8. §. *ult. l.* 8. *l.* 9. *ff. h. t.* 63 Id est, constitutione Antonini. *l.* 41. & 42. *ff. h. t.* 64 *d. l.* 42. 65 Id est, ut equestris conditionis fieret. *d. l.* 42. 66 Idem dicendum est de rebus donatis sepulturæ causa. *l.* 5. §. 8. 9. 10. 11. *ff. eod.* ad oblationem Dei. *d. l.* 5. §. 12. ad processus. *d. l.* 41. 67 *d. l.* 41. 42. *l.* 45. *ff. de negotiis gestis. l.* 11. *ff. de munerib.* 68 Actio rerum amotarum datur etiam in maritum. *l.* 6. §. 2. *ff. de act. rer. amot.* 69 Vid. *l.* 2. *ff. de negotiis gestis. l.* 28. *ff. soluto.* 70 *l.* 7. *in fin. ff. soluto: & tit. ff. de impensis.* 71 *l.* 25. *in fin. l.* 55. *ff. soluto.* 72 Stipulatio Tribunitia quæ ex Jurisdictione Tribunorum venit: ut Prætoria, a Prætore: ædilitia ab ædilibus. 73 Disparis conditionis. *Cujacius.* 74 Dixi ad *tit.* 5. §. 8. S. *eod.* 75 Ignorantia, errorem in nuptiis commissum excusat, facit *l.* 57. §. 1. *ff. de ritu nuptiar. l.* 22. *in fin. ff. soluto. Novell.* 12. *c.* 1. *in fin.* 76 Adde *tit.* 3. §. 3. *supr. eod.*

77 Vid. *L.* 1. *ff.* 7. 78 Vid. *L.* 1. *ff. eod.* 8. *C.* 48. *Instit. eod. in princip.* 1. Cajum 5. 79 Vid. §. 3. J. *eod.* 80 Vid. §. 4. & 5. J. *eod.* 81 *d.* §. 4. & 5. J. *eod.* 82 *l.* 2. *ff. eod.* §. 1. *Inst. eod.* 83 §. 2. *supr. eod.* §. 5. J. *eod. l.* 2. *in fin. C. eod.* 84 *l.* 1. *in fin. ff. eod. d.* §. 1. *Inst.* J. *eod.* 85 Hodie ex indulgentia principis. *d. l.* 1. 86 §. 2. S. *eod.* id est, magistratus imperio. *l.* 2. *ff. eod.* §. 1. *Inst. eod.* 87 Id est, qui sui juris non sunt, sed in potestate patris positi. *d. l.* 2. *vers. imperio.* & breviter, Qui patrem habebat, adoptabatur, qui non habebat, adrogabatur. 1. Cajus 5. §. 2. 88 Quia fiebat apud populum. Nullibi autem populus Romanus extra Romam quærendus erat. Fiebatque Romæ curiatis comitiis. 5. Gell. 19. 89 Quia in provinciis erant præsides. 90 Nec arrogantur. ita legendum est ex 5. Gell. 15. Causa illa erat, quod nulla cum fœminis comitiorum communio esset. Fiebat autem adrogatio in comitiis. Gell. *d. loco.* & tamen principis rescripto adrogari possunt. *l.* 21. *ff. eod.* 91 *l.* 17. *l.* 18. *l.* 20. §. 1. *ff. eod.* 92 Quia tutoribus in pupillos tantam esse autoritatem fas non erat, ut caput liberorum fidei

nerare

nerare non possunt, velut spado [1], utroque modo possunt adoptare. Idem juris est in cœlibe [2]. §. 7. Item is [3] qui filium non habet, in locum nepotis adoptare potest. §. 8. Si paterfamiliæ arrogandum se dederit, liberi [4] quoque ejus quasi nepotes, in potestate fiunt arrogatoris. §. 9. Fœminæ [5] vero neutro modo possunt [6] adoptare, quoniam [7] nec naturales liberos in potestate habent.

TIT. IX.
DE HIS QUI IN MANU SUNT.

Farre [8] convenitur [9] in manum, certis verbis, & testibus X. præsentibu, & solenni [10] sacrificio facto, in quo panis [11] quoque farreus adhibeturs.

* * *

TIT. X.
QUI IN POTESTATE MANCIPIOVE SUNT
QUEMADMODUM EX JURE LIBERENTUR [12].

§. 1. Liberi parentum potestate liberantur emancipatione [13], id est, si postea quam mancipati fuerint, manumissi sint. Sed filius quidem ter [14] mancipatus [15], ter manumissus, sui juris fit. Id enim lex duodecim Tabularum [16] jubet his verbis, *Si pater filium ter venundarit* [17], *filius a patre liber esto.* Cæteri autem liberi præter filium [18] tam masculi quam fœminæ, una [19] mancipatione manumissioneque sui juris fiunt. §. 2. Morte [20] patris filius & filia sui juris fiunt. Morte autem avi nepotes ita [21] demum sui juris fiunt, si post mortem avi in potestate patris futuri non sunt: veluti si moriente avo pater eorum aut jam decessit, aut de potestate dimissus est. Nam si mortis avi tempore, pater eorum in potestate ejus sit, mortuo avo, in patris sui potestate fiunt. §. 3. Si patri vel filio aqua [22] & igni [23] interdictum sit, patria potestas tollitur quia peregrinus sit is, cui aqua & igni interdictum est. Neque autem peregrinus [24] civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in potestate habere potest. §. 4. Si pater ab hostibus captus sit, quamvis servus hostium fiat: tamen cum reversus fuerit, omnia pristina jura recipit, jure postliminii. Sed quandiu apud hostes est, patria potestas in filio ejus interim pendebit [25]: & cum reversus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit. Si vero ibi decesserit, sui juris filius erit. Filius quoque si captus fuerit ab hostibus, similiter propter jus postliminii, patria potestas interim pendebit. §. 5. In potestate parentum esse desinunt [26] & hi qui Flamines [27] Diales [28] inaugurantur, & quæ virgines Vestæ [29] capiuntur.

TIT. XI.
DE TUTELIS [30].

§. 1. Tutores constituuntur tam masculis [31] quam fœminis: sed masculis quidem impuberibus duntaxat, propter [32] ætatis infirmitatem; fœminis autem tam impuberibus, quam puberibus, & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorantiam. §. 2. Tutores autem legitimi sunt, aut senatusconsultis constituti, aut moribus [33] introducti. §. 3. Legitimi tutores sunt, qui ex [34] lege aliqua descendunt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularum introducuntur, seu propalam, quales sunt agnati: seu per [35] consequentiam, quales sunt patroni. §. 4. Agnati sunt, a patre cognati virilis sexus, per virilem [36] sexum descendentes, ejusdem [37] familiæ: veluti [38] patrui, fratres, filii fratris patruelis. §. 5. Qui liberum caput mancipatum sibi vel a parente [39], vel a coëmptore [40] manumisit: per [41] similitudinem patroni, tutor efficitur, qui fiduciarius [42] tutor appellatur. §. 6. Legitimi tutores, alii tutela in jure cedere [43] possunt. §. 7. Is cui tutela in jure cessa est, Cessicus [44] tutor appellatur: qui sive mortuus fuerit, sive capite minutus, sive alii tutela cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoque tutela extinguitur. §. 8. Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit: quoniam permissum erat in jure cedere tutelam fœminarum tantum, non etiam masculorum. fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia [45] sustinet [46]. §. 9. Excepta [47] tutela patronorum legitima tutela capitis diminutione amittitur. §. 10. Capitis minutionis species sunt tres [48] maxima, media, minima. §. 11. Maxima capitis diminutio est, per quam & civitas, & libertas amittitur. veluti cum incensus [49] aliquis venierit: aut cum mulier [50] alieno servo se junxerit, denuntiante [51] domino, & ancilla facta fuerit, ex senatusconsulto Claudiano [52]. §. 12. Media [53] capitis diminutio dicitur, per quam sola civitate amissa, libertas retinetur. quod fit in eo cui aqua & igni interdicitur. §. 13. Minima [54] capitis diminutio est per quam & civitate & libertate salva, status duntaxat hominis mutatur: quod fit adoptione, & in manu conventione. §. 14. Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur [55] eadem lege XII. Tabular. his verbis: *Uti* [56] *legassit super pecunia tutelave* [57] *suæ rei, ita jus esto:* qui [58] tutores dativi appellantur. §. 15. Dari testamento tutores possunt liberis qui [59] in potestate sunt. §. 16. Testamento tutores dari possunt hi, cum [60] quibus testamenti faciendi jus est, præter Latinum Junianum. Nam Latinus [61] habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest. id enim lex Junia prohibet. §. 17. Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam, sed si abdicaverit [62] se tutela, desinit esse tutor [63]. Abdicare autem est, dicere nolle se tutorem esse in jure. Cedere [64] autem tutela testamento datus non potest, nam & legitimus in jure cedere potest, abdicare [65] se non potest. §. 18. Lex Atilia [66] jubet mulieribus, pupillisve non habentibus tutores dari a Prætore, & majore [67] parte Tribunorum plebis: quos tutores Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romæ tantum locum habet, lege Julia & Titia perfectum est, ut in provincia quoque similiter a præsidibus earum [68] dentur tutores. §. 19. Lex Junia tutorem fieri jubet Latino, vel Latinis impuberibus eum, qui etiam ante manumissionem ex jure Quiritium fuit. §. 20. Ex Lege Julia de maritandis ordinibus, tutor datur a Prætore urbis ei mulieri virginive, quam ex hac causa lege nubere oportet, ad dotem dandam [69], dicendam [70], promittendamve [71], si legitimum tutorem pupilla [72] non habeat. Sed postea Senatus censuit ut etiam in provincia quoque, similiter a præsidibus earum ex eadem causa tutores dentur. §. 21. Præterea etiam in [73] locum muti, furiosive tutoris, alterum dandum esse tutorem ad dotem [74] constituendam Senatus [75] censuit. §. 22. Item ex Senatusconsulto tutor datur mulieri ei, cujus tutor abest [76], præterquam si patronus sit, qui abest. Nam in locum patroni absentis alter peti non potest,

suæ commissum, alienæ ditioni subjicerent. 20. Gell. 19. 1 *l.* 2. §. 1. *l.* 40. *in fin. ff. eod.* §. 9. *Inst. eod.* 1. Cajus 5. §. 4. 2 *l.* 30. *ff. eod.* Cœlebs est qui uxorem non habet. 3 *l.* 37. *ff. eod.* §. 7. *Instit. eod.* 4 *l.* 40. *ff. eod.* §. 11. *Inst. eod.* 1. Cajus 5. §. *ult.* 5 §. 10. *Inst. eod. l.* 5. *C. eod.* 6 Possunt tamen jussu principis adoptare. *l.* 29. §. 3. *ff. de inofficioso testamento.* 7 *d. l.* 5.

8 Tribus modis apud veteres fiebant nuptiæ. Usu, si mulier anno cum viro fuisset: Farre & coemptione, seu in manu conventione, de quibus mox dicam. adde Servium 1. Georgic. 9 Convenire in manum, pro quo Tribonianus dixit convenire. *l.* 17. *ff. de act. rer. amot.* convenire in matrimonium. *l.* 15. *ff. de ritu nuptiar. l.* 121. §. 1. *ff. de verbor. obl.* quo genere loquendi usus est etiam Gellius 18. *cap.* 6. Conventio in manum fiebat, etiam coëmptione. Cicero *pro L. Flacco.* In manum convenerant: nunc audio, sed quæro utrum usu an coëmptione? Farre (unde confarreatio, vel, ut Plinius 18. *c.* 3. loquitur, confarratio: cui contraria diffarreatio, Fest. *in voce Diffarreatio.*) quo tantum genere Flamen Dialis Flaminiæ jungebantur. Serv. 4. *Æneid.* ex eo matrimonio qui nascebantur patrimi & matrimi dicebantur. Fest. *in voce Flaminia*: Serv. 1. Georgic. 1. Gel. 12. Ex patrimis tres simul nominabantur, ut ex iis unus Flamen Dialis legeretur. Tacit. 4. Annal. Sed quia confarreandi adsuetudo omissa, aut inter paucos retenta propter incuriam virorum & fœminarum, & ipsius ceremoniæ difficultatem: tum quod qui ita conveniebant, de patria exibant potestate, placuit Tiberii tempore, ut Flaminica Dialis in potestate viri esset, cæteri promiscue genere fœminarum agerent. Et hoc quidem genere nuptiarum postea non soli Flamines usi videntur, sed & alii: quod hic innuitur, ibi, in quo panis quoque farreus. Coemptione vero fiebat matrimonium. Serv. 1. *Georg.* libra & ære adhibitis. Serv. 4 *Æneid.* Eaque solennitate præeunte uxor quasi emebatur, ejusque coemptionis is erat effectus, ut quæ ita in manum viri convenisset, ea viro suo heres esset. Cajus 3. *Instit. apud Ruffinum, autorem collationis legum Mosaicarum tit.* 16. adde Gel. 18. *c.* 6. *in fin.* adde quæ scripsi *ad tit. C. de sponsalib.* his adde Petr. Pithæum 16. *Notar. Mosaic.*

10 Videtur innui ritus aquæ & ignis, de quo Servius 4. *Æneid. Dotalesque tuæ Tyrios committere dextræ.* Quid aliud dextræ committere, quam in manum convenire? quæ conventio eo ritu perficitur, ut aqua & igni adhibitis natura conjuncta habeat. 11 Panis farreus, qui & farreum Festo & Plinio 18. *c.* 3. genus libi ex farre compositum.

12 Cajus 1. *tit.* 6. *Novell.* 81. *L.* 1. *Inst.* 12. *L.* 8. *C.* 49. 2. Paul. *sent.* 25. 13 §. 6. *Instit. quib. mod. jus patriæ potest. l.* 5. *C. de dolo & C. de emancipationibus liberorum.*
14 Vide Cajum 10. §. 1. 15 Id est, venditus, vid. *d.* §. 1. 16 Idem fuit constitutum a Romulo, Dionys. Halicarnass. 2. 17 Olim liberos etiam interficere parentibus permissum erat. vid. *l.* 11. *in fin. ff. de liber. & posthum.* 18 Ut nepotes, pronepotes. Sensus est, filios factos sui juris trina emancipatione fuisse: filias, nepotes, pronepotes, & deinceps, unica. *l.* 8. *in fin. ff. de injusto*: Cajus 6. §. 2. *vers. fœminæ vel nepotes.*
19 *d. l.* 8. *in fin.* 20 *Institut. quib. mod. jus patriæ potest. in princ. l.* 15. *ff. quando dies legat.* quæ morte solvantur, dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 20. 21 *Instit. eod. in pr. l.* 5. *ff. de his qui sunt sui.* 22 His duobus elementis veteres utebantur tanquam sacramento ad nuptias conciliandas, Lactantius 2. *Institut.* 10. ita, quem volebant perditum, privabant utroque elemento, dixi ad *l.* 1. §. 2. *ff. de leg.* 3. 23 In hujus pœnæ locum successit deportatio, eadem veteribus dicta exilium, Cajus 6. §. 1. in cujus etiam vicem successit id genus exilii, quod hodie appellant *Bannissement.* 24 Peregrinus, civem: & e contra, in sua potestate habere non potest. Cajus 6. §. 1. Peregrini etiam non capiebant ex testamento. *l.* 1. *C. de her. inst.* Ex peregrino & cive Rom. natus, fiebat peregrinus. *tit.* 5. §. 8. *supr. eod.* 25 §. 5. *Inst. quib. mod. jus patriæ potest.* 26 *d.* §. 5. *l.* 1. §. 1. *ff. de Sc. Mac. l.* 15. *in fin. ff. de suis & legit. hered.* sine emancipatione. *l.* 2. §. 1. *ff. quod cum eo. l.* 1. §. 4. *ff. quand. de pec.* sine capitis deminutione. *l.* 3. *in fin. ff. de Sc. Mac.*
27 Qui flaminium Diale adipiscebatur, jure patrio exibat. Tacit. 4. *Annal. anno* 776.
28 Id est, Jovis. 29 Gellius 1. *c.* 12. Virgo Vestalis, simul atque capta in atrium Vestæ deducta, Pontificibusque tradita est, eo statim tempore, sine emancipatione, ac sine capitis minutione, e patria potestate exibat.
30 Cajus 7. 1. *Instit.* 13. *L.* 26. *ff.* 1. 31 *l.* 1. §. 3. *ff. eod. l.* 1. *ff. de legit. tut.*
32 Propter ætatem §. 1. *Instit. eod. l.* 1. *ff. eod.* διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Theoph. *eod.*

33 *l.* 1. *ff. de curatore furiosi.* 34 *l.* 5. *ff. de tutorib.* 35 Per consequentias hereditatum *l.* 3. *ff. de legit. tut.* per interpretationem, ac si verbis legis introducti essent. *Inst. de legit. patr.* ut qui sperarent successionem, iidem bona consequerentur. *Inst. d. tit. l.* 1. *ff. de leg. tut.* vid. *l.* 73. *ff. de regul. jur.* 36 Per virilis sexus cognationem. §. 1. *Inst. de legitima adgn. tut.* per virilis sexus personas *l.* 7. *ff. de legitimis tut.* per patrem cognati, ex eadem familia *l.* 10. §. 2. *ff. de gradib.* 37 *d.* §. 2. communi enim jure familiam dicimus omnium adgnatorum. *l.* 195. §. 2. *vers. communi ff. de verb. sign.*
38 Veluti fratres, patrueles, filii fratris, patruelis Cuj. *hic.* 39 Fiduciario scil. *de quo* J.
40 Id est, patre naturali, v. J. 41 Patroni ad tutelam libertorum, quos manumiserunt, vocati sunt, lege XII. tabul. ex consequentia. §. 4. S. *eodem.* Eadem igitur similitudine, patres vocari oportuit ad liberorum, quos emanciparunt, & manumiserunt tutelam.
42 Vid. 1. Caj. 6. §. 4. *ver. mancipat.* 43 Vid. §. 7. J. *h. t.* 44 Nota de Cessico tutore, *ut hic*: & Cessitia tutela J. *eod.* & §. 8. & 17. J. 45 De qua vide *l.* 3. *C. de legitima tut.* 46 Sustulit. Cujacius. 47 Tribonianus hunc locum ita interpretatus est, exceptis his, quæ in jure alieno positis personis deferuntur. *l.* 7. *ff. de capit. min.* quem locum Cujac. *hic* ita restituit, exceptis his quæ I. A. P. P. id est, exceptis his, quæ jure agnationis proximis potissimum deferuntur. Hotomanus 3. *observ.* 9. legit, exceptis his quæ in nomine alieno positis personis deferuntur. 48 *l. ult. ff. de capite min.*
49 Cicero *pro Cecinna, in fin.* Jam populus cum eum vendit, qui miles factus non est (id est, quia ad delectum non respondit, qua de re dixi ad *l.* 20. *ff. comm. præd. l.* 4. §. 10. *ff. de re militari.*) non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui cum liber esset, adire periculum noluit. Cum autem incensum (id est eum, qui censum vitavit) hoc indicat: cum ii, qui in servitute justa fuerint, censu liberentur, eum, qui, cum liber esset censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse. Quod si maxime hisce rebus adimi libertas aut amitti potest &c. *Halicarn.* etiam *libro* 4. refert Servii Tullii jussu bona omnium civium censita, eis, qui non censerent, pœna proposita, ut bonis in fiscum redactis, cæsi virgis sub hasta venirent: eamque diu legem Romanis servatam fuisse. 50 *l.* 27. *ff. depositi.* 51 *d. l.* 27. ibi, *nulla denunciatione a domino facta.* vel, ut Hotomanus legit, 5. *observ.* 12. nulla denunciatione domino facta. Priori sententiæ optime convenit illud Tertulliani 2. *ad uxorem.* Nonne insuper censuerunt servituti vindicandas, quæ cum alieno servo post dominorum denuntiationem in consuetudine perseverarent, adde *l.* 3. *C. de murileg.* 52 Id hodie abrogatum est *C. de Sc. Claud. tollend. & Instit. de successión. sublat. quæ fiebant per bon. vend.* &c. 53 *d. l. ult.* 54 Minima capitis diminutione, familiam: media, familiam & civitatem: maxima, familiam, civitatem & libertatem amittimus. *d. l. ult.* adde *Instit. de capit. diminut.* 55 Testamento dati tutores, lege confirmantur, *ut hic.* 56 Hoc caput ad hereditates etiam & legata refertur, uti quisque legassit suæ rei, ita jus esto *l.* 120. *ff. de verb. signif.* uti quisque legassit de re sua, ita jus esto. *Novell.* 22. *cap.* 2. Paterfamilias uti super pecunia tutelave sua legassit, ita jus esto. Autor ad Heren. 1. super pecunia, tutelave suæ rei *l.* 53. *ff. de verb. signif.* ut eam pecuniam, easve res, quibusque dare legare volet, jus potestasque esto. *l.* 1. *ff. ad l. Falcid.* & Ulpian. *tit.* 1. §. 9. S. *eod.* Lex XII. tabul. confirmat quod datum, legatum est. 57 Melius quam in *l.* 53. *ff. de verb. signific.* super pecuniæ, tutelæve suæ. 58 Verba quæ sequuntur, esse quasi argumentum sententiæ sequentis videntur. alias improprie legitimi, tutores dativi dicuntur. *l.* 5. *ff. de legitim. tut.* quod tamen ex hoc §. sequitur. 59 *l.* 1. §. 1. *ff. de confirm. tut. l.* 1. *ff. de testam. tut.*
60 *l.* 21. *ff. de test. tut.* 61 De quo vide S. *tit. de Latinis.* 62 Id est, se excusaverit. *l.* 11. §. 2. *ff. de testam. tut.* 63 Ejusque loco non legitimus, sed dativus constituetur. *d.* §. 2. 64 Ad hanc cessionem in jure refer §. 3. S. *eod.* 65 Id est, excusare. 66 Vide *Inst. de Atiliano tutore.* 67 *Instit. d. loco.* 68 Iisque qui sunt ejus provinciæ, vel ibidem domicilium habent. *l.* 1. §. 2. *in fin. de tutorib. dat.* 69 *l.* 5. §. 4. *l.* 61. *ff. de jure dot. l.* 22. §. 10. *ff. soluto.* adde *l.* 7. *ff. de tutor. dat.* 70 Dos olim dicebatur. qua de re vid. *tit.* 6. §. 1. & 2. S. *eod.* 71 *d.* §. 2. *in fin.* adde & augendam & minuendam. *d. l.* 7.
72 Hanc vocem delendam putat Cujacius, cum hic agatur de pubere, non de pupilla.
73 *l.* 17. *ff. de tutelis. l.* 11. *l.* 40. *ff. de excusat. tut.* 74 Et ad res alias *d. l.* 17. *l.* 11. *l.* 40.
75 *d. l.* 17. 76 Adde *l.* 15. *ff. de tutelis, l.* 10. *ff. de tut. dat.*

nisi

niſi ad hereditatem adeundam [1], & nuptias contrahendas. Idemque permiſit in pupillo [2] patroni [3] filio. §. 23. Hoc amplius Senatus cenſuit, ut ſi tutor pupilli pupillæve ſuſpectus [4] a tutela ſubmotus fuerit, vel etiam juſta de cauſa excuſatus [5], in locum ejus tutor alius detur.

§. 24. Moribus tutor datur mulieri [6] pupillove qui [7] cum tutore ſuo lege aut legitimo judicio agere vult, ut auctore eo agat (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorianus [8] tutor dicitur, quia a prætore urbis dari conſuevit. §. 25. Pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerunt, & auctoritatem [9] interponunt. Mulierum autem tutores auctoritatem [10] duntaxat interponunt. §. 26. Si plures ſunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, præter [11] eos qui [12] tunc dati ſunt: nam ex his vel unius [13] auctoritas ſufficit. §. 27. Tutoris auctoritas neceſſaria eſt, mulieribus [14] quidem in his rebus, ſi lege aut legitimo judicio agant, ſi ſe obligent, ſi civile negotium gerant, ſi libertæ ſuæ permittant in contubernio alieni ſervi morari, ſi mancipia alienent. Pupillis autem hoc amplius, etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus eſt. §. 28. Liberantur tutela, maſculi quidem pubertate [15]. Puberem autem Caſſiani [16] quidem eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id eſt, qui generare poteſt: Proculeii [17] autem, eum qui quatuordecim annos explevit: verum [18] Priſcus eum puberem eſſe, in quem utrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Fœminæ autem tutela liberantur [19].

TIT. XII.
DE CURATORIBUS [20].

§. 1. CUratores aut legitimi ſunt, id eſt, qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut honorarii [21], id eſt, qui a Prætore conſtituuntur. §. 2. Lex [22] duodecim Tabularum furioſum, itemque prodigum cui bonis interdictum eſt, in curatione jubet eſſe agnatorum.

§. 3. A Prætore conſtituitur curator, quem ipſe Prætor voluerit, libertinis, prodigis, itemque ingenuis, qui ex teſtamento parentis heredes facti, male diſſipant [23] bona: his enim ex lege curator dari non poterat: cum ingenuus quidem non ab inteſtato, ſed ex teſtamento heres factus ſit patri: libertinus autem nullo modo patri heres fieri poſſit, qui nec [24] patrem habuiſſe videtur, cum ſervilis cognatio nulla [25] ſit. §. 4. Præterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idonee negotia ſua tueri [26] non poteſt.

TIT. XIII.
DE [27] COELIBE [28], ORBO [29], ET SOLITARIO [30] PATRE.

§. 1. LEge Julia [31] prohibentur uxores ducere, ſenatores [32] quidem liberique eorum, libertinas [33], & quæ ipſæ, quarumve pater materve artem ludicram [34] fecerit: item corpore [35] quæſtum facientem. §. 2. Cæteri autem ingenui prohibentur ducere lenam [36], a lenone, lenave manumiſſam, & in adulterio [37] deprehenſam, & judicio publico damnatam [38], & quæ artem ludicram [39] fecerit: adjicit Mauricianus [40], & a ſenatu [41] damnatam.

TIT. XIV.
DE POENA LEGIS JULIÆ [42].

FOeminis [43] lex Julia a morte viri anni tribuit vacationem [44], a divortio ſex menſium: lex autem Papia a morte viri, biennii [45]: a repudio, anni & ſex menſium.

TIT. XV.
DE DECIMIS.

VIr & uxor inter ſe matrimonii nomine [46] decimam capere poſſunt [47]. Quod ſi ex alio matrimonio liberos ſuperſtites habeant, præter decimam quam matrimonii nomine capiunt, totidem [48] decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius, filiave, poſt nonum diem amiſſus, amiſſave, unam decimam adjicit. duo [49] autem poſt [50] nonum [51] diem amiſſi, duas decimas adjiciunt. Præter decimam, etiam uſumfructum tertiæ partis bonorum ejus capere poſſunt: & quotcunque liberos habuerint, ejuſdem partis proprietatem. Hoc amplius mulier petere præter decimam dotem poteſt legatam ſibi.

TIT. XVI.
DE SOLIDI [52] CAPACITATE INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. ALiquando vir & uxor inter ſe ſolidum capere poſſunt: velut ſi uterque, vel alteruter eorum nondum ejus ætatis ſit, quæ quidem liberos exigit [53]: id eſt, ſi vir minor annorum vigintiquinque ſit, aut uxor annorum viginti minor. item ſi utrique lege Papia finitos in matrimonio annos exceſſerint, id eſt, vir ſexaginta ann. uxor quinquaginta. item ſi cognati inter ſe coierunt uſque ad ſextum [54] gradum: aut ſi vir abſit, & donec [55] abeſſet, intra annum poſtquam abeſſe deſierit, libera inter eos teſtamenti factio eſt. Si jus [56] liberorum a principe [57] impetraverint: aut ſi filium filiamve communem habeant: aut quatuordecim ann. filium, vel filiam duodecim amiſerint, vel ſi duos trimos, vel ſi tres [58] poſt nonum diem amiſerint, ut intra annum [59] tamen & ſex menſes. Etiam unus cujuſcunque ætatis impubes amiſſus ſolidi capiendi jus præſtat. Item ſi poſt mortem viri intra [60] decem menſes uxor ex eo peperit, ſolidum ex bonis ejus capit. §. 2. Aliquando nihil [61] inter ſe capiunt, id eſt, ſi contra legem Juliam, Papiamque Poppeam contraxerint matrimonium: verbi gratia, ſi famoſam quis uxorem duxerit, aut libertinam ſenator. §. 3. Qui intra ſexageſimum, vel quæ intra quinquageſimum annum neutri [62] legi paruerit, licet ipſis legibus poſt hanc ætatem liberatus eſſet, perpetuis tamen pœnis tenebitur, ex ſenatusconſulto [63] Perniciano. Sed Claudiano Senatusconſulto major ſexagenario [64], ſi minorem quinquagenaria duxerit, perinde habetur, ac ſi minor ſexaginta annorum duxiſſet uxorem. Quod ſi major quinquagenaria minori ſexagenario nupſerit, impar [65] matrimonium appellatur: & ſenatusconſulto Calvitiano [66] jubetur non proficere ad capiendas hereditates & legatas dotes. Itaque mortua muliere, dos caduca [67] erit.

TIT. XVII.
DE CADUCIS [68].

§. 1. QUod quis ſibi teſtamento relictum, ita ut jure civili capere poſſit, aliqua ex cauſa non ceperit, caducum appellatur, veluti [69] cecidit ab eo: verbi gratia, ſi cœlibi [70], vel Latino [71] Juniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel cœlebs legi paruerit [72], vel Latinus jus Quiritum conſequutus ſit: aut ſi ex parte ſcriptus [73], vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel pereger [74] factus ſit.

§. 2. Hodie [75] ex conſtitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fiſco vindicantur [76] ſed ſervato [77] jure antiquo liberis & parentibus.

§. 3. Caduca [78] cum ſuo onere fiunt: ideoque libertates & legata fidei-

1 *l. 9. ff. de tutorib. dat.* 2 *l. 11. ff. de tut. dat.* 3 Hanc particulam Cujacius expungit. 4 *l. 14. §. 4. ff. de tutelis.* 5 *d. l. 11. §. 1.* 6 Dixi ad leges XII. tabul. *lib. 2.* adde §. 27. J. *eod.* 7 Vid. *l. 1. C. d. in litem dando.*
8 Prætorius § *ult. Inſt. de auct. tut.* Hodie tutorem habenti, tutor non datur: ſed curator.
9 *l. 1. ff. de admin. tut.* 10 Vid. *Inſt. ff. C. de auct. tutor.* vide Cujac. 7. *obſ.* 11.
11 Hodie id immutatum, v. *l. ult. C. de auctor. præſt.* 12 Qui teſtamento dati *Cujac.*
13 *d. l. ult.* adde *l. 4. l. 5. l. 7. §. 1. ff. de auctor. tut.* 14 §. 4. s. *eodem.*
15 *Inſt. quib. mod. tut. fin.* 16 Veteres. *Inſtit. quib. mod. tut. fin.* 17 Proculiani: quorum ſententia probatur a Juſtiniano *l. ult. C. quando tutor vel curat. eſſe deſin.*
18 Et ita tres Juriſconſulti inter ſe diſſentiunt. Caſſiani, Proculiani & Priſcus. ſic alibi Gallus, Labeo & Tubero. *l. 32. §. 1. ff. de auro.* 19 Anno XII. ſc. hunc locum ita cenſeo perſiciendum. *Inſt. d. loco & d. l. ult.* niſi malis dicere fœminas excuſari a tutelis.
20 1. Caj. 8. 1. *Inſtit.* 23. 5. *C.* 70. 27. *ff.* 10. 21 Dantur etiam teſtamento, poſtea confirmandi a præſide. §. 1. *Inſt. eod.* 22 *l. 1. ff. de curat.* 23 Qui neque tempus, neque finem expenſarum habent. *d. l. 1.* 24 Utitur Juriſconſultus argumento a privatione ducto, ut & alibi, Nemo cogitur reddere quod non habet. *l. 22. §. 3. ff. ad SCt. Treb.* Non repudiat, qui negat nuptam. *Nov. 74. c. 5.* Non latitat, qui ſibi non eſt idoneus defenſor. *l. 5. ff. de reb. auct.* Servus capite minui non poteſt, qui nullum caput habet. *l. 5. in fin. ff. de cap. min.* 25 Imo, aliqua *Inſt. de ſervili cognat.*
26 *l. 2. ff. eod.* 27 Hæc epigraphe convenit melius titulo ſequenti. 28 Dion. 54. refert, legem Juliam τοῖς τε ἀγάμοις καὶ τοῖς ἀνάνδροις graves pœnas irrogaſſe. Intelligit autem id pœnæ genus, quo cœlebs vetatur quidquam extranei teſtamento capere: niſi intra centum dies nuptias contraxerit. *tit. 17. §. 1. infr. eod.* 1. Sozom. 9. *l. 35. ff. de mortis cauſa donat. l. 6. ff. de vulgar. & pup. ſubſtitut.* Tertullianus *libro de Monogamia.* Aliud eſt ſi apud Chriſtum, legibus Juliis agi credunt & exiſtimant cœlibes & orbos ex teſtamento Dei ſolidum capere non poſſe. Tacit. 3. *Annal.* Relatum de moderanda Papia Poppea, quam ſenior Auguſtus poſt Julias rogatas incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat &c. ad has pœnas reſpexit Plutarch. lib. περὶ φιλοστοργίας, ῥωμαίων πολλοὶ, inquit, γαμοῦσι καὶ γεννῶσι, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται. Autor Panegyrici Maximo & Conſtantino dicati leges Julias ita commendat. Leges, inquam, quæ mulcta cœlibes notarunt, parentes præmiis honorarunt, vere dicuntur eſſe fundamenta Reipublicæ, quia ſeminarium juventutis & quaſi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt.
29 Orbus ſemiſſis capiendi capax erat, non ſolidi *l. 6. ff. de vulgar. & pup. ſubſtit. l. 42. ff. de legat. 2. l. 16. §. 15. ff. ad SC. Treb. l. 13. in fin. ff. de jure fiſci.* hinc illæ inſtituendi leges in tempus capiendæ hereditatis. *l. 62. ff. de hered. inſtit.* ex parte quam quis per leges capere poſſit. *l. 78. in fin. ff. de hered. inſtit.* Et ita melior orbi quam cœlibis conditio, quia maritus orbus, ſaltem dimidium capit: cœlebs nihil. 30 Solitarius hic dicitur, qui unicum & ſolum filium habet, μόνον τηλύγετον ἤγε μονογενῆ, ut Aquila loquitur: quaſi medius inter orbum & cœlibem, & multorum liberorum parentem. Priorum pœnas ut non patitur, ita poſteriorum præmiis non fruitur. 31 Quæ & Papia. *l. 44. ff. de ritu nupt. l. 28. C. de nupt.*
32 *l. 16. l. 31. l. 32. l. 34. in fin. l. 44. ff. de ritu nuptiar.* Id hodie ſenatoribus remiſſum eſt. *Novell. 78. c. 3.* 33 *l. 23. ff. de ritu nupt. l. 28. C. de nupt. l. 7. C. de inceſtis.*
34 *d. l. 7. l. 42. §. 1. ff. de ritu nuptiar.* 35 *l. 41. l. 43. ff. de ritu nuptiar. l. 7. in fin. C. de inceſt.* 36 *d. l. 43. §. 6. 7. 8.* 37 *d. l. 43. §. 12. 13.* 38 *d. l. 13. §. 10. 11.* 39 *d. l. 44. ff. de ritu nupt.* 40 Qui ad leges Julias ſcripſit.
41 *l. 16. l. 43. §. 10. ff. de ritu nupt.* 42 Orbis, cœlibibus & ſolitariis injectæ.
43 Quid maritis? triennii videtur fuiſſe ex lege Julia *Sueton.* anni, lege Papia. Nam ipſe Auguſtus, apud Dionem 56. dicitur iis, qui cœlibes eſſent, primum dediſſe triennium, deinde biennium (lege Julia ut eſt credibile) tum annum, lege Papia. Sed hoc tempus currebat a lege lata. An a die divortii vel mortis ejus temporis eſſet vacatio, incertum forte, quoniam de fœminis Ulpianus hic tantum loquitur: in quas, leges quam in viros mitiores fuere ſemper. vide Cujac. 6. *obſ.* 37. 44 Hoc eſt, ut interim etiamſi cœlibem vitam agant, capere ex alterius teſtamento poſſint. Lex enim Julia vetat cœlibes quidquam teſtamento extranei capere. *l. 11. ff. de vulgari & pup. ſubſtitut. l. 35. ff. de mort. cauſ. donat.*
45 Triennii ita legendum eſt. nam Auguſtus triennium conſtituit, teſte Suetonio.
46 Id eſt, in honorem matrimonii. 47 *l. 18. ff. de auro:* adde *l. 6. ff. de vulgar. & pup. ſubſtitut. l. 42. ff. de legat. 2.* reſpexit huc orator vetus: Placet ergo, o leges diligentiſſimæ pudoris cuſtodes, decimas uxoribus, quartas meretricibus dari? Porro, decimaria ea lex ſublata. *l. 2. C. de infirm. pœnis cœlib.* 48 Aliæ decimæ erant, quæ nomine matrimonii, aliæ quæ propter ſingulos liberos percipiebantur. 49 Tres. *tit. prox.* J.
50 Nam defuncti ante nominis ſuſceptionem, pro non ſuſceptis habentur.
51 *tit. prox.* J. Nominalia intelligit, quorum meminit Tertullianus *in libro de idololatria* ſeu diem novum ac luſtricum, quo infantes luſtrabant, eiſque imponebant nomina. Macrob. 1. *Saturnal.* 16. Feſtus *in voce luſtrici dies*, ubi vide Joſephum Scaliger: Plutarch. *in quæſtionibus.* Suidas tamen refert nomen imponi ſolitum τῇ δεκάτῃ. deferebant autem infantulos περὶ τὴν ἑστίαν τρέχοντες κύκλῳ Joſeph. Scaliger *d. loco.*
52 *l. 6. ff. de vulgari & pupill. ſubſtit.* dixi s. *in epigraphe, tit.* 13. 53 Huc refer dictum locum Tertulliani *cap. 4. Apologet.* Nonne vaniſſimæ leges Papiæ, quæ ante liberos ſuſcipi cogunt, quam Juliæ matrimonium contrahi? 54 Vid. *Inſtit de ſucceſſ. cognat. in fin.*
55 Cujacius legit, *donec abeſt intra.* Cujac. *hic.* 56 Iſidor. 5. *Etym.* 24. Jus liberorum eſt conjugum ſine liberis, invicem pro loco pignorum, hereditatis alterna conſcriptio. eamque definitionem confirmat. *l. 9. C. Theodoſ. de infirmand. his, quæ ſub Tyrannis*, ibi, *valeat impetratio juris communium liberorum.* quod jus hodie omnibus datum eſt. *C. de jure liberorum.* Jus illud liberorum his negabatur, quorum anni ſimul ducti & computati centum tranſiiſſe dicerentur. Auguſtin. 3. *contra Julian. de jure trium liberorum.* vide Duaren. 1. *diſput.* 40.
57 Plinius 2. *epiſt. & lib.* 10. Dion. 55. 58 Vid. *tit. prox.* s. *eod.* 59 Anni & ſex menſes, bis novem menſes. Novem menſes, juſtum tempus pariendi. 60 *l. 29. ff. de liberis & poſth.* 61 Id abrogatum *l. 1. l. 2. C. de infirmandis pœnis cœlibatus.*
62 l. Juliæ & Papiæ. hæc, de procreandis liberis: illa, de matrimonio contrahendo.
63 Senatusconſultum Pernicianum. 64 Lege Julia, ſi major ſexagenario, aut major quinquagenaria nuptias contraxiſſent, jus ab extraneo teſtamento capiendi amittebant: quaſi operam matrimonio dare non poſſent. *l. 15. §. 2. ff. de adoptionibus.* Lactantius 1. Quid ergo eſt, quare apud Poëtas ſalaciſſimus Jupiter deſierit liberos tollere? Utrum ſexagenarius factus eſt & illi lex Papia fibulam impoſuit? an impetravit jus trium liberorum? & Apuleio 2. *Apologet.* in judicio objectum, quod Pudentilla ei anno ætatis 60. ad libidinem nupſiſſet. Hodie major ſexagenario minorem quinquagenaria ducere poteſt. *l. 27 C. de nupt. l. 12. C. de legitim. heredibus.* Nam auctore Ariſtotele 5. περὶ ζώων ἱστορίας, vir uſque ad 70. fœmina uſque ad 50. gignit. *l. 21. ff. de act. empt.* quod & Senatusconſulto Claudiano comprehenſum fuiſſe, hic conſtat. adde Suetonium in Claudio *c.* 23. 65 Impar matrimonium. 66 Lege, Claudiano, ut s. 67 Dos caduca, *l. 38. §. 1. ff. de ritu nuptiar.*
68 *L. 6. Cod.* 50. 69 Caduca ſunt, quæ jure relicta capaci, aliqua ex cauſa poſt mortem teſtatoris ab eo cadunt in fiſcum. Capaci dixi. nam quæ incapaci relinquuntur pro non ſcriptis habentur. 70 1. Sozomen. 9. 71 *Tit.* 11. §. 16. *Tit.* 20. §. 18. *Tit.* 22. §. 3. J. *eod.* 72 Id eſt, nuptias non fecerit. 73 Recte id adjectum eſt. nam ex parte ſcriptus, etiam clauſis tabulis teſtamenti, adire hereditatem poteſt: quatenus lex Papia jus tantum adcreſcendi aufert coheredibus vel legatariis. 74 Id eſt, peregrinus.
75 Cujacius hunc §. ita reſtituit, *Omnia caduca fiſco vindicantur, ſed ſervato jure aliquo liberis & parentibus.* Hodie ex conſtitutione imperatoris Antonini caduca cum ſuo onere fiunt.
76 Hodie caducariæ leges abrogatæ. *C. de caduc. tol.* 77 Vide *tit.* 18. J. *eod.*
78 Initium hujus §. emendatum eſt §. ſuperiore.

commissa ab eo data, ex cujus persona hereditas caduca facta est, salva sunt: scilicet [1] & legata & fideicommissa cum suo onere fiunt caduca.

TIT. XVIII.
QUI HABEANT JUS ANTIQUUM IN CADUCIS.

ITem liberis [2] & parentibus [3] testatores usque ad tertium gradum lex Papia jus antiquum dedit: ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere possit.

TIT. XIX.
DE DOMINIIS [4] ET ADQUISITIONIBUS RERUM.

§. 1. OMnes res aut mancipi sunt [5], aut nec mancipi. Mancipi [6] res sunt prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus: quam urbana, qualis domus. Item jura prædiorum rusticorum velut via, iter, actus & aquæductus. Item servi & quadrupedes, quæ dorso collove domantur, velut boves, muli, equi, asini: cæteræ res nec mancipi sunt. Elephanti [7] & cameli, quamvis collo dorsove domentur, nec mancipi sunt: quoniam bestiarum numero sunt. §. 2. Singularum rerum dominia nobis adquiruntur, mancipatione [8], traditione [9], usucapione [10], in jure cessione [11], adjudicatione [12], lege [13]. §. 3. Mancipatio propria species alienationis est [14], & [15] rerum mancipi [16]: eaque fit certis [17] verbis, libripende [18], & quinque testibus præsentibus.

§. 4. Mancipatio locum habet inter cives Romanos, & Latinos Colonarios [19] Latinosque Junianos, eosque peregrinos, quibus [20] commercium datum est. §. 5. Commercium est emendi [21] vendendique invicem jus.

§. 6. Res mobiles non nisi præsentes mancipari possunt, & non plures quam quæ manu capi possunt. Immobiles autem, etiam plures simul, & quæ diversis locis sunt, mancipari possunt. §. 7. Traditio [22], proprie [23] est alienatio rerum [24]. Nec mancipi rerum dominia, ipsa [25] traditione deprehendimus: scilicet, si ex justa causa traditæ sunt nobis. §. 8. Usucapione [26] dominia adipiscimur, tam mancipi rerum, quam nec mancipi. Usucapio [27] est autem dominii adeptio [28], per continuationem possessionis anni, vel biennii: rerum mobilium anni, immobilium biennii. §. 9. In jure cessio quoque communis alienatio est, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres [29] personas, in jure cedentes, vindicantes, addicentes. §. 10. In jure cedit dominus, vindicat is, cui ceditur, addicit [30] Prætor. §. 11. In jure cedi res etiam incorporales possunt, velut ususfructus [31], & hereditas [32], & tutela [33] legitima, & libertas [34]. §. 12. Hereditas in jure ceditur, vel antequam [35] adeatur, vel posteaquam adita fuerit. §. 13. Antequam adeatur, in jure cedi potest legitimo ab herede: posteaquam adita est, tam a legitimo, quam ab eo qui testamento heres scriptus est. §. 14. Si antequam adeatur hereditas, in jure cessa sit, perinde heres fit cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. Quod si posteaquam adita fuerit, in jure cessa sit, is [36] cui cessa est, permanet heres, & ob id creditoribus defuncti [37] manet obligatus: debita vero pereunt, id est, debitores defuncti liberantur. §. 15. Res autem [38] corporales, quoties singulæ in jure cessæ sunt, transeunt ad eum cui cessa [39] est hereditas. §. 16. Adjudicatione [40] dominia nanciscimur, per formulam [41] Familiæ erciscundæ [42], quæ locum habet inter coheredes: & per formulam Communi dividundo [43], cui locus est inter socios: & per formulam Finium regundorum [44], quæ est inter vicinos. Nam si judex uni ex heredibus aut sociis, aut vicinis rem aliquam adjudicaverit, statim illi acquiritur, sive mancipi, sive nec mancipi sit. §. 17. Lege nobis adquiritur velut caducum [45] vel [46] ereptitium [47] ex lege Papia Popœa [48]: item legatum [49] ex lege XII. Tabularum, sive mancipi res sint, sive nec mancipi.

§. 18. Adquiritur autem nobis etiam per [50] eas personas, quas in potestate, manu, mancipiove habemus. Itaque si quidem (mancipio puta) acceperint, aut traditum [51] eis sit, vel stipulati fuerint [52], ad nos pertinet.

§. 19. Item si heredes instituti [53] sint, legatumve [54] eis sit: & hereditatem jussu [55] nostro adeuntes nobis adquirunt, & legatum ad nos pertinet.

§. 20. Si servus alterius in bonis [56], alterius ex jure Quiritum sit, ex omnibus causis adquiret ei, cujus in bonis est. §. 21. Is quem bona fide possidemus, sive liber, sive alienus servus sit, nobis adquirit ex duabus causis tantum, id est, quod ex re nostra, & quod ex operibus [57] suis adquirit: extra [58] has autem causas, aut sibi adquirit, si liber sit, aut domino, si alienus servus sit. Eadem sunt & in eo servo, in quo tantum usumfructum habemus.

TIT. XX.
DE TESTAMENTIS [59].

§. 1. TEstamentum est mentis nostræ justa contestatio [60], in id solenniter factum, ut post mortem nostram valeat. §. 2. Testamentorum genera fuerunt tria [61], unum quod calatis [62] Comitiis, alterum quod in procinctu [63], tertium quod per [64] æs [65] & libram appellatum est. Illis duobus testamentis abolitis, hodie solum in usu est, quod per æs & libram fit: id est, per mancipationem [66] imaginariam [67]: in quo testamento libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quam quinque [68] testes, cum [69] quibus testamenti factio est. §. 3. Qui in [70] potestate testatoris est, aut familiæ emptoris, testis ad [71] libræ pensa adhiberi non potest quoniam familiæ mancipatio inter [72] testatorem & familiæ emptorem fit: & ob id domestici [73] testes adhibendi non sunt. §. 4. Filio familiæ emente, pater [74] ejus testis esse non potest. §. 5. Ex duobus fratribus [75] qui in eadem patris potestate sunt, alter familiæ emptor, alter testis esse non potest: quoniam quod unus ex his mancipium accipit, adquirit patri, cui filius suus testis esse non debet: pariter [76] & qui in potestate ejus est constitutus. §. 6. Duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utrique, vel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio [77] familiam emente: quoniam nihil [78] nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

§. 7. Mutus [79], surdus [80], furiosus [81], pupillus [82], fœmina [83] neque familiæ emptor [84], neque testis, libripensve fieri potest. §. 8. Latinus Junianus [85], & familiæ emptor, & testis, & libripens fieri potest: quoniam cum eo testamenti factio est [86]. §. 9. In testamento, quod per æs & libram fit, duæ [87] res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio testamenti. Nuncupatur [88] testamentum in hunc modum, Tabulas testamenti testator tenens ita dicit, *Hæc uti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimonium præbitote* [89]. Quæ nuncupatio & testatio vocatur. §. 10. Filius familiæ [90] testamentum facere non potest: quoniam nihil suum habet, ut testari de eo possit. Sed Divus Augustus Marcus [91] constituit, ut filius familiæ miles [92] de eo peculio quod in castris adquisivit testamentum facere possit.

§. 11. Qui de [93] statu suo incertus est (facito quod patre peregre mortuo, ignorat se sui juris esse) testamentum facere non [94] potest. §. 12. Impubes [95], licet sui juris sit, testamentum facere non potest: quoniam nondum plenum iudicium animi habet. §. 13. Mutus [96], surdus [97], furiosus [98], itemque prodigus [99] cui lege bonis interdictum [100] est, testamentum facere

1 Sed & legata &c. 2 *tit.* 1. §. 21. *tit.* 17. §. 2. *supr. eod. tit.* 25. §. 17. 3 *L.* 2. *Inst.* 1. 4 *L.* 41. *ff.* 1. 5 Tollitur differentia rerum mancipi & nec mancipi. *tit. C. de usucap. transfor.* 6 Mancipium est, quicquid capi communiter ac domari solet, ut homo, equus, ovis. Bestiæ mancipia sunt, cum primum domari incipiunt. *Isidor.* 7 Adde *l.* 2. *in fin. ff. ad l. Aquil.* 8 §. 3. 4. 5. *&* 6. Ĵ. 9 §. 7. Ĵ. 10 §. 8. Ĵ. 11 §. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *&* 15. Ĵ. *eod.* 12 §. 16. Ĵ. 13 §. 17. Ĵ. 14 Ejusque similitudo. 1. Caj. 6. §. 4. unde imaginaria venditio dicitur, *Instit. de testam. ordin.* imaginaria causa *l.* 3. *ff. de capitis minut.* 15 Hæc particula dispungenda. 16 Hac solennitate utebantur in emancipationibus. *d. l.* 3. §. 3. in testamentis, *Instit. de testam. ordin.* in solutionibus, Cicero 2. *de legibus.* & breviter Boëtius, quamcunque rem lege 12. tabularum, aliter quam per hanc solennitatem non potuisse alienari, testatur: adde Contium 1. *disput.* 2. unde mancipatio inter actus legitimos refertur. *l.* 77. *ff. de regulis juris.* 17 Hæc solennitas fuit verborum. Qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat, *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse ajo: isque mihi emptus est hoc ære æneaque libra.* deinde ære percutiebat libram idque ei dabat, a quo mancipium accipiebat. 18 *Inst. de testament. ordinand.* Libripens libram æneam tenebat. 19 Latini libertini ad similitudinem antiquæ Latinitatis (quæ in colonias missa est) videtur esse introducta. *l. un. C. de Latina libert. tollend. in princ.* 20 Peregrinis datur jus commercii *l.* 15. *ff. de interdictis & releg.* 21 Commercium, jus vendendi, emendi, permutandi *l.* 5. *ff. de justitia & jure.* Patet tamen interdum latius id vocabulum. *l.* 1. *& tot. tit. C. de commerciis.* 22 *l.* 20. *C. de pact.* 23 Propria. *Cujac.* 24 Rerum nec mancipi. nec mancipi rerum &c. Cujac. *hic.* 25 *d. l.* 20. 26 *d. l.* 20. 27 Dicitur etiam ususcapio, ut & pignoriscapio. 7. Gell. 10. 28 Ita legit Isidorus 5. *c.* 25. adjectio *l.* 3. *ff. de usurp. & usucap.* 29 Cessio in jure, seu præsente Prætore ita fit. Is cui res ceditur, Rem tenens ita vindicat, *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse aio.* Ab his, Prætor interrogat cedentem, *An contra vindices,* vel A, F, A, id est, *Anne fias autor.* Est enim ita in notis apud Probum A, T, D, Q, C, V. id est, *Anne tu dicis qui contra vindicaveris?* Quo negante, aut tacente Prætor ei, qui vindicasset, rem addicebat, idque legis actio vocabatur. Formula addicendi talis esse potuit Q, N, H, E, H, P, E, V, A, id est, *Quando negas, hunc ego hominem præsenti & vindicanti addico.* Potuit etiam ita concipi Q, N, A, N, N, H, E, H, P, E, V, A. id est, *Quando neque ais, neque negas, hunc ego hominem petenti & vindicanti addico.* Hinc constat in rei vindicatione, non satis fuisse possessorem negare intentionem actoris, sed præterea eum debuisse contra vindicare, *argumen.* §. 2. *Instit. de actionib. ibi, Possessor autem dominum ejus se esse dicat:* adde Cont. 1. *disput.* 12. 30 Tribus verbis omne officium prætoris continebatur, *Do, Dico, Addico:* Dabat judices, Jus dicebat, Addicebat, *ut hic.* 31 Ususfructus cessione finitur. *l.* 66. *ff. de jure dot.* 32 Vide §. 12. Ĵ. *eodem.* 33 *tit.* 11. §. 7. ẞ. *eodem.* 34 Quæ & Cessicia. Fit autem vindicta: cedit libertatem dominus, servus vindicat: Prætor addicit. Verba domini si requiras, ea fuerunt: *Hunc hominem liberum esse volo,* Festus *in voce Manumitti:* Verba Prætoris, Φαμὲν τὸν παρόντα ἄνθρωπον ἔιναι ἐλεύθερον καὶ πολίτην Ρωμαῖον, Fragmentum indicis Latino-græci in Bibliotheca regia. Interdum etiam fiebat manumissio, sed & absente Prætore, præsente solo ejus lictore. *l.* 23. *ff. de manumiss. vind.* 35 Vid. §. 13. *&* 14. Ĵ. *eod.* §. 15. Ĵ. *eod.* 36 Is a quo. Cujac. *hic.* 37 Qui debitoris hereditatem adit, contrahit cum defuncti creditoribus *l.* 3. *in fin. l.* 4. *ff. quibus ex caus. in poss.* 38 Superius dixit de hereditate, hic de rebus corporalibus. ut hinc colligas, Hereditatem inter res corporales non adnumerari. Hereditas, juris nomen. *l.* 119. *l.* 178. §. 1. *ff. de verbor. signif.* incorporalis §. 2. *Inst. de rebus corporalibus.* 39 Cui cessæ sunt. Cujacius ita legit, pro, cessa est hereditas. 40 §. *ult. Inst. de off. judicis. l.* 11. *in fin. ff. de jurisd. l.* 21. §. 3. *ff. de annuis legatis.* 41 Nota formulam, id est, actionem. ut *tit.* 25. §. 12. Ĵ. *eod.* adjudicationis familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum. 42 §. 4. *Inst. de off. jud.* 43 §. 5. *Inst. de off. jud.* 44 §. 6. *Inst. de off. jud.* 45 Quid caducum, vide *tit.* ẞ. *eodem.*

46 Hanc particulam Hotomanus 3. *obs.* 32. expungit. 47 Ereptitium, Quod quasi indigno aufertur, ut in *l. pen. ff. de jure fisci* quadrans eripiatur, & in *l.* 3. §. 5. *ff. ad l. Cornel. de sicariis:* hereditas eripietur. Cujac. 6. *observ.* 37. & fisco statim ipso jure vindicatur. *l.* 9. *l.* 18. *l. ult. ff. de his quæ ut indignis.* Et recte Ulpianus eripiendi verbo potius usus est, quam auferendi ut indicaret, quasi de manibus auferri, quod jam esset adquisitum. *l.* 4. *ff. ne quis eum qui in jus.* vide Contium 1. *disputat.* 12. Sed tamen Hotomanus 3. *observ.* 32. legit receptitium. Quod quid sit, vide eundem dicto loco. 48 Ea lata est de caducis hereditatibus & legatis, ut Falcidia de modo legatorum. 49 *l.* 47. *in fin. ff. de peculio. l.* 120. *ff. de verb. signif.* 50 Vide *Instit. per quas personas cuique adqu.* 51 §. 3. *Instit. per quas pers. cuiq. adq. l.* 10. §. 1. *ff. de adquir. rer. dom.* 52 Vide *Inst. & ff. de stipulatione servorum.* 53 §. 3. *Instit. de heredibus instituendis.* 54 Dicto §. 3. *l.* 39. §. 1. *in fin. l.* 86. §. 2. *ff. de legatis* 1. 55 In hereditate, nihil mutatum: in legato mutatum, cum invito servus adquirat. *d.* §. 3. 56 Id est, Bonitarius, Theophilus *Inst. de libertis* §. καὶ τοῦτ' ἔστιν ὅτι, ὡς ἄπου, φυσικὴ δεσποτέα καὶ ἔννομος δεσποτεία. καὶ ἡ μὲν φυσικὴ λέγεται, in bonis: καὶ δεσπότης βονιτάριος, ἡ δὲ ἔννομος λέγεται, Jure Quiritum, ex jure Quiritum. Hæc ille, adde *tit.* §. 16. ẞ. *eod.* 57 Ex operis. ita tamen scriptum reperio in *l.* 36. *ff. de stip. serv.* 58 §. 4. *Instit. per quas pers. cuique adqu.*

59 *L.* 2. *Inst.* 10. adde 4. Paul. *sent.* 4. 60 6. Gell. 12. testatio *Inst. eod.* μαρτυρία, Theophil. *Inst. de testament. ordinand.* sententia. *l.* 1. *ff. qui testament.* θέλησις 25. *Eclog.* 1. *c.* 2. 5. Harmenop. 1. 61 *Inst. eod.* §. 1. 15. Gell. 27. 62 Comitia calata, pro collegio pontificum habebantur: aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa. Eorum alia Curiatis (quæ per lictorem Curiatim calari, id est, convocari moris erat) Centuriata per cornicinem. Calatis etiam sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant. Gellius 15. 27. Calata comitia bis anno fieri solita scribit, pacis tempore; calata dici, quod populus ad ea vocetur. Est enim calari τὸ καλεῖν, Theoph. *d. loco.* Is autem, qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edere jubet. Centuriata in campo Martio habebantur, non intra pomerium. Illud addendum est ex Lœlio Fœlice, Curiata comitia fuisse, cum ex generibus omnium suffragium ferretur: Centuriata, cum ex censu & ætate. Tributa, cum ex regionibus & locis, 15. Gell. 27 *in fin.* Videtur tamen Festus *in Centuriata.* Centuriata & Curiata confundere. 63 Cum in prælium exituri essent. *Inst. eod.* §. 1. cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur. 15. Gell. 27. 64 Per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur. 15. Gell. 27. 65 §. 1. *Instit. eod.* 66 Emancipationem 15. Gell. 27. §. 1. *Instit. eod.* 67 Vid. *l. ult. C. de adopt.* 68 *tit.* 19. §. 3. ẞ. *eod.* Hodie septem adhibendi §. 3. *Inst. eodem.* 69 §. 6. *Inst. eod.* 70 §. 9. *Inst. eod.* 71 Aut libripens. *ita legendum est.* 72 *l.* 20. *ff. qui testamenta.* 73 Vid. *l.* 24. *ff. de testib. l.* 3. *C. de testib.* 74 §. 8. *Inst. eod.* 75 *d.* §. 8. 76 Pater. *Cujac.* 77 Duo fratres in alieno testamento testes esse possunt. *d.* §. 8. *in fin. l.* 22. *ff. qui testamenta.* 78 *d.* §. 8. *in fin. l.* 17. *ff. de testib.* 79 §. 6. *Inst. eod.* 80 *d.* §. 6. 81 *d.* §. 6. *l.* 20. §. 4. *ff. qui testamenta.* 82 *d. l.* 3. §. 5. *l.* 19. *in fin. ff. de testib.* §. 6. *Inst. eod.* 83 Vid. *l.* 20. §. 6. *ff. qui testamenta. l.* 18. *ff. de testib.* 84 Id est, heres. 85 De quo dictum est *tit.* 1. §. 5. *supr. eod. & tit.* 3. *supr. eod. tit.* 19. §. 4. *supr. eod.* 86 Et commercium habet *d.* §. 4. 87 Quænam agantur in testamento, per æs & libram. 88 Formula nuncupationis testamentariæ; cui adde *l.* 58. *ff. de her. inst.* 89 Perhibetote. Apuleius 2. Vos in hanc rem, boni Quirites, testimonium perhibetote. 90 *l.* 6. *l.* 16. *l.* 19. *ff. qui testam.* 91 Superest Marcus *Inst. quib. non est permiss. facere.* 92 *l.* 6. *in fin. ff. de injusto. l.* 22. *ff. de testamento militis.* 93 *l.* 14. *in fin. l.* 15. *ff. qui testamenta.* 94 Vid. *Novell. Leonis* 40. 95 §. 1. *Inst. quib. non est permiss. l.* 5. *ff. qui testamenta.* 96 *l.* 6. *in fin. l.* 7. *ff. eod.* §. 3. *Inst. quib. non est permiss.* 97 *d. l.* 6. *d. l.* 7. *l.* 16. *ff. eodem.* 98 *l.* 16. §. 1. *l.* 17. *ff. eod.* 99 §. 2. *Inst. quib. non est permiss. fac.* v. tamen *Novell. Leonis* 39. 100 *l.* 18. *ff. eodem.*

non

non possunt: mutus, quoniam [1] verba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam [2] verba familiæ emtoris exaudire non potest: furiosus, quoniam [3] mentem non habet, ut testari de ea re possit: prodigus, quoniam [4] commercium illi interdictum [5] est, & ob id familiam mancipare non potest.

§. 14. Latinus Junianus, item is qui Dedititiorum numero est, testamentum facere non potest. Latinus [6] quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus est. is autem qui Dedititiorum [7] numero est, quoniam nec quasi civis Romanus testari potest, cum sit peregrinus [8]: nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis, sciens [9] ut adversus [10] leges civitatis suæ testetur. §. 15. Fœminæ post duodecimum annum ætatis testamenta facere possunt tutore auctore, donec in tutela sint. §. 16. Servus publicus [11] prætorisve, parte dimidia testamenti faciendi habet jus.

TIT. XXI.

QUEMADMODUM [12] HERES INSTITUI DEBEAT.

Heres institui recte potest his verbis [13], *Titius heres esto, Titius heres sit, Titium heredem esse jubeo.* Illa autem institutio, *Heredem instituo, Heredem facio,* plerisque improbata est [14].

TIT. XXII.

QUI HEREDES INSTITUI POSSUNT.

§. 1. Heredes institui possunt, qui testamenti factionem [15] cum testatore habent. §. 2. Dedititiorum numero heres institui non potest, quia peregrinus [16] est, cum quo testamenti factio non est. §. 3. [Latinus Junianus [17],] si quidem mortis testatoris tempore, vel intra [18] diem cretionis civis Romanus sit, heres esse potest: quod si Latinus manserit, lege Junia capere hereditatem prohibetur. Idem juris est in persona cœlibis [19] propter legem Juliam. §. 4. Incerta [20] persona heres institui non potest, veluti hoc modo: *Quisquis primus ad funus meum venerit, heres esto:* quoniam certum consilium debet esse testantis. §. 5. Nec [21] municipia, nec municipes heredes institui possunt [22]: quoniam incertum [23] corpus est, ut neque cernere universi, neque pro libito de herede cernere [24] possunt ut heredes fiant. Senatusconsulto [25] tamen concessum est, ut a libertis suis [26] heredes institui possint. Sed fideicommissa hereditas municipibus restitui potest [27]: idque hoc senatusconsulto [28] prospectum est. §. 6. Deos [29] heredes instituere non possumus præter eos, quos senatusconsulto, constitutionibus Principum instituere concessum est: sicut Jovem Tarpejum [30], Apollinem Didymæum [31], sicuti Martem in Gallia [32], Minervam Meliensem [33], Herculem Gaditanum [34], Dianam Ephesiam [35], matrem deorum Cybelem [36], eam quæ Smyrnæ colitur & Cœlestum [37] Salinensem Carthaginis. §. 7. Servos heredes instituere possumus nostros cum [38] libertate: alienos sine libertate: communes, cum libertate, vel sine libertate [39]. §. 8. Eum servum qui tantum in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia Latinitatem consequitur: quod non proficit ad hereditatem capiendam [40]. §. 9. Alienos servos heredes instituere possumus: eos tamen, quorum cum dominis testamenti factionem habemus. §. 10. Communis servus cum libertate recte quidem heres instituitur, quasi proprius, pro parte nostra: sine libertate autem, quasi alienus, propter socii partem. §. 11. Proprius servus cum libertate heres institutus, si [41] quidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber & heres fit, id est necessarius. §. 12. Quod si ab ipso testatore vivente manumissus, vel [42] alienatus sit: suo arbitrio, vel jussu emptoris hereditatem adire potest. Sed si sine libertate sit institutus, omnino non [43] constat institutio. §. 13. Alienus [44] servus heres institutus, si quidem in ea causa permanserit, jussu domini debet hereditatem adire. Quod si vivo testatore manumissus, aut alienatus a domino fuerit: aut suo arbitrio, aut jussu emptoris poterit adire hereditatem.

§. 14. Sui [45] heredes instituendi sunt, vel exheredandi. Sui autem heredes sunt liberi quos in potestate habemus, tam naturales, quam adoptivi: item uxor quæ in [46] manu est, & nurus quæ in manu est filii, quem in potestate habemus. §. 15. Posthumi [47] quoque liberi, id est, qui in utero sunt, si tales sunt, ut nati in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numero sunt.

§. 16. Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus, neque nominatim exheredatus, non patitur valere testamentum. Reliquæ vero personæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, si præteritæ sint, valet testamentum.

§. 17. Scriptis [48] heredibus adcrescunt, suis quidem heredibus in partem virilem, extraneis autem in partem dimidiam. §. 18. Posthumi, quoque liberi cujuscumque [49] sexus omissi, quod valuit testamentum, agnatione rumpitur [50]. §. 19. Eos qui in utero [51] sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes: si [52] quidem post mortem nostram nascantur, ex jure civili [53]: si vero viventibus nobis, ex lege Julia [54].

§. 20. Filius qui in potestate est, si non instituatur heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes utriusque sexus aut nominatim, aut inter [55] cæteros. §. 21. Posthumus filius nominatim exheredandus est: filia posthuma, cæteræque posthumæ fœminæ vel nominatim, vel [56] inter cæteros [57]: dummodo inter cæteros exheredatis aliquid legetur. §. 22. Nepotes & pronepotes, cæterique masculi posthumi præter filium, vel nominatim, vel inter cæteros, cum adjectione legati sunt exheredandi: sed tutius [58] est tamen nominatim eos exheredari: & id observatur magis. §. 23. Mancipatos [59] liberos cum jure civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse sit, tamen prætor jubet, si non instituantur heredes, exheredari masculos omnes, nominatim fœminas vel inter cæteros: alioqui contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur. §. 24. Inter necessarios heredes, id est, servos [60] cum libertate heredes scriptos, & suos scilicet necessarios, id est, liberos qui in potestate sunt, jure civili nihil interest (nam utrique etiam inviti heredes sunt) sed jure prætorio suis & necessariis heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur [61]: necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur. §. 25. Extraneus heres, si quidem cum cretione [62] sit heres institutus, cernendo fit heres: si vero sine [63] cretione, pro herede [64] gerendo. §. 26. Pro [65] herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam dominus utitur: velut qui auctionem [66] rerum hereditariarum facit, aut servis hereditariis cibaria mandat. §. 27. Cretio [67] est certorum dierum spacium, quod datur instituto heredi ad deliberandum: utrum expediat ei adire hereditatem, necne, velut [68], *Titius heres esto cernitoque* [69] *in diebus centum proximis, quibus scieris* [70]*, poterisque: nisi ita creveris, exheres esto.* §. 28. Cernere est [71] verba cretionis dicere, ad hunc modum [72], *Cum me Mævius heredem instituerit, eam hereditatem adeo cernoque.* §. 29. Sine cretione heres institutus, si constituerit, nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate, & amplius eam adire non potest. §. 30. Cum cretione vero heres institutus, sicut cernendo fit heres, ita non [73] aliter excluditur, quam si intra

1 Mutus cur testari non possit. 2 Surdus testari non potest, & cur. 3 Cur furiosus testari non possit. 4 Quam ob causam prodigus testari non possit. 5 Formulas interdictionis vid. apud Paulum 3. *sent.* 4. §. 7. 6 Latinus Junianus testari non potest. vide *C. de Latina libert. tollend.* 7 Dedititii testari non possunt. *tit.* 22. §. 2. J. v. *tit. C. de dedit. libert.* 8 Peregrinus testamenti factionem non habet, *ut hic:* nisi accepto usu togæ, *l.* 31. 32. *ff. de jure fisci.* 9 Civis. Cujac. *hic.* 10 Id est, Secundum. Cujac. *hic.* Sic titulo 28. J. *eodem.* bonorum possessio adversus tabulas quæ juxta tabulas *tit.* 23. eandem esse significationem verbi, *Adversus* in *lege* 5. *ff. de usurp. & usucap.* idem Cujacius ait. quo nomine reprehenditur a Roberto 2. *recept.* 32. 11 Populi Romani. Cujacius ita hanc vocem emendavit. quod in omni servo non est verum. *l.* 19. *ff. qui testamenta.* vid. *Nov. Leonis* 38. 12 Id est, qua formula. 13 Olim ita jus fuit, hodie quibuscumque verbis institui potest. *l.* 15. *C. de testamentis.* 14 Cur ita? An quia lex sola heredem instituit? An potius quod nonnullis hæc verba non videntur directa? Hodie solennitas omnis verborum sublata. *d. l.* 15. 15 *l.* 52. *ff. de her. inst.* 16 Peregrinus institui non potest, *ut hic:* sed nec instituere *tit.* 20. §. 14. s. *eod.* 17 V. *d.* §. 14. 18 Adde §. 4. *Instit. de hered. qualitat.* 19 V. *tit.* 14. 15. 16. s. *eod.* 20 §. 25. *Inst. de legat. l.* 69. §. 4. *ff. de jure dot.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 13. 21 Plinius 5. *epistolar.* nec heredem institui, nec præcipere rempublicam posse constat. Cujac. *hic.*
22 Potest tamen eis legari. v. *l.* 122. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falcid.*
23 Ratio petita ex §. 4. s. *eod.* 24 Cujacius legit *pro herede gerere.* Nam aut cretione aut pro herede geritione heredes sunt. 25 De quo, vid. *l.* 1. *ff. de libert. univers.* 26 *d. l.* 1. 27 *l.* 26. *ff. de negotiis gestis. l.* 26. *ff. ad SCt. Trebell.*
28 Aproniano, quod factum est temporibus D. Marci. *d. l.* 26. 29 Deo tamen relinqui potuit. *l.* 5. §. 12. *ff. de donat. int. vir. l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falcid.* Paul. 4. *sent.* 3. §. 3. Quemadmodum & apud Christianos Christus institui potest. *l.* 26. *C. de sacrosanctis ecclesiis.* 30 Ita dictus a Tarpejo monte. Tarpejus autem appellatus fuit a Tarpeja virgine Vestali ab Sabinis necata, ibique sepulta. antea Saturnius mons, & in eo oppidum Saturnium, unde Saturnia terra. Postremo mons Capitolinus dictus, quod cum fundamenta foderentur ædis Jovis, caput humanum inventum fuit. Varro 4. *de lingua.* 31 Apollinis templum & oraculum quod Didymis fuit antiquum. Pausanias 7. *in Achaicis*, ejusdem facit mentionem in 2. seu Corinthiacis. adde Strabonem 9. & 11. 32 Galli quondam Mercurium coluere maxime. post hunc, Apollinem & Martem & Jovem & Minervam. Martem bella regere. Marti, cum prælio dimicare constituissent, ea quæ bello cœpissent plerumque devovebant: quæ supererant animalia capta immolabant, reliquas res in unum locum conferebant. vide Cæsar. 6. *de bello Gallico:* De diis veterum Gallorum, vide P. Pithœum *c.* 1. *adver.* 3. 33 A Melio urbe, non procul ab Euphrate: nisi malis hic legere Melitensem. 34 De Gadibus & Hercule, v. Strabonem 3. *in fin.* fuit & alius cognomento Gallus & Ogmius: de quo v. Lucianum *in Hercule.* 35 V. *Act.* 19. *vers.* 26. 27. *de templo Dianæ* Euseb. 36. Plin. 14. 36 De qua dixi libro superiore.
37 Tertullianus 23. *Apologet.* Unicuique, inquit, etiam provinciæ & civitati suus Deus est, ut Syriæ Astartis, ut Arabiæ Diatares, ut Norico Tibilenus, ut Africæ Cœlestus, ut Mauritaniæ reguli sui. *& post*, Crustumiensium Delventinus, Narniensium Viridianus, Asculanorum Ancaria, Volsiniensium Nursia, Otriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia, Faliscorum Juno Curilis & pater Curis. Sed nos soli arcemur a religionis proprietate. *Hæc ille.* Cui loco visum illud Arnobii 8. adjungere. Inde adeo per universa imperia, provincias, oppida videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere, & deos colere municipes, & Eleusinos Cererem, Phrygas Magnam matrem, Epidaurios Æsculapium, Chaldæos Belum, Astartem Syros, Dianam Tauros, Gallos Mercurium, universa Romanos. Porro quis fuerit Cœlestus an deus, an dea ambigitur. Petrus Pithœus 1. *advers.* 4. deam fuisse ait. Ammianus *lib.* 22. Asclepiades Philosophus cum visendi gratia Juliani ad id suburbanum venisset, deæ Cœlestis argenteum breve figmentum quocunque ibat secum solitus efferre, ante pedes statuit simulachri sublimes, accensisque cereis ex usu, fecit. Philastrius Brixiensis *in Catalogo hæres.* Alia, inquit, hæresis in Judæis quæ Reginam, quam & Fortunam cœli nuncupant, quam & Cœlestem vocant in Africa. Tertullianus *in Apologet.* 123. Ista ipsa virgo Cœlestis, pluviarum pollicitatrix. Salvianus *de gubernatione.* Cœlestis illa. Idem 8. *de providentia.* Apul. 4. *Floridor.* Carthago, Africæ Musa Cœlestis, ut non injusta ratione possis dicere legendum esse apud Tertullianum *in libro de virginibus.* Cœlestis Africæ, non Ceres Ambros. 1. *epist. ad Valent.* 38 Hodie etiam sine libertate instituere possumus. *Inst. de hered. instit. l. penult. C. de necessariis.* 39 Priore casu, socio adcrescit: posteriore, servus communis est heredis & socii, *l.* 63. §. 9. *ff. pro socio. l.* 49. *ff. ad l. Falc.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 4. 40 Nisi intra dies cretionis civis Romanus fiat. 41 §. 1. *Inst. de hered. inst.*
42 Hæc verba, *vel alienatus*, desiderantur apud Justinianum §. 1. *vers. Si vero a vivo testatore. Inst. de hered. inst.* 43 Hodie valet *l. penult. C. de necessariis.* 44 *d.* §. 1. *vers. alienus quoque.* 45 *l.* 1. *ff. de hered. instit. Inst. de exheredat. liberor.*
46 Cajus 3. *Inst. apud Ruffinum tit.* 16. Uxor, inquit, quæ in manu ejus est, ea sua heres est; quia filiæ loco est. item nurus: quæ in filii manu est, nam & hæc neptis loco est. sed ita demum erit sua heres, si filius cujus in manu erit, dum pater moritur, in potestate ejus non sit. Idemque dicimus & de ea, quæ in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est. 47 Posthumi quoque, qui si vivo parente nati essent, in potestate ejus futuri forent, sui heredes sunt. Cajus *d. loco.* 48 Legendum est, *sed scriptis* eo sensu: Jure antiquo, filiarum nepotes, præteriri potuisse, sed nec testamentum ex causa præteritionis infirmasse, cum illis consultum ita foret. Nam scriptis concurrebant: suis quidem, in virilem: extraneis, in dimidiam. & hoc est, quod a Triboniano obscure scriptum est, Jus adcrescendi eis ad certam portionem præstitum. *Inst. de exhered. liber. vers. sed non ita.*
49 Ut in eo par sit masculorum & fœminarum conditio. §. 1. *Inst. de exher. liber.*
50 Rumpunt. 51 Posthumi, heredes institui possunt. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 24. *l.* 27. *l.* 29. *ff. de liber. & posthum.* 52 Duæ posthumorum species, alii enim post mortem testatoris nascuntur: alii post testamentum vivo testatore. *l.* 3. §. 2. *ff. de injusto.* 53 Id est, legibus 12. tabularum, quod jus antiquum a Scævola dicitur in *l.* 29. §. 7. *ff. de liber. & posthum.* habita ratione ad legem Velleiam. 54 Velleia sc. §. 2. *Inst. de exhered. liber. l.* 29. §. 11. *ff. de liber. & posthum.* 55 *Inst. de exher. liber. vers. sed non ita. in fin.* Inter cæteros exheredare, est ἀορίστως sive indefinite exheredare. fuit autem hæc formula: *Cæteri exheredes sunto.* Theophil. *Inst. de exh. liber. l.* 25. *ff. de liber. & posthum.* & opponitur inter cæteros exheredatio ei, quæ nominatim fit. §. 21. J. *eod.* Nominatim exheredatio longe diversa ab indefinita, & generali exheredatione, de qua v. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de liber. & posthum.* 56 §. 1. *in fin. Inst. de exher. liber.* 57 Hoc quid esset, dixi ad §. 20. s. *eod.* 58 §. 1. *in fin. Inst. de exher. liber.* 59 id est, emancipationis. §. 3. *Inst. de exher. liber.* 60 §. 1. *Inst. de her. qualit.* 61 §. 2. *vers. sed his Prætor. Inst. de hered. qualit.* Sui beneficium abstentionis habent: extranei, separationis. Illi, ne sint heredes. Hi ne res adquisitæ postea veneant. 62 Id ut fiat, vid. §. 27. J. 63 Vid. §. 6. J. *eod.* 64 Vid. §. 29. J.
65 Vid. *l.* 20. *ff. de adq. vel omitt. her.* §. 7. *Inst. de hered. qualit.* 66 Id est, auctionem, vid. *l.* 2. *in fin. ff. de collat. bonor. l.* 48. *ff. de usurpat. & usucap. l.* 2. §. 8. *ff. pro emptore.*
67 Cretiones hodie sublatæ sunt. *l.* 17. *C. de jure deliberandi.* 68 Formula instituendi cum cretione. 69 Id est, facito ut videat te heredem. Varro 5. *de ling.*
70 Cic. 1. *de Orat.* ut in cretionibus scribi solet, *quibus sciam poteroque.* 71 Cernere, est quasi decernere se heredem esse velle. *l.* 13. §. *pen. ff. de adqu. vel omitt. hered.* cujus rei facultas non est in pupillo. *l.* 9. *ff. de acq. vel omitt. hered.* 72 Formula cernendi. Hujus loci vestigia sunt apud Varronem 5. *de lingua.* In cretione adhiberi jubet testes & *lib.* 6. Heres cum constituit se heredem esse, dicitur cernere: & cum id fecerit, crevisse. Varroni respondet Cic. 13. *ad Attic.* Cretionem fieri testibus præsentibus. Fiebat etiam verbis solennibus, *ut hic:* & *l.* 51. *in fin. ff. de adq. vel omitt. hered.* pure fit. est enim actus legitimus. *l.* 77. *ff. de reg. jur.* & semel *l.* 80. *in fin. ff. de adq. vel omitt. hered.* non per alium *l.* 90. *ff. de adq. vel omitt. her.* Ejus symbolum, digitorum percussio, dixi ad epigraphen tituli *de verbor. obl.* 73 Dixi superius, sublatam cretionis scrupulositatem, *l.* 17. *C. de jure deliberandi.*

diem cretionis non creverit: ideoque etiam ſi conſtituerit nolle ſe heredem eſſe, tamen ſi ſuperſint dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo heres fieri poteſt. §. 31. Cretio autem vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris [1], in qua adjiciuntur hæc verba, *Quibus ſcieris, poteriſque.* Continua [2], in qua non adjiciuntur. §. 32. Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur, quibus ſcit ſe heredem inſtitutum eſſe, & potuit cernere. Ei vero qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur quibus [3] ignoravit ſe heredem inſtitutum, aut ſcivit, ſed non potuit cernere.

§. 33. Heredes aut [4] inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti; inſtituti, qui primo gradu ſcripti ſunt: ſubſtituti, qui ſecundo gradu, vel ſequentibus.

§. 34. Heredes ſcripti ſunt, veluti [5]: *Titius heres eſto, cernitoque in diebus proximis centum quibus ſcieris, poteriſque. Niſi ita creveris, exheres eſto: tunc Mævius heres eſto, cernitoque in diebus, & reliqua.* Similiter & deinceps ſubſtitui poteſt.

§. 35. Si ſub imperfectam [6] cretionem heres inſtitutus ſit, id eſt, non adjectis his verbis [7], *Si non creveris exheres eſto:* ſed ſi ita [8], *ſi non creveris, tunc Mævius heres eſto:* cernendo quidem ſuperior inferiorem excludit: non cernendo autem [9], ſed pro herede gerendo, in partem admittit ſubſtitutum. Sed poſtea Divus Marcus conſtituit, ut & pro herede gerendo, ex [10] aſſe fiat heres. Quod ſi neque creverit, neque pro herede geſſerit, ipſe excluditur, & ſubſtitutus ex aſſe fit heres.

TIT. XXIII.
QUEMADMODUM TESTAMENTA RUMPUNTUR [11].

§. 1. TEſtamentum jure factum infirmatur duobus modis, ſi ruptum [12] aut irritum [13] factum ſit. §. 2. Rumpitur teſtamentum mutatione, id eſt, ſi poſtea aliud [14] teſtamentum jure factum ſit: item agnatione [15], id eſt, ſi ſuus heres agnaſcatur, qui neque heres inſtitutus, neque ut oportet, exheredatus ſit. §. 3. Adnaſcitur ſuus heres, aut [16] agnaſcendo, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in [17] locum ſui heredis ſuccedendo: velut nepos mortuo filio, vel emancipato: aut manumiſſione, id eſt, ſi filius ex prima ſecundave mancipatione manumiſſus, reverſus ſit in patris poteſtatem. §. 4. Irritum [18] fit teſtamentum, ſi teſtator capite diminutus [19] fuerit, aut ſi jure facto teſtamento nemo extiterit heres.

§. 5. Si is qui teſtamentum fecit, ab [20] hoſtibus captus ſit, teſtamentum ejus valet: ſi quidem [21] reverſus fuerit, jure poſtliminii, ſi non [22] ibi deceſſerit, ex lege Corneliana, quæ perinde ſucceſſionem ejus confirmat, atque ſi in civitate deceſſiſſet. §. 6. Si [23] ſeptem ſignis teſtium ſignatum [24] teſtamentum, licet jure civili ruptum vel irritum factum ſit, Prætor ſcriptis heredibus juxta tabulas bonorum poſſeſſionem dat, ſi teſtator & civis Romanus, & ſuæ poteſtatis cum moreretur fuit, quæ bonorum poſſeſſio cum re, id eſt, cum effectu habetur, ſi nemo alius jure heres ſit. §. 7. Liberis [25] impuberibus in poteſtate manentibus tam natis quam poſthumis, heredes ſubſtituere parentes poſſunt duplici modo: id eſt, aut eo quo extraneis, ut ſi heredes non extiterint liberi, ſubſtitutus heres fiat: aut proprio jure, id eſt, ſi poſt mortem parentis heredes facti intra pubertatem deceſſerint, ſubſtitutus heres fiat.

§. 8. Etiam exheredatis [26] filiis ſubſtituere parentibus licet. §. 9. Non aliter impuberi filio ſubſtituere quis heredem poteſt, quam [27] ſi ſibi quis heredem inſtituerit, vel ipſum filium, vel quemlibet alium. §. 10. Milites quomodocunque [28] fecerint teſtamenta, valent, id eſt, etiam ſine legitima obſervatione. Nam principalibus [29] conſtitutionibus permiſſum eſt illis, quomodocunque vellent, quomodocunque poſſent, teſtari. Idque teſtamentum quod miles contra juris regulam fecit, ita demum valet, ſi vel in [30] caſtris mortuus ſit, vel poſt miſſionem intra [31] annum.

TIT. XXIV.
DE LEGATIS [32].

§. 1. LEgatum eſt, quod legis modo, id eſt, imperative [33], teſtamento relinquitur. Nam ea quæ precativo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur. §. 2. Legamus autem quatuor [34] modis, per vindicationem [35], per damnationem [36], ſinendi modo [37], per præceptionem [38]. §. 3. Per vindicationem [39] his verbis legamus, *Do, lego, capito, ſumito, ſive habeto.* §. 4. Per damnationem [40] his verbis: *Heres meus damnas eſto dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo.* §. 5. Sinendi [41] modo ita, *Heres meus damnas eſto ſinere Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere.*

§. 6. Per præceptionem [42] ſic, *Lucius Titius illam rem præcipito.* §. 7. Per vindicationem legari poſſunt res quæ utroque [43] tempore ex jure Quiritium teſtatoris fuerunt [44], mortis, & quando teſtamentum faciebat: præterquam ſi pondere, menſura, numero contineantur: in his enim ſatis eſt, ſi vel mortis duntaxat tempore fuerint ex jure Quiritium. §. 8. Per damnationem omnes res, legari poſſunt, etiam [45] quæ non ſunt teſtatoris, dummodo tales ſint, quæ dari poſſint. §. 9. Liber homo, aut res populi, aut ſacra, aut religioſa, nec per damnationem legari poteſt: quoniam [46] dari non poteſt. §. 10. Sinendi modo legari poſſunt res propriæ teſtatoris [47] & heredis ejus. §. 11. Per præceptionem legari poſſunt res, quæ etiam per vindicationem. Si ea res quæ non fuit utroque [48] tempore teſtatoris ex jure Quiritium, per vindicationem legata ſit, licet jure civili non valeat legatum, tamen ſenatusconſulto Neroniano firmatur: quo cautum eſt, ut quod minus pactis [49] verbis legatum eſt, perinde ſit, ac ſi optimo jure legatum eſſet. Optimum [50] autem jus legati per damnationem eſt.

§. 12. Si duobus eadem res per vindicationem legata ſit: ſiquidem disjunctim, ſingulis in ſolidum [51] debentur: ſi vero conjunctim, velut *Titio & Sejo, hominem Stichum do, lego,* jure civili concurſu partes fiebant. non concurrente altero pars ejus alteri adcreſcebat. Sed poſt legem Papiam Poppeam, non capientis pars caduca fit. §. 13. Si per damnationem eadem res duobus legata ſit, ſiquidem conjunctim [52] ſingulis partes debentur, & non capientis pars jure civili in hereditatem remanebat, nunc autem caduca fit: quod ſi disjunctim [53], ſingulis in ſolidum [54] debetur. §. 14. Optione autem legati, per vindicationem data, legatarii electio eſt, veluti, *Hominem optato, eligito.* Idemque eſt, & ſi tacite [55] legaverim, *Titium* [56] *hominem* [57], *aut decem heres meus dato:* hominem dare heredis [58] electio eſt. §. 15. Ante heredis inſtitutionem legari non [59] poteſt: quoniam & poteſtas teſtamenti ab heredis inſtitutione [60] incipit. §. 16. Poſt mortem heredis legari non poteſt [61], ne ab heredis herede legari videatur: quod juris civilis ratio non patitur. In mortis autem heredis [62] tempus legari poteſt: velut *cum heres moriatur* [63]. §. 17. Pœnæ [64] cauſa legari [65] non poteſt [66]. Pœnæ autem cauſa legatur: quod coërcendi [67] heredis cauſa relinquitur, ut faciat quidem aut non faciat, non ut legatum pertineat: utputa hoc modo, *Si* [68] *filiam tuam in matrimonio Titio conlocaveris, decem millia Sejo dato.* §. 18. Incertæ [69] perſonæ legari [70] non [71] poteſt: veluti, *Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonio conlocaverit, ei homini tot millia dato.* Sub [72] certa tamen demonſtratione incertæ [73] legari poteſt, velut, *Ex cognatis meis qui nunc ſunt, qui primo ad funus meum venerit, ei heres meus illud dato.* §. 19. Neque ex falſa demonſtratione [74], neque ex falſa cauſa [75] legatum infirmatur. Falſa demonſtratio [76] eſt, velut, *Titio fundum, quem a Titio emi, do, lego,* cum fundus a Titio emptus non ſit. Falſa cauſa [77] eſt, velut, *Titio, quoniam negotia mea curavit, fundum do, lego,* ut [78] negotia ejus nunquam Titius curaſſet.

§. 20. A [79] legatario legari non [80] poteſt. §. 21. Legatum ei [81] tantum dari poteſt, qui [82] extraneus eſt. Ideoque filio familiæ heredi inſtituto, vel ſervo, neque a patre, neque a domino legari poteſt. §. 22. Heredi a [83] ſemet ipſo legari non poteſt. §. 23. Ei qui in poteſtate [84], manu [85], mancipiove [86] eſt ſcripti heredis, ſub conditione legari poteſt: ſed requiritur, ut quo tempore dies legati cedit, in poteſtate heredis non ſit. §. 24. Ei cujus in poteſtate manu, mancipiove eſt heres ſcriptus, legari non [87] poteſt.

§. 25. Sicut ſingulæ [88] res legari poſſunt, ita univerſarum quoque ſumma legari poteſt: ut puta, *Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito* [89] *dividito:* quo caſu dimidia pars bonorum legata videtur. Poteſt autem & alia pars, velut tertia vel quarta legari: quæ ſpecies Partitio [90] appellatur.

§. 26. Uſusfructus [91] jure civili legari poteſt earum rerum, quarum ſalva [92] ſubſtantia utendi fruendi poteſt eſſe facultas, & tam ſingularum rerum, quam plurium, id eſt, partis [93]. §. 27. Senatusconſulto [94] cautum eſt, ut etiamſi earum rerum, quæ in abuſu continentur, ut puta vini, olei, tritici, uſusfructus legatus ſit, legatario res tradantur cautionibus [95] interpoſitis, de reſtituendis eis, cum uſusfructus ad legatarium pertinere deſierit.

§. 28. Civitatibus [96] omnibus, quæ ſub imperio Prætoriani [97] ſunt, legari [98] poteſt: idque a Divo Nerva introductum, poſtea a Senatu, autore Adriano [99] diligentius conſtitutum eſt. §. 29. Legatum quod datum eſt, adimi [100] poteſt, vel eodem teſtamento, vel codicillis [101] teſtamento confir-

1 Legitima & utilis. de cujus effectu vid. §. 32. *in fin.* J. *eod.* 2 Et hoc ideo quod in inſtitutione vulgari cretionis hæc verba adjunguntur, quibus ſcieris poteriſque. §. 27. & 31. s̃. *eod.* §. 34. J. *eod.* 3 In continua cretione dies currunt ignoranti: in vulgari non currunt. 4 *l.* 1. *ff. de vulgar. & pup. ſubſtitut.* Paul. 3. *ſent.* 4. §. 27. 5 Formula heredis ſcribendi. 6 Imperfecta cretio, quoties non expreſſim exheredatur, ſed alius ejus loco inſtituitur. 7 Formula perfectæ cretionis. 8 Formula imperfectæ cretionis. 9 Nota veterem differentiam cernendi & pro herede gerendi. Qui cernebat, excludebat inferiorem: qui pro herede gerebat, in partem admittebat ſubſtitutum. 10 Qui pro herede gerit, ex aſſe fit heres.

11 *Lib.* 28. *ff.* 3. §. 1. *Inſt. quib. mod. teſt.* 12 §. 2. *ff. eod.* 13 §. 4. J. *eod.* 14 Alio *l.* 1. *ff. de injuſto:* ſeu poſteriore teſtamento prius rumpitur. §. 2. & 3. *Inſt. quib. mod. teſt.* §. 2. *Inſt. d. tit.* 15 Vid. §. 3. J. *eod.* 16 Quibus modis quis alteri agnaſcatur, v. *l.* 3. *ff. de injuſto.* 17 *l.* 13. *ff. de injuſto.* 18 *l.* 6. §. 5. *ff. de injuſto.* 19 §. 4. *Inſt. quib. mod. teſt.* 20 *d.* §. 7. 21 Fictione poſtliminii fingitur in civitate ſemper fuiſſe, qui rediit. Fictione vero Cornelia fingitur quis captivitatis ſuæ tempore deceſſiſſe. 22 Si vero, ita legendum videtur. 23 §. 6. *Inſt. quib. mod. teſtam.* 24 *l.* 12. *ff. de injuſto.* 25 Vide *Inſt. de pupillari ſubſtit.* 26 *l.* 1. §. 2. *ff. de vulgar. & pup.* §. 4. *Inſtit. de pupillari ſubſtit.* 27 *d. l.* 1. §. *ult.* §. 5. *Inſt. de pupil. ſubſtit.* 28 *verſ. quoquo enim modo &* §. 1. *Inſt. de teſtam. milit. l.* 1. *ff. de teſtamento milit.* 29 Julii Cæſaris, Titii, Domitiani, Nervæ, Trajani. *d. l.* 1. 30 §. 3. *Inſt. de milit. teſt.* 31 *d.* §. 3. *verſ. & quod in caſtris in fin. l.* 21. *ff. de teſtam. milit.*

32 Vid. *L.* 2. *Inſt.* 20. Cajus 2. *tit* 5. 5. Harm. 18. 33 Imperativa verba, directa. Directa Heredem facio, inſtituo, *l.* 15. *C. de teſtament.* Eadem civilia dicuntur. *l.* 7. *ff. de vulgari & pup. ſubſtit.* opponuntur precariis inflexis, & obliquis fideicommiſſariis, quæ & [illegible], de quibus vide Paul. 4. *ſent.* 1. §. 6. 34 §. 1. *Inſt. de legat.* 2. Cajus 5. §. 1. 35 §. 3. J. *eod.* 36 §. 4. J. *eod.* 37 §. 5. J. *eod.* 38 §. 6. J. *eod.* 39 2. Cajus 5. §. 2. *Inſt. de legatis:* Paul. 3. *ſentent.* 6. §. 3. & 7. 40 2. Cajus 5. §. 3. 4. 5. 6. §. 2. *Inſt. de legat.* Paul. 3. *ſent.* 6. §. 3. & 10. 41 2. Cajus 2. §. 7. §. 2. *Inſtit. de legat.* Paul. 3. *ſent.* 6. §. 11. 42 2. Cajus 5. §. 8. & 2. *Inſt. de legat.* Paul. 3. *ſentent.* §. 6. hoc & prælegatum dicitur & præcipuum, Sidonius 6. *epiſtol.* Illud autem deberi tibi quodam, ut Juriſconſulti dicunt, præcipui titulo. 43 §. 11. J. *eod.* 44 Et ita per vindicationem res aliena relinqui non poteſt. 2. Cajus 5. §. 3. 45 Id eſt, alienæ. 2. Cajus 5. §. 3. 46 Quod dari non poteſt, per damnationem relinqui non poteſt. 47 2. Cajus 5. §. 7. *verſ. nam & propria.* 48 §. 7. s̃. *eod.* 49 Id eſt, ſolennibus & conceptis. Cicero *pro Roſcio Comœdo.* Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum, comprehenditur. Arnobius *contra Gentes*, quam cum pactionibus adorant & formulis, vide Cujac. *hic.* 50 Nempe quia laxum & expeditum eſt. Sic optimum jus uſurarum. *l.* 1. *C. de Uſuris.* optimum jus poſſeſſionis. *l.* 26. §. 1. *ff. de pignoribus.* 51 Singulis partes debentur. Cuj. 52 2. Cajus 5. §. 5. 53 2. Cajus 5. §. 6. 54 Hoc innuit in legato per vindicationem disjunctim facto ſingulis partes deberi: in damnationis legato, ſingulis ſolidum deberi. vid. Paul. 3. *ſent.* 6. §. 3. *in fin.* 55 Id eſt, non data optione. 56 Tito, *Cujac.* ita emendat. 57 Homine. At ſi ita heres meus damnas eſto hominem dare, heredis electio eſt. Cujac. *hic.* 58 Homine per damnationem legato, electio eſt heredis. *l.* 45. §. 1. *ff. de legat.* 1. per vindicationem, legatarii *l.* 37. *in prin. ff. de legat.* 1. Similiter in legatis disjunctivis electio eſt legatarii, ſi per vindicationem. *l.* 94. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 23. *ff. de legat.* 2. heredis, ſi per damnationem. *l.* 43. *in fin. ff. de leg.* 2. 59 Paul. 3. *ſent.* 6. §. 2. hodie poteſt §. 34. *Inſt. de legat.* 60 *l.* 1. *in fin. ff. de vulgar. & pup. ſubſt. l. ult. ff. de jure codicillor.* 61 Paul. 3. *ſent.* 6. §. 6. Hodie poteſt §. 35. *Inſt. de legat.* 62 Et ſuæ. Paul. 3. *ſent.* 6. §. 6. 63 Morietur. Paul. *d. loco.* 64 §. 36. *Inſt. de legat. l. un. C. de his, quæ pœnæ nomin. l.* 1. *l.* 3. *ff. de his, quæ pœnæ cauſa.* 65 Et fideicommitti *tit.* 25. §. 13. J. *eodem.* 66 Hodie poteſt. *d.* §. 36. 67 Pœnæ nomine relinquitur, non in gratiam legatarii, ſed in odium heredis. 68 *dict.* §. 36. 69 Paul. 5. *ſent.* 6. §. 13. 70 Ut & fideicommitti. *tit.* 25. §. 13. 71 Hodie poteſt §. 25. *Inſt. de legatis.* 72 Dicto §. 25. *verſic. ſub certa vero demonſtratione.* 73 Id eſt, ex certis perſonis incertæ. *d. verſ. ſub certa.* 74 §. 30. *Inſt. de legat.* vid. *l.* 33. *ff. de condit. & demonſt.* 75 §. 31. *Inſt. de legat. l.* 72. §. 6. *ff. de cond. & demonſt.* 76 Falſa demonſtratio quid. 77 Falſa cauſa quæ. 78 Cum negotia. 79 *Inſt. de ſingulis reb. per fideicom. relict.* 2. Gajus §. 7. 80 Hodie poteſt *l.* 69. *l.* 91. §. 4. *ff. de legat.* 1. *l.* 2. *in fin. C. comm. de legatis.* 81 Ab eo. Cujac. *hic.* 82 Qui ex ſua perſona heres eſt. Ideoque &c. Cuj. *hic.* 83 *l.* 18. *l.* 34. §. 11. *l.* 116. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 34. §. 1. *in fin. ff. de legat.* 2. 84 Ut filius familias. vide *tit.* 5. & 10. s̃. *eod.* 85 Ut uxor, vid. *tit.* 9. s̃. *eod.* 86 Ut ſervus, vid. §. 24. *Inſt. de legat.* 87 *tit.* 25. §. 12. J. *eod.* aut id mutatum eſt *l.* 25. *ff. de legat.* 1. aut expungenda negatio. 88 V. *Inſt. de ſingul. reb. per fideicom. relict.* 89 Partito, dividito. 90 De partitione dixi ad *l.* 164. §. 1. *ff. de verb. ſignif.* 91 Vid. *ff. de uſu & uſufr. legato.* §. 1. *Inſt. de uſufruct. l.* 3. *ff. de uſufructu.* 92 Hoc enim uſusfructus definitione continetur. *Inſt. de uſufructu. l.* 1. *ff. de uſufructu.* 93 *l.* 43. *ff. de uſufructu & quemad.* 94 Vid. *l.* 1. *ff. de uſu & uſufructu leg.* 95 *d. l.* 1. *in fin.* 96 Dixi ad *l.* 122. *ff. de legat.* 1. 97 Populi Romani, ut in *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 98 An heredibus relinqui? v. *tit.* 22. §. 5. s̃. *eod.* 99 Quidam emendant Marco, ex *l.* 20. *ff. de reb. dubiis.* Non male tamen videtur legendum poſt, Senatusconſulto Aproniano, ut & Paulus *libro ſingulari de ſenatusconſultis* ſcribit in *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 100 Vid. *Inſtitut. de adempt. legator. ff. de adimend. legat.* 101 *Inſt. de adempt. legat. in pr. l. pen.* §. 1. *ff. de adimend. legat.*

matis:

matis: dum tamen eodem [1] modo adimatur, quo modo datum est.

§. 30. Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi [2] si jam die legatorum cedente, legatarius decesserit. §. 31. Legatorum [3] quæ pure vel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem jure, ex mortis testatoris tempore: per legem autem Papiam Poppeam, ex apertis [4] tabulis testamenti: eorum vero quæ sub conditione relicta sunt, cum conditio extiterit. §. 32. Lex Falcidia jubet, non plus quam dodrantem [5] totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans [6] integer apud heredem remaneat.

§. 33. Legatorum perperam solutorum repetitio non [7] est.

TIT. XXV.
DE FIDEICOMMISSIS [8].

§. 1. Fideicommissum est, quod non civilibus [9] verbis, sed precative relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. §. 2. Verba fideicommissorum in usu fere sunt hæc [10], *Fideicommitto, peto, volo dari*, & similia. §. 3. Etiam nutu [11] relinquere fideicommissum in usu receptum est. §. 4. Fideicommissum relinquere possunt, qui [12] testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestatus [13] quis moriturus, fideicommissum relinquere potest. §. 5. Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ [14] etiam per damnationem legari possunt. §. 6. Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest. §. 7. Latini Juniani [15] fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint. §. 8. Fideicommissum & ante [16] heredis institutionem, & post [17] mortem heredis, & codicillis, etiam [18] non confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit. §. 9. Item Græce [19] fideicommissum scriptum valet, licet legatum Græce scriptum non valeat.

§. 10. Filio qui in potestate est, servove heredibus institutis, seu si his legatum sit, patris vel domini fidei committi potest, quamvis [20] ab eo legari non [21] possit. §. 11. Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis, rogari potest, vel ut hereditatem totam, vel ex parte alii restituat, quamvis [22] ex directo heres institui ne quidem confirmatis codicillis possit.

§. 12. Fideicommissa non per formulam [23] petuntur, ut legata: sed cognitio est Romæ quidem Consulum, aut Prætoris, qui fideicommissarius [24] vocatur: in provinciis vero, Præsidum [25] provinciarum. §. 13. Pœnæ [26] causa certæ vel incertæ [27] personæ ne quidem fideicommissa dari possunt.

§. 14. Is qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus (puta) quam dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano [28] senatusconsulto restituit, ut ei & in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, lex Pegasiano senatusconsulto restituit, vel [29] deducta parte quarta, ipse qui scriptus est heres, hereditatem restituat, & in ipsum actiones conserventur, is autem qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur. §. 15. Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda & incommoda hereditatis communicantur [30]. Inter heredem, & eum cui reliquæ partes restitutæ sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis [31] & pro parte stipulationum. Partis [32] autem & pro parte stipulationes proprie dicuntur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter heredem & legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres. §. 16. Si heres damnosam [33] hereditatem dicat, cogetur a Prætore adire & restituere totam, ita ut ei & in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, perinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idque ut ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum [34] est. §. 17. Si quis in fraudem tacitam [35] fidem accommodaverit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere Senatus [36] censuit: nec caducum vindicare ex eo testamento, si [37] liberos habeat. §. 18. Libertas [38] dari potest per fideicommissum.

TIT. XXVI.
DE LEGITIMIS HEREDIBUS [39].

§. 1. Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent, primum [40] ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, cæterosque qui in liberorum loco sunt. Si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres & sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiæ: id enim cautum est lege XII. Tabularum: *Ac si intestatus* [41] *moritur, cui suus* [42] *extabit* [43] *heres, nec adgnatus proximus familiam* [44] *habeto.* §. 2. Si defunctus [45] sit filius ex [46] altero filio mortuo, jam nepos unus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet: non ut in capita dividatur, sed ut [47] in stirpes, id est, ut filius solus mediam partem habeat, & nepotes quotquot sunt alteram dimidiam. Æquum est enim nepotes patris sui loco succedere, & eam partem habere, quam pater eorum si viveret, habiturus esset. §. 3. Quamdiu suus heres speratur [48] heres fieri posse, tamdiu [49] locus agnatis non est: velut si uxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hostes sit. §. 4. Adgnatorum hereditates dividuntur in [50] capita, veluti si sit fratris filius, & alterius fratris duo [51] pluresve liberi: quotquot sunt ab utraque parte personæ, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant. §. 5. Si plures eodem gradu sunt agnati, & quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint, decesserint: eorum pars adcrescit [52] his qui adierint. Quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur: quoniam in legitimis [53] hereditatibus successio non [54] est.

§. 6. Ad fœminas ultra [55] consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororive legitima heres fit. §. 7. Ad liberos matris intestatæ hereditas ex lege XII. [56] Tabularum non [57] pertinebat: quia fœminæ suos heredes non habent. Sed postea Imperatorum Antonini [58] & Commodi oratione in Senatu recitata, id actum est, ut sive in manu [59] conventione, matrum legitimæ hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, & reliquis adgnatis. §. 8. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim [60] Tabularum non [61] pertinet: sed si jus liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex Senatusconsulto Tertulliano [62] si [63] tamen ei filio neque suus heres sit, quive [64] inter suos heredes ad bonorum possessionem a Prætore vocatur: neque pater ad quem lege hereditas, bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus. Quod si soror consanguinea sit, ad utrasque [65] pertinere jubetur hereditas.

TIT. XXVII.
DE LIBERTORUM [66] SUCCESSIONIBUS VEL BONIS.

§. 1. Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos [67] heredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni. §. 2. Si sit patronus, & alterius patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet. §. 3. Item patroni filius patroni nepotibus [68] obstat. §. 4. Ad liberos patronorum, hereditas defuncti pertinet, ut in capita [69], non in stirpes dividatur.

§. 5. Legitimæ hereditatis jus, quod ex lege duodecim Tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

TIT. XXVIII.
DE POSSESSIONIBUS [70] DANDIS.

§. 1. Bonorum possessio datur aut contra [71] tabulas testamenti, aut adversus [72] tabulas intestati. §. 2. Contra [73] tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis [74], testamento præteritis [75], licet legitima ad eos non pertineat hereditas. §. 3. Bonorum possessio contra tabulas liberis tam [76] naturalibus, quam adoptivis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen & illis, qui in adoptiva familia sunt. Adoptivis autem, his tantum, qui in potestate manserunt. §. 4. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cavere [77] patribus [78] suis qui in potestate manserunt, bona, quæ moriente patre habuerunt, se collaturos. §. 5. Secundum [79] tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolit. §. 6. Etiamsi jure civili non valeat testamentum, forte quod familiæ mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit, non [80] minus quam septem testium civium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

§. 7. Intestati datur bonorum possessio per septem gradus. Primo gradu liberis: Secundo legitimis heredibus: Tertio [81] proximis cognatis: Quarto familiæ [82]: Quinto patrono, patronæ, liberisve patroni, patronæve: Sexto viro, uxori: Septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. Si nemo sit ad quem bonorum possessio pertinere possit: aut si quidem, sed jus suum omiserit: populo bona deferuntur ex lege Julia caducaria [83]. §. 8. Liberis [84] bonorum possessio datur, tam his qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis: item adoptivis, non tamen etiam in adoptionem datis. §. 9. Proximi cognati [85] bonorum possessionem accipiunt, non solum per fœminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminuti. Nam licet legitimum jus agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent. §. 10. Bonorum

1 Nihil hodie interest, an contrariis verbis, an quibuscunque fiat. *Inst. d. loco.* 2 V. *tit. ff. quando dies legator.* 3 Legati conditionalis, post eventum conditionis: puri vel in diem antiquo jure, a morte testatoris: ex lege Papia, ab apertis tabulis dies cedit. Hodie jus vetus sequimur ex regula Catoniana, quæ ad novas leges, id est, Juliam & Papiam non pertinet. *l. ult. ff. de regul. Catoniana.* 4 *l. 42. ff. de hered. inst. l. 31. l. 104. ff. de condit. & demonst. l. ult. ff. de mortis causa donat.* 5 Vid. *l. 1. ff. ad l. Falcid.* 6 *d. l. 1.* 7 Imo est *l. 2. l. 3. ff. de cond. indeb.* Sed aut hæc negatio abundat, aut hic agitur de legato damnationis. *§. ult. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract.* aut certis personis soluto. *§. 25. in fin. Inst. de legat.*

8 *L. 6. C. 42.* 2. Cajus 7. & Paul. 4. *sent.* 1. adde 2. *Inst. 24. de singul. reb.* 9 *l. 7. in prin. ff. de vulg. & pup. subst.* 10 Adde Paul. 4. *sent.* 1. *§. 6. & §. ult. Inst. de singulis reb.* 11 *l. 21. ff. de legat. 3. l. 22. C. de fideicom.* Nutu quæ fieri possunt, dixi ad *l. 52. ff. de obligat. & action.* 12 Qui testari potest, fideicommittere potest, dixi ad *l. 2. ff. de legat.* 1. 13 Paul. 4. *sent.* 1. §. 4. dixi *d. §. 10. Inst. de fideic. hered.* 14 24. §. 8. 9. *s. eodem.* 15 De quibus, v. *tit.* 3. *s. eod.* 16 Quod olim non fuit in legato *tit.* 24. §. 15. *s. eod.* 17 Quod olim non fuit in legatis *tit.* 24. §. 8. *s. eod.* 18 2. Gajus 7 §. 9. Paul. 4. *sent.* 1. §. 10. 19 Dixi ad *l. 11. ff. de legat.* 3. 20 Et in eo differt fideicommissum a legato. 21 *tit.* 24. §. 24. 22 Codicillis etiam confirmatis heres institui non potest: quamvis iisdem confirmatis restituendi jussio comprehendi utiliter possit. 23 Id est, actionem, vid. *tit.* 19. §. 16. *s. eod.* 24 De prætore fideicommissario, adde *l. 2. §. 32. ff. de orig. jur. l. 78. §. 6. ff. de leg. 3. l. 92. ff. de cond. & dem. l. 4. in fin. ff. quibus ad libert. l. 2. C. qui potior.* 25 Vid. *l. 5. in fin. C. de rebus cred. & jurejur.* 26 In eo fideicommissa olim etiam non differebant *tit.* 24. §. 17. *s. eod.* 27 In eo quoque olim conveniebant fideicommissa & legata. *tit.* 24. §. 18. *s. eod.* 28 Vid. *Inst. de fideic. her. & ad SC. Treb.* 29 Legendum est, *ut.* 30 Communicantur, inter &c. 31 *§. 6. Inst. de fideicom. her.* 32 Stipulationes partis & pro parte, *quid.* 33 Vel suspectam. *d. §. 6. vers. sed si recusatus scriptus heres.* 34 *d. vers. sed si.* 35 De qua dixi ad *l. 103. ff. de leg.* 1. 36 Senatusconsultum Plancianum intelligit, de quo vid. *l. 59. in fin. ff. ad l. Falc.* 37 Si ex liberis existat. ita legendum est, idque satis indicat titulus 18. *eod.* 38 Vid. *§. 2. Inst. de singul. reb. per fideicommiss. relict.* 39 Id est, de hereditate ab intestato 3. *Instit.* 1. 40 *§. 1. Inst. de hereditatibus ab intestato:* dixi ad *leges* 12. *Tabularum lib.* 2. 41 *l. 9. §. 2. ff. de liber. & posth.* 42 *l. 7. ff. de bonis damnatorum.* 43 Nec extabit heres adgnatus &c *ita legi oportet.* 44 *l. 195. in fin. ff. de verb. sign.* 45 Legendum est, *defuncti.* 46 *Et ex altero,* ita legi oportet. 47 *§. ult. in fin. Inst. de hered. ad intest.* dixi ad *leges* 12. *tabul. lib.* 2. 48 *lege 3. ff. si pars hered. l. 30. §. 1. ff. de adq. vel omitt. hered. l. 5. in fin. ff. unde legitimi.* 49 Venter, seu posthumus agnatos defuncti excludit. *l. 26. ff. de statu hom.* 50 Dixi ad *Novell.* 118. *c. 3. in fin.* 51 *d. c. 3.* adde *§. 4. Inst. de legit. adgnat.* 2. Cajus 8. *c.* 3. 52 *§. ult. Inst. de SC. Orphitiano.* dixi ad *l. 9. ff. de suis & legit. hered.* adde Paul. 4. *sent.* 8. *§. ult.* 53 Secus in hereditariis *l. 2. C. de successorio edicto.* 54 Jure Justiniani hodie in suis successio est. *§. 7. Inst. de legit. adgnat. success.* nam & in legitimis tutoribus est successio. *l. 3. §. 9. ff. de legit. tut.* 55 Idque jure civili & lege Voconia institutum. Paul. 4. *sent.* 8. §. 3. De lege Voconia, vide Cujac. *ad tit. Inst. de l. Falcid.* 56 Dixi in notis ad XII. *Tabul. l.* 2. 57 *Inst. de Senatusconsulto Tertyll. & in pr. de Senatusconsulto Orphitiano.* 58 Adde *l. 9. ff. ad SCt. Tertyll.* 59 Vide *tit.* 9. *s. eod.* 60 Dixi ad *leges* XII. *Tabul.* 61 *Inst. de Senatusconsulto Tert. in pr.* 62 Vid. *§. 2. Inst. de Senatusc. Tertyll.* 63 Quando mater succedat filio. 64 Ut emancipatus. 65 Vid. *l. 2. C. Th. de secund. nupt.*

66 *L. 3. Inst. 8.* 67 *Inst. de succes. libert. in pr.* 68 *l. 23. §. 1. ff. de bon. libert. in pr.* 69 Dixi ad *l. 23. in fin. ff. de bon. libert.*

70 *L. 3. Inst. 10. L. 37. ff.* 1. 71 Vid. *§. 2. J. eod.* 72 *§. 5. J. eod.* id est secundum. vide 20. §. 14. *s. eod.* 73 *§. 3. Inst. de bonor. possess. & L. 37. ff. 4. & L. 6. C.* 12. 74 Imo & suis, sive sint naturales, sive legitimi, sive posthumi. *§. 3. J.* 75 *d. §. 3.* 76 *l. 1. ff. de bonor. poss. contra tabul.* 77 *l. 1. §. 9. ff. de collat.* 78 Fratribus. 79 V. *tit. C. de bonor. posses. secund. tabulas. ff. si tabulæ testamenti extabunt:* adde *§. 3. vers. secunda. Inst. de bonor. possess. & L. 6. C. 12. de bonor. possess. secundum tabulas.* 80 *tit. 23. §. 6. s. eod. l. 2. C. de bonor. possess. secund. tabul.* 81 Tertio decem personis quas extraneo manumissori præferebat, vide *§. 3. Inst. de bonor. possess.* sed hæc successio hic omittitur. 82 *Tanquam ex familia:* *d. §. 3.* vel ut ibidem legit Cujacius, *tum quem ex familia.* 83 De qua in *l. 96. §. 1. ff. de legat. 1. l. 4. §. 17. ff. de fideic. libertat.* 84 V. *tit. ff. unde liberi.* 85 V. *tit.* 11. *unde cognati.*

norum possessio datur parentibus & liberis intra [1] annum, ex quo petere potuerunt: cæteris intra centum [2] dies. §. 11. Qui omnes intra id tempus si [3] non petierint, ad bonorum possessionem sequens gradus admittitur: perinde ac si superiores non essent. idque per septem gradus fit. §. 12. Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio Prætoris. Ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est: in quibus heredes esse finguntur.

§. 13. Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re [4], si is qui accepit, cum effectu bona retineat: sine re, quum alius jure civili evincere hereditatem possit: velut si suus heres intestato sit [5]. Bonorum possessio sine re est, quum suus heres evincere hereditatem jure legitimo possit.

TIT. XXIX.
DE BONIS [6] LIBERTORUM.

§. 1. CIvis [7] Romani liberti hereditatem lex duodecim Tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ideoque sive testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, & suus heres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor puta quæ in manu fuit, vel adoptivus filius: lex patrono nihil præstat. Sed ex edicto Prætoris si testamento facto libertus moriatur, aut [8] ut nihil, aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat: contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, sive intestato decedat, & uxorem forte in manum, vel adoptivum filium relinquat, æque partis mediæ bonorum possessio contra suos heredes patrono datur. §. 2. In bonis libertæ patrono nihil juris ex edicto datur. Itaque si intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet. §. 3. Licet [9] liberi sint libertæ, quoniam non sunt sui heredes matri, obstat [10] patrono lex Papia Poppea. Postea libertas quatuor liberorum jure tutela patronorum liberavit, & cum intulerit, jam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit ut pro numero liberorum libertæ superstitum virilis pars patrono debeatur. §. 4. Liberi patroni virilis sexus, eadem jura in bonis libertorum parentum suorum habent, quæ & ipse patronus. Fœminæ vero, ex lege quidem XII. Tabularum perinde jus habent, atque masculi patronorum liberi. §. 5. Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturalis [11] bonorum possessio eis non competit. Sed si jus trium liberorum habuerunt, etiam hæc jura ex lege Papia Poppea nanciscuntur. §. 6. Patronæ ex bonis libertorum illud jus tantum habent, quod lex XII. Tabularum introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ [12] libertinæ tribus, id juris dedit quod patronus habet ex edicto. §. 7. Item liberis ingenuæ trium liberorum jure honoratæ eadem lex id jus dedit, quod ipsi patrono [13] tribuit.

1 §. 4. *Inst. de bonor. possess.* *l.* 1. §. 12. *ff. de successor. edicto.* *l.* 2. *C. qui admitti ad bonor.* 2 *l.* 3. *ff. unde cognati:* *l.* 1. §. 9. *ff. de successor. edicto.* 3 §. 5. *Instit. de bonor. possessor.* 4 *Alias dixi de ea re.* 5 Sit, bonorum &c.

6 V. L. 3. *Inst.* 8. 7 In Latino secus. §. 4. *Inst. de success. libertor.* 8 Et aut nihil &c. 9 Nam licet. 10 Nec obstat. 11 Naturales. 12 Oneratæ §. 3. *Inst. de Senatusconsulto Tertyll.* Theophilus dicit κικοσμένη. 13 Patronæ.

JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
AD FILIUM,
LIBRI V.
LIBER PRIMUS.

TIT. I.
DE PACTIS ET CONVENTIONIBUS [1].

§. 1. DE his rebus pacisci possumus, de quibus transigere [2] licet: Ex his enim pacti obligatio [3] solummodo nascitur. §. 2. Omne pactum posteriore pacto dissolvitur [4], licet pariat exceptionem. §. 3. Pacto convento Aquiliana stipulatio subjici solet [5], sed consultius est huic pœnam quoque subjungere: quia rescisso quoquo modo pacto, pœna ex stipulatu repeti potest.

§. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci [6] possumus.

§. 5. De rebus litigiosis & convenire & transigere possumus. Post rem judicatam pactum nisi donationis causa interponatur [7], servari non oportet.

TIT. II.
DE COGNITORIBUS [8].

§. 1. OMnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus [9] adversariis. §. 2. Fœminæ in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur [10]. §. 3. In rem suam cognitor, procuratorve ille fieri potest, qui pro omnibus postulat. §. 4. Actio judicati non solum in dominum, aut domino, sed etiam heredi, & in heredem datur [11].

TIT. III.
DE PROCURATORIBUS.

§. 1. MAndari potest procuratio præsentibus, & nudis verbis [12] & per literas, & per nuntium, & apud acta præsidis & magistratus. §. 2. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur [13].

TIT. IV.
DE NEGOTIIS GESTIS.

§. 1. QUi negotia aliena gerit & bonam fidem, & exactam diligentiam [14] rebus ejus, pro quo intervenit, præstare debet. §. 2. Tutor post finitam tutelam si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupillo, vel curatori ejus tenebitur [15].

§. 3. Si pecuniæ quis negotium gerat usuras quoque totius temporis [16] præstare cogitur, & periculum eorum nominum, quibus collocavit, agnoscere, si litis tempore solvendo non sint. Hoc enim in bonæ fidei judiciis servari convenit.

§. 4. Mater, quæ filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum [17], & ipsis, & eorum tutoribus tenebitur. §. 5. Filiusfamilias aut servus, si negotium alicujus gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur [18]. §. 6. Si pater vel dominus filiofamilias, vel servo aliena negotia agenda commiserit, in solidum tenebitur. §. 7. Pater si emancipati filii res sine ulla exceptione [19] a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. §. 8. Qui cum tutor, curatorve non esset, si pro tutore, curatoreve res pupilli, adultive administraverit, actione negotiorum gestorum [20] pro tutore, curatoreve tenebitur.

TIT. V.
DE CALUMNIATORIBUS.

§. 1. CAlumniosus est, qui sciens, prudensque per fraudem negotium alicui comparat. §. 2. Et in privatis, & in publicis judiciis omnes calumniosi extra ordinem [21] pro qualitate admissi plectuntur.

TIT. VI.
DE REIS INSTITUTIS [22].

§. 1. DE his criminibus, quibus quis absolutus est, ab eo qui accusavit, refricari accusatio non potest [23]. §. 2. Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est [24]. §. 3. Crimen, in quo alius destitit, vel victus recessit, alius objicere non prohibetur.

1 In quibusdam veteribus legitur, *De pactis & conventis*, vid. Cujac. *Observ. l.* 2. *c.* 15. Dicimus etiam pacta & condicta, pactum & conditionem, item pactum & consensum, *l.* 2. *C. quand. lic. ab empt. disc.* 2 Est sensus, ut qua de re licet transigere, liceat & pacisci. contra. *l.* 18. *C. de transact.* *l.* 10. *C. ad l. Jul. de adult.* scil. de re litigiosa: nam rei non litigiosæ pacti quidem verbum convenit, transactionis non item. 3 Naturalis videlicet, quæ exceptionem parit. 4 Non ipso jure, sed per replicationem. *l.* 27. §. 2. *ff. de pactis.* 5 Hic enim actio tollitur. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 15. *C. de transact.* Consultius est etiam addere pœnalem stipulationem. *l.* 40. *l.* 41. *C. de transact.* *l.* 16. *ff. eod.* *l.* 15. *ff. eod.* 6 *l.* 6. *C. de pact.* *l.* 7. §. *ait prætor. ff. de pactis.* *l.* 52. §. 2. *ff. de pact.* *l.* 95. §. 4. *ff. de solut.* 7 Decidendi causa non possumus, nisi si lis adhuc subesse potest. *l.* 23. *ff. de condict. indeb.* *l.* 32. *C. de transact.*

8 Procurator agit absente, Cognitor præsente litigatore. *l. si lite. C. Th. de cogn. & procur.* maxime in causa status, pro defensore ejus, qui patitur controversiam, an sit ex civibus. Asconius *in* 3. *Ver.* Justiniani tempore sublati sunt cognitores: ideoque ab his locis, quos ex juris auctoribus sumpsit positum cognitoris nomen semper exemit, ut conjicere licet ex *l.* 38. §. 8. *ff. de pœn.* collata cum sententia Pauli *lib.* 5. *tit.* 25. 9 *l.* 7. *ff. de postul.* *l.* 8. §. 2. *ff. de procur.* 10 Pro certis personis nec postulare, nec cognitores fieri possunt, ac ne pro parentibus quidem sine decreto. *l.* 41. *ff. de procur.* 11 In procuratore, & defensore idem juris est. *l.* 28. *in fin. ff. de procurat.* quasi defensor, non verus defensor est. *l.* 40. §. *sed & si.* *l.* 61. *ff. eod.* proinde in eo huic sententiæ locus non est.

12 Non solennibus. §. 1. *Inst. de his per quos ag. poss.* 13 *l.* 1. §. 1. *ff. de procur.* 14 *l.* 20. *C. de neg. gest.* *l.* 24. *C. de usur.* Interdum dolum duntaxat. *l.* 3. §. *interdum. ff. de neg. gest.* Interdum etiam casum *l.* 11. *ff. eod.* 15 Quod ita procedit, si posterior actus tutelæ officio connexus non sit: alioquin tutelæ actio sufficit. Item si post pubertatem nullo tempore administrationem intermiserit: aliique in utraque actio necessaria est. *l.* 13. & 14. *ff. de tutel. & rat. distr.* 16 *l.* 24. *C. de usur.* ait, *totius temporis*, quod a Triboniano prætermissum est in *l.* 37. §. 1. *ff. de neg. gest.* 17 *l.* 24. *C. de usur.* *l.* 32. §. *ult. ff. de negot. gest.* 18 *l.* 14. *ff. de neg. gest.* 19 Id est, pure & præcise, quod a Triboniano prætermissum est in *l.* 37. §. *ultim. ff. de negot. gest.* 20 Actione pro tutela, diversa est ab actione negot. gestorum. *l.* 1. §. *si quis quasi. ff. de eo qui pro tut.* *l. penult. ff. de tut. & rat. distr.* eam tamen imitatur. *l.* 4. *C. qui dar. tut. vel cur. poss.*

21 *l.* 3. *ff. ad SC. Turp.* Ubi sic legitur, *& in privatis & in extraordinariis criminibus:* & ita prorsus existimo Paulum scripsisse. Nam in publicis judiciis calumnia jure ordinario vindicatur. *l.* 1. §. 1. *ff. ad SC. Turp.* *l.* 13. *ff. de testibus.* Hodie tamen omnia crimina extra ordinem puniuntur. *l.* 8. *ff. de pub. jud.* *l.* 7. §. *ult. ff. ad leg. Jul. rep.* *l. ultim. ff. ad l. Fab.*

22 *De reis destitutis*, legendum putaverim, id est, ab accusatore desertis. Sic destituta res in *l.* 4. *C. ad SC. Turp.* 23 *l.* 7. §. *iisdem. ff. de accus.* *l.* 1. *C. Theod. de calumniatorib.* 24 *l.* 7. §. *iisdem. ff. de accusat.* *l.* 3. *ff. de prævar.* *l.* 4. §. *ult. ff ad leg. Jul. de adult.*

TIT.

TIT. VII.

DE INTEGRI RESTITUTIONE.

§. 1. INtegri restitutio est redintegrandæ rei, vel causæ actio [1]. §. 2. Integri restitutionem prætor tribuit ex his causis, quæ per metum, dolum, & status permutationem [2], & justum errorem [3], & absentiam necessariam, & infirmitatem ætatis gesta esse dicuntur. §. 3. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda, ideoque causa cognita [4] decernitur. §. 4. Integri restitutio aut in rem competit, aut in personam [5]. In rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur. In personam aut quadrupli pœna intra annum, vel simpli post annum peti potest. §. 5. Si aliquis ut se de vi latrotum, vel hostium vel populi liberaret, aliquid mancipavit, vel promisit, ad metum non perninet [6]: mercedem enim depulsi metus tribuit. §. 6. Servus per metum mancipatus, quidquid adquisierit [7], vel stipulatus sit, ei adquirit, qui vim passus est. §. 7. Vis est major rei impetus [8], qui repelli non potest. §. 8. Qui quem domo inclusit, ut sibi rem manciparet, aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur [9]. §. 9. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet, vel venderet, vim intulisse videtur. §. 10. Qui in carcerem quem detrusit [10], ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.

TIT. VIII.

DE DOLO MALO.

§. 1. DOlus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur [11]. §. 2. Si qui dolum, aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi & dolo actione tenetur [12].

TIT. IX.

DE MINORIBUS XXV. ANNORUM.

§. 1. MInor xxv. annorum, si aliquod flagitium admiserit, quod ad publicam coërcitionem spectet, ob hoc in integrum restitui non potest [13]. §. 2. Qui minori mandavit, ut negotia sua agat, ex ejus persona in integrum restitui non potest [14], nisi minor sua sponte negotiis ejus intervenerit. §. 3. Si major effectus res, quas minor egit, facto [15], vel silentio [16] comprobavit, adversus hoc quoque in integrum restitui frustra desiderat. §. 4. Si minor minori heres existat, heres ex sua persona [17], non ex defuncti, in integrum restitui potest. §. 5. Minor se in his, quæ fidejussit, vel fide promisit, vel spopondit, vel mandavit in integrum restituendo, reum principalem non liberat [18]. §. 6. Qui sciens [19] prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur. §. 7. Minor adversus emptorem in integrum restitutus, pretio restituto, fundum recipere potest. Fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit [20]. §. 8. Minor adversus distractiones eorum pignorum, & fiduciarum, quas pater obligaverat, si non ita ut oportuit a creditore distractæ sint [21], restitui in integrum potest.

TIT. X.

DE PLUS PETENDO.

CAusa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate. Loco, si alibi: summa, si plus [22], quam damus, petimus: tempore, petendo ante tempus: qualitate, ejusdem speciei rem meliorem postulantes.

TIT. XI.

DE SATISDANDO.

§. 1. QUotiens hereditas petitur, satisdatio jure desideratur: & si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet [23]. In pari enim causa potior est possessor. §. 2. Usufructuarius de utendo usufructu satisdare debet, perinde se usurum, ac si ipse paterfamilias uteretur [24].

TIT. XII.

DE JUDICIIS OMNIBUS.

§. 1. HI qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur [25]. §. 2. Ex his, qui ancillam corruperit alienam, aliam reformare cogendus est [26]. §. 3. Qui falsum nesciens allegavit, falsi pœna non tenetur [27]. §. 4. In caput domini, patronive, nec servus, nec libertus interrogari potest [28]. §. 5. Prægnantes neque torqueri, neque damnari, nisi post editum partum possunt [29]. §. 6. Qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur [30]. §. 7. Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit [31].

TIT. XIII.

DE JUDICATO.

§. 1. QUi exhibiturum se aliquem judicio caverit, mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur [32]. §. 2. Filiusfamilias jussu patris manumittere potest [33], matris non potest [34]. §. 3. Is, qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit, extra ordinem [35] punietur. §. 4. Si id, quod emptum est, neque tradatur, neque mancipetur, venditor cogi potest, ut tradat, aut mancipet [36]. §. 5. Deteriorem servum facit, qui fugam suaserit, qui furtum, & qui mores [37] corpusve corruperit. §. 6. Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, pœna legis Aquiliæ [38] tenetur. §. 7. In petitione hereditatis ea veniunt, quæ defunctus mortis tempore reliquit, vel ea, quæ post mortem, ante aditam hereditatem [39] ex ea adquisita sunt. §. 8. Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit [40], cum usuris præstare cogendus est. §. 9. Rerum ex hereditate alienatarum æstimatio in arbitrio petitoris [41] consistit. §. 10. Petitio hereditatis, cujus defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur [42].

TIT. XIV.

DE VIA PUBLICA.

QUi viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus solus compellitur [43].

TIT. XV.

SI QUADRUPES DAMNUM INTULERIT.

§. 1. SI quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta [44] sit, in dominum actio datur, ut aut damni æstimationem subeat [45] aut quadrupedem dedat, quod etiam lege Pesulania [46] de cane cavetur. §. 2. Feram bestiam in ea parte, qua populi iter est, colligari prætor prohibet. Et ideo sive ab ipsa, sive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admissi extra ordinem [47] actio in dominum, vel custodem datur: maxime si ex eo homo perierit, vel fuerit læsus.

§. 3. Ei, qui irritatu suo feram bestiam, vel quamcumque aliam quadrupedem in se proritaverit [48], eoque damnum dederit, neque in ejus dominum, neque in custodem actio datur.

TIT. XVI.

DE FINIUM REGUNDORUM.

IN eum, qui per vim terminos dejecerit, vel amoverit, extra ordinem animadvertitur [49].

TIT. XVII.

DE SERVITUTIBUS.

§. 1. VIam, iter, actum, aquæductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur. Nec enim ea usucapi possunt, quæ non utendo amittuntur [50]. §. 2. Servitus hauriendæ, vel deducendæ aquæ biennio omissa intercidit [51], & biennio usurpata recipitur.

TIT. XVIII.

DE FAMILIÆ ERCISCUNDÆ.

ARbiter familiæ erciscundæ plus, quam semel dari non potest: & ideo de his, quæ divisa eo judicio non sunt, communi dividundo [52] arbiter postulatus partietur.

TIT. XIX.

QUEMADMODUM ACTIONES PER INFICIATIONEM DUPLENTUR.

§. 1. QUædam actiones, si a reo inficientur, duplantur [53], velut judicati depensi [54], legati per damnationem relicti, damni injuria legis Aquiliæ, item de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est. §. 2. Ex his causis, quæ inficiatione duplantur, pacto decidi non potest [55].

1 *l. 2. C. in quib. caus. in integr. rest. necessar. non est.* 2 *l. 2. ff. de in integrum restit.* videlicet, si minima fuerit capitis minutio. *l. 2. ff. eodem.* 3 Exemplum est in §. 33. *Inst. de actionibus.* 4 Præsente adversario. *l. 33. ff. de in integr. rest. l. 6. C. de in integ. restit. l. ult. C. si sæp. in int. rest. post.* 5 *l. 9. §. volenti. §. licet tamen. l. 21. §. ult. ff. quod met. caus. gest. er. l. 3. C. eod. tit. l. 13. §. interdum. ff. de minor.* 6 *l. 9. §. sed licet. ff. quod met. caus. gest. erit.* 7 In hac actione partus veniunt, fœtus, fructus, omnis causa. *l. 12. ff. quod met. caus. gest. erit.* 8 Malim, *Majoris rei impetus*, ut in *l. 2. ff. quod met. caus. gest. er.* 9 *l. 5. ff. de vi publ. l. ultim. §. si fænerator. ff. quod met. caus. gest. erit.* 10 *l. 5. ff. de vi publ. l. pen. ff. quod met. caus. gest. er.*

11 *l. 1. ff. de dol. mal.* 12 Dominus in quantum ad eum pervenit, procurator in solidum. *l. 15. §. pen. ff. de dol. l. 14. §. Pedius. ff. quod met. caus. gest. erit.*

13 *l. 37. ff. in delictis. ff. de minor.* In aliis omni modo denegatur. *l. 1. C. si adv. delict. l. 9. §. 2. ff. de minor.* 14 *l. 4. & l. 23. ff. de minor. l. 24. ff. eod. tit.* cujus initium est ex lib. 1. *sentent.* reliqua sunt ex Pauli *lib. 11. ad edictum.* 15 *l. 3. §. 1. ff. de minor.* 16 Silentium exigimus quatuor annorum: vel si quid alienatum obligatumve sit sine decreto, quinque: vel si quid donatum sit, decem inter præsentes, & 20. inter absentes: Accurs. *d. §. 1.* 17 *l. 19. ff. de minor. l. 5. §. 1. C. de temp. in integ. restit.* 18 *l. 48. ff. de minor.* 19 *l. 13. ff. de minor. l. 7. §. ult. ff. de except.* Aliud dicendum est, si ignorans eum minorem esse fidejusserit, *arg. l. 48. ff. de fidejuss.* Item si dolo creditoris minor deceptus fuerit. *l. 2. C. de fidejuss. minor.* 20 Si fundum repetat eum fructibus, necesse est pretium ab eo reddi cum usuris, ex quibus locupletior est, omissa compensatione. *l. 24. §. 4. l. 27. §. prædium. §. item ex diverso. l. 47. in fin. ff. de minor. l. 32. §. 4. ff. de administ. tut.* 21 Neque adversatur *l. 2. C. adv. vend. pign.* vid. *l. 1. C. si adv. vend. pign.*

22 *§. 33. vers. plus. & vers. huic autem. Inst. de actionib.*

23 *l. 6. §. ult. ff. de Carb. edict. l. 14. eod. tit.* hæc est, quæ solita cautio dicitur in *l. 5. ff. de hered. petit.* de qua & in *l. 15. §. ult. ff. de quæstionib.* 24 *l. 1. ff. usufruct. quem. cav. l. 4. C. de usufr. l. 13. §. 1. ff. de usufr.*

25 *l. 4. C. ad l. Corn. de fals.* 26 *l. 6. ff. ad leg. Jul. de adult. Ex his*, id est, præter eos, de quibus supra dictum est. Sed malim legere, *Is qui.* 27 *l. 20. C. ad leg. Cornel. de fals.* 28 *l. 12. l. 8. C. de testibus.* 29 *l. 18. ff. de stat. hom. l. 3. ff. de pœn.* Quint. *in declam.* 277. Ælianus *lib. 5. var. histor. lib. de sera num. vind.* Diodorus 2. *cap.* 3.

30 *l. 5. C. si con. jus vel util. publ.* 31 *l. 16. ff. de quæst.*

32 *l. 4. ff. qui satisd. cog.* sit hæc cautio apud officium vel apud acta *l. 17. ff. de in jus voc.* 33 *l. 22. ff. de manumiss.* 34 Hæc personarum differentia tollitur a Justiniano in *l. 1. §. ult. C. comm. de manum.* 35 Vel jure ordinario. *l. 7. ff. de jurisdict.* vel pœna falsi. *l. pen. ff. ad leg. Corn. de fals.* 36 Duo sunt modi transferendi dominii: traditio est juris gentium, mancipatio juris civilis. 37 *l. 1. §. ult. ff. de ser. cor.* 38 *l. 25. ff. de injur.* Neque erit deneganda servi quoque corrupti actio. *l. 6. ff. ad leg. Jul. de adult.* si maturam, lege Aquilia non tenetur: injuriarum tenetur, ut in *tit. prox.* 39 Quæ post aditam hereditatem, non veniunt. *l. 19. §. 1. l. 16. §. 3. l. 36. §. 2. ff. de petit. her.* accessiones veniunt, etiam si post aditam hereditatem accesserint. *l. 20. §. 11. ff. eod. tit.* 40 *l. 20. §. 11. ff. de petit. hered.* Scriptum fuerat, *præsentia earum rerum*, emendavi, *pretia earum rerum.* 41 Quanti in litem petitor juraverit. *l. 20. §. ult. ff. de petit. hered.* 42 Idemque in petitione hereditatis de inofficioso responsum est in *l. 6. §. ult. ff. de inoff. testam.*

43 *l. ult. ff. de via publ. & itin. publ. refic.*

44 *l. 14. §. ult. ff. de præscript. verb.* Nec enim sufficiebat de pauperie actio; quia pastus pecoris pauperies, aut damnum non est. 45 His actionibus continentur pecudes non bestiæ. *l. 1. §. in bestiis. ff. si quadr. paup. fec. dic.* non canes. *l. 2. ff. ad leg. Aquil.* 46 In libro Lutetiæ edito legitur *Pesolonia.* *Solonia*, Plutarchus scribit in Solone. 47 In qua nec edicti ædilitii, nec 12. tabular. ordo servatur. 48 Si alius læsus sit, Aquilia, vel in factum is qui irritavit, tenebitur. *l. 11. §. 5. ff. ad l. Aquil.*

49 *l. 1. C. de accusat.*

50 Fusius exposuimus in *l. 4. & l. 44. ff. de usurp. & usuc.* 51 Quod uti accipiendum sit, ostendimus in *l. 4. ff. de usurp. & usuc.* Pro biennio, hodie decennium habemus & vicennium.

52 *l. 20. §. 4. ff. fam. ercisc.*

53 *l. 23. §. 10. ff. ad leg. Aquil. l. 20. §. cum prædiximus. ff. de pet. hered. §. ultim. Inst. de oblig. quæ quas. ex cont. §. ex maleficiis 18. Inst. de act.* 54 Forsitan legendum est, *judicati, depositi:* nam & actio depositi interdum inficiando crescit. *§. sed furti. 26. Inst. de act.* 55 Nam aut fatetur reus, aut inficiatur: si fatetur, pro judicato habetur, & ideo transige-

TIT.

TIT. XX.
DE FIDEJUSSORE, ET SPONSORE.

INter fidejussores ex edicto prætoris, si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividitur [1].

TIT. XXI.
DE SEPULCHRIS ET LUGENDIS.

§. 1. OB incursum fluminis, vel metum [2], corpus jam perpetuæ sepulturæ traditum, solemnibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest. §. 2. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis [3]: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. §. 3. Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, & alba veste [4]. §. 4. Quidquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco [5] deducitur.

§. 5. Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus ejus aliquid impenderit, recipere id ab herede, vel a patre vel a domino [6] potest.

re non potest: si inficiatur, ac postea decidere velit, pro inficiatore convicto habetur, & inficiationis pœnam sustinet.

1 Quod in Pandectis sub *titul. de fidejuss.* multis in locis demonstratur. Traxit hoc quoque postea Justinianus ad reos constitutæ pecuniæ. *l. ult. C. de constit. pec.*

2 Vel ob aliam justam & necessariam causam, *l. 1. C. de relig. & sump. fun.* noctu efferri corpora Demetrio placuit, ad sumptus minuendos. M. Tull. 2. *de leg.*

3 *l. 12. C. de relig. & sump. fun. l. 6. C. Theod. de sepulchr. viol.*

4 Sed uxoribus hic tristior habitus quandoque ex SC. remittitur, in *l. 15. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

5 *l. pen. ff. de relig. & sum. fun.*

6 *l. 14. §. ult. l. 21. l. 32. ff. de rel. & sump. fun.*

JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER SECUNDUS.

TIT. I.
DE REBUS CREDITIS ET JUREJURANDO.

§. 1. IN pecuniariis causis si alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, audiendus est. Hoc enim & compendio litium, & æquitatis ratione provisum est. §. 2. Deferre jusjurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia [1] jusjurandum reo competit.

§. 3. Si reus cum jurare velit, actor illi necessitatem jurisjurandi remisit [2], & hoc liquido appareat, actio in eum non datur. §. 4. Heredi ejus, cum quo contractum est, jusjurandum deferri non potest: quoniam contractum ignorare potest [3]. §. 5. Si qui debitum quocumque modo confessus docetur, ex ea re creditori actio non datur, sed ad solutionem [4] compellitur.

TIT. II.
DE PECUNIA CONSTITUTA.

SI id, quod mihi Lucius debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniæ constitutæ [5].

TIT. III.
DE CONTRACTIBUS.

STipulatio est verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondit, velut, *spondes*, *spondeo*, *dabis*, *dabo*, *promittis*, *promitto*, *fidei tuæ erit*, *fidei meæ erit* [6]. Et tam pure, quam sub conditione [7] concipi potest.

TIT. IV.
DE COMMODATO, ET DEPOSITO PIGNORE FIDUCIAVE.

§. 1. QUidquid in rem commodatam ob morbum vel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest [8]. §. 2. Si facto incendio ruina, naufragio, aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est: nisi forte cum posset rem commodatam salvam facere [9], suam prætulit. §. 3. Servus vel equus si a latronibus, vel in bello, in aliam causam commodati [10] occisi sunt, actio commodati datur: custodia enim & diligentia rei commodatæ præstanda est. §. 4. Si rem æstimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferres, eaque perierit, siquidem ego te rogavi, meo periculo perit: si tu de vendenda promisisti, tuo periculo [11] perit.

TIT. V.
DE PIGNORIBUS.

§. 1. CReditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat [12], ne a se distrahatur. §. 2. Fœtus, vel partus ejus rei, quæ pignori data est, pignoris jure non tenetur [13], nisi hoc inter contrahentes convenerit. §. 3. Compensatio debiti ex pari specie, & causa dispari admittitur: velut si pecuniam tibi debeam, & tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum, aut cetera hujusmodi, licet ex diverso contractu, compensare, vel deducere debes. Si totum petas [14], plus petendo causa cadis.

TIT. VI.
DE EXERCITORIBUS.

FIliusfamilias si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum [15] ob ea quæ salva receperit, obligat.

TIT. VII.
AD LEGEM RHODIAM [16].

§. 1. SI levandæ navis gratia jactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est [17]. §. 2. Jactu navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, ejus quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave [18] jactavit.

§. 3. Nave, vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus [19] navis salva sit.

§. 4. Levandæ navis gratia merces in scapham transjectas, atque ideo amissas, intributione earum, quæ in navi salvæ sunt, refici convenit. Nave autem perdita, conservatæ cum mercibus scaphæ ratio [20] non habetur.

§. 5. Collatio intributionis [21] ob jactum salva nave fieri debet.

TIT. VIII.
DE INSTITORIBUS.

§. 1. SIcut commoda sentimus ex actu præpositi institoris, ita & incommoda sentire debemus. Et ideo qui servum, sive filium filiamve familias, sive ancillam præposuit negotiis, vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur [22]. §. 2. Si quis pecuniæ fœnerandæ, agro colendo, condendis [23] vendendisque frugibus præpositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur, nec interest servus, an liber sit. §. 3. Quod cum discipulis eorum, qui officinis, vel tabernis præsunt, contractum est, in magistros, vel institores [24] tabernæ in solidum actio datur.

TIT. IX.
DE IN REM VERSO.

SErvus, vel filiusfamilias, si acceptam pecuniam in rem patris, vel domini verterit hoc modo, agrum, puta, colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, de in rem verso in solidum dominum vel patrem obligat [25], si tamen ob hanc causam pecunia data sit.

TIT. X.
DE SC. MACEDONIANO.

QUi filiofam. contra interdictum amplissimi ordinis, pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris, ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere [26] non potest.

TIT. XI.
AD SC. VELLEJANUM.

§. 1. IN omni genere negotiorum, & obligationum, tam pro viris, quam pro fœminis intercedere [27] mulieres prohibentur. §. 2. Mulier, quæ pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium Senatusconsulti non pertinet [28].

TIT. XII.
DE DEPOSITO.

§. 1. SI sacculum, vel argentum [29] signatum deposuero, & is, penes quem depositum fuit, me invito, contrectaverit: & depositi, & furti actio mihi in eum competit. §. 2. In judicio depositi ex mora fructus veniunt, & usuræ rei depositæ [30] postulantur. §. 3. In causa depositi compensationi locus non est [31], sed res ipsa reddenda est.

1 *l. 34. §. qui jusjurandum, & l. si non fuerit ff. de jurejur. l. delata. C. de reb. cred. & jurejur.*

2 *l. 6. ff. de jurejur.*

3 Jurare enim scientem oportet, sciente animo suo. *l. 34. §. 1. & §. procurator. ff. de jurejur. l. 4. §. 1. ff. de in lit. jur. l. 11. §. 2. ff. rer. amot.*

4 Quæ ob id ipsum confessoria actio appellari poterit. *l. 23. §. ult. l. 25. §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. 4. ff. de confess.*

5 *l. 20. ff. de constit. pecun.*

6 *l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. oblig.*

7 Vel in diem, & inter præsentes, nec scripturam exigit. *l. 1. C. de usur.*

8 Aut jure pensationis, aut contrario judicio. *l. 18. §. 2. ff. commod.*

9 *l. 5. §. 4. ff. commod.*

10 *l. 1. §. is vero. ff. de oblig. & act. l. 5. §. 7. ff. commod.*

11 *l. 17. §. 1. ff. de præsc. verb. l. 1. ff. de æstim.*

12 *l. 73. ff. de fur. l. 4. ff. de pign. act.*

13 *l. 1. §. cum prædium. ff. de pignor.* Quod verum est in fructibus ab alio domino, quam debitore perceptis. Nam fructus, & fœtus, quorum dominium ad ipsum debitorem pervenit, proculdubio pignori tenentur. *l. 13. ff. de pign. l. 3. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.* Idemque est in partu. *l. 29. §. 1. ff. de pign.*

14 *l. 4. ff. de compens.*

15 *l. 1. §. 19. & §. 23. ff. de exerc. act. l. 3. §. Si filius. ff. Naut. caup.*

16 Non omnes hic leges nauticæ Rhodiorum explicantur, sed lex tantum ea, quæ est de jactu.

17 *l. 4. C. Theod. de naufr. l. 1. ff. de leg. Rhod. de jactu.*

18 *l. 4. §. sed si navis. ff. de leg. Rhod. de jactu.*

19 *l. 2. §. 1. l. 3. l. 5. ff. de leg. Rhod. de jactu.*

20 *l. 4. ff. de leg. Rhod. de jactu.*

21 Vid. *l. 27. ff. de verb. sign. l. 6. §. ult. ff. de muner. & honor. l. 22. § ult. ff. ad munic.*

22 *l. 11. §. 2. & seqq. ff. de institor. act.*

23 Pro, *Condendis*, malim legere, *Coëmendis*, ut in *l. 5. §. 1. ff. de instit. act.*

24 *l. 1. §. est autem. ff. de exerc. act.*

25 Per totum *tit. ff. de in rem vers.*

26 Ipso quidem jure est actio, sed opponenda est exceptio SC. ne sequatur condemnatio. *l. 11. ff. ad SC. Macedonianum.*

27 Ita tamen, ut si intercesserint, opus sit exceptione, duobus casibus exceptis. Unus est in *Novell.* 134. alter in *l. 23. §. ult. C. ad SC. Velleian.*

28 Pugnant, cum hac Pauli sententia. *l. 6. ad fin. C. ad SC. Velleian. l. 1. & ult. C. si mat. ind. prom.* nisi sic legamus, *Mulier, quæ tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit.* arg. *l. 2. C. si mat. indem. prom. d. l. 6.*

29 *l. 29. ff. depos.*

30 Quia depositi actio bonæ fidei est. *l. 1. §. hanc autem. l. 29. l. 25. in fin. ff. depos. l. 2. C. eod.*

31 *§. in bon. fid. Inst. de act.* id ante Justinianum obtinuisse hic locus indicat.

TIT.

TIT. XIII.
DE LEGE COMMISSORIA [1].

§. 1. Debitor distractis fiduciis a creditore, de superfluo adversus eum habet actionem [2]. §. 2. Quicquid creditor per fiduciarium servum quæsivit, sortem debiti minuit [3]. §. 3. Debitor creditori fiduciam [4] vendere non potest, sed aliis, si velit, vendere potest, ita ut ex pretio ejusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emptori præstet. §. 4. Si per suppositam personam creditor pignus suum invito debitore comparaverit, emptio non videtur, & ideo quandoque lui potest [5]. Ex hoc enim causa pignoris, vel fiduciæ finiri non potest. §. 5. Si inter creditorem & debitorem convenerit, ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor denunciare ei solemniter [6] potest, & distrahere. Nec enim ex tali conventione fiduciæ actio nasci potest. §. 6. Si creditor rem fiduciæ datam uni ex heredibus, vel extraneo legaverit, adversus omnes heredes [7] actio fiduciæ competit. §. 7. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quæ impendit, judicio fiduciæ [8] debitorem habebit obnoxium. §. 8. Novissimus creditor priorem oblata pecunia, quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. Sed & prior creditor secundum creditorem, si voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior [9] sit. §. 9. Servus si mutuam pecuniam servitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri [10] non potest.

TIT. XIV.
DE USURIS.

§. 1. Si pactum nudum de præstandis usuris interpositum sit, nullius est momenti [11]. Ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur [12]. §. 2. Usuræ supra centesimam solutæ sortem minuunt [13], & consumpta sorte repeti possunt. §. 3. Trajectitia pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuras [14] recipere potest. §. 4. Usuræ, quæ centesimam excedunt, per errorem solutæ repeti [15] possunt. §. 5. Si quis pignora debitoris citra auctoritatem judicantis abduxerit, violentiæ crimen [16] admittit. §. 6. Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habeat, quibus pecunia collocaretur: cujus rei contestatio apud Præsidem [17] provinciæ deponenda est.

TIT. XV.
DE MANDATIS.

§. 1. Ob subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam, & inanes rei actiones [18], integra adhuc causa, mandati negotio renunciari potest. §. 2. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, & si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum quod impensum est, sed & usuras [19] ejus consequi possum. §. 3. Certo pretio rem jussus distrahere, si minoris vendiderit, mandati judicio pretii summam poterit integrare: venditionem dissolvi non placuit [20].

TIT. XVI.
PRO SOCIO.

Sicut lucrum, ita & damnum [21] inter socios communicatur, nisi quid culpa socii, vel fraude eversum sit.

TIT. XVII.
EX EMPTO ET VENDITO.

§. 1. Venditor, si ejus rei, quam vendidit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritate [22] manebit obnoxius. Aliter enim non potest obligari. §. 2. Si res simpliciter traditæ evincantur, tanto venditor emptori condemnandus est, quanto [23] si stipulatione pro evictione cavisset. §. 3. Res empta mancipatione & traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur. §. 4. Distracto fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo [24] ejus, quod mentitus est, officio judicis æstimatione facta convenitur. §. 5. Redhibitio vitiosi mancipii intra sex menses [25] fieri potest, propter latens vitium. §. 6. Si ut servum quis pluris venderet, de artificio ejus, vel peculio mentitus est, actione ex empto conventus quanto minoris [26] valuisset, emptori præstare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere [27]. §. 7. Ex die emptionis, si pars pretii numerata sit, & fructus, & operæ servorum, & fœtus pecorum, & ancillarum partus ad emptorem [28] pertinet. §. 8. Fundum alienum mihi vendidisti, postea idem ex causa lucrativa meus factus est, competet mihi adversus te ad pretium recuperandum [29] actio ex empto. §. 9. Post rem traditam, nisi emptor pretium statim exolvat, usuras [30] ejus præstare cogendus est. §. 10. Mutus emere & vendere potest, furiosus autem neque emere [31], neque vendere potest. §. 11. Servus bona fide [32] comparatus, si ex veteri vitio [33] fugerit, non tantum pretium dominus, sed & ea, quæ per fugam abstulit, reddere cogetur. §. 12. Cum probatio prioris fugæ deficit [34], servi responsioni credendum est [35]. In se enim interrogari non pro domino, aut in dominum videtur [36]. §. 13. In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum oblatio sine causa desideratur [37], si quo modo veritas de fide contractus possit ostendi. §. 14. Fundus ejus esse videtur, cujus nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est [38]: si tamen fundus comparatori sit traditus. §. 15. Electo reo principali, fidejussor, vel heres ejus liberatur. Non idem in mandatoribus [39] observatur.

TIT. XVIII.
DE LOCATO ET CONDUCTO.

§. 1. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, & pejorare eum, & meliorem facere potest, atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locat [40]. §. 2. Fundi deterioris facti, & cultura non exercitati, & ædificiorum non refectorum culpa, arbitrio judicis [41] domino a conductore farciri potest.

TIT. XIX.
DE NUPTIIS.

§. 1. Sponsalia tam inter puberes, quam inter impuberes [42] contrahi possunt. §. 2. Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus [43] matrimonia jure non contrahuntur: sed contracta non solvuntur [44]: Contemplatio enim publicæ utilitatis [45] privatorum commodis præfertur. §. 3. Inter servos & liberos matrimonium contrahi non potest, contubernium [46] potest. §. 4. Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed contractum matrimonium furore non tollitur [47]. §. 5. Vir absens uxorem ducere potest, fœmina absens [48] nubere non potest. §. 6. Libertum, qui nuptias patronæ, vel uxoris, filiæve patroni affectaverit, pro dignitate personæ [49] metalli pœna, vel operis publici coërceri placuit.

TIT. XX.
DE CONCUBINIS.

Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest [50]. Concubina igitur ab uxore solo delicto [51] separatur.

TIT. XXI.
DE DOTIBUS.

§. 1. Dos [52] aut antecedit, aut sequitur matrimonium: & ideo vel ante nuptias, vel post nuptias dari potest. Sed ante nuptias data earum expectat adventum. §. 2. Lege Julia de adulteriis [53] cavetur, ne dotale prædium maritus invita uxore alienet.

TIT. XXII.
DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti, lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni [54] ejus, quo factum est divortium. §. 2. Omnibus pactis stipulatio subjici [55] debet, ut ex stipulatu actio nasci possit.

TIT. XXIII.
DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. Mortis causa donatio est, quæ impendente metu mortis [56] fit, ut valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli. §. 2. Manumissionis gratia [57] inter virum & uxorem donatio favore libertatis recepta est, vel certe quod nemo ex hoc fiat locupletior: ideoque servum manumittendi causa invicem sibi donare non prohibentur. §. 3. Inter virum & uxorem nec per interpositam personam [58] donatio fieri potest. §. 4. Inter virum & uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio [59] contrahi non potest. §. 5. Si inter virum & uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatum est, ad eum res redit [60], qui donaverat. §. 6. Quocunque tempore contemplatione mortis inter virum & uxorem donatio facta est, morte secuta convalescit [61].

TIT. XXIV.
DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

§. 1. Si serva conceperit, & postea manumissa [62] pepererit, liberum parit. §. 2. Si libera conceperit, & ancilla facta pepererit, liberum parit. Id enim favor libertatis exposcit. §. 3. Si ancilla conceperit, & medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum pa-

1 De fiducia, qua pignus, creditori mancipatur, aut creditur, ea lege, ut soluta ad diem pecunia remancipetur, non soluta, creditori pleno jure committatur, nihil in Pandectis relatum est a Justiniano, quoniam sublatæ erant fiduciæ constitutione Constantini. *l. ultim. C. de pact. pign.* 2 Ut si minoris pignus vendiderit, residui petitio creditori superest. *l. 28. ff. de reb. cred.* ita si pluris vendiderit, superflui petitio debitori datur. *l. 24. §. 2. ff. de pign. act.* 3 *l. 1. C. de pign. act.* 4 Pignus creditor vendere potest. *l. 12. ff. de distr. pign.* fiduciam non potest.
5 *l. 10. C. de distr. pign.* Ex diverso, non videtur debitor pignus distraxisse permissu creditoris, si id possideat. *l. 8. §. 7. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* 6 Denunciatione trina. *l. 4. ff. de pign. act.* 7 *l. 10. C. de pign. actionib.* 8 Duplex est actio fiduciæ, directa, & contraria. Idem in pigneratitia. *l. 8. l. 25. ff. de pign. act. l. 7. C. eod.*
9 *l. 1. l. 5. C. qui pot. in pignor. hab. l. 22. C. de pign. l. 11. §. ultim. ff. qui pot. in pign. hab.*
10 *l. 4. ff. de obl. & act. l. 2. C. an ser. ex suo facto post man. ten.*
11 *l. 3. C. de usuris. l. 24. ff. de præscr. verb.* 12 *l. 27. C. de locat.*
13 Si sortem expleverint, repetentur quasi indebitæ. *l. 26. §. 1. ff. de cond. indeb.*
14 Hodie est centesima. *l. 4. ff. de naut. fœn.* sed id Tribonianum ex Justiniani constitutione addidisse puto. 15 *l. 26. ff. de cond. ind.* 16 *l. ultim. ff. ad leg. Jul. de vi priv. l. 5. C. eod.* 17 *l. 7. §. ultim. & l. 13. §. 1. l. 15. ff. de adm. tut. l. 3. C. de usur. pup.*
18 *l. 24. ff. mand. §. 11. Inst. de mand.* 19 *l. 12. §. 9. ff. mand.* 20 *l. 5. §. 1. & §. 4. ff. mand.*
21 *l. 52. §. 4. ff. pro soc.*
22 *l. 13. §. 8. ff. de act. empt.* 23 *l. 11. §. Cassius. 14. ff. de act. empt. l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict.* 24 In libris Justiniani non invenitur scriptum, nisi simpliciter ex empto actionem esse. *l. 2. ff. de act. empt.* 25 *l. 19. §. ultim. l. 55. ff. de ædil. edict.*
26 *l. 13. §. 4. ff. de act. empt.* 27 *l. 43. §. 6. ff. de ædil. edict.*
28 *l. 13. l. pen. C. de act. empt. l. 13. §. 10. & §. 18. ff. eod.* Sed Paul. hic exigit, ut saltem pretii pars numerata sit: & tunc puto non nisi pro ea parte fructus ad emptorem pertinere, argum. *l. ultim. §. ultim. ff. de fund. dot.* 29 Sed neque committitur stipulatio duplæ. *l. 13. §. 15. ff. de act. empt. l. 41. §. 1. ff. de evict.* 30 *l. 13. §. 19. ff. de act. empt. l. 5. l. 13. C. eod.* 31 *l. 1. ff. locat. l. 1. §. ultim. ff. de contrah. empt.*
32 Idem Paulus respondit servum, veluti pro noxa, retineri. *l. 58. in princ. & §. 1. ff. de ædil. edict.* 33 Ex recenti venditor non tenetur. *l. 54. ff. de ædil. edict. d. l. 3. C. eod.*
34 Emptor probare debet servum ex veteri vitio fugisse. *l. 4. ff. de prob.* 35 *l. 58. §. ultim. ff. de ædil. edict. l. 7. ff. de probat.* 36 *l. 6. C. de quæst.* 37 *l. 10. C. de fid. instrum.* nisi ita convenerit. *l. 2. in fin. ff. de contrah. empt.* 38 *l. 1. C. si quis alteri, vel sibi sub alt. nom.* 39 Hodie neuter liberatur. Nam hæc inter fidejussorem & mandatorem differentia a Justiniano sublata est *l. ultim. C. de fidejuss. Novell. 4.*
40 *l. 3. ff. de usufr. leg.* Potest & filii operas pater locare, ut J. *lib. 5. tit. 1.*
41 *l. 25. §. 3. ff. locat.* 42 *l. 14. ff. de sponsal.* 43 *§. 1. Inst. de nupt.*
44 Quod *libro 3. Observ. cap. 5.* ut accipiendum sit, ostendimus. *Cujac.* 45 Id est, nuptiarum, ut in *l. in bello. §. medio. ff. de capt. & postlim.* 46 *l. 3. C. de incest. nupt.*
47 *l. 16. §. ult. ff. de ritu nupt.* 48 Domus viri, est domicilium matrimonii. *l. 5. ff. de ritu nupt. l. 6. C. de donat. an. nupt. l. 4. §. 1. ff. de usu & hab.* 49 *l. 3. C. de nupt. l. 66. ff. de ritu nupt.*
50 *l. 1. C. de concubin. l. ultim. in fin. ff. de divort.* 51 Puto legendum, *solo delecta*, ut sit idem, quod sola destinatione animi, in *l. penult. ff. de concub.*
52 Sub hoc titulo Paulum etiam tractasse de retentionibus, quæ ex dote fiunt Anianus scribit in *l. 2. C. Th. de dotibus.* 53 Cur hæc de adulteriis inscribatur, exposuimus in Notis ad *§. 2. Institut. tit. quibus alien. lic. vel non.*
54 *l. 78. §. divortio. ff. de jur. dot. l. 7. §. Papinianus. l. 11. l. 31. §. ult. ff. sol. matr. l. 1. §. sed & novissimi. C. de rei uxor. actione.* 55 Cujus rei exempla in Pandectis sunt infinita.
56 *§. 1. Inst. de donat.* 57 *l. 7. §. ultim. ff. de donat. inter virum & uxorem.*
58 *l. 3. §. non tantum autem. ff. de don. int. virum & uxor.* 59 Cum sit facta in fraudem juris. *l. 5. §. 5. ff. de donat. inter vir. & uxorem.* 60 *l. 8. ff. de reb. dubiis.* Non enim mors donatarii, sed mors donatoris hanc donationem confirmat. *l. 32. §. 14. ff. de donat. inter vir. & uxorem.* Excipienda est species *leg. 5. §. 11. ff. eod.* 61 *l. 11. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 40. ff. de donat. mort. caus.*
62 *l. 5. §. 2. ff. de stat. hom.*

rit,

rit. Media enim tempora [1] libertati prodesse, non nocere etiam possunt.

§. 4. Ex ea muliere natus, quæ ex causa fideicommissi manumitti debuit, si post moram libertati factam nascatur, ingenuus [2] nascitur. §. 5. Si mulier divortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet, vel patri ejus, ut ad ventrem inspiciendum, observandumque custodes mittant: quibus missis [3], partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere.

§. 6. Si prægnantem se esse mulier non denuntiaverit, vel custodes ventris missos non admiserit, liberum est patri vel avo natum non alere. Ceterum negligentia matris, quominus suus patri heres [4] sit, obesse non debet.

§. 7. Si mulier se ex viro prægnantem negat, permittitur marito ventrem inspicere [5], & ventri custodes dare. §. 8. Venter inspicitur per quinque obstetrices, & quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero [6] habetur.

§. 9. Obstetricem, quæ partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio [7] affici placuit.

TIT. XXV.
QUEMADMODUM FILII SUI JURIS EFFICIUNTUR.

§. 1. PAter ab hostibus captus desinit habere filios in potestate: postliminio vero reversus, tam filios, quam omnia [8] sui juris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit. §. 2. Singulæ emancipationes [9] vel iisdem, vel aliis testibus fieri possunt, vel eodem die, vel intermisso tempore. §. 3. Emancipatio etiam die feriato [10] fieri potest. §. 4. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem [11], emancipari, & manumitti potest. §. 5. Filiusfamilias emancipari invitus [12] non cogitur.

TIT. XXVI.
DE ADULTERIIS.

§. 1. INventam in adulterio uxorem, maritus ita demum occidere [13] potest, si adulterium domi suæ [14] deprehendat. §. 2. Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii [15] postulari placuit. §. 3. In causa adulterii dilatio [16] postulata impartiri [17] non potest.

TIT. XXVII.
DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM.

§. 1. INimicitiæ capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excusant [18], ne paterno inimico pupilli committantur. §. 2. Ad curam ejus, cujus quis tutelam administravit, invitus [19] vocari non potest.

TIT. XXVIII.
DE POTIORIBUS NOMINANDIS.

§. 1. NOn recte potiorem videtur nominare, qui causam nominati potioris [20] non expresserit. §. 2. Potior quis esse debet, non solum gradu generis, sed & substantia rei familiaris.

TIT. XXIX.
QUI POTIOR NOMINARI NON POSSIT.

LIbertus, quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest [21], sed adjungi illi curator potest.

TIT. XXX.
DE ORATIONE [22] DIVI SEVERI.

DOlo tutoris curatorisve detecto, in duplum [23] ejus pecuniæ condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

TIT. XXXI.
DE FURTIS.

§. 1. FUr est, qui dolo rem alienam contrectat. §. 2. Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti, & oblati [24]. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, & qui intra terminos ejus loci unde quid sustulerat deprehensus est, vel antequam ad eum locum quo destinaverat, perveniret. Nec manifestus [25] fur est qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest. §. 3. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum, & inventum est: Oblati [26] actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur. §. 4. Furti actione is agere potest, cujus interest [27] rem non perdidisse. §. 5. Concepti is agere potest, qui rem concepit, & invenit. Oblati is agere potest, penes quem res concepta [28], & inventa est. §. 6. Manifesti furti actio, & nec manifesti, & concepti, & oblati heredi quidem competit, sed in heredem [29] non datur. §. 7. Servus, qui furtum fecerit, damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus [30] sarcire sit paratus, noxæ dedi potest. §. 8. Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit, aut alienatus, cum ipso manumisso, vel emptore agi potest. Noxa enim caput [31] sequitur. §. 9. Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur [32], quia in omnibus noxa caput sequitur. §. 10. Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cujus ope, aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenetur.

§. 11. Qui meretricem [33] libidinis causa rapuit, & celavit, eum quoque furti actione teneri placuit. §. 12. Furti manifesti actio, præter pœnam quadrupli, ipsius rei persecutionem, genere vindicationis, & conductionis [34] continet. §. 13. Furti oblati actio adversus eum, qui obtulit, tripli est pœna [35], & ipsius rei repetitio. §. 14. Furti quocunque genere condemnatus, famosus [36] efficitur. §. 15. Quæcunque in caupona, vel meritorio stabulo, diversoriove perierint, in exercitores [37] eorum furti actio competit. §. 16. Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit, quam si & ipse similiter amiserit, suo nomine [38] persequi potest.

§. 17. Pater, vel dominus de ea re, quæ filiofamilias, vel servo subrepta est, furti agere potest. Interest [39] enim ei deferri actionem, qui de peculio convenitur. §. 18. Si rem, quam tibi commodavi, postea subripui, furti actio competere tibi non poterit. Rei enim nostræ [40] furtum facere non possumus.

§. 19. Si cum furtum quis quærit, damnum injuria dederit, actione legis Aquiliæ [41] tenebitur. §. 20. Ob indicium comprehendi furis præmium promissum jure debetur [42]. §. 21. Sive segetes per furtum, sive quælibet arbores cæsæ [43] sint, in duplum [44] ejus rei nomine reus convenitur.

§. 22. Qui tabulas [45], cautionesve subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur: Nec refert cancellatæ, necne sint: quia ex his debitum dissolutum esse comprobari potest. §. 23. Servus, qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione ejus nomine non tenetur, quia in potestate [46] eum non habet.

TIT. XXXII.
DE OPERIS LIBERTORUM.

EGentem patronum libertus obligatione doni, muneris, operarum, solutus, alere [47] cogendus est, pro modo facultatum [48] suarum.

1 *l. 5. ad fin. ff. de stat. hom.* 2 *l. 1. §. quæri. ff. de suis & legit. hered. l. 53. ff. de fideicom. libert. l. 3. C. eod.* 3 Sed hoc pugnat cum *l. 1. §. 11. ff. de agn. & al. lib.* nisi dicas interim eos cogi omnimodo partum alere, cæterum eis adhuc in integro esse, partum editum ex se negare. 4 *l. 1. §. 6. & §. 13. ff. de agn & al. lib.* 5 *l. 1. ff. de insp. vent. custodiendoque part.* 6 *l. 1. §. 10. de inspiciend. vent.* 7 *l. 2. ff. de Carb. edict.*

8 *§. 5. Inst. quib. mod. jus patr. pot. sol.* 9 Hanc sententiam ad solum filium referimus: nam in cæteris una emancipatio sufficit, ut in fragm. Ulpiani ostendit *tit.* 23.

10 *l. 8. C. de feriis.* 11 *l. 4. ff. de adopt. l. ult. C. de vind. lib.* 12 *Nov.* 89.

13 Gellius *lib.* 10. Cassiodorus *lib.* 3. *Var.* punitur tamen aliquo modo. *l. 1. §. ult. ff. ad l. Corn. de sic. l. 38. §. 5. ff. de adult. coërc.* 14 *l. 24. ff. de adult. coërc.*

15 *l. 2. C. ad l. Jul. de adult.* 16 *l. 41. ff. de adult. coërc.* 17 Puto non, *impartiri*, vel, ut alii codices habent, *impediri*, sed *impetrari*, esse legendum, ut in *l. 11. §. 8. ff. de adult. coërc.*

18 *§. 11. Inst. de excus. tutor.* 19 Nisi libertus sit. *l. 5. l. 20. C. de excus. tut.*

20 *l. 1. C. de pot. ad mun. nom. l. 46. C. de decur. l. 7. ff. eod. tit. l. 2. ff. de fidejuss. & nomin. tut.*

21 *l. 5. C. de excus. tut.*

22 Subjecta sententia indicat legendum esse *De rationibus distrahendis:* quæ actio in duplum lege XII. tab. prodita est. 23 *l. 55. ff. de admin. tut. l. 1. §. rationibus. ff. de tut. & rat. dist.*

24 Concepti, & oblati, actionum species potius sunt furto cohærentes, quam furtorum genera. *§. 3. Inst. de obl. quæ ex del. nasc.* 25 *l. 8. ff. de furt.* ejusdem rei & manifestus, & nec manifestus. *l. 21. ff. eod.* 26 Qui obtulit, ne apud se conciperetur. *§. 4. Inst. de obl. quæ ex del. nasc.* 27 Si ex honesta causa interest. *l. 10. l. 85. ff. de furtis.*

28 *§. 4. Inst. de obl. quæ ex delict. nasc.* 29 Quia pœnales sunt. *§. non autem. Inst. de perp. & temp. act.* 30 *titul. Inst. de nox. act.* 31 *§. omnis. Inst. de nox. act. l. 14. de obl. & act.* 32 *l. 7. & l. 8. ff. de nox. act. §. ult. Inst. eod. tit.*

33 Puto legendum esse, *Qui non meretricem*, ut in *l. 82. §. 2. ff. de furt.* quæ est ex hoc libro.

34 *§. ult. Inst. de obl. quæ ex del. nasc.* 35 Gellius *lib.* 11. *cap.* 18. *l. 3. ff. qui satisdar. cog.* 36 Quocunque genere, suo nomine damnatus, famosus est. *l. 6. ff. de his, qui not. infam.* 37 Eorum quorum opera exercent. Vectorum tamen, viatorumve factum non præstant. *l. 1. ff. furt. adv. naut. caup. stab.* 38 Hoc casu fur furti agit. *l. 12. §. pen. ff. de furt.* 39 *l. 52. §. 9. ff. de furtis.* 40 Quæ ratio falsa est, in debitore pignus subtrahente. *l. 15. §. 1. l. 59. ff. de furtis.* 41 *l. 29. §. 7. ff. ad l. Aquil.* 42 Ideoque repeti non potest. *l. 4. §. ult. ff. de cond. ob turp. caus. l. 43. §. solent. ff. de furt.* & indicia, recte petuntur. *l. 15. ff. de præscript. verb.* 43 *l. 1. l. pen. ff. de arb. fur. cæs.* Plin. *lib.* 17. *cap.* 1. & *lib.* 18. *cap.* 3. 44 *l. 7. §. ult. l. 8. ff. de arb. furt. cæs.* 45 *l. 82. §. ultim. ff. de furtis. l. 27. ff. de furtis.* 46 *l. 17. §. ult. ff. de furt. l. 21. §. 3. ff. de nox. act.* pugnat *l. 27. §. 3. ff. ad l. Aquil.* nisi hanc distinctionem admittimus. Aut servus fugitivus ab alio possidetur, aut non: Si ab alio non possidetur, dominus noxali actione non tenetur, quia exhibendi ejus potestatem non habet. Quod si ab alio possidetur bona fide, dominus noxali actione tenetur, quia repetendi servi potestatem habet.

47 *l. 41. ff. de oper. libert.* 48 *l. 5. §. 18. ff. de agn. & al. lib.*

JULII PAULI RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER TERTIUS.

TIT. I.
DE CARBONIANO EDICTO.

SI fratri puberi [1] controversia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, variatum est. Sed magis est, ut differri non debeat.

TIT. II.
DE BONIS LIBERTI.

§. 1. IN bonis liberti prior est patronus, quam filius alterius patroni. Itemque prior est filius patroni [2], quam nepos alterius patroni.

§. 2. Libertus duos patronos [3] heredes instituit, alter eorum vivo liberto moritur, is qui superest, contra tabulas testamenti, bonorum possessionem recte postulat. §. 3. Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividitur [4]: & ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones habebunt. §. 4. Patronus [5], vel pa-

1 Legendum est, *Si fratri impuberi controversia fiat, an pro parte puberis &c.* argum. *l. 2. §. puberi. ff. de Carb. edict.* 2 Quia proximus quisque ad hereditatem liberti vocatur. *l. 23. §. pen. ff. de bon. lib. l. pen. ff. de adsig. liber. l. 4. de oper. libert.* neque locus est edicto novo. *l. 2. §. ult. l. 5. §. ult. ff. de bon. lib.* 3 In quibusdam, *duos patronos habere instituit*, malim *duos patronos habuit, alter eorum vivo liberto moritur.* vid. *l. communi. ff. de bon. libert.* quæ uti dispungenda sit, ostendi *lib. 1. Observ. cap.* 14. 4 *l. 23. §. ult. ff. de bon. lib.* 5 Credo sub hoc titulo etiam positam fuisse sententiam *l. 20. ff. de jur. patron. & l. 49. ff. de bon. libert.*

troni

troni liberi ex parte dimidia heredes instituti, æs alienum liberti pro portionibus exolvere cogantur.

TIT. III.

DE LEGE [1] FABIANA.

EA quæ in fraudem patroni a liberto quoquomodo alienata sunt, Fabiana [2] formula tam ab ipso patrono, quam a liberis ejus revocantur.

TIT. IV.

DE TESTAMENTIS.

§. 1. TEstamentum facere possunt [3] masculi post completum XIV. annum, fœminæ post duodecimum. §. 2. Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt, id est, anno decimo octavo [4]. §. 3. Filiusfamilias, qui militavit, de castrensi peculio tam communi, quam proprio jure testamentum facere potest. Castrense autem peculium est, quod in castris adquiritur [5], vel quod proficiscenti ad militiam datur. §. 4. Cæcus testamentum facere potest [6], quia accire potest adhibitos testes, & audire [7] sibi testimonium perhibentes.

§. 5. Furiosus tempore intermissi furoris [8] testamentum facere potest.

§. 6. Mulieri, quæ luxuriose vivit, bonis interdici [9] potest. §. 7. Moribus [10] per prætorem bonis interdicitur, hoc modo: *Quando tua bona paterna, avitaque [11] nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re [12], commercioque interdico.* §. 8. Qui ab hostibus captus est, testamentum quasi servus facere non potest. Sane valet testamentum id, quod ante captivitatem factum est, si revertatur, jure postliminii: aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliæ [13]: qua lege etiam legitimæ tutelæ [14], hereditatesque firmantur. §. 9. In insulam relegatus, & in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, testamentum facere potest [15], & ex testamento capere. §. 10. Plures, quam septem ad testamentum adhibiti non nocent [16]. Superflua enim facta prodesse, juri tamen nocere non possunt.

§. 11. In adversa [17] corporis valetudine mente captus, eo tempore testamentum facere non potest. §. 12. Prodigus recepta vitæ sanitate, ad bonos mores reversus [18], & testamentum facere, & ad testamenti sollemnia adhiberi potest. §. 13. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine nesciant, vel non intelligant, sed tamen sentiant [19], cui rei sint adhibiti, non vitiant testamentum. §. 14. Conditionum duo sunt genera: aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis est, quæ per rerum naturam admitti potest: impossibilis, quæ non potest [20]. Quarum altera ex eventu exspectatur, altera submovetur. §. 15. Conditiones contra leges [21] & decreta principum, vel bonos mores, adscriptæ nullius momenti sunt, veluti, *Si uxorem non duxeris, Si Filios non susceperis, Si homicidium feceris, Si barbaro habitu processeris*, & his similia.

§. 16. Quotiens non apparet [22], quis sit heres institutus, institutio non valet. Quod evenit, si testator plures amicos unius nominis habeat.

§. 17. Heredes aut instituti, aut substituti dicuntur [23]. Instituuntur primo gradu: Substituuntur secundo, vel tertio scripti. §. 18. Substituere quis pure & sub conditione [24] potest, & tam suis, quam extraneis, tam puberibus, quam impuberibus. §. 19. In quot vult uncias [25] testator hereditatem suam dividere potest. Impleto asse [26], sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem æquis portionibus veniunt. §. 20. Servus alienus cum libertate heres institutus, institutionem non infirmat, sed libertas, ut alieno [27], supervacue data videtur. §. 21. Filio & extraneo [28] æquis partibus heredibus institutis, si præterita adcrescat, tantum suo avocabit, quantum extraneo. Si vero duo sint filii instituti, suis tertiam extraneis dimidiam tollit.

§. 22. Talis est posthumorum institutio, *Si qui post mortem meam posthumi nati fuerint, heredes mihi estote*: si vivo eo [29] nascantur, rumpunt testamentum.

§. 23. Nepos posthumus [30], qui in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est, aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum. §. 24. Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, aut se rebus ejus immiscuit, repudiare [31] eam non potest, etiamsi damnosa sit.

TIT. V.

DE S.C. SILANIANO.

§. 1. HEreditas ejus, qui a familia occisus esse dicitur, ante habitam quæstionem [32] adiri non potest, neque bonorum possessio postulari. §. 2. Occisus videtur non tantum qui per vim, aut per cædem interfectus est, velut jugulatus, aut præcipitatus, sed & is, qui veneno necatus [33] dicitur: Honestati enim heredis convenit, qualemcumque mortem testatoris inultam non prætermittere. §. 3. Domino occiso, de ea familia quæstio habenda est, quæ intra tectum fuerit, vel certe extra tectum cum domino [34] eo tempore, quo occidebatur. §. 4. Qui occisus dicitur, si constet eum sibi quoquomodo manus intulisse, de familia ejus quæstio non est habenda [35], nisi forte prohibere potuit, nec prohibuit. §. 5. Neroniano Senatusconsulto cavetur, ut occisa uxore, etiam de familia viri quæstio habeatur: idemque ut juxta uxoris familiam observetur, si vir [36] dicatur occisus. §. 6. Servi, qui sub eodem tecto fuerunt, ubi dominus perhibetur occisus, & torquentur, & puniuntur, & si testamento occisi manumissi sint. Sed & hi torquentur, qui cum occiso in itinere [37] fuerunt. §. 7. Servi de proximo si cum possent ferre, auditis clamoribus auxilium domino non tulerunt [38], puniuntur. §. 8. Servos, qui in itinere circundatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos & torqueri, & summo supplicio [39] affici placuit. §. 9. Habetur de familia quæstio, & si heres testatorem occidisse dicatur: nec interest, an extraneus [40], an ex libe[illegible] §. 10. Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis [illegible]ur hereditas [41], si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum. [illegible] Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum, salva eorum disceptatione [42], scriptus heres jure in possessionem mitti desiderat. §. 12. Si inter heredem institutum, & substitutum controversia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco [43] scriptus est. §. 13. Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, jure desiderat. Hoc post annum [44] impetrare non poterit. §. 14. In eo testamento heres scriptus, quod nec ut oportuit, oblatum, nec publice recitatum est, in possessionem mitti frustra [45] desiderat. §. 15. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus priusquam jure ordinario experiatur, improbe [46] mitti desiderat.

TIT. VI.

DE LEGATIS.

§. 1. PEr præceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui domi non erant, officio judicis familiæ erciscundæ [47] a coheredibus præstabuntur. §. 2. Ante heredis institutionem [48] legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive alter, sive uterque adeat, potest. §. 3. Interdum dimidium, interdum totum debetur [49] legatariis. Dimidium, si per vindicationem legatum sit, totum si per damnationem.

§. 4. Communi servo cum libertate, & sine libertate legari potest, totumque legatum [50] socio testatoris adquiritur. §. 5. Post mortem heredis legari non potest [51], quia nihil ab herede heredis relinqui potest.

§. 6. In mortis tempus [52] tam sua, quam heredis ejus [53] legata confirmari possunt, hoc modo: *Lucio Titio cum morietur, do lego, aut, heres meus dare damnas [54] esto.* §. 7. Per vindicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas [55] ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum transmittit. §. 8. Si res obligata creditori, cujus causam testator non ignorat, per damnationem legata sit, luitio [56] ad heredis sollicitudinem spectat. §. 9. Servo fataliter interempto, legatarii damnum est [57]: quia legatum nulla culpa heredis intercidit. §. 10. Damnari heres potest, ut alicui domum extruat, aut ære alieno eum liberet [58]. §. 11. Sinendi modo [59] tam corporales res, quam quæ in jure consistunt legari possunt: & ideo debitori id, quod debet recte legatur. §. 12. Ejus rei, quæ legata est, exemplo heredis partem agnoscere, partem repudiare [60] legatarius non potest. §. 13. Legatum nisi rei certæ sit [61], & ad certam personam deferatur, nullius est momenti.

§. 14. Si quis sibi & Titio legatum adscripserit, magis est, ut totum [62] legatum ad conjunctum pertineat. §. 15. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit [63], ut suspectus a tutela removendus est, ad quam ultro videtur affectasse. §. 16. Rem legatam testator si postea pignori, vel fiduciæ dederit, ex eo voluntatem mutasse [64] non videtur. §. 17. Ususfructus uniuscujusque rei [65] legari potest, & aut ipso jure [66] constituetur, aut per heredem præstabitur. Ex causa quidem damnationis per heredem præstabitur, ipso autem jure per vindicationem. §. 18. Furiosi, & ægrotantis [67], & infantis ususfructus utiliter relinquitur. Horum enim alius resipiscere, alius convalescere, alius crescere potest. §. 19. Ancillæ usufructu

1 Lex pro edicto sumitur, ut in *l. 1. §. 1. ff. und. cogn.* 2 *leg. 1. §. pen. ff. si quid in fraud. patr. fac. sit.*
3 *l. 5. ff. qui test. fac. poss.* Quod remissum olim fuit pupillis, tribunis militum. *l. ult. C. de test. mil.* 4 *§. minorem. Inst. de adopt. l. 6. ff. de lib. & post.* Sed hodie constitutum est, ut eunuchi exemplo cæterorum testamentum facere possint. *l. 5. C. qui testam. fac. poss.* 5 Occasione militiæ. *l. 4. l. 11. ff. de castr. pecul. l. 4. C. famil. erciscun.*
6 *l. 21. §. pen. ff. qui testam. fac. poss. l. 8. C. eod.* 7 *Vos, Quirites, testimonium perhibetote.* Ulpian. in fragm. *tit.* 20. 8 *§. furiosi. Inst. quib. non est perm. fac. testam. l. 9. C. qui testam. fac. poss.* 9 *l. 15. ff. de cur. fur.* 10 Cœpit a moribus primum, deinde translata est in 12. tabul. *l. 1. ff. de cur. fur.* M. Tull. *in Catone majore.* Ut quemadmodum, inquit, nostro more male rem gerentibus patriis bonis interdici solet.
11 Antea legebatur, *habitaque*, pro *avitaque*. 12 In quibusdam. Alii habent, *ab ea re tibi.* 13 *§. ult. Inst. quib. non est perm. fac. test l. 9. C. de postlim. & redempt. ab host.* 14 *l. 22. in princip. ff. d. capt. & postlim. l. 1. §. 1. ff. de suis & legit. hered.*
15 *l. 8. §. 3 ff. qui testam. fac. poss. l. 7. §. sive. ff. de interd. & releg. l. 28. §. 1. ff. de pœn.*
16 *l. 21. §. 1. ff. qui testam. fac. poss.* 17 *l. 17. ff. qui testam. fac. poss.*
18 Prodigus nec testamentum facere, nec testis ad testamentum adhiberi potest. *l. 18. ff. qui test. fac. poss.* nisi moribus receptis. *l. 1. ff. de cur. fur.* 19 In fragm. Ulpiani, *titul.* 25. *l. 20. §. ultim. ff. qui testam. fac. possunt.* 20 *§. impossibilis. Inst. de hered. institut. §. si impossibilis. Inst. de inut. stipul.* 21 *l. 9. l. 15. ff. de cond. instit.*
22 *l. 62. §. 1. ff. de her. instit.* 23 *l. 1. l. 43. §. 2. ff. de vulg. & pup. subst.* 24 Pure sic, *Si primus heres non erit, secundus heres esto: Si Filius meus heres erit, & intra pubertatem decesserit, Sejus heres esto.* Sub conditione hoc modo, *Si primus heres non erit, secundus, si navis ex Asia venerit, heres esto: Si Titius mihi heres erit, idem Filio meo impuberi heres esto. l. 8. l. ult. §. 1. ff. de vulg. & pup. subst.* 25 *l. 13. §. 1. ff. de her. inst.* 26 Secus si explero asse ita scripserit, *Ex reliqua parte illi heredes sunto. l. 17. §. pen. ff. de her. inst.*
27 *l. 49. ff. de her. instit.* 28 Ulpian. *in fragm.* 22. Theophil. *in §. 1. Inst. de exhered. lib.* hoc jus est a Justiniano sublatum. 29 Posthumus, qui institutus est ex jure antiquo, non videtur institutus ex lege Velleja: & contra *l. 10. l. 29. §. 8. ff. de liber. & posth. l. 26. ff. de vulg. & pupil. substitut.* Sed hoc puto Justinianum emendare in *l. ultim. C. de posth. her. inst.*
30 *l. 29. ff. de lib. & posth.* 31 Nisi beneficio ætatis per restitutionem in integrum. *§. extraneis. Inst. de hered. qual. & dif. l. 4. C. de rep. vel abstin. her.*
32 Suppliciumque sumptum. *l. 3. §. non tantum. l. 5. in princ. ff. de SC. Silaniano.*
33 Qui veneno interemptus est, non pertinet ad SC. Silanianum, etiamsi quidam ex servis venenum præbuerit. *l. 1. §. occisorum. ff. de SC. Silan.* sed mors vindicatur ab herede. *l. 2. C. de his, quib. ut indig.* 34 *l. 1. §. cum dominus. ff. de SC. Silan. &*] *. 6. sententia.*
35 Puniendi tamen sunt servi, qui cum prohibere possent, non prohibuerunt. *l. 1. §. si sibi manus. ff. de SC. Silan.* 36 *l. 1. §. si vir. ff. de Senatusconsulto Silan.*
37 *l. 3. §. de his. ff. de SC. Silan.* 38 *l. 1 §. eod. ff. de SC. Silan.* 39 *l. 1. §. cum dominus. ff. de SC. Silan.* 40 *l. 6. §. 1. ff. de SC. Silan.* 41 Hoc olim obtinuisse verum est. *l. ult. §. ult. C. de fideic.* Excipitur causa sepulturæ ab *l. 5. C. de his, quib. ut indig. l. 5. C. de relig. & sumpt. fun.* Idemque porrectum ad omnes alias causas Justiniani temporibus, argumento est *l. 33. C. de inoff. testam.* At ex *Novell.* 1. expellitur quidem heres ab hereditate, non tamen quasi indignus. 42 *l. ult. C. de codicill. l. 2. C. de edict. Divi Adr. toll. l. 6. C. quorum appell. non rec.* sed ex Constitutione Justiniani in possessionem missio fit. *l. 3. C. de edict. Divi Adr. toll.* 43 *l. 1 C. de edict. D. Adr. toll.* 44 Quod & in sua Constitutione Justinianus indicat, illis verbis, *Sive enim post annale tempus.*
45 *l. 3. C. de edict. D. Adriani toll.* 46 Quod & ex Constitutione Justiniani locum obtinet.
47 *l. 25. §. ult & l. prox. ff. famil. ercisc.* 48 *§. ante heredis. Inst. de legat.*
49 Hoc est, quod Ulpianus in fragm. tradit *tit.* 24. 50 Si cum libertate, totus jure adcrescendi ad socium pertinebit, *§. ultim. Inst. de donat.* si prætermissa libertate, communis erit servus inter heredem & socium testatoris: hereditas autem, vel legatum soli socio adquiretur, *l. 63. §. 9. ff. pro soc. l. 49. ff. ad leg. Falc. l. 11. ff. de opt. leg.* 51 Quia ille, qui heres relinquitur, quem sit heredem habiturus, incertum est. *l. 70. ff. de verb. signif.* At hæc Justinianus emendavit. *§. post mortem. Inst. de legat.* 52 Legendum reor, *in tempus mortis tam suæ, quam heredis ejus legata conferri possunt.* exemplo *l. 79. ff. de cond. & dem.*
53 *Ejus*, id est, testatoris. 54 Legebatur, *damnes*, pro *damnas*: quem errorem *Alciatus* secutus est *lib.* III. παρέργων. Latini semper dixere damnas, etiam in multitudinis numero. *l. 34. §. 1. ff. de legat. 3. l. 122. §. 1. ff. de legat. 1.* 55 Hodie defertur ex die mortis, ut in constitutione *de caduc. tollen.* 56 *§. Sed etsi rem, Inst. de legat. l. 85. ff. de legat. 2.* 57 Si heredis facto, heredis. *§. si res legata. Inst. de legat.*
58 *§. Sed & tale legatum. Inst. de leg.* 59 Hæc verba suspecta mallemque generaliter proponi, ut in *§. tam autem. Inst. de legat.* 60 *l. 1. ff. de adquirend. vel omitt. hered. l. 38. ff. de legat. 1.* 61 Ut incertæ personæ. *§. incertis. Inst. de legat.* ita res incerta. *l. 69. §. 4. ff. de jur. dot. l. 10. §. 1. ff. de an. leg.* 62 Videnda est *l. 14. §. 1. ff. ad legem Corneliam de fals.* 63 *l. 18. §. 1. ff. ad leg. Corn. de fals.* 64 *l. 3. C. de legat. §. si rem suam. Instit. eod. tit.* 65 *l. 69. ff. ad legem Falcid.* 66 Id est, sine heredis facto. Alibi traditur ipsum usumfructum aut ipso jure constitui, id est, civili jure: aut tuitione Prætoris. *l. 1. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. 9. §. 1. ff. usufr. quem. cav.* 67 Dubitari

legato [1], partus ejus ad fructuarium non pertinent. §. 20. Gregis usufructu legato, grege integro manente, fœtus [2] ad usufructuarium pertinent.

§. 21. Areæ usufructu legato, ædificia [3] in eo constitui non possunt.

§. 22. Accessio alluvionum ad fructuarium fundum, quia fructus fundi non est, non pertinet: venationis [4] vero, & aucupii reditus ad fructuarium pertinet. §. 23. Servos neque torquere, neque flagellis cædere [5], neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant. §. 24. Fructu legato si usus non adscribatur, magis placuit usumfructum videri adscriptum. Fructus enim sine usu [6] esse non potest. §. 25. Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit [7], quod in fructu usuarius facere non potest. §. 26. Cum conjunctim duobus usumfructum do, lego, legatum altero mortuo, ad alterum [8] in solidum pertinebit. §. 27. Usufructu legato, de modo utendi cautio a fructuario solet interponi: & ideo perinde omnia se facturum [9], ac si optimus paterfam. uteretur, fidejussoribus oblatis cavere cogetur. §. 28. Ususfructus amissus ad proprietatem [10] recurrit. Amittitur autem quinque modis, capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in jure cessione, dominii comparatione. §. 29. Capitis minutione amittitur [11], si in insulam fructuarius deportetur, vel si ex causa metalli servus pœnæ efficiatur, aut si statum ex adrogatione, vel adoptione [12] mutaverit. §. 30. Non utendo amittitur ususfructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, rei mobilis anno [13].

§. 31. Rei mutatione amittitur ususfructus [14], si domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet postea restituatur [15]. §. 32. In jure cessione amittitur ususfructus, quotiens domino proprietatis [16] eum fructuarius in jure cesserit. §. 33. Finitur [17] ususfructus aut morte, aut tempore. Morte, cum usufructuarius moritur. Tempore, quotiens ad certum tempus ususfructus legatur, velut biennio, aut triennio. §. 34. Fundo, vel servo [18] legato, tam fundi instrumentum, quam servi peculium ad legatarium pertinet.

§. 35. Quærendorum fructuum causa [19] esse videntur, qui opus rusticum faciunt, & monitores, & villici, & saltuarii [20] item boves aratorii, aratra, bidentes, & falces putatoriæ, frumentum quoque ad sementem repositum.

§. 36. Cogendorum fructuum causa [21] comparata instrumento cedunt, velut corbes, alvei, falces messoriæ, & fœnariæ, item molæ olivariæ.

§. 37. Conservandorum fructuum causa comparata [22], instrumento cedunt, velut dolia, cupæ, vehicula rustica, cibaria, pistores, asini, focariæ [23], item ancillæ, quæ vestimenta rusticis faciunt: scotra quoque & sutor continebuntur. §. 38. Uxores [24] eorum, qui operantur, magis est, ut instrumento cedant. Pecora [25] quoque, & pastores eorum stercorandi causa parata, instrumento continentur. §. 39. Ea autem, quæ custodiæ magis causa, quam ad usus patrisfamiliæ eo delata sunt, instrumenti nomine [26] non continentur. §. 40. Uxores eorum, qui mercedes [37] præstare consueverunt, neque instructionis, neque instrumenti appellatione continentur. §. 41. Piscationis, & venationis instrumentum ita demum instrumento fundi continetur, si ex his [28] maxime fundi reditus cogatur. §. 42. Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore consueverunt [29]. §. 43. Fundo cum omni instrumento rustico, & urbano, & mancipiis, quæ ibi sunt legato, semina quoque, & cibaria [30] debebuntur.

§. 44. Fundo cum omni instrumento rustico, & urbano, & mancipiis, quæ ibi sunt, legato, tam supellex [31], quam æramentum, itemque argentum, & vestes, quæ ibi paterfam. instruendi gratia habere solet, debebuntur. Item ea mancipia, quæ usui patrifam. esse solent. Itemque aves, & pecora, quæ instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt, exceptis his, quæ ibi custodiæ causa deposita sunt. §. 45. Fundo legato, *uti optimus maximusque est* [32], retia, apraria, & cetera venationis instrumenta continebuntur: quod etiam ad instrumentum pertinet, si quæstus fundi ex maxima parte in venationibus consistat. §. 46. Fructus, qui solo cohærebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinent [33]: ante percepti, ad heredem [34].

§. 47. Fundo legato cum mancipiis & pecoribus, & omni instrumento rustico, & urbano, peculium [35] actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere. §. 48. Actor, vel colonus ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet: nisi eum ad jus ejus fundi [36] testator voluerit pertinere. §. 49. Adjunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emptionibus applicaverat [37], legatario cedere placuit. §. 50. Instructo prædio legato fabri ferrarii, item lignarii, putatores, & qui instruendi fundi [38] gratia ibidem morabantur, legato cedunt. §. 51. Instructo fundo legato, libri quoque & bibliotheca [39], quæ in eodem fundo sunt, legato continentur. §. 52. Servum studendi gratia ex eodem fundo [40], qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum ad legatarium placuit pertinere.

§. 53. Fundo ita ut possederat legato [41], mancipia tam urbana, quam rustica, itemque aurum, & vestes, quæ eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. §. 54. Pascua, quæ postea comparata ad fundum legatum testator adjunxerat [42], si ejus appellatione contineantur, ad legatarium pertinent. §. 55. Quidquid in eadem domo [43], quam instructam legavit paterfam. perpetuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit.

§. 56. Instructa domo legata, ea legato continentur, quibus domus munitior, vel tuta ab incendio præstatur, tegulæ, specularia, vela [44] legato continebuntur. Item æramenta, lecti, culcitræ, pulvinaria, subsellia, cathedræ, mensæ, armaria, delphicæ, pelves, conchæ, aquiminalia, candelabra, lucernæ, & similia quacumque materia expressa. §. 57. Domo legata, balneum ejus, quod publice præbetur, nisi alias separetur [45], legato cedit.

§. 58. Domo cum omni jure suo sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices [46], & vestiarii [47], & zetarii, & aquarii eidem domui servientes, legato cedunt. §. 59. Omnibus, quæ in domo sunt legatis, cautiones debitorum, rationesque servorum legato [48] cedunt. §. 60. Mobilibus legatis, aurum, vel argentum [49] non debetur, nisi de eis quoque manifeste sensisse [50] testatorem possit ostendi. §. 61. Instrumento cauponio legato, ea debentur, quæ in cauponii usum parata sunt, velut vasa, in quibus vinum diffunditur, escaria quoque, & pocularia vasa debentur. Sane ministri [51] earum rerum legato non cedunt. §. 62. Instrumento medici legato, collyria, & emplastra, & apparatus omnis [52] conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt. §. 63. Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria [53], & temperandorum colorum vasa debentur. §. 64. Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molæ [54], & servi, qui pistrinum exercent, item machinæ, quibus farinæ subiguntur, legato cedunt. §. 65. Instrumento balneatorio legato, balneator ipse [55], & scamna [56], & hypodia, fistulæ, miliaria, epitonia, rotæ aquariæ, jumenta quoque, quibus ligna deferuntur, legato cedunt. §. 66. Instrumento piscatoris legato, retia, & nassæ, & fuscinæ, & naviculæ, hami quoque & cætera [57] ejusmodi usibus destinata debentur. §. 67. Supellectile legata [58] capsæ, armaria, non solum librorum, aut quæ vestis ponendæ gratia parata sunt, debentur, sed & byssina, & [59] crystallina, & argentea, vitrea vasa, tam escaria, quam pocularia [60], & vestes stratoriæ legato cedunt. §. 68. Villis, vel agris separatim legatis, alterum alteri [61] cedit. §. 69. Servis legatis, ancillæ quoque debentur, non item servi legatis ancillis. Sed ancillarum appellatione tam virgines, quam servorum, pueri [62] continentur, his scilicet exceptis, quæ fiduciæ [63] datæ sunt. §. 70. Servis amanuensibus legatis, omnes, qui ex conversatione urbana, & in ministerio fuerunt, debebuntur, nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur. §. 71. Venatores servi, vel aucupes, an inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit: & ideo voluntatis est quæstio: tamen si instruendarum quotidianarum epularum gratia habentur [64], debentur.

§. 72. Muliones [65], institores inter urbana ministeria continentur, item obsonatores, & vestiarii, & cellararii [66], & cubicularii, & arcarii, & coqui, placentarii, tonsores, pistores, lecticarii. §. 73. Pecoribus legatis, quadrupedes omnes continentur, quæ gregatim [67] pascuntur. §. 74. Jumentis legatis [68], boves non continentur. Equis vero legatis, equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis, agni non continentur, nisi annuales sint.

§. 75. Grege ovium legato, arietes [69] etiam continentur. §. 76. Avibus legatis [70] anseres, phasiani, gallinæ & aviaria debebuntur. An autem phasianarii, & pastores anserum, voluntatis quæstio est. §. 77. Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmæ, caricæ, uvæ passæ [71] debebuntur. Sed in hoc quoque voluntatis est quæstio, quia & in specie pomorum comprehendi possunt. §. 78. Frugibus legatis [72], tam legumina, quam ordeum, & triticum continentur. §. 79. Veste legata ea cedunt, quæ ex lana, & lino texta sunt: item serica, & bombycina, quæ tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi, injiciendive causa [73] parata sunt: pelles quoque indutoriæ continebuntur. §. 80. Veste virili legata, ea tantummodo debebuntur, quæ ad usum virilem salvo pudore attinent. Stragula [74] quoque huic legato cedunt. §. 81. Muliebri veste legata, omnia, quæ ad usum muliebrem [75] spectant, debebuntur. §. 82. Lana legata sive succida, sive

potest, quia interim nullus est. *l. 55. l. 12. §. 3. ff. de usufruct.* Verum incipiet, si furiosus resipuerit, æger convaluerit, infans creverit.

1 Scripsimus in *l. 4. ff. de usurp. & usucap.* 2 *l. 68. §. ult. ff. de usufr.* 3 *l. 7. §. hac ratione. ff. de usufruct.* 4 *l. 9. §. 4. 5. ff. de usufruct.* 5 *l. 17. §. 1. l. 23. in fin. ff. de usufr.* 6 *l. 14. §. 1. ff. de usu & hab.* 7 *l. 14. §. pen. ff. de usu & habit.* 8 *l. 1. §. interdum. ff. de usufr. adcres.* 9 *l. ult. ff. usufr. quemad. cav.* 10 *§. ult. Inst. de usufruct.* 11 Ex Constitutione Justiniani ususfructus minima capitis minutione non amittitur. *l. penult. C. de usufruct.* 12 Correctum per *l. ult. C. eod.* 13 Ex constitutione Justiniani rei mobilis triennio, immobilis decennio inter præsentes, vicennio inter absentes non utendo amittitur. *l. penult. C. de servit. & aq.* 14 *l. 5. §. 2. ff. quib. mod. ususfr. amit.* 15 *l. 10. §. pen. ff. eod.* qua in re distat ususfructus a servitute. *l. 20. §. 2. ff. de serv. urb.* 16 *l. 66. ff. de jur. dot.* 17 Differentiam facit inter amittere, & finiri. 18 Pugnat cum *l. 24. ff. de pecul. legat.* & cum *l. ult. ff. de sup. leg.* 19 *l. 8. ff. de instruct. vel inst. leg. l. 12. §. 1. ff. eod. tit.* 20 *l. 12. §. 4. ff. eod.* 21 *d. l. 8. l. 10. & l. 24. eod. tit.* 22 *d. l. 8. l. 12. §. conservandi. ff. eod.* 23 Quidam habent *socariæ*: sed *focariæ* rectissimum est, ut in *d. l. 12. §. Trebatius. & §. prox. & l. 15. eod. tit. l. 2. C. de don. int. vir. & uxor. l. 3. C. de condit. ins.* 24 *l. 12. §. uxores. ff. de instr. vel inst. leg. l. 60. §. ult. ff. de leg. 3.* 25 Pascendi causa parata, ut ex eis fructus capiantur, instructo cedunt. *l. 2. C. de verb. signif.* sed non instrumento. *l. 9. ff. de instr. vel instr. leg.* 26 Sed neque instructi sunt. *l. 12. §. sed si fundus. D. de instr. vel instr. leg. l. 1. C. de verb. sign.* 27 Putem & eos, qui mercedes præstant, instrumento non contineri, argum. *l. 12. §. si aliqua parte. l. 19. §. ultim. D. de instruct. vel instr. leg.* 28 *d. l. 12 §. si in agro.* 29 *d. l. 12. §. Celsus. l. 1. C. de verb. sign.* 30 *d. l. 12. in princ. l. 18. §. item cum fundus. D. eod.* 31 Instrumento legato, supellex non continetur. *d. l. 12. §. supellex. l. 16. D. de instruct. vel instr. leg.* At instructo etiam supellex. Hæc verba, *Cum omni instrumento rustico, & urbano*, instructi plenam significationem continere hæc Pauli sententia demonstrat. 32 *l. 22. D. de instruct. vel instru. legat.* 33 Hoc quidam non admittunt, argum. *l. 9. D. ad legem Falcid.* omnino male. Nam lex non de fundo legato, sed de fundo hereditario tractat. 34 Nisi mora intercesserit. *l. ult. C. de usur. & fruct. leg. l. 39 §. fructus. D. de legat. 1.* 35 *l. 20. §. 3. D. de instruct. vel instr. leg.* Extat hæc Pauli sententia in *l. 22. D. de instruct. vel instr. leg.* 36 *l. 20. §. idem quæsiit. l. 12. §. idem respondit prædiis 38. D. de instr. vel instr. leg.* 37 *d. l. 20. §. tyrannæ.* 38 Hæc eadem legato fundo cum instrumento, contineri satis constat ex *l. 12. & l. 18. §. de putatorib. eod.* 39 *l. 12. §. instructo item fundo. D. de instr. vel inst. leg.* 40 *l. 20. §. Pamphilæ. D. de instruct. vel instr. leg. l. 78. in prin. D. de leg. 3.* 41 Hoc verbo, *uti possedi*, instructus fundus significatur. *l. 91. §. 1. de legat. 3.* 42 *l. 20. §. tyrannæ. ff. de instr. vel instr. legat.* 43 *l. 1. & 2. C. de verb. sign.* 44 *l. 12. §. vela. §. specularia. ff. de instr. vel instr. leg.* 45 *l. 91. §. balneas. ff. de legat. lib. 3.* 46 *l. 12. §. idem respondit, domo ita ut 42. ff. de instruct. vel instr. legat.* 47 Malim *hostiarii*: vestiarii enim patrisfamilias, hostiarii domui deserviunt. 48 Dubium non est, quin, ut in *l. 12. §. penult. ff. de instruct. vel instr. legat. & l. 92. ff. de leg. 3.* hoc loco legendum, *Legato non cedunt*, & pro *rationes, emptiones.* 49 *l. 79. §. 1. de legat. 3.* 50 *l. 8. ff. de supell. leg.* 51 Pugnat cum *l. 17. §. ult. ff. de instr. vel instr. leg.* adhibenda est distinctio *l. 13. ff. eod.* 52 *l. 18. §. in instrumento. ff. de instruct. vel instr. leg.* 53 *l. 17. ff. de instr. vel instr. leg.* 54 *l. 18. §. 1. ff. eodem titulo.* 55 *l. 13. in fin. l. 17. §. ultim. ff. eod. tit.* 56 Scamna pro subselliis. *l. 2. C. Theod. de contrahend. empt. l. 3. ff. de supell. leg.* 57 Sed & piscatores, *l. 17. §. 1. ff. de instr. vel instr. leg.* 58 *l. 3. §. 2. D. de supell. legat.* 59 Puto legendum, *sed & myrrina*, ex *d. l. §. de murrinis.* 60 Myrrina, crystallina, vitrea vasa tam escaria, quam potoria sunt in supellectile. *l. 11. ff. de supell. legat.* At quia argentum, aurumve factum a supellectile separatur, nec supellectilis legato continetur. *l. 1. l. 7. ff. de supell. legat.* dubitari potest, escaria, vel potoria vasa quæ aurea sunt, vel argentea, item candelabra, pelves, lecti, mensæ, & cetera his similia argentea, vel aurea, supellectilis sint, an argenti, vel auri. Et receptum est in supellectile esse candelabra, lectos, & his similia cujuscumque materiæ sint, nisi cum argentea essent, vel aurea, ea testator vel auri, vel argenti numero habuit. *l. 19. §. lectum plane. l. 27. §. penult. ff. de aur. & argent. legat. l. 3. §. ultim. ff. de supell. legat.* Rursus argentea, vel aurea vasa, tam escaria, quam potoria argenti, vel auri numero haberi, nisi probetur ea testatorem supellectili annumerasse. *d. l. 3. §. pen. & l. 4. eod.* 61 *l. 15. in fin. ff. de instruct. vel instr. legat. l. 35. ff. de usufruct. legat.* 62 *l. 81. ff. de legat. 3.* 63 *l. 73. ff. de legat. 3.* 64 Vel nisi eos paterfamil. inter urbanos annumerare solitus sit. *l. 99. §. 1. ff. de legat. 3.* 65 Nisi rei rusticæ parati sint. *l. 60. §. 1. l. 99. §. muliones. ff. de legat. 3.* 66 Cellararii sunt, qui ideo præpositi sunt, ut rationes salvæ sint. *l. 12. §. cellararium. ff. de instr. vel instr. leg.* 67 Ut equi, muli, asini, oves, boves, capræ, sues. *l. 65. §. 4. ff. de leg. 3.* 68 *l. 60. l. 65. §. 5. 6. 7. ff. de legat. 3.* 69 *l. 99. §. ult. ff. de leg. 3.* 70 Extat hæc sententia in *l. 66. ff. de leg. 3.* 71 *l. ultim. §. ultim. ff. de tritico, vino & ol. leg.* Quanquam palmæ, caricæ, uvæ passæ, ficus, inter poma etiam numerari possint. *l. 205. ff. de verb. sign.* Itaque facti sive voluntatis, in æstimatione judicis quæstio est. *l. 7. C. de fideicom.* 72 *l. 77. ff. de verbor. signif.* 73 *l. 23. §. 1. & §. ult. & l. prox. ff. de aur. & arg. leg.* 74 *l. 23. §. virilia. ff. de aur. & arg. leg.* 75 *d. l. 23. §. muliebria.*

lota

iota ſit, ſive pectinata, ſive verſicoloria [1], legato cedit. Purpura vero, aut ſtamen ſubtemenve hoc nomine non continentur. §. 83. Mundo muliebri legato, ea cedunt, per quæ munditior mulier [2], lautiorque efficitur: velut ſpeculum, conchæ, ſituli, item buxides, unguenta, & vaſa, in quibus ea ſunt: item ſella balnearis, [3] & cetera ejusmodi. §. 84. Ornamentis legatis [4] ea cedunt, per quæ ornatior efficitur mulier, veluti anuli, catenæ, reticuli, & cetera [5], quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur.

§. 85. Argento legato [6], maſſæ tantummodo debebuntur: Vaſa enim, quæ proprio nomine ſeparantur, legato non cedunt: quia nec lana legata [7], veſtimenta debebuntur. §. 86. Vaſis argenteis legatis ea omnia continentur, quæ capacitati alicui parata ſunt: & ideo tam potoria, quam eſcaria, item miniſteria omnia debebuntur, veluti urceoli, lances, patinæ [8], piperataria, cochlearia quoque, itemque trullæ, calices, ſcyphi, & his ſimilia.

§. 87. Libris legatis, chartæ, volumina, membranæ, & philuræ continentur: Codices quoque debentur. Librorum enim appellatione non volumina chartarum [9], ſed ſcripturæ modus, qui certo fine concluditur, æſtimatur.

§. 88. Auro legato, gemmæ quoque incluſæ [10], itemque margaritæ, & ſmaragdi legato cedunt. Sed magis voluntatis eſſe quæſtionem. Infectum enim aurum debetur, factum ornamentorum genere continetur. §. 89. Vaſis argenteis legatis, emblemata [11] quoque ex auro infixa legato cedunt.

§. 90. Argento potorio legato, omnia [12], quæ ad poculorum ſpeciem comparata ſunt, debebuntur, veluti pateræ, calices, ſcyphi, urceoli, œnophoria, & conchæ. §. 91. Carruca cum junctura legata, mulæ [13] quoque legatæ, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi conſuetudinem.

§. 92. Prolatis codicillis, vel alio teſtamento quibus ademptum eſt legatum, vel certe reſciſſum [14], perperam ſoluta repetuntur.

TIT. VII.
DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS.

§. 1. Mortis cauſa donat, qui ad bellum proficiſcitur, & qui navigat, ea ſcilicet conditione [15], ut ſi reverſus fuerit, ſibi reſtituatur: ſi perierit, penes eum remaneat, cui donavit. §. 2. Donatio mortis cauſa, ceſſante valetudine, & ſecura ſanitate, pœnitentia etiam revocatur [16]: Morte enim tantummodo convaleſcit.

TIT. VIII.
AD LEGEM FALCIDIAM.

§. 1. Exhauſta legatis, aut fideicommiſſis, vel mortis cauſa donationibus [17] hereditate, auxilio Falcidiæ inſtitutus heres quadrantem retinere poteſt. §. 2. Quotiens de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculum plus petendi, officio judicis omnibus æſtimatis, quarta facienda eſt, quæ apud heredem remaneat: aut certe exigenda cautio a legatario, ut quod plus dodrante perceperit, reſtituat [18].

§. 3. Ea, quæ mater vivo filio donavit [19], in quartam non imputantur.

§. 4. Ex mora præſtandorum fideicommiſſorum, vel legatorum fructus, & uſuræ peti poſſunt. Mora autem fieri videtur [20], cum poſtulanti non datur.

1 *l. 32. §. 6. ff. de aur. & arg. leg.* Ab eo diſſentiunt Sabinus, & Ulpianus. *l. 70. in princ. & §. 2. ff. de leg. 3.* 2 *l. 25. §. mundus. ff. de aur. & arg. leg.* 3 *l. 32. §. pen. ff. eod. d. §. mundus.* 4 Tertullianus *in lib. de hab. mulieb.* ita diſtinguit: Habitus, fœminæ duplicem ſpeciem circumfert, cultum, & ornatum. Cultum quem mundum muliebrem vocant. Ornatum, quem mundum muliebrem convenit dici. Iſte in auro & argento, & gemmis, & veſtibus deputatur: ille in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt. 5 *l. 25. §. ornamenta. ff. de auro & argento leg.* 6 Ut auro, ita & argento legato vaſa continentur. *l. 19. §. ult. ff. de aur. & argent. leg.* Sed magis eſt voluntatis quæſtio. 7 *l. 88. ff. de leg. 3.* 8 *l. 19. §. ſed cui vaſa. ff. de aur. & arg. leg.* 9 *l. 52. ff. de legat. 3.* 10 Auro legato factum, infectumque debetur. *l. 19. in princ. ff. de aur. & arg. leg.* itemque gemmæ auro incluſæ. *d. l. 19. §. perveniamus.* 11 *d. l. 19. §. ſimili modo.* 12 *l. 21. l. 36. ff. de aur. & arg. leg.* 13 *l. 38. §. 8. ff. de ædil. edict. l. 3. ff. de aur. & arg. leg.* 14 Id eſt, deminutum. *l. 2. §. 1. ff. de cond. indeb.* Scribe, reciſum. 15 Ut dictum eſt *l. 2. t. 23. §. 1. de don.* 16 *§. 1. de donat.* 17 Erat lex Falcidia de legatis, ſed Pegaſiano S. C. ad fideicommiſſa, conſtitutione Severi ad donationes cauſa mortis etiam producta eſt. 18 *l. 1. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus quam per legem Falc. l. 2. C. de uſur. & fruct. leg.* 19 Niſi ideo donata ſint, ut integra heres legata præſtaret. *l. 56. §. ult. ff. ad leg. Falcid.* aut ea mente donentur, ut in eam imputentur. *l. 35. §. 2. C. de inoffic. teſt.* 20 Per litis conteſtationem. *l. 1. C. de uſur. & fruct. leg.*

JULII PAULI RECEPTARUM SENTENTIARUM LIBER QUARTUS.

TIT. I.
DE FIDEICOMMISSIS.

§. 1. Ab uxore, cui vir dotem prælegavit, fideicommiſſum relinqui non poteſt: quia non ex lucrativa cauſa teſtamento aliquid capit, ſed proprium [1] recipere videtur. §. 2. A poſtumo herede inſtituto [2] fideicommiſſum dari poteſt. §. 3. Ab imperatore [3] herede inſtituto legatum, & fideicommiſſum dari poteſt. §. 4. A ſurdo [4], vel muto, ſive legatum acceperit, ſive heres inſtitutus ſit, vel ab inteſtato ſucceſſerit, fideicommiſſum relinquitur.

§. 5. Qui fideicommiſſum relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui poteſt [5]: velut, *Peto, Gai Sei contentus ſis illa re*, aut, *volo tibi illud præſtari.*

§. 6. Fideicommittere his verbis poſſumus *rogo, peto, volo, mando* [6], *deprecor, cupio, injungo. Deſidero* [7] quoque & *impero* verba utile faciunt fideicommiſſum. *Relinquo* [8] vero, & *commendo* [9], nullam fideicommiſſi pariunt actionem. §. 7. Tam noſtras res, quam alienas per fideicommiſſum relinquere [10] poſſumus: ſed noſtræ ſtatim, alienæ autem æſtimatæ, aut redemptæ præſtantur. §. 8. Si alienam rem tanquam ſuam teſtator per fideicommiſſum reliquerit, non relicturus, ſi alienam ſciſſet, ut ſolet legatum, ita inutile erit [11] fideicommiſſum. §. 9. Teſtator ſupervivens, ſi eam rem, quam reliquerat, vendiderit, extinguitur [12] fideicommiſſum. §. 10. Codicillis, qui teſtamento confirmati non ſunt, adſcriptum fideicommiſſum jure debetur. §. 11. Filio quibuscunque verbis a patre fideicommiſſum relictum, jure debetur. Sufficit enim inter conjunctas perſonas, quibuscunque verbis, ut in donatione, voluntas expreſſa: & ideo etiam pridie [13], quam moriatur, recte relictum videtur. §. 12. In tempus emancipationis, vel cum ſui juris erit, fideicommiſſum relictum [14] quocumque modo patria poteſtate liberato debetur. §. 13. Rogati invicem ſibi, ſi ſine liberis deceſſerint, hereditatem reſtituere, altero decedente ſine liberis, hereditas ad eum pervenit, qui ſupervixit, nec ex eo paciſci [15] contra voluntatem teſtatoris poſſunt.

§. 14. Heres ante aditam hereditatem, legatarius antequam legatum accipiat, fideicommiſſum præſtare non poſſunt. §. 15. Rem fideicommiſſam ſi heres vendiderit, eamque ſciens comparaverit, nihilominus in poſſeſſionem [16] ejus fideicommiſſarius mitti jure deſiderat. §. 16. Quotiens libertis fideicommiſſum relinquitur, ad eos tantummodo [17] placuit pertinere, qui manumiſſi ſunt, vel qui in eodem teſtamento libertatem, intra numerum legitimum conſecuti ſunt. §. 17. Cui ab herede fideicommiſſum non præſtatur non ſolum in res hereditarias [18], ſed & in proprias [19] heredis inducitur.

§. 18. Jus omne fideicommiſſi non in vindicatione, ſed in petitione [20] conſiſtit.

TIT. II.
DE SC. TREBELLIANO.

Senatusconſulto Trebelliano proſpectum eſt, ne ſolus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur. Et ideo quotiens hereditas ex cauſa fideicommiſſi reſtituitur, actiones ejus in fideicommiſſarium transferuntur [21]: quia unicuique damnoſam eſſe fidem ſuam non oportet.

TIT. III.
DE SC. PEGASIANO.

§. 1. Inter heredem & fideicommiſſarium, cui ex Pegaſiano hereditas reſtituitur, partis & pro parte ſtipulatio interponitur [22]: ut heredi inſtituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fideicommiſſario competant. §. 2. Totam hereditatem reſtituere rogatus, ſi quartam retinere nolit, magis eſt, ut eam ex SC. Trebelliano [23] debeat reſtituere. Tunc enim omnes actiones in fideicommiſſarium dantur.

§. 3. Lex Falcidia, itemque SC. Pegaſianum deducto omni ære alieno, Deorumque donis [24] quartam reſiduæ hereditatis ad heredem voluit pertinere. §. 4. Qui totam hereditatem reſtituit, cum quartam retinere ex Pegaſiano debuiſſet, repetere eam non poteſt [25]. Nec enim indebitum ſolviſſe videtur, qui plenam fidem defuncto præſtare maluit.

TIT. IV.
DE REPUDIANDA HEREDITATE.

§. 1. Recuſari hereditas [26] non tantum verbis, ſed etiam re poteſt, & alio quovis indicio voluntatis. §. 2. Heres per magiſtratus municipales, ex auctoritate præſidis [27], fideicommiſſario poſtulante, hereditatem adire, & reſtituere compellitur. §. 3. Fideicommiſſarius ſi affirmet heredem nolle adire hereditatem, abſente eo interponi decretum [28], & in poſſeſſionem mitti jure deſiderat. §. 4. Suſpectam hereditatem adire compulſus, omnia [29] ex Trebelliano reſtituit.

TIT. V.
DE INOFFICIOSI QUERELA.

§. 1. Inofficioſum dicitur teſtamentum, quod fruſtra, liberis exheredatis, non ex officio pietatis [30], videtur eſſe conſcriptum. §. 2. Poſt factum a matre teſtamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum poſſet, voluntate ad exemplum præteriti, inofficioſi [31] querelam re-

1 *l. 77. §. fideic. ff. de legat. 2.* Eademque ratione lex Falcidia hoc legatum non minuit. *l. 81. §. 1. ff. ad leg. Falc.* 2 Licet alienus ſit. *l. pen. ff. de legat. 1. l. 1. §. pen. ff. de legat. 3.* 3 Quia jus habet commune cum ceteris. *l. 7. C. qui teſtam. fac. poſ.* 4 *l. 77. §. ſurdo. ff. de legat. 2.* 5 *l. 69. ff. de legat. 2. l. 11. §. 4. ff. de legat. 3.* ſcripſimus *Obſerv. l. 2. c. 3.* 6 *§. ultim. Inſt. de ſing. reb. per fideic. rel. l. 2. C. com. de legat.* 7 *l. 115. l. 118. ff. de legat. 1.* 8 At videtur eſſe precarium. *l. 78. §. 8. ff. ad SC. Trebell.* 9 *l. 12. C. de fideicommiſſ. libert. l. 11. §. 2. ff. de legat. 3.* 10 Per damnationem. Ulpian. *titul. de fideicomm.* Per vindicationem jure civili non valet. *l. 39. ff. de manum. teſt.* 11 *l. 10. C. de legat. l. 6. C. de fideicommiſſ.* 12 Niſi alia mente teſtatorem alienaſſe probetur. *§. ſi rem ſuam. Inſt. de legat. l. 15. ff. de adim. leg.* 13 Paria ſunt, *Poſt mortem heredis, & Pridie quam morietur heres. §. poſt mortem, 35. Inſt. de legat.* Sed & *Cum morietur heres. l. 1. §. ſi emancipato. ff. de collat. bonorum. l. 11. §. ſi filio. ff. de legat. 3.* 14 Idemque juris uno tantum caſu expreſſo. *l. 11. §. ſi cui. ff. de legat. 3. l. 15. ff. quand. dies leg. ced. l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit.* 15 *l. 21. 1. C. de pact. l. 11. C. de transact.* 16 Juſtinianus in rem miſſionem ſuſtulit. Igitur ſupereſt dumtaxat vindicatio: emptori autem malæ fidei adverſus heredem ſolius pretii repetitio dabitur. *l. ult. C. com. de legat.* 17 Idem interdum datur & manumiſſis per fideicommiſſum, & libertorum libertis. *l. 2. l. 16. §. 1. ff. de aliment. legat.* 18 Niſi malit ſeparationem bonorum impetrare. *l. penult. ff. de ſepar.* 19 Ob cautionem non præſtitam non mittitur in res heredis proprias, niſi certis modis. *l. 5. §. Imp. ff. ut in poſſ. legat.* 20 Legata vindicamus, fideicommiſſa petimus. *l. 22. §. 1. ff. ad S. C. Trebell.*
21 Quod ideo proditum eſt, ne cui periculoſa eſſet fides ſua. *l. 1. ff. ad SC. Trebell.*
22 Communicantur tamen onera inter heredem & fideicommiſſarium, interpoſitis ſtipulationibus partis & pro parte. *§. poſt quod. Inſt. de fideicom. hered.* 23 *l. 45. ff. ad SC. Treb.* 24 Argum. *l. 5. §. 12. ff. de don. inter vir. & uxor.* 25 Quia ſciens reſtituit. *l. 1. l. ult. C. ad leg. Falcid. l. 5. §. 15. ff. de don. int. vir. & uxor.*
26 *l. 16. §. 4. §. 10. ff. ad SC. Treb. l. 95. ff. de adquir. vel omitt. hered.* 27 Eodemque modo Duumviri tutores dant, *l. 46. §. 6. ff. de admin. tutor* cum tamen neutrum imperii ſit, aut jurisdictionis. 28 *l. 6. ff. ad SC. Trebell. l. 67. ff. eod. l. pen. §. ult. C. eod.*
29 *l. 4. l. 45. ff. ad SC. Trebell. §. ſed ſi recuſabat. Inſt. de fideicom. hered.*
30 Vel contra officium pietatis. *l. 2. ff. de inoffic. teſtam.*
31 *l. 3. C. de inoffic. teſtam.*

ête inſtituit. §. 3. Teſtamentum, in quo Imperator [1] ſcriptus eſt heres, inofficioſum argui poteſt. Eum enim qui leges facit [2], pari majeſtate legibus obtemperare convenit. §. 4. Qui inofficioſum dicere poteſt, hereditatem petere [3] non prohibetur. §. 5. Filius ex aſſe heres inſtitutus inofficioſum dicere non poteſt. nec intereſt, exhauſta, nec ne ſit hereditas, cum apud eum quarta [4] aut legis Falcidiæ, aut SC. Pegaſiani beneficio ſit remanſura.

§. 6. Quarta portio liberis deducto ære alieno, & funeris impenſa præſtanda eſt, ut ab inofficioſi querela excludantur: libertates [5] quoque eam portionem minuere placet. §. 7. Filius in judicio patris ſi minus quarta portione conſecutus ſit, ut quarta ſibi a coheredibus fratribus [6] citra inofficioſi querelam impleatur, jure deſiderat. §. 8. Pactio talis, ne de inofficioſo teſtamento dicatur, querelam ſuper judicio futuram non excludit. Meritis [7] enim liberos, quam pactionibus adſtringi placuit. §. 9. Rogatus hereditatem reſtituere, etſi inofficioſi querelam inſtituerit, fideicommiſſo non ſit injuria: quartam enim ſolummodo hereditatis amittit [8], quam beneficio Senatusconſulti habere potuiſſet. §. 10. Heres inſtitutus habens ſubſtitutum, ſi de inofficioſo dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiſcum, ſed ad ſubſtitutum [9] pertinebit.

TIT. VI.
DE VICESIMA [10].

§. 1. TAbulæ teſtamenti aperiuntur hoc modo, ut teſtes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui ſignaverint teſtamentum: ut ita agnitis ſignis, rupto lino aperiatur, & recitetur [11], atque ita deſcribendi exempli fiat poteſtas, ac deinde ſigno publico obſignatum in archium redigatur: ut ſi quando exemplum ejus interciderit [12], ſit, unde peti poſſit. §. 2. Teſtamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, caſtello, conciliabulo facta, in foro, vel baſilica præſentibus teſtibus, vel honeſtis viris, inter horam ſecundam & decimam diei recitari debent, exemploque ſublato, ab iiſdem rurſus magiſtratibus [13] obſignari, quorum ſententia conſtat aperta. §. 3. Teſtamentum lex ſtatim poſt mortem teſtatoris aperiri voluit: & ideo quamvis ſit reſcriptis variatum, tamen a præſentibus intra triduum, vel quinque dies aperiendæ ſunt tabulæ: ab abſentibus quoque intra eos dies, cum ſupervenerint. Nec enim [14] oportet teſtamentum heredibus, aut legatariis, aut libertatibus, quam neceſſario [15] vectigali moram fieri.

TIT. VII.
DE LEGE CORNELIA.

§. 1. QUi teſtamentum falſum ſcripſerit, recitaverit, ſubjecerit, ſignaverit, ſuppreſſerit, amoverit, reſignaverit, deleverit, pœna legis Corneliæ [16] de falſis tenebitur, id eſt, in inſulam deportatur. §. 2. Non tantum is, qui teſtamentum ſubjecit, ſuppreſſit, delevit, pœna legis Corneliæ coërcetur, ſed & is [17], qui ſciens dolo malo id fieri juſſit, faciendumve curavit. §. 3. Teſtamentum ſupprimit, qui ſciens prudenſque tabulas teſtamenti in fraudem heredum, legatariorum, fideicommiſſariorum, aut libertatum non profert [18]. §. 4. Supprimere tabulas videtur, qui cum habeat, & proferre poſſit, eas proferre non curat [19].

§. 5. Codicilli quoque [20] ſi lateant, nec proferantur, ſupprimi videbuntur.

§. 6. Edicto perpetuo cavetur, ut ſi tabulæ teſtamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum [21] agi poſſit, quo ad exhibendum compellitur qui ſupprimit. Tabularum autem appellatione chartæ quoque, & membranæ continentur.

TIT. VIII.
DE INTESTATORUM SUCCESSIONE.

§. 1. INter agnatos & cognatos hoc intereſt [22], quod in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos vero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus & agnatus eſt, & cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo. §. 2. Si ſint fratres defuncti [23], & fratris filii, vel nepotes, fratre non exiſtente filius fratris nepoti præfertur. §. 3. Fœminæ ad hereditates legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur, idque jure civili [24], vel Voconia narratione videtur effectum. Ceterum lex XII. Tabul. nulla diſcretione ſexus cognatos admittit. §. 4. In hereditate legitima ſucceſſioni locus non eſt. Et ideo fratre decedente antequam adeat, aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non poteſt [25], quia omnis ſucceſſio proximiori defertur. §. 5. Ab hoſtibus captus neque ſui, neque legitimi heredis jus amittit poſtliminio reverſus. Quod & circa eos, qui in inſulam deportantur, vel ſervi pœnæ effecti ſunt, placuit obſervari, ſi per omnia in integrum indulgentia principali [26] reſtituantur. §. 6. Pro herede gerere, eſt deſtinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus uſurpare. Et ideo pro herede gerere videtur [27], qui fundorum hereditariorum culturas, rationeſque diſponit, & qui ſervis hereditariis, jumentis, rebuſve aliis utitur.

§. 7. Ex pluribus heredibus iiſdemque legitimis, ſi qui omiſerint hereditatem, vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adierunt, vel eorum heredibus omittentium portiones adcreſcunt. Quod in herede inſtituto eum, qui acceperat ſubſtitutum [28], evenire non poterit. Diverſa enim cauſa eſt ſcripti & legitimi.

TIT. IX.
AD SENATUSCONSULTUM TERTULLIANUM.

§. 1. MAtres tam ingenuæ, quam libertinæ, cives Romanæ, ut jus liberorum conſecutæ videantur, ter & quater peperiſſe ſufficiet, dummodo vivos [29], & pleni temporis pariant. §. 2. Quæ ſemel uno partu tres filios edidit, jus liberorum non conſequitur. Non enim ter peperiſſe, ſed ſemel partum fudiſſe videtur, niſi forte per intervalla [30] pariat. §. 3. Mulier ſi monſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit, nihil proficit [31]. Non ſunt enim liberi, qui contra formam humani generis, converſo more procreantur. §. 4. Partum, qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia aliquatenus videtur effectus, matri prodeſſe placuit [32].

§. 5. Septimo menſe natus matri prodeſt [33]. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut ſeptimo pleno, aut decimo menſe partus maturior videatur. §. 6. Aborſus, vel abactus venter partum efficere [34] non videtur. §. 7. Libertina ut jus liberorum conſequi poſſit, quater eam peperiſſe ſufficit. §. 8. Latina ingenua jus Quiritum conſecuta, ſi ter pepererit, ad legitimam filii hereditatem admittitur, non eſt enim manu emiſſa. §. 9. Jus liberorum mater habet, quæ tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. Habet, cui ſuperſunt: habuit, quæ amiſit. Neque habet neque habuit, quæ beneficio principis jus liberorum conſecuta eſt.

TIT. X.
AD SENATUSCONSULTUM ORPHITIANUM.

§. 1. FIlii vulgo quæſiti ad legitimam matris hereditatem aſpirare non prohibentur [35]: quia pari jure ut ipſorum matribus, ita ipſis matrum hereditates deferri debuerunt. §. 2. Ad filiam ancillam, vel libertam ex SC. Claudiano effectam, legitima matris inteſtatæ hereditas pertinere non poteſt [36]: quia neque ſervi, neque liberti matrem civilem habere intelliguntur. §. 3. Ad legitimam inteſtatæ matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini admittuntur. Cives autem Romanos eo tempore [37] eſſe oportet, quo ab iiſdem legitima hereditas aditur.

§. 4. Filius maternam hereditatem, eandemque legitimam, niſi adeundo [38] quærere non poteſt.

TIT. XI.
DE GRADIBUS.

§. 1. PRimo gradu ſuperiori linea [39] continentur pater, mater: inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ perſonæ junguntur. §. 2. Secundo gradu continentur ſuperiori linea avus, avia, inferiori nepos, neptis: transverſa frater, ſoror: quæ perſonæ duplicantur. Avus enim, & avia tam ex patre, quam ex matre: nepos, neptis tam ex filio, quam ex filia: frater, ſoror tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quæ perſonæ ſequentibus quibuſcunque gradibus ſimiliter pro ſubſtantia earum, quæ in quoquo gradu conſiſtunt, ipſo ordine duplicantur [40]. §. 3. Tertio gradu [41] veniunt ſupra proavus, proavia, infra pronepos, proneptis: ex obliquo fratris, ſororiſque filius, filia, patruus, amita, id eſt, patris frater & ſoror: Avunculus, matertera, id eſt, matris frater & ſoror. §. 4. Quarto gradu [42] veniunt ſupra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & ſororis nepos, neptis, frater patruelis, ſoror patruelis, id eſt, patrui filius, filia: conſobrinus, conſobrina, id eſt, avunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id eſt, amitæ filius, filia: itemque conſobrini, qui ex duabus ſororibus naſcuntur. Quibus adcreſcit patruus magnus, amita magna, id eſt, avi paterni frater & ſoror: Avunculus magnus, matertera magna, id eſt, aviæ tam paternæ, quam maternæ frater & ſoror. §. 5. Quinto gradu [43] veniunt ſupra quidem, atavus, atavia, infra atnepos, atneptis: ex obliquo fratris & ſororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ filius, filia, propius ſobrinus ſobrina, id eſt, patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. His adcreſcunt propatruus, proamita, hi ſunt proavi paterni frater & ſoror; proavunculus, promatertera, hi ſunt proaviæ paternæ, maternæque frater & ſoror, proavique materni. §. 6. Sexto gradu [44] veniunt ſupra tritavus, tritavia, infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & ſororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ nepos, neptis: patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, id eſt, propioris ſobrini filius, filia, qui conſobrini appellantur. Quibus ex latere adcreſcunt propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius, filia: Abpatruus abamita, hi ſunt abavi paterni frater & ſoror: Abavunculus abmatertera, hi ſunt abaviæ paternæ, maternæque frater & ſoror, abavique materni. §. 7. Septimo gradu [45] qui ſunt cognati recta linea ſupra, infraque, propriis nominibus non appellantur: ſed ex transverſa linea continentur fratris, ſororiſve atnepos, atneptis, conſobrini filii, filiæque. §. 8. Succeſſionis idcirco gradus ſeptem conſtituti ſunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita [46] ſuccedentibus prorogari poteſt.

1 *l. 8. §. 2. ff. de inoffic. teſt.* 2 *l. 23. ff. de legat. 3.* 3 *l. 1. C. de inoffic. teſt.* Quidam Codices habent, *Qui inofficioſum dicere non poteſt.* 4 *l. 8. §. 9. ff. de inoffic. teſt.* 5 *l. 8. §. 8. & §. 9. ff. de inoffic. teſt. l. 6. C. eod.* 6 Adjectis extraneis ſecus. *l. 3. C. de inoffic. teſtam.* Hodie ex conſtitutione Juſtiniani filio inſtituto ex minore parte, vel exheredato, cui minus debito relictum eſt, omnimodo actio datur ſupplendæ portionis gratia, non querela, *l. 30. l. 36. C. de inoffic. teſtam.* 7 *l. 35. §. 1. C. de inoffic. teſt.* 8 *d. l. 8. §. unde non male. ff. de inoff. teſt.* 9 *d. l. 8. §. 4. in fin.*

10 Dio libro 55. *l. ult. C. de edict. D. Adr. tollend. l. ult. ff. de appell. recip.*
11 *l. 4. l. 6. ff. quemadmod. teſtam. aper.* Si non fuerit ſignatorum copia, præſentibus optimæ opinionis viris aperiuntur. *l. 7. ff. eod. l. 2. C. eod. tit.* 12 Eaque ratione in archivum redacta ad comparationem valent, licet deſtituta ſint legis ſolemnitate, *Novell. 1. §. penult. l. 2. l. 18. l. 23. C. de teſtam. l. 19. C. eod.* 13 Sed ſi in archivo civitatis tabulæ non deponantur, ſatis erit vel priorum ſignatorum, vel eorum, qui illis abſentibus adfuerunt, ſigna magiſtratu præſente reponi. *l. 7. ff. teſtam. quemadm. aper. l. 2. C. eod.* 14 *l. ult. ff. de appell. recip.* 15 κατ᾽ ἔλλειψιν, *ut in tit. prox.* ¶. *Meritis liberos, quam pactionibus: & in lib. 5. tit. 18. neque in pecuniariis, quam in capitalibus.*

16 *l. 2. ff. ad leg. Corn. de falſ.* Pœna legis Corneliæ eſt deportatio, ut *lib. 5.* latius. 17 *l. 2. ff. eod.* 18 Inde in *l. Pomp. 44. ff. de adquir. rerum domin.* Qui repoſcenti, non reddit, ſupprimere, & intercipere videtur. Sed omnimodo ſupprimendi animum ac conſilium exigimus. *l. 3. §. ſi quis dolo. ff. de tab. exhib.* 19 *d. l. 3. §. ſi quis dolo.* 20 *l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib.* 21 Pugnat directo cum *l. 3. §. ult. ff. de tab. exhib.* ſed Ulpianus credo ſic ſcripſit: *Interdictum hoc & poſt annum non competere,* ut in *l. 1. §. hanc actionem. ff. ne vis fiat ei.*

22 *l. penult. ff. unde legit.* 23 Sic lego, *Si ſint frater defuncti, & fratris filius vel nepos, frater filio fratris, vel eo non exiſtente, nepoti præfertur. §. ſi plures, Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* 24 Jure novo. *§. ceterum, de legitim. agnat. ſucceſſ.* 25 Non dabitur Unde legitimi, dabitur tamen Unde cognati. *§. placebat 7. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. Ex l. 4. C. de bon. lib.* 26 *l. 1. §. filio. ff. ad SC. Tertyll. l. 1. §. ultim. ff. de bon. poſſ. contr. tab.* non tamen manumiſſione, *l. 7. ff. unde cogn.* 27 Quod fuſius explicatur in *l. 20. ff. de adquir. hered.* 28 Legendum cenſeo, *eoque coheredi ſubſtituto,* ut in *l. 9. ff. de ſuis & legit.*

29 Nati enim non videntur, qui mortui naſcuntur, & contra naturam, ac leges videntur naſci, qui immaturo partu eduntur. 30 *l. 137. ff. de verb. ſign. l. 15. ff. de ſtat. hom.* 31 *l. 14. ff. de ſtat. hom.* Contra Ulpianus in *l. 135. ff. de verborum ſignification.* Hic de lucro certatur, ibi de damno. Plus autem favendum eſt his, qui de damno vitando, quam de lucro captando certant, *l. ult. §. ſin vero creditores. C. de jur. delib.* 32 *l. 14. ff. de ſtat. hom.* 33 *l. 12. ff. de ſtat. hom.* 34 *l. 2. C. de poſth. hered.* Et ideo abortu facto, finitur miſſio in poſſeſſionem. *l. 1. in fin. ff. de vent. in poſſ. mitt.*

35 *§. noviſſime 3. Inſt. de SC. Orph.* 36 *l. 1. §. filio. ff. ad SC. Tertyl.* 37 *l. 1. §. filio. ff. ad SC. Tertyl.* 38 *l. 3. C. ad SC. Orphitian.* eodemque modo mater filio heres ſit, *l. 1. C. Theod. de cret. vel bon. poſſeſſ. l. 1. C. Theod. de leg. her.*

39 *l. 9. ff. de grad. & adfin.* 40 *l. 10. §. 2. ff. de grad. & adfin.* 41 Tertio gradu continentur perſonæ 10. duplicatæ 32. 42 In quarto gradu perſonæ continentur 80. 43 Quinto gradu continentur perſonæ 184. 44 Sexto gradu continentur perſonæ 448. 45 Septimo gradu continentur perſonæ mille 24. 46 *l. 4. ff. de grad. & adfin.*

TIT. XII.
DE MANUMISSIONIBUS.

§. 1. Servum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest, nec magis, quam civem Romanum: cujus portio eo casu, quo si proprius esset, ad civitatem Romanam perveniret, socio adcrescit [1]. §. 2. Mutus, & surdus servum vindicta liberare non possunt [2]. Inter amicos tamen, & per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad justam libertatem pervenire possit, conditione venditionis excipi potest. §. 3. Tormentis apud Præsidem subjectus, & de nulla culpa confessus, ad justam libertatem [3] perduci potest. §. 4. Fideicommissa libertas [4] data, facto heredis non mutatur, si servum, quem manumittere jussus est, vinxerit. §. 5. Communem servum unus ex sociis vinciendo, futuræ libertati non nocebit. Inter pares enim sententias, clementior severiori præfertur. Et certe humanæ rationis est favere miserioribus, & prope innocentes dicere, quos absolute nocentes pronunciare non possumus.

§. 6. Debitor creditorve servum pignoris vinciendo, dedititium facere non possunt. Alter enim sine altero causam pignoris [5] deteriorem facere non potest. §. 7. Servus furiosi domini, vel pupilli jussu vinctus [6], dedititiorum numero non efficitur: quia neque furiosus, neque pupillus exacti consilii capax est. §. 8. Non tantum si ipse dominus [7] vinciat, nocet libertati, sed & si vinciri jubeat, aut vincientis procuratoris actorisve factum comprobet. Quod si antequam sciret vinctum, solutionis ejus causas approbaverit, libertati futuræ vincula non nocebunt. §. 9. Cæco curator dari non potest [8], quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

TIT. XIII.
DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS.

§. 1. Ea conditione heres institutus, si liberos suos emancipaverit, omnimodo eos emancipare cogendus est [9]. Pro conditione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta. §. 2. Decedente eo, a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes ejus eam præstare [10] cogendi sunt. §. 3. Si decedens servis suis libertatem ita dederit, Illum & illum liberos esse volo, eosque filiis meis tutores do, impeditur fideicommissa libertas: quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt, & habentibus tutores tutor dari non potest: sed interim vice absentium pupilli habentur, ut ex decreto amplissimi ordinis primum libertas [11], ac deinde tutela competere possit.

TIT. XIV.
AD LEGEM FUSIAM CANINIAM.

§. 1. Nominatim [12] servi testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo, *Stichus liber esto.* Cum autem, *Obsonatorem, vel qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse volo,* ex Orphitiano S C. perinde libertas competit, ac si nominatim data sit. Officiorum enim, & artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designentur. Tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur. §. 2. Codicillis testamento confirmatis datæ libertates cum his, quæ tabulis testamenti datæ sunt, concurrunt: & sive antecedant, sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur, quia ex testamento utræque confirmantur. §. 3. Quotiens numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque [13] quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt. §. 4. Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus [14] testamento manumittatur. Subductis igitur duobus usque ad x. pars dimidia, a x. usque ad xxx. pars tertia, a xxx. usque ad c. pars quarta, a c. usque ad D. pars quinta. Plures autem, quam centum ex majori numero servorum manumitti non licet.

1 Hæc Justinian. mutat in *l. 1. C. de comm. serv. manum.* 2 *l. 10. C. qui testam. fac. possunt. l. 1. ff. qui & a quibus manum.* 3 Auctor Ulpian. *in fragm. tit.* 1. 4 *l. 2. ff. de fideic. libert.* 5 *l. 24. §. ult. ff. de pign. act.* 6 Vincula quemadmodum in lege Ælia Sentia de dedititiis accipiantur, Ulpian. exponit in *l. 216. ff. de verborum signific.* 7 Hodie sublata est dedititiorum conditio: Itaque usui hæc esse non possunt. 8 Curator dari solet muto, surdo, prodigo. *l. 43. ff. de procurat.* Cæco non datur. *l. 9. ff. de adoption. l. 2. ff. de bon. poss. fur. infant.* 9 *l. 92. ff. de condit. & demonstr.* 10 *l. 12. §. 1. ff. de fideic. libert.* 11 *l. 9. C. de fideic. libert.* 12 *l. 24. ff. de manum. testam.* 13 *l. 1. §. 14. l. 50. in fin. ff. de adquir. poss. l. 25. §. ult. ff. de liber. caus.* 14 De quo in *l. si Judæi. C. Theod. de Judæis. & in primo tit. hujus libri.*

JULII PAULI RECEPTARUM SENTENTIARUM LIBER QUINTUS.

TIT. I.
DE LIBERALI CAUSA.

§. 1.

Qui contemplatione extremæ necessitatis, aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non præjudicant [1]. Homo enim liber nullo pretio æstimatur. Iidem nec pignori ab his, aut fiduciæ dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Operæ tamen eorum locari possunt. §. 2. Veritati & origini ingenuitatis manumissio, quocumque modo facta fuerit, non præjudicat [2]. §. 3. Descriptio ingenuorum ex officio fisci [3] inter fiscalem familiam facta, ingenuitati non præjudicat. §. 4. Qui metu & impressione alicujus terroris apud acta Præsidis servum se esse mentitus est, postea [4] statum suum defendenti non præjudicat. §. 5. Post susceptum liberale judicium, si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne judicium transferri placuit. In priorem vero quod prodendæ libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur. Non enim oportet susceptam status causam, nulla cogente necessitate, destitui [5].

TIT. II.
DE USUCAPIONE.

§. 1. Possessionem adquirimus animo & corpore: animo utique nostro [6], corpore vel nostro, vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus, retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hybernis [7], æstivisque contingit. §. 2. Per liberas personas, quæ in potestate nostra non sunt, adquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem [8] adquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata, non aliter ei quam si rata sit [9], quæritur. §. 3. Longi temporis præscriptio inter præsentes continuo decennii spatio, inter absentes vicennii comprehenditur. §. 4. Viginti annorum præscriptio etiam adversus Remp. prodest [10] ei, qui justum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen quanti ejus interest adversus eos Reipub. datur, qui ea negotia defendere neglexerunt. §. 5. Si post motam [11] intra tempora quæstionem, res ad novum dominum emptione transierit, nec is per xx. annos fuerit inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

1 Pater filios vendere potest, si cogat egestas. *l. 2. C. de patr. qui fil. suos distr.* & ita venditus filius servus emptoris fit: sed reddito emptori pretio, aut mancipio pari, ingenuitatem pristinam recipiet: atque ita venditio illa, ingenuitati non præjudicat. 2 *§. ult. Inst. de ingenuis.* 3 Idem est, si pater liberos profiteatur, velut servos. *l. 39. C. de liber. causa. l. 8. ff. de stat. hom.* 4 *l. 6. l. 24. C. de liber. causa.* 5 Libertas enim publicam tutelam meretur. *l. 2. ff. ne de stat. def. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de lib. hom. exh.*
6 Ex causa peculiari animo etiam alieno possessionem adquirimus. *l. 3. §. saltus. ff. de adquirend. possess.* 7 Quod dicitur de saltibus, ad omnia prædia pertinet. *l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi.* 8 *l. 1. l. 8. C. de adq. poss. l. 1. C. per quas person. nob. adq.* 9 *l. 42. §. ult. ff. de adquir. poss. l. 24. ff. de neg. gest.* 10 Actio tamen quanti interest, in administratorem, vel curatorem civitatis competit, quod a possessore agros Reipub. non retraxerit. *l. ult. ff. de adm. rer. ad civit. pert.* 11 Sumpta est hæc sententia ex *l. 1. C. de præscript. long. temp.*

TIT. III.
DE HIS, QUÆ PER TURBAM FIUNT.

§. 1. In eos, qui per turbam, seditionemve damnum alicui dederint, dandumve curaverint, si quidem res pecuniaria est, æstimatione dupli [12] sarcitur. Quod si ex hoc corpori alicujus, vitæ, membrisve noceatur, extra ordinem vindicatur. §. 2. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, susceptum, suppressumve erit, eo anno in quadruplum [13] ejus rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur, postea, in simplum. §. 3. Hi, qui ædes alienas, villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur [14]. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis nocere possunt, accipiuntur. §. 4. Receptores aggressorum, itemque latronum eadem pœna [15] afficiuntur, qua ipsi latrones. Sublatis enim susceptoribus, grassantium cupido conquiescit. §. 5. Fures, vel raptores balnearum plerumque in metallum, aut in opus publicum [16] damnantur. Nonnumquam pro frequentia admissorum judicantis sententia temperatur.

§. 6. Incendiarii, qui consulto incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quod si per incuriam eorum ignis evaserit, dupli compendio [17] damnum, ejusmodi sarciri placuit.

TIT. IV.
DE INJURIIS.

§. 1. Injuriam patimur aut in corpus aut extra corpus. In corpus verberibus, & illatione stupri. Extra corpus, convitiis [18], & famosis libellis: quod ex affectu uniuscujusque [19] patientis, & facientis æstimatur. §. 2. Furiosus, itemque infans affectu doli, & captu contumeliæ carent: idcirco injuriarum [20] agi cum his non potest. §. 3. Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori fiat injuria, nostra interest vindicare: ideoque per nos actio inferri potest, si modo is, qui fecit, in injuriam nostram [21] id fecisse doceatur. §. 4. Corpori injuria infertur, cum quis pulsatur, cuive stuprum infertur, aut de stupro interpellatur [22]. Quæ res extra ordinem vindicatur, ita ut pulsatio pudoris, pœna capitis vindicetur.

§. 5. Solicitatores [23] alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur. §. 6. Injuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto jure introducta est. Lege XII. tabul. [24] de famosis carmi-

12 Intra annum, post annum in simplum. *l. 4. ff. vi bon. rapt.* 13 *l. 1. ff. de inc. ruin. & nauf.* 14 Extat hæc sententia in *l. pen. ff. ad l. Jul. de vi pub.* 15 *l. 3. §. non tantum. ff. de incend. ruin. & naufr. l. 1. ff. de recept. l. pen. C. ad legem Jul. de vi pub.* 16 Pari pœna afficiuntur nocturni fures. *l. 1. ff. de fur. baln.* 17 *l. 28. §. 12. ff. de pœnis. l. 9. l. pen. ff. de inc. ruin. & nauf. l. 10. ff. ad leg. Corn. de fic.* & hæc est quæ incensarum ædium actio dicitur in *l. 7. ff. de pact.*

18 *l. 1. §. omnem. ff. de injur.* 19 *l. 3. §. 1. ff. eod. §. ult. Inst. de injur.* 20 *l. 3. §. 1. ff. de injur.* 21 Si patremfam. aut viduam esse existimaverit, non potest videri patri, aut marito injuriam fecisse. *l. 18. §. ult. ff. de injur.* 22 Interpellatio pudicitiæ magis ad infamiam pertinere videtur. *l. 1. §. omnem. ff. de injur.* 23 *l. 1. in prin. ff. de extraord. crim.* 24 Capitis pœna probatur etiam a *l. 1. C. de fam. libell.* aliæ in desuetudinem abierunt.

nibus, membris ruptis, & ossibus fractis. §. 7. Moribus, quotiens factum pro qualitate sui, arbitrio judicis [1] æstimatur, congruentis pœnæ supplicio vindicatur. §. 8. Mixto jure injuriarum actio ex lege Cornelia constituitur, quotiens quis pulsatur [2], vel cujus domus introitur ab his, qui vulgo Directarii [3] appellantur: in quos extra ordinem animadvertitur: ita ut prius ingruentis consilium pro modo commentæ fraudis pœna vindicetur exilii, aut metalli, aut operis publici. §. 9. Injuriarum civiliter damnatus, ejusque æstimationem inferre jussus, famosus [4] efficitur. §. 10. Atrox injuria [5] æstimatur aut loco, aut tempore [6], aut persona. Loco, quotiens in publico irrogatur: Tempore, quotiens interdiu: Persona, quotiens senatori, vel equiti Romano, decurioni, vel alias spectatæ auctoritatis viro. §. 11. Qui per calumniam injuriæ actionem instituit, extra ordinem [7] punitur. Omnes enim calumniatores exilii, vel insulæ relegatione, aut ordinis amissione puniri placuit. §. 12. Injuriarum non nisi præsentes accusare possunt. Crimen ejus [8], quod vindictæ, aut calumniæ judicium expectat, per alios intendi non potest. §. 13. Fit injuria contra bonos mores, veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinuerit, aquas spurcaverit, fistulas, lacus, quidve aliud ad injuriam publicam [9] contaminaverit: in quos graviter animadverti solet. §. 14. Qui puero prætextato stuprum, aliudve flagitium abducto ab eo, vel corrupto comite persuaserit [10], mulierem, puellamve interpellaverit, quidve pudicitiæ corrumpendæ gratia fecerit, domum præbuerit, pretiumve, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in insulam deportatur, corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

§. 15. Psalterium [11], quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum, & publice cantatum, tam in eos, qui hoc cantaverint, quam in eos, qui composuerint, extra ordinem vindicatur: eo acrius, si personæ dignitas ab hac injuria defendenda sit. §. 16. In eos auctores, qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem [12] usque ad relegationem insulæ vindicatur. §. 17. Convitium judici ab appellatoribus fieri non oportet: alioquin infamia [13] notantur. §. 18. Maledictum, itemque convitium publice factum ad injuriæ vindictam revocatur: quo facto condemnatus famosus efficitur. §. 19. Non tantum is, qui maledictum, aut convitium ingesserit, famosus efficitur, sed & is, cujus ope [14] consiliove factum esse dicitur. §. 20. Servus, qui injuriam, aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallum damnatur: si vero levem, flagellis cæsus [15] sub pœna vinculorum [16] temporalium domino restituitur.

TIT. V.
DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIBUS LITIUM.

§. 1. Res judicatæ videntur ab his, qui imperium, potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque a magistratibus municipalibus usque ad summam, qua jus dicere possunt [17], itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem judex sumptus rem judicatam non facit [18]: sed si pœna inter eos promissa sit, pœna rei in judicium deductæ ex stipulatu peti potest. §. 2. Confessi debitores pro judicatis habentur: ideoque ex die confessionis tempora solutioni præstituta computantur. §. 3. Confiteri quis in judicio non tantum sua voce, sed & literis, & quocumque modo potest. Convinci autem non nisi scriptura, aut testibus potest. §. 4. Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi, & distrahi [19] possunt. §. 5. Ea, quæ altera parte absente decernuntur, vim rerum judicatarum non obtinent [20].

§. 6. Trinis literis, vel edictis, aut uno pro tribus dato, aut trina denunciatione conventus, nisi ad judicem, a quo sibi denunciatum est, aut cujus literis, vel edictis conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum judicatarum obtinet [21]; quinimo nec appellari [22] potest ab ea. §. 7. Res olim judicata post longum silentium in judicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum [23] revocari. Longum autem tempus, exemplo longæ præscriptionis [24], decennii inter præsentes, & inter absentes vicennii computatur. §. 8. In causa capitali absens [25] nemo damnatur, neque absens per alium [26] accusare potest. §. 9. Falsis instrumentis religione judicis circumducta, si jam dicta sententia prius de crimine admisso constiterit, ejus causæ instauratio [27] jure deposcitur.

TIT. VI.
DE INTERDICTIS.

§. 1. Retinendæ possessionis gratia comparata sunt interdicta, per quæ eam possessionem quam jam habemus, retinere volumus, quale est, Uti possidetis de rebus soli, & Utrubi de re mobili [28]. Et in priore quidem is prior est, qui redditi interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidet. In altero vero potior est, qui majore parte anni retrorsum numerati, nec vi, nec clam, nec precario possidet [29].

§. 2. Ut interdictum, ita & actio proponitur: Ne quis via publica aliquem prohibeat. Cujus rei solicitudo ad viarum curatores pertinet, a quarum munitione nemo exceptus [30] est. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere [31] condemnatur.

§. 3. Non tantum si ipse dominus possessione dejiciatur [32], Unde vi utile interdictum est, sed & si familia ejus. Familiæ autem nomine etiam duo servi continentur. §. 4. Vi dejicitur non tantum qui oppressu multitudinis, aut fustium, aut telorum, aut armorum metu terretur: sed & is qui violentiæ opinione comparata possessione cessit, si tamen adversarius eam ingressus sit [33]. §. 5. De navi vi dejectus hoc interdicto experiri non potest, sed utilis ei actio De rebus recuperandis, exemplo De vi bonorum raptorum datur. Idemque de eo dicendum est, qui carruca, aut equo [34] dejicitur, quibus non abductis injuriarum actio datur. §. 6. Vi dejectus videtur, & qui in prædio vi retinetur, & qui in via territus est [35], ne ad fundum suum accederet [36].

§. 7. Qui vi, aut clam, aut precario possidet, ab adversario impune dejicitur [37]. §. 8. Et rebus vi possessis si aliquæ arserint, vel servi decesserint, licet id sine dolo ejus [38], qui dejecit, factum sit, æstimatione tamen condemnandus est, qui ita voluit adipisci rem juris alieni. §. 9. Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, induci [39] prius debet ex his vicibus, quibus a singulis duci consuevit: ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquam usurpanti nummaria pœna irrogatur. Cujus rei cura ad solicitudinem præsidis [40] spectat. §. 10. Redditur interdicti actio, quæ proponitur ex eo, ut quis quod precario habet restituat. nam & civilis actio hujus rei, sicut commodati [41], competit eo vel maxime, quod ex beneficio suo [42] unusquisque injuriam pati non debet. §. 11. Precario possidere [43] videtur, non tantum qui per epistolam, vel quacumque alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed & is, qui nullo voluntatis indicio, patiente [44] tamen domino possedit. §. 12. Heres ejus, qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum est clam videri possidere [45]. Nullæ enim preces ejus videntur adhibitæ. Et ideo persecutio ejus rei semper manebit, nec interdicto locus est. §. 13. Arbor, quæ in alienas ædes, vel in vicini agrum imminet, nisi a domino sublucari [46] non potest, isque conveniendus est, ut eam sublucet. Quod si conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum compescatur. Idque qualiscumque dominus [47] facere non prohibetur. §. 14. Adversus eum, qui hominem liberum vinxerit, suppresserit, incluserit, operamve, ut id fieret, dederit, tam interdictum, quam legis Fabiæ [48] super ea re actio redditur. Et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur [49] is, qui detinetur: Lege autem Fabia, ut etiam pœna nummaria coërceatur. §. 15. Bene concordans matrimonium separari a patre Divus Pius prohibuit [50]: itemque a patrono libertum, a parentibus filium, filiamque, nisi forte quæratur, ubi utilius morari debeat. §. 16. Omnibus bonis, quæ habet, quæque habiturus est, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quæ in usu quotidiano habet [51], obligantur: ideoque de his nec interdictum redditur.

TIT. VII.
DE OBLIGATIONIBUS.

§. 1. Obligationum firmandarum gratia stipulationes [52] inductæ sunt, quæ quadam verborum sollemnitate concipiuntur: & appellatæ, quod per eas firmitas obligationum constringitur. Stipulum enim veteres firmum [53] appellaverunt. §. 2. Verborum obligatio inter præsentes [54], non etiam inter absentes contrahitur. Quod si scriptum fuerit instrumento promisisse aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit. §. 3. Fructuarius servus, si quid ex re fructuarii aut ex operis suis [55] adquirit, ad fructuarium pertinet. Quidquid autem aliunde, vel ex re proprietarii, adquirit, domino proprietatis adquirit.

§. 4. Cum facto promissoris res in stipulatum deducta intercidit, perinde agi ex stipulato potest, ac si ea res extaret. Ideo promissor æstimatione ejus [56] punitur, maxime si in dolum [57] quoque ejus concepta fuerit stipulatio.

TIT. VIII.
DE NOVATIONIBUS.

Non solum per nosmetipsos novamus quod nobis debetur, sed per eos etiam, per quos stipulari possumus: veluti per filiumfamilias, vel per servum jubendo, vel ratum habendo [58]. Procurator quoque noster ex jussu nostro, receptum est, ut novare possit.

1 Hoc est, quod ait Justin. in *§. pœna. Inst. de injur.* abolita actione legitima eam in judiciis frequentari. 2 Et est publica accusatio. *l. 12. ad fin. ff. de accus.*
3 Qui se fraudulenter per tegulas, vel alio modo in alienas ædes dirigunt, & inde nomen. Dicimus & Derectarios, & derigere. *l. 7. ff. de extr. crim. l. 1. ff. de effract.*
4 *l. 1. ff. de his qui not. infam.* 5 De atrocibus injuriis a prætore propositæ sunt civiles actiones. Et ideo etiam ex eis causis, quæ lege Cornelia continentur, civiliter agi potest. *l. 7. §. posse. l. 37. ff. de injur.* 6 Exemplum in *l. 7. §. ult. ff. eod.*
7 Ita ut vel exilium patiatur, vel relegationem, vel ordinis amotionem. *l. 43. ff. de injur.* Similis pœna variis, & falsis testibus imponitur. J. *tit. de testibus:* & judicibus corruptis in *tit. ad legem Jul. repetund.* 8 Civilis injuriarum actio per procuratorem intendi potest. *l. 11. §. 2. ff. de injur. l. 42. §. 1. ff. de procur.* Accusatio non item. *§. in summa. Inst. de injur.*
9 Hæc recensentur in *l. 1. §. 1. ff. de extr. crim.* 10 Extat hæc Pauli sententia in *l. 1. §. ult. ff. de extr. crim.* 11 Psalterium non pro organo, sed pro cantico dicit.
12 Generaliter omnis injuria nunc extra ordinem coërcetur. *l. ult. ff. eodem.*
13 Extat hæc sententia in *l. 42. ff. eodem.* 14 *l. 15. §. 25. ff. de injur.*
15 *l. 17. §. 4. l. ult. ff. eod.* 16 Hæc pœna frequens est in servis, ut flagellis cæsi sub pœna vinculorum domino restituantur. *tit. 18. & l. 10. l. 28. §. 3. l. 38. §. 4. ff. de pœn.*

17 Nec enim de omni summa pronuntiare possunt. *l. 28. ff. ad municip.* 18 *l. 1. C. de recep. arb. l. 2. ff. eod.* 19 *l. 6. §. ult. ff. de confess. l. 21. ff. de judic.* 20 *l. 31. ff. de re judic. l. ultim. C. de except. rei judicat.* 21 Res judicata tantum inter præsentes tenet. *l. 47. ff. de re jud. l. 7. C. quomod. & quand. jud. l. 1. § item cum ex edicto. ff. quæ sent. sin. ap. resc.* 22 *l. 53. §. 1. ff. de re jud. l. 8. C. quomod. & quand. jud.* Edicta affiguntur, literæ ad reum mittuntur, denuntiationes fiunt per executores. *l. 5. §. adversus. ff. de pœn. l. 2. l. 9. C. quomod. & quand. jud.* 23 *l. 73. §. ult. ff. de judic. l. 1. C. quor. appell. non rec.*
24 Ut S. *lib. 1. tit. 19.* obstat *l. 6. §. ult. ff. de re judic.* Actionem perpetuam ita accipias, ut in vetustissimo jure, æternam, & immortalem. Vel in duplum, id est, oblata dupli æstimatione, ni jure vicerit, sicut venditor aliquando oblato duplo rescindi venditionem desiderat. *l. 6. C. de vend. rerum.* 25 Id est, exemplo adquisitionis longi temporis, ut *supr. tit. 2.*
26 *l. 5. ff. de pœn.* 27 *l. penult. ff. de pub. jud.*

28 *l. ult. C. si ex fals. instrum. l. 11. ff. de except.* 29 In illo vincit is, qui redditi interdicti tempore, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidet: In hoc, qui majore parte anni possedit: quo pertinet *l. 156. ff. de verb. sign.* hæc est vetus differentia. Hodie interdicto, *Uti possidetis, Utrubi* exæquatum est *l. 1. ff. Utrubi. §. sed interdicto quidem Inst. de interd.* 30 Nisi qui muneris publici vacationem impetravit. *l. 12. ff. de mun. & honor.*
31 *l. 1. §. 1. ff. ut in flum. public. navig. lic. l. 2. §. ult. ff. ne quid in loc. publ.*
32 *l. 2. §. prætor. ff. ne quid in loc. pub.* 33 *l. 1. ff. de vi.* 34 Legendum credo, *dejiciat* non *dejiciatur. l. 3. §. si quis autem. ff. de vi & de vi arm.*
35 *l. 1. §. si quis de nave. ff. de vi.* 36 *l. 1. §. sive autem. & §. penult. ff. de vi & vi arm.* 37 Qui a me vi, aut clam, aut precario possidet non habet interdictum *Unde vi*, si eum possessione dejecero. Sed si alius dejecerit, placet ei interdictum dari. *l. 1. §. qui a me. ff. de vi.* 38 *l. 1. §. denique scribit Julianus. l. penult. ff. de vi.* 39 Hic locus mihi restituendus videtur, *interdici prius debet, & his vicibus.* 40 Ut *l. 6. C. de servi. & aqua.* 41 Civilis autem actio eo nomine non competit, quia precarium donatio potius est, quam civile negotium. *l. 14. ff. de precar.* 42 *l. 2. ff. eod.* 43 *l. 2. ff. eod.* 44 *l. 4. §. ult. ff. de precar.* 45 Igitur ex sua persona vindicatione convenitur, non interdicto, de precario. *l. 11. ff. de divers. & temp. præscript.* 46 Sublucare est compescere luxuriem ramorum, quod usque ad 15. pedes, ut fiat, definitum est, a terra. *l. 1. §. 7. ff. de arborib. cædend.*
47 Id est, sive proprietarius, sive fructuarius. *d. l. 1. §. non solum.* 48 Cujus pœna nummaria primum fuit, tum metalli. *l. ult. ff. de leg. Fab.* deinde gravior *l. ult. C. eod.*
49 *l. 3. ff. de lib. hom. exhib.* 50 *l. 1. §. ult. ff. de lib. exhib.* 51 *l. 6. & seq. ff. de pign. l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss.*

52 *l. 5. §. conventionales. ff. de verb. oblig.* 53 Isidorus hunc locum citat *lib. 5.*
54 Neque obstat *l. 57. ff. de don. inter vir. & uxor.* in qua epistola cautionis loco emissa inter præsentes intelligenda est ex *l. 134. §. penult. ff. de verbor. oblig.* Et ideo omnia solemniter acta. *§. si scriptum. ff. de verb. oblig.* 55 *l. 23. ff. de adquir. rer. dom.* Quod extra duas istas causas stipulatur, proprietario adquirit. *l. 10. ff. h. t.* 56 *l. 23. l. 91. in princ. ff. de verbor. oblig.* 57 Puta his verbis, *Dolum malum abesse abfuturumque esse.*
58 *l. 8. §. ult. l. 20. l. 22. ff. de novat.*

TIT. IX.
DE STIPULATIONIBUS.

§. 1. SUbſtitutus heres ab inſtituto [1], qui ſub conditione ſcriptus eſt, utiliter ſibi inſtitutum hac ſtipulatione cavere compellit, ne petita bonorum poſſeſſione res hereditarias deminuat. Hoc autem caſu ex die interpoſitæ ſtipulationis duplos fructus præſtare compellitur. Hujus enim præjudicium a ſuperiore differt, quod quæritur, an ea res, de qua agitur, major ſit centum ſeſtertiis, ideoque in longiorem diem concipitur.

§. 2. Ex die accepti judicii dupli fructus [2] computantur. Et tam dantes, quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitorumque perſonæ, itemque ſponſores eadem ſtipulatione comprehenduntur, eorum quoque quorum nomine promittitur. §. 3. Quotiens judicatum ſolvi ſtipulatione ſatisdatur, omiſſa ejus actio rei judicatæ perſecutionem [3] non excludit.

§. 4. Emancipati liberi præteriti, ſi velint ſe miſcere paternæ hereditati, & cum his, qui in poteſtate remanſerint, communis patris dividere hereditatem, antequam bonorum poſſeſſionem petant, de conferendo [4] cavere cum ſatisdatione [5] debebunt. Quod ſi ſatisdare non poſſunt, ſtatim ex fide bonorum confuſionem [6], excepto peculio caſtrenſi facere cogendi ſunt.

TIT. X.
DE CONTRAHENDA AUCTORITATE.

§. 1. OB metum impendentis damni vicinus vicino ſatisdare debet [7], additis ſponſoribus ſuper eo, quod damni acciderit. §. 2. De communi pariete utilitatis cauſa [8] hoc cœpit obſervari, ut ædificet quidem, cui ædificare intereſt: Cogatur vero ſocius portionis ſuæ impenſas agnoſcere.

TIT. XI.
DE DONATIONIBUS.

§. 1. SPecies extra dotem a matre in honorem nuptiarum, præſente filia genero traditæ, donationem perfeciſſe [9] videntur. §. 2. Probatio traditæ, vel non traditæ poſſeſſionis, non tam in jure, quam in facto [10] conſiſtit: ideoque ſufficit ad probationem, ſi rem corporaliter teneant. §. 3. Pater ſi filiofamilias aliquid donaverit, & in ea voluntate perſeverans deceſſerit, morte patris donatio convaleſcit [11]. §. 4. Cum unius rei in duos donatio confertur, potior eſt ille, cui res tradita eſt. Nec intereſt poſterior quis, an prior acceperit [12], & exceptæ, necne perſonæ ſint.

§. 5. Invitus donator de evictione rei donatæ promittere non cogitur [13], nec eo nomine ſi promiſerit oneratur: quia lucrativæ rei poſſeſſor ab evictionis actione ipſa juris ratione depellitur. §. 6. Ei, qui aliquem a latrunculis, vel hoſtibus eripuit, in infinitum donare [14] non prohibemur: ſi tamen donatio, non merces eximii laboris appellanda eſt, quia contemplationem ſalutis certo modo æſtimari non placuit.

TIT. XII.
DE JURE FISCI ET POPULI.

§. 1. EJus bona, qui ſibi ob aliquod admiſſum flagitium mortem conſcivit, fiſco [15] vindicantur. Quod ſi id tædio vitæ, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicujus impatientia admiſit, non inquietabuntur, ſed ordinariæ ſucceſſioni relinquuntur. §. 2. Ei etiam velut indigno aufertur hereditas [16], qui adfinem [17], vel cognatum, cui ipſe ab inteſtato ſucceſſurus erat, teſtamentum facere prohibuit, aut ne jure ſubſiſteret operam dedit. §. 3. Si pater, vel dominus [18] id teſtamentum, quo filius ejus, vel ſervus heredes inſtituti ſunt, aut legatum acceperunt, falſum redarguant, nec obtineant, fiſco locus eſt. §. 4. Ætati ejus, qui accuſat teſtamentum, ſi non obtineat, ſuccurri ſolet in id, quod ita admiſit, maxime ſi tutoris, aut curatoris conſilio [19] actio inſtituta ſit. §. 5. In ea provincia, ex qua quis originem ducit, officium fiſcale [20] adminiſtrare prohibetur, ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur. §. 6. Quotiens ſine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant, vel deſcribunt, vel ſub obſervatione eſſe faciunt, adito procuratore injuria ſubmovetur [21] & rei hujus auctores ad præfectos prætorio puniendi mittuntur. §. 7. Litem in perniciem privatorum fiſco donari non oportet [22], nec ab eo donatum ſuſcipi.

§. 8. Imperatorem litis cauſa heredem inſtitui [23] invidioſum eſt: nec enim calumniandi facultatem ex principali majeſtate capi oportet. §. 6. Ex nuda pollicitatione nulla actio naſcitur: ideoque ejus bona, qui heredem Imperatorem facturum eſſe jactaverat [24], a fiſco occupari non poſſunt.

§. 10. Privilegium fiſci eſt [25], inter omnes creditores primum locum tenere.

§. 11. Quicumque a fiſco convenitur, non ex indice, vel exemplo alicujus ſcripturæ, ſed ex authentico [26] conveniendus eſt: ita ſi contractus fides poſſit oſtendi. Ceterum calumnioſam ſcripturam vim juſtæ petitionis in judicio obtinere non convenit. §. 12. Ejus bona, qui falſam monetam percuſſiſſe dicitur [27], fiſco vindicantur. Quod ſi ſervi ignorante domino id feciſſe dicantur, ipſi quidem ſummo ſupplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur, quia pejorem domini cauſam ſervi facere, niſi forte ſcierit, omnino non poſſunt.

TIT. XIII.
DE DELATORIBUS.

§. 1. OMnes omnino deferre alterum [28], & cauſam pecuniariam fiſco nunciare prohibentur. Nec refert mares iſtud, an fœminæ faciant, ſervi, an ingenui, an libertini, an ſuos, an extraneos deferant. Omni enim modo puniuntur. §. 2. Servi fiſcales, qui cauſam domino prodere, ac nunciare contendunt, deferre non videntur [29].

§. 3. Subornati ſane cum deferre coguntur, qui quod per ſe non poteſt, per alium deferat. Perinde autem ſubornatores, ac delatores [30] puniuntur. §. 4. Damnati ſervi ſive poſt ſententiam, ſive ante ſententiam dominorum facinora confeſſi ſint, nullo modo audiuntur, niſi forte reos deferant majeſtatis [31].

TIT. XIV.
DE QUÆSTIONIBUS.

§. 1. IN criminibus eruendis quæſtio quidem adhibetur [32], ſed non ſtatim a tormentis incipiendum eſt [33]: ideoque prius argumentis quærendum eſt: & ſi ſuſpicione aliqua reus urgeatur, adhibitis tormentis, de ſociis & ſceleribus ſuis confiteri compellitur. §. 2. Unius facinoris plurimi [34] rei ita audiendi ſunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior, & teneræ ætatis eſſe videatur.

TIT. XV.
DE TESTIBUS.

§. 1. SUſpectos gratiæ [35] teſtes, & eos vel maxime, quos accuſator de domo produxerit, vel vitæ humilitas infamaverit, interrogari non placuit. In teſte enim & vitæ qualitas ſpectari debet, & dignitas [36].

§. 2. In adfinem, vel cognatum [37] inviti teſtes interrogari non poſſunt. §. 3. Adverſus ſe invicem parentes & liberi [38], itemque liberti nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. Quia rei veræ teſtimonium, neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit. §. 4. Teſtes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adverſus ſcripturam interrogari non poſſunt.

§. 5. Qui falſo [39], vel varie teſtimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in inſulam relegantur, aut curia ſubmoventur. §. 6. In re pecuniaria tormenta, niſi cum de rebus hereditariis quæritur [40], non adhibentur. Aliæ autem jurejurando, aut teſtibus explicantur.

TIT. XVI.
DE SERVORUM QUÆSTIONIBUS.

§. 1. SErvum de facto ſuo in ſe interrogari poſſe ratio æquitatis oſtendit. Nec enim obeſſe ei debet qui per ſervum aliquid ſine cautione commodat [41], aut deponit. §. 2. Judex tutelaris [42] itemque Centumviri, ſi aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis inſtrui non poſſunt, poterunt de ſervis hereditariis habere quæſtionem. §. 3. Servi alieni in alterius caput non niſi ſinguli torqueri poſſunt: & hoc invito domino non eſt permittendum, niſi delator, cujus intereſt quod intendit probare, pretia eorum quanti dominus taxaverit, inferre ſit paratus [43], vel certe deterioris facti ſervi ſubire taxationem. §. 4. Servo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur [44]. Nec enim oportet in rebus dubiis ſalutem dominorum, ſervorum arbitrio committi. §. 5. Servi in caput domini neque a præſide [45], neque a procuratore, neque in pecuniariis [46], quam in capitalibus cauſis interrogari poſſunt. §. 6. Communis ſervus in caput alterius ex dominis torqueri non poteſt [47]. §. 7. Qui ſervum ideo comparaverit [48], ne in ſe torqueretur, reſtituto pretio poterit interrogari.

§. 8. Servus in caput ejus domini [49], a quo diſtractus eſt, cuique aliquando ſervivit, in memoriam prioris domini interrogari non poteſt. §. 9. Si ſervus ad hoc fuerit manumiſſus, ne torqueatur, quæſtio de eo nihilominus [50] haberi poteſt. §. 10. Quæſtioni ejus latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non convenit [51], id forte velandæ conſcientiæ ſuæ gratia, quam cum reo habuit, feciſſe doceatur. §. 11. Neque accuſator per alium accuſare, neque reus per alium defendi poteſt, niſi ingratum libertum patronus accuſet [52], aut rei abſentia defendatur [53]. §. 12. Si pecunia data judici reus abſolutus eſſe dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea pœna damnatur, qua reus [54] damnari potuiſſet. §. 13. In convictum reum [55], ſive torqueri poſſit, ſive non poſſit, pro modo admiſſi ſceleris ſtatuendum eſt. §. 14. Reis ſuis edere crimina accuſatores cogendi ſunt [56]. Scire enim oportet, quibus ſint criminibus reſponſuri.

1 Ex hoc loco pulchre explicabitur *l.* 12. *D. qui ſatisdat. cog.* & *l.* 8. *de prætor. ſtipulat.* 2 Poſſeſſor rei alienæ, ſi condemnatus ſit, ex die litis conteſtatæ duplos fructus reddit. *l.* 1. *C. Theod. de fruct. & lit. exp. l.* 1. *C. Theod. de uſur. rei judic.* 3 Duas enim actiones habet, quibus tamen intra tempora judicatis data experiri non poteſt. *l.* 1. *D. judicat. ſolv. l.* 7. *D. de re jud. l.* 8. §. 3. *D. de novat.* 4 Exceptis caſtrenſibus, vel quaſi *l.* 1. §. *nec caſtrenſe. D. de collat.* 5 *l.* 1. §. *jubet. D. eod. l.* 20. §. 1. *D. de bonor. poſſ. contra tabul.* 6 Aut neutro cavente, curator portioni datur. *l.* 1. §. *jubet.* §. *ſi frater. D. de collat.*
7 *l.* 28. §. 1. *l.* 39. *D. de dam. infec.* 8 *l.* 32. *D. de dam. inf.*
9 *l.* 31. §. 1. *ff. de donat.* 10 *l.* 77. *ff. de rei vind.* 11 Sola patris morte non confirmatur. *l.* 1. §. 1. *ff. pro donato. l.* 2. §. *ultim. ff. pro herede.* Sed ſi patris extremo judicio fuerit confirmata. *l. penult. ff. de collat. dot.* 12 *l.* 15. *C. de rei vindic.* 13 *l.* 18. §. *ultim. ff. de donat.* 14 Tribonianus hanc Pauli ſententiam, quibusdam verbis neſcio qua ratione immutatis, retulit in *l. penult.* §. *ultim. D. de donat.*
15 Extat hæc Pauli ſententia in *l.* 45. §. 2. *D. de jur. fiſc.* 16 *l.* 2. *C. ſi quis aliq. teſt. proh. l.* 1. *D. eod.* 17 Adfinitatis jure nulla eſt ab inteſtato ſucceſſio. Itaque expungenda ſunt illa verba; *adfinem, vel.* 18 *l.* 5. §. 3. *D. de his, quæ ut indig.* 19 Id enim non ſua ſimultate, aut malitia, ſed ex officio facit. *l.* 22. *D. de his quæ ut indig. l.* 2. *C. eod. l.* 5. §. 9. *D. de his, quæ ut indig.* Pertinet ad hanc quæſtionem *l.* 2. *C. qui acc. non poſſ.* 20 *l. ult. C. de crim. ſacr.* nec præſidi in ſua provincia aſſidere poteſt. *l.* 3. *D. de offic. aſſeſſ.* 21 Illud additur in *l.* 5. *C. de jure fiſc.* eos, quorum intereſt, Cæſarianis reſiſtere eorumque conatus prohibere poſſe. 22 *l.* 22. §. 2. *D. de jur. fiſc; l.* 2. *C. ne fiſc. vel reſp.* 23 Extat hæc Pauli ſententia in *l. pen. D. de hered. inſtit.* 24 Extat in *l. ult. D. de teſt.* 25 Fiſcus præfertur omnibus in actione in perſonam rei perſecutoria. Poſtponitur omnibus in actione in perſonam pœnali. In actione hypothecaria præfertur fiſco, qui prior eſt tempore, poſtponitur autem poſterior. *l.* 34. *D. de bon. auct. jud. poſſ. l.* 17. *D. de jur. fiſc. l.* 8. *D. qui pot. in pign. hab.* 26 Refertur hæc ſententia a Juſtiniano in *l.* 2. *D. de fid. inſtrum.* 27 Statuitur huic delicto ſine diſtinctione capitis pœna in *l.* 1. *C. de fal. mon.* & ignis in *l.* 2.
28 *l.* 4. *C. de delatorib.* 29 Arg. *l.* 2. *C. de delator.* 30 *l.* 2. §. *D. Pius. D. de jur. fiſc.* 31 *l. ult. C. de delat. l.* 2. §. *pen. D. de jur. fiſc.* Quid ſi in reatu de domino ſceleris participe confiteantur? Videtur ex reſcripto Trajani ea res dominum gravare: ſed ab eo receſſum eſt. *l.* 1. §. *ſi ſervi. D. de quæſt.*
32 *l.* 15. §. 41. *D. de injur. l.* 23. §. 4. *D. ad leg. Aquil. l.* 1. *D. de quæſt.*
33 *l.* 1. *l.* 18. §. 2. *D. de quæſt. l.* 8. *C. eodem.* 34 *l.* 18. *D. de quæſtionibus.*
35 Extat pars quædam hujus ſententiæ in *l. penult. D. de teſtib.* 36 Tamen ex cauſæ conditione humiles, & infames audiuntur. *l.* 22. §. 2. *D. eod.* 37 Ex lege Julia; *l.* 4. *D. de teſtib.* 38 *l.* 6. *C. de teſtib.* 39 *l.* 16. *D. de teſtibus.*
40 Placet his caſibus ex inopia probationum ſervos audiri, non tantum ſi nondum ſit certum, qui heredes ſint, ſed etſi de heredibus conſtet. *l.* 9. *D. de quæſt. l.* 1. & *ult. C. eod. l. ult. C. eod. l. ult.* §. *licentia. C. de jur. delib.* & *infr. tit. prox.*
41 *l.* 15. *C. de quæſt. l.* 8. *C. de teſtibus* & *s. lib.* 2. *tit.* 17. 42 Extat hujus ſententiæ pars quædam in *l.* 18. §. 4. *D. de quæſt.* 43 *l.* 13. *D. de quæſt.* Quod ſi ſervus in caput domini torqueatur in cauſa adulterii, quæ excepta eſt, non eſt neceſſe ſtipulationem interponi: quoniam abſoluto domino datur condictio ex lege Julia in ſimplum: condemnato domino ſervus publicatur. *l.* 6. *D. de quæſt. l.* 27. §. *ult.* & *l. prox. D. ad legem Jul. de adult.* quod trahi poteſt ad omnes cauſas exceptas. Hæc ſententia Pauli non ad eum, qui in caput ſuum, vel in caput domini, ſed ad eum, qui in caput alienum interrogatur, proprie pertinet.
44 *l.* 1. §. 5. *D. de quæſt.* & *s. tit.* 13. Extat hæc ſententia Pauli & in *l.* 18. §. 5. *D. de quæſt.* 45 Præſes cognoſcit de crimine, Procurator de bonis, non de crimine. *l.* 1. & 2. *C. ubi cauſ. fiſc. vel div. dom.* 46 Si in pecuniaria cauſa caput domini appeti non videatur, ex inopia probationum ſervos in dominum torqueri placet. *l.* 9. *D. de quæſt. l.* 1. *C. eod.* 47 Niſi ſocius ſocium occidiſſe dicatur. *l.* 3. *l.* 17. §. 1. *D. de quæſt.* 48 Eſt ex reſcripto Divorum fratrum. *l.* 1. §. 13. *D. de quæſt.* 49 Extat in Pandectis *l.* 18. §. 6. *D. de quæſt.* 50 *l.* 1. §. 13. *D. de quæſt.* 51 Niſi evidenter appareat commiſſo communiter ſcelere, captandæ impunitatis gratia hunc ad illius proditionem feſtinaſſe. *l.* 4. *C. de quæſt. l.* 1. §. *cum quis. D. eod.* 52 *l.* 35. §. 1. *D. de procur. l.* 4. *D. de obſeq. par.* & *patr. præſt.* 53 *l.* 72. *l.* 33. §. 2. *D. de procurat. l.* 10. *l. pen. D. de publ. jud. l.* 3. *C. de accuſat.* 54 Quod & in commentarienſi, cujus fraude, aut nimia negligentia cuſtodia evaſerit, conſtituitur in *l. pen. C. de cuſt. reor.* 55 *l.* 16. *C. de pœn.* 56 Ne (ut ait *l.* 18. *D. de quæſt.*) rei ſubitis criminibus opprimantur.

TIT. XVII.
DE ABOLITIONIBUS.

§. 1. Post abolitionem publicam [1] a delatore suo reus intra xxx. diem repeti potest [2], postea non potest. §. 2. Summa supplicia sunt, crux, crematio, decollatio [3]. Mediocrium autem delictorum pœnæ sunt, metallum, ludus [4], deportatio. Minimæ, relegatio, exilium [5], opus publicum, vincula [6]. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

TIT. XVIII.
DE ABACTORIBUS.

§. 1. Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, totidemque boves [7], capras x, aut porcos quinque abegerint. Quidquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, pœna furti pro qualitate ejus, aut in duplum, aut in triplum convenitur, vel fustibus cæsus in opus publicum unius anni datur, aut sub pœna vinculorum domino restituitur.

§. 2. Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad forum [8] remittendus est, atque ita convictus in duplum, vel in triplum furis more damnatur.

TIT. XIX.
DE SACRILEGIS.

Qui noctu manu [9] facta prædandi, ac depopulandi gratia templum irrumpunt, bestiis objiciuntur. Si vero per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores, vel humiliores in metallum damnantur.

TIT. XX.
DE INCENDIARIIS.

Qui noctu fructiferas arbores [10] manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnum sarcire coguntur, vel curia submoventur, vel relegantur.

TIT. XXI.
DE VATICINATORIBUS, ET MATHEMATICIS.

§. 1. Vaticinatores, qui se Deo plenos adsimulant, idcirco civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicujus rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primo fustibus cæsi civitate pelluntur: perseverantes [11] autem in vincula publica conjiciuntur, aut in insulam deportantur, vel certe relegantur. §. 2. Qui novas, & usu, vel ratione [12] incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. §. 3. Qui de salute Principis, vel summa Reipublicæ Mathematicos, Ariolos, Aruspices, vaticinatores consulit, cum eo, qui responderit, capite punitur. §. 4. Non tantum divinatione quis, sed ipsa scientia, ejusque libris [13] melius fecerit abstinere. Quod si servi de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est, cruce afficiuntur. Consulti autem si responsa dederint, aut in metallum damnantur, aut in insulam deportantur.

TIT. XXII.
DE SEDITIOSIS.

§. 1. Auctores [14] seditionis & tumultus, concitato populo, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tolluntur, aut bestiis objiciuntur, aut in insulam deportantur. §. 2. Qui terminos effodiunt [15], vel exarant, arboresve terminales evertunt, vel qui convellunt bodones [16], si quidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores in opus publicum, honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorum relegantur. §. 3. Cives Romani [17], qui se Judaico ritu, vel servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuo relegantur: Medici capite puniuntur. §. 4. Judæi si alienæ nationis comparatos servos circumciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur [18].

TIT. XXIII.
AD LEGEM CORN. DE SICARIIS, ET VENEFICIS.

§. 1. Lex Cornelia [19] pœnam deportationis infligit eis, qui hominem occiderint, ejusve rei causa, furtive faciendi cum telo fuerint. Et qui venenum hominis necandi causa habuerint, vendiderint, paraverint, falsum testimonium dixerint, quo quis periret, mortisve causas præstiterint. Ob quæ omnia facinora in honestiores pœna capitis vindicari placuit, humiliores vero in crucem tolluntur, aut bestiis objiciuntur.

§. 2. Qui hominem occiderit, aliquando absolvitur. Et qui non occidit, ut homicida damnatur. Consilium enim uniuscujusque, non factum puniendum est [20]. Ideoque qui cum velit occidere, id casu aliquo perpetrare non potuerit, ut homicida punietur. Et is, qui casu jactu teli hominem imprudenter occiderit, absolvitur. §. 3. Qui latronem cædem sibi inferentem, vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit [21]. Alius enim vitam alius pudorem publico facinore defendit. §. 4. Judex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit [22], in insulam bonis ademptis, deportatur. §. 5. Mandatores cædis perinde ut homicidæ [23] puniuntur.

§. 6. Si putator ex arbore cum ramum dejiceret, non proclamaverit [24], ut vitaretur, atque ita præteriens ejusdem ictu homo perierit, etsi in legem non incurrit, in metallum damnatur. §. 7. Qui hominem invitum [25], libidinis, aut promercii [26] causa castraverit, castrandumve curaverit, sive is servus, sive liber sit, capite punitur. Honestior publicatis bonis in insulam deportatur. §. 8. Qui abortionis [27], aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur. §. 9. Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint, faciendave curaverint [28]: aut cruci suffiguntur, aut bestiis objiciuntur.

§. 10. Qui hominem immolaverint [29], ex ejusve sanguine litaverint, fanum templumve polluerint, bestiis objiciuntur, vel si honestiores sint, capite puniuntur. §. 11. Magicæ artis conscios summo supplicio affici placuit, id est, bestiis objici aut cruci suffigi: Ipsi autem magi [30] vivi exuruntur. §. 12. Libros magicæ artis apud se neminem habere licet: & si penes quoscunque reperti sint, bonis ademptis ambustisque his [31] publice, in insulam deportantur: humiliores capite puniuntur. §. 13. Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis, vel ad remedium datum erat, homo perierit [32]: is, qui dederit, si honestior fuerit, in insulam deportatur, humilior autem capite punitur.

TIT. XXIV.
AD LEGEM POMPEJAM DE PARRICIDIIS.

Lege Pompeja [33] de parricidiis tenetur, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patronum, patronam occiderit. Hi etsi antea insuti culleo [34] in mare præcipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur, vel ad bestias [35] dantur.

TIT. XXV.
AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

§. 1. Lege Cornelia testamentaria [36] tenetur, qui testamentum, quodve aliud instrumentum sciens dolo malo recitaverit, subjecerit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, quodve signum adulterinum sculpserit [37], fecerit, expresserit, amoverit, reseraverit: quive nummos aureos, argenteos adulteraverit [38], laverit, conflaverit, raserit, corruperit, vitiaverit, vultuve Principum signatam monetam [39] præter adulterinam reprobaverit. Et honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur. Servi autem post admissum manumissi capite [40] puniuntur. §. 2. Qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, judicemve, ut sententiam ferat, vel non ferat, corruperit, corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso judice in insulam deportantur. §. 3. Judex qui contra sacras Principum constitutiones, contrave jus publicum quod apud se recitatum est, pronunciat, in insulam deportatur. §. 4. Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in fraudem alicujus deleverit, mutaverit, subjecerit, subscripserit, quive æs inauraverit, argentaverit [41], quive cum argentum, vel aurum poneret, æs stannumve subjecerit, falsi pœna coërcetur. §. 5. Amplissimus ordo decrevit [42] eas tabulas, quæ publici, vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino constringantur, atque impositum supra linum ceræ signa imprimantur, ut exteriores scripturæ fidem interiori servent. Aliter tabulæ prolatæ nihil momenti habent. §. 6. Qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit, resignaverit, pœna legis Corneliæ tenetur [43]: & plerumque aut humiliores in metallum damnantur, aut honestiores in insulam deportantur. §. 7. Si quis instrumenta litis [44] suæ a procuratore suo, vel cognitore adversario prodita esse convicerit, tam procurator, quam cognitor, si humiliores sunt, in metallum damnantur: si honestiores, adempta dimidia parte bonorum, in perpetuum relegantur. §. 8. Instrumenta penes se deposita quicumque alteri altero absente reddiderit, vel adversario prodiderit, pro personæ ejus conditione, aut in metallum damnatur, aut in insulam relegatur [45]. §. 9. Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis, sciens

1 Abolitio duplex est, privata & publica. Post illam, ab alio, non ab eodem intra diem 30. repeti reus potest. *l. 3. §. ult. D. de accus. l. 4. §. ult. D. ad SC. Turpill. l. 1. C. de abolition.*
2 Post abolitionem publicam intra diem 30. etiam ab eodem repeti reus potest. *l. 1. C. de gener. abolit. l. 10. D. ad SC. Turp.* 3 *l. 28. D. de pœn.* Illis tribus dumtaxat modis olim vita adimi potuit, non laqueo, sive furca. *l. 8. §. 1. D. de pœn.*
4 Ludus duplex est, Venatorius, & Gladiatorius. In utrumque damnati servi pœnæ efficiuntur. *l. 8. §. quicumque. D. de pœn.* 5 Relegatio est, insulæ vinculum: Exilium, est certi loci interdictio, aut omnium præter certum locum. Sic legendum est in *l. 4. D. de interd. & releg.* 6 Si ad tempus sint. Nam neque civitas per hunc modum, neque libertas amittitur. In perpetuum vero damnati civitatem amittunt. *l. 17. D. de pœn.* libertatem retinent. *l. 28. §. 6. D. de pœn.*
7 Ita legendum puto, *Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, vel capras decem, totidemque oves, aut porcos quinque abegerunt, pro qualitate ejus, aut in duplum, aut triplum convenitur. Abactor autem fustibus cæsus in opus publicum unius anni datur, aut sub pœna vinculorum domino restituitur.* 8 Saturninus ait, ad examinationem civilem, *l. 1. §. ult. D. de abig.* Alii ad jus ordinarium. *l. ult. D. de priv. del. l. 2. D. de fur. bal. l. 1. § 1. D. si ventris nom. mul. in poss. miss.* Forum est proprie causarum civilium: inde Forenses actiones, id est, civiles. *l. 1. D. de incend. ruin. & nauf.*
9 *l. 6. §. 1. D. ad legem Jul. pecul.*
10 De arboribus cæsis est in singulas 25. assium actio ex 12. tabul. Est actio legis Aquiliæ: est interdictum Quod vi aut clam, est & prætoria in duplum actio, de qua tractatur in *l. 7. & l. prox. D. arb. furt. cæs.*
11 *l. 28. §. solent. D. de pœn. l. 8. C. ad legem Jul. de vi pub.* 12 Ut M. Tullius *de amicitia*, Si quando de amicitia, quam nec usu, nec ratione habent cognitam.
13 Item de Magica arte traditur. *J. tit. 23.*
14 Extat hæc sententia in *l. 38. §. 2. D. de pœn.* 15 *l. 1. D. de term. mot.*
16 Bodones sive botones vicem terminorum præstant. Vox est mensorum, vel eorum, qui de agrorum & limitum conditionibus scripserunt. 17 Soli Judæi se impune circumcidunt. *l. 11. D. ad leg. Cor. de sic.* 18 *d. l. 11. D. ad leg. Corn. de Sicar.*
19 *l. 1. D. ad leg. Corn. de sic. l. 3. §. pen. D. ad leg. Corn. de sic.* 20 In maleficiis voluntas spectatur, non exitus. *l. 14. D. ad legem Corn. de sic.* 21 *l. 2. l. 4. C. ad leg. Cor. de sic. l. 1. §. ult. D. eod. l. 4. D. ad leg. Aquil.* 22 *l. 1. D. h. t.*
23 *l. 5. C. de accus.* 24 Si servum occiderit, in legem Aquiliam incidit: si liberum, neque in Aquiliam incidit, quia de libero occiso ea lege non datur actio, neque in Corneliam, quia lege dolus arguitur non culpa. *l. 7. D. ad leg. Cor. de sicar. l. 31. D. ad leg. Aquil.*
25 Quæ vox frequens est in libris nostris. *l. 41. §. 5. D. de legat. 1. l. 4. §. 2. D. de pen. leg. l. 2. D. ad leg. Jul. de vi pub.* 26 Ex Constitutione Adriani idem erit, si non invitum castraverit. *l. 4. §. ult. D. ad leg. Cor. de sic.* 27 Extat hæc sententia in *l. 38. §. 5. D. de pœn.* 28 *l. 13. D. ad leg. Cor. de sic.* 29 Quod & Tiberium & Adrianum vetuisse proditum est. 30 Gravius ipsi magi puniuntur, quam magicæ artis conscii. *tit. de malef. & math. C.* 31 *l. 4. §. 1. D. fam. ercis.* 32 *l. 6. §. 7. D. de offic. præs.*
33 Eadem est legis Corneliæ de sicariis, & legis Pompeiæ pœna. *l. 1. D. de leg. Pomp. de par.* 34 *l. pen. D. eod.* hæc introducta pœna in usu esse desiit. Postea reducta a Constantino. *l. 1. C. de his qui par. vel lib. occid.* 35 *l. 1. D. de pub. jud.*
36 *l. 30. D. de leg. Corn. de fal. §. item lex Cornelia de falsis. Inst. de pub. judic.* Solent etiam, qui extra testamenta in alis rationibus, vel instrumentis quid eorum fecerint, perinde atque testamentorum falsarii coërceri. *l. 1. §. qui in rationibus. l. 9. §. 1. l. instrumentorum. §. 1. D. de leg. Corn. de fal.* Falsum est de testamentis: Quasi falsum de ceteris instrumentis, vel causis, *l. 1. §. ult. D. eod.* 37 *l. 8. & 9. D. eod.* 38 Pertinet ad *l. 1. C. de vet. num. pot.*
39 *l. 1. §. ult. D. eod.* 40 *l. 1. §. 1. D. de leg. Corn. de fal.*
41 Quod verisimile est Paulum ex aliqua constitutione sumpsisse. 42 S. C. de quo hic agitur, factum fuit Neronis temporibus. Suet. *in Nerone.* 43 *l. 1. §. is qui aperuerit. D. de leg. Corn. de fal.* Extat hæc sententia in *l. 38. §. qui vivi. D. de pœn.* 44 *d. l. 38. §. si quis instrumentum.* 45 In Pandectis legitur, *deportatur. l. 38. §. instrumenta. D. de pœn.*

dolo

dolo malo uſus fuerit [1], pœna falſi coërcetur: ideoque humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam deportantur. §. 10. Si qui ſibi falſum nomen impoſuerit, genus, parenteſve finxerit, quo quid alienum interceperit, poſſederit [2], pœna legis Corneliæ de falſis coërcetur.

§. 11. Qui inſignibus altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt [3] quo quem terreant, vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honeſtiores in inſulam deportantur. §. 12. Si qui de judicis amicitiis, vel familiaritate mentientes eventus ſententiarum ejus vendunt [4], quidve obtentu nominis ejus agunt, convicti pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur.

TIT. XXVI.
AD LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA.

§. 1. Lege Julia de vi publica damnatur, qui aliqua poteſtate præditus civem Romanum antea ad populum, nunc ad Imperatorem appellantem [5] necarit, necarive juſſerit, torſerit, verberaverit, condemnaverit, in publica vincula duci juſſerit: Cujus rei pœna humiliores capitis, honeſtiores inſulæ deportatione [6] coërcentur. §. 2. Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt. Judicati etiam & confeſſi, & qui ideo in carcerem duci jubentur, quod jus dicenti non obtemperaverint [7], quidve contra diſciplinam publicam fecerint [8]. Tribuni etiam militum, & præfecti claſſium, alarumve: ut ſine aliquo impedimento legis Juliæ per eos militare delictum coërceri poſſit. §. 3. Lege Julia de vi privata tenetur, qui quem armatis hominibus poſſeſſione, domo, villa agrove dejecerit, expugnaverit, obſederit, cluſerit, idve ut fieret, homines commodaverit, locaverit, conduxerit, quive cœtu, concurſu [9], turba, ſeditione incendium fecerit, funerari, ſepelirive aliquem prohibuerit, funuſve eripuerit, turbaverit: Et qui eum, cui aqua & igni interdictum eſt, receperit, celaverit, tenuerit. Quive cum telo in publico fuerit: templa, portas, aliudve quid publicum armatis obſederit [10], cinxerit, clauſerit, occupaverit. Quibus omnibus convictis, ſi honeſtiores ſint, tertia pars bonorum eripitur, & in inſulam relegantur, humiliores in metallum damnantur.

§. 4. Creditor chirographarius ſi ſine juſſu præſidis per vim debitoris ſui pignora cum non habuerit obligata, acceperit, in legem Juliam de vi privata committit [11]. Fiduciam vero, & pignora apud ſe depoſita perſequi & ſine auctoritate judicis vindicare non prohibetur [12].

TIT. XXVII.
DE LEGE JULIA PECULATUS.

Si quis fiſcalem pecuniam attrectaverit, ſubripuerit, mutaverit, ſeu in ſuos uſus converterit, in quadruplum [13] ejus pecuniæ, quam ſuſtulit, condemnatur.

TIT. XXVIII.
AD LEGEM JULIAM REPETUNDARUM.

Judices pedanei ſi pecunia corrupti dicantur [14], plerumque a præſide aut curia ſubmoventur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

TIT. XXIX.
AD LEGEM JULIAM MAJESTATIS.

§. 1. Lege Julia majeſtatis tenetur is, cujus ope, conſilio adverſus Imperatorem vel Remp. arma mota ſunt, exercituſve ejus in inſidias deductus eſt, quive injuſſu Imperatoris bellum geſſerit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, ſollicitaverit, deſeruerit Imperatorem. His antea in perpetuum igni & aqua interdicebatur, nunc vero humiliores beſtiis objiciuntur, vel vivi exuruntur: honeſtiores capite puniuntur. Quod crimen non ſolum facto, ſed & verbis [15] impiis maxime exacerbatur.

§. 2. In reum majeſtatis inquiri prius convenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit. Tanti enim criminis reus non obtentu adulationis [16] alicujus, ſed ipſius admiſſi cauſa puniendus eſt. Et ideo cum de eo quæritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

TIT. XXX.
AD LEGEM JULIAM AMBITUS.

Petiturus magiſtratum, vel provinciæ ſacerdotium, ſi turbam ſuffragiorum cauſa conduxerit [17] convictus, ut vis publicæ reus in inſulam deportatur.

TIT. XXXI.
DE POENIS MILITUM.

§. 1. Si pecunia accepta miles cuſtodiam dimiſerit, capite puniendus eſt [18]. Et certe quæritur, cujus criminis reus dimiſſus eſſe videatur. §. 2. Qui cuſtodiam militi proſequenti magna manu excuſſerint, capite puniuntur.

TIT. XXXII.
QUANDO APPELLANDUM SIT.

Quotiens jusjurandum [19] poſtulatur, eo tempore appellandum eſt, quo defertur, non quo juratur.

TIT. XXXIII.
DE CAUTIONIBUS, ET POENIS APPELLATIONUM.

§. 1. Ne liberum quis & ſolutum haberet arbitrium retractandæ, & revocandæ ſententiæ, & pœnæ, & tempora appellatoribus præſtituta ſunt. Et niſi juſte appellaverint, tempora ad cavendum [20] in pœna appellationis præſtituta ſunt. Igitur morans eo in loco, ubi appellavit, cavere debet, ut ex die acceptarum literarum continui quinque dies computentur. Si vero longius, ſalva dinumeratione integri quinque dies cum eo ipſo, quo literas acceperit, computantur. §. 2. Ne quis in captionem verborum in cavendo incidat, expeditiſſimum eſt pœnam ipſam, vel quid aliud pro ea deponere [21]. Neceſſe enim non habet ſponſorem quis, vel fidejuſſorem dare, aut præſentem eſſe. Sed ſi contra eum fuerit pronuntiatum, perdit quod depoſuit. §. 3. Quotiens in pœna appellationis cavetur, tam unus, quam plures fidejuſſores, ſi idonei ſunt [22], dari poſſunt. Sufficit enim etiam per unum idoneum indemnitati pœna conſuli. §. 4 Si plures appellant, una cautio ſufficit: & ſi unus caveat, omnibus vincit [23]. §. 5. Cum a pluribus ſententiis provocatur, ſingulæ cautiones exigendæ ſunt [24], & de ſingulis pœnis ſpondendum eſt. §. 6. Modus pœnæ, in qua quis cavere debet, ſpecialiter in cautione exprimendus eſt, ut ſciat, in qua ſtipulatio committatur [25]. Aliter enim recte caviſſe non videtur. §. 7. Aſſertor [26] ſi provocet, in ejusmodi tertiam cavere debet, quanti cauſa æſtimata eſt.

TIT. XXXIV.
DE DIMISSORIIS LITERIS.

§. 1. Ab eo a quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, literæ dimiſſoriæ diriguntur, quæ vulgo Apoſtoli [27] appellantur, quorum poſtulatio, & acceptio intra quintum diem ex officio facienda eſt. §. 2. Qui intra tempora præſtituta dimiſſorias non poſtulaverit, vel acceperit, vel reddiderit, præſcriptione [28] ab agendo ſubmovetur.

TIT. XXXV.
DE REDDENDIS CAUSIS APPELLATIONUM.

§. 1. Meritum appellationis cauſæ capitalis, & ipſam rationem ſtatus non niſi per nosmetipſos [29] proſequi poſſumus. Nemo enim abſens aut duci in ſervitutem poteſt, aut damnari. §. 2. Moratorias appellationes, & eas, quæ ab executoribus, & confeſſis [30] fiunt, recipi non placuit. §. 3. Eum, qui appellat, cum convitio ipſius judicis [31] appellare non oportet: ideoque quod ita factum eſt, arbitrio Principis vindicatur.

TIT. XXXVI.
POST PROVOCATIONEM QUID OBSERVANDUM SIT.

§. 1. Quotiens poſſeſſor appellat, fructus medii temporis deponi convenit [32]. Quod ſi petitor provocet, fructus in cauſa depoſiti eſſe non poſſunt, nec recte eorum nomine ſatisdatio poſtulatur. §. 2. Si propter prædia urbana, vel mancipia appelletur, penſiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, ſi de navi agatur, deponi ſolent.

TIT. XXXVII.
DE MERITIS APPELLATIONUM.

Omnimodo probandum eſt, ut quotiens injuſta appellatio pronunciatur, ſumptus, quos, dum ſequeretur adverſarius, impendit, reddere cogatur, non ſimplos, ſed quadruplos [33].

quod ex hoc loco emendandum cenſeo. 1 *l. 2. C. de fid. inſt. l. 3. C. ſi reus vel accuſ.* 2 *l. 13. D. de leg. Corn. de fal.* 3 *l. 27. §. ult. D. de leg. Corn. de fal. l. 3. D. ad leg. Jul. majeſt.* 4 *l. 10. C. de accuſ.* Sidonius Apollin. *lib. 5.*

5 *l. 7. D. ad leg. Jul. de vi pub.* Provocatio a magiſtratu olim ad Populum fiebat, nunc ad Imperatorem. 6 *l. 16. §. ult. D. ad leg. Jul. de vi pub. §. item lex Julia de vi. Inſt. de publ. judic. l. 5. §. ult. l. pen. D. ad leg. Jul. de vi pub.* 7 Quod jure fieri oſtendit *l. 13. §. 2. D. de injur.* 8 Ut ſeditionum auctores, factionum duces. *l. 16. D. de appell.* 9 Sic hunc locum emendavi ex *l. 5. D. ad leg. Jul. de vi pub.* 10 Hi omnes, pœna legis Juliæ privatorum coërcentur. Alii pœnam Juliæ publicorum ſtatuunt. *l. 3. 4. 5. 10. D. ad leg. Jul. de vi pub.* ſed quandoquidem hæc, quaſi paria conjungi ſolent, convocatis armatisve hominibus. & utriusque legis crimen objici poteſt: quod fieri quandoque ex eodem facto oſtendit *l. 32. D. de pœn.* 11 *S. lib. 2. tit. 14. l. 5. C. ad leg. Jul. de vi pub. l. ult. D. ad leg. Jul. de vi priv.* 12 *l. 3. C. de pign.* Dico fiduciam & pignora: nam hypothecas ſi per vim auferat, credo eum teneri lege Julia *l. 3. C. vi bon. rapt.*

13 Hujus legis pœna primum fuit litis æſtimatio in quadruplum. *l. pen. D. eodem tit. l. 1. C. eod.* tum deportatio, deinde ultimum ſupplicium.

14 Damnati pecuniam in quadruplum plerumque reddunt his, a quibus acceperunt. *l. 1. C. eod. tit.* & hoc amplius extra ordinem puniuntur, vel exilio, vel relegatione, vel ordinis amotione, vel duriori pœna. *l. 7. §. ult. D. eod. tit.* Extat hæc ſententia in *l. 38. §. judic. D. de pœn.*

15 Eſt judicium de majeſtate duplex, Perduellionis, & majeſtatis. *l. ult. D. ad leg. Jul. Maj.* Rurſus aut de facto aliquo eſt, aut de maledicto: idemque prorſus Modeſtinus ſcripſerat in *l. 7. §. ult. D. ad leg. Jul. majeſt.* Sed ex maledicto non contrahi crimen majeſtatis poſtea conſtitutum eſt, conſtitutioque relata in Codicem Juſtiniani. *l. 1. C. ſi quis Imp. mal.* verba Tribonianus immutavit: haud perite. 16 *l. 7. §. 3. D. ad leg. Jul. majeſt.* Adeo grave eſt hoc crimen, ut nulla dignitas a tormentis excipiatur. *l. 3. & 4. C. eod.*

17 Quæ lex hodie ceſſat, quoniam nulla habentur comitia, omni belli & pacis jure in principem collato. Sed ad inſtar legis Juliæ ex SC. tenetur is, qui Duumviratum, vel ſacerdotium, corruptis decurionum ſuffragiis, petit. *l. 1. D. de leg. Jul. ambit.*

18 Aut, ut adjicitur in *l. ult. D. de cuſt. reor.* in extremum militiæ gradum transcribuntur.

19 Neceſſarium, id eſt, quod in judicio defertur. *l. 26. §. ult. l. 25. l. ult. D. de jurejur.*

20 Hoc cautionis genus hodie ſublatum eſt. *l. 6. §. ult. C. de appell.* 21 Nec tamen æque receptum eſt in prætoriis ſtipulationibus: *l. 7. D. de præt. ſtipul.* 22 Quod & in omnibus ſatisdationibus admittendum reor. 23 Licet non omnes videantur appellaſſe. *l. 3. l. 10. §. ult. D. de appell.* 24 *l. 17. D. de appell.* 25 Quod & in ſtipulationibus prætoriis, quæ quanti ea res eſt, promiſſionem habent, expeditius eſt. *l. ult. D. de præt. ſtipulat.* 26 De aſſertore diximus in hujus lib. *tit.* 1.

27 *l. 9. D. de jur. fiſc. l. 1. D. de libell. dimiſſor.* 28 Hæc cauſa eſt, cur in libro ſingulari de præſcriptionibus Modeſtinus de Apoſtolis tractaverit. *l. 106. D. de verbor. ſign.* Credo autem intra quintum diem & petendos, & accipiendos, & reddendos Apoſtolos fuiſſe ſalva ſemper abſentibus pro ratione itineris dierum dinumeratione.

29 *l. 1. D. an per al. cauſ. app. red. poſſ.* 30 Reo confitente certa res eſt certa lex. A lege autem certa non poteſt appellari: & hoc eſt, quod dicitur, a pœna non appellari. *l. ſi quæ pœna. D. de verb. ſign.* 31 Diximus *S. tit. de injur.*

32 *l. 5. C. quor. appell. non rec.*

33 Videtur abrogari *l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.*

CAJI INSTITUTIONUM
LIBER I.

TIT. I.
DE LIBERTATIBUS SERVORUM.

CAji Institutionum liber primus dicit, omnes [1] homines aut liberos esse, aut servos. Sed ex ipsis, qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos, [2], qui ingenui nati sunt: Libertinos, qui pro [3] justa [4] servitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium unus status est: libertorum vero ideo non unus est, quia tria [5] sunt genera libertorum: quia liberti aut cives Romani sunt, aut Latini, aut Dedititii. Tamen qui cives Romani sint, qui Latini, qui Dedititii, breviter explanandum est. §. 2. Cives Romani sunt, qui his tribus modis, id est, testamento [6], aut in Ecclesia [7], aut ante [8] Consulem fuerint manumissi. §. 3. Latini [9] sunt, qui aut per epistolam [10], aut inter amicos [11], aut convivii [12] adhibitione manumittuntur. §. 4. Dedititii [13] vero sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publice pro criminibus cæsi sunt: aut in quorum facie [14], vel corpore quæcunque indicia [15], aut igne, aut ferro [16] impressa sunt, & ita impressa sunt, ut deleri non possint: ii, si manumissi fuerint, Dedititii appellantur. §. 5. Sed inter hæc tria genera libertorum ideo cives Romani meliorem statum habent: quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunque personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dedititii, nec testamenta condere [17], nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt ullatenus vindicare. Tamen Latini certis [18] rebus privilegia civium Romanorum libertorum consequi possunt: Dedititii vero nulla ratione possunt ad civium Romanorum libertorum beneficium pervenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum [19] ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, civium Romanorum privilegia consequuntur.

§. 6. Non tamen omnes domini servos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cujus substantia a creditoribus teneatur obnoxia [20], si in fraudem creditoris sui servos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet. §. 7. Aut si libertus civis Romanus filios liberos non habuerit, & in [21] fraudem patroni sui servos suos manumittat, similiter data manumissio non valet. §. 8. Præterea minor quicunque viginti annorum dominus servo suo libertatem dare non potest, nisi forte tantum minor manumissor, cui pater suus & mater a patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certe pædagogum [22], aut collactaneum manumittat. Nam quamlibet dominus, i. e. quatuordecim annos egressus [23], testamentum facere possit, & heredem instituere, & legata relinquere, libertatem tamen servis non [24] potest in hac ætate conferre.

TIT. II.
DE NUMERO [25] SERVORUM TESTAMENTO MANUMITTENDORUM [26].

COnstitutum est, [27] quantum servorum numerum testamento, de quanta familia liceat manumitti, hoc [28] ordine: ut si quis duos servos habet, ambos manumittere possit. Qui vero tres, duos testamento manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem & septem: similiter quinque. Qui decem & octo, sex. Et ab hoc numero usque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat. Qui amplius quam triginta habuerit, usque ad centum, quartam partem de numero servorum manumittere potest: qui vero plures quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, ut de qualibet grandi familia, nulli amplius quam [29] centum testamento manumittere liceat. §. 2. Nam qui voluerit aut in Ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem [30] familiam jugo servitutis absolvere. §. 3. Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam continet numerus suprascriptus, ordo servandus est: ut illis tantum libertas valeat, qui [31] prius manumissi sunt, usque ad illum numerum quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, integre in servitute eos certum est permanere. Quod si non nominatim servi, vel ancillæ in testamento manumittantur, sed confuse omnes servos suos, vel ancillas is qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli [32] penitus firma esse jubetur hoc ordine data libertas: sed omnes in servili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo [33], ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, si agnosci non potest qui prior, qui posterior manumissus fuerit.

§. 4. Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem [34] hujus legis facere noluerit testamentum, sed epistolis [35], aut quibuscunque aliis rebus servis suis pluribus quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, ii qui prius manumissi fuerunt usque ad numerum superius constitutum, liberi erunt. Qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio permanebunt. §. 5. Nam si incolumis quoscunque diverso tempore manumisit: inter eos qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.

TIT. III.
DE JURE PERSONARUM.

ALiquæ personæ sui [36] juris sunt, aliquæ alieno juri subjectæ sunt. Itaque cum [37] ostenditur quæ personæ alieno juri subjectæ sint, tunc evidenter agnoscitur, quæ sui juris sint. §. 2. In [38] potestate itaque dominorum sunt servi, quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in servos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi [39] tantum servos suos domini licentiam non [40] habebunt, nisi forte servus dum pro culpæ modo cæditur, casu forsitan moriatur. Nam si [41] servus dignum morte crimen admiserit, iis judicibus quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur. §. 3. In [42] potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

TIT. IV.
DE MATRIMONIIS.

LEgitimæ sunt nuptiæ, si Romanus Romanam [43] nuptiis [44] intervenientibus, vel consensu [45] ducat uxorem. §. 2. Sed non [46] omnes personas uxores ducere licet: quia nec [47] patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam. Quod non solum de personis quæ nobis propinquitate conjunctæ sunt, sed [48] etiam de adoptivis, hoc est, adfiliatis, jussum est observari. Nam etsi [49] per emancipationem adoptio dissolvatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas. §. 3. Inter [50] fratrem quoque & sororem, sive eodem [51] patre ac matre nati fuerint, sive diversis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptivos etiam fratres illicita sunt conjugia, nisi [52] forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta: nam si emancipatio intervenerit, nuptiæ inter hujusmodi fratres licite contrahuntur. §. 4. Fratris quoque & sororis filiam [53] uxorem ducere non licet. §. 5. Sororem quoque patris [54] ac matris [55] uxores accipere non licet. §. 6. Genero quoque socrum [56] suam: nec socero nurum [57] uxorem accipere licet, neque vitrico privignam [58], neque privigno novercam [59].

§. 7. Fratres enim amitinos, vel consobrinos in matrimonium jungi nulla ratione permittitur [60]. §. 8. Sed nec uni viro duas [61] sorores uxores habere, nec uni mulieri duobus [62] fratribus jungi permittitur. §. 9. Quod si quis incestas vel nefarias, id est, quæ sunt superius conprehensæ nuptias inierit, nec [63] uxorem habere videtur, nec filios [64]. Nam ii qui ex hujusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem videantur habere, patrem vero nullatenus habere censentur, & tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur: qui spurii [65] appellantur, hoc est, sine patre filii. §. 10. Regula juris hoc continet, ut qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant: qui vero non [66] de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore quo nascuntur. Ac proinde legitima conjunctione conceptus, etiamsi mater ejus statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur: nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater ejus ex ancilla, dum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur: si vero ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, servus nascetur; quia non legitime, sed vulgo [67] conceptus est.

TIT. V.
DE ADOPTIONIBUS [68].

ADoptio naturæ [69] similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generavit. §. 2. Et ipsa adoptio duobus [70] modis fit: una quæ adrogatio dicitur: alia quæ adoptio. † Adrogatio est quando aliquis patrem non habens [71] adoptatur: & ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo adrogatio dicitur [72], quia & ille qui adoptat, interrogatur, utrum illum quem adoptat, filium habere velit: & ille qui adoptatur, interrogatur utrum id fieri velit. † Illa vero alia adoptio est, ubi quis patrem habens [73],

1 *Inst. de jure personarum. in pr. l. 3. D. de statu hominum.* 2 *Inst. de ingenuis.* 3 Ex justa, *l. 6. D. de statu hom.* 4 De justa servitute *v. l. 3. D. de stip. serv.* 5 Dixi ad Ulp. 1. §. 5. 6 Dixi ad Ulp. 1. §. 6. 7 Cajo Ethnico unde quæso Ecclesiæ nomen? lege igitur, aut censu aut ante Consulem. 8 Idem ac si diceret, apud Prætorem, vel vindicta. Ulp. *d. loco.* §. 7. 9 Vide *C. de Latina libertat. toll.* 10 *Vid. l. un. §. 1. C. de Latina libert. toll.* 11 Dixi ad Ulp. 1. §. 10. adde *l. un. §. 2. C. de Latina libert. toll.* 12 Per mensam, *Theoph. Inst. de libertis.* non paupertatis causa servum mensæ domino adhibente, sed præsentibus amicis contestante, se Latinitatis causa servum convivio adhibere. Papinianus *tit.* 44. 13 Vid. *C. de dedititia libert. tol.* Ulp. 1. §. 11. 14 Aut fronte. Theoph. *Inst. de libert. §.* τῶν δὲ ἀπελευθέρων. 15 στίγματα Theoph. *ibid.* vestigia. Ulp. 1. §. 11. cicatrices, notæ, *l. 1. §. 8. D. de fugitivis:* ubi dixi de hujusmodi notis. 16 Aut verubus; unde subverbustæ, quasi verubus ustæ. *Plautus:* ulcerosam, compeditam, subverbustam, sordidam. Festus *in voce Subverbustam.* Tertullianus *in lib. de Pallio:* subverbustam, in liberalibus. *intelligit autem* στιγματίας. 17 *V. §. 4. Inst. de success. lib.* 18 De quibus v. Ulpian. 3. 19 3. Ulpian. 4. 20 Nec sit solvendo. v. Ulp. 1. §. 14. *v. Inst. quibus ex caus. manum. non licet. l. 10. l. 16. D. qui & a quibus manum. liberi non fiant.* 21 Dixi ad Ulp. 1. §. 15. 22 §. 5. *Inst. quib. ex caus. manum. l. 13. D. de manum. vindict.* 23 *d. l. 13.* 24 Id merito hodie abrogatum & immutatum est §. 7. *Inst. qui manum.*

25 *V. l. 5. D. qui test.* 26 Dixi ad Ulp. 1. §. 24. 27 Lege Fusia Caninia. *v. Inst. de l. Fus. Can. tollenda.* 28 V. Paul. 4. *sent.* 14. *§. ult.* 29 Dixi ad Ulpian. *d. loco.* Vopiscus *in Tac.* Servos manumisit intra centum tamen, ne Caniniam transisse videretur. 30 Omnem familiam manumittere possumus, *Inst. de lege Fus. Can.* 31 Dixi ad Ulp. 1. §. 24. *in fin.* 32 *l. 42. l. 43. D. de her. inst.* 33 Id est, in orbe tereti & permixtim, ita ut non appareat, quis primus sit, ut si ita scribat in orbe tereti, Stichus Pamphilus Damas liberi sunto? nulli competet libertas. In sphæra enim non est locus inferior vel superior. 34 Vetitus testamento plures (quam lege definiti sint) servos manumittere, in fraudem legis per epistolam manumittere alios non potest. 35 Epistola manumittere quis servum potest, ut & codicillis, Paul. 4. *sent.* 14. §. 2.

36 Dixi ad Ulp. 4. 37 *l. 1. D. pr. Instit. de his, qui sunt sui.* 38 *d. l. 1. §. 1. Inst. de his, qui sunt sui.* 39 *d. l. 1. §. 2. l. 2. D. §. 2. Instit. de his, qui sunt sui.* 40 Et ita jus vetus vitæ & necis abrogatur. adde *l. 11. D. ad leg. Corn. de sicar.* 41 V. *l. 96. D. de verb. oblig.* 42 *Instit. de patria potest. in princ. l. 3. D. de his qui sunt sui.*

43 Vid. *Inst. de nupt. in princ.* dixi ad Ulp. 5. §. 4. 44 Id est, ritu solenni. 45 Vid. *l. 15. in fin. D. de cond. & dem. l. 10. D. de reg. jur.* 46 *§. 1. Inst. de nupt.* 47 *d. §. 1. l. 53. l. 68. D. de ritu nupt. l. 17. C. de nupt.* 5. Ulp. 6. 48 *d. §. 1. vers. & hæc adeo.* 49 *d. §. 1. in fin. d. l. 53. l. 13. in fin. D. de adopt.* 50 *§. 2. vers. sane inter fratrem. Inst. de nupt. l. 17. C. de nuptiis.* 51 *d. vers. sane.* 52 *d. §. 2. vers. sed si qua. l. 17. D. de ritu nupt.* 53 *§. 3. Inst. de nuptiis. l. 39. D. de ritu nupt. l. 17. C. de nupt. l. ult. C. de incestis & inutil. nupt.* 54 Id est, amitam. *§. 5. Inst. de nupt. l. 17. in fin. D. de ritu nupt.* 55 Id est, materteram. *d. §. 5. d. l. 1. D. de ritu nupt. l. 17. C. de nupt.* 56 *§. 7. Inst. l. 17. C. de nupt.* 57 *§. 6. Inst. de nupt. d. l. 17. l. 5. §. D. de condict. sine causa. l. 38. D. ad l. Corn. de adult.* 58 *d. §. 6. vers. Item si adhuc privigna. l. 5. in fin. D. de condict. sine causa. l. 14. in fin. l. 40. D. de ritu nupt. l. 38. D. ad l. Corn. de adult. l. 17. C. de nupt.* 59 *l. 38. D. ad l. Corn. de adult. Novell. 115. c. 3. §. 5. l. 17. C. de nuptiis.* 60 Imo permittitur, *§. 4. Inst. de nuptiis. dixi ad l. 19. C. de nupt.* 61 *l. 5. l. 8. C. de incestis & inutil. nupt.* 62 *d. l. 5. d. l. 8.* 63 Pœna incestarum nuptiarum. 64 Nec dotem, §. 12. *Inst. de nupt. l. ult. D. de condict. sine causa. l. 52. D. de ritu nupt.* 65 Dixi ad Ulp. 4. §. 2. 66 Adde *l. 24. D. de statu.* 67 Qui vulgo conceptus, *v. l. 23. D. de statu homin.*

68 *L. 1. D. 7. & L. 1. Instit. 11.* 8. Ulp. 69 *l. 1. l. 16. D. §. 8. Instit. de adopt.* 8. Ulp. 8. §. 1. 70 *§. 1. Inst. l. 1. in fin. l. 2. D. eod.* 71 Id est, qui sui juris sit, *d. §. 1. d. l. 2.* 72 Unde dicta adrogatio. 73 Et ita non sui juris.

ab

ab alio patre adoptatur: & ille qui adoptatur, de certi patris poteſtate diſcedit, & in adoptivi patris incipit eſſe poteſtate. §. 3. Nam & fœminæ [1] adoptari poſſunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur: fœminæ vero adoptare [2] non poſſunt, quia nec filios ex ſe natos in poteſtate habent.

§. 4. Spadones [3] autem qui generare non poſſunt, adoptare poſſunt. Et licet filios generare non poſſint, quos adoptaverunt filios habere poſſunt.

§. 5. Si quis vero filios habens ſe dederit adoptandum, non ſolum ipſe in patris adoptivi poteſtatem redigitur, ſed [4] & filii ejus, ſi tamen avum paternum non habuerint, in adoptivi patris tranſeunt poteſtatem, tanquam nepotes.

TIT. VI.
QUIBUS [5] MODIS FILII EXEUNT DE POTESTATE PATRIS.

Filii qui in poteſtate patris ſunt, mortuo patre ſui juris fiunt. Sed ſi hic filius qui morte patris ſui juris effectus eſt, filios habeat, in ejus poſt patris ſui obitum erunt filii poteſtate. Nam ſi pater moriatur, & avus [6] paternus vivat, nepos ex filio ſui juris eſſe non poteſt: quia in avi remanet poteſtate, qui [7] avo mortuo ſui juris efficitur. Item ſi moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc [8] nepotes liberi & ſui juris erunt, & in patris emancipati poteſtatem non veniunt. §. 2. Item de poteſtate patris exeunt filii, ſi pater eorum in exilium [9] miſſus fuerit: quia non poteſt filium civem Romanum in poteſtate habere homo peregrinæ [10] conditionis effectus. Item filius ſi vivo patre in exilium [11] miſſus fuerit, in poteſtate patris civis Romanus eſſe non poteſt, quia ſimiliter peregrinæ conditionis factus cognoſcitur. §. 3. Item ſi ab hoſtibus pater captus [12] ſit: in poteſtate, quandiu apud hoſtes fuerit, filios non habebit. Sed ſi de captivitate evaſerit, jure poſtliminii omnem, ſicuti in aliis rebus, ita & in filios recipit poteſtatem. Si vero pater, qui ab hoſtibus captus eſt, in captivitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hoſtibus captus eſt, filii ſui juris effecti intelliguntur. §. 4. Item per emancipationem [13] filii ſui juris efficiuntur. Sed filius maſculus tribus [14] emancipationibus de poteſtate patris exit, & ſui juris efficitur. † Mancipatio autem, hoc eſt, manus traditio, quædam ſimilitudo [15] venditionis eſt: quia & in [16] emancipationibus præter illum, hoc eſt, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iſte naturalis pater filium ſuum fiduciario [17] patri mancipat, hoc eſt, manu tradit: a quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinem pretii accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc ſecundo & tertio [18] fit, & ſic de patris poteſtate exit. Quæ tamen mancipatio ſolebat ante Præſidem fieri, modo ante Curiam facienda eſt: ubi quinque teſtes cives Romani in præſenti erunt, & pro illo, qui Libripens [19] appellatur, id eſt, ſtateram tenens, & qui Anteſtatus [20] appellatur, alii duo, ut ſeptem teſtium numerus impleatur. Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patre remancipetur [21], & a naturali patre manumittatur: ut ſi filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater non fiduciarius ſuccedat. Fœminæ [22], vel nepotes maſculi ex filio, una emancipatione de patris, vel avi exeunt poteſtate, & ſui juris efficiuntur. Et ii ipſi quamlibet una mancipatione de patris, vel avi poteſtate exeant, niſi a patre remancipati fuerint, & a naturali patre manumiſſi, ſuccedere eis naturalis pater non poteſt, niſi fiduciarius, a quo manumiſſi ſunt: nam ſi remancipatum ſibi naturalis pater, vel avus manumiſerit, ipſe eis in hereditate ſuccedit. Quod ſi habeat quis filium, & ex eo nepotes: & voluerit filium emancipare, & nepotes in ſua poteſtate retinere, in arbitrio ejus eſt: aut ſi voluerit nepotes emancipare, & filium in ſua poteſtate retinere, & hoc ei pro juris ordine licere manifeſtum eſt. Quod non ſolum de nepotibus, ſed & de pronepotibus ſimiliter facere poteſt.

TIT. VII.
DE TUTELIS [23].

Tutores aut legitimi ſunt, aut teſtamentarii. † Legitimi ſunt, qui pupillo per virilem [24] ſexum [25] propinquitate conjunguntur: & qui proximior fuerit de adgnatis, ad ipſum legitima tutela pertinet: quia [26] is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipſe proximus eſt ad hereditatem. † Teſtamentarii [27] ſunt, quos patres [28] aut avi paterni [29] in teſtamento ſuo tutores filiis [30] aut nepotibus delegaverint. Quod ſi nec teſtamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquiſitione judicis pupillis tutores dantur [31].

TIT. VIII.
DE CURATORIBUS [32].

Peractis pupillaribus annis, quibus tutores abſolvuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore ſunt minores ætate, majores everſores [33], inſani. Ii, qui minores ſunt, usque ad viginti & quinque annos completos ſub curatore ſunt. Qui vero everſores, aut inſani ſunt, omni tempore vitæ ſuæ ſub curatore eſſe jubentur: quia ſubſtantiam ſuam rationabiliter gubernare non poſſunt.

1 8. Ulp. 5. *l.* 21. *D. eod.* 2 V. 8. Ulp. 9. §. 10. *Inſt. eod.* 3. 8. Ulp. 6. §. 9. *Inſt. eod. l.* 2. §. 1. *l.* 40. *in fin. D. eod.* 4 *d. l.* 40. *in pr.* 8. Ulp. 8. §. 11. *Inſt. eod.*
5 *L.* 1. *Inſtit.* 12. *Novell.* 81. De emancipationibus liberorum, *L.* 8. *C.* 49. Quemadmodum filii efficiuntur ſui juris, Paul. 2. *ſent.* 25. 10. Ulp. qui in poteſtate mancipioque ſunt, quemadmodum eo liberentur. 6 *Inſt. eod. in pr. l.* 15. *D. quando dies legat.* Ulp. 2.
7 *l.* 5. *in fin. D. de his, qui ſunt ſui.* 8 *Inſt. eod. in pr.* 9 Exilio patris filius fit ſui juris. *ut hic.* Exilio filii pater ſuam poteſtatem amittit. J. adde deportatione inſulæ, §. 1. *Inſt. eod.* aquæ & ignis interdictione, 10. Ulp. 3. relegatione. §. 2. *Inſt. eod.* pœnæ ſervitute. §. 3. *Inſt. eod. l.* 7. *D. de his, qui ſunt ſui.* 10 Peregrinus civem in ſua poteſtate non habet, *ut hic,* ut e contra civis in ſua poteſtate peregrinum non habet, Ulp. 10. §. 3.
11 V. 8. *eod.* 12 Ulp. 10. §. 4. §. 5. *Inſt. quib. modis jus patriæ poteſtat.*
13 *Tit. C. de emancipat. liber.* Paul. 2. *ſent.* 25. §. 2. 3. 4. 5. 14 *V.* 10. Ulp. 10.
15 Mancipatio, ſimilitudo venditionis. Ter igitur mancipari eſt ter vendi. Trina mancipatio, trina venditio. 16 Hujusmodi venditiones liberarum perſonarum figuratæ, *l.* 6. *C. emancip. liber.* & imaginariæ dicuntur, §. 6. *Inſt. quib. mod. jus patriæ poteſt.* vanæ obſervationes. *d. l.* 6. & antiquæ, *d.* §. 6. ut quæ non ſine injuriis & alapis fierent. *Novell.* 81. Idque receptum erat ex lege XII. Tab. Si pater filium ter venundarit, filius a patre liber eſto. Ulp. 10. §. 1. quam itidem conſtat ex legibus Romuli mutuatam. Dionyſ. Halicarn. 12. Olim parentibus licuit quoque filios interficere, dixi ad *l.* 11. *in fin. D. de lib. & poſthum.* adde *l. ult. C. de patria poteſtat.* Hodie vetitum eſt, ne quis filios vendat, donet, vel pignoret, *l.* 1. *l.* 2. *C. de patrib. qui filios ſuos diſtraxerunt.* Vetitum eſt etiam ne interficiat. *d. l. ult.* 17 Fiduciarius pater. 18 Ne id ita intelligas, quaſi trinæ illæ venditiones fierent uno & eodem tempore, cum ſingulis diebus, adhibitis teſtibus fieri poſſent, vel eodem die, vel intermiſſo. Paul. 2. *ſent.* 25. §. 2. adeo ut filius ex prima, ſecundave mancipatione manumiſſus, reverſus in patriam poteſtatem, adgnaſceretur ſuus heres. Ulp. *tit.* 23. §. 3. 19 Libripens. 20 Anteſtatus. 21 Remancipatio. 22 Dixi ad Ulp. 10. §. 1. *in fin.*
23 11. Ulp. 1. *Inſt.* 13. 24 11. Ulp. 4. §. 1. *Inſt. de legit. agnat. tut.*
25 Legitimi tutores, propinqui maſculi. 26 Ubi tutela, ibi hereditas. *l.* 1. *D. de legit. tutorib.* 27 *V. D. de teſtam. tutel.* 28 Id eſt, parentes. *l.* 1. *D. de teſt. tut.* §. 3. *Inſt. de tutelis.* 29 Quid mater? ea liberis tutorem dare poteſt, confirmandum tamen a magiſtratu. *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *D. de confirmando tut.* 30 In poteſtate. *d. l.* 1. 11. Ulp. 15.
31 *V. titulum D. de tutorib. datis.* Adde *Inſtit. de Atiliano tutore.* 11. Ulp. 18.
32 12. Ulp. & 1. *Inſtit.* 23. & 27. *D.* 10. 33 Prodigos intelligit, qui neque tempus neque finem impenſarum habent. *l.* 1. *D. de curatorib.* 12. Ulp. 2. & §. 3. *Inſt. de tutoribus.* hinc domus everſio, *l. ult. D. de offic. præſidis.* quam Græci οἴκου ἀνατροπήν. Hinc etiam patrimonium evertere, *l.* 1. *D. ſi. familia furtum fec.* interverſores, *l.* 8. *C. de jure fiſci.* everſores, *l.* 2. *C. de palatinis ſacr. largit. l.* 1. *C. Theod. de ſuſcept.*

CAJI INSTITUTIONUM
LIBER II.

TIT. I.
DE REBUS.

Cajus ſuperiori commentario de jure perſonarum aliqua diſputavit [1]. Nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat.

§. 2. Omnes itaque res aut noſtri juris ſunt, aut [2] divini, aut publici. Noſtri [3] juris ſunt, quæ in proprietate [4] noſtra eſſe noſcuntur. Divini [5] juris ſunt eccleſiæ, id eſt templa Dei, vel ea patrimonia, ac ſubſtantiæ, quæ ad Eccleſiaſtica jura pertinent. Publici [6] juris ſunt muri [7], fora, portæ [8], theatra [9], circus, arena [10], quæ [11] antiqui ſancta appellaverunt [12], pro eo quod exinde tolli aliquid, aut contingi [13] non liceret. Sed hæc omnia in nullius [14] bonis ſunt, ideo [15] publici juris eſſe dicuntur. Sed & res hereditariæ [16] antequam aliquis heres exiſtat, id eſt, quando dubitatur, utrum ſcriptus, an legitimus heres ſuccedere debeat: in nullius bonis eſſe videntur [17]. §. 3. Præterea quædam res corporales [18] ſunt, quædam incorporales [19]. §. 4. Corporales [20] ſunt, quæ manu tangi poſſunt: velut ager, mancipium, veſtis, aurum, argentum, & iis ſimilia.

§. 5. Incorporales [21] ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea quæ non in corpore, ſed in [22] jure conſiſtunt, ſicut eſt hereditas [23], & obligationes diverſis contractibus ſcriptæ. Et licet hereditas, vel emptio, aut diverſi contractus res corporales in ſe habeant, jus tamen ipſius hereditatis, vel emptionis aliorumque contractuum incorporale eſt. §. 5. Incorporalia [24] etiam ſunt jura prædiorum urbanorum, vel ruſticorum: Prædiorum urbanorum [25] jura ſunt, ſtillicidia, feneſtræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendæ, & luminum: ut ita quis fabricet, ut vicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum vero ruſticorum [26] jura ſunt, via vel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci, & aquæ ductus, quæ ſimiliter incorporalia ſunt. Hæc jura tamen ruſticorum prædiorum Servitutes [27] appellantur.

§. 6. Item regulariter conſtitutum eſt, ut ſuperpoſita inferioribus cedant. Ut ſi quis in ſolo [28] noſtro ſine noſtro permiſſu domum ædificaverit, ad eum, cujus terra eſt, domus ædificata pertineat. Vel ſi aliquis in agro noſtro arbores, aut vineas, vel plantas [29] quaſcunque poſuerit, ſimiliter ſuperficies [30] ſolo cedat [31]. Vel ſi meſſem in campo ſeminaverit [32], omnia hæc, quæ in terram alienam jactantur, domino terræ adquiruntur. Quod & de chartis [33], & pergamenis, ſi in alienis ſcribat, licet aureis vel argenteis literis, ſimiliter ejus eſt ſcriptura, cujus charta aut pergamenum fuerit. Quod & de tabula, hoc eſt, ſi aliquis in tabula mea picturam fecerit, obſervatur: quia ſtatutum eſt, ut tabulæ pictura [34] cedat. §. 7. Quod ſi quis ex uvis [35] meis vinum, aut ſpicis [36] frumentum, aut ex olivis [37] oleum fecerit: ejus vinum, triticum, vel oleum eſt, cujus ſpicæ, aut uvæ, aut olivæ fuerint.

† Si quis etiam ex tabulis alienis navem [38], aut armarium, aut quodcunque ad uſum pertinens fecerit, ſimili ratione ejus erunt, quæ facta fuerint, de cujus ligno facta probantur. † Similiter etiam, ſi ex lana [39], vel lino veſtimenta fecerit, ejus erunt veſtimenta, cujus lana vel linum fuiſſe probabitur. §. 8. Sed in iis omnibus ſuperius comprehenſis, quicunque in-

1 *V. Inſt. de rer. diviſ. & adq. ipſar. dom.* 2. *tit.* 1. Ulp. 19. *de dominiis & adquiſitionib. rerum. L.* 1. *D.* 8. *de diviſ. rer.* 2 Cajus in lege 2. *D. de div. rer.* 3 Res noſtri juris, quæ & juris humani dicuntur in *d. l.* 1. 4 Seu noſtro patrimonio. *Inſtit. de rer. div. in pr.* 5 *d. l.* 1. 6 Publicæ res nullius in bonis ſunt. *d. l.* 1.
7 Muri res ſanctæ. §. 10. *Inſt. de rer. div. l.* 1. *l.* 8. *in fin. D. de diviſ. rer.* ideoque nullius. §. 7. *Inſt. de rer. div. d. l.* 1. 8 *V. d.* §. 10. *d. l.* 1. *l.* 8. 9 Ea dicuntur eſſe univerſitatis. §. 6. *Inſt. de rer. div. l.* 6. §. 1. *D. de div. rer.* 10 Arena, locus gladiatorum, hinc in arenam ſe dare, *l. ult. D. de fugit. l.* 4. *D. de accuſationib.* 11 Hæc particula referenda eſt ad muros, fora, portas, theatra, circum & arenam. 12 §. 10. *Inſtit. de rer. div.*
13 Facit *l.* 8. *in fin. D. de div. rer.* 14 §. 7. *Inſtit. de rer. diviſ.* 15 Quæ nullius, publica ſunt. 16 *l.* 1. *D. de div. rer.* 17 V. tamen *l.* 31. *in fin. D. de her. inſt.*
18 *V.* §. 4. J. *eod.* 19 *V.* §. 5. J. *eod.* 20 *l.* 1. §. 1. *D. de div. rer.* §. 1. *Inſt. de reb. corporalib.* 21 *l.* 1. §. 1. *D. de div. rer.* §. 2. *Inſt. de reb. corporalib.* 22 Incorporalia in jure conſiſtunt. 23 *l.* 119. *D. de verborum ſignif.* 24 §. 3. *Inſt. de rebus corporalibus: l.* 1. *in fin. D. de diviſ. rer.* 25 §. 1. *Inſt. de ſerv. præd. l.* 2. *D. de ſervitut. præd. urban.* 26 *Inſt. de ſervitutib. in pr. l.* 1. *D. de ſervit. ruſticor.* 27 *V. tit. D. de ſervitutib.* 28 Ædificium ſolo cedit. §. 30. *Inſt. de rer. div.* 29 Planta ſolo cedit, §. 31. *Inſt. de rer. diviſ.* 30 Superficium. quæ vox reperitur in *l.* 32. *D. de jure dot. l.* 39. *D. de leg.* 2. 31 Superficies cedit ſolo. *v. D. de ſuperficiebus.* 32 Res ſatæ ſolo cedunt. §. 32. *Inſt. de rerum diviſ. l.* 9. *D. de rerum diviſ.* 33 Scriptura chartæ cedit. §. 33. *Inſt. de rer. div. l.* 9. §. 1. *D. de adqu. rer.* 34 Tabulæ pictura cedit. §. 34. *Inſt. de rer. div. l.* 23. §. 3. *D. de rei vind.* Imo tabula picturæ cedit. *l.* 9. §. 2. *D. de adq. rer.*
35 §. 25. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 7. §. 7. *D. de adq. rer. dom.* 36 *d.* §. 25. *d.* §. 7.
37 *d.* §. 7. *d.* §. 25. 38 *d.* §. 25. adde *l.* 61. *D. de rei vind.* 39 *d.* §. 25. *in fin.*

terra aliena aliquid posuerit, aut ædificaverit, aut horum, quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis qui aliena præsumpserunt, hoc competit, ut [1] expensas vel impendia, quæ in iis fecerint, a dominis, qui rem factam vindicant, recipere possint. §. 9. Acquiritur autem nobis non solum per nosmetipsos, sed [2] & per eos, qui in potestate nostra sunt: sicut filii [3] vel servi [4]: quia quicquid eis a qualibet persona donatum, vel venditum fuerit, aut heredes fuerint instituti, id patribus & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: præter [5] eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permissum est. Hi vero servi, qui in usufructu [6] nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tantum usufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hereditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non usufructuario acquiritur.

TIT. II.
DE TESTAMENTIS [7].

Per universitatem [8], hoc est, omnia simul bona, acquirimus hereditate [9], emptione [10], adoptione: quia is quem adoptaverimus, si sine patre est, cum [11] omnibus bonis suis ad nos transit. §. 2. Id quoque statutum est, quod non [12] omnibus liceat facere testamentum. Sicut ii sunt, qui sui [13] juris non sunt, & alieno juri subjecti sunt, hoc est, filii [14] tam ex nobis nati, quam adoptivi. §. 3. Item testamenta facere non possunt impuberes [15], id est, minores quatuordecim [16] annorum, aut puellæ XII. §. 4. Item & ii qui furiosi [17], id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. §. 5. Sed ii qui insani sunt, si intervalla [18] ipsius insaniæ habent, per intervalla quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

TIT. III.
DE EXHEREDATIONE [19] LIBERORUM.

Is qui filium in potestate habet, curam agere debet, ut testamentum faciens, masculum filium aut nominatim heredem instituat, aut nominatim exheredet. Nam si masculum filium in testamento præterierit, non valebit testamentum. §. 2. Si vero filiam [20] præterierit, non rumpit testamentum filia prætermissa, sed inter fratres suos legitimo stante testamento, suam sicut alii fratres, consequitur portionem. Si vero testamento extranei heredes scripti fuerint, stante testamento filia medietatem hereditatis acquirit. Nam si facto testamento in quo filius masculus prætermissus est, evenerit, ut vivente adhuc patre filius qui prætermissus est, moriatur, sic quoque quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamentum quod factum est, non valebit. §. 3. Posthumorum duo [21] genera sunt: quia posthumi appellantur ii qui post patris mortem de uxore nati fuerint: & illi qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo nisi is qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: Quicumque [22] filius aut filia mihi natus natave fuerit, heres mihi sit: aut certe dicat, Exheres sit, valere ejus non potest testamentum: quia sicut superius [23] jam dictum est, legitime concepti pro [24] natis habeantur. Nisi quod melior [25] conditio est posthumæ quam natæ: quia nata, si prætermissa fuerit, non rumpit testamentum: posthuma vero, sicut masculus testamentum rumpit. §. 4. Si quis post factum testamentum adoptaverit apud populum [26] illum qui sui juris est, hoc [27] est, qui patrem non habet, aut apud Prætorem [28] illum adoptaverit qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita ejus rumpitur [29] testamentum. §. 5. Posteriore [30] quoque testamento quod jure factum est, id quod jure factum ante fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento heres scriptus, aut ante aditionem hereditatis moriatur, aut vivo testatore defecerit, aut conditio possibilis sub qua heres institutus est, impleta non fuerit: is qui testamentum fecit, intestatus mori videtur: quia testamentum quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est, & quod posterius factum est, iis rebus quas diximus infirmatur. §. 6. Alio quoque modo testamenta jure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentum capite [31] minuatur: id est aut ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exilium deputetur. Similiter & si qui adoptatus fuerit, testamentum quod antequam adoptaretur, fecerat, non valebit. §. 7. Heredes autem sui sunt, aut [32] necessarii, aut extranei. † Sui [33] heredes appellantur filii aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate avus vel pater habet. Necessarii [34] sunt heredes servi qui cum libertate heredes instituuntur. † Necessarii ideo quia aut velint [35] aut nolint, necesse est eis heredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxii, & putant [36] se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi servos suos manumittunt, & heredes necessarios faciunt, ut quo magis heres quam dominus infamiam incurrat, cum res ejus, id est, hereditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. † Extranei [37] sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori junguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes.

TIT. IV.
DE SUBSTITUTIONIBUS [38] ET DE FACIENDIS SECUNDIS TABULIS.

Substitutio est, quæ post institutionem a testatore fieri solet, id est, secundi [39] heredis appellatio. Et duæ sunt [40], quarum una vulgaris dicitur, alia pupillaris. §. 2. Vulgaris [41] dicitur, Ille heres mihi esto: sive hoc filio sive extraneo. Quod si hereditatem meam adire noluerit, illum substituo ad quem hereditas mea debeat pertinere. §. 3. Pupillaris [42] substitutio filiis tantummodo impuberibus dari potest, quæ ita fit: Ille filius meus, si [43] intra pubertatem decesserit, illum ei substituo. Sed pupillaris substitutio ita secreta [44] esse debet, ut ad notitiam substituti pervenire non possit, ne vitæ pupilli aliquas substitutus insidias moliatur. Nam in extrema pagina [45] testamenti fieri debet, ut pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, & prior pars testamenti, in qua heres scriptus est, reseratur. Hoc etiam & [46] de bonis fieri potest. §. 4. Nam si extraneus [47] heres scriptus sit, etsi aliquem substituere non possumus [48], ut si heres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei heres sit, potest tamen per fideicommissum obligari, ut alii rogatus a testatore hereditatem aut integram, aut pro parte restituat.

TIT. V.
DE LEGATIS.

Legatorum genera sunt quatuor [49], vindicationis [50], damnationis [51], sinendi modo [52], & præceptionis [53]. §. 2. Vindicationis [54] legatum est, si testator sic [55] locutus fuerit: Illum servum tibi do, aut lego. vel: Illam rem tibi præsume, habe, vindica [56]. Quod post mortem testatoris statim legatarius non expectato herede, sibi præsumit. Quam si præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab herede potest calumniam sustinere, nec si aliena res fuerit quæ legata est, legatarius hoc poterit ab herede repetere. Si per vindicationem una res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere velint, æquales singuli de re legata capiant portiones. §. 3. Per damnationem [57] isto ordine legatum dimittitur, ut testator in testamento scribat: Tu heres meus illi hoc da. aut: Illud illi ab herede meo dari jubeo [58]. In quo genere legati etiam alienæ [59] res per legatum dimitti possunt. Et necesse est heredi aut redimere eam rem, quæ juris alieni est, & legatario tradere, aut si is cujus res est, vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest: & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab herede, aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretio legatario dari. §. 4. Cæterum inter damnationis legatum & vindicationis hoc interest, quod per vindicationem res aliena [60] relinqui non potest: per damnationem eo pacto quo superius comprehensum est, potest. Illæ etiam res quæ [61] in rerum natura non sunt, per damnationem legato dimitti possunt; veluti si ita testator in testamento scribat: Fructus qui ex illo agro nati fuerint; aut, id, quod ex illa ancilla natum fuerit: quod in legato vindicationis fieri non potest: quia non potest hæc legatarius testatore mortuo continuo vindicare. §. 5. Inter legatum vindicationis & damnationis ista similitudo [62] est, quod legatum vindicationis, sive damnationis, si conjunctim [63], id est, duobus, aut pluribus una res in legato dimissa fuerit, in utroque legato simul ab omnibus præsumatur. §. 6. Inter legatum vindicationis, & damnationis ista distantia est, ut si disjunctim [64], id est, singulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur: id est, ut unus [65] rem ipsam accipiat, alii æstimationem rei ipsius in pretio ab herede accipiant. §. 7. Sinendi [66] modo hæc [67] legati verba sunt: Ille heres meus rem illam illum permitte præsumere & sibi habere. Nam & propriam rem testator & [68] heredes sui & [alienam] [69] per sinendi legatum relinquere potest [70]. In quo legato non quidem heres legatario rem quæ relicta est jubetur tradere, sed vindicanti legatario non permittitur prohibere. §. 8. Præceptionis [71] vero legatum nonnisi uni [72] ex heredibus dari potest, ut aliquid ei ex hereditate præcipuum relinquatur, & si aut conjunctim, id est, multis, aut disjunctim singulis relinquatur, omnibus una res tantum quæ nominata est, debetur, non uni res [73], & alii æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

TIT. VI.
DE LEGE FALCIDIA [74].

Lege Falcidia constitutum est: quicumque heres fuerit institutus, quartam [75] partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento. Hic de Pauli sententiis addendum.

1 Nota de exceptione vel actione ad sumptus, & expensas. 2 §. 30. 32. *Inst. de rer. div. v. l.* 48. *D. de rei vind.* 3 *Inst. per quas personas cuique adquiritur: l.* 10. *D. de adq. rer.* 4 §. 1. 2. *Inst. per quas personas cuique.* §. 3. *Inst. per quas personas.* 5 §. 1. *Inst. per quas personas cuique. v. D. de castr. pecul.* 6 §. 4. *Inst. per quas personas cuique. l.* 10. §. 3. *D. de adq. rer.* 7 20. Ulp. 2. *Inst.* 10. & 3. Paul. 4. *L.* 28. *D.* 1. & *L.* 6. *C.* 22. 8 §. *ult. Inst. per quas personas.* 9 *d.* §. *ult.* 10 Successiones, quæ fiebant per bonorum venditionem, hodie sublatæ sunt. *Instit. de success. sublatis quæ fiebant per bonorum vendit.* 11 *l.* 25. *D. de adopt. Inst. de adquisit. per adrogat.* 12 *V. Inst. quibus non est permiss. fac. test. & D. & C. qui test. fac.* 13 Qui sui juris non est, testari non potest, *Instit. quibus non est permissum.* 14 20. Ulp. 11. *l.* 6. *l.* 16. *D. qui testam. l.* 3. *in fin. C. qui test. fac. poss.* nisi sint milites: possunt enim milites testari de castrensi peculio. 3. Paul. 4. §. 3. 15 §. 1. *Inst. quib. non est perm.* 20. Ulp. 12. 16 Paul. 3. *sent.* 4. §. 1. *l.* 5. *D. qui test.* 17 §. 1. *vers. Furiosi. Inst. quibus non est permiss.* 20. Ulp. §. 13. *l.* 16. *in fin. l.* 17. *D. qui testam.* 18 3. Paul. *sent.* 4. §. 5. 19 *v.* 2. *Inst.* 13. 20 Filiæ quondam poterant præteriri a patre. *Inst. eod. pr. vers. Sed non ita de filiab.* 22. Ulp. 16. & 20. 21 Posthumorum alii vivo patre post testamentum nascuntur: alii post mortem: utrique sæpe post testamentum *l.* 3. §. 1. *D. de injusto rupto.* 22 De posthumorum institutione adde 3. Paul. *sent.* 4. §. 22. 23 *Primo libro tit.* 4. §. 10. *sup. eod.* 24 *l.* 7. *l.* 26. *D. de statu hom. l.* 2. §. 6. *D. de excus. tut.* adde tamen *l.* 9. *in fin. D. ad l. Falc.* 25 Melior posthumæ quam natæ conditio. Hæc præterita non rumpit testamentum, illa rumpit. 26 Hoc genus adoptandi mutatum est. Fit enim hodie adrogatio apud principem. *l.* 2. *D. de his, qui sunt sui.* jure scilicet populi in principem translato. 27 Sui juris est, qui patrem non habet. 28 Est enim duplex adoptionis species. *l.* 1. *in fin. D. de adoption.* 29 Adrogatione vel adoptione rumpitur testamentum. §. 1. *Inst. quib. modis test. l.* 8. *D. de injusto.* 23. Ulp. 3. 30 §. 2. *Inst. quibus mod. test.* 23. Ulp. 2. *l.* 1. *l.* 2. *D. de injusto rupto.* 31 Capitis minutione testamentum infirmatur. §. 4. *Instit. quib. mod. testam. l.* 5. §. 5. *D. de injusto rupto.* 32 Heredum differentias v. *Inst.* 1. *de hered. qualit. & differ.* 33 Sui heredes qui, §. 2. *Inst. de her. qualit. & differ. l.* 1. §. 2. *D. de suis.* 34 §. 1. *Inst. de her. qualit.* 35 *d.* §. 1. *l.* 12. *D. qui test.* 22. Ulp. 24. 36 *d.* §. 1. 37 De extraneis heredibus *v.* §. 3. 4. 5. §. 7. *Inst. de hered. qualit.* 22. Ulp. 25.
38 De substitutione vulgari, 2. *Inst.* 15. pupillari. 2. *Inst.* 15. *de utraque v. L.* 28. *D.* 6. & *L.* 6. *C.* 26. 39 Substitutio secundi heredis appellatio, substituitur etiam tertio gradu. Paul. 3. *sent.* 4. §. 17. & *L.* 22. Ulp. 33. 40 Duplex substitutio. 41 *V. Inst. de vulg.* 42 *V. Inst. de pupill.* 43 *l.* 1. §. 1. *D. de vulg. & pupill.* post pubertatem filio miles potest substituere. *l.* 15. *D. de vulg. & pupill.* 44 *V.* §. 3. *Inst. de pupill.* 45 Inferioribus partibus. *d.* §. 3. ima cera *Suet.* 46 Eisdem paginis, ita legitur a quibusdam. 47 §. 9. *Inst. de pup.* 48 Fallit hæc sententia in milite.
49 2. *Inst.* 20. 24. Ulp. Paul. 3. *sent.* 6. *L.* 6. *C.* 17. & 30. 31. 32. 33. 34. *D.*
50 §. 2. *Inst. eod.* 51 *V.* §. 3. 4. 5. 6. 52 *V.* §. 6. 7.
53 *V.* §. 8. *J. eod.* 54 *V.* §. 24. Ulp. 3. 55 *V.* 24. Ulp. 3. 56 Formula legati per vindicationem. 57 Inde legatum per vindicationem dictum. 58 *V.* 24. Ulp. 4. 59 24. Ulp. 8. 60 Alias formulas aptiores vide apud 24. Ulp. 4. & §. 1. *in fin. Inst. de legat.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 6. 61 Per damnationem res aliena relinqui potest: per vindicationem non potest, *v.* 24. Ulp. 7. Huc etiam pertinet per damnationem rem creditori obligatam legari posse a sciente testatore. Paul. 3. *sent.* 6. §. 8. Quæ in rerum natura non sunt, legare possumus per damnationem, non per vindicationem.
62 *l.* 24. Ulp. 13. *in princ.* 63 Conjunctim legare possumus per damnationem & vindicationem. 64 24. Ulp. 13. *in fin.* 65 Res pluribus legata per damnationem, non per vindicationem, singulis legatariis debetur, uni res, alii æstimatio, §. 8. *in fin. J. eod.* adde Paul. 3. *sent.* 6. §. 3. *in fin.* 66 §. 2. *Inst. eod.* 67 Sunt & alia commodiora, de quibus v. 24. Ulp. 5. 68 24. Ulp. 11. 69 Hanc vocem superesse notat Cujac. 24. *ad Ulpianum.* 70 Possunt etiam jura relinqui sinendi modo: Paul. 3. *sent.* 6. 11. 71 Formulas legandi per præceptionem, *v.* apud Ulp. 24. §. 6. 72 Paul. 3. *sent.* 6. §. 1. 73 §. 6. *in fin. sup. eodem.*
74 *V.* 2. *Inst.* 22. *L.* 35. *D.* 2. *L.* 6. *C.* 50. adde 24. Ulp. 32. Paul. 3. *sent.* 8.
75 *d.* §. 32. §. 1. *Inst. eod. l.* 73. *D. ad l. Falc.* Paul. 3. *sent.* 8. §. 1.

TIT.

TIT. VII.
DE FIDEICOMMISSIS [1].

POtest aliquis recto [2] jure heredem instituere: & rogare eum, ut hereditatem suam, aut omnem, aut ex parte alii per fideicommissum reddat. Nam si heredem directo jure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc observandum est, quod de Falcidia supra jam dictum est, ut heres institutus, etiamsi omnem hereditatem alii restituere jussus sit, ita hereditatem alii restituat, ut quartam [3] sibi ex ipsa hereditate retineat. §. 2. Et singulæ [4] quæcunque res per fideicommissum [5] dimitti possunt, hoc est, fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum. §. 3. Ab ipso fideicommissario [6] alteri fideicommissum dimitti potest [7]. §. 4. Et a legatario [8] licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest. §. 5. Et non solum propriæ res a testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis, aut legatarii, aut cujuslibet extranei [9]. §. 6. Ne legatarius cui per testamentum parum dimissum est, plus [10] alii per fideicommissum quam id, quod consequitur, reddere jubeatur. §. 7. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est heredi, vel legatario rem illam, quæ per fideicommissum est relicta, aut redimere, & fideicommissario dare, aut [11] pretium ejusdem rei, quantum æstimata fuerit, fideicommissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus [12]. §. 8. Libertates [13] etiam servis per fideicommissum dari possunt, ut heres vel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab iis ut manumitterent, speravit. Nec interest, utrum hoc testator de suis servis, an de ipsius heredis vel legatarii, aut de alienis fieri jubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres emere ipsum servum & manumittere. Sed si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re heres æstimationem in pretio dare non cogitur: sed cum per fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit, non testatoris, sed heredis libertus est. §. 9. Præterea inter fideicommissa & legata sunt quædam distantiæ [14]. † Fideicommissum ad eum cui aliquid commissum est, herede mortuo [15] poterit pervenire, si talis fuerit conditio testamenti: nam [16] legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillum relictum non valet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati: fideicommissum vero etiam [17] si testamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. † Item [18] per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item [19] per legatum servo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. † Item [20] per codicillos [21] nemo heres institui potest, quamvis testamento confirmati sint: sed is qui testamento heres fuerit institutus, potest [22] per codicillum rogari, ut hereditatem quæ ei data est, alii totam vel pro parte restituat: quod validum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. † Item [23] quamvis non possimus post [24] mortem ejus quem heredem instituimus, alium ei substituere: tamen per fideicommissum rogare eum possumus, ut cum moriatur, alii eam hereditatem vel totam, vel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum ei cui relictum est, dari potest, quod hoc ordine fit, ut testator scribat: Illum heredem instituo, & volo, ut quum mortuus fuerit ad illum hereditas mea pertineat.

† Præterea [25] & in hoc alia fideicommissorum & legatorum conditio est, quia fideicommissa, si tardius quam scriptum est, soluta fuerint, usuræ [26] & fructus debentur: legatorum vero usuræ non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

TIT. VIII.
DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS [27].

INtestatorum hereditates primum ad suos [28] heredes pertinent. † Sui [29] autem heredes appellantur, filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales [30] sunt hæ personæ, ac adoptivæ. Adoptivorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio avo suo heredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte, aut emancipatione discesserit: nam si eo tempore quo aliquis moritur, filium in potestate habeat, & ex eo nepotes, illi vivo patre suo, & in potestate avi constituto sui heredes avo esse non possun: [31]. §. 2. Similiter posthumi [32] qui si vivo patre nati fuissent, in potestate ejus futuri erant, sui heredes sunt.

§. 3. Si quando aliquis moritur, & reliquerit filium, aut filiam, & ex alio filio mortuo nepotes, neptesve: filii vel nepotes ex filio defuncto, patri vel avo hac ratione succedunt, ut filius vel filia suas partes, & nepotes ex filio portionem quam [33] pater eorum erat habiturus, accipiant: quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat: & non in capita, sed in stirpem dividatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est, ex uno filio unum, vel duos nepotes, ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem [34], non in capita hereditas dividatur, hoc modo: ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem: hoc est, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, si vixissent, habituri erant. §. 4. Si defuerint [35] heredes sui, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati [36] enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate conjuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de [37] uno patre nati. Nec disputari potest, si de diversis [38] matribus nascantur, qui uno patre geniti sunt. Item patruus [39], id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est. Ipso modo sunt fratres patrueles [40], hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur, qui sint agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate conjuncti. §. 5. Non tamen omnibus simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat, sed iis qui defuncto mortis [41] suæ tempore proximiores inveniuntur. §. 6. In fœminis vero alia conditio est: quia inter fœminas sola tantum [42] soror consanguinea habetur agnata, ut germano suo defuncto, ab intestato ei agnationis jure succedat. Reliquæ fœminæ, hoc est, amitæ, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimæ sunt, nec masculis propinquis agnationis jure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perveniunt. §. 7. Regulariter constitutum est, ut inter agnatos proximior [43] posteriorem excludat, & inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato dividatur hereditas. Nam inter suos, sicut superius diximus, licet gradu sit, ut proximior posteriorem non [44] excludat, & semper hereditas in [45] in stirpem non in capita dividatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios: germanus frater quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filii non [46] succedunt. Item si moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat masculos, ex uno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor, similiter masculos: omnes quidem fratrum filii patruo suo ab intestato succedunt, sed non in stirpes, sed [47] in capita: ita ut illi duo ex una parte duas, accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filii in avunculi hereditate succedunt. §. 8. Nam & hoc regulare est, ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando [48] aut sui, aut agnati, defuerint.

TIT. IX.
DE OBLIGATIONIBUS [49].

OBligatio in duas species dividitur: Nam omnes obligationes aut ex [50] contractu nascuntur, aut ex culpa. Quæ ex contractu nascuntur, quatuor [51] genera sunt, quæ singula hoc ordine distinguuntur. Aut enim re [52] contrahitur obligatio, aut verbis [53], aut literis [54], aut consensu [55]. §. 2. Re [56] contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo [57] dantur, quæ in his rebus contingunt, quæ pondere [58], numero, mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, vel aurum. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo ad hoc damus, ut eorum fiant, qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore, non ipsæ res, sed aliæ ejus [59] naturæ quales datæ sunt, atque ipsius ponderis, numeri vel mensuræ reddantur. Propter quod mutuum appellatum est, quasi a me tibi ita datum sit, ut ex meo tuum fieret.

§. 3. Verbis [60] contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, & responsione accipientis, ita ut si ille qui dat interroget, Hoc mihi dabis? qui accipiet, respondeat, Dabo. Aut in obligatione debitoris, si aliquis fidejussor [61] accedat, ille qui personam [62] fidejussori tradit, interroget: Istum fide tua esse jubes? & ille respondeat: Fide mea esse jubeo. hac conditione non solum ille qui debitor est, sed & is qui fidejussor existit, obligantur. Et non solum fidejussor ipse dum vivit, sed & heredes [63] ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxii. Creditor autem qui pecuniam dedit, in potestate habet [64] ad reddendam pecuniam quem velit tenere, utrum ipsum debitorem, an fidejussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fidejussorem absolvit, quia uno electo quem idoneum creditor judicat, alterum liberat. §. 4. Sunt & aliæ obligationes quæ [65] nulla præcedente interrogatione contrahi possunt, id est, ut si mulier sive sponso, sive jam marito uxor futura dotem dicat [66]. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest: Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed & pater ejus & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam ille debebat sponso creditricis, ipse debitor in dotem dixerit. Hæ tantum tres [67] personæ, nulla interrogatione præcedente possunt dictione dotis legitime obligari. Aliæ vero personæ, si pro muliere dotem marito promiserint, communi jure obligari debent, id est, ut & interrogatæ respondeant, & stipulatæ promittant. §. 5. Item & alio casu uno loquente, & sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse juraverit. Exponendum hic quid sit donum, aut munus vel operæ: in qua re supradicti liberti, non tam verborum solennitate, quam jurisjurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest. §. 6. Præterea inutilis est

1 *Vid.* 25. Ulp. 4. Paul. *sent.* 1. de fideicommissariis hereditatibus, *L.* 2. *Inst.* 23. de singulis rebus per fideicommissum relictis, *L.* 2. *Inst.* 24.
2 §. 2. *Inst. de fideicom. hereditatib.*
3 De quarta Trebellianica. *v.* §. 4. *Inst. de fideicomm. her. & ad SC. Trebell. l.* 1. §. 2. *D. ad SC. Treb.*
4 *Inst. de sing. reb. per fideicommiss.*
5 Et legatum 24. Ulp. 25.
6 Sic a posthumo herede instituto fideicommissum relinqui potest. Paul. 4. *sent.* 1. §. 2. ab imperatore herede instituto, §. 3. *ibid.* a surdo vel muto, §. 4. *ibid.* at non ab uxore, cui vir dotem prælegavit, §. 1. *ibid.*
7 Quamvis a legatario olim legari non poterat. v. §. 4. J. *eod.*
8 *Inst. de singulis rebus per fideicommissum relictis.* 24. Ulp. 20. sicuti nec heredi a semetipso. 24. Ulp. 22.
9 Nostram statim: alienas autem aut æstimatas aut redemptas, Paul. 4. *sent.* 1. §. 7. nisi ignorantes rem alienam legaverimus, §. 8. *ibid.*
10 Dixi plenissime *ad l.* 1. §. 17. *in fin. D. ad SC. Treb.*
11 Paul. 4. *sent.* 1. §. 7.
12 *Tit.* 5. §. 4. *sup. eod.*
13 11. Ulp. 18. §. 2. *Inst. de sing. reb. per fideicomm. l.* 12. §. 1. *D. de fideicomm. her.*
14 Differentiæ fideicommissi & legati: hodie legata fideicommissis exæquata sunt. *v. l.* 1. *D. de legat.* 1.
15 Prima differentia.
16 Secunda differentia, 25. Ulp. §. 8. *in fin.*
17 *d.* §. 8. Paul. 4. *sent.* 1. §. 10.
18 Tertia differentia.
19 Quarta differentia.
20 Quinta differentia.
21 *l.* 10. *D. de codic.* §. 2. *Inst. de codic. l.* 27. *in fin. D. de cond. inst.*
22 §. 2. *Inst. de codic.*
23 Sexta differentia.
24 24. Ulp. 16. Paul. 3. *sent.* 6. §. 5.
25 Septima differentia.
26 *V. C. de usuris, & fruct. legator.*
27 De hereditatibus quæ ab intestato, *L.* 3. *Instit.* 1. de legitimis heredibus, 26. Ulp. de intestatorum successione, Paul. 4. *sent.* 8.
28 *V.* 26. Ulp. 1. §. 8. *Instit. de her. quæ ab intestat.*
29 §. 2. *Inst. eod.*
30 Naturales legitimati sui esse possunt. *d.* §. 2. *vers. nec interest. vers. quibus.*
31 *d.* §. 2. *vers. nam si per id tempus.*
32 *d.* §. 2. *vers. posthumi.*
33 Hæc successio in stirpes dividitur, 26. Ulp. 2. §. 6. *Inst. de her. quæ ab intestato.*
34 Nepotes ex filio patris sui locum repræsentant, sive concurrant cum suis patruis, §. 3. J. sive plures inter se concurrant, ut hic. Inter fratrum filios non est eadem successio: concurrunt enim inter se non in stirpes sed in capita, vide *Nov.* 118. *c.* 3. *in fin.*
35 Post suos adgnati succedunt.
36 Quinam adgnati.
37 Consanguinei fratres de uno patre nati, de uno id est eodem.
38 Ex eodem patre licet diversis matribus geniti, agnati inter se.
39 Patruus patris frater.
40 Fratres patrueles duorum fratrum filii. *l.* 1. §. 6. *D. de gradibus & affinibus.*
41 §. 6. *Instit. de legit. adgn. success.*
42 26. Ulp. 6. Paul. 4. *sent.* 8. §. 3.
43 §. 5. *Inst. de legit. adgn. success. l.* 195. §. 1. *D. de verb. sign.*
44 Inter suos proximiores non excludunt posteriores.
45 Inter suos hereditas dividitur in stirpes.
46 Hodie succedunt.
47 Fratrum filii inter se succedunt in capita, qua de re dixi ad Ulpianum 26. §. 4. *& ad Nov.* 118. *c.* 3. *in fin.*
48 Post suos & adgnatos succedunt cognati. Hodie sublata est differentia adgnatorum & cognatorum, *Nov.* 118. *c.* 4.
49 *v. L.* 3. *Inst.* 14. *& L.* 44. *D.* 7. *L.* 4. *C.* 10.
50 Adde §. 1. *Inst. eod. l.* 1. *princ. D. eod.*
51 *d. l.* 1. §. 1.
52 *V.* §. 2. J.
53 *V.* §. 3. *& seq.* J.
54 *V.* §. 13. J.
55 *V.* §. 14. J.
56 *V. Inst. quibus mod. re contrah.*
57 *Inst. quib. mod. re. in pr. l.* 1. §. 1. *D. de oblig.*
58 *l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred.*
59 *l.* 2. §. 1. *D. de rebus cred.*
60 *Inst. de verb. obl. l.* 1. §. 7. *l.* 52. §. 2. *D. de obl. l.* 2. *in fin. D. de reb. cred.*
61 *V. Inst. & D. de fidejuss.*
62 Cui persona fidejussoris traditur.
63 §. 2. *Inst. de fidejussorib. l.* 4. *in fin. D. de fidejuss.*
64 Hodie non habet, v. *Nov.* 4. *cap.* 1.
65 Dotis dictio stipulationem non requirit.
66 De dotis dictione, v. Ulp. 6. §. 1. & 2.
67 Ulp. 6. §. 2.

pro-

promiſſio, etiamſi ſtipulatione interveniente facta ſit, ſi id aliquis daturum ſe promiſerit, quod ſui juris non eſt: hoc eſt, ſi aut ingenuum [1] hominem quaſi [2] ſervum ſe daturum promittat; aut ſi mortuum [3] aliquis quem vivum credebat, promiſerit; aut locum ſacrum [4], aut ſanctum, aut religioſum daturum ſe quicunque promiſerit. §. 7. Præterea inutilis eſt promiſſio, ſi aliquis rem ſub tali conditione promittat, quæ impleri pro [5] rei difficultate non poſſit. §. 8. Præterea inutilis eſt [6] interrogatio & promiſſio, ſi ita aliquis interroget debitorem, Poſt mortem meam, vel tuam, illud dari ſpondes? Quod propterà inutile viſum eſt, quia à perſona heredis obligatio incipere non poteſt. Et ideo nec heredi creditoris ſub hac ſponſione obligatur debitor, nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius. §. 9. Item inutilis eſt [7] obligatio, ſi dicat creditor: Pridie quam moriar, dare ſpondes? Vel interroget debitorem, Pridie quam moriaris? Similiter & hæc ſtipulatio inutilis judicatur, quia non poteſt ſciri, quando ſit pridie quam aliquis moriatur, niſi poſtquam mortuus fuerit. §. 10. Item ſi [8] pure interroget creditor, & debitor ſub conditione promittat. §. 11. Vel ſi creditor decem ſolidos debitorem interroget, & debitor quinque [9] promittat: hoc ordine integrum debitum vacillare cognoſcitur. §. 12. Si quis nobis pecuniam debeat, poſſumus debitorem noſtrum compellere, ut pecuniam quam nobis redditurus erat, alteri [10] ſe caveat redditurum. Neque poteſt ei cui pro noſtro debito cavet, de cauto & non numerato ſicut fieri ſolet, aliquid diſputationis afferre, cum id quod a nobis accepit, alteri caverit redditurum.

§. 13. Literis [11] obligatio fit, aut a re in perſonam, aut a perſona in perſonam. A re in perſonam, velut ſi id quod ex emptione aut conductione aut ſocietate debes, alii reddas. A perſona in perſonam, velut ſi id, quod mihi alter debet, alteri perſonæ delegem, ut reddere debeat. §. 14. Conſenſu [12] fiunt obligationes ex emptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus & mandatis: quia in ejuſmodi rebus conſenſus magis quam ſcriptura [13] aut ſolennitas quæritur. In quibus rebus etiam inter [14] abſentes obligatio contrahi poteſt, quod in aliis rebus fieri non poteſt. §. 15. Emptio igitur & venditio [15] contrahitur, cum de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiamſi pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretii aut arrha data fuerit. §. 16. Locatio & conductio ſimili [16] ratione conſiſtunt, ut conſenſu, etiam verbo, definitio inter conſentientes firma permaneat. §. 17. Societatem [17] inire poſſumus, aut omnium bonorum, aut unius alicujus negotiationis. Et poteſt ita [18] iniri ſocietas, ſi tamen hoc inter ſocios convenit, ut unus pecuniam det, alter operam ſuam pro pecunia donet. Et hujus rei definitio etiam verbo inita valet, ita ut quicquid ſocietatis tempore quolibet modo fuerit adquiſitum, ſociis commune ſit.

§. 18. Permanet [19] autem inita ſocietas, quamdiu in ipſo conſenſu ſocii perſeverant: quia ſicut conſenſu contrahitur, etiam diſſenſu ſolvitur. Diſſolvitur ergo ſocietas aut morte [20] unius ſocii, aut contraria voluntate, aut capitis deminutione, id eſt, ſi unus ex ſociis, ſicut frequenter ſupra diximus, capite fuerit deminutus. §. 19. Similiter & mandari [21] verbo poteſt. Et cum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Poſſumus enim aut noſtra negotia, aut aliena cuicunque agenda mandare, dummodo honeſtum [22] aliquid agi mandemus. Nam ſi contra [23] mores bonos aliquid mandare voluerimus, hoc eſt, ſi cuicunque mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium [24], aut adulterium admittat, in iis rebus mandati obligatio non contrahitur.

§. 20. Solvitur autem mandatum aut morte [25], cui mandatum eſt, aut contraria [26] illius voluntate qui mandavit. §. 21. Sed is cui mandatur, mandati formam egredi [27] non poteſt. Aut ſi egreſſus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, non præjudicet mandatori.

TIT. X.
QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLATUR [28].

TOllitur obligatio ſolutione [29] debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiam ſi aliud quam cautum fuerat à debitore creditori reddatur. Nam ſi quicunque pro [30] pecunia quam creditori cavit, acquieſcente [31] creditore aurum, aut argentum, aut mancipia, vel alias quaſlibet ſpecies habita æſtimatione conſentiente creditore dederit, obligatio evidenter tollitur. §. 2. Quia de obligationibus quæ ex contractu naſcuntur, diximus, ſupereſt ut de his obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, ſimpliciter diſputemus. † Ex delicto [32] naſcuntur obligationes, ſi aliquis furtum [33] fecerit, vel bona alia rapuerit [34], vel damnum [35] alteri dederit, aut injuriam [36] fecerit. Quarum omnium rerum uno genere ex delicto naſcitur obligatio. §. 3. Furtorum autem ſunt genera quatuor [37]: manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtum [38] furtum dicitur, ſi quando fur, cujuſcunque rem tollit, in ipſo furto deprehenditur. Nec [39] manifeſtum furtum appellatur, quod quamlibet dum fieret, inventum non eſt, tamen furtum factum fuiſſe probatur. Conceptum [40] furtum dicitur, cum apud aliquem alterum res furtiva inveniatur. Oblatum [41] furtum dicitur, cum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipſum furem inveniri non poſſit. §. 4. Præterea, qui rem alienam invito [42] aut neſciente domino contingit, vel tollere, aut de loco movere præſumit, furtum facit. §. 5. Et ſi quis rem utendam [43] acceperit, aut commendatam [44] apud ſe habuerit, & aliter ea uſus fuerit quam acceperit, furti actione tenetur. §. 6. Præterea, ſi quis jumentum [45] alterius ad hoc accepit, ut cum quinque millibus duceret; ſi id decem millibus, aut longius quam ab illo qui dedit, fuerit conſtitutum, duxerit, furti reus erit. §. 7. Et multa præterea quorumcunque ſimilia ſunt ſecundum quæ & ille furti tenetur, qui ut ferret opem [46], aut conſilium, aut ſtudium commodarit: velut ſi quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excuſſerit [47], ut alii eam rapere poſſent.

1 Id eſt, liberum. *l. 103. de verb. obl.* 2 *§. 2. Inſt. de inutil. ſtipulat.*
3 *d. l. 103. §. 1. Inſt. de inutil. ſtip. l. 69. ff. de verb. oblig.* 4 *l. 83. §. 3. ff. de verb. oblig. §. 2. Inſt. de inut. ſtip.* 5 *V. l. 31. ff. de obligationib. l. 35. ff. de verb. obl. §. 1. Inſt. de inut. ſtip.* 6 Hodie non eſt. *§. 13. in princ. Inſt. de inut. ſtip.*
7 Hodie non eſt. *d. §. 13. verſ. ſed & ſi quis ita ſtipuletur, pridie quam moriar &c.*
8 *V. §. 7. Inſt. de inut. ſtip.* 9 *d. §. 5. in pr.* 10 Adde *§. 19. Inſt. de inut. ſtip.*
11 *V. Inſt. de literarum oblig.* 12 *V. Inſt. de obl. ex conſenſu. l. 2. d. de oblig. & action.*
13 *d. l. 2. §. 1.* 14 *d. l. 2. §. 2.* 15 *Inſt. de empt. in princ. l. 9. ff. de contr. empt.*
16 *Inſt. de locat. & conduct.* 17 *V. Inſt. de ſocietate.* 18 *§. 2. verſ. nam & ita. Inſt. de ſocietate.* 19 *§. 4. Inſt. de ſocietate.* 20 *§. 5. Inſt. de ſocietate.*
21 *V. Inſt. de mandato. D. & C. mandati vel contra.* 22 *l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. D. mandat. vel cont.* 23 *§. 7. Inſt. de mandato. l. 35. §. 2. D. de contrah. empt.* 24 *d. l. 22. §. 6.* 25 *l. 26. D. mandati. §. 1. Inſt. de mandato vel contr.* 26 *l. 12. §. 16. D. mandati. §. 9. Inſt. de mandato.* 27 *l. 5. D. mandati vel contr. §. 8. Inſt. de mandato.*
28 *L. 3. Inſt. 30* 29 *Inſt. pr. eod. v. l. 107. D. de ſolution.* 30 *V. l. 17. C. de ſolutionib.* 31 *l. 99. D. de ſolutionib. Inſt. quibus modis tollit. oblig.* 32 *l. 4. D. de obligat. & action. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.* 33 *V. D. de furtis. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.* 34 *V. Inſt. de vi bonor. raptor.* 35 *V. Inſt. de l. Aquil.* 36 *V. Inſt. de injur.* 37 Imo duo tantum. *§. 3. Inſt. de oblig. quæ ex delicto. l. 2. ff. de furt.*
38 Manifeſtum furtum, *l. 3. D. de furt.* 39 Non manifeſtum, *l. 8. D. de furtis.*
40 Conceptum. *§. 4. in pr. Inſt. de obl. quæ ex delict.* 41 Oblatum. *d. §. 4. verſ. oblat.*
42 *§. 6. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* 43 *§. 7. 8. Inſt. de obl. quæ ex delicto.*
44 Id eſt, depoſitam. *§. 6. Inſt. de obl. ex delict.* 45 Dixi *ad l. 46. D. de furtis.*
46 Dixi *ad l. 36. l. 50. §. 1. D. de furtis.* adde *§. 12. verſ. ſi vero. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.*
47 Dixi *ad l. 52. §. 3. D. de furtis.*



INDEX OMNIUM TITULORUM IN HOC UNIVERSO JURIS CORPORE COMPREHENSORUM.

NOTÆ LIBRORUM.

I. Institutiones.
D. Digesta seu Pandectæ.
C. Codex.
I. N. Justiniani Novellæ.
E. Edicta Justiniani Imperatoris.
N. I. Novellæ Justini Imperatoris.
C.T. Constitutiones Tiberii.
C.I.I. Constitutiones Justiniani, Justini & Tiberii.
N.L. Novellæ Leonis.
C.Imp. Constitutiones Imperatoriæ.
F. Feudorum Consuetudines.
Ex. Extravagantes.
XII. Tabb. XII. Tabularum Fragmenta.
Ulp. Titt. ex corpore Ulpiani.
P. Pauli Sententiæ receptæ.
Gai. Gaji Institutiones.

A.

Index omnium Titulorum.

eo, quod

Index omnium Titulorum.

Index omnium Titulorum.

si adver-

Index omnium Titulorum.

Index omnium Titulorum.

Index omnium Titulorum.

Index omnium Titulorum.

ſi ſervus

N.

Index omnium Titulorum.

Patrimo-

Index omnium Titulorum.

Index omnium Titulorum.

Q.

R.

ſi *Rector*

Index omnium Titulorum.

S.

T.

si is,

Index omnium Titulorum.

V.

ne quis

F I N I S.

LIPSIÆ,
LITTERIS CHRISTOPHORI BARTHELII.
ANNO MDCCXL.




THE CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA LIBRARIES
3 0530 011 296 944